


R. Cooper sc.

D. Joh. Fried. Schleusner.
Theologus Vitebergensis.

NOVUM LEXICON

GRÆCO-LATINUM

IN

NOVUM TESTAMENTUM.

CONGESSIT

ET

VARIIS OBSERVATIONIBUS PHILOLOGICIS

ILLUSTRAVIT

JOH. FRIED. SCHLEUSNER

PHILOSOPHIÆ ET THEOLOGIÆ DOCTOR, HUJUSQUE PROF. P. O. ÆDI ARCIS PRÆPOSITUS

SEMINARII ECCLES. REGII VITEB. DIRECTOR.

JUXTA EDITIONEM LIPSIENSEM QUARTAM.

GLASGUÆ:

EXCUDEBANT ANDREAS ET JOANNES M. DUNCAN,

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI:

IMPENSIS RICARDI PRIESTLEY, LONDINI.

1824.

TYPOGRAPHORUM MONITUM.

PERPAUCA, lector benevole, de editione hâc novâ Schleusneri Lexici Novi Testamenti accipias.

Summâ curâ ad exemplar editionis quartæ, Lipsiæ, sub oculis doctissimi Schæferi, cum auctoris additamentis multis et emendationibus, anno 1819 evulgatæ, excudimus; et voces omnes Germanicas linguâ Anglicanâ explicatas ostendimus, sicut prius in editione Edinensi a viris doctis J. Smith, S. T. P., J. Strauchon, et A. Dickinson, publici juris factâ.

Auctor, ab omnibus literis Biblicis indagantibus valde honorandus, in præfatione suâ nuperrime scriptâ, acerbiùs queritur operam suam, 'se inscio ac invito,' bis sub prela Britannica missam. Honorem potius, ut omnium opinio fert, habuisse debet; quippe quidem ipsius merito fieri intelligeret, ut in insulâ nostrâ liber suus sæpius in publicum prodiret. Quo idem Auctori sit laudi, reipublicæ commodo, nobis emolumento, operam navavimus. Vix et ne vix quidem sperare potuit ipse volumina Germanica emptores inventura, chartâ sordidâ et fæculentâ, obtusis et exesis literarum formis, ut Britannis fastidium moveant, necnon portoriis magnis onerata; cùm penes nostrates sit editionem multo elegantiorem, interpretationibus Anglicanis locupletatam, et, doctorum arbitrio, usui multo aptiorem et gratiorem, exhibere.

Quinetiam querela ista rationis expers videtur, nam si nobis turpe sit scriptorum Germanicorum operas evulgare, quâ ratione defendi possit, auctorum Britannicorum scripta plurima e prelis Germanicis exeuntia, quod Germanis est quæstui magno, indies divenduntur? Certissime auctores oportet utriusque regionis, terrarum civibus alienarum, laborum eorum beneficia et usus libentissime concedere, dum non in auctoris patriam veniant, et nec dicere nec putare "Inhonestum fuit!"

GLASGUÆ,
Ipsis Kal. Octob. 1824.

PRÆFATIO

EDITIONIS PRIMÆ.

LECTORI BENEVOLO

SALUTEM ET OFFICIA.

Quanquam is ego non sum, cui aut voluptatem, aut utilitatem aliquam afferre possit, de aliorum laudibus et fama detrahere, et quæ sint in scriptis aliorum aut imperfectionis humanæ, aut incuriæ ac festinationis, aut inscitiæ adeo vestigia haud obscura, lynceis oculis indagare et molesta pravaque cum sedulitate magis perspicua reddere, bona autem eorundem et virtutes plane silentio prætermittere; (sensu enim tenuitatis ac imbecillitatis ingenii mei, omniumque animi ac corporis virium ac facultatum præsentissimo commotus ac ductus aliorum judicio, eruditioni et conatibus magis quam mihi et a me profectis tribuere soleo, et non solum modestia ac humanitate alios vincere, sed etiam summa diligentia et indefesso literarum ac bene de aliis merendi studio ad certam famam contendere, aut certe veram laudem parare mihi didici:) tamen, quod quilibet, cui de hoc literarum genere recte judicare facultas est et potestas, nullo modo diffiteri potest ac inficias ire, et multi adeo ac doctissimi viri contendere nulli dubitarunt, meque præfandi provincia imposita dicere quasi cogit, non video, cur ego palam pronuntiare ac repetere non debeam, nemini nempe eorum, qui hucusque Lexica N. T. condiderunt, contigisse, ut, non dicam, omne punctum ferret, et opus proferret ab omni parte perfectum, (quod in tanta hujus negotii gravitate et molestia, in tanta humana imbecillitate ac imperfectione, in tanta denique ingeniorum varietate ac sententiarum diversitate ne cogitari quidem et postulari potest) sed, ut Lexicon conderet, a præcipuis ac gravissimis vitiis et erroribus maxima ex parte liberum, iisque ornamentis instructum, quæ a diligentia et eruditione editorum, rectoque præsidiorum præsentium usu jure meritoque sperari poterant. Habere virtutes suas insignes N. T. thesauros, quos Dieterici, Minterti, Leighii, Stockii, Schwarzii, Schœttgenii, Krebsii et alii in lucem publicam ediderunt, extra omnem dubitationis aleam est positum, et ego, qui permulta ipsorum lectioni debeo, et ex ipsis in usus meos transtuli, lubens et gratus agnosco, sed nullus tamen eorum ita comparatus est ac instructus, ut vere dici possit thesaurus præcipuarum observationum philologicarum, a quibus grammatica interpretatio N. T. maxime pendet; nullus, qui vere usibus multorum inserviat, qui, justa librorum copia destituti, tamen ad subtiliorem N. T. cognitionem adspirant; nullus denique, qui non incuriæ ac festinationis innumera impressa habeat vestigia. Itaque cum rogatus essem ante hos novem annos a b. Reichio, mercatore librario quondam honestissimo, ac literarum omnis generis promovendarum studiosissimo, ut Lexici N. T. præcipuis saltem virtutibus ac dotibus, quæ in reliquis desiderantur, eminentis ac præstantis, et in primis integritate, diligentia, justo ambitu ac multorum illorum

præsidiorum, quæ nostra ætate interpretatio N. T. grammatica habet, commodo usu insignis, condendi in me curam susciperem, quanquam multa erant, quæ me ab hoc consilio avocare potuissent, tamen laborem illum, admodum molestum tædiique plenum, defugiendum non putavi, immo eo lubentius in me recepi, quo magis id non solum muneris, quo fungor, rationes suadere videbantur, sed etiam viri, philologiæ sacræ peritissimi et gravissimi, auctores mihi existebant, ut mihi, non insueto plane ejusmodi laborum, hoc negotium, durum quidem, sed admodum honestum ac veræ multorum utilitati inserviens, demandari sinerem; quorum tanta apud me fuit auctoritas, ut, cum me jam plane imparem huic labori judicassem, tamen ipsorum judicio de me honorificentissimo non parere nefas arbitrarer. In qua re quid præstiterim, aut certe præstare studuerim, ut lectores statim in ipso limine intelligant, cum jam in tantam liber excreverit magnitudinem, paucis dicendum videtur et indicandum. Prima mea cura fuit, ut observationes philologicas in N. T. quas per sedecim fere annos, diligenter legendis et relegendis libris divinis, iisdemque singulis fere diebus per annos decem auditoribus meis subtiliter explicandis, collegeram, non solum digererem ac disponerem, sed etiam accuratius examinarem, et certa a dubiis, quantum fieri poterat, separarem. Nunquam enim potui satis mirari eorum incuriam et negligentiam, quos, ad componenda Lexica N. T. præsidiis lectionis studiosæ ac repetitæ et accuratæ enarrationis librorum divinorum prorsus destitutos, accessisse, ipsa librorum, quos ediderunt, indoles quemque docere potest. Si vero nullis aliis præsidiis instructus, quam iis, quæ meo ingenio ac in interpretando sagacitati debebam, talem librum, summis difficultatibus plenum, conscribere conatus essem, summæ audaciæ jure accusari possem; in cujus crimen ne incurrerem, diligenter non solum consulti sunt a me et inspecti omnes fere, quos nacti sunt hucusque libri divini N. T. magnos et inprimis doctos ac sagaces interpretes, quorum alios perpetuis commentariis, alios vero singulis observationibus locos N. T. difficiliores doctrinæ suæ luce haud infelici successu illustrasse constat, sed etiam, quidquid ad subsidia linguæ Græcæ interioris cognitionis comparandæ pertinere videbatur, diligenter a me adhibendum esse, usu nempe meo de summa illius utilitate et præstantia edoctus, existimavi. His subsidiis instructus, perlectis adeo, ne quid prætermisisse viderer, non sine omni tamen tædio, omnibus, quæ extant, Lexicis N. T. ad ipsum novum thesaurum linguæ Græcæ N. T. adornandum et parandum accessi, in quem, instituti mei ac consilii bene memor, servatis adeo interdum aliorum verbis, omnes transtuli copias, quibus interpretationem N. T. grammaticam adjuvari posse putabam, ut adeo nihil fere in omni hoc libro reperiatur, quod jure meum et novum appellare possim, undeque, si colligendi curam, digerendi diligentiam et delectus cautionem excipias, ad me ulla aliqua laus vera redundare possit. Inprimis autem ea, qua potui, diligentia, non solum vidi, ut nulla vox, nulla particula et loquendi formula N. T. vera et genuina omitteretur et intacta relinqueretur, sed etiam notatis omnibus, si operæ pretium erat, omnium vocum formularumque locis et sedibus, indicibus N. T. quos *Concordantias* vulgo vocant, ut supersederi possit, efficere allaboravi. In singulis vero verbis, vocabulis et loquendi formulis explicandis earumque notionibus constituendis operam dedi, ut primum nulla ullius vocis significatio et vis, eaque idoneis argumentis comprobata, a me omitteretur; deinde, ut, quantum unius hominis diligentia efficere valet, ab allatis significationibus et singulorum locorum interpretationibus omnis abesset obscuritas et ambiguitas, quæ impedire possit, quo minus in mentibus lectorum N. T. existant imagines earum rerum, quas scriptorum divinorum mentibus obversatas fuisse probabile est. Sollicitus etiam haud parum fui de diligentius digerendis et ordinandis significationibus, partim memoriæ adjuvandæ, partim accuratæ linguæ Græcæ N. T. cognitionis promovendæ causa, quo ipso ordine certe in plerisque vocibus efficere conatus sum, ut, quomodo ex prima et propria cujusque vocis cæteræ deductæ fuerint, aut certe commode deduci possint, quilibet, etiam minus exercitatus, videre possit. In quærendis vero causis et inveniendo nexu significationum ejusdem vocis hac ratione usus sum, ut pro rei diversitate modo ipsius vocis origines indagarem, modo ad analogiam linguarum confugerem, modo denique viam observarem, quam natura

humana in inveniendis et nectendis rerum ideis persequi vulgo creditur, interdum adeo, his subsidiis destitutus, meram conjecturam sequerer. Præterea etiam imposui mihi officium, de nominibus personarum, locorum, numorum, mensurarum, lapidum, etc. uberius, quam hucusque a plerisque Lexicorum N. T. conditoribus factum erat, exponendi, et quavis opportunitate oblata, idoneis exemplis demonstrandi, quid ad recte interpretandum N. T. scriptores valeat perfecta geographiæ historiæque veteris et antiquitatis universæ, inprimisque morum, institutorum et opinionum Judæorum, Romanorum et Græcorum adeo perfectior cognitio. Ut denique omnibus officiis boni et idonei interpretis librorum divinorum N. T. satisfacerem, atque non solum latius hujus Thesauri usus pateret, sed etiam tutius a quolibet usurpari posset, nec per me saltem in hoc literarum genere propagaretur perversa haud paucorum levitas, qui, in verba magistri jurantes, et ab aliis decantata unice repetentes, a vera, certa et idonea cognitione alieni manent, ac nullas sententiarum et opinionum, quas habent et fovent, idoneas causas afferre valent, rationibus quoque et causis afferendis idoneis, quibus significationes singulorum verborum minus usitatæ et novæ, ac interpretationes formularum locorumque N. T. difficiliorum confirmarentur, efficere conatus sum, ut etiam hoc respectu hic Thesaurus meus linguæ Græcæ N. T. copiosissimum promptuarium jure haberi posset, et reliqui libri omnes, qui observationes philologicas in N. T. continent, minus necessarii reperirentur. Quia autem scriptores N. T., ut jam constat inter omnes rei peritos, in conscribendis libris usi sunt non lingua Græca, pura illa et Attica, sed dialecto Christi et apostolorum ætate vulgari ac recepta, Macedonica et Alexandrina, totusque orationis evangelistarum et apostolorum character linguam redolet Hebraicam, et multa etiam in eorum libros e V. T. translata reperiuntur, cum proposuissem mihi, quavis oblata occasione, docere, quibus interpretatio formulæ loquendi et vocis cujusque confirmetur et stabiliatur rationibus, diligenter orationem N. T. cum linguæ Hebraicæ monumentis antiquissimis et versionibus Græcis V. T. omnibus ita contuli, ut ubique fere voces Hebraicas notarem, quibus Græcæ in N. T. et interpretum Græcorum V. T. libris respondent, et loca textus Hebraici et Græci afferrem idonea, ut statim intelligerent lectores, cur voces et formulæ loquendi haud paucæ in N. T. vim habeant novam et Græcis inauditam. Eandem ob causam, maxime autem ut appareret omnibus, quantum orationis Græcæ N. T. natura et indoles discrepet ab ingenio linguæ Atticæ, laudavi passim grammaticorum veterum, Thomæ Magistri, Phrynichi, Mœridis aliorumque, de linguæ Græcæ ac singularum ejus vocum puritate libros, hoc tamen cautione adhibita, ut eorundem quoque errores, a viris doctissimis nostra inprimis ætate detectos, libere notarem. Quanquam vero eorum opinio, qui orationem Græcam N. T. esse castigatissimam et purissimam olim contenderunt, dudum explosa est, tamen et illi mihi in errore gravissimo versari semper visi sunt, qui, nullo plane discrimine agentes, omnem N. T. orationem esse mere Hebraicam, et linguæ Græcæ scientiam nullum esse interpretationis N. T. adjumentum necessarium clamant aliisque persuadere conantur. Igitur, ut partim appareret, quam vanæ sint hæ voces, quæ etiamnum multorum ore jactantur, partim vero nullum ornamentorum genus in Lexico meo desideraretur, etiam hoc egi, ut vestigia exquisitæ et puræ orationis Græcæ in N. T. haud raro reperiri, idoneis exemplis, e scriptoribus Græcis omnium ætatum adductis, ubique fere demonstrarem. Præterea vero, ut nullam a me notionem temere fictam esse alii quoque cognoscerent, compilavi perlecta a me omnia, quæ extant, Glossaria Græca, maxime ab Hesychio, Suida, Phavorino, Auctore Etymologici Magni aliisque collecta, cum in locis iis, quæ glossas sacras, ut vocant, continerent, tum in illis etiam, quæ ad scriptores Græcos universe pertinerent; eorumque causa, qui libris doctorum veteris ecclesiæ christianæ magnum pretium statuere consueverunt, ex horum quoque libris rationes interpretationum singularum, a me propositarum, passim protuli, quas in aliis locis e sylva variarum lectionum N. T. et locis parallelis petere et desumere, usu meo de summa eorum utilitate et præstantia edoctus, haud dubitavi. Sed nimis spatiosus aperiretur mihi disserendi campus, si omnia ac singula, quæ a me in hoc Novo Lexico condendo præstita sint, uberius enarrare et exemplis illustrare

vellem, cum facile quivis intelligere et animadvertere possit, qui hunc meum librum cum aliis ejusdem generis comparare velit. Ut omnes ac singulos viros doctos, e quorum scriptis multa in usum meum converti, semper nominarem, instituti brevitas nullo modo permittebat. Emendationem schedarum typographicarum suscipere ob loci distantiam ipse non potui, nec sunt oculi mei tam perspicaces, ut omnia peccata typographica notare facile possint. Eo magis igitur est a me laudanda et suspicienda, ac jam palam prædicanda summa diligentia viri celeberrimi et doctissimi Meisneri, philosophiæ professoris Lipsiensis, qui non solum errores typothetarum tam diligenter notavit, ut eum nihil facile, quantum equidem vidi, effugerit, sed etiam, si in ipsis plagulis a me scriptis errores detexit, imbecillitati facile condonandos, a me rogatus feliciter correxit et emendavit, ac ita omnes meas partes egit. Cæterum ex animo opto, ut hic liber meus, in quo adornando sola mihi proposita fuit aliorum utilitas, non vana doctrinæ ac multæ lectionis ostentatio, sacrarum literarum studiosis viam vere muniat ad N. T. libros non solum recte intelligendos, sed etiam aliis explicandos, nec plane displiceat intelligentibus et æquis harum literarum judicibus, quos, si interdum me lapsum esse animadvertant, aut in singulis locis explicandis a me dissentiant, ut respectu habito imbecillitatis humanæ, et summæ laboris molestiæ et gravitatis, non solum me humaniter admoneant et edoceant, sed etiam erratis, cum meis, tum operarum, benevole ignoscant, modeste et humaniter rogo. Dabam Gœttingæ d. XXVIII. Maii MDCCXCI.

PRÆFATIO

EDITIONIS SECUNDÆ.

OCTO circiter anni elapsi sunt, ex quo liber hic meus lucem primum adspexit. Quanquam autem in eo elaborando omnem impenderam operam ac diligentiam, ut paucas tantum correctiones ac emendationes admittere videretur, tamen non ita multo post, inprimis autem cum novæ editionis parandæ officium mihi librarii hæredum nomine injungeretur, non deesse mihi, eum multis in locis partim castigandi, partim etiam augendi, occasionem, ipse non solum observavi, sed etiam virorum doctorum, qui sua de hoc labore meo judicia interposuerunt, monitis edoctus cognovi. Ex quo igitur primum in lucem emissus erat publicam hic liber, exemplo meo, chartis vacuis distincto, diligenter adscripsi observationes, quas mihi et cotidianæ fere in N. T. prælectiones academicæ, et usus multorum librorum ad interpretationem librorum sacrorum N. T. pertinentium suppeditabat, et quarum delectum exhibet hæc nova editio. Sunt autem in ea acta fere hæc. Quæ nempe olim erant non satis plane, accurate et circumscripte expressa, planiora primum effeci et pleniora, conservata tamen brevitate, quæ tali libro, ut sumtibus parcatur adeoque plurium usibus inserviat, propria esse debet. Ut deinde nonnullorum desideriis satisfacerem, quantum descriptio omnis operis pateretur, non solum vocibus nonnullis novis (v. c. Ἀηδία, Ἄμωμον, Δὰν, Διαφέρει, Κέδρος, Ὀμίχλη, Πονέω, Συναυλίζομαι) e collectionibus variarum lectionum N. T. delectis, explicatis et suis locis insertis novam hanc editionem Lexici in N. T. locupletavi, sed etiam multis in locis interpretationes aliorum novas ac probabiles notavi. Quæ porro jam in priori editione a me notata et observata erant, novis, ubi opus erat, auctoritatibus et argumentis firmavi, et notitiam librorum, in quibus de singulis vocibus ac formulis loquendi, interpreta-

tionibus etiam singulorum N. T. locorum inprimis diligenter expositum est, pleniorem suppeditavi. Denique vero etiam in id sedulo incubui, ut, qui in priorem editionem irrepserant operarum errores, tollerentur. Cujus negotii molestiam mecum in se iterum suscepit celeberrimus et doctissimus MEISNERUS, qui ita operose ac diligenter singula inspexit ac constituit, ut neminem fore arbitrer, qui et per eum huic novæ editioni multum boni accessisse, minus cognoscat et fateatur. Cæterum, uti priorem editionem hujus thesauri Græcæ linguæ N. T. viris, qui de legitima interpretatione judicare valent, non omnino displicuisse, immo fere omnium aliquem plausum tulisse, impense lætor et gratus agnosco, ita, si hæc opera mea porro pluribus, ad comparandam recte interpretandi N. T. scientiam facultatemque profuerit, vehementer gaudebo. Scripsi Vitebergæ d. IV. Dec. a. p. C. n. MDCCC.

JOH. FRIED. SCHLEUSNER.

PRÆFATIO

EDITIONIS TERTIÆ.

IN adornanda hac nova editione operis, quod benignis fere omnium judiciis exceptum esse impense lætor, mihi propositum fuit unice hoc, ut, quantum et vires meæ, et belli funestissimi, quod nunc geritur, strepitus permitterent, ad majorem perduceretur perfectionem. Quare mihi in eo maxime elaborandum esse duxi, ut partim textus ipse omnibus scripturæ mendis, quoad fieri posset, purgaretur, partim novis quanquam non adeo multis (ne moles ac pretium libri nimis augeretur) observationibus philologicis instrueretur hic thesaurus linguæ Græcæ N. T. Quod autem admodum correctus prodit hic liber, effecit maxime summa diligentia viri doctissimi ac de Græcis Latinisque literis per plures annos optime meriti, G. H. Schæferi, Professoris Lipsiensis celeberrimi, de cujus amicitia ac favore mihi ex animo gratulor. Cæterum, uti spero doctos æquosque lectores de opera mea omni liberaliter esse benigneque judicaturos, ita ut ea magna adjumenta attulerim et magistris et tironibus ad intelligendos enarrandosque libros N. T. vehementer opto. Dabam Vitebergæ Calend. Octobr. MDCCCVII.

JOH. FRIED. SCHLEUSNER.

EX PRÆFATIONE

EDITIONIS QUARTÆ.

Conjeci in hanc quartam Lexici mei in N. T. editionem, delectu tamen habito, omnia, quæ decem annorum spatio, ex quo tertia editio lucem viderat, aut data opera collegeram, aut casus, dum aliud agerem, obtulerat, et quæ communi usui subducere nolui. Ita factum est, ut iterata hæc editio non solum aucta sit sexaginta sex * novis vocibus e collectionibus variarum lectionum N. T. diligenter delectis et suis locis insertis, sed etiam pluribus singularum vocum significationibus in prioribus editionibus a me non notatis. Quæ autem jam in prioribus editionibus a me recte notata ac observata erant, novis, ubi opus erat, auctoritatibus et argumentis, speciatim ex analogia linguarum, locis parallelis, versionibus veteribus, et Lexicis Græcis nunc demum editis, v. c. Zonaræ et Photii, firmavi. Præterea notitiam librorum, in quibus de singulis vocibus ac formulis loquendi in N. T. obviis inprimis diligenter expositum est, pleniorem suppeditavi. Haud raro quoque interpretationes singulorum locorum N. T. novas quidem, sed admodum probabiles, notavi et addidi, de quibus ac reliquis, quæ huic editioni accesserunt, ut nunc brevitati studeam, alio tempore et loco uberius a me exponetur. Nonnunquam etiam retractavi et correxi in prioribus editionibus non satis subtiliter definita, et ordinem nonnullorum articulorum casu corruptum iterum restitui. Ut autem hæc nova editio ad majorem perduceretur perfectionem, effecit inprimis otium illud mihi per plures annos a Deo factum, quod totum fere in parando et conscribendo Novo Thesauro Philologico-Critico in LXX et alios Interpretes ac Scriptores Apocryphos V. T. consumsi, et e quo (nunc bono cum Deo absoluto, et propediem in lucem emittendo) omnia fere, quæ interpretationi N. T. novam lucem fœnerare poterant, nec a Bielio aliisque notata fuerant, in hanc editionem transferre placuit. In his omnibus autem additamentis summæ brevitati studendum arbitratus sum, ne libri moles pretiumque nimis excresceret, unde factum est, ut magnitudo voluminum pauciora additamenta, quam revera continent, polliceatur, quanquam nec hoc lectorum acumen fugere potest, numero versuum in singulis hujus editionis paginis ab eo, quem priores habent, diverso, ac ipsa literarum adhibitarum forma parsimoniæ leges magis esse observatas. Quod autem ad externam hujus editionis formam attinet, nec diligentem vitiorum typographicorum correctionem, quam doctissimo et amicissimo Schæfero debémus, nec typorum elegantiam, nec chartæ candorem, (inprimis si pretii, quo venditur hoc opus, mediocritatem reputaverint) lectores æqui desiderabunt. Dabam Vitebergæ Calend. Octobr. MDCCCXVIII.

JOH. FRIED. SCHLEUSNER.

* Ἀγαθουργέω, Αἰτιάομαι, Ἀνάγαιον, Ἀναπράσσω, Ἀντιπέρα, Ἀρνί, Ἀφθορία, Βαλλάντιον, Βελίαρ, Βελόνη, Γαββαθᾶ, Γένημα, Γερασηνὸς, Διαρθρόω, Διαυγὴς, Διόρθωμα, Δυνατέω, Δυσφημέω, Ἐκλίγω, Ἐκπερισσῶς, Ἐνδιδύσκω, Ἔννυχα, Εὐθύμως, Εὐρυκλύδων, Ζωογονέω, Ἧμι, Ἱερόθυτος, Καναναῖος, Καταβαρύνω, Καταδίκη, Καφαρναούμ, Κημόω, Κολάσσαι, Κολοσσαεὺς, Κρύπτη, Κρύπτω, Κρυφαῖος, Μαγαδὰν, Μισίας, Μεταξυσάββατον, Μογγιλάλος, Νικόπολις, Νοσσὸς, Οἰκιακὸς, Οἰκοδόμος, Οἰκουργὸς, Ὁμείρομαι, Παραβολεύομαι, Παρεδρεύω, Παρίστημι, Πειθὼ, Πολυεύσπλαγχνος, Πραϋπάθεια, Προεπαγγέλλομαι, Προπάτωρ, Πρωϊνὸς, Σαλὴμ, Σιδώνιος, Σιτίον, Συμμορφίζω, Συμπίπτω, Συναλλάω, Συνῳδία, Συροφοινίκισσα, Ὑποπιέζω, Χξς'.

NOTITIA LITERARIA

LEXICORUM N. T. GRÆCI.*

JOH. LITHOCOMI Lexicon Novi Testamenti et ex parte Veteris. Colon. 1552. 8.

ELIÆ HUTTERI Dictionarium Biblicum Græcum. Norib. 1598. 4.

EILHARDI LUBINI Clavis N. T. seu breve omnium dictionum, quibus conscriptum est, Lexicon. Rostoch. 1614. 4.

MATTH. MARTINI Epitome Lexici et Etymologici Græci. Brem. 1616. 8.

Ejusdem Cadmus Græco-Phœnix i. e. Etymologicum vocum Græcarum V. et N. T. ib. 1631. 8.

LUDOV. LUCII Dictionarium N. T. Græco-Latinum. Basil. 1640. 8.

MART. PETR. CHEITOMÆI Græco-barbara N. T. quæ Orienti originem debent. Amst. 1640. 12.

Critica Sacra or Philologicall and Theologicall Observations upon all the Greek words of the New Testament, in order alphabeticall. By EDWARD LEIGH. The third Edition corrected. Lond. 1650. fol. Eadem s. tit. ED. LEIGH Critica Sacra, i. e. Observationes philologico-theologicæ in omnes voces Græcas N. T. juxta ordinem alphabeticum. Ed. quinta. Gothæ 1706. 4.

Onomasticum N. T. mnemoniacum. Giess. 1653. 8.

JEREM. FELBINGERI Lexicon Græco-Germanicum super N. T. 1657. 12.

GERH. MAIERI dispositio methodica Græcorum N. T. vocabulorum. Francof. 1668. 12.

GEORG. CRAUSERI Phosphorus Græcarum vocum et phrasium N. T. theoretico-practicus: i. e. Observationes philologico-theologicæ theoriæ et praxi sacræ inservientes, ex præcipuis Philologis et Theologis, nec non variis Lexicis, Commentariis, Annotationibus, Scholiastis, Hypomnematibus præcipue collatæ. Rudolphstad. 1664. 8. Francof. et Lips. 1676. 4.

JOH. CONR. DIETERICI Antiquitates N. T. seu Lexicon philolog. theol. Græco-Latinum. Francof. 1671. fol. Idem sub h. tit. Novi Testamenti illustramentum, sive Lexicon philol. theol. Græco-Latinum. P. 1 et 2. Francof. ad Mœn. 1680. fol.

ANDR. REYERI Vocabularium s. Lexicon Græco-Latinum et Latino-Græcum, in quo omnia N. T. Græca vocabula recensentur. Goth. 1672. 8.

JOH. LEUSDENII N. T. clavis Græca cum Annotationibus philologicis. Ultraj. 1672. 4.

ADR. COCQUII Observationes critico-sacræ in sacrum N. T. codicem, quæ agunt de philosophia et doctrina morum, ubi præter etyma et significationes verborum Græcorum, hominis beatitudo, affectus, virtutes et vitia ex Sacris literis eruta philologice et practice eruuntur. Lugd. Bat. 1678. 4.

EBERH. VAN DER HOOGHT Lexicon N. T. Græco-Latino-Belgicum. Amst. 1690. 8.

CORN. SCHREVELII Lexicon manuale N. T. Græco-Latinum et Latino-Græcum. Amst. 1700. 8.

NICOL. DE MORTIER Etymologiæ Sacræ Græco-Latinæ. Rom. 1703. fol.

PETRI SIGISM. PAPENII Lexicon onomato-phraseologicum in Codicem Sacrum N. T. Lips. 1718. 4.

PETRI MINTERTI Lexicon Græco-Latinum in N. T. c. I. GEORGII PRITII. Francof. ad M. 1728. 4. 2 Voll.

PETRI BRINCHII Philologia Sacra V. et N. T. c. præf. JOH. PETRI ANCHERSEN. Havn. 1734. 8.

JOH. CONR. SCHWARZII Commentarii Critici et Philologici linguæ Græcæ N. T. Lips. 1736. 4.

MART. CASP. WOLFBURGII Observationes Sacræ in N. T. s. Annotationes theologico-criticæ in voces pleraque N. T. ordine alphabetico et dicta præcipua tam V. quam N. T. Hafn. 1738. 4.

N. T. Glossarium Græco-Latinum. Sive Sylloges vocum N. F. olim editæ a JOH. CASP. SUICERO nova recensio, cura JOH. CASP. HAGENBUCHII. Tigur. 1744. 8.

CHR. SCHŒTTGENII Novum Lexicon Græco-Latinum in N. T. Lips. 1746. 8. — Idem recensuit, quam plurimis locorum interpretationibus auxit, et variis observationibus philologicis locupletavit JOH. TOB. KREBSIUS. ibid. 1765. 8. — Idem post I. T. KREBSIUM recensuit et variis Observationibus Philologicis et Criticis locupletavit GOTTL. LEBR. SPOHN. Lips. 1790. 8.

(C. J. G. HEYMANN Lanx satura Observationum in N. T. e Græcis V. T. interpretationibus ad Lexicon Schœttgenio-Krebsianum accommodatarum. Dresd. 1780. 4. — J. C. GOTTLEBERI, Animadversiones ad SCHŒTTGENII Lexicon N. T. Spec. 1 et 2. Annab. 1771. 4. Ejusdem Scholia ad idem Lexicon. Misen. 1775. 4.)

CHRIST. STOCKII Clavis linguæ sanctæ N. T. Quintum edita cura J. F. FISCHERI. Lips. 1752. 8. Editio prima Jenæ 1726.

Proeve van een Oordeelkundig Woordenboek over de Heilige Boeken des Nieuwen Verbonds. Door ELIAS PALAIRET. Te Leiden 1754. 8.

JOH. SIMONIS Lexicon manuale Græcum N. T. Hal. 1766. 8.

GEORGII PASORIS Lexicon manuale N. T. c. anim. JOH. FRIED. FISCHERI. Lips. 1774. 8. — (Emendationes quædam Lexici Græco-Latini, quod primum G. PASOR in N. T. conscripsit, ediditque, et dein post anonymum aliquem SCHŒTTGENIUS e V. T. Græcis interpretibus et libris Apocryphis auxit, adornatæ a BRANDANO ANDREA HUGONE. Brunsv. 1737. 8.)

FRID. BENJ. GAUTZSCHII Specimen Exercitationum Grammaticarum ad illustrandum N. T. e versione LXX Interpp. Brem. 1778. 8. Ejusd. Spec. II. Francof. et Lips. 1786. 8.

JOH. GUSTAV. HERRMANN Griechisch-Teutsches Wörterbuch des N. T. Frankf. an d. Oder 1781. 8.

CARL FRIEDR. BAHRDT Griechisch-Teutsches Lexicon über das N. T. Berlin 1786. 8.

G. HESSELINK Uitlegkundig Woordenboek ter opheldering van de Schriften des N. T. Amsteld. 1790. Tweede druk. 1803. 8.

EUCHAR. OERTEL Griechisch-Teutsches Wörterbuch des N. T. Götting. 1799. 8.

His addatur H. PLANCKII Commentatio de vera natura atque indole orationis Græcæ N. T. Gœtt. 1806. 8. et

Animadversionum de usu verborum cum præpositionibus compositorum in N. T. Specim. I. Præs. JOH. VAN VOORST propositum a GUIL. VAN DER LEEUW. Lugd. Bat. 1818. 8.

* De quorum vitiis *Prolusiones J. F. Fischeri separatim antea, nunc conjunctim editæ, multis partibus auctæ, multisque in locis emendatæ* prodierunt Lips. 1791. 8.

LEXICON GRÆCUM

NOVI TESTAMENTI.

A ut א Hebræorum, quia est prima alphabeti Græci littera, per Metonymiam et de rebus et de personis usurpatur, ita, ut, *quidquid est primum,* sive tempore sive dignitate, adeoque interdum principem, id quod summum est et eximium in suo genere (cf. Buxtorf. Lex. Talmud. p. 106.) significet; prout ex adverso ω, *quod est ultimum,* notat. Hinc Apoc. I. 8. et 11. ubi Christus se τὸ Α καὶ τὸ Ω professus fuerat, id in priori loco verbis ἀρχὴ καὶ τέλος, in posteriori per ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ipse explicat. Unde alii æternam Christi divinitatem describi statuerunt; ut inter veteres jam Arethas Cæsariensis in Apoc. p. 888. Origenes et alii, quippe loco Iesaiæ XLIV. 6. (ante me non fuit alius Deus, nec post me erit ullus) potissimum commoti, quos et plerique nostræ ecclesiæ interpretes (v. c. Eichhorn in Com. ad h. l.) secuti sunt. Simili modo apud Gregor. Abulpharagium in Histor. Dynast. statim ab initio *Deus* dicitur *primus sine initio* et *ultimus sine fine.* Alii diversam ab hac opinionem amplexi, hoc indicari censuerunt: Christum, a Deo constitutum dominum ecclesiæ suæ, esse auctorem et manere perpetuam felicitatis cultorum suorum causam. Alii denique interpretari malunt: unicus in suo genere, qui similem non habet. Aliam explicationem dedi infra s. v. ἔσχατος et πρῶτος. Conf. C. G. Offerhausii Disquis. philol. de Alpha Apocalyptico in Miscell. Duisburg. T. I. p. 181. et Joh. Amuel. Diatr. philol. *qua τὸ α et ω appellatio Christi in Apocalypsi exponitur.* Ups. 1755. 4. Quibus addenda est Joh. Nicolai Disquis. *de Mose Alpha dicto.* Lugd. Bat. 1703. 8.

'ΑΑΡΩ'Ν, *Aaron.* Nomen proprium indeclinabile, origine Hebræum (אַהֲרוֹן), primi pontificis summi Israëlitarum. Fuit filius Amrami et Jocebedæ, Exod. VI. 20. frater Mosis, ejusque interpres in proponendis Dei mandatis, Exod. VII. 1. Luc. I. 5. ἐκ τῶν θυγατέρων 'Ααρὼν e familia Aaronitica oriunda. Hebr. VII. 11. κατὰ τὴν τάξιν 'Ααρὼν Aaroni similis. Ibid. IX. 4. ἡ ῥάβδος 'Ααρὼν virga Aaronis frondescens. In Gloss. Alberti p. 33. per ὄρος δυνάμεως explicatur, et derivatur ab הַר *mons,* et און *robur,* quod Alexandrini interpretes vertunt per δύναμις Job. XL. 11. Idem tradit Scholion vetus Græcum ad Psalm. XCIX. 6. editionis Bosianæ.

'ΑΒΑΔΔΩ'Ν. Vox Hebraica (אֲבַדּוֹן), quæ proprie *perniciem, vastationem, interitum, perditionem, mortem,* notat, et ab Alexandr. Job. XXVIII. 22. per ἀπώλεια redditur; deinde de *sepulcro, inferno, loco in quo esse et versari manes Judæi opinabantur,* usurpatur, et cum שְׁאוֹל, Prov. XV. 11. interdum etiam cum קֶבֶר et מָוֶת (Psalm. LXXVIII. 12. et Job. XXVIII. 22.) conjungitur. Cf. Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 1115. qui Hebræos *conclavium inferni infimum Abaddon* vocare observavit. Sed Apoc. IX. 11. ita vocatur ὁ ἄγγελος τῆς ἀβύσσου *rex Tartari,* ut adeo ibi, abstracto posito pro concreto, *angelus, per quem Deus judicia sua in impios exsequebatur* ex opinione Judæorum, *dæmon mortis minister,* der todesengel, *the angel of death,* (qui a Judæis מַלְאַךְ הַחַבָּלָה, etiam מַלְאַךְ הַמָּוֶת vocatur) necessario intelligendus sit; quod idem verba explicationis causa ibi subjecta postulant: ὄνομα αὐτῷ 'Εβραϊστὶ 'Αβαδδὼν, καὶ ἐν τῇ 'Ελληνικῇ ὄνομα ἔχει 'Απολλύων. Vulgatus, addens de suo: *Latine nomen habet exterminans,* sine dubio vocem 'Ασμοδαῖος, Tob. III. 8. respexit, quam Bielius in Thesauro suo plane neglexit. Aliis in locis ὁ ὀλοθρεύων, Sapient. XVIII. 25. ὀλοθρευτής, 1 Cor. X. 10. Hebraice מַשְׁחִית Exod. XII. 23. appellatur.

'ΑΒΑΡΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, proprie dicitur, *qui non gravis est, non onerosus* (ex α priv. et βάρος *onus*). Plutarch. de Stoic. Repugn. T. X. Opp. p. 353. ed. Reisk. πῦρ ἀβαρές. Cum autem βάρος Græcis *molestia omnis, qua quis afficitur,* dicatur, ut vel ex formula sat obvia βαρέως φέρειν constat, factum est, ut ἀβαρής translate etiam de eo usurparetur, *qui alteri non molestus est et importunus, qui alios injuria afficit nulla:* uti e contrario ὁ βαρὺς et φορτικὸς, *qui alteri molestiam quocunque modo creat,* v. c. Josepho A. J. VI. 13. 10. dicitur. Nuspiam hac voce Græci V. T. interpretes usi sunt, et semel tantum in N. T. reperitur, 2 Cor. XI. 9. καὶ ἐν παντὶ ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα nullo unquam tempore causam vobis præbui sumtuum et impensarum faciendarum. Theophyl. ad. h. l. δείκνυσιν, ὅτι καὶ βάρος ἡγοῦντο τὰς τροφὰς αὐτῷ χορηγεῖν. Vide, quæ post Wesselingium de Judæorum Archontibus p. 15. Krebsius collegit in Observatt. Flav. p. 313. et quæ

infra sub βάρος et ἐπιβαρέω a me dicentur. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 1. ἀβαρὴς, *non gravis*.

'ΑΒΒΑ˜, *pater*. Nomen indeclinabile originis quidem Hebraicæ (אָב), sed formæ Chaldaicæ (אַבָּא) et Syr. (ܐܰܒܳܐ), addita littera א, quam quidam pro suffixo primæ personæ haud incommode habuerunt, quod minus usitate cesserit in locum י, ut idem sit ac *mi pater:* deductum haud dubie a radice אָבָה, *velle, bene velle, delectari aliquo*, ut adeo pater apud Hebræos a voluntate propensa in liberos sit denominatus. Temere Augustinus Ep. 178. vocem ἀββᾶ pro Græco vocabulo habuit. Ter tantum reperitur in N. T. libris: Marc. XIV. 36. Rom. VIII. 15. Gal. IV. 6. additis semper explicationis causa verbis ὁ πατὴρ, omissa tamen formula ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, quæ alias additur, ut Joh. I. 42. Cæterum ea bene conferri posse Alberti videtur cum Græco Ἄππας et Ἄππα, quod habet Callim. Hymn. in Dian. v. 6. ubi vide Spanhemium. Multa enim vocabula e LL. OO. successu temporis in linguam Græcam translata esse, satis constat. Phavor. 'Αββᾶ· ὁ πατὴρ παρ' 'Εβραίοις. Glossar. Gr. Alberti in N. T. p. 28. ἀββᾶ, πατὴρ ἢ πατρός.

Ἄ'ΒΕΛ *Abel*. Nomen proprium indeclinabile, filii Adami, natu secundi, origine Hebræum, הֶבֶל, Genes. IV. 2, 4. quod alii idem cum subst. הֶבֶל, *vanitas, res nullius pretii*, esse voluerunt; alii vero rectius, ut equidem opinor, ab אָבַל, *luxit, doluit, lamentatus est*, cum Josepho A. J. I. 2. 1. (Ἄβελος — σημαίνει δὲ πένθος τοῦτο.) Eusebio Præp. Evang. XI. 6. et Philone deduxerunt, ut adeo eum demum post mortem cruentam nomen illud accepisse statuendum sit. Hesychius et ex eo Phavorinus: Ἄβελ· πένθος. Matth. XXIII. 35. ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου inde ab injusta Abelis cæde. Hebr. XI. 4. XII. 24. ubi tamen loco impressi παρὰ τὸν Ἄβελ, legendum erit παρὰ τὸ Ἄβελ, subintellecto αἷμα.

'ΑΒΙΑ', ὁ, *Abia*. Nomen viri indeclinabile אֲבִיָּה, ex אָבִי, *pater meus*, et יָהּ, *Deus;* unde in Alberti Gloss. N. T. p. 33. explicatur verbis πατήρ μου κύριος. Duo hujus nominis viri in N. T. memorantur. Alter, cujus nomen in genealogia apud Matth. I. 7. recensetur, fuit quartus rex Judæorum, rex Judæ, filius Rehabeami, Salomonis nepos, ex Maacha filia, 1 Regg. XIV. 30. qui interdum etiam אֲבִיָּם vocatur. Alter vero, qui Luc. I. 5. commemoratur, sacerdos fuit ex Aaronis posteris primarius sacerdotalis familiæ, a quo denominata est *classis Abia*, sacerdotibus in 24 classes a Davide distributis, octavum locum sortita, (1 Chron. XXIV. 10.) ex qua fuit Zacharias, Johannis Baptistæ pater.

'ΑΒΙΑ'ΘΑΡ, ὁ, *Abiathar*. Nomen viri indeclinabile origine Hebraicum, אֶבְיָתָר, quod alii *patrem excellentem*, alii *patrem residui*, (h. e. cujus pater superstes manserit, matre nempe in partu exstincta,) interpretantur. Conf. Simonis Onom. V. T. p. 452. Fuit summus sacerdos haud ignobilis Judæorum, memoratus 1 Sam. XXII. 21. qui Saulo occiso, et Davide ad regnum evecto, successit parenti Achimelecho, cum omnibus in oppido Nobe sacerdotibus deleto, pontificatumque quadraginta fere annos tenuit; fidus præterea Davidis socius et exilii et omnium calamitatum. Semel commemoratur in N. T. Marc. II. 26. ἐπὶ 'Αβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως tempore Abiathar summi sacerdotis. Vulgo quidem male redditur, *sub pontificatu Abiathari:* sed tunc scribendum fuisset Marco: ἐπ' ἀρχιερέως 'Αβιάθαρ, ut jam bene Wetstenius ad h. l. observavit. Vide etiam Macknighti Comment. Harmon. in IV Evangelia T. II. pag. 392. ed. Ruckersfelder. et Possini Spicileg. Evangel. § 2.

'ΑΒΙΛΗΝΗ', ῆς, ἡ, subintelligitur χώρα, *Abilene*. Nomen regionis Decapolitanæ in Syria, inter Libanum et Hermonem versus Phœniciam sitæ, cui præerat Lysanias a Romanis constitutus; unde urbs *Abela* ad Libanum sita (plures enim hujus nominis urbes fuisse constat), quæ regioni nomen dedisse videtur, a Ptolemæo ἄβιλα Λυσανίου appellatur. Luc. III. 1. Λυσανίου τῆς 'Αβιληνῆς τετραρχοῦντος eo tempore, quo Lysanias tetrarcha Abilenæ erat. Conf. præter Relandi Palæstinam p. 528. Cellarii Notit. Orb. Antiq. T. II. p. 441.

'ΑΒΙΟΥ'Δ, ὁ, *Abiud*. Nomen viri ἄκλιτον, Hebr. אֲבִיהוּד, h. e. *patris decus* s. *gloria*. Fuit filius Sorobabelis, teste Matth. I. 13. omissus sine dubio in historia genealogica 1 Chron. III. 19. quia in privata et humili conditione vixit.

'ΑΒΡΑΑ'Μ, ὁ, *Abraham*. Nomen proprium sæpius in N. T. obvium patriarchæ, filii Tharachi, Hebraice אַבְרָהָם, quod ex etymologia *patrem numerosæ sobolis* significat, ut etiam explicatur Genes. XVII. 5. et quod nactus est ille post fœdus cum Deo initum, ante quod vocabatur 'Αβράμ אַבְרָם h. e. *pater excelsus*. Conf. Ikenii Diss. Philol. Theol. T. I. p. 15. seq. Phavor. 'Αβραάμ· ὄνομα κύριον, ὁ πρῶτος ἐν πατριάρχαις· — καὶ 'Αβραάμ· πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν. Ἄβραμ· περάτης ἢ πατὴρ μετέωρος. Quanta ejus fuerit apud Judæos auctoritas, et quantopere Judæi de genere, quod ab eo ducebant, gloriati fuerint, partim e N. T. libris, partim e locis, a Wetstenio (N. T. T. I. pag. 264.) laudatis, luculenter apparet. 'Αβραάμ pro *Jacobo*, nepote ipsius, positum Act. VII. 16. coll. Genes. XXXIII. 19. de quo loquendi usu conf. Fesselii Advers. Sacra T. II. p. 374. Vide etiam infra sub κόλπος.

Ἄ'ΒΥΣΣΟΣ, ου, ὁ, ἡ, adjectivum, ejusdem cum ἄβυθος significationis, *fundo carens, qui est sine fundo*, ex α priv. et βυσσὸς, Ionice pro βυθὸς, fundus. Lucian. Ver. Hist. II. p. 688. τὸ δ' ἦν πέλαγος ἄβυσσον. Deuter. XXXIII. 13. ἀβύσσου πηγαὶ κάτωθεν. In N. T. libris semper ἡ ἄβυσσος occurrit, omisso substantivo χώρα, in universum *immensæ profunditatis voraginem* (nam in vers. Alex. Genes. I. 2. τῷ תְהוֹם respondet,) denotans; ita tamen, ut partim de *inferno, loco subterraneo, qui mortuorum sedes habebatur*, usurpetur, v. c. Rom. X. 7. τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; quis ad inferos descendet? (ubi Syrus bene sensum expressit verbis: ܠܫܝܘܠ ܢܚܬ, coll. Deut. XXX. 12. et Lowth. de Poësi Sacra Hebr. p. 200. ed. Michaëlis.) partim dicatur de *Tartaris, carcere et loco sceleratorum, in quo dæmones mali æque ac homines impii variis cruciatibus affici credebantur*, quem et Euripides in Phœnissis v. 1632. ταρτάρου ἄβυσσα χάσματα vocat. Luc. VIII. 31. εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν ne in Tartara abire cogerentur. Apoc. IX. 1, 2. φρέαρ τῆς ἀβύσσου profundissima Tartara: (aut, secundum aliorum interpretationem: puteus profundus.) Ibid. v. 11. ἄγγελος ἀβύσσου rex Tartari; Ibid. XI. 7.

XVII. 8. XX. 1 et 3. Cf. Suiceri Thes. Eccles. sub h. v. Hesych. ἄβυσσος· πέρας οὐκ ἔχον, ὕδατα ἄπειρα. Suidas: ἄβυσσος· ὑδάτων πλῆθος πολύ.

ἌΓΑΒΟΣ, ου, ὁ, *Agabus*. Propheta fuit temporibus apostolorum, qui prædixit famem per totam Judæam sub Claudio Cæsare futuram, Act. XI. 28. et Paulum Hierosolymis in vincula conjectum iri, Act. XXI. 10. De ipsius nominis notione conf. Drusium in Obss. ad priorem locum, T. IV. Critt. Anglic. p. 2266. qui ab Hebræo חָגָב, *locusta* derivandum esse arbitratur. Alii contra cum Grotio, Witsio et Wolfio ex verbo עָגַב, *amavit* hoc nomen proprium formatum esse opinantur, ita, ut *dilectum* proprie significet.

ἈΓΑΘΟΕΡΓΈΩ, *beneficum me erga alios exhibeo, benefacio*: 1 Tim. VI. 18. ἀγαθοεργεῖν ut benefici sint erga pauperes. Eodem sensu ἀγαθουργέω in Scriptt. Eccles. usurpatur, teste Suicero Thes. Eccles. T. I. p. 15. Omissa est hæc vox in Stephani Thesauro L. Gr. Phavor. ἀγαθουργῶ· τὸ εὐεργετῶ, καὶ ἐργάζομαι ἀγαθόν. Etym. M. ἀγαθοεργία, (Herod. III. § 160. p. 221. ed. Gronov.) ἡ ἀγαθοῦ ἔργου προθυμία.

ἈΓΑΘΟΠΟΙΈΩ, 1) *honeste et recte ago, virtutis Christianæ sum studiosus:* 1 Pet. II. 15. ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν — — — ἀγνωσίαν, ut recte agendo omnem vos calumniandi paganis adimatis occasionem; ib. v. 20. τῷ ἁμαρτάνειν opponitur: III. 6. ἀγαθοποιοῦσαι, decori studiosæ; ibid. v. 17. opponitur τῷ κακοποιεῖν. Adde 3 Joh. v. 11. 2) *bene mereor de aliquo, beneficia in aliquem confero:* Marci III. 4. ubi ἀγαθοποιῆσαι cum ψυχὴν σῶσαι permutatur. Luc. VI. 9. 33. 35. Act. XIV. 17. In vers. Alex. respondet Hebr. הֵיטִיב, Judd. XVII. 13. Soph. I. 13. 1 Macc. XI. 33. 2 Macc. I. 2. Phavor. Ἀγαθοποιέω τὸν δεῖνα, τουτέστιν εὐεργετῶ. καὶ ἀγαθοποιέω, τουτέστι ποιῶ τι ἀγαθόν.

ἈΓΑΘΟΠΟΙΐΑ, ίας, ἡ. Ἅπαξ λεγόμενον, quod male in Lexx. vulgaribus redditur *beneficentia, beneficiorum collatio*. Significat potius *honestatis et recte factorum studium*, τὴν ἀγαθοῦ ἔργου προθυμίαν, in loco 1 Pet. IV. 19. ἐν ἀγαθοποιΐᾳ nec in recte agendo defatigentur. Sic Syrus: ܒܥܒ̈ܕܐ ܫܦܝܪ̈ܐ, *in operibus bonis.*

ἈΓΑΘΟΠΟΙΌΣ, οῦ, ὁ, ἡ, apud GG. *beneficus* (Plutarch. de Isid. et Osirid. Vol. VII. Opp. p. 451. ed. Reisk.) in N. T. *recte agens, honestatis et decori studiosus:* 1 Pet. II. 14. ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν ut recte agentes præmiis afficiant. Adde Sirac. XLI. 20.

ἈΓΑΘΌΣ, ἡ, όν. De hujus vocis etymo sic Etym. M. exponit: Ἀγαθὸς παρὰ τὸ ἄγαν θέειν ἡμᾶς ἐπ' αὐτὸν ἢ ἐκ τοῦ ἀγάζω τὸ θαυμάζω. Idem fere tradit Phavorinus et Eustathius ad Iliad. A. p. 68. Dicitur autem 1) universe ἀγαθὸς, *perfectus, omnibus numeris absolutus, qui habet in se ac facit omnia, quæ habere et facere debet pro ratione nominis, officio ac lege,* ut bene exposuit Irmisch ad Herodian. I. c. 4. p. 134. et ἀγαθὸν *quicquid in suo genere præstans est et perfectum:* unde in SS. GG. animalibus (Æschin. Socr. Dial. I. 10. 12. ἵπποι καὶ κύνες ἀγαθοί) æque ac in N. T. Deo et hominibus, inanimatis adeo rebus, (Vide Perizonium ad Ælian. V. H. III. 17.) tribuitur, ad imitationem, opinor, Hebr. טוֹב, Gen. I. 31. Matth. XIX. 16. διδάσκαλε ἀγαθὲ magister *præstantissime;* ib. v. 17. οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ ὁ Θεὸς, Deus unice præstantissimus s. perfectissimus dici potest. coll. Platonis Protagor. p. 344. aut T. III. Opp. ed. Bipont. p. 156. Joh. I. 47. ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; qui potest e Nazaretha insignis doctor existere? 2 Thess. II. 16. ἐλπίδα ἀγαθὴν summam felicitatem. Tit. II. 10. Jacob. I. 17. πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον quidquid ubique boni muneris et perfecti doni est: ad quem locum vide Heisenii Novas Hypotheses ad Ep. Jacobi p. 567. Homer. Il. I. v. 271. Diog. Laërt. II. 56. IX. 28. Ælian. V. H. VII. 14. VIII. 18. Antonin. Lib. Metam, c. 14. Cf. Foësii Œconom. Hippocrat. s. h. v. Speciatim vero 2) dicitur *res, quæ est bonæ indolis,* et de *innata rerum præstantia* dicitur. Matth. VII. 17. δένδρον ἀγαθὸν, arbor bonæ indolis. Luc. VIII. 8. ἡ γῆ ἡ ἀγαθὴ ager fertilis et fœcundus. 3) *aptus, idoneus, accommodatus ad eam rem, de qua agitur.* Eph. IV. 29. λόγος ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν oratio apta ad promovendam aliorum felicitatem. Luc. VIII. 15. καρδία ἀγαθὴ animus discendi cupidus et obsequiosus. Arrianus de Venat. cap. 24. § 2. ἀγαθοὶ διώκειν. Gen. I. 4. 4) *utilis, salutaris.* Matth. VII. 11. δόματα ἀγαθὰ munera utilia. Rom. VII. 12. ἐντολὴ ἀγαθὴ interdictum, quod spectat felicitatem humanam, v. 13. τὸ ἀγαθὸν dicitur et opp. τῷ θανάτῳ, causæ miseriæ humanæ. Rom. XIII. 4. σοὶ εἰς τὸ ἀγαθὸν in tuum commodum. Hinc τὰ ἀγαθὰ *commoda, quæ sequuntur actionem aliquam.* Rom. III. 8. et *ipsa felicitas.* Rom. X. 15. ubi cum εἰρήνη permutatur. XII. 9. κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ aliorum utilitati inservite. Heb. IX. 11. X. 1. Nehem. IX. 13. מִצְוֹת טוֹבִים. Ælian. V. H. III. 17. 5) *felix, qui prospero rerum statu fruitur.* 1 Pet. III. 10. ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς ad vitam commodam adspirare: ita טוֹב, Ies. III. 10. Sirac. XLI. 16. Hinc τὰ ἀγαθὰ sunt *commoda hujus vitæ, læta tempora, prosper rerum status,* Luc. XVI. 25. Prov. XI. 10. Eurip. Phœniss. 906. Joseph. A. J. II. 3. 2. et, ut Lat. *bona, omnes facultates, opes, quæ sunt ad vitam, victum cultumque necessaria.* Luc. I. 53. πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν pauperes ditat: (Herodot. III. 185. IX. 81.) κατ' ἐξοχὴν vero *proventus agrorum, fruges* dicuntur Luc. XII. 18, 19. τὰ γεννήματα καὶ τὰ ἀγαθά μου. Eodem sensu טוֹב, Gen. XLV. 20. Suid. ἀγαθὰ ἐπὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ εὐωχίαν σιτίων καὶ ποτῶν ἐχρήσατο Ξενοφῶν τῇ λέξει. conf. Corayum ad Isocrat. T. II. p. 113. et Küsterum ad Aristoph. Acharn. 873. 6) *qui officio et muneri sibi demandato omni ex parte satisfacit,* i. q. πιστός. Luc. XIX. 17. ἀγαθὲ δοῦλε. Matth. XXV. 21, 23. δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ. Joh. VII. 12. ἀγαθὸς, quia opponitur τῷ πλανῶντι τὸν ὄχλον, verum ac divinum doctorem significat. 7) ut Lat. *bonus* (apud Tibull. II. Eleg. 4. Cic. Philipp. III. 6.) *beneficus, benevolus, benignus, liberalis.* Xen. Cyr. III. 3, 4. Philo de Cherubim, p. 113. speciatim *qui de salute publica præclare meritus est.* Orat. GG. Vol. IV. p. 173 et 174. ed. Reisk. Rom. V. 7. ὑπὲρ ἀγαθοῦ pro bene merito. V. D'Orville ad Charit. p. 722. Matth. XX. 15. εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; num mea erga alios liberalitas te ad invidiam provocat? 1 Thess. III. 6. καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, et vos mei semper cum benevolentia memores sitis: ad imitat. Heb. טוֹב, Jer. XXXIII. 11. Phavor. ὁ χωρὶς αἰτήσεως τὰ καλὰ χαριζόμενος ἀφθόνως. Hinc τὸ ἀγαθὸν notat partim *ipsam benevolentiam:* 1 Thess. V. 15. τὸ ἀγαθὸν διώκετε benevolentiæ studiosi sitis—partim *ipsum beneficium, benevolentiæ documentum:* Rom. XII. 21. νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν vincas injuriosos beneficiis. Gal. VI. 10. Phil. I. 6. Philem. v. 14. Sic τὰ ἀγαθὰ apud Siracid. XII. 1. XVIII. 15.

infra sub *βάρος* et *ἐπιβαρέω* a me dicentur. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 1. *ἀβαρὴς, non gravis.*

'ΑΒΒΑ͂, *pater.* Nomen indeclinabile originis quidem Hebraicæ (אָב), sed formæ Chaldaicæ (אַבָּא) et Syr. (ܐܒܐ), addita littera א, quam quidam pro suffixo primæ personæ haud incommode habuerunt, quod minus usitate cesserit in locum י, ut idem sit ac *mi pater:* deductum haud dubie a radice אָבָה, *velle, bene velle, delectari aliquo,* ut adeo pater apud Hebræos a voluntate propensa in liberos sit denominatus. Temere Augustinus Ep. 178. vocem ἀββᾶ pro Græco vocabulo habuit. Ter tantum reperitur in N. T. libris: Marc. XIV. 36. Rom. VIII. 15. Gal. IV. 6. additis semper explicationis causa verbis ὁ πατὴρ, omissa tamen formula ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, quæ alias additur, ut Joh. I. 42. Cæterum ea bene conferri posse Alberti videtur cum Græco Ἄππας et Ἄππα, quod habet Callim. Hymn. in Dian. v. 6. ubi vide Spanhemium. Multa enim vocabula e LL. OO. successu temporis in linguam Græcam translata esse, satis constat. Phavor. 'Αββᾶ· ὁ πατὴρ παρ' Ἑβραίοις. Glossar. Gr. Alberti in N. T. p. 28. ἀββᾶ, πατὴρ ἢ πατρός.

'ΑΒΕΛ *Abel.* Nomen proprium indeclinabile, filii Adami, natu secundi, origine Hebræum, הֶבֶל, Genes. IV. 2, 4. quod alii idem cum subst. הֶבֶל, *vanitas, res nullius pretii,* esse voluerunt; alii vero rectius, ut equidem opinor, ab אָבַל, *luxit, doluit, lamentatus est,* cum Josepho A. J. I. 2. 1. (Ἄβελος — σημαίνει δὲ πένθος τοῦτο.) Eusebio Præp. Evang. XI. 6. et Philone deduxerunt, ut adeo eum demum post mortem cruentam nomen illud accepisse statuendum sit. Hesychius et ex eo Phavorinus: Ἄβελ· πένθος. Matth. XXIII. 35. ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου inde ab injusta Abelis cœde. Hebr. XI. 4. XII. 24. ubi tamen loco impressi παρὰ τὸν Ἄβελ, legendum erit παρὰ τὸ Ἄβελ, subintellecto αἷμα.

'ΑΒΙΑ', ὁ, *Abia.* Nomen viri indeclinabile אֲבִיָּה, ex אָבִי, *pater meus,* et יָה, *Deus;* unde in Alberti Gloss. N. T. p. 33. explicatur verbis πατήρ μου κύριος. Duo hujus nominis viri in N. T. memorantur. Alter, cujus nomen in genealogia apud Matth. I. 7. recensetur, fuit quartus rex Judæorum, rex Judæ, filius Rehabeami, Salomonis nepos, ex Maacha filia, 1 Regg. XIV. 30. qui interdum etiam אֲבִיָּם vocatur. Alter vero, qui Luc. I. 5. commemoratur, sacerdos fuit ex Aaronis posteris primarius sacerdotalis familiæ, a quo denominata est *classis Abia,* sacerdotibus in 24 classes a Davide distributis, octavum locum sortita, (1 Chron. XXIV. 10.) ex qua fuit Zacharias, Johannis Baptistæ pater.

'ΑΒΙΑ'ΘΑΡ, ὁ, *Abiathar.* Nomen viri indeclinabile origine Hebraicum, אֶבְיָתָר, quod alii *patrem excellentem,* alii *patrem residui,* (h. e. cujus pater superstes manserit, matre nempe in partu exstincta,) interpretantur. Conf. Simonis Onom. V. T. p. 452. Fuit summus sacerdos haud ignobilis Judæorum, memoratus 1 Sam. XXII. 21. qui Saulo occiso, et Davide ad regnum evecto, successit parenti Achimelecho, cum omnibus in oppido Nobe sacerdotibus deleto, pontificatumque quadraginta fere annos tenuit; fidus præterea Davidis socius et exilii et omnium calamitatum. Semel commemoratur in N. T. Marc. II. 26. ἐπὶ 'Αβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως tempore Abiathar summi sacerdotis. Vulgo quidem male redditur, *sub pontificatu Abiathari:* sed tunc scribendum fuisset Marco: ἐπ' ἀρχιερέως 'Αβιάθαρ, ut jam bene Wetstenius ad h. l. observavit. Vide etiam Macknighti Comment. Harmon. in IV Evangelia T. II. pag. 392. ed. Ruckersfelder. et Possini Spicileg. Evangel. § 2.

'ΑΒΙΛΗΝΗ', ῆς, ἡ, subintelligitur χώρα, *Abilene.* Nomen regionis Decapolitanæ in Syria, inter Libanum et Hermonem versus Phœniciam sitæ, cui præerat Lysanias a Romanis constitutus; unde urbs *Abela* ad Libanum sita (plures enim hujus nominis urbes fuisse constat), quæ regioni nomen dedisse videtur, a Ptolemæo ἄβιλα Λυσανίου appellatur. Luc. III. 1. Λυσανίου τῆς 'Αβιληνῆς τετραρχοῦντος eo tempore, quo Lysanias tetrarcha Abilenæ erat. Conf. præter Relandi Palæstinam p. 528. Cellarii Notit. Orb. Antiq. T. II. p. 441.

'ΑΒΙΟΥ'Δ, ὁ, *Abiud.* Nomen viri ἄκλιτον, Hebr. אֲבִיהוּד, h. e. *patris decus* s. *gloria.* Fuit filius Sorobabelis, teste Matth. I. 13. omissus sine dubio in historia genealogica 1 Chron. III. 19. quia in privata et humili conditione vixit.

'ΑΒΡΑΑ'Μ, ὁ, *Abraham.* Nomen proprium sæpius in N. T. obvium patriarchæ, filii Tharachi, Hebraice אַבְרָהָם, quod ex etymologia *patrem numerosæ sobolis* significat, ut etiam explicatur Genes. XVII. 5. et quod nactus est ille post fœdus cum Deo initum, ante quod vocabatur 'Αβρὰμ אַבְרָם h. e. *pater excelsus.* Conf. Ikenii Diss. Philol. Theol. T. I. p. 15. seq. Phavor. 'Αβραάμ· ὄνομα κύριον, ὁ πρῶτος ἐν πατριάρχαις· — καὶ 'Αβραάμ· πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν. Ἄβραμ· περάτης ἢ πατὴρ μετέωρος. Quanta ejus fuerit apud Judæos auctoritas, et quantopere Judæi de genere, quod ab eo ducebant, gloriati fuerint, partim e N. T. libris, partim e locis, a Wetstenio (N. T. T. I. pag. 264.) laudatis, luculenter apparet. 'Αβραὰμ pro *Jacobo,* nepote ipsius, positum Act. VII. 16. coll. Genes. XXXIII. 19. de quo loquendi usu conf. Fesselii Advers. Sacra T. II. p. 374. Vide etiam infra sub κόλπος.

ἈΒΥΣΣΟΣ, ου, ὁ, ἡ, adjectivum, ejusdem cum ἄβυθος significationis, *fundo carens, qui est sine fundo,* ex α priv. et βυσσὸς, Ionice pro βυθὸς, fundus. Lucian. Ver. Hist. II. p. 688. τὸ δ' ἦν πέλαγος ἄβυσσον. Deuter. XXXIII. 13. ἄβυσσοι πηγαὶ κάτωθεν. In N. T. libris semper ἡ ἄβυσσος occurrit, omisso substantivo χώρα, in universum *immensæ profunditatis voraginem* (nam in vers. Alex. Genes. I. 2. τῷ תְּהוֹם respondet,) denotans; ita tamen, ut partim de *inferno, loco subterraneo, qui mortuorum sedes habebatur,* usurpetur, v. c. Rom. X. 7. τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; quis ad inferos descendet? (ubi Syrus bene sensum expressit verbis: ܠܫܝܘܠ ܢܚܘܬ, coll. Deut. XXX. 12. et Lowth. de Poësi Sacra Hebr. p. 200. ed. Michaëlis.) partim dicatur de *Tartaris, carcere et loco sceleratorum, in quo dæmones mali æque ac homines impii variis cruciatibus affici credebantur,* quem et Euripides in Phœnissis v. 1632. ταρτάρου ἄβυσσα χάσματα vocat. Luc. VIII. 31. εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν ne in Tartara abire cogerentur. Apoc. IX. 1, 2. φρέαρ τῆς ἀβύσσου profundissima Tartara: (aut, secundum aliorum interpretationem: puteus profundus.) Ibid. v. 11. ἄγγελος ἀβύσσου rex Tartari; Ibid. XI. 7.

XVII. 8. XX. 1 et 3. Cf. Suiceri Thes. Eccles. sub h. v. Hesych. ἄβυσσος· πέρας οὐκ ἔχον, ὕδατα ἄπειρα. Suidas: ἄβυσσος· ὑδάτων πλῆθος πολύ.

'ΑΓΑΒΟΣ, ου, ὁ, *Agabus*. Propheta fuit temporibus apostolorum, qui prædixit famem per totam Judæam sub Claudio Cæsare futuram, Act. XI. 28. et Paulum Hierosolymis in vincula conjectum iri, Act. XXI. 10. De ipsius nominis notione conf. Drusium in Obss. ad priorem locum, T. IV. Critt. Anglic. p. 2266. qui ab Hebræo חָגָב, *locusta* derivandum esse arbitratur. Alii contra cum Grotio, Witsio et Wolfio ex verbo עָגַב, *amavit* hoc nomen proprium formatum esse opinantur, ita, ut *dilectum* proprie significet.

'ΑΓΑΘΟΕΡΓΕ'Ω, *beneficum me erga alios exhibeo, benefacio*: 1 Tim. VI. 18. ἀγαθοεργεῖν ut benefici sint erga pauperes. Eodem sensu ἀγαθουργέω in Scriptt. Eccles. usurpatur, teste Suicero Thes. Eccles. T. I. p. 15. Omissa est hæc vox in Stephani Thesauro L. Gr. Phavor. ἀγαθουργῶ· τὸ εὐεργετῶ, καὶ ἐργάζομαι ἀγαθόν. Etym. M. ἀγαθοεργία, (Herod. III. § 160. p. 221. ed. Gronov.) ἡ ἀγαθοῦ ἔργου προθυμία.

'ΑΓΑΘΟΠΟΙΕ'Ω, 1) *honeste et recte ago, virtutis Christianæ sum studiosus*: 1 Pet. II. 15. ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν — — — ἀγνωσίαν, ut recte agendo omnem vos calumniandi paganis adimatis occasionem; ib. v. 20. τῷ ἁμαρτάνειν opponitur: III. 6. ἀγαθοποιοῦσαι, decori studiosæ; ibid. v. 17. opponitur τῷ κακοποιεῖν. Adde 3 Joh. v. 11. 2) *bene mereor de aliquo, beneficia in aliquem confero*: Marci III. 4. ubi ἀγαθοποιῆσαι cum ψυχὴν σῶσαι permutatur. Luc. VI. 9. 33. 35. Act. XIV. 17. In vers. Alex. respondet Hebr. הֵיטִיב, Judd. XVII. 13. Soph. I. 13. 1 Macc. XI. 33. 2 Macc. I. 2. Phavor. 'Αγαθοποιέω τὸν δεῖνα, τουτέστιν εὐεργετῶ. καὶ ἀγαθοποιέω, τουτέστι ποιῶ τι ἀγαθόν.

'ΑΓΑΘΟΠΟΙΙ'Α, ίας, ἡ. Ἅπαξ λεγόμενον, quod male in Lexx. vulgaribus redditur *beneficentia, beneficiorum collatio*. Significat potius *honestatis et recte factorum studium*, τὴν ἀγαθοῦ ἔργου προθυμίαν, in loco 1 Pet. IV. 19. ἐν ἀγαθοποιΐᾳ nec in recte agendo defatigentur. Sic Syrus: ܒܥܒ̈ܕܐ ܛܒ̈ܐ, *in operibus bonis*.

'ΑΓΑΘΟΠΟΙΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, apud GG. *beneficus* (Plutarch. de Isid. et Osirid. Vol. VII. Opp. p. 451. ed. Reisk.) in N. T. *recte agens, honestatis et decori studiosus*: 1 Pet. II. 14. ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν ut recte agentes præmiis afficiant. Adde Sirac. XLI. 20.

'ΑΓΑΘΟ'Σ, ἡ, όν. De hujus vocis etymo sic Etym. M. exponit: 'Αγαθὸς παρὰ τὸ ἄγαν θέειν ἡμᾶς ἐπ' αὐτὸν ἢ ἐκ τοῦ ἀγάζω τὸ θαυμάζω. Idem fere tradit Phavorinus et Eustathius ad Iliad. A. p. 68. Dicitur autem 1) universe ἀγαθὸς, *perfectus, omnibus numeris absolutus, qui habet in se ac facit omnia, quæ habere et facere debet pro ratione nominis, officio ac lege*, ut bene exposuit Irmisch ad Herodian. I. c. 4. p. 134. et ἀγαθὸν *quicquid in suo genere præstans est et perfectum*: unde in SS. GG. animalibus (Æschin. Socr. Dial. I. 10. 12. ἵπποι καὶ κύνες ἀγαθοί) æque ac in N. T. Deo et hominibus, inanimatis adeo rebus, (Vide Perizonium ad Ælian. V. H. III. 17.) tribuitur, ad imitationem, opinor, Hebr. טוֹב, Gen. I. 31. Matth. XIX. 16. διδάσκαλε ἀγαθὲ magister *præstantissime*; ib. v. 17. οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ ὁ Θεὸς, Deus unice præstantissimus s. perfectissimus dici potest. coll. Platonis Protagor. p. 344. aut T. III. Opp. ed. Bipont. p. 156. Joh. I. 47. ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; qui potest e Nazaretha insignis doctor existere? 2 Thess. II. 16. ἐλπίδα ἀγαθὴν summam felicitatem. Tit. II. 10. Jacob. I. 17. πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον quidquid ubique boni muneris et perfecti doni est: ad quem locum vide Heisenii Novas Hypotheses ad Ep. Jacobi p. 567. Homer. Il. I. v. 271. Diog. Laërt. II. 56. IX. 28. Ælian. V. H. VII. 14. VIII. 18. Antonin. Lib. Metam, c. 14. Cf. Foësii Œconom. Hippocrat. s. h. v. Speciatim vero 2) dicitur *res, quæ est bonæ indolis*, et de *innata rerum præstantia* dicitur. Matth. VII. 17. δένδρον ἀγαθὸν, arbor bonæ indolis. Luc. VIII. 8. ἡ γῆ ἡ ἀγαθὴ ager fertilis et fœcundus. 3) *aptus, idoneus, accommodatus ad eam rem, de qua agitur*. Eph. IV. 29. λόγος ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν oratio apta ad promovendam aliorum felicitatem. Luc. VIII. 15. καρδία ἀγαθὴ animus discendi cupidus et obsequiosus. Arrianus de Venat. cap. 24. § 2. ἀγαθοὶ διώκειν. Gen. I. 4. 4) *utilis, salutaris*. Matth. VII. 11. δόματα ἀγαθὰ munera utilia. Rom. VII. 12. ἐντολὴ ἀγαθὴ interdictum, quod spectat felicitatem humanam, v. 13. τὸ ἀγαθὸν dicitur et opp. τῷ θανάτῳ, causæ miseriæ humanæ. Rom. XIII. 4. σοὶ εἰς τὸ ἀγαθὸν in tuum commodum. Hinc τὰ ἀγαθὰ *commoda, quæ sequuntur actionem aliquam*. Rom. III. 8. et *ipsa felicitas*. Rom. X. 15. ubi cum εἰρήνη permutatur. XII. 9. κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ aliorum utilitati inservite. Heb. IX. 11. X. 1. Nehem. IX. 13. מִצְוֹת טוֹבִים. Ælian. V. H. III. 17.

5) *felix, qui prospero rerum statu fruitur*. 1 Pet. III. 10. ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς ad vitam commodam adspirare: ita טוֹב, Ies. III. 10. Sirac. XLI. 16. Hinc τὰ ἀγαθὰ sunt *commoda hujus vitæ, læta tempora, prosper rerum status*, Luc. XVI. 25. Prov. XI. 10. Eurip. Phœniss. 906. Joseph. A. J. II. 3. 2. et, ut Lat. *bona, omnes facultates, opes, quæ sunt ad vitam, victum cultumque necessaria*. Luc. I. 53. πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν pauperes ditat: (Herodot. III. 135. IX. 81.) κατ' ἐξοχὴν vero *proventus agrorum, fruges* dicuntur Luc. XII. 18, 19. τὰ γεννήματα καὶ τὰ ἀγαθά μου. Eodem sensu טוֹב, Gen. XLV. 20. Suid. ἀγαθὰ ἐπὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ εὐωχίαν σιτίων καὶ ποτῶν ἐχρήσατο Ξενοφῶν τῇ λέξει. conf. Corayum ad Isocrat. T. II. p. 113. et Küsterum ad Aristoph. Acharn. 873. 6) *qui officio et muneri sibi demandato omni ex parte satisfacit*, i. q. πιστός. Luc. XIX. 17. ἀγαθὲ δοῦλε. Matth. XXV. 21, 23. δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ. Joh. VII. 12. ἀγαθὸς, quia opponitur τῷ πλανῶντι τὸν ὄχλον, verum ac divinum doctorem significat. 7) ut Lat. *bonus* (apud Tibull. II. Eleg. 4. Cic. Philipp. III. 6.) *beneficus, benevolus, benignus, liberalis*. Xen. Cyr. III. 3, 4. Philo de Cherubim, p. 113. speciatim *qui de salute publica præclare meritus est*. Orat. GG. Vol. IV. p. 173 et 174. ed. Reisk. Rom. V. 7. ὑπὲρ ἀγαθοῦ pro bene merito. V. D'Orville ad Charit. p. 722. Matth. XX. 15. εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; num mea erga alios liberalitas te ad invidiam provocat? 1 Thess. III. 6. καὶ ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε, et vos mei semper cum benevolentia memores sitis: ad imitat. Heb. טוֹב, Jer. XXXIII. 11. Phavor. ὁ χωρὶς αἰτήσεως τὰ καλὰ χαριζόμενος ἀφθόνως. Hinc τὸ ἀγαθὸν notat partim *ipsam benevolentiam*: 1 Thess. V. 15. τὸ ἀγαθὸν διώκετε benevolentiæ studiosi sitis—partim *ipsum beneficium, benevolentiæ documentum*: Rom. XII. 21. νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν vincas injuriosos beneficiis. Gal. VI. 10. Phil. I. 6. Philem. v. 14. Sic τὰ ἀγαθὰ apud Siracid. XII. 1. XVIII. 15.

XX. 17. Et quia religio christiana jure meritoque summum Dei beneficium habetur, τὸ ἀγαθὸν Paulus in Ep. ad Rom. XIV. 16. de *ipsa religione christiana* usurpavit: μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθὸν ne calumniatoribus occasionem præbete religionem christianam cavillandi. Chrysost. et Theodor. per τὴν πίστιν, et in sequenti commate ipse Paulus per τὴν βασιλείαν θεοῦ explicat. 8) *lenis, æquus, humanus.* 1 Pet. II. 18. τοῖς δεσπόταις, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς dominis, nec mansuetis modo, et lenibus, verum etiam morosis. Tit. II. 5. ἀγαθὰς faciles erga ancillas: cf. Casaub. Epp. p. 79. et Xenoph. Œcon. 11. 6. 9) *insons, innocens, culpa vacans,* i. q. δίκαιος. Rom. V. 7. ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν pro insonte fortasse quis mortem sustineat. Conf. infra sub δίκαιος. Alii vertunt: pro bene merito etc. 10) *pius, integer, qui, quæ sunt virtuti, decoro, honesto et vero, inprimis autem religioni christianæ consentanea, sentit et agit,* qui etiam a Latinis vir bonus appellatur, v. c. Cic. Læl. 5. Matth. V. 45. ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς. XII. 35. Luc. XXIII. 50. ἀνὴρ ἀγαθὸς vir probus. Act. XI. 24. Arist. de Republ. III. 4. Xenoph. Cyrop. III. 6, 1. Hinc τὸ ἀγαθὸν *virtutis studium* et *quod postulat religio christiana:* Rom. VII. 18. XII. 2. XV. 2. XVI. 19. Sir. LI. 24. 11) *homo illustris,* quem Cicero pro Muren. c. 7. *bono genere natum* vocat. Matth. XXII. 10. πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς homines omnis generis et conditionis. Interdum etiam pro comparativo κρείττων ponitur. Luc. X. 42. τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο præstantiora et meliora curat.

'ΑΓΑΘΟΥΡΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *benefacio,* ex ἀγαθὸς et ἔργον *opus.* Addenda est hæc vox Lexicis N. T. e codicibus nonnullis, qui Act. XIV. 17. pro ἀγαθοποιῶν exhibent ἀγαθουργῶν.

'ΑΓΑΘΩΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, proprie *benignitatem, animum erga alios benevolum, studium aliis benefaciendi* notat. Rom. XV. 14. μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης vos jam satis bene cupere aliis (comperi). Vulg. dilectio. Theophyl. per τὴν ἀγαθὴν γνώμην καὶ τὸ φιλάδελφον explicat. Gal. V. 22. coll. v. 20. Ephes. V. 9 ἐν πάσῃ ἀγαθωσύνῃ. Theophyl. ad h. l. πᾶσαν ἀγαθωσύνην λέγει τὴν πρὸς πάντας, οὐ μόνον φίλους, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τοὺς ἐχθρούς. Gloss. Vet. 'Αγαθωσύνη bonitas, benignitas. Deinde etiam 2) *probitatem, integritatem, virtutem universam* significat. 2 Thess. I. 11. πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης pro ἀγαθωσύνην ἣ ἐστιν αὐτοῦ εὐδοκία quicquid recte factorum ipsi placet. Phavor. ἀγαθωσύνη· ἡ ἀπηρτισμένη ἀρετὴ, ὡς ὁ 'Απόστολος· ex Œcumenio ad Rom. XV. 14. Eccles. IX. 17. Cf. Wetstenium in Notis ad N. T. T. II. p. 93.

'ΑΓΑΛΛΙ'ΑΣΙΣ, εως, ἡ, *exultatio præ gaudio:* proprie dicitur de *corpore,* summum animi gaudium gestibus, præcipue tripudiando, prodente. Hoc sensu in vers. Alex. τῷ גִּיל resp. Ps. XLV. 16. 2) *gaudium summum,* quod exultationem efficit, *lætitia, hilaritas animi.* Sic haud raro cum subst. χαρὰ conjungitur; v. c. Luc. I. 14, 44. ἐν ἀγαλλιάσει præ gaudio. Heb. I. 9. ἔλαιον ἀγαλλιάσεως felicitas summo gaudio digna. In vers. Alex. resp. Heb. שָׂשׂוֹן, Psal. XLV. 8. LI. 10. Phavor. ἡ χαρά. Gloss. Vet. apud Labbæum, p. 1. ἀγαλλίασις *lætitia.* 3) *cantus.* Act. II. 46. ἐν ἀγαλλιάσει ita, ut hymnos canerent Deo. In vers. Alex. Heb. רִנָּה resp. Psal. XLII. 5.

'ΑΓΑΛΛΙΑ'Ω, ῶ, vel, quod usitatius, ἀγαλλιάομαι, proprie denotat, ut jam etymologia docet (nam est ex ἄγαν valde et ἅλλομαι salio, salto), *præ gaudio exsulto, lætitiam gestibus prodo,* et resp. Heb. גִּיל, Ps. II. 11. et עָלַץ, Ps. LXVIII. 4. 2) ut χαίρω, etiam de interna animi hilaritate dicitur, et notat in universum *gaudere, hilari animo esse.* Matth. V. 12. χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε lætandum et exsultandum propterea vobis censeo. 1 Pet. II. 6. Act. XVI. 34. καὶ ἠγαλλιάσατο et totum se hilaritati dedit. Resp. Heb. שׂוּשׂ in vers. Alex. Ps. XL. 17. Phavor. ἀγαλλιῶμαι τὸ χαίρω. 3) *delector aliqua re.* Joh. V. 35. ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ lubenter ejus doctrinam admisistis s. præ vobis ferebatis lætitiam de hoc lumine. Syrus et Arabs h. l. *gloriandi* notionem huic voci subjecerunt, quam etiam apud Alexandrinos habet, v. c. Ies. XLI. 16. et Jerem. XLIX. 4. ubi τῷ הִתְהַלֵּל, *gloriari* respondet. Hesych. ἀγαλλίαμα· δόξασμα. 'Αγάλλεται· τέρπεται, γαυριᾷ. I. D. Michaëlis (in Introd. in N. T. T. I. p. 140.) autem admodum male ἀγαλλιᾶσθαι ut Arabicum حاق (Coran. Sur. XL. 83.) h. l. *illudere, ludibrio habere* significare statuit. 4) *laudes alicujus cano et celebro.* Luc. I. 47. καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου, coll. v. 46. μεγαλύνει ἡ ψυχή μου. In vers. Alex. resp. Heb. רַנֵּן, Ps. XX. 6. et הִגִּיד, Ps. LXXV. 10. Luc. X. 21. Act. II. 26. ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου. Apoc. XIX. 7. Tob. XIII. 13. καὶ ἀγαλλιάσεται τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ, coll. v. 20. δώσεται ἀγαλλίαμα. 5) ex adjuncto est: *fruor felicitate.* 1 Pet. I. 8. ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ summa olim erit felicitas vestra. IV. 13. Cf. χαρά. 6) ut Lat. *gestio, desiderio alicujus rei feror, cupio.* Joh. VIII. 56. 'Αβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο κ. τ. λ. Abraham gestivit, desideravit videre etc. Syr. verbo ܣܘܐ usus est, quod τῷ εὐδοκέω respondet, 2 Cor. V. 8. 1 Thes. II. 8. Cicero de Offic. I. 29. appetitus ejus tanquam exultabat cupiendo. Cæterum cf. de hac voce I. F. Fischeri Anim. ad Welleri Gramm. Gr. p. 238. Bergler. ad Alciphr. p. 56. et Heumannum in Bibl. Brem. Cl. I. p. 474.

"ΑΓΑΛΜΑ, τος, τὸ, latissimæ significationis vocabulum, quod, teste Hesychio, in genere est πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, omne, quo aliquis delectatur, *oblectamentum:* deinde vero, eodem monente, significat ξόανον (qui tamen loquendi usus demum post Homerum invaluit. Schol. ad Homer. Iliad. IV. 144.), ἀφομοίωμα εἰδώλων, εἰκόνων, ἢ ἀνδριάντων — *statuam, simulacrum.* Vox hæc in N. T. peregrina ex communi Interpretum sententia subintelligitur Act XIX. 35. καὶ τοῦ διοπετοῦς, scil. ἀγάλματος, cœloque delapsi simulacri: conf. vers. Syriacam, et Palmer. ad Aristoph. Vesp. v. 379. Vide infra sub διοπετὴς ac L. Bos de Ellips. l. Gr. p. 11. ed. Schæferi.

"ΑΓΑΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *conjugii expers, qui vitam cœlibem agit* (ex α negat. et γάμος *nuptiæ*). Ita enim in universum constituenda erit notio hujus adjectivi, in quo aperte dilogia quædam latet: nam æque de eo, qui nunquam in conjugio fuit (Hom. Il. III. v. 40.), ac de eo, qui post obitum conjugis non iterum matrimonium init, et de feminis pariter ac maribus dicitur: unde et vox ἀγαμία in Scriptt. eccles. satis obvia in universum *cœlibatum* notat. 1 Cor. VII. 8. τοὺς ἀγάμους opponit Paulus τοῖς γεγαμηκόσι v. 10. Ibid. v. 11. ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος. Ibid. v. 32 et 33. ὁ ἄγαμος et ὁ γαμήσας sibi invicem opponuntur. Anthol. I. 13, 12. τοῖς δ' ἀγάμοις ἄφροντις ἀεὶ βίος. Xenophon Symp. IX. 7. Interdum etiam omittitur, v. c. 1 Cor. VII. 37. post παρθένον. Etym. M.

p. 5. l. 53. ἄγαμος, ὅς ἐστι ἄνευ τοῦ γάμου.

ἈΓΑΝΑΚΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie est *corporis* et notat *doloris sensu affici*o*r, dolorem in aliqua corporis parte sentio* (ab ἄγαν *valde* et ἄχθος *dolor*). Dioscor. V. c. 76. ἀγανακτεῖν τοὺς ὀδόντας ἐν τῇ γεύσει. 2) metaphorice ad animum transfertur, ita, ut significet *stomachari, indigne et ægre aliquid ferre, indignari, succensere.* Matth. XXI. 15. XXVI. 8. Marc. X. 14. ubi absolute adhibetur. Sequente ὅτι legitur Luc. XIII. 14. Cum περὶ construitur Matth. XX. 24. Marc. X. 41. (Plato Ep. 7. πολλὰ περὶ τῶν τότε πεπραγμένων ἠγανάκτει. Vide Wetstenium ad Matth. XX. 24.) Interveniente præpos. πρὸς, Marc. XIV. 4. Conf. Abresch. lect. Aristæn. p. 266.

ἈΓΑΝΑ΄ΚΤΗΣΙΣ, εως, ἡ, proprie *dolor, sensus doloris in aliqua corporis parte.* Plato Phæd. Vol. X. p. 331. ed. Bipont. κνῆσίς τε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα pruritu et dolore gingivarum vexantur. 2) *indignatio de aliqua re, stomachatio.* 2 Cor. VII. 11. ἀλλὰ ἀγανάκτησιν immo indignationem, sc. de incestuoso. Pollux Onom. VI. 38. s. 176. ἀγανάκτησις γνώμης. Hesych. μανία, θυμὸς, πόνος, ἄλγος, λύπη.

ἈΓΑΠΑ΄Ω, ῶ, f. ήσω, haud differt a verbo φιλέω, quod vulgo putatur esse: *impense, eximie amo* (Vide Wetstenium ad Joh. XI. 3.); sed utrumque sine ulla differentia, æque ac Lat. *amare* et *diligere*, in universum notat: *benevolentia aliquem complecti, amare ita, ut paratus sis ad hanc benevolentiam quovis modo et tempore demonstrandam.* Unde Christo interroganti: ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; (Joh. XXI. 15.) respondet Petrus: ναὶ Κύριε· σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. Matth. V. 43. τῷ μισεῖν opponitur. Ibid. v. 44, 46. XIX. 19. Luc. VII. 42. ἀγαπήσει diligere debet. Ibid. V. 47. ὅτι ἠγάπησε πολὺ multa quippe sui erga me amoris signa exhibuit. Joh. III. 16. Rom. XIII. 8. Hoc sensu in vers. Alex. τῷ אָהֵב haud raro respondet. 2) *amorem ac benevolentiam alicui declaro, utilitati alicujus et commodis omni modo prospicio, beneficiis afficio.* Luc. VII. 5. ἀγαπᾷ γὰρ τὸ ἔθνος ἡμῶν multa ipsi debent Judæi. Joh. XIII. 2. XIV. 21, 23. Rom. IX. 25. καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, (καλέσω) ἠγαπημένην neglectos hucusque insignibus ornabo beneficiis. Apoc. XX. 9. Hinc in Epp. Paull. qui Dei singulari benignitate ad religionem christianam adducti sunt, κατ᾽ ἐξοχὴν dicuntur ἠγαπημένοι. Coloss. III. 12. et ἠγαπημένοι ἀπὸ Θεοῦ, 1 Thess. I. 4. Apud LXX quoque 2 Sam. VII. 18. ἀγαπᾷν notat *amoris documenta dare, beneficiis afficere*, et apud Inc. Int. Prov. XXII. 9. Heb. בָּרַךְ in eadem significatione respondet. 3) *delector aliqua re, voluptatem capio;* et ex adjuncto: *expeto, desidero, studeo*, ita, ut etiam de rebus inanimatis dicatur. Luc. XI. 43. ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν in conventibus honoratiores sedes occupare cupitis. 2 Cor. IX. 7. ἱλαρὸν δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς h. e. hilaribus datoribus Deus delectatur. 2 Tim. IV. 8. τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. coll. Psal. LXX. 5. Heb. I. 9. ἠγάπησας δικαιοσύνην delectaris justis. 1 Pet. III. 10. ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾷν qui ad felicitatem adspirat; coll. Psalm. XXXIII. 12. 1 Joh. II. 15. μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον ne nimio amore rerum externarum teneamini. Ps. XXXIX. 22. אָהֵב per ζητεῖν explicatur ab Alex. Micha III. 2. Sirac. IV. 12. Sic etiam ἐρᾷν pro cupere, optare, et ἔρως de cujusvis rei cupiditate apud Sophocl. Oed. Col. 436. 512. Aj. 967. Philoct. 651. 660. 4) *præfero, magis diligo, pluris æstimo.* Matth. VI. 24. τὸν ἕτερον ἀγαπήσει alterum præferet. Joh. XIII. 23. ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς quem præ cæteris Apostolis amabat Jesus. Rom. IX. 13. τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα Jacobum prætuli. In quibus omnibus locis ὑπὲρ vel μᾶλλον omissum videtur, quod additur Joh. III. 19. XII. 43. E contrario formula: οὐκ ἀγαπᾷν est: *postponere, minus curare et negligere.* Apoc. XII. 11. coll. Act. XX. 24. Eodem sensu אָהֵב legitur Genes. XLIV. 20. וְאָבִיו אֲהֵבוֹ Deut. XXI. 15. Gen. XXVII. 4. Cf. Vorst. Phil. S. p. 150. ed. Fischer. 5) ut verbum τιμάω, *officia debita alicui præsto, et quidem amore et benevolentia ductus.* Ephes. V. 25. ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας. Col. III. 19. Hinc factum est, ut formula ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν in N. T. in universum notet: *Deum pia et sancta mente colere:* Matth. XXII. 37. Marc. XII. 33. 1 Cor. II. 9. VIII. 3. 1 Joh. IV. 20. coll. Ps. XCVII. 10. CXLV. 21. et ἀγαπᾷν τὸν Χριστὸν is dicatur, *qui verus est Christi sectator et cultor:* Joh. VIII. 42. XIV. 15. 21 et 23. Ephes. VI. 24. et ipse Christus Joh. XIV. 31. invicem permutet formulas: ἀγαπῶ τὸν πατέρα et καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατὴρ, οὕτω ποιῶ. 6) habet etiam hunc usum rariorem, ut notet: *amicis et blandis verbis aliquem compellare*, et ex adjuncto: *laudare, approbare.* Marc. X. 21. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἠγάπησεν αὐτὸν et Jesus laudavit ejus legis servandæ studium, aut blandis verbis eum compellavit. 2 Paral. XVIII. 2. וַיְסִיתֵהוּ Alex. ἀγάπα αὐτὸν ἀναβῆναι. Ps. LXXVIII. 36. וַיְפַתּוּהוּ בְּפִיהֶם Alex. ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Cant. I. 4. Confer Fesselii Adverss. Sacra Lib. X. c. I. et Lud. de Dieu Criticam Sacram p. 414 seq. Alii, ut Elsnerus in Comment. in Marcum p. 174. verba Marci ἠγάπησεν αὐτὸν vertere malunt: *contentus erat eo*, et provocant ad Thucyd. VI. 18. Xen. Hist. Gr. III. p. 480. et Plutarch. Quæst. Græc. p. 294. ubi ἀγαπᾷν quoque *contentum esse aliqua re* significare videtur.

ἈΓΑ΄ΠΗ, ης, ἡ, *amor, benevolentia, amicitia*, tam prout est animi habitus, quam prout actu exercetur. Heb. אַהֲבָה, cui in vers. Alex. respondet 2 Sam. XIII. 15. Eccles. IX. 1, 6. Unde ἀγάπη Θεοῦ benevolentia est, qua Deus homines complectitur, et insignibus beneficiis, maxime per relig. christianam, ornat. Rom. V. 8. 2 Cor. XIII. 13. ἀγάπη Χριστοῦ. Ephes. III. 19. In N. T. inprimis 2) *studium aliorum commodis pro viribus inserviendi, quod excitatur et alitur religione christiana,* (ἡ ἀγάπη τοῦ πνεύματος, Rom. XV. 30.) in universum dicitur ἀγάπη, ita, ut interdum a φιλαδελφίᾳ distinguatur, ut 2 Pet. I. 7. et æque late pateat ac φιλανθρωπία,—interdum autem necessitudinis, quæ est inter christianos cives et cognatione conjunctos, ratio quædam habeatur; v. c. 1 Cor. XIII. 1. διώκετε τὴν ἀγάπην studete mutuæ benevolentiæ. Matth. XXIV. 12. Joh. XIII. 35. 3) *omne documentum amoris et benevolentiæ,* 1 Joh. III. 1. ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατὴρ quale benevolentiæ suæ documentum exstare voluit deus;—præcipue *liberalitas erga alios et beneficentia in sustentandis quovis modo iis, qui ope nostra indigeant.* 1 Thess. I. 3. καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης liberalitatis vestræ, in qua admodum laborastis. Ib. c. V. 13. ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ἐν ἀγάπῃ et liberalitati in sustentandis et alendis doctoribus vestris studete. Heb. VI. 10. τῆς ἀγάπης—διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις. 4) *studium intensum et acre alicujus rei.* 2 Thess. II. 10. ἡ ἀγάπη τῆς ἀληθείας studium doctrinæ Apostolicæ. Philipp. II. 2. ἵνα τὸ αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχητε. Apoc. II. 4. ubi tamen Eichhornius per ἀγάπην τὴν πρώτην pristi-

nam lenitatem et humanitatem in reprimendis falsis doctoribus intellegere mavult. 5) *omnia officia alteri præstanda.* Hinc ἀγάπη τοῦ Θεοῦ haud raro in universum *quævis officia Deo ab hominibus præstanda, verum Dei cultum numinisque reverentiam* complectitur: Joh. V. 42. sed vos non veros esse Dei cultores bene novi. Luc. XI. 42. Rom. VIII. 29. 1 Joh. II. 15. et ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ iis tribuitur, *qui Christum doctorem divinum sancta et pia mente colunt et venerantur, ejusque religionem vita factisque exprimere et omni modo propagare student.* Joh. XV. 9, 10. Rom. VIII. 35. 2 Cor. V. 4. 6) abstracto posito loco concreti, *ille ipse, qui est benevolo et amico erga alios animo, eumque quavis oblata occasione declarat:* Rom. XIII. 10. ἡ ἀγάπη—κακὸν οὐκ ἐργάζεται hominum amans nulla alios injuria afficit. 1 Cor. XIII. 4. seq. ἡ ἀγάπη οὐ φυσιοῦται—οὐ χαίρει, etc. 1 Joh. IV. 8. 16. ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶ Deus est omnium longe amantissimus. Conf. Storr Obss. ad Syntax. et Analog. Heb. p. 23. 7) plural. ἀγάπαι, ὧν, αἱ, *agapæ*, **Liebesmahle**, *love-feasts*, fuerunt convivia publica in conventibus Christianorum sacris instituta, conjuncta in primitiva et apostolica Ecclesia cum celebratione festiva cœnæ Dominicæ, ita dicta, quod christianæ charitatis symbola essent ac tesseræ. Fuerunt autem epulæ maxime frugales, non luxuriosa convivia, conferentibus ditioribus Christianis ad eas necessaria: quibus oblationibus non solum pauperes, qui cum divitibus promiscue discumbebant, fruebantur (1 Cor. XI. 16—34.), sed etiam absentes et ægrotantes sustentari solebant. Concilium Laodicenum hunc morem, qui tamen ad quartum usque seculum duravit, ob luxum et lasciviam, in quæ successu temporis abierat, abolendum judicavit, et canon. 28. vetuit ἐν κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν. Confer præter Tertull. Apolog. adv. Gentes c. 39. Stolbergii Exerc. L. Gr. p. 281. Casaub. Exerc. Antibar. XVI. p. 367. et C. M. Pfaffium de Origg. Iur. Eccles. p. 68. Semel tantum in N. T. legitur hæc vox in Epist. Judæ v. 12. οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες hi piorum apud vos conviviorum maculæ sunt turpissimæ. Locus enim 2 Pet. II. 13. dubius est.

ἈΓΑΠΗΤΌΣ, ἡ, όν, 1) *amore dignus, amabilis:* 1 Tim. VI. 2. καὶ ἀγαπητοὶ et digni, qui diligantur, eo nomine quod etc. Philem. v. 16. ἀγαπητὸν, μάλιστα ἐμοὶ, πόσῳ δὲ μᾶλλον σοί. Hoc sensu יְדִיד Psal. LXXXIV. 2. 2) *dilectus, maxime carus et amicus,* i. q. ἠγαπημένος, interprete Suida. Marc. XII. 6. ἕνα υἱὸν ἔχων ἀγαπητὸν αὐτοῦ. Act. XV. 25. In vers. Alex. respondet Heb. דּוֹד, Ies. V. 1. יְדִיד, Psal. LX. 7. CXVIII. 6. 3) *multis et insignibus beneficiis affectus et ornatus,* κεχαρισμένος, uti Hesychius interpretatur, et κατ' ἐξοχὴν *is, qui insigni Dei beneficio est ad religionem christianam adductus,* in Epp. Paulli vulgo κλητὸς, ἅγιος dici solitus. Rom. I. 7. πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν Ῥώμῃ ἀγαπητοῖς Θεοῦ. 4) *unicus, unigenitus,* μονογενὴς, in iis tantum locis, in quibus de Christo, Dei filio, sermo est. Matth. III. 17. XIII. 8. Luc. IX. 35. XX. 13. Sine dubio ex usu vers. Alex. in qua יָחִיד promiscue vertitur et ἀγαπητὸς Gen. XXII. 2. (ubi Aquila μονογενὴς habet.) Jerem. VI. 26. Amos VIII. 10. Zach. XII. 10. et μονογενὴς Psal. XXII. 21. Hesych. ἀγαπητόν· μονογενῆ. κεχαρισμένον. Pollux III. c. 2. καλοῖτο δ' ἂν υἱὸς ἀγαπητὸς, ὁ μόνος ὢν πατρὶ, ὥσπερ καὶ ἀγαπητὴ θυγάτηρ, ἡ μονογενὴς καθ' Ἡσίοδον. Ad de Zonaræ Lex. col. 14. Neque exteris scriptoribus hic loquendi usus ignotus fuit: Homer. Il. VI. 401. ubi Pseudodidymus et Schol. MS. Lips. teste Ernesti ad h. l. μονογενῆ interpretantur. Lucian. Catapl. c. 10. Confer Dan. Heinsii Exercitt. SS. lib. II. c. 1.

ἌΓΑΡ, ἡ, *Agar.* Est nomen proprium ἄκλιτον servæ Abrahami, ex Ægypto oriundæ, ex qua, a Sara in uxorem concubinam ipsi data, Ismaëlem suscepit, Genes. XVI. tot. Hebraice vocatur הָגָר, h. e. *advena, peregrina,* sive ab Heb. גּוּר, sive ab Arab. هَجَرَ derivetur. Quæ de Sara et Agare in litteris sacris narrantur, pro allegorica interpretandi ratione, quam tenere antiquissimi scriptores soliti fuerunt, Judæorum maxime causa, ad religionem Mosaicam et novam Christianam accommodavit Paulus in Ep. ad Galatas IV. 24. ita, ut illam ob serviles sensus potissimum, quos instillabit animis Judæorum, summo jure cum Agare serva comparari posse ostenderet: μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. Vocem Ἄγαρ in lingua Arabica non solum *montem,* sed κατ' ἐξοχὴν *montem Sinaiticum* significasse, tradere Paulus videtur Gal. IV. 25. verbis: τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ h. e. Agar est nomen huic ipsi monti Sinaitico in Arabica lingua proprium: si nempe lectio sana, nec aut Ἄγαρ spurium, aut totus locus, tanquam scholion librarii cujusdam ex ora in contextum temere relatum, expungendus est. Sed jam I. Ern. Grabius (confer Wolfii Curas ad h. l.) et post eum Koppius in Exc. VIII. Vol. I. N. T. demonstravit, Arab. حَجَرٌ. non solum in universum de *montibus et petris* dici, sed etiam singulatim *montem Arabiæ altissimum Sinaiticum* olim designasse. Quam observationem Haranti auctoritate in itinerario Palæstinæ comprobatam lege apud Buschingium in descriptione Asiæ p. 535.

ἈΓΓΑΡΕΎΩ, f. εύσω. Vox origine Persica, (انكار sine dubio de omnibus operis publicis regiis olim adhibita.) sed successu temporis civitate Græca et Latina donata. Conf. Stolberg. Exercitationes L. Gr. p. m. 155. Scilicet ut literæ regiæ quam primum perferrentur ad eos, ad quos perferri debebant, Cyrus major, Persarum rex, uti cœpit hoc instituto: singulis nempe locis tantum, quantum spatii equus veloci cursu commode emetiri poterat, distantibus, constituit equorum stationes (ἱππῶνας) et tabellarios, quorum ministerio litteræ regiæ ex statione in stationem, a tabellario ad tabellarium sine mora perferendæ, quam citissime fieri posset, in remotissima quævis loca pervenirent. Hoc institutum, quod retinuerunt successores Cyri, eleganter descripsit Xenoph. Cyrop. VIII. 6. 9. cui jungendus est Herodotus VIII. 98. qui hoc inventum a Xerxe usurpatum refert. Illi vero *tabellarii regii* vel *nuntii publici* (nostr. **Courier, Postreuter,** *courier, post*) vocabantur ἄγγαροι, quo nomine successu temporis appellabantur *quivis alii cursores publici,* etiam *ii, quibus erant onera portanda publice, omninoque opus aliquod publicum faciendum.* Hinc ἀγγαρεύειν proprie est: *tabellarium regium esse;* deinde in universum: *cogere aliquem onus publice portare aliudve opus publicum facere.* Licitum enim fuit istis tabellariis pro auctoritate regia ipsis concessa obvios homines, equos et naves rapere, quo celerius

ad locum destinatum *pervenire* et jussa exsequi possent. Erat præterea *angariæ* locus præcipue expeditionis bellicæ tempore, ubi jus erat militibus capiendi jumenta ad vehendas sarcinas suas (cf. Arriani Diss. in Epictet. III. 18.); et hinc factum est, ut ἀγγαρεύειν in universum notionem *cogendi ad ministeria præstanda, vim et injuriam alicui faciendi*, acciperet, et ἀγγαρεύεσθαι is diceretur, qui *vim patitur, invitus et coactus præstat, quod præstat:* unde Talmud. et Rabb. *quodcunque officium servile, opera publica,* dicitur אַנְגַּרְיָא. Lucem hæc posterior notio fœnerat his N. T. locis: Matth. V. 41. ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἓν si quis te cogat ad currendum per unum milliare; aut: ad ministerium unius milliaris conficiendi; ubi videndus Wetstenius. Cap. XXVII. 32. τοῦτον ἠγγάρευσαν, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν coëgere ad ferendam crucem. coll. Luc. XXIII. 22. Marc. XV. 21. Hesychius: ἄγγαρος· ἐργάτης, ἀχθοφόρος. ἡ λέξις δὲ Περσική. σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους. Idem: ἀγγαρεύεται· ἐγγυᾶται, ὑπὸ ἀγγαρευτῶν κατέχεται. Idem fere Suidas et Phavorinus, quorum ille monet: ἄγγαρος. οὕτως ἐκάλουν οἱ Πέρσαι τοὺς βασιλέων ἀγγέλους. Cum utroque consentit Eustathius ad Homer. Od. τ. v. 28. pag. 1854. ac auctor Etym. M. p. 7. l. 14 seq. Lex. Seguier. in Bekkeri Anecd. Græc. T. I. p. 325. ἄγγαρος, ἐργάτης, ὑπηρέτης, ἀχθοφόρος· ὅθεν λέγομεν ἀνάγκην ἀκούσιον καὶ τὴν ἐκ βίας γενομένην ὑπηρεσίαν. — παρὰ τοῖς βαρβάροις δὲ ὁ δημόσιος γραμματοφόρος. ὅθεν ἀγγαρεύεσθαι, τὸ εἰς δημοσίαν χρείαν ὑπηρετεῖν. Adde Relandi Diss. Miscell. VIII. p. 125. Stanlei. ad Æschyl. Pers. v. 247. Brissonium de regio Persarum Principatu I. § 138 seq. et Elsneri Comment. in Matth. p. 163. Vox ἀγγαρεία de *coactione ad operam præstandam* reperitur apud Arrianum in Diss. Epictet. IV. 1. 79. ubi vid. Schweighæuserus.

'ΑΓΓΕΙ͂ΟΝ, είου, τὸ, *omne vas, quo aliquid recondi et contineri solet ac potest:* σκεῦος χωρητικόν τινος. Est diminutivum ab ἄγγος (τὸ) *vas*, retenta primitivi significatione. Matth. XIII. 48. — vasa in quæ pisces colliguntur. cap. XXV. 4. — vasa olei receptacula. In vers. Alex. τῷ כְּלִי respondet. Num. IV. 9. כְּלֵי שֶׁמֶן ἀγγεῖα τοῦ ἐλαίου. 1 Sam. IX. 7. Pollux Onom. X. 30. vas quo aspergitur, ἀγγεῖον vocat. Polyæn. p. 403. πῦρ ἐν ἀγγείοις ἔχοντας. Joseph. B. J. III. 7, 28. Xenoph. Œcon. VIII. 11. IX. 2.

'ΑΓΓΕΛΙ'Α, ας, ἡ, proprie *annunciatio, denunciatio,* qua voce Alex. pro Hebr. שְׁמוּעָה usi sunt 1 Sam. IV. 19. Ies. XXVIII. 9. Ezech. VII. 16. 2) *mandatum, præceptum,* i. q. ἐντολή, 1 Joh. III. 11. ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγγελία — ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. coll. Joh. XV. 12. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. et 1 Joh. III. 23. IV. 21. Etiam in GG. SS. ἀγγελία *mandatum a nuntio perlatum* notat: Herodian. III. 11. ὥς τινας ἀγγελίας ἐπειγούσας καὶ ἀποῤῥήτους φέρων παρ' ἐμοῦ. Ælian. V. H. I. 21, Hesychius et ex eo Phavor. ἀγγελία· ἄγγελμα, ἀκοή, φήμη κ. τ. λ. quæ glossa pertinet ad Prov. XXV. 26. Eleganter de hac voce exposuit Olearius ad Philostratum p. 5.

"ΑΓΓΕΛΟΣ, έλου, ὁ, ut Hebraicum מַלְאָךְ (Num. XX. 14. Malach. III. 1.) in universum dicitur, *qui mandata alicujus ad alios defert et exsequitur, legatus, nuntius.* Unde Luc. VII. 24. discipuli a Johanne ad Christum e carcere ablegati, c. IX. 52. præmissi discipuli Christi, et Matth. XI. 10. Johannes Baptista ἄγγελοι vocantur. In vers. Alex. haud raro Hebr. צִיר legatus respondet: Prov. XIII. 17. XXV. 13. Adde Eurip. Phœniss. v. 83. et 1354. Ab Hesiodo Ἔργ. v. 85. Mercurius vocatur θεῶν ταχὺς ἄγγελος. Huc Herm. v. der Hardt, *the hardy,* in Exegesi locorum difficiliorum IV Evang. (in J. D. Winckleri Tempe anecdota pag. 549.) etiam refert Joh. V. 4. ibique per angelum intellegit *delegatum,* qui ad aquam hauriendam ex piscina Siloah stato tempore i. e. festo tabernaculorum e templo delegaretur. 2) *speculator, explorator,* i. q. κατάσκοπος. 1 Cor. XI. 10. διὰ τοὺς ἀγγέλους h. e. propter eos, qui e paganis intersunt conventibus sacris vos observandi causa. Conf. C. A. Heumanni Disquis. Exeg. περὶ τῶν ἀγγέλων 1 Cor. XI. 10. commemoratorum. Isenac. 1709. et in Poëcil. T. III. l. I. p. 123 seq. Jacob. II. 25. οἱ ἄγγελοι dicuntur exploratores a Josua missi; ubi in codd. quibusdam κατασκόπους legitur, sine dubio e loco parallelo Hebr. XI. 31. Eandem significationem מַלְאָךְ habet Josua VI. 17, 25. 3) *quicunque interpres voluntatis divinæ, minister verbi divini, doctor et præfectus ecclesiæ,* sive simpliciter ponatur, sive additis vocibus Θεοῦ et ἐκκλησίας. Gal. IV. 14. ἀλλ' ὡς ἄγγελον Θεοῦ immo velut doctorem divinum. 1 Timoth. III. 16. ὤφθη ἀγγέλοις conspiciendum se præbuit apostolis post resurrectionem. Apoc. I. 20. ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσι sunt Episcopi, primi doctores septem ecclesiarum. Ibid. II. 1, 8, 12, 18. III. 1. Causa hujus usus loquendi est in eo: In V. T. prophetæ (2 Chron. XXXVI. 15, 16.), sacerdotes, Levitæ et præcipue summi sacerdotes angeli מַלְאָכִים vocabantur, quia Dei mandata ad homines et preces populi ad Deum deferrent (conf. Malach. II. 7. et ibi Grot.). Eorum in locum cum tempore N. T. Apostoli, Episcopi et Presbyteri succèsserint (Ies. LXVI. 21.), etiam hi κατ' ἐξοχὴν οἱ ἄγγελοι vocabantur. Aliis, v. c. Eichhornio in Comm. in Apoc. Vol. I. p. 56. nomen ductum esse videtur e Synagoga Judaica, cujus antistes, seu is, cui prælegendi, orandi et docendi munus demandatum erat, vocabatur שְׁלִיחַ צִיבּוּר, legatus, ἄγγελος ecclesiæ. Vide Vitringam de Synagoga Vet. Lex. III. P. II. cap. 3. Braun. Select. SS. Tom. II. pag. 191. et Schoettgenii Hor. Hebr. P. I. pag. 1089. 4) *angelorum* nomine distinguitur *genus quoddam singulare naturarum intellegentium, hominibus longe nobilius,* (ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες 2 Petr. II. 11.), de quarum origine, numero et classibus silent quidem literæ sacræ, at illas esse invisibiles, puras a materia, instructasque a Deo insignibus animi dotibus ac virtutibus, haud obscure docent. In V. T. mox מַלְאָכִים, Gen. XXXII. 2. mox אֱלֹהִים, Psalm. VIII. 6. coll. vers. Alex. et Ebr. II. 7. appellantur. Horum vero spirituum rursus duo in libris N. T. commemorantur genera: *alterum* eorum, qui naturæ suæ congenitam bonitatem et integritatem non solum conservasse, sed etiam indefesso voluntatis divinæ exsequendæ studio mirifice adauxisse traduntur, atque *angeli boni* a Scholasticis appellati, vocantur, vel simpliciter ἄγγελοι, Matth. IV. 6, 11. XIII. 39, 41. XVI. 27. XXVI. 53. Joh. XII. 29. Ebr. I. 4, 5. vel cum adjunctione alicujus nominis, οἱ ἄγγελοι Θεοῦ, Matth. XXII. 30. Joh. I. 52. Act. XXVII. 23. Gal. IV.

14. Ebr. I. 6. — ἄγγελοι Κυρίου, Matth. XXVIII. 2. Act. XII. 7. — ἄγγελοι οἱ ἅγιοι, Matth. XXV. 31. Marc. VIII. 38. Luc. IX. 26. Act. X. 22. Apoc. XIV. 10. — ἄγγελοι Χριστοῦ, Matth. XXIV. 31. 2 Thess. I. 7. — ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, Matth. XXIV. 36. οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, Marc. XII. 25. XIII. 32. — ἐξ οὐρανοῦ, Gal. I. 8. — ἄγγελοι ἐκλεκτοί, 1 Tim. V. 21. coll. Josepho B. J. II. cap. 16. § 4. p. 191. ed. Haverc. — ἄγγελοι φωτός, 2 Cor. XI. 14. Horum ministerio Deus et olim usus est in mandatis suis ad homines perferendis (ut in solemni legis Mosaicæ inauguratione, Gal. III. 19. Hebr. II. 2.) per somnia, visiones, etc. et in rebus sive futuris, sive in facto positis patefaciendis, Matth. I. 20. Luc. I. 11, 13, 28. — et nunc quoque utitur in exsequenda voluntate sua, præcipue in tutandis piis, Matth. XVIII. 10. Hebr. I. 14. puniendisque impiis, Act. XII. 23. in deducendis piorum animis in beatorum sedes, Luc. XVI. 22. coll. Paraphr. Chald. ad Cant. IV. 12. eorumque choro stipatus Christus aliquando ad judicium extremum redibit. 2 Thess. I. 7. In quibusdam tamen locis N. T. ubi formula ὁ ἄγγελος Θεοῦ seu Κυρίου occurrit, vel *Deus ipse* describitur, *qui præsentiam suam, vim et virtutem extraordinario quodam modo declarat*, v. c. Luc. XII. 8 et 9. coll. Matth. X. 32 et 33. Actor. VII. 30. coll. v. 31 seq. ad imitationem Hebræi מַלְאַךְ יְהוָה, Gen. XVI. 7. coll. v. 13. XXII. 11. coll. v. 12, 14. XXXI. 11. coll. v. 13. vel *res quævis, etiam inanimata* intelligitur, *qua Deus tanquam voluntatis suæ ministra utitur, omneque numinis præsentis symbolum* s. *signum*. Hebr. I. 7. utitur ventis et flammis ministris suis. Joh. I. 52. καὶ τοὺς ἀγγέλους Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου et me peculiari modo a Deo adjutum summa patrantem miracula videbitis, coll. Genes. XXVIII. 12. In aliis vero locis οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ ἄνθρωποι junguntur ad innuendam rei, de qua sermo est, universalitatem, varietatem et multitudinem, v. c. 1 Cor. XIII. 1. ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων si facultate gauderem loquendi linguis omnium gentium. Conf. Th. Crenii tr. de linguis angelorum, præmissum Ei. Analectis Philol. Crit. Histor. Amstel. 699. Ib. IV. 9. τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις omnibus omnino hominibus. —*Alterum* autem *genus* spirituum est, qui culpa sua ad perfectionem a Deo ipsis destinatam non pervenerunt, suamque potius integritatem primitivam perdiderunt (*angelos malos* vulgo appellamus), semel tantum in N. T. ἄγγελοι sine ullo additamento vocantur Heb. II. 16. ac fortasse Apoc. IX. 15. ex sententia Eichhornii in Commentario ad h. l. in reliquis vero locis ἄγγελοι τοῦ διαβόλου, Matth. XXV. 41. Apoc. XII. 9.—δράκοντος, Apoc. XII. 7.—Σατᾶν, 2 Cor. XII. 7.—ἁμαρτήσαντες, 2 Pet. II. 4.—οἱ μὴ τηρήσαντες τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, Judæ v. 6. dicuntur, ita, ut ab iis origo omnis impietatis et erroris, omniumque religionis christianæ impedimentorum, interdum etiam calamitatum et miseriarum hujus vitæ repetatur. Ex opinione vero Judæorum, cum singulis rebus angelum s. bonum s. malum, peculiarem quasi præsidem et præfectum, tribuentium (confer Ode de Angelis Sect. VIII. c. 3. p. 771.) tum singulis hominibus singulos datos esse angelos, qui rebus eorum prospicerent, statuentium, partim explicanda sunt loco N. T. in quibus formulæ ἄγγελος ἀβύσσου rex Tartari, Apoc. IX. 11. ἄγγελος ὑδάτων, Apoc. XVI. 5. ἄγγελος ἐξουσίαν ἔχων πυρὸς, Apoc. XIV. 18. reperiuntur, de quibus eleganter exposuit Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud. p. 1131. — partim originem inde traxit notio, quam habet ἄγγελος interdum sequente genitivo personæ, ut 5) *genium, spiritum familiarem et tutelarem* significet, v. c. Matth. XVIII. 10. οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς, angeli, cœlestes eorum custodes et comites. Act. XII. 15. ὁ ἄγγελος αὐτοῦ ἐστίν· genius ipsius est. Conf. Lightfoot. ad h. l. et Dougtæi Analecta Sacra N. T. Exc. LVII. p. m. 94. 6) *omnis, qui est in magno honore et dignitate constitutus, principes, magistratus*, qui ob munus ipsis a Deo concreditum haud raro אֱלֹהִים et υἱοὶ Θεοῦ appellantur. Rom. VIII. 38. οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις. 1 Cor. VI. 3. οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν. 7) Vox ἀγγέλου sæpe etiam in N. T. aliis substantivis additur ad *excellentiam et præstantiam illius rei*, de qua sermo est, indicandam. Act. VI. 15. εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου videbant faciem ejus plenam dignitate, summæ hilaritatis, libertatis et constantiæ testem. Coloss. II. 18. θρησκεία ἀγγέλων sanctitas purissima ac perfectissima. Eandem in rem utuntur Hebræi nomine מַלְאָךְ 2 Sam. XIV. 20. 1 Sam. XXIX. 9. Ps. LXXVIII. 25. Vide et Genes. XXXII. 10. Syr. 8) quandoque reticetur. Act. XIX. 31. πέμψαντες πρὸς αὐτὸν sc. ἀγγέλους. Conf. Thuc. IV. 72. et ibi Schol. ac Cortium ad Sallust. B. Catil. c. 32. § 3.

ἌΓΕ, adverbium *hortandi et compellandi* (ἐπίῤῥημα παρακελευσματικὸν), *age, agedum* (i. q. φέρε, ἴθι), factum ex imperativo verbi ἄγω *duco*, plane ut ἄγετε, eo tamen cum discrimine, ut ἄγετε fere semper ad plures dicatur, Homer. Odyss. XXI. v. 74. ἄγε vero vulgo modo ad unum, ibid. X. v. 333. In N. T. libris tamen, ubi bis occurrit, Jacob. IV. 13. V. 1. ἄγε etiam ad plures refertur, et est mera particula transeundi, non repugnante usu loquendi apud Scriptores Græcos pariter ac Latinos. De illo lege præter Phavorinum, L. Bos Exercitt. Philol. in N. T. p. 274. de hoc autem vide Servium ad Virgil. Æn. II. v. 707. De utroque autem multa exempla collegit Wetstenius ad Jacob. IV. 13. Ceterum pro הוֹאֶל־נָא וְלִין, Judd. XIX. 6. habent Alex. ἄγε δὴ αὐλίσθητι, qui locus effugit Bielii diligentiam.

ἈΓΈΛΗ, ης, ἡ, *armentum, grex omnis generis pecorum* (ab ἄγω *ago, duco*, ut Latinorum *agmen* ab *ago*). De grege *ovium* Xenoph. Mem. II. 9, 7. de equis Homer. Il. XIX. 281. Pollux in Onom. IV. 44. etiam de *hominibus* dici testatur. In N. T. nonnisi de *porcorum* gregibus usurpatum legitur. Matth. VIII. 30. (ubi vid. Wetstenius.) Marc. V. 14. Luc. VIII. 32, 33. In vers. Alex. Hebr. עֵדֶר respondet Judic. V. 16. 1 Sam. XVII. 34. Etym. M. βοσκημάτων πλῆθος, κυρίως· ἤδη δὲ ποτε καὶ ἀνδρῶν.

ἈΓΕΝΕΑΛΌΓΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie *is* dicitur, *de cujus genealogia non constat, cujus generis origo non potest reddi aut inveniri*: ex α priv. et γενεαλογέω *seriem generis enarro et deduco*. 2) *qui non a certo aliquo genus suum ducit*. Unde Melchisedech Hebr. VII. 3. ἀγενεαλόγητος dicitur, quod non habuerit genus sacerdotale (Levit. XXI. 10.), seu quod non fuerit, uti ibid. v. 6. legitur, γενεαλογούμενος ἐκ τῶν υἱῶν Λευΐ.

ἈΓΕΝΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ. Vi etymologiæ (nam est ex α priv. et γένος),

observante jam Hieronymo, ἀγενὴς dicitur, *cujus genus est obscurum* seu *ignoratur, ignobilis, humili et obscuro loco natus.* 1 Cor. I. 28. καὶ τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου (quibus οἱ εὐγενεῖς v. 26. opponuntur) καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς homines de plebe, nullis nominis et famæ, et ab aliis neglectos elegit sibi Deus. Apud Græcos Scriptores est partim *is, qui caret liberis, aut cœlibem vitam agit,* ἄτεκνος, ἄπαις secundum Harpocrat. — partim, *qui non manet in virtute majorum suorum, degener,* ut explicatum legitur in Gloss. Vett. apud Labbæum p. 2. · Plutarch. Vit. Parall. Pericl. c. 24. ἀγενὴς καὶ ταπεινὸς τὴν φύσιν.

ἉΓΙΆΖΩ, f. άσω. 1) Propria hujus verbi significatio, unde omnes translatæ profectæ sunt, hæc est, ut notet: *separare aliquid a communi et profano usu, et in peculiarem, maxime sacrum usum, secernere,* ac sit idem, quod ἀφορίζειν, quo ipso verbo a Theodoreto ad Joël. III. 9. Tom. II. Opp. ed. Hal. p. 1403. explicatur. Neque aliam obtinet notionem Hebraicum קָדַשׁ, cui Græcum respondet in vers. Alex. Exod. XIX. 23. XX. 11. et alibi. 2 Tim. II. 21. ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον similis erit vasi, usui honesto destinato, coll. Exod. XL. 9, 10. Matth. XXIII. 17. ὁ ναὸς ὁ ἁγιάζων τὸν χρυσὸν templum, quod aurum consecrat. Ib. v. 19. θυσιαστήριον τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον altare sacram reddit oblationem. Sed pro ratione rei, de qua usurpatur hoc verbum, variæ ejus sunt constituendæ notiones. Significat enim 2) *lusirare* seu adhibitis quibusdam ritibus, in lege Mosaica præscriptis, res aut personas *purgare,* quæ immunditiem legalem contraxissent. Hebr. IX. 13. ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα. ubi ἁγιάζειν est jus concedere accedendi ad sacra, i. q. καθαίρειν aliquando dicitur, quo verbo Theodoretus ad h. l. utitur. Eodem sensu קִדֵּשׁ, Num. VI. 11. 2 Chron. XXIX. 5, 17 et 19. 3) *purum aliquid et licitum reddere et declarare.* 1 Tim. IV. 5. ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως eorum usus licitus redditur religione partim divina, partim gratiarum actione; coll. v. 4. Judæis enim sanctum æque ac purum dicebatur, cujus usus concessus erat hominibus per legem Mosaicam, Levit. XI. 44. coll. v. 41—43. 4) *victimam offerre Deo et sacrificium.* i. q. προσφέρειν. Vide Levit. XXII. 2, 3. Deut. XV. 9. Joh. XVII. 19. ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν corpus meum sacrificii loco pro iis deo offero: ideo mortem pro iis subeo, ubi Chrysost. Homil. LXXII. in Joh. προσφέρω σοι θυσίαν et ibid. ἵνα καὶ αὐτοὶ ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ ut ipsi quoque mortem pro religione mea subire parati reddantur et prompti. Rom. XV. 16. ubi ἡγιασμένη est i. q. ἁγία, h. e. προσενεχθεῖσα τῷ Θεῷ, quod jam Koppius ad h. l. vidit. Eodem sensu ἡγιασμένα Dionys. Halic. VII. 72. dicuntur exta, quæ rite cremabantur in ara, et הִתְקַדֵּשׁ, Ies. LXVI. 17. Suidas: ἁγιάσαι· καρπῶσαι, καῦσαι ἁγίως. Et quia קִדֵּשׁ verbum proprium fuit de Judæorum sacerdotibus piaculari sacrificio remissionem peccatorum populo conciliantibus, Ezechiel. XLIV. 19. (Job. I. 5.) factum est, ut ἁγιάζειν, quod in vers. Alex. Hebraico כִּפֶּר respondet Exod. XXIX. 33, 36. 5) in universum significet: *expiare, auctorem fieri et esse remissionis peccatorum,* et ἁγιάζεσθαι is dicatur, *cui contigit remissionis peccatorum beneficium.* Eph. V. 26. ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ ut eos immunes a peccatorum pœnis redderet. Hebr. II. 11. ὅ τε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες jam vero Christus, qui homines morte sua expiavit, et Christiani, hujus beneficii participes facti, unius parentis, sc. Adami, soboles sunt. ib. X. 10. ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν ejus obedientiæ remissionem peccatorum debemus. ib. XIII. 11. 6) *destinare aliquem ad officium aliquod, demandare alicui munus:* aut: *divinum aliquem legatum declarare.* Joh. X. 36. ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασεν quem Deus destinavit hominibus voluntatis suæ interpretem: nam statim sequitur: καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον. Cyrill. Alex. ad h. l. ἁγιάζεται τὸ προχειρισθὲν παρὰ Θεοῦ πρὸς τὸ πρᾶξαί τι τῶν κατὰ γνώμην αὐτοῦ. Posset quoque huc trahi locus Joh. XVII. 17—19. Sic Ies. XIII. 3. de Medis a Deo destinatis ad excidium Babylonis אֲנִי צִוֵּיתִי לִמְקֻדָּשָׁי, quod Aquila: ἐγὼ ἐνετειλάμην τοῖς ἡγιασμένοις μου. coll. v. 17. Adde Sirac. XLV. 4. XLIX. 8. et confer infra s. v. ἅγιος n. 7. a me dicta. 7) *recipere aliquem in verorum Dei cultorum numerum, adducere ad cœtum Christianorum.* Hinc ἡγιασμένοι simpliciter Christiani vocantur, quasi populus Deo sacer, Act. XX. 32. XXVI. 18. Hebr. X. 14. interdum vero additur ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. 1 Cor. I. 2. aut ἐν τῷ Θεῷ πατρί, Judæ v. 1. Ex hac notione mihi etiam explicandus videtur locus 1 Cor. VII. 14. ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί, hoc modo: maritus enim non christianus anumerandus est quodammodo Christianis ob uxorem christianam. Nam, quam τῷ ἁγιάζειν *desponsandi* notionem tribuerunt Intt. quidam ex usu verbi קִדֵּשׁ in libris Talmudicis, hanc plane alienam esse ab hoc loco quisque videt. Plura vide infra sub ἅγιος. 8) *efficere, ut aliquis sit et maneat verus Dei et Christi cultor, integrum, sanctum et perfectum reddere.* Joh. XVII. 17. ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου redde eos in dies sanctiores doctrina tua. 1 Cor. VI. 11. ἡγιάσθητε emendati estis religione christiana. 1 Thess. V. 23. ἁγιάσαι ὑμᾶς ab omni vitiorum contagione animum vestrum liberum servet. Apoc. XXII. 11. ἁγιασθήτω ἔτι sanctimoniam suam porro servet. 9) *pie et sancte aliquem colere et venerari.* Matth. VI. 9. ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου nobilitetur (Cicero Tusc. Disp. I. 15.) nomen tuum, h. e. semper te homines ut summum numen colant et venerentur. Chrysost. Homil. XIX. in h. l. ἁγιασθήτω· τοῦτ᾽ ἔστι δοξασθήτω. 1 Petr. III. 15. Θεὸν· ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν colite et celebrate Deum mente vestra. Ies. VIII. 13. אֶת־יְהוָה תַקְדִּישׁוּ, ib. V. 16. נִקְדַּשׁ בִּצְדָקָה, Alex. δοξασθήσεται ἐν δικαίῳ. Sirac. XXXVI. 4. ὥσπερ ἐνώπιον αὐτῶν ἡγιάσθης ἐν ἡμῖν. Conf. Suicer. Thes. Eccles. Tom. I. pag. 55. Phavor. ἁγίαζε· σέβου.

ἉΓΙΑΣΜΌΣ, οῦ, ὁ, quod ut verbum suæ originis proprie quidem generatim *separationem rei ab usu vel statu communi et promiscuo* infert (unde in vers. Alex. non solum τῷ מִקְדָּשׁ, Ezech. XLV. 4. sed et τῷ נְזִירִים, Amos II. 11. respondet), in N. T. tamen semper ad animum refertur ita, ut *virtutem, animi morumque innocentiam, sanctitatem vitæ* et *probitatis studium* significet. Rom. VI. 19. εἰς ἁγιασμὸν ut semper morum innocentiam probetis; ubi haud differt a δικαιοσύνη. 1 Thess. IV. 3. τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα τοῦ Θεοῦ ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν. 2 Thess. II. 13. ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος virtutis studio, quod religione christiana excitatur

et alitur. 1 Petr. I. 2. 2) *auctorem et promotorem virtutis et sanctitatis vitæ* notat, ita, ut abstractum pro concreto ponatur. 1 Cor. I. 30. Χριστὸς ἐγενήθη ἡμῖν ἁγιασμὸς emendavit nos vita sua pariter ac doctrina. Phavor. ἁγιασμός· ἁγιστεία, καθάρευσις.

ἍΓΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, in universum ut קָדוֹשׁ, dicitur, *qui est a communi et promiscuo usu segregatus et ad peculiares usus consecratus,* qui *sacer* ex usu Latino vocatur, velut *vasa sacra, vestis sacra, animalia sacra;* cui opponitur κοινὸν et טָמֵא, profanum, de quo loquendi usu bene præcepit Origenes Homil. XI. in Levitic. Ab hac prima vocabuli potestate derivari commode possunt reliquæ in N. T. obviæ. Dicitur autem ἅγιος 1) *qui Deo consecratur et dicatur, cultui ejus usuique sacro destinatus.* Luc. II. 23. ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται Deo consecrabitur per sacrificium. Exod. XIII. 2. Rom. XI. 16. ἡ ἀπαρχὴ ἁγία de primitiis frugum Deo offerri solitis. Sic quoque Matth. VII. 6. τὸ ἅγιον proprie significat carnem victimæ consecratam. Confer infra n. 8. Chrysost. Homil. LXXXII. in Joh. κυρίως ἅγια τὰ τῷ Θεῷ ἀνακείμενα. Cyrill. Alex. ad Joh. X. 34. ἅγια καλοῦνται τὰ ἀφοριζόμενα εἰς θυσίαν Θεῷ. Macrob. Saturn. III. c. 3 et 7. Jam quia omne sacrificium, quod Deo offerebatur, sine macula et labe esse debebat ex legibus Mosaicis, factum est, ut ἅγιον 2) diceretur, *omne, quod est perfectum, immaculatum, sine ulla labe et macula.* Rom. XII. 1. θυσία ἁγία victima vitio carens; quæ Hebr. תָּמִים et alibi ἄμωμος vocatur: unde ad animum translatum ἅγιος æque ac ἄμωμος 3) *eum* notat, *qui est animo puro et casto, a vitiorum sordibus liber,* quo sensu in N. T. libris et Deus ἅγιος laudatur, qui est sanctissimus et summa perfectione morali præditus 1 Petr. I. 16. ἅγιοι γίνεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι. ib. v. 15. 1 Joh. II. 20. et ita קָדוֹשׁ, Levit. XI. 44. XIX. 2. Adde Suiceri Thesaur. Eccles. T. I. p. 59. et homines ἅγιοι multis in locis vocantur, quatenus exemplum Dei, animi puritatem castissimam præeuntis, imitantur, omnique virtuti student, præcipue autem, quatenus religionis christianæ præceptis convenienter agunt, v. c. Marc. VI. 20. ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον. 1 Cor. VII. 34. ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι, Eph. I. 4. ἁγίους καὶ ἀμώμους. V. 27. 2 Petr. III. 12. ἐν ἁγίαις ἀναστροφαῖς convenienter viventes rel. christianæ. Apoc. XX. 11. (1 Petr. III. 5. ubi ἅγιαι γυναῖκες commemorantur, huc non pertinere videtur. Sunt enim ibi mulieres intelligendæ, quarum in V. T. fit mentio.) Phavor. ἅγιος· ὁ εὐσεβής. Jam vero quia is, qui est boni rectique amans et studiosus, non solum in aliis, quæ recte agunt, probat, sed etiam, ut in aliis amor boni et recti alatur et excitetur, omni modo curat, etiam is ἅγιος 4) dicitur, *qui, ut alii sancti et virtutis studiosi sint, postulat et efficit;* quo sensu in locis supra laudatis non solum sanctitas Deo tribuebatur, sed etiam Rom. VII. 12. leges divinæ ἅγιαι vocantur, quatenus ad vitæ probitatem homines excitare et ducere valent, animumque Dei, boni rectique amantem, probant. 2 Petr. II. 21. ἁγία ἐντολὴ et ὁδὸς τῆς δικαιοσύνης sunt synonyma. Quo pertinere videtur etiam κλῆσις ἁγία, 2 Tim. I. 9. commemorata, quam de *ipsa religione christiana, quæ gravissima virtutis et pietatis continet incitamenta,* accipio. Quum vero hanc vim et efficaciam religio christiana in incitandis et promovendis virtutis studiis exserat; quumque præterea scriptores V. T. gentem Judaicam a ceteris gentibus secretam et favore Dei beneficiisque eximiis, maxime autem religionis purioris et sanctioris bonis ornatam et distinctam, κατ' ἐξοχὴν גּוֹי קָדוֹשׁ appellare soleant, ut Exod. XIX. 6. Daniel. VII. 27. VIII. 24. etc. etiam in N. T. ἅγιος 5) dicitur, *qui est Christianorum cœtui annumerandus, cui contigit beneficio Dei singulari religionis christianæ cognitio, nullo sæpe ad mores animique affectionem respectu habito.* Act. IX. 13. coll. v. 14. ib. v. 32 et 41. cap. XXVI. 10. Rom. I. 7. κλητοῖς ἁγίοις. VIII. 27. XII. 13. ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες inopiam Christianorum sublevantes. XVI. 15. 1 Cor. VI. 1, 2. οἱ ἅγιοι opponuntur τοῖς ἀδίκοις et τῷ κόσμῳ, h. e. paganis. ib. VII. 14. νῦν δὲ ἁγιά ἐστιν jam vero habentur membra ecclesiæ christianæ. Apoc. XIII. 7. XX. 6. Chrysost. Homil. I. in Ep. ad Rom. I. 7. ἁγίους δὲ τοὺς πιστοὺς καλεῖ πάντας et Homil. X. in Ep. ad Hebr. πᾶς πιστὸς ἅγιος, καθὸ πιστός ἐστι, κἂν κοσμικὸς ῇ τις κ. τ. λ. Observavit præterea Braunius in Selectis Sacris l. III. c. 1. in libris Judæorum liberos ex proselytis natos dici בִּקְדוּשָׁה. Lucem etiam hæc notio fœnerat formulæ: τὸ ἅγιον φίλημα, h. e. osculum amoris sanctum et religiosum, in conventibus Christianorum sacris receptum, Rom. XVI. 16. 1 Cor. XVI. 20. 2 Cor. XIII. 12. 6) uti *sanctus* ap. Latinos, ita et ἅγιος dicitur *inviolabilis, qui corrumpi, aboleri et violari nullo modo debet.* Luc. I. 72. καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ memor sancti sui promissi. 1 Cor. III. 17. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστι et templum Dei violare aut corrumpere nefas. Psalm. LXXIX. 1. טִמְּאוּ אֶת־הֵיכַל קָדְשֶׁךָ. Alex. ἐμίαναν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου. 7) *destinatus alicui muneri, cui aliquod negotium demandatum est a Deo.* 1 Petr. II. 5. ἱεράτευμα ἅγιον, pro ἱερεῖς ἅγιοι, a Deo constituti sacerdotes. Hinc non solum *prophetæ,* quos Deus voluntatis suæ interpretes selegerat, ἅγιοι vocantur Act. III. 21. τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν. Luc. I. 70. 2 Petr. I. 21. οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι (Auctor primi libri Maccab. I. 48. X. 39. sacerdotes et Levitas omninoque eos, qui in templo ministrant, ἁγίους appellat,) sed etiam *Apostoli* et *reliqui primitivæ ecclesiæ christianæ doctores a Iesu solemni ritu electi* hoc encomio ornantur, Ephes. III. 5. τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις. ib. v. 8. ἐμοὶ τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων τῶν ἁγίων, ubi in codd. quibusdam e glossemate τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Et aliis in locis Iesus ipse, quatenus est Messias et legatus divinus, vel simpliciter ὁ ἅγιος vocatur Act. III. 14. Apoc. III. 7. — vel cum additamento: ὁ ἅγιος παῖς Θεοῦ. Act. IV. 27 et 30. — interdum etiam ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, Marc. I. 24. Luc. IV. 34. Joh. VI. 69. ubi pro ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ in codicibus nonnullis legitur: Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Nec aliam notionem respexisse mihi videntur N. T. scriptores in iis locis, in quibus angeli boni, quorum ministerio Deus utitur, ut supra vidimus, in felicitate humana quovis modo promovenda, partim οἱ ἅγιοι ἄγγελοι Matth. XXV. 31. Marc. VIII. 38. Luc. IX. 26. Act. X. 22. — partim simpliciter οἱ ἅγιοι appellantur, v. c. 1 Thessal. III. 13. μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ, h. e. angelorum choro stipatus, (coll. 2 Thess. I. 7.) Judæ v. 14. — ad imitationem Hebr. קְדוֹשִׁים, Psalm. LXXXIX. 6. Daniel. VIII. 12. 8) *venerabilis, augustus, omni honore et cultu prose-*

quendus. Luc. I. 49. καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ qui est ab omnibus pie colendus. Matth. VII. 6. τὸ ἅγιον res sancta et venerabilis, nempe doctrina christiana, quæ in epistola Judæ ver. 10. ἡ ἁγιωτάτη πίστις dicitur. Ad illustrandum hunc sermonem Christi facit fortasse Psalm. CXXXVII. 2. ubi LXX. אִמְרָתֶךָ per τὸ ἅγιόν σου sc. ῥῆμα transtulerunt. Sed videtur ibi potius legendum λόγιόν σου, ut Inc. Int. habet. Joh. XVII. 11. πάτερ ἅγιε pater summe venerabilis. Apoc. IV. 8. ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς pie semper colatur Deus O. M. ib. VI. 10. Quam significationem etiam Hebraicum קָדוֹשׁ habet in locis Iesaiæ VI. 3. Hos. XI. 9. Vide infra sub πνεῦμα. Phavor. ἅγιοι· οἱ σεβάσμιοι. 9) ἅγιον *omne quod voluntas Dei omnipotens efficit et a Deo ortum habet.* Huc pertinent non solum loca, quæ infra sub πνεῦμα excitavi, ubi demonstratum est, πνεῦμα ἅγιον oraculum divinum, religionem christianam et omnia commoda per eam hominibus parta, — animi dotes, facultates extraordinarias Christo et Apostolis a Deo concessas significare ubi ἅγιον præter notionem *ejus, quod a Deo originem suam repetit,* nullam habere potest, — sed referenda est etiam eodem formula ἡ γραφὴ ἁγία Rom. I. 2. quæ de libris V. T. a Deo inspiratis adhibetur. Si denique de *locis* adhibetur ἅγιος, semper 10) *locum* significat, *qui est cultui Dei religioso destinatus,* aut: *in quo Deus præsentiam suam maxime declarat, certe declarare creditur.* Act. VII. 33. ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστὶν sacer est locus, in quo consistis. Exod. III. 5. 2 Petr. I. 18. ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ in monte Thabor. Eandem ob causam Hierosolyma κατ' ἐξοχὴν ἡ ἁγία πόλις vocatur in N. T. Matth. IV. 5. XXVII. 53. Apoc. XI. 2. XXI. 2. XXII. 19. interdum etiam ὁ τόπος ὁ ἅγιος Matth. XXIV. 15. — quanquam hac posteriori formula interdum templum Hierosolymitanum describitur, v. c. Act. VI. 13. XXI. 18. Neutro genere τὸ ἅγιον, sc. δῶμα vel μέρος, in singulari, est: *templum,* Hebr. IX. 1. τό τε ἅγιον κοσμικὸν templum terrestre ab hominibus exstructum. Josephus A. J. III. 6. 4. ὁ μὲν πᾶς νεὼς Ἅγιον ἐκαλεῖτο. Et in plurali τὰ ἅγια (sc. μέρη) α) *ea pars templi* seu *tabernaculi fœderis, quæ sanctum vocatur.* Sic singul. τὸ ἅγιον apud Sirac. IV. 13. *sacrarium, sanctuarium,* ex Hebr. מִקְדָּשׁ, Ezech. XLV. 28. etiam. קֹדֶשׁ, Num. VI. 20. Hebr. IX. 2. Pluralis numerus eminentiæ causa ponitur, ut in formula: τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. β) *pars templi, quæ sancta sanctorum etiam vocabatur.* Hebr. VIII. 2. τῶν ἁγίων λειτουργὸς Christus dicitur, qui in omni loco cum summo Judæorum sacerdote comparatur. Potest tamen post ἁγίων suppleri ἀγαθῶν coll. IX. 11. Hebr. IX. 8. ubi tamen per τὰ ἅγια *cœlum* seu *futura in cœlis felicitas* intellegi debet æque ac in locis IX. 12, 24. X. 19. de quibus legi merentur Schoettgenii Horæ Hebr. et Talmud p. 1216. Per τὰ ἅγια ἁγίων vero semper fere *sanctum sanctorum* seu *sacratissimus templi locus* describitur. Hebr. IX. 3. μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων. Τὸ ἅγιον ἁγίων in Græca versione Exod. XXVI. 33. dicitur, et a Josepho A. J. III. 6. 4. τοῦ ἁγίου τὸ ἅγιον vocatur. Interdum etiam τὰ ἅγια omittitur, v. c. Hebr. VIII. 5. τῶν ἐπουρανίων sc. ἁγίων templi illius cœlestis. Vide L. Suringar D. de diversis vocum קדוש ἅγιος et affinium significatibus in SS. Francqu. 792.

ἉΓΙΟ´ΤΗΣ, τητος, ἡ, *sanctitas, sanctimonia.* Tantum legitur Hebr. XII. 10. εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ ut perfectionis et sanctitatis divinæ participes reddamur. In vers. Alex. non reperitur hoc substantivum. Semel legitur 2 Macc. XV. 2. μεθ' ἁγιότητος ἡμέρᾳ. Schol. Aristoph. Thesm. v. 301. Confer et Phavorinum ad vocem sequentem laudatum.

ἉΓΙΩΣΥ´ΝΗ, ης, ἡ, 1) *summa Dei majestas et perfectio.* Rom. I. 4. κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης quoad vim suam et majestatem divinam. Similiter in vers. Alex. non solum Hebr הוֹד, Psalm. CXLV. 4, 5. sed etiam τῷ קֹדֶשׁ, respondet Ps. XCVII. 12. 2) *virtus, integritas vitæ et innocentia,* maxime vero *temperantia, castitas et ab omni pravo affectu immunitas,* i. q. alias ἁγιασμὸς dicitur. 2 Cor. VII. 1. ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ· ad quem locum Œcumenius: ἡ δὲ ἁγιωσύνη σωφροσύνη τε νοεῖται καὶ καθαρότης παντὸς πάθους. 1 Thess. III. 13. ἐν ἁγιωσύνῃ· ubi Theophyl. ἁγιωσύνη κυρίως λέγεται ἡ σωφροσύνη — καθολικῶς δὲ πᾶσα ἀρετή. Phavor. ἁγιωσύνη ἢ κάλλιον ἀγαθωσύνη καὶ ἁγιότης ταὐτόν.

ἈΓΚΑ´ΛΗ, ης, ἡ, pr. *curvatura* seu *sinus brachii, ulna, manus cum brachio usque ad cubitum* (ab ἀγκή, quod idem notat), quæ Græce etiam ὠλένη dicitur et ἀγκύλη. Luc. II. 28. καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ et ipse eum ulnis excepit et complectebatur suis, seu brevius: ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ, ut legitur Marc. IX. 36. In vers. Alex. Hebr. חֵיק, respondet Prov. V. 29. Usitatius est plurali numero, sicut et Lat. *ulnæ* quam *ulna.* Gloss. Vet. apud Labbæum p. 2. ἀγκάλη, *gremium.* Etymol. M. 12, 13. ἀγκάλαι, οἱ βραχίονες. Æschyl. Choëph. 585.

ἌΓΚΙΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, *hamus quo pisces capiuntur* s. *uncus piscatorius,* forte ab ἄγω *duco, educo,* quia hamo pisces ex aqua educuntur; (Sic Etym. M. 10, 51. παρὰ τὸ ἄγω ἄκιστρον καὶ ἄγκιστρον.) aut a verbo inusitato ἀγκίζω. Semel tantum legitur in N. T. Matth. XVII. 27. βάλε ἄγκιστρον mitte hamum. In vers. Alex. verbis Hebraicis חוֹחַ, 2 Reg. XIX. 28. חַכָּה, Habac. I. 15. et חֵרֶם, Ezech. XXXII. 3. respondet. Hesych. et ex eo Phavor. ἄγκιστρον θηρατήριον ἐκ σιδήρου καμπτὸν, ἀγκύλον, στρεβλόν. Adde Arriani Diss. Epictet. III. 6. 9.

ἈΓΚΥ´ΡΑ, ας, ἡ, *ancora,* proprie est *instrumentum illud ferreum* seu *trabs ferrea, duas extremitates aduncas easque dentibus* (quos etiam diserte vocat Virgilius) *similes habens, quam, funibus alligatam, ejiciunt nautæ magnis maxime in tempestatibus, ad sistandas et firmandas naves, ne in alia jactentur loca.* Demosthen. p. 1295. Act. XXVII. 29. ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας jactis quatuor ancoris. ib. ver. 30. ἀγκύρας ἐκτείνειν ancoras demittere. ver. 40. καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες sublatis igitur ancoris. Etym. M. Ἀγκύρα ἡ μὲν πόλις προπαροξύνεται, ἡ δὲ τοῦ πλοίου παροξύνεται. Hesych. τὸ ναυτικὸν σκεῦος. — Subauditur interdum hæc vox post verbum αἴρειν. Act. XXVII. 13. ἄραντες, sc. ἀγκύρας, solventes navem ancoris sublatis. Exempla e Græcis habet præter L. Bos Ellipses Græcæ p. m. 10. Elias Palairet Obss. in N. T. p. 343. 2) metaphorice: *præsidium quodvis, quod nos nostraque tutos præstare animoque confirmatos et certos reddere valet.* Hebr. VI. 19. ἣν ὡς

ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν et hæc spes nobis est instar firmissimæ ancoræ, h. e. constantes nos reddit et tranquillos: ubi vide quæ e PP. GG. observavit Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 63. Apud Eurip. Hecuba v. 29. Hecuba Polydorum filium suum appellat familiæ gentisque suæ ancoram, ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν. Hesych. ἀγκύρα καὶ τὴν ἀσφάλειαν. Idem: ἀγκύραι μεταφορικῶς ἀσφάλειαι. Σοφοκλῆς Φαίδρᾳ. Vid. Wetstenius ad Hebr. VI. 19. ac Suidas s. v. χαλάσω τὴν ἱερὰν ἄγκυραν.

ἌΓΝΑΦΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *impexus, rudis, fullonem nondum expertus*, et dicitur vel de *pannis adhuc recentibus* vel de *veteribus, qui nondum sunt repurgati a sordibus* (ex α priv. et γνάπτω vel κνάπτω s. γνάφω *carmino, purgo fullonum more;* unde γναφεὺς *fullo*). Matth. IX. 16. ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου additamentum panni recentis. Marc. II. 21. coll. Luc. V. 36. ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ. Scribitur etiam ἄκναφος; cf. interpretes ad Thom. M. Ecl. Attic. sub ἄκναπτον et Phavorinum sub ἄγναμπτον. Mœris: Ἄκναπτον, Ἀττικῶς. ἄγναπτον, Ἑλληνικῶς, ubi vide Intt.

ἉΓΝΕΙ'Α, ας, ἡ, *puritas, castitas*, ab ἁγνεύω *castus sum.* Quanquam per se latissime patet et *omnem probitatem morum et puritatem a sceleribus* et interdum adeo *verum Dei cultum, qui in ritibus externis est*, significat, ut 1 Macc. XIV. 36. tamen in libris N. T. ubi bis reperitur, *strictius* sumi videtur, ita, ut *castitatem, pudicitiam* notet. 2 Timoth. IV. 12. ἐν ἁγνείᾳ. ib. V. 2. νεωτέρας ὡς ἀδελφὰς ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ. Etiam apud Veteres haud raro de abstinentia a venere usurpatur; vid Græevius ad Hesiod. Ἔργ. v. 733. et Intt. ad Æl. V. H. II. 31. Hesych. ἁγνείαν· (ita enim legendum loco impressi ἀγνοίας) καθαρότητος. Suidas: ἁγνεία· καθαρότης, ἐπίτασις σωφροσύνης. et Phavorinus: ἐλευθερία παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος ex 2 Cor. VII. 1. Adde Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 64.

ἉΓΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω. Proprie quidem est: *purgo, sordes ab aliqua re removeo*, sed in N. T. æque ac in versione Alexandrina maxime de *purificatione Levitica et externa*, h. e. *de ritibus illis religiosis dicitur, qui in lege Mosaica partim iis, qui se quocunque modo polluerant et inquinaverant, ut contactu cadaveris, cibis interdictis; — partim vero iis, qui se voto quodam religioso obstrinxerant, interdum etiam, qui se ad festum aliquod celebrandum præparare cupiebant, observandi et peragendi præscripti erant*, unde in vers. Alex. Hebr. טָהַר, in Piel 2 Paral. XXIX. 18. XXX. 18. קָדַשׁ, Exod. XIX. 10. et הִתְחַטֵּא, Num. VIII. 21. respondet. Verbo Latino *lustrare* optime exprimi posse videtur in loco Joh. XI. 55. ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτοὺς, h. e. ut se præpararent ad festum paschatos: ubi videndus Wetstenius. Ante festum autem solebant Judæi in templo versari, precari, abstinere a certis cibis, lavare vestes, radere caput etc. cf. Lightfoot. Hor. Hebr. et Talmud. p. 1078. In iis vero locis, ubi de *voto religioso suscepto* sermo est, significat: *in castimonia vivere, Nasiræum esse, legibus Nasiræatus convenienter vivere.* Act. XXI. 24. ἁγνίσθητι σὺν αὐτοῖς vive et tu cum iis in castimonia. ib. v. 26. σὺν αὐτοῖς ἁγνισθεὶς cum iis castimoniam suscipiens. XXIV. 18. ἐν οἷς εὗρόν με ἡγνισμένον in quibus dum occupor, offenderunt me in templo voto meo me exsolventem. Qui vero voto quodam obstricti erant, tenebantur ex lege Mosaica per aliquot dies abstinere a vino et cibis delicatioribus, non visere ægrotos et mortuos, non radere comam etc. Confer Lightfoot Hor. Hebr. p. 369. et I. D. Michaëlis Jus Mosaicum P. III. p. 1. seq. Est autem hic τοῦ ἁγνίζειν significatus unice ab auctoribus versionis Alexandrinæ repetendus, qui hoc verbo in exprimendo Hebraico נָזַר, usi sunt, v. c. Num. VI. 2, 3. ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὃς ἂν μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ἀφαγνίσασθαι ἁγνείαν Κυρίῳ ἀπὸ οἴνου καὶ σικέρα ἁγνισθήσεται. Eurip. Alc. 77. ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα. ubi vide Intt. — Sed interdum etiam ἁγνίζειν ad animum translatum notat: *emendare, efficere, ut aliquis abstineat a sceleribus et vitæ sanctitati studeat.* Jacobi IV. 8. ἁγνίσατε καρδίας emendate animos. 1 Petr. II. 22. τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἡγνικότες. 1 Joh. III. 3. ἁγνίζει ἑαυτὸν καθὼς ἐκεῖνος (sc. Θεὸς) ἁγνός ἐστι. Conf. Musgrave ad Sophocl. Antigon. 196. et Alberti ad Hesych. T. I. p. 56.

ἉΓΝΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *purificatio, expiatio, lustratio* et speciatim (uti ἁγνεία Num. VI. 21.) *illa ipsa abstinentia a vino, cibi certis generibus, visendis ægrotis et mortuis, radendo capite, cui se aliquis obstrinxerat voto suscepto, — Nasiræatus.* Semel tantum legitur in N. T. Act. XXI. 26. διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ significans, jam finitum esse tempus Nasiræatus. Hinc ei Hebr. נֵזֶר, respondet Num. VI. 5. æque ac נִדָּה, Num. XXXI. 23. in versione Alexandrina. Ἁγνισμὸν ποιεῖσθαι pro *expiare* legitur apud Dion. Halic. Ant. Rom. III. 22. Adde Æschyli Eumen. v. 323.

ἈΓΝΟΕ'Ω, ῶ. fut. ήσω, 1) *nescio, ignoro, in ignorantia versor, non cognitum habeo* (ex α priv. et νοέω *cogito*). Act. XVII. 23. ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε quem igitur, etiamsi vobis ignotum, tamen colitis. Rom. X. 3. 2 Cor. II. 11. οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν non enim latent nos ejus insidiæ. Gal. I. 22. ἤμην δὲ ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ ne de facie quidem notus eram. 1 Tim. I. 13. 2 Petr. II. 12. Huc pertinet formula illa Paulo admodum familiaris: οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν *scitote vero, opus est, ut vos doceam et admoneam*, i. q. οὐκ ἀγνοητέον. Rom. I. 13. XI. 25. 1 Cor. XII. 1. 2 Cor. I. 8. 1 Thess. IV. 13. 2) *non intelligo, non capio, sententiam sermonis non perspicio.* Marc. IX. 32. οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο ignorabant verum hujus sermonis sensum. Luc. IX. 45. addit: καὶ ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό. Act. XIII. 27. ἀγνοήσαντες τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν nec verum vaticiniorum de Messia sensum capientes. Xenoph. Mem. I. 2. 33. 3) *non satis cogito et perpendo.* Rom. II. 4. ἀγνοῶν ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει nec perpendis, hanc indulgentiam divinam te ad resipiscentiam provocare. Eodem sensu non solum formula לֹא יָדַע, Hos. II. 8. usurpatur, sed etiam ipsum verbum ἀγνοεῖν Sapient. VII. 12. 4) *non memini, oblitus sum.* Rom. VI. 3. ἢ ἀγνοεῖτε; annon meministis? ib. VII. 1. ἢ ἀγνοεῖτε — γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ. 1 Cor. X. 1. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν in memoriam vero vobis revoco; ad imitationem Hebr. לֹא יָדַע, Hos. XI. 3. 5) *in dubium voco, dubitando infirmo.* 1 Cor. XIV. 38. εἰ δέ τις ἀγνοεῖ, ἀγνοείτω si quis dubitet de hac re, dubitet sane, sed suo periculo. Rarior quidem est hæc notio, nec tamen Græcis plane ignota. Phavor. ἀγνοῶ· σημαίνει δὲ τὸ καθόλου καὶ παντελῶς μηδὲν εἰδέναι, οἷον ἀγνοεῖν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀμφαγνοῶ τὸ ἔν τισιν διστάζω. 6) *peccatum com-*

mitto, iniquus sum, improbe ago, nulla ignorantiæ notione adjuncta. Hebr. V. 2. μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι qui indulgere possit peccantibus. Sirac. V. 18. ἐν μεγάλῳ καὶ μικρῷ μὴ ἀγνόει, μηδὲ ἕν, h. e. nullum plane peccatum committe nec gravius nec levius. Polyb. V. 11. 5. πολεμεῖν τοῖς ἀγνοήσασιν bellum gerere cum iis qui deliquerunt. Eodem sensu ἀγνωμονέω usurpatur ab Ælian. V. H. II. 16. nec desunt loca, ubi verbis Hebraicis שָׁגַג, et שָׁגָה, æque ac τῷ אָשַׁם, Hos. IV. 6. ἀγνοεῖν in vers. Alex. respondet. 7) Passivum ἀγνοεῖσθαι notat: *obscurum, vilem, contemtum esse.* 2 Cor. VI. 9. ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι, h. e. etsi videmur esse homines obscuri, tamen nobiles sumus.

'ΑΓΝΟ'ΗΜΑ, τος, τὸ, proprie: *ignorantia, defectus scientiæ* (ab ἀγνοέω). 2) *peccatum per ignorantiam* seu *imprudentiam commissum.* Strabo Geogr. Lib. VII. p. 452. et Dion. Halic. art. rhet. § 13. 3) *peccatum quodvis voluntarium.* Hebr. IX. 7. ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. Judith. V. 19. Sirac. XXIII. 2. LI. 27. Tob. III. 3. 1 Macc. XIII. 39. Sic ἄγνοια quoque sæpius sumitur apud Polybium, ut multis exemplis docuit Schweighæuserus in Lexico Polybiano p. 4.

"ΑΓΝΟΙΑ, ας, ἡ, 1) *ignorantia, inscitia, imprudentia* (ab eodem). Act. III. 17. οἶδα, ὅτι κατὰ ἄγνοιαν (בִּשְׁגָגָה, Lev. XXII. 14.) ἐπράξατε per ignorantiam hoc facinus commisistis. Gloss. Vet. ex hoc loco, et Latino interprete: κατ' ἄγνοιαν, *per ignorantiam.* Hesych. ἄγνοια· ἀγνωσία, ἀμαθία. 2) et κατ' ἐξοχὴν iis tribuitur, *qui alieni sunt a religione divinitus tradita,* sive Judaica, sive christiana. Act. XVII. 30. τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς ægre ferens hanc sui ignorantiam Deus. Etiam Arabes tempus ante Muhammedem, quo pleræque regiones tenebris ethnicismi et insano idolorum cultui mancipatæ erant, الجاهلية tempus ignorantiæ appellare solent. Cf. Pocock not. ad Abulpharagii Specimen Histor. Arab. p. 82 et 343. et Gagnier ad Abulfedæ vit. Muhamm. p. 18. Ephes. IV. 18. διὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς ob idololatriam superstitiosam, cui dediti sunt. 1 Petr. I. 14. ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν gentilium religione addicti. His exemplis addi potest e libris apocryphis locus Sapient. XIV. 22. ubi ἄγνοια ponitur ἐν τῷ πλανᾶσθαι περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν.

'ΑΓΝΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, proprie et in universum: *purus, remotus ab omni labe et impuritate.* Hinc 2) *remotus ab omni specie impudicitiæ, castus, pudicus.* Philipp. IV. 8. ὅσα ἁγνὰ officia, quæ nobis leges pudicitiæ injungunt. 1 Tim. V. 22. σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει semper caste vive. Tit. II. 5. Si de virgine dicitur, 3) *incorruptus, intactus.* 2 Cor. XI. 2. παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ ut sisterem vos Christo tanquam virginem illibatam. v. Herodian. I. c. 11. et ibi Irmischium. Phavor. ἁγνή· καθαρὰ καὶ ἀμίαντος ἡ παρθένος κ. τ. λ. 4) *insons, innocens, purus a scelere.* 2 Cor. VII. 11. ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι vos esse puros ab hoc scelere. Eurip. Orest. v. 1642. ἁγνὸς γάρ εἰμι χεῖρας, Ἀλλ' οὐ τὰς φρένας. 5) *nullo vitio contaminatus, integer, pius, sanctus.* 1 Petr. III. 2. ἁγνὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν vitam vestram vere christianam. 1 Joh. III. 3. καθὼς αὐτὸς (sc. Θεὸς) ἁγνός ἐστι sicut Deus est omnis vitiositatis expers. Prov. XX. 9. pro verbis Hebraicis מִי יֹאמַר זִכִּיתִי לִבִּי, habent. Alex. τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; 6) *is qui alios puros a vitio postulat et reddit.* Jac. III. 17. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία πρῶτον μὲν ἁγνή ἐστιν sapientia vere divina homines puros a vitiis reddit. Cf. quæ supra ad ἀγαθὸς et ἅγιος notavi, et infra s. v. δίκαιος.

'ΑΓΝΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, *integritas, innocentia, mens et vita pura ab omni vitiositate.* Semel legitur in N. T. 2 Cor. VI. 6. ἐν ἁγνότητι declaramus nos Dei ministros per vitæ sanctitatem.

'ΑΓΝΩ͂Σ. Adverbium, quod probe distinguendum est ab ἀγνῶς *inscienter,* ἀμαθῶς, ἀκουσίως, Phavorino interprete (qui tamen ipse voces ἁγνὸς et ἀγνὸς pessime invicem permutavit, ut glossa, quæ in ejus Glossario legitur, ἁγνὸς, καθαρὸς ἢ ἄγνωστος, satis testatur), ut Latinorum *caste,* valet: *integre, sincere, puro et sincero animo.* Phil. I. 16. τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν οὐχ ἁγνῶς non bono consilio religionem christianam tradunt. ἁγνῶς v. 18. explicatur per τῇ ἀληθείᾳ, quod τῇ προφάσει opponitur. Hesiod. Ἔργ. v. 334. καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν, Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς κ. τ. λ. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 2. ἁγνῶς, *sincere.*

'ΑΓΝΩΣΙ'Α, ίας, ἡ, *ignorantia, inscitia* (ex α priv. et γνῶσις cognitio). 1 Cor. XV. 35. ἀγνωσίαν Θεοῦ τινὲς ἔχουσιν destituuntur enim adhuc quidam vestrum vera Dei cognitione. Legitur hæc vox apud Alexandrinos interpretes Job. XXXV. 16. בִּבְלִי דַעַת, ἐν ἀγνωσίᾳ. Sapient. XIII. 1. οἷς παρῆν Θεοῦ ἀγνωσία. Polyb. XVI. 19, 12. διὰ τὴν ἀγνωσίαν τῆς ἐκτὸς θαλάττης. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 2. ἀγνωσία, *ignorantia, imperitia.* Eurip. Hecub. 949. 2) *calumniæ et criminationes, quas quis mera ignorantia ductus profert.* 1 Petr. II. 15. ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀγνωσίαν, h. e. coll. c. III. 16. recte agendo omnem paganis adimere occasionem Christianorum cœtum calumniis proscindendi.

"ΑΓΝΩΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *ignotus, incognitus* (ex α priv. et γνωστὸς *notus*), et opponitur τῷ εὔγνωστος *bene notus.* Prov. III. 15. V. 6. In vers. Alex. ἄγνωστος non reperitur, sed aliquoties in libris apocryphis. Sapient. XVIII. 3. ἀγνώστου ὁδοιπορίας. 2 Macc. I. 19. ἄγνωστον τόπον. ib. II. 7. Phavor. ἄγνωστος· ὁ μὴ γνωστός. Pollux in Onomast. V. 44. ἄδοξος, ἀκλεής, ἄγνωστος et similia pro synonymis ponit, ut adeo hanc vocem, de persona adhibitam, hanc olim potestatem habuisse appareat, ut *ignobilem, minus celebrem* significaret. De qua potestate cogitantes quidam interpretes inscriptionem aræ Atheniensis a Paulo Act. XVII. 23. commemoratam: Ἀγνώστῳ Θεῷ, transtulerunt: *Deo minus celebri,* quæ tamen, suadente omni orationis serie, vertenda potius est: *Deo ignoto,* h. e. *Deo, cujus et nomen et natura ignorabatur ab Atheniensibus.* Posset etiam verti: *Deo peregrino.* Certe *ignotus* apud Lat. *externum, peregrinum* notat, v. c. Propert. L. II. El. 25. v. 8. Virgil. Æn. V. 795. IX. 485. Causa erectæ hujus aræ repetenda est, ut jam recte vidit Chrysostomus, a superstitione nimia Atheniensium, qui, veriti, ne forsan Dei cujusdam, quem ignorarent, cultu neglecto pœnas luerent gravissimas, vel Ignoto Deo dicaverunt aram, ne quis Deorum se neglectum ab iis existimare posset. Conf. Gellii N. A. II. 28. et Minucii Octav. c. 6. Catalogum populorum, qui ignotis diis aras erexerunt et sacrificarunt, dedit I. C. Dietericus in Lexico Philol. N. T. Græco-La-

tino (Frf. ad. M. 1680. fol.) p. 30. seq. et Dougtæus Anal. S. N. T. Exc. 58.

'ΑΓΟΡΑ', ᾶς, ἡ. Vox hæc (descendens ab ἀγείρω *congrego*, præt. med. ἤγορα) variam et multiplicem potestatem habet, et proprie quidem *conventum hominum* atque *cœtum* (Homer. Odyss. IX. 170. Eurip. Herc. Fur. 412.) significat, ut vel origo satis docet, et glossariorum vett. auctores ad unum omnes testantur; v. c. Apollonius Soph. Lex. Homer. p. 18. ἀγορά· ἡ ἐκκλησία — καὶ τὸ συνάθροισμα. Suid. ἀγορά· ἡ ἐκκλησία. Phavor. τὸ πλῆθος τὸ συναγόμενον. quorum glossas plene exhibuit Cl. Fischerus de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. XI. p. 4. seq. 2) ut Latinum *forum, omnia loca, in quibus res venales exponuntur, judicia exercentur et conciones habentur,* quoniam confluere illuc solet magnus hominum numerus. Suid. — καὶ ὁ τόπος, ἔνθα πιπράσκεται τὰ ὤνια. Phavor. καὶ ὁ τόπος, τὸ πωλητήριον. Fuerunt autem fora Judæorum in portis urbium; in quibus, quum solerent convenire, qui mercede suam locabant operam, explicari exinde poterit locus Matth. XX. 3. ubi ἐν τῇ ἀγορᾷ ἑστῶτες ἀργοί, sunt mercenarii, in foro versantes, a nemine conducti. Hinc ἀγορὰ in N. T. 3) in universum *omnem locum celebrem, hominibus frequentem, plateas adeo et vias urbium atque vicorum* notat. Matth. XI. 16. ἐν ἀγοραῖς καθημένοις in locis publicis versantibus. Luc. VII. 32. Matth. XXIII. 7. τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς et in locis publicis salutationes. Marc. XII. 38. Luc. XI. 43. XX. 46. Act. XVII. 17. Marc. VI. 56. ἐν ταῖς ἀγοραῖς in plateis — ita Vulg. Interp. coll. Act. V. 15. Codex Cantabrigiensis loco ἐν ταῖς ἀγοραῖς in Marci l. l. habet ἐν ταῖς πλατείαις, quod est apertum glossema. Act. XVII. 17. ἐν τῇ ἀγορᾷ in foro, quod nempe in Ceramico erat. Conf. Gottfr. Olearii D. de gestis Pauli in urbe Atheniensium c. XI p. 662. T. II. Ikenii Novi Thesauri philologici. — Hinc ἀγορὰ in vers. Alex. Hebr. שׁוּק, Cohel. XII. 4, 5. Cant. III. 2. et in versione Symmachi Job. XVIII. 17. τῷ חוּץ respondet. Adde Tob. II. 2. 3 Esdr. II. 18. 2 Macc. II. 10. 4) *res venales omnis generis, quæ in foro exponi solent, maxime illæ, quæ ad victum pertinent.* Schol. Aristoph. ad Acharn. 21. καὶ αὐτὰ τὰ ὤνια σημαίνει· quæ verba Suidas transtulit in suum Lexicon, unde descripsit Phavorinus, sed plenius, nam addit: ἤτοι τὰ πιπρασκόμενα. Marc. VII. 4. καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι nec cibos in foro venales edunt, nisi prius se abluerint. De hoc vocis ἀγορᾶς significatu rariori (obvio apud Xenoph. Cyrop. VI. 2. 11. Plutarch. Pyrrh. 12. Julianum Misopog. p. 308.) post Casaubonum ad Polybium p. 183. ed. Gronov. et Cuper. Obs. III. 20. extr. eleganter egit Krebsius in Observatt. Flav. p. 85 seq. Nonnulli interpretes post ἀπὸ ἀγορᾶς supplent γενόμενοι coll. Herodot. II. 78. ἐπεὰν ἀπὸ δείπνου γένωνται. 5) *forum, in quo judicia exercebantur* apud Græcos et Latinos, *locus judicii.* Act. XVI. 19. εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας pertraxerunt in forum ad magistratus. Phavor. καὶ τὸ δικαστήριον. Unde οἱ κατ' ἀγορὰν *causidici* Græcis dicebantur. Arrian. Diss. Epictet. I. 29. ἕλκει με εἰς τὴν ἀγοράν.

'ΑΓΟΡΑ'ΖΩ, fut. άσω, proprie: *in foro versor et ago,* ut demonstravit Salmasius de Usuris p. 339. et Schol. Aristoph. ad Equit. v. 1370. et ad Acharn. v. 720. Adde Herodot. II. 35. Hesych. ἀγοράζειν· ἐν ἀγορᾷ διατρίβεσθαι. Idem fere Phavorinus. Hinc 2) *emo, quæ venalia sunt in foro* (Suid. ἀγοράζειν. τὸ ὠνεῖσθαί τι.) et opponitur τῷ πωλεῖν (Matth. XXI. 12. Apoc. XIII. 17.) Matth. XIII. 44, 46. XIV. 15. XXVII. 7. Apoc. XVIII. 11. Construitur tunc fere cum accusativo et genitivo pretii, interdum cum præpositione ἐν, ἐκ. In vers. Alex. Hebr. שָׁבַר respondet, v. c. Gen. XLI. 57. Deut. II. 6. Ies. LV. 1. Adde Aristoph. Plut. v. 985. 3) cum accusativo personæ: *redimo, in libertatem aliquem vindico,* et *de servis* aut *captivis dicitur, qui pretio dato redimuntur.* Hinc in N. T. haud raro Christo tribuitur, quatenus vita sua, doctrina et morte homines a vi et potestate vitiositatis liberavit, in veram libertatem humanam vindicavit et hoc modo *suos* fecit. 1 Cor. VI. 20. ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς magno pretio redemti estis. VII. 23. 2 Petr. II. 1. καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην. Apoc. V. 9. ἠγόρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου morte tua nos veros Dei cultores reddidisti, s. liberasti a peccatorum servitute ac pœna, coll. I. 5. Joh. I. 29. 1 Joh. I. 7. — Apoc. XIV. 3, 4. 4) *quocunque modo mihi aliquid comparo et acquiro.* Apoc. III. 18. ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον κ. τ. λ. In vers. Alex. respondet τῷ קָנָה, 1 Chron. XXI. 24. 2 Chron. XXXIV. 11. Ies. XXIV. 2.

'ΑΓΟΡΑΙ~ΟΣ, αίου, ὁ, ἡ, proprie: *omnis, qui in foro versatur et agit.* 2) *forensis, ad forum pertinens, subrostranus, subbasilicanus.* Hinc maxime apud Græcos de *mercatoribus* usurpatur, qui in foro vendunt et emunt et in eorum libris sæpe κάπηλοι, ἔμποροι et ἀγοραῖοι conjunguntur, ut exempla a Salmasio de Usuris p. 338. Valkenario ad Ammonium p. 11. prolata satis docent, quibus addo Aristotelem Polit. IV. 4. λέγω ἀγοραῖον scribentem τὸ περὶ πράσεις, καὶ τὰς ὠνὰς, καὶ τὰς ἐμπορίας, καὶ καπηλείας διατρῖβον. Fuit etiam ἀγοραῖος cognomen Jovis, Mercurii, Minervæ et Dianæ, qui in foro colebantur, ut ex Phavorino constat. Κατ' ἐξοχὴν autem ἀγοραῖοι *homines viles, contemti et otiosi* dicuntur, *qui versantur cotidie et quasi habitant in foro, inepta curiositate ducti,* quos Latini Scriptores *circumforaneos, innatos in triviis et pene forenses* vocare solent, et Demosthenes περιτρίμματα τῆς ἀγορᾶς appellat. Semel in N. T. hæc vox legitur Act. XVII. 5. προσλαβόμενοι δὲ οἱ 'Ιουδαῖοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς assumentes circumforaneorum quosdam viros sceleratos. ubi videndus Priceus. Dion. Hal. in judic. de Thucyd. hist. cap. 50. ἀγοραίοις ἀνθρώποις, ἐπιδιφρίοις κ. τ. λ. Hesych. ἀγοραῖοι· οἱ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀναστρεφόμενοι. Suid. ἀγοραῖος· προπερισπώμενος, ὁ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀναστρεφόμενος ἄνθρωπος. Gloss. Gr. Alberti p. 81. ἀγοραῖοι, οἱ τῇ ἀγορᾷ σχολάζοντες et p. 75. ἀγοραίων, τῶν δημοτῶν. Male itaque, certe non omnino recte scripsit Ammonius; ἀγοραῖος, ἐὰν προπαροξυτόνως, σημαίνει τὸν πονηρὸν, τὸν ἐν ἀγορᾷ τεθραμμένον· ἐὰν δὲ προπερισπωμένως, τὸ ἐν ἀγορᾷ τιμώμενον. Ab hac voce (cujus varii usus multa exempla exstant apud Wetstenium in notis ad Act. XVII. 5.) probe distinguenda est altera, quæ magnopere ab ea differt, nempe:

'ΑΓΟ'ΡΑΙΟΣ, αίου, ὁ, ἡ, quæ de *rebus* et *negotiis* dicitur, *quæ in foro aguntur et tractantur, forensis, judicialis.* Unde ἀγόραιοι κρίσεις sunt *judicia, quæ in foro exercentur;* ἀγόραιοι ἡμέραι autem *dies forenses* dicuntur *habendis judiciis et causis forensibus destinati,* seu *in quibus forum agitur.* Act. XIX. 38. ἀγόραιοι ἄγονται (ita enim scribendum

est loco impressi ἀγοραῖοι), sc. ἡμέραι, *dies forenses* seu *judiciales habentur*, seu magis ad usum loquendi Latinum, *conventus aguntur*, seu *forum agitur*. Vide I. F. Gronovii Observatt. Lib. III. c. 22. Püttmanni Miscellan. Specim. 13. c. 35. (Lips. 1791.) et Joh. Amuel ἀγόραιοι ἄνδρες καὶ ἡμέραι ex Act. XVII. et XIX. Upsal. 1758. 4. Suid. προπαροξυτόνως δὲ ἀγόραιος, ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἡ ἀγορὰ τελεῖται. Hesych. ἀγοραίαν δικαιολογίαν. Ἀγοραία· θέμις καὶ ἐκκλησιαστική.

ἈΓΡΑ, ας, ἡ, proprie dicitur *captura, venatio quadrupedum*, Eurip. Bacch. v. 1201, *avium*, Homer. Odyss. XX. 306. ita, ut et *ipsum venandi actum* et rem, *quam venamur et capimus*, notet. Hesych. ἄγρα· θήρα. Phavor. ἄγρα· θήρα· τὸ θηρώμενον λέγεται καὶ τὸ ἔργον. Pollux Onom. V. 1. ἄγραν οὐ μόνον τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ τὸ θηρώμενον καλοῦσι. Eurip. Orest. v. 1346. οὐχὶ συλλήψεσθ' ἄγραν. 2) *piscatio, piscatus*. Luc. V. 4. χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν demittite retia ad piscaturam. Æsop. Fab. XVII. Hom. Od. XII. 330. Plut. Sympos. VIII. 8. p. 730. 3) *ipsi pisces*. Luc. V. 9. ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ᾗ συνέλαβον ob tantam piscium prædam. Sic et Lat. *captura* pro *ipsa re capta* usurpatur apud Plin. H. N. X. c. 40. Adde Ælian. H. Anim. I. 3, 18. et Thiemii ac Sturzii Lexicon. Xenoph. s. h. v. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 3. ἄγρα *venatio, piscatus, captura*.

ἈΓΡΑ´ΜΜΑΤΟΣ, ὁ, ἡ, proprie dicitur *illiteratus, literarum rudis, qui ne ipsa quidem literarum elementa novit*, quem Græci ἀναλφάβητον vocant, h. e. μὴ τὰ παρὰ τοῖς γραμματισταῖς στοιχεῖα ἐκμεμαθηκότα (ex α priv. et γράμμα, *litera*). Xenoph. Mem. IV. 2. 20. Plutarch. Aristid. c. 7. 2) *indoctus, qui non scholis formatam eruditionem habet*. Arrian. Diss. Epictet. II. 14, 15. Hinc 3) *qui non doctam et subtilem religionis Judaicæ* (quæ κατ' ἐξοχὴν γράμμα, seu τὰ γράμματα, vocabatur: vid. infra s. v. γράμμα.) *cognitionem habet, in scholis Rabbinorum non institutus, nec in scriptis prophetarum et lege Mosaica exercitatus*. Hac potestate gaudet hæc vox Act. IV. 13. ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ ἰδιῶται h. e. μὴ μεμαθηκότες τὰ γράμματα, ut legitur Joh. VII. 15. Conf. Wetstenium in Notis ad N. T. T. II. p. 477.

ἈΓΡΑΥΛΕ´Ω, ῶ, fut. ήσω, (compositum ex ἀγρὸς *ager* et αὐλίζομαι *stabulor, dego*, et παρὰ τὸ ἐν ἀγροῖς αὐλίζεσθαι,) est in universum: *sub dio ago, in agris versor et moror*, et de iis æque, quæ interdiu, ac de iis dicitur, qui noctu vitam in agris sub dio degunt. Plutarch. Num. c. 4. Unde ἀγραυλία Græcis dicitur *vita castrensis et sub dio acta*: v. c. apud Diod. Sic. XVI. c. 13. Speciatim vero *de iis* dicitur, *qui in agris pernoctant et excubias agunt*; quam notionem respexit Hesychius: ἄγραυλοι· οἱ ἐν ἀγρῷ νυκτερεύοντες. ubi videndi Interpretes. — et Phavor. ἄγραυλοι ποιμένες· οἱ ἐν τοῖς ἀγροῖς αὐλιζόμενοι ἢ οἱ ἐν τῷ ἀγρῷ διανυκτερεύοντες. Semel legitur in N. T. Luc. II. 8. ἀγραυλοῦντες sub dio agentes. Vulgatus: *vigilantes*. Diod. Sic. I. c. 39. Etiam ab Homero (Il. XVIII. 162.), Hesiodo (Theog. 26.) et Apollonio Rhodio (IV. 317.) pastores ἄγραυλοι dicuntur. Hinc *bos* apud Homer. Il. X. 155. ἄγραυλος vocatur, ut a mansueto et in stabulum incluso secernatur: ubi Schol τοῦ ἐν ἀγρῷ αὐλιζομένου. adde Schol. ad Hesiod. Theog. v. 26. Eleganter de hac voce egerunt præter Suicerum in Thesauro Eccles. T. I. p. 66. Causaubonus Exercit. Antibar. II. 7. Bochartus in Hierozoico Tom. I. p. 499. ed. Rosenmülleri, Byaneus de natali I. C. p. 376 seq. et Grævius Lectt. Hesiod. c. XV. p. m. 82.

ἈΓΡΕΥ´Ω, fut. εύσω (ab ἄγρα *captura*). Raro hæc vox apud exteros Scriptores (Herodot. II. 95. Xenoph. Anab. V. 3. 9.) et semel tantum in N. T. reperitur. Proprie notat (vel addito substantivo θηρίον, ut in Callimachi H. in Dian. v. 85. vel nude positum) *venari, capere feras, volucres*, i. q. θηρεύειν, quanquam interdum etiam de piscium captura apud Lucianum et alios dicitur. Alexandrini pro צוּד, Job. X. 16. Prov. VI. 26. pariter ac לָכַד, Prov. V. 21. usurpant. Sed quia in hoc verbo, sive ad venationis sive piscaturæ notionem respicias, latet notio *dolose circumveniendi* et *struendi insidias*, 2) metaphorice significat: *insidias struere alicui*, sive sermone hoc fiat, sive alio modo. Marc. XII. 13. ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ ut ipsi quæstionibus argutis propositis insidias struerent eumque sermone minus cauto irretitum caperent, ne elabi posset: ubi nonnulli codices e glossemate παγιδεύσωσι habent. Eodem sensu Latini et formulam *captare aliquem*, v. c. Martial. IX. 90. et vocem *venari* usurpant.

ἈΓΡΙΕ´ΛΑΙΟΣ, αίου, ἡ, (ex ἄγριος *sylvestris* et ἐλαία *olea*) est: *oleaster, olea agrestris, arbor, quæ nullos plane fructus fert* (opponitur τῷ καλλιέλαιος). Inde partim in proverbium abiit: ἀκαρπότερος ἀγριελαίου (conf. Zenobius Adag. Cent. I. n. 60.) partim ab Hesychio per ἄκαρπος explicatur aut, ut plenius et rectius in Phavorino legitur, ἡ ἄκαρπος ἐλαία. (coll. Schol. Apollon. II. 845. et Theocrit. Idyll. XXV. 21.) Monentibus Mœride, Thoma Magistro et Hesychio hæc arbor etiam κότινος dicebatur Græcis, qui et utraque voce promiscue usi sunt. Vid. Theophr. Hist. Plant. II. c. 3, et 4. Schol. Aristoph. ad Plut. v. 586. Dioscor. I. c. 126, 137. Adde Olaum Celsium Hierobotan. P. I. p. 216. (Ex agresti hac olea baculi, clavæ, sagittæ conficiebantur ob duritiem.) Sterilitas vero hujus arboris maxime in causa fuit, cur Paulus oleastri potissimum similitudine usus fuerit in describenda *gentilium ante conversionem ad religionem christianam conditione*. Rom. XI. ubi hæc vox bis occurrit: v. 17. σὺ δὲ ἀγριέλαιος (scil. κλάδος ὤν) tu vero oleæ agrestis surculus; et v. 24. ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 3. ἀγριελαία *oleastrum* et ἀγρία ἐλαία *oleaster*. Id. ἀγιέλαιος *oleaster*. Adde Jul. Polluc. Onom. I. 241.

ἌΓΡΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *agrestis, sylvestris* (ab ἀγρὸς *ager*), dupliciter usurpatur in Scriptt. Gr. ita, ut partim de eo dicatur, *quod sponte in agris et sylvis nascitur*, adeoque opponatur illi, quod est *hortense* et *sativum, quod cura et arte humana ex parte paratum est* (v. c. ἄγριος ἐλαία et ἄμπελος ἄγριος): partim vero de *feris bestiis* et *sylvaticis*, quibus οἰκοτραφῆ et τὰ ἥμερα opponuntur, v. c. ἄγριοι ὄνοι, ἄγριοι σύες, qui et ὄναγροι et σύαγροι dicuntur. Confer. Lexic. Xenophont. vol. I. p. 42. E priori notione explicanda sunt loca apud Matth. III. 4. Marc. I. 6. ubi μέλι ἄγριον h. e. *mel sylvestre*, quod in arborum annosarum ramis et cavis solent parare apes, et in 1 Sam. XIV. 25. ubi דְּבַשׁ עַל־פְּנֵי הַשָּׂדֶה seu דְּבַשׁ הַיַּעַר, vocatur; ad quem locum conf. notas Michaëlis. Diod. Sic. XIX. 94 fin. φύεται γὰρ παρ' αὐτοῖς (scil. Arabibus Nabatæis) μέλι πολὺ τὸ καλούμενον ἄγριον, ᾧ χρῶνται ποτῷ μεθ' ὕδατος. Duplex vero

hujus mellis sylvestris et agrestis genus fuisse videtur: *aliud:* quod ab arborum et virgultorum foliis colligitur (de quo præter Ælian. Hist. Anim. V. 42. et Isidor. Orig. XX. 2. Suidas sub voce ἀκρίς conferri meretur: "μέλι ἄγριον, sunt ejus verba loc. laud. ὅπερ ἀπὸ τῶν δένδρων συναγόμενον Μάννα τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται"), *aliud:* quod ab apibus in arborum truncis et scopulorum rimis deponitur, de quo in locis Matthæi et Marci sermo mihi esse videtur. Anacr. Od. IX. φαγοῦσαν ἄγριόν τι. Strabo XI. p. 348. de iis, qui excelsissimas Caucasi partes inhabitant, scribit: vivunt ἀπὸ καρπῶν ἀγρίων, Xenoph. Œcon. XVI. 5. Ex posteriori vero hujus vocabuli notione fluxit metaphorica, ut ἄγριον. 3) *omne, quod est ferum, sævum, immane, crudele* notet, unde verba ἀγριαίνω Dan. XI. 11. et ἐξαγριαίνω Dan. VIII. 7. derivanda erunt. Semel hoc sensu legitur in Ep. Jud. v. 13. κύματα ἄγρια θαλάσσης fluctus sævi maris, cum quibus homines ferocientes, indomiti et crudeles comparantur; ubi vid. Wetstenius. Sapient. XIV. 1. Eurip. Phœn. v. 1527. Musæus. v. 203. ubi videndus Schraderus. Hesych. ἄγριος· ἀνήμερος.

'ΑΓΡΙ'ΠΠΑΣ, α, ὁ, *Agrippa*, h. e. ut Gellius N. A. XVI. 16. exponit: *ægre partus*, qui sc. in nascendo prius emittit pedes. Alii autem, ut Salmasius in Exercitt. Plin. c. 1. p. 23. a Græco ἀγρεῖν et ἵππος deducunt. Ex N. T. libris duo hujus nominis sunt notissimi. *Alter, major* dictus, Aristobuli filius et Herodis M. nepos, e vinculis, in quæ erat a Tiberio conjectus, a Caligula liberatus, primum Tetrarchiæ, quæ Philippi fuerat, et Tetrarchiæ Lysaniæ rex constitutus, a Claudio in regno confirmatus est, addita insuper Judæa et Samaria, ut adeo fere universum Herodis M. regnum obtineret. Imperavit annos septem. Uxor ejus fuit Cypros, Pallantis, fratris Herodis M. et Salamsenis filia. Joseph. A. J. XVIII. 7. Interfecto in gratiam Judæorum Jacobo et in vincula conjecto Petro, misere vitam finiit. Quum enim Cæsareæ, auctore Josepho A. J. XIX. 17. ludos solennes pro salute Cæsaris Claudii instituisset, ob admissos divinos honores, qui ipsi a populo offerebantur, morbo graviore correptus, quinto die post vitam exspiravit, anno quarto Claudii Cæsaris. Act. XII. 23. in Actis Apostolicis Herodes dicitur. Cf. infra sub 'Ηρώδης. *Alter* vero, *Agrippa minor*, sive Herodes Agrippa dictus, abnepos Herodis M. et filius Agrippæ majoris, ultimus Judæorum rex fuit, qui regnavit annos 56. Multum valuit apud Claudium imperatorem auctoritate. Uxor ejus fuit Mariamne, Josephi, patruelis Herodis M. et Olympiadis, ejus filiæ, filia. Coram eo causam dixit Cæsareæ Paulus ex Act. XXV. et XXVI. Cf. Deyling. Obss. SS. P. II. p. 261. Wetstenii Notas ad N. T. T. II. p. 627. et Ottii Spicileg. ex Flavio Josepho ad N. T. p. 328 seq.

'ΑΓΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, æque late patet ac Latinorum *ager*, et proprie quidem 1) *arvum, ager* dicitur, seu *locus in rure, qui colitur sive arando, sive conserendo.* Matth. XIII. 24. σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. ib. v. 27, 31, 36, 38, 44. XXIV. 18. καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ et qui arat agrum, agricola. Nam apud veteres agricolæ nudi arare solebant. Vide Hesiodi Opp. et Dies 391. Virgil. Georg. I. 299. 2) per synecdochen partis pro toto: *rus, campus, agri diversorum dominorum*, ita, ut etiam *arva* et *prata* complectatur, quod in vernacula lingua das Feld, *the Field*, vocare solemus. Matth. VI. 28. καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ aspicite lilia in pratis florentia. ib. ver. 30. τον χόρτον τοῦ ἀγροῦ herbas campestres. Ad loca hæc observant quidem Interpretes, vocem ἀγρὸς pleonastice additam esse ad imitationem Hebræorum (Ps. CIII. 15. כְּצִיץ הַשָּׂדֶה), sed elegantissimam emphasin latere in hac voce, a Iesu consulto addita, omnis orationis series docet. Luc. XII. 28. XV. 25. ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ filius autem natu major interea ruri fuerat. XVII. 7. Luc. XXIII. 26. Etym. M. ὁ ἔξω τῆς πόλεως χῶρος, et Alexandrini multis in locis שָׂדֶה, per πεδίον transtulerunt. Genes. XXIX. 2. 2 Sam. XVII. 8. etc. 3) *prædium rusticanum, villa, quæ est in agris.* Luc. XIV. 18. ἀγρὸν ἠγόρασα prædium coëmi. Luc. XV. 15. ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους in fundum suum misit ad porcos pascendos. Act. IV. 37. ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, (ubi in codice uno χωρίον e glossemate legitur) coll. v. 34. Ipse Vulgatus Marci VI. 36. et Luc. IX. 12. voce *villa*, quanquam locis alienis, usus est, ubi etiam versio Syriaca conferri meretur. Sic *ager* apud Lat. Cic. de Officiis I. c. 20. *vixerunt*, ait, *nonnulli in agris, delectati re sua familiari.* 4) *pagus, cui circumjecti sunt agri, vicus.* Marc. V. 4, 14. εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. Marc. VI. 36. εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας in proximos pagos atque vicos. ib. v. 56. κώμας ἢ πόλεις ἢ ἀγρούς. XVI. 12. πορευομένοις εἰς ἀγρὸν in vicum, qui erat extra urbem, sc. Emauntem. Luc. IX. 12. Cf. ad h. l. Ludov. de Dieu Crit. S. p. 450. Eodem sensu שָׂדֶה et עִיר, sibi invicem opponuntur Deuter. XXVIII. 3. 5) *possessio quævis.* Matth. XIX. 29. Marc. X. 29, 30. Ælian. V. H. III. 28. τετυφωμένον ἐπὶ τῷ πλούτῳ καὶ μέγα φρονοῦντα ἐπὶ τοῖς ἀγροῖς. Alexandrini κτῆμα pro Hebraico שָׂדֶה, posuerunt Prov. XXIII. 10. Gloss. Vet. apud Lab. p. 3. ἀγρὸς *ager, villa, rus, fundus, territorium.*

'ΑΓΡΥΠΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie significat: *vigilo, insomnis sum, a somno abstineo*, (ex α priv. et ὕπνος *somnus*, insertis per epenthesin litteris γρ.) *insomnem noctem duco.* Ælian. V. H. VII. c. 7. Ei Hebr. שָׁקַד, in vers. Alex. respondet, v. c. Ps. CII. 8. CXXVII. 1. Sed metaphorice in N. T. denotat idem, quod Latinum *vigilare* et *invigilare*, et Græcum γρηγορέω. 2) *caute, attente et circumspecte ago*, et de eo dicitur, qui prudens est futuri temporis. Marc. XIII. 33. ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε vigilantes estote et preces ad Deum fundite. Luc. XXI. 36. 3 Esdr. VIII. 59. 3) *assiduus et sollicitus sum in aliqua re et negotio tractando.* Ephes. VI. 18. καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ δεήσει hanc ipsam ob causam assidui sitis in precando. Ita שָׁקַד, Ies. XXIX. 20. Cf. etiam Sapient. VI. 15. Hinc sequente præpos. ὑπὲρ *diligentem et assiduam alicujus rei curam habere.* Hebr. XIII. 17. αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν· ubi imago desumta videtur a pastoribus, qui gregem per campos discursitantem observant. coll. Ezech. III. 17.

'ΑΓΡΥΠΝΙ'Α, ίας, ἡ, *insomnia, vigiliæ, lucubratio.* pro ἀϋπνία. Vide Etym. M. 13, 26. Xenoph. Cyrop. V. 3. 16. Memor. IV. 5. 9. 2 Cor. VI. 5. ἐν ἀγρυπνίαις præsto me ministrum Dei patienter perferendis vigiliis. ubi vid. Wetstenius. ib. XI. 27. Nec tamen repugnem, si quis utrumque locum de *anxiis curis*, quæ sunt insomniæ causæ, per metonymiam

explicare malit; de qua notione exposui in Spicilegio I. Lexici in Interpretes Græcos V. T. post Bielium p. 4.

῎ΑΓΩ, fut. ἄξω, 1) transitive: *duco, deduco.* Luc. IV. 9. καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ et duxit eum Hierosolymam. Joh. I. 43. XVIII. 28. Act. VIII. 52. IX. 2, 21. XXI. 34. 2) *adduco, affero, apporto,* i. q. προσάγω. Matth. XXI. 2. λύσαντες ἀγάγετέ μοι solventes adducite eum huc, i. q. προσαγάγετε. Joh. VII. 45. διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτόν; quidni eum vobiscum adduxistis? ib. X. 16. ἀγαγεῖν (Thucyd. II. 2.) adducere ad cœtum Christianorum; ubi tamen Theophyl. pro συναγαγεῖν positum existimat. coll. XI. 52. Act. XIX. 37. XXI. 16. Hebr. II. 19. πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγάγοντα auctorem felicitatis multorum hominum. Hinc in vers. Alex. verbis Hebraicis נָהַג, Ies. XI. 6. XX. 4. נָחָה, Deuteron. XXII. 11. Job. XXXVIII. 32. et הֵבִיא, Exod. III. 1. Levit. XIII. 2. Num. V. 15. respondet Sirac. XXX. 25. πρὸ καιροῦ γῆρας ἄγει μέριμνα et ibi Vulg. Adde Schrader. ad Musæum p. 128. 3) *abduco.* Act. XX. 12. ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα abduxerunt puerum viventem. Luc. XXII. 54. Eodem sensu ἄγειν apud Homer. Il. IX. 590. Phavor. ἄγω· ἀπάγω. 4) *comitor, comitem itineris me adjungo, prosequor,* i. q. προπέμπω. Act. XI. 25. ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἀντιόχειαν comitatus eum est Antiochiam usque. ib. XVII. 15. ἤγαγον αὐτὸν prosequebantur eum securitatis causa. ib. XXIII. 10. 5) *produco, educo.* Act. XVII. 5. ἀγαγεῖν εἰς δῆμον producere ad populum. Joh. XIX. 4. ἴδε ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω en vobis eum produci jussi. ib. v. 13. I Thess. IV. 14. ἄξει σὺν αὐτῷ, sc. ἐκ τῶν νεκρῶν, pariter ac eum e mortuis resuscitabit. In vers. Alex. non solum τῷ הוֹצִיא, Gen. XXXVIII. 25. Exod. XV. 22. sed etiam τῷ הֶעֱלָה, Jer. LII. 9. Ezech. XVI. 40. respondet. 6) intransitive: *eo, incedo, abeo,* ita, ut omissum sit ἐμαυτὸν, me ipsum quasi moveo a loco ad locum, quocunque modo hoc fiat; cui respondet formula: *se agere,* apud Virgilium Æn. VIII. 465. Matth. XXVI. 46. ἐγείρεσθε ἄγωμεν surgite abeamus. Marc. I. 38. Joh. XI. 7. ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν in Judæam proficiscamur. v. 15. ἀλλ' ἄγωμεν πρὸς αὐτὸν sed proficiscamur ad illum. XIV. 31. Etym. M. ἄγω σημαίνει τὸ πορεύομαι. Homer. Iliad. VI. 252. 7) *invitum aliquem abripio et abduco.* Phavor. ἄγομαι ἁρπάζομαι. Sic inprimis *de iis dicitur, qui vel ad judices ducuntur, ut sontes, vel ad supplicium et in carcerem, ut damnati,* et quidem modo addito nomine rem determinante, — ut Matth. X. 18. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε et vos in jus rapient. Luc. XXI. 12. XXIII. 1, 32. ἤγοντο — ἀναιρεθῆναι. Act. VI. 12. ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον. XVII. 19. XVIII. 12. ἤγαγον ἐπὶ τὸ βῆμα. — modo nude ac simpliciter: v. c. Marc. XIII. 11. ὅταν δὲ ἄγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες quum vero aliis prodentibus producti fueritis ad eos, quos jam dixi. Non ignota est hæc verborum ἄγειν et *ducere* notio Græcis et Latinis Scriptoribus. Ælian. V. H. I. 30. ἀγομένους ἐπὶ θανάτῳ. c. 34. ἤγαγε πρὸς τοὺς δικαστὰς, et ib. c. 30. κατά τινα δαίμονα τῶν ἀγομένων. Sophocl. Antig. v. 892, 1047, 1055. Iliad. IX. 589. Sueton. Calig. c. 27. Plin. Epp. X. 97. Seneca de Ira III. 40. Cf. Zeunium ad Vigerum de Idiotismis L. G. p. 219. 8) *incito, impello, moveo aliquem,* et ex adjuncto: *rego, guberno, instituo,* i. q. ἐπάγω. Rom. II. 4. εἰς μετάνοιάν σε ἄγει incitat te ad emendandam vitam. Chrysost. ἕλκει. (Polyb. V. 15. εἰς μετάνοιαν ἄξειν τὸν βασιλέα. Appian. B. J. II. p. 766.) Rom. VIII. 14. ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἄγονται qui religione christiana vitam suam regi patiuntur. 1 Cor. XII. 2. Gal. V. 18. 2 Tim. III. 6. ἀγόμενα ἐπιθυμίαις quæ se pravis tantum cupiditatibus duci patiuntur. Longin. de Sublim. XVIII. 2. XXXV. 4. Demosthen. p. 228. Etiam apud Græcos Scriptores ἄγεσθαι notat: *alicujus rei dulcedine et voluptate tangi,* v. c. ap. Philonem de Ebrietate Vol. III. p. 258. ed. Pfeifer. et ἀγώγον *omne* dicitur, *quod delectandi et alliciendi vim et quasi illecebras habet.* Adde Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 72. 9) si de *tempore* usurpatur: *habeo, dego, ago, perago,* ut *ducere* apud Latinos pro *transigere;* vid. Seneca Thyest. 466. Luc. XXIV. 21. τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον tertius jam dies agitur, h. e. hic jam est tertius dies. Syrus: ܘܗܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܠܗ ܕܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܗܘܝ, et ecce tres dies sunt, ex quo hæc omnia facta sunt. Vide ad h. l. Wetstenium. Activum impersonaliter positum est pro passivo, ubi quidam male ἥλιος supplent ex Theocrit. Idyll. XXV. v. 85, 86. Act. XIX. 38. ἀγοραῖοι ἄγονται habentur dies judiciales. Philostrat Vit. Apollonii I. c. 5. ἀγούσῃ γὰρ τῇ μητρὶ τόκου ὥραν ὄναρ ἐγένετο. Aristoph. Nub. v. 626. et Plut. v. 621. ubi videndus Scholiastes. Hinc de tempore usurpatum 10) etiam *celebrandi* notionem habet, ut ἀνάγειν. (Herodot. I. 147. III. 192. VIII. 165.) Matth. XIV. 6. γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου cum dies natalis Herodis celebraretur. 2 Macc. I. 9. ἵνα ἄγητε τὰς ἡμέρας τῆς σκηνοπηγίας. ib. v. 18. II. 16. In hoc sensu ἄγειν in vers. Alex. τῷ עָשָׂה respondet, Esther. IX. 17. Ælian. V. H. IX. 5. ἀγομένων Ὀλυμπίων. Plutarch. Sympos. VIII. 1. τοῦ Σωκράτους ἀγάγοντες γενέθλιον. Ælian. H. A. XI. 2. Alia loco e Gr. Scriptt. larga manu dedit Elias Palairet in Bibl. Brem. Nov. Cl. III. p. 211.

᾿ΑΓΩΓΗ', ῆς, ἡ, proprie *ductio, adductio, manuductio* (ab ἄγω *duco.* Confer. Etymolog. M. 55. 32.). Xenoph. Equ. VI. 4. 2) *educatio, institutio, disciplina,* (ab ἄγεσθαι *formari, institui, educari:* Steph. Thes. L. Gr. T. I. p. 63.) inprimis ea, quæ est in moribus formandis et componendis: unde ἀγωγὴ παίδων est: educatio puerorum: inde Plutarchi libellus inscriptus est: περὶ παίδων ἀγωγῆς et vocabulum παιδαγωγὸς ortum traxit. Suid. διὰ τῶν ἠθῶν τοῦ τρόπου κατακόσμησις. Xenophon. Equ. III. 4. κακὴ ἀγωγή. 3) *vivendi ratio et modus, mores, vitæ institutum.* Semel legitur in N. T. 2 Tim. III. 10. σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ ἀγωγῇ tu autem imitatus es meam vivendi rationem. Theophyl. ad h. l. per βίον καὶ πολιτείαν explicat, et Neo-Græcus bene vertit ἀναστροφή. 2 Macc. IV. 16. ὧν ἐζήλουν τὰς ἀγωγάς. VI. 8. XI. 24. Eodem sensu Hebr. מִנְהָג, Esth. II. 20. ubi Alex. Ἐσθὴρ οὐ μετήλλαξε τὴν ἀγωγὴν αὐτῆς. Hesych. (ubi videndi Interpretes) ἀγωγή· τρόπος, ἀναστροφή. Idem Phavorinus. Cf. Suicer. Thes. Eccles. s. h. v. Wetstenium ad 2 Tim. III. 40. et Krebsii Obss. Flav. p. 364.

᾿ΑΓΩ'Ν, ῶνος, ὁ. Vox πολυσήμαντος, cujus varios significatus Eustathius ad Hom. Odyss. VI. p. 1148. ita complexus est: ὁ δὲ ἀγὼν, inquit, πολυσήμαντος λέξις κατὰ τοὺς παλαιούς· ἀγὼν γὰρ ὅμιλος, κύκλος μάχης, ἔρις, ἀγορὰ, συναγωγὴ (Iliad. XVIII. 376.

XXIII. 258.) καὶ ἀπόδυξις, ex quo etiam Phavorinus sua excerpsit, ex Hesychio hæc verba addens: ἀγών· ὀξύτονον, στάδιον, ἄθροισμα, καὶ τόπος ἔνθα ἀθροίζονται οἱ ἀγωνισταί. Adde Zonaræ Lex. c. 18. Etymol. M. 15, 45. Schol. ad Hesiod. Theog. v. 91. et Wetstenium ad Philipp. I. 30. Ex his verbis colligere licet, 1) proprie: *certamen, certamen ludorum* significare, quo Græci veteres mirifice delectabantur, adeoque quinque certaminum genera, πένταθλον vocata, δρόμον, δίσκον, ἅλμα, πυγμὴν, πάλην complecti. 2) est *locus ipse, in quo certamen ludorum suscipiebatur, stadium.* Thucyd. V. 50. προελθὼν εἰς τὸν ἀγῶνα et ibi Duker. Cf. etiam Grævium ad Hesiod. Clyp. v. 312. p. 107. c. 19. et Jac. Lydii Agonistica SS. c. 27. Etym. M. ἀγὼν λέγεται ὁ κυκλοτερὴς καὶ γωνίαν οὐκ ἔχων τόπος. Sed in N. T. metaphorice accipitur et 3) notat: *munus, officium, quod alicui injunctum et demandatum est.* 1 Tim. VI. 12. ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως strenue fungaris munere doctoris christiani gravissimo, tibi demandato. (Conf. Arriani Diss. Epictet. III. 25. 2.) 2 Tim. IV. 7. τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι omni ex parte muneri meo satisfeci. ubi vid. Wetsten. Hebr. XII. 1. δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα constanter emetiamur stadium propositum, h. e. constantes maneamus in religionis christianæ studio. ubi vid. Wetsten. 4) *sollicitum studium, ardor, contentio, cura, cum molestia conjuncta.* Coloss. II. 1. ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν quantopere annitar pro vobis. Immo *ipsam molestiam, quæ alteri facessitur,* notat apud Alex. Ies. VII. 13. ubi ἀγῶνα παρέχειν bis Hebraico הַלְאוֹת respondet. Eurip. Medea 235. Thucyd. II. 89. 5) *discrimen, vitæ periculum, calamitas, miseria, ærumna,* et speciatim: *molestia, quæ certamen comitatur.* Philipp. I. 30. τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες easdem miserias et calamitates perfertis. 1 Thess. II. 2. ἐν πολλῷ ἀγῶνι multa inter mala et pericula. Arrianus de exped. Alex. III. 15. 1. ὅτι ἐν ἀγῶνι ξυνέχεται τὸ κατὰ σφᾶς, καὶ βοηθεῖν δεῖ.

ἈΓΩΝΙ'Α, ίας, ἡ, apud Græcos Scriptores proprie est vocabulum gymnicum de veterum luctationibus et concertationibus usurpatum (quod constat ex Polluce inter complures voces gymnicas et hanc recensente in Onom. III. 30. § 141. p. 339. et § 142. p. 340. ed. Amstelod.) adeoque partim *certamen* notat, ut sit idem, quod ἀγὼν et ἀγώνισμα, quibus verbis Phavorinus et Suidas explicant (Xen. Cyrop. II. 3. 5. Ælian. V. H. II. 41. IX. 5.); partim *angorem, timorem animique æstuationem ejus, qui est in certamen descensurus.* Etym. M. ἀγωνία ἐπὶ τοῦ εἰς ἀγῶνα μέλλοντος κατιέναι. Deinde vero est vox media et ad *omnem vehementem affectuum motum,* vel ob gaudium, vel ob metum et tristitiam transfertur. In N. T. vero est simpliciter *angor, perturbatio, quæ est ex metu instantis periculi.* Luc. XXII. 44. καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ et angore correptus. Syrus usus est h. l. voce ܙܘܥܐ, quæ simpliciter *timorem, terrorem, pavorem* notat. 2 Macc. III. 14, 16, 17. Demosthen. de Corona c. 11. ἦν δὲ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ Joseph. A. J. VI. 6. 2. XI. 8. 4. ἦν ἐν ἀγωνίᾳ καὶ δέει. Etym. M. ἀγωνία· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς φόβου. Diogen. Laërt. VII. 113. ἀγωνία δὲ φόβος ἀδήλου πράγματος. Male igitur Intt. ad locum Lucæ laudatum per *angorem et motum animi cum morte luctantis* explicarunt, quam emphasin Græca lingua ignorat. Eleganter de hac voce pariter ac præcedente exposuerunt. Irmisch. ad Herodian. II. 3. 13. Vol. II. p. 78 seq. et Wetstenius ad Lucæ l. l.

ἈΓΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *certamen ineo, certo,* verbum proprium apud Græcos Scriptt. de iis, qui in solemnibus certaminibus Græciæ se v. c. cursu, lucta, cestu, gladio, saltu et disco exercebant in stadio et circo, et inde ἀγωνισταὶ dicebantur. 1 Cor. IX. 25. πᾶς δὲ ἀγωνιζόμενος qui studet optatam cursu contingere metam. Hinc 2) *depugno, decerto,* i. q. πολεμέω. Joh. XVIII. 36. ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο. Vulg. ministri mei utique decertarent, seu depugnarent pro me, me tuerentur et defenderent. Thucyd. I. c. 36. ἕξετε πρὸς αὐτοὺς πλείοσι ναυσὶ ἀγωνίζεσθαι. Adde 2 Macc. VIII. 16. XIII. 14. XV. 26. 3) metaphorice: *muneri et officio mihi injuncto et demandato omni ex parte satisfacio.* 1 Tim. VI. 12. 2 Tim. IV. 7. Cf. supra sub ἀγών. 4) *omnibus viribus contendo, allaboro, annitor,* quod facere solent, qui certamen ineunt. Luc. XIII. 24. ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν omnes vires intendite, ut intretis. Coloss. I. 29. ἀγωνιζόμενος summe pro hac re obtinenda contendens. Ita *pugnare* ap. Cic. ad Div. III. 10. VII. 32. In hoc sensu Chald. שְׁדַר, quod in Hithpael notat: *contendere, operam dare,* Dan. VI. 15. respondet apud Alexandrinos. 1 Macc. VII. 21. 5) *assiduus sum in aliqua re,* Coloss. IV. 12. ἀγωνιζόμενος ἐν προσευχαῖς semper pro vobis preces faciens.

ἈΔΑ'Μ, ὁ. Nomen proprium Hebraicum indeclinabile primi parentis, generis humani auctoris, inde προπάτωρ, πρωτόγονος et πρωτοπάτωρ a Scriptoribus ecclesiasticis vocati: ab אֲדָמָה, *terra,* quasi *terrigenus* sive *terræ filius,* observante jam Eusebio Præpar. Evang. VII. p. 180. ubi dicit, Adam κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν τὸν γηγενῆ notare. Nec aliud voluit Josephus, qui A. J. I. c. 2. scribit: ἄνθρωπος Ἄδαμος ἐκλήθη. σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ γλῶτταν τὴν Ἑβραίων πυῤῥὸν, ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς γῆς φυραθείσης ἐγεγόνει. Respexit hanc ipsam etymologiam Paulus 1 Cor. XV. 47. Quemadmodum autem solemne fuit Judæis hunc generis humani auctorem אָדָם הָרִאשׁוֹן vel אָדָם קַדְמָאָה appellare, et Messiam, restauratorem felicitatis generis humani, אָדָם הָאַחֲרוֹן, etiam אָדָם דְלְעֵילָא, de quo bene exposuit Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 670 seq. ita et Paulus Judæorum causa Christum τὸν ἔσχατον Ἀδὰμ et τὸν δεύτερον ἄνθρωπον 1 Cor. XV. 45, 47. appellavit, ita, ut, in quonam hic ab τῷ πρώτῳ ἀνθρώπῳ Ἀδὰμ differat, eleganter ostenderet.

ἈΔΑ'ΠΑΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *sumtu carens, sine sumtu comparatus aut comparandus, gratuitus.* (ex α priv. et δαπανάω *sumtus facio.*) Semel legitur in N. T. 1 Cor. IX. 18. ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ quod gratis tradiderim religionem christianam; nullam mercedem accipere, hæc mea merces est. Phavor. ἀδάπανος· οὐ ἐναντίον ὁ δαπανηρὸς, καὶ ἀδάπανον· τὸ μὴ δυνάμενον δαπανᾶσθαι, ἤτοι τὸ ἀδαπάνητον. Plutarch. Apophth. p. 189. F. Adverbium ἀδαπάνως reperitur apud Eurip. Orest. v. 1175. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀδάπανος, *sine impensa partus.*

ἈΔΔΙ'. Nomen proprium Hebraicum ἄκλιτον viri ex majoribus Christi, qui fuit filius Cosami, pater vero Melchi. Luc. III. 28. in genealogia Christi.

ἈΔΕΛΦΗ', ῆς, ἡ, 1) ut He-

braicum אָחוֹת, cui in verss. Græcis respondet, proprie *sororem* notat, sive *germanam* sive *agnatam* sive *uterinam*. Fœmininum ab ἀδελφὸς, quod vide. Matth. XIX. 29. ἢ ἀδελφάς. Luc. X. 39. XIV. 26. et alibi sæpe. 2) synecdochice: *propinqua, cognata, consanguinea*. Mat. XIII. 56. ubi αἱ ἀδελφαὶ 'Ιησοῦ sunt sine dubio vel sororis matris Iesu filiæ, vel omnino propinquæ, cognatæ Iesu. Marc. VI. 3. Tob. III. 7. Scriptores Latinos *sorores* pro *patruelibus* vel *consanguineis* usos fuisse, docuit Perizon. Animadv. c. 3. p. 107, seq. Hebraicum אָחוֹת æque late patet, et non solum in genere *consanguineam*, Gen. XXIV. 59. sed etiam in specie *fratris* et *patruelis filiam* denotat, Genes. XII. 13, 19. XXVI. 7, 9. 3) *quæ tanquam soror habetur et amatur*. Matth. XII. 50: ὅστις ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου, αὐτός μου ἀδελφή ἐστιν omnes veri Dei cultores sororum loco habeo, tanti æstimo, quam sorores. Conf. Hom. Il. ζ', 429, seq. Marc. III. 34. Rom. XVI. 1. τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν nobis admodum caram et dilectam. 1 Tim. V. 2. Tob. VII. 16. Solent autem etiam Hebræi quamlibet rem conjunctissimam, aut admodum caram, אָחוֹת appellare. Prov. VII. 4. Job. XVII. 14. 4) metaphorice: *quæ unam eandemque religionem cum aliis profitetur*, et κατ' ἐξοχὴν *Christiana*. 1 Cor. VII. 15. ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ Christiani utriusque sexus. ib. IX. 5. ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν uxorem christianam secum ducere. Quo loco pessime abutentes clerici quidam temporis successu soliti fuerunt propudia sua ἀδελφὰς appellare, ut docuit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 83.—Jac. II. 15. 2 Joh. V. 13. Hinc in prophetarum libris singuli populi ob commune eorum idololatriæ studium אָחוֹת vocantur Jerem. III. 7, 8. Ezech. XVI. 45, seq. — Cf. Fesselii Adversaria Sacra V. c. 12.

'ΑΔΕΛΦΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *frater* vel *ex iisdem parentibus ortus, germanus*, αὐτοκασίγνητος, ὁμογενὴς (אָח Gen. IV. 2. X. 21. Matth. IV. 18. XXII. 25.) vel *agnatus ex eodem quidem patre, sed diversis matribus editus* πατράδελφος (אָח, Gen. XLII. 16. XXXVII. 26. 1 Reg. II. 7. Matth. XIV. 3. Marc. VI. 17, 18. Luc. III. 1—19.); vel *uterinus ex una eademque matre, sed diversis patribus editus*, μητράδελφος, ὁμομήτριος. (אָח, Judd. VIII. 19.) Interdum nomen ἀδελφοὶ tam *fratres* uqam *sorores* complectitur, uti Latinum *fratres*, atque respondet Germanico Geschwister. Andocides de Mysteriis, p. 24. ed. Lips. Oratt. GG. Vol. IV. ἡ μήτηρ ἐκείνου, καὶ ὁ ἐμὸς πατὴρ, ἀδελφοί. Huc pertinet fortasse locus Matth. XII. 49, 50. Phavor. ἀδελφοί· οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς δελφύος γεγονότες, ὁμόδελφοι· δελφὺς γὰρ λέγεται ἡ μήτρα. (Vide Aristotel. de Animal. l. III. § 22. et Hesych. s. v. δελφύς.) καὶ μετὰ τοῦ α τοῦ σημαίνοντος τὸ ὁμοῦ γίνεται ἀδελφός. καὶ ἀδελφοὶ ὁμοπάτριοι μὲν καὶ ὁμοπάτορες, οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρός. ὁμομήτριοι δὲ καὶ ὁμομήτορες, οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς μητρὸς, κ. τ. λ. In hac propria significatione hoc vocabulum interdum omittitur, Luc. VI. 16. Act. I. 13. 'Ιούδας 'Ιακώβου, sc. ἀδελφός. coll. Judæ v. 1. ut אָח, 2 Sam. XXI. 19. 1 Paral. XX. 5. Sed deinde ut Hebraicum אָח latissime patet, et in universum *omnem, qui est quocunque modo cum altero conjunctus*, notat, (ab Arab. اخى *conjunxit;*) et Græcis ἀδελφὰ omnino *res* dicuntur, *in quibus quædam reperitur similitudo*, τὰ ὅμοια (interpr. Etym. M. et Schol. Soph. Antig. 198. cf. Koenius ad Gregor. de Dialect. p. 269. et Morus ad Isocr. Paneg. c. 20.); ita etiam in N. T. ἀδελφὸς 2) dicitur *conjunctus sanguinis et familiæ vinculo, cognatus, consanguineus, qui est ex eadem familia oriundus:* ut אָח, Genes. XXIV. 27. Levit. XXV. 48. Deut. II. 4, 8. Matth. XII. 46. ἰδοὺ οἱ ἀδελφοί σου. XIII. 55. XXVIII. 10. Joh. VII. 3. Act. I. 14. Gal. I. 19. Omnia hæc loca, in quibus fratrum Christi mentio fit, de ejus cognatis et propinquis explicanda esse, recte jam judicarunt ecclesiæ veteris doctores, quorum sententias collegit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 84, seq. Cf. etiam Semleri Comment. de δεσποσύνοις et Evangelio Hebræorum, (Hal. 1777. 4.) et Pet. Tiliandri Diss. explic. notionem τῶν τοῦ Κυρίου ἀδελφῶν Matth. XII. 46. etc. Upsal. 1772. 4. Etiam *frater* in Latinorum scriptis hoc sensu usurpatur. Apud Curtium VI. 10, 24. Amyntas, Perdiccæ filius, frater Alexandri vocatur, qui ejus patruelis erat. 3) *popularis, ex eadem gente oriundus, ejusdem populi membrum*, ad imitationem Hebr. אָח, Deut. XV. 2, 3. Job. XXII. 30. Act. II. 29. ἄνδρες ἀδελφοὶ carissimi mei populares. ib. III. 17, 22. ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν e gente vestra. ib. VII. 23, 25, 26. ἀδελφοί ἐστε ὑμεῖς populares vos estis. ib. IX. 17. XIII. 26. Rom. IX. 3. ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα. Hebr. VII. 5. Non male itaque, immo convenienter usui loquendi. Alexandrini Exod. XXII. 25. verba Hebraica: אֶת־עַמִּי אֶת־הֶעָנִי עִמָּךְ transtulerunt: τῷ ἀδελφῷ τῷ πενιχρῷ παρά σοι. 4) *conjunctus religionis vinculis, qui unam eandemque religionem cum aliquo profitetur*. Act. XXII. 5. πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ad Judæos, Damasci incolas. ib. XXVIII. 21. οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν neque Judæorum quisquam advenit. Hinc in N. T. libris κατ' ἐξοχὴν *Christiani* ἀδελφοὶ vocantur, vel simpliciter: Matth. XXV. 40. Act. VI. 3. IX. 30. X. 1. XI. 29. 1 Cor. V. 11. XV. 6. vel additis verbis ἐν Κυρίῳ: Philipp. I. 14. qui loquendi usus diu in veteri ecclesia mansit, teste Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 86. Ita etiam Hebr. אָח accipiendum videtur Ps. CXXXIII. 1. Ies. LXVI. 20. Jer. XXXI. 34. Hos. II. 1. 5) *conjunctus amoris vinculo et usus et consuetudinis, amicus quasi fratris loco habendus*. Matth. V. 47. ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον. (ubi in codd. quibusdam e glossemate φίλους loco ἀδελφοὺς legitur.) ib. XXIII. 8. ubi tamen ἀδελφοὶ potius esse videntur *ejusdem disciplinæ alumni*. Magis vero huc pertinent loca, Matth. XII. 49. ἰδοὺ οἱ ἀδελφοί μου hos pro fratribus meis habeo. 2 Thess. III. 15. 1 Tim. V. 1. Eodem sensu אָח, 2 Sam. I. 26. 1 Regg. XX. 32. et Cantic. V. 1. ἀδελφοὶ in vers. Alex. Hebr. דּוֹדִים respondet. Lucianus de morte Peregrini p. 764. ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος ἔπεισεν αὐτοὺς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων. Homer. Il. Z, 429, seq. 6) *conjunctus muneris et officii vinculis, collega, muneris socius*. (Act. XXI. 20.) 1 Cor. I. 1. 2 Cor. I. 1. II. 12. Ephes. VI. 22. Philipp. IV. 21. coll. v. 22. in quibus locis, uno tantum excepto, omnibus ἀδελφοὶ dicuntur, qui fuerunt Pauli in tradenda religione christiana socii et adjutores. Ita אַחִים, Esra III. 2. 2 Sam. XV. 20. 1 Regg. XIII. 30. 7) *conjunctus humanitatis et naturæ vinculis, quivis alius, alter, homo*, qui Græcis ὁ πλησίον et ὁ ἕτερος voca-

tur. Matth. V. 22. πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ quicunque temere alteri irascitur. v. 23, 24. ib. VII. 3. XVIII. 15, 21, 35. Hebr. VIII. 11. ubi ἀδελφὸς et ὁ πλησίον permutantur invicem. Rom. VIII. 29. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς ut esset princeps et quasi antesignanus omnium hominum. coll. Hebr. II. 11—17. Eodem sensu אָח, Genes. XXVI. 3. Deut. I. 16. Joël. II. 8. Et Genes. XLIII. 33. ἀδελφὸς in vers. Alex. Hebr. רֵעַ respondet. Exposuit de hoc loquendi usu fusius Vorstius Philol. S. c. III. p. 67. ed. Fischeri. Nec negligenda sunt, quæ de vocabulo ἀδελφὸς universum docte disseruit Fesselius in Adversariis S. Lib. V. c. XI. 8) interdum reticetur, v. c. Luc. VI. 18. et Act. I. 13. ante 'Ιακώβου, coll. Ep. Jud. v. 1. Sic fortasse supplendum Tob. IV. 20. ante τοῦ Γαβρία. Lysias Orat. in Diogitonem p. 967. Reisk. ὁ 'Αριστοδόκου sc. ἀδελφός. Conf. L. Bos Ellips. Gr. p. 18. ed. Schæf. et Sturz. de nomin. Græc. Pr. I. p. 13.

'ΑΔΕΛΦΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, proprie: *fraternitas*, ἡ ἀδελφῶν ὁμόνοια, ut explicatur a Dione Chrysostomo XXXVIII. p. 472. (1 Macc. XII. 10, 17.) *et fratrum cœtus.* 2) *Christianorum cœtus, Christiani*, i. q. ἀδελφοί. Abstractum pro concreto, uti φιλότης pro φίλοις *amicis*, συμμαχία pro συμμάχοις *sociis* apud Herodot. et *disciplina* pro *discipulis* apud Gellium N. A. II. c. 18. Bis legitur in N. T. 1 Petr. II. 17. τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε amate Christianos: Syrus ܠܐܚܝܢ ܐܚܒܘ. Ibid. V. 9. τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι Christianorum cœtui per omnem terrarum orbem disperso. Sic et Cyprian. Ep. 24. *fraternitatem salutate.*

"ΑΔΗΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non manifestus, occultus, obscurus*, (ex α priv. et δῆλος *manifestus*.) Luc. XI. 44. ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα similes sepulcris occultis, non apparentibus: nam statim additur: καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω, οὐκ οἴδασι. Ps. LI. 7. Alexandrini verba Hebr. וּבְסָתֻם חָכְמָה transtulerunt τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας. Polyb. III. 19. 2. ἄδηλοι τόποι occulta loca. Ib. III. 54. 5. Phavor. ἄδηλον· οὐ ἐναντίον τὸ φανερόν. καὶ ἄδηλος τόπος· ὁ σκοτεινός. 2) *incertus, dubius*, (Polyb. VI. 56. 11. VIII. 3. 2.) adeoque, si de sono adhibetur, *non distinctus.* 1 Cor. XIV. 8. ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ si non distinctum tuba sonum edit, ut nempe quilibet intelligere possit, jam ea classicum cani. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄδηλον, *dubium* — ἄδηλα, *imperspicua* — ἄδηλος, *incertus.*

'ΑΔΗΛΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *incertitudo, inconstantia, vanitas*, et inprimis rebus tribuitur, quæ sunt fluxæ et transitoriæ. Semel legitur in N. T. 1 Tim. VI. 17. μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, pro ἐπὶ πλούτῳ ἀδήλῳ, nec confidant divitiis incertis, et fluxis. Syrus: ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܬܘܟܠܢܐ in quibus non est securitas aut spes. Polyb. XXXVI. 4. 2. Plutarch. de Aud. Poët. p. 27. C. Hippocrat. in Epist. ad Damaget. p. 1282. 56. Eodem sensu ἀδηλία adhibetur. Cf. Vorstii Philol. S. p. 271. ed. Fischeri.

'ΑΔΗ'ΛΩΣ, adverb, proprie: *non manifeste, obscure.* 2) *in incertum eventum, dubio exitu, ancipiti fortuna:* (quod alias dicitur εἰς ἄδηλον. Vide Plutarch. Sympos. p. 1180. C) ab ἄδηλον, quo etiam interdum *res* significatur, *de cujus eventu et exitu non constat.* 2 Macc. VII. 34. Semel legitur in N. T. 1 Cor. IX. 26. ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω ὡς οὐκ ἀδήλως in stadio mihi proposito curro non in incertum eventum, h. e. ego ita operam navo religioni christianæ, ut non incertum sit, an fructum inde percepturus sim speratum. Fortasse tamen ἀδήλως pro ἀκλεῶς ponitur h. l., ut legitur apud Dionys. Halic. Antiqu. Rom. l. X. c. 45. Confer Jul. Pollucis Onomast. VI. c. 53. § 209.

'ΑΔΗΜΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *gravissime angor et pœne animo deficio, cum gravi dolore luctor.* Hinc in versione Symmachi partim τῷ עָטַף, Ps. LXI. 3. partim חָפַז, Ps. CXVI. 11. respondet, adeoque de mentis deliquio usurpatur. Matth. XXVI. 37. ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν summa tristitia et angore corripitur. Marc. XIV. 33. ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Philipp. II. 26. Hippocr. περὶ παρθ. p. 563. ἀλύων καὶ ἀδημονέων ὁ θυμός. Ælian. H. A. III. 21. Xenoph. Hellen. IV. 4. 3. Alia exempla habet Elsnerus in Comment. ad Matth. T. II. p. 268. et Wetstenius ad Matth. l. l. Hesych. ἀδημονῶ· ἀκηδιῶ, ἀγωνιῶ. ubi videndi Interpretes. — Suid. λίαν λυποῦμαι. Etym. M. ἀδημονεῖν· ἀλύειν, ἀπορεῖν, ἀμηχανεῖν.

"ΑΔΗΣ, ου, ὁ, per synæresin pro ἀΐδης, apud poëtas maxime obvium, (ab εἴδω ex α priv.) positum, proprie notat: *quod videri nequit* (q. d. ἀειδής, ἀόρατον, ut Plutarchus exponit de Isid. et Osir. p. 382.), *locum obscurum et tenebricosum*, teste auctore Etym. M. ᾅδης· χωρίον ἀφεγγές, σκότους αἰωνίου καὶ ζόφου πεπληρωμένον, παρὰ τὸ εἴδω, τὸ βλέπω. εἴδης καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α ἀειδής· ἐν ᾧ οὐδὲν βλέπομεν. Idem Schol. Sophocl. in Ajacem v. 608. Hinc 2) ita dicitur *locus, sub terra constitutus, obscurus et tenebricosus, in quem omnes manes cogi, sejunctasque a corpore animas congregari, communis fuit Judæorum* (a quibus שְׁאוֹל vocabatur, Ies. XIV. 11.) *opinio* (de qua bene exposuerunt Lowth. de Poësi sacra Hebr. Præl. VII. Wetstenius ad Luc. XVI. 23. et Bæhrens in: **Untersuchungen über den Orcus der alten Hebräer**, Halle 1790. 8.), *orta haud dubie ex fabula poëtica*, a qua plures imagines petitas esse Michaëlis docuit ad Lowthi l. 1. p. 186. Est uno verbo: *orcus*, **die Unterwelt, das Schattenreich, das Reich der Todten.** (*the world below, the empire of shades, the region of death.*) Act. II. 27. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου non enim relinques animam meam in orco: qui locus tamen vulgo male redditur: non relinques *corpus meum in sepulcro:* verba enim desumta sunt e Ps. XVI. 10. ubi שְׁאוֹל positum est. (Vide Pauli Slevogti Disputationem Hellenisticam p. 234. Th. Crenii Analectorum Philol. Critico-Historicorum.) ib. v. 31. ὅτι οὐ κατελήφθη εἰς ᾅδου, scil. τόπον seu δῶμα s. δόμον, quod additur apud Homerum Il. XV. 251. Odyss. XI. 149, 626. XII. 21. (sciendum enim est, in oratione soluta pariter ac in carmine ἐλλειπτικῶς dici ἐν ᾅδου, subaudito οἴκῳ s. δώματι, seu εἰς ᾅδου, subint. οἶκον, τόπον, uti exemplis demonstrarunt Steph. Thes. L. Gr. T. I. p. 1110. Jensius in Lect. Lucian. p. 140, 351. ac Vechnerus in Hellenolexia p. 124.) Apoc. I. 18. ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου imperio meo et mors et orcus parent. Apoc. XX. 13, 14. καὶ — ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτῷ νεκρούς. Eodem sensu ᾅδης Sirac. XLVIII. 5. LI. 8. Sapient. II. 1. Joseph. A. J. VI. 14, 2. ἡ δὲ ἀγνοοῦσα τὸν Σαμούηλον, ὅστις ἦν, καλεῖ τοῦτον ἐξ ᾅδου. 3) *infernum,*

impia tartara, locus subterraneus pœnarum, impiis post mortem, dæmonum inter consortia (2 Petr. II. 4.), *tolerandarum,* aut ex aliorum mente, *ipsa conditio miserrima impiorum post mortem.* Luc. XVI. 23. καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ — — ὑπάρχων ἐν βασάνοις, h. e. in inferno inter cruciatus. Huc etiam referrem locum admodum vexatum Matth. XVI. 18. ubi per πύλας ᾅδου *vim et potestatem diaboli et omnium impiorum, Christi adversariorum,* intelligo, quam frustraneam et inanem fore in oppugnanda ecclesia christiana promittit Christus l. l. quod etiam Chrysostomos voluit, qui omnem locum de *periculis gravissimis, cœtui Christianorum imminentibus,* interpretatus est. Cf. Joh. Georg. Altmanni D. phil. crit. de πύλαις ᾅδου in Matth. XVI. 18. quæ reperitur in Museo Helvetico T. I. p. 515. De eadem formula vide quoque Valkenarium ad Eurip. Hippol. 1445. p. 321. ac Grotium ad Matth. l. l. 4) *mors ipsa,* quæ ex more Hebræorum interdum ut persona inducitur, seu *is, qui inferni imperium tenet,* Sap. I. 14. 1 Cor. XV. 55. ποῦ σου, ᾅδη (in codd. quib. θάνατε), τὸ νῖκος; ubi est vis tua, O mors, et imperium? id quod in anteced. ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; Hinc τῷ מָוֶת ᾅδης respondet in vers. Alex. Prov. XIV. 12. XVI. 25. Ipsa verba Hebraica מָוֶת et שְׁאוֹל permutantur invicem Ies. XXVIII. 15. Sirac. IX. 17. XLI. 7. 5) *omnis locus inferior, infimus,* et metaphorice: *status miserrimus, conditio deterior.* Matth. XI. 23. ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ quæ es ad astra sublata, ad infima deprimeris, h. e. admodum misera et abjecta erit tua conditio. Luc. X. 15. Eodem sensu עַד שְׁאוֹל, Ies. LVII. 9. et XIV. 13. adhibetur. Æschyl. Sept. c. Theb. 327. οἰκτρὸν γὰρ πόλιν τήνδ' Ὠγυγίαν Ἀΐδῃ προϊάψαι.

'ΑΔΙΑ'ΚΡΙΤΟΣ, ἴτου, ὁ, ἡ, proprie: *qui discerni non potest seu distingui, indiscretus, indistinctus.* Cyrillus: ἀδιάκριτος, *indiscretus.* Hesych. ἀδιάκριτον· ἀδιαχώριστον. Phavor. μὴ ἔχων διάκρισιν. unde in vers. Symmachi Genes. I. 2. Hebr. בֹּהוּ respondet. Polyb. XV. 12, 9. ἀδιάκριτος φωνή. Artemid. I. 13. III. 36. Arrian. Epict. I. 16, 12. Sed pro variis verbi διακρίνεσθαι significationibus etiam adjectivum ἀδιάκριτος diversimode sumitur; et cum illud interdum *litigare, contendere, rixari,* notet; etiam hoc 2) *eum, qui est ab omni contentione et rixa alienus,* significat. Jac. III. 17. ἡ ἄνωθεν σοφία ἀδιάκριτός ἐστι, h. e. vera sapientia divina cultores suos ab omni contentione alienos reddit et postulat, coll. v. 16. ubi vid. Wetstenius. Cæterum, ut jam observavit Krebsius ad Schoettgenii Lexicon N. T., non insolens est, adjectiva, quæ significationem passivam habent, interdum significationem activam induere: in quam rem exempla suppeditat Hemsterhus. ad Lucian. Halcyon. T. I. p. 179.

'ΑΔΙΑ'ΛΕΙΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non intermissus, non cessans, perpetuus,* (ex α priv. et διαλείπω *desino*). Phavor. ἀδιάλειπτον· ἐπιμένον, ἀκατάπαυστον. Rom. IX. 2. ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου acerbissimo semper dolore angor. 2 Tim. I. 3. ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω περὶ σοῦ μνείαν sicut et perpetuam tui memoriam habeo. Marc. Antonin. de rebus suis Lib. VI. § 15. p. 177. Gloss. Vet. apud Labbæum; ἀδιάλειπτον perenne.

'ΑΔΙΑΛΕΙ'ΠΤΩΣ, adverbium, *sine intermissione ulla, indesinenter, semper.* Alberti Gloss. N. T. ἀδιαλείπτως· διηνεκῶς, ἀεί. 1 Macc. XII. 11. 2 Macc. XV. 7. Polyb. IX. 3, 8. Conf. Scott. Append. ad Thes. l. Gr. s. h. v. 2) *sæpe, multum.* Rom. I. 9. ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι me sæpius vestrum mentionem facere. 1 Thess. I. 3. II. 13. εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως. ib. V. 17. ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. Præter hæc loca non legitur in N. T.

'ΑΔΙΑΦΘΟΡΙ'Α, ίας, ἡ, i. q. ἀδιαφθαρσία, proprie sensu physico: *incorruptibilitas, integritas,* ita, ut rebus tribuatur, quæ non sunt *corruptioni* obnoxiæ, quæ intactæ manserunt et illibatæ. Ælian. V. H. XII. 1. (ex α priv. et διαφθείρω *corrumpo.*) Vide Wetstenium ad Tit. II. 7. 2) sensu morali de *iis* maxime apud Græcos dicitur, *qui se pecuniis aut precibus corrumpi non patiuntur,* qui sunt, ut verbis Platonis utar, ἀδιάφθοροι δεήσεσι καὶ χρήμασι. 3) *integritas, veritas, puritas,* die Aechtheit, Unverfälschtheit, (*purity, truth.*) Tit. II. 7. ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν in doctrina integritatem, h. e. cura ut tradas doctrinam genuinam, veram, nullis erroribus aut additamentis corruptam. Lutherus: mit unverfälschter Lehre, (*with true doctrine.*) In quibusdam codicibus ἀφθορίαν legitur sensu eodem. G. Wakefield in Sylva Critica P. I. p. 71. loco ἀδιαφθορίαν reponi jubet ἀδιαφορίαν, et ἀδιαφορίαν eam esse dicit, quæ sine respectu personarum se gerit, neque minus pauperi consulit quam diviti potentique. Demosthen. p. 323. ed. Reisk. ἀπ' ὀρθῆς καὶ δικαίας καὶ ἀδιαφθόρου τῆς ψυχῆς.

'ΑΔΙΚΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *injuria afficio, injuriam infero, injurius sum in aliquem, lædo.* Matth. XX. 13. ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε nulla a me in te injuria profecta est. Act. VII. 26. ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους; quare injurias vobis invicem infertis? et v. 27. ὁ ἀδικῶν auctor litis dicitur (רָשָׁע, Exod. II. 13.) 1 Cor. VI. 8. ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε. 2 Cor. VII. 2. Gal. IV. 12. οὐδέν με ἠδικήσατε semper enim amico et benevolo erga me fuistis animo. Philem. ver. 18. εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε si autem quid tibi surripuerit. Vide ad h. l. Comment. Scipionis Gentilis p. 148, seq. ed. de Ruyter. In vers. Alex. Hebraicis verbis חָמַס, Genes. XVI. 5. Hab. I. 2. et עָשַׁק, Job. X. 3. Ps. CIII. 6. respondet. Adde Ælian. V. H. XIV. 18. Hinc ἀδικέομαι, passivum, *injuria mihi nolenti et invito infertur, accipio injuriam.* Act. VII. 24. καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον et videns aliquem afflictum, s. male tractari. Medium vero, ἀδικέομαι, *æquo animo injurias patior, patior volens lubensque mihi fieri injuriam.* 1 Cor. VI. 7. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; quidni potius injuriam vobis fieri patimini? Aristot. de Morib. V. 11. cf. Bauer. Philol. Thucyd. Paul. p. 245. Dresig. de verbis mediis N. T. II. 1. 2) *crimen committo publicum, in quod ex legibus humanis animadvertendum est,* ein Civil-Verbrechen begehen, (*to commit a crime against the civil-law,*) *scelus admitto, contra jus fasque ago,* i. q. παρανομέω. cf. Stephan. Thesaur. L. Gr. T. I. p. 1006. Act. XXV. 10. Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα nullius in Judæos criminis reus sum, coll. v. 7, 8. ib. v. 11. εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι si maleficium commisi morte mulctandum. 2 Cor. VII. 12. ubi ὁ ἀδικήσας Corinthius ille dicitur, qui incestus crimen cum noverca sua admiserat, et ὁ ἀδικηθεὶς ipsa noverca est, cui persuasit, ut in sceleris sui societatem veniret. De violata fide conjugali ἀδικεῖν adhibetur apud Eurip. Androm. 673. Ælian. de Anim. XI. 15. Joseph. A. J. IV. 8. 23. Conf. D'Orville ad

Charit. p. 468. 3) in universum: *impie ago, vitiositati studeo, peccatum committo.* Coloss. III. 25. ὁ δὲ ἀδικῶν κομιεῖται, ὃ ἠδίκησε impius perversitatis suæ pœnas dabit Deo. Apoc. XXII. 11. ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι scelestus peccare pergat. In vers. Alex. respondet non solum Hebr. עָוָה, *perverse egit,* 2 Sam. XXIV. 17. sed etiam רָשַׁע, 2 Chron. VI. 37. Eurip. Phœn. v. 975. ἀδικεῖ τὰ τῶν θεῶν. Ælian. V. H. XIV. 28. 4) per metonymiam causæ pro effectu: *lædo, noceo, damno afficio,* ita, ut non solum de personis, sed etiam de rebus inanimatis adhibeatur, ut exemplis comprobavit Reitzius ad Lucian. Opp. II. p. 92. Luc. X. 19. καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ ita, ut nihil horum possit vobis nocere. Apoc. II. 11. οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου non obnoxius erit morti. ib. VII. 2, 3. ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν damnum inferre terræ marique. ib. IX. 4, 10, 19. XI. 5. Sapient. XIV. 29. ἀδικηθῆναι οὐ προσδέχονται nullum damnum metuunt. Xenoph. de Re Equestri VI. 3. Antigon. Caryst. Hist. Mirab. c. 28. ἀδικεῖν τοὺς κύνας. Thucyd. II. 71. τὴν γῆν — μὴ ἀδικεῖν. Ib. IV. 98. ubi vid. Schol. Hesych. ἠδίκησεν ἔβλαψεν, qua ratione et hanc vocem interpretatus est Scholiastes Thucyd. V. 84.

'ΑΔΙ'ΚΗΜΑ, τος, τὸ, proprie: *injuria, injuriæ illatio, injuste factum.* Hinc eo usi sunt Alex. pro Hebr. חָמָס, 2 Sam. XXII. 49. 2) *crimen, delictum, facinus contra leges civitatis admissum adeoque capitale,* ἀδίκημα δημόσιον. Act. XVIII. 14. εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν si ad me afferretis maleficium aliquod. ibid. XXIV. 20. τί εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα num alicujus me criminis convincere potuerint. Hoc sensu legitur in vers. Alex. 1 Sam. XX. 1. pro Hebr. עָוֹן et pro רָעָה, 1 Sam. XXVI. 18. Polyb. I. 66. 6 et 8. Conf. D'Arnaud Var. Conject. lib. I. cap. 17. p. 115. 3) *impie factum, peccatum,* Hebr. עָוֹן, cui in eodem sensu respondet n vers. Alex. Ies. LIX. 12. et Jer. XVI. 17. Apoc. XVIII. 11. ubi, quæ in priori membro commemorantur ἁμαρτίαι, in posteriori ἀδικήματα appellantur.

'ΑΔΙΚΙ'Α, ας, ἡ, proprie 1) *injustitia, injuria, iniquitas, violatio officiorum, quæ aliis hominibus debentur.* Ita in vers. Alex. sæpissime respondet Hebr. חָמָס, v. c. Ps. VII. 17. XI. 5. quanquam interdum etiam pro Hebr. עֹשֶׁק legitur, Ps. LXII. 11. Luc. XVIII. 6. ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας injustus ille judex. Act. I. 18. μισθὸς τῆς ἀδικίας pecunia, merces, injusto modo parta. coll. 2 Petr. II. 15. Rom. IX. 14. μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; num Deus iniquus est? 2 Cor. XII. 13. χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην condonabitis mihi hanc vobis illatam injuriam. 2) *impietas, vitiositas, improbitas omnis,* ex usu vers. Alex. in qua Hebr. עַלְוָה, Hos. X. 9. עַוְלָה, Ezech. XXI. 27. (32.) et רִשְׁעָה, Prov. XI. 5. Ies. LVIII. 6. respondet. Luc. XIII. 27. οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας impii. Act. VIII. 23. εἰς σύνδεσμον τῆς ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα video te esse improbissimum. Rom. I. 29. ubi species ἀδικίας commemorantur πορνεία, πονηρία, πλεονεξία κ. τ. λ. ibid. II. 8. ἀδικία opponitur τῇ ἀληθείᾳ, h. e. probitati (plane ut 1 Cor. XIII. 6.) ib. III. 5. VI. 13. ὅπλα ἀδικίας vitiositatis instrumenta. 2 Tim. II. 19. Jacob. III. 6. 2 Petr. II. 13. His adde Sirac. XVII. 23. ἐπίστρεφε ἐπὶ Κύριον καὶ ἀπόλειπε ἁμαρτίας. XXXV. 5. 3) *peccatum omnis generis,* ut עָוֶל, Ps. VII. 4. Alex. ἀδικία et עָוֹן, 1 Sam. III. 14. Hebr. VIII. 12. ubi ἀδικίαι, ἁμαρτίαι et ἀνομίαι conjunguntur. 1 Joh. V. 17. πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστὶ omne peccatum est aberratio a lege divina. Adde Sirac. XVII. 17. 4) *pœna vitiositatis et peccatorum.* 1 Joh. I. 9. καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας, i. q. in antecedentibus ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας. 5) *mendacium, fallacia, fraus.* Joh. VII. 18. οὗτος ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν is est verus doctor divinus nec impostor, ab omni potius fraude alienus. 2 Thess. II. 10, 12. ἀδικία opponitur τῇ ἀληθείᾳ, ita, ut falsam, multis erroribus contaminatam doctrinam notet. Cf. Ludov. de Dieu Criticam Sacram p. 468. Huc etiam vulgo refertus locus Rom. I. 18. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, quem vertunt: qui veram religionem per idololatriam impediunt, præeuntibus Suida et Phavorino: ἀδικία παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ ἡ τῶν εἰδώλων ἀπάτη. οἷον, ἐκεῖνοι οὖν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχουσιν, ὅσοι τὸ σέβας τοῦ Θεοῦ παραπέμπουσιν εἰδώλοις. τὸ δὲ κατέχουσιν ἀντὶ τοῦ φυλάττουσι. Καὶ ἀδικία, ἀνομία, παρανομία, ῥᾳδιουργία. Sed verior sensus videtur hic: *qui cum veri Dei cognitione pravitatem vitæ conjungunt.* Apud Callimachum in fragm. 340. ἄδικα βιβλία sunt libri mendaces. 6) *vanitas, fragilitas.* Luc. XVI. 9. μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας divitiæ, quæ non sunt veræ, sed vanæ et fallaces. Cf. infra sub ἄδικος et Joh. Conr. Waxii D. de μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας p. 447. T. II. Ikenii Novi. Thes. Philol.

'ΑΔΙΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, in universum dici videtur *res aut persona* apud Græcos, *quæ non talis est, qualis esse debet, ad usum suum inepta,* v. c. ἵππος ἄδικος Xenoph. Cyrop. II. 2. 15. ἄδικος γνάθος Xenoph. de Re Equestr. III. 5. ubi e contrario δίκαιος *res* et *persona nomine suo digna* dicitur. Cf. Ruhnken. ad Xenoph. Mem. Socr. IV. 4. 5. Sed in N. T. libris ἄδικος dicitur 1) *injustus, iniquus, qui alios injuria afficit, vel vi, vel dolo.* Luc. XVIII. 11. ἅρπαγες, ἄδικοι. Rom. III. 5. μὴ ἄδικος ὁ Θεός; nonne injuste agit Deus? Hebr. VI. 10. 2) *impius, scelestus, vitiositatis studiosus.* Matth. V. 45. ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, — ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Act. XXIV. 15. 1 Cor. VI. 9. 2 Petr. II. 9. ἀδίκοις opponuntur οἱ εὐσεβεῖς. Hinc toties Hebr. רָשָׁע in vers. Alex. respondet: Prov. XVII. 15. Ies. LVII. 20. Ezech. XXI. 3. et עֲוִיל, Job. XVI. 11. Apud Xenoph. Anab. II. 6. 20. ἀδίκῳ opponitur καλὸς κἀγαθός. 3) *infidelis, qui officio suo non satisfacit.* Luc. XVI. 10. ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν qui in minimo infidelis est, idem etiam est in magno: ubi diserte τῷ πιστὸς opponitur. 4) *reus, noxius, auctor facinoris.* 1 Petr. III. 18. δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων insons pro sontibus. 5) *paganus, gentilis.* 1 Cor. VI. 1. ἐπὶ τῶν ἀδίκων coram judicibus paganis, quibus οἱ ἅγιοι, judices, e Christianorum cœtu delecti, opponuntur. Conf. infra sub ἁμαρτωλός. 6) *fluxus, vanus et fragilis,* de rebus, quæ facile pereunt, fluxæ sunt et caducæ, *et quasi nomen suum mentiuntur.* Luc. XVI. 11. εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε si non fideliter fallaces illas et caducas opes terrenas administratis; ubi opponitur τὸ ἀληθινὸν bona vera et perennia. (Male itaque alii interpretes intelligunt divitias male partas, quas quidem Euripides in Helena v. 911. et in Electra v. 943. πλοῦτον ἄδικον vocat.) Eodem sensu hæc vox

legitur 3 Esdra IV. 37, 38. ἄδικος ὁ οἶνος, ἄδικος ὁ βασιλεὺς, ἄδικοι αἱ γυναῖκες — — καὶ ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτῶν ἀπολοῦνται. καὶ ἡ ἀλήθεια μένει καὶ ἰσχύει εἰς τὸν αἰῶνα.

ἈΔΙ'ΚΩΣ, Adverbium: *injuste, inique, immerito.* In N. T. semel legitur 1 Petr. II. 19. πάσχων ἀδίκως qui calamitates perfert ita, ut omnis ab eo culpa absit. Recte igitur hoc adverbio usi sunt Alexandrini pro Hebr. חִנָּם, Prov. I. 11, 17. Præter hunc locum in V. T. legitur Sapient. XII. 13. 2 Macc. VII. 16.

ἈΔΟ'ΚΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie: *reprobus, rejectaneus, non sincerus, adulterinus,* et dicitur partim de metallis, nondum a scoriis purgatis, quæ non ferunt examen et hinc reprobantur, partim de nummis rejectaneis, v. c. νόμισμα ἀδόκιμον moneta adulterina. Was die Probe nicht hält, *that which is not sterling,* (ex α negat. et δόκιμος.) Non ignota fuit hæc propria hujus vocis notio Alexandrinis, qui Prov. XXV. 4. הָגוֹ סִיגִים מִכָּסֶף transtulerunt: τύπτε ἀδόκιμον ἀργύριον. et Ies. I. 22. pro כַּסְפֵּךְ הָיָה לְסִיגִים posuerunt: τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον. Adde Arrian. Diss. Epictet. IV. 5. 17. Conf. Wetstenium ad Rom. I. 28. Hinc, metaphora, ab aurifabris ducta, ἀδόκιμος sensu morali dicitur, *qui non est talis, qualis esse debet,* adeoque 2) *non genuinus, non verus et sincerus.* 2 Cor. XIII. 6. ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι me esse genuinum Apostolum nomine meo dignum. ibid. v. 5. εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε nisi fortasse non veri sitis Christiani v. 7. 2 Tim. III. 8. ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν qui non habent talem πίστιν, qualem habere debent. 3) *improbus, pravus, perversus.* Rom. I. 28. νοῦς ἀδόκιμος mens improba et perversa. 4) *indignus.* 1 Cor. IX. 27. αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι ipse indignus sim hac felicitate; nisi quis reddere malit: ipse in eorum reprehensionem haud immerito incurram. 5) *inutilis, ineptus, non idoneus ad aliquod opus.* Tit. I. 16. καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι et ad omnis virtutis studium inertes. Hebr. VI. 8. γῆ ἀδόκιμος ager non aptus frugibus ferendis. — Hesych. ἀδόκιμον· πονηρὸν, ἀπόβλητον, ἄχρηστον.

ἌΔΟΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, et de rebus et de personis adhibetur in Scriptt. Gr. ita, ut tam *hominem, qui est doli expers nec subdolus,* (Pindar. Olymp. VII. 99. 60. Themist. XXIII. p. 283. Eustath. in Il. β, p. 177. 44. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 4. ἄδολος, *incallidus*) quam *rem,* quæ est *sincera, pura, non adulterata,* significet. Posteriori hac ratione legitur in N. T. 1 Petr. II. 1. γάλα ἄδολον lac purum et sincerum, ut vocatur a Columella VII. 8. Præter h. l. vero non reperitur in N. T. Ἀργύριον ἄδολον occurrit in Polluc. Onom. III. 86.

ἈΔΡΑΜΥΤΤΗΝΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *Adramyttenus.* Adjectivum patronymicum. Urbs vero, a qua descendit, Adramyttum, vel Adrumetum, Græce Ἀτραμύττειον, Ἀδραμύτειον, Ἀτραμύττιον, (tam varie enim scribitur in libris Græcis: confer Dukerum ad Thucyd. V. 1.) fuit urbs maritima, in Æolia, Asiæ minoris provincia, sita, cujus Strabo lib. XIII. p. 417. (qui eam vocat Ἀθηναίων πόλιν ἄποικον ἔχουσαν λιμένα καὶ ναύσταθμον) Herodot. VII. c. 42. Pompon. Mela I. 17. mentionem faciunt, Atheniensium colonia, quæ et portum habebat et navale, et bello Mithridatico magna fuit calamitate affecta. Huic vicinæ fuerunt Thebæ Hypoplaciæ, quas eandem cum Adramyttio urbem facit auctor Etymologici, scribens: Θήβαι· τὸ νῦν Ἀδραμύττειον καλούμενον. Act. XXVII. 2. πλοῖον Ἀδραμυττηνὸν navis Adramyttena commemoratur. Navibus autem a loco, ubi vel constructæ erant, vel unde venere, nomen dari, olim receptum fuit. Confer etiam P. A. Boysenii D. de difficili Pauli itinere cap. IV. p. 728. T. II. Novi Thes. Philol. Cæterum de nomine hujus urbis vide Bocharti Canaan I. 8. ac de situ ejus Cellarii Notit. Orb. ant. III. c. 3. § 23. et Wetstenium ad Act. l. l.

ἈΔΡΙ'ΑΣ, ίου, ὁ, scilicet πόντος, κόλπος, πέλαγος, *mare Adriaticum.* Dion. Halic. in judic. de Lysia c. 27. Nomen traxisse videtur ab Adria, urbe (ad Padum amnem in peninsula Rhodiginiana) Italiæ nobili, in agro Picenorum, ut perhibet Plinius III. 15. Vocatur etiam Ionium. Quanquam enim Strabo de mari Ionico et Adriatico monet: τὸ μὲν οὖν στόμα κοινὸν ἀμφοῖν ἐστιν. διαφέρει δὲ ὁ Ἰόνιος, διότι τοῦ πρώτου μέρους τῆς θαλάσσης ταύτης ὄνομά ἐστιν· ὁ δὲ Ἀδρίας τοῦ ἐντὸς μέχρι τοῦ μυχοῦ — tamen statim addit: νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης — ut adeo Adriaticum mare (quo navis, Paulum ferens, jactabatur, appulsura Melitam, Act. XXVII. 27.) totum illum tractum maris significet, quod a montibus Cerauniis Venetias usque penetrat et Epirum subjectasque partes alluit. Hesych. Ἰόνιον πέλαγος· ὁ νῦν Ἀδρίας. Adde Schol. ad Dionys. ver. 92. Vide etiam Wetstenium ad Act. l. l.

ἉΔΡΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, *abundantia, opulentia, copia, multitudo,* (ab ἁδρὸς *copiosus, abundans, largus.* Hesych. ἀδρός· πολὺς, μέγας, πλούσιος, παχύς. — ἁδρόν· μέγα, δαψιλὲς, παχύ. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἁδρὸς, *grandis, gravis.*) Semel legitur in N. T. 2 Cor. VIII. 20. μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν ne quis me dicere possit surripuisse aliquid a magna illa pecuniæ, a me collectæ, summa. Synonymum hujus vocis est ἁδροσύνη, quod de *copiosa messe* usurpavit Hesiodus Ἔργ. ver. 471. De utraque voce vide loca collecta a Wetstenio ad 2 Cor. l. l. Hesych. ἁδρότης· δύναμις, μέγεθος.

ἈΔΥΝΑΤΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, proprie: *non possum, non valeo.* Phavor. ἀδυνατῶ γράφειν, ἀδυνατῶ ποιεῖν, τοῦτο ἀντὶ τοῦ οὐ δύναμαι. Xenoph. Mem. I. 2. 23. et III. 5. 28. Impersonaliter vero sumitur: *impossibile est, fieri non potest.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XVII. 20. οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν omnia efficere poteritis. Luc. I. 37. οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα nihil est, quod Deus efficere nequeat. Verba Hebraica, quibus ἀδυνατέω in versionibus Græcis V. T. respondet, collegit Bielius in Novo Thesauro Philologico s. h. v. e quo duo tantum afferre ad loca N. T. supra laudata non abs re erit. Genes. XVIII. 14. הֲיִפָּלֵא מֵיְהוָה דָּבָר Alex. reddiderunt: μὴ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα; et Job. XLII. 2. וְלֹא יִבָּצֵר מִמְּךָ מְזִמָּה ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν.

ἈΔΥ'ΝΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, in N. T. æque ac Scriptoribus Græcis et active et passive usurpatur. In *passiva* significatione 1) *impossibilis, e, quod fieri et perfici nequit;* vel absolute per se et simpliciter, vel respectu ad præsentem alicujus rei conditionem. Prioris usus exempla sunt: Hebr. VI. 18. ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν Deus fidem fallere nequit. ib. X. 4. ἀδύνατον αἷμα ταύρων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας nullo modo sanguis taurorum vim expiandi peccata habet. Posterioris vero: ib. XI. 6. χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι sine religionis christianæ observatione nullus (Christianorum nempe) Deo placere potest. Rom. VIII. 3.

τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου quod lex Mosaica efficere non valebat — per hominum nempe vitiositatem. Psal. XXI. 12. מְזִמָּה בַּל יוּכָלוּ Symmachus reddidit: ἐννοίας ἀδυνάτους, consilia, quæ rata fieri nequeunt: et Prov. XXX. 18. נִפְלְאוּ מִמֶּנִּי Alex. reddiderunt: ἀδύνατά μοι νοῆσαι. Hesych. ἀδύνατον· ἄπρακτον. Hinc 2) ἀδύνατος *res* dicitur *ardua et molesta, multis difficultatibus obsita*, i. q. χαλεπός. Matth. XIX. 26. παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατον, quod homines per se ægre efficere valent, hoc Dei auxilio adjutis facillimum est negotium. Luc. XVIII. 27. coll. v. 24. Hebr. VI. 4. ἀδύνατον γὰρ vers. Lat. *difficile enim*, LXX Prov. XXX. 18. ἀδύνατόν ἐστι. Vulg. *difficilia mihi*. Apud Inc. Int. 2 Sam. XIII. 2. vox ἀδυνατεῖν *admodum difficile esse, magna difficultate laborare* notat, ubi Hebr. נִפְלָא respondet, et LXX ὑπέρογκον habent. Observavit jam hanc notionem Stephanus in Thesauro L. Gr. T. I. p. 1058. et exemplis comprobavit multis, quibus addo Aristotel. Ethic. ad Nicomach. I. 10. et ibi Lambin. Idem de Cœlo I. 11. — In activa significatione: *invalidus, cui vires non suppetunt ad aliquid efficiendum, viribus fractus, debilis, infirmus*, construitur cum infinitivo, v. c. ἀδύνατος λέγειν, σιγᾶν, φέρειν etc. et accipitur vel sensu physico, præcipue de eo, cui aliquod corporis membrum fractum, imminutum, aut corruptum est, quem Græci vulgo ἀνάπηρον vocant, ut: Act. XIV. 8. ἀδύνατος τοῖς ποσὶν debilis pedibus (Xenoph. de Venat. c. 5. § 14. Herodot. VI. c. 136. Vid. C. F. Boerneri D. de Actis Barnabæ et Pauli Lycaonicis p. 630. T. II. Novi Thes. Philol. et Foesii Œconomia Hippocr. s. h. v. Suidas et Harpocration: ἀδύνατοι οἱ πεπηρωμένοι τὸ σῶμα); vel sensu morali, Rom. XV. 1. τῶν ἀδυνάτων, scil. τῇ πίστει, qui perfecta et certa religionis scientia destituuntur, ubi videndus Wetstenius Gloss. Vet. apud Labbæum p. 4. ἀδύνατος, *impotens, invalidus, impossibilis, infirmus*.

῎ΑΔΩ, pro ἀείδω, fut. ᾄσω 1) *cano*, sive *assa voce*, Apoc. V. 9. καὶ ᾄδουσι ᾠδὴν καινὴν iidem novum plane carmen canunt. XIV. 3. XV. 3. (respondet Hebraico שִׁיר in vers. Alex. sæpissime, ut: Exod. XV. 1, 21. 2 Sam. XIX. 35.) sive *fidibus*. Ælian. V. H. VIII. 7. IX. 38. 2) *laudo, celebro*. Ephes. V. 19. ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Coloss. III. 16. Hos. VII. 2. Alex. ὡς ᾄδοντες τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. Jerem. XXX. 19. וְיָצָא מֵהֶם תּוֹדָה iidem: καὶ ἐξελεύσονται ἀπ᾽ αὐτῶν ᾄδοντες. Ælian. V. H. VII. 1 et 14. Hesych. ᾄσω· ψαλῶ, αἰνέσω, ὑμνήσω.

'ΑΕΙ', adverbium temporis, *semper, perpetuo*, ita, ut et de tempore indefinito et de tempore certo et limitato, sive longiore illo, sive breviore, dicatur. (Suid. εἰώθασι γὰρ τὸ ἀεὶ καὶ ἐπ᾽ ὀλίγου χρόνου τάττειν.) Marc. XV. 8. καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς ut quotannis singulis sacris paschalibus inde a longo tempore iis facere consueverat. Act. VII. 51. 2 Cor. VI. 10. ἀεὶ δὲ χαίροντες semper autem tranquillo animo. Tit. I. 12. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται Cres semper mendax, h. e. Cretenses habitum mentiendi sibi contraxerunt. Hebr. III. 10. 1 Petr. III. 15. Quandoque rebus, quæ ut plurimum fieri solent, tribuitur, adeoque per adverbia: *sæpe, frequenter, assidue*, vertendum est. 2 Cor. IV. 11. ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ τὸν 'Ιησοῦν haud raro ob religionem christianam in summis vitæ periculis versamur. 2 Petr. I. 12. ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν vobis quavis data occasione in memoriam revocare. Hesych. ἀεί· πυκνῶς. Xenoph. Cyrop. I. 4. 27. III. 3. 9. Confer etiam Abresch. ad Æschylum. p. 178.

'ΑΕΤΟ`Σ, οῦ, ὁ, sive ex communi veterum sententia ab ἀΐσσειν, (ut positum sit pro αἰετὸς, Aristoph. Equitt. 1010. aut ἀΐτὸς secundum Etym. M. 20. 54.) quod est: *cum impetu ferri et irruere*, derivare, sive cum Bocharto Hieroz. P. II. c. 2. ab Hebraico עַיִט deducere velis, res eodem tandem redit. Nam apud Græcos vocem ἀετὸν non tam *quamvis avem rapacem* notare, quam nomen proprium esse *aquilæ* (quæ cum impetu superne irruit et fertur in prædam), usus voluit. Unde Alexandrini sæpe hac voce usi sunt pro Hebraico נֶשֶׁר, Job. IX. 26. Psal. CIII. 5. Ies. XL. 31. et Daniel. VII. 4. pro Chald. נְשַׁר iidem posuerunt. Jam quia hæc avis est quidem carnivora, sed nunquam cadavera petit, hinc proverbium, a Christo adhibitum, Matth. XXIV. 28. ὅπου ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοὶ et levi mutatione Luc. XVII. 37. ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί, non vertendum fuisset: ubicunque cadaver erit, ibi etiam convolabunt aquilæ: sed ἀετοὶ aut per *aves rapaces* exponi debuisset, aut intelligendi sunt γυπαετοί, quasi dicas: *vultures aquilini*, qui delectantur cadaverum esu. Confer Aristotel. H. A. IX. c. 22. 2. ac Suidam s. v. ἄπειροι. Cæterum sensus hujus proverbii est hic: cum oblata fuerit opportunitas, nec deerunt, qui ea cupide utantur: nullo, ut videtur, respectu ad Romanos habito, quorum vexilla aquilis insignita erant, Apoc. IV. 7. XII. 14. Præterea reperitur quoque hæc vox Apoc. VIII. 13. in editione Griesbachiana, ubi tamen cum Seideliano codice legere mallem: ἀγγέλου ὡς ἀετοῦ πετωμένου.

῎ΑΖΥΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie 1) *expers fermenti, fermentum non admixtum habens, infermentatus*. Hesych. ἄζυμα· τὰ ἄνευ παλαιᾶς ζύμης, ἃ καλεῖται προζύμη. (ex α priv. et ζύμη *fermentum*, seu *massa acida, quæ farinam, aqua subactam, fervere facit et turgidam reddit*) respondet Hebr. מַצָּה, Gen. XIX. 3. in vers. Alex. ἀζύμους (scilicet ἄρτους, quod additur Exod. XXIX. 2.) ἔπεψεν αὐτοῖς. Jam quia apud eosdem τὰ ἄζυμα Exod. XII. 15, 20. omissa voce λάγανα, (Levit. VII. 4.) quæ speciem placentæ notat, (Hesych. εἶδος πλακουνταρίου, ὡς πυρώδη, ἀπὸ σεμιδάλεως ἐν ἐλαίῳ τηγανιζόμενον καὶ ἀρτιβραχεῖ ἐλαίῳ)—*placentæ non fermentatæ* aut *panes infermentati* dicebantur, *qui a Judæis in exitus ex Ægypto memoriam comedi solebant*, factum est, ut *ipsum festum paschale, quod quotannis a Judæis jussu divino per integros septem dies celebrandum erat, a panum non fermentatorum usu* in N. T. appellaretur ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, Luc. XXII. 1. (חַג הַמַּצּוֹת, Exod. XXIII. 15. Levit. XXIII. 6.) αἱ ἡμέραι τῶν ἀζύμων, Act. XII. 3. XX. 6. et simpliciter: τὰ ἄζυμα, Marc. XIV. 1. Πρώτη autem ἡμέρα τῶν ἀζύμων, quæ Matth. XXVI. 17. et Marc. XIV. 12. commemoratur, fuit primus festi paschatos dies, quo agnus paschalis mactandus erat. 2) metaphorice accipitur et significat *purum a vitiositate, qui immunis est ab erroribus æque ac pravitate vitæ et morum:* nam ζύμη tropice et *doctrinam erroribus contaminatam* et *impietatem* notat, ut infra demonstrabitur. 1 Cor. V. 7. καθώς ἐστε ἄζυμοι siquidem esse debetis puri a perversitate et vitiositate omni, ib. v. 8. τὰ ἄζυμα *ipsa sinceritas et puritas doctrinæ et vitæ*. Phavor.

ἄζυμον καθαροί, ἄτυφοι, ἢ ἔπαρσιν μὴ ἔχοντες. Idem habet Alberti Glossarium N. T. p. 124. et Cyrilli Lex. MS. Adde Suicer. Thess. Eccl. T. I. p. 106.

'ΑΖΩ'Ρ, ὁ, *Asor.* Nomen proprium viri indeclinabile Hebraicum, notans *adjutorem, auxiliatorem,* ad Hebr. עָזַר, *auxiliatus est.* Fuit filius Eliakim ex majoribus I. C. Matth. I. 13, 14.

'ΑΖΩΤΟΣ, ου, ἡ, *Azotus.* Nomen urbis Palæstinæ, sitæ in littore maris Mediterranei, inter Ascalonem, Gazam et Iamniam, et ejus situm accurate determinavit Josephus A. J. V. 1. 22. Adde Judith. II. 18. et Ptolemæum V. c. 16. Hebraice אַשְׁדּוֹד, h. e. *expulsio, exilium,* vocabatur. In divisione terræ Canaan, sub Josua facta, tribui Judæ hæc urbs, quam antea Enakim inhabitabant, sorte obvenit. Josua XV. 46. Deinde una quinque Satrapiarum Philistearum fuit. 1 Sam. V. tot. Tandem vero, Maccabæis ducibus, Judæi eam iterum sibi subjecerunt. 1 Macc. X. 77. Plura vide apud Reland. Palæstina p. 606. Semel commemoratur in N. T. Act. VIII. 40. Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον, pro ἐν Ἀζώτῳ. Philippus repertus est Azoti: ubi legi merentur a Wetstenio notata. Hesych. Ἄζωτος· ἔθνος Συρίας καὶ πόλις: ubi vide Interpretes.

'ΑΗΔΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie *insuavitas, injucunditas, molestia quævis,* ab ἀηδής, *insuavis, injucundus,* quod est ex α priv. et ἧδος *suavitas, jucunditas.* 2) *tædium, fastidium.* Æschin. in Ctesiph. p. 551. τὴν δὲ σὴν ἀηδίαν ἡ πόλις οὐχ ἐχώρει. Demosthenes p. 401. ed. Reisk. ἀηδίαν πρὸς αὐτὸν ἑωρακώς. 3) *odium, inimicitia,* i. q. ἔχθρα. Sic semel legitur Luc. XXIII. 12. ubi loco impressi προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτοὺς Codex Cantabrigiensis habet ὄντες δὲ ἐν ἀηδίᾳ cum essent autem in lite. Etiam adjectivum ἀηδὴς quandoque apud Græcos de *odioso* dici, observavit jam Stephanus in Thes. L. Gr. T. I. p. 1434. Confer etiam Reiskii Indicem Græcitatis Demostheneæ p. 21. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀηδία, *lis, tædium.*

'ΑΗ'Ρ, έρος, ὁ, 1) proprie, *aër,* (παρὰ τὸ αἴρω, τὸ κουφίζω, vel παρὰ τὸ ἄω, τὸ πνέω, secundum Etym. M. 23. 7.) elementum illud spirabile, calidum et fluidum, tenue et leve, quod undequaque terram ambit, et quo vivimus, dum eum pulmone partim admittimus, partim expellimus, quod Cicero de N. D. II. c. 36. *animabilem spirabilemque naturam* recte appellavit, et in quo ab *æthere* differat, demonstravit. Act. XXII. 23. κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα pulverem in aërem jacientibus. Apoc. IX. 2. XVI. 17. coll. v. 18. Ex hac aëris natura derivandæ sunt formulæ loquendi illæ proverbiales in N. T. obviæ. Cujusmodi est α) εἰς ἀέρα λαλεῖν (quod Suidæ est ἀνέμῳ διαλέγειν et Lucretio IV. 929. *ventis verba profundere*), h. e. *frustra verba facere, ita, ut alii nec intelligant orationem, nec aliquam inde percipiant utilitatem,* εἰκῆ καὶ μάτην καὶ ἀνωφελῶς λαλεῖν, ut verbis Theophylacti utar ad 1 Cor. XIV. 9. ubi formula ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες de iis usurpatur, qui in conventibus Christianorum sacris utebantur linguis barbaris, quas nemo præsentium intelligebat. Deinde β) ἀέρα δέρειν *aërem cædere,* quam formulam vulgo (ut Jac. Lydius in Agonist. SS. c. 15.) ab athletarum σκιαμαχίᾳ desumtam putant, quando luctatores sine adversario adversus umbram pugnare solebant, vel vanitate quadam ducti, vel exercendi se gratia. Videtur potius olim usurpata fuisse de pugilibus, qui frustra mittebant cæstus et sic in aërem verberabant, (conf. Eustathius ad Iliad. XX. v. 446. ubi formula ἀέρα τύπτειν occurrit.) de quibus Latini Scriptores formulas: *in inane brachia jactare, vires in ventum effundere,* (Virg. Æn. V. 466.) *verberare ictibus auras* (Virgil. Æn. V. 376.) usurpasse satis constat: unde deinde transferebatur ad *eos, quorum conatus sunt inanes et irriti, qui non consequuntur quod volunt et optant.* Sic 1 Cor. IX. 26. οὕτως πυκτεύω ὡς οὐκ ἀέρα δέρων pugilem ago, sed non frustra vires in ventum effundo, h. e. certo scio, me accepturum esse præmia laborum meorum. conf. L. Bos et Kypke ad h. l. 2) *omne medium spatium, quod inter cœlum et terram est, regio illa et materia omnis inter cœlum et terram interjecta.* Hesych. et Phavor. ἀήρ· ὁ μεταξὺ οὐρανοῦ καὶ γῆς τόπος. 1 Thess. IV. 17. ἁρπαγησόμεθα εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, h. e. vel: obviam Domino nostro rapiemur, judicium exercenti medio loco inter cœlum summum et terram, qui fuit Grotii sententia; vel: nubibus vecti per aërem obviam rapiemur Domino nostro. Fortasse autem, quod meliorem hujus loci sensum redderet, demonstrari posset ex ipso usu loquendi, ἀέρα etiam *ipsum cœlum* significare, sicut et *cœlum* interdum pro *aëre* ponitur. Certe ab Aquila et Theod. Job. XXXV. 1. שָׁמַיִם per ἀὴρ translatum legitur. 3) *caligo, tenebræ, obscurus aër* (ut loquitur Virgil. Æn. I. 415.), observante jam Eustathio ad Homer. Iliad. V. 776. et Apollonio Lexic. Homer. p. 58. ed. Villoison. Hæc significatio, a Stephano in Thes. L. Gr. T. I. p. 130. notata, multis Scriptorum veterum locis confirmari potest: Homer. Il. XII. 240. ποτὶ ζόφον ἠερόεντα ad occidentem, ubi densissima est caligo, lucis nihil. Hesiod. Theogon. 119. τάρταρα ἠερόεντα. ibid. v. 252. ἠεροειδὴς πόντος. Homer. Il. XVII. 645. ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος, qui locus citatur a Longino de sublimitate c. 9. a quo ἠὴρ (i. q. ἀὴρ) explicatur per σκότος. Sapient. XVII. 9. Gellius XIII. 19. Obtinet autem hic usus loquendi Ephes. II. 2. κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, ubi tamen per principem tenebrarum metaphorice diabolus intelligendus est, quatenus ejus imperio subjecti sunt omnes scelesti. Confer infra sub σκότος. Sed alii interpretes hunc locum ad notionem, secundo loco positam, referunt, ut τοῦ ἀέρος sit: qui in aëre versatur, et provocant ad locum Eurip. Phœn. 1538. (T. III. Opp. ed. Lips. p. 1060.) ubi Schol. τοῦ ἀέρος interpretatus est τὰ ἐν ἀέρι τὴν διατριβὴν ποιοῦντα.

'ΑΘΑΝΑΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) *immortalitas.* 1 Timoth. VI. 16. ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν Deus, qui solus absolute et per se immortalis est. Plutarch. Aristid. c. 6. ἀθανασίας, ἣν ἡ φύσις ἡμῶν οὐ δέχεται. Conf. Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 109. 2) *corpus immortale, morti non obnoxium.* 1 Cor. XV. 53, 54. καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν oportet hoc mortale corpus induere seu assumere corpus immortale, h. e. nos jam corpore mortali instructos oportet accipere corpus interitus expers. Vide infra sub ἐνδύω.

'ΑΘΕ'ΜΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, idem quod ἀθέμιστος (Xenoph. Cyrop. I. 6. 6.) *nefarius, legibus, maxime divinis, vetitus, illicitus,* et differt ab παράνομος, *legibus, maxime humanis, interdictus.* Etym. M. ἀθέμιτος· ἄδικος, ἄνομος· ἀπὸ τοῦ θέμις, θέμιτος, *lex, jus, fas.* Phavor. ἀθέμιτον· ἄδικον, ἄνομον, πονηρὸν, ἄναρχον, ἀσεβῆ, ἢ νόμοις οὐ χρώμενον. Adde Barnes. ad Eurip. Ion. v. 1093. Bis legitur in N. T.

hujus mellis sylvestris et agrestis genus fuisse videtur: *aliud:* quod ab arborum et virgultorum foliis colligitur (de quo præter Ælian. Hist. Anim. V. 42. et Isidor. Orig. XX. 2. Suidas sub voce ἀκρὶς conferri meretur: "μέλι ἄγριον, sunt ejus verba loc. laud. ὅπερ ἀπὸ τῶν δένδρων συναγόμενον Μάννα τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται"), *aliud:* quod ab apibus in arborum truncis et scopulorum rimis deponitur, de quo in locis Matthæi et Marci sermo mihi esse videtur. Anacr. Od. IX. φαγοῦσαν ἄγριόν τι. Strabo XI. p. 348. de iis, qui excelsissimas Caucasi partes inhabitant, scribit: vivunt ἀπὸ καρπῶν ἀγρίων, Xenoph. Œcon. XVI. 5. Ex posteriori vero hujus vocabuli notione fluxit metaphorica, ut ἄγριον. 3) *omne, quod est ferum, sævum, immane, crudele* notet, unde verba ἀγριαίνω Dan. XI. 11. et ἐξαγριαίνω Dan. VIII. 7. derivanda erunt. Semel hoc sensu legitur in Ep. Jud. v. 13. κύματα ἄγρια θαλάσσης fluctus sævi maris, cum quibus homines ferocientes, indomiti et crudeles comparantur; ubi vid. Wetstenius. Sapient. XIV. 1. Eurip. Phœn. v. 1527. Musæus. v. 203. ubi videndus Schraderus. Hesych. ἄγριος· ἀνήμερος.

ΑΓΡΙ'ΠΠΑΣ, α, ὁ, *Agrippa*, h. e. ut Gellius N. A. XVI. 16. exponit: *ægre partus*, qui sc. in nascendo prius emittit pedes. Alii autem, ut Salmasius in Exercitt. Plin. c. 1. p. 23. a Græco ἀγρεῖν et ἵππος deducunt. Ex N. T. libris duo hujus nominis sunt notissimi. *Alter, major* dictus, Aristobuli filius et Herodis M. nepos, e vinculis, in quæ erat a Tiberio conjectus, a Caligula liberatus, primum Tetrarchiæ, quæ Philippi fuerat, et Tetrarchiæ Lysaniæ rex constitutus, a Claudio in regno confirmatus est, addita insuper Judæa et Samaria, ut adeo fere universum Herodis M. regnum obtineret. Imperavit annos septem. Uxor ejus fuit Cypros, Pallantis, fratris Herodis M. et Salamsenis filia. Joseph. A. J. XVIII. 7. Interfecto in gratiam Judæorum Jacobo et in vincula conjecto Petro, misere vitam finiit. Quum enim Cæsareæ, auctore Josepho A. J. XIX. 17. ludos solennes pro salute Cæsaris Claudii instituisset, ob admissos divinos honores, qui ipsi a populo offerebantur, morbo graviore correptus, quinto die post vitam exspiravit, anno quarto Claudii Cæsaris. Act. XII. 23. in Actis Apostolicis Herodes dicitur. Cf. infra sub Ἡρώδης. *Alter* vero, *Agrippa minor*, sive Herodes Agrippa dictus, abnepos Herodis M. et filius Agrippæ majoris, ultimus Judæorum rex fuit, qui regnavit annos 56. Multum valuit apud Claudium imperatorem auctoritate. Uxor ejus fuit Mariamne, Josephi, patruelis Herodis M. et Olympiadis, ejus filiæ, filia. Coram eo causam dixit Cæsareæ Paulus ex Act. XXV. et XXVI. Cf. Deyling. Obss. SS. P. II. p. 261. Wetstenii Notas ad N. T. T. II. p. 627. et Ottii Spicileg. ex Flavio Josepho ad N. T. p. 328 seq.

ΑΓΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, æque late patet ac Latinorum *ager*, et proprie quidem 1) *arvum, ager* dicitur, seu *locus in rure, qui colitur sive arando, sive conserendo.* Matth. XIII. 24. σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ. ib. v. 27, 31, 36, 38, 44. XXIV. 18. καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ et qui arat agrum, agricola. Nam apud veteres agricolæ nudi arare solebant. Vide Hesiodi Opp. et Dies 391. Virgil. Georg. I. 299. 2) per synecdochen partis pro toto: *rus, campus, agri diversorum dominorum*, ita, ut etiam *arva* et *prata* complectatur, quod in vernacula lingua das Feld, *the Field*, vocare solemus. Matth. VI. 28. καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ aspicite lilia in pratis florentia. ib. ver. 30. τον χόρτον τοῦ ἀγροῦ herbas campestres. Ad loca hæc observant quidem Interpretes, vocem ἀγρὸς pleonastice additam esse ad imitationem Hebræorum (Ps. CIII. 15. כְּצִיץ הַשָּׂדֶה), sed elegantissimam emphasin latere in hac voce, a Iesu consulto addita, omnis orationis series docet. Luc. XII. 28. XV. 25. ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ filius autem natu major interea ruri fuerat. XVII. 7. Luc. XXIII. 26. Etym. M. ὁ ἔξω τῆς πόλεως χῶρος, et Alexandrini multis in locis שָׂדֶה, per πεδίον transtulerunt. Genes. XXIX. 2. 2 Sam. XVII. 8. etc. 3) *prædium rusticanum, villa, quæ est in agris.* Luc. XIV. 18. ἀγρὸν ἠγόρασα prædium coëmi. Luc. XV. 15. ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ βόσκειν χοίρους in fundum suum misit ad porcos pascendos. Act. IV. 37. ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, (ubi in codice uno χωρίον e glossemate legitur) coll. v. 34. Ipse Vulgatus Marci VI. 36. et Luc. IX. 12. voce *villa*, quanquam locis alienis, usus est, ubi etiam versio Syriaca conferri meretur. Sic *ager* apud Lat. Cic. de Officiis I. c. 20. *vixerunt*, ait, *nonnulli in agris, delectati re sua familiari.* 4) *pagus, cui circumjecti sunt agri, vicus.* Marc. V. 4, 14. εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. Marc. VI. 36. εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς καὶ κώμας in proximos pagos atque vicos. ib. v. 56. κώμας ἢ πόλεις ἢ ἀγρούς. XVI. 12. πορευομένοις εἰς ἀγρὸν in vicum, qui erat extra urbem, sc. Emauntem. Luc. IX. 12. Cf. ad h. l. Ludov. de Dieu Crit. S. p. 450. Eodem sensu שָׂדֶה et עִיר, sibi invicem opponuntur Deuter. XXVIII. 3. 5) *possessio quævis.* Matth. XIX. 29. Marc. X. 29, 30. Ælian. V. H. III. 28. τετυφωμένον ἐπὶ τῷ πλούτῳ καὶ μέγα φρονοῦντα ἐπὶ τοῖς ἀγροῖς. Alexandrini κτῆμα pro Hebraico שָׂדֶה, posuerunt Prov. XXIII. 10. Gloss. Vet. apud Lab. p. 3. ἀγρὸς *ager, villa, rus, fundus, territorium.*

ΑΓΡΥΠΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie significat: *vigilo, insomnis sum, a somno abstineo*, (ex α priv. et ὕπνος *somnus*, insertis per epenthesin litteris γρ.) *insomnem noctem duco.* Ælian. V. H. VII. c. 7. Ei Hebr. שָׁקַד, in vers. Alex. respondet, v. c. Ps. CII. 8. CXXVII. 1. Sed metaphorice in N. T. denotat idem, quod Latinum *vigilare* et *invigilare*, et Græcum γρηγορέω. 2) *caute, attente et circumspecte ago*, et de eo dicitur, qui prudens est futuri temporis. Marc. XIII. 33. ἀγρυπνεῖτε καὶ προσεύχεσθε vigilantes estote et preces ad Deum fundite. Luc. XXI. 36. 3 Esdr. VIII. 59. 3) *assiduus et sollicitus sum in aliqua re et negotio tractando.* Ephes. VI. 18. καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ δεήσει hanc ipsam ob causam assidui sitis in precando. Ita שָׁקַד, Ies. XXIX. 20. Cf. etiam Sapient. VI. 15. Hinc sequente præpos. ὑπὲρ *diligentem et assiduam alicujus rei curam habere.* Hebr. XIII. 17. αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ubi imago desumta videtur a pastoribus, qui gregem per campos discursitantem observant. coll. Ezech. III. 17.

ΑΓΡΥΠΝΙ'Α, ας, ἡ, *insomnia, vigiliæ, lucubratio.* pro ἀϋπνία. Vide Etym. M. 13, 26. Xenoph. Cyrop. V. 3. 16. Memor. IV. 5. 9. 2 Cor. VI. 5. ἐν ἀγρυπνίαις præsto me ministrum Dei patienter perferendis vigiliis. ubi vid. Wetstenius. Ib. XI. 27. Nec tamen repugnem, si quis utrumque locum de *anxiis curis*, quæ sunt insomniæ causæ, per metonymiam

explicare malit; de qua notione exposui in Spicilegio I. Lexici in Interpretes Græcos V. T. post Bielium p. 4.

῎ΑΓΩ, fut. ἄξω, 1) transitive: *duco, deduco.* Luc. IV. 9. καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσάλημ et duxit eum Hierosolymam. Joh. I. 43. XVIII. 28. Act. VIII. 52. IX. 2, 21. XXI. 34. 2) *adduco, affero, apporto,* i. q. προσάγω. Matth. XXI. 2. λύσαντες ἀγάγετέ μοι solventes adducite eum huc, i. q. προσαγάγετε. Joh. VII. 45. διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτόν; quidni eum vobiscum adduxistis? ib. X. 16. ἀγαγεῖν (Thucyd. II. 2.) adducere ad cœtum Christianorum; ubi tamen Theophyl. pro συναγαγεῖν positum existimat. coll. XI. 52. Act. XIX. 37. XXI. 16. Hebr. II. 19. πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγάγοντα auctorem felicitatis multorum hominum. Hinc in vers. Alex. verbis Hebraicis נָהַג, Ies. XI. 6. XX. 4. נָחָה, Deuteron. XXII. 11. Job. XXXVIII. 32. et הֵבִיא, Exod. III. 1. Levit. XIII. 2. Num. V. 15. respondet Sirac. XXX. 25. πρὸ καιροῦ γῆρας ἄγει μέριμνα et ibi Vulg. Adde Schrader. ad Musæum p. 128. 3) *abduco.* Act. XX. 12. ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα abduxerunt puerum viventem. Luc. XXII. 54. Eodem sensu ἄγειν apud Homer. Il. IX. 590. Phavor. ἄγω· ἀπάγω. 4) *comitor, comitem itineris me adjungo, prosequor,* i. q. προπέμπω. Act. XI. 25. ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Ἀντιόχειαν comitatus eum est Antiochiam usque. ib. XVII. 15. ἤγαγον αὐτὸν prosequebantur eum securitatis causa. ib. XXIII. 10. 5) *produco, educo.* Act. XVII. 5. ἀγαγεῖν εἰς δῆμον producere ad populum. Joh. XIX. 4. ἴδε ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω en vobis eum produci jussi. ib. v. 13. I Thess. IV. 14. ἄξει σὺν αὐτῷ, sc. ἐκ τῶν νεκρῶν, pariter ac eum e mortuis resuscitabit. In vers. Alex. non solum τῷ הוֹצִיא, Gen. XXXVIII. 25. Exod. XV. 22. sed etiam τῷ הֶעֱלָה, Jer. LII. 9. Ezech. XVI. 40. respondet. 6) intransitive: *eo, incedo, abeo,* ita, ut omissum sit ἐμαυτὸν, me ipsum quasi moveo a loco ad locum, quocunque modo hoc fiat; cui respondet formula: *se agere,* apud Virgilium Æn. VIII. 465. Matth. XXVI. 46. ἐγείρεσθε ἄγωμεν surgite abeamus. Marc. I. 38. Joh. XI. 7. ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν in Judæam proficiscamur. v. 15. ἀλλ' ἄγωμεν πρὸς αὐτὸν sed proficiscamur ad illum. XIV. 31. Etym. M. ἄγω σημαίνει τὸ πορεύομαι. Homer. Iliad. VI. 252. 7) *invitum aliquem abripio et abduco.* Phavor. ἄγομαι· ἁρπάζομαι. Sic inprimis *de iis dicitur, qui vel ad judices ducuntur, ut sontes, vel ad supplicium et in carcerem, ut damnati,* et quidem modo addito nomine rem determinante, — ut Matth. X. 18. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε et vos in jus rapient. Luc. XXI. 12. XXIII. 1, 32. ἤγοντο — ἀναιρεθῆναι. Act. VI. 12. ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον. XVII. 19. XVIII. 12. ἤγαγον ἐπὶ τὸ βῆμα. — modo nude ac simpliciter: v. c. Marc. XIII. 11. ὅταν δὲ ἄγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες quum vero aliis prodentibus producti fueritis ad eos, quos jam dixi. Non ignota est hæc verborum ἄγειν et *ducere* notio Græcis et Latinis Scriptoribus. Ælian. V. H. I. 30. ἀγομένους ἐπὶ θανάτῳ. c. 34. ἤγαγε πρὸς τοὺς δικαστὰς, et ib. c. 30. κατὰ τινὰ δαίμονα τῶν ἀγομένων. Sophocl. Antig. v. 892, 1047, 1055. Iliad. IX. 589. Sueton. Calig. c. 27. Plin. Epp. X. 97. Seneca de Ira III. 40. Cf. Zeunium ad Vigerum de Idiotismis L. G. p. 219. 8) *incito, impello, moveo aliquem,* et ex adjuncto: *rego, guberno, instituo,* i. q. ἐπάγω. Rom. II. 4. εἰς μετάνοιάν σε ἄγει incitat te ad emendandam vitam. Chrysost. ἕλκει. (Polyb. V. 15. εἰς μετάνοιαν ἄξειν τὸν βασιλέα. Appian. B. J. II. p. 766.) Rom. VIII. 14. ὅσοι γὰρ πνεύματι Θεοῦ ἄγονται qui religione christiana vitam suam regi patiuntur. 1 Cor. XII. 2. Gal. V. 18. 2 Tim. III. 6. ἀγόμενα ἐπιθυμίαις quæ se pravis tantum cupiditatibus duci patiuntur. Longin. de Sublim. XVIII. 2. XXXV. 4. Demosthen. p. 228. Etiam apud Græcos Scriptores ἄγεσθαι notat: *alicujus rei dulcedine et voluptate tangi,* v. c. ap. Philonem de Ebrietate Vol. III. p. 258. ed. Pfeifer. et ἀγώγον *omne* dicitur, *quod delectandi et alliciendi vim et quasi illecebras habet.* Adde Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 72. 9) si de *tempore* usurpatur: *habeo, dego, ago, perago,* ut *ducere* apud Latinos pro *transigere;* vid. Seneca Thyest. 466. Luc. XXIV. 21. τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον tertius jam dies agitur, h. e. hic jam est tertius dies. Syrus: ܗܘܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܡܢ ܕܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܗܘܝ, et ecce tres dies sunt, ex quo hæc omnia facta sunt. Vide ad h. l. Wetstenium. Activum impersonaliter positum est pro passivo, ubi quidam male ἥλιος supplent ex Theocrit. Idyll. XXV. v. 85, 86. Act. XIX. 38. ἀγοραῖοι ἄγονται habentur dies judiciales. Philostrat Vit. Apollonii I. c. 5. ἀγούσῃ γὰρ τῇ μητρὶ τόκου ὥραν ὄναρ ἐγένετο. Aristoph. Nub. v. 626. et Plut. v. 621. ubi videndus Scholiastes. Hinc de tempore usurpatum 10) etiam *celebrandi* notionem habet, ut ἀνάγειν. (Herodot. I. 147. III. 192. VIII. 165.) Matth. XIV. 6. γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ Ἡρώδου cum dies natalis Herodis celebraretur. 2 Macc. I. 9. ἵνα ἄγητε τὰς ἡμέρας τῆς σκηνοπηγίας. ib. v. 18. II. 16. In hoc sensu ἄγειν in vers. Alex. τῷ עָשָׂה respondet, Esther. IX. 17. Ælian. V. H. IX. 5. ἀγομένων Ὀλυμπίων. Plutarch. Sympos. VIII. 1. τοῦ Σωκράτους ἀγάγοντες γενέθλιον. Ælian. H. A. XI. 2. Alia loco e Gr. Scriptt. larga manu dedit Elias Palairet in Bibl. Brem. Nov. Cl. III. p. 211.

ἈΓΩΓΗ', ῆς, ἡ, proprie *ductio, adductio, manuductio* (ab ἄγω *duco.* Confer. Etymolog. M. 55. 32.). Xenoph. Equ. VI. 4. 2) *educatio, institutio, disciplina,* (ab ἄγεσθαι *formari, institui, educari:* Steph. Thes. L. Gr. T. I. p. 63.) inprimis ea, quæ est in moribus formandis et componendis: unde ἀγωγὴ παίδων est: educatio puerorum: inde Plutarchi libellus inscriptus est: περὶ παίδων ἀγωγῆς et vocabulum παιδαγωγὸς ortum traxit. Suid. διὰ τῶν ἠθῶν τοῦ τρόπου κατακόσμησις. Xenophon. Equ. III. 4. κακὴ ἀγωγή. 3) *vivendi ratio et modus, mores, vitæ institutum.* Semel legitur in N. T. 2 Tim. III. 10. σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ ἀγωγῇ tu autem imitatus es meam vivendi rationem. Theophyl. ad h. l. per βίον καὶ πολιτείαν explicat, et Neo-Græcus bene vertit ἀναστροφή. 2 Macc. IV. 16. ὧν ἐζήλουν τὰς ἀγωγάς. VI. 8. XI. 24. Eodem sensu Hebr. מִנְהָג, Esth. II. 20. ubi Alex. Ἐσθὴρ οὐ μετήλλαξε τὴν ἀγωγὴν αὐτῆς. Hesych. (ubi videndi Interpretes) ἀγωγή· τρόπος, ἀναστροφή. Idem Phavorinus. Cf. Suicer. Thes. Eccles. s. h. v. Wetstenium ad 2 Tim. III. 40. et Krebsii Obss. Flav. p. 364.

ἈΓΩ'Ν, ῶνος, ὁ. Vox πολυσήμαντος, cujus varios significatus Eustathius ad Hom. Odyss. VI. p. 1148. ita complexus est: ὁ δὲ ἀγὼν, inquit, πολυσήμαντος λέξις κατὰ τοὺς παλαιούς· ἀγὼν γὰρ ὅμιλος, κύκλος μάχης, ἔρις, ἀγορὰ, συναγωγὴ (Iliad. XVIII. 376.

XXIII. 258.) καὶ ἀπόδειξις, ex quo etiam Phavorinus sua excerpsit, ex Hesychio hæc verba addens: ἀγών· δξύτονον, στάδιον, ἄθροισμα, καὶ τόπος ἔνθα ἀθροίζονται οἱ ἀγωνισταί. Adde Zonaræ Lex. c. 18. Etymol. M. 15, 45. Schol. ad Hesiod. Theog. v. 91. et Wetstenium ad Philipp. I. 30. Ex his verbis colligere licet, 1) proprie: *certamen, certamen ludorum* significare, quo Græci veteres mirifice delectabantur, adeoque quinque certaminum genera, πένταθλον vocata, δρόμον, δίσκον, ἅλμα, πυγμὴν, πάλην complecti. 2) est *locus ipse, in quo certamen ludorum suscipiebatur, stadium.* Thucyd. V. 50. προελθὼν εἰς τὸν ἀγῶνα et ibi Duker. Cf. etiam Grævium ad Hesiod. Clyp. v. 312. p. 107. c. 19. et Jac. Lydii Agonistica SS. c. 27. Etym. M. ἀγὼν λέγεται ὁ κυκλοτερὴς καὶ γωνίαν οὐκ ἔχων τόπος. Sed in N. T. metaphorice accipitur et 3) notat: *munus, officium, quod alicui injunctum et demandatum est.* 1 Tim. VI. 12. ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως strenue fungaris munere doctoris christiani gravissimo, tibi demandato. (Conf. Arriani Diss. Epictet. III. 25. 2.) 2 Tim. IV. 7. τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι omni ex parte muneri meo satisfeci. ubi vid. Wetsten. Hebr. XII. 1. δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα constanter emetiamur stadium propositum, h. e. constantes maneamus in religionis christianæ studio. ubi vid. Wetsten. 4) *sollicitum studium, ardor, contentio, cura, cum molestia conjuncta.* Coloss. II. 1. ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν quantopere annitar pro vobis. Immo *ipsam molestiam, quæ alteri facessitur,* notat apud Alex. Ies. VII. 13. ubi ἀγῶνα παρέχειν bis Hebraico הַלְאוֹת respondet. Eurip. Medea 235. Thucyd. II. 89. 5) *discrimen, vitæ periculum, calamitas, miseria, ærumna,* et speciatim: *molestia, quæ certamen comitatur.* Philipp. I. 30. τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες easdem miserias et calamitates perfertis. 1 Thess. II. 2. ἐν πολλῷ ἀγῶνι multa inter mala et pericula. Arrianus de exped. Alex. III. 15. 1. ὅτι ἐν ἀγῶνι ξυνέχεται τὸ κατὰ σφᾶς, καὶ βοηθεῖν δεῖ.

ἈΓΩΝΊΑ, ίας, ἡ, apud Græcos Scriptores proprie est vocabulum gymnicum de veterum luctationibus et concertationibus usurpatum (quod constat ex Polluce inter complures voces gymnicas et hanc recensente in Onom. III. 30. § 141. p. 339. et § 142. p. 340. ed. Amstelod.) adeoque partim *certamen* notat, ut sit idem, quod ἀγὼν et ἀγώνισμα, quibus verbis Phavorinus et Suidas explicant (Xen. Cyrop. II. 3. 5. Ælian. V. H. II. 41. IX. 5.); partim *angorem, timorem animique æstuationem ejus, qui est in certamen descensurus.* Etym. M. ἀγωνία ἐπὶ τοῦ εἰς ἀγῶνα μέλλοντος καθιέναι. Deinde vero est vox media et ad *omnem vehementem affectuum motum,* vel ob gaudium, vel ob metum et tristitiam transfertur. In N. T. vero est simpliciter *angor, perturbatio, quæ est ex metu instantis periculi.* Luc. XXII. 44. καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ et angore correptus. Syrus usus est h. l. voce ܐܓܘܢܐ, quæ simpliciter *timorem, terrorem, pavorem* notat. 2 Macc. III. 14, 16, 17. Demosthen. de Corona c. 11. ἦν δὲ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ. Joseph. A. J. VI. 6. 2. XI. 8. 4. ἦν ἐν ἀγωνίᾳ καὶ δέει. Etym. M. ἀγωνία· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς φόβου. Diogen. Laërt. VII. 113. ἀγωνία δὲ φόβος ἀδήλου πράγματος. Male igitur Intt. ad locum Lucæ laudatum per *angorem et motum animi cum morte luctantis* explicarunt, quam emphasin Græca lingua ignorat. Eleganter de hac voce pariter ac præcedente exposuerunt. Irmisch. ad Herodian. II. 3. 13. Vol. II. p. 78 seq. et Wetstenius ad Lucæ l. l.

ἈΓΩΝΊΖΟΜΑΙ, *certamen ineo, certo,* verbum proprium apud Græcos Scriptt. de iis, qui in solemnibus certaminibus Græciæ se v. c. cursu, lucta, cestu, gladio, saltu et disco exercebant in stadio et circo, et inde ἀγωνισταὶ dicebantur. 1 Cor. IX. 25. πᾶς δὲ ἀγωνιζόμενος qui studet optatam cursu contingere metam. Hinc 2) *depugno, decerto,* i. q. πολεμέω. Joh. XVIII. 36. ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο. Vulg. ministri mei utique decertarent, seu depugnarent pro me, me tuerentur et defenderent. Thucyd. I. c. 36. ἕξετε πρὸς αὐτοὺς πλείοσι ναυσὶ ἀγωνίζεσθαι. Adde 2 Macc. VIII. 16. XIII. 14. XV. 26. 3) metaphorice: *muneri et officio mihi injuncto et demandato omni ex parte satisfacio.* 1 Tim. VI. 12. 2 Tim. IV. 7. Cf. supra sub ἀγών. 4) *omnibus viribus contendo, allaboro, annitor,* quod facere solent, qui certamen ineunt. Luc. XIII. 24. ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν omnes vires intendite, ut intretis. Coloss. I. 29. ἀγωνιζόμενος summe pro hac re obtinenda contendens. Ita *pugnare* ap. Cic. ad Div. III. 10. VII. 32. In hoc sensu Chald. שְׁדַר, quod in Hithpael notat: *contendere, operam dare,* Dan. VI. 15. respondet apud Alexandrinos. 1 Macc. VII. 21. 5) *assiduus sum in aliqua re,* Coloss. IV. 12. ἀγωνιζόμενος ἐν προσευχαῖς semper pro vobis preces faciens.

ἈΔΆΜ, ὁ. Nomen proprium Hebraicum indeclinabile primi parentis, generis humani auctoris, inde προπάτωρ, πρωτόγονος et πρωτοπάτωρ a Scriptoribus ecclesiasticis vocati: ab אֲדָמָה, *terra,* quasi *terrigenus* sive *terræ filius,* observante jam Eusebio Præpar. Evang. VII. p. 180. ubi dicit, Adam κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν τὸν γηγενῆ notare. Nec aliud voluit Josephus, qui A. J. I. c. 2. scribit: ἄνθρωπος Ἄδαμος ἐκλήθη. σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ γλῶτταν τὴν Ἑβραίων πυῤῥὸν, ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς γῆς φυραθείσης ἐγεγόνει. Respexit hanc ipsam etymologiam Paulus 1 Cor. XV. 47. Quemadmodum autem solemne fuit Judæis hunc generis humani auctorem אָדָם הָרִאשׁוֹן vel אָדָם קַדְמָאָה appellare, et Messiam, restauratorem felicitatis generis humani, אָדָם הָאַחֲרוֹן, etiam אָדָם דִלְעֵילָא, de quo bene exposuit Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 670 seq. ita et Paulus Judæorum causa Christum τὸν ἔσχατον Ἀδὰμ et τὸν δεύτερον ἄνθρωπον 1 Cor. XV. 45, 47. appellavit, ita, ut, in quonam hic ab τῷ πρώτῳ ἀνθρώπῳ Ἀδὰμ differat, eleganter ostenderet.

ἈΔΆΠΑΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *sumtu carens, sine sumtu comparatus aut comparandus, gratuitus.* (ex α priv. et δαπανάω *sumtus facio.*) Semel legitur in N. T. 1 Cor. IX. 18. ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ quod gratis tradiderim religionem christianam; nullam mercedem accipere, hæc mea merces est. Phavor. ἀδάπανος· οὗ ἐναντίον ὁ δαπανηρὸς, καὶ ἀδάπανον τὸ μὴ δυνάμενον δαπανᾶσθαι, ἤτοι τὸ ἀδαπάνητον. Plutarch. Apophth. p. 189. F. Adverbium ἀδαπάνως reperitur apud Eurip. Orest. v. 1175. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀδάπανος, *sine impensa partus.*

ἈΔΔΊ. Nomen proprium Hebraicum ἄκλιτον viri ex majoribus Christi, qui fuit filius Cosami, pater vero Melchi. Luc. III. 28. in genealogia Christi.

ἈΔΕΛΦΉ, ῆς, ἡ, 1) ut He-

braicum אָחוֹת, cui in verss. Græcis respondet, proprie *sororem* notat, sive *germanam* sive *agnatam* sive *uterinam*. Fœmininum ab ἀδελφὸς, quod vide. Matth. XIX. 29. ἢ ἀδελφάς. Luc. X. 39. XIV. 26. et alibi sæpe. 2) synecdochice: *propinqua, cognata, consanguinea.* Mat. XIII. 56. ubi αἱ ἀδελφαὶ 'Ιησοῦ sunt sine dubio vel sororis matris Iesu filiæ, vel omnino propinquæ, cognatæ Iesu. Marc. VI. 3. Tob. III. 7. Scriptores Latinos *sorores* pro *patruelibus* vel *consanguineis* usos fuisse, docuit Perizon. Animadv. c. 3. p. 107, seq. Hebraicum אָחוֹת æque late patet, et non solum in genere *consanguineam*, Gen. XXIV. 59. sed etiam in specie *fratris* et *patruelis filiam* denotat, Genes. XII. 13, 19. XXVI. 7, 9. 3) *quæ tanquam soror habetur et amatur.* Matth. XII. 50: ὅστις ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου, αὐτός μου ἀδελφή ἐστιν omnes veri Dei cultores sororum loco habeo, tanti æstimo, quam sorores. Conf. Hom. Il. ζ', 429, seq. Marc. III. 34. Rom. XVI. 1. τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν nobis admodum caram et dilectam. 1 Tim. V. 2. Tob. VII. 16. Solent autem etiam Hebræi quamlibet rem conjunctissimam, aut admodum caram, אָחוֹת appellare. Prov. VII. 4. Job. XVII. 14. 4) metaphorice: *quæ unam eandemque religionem cum aliis profitetur*, et κατ' ἐξοχὴν *Christiana.* 1 Cor. VII. 15. ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ Christiani utriusque sexus. ib. IX. 5. ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν uxorem christianam secum ducere. Quo loco pessime abutentes clerici quidam temporis successu soliti fuerunt propudia sua ἀδελφὰς appellare, ut docuit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 83.—Jac. II. 15. 2 Joh. V. 13. Hinc in prophetarum libris singuli populi ob commune eorum idololatriæ studium אָחוֹת vocantur Jerem. III. 7, 8. Ezech. XVI. 45, seq. — Cf. Fesselii Adversaria Sacra V. c. 12.

'ΑΔΕΛΦΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *frater* vel *ex iisdem parentibus ortus, germanus*, αὐτοκασίγνητος, ὁμογενὴς (אָח Gen. IV. 2. X. 21. Matth. IV. 18. XXII. 25.) vel *agnatus ex eodem quidem patre, sed diversis matribus editus* πατραδελφος (אָח, Gen. XLII. 16. XXXVII. 26. 1 Reg. II. 7. Matth. XIV. 3. Marc. VI. 17, 18. Luc. III. 1—19.); vel *uterinus ex una eademque matre, sed diversis patribus editus*, μητράδελφος, ὁμομήτριος. (אָח, Judd. VIII. 19.) Interdum nomen ἀδελφοὶ tam *fratres* uqam *sorores* complectitur, uti Latinum *fratres*, atque respondet Germanico Geschwister. Andocides de Mysteriis, p. 24. ed. Lips. Oratt. GG. Vol. IV. ἡ μήτηρ ἐκείνου, καὶ ὁ ἐμὸς πατὴρ, ἀδελφοί. Huc pertinet fortasse locus Matth. XII. 49, 50. Phavor. ἀδελφοί· οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς δελφύος γεγονότες, ὁμόδελφοι. δελφὺς γὰρ λέγεται ἡ μήτρα. (Vide Aristotel. de Animal. l. III. § 22. et Hesych. s. v. δελφύς.) καὶ μετὰ τοῦ α τοῦ σημαίνοντος τὸ ὁμοῦ γίνεται ἀδελφός. καὶ ἀδελφοὶ ὁμοπάτριοι μὲν καὶ ὁμοπάτορες, οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρός. ὁμομήτριοι δὲ καὶ ὁμομήτορες, οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς μητρὸς, κ. τ. λ. In hac propria significatione hoc vocabulum interdum omittitur, Luc. VI. 16. Act. I. 13. 'Ιούδας 'Ιακώβου, sc. ἀδελφός. coll. Judæ v. 1. ut אָח, 2 Sam. XXI. 19. 1 Paral. XX. 5. Sed deinde ut Hebraicum אָח latissime patet, et in universum *omnem, qui est quocunque modo cum altero conjunctus*, notat, (ab Arab. اخى *conjunxit;*) et Græcis ἀδελφὰ omnino *res* dicuntur, *in quibus quædam reperitur similitudo*, τὰ ὅμοια (interpr. Etym. M. et Schol. Soph. Antig. 198. cf. Koenius ad Gregor. de Dialect. p. 269. et Morus ad Isocr. Paneg. c. 20.); ita etiam in N. T. ἀδελφὸς 2) dicitur *conjunctus sanguinis et familiæ vinculo, cognatus, consanguineus, qui est ex eadem familia oriundus:* ut אָח, Genes. XXIV. 27. Levit. XXV. 48. Deut. II. 4, 8. Matth. XII. 46. ἰδοὺ οἱ ἀδελφοί σου. XIII. 55. XXVIII. 10. Joh. VII. 3. Act. I. 14. Gal. I. 19. Omnia hæc loca, in quibus fratrum Christi mentio fit, de ejus cognatis et propinquis explicanda esse, recte jam judicarunt ecclesiæ veteris doctores, quorum sententias collegit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 84, seq. Cf. etiam Semleri Comment. de δεσποσύνοις et Evangelio Hebræorum, (Hal. 1777. 4.) et Pet. Tiliandri Diss. explic. notionem τῶν τοῦ Κυρίου ἀδελφῶν Matth. XII. 46. etc. Upsal. 1772. 4. Etiam *frater* in Latinorum scriptis hoc sensu usurpatur. Apud Curtium VI. 10, 24. Amyntas, Perdiccæ filius, frater Alexandri vocatur, qui ejus patruelis erat. 3) *popularis, ex eadem gente oriundus, ejusdem populi membrum*, ad imitationem Hebr. אָח, Deut. XV. 2, 3. Job. XXII. 30. Act. II. 29. ἄνδρες ἀδελφοὶ carissimi mei populares. ib. III. 17, 22. ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν e gente vestra. ib. VII. 23, 25, 26. ἀδελφοί ἐστε ὑμεῖς populares vos estis. ib. IX. 17. XIII. 26. Rom. IX. 3. ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα. Hebr. VII. 5. Non male itaque, immo convenienter usui loquendi. Alexandrini Exod. XXII. 25. verba Hebraica: אֶת־עַמִּי אֶת־הֶעָנִי עִמָּךְ transtulerunt: τῷ ἀδελφῷ τῷ πενιχρῷ παρά σοι. 4) *conjunctus religionis vinculis, qui unam candemque religionem cum aliquo profitetur.* Act. XXII. 5. πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ad Judæos, Damasci incolas. ib. XXVIII. 21. οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν neque Judæorum quisquam advenit. Hinc in N. T. libris κατ' ἐξοχὴν *Christiani* ἀδελφοὶ vocantur, vel simpliciter: Matth. XXV. 40. Act. VI. 3. IX. 30. X. 1. XI. 29. 1 Cor. V. 11. XV. 6. vel additis verbis ἐν Κυρίῳ: Philipp. I. 14. qui loquendi usus diu in veteri ecclesia mansit, teste Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 86. Ita etiam Hebr. אָח accipiendum videtur Ps. CXXXIII. 1. Ies. LXVI. 20. Jer. XXXI. 34. Hos. II. 1. 5) *conjunctus amoris vinculo et usus et consuetudinis, amicus quasi fratris loco habendus.* Matth. V. 47. ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον. (ubi in codd. quibusdam e glossemate φίλους loco ἀδελφοὺς legitur.) ib. XXIII. 8. ubi tamen ἀδελφοὶ potius esse videntur *ejusdem disciplinæ alumni.* Magis vero huc pertinent loca, Matth. XII. 49. ἰδοὺ οἱ ἀδελφοί μου hos pro fratribus meis habeo. 2 Thess. III. 15. 1 Tim. V. 1. Eodem sensu אָח, 2 Sam. I. 26. 1 Regg. XX. 32. et Cantic. V. 1. ἀδελφοὶ in vers. Alex. Hebr. דּוֹדִים respondet. Lucianus de morte Peregrini p. 764. ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος ἔπεισεν αὐτοὺς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων. Homer. Il. Z, 429, seq. 6) *conjunctus muneris et officii vinculis, collega, muneris socius.* (Act. XXI. 20.) 1 Cor. I. 1. 2 Cor. I. 1. II. 12. Ephes. VI. 22. Philipp. IV. 21. coll. v. 22. in quibus locis, uno tantum excepto, omnibus ἀδελφοὶ dicuntur, qui fuerunt Pauli in tradenda religione christiana socii et adjutores. Ita אַחִים, Esra III. 2. 2 Sam. XV. 20. 1 Regg. XIII. 30. 7) *conjunctus humanitatis et naturæ vinculis, quivis alius, alter, homo,* qui Græcis ὁ πλησίον et ὁ ἕτερος voca-

tur. Matth. V. 22. πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ quicunque temere alteri irascitur. v. 23, 24. ib. VII. 3. XVIII. 15, 21, 35. Hebr. VIII. 11. ubi ἀδελφὸς et ὁ πλησίον permutantur invicem. Rom. VIII. 29. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς ut esset princeps et quasi antesignanus omnium hominum. coll. Hebr. II. 11—17. Eodem sensu אָח, Genes. XXVI. 3. Deut. I. 16. Joël. II. 8. Et Genes. XLIII. 33. ἀδελφὸς in vers. Alex. Hebr. רֵעַ respondet. Exposuit de hoc loquendi usu fusius Vorstius Philol. S. c. III. p. 67. ed. Fischeri. Nec negligenda sunt, quæ de vocabulo ἀδελφὸς universum docte disseruit Fesselius in Adversariis S. Lib. V. c. XI. 8) interdum reticetur, v. c. Luc. VI. 18. et Act. I. 13. ante Ἰακώβου, coll. Ep. Jud. v. 1. Sic fortasse supplendum Tob. IV. 20. ante τοῦ Γαβρία. Lysias Orat. in Diogitonem p. 967. Reisk. ὁ Ἀριστοδόκου sc. ἀδελφός. Conf. L. Bos Ellips. Gr. p. 18. ed. Schæf. et Sturz. de nomin. Græc. Pr. I. p. 13.

'ΑΔΕΛΦΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, proprie: *fraternitas*, ἡ ἀδελφῶν ὁμόνοια, ut explicatur a Dione Chrysostomo XXXVIII. p. 472. (1 Macc. XII. 10, 17.) *et fratrum cœtus.* 2) *Christianorum cœtus, Christiani*, i. q. ἀδελφοί. Abstractum pro concreto, uti φιλότης pro φίλοις *amicis*, συμμαχία pro συμμάχοις *sociis* apud Herodot. et *disciplina* pro *discipulis* apud Gellium N. A. II. c. 18. Bis legitur in N. T. 1 Petr. II. 17. τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε amate Christianos: Syrus ܐܚܝܗܘܢ ܠܡܫܝܚܝ̈ܐ. Ibid. V. 9. τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι Christianorum cœtui per omnem terrarum orbem disperso. Sic et Cyprian. Ep. 24. *fraternitatem salutate.*

"ΑΔΗΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non manifestus, occultus, obscurus*, (ex α priv. et δῆλος *manifestus.*) Luc. XI. 44. ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα similes sepulcris occultis, non apparentibus: nam statim additur: καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω, οὐκ οἴδασι. Ps. LI. 7. Alexandrini verba Hebr. וּבְסָתֻם חָכְמָה transtulerunt τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας. Polyb. III. 19. 2. ἄδηλοι τόποι occulta loca. Ib. III. 54. 5. Phavor. ἄδηλον· οὗ ἐναντίον τὸ φανερόν. καὶ ἄδηλος τόπος· ὁ σκοτεινός. 2) *incertus, dubius*, (Polyb. VI. 56. 11. VIII. 3. 2.) adeoque, si de sono adhibetur, *non distinctus.* 1 Cor. XIV. 8. ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ si non distinctum tuba sonum edit, ut nempe quilibet intelligere possit, jam ea classicum cani. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄδηλον, *dubium* — ἄδηλα, *imperspicua* — ἄδηλος, *incertus.*

'ΑΔΗΛΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *incertitudo, inconstantia, vanitas*, et inprimis rebus tribuitur, quæ sunt fluxæ et transitoriæ. Semel legitur in N. T. 1 Tim. VI. 17. μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, pro ἐπὶ πλούτῳ ἀδήλῳ, nec confidant divitiis incertis, et fluxis. Syrus: ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܬܘܟܠܢܐ in quibus non est securitas aut spes. Polyb. XXXVI. 4. 2. Plutarch. de Aud. Poët. p. 27. C. Hippocrat. in Epist. ad Damaget. p. 1282. 56. Eodem sensu ἀδηλία adhibetur. Cf. Vorstii Philol. S. p. 271. ed. Fischeri.

'ΑΔΗ'ΛΩΣ, adverb, proprie: *non manifeste, obscure.* 2) *in incertum eventum, dubio exitu, ancipiti fortuna:* (quod alias dicitur εἰς ἄδηλον. Vide Plutarch. Sympos. p. 1180. C) ab ἄδηλον, quo etiam interdum *res* significatur, *de cujus eventu et exitu non constat.* 2 Macc. VII. 34. Semel legitur in N. T. 1 Cor. IX. 26. ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω ὡς οὐκ ἀδήλως in stadio mihi proposito curro non in incertum eventum, h. e. ego ita operam navo religioni christianæ, ut non incertum sit, an fructum inde percepturus sim speratum. Fortasse tamen ἀδήλως pro ἀκλεῶς ponitur h. l., ut legitur apud Dionys. Halic. Antiqu. Rom. l. X. c. 45. Confer Jul. Pollucis Onomast. VI. c. 53. § 209.

'ΑΔΗΜΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *gravissime angor et pæne animo deficio, cum gravi dolore luctor.* Hinc in versione Symmachi partim τῷ עָטַף, Ps. LXI. 3. partim חָפַז, Ps. CXVI. 11. respondet, adeoque de mentis deliquio usurpatur. Matth. XXVI. 37. ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν summa tristitia et angore corripitur. Marc. XIV. 33. ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Philipp. II. 26. Hippocr. περὶ παρθ. p. 563. ἀλύων καὶ ἀδημονέων ὁ θυμός. Ælian. H. A. III. 21. Xenoph. Hellen. IV. 4. 3. Alia exempla habet Elsnerus in Comment. ad Matth. T. II. p. 268. et Wetstenius ad Matth. l. l. Hesych. ἀδημονῶ· ἀκηδιῶ, ἀγωνιῶ. ubi videndi Interpretes. — Suid. λίαν λυποῦμαι. Etym. M. ἀδημονεῖν ἀλύειν, ἀπορεῖν, ἀμηχανεῖν.

ᾍΔΗΣ, ου, ὁ, per synæresin pro ἀΐδης, apud poëtas maxime obvium, (ab εἴδω ex α priv.) positum, proprie notat: *quod videri nequit* (q. d. ἀειδὲς, ἀόρατον, ut Plutarchus exponit de Isid. et Osir. p. 382.), *locum obscurum et tenebricosum*, teste auctore Etym. M. ᾅδης· χωρίον ἀφεγγὲς, σκότους αἰωνίου καὶ ζόφου πεπληρωμένον, παρὰ τὸ εἴδω, τὸ βλέπω. εἴδης καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α ἀειδής· ἐν ᾧ οὐδὲν βλέπομεν. Idem Schol. Sophocl. in Ajacem v. 608. Hinc 2) ita dicitur *locus, sub terra constitutus, obscurus et tenebricosus, in quem omnes manes cogi, sejunctasque a corpore animas congregari, communis fuit Judæorum* (a quibus שְׁאוֹל vocabatur, Ies. XIV. 11.) *opinio* (de qua bene exposuerunt Lowth. de Poësi sacra Hebr. Præl. VII. Wetstenius ad Luc. XVI. 23. et Bæhrens in: Untersuchungen über den Orcus der alten Hebräer, Halle 1790. 8.), *orta haud dubie ex fabula poëlica*, a qua plures imagines petitas esse Michaëlis docuit ad Lowthi l. 1. p. 186. Est uno verbo: *orcus*, die Unterwelt, das Schattenreich, das Reich der Todten. (*the world below, the empire of shades, the region of death.*) Act. II. 27. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου non enim relinques animam meam in orco: qui locus tamen vulgo male redditur: non relinques *corpus meum in sepulcro:* verba enim desumta sunt e Ps. XVI. 10. ubi שְׁאוֹל positum est. (Vide Pauli Slevogti Disputationem Hellenisticam p. 234. Th. Crenii Analectorum Philol. Critico-Historicorum.) ib. v. 31. ὅτι οὐ κατελήφθη εἰς ᾅδου, scil. τόπον seu δῶμα s. δόμον, quod additur apud Homerum Il. XV. 251. Odyss. XI. 149, 626. XII. 21. (sciendum enim est, in oratione soluta pariter ac in carmine ἐλλειπτικῶς dici ἐν ᾅδου, subaudito οἴκῳ s. δώματι, seu εἰς ᾅδου, subint. οἶκον, τόπον, uti exemplis demonstrarunt Steph. Thes. L. Gr. T. I. p. 1110. Jensius in Lect. Lucian. p. 140, 351. ac Vechnerus in Hellenolexia p. 124.) Apoc. I. 18. ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ θανάτου καὶ τοῦ ᾅδου imperio meo et mors et orcus parent. Apoc. XX. 13, 14. καὶ — ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτῷ νεκρούς. Eodem sensu ᾅδης Sirac. XLVIII. 5. LI. 8. Sapient. II. 1. Joseph. A. J. VI. 14, 2. ἡ δὲ ἀγνοοῦσα τὸν Σαμούηλον, ὅστις ἦν, καλεῖ τοῦτον ἐξ ᾅδου. 3) *infernum*,

impia tartara, locus subterraneus pœnarum, impiis post mortem, dæmonum inter consortia (2 Petr. II. 4.), *tolerandarum,* aut ex aliorum mente, *ipsa conditio miserrima impiorum post mortem.* Luc. XVI. 23. καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ — — ὑπάρχων ἐν βασάνοις, h. e. in inferno inter cruciatus. Huc etiam referrem locum admodum vexatum Matth. XVI. 18. ubi per πύλας ᾅδου *vim et potestatem diaboli et omnium impiorum, Christi adversariorum,* intelligo, quam frustraneam et inanem fore in oppugnanda ecclesia christiana promittit Christus l. l. quod etiam Chrysostomos voluit, qui omnem locum de *periculis gravissimis, cœtui Christianorum imminentibus,* interpretatus est. Cf. Joh. Georg. Altmanni D. phil. crit. de πύλαις ᾅδου in Matth. XVI. 18. quæ reperitur in Museo Helvetico T. I. p. 515. De eadem formula vide quoque Valkenarium ad Eurip. Hippol. 1445. p. 321. ac Grotium ad Matth. l. l. 4) *mors ipsa,* quæ ex more Hebræorum interdum ut persona inducitur, seu *is, qui inferni imperium tenet,* Sap. I. 14. 1 Cor. XV. 55. ποῦ σου, ᾅδη (in codd. quib. θάνατε), τὸ νῖκος; ubi est vis tua, O mors, et imperium? id quod in anteced. ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; Hinc τῷ מָוֶת ᾅδης respondet in vers. Alex. Prov. XIV. 12. XVI. 25. Ipsa verba Hebraica מָוֶת et שְׁאוֹל permutantur invicem Ies. XXVIII. 15. Sirac. IX. 17. XLI. 7. 5) *omnis locus inferior, infimus,* et metaphorice: *status miserrimus, conditio deterior.* Matth. XI. 23. ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ quæ es ad astra sublata, ad infima deprimeris, h. e. admodum misera et abjecta erit tua conditio. Luc. X. 15. Eodem sensu עַד שְׁאוֹל, Ies. LVII. 9. et XIV. 13. adhibetur. Æschyl. Sept. c. Theb. 327. οἰκτρὸν γὰρ πόλιν τήνδ' Ὠγυγίαν Ἀΐδῃ προϊάψαι.

ἈΔΙΆΚΡΙΤΟΣ, ίτου, ὁ, ἡ, proprie: *qui discerni non potest seu distingui, indiscretus, indistinctus.* Cyrillus: ἀδιάκριτος, *indiscretus.* Hesych. ἀδιάκριτον· ἀδιαχώριστον. Phavor. μὴ ἔχων διάκρισιν. unde in vers. Symmachi Genes. I. 2. Hebr. בֹּהוּ respondet. Polyb. XV. 12, 9. ἀδιάκριτος φωνή. Artemid. I. 13. III. 36. Arrian. Epict. I. 16, 12. Sed pro variis verbi διακρίνεσθαι significationibus etiam adjectivum ἀδιάκριτος diversimode sumitur; et cum illud interdum *litigare, contendere, rixari,* notet; etiam hoc 2) *eum, qui est ab omni contentione et rixa alienus,* significat. Jac. III. 17. ἡ ἄνωθεν σοφία ἀδιάκριτός ἐστι, h. e. vera sapientia divina cultores suos ab omni contentione alienos reddit et postulat, coll. v. 16. ubi vid. Wetstenius. Cæterum, ut jam observavit Krebsius ad Schoettgenii Lexicon N. T., non insolens est, adjectiva, quæ significationem passivam habent, interdum significationem activam induere: in quam rem exempla suppeditat Hemsterhus. ad Lucian. Halcyon. T. I. p. 179.

ἈΔΙΆΛΕΙΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non intermissus, non cessans, perpetuus,* (ex α priv. et διαλείπω *desino*). Phavor. ἀδιάλειπτον· ἐπιμένον, ἀκατάπαυστον. Rom. IX. 2. ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου acerbissimo semper dolore angor. 2 Tim. I. 3. ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω περὶ σοῦ μνείαν sicut et perpetuam tui memoriam habeo. Marc. Antonin. de rebus suis Lib. VI. § 15. p. 177. Gloss. Vet. apud Labbæum; ἀδιάλειπτον perenne.

ἈΔΙΑΛΕΊΠΤΩΣ, adverbium, *sine intermissione ulla, indesinenter, semper.* Alberti Gloss. N. T. ἀδιαλείπτως· διηνεκὲς, ἀεί. 1 Macc. XII. 11. 2 Macc. XV. 7. Polyb. IX. 3, 8. Conf. Scott. Append. ad Thes. l. Gr. s. h. v. 2) *sæpe, multum.* Rom. I. 9. ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι me sæpius vestrum mentionem facere. 1 Thess. I. 3. II. 13. εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ ἀδιαλείπτως. ib. V. 17. ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε. Præter hæc loca non legitur in N. T.

ἈΔΙΑΦΘΟΡΊΑ, ίας, ἡ, i. q. ἀδιαφθαρσία, proprie sensu physico: *incorruptibilitas, integritas,* ita, ut rebus tribuatur, quæ non sunt *corruptioni* obnoxiæ, quæ intactæ manserunt et illibatæ. Ælian. V. H. XII. 1. (ex α priv. et διαφθείρω *corrumpo.*) Vide Wetstenium ad Tit. II. 7. 2) sensu morali de *iis* maxime apud Græcos dicitur, *qui se pecuniis aut precibus corrumpi non patiuntur,* qui sunt, ut verbis Platonis utar, ἀδιάφθοροι δεήσεσι καὶ χρήμασι. 3) *integritas, veritas, puritas,* **die Aechtheit, Unverfälschtheit,** (*purity, truth.*) Tit. II. 7. ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν in doctrina integritatem, h. e. cura ut tradas doctrinam genuinam, veram, nullis erroribus aut additamentis corruptam. Lutherus: **mit unverfälschter Lehre,** (*with true doctrine.*) In quibusdam codicibus ἀφθορίαν legitur sensu eodem. G. Wakefield in Sylva Critica P. I. p. 71. loco ἀδιαφθορίαν reponi jubet ἀδιαφορίαν, et ἀδιαφορίαν eam esse dicit, quæ sine respectu personarum se gerit, neque minus pauperi consulit quam diviti potentique. Demosthen. p. 323. ed. Reisk. ἀπ' ὀρθῆς καὶ δικαίας καὶ ἀδιαφθόρου τῆς ψυχῆς.

ἈΔΙΚΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) *injuria afficio, injuriam infero, injurius sum in aliquem, lædo.* Matth. XX. 13. ἑταῖρε, οὐκ ἀδικῶ σε nulla a me in te injuria profecta est. Act. VII. 26. ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους; quare injurias vobis invicem infertis? et v. 27. ὁ ἀδικῶν auctor litis dicitur (רָשָׁע, Exod. II. 13.) 1 Cor. VI. 8. ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε. 2 Cor. VII. 2. Gal. IV. 12. οὐδέν με ἠδικήσατε semper enim amico et benevolo erga me fuistis animo. Philem. ver. 18. εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε si autem quid tibi surripuerit. Vide ad h. l. Comment. Scipionis Gentilis p. 148, seq. ed. de Ruyter. In vers. Alex. Hebraicis verbis חָמָס, Genes. XVI. 5. Hab. I. 2. et עָשַׁק, Job. X. 3. Ps. CIII. 6. respondet. Adde Ælian. V. H. XIV. 18. Hinc ἀδικέομαι, passivum, *injuria mihi nolenti et invito infertur, accipio injuriam.* Act. VII. 24. καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον et videns aliquem afflictum, s. male tractari. Medium vero, ἀδικέομαι, *æquo animo injurias patior, patior volens lubensque mihi fieri injuriam.* 1 Cor. VI. 7. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; quidni potius injuriam vobis fieri patimini? Aristot. de Morib. V. 11. cf. Bauer. Philol. Thucyd. Paul. p. 245. Dresig. de verbis mediis N. T. II. 1. 2) *crimen committo publicum, in quod ex legibus humanis animadvertendum est,* **ein civil-Verbrechen begehen,** (*to commit a crime against the civil-law,*) *scelus admitto, contra jus fasque ago,* i. q. παρανομέω. cf. Stephan. Thesaur. L. Gr. T. I. p. 1006. Act. XXV. 10. Ἰουδαίους οὐδὲν ἠδίκησα nullius in Judæos criminis reus sum, coll. v. 7, 8. ib. v. 11. εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι si maleficium commisi morte mulctandum. 2 Cor. VII. 12. ubi ὁ ἀδικήσας Corinthius ille dicitur, qui incestus crimen cum noverca sua admiserat, et ὁ ἀδικηθεὶς ipsa noverca est, cui persuasit, ut in sceleris sui societatem veniret. De violata fide conjugali ἀδικεῖν adhibetur apud Eurip. Androm. 673. Ælian. de Anim. XI. 15. Joseph. A. J. IV. 8. 23. Conf. D'Orville ad

Charit. p. 468. 3) in universum: *impie ago, vitiositati studeo, peccatum committo.* Coloss. III. 25. *ὁ δὲ ἀδικῶν κομιεῖται, ὃ ἠδίκησε* impius perversitatis suæ pœnas dabit Deo. Apoc. XXII. 11. *ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι* scelestus peccare pergat. In vers. Alex. respondet non solum Hebr. עָוַת, *perverse egit,* 2 Sam. XXIV. 17. sed etiam רָשַׁע, 2 Chron. VI. 37. Eurip. Phœn. v. 975. *ἀδικεῖ τὰ τῶν Θεῶν.* Ælian. V. H. XIV. 28. 4) per metonymiam causæ pro effectu: *lædo, noceo, damno afficio,* ita, ut non solum de personis, sed etiam de rebus inanimatis adhibeatur, ut exemplis comprobavit Reitzius ad Lucian. Opp. II. p. 92. Luc. X. 19. *καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ* ita, ut nihil horum possit vobis nocere. Apoc. II. 11. *οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου* non obnoxius erit morti. ib. VII. 2, 3. *ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν* damnum inferre terræ marique. ib. IX. 4, 10, 19. XI. 5. Sapient. XIV. 29. *ἀδικηθῆναι οὐ προσδέχονται* nullum damnum metuunt. Xenoph. de Re Equestri VI. 3. Antigon. Caryst. Hist. Mirab. c. 28. *ἀδικεῖν τοὺς κύνας.* Thucyd. II. 71. *τὴν γῆν — μὴ ἀδικεῖν.* Ib. IV. 98. ubi vid. Schol. Hesych. *ἠδίκησεν· ἔβλαψεν,* qua ratione et hanc vocem interpretatus est Scholiastes Thucyd. V. 84.

'ΑΔΙ'ΚΗΜΑ, *τος, τὸ,* proprie: *injuria, injuriæ illatio, injuste factum.* Hinc eo usi sunt Alex. pro Hebr. חָמָס, 2 Sam. XXII. 49. 2) *crimen, delictum, facinus contra leges civitatis admissum adeoque capitale, ἀδίκημα δημόσιον.* Act. XVIII. 14. *εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν* si ad me afferretis maleficium aliquod. ibid. XXIV. 20. *τί εὗρον ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα* num alicujus me criminis convincere potuerint. Hoc sensu legitur in vers. Alex. 1 Sam. XX. 1. pro Hebr. עָוֹן et pro רָעָה, 1 Sam. XXVI. 18. Polyb. I. 66. 6 et 8. Conf. D'Arnaud Var. Conject. lib. I. cap. 17. p. 115. 3) *impie factum, peccatum,* Hebr. עָוֹן, cui in eodem sensu respondet n vers. Alex. Ies. LIX. 12. et Jer. XVI. 17. Apoc. XVIII. 11. ubi, quæ in priori membro commemorantur *ἁμαρτίαι,* in posteriori *ἀδικήματα* appellantur.

'ΑΔΙΚΙ'Α, *ας, ἡ,* proprie 1) *injustitia, injuria, iniquitas, violatio officiorum, quæ aliis hominibus debentur.* Ita in vers. Alex. sæpissime respondet Hebr. חָמָס, v. c. Ps. VII. 17. XI. 5. quanquam interdum etiam pro Hebr. עֹשֶׁק legitur, Ps. LXII. 11. Luc. XVIII. 6. *ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας* injustus ille judex. Act. I. 18. *μισθὸς τῆς ἀδικίας* pecunia, merces, injusto modo parta. coll. 2 Petr. II. 15. Rom. IX. 14. *μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ;* num Deus iniquus est? 2 Cor. XII. 13. *χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην* condonabitis mihi hanc vobis illatam injuriam. 2) *impietas, vitiositas, improbitas omnis,* ex usu vers. Alex. in qua Hebr. עַוְלָה, Hos. X. 9. עַוָּה, Ezech. XXI. 27. (32.) et רִשְׁעָה, Prov. XI. 5. Ies. LVIII. 6. respondet. Luc. XIII. 27. *οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας* impii. Act. VIII. 23. *εἰς σύνδεσμον τῆς ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα* video te esse improbissimum. Rom. I. 29. ubi species *ἀδικίας* commemorantur *πορνεία, πονηρία, πλεονεξία κ. τ. λ.* ibid. II. 8. *ἀδικία* opponitur *τῇ ἀληθείᾳ,* h. e. probitati (plane ut 1 Cor. XIII. 6.) ib. III. 5. VI. 13. *ὅπλα ἀδικίας* vitiositatis instrumenta. 2 Tim. II. 19. Jacob. III. 6. 2 Petr. II. 13. His adde Sirac. XVII. 23. *ἐπίστρεφε ἐπὶ Κύριον καὶ ἀπόλειπε ἁμαρτίας.* XXXV. 5. 3) *peccatum omnis generis,* ut עָוֶל, Ps. VII. 4. Alex. *ἀδικία* et עָוֹן, 1 Sam. III. 14. Hebr. VIII. 12. ubi *ἀδικίαι, ἁμαρτίαι* et *ἀνομίαι* conjunguntur. 1 Joh. V. 17. *πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστὶ* omne peccatum est aberratio a lege divina. Adde Sirac. XVII. 17. 4) *pœna vitiositatis et peccatorum.* 1 Joh. I. 9. *καὶ καθαρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀδικίας,* i. q. in antecedentibus *ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας.* 5) *mendacium, fallacia, fraus.* Joh. VII. 18. *οὗτος ἀληθής ἐστι, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν* is est verus doctor divinus nec impostor, ab omni potius fraude alienus. 2 Thess. II. 10, 12. *ἀδικία* opponitur *τῇ ἀληθείᾳ,* ita, ut falsam, multis erroribus contaminatam doctrinam notet. Cf. Ludov. de Dieu Criticam Sacram p. 468. Huc etiam vulgo refertus locus Rom. I. 18. *τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων,* quem vertunt: qui veram religionem per idololatriam impediunt, præeuntibus Suida et Phavorino: *ἀδικία παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ ἡ τῶν εἰδώλων ἀπάτη. οἷον, ἐκεῖνοι οὖν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατέχουσιν, ὅσοι τὸ σέβας τοῦ Θεοῦ παραπέμπουσιν εἰδώλοις. τὸ δὲ κατέχουσιν ἀντὶ τοῦ φυλάττουσι. Καὶ ἀδικία, ἀνομία, παρανομία, ῥᾳδιουργία.* Sed verior sensus videtur hic: *qui cum veri Dei cognitione pravitatem vitæ conjungunt.* Apud Callimachum in fragm. 340. *ἄδικα βιβλία* sunt libri mendaces. 6) *vanitas, fragilitas.* Luc. XVI. 9. *μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας* divitiæ, quæ non sunt veræ, sed vanæ et fallaces. Cf. infra sub *ἄδικος* et Joh. Conr. Waxii D. de *μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας* p. 447. T. II. Ikenii Novi. Thes. Philol.

"ΑΔΙΚΟΣ, *ου, ὁ, ἡ,* in universum dici videtur *res aut persona* apud Græcos, *quæ non talis est, qualis esse debet, ad usum suum inepta,* v. c. *ἵππος ἄδικος* Xenoph. Cyrop. II. 2. 15. *ἄδικος γνάθος* Xenoph. de Re Equestr. III. 5. ubi e contrario *δίκαιος res* et *persona nomine suo digna* dicitur. Cf. Ruhnken. ad Xenoph. Mem. Socr. IV. 4. 5. Sed in N. T. libris *ἄδικος* dicitur 1) *injustus, iniquus, qui alios injuria afficit, vel vi, vel dolo.* Luc. XVIII. 11. *ἅρπαγες, ἄδικοι.* Rom. III. 5. *μὴ ἄδικος ὁ Θεός;* nonne injuste agit Deus? Hebr. VI. 10. 2) *impius, scelestus, vitiositatis studiosus.* Matth. V. 45. *ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, — ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.* Act. XXIV. 15. 1 Cor. VI. 9. 2 Petr. II. 9. *ἀδίκοις* opponuntur *οἱ εὐσεβεῖς.* Hinc toties Hebr. רָשָׁע in vers. Alex. respondet: Prov. XVII. 15. Ies. LVII. 20. Ezech. XXI. 3. et עֲוִיל, Job. XVI. 11. Apud Xenoph. Anab. II. 6. 20. *ἀδίκῳ* opponitur *καλὸς κἀγαθός.* 3) *infidelis, qui officio suo non satisfacit.* Luc. XVI. 10. *ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν* qui in minimo infidelis est, idem etiam est in magno: ubi diserte *τῷ πιστὸς* opponitur. 4) *reus, noxius, auctor facinoris.* 1 Petr. III. 18. *δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων* insons pro sontibus. 5) *paganus, gentilis.* 1 Cor. VI. 1. *ἐπὶ τῶν ἀδίκων* coram judicibus paganis, quibus *οἱ ἅγιοι,* judices, e Christianorum cœtu delecti, opponuntur. Conf. infra sub *ἁμαρτωλός.* 6) *fluxus, vanus et fragilis,* de rebus, quæ facile pereunt, fluxæ sunt et caducæ, *et quasi nomen suum mentiuntur.* Luc. XVI. 11. *εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε* si non fideliter fallaces illas et caducas opes terrenas administratis; ubi opponitur *τὸ ἀληθινὸν* bona vera et perennia. (Male itaque alii interpretes intelligunt divitias male partas, quas quidem Euripides in Helena v. 911. et in Electra v. 943. *πλοῦτον ἄδικον* vocat.) Eodem sensu hæc vox

legitur 3 Esdra IV. 37, 38. ἄδικος ὁ οἶνος, ἄδικος ὁ βασιλεὺς, ἄδικοι αἱ γυναῖκες — — καὶ ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτῶν ἀπολοῦνται. καὶ ἡ ἀλήθεια μένει καὶ ἰσχύει εἰς τὸν αἰῶνα.

'ΑΔΙ'ΚΩΣ, Adverbium: *injuste, inique, immerito.* In N. T. semel legitur 1 Petr. II. 19. πάσχων ἀδίκως qui calamitates perfert ita, ut omnis ab eo culpa absit. Recte igitur hoc adverbio usi sunt Alexandrini pro Hebr. חִנָּם, Prov. I. 11, 17. Præter hunc locum in V. T. legitur Sapient. XII. 13. 2 Macc. VII. 16.

'ΑΔΟ'ΚΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie: *reprobus, rejectaneus, non sincerus, adulterinus,* et dicitur partim de metallis, nondum a scoriis purgatis, quæ non ferunt examen et hinc reprobantur, partim de nummis rejectaneis, v. c. νόμισμα ἀδόκιμον moneta adulterina. **Was die Probe nicht hält,** *that which is not sterling,* (ex α negat. et δόκιμος.) Non ignota fuit hæc propria hujus vocis notio Alexandrinis, qui Prov. XXV. 4. הָגוֹ סִיגִים מִכָּסֶף transtulerunt: τύπτε ἀδόκιμον ἀργύριον. et Ies. I. 22. pro כַּסְפֵּךְ הָיָה לְסִיגִים posuerunt: τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον. Adde Arrian. Diss. Epictet. IV. 5. 17. Conf. Wetstenium ad Rom. I. 28. Hinc, metaphora, ab aurifabris ducta, ἀδόκιμος sensu morali dicitur, *qui non est talis, qualis esse debet,* adeoque 2) *non genuinus, non verus et sincerus.* 2 Cor. XIII. 6. ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἀδόκιμοι me esse genuinum Apostolum nomine meo dignum. ibid. v. 5. εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε nisi fortasse non veri sitis Christiani v. 7. 2 Tim. III. 8. ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν qui non habent talem πίστιν, qualem habere debent. 3) *improbus, pravus, perversus.* Rom. I. 28. νοῦς ἀδόκιμος mens improba et perversa. 4) *indignus.* 1 Cor. IX. 27. αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι ipse indignus sim hac felicitate; nisi quis reddere malit: ipse in eorum reprehensionem haud immerito incurram. 5) *inutilis, ineptus, non idoneus ad aliquod opus.* Tit. I. 16. καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι et ad omnis virtutis studium inertes. Hebr. VI. 8. γῆ ἀδόκιμος ager non aptus frugibus ferendis. — Hesych. ἀδόκιμον· πονηρὸν, ἀπόβλητον, ἄχρηστον.

'ΑΔΟΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, et de rebus et de personis adhibetur in Scriptt. Gr. ita, ut tam *hominem, qui est doli expers nec subdolus,* (Pindar. Olymp. VII. 99. 60. Themist. XXIII. p. 283. Eustath. in Il. β, p. 177. 44. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 4. ἄδολος, *incallidus*) quam *rem,* quæ est *sincera, pura, non adulterata,* significet. Posteriori hac ratione legitur in N. T. 1 Petr. II. 1. γάλα ἄδολον lac purum et sincerum, ut vocatur a Columella VII. 8. Præter h. l. vero non reperitur in N. T. 'Αργύριον ἄδολον occurrit in Polluc. Onom. III. 86.

'ΑΔΡΑΜΥΤΤΗΝΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *Adramyttenus.* Adjectivum patronymicum. Urbs vero, a qua descendit, Adramyttum, vel Adrumetum, Græce 'Ατραμύττειον, 'Αδραμύττειον, 'Ατραμύττιον, (tam varie enim scribitur in libris Græcis: confer Dukerum ad Thucyd. V. 1.) fuit urbs maritima, in Æolia, Asiæ minoris provincia, sita, cujus Strabo lib. XIII. p. 417. (qui eam vocat 'Αθηναίων πόλιν ἄποικον ἔχουσαν λιμένα καὶ ναύσταθμον) Herodot. VII. c. 42. Pompon. Mela I. 17. mentionem faciunt, Atheniensium colonia, quæ et portum habebat et navale, et bello Mithridatico magna fuit calamitate affecta. Huic vicinæ fuerunt Thebæ Hypoplaciæ, quas eandem cum Adramyttio urbem facit auctor Etymologici, scribens: Θῆβαι τὸ νῦν 'Αδραμύττειον καλούμενον. Act. XXVII. 2. πλοῖον 'Αδραμυττηνὸν navis Adramyttena commemoratur. Navibus autem a loco, ubi vel constructæ erant, vel unde venere, nomen dari, olim receptum fuit. Confer etiam P. A. Boysenii D. de difficili Pauli itinere cap. IV. p. 728. T. II. Novi Thes. Philol. Cæterum de nomine hujus urbis vide Bocharti Canaan I. 8. ac de situ ejus Cellarii Notit. Orb. ant. III. c. 3. § 23. et Wetstenium ad Act. l. l.

'ΑΔΡΙ'ΑΣ, ίου, ὁ, scilicet πόντος, κόλπος, πέλαγος, *mare Adriaticum.* Dion. Halic. in judic. de Lysia c. 27. Nomen traxisse videtur ab Adria, urbe (ad Padum amnem in peninsula Rhodiginiana) Italiæ nobili, in agro Picenorum, ut perhibet Plinius III. 15. Vocatur etiam Ionium. Quanquam enim Strabo de mari Ionico et Adriatico monet: τὸ μὲν οὖν στόμα κοινὸν ἀμφοῖν ἐστιν. διαφέρει δὲ ὁ 'Ιόνιος, διότι τοῦ πρώτου μέρους τῆς θαλάσσης ταύτης ὄνομά ἐστιν· ὁ δὲ 'Αδρίας τοῦ ἐντὸς μέχρι τοῦ μυχοῦ — tamen statim addit: νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης — ut adeo Adriaticum mare (quo navis, Paulum ferens, jactabatur, appulsura Melitam, Act. XXVII. 27.) totum illum tractum maris significet, quod a montibus Cerauniis Venetias usque penetrat et Epirum subjectasque partes alluit. Hesych. 'Ιόνιον πέλαγος· ὁ νῦν 'Αδρίας. Adde Schol. ad Dionys. ver. 92. Vide etiam Wetstenium ad Act. l. l.

'ΑΔΡΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, *abundantia, opulentia, copia, multitudo,* (ab ἁδρὸς *copiosus, abundans, largus.* Hesych. ἁδρός· πολὺς, μέγας, πλούσιος, παχύς. — ἁδρόν· μέγα, δαψιλὲς, παχύ. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἁδρὸς, *grandis, gravis.*) Semel legitur in N. T. 2 Cor. VIII. 20. μή τις ἡμᾶς μωμήσηται ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν ne quis me dicere possit surripuisse aliquid a magna illa pecuniæ, a me collectæ, summa. Synonymum hujus vocis est ἁδροσύνη, quod de *copiosa messe* usurpavit Hesiodus Ἔργ. ver. 471. De utraque voce vide loca collecta a Wetstenio ad 2 Cor. l. l. Hesych. ἁδρότης· δύναμις, μέγεθος.

'ΑΔΥΝΑΤΕ'Ω, ῶ, f. ήσω, proprie: *non possum, non valeo.* Phavor. ἀδυνατῶ γράφειν, ἀδυνατῶ ποιεῖν, τοῦτο ἀντὶ τοῦ οὐ δύναμαι. Xenoph. Mem. I. 2. 23. et III. 5. 28. Impersonaliter vero sumitur: *impossibile est, fieri non potest.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XVII. 20. οὐδὲν ἀδυνατήσει ὑμῖν omnia efficere poteritis. Luc. I. 37. οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα nihil est, quod Deus efficere nequeat. Verba Hebraica, quibus ἀδυνατέω in versionibus Græcis V. T. respondet, collegit Bielius in Novo Thesauro Philologico s. h. v. e quo duo tantum afferre ad loca N. T. supra laudata non abs re erit. Genes. XVIII. 14. הֲיִפָּלֵא מֵיְהוָה דָּבָר Alex. reddiderunt: μὴ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα; et Job. XLII. 2. וְלֹא יִבָּצֵר מִמְּךָ מְזִמָּה ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν.

'ΑΔΥ'ΝΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, in N. T. æque ac Scriptoribus Græcis et active et passive usurpatur. In *passiva* significatione 1) *impossibilis, e, quod fieri et perfici nequit;* vel absolute per se et simpliciter, vel respectu ad præsentem alicujus rei conditionem. Prioris usus exempla sunt: Hebr. VI. 18. ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν Deus fidem fallere nequit. ib. X. 4. ἀδύνατον αἷμα ταύρων ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας nullo modo sanguis taurorum vim expiandi peccata habet. Posterioris vero: ib. XI. 6. χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι sine religionis christianæ observatione nullus (Christianorum nempe) Deo placere potest. Rom. VIII. 3.

τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου quod lex Mosaica efficere non valebat — per hominum nempe vitiositatem. Psal. XXI. 12. מְזִמָּה בַּל יוּכָלוּ Symmachus reddidit: ἐννοίας ἀδυνάτους, consilia, quæ rata fieri nequeunt: et Prov. XXX. 18. נִפְלְאוּ מִמֶּנִּי Alex. reddiderunt: ἀδύνατά μοι νοῆσαι. Hesych. ἀδύνατον· ἄπρακτον. Hinc 2) ἀδύνατος res dicitur *ardua et molesta, multis difficultatibus obsita,* i. q. χαλεπός. Matth. XIX. 26. παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατον, quod homines per se ægre efficere valent, hoc Dei auxilio adjutis facillimum est negotium. Luc. XVIII. 27. coll. v. 24. Hebr. VI. 4. ἀδύνατον γὰρ vers. Lat. *difficile enim,* LXX Prov. XXX. 18. ἀδύνατόν ἐστι. Vulg. *difficilia mihi.* Apud Inc. Int. 2 Sam. XIII. 2. vox ἀδυνατεῖν *admodum difficile esse, magna difficultate laborare* notat, ubi Hebr. נִפְלָא respondet, et LXX ὑπέρογκον habent. Observavit jam hanc notionem Stephanus in Thesauro L. Gr. T. I. p. 1058. et exemplis comprobavit multis, quibus addo Aristotel. Ethic. ad Nicomach. I. 10. et ibi Lambin. Idem de Cœlo I. 11. — In activa significatione: *invalidus, cui vires non suppetunt ad aliquid efficiendum, viribus fractus, debilis, infirmus,* construitur cum infinitivo, v. c. ἀδύνατος λέγειν, σιγᾷν, φέρειν etc. et accipitur vel sensu physico, præcipue de eo, cui aliquod corporis membrum fractum, imminutum, aut corruptum est, quem Græci vulgo ἀνάπηρον vocant, ut: Act. XIV. 8. ἀδύνατος τοῖς ποσὶν debilis pedibus (Xenoph. de Venat. c. 5. § 14. Herodot. VI. c. 136. Vid. C. F. Boerneri D. de Actis Barnabæ et Pauli Lycaonicis p. 630. T. II. Novi Thes. Philol. et Foesii Œconomia Hippocr. s. h. v. Suidas et Harpocration: ἀδύνατοι· οἱ πεπηρωμένοι τὸ σῶμα); vel sensu morali, Rom. XV. 1. τῶν ἀδυνάτων, scil. τῇ πίστει, qui perfecta et certa religionis scientia destituuntur, ubi videndus Wetstenius Gloss. Vet. apud Labbæum p. 4. ἀδύνατος, *impotens, invalidus, impossibilis, infirmus.*

ἌΔΩ, pro ἀείδω, fut. ᾄσω 1) *cano,* sive *assa voce,* Apoc. V. 9. καὶ ᾄδουσι ᾠδὴν καινὴν iidem novum plane carmen canunt. XIV. 3. XV. 3. (respondet Hebraico שִׁיר in vers. Alex. sæpissime, ut: Exod. XV. 1, 21. 2 Sam. XIX. 35.) sive *fidibus.* Ælian. V. H. VIII. 7. IX. 38. 2) *laudo, celebro.* Ephes. V. 19. ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ. Coloss. III. 16. Hos. VII. 2. Alex. ὡς ᾄδοντες τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. Jerem. XXX. 19. וְיָצָא מֵהֶם תּוֹדָה iidem: καὶ ἐξελεύσονται ἀπ' αὐτῶν ᾄδοντες. Ælian. V. H. VII. 1 et 14. Hesych. ᾄσω· ψαλῶ, αἰνέσω, ὑμνήσω.

ἈΕΙ', adverbium temporis, *semper, perpetuo,* ita, ut et de tempore indefinito et de tempore certo et limitato, sive longiore illo, sive breviore, dicatur. (Suid. εἰώθασι γὰρ τὸ ἀεὶ καὶ ἐπ' ὀλίγου χρόνου τάττειν.) Marc. XV. 8. καθὼς ἀεὶ ἐποίει αὐτοῖς ut quotannis singulis sacris paschalibus inde a longo tempore iis facere consueverat. Act. VII. 51. 2 Cor. VI. 10. ἀεὶ δὲ χαίροντες semper autem tranquillo animo. Tit. I. 12. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται Cres semper mendax, h. e. Cretenses habitum mentiendi sibi contraxerunt. Hebr. III. 10. 1 Petr. III. 15. Quandoque rebus, quæ ut plurimum fieri solent, tribuitur, adeoque per adverbia: *sæpe, frequenter, assidue,* vertendum est. 2 Cor. IV. 11. ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ τὸν Ἰησοῦν haud raro ob religionem christianam in summis vitæ periculis versamur. 2 Petr. I. 12. ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν vobis quavis data occasione in memoriam revocare. Hesych. ἀεί· πυκνῶς. Xenoph. Cyrop. I. 4. 27. III. 3. 9. Confer etiam Abresch. ad Æschylum. p. 178.

ἈΕΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, sive ex communi veterum sententia ab ἀΐσσειν, (ut positum sit pro αἰετὸς, Aristoph. Equitt. 1010. aut ἀϊτὸς secundum Etym. M. 20. 54.) quod est: *cum impetu ferri et irruere,* derivare, sive cum Bocharto Hieroz. P. II. c. 2. ab Hebraicô עַיִט deducere velis, res eodem tandem redit. Nam apud Græcos vocem ἀετὸν non tam *quamvis avem rapacem* notare, quam nomen proprium esse *aquilæ* (quæ cum impetu superne irruit et fertur in prædam), usus voluit. Unde Alexandrini sæpe hac voce usi sunt pro Hebraico נֶשֶׁר, Job. IX. 26. Psal. CIII. 5. Ies. XL. 31. et Daniel. VII. 4. pro Chald. נְשַׁר iidem posuerunt. Jam quia hæc avis est quidem carnivora, sed nunquam cadavera petit, hinc proverbium, a Christo adhibitum, Matth. XXIV. 28. ὅπου ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοὶ et levi mutatione Luc. XVII. 37. ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί, non vertendum fuisset: ubicunque cadaver erit, ibi etiam convolabunt aquilæ: sed ἀετοί aut per *aves rapaces* exponi debuisset, aut intelligendi sunt γυπαετοί, quasi dicas: *vultures aquilini,* qui delectantur cadaverum esu. Confer Aristotel. H. A. IX. c. 22. 2. ac Suidam s. v. ἄπειροι. Cæterum sensus hujus proverbii est hic: cum oblata fuerit opportunitas, nec deerunt, qui ea cupide utantur: nullo, ut videtur, respectu ad Romanos habito, quorum vexilla aquilis insignita erant, Apoc. IV. 7. XII. 14. Præterea reperitur quoque hæc vox Apoc. VIII. 13. in editione Griesbachiana, ubi tamen cum Seideliano codice legere mallem: ἀγγέλου ὡς ἀετοῦ πετωμένου.

ἌΖΥΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie 1) *expers fermenti, fermentum non admixtum habens, infermentatus.* Hesych. ἄζυμα· τὰ ἄνευ παλαιᾶς ζύμης, ἃ καλεῖται προζύμη. (ex α priv. et ζύμη *fermentum,* seu *massa acida, quæ farinam, aqua subactam, fervere facit et turgidam reddit*) respondet Hebr. מַצָּה, Gen. XIX. 3. in vers. Alex. ἀζύμους (scilicet ἄρτους, quod additur Exod. XXIX. 2.) ἔπεψεν αὐτοῖς. Jam quia apud eosdem τὰ ἄζυμα Exod. XII. 15, 20. omissa voce λάγανα, (Levit. VII. 4.) quæ speciem placentæ notat, (Hesych. εἶδος πλακουνταρίου, ὡς πυρώδη, ἀπὸ σεμιδάλεως ἐν ἐλαίῳ τηγανιζόμενον καὶ ἀρτιβραχεῖ ἐλαίῳ)—*placentæ non fermentatæ* aut *panes infermentati* dicebantur, *qui a Judæis in exitus ex Ægypto memoriam comedi solebant,* factum est, ut *ipsum festum paschale, quod quotannis a Judæis jussu divino per integros septem dies celebrandum erat, a panum non fermentatorum usu* in N. T. appellaretur ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, Luc. XXII. 1. (חַג הַמַּצּוֹת, Exod. XXIII. 15. Levit. XXIII. 6.) αἱ ἡμέραι τῶν ἀζύμων, Act. XII. 3. XX. 6. et simpliciter: τὰ ἄζυμα, Marc. XIV. 1. Πρώτη autem ἡμέρα τῶν ἀζύμων, quæ Matth. XXVI. 17. et Marc. XIV. 12. commemoratur, fuit primus festi paschatos dies, quo agnus paschalis mactandus erat. 2) metaphorice accipitur et significat *purum a vitiositate, qui immunis est ab erroribus æque ac pravitate vitæ et morum:* nam ζύμη tropice et *doctrinam erroribus contaminatam* et *impietatem* notat, ut infra demonstrabitur. 1 Cor. V. 7. καθώς ἐστε ἄζυμοι siquidem esse debetis puri a perversitate et vitiositate omni, ib. v. 8. τὰ ἄζυμα *ipsa sinceritas et puritas doctrinæ et vitæ.* Phavor.

ἄζυμοι καθαροί, ἄτυφοι, ἢ ἔπαρσιν μὴ ἔχοντες. Idem habet Alberti Glossarium N. T. p. 124. et Cyrilli Lex. MS. Adde Suicer. Thess. Eccl. T. I. p. 106.

'ΑΖΩ'Ρ, ὁ, *Asor*. Nomen proprium viri indeclinabile Hebraicum, notans *adjutorem, auxiliatorem*, ad Hebr. עָזַר, *auxiliatus est*. Fuit filius Eliakim ex majoribus I. C. Matth. I. 13, 14.

'ΑΖΩΤΟΣ, ου, ἡ, *Azotus*. Nomen urbis Palæstinæ, sitæ in littore maris Mediterranei, inter Ascalonem, Gazam et Iamniam, et ejus situm accurate determinavit Josephus A. J. V. 1. 22. Adde Judith. II. 18. et Ptolemæum V. c. 16. Hebraice אַשְׁדּוֹד, h. e. *expulsio, exilium*, vocabatur. In divisione terræ Canaan, sub Josua facta, tribui Judæ hæc urbs, quam antea Enakim inhabitabant, sorte obvenit. Josua XV. 46. Deinde una quinque Satrapiarum Philistearum fuit. 1 Sam. V. tot. Tandem vero, Maccabæis ducibus, Judæi eam iterum sibi subjecerunt. 1 Macc. X. 77. Plura vide apud Reland. Palæstina p. 606. Semel commemoratur in N. T. Act. VIII. 40. Φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς Ἄζωτον, pro ἐν Ἀζώτῳ. Philippus repertus est Azoti: ubi legi merentur a Wetstenio notata. Hesych. Ἄζωτος· ἔθνος Συρίας καὶ πόλις: ubi vide Interpretes.

'ΑΗΔΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie *insuavitas, injucunditas, molestia quævis*, ab ἀηδής, *insuavis, injucundus*, quod est ex α priv. et ἦδος *suavitas, jucunditas*. 2) *tædium, fastidium*. Æschin. in Ctesiph. p. 551. τὴν δὲ σὴν ἀηδίαν ἡ πόλις οὐχ ἐχώρει. Demosthenes p. 401. ed. Reisk. ἀηδίαν πρὸς αὐτὸν ἐωρακώς. 3) *odium, inimicitia*, i. q. ἔχθρα. Sic semel legitur Luc. XXIII. 12. ubi loco impressi προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτοὺς Codex Cantabrigiensis habet ὄντες δὲ ἐν ἀηδίᾳ cum essent autem in lite. Etiam adjectivum ἀηδής quandoque apud Græcos de *odioso* dici, observavit jam Stephanus in Thes. L. Gr. T. I. p. 1434. Confer etiam Reiskii Indicem Græcitatis Demostheneæ p. 21. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀηδία, *lis, tædium*.

'ΑΗ'Ρ, έρος, ὁ, 1) proprie, *aër*, (παρὰ τὸ αἴρω, τὸ κουφίζω, vel παρὰ τὸ ἄω, τὸ πνέω, secundum Etym. M. 23. 7.) elementum illud spirabile, calidum et fluidum, tenue et leve, quod undequaque terram ambit, et quo vivimus, dum eum pulmone partim admittimus, partim expellimus, quod Cicero de N. D. II. c. 36. *animabilem spirabilemque naturam* recte appellavit, et in quo ab *æthere* differat, demonstravit. Act. XXII. 23. κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα pulverem in aërem jacientibus. Apoc. IX. 2. XVI. 17. coll. v. 18. Ex hac aëris natura derivandæ sunt formulæ loquendi illæ proverbiales in N. T. obviæ. Cujusmodi est α) εἰς ἀέρα λαλεῖν (quod Suidæ est ἀνέμῳ διαλέγειν et Lucretio IV. 929. *ventis verba profundere*), h. e. *frustra verba facere, ita, ut alii nec intelligant orationem, nec aliquam inde percipiant utilitatem*, εἰκῆ καὶ μάτην καὶ ἀνωφελῶς λαλεῖν, ut verbis Theophylacti utar ad 1 Cor. XIV. 9. ubi formula ἔσεσθε γὰρ εἰς ἀέρα λαλοῦντες de iis usurpatur, qui in conventibus Christianorum sacris utebantur linguis barbaris, quas nemo præsentium intelligebat. Deinde β) ἀέρα δέρειν *aërem cædere*, quam formulam vulgo (ut Jac. Lydius in Agonist. SS. c. 15.) ab athletarum σκιαμαχίᾳ desumtam putant, quando luctatores sine adversario adversus umbram pugnare solebant, vel vanitate quadam ducti, vel exercendi se gratia. Videtur potius olim usurpata fuisse de pugilibus, qui frustra mittebant cæstus et sic in aërem verberabant, (conf. Eustathius ad Iliad. XX. v. 446. ubi formula ἠέρα τύπτειν occurrit.) de quibus Latini Scriptores formulas: *in inane brachia jactare, vires in ventum effundere*, (Virg. Æn. V. 466.) *verberare ictibus auras* (Virgil. Æn. V. 376.) usurpasse satis constat: unde deinde transferebatur ad *eos, quorum conatus sunt inanes et irriti, qui non consequuntur quod volunt et optant*. Sic 1 Cor. IX. 26. οὕτως πυκτεύω ὡς οὐκ ἀέρα δέρων pugilem ago, sed non frustra vires in ventum effundo, h. e. certo scio, me accepturum esse præmia laborum meorum. conf. L. Bos et Kypke ad h. l. 2) *omne medium spatium, quod inter cœlum et terram est, regio illa et materia omnis inter cœlum et terram interjecta*. Hesych. et Phavor. ἀήρ· ὁ μεταξὺ οὐρανοῦ καὶ γῆς τόπος. 1 Thess. IV. 17. ἁρπαγησόμεθα εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, h. e. vel: obviam Domino nostro rapiemur, judicium exercenti medio loco inter cœlum summum et terram, qui fuit Grotii sententia; vel: nubibus vecti per aërem obviam rapiemur Domino nostro. Fortasse autem, quod meliorem hujus loci sensum redderet, demonstrari posset ex ipso usu loquendi, ἀέρα etiam *ipsum cœlum* significare, sicut et *cœlum* interdum pro *aëre* ponitur. Certe ab Aquila et Theod. Job. XXXV. 1. שָׁמַיִם per ἀὴρ translatum legitur. 3) *caligo, tenebræ, obscurus aër* (ut loquitur Virgil. Æn. I. 415.), observante jam Eustathio ad Homer. Iliad. V. 776. et Apollonio Lexic. Homer. p. 58. ed. Villoison. Hæc significatio, a Stephano in Thes. L. Gr. T. I. p. 130. notata, multis Scriptorum veterum locis confirmari potest: Homer. Il. XII. 240. ποτὶ ζόφον ἠερόεντα ad occidentem, ubi densissima est caligo, lucis nihil. Hesiod. Theogon. 119. τάρταρα ἠερόεντα. ibid. v. 252. ἠεροειδὴς πόντος. Homer. Il. XVII. 645. ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος, qui locus citatur a Longino de sublimitate c. 9. a quo ἠὴρ (i. q. ἀὴρ) explicatur per σκότος. Sapient. XVII. 9. Gellius XIII. 19. Obtinet autem hic usus loquendi Ephes. II. 2. κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, ubi tamen per principem tenebrarum metaphorice diabolus intelligendus est, quatenus ejus imperio subjecti sunt omnes scelesti. Confer infra sub σκότος. Sed alii interpretes hunc locum ad notionem, secundo loco positam, referunt, ut τοῦ ἀέρος sit: qui in aëre versatur, et provocant ad locum Eurip. Phœn. 1538. (T. III. Opp. ed. Lips. p. 1060.) ubi Schol. τοῦ ἀέρος interpretatus est τὰ ἐν ἀέρι τὴν διατριβὴν ποιοῦντα.

'ΑΘΑΝΑΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) *immortalitas*. 1 Timoth. VI. 16. ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν Deus, qui solus absolute et per se immortalis est. Plutarch. Aristid. c. 6. ἀθανασίας, ἣν ἡ φύσις ἡμῶν οὐ δέχεται. Conf. Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 109. 2) *corpus immortale, morti non obnoxium*. 1 Cor. XV. 53, 54. καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν oportet hoc mortale corpus induere seu assumere corpus immortale, h. e. nos jam corpore mortali instructos oportet accipere corpus interitus expers. Vide infra sub ἐνδύω.

'ΑΘΕ'ΜΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, idem quod ἀθέμιστος (Xenoph. Cyrop. I. 6. 6.) *nefarius, legibus, maxime divinis, vetitus, illicitus*, et differt ab παράνομος, *legibus, maxime humanis, interdictus*. Etym. M. ἀθέμιτος· ἄδικος, ἄνομος· ἀπὸ τοῦ θέμις, θέμιτος, *lex, jus, fas*. Phavor. ἀθέμιτον· ἄδικον, ἄνομον, πονηρὸν, ἄναρχον, ἀσεβῆ, ἢ νόμοις οὐ χρώμενον. Adde Barnes. ad Eurip. Ion. v. 1093. Bis legitur in N. T.

Act. X. 28. ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ nefas esse Judæo. 1 Petr. IV. 3. ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις idolorum cultu nefando. Eodem sensu reperitur 2 Macc. VI. 5. VII. 1. X. 34. Joseph. B. J. IV. 9. 10. Herodot. VII. 33.

ἌΘΕΟΣ, ὁ, ἡ. Docte ac eleganter pro more suo de hoc nomine exposuit F. G. Sturzius in Comment. Soc. Philol. Lips. Vol. II. P. I. p. 64. ubi varias ejus significationes ita disposuit et ordinavit. Scilicet ἄθεος 1) est, ut ἄλογος, *Deo carens, a Deo alienus.* Plutarch. de Defectu Orac. c. 48. Plato in Theætet. T. I. Opp. ed. H. Steph. p. 176. E. 2) *qui Deum esse non credit.* Plutarch. de Superstit. c. 2, 6, 9 et 12. et adjective si sumitur, *consentiens cum eorum doctrina, qui Deum esse non credunt.* Conf. Suidam. s. v. ἄθεον. Plutarch. de Is. et Osir. c. 66. 3) *qui non quidem negat Deum Deosve esse, sed alium aliosve recipit, quam qui recepti sunt a civitate, ad quam quis pertinet.* Ita Christiani vocabantur athei a paganis, quod horum deos rejicerent ac destruerent, v. c. Justin. M. Apol. II. p. 56. B. Athenag. legat. pro Christ. p. 4. sequ. 4) *a Dei cognitione alienus, Deorum ignarus.* Maxim. Tyr. I. 2. 5) *qui verum Deum non colit et idololatriæ studet.* Conf. Ez. Spanhem. ad Juliani Cæsares p. 312 et 483. 6) *qui Deum Deosve etsi credit, tamen contemnit, neque colit, impius, scelestus.* (Aristoph. Θεσμοφορ. v. 678. ἀθέων τε τρόπων, Schol. Sophocl. ad Œdip. Tyran. v. 672. ἄθεος per ἀσεβὴς explicat. Xenoph. Anab. II. 5. 12. Pollux Onom. I. 1.) Utræque posteriores notiones obtinent fortasse in loco Ephes. II. 12. ubi ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ gentiles dicuntur, destituti nempe idonea veri Dei cognitione, et hac ignorantia sua ad vitiositatem et peccata abrepti. Vide Suicer. Thes. Eccles. I. 109. et Joh. Henr. a Seelen meditatt. exeget. P. II. p. 294 seq. Eodem modo

ἌΘΕΣΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, (i. q. ἀθέσμιος.) non tam *exlex, lege carens* dicitur, quam *legum contemtor, homo nefarius, qui leges humanas æque ac divinas negligit et violat,* ὁ παράνομος, ut Phavorinus interpretatur. Nam θεσμοὶ Græcis est vocabulum generis, et *omnis generis leges, divinas et humanas, scriptas et non scriptas,* complectitur. Bis tantum legitur in N. T. 2 Petr. II. 7. ubi coævi et populares Lothi, omnium legum repagula perfringentes, suoque indulgentes ingenio, ἄθεσμοι appellantur, et 2 Petr. III. 17. τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ fraude hominum flagitiosorum et impiorum. Apud Græcos Scriptores hæc vox tum de persona, tum de re usurpatur: ἀθέσμου βλάβης, ἐφ' ἧν νόμος οὐ κεῖται. ἄθεσμος δίκη, ἄνομος, Phavorino interprete, qui sua hausit ex Hesychio. Diod. Sic. I. 14. τῆς ἀθέσμου βίας. Anthol. IV. 8, 24. ἄθεσμα λέγειν. 3 Macc. V. 12. ἀθέσμου προθέσεως. Ib. VI. 26. ἀθέσμοις αἰκίαις.

ἈΘΕΤΈΩ, ῶ, f. ήσω, 1) proprie: *loco suo moveo,* et opponitur τῷ τίθημι *repono, statuo.* 2) metaphorice: *abrogo, irritum declaro,* et maxime dicitur de legibus, pactis etc. quæ refinguntur, et abrogantur. Galat. III. 15. ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ promissiones juratas et solemnes nemo facile irritas declarare solet. 1 Macc. XI. 36. 3) ex adjuncto: *vim et efficaciam alicujus rei impedio, infirmo, irritum reddo et vanum.* Luc. VII. 30. τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς benevolum Dei consilium in suam ipsorum perniciem irritum reddiderunt. Prov. I. 25. legitur formula ἀκύρους ποιεῖν τὰς βουλάς. 1 Cor. I. 19. τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω vanam reddam et inutilem prudentum prudentiam opinatam. coll. Ies. XXIX. 14. Hoc sensu Hebr. הֵנִיא respondet apud Alexandr. Ps. XXXIII. 10. 4) *sperno, contemno et contumeliose tracto, contemtu et contumelia afficio.* Hesych. ἀθετεῖ· ἀτιμάζει. — ἀθετεῖται· ὑβρίζεται, καταφρονεῖται. Galat. II. 21. οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ non vilipendo summum illud beneficium divinum. Zonaras Lex. c. 62. ἀθετεῖν, τὸ ἀπιστεῖν, τὸ διαπαίζειν, οὕτως ὁ Ἀπόστολος· οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ. Judæ ver. 8. κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι principes contumeliose tractant, despiciunt, coll. 2 Petr. II. 10. κυριότητος καταφρονοῦντας. In vers. Alex. τῷ נָאַץ respondet 1 Sam. II. 17. 5) *rejicio, repudio aliquem.* Luc. X. 16. ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς ἐμὲ ἀθετεῖ, ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με qui vos vestramque doctrinam repudiat, non tam me, quam Deum, qui me misit, simul repudiat: ubi ἀθετεῖν τινὰ opponitur τῷ ἀκούειν τινὸς admittere alicujus doctrinam. Joh. XII. 48: ὁ ἀθετῶν ἐμὲ καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου. Hoc sensu ἀθετεῖν apud Alex. pro Hebr. בָּגַד, Exod. XXI. 8. ac Arrianum Diss. Epictet II. 12. 11. 6) *repulsam do, denego petita.* Marc. VI. 26. οὐκ ἠθέλησεν αὐτὴν ἀθετῆσαι ei repulsam dare noluit: Vulgatus: noluit eam contristare. Syrus: ܢܣܟܠܝܗ, *frustrare, privare eam.* Arabs: منعها, *prohibere, recusare eam.* Similis locus est Josephi A. J. XV. 2. 6. οὐδενὸς ἀθετήσειν ὧν ἄξιοι fore, ut nihil eorum, quæ peteret, ei deneget. Plutarch. Coriolan. p. 232. C. μηδὲν ἀθετεῖν μήτ' ἀναίνεσθαι τῶν τοιούτων δυναμένου. 7) *violo,* nempe *legem, non observo.* Marc. VII. 9. καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ vere violatis præcepta divina: ubi opponitur τῷ τηρεῖν. 1 Thessal. IV. 8. τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεὸν qui hæc religionis christianæ præcepta violat, præcepta violat non humana, sed divina. Hebr. X. 28. ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως qui contra leges Mosaicas peccaverat. 1 Macc. XIV. 45. ὃς δ' ἂν παρὰ ταῦτα ποιήσῃ ἢ ἀθετήσῃ τί τούτων. In versione Alexandrina Hebr. בָּגַד in notione *impie agendi, violandi præcepta divina* respondet Ies. XLVIII. 8. Jerem. IX. 2. XII. 1. et פָּשַׁע, Ies. I. 2. et מָעַל, 1 Chron. V. 25. Ezech. XXXIX. 23. Daniel. IX. 7. Polyb. XV. 1. συνθήκας ἀθετήσαιεν — ἀθετεῖν δὲ τολμῶσι τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας. Ib. III. 29. ὁμολογίας οὐκ ἀθετητέον. Lucian. de vera Hist. II. 20. Dionys. Halic. Ant. Rom. III. p. 231. Conf. Schweighæuser. Lex. Polyb. p. 12. Etymol. M. ἀθετεῖν παρὰ τοῖς Ἴωσι τὸ μὴ ποιεῖσθαι λόγον· οἷον ἀετεῖν καὶ ἀτίζειν. οὕτως Ὠρίων ἀντὶ τοῦ ἀτιμάζειν, ἀπειθεῖν. 8) Formula: ἀθετεῖν τὴν πίστιν, *fidem deserere, fallere, perfide agere* notat, v. c. 1 Tim. V. 12. ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν quod fidem olim præstitam non servaverunt. Polyb. VIII. 2. XIV. 1. 1 Macc. XV. 27. Psalm. XV. 4. וְלֹא יָמִיר, Alex. καὶ οὐκ ἀθετῶν. Ps. LXXXIX. 34. Hinc apud eosdem ἀθετεῖν sæpissime verbo בָּגַד *fallere, perfide agere,* respondet. Jud. IX. 23. Jerem. III. 20. Diod. Sic. Exc. XXI. p. 562. ἀθετῆσαι πίστιν. ibid. XXXII. p. 590. Polyb. XI. 27. νῦν δὲ πάλιν ἀθετήσαντες τοὺς ὅρκους καὶ τὴν πίστιν. Etiam simplex substantivum ἀθεσία, teste Suida, παραβασίαν, *perfidiam,* notat.

ἈΘΈΤΗΣΙΣ, εως, ἡ, quod proprie *motionem rei e loco* notat, in N. T. ubi bis reperitur, duplici notione usurpatur. Est enim 1) *abrogatio, abolitio.* Hebr. VII. 18. ἀθέτησις

μὲν γὰρ γίνεται τῆς προαγούσης ἐντολῆς abrogata itaque est lex Mosaica, quæ olim locum habebat. Theophyl. ad. h. l. *ἀθέτησις· τοῦτ' ἐστιν ἐναλλαγὴ καὶ ἐκβολὴ τῆς προαγούσης ἐντολῆς.* 2) *expiatio.* Hebr. IX. 26. *εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας* ad expianda peccata. — Phavor. *ἀθέτησις· ἐκβολή, ἄμειψις. (ἴσως ἐξάλειψις.) οὕτως ὁ Ἀπόστολος· ἀθέτησις γὰρ γίνεται κ. τ. λ.*

ἈΘΗ͂ΝΑΙ, *ῶν, αἱ, Athenæ.* Civitas hæc Græciæ olim nobilissima, (quæ hodie sub Turcarum potestate est,) sita est in Achaia, et quidem in illa ejus parte, quæ olim *Acta*, deinde vero ab ipsa hac urbe *Attica* vocabatur, in medio fere Græciæ, immo secundum Xenophontem, *totius orbis terrarum.* Fuit olim philosophiæ studiis celeberrima, ita, ut *κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον* diceretur; belli pacisque artibus florentissima, virorumque illustrissimorum mater fœcundissima, sed admodum idolorum cultui addicta, (unde *κατείδωλος* dicitur Act. XVII. 16.) donec Philippus, Macedoniæ rex, eam sibi subjiceret. Primus eam Cecrops condidit, unde Cecropia dicta: postremo autem Athenæ appellata, vel ab Attea, Cranai filia, vel, quod verosimilius est, a Minerva, quam Græci *Ἀθήνην* vocabant, et quæ huic urbi præsidere credebatur, ibique impense colebatur. V. Hygin. Fab. poët. c. 164. Plura de urbe hac celeberrima vide apud Joh. Meursium in Antiquit. et fortuna Athenarum, Petitum in Comment. Leg. Att. et Franc. Rossæum in Archæologia Attica. Act. XVII. 15, 16. XVIII. 1. 1 Thess. III. 1.

ἈΘΗΝΑΙ͂ΟΣ, *ὁ, ἡ, τὸ, Atheniensis.* Act. XVII. 21. Athenienses dicuntur pruritu aliquid novi vel dicendi vel audiendi ducti fuisse. ib. v. 22.

ἈΘΛΕ΄Ω, *ῶ, f. ήσω,* proprie: *certo, certamen ineo in ludis publicis,* vel pugione, vel cæstu, vel disco, vel lucta, vel cursu, vel alia re (confer. Pollux Onomast. l. III. c. 30.), ex more veterum Græcorum, quibus celebrabantur certamina Olympia, Isthmia, Nemea et Pythia, atque certantes *athletæ* dicebantur. In hac propria, nec metaphorica aliqua, (quæ locum habet apud Arrian. Diss. Epictet. III. 10.) ut vulgo putatur, significatione sumenda est hæc vox in loco 2 Tim. II. 5. *ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ* etiamsi vero certat aliquis, non coronatur, nisi legitime certaverit. Hesych. *ἀθλεῖν· ἀγωνίζεσθαι, κακοπαθεῖν.* Idem: *ἀθλῆσαι, κακοπαθῆσαι, καμεῖν, ἀγωνίσασθαι.*

ἌΘΛΗΣΙΣ, *εως, ἡ,* proprie: *certamen quodcunque, quod fit corpore, quævis concertatio.* Sed quemadmodum *ἆθλον* Græcis de *quovis labore molesto et gravi, quem aliquis sustinet,* dicitur (confer Perizon. ad Ælian. V. H. I. 24.) et, Phavorino teste, *ἀθλῆσαι* etiam *κοπιάσαι, κακοπαθῆσαι, καμεῖν* significat: ita et *ἄθλησις* metaphorice ei tribuitur, *qui multum et indefesso studio in re aliqua gravi, molesta et periculi plena laborat, et objecta impedimenta et mala removere et superare vehementer conatur,* de quo Latini Scriptores non solum verbum *conflictari,* (Cic. ad Herenn. II. 37.) sed ipsam adeo vocem *certamen* (Horat. I. Ep. V. 8.) usurpant. Hinc explicabis locum Hebr. X. 32. *πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων* cum multis et variis malis et calamitatibus vobis conflictandum fuit. Sic *ἀθλεῖν* adhibetur ab Arriano Ep. III. 22.

ἈΘΥΜΕ΄Ω, *ῶ, fut. ήσω, animum despondeo et abjicio, despero, animo sum dejecto et fracto,* ut formulæ, *ἀθύμως ἔχειν* et *ἀθύμως διακεῖσθαι* apud Xenophontem et Isocratem obviæ, non solum iis tribuitur, qui tristitia et mœrore commoventur et perturbantur animo, (conf. Alex. 1 Regg. I. 6, 7. 1 Macc. IV. 27. Hesych. *ἀθυμῶν· λυπούμενος*) sed etiam in specie de militibus usurpatur, qui, hoste viso, metu perculsi, animo succumbunt, et res habent pro deplorato. Xenoph. Cyrop. IV. 1. 3. et c. 2. 2. In N. T. legitur tantum Coloss. III. 21. ubi tamen verba: *μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυμῶσιν,* variis modis explicari possunt, vel: nolite ad iram provocare liberos vestros, ne vos metuant magis, quam ament, vel: *animum despondeant,* h. e. omnem spem vobis satisfaciendi et in melius progrediendi prorsus abjiciant. Posset tamen hic locus etiam ita verti: liberos vestros durius tractare nolite, ne vobis irascantur: nam *ἀθυμεῖν* Hebraico חָרָה *exarsit ira,* respondet in vers. Alex. 1 Sam. XV. 11. 2 Samuel. VI. 8. 1 Chron. XIII. 11. et apud GG. v. c. Xenoph. Anab. VI. 2. 8. Hellen. V. 2. 21. *indignari, ægre ferre* notat. Cæterum varii hujus vocis usus exempla collegit Wetstenius in notis ad N. T. T. II. p. 294.

ἈΘῼ͂ΟΣ, *ου, ὁ, ἡ,* proprie: 1) *impunis, indemnis, nullam passus mulctam, damni expers,* (Polyb. II. 60. 1.) *ὁ ἀζήμιος,* ut Suidas interpretatur, (compositum ex *α* priv. et *θωὴ* *mulcta persolvenda, noxa, damnum, pœna imposita, ἡ ἐπιτιθεμένη τινὶ ζημία,* ut Schol. min. Homeri ad Odyss. II. 192. explicat) etiam simpliciter *immunis,* Aristoph. Nub. v. 1415. *σὸν σῶμα χρὴ πληγῶν ἀθῷον εἶναι.* 2) *innocens, insons, criminis expers.* Matth. XXVII. 4. *παραδοὺς αἷμα ἀθῷον* (in codd. quibusdam *δίκαιον*) hominem innocentem vestræ tradens potestati. ibid. ver. 24. *ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου* innocens sum in cæde hujus insontis: quæ locutio est mere Hebraica. Sic v. c. 2 Samuel. III. 28. נָקִי אָנֹכִי מִדְּמֵי אַבְנֵר Alex. *ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τῶν αἱμάτων Ἀβεννήρ.* Apud Græcos Scriptores *ἀθῷος* in hac significatione Genitivum adjunctum habet, præpositione *ἀπὸ* neglecta. Exempla habent Vorstius in Philologia Sacra cap. XIX. p. 411. ed. Fischeri et Krebsius in Observatt. Flavianis p. 73. In versione Alexandrina *ἀθῷος* respondet Hebraicis נָקִי, Deut. XXIV. 5. Josua II. 17, 19, 20. 1 Sam. XIX. 5. — תָּמִים, Psalm. XVIII. 26. et נִקָּיוֹן, Psalm. XXVI. 16. Alex. *νίψομαι ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου.* Ad quem locum respiciens Suidas: *ἀθῷος· ὁ ἀζήμιος. παροιμία. Ἐνιψάμην ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου. ἀντὶ τοῦ ἀθῷον ἐμαυτὸν ἐτήρησα, οὐκ ἐκοινώνησα τοῦ κακοῦ. Ἀθῷος οὖν ἀναίτιος.*

ΑἼΓΕΙΟΣ, *ου, ὁ, ἡ,* vel *ειος, εία, ειον, hircinus, caprinus,* (ab *αἴξ, αἰγὸς, capra, caper.*) Vox apud Græcos haud raro obvia, v. c. Homer. Iliad. XI. 638. Odyss. XXIV. 230. Semel in N. T. legitur Hebr. XI. 37. *ἐν αἰγείοις δέρμασιν* vestibus, e caprinis pellibus confectis, induti. Apollon. Rhod. IV. v. 1349. *στέρφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι.* Pro Hebraico עֵז *capra* usi sunt Alexandrini hac voce Græca Exod. XXV. 4. XXXV. 6, 26. Num. XXXI. 20. Phavor. *αἴγειος ἀσκὸς, ὁ ἀπὸ τῆς αἰγὸς, ὃς παρ' Ὁμήρῳ δὲ αἴγεος λέγεται πρὸς ὁμοιότητα τοῦ χρύσεος καὶ ἀργύρεος.*

ΑἸΓΙΑΛΟ͂Σ, *οῦ, ὁ, littus, ora maritima.* Compositum esse videtur ex *ἅλς mare* et *αἶγες fluctus,* ut adeo locum significet, ad quem fluctus

maris alliduntur; aut ἄγω *frango*, a frangendo fluctus maris. Hesych. αἰγιαλός· ὁ παραθαλάσσιος τόπος, ψαμμώδης, ἢ ψηφῖδας ἔχων. Hebr. חוֹף, Judd. V. 17. Matth. XIII. 2. ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει in littore stabat. ib. v. 48. ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν subducentes in littus. Joh. XXI. 4. Act. XXI. 5. Interdum vero non simpliciter αἰγιαλὸς littus notat, sed 2) *littus opportunum appellendæ navi, locum, ubi naves in terram appelluntur,* v. c. Act. XXVII. 39. κόλπον δέ τινα κατενόουν ἔχοντα αἰγιαλόν. ib. v. 40.

ΑΙΓΥΠΤΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *Ægyptius, ex Ægypto oriundus.* Nomen gentile ex Αἴγυπτος, de quo statim dicetur. Act. VII. 24. πατάξας τὸν Αἰγύπτιον cæso Ægyptio. ib. v. 28. Hebr. XI. 29. ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι quod cum Ægyptii pariter essent ausi. Cæterum constat, veteres Ægyptios, ut verbis A. Gellii utar, (N. A. XI. c. 18.) et in artibus reperiendis solertes extitisse, et in cognitione rerum indaganda sagaces. Descripsit has Ægyptiorum disciplinas et artes, quas Lucas τὴν σοφίαν Αἰγυπτίων vocat, (Act. VII. 22. ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων.) post Philonem in vita Mosis, et Clementem Alex. Stromat. VI. Bruckerus in Hist. Crit. Philos. T. I. l. 2. c. 7. cui addendus est Wetstenius in Notis ad N. T. T. II. p. 497. *Ægyptius* autem ille, de quo Act. XXI. 38. agitur, ubi κατ' ἐξοχὴν ὁ Αἰγύπτιος vocatur, est idem, de quo Josephus A. J. XX. cap. 8. § 6. et de Bello Jud. II. 13. § 5. scripsit. Fuit homo seditiosus, magus et impostor (a Josepho l. l. ψευδοπροφήτης, ἄνθρωπος γόης, καὶ προφήτου πίστιν ἐπιθεὶς ἑαυτῷ vocatur), qui se a Deo missum jactans, ut liberaret Judæos a duro Romanorum imperio, magnam Judæorum turbam, triginta hominum millia, ex quibus tantum quatuor millia sicariorum fuerunt, in desertum et ex eo ad montem usque Olivarum perduxerat, ex quo vi armata impetum in urbem Hierosolymam faceret. Verum Felix, procurator Judææ, adversus eum progressus cum cohorte Romana, eum prævenit, et omnem hanc turbam feliciter disjecit, ita, ut Ægyptius quidem ipse cum paucis evaderet, plurimi tamen eorum, qui cum eo erant, partim trucidarentur, partim vivi caperentur. Confer Vales. ad Euseb. H. E. II. c. 21.

ΑΙΓΥΠΤΟΣ, ου, ἡ, *Ægyptus.* 1) nomen proprium antiquissimis temporibus *Nili* secundum Hesychium (Αἴγυπτος· ὁ Νεῖλος ὁ ποταμός· ἀφ' οὗ χώρα ὑπὸ τῶν νεωτέρων Αἴγυπτος ἐκλήθη.), seriore autem ætate regionis Africæ seu Libyæ nobilissimæ, non longe a Judæa meridiem inter et occidentem sitæ, sacris et profanis Scriptoribus nobilissimæ. Termini ejus sunt ab occasu Libya et Cyrene; ab oriente Arabia Petræa; a meridie Æthiopia; a septentrione mare Ægyptium. Vid. Relandi Palæstina I. c. 11. Nomen traxit ab Ægypto, Beli, in illa terra olim regis, filio, Danai fratre, cum antea fuerit Æria dicta, teste Eusebio in Chronicis. Hebraice vocatur מִצְרַיִם a filio Chami secundo, qui Ægyptiacæ gentis conditor fuisse creditur. Regio fuit celeberrima, cum soli fertilitate, quam Nilo suo plurimum debet, et agricultura; tum astronomiæ et aliarum disciplinarum et artium studio. Primos enim omnium incolas ejus constat cœlum metiri et scrutari ausos esse, teste Macrobio de Somnio Scip. I. c. 21. qui ibid. c. 21. incolas ejus omnium philosophiæ disciplinarum parentes, et Saturn. I. 15. Ægyptum omnium artium matrem vocat. Ab antiquissimis inde temporibus Ægyptus suos habuit reges, qui communi nomine Pharaones appellantur in Annalibus sacris. Teste Mela in duas partes divisa fuit. Una inferior, quæ et Delta et Arabice الريف vocatur: altera superior, vulgo Sahid (صعيد) et olim Thebais dicta. Confer Leonis Africani descriptio Africæ lib. VIII. tot. In N. T. sæpius commemoratur, v. c. Matth. II. 13, 14, 15. Act. II. 10. VII. 9. Hebr. III. 16. XI. 26, 27. Jud. ver. 5. 2) Apoc. XI. 8. Ægypti nomine metaphorice innuitur Hierosolyma, quorum incolæ Christianos gravissime persequebantur, sicut Ægyptii olim Judæos vi oppresserant: id quod clarissime docent verba ibi addita καὶ Αἴγυπτος, ὅπου καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐσταυρώθη et Ægyptus, ubi etiam Dominus noster in crucem actus est.

ἈΙΔΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, i. q. ἀείδιος, *sempiternus, perpetuus, æternus,* ab ἀεί, ut *sempiternus* a *semper.* Est autem hæc vox admodum ambigua, ut docuit Clericus in Arte Critica Vol. II. p. 130. Significat enim 1) *æternum absolute et simpliciter,* h. e. eum, qui nullam originem habuit et omnis finis expers est, i. q. αἰώνιος. Hoc sensu Paulus Deo Rom. I. 30. ἀΐδιον δύναμιν καὶ θειότητα, h. e. æternam et divinam majestatem tribuit. Sapient. VII. 26. Deus dicitur φῶς ἀΐδιον. Hesych. ἀΐδιον ἀεὶ ὄν, ἀεὶ ὑπάρχον. ἀϊδίων· αἰωνίων. Phavor. ἀΐδιος· ὁ ἀεὶ ὤν, ὁ μηδέποτε ἀρξάμενος, μηδὲ λήγων. 2) *id quod quidem non originem, sed tamen finem excludit; quod in æternum durat et manet.* Judæ v. 6. δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν æternis vinculis in tartaro constrictos tenet; de quo loco confer Ikenii Nov. Thes. Philol. T. II. p. 1015. Hoc sensu substantivum ἀϊδιότης sumitur Sapient. II. 23. ὅτι ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπ' ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. Interdum *quodvis longius temporis spatium* indicare docet locus Xenoph. Cyrop. VII. 5. 26. ubi νόμος ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιος consuetudo dicitur a longo inde tempore ubivis recepta.

ΑΙΔΩΣ, όος, οῦς, ἡ, 1) *pudor quivis,* sive laudabilis sit, sive vituperandus, *quo aliquis suffunditur.* 2) *verecundia, modestia.* Descendere enim recte putatur ab α priv. et εἴδω *video,* quia, qui sunt verecundi aut pudore suffunduntur, solent oculos dejicere aut avertere. Maxime autem dicitur de ea verecundia, quæ est, certe esse debet, virtus mulieribus propria. Sic 1 Timoth. II. 9. τὰς γυναῖκας μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς mulieres eo amictu se ornent, qui verecundiam et modestiam præ se ferat. 3 Macc. I. 19. Dionys. Hal. Ant. l. VI. c. 72. T. II. p. 1203. ed. Reisk. ἅπασαν αἰδῶ ἀποθέσθαι. Thucyd. I. 84. αἰδὼς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει. Arrian. Diss. Epict. IV. 8. 2) *reverentia,* quæ ætate, aut sapientia, aut aliqua dignitate præcellentes reveremur, et ipsum Deum colimus: nam αἰδεῖσθαί τι is dicitur Græcis, qui reverentia ductus aliquid vel facit, vel omittit, ut docuit exemplis Irmisch. ad Herodian. I. c. 6. p. 223. Huc pertinet locus Hebr. XII. 28. λατρεύωμεν τῷ Θεῷ μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας colamus Deum summa cum reverentia et religione. Ita et pudor apud Latinos pro *reverentia.* Terent. Andr. I. 5. 28. *pudor patris.* Phavor. αἰδώς· αἰσχύνη, ἢ εὐλάβεια, ἢ φόβος. Tzetzes. in Schol. ad Hesiod. Ἔργ. v. 316. explicat per εὐλάβειαν et σεμνὴν ὑποστολήν. Vide etiam Wetstenii notas in N. T. T. II. p. 323.

ΑΙΘΙΟΨ, οπος, nomen gentile,

Æthiops (quasi *αἴθὸς τὴν ὄψιν*, ab *αἴθομαι uror* et *ὢψ facies, homo, qui adusta est et nigricante facie, ὁ κεκαυμένος τὴν ὦπα, ἡλιόκαυστος*), *ex Æthiopia oriundus, in Æthiopia natus*, qui Hebraice dicitur כּוּשִׁי, Jer. XIII. 23. XXXVIII. 7. Est autem Æthiopia regio Africæ amplissima et nobilissima, Ægypto finitima, inter Nilum et sinum Arabicum patens, in qua Meroë insula, quæ, stricte sumta, Abissiniam continet, a Geographis Æthiopia superior seu interior dicta, eaque semper in omnibus illis S. S. locis intelligenda, ubi vel Æthiopiæ vel Æthiopum mentio fit. Nam Æthiopia inferior, quæ totam complectitur littoralem Africæ partem, antiquis prorsus incognita fuit, a Lusitanis demum sæculo XVI. inventa et perlustrata. Legi merentur, quæ de natura regionis et incolarum Joh. Ludolf. Lib. I. historiæ Æthiopicæ scripsit. Semel vox Αἰθίοψ occurrit in N. T. Act. VIII. 27. de Dynasta seu Satrapa reginæ Candaces, quæ ipsa, Plinio teste, (H. N. VI. 29.) in insula Meroë regnavit.

ΑΙ͂ΜΑ, τος, τὸ, 1) *sanguis, cruor, ea pars corporis, qua hominis aut animalis vita continetur, τὸ ζωτικὸν τοῦ ἀνθρώπου*, ut Suidas interpretatur. De *sanguine hominis* dicitur in N. T. Matth. XXVI. 28. Marc. V. 25, 29. Luc. XIII. 1. Joh. XIX. 34. 1 Cor. X. 16. de sanguine *animalium* vero, *quæ* v. c. *Deo immolabantur*, usurpatur Act. XV. 20, 29. XXI. 15. Hebr. IX. 7, 12, 13, 20. Ad hanc primam et propriam vocis *αἷμα* notionem referenda est formula: *αἷμα ἐκχέαι* vel *ἐκχύνειν*, quæ non significat: *effundere sanguinem vase quodam contentum*, ut eam Josephus A. J. XIX. 1. usurpat, sed: *interficere, occidere, e medio tollere aliquem*, v. c. in locis Luc. XI. 50. *τὸ αἷμα τὸ ἐκχυνόμενον* cædes commissa. Act. XXII. 20. *ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου κ. τ. λ.* cædi Stephani me interfuisse. Act. XVI. 6. *ὅτι αἷμα ἁγίων καὶ προφητῶν ἐξέχεαν* legatos et prophetas interfecerunt. Sirac. XXXIV. 27. coll. v. 26. — vel in universum: *nocere, detrimentum afferre.* Rom. III. 15. coll. Ies. LIX. 7. Formula Hebr. cui Græca ista respondet, שָׁפַךְ דָּם passim occurrit, v. c. Gen. XXXVII. 22. Ezech. XVIII. 10. cf. Vorstii Philol. S. c. XXXVII. p. 684. Nec tamen Græcam prorsus novam atque exteris Græcis Scriptoribus plane inusitatam fuisse, docuit Schwarz. Comment. L. Gr. N. T. p. 25. 2) *cædes, quæ plerumque non sine sanguinis effusione patratur, mors cruenta.* Matth. XXIII. 30. *οὐκ ἂν ἤμεν κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν* non fuissemus eorum socii in occidendis prophetis. ib. XXVII. 6. *τιμὴ αἵματος* pretium pro interficiendo homine acceptum. v. 24. Act. I. 19. ib. II. 19. *αἷμα καὶ πῦρ* cædes et incendia. Confer Joseph. B. J. III. 4. 1. Coloss. I. 20. *διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ* morte cruenta in cruce. Hebr. X. 29. *αἷμα τῆς διαθήκης* mors cruenta, qua præstantior religio sancita est et stabilita. ibid. XII. 4. *οὔπω μέχρις αἵματος* nondum cum vitæ vestræ periculo. Apoc. VI. 10. Sirac. XXXIV. 25. *ἄνθρωπος αἱμάτων* homicida. Confirmari potest hæc significatio omnium fere linguarum usu et analogia. Ita Hebr. דָּם usurpatur 2 Sam. III. 28. Hos. IV. 2. et in plurali דָּמִים, Genes. IV. 10. quod 1 Sam. XXV. 26. per *αἷμα ἀθῶον* recte redditur.— *αἷμα* apud Græcos Scriptores; vid. Herodian. I. 13. 5. *ἐμφυλίου αἵματος τὴν Ῥώμην ἐπλήρωσαν* civium cædibus Romam impleverunt, et ibi Irmisch. p. 540. ib. II. 6. 6. c. 9. s. 11. 14. 16. Josephus A. J. VI. 13. 7. Eurip. Electra v. 136. et aliis in locis, quæ Abreschius ad Æschyl. lib. II. p. 481. collegit — et *sanguis* apud Latinos Scriptores; v. c. apud Cic. in Catil. I. c. 12. Livium V. 21. apud quos etiam *sanguis* et *cædes* quandoque conjunguntur, ut apud Cic. in Catil. III. 10. Liv. I. 23. quæ loca cum aliis pluribus jam dedit Schwarz. in Comment. L. Gr. p. 24 seq. Hic vero silentio præteriri nullo modo potest, formulam admodum solemnem in N. T. libris, *τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ mortem Christi cruentam* in *cruce*, non semper stricte accipi, sed partim latiori sensu sumtam *omnia omnino* complecti, *quæ Christus in utilitatem humanam fecit et suscepit, adeoque ea omnia continere, quibus felicitatem sectatorum suorum adhuc promovere studet et semper studebit*, partim in specie *doctrinam illam et religionem præstantissimam* indicare, *quam a se ipso et per Apostolos olim traditam morte sua stabilivit et confirmavit*, ut a potiori facta sit denominatio inprimis Judæorum causa. Prioris usus loquendi, probe tenendi, exempla hæc sunt obvia: Act. XX. 28. *ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος*, ubi *αἷμα Χριστοῦ* non tam mortem Christi, quam doctrinam omnemque ejus in his terris vitam, ipsam adeo resurrectionem et statum beatiorem in cœlis complectitur. Rom. III. 25. V. 9. *δικαιωθέντες ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ.* Eph. I. 7. II. 13. *ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ* morte Christi accessistis ad cœtum verorum Dei cultorum. Hebr. IX. 14. 1 Joh. I. 7. Apoc. I. 5. V. 9. Posterior vero comprobatur loco Joh. VI. 53—56. ubi non solum *πίνειν τὸ αἷμα Χριστοῦ* is dicitur, qui religionem christianam vera fide amplectitur, et hoc modo cum Christo arctissimis conjungitur vinculis, sed etiam *αἷμα Χριστοῦ* dicitur *ἀληθῶς εἶναι πόσις*, ob vim, quam habet religio christiana homines ad veram felicitatem adducendi. 2) per metonymiam *interfectus, necatus.* Matth. XXVII. 4. *παραδοὺς αἷμα ἀθῶον* coll. Ezech. XXIV. 17. *στεναγμὸς αἵματος.* 3) *culpa et pœna cædis, reatus ex sanguine injuste effuso contractus.* Matth. XXIII. 35. *ἵνα ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον* ut a vobis vindicta sumatur omnis injustæ cædis. ib. XXVII. 25. *τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς* nos culpam et pœnam hujus cædis suscipiamus. Act. V. 28. *καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου* et vultis in nos transferre crimen cædis hominis istius. Eodem sensu דָּם, Num. XXXV. 27. אֵין לוֹ דָּם non fit reus cædis. Jer. LI. 35. וְדָמִי אֶל יֹשְׁבֵי כַשְׂדִּים, 2 Sam. I. 16. ubi Chaldæus דָּמָךְ per חוֹבַת קְטוּלָךְ, ut Jos. II. 19. (ubi Alexandrini Hebr. דָּמוֹ בְרֹאשׁוֹ expresserunt *ἔνοχος ἑαυτῷ ἔσται*) interpretatur. Ps. LI. 16. libera me a reatu cædis Uriæ. Hinc 4) per metaphoram transfertur ad *quodvis exitium* et ad *quamvis miseriam et perniciem, quatenus est pœna peccatorum, ejusque culpam.* Act. XVIII. 6. *τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν*, h. e. vos gravissimas hujus pertinaciæ vestræ pœnas luetis, seu, culpam exitii vestri vobismet ipsis imputetis. Act. XX. 26. *καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων* ego exitii vestri nullam culpam sustineo. In hoc sensu et דָּם sumi videtur Levit. XX. 9, 11, 12. Hos. XII. 15. 5) *semen humanum.* Joh. I. 13. *οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων* qui non ex semine humano, h. e. ordinario generandi modo, nati sunt. Act. XVIII. 26. *ἐποίησε δὲ ἐξ*

ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν effecit, ut ex unius semine omne hominum genus prodiret. Nec ignota est hæc notio Scriptoribus Græcis atque Latinis. Sic αἷμα accipiendum apud Eurip. Phœn. v. 256. κοινὸν αἷμα. Schol. minor. Homer. ad Iliad. XIX. 105. αἵματος ἀντὶ τοῦ σπέρματος. Joseph. A. J. II. 6. 5. Sic sanguis apud Ovid. Metam. XIII. v. 705. Virg. Æn. I. 19. (Hinc et apud profanos utriusque linguæ Scriptores αἷμα et sanguis *prosapiam, stemma, familiam, cognationem* notat: *patrem et matrem* — Eurip. Io. v. 693. Orest. v. 351. etiam *liberos* et *posteros* — Theocrit. Idyll. XV. 72. et οἱ πρὸς αἵματος omnino *consanguinei* dicuntur. Suid. αἷμα· τὸ γένος. Hesych. αἷμα· γένος, σπέρμα: ubi videndi Interpretes. Adde Drakenb. ad Sic. Ital. X. 170. et Wetstenium ad N. T. T. I. p. 838.) In V. T. דָּם hoc sensu me legisse non memini. 6) *homo.* Matth. XXVII. 4. παραδοὺς αἷμα ἀθῷον qui tradidi hominem innocentem. Hoc sensu formula דָּם נָקִי legitur etiam Deut. XXVII. 25. 1 Sam. XIX. 5. Ps. XCIV. 21. Sed nec mere Hebraicus est hic loquendi usus, cum αἷμα etiam apud Græcos Scriptores *homines* notet, v. c. apud Callimach. Hymn. in Delum. ver. 282. πολυχρονιώτατον αἷμα longævi homines: ad quem locum conf. Intt. Pertinet huc etiam formula σὰρξ καὶ αἷμα in N. T. haud raro obvia, quæ, uti Hebr. בָּשָׂר וָדָם modo periphrasi *hominis* inservit, ita, ut vel simpliciter homo qualiscunque indicetur: Matth. XVI. 17. σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι id non humana indagine cognovisti. Gal. I. 16. οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι nemine in consilium adhibito. Sirac. XIV. 18. cf. Vorstii Philol. Sacra c. 4. p. 125. — vel adjuncta spectetur notio *imbecillitatis* et *tenuitatis*, illius quidem hominum in his terris naturæ communis. Ephes. VI. 12. οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα non est nobis cum hominibus ejusdem nobiscum conditionis pugna: — modo *totum hoc corpus, quo his in terris utimur,* carnem cum ossibus et sanguine et aliis significet. 1 Cor. XV. 50. σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται in hoc terrestre corpus (σῶμα ψυχικὸν v. 44.) non cadit futura in cœlis felicitas. Hebr. II. 14. ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος quemadmodum homines corpus mortale habent. 7) αἷμα metaphorice pro eo ponitur, *quod habet nigrum, seu subfuscum colorem,* quia sanguis interdum *nigricare* solet. Act. II. 20. ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα sol et luna obscurabitur; ad imitationem Hebr. דָּם, Joel. III. 4. Curtius IV. 10. luna deficiens primum nitorem luminis sui condidit, deinde sanguinis colore suffuso lumen omne fœdavit. Apoc. VI. 12. VIII. 8. τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης ἐγένετο αἷμα tertia pars maris conversa est in colorem atrum. XI. 6. XVI. 3. 4. Eodem modo αἷμα metaphorice, 8) *vinum* notat, *quod sanguineum colorem rubedine refert,* et a Plinio etiam H. N. XIV. 5. *sanguis terræ* vocatur, omissa tamen voce σταφυλῆς, quæ additur ab Alexandrinis Deut. XXXII. 14. ubi in Hebr. דַּם־עֵנָב legitur. Genes. XLIX. 11. Sirac. XXXIX. 31. L. 17. 1 Macc. VI. 34. Cf. Eustath. ad Homer. Il. β', 636. et Salmasii Exerc. Plin p. 906. Pertinet huc e N. T. locus Apoc. XIV. 20. καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ et effluxit vinum e torculari: quem male interpretes de sanguine humano interpretati sunt.

ΑἹΜΑΤΕΚΧΥΣΙ'Α, ίας, ἡ, *sanguinis effusio,* (ab αἷμα et ἔκχυσις *effusio.*) Semel legitur hæc vox in N. T. Hebr. IX. 22. χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις sine effusione sanguinis victimarum nulla remissio peccatorum locum habebat; nec ulla alia auctoritate in Stephani Thes. L. G. T. I. p. 155. reperitur illustrata.

ΑἹΜΟῤῬΟΈΩ, ῶ, fut. ήσω. Apud Græcos medicos in universum notat hoc verbum: *sanguinis profluvio laborare, sanguinem effundere, sanguinis fluxum pati, quocunque demum modo hoc fiat,* sive per nares, qui morbus αἱμοῤῥαγία vulgo dici solet, sive per venas ad os sacrum, sive denique per os matricis, quod πάθος est fœminis proprium, (ab αἷμα et ῥόος *fluvius.*) Semel legitur in N. T. apud Matth. IX. 20. ubi mulieri tribuitur, a Christo sanatæ, quæ sanguinis profluvio per os matricis duodecim laboraverat annos; de quo morbo conf. Bartholin. de Morbis Biblicis. c. 17. et Wedelii Exc. Med. philol. Cent. II. Dec. V. p. 45. Ab ea Christo statuam æneam in grati animi memoriam Paneade, Palæstinæ urbe, esse positam, scribit Euseb. H. E. VII. 18. quam fabulosam sine dubio narrationem examinavit Gothofredus Diss. in lib. VII. Philostorgii cap. III. in compendium redactus a Suicero Thes. Eccles. T. I. p. 116. seq. In vers. Alex. Hebr. דָּוָה, h. e. *mulier, quæ est in menstruis, quæ menstrua patitur,* Levit. XV. 33. αἱμοῤῥοοῦσα exprimitur. In eadem significatione hæc vox occurrit apud Plutarchum in l. de Fluviis T. X. Opp. p. 791. ed. Reisk. Substantivum αἱμόῤῥοια omissum in Thes. Bieliano legitur apud Inc. Int. Levit. XX. 18. pro Hebr. דָּוָה, ubi Vulgatus habet *in fluxu menstruo.*

ΑἸΝΈΑΣ, ου, ὁ, *Æneas.* Nomen proprium viri paralytici, quem Petrus sanavit. Historia ejus legitur Act. IX. 33. seq.

ΑἼΝΕΣΙΣ, εως, ἡ, *laus, celebratio, laudatio,* a verbo proxime sequente αἰνέω *laudo, celebro.* Sæpius reperitur hæc vox in vers. Alex. V. T. ubi verbis Hebr. תּוֹדָה, Psalm. XXVI. 7. L. 14. LVI. 12. — תְּהִלָּה, 1 Chron. XVI. 35. Psalm. LXVI. 2. LXXVIII. 4. — רִנָּה, 2 Chron. XX. 22. — denique זִמְרָה, Ies. XII. 2. LI. 3. respondet. Sed in N. T. modo legitur Hebr. XIII. 15. δι' αὐτοῦ ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ Θεῷ, h. e. per Christum Deo semper pias laudes gratumque animum hostiæ loco offeramus pro summis ejus beneficiis. Θυσία enim αἰνέσεως (etiam αἴνεσις simpliciter Jer. XVI. 26.), ut Hebr. זֶבַח תּוֹדָה est proprie quidem *sacrificium salutare, quo Deo pro ullo aliquo insigni beneficio gratiæ aguntur,* Lev. VII. 13, 14, 15. sed deinde ad *omnem piam Dei laudem gratique animi significationem* transfertur. Ps. CVII. 22. CXVI. 17. Apud LXX Levit. VII. 2. αἴνεσις respondet Hebr. תּוֹדָה, et a Schol. Vet. per εὐχαριστίαν explicatur. Sirac. XXXV. 4. Cf. Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 1005.

ΑἸΝΈΩ, ῶ, fut. έσω, vel ήσω, *laudo, celebro, prædico, carmen dico.* Interdum quidem differt ab ἐπαινέω, ut hoc de hominibus, illud de Deo proprie usurpetur, observantibus veteribus grammaticis: sed ipse usus veterum Scriptorum satis probat, hoc non perpetuum esse, utrumque potius verbum et de Deo et de hominibus usurpari. Luc. II. 13, 20. ubi αἰνεῖν et δοξάζειν junguntur. ib. XIX. 37. XXIV. 53. ubi αἰνεῖν cum εὐλογεῖν conjungitur. Act. II. 47. III. 8, 9. Rom.

XV. 11. ubi αἰνεῖν cum ἐπαινεῖν permutatur et utrumque de Deo dicitur. Apoc. XIX. 5. In vers. Alex. Hebr. הוֹדָה, Genes. XLIX. 8. — הִלֵּל, 1 Chron. XVII. 4, 10. — שַׁבַּח, Dan. II. 23. — בָּרַךְ, Psalm. C. 4. שׁוּר, Ps. C[illegible]. 12. respondet. Hesychius: *αἰνήσωσιν, ἐπαινέσωσι, συγκαταθῶνται.*

ΑΙ΄ΝΙΓΜΑ, *ατος, τὸ, ænigma:* quæ vox late patet et non solum *obscurum sermonem, quæstionem obscuram,* sed etiam *quamlibet obscuram alicujus rei significationem, sive verbis, sive alio modo,* notat; a verbo *αἰνίττομαι,* seu *αἰνίσσομαι,* quod omnino *obscure aliquid vel dictis vel factis innuere* significat, ut vel loco Æliani V. H. II. 29. III. 40. XIV. 33. aperte docent. Hesych. et Suid. *αἴνιγμα· πρόβλημα, ζήτημα.* Phavor. *φράσις ἐπιτετηδευμένη εἰς ἀσάφειαν, ἀποκρύπτουσα τὸ νοούμενον, λόγος σκοτεινὸς καὶ κεκρυμμένος· κ. τ. λ.* Alberti Gloss. N. T. p. 134. *ἐν αἰνίγμασιν ἐν ζητήμασι καὶ εἰκόσι καὶ ὁμοιώμασι.* Hesychius: *ἐν αἰνίγματι, ἐν παρεικασίᾳ, ἐν παραβολῇ.* Usi sunt Alexandrini Intt. hac voce ad exprimendum Hebraicum חִידָה, Num. XII. 8. 2 Chron. IX. 1. Prov. I. 6. Hæc vox a Latinis civitate donata semel in N. T. occurrit 1 Cor. XIII. 12. *βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι,* h. e. manca et imperfecta est nostra cognitio, ita, ut multa sint, quæ plane ignoremus, nam *ἐν αἰνίγματι,* est: *obscure, αἰνιγματικῶς,* ut בְּחִידוֹת, Num. XII. 8. Multa in vocem *αἴνιγμα* commentatus est Eustathius ad Odyss. XIV. v. 508. et Wetstenius in Notis ad N. T. T. II. p. 158.

ΑΙ΄ΝΟΣ, *ου, ὁ.* Varias habet hæc vox significationes apud Græcos. 1) notat *orationem fabulosam, obscuram et figuratam,* testibus Suida et Eustathio, quibus *αἶνος* est: *λόγος μυθώδης, ἀπόκρυφος καὶ ἐσχηματισμένος.* Hesiod. Ἔργ. 202. 2) Eustathio teste simpliciter: *quodlibet dictum, quævis oratio.* Odyss. XIV. v. 508. 3) *assensio, συγκατάθεσις,* ut idem interpretatur. 4) *laus, celebratio, encomium, oratio laudatoria,* ita, ut vel active, vel passive usurpetur. Suid. *αἶνος· ἔπαινος, ἐγκώμιον.* Matth. XXI. 16. *κατηρτίσω αἶνον* laudaris, celebraris. Luc. XVIII. 43. *ἔδωκεν αἶνον τῷ Θεῷ* Deum collaudabat. Herodot. VII. c. 107. *ἄξιος αἴνου μεγάλου ἐγίνετο.* In vers. Alex. Hebr. הִלֵּל, Esra III. 11. et עֹז, Psalm. VIII. 3. respondet. Vide Wetstenii Notas ad N. T. T. I. p. 464.

ΑΙ'ΝΩ'Ν, *ἡ, Ænon.* Nomen indeclinabile urbis, sitæ prope Jordanem in finibus tribus Manasse, ubi ea tribui Isaschar est finitima, juxta Salim, septem miliaribus a Scythopoli distantis. Hic baptizavit Johannes, Joh. III. 23. quod ubi multæ erant aquæ, unde etiam nomen suum accepit: nam עֵינוֹן, ut עַיִן, metaphorice *fontem* notat, ut adeo male in Alberti Gloss. N. T. p. 54. legatur: *αἰνών· πηγὴ δυνάμεως,* quasi sit compositum ex עַיִן et אוֹן *robur.* Euseb. in Onomast. urbium et locorum S. S. p. 10. *Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ἔνθα ἐβάπτιζεν Ἰωάννης, ὡς καὶ δείκνυται εἰσέτι νῦν ὁ τόπος ἀπὸ η΄ μιλίων Σκυθοπόλεως πρὸς νότον πλησίον Σαλεὶμ καὶ τοῦ Ἰορδάνου.* Plura de hoc loco legi possunt in Ludov. de Dieu Critica Sacra p. 495 seq. Zorn Opusc. SS. T. II. p. 74. Bibl. Brem. Class. VII. p. 349. et Casauboni Exercitt. Antibaron. XIII. 25. p. m. 249.

ΑΙ΄ΡΕΣΙΣ, *εως, ἡ,* ut Lat. *secta,* per se est vocabulum non invidiosum. Proprie: 1) *electio, optio data inter duo proposita.* Æschin. Socr. Dial. II. 3. *εἰ δέ τίς σοι διδοίη αἵρεσιν τούτοιν, πότερον ἂν βούλοιο;* Sophocl. Ajax Flag. v. 265. *εἰ νέμοι τις αἵρεσιν.* Hinc *ἐξ αἱρέσεως sua sponte* 1 Macc. VIII. 30. notat, et apud Alexandrinos interpretes τῷ נְדָבָה *voluntarium,* Lev. XXII. 18, 21. respondet. Vide plura apud D'Orvill. ad Charit. II. c. 4. p. 306. ed Lips. et Schweighæuseri Lex. Polyb. p. 15. 2) *electa disciplinæ et vitæ ratio,* seu *certa quædam et peculiaris disciplinæ formula, quam sibi aliquis delegit.* Itaque hæc vox non solum partes et factionem, cui aliquis in rebus civilibus adhæret, quo sensu Polybius II. c. 61. eam usurpavit, sed etiam, æque ac *προαίρεσις, religionem* sæpius apud Philonem notat, id quod multis exemplis docuit I. B. Carpzov. in Philonianis, præfixis Ejusdem Exercitationibus Sacris in Ep. ad Hebr. p. 6 et 7. 3) *secta,* seu *cœtus eorum, qui alicujus doctrinam vel vivendi rationem præ aliis elegerunt, amplexi sunt et sequuntur,* tam bono, quam malo sensu: (Dion. Halic. Ep. I. ad Ammæum c. 7. de Aristotele: *οὔτε σχολῆς ἡγούμενος οὔτ' ἰδίαν πεποιηκὼς αἵρεσιν*) interdum etiam sensu strictiori, qui aliquem ducem sequuntur milites, aut qui stant a partibus alicujus. Hanc notionem sæpissime obtinet hæc vox in N. T. v. c. Act. V. 17. *ἡ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων* e secta Sadducæorum. ib. XV. 5. *τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων* qui Pharisaicæ sectæ antea addicti fuerant. ib. XXIV. 5 et 14. *κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν* secundum illam religionem, cujus sectatores (invidioso nomine) sectam appellant. XXVI. 5. Secta Pharisæorum *ἀκριβεστάτη αἵρεσις* vocatur ob severiorem illam disciplinam, quam sequebatur, Act. XXVIII. 22. Hinc sectæ nomen, quod fuit familiis Philosophorum olim proprium, (cf. Barth. in Claudian. p. 92.) haud raro Christianis tribuit Prudentius contra Symmachum. 4) *dissensio quæcunque, dissidium hominum inter se invicem.* 1 Cor. XI. 19. *δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι* oportet etiam dissidia inter vos esse. v. 18. *σχίσματα* vocabantur. Theodor. ad h. l. *αἱρέσεις τὰς φιλονεικίας λέγει, οὐ τὰς τῶν δογμάτων διαφοράς.* Idem Chrysost. Homil. XXVII. in Ep. I. ad Cor. Gal. V. 20. *διχοστασίαι, αἱρέσεις.* 5) *perversa, falsa et perniciosa opinio et sententia, quam aliquis fovet, propugnat et propagare studet.* 2 Petr. II. 1. *ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας* falsi doctores, qui furtim introducere studebant falsas et noxias opiniones. — Phavor. *αἵρεσις ἡ ἁπλῶς βούλησις* (ex Hesychio) *καὶ ἡ περὶ πίστεως οὐκ ἀληθὴς δόξα· ἡ δόξα πλειόνων ἀνθρώπων πρὸς ἀλλήλους μὲν συμφωνούντων, πρὸς ἄλλους δὲ διαφωνούντων κ. τ. λ.* Vide et Wetstenii Notas ad N. T. T. II. p. 147. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 5. *αἵρεσις, secta, conditio, optio.*

ΑΙ'ΡΕΤΙ΄ΖΩ, f. *ίσω, eligo, deligo, mihi adscisco et assumo.* Non differt ab *αἱρέομαι,* qua voce et ab Hesychio explicatur. (ab *αἵρεσις electio.*) In hac notione Hebr. בָּחַר in vers. Alex. respondet 1 Chron. XXVIII. 4, 6, 18. 2 Chron. XXIX. 11. Jam cum *αἱρεῖσθαι* etiam *amare, diligere* significet, teste Hesychio: *ᾑρεῖτο· ἠγάπα,* denotat similiter *αἱρετίζω.* 2) *amo, diligo, faveo alicui, aliquo mirifice delector.* Matth. XII. 18. *ὃν ᾑρέτισα* animo meo carissimus, i. q. *ὁ ἀγαπητός μου.* Significatio hæc petenda videtur partim e vers. Alex. in qua hæc vox τῷ חָפֵץ respondet, Num. XIV. 8. et חָמַל, Malach. III. 17. partim ex ipso usu verbi Hebr. בָּחַר, quod non solum

eligere, sed etiam *amare, beneficiis afficere* notat, ut infra ad ἐκλέγω uberius demonstrabitur. Pertinet huc glossa Hesychii: ᾑρετισάμην· ἠγάπησα, ἐπεθύμησα, ἠθέλησα, ἠράσθην. ubi cf. Cl. Ernesti ad Glossas sacras Hesychii p. 151. Idem: αἱρετίζεσθαι· αἱρεῖσθαι, ἀρέσκεσθαι. Lex. MS. Psalm. ᾑρετίσατο· ἐξελέξατο, ἐπεθύμησεν.

ΑἹΡΕΤΙΚΟ'Σ, οῦ, ὁ, *hæreticus.* Æque late patet hoc adjectivum, ac substantivum αἵρεσις, de quo supra expositum est. In universum notat *eum, qui aliquid eligit*, vel *qui aptus et idoneus est ad eligendum:* in specie autem partim *sectatorem, qui sectam alicujus, disciplinam vitæque rationem amplectitur et sequitur*, partim, *qui opiniones veræ religioni christianæ contrarias, falsas et noxias fovet, propugnat et spargere conatur.* Unde apud Scriptores ecclesiasticos αἱρετικοὶ opponuntur τοῖς ὀρθοδόξοις, et iis, qui sunt τῆς καθολικῆς πίστεως: cf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 126 seq. In N. T. tantum legitur Tit. III. 10. ubi αἱρετικὸς ἄνθρωπος, *sectarius*, est, qui præcepta et mores sequitur a præceptis institutisque Christi alienissimos.

ΑἹΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *manu prehendo* (Herodian. VIII. 4. 26.), *capio, vi capio* (Ælian. V. H. IV. 5). Passivum: αἱρέομαι, οῦμαι, *capior, prehendor.* Medium: αἱρέομαι, 1) *eligo*, quasi *mihi aliquid capio et vindico*, nam qui sibi ex multis aliquid capit, id eligere eum oportet. Sic est 2 Thess. II. 13. ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν quod destinavit vos Deus pro summa benignitate sua felicitati christianæ, — ubi adjuncta est notio benevolæ voluntatis: unde in vers. Alex. non solum Hebr. בָּחַר, 2 Sam. XV. 15. Joh. XXXIV. 4. sed etiam τῷ חָפֵץ, 1 Sam. XIX. 1. et חָשַׁק, Ies. XXXVIII. 17. respondet. Hebr. XI. 25. μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι malebat in societatem malorum venire. Ælian. V. H. III. 10. Xenoph. Cyrop. IV. 5. § 2. αἱρήσονται μᾶλλον ἢ μάχεσθαι. Etiam sine addita voce μᾶλλον *malle* significat αἱρεῖσθαι apud Xenoph. de Republ. Laced. IX. 1. 2) *opto, volo*, consequente pro antecedente posito. Phavor. αἱρεῖσθαι· τὸ βούλεσθαι, τὸ ἐθέλειν. Philipp. I. 22. τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω utrum optem, ignoro. Hesychius: αἱρήσομαι, σκέψομαι, βουλεύσομαι, ἐκλέξομαι. Idem: αἱρήσεται, ἐκλέξεται. Hinc formatum est substantivum αἵρεσις, de quo supra expositum est.

ΑἼΡΩ, fut. ἀρῶ, in universum *tollendi* quidem significationem habet, sed pro objectorum varietate, plane ut Hebr. נָשָׂא admodum varie sumitur in N. T. Proprie 1) notat: *sursum tollo, elevo, erigo, extollo, eveho*, ut Hebr. נָשָׂא, Genes. XXIX. 1. XXXIII. 1. Ps. XXVIII. 2. Sic Joh. VIII. 59. ἦραν οὖν λίθους sustulerunt, seu, humo tollebant lapides. Act. XX. 9. καὶ ἤρθη νεκρὸς et sublatus est mortuus. Ælian. V. H. XII. c. 22. λίθον ἦρεν ἕως εἰς τὰ γόνατα sustulit lapidem ad genua usque. Cf. Irmisch. ad Herodian. II. 9. 7. p. 282. In vers. Alex. τῷ הֵרִים elevare Ies. XLIX. 22. respondet. Hesych. αἴρει· κουφίζει. Ad hanc notionem referendæ sunt formulæ loquendi in N. T. obviæ: α) αἴρειν τὴν χεῖρα δεξιὰν εἰς τὸν οὐρανὸν, quæ de iis usurpatur, *qui levando manum ad cœlum jurant*, quæ fuit apud Judæos jurandi consuetudo, nec reliquis populis inusitata, ut vel locus Aristot. Polit. III. c. 10. docet. Apoc. X. 5 et 6. ἦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν δεξιὰν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι κ. τ. λ. ad imitationem Hebraici נָשָׂא יַד, Exod. VI. 8. Num. XIV. 30. Deut. XXXII. 40. Dan. XII. 7. β) αἴρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς *oculos tollere*, seu, ut alibi dicitur, ἐπαίρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, quod maxime iis tribuitur, qui oculis in cœlum sublatis precantur, Deique auxilium implorant. Joh. XI. 41. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω καὶ εἶπε et Iesus sublatis oculis hunc in modum precatus est. Formula in hoc sensu mere Hebraica, נָשָׂא עֵינַיִם eodem modo usurpatur Ps. CXXI. 1. CXXIII. 1. Ezech. XVIII. 6. γ) αἴρειν φωνὴν *intendere vocem, clara et alta voce aliquid dicere.* Luc. XVII. 13. καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνήν. (ubi in cod. Cantabr. e glossemate legitur ἔκραξαν φωνῇ μεγάλῃ.) Act. IV. 24. ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν alta voce ad Deum precati sunt. Philostrat. Vit. Apollon. V. 9. ἐπεὶ δὲ ἐξάρας τὴν φωνὴν καὶ κεχηνὼς ἐφθέγξατο, φυγῇ οἱ πλεῖστοι ᾤχοντο. Similes formulas loquendi larga manu dedit Schwarz. in Commentar. L. G. N. T. p. 29 seq. 2) *porto, vel manibus, vel humeris, mecum fero et sumo*, i. q. βαστάζω et φέρω. Hesych. αἴρει· βαστάζει. Mat. IV. 6. καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε manibus te gestabunt, h. e. providam tui curam habebunt. coll. Ps. XCI. 12. Matth. XXVII. 32. ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ad ferendam crucem. Marc. II. 3. αἰρόμενον ὑπὸ τεσσάρων qui sustinebatur a quatuor hominibus. ib. VI. 8. ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς τὴν ὁδὸν ne secum aliquid ferant necessitatum ad faciendum iter, coll. Luc. IX. 3. et XXII. 36. Luc. XI. 52. ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως gestatis claves cognitionis, h. e. vobis injunctum est munus populum docendi veram ad felicitatem viam. Apoc. XVIII. 22. Hac significatione non solum נָשָׂא, Gen. XLIV. 1. Ies. XLVI. 1. occurrit, sed etiam αἴρειν in Græcis Scriptoribus legitur, v. c. Herodian. IV. 2. 8. VII. 10. 15. Ælian. V. H. III. 20. Polyæn. VIII. 44. Cf. Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 326. seq. I. H. Maii Obss. SS. L. III. p. 53 seq. Adde Alexandrinos in versione loci Nehem. XIII. 19. 3) *aufero, tollo, moveo de loco suo, asporto, abduco*, sensu physico et sine ulla adjuncta violentiæ notione. Matth. IX. 6. ἆρόν σου τὴν κλίνην asporta grabbatum tuum. ib. XIV. 12. ἦραν τὸ σῶμα καὶ ἔθαψαν α ὐτὸ cadaverejus sublatum sepeliverunt. ib. XXI. 21. ἄρθητι καὶ βλήθητι dimoveas te de loco tuo et in mare projicias. ibid. XXII. 13. XXIV. 17, 18. XXV. 28. Marc. II. 11. VI. 29. Joh. II. 16. ἄρατε ταῦτα ἐντεῦθεν hæc auferte hinc. ib. XI. 39. ἄρατε τὸν λίθον tollite saxum, et v. 41. XIX. 31. καὶ ἀρθῶσιν et inde tollerentur et v. 38. ἵνα ἄρῃ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ ut Iesu corpus tollere sibi liceret. ib. XX. 2. sublatus est e sepulcro Dominus. ib. v. 13. 1 Macc. IX. 19. Per *resecare* vertendum erit verbum αἴρειν Joh. XV. 2. πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν αἴρει αὐτὸ omnem palmitem inutilem, nullos fructus proferentem, resecabit. Eandem notionem obtinet non solum Hebr. נָשָׂא, Levit. X. 4 et 5. 1 Regg. IV. 3. Ezech. III. 14. sed etiam Græca vox αἴρω partim apud Scriptores Græcos, v. c. Homer. Iliad. XVII. v. 724. partim apud Alexandrinos interpretes, apud quos τῷ הֵסִיר, Genes. XXXV. 2. et הֶעֱלָה, 1 Regg. VIII. 4. respondet. 4) *vi aufero et abduco, abripio.* Hesych. αἴρει· κατὰ κράτος λαμβάνει. Marc. IV. 15. et Luc. VIII. 12. coll. Matth. XIII. 19. ubi αἴρειν cum ἁρπάζειν permutatur. Luc. VI. 29. ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον auferenti tibi pallium: et v. 30. καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ et ab auferente tua.

Fortasse tamen audiendus est Salmasius de Usuris, qui p. 621. *αἴρειν* utroque in loco per *mutuum sumere ab aliquo* explicat. Luc. XI. 22. *τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει* eripit ei armaturam totam. Joh. X. 18. *οὐδεὶς αἴρει ψυχὴν ἀπ' ἐμοῦ* nemo mihi invito vitam eripere valet. ib. XI. 48. *καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν τὸ ἔθνος* et populum Judaicum in captivitatem abducent, coll. Ezech. XXX. 18. Hinc 5) *interficio, e medio tollo, vita privo, mori aliquem jubeo,* ut Lat. *tollere.* Ac sic vel simpliciter ponitur, ut Hebr. נָשָׂא, Job. XXXII. 22. e. g. Matth. XXIV. 39. *καὶ ἦρεν ἅπαντας* et omnes tolleret, ubi respondet Hebraico מָחָה, Genes. VII. 4, 23. Luc. XXVII. 18. *αἶρε τοῦτον* tolle illum, i. q. v. 21. *σταύρωσον,* Joh. XIX. 15. Act. XXI. 36. 1 Macc. V. 2. (Suid. *αἶρε· ἀναιρεῖ, φονεύει.* Cod. Coislin. XXVI. apud Albertum Gloss. N. T. p. 216. *αἶρε ἀντὶ τοῦ ἆρον αὐτὸν ἐκ τῶν ζώντων· ἄλλοι δὲ κατὰ Ῥωμαίαν συνήθειαν, ὅτι ἐν τοῖς σίγνοις αὐτὸν ἔμβαλλε.*) — vel additur verbis *ἐκ τοῦ κόσμου,* Joh. XVII. 15. *ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου* ut eos mori jubeas, aut *ἀπὸ τῆς γῆς,* Act. XXII. 22. *αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον.* Philo in Flaccum T. II. p. 538. 20. ed. Mangey. *ἀνεβόων, οἱ μὲν ἀτιμοῦν, οἱ δὲ φυγαδεύειν, οἱ δ' αἴρειν.* In sequentibus cum *κτείνειν* permutatur. 6) *vasto, deleo, perdo.* Joh. XI. 48. *καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν τὸν τόπον* et penitus vastabunt terram nostram seu templum. 2 Sam. V. 21. וַיִּשָּׂאֵם et vastarunt, delerunt ista idola. 7) *aufero,* sensu metaphorico, *efficio, ut aliquid esse desinat,* (Polyb. XI. 5, 6. *τὸν πόλεμον ἆραι, finem bello facere,* ubi vid. Schweighæuserus) *libero, excludo, privo, removeo,* Mat. XXI. 45. *ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ* aliquando inter vos cessabit regnum Dei. Marc. IV. 15. *αἴρει τὸν λόγον* efficit, ut doctrina hæc cognita nullam præstet utilitatem, coll. Luc. VIII. 12. Marc. IV. 25. *ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ* dotibus et facultatibus animi, quas habet, privabitur. Act. VIII. 33. *ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη* liberatus est a conditione misera illa, ipsi a Deo destinata. Ephes. IV. 31. *ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν* ne locum habeant inter vos, exclusa sint ex animis cœtibusque vestris. Huc etiam referrem formulam, *αἴρειν τὰς ἁμαρτίας* tollere peccata, in se suscepta, Hebr. נָשָׂא עָוֹן vel סָבַל desumtam a victimis, in quas a Judaicis sacerdotibus peccata populi transferebantur, ut hoc ritu symbolico de remissione peccatorum certiores redderentur Judæi. Vide Levit. XVI. 21, 22. Ea vero ut in V. T. usurpatur de hominibus, qui vel justas pœnas luunt, Levit. XX. 19. coll. XXIV. 15. vel ob alienam culpam mulctantur, Thren. V. 7. Ezech. XVIII. 20. ita in N. T. non sine respectu ad cultum Dei Leviticum adhibetur de *Christo,* quatenus demandatum sibi a patre duplex negotium exsequutus homines expiavit, iisque remissionem peccatorum conciliavit. Hanc in rem notanda sunt maxime loca, Joh. I. 29. *ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου* en, ait, hic est agnus divinus, qui culpas et scelera mortalium omnia expiat, 1 Joh. III. 5. *ἵνα τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἄρῃ* nostræ vitiositatis tollendæ et expiandæ causa. Cui formulæ, diligenter explicatæ ab Hackspan. in Not. Philol. Theol. P. III. p. 389 sqq. lux affunditur illis V. T. locis, ubi נָשָׂא vel addita voce עָוֹן, vel sine ea, *remittere peccatum et condonare* notat: Gen. VIII. 26. L. 17. Exod. XXXIV. 7. Num. XIV. 19. Ps. XCIX. 8. Eodem modo metaphorice sumenda est formula: *αἴρειν ἐκ μέσου e medio tollere,* quæ apud Græcos quidem Scriptores vulgo *interficere, perdere* notat, sed in N. T. *abrogare, abolere.* Coloss. II. 14. *καὶ αὐτὸ ἦρκεν ἐκ μέσου* et legem Mosaicam plane abrogavit; quam in rem paullo ante verbo *ἐξαλείφω* usus fuerat. 8) metaphorice: *lubenter in me suscipio et recipio aliquid.* Matth. XI. 29. *ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς* lubenter suscipite jugum meum, h. e. submittite vos religionis meæ præceptis. Marc. VIII. 34. *ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ* paratus esto perferre omnes calamitates ob religionis christianæ professionem, coll. Matth. XVI. 24. Marc. X. 21. Eodem modo נָשָׂא sumitur Thren. III. 27. 9) *capio, sumo, accipio.* Matth. XVII. 27. *τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον* primum exinde captum piscem sume. ibid. XX. 14. *ἆρον τὸ σὸν* sume tu tuum. Marc. XV. 24. *τίς τί ἄρῃ* quid quisque acciperet. Act. XXI. 11. *ἄρας τὴν ζώνην τοῦ Παύλου* capto Pauli cingulo. In vers. Alex. *τῷ* חָתָה, Ies. XXX. 14. respondet. Et נָשָׂא eodem sensu Ps. CXVI. 13. Genes. XXVII. 3. et 1 Chron. XVI. 29. legitur. In aliis vero locis, ubi eadem significatio obtinet, pleonastice ponitur, (ut לָקַח, Gen. XXX. 9.) v. c. 1 Cor. VI. 15. *ἄρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ ποιήσω πόρνης μέλη;* num permittam, ut corporibus vestris, quæ sunt ipsius Christi membra, ad impudicitiam abutamini? 10) *exigo.* Luc. XIX. 21. *αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας* exigis, quæ non deposuisti. ib. v. 22. 11) *sublatum repono,* vel *tollo ad reponendum, servo.* Matth. XIV. 20. *καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων* et reposuerunt reliquias fragmentorum. ibid. XV. 37. Marc. VI. 43. VIII. 8, 19, 29. Luc. IX. 17. 12) *attero, sensim diminuo.* Matth. IX. 16. *αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου.* coll. Marc. II. 21. in quibus verbis viri docti sine causa multum difficultatis invenisse sibi visi sunt. Omnis enim locus facillime sic expediendus est, ut per *πλήρωμα* panniculus panni novi intelligatur, et *ἱμάτιον* de veste veteri jam et detrita explicetur, hoc sensu: *alioquin commissura illa nova atteret veterem vestem.* 13) *suspendo, suspensum teneo aliquem,* e qua notione explicanda mihi quidem videntur verba Joh. X. 24. *ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις;* hoc modo: quamdiu nos incertos ac dubios relinquis? (Sic חָלָה usurpatur Deut. XXVIII. 66. et Hos. XI. 7.) seu, quamdiu nos expectatione intentos tenes? quo sensu *αἴρειν* et *ἐπαίρειν* simpliciter poni apud Græcos docuit Blackwall. in Auctt. SS. Classicis p. 129. ed. Wollii. Philostrat. II. 4. *χἀμὲ πάνυ αἴρει ὁ λόγος ὃν εἴρηκεν.* Etiam usus verbi *suspendere, detinere suspensum* (Cic. lib. X. ad Attic. Ep. 1.), *suspensum relinquere* (Liv. XXXIV. c. 62.) apud Latinos, quem multis Suicer. in Thes. Eccles. T. I. p. 134. probavit, commendat hanc interpretationem. Zonaras Lex. col. 93. *αἴρειν — — καὶ τὸ ἀναρτᾷν· ὡς τό· ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; ὅ ἐστι αἰωρεῖς μέσον πίστεως καὶ ἀπιστίας.* Non potest vero plane silentio præteriri, fuisse interpretes, qui in hoc loco explicando, partim ad notionem verbi *ἐπαίρειν* et *αἴρειν ludificari, decipere aliquem,* quam habere ad imitationem Hebraici דִּשִּׁיא, Ies. XXXVI. 14. coll. 2 Regg. XVIII. 29. Jerem. XXXVII. 9. putarunt, confugerent, quæ fuit Krebsii in Observatt. Flav. p. 149. et Lud. de Dieu in Critica S. p. 18.

opinio; partim cum Elsnero, quem Wolfius secutus est, in Curis Philologicis ad h. l. et Wakefield in Sylva Critica P. II. p. 99. significationem verbi αἴρειν *enecare* in auxilium vocavere hoc sensu: *quamdiu enecas nos diuturna mora, excrucias, antequam libere, te Christum esse, profitearis?* Wetstenius in Notis ad h. l. T. I. p. 911. hanc formulam de animo erecto, cui opponitur animus demissus, h. e. spe ac fiducia pleno, accepisse videtur; ut sit sensus: *quamdiu vana spe nos alis?* Sed non admittunt hanc explicationem sequentia. Restant adhuc duo N. T. loca, in quibus insolentior vocis αἴρειν notio obtinet. Alter est Act. XXVII. 13. ἄραντες ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην, — ubi post ἄραντες supplendum est, vel τὴν ναῦν, vel τὰς ἀγκύρας (quod additur apud Plutarch. Apophth. T. II. Opp. p. 204. Polyb. Exc. legat. p. 1313.) sensu eodem — *solutis ancoris propius præterlegerunt Cretam.* Nam αἴρειν τὰς ἀγκύρας, solvere ancoras, est: *porro navigare* et opponitur τῷ καταίρειν, quod de navibus dicitur, quæ e mari ad litus portumve applicantur, v. c. Ælian. V. H. IV. 25. ubi per *appellere* vertendum. Thucyd. I. 29. ἄραντες — — ἔπλεον. Ibid. III. 91. VII. 26. ἄρας. Schol. τὰ ἱστία δηλονότι. Ibid. II. 23. οἱ μὲν ἄραντες. Schol. τὰς ναῦς δηλονότι. Lucian. Ver. Hist. I. 29. Cf. etiam exempla, quæ Wolfius in Curis Philologicis T. I. p. 1369. congessit et ante eum L. Bos de Ellipsibus Græcis p. 10. seq. ed. Michaëlis: quibus addo Thucyd. I. 52. τὰς μὲν ναῦς ἄραντες ἀπὸ τῆς γῆς et Schol. Thucyd. ad II. c. 23. Alter locus est Act. XXVII. 17. ἣν (sc. σκάφην v. 16.) ἄραντες. quæ verba alii: *quam subducentes,* — alii: *cujus sublatæ auxilio* vertunt. Equidem mallem: *quam cum in navem retulissemus,* seu reduxissemus, ne scilicet procellis opprimeretur. Nec minus incertæ interpretationis est locus Marc. XV. 18. ὄφεις ἀροῦσι, quem alii vertunt: *serpentes impune manu tractabunt* — alii: *serpentes interiment* — alii denique: *serpentes sublatos portabunt,* ubi aliquid definire non audeo.

ΑΙ'ΣΘΑ'ΝΟΜΑΙ, fut. ἤσομαι. Verbum anomal. commune omnium sensuum corporis, quod proprie *sentire, sensuum beneficio frui, et ope sensuum cognoscere aliquid* notat, ut adeo interdum per *audire,* interdum per *videre,* haud raro, latius patente verbo, *percipere* vertendum sit. Conf. Abresch. ad Æschyl. I. 64. et Dilucid. Thucyd. p. 491. Deinde vero, ut omnia sensuum verba, (cf. Glassii Philol. S. p. 1168. ed. Dath.) ad animum transfertur, et 2) *mente percipere, intelligere, capere, cognoscere* significat. Sic semel legitur in N. T. Luc. IX. 45. ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτὸ ne caperent sensum hujus orationis. coll. Job. XXIII. 5. ubi Hebr. בִּין in vers. Alex. respondet. Hesych. ᾔσθετο, ἔγνω, ἐθεώρει. Phavor. αἰσθάνομαι· τὸ νοῶ, καὶ τὸ αἴσθησιν λαμβάνω. Cf. Wetstenii Obss. ad N. T. T. I. p. 716.

ΑΙ'ΣΘΗΣΙΣ, εως, ἡ, (παρὰ τὸ αἰσθῶ, secundum Etym. M. 40. 14.) quod apud Græcos Scriptores *sensus corporis, organa sensuum et ipsum sentiendi actum* notat, ab αἰσθάνομαι, (cf. Hesychium s. v. αἰσθήσεις, ac Irmisch. ad Herodian. I. c. 12. p. 482.) in N. T. semel metaphorico sensu sumtum legitur Philipp. I. 9. ita, ut *cognitionem, intelligentiam* notet. Verba sunt hæc: ἐν ἐπιγνώσει καὶ πάσῃ αἰσθήσει cognitione religionis et omni intelligentia: ubi tamen ab ἐπίγνωσις ita differre videtur, ut hoc *cognitionem* simpliciter, illud vero *sensum veri et falsi acrem, omnem intelligentiam usu et exercitatione comparatam* significet. In Proverbiis Salomonis haud raro Hebr. דַּעַת ab Alex. voce αἴσθησις redditur: Prov. I. 4, 22. III. 20. XXII. 12. XXIV. 5. eidemque Hebr. חָכְמָה eodem, quo Paulus sumsit sensu, in cod. Alex. vers. Alex. Exod. XXVIII. 3. respondet. Ælian. V. H. I. c. 12. μαντικῆς (scil. τέχνης) αἴσθησιν. Arrian. Diss. Epictet. II. 18. 8. εἰς αἴσθησιν ἄγειν τοῦ κακοῦ. Gloss. Vet. apud Labbæum: αἴσθησις, *sensus, intellectus.* Hesych. αἴσθησις· νόησις. Phavor. αἴσθησίς ἐστι δύναμις αἰσθητικὴ, καὶ τὸ ὑπὸ τὴν αἴσθησιν, καὶ νοῦς, τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον κ. τ. λ.

ΑΙ'ΣΘΗΤΗ'ΡΙΟΝ, (scil. ὄργανον, seu μέλος, vid. L. Bos de Ellips. Græcis p. 102 et 154.) neutrum adjectivi αἰσθητήριος *sensificus,* ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 6. proprie 1) *sensorium,* h. e. *quodvis sentiendi instrumentum, omnes corporis partes, per quas sensus agunt,* interdum etiam *ipsos sensus* notat. Phavor. ex Hesych. αἰσθητήρια· τὰ ὄργανα ἤγουν τὰ μέλη, δι' ὧν αἰσθανόμεθα, καὶ αἱ αἰσθήσεις τῶν ἀνθρώπων, ἢ ἐν οἷς καθίδρυται ἡ αἴσθησις. Jer. IV. 19. ἀλγῶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου. Vide etiam Wetstenii Notas ad N. T. II. p. 403. 2) in sensu metaphorico: *vis et facultas animi intelligendi, perspiciendi et dijudicandi aliquid.* Hebr. V. 14. τῶν διὰ τὴν ἕξιν αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων qui multo usu idoneam consecuti sunt animi facultatem ad vera scilicet a falsis dijudicanda.

ΑΙ'ΣΧΡΟΚΕΡΔΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, *turpilucris* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum.) *turpis,* h. e. *injusti lucri cupidus, cui lucri bonus odor ex re qualibet, qui lucra pudenda petit,* ut loquitur Ovid. A. A. III. 44. 2. (ab αἰσχρὸς *turpis,* et κέρδος, εος, *lucrum,* nam αἰσχρὸν Græcis etiam significat τὸ ἄδικον, ut observavit Salmasius de Fœnere Trapezitico p. 324.), seu secundum Pollucem: ὁ λαμβάνων ἀφ' ὧν οὐ δεῖ, καὶ μὴ διδοὺς, εἰς ἃ δεῖ, cui apud Græcos opponitur ἀφιλάργυρος. 1 Tim. III. 3. μὴ αἰσχροκερδῆ: quæ verba genuina esse, oppositum ἀφιλάργυρον docet. ibid. v. 8. ad quem locum Theophyl. αἰσχροκερδής ἐστιν, ὁ μηδὲν κέρδος παραιτούμενος, κἂν ὅθεν δήποτε ᾖ. 'Ενταῦθα δὲ ἀντὶ τοῦ ἀφιλαργύρου δέξαι τὸν μὴ αἰσχροκερδῆ. Tit. I. 7. Hesych. αἰσχροκερδής· ἐπιθυμητὴς κακῶν scil. κερδέων. Aristoph. Pace 622. Herodot. I. 187. Aristot. Nicom. IV. 3.

ΑΙ'ΣΧΡΟΚΕΡΔΩ͂Σ. Adverb. *ex cupiditate turpis seu injusti lucri* (a præced.). Semel legitur in N. T. 1 Petr. V. 2. μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ubi tamen simpliciter vertendum est: *non lucri cupiditate adducti:* cf. Œcumen. et Theophyl. ad Tit. I. 7.

ΑΙ'ΣΧΡΟΛΟΓΙ'Α, ίας, ἡ, i. q. μωρολογία et εὐτραπελία, *turpiloquium,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 6.) *omnis obscœna et impia dicacitas et scurrilitas, dictorum turpitas et obscœnitas,* ab αἰσχρολογέω *sermones turpes, obscœnos et christiano homine indignos profero.* Clemens Alex. Pædagog. L. III. c. 11. Coloss. III. 8. ἀπόθεσθε — αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν, h. e. μὴ αἰσχρολογεῖτε. Glossæ: αἰσχρολογία *turpiloquium.* Legitur hæc vox etiam apud Xenophontem de Republ. Laced. c. 5. § 6. αἰσχρουργίαν καὶ αἰσχρολογίαν ἐγγίγνεσθαι, et apud Aristot. Polit. VII. c. 17. Pollux. Onom. IV. 105. ἦν ὠρχοῦντο γυμνοὶ σὺν αἰσχρολογίᾳ. Alia loca dedit Wetstenius ad Ephes. V. 4. et Schweighæuserus Lexic. Polyb. p. 16.

ΑΙ'ΣΧΡΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, proprie: *deformis, fœdus,* ita, ut τῷ καλῷ, h.

e. *pulcro*, opponatur. Genes. XLI. 3. רָעוֹת מַרְאֶה, Alex. αἰσχραὶ τῷ εἴδει. ibid. v. 4, 20, 21. αἰσχραὶ simpliciter vocantur. Xenoph. Cyrop. II. 2. 17. Equ. I. 17. 2) *qui honestatis et decori legibus adversatur.* Neutrum αἰσχρὸν tantum in N. T. occurrit, quod 1) notat: *turpe, indecorum, quod fugiendum est per se.* Ephes. V. 12. αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν salva honestate et illæso decoro ne nominari quidem possunt. Vid. Wetstenium ad h. l. 2) *quod per leges humanas et receptam consuetudinem fieri haud licet.* 1 Cor. XI. 6. αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι rasura et tonsura sexui muliebri dedecori est. 1 Cor. XIV. 35. αἰσχρὸν γάρ ἐστι γυναιξὶν ἐν ἐκκλησίᾳ λαλεῖν mulieres publice in cœtibus Christianorum verba facere contra decorum est. 3) *injustum.* Tit. I. 11. αἰσχροῦ κέρδους χάριν injusti lucri causa.

ΑἸΣΧΡΟ΄ΤΗΣ, τητος, ἡ, (ab αἰσχρὸς) *inverecundia in moribus, turpitudo, obscœnitas in rebus et in factis posita.* 2) *quivis turpes ac obscœni sermones, quævis turpitudo atque obscœnitas in verbis ac sermonibus,* i. q. αἰσχρολογία. Ephes. V. 4. καὶ αἰσχρότης καὶ μωρολογία ἢ εὐτραπελία, ubi opponitur τῇ εὐχαριστίᾳ. Eodem modo Quinctil. Institutt. Orat. VIII. c. ult. stultitiam opponit urbanitati in sermonibus.

ΑἸΣΧΥ΄ΝΗ, ης, ἡ, 1) *verecundia, pudor in bonam partem, honestus pudor,* i. q. αἰδώς. Thucyd. I. c. 84. Sophocl. Ajax Flagell. v. 1098. Sirac. IV. 25. seq. Sed sæpius 2) in malam partem usurpatur, ut significet *pudorem, perturbationem,* (die beschämung, *shame,*) *quum videlicet ob turpia erubescimus.* Hesych. αἰσχύνη· ἐντροπή. quæ vocabula leguntur conjuncta Psalm. XXXIV. 26. Damascen. Orthod. Fid. Lib. II. c. 15. αἰσχύνη ἐστὶ φόβος ἐπ' αἰσχρῷ πεπραγμένῳ. Luc. XIV. 9. μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν cum pudore ultimam tenere sedem. Eodem sensu בֹּשֶׁת, Job. VIII. 22. sumitur, et αἰσχύνη Sirac. XX. 28. 3) *opprobrium, ignominia, contumelia, probrum, infamia.* Hebr. XII. 2. αἰσχύνης καταφρονήσας hanc contumeliosam mortem æquo ferebat animo. coll. Ies. LIII. 3, 12. Thucyd. II. c. 37. αἰσχύνην ὁμολογουμένην φέρουσι. In vers. Alex. non solum αἰσχύνη Hebr. כְּלִמָּה respondet Ies. L. 6. et חֶרְפָּה, Ps. LXXI. 13. sed etiam Hebr. בֹּשֶׁת eadem notione legitur Ps. LXIX. 20. 4) metonymice: (ut *pudor* apud Ovid. Epist. XI. 79.) *id, cujus nos pudere potest vel debet, factum pudendum, vitiositas, turpitudo, e quocunque vitio ea orta sit.* 2 Cor. IV. 2. ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, h. e. et renunciamus omnibus consiliis pravis, seu omnibus occultis sceleribus. Philipp. III. 19. ὧν ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν qui gloriantur de impietate sua, cujus eos pudere deberet: ubi αἰσχύνη sine dubio in specie de Venere vaga et illicita explicandum erit. Judæ v. 13. ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας despumantes sua dedecora, h. e. flagitia sua effutiunt palam. coll. Ies. LVII. 20. Vide Polluc. Onom. IV. c. 24 s. 127. p. 544. ed. Hemsterhus. qui inter probri nomina αἰσχύνην commemorat, et αἰσχύνειν adhibet de *homine injusto* L. III. c. 32. s. 132. p. 645. de *avaro* III. c. 23. s. 112. et de *homine impudicitia delectante* VI. c. 30. s. 127. 5) *pudenda, partes corporis, quas pudor nominare vetat,* quas etiam Hebraici מְבֻשִׁים vocarunt, Deut. XXV. 11. — חֶרְפָּה, Ies. XLVII. 3. et incertus Int. Ies. III. 16. αἰσχύνωμα. Apoc. III. 18. μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου ut nuditatem tuam turpissimam aliorum conspectui subtrahas. Hinc in vers. Alex. Hebr. עֶרְוָה respondet Ies. XLVII. 3. et מַעַר, Nahum. III. 5.

ΑἸΣΧΥ΄ΝΟΜΑΙ. (Medium ab αἰσχύνω *pudefacio, alterum confundo, erubescere facio.* Ælian. V. H. IX. c. 4.) *pudefacio me, pudet me, erubesco, dedecori mihi aliquid duco.* Luc. XVI. 3. ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι mendicare erubesco. 1 Petr. IV. 16. μὴ αἰσχυνέσθω ne hoc sibi ignominiosum esse ducat. Cf. Dresig. Comment. de Verbis Mediis N. T. p. 162. Sæpius usi sunt hac voce Alexandrini pro Hebraico בּוֹשׁ Genes. II. 25. Jud. III. 25. Esra VI. 9. cui plane respondet. Passivum αἰσχύνομαι *pudore suffundor,* metaphorice usurpatur in N. T. partim *de eo, qui spe sua frustratur et excidit.* Philipp. I. 20. ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι fore, ut spe concepta non excidam, me scilicet semper opera mea collaturum aliquid esse ad propagationem religionis christianæ: (hoc sensu legitur בּוֹשׁ Ps. XXV. 3. CXIX. 80. Ies. XLIX. 23. et αἰσχύνεσθαι Sirac. XXIV. 30. LI. 24.) partim *de eo, qui mendax, fallax et vanus reperitur.* 2 Cor. X. 8. οὐκ αἰσχυνθήσομαι non mendax deprehendar. 1 Joh. II. 28. καὶ μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ' αὐτοῦ et ab eo repudiemur, utpote non veri et genuini Christiani. Ita et verbum καταισχύνεσθαι usurpatur, de quo infra dicendi locus erit.

ΑἸΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, et medium αἰτέομαι, οῦμαι, (nam activum et medium hujus verbi, et permutantur invicem ab Æschine Socratico Dial. II. 20. ita nec differunt inter se in N. T. libris, uti Elsnerus docuit Observatt. Tom. I. p. 86. Observarunt tamen Grammatici vett. discrimen hoc: αἰτῶ καὶ αἰτοῦμαι διαφέρει, scribunt, τὸ μὲν γὰρ αἰτῶ ἐπὶ τοῦ ἅπαξ τι λαβεῖν καὶ μὴ ἀποδοῦναι· τὸ δὲ αἰτοῦμαι ἐπὶ τοῦ χρήσασθαι εἰς ἀπόδοσιν. Etym. M. 439. 48. αἰτεῖσθαι, τὸ κιχρᾶσθαι. Confer Thom. M. sub αἰτοῦμαι, et Salmasius de usuris p. 619.) 1) *rogo, peto mihi aliquid, dono peto, volo mihi aliquid proprium dari.* Matth. X. 42. et Luc. VI. 30. παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου roganti te da: ad quem locum Krebsius in Observatt. Flavianis p. 116. ex Casaubono ad Theophrasti Characteres p. 292. opportune differentiam inter αἰτεῖν et ἀπαιτεῖν observavit hanc, ut αἰτεῖν sit: *alterum aliquid poscere, quod gratiæ apponatur acceptum; ἀπαιτεῖν autem repetere, quod sibi debeatur;* et multis exemplis comprobavit. Αἰτεῖν, ut sit i. q. ἐπαιτεῖν *stipem rogare, mendicare,* legitur apud Arrian. Diss. Epictet. III. 22. 10. ubi vid. Schweighæuserus. Unde ὁ αἰτης, ὁ πτωχὸς apud Hesychium. Construitur haud raro cum duobus accusativis, uno personæ, altero rei, at αἰτεῖ τινά τι. (Æschin. contra Ctesiphontem p. 291. μέλλεις δ' αἰτεῖν τοὺς Θεοὺς τὰ ἀγαθά. Aristoph. Acharn. v. 475.) Matth. VII. 9. ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον quem si rogaverit filius ejus panem. v. 10. ib. XIV. 7. ὃ ἐὰν αἰτήσηται. ib. XX. 20. αἰτοῦσά τι παρ' αὐτοῦ ut sibi aliquid ab eo expeteret. Marc. VI. 22—25. Eph. III. 13. In vers. Alex. non solum Hebraico שָׁאַל Exod. III. 22. Josua XV. 18. 1 Sam. I. 17. sed etiam Chaldaico בְּעָא, Daniel. II. 49. VI. 7, 12, 13. respondet. 2) *precor, preces fundo, oro,* sive preces fiant pro obtinendo aliquo bono, sive pro avertendo aliquo malo. Matth. VI. 8. πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτὸν antequam eum precibus adeatis. VII. 7. αἰτεῖτε

καὶ δοθήσεται ὑμῖν precamini, et preces vestræ ratæ erunt. v. 8 et 11. XVIII. 19. Coloss. I. 9. προσευχόμενοι καὶ αἰτούμενοι. Jacob. I. 5. αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ. v. 6. αἰτείτω δὲ ἐν πίστει. IV. 2, 3. Etiam Hebraicum שָׁאַל de hominibus usurpatur petitionem suam ad Deum dirigentibus. 1 Sam. I. 20. Ps. II. 8. 3) *posco, postulo,* ad imitationem Hebr. שָׁאַל, Deut. X. 12. Luc. I. 63. αἰτήσας πινακίδιον postulata tabella. Act. III. 14. XXV. 15. αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην poscentes eum ad supplicium. 1 Corinth. I. 21. Ἰουδαῖοι σημεῖα αἰτοῦσι Judæi miracula postulant. 1 Petr. III. 15. παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον omni postulanti a vobis rationem. 2 Macc. VII. 10. τὴν γλῶσσαν αἰτηθεὶς jussus linguam emittere Xenoph. Anab. II. 11. 10. Apud Theodotionem quoque 1 Sam. XXV. 21. ubi Hebr. פָּקַד respondet, notionem *violentiæ* ac *imperii* adjunctam habet. 4) *exigo, repeto id, quod mihi debetur,* i. q. ἀπαιτέω. Luc. XII. 48. περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτὸν ab eo multa reposcentur. Ps. XXXV. 11. אֲשֶׁר לֹא־יָדַעְתִּי יִשְׁאָלוּנִי. 5) *opto, in votis habeo.* Act. VII. 46. ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ in votis habuit condere domicilium Deo. Ita שָׁאַל, Deut. XIV. 26. 1 Regg. XIX. 4. Jona IV. 8.

ΑΙ'ΤΗΜΑ, τος, τὸ, 1) *petitio, postulatio,* ab αἰτέω. Luc. XXIII. 24. ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν decrevit postulatis eorum satisfacere. Dion. Halic. L. VI. c. 7. p. 1201. ed. Reisk. ἂν ᾖ μέτριόν τι τῶν αἰτημάτων, si postulata vestra modesta sint. 2) metonymice: *objectum petitionis et postulationis, res petita, desiderium.* Philipp. IV. 6. τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεὸν desideria vestra ad Deum deferte. 1 Joh. V. 15. ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα quod habeamus, h. e. obtineamus, consequamur, quæ petimus. Sæpius non legitur in N. T. Hebraicum שְׁאֵלָה, cui in vers. Alex. respondet αἴτημα, non solum *petitionem* et *postulationem,* v. c. Judd. VIII. 24. sed etiam *ipsa animi desideria, res postulatas* significat 1 Sam. I. 17, 27. Job. VI. 8. — ut מִשְׁאָלָה, Psalm. XX. 6. XXXVII. 5. Phavorinus ex Suida: αἴτημα· ζήτημα καὶ ἡ ἐπιθυμία. Δαβὶδ, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς τὸ αἴτημα αὐτῶν, ex Psalm. CV. 16.

ΑΙ'ΤΙ'Α, ας, ἡ, 1) *causa, ratio, omne id, ob quod aliquid est vel fit, vel hoc vel illo modo se habet.* Act. X. 21. τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν πάρεστε; quare huc venistis? XXVIII. 20. 2 Tim. I. 6. δι' ἣν αἰτίαν his causis commotus. v. 12. δι' ἣν αἰτίαν propter hoc munus meum apostolicum. Hebr. II. 11. δι' ἣν αἰτίαν ob hanc communem originem. 2 Maccab. IV. 28. 2) *conditio, status, qualitas rei,* præsertim *conditio iniquior.* Matth. XIX. 10. εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ γυναικὸς si talis est conditio mariti cum uxore. (Æthiops vertit, *si sic est lex mulieris et viri,* et usus est vocabulo שרעה, quod alibi pro *instituto, ritu, lege,* etiam *traditione* adhibet. Etiam Arabicum شرع est *præscribere quid agas.*) Ita *causa* apud Cicer. Agr. III. 2. Famil. VII. 4. Martial. VII. 92. 5. et aliis in locis, quæ Brissonius suppeditat de Verborum significat. Lib. III. p. 102. Nota enim fuit hæc significatio optimis Scriptoribus Græcis, v. c. Philostrat. vita Apollon. VI. 16. Vide Schwarz. ad Olearium de Stilo N. T. p. 376. 3) *culpa, crimen.* Matth. XIX. 3. ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν repudiare uxorem ob quodcunque delictum; ubi in quibusdam codd. loco αἰτίαν e glossemate legitur ἁμαρτίαν. Potest quoque Latine reddi: ob quamcunque *causam,* ut affirmabat Hillelis schola: coll. Plaut. Merc. IV. 6. 6. Glossar. *Causa,* αἰτία, πρόφασις. Joh. XVIII. 38. XIX. 4, 6. ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ ego nihil criminis morte digni in eo deprehendo; — ubi post αἰτίαν omissa est vox θανάτου, quæ additur Act. XIII. 28. Act. XXII. 24. δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐπεφώνουν αὐτῷ quæ ob crimina populus sic vociferaretur adversus illum. ib. XXV. 18. αἰτίαν ἐπιφέρειν crimen intentare seu deferre. 2 Macc. XII. 40. διὰ τήνδε τὴν αἰτίαν τούσδε πεπτωκέναι ob idololatriæ crimen eos occisos esse. Apud Græcos Scriptores αἰτία haud raro hac notione legitur, v. c. apud Pollucem VIII. 7. ἔξω τῆς αἰτίας criminis expers. Ælian. V. H. III. c. 14. Non vero quodvis crimen αἰτίαν vocabant, sed illud tantum, cujus aliquis accusatur; crimen vero, cujus aliquis convictus erat, ἀδίκημα dicebant secundum Demosthenem adversus Aristocratem. confer Camerar. ad Sophocl. Ajac. Flagell. v. 28. p. 26. Hinc in vers. Alex. respondet Hebr. עָוֹן, Genes. IV. 13. μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναί με et Proverb. XXVIII. 17. בְּדַם Alex. reddiderunt ἐν αἰτίᾳ φόνου. 4) *vitium.* Tit. I. 13. δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως ob hæc vitia (quæ v. 12. recensentur) redargue eos severe. 5) *accusatio, criminis delatio, criminatio.* Act. XXV. 27. μὴ καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας σημᾶναι nec, quæ ei crimina objiciantur, significare. Hac notione et Græcos Scriptores hac voce usos esse, non solum formula αἰτίαν ἔχειν accusare, seu causam culpandi quærere, et composita vox φιλαίτιος, apud Isocratem, Herodotum (V. 163.) et Demosthenem sæpius de eo obvia, qui libenter accusat, docere videtur; sed certissime etiam confirmatur locis Xenoph. Cyrop. V. 5. 8, 9. (αἰτίας ἄξιον vituperandum, incusandum,) Ælian. V. H. III. 15. (αἰτίαν διαφεύγειν accusationem effugere) et Phavorini auctoritate: αἰτία· ἡ κατηγορία. Nec *accusationis* et *criminationis* notio aliena est a loco Matthæi XXVII. 37. καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, quanquam, ut ingenue fatear, mihi eorum magis placet opinio, qui per αἰτίαν h. l. intelligunt *titulum, elogium* seu *litteras, causam mortis significantes, scriptas* ἐν λευκώματι, seu tabella dealbata, ex more Romanorum. Cui sententiæ ut subscribam, movero non solum locis parallelis Marci XV. 26. ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ, Joh. XIX. 19. ubi τίτλος vocatur; sed et maxime auctoritate Theophylacti in Matth. XXVII. p. 175. et Zonaræ Canon. XXXVI. Concil. Carthag. ἡ ἐπιγραφὴ, scribentis, λέγεται καὶ ἡ αἰτία, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ βιβλίον, ὡς ἐν τοῖς νόμοις που γέγραπται. Conf. Suicer. Thesaur. Eccles. Tom. I. p. 137. et Wetsten. in Notis ad N. T. T. I. p. 536. 6) *morbus.* Luc. VIII. 47. δι' ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ quem ob morbum tetigisset eum. Sic αἰτία non solum in scriptis Medicorum Græcorum, Hippocrate, Galeno, Ægineta, haud raro usurpatur, sed etiam *causa* sic legitur apud Latinos. Tibull. I. Eleg. 8. v. 51. non illi fonti causa est. Conf. Causab. et Salmas. ad Spartian. Adrian. p. 80 seq. et Gronov. Observatt. III. 14. Gloss. Vet. apud Labbæum: αἰτία, *causa, materia, titulus, querimonia, culpa, noxa, occasio, crimen, reatus.*

ΑΙ'ΤΙ'ΑΜΑ, τος, τὸ, (ab αἰτιάομαι *accuso*) semper fere activam habet

significationem, ut non solum *accusationem, actionem,* sed etiam in malam partem sumtum *criminationem, calumniam,* raro autem *culpam et crimen, ob quod fit accusatio,* notet. Semel in plurali legitur in N. T. Act. XXV. 7. πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ Παύλου multas et graves criminationes (Vulgatus *causas* habet) contra Paulum proferentes. Raro occurrit in Scriptt. Gr. Thucyd. v. 72. Hesych. αἰτιαμάτων ἐγκλημάτων. Vox αἰτιώματα, quam Griesbachius Act. XXV. 7. loco αἰτιάματα in textum recepit, quamque etiam Stephanus in Thesauro L. G. Tom. I. p. 253. alteri prætulisse videtur, an commode ab αἰτιάομαι derivari possit, equidem dubitem. — Interdum reticetur, v. c. XXV. 5. post εἴ τι, coll. v. 7.

ΑἸΤΙΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. άσομαι, *criminor, accuso, culpo, incuso,* ut in Gloss. Vett. explicatur, ab αἰτία *causa.* Loco compositi προαιτιάομαι reperitur hæc vox in nonnullis Codicibus Rom. III. 9. Adde Prov. XIX. 3. Sirac. XXIX. 6. Zonaras Lex. c. 95. αἰτιῶμαι γενικῇ καὶ αἰτιατικῇ· ὅτε μὲν γενικῇ συντάττεται, τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον αἴτιον ἀποφαίνω. ὅτε δὲ αἰτιατικῇ, οἷον μέμφομαι. Hesychius: αἰτιᾶται, μέμφεται. Pollux. Onom. VIII. 30.

ΑἼΤΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) *causa et ratio alicujus rei aut facti.* Act. XIX. 40. μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος cum nulla subsit causa idonea hujus concursus. Xenoph. Cyrop. V. 3. 20. Hellen. VI. 3. 5. 2) *crimen civile et capitale, culpa, causa supplicii.* Luc. XXIII. 4. οὐδὲν εὑρίσκω αἴτιον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ nullum morte dignum crimen in ipso deprehendo. ib. v. 14. αἴτιον, ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ. v. 22. οὐδὲν αἴτιον θανάτου. Apud Johannem XVIII. 38. legitur vox αἰτία. Phavor. Αἴτιον· Ἰστέον δὲ, ὅτι αἴτιον ἀεὶ παρ' Ὁμήρῳ τὸ τὴν αἰτίαν τοῦ γινομένου ἔχον· οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον καὶ ἐπὶ ὑπευθύνων τὴν λέξιν τιθέασιν κ. τ. λ. — Interdum omittitur. v. c. Act. IV. 21. post εὑρίσκοντες. Conf. L. Bos Ellips. Gr. p. 24. ed. rec.

ΑἼΤΙΟΣ, ίου, ὁ, (ab adjectivo αἴτιος, ία, ον, quorum unumquodque substantive adhibetur) duas maxime notiones habet apud Scriptt. Gr. pro diversa substantivi αἰτία significatione. 1) *qui in culpa est, criminis reus:* v. c. Homer. Iliad. XIII. v. 111. I. 153. Phavor. αἴτιος παρ' Ὁμήρῳ λέγεται ὁ αἰτιατέος καὶ μεμπτέος καὶ ὁ ὑπὸ μέμψιν καὶ αἰτίασιν κείμενος. Idem tradit Eustathius, cujus verba laudat Wetstenius N. T. T. I. p. 810. 2) *qui causa est alicujus rei, auctor,* in utramque partem. In hoc sensu semel legitur in N. T. Hebr. V. 9. αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου est et manet omnibus veris Christianis felicitatis æternæ auctor; quo nomine cap. II. 10. ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας vocatur. Pindar. Pyth. V. 33. Isocr. Busir. 14. Confer, quem Carpzov. in Observatt. Philonianis ad h. l. laudat, Eunapium in Ædes. pag. 37. ὁ τῶν κακῶν ἁπάντων αἴτιος ἦν Ἀβλάβιος. Herodian. II. 2. 12. αἴτιος τοῦ τοιούτου θανάτου. Joseph. A. J. VIII. c. 1. σωτηρίας αἴτιος γεγενημένος qui sæpius salutis ipsius auctor fuerat. 2 Maccab. IV. 47. τῆς ὅλης κακίας αἴτιον. XIII. 4. Semel legitur apud Alex. apud quos αἴτιός εἰμι Hebraico סָבַב, 1 Sam. XXII. 22. respondet. Hesych. ποιητής, κτιστής. Etymol. M. ὁ τὴν αἰτίαν τουτέστι τὴν ἀφορμὴν δούς. Ex utroque vero hausit sua Phavorinus. Vide et Wetstenium. N. T. T. II. p. 402.

ΑἸΤΙ'ΩΜΑ, τος, τό. Vide supra ad αἰτίαμα dicta ac H. Stephani Thes. I. p. 253.

ΑἸΦΝΙ'ΔΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, *repentinus, subitus, improvisus, ex improviso adveniens,* i. q. ἀπροσδόκητος, (ab αἴφνης adv. *subito, repente,* et hoc ab ἄφνω, quod per syncopen et apocopen ponitur pro ἀφανῶς). Luc. XXI. 34. καὶ αἰφνίδιος (nonnulli codd. habent adverb. αἰφνιδίως) ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστῇ ἡ ἡμέρα ἐκείνη et vos dies ille inopinatus opprimat. 1 Thess. V. 3. τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος repentinum ipsis exitium imminebit. Sapient. XVII. 15. αἰφνίδιος γὰρ αὐτοῖς καὶ ἀπροσδόκητος φόβος ἐπῆλθεν. 3 Macc. III. 24. Thucyd. II. 61. τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον. VIII. 28. προσβαλόντες τῷ Ἰάσῳ αἰφνίδιοι. Confer Fischer. ad Æschin. Socrat. Dial. III. § 2. p. 98. et Wetstenium ad N. T. T. II. p. 306. Phavorin. αἰφνίδιον· τὸ ἐξαίφνης, παρὰ τὸ ἀφανὲς, ἀφανίδιον καὶ ἐν συγκοπῇ αἰφνίδιον. Hesych. αἰφνιδίως· ἐξάπινα.

ΑἸΧΜΑΛΩΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) *captivitas quæcunque, in quam quis abducit alium, vel ab alio abducitur,* inprimis ea, in quam *bello victi abducebantur;* ab αἰχμὴ, quod non solum *cuspidem hastæ* et *ipsam hastam,* sed etiam *arma omnis generis* (Ælian. V. H. VI. 14.) *prœlium* adeo, *pugnam* et *bellum* significat, et ἀλόω seu ἁλίσκω *capio.* Apoc. XIII. 10. εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει in captivitatem abducendus est. In versione Alexandrina Hebr. שְׁבִי, Deut. XXVIII. 41. et גּוֹלָה, Ezech. I. 1. respondet. 2) abstracto posito pro concreto: *turba captivorum, bello capti, hostes victi, qui captivi ducuntur,* vel proprio, vel metaphorico sensu: ut Hebr. שְׁבִי, Num. XXI. 2. XXXI. 12, 19. Ps. LXVIII. 19. שִׁבְיָה, 2 Chron. XXVIII. 5, 11, 15. et גּוֹלָה, Ezech. III. 11, 15. XI. 24, 25. Ephes. IV. 8. ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν per triumphum duxit hostes devictos; ubi per αἰχμαλωσίαν omnes adversarii religionis christianæ intelligendi sunt. Apoc. XIII. 10. εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει qui congregavit captivos. 1 Macc. IX. 70. καὶ ἀποδοῦναι αὐτοῖς τὴν αἰχμαλωσίαν, v. 72.

ΑἸΧΜΑΛΩΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, (ab eodem themate) 1) *captivum facio* vel *abduco,* i. q. αἰχμαλωτίζω. Sæpius hæc vox in versione Alexandrina est obvia, ubi Hebr. שָׁבָה, 1 Sam. XXX. 3, 5. 1 Regg. VIII. 50. 2 Regg. VI. 22. — גָּלָה, in Piel et Hiphil Ezech. XXXIX. 23. Amos. I. 5. — נָהַג, 1 Sam. XXX. 2. et לָקַח, Job. I. 15, 17. respondet. 2) *per triumphum duco hostes devictos,* vel proprie, vel metaphorice, ut שָׁבָה, Psal. LXVIII. 19. Ephes. IV. 8. Confer supra sub αἰχμαλωσία. 3) in universum metaphorice: *in durissimam servitutem redigo, subjicio imperio meo.* 2 Tim. III. 6. αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυναικάρια, h. e. subjiciunt sibi muliercularum animos, ita, ut plane ab earum nutu pendeant, et summum iis obsequium præstent, et omnia earum verba quasi e tripode dicta colant. Hesych. αἰχμαλωτεύσας· προνομεύσας. Idem Phavorinus. Similis ratione usurpatur שָׁבָה, Exod. XXII. 10. 1 Chron. V. 27.

ΑἸΧΜΑΛΩΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, (vox, quæ sine dubio in numero eorum verborum ponenda est, quæ Macedonum Alexandrinorumque ingenia finxerunt, repudiata propterea a Phrynicho p. 192. ed. Pauw. et Thom. M. qui, αἰχμάλωτον ποιῶ καὶ αἰχμάλωτος γίνομαι, scribit, Ἀττικοὶ λέγουσιν· αἰχμαλωτίζω δὲ καὶ αἰχμαλωτίζομαι καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τούτων χρόνοι ἀδόκιμοι παρ' αὐτοῖς. Confer Fischer. Prolus. XXXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 7.) 1) *capti-*

vum duco, in captivitatem trado. *αἰχμαλωτίζομαι captivus fio, abducor et abstrahor.* Luc. XXI. 24. *καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη* per omnes gentes exsulabunt. 1 Maccab. X. 33. Hesych. *αἰχμαλωτίζοντα· εἰς δουλείαν ἄγοντα μετὰ βίας.* Hebraico שָׁבָה respondet in versione Alexandrina 1 Regg. VIII. 46. Ies. XIV. 2. Ezech. XII. 3. 2) metaphorice: *in servitutem redigo, subjicio imperio, libertatem voluntatis eripio.* Rom. VII. 23. *καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας* quæ me tyrannidi vitiositatis subjicit. 3) tropice: *privo aliquid vi, potestate et effectu, irritum reddo.* 2 Cor. X. 5. *καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα* et irrita reddimus omnia prava adversariorum consilia contra religionem christianam inita. Non recte sensum hujus loci assequutus esse videtur Phavorinus: *αἰχμαλωτίζοντες ἀντὶ τοῦ αἰχμαλώτους ἐκ τῆς τοῦ πονηροῦ τυραννίδος λαμβάνοντες, ἀπὸ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν. Καὶ ὁ Ἀπόστολος· αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ*: ad quem locum confer Ernesti notas p. 10. Gloss. Vet. apud Labbæum: *αἰχμαλωτίζω, capto, captivum duco. αἰχμαλωτίζομαι, captivor.*

ΑἸΧΜΆΛΩΤΟΣ, *ου, ὁ, ἡ,* proprie: 1) *bello captus hasta vel armis, captivus.* Hesych. *αἰχμάλωτον· αἰχμῇ ληφθέντα, τὸν ἐκ πολέμου λαμβανόμενον.* Apud Alex. respondet *τῷ* שׁוֹבֶה, Ies. XIV. 2. — שִׁבְיָה, Ies. LII. 2. — et שׁוֹלָל, Job. XII. 17, 19. 2) metaphorice: *miser et afflictus.* Luc. IV. 19. *κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν* ad annunciandam captivis (miseris) libertatem (liberationem) ab his afflictionibus; ubi tamen *αἰχμαλώτους* alii de iis interpretantur, qui in servitute peccati tenentur.

ΑἸΏΝ, *ῶνος, ὁ.* Vox hæc, prout in N. T. occurrit, respondet Hebraico עוֹלָם, cujus varias significationes accepit. In universum utrumque *quodvis temporis spatium* s. *longius* s. *brevius, vel olim præterlapsum, vel præsens, vel adhuc futurum, integram durationem, accommodatam nempe rebus et personis, de quibus sermo est,* significat, ita tamen, ut etiam *res et personas durantes, res in tempore factas* seu *existentes* per metonymiam adjuncti complectatur. Ad hanc universam notionem referri possunt omnes ac singulæ variæ hujus vocis in N. T. significationes, quæ perspicuitatis et ordinis causa ita constituendæ sunt. 1) *certum tempus longum et diuturnum, diuturna duratio,* ad imitationem Hebraici עוֹלָם, (Genes. XVII. 7, 13, 19. ubi institutum circumcisionis, quod tamen ad Messiæ usque tempora durare debebat בְּרִית עוֹלָם vocatur. Exod. XIX. 9. XXI. 6.) Mat. XXI. 19. *μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα* ne amplius in te fructus crescant. Joh. VIII. 35. *ὁ δοῦλος οὐ μένει εἰς τὸν αἰῶνα ἐν τῇ οἰκίᾳ, ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα* servus in domum non habet jus perpetuum, sed filius, ibid. XIV. 16. *ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα* ut vobis per omnem vitam vestram adsit. Adde Ps. CIV. 5. et Baruch. III. 20. Agnoscunt etiam Græci Scriptores hanc vocis *αἰὼν* significationem. Sic, ut hoc utar, *δι' αἰῶνος βασιλεύοις* fuit olim formula, fausta quævis apprecandi regibus, qua maxime cives et subditi sub initio sermonis et epistolæ utebantur. (Ælian. V. H. I. c. 32.) 2) ut Lat. *ævum* (Justin. II. 4. 17.) *vita ipsa hominis, ætas, omne spatium, quo hominis vitam et durationem metimur, vitam humanam a primo ortu ad interitum usque circumscribens, ὁ τοῦ ἀνθρώπου βίος,* ut Schol. Homer. Iliad. V. v. 685. explicavit. Hæc significatio obtinet tantum in locis his: Matth. XII. 32. *οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι* neque in hac vita. Matth. XXVIII. 20. *ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος* per omnem vitam vestram vobis adero auxilio meo. Nam quæ vulgo huc referuntur loca, Marc. IV. 19. 2 Timoth. IV. 10. aliena sunt. Eo frequentius reperitur hic usus loquendi in Scriptoribus Græcis. Homer. Iliad. IV. 478. *μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών.* Eurip. Phœniss. v. 1545 et 1558. Alia loca dedit Abresch. ad Æschylum pag. 436. et Fœsius Œconom. Hippocrat. p. 10. Suidas: *αἰὼν δὲ καὶ ὁ παρὼν βίος.* Hesych. *ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῆς ζωῆς χρόνος.* Etymol. M. 41. 9. et 266. 10. His adde usum similem vocis עוֹלָם, 1 Sam. XXVII. 12. Job. XL. 23. Exod. XIX. 9. 3) *homo alicujus ætatis.* Ephes. II. 7. *ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις* hominibus futurarum ætatum: nam præpositio *ἐν*, ut infra demonstrabitur, ex Hebraismo *πλεονάζει.* 4) addito vel pronomine demonstrativo *οὗτος*, vel adverbio *νῦν*: *omnes res externæ ad vitam hac in terra pertinentes,* maxime *divitiæ, voluptates externæ* et alia hujus generis. Matth. XIII. 22. *ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου* anxiæ rerum terrenarum curæ. Marc. IV. 9. *αἱ μέριμναι τοῦ αἰῶνος,* ubi pro *αἰῶνος* Codex Cantabrig. e glossemate habet *βίου.* Luc. XVI. 8. *οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου* homines, qui res terrenas tantum curant. 2 Tim. IV. 10. *ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα* nimio rerum terrenarum amore abreptus. Fortasse et Hebraicum עֹלָם olim hanc significationem habuit, ut colligi posse videtur ex Cohel. IX. 6. 5) *ingenium ætatis, vivendi ratio, mores et studia singularum ætatum,* sive in bonam, sive in malam partem, frequentius autem in posteriorem, plane, ut Latinorum *sæculum* (Tacitus de moribus Germanorum cap. 19.). Rom. XII. 2. *μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ* nolite pravos hujus sæculi imitari mores. 1 Cor. II. 6. *σοφίαν δὲ οὐκ αἰῶνος τούτου* non sapientia, quæ jam dici et æstimari solet inter homines hujus ætatis. ibid. *ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου* principes Judæorum dicuntur, quatenus exemplum præeunt, **die den herrschenden ton angeben,** *to assume the tone of command,* coll. v. 8. Galat. I. 4. *ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ* a vitiositate, quæ inter homines hujus ætatis esse et dominari solet. Ephes. II. 2. *κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου τούτου* convenienter moribus hujus sæculi agentes. De *pravis moribus sæculi* legitur quoque apud LXX. Psalm. LXXXIX. 8. ubi cum *ἀνομίαι* permutatur, ac Hebr. עֲלֻמִים, *occulta peccata* respondet. Confer Suicer. Thesaur. Eccles. Tom. I. p. 143. Hinc 6) *ὁ αἰὼν* interdum *homines ipsi vitiosi et perversi alicujus sæculi* seu *ætatis* dicuntur, v. c. 2 Cor. IV. 4. *ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου* Satanas quem colunt seu imitantur impij et ejus voluntati obediunt. Ephes. VI. 12. ubi dæmones dicuntur *κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου* sensu eodem. 7) partim *totum systema rerum creatarum, universum,* partim *mundus, orbis terrarum* in N. T. vel *οἱ αἰῶνες* vel in singulari *ὁ αἰὼν* dicitur. Prioris modi loquendi exempla exhibent loca hæc: Hebr. I. 2. *δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε* cujus ministerio et usus est in creatione universi. Hebr. XI. 3. *κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ* voluntate divina productum esse universum rerum creatarum. 1 Tim. I. 17. *τῷ δὲ βασιλεῖ τῶν αἰώνων* regi hujus universi. Commode ex hac ipsa significatione explicatur formula *πρὸ τῶν αἰώνων ante mundum*

conditum, ab æterno, quæ legitur 1 Cor. II. 7. coll. 2 Tim. I. 9. Tit. I. 2. Unde Deus, conditor hujus universi, non solum a Judaicis Scriptoribus vocatur רַב עוֹלָמִים, sed etiam Arab. رب العالمين dicitur. — Posterioris loquendi usus argumenta peti possunt e locis sequentibus: Matth. XXIV. 3. *καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος* et interitus mundi. 1 Cor. I. 20. *ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου*; ubi tamen verba *τοῦ αἰῶνος τούτου* æque superflua videntur ac in loco 1 Tim. VI. 17. verba: *ἐν τῷ νῦν αἰῶνι* post *πλουσίοις*. Eodem sensu עוֹלָם adhibetur, Cohel. III. 11. Confer Fesselii Adversaria Sacra p. 199. et Carpzov. Exercitt. Philon. in Epistolam ad Hebræos p. 12. seq. Huc vero pertinent etiam formulæ: *ἀπ' αἰῶνος, ἀπὸ τῶν αἰώνων* et *ἐκ τοῦ αἰῶνος inde a mundo condito, olim, ab antiquissimis inde temporibus.* Luc. I. 70. *τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ* qui olim vaticinati sunt. Joh. IX. 32. *ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη* post homines natos non auditum est; ubi vid. Wetstenius. Act. III. 21. Coloss. I. 26. *τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν* absconditum, ex quo homines fuerunt. Quibus in locis respexisse arbitror auctores sacros formulam Hebraicam מֵעוֹלָם, Gen. VI. 4. Jos. XXIV. 2. Ies. LXIV. 3. quanquam formulam *ἐξ αἰῶνος* eodem sensu Ælianum V. H. XII. 27. 64. Diod, Sic. I. 1. et Longinum de Sublimitate 34. usurpasse satis constat. 8) *futurum tempus quodcunque.* Joh. X. 28. *οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα* et nunquam infelices erunt. ib. IV. 14. VIII. 51, 52. XI. 26. XIII. 8. 1 Cor. VIII. 13. in quibus locis formula: *οὐ μὴ εἰς τὸν αἰῶνα* per *nunquam* vertenda est, et idem valet, quod Græcorum *οὐδέποτε* et *οὐδεπώποτε*. Eundem sensum habet formula: *μὴ (οὐκ, μηκέτι) εἰς τὸν αἰῶνα*, in locis Matth. XXI. 19. Marc. III. 29. XI. 14. obvia. Utraque enim respondet Hebraico: בַּל לְעוֹלָם et לֹא לְעוֹלָם, Prov. X. 30. Psalm. LV. 23. 9) ut Lat. *ævum* (Claud. Cons. Manl. v. 33. ubi vid. Barth.) et *sæculum* (vid. Barth. ad Claud. p. 570.), *æternitas, duratio omnis,* sive sit *initii,* sive *finis expers.* De duratione, finis experte, usurpatur ad imitationem Hebraici עוֹלָם (Psalm. XC. 2. CIII. 17.) Matth. VI. 13. *ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας* celebretur in æternum. Luc. I. 33. Joh. VI. 51, 58. *ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα* æterna felicitate beabitur. ibid. XII. 34. Rom. I. 25. IX. 5. XI. 36. 2 Cor. IX. 9. Gal. I. 5. *ᾧ ἡ δόξα εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων.* 2 Petr. III. 18. *καὶ εἰς ἡμέραν αἰῶνος.* Apoc. I. 6. et alibi. Siracid. XVIII. 1. De duratione, initii experte, legitur (ut עוֹלָם, Ps. XXV. 6. XCIII. 2.) Act. XV. 18. *γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ* consilia et decreta divina sunt æterna. Ephes. III. 9. *τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν Θεῷ*. quæ ab æterno latuit quasi in mente divina. ib. v. 11. *κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων* pro benigna ejus et æterna voluntate. Nunquam autem, si recte memini, *αἰὼν* vel *αἰῶνες* in N. T. *æternitatem absolutam* seu *durationem et finis et initii expertem* notat. Cæterum æternitatis notionem in hac voce interdum latentem probavit jam Aristoteles Lib. I. Cœl. c. 9. ex etymologia *ἀεὶ εἶναι*, et post eum Phavorinus. Arrian. Diss. Epictet. II. 5. 13. *οὐ γάρ εἰμι αἰὼν* (non sum natura immortalis), *ἀλλ' ἄνθρωπος*, ubi vid. Schweighæuserus. 10) *αἰῶνες κατ' ἐξοχὴν* tempus V. T. seu œconomiæ Mosaicæ notat. 1 Cor. X. 11. *ἐφ' οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε* qui vivimus tempore N. T. quo plane abrogata est œconomia Mosaica; et Hebr. IX. 26. *ἐπὶ τῇ συντελείᾳ τῶν αἰώνων* sensu eodem. Restant denique illa loca, in quibus N. T. Scriptores ex usu loquendi Judaico de duplici sæculo, seu, secundum alios, de duplici mundo loquuntur, de *αἰῶνι τούτῳ* et de *αἰῶνι μέλλοντι,* de quibus formulis quæ fuerit olim inter Witsium inprimis et Rhenferdium vehementer agitata quæstio, docte et perspicue pro more suo exposuit S. V. Koppius in Excurs. I. ad Epistolam ad Ephesios T. I. N. T. pag. 381. Mihi singula loca diligenter excutienti persuasissimum est, in formula *αἰὼν οὗτος* (Judæi עוֹלָם הַזֶּה vocant) tantum describi *præsentem rerum humanarum in his terris statum et conditionem.* Hoc enim certissime evincitur locis omnibus, in quibus hæc formula reperitur, v. c. Matth. XIII. 40. *οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος τούτου.* Luc. XX. 34. *οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου* hujus tantum vitæ homines. 1 Cor. III. 18. Ephes. I. 21. Tit. II. 12. *ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.* E contrario *αἰὼν ὁ μέλλων* (s. *ἐκεῖνος* s. *ἐρχόμενος*) vel *futuram omnium hominum post resurrectionem conditionem* in universum (quam etiam Judæi עוֹלָם הַבָּא appellabant), vel speciatim *futuram Christianorum in cœlis felicitatem* significat. Hanc in rem maxime notabiles sunt loci Matth. XII. 32. *οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι* nec in hac, nec in futura vita, h. e. nunquam, plane non. (Similem formulam apud Rabbinos passim obviam esse docuit Leusden. de Dialectis N. T. p. 94.) Marc. X. 30. *καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον.* Luc. XVIII. 30. ib. XX. 35. *οἱ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν* homines vitæ futuræ. Ephes. I. 21. Hebr. VI. 5. *δυνάμεις τοῦ μέλλοντος αἰῶνος* vim et efficaciam doctrinæ de futura Christianorum in cœlis felicitate. E quibus locis satis apparet, nunquam in N. T. *mundum hunc* tempora V. T. et *mundum futurum* tempora Messiæ significare, quæ fuit olim plerorumque sententia, a Koppio l. l. diligenter examinata. Cæterum omnium optime de hac voce exposuerunt Fesselius in Adversariis Sacris Lib. III. cap. 2. Vorstius Philologia Sacra cap. II. et Tittmann. de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 210.

ΑΙΏΝΙΟΣ, *ιου, ὁ, ἡ,* et *αἰώνιος, ία, ον,* ut substantivum *αἰὼν*, *de quocunque temporis spatio* ita dicitur, ut, quale sit, judicari debeat in singulis locis ex orationis serie et mente scriptoris, rebus adeo et personis, de quibus sermo est. Hinc *αἰώνιον* in N. T. 1) dicitur *omne, quod fuit superiori tempore, sæculis elapsis, quod est antiquum.* Rom. XIV. 25. *χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου* quæ olim, elapsis sæculis, haud innotuit. Theodoret. *ἄνωθεν*. Theophyl. *πάλαι*. Eodem sensu in versione Alexandrina Psalm. XXIV. 7, 9. *πύλαι αἰώνιοι* dicuntur. Ps. LXXVI. 4. *ὄρη αἰώνια*, et LXXVII. 5. *ἔτη αἰώνια*, in quo posteriori loco verba Hebraica שְׁנוֹת עוֹלָמִים permutantur cum verbis יָמִים מִקֶּדֶם, 2 Tim. I. 9. *χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν πρὸ χρόνων αἰωνίων* beneficium, quod nobis promissum est ab antiquissimis inde temporibus. Tit. I. 2. 2) *omne, quod est finis expers, maxime id, quod est post hujus vitæ mundique decursum eventurum.* Huc pertinent omnia illa N. T. loca, in quibus formulæ: *πῦρ αἰώνιον, κρίσις αἰώνιος, κρίμα αἰώνιον, κόλασις αἰώνιος* et *ζωὴ (δόξα, σωτηρία) αἰώνιος* reperiuntur v. c. Matth. XVIII. 8. XIX. 16. XXV. 41, 46. Marc. III. 29. Rom. II. 7.

2 Tim. II. 10. Hebr. V. 9. Quemadmodum enim formulis: πῦρ αἰώνιον et seqq. *pœnæ perpetuæ peccatorum, quas impii post hanc vitam luent, sorsque eorum misera futura non interrupta* indicantur, ita opposita formula: ζωὴ αἰώνιος, *perennis felicitatis piorum post mortem status et conditio* significatur, quæ 2 Cor. IV. 17. αἰώνιον βάρος δόξης, Luc. XVI. 9. σκηναὶ αἰώνιοι, Hebr. IX. 15. αἰώνιος κληρονομία et 2 Petr. I. 11. αἰώνιος βασιλεία τοῦ Θεοῦ appellatur. Ad eandem notionem referenda etiam sunt loca: 2 Cor. IV. 18. ubi τὰ αἰώνια et τὰ πρόσκαιρα sibi invicem opponuntur. Hebr. IX. 12. αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος Christus dicitur, quatenus virtus mortis ejus nullo unquam tempore diminuetur. ibid. XIII. 20. διαθήκη αἰώνιος religio christiana vocatur, quatenus per omne vitæ tempus valebit; de qua fortasse et explicandum erit illud εὐαγγέλιον αἰώνιον Apoc. XIV. 6. 3) *æternum absolute, quod neque initium, neque finem habet.* Rom. XIV. 26. κατ' ἐπιταγὴν αἰωνίου Θεοῦ, ubi tamen Θεὸς dici videtur ideo magis αἰώνιος, quia ab æterno hominibus religionem christianam destinaverat. Hebr. IX. 14. διὰ πνεύματος αἰωνίου per æternitatem suam, aut per vitam suam æternam. coll. VII. 16, 24. 4) *duraturum, perenne, quod sui finem et initium agnoscit.* Philem. v. 15. ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς ut eo diutius, h. e. per totam vitam eo fruaris. Gen. XVII. 7, 13. Exod. XXXI. 17. Ies. LIV. 8. Eodem modo *æternus* sumitur apud Latinos Scriptores, v. c. apud Cic. Catil. IV. c. 5. "Sic homo lenissimus non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisque mandare." Ovid. Trist. V. 2, 15. æterna tabe. Ponto I. 2. 126. æterna civica bella. Cicer. pro Fonteio c. 17. ignis æternus. Horat. I. Ep. X. 42. serviet æternum, quia parvo nesciet uti.

ἈΚΑΘΑΡΣΙ'Α, ίας, ἡ, proprie 1) sensu physico: *sordes, fœditas, impuritas, immundities rerum externarum et corporalium.* Matth. XXIII. 27. ἔσωθεν δὲ γέμουσιν πάσης ἀκαθαρσίας intus plena sunt fœditate, aut: omni sordis genere. (ex α priv. et καθαίρω *purgo.*) Hinc in versione Alexandrina sæpe Hebraico טֻמְאָה, Levit. V. 3, 5: Num. XIX. 13. 2 Sam. XI. 4. etiam interdum τῷ נִדָּה, 2 Chron. XXIX. 5. respondet. Deinde, quemadmodum apud Græcos Scriptores ἀκαθαρσία *omnis dictorum factorumque spurcitia* dicitur, ita etiam in N. T. ad imitationem Hebraici טֻמְאָה, Ezech. XXXVI. 25, 29. XXXIX. 24. eadem vox de impuritate morali, quæ per peccata contrahitur, usurpatur et 2) *quamlibet animi morumque pravitatem et perversitatem, omnem improbitatem mentis ac vitæ* notat. Rom. VI. 19. ubi synonymum ponitur ἀνομία et utrique opponitur δικαιοσύνη. 1 Thess. II. 3. οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας non improbis consiliis, coll. v. 5 et 6. ibid. IV. 8. οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ hac enim conditione Deus nos regni sui cives adscivit, ut vitiositati renuntiaremus et sanctitati studeremus. Apud LXX sec. cod. Oxon. Levit. XVI. 34. respondet Hebr. חַטָּאָה, ubi reliqui libri ἁμαρτιῶν habent. 3 Esdr. I. 41. 3) *illicita libido venerea, veneris nefandæ flagitia, scortatio et adulterium.* Rom. I. 24. εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ad summam lasciviam, ut fœdentur adeo corpora ipsa per semet ipsos. 2 Cor. XII. 21. ἀκαθαρσία cum πορνείᾳ et ἀσελγείᾳ conjungitur. Galat. V. 19. Ephes. IV. 19. Hesych. ἀκαθαρσία· πορνεία. Suid. πορνεία· ἀκαθαρσία, μιαρία.

ἈΚΑΘΑ'ΡΤΗΣ, τητος, ἡ, per syncopen pro ἀκαθαρότης, *impuritas, immunditia.* Vox hæc, in Stephani Thesauro L. Gr. omissa, semel tantum legitur in N. T. Apoc. XVII. 4. καὶ ἀκαθάρτητος τῆς πορνείας αὐτῆς et immunditia scortationis suæ, pro ἀκαθάρτου πορνείας· ubi tamen in plerisque codd. legitur τὰ ἀκάθαρτα τῆς πορνείας, quæ verba, quæ mihi quidem merum glossema esse, et ob præcedens γέμον ne quidem locum habere posse videntur, Griesbachius in textum recepit, præeunte Wolfio in Curis Philologicis T. IV. p. 573 seq.

ἈΚΑ'ΘΑΡΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie res et persona dicitur *immunda, impura,* physice scilicet, ratione sordium, externe adhærentium, qua tamen notione hæc vox in N. T. non legitur. 2) de *impuritate legali et levitica* usurpatur, ita, ut ἀκάθαρτον *omne* dicatur, *quod tanquam immundum in V. T. prohibitum fuit, omnis res per leges rituales Mosaicas interdicta et prohibita.* Sic v. c. in V. T. certa ciborum genera, cadavera hominum ac bestiarum טָמֵא (cui ἀκάθαρτον in vers. Alex. respondet) dicebantur, quorum usus lege Mosaica interdictus fuit, aut quæ tangere nefas erat; v. c. Levit. V. 2. XX. 25. homo adeo ipse טָמֵא vocabatur, qui a congressu Judæorum arcebatur et se polluerat usu rerum, lege Mosaica interdictarum. Levit. XI. 25. XIII. 45, 46. Actor. X. 14. οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον nunquam comedi aliquid profani et impuri. ibid. v. 28. μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον nullum hominem profanum et impurum habendum esse; ubi ἄνθρωπος ἀκάθαρτος is dicitur, a cujus familiaritate sibi plane abstinendum esse Judæi credebant. ibid. XI. 8. κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον οὐδέποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. Apoc. XVIII. 2. Hinc factum est, ut 3) ἀκάθαρτος omnino *paganus, alienus a cultu veri Dei* diceretur in N. T. aut, respectu Christianorum maxime habito, *qui non pertinet ad Christianorum cœtum, ad sanctum Dei populum.* 1 Cor. VII. 14. ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι, νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν alioquin et liberi vestri remoti essent a societate Christianorum, ad quam tamen nunc pertinent. 2 Cor. VI. 17. καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε cum paganis versari nolite. Ies. LII. 1. עָרֵל וְטָמֵא. 4) *impius, pravus, perversus, vitiorum quasi sordibus inquinatus.* Lucian. Asin. § 29. Ita etiam Hebr. טָמֵא, usurpatur Job. XIV. 4. Ies. XXXV. 8. Hinc in haud paucis N. T. locis dæmones πνεύματα ἀκάθαρτα appellantur, non quod inter sepulcreta, loca immunda versari olim a Judæis credebantur, quæ fuit quorundam opinio, sed ad voluntatem eorum pravam, atque veritati mentique div. inimicam indicandam; unde in aliis locis N. T. πνεύματα πονηρὰ (Luc. VII. 22.) vocantur. E multis locis quædam tantum nominasse sufficiat. Matth. X. 1. ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων, coll. Luc. IX. 1. ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια. Marc. I. 26. coll. Luc. IV. 35. VIII. 29. IX. 42. Act. V. 16. VIII. 7. Apoc. XVIII. 2. Siracid. XL. 15. Suidas et ex eo Phavor. ἀκάθαρτος· ἁμαρτητικὸς — ἀκάθαρτός γε τὴν ψυχὴν ὅγε κακός· καθαρὸς δὲ ὁ ἐναντίος. 5) *impudicus, libidinosus.* Ephes. V. 5. ὅτι πᾶς πόρνος ἢ ἀκάθαρτος κ. τ. λ. Sic *impurus* apud Latinos Scriptores, v. c. Cic. Orat. in Catilinam c. 10. Philipp. III. 14. In Symm. reliquiis Hos. IV. 14. ἀκάθαρτος Hebr. קְדֵשָׁה *scortum* respondet.

ἈΚΑΙΡΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, proprie: *opportunitate temporis destituor, non*

habeo occasionem, (ab α priv. et *καιρὸς tempus opportunum.*) Sed in N. T. latius patet et omnino notat: *viribus, facultate alicujus rei perficiendæ destitui.* Philipp. IV. 10. ἠκαιρεῖσθε δὲ sed facultate destituebamini idonea. Grotius mire: non data est vobis occasio. Confer Stephani Thesaur. L. G. T. II. p. 12. sub εὐκαιρέω.

'ΑΚΑΙ'ΡΩΣ, Adv. *intempestive*, (ita Gloss. Vet. apud Labbæum) *tempore non opportuno.* Legitur tantum 2 Tim. IV. 2. ἐπίστηθι εὐκαίρως ἀκαίρως insta tempestive et intempestive, h. e. quovis tempore et loco; infirmo v. c. corpore, vel in vinculis, aut alia aliqua imminente tempestate. Verba Pauli enim proverbialiter dicta mihi videntur, ita, ut nec prohibeatur prudentia, nec commendetur imprudentia. Confer Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 146. Anthol. II. 47. 4. μετὰ στάχυν ὄμβρος ἄκαιρος. et VII. 148. μοιχὸν ἴσως εὕρηκεν ἀκαίρως κεῖνος εἰσιλθών. Adde Polluc. Onom. VI. 204.

"ΑΚΑΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie de *animantibus innoxiis* et *fraudis omnis expertibus* dicitur, v. c. de columbis, Epiphan. Hæres. 35. — de agnis, Jerem. XI. 19. (ab α priv. et κακὸς *noxius, dolosus*). Deinde ad homines translatum 2) *eum* notat, *qui est ingenuæ simplicitatis, qui, ut ipse est minime malus, nec ab aliis mali quid suspicatur, adeoque facile decipi potest.* Hanc notionem Paulus respexit Rom. XVI. 18. ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων: ubi ἄκακος Hebr. פְּתִי respondere videtur, quo etiam usi sunt Alex. Prov. I. 4, 22. VIII. 5. XIV. 15. Phavor. ἄκακοι· οἱ ἁπλούστεροι. Confer Ruhnken. ad Glossarium Tim. Plat. p. 11. 3) *integer vitæ scelerisque purus, perfectus, omnis vitiositatis expers.* Hebr. VII. 26. ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος. In vers. Alex. Job. II. 3. VIII. 20. Hebr. תָּם respondet. Eleganter de hac voce exposuit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 147. et Wetstenius ad N. T. T. II. p. 99.

"ΑΚΑΝΘΑ, ης, ἡ, *spina, vepres, sentis*, ita dicta ab ἀκὴ *cuspis, acies*, latissime patet apud Græcos, ita, ut tam de *arbore spinosa*, quam de *herba*, de *virgulto, quod aculeis est plenissimum*, æque ac *loco sentibus obsito* dicatur, ut jam Salmasius Exercitatt. Plinianis p. 529. et in Exercitt. de Homonym. Hyles Iatr. c. 2. docte demonstravit. Matth. VII. 16. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν, ubi de virgulto explicandum est. (Idem proverbium reperitur quoque in Meidanii Adagiis a Rosenmüllero editis n. 11. p. 26. Adde Prov. Arab. Cent. II. n. 99. p. 123 sequ. ed. Erpenii.) Matth. XIII. 7. ἐπὶ τὰς ἀκάνθας. Syrus: ܒܝܬ ܟܘ̈ܒܐ in locum spinarum. Ib. 22. Joh. XIX. 2. στέφανος ἐξ ἀκανθῶν. coll. Matth. XXVII. 29. Pearce in Commentario in Evangelistas, Anglice scripto, ἀκανθῶν h. l. non ab ἄκανθα deducit, sed ab ἄκανθος (*acanthus*, Bärenklau, *the herb acanthus, or bear's-foot,*) derivare mavult. Hebr. VI. 8. ἀκάνθας καὶ τριβόλους. In vers. Alex. vocibus Hebraicis קוֹץ, 2 Sam. XXIII. 6. Psalm. CXVIII. 12. חֵדֶק, Prov. XV. 19. חוֹחַ, Hos. IX. 6. שַׁיִת, Ies. V. 6. VII. 23, 24. respondet.

'ΑΚΑ'ΝΘΙΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *spineus, ex spinis factus et contextus*, ab ἄκανθα. Bis legitur in N. T. de corona spinea, a militibus Romanis capiti Christi imposita, quæ Marc. XV. 17. Joh. XIX. 5. ἀκάνθινος στέφανος vocatur, de qua varias variorum sententias collegit Wolfius in Curis Philol. in N. T. Tom. I. p. 402. Phavorinus, ad N. T. loca respiciens, ἀκάνθινος· ἐξ ἀκανθῶν, ἀκάνθινος στέφανος. Confer Schneideri Lex. Crit. Gr. l. s. h. v.

"ΑΚΑΡΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *infructuosus, sterilis, qui nullos fructus fert.* (ex α priv. et καρπὸς *fructus.*) Judæ v. 12. δένδρα φθινοπωρινὰ, ἄκαρπα similes arboribus aridis et infructuosis. Damnavit quidem hanc vocem, ut minus Græcam, Thomas M. Ecl. p. 385. ed. Bernard. sed ejus bonitatem vindicarunt ibi interpretes. 2) metaphorice ἄκαρπος dicitur *omnis, qui non præstat id, quod præstare debet; qui nullam utilitatem, nullum fructum affert, iners.* 1 Cor. XIV. 14. ὁ δὲ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι, h. e. si ego afflatu Sp. S. in conventibus publicis preces facio lingua peregrina, ita, ut Deus mihi et ideas et verba suppeditet, mens mea non ipsa excogitat, quæ lingua profert, seu iners manet. Matth. XIII. 22. καὶ ὁ λόγος ἄκαρπος γίνεται et doctrina usum suum exserere non valet. Marc. IV. 19. Hinc in N. T. ἄκαρπος speciatim *is* dicitur, *qui non convenienter sentit et agit religionis christianæ præceptis, adeoque fructum ejus perdit.* Tit. III. 14. 2 Petr. I. 8. Sapient. XV. 4. σκιαγράφων πόνος ἄκαρπος. Plutarch. Philopœm. c. 4. ἄκαρπος λαλιὰ loquacitas inutilis. 3) *noxius, perniciosus.* Ephes. V. 11. μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους ne indulgeatis sceleribus, quibus gentiles se miseros reddunt. Adjectiva enim negantia sæpe contrarium eo fortius affirmant. Sap. XV. 4.

'ΑΚΑΤΑ'ΓΝΩΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie 1) *qui condemnari nequit sensu forensi*, ex α priv. et καταγινώσκω *decerno adversus aliquem, condemno.* 2 Maccab. IV. 47. ἀπελύθησαν ἂν ἀκατάγνωστοι. 2) *irreprehensibilis, in quem reprehensio nulla cadit*, i. q. ἀνεπίληπτος. Semel legitur in N. T. Tit. II. 8. λόγον ἀκατάγνωστον sermonem, in quo nihil est, quod reprehendi et culpari queat. Hesych. ἀκαταγνώστως· ἀνεπιλήπτως.

'ΑΚΑΤΑΚΑ'ΛΥΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non opertus, non velatus, non tectus*, ex α στερητικῷ et κατακαλύπτω *tego.* Tantum legitur in N. T. 1 Cor. XI. 5. ἀκατακαλύπτῳ κεφαλῇ non operto capite; et v. 13. γυναῖκα ἀκατακάλυπτον τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι mulierem non velatam ad Deum preces mittere. Polyb. XV. 25. τὴν γὰρ Δανάην — ἐλκύσαντες ἀκατακάλυπτον. Alia loca collegit Wetstenius in Notis ad N. T. T. II. p. 145. Similis vox est ἀκάλυπτος, quæ Levit. XIII. 45. Hebraico פָּרוּעַ in vers. Alex. respondet et de capite apud Plutarchum in Cat. min. c. 5. usurpata reperitur. Lectu digna ad utrumque Pauli locum protulit Dietericus in Lexico Philologico N. T. p. 68.

'ΑΚΑΤΑ'ΚΡΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *indemnatus, cui indicta causa pœna infligitur, cujus causa in foro vel plane non, vel non satis cognita est*, quem Latini *indefensum* et *inauditum* vocant: ex α priv. et κατακρίνω, quod interdum pro simplici κρίνω ponitur. Act. XVI. 37. ἀκατακρίτους indicta causa. ibid. XXII. 25. Plutarch. vit. Romul. c. 7. ὁ δ' ἀκρίτως ἐκδίδωσι. In libris Apocryphis V. T. adverbium ἀκρίτως eodem sensu usurpatur 1 Maccab. II. 37. XV. 33, 35.

'ΑΚΑΤΑ'ΛΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *indissolubilis, qui dissolvi et finiri non potest.* Semel legitur in N. T. Hebr. VII. 16. κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου per immutabilitatem suam. Dion. Hal. X. c. 31. ἀκατάλυτον κράτος τῆς ἐπαρχίας.

'ΑΚΑΤΑ'ΠΑΥΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *perpetuus, indesinens, finem non habens;*

aut passive: *qui sedari et coërceri, qui refrenari et reprimi nequit*, ex α priv. et καταπαύω *sedo, cohibeo*, it. *requiesco*. Semel legitur in N. T. 2 Petr. II. 14. ἀκαταπαύστους (ἀπὸ) ἁμαρτίας qui a libidine venerea coërceri nequeunt — aut, sec. lectionem aliorum codicum, interpretis Vulgati atque Syri, ἀκαταπαύστου ἁμαρτίας intemperantis impudicitiæ. Vocem hanc in hoc sensu haud raro obviam esse apud Scriptores Græcos, (v. c. Polyb. IV. 17. ἐν ἀκαταπαύστοις καὶ μεγάλαις στάσεσι. Heliodor. I. 13. ἀκαταπαύστῳ θορύβῳ. Diod. Sic. XI. 17. τὴν ὁρμὴν ἀκατάπαυστον.) multis locis ad h. l. Kypke et Elsnerus docuere. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀκατάπαυστος, *insedabilis, indesinens*. Etymol. M. 152. 8.

ἈΚΑΤΑΣΤΑΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) pr. *instabilitas in loco*, seu *crebra locii mutatio*, ex α et κατάστασις, *constitutio in sede sua, status, consistentia*. LXX Prov. XXVI. 28. ubi Hebr. מִדְחֶה *expulsio* respondet. 2) in universum apud Græcos de *omni re non bene constituta et perturbata, de omni statu et conditione rei instabili et perturbata* dicitur, v. c. *exercitus, civitatis, rei familiaris*, ita, ut etiam interdum *motus turbidos animi, iræ et cupiditatis* significet, ut docet locus Diog. Laërt. VII. S. 110. a καθίστασθαι, quod de eo dicitur, quod est in statu tranquillo, quieto et stabili. Hinc in N. T. 1) notat *turbam bellicam, seditionem, bellum intestinum*. Luc. XXI. 9. ὅταν δὲ ἀκούσητε πολέμους καὶ ἀκαταστασίας cum vero audieritis omnia commisceri bellis ac seditionibus. 2) *perturbatio, ordo nullus, confusio*, ita, ut simul omnia illa mala complectatur, quæ ex altercationibus et dissidiis oriri solent. 1 Cor. XIV. 33. οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς Deus non vult, ut sit perturbatio in conventibus sacris Christianorum. 2 Cor. XII. 20. Jacob. III. 16. ὅπου ζῆλος καὶ ἐρίθεια, ἐκεῖ ἀκαταστασία. Tob. IV. 13. 3) *exilium, vita inquieta, incerta et vaga*, quæ ei tribuitur, qui tempore belli aut persequutionis nullo loco constans permanet, sed vagus et instabilis oberrat. 2 Cor. VI. 5. ἐν ἀκαταστασίαις in exiliis, ut Schmidius recte vertit. Est enim, inquit, ἡ ἀκαταστασία, τὸ ἐν ἑνὶ τόπῳ μὴ ἵστασθαι, ἀλλ' ἐξελαύνεσθαι καὶ διώκεσθαι. Alii tamen de *tumultibus* intelligunt, qui contra Apostolos excitabantur. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀκαταστασία, *inconstantia*.

ἈΚΑΤΑ'ΣΤΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie: *vagus et instabilis, qui non consistit in uno loco, qui pedibus suis firmiter insistere nequit, vacillat et ad labendum proclivis est*. Hinc in vers. Alex. Ies. LIV. 11. respondet Hebraico סֹעֲרָה, et a Symmacho Thren. IV. 10. נָעָה translatum est ἀκατάστατοι ἐγένοντο. Confer Spicilegium nostrum Thesauri Bieliani II. p. 6. 2) *inconstans, mutabilis, levis*. Jacob. I. 8. ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ inconstans est in omnibus actionibus suis. Hippocr. de humoribus Sect. II. p. 18. l. 20. διόπερ καὶ αἱ ὧραι ἄκριτοι καὶ ἀκατάστατοι γίνονται. Vide plura apud Heisenium in Diss. ad Epist. Jacobi p. 487 seq. Scottum Append. l. Gr. s. h. v. ac Polluc. Onom. VI. 121 et 129.

ἈΚΑΤΑ'ΣΧΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *infrenis, qui coërceri et domari nequit, incoërcibilis*, ex α priv. et κατέχειν *coërcere, continere intra certos fines*. Jacob. III. 8. γλῶσσα dicitur ἀκατάσχετον κακὸν, h. e. *malum, cujus vis infringi nequit*. Sic Job. XXXI. 12. θυμὸς ὀργῆς ἀκατάσχετος marito tribuitur, cui perfida est uxor. 3 Macc. VI. 17. Joseph. de Bell. Jud. II. 11. p. 173. ed. Hav. Diodor. Sic. XVII. 38. ἀκατάσχετα δάκρυα, ad quem locum confer Wesselingium; et alia loca veterum collecta in Observatt. Miscell. Amstel. Vol. VI. p. 61. et apud Wetstenium in Notis ad N. T. T. II. p. 672. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀκατάσχετος, *incontentus*.

ἈΚΕΛΔΑΜΑ'. Vox contracta Syro-Chaldaicæ linguæ, ex חֲקַל (ܚܩܠܐ) *demensa terræ pars, ager*, et דְּמָא *sanguis* (Syr. ܕܡܐ), *ager sanguinis* seu *ager pretio sanguinis emtus*. Fuit nomen agri, pecunia, qua Judas Christum vendiderat, in sepulturam peregrinorum emti, quem Hieronymus in tractatu de locis Hebraicis testatur monstrari in Ælia ad australem partem montis Sion. Act. I. 19. Ἀκελδαμὰ, τουτέστι χωρίον αἵματος. Conf. Laur. Fabricii reliquias Syras p. 304. Th. Crenii Analect. Philol. Crit. Historicorum.

ἈΚΕ'ΡΑΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Varias hujus adjectivi etymologias afferunt grammatici. Alii enim, sed satis jam refutati a Bocharto Hieroz. P. II. p. 20. a κέρας *cornu* deducunt, ut sit i. q. ἀκέρατος, *qui est sine cornibus, nec cornibus ferit*. Ita Etym. M. ὁ ὑγιὴς — ὁ ἀέργητος καὶ ἀβλαβὴς, κυρίως ὁ μὴ θυμούμενος ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν διὰ τῶν κεράτων ἀμυνομένων ζώων. Alii a κεράω, seu usitatiori κεράννυμι, *misceo*, ut proprie *purum, sincerum, immixtum* (Dioscor. V. 129. VII. 77. πᾶς ἀμιγὴς οἶνος καὶ ἀκέραιος) notet, quorum sententiam jam ab auctore Etym. M. notatam video, qui superioribus addit: ἢ ἐκ τοῦ κερῶ, τὸ μιγνύω, ὁ μὴ κεκραμένος κακοῖς, ἀλλ' ἁπλοῦς καὶ ἀποίκιλος. Equidem, ut jam aliorum sententias, a Suicero Thes. Eccles. Tom. I. p. 155. collectas, silentio prætereaam, assentior Eustathio, qui ad Homeri Iliad. II. 855. ἀκέραιος a κεραΐζειν, *lædere, nocere*, deducit, ut adeo proprie 1) et passive eum significet, *qui est illæsus, salvus et intactus manet*. Vales. Exc. ex Diodor. p. 273. τὴν πόλιν καὶ τὰς κτήσεις ἀκεραίους εἴασιν. Joseph. A. J. V. 1. 15. et active eum notet, *qui neminem lædit, nemini nocet, qui est ab omni dolo ac fraude alienus, hominem ingenuæ simplicitatis*, ὁ μή τινα κεραΐζων, quæ sunt ipsa Eustathii verba, seu ὁ ἁπλοῦς, ut Scholiastes Euripidis Orest. v. 920. interpretatur. In hoc sensu legitur Matth. X. 16. ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραὶ simplices ut columbæ. Rom. XVI. 19. ἀκεραίους εἰς τὸ κακὸν simplices, ut non fallatis. Additam. Esther. XVI. 4. Joseph. A. J. I. 2. 2. Arrian. Epict. III. 23. μεγαλοφυὴς καὶ ἁπλοῦς καὶ ἀκέραιος. 2) *homo perfectus, integer vitæ scelerisque purus*. Philipp. II. 15. ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι. Joseph. A. J. I. 2. 2. Krebs. Observ. Flav. p. 331. Suid. ἀκέραιον· ἄκακον, ὁλόκληρον, καθαρόν. Hesych. ἀκέραιον· ἀνεπίπληκτον, (legendum est sine dubio ἀνεπίληπτον) καθαρὸν, ἄκακον.

ἈΚΛΙΝΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, proprie 1) *stabilis, non inclinans*, seu *declinans, non vacillans*, de rebus æque ac personis usurpatur, ex α priv. et κλίνω *flecto, inclino*. Symmachus hac voce usus est Job. XLI. 14. ad Hebraica בַּל־יִמּוֹט. Sed deinde 2) omnino *certus, firmus, constans*. Hebr. X. 22. κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως ἀκλινῆ, h. e. firmi et constantes maneamus in spe felicitatis futuræ, quam profitemur. Sic a Luciano Encom. Demosthenis p. 913. animi magnitudo et constantia in rebus Græcorum turbidis, quam habuerit Demosthenes, ἀκλινὴς ψυχὴ

vocatur. Ælian. V. H. XII. 64. *βασιλείας ἀσφαλοῦς καὶ ἀκλινοῦς ὅμηρον.* Jul. Pollux Onom. VIII. 10. *δικαστὴς ἀκλινής.* Ibid. I. § 41.

'ΑΚΜΑ'ΖΩ, fut. *άσω*, si de plantis ac floribus, arboribus ac vitibus usurpatur, duas notiones habet apud Græcos Scriptores: 1) *vireo, floreo, frondesco.* Ælian. V. H. XIII. 1. 2) *maturus sum* vel *maturesco:* Thucyd. II. 19. *καὶ τοῦ σίτου ἀκμάζοντος.* unde translatum est *ad eos, qui ætate vigent et ad ætatis robur pervenerunt,* qui *ἀκμάζοντες* dicuntur. Apoc. XIV. 18. *ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς* maturuerunt uvæ ejus. Eleganter de hac voce exposuit Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 3. 3. Tom. I. p. 814 seq. Vid. et Schweighæuserus Lexic. Polyb. p. 18.

'ΑΚΜΗ', ῆς, ἡ, proprie: *acies, acumen* (Iliad. κ. 173. Soph. Ant. 988.) *mucro, cuspis qua pungitur.* Josephus A. J. VI. 15. 2) *quævis corporum extremitas, summum in aliqua re.* Confer Jensii Lectt. Lucian. p. 194. 3) *vigor ætatis et maturitas, status florentissimus alicujus rei.* Polyb. VI. 2. 41 et 49. Confer Biel. in Thesaur. Philol. s. h. v. Inde est adverbium *ἀκμήν.* Matth. XV. 16. *ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε,* ubi *ἀκμὴν* (elliptice nempe adhibitum pro *κατ' ἀκμὴν, in ipso negotii fervore*) aliis vertendum videtur *valde, admodum, plane, omnino,* hoc sensu: *plane etiam vos non intelligentes estis;* allii contra per *adhuc* interpretantur, vertentes: *vosne etiam adhuc* (post tot et tanta scilicet miracula) *insipidi estis?* ut *ἀκμὴν* positum sit pro *κατ' ἀκμὴν τούτου τοῦ χρόνου,* h. e. *ἔτι καὶ νῦν* in ipso hoc temporis articulo sive momento, uti etiam Syrus interpretatus est: ܕܡܛܐ ܠܗܫܐ ܐܦ h. e. *usque nunc etiam.* Neutra quidem explicatio repugnat usui loquendi. Nam *ἀκμὴν* interdum *valde, admodum,* valere, docuit exemplo quodam L. Bos Ellips. Gr. p. 445. cui adderem locum Justini M. Dial. cum Tryphon. Jud. p. 317. ed. Paris. Longe frequentius autem *ἀκμὴν* usurpatur, ut *adhuc* significet. Polyb. I. 13. Xenoph. de Expedit. Cyr. M. IV. 3. 19. ubi Morus conferendus. Hesych. et Suid. *ἀκμήν· ἔτι.* Mœris: *ἀκμὴν οὐδεὶς τῶν 'Αττικῶν ἀντὶ τοῦ ἔτι, εἰ μὴ μόνος Ξενοφῶν ἐν τῇ 'Αναβάσει. 'Ελληνικῶς δὲ χρῶνται,* adstipulante Phrynicho. Cf. etiam Intt. ad Thom. M. sub *ἔτι.* Et ita equidem ob omnem orationis seriem explicare mallem Matthæi locum. — Etymol. M. 49. 13. *ἀκμὴ, ἡ ἀκροτάτη ὀξύτης τοῦ σιδήρου κυρίως — καὶ τὸ μέσον τῆς ἡλικίας, καὶ τὸ μέσον τοῦ καιροῦ.*

"ΑΚΝΑΦΟΣ, vide "Αγναφος.

'ΑΚΟΗ', ῆς, ἡ, 1) *auditio,* i. e. *ipsa audiendi actio.* Matth. XIII. 14. *ἀκοῇ ἀκούσετε* audiendo audietis, pro: *ἀκούσετε,* ex Hebraismo, coll. Ies. VI. 9. Act. XXVIII. 26. 1 Thess. II. 13. *λόγον ἀκοῆς παρ' ἡμῶν* pro: *λόγον ἀκουόμενον,* seu *ὃν ἠκούσατε παρ' ἡμῶν.* Hebr. IV. 2. *ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς.* Sirac. XLII. 29. Polyb. I. 63. X. 2. — שֵׁמַע, Job. XLII. 5. 2) *sensus* seu *facultas audiendi.* 1 Cor. XII. 17. *ποῦ ἡ ἀκοή; εἰ ὅλον ἀκοὴ, ποῦ ἡ ὄσφρησις;* 2 Petr. II. 8. *βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ κ. τ. λ.* 3) per metonymiam *adjuncti pro subjecto* notat *aurem, cui inest auditus, cujus illa organon est.* Suid. *ἀκοή· τὸ μέρος τοῦ σώματος.* Etym. M. *ἀκοὴ — λέγεται καὶ τὸ οὖς ὅλον.* Gloss. Vet. apud Labbæum: *ἀκοὴ, auris, auditus.* Marc. VII. 35. *καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαὶ* et statim apertæ sunt ejus aures. Luc. VII. 1. *εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ* coram populo: Vulg. in aures plebis. 2 Tim. IV. 3. *κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν* prurientes auribus. ibid. v. 4. *τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσι* aures avertent. Pertinet huc etiam formula: *εἰσφέρειν τὶ εἰς ἀκοὰς τινὸς inferre aliquid auribus alicujus,* quæ de eo dicitur, *qui aliquid alteri narrat* seu *annunciat.* Act. XVII. 20. *ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν* nova et inaudita nobis narras. Frequens est hic hujus vocis usus non solum in plurali, sed et in singulari numero apud Scriptores Græcos, v. c. Polyb. XV. 27. 10. XXIV. 5. 9. *ψιθυρίσας πρὸς τὴν ἀκοήν.* Eurip. Phœn. v. 1501. Xenoph. Venat. I. 8. 7. Maximus Tyr. Diss. V. p. 50. *ἀκούουσιν αἱ ἀκοαί.* Quorum dicendi rationem imitatus esse videtur Symmachus, in cujus fragmento hæc vox Hebraico אֹזֶן, 1 Sam. XX. 2. respondet. 4) per metonymiam *illud ipsum, quod auditur et auribus percipitur.* Pollux Onom. IV. 17. *ἀλλὰ καὶ τὸ ἄκουσμα ἀκοή.* Sic. v. c. *fragor, strepitus,* qui longe exauditur, *ἀκοὴ* dicitur Homero Iliad. XVI. 634. Eodem modo *ἀκοὴ* legitur de *narratione, relatione rerum, quæ olim acciderunt,* apud Thucyd. I. 20. Frequentissime autem de *sermone, oratione, doctrina, institutione, quæ fit ore,* usurpatur apud veteres, ut partim Musgrave ad Eurip. Iphig. in Taur. v. 818. docuit, partim loca N. T. quæ sequuntur, demonstrant. Joh. XII. 38. *τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν;* quis fidem habet orationi nostræ? coll. Ies. LIII. 1. Rom. X. 17. *ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς· ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ* atqui igitur fides institutione efficitur, ad institutionem vero opus est mandato divino. Sirac. XXVII. 16. Per metonymiam etiam *ἀκοὴ* in N. T. non minus, quam in Scriptoribus Græcis. 5) *rumor et fama* dicitur. Matth. IV. 24. *καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ* (pro *περὶ αὐτοῦ*) et exiit fama de eo; ad quem locum cf. Krebsii Obss. Flav. p. 14 seq. ibid. XIV. 1. *ἤκουσεν 'Ηρώδης τὴν ἀκοὴν 'Ιησοῦ* ad Herodem fama de Iesu penetravit. (In loco parallelo Luc. IX. 7. legitur: *τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα.* Confer etiam Marc. VI. 14.) ib. XXIV. 6. *ἀκοὰς πολέμων* rumores bellorum. Marc. I. 28. Multus fuit Krebsius l. l. ut ostenderet, hanc vocis *ἀκοῆς* significationem mere Hebraicam, Græcisque adeo incognitam, et loca, a Schwarzio in Comment. L. Gr. N. T. p. 42. contra allata, *ἀπροσδιόνυσα* esse. Et sine dubio respexerunt Scriptores N. T. usum vocum Hebraicarum שֵׁמַע et שְׁמוּעָה, in hac significatione sæpius in V. T. obviarum, v. c. 2 Sam. IV. 4. 2 Regg. XIX. 7. Loca vero N. T. supra laudata in mente habuisse Suidas videtur, scribens: *ἀκοή· ἐστὶ καὶ ἡ φήμη.* Negari tamen non potest, *ἀκοὴν* sæpe apud Græcos *relationem, narrationem alicujus rei,* cum qua significatione arctissime cohæret *famæ* notio, denotare, et ipsam adeo Latinorum vocem *auditionem* apud Ciceronem pro Plancio c. 23. Jul. Cæs. de B. G. VII. 42. pro rumore positam esse. 6) *facultas et vis intelligendi et capiendi aliquid.* Hebr. V. 11. *ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς* nam vos hebetes et stupidi estis. 7) *obedientia,* i. q. *ὑπακοὴ,* Galat. III. 2. ubi *ἀκοὴ πίστεως* observatio præceptorum religionis christianæ, opponitur *τοῖς ἔργοις νόμου* studio legis Mosaicæ, ib. v. 5. cf. infra sub 'Ακούω.

'ΑΚΟΛΟΥΘΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω,* 1) proprie: *sequor, subsequor,* unde *ἀκόλουθος pedissequus.* Matth. IX. 19, 27. XIV. 13. XXI. 9. *οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες* et præcedentes non minus quam subsequentes. ib. XXVI. 58. Marc. XIV. 13. 2) *comitor, socium viæ et*

itineris me adjungo. Matth. IV. 25. VIII. 1, 10. *καὶ εἶπε τοῖς ἀκολουθοῦσιν* dixit ad comitantes seu circumstantes. XII. 15. XXVII. 55. Marc. V. 24. X. 52. *καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ἐν τῇ ὁδῷ.* 1 Cor. X. 4. *ἐκ — ἀκολουθούσης πέτρας,* h. e. aquam ex rupe fluvii instar stillantem et ad latus Judæorum fluentem. Vide Pearcium in Commentario ad h. l. et Ælian. V. H. XII. 40. *ὕδωρ ἠκολούθει Ξέρξῃ τὸ ἐκ τοῦ Χοάσπου.* 3) metaphorice: *partes alicujus sequor, alicujus sectator et discipulus sum* seu *fio.* Matth. IV. 20. *ἠκολούθησαν αὐτῷ* se illi discipulos adjunxerunt. v. 22. *ἠκολούθησαν αὐτῷ* illum doctorem sequuti sunt. ibid. IX. 9. *ἀκολούθει μοι* sectare me. XIX. 27, 28. Marc. I. 18. VIII. 34. *ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν* qui vult meus discipulus fieri. IX. 38. Joh. I. 41. VIII. 12. *ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ* qui meam doctrinam amplectitur. In hoc sensu *ἀκολουθεῖν τινι* in N. T. formulæ Hebr. הָלַךְ אַחֲרֵי פְּלוֹנִי respondet, ut e loco insigni 1 Regg. XIX. 20, 21. satis apparet. Causa vero hujus loquendi usus e consuetudine veterum doctorum apud Hebræos et Græcos petenda est, qui semper corona discipulorum stipati incedebant et proficiscebantur, ut haberent, cum quibus de rebus humanis et divinis colloquerentur. 4) *imitor aliquem, me ad alicujus exemplum compono et conformo.* Matth. X. 38. *καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου* et hoc modo mea vestigia legit. ib. XVI. 24. *καὶ ἀκολουθείτω μοι* et ita exprimat meum exemplum. Luc. IX. 23. Joh. XII. 26. *ἐμοὶ ἀκολουθείτω* me imitetur in perferendis malis: coll. v. 25. Illustrari commode potest hic loquendi usus e plurimis V. T. locis, v. c. Exod. XXIII. 2. לֹא־תִהְיֶה אַחֲרֵי־רַבִּים לְרָעֹת, et 2 Regg. XIII. 2. וַיֵּלֶךְ אַחַר חַטֹּאת יָרָבְעָם. Patrum explicationes huc pertinentes collegit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 162 seq. 5) Accipitur hæc vox de præmiis et pœnis, quæ virtutem et vitiositatem post hanc vitam excipiunt. Apoc. XIV. 13. *τὰ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ᾽ αὐτῶν* justa pietatis suæ præmia reportabunt; sunt sua ipsi virtute felices. coll. Sophocl. Philoct. v. 1437. Apoc. XVIII. 5. *ὅτι ἠκολούθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ* nam peccata Babylonis in tantum excreverunt cumulum, ut ipsum Deum judicem ad vindictam provocaverint. — Cæterum observandum est, Scriptores N. T. quamquam in plurimis locis Græcorum usum loquendi imitantes *τῷ ἀκολουθεῖν* dativum personæ addant, interdum tamen ei genitivum, præcedente *ὀπίσω* (Matth. X. 38. et secundum nonnullos codices Marc. VIII. 34.) vel *μετὰ* (Apoc. VI. 8. XIV. 13.), jungere solere. Utrumque pleonastice addi, ut Hebraicam particulam אַחֲרֵי post הָלַךְ, multis exemplis docuit Blackwall. Auct. Class. p. 419. ed. Woll. Sed nec desunt exempla hujus constructionis apud Græcos Scriptores. Sic v. c. *τῷ ἀκολουθεῖν* jungit *ὄπισθεν* Callimachus Hymn. in Del. v. 19. *κατόπιν* Polyb. I. 27. Aristoph. Plut. v. 13. plane, ut Sallust. B. I. c. 59. post gloriam sequi invidiam. Præpositionem vero *μετὰ* interdum addi *τῷ ἀκολουθεῖν*, partim ex Eurip. Medea v. 1143. partim e locis veterum apparet, quæ Gottleber ad Platonis Menex. p. 64. et Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 824. collegere.

'ΑΚΟΥ'Ω, *ούσω,* 1) *audio, auribus percipio.* Persona, ex qua aliquid auditur, plerumque collocatur in genitivo, ita, ut præpositio *ἐκ, παρὰ, ἀπὸ* subintelligenda sit, v. c. Act. I. 4. *ἣν ἠκούσατέ μου* quam audivistis a me. (Theophr. Char. c. 9.) Res vero, quæ auditur, ponitur in accusativo. Matth. XI. 4. *ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε.* Interdum tamen etiam genitivus rei additur; eum vero non ab omisso substantivo ejusdem originis *ἀκοὴ*, sed ab omissa præpositione *ἐκ* vel *περὶ* pendere, Zeunius ad Vigerum de Idiotismis Gr. L. p. 219. observavit. Marc. XIV. 64. *ἠκούσατε τῆς βλασφημίας* audivistis blasphemiam. Joh. V. 28. *ἀκούσονται φωνῆς αὐτοῦ.* Sæpius autem in N. T. in hac propria notione *ἀκούειν* legitur, v. c. Matth. II. 18. VIII. 10. IX. 12. X. 27. *ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε* quæ ego vos privatim doceo. Ibid. XI. 14. XII. 19. XXI. 16. Marc. VI. 20. *ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε* et lubenter eum disserentem audivit. Luc. VI. 27. *οἱ ἀκούοντες* auditores. Joh. III. 8. V. 25. IX. 32. *οὐκ ἠκούσθη* inauditum est. Act. XVI. 14. *ἤκουεν* inter auditores erat. 1 Cor. II. 9. Apoc. XVIII. 22. Pertinet huc etiam formula: *ἀκοῇ ἀκούειν* audiendo audire, posita pro simplici *ἀκούειν.* Matth. XIII. 14. *ἀκοῇ ἀκούσετε* — שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ, Job. XIII. 17. 2) *rescisco, audiendo comperio, audio aliquid ex fama vel rumore,* ich bringe etwas in Erfahrung, *I bring something to knowledge,* or *to experience.* Matth. II. 3, 22. *ἀκούσας δὲ* cum autem compperisset. ib. IV. 12. XI. 2. — quum fama accepisset in carcere, quæ Christus ageret. Ibid. XIV. 13. XXII. 7. XXIV. 6. Marc. III. 21. V. 27. VI. 14. Act. IX. 13. *ἀκήκοα* (de qua forma vid. Maittaire de Dial. L. Gr. p. 70 seq. ed. Sturz.) Ibid. VII. 12. *ἀκούσας ὄντα* pro *εἶναι.* ibid. XV. 24. XXIII. 16. Galat. I. 23. *ἀκούοντες ἦσαν* hic rumor apud illos erat. Philem. v. 15. Hinc in universum. 3) *cognosco aliquid, quocunque modo id fiat; sive e libris scriptis, legendo,* (unde apud Polyb. IX. 1. *οἱ ἀκούοντες* sunt lectores. conf. Krebs. ad Plutarch. de audiendis poëtis sub initium.) — vel *prælegentem audiendo,* Jacob. V. 11. *τὴν ὑπομονὴν Ἰὼβ ἠκούσατε* cognovistis e libris sacris exemplum constantiæ Jobi. — sive *ex traditione,* Matth. V. 43. *ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις* traditione a majoribus accepistis hoc præceptum. — sive *denique ex revelatione divina,* 2 Cor. XII. 4. *ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα* cognovit res, quæ verbis exprimi nequeunt. Interdum commode per *nosse, scire* verti potest, v. c. Matth. V. 21. — hanc esse nostis majoribus traditam disciplinam, v. 27, 33, 38. Joh. XII. 34. *ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου* constat nobis e litteris sacris. Galat. I. 13. *ἠκούσατε τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν.* IV. 21. Ephes. III. 2. Colos. I. 6. 4) *instituor, edoceor, disco.* Matth. XIII. 22. *ὁ τὸν λόγον ἀκούων* qui instituitur in doctrina christiana. Marc. IV. 15. Luc. XV. 1. *ἀκούειν αὐτοῦ* ejus doctrinæ audiendæ gratia. ib. XIX. 48. Joh. V. 30. *καθὼς ἀκούω, κρίνω.* ib. VI. 45. *πᾶς ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ μαθὼν* quicunque patris mei doctrinam audierit et didicerit. ib. VIII. 26. *ἃ ἤκουσα παρ᾽ αὐτοῦ* a Deo acceptam doctrinam. v. 40. XII. 47. XV. 15. Act. XV. 7. *διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη* ut gentilibus traderem doctrinam christianam. Rom. X. 14. *οὗ οὐκ ἤκουσαν* sine prævia institutione. ibid. v. 18. *μὴ οὐκ ἤκουσαν;* num ipsis non tradita est doctrina christiana? ibid. XV. 21. Ephes. I. 13. *ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας* cujus benigna voluntati etiam vos institutionem in religione christiana debetis. Colos. I. 23. Hebr. II. 1. *τοῖς ἀκουσθεῖσι* doctrinæ quam didicimus. Pertinet huc glossa Suidæ: *ἀκούω γενικῇ καὶ αἰτιατικῇ — — καὶ ὁ ἀκούων τὸν λόγον*

μου καὶ μὴ πιστεύων, τουτέστι διδασκόμενος, ὅτι τὸ ἀκούω, εἰ μὲν σημαίνει τὸ πυνθάνομαι καὶ μανθάνω, μετὰ αἰτιατικῆς συντάσσεται. 5) *intelligo, capio, sensum assequor.* Matth. II. 9. *οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως* intellecta regis mente. ib. XI. 15. *ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω* qui facultatem hos sermones intelligendi habet, utatur ea. ib. XIII. 9. qui potest hæc percipere, percipiat. v. 13. *ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσι* apertis auribus non intelligunt. Marc. IV. 33. *καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν* ut captus eorum erat. ib. VIII. 18. *ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε* non utimini facultate vestra intelligendi. Act. XXII. 9. *τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι* sensum verborum mecum loquentis non assequuti sunt. Rom. XI. 8. 1 Cor. XIV. 2. *οὐδεὶς γὰρ ἀκούει* nemo enim intelligit. Apoc. I. 3. Idem usus loquendi reperitur quidem etiam in Græcis Scriptoribus, v. c. Lucian. Parasit. T. II. p. 246. ed. Græv. Plutarch. de Puerorum Educatione c. 10. et aliis in locis, quæ collegit Reitzius ad Lucian. T. III. p. 848. sed dubitari non potest, N. T. Scriptores hanc hujus verbi *ἀκούειν* notionem ex Hebraica שָׁמַע petiisse. Genes. XI. 7. XLII. 23. 2 Regg. XVIII. 26. Ies. XXXVI. 11. quam et auctores librorum apocryphorum V. T. respexerunt. Sirac. XXV. 12. Baruch. II. 31. 6) *obtempero, obedio, audiens sum dicto, morem gero,* i. q. *ὑπακούω.* Matth. XVII. 5. *αὐτοῦ ἀκούετε* huic obedientiam denegare nolite. Joh. V. 24. VIII. 47. coll. 1 Joh. II. 29. Act. III. 23. — huic parebitis in omnibus. v. 23. IV. 29. VII. 37. Luc. XVI. 29. *ἀκουσάτωσαν αὐτῶν* hos sequantur. Interdum *τῆς φωνῆς* additur, sine ulla emphasi, ad imitationem formulæ Hebraicæ שָׁמַע לְקוֹל פְּלוֹנִי, Genes. III. 17. Jud. II. 3. v. c. Joh. X. 3. *καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει* ejus voci obediunt. v. 8, 16, 27. XVIII. 37. Eodem est significatio Hebraicæ vocis שָׁמַע, Deut. XIII. 3. וְלֹא־שָׁמְעוּ אֶל־מֹשֶׁה, Exod. XVI. 20. Quin etiam in Græcis Scriptoribus reperitur, v. c. Ælian. V. H. III. 16. *ὅτι λυσιτελέστερόν ἐστι τῶν Ἀθηναίων ἀκούειν.* Liban. Ep. 28. p. 65. Tzetzes ad Hesiod. Ἔργ. v. 213. *ἄκουε* explicat per *πειθόμενος ἴσο.* Conf. Musgrav. ad Eurip. Helen. v. 739. Atque *audire* apud Latinos (v. c. Cic. in Verr. IV. 12.) idem valere, Vechnerus docuit in Hellenolexia p. 484. ed. Heusing. 7) *assentior, credo, fidem habeo.* Matth. X. 14. *μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς λόγους ὑμῶν* vestramque doctrinam respuerit. Marc. VI. 11. Luc. X. 16. *ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει* qui vestram doctrinam admittit, meam admittit. Joh. IX. 27. *καὶ οὐκ ἠκούσατε* neque tamen mihi fidem habuistis. coll. v. 18. 1 Joh. IV. 5. *καὶ ὁ κόσμος αὐτῶν ἀκούει* homines pravi fidem habent his falsis doctoribus. v. 6. 8) *patienter, æquo animo audio.* Joh. VI. 60. *τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;* quis eum potest perferre? 9) *ἀκούειν τινὸς is* dicitur, *qui se ab aliquo corrigi et emendari patitur, aut monitis alicujus paret.* Matth. XVIII. 15. *ἐάν σου ἀκούσῃ* si male se fecisse agnoverit, aut si monitis tuis paruerit, coll. Luc. XVII. 3. ubi est: *ἐὰν μετανοήσῃ.* ib. v. 16. Eodem sensu nos in lingua vernacula formulam: **einen hören**, *to listen to some one,* usurpamus. 10) *audio attente, animum intendo, ausculto.* Marc. IV. 3. *ἀκούετε* aures porrigite attentas. ib. VII. 14. XII. 29. Act. II. 22. *ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους* ut benevole me disserentem audiatis, rogo. ib. VII. 2. XIII. 16. Eandem notionem אֹזֶן et הִקְשִׁיב habent, cui in vers. Alex. *ἀκούειν* respondet 2 Chron. XX. 15. Ies. XLVIII. 18. Job. XXX. 20. 11) sensu forensi: *examino alicujus causam, quæro ex aliquo, interrogationem instituo.* Joh. VII. 51. *μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρότερον;* num per leges nostras licet hominem damnare indicta causa et nondum cognita? Act. XXV. 22. *βουλοίμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι* vellem et ipse ejus causam examinare. 12) *auditum, facultatem audiendi recipio et recupero,* sensu physico. Marc. VII. 37. *καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν* surdis restituit facultatem audiendi. Matth. XI. 5. *κωφοὶ ἀκούουσιν* surdi auditum recipiunt. Luc. VII. 22. Fortasse non alienus est ab hac significatione locus Jerem. II. 31. וְאָזְנֵי חֵרְשִׁים תִּפָּתַחְנָה, Alex. *καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται.* 13) *ἀκούεσθαι divulgari, palam fieri.* Matth. XXVIII. 14. *ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος* si fama hujus rei ad aures præfecti pervenerit. Marc. II. 1. *καὶ ἠκούσθη, ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι* eum domum ingressum esse fama percrebuit. Luc. XII. 3. *ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται* palam aliquando fiet. Act. XI. 22. *ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα* pervenit harum rerum fama ad aures. 1 Cor. V. 1. *ἀκούεται ἐν ὑμῖν* fama fert, inter vos esse. 2 Paral. XXVI. 15. וַיֵּצֵא שְׁמוֹ עַד־לְמֵרָחוֹק Alex. *ἠκούσθη ἡ κατασκευὴ αὐτῶν ἕως πόῤῥω.* 14) *ἀκούειν τινὸς* Deus dicitur, vel: *quando annuit hominum precibus, eorumque conatus potentia sua adjuvat,* v. c. Joh. IX. 31. *ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει, ἀλλ'* ——— *τούτου ἀκούει* non adjuvat miraculis Deus impostorum fraudem, quorum patrandorum facultatem veris suis legatis largitur. ibid. XI. 41. *εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου* gratias tibi ago, quod me jam exauditum sentio, coll. v. 42. (Eodem sensu aures et auditum exteri quoque scriptores Deo tribuunt, v. c. Plato de Legibus IV. Hesiod. Ἔργ. 9. Ovid. de Ponto II. 9. Horat. Carm. Sæc. 39.) vel: *quando in eo est, ut jam misericordiæ suæ erga homines et providæ curæ edat specimina,* v. c. Act. VII. 34. *καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἤκουσα.* quam in rem e V. T. notanda sunt loca: Genes. XVI, 11. Exod. II. 24. Ps. IV. 4. et alia, quæ habet Glassius Philol. Sacra p. 964. ed. Dathii.

ἈΚΡΑΣΙ´Α, *ίας, ἡ,* 1) proprie *intemperies,* cui opponitur *εὐκρασία temperies, bona temperatura,* v. c. *ἀκρασία ἀέρος* apud Theophrastum (ab *α* negat. et *κρᾶσις mixtura, temperamentum,* a *κεράννυμι misceo*). Hanc propriam notionem Hesychius respexit: *ἀκρασίας· ἀνωμαλίας, παρὰ τὸ μὴ συγκεκρᾶσθαι.* 2) *intemperantia, incontinentia.* Plato Gorg. 80. 1 Cor. VII. 5. *διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν* per vitam vestram incontinentem. Opponitur *ἐγκράτεια,* apud Aristotel. Nicom. VII. 1. De intemperantia edendi legitur apud Ælian. V. H. I. 5. et in Menandri Fragm. p. 42. ed. Clerici, et de cupiditatibus apud Joseph. B. J. I. 1. 3) *cibus et potus, qui intemperanter sumitur.* Mat. XXIII. 25. *γέμουσιν ἀκρασίας* plena sunt bonis, quibus ad luxum abutuntur. Syrus h. l. voce generaliori ܒܥܘܠܐ *iniquitate* usus est. Secutus esse videtur lectionem *ἀδικίας,* quam habent h. l. codices nonnulli. Etym. M. 52. 2. *ἀκρασία πᾶν τὸ περιττὸν καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν. λέγεται δὲ καὶ τὸ μὴ κατὰ νόμους συνουσιάζειν.*

ἈΚΡΑΤΗ´Σ, *έος, οῦς, ὁ, ἡ,* 1) proprie: *invalidus, debilis, imbecillus, robur* seu *vires non habens, κράτος οὐκ ἔχων,* ut *χεὶρ ἀκρατὴς manus debilis.* Lucian. II. p. 112. Pha-

vor. ἀκρατὲς· ἀσθενές. 2) *intemperans, incontinens, qui immodice fertur ad aliquid;* subintelligitur ἑαυτοῦ, quasi *impos sui*, uti plene legitur apud Ælian. V. H. XI. 41. e lectione Perizonii. Sic v. c. ἀκρατὴς θυμοῦ, ὀργῆς, κέρδους, τιμῆς. Aristoteles Ethic. VIII. 4. Prov. XXVII. 20. Opponitur ἐγκρατής. Speciatim in N. T. ἀκρατὴς is dicitur, *qui voluptati indulgens frena laxat lascivis quibusque cupiditatibus.* 2 Tim. III. 3. Præterea non legitur. Polyb. VIII. 11. 2. ἀκρατέστατος πρὸς γυναῖκας. Legi merentur, quæ de hac voce Irmisch. ad Herodian. I. c. 8. § 4. p. 279. observavit, et Wetstenius in Notis ad N. T. T. I. p. 125.

ἌΚΡΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non dilutus, purus, merus, sincerus.* Compositum est ex α priv. et κεράννυμι *misceo.* Hesych. ἄκρατος· ἀμιγὴς, ἀσυγκέραστος. Sic οἶνος ἄκρατος legitur in vers. Alex. et Symmachi Fragmentis Ps. LXXIV. 9. et apud Galenum in Hippocr. de Prænot. II. Xenoph. Anab. IV. 5. 27. Deinde vero transfertur ad *omne, quod est purum, liquidum et immixtum,* sensu metaphorico, v. c. in Æschin. Dial. III. 17. ἡδοναὶ ἄκρατοι ἀπασῶν ἀλγηδόνων gaudia liquida et incorrupta. De qua notione conferendus est Thom. Gataker. Adversar. Miscell. c. V. p. 42. ed. Lond. Inde factum est substantivum

ἌΚΡΑΤΟΝ, ου, τὸ, *merum vinum, carens dilutione, non aqua dilutum,* et opponitur οἶνος κερασθείς. In hoc sensu semel legitur in N. T. Apoc. XIV. 10. τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου de *infuso mero,* ubi tamen *merum* metaphorice *pœnas divinas* notat. Cf. Glassii Philologia S. p. 1112. ed. Dath. In vers. Alex. Hebr. חֶמֶר, Ps. LXXV. 9. etiam חֵמָה, Jerem. XXV. 15. respondet.

ἈΚΡΊΒΕΙΑ, είας, ἡ, in universum *summum studium, exactam curam, exactam diligentiam circa aliquid* notat. Sic v. c. Sirac. XVI. 24. ἐν ἀκριβείᾳ ἀπαγγέλλω ἐπιστήμην diligenter, summa cum cura te instituam. Sirac. XLII. 4. ἀκρίβεια ζυγοῦ καὶ σταθμίων. In N. T. *severitatem, rigorem* notat. Act. XXII. 3. ubi Paulus se institutum esse dicit a Gamaliele κατὰ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου ad severissimam Judæorum disciplinam, nempe sectæ Pharisæorum, coll. c. XXVI. 5. et Joseph. B. J. I. 5. 2. et de vita sua c. 38. Sapient. XII. 21. μετὰ πόσης ἀκριβείας ἔκρινας τοὺς υἱούς σου;

ἈΚΡΙΒΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, *diligens, intentus, accuratus, rigidus,* interdum etiam *tenax* et *parcus.* Positivus nunquam legitur in N. T. sed superlativus ἀκριβέστατος, άτη, ον, *accuratissimus, severissimus, rigidissimus.* Act. XXVI. 5. ubi Paulus sectam Pharisæorum vocat αἵρεσιν ἀκριβεστάτην, h. e. præ se ferentem exactissimam et rigidissimam legis Mosaicæ et patriorum morum observationem, ut et minutissima observare videretur. Comparativus ἀκριβέστερον adverbialiter sumitur: *diligentius, exquisitius, accuratius,* et quater legitur in N. T. Act. XVIII. 26. ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδὸν plenius et accuratius exposuerunt ipsis doctrinam christianam. ib. XXIII. 15. ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ quasi velitis aliquid certius de eo cognoscere, et v. 20. ibid. XXIV. 22. ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ accuratius scire cupiens, quæ ad hanc doctrinam pertinerent.

ἈΚΡΙΒΟ'Ω, ῶ, ut ἀκριβάζω, in universum: *exacte, accurate et diligenter aliquid facio;* unde Hebraico חָקַק in Aquilæ Fragmentis respondet Ies. XLIX. 16. Sed in N. T. speciatim 2) notat: *diligenter inquiro et exploro, omni studio percontor vel sciscitor,* i. q. ἀκριβῶς ζητῶ, Dan. VII. 19. et ἀκριβῶς ἐξετάζω, Matth. II. 8. Aristotel. lib. V. de Gen. An. cap. 1. Hæc notio locum habet apud Matth. II. 7. ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον accurate percontatus est ab illis tempus: ubi Theophylactus ἀκριβοῦν per ἀκριβῶς ἀναμανθάνειν explicat. Isocratem quoque hac voce ita usum esse, observavit Grotius ad h. l. 3) ex adjuncto: *diligenti percontatione cognosco,* Matth. II. 16. κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν Μάγων pro temporis ex Magis cogniti ratione. Cf. Syrum ad Matth. II. 7. Etiam apud Græcos Scriptores ἀκριβοῦν τι *accurate cognitum habere aliquid* notat; vid. Ælian. H. A. III. 9. Strabo lib. VII. p. 496. Herodian. I. c. 11. 14. et quæ ibi Irmisch. T. I. p. 464. notavit. Xenoph. Œcon. XX. 10.

ἈΚΡΙΒΩ͂Σ. Adv. *diligenter, exacte, accurate, perfecte, exquisite.* Matth. II. 8. ἀκριβῶς ἐξετάζετε admodum sollicite sciscitamini. (Hesychius: ἀκριβολογεῖται, ἀκριβῶς ἐξετάζει.) Luc. I. 3. παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς omnia accurate examinanti. Act. XVIII. 25. ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου. Ephes. V. 15. βλέπετε, πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε operam date omni adhibita diligentia, ne quid a vobis omittatur aut negligatur: qui locus sine dubio causa fuit, cur *vita pia et voluntati divinæ respondens* vocata olim fuerit a Scriptoribus ecclesiasticis ἀκρίβεια, ut Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 165. docuit. In vers. Alex. τῷ הֵיטֵב, Deut. XIX. 18. respondet. 2) *certo, certissime.* 1 Thess. V. 2. αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε certissime nostis, satis enim superque vobis constat. Gloss. Vet. ἀκριβῶς οἶδα, *certe scio,* Lege: *certe scio.*

ἈΚΡΙ'Σ, ίδος, ἡ. *Locustis* omnibus commune nomen sic dictis (teste auctore Etym. M.) ab ἄκρα *cacumen, summitas,* propterea quod depascant summitates aristarum et plantarum et perdant, παρὰ τὸ ἄκρας τῶν ἀσταχύων καὶ τῶν φυτῶν νέμεσθαι, unde etiam locusta Arabice: جراد dicitur a جرد *avulsit, detraxit:* ut folia de ramis. Speciatim enim ἀκρὶς illud locustarum genus notat, quod est arboribus et frugibus noxium, (de quibus vide Don Ignacio de Assoy del Rio Abhandlung von den Heuschrecken, und ihren Vertilgungsmitteln, aus dem Spanischen übersetzt, und mit einem Anhang von den Biblischen Heuschrecken begleitet v. *A Treatise concerning Locusts, and the means of destroying them, translated from the Spanish, accompanied with an appendix on the locusts mentioned in the Scriptures,* O. G. Tychsen, Rostock 1787. 8.) vagum et instabile, et Hebraice גּוֹב, חָגָב אַרְבֶּה et יֶלֶק dicitur, quibus vocabulis respondet ἀκρὶς Deut. XXVIII. 38. Cohel. XII. 7. Amos VII. 2. Jer. LI. 14, 27. Locustæ lege Mosaica animalibus puris annumerabantur et eas comedere permissum fuit Judæis ex Levit. XI. 22. Orientalibus et Libyæ populis omnino esum locustarum receptum abunde testantur itineraria (v. c. Shawius in Itinerario p. 165 seq. et Niebuhr Præf. Descriptionis Arabiæ p. 37.) et jam olim testatus est Hieronymus in Jovianum Lib. 2. cap. 6. Plin. H. N. VI. c. 30. Commemorantur speciatim ἀκριδοφάγοι apud Photium

Bibl. p. 736. Æthiopiæ populi, qui ex locustis, tempore verno, flantibus Africo et Zephyro, ad se delatis, victum sibi parasse dicuntur, sale maxime illis conditis. His adde, quæ de usu locustarum apud veteres multo doctrinæ apparatu collegerunt Bochart. Hieroz. P. II. Lib. 4. c. 7. Joh. Ludolf. Hist. Æthiop. I. c. 13. et in Comment. ad eam p. 168. seqq. et Joh. Casaubonus Exercitt. Antibaron. XIII. 7. Nihil proinde mirum, si in N. T. legimus Matth. III. 4. Marc. I. 6. Johannem Baptistam in deserto locustas comedisse: quæ tamen loca plerique veterum diversimode, sed mire, (v. c. de *siliquis;* vid. Olai Celsii Hierobot. T. I. p. 229. et T. II. p. 74.) interpretati sunt, ut docuit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 169 seqq. Vide Clem. Gutherr D. de Victu Johannis Baptistæ in Deserto Commorantis. Frf. 1785. 4. Commemorantur præterea ἀκρίδες Apoc. IX. 3, 7. ubi tamen metaphorice *hostes crudeles et numerosi* intelligendi erunt.

ἈΚΡΟΑΤΗ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) *auditorium, quivis locus, in quo audiendi aliquid causa conveniunt,* speciatim locus, ubi suas publice olim recitabant lucubrationes (Arrian. Diss. Epictet. III. 23. 8.) ab ἀκροάομαι *audio, ausculto,* quod pro Hebr. קָשַׁב, Ies. XXI. 7. legitur in versione Alexandrina. 2) *locus judicii, ubi rei audiuntur et causæ ventilantur et dijudicantur,* **ein Gerichtssaal**, *a hall of justice.* Ita legitur in N. T. Act. XXV. 23. καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροατήριον, ubi ἀκροατήριον, ut omnis orationis series docet, est *locus, causis audiendis et cognoscendis destinatus,* quemadmodum Job. XXXV. 31. שֹׁמֵעַ ipse judex dicitur. Cf. Cangius in Gloss. T. I. p. 853. "Explicandus autem est Act. XXV. 23. locus," (liceat enim mihi verbis Krebsii ad Schoetgenii Lexicon N. T. in re præsenti, non meis, uti) "ex præsidum et procuratorum Romanorum more, quo παρέδρους h. e. assessores et consiliarios in causis judicandis sibi adsciscebant, in quibus non solum erant tribuni militum, qui semper erant in provinciali imperatoris aut præsidis consilio, sed etiam, ut h. l. dicuntur, ἄνδρες κατ' ἐξοχὴν ὄντες τῆς πόλεως, h. e. vel viri urbis præcipua aliqua dignitate conspicui, provinciæ præsidi, ut assessores, in consilium dati, vel cives Romani, in magna aliqua dignitate constituti, qui in provinciis negotiandi aut aliarum rerum causa commorabantur. Hos enim interdum etiam a provinciarum præfectis in consilium, honoris causa, fuisse adhibitos, vel e Ciceronis Verr. I. c. 29. constat."

ἈΚΡΟΑΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, proprie: *auditor,* sed in N. T. latius patet quam Latinum *auditor,* et *omnem, qui aliquid quovis modo didicit, callet et cognovit, sive audiendo, sive legendo,* significat. Rom. II. 13. οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, quibus nota est lex Mosaica, οἱ γνόντες τὸν νόμον. Tunc enim temporis, cum exempla scripta legis Mosaicæ in paucorum manibus versarentur, cognitio ejus maxime ex prælectionibus publicis comparabatur. Cf. Krebsii Comment. ad Plutarch. de Audiendis Poëtis sub init. et Observatt. Flav. p. 272. Jac. I. 22, 23, 25. ἀκροατὴς λόγου qui scientiam quidem religionis christianæ habet, sed sterilem et inefficacem, et opponitur ei ὁ ποιητὴς, qui ipso facto præstat, quod didicit et cognovit. Phavor. ἀκροατής· ὁ μαθητής.

ἈΚΡΟΒΥΣΤΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *præputium, ipsa pellicula, quæ glandem membri genitalis tegit,* ab Aristotele de Part. Animal. c. 13. ἀκροποσθία dicta: ab ἄκρος *extremus* et βύω vel βύζω *tego,* ὅτι τὸ ἄκρον βύει quod extremam pudendi partem tegat. Confer Etymol. M. 53. 47. Hebraice עָרְלָה dicitur Gen. XVII. 11, 14, 23—25. Sic legitur in N. T. Act. XI. 3. πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας ad viros præputium habentes, h. e. gentiles. 1 Macc. I. 16. καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίας sibi præputium attrahentes. 2) *status et conditio hominis non circumcisi.* Suid. ἀκροβυστία· τὸ μὴ περιτετμῆσθαι. Rom. IV. 10. ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; num jam circumcisus, an adhuc præputiatus? v. 11. ἡ πίστις ἡ ἐν ἀκροβυστίᾳ fidem, quam probavit, cum adhuc præputiatus esset. ib. οἱ πιστεύοντες δι' ἀκροβυστίας pagani, ad religionem christianam conversi. 1 Cor. VII. 18. ἐν ἀκροβυστίᾳ, scil. ὢν, seu ἀκρόβυστος. ib. v. 19. Galat. V. 6. Coloss. I. 11. 3) id quod ἀκρόβυστος, *is, qui præputium habet, non circumcisus, paganus, non Judæus,* qui Act. XI. 3. vocatur ἀνὴρ ἀκροβυστίαν ἔχων, abstracto pro concreto posito. Rom. II. 26. ἐὰν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ si pagani præcepta legis observant. Ibid. v. 25. (περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν perinde erit, ac si tu Judæus esses paganus.) et 27. Rom. III. 30. IV. 9. Galat. II. 7. εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας doctrina christiana paganis tradenda. Ephes. II. 11. οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία qui per contemtum præputiati vocabamini. Fuit enim עֲרֵלִים nomen contumeliosum, quo olim per contemtum utebantur Judæi adversus gentes exteras. Judd. XIV. 3. XV. 18. Ies. LII. 1. Ezech. XXVIII. 10. 4) Restat formula: ἀκροβυστία τῆς σαρκὸς, Coloss. II. 13. obvia, quæ vel ex quorundam sententia *statum et conditionem paganorum,* seu *paganismum* notat, vel *vitiositatem, cui Colossenses, olim pagani, dediti fuerunt,* (coll. Deut. X. 16. ubi ἀκροβυστία τῆς καρδίας dicitur, et cum σκληροκαρδία permutatur.) significat. Posterior sententia mihi quidem præferenda videtur, partim ob comma 11. ubi τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς opponitur ἡ περιτομὴ ἀχειροποίητος: partim ob Theodoreti auctoritatem, ad h. l. scribentis: ἀκροβυστίαν σαρκὸς τὴν πονηρίαν ἐκάλεσε· ut adeo omnis locus sit ita vertendus: *et vos miseros et infelices ob peccata et vitiositatem vestram, cui olim gentiles dediti eratis* etc. Cf. Fesselii Adversaria Sacra p. 112. et infra sub Περιτομή. —Suidas: ἀκροβυστία, τὰ μὴ περιτετμῆσθαι, περιτομὴ δὲ τὸ περιτετμῆσθαι τὸ ἄκρον.

ἈΚΡΟΓΩΝΙΑΙ'ΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, vi etymi: *angularis, in extremitate anguli constitutus, quoquo versum ille tendat.* Compositum enim est ex ἄκρος *extremus, summus,* et γωνία *angulus.* Sed in N. T. semper ita usurpatur, ut vel omissum sit λίθος, v. c. Ephes. II. 20. vel addatur, ut 1 Petr. II. 6. ἀκρογωνιαῖος λίθος, Hebraice אֶבֶן פִּנָּה, Ies. XXVIII. 16. et רֹאשׁ פִּנָּה Symmach. Psalm. CXVIII. 22. est *lapis, qui in extremitate anguli constitutus fundamenti loco* duos parietes sibi innixos sustinet et conjungit. Differt itaque a θεμελίῳ, a fundamento ipso, a quo diserte distinguitur Ephes. II. 20. et Jerem. LI. 26. quamquam jure inter eos lapides refertur, quibus tanquam fundamento innititur ædificium. Jam quia lapis angularis, *in conspicuo loco positus,* partim summam utilitatem præstat in quovis ædificio, et maxime necessarius est, partim duos invicem conjungit parietes, facile apparet, Christum 1 Petr. II. 6. et Ephes. II. 20. coll. v. 21. et 16. duplici

respectu λίθον ἀκρογωνιαῖον vocari, partim, quia est *summus et princeps religionis divinæ doctor a Deo in summo honore et dignitate constitutus*, coll. Ps. CXVIII. 22. Ies. XXVIII. 16. partim *quia in unam societatem religionis vinculis Judæos ac paganos conjunxit*, διὰ τὸ ἐπισφίγξαι περιτομήν τε καὶ ἀκροβυστίαν εἰς μίαν ἕνωσιν, ut verbis utar Epiphanii de Hæres. p. 324. Cf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 172. Extat hoc vocabulum, sed sine interpretatione in Lexico Suidæ.

'ΑΚΡΟΘΙ'ΝΙΟΝ, ίου, τὸ, aut, quod usitatius, ἀκροθίνια, ίων, τὰ, proprie 1) *summitas acervi frumenti*, ab ἄκρος et θὶν vel θὶς *acervus frumenti*. Jam quia primitiæ frugum ex summitatibus acervorum decerpi et offerri solebant, factum est, ut ἀκροθίνια 2) *primitiæ frugum, quæ Deo offerebantur*, dicerentur. Hesych. ἀκροθίνιον· ἀπαρχὴ τῶν θινῶν. θῖνες δέ εἰσιν οἱ σωροὶ τῶν πυρῶν ἢ κριθῶν. Schol. Eur. ad Phœniss. v. 213. κυρίως αἱ τῶν καρπῶν ἀπαρχαὶ παρὰ τὸν θῖνα, ὅ ἐστι τὸν σωρὸν τῆς ἅλω. Etym. M. 53, 9. Vide etiam Wetstenii Notas ad N. T. T. II. p. 408. Deinde vero 3) ἀπαρχαὶ dicuntur *primitiæ quælibet omnium aliarum rerum, quæ Diis dantur*, maxime *prædæ et spoliorum*, quas Latini *manubias* vocant, h. e. quidquid e præda delectum, velut primitiæ, Deo consecratur. Solebant enim veteres decimas hostilis prædæ sacris usibus devote dicare. Herodot. VIII. c. 121. IX. 8. Arrian. de Exped. Alex. M. I. c. 17. Hesych. σκῦλα, λαφύρων ἀπαρχαί. Schol. Eurip. l. l. καταχρηστικῶς δὲ λέγονται καὶ αἱ ἀπαρχαὶ τῆς λείας. Alberti Gloss. Gr. N. T. p. 174. ἀκροθινίων τῶν ἐκλεκτῶν εἰς ἀναφορὰν θεϊκὴν αἱ ἀπὸ πάντων λαμβανόμεναι ἀπαρχαί. Zonaras Lex. col. 112. ἀκροθινίων, σκύλων, λαφύρων. ὁ 'Απόστολος, ᾧ καὶ δεκάτην 'Αβραὰμ κ. τ. λ. In hoc sensu non solum legitur Hebr. VII. 4. ἐκ τῶν ἀκροθινίων e spoliis, detractis regibus prostratis, sed etiam apud Xenoph. Cyrop. VII. 5. 13.

"ΑΚΡΟΣ, ου, ὁ, summus, extremus. Neutrum τὸ ἄκρον sumitur substantive, ita, ut μέρος subintelligatur, pro *summa, extrema parte, extremitate*, in quamcunque vergat partem, sive superam, sive inferam, sive ad latera. Luc. XVI. 24. ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος ut extremum digiti sui intingat in aquam. Theocrit. Idyll. XIX. 2. pro ἄκρον τοῦ δακτύλου posuit ἄκρον δάκτυλον. Hebr. XI. 21. τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου extremum et summum baculi. קְצֵה הַמִּשְׁעֶנֶת Judd. VI. 21. קְצֵה הַמַּטֶּה 1 Sam. XIV. 27, 43. Matth. XXIV. 31. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν ab extremis finibus cœlorum usque ad extremos terminos eorum. Marc. XIII. 29. ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ. Utraque formula, qua Matthæus et Marcus usi sunt, de *toto terrarum orbe*, de *locis terrarum remotissimis* explicanda est, ob usum loquendi Hebraicum, Deut. IV. 32. לְמִקְצֵה הַשָּׁמַיִם וְעַד־קְצֵה הַשָּׁמָיִם· ibid XXVIII. 64. מִקְצֵה הָאָרֶץ וְעַד־קְצֵה הָאָרֶץ· Ies. XIII. 5. Jer. XII. 12. Themist. XIII. p. 179. ἐξ ἄκρας εἰς ἄκραν. Herodot. VII. 100. ἐξ ἐσχάτων ἐς ἔσχατα ἀπίκετο.—Etym. M. ἄκρον—ἡ εἰς ἔσχατον πέρας ἄφιξις, οὗτινος οὐκ ἔστιν ἐπέκεινα.

'ΑΚΥ'ΛΑΣ, ου, ὁ, *Aquila*. Est nomen proprium, origine Latinum, viri, gente Judæi, genere Pontici, Act. XVIII. 2. tentoriorum opificis, hominis religiosissimi, ab Apostolis ad religionem christianam conversi. Cum uxore Priscilla, Claudio imperante, qui omnes gente Judæos Roma ejecerat, anno Dionys. 48. Roma ejectus comitem se Paulo in itineribus et socium adjunxit in religione christiana propaganda, cum quo et anno circiter Dionys. 52. Romam rediit. Sæpius et cum laude in libris N. T. commemoratur, v. c. Act. XVIII. 2, 18, 26. Rom. XVI. 3. συνεργὸς Pauli vocatur. 1 Cor. XVI. 19. 2 Tim. IV. 19.

'ΑΚΥΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *auctoritate privo, abrogo, irritum reddo* (ab α priv. et κῦρος *plena auctoritas et imperium*; unde Κύριος *dominus*) idem quod ἄκυρον ποιῶ. Opponitur τῷ ἐπικυρόω vel κυρόω simpliciter, quod notat: *auctoritate sua et judicio aliquid ratum facere*. Matth. XV. 6. Marc. VII. 13. ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν institutis vestris humanis tollitis omnem auctoritatem legum divinarum. Galat. III. 17. νόμος οὐκ ἀκυροῖ lex non abrogat. Joseph. A. J. XVIII. 8. 8. ἀκυροῦν αὐτοκράτορος ἀνδρὸς ἐντολάς. Diod. Sic. XVI. 24. τὰ δόγματα τῶν 'Αμφικτυόνων ἀκυρώσει. Alia loca e Diodoro Siculo attulit Munthe in Observationibus in N. T. p. 67. In Aquilæ fragmentis Hebr. הֵפִיר respondet Num. XXX. 13. Alexandrini formula ἄκυρον ποιεῖν usi sunt Prov. I. 25. V. 7. Hesych. ἀκυρῶσαι· ψευδοποιῆσαι, καταργῆσαι.

'ΑΚΩΛΥ'ΤΩΣ. Adverb. *sine prohibitione aut impedimento, nullo vetante*, **frey, ungehindert und ungewehrt**; *free, not hindered, not prevented*: ex α priv. et κωλυτὸς *impeditus, retentus*. Semel tantum legitur in N. T. Act. XXVIII. 31. διδάσκων ἀκωλύτως docens nemine prohibente. Symm. Job. XXXIV. 31. de quo loco videnda Opuscula nostra Critica p. 162. Herodian. VIII. 2. 1. διέβησαν ἀκωλύτως, μηδενὸς ἐμποδὼν γενομένου. Dion. Halic. Ant. lib. V. c. 7. Adjectivum ἀκώλυτος legitur Sap. VII. 23. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀκωλύτως, *inprohibito, licenter*.

"ΑΚΩΝ, οντος, ὁ, ἄκουσα, ης, ἡ, *invitus, invita*. Est per crasin pro ἀέκων, ex α priv. et ἑκὼν *qui sponte aliquid facit, volens, voluntarius*. Legitur tantum 1 Cor. IX. 17. εἰ δὲ ἄκων si vero invitus tradam religionem christianam.

'ΑΛΑ'ΒΑΣΤΡΟΝ, ου, τό. Vox hæc, quæ tam in genere masculino quam neutro apud Græcos occurrit, proprie 1) ut jam observavit Casaub. Exc. XIV. 16. *alabastrum* h. e. *lapidem candore ac lævitate insignem*, significat, *ex quo vasa veteres excavabant*. Alias vocatur ὁ ἀλαβαστρίτης (ἀλαβαστρῖτις apud Athenæum lib. V. c. 39. p. 206., ἀλάβαστρος. Vid. Alberti ad Hesychium s. h. v. et Brunck ad Aristoph. Acharn. 1053.) λίθος, it. a Plinio appellatur *onyx*. 2) *vas unguentarium, quod ex alabastrite lapide ad unguenta a corruptione conservanda excavare solebant*; (Athen. VI. 19. XV. 13. Plin. H. N. XIII. 2. Martial. XI. 9.) ex aliorum opinione sic dictum, quia difficulter manibus prehenditur ob lævorem; ex α priv. et λαμβάνω *capio*: οὐ λαβέσθαι διὰ τὴν λειότητα ἀδύνατον, ut loquitur Methodius in Etymol. ex aliorum vero sententia ab α priv. et λαβὴ *ansa*, quod esset sine ansa, secundum Suidam, ἄγγος μύρου μὴ ἔχον λαβὰς, λίθινον, ἢ λίθινος μυροθήκη. Cf. Adami Obss. Theol. Philol. p. 168. Sed, ut recte demonstravit Spanhemius ad Callimachi Hymn. in Palladem p. 540. ἀλάβαστροι deinde latius usurpatur, et 3) in genere pro *quibuslibet vasis unguentariis* sumitur, ut adeo *vasculum* significet, *in quo unguenta condebantur*, sive *illud e lapide alabastrite*, ut plerumque, *formatum*,

sive *ex aliis materiis, lapide, vitro, auro* (Certe inter vasa aurea ἀλάβαστρον refert Athenæus lib. XIV. et Theocrit. Idyll. XV. 114.) etc. confectum. In quo consentientes habet Lexicographos veteres et Scholiastas. Schol. Theocriti Idyll. XV. 114. ἀλάβαστρα· σκεύη μύρων δεκτικά. Auctor Etym. M. ἀλάβαστρον· λήκυθος λιθίνη πρὸς μύρων ἀπόθεσιν — σκεῦος τὶ ἐξ ὑέλου, ἢ μυροθήκη. Pollux Onomast. VI. 19. 105. τὰ δὲ ἀγγεῖα τῶν μύρων λήκυθος μυρηρὰ, καὶ ἀλάβαστρον. In hac latiore significatione accipienda videtur hæc vox in N. T. Matth. XXVI. 7. ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα cum vase unguentario. Marc. XIV. 3. συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον. Erant enim vascula unguentaria sæpe orificio angustiore et obsignato, vid. Theophr. Char. 10. Pollux X. 11. ut adeo confractio, h. l. commemorata, non intelligenda sit de tota lagenula unguentaria, sed de superiore ejus parte, seu orificio obsignato, quod signum erat unguenti genuini et foris advecti. Luc. VII. 34. In vers. Alex. semel ἀλάβαστρος legitur 2 Regg. XXI. 13. Hebr. צַלַּחַת — Vide quoque Schneideri Lerit. Cx. L. Gr. s. h. v.

'ΑΛΑΖΟΝΕΙ'Α, ας, ἡ, *gloriatio, jactantia, ostentatio, arrogantia, qua quis sibi plus arrogat et tribuit, quam decet et in rei veritate est.* Jacob. IV. 16. νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν jam vero jactabundi, seu, pro vestra arrogantia, gloriamini. coll. 2 Macc. XV. 8. nisi in h. l. ἀλαζονείας per metonymiam effectus pro causa de *ipso prospero et florente rerum statu, divitiis,* explicare malis, quod pluralis ἀλαζονείαις suadere videtur. 1 Joh. II. 16. ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου. h. e. vel ostentatio facultatum, ad vitæ hujus sustentationem pertinentium, (cf. infra sub βίος) vel, quod mihi quidem ob seriem orationis magis placet, *nimia cupiditas, nimius rerum externarum amor,* qui arrogantiam et aliorum præ se contemtum gignere solet. Suid. ἀλαζονεία· ὑπερηφανία. Theophr. Char. 25. In vers. Theod. גַּאֲוָה Prov. XIV. 3. et in Symmachi reliquiis τῷ רַהַב Job. IX. 13. et שַׁאֲנָן Ies. XXXVII. 29. respondet: qui posterior locus confirmat quodammodo explicationem, ad Jacobi locum prolatam. Nam שַׁאֲנָן est: περισσεύειν ἀγαθοῖς, εὖ πάσχειν, εὐθύνειν. Cf. Intt. Gr. ad Job. III. 18. XXI. 24. Jer. XXX. 10.

'ΑΛΑΖΩ'Ν, όνος, ὁ, ἡ, *arrogans, bonis, quæ non habet, elatus, inanis jactator, ostentator,* ὁ μείζονα τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας κομπάζων καὶ φρονῶν, ut Schol. Aristoph. ad Equites v. 269. explicat. Bis legitur in N. T. Rom. I. 30. ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας· ubi Theodor. τοὺς οὐδεμίαν μὲν ἔχοντας πρόφασιν εἰς φρονήματος ὄγκον, μάτην δὲ φυσιωμένους. 2 Tim. III. 3. ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι. Suidas in voce ἀλαζονεία· παρὰ δὲ τῷ Ἀποστόλῳ τοὺς ἐφ' οἷς οὐκ ἔχουσιν αὐχοῦντας ὡς ἔχοντας ἀλαζόνας νοητέον. Alexandrini usi sunt hac voce Job. XXVIII. 8. pro שַׁחַץ, et Prov. XXI. 24. pro יָהִיר. Conf. Wetstenii Notas ad N. T. T. II. p. 29.

'ΑΛΑΛΑ'ΖΩ, fut. άξω. Verbum, ut videtur, fictitium ad sonum ἀλαλὰ, (Dorice pro ἀλαλή,) quæ erat vox inarticulata excitandi, quam milites vel pugnam endituri, vel post pugnam cum victoria redeuntes, edere solebant. Xenoph. Agesil. II. 10. Hist. Gr. IV. c. 3. 10. Polyæn. I. 20. 1. p. 48. VIII. 23. 2. p. 735. In universum deinde notat: *clamorem et sonum edere quemcunque,* sive *ob rem lætam,* et tunc *in jubila erumpere* vertendum est, ut Hebr. הֵרִיעַ Ps. XLVII. 1. LXXXI. 1. sive *ob rem tristem,* et tunc per *ejulare, lamentari, clamorem et sonum tristem edere* reddendum erit. Posteriorem notionem habet hæc vox Marc. V. 3, 8. κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά· ubi est i. q. ὀλολύζειν, et de præficis, nænias cantantibus, usurpatur. Sic ἀλαλαγμὸς Jerem. XXV. 36. Hebr. יְלָלָה, *ejulatus,* respondet, ac de balatu ovium ob pascua vastata ac pabuli defectum dicitur. Eodem modo הֵרִיעַ, quod, ut supra vidimus, in gaudio proprie usurpatur, sæpe de lamentis et ejulatu adhibetur, v. c. Ies. XV. 4. Micha IV. 9. Interdum etiam Alexandrini Intt. verbo ἀλαλάζειν expresserunt Hebr. הֵילִיל Jer. IV. 8. XXV. 34. quod Mich. I. 8. per θρηνῶ interpretati sunt. Cf. præterea Ez. Spanhem. ad Juliani Imp. Oratt. I. p. 234. 3) *tinnio, sonum inconditum et confusum profero et edo,* i. q. ἠχέω. 1 Cor. XIII. 1. ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον similis essem cymbalo tinnienti. Psellus de Operatt. Dæmon. p. 101. βάρβαρόν τινα γλῶσσαν ὑποτρύζειν ἀλαλάζουσα. Strabo l. X. ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει ex Æschyli Tragœdia deperdita ἠδωνοί. Alberti Gloss. N. T. p. 133, ἀλαλάζον εὔτονον, ἐξηχοῦν. — Hesych. ἀλαλάξατε· ἀναψώσατε τὴν φωνήν.

'ΑΛΑ'ΛΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Vox hæc probe distinguenda est ab ἀλαλητὸς, quæ est i. q. ἀλάλαγμα, apud Quint. Smyrn. I. 311. Male in Lexicis N. T. fere omnibus ἀλάλητον redditur *ineffabile, inenarrabile, quod verbis exprimi non potest:* nam hoc ἀνεκλάλητον dicitur. Ex analogia linguæ Græcæ (ἀκίνητον, *quod non movetur*) potius significat *id, quod ore non profertur, non verbis exprimitur, sed tacetur et occultatur.* Semel legitur in N. T. Rom. VIII. 26. ἐν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις desideriis animi, quæ pectore premuntur, nec voce proferuntur, occultis suspiriis. Cf. Lamb. Bos Exercitt. in N. T. p. 111. et Alberti Obss. Philol. in SS. LL. p. 310 seq.

"ΑΛΑΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Late patet hæc vox apud Græcos Scriptores. Significat enim non solum *mutum, qui plane caret facultate loquendi et sonum tantum inarticulatum edit,* sed etiam de eo dicitur, *qui linguæ est maxime impeditæ,* ita, ut aliquid quidem, sed magna cum difficultate, idque vix intelligibile et misere depravatum, proferre queat, quem Græci μογιλάλον vulgo vocant. Dubium videtur, utro modo hanc vocem in loco Marc. VII. 37. accipiamus, ob. v. 32. ubi commemoratur μογιλάλος, cui loquendi facultas a Christo reddita fuit. Sed fortasse rectius statuere ii videntur, qui utrumque locum de *muto,* proprie sic dicto, explicant. 2) per metonymiam: *qui aliquem mutum facit et reddit.* Marc. IX. 17. ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον a morbo correptum, qui eum mutum reddidit. ib. v. 25. Sic etiam *mors* apud Horat. I. Od. IV. 13. *pallida* dicitur, quia pallidos reddit, et Plutarch. de Orac. Def. p. 438. B. spiritum Delphicum, qui Pythiam mutam reddidit, appellat πνεῦμα ἄλαλον. Cæterum ἄλαλος in versione Alex. Hebr. אִלֵּם Ps. XXXVIII. 13. respondet, et adeo de eo usurpatur, *qui silet et obmutescit.* Ps. XXXI. 18.

"ΑΛΑΣ, ατος, τὸ, etiam ἅλς, ἁλὸς, ὁ. Utrumque enim vocabulum in singulari numero apud veteres occurrit de *sale condimento ciborum;* uti ex locis Homeri Il. IX. v. 214. Odyss. XVII. v. 455. contra Stephanum probavit Gataker. Adversar. Sacr. cap. 43. Legitur etiam

utrumque in N. T. et quidem ita, ut 1) *sal* notet, *quo cibi condiuntur et sapidi redduntur,* v. c. Matth. V. 13. ἐὰν τὸ ἅλας μωρανθῇ si vero sal fatuus factus fuerit, h. e. suam salsedinem seu acrimoniam naturalem amiserit. Marc. IX. 49. καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται et omnis victima sale conspergenda est. v. 50. et Luc. XIV. 33. καλὸν τὸ ἅλας bona res et utilis sal est. Sed sæpius tropice ad alia designanda adhibetur. Sic v. c. 2) metaphorice per metonymiam *hominem* significat, *qui vita sua pariter ac doctrina veram aliorum utilitatem et felicitatem promovet et in integritate vitæ conservat,* quemadmodum sal cibos condit et a corruptione immunes reddit. Sic Matth. V. 13. Christus ad Apostolos: ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς, h. e. præstate vos veros generis humani doctores. Vide ad h. l. Wetstenium T. I. p. 291. atque Grotium. 3) *sapientia et prudentia, quæ hominis vitam, mores et sermones moderatur,* et hoc modo aliquid ad aliorum felicitatem et integritatem confert. Donatus ad Terent. Eun. III. 1, 10. Sal neutraliter condimentum est, masculinum sapientia. Catull. Carm. 87. Marc. IX. 50. ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας semper instructi sitis vera sapientia et prudentia vitæ. Theodoret. Opp. T. III. p. 498. ed. Hal. per τὴν πνευματικὴν σύνεσιν explicat; et Pricæus ad Matth. V. 12. notat, Scholiastem ineditum in Bibliotheca Florentina habere: ἅλας παρὰ τὸ εὐαγγέλιον ἢ φρόνησις. 4) *ea ingenii vis, quæ, salvo veritatis studio, lepore et festivitate condit orationem, qua sermonibus suavitas quædam et gratia conciliatur ad aliorum promovendam utilitatem, urbanitas.* Cic. de Orat. II. c. 54. Orat. c. 26. Coloss. IV. 6. ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος sermo vester sit gratiosus et sale conditus, h. e. sermones vestri semper sint suaves et gratiosi et apti ad utilitatem Christianorum promovendam. coll. Eph. IV. 29. Conferri de hoc loco meretur Wakefield in Sylva Critica P. III. p. 128. seq.

ἈΛΕΙ΄ΦΩ, fut. είψω, 1) in universum: *lino, illino.* Herodot. III. 8. ἀλείφει τῷ αἵματι λίθους. 2) speciatim: *ungo, oleo vel unguento illino alium,* vel simpliciter positum, ut Marc. XVI. 1. Joh. XII. 3. vel additis vocibus ἐλαίῳ, Marc. VI. 13. Jacob. V. 14. et μύρῳ, Luc. VII. 38 et 46. Joh. XI. 2. ubi ἡ ἀλείψασα vertendum est: quæ postea unxit. Ἀλείφομαι in medio significat: *me ipse ungo, meum ipsius caput oleo vel unguento illino.* Matth. VI. 17. σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν. Judith. XVI. 10. Thucyd. IV. 68. Ælian. V. H. IX. 30. Fuit autem frequentissimus unctionis usus apud veteres, præsertim apud Judæos. In conviviis maxime et alio tempore læti animi testandi causa, caput suum unguentis perungere solebant. Mos adeo invaluerat, eorum pedes et capita inungendi, quibus honorem exhibere et contestari cupiebant. Judæis adeo receptum fuit, adhibere ægrotorum unctionem, partim ut oleo refectionis aliquid eorum corpori adferretur, partim ut hoc signo externo, cui preces adjunctæ erant, valetudo eorum restitueretur, non sine superstitione et ceremoniis incantatoriis. Confer. Lightfoot. Hor. Hebr. et Talm. in Matth. VII. 17. p. 305. Mortuorum denique unctio fiebat partim honoris exhibendi, partim corporum eorum a putredine conservandorum causa. Confer Geier. de Luctu Hebræorum cap. 21. Cæterum usi sunt Alexandrini hoc verbo non solum pro מָשַׁח, Gen. XXXI. 13. et סוּךְ, 2 Sam. XII. 20. sed etiam pro טוּחַ *linere, oblinere,* Ezech. XIII. 10. XXII. 28.

ἈΛΈΚΤΩΡ, ορος, ὁ, *gallus,* τὸ ζῶον τὸ κατοικίδιον, ut auctor Etymol. M. explicat. Ex α priv. et λέγω *cubo,* quod suo canto excitet homines ex suo cubili. Græcis frequentius ἀλεκτρυὼν vocatur, ut jam Thom. M. sub ἀλεκτρυὼν observavit: ad quem vero Hemsterhusius et alii exemplis docuerunt, ἀλέκτωρ fuisse olim vocabulum poëticum e Dorica dialecto in communem arcessitum, quo poëtæ lyrici, tragici, et comici usi fuerint. Sæpius legitur in N. T. Matth. XXVI. 35. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι priusquam gallus cecinerit. Marc. XIV. 30, 68, 72. Luc. XXII. 34, 60, 61. Joh. XIII. 38. XVIII. 27. coll. Alex. Prov. XXX. 31. ubi Aquil. et Theodot. habent ἀλεκτρυών. I. I. Altmanni miram opinionem de *buccinæ* et *buccinatoris* significatione, quam apud Græcos SS. et in N. T. locis vocabulis ἀλέκτωρ et ἀλεκτρυὼν subjiciendam esse, ostendere conatus est in Bibl. Brem. Cl. V. Fasc. III. copiose ac docte refutavit Joh. Doitsma in Museo Bremensi Vol. I. p. 377 seq.

ἈΛΕΚΤΟΡΟΦΩΝΙ΄Α, ας, ἡ, 1) *galli cantus, gallicinium.* Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀλεκτοροφωνία (ita enim scribendum est loco ἀλεκτοφωνία), *gallicinium.* Scribitur quoque ἀλεκτρυοφωνία, et apud Suidam ἀλεκτροφωνία. 2) *tertia noctis vigilia Judæorum, quam galli cantus finit, tempus nocturnum, quo galli experrecti canere incipiunt* et quod πρωΐα sequitur. Marc. XIII. 35. ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ, h. e. quæcunque noctis vigilia. Tempus autem, quo galli cantus edunt creberrimos, æquo circiter ab aurora et nocte media intervallo, etiam ab Hebræis vocabatur קְרִיאַת הַגֶּבֶר, ut Buxtorf. in Lex. Talmud. p. 384. docuit, et a Latinis Scriptoribus *gallicinium* (Ammian. XXII. 33.) dicebatur. His adde locum 3 Maccab. V. 23.

ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΥ΄Σ, έως, ὁ, *Alexandrinus.* Est nomen gentile, notans *eum, qui ex Alexandria oriundus est.* Ἀλεξανδρεία autem erat *urbs* Ægypti celeberrima, ad Nili ostium, quod Canopicum dicitur, sita, portuque gemino instructa atque ab Alexandro M. qui eam condidit, adpellata: cujus de laudibus plura collegit Barth. ad Zach. Mitylenæum p. 282 seq. Act. XVIII. 24. Judæus Apollo memoratur fuisse Ἀλεξανδρεὺς γένει Alexandrinus genere. Act. VI. 9. commemoratur συναγωγὴ Ἀλεξανδρέων, h. e. Synagoga, qua Judæi, Alexandriæ habitantes, utebantur. Ingens enim fuit Judæorum numerus, qui Alexandriæ consederant et κατ' ἐξοχὴν Ἀλεξανδρεῖς vocabantur, teste Josepho A. J. XIX. c. 5. § 2. τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰουδαίους Ἀλεξανδρεῖς λεγομένους.

ἈΛΕΞΑΝΔΡΙ͂ΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *Alexandrinus.* Est nomen derivatum, quod ejusdem cum præcedente originis et significationis est. Proprie notat 1) *civem Alexandrinum,* sed deinde etiam 2) ad res transfertur, *quæ Alexandria in alia loca transferuntur.* Act. XXVII. 6. XXVIII. 11. πλοῖον Ἀλεξανδρῖνον navis frumentaria, quæ Alexandria Ægypti Romam vehebatur. Navibus enim olim haud raro a provinciis et urbibus, ubi exstructæ fuerunt et unde venerunt, nomen datum fuisse, exempla navium Carthaginiensium apud Reinesium Inscriptt. Class. III. n. 21. Ægyptiarum, Syriacarum et Rhodiarum apud Cæsar. de B. C. III. 5. Corinthiacarum apud Herodot. VI. 89. et aliarum confirmant. Confer Gy-

raldus Lib. de navigiis cap. 17. Opp. T. I. p. 615. De navibus Alexandrinis speciatim copiose egit Wetstenius N. T. T. II. p. 638.

'ΑΛΕ'ΞΑΝΔΡΟΣ, άνδρου, ὁ, *Alexander*. Nomen proprium viri. Quatuor vero hoc insigniti nomine in N. T. leguntur, 1) *filius Simonis Cyrenæi*, qui crucem Christi portavit. Marc. XV. 21. τὸν πατέρα 'Αλεξάνδρου καὶ 'Ρούφου. 2) *unus ex sacerdotibus summis*, qui Apostolos examinavit. Act. IV. 6. 'Αλέξανδρον ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ. 3) *Judæus quidam*, in seditione Ephesiorum a plebe comprehensus et protractus, ut ad populum diceret, Act. XIX. 33. coll. v. 34. 4) *faber quidam ærarius*, a quo Paulus se multa mala perpessum fuisse queritur, 1 Tim. I. 20. 2 Tim. IV. 14. quem non fuisse Gnosticum, contra Moshemium Ven. Tittmann in libro: de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 148. docuit. Nonnulli statuunt, eum eundem esse cum Alexandro Samaritano, de quo Euseb. H. E. III. c. 20.

"ΑΛΕΥΡΟΝ, ου, τὸ, *far molitum, farina pura illa, cujus nondum usus fuit, cujuscunque sit frumenti aut leguminis*, ab ἀλεύω *molo*. Matth. XIII. 33. εἰς ἀλεύρου σάτα τρία. Luc. XIII. 21. Sæpius non legitur. Vulgo a Græcis Scriptoribus ἄλευρον ab ἄλφιτον distinguitur, sic, ut illud de *frumento*, hoc de *hordeo* dicatur: quam differentiam etiam Latini inter *farinam* et *polentam* constituerunt. Confer Hesych. ἄλευρα κυρίως τὰ τοῦ σίτου· ἄλφιτα δὲ τὰ τῶν κριθῶν — et Salmas. Exercitatt. Plinian. p. 328. qui ibidem p. 1037. docuit, ἄλευρον interdum etiam *massam, quæ fit ex farina conspersa*, notare. Adde Platon. Republ. II. p. 236.

'ΑΛΗ'ΘΕΙΑ, είας, ἡ, 1) *veritas* et quidem ea, quæ vulgo logica dicitur, et in *convenientia verborum cum re ipsa* consistit: quo sensu *veritas* apud Ciceronem Læl. c. 25. legitur. Phavor. ἀλήθεια· ἀπόφασις λέγουσα τὸ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς μὴ ὑπάρχον. Luc. XXII. 59. ἐπ' ἀληθείας, *profecto, revera*, i. q. ὄντως. Act. IV. 27. Marc. XII. 34. 2 Cor. XI. 10. ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοὶ est formula asseverandi et jurandi: *per Christum vobis affirmo*, verissima sunt, quæ dico. 1 Tim. II. 7. 1 Joh. I. 6. οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν a vero aberramus, i. q. v. 8. ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. ibid. II. 4. Hac significatione אֱמֶת sæpius legitur in V. T. v. c. Zach. VIII. 16. Jamblich. V. Pythag. 32. μετ' ἀληθείας πάσης ἀπεκρίνατο. 2) *convenientia rerum inter se*, seu *ipsa alicujus rei aut facti natura et ratio*, ut אֱמֶת, Deut. XXII. 20. Marc. V. 34. εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν narravit ei omnem rem, uti facta erat. Joseph. B. J. VII. 2. πυθόμενος παρ' αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Homer. Il. ω. 407. πᾶσαν ἀλήθειαν καταλέξω. Herodot. VIII. 82. Joh. V. 33. καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ et verum professus est. 2 Joh. v. 3. 3 Joh. v. 12. 3) *certitudo, certa persuasio*, seu *certa et indubitata signa et indicia, e quibus veritas colligi ac demonstrari potest*. Act. X. 34. ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι perspicue jam intelligo, ita, ut nullus dubitandi locus sit relictus. Jos. II. 12. 4) *perfectio, integritas*, ita, ut de rebus dicatur, quæ nomine suo maxime dignæ sunt, quibus nihil deest. Joh. I. 14. πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας plenus summa, excellentissima gratia ac benignitate. ibid. v. 17. ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια religio christiana, summum illud beneficium. Jerem. II. 21. זֶרַע אֱמֶת semen præstans, optimum. 5) *veracitas*, quæ et in consensione sermonis cum cogitatis, et in constantia in servandis promissis aut comminationibus consistit. Rom. III. 4. ἀλήθεια Θεοῦ veracitas Dei in servandis promissis. XV. 8. ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ ut fides Dei in promissis servandis appareret. Eph. V. 9. καὶ ἀλήθεια et veritatis studium. IV. 25. — veracitati studete. Eandem significationem habet Hebraicum אֱמֶת, Ies. XXXVIII. 19. Psalm. LXIX. 14. 6) *vera religio*, sive sit *naturalis* illa, Rom. I. 18. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων qui cum veri Dei cognitione pravitatem vitæ conjungunt — et v. 25. μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει verum Dei cultum cum idololatria permutarunt. coll. v. 19. seq. — sive *christiana*, Joh. VIII. 32. ubi ἀλήθεια i. q. λόγος Χριστοῦ v. 31. XIV. 17. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας spiritus ille divinus, qui vos veram doctrinam meam edocebit. XVII. 17, 19. 2 Cor. IV. 2. τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας tradenda vera religione divina. Gal. III. 1. Col. I. 6. 2 Thess. II. 10, 12. 1 Tim. II. 4. III. 16. 2 Tim. II. 18. Tit. I. 14. 1 Petr. I. 22. 2 Joh. I. 2. Hæc religio, a Christo tradita, sincera illa et pura doctrina divina, in N. T. ut modo multis exemplis comprobavimus, κατ' ἐξοχὴν ἀλήθεια dicta, aliis in locis vocatur ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας, 2 Petr. II. 6. ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, 2 Cor. VI. 7. Ephes. I. 13. Jacob. I. 18. — ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου, Galat. II. 5, 14. denique ὁ λόγος τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου, Coloss. I. 5. De religione Judaica etiam אֱמֶת interdum usurpatur, maxime in Psalmis, XXVI. 2. LXXXVI. 11. His adde testimonia veterum ecclesiæ doctorum, collecta a Suicero Thesaur. Eccles. Tom. I. p. 188. seq. 7) *integritas et sanctitas mentis et vitæ, probitas, pietas*, ad imitationem Hebraici אֱמֶת, Psalm. LI. 8. Joh. III. 21. ὁ ποιῶν ἀλήθειαν qui recte agit: opponitur enim τῷ φαῦλα πράσσοντι v. 20. Joh. VIII. 44. ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν deflexit a virtute et integritate sua. coll. 1 Joh. III. 8. Rom. II. 8. τῇ ἀληθείᾳ opponitur ἡ ἀδικία. 1 Cor. V. 8. εἰλικρίνεια καὶ ἀλήθεια vera et non fucata pietas. Ephes. IV. 21. V. 14. Jacob. V. 19. coll. v. 20. Tob. III. 5. Conf. Ludov. de Dieu Criticam S. p. 495. Speciatim vero ita dicitur 8) *justitia et æquitas*, ita, ut Deo æque ac hominibus tribuatur. Prioris exemplum est Rom. II. 2. κρίμα τοῦ Θεοῦ ἐστὶν κατ' ἀλήθειαν pœna divina eaque justa. Posterioris autem exemplum præbet locus 1 Cor. XIII. 6. συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ justitia et æquitate mirifice delectatur: ubi opponitur ἡ ἀδικία. Ita אֱמֶת sumitur Prov. XXIX. 14. Ies. LIX. 24. Psalm. XIX. 10. LXXXV. 11. 12. quæ vox haud raro per δικαιοσύνην redditur ab Alexandrinis, v. c. Genes. XXIV. 49. et ἀλήθεια in libris Apocryphis, Tob. III. 2. 1 Macc. VII. 18. Nec a linguæ Latinæ et Græcæ usu hanc significationem alienam esse, ex Cicer. XIII. ad Famil. 57. et iis, quæ Grævius in Lectt. Hesiodd. c. 6. et Irmisch. ad Herodian. Tom. I. p. 761. in hanc rem contulerunt, satis apparet. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀλήθεια, *justitia*. 9) *sinceritas, quæ omnem simulationem, dolum, fraudem et fucum excludit, candor animi*. Philipp. I. 18. εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, ubi ἀληθείᾳ est i. q. ἁγνῶς v. 16. et notat: *ingenue, bono consilio*. 1 Joh. III. 18. ubi ἐν ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ opponitur λόγῳ καὶ τῷ γλώσσῃ. Huc etiam referrem locum

Joh. IV. 23, 24. ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Ita אֱמֶת, Esther. IX. 30. Judd. IX. 15, 16.

'ΑΛΗΘΕΥ'Ω, fut. εύσω. 1) *vera loquor, veritatis studiosus sum*, i. q. alibi dicitur λέγω vel ποιῶ τὴν ἀλήθειαν. Galat. IV. 16. ἀληθεύων ὑμῖν cum veram religionem christianam vobis trado. Gen. XLII. 16. הָאֱמֶת אִתְּכֶם, Alex. εἰ ἀληθεύετε; Xenoph. Anab. IV. 4. 10. 2) *sincero sum animo*. Ephes. IV. 15. ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ sincero animo nos invicem diligamus. Phavor. ἀληθεύων λέγεις· ἀληθῆ λέγεις. Συντάσσεται τὸ ἀληθεύω καὶ αἰτιατικῇ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ· πάντα δὲ ἀλήθευσον. καὶ παρὰ Ξενοφῶντι· λέγειν οὐδὲν ὅ, τι ἂν μὴ ἀληθεύω — καὶ ἀληθεύει τοῦτο, ἀντὶ τοῦ ἀληθές ἐστι.

'ΑΛΗΘΗ'Σ, ὁ, ἡ, ἐς, τὸ, 1) *verus, veritati rei* seu *rei ipsi congruens et conveniens*. Joh. X. 41. πάντα δὲ ὅσα εἶπεν περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν tamen testimonium Johannis de persona Iesu verissimum fuit. ibid. XIX. 35. XXI. 24. Act. XII. 9. Tit. I. 13. ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθὴς sententia hæc ipso usu confirmatur. 1 Petr. V. 12. 1 Petr. II. 22. 1 Joh. II. 8. Neutrum ἀληθὲς eleganter ponitur pro adverbio ἀληθῶς *vere*. Joh. IV. 18. τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας recte dixisti. Herodian. III. 8. 2) *verus, qui talis est, qualem se profitetur*. Joh. VII. 18. οὗτος ἀληθής ἐστι καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν hic est verus doctor divinus nec impostor. 2 Cor. VI. 8. ὡς πλάνοι καὶ ἀληθεῖς tanquam impostores et tamen sumus veri legati divini. Matth. XXII. 16. 3) *verax, veritatis studiosus, fide dignus, qui fidem datam servat*. Matth. XXII. 16. ὅτι ἀληθὴς εἶ te esse veracem, i. q. Luc. XX. 21. ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις et ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις. Potest et verti: te esse eum, quem te profitearis. Vide n. 2. Joh. III. 33. ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν is, veracem Deum esse, facto suo confirmat. ibid. VIII. 26. Rom. III. 4. γινέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθής, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης si vel omnes homines mendaces reperirentur, tamen Deus fidem datam fallere nequit. Ita et Latinum *verus* pro *verace, veridico* ponitur apud Terent. Andr. II. 5, 12. Virgil. Æn. III. 310. VI. 456. 4) *firmus, ratus, vim juris habens*, rechtskräftig, *valid by law*. Joh. V. 31. ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθὴς in dubium vocari testimonium meum posset. Potest quoque verti: a vobis pro falso habetur seu reputatur, coll. VIII. 16. Joh. VIII. 13, 17. ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστι duorum hominum testimonium fidem habere publicam. LXX Gen. XLI. 32. ἀληθὲς τὸ ῥῆμα. Schol. ἕτοιμον τὸ ῥῆμα, βέβαιος ὁ λόγος, quæ verba sine dubio sunt ex aliis interpretibus desumta. In textu Hebr. legitur נָכוֹן. 5) *honestus, probus, rectus*. Philipp. IV. 8. ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ quidquid rectum est: quæ verba tamen alii cum Grotio reddunt: quidquid est a mala fide et mendacio alienum. Sic *verum* apud Latinos Scriptores, v. c. Horat. Epist. I. 1. 11. Vide Ludov. de Dieu Criticam. S. p. 501. 6) (ut Lat. *verus*. Vid. Burmann. ad Propert. p. 638.) *justus, æquitati conveniens*. Joh. VIII. 16. ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστι, h. e. judicium meum justum et æquum est: nam opponitur v. 16. τῷ κρίνειν κατὰ ὄψιν. Hesych. ἀληθής· δικαία ἢ δίκαιος. Thucyd. III. 56. οὐκ ἀληθεῖς κριταὶ ὄντες. Joseph. A. J. VI. 3. 2. τὰς κρίσεις οὐ πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ib. VII. 5. 4. Simili modo Hebraicum קֹשֶׁט *veritas* est ad rad. Arab. قسط *justus fuit*; et contra צָדַק *justus fuit* in lingua Arabica notat *verax fuit*.

'ΑΛΗΘΙΝΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) *verus, fide dignus, rei naturæ et veritati conveniens*. Joh. IV. 37. ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς comprobatur in vobis proverbium illud. ib. XIX. 35. καὶ ἀληθινὴ αὐτοῦ ἐστιν ἡ μαρτυρία. Apoc. III. 14. ὁ μάρτυς πιστὸς καὶ ἀληθινός. ib. XXI. 5. XXII. 6. 2) *genuinus, qui natura et vere est id, quod dicitur; qui talis est, qualis esse debet*: et opponitur fictitio et speciem modo præbenti. Joh. I. 9. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν erat doctor vere divinus. ibid. IV. 29. ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ veri Dei cultores. VI. 32. τὸν ἄρτον τὸν ἀληθινὸν cibum vere cœlestem. XVII. 3. τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, qui 1 Thess. I. 9. τοῖς εἰδώλοις diis fictitiis opponitur. 1 Joh. II. 8. V. 20. Apoc. III. 7. In aliis vero locis, quæ ad eandem significationem pertinent, ἀληθινὸν reddi potest per *certum, perenne, firmum et perpetuum, optimum, præstantissimum*. Luc. XVI. 11. τὸ ἀληθινὸν opponitur τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ, h. e. vanis et fluxis divitiis, adeoque *veras divitias cœlestes, non fluxas et vanas*, significabit. Joh. XV. 1. ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ ego sum vitis præstantissima. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 765. 3) *verax, promissis stans*. Joh. VII. 28. ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με verax est, qui me misit. 4) *integer, probus et sincerus*. Hebr. X. 22. μετ' ἀληθινῆς καρδίας mente integra et pura ab omni vitiositate. Ies. XXXVIII. 3. בֶּאֱמֶת וּבְלֵב שָׁלֵם Alex. μετὰ ἀληθείας ἐν καρδίᾳ ἀληθινῇ. coll. 1 Regg. VIII. 62. XI. 4. XV. 14. In aliis versionis Alex. locis ἀληθινὸς Hebr. תָּמִים, Deut. XXXII. 4. — יָשָׁר, Job. VIII. 6. et נָקִי, Job. XXVII. 17. respondet. Œcumen. in Epist. ad Ephes. VI. p. 694. ἀληθινός ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ μὴ ὑποκρινόμενος μηδὲ ἐπιμορφιζόμενος τὴν ἀρετήν. 5) *justus, æquus*. Apoc. VI. 10. ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινός, ubi confer sequentia. XV. 3. δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου juste et æque moderaris fata humana. XVI. 7. ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου. XIX. 2, 11. 6) *realis, non typicus*. Hebr. VIII. 2. καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς et templi illius cœlestis, quod adumbratum fuit tantum templo Hierosolymitano. coll. cap. IX. 25. Sæpius Scriptores ecclesiastici hujus ἀληθείας, quæ opponitur *umbris* et *ceremoniis legalibus*, mentionem faciunt, locis interdum plane alienis. Confer Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 190.

'ΑΛΗ'ΘΩ, fut. ήσω, *molo, molam manuariam circumago* (Hebr. טָחַן, Num. XI. 8. Jud. XVI. 21.), pro quo frequentius quidem Græci Scriptores ἀλέω ponunt; sed ideo non omnino repudiandum erat hoc verbum a Phrynicho p. 58. et Thoma Magistro p. 31. sub ἀλεῖν. Legitur enim ἀλήθω in Diodor. Sic. III. 13. Matth. XXIV. 41. δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι. Luc. XVII. 35. δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ duæ erunt commolentes, συναλήθουσαι. Gloss. συναλήθω, *commolo*. In utroque loco (sæpius enim non legitur in N. T.) priscorum consuetudinem Christus respexit. Olim enim mulieres seu ancillæ in molendina mittebantur et molam trusatilem circumagebant: Exod. XI. 5. Talis serva molendinaria, quæ erat infimæ conditionis, γυνὴ ἀλετρὶς dicitur Homero Odyss. XX. v. 105. confer Warnekros Entwurf der Hebräischen Alterthümer, p. 202. Etym. M. ἀλήθω· τὸ ἐπὶ τῆς μύλης σῖτον ἢ

κριθὴν ἀλευροποιεῖν, ἀπὸ τοῦ ἀλῶ, ἀλήθω, ὡς πρῶ, πρήθω, νῶ, νήθω κ. τ. λ. Idem Phavor. Vide etiam notata de hac voce a Wetstenio in notis ad N. T. T. I. p. 505. et Gœtzium de Pistrinis Veterum Lips. 730. 8.

ἈΛΗΘΩ͂Σ. Adverb. 1) *vere, revera, re ipsa,* ita, ut ad alicujus rei naturam et essentiam referatur. Matth. XIV. 33. ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ. XXI. 73. Joh. I. 48. ἀληθῶς Ἰσραηλίτης pro ἀληθινὸς Ἰσραηλίτης en! verum et genuinum Israëlitam. 2) *vere, veraciter,* ita, ut ad sermonem et orationem referatur. Luc. IX. 27. λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς hoc enim vobis assevero. XII. 44. XXI. 3. Joh. IV. 18. secundum lectionem quorundam codd. 3) *certo, certis indiciis, idoneis argumentis.* Joh. VII. 26. μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν; num forte certis indiciis cognoverunt? XVII. 8. Act. XII. 11. νῦν οἶδα ἀληθῶς, Hebr. עַתָּה זֶה יָדַעְתִּי, 1 Regg. XVII. 24.

ἉΛΙΕΥ͂Σ, έως, ὁ, 1) *piscator,* Hebr. דַּיָּג Ies. XIX. 8. Jer. XVI. 16. et דַּוָּג Ezech. XLVII. 10. ab ἅλς *mare.* Hesych. ἁλιεῦσι θαλαττουργοῖς ἢ ἰχθυοθηρευταῖς. Matth. IV. 18. Marc. I. 16. ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς. 2) metaphorice: *qui sibi vel aliis aliquid comparat et conciliat.* Matth. IV. 19. Marc. I. 17. ἁλιεῖς ἀνθρώπων qui institutione sua religioni christianæ plures sectatores conciliant; non tamen sine respectu ad externam apostolorum conditionem. Hoc metaphorico sensu et θηρᾶν apud Xenoph. Mem. II. 6. 8. Platonem in Sophista c. 8 et 9. et *venari* apud Latinos occurrit. Confer Burmann. ad Phædr. IV. 4. p. 172. et Wetstenii N. T. T. I. p. 277.

ἉΛΙΕΥ͂Ω, fut. εύσω, (pro quo, teste Phavorino, frequentius ἁλιεύομαι dicitur) *piscor, pisces capio,* Hebr. דּוּג, Jerem. XVI. 16. Semel legitur in N. T. Joh. XXI. 4. ὑπάγω ἁλιεύειν abeo piscatum.

ἉΛΙ´ΖΩ, fut. ίσω, (ab ἅλς, ἁλὸς, *mare, sal.*) 1) *sale condio, sale conspergo, salio;* pro quo et ἁλατίζω reperitur, sed raro, v. c. apud Vet. Schol. in Rhet. Aristot. II. c. 23. p. 46. Marc. IX. 49. ἁλὶ ἁλισθήσεται *sale conspergetur.* Bene distinguenda est hæc vox ab ἁλίζω *congrego, colligo,* ab adverbio ἅλις *confertim, coacervatim,* descendens, de qua infra sub συναλίζω uberius dicendi locus erit. 2) ἁλίζομαι *salsedinem, saporem recipio.* Matth. V. 13. ἐὰν μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; qui si perdiderit saporem et salsedinem, quomodo eam recuperabit? i. e. non erit, quo corrigatur. — Alii vertunt: quomodo cibi condiendi erunt? Sed priorem interpretationem præferendam esse, docet locus parallelus Marc. IX. 50. ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; Jam vero quia quælibet victima, Deo offerenda e præscriptis legis Mosaicæ (Levit. II. 13.), antea sale conspergenda erat, ob vim lustrandi, quam sali veteres inesse opinabantur, factum est, ut ἁλίζειν 3) metaphorice significaret: *aliquem morti et perniciei destinare* aut *consumere, perdere, delere,* et ἁλίζεσθαι *consumi, perdi, deleri.* Marc. IX. 49. πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται omnis enim impius igne pereat necesse est, quemadmodum victima sale conspersa interficitur. Eandem significationem habet Heb. נִמְלַח Ies. LI. 6. כִּי־שָׁמַיִם כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ cœli sicut fumus evanescent. Esra IV. 14. Jerem. XXXVIII. 11, 12.

ἈΛΙ´ΣΓΗΜΑ, τος, τό. Vox hæc mera Hellenistica, quæ apud reliquos Scriptores Græcos non occurrit, in universum *quamvis pollutionem et inquinationem,* sive physicam et legalem, sive moralem significat; ab ἀλισγέω quod Hesychius per μολύνω et μιαίνω explicat, et Sirac. XL. 43. (ἀλισγεῖν ψυχὴν) Daniel. I. 8. Malach. I. 7. 12. (ubi Hebr. גָּאַל respondet) legitur. Speciatim vero significat *inquinationem* legalem, quæ est per nutrimenta vetita, de quibus lex Mosaica agebat: id quod luculenter apparet e loco Act. XV. 20. ubi verba: ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων vertenda sunt: a pollutione per carnes ex victimis paganorum residuas, propterea quod v. 29. per verba ἀπὸ εἰδωλοθύτων, illorum loco posita, ab ipso auctore sunt explicata. Neque hoc fugit Lexicographos vett. qui omnes hunc locum respexerunt. Hesychius enim vocem ἀλισγημάτων explicat per τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν, ubi confer. Ernesti; Suidas per τῶν μιασμάτων ἐκ μυσαρᾶς τῶν εἰδώλων θυσίας — denique Alberti Glossarium N. T. τῶν μεταλήψεων τῆς μιαροφαγίας.

ἈΛΛΑ´. Conjunctio, tam inter *copulativas,* quam inter *adversativas* a Grammaticis numerata, de cujus vario apud Scriptores Græcos usu eleganter disputavit Devarius in libro: de Græcæ L. Particulis, ex edit. Reusmann. p. 1, seq. Nos potiores ejus significationes, in libris N. T. obvias, dabimus: nam omnem rem exhaurire difficultas judicii, de ea in singulis locis constituendi, non permittit. 1) *sed, sed etiam.* Matth. VII. 21. VIII. 4. IX. 13, 17, 24. 1 Cor. X. 24. ἀλλὰ sed etiam. Deficit in hac significatione Tit. II. 3. ante καλοδιδασκάλους et III. 2. ante ἐπιεικεῖς. 2) *ast, verum, at.* Matth. IX. 18. XXIV. 6. ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος. Marc. IX. 22. XIII. 20. XIV. 28, 36. Ita ἀλλὰ etiam apud Græcos Scriptores objectionibus et oppositionibus servit: confer Devarium l. l. p. 8, seq. 3) *e contrario.* Matth. XX. 26. ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ e contrario qui cupiat. v. 28. οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. Marc. XI. 32. 4) *quin etiam, adeo.* Matth. XXI. 21. Luc. XII. 7. ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες κ. τ. λ. Joh. XVI. 2. Act. XIX. 2. ἀλλ' οὐδὲ ἠκούσαμεν adeo ne audivimus quidem. 1 Cor. III. 2. ἀλλ' οὐδὲ νῦν ne nunc quidem. 2 Cor. VII. 11. 5) *quam potius, sed potius,* inprimis præcedente particula negandi. Mat. IV. 4. V. 15, 17, 39. VI. 13. X. 20, 34. XV. 11. XVII. 12. XVIII. 30. Marc. IX. 37. XVI. 7. Joh. VII. 16. Act. V. 4. 1 Cor. X. 24. 2 Cor. VIII. 5. Ita כִּי Gen. XLV. 8. Exod. XVI. 8. et כִּי־אִם Jerem. VII. 23. E Græcis Scriptoribus huc pertinent loca: Herodot. III. c. 151. IX. 6. 6) *nisi, præter.* Matth. XIX. 11. XX. 23. ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται nisi quibus destinata fuerit. Marc. IX. 8. ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, (in loco parallelo Matth. XVII. 8. εἰ μὴ positum est). Hinc Alexandr. Hebr. אִם לֹא per ἀλλὰ reddiderunt Genes. XXIV. 38. 7) *tamen, sed tamen.* Joh. XVI. 20. 1 Cor. IV. 15. VIII. 6. IX. 2, 12. 2 Cor. XIII. 4. Coloss. II. 5. Hanc significationem ἀλλὰ etiam apud Græcos habet, præsertim si particulæ εἰ respondet. Confer Blackwall. Tom. II. Class. Sacr. p. 54. et כִּי־אִם Num. XXIV. 22. ut אֲבָל Daniel. X. 21. 2. Paral. XXXIII. 17. 8) *vel, aut,* i. q. ἤ, maxime in interrogationibus. Matth. XI. 8, 9. ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; aut ad quidnam videndum exiistis? Arrian. Epictet. p. 64. Andocides Orat. III. p. 273. 9) *igitur, ideo, itaque.* Act. X. 20. XXVI. 16. Eph. V. 24. 2 Cor. VIII. 7. Galat. II. 14. 1 Joh. II. 27. ad imitationem Hebraici כִּי־אִם 1 Regg. XX. 6. Ies.

itineris me adjungo. Matth. IV. 25. VIII. 1, 10. *καὶ εἶπε τοῖς ἀκολουθοῦσιν* dixit ad comitantes seu circumstantes. XII. 15. XXVII. 55. Marc. V. 24. X. 52. *καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ἐν τῇ ὁδῷ.* 1 Cor. X. 4. *ἐκ — ἀκολουθούσης πέτρας,* h. e. aquam ex rupe fluvii instar stillantem et ad latus Judæorum fluentem. Vide Pearcium in Commentario ad h. l. et Ælian. V. H. XII. 40. *ὕδωρ ἠκολούθει Ξέρξῃ τὸ ἐκ τοῦ Χοάσπου.* 3) metaphorice: *partes alicujus sequor, alicujus sectator et discipulus sum* seu *fio.* Matth. IV. 20. *ἠκολούθησαν αὐτῷ* se illi discipulos adjunxerunt. v. 22. *ἠκολούθησαν αὐτῷ* illum doctorem sequuti sunt. ibid. IX. 9. *ἀκολούθει μοι* sectare me. XIX. 27, 28. Marc. I. 18. VIII. 34. *ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν* qui vult meus discipulus fieri. IX. 38. Joh. I. 41. VIII. 12. *ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ* qui meam doctrinam amplectitur. In hoc sensu *ἀκολουθεῖν τινι* in N. T. formulæ Hebr. הָלַךְ אַחֲרֵי פְּלוֹנִי respondet, ut e loco insigni 1 Regg. XIX. 20, 21. satis apparet. Causa vero hujus loquendi usus e consuetudine veterum doctorum apud Hebræos et Græcos petenda est, qui semper, corona discipulorum stipati incedebant et proficiscebantur, ut haberent, cum quibus de rebus humanis et divinis colloquerentur. 4) *imitor aliquem, me ad alicujus exemplum compono et conformo.* Matth. X. 38. *καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου* et hoc modo mea vestigia legit. ib. XVI. 24. *καὶ ἀκολουθείτω μοι* et ita exprimat meum exemplum. Luc. IX. 23. Joh. XII. 26. *ἐμοὶ ἀκολουθείτω* me imitetur in perferendis malis: coll. v. 25. Illustrari commode potest hic loquendi usus e plurimis V. T. locis, v. c. Exod. XXIII. 2. לֹא־תִהְיֶה אַחֲרֵי־רַבִּים לְרָעֹת, et 2 Regg. XIII. 2. וַיֵּלֶךְ אַחַר חַטֹּאת יָרָבְעָם. Patrum explicationes huc pertinentes collegit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 162 seq. 5) Accipitur hæc vox de præmiis et pœnis, quæ virtutem et vitiositatem post hanc vitam excipiunt. Apoc. XIV. 13. *τὰ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν* justa pietatis suæ præmia reportabunt; sunt sua ipsi virtute felices. coll. Sophocl. Philoct. v. 1437. Apoc. XVIII. 5. *ὅτι ἠκολούθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ* nam peccata Babylonis in tantum excreverunt cumulum, ut ipsum Deum judicem ad vindictam provocaverint. — Cæterum observandum est, Scriptores N. T. quamquam in plurimis locis Græcorum usum loquendi imitantes *τῷ ἀκολουθεῖν* dativum personæ addant, interdum tamen ei genitivum, præcedente *ὀπίσω* (Matth. X. 38. et secundum nonnullos codices Marc. VIII. 34.) vel *μετὰ* (Apoc. VI. 8. XIV. 13.), jungere solere. Utrumque pleonastice addi, ut Hebraicam particulam אַחֲרֵי post הָלַךְ, multis exemplis docuit Blackwall. Auct. Class. p. 419. ed. Woll. Sed nec desunt exempla hujus constructionis apud Græcos Scriptores. Sic v. c. *τῷ ἀκολουθεῖν* jungit *ὄπισθεν* Callimachus Hymn. in Del. v. 19. *κατόπιν* Polyb. I. 27. Aristoph. Plut. v. 13. plane, ut Sallust. B. I. c. 59. post gloriam sequi invidiam. Præpositionem vero *μετὰ* interdum addi *τῷ ἀκολουθεῖν*, partim ex Eurip. Medea v. 1143. partim e locis veterum apparet, quæ Gottleber ad Platonis Menex. p. 64. et Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 824. collegere.

'ΑΚΟΥ'Ω, *ούσω,* 1) *audio, auribus percipio.* Persona, ex qua aliquid auditur, plerumque collocatur in genitivo, ita, ut præpositio *ἐκ,* *παρὰ,* *ἀπὸ* subintelligenda sit, v. c. Act. I. 4. *ἣν ἠκούσατέ μου* quam audivistis a me. (Theophr. Char. c. 9.) Res vero, quæ auditur, ponitur in accusativo. Matth. XI. 4. *ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε.* Interdum tamen etiam genitivus rei additur; eum vero non ab omisso substantivo ejusdem originis *ἀκοὴ*, sed ab omissa præpositione *ἐκ* vel *περὶ* pendere, Zeunius ad Vigerum de Idiotismis Gr. L. p. 219. observavit. Marc. XIV. 64. *ἠκούσατε τῆς βλασφημίας* audivistis blasphemiam. Joh. V. 28. *ἀκούσονται φωνῆς αὐτοῦ.* Sæpius autem in N. T. in hac propria notione *ἀκούειν* legitur, v. c. Matth. II. 18. VIII. 10. IX. 12. X. 27. *ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε* quæ ego vos privatim doceo. Ibid. XI. 14. XII. 19. XXI. 16. Marc. VI. 20. *ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε* et lubenter eum disserentem audivit. Luc. VI. 27. *οἱ ἀκούοντες* auditores. Joh. III. 8. V. 25. IX. 32. *οὐκ ἠκούσθη* inauditum est. Act. XVI. 14. *ἤκουεν* inter auditores erat. 1 Cor. II. 9. Apoc. XVIII. 22. Pertinet huc etiam formula: *ἀκοῇ ἀκούειν* audiendo audire, posita pro simplici *ἀκούειν.* Matth. XIII. 14. *ἀκοῇ ἀκούσετε* — שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ, Job. XIII. 17. 2) *rescisco, audiendo comperio, audio aliquid ex fama vel rumore,* ich bringe etwas in Erfahrung, *I bring something to knowledge,* or *to experience.* Matth. II. 3, 22. *ἀκούσας δὲ* cum autem comperisset. ib. IV. 12. XI. 2. — quum fama accepisset in carcere, quæ Christus ageret. Ibid. XIV. 13. XXII. 7. XXIV. 6. Marc. III. 21. V. 27. VI. 14. Act. IX. 13. *ἀκήκοα* (de qua forma vid. Maittaire de Dial. L. Gr. p. 70 seq. ed. Sturz.) Ibid. VII. 12. *ἀκούσας ὄντα* pro *εἶναι.* ibid. XV. 24. XXIII. 16. Galat. I. 23. *ἀκούοντες ἦσαν* hic rumor apud illos erat. Philem. v. 15. Hinc in universum. 3) *cognosco aliquid, quocunque modo id fiat;* sive *e libris scriptis, legendo,* (unde apud Polyb. IX. 1. *οἱ ἀκούοντες* sunt lectores. conf. Krebs. ad Plutarch. de audiendis poëtis sub initium.) — vel *prælegentem audiendo,* Jacob. V. 11. *τὴν ὑπομονὴν 'Ιὼβ ἠκούσατε* cognovistis e libris sacris exemplum constantiæ Jobi. — sive *ex traditione,* Matth. V. 43. *ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις* traditione a majoribus accepistis hoc præceptum. — sive *denique ex revelatione divina,* 2 Cor. XII. 4. *ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα* cognovit res, quæ verbis exprimi nequeunt. Interdum commode per *nosse, scire* verti potest, v. c. Matth. V. 21. — hanc esse nostis majoribus traditam disciplinam, v. 27, 33, 38. Joh. XII. 34. *ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου* constat nobis e litteris sacris. Galat. I. 13. *ἠκούσατε τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν.* IV. 21. Ephes. III. 2. Colos. I. 6. 4) *instituor, edoceor, disco.* Matth. XIII. 22. *ὁ τὸν λόγον ἀκούων* qui instituitur in doctrina christiana. Marc. IV. 15. Luc. XV. 1. *ἀκούειν αὐτοῦ* ejus doctrinæ audiendæ gratia. ib. XIX. 48. Joh. V. 30. *καθὼς ἀκούω, κρίνω.* ib. VI. 45. *πᾶς ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ μαθὼν* quicunque patris mei doctrinam audierit et didicerit. ib. VIII. 26. *ἃ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ* a Deo acceptam doctrinam. v. 40. XII. 47. XV. 15. Act. XV. 7. *διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη* ut gentilibus traderem doctrinam christianam. Rom. X. 14. *οὗ οὐκ ἤκουσαν* sine prævia institutione. ibid. v. 18. *μὴ οὐκ ἤκουσαν;* num ipsis non tradita est doctrina christiana? ibid. XV. 21. Ephes. I. 13. *ἀκούσαντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας* cujus benigna. voluntati etiam vos institutionem in religione christiana debetis. Colos. I. 23. Hebr. II. 1. *τοῖς ἀκουσθεῖσι* doctrinæ quam didicimus. Pertinet huc glossa Suidæ: *ἀκούω γενικῇ καὶ αἰτιατικῇ* — — *καὶ ὁ ἀκούων τὸν λόγον*

μου καὶ μὴ πιστεύων, τουτέστι διδασκόμενος, ὅτι τὸ ἀκούω, εἰ μὲν σημαίνει τὸ πυνθάνομαι καὶ μανθάνω, μετὰ αἰτιατικῆς συντάσσεται. 5) *intelligo, capio, sensum assequor.* Matth. II. 9. *οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως* intellecta regis mente. ib. XI. 15. *ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω* qui facultatem hos sermones intelligendi habet, utatur ea. ib. XIII. 9. qui potest hæc percipere, percipiat. v. 13. *ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσι* apertis auribus non intelligunt. Marc. IV. 33. *καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν* ut captus eorum erat. ib. VIII. 18. *ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε* non utimini facultate vestra intelligendi. Act. XXII. 9. *τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι* sensum verborum mecum loquentis non assequuti sunt. Rom. XI. 8. 1 Cor. XIV. 2. *οὐδεὶς γὰρ ἀκούει* nemo enim intelligit. Apoc. I. 3. Idem usus loquendi reperitur quidem etiam in Græcis Scriptoribus, v. c. Lucian. Parasit. T. II. p. 246. ed. Græv. Plutarch. de Puerorum Educatione c. 10. et aliis in locis, quæ collegit Reitzius ad Lucian. T. III. p. 848. sed dubitari non potest, N. T. Scriptores hanc hujus verbi *ἀκούειν* notionem ex Hebraica שָׁמַע petiisse. Genes. XI. 7. XLII. 23. 2 Regg. XVIII. 26. Ies. XXXVI. 11. quam et auctores librorum apocryphorum V. T. respexerunt. Sirac. XXV. 12. Baruch. II. 31. 6) *obtempero, obedio, audiens sum dicto, morem gero,* i. q. *ὑπακούω.* Matth. XVII. 5. *αὐτοῦ ἀκούετε* huic obedientiam denegare nolite. Joh. V. 24. VIII. 47. coll. 1 Joh. II. 29. Act. III. 23. — huic parebitis in omnibus. v. 23. IV. 29. VII. 37. Luc. XVI. 29. *ἀκουσάτωσαν αὐτῶν* hos sequantur. Interdum *τῆς φωνῆς* additur, sine ulla emphasi, ad imitationem formulæ Hebraicæ שָׁמַע לְקוֹל פְּלוֹנִי, Genes. III. 17. Jud. II. 3. v. c. Joh. X. 3. *καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει* ejus voci obediunt. v. 8, 16, 27. XVIII. 37. Eodem est significatio Hebraicæ vocis שָׁמַע, Deut. XIII. 3. וְלֹא־שָׁמְעוּ אֶל־מֹשֶׁה, Exod. XVI. 20. Quin etiam in Græcis Scriptoribus reperitur, v. c. Ælian. V. H. III. 16. *ὅτι λυσιτελέστερόν ἐστι τῶν Ἀθηναίων ἀκούειν.* Liban. Ep. 28. p. 65. Tzetzes ad Hesiod. Ἔργ. v. 213. *ἄκουε* explicat per *πειθόμενος ἴσο.* Conf. Musgrav. ad Eurip. Helen. v. 739. Atque *audire* apud Latinos (v. c. Cic. in Verr. IV. 12.) idem valere, Vechnerus docuit in Hellenolexia p. 484. ed. Heusing. 7) *assentior, credo, fidem habeo.* Matth. X. 14. *μηδὲ ἀκούσῃ τοὺς λόγους ὑμῶν* vestramque doctrinam respuerit. Marc. VI. 11. Luc. X. 16. *ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει* qui vestram doctrinam admittit, meam admittit. Joh. IX. 27. *καὶ οὐκ ἠκούσατε* neque tamen mihi fidem habuistis. coll. v. 18. 1 Joh. IV. 5. *καὶ ὁ κόσμος αὐτῶν ἀκούει* homines pravi fidem habent his falsis doctoribus. v. 6. 8) *patienter, æquo animo audio.* Joh. VI. 60. *τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;* quis eum potest perferre? 9) *ἀκούειν τινὸς is* dicitur, *qui se ab aliquo corrigi et emendari patitur, aut monitis alicujus paret.* Matth. XVIII. 15. *ἐάν σου ἀκούσῃ* si male se fecisse agnoverit, aut si monitis tuis paruerit, coll. Luc. XVII. 3. ubi est: *ἐὰν μετανοήσῃ.* ib. v. 16. Eodem sensu nos in lingua vernacula formulam: **einen hören**, *to listen to some one,* usurpamus. 10) *audio attente, animum intendo, ausculto.* Marc. IV. 3. *ἀκούετε* aures porrigite attentas. ib. VII. 14. XII. 29. Act. II. 22. *ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους* ut benevole me disserentem audiatis, rogo. ib. VII. 2. XIII. 16. Eandem notionem אֹזֶן et הִקְשִׁיב habent, cui in vers. Alex. *ἀκούειν* respondet 2 Chron. XX. 15. Ies. XLVIII. 18. Job. XXX. 20. 11) sensu forensi: *examino alicujus causam, quæro ex aliquo, interrogationem instituo.* Joh. VII. 51. *μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρότερον;* num per leges nostras licet hominem damnare indicta causa et nondum cognita? Act. XXV. 22. *βουλοίμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι* vellem et ipse ejus causam examinare. 12) *auditum, facultatem audiendi recipio et recupero,* sensu physico. Marc. VII. 37. *καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν* surdis restituit facultatem audiendi. Matth. XI. 5. *κωφοὶ ἀκούουσιν* surdi auditum recipiunt. Luc. VII. 22. Fortasse non alienus est ab hac significatione locus Jerem. II. 31. וְאָזְנֵי חֵרְשִׁים תִּפָּתַחְנָה, Alex. *καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται.* 13) *ἀκούεσθαι divulgari, palam fieri.* Matth. XXVIII. 14. *ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος* si fama hujus rei ad aures præfecti pervenerit. Marc. II. 1. *καὶ ἠκούσθη, ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι* eum domum ingressum esse fama percrebuit. Luc. XII. 3. *ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται* palam aliquando fiet. Act. XI. 22. *ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα* pervenit harum rerum fama ad aures. 1 Cor. V. 1. *ἀκούεται ἐν ὑμῖν* fama fert, inter vos esse. 2 Paral. XXVI. 15. וַיֵּצֵא שְׁמוֹ עַד־לְמֵרָחוֹק Alex. *ἠκούσθη ἡ κατασκευὴ αὐτῶν ἕως πόῤῥω.* 14) *ἀκούειν τινὸς* Deus dicitur, vel: *quando annuit hominum precibus, eorumque conatus potentia sua adjuvat,* v. c. Joh. IX. 31. *ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει, ἀλλ' ——— τούτου ἀκούει* non adjuvat miraculis Deus impostorum fraudem, quorum patrandorum facultatem veris suis legatis largitur. ibid. XI. 41. *εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου* gratias tibi ago, quod me jam exauditum sentio, coll. v. 42. (Eodem sensu aures et auditum exteri quoque scriptores Deo tribuunt, v. c. Plato de Legibus IV. Hesiod. Ἔργ. 9. Ovid. de Ponto II. 9. Horat. Carm. Sæc. 39.) vel: *quando in eo est, ut jam misericordiæ suæ erga homines et providæ curæ edat specimina,* v. c. Act. VII. 34. *καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἤκουσα.* quam in rem e V. T. notanda sunt loca: Genes. XVI, 11. Exod. II. 24. Ps. IV. 4. et alia, quæ habet Glassius Philol. Sacra p. 964. ed. Dathii.

'ΑΚΡΑΣΙ'Α, *ίας, ἡ,* 1) proprie *intemperies,* cui opponitur *εὐκρασία temperies, bona temperatura,* v. c. *ἀκρασία ἀέρος* apud Theophrastum (ab *α* negat. et *κρᾶσις mixtura, temperamentum,* a *κεράννυμι misceo*). Hanc propriam notionem Hesychius respexit: *ἀκρασίας· ἀνωμαλίας, παρὰ τὸ μὴ συγκεκρᾶσθαι.* 2) *intemperantia, incontinentia.* Plato Gorg. 80. 1 Cor. VII. 5. *διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν* per vitam vestram incontinentem. Opponitur *ἐγκράτεια,* apud Aristotel. Nicom. VII. 1. De intemperantia edendi legitur apud Ælian. V. H. I. 5. et in Menandri Fragm. p. 42. ed. Clerici, et de cupiditatibus apud Joseph. B. J. I. 1. 3) *cibus et potus, qui intemperanter sumitur.* Mat. XXIII. 25. *γέμουσιν ἀκρασίας* plena sunt bonis, quibus ad luxum abutuntur. Syrus h. l. voce generaliori ܥܘܠܐ *iniquitate* usus est. Secutus esse videtur lectionem *ἀδικίας,* quam habent h. l. codices nonnulli. Etym. M. 52. 2. *ἀκρασία πᾶν τὸ περιττὸν καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν. λέγεται δὲ καὶ τὸ μὴ κατὰ νόμους συνουσιάζειν.*

'ΑΚΡΑΤΗ'Σ, *έος, οῦς, ὁ, ἡ,* 1) proprie: *invalidus, debilis, imbecillus, robur* seu *vires non habens, κράτος οὐκ ἔχων,* ut *χεὶρ ἀκρατὴς manus debilis.* Lucian. II. p. 112. Pha-

vor. ἀκρατές· ἀσθενές. 2) *intemperans, incontinens, qui immodice fertur ad aliquid;* subintelligitur ἑαυτοῦ, quasi *impos sui*, uti plene legitur apud Ælian. V. H. XI. 41. e lectione Perizonii. Sic v. c. ἀκρατὴς θυμοῦ, ὀργῆς, κέρδους, τιμῆς. Aristoteles Ethic. VIII. 4. Prov. XXVII. 20. Opponitur ἐγκρατής. Speciatim in N. T. ἀκρατὴς is dicitur, *qui voluptati indulgens frena laxat lascivis quibusque cupiditatibus.* 2 Tim. III. 3. Præterea non legitur. Polyb. VIII. 11. 2. ἀκρατέστατος πρὸς γυναῖκας. Legi merentur, quæ de hac voce Irmisch. ad Herodian. I. c. 8. § 4. p. 279. observavit, et Wetstenius in Notis ad N. T. T. I. p. 125.

*ἌΚΡΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non dilutus, purus, merus, sincerus.* Compositum est ex α priv. et κεράννυμι *misceo.* Hesych. ἄκρατος· ἀμιγής, ἀσυγκέραστος. Sic οἶνος ἄκρατος legitur in vers. Alex. et Symmachi Fragmentis Ps. LXXIV. 9. et apud Galenum in Hippocr. de Prænot. II. Xenoph. Anab. IV. 5. 27. Deinde vero transfertur ad *omne, quod est purum, liquidum et immixtum,* sensu metaphorico, v. c. in Æschin. Dial. III. 17. ἡδοναὶ ἄκρατοι ἀπασῶν ἀλγηδόνων gaudia liquida et incorrupta. De qua notione conferendus est Thom. Gataker. Adversar. Miscell. c. V. p. 42. ed. Lond. Inde factum est substantivum

*ἌΚΡΑΤΟΝ, ου, τὸ, *merum vinum, carens dilutione, non aqua dilutum,* et opponitur οἶνος κερασθείς. In hoc sensu semel legitur in N. T. Apoc. XIV. 10. τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου de *infuso mero,* ubi tamen *merum* metaphorice *pœnas divinas* notat. Cf. Glassii Philologia S. p. 1112. ed. Dath. In vers. Alex. Hebr. חֶמֶר, Ps. LXXV. 9. etiam חֵמָה, Jerem. XXV. 15. respondet.

ἈΚΡΊΒΕΙΑ, είας, ἡ, in universum *summum studium, exactam curam, exactam diligentiam circa aliquid* notat. Sic v. c. Sirac. XVI. 24. ἐν ἀκριβείᾳ ἀπαγγέλλω ἐπιστήμην diligenter, summa cum cura te instituam. Sirac. XLII. 4. ἀκρίβεια ζυγοῦ καὶ σταθμίων. In N. T. *severitatem, rigorem* notat. Act. XXII. 3. ubi Paulus se institutum esse dicit a Gamaliele κατὰ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου ad severissimam Judæorum disciplinam, nempe sectæ Pharisæorum, coll. c. XXVI. 5. et Joseph. B. J. I. 5. 2. et de vita sua c. 38. Sapient. XII. 21. μετὰ πόσης ἀκριβείας ἔκρινας τοὺς υἱούς σου;

ἈΚΡΙΒΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, *diligens, intentus, accuratus, rigidus,* interdum etiam *tenax* et *parcus.* Positivus nunquam legitur in N. T. sed superlativus ἀκριβέστατος, άτη, ον, *accuratissimus, severissimus, rigidissimus.* Act. XXVI. 5. ubi Paulus sectam Pharisæorum vocat αἵρεσιν ἀκριβεστάτην, h. e. præ se ferentem exactissimam et rigidissimam legis Mosaicæ et patriorum morum observationem, ut et minutissima observare videretur. Comparativus ἀκριβέστερον adverbialiter sumitur: *diligentius, exquisitius, accuratius,* et quater legitur in N. T. Act. XVIII. 26. ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδὸν plenius et accuratius exposuerunt ipsis doctrinam christianam. ib. XXIII. 15. ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ quasi velitis aliquid certius de eo cognoscere, et v. 20. ibid. XXIV. 22. ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ accuratius scire cupiens, quæ ad hanc doctrinam pertinerent.

ἈΚΡΙΒΟ'Ω, ῶ, ut ἀκριβάζω, in universum: *exacte, accurate et diligenter aliquid facio;* unde Hebraico חָקַק in Aquilæ Fragmentis respondet Ies. XLIX. 16. Sed in N. T. speciatim 2) notat: *diligenter inquiro et exploro, omni studio percontor vel sciscitor,* i. q. ἀκριβῶς ζητῶ, Dan. VII. 19. et ἀκριβῶς ἐξετάζω, Matth. II. 8. Aristotel. lib. V. de Gen. An. cap. 1. Hæc notio locum habet apud Matth. II. 7. ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν τὸν χρόνον accurate percontatus est ab illis tempus: ubi Theophylactus ἀκριβοῦν per ἀκριβῶς ἀναμανθάνειν explicat. Isocratem quoque hac voce ita usum esse, observavit Grotius ad h. l. 3) ex adjuncto: *diligenti percontatione cognosco,* Matth. II. 16. κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἠκρίβωσε παρὰ τῶν Μάγων pro temporis ex Magis cogniti ratione. Cf. Syrum ad Matth. II. 7. Etiam apud Græcos Scriptores ἀκριβοῦν τι *accurate cognitum habere aliquid* notat; vid. Ælian. H. A. III. 9. Strabo lib. VII. p. 496. Herodian. I. c. 11. 14. et quæ ibi Irmisch. T. I. p. 464. notavit. Xenoph. Œcon. XX. 10.

ἈΚΡΙΒΩ͂Σ. Adv. *diligenter, exacte, accurate, perfecte, exquisite.* Matth. II. 8. ἀκριβῶς ἐξετάζετε admodum sollicite sciscitamini. (Hesychius: ἀκριβολογεῖται, ἀκριβῶς ἐξετάζει.) Luc. I. 3. παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς omnia accurate examinanti. Act. XVIII. 25. ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου. Ephes. V. 15. βλέπετε, πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε operam date omni adhibita diligentia, ne quid a vobis omittatur aut negligatur: qui locus sine dubio causa fuit, cur *vita pia et voluntati divinæ respondens* vocata olim fuerit a Scriptoribus ecclesiasticis ἀκρίβεια, ut Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 165. docuit. In vers. Alex. τῷ הֵיטֵב, Deut. XIX. 18. respondet. 2) *certo, certissime.* 1 Thess. V. 2. αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε certissime nostis, satis enim superque vobis constat. Gloss. Vet. ἀκριβῶς οἶδα, *certe scio,* Lege: *certe scio.*

ἈΚΡΙ'Σ, ίδος, ἡ. *Locustis* omnibus commune nomen sic dictis (teste auctore Etym. M.) ab ἄκρα *cacumen, summitas,* propterea quod depascant summitates aristarum et plantarum et perdant, παρὰ τὸ ἄκρας τῶν ἀσταχύων καὶ τῶν φυτῶν νέμεσθαι, unde etiam locusta Arabice: جراد dicitur a جرد *avulsit, detraxit:* ut folia de ramis. Speciatim enim ἀκρὶς illud locustarum genus notat, quod est arboribus et frugibus noxium, (de quibus vide Don Ignacio de Assoy del Rio **Abhandlung von den Heuschrecken, und ihren Vertilgungsmitteln, aus dem Spanischen übersetzt, und mit einem Anhang von den Biblischen Heuschrecken begleitet v.** *A Treatise concerning Locusts, and the means of destroying them, translated from the Spanish, accompanied with an appendix on the locusts mentioned in the Scriptures,* O. G. Tychsen, Rostock 1787. 8.) vagum et instabile, et Hebraice אַרְבֶּה, חָגָב, גּוֹב et יֶלֶק dicitur, quibus vocabulis respondet ἀκρὶς Deut. XXVIII. 38. Cohel. XII. 7. Amos VII. 2. Jer. LI. 14, 27. Locustæ lege Mosaica animalibus puris annumerabantur et eas comedere permissum fuit Judæis ex Levit. XI. 22. Orientalibus et Libyæ populis omnino esum locustarum receptum abunde testantur itineraria (v. c. Shawius in Itinerario p. 165 seq. et Niebuhr Præf. Descriptionis Arabiæ p. 37.) et jam olim testatus est Hieronymus in Jovianum Lib. 2. cap. 6. Plin. H. N. VI. c. 30. Commemorantur speciatim ἀκριδοφάγοι apud Photium

Bibl. p. 736. Æthiopiæ populi, qui ex locustis, tempore verno, flantibus Africo et Zephyro, ad se delatis, victum sibi parasse dicuntur, sale maxime illis conditis. His adde, quæ de usu locustarum apud veteres multo doctrinæ apparatu collegerunt Bochart. Hieroz. P. II. Lib. 4. c. 7. Joh. Ludolf. Hist. Æthiop. I. c. 13. et in Comment. ad eam p. 168. seqq. et Joh. Casaubonus Exercitt. Antibaron. XIII. 7. Nihil proinde mirum, si in N. T. legimus Matth. III. 4. Marc. I. 6. Johannem Baptistam in deserto locustas comedisse: quæ tamen loca plerique veterum diversimode, sed mire, (v. c. de *siliquis;* vid. Olai Celsii Hierobot. T. I. p. 229. et T. II. p. 74.) interpretati sunt, ut docuit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 169 seqq. Vide Clem. Gutherr D. de Victu Johannis Baptistæ in Deserto Commorantis. Frf. 1785. 4. Commemorantur præterea ἀκρίδες Apoc. IX. 3, 7. ubi tamen metaphorice *hostes crudeles et numerosi* intelligendi erunt.

ἈΚΡΟΑΤΉΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) *auditorium, quivis locus, in quo audiendi aliquid causa conveniunt,* speciatim locus, ubi suas publice olim recitabant lucubrationes (Arrian. Diss. Epictet. III. 23. 8.) ab ἀκροάομαι *audio, ausculto,* quod pro Hebr. קָשַׁב, Ies. XXI. 7. legitur in versione Alexandrina. 2) *locus judicii, ubi rei audiuntur et causæ ventilantur et dijudicantur,* ein Gerichtssaal, *a hall of justice.* Ita legitur in N. T. Act. XXV. 23. καὶ εἰσελθόντων εἰς τὸ ἀκροατήριον, ubi ἀκροατήριον, ut omnis orationis series docet, est *locus, causis audiendis et cognoscendis destinatus,* quemadmodum Job. XXXV. 31. שֹׁמֵעַ ipse judex dicitur. Cf. Cangius in Gloss. T. I. p. 853. "Explicandus autem est Act. XXV. 23. locus," (liceat enim mihi verbis Krebsii ad Schoetgenii Lexicon N. T. in re præsenti, non meis, uti) "ex præsidum et procuratorum Romanorum more, quo παρέδρους h. e. assessores et consiliarios in causis judicandis sibi adsciscebant, in quibus non solum erant tribuni militum, qui semper erant in provinciali imperatoris aut præsidis consilio, sed etiam, ut h. l. dicuntur, ἄνδρες κατ' ἐξοχὴν ὄντες τῆς πόλεως, h. e. vel viri urbis præcipua aliqua dignitate conspicui, provinciæ præsidi, ut assessores, in consilium dati, vel cives Romani, in magna aliqua dignitate constituti, qui in provinciis negotiandi aut aliarum rerum causa commorabantur. Hos enim interdum etiam a provinciarum præfectis in consilium, honoris causa, fuisse adhibitos, vel e Ciceronis Verr. I. c. 29. constat."

ἈΚΡΟΑΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, proprie: *auditor,* sed in N. T. latius patet quam Latinum *auditor,* et *omnem, qui aliquid quovis modo didicit, callet et cognovit, sive audiendo, sive legendo,* significat. Rom. II. 13. οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, quibus nota est lex Mosaica, οἱ γνόντες τὸν νόμον. Tunc enim temporis, cum exempla scripta legis Mosaicæ in paucorum manibus versarentur, cognitio ejus maxime ex prælectionibus publicis comparabatur. Cf. Krebsii Comment. ad Plutarch. de Audiendis Poëtis sub init. et Observatt. Flav. p. 272. Jac. I. 22, 23, 25. ἀκροατὴς λόγου qui scientiam quidem religionis christianæ habet, sed sterilem et inefficacem, et opponitur ei ὁ ποιητὴς, qui ipso facto præstat, quod didicit et cognovit. Phavor. ἀκροατής· ὁ μαθητής.

ἈΚΡΟΒΥΣΤΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *præputium, ipsa pellicula, quæ glandem membri genitalis tegit,* ab Aristotele de Part. Animal. c. 13. ἀκροποσθία dicta: ab ἄκρος *extremus* et βύω vel βύζω *tego,* ὅτι τὸ ἄκρον βύει quod extremam pudendi partem tegat. Confer Etymol. M. 53. 47. Hebraice עָרְלָה dicitur Gen. XVII. 11, 14, 23—25. Sic legitur in N. T. Act. XI. 3. πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας ad viros præputium habentes, h. e. gentiles. 1 Macc. I. 16. καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἀκροβυστίας sibi præputium attrahentes. 2) *status et conditio hominis non circumcisi.* Suid. ἀκροβυστία· τὸ μὴ περιτετμῆσθαι. Rom. IV. 10. ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; num jam circumcisus, an adhuc præputiatus? v. 11. ἡ πίστις ἡ ἐν ἀκροβυστίᾳ fidem, quam probavit, cum adhuc præputiatus esset. ib. οἱ πιστεύοντες δι' ἀκροβυστίας pagani, ad religionem christianam conversi. 1 Cor. VII. 18. ἐν ἀκροβυστίᾳ, scil. ὢν, seu ἀκρόβυστος. ib. v. 19. Galat. V. 6. Coloss. I. 11. 3) id quod ἀκρόβυστος, *is, qui præputium habet, non circumcisus, paganus, non Judæus,* qui Act. XI. 3. vocatur ἀνὴρ ἀκροβυστίαν ἔχων, abstracto pro concreto posito. Rom. II. 26. ἐὰν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλλάσσῃ si pagani præcepta legis observant. Ibid. v. 25. (περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν perinde erit, ac si tu Judæus esses paganus.) et 27. Rom. III. 30. IV. 9. Galat. II. 7. εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας doctrina christiana paganis tradenda. Ephes. II. 11. οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία qui per contemtum præputiati vocabamini. Fuit enim עֲרֵלִים nomen contumeliosum, quo olim per contemtum utebantur Judæi adversus gentes exteras. Judd. XIV. 3. XV. 18. Ies. LII. 1. Ezech. XXVIII. 10. 4) Restat formula: ἀκροβυστία τῆς σαρκὸς, Coloss. II. 13. obvia, quæ vel ex quorundam sententia *statum et conditionem paganorum,* seu *paganismum* notat, vel *vitiositatem, cui Colossenses, olim pagani, dediti fuerunt,* (coll. Deut. X. 16. ubi ἀκροβυστία τῆς καρδίας dicitur, et cum σκληροκαρδία permutatur.) significat. Posterior sententia mihi quidem præferenda videtur, partim ob comma 11. ubi τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς opponitur ἡ περιτομὴ ἀχειροποίητος: partim ob Theodoreti auctoritatem, ad h. l. scribentis: ἀκροβυστίαν σαρκὸς τὴν πονηρίαν ἐκάλεσε· ut adeo omnis locus sit ita vertendus: *et vos miseros et infelices ob peccata et vitiositatem vestram, cui olim gentiles dediti eratis* etc. Cf. Fesselii Adversaria Sacra p. 112. et infra sub Περιτομή. —Suidas: ἀκροβυστία, τὸ μὴ περιτετμῆσθαι, περιτομὴ δὲ τὸ περιτετμῆσθαι τὸ ἄκρον.

ἈΚΡΟΓΩΝΙΑ'ΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, vi etymi: *angularis, in extremitate anguli constitutus, quoquo versum ille tendat.* Compositum enim est ex ἄκρος *extremus, summus,* et γωνία *angulus.* Sed in N. T. semper ita usurpatur, ut vel omissum sit λίθος, v. c. Ephes. II. 20. vel addatur, ut 1 Petr. II. 6. ἀκρογωνιαῖος λίθος, Hebraice אֶבֶן פִּנָּה, Ies. XXVIII. 16. et רֹאשׁ פִּנָּה Symmach. Psalm. CXVIII. 22. est *lapis, qui in extremitate anguli constitutus fundamenti loco* duos parietes sibi innixos sustinet et conjungit. Differt itaque a θεμελίῳ, a fundamento ipso, a quo diserte distinguitur Ephes. II. 20. et Jerem. LI. 26. quamquam jure inter eos lapides refertur, quibus tanquam fundamento innititur ædificium. Jam quia lapis angularis, *in conspicuo loco positus,* partim summam utilitatem præstat in quovis ædificio, et maxime necessarius est, partim duos invicem conjungit parietes, facile apparet, Christum 1 Petr. II. 6. et Ephes. II. 20. coll. v. 21. et 16. duplici

respectu λίθον ἀκρογωνιαῖον vocari, partim, quia est *summus et princeps religionis divinæ doctor a Deo in summo honore et dignitate constitutus*, coll. Ps. CXVIII. 22. Ies. XXVIII. 16. partim *quia in unam societatem religionis vinculis Judæos ac paganos conjunxit*, διὰ τὸ ἐπισφίγξαι περιτομήν τε καὶ ἀκροβυστίαν εἰς μίαν ἕνωσιν, ut verbis utar Epiphanii de Hæres. p. 324. Cf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 172. Extat hoc vocabulum, sed sine interpretatione in Lexico Suidæ.

'ΑΚΡΟΘΙ'ΝΙΟΝ, ίου, τὸ, aut, quod usitatius, ἀκροθίνια, ίων, τὰ, proprie 1) *summitas acervi frumenti*, ab ἄκρος et θὶν vel θὶς *acervus frumenti*. Jam quia primitiæ frugum ex summitatibus acervorum decerpi et offerri solebant, factum est, ut ἀκροθίνια 2) *primitiæ frugum, quæ Deo offerebantur*, dicerentur. Hesych. ἀκροθίνιον· ἀπαρχὴ τῶν θινῶν. θῖνες δέ εἰσιν οἱ σωροὶ τῶν πυρῶν ἢ κριθῶν. Schol. Eur. ad Phœniss. v. 213. κυρίως αἱ τῶν καρπῶν ἀπαρχαὶ παρὰ τὸν θῖνα, ὅ ἐστι τὸν σωρὸν τῆς ἅλω. Etym. M. 53, 9. Vide etiam Wetstenii Notas ad N. T. T. II. p. 408. Deinde vero 3) ἀπαρχαὶ dicuntur *primitiæ quælibet omnium aliarum rerum, quæ Diis dantur*, maxime *prædæ et spoliorum*, quas Latini *manubias* vocant, h. e. quidquid e præda delectum, velut primitiæ, Deo consecratur. Solebant enim veteres decimas hostilis prædæ sacris usibus devote dicare. Herodot. VIII. c. 121. IX. 8. Arrian. de Exped. Alex. M. I. c. 17. Hesych. σκῦλα, λαφύρων ἀπαρχαί. Schol. Eurip. l. l. καταχρηστικῶς δὲ λέγονται καὶ αἱ ἀπαρχαὶ τῆς λείας. Alberti Gloss. Gr. N. T. p. 174. ἀκροθινίων τῶν ἐκλεκτῶν εἰς ἀναφορὰν θείκην αἱ ἀπὸ πάντων λαμβανόμεναι ἀπαρχαί. Zonaras Lex. col. 112. ἀκροθινίων, σκύλων, λαφύρων. ὁ 'Απόστολος, ᾧ καὶ δεκάτην 'Αβραὰμ κ. τ. λ. In hoc sensu non solum legitur Hebr. VII. 4. ἐκ τῶν ἀκροθινίων e spoliis, detractis regibus prostratis, sed etiam apud Xenoph. Cyrop. VII. 5. 13.

'ΑΚΡΟΣ, ου, ὁ, summus, extremus. Neutrum τὸ ἄκρον sumitur substantive, ita, ut μέρος subintelligatur, pro *summa, extrema parte, extremitate*, in quamcunque vergat partem, sive superam, sive inferam, sive ad latera. Luc. XVI. 24. ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος ut extremum digiti sui intingat in aquam. Theocrit. Idyll. XIX. 2. pro ἄκρον τοῦ δακτύλου posuit ἄκρον δάκτυλον. Hebr. XI. 21. τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου extremum et summum baculi. קְצֵה הַמִּשְׁעֶנֶת Judd. VI. 21. קְצֵה הַמַּטֶּה 1 Sam. XIV. 27, 43. Matth. XXIV. 31. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν ab extremis finibus cœlorum usque ad extremos terminos eorum. Marc. XIII. 29. ἀπ' ἄκρου γῆς ἕως ἄκρου οὐρανοῦ. Utraque formula, qua Matthæus et Marcus usi sunt, de *toto terrarum orbe*, de *locis terrarum remotissimis* explicanda est, ob usum loquendi Hebraicum, Deut. IV. 32. לְמִקְצֵה הַשָּׁמַיִם וְעַד־קְצֵה הַשָּׁמָיִם· ibid XXVIII. 64. מִקְצֵה הָאָרֶץ וְעַד־קְצֵה הָאָרֶץ· Ies. XIII. 5. Jer. XII. 12. Themist. XIII. p. 179. ἐξ ἄκρας εἰς ἄκραν. Herodot. VII. 100. ἐξ ἐσχάτων ἐς ἔσχατα ἀπίκετο.—Etym. M. ἄκρον—ἡ εἰς ἔσχατον πέρας ἄφιξις, οὗτινος οὐκ ἔστιν ἐπέκεινα.

'ΑΚΥ'ΛΑΣ, ου, ὁ, *Aquila*. Est nomen proprium, origine Latinum, viri, gente Judæi, genere Pontici, Act. XVIII. 2. tentoriorum opificis, hominis religiosissimi, ab Apostolis ad religionem christianam conversi. Cum uxore Priscilla, Claudio imperante, qui omnes gente Judæos Roma ejecerat, anno Dionys. 48. Roma ejectus comitem se Paulo in itineribus et socium adjunxit in religione christiana propaganda, cum quo et anno circiter Dionys. 52. Romam rediit. Sæpius et cum laude in libris N. T. commemoratur, v. c. Act. XVIII. 2, 18, 26. Rom. XVI. 3. συνεργὸς Pauli vocatur. 1 Cor. XVI. 19. 2 Tim. IV. 19.

'ΑΚΥΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *auctoritate privo, abrogo, irritum reddo* (ab α priv. et κῦρος *plena auctoritas et imperium*; unde Κύριος *dominus*) idem quod ἄκυρον ποιῶ. Opponitur τῷ ἐπικυρόω vel κυρόω simpliciter, quod notat: *auctoritate sua et judicio aliquid ratum facere*. Matth. XV. 6. Marc. VII. 13. ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν institutis vestris humanis tollitis omnem auctoritatem legum divinarum. Galat. III. 17. νόμος οὐκ ἀκυροῖ lex non abrogat. Joseph. A. J. XVIII. 8. 8. ἀκυροῦν αὐτοκράτορος ἀνδρὸς ἐντολάς. Diod. Sic. XVI. 24. τὰ δόγματα τῶν 'Αμφικτυόνων ἀκυρῶσαι. Alia loca e Diodoro Siculo attulit Munthe in Observationibus in N. T. p. 67. In Aquilæ fragmentis Hebr. הֵפִיר respondet Num. XXX. 13. Alexandrini formula ἄκυρον ποιεῖν usi sunt Prov. I. 25. V. 7. Hesych. ἀκυρῶσαι· ψευδοποιῆσαι, καταργῆσαι.

'ΑΚΩΛΥ'ΤΩΣ. Adverb. *sine prohibitione aut impedimento, nullo vetante*, frey, ungehindert und ungewehrt; *free, not hindered, not prevented*: ex α priv. et κωλυτὸς *impeditus, retentus*. Semel tantum legitur in N. T. Act. XXVIII. 31. διδάσκων ἀκωλύτως docens nemine prohibente. Symm. Job. XXXIV. 31. de quo loco videnda Opuscula nostra Critica p. 162. Herodian. VIII. 2. 1. διέβησαν ἀκωλύτως, μηδενὸς ἐμποδὼν γενομένου. Dion. Halic. Ant. lib. V. c. 7. Adjectivum ἀκώλυτος legitur Sap. VII. 23. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀκωλύτως, *inprohibito, licenter*.

'ΑΚΩΝ, οντος, ὁ, ἄκουσα, ης, ἡ, *invitus, invita*. Est per crasin pro ἀέκων, ex α priv. et ἑκὼν *qui sponte aliquid facit, volens, voluntarius*. Legitur tantum 1 Cor. IX. 17. εἰ δὲ ἄκων si vero invitus tradam religionem christianam.

'ΑΛΑ'ΒΑΣΤΡΟΝ, ου, τό. Vox hæc, quæ tam in genere masculino quam neutro apud Græcos occurrit, proprie 1) ut jam observavit Casaub. Exc. XIV. 16. *alabastrum* h. e. *lapidem candore ac lævitate insignem*, significat, *ex quo vasa veteres excavabant*. Alias vocatur ὁ ἀλαβαστρίτης (ἀλαβαστρῖτις apud Athenæum lib. V. c. 39. p. 206., ἀλάβαστρος. Vid. Alberti ad Hesychium s. h. v. et Brunck ad Aristoph. Acharn. 1053.) λίθος, it. a Plinio appellatur *onyx*. 2) *vas unguentarium, quod ex alabastrite lapide ad unguenta a corruptione conservanda excavare solebant*; (Athen. VI. 19. XV. 13. Plin. H. N. XIII. 2. Martial. XI. 9.) ex aliorum opinione sic dictum, quia difficulter manibus prehenditur ob lævorem; ex α priv. et λαμβάνω *capio*: οὗ λαβέσθαι διὰ τὴν λειότητα ἀδύνατον, ut loquitur Methodius in Etymol. ex aliorum vero sententia ab α priv. et λαβὴ *ansa*, quod esset sine ansa, secundum Suidam, ἄγγος μύρου μὴ ἔχον λαβὰς, λίθινον, ἢ λίθινος μυροθήκη. Cf. Adami Obss. Theol. Philol. p. 168. Sed, ut recte demonstravit Spanhemius ad Callimachi Hymn. in Palladem p. 540. ἀλάβαστροι deinde latius usurpatur, et 3) in genere pro *quibuslibet vasis unguentariis* sumitur, ut adeo *vasculum* significet, *in quo unguenta condebantur*, sive *illud e lapide alabastrite*, ut plerumque, *formatum*,

sive *ex aliis materiis, lapide, vitro, auro* (Certe inter vasa aurea ἀλάβαστρον refert Athenæus lib. XIV. et Theocrit. Idyll. XV. 114.) etc. confectum. In quo consentientes habet Lexicographos veteres et Scholiastas. Schol. Theocriti Idyll. XV. 114. ἀλάβαστρα· σκεύη μύρων δεκτικά. Auctor Etym. M. ἀλάβαστρον· λήκυθος λιθίνη πρὸς μύρων ἀπόθεσιν — σκεῦος τὶ ἐξ ὑέλου, ἢ μυροθήκη. Pollux Onomast. VI. 19. 105. τὰ δὲ ἀγγεῖα τῶν μύρων λήκυθος μυρηρὰ, καὶ ἀλάβαστρον. In hac latiore significatione accipienda videtur hæc vox in N. T. Matth. XXVI. 7. ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα cum vase unguentario. Marc. XIV. 3. συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον. Erant enim vascula unguentaria sæpe orificio angustiore et obsignato, vid. Theophr. Char. 10. Pollux X. 11. ut adeo confractio, h. l. commemorata, non intelligenda sit de tota lagenula unguentaria, sed de superiore ejus parte, seu orificio obsignato, quod signum erat unguenti genuini et foris advecti. Luc. VII. 34. In vers. Alex. semel ἀλάβαστρος legitur 2 Regg. XXI. 13. Hebr. צַלַּחַת — Vide quoque Schneideri Lexic. Cx. L. Gr. s. h. v.

'ΑΛΑΖΟΝΕΙ'Α, ας, ἡ, *gloriatio, jactantia, ostentatio, arrogantia, qua quis sibi plus arrogat et tribuit, quam decet et in rei veritate est.* Jacob. IV. 16. νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν jam vero jactabundi, seu, pro vestra arrogantia, gloriamini. coll. 2 Macc. XV. 8. nisi in h. l. ἀλαζονείαις per metonymiam effectus pro causa de *ipso prospero et florente rerum statu, divitiis,* explicare malis, quod pluralis ἀλαζονείαις suadere videtur. 1 Joh. II. 16. ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου. h. e. vel ostentatio facultatum, ad vitæ hujus sustentationem pertinentium, (cf. infra sub βίος) vel, quod mihi quidem ob seriem orationis magis placet, *nimia cupiditas, nimius rerum externarum amor,* qui arrogantiam et aliorum præ se contemtum gignere solet. Suid. ἀλαζονεία· ὑπερηφανία. Theophr. Char. 25. In vers. Theod. גַּאֲוָה Prov. XIV. 3. et in Symmachi reliquiis τῷ רָהַב Job. IX. 13. et שַׁאֲנָן Ies. XXXVII. 29. respondet: qui posterior locus confirmat quodammodo explicationem, ad Jacobi locum prolatam. Nam שַׁאֲנָן est: περιουσίαν ἀγαθῶν, εὖ πάσχειν, εὐθύνειν. Cf. Intt. Gr. ad Job. III. 18. XXI. 24. Jer. XXX. 10.

'ΑΛΑΖΩ'Ν, όνος, ὁ, ἡ, *arrogans, bonis, quæ non habet, elatus, inanis jactator, ostentator,* ὁ μείζονα τῆς ἑαυτοῦ ἀξίας κομπάζων καὶ φρονῶν, ut Schol. Aristoph. ad Equites v. 269. explicat. Bis legitur in N. T. Rom. I. 30. ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας· ubi Theodor. τοὺς οὐδεμίαν μὲν ἔχοντας πρόφασιν εἰς φρονήματος ὄγκον, μάτην δὲ φυσιωμένους. 2 Tim. III. 3. ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι. Suidas in voce ἀλαζονεία· παρὰ δὲ τῷ Ἀποστόλῳ τοὺς ἐφ' οἷς οὐκ ἔχουσιν αὐχοῦντας ὡς ἔχοντας ἀλαζόνας νοητέον. Alexandrini usi sunt hac voce Job. XXVIII. 8. pro שַׁחַץ, et Prov. XXI. 24. pro יָהִיר. Conf. Wetstenii Notas ad N. T. T. II. p. 29.

'ΑΛΑΛΑ'ΖΩ, fut. άξω. Verbum, ut videtur, fictitium ad sonum ἀλαλὰ, (Dorice pro ἀλαλὴ,) quæ erat vox inarticulata excitandi, quam milites vel pugnam inituri, vel post pugnam cum victoria redeuntes, edere solebant. Xenoph. Agesil. II. 10. Hist. Gr. IV. c. 3. 10. Polyæn. I. 20. 1. p. 48. VIII. 23. 2. p. 735. In universum deinde notat: *clamorem et sonum edere quemcunque,* sive *ob rem lætam,* et tunc *in jubila erumpere* vertendum est, ut Hebr. הָרִיעַ Ps. XLVII. 1. LXXXI. 1. sive *ob rem tristem,* et tunc per *ejulare, lamentari, clamorem et sonum tristem edere* reddendum erit. Posteriorem notionem habet hæc vox Marc. V. 3, 8. κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά· ubi est i. q. ὀλολύζειν, et de præficis, nænias cantantibus, usurpatur. Sic ἀλαλαγμὸς Jerem. XXV. 36. Hebr. יְלָלָה, *ejulatus,* respondet, ac de balatu ovium ob pascua vastata ac pabuli defectum dicitur. Eodem modo הָרִיעַ, quod, ut supra vidimus, in gaudio proprie usurpatur, sæpe de lamentis et ejulatu adhibetur, v. c. Ies. XV. 4. Micha IV. 9. Interdum etiam Alexandrini Intt. verbo ἀλαλάζειν expresserunt Hebr. הֵילִיל Jer. IV. 8. XXV. 34. quod Mich. I. 8. per θρηνεῖν interpretati sunt. Cf. præterea Ez. Spanhem. ad Juliani Imp. Oratt. I. p. 234. 3) *tinnio, sonum inconditum et confusum profero et edo,* i. q. ἠχέω. 1 Cor. XIII. 1. ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον similis essem cymbalo tinnienti. Psellus de Operatt. Dæmon. p. 101. βάρβαρόν τινα γλῶσσαν ὑποτονάζειν ἀλαλάζουσα. Strabo l. X. ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει ex Æschyli Tragœdia deperdita ἠδωνοί. Alberti Gloss. N. T. p. 133, ἀλαλάζον εὔτονον, ἐξηχοῦν. — Hesych. ἀλαλάξατε· ἀνυψώσατε τὴν φωνήν.

'ΑΛΑ'ΛΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Vox hæc probe distinguenda est ab ἀλαλητὸς, quæ est i. q. ἀλάλαγμα, apud Quint. Smyrn. I. 311. Male in Lexicis N. T. fere omnibus ἀλάλητον redditur *ineffabile, inenarrabile, quod verbis exprimi non potest:* nam hoc ἀνεκλάλητον dicitur. Ex analogia linguæ Græcæ (ἀκίνητον, *quod non movetur*) potius significat *id, quod ore non profertur, non verbis exprimitur, sed tacetur et occultatur.* Semel legitur in N. T. Rom. VIII. 26. ἐν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις desideriis animi, quæ pectore premuntur, nec voce proferuntur, occultis suspiriis. Cf. Lamb. Bos Exercitt. in N. T. p. 111. et Alberti Obss. Philol. in SS. LL. p. 310 seq.

"ΑΛΑΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Late patet hæc vox apud Græcos Scriptores. Significat enim non solum *mutum, qui plane caret facultate loquendi et sonum tantum inarticulatum edit,* sed etiam de *eo* dicitur, *qui linguæ est maxime impeditæ,* ita, ut aliquid quidem, sed magna cum difficultate, idque vix intelligibile et misere depravatum, proferre queat, quem Græci μογιλάλον vulgo vocant. Dubium videtur, utro modo hanc vocem in loco Marc. VII. 37. accipiamus, ob. v. 32. ubi commemoratur μογιλάλος, cui loquendi facultas a Christo reddita fuit. Sed fortasse rectius statuere ii videntur, qui utrumque locum de *muto,* proprie sic dicto, explicant. 2) per metonymiam: *qui aliquem mutum facit et reddit.* Marc. IX. 17. ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον a morbo correptum, qui eum mutum reddidit. ib. v. 25. Sic etiam *mors* apud Horat. I. Od. IV. 13. *pallida* dicitur, quia pallidos reddit, et Plutarch. de Orac. Def. p. 438. B. spiritum Delphicum, qui Pythiam mutam reddidit, appellat πνεῦμα ἄλαλον. Cæterum ἄλαλος in versione Alex. Hebr. אִלֵּם Ps. XXXVIII. 13. respondet, et adeo de eo usurpatur, *qui silet et obmutescit.* Ps. XXXI. 18.

"ΑΛΑΣ, ατος, τὸ, etiam ἅλς, ἁλὸς, ὁ. Utrumque enim vocabulum in singulari numero apud veteres occurrit de *sale condimento ciborum;* uti ex locis Homeri Il. IX. v. 214. Odyss. XVII. v. 455. contra Stephanum probavit Gataker. Adversar. Sacr. cap. 43. Legitur etiam

utrumque in N. T. et quidem ita, ut 1) *sal* notet, *quo cibi condiuntur et sapidi redduntur*, v. c. Matth. V. 13. ἐὰν τὸ ἅλας μωρανθῇ si vero sal fatuus factus fuerit, h. e. suam salsedinem seu acrimoniam naturalem amiserit. Marc. IX. 49. καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται et omnis victima sale conspergenda est. v. 50. et Luc. XIV. 33. καλὸν τὸ ἅλας bona res et utilis sal est. Sed sæpius tropice ad alia designanda adhibetur. Sic v. c. 2) metaphorice per metonymiam *hominem* significat, *qui vita sua pariter ac doctrina veram aliorum utilitatem et felicitatem promovet et in integritate vitæ conservat*, quemadmodum sal cibos condit et a corruptione immunes reddit. Sic Matth. V. 13. Christus ad Apostolos: ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς, h. e. præstate vos veros generis humani doctores. Vide ad h. l. Wetstenium T. I. p. 291. atque Grotium. 3) *sapientia et prudentia, quæ hominis vitam, mores et sermones moderatur*, et hoc modo aliquid ad aliorum felicitatem et integritatem confert. Donatus ad Terent. Eun. III. 1, 10. Sal neutraliter condimentum est, masculinum sapientia. Catull. Carm. 87. Marc. IX. 50. ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας semper instructi sitis vera sapientia et prudentia vitæ. Theodoret. Opp. T. III. p. 498. ed. Hal. per τὴν πνευματικὴν σύνεσιν explicat; et Priceæus ad Matth. V. 12. notat, Scholiastem ineditum in Bibliotheca Florentina habere: ἅλας παρὰ τὸ εὐαγγέλιον ἡ φρόνησις. 4) *ea ingenii vis, quæ, salvo veritatis studio, lepore et festivitate condit orationem, qua sermonibus suavitas quædam et gratia conciliatur ad aliorum promovendam utilitatem, urbanitas*. Cic. de Orat. II. c. 54. Orat. c. 26. Coloss. IV. 6. ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος sermo vester sit gratiosus et sale conditus, h. e. sermones vestri semper sint suaves et gratiosi et apti ad utilitatem Christianorum promovendam. coll. Eph. IV. 29. Conferri de hoc loco meretur Wakefield in Sylva Critica P. III. p. 128. seq.

'ΑΛΕΙ'ΦΩ, fut. είψω, 1) in universum: *lino, illino*. Herodot. III. 8. ἀλείφει τῷ αἵματι λίθους. 2) speciatim: *ungo, oleo vel unguento illino alium*, vel simpliciter positum, ut Marc. XVI. 1. Joh. XII. 3. vel additis vocibus ἐλαίῳ, Marc. VI. 13. Jacob. V. 14. et μύρῳ, Luc. VII. 38. et 46. Joh. XI. 2. ubi ἡ ἀλείψασα vertendum est: quæ postea unxit. 'Αλείφομαι in medio significat: *me ipse ungo, meum ipsius caput oleo vel unguento illino*. Matth. VI. 17. σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν. Judith. XVI. 10. Thucyd. IV. 68. Ælian. V. H. IX. 30. Fuit autem frequentissimus unctionis usus apud veteres, præsertim apud Judæos. In conviviis maxime et alio tempore læti animi testandi causa, caput suum unguentis perungere solebant. Mos adeo invaluerat, eorum pedes et capita inungendi, quibus honorem exhibere et contestari cupiebant. Judæis adeo receptum fuit, adhibere ægrotorum unctionem, partim ut oleo refectionis aliquid eorum corpori adferretur, partim ut hoc signo externo, cui preces adjunctæ erant, valetudo eorum restitueretur, non sine superstitione et ceremoniis incantatoriis. Confer. Lightfoot. Hor. Hebr. et Talm. in Matth. VII. 17. p. 305. Mortuorum denique unctio fiebat partim honoris exhibendi, partim corporum eorum a putredine conservandorum causa. Confer Geier. de Luctu Hebræorum cap. 21. Cæterum usi sunt Alexandrini hoc verbo non solum pro מָשַׁח, Gen. XXXI. 13. et סוּךְ, 2 Sam. XII. 20. sed etiam pro טוּחַ *linere, oblinere*, Ezech. XIII. 10. XXII. 28.

'ΑΛΕ'ΚΤΩΡ, ορος, ὁ, *gallus*, τὸ ζῶον τὸ κατοικίδιον, ut auctor Etymol. M. explicat. Ex α priv. et λέγω *cubo*, quod suo canto excitet homines ex suo cubili. Græcis frequentius ἀλεκτρυὼν vocatur, ut jam Thom. M. sub ἀλεκτρυὼν observavit: ad quem vero Hemsterhusius et alii exemplis docuerunt, ἀλέκτωρ fuisse olim vocabulum poëticum e Dorica dialecto in communem arcessitum, quo poëtæ lyrici, tragici, et comici usi fuerint. Sæpius legitur in N. T. Matth. XXVI. 35. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι priusquam gallus cecinerit. Marc. XIV. 30, 68, 72. Luc. XXII. 34, 60, 61. Joh. XIII. 38. XVIII. 27. coll. Alex. Prov. XXX. 31. ubi Aquil. et Theodot. habent ἀλεκτρυών. I. I. Altmanni miram opinionem de *buccinæ* et *buccinatoris* significatione, quam apud Græcos SS. et in N. T. locis vocabulis ἀλέκτωρ et ἀλεκτρυὼν subjiciendam esse, ostendere conatus est in Bibl. Brem. Cl. V. Fasc. III. copiose ac docte refutavit Joh. Doitsma in Museo Bremensi Vol. I. p. 377 seq.

'ΑΛΕΚΤΟΡΟΦΩΝΙ'Α, ας, ἡ, 1) *galli cantus, gallicinium*. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀλεκτοροφωνία (ita enim scribendum est loco ἀλεκτοφωνία), *gallicinium*. Scribitur quoque ἀλεκτρυοφωνία, et apud Suidam ἀλεκτροφωνία. 2) *tertia noctis vigilia Judæorum, quam galli cantus finit, tempus nocturnum, quo galli experrecti canere incipiunt* et quod πρωΐα sequitur. Marc. XIII. 35. ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ, h. e. quæcunque noctis vigilia. Tempus autem, quo galli cantus edunt creberrimos, æquo circiter ab aurora et nocte media intervallo, etiam ab Hebræis vocabatur קְרִיאַת הַגֶּבֶר, ut Buxtorf. in Lex. Talmud. p. 384. docuit, et a Latinis Scriptoribus *gallicinium* (Ammian. XXII. 33.) dicebatur. His adde locum 3 Maccab. V. 23.

'ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥ'Σ, έως, ὁ, *Alexandrinus*. Est nomen gentile, notans *eum, qui ex Alexandria oriundus est*. 'Αλεξανδρεία autem erat *urbs* Ægypti celeberrima, ad Nili ostium, quod Canopicum dicitur, sita, portuque gemino instructa atque ab Alexandro M. qui eam condidit, adpellata: cujus de laudibus plura collegit Barth. ad Zach. Mitylenæum p. 282 seq. Act. XVIII. 24. Judæus Apollo memoratur fuisse 'Αλεξανδρεὺς γένει Alexandrinus genere. Act. VI. 9. commemoratur συναγωγὴ 'Αλεξανδρέων, h. e. Synagoga, qua Judæi, Alexandriæ habitantes, utebantur. Ingens enim fuit Judæorum numerus, qui Alexandriæ consederant et κατ' ἐξοχὴν 'Αλεξανδρεῖς vocabantur, teste Josepho A. J. XIX. c. 5. § 2. τοὺς ἐν 'Αλεξανδρείᾳ 'Ιουδαίους 'Αλεξανδρεῖς λεγομένους.

'ΑΛΕΞΑΝΔΡΙ˜ΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *Alexandrinus*. Est nomen derivatum, quod ejusdem cum præcedente originis et significationis est. Proprie notat 1) *civem Alexandrinum*, sed deinde etiam 2) ad res transfertur, *quæ Alexandria in alia loca transferuntur*. Act. XXVII. 6. XXVIII. 11. πλοῖον 'Αλεξανδρῖνον navis frumentaria, quæ Alexandria Ægypti Romam vehebatur. Navibus enim olim haud raro a provinciis et urbibus, ubi exstructæ fuerunt et unde venerunt, nomen datum fuisse, exempla navium Carthaginiensium apud Reinesium Inscriptt. Class. III. n. 21. Ægyptiarum, Syriacarum et Rhodiarum apud Cæsar. de B. C. III. 5. Corinthiacarum apud Herodot. VI. 89. et aliarum confirmant. Confer Gy-

raldus Lib. de navigiis cap. 17. Opp. T. I. p. 615. De navibus Alexandrinis speciatim copiose egit Wetstenius N. T. T. II. p. 638.

'ΑΛΕ'ΞΑΝΔΡΟΣ, άνδρου, ὁ, *Alexander.* Nomen proprium viri. Quatuor vero hoc insigniti nomine in N. T. leguntur, 1) *filius Simonis Cyrenæi*, qui crucem Christi portavit. Marc. XV. 21. τὸν πατέρα 'Αλεξάνδρου καὶ 'Ρούφου. 2) *unus ex sacerdotibus summis*, qui Apostolos examinavit. Act. IV. 6. 'Αλέξανδρον ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ. 3) *Judæus quidam*, in seditione Ephesiorum a plebe comprehensus et protractus, ut ad populum diceret, Act. XIX. 33. coll. v. 34. 4) *faber quidam ærarius*, a quo Paulus se multa mala perpessum fuisse queritur, 1 Tim. I. 20. 2 Tim. IV. 14. quem non fuisse Gnosticum, contra Moshemium Ven. Tittmann in libro: de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 148. docuit. Nonnulli statuunt, eum eundem esse cum Alexandro Samaritano, de quo Euseb. H. E. III. c. 20.

"ΑΛΕΥΡΟΝ, ου, τὸ, *far molitum, farina pura illa, cujus nondum usus fuit, cujuscunque sit frumenti aut leguminis*, ab ἀλέω *molo.* Matth. XIII. 33. εἰς ἀλεύρου σάτα τρία. Luc. XIII. 21. Sæpius non legitur. Vulgo a Græcis Scriptoribus ἄλευρον ab ἄλφιτον distinguitur, sic, ut illud de *frumento*, hoc de *hordeo* dicatur: quam differentiam etiam Latini inter *farinam* et *polentam* constituerunt. Confer Hesych. ἄλευρα κυρίως τὰ τοῦ σίτου· ἄλφιτα δὲ τὰ τῶν κριθῶν — et Salmas. Exercitatt. Plinian. p. 328. qui ibidem p. 1037. docuit, ἄλευρον interdum etiam *massam, quæ fit ex farina conspersa*, notare. Adde Platon. Republ. II. p. 236.

'ΑΛΗ'ΘΕΙΑ, είας, ἡ, 1) *veritas* et quidem ea, quæ vulgo logica dicitur, et in *convenientia verborum cum re ipsa* consistit: quo sensu *veritas* apud Ciceronem Læl. c. 25. legitur. Phavor. ἀλήθεια· ἀπόφασις λέγουσα τὸ ὑπάρχον ὡς ὑπάρχον, καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον ὡς μὴ ὑπάρχον. Luc. XXII. 59. ἐπ' ἀληθείας, *profecto, revera*, i. q. ὄντως. Act. IV. 27. Marc. XII. 34. 2 Cor. XI. 10. ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοὶ est formula asseverandi et jurandi: *per Christum vobis affirmo*, verissima sunt, quæ dico. 1 Tim. II. 7. 1 Joh. I. 6. οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν a vero aberramus, i. q. v. 8. ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. ibid. II. 4. Hac significatione אֱמֶת sæpius legitur in V. T. v. c. Zach. VIII. 16. Jamblich. V. Pythag. 32. μετ' ἀληθείας πάσης ἀπεκρίνατο. 2) *convenientia rerum inter se*, seu *ipsa alicujus rei aut facti natura et ratio*, ut אֱמֶת, Deut. XXII. 20. Marc. V. 34. εἶπεν αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν narravit ei omnem rem, uti facta erat. Joseph. B. J. VII. 2. πυθόμενος παρ' αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Homer. Il. ω. 407. πᾶσαν ἀλήθειαν καταλέξω. Herodot. VIII. 82. Joh. V. 33. καὶ μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ et verum professus est. 2 Joh. v. 3. 3 Joh. v. 12. 3) *certitudo, certa persuasio*, seu *certa et indubitata signa et indicia, e quibus veritas colligi ac demonstrari potest.* Act. X. 34. ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι perspicue jam intelligo, ita, ut nullus dubitandi locus sit relictus. Jos. II. 12. 4) *perfectio, integritas*, ita, ut de rebus dicatur, quæ nomine suo maxime dignæ sunt, quibus nihil deest. Joh. I. 14. πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας plenus summa, excellentissima gratia ac benignitate. ibid. v. 17. ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια religio christiana, summum illud beneficium. Jerem. II. 21. זֶרַע אֱמֶת semen præstans, optimum. 5) *veracitas*, quæ et in consensione sermonis cum cogitatis, et in constantia in servandis promissis aut comminationibus consistit. Rom. III. 4. ἀλήθεια Θεοῦ veracitas Dei in servandis promissis. XV. 8. ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ ut fides Dei in promissis servandis appareret. Eph. V. 9. καὶ ἀλήθεια et veritatis studium. IV. 25. — veracitati studete. Eandem significationem habet Hebraicum אֱמֶת, Ies. XXXVIII. 19. Psalm. LXIX. 14. 6) *vera religio*, sive sit *naturalis* illa, Rom. I. 18. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων qui cum veri Dei cognitione pravitatem vitæ conjungunt — et v. 25. μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει verum Dei cultum cum idololatria permutarunt. coll. v. 19. seq. — sive *christiana*, Joh. VIII. 32. ubi ἀλήθεια i. q. λόγος Χριστοῦ v. 31. XIV. 17. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας spiritus ille divinus, qui vos veram doctrinam meam edocebit. XVII. 17, 19. 2 Cor. IV. 2. τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας tradenda vera religione divina. Gal. III. 1. Col. I. 6. 2 Thess. II. 10, 12. 1 Tim. II. 4. III. 16. 2 Tim. II. 18. Tit. I. 14. 1 Petr. I. 22. 2 Joh. I. 2. Hæc religio, a Christo tradita, sincera illa et pura doctrina divina, in N. T. ut modo multis exemplis comprobavimus, κατ' ἐξοχὴν ἀλήθεια dicta, aliis in locis vocatur ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας, 2 Petr. II. 6. ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, 2 Cor. VI. 7. Ephes. I. 13. Jacob. I. 18. — ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου, Galat. II. 5, 14. denique ὁ λόγος τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου, Coloss. I. 5. De religione Judaica etiam אֱמֶת interdum usurpatur, maxime in Psalmis, XXVI. 2. LXXXVI. 11. His adde testimonia veterum ecclesiæ doctorum, collecta a Suicero Thesaur. Eccles. Tom. I. p. 188. seq. 7) *integritas et sanctitas mentis et vitæ, probitas, pietas*, ad imitationem Hebraici אֱמֶת, Psalm. LI. 8. Joh. III. 21. ὁ ποιῶν ἀλήθειαν qui recte agit: opponitur enim τῷ φαῦλα πράσσοντι v. 20. Joh. VIII. 44. ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν deflexit a virtute et integritate sua. coll. 1 Joh. III. 8. Rom. II. 8. τῇ ἀληθείᾳ opponitur ἡ ἀδικία. 1 Cor. V. 8. εἰλικρίνεια καὶ ἀλήθεια vera et non fucata pietas. Ephes. IV. 21. V. 14. Jacob. V. 19. coll. v. 20. Tob. III. 5. Conf. Ludov. de Dieu Criticam S. p. 495. Speciatim vero ita dicitur 8) *justitia et æquitas*, ita, ut Deo æque ac hominibus tribuatur. Prioris exemplum est Rom. II. 2. κρίμα τοῦ Θεοῦ ἐστὶν κατ' ἀλήθειαν pœna divina eaque justa. Posterioris autem exemplum præbet locus 1 Cor. XIII. 6. συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ justitia et æquitate mirifice delectatur: ubi opponitur ἡ ἀδικία. Ita אֱמֶת sumitur Prov. XXIX. 14. Ies. LIX. 24. Psalm. XIX. 10. LXXXV. 11. 12. quæ vox haud raro per δικαιοσύνην redditur ab Alexandrinis, v. c. Genes. XXIV. 49. et ἀλήθεια in libris Apocryphis, Tob. III. 2. 1 Macc. VII. 18. Nec a linguæ Latinæ et Græcæ usu hanc significationem alienam esse, ex Cicer. XIII. ad Famil. 57. et iis, quæ Grævius in Lectt. Hesiodd. c. 6. et Irmisch. ad Herodian. Tom. I. p. 761. in hanc rem contulerunt, satis apparet. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀλήθεια, *justitia.* 9) *sinceritas, quæ omnem simulationem, dolum, fraudem et fucum excludit, candor animi.* Philipp. I. 18. εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ, ubi ἀληθείᾳ est i. q. ἁγνῶς v. 16. et notat: *ingenue, bono consilio.* 1 Joh. III. 18. ubi ἐν ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ opponitur λόγῳ καὶ τῷ γλώσσῃ. Huc etiam referrem locum

Joh. IV. 23, 24. ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Ita אֱמֶת, Esther. IX. 30. Judd. IX. 15, 16.

'ΑΛΗΘΕΥ'Ω, fut. εύσω. 1) *vera loquor, veritatis studiosus sum*, i. q. alibi dicitur λέγω vel ποιῶ τὴν ἀλήθειαν. Galat. IV. 16. ἀληθεύων ὑμῖν cum veram religionem christianam vobis trado. Gen. XLII. 16. הַאֱמֶת אִתְּכֶם, Alex. εἰ ἀληθεύετε; Xenoph. Anab. IV. 4. 10. 2) *sincero sum animo.* Ephes. IV. 15. ἀληθεύοντες ἐν ἀγάπῃ sincero animo nos invicem diligamus. Phavor. ἀληθεύων λέγεις· ἀληθῆ λέγεις. Συντάσσεται τὸ ἀληθεύω καὶ αἰτιατικῇ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ· πάντα δὲ ἀλήθευσον. καὶ παρὰ Ξενοφῶντι· λέγειν οὐδὲν ὅ, τι ἂν μὴ ἀληθεύω — καὶ ἀληθεύει τοῦτο, ἀντὶ τοῦ ἀληθές ἐστι.

'ΑΛΗΘΗ'Σ, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1) *verus, veritati rei seu rei ipsi congruens et conveniens.* Joh. X. 41. πάντα δὲ ὅσα εἶπεν περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν tamen testimonium Johannis de persona Iesu verissimum fuit. ibid. XIX. 35. XXI. 24. Act. XII. 9. Tit. I. 13. ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής sententia hæc ipso usu confirmatur. 1 Petr. V. 12. 1 Petr. II. 22. 1 Joh. II. 8. Neutrum ἀληθὲς eleganter ponitur pro adverbio ἀληθῶς *vere.* Joh. IV. 18. τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας recte dixisti. Herodian. III. 8. 2) *verus, qui talis est, qualem se profitetur.* Joh. VII. 18. οὗτος ἀληθής ἐστι καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν hic est verus doctor divinus nec impostor. 2 Cor. VI. 8. ὡς πλάνοι καὶ ἀληθεῖς tanquam impostores et tamen sumus veri legati divini. Matth. XXII. 16. 3) *verax, veritatis studiosus, fide dignus, qui fidem datam servat.* Matth. XXII. 16. ὅτι ἀληθὴς εἶ te esse veracem, i. q. Luc. XX. 21. ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις et ἐπ' ἀληθείας τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ διδάσκεις. Potest et verti: te esse eum, quem te profitearis. Vide n. 2. Joh. III. 33. ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν is, veracem Deum esse, facto suo confirmat. ibid. VIII. 26. Rom. III. 4. γινέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθής, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης si vel omnes homines mendaces reperirentur, tamen Deus fidem datam fallere nequit. Ita et Latinum *verus* pro *verace, veridico* ponitur apud Terent. Andr. II. 5, 12. Virgil. Æn. III. 310. VI. 456. 4) *firmus, ratus, vim juris habens*, rechtskräftig, *valid by law.* Joh. V. 31. ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής in dubium vocari testimonium meum posset. Potest quoque verti: a vobis pro falso habetur seu reputatur, coll. VIII. 16. Joh. VIII. 13, 17. ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστι duorum hominum testimonium fidem habere publicam. LXX Gen. XLI. 32. ἀληθὲς τὸ ῥῆμα. Schol. ἕτοιμον τὸ ῥῆμα, βέβαιος ὁ λόγος, quæ verba sine dubio sunt ex aliis interpretibus desumta. In textu Hebr. legitur נָכוֹן. 5) *honestus, probus, rectus.* Philipp. IV. 8. ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ quidquid rectum est: quæ verba tamen alii cum Grotio reddunt: quidquid est a mala fide et mendacio alienum. Sic *verum* apud Latinos Scriptores, v. c. Horat. Epist. I. 1. 11. Vide Ludov. de Dieu Criticam. S. p. 501. 6) (ut Lat. *verus.* Vid. Burmann. ad Propert. p. 638.) *justus, æquitati conveniens.* Joh. VIII. 16. ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστι, h. e. judicium meum justum et æquum est: nam opponitur v. 16. τῷ κρίνειν κατὰ ὄψιν. Hesych. ἀληθής· δικαία ἢ δίκαιος. Thucyd. III. 56. οὐκ ἀληθεῖς κριταὶ ὄντες. Joseph. A. J. VI. 3. 2. τὰς κρίσεις οὐ πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ib. VII. 5. 4. Simili modo Hebraicum קֹשֶׁט *veritas* est ad rad. Arab. قسط *justus fuit;* et contra צָדַק *justus fuit* in lingua Arabica notat *verax fuit.*

'ΑΛΗΘΙΝΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) *verus, fide dignus, rei naturæ et veritati conveniens.* Joh. IV. 37. ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς comprobatur in vobis proverbium illud. ib. XIX. 35. καὶ ἀληθινὴ αὐτοῦ ἐστὶν ἡ μαρτυρία. Apoc. III. 14. ὁ μάρτυς πιστὸς καὶ ἀληθινός. ib. XXI. 5. XXII. 6. 2) *genuinus, qui natura et vere est id, quod dicitur; qui talis est, qualis esse debet:* et opponitur fictitio et speciem modo præbenti. Joh. I. 9. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν erat doctor vere divinus. ibid. IV. 23. ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ veri Dei cultores. VI. 32. τὸν ἄρτον τὸν ἀληθινὸν cibum vere cœlestem. XVII. 3. τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, qui 1 Thess. I. 9. τοῖς εἰδώλοις diis fictitiis opponitur. 1 Joh. II. 8. V. 20. Apoc. III. 7. In aliis vero locis, quæ ad eandem significationem pertinent, ἀληθινὸν reddi potest per *certum, perenne, firmum et perpetuum, optimum, præstantissimum.* Luc. XVI. 11. τὸ ἀληθινὸν opponitur τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ, h. e. vanis et fluxis divitiis, adeoque *veras divitias cœlestes, non fluxas et vanas,* significabit. Joh. XV. 1. ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή ego sum vitis præstantissima. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 765. 3) *verax, promissis stans.* Joh. VII. 28. ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ πέμψας με verax est, qui me misit. 4) *integer, probus et sincerus.* Hebr. X. 22. μετ' ἀληθινῆς καρδίας mente integra et pura ab omni vitiositate. Ies. XXXVIII. 3. בֶּאֱמֶת וּבְלֵב שָׁלֵם Alex. μετὰ ἀληθείας ἐν καρδίᾳ ἀληθινῇ. coll. 1 Regg. VIII. 62. XI. 4. XV. 14. In aliis versionis Alex. locis ἀληθινὸς Hebr. תָּמִים, Deut. XXXII. 4. — יָשָׁר, Job. VIII. 6. et נָקִי, Job. XXVII. 17. respondet. Œcumen. in Epist. ad Ephes. VI. p. 694. ἀληθινός ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ μὴ ὑποκρινόμενος μηδὲ ἐπιμορφιζόμενος τὴν ἀρετήν. 5) *justus, æquus.* Apoc. VI. 10. ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινὸς, ubi confer sequentia. XV. 3. δίκαιαι καὶ ἀληθιναὶ αἱ ὁδοί σου juste et æque moderaris fata humana. XVI. 7. ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου. XIX. 2, 11. 6) *realis, non typicus.* Hebr. VIII. 2. καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς et templi illius cœlestis, quod adumbratum fuit tantum templo Hierosolymitano. coll. cap. IX. 25. Sæpius Scriptores ecclesiastici hujus ἀληθείας, quæ opponitur *umbris* et *ceremoniis legalibus,* mentionem faciunt, locis interdum plane alienis. Confer Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 190.

'ΑΛΗ'ΘΩ, fut. ήσω, *molo, molam manuariam circumago* (Hebr. טָחַן, Num. XI. 8. Jud. XVI. 21.), pro quo frequentius quidem Græci Scriptores ἀλέω ponunt; sed ideo non omnino repudiandum erat hoc verbum a Phrynicho p. 58. et Thoma Magistro p. 31. sub ἀλεῖν. Legitur enim ἀλήθω in Diodor. Sic. III. 13. Matth. XXIV. 41. δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι. Luc. XVII. 35. δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ duæ erunt commolentes, συναλήθουσαι. Gloss. συναλήθω, *commolo.* In utroque loco (sæpius enim non legitur in N. T.) priscorum consuetudinem Christus respexit. Olim enim mulieres seu ancillæ in molendina mittebantur et molam trusatilem circumagebant: Exod. XI. 5. Talis serva molendinaria, quæ erat infimæ conditionis, γυνὴ ἀλετρὶς dicitur Homero Odyss. XX. v. 105. confer Warnekros Entwurf der Hebräischen Alterthümer, p. 202. Etym. M. ἀλήθω· τὸ ἐπὶ τῆς μύλης σῖτον ἢ

κριθὴν ἀλευροποιεῖν, ἀπὸ τοῦ ἀλῶ, ἀλήθω, ὡς πρῶ, πρήθω, νῶ, νήθω κ. τ. λ. Idem Phavor. Vide etiam notata de hac voce a Wetstenio in notis ad N. T. T. I. p. 505. et Gœtzium de Pistrinis Veterum Lips. 730. 8.

'ΑΛΗΘΩ͂Σ. Adverb. 1) *vere, revera, re ipsa*, ita, ut ad alicujus rei naturam et essentiam referatur. Matth. XIV. 33. ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ. XXI. 73. Joh. I. 48. ἀληθῶς 'Ισραηλίτης pro ἀληθινὸς 'Ισραηλίτης en! verum et genuinum Israëlitam. 2) *vere, veraciter*, ita, ut ad sermonem et orationem referatur. Luc. IX. 27. λέγω δὲ ὑμῖν ἀληθῶς hoc enim vobis assevero. XII. 44. XXI. 3. Joh. IV. 18. secundum lectionem quorundam codd. 3) *certo, certis indiciis, idoneis argumentis.* Joh. VII. 26. μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν; num forte certis indiciis cognoverunt? XVII. 8. Act. XII. 11. νῦν οἶδα ἀληθῶς, Hebr. עַתָּה זֶה יָדַעְתִּי, 1 Regg. XVII. 24.

'ΑΛΙΕΥ͂Σ, έως, ὁ, 1) *piscator*, Hebr. דַּיָּג Ies. XIX. 8. Jer. XVI. 16. et דַּוָּג Ezech. XLVII. 10. ab ἅλς *mare.* Hesych. ἁλιεῦσι· θαλαττουργοῖς ἢ ἰχθυοθηρευταῖς. Matth. IV. 18. Marc. I. 16. ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς. 2) metaphorice: *qui sibi vel aliis aliquid comparat et conciliat.* Matth. IV. 19. Marc. I. 17. ἁλιεῖς ἀνθρώπων qui institutione sua religioni christianæ plures sectatores conciliant; non tamen sine respectu ad externam apostolorum conditionem. Hoc metaphorico sensu et θηρᾷν apud Xenoph. Mem. II. 6. 8. Platonem in Sophista c. 8 et 9. et *venari* apud Latinos occurrit. Confer Burmann. ad Phædr. IV. 4. p. 172. et Wetstenii N. T. T. I. p. 277.

'ΑΛΙΕΥ͂Ω, fut. εύσω, (pro quo, teste Phavorino, frequentius ἁλιεύομαι dicitur) *piscor, pisces capio*, Hebr. דִּיֵּג, Jerem. XVI. 16. Semel legitur in N. T. Joh. XXI. 4. ὑπάγω ἁλιεύειν abeo piscatum.

'ΑΛΙ'ΖΩ, fut. ίσω, (ab ἅλς, ἁλὸς, *mare, sal.*) 1) *sale condio, sale conspergo, salio;* pro quo et ἁλατίζω reperitur, sed raro, v. c. apud Vet. Schol. in Rhet. Aristot. II. c. 23. p. 46. Marc. IX. 49. ἁλὶ ἁλισθήσεται sale conspergetur. Bene distinguenda est hæc vox ab ἀλίζω *congrego, colligo*, ab adverbio ἅλις *confertim, coacervatim*, descendens, de qua infra sub συναλίζω uberius dicendi locus erit. 2) ἁλίζομαι *salsedinem, saporem recipio.* Matth. V. 13. ἐὰν μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; qui si perdiderit saporem et salsedinem, quomodo eam recuperabit? i. e. non erit, quo corrigatur. — Alii vertunt: quomodo cibi condiendi erunt? Sed priorem interpretationem præferendam esse, docet locus parallelus Marc. IX. 50. ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; Jam vero quia quælibet victima, Deo offerenda e præscriptis legis Mosaicæ (Levit. II. 13.), antea sale conspergenda erat, ob vim lustrandi, quam sali veteres inesse opinabantur, factum est, ut ἁλίζειν 3) metaphorice significaret: *aliquem morti et perniciei destinare* aut *consumere, perdere, delere*, et ἁλίζεσθαι *consumi, perdi, deleri.* Marc. IX. 49. πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται omnis enim impius igne pereat necesse est, quemadmodum victima sale conspersa interficitur. Eandem significationem habet Heb. נִמְלַח Ies. LI. 6. כִּי־שָׁמַיִם כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ cœli sicut fumus evanescent. Esra IV. 14. Jerem. XXXVIII. 11, 12.

'ΑΛΙ'ΣΓΗΜΑ, τος, τό. Vox hæc mera Hellenistica, quæ apud reliquos Scriptores Græcos non occurrit, in universum *quamvis pollutionem et inquinationem*, sive physicam et legalem, sive moralem significat; ab ἀλισγέω quod Hesychius per μολύνω et μιαίνω explicat, et Sirac. XL. 43. (ἀλισγεῖν ψυχὴν) Daniel. I. 8. Malach. I. 7. 12. (ubi Hebr. גָּאַל respondet) legitur. Speciatim vero significat *inquinationem* legalem, quæ est per nutrimenta vetita, de quibus lex Mosaica agebat: id quod luculenter apparet e loco Act. XV. 20. ubi verba: ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων vertenda sunt: a pollutione per carnes ex victimis paganorum residuas, propterea quod v. 29. per verba ἀπὸ εἰδωλοθύτων, illorum loco posita, ab ipso auctore sunt explicata. Neque hoc fugit Lexicographos vett. qui omnes hunc locum respexerunt. Hesychius enim vocem ἀλισγημάτων explicat per τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν, ubi confer. Ernesti; Suidas per τῶν μιασμάτων ἐκ μυσαρᾶς τῶν εἰδώλων θυσίας — denique Alberti Glossarium N. T. τῶν μεταλήψεων τῆς μιαροφαγίας.

'ΑΛΛΑ'. Conjunctio, tam inter *copulativas*, quam inter *adversativas* a Grammaticis numerata, de cujus vario apud Scriptores Græcos usu eleganter disputavit Devarius in libro: de Græcæ L. Particulis, ex edit. Reusmann. p. 1, seq. Nos potiores ejus significationes, in libris N. T. obvias, dabimus: nam omnem rem exhaurire difficultas judicii, de ea in singulis locis constituendi, non permittit. 1) *sed, sed etiam.* Matth. VII. 21. VIII. 4. IX. 13, 17, 24. 1 Cor. X. 24. ἀλλὰ sed etiam. Deficit in hac significatione Tit. II. 3. ante καλοδιδασκάλους et III. 2. ante ἐπιεικεῖς. 2) *ast, verum, at.* Matth. IX. 18. XXIV. 6. ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος. Marc. IX. 22. XIII. 20. XIV. 28, 36. Ita ἀλλὰ etiam apud Græcos Scriptores objectionibus et oppositionibus servit: confer Devarium l. l. p. 8, seq. 3) *e contrario.* Matth. XX. 26. ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ e contrario qui cupiat. v. 28. οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. Marc. XI. 32. 4) *quin etiam, adeo.* Matth. XXI. 21. Luc. XII. 7. ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες κ. τ. λ. Joh. XVI. 2. Act. XIX. 2. ἀλλ' οὐδὲ ἠκούσαμεν adeo ne audivimus quidem. 1 Cor. III. 2. ἀλλ' οὐδὲ νῦν ne nunc quidem. 2 Cor. VII. 11. 5) *quam potius, sed potius*, inprimis præcedente particula negandi. Mat. IV. 4. V. 15, 17, 39. VI. 13. X. 20, 34. XV. 11. XVII. 12. XVIII. 30. Marc. IX. 37. XVI. 7. Joh. VII. 16. Act. V. 4. 1 Cor. X. 24. 2 Cor. VIII. 5. Ita כִּי Gen. XLV. 8. Exod. XVI. 8. et כִּי־אִם Jerem. VII. 23. E Græcis Scriptoribus huc pertinent loca: Herodot. III. c. 151. IX. 6. 6) *nisi, præter.* Matth. XIX. 11. XX. 23. ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται nisi quibus destinata fuerit. Marc. IX. 8. ἀλλὰ τὸν 'Ιησοῦν μόνον, (in loco parallelo Matth. XVII. 8. εἰ μὴ positum est). Hinc Alexandr. Hebr. אִם לֹא per ἀλλὰ reddiderunt Genes. XXIV. 38. 7) *tamen, sed tamen.* Joh. XVI. 20. 1 Cor. IV. 15. VIII. 6. IX. 2, 12. 2 Cor. XIII. 4. Coloss. II. 5. Hanc significationem ἀλλὰ etiam apud Græcos habet, præsertim si particulæ εἰ respondet. Confer Blackwall. Tom. II. Class. Sacr. p. 54. et כִּי־אִם Num. XXIV. 22. ut אֲבָל Daniel. X. 21. 2. Paral. XXXIII. 17. 8) *vel, aut*, i. q. ἢ, maxime in interrogationibus. Matth. XI. 8, 9. ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; aut ad quidnam videndum exiistis? Arrian. Epictet. p. 64. Andocides Orat. III. p. 273. 9) *igitur, ideo, itaque.* Act. X. 20. XXVI. 16. Eph. V. 24. 2 Cor. VIII. 7. Galat. II. 14. 1 Joh. II. 27. ad imitationem Hebraici כִּי־אִם 1 Regg. XX. 6. Ies.

LXV. 18. 1 Macc. X. 56. Aristoph. Thesmophor. v. 223. Pace v. 570. 10) *utique, sane, profecto.* Rom. VI. 5. Jacob. I. 26. Hinc ἀλλὰ Hebraico אָכֵן sane, utique, in versione Alex. respondet Job. XXXII. 8. Ælian. V. H. IV. 13. XIV. 4. 11) *quæso;* quam elegantem vim obtinet in precationibus, quibus præfigi solet. Marc. IX. 22. ἀλλ' εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν si quid itaque vales, auxiliare quæso nobis. Homer. Iliad. I. 393. ἀλλὰ σὺ, εἰ δύνασαί γε, περίσχεο παιδὸς ἑῆος. Aristoph. Nub. v. 183. ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν aperi quæso ostium. Idem in Acharn. 578. 582. Plut. 1203. Alia exempla dedit Krebs. in Observatt. Flav. p. 90. et Kœnius ad Gregor. de Dialectis p. 36. Sic et Latini *tamen* adhibent, v. c. Terent. Andr. V. 1. 23. 12) interdum ἀλλὰ pleonastice ponitur, v. c. Matth. VIII. 8. interdum deficit, Marc. XVI. 13. Joh. II. 10. ante σύ. IV. 22. ante ὑμεῖς. Act. XXVIII. 19. ante οὐχ. Coloss. II. 23. Philem. v. 9. Hebr. IV. 25. Exempla defectus similium particularum apud Hebræos dedit Noldius in Concordantiis particularum Hebræo-Chaldaicarum p. 2. 13) ἀλλὰ sæpe post se repeti jubet verba quædam ex superiore oratione subintelligenda et ellipsin indicat. Exempla e Græcis dedit Devarius l. l. p. 12, seq. e N. T. vero hæc loca præcipue sunt notatu digna: Marc. XIV. 28. ἀλλὰ scilicet ne plane dispergamini. ibid. v. 49. ἀλλ' sc. γέγονε τοῦτο. coll. Matth. XXVI. 56. Joh. I. 8. ἀλλ' sc. ἦλθεν e v. 7. Joh. IX. 3. ἀλλ' sc. cœcus factus est. XV. 25. ubi post ἀλλ' e v. 24. supplendum est μεμισήκασιν. 1 Joh. II. 19. ἀλλ' scilicet egressi sunt e nobis. 14) ἀλλὰ καὶ *quin immo, quin etiam.* Luc. XII. 7. XVI. 21. ubi jam Erasmus Schmidius in notis observavit, hic non esse ἀντίθεσιν, sed αὔξησιν. 15) ἀλλ' ἢ *nisi.* 1 Cor. III. 5. ἀλλ' ἢ διάκονοι nisi ministri Dei. 2 Cor. I. 13. *prælerquam.* Diogen. Laërt. Procem. p. 12. μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἢ θεόν. Interdum ἀλλ' ἢ per *sed potius* vertendum est, v. c. Luc. XII. 31. Cf. Devarius l. l. p. 25, seq. et Zeun. ad Vigerum de præcipuis Græcæ Dictionis Idiotismis p. 461, seq. 16) ἀλλὰ *præterea.* Rom. X. 8. ἀλλὰ τί λέγει; quid præterea dicit? Conf. Clerici Artem Crit. P. I. p. 65. 17) *nam.* 1 Cor. IV. 3. et 1 Thess. II. 2. Ita אֲבָל Dan. X. 7. Cæterum non a re præsenti alienum erit particulas Hebraicas breviter recensere, quibus ἀλλὰ in vers. Alexandrina respondet. Usi autem sunt Alexandrini pro ו Genes. XVII. 5. Exod. III. 22. Deut. I. 26. כִּי Num. XXXVI. 9. pro אִם Gen. XLIV. 26. pro כִּי־אִם Genes. XV. 14. Jos. XXIII. 8. pro אֲבָל 2 Chron. I. 4. Daniel. X. 7, 21. pro Chald. בְּרַם *verumtamen,* Esra V. 13. et לָהֵן *nisi,* Daniel. II. 11. pro אֶפֶס *tantummodo,* Num. XXIII. 13. pro זוּלַת *præter,* Deut. IV. 12. pro רַק *tantum,* Jos. VI. 18. XIII. 6. pro אַךְ 1 Sam. XVI. 6. 1 Regg. XVII. 13. pro אוּלָם *profecto,* Job. I. 11. XII. 7. pro אַף *quin etiam,* 1 Sam. XIV. 30. pro אָכֵן *utique, sane,* Job. XXXII. 9. pro הִנֵּה Job. XL. 15. Ies. V. 17. Quibus adde, quæ Phavorinus ad vocem ἀλλὰ a Græcorum scriptis congessit. Sed hæc sufficiant.

'ΑΛΛΑ'ΤΤΩ vel 'ΑΛΛΑ'ΣΣΩ, fut. άξω, 1) *muto, immuto,* et quidem ita, ut de mutatione in melius dicatur. Hesych. ἤλλαξεν· ἄλλον ἐξ ἄλλου ἐποίησεν. 1 Cor. XV. 51. πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα sed omnium corpora mutationem subitura sunt, nempe qua substantiam, conditionem et qualitates corporis. In vers. Alex. Hebr. חָלַף Genes. XXXI. 7. et הֵמִיר Levit. XXVII. 33. Jerem. II. 11. respondet. De emendatione morali legitur apud Symmachum Ps. LIV. 20. ubi οὐ γὰρ ἀλλάσσονται vertendum est: *non enim se emendari patiuntur,* sequitur enim: οὐδὲ φοβοῦνται τὸν Θεόν. 2) ubi de mutatione in pejus agitur, *deturpo, corrumpo.* Rom. I. 23. καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ et deturparunt formam adspectabilem aut summam majestatem Dei incorruptibilis. Eodem sensu הֵמִיר Jerem. II. 11. וַיָּמִירוּ אֶת־כְּבוֹדָם בְּתַבְנִית שׁוֹר אֹכֵל עֵשֶׂב Psalm. CVI. 20. 3) *efficio, ut aliquid cesset, finem impono, abrogo.* Act. VI. 14. καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς et abrogaturum ritus a Mose præscriptos. Hinc 'Αλλάττομαι sensu physico: *intereo, pereo, evanesco,* v. c. Hebr. I. 12. οὐρανοὶ ἀλλαγήσονται cœli peribunt, destruentur, coll. Ies. II. 18. וְהָאֱלִילִים כָּלִיל יַחֲלֹף et idola plane destruentur. 4) *vario.* Galat. IV. 20. καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου et variare orationem meam, h. e. loqui pro diverso rerum statu; in qua significatione respondet Hebr. שָׁנָה Jerem. II. 36. Artemid. II. 20. de corvo: διὰ τὸ πολλάκις ἀλλάσσειν τὴν φωνήν. coll. IV. 58. ubi formula πολλαῖς χρᾶσθαι φωναῖς usus est. Dio Chrys. LIX. p. 575. C.

'ΑΛΛΑΧΟ'ΘΕΝ. Adverbium loci, *aliunde,* ab ἄλλος: nam adverbia, in θεν desinentia, significant *de* seu *a loco.* Semel occurrit in N. T. Joh. X. 1. ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν sed aliunde inscendit. Hebraicum מִמָּקוֹם אַחֵר Esther. IV. 14. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 907.

'ΑΛΛΗΓΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, ab ἄλλος alius et ἀγορέω loquor, proprie 1) *aliud loquor quam sentio.* 2) *aliud verbis, aliud sensu ostendo; aliter interpretor quam verba præ se ferunt: alium sensum ex oratione eruo, quam qui verbis proprie intellectis signatur:* unde allegoria, quæ nota est figura rhetorica. Hesych. ἀλληγορούμενον· τροπολογούμενον, φυσιολογούμενον. Idem: ἀλληγορία· ἄλλο τι παρὰ τὸ ἀκουόμενον ὑποδεικνύουσα. Alb. Gloss. N. T. p. 150. ἀλληγορούμενα· ἑτέρως κατὰ μετάφρασιν νοούμενα καὶ οὐ κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν. Semel legitur in N. T. Gal. IV. 24. ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα hæc narratio Mosis alium sensum sublimiorem admittit, quam ipsa verba proprie intellecta monstrant; seu ad nostram rem accommodari potest. Inter omnes vero populos cultos obtinuit mos allegoricæ interpretationis, ut vel ex Heracliti libro de Allegoriis Homeri (cujus nova editio Goettingæ prodiit curante N. Schow cum notis Ill. Heynii) satis apparet. Fuerunt autem maxime inter Judæos haud pauci viri docti, qui adeo narrationes V. T. allegorice explicarent; ad quorum numerum præter auctores Kabbalæ antiquioris Judæorum et N. T. scriptores maxime Eleazarus Pontifex et Aristobulus (Euseb. Præp. Evang. VIII. c. 8.) Esseni et Philo referendi sunt. Confer Koerner. Spec. I. et II. de allegorica interpretandi ratione. De ipsa voce ἀλληγορεῖν vide notata a Wetstenio N. T. T. II. p. 228, seq.

'ΑΛΛΗΛΟΥΙ'Α. Vox origine

Hebraica, terminationem suam retinens, composita ex secunda persona pluralis imperativi Piel verbi הִלֵּל *laudavit,* et nomine divina יָהּ ,הַלְלוּ יָהּ celebrate Jehovam, αἰνεῖτε τὸν Κύριον, Apoc. XIX. 1, 3, 4, 6. Hesych. ἀλληλούϊα· αἶνος τῷ ὄντι Θεῷ· αἰνεῖτε τὸν Θεόν. Idem Suidas et Lex. MS. Bibl. Coislin. p. 503. 3 Macc. VII. 13. ἐπιφωνήσαντες τὸ ἀλληλούϊα.

'ΑΛΛΗ'ΛΩΝ. Est genitivus pluralis nominis defectivi tum numero, tum casibus. Singularis plane non est in usu: dualis rarius reperitur in Scriptoribus profanis, sed in nullo codice N. T. Pluralis vero frequentissime in libris N. T. legitur, non quidem in omnibus ac singulis casibus, attamen in genitivo ἀλλήλων, in dativo ἀλλήλοις, ἀλλήλαις, et in accusativo ἀλλήλους, ἀλλήλας, ἄλληλα. Latine variis modis reddi potest: *invicem, mutuo, inter sese, inter nos vel vo , alius alium, alter alterum.* Regitur autem vel a verbo, cui jungitur, vel a præpositione, quæ ei præmittitur, v. c. πρὸς, εἰς seq. accus. — κατὰ, μετὰ, ἀπὸ, ὑπὲρ, sequente genitivo, vel ab alia quadam particula, v. c. μεταξύ. E pluribus N. T. locis hæc pauca sufficiant. Matth. XXIV. 10. ἀλλήλους παραδώσουσι καὶ μισήσουσιν ἀλλήλους alius alium prodet et odio habebit. Joh. XIII. 35. ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις si mutuo vos amore prosequimini. Act. VII. 26. ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους; quid alter alterum læditis? XXVIII. 25. ἀσύμφωνοι ὄντες πρὸς ἀλλήλους cum invicem discordes essent. Jacob. V. 16. εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων orate pro vobis mutuo. Genes. XV. 10. לִקְרַאת רֵעֵהוּ Alex. ἀντιπρόσωπα ἀλλήλοις. ibid. XLII. 21. אִישׁ אֶל־אָחִיו Alex. πρὸς ἀλλήλους, coll. Exod. XVIII, 7. Exod. XIV. 20. זֶה אֶל־זֶה Alex. ἀλλήλοις. Suid. ἀλλήλων ἀντὶ τοῦ ἑαυτῶν.

'ΑΛΛΟΓΕΝΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, *alienigena, ex alia tribu et gente oriundus, peregrinus.* (ex ἄλλος et γένος *gens, genus.*) In vers. Alex. respondet Hebr. נֵכָר, Ies. LVI. 3. et זָר, Ies. LXI. 5. Jerem. LI. 51. Dicebatur autem in universum ἀλλογενὴς a Judæis omnis, qui non ad populum Judaicum pertinebat: unde apud Lucam XVII. 18. Samaritanus ita vocatur. coll. v. 16. Sæpius non legitur.

'ΑΛΛΟΜΑΙ, fut. ἀλοῦμαι, (activum est inusitatum, passivum autem et medium sæpius leguntur,) 1) *salio, subsilio, exsilio,* et dicitur non solum de hominibus, sed etiam de animalibus, præ gaudio tripudiantibus. Ad hanc notionem refertur ab haud paucis interpretibus locus Act. III. 8. ubi verba: περιπατῶν καὶ ἀλλόμενος vertuntur: modo incedens, modo saliens. Hesych. ἀλεῖται· πηδήσει. 2) *leviter incedo et me moveo saltantium instar.* In hac significatione derivata, quam propria accipere hanc vocem mallem in loco Act. III. 8. (coll. v. 9.) ubi homo claudus, a Petro sanatus, narratur templum intrasse περιπατῶν καὶ ἀλλόμενος, h. e. *pedibus integer;* si lectio sana est: nam desunt verba Græca laudata in bonis codicibus. Hesych. ἀνελλιποῦς, ὁ τοῖς ποσὶ μὴ ἀλλόμενος, ἤτοι χωλός. ib. XIV. 10. καὶ ἥλλετο καὶ περιεπάτει. coll. Ies. XXXV. 6. τότε ἀλεῖται ὡς ἔλαφος ὁ χωλός. Syrus: *et exsiliens surrexit.* 3) metaphorice usurpatur de *aquis fontanis scaturientibus et ebullientibus.* Joh. IV. 14. πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου fons scaturiens, fons perennis. Eodem modo *salire* apud Latinos Scriptores: Virgil. Eclog. V. 47. Sueton. Octav. 82. Vide etiam Pearson. annotat. in Ignatii Epistolam ad Romanos p. 56. Hesychius: ἀλλομένου, ἀεὶ ῥέοντος ἢ βλύζοντος.

'ΑΛΛΟΣ, η, ο, *alius, a, ud,* in universum *diversitatis* notionem habet, quacunque se habeat ratione, sed non uno eodemque sensu, pro diversitate subjecti. Nam 1) adhibetur *inclusive, alius præter aliquem vel aliquos.* Matth. IV. 21. εἶδεν ἄλλους δύο ἀδελφοὺς vidit præter Andream et Petrum alios fratres duos. Marc. VII. 4. καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν et præter ea alia multa sunt. Luc. V. 29. Act. XV. 2. et in Apocalypsi sæpissime. Hinc οἱ ἄλλοι *reliqui.* Joh. XX. 25. XXI. 8. 1 Cor. XIV. 29. Unde interdum a librariis pro οἱ ἄλλοι scriptum est οἱ λοιποί, ut apud Xenoph. Cyrop. III. 3. 4. in MS. Guelf. et Philelphi libris. 2) ut Lat. *alius* (Cic. ad Div. XI. 2, 5.), *diversus ab aliquo ac distinctus.* Matth. II. 12. δι' ἄλλης ὁδοῦ *per aliam viam, diversam a priore.* Joh. V. 32. Joh. XIV. 16. ἄλλον παράκλητον alium a me diversum doctorem seu adjutorem. 1 Cor. XV. 39. οὐ πᾶσα σὰρξ ἡ αὐτὴ σάρξ· ἀλλὰ ἄλλη μέν. 2 Cor. XI. 4. ἄλλον Ἰησοῦν, i. q. εὐαγγέλιον ἕτερον in sequentibus. Xenoph. Mem. IV. 4. 25. Ita אַחֵר, cui ἄλλος respondet in vers. Alex. Ies. XLII. 8. Ps. XVI. 4. 1 Regg. XIII. 10. 3) *distributive* sumitur, non solum si repetitur, ut Lat. *alius — alius,* Marc. VI. 15. ἄλλοι ἔλεγον — ἄλλοι δὲ ἔλεγον alii dicebant — alii vero dixerunt. 1 Cor. XII. 8, 9, 10. sed etiam, si semel tantum ponitur, v. c. Matth. VIII. 9. ibid. XXI. 8. 4) *alienus, qui est alterius,* i. q. ἀλλότριος. 1 Cor. X. 29. ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως. Hinc Hebr. זָר respondet in vers. Alex. Job. XIX. 27. Homer. Od. XXIII. 274. 5) *alter e binis,* i. q. ἕτερος. Matth. V. 39. στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην ei alteram quoque præbe. XII. 13. ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη sana ut altera. Marc. III. 5. Luc. VI. 10, 29. XIX. 32. Loca e Scriptoribus Græcis et Latinis dederunt Burmann. ad Phædr. I. 4. 4. et Schrader. ad Musæum p. 151 6) *secundus,* ὁ δεύτερος. Apoc. XIV. 8. coll. v. 9. ubi ὁ τρίτος commemoratur. Sic *alius* apud Cicer. ad Quir. p. red. c. 5. ubi vid. Grævius.

'ΑΛΛΟΤΡΙΟΕΠΙ'ΣΚΟΠΟΣ, ὁ, ἡ, *qui res alienas curat et quæ nihil ad se attinent, qui se alienis rebus immiscet,* i. q. ὁ πολυπράγμων, ὁ περιεργαζόμενος τὰ τῶν ἄλλων (ex ἀλλότριος alienus et ἐπίσκοπος inspector). Semel legitur hæc vox in N. T. 1 Petr. IV. 15. ἢ ὡς ἀλλοτριοεπίσκοπος: quæ verba plurimi interpretes de curioso alienarum rerum inspectore interpretati sunt, præeunte Œcumenio ad. h. l. (ὁ τὰ ἀλλότρια περιεργαζόμενος, ἵνα ἀφορμὴν λοιδορίας ἔχῃ) atque Luthero, pauci vero de *nimis severo alienorum vitiorum censore, sua autem negligente* explicarunt, ducti fortasse auctoritate Phavorini: ὁ τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας ἀφεὶς, τὰς δὲ ἑτέρων περιεργαζόμενος. Sed neutra explicatio ob præcedens πασχέτω locum habere potest. Videtur potius ἀλλοτριοεπίσκοπος *hominem omnibus sceleribus deditum* ex usu linguæ Hellenisticæ significare, in qua ἀλλότριος, simpliciter positum, *hominem scelestum, qui non obedit præceptis divinis,* notat, v. c. Psalm. I. 1. ubi in vers. Vta et VIta ἀλλότριοι Hebraico רְשָׁעִים respondet. Sirac. XLV. 22. Confer nostrum Spicileg. I. Lexici in interpretes Græc. V. T. p. 8. Syrus plane non vertit.

'ΑΛΛΟ'ΤΡΙΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) *alienus, non proprius,* et opponitur τῷ ἴδιος *proprius, peculiaris.* Luc. XVI. 12.

καὶ εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε et si in alienis infideles fueritis: ubi opponitur *τὸ ὑμέτερον*. Joh. X. 5. *ἀλλότριος ποιμὴν alienus custos*, prouti vocatur Virgil. Ecl. III. 5. coll. v. 12. *οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια*: ubi tamen *ἀλλότριος* etiam commode de *ignoto* explicari potest. coll. Sirac. VIII. 21. Rom. XIV. 4. *ἀλλότριος οἰκέτης*. Hebr. IX. 25. *αἵματι ἀλλοτρίῳ*. 2) *alienigena, peregrinus, exterus, extraneus*, quasi *ἀλλοόριος, ὁ ἄλλων ὁρίων ὑπάρχων*, secundum Etym. M. 68. 24. Act. VII. 6. *ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ* in terra peregrina, *ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ* Gen. XV. 13. Hebr. XI. 9. 1 Macc. XV. 33. Sæpius in vers. Alex. *τῷ* נֵכָר, Gen. XVII. 12. 1 Sam. VII. 3. et נָכְרִי, Jud. XIX. 12. Deut. XVII. 15. XXIII. 20. respondet. 3) *qui non ad familiam alicujus pertinet*. Matth. XVII. 25. *ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων* a liberis suis aut ab iis, qui non sunt familiares, coll. v. 26. Ita אֲחֵרִים, Psalm. XLIX. 11. 4) *alius, diversus et distinctus ab aliquo*, i. q. *ἄλλος*. Rom. XV. 20. *ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ*. 2 Cor. X. 15, 16. 1 Tim. V. 22. 5) *hostis*. Hebr. XI. 34. *παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων*. 1 Maccab. I. 40. Homer. Il. V. 214. Xenoph. Anab. III. 5. 4. *χώραν καίουσιν ὡς ἀλλοτρίαν*. Suid. *ἀλλοτρίως· πολεμίως. καὶ ὁ Δαβὶδ* (Psalm. XVIII. 13.) *καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου, τοῦτ' ἔστιν τῶν δυσμενῶν*. Hesych. *ἀλλότριος· πολέμιος, ξένος*. Idem tradit Etym. M. et Apollonius Lex. Hom. Tom. I. p. 118. Apud Thucydid. IV. 94. *ἀλλόφυλος στρατὸς* exercitus hostilis, et ibi Duker. Confer et Schweighæuser. in Lex. Polyb. p. 24.

'ΑΛΛΟ'ΦΥΛΟΣ, *ου, ὁ, ἡ*, proprie: *qui est ex alia tribu, qui est diversæ gentis, alienigena, barbarus*. (ex *ἄλλος* et *φυλὴ tribus, gens*, i. q. *ἀλλόεθνος* 3 Maccab. IV. 6.) Opponitur ei *ὁμόφυλος in eadem terra genitus*. Jamblich. Vit. Pythag. § 98. Thucyd. I. 102. IV. 64. 86 et 92. In N. T. libris speciatim *ἀλλόφυλος* dicitur, *qui non est de Judaica gente ortus, paganus*. Act. X. 28. *προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ* congredi cum gentili. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro נָכְרִי, Ies. II. 6. et בֶּן־נֵכָר, Ies. LXI. 5. haud raro etiam pro פְּלִשְׁתִּי, Judd. III. 3. posuerunt. Confer quæ Krebsius e Josepho in Observv. Flav. p. 208. notavit, et nos dedimus in Spicileg. I. Lexic. Biel. p. 8. Hesych. *ἀλλόφυλος· ἐξ ἄλλου γένους, μὴ ἔχων φυλήν*. Confer Schweighæuser. Lex. Polyb. p. 24. ac Jul. Pollucis Onom. VI. 198. et VIII. 110.

῎ΑΛΛΩΣ. Adverbium ab *ἄλλος*, *aliter, alio modo, alia ratione*. Legitur in N. T. tantum 1 Tim. V. 25. *καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα* et quæ aliter se habent, quæ nondum manifesta sunt, sed latent hactenus, suo tempore manifesta fient. Alii *ἄλλως temere, inconsulto et sine certa ratione* interpretantur, quam notionem, notatam quidem ab Etymol. M. 68. 37. et vindicatam huic adverbio a Perizonio ad Ælian. V. H. II. 13. p. 77. Valckenario ad Herodot. IV. 77. p. 316. Wessel. Ruhnkenio ad Timæum p. 199. et Fœsio in Œconomia Hippocrat. p. 20. tamen ab h. l. alienissimam judico.

'ΑΛΟΑ'Ω, *ῶ*, fut. *ήσω* et *άσω*, 1) proprie: *verbero, percutio*; unde per *τύπτειν* ab Hesychio explicatur. Etym. M. 69. 46. *ἀλοῶν, τύπτων, κόπτων*. Confer Hemsterhus. ad Jul. Pollucis Onomast. p. 1346. 2) *trituro, in area fruges excutio*, sive hoc fiat baculis et *τριβόλοις*, sive pedibus calcando. Etym. M. *ἀλοᾷν· τύπτειν καὶ τὸ θρύπτειν ἐπὶ τῆς ἅλω σῖτον*. Ammon. *τὸ ἐπὶ τῇ ἅλῳ πατεῖν καὶ τρίβειν τοὺς στάχυας*: ubi confer Valkenar. 1 Cor. IX. 9. *οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα* ne camum injicias bovi trituranti. 1 Tim. V. 18. Ex more enim Orientis boves grana ex aristis exterebant pedibus, ut docuit Paulsen. in libro: de Agricultura Orr. Helmst. 1724. 4. lingua vernacula scripto. 1 Cor. IX. 10. *ἀλοᾷν* tribuitur hominibus, qui ministerio boum triturationem perficiebant. Alexandrini usi sunt hac voce pro דּוּשׁ, Deut. XXV. 4. Ies. XLI. 15. et דָּרַךְ *calcavit* Jerem. LI. 33. Confer Beckii Comment. in Aristophanem Vol. III. p. 49.

῎ΑΛΟΓΟΣ, *ου, ὁ, ἡ*, proprie 1) apud Græcos et *eum, qui est facultatis dicendi expers, mutum, elinguem, ἄφωνον* (Exod. VI. 12. וַאֲנִי עֲרַל שְׂפָתַיִם, Alex. *ἐγὼ δὲ ἄλογός εἰμι*) et *rationis expertem, brutum, irrationabilem* significat. 2 Petr. II. 12. *ὡς ἄλογα ζῶα* animalia bruta. Syrus: [illegible], Jud. v. 10. ubi Vulg. *muta animalia*. Xenoph. Hier. 7. 3. Sapient. XI. 66. e quo loco fortasse aliquis conjiciat, *τὰ ἄλογα ζῶα* in locis N. T. laudatis de *animalibus vilibus et contemptibilibus*, explicanda esse. 2) *rationi non consentaneus, cum ratione pugnans, absurdus, temere dictus et factus*. Act. XXV. 27. *ἄλογόν μοι δοκεῖ* ineptum et absonum mihi videtur. Polyb. III. 15. 9. *ἄλογοι προφάσεις*. Ib. III. 81. 9. *ἄλογος θυμός*. Cf. Symmach. ad Job. XIII. 4. Hesych. *ἄλογος· μωρός*. Gloss. Vet. apud Labbæum: *irrationabilis*.

'ΑΛΟ'Η, *ης, ἡ, aloë*. Nomen duabus diversissimi generis plantis commune: alteri *herbæ*, e qua succus amarissimus eliciebatur. Hesych. *ἀλόη· πόας εἶδος καὶ ὁ χυλὸς αὐτῆς*. Etym. M. eodem modo interpretatus est. — alteri *arbori aromaticæ* ad thymiamata vulgo usurpatæ, quæ in India et Arabia gignitur, et vulgo *ξυλαλόη* et *ἀγάλλοχον*, Hebr. אֲהָלִים et אֲהָלוֹת, Cant. IV. 14. Arab. *Alluwe*, et a vulgo *arbor Paradisi* vocatur. Conf. præter Plinii H. N. XXVII. 4. Ol. Celsii Hierobotan. T. I. p. 135. Isidor. Cap. de Arborib. Arom. Salmasius ad Solinum. p. 1153. et de Homonymis Hyles Iatricæ cap. 6. Aloë hæc aromatica condiendis cadaveribus ab Ægyptiis adhibita, teste Aëtio et Herodoto, sine dubio fuit, qua Nicodemus Joh. XIX. 39. usus fuisse legitur ad unguendum et pollingendum Christi corpus.

῞ΑΛΣ, *ἁλός, τὸ, sal*. Differt ab *ἅλς, ἁλός, ἡ, mare*, solo genere. Marc. IX. 49. *ἁλὶ ἁλισθήσεται* sale condietur. Alex. pro מֶלַח, Psalm. LX. 1. Ezech. XLIII. 24. Vide quæ supra ad vocem *ἅλας* notavimus.

'ΑΛΥΚΟ'Σ, *ὁ, ἡ, τὸ, salsus, marinus*, ab *ἀλύκη*, quod, Hesychio teste, est id quod *θάλασσα*, aut secundum alios ab *ἅλς, sal, mare*. Jacob. III. 12. *οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ* nullus fons salsam simul aquam et dulcem emittere potest. In vers. Alex. מֶלַח respondet Num. XXXIV. 3, 12. Jos. XV. 2, 5. Jul. Pollux Onom. II. 110. *πικροὺς, ἁλμυροὺς, ἁλυκοὺς χυμούς*. Conf. de hac voce Sallierium ad Mœridem p. 29 seqq.

῎ΑΛΥΠΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, vacuus a molestiis et ærumnis, tristitiæ ac mœroris expers*, ex *α* priv. et *λύπη dolor*. Sic v. c. *ψυχὴ ἐκ τοῦδε τοῦ χωρίου μεταστᾶσα* vocatur *ἄλυπος* ab Æschine Dial. III. § 22. Comparativus *ἀλυπότερος, α, ον, minus dolens, minus molestiis ac ærumnis expositus*,

legitur tantum Philipp. II. 28. κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ et ego magis ab ærumnis vacuus esse possim, seu, egoque minus doleam. Xenoph. Œcon. VIII. 2. ἀλυποτέρα δὲ αὕτη ἡ ὠδίνα. Phavor. ἀλυπότερος· ὁ μὴ λυπούμενος.

Ἄλυσις, εως, ἡ, (Ita enim scribendum est, non, ut in vulgaribus libris, ἅλυσις: nam descendit ab α priv. et λύω solvo, catena enim non solvi potest. Phavor. ἄλυσις παρὰ τὸ λύω, λύσω· ἄλυτος γάρ ἐστιν. Cf. Zeunius ad Xenoph. de Re Equestri X. § 9.) æque late patet ac δεσμὸς, et *catenam, vinculum ex qualibet materia confectum* notat, *et manicas æque ac compedes complectitur*. Nec strictiori sensu sumitur Marc. V. 3. καὶ οὔτε ἀλύσεσιν οὐδεὶς ἠδύνατο αὐτὸν δῆσαι. Act. XXVIII. 20. τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι his catenis circumdatus sum. Ephes. VI. 20. Apoc. XX. 1. 2 Tim. I. 16. καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη nec se mihi vincto, captivo subtraxit. Etym. M. 72. 1. ἄλυσις· ἡ ἐκ χαλκοῦ ἢ σιδήρου ἢ ἀργυρίου ἢ χρυσοῦ πεπλεγμένη σειρά —— ὅτι ἄλυτός ἐστιν. Interdum tamen, præsertim si diserte distinguitur a πέδαις, tantum *manicas, vincula, quibus manus constringuntur*, indicat, v. c. Marc. V. 4. πέδαις καὶ ἀλύσεσι. (Polyb. III. 82. 8.) Luc. VIII. 29. Act. XII. 6, 7. XXI. 33.

Ἀλυσιτελὴς, έος, ὁ, ἡ, vi etymologiæ proprie diceretur is, *qui nullum vectigal solvit*; q. d. ὁ μὴ λύων τὰ τέλη: a λυσιτελέω *vectigal et pensionem debitam solvo*: sed quia λυσιτελεῖν frequentius *prodesse, utilitatem afferre*, notat, etiam ἀλυσιτελὴς 2) *inutilis, nihil lucri afferens*, dicitur. Hesych. ἀλυσιτελές· ἀσύμφορον, ἀνωφελές. 3) per litoteta: *noxius, perniciosus*, uti *inutilis* apud Latinos, v. c. Cic. Offic. III. 21. de Invent. I. 49. Hebr. XIII. 17. ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο, h. e. quod pœnas gravissimas vobis conciliaturum esset. Polyb. III. 117. ἀλυσιτελῆ δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν αὑτοῦ τῇ πατρίδι πεποιημένος. Sic etiam adverbium ἀλυσιτελῶς *magno cum damno*. Theophr. Char. VIII. 4. ἀλυσιτελῶς ἀπαλλάττουσι. Cf. Clarkium ad Homer. Iliad. II. v. 269. Ἀλυσιτέλεια est *damnum, jactura*, apud Polybium IV. 47. 1. Confer Pollucis Onomast. V. § 136.

Ἀλφαῖος, αίου, ὁ, *Alphæus*. Nomen proprium viri, qui alias vocatur Cleophas; id quod luculenter e comparatione locorum Marc. XV. 40. et Joh. XIX. 25. apparet. Fuit hic frater germanus Josephi mariti matris Jesu et Mariæ sororis matris Jesu, pater vero Apostolorum Jacobi minoris, Matth. X. 3. et Matthæi, Marc. II. 14. Cf. Euseb. H. E. III. c. 11. et Lightfoot. Hor. Hebr. et Talmud. ad Matth. X. 3. et loca N. T. Marc. III. 18. Luc. VI. 15. Act. I. 13.

Ἅλων, ωνος, ὁ et ἡ, (scribitur etiam ἅλως, ὁ, ἡ,) 1) proprie: *area, locus terendis et exprimendis frugibus aptus* aut *triturationi frumentorum destinatus*, Hebr. גֹּרֶן. Genes. L. 10, 11. Hos. IX. 1, 2. Derivari solet haud incommode ab ἀλίζω *congrego*, quod in ea fruges colligi et coacervari soleant. Sed hæc notio, apud exteros scriptores (v. c. Dionys. Hal. Ant. VIII. 16. p. 1536. ed. Reisk.) admodum frequens, non habet locum in N. T. libris, in quibus potius 2) *ipsa frumenta, quæ in area excutiuntur et exteruntur*, notat, ad imitationem Hebraici גֹּרֶן, v. c. Exod. XXII. 6. Alex. καὶ προσεμπρήσῃ ἅλωνας. Ruth. III. 2. λικμᾷ τὸν ἅλωνα τῶν κριθῶν. Job. XXXIX. 12. quod ab ipsis Alexandr. Deut. XV. 14. per σῖτος redditur: apud quos ἅλων adeo Hebr. גָּדִישׁ *acervus frugum* Jud. XV. 5. respondet, quibus adde locum Ies. XXV. 10. Sic Matth. III. 12. καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ quo frumenta sua purgabit. Luc. III. 17. Phavor. ἅλως τῆς ἅλω κλίνεται Ἀττικῶς. καὶ ἅλως τὸ ἀλώνιον παρὰ τὴν τῶν ἀσταχύων ἀλόησιν καὶ συντριβήν. Confer Maittaire de Dialectis. L. Gr. p. 28. ed. Sturz. et Schol. ad Theocrit. Idyll. VII. 34.

Ἀλώπηξ, εκος, ἡ, 1) *vulpes*, animal callidissimum, cujus descriptionem dedit Bochartus Hieroz. P. I. Lib. III. c. 13. Matth. VIII. 20. αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι vulpes intimis in foveis habitant. Luc. IX. 5, 8. 2) metaphorice: *homo callidus ac versutus*. Sic Christus Luc. XIII. 32. Herodem vulpem vocat ob fraudulentas insidias, quas ipsi clam struebat. Eodem modo Græci Scriptores hac voce utuntur. Vide Palæph. de Incred. c. 8. Sophocl. Aj. Flag. v. 103. Plutarch. in Sulla c. 28. p. 139. ed. Reisk. Suid. ἀλωπεκίζων ἐπὶ τῶν ἐξαπατᾷν ἐγχειρούντων. Cf. etiam Zenobium Cent. I. Prov. 70. Eustath. ad Il. γ΄. p. 283. l. 44. Riccii Diss. Homer. X. p. 105. Pricæum in annotatt. ad Luc. XIII. 32. et I. H. Maii Obss. SS. l. II. p. 97. seq.

Ἅλωσις, εως, ἡ, *captura, captio*, ab ἁλίσκω seu ἁλόω *capio*, fut. ἁλώσω. 2 Petr. II. 12. ζῶα γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν destinata capturæ et morti, nata ut capta ab hominibus interficiantur. Hesych. ἁλώσεως· ἀπωλείας, θανάτου. Idem: ἅλωσιν· φόνον, πόρθησιν. Apud Pollucem Onom. VIII. 118. legitur: ἅλωσις Τροίας. In vers. Alex. semel legitur Jerem. L. 46. ubi Hebr. נִתְפְּשָׂה a תָּפַשׂ *prehendit, apprehendit*, respondet.

Ἅμα. Adverbium temporis. 1) *una, simul cum*, quo sensu construitur fere cum dativo, qui regitur ab omissa præpositione σὺν, quæ additur 1 Thess. IV. 17. V. 10. Mat. XIII. 29. ἐκριζώσητε ἅμα (σὺν) αὐτοῖς τὸν σῖτον eradicetis una cum illis triticum. Theocrit. Idyll. XVI. v. 188. Homer. Iliad. XII. v. 87. Tacit. Anal. III. c. 64. Huc pertinet etiam formula: ἅμα πρωΐ, (pro: ἅμα σὺν τῷ χρόνῳ ὄντι πρωΐ) quæ legitur Matth. XX. 1. h. e. *primo mane, summo diluculo*, i. q. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ 1 Macc. IV. 6. quam primum dies illuxit. Hac de formula, etiam apud Theophr. Char. 24. obvia, eleganter exposuit Fœsius Œconom. Hipp. p. 25. et Bielius in Thess. Philol. sub hac voce, qui non male contulit Hebraicam formulam כְּאוֹר הַבֹּקֶר, Micha II. 1. Jud. IX. 31. Similes sunt formulæ: ἅμ' ἡμέρᾳ, ἅμ' ἡλίῳ ἀνιόντι, quibus usi sunt Diod. Sic. T. I. p. 613 et 698. ed. Wesselingii et Athenæus VI. p. 273. et ἅμα τῷ φωτὶ *prima luce* apud Polyb. I. 12. 2. ac ἅμα ἠοῖ apud Homerum Iliad. η, v. 331. 2) *simul etiam*, cum casum nullum habet et absolute ponitur. Act. XXIV. 26. ἅμα καὶ ἐλπίζων simul etiam sperans. ibid. XXVII. 40. ἅμα ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας. Coloss. IV. 3. 1 Tim. V. 13. Philem. v. 22. 3) *ad unum omnes*, Rom. III. 12. ἅμα ἠχρειώθησαν nemo insons, ad unum omnes impii facti sunt; ubi ἅμα Hebr. יַחְדָּו, Psalm. XIV. 3. respondet, ut aliis in locis multis, v. c. Gen. XIII. 6. XXII. 6, 8, 19. — Hesych. ἅμα· ὁμοῦ, ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, καὶ ἐκ διαφόρων τόπων καὶ εἰς ἕνα τόπον καὶ ὁμόσε. Suid. κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, εὐθέως, παραχρῆμα. In universum conferendus est Vigerus de Idiotismis L. G. p. 369 seq. ed. Zeunii. Gloss.

Vet. ἅμα, *mox, unia* (scribe: *una*); *simul.*

ἈΜΑΘΗ'Σ, ἕος, ὁ, ἡ, 1) *indocilis, indoctus, imperitus, literarum rudis,* ex α στερητικῷ et μανθάνω *disco.* Schol. ad Aristoph. Nub. v. 135. ἀμαθής· ἰδιώτης καὶ ἀπαίδευτος. Xen. Mem. I. 2. 49. IV. 2. 33. 2) *impius, perversus;* nam omnia verba cognitionis aut ignorantiæ non solum nudam scientiam et inscitiam, sed etiam affectus et effectus notant, qui cognitioni aut ignorantiæ conjuncti esse solent, ut bene docuit Glassius in Philol. S. p. 828. ed. Dathii. Sic legitur in N. T. 2 Pet III. 16. ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν quæ impii et nondum satis confirmati in religione pervertunt. Certe apud Græcos Scriptores ἀμαθής interdum *hominem impolitum, vastis et inhumanis moribus* notare, Casaubonus docuit ad Athen. p. 391. et ἀμαθίαν interdum *malitiam* et *perversitatem* significare, exempla docent a Krebsio in Obss. Flav. p. 408. prolata. Non tamen magnopere repugnarem, si quis ἀμαθεῖς in loco Petri laudato de hominibus a perfecta religionis christianæ cognitione alienis explicare mallet.

ἈΜΑΡΑ'ΝΤΙΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *non marcescens et flaccescens,* ex α priv. et μαραίνομαι *marcesco* et *flaccesco.* Dicitur maxime de arboribus et floribus, nunquam virorem et speciem floridam amittentibus, et quidem peculiariter de certo quodam flore *amarantus,* cujus flores, ut testatur Dioscorides, nunquam marcescunt, unde olim coronæ contextæ victoribus imponebantur, ac etiam in funeribus adhiberi solebant, observante Philostrato in Heroicis c. 19. p. 741. ed. Olear. Adde Plin. H. N. XXI. 25. et Athenæum XV. 11. Illustrari exinde potest locus 1 Petr. V. 4. ubi στέφανος ἀμαράντινος corona non marcescens, seu ex immortali amaranto (ut verbis Columellæ utar) contexta de futura Christianorum in cœlis eaque perenni felicitate usurpatur. Hesych. ἀμαράντινον· ἄσηπτον, et Lex. Reg. MS. ab Albertio ad h. l. citatum: ἀμαράντινον· ἀειθαλές. Conf. Adami Obss. Theol. Philol. p. 436. ac Wetstenii N. T. T. II. p. 669.

ἈΜΑ'ΡΑΝΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ejusdem significationis et originis cum præced. ἀμαράντινος. Semel tantum in N. T. legitur 1 Petr. I. 3. κληρονομίαν ἀμάραντον felicitatem æternam. In eadem metaphorica perennitatis notione legitur etiam in libro Sapient. VI. 13. λαμπρὰ καὶ ἀμάραντός ἐστιν ἡ σοφία. Phavor. ἀμάραντος. εἶδος φυτοῦ, ἀφ' οὗ στέφανοι πλέκονται. Adde Etymol. M. 77. 52. et Pollucis On. I. 229.

ἈΜΑΡΤΑ'ΝΩ, fut. ἁμαρτήσω, 1) proprie: *non collineo, aberro a scopo proposito, scopum non attingo et lædo;* etiam *aberro a via quæ est calcanda.* Xen. Cyrop. IV. 6. 2. Herodot. I. 43. Homer. Odyss. XI. 510. Eurip. Alc. v. 850. ἄγρας ἁμαρτάνειν. Confer quoque Etymol. M. 78. 15. et Plutarch. de Virtute Morali p. 746. ed. Reisk. Eandem notionem proprie habet Hebraica vox חָטָא, ut Arabice خطب v. c. Judd. XX. 16. Job. V. 24. Ies. LXV. 25. Ab hac significatione propria commode omnes reliquæ metaphoricæ derivari poterunt. Sic ἁμαρτάνω 2) *aberro a virtutis tramite, pecco, legibus divinis non consentanee sentio et ago,* ut חָטָא, Cohel. VII. 20. IX. 2. Mat. XXVII. 4. Luc. XV. 18. ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν peccavi contra Deum (חָטָא cum ל constructum legitur 1 Regg. VIII. 31.) et 21. Joh. IX. 2. Rom. II. 12. III. 23. V. 12, 14, 16. 2 Petr. II. 4. 1 Joh. I. 10. Interdum latius patet et omnino *vitiosum et perversum esse, deditum esse impietati,* notat, v. c. 1 Joh. III. 6. καὶ οὐ δύναται ἁμαρτάνειν non potest delectari peccatis, seu vitiosus esse. ib. v. 8. ὁ διάβολος ἁμαρτάνει. v. 9. V. 18. Hip. de Aëre § 109. ἡμαρτηκέναι τῷ Θεῷ. 3) *aberro a veritatis tramite, in errores incido, errores alo,* ita, ut omissum sit τοῦ ἀληθοῦς, vel τῆς ἀληθείας. 1 Cor. XV. 34. μὴ ἁμαρτάνετε, i. q. μὴ πλανᾶσθε v. 33. Tit. III. 11. ἁμαρτάνειν tribuitur τῷ αἱρετικῷ ἀνθρώπῳ, ei, qui falsas opiniones alit et religioni christianæ contrarias. Loca vett. Scriptt. hanc notionem confirmantia dedit Palairet. Obss. Phil. Crit. p. 415. 4) ἁμαρτάνειν εἴς τινα *injuria afficere, offendere, lædere aliquem, violare officia alteri debita.* Matth. XVIII. 15. ἐὰν δὲ ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου si quis te injuria affecerit. Luc. XVII. 3. Luc. XV. 21. ἥμαρτον ἐνώπιον (1 Sam. XX. 1.) σοῦ violavi officia tibi debita. Eodem modo חָטָא cum ל, Gen. XX. 9. Judd. XI. 27. 1 Sam. XIX. 4. usurpatur, quod Alexandrini haud raro per ἀδικεῖν interpretati sunt. Gen. XLII. 22. Jer. XXXVII. 17. M. Antonin. VII. 26. ὅταν τις ἁμάρτῃ εἰς σέ. Cic. ad Attic. III. 15. in me enim ipsum peccavi vehementius. — Formula vero ἁμαρτάνειν εἴς τι significat: *noxam, damnum alicui rei inferre,* v. c. 1 Cor. VI. 18. εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει sibi damnum infert, quasi violat officia corpori suo debita. 5) *committo scelus, flagitium legibus humanis interdictum et pœna civili dignum;* et ut omnino de omnis generis gravioribus delictis usurpatur, ita speciatim de adulterio, scortatione et omnis generis Venere illicita dicitur, v. c. Joh. V. 14. μηκέτι ἁμάρτανε castitati in posterum stude. ib. VIII. 11. coll. v. 2 et 3. Apud Græcos ἁμαρτάνειν haud raro *adulterari, scortari* notat, v. c. apud Ælian. V. H. IV. 1. Eurip. Hippolyt. v. 507. (cf. Munker. ad Antonin. Lib. Metam. c. 41. p. 337. et D'Orville ad Chariton. p. 220. ed. Lips.) uti *peccare* apud Latinos, v. c. apud Horat. I. Od. 33. v. 9. Martial. I. 35. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 702. Sed in N. T. etiam in latiori illa significatione occurrit. Act. XXV. 8. οὔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον nec contra Cæsarem quid commisi. 1 Petr. II. 20. εἰ ἁμαρτάνοντες κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε si quis verbera patienter sustineat, quæ tamen malefactis meruerit. 6) *rebello, inobediens, immoriger sum.* 1 Tim. V. 20. τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ubi, ut series orationis docet, ἁμαρτάνοντες sunt, qui disciplinæ ecclesiasticæ se submittere nolebant, qui legibus ecclesiasticis non parent. Hebr. III. 17. οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν; nonne Israëlitis, qui, Deo diffisi, contra Mosen in deserto rebellabant? qui v. 18. ἀπειθήσαντες vocantur. 7) *desero religionem christianam, deficio ab ea.* Hebr. X. 26. ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν sponte enim nobis deficientibus a religione christiana. Cf. Phavor. sub ἁμαρτάνειν et ἁμαρτάνω.

ἉΜΑ'ΡΤΗΜΑ, ατος, τὸ, descendit a præterito passiv. ἡμάρτημαι. 1) *peccatum, quævis violatio præceptorum divinorum, quævis aberratio a virtutis tramite.* Marc. III. 28. πάντα ἀφεθήσεται ἁμαρτήματα. ib. IV. 12. καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα. Rom. III. 25. διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων. 2) *scelus, flagitium vel legibus humanis interdictum.* 1 Cor. VI. 18. Alex. usi sunt hac voce pro Hebr. חַטָּאָה, Gen. XXXI. 36. עָוֹן, Exod. XXVIII. 38. פֶּשַׁע, Ies. LVIII. 1.

ἉΜΑΡΤΙ'Α, *ίας*, *ἡ*, proprie 1) *aberratio a scopo præfixo*, seu *a recto tramite*, ἡ ἀποτυχία, ut auctor Etym. M. explicat. 2) *aberratio a virtutis tramite, actiones et affectiones animi pravæ, quæ legi divinæ adversantur*, ἡ τοῦ καλοῦ ἐκτροπὴ εἴτε τοῦ κατὰ φύσιν εἴτε τοῦ κατὰ νόμον, interprete Phavorino. Matth. III. 6. ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. ibid. IX. 2, 5, 6. ubi obiter moneo, ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας in omni hoc loco significare removere ab aliquo pœnas peccatorum. ibid. XII. 31. XXVI. 28. Rom. VI. 13. ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ. In vers. Alex. iisdem vocibus Hebraicis respondet, quibus præcedens ἁμάρτημα. 3) *ipsa vitiositas et perversitas animi, quæ est fons actionum pravarum*, die moralische Verdorbenheit, die herrschende Fehlerhaftigkeit, *moral corruption, prevailing depravity*. Joh. VIII. 34. πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας qui vitiositati deditus est, est ejus servus. ibid. IX. 34. ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος totus, quantus quantus es, vitiosus es. Rom. V. 12. VI. 1, 2, 6, 12, 14. VII. 9. et alibi sæpius. 4) *injuria alteri illata*. Act. VII. 60. μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην noli ulcisci hanc cædem, seu injuriam mihi insonti illatam. Sic ἁμαρτία sumitur quoque apud Symm. Psalm. LVIII. 8. pro Hebr, עָוֹן, ubi Vulg. habet: *sine iniquitate*. 5) *impudicitia, adulterium, scortatio*. 2 Petr. II. 14. ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας indesinenter libidini venereæ indulgentes. Appianus Alex. p. 594. ed. Paris. narrat, Claudiam Quintam, stupri suspectam, ἐπιθειάσαι πολλὰ περὶ τῆς ἁμαρτίας. Simili sensu *peccatum* dixit Ovid. Amor. II. Eleg. 7. v. 11. et חַטָּאָה auctor poster. libri. 2 Sam. XII. 13. 6) *pervicacia, contumacia credendi, dubitandi obfirmatio, incredulitas*. Joh. VIII. 21 et 24. ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε incredulitatis vestræ pœnas dabitis. ib. XV. 22. νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν nunc vero hanc suam ipsorum pervicaciam nullo modo excusare possunt. ibid. XVI. 8. coll. v. 9. περὶ ἁμαρτίας, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ. Hebr. III. 13. 7) *defectio a religione divina* sive *patriarchali illa puriori*. Hebr. XI. 25. ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν quam fluxis illis cum idolorum cultu conjunctis commodis frui. sive *christiana*. 2 Thess. II. 4. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, h. e. ἀποστασίας, insignis ille impostor, qui multos abstrahet a religione christiana. 8) *incitamentum et sollicitatio ad peccatum et specialim ad defectionem a religione divina*. Rom. VII. 7. ὁ νόμος ἁμαρτία; num lex divina peccandi libidinem auget, promovet peccata? τῆς ἁμαρτίας διάκονός ἐστι, ut Paulus loquitur Galat. II. 17. Hebr. XII. 1. εὐπερίστατος ἁμαρτία. vide sub εὐπερίστατος. ibid. v. 4. πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι, ubi ἁμαρτίαν de ipsis calamitatibus, persecutionibus, ob religionem christianam, quatenus incitamenta sunt τῆς ἀποστασίας, intelligendum esse, series orationis docet. 9) *impostura, fraus, mendacium, fallacia*, quasi *aberratio a veritate*, inprimis si opponitur τῇ ἀληθείᾳ, ut Joh. VIII. 46. τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; num aliquis vestrum me fraudis, seu imposturæ, convincere et arguere potest? Huc etiam ex opinione quorundam interpretum locus supra jam commemoratus 2 Thess. II. 3. referendus esset. 10) *culpa et pœna peccati*. Marc. III. 29. ubi pro κρίσεως in nonnullis libris legitur ἁμαρτίας. Joh. IX. 41. οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν — ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει nullam incredulitatis vestræ culpam haberetis — manet vos pœna pervicaciæ vestræ. ibid. XV. 22, 24. Joh. I. 29. ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου qui aufert pœnas peccatorum omnium hominum. 1 Cor. XV. 17. ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν nondum sunt vobis peccata remissa. 1 Petr. II. 24. Eodem modo עָוֹן, Genes. IV. 13. חָמָס, Ps. VII. 17. חַטָּאָה, Zac. XIV. 19. coll. v. 18. רָעָה, Ezech. XVIII. 20. et ἁμαρτία in libris Apocryphis, Sirac. VII. 1. XXIII. 21. legitur. Conf. nostrum Spicilegium I. post Bielium p. 9. 11) Quemadmodum Hebr. חֵטְא, interdum (v. c. Levit. VI. 19. et IX. 15.) notat *offerre sacrificium pro peccato*, ita ἁμαρτία quoque significat *sacrificium pro peccatis oblatum*, ἱλαστικόν. Hebr. IX. 28. χωρὶς ἁμαρτίας sine victima pro peccatis, sine sacrificio piaculari, ad imitationem Hebr. חַטָּאָה, Ps. XL. 7. *Sacrificium pro peccatis* in N. T. etiam vocatur περὶ ἁμαρτίας, ita, ut omissum sit θυσία aut προσφορά. Rom. VIII. 4. πέμψας περὶ ἁμαρτίας, sc. θυσίαν, qui misit filium suum, tanquam sacrificium expiatorium. Heb. X. 6. ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ηὐδόκησας non delectaris holocaustis et sacrificiis expiatoriis, coll. v. 18. ubi προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας dicitur. Imitati sunt Scriptores N. T. Alexandrinos interpretes, qui חַטָּאָה et אָשָׁם, quod idem significat, περὶ ἁμαρτίας verterunt Levit. VI. 23. Num. VIII. 8. Ps. XL. 7. nisi in omnibus his locis conjunctim περιαμαρτίας, *expiationem*, legere quis malit, a περιαμαρτέω, περιαμαρτίζω, *expio*, unde περιαμαρτισμός, *expiatio*, quibus vocibus haud raro usos esse interpretes Græcos V. T. Bielius docuit in Thesaur. Philol. s. h. v. 12) *is, qui peccat*, ἁμαρτωλός, abstracto posito pro concreto. 2 Cor. V. 21. ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν pro nobis punivit et tractavit ut peccatorem, nam sequitur ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ, Ies. I. 18. Nec tamen repugnarem, si quis hunc quoque locum ad proxime antecedentem (n. 11.) significationem referre ac vertere mallet: *voluit esse victimam, qua peccata et scelera nostra expiarentur*. Cf. Glassius Philol. S. p. 873 seq.

ἈΜΑ'ΡΤΥΡΟΣ, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, *carens testibus, expers testimonii*, apud Græcos aut is dicitur, qui nullum perspicuum de se testimonium, documentum et argumentum edit, e quo, quis et qualis sit, cognoscatur; aut res, idoneis argumentis non comprobata, incerta, v. c. Thucyd. II. c. 41. ἀμάρτυρόν γε τὴν δύναμιν παρασχόμενοι. Fragmenta Callimachi T. I. ed. Ernesti p. 575. ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδω haud incerta cano. Josephus A. J. XIV. 7. 2. οὐκ ἔστι δὲ ἀμάρτυρον. In N. T. semel legitur Act XIV. 17. καίτοι γε οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν multa voluit extare sui documenta, seque Optimum Maximum satis probavit. Alia loca Scriptt. Gr. dedit Schwarzius in Comment. L. Gr. p. 70. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 10. ἀμάρτυρος, *intestabilis*.

ἉΜΑΡΤΩΛΟ'Σ, *οῦ*, *ὁ*, *ἡ*, 1) *vitiosus, pravus, perversus*, ein moralisch Verdorbener, *a moral transgressor. vitiositati addictus* (nam adjectiva in ωλος desinentia studium alicujus rei, virtutis aut vitii indicant). Suid. ἁμαρτωλοί· οἱ παρανομίᾳ συζῆν προαιρούμενοι, καὶ βίον διεφθαρμένον ἀσπαζόμενοι. Phavor. ἁμαρτωλοί· οἱ ἑκουσίως ἁμαρτάνοντες μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. Luc. XIII. 2. ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας ἐγένοντο istos Galilæos pessimos fuisse omnium Galilæorum. ib. XV. 7. ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ

μετανοοῦντι. et v. 10. XVIII. 13. O Deus propitius esto mihi peccatori! Rom. III. 7. V. 8, 19. Jacob. IV. 8. V. 20. quanquam in hoc loco ἁμαρτωλὸς etiam *eum* notare potest, *qui a veritatis tramite aberrat et errores alit.* 2) *qui interdum aberrat a virtutis tramite et violat præcepta divina.* Luc. V. 8. ὅτι ἀνὴρ ἁμαρτωλός εἰμι ego enim sum homo peccator. 1 Tim. I. 15. Hebr. VII. 26. κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν qui secessione sua in cœlum effugit peccatorum his in terris commercia. 3) *scelestus, flagitiosus, qui dira et atrocia crimina committit legibus humanis et civilibus interdicta.* Hinc notionem obtinet hoc vocabulum maxime tum, cum ab ἀσεβὴς distinguitur. 1 Tim. I. 9. ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς. Jud. v. 15. ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς. Sic רָשָׁע et חוֹטֵא pariter junguntur Prov. XI. 31. ubi LXX ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται: Hinc κατ' ἐξοχὴν ἁμαρτωλὸς in N. T. *is* dicitur, *qui rem veneream illegitimam exercet, pudicitiæ et castitatis leges violat*, v. c. Luc. VII. 37. ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς, h. e. vel meretrix, scortum prostitutum, vel *adultera.* ib. v. 39. Imitati sunt hunc loquendi usum mere Hebraicum etiam Latini Scriptores, v. c. Lactant Institutt. VI. 23. 27. Huc referanda est etiam formula, sæpius in N. T. obvia: τελῶναι καὶ ἁμαρτωλοὶ portitores et peccatores, seu *scelesti.* Matth. IX. 10. XI. 19. Marc. II. 15, 16. Luc. V. 30. VII. 34. XV. 1. in qua vox ἁμαρτωλοὶ omnes significat, qui diris criminibus famosi sunt, qui vulgo maxime scelesti habentur, sive sint portitores, sive ex alio hominum genere, nam Matth. XXI. 31, 32. οἱ τελῶναι καὶ πόρναι conjunguntur, et *portitores* præ aliis olim exosi erant ob summam ipsorum acerbitatem et iniquitatem. Vide infra sub τελώνης. 4) *paganus, gentilis, idolorum cultor, qui non est civitati Judaicæ adscriptus*, ita dicebatur a Judæis, neminem extra ecclesiam Judaicam sanctitati vitæ studere posse opinantibus, et idololatriam κατ' ἐξοχὴν חַטָּאָה Exod. XXXII. 31, 35. 1 Regg. XIV. 16. appellantibus. Matth. XXVI. 45. ὁ υἱὸς ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας τῶν ἁμαρτωλῶν, collato loco parallelo Luc. XVIII. 32. παραδοθήσεται τοῖς ἔθνεσιν. Luc. VI. 32, 33. coll. Matth. V. 47. Marc. XIV. 41. Luc. XXIV. 7. et in Epistola ad Galat. II. 15. οἱ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοὶ opponuntur τοῖς φύσει Ἰουδαίοις. Sic חַטָּאִים 1 Sam. XV. 18. 5) *pervicax, dubitandi contumax, incredulus.* Sic v. c. Marc. VIII. 39. Judæi vocantur γενεὰ μοιχαλὶς καὶ ἁμαρτωλὸς, ubi μοιχαλὶς de impietate in universum, ἁμαρτωλὸς vero de contumacia explicandum erit. Hebr. XII. 3. ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν. Vide supra sub ἁμαρτία. 6) *impostor, falsus doctor, qui se falso a Deo missum prædicat et legatum divinum venditat.* Joh. IX. 16. ubi cœcus, a Christo sanatus, Pharisæis, audacter contendentibus, Jesum οὐκ εἶναι παρὰ τοῦ Θεοῦ, respondet, πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; h. e. quomodo impostor talia miracula patrare potest? ibid. v. 24, 25 et 31. ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει non adjuvat miraculis Deus impostorum fraudem. coll. v. 33. 7) adjective interdum sumitur, et tunc vel per *scelestus, vitiosus*, vel per *puniendus, pœna dignus, detestabilis* explicandum est. Luc. XIX. 7. παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρί. Rom. VII. 13. ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία ut appareret, peccatum esse maxime detestabile et pœna dignum. ubi confer versionem Syriacam. Restant denique illa loca, in quibus singulari quodam sensu ἁμαρτωλὸς etiam *is* dicitur, *qui vitiositatis suæ sensu tactus ad veram pietatem adspirat.* Sic Matth. IX. 13. οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλούς. Cf. infra sub δίκαιος. Marc. II. 17. Luc. XVIII. 13. Fortasse etiam 1 Tim. I. 15. huc referendus est.

"ΑΜΑΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Apud Græcos Scriptt. vulgo *passive* usurpatur, ita, ut eum significet, *qui vinci nequit, insuperabilem*, (Hesych. ἀκαταμάχητον, ἀκαταγώνιστον. Suid. δυσκαταμάχητον, Polluc. Onom. I. 157 et 178.) v. c. Æschin. Socr. Dial. II. 1. Xenoph. Cyr. VI. 1. 28. Sed in N. T. fere *active* sumitur de eo, *qui non est pugnax et rixosus, litium et rixarum abstinens*, cui πλήκτης opponitur; nam μάχεσθαι haud raro *litigare, rixari, contendere*, notat. Sic 1 Tim. III. 3. δεῖ οὖν ἐπίσκοπον ἄμαχον εἶναι non pugnacem esse oportet Episcopum. Tit. III. 2. ἀμάχους εἶναι non rixosos esse. Eodem sensu ἄμαχος dicitur Sirac. XIX. 5. sec. ed. Complut. ὁ ἐγκρατευόμενος γλώσσῃ ἀμάχῳ συμβιώσεται, qui compos est linguæ suæ, cum aliis sine rixis vitam traducet suam. Fortasse etiam accommodari posset Suidæ locus: ἄμαχος ἀντὶ τοῦ μὴ μαχόμενος, Ξενοφῶν (Cyrop. IV. 1. 8.)

'ΑΜΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *melo, demelo*, synonymum τοῦ θερίζω (Vid. D'Orville ad Charit. p. 366 sq.) respondet Hebr. קָצַר Levit. XXV. 11. Ies. XXXVII. 30. unde nomen ἀμητὸς *tempus messis* et ἄμητος messis. Non tamen de sola messe et campi frugibus, sed et de reliquis etiam fructibus anni colligendis reperitur adhibitum, teste Hesychio, unde etiam de amputatione vitium occurit apud Pollucem Onom. I. s. 224. immo quoque de aliis operis et laboribus colonorum, et qui manu victum quærunt, usurpatur. Certe, teste Polluce l. l. ἄμη rusticum non modo dicitur instrumentum, quod Latinis *rastrum*, vel *marca* audit, sed etiam tale, quod ædificandis ædificiis inservit. Semel legitur in N. T. Jacob. V. 4. τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν merces operariorum, qui messuerunt agros vestros; qui h. l. commemorantur pro omnibus, qui aliis operam suam locant. Cum accusativo semper construitur, v. c. Aristoph. Equitt. v. 391. τἀλλότριον ἀμῶν θέρος. Callim. H. in Cerer. 138. Hesych. ἀμῆσαι· θερίσαι. — ἀμησάμενος· συναγαγὼν, θερίσας.—ἀμήσαντα· θερίσαντα, ἀποτεμόντα.

'ΑΜΕ'ΘΥΣΤΟΣ, ου, ὁ, *amethystus.* Nomen *gemmæ* purpurei vel violacei coloris, cujus varia genera commemorantur a Salmasio in Exercitt. Plin. p. 563. Nomen accepisse videtur a μέθυ *vinum*, quia ad vini colorem proxime accedit, observante jam Plin. H. N. XXXVII. c. 9. Nec enim audiendi sunt, qui putant, hanc gemmam nomen ab ebrietate duxisse, cujus arcendæ vim ei vere inesse veteres credidisse auctor est. Athen. I. c. 25. quorum sententia explosa et refutata jam satis est a Casaubono ad Athen, p. 74. et Krebsio Anim. ad Plutarch. de Audiendis Poëtis, p. 106. Semel commemoratur in N. T. Apoc. XXI. 20. ὁ δωδέκατος ἀμέθυστος. in codd. quibusdam legitur ἀμέθυσος. quam lectionem sequitur quoque Josephus A. J. III. 6. Alexand. pro אַחְלָמָה Exod. XXVIII. 18. Hesych. ἀμέθυσος, λίθος. Phavor. ἀμέθυσος, βοτάνη καὶ λίθος. ἀμέθυσος καὶ ἀμέθυστος οὐ μόνον βοτάνη καὶ λίθος οὕτω καλοῦνται διὰ τὸ ἀπείργειν τῆς μέθης, ἀλλὰ πᾶν ὅ, τι τὴν τοιαύτην ἔχῃ δύναμιν. Vide Franc. Rueum lib. II. c. 11. Sal-

mas. ad Epiphan. de Gemmis. c. IX. p. 107. M. Hilleri tr. de XII. Gemmis in Pectorali Pontif. Hebr. p. 59. et Braun. de Vestitu Sacerd. Hebr. II. c. 16. p. 563.

ἈΜΕΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *negligo, curæ non habeo*, et ex adjuncto; *rejicio, contemno, sperno*, ex α priv. et μέλει *curæ est*. Construitur cum genitivo. Sic 1 Tim. IV. 14. μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος facultates tibi concessas negligere noli. 2 Petr. I. 12. διὸ οὐκ ἀμελήσω propterea non *intermittam*. Hebr. VIII. 9. κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν ideo et ego nullam eorum curam habui, ex Jerem. XXXI. 32. ubi in Hebr. est בָּעַל, de quo cf. Pocock. ad Portam Mosis p. 8. Matth. XXII. 5. οἱ δὲ ἀμελήσαντες alii autem invitationis hujus nulla ratione habita. Hebr. II. 3. τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας non reverenter tractantes talem doctrinam salutarem. Sapient. III. 10. 2 Macc. IV. 14. Phavor. ἀμελῶ· ὀλιγωρῶ, ἀφειδῶ, ἀφροντιστῶ, γενικῇ συντάσσεται.

ἈΜΕΜΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ex α priv. et μέμφομαι *conqueror*, proprie 1) active usurpatur apud Græcos *de eo, qui nec conqueritur, nec conqueri potest*. Grammatici veteres τὸν μὴ μεμφόμενον interpretantur. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 17. VIII. 4. 13. conf. Pierson. ad Mœrid. p. 88. sq. Sed in N. T. semper passive usurpatur, et quidem partim de personis, et tunc 2) significat *eum, qui est inculpatus, irreprehensibilis, integer ab omni vitiositate*. Luc. I. 6. πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Κυρίου ἄμεμπτοι e formula divinorum præceptorum vitam agebant integram, aut, observantes omnia præcepta divina, ita, ut essent irreprehensibiles. Philipp. II. 15. ἵνα γένησθε ἄμεμπτοι ut in vos nulla cadat justa reprehensio. III. 6. 1 Thess. III. 13. Ita ἄμεμπτος etiam a Xenophonte usurpatur in Cyrop. V. 5. 10. et in vers. Alex. Hebr. תָּם, et תָּמִים sensu eodem respondet Gen. XVII. 1. Job. I. 1, 8. IX. 20. Hesych. ἀμέμπτους· ἀκαταγνώστους. — partim de rebus 3) *de eo, quod est perfectum, et omnibus numeris et modis absolutum*. Hebr. VIII. 7. εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος si enim prior illa œconomia perfecta fuisset, seu, ut verbis Chrysostomi utar, εἰ οὐδὲν εἶχεν ἐλλιπές, εἰ ἀμέμπτους ἐποίει. Thom. M. quem Phavorinus compilavit: ἄμεμπτος· καί ὁ μὴ μέμψιν δεχόμενος, καὶ ὁ μὴ μεμφόμενός τινι. τῷ δευτέρῳ δὲ χρῶνται κυρίως οἱ Ἀττικοί.

ἈΜΕ'ΜΠΤΩΣ. Adverbium, *inculpate, irreprehensibiliter, sine querela*, i. q. ἀμέμφως. Hesych. ἀμέμφως· ἀμέμπτως, ἀφειδῶς. Bis legitur in N. T. de perfecta animi integritate vitæque sanctitate. 1 Thess. II. 10. ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως, ubi, ut recte observavit Ven. Koppe, in discrimine harum vocum non est argutandum. ibid. V. 23. Reperitur præterea semel in libris Apocryphis V. T. sc. in Addit. Esther. XIII. 3. in Pollucis Onom. III. 139. et Xenoph. Cyrop. IV. 2. 37. Cf. nostrum Spicileg. II. post Bielium p. 10.

ἈΜΕ'ΡΙΜΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *securus, vacuus curis, absque anxia cura et sollicitudine*, ex α priv. et μέριμνα *cura*. Unde substant. ἀμεριμνία (Herodian. II. 4. 13.) etiam neutrum τὸ ἀμέριμνον. (Herodian. I. 6. 26.) *securitatem, animum curis vacuum*, notat. cf. Irmisch. ad Herodian. l. l. In N. T. bis tantum legitur. Matth. XXVIII. 14. ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν vos tutos et securos (ita nempe transtulit Vulgatus interpres. Gloss. *securus*, ἀμέριμνος.) præstabimus, ita, ut nulla pœna sit vobis metuenda. 1 Cor. VII. 32. θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι velim autem vos anxiis curis liberos esse. Sophocl. Ajax Flagell. 1225. Anthol. I. 13. 3. ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος ἔσσεαι. Ibid. I. 19. 1. In vers. Alex. hæc vox non legitur, sed in Symmachi fragmentis Psalm. CXII. 7. sec. Hebr. בָּטֻחַ, qui etiam verbo ἀμεριμνέω pro Hebr. חָסָה usus est Psalm. XLV. 8. Sapient. VI. 16. VII. 23.

ἈΜΕΤΑ'ΘΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Vox hæc, a Bielio plane neglecta, in Lexicis sine ulla auctoritate adfertur. 1) proprie: *immotus, qui transponi non potest*, aut *non transponitur*, ex α priv. et μετατίθημι *transpono*, i. q. ἀμετακίνητος. Jul. Pollux. Onom. IV. 156. ἄστρα ἀπλανῆ, στάσιμα, ἀμετάθετα, ἀκίνητα etc. 2) metaphorice: *immutabilis, constans*. Neutrum autem τὸ ἀμετάθετον substantive sumitur, et *immutabilitatem* notat. Sic Hebr. VI. 17. τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς Θεοῦ immutabilitas decreti, seu voluntatis divinæ benignæ. ibid. v. 18. διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων per duas res immutabiles, scil. decretum divinum et jusjurandum. Legitur præterea sensu eodem 3 Macc. V. 1 et 12. apud Polyb. Hist. II. c. 32. 5. XXX. 17. 2. Diod. Sic. I. 23. ἰσχυρὰν πίστιν καὶ ἀμετάθετον. XIII. 83. νόμους ἀμεταθέτους, et aliis in locis, quæ congessit Wesseling. ad Diod. Sic. XVI. 69. ἀμετάθετος διαφορά. Hesych. ἀμετάθετος· ἄτρεπτος, ἀκίνητος, ἀμεταποίητος.

ἈΜΕΤΑΚΙ'ΝΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *immotus, qui e loco suo non dimovetur, nec transmoveri potest, ex α* priv. et μετακινέω *transmoveo, dimoveo*. 2) metaphorice: *qui constans est in aliqua re et perseverat*. Sic semel legitur 1 Cor. XV. 58. ἑδραῖοι γίνεσθε ἀμετακίνητοι constantes permanete in doctrina christiana, et nominatim in doctrina de futura resurrectione mortuorum. Dion. Halic. VIII. c. 74. βέβαιόν τε καὶ ἀμετακίνητον ἐν τοῖς κριθεῖσι, *firmum et in judicatis constantissimum*. Adde Jul. Pollucis Onom. V. 169.

ἈΜΕΤΑΜΕ'ΛΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie secundum etymologiam *res* dicitur, *cujus nos non pœnitet;* (Polyb. XXI. 9. 11. ἀμεταμέλητος προαίρεσις. Ib. XXIV. 12. 11. ἀμεταμέλητος πίστις. Julian. Orat. VIII. p. 447. ἀμεταμέλητος προθυμία.) nam compositum est ex α priv. et μεταμέλομαι *pœnitet me:* aut *is, qui est pœnitentiæ expers*. Cic. ad. Attic. VII. 3 XIII. 52. Sed quoniam id, cujus nos non pœnitet, constanter retinemus, nec mutare facile solemus, inde ἀμεταμέλητοι eleganter 2) notat *immutabile, certum, firmum, irrevocabile*, et ex adjuncto: *optimum, saluberrimum*. Sic Rom. XI. 29. ἀμεταμέλητα τὰ χαρίσματα τοῦ Θεοῦ certa et immutabilia sunt beneficia divina, ad quem locum Koppius docuit, ἀμεταμέλητον esse vocabulum apud Græcos frequentissimum. 2 Cor. VII. 10. ἡ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται, ubi ἀμεταμέλητον non cum Luthero ad μετάνοιαν referendum videtur (emendationem vitæ et animi, cujus neminem unquam pœnitet,) sed ad σωτηρίαν, hoc sensu: verus et divinus dolor de peccatis efficit mutationem mentis, quæ ad summam et certissimam felicitatem ducit. Cf. Glassium Philol. S. p. 944. et Wetstenii N. T. T. II. p. 76. et 195.

ἈΜΕΤΑΝΟ'ΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *inemendabilis, insanabilis, qui vix ac ne vix quidem emendari et ad sanam mentem redire potest*. Semel legitur in N. T. Rom. II. 5. ἀμετανόητος καρδία animus, qui omnem emenda-

tionem respuit. Ex *α* priv. et *μετανοέω*. Alio sensu legitur hæc vox apud Lucian. Abdicat. c. 11. ubi ἀνάληψις ἀμετανόητος est *receptio pœnitentiæ non subjecta*, et Epictet. Fragm. 71.

ἌΜΕΤΡΟΣ, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, *immensus, mensura carens*, (Xenoph. Cyr. V. 2. 3.) et ex adjuncto: *immoderatus, immodicus*, (Xenoph. Ep. I. 8.) ex *α* priv. et *μέτρον* *mensura*. Pollux Onom. IV. 13. τὸ ἄνευ μέτρου ἄμετρον εἴρηκε Πλάτων. Hesych. ἄμετρον· ἀμέτρητον, ἄπειρον. Hinc ἀμετρία *incredibilis et immensa multitudo*, v. c. τῶν κακῶν, apud Æschin. Socr. Dial. III. 8. Bis tantum legitur in N. T. 2 Cor. X. 13. ἡμεῖς δὲ οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα, h. e. non extra terminos meos de me prædicare soleo, non ultra modum. ibid. v. 15. quanquam in utroque loco, sensu non minus commodo, εἰς τὰ ἄμετρα verti posset: *ultra fines constitutos*, regionum scilicet et provinciarum, in quibus Paulus doctrinam christianam tradiderat. Gloss. Vet. apud Labbœum: ἄμετρος, *abnormis*.

ἈΜΗ'Ν, *Amen*. Proprie adjectivum esse, et notare *omne quod est verum, firmum et fide dignum*, adeoque de personis æque ac de rebus usurpari, partim etymologia docet, (nam descendit a verbo אָמַן, quod in Niphal *firmum, certum, verum, fide dignum esse* notat, unde אָמֵן *verus*, Ies. LXV. 16. יִתְבָּרֵךְ בֵּאלֹהֵי אָמֵן) partim locis N. T. confirmari potest, v. c. 2 Cor. I. 20. ἐπαγγελίαι Θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμήν promissiones Dei sunt certissimæ, eventu carere non possunt. Apoc. I. 18. ὁ ἀμὴν e lectione quorundam codd. suspecta. ibid. III. 14. τὰ δὲ λέγει ὁ ἀμὴν hæc loquitur is, cujus omnia dicta rata sunt ac certa; et explicationis causa additur, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ὁ ἀληθινός. Sed sæpius transit in particulam, quæ, in initio sententiæ posita, est *adseverantis, confirmantis, jurantis* adeo, et *vere, certo, profecto, indubitate*, notat. (geminatum ἀμὴν, quod superlativi locum habet et asseverationem magis intendit, *verissime, certissime*, in Evangelio Johannis sæpius occurrit, v. c. Joh. I. 51. et ad h. l. Lightfoot. III. 3. V. 19. XII. 24. XIV. 12. XXI. 18.) unde etiam interpretes Græci V. T. in illis locis, ubi vocem Hebraicam non retinuerunt, pro ea posuerunt ἀληθῶς, Jer. XXVIII. 6. Alex. ὄντως, Alex. Num. XXII. 37. πεπιστωμένως, Aquila Num. V. 22. Deut. XXVII. 15. Hinc Suid. ἀμήν· πεπιστωμένως, ἀληθῶς interpretatur, et in N. T. mox per ἀληθῶς, Matth. XVI. 28. coll. Luc. IX. 27. mox per ἐπ' ἀληθείας explicatur Luc. IV. 24, 25. Eadem particula, in fine orationis posita, est *approbantis* et *optantis: Est! ita fiat! utinam! ita mihi contingat!* γένοιτο, quam vocem Alex. pro ea adhibuerunt Num. V. 22. Deut. XXVII. 15. Ps. XLI. 14. Suid. ἢ ἀντὶ τοῦ γένοιτο, Rom. I. 25. XV. 33. Galat. I. 5. Ephes. III. 21. Philipp. IV. 20. 1 Tim. I. 17. Maxime autem notabilis est locus 1 Cor. XIV. 16. πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ quomodo ad tuam gratiarum actionem, ad preces tuas, quas non intelligit, accinere *Amen* potest? Receptum autem erat in ecclesia veteri Christianorum, ex consuetudine sine dubio Judæorum, Deut. XXVII. 15, seq. Nehem. VIII. 7. (conf. Wetstenium N. T. T. II. p. 162.) ut, si episcopus aut alius quivis ad Deum preces fuderat, aut laudes ejus recitaverat, plebs accineret *Amen*. Euseb. H. E. VII. 9. Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 229. Cæterum lectu digna de hac voce habet Glassius Philol. S. p. 396. ed. Dath.

ἈΜΗ'ΤΩΡ, *ορος*, *ὁ*, *ἡ*. Variis modis hæc vox apud Græcos Scriptores usurpatur. Dicitur ἀμήτωρ 1) *qui matrem non habuit*, ex *α* priv. et *μήτηρ* *mater*. Oppianus Lib. II. Cyneget. v. 567. Ita *Deus* appellatur, quod origo illi non sit aliunde. Vid. Lactant. de Falsa Relig. I. c. 7. ac Minerva Eurip. Phœn. 670. Hesych. ἀμήτορες· μὴ ἔχοντες μητέρας. Suid. ἀμήτωρ· ἄνευ μητρός. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 407. 2) *qui matrem morte præmatura, aut alio quovis acerbo casu, amisit*. Herodot. IV. 154. Suid. μητρὸς ἐστερημένος. 3) *cujus mater obscura et ignota est, ignobili matre natus*. Confer infra sub ἀπάτωρ. 4) *is, cui mater fuit immitis et minus benigna*. Eurip. Ion. 837. Hesychius: ἀμήτωρ· κακομήτωρ, et provocat ad Sophocl. Electram v. 1158. Idem tradit auctor Etymolog. M. 83, 14. Sed in N. T. ubi semel tantum legitur, 5) *is* dicitur ἀμήτωρ, *cujus mater non recensetur in genealogiis sacerdotum*, seu, ut Philo Lib. II. de Monarch. p. 827. loquitur, μὴ ἔχων μητέρα ἱερείαν ἐξ ἱερέων. Hebr. VII. 3. ubi Melchisedechus vocatur ἀμήτωρ, (coll. v. 6.) ubi conferri meretur versio Syriaca. Confer vocem ἀγενεαλόγητος.

ἈΜΙ'ΑΝΤΟΣ, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, 1) proprie physice: *purus, non pollutus, intaminatus*, ut Horat. III. Od. 2. 18. *alienus ab inquinamentis et sordibus*, ex *α* priv. et *μιαίνω* *polluo*. Hinc nomen accepisse videtur lapis ille, *amiantus* dictus (etiam ἄσβεστος), lapis fossilis, plerumque albus, sed interdum cinereus vel ferreus, qui, igni injectus, nec consumitur, nec inquinatur, sed purior et clarior evadit, teste Dioscoride V. c. 156. Plin. H. N. XXXVI. 19. Sed in N. T. semper metaphorice usurpatur et ita dicitur 2) *non profanatus*. Hebr. XIII. 4. ἡ κοίτη ἀμίαντος ἔστω torus genialis ne profanetur, quasi adulterio ne contaminetur. 2 Macc. XIV. 36. διατήρησον ἀμίαντον τὸν κεκαθαρισμένον οἶκον. ibid. XV. 35. 3) *probus, integer, pius, qui se peccatorum sordibus non contaminavit*. Hebr. VII. 26. Sic ἀμίαντος Sapient. III. 13. mulier dicitur casta et pudica. Plutarch. Pericl. p. 173. D. βίος καθαρὸς καὶ ἀμίαντος. 4) *perfectus, sincerus*. Jacob. I. 27. θρησκεία καθαρὰ καὶ ἀμίαντος verus et perfectus Dei cultus. 1 Petr. I. 4. εἰς κληρονομίαν ἄφθαρτον καὶ ἀμίαντον, ubi κληρονομία ἀμίαντος est *perfecta, summa felicitas*, cui nihil doloris admixtum est.

ἈΜΙΝΑΔΑ'Β. *Aminadab*, unus ex majoribus I. C. filius Arami (1 Paral. II. 10.) pater Nahasson, principis tribus Juda. Matth. I. 4. ubi codd. nonnulli mendose Ἀμιναδὰμ legunt. Confer Pfaff. de variis lectionibus N. T. p. 148. Luc. III. 33. Nomen est Hebraicum ab עַמִּי *populus meus* et נָדִיב *princeps*.

ἌΜΜΟΣ, *ου*, *ἡ*, per aphæresin pro ψάμμος, quod reliqui Græci teste Mœride et Thoma M. ponere solent, 1) *arenam, sabulum, pulverem tenuem et aridum ex ramentis lapidum factum*, notat. Conf. Theophrast. de Lapid. p. 400. Apoc. XII. 18. Jam quia arenæ, maxime maris, est innumerabilis copia et multitudo, ubi *ingens* quidam *numerus* significandus est, non semel in N. T. legitur formula: ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, v. c. Rom. IX. 7. Hebr. XI. 12. ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος. Apoc. XX. 8. quæ Hebraicæ כְּחוֹל

כַּחוֹל אֲשֶׁר עַל־שְׂפַת־הַיָּם et הַיָּם respondet Genes. XXXII. 13. XLI. 49. Jos. XI. 4. 1 Regg. IV. 29. Eadem fere imagine ad ingentem multitudinem designandam etiam usi sunt Græci, v. c. Homer. Iliad. II. v. 305. Callim. H. in Dian. v. 252. 3) *terra arenosa, solum arenosum.* Matth. VII. 26. ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν ἄμμον qui domum exstruit in solo arenoso, coll. Luc. VI. 49. Phavor. ἄμμος· ψάμμος.

'ΑΜΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, *agnus, fœtus ovis,* sic dictus secundum auctorem Etymol. M. vel, quod sit *placidus et innoxius,* ex α priv. et μένος *ira,* vel a *teneritudine lanæ et pelliculæ,* a μνοῦς *mollis lana:* confer Stephan. Thesaur. L. Gr. T. I. p. 399. Suid. ἀμνὸν τὸν ἐνιαύσιον ἄρνα. Hesych. ἀμνόν· μᾶλλον ἢ τὸ ἄρτι τεχθὲν πρόβατον. Act. VIII. 32. sicut agnus coram tonsore mutus est. Metaphorice autem in N. T. Christus vocatur ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ Joh. I. 29, 36. 1 Petr. I. 19. quasi agnus Deo consecratus et offerendus. quod insons (Confer Ies. V. 17. et XI. 6.) et summa cum patientia humanæ salutis causa mortem cruentam in cruce subiit, non sine respectu ad animalia, ad quæ tempore V. T. scelera populi Judaici quasi deferebantur. Confer supra sub αἴρω et Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 232. nec non Wetstenii N. T. T. I. p. 842.

'ΑΜΟΙΒΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *permutatio,* v. c. *mercatorum more,* ἀλλαγή. Homer. Od. XIV. 521. Etym. M. ἡ μεταλλαγὴ καὶ πόρευσις. 2) retributio, in utramque partem. Suid. ἀνταπόδοσις. Aquil. Symmach. Theod. pro Hebr. גְּמוּל Prov. XII. 14. maxime autem *retributio in bonam partem, remuneratio, gratiæ relatio.* 1 Tim. V. 4. ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις parentibus gratias referre, beneficia eorum beneficiis rependere, quod ἀντιπελαργεῖν Græci vocant. Eurip. Orest. v. 467. Confer Elsner. Obss. T. II. p. 302. et Wetstenii N. T. T. II. p. 340. Hesych. ἀμοιβαί· χάριτες καὶ τιμωρίαι, ἀνταποδόσεις καὶ ἐκτίσεις, χρεία. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 10. ἀμοιβή, *vix, vicis, talio.*

"ΑΜΠΕΛΟΣ, ου, ἡ, 1) *vitis, arbor vinifera,* Hebr. גֶּפֶן Genes. XLIX. 11. Psalm. LXXVIII. 47. Matth. XXVI. 29. γέννημα τῆς ἀμπέλου id quod nascitur de vite, *vinum.* Vide infra sub γέννημα. Marc. XIV. 25. Luc. XXII. 18. Jacob. III. 12. 2) metonymice notat *fructus, quos vitis fert, botros.* Apoc. XIV. 19. καὶ ἐτρύγησεν τὴν ἄμπελον τῆς γῆς et vindemiavit uvas terræ. Confer seqq. et v. 20. Ita גֶּפֶן 2 Regg. XVIII. 31. Ies. XXXVI. 19. 3) metaphorice Christus ita vocatur ob arctissimam ejus cum omnibus suis veris sectatoribus unionem et conjunctionem Joh. XV. 1, 4, 5.

'ΑΜΠΕΛΟΥΡΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, contracte pro ἀμπελοεργός, *vinitor, cultor vineæ,* ex ἄμπελος et ἔργον, *labor, opus,* quasi *in vitibus operans,* Hebr. כֹּרְמִים 2 Chron. XXVI. 10. Ies. LXI. 5. Plutarch. l. de Stoic. Repugn. T. X. Opp. p. 338. ed. Reisk. Aristoph. Pac. v. 189. Pollux VII. 140. Semel legitur in N. T. Luc. XIII. 7. sed allegorice. Phavor. ἀμπελουργῶ· κλαδεύω — ἀμπελουργία· ἡ κλάδευσις· ἀμπελουργικὴ ἡ τέχνη.— ἀμπελουργός· ὁ κλαδευτήρ.

'ΑΜΠΕΛΩ'Ν, ῶνος, ὁ, 1) *vinea, locus vitibus consitus, vinetum.* Alex. sæpe usurparunt pro Hebr. כֶּרֶם, quod æque late patet, v. c. Genes. IX. 20. Deut. VI. 11. Matth. XX. 1—4, 7, 8. XXI. 28, 33, 39, 40, 41. ubi notandum est, cum vinea ecclesiam Christianam comparari. Conf. Ies. III. 14. V. 1. et XXVII. 2—6. 2) *vitis.* 1 Cor. IX. 7. 1 Maccab. III. 56. Alex. Jerem. V. 17. pro Hebr. גֶּפֶן. Phavor. ἀμπελὼν ἡ οἰνόφυτος ἢ ἀμπελόφυτος γῆ. (ex Suida) κ. τ. λ. Rarior est hæc vox apud Græcos, ut adeo dubitet Heupelius ad Marc. XII. 1. an apud ullum Scriptorem Græcum reperiatur, sed extat illa in Plutarchi libro, pro nobilitate, c. 3. Vid. Wolf. Anecdot. Gr. T. IV. p. 184.

'ΑΜΠΛΙ'ΑΣ, ου, ὁ, *Amplias,* decurtatum ex integro Latino *Ampliatus,* nomen proprium viri cujusdam Romani et christiani, Paulo maxime cari, cujus ipse semel mentionem fecit Rom. XVI .8. ἀσπάσασθε Ἀμπλίαν (in codd. multis et verss. legitur Ἀμπλιάτον) τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυρίῳ.

'ΑΜΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, 1) proprie significat: *propulsare, arcere, propellere,* et dicitur vel ἀμύνειν τινός τι vel τινί τί. Herodot. I. 82. Hom. Il. I. 456. Hinc 2) *auxilior alteri, suppetias fero, opitulor,* seu *injuriam alii factam ab eo defendo,* et tum cum solo dativo personæ construitur. Thucyd. I. c. 105. Polyb. VI. 4. 8. At Medium ἀμύνομαι vel simpliciter positum, vel cum accusativo, *injuriam mihi ab aliis factam a me propulso, ulciscor, et vindico.* Thucyd. I. 123. Eustathius ad Homer. Iliad. V. p. 546. *Ammon.* ἀμύνεσθαι καὶ ἀμύνειν διαφέρει. ἀμύνεσθαι μὲν γάρ ἐστι τὸ κολάζειν τοὺς προαδικήσαντας, ἀμύνειν δὲ τὸ βοηθεῖν. Suid. ἀμύνω σοι· βοηθῶ σοι. ἀμύνομαι δέ σε, ἀντὶ τοῦ τιμωρῶ σε. Sed non semper medium ἀμύνομαι tam diligenter distinguitur ab activo ἀμύνω in scriptoribus Græcis. Interdum Medium vim Activi habet, v. c. Act. VII. 14. καὶ ἰδών τινα ἀδικούμενον, ἠμύνατο, καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ, ubi ἠμύνατο est: opitulatus est ipsi, propulsavit ab eo injuriam. Dionys. Halic. I. 12. Hesychius: ἠμύνατο, ἐτιμωρήσατο, ἐξεδίκησεν. quæ tamen glossa spectare videtur ad Jos. X. 13. Ad locum ex Actis Ap. magis facit Ies. LIX. 1. ubi in textu Hebraico est הוֹשִׁיעַ. Cæterum conf. de hac voce, quæ habet Küsterus de Verbis Mediis I. 34. et Wetstenii N. T. T. II. p. 498, seq.

'ΑΜΦΙΒΑ'ΛΛΩ, 1) proprie: *circumjicio, cingo, circumdo,* unde ἀμφιβάλλομαι *circumdor, induor, accingo me.* 2) *jacio, projicio,* i. q. βάλλω. Ita Marc. I. 16. ἀμφιβάλλοντες ἀμφίβληστρον ἐν τῇ θαλάσσῃ, e lectione scilicet optimorum codicum, loco βάλλοντες, vulgo impressi, quod e loco parallelo Matth. IV. 18. huc venisse videtur.

'ΑΜΦΙ'ΒΛΗΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, *retis piscatorii majoris genus, quod expanditur,* (*fundam* dixit Virgilius Georg. I. 141. et *jaculum* Ovidius A. A. I. 763.) ita dictum ab ἀμφιβάλλω, vel, quod jactum pisces intrantes undique cingit et claudit, vel hinc, quod utrinque prensum manu jacitur. Piscatores, qui his retibus utuntur, ἀμφιβολεῖς dicuntur Ies. XIX. 8. et Habac. I. 17. Videtur proprie adjectivum esse, ad quod intelligatur δίκτυον. Eurip. Helen. v. 1085. Confer Barnes. ad Eurip. Iphigen. in Taur. v. 96. In vers. Alex. vocibus Hebraicis מִכְמוֹר Psalm. CXLI. 10. מִכְמֶרֶת, Habac. I. 16. חֵרֶם, Habac. I. 15, 17. respondet, ut adeo ejus auctores voci ἀμφίβληστρον notionem *cujuscunque retis piscatorii* subjecisse appareat, præeunte Hesychio, et auctore Etym. M. qui eam per δίκτυον interpretatur. Bis legitur in N. T. Matth. IV. 18. coll. Ies. XIX. 8. Marc. I. 16. Menandr. Fragm. p. 12. ἀμφιβλήστρῳ περιβάλ-

λεται. Herodot. I. 141. II. 95. Hesiod. Clyp. 215. Pollux X. c. 30. § 132.

ἈΜΦΙΕ'ΝΝΥΜΙ, fut. ἀμφιέσω, 1) *induo alterum vestibus, vestio.* Aristoph. Plut. v. 937. Sed Medium ἀμφιέσασθαι *se induere et vestibus ornare.* Luc. VII. 25. ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον eum, qui mollibus vestibus utitur. Matth. XI. 8. Confer Dresig. de Verbis Mediis N. F. I. 4. 2) improprie: *orno, colore specieque induo.* Matth. VI. 30. εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ ὁ Θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσιν quodsi vero Deus gramen et flores agri ita colore et specie condecorat. Luc. XII. 28. Verba autem ἐνδύεσθαι et ἀμφιέννυσθαι, ut et Lat. *indui, vestiri,* de plantis et arboribus eleganter dici, ubi hæ quidem fructibus onerantur, illæ vero flore ac foliis ornantur, multa veterum loca certissime evincunt, collecta partim a Schwarzio in Commentariis Crit. et Phil. L. Gr. p. 73. partim a Wolfio in Curis Philol. T. I. p. 142. —Cæterum Matth. VI. 39. post οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς ex antecedentibus supplendum est ἀμφιέσει, nonne multo magis vobis prospiciet vestiendis.

ἈΜΦΙ'ΠΟΛΙΣ, εως, ἡ, proprie et in universum *quælibet urbs* dicitur, *aquis cincta, quam fluvius circumluit.* Pollux Onom. IX. 4. ἡ ἰσθμῷ ἢ πορθμῷ προσοικοῦσα πόλις ἀμφίπολις. Sed 2) speciatim ita dicebatur urbs Macedoniæ, Thraciæ finitima, quæ nomen habet a fluvio Strymone, fluente in mare Ægæum, et ex monte Hæmo delabente, eam fere undique alluente et cingente, ut peninsulæ formam obtineret. Fuit autem colonia Atheniensium, condita a Cimone, dicta antea *Novem viæ.* Stephanus Cradennam et Ariadrounum, Marsyas apud Harpocrationem olim Ἄκραν, vel secundum alios Ἄρεος πόλιν antiquitus appellatam dicit; sed deinde Christopolis dicta fuit. Confer Wesseling. ad Anton. Itiner. p. 320. Etym. M. πόλις Θρᾴκης, ἥτις ἐκαλεῖτο πρότερον Ἐννέα ὁδοὶ, διὰ τὸ περιέχεσθαι καὶ περιοδεύεσθαι ὑπὸ τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ. Adde Phavorin. Semel tantum in N. T. commemoratur Act. XVII. 1. ad quem locum videndus Wetsten. T. II. p. 559. Confer quoque Hadr. Relandi Palæstinam lib. III. p. 578.

ἌΜΦΟΔΟΝ, ου, τὸ, etiam ἌΜΦΟΔΟΣ, ου, ἡ, vulgo per *bivium* explicatur secundum etymologiam, ex ἄμφω *ambo* et ὁδὸς *via* q. d. *ambæ viæ.* Glossar. Vett. apud Labbæum p. 10. ἄμφοδον *compitum, quadrivium;* et ἄμφοδα· *compitalia, compita.* Sed in N. T. libris *plateam* seu *vicum pagi* vel *urbis* notat. Semel tantum legitur in N. T. Marc. XI. 4. ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου, non longe a bivio: ubi Syrus posuit ܦܘܪܩܐ. Unde et in fragmentis verss. Gr. V. T. Hebraico חוּץ respondet, v. c. Prov. I. 20. Amos V. 16. Jerem. XI. 13. Hesych. ἄμφοδα· αἱ ῥύμαι, ἀγυιαὶ, δίοδοι. Suid. ἄμφοδον· δίοδον, ῥύμην. Pollux Onomast. IX. 36. Conf. etiam Casaubonum ad Athenæum XII. c. 10. et Wetstenii N. T. T. I. p. 609. et Bocharti Hieroz. P. I. p. 211.

ἈΜΦΟ'ΤΕΡΟΙ, οἱ, αἱ, τὰ, 1) *uterque, ambo,* pro ἀμφότερος, α, ον, ab ἄμφω *ambo* vel *ambæ.* Latini raro *utrique* pro *uterque* ponunt, sed tamen interdum, v. c. Virgil. Æn. V. 685. Terent. Heaut. II. 3, 14. Matth. IX. 17. καὶ ἀμφότεροι (ita enim recte edi jussit Griesbachius, præeunte Bengelio, loco ἀμφότερα, quod in vulgatis libris legebatur, quicquid etiam dicat Reitzius ad Luciani Amor. c. 30. p. 40. T. II.) συντηροῦνται ut utrumque conservetur. ib. XIII. 30. XV. 16. et in aliis pluribus locis. Herodian. III. 6. 8. c. 10. s. 6. Alexandrini usi sunt pro שְׁנֵיהֶם, Genes. XXI. 27, 31. et שְׁתֵּיהֶם, Exod. XII. 22, 23. Non semper autem τὰ ἀμφότερα de duobus tantum dicitur, sed etiam de *tribus* et pluribus, v. c. Act. XXIII. 8. Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσιν τὰ ἀμφότερα, scilicet: εἶναι ἀνάστασιν καὶ ἄγγελον καὶ πνεῦμα, ad quem locum Theophyl. τὰ ἀμφότερα καὶ ἐπὶ τριῶν λέγεται. Homer. Odyss. XV. v. 78. Aristot. Rhetor. c. V. 36. confer Wetstenii N. T. T. II. p. 614. 2) *dissentientes, studiis invicem dissidentes.* Eph. II. 14. ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα (pro τοὺς ἀμφοτέρους) ἓν qui diversis studiis invicem distractos in unam societatem coëgit. ib. v. 16 et 18.

ἈΜΩ'ΜΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *nulla macula notatus, omnis vitiositatis expers, qui jure non reprehendi, carpi et sceleris accusari potest,* ex α priv. et μῶμος *macula,* seu μωμέομαι *vitupero.* Bis legitur in N. T. Phil. II. 15. τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα filii Dei omnis vitiositatis expertes; ubi tamen in haud paucis codd. ἄμωμα legitur, quæ varietas lectionis etiam in altero loco 2 Pet. III. 14. reperitur. Merum interpretamentum librarii vocis ἀμώμητος alteram lectionem ἄμωμος continere, docet Hesychius, qui ἀμώμητος explicat per ἄμωμος, ἄψογος, ἀγαθὸς ἢ σώματι ἢ ψυχῇ. Longin. de Sublim. XXXIII. 3. Plutarch. in Lacon. Instit. Vol. VI. Opp. p. 889. ed. Reisk. Exempla adjectivi ἀμώμητος, et adverbii ἀμωμήτως, (Herodot. III. 82.) a Lexicographis partim neglecti, partim sine ulla auctoritate prolati, dedit Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 237.

ἌΜΩΜΟΝ, ου, τὸ, *amomum,* ex α et μῶμος. Nomen exigui fruticis ex ligno uvæ modo in se ipsum convoluti, ex quo veteres unguentum parare solebant. Commemoratur semel Apoc. XVIII. 13. ubi in nonnullis Codicibus, Versionibus et Patribus antiquis post verba καὶ κινάμωμον probante Millio καὶ ἄμωμον legitur, quod mihi quidem a librario, antecedentibus verbis decepto, huc invectum esse videtur. De amomo ipso vide Dioscor. I. 14. Theophr. Hist. Plant. IX. c. 7. et Plinium H. N. XII. 13. s. 28. Laudatur etiam *amomum* inter unguenta præstantissima, quibus crines perfundebantur, ab Ovidio Her. XXI. 166. Silio Ital. XI. 404. Martial. VIII. 77. et aliis. Observat præterea Salmasius ad Solinum p. 284. videri veteres omne aroma sincerum et inculpatum ἄμωμον appellasse, quod ἄμωμον Græcis sit καθαρὸν καὶ ἀκηράσιον. Sic ἄμωμον λιβάνιον thus sincerum; et κινάμωμον quasi κίναμον ἄμωμον.

ἌΜΩΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *immaculatus* (Sic Gloss. Vet. apud Labbæum,) *maculæ, vitii et labis omnis expers,* a μῶμος, Hebr. מוּם, Levit. XXI. 17. XXII. 25. *macula, labes, vitium quodvis,* cui opponitur ἔμμωμος *vitiosus, debilis, morbidus,* apud Aquil. et Symmach. Malach. I. 14. Dicebatur ἄμωμος maxime de *victimis piacularibus Judæorum,* quas Deus labe et vitiis carere, eximias et egregias esse voluit, ut Hebr. תָּמִים, cui sæpius respondet in vers. Alex. Num. VI. 14. XIX. 2. Levit. XXII. 22. Semel in hoc sensu legitur in N. T. 1 Petr. I. 19. ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. Deinde metaphorice 2) *integer, ab omnis vitiositatis sordibus liber, irreprehensibilis.* Suid. ὁ καθαρὸς καὶ ἀναίτιος. Hesych. ἄμεμπτος. καθαρὸς, ἄψεκτος. Ephes. I. 4. V. 27. conjungitur cum voce ἅγιος. Colos. I. 22. cum ἀνέγκλητος. Judæ v. 24. ubi cod. Alex. ἀμέμπτους. Apoc. XIV. 5. Vid. Suicer. Thes. Eccles.

T. I. p. 237. — In loco Ep. ad Hebr. IX. 14. Christus vocatur ἄμωμος, sine dubio ob perfectam expiationem hominum, quam effecit.

'ΑΜΩ'Ν, ὁ, *Amon.* Nomen proprium viri Hebraicum אָמוֹן, *verax, fidelis.* Fuit rex Judæ, filius Manasse, pater Josiæ. Matth. I. 10.

'ΑΜΩ'Σ, ὁ, *Amos,* Hebr. אָמוֹץ *robustus, fortis.* Fuit pater Mattathiæ et filius Nahumi. Commemoratur in genealogia Christi Luc. III. 25.

"ΑΝ. Particula seu conjunctio potentialis vel expletiva, quæ construitur cum optativo, conjunctivo, interdum etiam cum indicativo; de qua diligenter exposuit Vigerus de Idiot. L. Gr. p. 464—472. ed. Zeun. et Devarius de Linguæ Græcæ particulis p. 44. ed. Reusmann. 1) est potentialis, et valet idem quod Latinorum *cunque.* Marc. VIII. 35. ὃς γὰρ ἂν *quicunque enim* — ὃς δ' ἂν *quicunque autem.* ibid. v. 38. ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με quemcunque enim puduerit mei. Rom. IX. 15. XVI. 2. Apoc. III. 15. 2) conditionalis *si* per aphæresin pro ἐάν. Joh. XX. 23. ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας si quorum peccata condonaveritis. Sic centies apud Platonem ut docuit Zeunius ad Vigerum de Idiotismis L. Gr. p. 472. Confer tamen Schæferum ad Julian. Orat. I. præfat. p. 5. 3) interdum usurpatur instar adverbii affirmandi pro *utique, certe, profecto.* Matth. XI. 21. πάλαι ἂν μετενόησαν olim profecto mentem mutassent. ibid. v. 23. ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον. Joh. IV. 10. σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν certissime eum rogares. Vulgatus interpres male dubitative exposuit per *forte.* 1 Joh. II. 19. Joh. V. 46. VIII. 19. Confer Glassii Philol. Sac. p. 427. ed. Dathii. 4) cum ἕως, ὅτι, οὗ, conjuncta, indefinite futurum tempus significat. Matth. II. 13. ἕως ἂν εἴπω σοι usque dum dixero tibi. ibid. V. 18. X. 11. Marc. VI. 10. IX. 1. XIV. 9. Luc. IX. 27. Act. II. 35. 1 Cor. IV. 5. 5) haud raro est particula mere expletiva, quæ in versione plane omitti debet. Matth. VI. 5. ὅπως ἂν φανῶσι. XXVI. 48. ὃν ἂν φιλήσω. Luc. VII. 39. Rom. III. 4.

'ΑΝΑ'. Adverbium distributivum, seu, ut verbis Glassii Philol. S. p. 493. utar, *præpositio, quæ numerum distributivum æqualitatis exprimit et per nomina numeralia distributiva explicanda est.* Matth. XX. 9, 10. ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον acceperunt *singuli* denarium. Marc. VI. 40. ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα *centeni* et *quinquageni.* Ita ἀνὰ ἑκατὸν apud Xenoph. Anab. III. 4. 13. Luc. IX. 3. ἀνὰ δύο χιτῶνας *binas* tunicas. Apoc. XXI. 21. ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων *singulæ* portæ; ubi tamen pleonastice positum esse videtur. Vide plura apud Wetstenium N. T. T. I. p. 454.

'ΑΝΑ'. Præpositio, regens accusativum, quæ exprimit significationes *per, in* et *inter.* Raro tantum in N. T. occurrit, et semper fere cum μέσον conjunctum. Formula ἀνὰ μέσον omnino, quod est intermedium, notat; et mox per *in, in medio* vertendum est. Apoc. VII. 17. mox per *inter* reddendum, Matth. XIII. 25. ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου inter triticum. 1 Cor. VI. 5. ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ inter fratrem suum et fratrem. Marc. VII. 11. Semel tantum in N. T. 1 Cor. XIV. 27. ἀνὰ μέρος *per vices,* h. e. *vicissim, alternis,* legitur. Per ἀνὰ μέσον sæpe expresserunt Alexandrini vocem בֵּין *inter,* Gen. X. 12. XIII. 3. — 'Ανὰ in compositione significat 1) *sursum,* i. q. ἄνω, v. c. ἀναβαίνω, ἀναφέρω, ἀνακύπτω. 2) *rursus, iterum,* v. c. ἀναβλέπω, ἀναζάω. 3) *separationem,* ut: ἀναχωρέω. 4) *intendit notionem simplicis verbi,* v. c. ἀναβοάω. 5) interdum otiosum est et simplicis notioni nihil superaddit, v. c. ἀναστρέφω et alia, quæ usus facile suppeditat.

'ΑΝΑΒΑΘΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, pro quo Attici ἀναβασμὸς, teste Thoma M. scripserunt, (Vide Pausan. X. c. 5. p. 808.) duas maxime notiones apud Græcos habet. 1) *ascensus, ipse actus ascendendi in loca edita.* Suid. ἀναβαθμοί· ἀναβάσεις. 2) per metonymiam, *medium ascensus,* h. e. *gradus, per quos ascenditur in locum editum.* Act. XXI. 35. ὅτε δὲ ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς cum igitur pervenisset ad gradus, qui nempe ab arce Antonia ad templum ducebant. ibid. v. 40. ἑστὼς ἐπὶ τῶν ἀναβαθμῶν stans in gradibus. Æque late patet vox Hebr. מַעֲלָה, pro qua ἀναβαθμὸς posuerunt Alexandrini 2 Regg. IX. 13. XX. 11. 2 Chron. IX. 18, 19. Adde Jul. Pollucis Onom. IV. 21. et VII. 112.

'ΑΝΑΒΑΙ'ΝΩ, fut. βήσομαι. Anomalon. In universum quidem *omnem motum e loco inferiori in altiorem* significat, *qualicunque demum fiat modo,* sed pro subjectorum diversitate variæ hujus vocis constituendæ sunt notiones, hoc fere ordine. 1) *adscendo, me moveo in locum editum.* Matth. V. 1. ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος in montem adscendit. III. 16. ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος e fluvio adscendit. Marc. III. 13. ἀναβαίνει pro ἀνέβαινε. (Sic ἥκω pro ἧκον apud Eurip. Hecub. v. 1. ubi vid. Schol.) Luc. V. 19. ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα conscenso lecto. XIX. 4. ἀνέβη ἐπὶ συκομορέαν conscendit morum. Act. VIII. 39. ἀνέβησαν ἐκ τοῦ ὕδατος. Apoc. XI. 7. τὸ ἀναβαῖνον pro: ὃ ἀνέβη. 2) *iter facio per loca et ad loca edita, proficiscor ad regionem superiorem,* et in N. T. maxime de iis usurpatur, qui Hierosolymam, in monte sitam, petebant, vel additis verbis εἰς 'Ιεροσόλυμα, v. c. Matth. XX. 17, 18. vel simpliciter positum. Joh. VII. 8, 10. XII. 20. Act. XVIII. 22. Judæa enim ad alios Palæstinæ tractus, maxime ad Galilæam, et tota Palæstina ad exteras regiones relata, sublimior erat, et adeo olim omnes, qui ex Galilæa in Judæam (Luc. II. 4.) et ex reliquis regionibus in Palæstinam proficiscebantur, ἀναβαίνειν dicebantur. Eandem significationem habet עָלָה (quod Alex. sæpe per πορεύομαι reddiderunt, Jos. XIX. 46. 1 Sam. VI. 9.) Esra II. 1. Nehem. VII. 6. quod speciatim de Hierosolymam contendentibus usurpatum legitur 1 Regg. XII. 27, 28. Esra VII. 6, 7. Zach. XIV. 16, 17. et aliis in locis, quæ collegit C. B. Michaëlis in Diss. de notionibus superi et inferi in S. S. (Hal. 1735.) et Wetstenius N. T. T. I. p. 456. Ælian. V. H. VIII. 17. ἀνέβη εἰς 'Ασίαν profectus est in Asiam superiorem. Confer Mori Obss. ad Xen. Anabasin Cyri statim ab initio. Vide infra sub καταβαίνω. 3) *afferor, deferor in loca edita, quocunque modo hoc fiat.* Hinc *inanimatis rebus* interdum tribuitur, v. c. Apoc. III. 4. ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων et sursum agebatur seu surgebat fumus. ibid. IX. 2. XIV. 11. XIX. 3. Interdum de *piscibus* usurpatur, *qui emergunt et protrahuntur ex aqua.* Matth. XVII. 27. καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον et primum exinde hamo eductum piscem. Haud raro autem de *Christi reditu in cœlum* ἀναβαίνω dicitur, ita, ut partim simpliciter ponatur, Joh. VI. 62. ἀναβαίνοντα ὅπου ἦν πρότερον, partim verba addantur, locum superiorem seu

cœlum significantia, v. c. πρὸς τὸν πατέρα, Joh. XX. 17. εἰς ὕψος, Eph. IV. 8—10. 4) *conscendo*, v. c. *navem*, Marc. VI. 51. καὶ ἀνέβη πρὸς αὐτοὺς εἰς τὸ πλοῖον et cum ad eos in navem ascendisset. Joh. XXI. 3. ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον, nisi ibi legendum est ἐνέβησαν (sic *ascendere navem* seu *in navem* etiam apud Latinos legitur, v. c. Terent. Adelph. IV. 5. 69. Nepos II. 8. 6.) aut *currum*, v. c. Act. VIII. 31. Similis locus Apollodor. Bibl. I. 7. 2. εἰς ταύτην, scil. λάρνακα, μετὰ Πύῤῥας ἀνέβη Δευκαλίων. quanquam nec repugnarem, si quis in omnibus his adductis locis τῷ ἀναβαίνειν notionem *intrandi, sibi in aliquid parandi ingressum*, subjicere mallet, quæ necessario locum habet Apoc. IV. 1. ἀνάβα ὧδε. Joh. X. 1. ἀλλ' ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν sed aliunde ingreditur, aut, quod in h. l. eodem redit, *irrumpit*. Certe Hebr. עָלָה Alex. haud raro per εἰσέρχομαι reddiderunt. Joh. VI. 5. Daniel. II. 16. V. 10. 5) metaphorice: *succresco, enascor, progermino*, i. q. ἀναφύομαι. Matth. XIII. 7. καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι et spinis succrescentibus. Marc. IV. 8. καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα. ib. v. 32. καὶ ὅταν σπαρῇ, ἀναβαίνει, coll. Matth. XIII. 32. Ita etiam עָלָה Hebraicis idem valet, quod צָמַח et פָּרַח, Gen. XLI. 22. Prov. XXIV. 31. et ab Alexandrinis interdum per φύομαι, Prov. XXVI. 9. et ἀναφύω, Ies. XXXIV. 1. interdum autem per ἀναβαίνω, v. c. Ies. LIII. 2. LV. 13. redditur. Pro Chaldaico Dan. VII. 8. quod Theodotion voce ἀναβαίνειν reddidit, in Alex. vers. est ἀναφύειν. E Græcis Scriptoribus notabiles sunt loci Xenoph. Sympos. IV. 23. Theophr. Hist. Plant. VIII. 3. Hippocratis de glandulis c. 3. p. 414. ed. Linden. Hesych. ἀναδρομαί, αὐξήσεις, βλαστήσεις. Ita etiam voce *surgere* usus est Virgil. Ecl. V. 39. 6) *pervenio, perferor, deferor*, sensu metaphorico. Act. XXI. 31. ἀνέβη φάσις τῷ χιλιάρχῳ rumor delatus est ad tribunum militum. 1 Macc. I. 31. ἡ κραυγὴ τῆς πόλεως ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανόν. Sæpe autem etiam apud Græcos nomina *fama, rumor, sermo* dici *ascendere, ire, venire*, Schwarzius docuit in Commentariis L. Gr. p. 76. — Restant adhuc formulæ quædam, Scriptoribus N. T. propriæ, quæ ad nullam hucusque collectarum significationum verbi ἀναβαίνειν referri commode possunt, ideoque seorsim erunt tractandæ. Sunt autem hæ: α) ἀναβαίνειν εἰς τὸ μνημόσυνον ἐνώπιόν τινος *res* dicitur, *cujus aliquis bene memor est*, vel in bonam, vel in malam partem. In bonam partem accipitur Act. X. 4. αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, h. e. si libere vertatur: haud ignorat Deus et preces tuas et benefacta, et jam illas exaudire, hæc autem justis præmiis ornare decrevit. Hoc sensu enim Deus recordari dicitur in litteris sacris: confer Glass. Phil. S. p. 948. β) ἀναβαίνειν εἰς τὸν οὐρανὸν *is* dicitur, *qui perfectissimam et omnibus numeris absolutam cognitionem de Deo rebusque divinis habet*, seu *qui arctissime est cum Deo et ita conjunctus, ut omnia ejus consilia et decreta, omnem adeo ejus naturam cognitam habeat et perspectam*. Joh. III. 13. καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν nemo res divinas satis cognitas habere potest præter eum, qui originem cœlestem habet. Similis formula est Prov. XXX. 4. מִי עָלָה־שָׁמַיִם וַיֵּרַד h. e. quis satis cognitas habet res cœlestes, ut eas hominibus annunciare possit? ubi docere vult auctor libri, opera Dei et consilia esse impervestigabilia hominibus et plane ignota. Longe diverso ab hoc sensu reperitur hæc formula in loco Rom. X. 6. μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν noli putare, insuperabilibus difficultatibus obsitam esse doctrinam de origine J. C. cœlesti: ubi *in cœlum ascendere* est formula loquendi mere proverbialis, qua usi sunt sacri scriptores, ut indicarent, alicujus rei esse tantam difficultatem, ut omnes vires humanas superet. Respexisse autem videtur Paulus locum Deut. XXX. 12. מִי יַעֲלֶה־לָּנוּ הַשָּׁמַיְמָה, ubi docere vult Moses, non esse adeo difficilem hominibus legum divinarum cognitionem. Alio iterum sensu usus videtur hac formula Jesus Joh. I. 52. ὄψεσθε τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, h. e. in posterum usu vestro experiemini, Deum mihi peculiari quodam modo adfuturum; videbitis me summa miracula quævis, auxilio Dei potentissimo adjutum, patraturum. coll. Genes. XXVIII. 12. γ) ἀναβαίνειν εἰς, seu ἐπὶ τὴν καρδίαν, seu ἐν τῇ καρδίᾳ τινὸς de *cogitationibus* usurpatur, *quæ animum subeunt, oboriuntur animo, in mentem veniunt*. Luc. XXIV. 38. διατί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; quare hæ dubitationes oboriuntur animo vestro? Act. VII. 23. ἀνέβη ἐπὶ (in aliis εἰς) τὴν καρδίαν αὐτοῦ venit ipsi in mentem. 1 Cor. II. 9. ἃ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη de quo nemo cogitavit. Est hæc formula mere Hebraica עָלָה עַל לֵב Ies. LXV. 17. Jerem. III. 16. XLIV. 21. LI. 50. Ies. LXV. 16. וְכִי נִסְתְּרוּ מֵעֵינָי Alex. καὶ οὐκ ἀναβήσεται αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν. Confer infra sub καρδία, et Wetstenii N. T. T. I. p. 828.

ἈΝΑΒΑ'ΛΛΟΜΑΙ, Medium ab ἀναβάλλω *sursum tollo, erigo*, et *remoror, protraho*, notionem *differendi et procrastinandi* habet in Scriptoribus Græcis, et non solum cum accusativo rei (interdum etiam cum infinitivo) construitur, ita, ut ei tribuatur, *qui ipse differt aliquod negotium*, sed etiam regit accusativum personæ, quando de eo sermo est, *qui alios remoratur et impellit ad procrastinanda ea, quæ agere aut volunt aut debent*. Utriusque usus loquendi exempla extant apud veteres. Illius apud Philostrat. Vit. Apoll. IV. 10. οὐκ ᾤετο δεῖν ἀναβάλλεσθαι τὴν ὁδόν. Xenoph. Memor. III. 6. 6. πλουσιωτέραν τὴν πόλιν ποιεῖν ἀναβαλούμεθα. Hujus in N. T. æque ac in Latinis Scriptoribus. Act. XXIV. 22. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς his auditis Felix eos *ampliavit*. (confer Ernesti Clav. Cic. sub *ampliare*.) Cicero ad Lucceium Lib. V. ep. 12. extr. sin autem *differs me* in aliud tempus. Hesych. ἀναβάλλετο· προοιμιάζετο. ἀνάβαλε· ἀναβολὴν δίδου. Phavor. ἀναβάλλομαι τὸ πρᾶγμα ἀντὶ τοῦ ῥαθυμῶν ὑπερτίθεμαι. αἰτιατικῇ συντάσσεται. Plura de hoc verbo habet Budæus Comment. G. L. p. 542. Wetstenius in notis ad N. T. T. II. p. 622. et Dresig. de Verbis Mediis III. 3. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀναβάλλομαι, *differo*. Idem: ἀναβάλλω, *protraho*.

ἈΝΑΒΙΒΑ'ΖΩ, fut. άσω, *ascendere et prodire facio, produco*, eleganter in N. T. ubi semel tantum legitur, iis tribuitur, *qui naves ad littus subducunt*. Matth. XIII. 48. ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν subducentes navigium in littus. Xenoph. Hist. Græc. I. c. 1, 2. πρὸς τὴν γῆν ἀνεβίβαζε τὰς ἑαυτοῦ τριήρεις. Herodot. III. 75. ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ τὸν πύργον.

In versione Alex. Hebraico הֶעֱלָה respondet Genes. XXXVII. 28. Exod. XVII. 3. Ies. LVII. 7. Alb. Gloss. N. T. *ἀνεβίβασεν· εἰσήγαγεν.* Hesych. *ἀναβιβάζων· ἀναφέρων.* Idem Phavorinus.

'ΑΝΑΒΛΕ'ΠΩ, fut. *ψω.* 1) ***suspicio, sursum*** seu ***sublatis oculis aspicio, oculos attollo,*** quasi *ἄνω βλέπω,* quod aliis in locis *ἐπαίρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς* dicitur. Matth. XIV. 19. *ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν* cœlum intuens. Marc. VI. 41. VII. 34. VIII. 24. *καὶ ἀναβλέψας* et oculos intendens, explorandi causa, an aliquid videre possit. Luc. IX. 16. Xenoph. Hist. Græc. VII. 1. 20. *ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασιν,* 2 Macc. VII. 28. *ἀναβλέψαντα εἰς τὸν οὐρανόν.* Pollux II. c. 4, 5, 7. *λέγεται ἀναβλέπειν μὲν εἰς τὸν οὐρανὸν, καταβλέπειν δὲ εἰς τὴν γῆν.* 2) ***visum recipio, facultatem videndi recupero.*** Matth. XI. 5. *τυφλοὶ ἀναβλέπουσι* cœcis videndi facultas restituitur. ibid. XX. 34. *καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ* statim dispexerunt. Marc. X. 51. *ἵνα ἀναβλέψω,* coll. Matth. XX. 33. *ἵνα ἀνοιχθῶσιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί.* Luc. VII. 22. Act. XXII. 13. Et in hac quidem notione centies hæc vox apud Græcos legitur. Aristoph. Plutus v. 95. ubi Chremes ad Plutum, visu orbatum, *εἰ πάλιν ἀναβλέψειας, ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ.* ibid. v. 117. 126. Philostrat. Vit. Sophist. II. c. 1. p. 547. et apud Hippocratem. Confer Foësii Œconomia Hippocr. p. 28. 3) ***visum accipio,*** neglecta plane vocula *ἀνά.* Sic Joh. IX. 11, 15, 18. ubi *ἀναβλέπειν* homini tribuitur, qui visum nunquam inde a nativitate habuit, sed eum a Jesu miraculoso modo accepit, coll. v. 1 seqq. Conf. Ludov. de Dieu Criticam S. p. 512. 4) ***contemplor, intueor, aspicio.*** Marc. XVI. 4. *καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσι.* Act. XXII. 13. *ἀνέβλεψα εἰς αὐτὸν* recepto visu eum aspexi. Hinc in versione Alexandrina haud raro *τῷ* נִבֵּט Genes. XV. 5. פָּנָה Ies. VIII. 21. et רָאָה 1 Sam. XIV. 27. respondet.

'ΑΝΑ'ΒΛΕΨΙΣ, *εως, ἡ,* proprie ***suspectum*** (ut Hieronymus hanc vocem apud Symmachum Psalm. LXXVI. 5. reddidit) notat, h. e. ***sursum aspicere,*** etiam ***redditus visus,*** seu ***recuperatio visus.*** Ælian. H. A. XVII. 13. 2) metaphorice; ***plenior et perfectior religionis cognitio.*** Luc. IV. 19. *κηρύξαι τυφλοῖς ἀνάβλεψιν* ad imbuendos inscios idonea veritatis cognitione. Sæpius non legitur in N. T. nec in versionibus Græcis V. T. occurrit.

'ΑΝΑΒΟΑ'Ω, *ῶ,* fut. *ήσω,* ***vociferor, exclamo, vocem attollo,*** i. q. *βοάω,* nam *ἀνὰ* in compositione simplicis verbi notionem non semper intendit. Tantum ter legitur in N. T. Matth. XXVII. 46. *ἀνεβόησεν 'Ιησοῦς φωνῇ μεγάλῃ.* vbi in loco parallelo Marc. XV. 34. legitur *ἐβόησεν.* Sic Ezech. XI. 13. *καὶ ἀνεβόησα φωνῇ μεγάλῃ,* Hebr. וָאֶזְעַק קוֹל גָּדוֹל Marc. XV. 8. *ἀναβοήσας ὁ ὄχλος* vociferans turba. Luc. IX. 38. *ἀνεβόησε λέγων.* In versione Alexandrina positum est pro צָעַק, Num. XX. 15. זָעַק, 1 Sam. IV. 13. et קָרָא Ies. XXXVI. 13. LVIII. 1. Plutarch. Coriolan. cap. 36. Xenoph. Cyropæd. VII. 1. 38. Anab. V. 4. 31.

'ΑΝΑΒΟΛΗ', *ῆς, ἡ,* ***dilatio, mora, cunctatio,*** ab *ἀναβάλλομαι* ***differo,*** in perfecto: *ἀναβέβολα.* Semel legitur in N. T. Act. XXV. 17. *ἀναβολὴν οὐδεμίαν ποιησάμενος* dilationem nullam faciens, absque mora. Phavor. *ἀναβολή· ἀνοχή. Αἰλιανός. Λοξίας καὶ Ζεὺς πατὴρ ἀναβολὴν θανάτου ἐψηφίσαντο Φαλάριδι ἔτη δύο.* Dionys. Hal. A. XI. 33. *τοῦ πράγματος μηδεμίαν ἀναβολὴν ποιησάμενον.* Thucyd. II. 42. Confer Fragmenta Æliani e Suida collecta, subjuncta ejus Variis Historiis edit. Perizonii et Kuehnii T. II. p. 320.

'ΑΝΑ'ΓΑΙΟΝ, *ου, τὸ,* ***cœnaculum,*** i. q. *ἀνώγεον,* quod vide infra, vel secundum Lex. MS. Hesychii *ἀνώγαιον.* Auctoritate codicum ductus in textum recepit hanc vocem Griesbachius Marc. XIV. 15. et Luc. XXII. 12. pro hucusque recepta lectione *ἀνώγεον.* Hesychius: *'Ανάγαιον* (Phavorinus habet: *'Ανὰ γαῖον*), *ἀνὰ τὴν γῆν.* Zonaras Lex. c. 187. *ἀνάγαια καὶ ἀνάγαιον, οἴκημα.* Confer etiam Etymol. M. in v. *ἀνώγεον,* ubi videndus Sylburgius.

'ΑΝΑΓΓΕ'ΛΛΩ, fut. *ελῶ.* 1) ***annuntio, denuntio, narro, renuntio.*** Construitur cum dativo personæ et accusativo rei. *'Αναγγέλλομαι* ***nuntius de me*** seu ***mihi affertur.*** Dicitur in utramque partem de re læta ac tristi; et in codd. haud raro cum *ἀπαγγέλλειν* permutatur. Marc. V. 14. *ἔφυγον καὶ ἀνήγγειλαν.* in plurimis codd. *ἀπήγγειλαν* legitur. ibid. v. 19. *ἀνάγγειλον αὐτοῖς, ὅσα σοι ὁ Κύριος πεποίηκεν.* Act. XIV. 27. XV. 4. XVI. 38. 2. Cor. VII. 7. Hesychius: *ἀνήγγειλεν, εἶπεν, ἀπήγγειλεν.* 2) sensu forensi: ***defero,*** angeben, ***to denounce.*** Joh. V. 15. *καὶ ἀνήγγειλε τοῖς 'Ιουδαίοις* et nomen ejus detulit ad assessores Synedrii magni. 3) ***prædico, præsignifico.*** Joh. XVI. 13. *καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν* et futura etiam vobis significabit. 4) ***doceo, instituo, sensum rei obscuræ aperio, explico, docendo illustro.*** Joh. IV. 25. *ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα* veram Dei colendi rationem nos docebit. XVI. 14. *ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν* meam doctrinam vobis uberius et perfectius tradet. ibid. v. 15, 25. Act. XX. 20. *μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν καὶ διδάξαι ὑμᾶς.* ibid. v. 27. Rom. XV. 21. 1 Petr. I. 12. Theodot. Daniel. II. 26. *εἰ δύνασαί μοι ἀναγγεῖλαι τὸ ἐνύπνιον.* Deut. XXIV. 8. *νόμον, ὃν ἀναγγείλωσιν ὑμῖν οἱ ἱερεῖς.* 5) ***fateor, profiteor.*** Act. XIX. 18. *ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν.* Ita הִגִּיד Deut. XXVI. 3. Ies. XLVIII. 6. Hesych. *ἀναγγέλλει· κηρύσσει, λέγει.* Phavorin. *ἀναγγελήσεται· διηγηθήσεται— ἀναγγέλλω τὸ ἀναφέρω ἀπὸ ἐλάττονος εἰς μεῖζον πρόσωπον λεγόμενον, οἷον ἀναγγέλλει ὁ δοῦλος τῷ δεσπότῃ κ. τ. λ.*

'ΑΝΑΓΕΝΝΑ'Ω, *ῶ,* fut. *ήσω,* ***regenero, regigno.*** Nunquam sensu physico in ullo Scriptore usurpatur, sed semper metaphorice dicitur ***de eo, qui alterum transfert in meliorem statum et conditionem, quicunque demum ille sit, sive ad animum, sive ad corpus pertineat,*** et æque late patet ac vox *παλιγγενεσία,* de qua infra dicendi locus erit. In N. T. vero speciatim Deus dicitur *ἀναγεννᾷν* homines, quatenus religionis, christianæ maxime, auxilio eos non solum facultate, res divinas intelligendi et vera fide amplectendi, sed etiam viribus eas desiderandi, amandi et earum cognitione convenienter agendi instruit et exornat, et ita ex conditione infelici transfert ad longe felicissimam. Nam *γεννᾷν,* quod proprie physice est: ***vitam dare,*** ex usu loquendi Judæorum sæpe ad ***vitam spiritualem*** transferebatur, quæ est in pleniore ac perfectiore religionis divinæ cognitione et observatione, quam deinde felicitas perennis sequitur. Confer loca Scriptorum Judaicorum a Schoettgenio ad Joh. III. 3. et 2 Cor. V. 17. allata in Horis Hebraicis et Talmudicis. 1 Petr. I. 3. *ὁ ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν* qui

nos emendavit per religionem christianam, ut jam certissimam spem resurrectionis et felicitatis futuræ fovere possimus. ib. v. 23. ἀναγεγεννημένοι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτου, διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ. Confer quæ infra sub γεννάω, καινὴ κτίσις et παλιγγενεσία sunt notata.

'ΑΝΑΓΙΝΩ'ΣΚΩ, fut. γνώσομαι, 1) *cognosco, intelligo,* Matth. XXIV. 15. ὁ ἀναγινώσκων νοείτω, qui hæc (sc. oracula Danielis) intelligit, animum advertat suum. Confer Kypke Observatt. Sac. T. I. p. 119. 2) ut Latinum *cognosco* (Corn. Nep. Lysand. 4.), *lego, perlego,* Matth. XII. 3. οὐκ ἀνέγνωτε, τί ἐποίησε Δαβίδ; nonne legistis, quid fecerit Davides? ibid. v. 5. XIX. 4. XXI. 16. Joh. XIX. 20. Act. VIII. 28, 30. XXIII. 34. ἀναγνοὺς δὲ perlectis litteris. 2 Cor. I. 13. ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε id quod legitis scriptum in litteris meis est vere mea mens. ibid. III. 2. Ephes. III. 3. Alexandrini usi sunt hac voce pro Hebraico קָרָא, quod inter alia etiam *legere* notat. Exod. XXIV. 7. 2 Chron. XXXIV. 18, 24, 30. Jer. III. 12. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 11. ἀναγινώσκει, *legit*—ἀναγινώσκονται, *leguntur.* 3) *prælego.* Luc. IV. 16. ἀνέστη (ἕνεκα τοῦ) ἀναγνῶναι, h. e. surrexit, ut prælegeret particulam V. T. et prælectam interpretaretur; unde particula librorum sacrorum, quæ in synagoga prælegi populo et commentario illustrari solebat, ἀνάγνωσις et ἀνάγνωσμα vocabatur. Cf. Heinsii Exerc. Sac. ad h. l. et Vitring. de Synagoga Vet. T. I. p. 998, seqq. Act. XIII. 27. τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας. XV. 21. 2 Cor. III. 15. ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς. 1 Thess. V. 27. Apoc. I. 3. ubi τῷ ἀναγινώσκοντι opponuntur οἱ ἀκούοντες *auditores.* Eodem modo קָרָא sumitur Jer. XXXVI. 15. Cf. Buxtorf. Lex. Talmud. et Rabbin. p. 2108. 1 Macc. X. 7. καὶ ἀνέγνω τὰς ἐπιστολὰς εἰς τὰ ὦτα παντὸς τοῦ λαοῦ. Ælian. V. H. XIV. 43.

'ΑΝΑΓΚΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) *cogo aliquem, ita, ut vim adhibeam, vi adigo.* Act. XXVI. 11. ἠνάγκαζον βλασφημεῖν cogebam blasphemare, aut potius: conatus sum adigere ad maledicendum Christo. ib. XXVIII. 19. ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα coactus sum provocare ad Cæsarem. Galat. II. 3. ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι. ib. v. 14. Xenoph. Mem. I. 2. 44. In vers. Alex. Prov. VI. 7. ἀναγκάζων τῷ שֹׁטֵר respondet. 2) *jubeo aliquem aliquid facere, invito persuadeo, moveo aliquem rationibus.* Mat. XIV. 22. καὶ εὐθέως ἠνάγκασεν τοὺς μαθητὰς ἐμβῆναι εἰς τὸ πλοῖον illico jussit Jesus discipulos conscendere navem. Marc. VI. 45. Luc. XIV. 23. καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν invita, compelle eos ad cœnam. Similis formula reperitur apud Diog. Laërt. II. c. 73. Galat. VI. 12. ἀναγκάζουσιν ὑμᾶς περιτέμνεσθαι cogunt, nempe persuadendo, sollicitando, etc. De hac hujus vocis significatione fere omnes Græci testantur. Joseph. A. J. VII. 1. 6. Aristoph. Equit. v. 505. Herodian. IV. 9. 6. Cf. Valckenar. ad Eurip. Hippolytum v. 921. Eodem sensu *cogere* apud Latinos, vid. Nepos Dio. 2. Cic. V. Ep. 6. ad Famil. Horat. I. Sat. IV. 14.

'ΑΝΑΓΚΑΙ͂ΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, vel 'ΑΝΑΓΚΑΙ͂ΟΣ, ου, ὁ, ἡ, æque late patet ac Latinorum vox *necessarius,* et 1) *is* dicitur, *qui deesse non potest, ut aliquid sit integrum et nomine suo dignum,* unentbehrlich, *indispensable.* 1 Cor. XII. 22. τὰ ἀσθενέστερα μέλη τοῦ σώματος ἀναγκαῖα (pro ἀναγκαιότερα) ἐστι membra corporis humani, quæ vulgo vilipendi solent, sunt tamen maxime necessaria. Tit. III. 14. εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας ad vitæ subsidia, quæ natura desiderat. Artemidor. I. 75. 82. Euseb. H. E. VIII. 12. 2) *id quod est legibus et præscriptis divinis consentaneum.* Act. XIII. 46. ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. coll. Matth. X. 6. Hebr. VIII. 3. ὅθεν ἀναγκαῖον unde et Christus, ut scilicet munere sacerdotali, sibi a Deo injuncto, bene fungeretur, habere debebat. 3) *utilis, proficuus, fini consequendo conducibilis.* 2 Cor. IX. 5. Philipp. I. 24. ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς vobis majorem utilitatem affert. ib. II. 25. 4) ἀναγκαῖοι dicuntur, qui Latinis *necessarii,* (Gellius N. A. XIII. 3. Tacit. Annal. III. 67. 4. IV. 63. 3. Hist. II. 45. 5.) *omnes, qui sunt affinitatis et familiaritatis vinculis arctissime invicem conjuncti, affines, consanguinei et amici,* sine dubio propterea, quia ἀναγκαῖον Græcis etiam id dicitur, *quod est carum et pretiosum,* τίμιον, ut Salmasius docuit in Exercitt. Plin. p. 259. Hinc Act. X. 24. ἀναγκαῖοι φίλοι commemorantur, h. e. vel *amici, affinitate conjuncti,* vel *amici intimi,* quos Polybius VIII. c. 9. τοὺς ἀναγκαιοτάτους τῶν φίλων et Euripides Androm. 651. φίλους ἀναγκαίους appellat. 'Αναγκαίους· φίλους Hesychius etiam in ἐπίσπειρον σχοινίον dixit. Conf. Joseph. A. J. VII. 14. 4. Adde Xen. Mem. II. 1. 4. Phavor. οἱ ἀναγκαῖοι δμῶες κατὰ τὴν 'Ομηρικὴν ἑρμηνείαν οἱ φίλα ἐργαζόμενοι. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 518.

'ΑΝΑΓΚΑΣΤΩ͂Σ. Adverbium, *coacte,* ab ἀνάγκη *vis, necessitas.* Semel legitur in N. T. 1 Petr. V. 2. μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως non coacte, sed sponte. Adjectivum ἀναγκαστὸς reperitur apud Josephum A. J. XVIII. c. 3. § 3. p. 873.

'ΑΝΑ'ΓΚΗ, ης, ἡ, ut Lat. *necessitas,* in universum dicitur, *quidquid animum suæ spontis esse non patitur,* et apud veteres *affectibus* tribuebatur, qui hominem invitum adeo rapiunt et trahunt. Conf. quæ bene de hoc verbo exposuit Salmasius in Exercitt. Plin. p. 1085. unde in N. T. libris sortita est hæc vox varias significationes. Nam 1) ita dicitur *necessitas, quæ mihi ab aliis imponitur, vis, coactio.* 2 Cor. IX. 7. μὴ ἐξ ἀνάγκης non coactus. Conf. de hac formula Irmisch. ad Herodian. I. 4. 12. Philem. v. 14. τῷ κατὰ ἀνάγκην opponitur κατὰ ἑκούσιον, 1 Cor. VII. 37. μὴ ἔχων ἀνάγκην si est sui arbitrii, non ab aliis pendet. Polyb. II. 39. οὐχ ἑκουσίως, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην αὐτῶν, ἀπέστησαν. Philostr. vit. Apollon. VII. 1. p. 281. oratio non concedit longius vagari τῷ γε ἀνάγκην ἔχοντι καὶ πρὸς ταῦτα εἰπεῖν. 2) *id quod est in more positum et usu receptum, aut legibus et institutis humanis stabilitum, necessitas ex consuetudine et jure.* Luc. XXIII. 17. ἀνάγκην δὲ εἶχεν ἀπολύειν αὐτοῖς κατὰ ἑορτὴν ἕνα cum autem esset ita in more positum, ut per diem illum festum aliquem dimitteret. coll. Joh. XVIII. 39. et Syro, qui habet: ܐܝܟ ܥܝܕܐ ܓܝܪ ܗܘܐ *consuetudo enim erat.* Hebr. IX. 16. θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου ibi ex consuetudine et jure civili mors testatoris intercedere debet. (Hoc in loco, ut hæc obiter addam, ἀνάγκη vel pro adjectivo ἀναγκαῖον positum est, aut omissum est ἐστι. Hujus ellipseos exempla sunt in Epicteti Enchirid. c. 7. 18. 20. illius autem loquendi usus vestigia in Philone et aliis notavit Carpzovius in Exercitt. Philon. in Ep. ad Hebr. p. 419.) 3) *necessitas, quæ est e nexu rerum humanarum inter se invicem et ipsa natura humana.* Huc referrem locum Matth. XVIII. 7. ἀνάγκη γάρ

ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, coll. Luc. XVII. 1. ἀνένδεκτόν ἐστιν τοῦ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, ubi ἀνάγκη, Aristotele interprete, est τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν, quod ut aliter se habeat, non contingit. Hæc *necessitas*, quam eruditi vocant *consequentiæ*, qua posito uno alterum necessario sequitur, innuitur etiam in loco Hebr. VII. 12. ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται translato sacerdotio ad aliam tribum, necessario etiam omnis œconomia Mosaica immutata est. Hebr. IX. 23. 4) *necessitas, quæ est ex officio legis et religionis divinæ jussu, officium, officii ratio.* Rom. XIII. 5. διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι. coll. v. 1, 2, 4. 1 Cor. IX. 16. ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται nam satisfaciendum mihi est voluntati divinæ. Eandem huic voci notionem subjecerunt Græci Scriptores, quorum loca habet Schwarz. in Comment. L. Gr. p. 82. — E serie orationis etiam dijudicandum erit, quid sibi in singulis locis velit formula: ἀνάγκην ἔχειν *necesse, opus habere*, quam a Græcis (Herodian. VII. 1. 9. Eurip. Hippolyt. v. 634.) mutuati videntur Latini: (conf. Olearius de Stilo N. T. ed. Schwarz. p. 22.) Luc. XIV. 18. καὶ ἔχω ἀνάγκην ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτὸν quem invisere decrevi. Hebr. VII. 27. ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην cui per sanctitatem et summam suam præstantiam non necesse erat quotannis sacrificium offerre. Jud. v. 3. ἀνάγκην ἔσχον jam in præsenti utile ac necessarium duxi. 5) *calamitas, miseria, afflictio, quæ est inevitabilis et duram necessitatem nobis imponit.* Luc. XXI. 23. ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς erit enim magna miseria in terra. 1 Cor. VII. 26. διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην ob præsentes Christianorum persecutiones. 2 Cor. VI. 4. ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις. ibid. XII. 10. 1 Thess. III. 7. ubi ἀνάγκη est *paupertas.* Confirmatur hic loquendi usus omnium fere linguarum analogia. In vers. Alex. Hebraicis vocabulis מָצוֹק, 1 Sam. XXII. 2. Psalm. CXIX. 143. מְצוּקָה, Psalm. CVII. 6, 13, 19, 28. et צַר vel צָרָה, Job. XXVII. 9. XXXI. 7. respondet. Et pro נַפְשִׁי לָאֶבְיוֹן, Job. XXX. 25. habent. Alex. ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις. His adde e libris Apocryphis Epist. Jerem. v. 32. Tob. V. 11. Nec desunt exempla e Græcis Scriptoribus, v. c. Xenoph. Mem. III. 12. 2. Diod. Sic. III. c. 13. Æschyl. Prometh. Vinct. v. 107. Ælian. V. H. XIV. c. 24. Latinorum *necessitas* adeo de *quavis adversa fortuna* et *paupertate* usurpatur a Tacito Annal. II. 27. 4. Sueton. Cæs. 48. Tiber. 47. — Phavor. ἀνάγκη διττή, ἡ μὲν πρὸς βίαν, ἡ δὲ κατὰ φύσιν.

'ΑΝΑΓΝΩΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *agnosco, recognosco.* 'Αναγνωρίζομαι *cognoscendum me præbeo, agnoscor.* In N. T. legitur tantum Act. VII. 13. ἀνεγνωρίσθη 'Ιωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ cognoscendum se præbuit fratribus suis Josephus. Syrus: ܐܫܬܘܕܥ ܝܘܣܦ ܠܐܚܘܗܝ notum fecit Josephus se ipsum fratribus suis. Respondet Hebraico הִתְוַדַּע, Genes. XLV. 1. de Josepho ἡνίκα ἀνεγνωρίζετο τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Phavor. ἀναγνωρίζω· ἐπιγινώσκω, μιμνήσκομαι, ἐνθυμοῦμαι, ἀναπολῶ, ἀναλογίζομαι, ἀναμιμνήσκομαι.

'ΑΝΑ'ΓΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, *lectio, ipsa legendi actio, prælectio,* (ab ἀναγινώσκω *lego*), et speciatim *prælectio solemnis singularum pericoparum librorum in V. T. in Synagogis Judæorum et conventibus sacris Christianorum.* Act. XIII. 15. μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. 2 Cor. III. 14. ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης. 1 Tim. IV. 13. πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει. Semel tantum in vers. Alex. reperitur Nehem. VIII. 8. pro Hebr. מִקְרָא. Adde 3 Esdr. IX. 48. et Prol. Sirac. Curatius de hac voce egit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 247.

'ΑΝΑ'ΓΩ, fut. ἄξω, 1) *sursum duco, in loca superiora deduco.* Act. IX. 39. ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον duxerunt in cœnaculum. ibid. XVI. 34. ἀναγαγών δὲ αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ubi οἶκος est i. q. ὑπερῷον. Rom. X. 7. Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν Christum educere e sepulcro. Hebr. XIII. 20. ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν qui Christum excitavit e mortuis, in vitam revocavit. (Recte huc referri formulam ἀνάγειν ἐκ νεκρῶν in vitam revocare, quæ præterea etiam legitur Sapient. XVI. 13. clare docet Hebraica dictio הֶעֱלָה מִן־שְׁאוֹל, cui respondet in locis Psalm. XXX. 4. LXXI. 20. obvia, orta sine dubio a fabula poëtica Judæorum de שְׁאוֹל.) Luc. IV. 5. Hinc etiam de *iis* usurpatur, *qui alios in regiones paulo editiores proficisci jubent,* v. c. Luc. II. 22. ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς 'Ιεροσόλυμα. 2) *duco,* ut simplex ἄγω, et ἀνάγομαι *duci jubeor, me confero, secedo.* Matth. IV. 1. τότε ὁ 'Ιησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον. coll. Luc. IV. 1. ἤγετο εἰς τὴν ἔρημον. Vulg. *ductus est.* Ita et Syrus: ܐܬܕܒܪ, 2 Macc. V. 9. Ælian. V. H. XII. 1. ἀνήγαγεν αὐτὴν πρὸς Κῦρον. Hesych. ἀνάγειν· ἄγειν. — ἀνάγεται· ὁδηγεῖται. 3) *produco, sisto.* Luc. XXII. 66. καὶ ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον ἑαυτῶν produci jusserunt in concilium suum. Act. XII. 4. βουλόμενος ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ, h. e. volebat eum publico supplicio afficere; nam, qui publico supplicio afficiebatur, antea populo producebatur et sistebatur. 4) si de sacrificio sermo est et vocabulum *victima, munus,* additur, significat: *offerre,* quia per gradus ad altaria ascendendum erat. Act. VII. 41. καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ sacra fecerunt illi idolo. Eodem modo הֶעֱלָה sequente עוֹלָה, Judd. VI. 26. 2 Paral. XXIX. 21. sumitur et extant adeo hujus loquendi usus exempla apud Græcos, v. c. Herodot. II. c. 60. μεγάλας ἀνάγοντες θυσίας. Cf. Abresch. ad Æschyl. p. 212. 5) ἀνάγομαι, omissa voce ναῦν, est verbum nauticum, *proveho, solvo navem, in altum maris duco, oram solvo.* Oppositum est: κατάγεσθαι. De nautis, qui solvunt navem e littore vel portu et in altum provehunt, etiam Græci frequenter partim vocem ἀνάγεσθαι, partim ἀπαίρειν et καταίρειν usurparunt. Cf. tantum loca sequentia: Aristoph. Lys. v. 608. Homer. Iliad. I. 478. Ælian. V. H. I. 15. XI. 13. — Luc. VIII. 22. καὶ ἀνήχθησαν et oram solverunt. Act. XIII. 13. ἀναχθέντες δὲ ἀπὸ τῆς Πάφου Papho solventes. ib. XVI. 11. Troade profecti XXI. 1. XXVII. 12. Ex his et aliis N. T. locis apparet, ἀνάγεσθαι, quando hanc significationem obtinet, vel absolute poni, nulla termini definitione addita, vel determinate, adhibitis præpositionibus ἀπὸ et εἰς. Alberti Gloss. N. T. p. 74. ἀναχθέντες. πλεύσαντες. Hesych. ἀνάγοντο· ἀνέπλεον. ἀνάγου· ἀνάπλευσον. Cf. etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 708. et Schweighæuser. Lex. Polyb. p. 30.

'ΑΝΑΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ vel 'ΑΝΑΔΕΙΚΝΥ'Ω, fut. δείξω, 1) proprie: *in sublime elatum aliquid ostendo, monstro.* Polyb. VIII. 30. 10. τὸν πυρσὸν ἀναδείξαντες, *facem ostendentes, tol-*

lentes. 2) *designo, constituo, denomino, eligo aliquem ad dignitatem, munus* v. c. nam, qui olim ad munus aliquod publicum eligebatur, populo et civibus sisti et quasi monstrari solebat. Luc. X. 1. ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα elegit (quasi ἐξελέξατο) etiam alios septuaginta discipulos. 2 Macc. IX. 23, 25. X. 11. XIV. 12. et aliis in locis librorum Apocryphorum, nam in versionibus Græcis V. T. plane non legitur hæc vox. Diodor. I. 66. ἀνέδειξαν ἑαυτοὺς βασιλεῖς. Polyb. XIII. 4. ὧν προστάτην καὶ βασιλέα αὐτὸν ἀναδείξας. 3) *palam significo et declaro aliquid,* i. q. simplex δεικνύω. Act. I. 24. ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα declara jam signo quodam, quem tibi ex his duobus elegeris. Xenoph. Hellen. III. 5. 16.

'ΑΝΑ'ΔΕΙΞΙΣ, εως, ἡ, 1) *ostensio, demonstratio.* Sirac. XLIII. 7. εἰς ἀνάδειξιν χρόνων. Polyb. XV. 24. πρὸς τὴν τοῦ διαδήματος ἀνάδειξιν. 2) *designatio, inauguratio ad munus aliquod publicum, inauguratio et auspicium muneris.* Luc. I. 80. ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραὴλ usque ad tempus, quo munus suum inter Israëlitas auspicaturus erat.

'ΑΝΑΔΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. ἔξομαι, 1) proprie physice: *suscipio in me aliquid, porto,* ex ἀνὰ et δέχομαι *capio.* Sic Appion apud Gellium N. A. VII. c. 8. de delphine, puerum amante, ὁ ἰχθὺς ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων. Unde apud Græcos deinde factum est verbum rei pecuniariæ et idem valuit quod ἐγγυᾶσθαι spondere, promittere, se pro altero soluturum. Cf. Salmasius de Mod. Usur. p. 721. 2) *excipio aliquem hospitio, domo excipio.* Act. XXVIII. 7. ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς qui cum hospitaliter et humaniter nos excepisset. Ælian. V. H. IV. 9. ubi voces ἀναδέχεσθαι et ὑποδέχεσθαι invicem permutantur. 3) *accipio.* Hebr. XI. 17. ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος cui data tamen erat promissio. In versione Alexandrina non legitur.

'ΑΝΑΔΙ'ΔΩΜΙ, fut. δώσω, 1) proprie: *emitto, produco,* quasi *sursum do.* Sic de agro, arbore dicitur, καρπὸν ἀναδίδωσι. Vide Antigoni Caryst. Hist. Mirab. c. 12. et Sirac. I. 29. 2) *trado.* Act. XXIII. 33. καὶ ἀναδόντες τὴν ἐπιστολὴν τῷ ἡγεμόνι tradentes epistolam præsidi. Nuspiam usi fuerunt interpretes Græci V. T. hoc verbo. Polyb. XXIX. 10. 7. ἀνέδωκαν τοῖς ἄρχουσιν ἐπιστολάς. Ib. XV. 31. 8.

'ΑΝΑΖΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω. 1) *revivisco, in vitam redeo,* ex ἀνὰ et ζάω *vivo.* Rom. XIV. 9. de Christo καὶ ἀνέζησεν et in vitam rediit, aut: post resurrectionem se vivum ostendit, ut hæc verba vertenda esse non male conjecit I. B. Carpzov. in Stricturis Theol. et Crit. in Ep. ad Rom. p. 334. Si lectio sana est nec potius rescribendum est καὶ ἔζησεν, *et jam vivit,* probantibus Millio et Wetstenio, quos vide. Eadem lectionis varietas etiam est Apoc. XX. 5. ubi loco vulgati οὐκ ἀνέζησαν Griesbachius οὐκ ἔζησαν in textum recepit ob codd. auctoritatem. Etymol. M. p. 685. 45. ἀναζήσαντα ἰχθύν. 2) metaphorice: *incipio vim meam exserere, vigorem meum ostendo,* nostrum: aufleben, aufwachen, *to spring to life, to awake.* Rom. VII. 9. ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν major vis vitiositatis exarsit. ut jam in vetitum nitar, coll. v. 7 et 8. Explicationes hujus loci, a Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 263. collectæ, alienæ sunt. 3) metaphorice: *renuntio vitiositati, mente et consiliis immutatis nova vitæ instituta declaro.* Luc. XV. 24, 32. νεκρὸς ἦν καὶ ἀνέζησε mortuus qui erat, revixit; ubi Theophyl. ἀπὸ ἁμαρτίας ἐκαθαρίσθη, ἐκ νεκρώσεως ἀνέζησε καὶ ἐξ ἀπωλείας εὑρέθη. Vide quæ nos infra sub θάνατος et νεκρὸς dabimus.

'ΑΝΑΖΗΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprio: *rem amissam iterum quæro, requiro,* deinde autem *diligenter inquiro, pervestigo, perquiro,* ex ἀνὰ, quod vim augendi habet, et ζητέω *quæro,* simpliciter, nostrum: aufsuchen, *to seek.* Luc. II. 44. καὶ ἀνεζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσι et conquisiverunt eum inter cognatos. v. 45. ubi tamen loco ἀναζητοῦντες simplex ζητοῦντες in codd. optimæ notæ legitur. Act. XI. 25. ἀναζητῆσαι Παῦλον — καὶ εὑρὼν αὐτόν. Alexandrini usurparunt Job. III. 4. pro דָּרַשׁ, et Job. X. 6. pro בִּקֵּשׁ. Thucyd. II. 8. Polyb. IV. 33. 6. ἀναζητήσαντες τὴν προδοσίαν.

'ΑΝΑΖΩΝΝΥ'Ω vel 'ΑΝΑΖΩ'ΝΝΥΜΙ, fut. ζώσω, *cingo, succingo alium,* i. q. simplex ζωννύω. In medio ἀναζώννυμαι *me ipse succingo,* seu *præcingo.* Gentes scilicet orientales laxas et ad imos usque pedes demissas vestes gestabant, quas cingulo coriaceo adstringebant et colligabant, ut ad opus aliquod aut iter faciendum, etiam ad pugnandum aptiores se redderent et expeditiores. Hunc ritum Orientalium respexit Petrus 1 Ep. cap. I. v. 13. διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν succincti lumbos mentis vestræ, h. e. parate, componite animum vestrum, setzt eure Seele in die gute Verfassung, *have your souls in good disposition, or preparation.* Sic אֵזֶר, ad animum translatum, *fortitudinem animi, præparationem et expeditionem ad opus aliquod peragendum* significat, uti ex locis Job. XXXVIII. 3. Prov. XXXI. 17. Jerem. I. 17. Glassius docuit in Philol. S. p. 1190, ed. Dathii.

'ΑΝΑΖΩΠΥΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *ignem sopitum et sub cinere latentem flatu, folle,* vel *flabello suscito, ne extinguatur, sed ut flammam concipiat,* nam descendit a ζώπυρον, quod et *reliquias ignis cineribus sopiti,* et *suscitabulum, follem, instrumentum omne, quo ignis, latens in cineribus, excitatur et incendium augetur,* significat, quod a Græcis etiam πύρδαλον vocatur. Hesych. πύρδαλα· τὰ λείψανα καὶ τὰ ζώπυρα τοῦ πυρός. Suid. ζώπυρα τοῦ ζῆν ποιητικὰ, φυσητῆρες, ὅθεν οἱ χαλκεῖς τὸ πῦρ φυσῶσι — λείψανα, scil. τοῦ πυρός. 2) metaphorice: *aliquid, quod quasi semiextinctum est, excito, alo, foveo quovis modo; vigorem pristinum revoco, cum ardore animi alicui rei vel recuperandæ vel conservandæ vel augendæ sedulam operam navo.* Sic Paulus usus est hac voce 2 Tim. I. 6. ἀναμιμνήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ hortor te et moneo, ut facultates, tibi a Deo concessas, omni studio alas, augeas et conserves. Visum est hoc verbum ita elegans Scriptoribus Græcis, ut eo (æque ac simplici ζωπυρεῖν. Vide Eurip. Electr. v. 1121.) sæpius, quanquam diversis modis, metaphorice uterentur. Sic v. c. apud Xenoph. de Re Equestri X. 8. 16. de equo excitato et commoto usurpatur. Marc. Antonin. VII. c. 2. ἀναζωπυρεῖν φαντασίας Vorstellungen erregen, *to raise an image.* Dionys. Halicarn. Ant. L. VIII. prudenter reipublicæ præsides dicit ἀεὶ τινὰς ἐκ τῶν ἀλλοεθνῶν ἀναζωπυρεῖν ἔχθρας. 1 Macc. XIII. 7. καὶ ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα τοῦ λαοῦ et excitavit animum populi, coll. Genes. XLV. 17. ut jam alia loca omittam, quæ quisque ab interpretibus ad Mœrid. p. 170. et Suicer. in Thes. Eccles. T. I. p. 266. excitata legere et evolvere potest. Alberti Gloss. in N. T. p. 161. ἀναζωπυρεῖν· ἀναφλέγειν, ἀνακτᾶσθαι. Hesych. ἀναζωπυρεῖν· ἀνεγεῖραι. ἀναζωπυρῆσαι· ἀνανεῶσαι, ἀνε-

γεῖραι, ζωῶσαι, seu, uti Mangeo videtur ad Philon. de Somn. p. 643. ἀναζωῶσαι. Gloss. in Octat. Cod. Fabric. ἀνεζωπύρησεν· ἀνεκτήσατο τὴν ψυχὴν καὶ ἀνενεώσατο. In universum cf. Krebsii Obss. Flav. p. 360. Wetstenii N. T. T. II. p. 354. et I. C. Stemleri Comm. de Emphasi vocis ἀναζωπυρεῖν ad 2 Tim. I. 6. Lips. 1729. 4.

'ΑΝΑΘΑ΄ΛΛΩ, fut. αλῶ, 1) sensu physico: *reviresco, refloresco, regermino, repullulo*, de herbis, floribus et arboribus dicitur, quæ pristinum suum vigorem recipiunt. Interdum etiam transitive usurpatur, ut significet: *revirescere, reflorescere facere*, certe in vers. Alex. loci Ezech. XVII. 24. ἀναθάλλων Hebraico הִפְרַחְתִּי *germinare faciam*, respondet, quam significationem etiam retinuit in libris Apocryphis, v. c. Sirac. I. 22. XI. 23. L. 11. 2) ut Latinorum *reviresco, meliori conditione utor, ad meliorem et feliciorem rerum statum redeo.* Philipp. IV. 10. ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν admodum gaudeo, meliore loco esse jam res vestras, ut iterum mei curam gerere possitis. Hunc locum, varie tractatum ab interpretibus (quorum haud pauci ἀνεθάλετε transitive exponere maluerunt: *revirescere fecistis*), hac unica ratione recte explicari, præter verba sequentia ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε, ἠκαιρεῖσθε δὲ, analogia linguarum orientalium fere omnium docet, in quibus verba *florendi, germinandi* etc. metaphorice de *prospero hominum statu* accipiuntur. Cf. Glassium Philol. S. p. 1104 seqq. Sic, ut hoc unico utar, apud Harir. Consess. XIII. legitur لغبر العيش الخضر pulverulenta evasit vita viridis. Conf. Arnoldi Symbolas ad rem criticam et exegeticam V. T. P. I. p. 68 seq. Homer. Iliad. I. 236. Curtius X. 9, 5. non revirescit solum, sed etiam floret imperium. Simili modo Hebraicum פָּרַח adhibetur Prov. XIV. 11. Ies. XXVII. 6. et Hos. XIV. 8.

'ΑΝΑ΄ΘΕΜΑ, τος, τὸ, ejusdem originis est atque ἀνάθημα, ut ipsa ratio grammatica docet, nam utrumque descendit ab ἀνατίθημι *sepono.* Nec ullum mihi certe dubium est, quin hæc vocabula, quæ sæpius permutata invicem reperiuntur in codicibus (v. c. Levit. XXVII. 29. Judd. XVI. 19.), promiscue olim sæpe usurpata fuerint a Græcis Scriptoribus, (conf. Deyling. Observatt. S. P. II. n. XLII.) inprimis cum omnia ἀναθήματα, si primum utriusque vocis significationem spectes, vere sint ἀναθέματα. Sed Grammatici veteres, invalescente, successu temporis, consuetudine, ἀνάθεμα etiam in deteriorem partem usurpandi, discrimen esse voluerunt utriusque vocis, ut perspicuitati orationis inservirent. Horum exemplo ducti et nos utramque separatim tractabimus. Significat autem ἀνάθεμα 1) et proprie, ut Hebraicum חֵרֶם, Levit. XXVII. 28. (ἀφόρισμα Alex. vertunt Ezech. XLIV. 29.) *omne id, quod est humanis usibus exemptum Deoque repositum, rem, Deo devotam, et a vulgari aç communi usu separatam*, v. c. victimam, sacrificium. Hanc notionem primitivam respexit sine dubio Hesychius, qui per ἀκοινώνητος explicat. Suid. τὸ ἀνατιθέμενον τῷ Θεῷ. Jam quia victima Deo devota occidebatur, 2) ἀνάθεμα catachrestice etiam dicebatur *omne, quod est exitio destinatum, quod perditur, deletur, exscinditur*, (Suid. τὸ εἰς ἀφανισμὸν ἐσόμενον) ita, ut æque de rebus et animalibus ac hominibus dicatur, ut bene docuit Perizonius ad Sanctii Minervam IV. 14. p. 752. Hinc הֶחֱרִים Alex. non solum per ἀναθεματίζειν, sed etiam per ἐξολοθρεύειν verterunt in locis plurimis infra laudandis. Et quia Græci nominatim hoc vocabulo designabant *hominem ex scelestorum, aut infimæ plebis vulgo selectum, qui, ingruente peste aut alia calamitate publica, ad urbis et civitatis lustrationem diis manibus et inferis mactabatur, ut eos expiaret* (cf. Schwarz. Comment. L. Gr. p. 85 seq.), ἀνάθεμα etiam speciatim is dicebatur 3) *qui est diris devotus, ut mactetur expiandi causa, homo abominabilis, detestandus ac e conspectu hominum removendus*, (Alberti Gloss. N. T. p. 105. ἐπάρατος; idem Hesychius tradit, qui addit: ἀκοινώνητος:) quemadmodum etiam Hebræos חֵרֶם *rem abominabilem ac a facie Dei et hominum removendam* vocasse, loca Deut. VII. 25, 26. Jos. VI. 7. VII. 12. Ies. XXXIV. 2. satis testantur. Ex his notionibus, quas huic voci, apud Scriptores Græcos satis obviæ, vindicarunt viri docti, etiam omnia loca N. T. in quibus legitur, explicari commode possunt. In N. T. libris autem ἀνάθεμα dicitur α) *qui sponte se pro aliis devovet, ita, ut vel mortem violentam et ignominiosam pro aliis suscipiat, aut se ipsum societate omni cum aliis excludat.* Sic Paulus Rom. IX. 3. ad amorem vehementissimum Judæis significandum optabat ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν 'Ιουδαίων ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, h. e. vel *emori, atrocissimam mortem subire pro Judæis* (ut verba ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ad præcedens ηὐχόμην referantur) vel *omnis societatis cum Christo, si fieri posset, expers fieri*, quasi καταργεῖσθαι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ (Gal. V. 4.), qua formula, sive hoc, sive illo modo explicetur, tantum promtum paratumque Pauli promovendi Judæorum felicitatem Deique pœnas ab iis avertendi animum indicari, sponte apparet, ut Koppius ad h. l. bene docuit. De hac loquendi ratione, quatenus etiam Arabibus est familiaris, vid. Reiske ad Taraph. p. 42. et Lette ad Caab Ben Zoheir p. 96 seq. β) *qui est pœnis divinis gravissimis dignus et obnoxius, ab omni favore Dei exemptus.* Galat. I. 8 et 9. ἀνάθεμα ἔστω hunc Deus puniat, expers sit favoris divini. 1 Cor. XVI. 22. ἤτω ἀνάθεμα. γ) *dira exsecratio, qua et erga alios utimur et nos ipsos devovemus, devotio, qua quis sibi omnis generis mala imprecatur, obstrictio voto acerrimo.* Act. XXIII. 14. ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτοὺς μηδενὸς γεύσασθαι ἕως κ. τ. λ. voto acerrimo nos obstrinximus de re nulla comedenda, donec etc. 1 Cor. XII. 3. λέγει ἀνάθεμα 'Ιησοῦν Christo maledicit, diris eum devovet, h. e. religionem ejus abnegat, coll. Plin. Epp. X. 97. Cæterum legi de hac voce meretur G. C. Bosii Comm. Philol. de anathemate, excusa in I. D. Winkleri Tempe anecdota sacra p. 299.

'ΑΝΑΘΕΜΑΤΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, (ab antecedente ἀνάθεμα, ut γραμματίζω ex γράμμα et a παράδειγμα παραδειγματίζω.) 1) *separo a communi usu, eximo usibus humanis et Deo devoveo*, ad imitationem Hebr. הֶחֱרִים, Lev. XXVII. 28. Micha IV. 13. quod Alexandrinis non solum ἀναθεματίζειν vertitur Num. XVIII. 14. sed etiam ἀνατίθημι Levit. XXVII. 29. et ibid. v. 21. ἀφορίζω. 2) *funditus deleo, occido, ad internecionem usque exstirpo, diruo.* Hinc הֶחֱרִים, quod et de urbibus, quæ totæ diripiuntur, Num. XXI. 2. et de gentibus, quæ victæ exstirpantur, Judd. XVI. 11. Zach. XIV. 11. usurpatur, ab Alexandrinis per ἐξολοθρεύω, Jos.

X. 1. 2 Paral. XX. 24. ἐρημόω, Ies. XI. 15. ἐξερημόω, Jer. XXV. 9. ἀφανίζω. Deut. VII. 2. φονεύω, Jos. X. 35. ἀπόλλυμι, Ies. XXXIV. 2. XLIII. 28. redditur. 3) *me devoveo, mihi imprecor dira, me quasi declaro esse ἀνάθεμα.* Marc. XIV. 71. ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύναι sibi male imprecatus juravit, coll. Matth. XXVI. 74. 4) *diris exsecrationibus interpositis me obstringo et conjuro.* Act. XXIII. 12, 21. ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς diris exsecrationibus interpositis se obstrinxerunt. v. 15. nos devovimus. Conf. A. Schultens. ad Monum. Vetust. Arab. Carm. IX. v. 1. p. 27.

'ΑΝΑΘΕΩΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) sensu physico: *contemplor, attente, diligenter considero, fixis oculis intueor et specto.* Act. XVII. 23. ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν cum inspicerem sacra vestra. Conf. Wesseling. ad Diod. Sicul. XVIII. c. 74. 2) metaphorice: *mente perspicio et accurate considero, diligenter perpendo.* Hebr. XIII. 7. ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς diligenter considerate, quem eventum eorum adversa fata habuerint. Chrysost. ad h. l. habet: ζητοῦντες ἀκριβῶς. Non legitur hæc vox apud Alex. interpretes. Diod. Sicul. XII. 15. ἀναθεωρούμενος καὶ μετ' ἀκριβείας ἐξεταζόμενος. ib. XVII. 74. Theophr. Hist. Plant. I. 8.

'ΑΝΑ'ΘΗΜΑ, τος, τὸ, ab ἀνατίθημι, quod præter notionem *imponendi,* (Hesych. ἐπιθεῖναι) *reponendi, separandi,* etiam *suspendendi, dedicandi* et *consecrandi* habet, 1) in universum quidem *de quibusvis rebus Deo consecratis* usurpatur, observante Suida, ἀνάθημα πᾶν τὸ ἀφιέρωμα Θεῷ, sed frequentius tamen strictiori sensu sumitur ita, ut 2) indicet *non omnia donorum Diis consecratorum genera, sed ea tantum, quæ in templo reponebantur pro ornatu, aut ex parietibus aut columnis templorum suspendi aut excelso et conspicuo loco statui poterant, ut essent ipsi templo ornamento,* quæ communi vocabulo *donaria* vocabantur, Schol. Aristoph. ad Plutum v. 944. observat: ὅτι ἐπὶ τῶν κοτίνων καὶ ἄλλων δένδρων πανταχοῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς προσπατταλεύουσι τὰ ἀναθήματα. 'Αναθήματα templis inferebantur non solum ab iis, qui sperabant aliquid a deorum benignitate, sed etiam ab iis, qui eorum opem cognovisse videbantur, grati animi declarandi causa. Varia præterea erant, pro ingenio, consilio, vel etiam re familiari donantis, coronæ v. c. vasa aurea et argentea, tabulæ pictæ, arma et alia dona, quæ interdum ostentationis tantum causa offerebantur, quorum catalogum contexuit Pollux Onom. I. 25. et auxerunt Interpretes ad Callimachi Hymn. in Ven. v. 219. Idem in more positum fuisse apud Judæos, et templum Hierosolymitanum splendidissimis et optimis donariis instructum fuisse, præter loca 2 Macc. V. 16. IX. 16. 3 Macc. III. 17. clare docet locus Luc. XXI. 5. καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, ubi per ἀναθήματα necessario donaria ejusmodi, quæ, Deo dicata, in ornatum templi cedebant, et inter quæ eminebat vitis aurea illa, ab Herode M. donata templo (de qua videndus Grotius ad h. l.) intelligenda sunt. Hesych. ἀνάθημα· κόσμημα. Pollux l. l. ἀναθήματα ποιήσασθαι· ἀναθεῖναι εἰς τὸν νεών. Conf. Salmasius ad Solinum p. 767. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 277. et Schwarz. in Comment. L. Gr. p. 89.

'ΑΝΑΙ'ΔΕΙΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *impudentia, inverecundia,* ex α priv. et *αἰδὼς pudor, verecundia,* inserta soni causa littera N. Hesych. ἀναίδειαν· ἀναισχυντίαν. Idem Schol. Homer. ad Iliad. I. 149. 2) speciatim partim ei tribuitur, quem Latini *importunum* vocant, *qui nec temporis nec loci et personarum rationem habet,* partim de eo usurpatur, *qui moleste urget, nec ullo responso aut alio modo abigi potest,* qui Latinis *improbus* dicitur, ut v. c. *musca,* quæ repulsa non fatigatur, sed subinde redit, *improbum animal* vocatur Phædro V. 3. 8. Utraque notio conjungenda erit in loco Luc. XI. 8. διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἐγερθεὶς δώσει αὐτῷ ob flagitantis importunam pertinaciam dabit ei, ubi Vulg. bene voce *improbitas* usus est. Gloss. V. improbus, ἀναιδής. improbitas, ἀναίδεια. Syrus: ܚܨܝܦܘܬܐ, h. e. molesta alicujus rei petitio, importunitas.

'ΑΝΑΙ'ΡΕΣΙΣ, εως, ἡ, *interfectio, cædes, internecio,* a verbo ἀναιρέω. Bis tantum legitur in N. T. Act. VIII. 1. Σαῦλος ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ Saulus in ejus cædem consentiebat. ib. XXII. 20. Bis etiam tantum in vers. Alex. reperitur, Num. XI. 15. pro הָרֹג, et Jud. XV. 17. pro רָמַת, Judith. XV. 3. 2 Macc. V. 13. Hesych. ἀναίρεσις. ἡ τῆς κάρας ἐκτομὴ, καὶ ἄλλως θανατῶσαι.

'ΑΝΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω. 'ΑΝΑΙΡΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, quod sæpe activam significationem habet, 1) proprie: *humo tollo, aufero, quod humi jacet, suscipio.* Sic Ælian. V. H. V. 16. πέταλον χρυσοῦν ἐκπεσὸν παιδίον ἀνείλετο. ibid. XIII. 40. Xenoph. Cyrop. II. 3. 7. VIII. 3. 12. unde maxime apud Græcos de *iis* usurpabatur, *qui tollunt aliquem ad sepulturam.* Isocrat. Panegyr. c. 15. τελευτήσαντες ἀνελέσθαι. cf. Wesseling. ad Herodot. IX. 27. Alex. pro Hebr. נָשָׂא, Jos. IV. 3. Dan. I. 16. et הֵרִים, Num. XVI. 37. posuerunt. Hinc 2) ἀναιρεῖσθαι κατ' ἐξοχὴν ii dicuntur, *qui liberos expositos tollunt et educant.* Act. VII. 21. ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ quem expositum Pharaonis filia sustulit. *Recolligere parvulum* dixit Justin. XXIII. 4. Hac notione satis frequenter in Græcis occurrit. Sic v. c. Aristoph. Nub. v. 531. τῷ ἐκτιθέναι *exponere infantes* (quod erat verbum hac in re proprium, Eurip. Phœn. v. 25.) opponit τὸ ἀναιρεῖν *tollere* et *educare:* et ἀναιρεῖσθαι τέκνα legitur apud Arrianum Diss. Epictet. I. 23. 7. Conf. D'Orville ad Charit. p. 329. et Turnebi Adverss. II. 6. Hesych. ἀνείλετο· ἀνέλαβεν. (Eadem leguntur quoque in Gloss. Gr. N. T. p. 68.) — ἀναιρεῖν τὸ τεχθέν· ἀνατρέφειν. 3) *occido, e medio tollo, interimo,* quocunque modo hoc fiat, sive clam, Luc. XXII. 2. coll. v. 6. sive palam, ibid. XXIII. 32. lapidibus, Act. XXII. 20. gladio, Act. XII. 2. crucis supplicio, Act. X. 39. aut alio modo, Matth. II. 16. Hinc in vers. Alex. τῷ הֵמִית, Exod. XXI. 29. Jerem. XLI. 8. הָרַג, 2 Sam. X. 18. Job. XXXVII. 1, 7. הִכָּה Ies. XXXVII. 36. etiam קְטַל Dan. II. 13, 14. respondet. Hesych. ἀναιρῶ· φονεύω.—ἀνεῖλεν· ἐφόνευσεν. Conf. Intt. ad Thom. M. sub ἀνεῖλεν et Irmisch. ad Herodian. T. I. p. 516. 4) *aboleo, abrogo.* Hebr. X. 9. ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον abrogat prius, scilicet leges de oblationibus et sacrificiis Leviticis. Sic Xenoph. Cyrop. I. c. 1. § 1. ὅσαι δὲ ὀλιγαρχίαι ἀνῄρηνται, ubi ἀναιρεῖν ὀλιγαρχίαν est: eam tollere, alia civitatis forma constituta. Æschin. c. Ctesiph, p. 404. ed. Reisk.: τοὺς νόμους ἀναιρήσειν. ib. p. 430 et 590. Polyb. XXXII. 1, 3.

'ΑΝΑΙ'ΤΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, *insons, innoxius, qui est culpa vacuus,* ex α priv. et αἴτιον *noxa, culpa, crimen.* Bis tantum legitur in N. T. Matth.

XII. 5. καὶ ἀναίτιοί εἰσι et impune agunt. ibid. v. 7. οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους vos sane non damnaretis innocentes. Ælian. V. H. V. 18. Herodot. VI. 8. Homer. Iliad. λ', 653, et Od. ω', 135. In vers. Alex. τῷ נָקִי respondet, Deut. XXI. 8, 9. Hesych. ἀναίτιος· ἀθῷος, ἀνέγκλητος.

ἈΝΑΚΑΘΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *resideo, me ipsum erigo, erecto corpore sedeo.* Luc. VII. 15. ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς statimque erecto corpore sedit. Vulgatus h. l. voce *residere* usus est. Act. IX. 40. καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον ἀνεκάθισε visoque Petro resedit. Sæpius medici Scriptores apud Græcos usi sunt hoc verbo de ægrotis, in lectis residentibus. Plutarch. Philopœm. c. 20. Confer Fœsii Œconom. Hippocr. p. 30. et Wetsteni N. T. T. I. p. 700.

ἈΝΑΚΑΙΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) sensu physico: *redintegro, instauro, renovo,* v. c. ea, quæ vetustate detrita aut aliunde corrupta sunt. In vers. Alex. ponitur pro Hebraico הִתְחַדֵּשׁ Psalm. CIII. 5. CIV. 30. Thren. V. 21. De instauratione et renovatione templi legitur apud Joseph. A. J. IX. 8. 2. Appian. Bell. Mithrid. p. 330. ἀνακαινίζων τὸ ἔργον, opus redintegrans. 2) metaphorice: *immuto et emendo totam intelligendi, sentiendi, vivendique rationem vel meam vel aliorum.* Hebr. VI. 4 et 6. ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας —καὶ παραπεσόντας πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν vix ac ne vix quidem a professione cognitæ religionis christianæ deficientes emendari possunt: ubi, ut recte jam vidit Vulgatus interpres, infinitivus ἀνακαινίζειν passivam significationem habet, quemadmodum etiam apud Hebræos infinitivus active sæpe passive sumi solet, v. c. Ps. LI. 6. בְּשָׁפְטֶךָ Alii tamen subjectum, seu eum, qui tales homines renovare possit, omissum, et verbi divini ministros intelligendos esse arbitrantur.

ἈΝΑΚΑΙΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *renovo, instauro,* sensu physico. 2) *novis viribus instruo, reficio, recreo.* 2 Cor. IV. 16. ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ tamen animus noster indies novas vires sumit. Sic *renovare* apud Latinos, v. c. Liv. XXI. 21. milites renovati quiete. Quinctil. Instit. Orat. VI. 3. risus renovat a satietate. 3) *emendo totam intelligendi, sentiendi, et vivendi rationem per religionem christianam.* Coloss. III. 10. ἐνδυσάμενοι τὸν ἀνακαινούμενον sumite sensus emendatos et plane immutatos per religionem christianam.

ἈΝΑΚΑΙ'ΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *renovatio, restauratio, restitutio in pristinum meliorem statum.* Schol. Biset. Aristoph. Thesmoph. v. 1186. 2) metaphorice: *studium vitæ purioris, quod excitatur et alitur religione christiana.* Rom. XII. 2. τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν assumendis sensibus novis et vere christianis. Tit. III. 5. λουτρὸν ἀνακαινώσεως baptismus, quo nos meliori et sanctiori vitæ obstringimur. Phavor. ἀνακαίνισις ἡ ἀνανέωσις· λέγεται δὲ καὶ ἀνακαίνωσις. Etymol. M. 827. 32. ἀνακαίνωσις, ἡ ἄνωθεν καίνωσις.

ἈΝΑΚΑΛΥ'ΠΤΩ, fut. ψω, 1) proprie: *revelo, velamen removeo, retego,* ex ἀνὰ et καλύπτω *operio, velo,* unde κάλυμμα *velum.* Alexandrini sæpius usi sunt non solum pro Hebr. גָּלָה Job. XII. 22. Psalm. XVIII. 15. sed etiam loco עָרָה et חָשַׂף *nudavit,* Ies. III. 17. XX. 4. 2) metaphorice: *efficio, ut alter cognoscat aliquid et intelligat,* (Polyb. IV. 85. 6.) et ἀνακαλύπτεσθαι is dicitur, *qui habet idoneam facultatem intelligendi et perspiciendi veritatem.* 2 Cor. III. 14. ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ubi sermo est de Judæis, qui, verum vaticiniorum V. T. de Messia sensum non capientes, persuadere sibi non poterant, abrogandam fuisse legem Mosaicam per Christum. ib. v. 18. ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι nos omnes retecta facie, sine ullis cognitionis impedimentis, cognoscimus majestatem Christi. Quanquam vero in utroque loco ἀνακαλύπτεσθαι a Paulo in hoc sensu metaphorico non sine respectu ad Mosis πρόσωπον κεκαλυμμένον, quod v. 13. commemoraverat, positum est, tamen constat, etiam Hebraicum גָּלָה, ut Syr. ܓܠܳܐ et Arab. جلي eodem sensu haud raro usurpari, v. c. Ps. CXIX. 18. גַּל עֵינַי וְאַבִּיטָה נִפְלָאוֹת מִתּוֹרָתֶךָ. Confer infra sub κάλυμμα.

ἈΝΑΚΑ'ΜΠΤΩ, fut. ψω, 1) proprie transitive: *recurvo, reflecto ea, quæ in curvitatem flexa sunt, ut recta evadant et ad pristinum locum et statum revertantur.* 2) intransitive: *revertor, redeo, ad pristinum quasi me reflecto locum,* ita, ut subaudiatur vel pronomen ἐμαυτὸν, vel nomen δρόμον. Confer L. Bos Ellips. L. Gr. p. 72 et 77. Matth. II. 12. μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην ne ad Herodem reverterentur. Act. XVIII. 21. πάλιν δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς. Hebr. XI. 15. εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι non deerat ipsis potestas et opportunitas redeundi. Diod. Sic. III. 55. ἀνακάμψαι πάλιν εἰς Λιβύην. Et centies pro Hebr. שׁוּב in vers. Alex. ponitur. v. c. Exod. XXXII. 27. Job. XXXIX. 4. Suid. ἀνακάμψαι· καταφυγεῖν, ὑποστρέψαι. 3) metaphorice: *de bonis votis, quæ irrita fiunt et eventu carent,* quæ ad eum redire dicuntur, qui ea fecerat. Luc. X. 6. ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει vota vestra carebunt eventu.

ἈΝΑ'ΚΕΙΜΑΙ, fut. είσομαι, 1) *jaceo, situs, repositus sum, recubo.* Marc. V. 40. καὶ εἰσπορεύεται ὅπου ἦν τὸ παιδίον ἀνακείμενον ubi puella decubuerat, aut, ubi puella erat jacens; seu ejus cadaver repositum erat; (apud Græcos enim, v. c. Ælian. V. H. III. 28. ἀνακεῖσθαι etiam adhibetur de rebus conclavi interiore seclusis, aut templo reconditis.) ubi tamen est magna lectionis varietas in codd. nam alii codd. κατακείμενον, κείμενον, καταβεβλημένον legunt, alii plane omittunt. Cæterum Palairet. ad h. l. docuit, ἀνακεῖσθαι de *ægrotis, lecto affixis,* usurpari. 2) ut Latinorum *recumbo* (v. c. apud Horat. II. Od. 3. 11.), *discumbo, accumbo ad mensam, cœno, convivor,* i. q. κατάκειμαι, (V. Schol. Aristoph. ad Equit. 104. Vesp. 1209.) ex more convivandi apud veteres recepto. Solebant enim non solum Græci et Romani, sed etiam Judæi tempore Christi, (nam in V. T. libris nunquam legimus, Judæos convivantes accubuisse, sed semper erectos sedisse. Confer Genes. XXVII. 19. 1 Sam. XX. 5, 24. Ezech. XLIV. 3.) cibum capientes, non sedere, sed accumbere in lectis super latus sinistrum, ita, ut mensa poneretur in medio et circa illam *lecti triclinares.* Singulis in lectis accumbebant tres, interdum quatuor, raro aut nunquam plures. Conf. Zornii Bibl. Antiq. Exeget. p. 550 sqq. Hinc ὁ ἀνακείμενος *conviva.* Matth. XXII. 10. καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων et abundabat cœnaculum convivis. ibid. v. 19. Luc. VII. 37. ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου eum advenisse in domum Pharisæi ad epulum. ibid. XXII. 27. ὁ ἀνακείμε-

νος ἢ ὁ διακονῶν; qui accumbit, an qui ministrat accumbenti? 3 Esr. IV. 10. αὐτὸς ἀνάκειται, ἐσθίει καὶ πίνει. Suid. ἀνακεῖσθαι ἐπὶ ἀνδριάντων, (Græcos usos esse hoc verbo de statuis et aliis donariis, quæ diis consecrabantur, satis superque docuerunt Intt. ad Thom. M. sub hac voce) κατακεῖσθαι δὲ ἐπὶ τῆς τραπέζης· καὶ ἀνακεῖσθαι πολλάκις ἀντὶ τοῦ κατακεῖσθαι. Athenæus I. p. 23. Confer Abresch. Auctar. Dilucidatt. Thucyd. p. 393. et Nunnesium ad Phrynichum p. 93. ed. Pauw.

ἈΝΑΚΕΦΑΛΑΙΌΩ, ῶ, fut. ώσω. Est proprie verbum arithmeticum, quod notat *omnium capitum* (nam κεφάλαιον, ut infra docebimus, *caput, summa numeri* apud Græcos haud raro dicitur) *brevem summam ducere, summatim comprehendere, in caput* seu *unam summam redigere.* Confer Biblioth. Brem. Cl. V. p. 535 sq. Sed deinde latiori sensu sumtum 2) in universum notat: *plura paucis comprehendere, brevibus omnem rem tractare.* Hinc ἀνακεφαλαίωσις oratoribus Græcis est *recapitulatio,* cum in fine orationis ejus summa repetitur. Videatur Quinctilianus Instit. VI. 1. Eodem sensu τῷ συγκεφαλαιοῦσθαι usus est Polyb. Lib. V. c. 32. συγκεφαλαιοῦσθαι τὰ πράγματα res exponendas summatim comprehendere. Hinc lucem fœneratur locus Rom. XIII. 9. καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολὴ ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται omnia reliqua præcepta divina in hoc uno præcepto veluti summa comprehenduntur, nempe ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· unde in aliis locis ἡ ἀγάπη κεφάλαιον legis dicitur. Hesych. ἀνακεφαλαιοῦται· συμπληροῦται, ἐπαναλαμβάνεται (ita enim legendum est loco impressi ἐπαναλαμβάνει.). Suid. ἀνακεφαλαιοῦται· ἀναπληροῦται, ἀνακτίζει· καὶ ἀνακεφαλαίωσις ἡ ἐξ ἀρχῆς ἔρευνα, h. e. repetitio, summa rerum capita exhibens. Eandem notionem etiam simplex κεφαλαιόω habet, v. c. Sirac. XXXII. 18. κεφαλαίωσον λόγον ἐν ὀλίγοις πολλά. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 85. 3) *homines, diversis studiis invicem distractos, unius imperio et voluntati subjicio, in studiorum animique consensum et ejusdem felicitatis societatem adduco.* Sic Ephes. I. 10. ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ ut omnes omnino homines, Judæi et pagani, in unum corpus redigerentur et ad unum caput, nempe Christum, revocarentur, i. q. Coloss. I. 20. dicitur, ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν. Chrysost. bene: μίαν κεφαλὴν ἅπασιν ἐπέθηκε, nam κ ε φ α λ ή, haud raro in N. T. is dicitur, *penes quem est summum imperium et dominium.* Plerique interpretes, Suidæ auctoritate ducti, qui ἀνακτίζει *renovat* habet, ἀνακεφαλαιοῦσθαι per *revocare ad pristinam integritatem* interpretati sunt; sed locus parallelus II. 14. 15. contrarium suadet. Conf. tamen, quæ hujus notionis confirmandæ causa congessit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 278.

ἈΝΑΚΛΙ´ΝΩ, fut. ινῶ, 1) *reclino, reclinem facio, repono.* Luc. II. 7. καὶ ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ in præsepi eum posuit. Homer. Iliad. IV. v. 113. ποτὶ γαίῃ ἀγκλίνας (poëtice per syncopen pro ἀνακλίνας), ubi Eustathius monuit, εἰς γῆν ἀνακλῖναι esse idem, quod εἰς γῆν καταθεῖναι. 2) *discumbere facio, recumbere jubeo,* more Hebraico conjugationis Hiphil. Marc. VI. 39. καὶ ἐπέταξεν αὐτοὺς ἀνακλιθῆναι (ἀνακλῖναι) πάντας, ubi αὐτοὺς ad Apostolos, πάντας vero ad turbam præsentem referendum est, coll. Luc. IX. 14. Luc. IX. 15. καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας et fecerunt, ut omnes discumberent. ib. XII. 37. καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς eos accumbere ad cœnam jubebit. Cf. infra sub κατακλίνω. 3) Medium Ἀνακλίνομαι, uti κατακλίνομαι, est verbum convivale et sicut Latinorum *recumbere, accumbo ad cœnam, accubo in conviviis, convivor* notat, ἀνακλίνομαι εἰς τὸ ἐσθίειν, ut plene legitur Judith. XII. 15. Luc. VII. 36. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρισαίου ἀνεκλίθη. Suidas ex hoc fortasse loco: ἀνεκλίθη, ἀνέπεσεν ἐν τῇ τραπέζῃ. Adde Etymol. M. 252. 16. Conf. Dresig. de Verbis Mediis p. 165 seqq. Formula: ἀνακλίνεσθαι μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, quæ Matth. VIII. 11. legitur, seu ἀνακλίνεσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ Θεοῦ Judaicum ingenium spirat et significat: *participem fieri felicitatis futuræ et conditionis beatæ, quam post hujus vitæ angustias in cœtu puriore civium cœlestium et Christi promissio et justitia divina sperare jubet.* Hanc enim futuram felicitatem æternam Judæos סְעוּדָה *convivium* appellasse, docuit Maius in Obss. Sacr. Lib. III. p. 113 sqq.

ἈΝΑΚΌΠΤΩ, fut. όψω, 1) et proprie: *retundo, obtundo,* et κατ' ἐξοχὴν ἀνακόπτεσθαι ferrum dicitur, cujus acies obtunditur. Confer Abresch, Dilucidat. Thucyd. Auctar. p. 297. In versione Theodot. Judd. V. 22. הָלְמוּ legitur ἀνεκόπησαν. Hinc 2) *inhibeo, remoror, inhibeo et retardo,* v. c. *cursum et iter,* i. q. ἐγκόπτω, cum quo verbo sæpissime permutatur in codd. quemadmodum etiam Hesychius alterum per alterum explicavit. Scribit enim: ἐγκόπτει· ἀνακόπτει. Nec desunt exempla e Græcis Scriptoribus, hanc verbi ἀνακόπτειν notionem confirmantia. Theophr. Charact. XXV. 1. καὶ τοῦ κυβερνήτου ἀνακόπτοντος, scil. τὴν ναῦν, cursum navis gubernatore inhibente. Sapient. XVIII. 23. ἀνέκοψε τὴν ὀργὴν cohibuit, sedavit iram, et aliis in locis, quæ in Krebsii Obss. Flav. p. 323. et Lœsneri Obss. Philon. p. 335. collecta reperiuntur. Semel tantum, sed sensu eodem, in N. T. legitur Galat. V. 7. τίς ὑμᾶς ἀνέκοψε (in aliis codd. ἐνέκοψε e glossemate) τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; quis cursum vestrum ita inhibuit, ut jam veram religionem christianam sectari nolitis? ubi, quia præcessit ἐτρέχετε καλῶς, Paulus allusisse videtur ad cursores in certaminibus publicis, qui variis artibus adversariorum cursum inhibere conabantur, ut jam vidit Lamb. Bos p. 175. Gloss. Vet. ἀνέκοψεν, (ita enim legendum est loco impressi ἀνέκυψεν.) *repressit.*

ἈΝΑΚΡΆΖΩ, fut. άξω, *exclamo, vociferor, ingentem clamorem ad sidera usque tollo,* ab ἀνὰ et κράζω *clamo.* Marc. I. 23. καὶ ἀνέκραξε λέγων. Zach. I. 17. ἔτι ἀνέκραγε λέγων. Marc. VI. 49. καὶ ἀνέκραξαν et metu perculsi clamorem edebant. Luc. IV. 33. καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ, plane ut 1 Sam. IV. 5. יָרִיעוּ כָל־יִשְׂרָאֵל תְּרוּעָה גְדוֹלָה Alex. ἀνέκραξε πᾶς Ἰσραὴλ φωνῇ μεγάλῃ. Luc. VIII. 28. ἀνακράξας καὶ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε. ibid. XXIII. 18. Sæpius non legitur. Variis verbis exprimendis hæc vox apud Alexandrinos inservit. Frequentius quidem pro קָרָא usurpatur, Judd. VII. 20. sed etiam pro הֵרִיעַ Jos. VI. 5. legitur, pro זָעַק 1 Regg. XXII. 32. et pro שָׁאַג, Joel. IV. 16.

ἈΝΑΚΡΊΝΩ, fut. ινῶ, 1) proprie: *interrogo, compello, expostulo cum aliquo* (Xenoph. Ephes. IV. 6.) et speciatim de judicibus usurpatur, qui verum quæstionibus propositis vel interrogando et examinando, vel per tormenta indagare stu-

dent: *quæstionem habeo, examino reum, interrogo,* sensu Latino, verhören, *to interrogate.* Luc. XXIII. 14. ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας ego vobis præsentibus quæstionem de eo habui. Act. XII. 19. ἀνακρίνας τοὺς φύλακας quæstione habita de custodibus: nos diceremus: nachdem er ihnen hatte den prozess machen lassen, *after he had instituted an action against them.* ibid. XXIV. 8. Eodem sensu forensi legitur apud Æschin. Socr. Dial. III. 20. de Minoë et Rhadamantho, qui dicuntur δικασταὶ ἀνακρίνοντες τῶν ἀφικνουμένων ἕκαστον. Plutarch. Romul. c. 7. ἀκούεις γὰρ καὶ ἀνακρίνεις πρὶν ἢ κολάζειν. Jam e contrario ἀνακρίνεσθαι *reus* dicitur, *qui a judice interrogatus cogitur alicujus facti rationem reddere.* Act. IV. 9. εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ κ. τ. λ. quandoquidem nunc quæstio de nobis habetur etc. Germanice verterem: da man uns jetzt zur rechenschaft und verantwortung ziehet, *now that we are brought to answer and render an account.* Arrian. de Exped. Alex. I. 25. 7. Vid. Wetstenii N. T. T. I. p. 813. Hesych. ἀνακρινόμενος· ἐξεταζόμενος. Hinc ἀνακρίνω 2) in universum: *examino, diligenter et adhibito judicio perpendo aliquam rem.* Act. XVII. 11. καθ' ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως, h. e. quotidie excutientes oracula V. T. an res ita vere sese haberet. Vulgatus bene: quotidie scrutantes Scripturas etc. Sic etiam Xenoph. Cyrop. I. 6. 12. hac voce usus est, quam Alexandrini 1 Sam. XX. 12. non incommode pro חָקַר *percontari, perscrutari* posuerunt. Parum differt autem hæc significatio ab alia, qua usos esse interdum Græcos voce ἀνακρίνω constat, nempe: *diligenter interrogandi aliquem de re aliqua, et alterum quasi judicem constituendi, in cujus sententia acquiescendum sit* (cf. Apollod. III. 6. 7. ἀμφισβητοῦντες — τοῦτον ἀνέκρινον, et 10. 2. τοὺς κατοικοῦντας ἀνεκρίνεν), quam si quis Lucæ verbis subjicere mallet, non omnino inepte ageret. 3) *diligenti exploratione facta de aliquo judicium facio, dijudico, æstimo, pretium statuo rei in utramque partem.* 1 Cor. IX. 3. ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν αὕτη ἐστὶ, ubi ἀνακρίνοντες Παῦλον sunt, qui de causa ejus cognituri quasi judices sedebant, qui sibi jus ejus actiones dijudicandi arrogabant et vindicabant. 1 Cor. II. 14. ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται præstantia religionis christianæ tantum ab eo dijudicari potest, qui eam usu suo cognovit. ibid. v. 15. ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται homo emendatus per religionem christianam omnibus ejus doctrinis pretium statuere valet, ipse vero ab adversariis religionis christianæ dijudicari non potest. Hinc interdum *probare, laudare, magnifacere* notat et ἀνακρίνεσθαι is dicitur, *qui probatur alicujus judicio.* Sic sumitur 1 Cor. IV. 3. ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ — ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτὸν ἀνακρίνω an vestro judicio prober—neque me ipse laudo, neque de me ipse magnifice sentio. ibid. v. 4. ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός ἐστι Deus aut Christus est, cui maxime probari cupio. — Interdum autem contrariam significationem *damnandi, repudiandi, rejiciendi* habet. 1 Cor. X. 25. πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε μηδὲν ἀνακρίνοντες nullum ciborum, qui in foro venduntur, pro impuro habete, et cum contemtu rejicite. Sed, ut ingenue fatear, possunt hæc verba etiam sic explicari: *omnes cibos, qui in foro venduntur, comedite ita, ut non anxie et sollicite anquiratis, an ad puros aut impuros sint referendi;* quam interpretationem sequentia διὰ τὴν συνείδησιν suadere mihi videntur. Eadem ambiguitas est in verbis: πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε, μηδὲν ἀνακρίνοντες διὰ τὴν συνείδησιν, quæ ibidem v. 27. leguntur; certe tamen non locum habet in verbis Pauli, quæ extant 1 Cor. XIV. 24. ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων, quæ, sive vertas, *pudore afficietur* (i. q. ἐντρέπεται) *ab omnibus, nempe admonitus suæ conditionis,* seu, *ad sui notitiam adductus:* sive cum aliis interpreteris: *ab omnibus damnatur ejus opinio falsa, quam de Christianis eorumque sacris conventibus habuerat, quos inscius malitiosa conventicula esse sibi persuaserat:* tamen *damnandi* notionem huic voci Paulum interdum subjecisse, certe ex hoc loco demonstrari potest. Syrus habet: ܡܬܒܟܣ *arguitur.* — Phavor. ἀνακρίνω· τὸ πραχθὲν ἐξετάζω, εἰ καλῶς ἢ κακῶς ἐπράχθη. — ἀνακρίνειν· ἐξετάζειν, ἀναπυνθάνεσθαι, ἐπερωτᾷν, ἐλέγχειν, βασανίζειν.

'ΑΝΑ'ΚΡΙΣΙΣ, εως, ἡ, *rei disquisitio, percunctatio, examen, cognitio causæ, interrogatio,* et est proprie *judicum, pro potestate reos vel testes interrogantium,* ut bene observavit Budæus in Comment. L. Gr. Maxime autem, eodem bene monente, *significationem judicialem reorumque interrogationem* significat, *quæ in causis judicii constitutionem præcedit vel litis contestationem.* Nullo alio sensu hæc vox legitur Act. XXV. 26. ubi ἀνάκρισις est prævia inquisitio, quæ judices edocendi causa instituitur. Cf. Taylor. ad Demosth. T. III. p. 555. Simili modo etiam usurpatur 3 Macc. VII. 4. ἄνευ πάσης ἀνακρίσεως καὶ ἐξετάσεως. Polyb. VIII. 19. 8. XII. 27. 3. Phavor. ἀνάκρισις· ἐξέτασις.

'ΑΝΑΚΥ'ΠΤΩ, fut. ψω, 1) *erigo, recurvo, oculos et caput attollo, suspicio,* (Vide Hemsterhus. ad Lucian. I. p. 18.) interdum etiam *corpore erecto incedo,* ex ἀνὰ, pro ἄνω, *sursum* et κύπτω *flecto.* Subauditur autem in ἀνακύπτειν vel ἑαυτὸν vel πρόσωπον. Luc. XIII. 11. μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελὲς quæ se omnino non erigere, non erecta incedere poterat. ubi opponitur τῷ συγκύπτειν, quod vide. Joh. VIII. 7. ἀνακύψας εἶπε oculos et caput attollens dixit, ubi τῷ κάτω κύπτειν seu κατακύπτειν v. 6. opponitur. ibid. v. 10. Semel tantum legitur in vers. Alex. Job. X. 15. לֹא־אֶשָּׂא רֹאשִׁי οὐ δύναμαι ἀνακύψαι. Hist. Sus. v. 35. secundum Codicem Chisianum coll.* versione Theodotionis. Josephus A. J. XIX. c. 8. 2. ἀνακύψας δ' οὖν μετ' ὀλίγον — εἶδεν. Conf. alia apud Duportum ad Theophrast. Char. c. II. p. 377. et Wetstenii N. T. T. I. p. 745. Quia vero, qui sunt animo hilari et fiducia pleno, fere semper erecto capite incedere solent, translate eleganter ἀνακύπτειν 2) *ii dicuntur, qui animum e tristitia resumunt, spe eriguntur, bono et tranquillo animo sunt, spe lætioris fortunæ quasi erecti.* Luc. XXI. 28. ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, h. e. animum vestrum, mœrore dejectum, spe lætioris fortunæ recuperate et erigite, ubi Syrus eleganter ܐܬܠܒܒܘ *bono animo estote.* Sic Polybius I. 55. τὰ μὲν τῶν Καρχηδονίων αὖθις ἀνέκυψε, et explicationis causa additur καὶ πάλιν ἐπιῤῥωστεστέρας εἶχε τὰς ἐλπίδας. Xenoph. Œcon. XI. 5. ubi § 3. opponitur formulæ εἶναι ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ. Joseph. B. J. VI. 8. 5. ἀνακύψαντες ἐκ τοῦ δέους. Confer in universum D'Orville ad Chariton. p. 307. ed. Lips. et Wetstenii N. T. T. I. p. 801.

'ΑΝΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. λήψομαι, anomalon, 1) proprie, ut videtur, *suscipio, attollo, tollo humo,* quasi ἄνω λαμβάνω. Passim enim in com-

positis præpositio ἀνὰ vices gerit adverbii ἄνω. Vide Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. p. 303. b. A. Act. X. 16. καὶ ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανὸν et utensile in cœlum rursus sublatum est. Dan. IV. 31. Theod. τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλαβον. Hinc ἀναλαμβάνεσθαι *sursum ferre* in N. T. sic usurpatur, ut significet: *in cœlum recipi, et de receptione Christi in beatiores illas sedes, quæ omnes pios ex hoc orbe migrantes excipiunt,* adhibeatur, omissis verbis εἰς τὸν οὐρανὸν, uti plene legitur formula Marc. XVI. 19. et Act. I. 11. ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν, qui assumtus est a vobis h. e. a conspectu vestro. Elliptice vero usurpatur Act. I. 2. ἀνελήφθη in cœlum sublatus est. Vulgatus, *assumtus est;* unde dies festus, memoriæ in cœlum evecti Christi sacer, in veteri ecclesia Latina *Festum assumtionis Christi* vocabatur, ibid. v. 22. ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη ἀφ' ἡμῶν. 1 Tim. III. 16. ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. 2 Regg. II. 11. וַיַּעַל אֵלִיָּהוּ הַשָּׁמָיִם Alex. ἀνελήφθη Ἠλιοὺ εἰς οὐρανόν. Sirac. XLVIII. 9. de Elia ὁ ἀναληφθεὶς ἐν λαίλαπι. 1 Macc. II. 58. Eodem verbo usus est M. Antoninus IV. 14. de reditu animæ ad Deum post mortem. vid. ibi Gataker. p. 136. 2) *recipio, assumo, excipio.* Act. XX. 13. ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον ibi Paulum recepturi, nempe in navigium, aut etiam socium itineris assumentes. ibid. v. 14. XXIII. 31. ἀναλαβόντες τὸν Παῦλον assumentes Paulum. 2 Tim. IV. 11. Μάρκον ἀναλαβὼν Marcum socium itineris tibi assumens. Gen. XLV. 18. ἀναλαβόντες τὸν πατέρα ἡμῶν — ἥκετε πρός με, ubi in cod. Alex. et ed. Compl. παραλαβόντες legitur. Sic legitur etiam apud Xenoph. Hist. Gr. I. 1. 3. Cyrop. I. 5. 7. 3) *humeris aut manibus porto.* Act. VII. 43. καὶ ἀνελάβετε (in Hebr. וּנְשָׂאתֶם, Amos V. 26.) τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ in pompa portastis ædem Molochi. h. e. Molochum cultu religioso prosequuti estis. Confer ad h. l. Spencer. de Legg. Hebr. Rit. Lib. III. c. 10. Hinc haud raro τῷ נָשָׂא in vers. Alex. respondet, Exod. XIX. 4. Num. I. 50. 1 Regg. IX. 9. 4) *sumo, induo, instruo me,* id quod ἐνδύομαι, et speciatim de armis omnis generis dicitur, quibus instructus miles adversariorum ictus repellit. Ephes. VI. 13. διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ sumite armaturam, quam Deus vobis suppeditat, et v. 16. ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως. Et sic centies in Græcis Scriptoribus. Herodian. II. 23. ἀναλαβόντες τὰς πανοπλίας. Xenoph. Hist. Græc. II. 4. 12. ἀνέλαβε τὰ ὅπλα. Diod. Sic. XX. 33. Deut. I. 51. תַּחְגְּרוּ אִישׁ אֶת־כְּלֵי מִלְחַמְתּוֹ Alex. καὶ ἀναλαβόντες ἕκαστος τὰ σκεύη τὰ πολεμικὰ αὐτοῦ. Jerem. XLVI. 3. 2 Macc. X. 27.

'ΑΝΑ'ΛΗΨΙΣ, εως, ἡ, in universum: *omnis elatio ad locum superiorem,* speciatim vero *receptio in cœlum* seu *in sedes beatiores* et κατ' ἐξοχὴν *sollemnis illa ascensio Christi in cœlum, aspectabili modo facta quadragesimo die ab ejus in vitam reditu.* Semel in N. T. legitur Luc. IX. 51. ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ cum jam immineret tempus abitus ejus ex his terris. Syrus: ܝܘܡܬܐ ܕܡܣܩܢܗ, *dies ascensionis ejus.* Ita etiam Arabs صعوده. Vide Alex. 2 Regg. II. 11. Heinsius voci ἀνάληψις *mortis* notionem h. l. subjicere mavult, quam etiam apud Græcos ἀναλαμβάνεσθαι habuisse, docet locus Antonin. Imp. IV. § 14. Alii denique de tempore intelligunt, quo urbem Hierosolymam modo sollemni esset intraturus. Cæterum confer Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 281 seq.

'ΑΝΑΛΙ'ΣΚΩ, fut. ἀναλώσω, ab inusitato ἀναλόω. 1) *insumo, impendo,* v. c. pecuniam, tempus etc. id quod ἀναλόω, Æschin. Socr. Dial. II. 14. ἀργύριον δυνατὸς ἀναλῶσαι — — οὐκ ἔχων ὁπόθεν ἀναλίσκοι. Ælian. V. H. II. 5. χρόνος ἀναλισκόμενος πρὸς τὰ ἔξω τῆς ἀρετῆς. Jam quia id, quod impenditur, quodammodo consumitur et perit, hinc 2) *occidere, destruere, penitus perdere, abolere* notat. Luc. IX. 54. καὶ ἀναλῶσαι αὐτοὺς et igne eos perdere. 2 Thess. II. 8. ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ quem Jesus penitus perdet efficacissima sua voluntate; ubi in codd. haud paucis ἀνελεῖ e glossemate legitur, ut opinor. Ælian. V. H. IV. 28. Sæpius usi sunt Alex. hac voce pro כָּלָה, Genes. XLI. 30. תָּמַם, Num. IX. 33. אָכַל, Jerem. L. 7. (*comedendi* notionem etiam habet Theophr. Charact. XII. 1.) et מוּת, Ezech. V. 12. Suidas: ἀνήλωται· πεφόνευται. Hesych. ἀναλῶσαι· ἀφανίσαι. Metaphorice magis quam proprie usurpata est hæc vox a Paulo Galat. V. 15. μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε ne societas vestra christiana detrimenta capiat et dissolvatur. Phavor. ἀναλίσκω· τὸ πορθῶ καὶ δαπανῶ.

'ΑΝΑΛΟΓΙ'Α, ας, ἡ, *analogia, proportio, similis ratio,* **verhältniss, verhältnissmässige gleichheit,** *proportion, equality after a settled proportion,* ab ἀνάλογος *consentaneus.* Vox hæc est arithmeticis et geometris usitatissima, quibus ἀναλογία est: cum numeri plures aut magnitudines inter se comparantur ad similitudinem secundæ comparationis juxta æqualitatem et inæqualitatem. Confer Intt. ad Pollucis Onom. IV. s. 161. Quinct. v. 10. Semel occurrit hæc vox Rom. XII. 6. κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, h. e. pro ratione virium et facultatum, a Deo concessarum, i. q. v. 3. κατὰ τὸ μέτρον τῆς πίστεως. Nam de *analogia fidei* sensu theologico sive *congruentia articulorum et capitum doctrinæ, quæ credenda proponuntur in litteris sacris,* h. l. ne cogitasse quidem Paulum, omnes jam sponte largiuntur. Respexit hunc locum Hesych. κατ' ἀναλογίαν· κατὰ μέτρον ἢ κανόνα. Nec alio sensu usus est substantivo ἀναλογία Demosthenes Orat. de Coron. cap. 30. κατ' οὐσίας ἀναλογίαν, quemadmodum verbo ἀναλογίζω Josephus A. J. IV. 8. 4. πολιτείαν τῷ τε Μωϋσέως ἀξιώματι καὶ τῇ ἀρετῇ ἀναλογοῦσαν. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 79. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 12. ἀναλογία, *proportio, ratio.*

'ΑΝΑΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, verbum arithmeticis (Vide Pollucis Onom. IV. s. 163.) et geometris proprium: *per collationem secundum proportionem considero aliquid, proportionali instituta collatione expendo, reputo,* monente Er. Schmidio in Obss. ad N. T. sed deinde in universum notat: *prope considerare, perpendere et reputare.* Sic semel legitur Hebr. XII. 3. ἀναλογίσασθε γὰρ cogitate jam et reputate vobiscum. 3 Macc. VII. 7. Plutarch. Vita Marii c. 46. Xenoph. Memor. II. 1. 5. apud quem Hist. Græc. V. 1. 16. ἀναλογισμὸς *rationem et consilium, quod aliquis sequitur,* notat. Pro Hebr. חָשַׁב occurrit in Symmachi fragmentis Psalm. LXXVI. 6. et a Phavorino explicatur per ἐνθυμοῦμαι. Vide etiam Pollucis Onom. VI. 115. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 12.

ἀναλογίζομαι, *recolo* (lege *recogito*, ut e sequentibus apparet,) *reputo*.

ἌΝΑΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *insulsus, sale carens* (Plutarch. Symp. I. V. T. VIII. Opp. p. 728. ed. Reisk. τὸν ἄρτον ἄναλον προσφέρεσθαι) *insipidus, vi salis nativa privatus, vi saliendi arens, non salsus amplius*, ex α priv. et ἅλς *sal*. Semel tantum legitur in N. T. Marc. IX. 50. ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον γένηται si vero sal insulsus factus fuerit, seu acrimoniam suam amiserit. Nuspiam hac voce usi sunt Alexandrini. Aliquoties tamen in Aquilæ reliquiis reperitur, quæ loca Bielius in Thesauro Philologico s. h. v. collegit. Alia dedit Wetstenius N. T. T. I. p. 601.

ἈΝΆΛΥΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *resolutio, dissolutio*, ab ἀναλύω, *solvo, dissolvo*. 2) *discessus, abitus*, v. c. *ex convivio*. Joseph. A. J. XIX. 4. 1. 3) per metaphoram: *mors, discessus e vita*, seu *destructio corporis*, λύσις καὶ χωρισμὸς τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, ut a Socrate in Phædone et Gorgia describitur. Sic semel in N. T. 2 Tim. IV. 6. καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε et brevi mihi moriendum erit; de qua significatione præter Krebsii Observatt. Flav. p. 366. Alberti in Peric. Crit. p. 102. conferendus erit. Cæterum constat, etiam Judæos mortem מִפְטָה et פְּטִרָה vocasse, et de ea formulam הִפָּטֵר מִן הָעוֹלָם usurpasse. Confer Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 796. Sophocl. Electr. 742. ἀνάλυσις κακῶν.

ἈΝΑΛΥ͂Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *solvo, dissolvo*, et haud raro de nautis dicitur, qui, e portu migraturi, naves alligatas solvunt. 2) *migro, abeo, discedo, redeo, revertor*. Luc. XII. 36. πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων quando ex convivio, ex compotatione discedat aut redeat. Nihil autem est frequentius hoc loquendi usu apud Scriptores Græcos, apud quos ἀναλύειν interdum sine ullo addito vocabulo notat: *ex compotatione discedere*. Philostrat. Vit. Apoll. II. 7. ἐκ πότου — ἀναλύοντες. IV. 86. ἀναλύων ἀπὸ τῆς Ῥώμης. Polyb. III. 69. Confer Perizon. ad Ælian. V. H. IV. 23. 3 Esdr. III. 3. Tob. II. 9. Sap. II. 1. 2 Macc. VIII. 25. 3) *morior*, quasi *discedo e vita tanquam ex convivio*, aut *ad Deum redeo*. Philipp. I. 23. τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι gestio migrare de vita. Confirmari hæc notio analogia omnium fere linguarum potest, maxime autem Græcæ, cujus scriptores, (v. c. Ælianus V. H. IV. 23. V. 6. XIII. 20.) boni ominis causa mortem significaturi, verbis, ab itinere, convivio, desumtis, utebantur. Loca Græcorum huc pertinentia collegit Gataker. in Opp. Crit. p. 319. et D'Orville ad Charit. p. 317. Latinorum autem Barthius Adversar. LII. cap. 3. et XLIII. c. 3. Qui urgent propriam *solvendi* et *dissolvendi* notionem, hi adeant Duker. ad Florum. IV. 11. extr. qui docuit, *solvi* etiam metaphorice apud Latinos pro *mori* poni. Conf. Joh. Floderi D. de vi verbi ἀναλῦσαι Phil. I. 23. Upsal. 1773. 4.

ἈΝΑΜΆΡΤΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, in universum dicitur, *qui non aberrat a lege, immunis ab omni peccato et vitiositate, peccati expers, impeccabilis*. (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 12. et loquitur Gellius N. A. XVII. 19.) Xenoph. Agesil. VI. 7. Memor. IV. c. 2. 26. Diogen. Laërt. VII. 122. Deut. XXIX. 18. 2 Macc. VIII. 4. τῶν ἀναμαρτήτων νηπίων. XII, 42. Sed quemadmodum ἁμαρτία haud raro de *libidine venerea* usurpatur, ut supra ad ἁμαρτία a nobis evictum est, ita et ἀναμάρτητος κατ' ἐξοχὴν eum notat, *qui est immunis ab adulterii et scortationis crimine*. Sic sine dubio sumenda est hæc vox apud Joh. VIII. 17. ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν, qui vestrum nullius facinoris impudici reus est; partim ob omnem orationis seriem, partim ob loca, quæ Kyphe in Observ. Sacr. T. I. p. 379. hanc in rem laudavit: quibus nunc addo locum Deut. XXIX. 19. ubi hæc vox quoque occurrit, ac sermo est de adultera.

ἈΝΑΜΈΝΩ, fut. ενῶ, 1) proprie et secundum etymologiam, *aliis abeuntibus remaneo*, ex ἀνὰ et μένω *maneo*. Vide Pollucis Onom. III. 89. Deinde 2) ut Latinorum *maneo, expecto, patienter* et *placido animo expecto*. 1 Thess. I. 10. καὶ ἀναμένειν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν et patienter expectare Christi e cœlo reditum. Sæpius non legitur in N. T. sed aliquoties in vers. Alex. pro Hebr. קָוָה Job. VII. 2. Ies. LIX. 11. Jerem. XIII. 16. 2 Macc. VI. 14. ἀναμένει μακροθυμῶν. Sirac. II. 7. VI. 20.

ἈΝΆΜΕΣΟΣ, ὁ, ἡ, *medius, intermedius*, ὁ ἀνὰ μέσον ὤν. Vox, quæ inprimis frequenter apud Herodotum legitur, cui urbes, in medio sitæ, πόλεις ἀνάμεσοι vocantur. Neutrum ἀνάμεσον adverbialiter in usu est, *in medio, inter, per*, conjunctim pro ἀνὰ μέσον, ut ἀνάλογον pro ἀνὰ λόγον Polluc. II. 118. Sæpe autem conjunctim hoc sensu scribitur in N. T. codicibus, v. c. Marc. VII. 21. 1 Cor. VI. 5. Apoc. VII. 17.

ἈΝΑΜΙΜΝΗ͂ΣΚΩ, 1) *in mentem vel memoriam revoco alteri, commonefacio, suggero*. 1 Cor. IV. 17. ὃς ὑμᾶς ἀναμνήσει τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ qui vobis in memoriam revocabit, quam hucusque methodum in tradenda religione christiana secutus fuerim, aut doctrinæ meæ præcepta. Regit autem, ut vel ex h. l. apparet, duos accusativos, rei et personæ. Xenoph. Memor. III. c. 5. § 9. προγόνους αὐτῶν ἀναμιμνήσκωμεν αὐτούς. Conf. Wesseling. ad Diod. Sic. XVII. 10. Medium ἀναμιμνήσκομαι *revoco mihi ipse aliquid in animum*, i. e. *recordor, memoria repeto*, construitur et cum genitivo et cum accusativo rei. Marc. XI. 21. καὶ ἀναμνησθεὶς ὁ Πέτρος et recordatus est Petrus rei gestæ. XIV. 72. καὶ ἀνεμνήσθη τοῦ ῥήματος. 2 Cor. VII. 15. ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοήν. Hebr. X. 32. ἀναμιμνήσκεσθε τὰς πρότερον ἡμέρας. Paullo aliter constructum legitur apud Lysiam Orat. I. pro cæde Eratosthen. c. 5. ἀναμιμνησκόμενος δὲ, ὅτι κ. τ. λ. In vers. Alex. haud raro τῷ הִזְכִּיר respondet Gen. VIII. 1. Psalm. CIX. 14. 2) *hortor, moneo*. 2 Tim. I. 6. δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμνήσκω (in aliis codd. ὑπομιμνήσκω) σε igitur te gravissime hortor et moneo. Nec aliter ipsi Græci, apud quos cum παρακαλεῖν permutatur, v. c. apud Plutarch. Tom. II. p. 33. ἐφ' ἡδονὰς παρακαλεῖν καὶ ἀναμιμνήσκειν ἀφροδισίων, quem locum debeo Dresigio Comment. de Verbis Med. p. 166. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 12. ἀναμιμνήσκω, *commonefacio, moneo*.

ἈΝΆΜΝΗΣΙΣ, εως, ἡ, late patet apud Græcos et non solum *recordationem, memoriam, reminiscentiam* notat, sed etiam *ipsam actionem commonefaciendi alium*, seu *id, quod vim habet alteri aliquid in memoriam revocandi* significat, ut adeo nullum sit discrimen illud, quod inter ἀνάμνησις et ὑπόμνησις Ammonius de differentiis verborum posuit, quum scribit: ἀνάμνησις, ὅταν τις ἔλθῃ εἰς μνήμην τῶν παρελθόντων· ὑπόμνησις δὲ, ὅταν ὑφ' ἑτέρου εἰς τοῦτο προαχθῇ. Contrarium Hesychius docet, qui ἀνάμνησις per ὑπόμνησις interpretatus

est. Luc. XXII. 19. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν id facite in mei recordationem, seu, ut habeatis aliquid, quo gratam mei memoriam in vobis excitetis. 1 Cor. XI. 24, 25. Hebr. X. 3. ἀλλ' ἐν αὐταῖς (scilicet θυσίαις) ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν per hæc sacrificia quotannis renovabatur peccatorum commissorum memoria. ubi vid. Wetstenius. Hinc aliquoties in Alex. vers. ἀνάμνησις Hebraico זִכָּרוֹן *memoriale* μνημόσυνον Num. X. 10. etiam הַזְכִּיר Ps. XXXVIII, 1. LXX. 1. respondet.

ἈΝΑΝΕΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie sensu physico: *renovo, restauro*, et usurpatur maxime de *rebus, vetustate corruptis*. Sic v. c. Job. XXXIII. 24. Alex. ἀνανεώσει δὲ αὐτοῦ τὸ σῶμα, ὥσπερ ἀλοιφὴν ἐπὶ τοίχου. Deinde vero metaphorice: 2) *veterem conditionem alicujus rei aboleo, in meliorem statum et conditionem redigo*, et speciatim: *immuto animum, vim cogitandi, sentiendi, et agendi.* Sic legitur Ephes. IV. 23. ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν ut novos plane et per religionem christianam emendatos sensus sumatis. Sic Antonin. ad se ipsum IV. c. 3. συνεχῶς οὖν δίδου σεαυτῷ ταύτην τὴν ἀναχώρησιν, καὶ ἀνανέου σεαυτόν. Ita etiam חַדֵּשׁ Psalm. LI. 12. cui ἀνανέω respondet, etiam in Symmachi reliquiis Job. XXIX. 20.

ἈΝΑΝΉΦΩ, fut. ήψω, 1) proprie: *ad sobrietatem redeo, ex ebrietate ad me redeo, crapulam et veternum excutio.* Porphyr. de Abstinent. IV. 20. ἐκ τῆς μέθης ἀνανῆψαι. Lucian. Hermotim. 83. 2) per metaphoram: *ad sanitatem mentis redeo, me recipio et colligo ex quacunque demum perturbatione.* Ita sumitur 2 Tim. II. 26. καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος et ad sanam mentem redeant diaboli potestati erepti. (Syrus ante ἐκ τῆς κ. τ. λ. inserit vocabulum ܘܢܬܦܨܘܢ *et recedant*, seu *liberentur.* Confer Gatakeri Adversaria Posthuma c. 31. Vulgatus habet *resipiscant.* Gloss. *resipisco*, ἀνανήφω.) Sic etiam Marc. Antonin. ad se ipsum VI. 31. ἀνάνηφε καὶ ἀνακάλου σεαυτόν. Lucian. de Saltat. 48. Joseph. A. J. VI. 11. 10. μόλις ἐκ τῶν θρήνων ἀνανήψαντες.

ἈΝΑΝΊΑΣ, α, ὁ, *Ananias.* Nomen proprium viri Hebr. חֲנַנְיָה ex חָנַן, *gratiosus fuit*, et יָהּ contract. pro יְהוָֹה. Tres autem hujus nominis in N. T. libris occurrunt, 1) Christianus quidam, maritus Sapphiræ, qui ex pretio suæ venditæ possessionis aliquid interverterat, et hanc ob fraudem a Petro morte repentina mulctatus fuit, Act. V. 1—6. 2) vir Christianus, Damascenus, qui, oraculo divino admonitus et singulari vi instructus, non solum Saulo facultatem videndi restituit, sed eum etiam satis institutum in religionis christianæ initiis baptismi ritu initiavit, Act. IX. 10—18. XXII. 12 seqq. 3) Pontifex maximus Judæorum, Nebedæi filius, munere suo functus inde ab anno Claudii septimo usque ad Neronis imperii initia, vir potentissimus quidem, sed non magnopere laudatus in commentariis Lucæ Act. XXIII. 2 seqq. et XXIV. 1. Teste Josepho A. J. XX. 5. 2. fuit successor Josephi, Camydi filii, ab Herode, rege Chalcidis, remoti. Confer Valesium ad Euseb. H. E. II. 23. et Wetstenii N. T. T. II. p. 612.

ἈΝΑΝΤΊῤῬΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *irrefutabilis, cui contradici non potest, qui in dubium vocari nequit*, ex α priv. et ἀντὶ *contra* et ῥέω *dico.* Semel legitur tantum in N. T. Act. XIX. 36. ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων quæ cum sint extra omne dubium posita. Frustra quidem hæc vox quæritur in versione Alexandrina, bis tamen reperitur in Symmachi reliquiis Job. XI. 2. הֲרֹב דְּבָרִים לֹא יֵעָנֶה μὴ ὁ πολυλάλος ἀναντίῤῥητος ἔσται; ibid. XXXIII. 12. Adde Polyb. VI. 7. 7. et XXVIII. 11. 4. Suid. ἀναντίῤῥητον· τὸ ἀντιλογίαν μὴ δεχόμενον.

ἈΝΑΝΤΙῤῬΉΤΩΣ. Adverbium, *citra contradictionem, sine omni dubitatione et hæsitatione, lubenter, prompte.* Semel extat in N. T. Act. X. 29. διὸ καὶ ἀναντιῤῥήτως ἦλθον μεταπεμφθεὶς non repugnavi venire arcessitus. Vulg. *Sine dubitatione.* Syrus: ܕܠܐ ܦܠܓܐ i. e. *prompte.* Polyb. XXIII. 8. 11. Eustath. ad Iliad. α'. p. 10. 6. Pollux Onom. V. 151 et 152. Hesych. ἀναντιῤῥήτως, ἀναμφιβόλως.

ἈΝΆΞΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, 1) *indignus*, ex α priv. et ἄξιος *dignus.* Deinde quia ἄξιος etiam Græcis dicitur, *qui aptus est et idoneus alicui rei perficiendæ*, est 2) *ineptus, minus idoneus.* 1 Cor. VI. 2. ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; essetisne minus idonei dirimendis causis minutissimis? Sæpius non legitur in N. T. Construitur fere cum genitivo Sirac. XXV. 11. Joseph. A. J. VI. 1. 4. Polyb. XV. 26. 10.

ἈΝΑΞΊΩΣ. Adverbium, *indigne, indigno nec conveniente modo.* Bis in N. T. legitur. 1 Cor. XI. 27. ὃς ἂν ἐσθίῃ ἄρτον ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον Κυρίου ἀναξίως, ubi ἀναξίως est: *non eo consilio, quo hoc epulum a Christo est institutum, modo non conveniente dignitati et gravitati rei.* ib. v. 29.

ἈΝΆΠΑΥΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *requies, intermissio a labore, quies a laboribus multis fatigatorum ad reficiendas corporis vires*, ab ἀναπαύω. Est i. q. κατάπαυσις, cum quo permutatur in codd. apud LXX. Exod. XXXV. 2. ubi in textu Hebr. שַׁבָּתוֹן legitur. Dion. Halic. Ant. IX. c. 24. ἀναπαύσει τὰ σώματα δόντες. 2) per synecdochen: *quævis cessatio, requies a quacunque re, remissio, intermissio.* Apoc. IV. 8. ubi quatuor animalia, a Johanne visa, dicuntur ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχειν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, h. e. sine ulla intermissione Deum laudare et celebrare. ibid. cap. XIV. 11. impii dicuntur οὐκ ἔχειν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, h. e. nullam requiem habere a tormentis et suppliciis infernalibus. Dion. Halic. Ant. lib. IV. c. 43. 3) per metonymiam: *locus quietis, sedes fixa, domicilium, habitaculum.* Matth. XII. 43. ζητοῦν ἀνάπαυσιν habitaculum quærens, h. e. hominem, in quo quasi sedem fixam habeat. Luc. XI. 24. Sic מָנוֹחַ Genes. VIII. 9. Alex. οὐχ εὑροῦσα ἡ περιστερὰ ἀνάπαυσιν. Ps. CXXXII. 14. Ies. XXXIV. 14. De *refrigerio*, seu illa parte domus, ubi Orientales æstus evitandi causa versari solebant, legitur apud Symm. Cant. I. 12. pro Hebr. מֵסַב *circuitus, ambitus circularis.* 4) metaphorice: *recreatio, solatium, liberatio a molestiis, tranquillitas animi.* Matth. XI. 29. καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ego vos recreabo, ego vos tranquillos et felices præstabo. Sic Sirac. VI. 29. ἐπ' ἐσχάτων γὰρ εὑρήσεις τὴν ἀνάπαυσιν αὐτῆς, nempe σοφίας, aliquando usu tuo cognosces felicitatem et animi tranquillitatem, quam largitur cultoribus suis sapientia. Syrus pro more suo duobus verbis usus est ܢܝܚܐ ܘܢܝܚܘܬܐ: prius *tranquillitatem*,

posterius *voluptatem* et *delectationem* notat. Sirac. LI. 35. Sic et מְנוּחָה usurpatur Psalm. CXVI. 7.

'ΑΝΑΠΑΤ'Ω, fut. αύσω, 1) *facio requiescere alterum, do requiem iis, qui sunt labore, cursu, itinere, vel pugna fatigati vel onere aliquo gravati, ut vires recipiant ac colligant.* Medium 'Αναπαύομαι *facio requiescere me post exantlatas molestias et labores graves, a labore me in otium recipio, vires exhaustas recolligo.* Hæc propria notio locum habet apud Marc. VI. 31. ubi Christus discipulis longo itinere defatigatis dicit: ἀναπαύεσθε ὀλίγον requiescite paululum. Luc. XII. 19. ἀναπαύου utere otio tuo post exantlatos labores, fruere partis: aut: in otia tuta recede, ut in simili nexu loquitur Horatius I. Serm. I. v. 31. Ælian. V. H. X. 4. πρὶν ἀναπαῦσαι τὸ στρατόπεδον. Polyb. III. 42. 9. et 53. 9. Speciatim medium ἀναπαύομαι de iis 2) usurpatur, *qui decumbunt ad somnum capiendum,* et notat: *somnum capio, somno me recreo et reficio.* Suid. ἀναπαύσασθαι τὸ κατακλίνεσθαι ὡς πρὸς ὕπνον. Matth. XXVI. 47. καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε per me jam vobis licet dormire et requiescere. Marc. XIV. 41. Arrian. Expedit. Alex. VII. 25. p. 307. edit. Gronov. κἀκεῖ αὖθις λουσάμενον ἀναπαύεσθαι. Herodot. I. 12. Ælian. H. A. III. 14. Hinc ἀναπαύεσθαι 3) partim de *placide morituris,* partim de iis usurpatur, *qui in futura vita ab omnibus hujus vitæ molestiis liberati, placide requiescunt; morior, post mortem liberor ab omnibus vitæ molestiis.* De *placide mortuis* sat sæpe in Græcis Scriptoribus legitur, v. c. Ælian. V. H. IV. 7. Herodot. I. 4. et tunc omissum est τοῦ βίου, quod additur Herodot. VII. 9. De expectanda illa molestiarum omnium in futura vita cessatione legitur Apoc. XIV. 13. ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν. Sallust. Catil. IV. 1. Confer Irmisch. ad Herodian. I. 4. 18. p. 127. Vulgo huc etiam referunt locum Apoc. VI. 11. ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον, sed ibi ἀναπαύεσθαι est simpliciter: *quiescere, patienter aliquid expectare,* nostrum: sich ruhig verhalten, *to keep one's self tranquil.* coll. v. 9 et 10. et verba ipsa sic explicanda erunt: *ut patienter expectent vindictam divinam brevi sumendam.* 4) metaphorice: *recreo animum, exhilaro, voluptate et felicitate afficio.* Matth. XI. 28. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, h. e. ego adimam vobis peccatorum vestrorum sensum et liberabo vos a legum Judaicarum arbitrariarum duro imperio. 1 Cor. XVI. 18. ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ τὸ ὑμῶν solatio et gaudio et me et vos repleverunt. 2 Cor. VII. 13. ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν quia recreatus est animus ejus a vobis omnibus, Philem. v. 7. τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ admodum liberalis fuisti erga pauperes Christianos. v. 20. ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα fac mihi gratum. Repetendus hic usus loquendi e libris Hebraicis videtur. Sic v. c. Prov. XXIX. 17. יַסֵּר בִּנְךָ וִינִיחֶךָ Alex. παίδευε υἱόν σου καὶ ἀναπαύσει σε. Ies. XIV. 3. Zachar. VI. 8. הֵנִיחוּ אֶת־רוּחִי Alex. ἀνέπαυσαν τὸν θυμόν μου. Sirac. III. 7. ὁ εἰσακούων Κυρίου ἀναπαύσει μητέρα αὐτοῦ. 5) medium ἀναπαύομαι *sedem fixam et perpetuam habeo, semper sum et versor in aliquo loco.* 1 Petr. IV. 14. καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται Deus vobis semper adest favore et auxilio suo. Deut. XXVIII. 65. וּבַגּוֹיִם הָהֵם לֹא תַרְגִּיעַ Alex. ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις οὐκ ἀναπαύσει σε. Ies. XXXIV. 14. שָׁם הִרְגִּיעָה לִּילִית Alex. ἐκεῖ ἀναπαύσονται ὀνοκένταυροι. Hinc etiam τῷ יָשַׁב, Micha IV. 4. et שָׁכַן, Deut. XXXIII. 20. in versione Alexandrina respondet.

'ΑΝΑΠΕΙ'ΘΩ, fut. είσω, 1) proprie et secundum etymologiam est *primam persuasionem, novis rationibus labefactatam, evello,* ex ἀνὰ et πείθω. 2) *aliam cui sententiam* persuadeo, aliquem *persuadendo sollicito et impello ad aliquid, auctor et suasor existo.* Semper fere in deteriorem partem usurpatur, et interdum iis adeo tribuitur, qui alios donis corrumpere et ad suas partes pertrahere conantur. Xen. Cyrop. I. 5. 3. Suid. ἀναπείσεις ἀντὶ τοῦ δώροις πείσεις. Tantum legitur in N. T. Act. XVIII. 13. παρὰ τὸν νόμον οὗτος ἀναπείθει τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν Θεόν, h. e. commendat ipsis cultum divinum, qui est contra legem nostram. Hebraico הִשִּׁיא *decepit, seduxit* in vers. Alexandrina Jerem. XXIX. 8. respondet, et הֵסִית *incitare* in Aquilæ reliquiis Deut. XIII. 6. 1 Macc. I. 12. Xenoph. Memor. III. 11. 10. Œconom. III. 7. καὶ ἐμὲ ἀναπείθοντα προθύμως συνθεᾶσθαι. Polyb. XXIX. 3. 3. Platonis Phæd. c. 26. Confer Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 258.

'ΑΝΑΠΕ'ΜΠΩ, fut. πέμψω, 1) *remitto.* Luc. XXIII. 11. ἀνέπεμψεν αὐτὸν Πιλάτῳ remisit eum Pilato. Philem. v. 12. 2) *mitto,* nam ἀνὰ in compositione sæpe abundat. Luc. XXIII. 7. ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Ἡρώδην. ibid. v. 15. Hinc in loco Philem. v. 12. ἀναπέμπειν et πέμπειν permutantur in codicibus. Non usi sunt hac voce interpretes Græci V. T. In notione autem *mittendi* ea usus est Polybius aliquoties, v. c. I. 7. 12. et XXX. 9. 10. et Xenoph. Cyrop. VII. 5. 12.

'ΑΝΑ'ΠΗΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, idem est, qui Græcis etiam πεπηρωμένος vocari solet. Est vocabulum generis, quo significatur, *quicunque vel membro aliquo et parte corporis caret* (quem Latini *membris captum* vocant), vel certe *membrorum quorundam usu destituitur,* (qui Latinis *debilis* dicitur) *mancus, mutilus, læsus quacunque demum corporis parte,* et æque late patet ac nostrum gebrechlich, *lame or feeble.* Sic v. c. Herodotus de vita Homeri p. 755. ed. Wesseling. Homerum oculis captum ἀνάπηρον vocat. Diog. Laërt. VI. 2. 6. Interdum additur ἐν τοῖς μέλεσιν, 2 Maccab. VIII. 24. ἐν τοῖς μέλεσιν ἀναπήρους. Suid. ἀνάπηρος· ὁ χωλὸς, ὁ καθ' ὑπερβολὴν πεπηρωμένος μέλει τινὶ τοῦ σώματος. Hesych. ἀνάπηρος· πηρὸς, τυφλὸς, νοσώδης. Pollux Onom. II. 4. § 61. Bis tantum legitur in N. T. Luc. XIV. 13. ἀναπήρους, χωλοὺς, τυφλούς. ibid. v. 21. Eleganter pro more suo de hac voce egit Celeb. Fischer. ad Platon. Criton. § 14. p. 208. edit. rec. et Wetstenius N. T. T. I. p. 754. Confer etiam, quæ de vocabulis πηρὸς et πήρωσις notavit Relandus ad Joseph. A. J. III. 12. 2.

'ΑΝΑΠΙ'ΠΤΩ, fut. πεσοῦμαι, 1) *discumbo, accumbo, recumbo; proprie reclino, recido, resupinus jaceo.* (Xenoph. Œcon. VIII. 8.) Matth. XV. 35. ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν ut discumberent in terra. Marc. VI. 40. ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ discubuerunt areolatim. VIII. 6. ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς. Interdum ἀναπίπτειν simpliciter positum *recumbere in terra* notat, v. c. Joh. VI. 10. ubi bis occurrit. Ælianus V. H. IX. 24. composito quoque ἐπαναπίπτειν notionem *recumbendi* subjecit. Vide et Wetstenii N. T. T. I. p. 426. 2) ponitur pro ἀνακλίνομαι et ἀνάκειμαι *discumbo ad mensam, recumbo ad cibum sumendum,* vel simpliciter po-

situm, v. c. Luc. XI. 37. εἰσελθὼν δὲ ἀνέπεσεν ingressus autem accubuit ad mensam. Vulgatus: *recubuit.* Gloss. *recumbit, ἀναπίπτει.* coll. Plin. IX. Ep. 23. Luc. XIV. 10. XVII. 7. XXII. 14. vel additis verbis ἐν τῷ δείπνῳ, Joh. XXI. 20. seu τοῦ φαγεῖν, Tob. II. 1. Supra autem demonstratum est, Judæos tempore Christi ad mensam non sedisse, sed jacuisse, ad quem convivantium ritum respicitur hac voce, quæ eodem sensu legitur apud Athenæum Deipnosoph. I. c. 19. p. 23. ed. Casaub. Lucian. Asin. c. 23. Tom. II. p. 590. (ed. Reitz. quem vide) αὐτοὶ δὲ ἀναπεσόντες ἐδείπνουν, et aliis in locis, quæ diligenter collegit Schwarzius in Commentariis L. Gr. p. 98. Errat igitur, ut solet, Thomas M. cum scribit: ἀναπεσεῖν βέλτιον ἐπὶ τοῦ ἀδημονῆσαι ἢ ἐπὶ τοῦ ἀνακλιθῆναι. Quanquam enim negari non potest, ἀναπίπτειν eleganter Græcis eos dici, *qui concidunt animo et animum despondent,* (v. c. Polyb. IV. 51. 8. et XX. 4. 6. Thucyd. I. 70.) ut jam post Suidam (ἀναπίπτειν τὸ ἀθυμεῖν παρὰ τοῖς παλαιοῖς.) Abresch. ad Æschylum. p. 398. observavit, tamen etiam alteram illam notionem optimæ notæ Scriptoribus Græcis usitatam fuisse, et loca jam a nobis allata docent, et interpretes ad Thom. M. satis superque probarunt.

'ΑΝΑΠΛΗΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *impleo, compleo, repleo,* v. c. vas aliquod, et minime differt a simplici verbo πληρόω, sed in hac propria notione nec in N. T. nec in verss. Græc. V. T. legitur. In N. T. libris 2) notat: *suppleo, compenso defectum alicujus rei* sensu metaphorico. 1 Cor. XVI. 17. τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν vestrum absentium partes egerunt, **sie haben in eurer Abwesenheit eure Stelle vertreten,** *they have supplied your places in your absence.* Philipp. II. 30. ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα ut vestram absentiam suppleret, coll. Philem. v. 13. Huc referrem locum Genes. II. 21. ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς. Maxime autem huc faciunt loca a Schwarzio in Commentariis L. Gr. p. 98. opportune notata. Zosim. I. c. 17 extr. τῶν πραγμάτων ἐλλεῖπον ἀναπληροῦν. Plato Conviv. p. 321. ἀλλ' εἴ τι ἐξέλιπον, σὸν ἔργον, ὦ 'Αριστόφανες, ἀναπληρῶσαι. Polyb. VII. 7. 7. 3) ἀναπληρόω νόμον *præsto et omitto, quæ lex præcipit et vetat, obedio et observo.* Galat. VI. 2. καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ et ita observabitis præcepta regionis christianæ. Sic et simplex πληροῦν, quod vide. 4) si sermo est de vaticiniis: *eventu comprobo.* Matth. XIII. 14. καὶ ἀναπληροῦνται αὐτοῖς ἡ προφητεία 'Ησαΐου, ubi tamen ἀναπληροῦσθαι in hac significatione non nimis urgerem: nam ἀναπληροῦσθαι in hac significatione, ut simplex πληροῦσθαι, etiam usurpatur tum, *quando simile quid contingit illi, quod olim jam factum et dictum erat,* (ut infra ad πληρόω pluribus docebitur) ut adeo inprimis ob ipsum locum Iesaiæ equidem verterem: *et valet de illis, quod jam Iesaias de coævis suis conquestus est.* — Restant adhuc formulæ quædam loquendi plane singulares, in quibus verbum ἀναπληρόω ita usurpatur, ut nulla hucusque observatarum notionum locum habeat. 5) ἀναπληροῦν τὸν τόπον τινὸς *esse in statu et conditione alicujus.* Semel legitur in N. T. hæc formula 1 Cor. XIV. 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου *qui est idiota* seu *imperitus, indoctus.* Formulam hanc esse mere Hebraicam, Hottingerus de Usu Scriptorum Hebraicorum in N. T. apud Rhenferdium p. 399. probabit, qui bene confert formulam מָלֵא מָקוֹם, v. c. מָלֵא מְקוֹם אֲבוֹתָיו implet locum patrum suorum, h. e. patrissat. Confer etiam Buxtorf. Lexicon Talmudicum et Rabbinicum p. 2001. 6) ἀναπληροῦν τὰς ἁμαρτίας, quæ de *eo* usurpatur, *qui ita peccata sua et scelera auget, ut pœna evitari non amplius nec differri possit,* ex opinione Judæorum, qui statuebant, permittere Deum, ut homines certum quendam malefactorum numerum implerent, et usque eo pœnas differre; qui numerus si confectus fuerit, pœnas esse inevitabiles et atrociores. 1 Thess. II. 16. εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε quo ipso scelerum suorum mensuram implent. Gen. XV. 16. οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν 'Αμοῤῥαίων ἕως τοῦ νῦν.

'ΑΝΑΠΟΛΟ'ΓΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui nulla ratione defendi et excusari potest, inexcusabilis, non excusandus;* ex α priv. et ἀπολογέομαι *me defendendi causa loquor,* inserta littera ν euphoniæ causa. Bis tantum legitur hæc vox in N. T. Rom. I. 20. εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους ut jam vitiositatis suæ nullam habeant excusationem. ibid. II. 1. διὸ ἀναπολόγητος εἶ igitur gravissime peccas. Raro etiam hæc vox apud exteros Scriptores occurrit, sed tamen legitur apud Dion. Halic. Antiqu. L. VII. cap. 46. Plutarch. Brut. c. 46. Polybium. XII. 12. p. 927. ἀναπολόγητον γίνεται τὸ ψεῦδος. Idem Excerpt. Legat. 86. et Cic. ad Atticum. XVI. ep. 7. Gloss. Vet. apud Labbæum: *ἀναπολόγητος, indefensus.*

'ΑΝΑΠΡΑ'ΣΣΩ vel 'ΑΝΑΠΡΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, *exigo, reposco,* ex ἀνὰ et πράσσω, quod vide infra. Sic legitur semel Luc. XIX. 23. ubi pro ἂν ἔπραξα αὐτὸ Codex Alex. ἀνέπραξα αὐτὸ exhibet, quod Grotius jure præfert.

'ΑΝΑΠΤΥ'ΣΣΩ, fut. ύξω, *expando, revolvo, explico, replico ea, quæ sunt convoluta.* In expandendi notione usi sunt hac voce Alexandrini pro Hebr. פָּרַשׂ, Deut. XXII. 17. Judd. VIII. 25. et Xenoph. in libro de re Equestri XII. 6. πτέρυγες ἀναπτύσσωνται. *Revolvendi* et *explicandi* notio locum habet Luc. IV. 17. ἀναπτύξας (in quibusdam codd. legitur ἀνοίξας e glossemate) τὸ βιβλίον replicans volumen, ubi v. 20. πτύσσειν *complicare* opponitur. Syrus habet: ܘܦܬܚܗ et aperuit. Respicitur autem hac formula ad formam codicum Hebraicorum, qui non erant foliis distincti, ut nunc sunt libri nostri, sed in formam cylindri convoluti duabus rotulis utrique extremitati annexis, ut lecturis evolvendi et explicandi essent. Ideo Hebraicis מְגִלּוֹת vocabantur. Confer Wagenseil. ad Sota p. 677. 2 Regg. XIX. 14. ἀνέπτυξεν αὐτὰ, sc. γράμματα, 'Εζεκίας ἐναντίον τοῦ Κυρίου. Herodot. I. 125. ἀναπτύξας τὸ βιβλίον. Aliam verbi ἀναπτύσσειν notionem metaphoricam servavit nobis Suidas: ἀνάπτυξις· ἑρμηνεία, διασάφησις, καὶ ἀναπτύξω ἀντὶ τοῦ ἐπιδείξω, Εὐριπίδης, De ipsa voce vide Wetstenii N. T. T. I. p. 680. Gloss. Vet. apud Labbæum: *ἀναπτύσσω, displicat.*

'ΑΝΑ'ΠΤΩ, fut. ψω, *accendo, incendo,* ex ἀνὰ, quod h. l. πλεονάζει, et ἅπτω *incendo.* Hesych. ἀνάπτω· ἀνεγείρω. ἀνάπτεται· φλέγεται. Ter legitur in N. T. Luc. XII. 49. καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη; sed quid dico, cum jam accensus sit? seu, ecce jam accensus est. Recte monuit autem Krebsius ad h. l. εἰ in vers. Alex. haud raro τῷ הִנֵּה respondere, Genes. IV. 14. Ezech. IV. 14. de quo infra dicendi locus erit. Cæterum ἀνάπτειν πῦρ in illo loco metaphorice notat: *dissidia spargere et seminare,* aut certe *causam*

esse, ut dissidia oriantur. Act. XXVIII. 2. ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν ignem accendentes. Jacob. III. 6. ἰδοὺ ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει exiguus ignis quantam materiam incendere valet. Usi sunt Alexandrini hac voce maxime pro הָצִית, Jerem. IX. 12. הִשִּׂיק, Psalm. LXXVIII. 21. בָּעַר, 2 Chron. XIII. 11. לִהֵט, Malach. IV. 1. 2 Maccab. I. 22. Eurip. Phœniss. v. 356. Dion. Halic. Ant. I. c. 59.

'ΑΝΑΡΙ'ΘΜΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *innumerabilis*, ex α priv. et ἀριθμὸς *numerus*. Hebr. XI. 12. ὡσεὶ ἄμμος ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἡ ἀναρίθμητος sicut arena illa innumerabilis, quæ est ad littus maris. Sæpius non legitur in N. T. Haud raro tamen occurrit in vers. Alex. pro אֵין מִסְפָּר, Job. XXI. 33. et עָצוּם, Proverb. VII. 26. Adde Polyb. IV. 75. 5. et IX. 6. 9. Sophocl. Ajac. 655. Sap. VII. 11. 3 Macc. II. 26. Confer Wetstenii N. T. Tom. II. p. 426.

'ΑΝΑΣΕΙ'Ω, fut. είσω, 1) proprie: *magno cum impetu aliquid moveo, concutio, quatio.* Suid. ἀνασείειν ἐκτινάσσειν. Philostrat. Vit. Sophist. II. c. 32. ἀνασείων τὴν χεῖρα καὶ τὸν κόλπον τῆς χλαμύδος. Hesiod. Scut. 344. Haud differt itaque a simplici verbo σείω, quod etiam de *concussione rei firmæ et stabilis* usurpatur. 2) metaphorice ad commotionem animi transfertur, *concito, compello, commoveo, persuadeo, traho aliquem in alicujus sententiam aut partes.* Marc. XV. 11. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον summi sacerdotes concitabant populum: ubi in uno vetustissimo codice legitur ἔπεισαν τῷ ὄχλῳ, e glossemate, aut potius e loco parallelo Matth. XXVII. 20. Luc. XXIII. 5. ὅτι ἀνασείει τὸν λαὸν concitat plebem et sollicitat ad rebellionem. Hinc in Aquilæ reliquiis Job. II. 3. Hebraico הֵסִית respondet. Diod. Sic. Eclog. p. 532. συχνοὺς ἀνέσειον τῶν οἰκετῶν. Eurip. Orest. v. 612. Eustath. Od. ω'. p. 839. l. 29. Aristoph. Acharn. v. 346. Dionys. Halic. VIII. 81. τοῖς ἀνασείουσι τὸ πλῆθος. Eodem fere sensu voce *concutere* usus est Lucanus Lib. IV. v. 235. "et omneis concussit mentes scelerumque reduxit amorem." Confer Wesseling. ad Diodor. Sicul. XIII. 91. Tom. I. p. 615. et Wetstenii N. T. T. I. p. 634 et 811. Suid. ἀνασείω· ἀναπείθω, ἢ πρὸς μάχην ἐρεθίζω. Hesych. ἀνασείοις· ἀναπείθοις. aut potius, ut legendum est: ἀνασείειν· ἀναπεῖθειν. Gloss. *concitat*, συνσείει, ἐρεθίζει, ἀνασείει.

'ΑΝΑΣΚΕΥΑ'ΖΩ, fut. άσω, et 'ΑΝΑΣΚΕΥΑ'ΖΟΜΑΙ, 1) proprie: *supellectilem loco moveo*, (Hesych. ἀνασκευάζειν, μετατιθέναι, scil. τὰ σκεύη,) *vasa colligo*, ab ἀνὰ et σκεῦος *vasa, supellex.* Sic Thucyd. I. 18. καὶ ἀνασκευασάμενοι ἐς τὰς ναῦς ἐμβάντες, ubi Schol. ἀνασκευασάμενοι· τὰ σκεύη ἀναλαβόντες. 2) speciatim, ut ἀναζευγνύω, de iis dicitur, *qui vasis collectis alio migrant et proficiscuntur*, v. c. Xenoph. Cyrop. VIII. 5. 3. ὅταν δὲ ἀνασκευάζωνται, συντίθησι μὲν ἕκαστος τὰ σκεύη. Hesych. ἀνασκευαζόμενοι· μετοικιζόμενοι. Suid. ἀνασκευασάμενοι· ἀπάραντες· Hinc 3) *diruo, vasto, deleo, destruo, everto.* Thucyd. IV. 116. τὴν Λήκυθον καθελὼν καὶ ἀνασκευάσας. Xenoph. Cyrop. VI. 2. 10. Onom. Vet. destruo, ἀνασκευάζω. Gloss. destruit, καταλύει, ἀνασκευάζει. Confer Rhœr. Ferias Daventrienses p. 64. Hinc 4) *labefacto, perturbo, perverto, corrumpo*, quocunque tandem modo hoc fiat, maxime *animos falsa doctrina imbuo et corrumpo.* Act. XV. 24. ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν perdentes mentes vestras, h. e. labefactantes, incertos ac dubios reddentes animos vestros, et ita felicitatem vestram minuentes: posset etiam reddi: *abducentes vos a veritate.* Confer Krebs. Obss. Flav. p. 229. et Wetstenii N. T. T. II. p. 550. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀνασκευάζω, *confuto, destruo.*

'ΑΝΑΣΠΑ'Ω, fut. άσω, *retraho, rursum traho, extraho*, ex ἀνὰ et σπάω *traho.* Luc. XIV. 5. καὶ οὐκ εὐθέως ἀνασπάσει αὐτόν; nonne statim eum retrahet? Act. XI. 10. πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν οὐρανὸν deinde omnia in cœlum rursus sublata sunt. Sæpius non legitur in N. T. Alex. usi sunt pro הֶעֱלָה Habac. I. 15. Joseph. A. J. II. 11. 2. ἐκ τοῦ φρέατος ἀνέσπασαν ὕδωρ.

'ΑΝΑ'ΣΤΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1) et proprie: *erectio, resurrectio jacentis, sedentis*, vel *lapsi*, ab ἀνίστημι, *erigo.* Etym. M. ἄνω στάσις ἤτοι ἔγερσις. Pollucis Onom. I. 11. et III. 91. Hinc etiam קִימָה *surrectio*, Thren. III. 63. et קוּם Zeph. III. 8. in vers. Alex. respondet. 2) *futura communis resurrectio mortuorum, resurrectio a morte*, ita, ut partim addantur vel verba τῶν νεκρῶν, v. c. Matth. XXII. 31. Act. XVII. 32. XXIII. 6. vel ἡ ἐκ νεκρῶν ut plene legitur Luc. XX. 35. Act. IV. 2. partim simpliciter ponatur, Matth. XXII. 23. Marc. XII. 18. Luc. XX. 27, 36. 1 Cor. XV. 12. Job. XI. 24. Hæc autem futura hominum omnium resurrectio eodem sensu ἀνάστασις vocatur, quo Christi post triduum mortis in vitam reditus semper ἀνάστασις appellatur a Scriptoribus N. T. Act. I. 22. II. 31. IV. 33. Rom. I. 4. 1 Petr. I. 3. III. 21. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀνάστασις, *resurrectio.* 3) *auctor resurrectionis, qui homines resuscitare et iis vitam reddere valet.* Joh. XI. 25. ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωὴ mihi est potestas a Deo data homines in vitam revocandi. Metonymiæ hujus exempla multa sunt in N. T. v. c. Deut. XXX. 20. כִּי הוּא חַיֶּיךָ וְאֹרֶךְ יָמֶיךָ. 4) *status hominum et conditio post resurrectionem e mortuis, qualiscunque demum illa sit.* Matth. XXII. 28. ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει in futura igitur vita. ib. v. 30. ἐν τῇ γὰρ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίζονται. coll. loco parallelo Luc. XX. 35. ubi legitur: οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. Marc. XII. 23. 5) *felicitas æterna, quæ olim piorum resurrectionem excipiet*, ita, ut antecedens positum sit pro consequente. Dicitur autem a Scriptoribus N. T. vel simpliciter ἀνάστασις, Rom. VI. 5. coll. 2 Tim. II. 11. vel ἡ ἀνάστασις τῆς ζωῆς, (2 Macc. VII. 14. coll. v. 36. ἀνάστασις εἰς ζωὴν ib. XII. 43.) Joh. V. 29. vel ἀνάστασις τῶν δικαίων, Luc. XIV. 14. et ei opponitur ἀνάστασις τῆς κρίσεως, Joh. V. 29. 6) *auctor felicitatis.* Luc. II. 34. οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ hic auctor felicitatis et miseriæ multorum Judæorum evadet. Confer Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 304.

'ΑΝΑΣΤΑΤΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, quo Græci vulgo in notione *evertendi* et *vastandi* utuntur, proprie 1) significare videtur *ejicio aliquem sedibus suis*, quasi ἀνάστατον ποιῶ, certe ἀνάστατος Græcis dicitur, *qui, sedibus suis pulsus, vagus oberrat.* Isocrat. Panegyr. c. 31. τοὺς ὁμόρους ἀναστάτους ποιήσαντες. Ælian. V. H. III. 43. ἀνάστατοι ἐγένοντο. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 561. Hinc in universum de iis usurpatur, *qui alios quocunque modo a statu suo et conditione dimovent*, et tunc metaphorice partim est: 2) *perturbo civitatem, ad tumultum et sedi-*

tionem concilo, die bürgerliche Ruhe und Ordnung stören, *to disturb the civil order and tranquillity.* Act. XVII. 6. οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατοῦντες qui perturbaverunt hucusque totum imperium Romanum. ibid. XXI. 38. ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας qui non ita longe excitavit seditionem; partim 3) *perturbo animos hominum erroribus spargendis et disseminandis, dubium et incertum reddo,* quod interdum etiam ταράσσειν dicitur. Galat. V. 12. οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς qui vobis circumcisionem suadent, coll. v. 10. Sæpius non legitur in N. T. — Hesych. ἀναστατοῦντας· ἀνατρέποντας.

'ΑΝΑΣΤΑΥΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω. Errant in constituenda hujus verbi notione interpretes, qui, præeunte Syro interprete, et emphaseos nescio cujus causa, ei significationem *rursus cruci affigere* dederunt, ne scilicet syllaba periret. Nam partim recte jam monuit Fischerus de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. I. p. 20. particulam ἀνὰ in plerisque verbis compositis vi carere omni, ut particulam *re* apud Latinos, v. c. ἀνίεσθαι, Homer. Odyss. I. 231. ἀνερωτᾷν, Xenoph. Cyrop. I. 4. 3. ἀνιγείρειν, Zosim. III. 34. *redire,* Sallust. Jugurth. IV. 9. ubi vid. Cort. *reposcere,* Flor. II. 15. 12. et *remiscere,* Horat. A. P. 151. partim ipse usus loquendi, quemadmodum rei ratio, docet, ἀνασταυροῦν, Græcis simpliciter esse *crucifigere, in crucem agere* aut *palo adfigere.* Gloss. enim Vett. ἀνασταύρωσις· *suspendium.* Hesych. ἀνεσκολόπισαν· ἀνεσταύρωσαν. Suid. ἀνεσταυρώθη· ἀνεσκολοπίσθη. Polybius Hist. I. 11. Καρχηδόνιοι τὸν μὲν στρατηγὸν αὐτῶν ἀνεσταύρωσαν. Ib. V. 54. 6. Lucian. Prometheus cap. 1. Tom. I. p. 186. ed. Reitz. Confer Schwarzii Commentarios L. Gr. p. 101. et Krebs. Observatt. Flav. p. 375. Nec aliam notionem postulat locus Hebr. VI. 6. ἀνασταυροῦντες ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ filium Dei quasi in crucem agentes, h. e. contumeliose tractantes, repudiando et rejiciendo ejus doctrinam, ubi ipse Chrysost. male ἀνασταυροῦν per ἄνωθεν σταυροῦν explicavit. Vide quæ ad h. l. disputavit I. H. Maius in Obss. SS. IV. p. 30.

'ΑΝΑΣΤΕΝΑ'ΖΩ, fut. άξω, 1) *ingemisco, suspiro,* (ita Gloss. Vet. apud Labbæum) *gemo,* nec differt a simplici στενάζω, quod tamen visum est nonnullis Lexicographis, qui *sursum, alte ingemiscere* verterunt. Non solum enim respondet Hebraico הֶאֱנַח, quo simpliciter *gemitus* ac *suspiratus* indicatur, ideoque ab Alex. Intt. verbo στενάζειν Thren. I. 8. 22. æque ac voce ἀναστενάζειν Thren. I. 4. expressum est, sed etiam ab ipsis codicum N. T. librariis utrumque verbum permutatum invicem reperitur, ut docuit Celeb. Fischer. de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. V. p. 7. seqq. 2) ex adjuncto: *irascor, indignor, ægre fero.* Marc. VIII. 12. καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι et valde iis indignatus.

'ΑΝΑΣΤΡΕ'ΦΩ, fut. ψω, 1) et proprie: *inverto, subverto, everto,* idem quod ἀνατρέπω, cum quo in codicibus haud raro permutari solet. Hesych. ἀναστρέφειν· ἀνατρέπειν. ἀνατρέπειν· ἀναστρέφειν. Joh. II. 15. καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε (in codd. quibusdam ἀνέτρεψε legitur, probante L. Bos in Exercitt. Philol. p. 60. contra quem disputarunt Kypke et Alberti in Obss. ad h. l.) et mensas eorum subvertit. Polybius Hist. V. 9. Isocrates Orat. ad Philipum p. 212. ἀλλὰ μεταναστατέον καὶ ἀναστρεπτέον ἅπαντα ταῦτ' ἐστιν. Suidæ s. v. τέως·—τὸν βωμὸν ἀνέστρεψαν. Alia loca veterum collegit Schelhornius in Bibl. Brem. Cl. VII. p. 73. 2) ἀναστρέφομαι *iter facio, proficiscor per aliquam regionem, sum et versor in aliquo loco.* Matth. XVII. 22. ἀναστρεφομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ per Galilæam autem iter facientibus, coll. Marc. IX. 30. παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας. Hinc male nonnulli vertunt: revertentibus iis in Galilæam. In versione Alex. τῷ הָלַךְ et הִתְהַלֵּךְ eodem sensu respondet. Jos. V. 5. Ezech. XIX. 6. Polyb. III. 33. καθ' οὓς καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν 'Ιταλίαν τόποις ἀνεστρέφετο. Hesych. ἀναστρεφόμενος· περιερχόμενος. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 438. 3) per ellipsin pronominis ἐμαυτὸν, *redeo, revertor.* Act. V. 22. ἀναστρέψαντες δὲ ἀπήγγειλαν reversi nunciarunt. Ibid. XV. 16. μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, ubi tamen ἀναστρέψω pleonastice positum est, coll. Amos IX. 11. Sic Ælian. V. H. II. 14. ἀναστρέφουσαι αἱ ὧραι. Polyb. IV. 11. 2. Nec ignota fuit hæc notio Alex. Intt. qui verbo ἀναστρέφειν centies Hebraicum שׁוּב expresserunt, Genes. VIII. 7. 9. 1 Sam. III. 5. Zach. VII. 14. 4) ἀναστρέφομαι metaphorice *rationem vivendi et agendi indicat,* et idem est ac Latinorum *versari, se gerere.* 2 Cor. I. 12. ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ quod gessi me hucusque inter vos virum bonum et simplicem. Ephes. II. 3. ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ὑμῶν vitam olim pravis nostris cupiditatibus consentaneam agebamus. 1 Tim. III. 15. πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι familiæ Dei s. ecclesiæ curam gerere. 1 Petr. I. 17. 2 Petr. II. 18. Usi sunt etiam Græci Scriptores verbo hoc de *iis, qui in negotiis versantur* aut *artem aliquam manuariam exercent.* Polyb. Hist. I. 14. τοὺς ἐν πράγμασι ἀναστρεφομένους. Arrian Epict. IV. 4. Epict. c. 20. οἷον σκυτικὴ περὶ δέρματα ἀναστρέφεται. Eodem sensu הָלַךְ et הִתְהַלֵּךְ. Prov. XX. 8. ὃς ἀναστρέφεται ἄμωμος ἐν δικαιοσύνῃ. Sirac. XXXVIII. 28. ἀναστρεφόμενος ἐν ἔργοις αὐτῶν. Cf. Schweighæuser. Lex. Polyb. p. 40. 5) ἀναστρέφομαι *sortem habeo, fata experior,* in utramque partem. In malam partem sumitur Hebr. X. 33. κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες qui iisdem calamitatibus et afflictionibus premebantur, coll. Hebr. XIII. 7. Confer ἀναστροφή.

'ΑΝΑΣΤΡΟΦΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie; *inversio, eversio, conversio, subversio,* sed hæc notio tantum apud Græcos Scriptores obvia est. v. c. Polyb. IV. 54. 4. X. 21. 2. 2) *locus ubi aliquis est et versatur:* quam notionem e Græcis Scriptoribus comprobabit Abreschius ad Æschylum Lib. III. p. 3. 3) *vitæ genus ac modus, vivendi et agendi ratio, mores, vitæ instituta,* in utramque partem. Galat. I. 13. τὴν ἐμὴν ποτὲ ἀναστροφὴν ἐν τῷ 'Ιουδαϊσμῷ quomodo me olim Judæus gesserim. 1 Tim. IV. 12. ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ. Vulgatus: *in conversatione.* Glossar. Vet. *conversatio,* ἀναστροφὴ, διαγωγὴ, βίος. Jacob. III. 12. καλὴ ἀναστροφή. 1 Petr. IV. 15 et 18. ἐκ τῆς ματαίας ἀναστροφῆς. II. 12. III. 1. διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς puris et castis uxorum moribus. v. 2. ἁγνὴν ἀναστροφήν. v. 16. τὴν ἀγαθὴν ἐν Χριστῷ ἀναστροφήν. 2 Petr. II. 7. ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς. ibid. III. 12. vbi ἀναστροφαῖς positum est pro ἀναστροφῇ. Conf. Glassii Philol. S p. 58 sequ. Tob. IV. 19. ἐν πάσῃ ἀναστροφῇ. Polyb. IV. 82. Arrian Epict. I. 9. IV. 7. Gloss. Vet. ἀναστροφή· διαγωγὴ, βίος. Hesych. ἀναστροφῆς· ζωῆς. Cæterum etiam Græcos Scriptores hanc vocem ita

usurpasse, ut *omnem vitæ instituendæ et cum aliis hominibus vivendi rationem, familiaritatem adeo et conversationem* significaret, multis docuit Wesseling. in Diatribe de Judæorum Archontibus cap. 2. p. 14. 4) *sors, fata, quæ aliquis per omnem vitam suam experitur*, sive *adversa*, sive *lætiora*. Hebr. XIII. 7. ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, ubi, ut omnis orationis series docet, ἀναστροφὴ *calamitates, quas aliquis perfert, adversa, quæ quis subit*, τὴν κακὴν ἀναστροφὴν, ut auctor 2 Macc. V. 8. loquitur, significat.

'ΑΝΑΤΑ'ΣΣΟΜΑΙ, fut. άξομαι, idem quod συντάσσομαι, *compono, in ordinem redigo*, ab ἀνὰ et τάσσω *ordino*. Proprie quidem de militibus usurpatur, sed deinde etiam ad alia transfertur. Sic v. c. Luc. I. 1. ἀνατάξασθαι διήγησιν *componere, contexere, ordine quodam perscribere narrationem*. Vulgatus voce militari *ordinare* usus est. Syrus: ܢܟܬܒܘܢ *scribere*. Sæpius non legitur. Respexerunt fortasse hunc locum Hesychius et Suidas, qui ἀνατάξασθαι per εὐτρεπίσασθαι *concinnare* interpretati sunt.

'ΑΝΑΤΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, et *transitive* et *intransitive* usurpatur in N. T. libris. *Instransitive* si sumitur, significat 1) *orior, exorior, progermino, floreo, cresco*, ita, ut æque de plantis, e terra progerminantibus, ac de sole, luna et stellis emicantibus usurpetur, atque adeo de omni *ortu* rei, quacunque ille fiat aut se habeat ratione, dicatur. Sic de aqua e terra prosiliente usus est hac voce Ælian. V. H. XIII. 16. de plantis Theoph. Caus. Plant. III. c. 7. et Josephus A. J. I. 1. 1. κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ἡμέραν εὐθὺς φυτά τε καὶ σπέρματα γῆθεν ἀνέτειλε. Suid. ἀνατεῖλαι δοτικῇ, ἀνθῆσαι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοτανῶν. de stellis et sideribus Num. XXIV. 17. Polyb. IX. 15. 10. Matth. IV. 16. φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς magna lux affulsit aut sol exortus est ipsis. Ibid. XIII. 6. ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος sole autem exorto. Marc. XVI. 2. ἀνατείλαντος ἡλίου cum sol oriri inciperet, ob antecedens λίαν πρωΐ. Luc. XII. 54. ὅταν ἴδητε νεφέλην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν si videritis nubem ab occasu ascendentem. Jacob. I. 11. 2 Petr. I. 19. 2) metaphorice: *nascor, ortum habeo*. Hebr. VII. 14. ὅτι ἐξ 'Ιούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν Jesum Christum e tribu Juda natum esse. Hesych. ἀνατέταλκεν ἀνέτειλεν. Quonam vero respectu Christo ἀνατολὴ tribuatur in loco Pauli laudato, certo evinci non potest. In V. T. enim cum sole æque ac cum germine comparabatur, ut sub ἀνατολὴ demonstrabitur. 3) *Transitive: jubeo exoriri et affulgere, oriri facio.* Matth. V. 45. τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς solum suum affulgere jubet probis et improbis. Videtur quidem hic usus verbi ἀνατέλλειν ex Hebraica lingua repeti debere, nam verba neutra apud Hebræos sæpius habent notionem Hiphilicam. Gen. III. 18. ἡ γῆ ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι. ibid. II. 9. Ps. XIV. 8. Ies. LXI. 11. Judd. XVI. 3, 14. 1 Sam. VIII. 22. nec tamen negari potest, etiam reliquos Scriptores Græcos sæpius ita locutos esse, v. c. Pindar. Isthm. Od. VI. v. 110 seq. Eurip. Herc. Fur. v. 686. Confer Barnes. ad Eurip. Ion. v. 1596. ac Pricæum ad Matth. V. 45.

'ΑΝΑΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. θήσω, 1) proprie: *impono alteri aliquid:* et medium ἀνατίθεμαι de re aut *onere* usurpatur, *quod sibi aliquis in humeros suos ferendum imponit*. Hanc in rem est locus Ælian, V. H. III. 22. de Ænea: τὸν πατέρα ἀναθέμενος ὤμοις ἔφερεν. 2) *repono, suspendo, pono in loco edito, consecro*, et κατ' ἐξοχὴν de donariis dicitur, quæ suspendebantur e parietibus templorum, quæ inde ἀναθήματα vocantur. Eleganter itaque usi sunt hac voce Alexandrini pro הִצִּיג 2 Sam. VI. 17. et הֶחֱרִים Levit. XXVII. 28, 29. Philostrat. vit. Sophist. I. 9. 2. χρυσοῦς ἀνετέθη τοῦ Πυθίου ἱεροῦ. Polyb. I. 86. 6. ubi vide Schweighæuserum. 3) Medium ἀνατίθεμαι *expono*, seu *propono alicui rem, communico aliquid cum altero deliberandum*. Act. XXV. 14. Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ τὸν Παῦλον Festus regi proposuit omnem causam Pauli. Galat. II. 2. ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον, h. e. examinandam ipsis proposui doctrinam, quam inter paganos tradere soleo. Vulg. bene: *contuli cum iis*. Sic Artemidor. Onirocrit. II. 64. ἀνατιθέμενος τινὶ τῶν ἐπιστημόνων τὸ ὄναρ. Heliodor. II. 21. Aristoph. Nub. 1455. 2 Maccab. III. 9. ἀνέθετο περὶ τοῦ γεγονότος ἐμφανισμοῦ. Hesych. ἀνεθέμην ὡμολόγησα. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 13. ἀνατίθημι, *voveo, consecro, dico, as, expono.*

'ΑΝΑΤΟΛΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *ortus, exortus, actus oriendi*, et speciatim de *ortu solis* dicitur. 2) et in singulari et in plurali numero, *oriens, plaga orientalis*, (quæ Hebraice קָדִים, Ezech. XL. 19. et קֶדֶם, Ies. IX. 11. vocatur) ita, ut omissam sit ἡλίου, quod additur Herodot. I. 201. p. 81. Jos. I. 15. Sic Matth. XXIV. 27. ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν ab oriente ad occidentem penetrat. Apoc. VII. 2. ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου. ibid. XXI. 13. Cæterum observandum est, numerum pluralem hujus nominis multo usitatiorem esse singulari ob ipsam cœli et ortus solis rationem, etiam apud exteros Scriptores, v. c. Polyb. Hist. II. 14. Apollodor. I. 4. 3. Distinguuntur juxta Aristotelem de mundo cap. 4. ἀνατολαὶ in θερινὰς, ἰσημερινὰς, καὶ χειμερινάς. Quæ ratio etiam δυσμῶν est. 3) *regio orientalis, terra orienti soli subjecta*. Matth. VIII. 11. πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσιν permulti ex omnibus terræ regionibus et gentibus venient. Etiam in Arabica lingua oriens et occidens de toto mundo habitabili, aut certe variis ejus regionibus adhibetur. Confer Coran. Sur. II. 114. Hist. Timur. p. 3. et Elmacin. Hist. Saracen. p. 239. Luc. XIII. 29. Apoc. XVI. 12. ὁδὸς τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου. Hic vero observandum est, ἀνατολὰς respectu ad Judæam in N. T. dici Arabiam, inprimis *felicem*, et Hebræos omnes, qui inter Ægyptum atque Euphratem habitabant, orientales populos vocasse, atque ipsam regionem קֶדֶם appellasse. Gen. XVI. 12. XXV. 6. coll. v. 18. Job. I. 3. Jer. XLIX. 28. Cf. Olai Celsii Hist. Erudit. Arabum c. 2. § 17. et Tittmann. de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 3. Hinc lucem fœneratur locus Matth. II. 1, 2. ubi videndus Grotius. 2) *proles, propago, is, qui ortum habet ab aliquo.* Hanc enim notionem necessario postulat locus Luc. I. 78. ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ὑμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους: ubi, ut omnes consentiunt interpretes, ἀνατολὴ ἐξ ὕψους Christus vocatur, quatenus de cœlo venit in has terras (Joh. III. 31.) insigni beneficio divino hominibus concessus. Sed in eo dissentiunt, an in hac formula metaphora petenda sit a *surculo ex radice arboris propullulante*, (ἀνατολὴ autem interdum *surculum* notat, v. c. Zach. VI. 12. ab ἀνατέλλειν *pro-*

germinare, de quo supra expositum est. Solent etiam Hebræi liberos cum surculis s. ramis comparare. Vide Ies. LX. 21. Jer. XXIII. 5. XXXIII. 15. Eodem modo ἀποβλάστημα (apud Platonem in Sympos. p. 1197. μὴ θαύμαζε, εἰ τὸ αὐτοῦ ἀποβλάστημα φύσει πᾶν τιμᾷ.) et *germen* (apud Ovid. Metam. IX. 280.) de liberis adhibetur. Vide Wetsten. N. T. T. I. p. 657. (qui Hebraice צֶמַח vocatur, quo ipso vocabulo usos esse prophetas V. T. de Messia ex locis Ies. IV. 2. Zach. III. 8. VI. 12. plerique statuunt, aut a *sole*, omnem terrarum orbem luce sua collustrante, (Certe Ies. LX. 19. ἀνατολὴ apud Alexandrinos Hebraico נֹגַהּ *splendor* respondet, ut adeo commode verti possit h. l. *splendor ex alto*.) ob illa loca N. T. haud pauca, in quibus Christus seipsum φῶς τοῦ κόσμου appellat. Ego nihil quidem definire audeo, nec tamen negari posse arbitror, Hebraicum צֶמַח, cui ἀνατολὴ in vers. Alex. haud raro respondet, omnino sæpe *filium, posteros* significare. Conf. Jer. XXIII. 5. ἀναστήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν (צֶמַח צַדִּיק), coll. XXXIII. 15. et Ies. XI. 1.

ἈΝΑΤΡΕ'ΠΩ, fut. ψω, 1) proprie: *everto, subverto*, v. c. ἀνατρέπειν τὰς πόλεις: interdum etiam *prosterno*. Xenoph. Hist. Gr. II. 4. 10. Hesych. ἀνατρέπειν· ἀναστρέφειν. Suid. ἀνατραπέντες· σκελισθέντες· συμπεσόντες. 2) metaphorice: *dejicio de statu, corrumpo, labefacto*, i. q. καταστρέφω. 2 Tim. II. 18. ἀνατρέπουσι τὴν τινῶν πίστιν et quorundam fidem ita labefactant, ut jactura eorum necessaria sit. Tit. I. 11. οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι qui integras familias corrumpunt, dissidia scil. aut errores spargentes. Sæpius in N. T. non legitur. Opportune notavit Palairet. in Obss. Phil. Crit. p. 471. locum Diod. Sic. Lib. I. 77. p. 88. τὴν μεγίστην τὴν παρ' ἀνθρώποις πίστιν ἀνατρεπόντων. Alia loca dedit Wetstenius N. T. Tom. II. p. 359. et Schweighæuser. in Lex. Polyb. p. 42. Gloss. Labefactat, ἀνατρέπει, σαλεύει.

ἈΝΑΤΡΕ'ΦΩ, fut. θρέψω, 1) *enutrio, alo, educo*, ex ἀνὰ et τρέφω *alo*. Act. VII. 20. ὃς ἀνετράφη μῆνας τρεῖς ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ et nutritus fuit tres menses in domo patris sui. ibid. v. 21. καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱὸν ut filii loco educaret. Sapient. VII. 4. ἐν σπαργάνοις ἀνετράφην. Vis præpositionis ἀνὰ in hoc verbo nulla videtur, quam tamen quidam urgent, præcipientes, ἀνατρέφειν, ut nostrum aufziehen, *to bring up*, significare: *alendo et nutriendo facere, ut aliquis augescat et in majorem molem exsurgat*: nam τρέφειν eandem significationem habet. Cf. Irmisch. ad Herodian. I. 2. p. 37. Sed non solum de ea parte educationis, quæ est in alendo et nutriendo, usurpatur, sed de universa, adeoque etiam de παιδεύσει, ut Latinum *educare*. Hinc 2) *instituo, formo, effingo*. Sic Act. XXII. 3. ἀνατεθραμμένος ἐν τῇ πόλει παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ educatus in hac ipsa urbe in schola Gamalielis. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 609.

ἈΝΑΦΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, *ostendo, manifesto, in lucem profero, spectandum prodo*: Polyb. V. 22. 10. et ἀναφαίνομαι *appareo, conspicuus fio, manifestus reddor*, (Aquil. Deut. XXXIII. 3. Alex. Job. XI. 18. XIII. 18. XL. 3.) *solemni et adspectabili modo venio et adsum*. Sic Xenoph. Mem. IV. 3. 4. ἄστρα ἐν τῇ νυκτὶ ἀνέφηναν. Suid. ἀναφαίνεις· φανερὰ ποιεῖς. ἀναφῆναι· ἐκφῆναι. Illustrari exinde possunt duo illa loca N. T. in quibus tantum hæc vox legitur. Alter est Luc. XIX. 11. ὅτι παραχρῆμα μέλλει ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἀναφαίνεσθαι illico sollemni et adspectabili modo Messiam regnum suum esse instauraturum, coll. XVII. 20. Alter vero reperitur Act. XXI. 3. ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον cum apparuissemus Cypro h. e. e longinquo Cyprum conspexissemus, (Dicitur enim ἀναφαίνειν τὴν γῆν nauta, cum e longinquo terram continentem detegit, et ipsa terra, quæ detegitur, a nautis ἀναφαίνεσθαι. Apollod. Biblioth. I. 9. 26. τῷ δὲ παρὰ προσδοκίαν ἀναφανῆναι, προσορμισθέντες Ἀναφὴν ἐκάλεσαν. Conf. Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 521. et Wetstenii N. T. T. II. p. 601.) i. e. ἀναφανείσης τῆς Κύπρου cum insula Cyprus nobis apparuisset. Vide Boisii Collat. p. 455. Syrus sensum non male expressit, habet enim: ܘܡܛܝܢ ܠܓܙܪܬܐ ܠܗ̇ ܩܘܦܪܘܣ cum pervenissemus Cyprum. Cæterum, qui, quam varie hic locus ab interpretibus pariter ac librariis tractatus fuerit, scire cupiat, is adeat Wolfii Curas Philolog. et Crit. T. I. p. 1315. et Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 324 seq.

ἈΝΑΦΕ'ΡΩ, fut. ἀνοίσω, aor. 1. ἀνήνεγκα. Verbum anomalon: 1) proprie significat: *sursum fero, sursum duco, e loco inferiori tollo in altum*. Matth. XVII. 1. καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν et subduxit eos in montem altum. Marc. IX. 2. Polyb. VIII. 31. 1. Hinc ἀναφέρεσθαι de Christi in cœlum abitu usurpatur Luc. XXIV. 51. καὶ ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν et in cœlum paulatim tollitur. 2) metonymice: *sacrificium offero, offero, sacrifico*, ita, ut vel vox θυσίας addatur, v. c. Hebr. VII. 27. πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν. ibid. XIII. 15. ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως. 1 Petr. II. 5. — vel omittatur, v. c. Jacob. II. 21. ἀνενέγκας Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον postquam Isaacum filium aræ mactandum admoverat. Scilicet victimæ solebant attolli in locum superiorem aræ, ad quam per gradus ascendendum erat; propterea Scriptores N. T. non solum verbo ἀναφέρειν usi sunt in re sacrificiali, sed etiam a Judæis ipsa victima, hoc modo oblata, עוֹלָה dicebatur, ab עָלָה *ascendere*, quod substantivum per ἀναφορὰν Alexandrini Psalm. L. 20. et Symmachus Job. XLII. 8. transtulerunt. Ipsam vocem ἀναφέρειν quod attinet, eandum ejus significationem retinuerunt Alexandrini pro הֵבִיא 2 Paral. XXIX. 31. הוֹבִיל, Ies. XVIII. 7. עָשָׂה, 1 Regg. XII. 27. עָלָה in Hiph. Judd. VI. 26. Ex hac vero notione orta est alia, ut nempe 3) *auferre, tollere*, et ex adjuncto *expiare* significaret, non sine respectu ad victimas, ad quas ab Judæorum sacerdotibus peccata populi transferebantur, Levit. XVI. 22. ut hoc ritu symbolico de remissione peccatorum certiores redderentur, ut supra ad αἴρω jam observatum est. Sic legitur Hebr. IX. 28. Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας Christus semel Deo oblatus ad tollenda et expianda peccata multorum. 1 Petr. II. 24. ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον cum nostra scelera corpore suo in cruce expiavit. Ies. LIII. 12. וְהוּא חֵטְא־רַבִּים נָשָׂא Alex. αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκεν. Respondet adeo Hebr. חָטָא *expiavit*. Levit. VI. 26.

ἈΝΑΦΩΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *exclamo, pronuntio, vocem jacto, alta voce pronuncio*. Semel tantum legitur in N. T. Luc. I. 42. καὶ ἀνεφώνησε

(in quibusdam codd. ἀνεβόησε) φωνῇ μεγάλῃ, et magna voce exclamavit. Alex. pro הִשְׁמִיעַ, 1 Chron. XV. 28. 2 Chron. V. 13. usi sunt. Mœris: ἀνακεκραγέναι Ἀττικῶς, ἀναφωνῆσαι, Ἑλληνικῶς. Vide Intt. ad Thom. Mag. s. v. ἀνακραγεῖν et Arrian. Diss. Epictet. III. 10. 4. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀναφωνέω, *vocito, as*, ἀναφωνεῖ, *declamat*.

ἈΝΆΧΥΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *effusio, profusio*, ab ἀναχύω, quod idem significat, ac ἀναχέω *effundo, profundo*. 2) *colluvies, confluxus aquarum*, maxime *putridarum et sordidarum, palus, sentina*, ut ex Strabone III. p. 206. docuit Elsnerus in Obss. S. T. II. p. 410. Vide etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 693. 3) metaphorice: *omne, quod abominabile, turpe et inhonestum est*. 1 Petr. III. 4. μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν non ruentibus vobis in eandem scelerum sentinam, seu, non concurrentibus vobis ad easdem luxuriæ sordes et inquinamenta. Hesychius, hunc locum sine dubio respiciens, ἀνάχυσιν· ῥυπμόν, βλακείαν, i. e. sordes, mollitiem, ῥυπμὸν autem alibi μολυσμὸν, ῥύπον et μίασμα interpretatur. Suid. ex h. l. ἀνάχυσιν· βλακείαν, ἔκλυσιν, quem secuti multi interpretes ἀνάχυσιν l. l. de ipsa mollitie animi viriumque solutione interpretati sunt. Confer Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

ἈΝΑΧΩΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *recedo, regredior, pedem refero, redeo, revertor*: unde a quibusdam grammaticis explicatur εἰς τοὔπισθεν βαδίζω, ut multis exemplis docuit Stephanus in Thes. G. L. T. IV. p. 672. Matth. II. 12. δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν alia via in patriam reversi sunt. ibid. v. 13. ἀναχωρησάντων αὐτῶν postquam illi redierant. Mat. IV. 12. ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, coll. Luc. IV. 14. ὑπέστρεψεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Vid. Wetstenii N. T. T. I. p. 249. 2) *abeo, discedo, secedo*. Matth. IX. 24. ἀναχωρεῖτε discedite. ibid. XV. 21. ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος profectus est in tractum Tyri et Sidonis. ib. XXVII. 5. Marc. III. 7. Joh. VI. 15. Act. XXVI. 31. καὶ ἀναχωρήσαντες ἐλάλουν πρὸς ἀλλήλους et secedentes locuti sunt hoc inter sese. Polyb. I. 11. 15. et XXXIII. 11. 4. 3) *fugio, secedo, salutis, securitatis et incolumitatis causa*. Matth. II. 14. καὶ ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον, coll. v. 13. καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον. ibid. v. 22. ἐφοβήθη — ἀνεχώρησεν. XII. 15. coll. v. 14. XIV. 23. coll. v. 12. Sic apud Herodian. I. 3. 13. ἀνακεχωρήκεσαν δέει τῆς παρουσίας τοιούτου βασιλέως, ubi conf. Irmisch. Homer. Iliad. XVII. v. 729. Arrian. Diss. Epictet. II. 1. 8. Unde haud raro in vers. Alex. Heb. verbis בָּרַח, Exod. II. 15. Hos. XII. 12. et נוּס, 1 Sam. XIX. 10. 2 Sam. IV. 4. respondet. 4) *abire et secedere jubeo, seduco*. Act. XXIII. 19. καὶ ἀναχωρήσας κατ' ἰδίαν seducens eum seorsim. Eodem sensu apud Græcos ἀναχωρίζω sumitur, v. c. apud Xenoph. Cyrop. VII. 1. 20. Anab. V. 2. 9. Suid. ἀναχωρίζει ἀντὶ τοῦ ἀναχωρεῖν ποιεῖ, Ξενοφῶν.

ἈΝΆΨΥΞΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *refrigeratio post æstum, refrigerium, quo recreantur qui æstu fessi sunt, refocillatio, respiratio*, a ψυχὴ *halitus*, ut Hebr. רְוָחָה a רוּחַ, unde Vulgatus, etymologiam premens, Act. III. 19. voce *refrigerium* usus est. Strabo XVII. p. 1137. Deinde 2) *omnis refectio virium, recreatio, remissio corporis post exantlatos labores molestos, liberatio a malis*. Sic רְוָחָה, Exod. VIII. 11, 15. Hinc 3) *omnis felicior, quietus et tranquillus status et conditio*. Act. III. 19. ubi καιροὶ ἀναψύξεως sunt *tempora felicissima Messiæ*, et sensus loci est: *ut participes reddamur felicitatis, per Christum hominibus partæ*. — Hesych. ἀνάψυξις· ἀνάπαυσις.

ἈΝΑΨΎΧΩ, fut. ξω, 1) proprie: *refrigero aliquid nimio æstu exsiccatum, respiro*. Gellius N. A. XIII. 29. 2) *quietem do, reficio, recreo a gravibus et molestis laboribus vel me, vel alios*. Alexandrini usi sunt hac voce ad exprimendum Hebr. נָפַשׁ, quod de omni recreatione a laboribus et molestiis hujus vitæ usurpatur, Exod. XXIII. 12. 2 Sam. XVI. 14. interdum etiam pro רָוַח *respiravit*, 1 Sam. XVI. 23. et הִבְלִיג *recreavit, confortavit se*. Psalm. XXXIX. 19. Herodot. in Polymnia c. 59. 25. ἐς τοῦτον τὸν αἰγιαλὸν κατασχόντες τὰς νέας, ἀνέψυχον ἀνελκύσαντες. Hesiod. Opp. v. 608. Cf. Wesseling. ad Diod. Exc. T. II. p. 627. 3) *recreo, beneficiis afficio*. 2 Tim. I. 16. πολλάκις με ἀνέψυξεν multa ab eo in me redundarunt beneficia. Servavit nobis plures hujus vocis notiones Hesych. ἀναψύξαι· ἀνεμίσαι. — ἀναψύχειν· ῥιπίζειν. — ἀναψύχοντα· ἀναπνέοντα. — ἀναψυχῆναι· ἀναπαύσασθαι. — ἀνέψυξεν· ἀνέπαυσεν, quibus glossis an ad ullum Scriptt. sacr. locum respexerit, ob loca Scriptorum Græcorum plurima, in quibus hæ significationes occurrunt, v. c. Xenoph. Anab. I. 5. 6. VII. 1. 8. jure dubitari potest.

ἈΝΔΡΑΠΟΔΙΣΤΉΣ, οῦ, ὁ, Græcis dicitur *plagiarius, qui variis pravis artibus hominem liberum furatur et allectum aliis servum vendit*. Interdum autem latiori sensu sumtum non solum *eum, qui liberum hominem in servitutem abducit*, sed etiam, *qui aliorum servos et servas rapit et vendit*, significat. Julius Pollux Onom. III. 18. ὁ τὸν ἐλεύθερον καταδουλωσάμενος ἢ τὸν ἀλλότριον οἰκέτην ὑπαγόμενος. Reperitur hoc vocabulum in Aristoph. Plut. v. 521. ubi Schol. εἴρηται δ' ἀνδραποδιστὴς παρὰ τὸ ἄνδρας ἀποδίδοσθαι, τοῦτ' ἔστι πωλεῖν — οὐ μόνον τοὺς ἐλευθέρους δι' ἀπάτης ἀπάγων εἰς δουλείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποσπῶν εἰς ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ ἀπαγαγεῖν ἀλλαχοῦ καὶ διαπωλῆσαι. Idem Etym. M. descendit ab ἀνδράποδον *servus, mancipium*. Hinc ἀνδραποδίζειν *in servitutem redigere, captivum abducere*, αἰχμαλωτίζειν, βιάζειν, Hesychio interprete. Semel tantum hæc vox in N. T. occurrit, 1 Tim. I. 10. ἀνδραποδισταῖς, quibus mulctam mortis destinaverant leges Mosaicæ Exod. XXI. 16. Deut. XXIV. 7. Cf. Marklandus ad Lysiam. Orat. II. 551. Wetstenii N. T. T. II. p. 318. et Valesius in Harpocrat. s. h. v.

ἈΝΔΡΈΑΣ, ου, ὁ, *Andreas*. Nomen proprium viri, quod originis Græcæ (Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 277.) esse videtur. Hoc nomine autem insignitus fuit unus ex duodecim Apostolis, frater Simonis Petri, (Matth. IV. 18.) natione Galilæus, oriundus ex vico Bethsaida, (Joh. I. 45.) discipulus olim Johannis Baptistæ. Evangelium annunciavit Scythis, Sogdianis, Thracibus, Æthiopibus, Achivis. Proconsulis Ægei jussu in urbe Patras cruci affixus est. Vide Eusebii H. E. III. c. 1. et Niceph. lib. II. cap. 39. et lib. III. c. 6. Sæpius in Evangelistarum commentariis commemoratur. Matth. X. 2. Marc. I. 16. XIII. 3. Joh. VI. 18. XII. 22. Cæterum Epiphanius Hæres. 47. 61. 63. commemorat Acta Andreæ, librum spurium, quo utebantur Encratitæ, Apostolici et Origeniani.

'ΑΝΔΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *fortem seu virum reddo,* Notavit quidem Stephanus in Thes. L. Gr. T. I. p. 440. hanc vocem, et a Suida per τὸ ἀνδρὸς τί ποιῆ explicari monuit- ut idem sit, quod ἀνδρίζομαι, sed ita, ut ipse de hac ejus notione dubitasse videatur, nec satis perspicue aliam hujus verbi notionem tradiderit. Effugit vero diligentiam viri locus in Xenoph. Œc. V. 4. τοὺς δὲ τῇ ἐπιμελείᾳ γεωργοῦντας ἀνδρίζει. Medium ἀνδρίζομαι (ab ἀνὴρ, ut הִתְאֹשְׁשׁוּ, Ies. XLVI. 8. ab אִישׁ) *viriliter ago, virum me præsto, mascule me gero,* quod sæpius legitur in vers. Alex. pro חָזַק in Kal et Hithp. Deut. XXXI. 6, 7, 23. Jos. X. 25. Psalm. XXVII. 14. et pro אָמֵץ, 2 Chron. XXXII. 7. Nahum II. 1. semel tantum in N. T. occurrit 1 Cor. XVI. 13. στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε, ubi ἀνδρίζεσθαι videtur esse: *constanter et mascule tueri et defendere religionem christianam,* aut etiam *constanter eam observare,* partim ob seriem orationis, partim ob locum 1 Macc. II. 64. ἰσχύσατε καὶ ἀνδρίζεσθε ἐν τῷ νόμῳ. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀνδρίζου, *viriliter age.* Xenophon. Anab. IV. 3. 34.

'ΑΝΔΡΟ'ΝΙΚΟΣ, ου, ὁ, *Andronicus.* Nomen proprium viri Græcum. Fuit Judæo-Christianus, consanguineus Pauli et una cum Paulo aliquando in vincula conjectus ob religionem christianam. Paulus ipse eum Rom. XVI. 7. ἐπίσημον ἐν τοῖς ἀποστόλοις vocat, non quod ipse fuerit e numero Apostolorum, sed aut, quod fuerit bene notus reliquis Apostolis, aut, quod in numero doctorum fuerit, ab Apostolis rite constitutorum in singulis ecclesiis, quo sensu etiam Titus et Epaphroditus Apostoli vocantur.

'ΑΝΔΡΟΦΟ'ΝΟΣ, ου, ὁ, *homicida,* ab ἀνὴρ *vir,* et φόνος *cædes,* sed in composit. *cædem perpetrans.* Hinc ἀνδροφονέω et ἀνδροφονία, apud Plutarch. Romul. c. 22. Semel tantum in N. T. legitur. 1 Tim. I. 9. πατραλῴαις καὶ μητραλῴαις, ἀνδροφόνοις. Sæpius hæc vox apud Homerum (Vide Eustathium ad Il. Ψ'. p. 1398. 29.) et alios poëtas occurrit, sed usurpatur etiam in prosa, v. c. 2 Macc. IX. 28. Dion. Hal. Ant. I. c. 38. Confer Polluc. Onom. VI. 151. V. 132. et VIII. 50 et 133.

'ΑΝΕ'ΓΚΛΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *qui non in jus vocari potest propter scelus manifestum, criminis expers,* aut *qui in jus vocatur, tamen a judice absolvitur,* ab α priv. et ἐγκαλέω *in jus voco.* Alberti Gloss. N. T. p. 117. ἀνεγκλήτους· ἀνευθύνους (ita etiam Hesych.), ἀπράγμονας. 2) *irreprehensibilis, inculpatus, perfectus, vir vitæ sanctissimæ et inculpatissimæ,* ut loquitur Gellius, non sine omni tamen respectu ad judicia humana. 1 Cor. I. 8. ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους κ. τ. λ. Coloss. I. 22. ἁγίους καὶ ἀμώμους καὶ ἀνεγκλήτους. 1 Tim. III. 10. Vulgatus: *nullum crimen habentes.* Tit. I. 6. 7. Legitur præterea etiam 3 Macc. V. 31. Artemid. Onirocr. V. 38. Xenoph. Hell. VI. 1. 4. Mem. II. 8. 5. Gloss. Vet. ἀνέγκλητος, *inaccusabilis.*

'ΑΝΕΚΔΙΗ'ΓΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *inenarrabilis, ineffabilis,* et de eo dicitur, *quod tantum est, ut explicari, laudari, exponi et celebrari satis nequeat,* ex α priv. et ἐκδιηγέομαι *enarro.* Semel legitur in N. T. 2 Cor. IX. 15. ἐπὶ ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ pro ineffabili ejus beneficio. Arrian. Exped. Alex. p. 310. ed. Gronovii. Hesych. ἀνεκδιήγητον· ἀνεκλάλητον, ἄῤῥητον.

'ΑΝΕΚΛΑ'ΛΗΤΟΣ. ου, ὁ, ἡ, *inenarrabilis, ineffabilis,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum.) *qui verbis satis exprimi nequit,* et plane non differt a præcedente ἀνεκδιήγητος. Descendit autem ab ἐκλαλέω *eloquor, sermone exprimo.* In N. T. tantum legitur 1 Petr. I. 8. ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ summa erit vestra felicitas. Frustra etiam quæritur, ut præcedens, in verss. Græcis V. T. Eunap. Proæres. τὴν ἄλογον ταύτην καὶ ἀνεκλάλητον σωτηρίαν.

'ΑΝΕ'ΚΛΕΙΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Est ἅπαξ λεγόμενον in N. T. *Inexhaustus, nunquam deficiens et cessans, qui nunquam exhauriri et consumi potest,* ab α priv. et ἐκλείπω *deficio, desino.* Luc. XII. 33. θησαυρὸς ἀνέκλειπτος ἐν τοῖς οὐρανοῖς thesaurus, qui non deficit in cœlis; futura nempe illa et æterna felicitas in cœlis. Eodem sensu apud auctorem libri Sapientiæ VII. 14. θησαυρὸς ἀνεκλιπής, et VIII. 18. πλοῦτος ἀνεκλιπὴς legitur. Dubitavit quidem Jensius in Ferculo Litterario p. 47. an vox ἀνέκλειπτος in ullo Scriptore Græco reperiatur, sed legitur apud Diod. Sic. IV. 84. χορηγίαν εἰς τροφὴν ἀνέκλειπτον· et aliis pluribus in locis, quæ collegit Munthe in Obss. Philol. e Diod. Sic. p. 162. Extat etiam ipsa formula Lucæ θησαυρὸς ἀνέκλειπτος apud Stobæum Serm. 182. p. 607. ed. Wechel. observante Palaireto. Confer Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 332. et Scotti Append. Thes. L. Gr. p. 258.

"ΑΝΕΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, etiam 'ΑΝΕΚΤΟ'Σ, ἡ, ὀν, *ferendus, tolerabilis, tolerandus,* ab ἀνέχω *tolero, perfero.* Polyb. XII. 9. 5. Arrian. Diss. Epictet. II. 14. 20. In N. T. comparativus 'ΑΝΕΚΤΟ'ΤΕΡΟΣ, α, ον, *tolerabilior,* tantum legitur Matth. X. 15. ἀνεκτότερον ἔσται *non tam graviter de ea statuetur.* ib. XI. 22. Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται, sc. κρίμα, coll. Matth. XXIII. 14. Tyrum et Sidonem mitius supplicium manet. ib. v. 24. tolerabilior erit conditio. Marc. VI. 11. Luc. X. 12, 14. Usus est etiam hoc comparativo Cic. ad Attic. XII. ep. 45. et positivo ἀνεκτὸν ib. XV. ep. 19. Etym. M. ἀνεκτά· διασχετά. ὑπομονῆς ἄξια, ὑπομονητά. Hesych. ἀνεκτόν· φορητόν, ὑπομονητικόν. —ἀνεκτοτέρων· ἐλαφροτέρων, ἡμερωτέρων.

'ΑΝΕΛΕΗ'ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *immisericors, durus, immanis, crudelis.* Compositum est ex α negat. et ἐλεήμων *misericors.* In N. T. tantum legitur Rom. I. 31. ἀνελεήμονας, ad quem locum Theodoret. τοὺς τῶν θηρίων τὴν ὠμότητα μιμουμένους. Suid. ἀνελεήμονας· τοὺς ἀκαμπεῖς καὶ ἀνενδότους πρὸς ἔλεον. In vers. Alex. sæpius Hebr. אַכְזָר respondet, v. c. Prov. V. 9. XI. 7. XVII. 11.

'ΑΝΕΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *ventilo,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum.) *ventis agito, impello,* ab ἄνεμος *ventus.* Passivum ἀνεμίζομαι *ventis agitor, huc et illuc jactor,* in N. T. tantum legitur Jacob. I. 6. ubi preces faciens animo dubitante et incerto similis esse dicitur κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ fluctibus marinis, qui ventis agitantur. De voce hac, rarissime, aut, quod pæne dixerim, nunquam in veterum Græcorum scriptis occurrente, copiose egit Heisenius in Novis Hypoth. ad Ep. Jacobi p. 438.

"ΑΝΕΜΟΣ, ου, ὁ, 1) *ventus, aëris vaporumque in aëre existentium agitatio, ventus procellosus, secundus et adversus, aurula.* Recte deducitur ab ἄημι *flo, spiro.* Act. XXVII. 15. ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ obniti vento adverso. Matth. VII. 25. ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι καὶ προσέπεσον τῇ

οἰκίᾳ irruerunt venti procellosi in domum istam. ib. XI. 7. κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον arundinem, quavis aura, quovis ventulo agitatam. Interdum tamen adjectivum additur ad naturam venti indicandam, v. c. Matth. XIV. 24. ἐναντίος ὁ ἄνεμος. ib. v. 30. ἄνεμος ἰσχυρός. Jacob. III. 4. ἄνεμος σκληρὸς ventus vehemens, et quæ sunt reliqua. 2) metaphorice ἄνεμος dicitur *omne, quod leve est, inconstans et nullius momenti et pretii*, nam venti motus est incertus et nihil in se solidum et subsistens habet. Ephes. IV. 14. καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας et qui se dubios et incertos reddi, abripi etiam patiuntur quavis doctrina inani, a veritate plane aliena, omni adeo veri specie carente. Sic רוּחַ sumitur Job. VI. 26. XV. 2. ut bene docuit et exemplis aliis comprobavit Glassius in Philol. S. p. 1066. ed. Dathii, omisso tamen loco insigni Sirac. V. 9. μὴ λίκμα ἐν παντὶ ἀνέμῳ καὶ μὴ πορεύου ἐν πάσῃ ἀτραπῷ. Suidas: ἀνέμου παιδίον, ἐπὶ τῶν εὐμεταβόλων καὶ κούφων. 3) *regio, plaga, unde venti spirant;* et οἱ τέσσαρες ἄνεμοι dicuntur κατ' ἐξοχὴν quatuor terræ plagæ, unde quatuor venti cardinales (qui κατ' ἐξοχὴν οἱ τέσσαρες ἄνεμοι τῆς γῆς Apoc. VII. 1. vocantur) flare solent, quæ etiam Hebræis אַרְבַּע רוּחוֹת vocantur 1 Chron. IX. 24. Ezech. XXXVII. 9. interdum etiam כָּל־רוּחַ, Jer. XLIX. 32. Adde Joseph. B. J. VII. 13. 12. Sic Matth. XXIV. 31. ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων congregabunt cultores ejus e quatuor terræ plagis. Marc. XIII. 27. coll. Luc. XIII. 29. Conferri etiam possunt, quæ Bielius in Novo Thes. Philolog. s. h. v. et Wetstenius in N. T. T. I. p. 503. de hac loquendi ratione notarunt.

'ΑΝΕ'ΝΔΕΚΤΟΝ, ου, τὸ, ***quod fieri aut contingere non potest, impossibile, quod fieri aut contingere aliter non solet***, ex α priv. et ἐνδέχεσθαι, quod de iis usurpatur, quæ possunt et solent evenire. Sic semel legitur in N. T. Luc. XVII. 1. ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν σκάνδαλα non contingit, ut scandala non perpetrentur, quod Matthæus XVIII. 7. sic expressit: ἀνάγκη ἐστὶν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. Theophyl. per ἀδύνατόν ἐστι interpretatur, ut idem sit, quod οὐκ ἐνδέχεται apud Arrian. I. 19. ab Hesychio per ἀδύνατόν ἐστι expositum. Aliena vero plane a N. T. libris est glossa ejusdem Hesychii: ἀνένδεκτον· ἀπαράδεκτον, ab Ernesti tamen inter glossas sacras relata, qua, quæ sit hujus verbi per compositionem significatio, scilicet: *non receptus, non recipiens*, a δέχεσθαι *capere, continere*, indicare voluit.

'ΑΝΕΞΕΡΕΥ'ΝΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *imperscrutabilis, qui cognosci, perspici et indagari, viribus humanæ rationis sibi relictæ frustra tentatis, non potest*, ex α priv. et ἐξερευνάω *perscrutor, scrutor omni studio.* Semel in N. T. legitur Rom. XI. 33. ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ quam imperscrutabilia sunt decreta divina, aut ratio Dei agendi, regendi et gubernandi hoc universum. Cæterum in fragmentis Aquilæ Prov. XXV. 3. occurrit pro אֵין חֵקֶר, et Symmachus Jerem. XVII. 9. ἀνεξερεύνητος ἡ καρδία posuit loco Hebr. עָקֹב הַלֵּב, h. e. animus, multos recessus habens. Suid. et Phavor. ἀνεξερεύνητον· τὸ μὴ ἐπιδεχόμενον ἔρευναν. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀνεξερεύνητος, *inextricabilis.*

'ΑΝΕΞΙ'ΚΑΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui æquo ac magno animo mala et injurias æque ac aliorum errores et vitia perfert, patiens, tolerans malorum*, ab ἀνέχομαι *tolero, sustineo*, et κακὸν *malum, incommodum hujus vitæ.* Semel in N. T. legitur 2 Tim. II. 24. δοῦλον Κυρίου δεῖ εἶναι ἀνεξίκακον doctorem christianum oportet esse commodum et facilem, seu multas devorare molestias. Lucian. Judic. Vocal. c. 9. ἀνεξίκακον γράμμα, *litera injuriarum patiens*, seu *quæ nulli nocere studet.* Gloss. Vet. ἀνεξίκακος· *patiens.* Hesych. ἀνεξίκακος· ὑποφέρων κακά. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 360. Substantivum ἀνεξικακία *patientia* a Vulgato vertitur Sapient. II. 19. et ab auctore Etym. M. explicationis causa additur παρὰ τὸ ἀνέχεσθαι τῆς κακίας, ἢ διὰ τὸ μὴ ἔχεσθαι κακίας. Verbum ἀνεξικακέω sæpe in Scriptoribus ecclesiasticis obvium esse, eoque inprimis Cyrillum Alexandr. delectatum esse, Suicerus ostendit in Thes. Eccles, T. I. p. 336. Adde Pollucis Onom. V. 138.

'ΑΝΕΞΙΧΝΙ'ΑΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *qui investigari non potest, cujus nulla vestigia supersunt, impervestigabilis*, ex α priv. et ἐξιχνιάζω *investigo*, quod est ab ἴχνος *vestigium.* Sed deinde metaphorice sumitur et 2) de *omni* dicitur, ***quod mens humana non satis assequi***, *investigare et perspicere valet*, i. q. ἀνεξερεύνητος. Bis legitur in N. T. Rom. XI. 33. καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ providentia divina ingenio humano penetrari non potest. Ephes. III. 8. τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ gratiam et benignitatem Christi, quæ tanta est, ut ejus magnitudinem et dignitatem nulla mens humana capere possit. Orat. Manass. v. 6. ἀνεξιχνίαστον τὸ ἔλεος. In vers. Alex. Hebr. אֵין חֵקֶר Job. V. 9. IX. 10. respondet. Hesych. ἀνεξιχνίαστος· ἀκατάληπτος. Suid. ἀνεξιχνίαστον· ἀνεξερεύνητον, οὗ μηδὲ ἴχνος ἐστὶν εὑρεῖν. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀνεξιχνίαστος, *investigabilis.*

'ΑΝΕΠΑΙ'ΣΧΥΝΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *is, qui omnem pudorem deposuit, qui est perfrictæ frontis, impudicus, qui non erubescit*, ex α priv. et ἐπαισχύνομαι *erubesco.* Deinde in bonam partem etiam accipitur ut ita dicatur 2) *is, qui ea agit, quorum eum pudere non debet, inculpatus, irreprehensibilis.* 2 Tim. II. 15. ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον doctorem, qui strenue munere suo et ita fungitur, ut nulla neglecti officii memoria pudorem ipsi injiciat. Sæpius non legitur, nec in verss. Gr. V. T. occurrit. Veterum SS. loca nonnulla, ubi adverbium ἀνεπαισχύντως occurrit, laudavit Wetstenius N. T. T. II. p. 358.

'ΑΝΕΠΙ'ΛΗΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *qui non apprehendi potest*, ab ἐπιλαμβάνω *capio, apprehendo.* Est autem, ut bene docuit Krebsius in Observatt. Flav. p. 351., hæc vox e palæstra veterum petita, et de *pugile* usurpabatur, qui ab utraque corporis parte satis munitus neque adversarii ictibus expositus est. Hinc factum est, ut ἀνεπίληπτος sensu metaphorico diceretur 2) *prudens et cautus in rebus agendis, in quo nullus patet reprehensioni locus, cui nihil objici, nihil crimini dari potest*, qui a Græcis ἀνεπίκλητος vulgo vocatur. Et in hoc metaphorico sensu ter legitur in N. T. 1 Tim. III. 2. δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον εἶναι, h. e. interprete Theophyl. ὡς μήτε ἄλλους αὐτοῦ μήτε αὐτὸν ἑαυτοῦ ἐπιλαμβάνεσθαι. ib. V. 7. VI. 14. ubi ἀνεπίληπτος videtur esse, qui munere suo strenue fungitur, ὁ τὰ δέοντα πράττων. Eurip. Orest. 920. ἀνεπίληπτον ἠσκηκὼς βίον, ubi Schol. ἀναμάρτητον, ἀδιάφθορον, ἀβλαβῆ, οὐκ ἄξιον ἐπιπλήττεσθαι. Thucyd. V. 17. τοῖς ἐχθροῖς ἀνεπίληπτος εἶναι. Schol. μὴ ἂν παρέξων κατηγορίας ἀφορμήν. Plutarch. de

Puer. Educ. c. VII. § 5. τοῖς βίοις ἀδιάβλητοι καὶ τοῖς τρόποις ἀνεπίληπτοι. Hesych. ἀνεπίληπτον· ἄμεμπτον, ἀκατάγνωστον. Glossar. Vet. apud Labbæum p. 13. ἀνεπίληπτος, *irreprehensibilis.* Pollux Onom. VIII. 168.

'ΑΝΕ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. ἀνελεύσομαι, 1) proprie: *ascendo.* Joh. VI. 3. ἀνῆλθε δὲ εἰς ὄρος 'Ιησοῦς ascendit vero in montem Jesus, 2) ut ἀναβαίνω, *iter facio per loca et ad loca edita, proficiscor in regionem superiorem,* et maxime de iis usurpatur, qui Hierosolymam, in monte sitam, petebant. Sic Galat. I. 17. οὐδὲ ἀνῆλθον (in quibusd. codd. ἀπῆλθον) εἰς 'Ιεροσόλυμα, ubi tamen vertendum est: *nec redii Hierosolymam,* ex usu loquendi, ab Hesychio jam notato, ἀνερχομένῳ· ὑποστρέφοντι. ibid. v. 18. Arrian. de Exped. Alexan. Lib. I. c. 11. s. 12. ἀνελθόντα εἰς Ἴλιον. In vers. Alex. τῷ הָלַךְ *proficisci* respondet 2 Regg. XIII. 12.

"ΑΝΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie sensu physico: *relaxatio, remissio,* ab ἀνίημι *remitto, relaxo.* Hanc propriam notionem respexit sine dubio Lucas Act. XXIV. 23. διαταξάμενος τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον ἔχειν τε ἄνεσιν præcipiens, ut asservaretur Paulus haberetque relaxationem, scil. vinculorum, h. e. ut remissius haberetur, seu, in libera custodia esset: unde Paulus, quia remissius habebatur in hac custodia, ἄνεκτος vocatur ab Eusebio H. E. II. c. 22. 2 Chron. XXIII. 15. וַיָּשִׂימוּ לָהּ יָדַיִם Alex. καὶ ἔδωκαν αὐτῇ ἄνεσιν. Plato de Repub. I. ἐν τῇ ἐπιτάσει καὶ ἀνέσει τῶν χορδῶν. coll. Etymol. M. 365. 34. 39. Ἄνεσις καὶ σχολὴ legitur apud Polybium I. 66. 3. 2) metaphorice: *tranquillitas animi, gaudium, hilaritas.* 2 Cor. II. 12. οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου fui admodum sollicitus, non potui animo placido et tranquillo esse. 3) per metaphoram: *requies, liberatio ab ærumnis, laboribus et molestiis hujus vitæ, sive in hac, sive in futura vita.* 2 Cor. VII. 5. οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν vix respirare nobis licuit a malis et calamitatibus, seu, indesinenter nobis cum afflictionibus pugnandum fuit. 2 Thess. I. 2. καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν et vobis afflictis æque ac nobis requiem ab his afflictionibus in futura vita. coll. Apoc. XIV. 13. Conf. Lœsner. Observatt. Philon. p. 383. 4) *prosper rerum status, abundantia, commoditas rerum.* 2 Cor. VIII. 13. οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλίψις non postulo, ut aliis bene sit, vobis autem male; alii abundent, vos laboretis penuria. coll. v. 14. Hesych. ἄνεσις· ἀνάπαυσις.

'ΑΝΕΤΑ'ΖΩ, fut. άσω, in universum notat: *examinare, explorare aliquid, quocunque modo hoc fiat,* et idem valet ac ἐξετάζω, quod proprie de *auro* et *metallis, quæ lapide explorantur,* dicitur. Deinde vero, ut simplex ἐτάζω, (Sapient. II. 10.) idem valet quod βασανίζω, adeoque significat: *dare aliquem in tormenta, tradere tormentis, per tormenta quæstionem habere de aliquo.* Si ipsum autem genus tormentorum additur, est per *quæstionem habere de aliquo, inquirere, quæstioni subjicere,* reddendum. En! ipsa exempla. Act. XXII. 24. εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν jussit, ut in eum flagris inquireretur. ib. v. 29. ἀπέστησαν οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν discesserunt ab eo, qui erant de eo quæstionem habituri per flagra. Sæpius in N. T. non legitur. Ipsa tormenta ἐτασμὸς vocantur 2 Macc. VII. 37. Propriam *inquirendi, percontandi* et *sciscitandi* notionem confirmatam videmus locis Hist. Susann. v. 14. ἀνετάζοντες ἀλλήλους τὴν αἰτίαν. et Judd. VI. 29. ubi in vers. Alex. ἀνετάζειν in Alex. A. et Compl. Codicibus Hebr. דָּרַשׁ respondet.

"ΑΝΕΥ. Præpositio regens genitivum, *sine, absque, citra.* Matth. X. 29. ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν inscio et invito Deo patre vestro. Hanc enim notionem ἄνευ τινὸς haud raro habet in Scriptoribus Græcis, ut sit: *inscio et invito aliquo, sine alterius consilio et voluntate.* Sic Thucyd. I. c. 91. ἄνευ ἐκείνων ἔφασαν γνόντες τολμῆσαι. Conf. Duker. ad Thucyd. IV. 78. 1 Petr. III. 1. ἄνευ λόγου *sine institutione,* ita, ut ne opus quidem sit institutione. Eodem modo ἄνευ, ut sit: *sine alterius auxilio et subsidio,* legitur apud Homer. Odyss. II. v. 372. ἐπεὶ οὔ τι ἄνευ Θεοῦ ἥδε γε βουλή. 1 Petr. IV. 9. ἄνευ γογγυσμῶν sine murmuratione. In vers. Alex. Hebr. בִּלְעֲדֵי, 2 Regg. XVIII. 25. Ies. XXXVI. 10. בְּלִי, Job. XXXI. 39. et בְּלֹא, Ps. XLIV. 12. Ies. LV. 1. respondet.

'ΑΝΕΥ'ΘΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie, vi etymologiæ, *non bene positus* seu *dispositus, non appositus* dicitur, nam est ex α priv. et εὔθετος *bene positus, appositus.* Sed deinde 2) *incommodus, non opportunus, non aptus, non idoneus.* Et sic semel tantum legitur in N. T. Act. XXVII. 12. ἀνευθέτου τοῦ λιμένος cum portus non aptus esset ad hiemandum, ut reddidit interpres Vulgatus. Hesychius, hunc locum fortasse respiciens, ἀνευθέτου· ἀχρήστου. Idem habet Glossar. Gr. N. T. p. 85.

'ΑΝΕΥΡΙ'ΣΚΩ, fut. ήσω, *reperio, invenio,* ita, ut nulla emphasis in particula ἀνὰ quærenda sit; quod jam viderunt grammatici veteres, qui, ut compositum ἀνευρίσκειν a simplici εὑρίσκειν minime differre ostenderent, partim ἀνευρίσκειν per εὑρίσκειν explicarunt, v. c. Hesych. ἀνευρόντες· εὑρόντες, partim ad hanc vocem repetierunt observationem illam, a nobis supra jam ad ἀνασταυρόω satis exemplis comprobatam, ἀνὰ in compositione haud raro otiosum esse; v. c. Suid. ἀνεῦρον· καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριὰμ καὶ τὸν 'Ιωσήφ. ὅτι ἡ ἀνὰ πρόθεσις χάριν κόσμου κεῖται· quæ glossa sacra Suidæ effugit diligentiam Ernesti. De canibus proprie adhiberi docuit Pollux Onom. V. 64. In N. T. bis legitur. Luc. II. 16. καὶ ἀνεῦρον τήν τε Μαριάμ. Act. XXI. 4. καὶ ἀνευρόντες τοὺς μαθητὰς cum reperissemus Christianos, Tyri degentes. Cæterum nihili est, certe non ubique valet observatio Wolfii in Curis Philolog. T. I. p. 1316. dum præcipit, habere verbum ἀνευρίσκειν in *præsenti* tempore significationem *quærendi,* in *aoristo secundo* autem *inveniendi, quod quæsivimus,* adducto loco Arriani Epictet. II. 11. καὶ διατί οὐ ζητοῦμεν αὐτὸν καὶ ἀνευρίσκομενον, καὶ ἀνευρόντες λοιπὸν ἀπαραβάτως χρώμεθα; nam partim locus Arriani mihi quidem plane alienus a re præsenti videtur, partim contrarium ex ipso Xenophonte Mem. II. 9. 3. probari potest.

'ΑΝΕ'ΧΩ, fut. έξω, *sustineo, onus susceptum* seu *impositum fero.* Sic Ælian. V. H. IX. 3. χρυσοῖ κίονες τὸν ὄροφον αὐτῆς ἀνεῖχον. Interdum etiam *coërceo, contineo,* Herodian. I. 6. 23. Sirac. XLVIII. 3. Sed nunquam forma activa in N. T. legitur, semper media ἀνέχομαι, quæ, quanquam propria significatione non differt ab activa, tamen frequentius metaphorice sumitur, ut sit: *se coërcere, continere se ipsum* (Herodot. VIII. 26. οὐκ ἠνέσχετο σιγῶν) et ex adjuncto: *patienter perferre, et tolerare vel rem* (2 Macc. IX. 12.) *vel personam, æquum animum præstare,* interdum etiam pro diversitate subjecti *patienter audire, assensum præbere.* Construitur autem in Græcis quidem Scriptoribus non solum cum

genitivo, Herodian. VIII. 5. 9. sed etiam cum accusativo, Herodot. I. 196. VII. 149. (Vide et Schweighæuseri Lex. Polyb. p. 47.) in N. T. vero genitivum interdum, etiam dativum adjunctum habet. Sic Matth. XVII. 17. ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; quousque vestræ incredulitati indulgeam? Marc. IX. 9. Luc. IX. 41. Act. XVIII. 14. κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν aures præberem vestræ delationi, aut admitterem eam. Sic ἀνέχεσθαι *patienter audire* notat apud Symm. Job. XXI. 3. Adde Polyb. IX. 30. et p. 873. ed. Gronov. Herodian. I. 17. 10. et II. 10. 12. 1 Cor. IV. 12. διωκόμενοι ἀνεχόμεθα persecutiones patienter perferimus. 2 Cor. XI. 1. ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ utinam paululum perferretis me jactabunde loquentem. ibid. v. 4. καλῶς ἠνείχεσθε non indignaremini. ib. v. 19. ἀνέχεσθε ἀφρόνων, et v. 20. Ephes. IV. 2. ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ amanter et benevole aliorum perferte vitia et errores. Coloss. III. 13. 2 Thess. I. 4. ταῖς θλίψεσιν αἷς ἀνέχεσθε. 2 Tim. IV. 3. τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται veram et salutarem doctrinam christianam repudiabunt. Hebr. XIII. 22. ἀνέχεσθε τοῦ λόγου τῆς παρακλήσεως admittite nec ægre ferte monita mea. Respondet autem ἀνέχεσθαι in vers. Alex. τῷ הִתְאַפֵּק, *continere, reprimere se.* Ies. XLII. 14. LXIV. 12. Hesych. ἀνέξεται· ὑπομενεῖ, ἐνδέχεται, μακροθυμεῖ. ἀνέξομαι· ὑπομενῶ. — οὐκ ἀνέχομαι· οὐ καταδέχομαι. Cf. etiam Irmisch. ad Herodi. I. 6. 23. p. 227.

ἈΝΕΨΙΟ'Σ, οῦ, ὁ. Olim videtur latius patuisse significatio hujus vocabuli, et de *omnibus, qui sunt conjuncti inter sese cognatione et sanguine*, usurpatum fuisse, ut ex etymologia fortasse colligi posset, nam descendere videtur ab ἀνάπτω *annecto, conjungo.* Sed successu temporis ἀνεψιοὶ tantum *fratris aut sororis liberi, consobrini* dicebantur. Sic semel legitur in N. T. Coloss. IV. 10. Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς Βαρνάβα Marcus Barnabæ consobrinus. Pro בְּנֵי דוֹד in vers. Alex. Num. XXXVI. 11. legitur. Tob. VII. 2. Hesych. ἀνεψιοί· ἀδελφῶν υἱοί. Idem tradit præter Ammonium Scholiastes ad Lycophron. Cassandr. v. 547. qui addit οἳ καὶ καλοῦνται ἐξάδελφοι. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 295. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀνεψιός, *adfinis, consobrinus, frater patruelis.*

ἌΝΗΘΟΝ, ου, τὸ, *anethum*, herbæ genus, satis notæ, qua multæ res olim condiebantur, (testibus Suida et Columella XII. 8.) et morbi quidam depellebantur, et secundum auctorem Etym. M. ita dictæ παρὰ τὸ ἄνω θεῖν, h. e. quod cito crescat, aut crescendo in altum tendat. Fuisse *anethum* olim consuetum ac vilem Græcorum cibum, Spanhemius docuit ad Aristoph. Nub. v. 978. Usus est etiam hac voce Aristophanes in Thesmoph. v. 493. ubi inter medicamina refertur. In N. T. semel legitur Matth. XXIII. 23. ubi pro quovis vili ciborum genere ponitur. Cf. Ol. Celsii Hierobot. T. I. p. 494 seq.

ἈΝΗ'ΚΩ, proprie: *ascendo, pervenio, porrigor, pertingo, pertineo*, ex ἀνὰ et ἥκω. 1 Macc. X. 40. ἀπὸ τῶν τόπων ἀνηκόντων a locis, meo domino subjectis. ibid. v. 42. XI. 35. 2 Macc. V. 8. Conf. Dukerus ad Thucyd. IV. 35. Impersonale ἀνήκει *decet, convenit*, (Herodot. VI. 109.) et ἀνῆκον *quod convenit, decorum est atque decens.* Ephes. V. 4. τὰ οὐκ ἀνήκοντα quæ Christianorum gravitati non conveniunt. Coloss. III. 18. ὡς ἀνῆκεν ἐν Κυρίῳ ut christianas mulieres decet. Philem. v. 8. ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον injungendi tibi id quod est tui officii. Suid. ἀνῆκον· πρέπον. Interdum ἀνῆκον omittitur in oratione, v. c. Luc. XIV. 28. τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν, scilicet ἀνήκοντα, quæ ad ædes perficiendas requirantur. ibid. v. 32. ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην, scilicet ἀνήκοντα, pacis conditiones. Act. XXVIII. 10. τὰ πρὸς τὴν χρείαν, sc. ἀνήκοντα. Alia hujus ellipseos exempla dedit El. Palairet. in Observatt. Philol. Crit. p. 348.

ἈΝΗ'ΜΕΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *immansuetus, immitis, inhumanus, ferox, qui feris et agrestibus moribus aliis molestus est*, ex α priv. et ἥμερος *mansuetus, mitis.* Semel legitur in N. T. 2 Tim. III. 3. ubi Œcumenius ἀνήμερος per ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος explicat. Ab Arriano in Epictet. I. 3. ἄγριοι, θηριώδεις καὶ ἀνήμεροι junguntur. Dion. Hal. Ant. I. c. 41 et 42. Hesych. ἀνημέρων· ἀγρίων. Alberti Gloss. N. T. p. 163. ἀνήμεροι· ἄγριοι.

ἈΝΗ'Ρ, δρὸς, ὁ, 1) *vir*, respectu ad ætatem, *ætatem virilem habens, qui ad maturam et adultam ætatem pervenit.* 1 Cor. XIII. 11. ὅτε δὲ γέγονα ἀνὴρ vir plenæ ætatis factus, ubi opponitur τῷ νήπιος, ad imitationem Hebr. אִישׁ, 1 Sam. XVII. 33. Etym. M. ἄνδρα. τὸν ἀνδρὸς ἡλικίαν ἔχοντα. Sic et legitur apud Homerum Odyss. XI. v. 448. νήπιος, ὅς που νῦν γε μετ' ἀνδρῶν ἵζει ἀριθμῷ. 2) *vir*, respectu ad sexum, *mas*, quatenus fœminæ opponitur. Et sic vel centies in N. T. legitur, sed pauca eaque selecta loca sufficiant. Matth. XIV. 21. οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες πεντακισχίλιοι χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων. XV. 38. Marc. VI. 44. Eodem sensu אִישׁ, Genes. II. 23. VII. 2. legitur. 3) *homo*, nulla habita ætatis et sexus ratione, *sive sit mas, sive fœmina, sive juvenis sit, sive jam et adultam ætatem pervenerit.* Luc. XI. 31. μετὰ τῶν ἀνδρῶν τῆς γενεᾶς ταύτης contra hujus ætatis homines. Matth. VII. 24. ἀνδρὶ φρονίμῳ. v. 26. ἀνδρὶ μωρῷ. Act. IV. 4. V. 36. Jacob. I. 20. In plurimis vero locis N. T. in quibus ἀνὴρ hanc notionem habet, aut plane superfluum est, et in versione commode omitti potest, aut per *quidam, aliquis, quilibet, unusquisque* reddendum erit; ponitur enim a Scriptoribus N. T. fere tum, ubi Græci pronomen indefinitum τὶς posuissent. Prioris observationis exempla hæc sunto e multis: Rom. IV. 8. μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος τὴν ἁμαρτίαν, ubi μακάριος ἀνὴρ pro μακάριος ad imitationem Hebraici אַשְׁרֵי הָאִישׁ, Psalm. I. 1. positum est. Rom. XI. 4. Jacob. I. 8, 12 et 23. III. 2. Posterioris observationis veritas locis sequentibus confirmatur. Luc. I. 27. πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ ad virginem desponsatam cuidam Josepho. V. 18. IX. 38. ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου quidam e turba. Joh. I. 30. Act. III. 14. ἄνδρα φονέα homicidam. VI. 11. IX. 38. X. 5, 28, 30. XI. 13. Et quanquam negari nullo modo potest, Hebræos etiam vocabulo אִישׁ ita usos fuisse, ut partim pro *aliquis, quisquam, quilibet*, v. c. Prov. VI. 27, 28. Cohel. VI. 3. posuerint, partim ornatus magis, quam sensus causa addiderint, v. c. Zach. VIII. 23. et Scriptores N. T. etiam hac in re imitatos esse Scriptores Judaicos, concedendum tamen erit, in hoc dicendi genere omnes fere populorum cultorum linguas convenire. Certe Græcos Scriptores quod attinet, non uno in loco ἀνὴρ ita posuerunt, ut ei notionem *hominis* vel distributive, vel indefinite subjicerent: v. c. Callim. Hymn. in Jovem v. 25. Xenoph. Œconom. I. 7. Ælian. V. H. XII. 56. confer Abresch. ad Æschylum Lib. III. p. 71. Eosdem constat ἀνὴρ haud raro ornatus causa addidisse, ubi sensus

causa commode abesse poterat; v. c Eurip. Hecub. v. 644. Palæph. de Incredib. c. 38. confer Munker. ad Antonin. Liberal. Metam. p. 284 seq. 4) *maritus*, ita, ut opponatur ἡ γυνὴ *uxor*. Marc. X. 12. καὶ ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς. Luc. II. 36. ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ post septem annos matrimonii. XVI. 18. ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς dimissam a marito. Joh. IV. 16, 18. 1 Cor. VII. 2, 3. Sirac. IV. 10. Eodem modo Hebraicum אִישׁ, cum refertur ad feminam, *maritum* notat. Jerem. III. 1. Hos. II. 7. Theophrast. Char. XIII. 3. Xenoph. Mem. II. 2. 5. Etym. M. ἄνδρα· τὸν γήμαντα. Sic etiam *vir* legitur apud Terent. Hecyr. Act. V. sc. 1. Singulari autem quodam modo formula ἔχειν ἄνδρα, Galat. IV. 27. de *uxore* usurpatur, *quæ fœcundum habet conjugium*, cui opponitur ἡ ἔρημος, h. e. στεῖρα. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀνὴρ, *maritus*. 5) *sponsus, desponsatus*. Matth. I. 16. ubi Josephus vocatur ὁ ἀνὴρ Μαρίας h e. sponsus Mariæ, ut jam vidit auctor versionis Æthiopicæ, qui usus est verbo פחד sponsus. ibid. v. 19. coll. Luc. I. 27. Apoc. XXI. 2. Causa hujus significationis repetenda videtur a jure desponsationis apud Judæos, quod a jure matrimonii parum aut nihil differebat. Confer Surenhusii Βίβλος Καταλλαγῆς p. 137. unde desponsata æque ac sponsus אֵשֶׁת et אִישׁ ab Hebræis vocabatur, Genes. XXIX. 21. Deut. XXII. 23. Conf. etiam Eustath. ad Hom. Odyss. I. 56. et Libanii Ep. 658. qui τῆς Πηνελόπης τὸν ἄνδρα Penelopes sponsum dixit. Vicissim νυμφίος de *marito* adhibetur apud Aristoph. Thesmoph. v. 32. Zonaras Lex. c. 170. ἄνδρα, ἀντὶ τοῦ μνηστῆρα, ὡς τό· τὸν ἄνδρα Μαρίας. 6) *vir honoratus, eximius et præstans, qui opibus et dignitate valet*, ita, ut sit nomen honoris, qui in allocutionibus et compellandi formulis maxime veteres utebantur ad captandam benevolentiam auditorum, et plane respondeat Hebraico אִישׁ, quod ab Arabico ايس *vis, robur*, recte deductum, interdum ab אָדָם et אֱנוֹשׁ ita distinguitur, ut hæc quidem vocabula *hominem vilem, ignobilem, calamitosum* et *ærumnosum* significent, illud vero de *homine potente* et *nobili* usurpetur, v. c. Ps. XXII. 7. XLIX. 3. Commode vero huc referri possunt loca N. T. hæc: Luc. XXIV. 19. ὃς ἐγένετο ἀνὴρ προφήτης qui fuit insignis propheta. Act. II. 22. ἄνδρα ἀπὸ Θεοῦ insignem doctorem divinum. VIII. 27. ἀνὴρ Αἰθίοψ vir potens Æthiops. XIV. 15. O viri, cur ista facitis? XVII. 12, 22. ἄνδρες Ἀθηναῖοι. XIX. 25. Jacob. II. 2. (Loca vero Act. XXVII. 10, 21, 25. aliena mihi a re præsenti videntur, nam ibi ἄνδρες valet id, quod Latinorum *O mei* et compellatio amica magis est quam honorifica.) Nec desunt exempla e Græcis Scriptoribus. Sic v. c. Jupiter apud Lucianum in Jove Tragœdo c. 15. deos alloquens introducitur: ὦ ἄνδρες θεοί. Et apud Athenienses constat compellationem ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι semper aliquid honorificum habuisse, qua totus populus mirifice delectatus esse legitur. Idem valet de formula: ἄνδρες Ἕλληνες, ἄνδρες Πέρσαι et aliis, quæ Schwarzius in Commentar. G. L. p. 113. collegit. Locus vero Jacob. II. 2. ubi ἀνὴρ, quod omnis orationis series docet, *virum potentem, divitem et omnibus hujus vitæ bonis affluentem* notat, mirifice illustratur loco Sirac. X. 26. ubi hæc leguntur: οὐ δίκαιον ἀτιμάσαι πτωχὸν συνετὸν, καὶ οὐ καθήκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν. ubi confer Vulgat. et Syrum interpretem. Apud Symm. Ps. LXXXVIII. 20. Hebr. גִּבּוֹר respondet. Quod vero ad locum Act. VIII. 27. attinet, ut probetur, ἄνδρα etiam *principem, ministrum, in dignitate constitutum* significare, conferenda sunt loca 1 Macc. II. 25, 31. VI. 57. de quibus a nobis uberius disputatum est in Spicilegio I. Lexici Bieliani p. 11 seq. 7) Nominibus propriis et vocabulis locorum junctum ἀνὴρ *eum* notat, *qui alicubi est et versatur, civem, incolam*. Sic Matth. XIV. 35. οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου incolæ hujus regionis. Luc. XI. 32. ἄνδρες Νινευὶ, Ninevitæ, qui Matth. XII. 41. ἄνδρες Νινευῖται vocantur, ut Thebani ἄνδρες Θηβαῖοι ab Ælian. V. H. II. 7. Imitati autem sunt Scriptores N. T. Hebræorum dicendi consuetudinem, cujus vestigia reperiuntur Genes. XIX. 4. XXVI. 7. אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם 1 Sam. V. 7. אַנְשֵׁי־אַשְׁדּוֹד. 8) *miles*. Luc. XXII. 63. ubi per τοὺς ἄνδρας sunt Romani milites intelligendi, coll. Joh. XVIII. 3. Homer. Iliad. I. 7. ἄναξ ἀνδρῶν. Etiam apud Polybium II. 64, 6. ἄνδρες opponuntur τῷ ἡγεμόνι. Virgil. Æn. XII. v. 709.

ἈΝΘΙΣΤΗΜΙ, fut. ἀντιστήσω, 1) proprie: *oppono, resisto, repugno*, ita, ut de militibus usurpetur, qui hostibus aggressuris strenue armis resistunt, ut vel ex loco Ephes. VI. 13. ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι, colligi potest, etiamsi verba ipsa in hoc certe loco non proprie posse accipi quisque videt. Observavit etiam P. Faber in Agonist. Lib. I. c. 12. ἀντιστῆναι etiam *pugiles* dictos esse, *qui contra adversarios invicti stabant*. Hinc 2) metaphorice notat: *renitor, resisto, quocunque modo hoc fiat, seu efficio, ne, quod alter vult aut molitur, fiat et obtineatur*, ita, ut in singulis locis pro subjecti aut rei diversitate variis modis verti et exponi sensus causa possit. Matth. V. 39. μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ injuriam illatam non vicissim rependendam esse. Luc. XXI. 15. σοφίαν ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντιστῆναι sapientia cui *impares* erunt. Act. VI. 10. ubi idem fere legitur. Act. XIII. 8. ἀνθίστατο αὐτοῖς Ἐλύμας *adversarium se eorum præstitit*. Rom. IX. 19. τῷ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; quis decreta ejus *irrita reddere* valet? ibid. XIII. 2. οἱ δὲ ἀνθεστηκότες qui vero *obsequium denegant* — τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν *opponit se* instituto divino. Galat. II. 11. κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην palam ei *contradixi*. Ephes. VI. 13. ut possitis *constanter tueri ac observare religionem christianam*. 2 Tim. III. 8. ἀντέστησαν Μωϋσεῖ *rebellabant* contra Mosen. IV. 15. ἀνθέστηκεν τοῖς ἡμετέροις λόγοις propagationem doctrinæ nostræ *impedire* admodum conatus est. Jacob. IV. 7. ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ imperio vitiositatis vos subjicere nolite. 1 Petr. V. 9.

ἈΝΘΟΜΟΛΟΓΕ´Ω, ῶ, fut. ήσω, vel potius ἈΝΘΟΜΟΛΟΓΕ´ΟΜΑΙ, οῦμαι, apud Græcos vulgo quidem ita ponitur, ut significet: *convenire inter se de re aliqua, pacisci, conventum et pactum inire*, (Polyb. V. 105. 2. XIV. 19. 9.) ut exemplis docuit Stephanus in Thesauro Gr. L. T. II. p. 636. interdum tamen, teste Suida, etiam notat διηγεῖσθαι, *rem exponere*. Hinc venit notio *fatendi, confitendi*, in qua apud Josephum A. J. VIII. 10. 3. occurrit. Nunquam autem ita legitur, ut significet: *vicissim confiteri* seu *confessione respondere*, prout reddiderunt hanc vocem Lexicographi N. T. haud pauci. In N. T. autem libris, ubi semel tantum

legitur ἀνθομολογεῖσθαι, notat: *laudare, celebrare, gratias agere.* Luc. II. 38. ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ, h. e. celebrabat Deum, seu, laudes ejus canebat; ad imitationem Hebr. הוֹדָה, quod, seq. אֶת vel לְ, eandem notionem habet, v. c. Ps. LXXIX. 13. נוֹדֶה לְּךָ לְעוֹלָם Alex. ἀνθομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα. coll. Esdr. III. 11. et Sirac. XX. 2. Eodem sensu ἀνθομολόγησις et ἐξομολόγησις legitur apud Sirac. XVII. 25, 26. coll. v. 27. Suid. ἀνθομολογησόμεθα· ἀντὶ τοῦ εὐχαριστήσομεν, Δαβίδ. (Psalm. LXXIX. 13.) ἀνθομολογησόμεθά σοι ὁ Θεός· ὑπὲρ τὰς εὐεργεσίας ὁμολογοῦμεν χάριτας καὶ ἀναγράπτους ταύτας ποιήσομεν. Conf. Schweighæuser. Lex. Polyb. p. 47. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 14. ἀνθομολογία, *repromissio.*

ἌΝΘΟΣ, εος, τὸ, *flos, flos graminis* seu *herbæ*, qui, quia facile flaccescit et perit, metaphorice *omnem rem fluxam* et *caducam* significat. Jacob. I. 10. ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται ut flos graminis peribit. ib. v. 11. καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε et flos ejus excidere solet. 1 Petr. I. 24. Sæpius non legitur. Expresserunt hac voce Alexandrini Hebr. צִיץ Num. XVII. 8. Ies. XL, 6. 4. נִצָּה, Job. XV. 33. et פֶּרַח, Ies. V. 27.

ἈΝΘΡΑΚΙΑ', ᾶς, ἡ, *prunæ ardentes, strues*, seu *congeries prunarum ardentium*, ab ἄνθραξ *carbo*. Bis tantum legitur in N. T. Joh. XVIII. 18. ἀνθρακιὰν πεποιηκότες qui prunas congesserant. ibid. XXI. 9. βλέπουσι ἀνθρακιὰν κειμένην viderunt prunarum acervum. Homer. Iliad. IX. v. 213. ἀνθρακιὴν στορέσας. Aristoph. Equit. 777. Plut. Symp. p. 693. In fragmentis Aquilæ Ps. CXIX. 4. Hebr. גֶּחָלִים respondet. Suid. ἀνθρακιά· πεπυρακτωμένοι ἄνθρακες. Adde Etym. M. 801. 21.

ἌΝΘΡΑΞ, ακος, ὁ, *carbo, pruna*, Hebr. גַּחַל. Formula: ἄνθρακας πυρὸς σωρεύειν ἐπὶ τὴν κεφαλήν τινος, quæ semel tantum Rom. XII. 20. occurrit, non *beneficiis aliquem ornare* notare potest, ut quibusdam interpretibus placuit, qui verba ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ita reddenda esse quoad sensum judicabant: *et cumulatis mutuis omnis generis beneficiis mutuum in hoste tuo amorem accendes;* sed, ut vel rei natura docet, significat: *ægritudinem et molestiam alicui haud levem creare*, seu *efficere, ut alter, malitiæ suæ convictus, erubescat et dolere incipiat.* Nec voluit Paulus, ut eo consilio adversarios nostros beneficiis afficiamus, ut ipsis dolorem injiciamus ob injuriam, qua nos, benefacientes, affecerunt, sed de effectu tantum beneficiorum, in hostes collatorum, quem non temere sperare licet, locutus esse videtur. Cæterum dubio caret, respexisse Paulum locum Proverb. XXV. 22. כִּי גֶחָלִים אַתָּה חֹתֶה עַל־רֹאשׁוֹ Alex. ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. ad quem conf. Schultensii Comment. p. 335 seq. Vid. Joh. Floderi D. explicantem ῥῆσιν Paulinam ἄνθρακας πυρὸς σωρεύειν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Rom. XII. 20. Upsal. 1770. 4.

ἈΝΘΡΩΠΑ'ΡΕΣΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, (ex ἄνθρωπος et ἀρέσκω *placeo*) *qui studet hominibus placere, auram popularem captans, qui, ut cujusvis gratiam aucupetur et captet, unice studet.* Semper enim fere in malam partem sumitur in exteris æque ac sacris Scriptoribus. Bis tantum legitur in N. T. Ephes. VI. 6. ὡς ἀνθρωπάρεσκοι ut homines, qui favorem hominum favori divino longe præferunt. Coloss. III. 2. ad quem locum Œcumenius: τῶν ὁρώντων μόνον τῶν δεσποτῶν πράττειν τὰ δέοντα ἀνθρωπαρεσκείας ἐστὶ καὶ οὐ φόβου Θεοῦ. Nec in meliorem partem accipitur hæc vox apud Græcum interpretem. Ps. LIII. 5. עַצְמוֹת חֹנָךְ אֱלֹהִים פִּזַּר Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων. Suid. ἀνθρωπαρέσκεια· ἡ πρὸς ἀνθρώπους σπουδή.

ἈΝΘΡΩ'ΠΙΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, æque late patet ac Latinorum *humanus*, *et omne, quod est humanæ naturæ, rationi, consuetudini conveniens, omne, quod ad homines pertinet, et ab hominibus quocunque demum modo ortum suum repetit*, complectitur et semper ita ponitur, ut in singulis locis ejus sensus e serie orationis tantum recte constitui possit. Quod quam verum sit, singula N. T. loca, in quibus hoc adjectivum (pro quo apud Græcos interdum ἀνθρώπειος legitur, confer Duker. ad Thucyd. III. 40.) reperitur, quemvis docebunt. Rom. VI. 19. ἀνθρώπινον λέγω διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν, ubi ἀνθρώπινον λέγειν est idem, quod alibi (Galat. III. 15.) κατ' ἄνθρωπον λέγειν dicitur, *ad captum hominum accommodate dicere et disserere, adeoque formulis uti, quæ sunt vitæ communis, vulgaria et omnibus nota proferre*, quod Athenæus Deipnosoph. IX. c. 7. ἀνθρωπίνως λαλεῖν vocat; (ad quem locum confer Casaubon. p. 660.) et Aristophanes Ranis v. 1090. ἀνθρωπείως φράζειν, Cicero autem de Divin. II. 64. *hominum more dicere.*—1 Cor. II. 4. οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ubi ἀνθρωπίνη σοφία est *sapientia et doctrina, uti vocatur ab hominibus tantum, quæ ab hominibus æstimari et laudari solet*, qualis erat tunc temporis theologia Judæorum et philosophia paganorum, cujus utriusque studium a Paulo neglectum tunc ei vitio verti solebat. Eodem sensu ibid. v. 13. legitur οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις.—1 Cor. IV. 3. ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας aut ab ullo humano judicio, aut foro humano; conf. quæ infra ad ἡμέρα dicentur.—1 Cor. X. 13. πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν εἰ μὴ ἀνθρώπινος, h. e. experti estis adhuc calamitates tantum et afflictiones vulgares, leves, breves et exiguas; ubi ἀνθρώπινον est *idem, quod vulgo inter homines reperitur, vulgare, frequens*, (Sic dicitur v. c. ἀνθρώπινα ἁμαρτάνειν apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 40. ἀνθρωπίνῃ κακίᾳ Polyb. I. 67. Epict. 33. V. Pollux Onom. III. 131.) et ex adjuncto: *mediocre, leve nec commemoratione dignum*, μικρὸν, βραχὺ, ut Chrysostomus ad l. l. interpretatur, aut σύμμετρον, μικρὸν, ut verbis Phavorini utar, qui Theodoretum compilavit. Simili modo scripsit Æschylus in Persis v. 703. ἀνθρώπεια δ' ἄν τοι πήματ' ἐντύχοι βροτοῖς, ubi conf. Ill. Schützii Commentarium. 2 Sam. VII. 14. הוֹכַחְתִּיו בְּשֵׁבֶט אֲנָשִׁים וּבְנִגְעֵי בְּנֵי אָדָם.—Jacob. III. 7. τῇ φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ, pro διὰ τῆς φύσεως ἀνθρωπίνης, h. e. per homines, hominum ingenio et arte.—1 Petr. II. 13. ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει subjiciatis vos omni instituto humano, seu, omnibus omnino magistratibus, qui sunt ab hominibus constituti et electi. Sic et Græcis ἀνθρώπινα *res* dicuntur, *quæ proficiscuntur ab opera et industria hominum*, v. c. Xenoph. de Rep. Laced. X. 3. Eleganter egit de hoc vocabulo Stolbergius in Exercitatt. L. G. c. 22. p. 113. In versione Alexandrina pro אָדָם, Num. V. 6. XIX. 16. Ezech. IV. 12, 15. et pro אֱנוֹשׁ, Job. X. 5. ponitur.

ἈΝΘΡΩΠΟΚΤΟ'ΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *homicida*, qui vulgo ita vocatur, qui

alias Græcis dicitur ἀνδροφόνος (Hom. Il. I. 241. Lucian. Tyrann. T. I. Opp. p. 793.) et ἀνδροκτόνος. Conflatum enim est ex ἄνθρωπος et κτείνω *occido*. Sed in N. T. libris latius sumitur, ut sit non ille tantum, qui manu sua trucidat hominem, sed etiam 2) *is* dicatur, *qui alterum odio persequitur, ægritudine et molestia afficit, et variis modis vitæ et felicitati aliorum insidias struit*, adeoque, sive animum, sive effectum spectes, parum aut nihil differat ab homicida, proprie sic dicto. Sic Joh. VIII. 44. diabolus fuisse dicitur ἀνθρωποκτόνος ἀπ' ἀρχῆς, qui, ex quo homines fuerunt, auctor omnis infelicitatis humanæ a Judæis credebatur. Unde etiam in Constitutt. Apostol. VIII. 5. ὁ ἀνθρωποκτόνος ὄφις vocatur. Nec alio sensu 1 Joh. III. 15. ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ vocatur ἀνθρωποκτόνος. Substantivum ἀνθρωποκτονία legitur apud Heliodor. Æthiop. X. p. 464.

ἌΝΘΡΩΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) et proprie *homo* dicitur, h. e. *humana natura præditus, qui omnia ea habet, quæ hominis natura postulat*, nulla habita sexus ratione, sive sit mas, sive femina; (Confer Valcken. ad Theocr. Adon. p. 395.) ab ἄνω *sursum* et ὤψ, ὠπὸς, *vultus, facies*, quia Deus os homini sublime dedit, cœlumque intueri jussit, et erectos ad sidera tollere vultus, ut cum Ovidio loquar; aut παρὰ τὸ ἄνω θρεῖν τῇ ὠπί secundum Etym. M. Et sic centies in N. T. legitur. Matth. V. 13, 16. VI. 5. VIII. 27. οἱ ἄνθρωποι turba, quæ adstabat. Ibid. IX. 8. ubi τοῖς ἀνθρώποις positum est pro τῷ ἀνθρώπῳ, qui virum tanta potestate insignem inter homines excitaverit. X. 32, 33. ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων palam. XII. 12. XV. 11, 18, 20. Philipp. II. 7. ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, qui locus nobis honorem, quod filius Dei in humanæ naturæ ac imbecillitatis consortium venerit, vindicat, nec male conferri potest cum loco Platonis in Phæd. T. X. Opp. p. 326. ed. Bipont. αἱ δ' εἰς τοῦ οὐρανοῦ τινα τόπον ὑπὸ τῆς δίκης κουφισθεῖσαι διάγουσιν ἀξίως οὗ ἐν ἀνθρώπου εἴδει ἐβίωσαν βίου. 1 Cor. XVI. 19. ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων omnium hominum miserrimi. Vide Aristoph. Avv. 1637. Vid. Porson ad Eurip. Præf. p. LXII. 1 Cor. XV. 47. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Adam, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος Messias. conf. supra sub Ἀδάμ. In aliis vero locis sexus diserte respicitur et tunc ἄνθρωπος 2) aut omnino *mas* dicitur, *qui est virilis sexus*, aut respectu ad uxorem *maritus*. 1 Cor. VII. 1. καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι melius quidem est, virum a conjugio abstinere. Sic *homo* apud Plautum Cistellar. Act. IV. Sc. II. v. 57. legitur; ubi confer Taubmann. Matth. XIX. 3. εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ; num marito licitum est repudiare uxorem suam? ibid. v. 5. et 10. Marc. X. 7. Tob. VI. 9. Confer Fabricium ad Philastrii cap. 17. 3) *femina*, seu, relate ad maritum, *uxor*. Rom. VII. 1. ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ (pro τῆς) ἀνθρώπου, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ, scil. ἄνθρωπος, leges conjugii obligare uxorem per omnem vitam mariti. Et hæc significatio in omnibus illis locis (octogies minimum formula ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου reperitur in N. T.) necessaria est, in quibus Christus vocatur ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, h. e. filius Mariæ, v. c. Matth. VIII. 20. IX. 6. coll. Luc. I. 42. ubi ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας τῆς Μαρίας appellatur, et Gal. IV. 4. ubi γενόμενος ἐκ γυναικὸς dicitur. Formula enim ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου in genere quidem notat *hominem quemlibet, qui est naturali modo in lucem editus*, v. c. Hebr. II. 6. ad imitationem Hebr. בֶּן־אָדָם Ezech. XXXIII. 10. sed κατ' ἐξοχὴν tamen Christus dicitur ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, et ipse hoc nomine, quo nullus Apostolorum usus est, mirifice delectatus reperitur, non eo consilio, ut hoc modo *ultimus hominum et contemtissimus* declararetur, cui opinioni (quam Lessius defendit in Progr. de filio hominis, Goetting. 1776.) contrarius est locus Joh. V. 27. sed, ut vel hoc nomine edocerentur homines, Jesum esse promissum illum in V. T. Messiam et insignem doctorem divinum, (Ezech. I. 26. Dan. VII. 13, 14.) qui communi nascendi lege e Maria virgine, interveniente divina virtute, initia vitæ, vere humanæ, haberet et corpus indueret vere humanum, ut, quod fuit sapientiæ divinæ decretum, homines per hominem, adjuvarentur. Tantum igitur abest, ut hac formula vilissimus ille, ad quem Jesum descendisse fingunt haud pauci, *servorum status* describatur, ut potius, sive decreti divini sapientiam, sive origines Christi, quas interventu divinæ virtutis cepit, spectes, nihil hoc nomine sublimius, illustrius et magis honorificum fingi et cogitari possit.—Interdum tamen vox ἄνθρωπος sumitur *de iis, qui sunt matrimonii legibus invicem juncti*, v. c. Rom. VII. 1. ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου leges matrimonii vim habent. Conf. Intt. ad Vigerum de Idiotismis L. Gr. p. 76. ed. Zeun. 4) *filius*, si patri opponitur. Matth. X. 35. ἦλθον διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ per meum adventum eveniet, ut filius adversetur patri; sequitur enim: καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρός. Deut. XXII. 30. οὐ λήψεται ἄνθρωπος τὴν γυναῖκα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Sirac. III. 13. ἡ γὰρ δόξα ἀνθρώπου ἐκ τιμῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Hebr. אִישׁ, cui in vers. Alex. haud raro ἄνθρωπος respondet, in eadem redditum legitur υἱὸς, Amos II. 7. 5) *infans, puer*. Joh. VII. 23. εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν σαββάτῳ, si licet puerum sabbati die circumcidere. ib. XVI. 21. ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον, antea παιδίον vocabatur. Herodian. I. 5. s. 14. 15. cum primum prodiissem ex utero, regia me excepit purpura, ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα. 6) *herus, paterfamilias*, maxime si τοῖς οἰκιακοῖς opponitur, unde et אִישׁ per δεσπότης Prov. XXII. 7. ab Alexandrinis redditur. Matth. X. 36. καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ et patremfamilias domestici ejus infestabunt. ibid. XIII. 24. coll. v. 27. ubi οἰκοδεσπότης dicitur. 7) *servus*, si opponitur τῷ κυρίῳ. Luc. XII. 36. ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον servis expectantibus dominum, coll. v. 37. ubi δοῦλοι vocantur. Ælian. Hist. Anim. VII. 28. τοῦ γὰρ ἄνθρωπος ἐπὶ τῷ δεσπότῃ τέθνηκεν. In Phædone Platonis cap. 65 et 66. minister publicus judicum capitalium ἄνθρωπος vocatur. conf. P. Petit. Obervatt. Miscell. III. c. 15. Sic et Latinorum *homo* pro *servo* dicitur, v. c. in Petron. Satyr. c. 63. "habebamus tum hominem Cappadocem," ubi conf. Burmann. et apud Gellium N. A. V. 14. Fortasse huc etiam referri possit Joh. V. 7. ἄνθρωπον οὐκ ἔχω non est mihi servus, nisi cum Grotio ex Hebraismo vertere malis: *neminem habeo*. 8) *miles*. Matth. VIII. 9. καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν nam et ego miles alienæ potestati subjectus sum. 9) *incola, civis alicujus regionis aut urbis*. Joh. IV. 28. ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις, sc. τῆς πόλεως, et incolas ejus monuit; ubi in codd. quibusdam πολί-

τεως e glossemate legitur. Matth. XXVII. 32. ἄνθρωπον Κυρηναῖον, ubi ἄνθρωπος in hac significatione abundat. Luc. XXIII. 6. εἰ ὁ ἄνθρωπος Γαλιλαῖός ἐστι. Act. XVI. 37. ἀνθρώπους Ῥωμαίους cives Romani. ibid. XXI. 39. XXII. 25, 26. 10) ut Latinum *homo* (Terent. Heaut. V. 3. 1. homo tu. Schol. cum contemtu et stomacho pronunciandum est. Adelph. I. 2. 31.), *homo vilis et contemtus, miser et infelix,* ad imitationem Hebraici אָדָם et אֱנוֹשׁ, cum e contrario ἀνήρ, ut supra docuimus, *virum honestum et potentem* notet. Joh. XIX. 5. ἴδε ὁ ἄνθρωπος *En! vobis hominem miserum,* quem miror vos tanquam regnum affectantem metuere posse. Joh. XI. 47. οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ hic abjectus homo multa miracula patrat. Locus Matth. XXVI. 72, 74. huc non pertinere videtur. Majori autem cum veri specie a J. H. Maio in Obss. SS. l. II. p. 63. locus Phil. II. 8. huc refertur. Hinc interdum in allocutionibus ignotorum (confer Donatum ad Terent. Andr. IV. 4. 5.) potissimum et contemtorum adhibetur. Luc. V. 20. XXII. 58, 60. Frequentem vocis ἄνθρωπος, etiam apud Græcos (v. c. Ælian. V, H. XII. 17.), usum esse in contemtu, docuerunt Mounteney ad Demosth. Philipp. I. p. 221. et P. Petitus Obss. Miscell. l. III. c. 15. p. 181. Sensu malo ἄ. usurpatum reperitur apud LXX. Ps. XVI. 4. ubi Hebr. פָּרִיץ respondet. (Nonnunquam autem ἄνθρωπον esse etiam vocabulum *honoris* et *laudis,* ut Latinum *homo,* docuit Valckenarius ad Herodot. p. 604.) Jam quia Judæis pagani erant *maxime contemti et abjecti homines,* hinc ὁ ἄνθρωπος interdum 11) *paganum, gentilem, omnem, qui religioni Judaicæ non est addictus,* et ex adjuncto *impium* significat. Sic Matth. XVII. 22. μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, coll. Marc. X. 33. παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι. Marc. IX. 31. ubi videndi codices. et Luc. XVIII. 32. 12) accipitur *distributive,* ut idem sit, ac *unusquisque, quilibet, quicunque,* ἕκαστος, ut אָדָם ab Alexandr. Prov. XXIV. 12. redditur ac אִישׁ sumitur 1 Sam. VIII. 22. 1 Cor. IV. 1. οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος sic unusquisque vestrum de nobis statuat. Luc. VI. 31. Joh. II. 25. Rom. III. 28. omnem Christianum. IV. 6. 1 Cor. XI. 28. Galat. II. 6. 13) indefinite ut אִישׁ (1 Sam. XXIV. 20.) pro τίς (qua ipsa voce usi sunt Alexandrini pro אִישׁ Genes. XIII. 6. Exod. II. 1. Levit. XIII. 40.) ponitur, *quidam, aliquis,* et cum particula negandi vel interrogandi, *quisquam.* Matth. IX. 9. εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον vidit aliquem sedentem. XIII. 28. adversarius quidam. XXII. 11. Marc. XII. 1. XIV. 13. Joh. I. 6. III. 1. erat quidam e Pharisæis. Ib. VII. 51. numquid lex nostra condemnat quemquam? IX. 11. Exod. II. 11. ὁρᾷ ἄνθρωπον Αἰγύπτιον. Matth. XIX. 6. ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω ne quisquam sejungito. Marc. XI. 2. οὐδεὶς ἀνθρώπων *nemo.* Luc. IV. 4. IX. 25. Hebr. XIII. 6. In haud paucis vero locis, in quibus ἄνθρωπος aut indefinite aut distributive sumitur, pleonastice ponitur, v.c. Matth. XX. 1. ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ hero, seu patrifamilias. Luc. II. 15. οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες, loco οἱ ποιμένες. Matth. VII. 9. τίς ἄνθρωπος, pro τίς. XI. 19. ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης. Matth. XIII. 45. ἄνθρωπος ἔμπορος. XVIII. 23. ἄνθρωπος βασιλεύς. Sic Genes. IX. 20. ἄνθρωπος γεωργός. Genes. XLVI. 32. הָאֲנָשִׁים רֹעֵי צֹאן. Levit. XXII. 2. ubi est in Hebraico בַּת כֹּהֵן, in versione Alexandrina legitur: θυγάτηρ ἀνθρώπου ἱερέως. Quid? quod ipsi Scriptores exteri voce ἄνθρωπος, quæ pleonasmum habet, haud raro utuntur; conf. Vechneri Hellenolexiam p. 86. 14) *pars hominis potior, animus* nempe *omnesque ejus sensus et facultates,* qui κατ' ἐξοχὴν ὁ ἔσω ἄνθρωπος. etiam a Græcis philosophis vocabatur, ut distingueretur ab ὁ ἔξω ἄνθρωπος (2 Cor. IV. 16.), seu corpore humano. Rom. VII. 22. κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον animus quidem meus delectatur legibus divinis, ubi cum νοῦς permutatur v. 23, 25. conf. ad h. l. quæ Koppius notavit. Ephes. III. 16. εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον quoad animum, qui 1 Petr. III. 4. ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, et 2 Cor. IV. 16. ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος vocatur. Pari ratione sibi invicem in N. T. respondent ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος, h. e. animus erroribus infectus et alienus a veræ religionis cognitione et vitiositate contaminatus, quo Judæorum ac gentilium plerique ante conversionem ad religionem christianam laborabant; et ὁ καινὸς ἄνθρωπος, h. e. animus, purioris et perfectioris religionis christianæ luce illustratus et emendatus. Rom. VI. 6. ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη renuntiavimus pristinæ perversæ vivendi et cogitandi rationi. Ephes. IV. 22. τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, et explicationis causa additur: κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν—τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης. Coloss. III. 9. Ephes. II. 15. εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον homines plane emendatos et in melius mutatos religionis christianæ auxilio. Ephes. IV. 24. ubi ὁ καινὸς ἄνθρωπος a Paulo sic describitur: ὁ κατὰ Θεὸν κτισθεὶς ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. 15) pro adjectivo ἀνθρώπινος *humanus, terrenus,* (quo etiam usi sunt Alexandrini interdum pro אָדָם, v. c. Num. V. 6. Ezech. IV. 12, 15.) ita, ut opponatur ei, quod *divinum* est. 1 Cor. I. 25. τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ quod stultum, ineptum in rebus divinis seu doctrina christiana videtur, præstantius tamen est omni sapientia humana seu institutis humanis sapientissimis. ibid. III. 21. μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις nemo glorietur rebus humanis, h. e. eruditione et sapientia humana. Hinc illustrari et aliæ formulæ, in N. T. haud raro obviæ, commode possunt, v. c. κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖν, 1 Cor. III. 3. est i. q. κατὰ σάρκα περιπατεῖν, seu σαρκικὸν εἶναι, vivere, ut plerique homines vivere solent, se gerere, ut homines, nondum satis emendati per religionem christianam et instituti. Huc etiam referenda est formula κατὰ ἄνθρωπον λέγειν aut λαλεῖν, h. e. *populariter aliquid proponere, ut et rudiores intelligere possint* (quod etiam Petronius in Satyrico *humane loqui* dixit), dum nempe partim ex opinione et more dicendi et agendi aliorum loquor, partim illustro rem exemplis, e vita communi desumtis. Rom. III. 5. κατὰ ἄνθρωπον λέγω e persona hominum, a vero aberrantium, loquor. 1 Cor. IX. 8. μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ; num putatis ad hanc sententiam adstruendam exempla tantum humana afferri posse? (Hinc κατὰ ἄνθρωπον *exempli causa,* ut: 1 Cor. XV. 32. εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ cum exempli gratia Ephesi concertandum mihi fuit cum bestiis.) Galat. III. 15. κατὰ ἄνθρωπον λέγω, h. e. interprete Theophylacto, ἀνθρώπινον ὑπόδειγμα μέλλω ὑμῖν παραγαγεῖν. 16) ἄνθρωποι Θεοῦ in N. T. dicuntur *doctores reli-*

gionis christianæ, quasi ἀπεσταλμένοι παρὰ Θεοῦ ad imitationem Scriptorum V. T. qui *prophetas omninoque omnes doctores et interpretes voluntatis divinæ* אַנְשֵׁי אֱלֹהִים vocare solebant. 1 Regg. XIII. 1. 2 Regg. IV. 40. 1 Tim. VI. 11. Timotheum Paulus compellat verbis: ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ! 2 Tim. III. 17. coll. 2 Petr. I. 22. In omnibus his locis ἄνθρωπος sensu honesto *virum eximiæ dignitatis* significare videtur, ut sit i. q. ἀνήρ, in qua significatione quoque legitur apud LXX. Ies. XXII. 25. pro Hebr. יֶתֶר, et Num. XXIV. 17. ubi in textu Hebr. שֵׁבֶט legitur. Haud raro omittitur, v. c. Matth. V. 11. ὅταν ὀνειδίσωσι ὑμᾶς καὶ διώξωσι, sc. ἄνθρωποι, quod Vulgatus h. l. recte addidit. Aristoph. Concion. v. 664 et 876. Multa alia hujus ellipseos exempla collegit Dukerus ad Thucyd. VII. c. 69. p. 490. et Georgius in Vindiciis p. 246.

'ΑΝΘΥΠΑΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, *proconsul sum, proconsulare imperium gero, pro consule provinciam administro.* Semel occurrit Act. XVIII. 12. Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς 'Αχαΐας, ubi ἀνθυπατεύοντος est i. q. ἀνθυπάτου ὄντος. Herodian. VII. 5. 2. ἐπὶ τὴν τοῦ ἀνθυπατεύοντος οἰκίαν.

'ΑΝΘΥ'ΠΑΤΟΣ, ου, ὁ, *proconsul, qui consulatu functus erat, et in provinciam Romanam mittebatur cum consulari auctoritate*, ex ἀντὶ *loco, vice*, et ὕπατος, i. q. ὑπέρτατος, *summus, consul*, penes quem erat Romæ summa potestas. Legitur hæc vox Act. XIII. 7, 8, 12. XIX. 38. Dicebantur autem *proconsules* sub Augusto præsides provinciarum senatus populique Romani, ut distinguerentur a *legatis Cæsaris*, qui provincias Cæsaris administrarent. Proconsules ipsi erant annui, postquam a toto senatu creati et sorte delecti essent, et proconsulare imperium ἀνθυπατεία vocabatur. Confer Nic. Funccii D. de proconsulari dignitate in Symbol. Brem. T. II. p. 4. Similes voces sunt ἀντιστράτηγος, ἀντιβασιλεὺς (prorex) et ἀντίδειπνος.

'ΑΝΙ'ΗΜΙ, fut. ήσω, perfect. ἀνεῖκα, 1) *remitto, relaxo, quod nimis arcte constrictum est*, et ex adjuncto: *solvo.* Act. XVI. 26. καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη, Vulgatus: et omnium vincula soluta sunt, ubi in uno codice loco ἀνέθη legitur ἀνελύθη e glossemate. ibid. XXVII. 40. ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων solutis vinculis gubernaculorum. Lucian. de Sacerdot. Cybel. XIII. ἀνεὶς τὴν κόμην. 2) tropice: *mitigo, minuo, omitto, intermitto.* Ephes. VI. 9. ἀνιέντες τὴν ἀπειλὴν remittite nimiam vestram severitatem et acerbitatem, desinite eos duriter tractare. Symm. Cohel. VII. 19. μὴ ἀνῇς ne remittas. Thucyd. III. 10. Epictet. 54. τὴν αἰδῶ ἀνιέναι. 3) *relinquo aliquem, desero auxilio meo.* Hebr. XIII. 5. οὐ μή σε ἀνῶ semper tibi auxilio meo adero. Ad imitationem Hebraici רָפָה, quod propr. *remittere, relaxare*, notat, sed deinde metaphorice *auxilio suo aliquem deserere* significat. Deut. XXXI. 6. לֹא יַרְפְּךָ וְלֹא יַעַזְבֶךָּ Alex. οὔτε μή σε ἀνῇ Κύριος ὁ Θεὸς, οὔτε μή σε ἐγκαταλίπῃ. Jos. I. 5. 1 Paral. XXVIII. 20. Alberti Gloss. N. T. p. 88. ἀνέντες· ἀφέντες. et p. 186. ἀνῶ· ἀφήσω. Hesych. ἀνείς· ἀφεὶς, ἐάσας. — ἀνειμένον· ἀπολελυμένον, ἐκλελυμένον. — ἄνες· ἄφες, ἀπόλυσον. Usurpatur enim hæc vox, æque ac vernacula losla**ssen**, *to release*, etiam de captivis, qui emittuntur e carcere et liberantur, ita, ut vel addatur δεσμῶν, ut apud Eunap. Maxim. p. 106. vel nude ponatur. Eustath. in Od. Θ', p. 313. 17. ἐκ δεσμοῦ λῦσαι, τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἀνιέναι λέγεται. Idem p. 668. 45.

'ΑΝΙ'ΛΕΩΣ, ω, ὁ, ἡ, *immisericors, qui nullo misericordiæ sensu tangitur*, ex α priv. et ἵλεως attice pro ἵλαος *misericors.* Proprie de personis quidem usurpatur, sed interdum etiam *actionibus* tribuitur, v. c. Jacob. II. 13. ἡ κρίσις ἀνίλεως pœna gravissima. Sæpius non legitur in N. T.

"ΑΝΙΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *illotus*, ex α priv. et νίπτω *lavo.* Matth. XV. 20. ἀνίπτοις χερσὶν φαγεῖν illotis manibus edere. Marc. VII. 2, 5. De Judæorum more lavandi, ad quem in omnibus his locis respicitur, conf. Mischnam in libro, quæ inscribitur: ידים, Tom. VI. Operis Surenhus. p. 480 seq. et Buxtorf. in Synagog. c. 11. p. 235. ed. Basileens.

'ΑΝΙ'ΣΤΗΜΙ, fut. στήσω. Recte jam observatum est a Schœttgenio, Krebsio et aliis, quod jam tironum tantum causa repetere licet, verbum ἵστημι, ἀφίστημι, ἀνίστημι, et cetera composita hujus verbi in voce activa pro diversa temporum ratione maxime diversas habere significationes, nunc *activam*, hunc *neutralem*, ut scilicet tempus *præsens, imperfectum, aorist.* 1. *fut.* 1. semper sua natura *significationem activam*, e contrario *perfectum, plusquamperfectum*, et *aoristus* 2. *neutralem* seu *intransitivam* notionem habeant. His præmissis notiones verbi ἀνίστημι ita optime constitui posse arbitror. Notat autem ἀνίστημι vi sua genuina 1) *excito, surgere facio, stare facio, statuo, colloco.* Act. IX. 41. δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα ἀνέστησεν αὐτὴν et manu porrecta excitavit eam, seu effecit, ut residere posset. Polyb. XIII. 7, 8. Hinc 2) metaphorice: *in vitam revoco, spiritum restituo, suscito, vitam reddo.* Act. II. 24. ὃ ὁ Θεὸς ἀνέστησε quem Deus suscitavit. ibid. v. 32. XIII. 33. Eodem modo ἀνίστημι usurpatur ab Homero Il. XXIV. 551. Palæphato de incredibilibus c. 27. 1. et Apollodoro Bibl. III. 3. 1. Hinc ex adjuncto 3) per metaphoram: *beo aliquem felicitate æterna*, quæ in N. T. ut supra jam dictum est, haud raro ἀνάστασις vocatur. Joh. VI. 39. μὴ ἀπολέσω, ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ non excludam eos a felicitate æterna, ad quam eos certissime adducam. ibid. v. 54. Apud LXX Ps. XL. 11. ἀνίστημι, ut ἀνεγείρω ibid. apud Symm. Hebr. הֵקִים respondens metaphorice notat *reddere alicui pristinam felicitatem et dignitatem.* 4) *efficio, ut aliquid sit et oriatur, exoriri, nasci jubeo*, ad imitationem Hebraici הֵקִים (Gen. XXXVIII. 8. Deut. XVIII. 18.) et usurpatur inprimis de *sobole procreanda et excitanda.* Matth. XXII. 24. καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ut fratri suo posteros conciliaret. Act. II. 30. ὤμοσεν ὁ Θεὸς τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν jurejurando interposito promisit Deus nasciturum Christum e posteris ejus. Act. III. 22. προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς prophetam vobis exoriri jubebit Deus. VII. 37. Eodem sensu ἐκγείρειν legitur Rom. IX. 17. 5) *surgo, resurgo, excito et erigo me de loco meo*, sive a *lapsu*, sive a *sede*, sive a *cubili* (Theophr. Char. c. 19.), sive alio modo. Matth. IX. 9. καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ et ille surgens a sede sua comitem se ei adjunxit. XXVI. 62. καὶ ἀναστὰς ὁ ἀρχιερεὺς εἶπεν αὐτῷ. Marc. IX. 27. ἤγειρεν αὐτὴν καὶ ἀνέστη. Observent autem tirones, ἀνίστημι in hac significatione aut omnino pleonastice positum esse ex more Hebræorum, qui verbis agendi formulam præmittunt, quæ aliam actionem necessario præcendentem significat, aut per *statim, illico, confestim* reddendum esse. Marc. I. 35. ἀναστὰς ἐξῆλθε, pro ἐξῆλθε. II. 14.

καὶ ἀναστὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ et statim eum secutus est: unde et interdum (v. c. Act. V. 77. a Syro et Arab.) in verss. antiquioribus plane omissum reperitur. Sic קוּם pleonastice ponitur Deut. XXXII. 38. Exod. XXXII. 1. קוּם עֲשֵׂה לָנוּ Alex. ἀνάστηθι καὶ ποίησον ἡμῖν θεούς. Deut. XVII. 18. καὶ ἀναστὰς ἀναβήσῃ εἰς τὸν τόπον. Tamen subinde sic quoque apud Græcos Scriptores legitur, v. c. apud Dionys. Halicarn. II. 38. 6) *in vitam revocor, resurgo, suscitor*, ita, ut vel sequantur verba ἐκ τῶν νεκρῶν, vel simpliciter ponatur. Matth. XVII. 9. ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. XX. 19. καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Marc. VIII. 31. μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι. IX. 9, 10, 31. Sed hæc ipsa formula ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν interdum etiam metaphorice usurpatur, ita, ut significet: *a misera conditione transire ad meliorem, renuntiare pristinæ vitiositati et ad sanam mentem redire.* Ephes. V. 14. ἀνάστα ἐκ νεκρῶν e vita scelesta te excita; ad quem locum recte intelligendum, partim metaphoricam notionem vocabuli νεκρὸς recte tenere opus est, partim redeundum erit ad loca V. T. in quibus ἀνιστάναι omnino notat: *efficere, ut aliquid statum pristinum recuperet*, adeoque de sanatione Ies. XXXVIII. 9. æque ac de restitutione reipublicæ Ies. XXVI. 19. Dan. XII. 2. usurpatur. 7) *insurgo contra aliquem, sive verbis, sive factis, impugno*, i. q. ἐπανίστημι. Marc. III. 26. εἰ ὁ Σατανᾶς ἀνέστη ἐφ' ἑαυτὸν si Satanas se ipsum oppugnat. Matth. XII. 41. Luc. X. 25. Act. VI. 9. Construitur autem tunc fere cum ἐπὶ aut μετὰ, quemadmodum Hebræi τῷ קוּם, in hac significatione usurpato, אֶל addunt, Gen. IV. 8. quod haud raro pro עַל ponitur. Eodem sensu cum κατὰ constructum legitur apud Palæphatum de Incredib. VI. 3. ἀνέστησαν κατὰ Κάδμου. cum præpositione εἰς apud Thucyd. VIII. c. 45. p. 530. et πρὸς apud LXX 2 Paral. XIII. 7. ubi in textu Hebr. legitur הִתְאַמֵּץ sequ. עַל, et Inc. Int. ἀνθίστημι habet. 8) *discedo, abeo.* Marc. X. 1. καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς et inde discedens, coll. Matth. XIX. 1. μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. Marc. VIII. 24. καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν κ. τ. λ. Haud raro etiam in Græcis Scriptoribus hæc significatio reperitur, ut multis exemplis docuit Kypke Observatt. Sacr. T. I. p. 178. 9) *exorior, nascor, existo*, et ex adjuncto: *in publicum prodeo, auspicor munus*, ut v. c. apud Herodotum III. 66 et 67. Act. VII. 18. ἄχρις οὗ ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος donec exortus esset rex alius. Rom. XV. 12. καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν natus rex nationum. Act. V. 36. πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς ante hoc tempus prodiit Theudas. ibid. v. 37. Hebr. VII. 11. ἀνίστασθαι ἱερέα constitui sacerdotem. ibid. v. 15. Eodem modo קוּם Exod. I. 8. Judd. II. 10. 1 Regg. III. 12. 2 Regg. XXIII. 25. Sirac. XLVII. 1.

ἌΝΝΑ, ης, ἡ, *Anna.* Nomen proprium Hebraicum (a radice חָנַן *gratiosus fuit*) mulieris prophetissæ, filiæ Phanuel ex tribu Aser, quæ commemoratur Luc. II. 36.

ἌΝΝΑΣ, α, ὁ, *Annas.* Nomen proprium Hebraicum (a radice eadem) pontificis, qui a Josepho passim Ἄνανος vocatur. Fuit autem socer Caiphæ, et pontificatum a Quirinio, Syriæ præside, acceperat, (Joseph. A. J. XVIII. 2. 1.) sed sub Tiberio honore illo iterum privatus est a Valerio Grato, Judææ præside, qui ejus loco constituit Caipham. Dignitate Pontificis motus, factus videtur summi pontificis vicarius, quem Hebræi סָגָן vocant. Confer Seldenus de Success. in Pontif. II. c. 1. Legitur ejus nomen Luc. III. 2. Joh. XVIII. 13, 24. Act. IV. 6. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 670.

ἈΝΟΉΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Nimis vage hæc vox a Lexicographis fere omnibus explicata reperitur vocabulis *amens, demens, stultus, mente carens, insipiens*, nec circumscriptius interpretatus est. Hesychius: ἀνόητος· μωρὸς, ἠλίθιος, ἀσύνετος, ἄφρων. Varias autem habet significationes, quæ tantum ope contextæ orationis erui certo possunt; et quod ad N. T. libros attinet, ἀνόητος 1) *qui facultate verum cognoscendi aut plane non, aut certe non recte utitur*, dicitur. Luc. XXIX. 25. ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ O vos insipientes et difficiles ad credendum! Sic Joseph. A. J. VI. 3. 6. Judæos ἀνόητον τὸ πλῆθος πρὸς προῤῥήσεις τῶν συμβησομένων appellat. 2) *incautus, imprudens, inconsideratus, qui facile decipitur.* Galat. III. 1 et 3. ubi Galatæ ἀνόητοι vocantur, turbati et decepti a falsis doctoribus Judaizantibus, eoque levitatis progressi, ut perfectiorem doctrinam cum imperfectiore permutare haud dubitarent. 3) *incultus et rudis.* Rom. I. 14. σοφοῖς δὲ καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμὶ populis cultis et incultis, Græcis æque ac barbaris, debeo officia. Hesych. Ἕλληνες· φρόνιμοι. βάρβαροι· ἀπαίδευτοι. 4) *qui destituitur idonea religionis divinæ cognitione.* Tit. III. 3. ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι eramus enim etiam nos olim alieni a religione christiana. 5) *qui aliquem insanum reddit, aut in causa est, ut alter mente sua et sana ratione non utatur, quamvis possit.* Sic apud Græcos ἀνόητα dicitur nimius et intemperans amor voluptatum, quæ ad corpus referuntur. Etym. M. s. v. εὐνοῦχος· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ ἀφροδίσια ἀνόητα ἐκάλουν, ὡς παρ' Ἀριστοφάνῃ, sc. Nub. v. 416. ubi vid. Spanhemius. 1 Tim. VI. 9. ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβεράς. ubi in nonnullis codicibus legitur ἀνονήτους, *inutiles*, quæ voces sæpe confusæ reperiuntur. Conf. Schæfer. ad L. Bos. Ellips. Gr. p. 370. In versione Alex. ἀνόητος Hebr. אֱוִיל Prov. XVII. 28. et אִוֶּלֶת XV. 21. respondet: et Ps. XLIX. 13. Hebraicum בְּהֵמוֹת τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις redditur, ubi ἀνόητος sensu proprio de eo, qui caret et destituitur sana ratione, usurpatur.

ἌΝΟΙΑ, ας, ἡ, 1) in universum: *stultitia, amentia*, ex α priv. et νοέω *cogito*, νοῦς *mens.* Hesych. ἀνοίας· μωρίας. Suid. ἄνοια· ἡ ἀναισθησία. Schol. Sophocl. Electr. v. 582. ἄνοια. ἡ παντελῶς ἀφροσύνη. Cf. Schweighæuser. Lex. Polyb. p. 49. 2) *impietas, vitiositas, fraus, qua aliis fucum facimus, et errores spargimus.* 2 Tim. III. 9. ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν, ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο impietas enim eorum detegetur aliquando, ut et illorum detecta est. Haud raro autem in libris Apocryphis ἄνοια *impietatem* notat, v. c. 2 Macc. IV. 6. XIV. 5. XV. 33. 3 Macc. III. 11. de quibus locis vide nostrum Spicilegium I. Lexici Bieliani p. 12. 3) *summa indignatio et furor, qui animum perturbatum reddit, et hominem quasi mente privat.* Luc. VI. 11. αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας; illi vero furore quasi et rabie correpti sunt. Syrus h. l. usus est voce ܚܣܡܐ, quæ *zelum, invidiam, æmulationem* et *indignationem* notat, et Act. V. 17. XIII. 45. pro ζῆλος posita reperitur. Vide et loca a Wetstenio N. T. T. I. pag. 691. laudata.

ἈΝΟΊΓΩ, fut. ξω, proprie: *aperio aliquid quacunque ratione quod clausum est*, ex ἀνὰ et οἴγω *aperio.* Matth. II. 11. ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς post-

quam aperuerunt thesauros. Act. V. 19. ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς. ibid. v. 23. XII. 10, 14. Hinc interdum significat: *resignare, explicare, demere et removere sigillum*, ut sæpius in Apocalypsi legitur, v. c. V. 2, 3, 4, 5, 9. VI. 1, 3, 5, 7, 9, 12. X. 2, 8. XX. 12. et in aliis locis de *cœlo hiante, dehiscente*, aut potius de *nubibus, quæ fulgurum impetu separantur et secantur quasi*, usurpatur, Matth. III. 16. et Luc. III. 21. coll. Marc. I. 10. ubi αὐτῷ est vel illius causa, ut sit dativus commodi, vel super illo. Act. X. 11. Hanc propriam notionem deseruerunt N. T. Scriptores haud paucis in locis et formulis, quibus usi reperiuntur, inter quas maxime memorabiles sunt: ἀνοίγειν τὸν οὐρανὸν, θύραν, ὀφθαλμοὺς, στόμα, quæ, quia ad notiones universas revocari commode non possunt, separatim tractandæ sunt. Jam I. formula: ἀνοίγειν τὴν θύραν, pro qua interdum etiam simpliciter ἀνοίγειν ponitur, cujus ellipseos nulla exempla notavit Lamb. Bos. metaphorice sumta, (nam proprie est *intromittere*, Luc. XII. 36. Joh. X. 3.) 1) *voti compotem reddere, precibus alicujus annuere* notat. Matth. VII. 7. κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν, h. e. αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν, quæ formulæ h. l. permutantur invicem. Luc. XI. 9, 10. 2) *recipere aliquem et excipere, admittere*. Luc. XIII. 5. Κύριε ἄνοιξον ἡμῖν participes nos redde felicitatis cultorum tuorum, aut, recipe nos in cœtum cultorum tuorum beatorum, coll. v. 28, 29. Apoc. III. 20. καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν si religionem meam salutarem admittat. 3) *facultatem* aut *occasionem alicui suppeditare alicujus rei perficiendæ*. Act. XIV. 17. ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίστεως quod gentibus patefecerit aditum ad religionem christianam. 1 Cor. XVI. 9. θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργὴς non deest mihi occasio et facultas potenter tradendi religionem christianam. (Perfectum medii ἀνέῳγεν, quod legitur h. l. habet significationem reciprocam, activam nempe et passivam, ut sæpissime apud Scriptores Græcos: cf. Thom. M. sub ἀνέῳγεν, Suidam sub ἀνεῴγεισαν, Ælian. H. A. I. 45. et Græviun. ad Luciani Solœcistam c. 8. T. III. Opp. p. 575.) 2 Cor. II. 12. καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν Κυρίῳ. Coloss. IV. 3. Apoc. III. 8. v. 7. ὁ ἀνοίγων καὶ οὐδεὶς κλείει, καὶ κλείει καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει a quo unice pendet facultas et occasio cum fructu tradendi religionem christianam. Cf. infra sub θύρα. II. ἀνοίγειν οὐρανὸν Deus dicitur, *cum, quocunque demum fiat modo, majestatis suæ et summæ potentiæ specimina edit inter homines*. Joh. I. 52. ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα futurum est ab hoc tempore, ut divina majestas conspicua fiat hominibus. Cœlum enim haud raro in litteris sacris de divina gloria et majestate usurpatur, ut docuit Glassius in Philol. S. p. 1040. ed. Dath. Act. VII. 56. θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους video medium discedere cœlum, ut loquitur Virgilius Æn. IX. 620. h. e. præsens mihi sentio summum Dei numen. III. ἀνοίγειν τοὺς ὀφθαλμοὺς proprie 1) dicitur *is, qui oculos suos aperit et cilia diducit, ut videre possit*. Act. IX. 8. ἀνεῳγμένων δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ οὐδένα ἔβλεπε sublatis oculis nihil vidit; sed deinde 2) notat: *facultatem videndi alicui dare* seu *reddere*. Matth. IX. 30. καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ et visum ipsis restituit. XX. 33. Joh. IX. 10, 14, 17, 21, 26, 30, 32. X. 21. XI. 37. Act. IX. 40. Sic Ies. XXXV. 5. אָז תִּפָּקַחְנָה עֵינֵי עִוְרִים tum cœcis restituetur visus. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 363. Hinc 3) metaphorice: *facultatem intelligendi et cognoscendi verum alicui dare* seu *reddere, augere alicujus cognitionem*. Act. XXVI. 18. ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, et explicationis causa additur τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς. Similis locus est Gen. III. 3. — IV. ἀνοίγειν τὸ στόμα 1) proprie quidem *aperire os* seu *diducere* notat, ut legitur Matth. XVII. 27. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ et si os ejus, nempe piscis capti, aperueris: sed deinde 2) *facultatem loquendi alicui reddere*. Luc. I. 64. ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα statim recepit facultatem loquendi. Hoc fit more Hebræorum, Num. XXII. 28. וַיִּפְתַּח יְהוָֹה אֶת־פִּי הָאָתוֹן, h. e. et dedit Jehova asinæ loquendi facultatem. 3) ἀνοίγειν τὸ στόμα αὐτοῦ aperire os suum, est: *loqui, verba facere, docere*. Matth. XIII. 35. ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου loquar, seu utar parabolis. Act. VIII. 32. οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ ne verbum quidem profert contra adversarios suos. Sic Psalm. LXXVIII. 2. אֶפְתְּחָה בְמָשָׁל פִּי loquar per parabolas. Lucian. in Philopseude § 33. p. 286. Vol. VII. ed. Bipont. ἀλλά μοι καὶ ἔχρησεν ὁ Μέμνων αὐτὸς, ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτά. Virgil. Æn. II. 246. 4) ἀνοίγειν τὸ στόμα αὐτοῦ *initium dicendi facere, exordiri orationem*. Act. VIII. 34. XVIII. 14. μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα cum Paulus sui defensionem suscipere, respondere ad has criminationes vellet. Eadem formula 5) *libere loqui, libertate dicendi uti*, notat. 2 Cor. VI. 11. τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς libere vobis exposui sententiam meam. Eodem sensu hæc formula (quæ comparari potest cum Hebraico רָחַב פֶּה עַל פְּלוֹנִי, 1 Sam. II. 1.) legitur apud Sirac. XV. 5. XXII. 22. XXIX. 24. Simplex quoque ἀνοίγειν notat *libere ac palam declarare aliquid* apud LXX Job. VII. 11. fere ut nostrum: eröffnen, eröffnung thun, *to disclose, to make known*. Interdum autem formula hæc plane abundat, Matth. V. 2. Act. X. 24. more Hebræorum. Dan. X. 16. Sirac. LI. 25.

'ΑΝΟΙΚΟΔΟΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *reædifico, rursus ædifico*, ex ἀνὰ et οἰκοδομέω. Herodian. VIII. 2. 12. Aristoph. Vesp. 789. 2) *restauro, reficio aliquid*. Act. XV. 16. ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω restaurabo palatium Davidis, et diruta ejus reficiam, h. e. restituam rempublicam Judaicam pristino splendori. Ita בָּנָה Amos. IX. 11.

"ΑΝΟΙΞΙΣ, εως, ἡ, *apertio*, ab ἀνοίγω. Semel tantum legitur hæc vox in N. T. Ephes. VI. 19. ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου quoties tradenda mihi sit religio christiana. Gloss. Vet. apud Labbæum; ἄνοιξις, *apertura, adapertio*.

'ΑΝΟΜΙ'Α, ας, ἡ, proprie 1) *statum hominis* indicare videtur, *qui legibus plane caret, certe earum idonea cognitione destituitur*, ut ex vocibus ἄνομος et ἀνόμως colligere licet: sed ita in N. T. non legitur, in quo potius 2) *illegalitatem, violationem legum omnium, vitiositatem, impietatem*, notat, in locis quidem his: Matth. XXIII. 28. Rom. VI. 19. ubi τῇ ἀνομίᾳ opponitur τῇ δικαιοσύνῃ. Tit. II. 14. ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας. 1 Joh. III. 4. ubi ἁμαρτία eo, quo in fine commatis sequentis legitur sensu, ἀνομία aberratio a legibus divinis dicitur. Sic ἀνομία Sapient. V. 7, 24. Sirac. XLII. 21. legitur et in vers. Alex. ubi τῷ עָוֹן, Genes. XIX. 5. עוֹלָה,

Psalm. LVIII. 2. רֶשַׁע, Psalm. V. 4. et aliis similibus vocabulis respondet. 3) *actio quævis illegitima et impia, peccatum.* Matth. VII. 23. οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. ibid. XIII. 41. Rom. IV. 7. μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι. ib. VI. 19. εἰς τὴν ἀνομίαν. Hebr. VIII. 12. X. 17. Sic etiam in libris Apocryphis: Sirac. XXI. 4. XXXIII. 10. Hist. Susann. v. 37 et 57. Pro חַטָּאָה legitur etiam Exod. XXXIV. 9. Ies. V. 18. Thren. IV. 16. Speciatim vero ἀνομία 3) notat *injustitiam, crudelitatem, sævitiam, violentiam.* Matth. XXIV. 12. διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ob ingravescentem violentiam et persecutionem. Hebr. I. 9. ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν. unde etiam Alexandrini τὸ חָמָס per ἀνομίαν interdum expresserunt, v. c. Ezech. VII. 23. VIII. 17. 4) *defectio a religione christiana,* i. q. ἀποστασία. 2 Thess. II. 7. τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας jam multi clam deficiunt a religione christiana. Ad hanc significationem confirmandam non tam ad Hebr. פֶּשַׁע *defectio,* cui respondet in vers. Alex. ἀνομία interdum, v. c. Job. VII. 21. VIII. 4. Psalm. LI. 3. ob ambiguitatem vocis provocarem, quam ad locum Ies. I. 5. ubi סָרָה ab Alex. per ἀνομίαν, a Theodot. per ἔκκλισιν redditum legitur. 5) *ipsa paganorum religio.* 2 Cor. VI. 14. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; quænam est conjunctio religioni christianæ cum religione paganorum? Vide quæ ad sequens vocabulum notata sunt.

ἌΝΟΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) et proprie: *exlex, carens lege, cui lex non est data,* dicitur, unde ἄνομοι in N. T. κατ' ἐξοχὴν vocantur *gentiles, qui legem Mosaicam non habent, qui non adstricti sunt legi Mosaicæ et ceremoniali.* Sic Act. II. 23. διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλατε per Romanos ad palum alligatum sustulistis. 1 Cor. IX. 21. τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος erga paganos me gessi, quasi nec ipse olim adstrictus fuissem legi Mosaicæ. Sic et legitur 1 Macc. II. 44. III. 5. Sap. XVII. 2. Fragm. Esther. c. 4. Etym. M. ἄνομοι οἱ ξένοι τῶν θείων νόμων παντελῶς. Hesych. ἄνομον· τὸ μὴ ὑποκείμενον νόμῳ. — πρὸ τοῦ νόμου. 2) *impius, scelestus, legum divinarum contemtor.* 1 Cor. IX. 23. μὴ ὢν ἄνομος quanquam non sum violator legis divinæ. 2 Petr. II. 8. ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν ægre tulit eorum impie facta. Sic Sirac. XVI. 5. XXIV. 22. Suid. ἄνομος· παράνομος. 3) *maleficus, qui a judicibus publice punitur.* Luc. XXII. 37. καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη et inter sceleratos relatus est. coll. Ies. LIII. 12. Marc. XV. 28. 1 Tim. I. 9. Sic apud Sophocl. Œdip. Tyr. v. 183. 4) *qui alios sollicitat ad defectionem a religione christiana.* 2 Thess. II. 8. καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος tunc palam prodibit impostor ille et corruptor, qui v. 3. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας vocatur. Ies. I. 4. τῷ מַשְׁחִית in vers. Alex. respondet.

ἈΝΟ'ΜΩΣ. Adv. *sine lege,* ἄνευ νόμου, et speciatim *sine cognitione legis Mosaicæ,* et: *nulla legis scriptæ* seu *Mosaicæ ratione habita.* Semel tantum legitur in N. T. Rom. II. 13. ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται qui religionis Mosaicæ cognitione destituti peccant, non secundum eum rigorem, quem postulat legis Mosaicæ cognitio, damnati peribunt. Opponitur ibi τῷ ἀνόμως, διὰ νόμου et ἐν νόμῳ. Bene Alberti adduxit ad h. l. verba Isocratis Panegyr. p. 94. ubi de Græcis, cum scilicet nullos adhuc legislatores haberent, scribit: τοὺς Ἕλληνας ἀνόμως ζῶντας καὶ σποράδην οἰκοῦντας. Conf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 366. Alias est: *injuste, inique, contra legem latam.* 2 Macc. VIII. 16. Zonaras Lex. c. 227. ἀνόμως παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ χωρὶς τῆς τοῦ νόμου κατακρίσεως. ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται.

ἈΝΟΡΘΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *surrigo, sursum vel rursus erigo.* Passiv. ἀνορθοῦμαι *erigor, erecto sum capite et corpore.* Luc. XIII. 13. καὶ παραχρῆμα ἀνωρθώθη et protinus erecto stetit corpore, liberata est a κυφώσει, qua laborabat. 2) *iterum ædifico, rursum exstruo.* Act. XV. 16. καὶ ἀνορθώσω αὐτὴν palatium Davidis collapsum et dirutum iterum erigam, h. e. reddam familiam Davidis pristino splendori. Herodot. I. 19. τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσωσι, τὸν ἐνέπρησαν. Apud Libanium Or. IV. p. 179. ἀνορθοῦν τῷ κατασκάπτειν opponitur. Etiam simplex ὀρθοῦν *ædificare, exstruere* notat. 3) metaphorice: *reficio, restauro, in pristinum meliorem statum restituo.* Hebr. XII. 12. διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε manus remissas et genua labantia confortate. Simili sensu legitur apud Siracid. XI. 12. καὶ ἀνώρθωσεν αὐτὸν ἐκ ταπεινώσεως αὐτοῦ.

ἈΝΟ'ΣΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *impius, profanus, qui nullis se divinis et humanis legibus teneri patitur, qui officia, quæ cum Deo tum hominibus præstanda sunt, negligit.* Tam late enim patet hæc vox non solum apud exteros Scriptores, Xenoph. Mem. I. 1. 11. — 4. 19. sed etiam in N. T. libris, in quibus bis tantum legitur. 1 Tim. I. 9. ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, ubi ἀνόσιοι sunt, qui fœda faciunt, turpia committunt, ἀνοσιουργοί, qui alias vocantur, Ezech. XXII. 9. 2 Tim. III. 2. 2 Macc. VII. 34. VIII. 32. Hesych. ἀνόσια· βέβηλα, ἄδικα, ἄνομα. Gloss. Vet. sceleratus. ἀνόσιος.

ἈΝΟΧΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *dilatio, procrastinatio, prolatio,* etiam *intermissio, feriatio,* ab ἀνέχω. Joseph. A. J. VI. 5. 1. ἀνοχὴν ἑπτὰ ἡμερῶν. Idem B. J. I. 8. 6. ἀνοχὴν τοῦ πολέμου διδόντος. Arrian. Diss. Epictet. IV. 1. 58. de servo: ἀνοχὴν ἔχων ἐν Σατουρναλίοις. 2) *tolerantia, lenitas animi, longanimitas, quæ se maxime pœnis differendis exserit,* langmüthigkeit, schonung, *meekness, sparing mercy,* ab ἀνέχεσθαι *tolerare.* Sic in N. T. bis usurpatur de tolerantia Dei erga impios. Rom. II. 4. καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας. ib. III. 26. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ. Hesych. ἀνοχῇ· μακροθυμίᾳ. παρὰ τὸ ἀνέχειν καὶ ἀνέχεσθαι, ἢ ἀνατολῇ (lege ἀναβολῇ) ἢ χάριτι. ad quem locum conf. Ernesti. Alberti Gloss. N. T. p. 94. ἀνοχῆς· ἀναβολῆς.

ἈΝΤΑΓΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ. Verbum medium, ut probavit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 81. quod proprie notat, 1) *decertare, repugnare, adversarium esse in certaminibus,* ut vel etymologia docet. 2) sensu metaphorico: *resistere, obniti.* Hebr. XII. 4. πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι resistentes sollicitationibus ad defectionem a religione christiana. Sæpius non legitur.

ἈΝΤΑ'ΛΛΑΓΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *commutatio, permutatio, compensatio, redemtio,* ex ἀντὶ *pro, contra,* et ἀλλάσσω *muto, permuto.* 2) *pretium redemtionis,* seu *omne, quod datur alicujus rei emendæ aut permutandæ gratia, sive sit pecunia, sive aliud possessionum genus,* ex more commerciorum apud veteres, quæ non moneta, sed rerum permutatione exercebantur. Matth. XVI. 26. τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; quonam pretio dato redimere poterit homo felicitatem

animi deperditam? De hac sententia proverbiali vide Wetstenium N. T. T. I. p. 434. Marc. VIII. 37. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. VI. 15. φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστι ἀντάλλαγμα nihil tanti pretii est, quanti fidus amicus. ibid. XXVI. 18. Job. XXVIII. 18. de sapientia: οὐ σταθήσεται ἀργύριον ἀντάλλαγμα αὐτῆς. Eurip. Orest. v. 1158 seq. οὐ πλοῦτος, οὐ τυραννὶς, ἀλόγιστον δέ τι τὸ πλῆθος ἀντάλλαγμα γενναίου φίλου. In vers. Alex. Hebraicis vocabulis תְּמוּרָה, Ruth. IV. 7. at מְחִיר, Jer. XV. 13. respondet. Hesych. ἀντάλλαγμα· ἀνθόμοιον.

'ΑΝΤΑΝΑΠΛΗΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, proprie secundum etymologiam: *vicissim expleo* seu *impleo, alterius loco aliquid impleo seu facio*, ex ἀντὶ *pro, loco, vice*, ἀνὰ *iterum* et πληρόω *impleo*. Sed præpositionis ἀντὶ nulla quoque hic vis est, uti nec in verbis ἀνταποδίδωμι, ἀνταποκρίνομαι et aliis, ut bene docuit Fischerus in Animadvv. ad Welleri Grammat. Gr. p. 369. ut adeo ἀνταναπληρόω idem sit quod ἀναπληρόω et significet: *explere, supplere defectum alicujus rei*. Sic semel legitur in N. T. Coloss. I. 24. ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν σαρκί μου, h. e. perfero, quod reliquum est calamitatum, ob religionem christianam mihi perferendarum. Raro hæc vox occurrit apud Græcos Scriptores, ut adeo exemplis plane destitui visum sit plerisque. Sed contrarium docuit Alberti in Peric. Crit. p. 54. et Wetsten. N. T. T. II. p. 283.

'ΑΝΤΑΠΟΔΙ'ΔΩΜΙ, fut. δώσω, in universum *reddo, rependo, retribuo, quocunque modo hoc fiat*, (Sirac. XXXV. 24.) ut adeo in utramque partem accipiatur, et partim in bonam partem, 1) *reddere alicui gratiam, remunerari alicui beneficium, præmiis afficere*, significet, ad imitationem Hebraici שָׁלַם, in Piel שִׁלֵּם, Prov. XIII. 21. 1 Sam. XXIV. 20. et גָּמַל, Ies. LXIII. 7. Psalm. XVIII. 21. v. c. Luc. XIV. 14. ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀνταποδοῦναί σοι, ἀνταποδοθήσεται σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν cum tibi gratiam referre non valeant, rependetur tibi olim in resurrectione piorum. Rom. XI. 35. ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; quis mercedem benefactorum ab eo postulare potest? 1 Thess. III. 9. τίνα εὐχαριστίαν δυνάμεθα τῷ Θεῷ ἀνταποδοῦναι. Sirac. III. 34. XXX. 6. partim in deteriorem partem, 2) *punire, ulcisci, vindictam sumere* notet, ut Hebr. גָּמַל, Ies. III. 9. Psalm. CIII. 10. et שִׁלֵּם, Prov. XX. 22. Rom. XII. 9. ἐγὼ ἀνταποδώσω ego vindictam sumam. 2 Thess. I. 6. ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν punire eos ob calamitates vobis inflictas. Hebr. X. 30. Sirac. XVII. 19.

'ΑΝΤΑΠΟ'ΔΟΜΑ, τος, τὸ, *retributio, compensatio*, et in bonam partem 1) *præmium, retributio, qua bonum collatum rependitur*. Luc. XIV. 12. καὶ γένηταί σοι ἀνταπόδομα et rependatur tibi beneficium. Sirac. XII. 2. εὐποίησον εὐσεβεῖ καὶ εὑρήσεις ἀνταπόδομα. In deteriorem autem partem 2) *pœna facinori adæquata, ultio, vindicta*. Rom. XI. 9. καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς ut ob malefacta puniantur. Sirac. XIV. 6. καὶ τοῦτο ἀνταπόδομα τῆς κακίας αὐτοῦ. Eodem sensu ἀνταπόδοσις apud Polyb. V. 30. Æque late patet Hebraicum גְּמוּל, cui in vers. Alex. ἀνταπόδομα respondet, 2 Chron. XXXII. 25. Psalm. XXVIII. 4. et CXXXVII. 8.

'ΑΝΤΑΠΟ'ΔΟΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *retributio, remuneratio*, ab eodem themate. Plutarch. Opp. T. VI. p. 269 et 516. VIII. p. 942. ed. Reisk. 2) *merces, præmium, beneficium*. Semel tantum in N. T. legitur. Coloss. III. 22. ἀπὸ Κυρίου ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας a Deo præmia pietatis vestræ et constantiæ accipietis, felicitatem nempe æternam. Hebraicum גָּמַל, interdum simpliciter notat *benefacere, benignitatem præstare*, v. c. Ies. LXIII. 7. ideoque ab Alex. Ies. XIII. 16. εὐεργετεῖν redditur, uti Symmachus Psalm. CIII. 3. גְּמוּלָיו, reddidit τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ. Conf. Ernesti Institut. Interpr. N. T. p. 173. ed. 3.

'ΑΝΤΑΠΟΚΡΙ'ΝΟΜΑΙ, 1) *respondeo*, (Non autem *vicissim respondeo*, ut vulgo vertitur, nam ἀντὶ haud raro in compositione abundat, ut supra ad ἀνταναπληρόω monitum est.) Luc. XIV. 6. καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα ad hæc nihil plane poterant respondere. Hinc Hebraico עָנָה, Judd. V. 29. respondet apud Alexandrinos, apud quos etiam substantivum ἀνταπόκρισις *responsio* interdum, v. c. Job. XIII. 22. occurrit. 2) *respondendo contradico et refello, altercor, disputo*. Rom. IV. 12. σὺ τίς εἶ δ' ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ: quo jure audes cum Deo *altercari*? ad imitationem Hebraici עָנָה, Job. XVI. 8. XXXII. 12. In utroque loco Alexandrini hac voce nostra usi sunt. Conf. etiam Schol. Homer. Odyss. ζ'. v. 67. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀνταποκρίνεται, *altercatur*.

'ΑΝΤΕ'ΠΩ, *contradico, refragor*, i. q. ἀντιλέγω. (Verbum anomalon ex ἀντὶ et ἔπω *dico*.) Bis legitur in N. T. Luc. XXI. 15. ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντειπεῖν cui contradicere seu *resistere* non potuerunt adversarii. Act. IV. 14. οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν nihil habebant, quod contradicerent. 1 Macc. XIV. 44. Legitur præterea in vers. Alex. pro עָנָה, Job. IX. 3. et הֵשִׁיב, Esther. VIII. 8. XXIII. 18. Aristoph. Plut. 485. Xenoph. Ages. 2. 21. Hell. I. 4. 8.

'ΑΝΤΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. θέξομαι, 1) proprie est: *firmiter teneo aliquid et amplector, ne eripiatur, concidat, et pereat; adhæreo*, et verbo הֶחֱזִיק æque ac אָחַז et חָפֵשׂ respondet in versione Alex. Sed deinde etiam metaphorice usurpatur et 2) significat: *totus deditus sum et addictus alicui rei aut personæ, sto a partibus alicujus, inservio alicujus commodis, magno studio ago, incumbo in aliquid*. Sic Matth. VI. 24. Luc. XVI. 12. ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει in exsequendis alterius jussis magis diligens erit, alteri autem minus studebit. Syrus: ܢܝܩܪ *honorabit*. Arabs: ويطيع *et obediet*. Vide Prov. III. 18. Conf. etiam ad h. l. Wetstenii Notas N. T. T. I. p. 333. Apud Græcos etiam ἀντέχεσθαι τινὸς interdum ita usurpari, ut significet: *diligentem esse in exsequendis alicujus jussis*, post alios docuit Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. p. 126. 1 Thess. V. 14. ἀντέχεσθε ἀσθενῶν causam infirmorum suscipite, et eorum commodis inservire studete. Tit. I. 9. episcopus jubetur esse ἀντεχόμενος τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου qui operam det doctrinæ veræ tradendæ, in id quasi incumbat, ut doctrinam christianam pure et sincere tradat. Chrysost. φροντίζοντα, ἔργον τοῦτο ποιούμενον. Diod. Sic. II. c. 12. ἀντέχεσθαι ἐκβάσεως summo studio exire conniti. Conf. ad h. l. Wesselingium. Simili modo Hebraicum הֶחֱזִיק Ezech. XVI. 49. Prov. IV. 13. Ies. LVI. 2, 4, 6. usurpatur. Suid. ἀνθέξεται· ἀντιλήψεται, ἀνθέξεται κρίματος ἡ χείρ μου,

ex Deut. XXXII. 41. Idem Hesychius sub ἀνθέξεται (ubi confer observatt. Ernesti) tradit, et paulo post ἀντέχεται· ἀντιλαμβάνεται, φροντίζει, περιποιεῖται.

'ἈΝΤΙ', est præpositio, quæ Latinorum *pro* in universum respondet, sed varii usus est extra compositionem. 1) *pro, loco,* ita, ut successionem significet, qua unus in locum alterius succedit, ut Hebr. תַּחַת Levit. XVI. 32. 2 Sam. III. 12. Sic Matth. II. 22. Archelaus dicitur regnasse ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, i. e. loco Herodis, patris sui. 1 Macc. XIII. 32. καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ. Eurip. Alcest. 282 et 433. 2) *pro,* ut significet commutationem, qua unum tollitur, ut alterum locum habeat. Luc. XI. 11. μὴ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; Hebr. XII. 16. ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ qui pro cibo uno vendidit jus primogenituræ suæ. 1 Regg. XXI. 2. Eodem modo legitur hæc præpositio in libro Sapientiæ VII. 10. XI. 6. 3) *pro, loco,* ita, ut indicetur retributio, qua paria rependuntur. Matth. V. 28. ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ oculum pro oculo, ubi de jure talionis Hebræorum sermo est. Rom. XII. 17. κακὸν ἀντὶ κακοῦ. 1 Thess. V. 15. 1 Petr. III. 9. λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας. Sic תַּחַת legitur Exod. XXI. 37. 1 Sam. XXV. 11. 4) *pro, loco,* ita, ut de redemtione et liberatione ab aliqua re sermo sit. Ib. XVIII. 27. ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ meam tuamque vicem. Sic Matth. XX. 28. et Marc. X. 45. Christus dicitur eo consilio in has terras venisse, τοῦ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν ut vitam suam daret quasi pretii loco, quo multi a vitiositate et miseria liberarentur. Sic תַּחַת sumitur Jos. II. 14. ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἀνθ' ὑμῶν εἰς θάνατον, נַפְשֵׁנוּ תַחְתֵּיכֶם לָמוּת· 5) *loco ejus, quod.* Jacob. IV. 15. ἀντὶ τοῦ λέγειν ὑμᾶς loco ejus, quod dicere debebatis. 6) *super.* Joh. I. 16. χάριν ἀντὶ χάριτος summa ac præstantissima beneficia. Sic Theognis Sentent. v. 344. ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας calamitates super calamitates. 7) *propter, gratia, causa,* pro χάριν vel ἕνεκα, ut תַּחַת Ies. LX. 15. Job. XXXIV. 26. Ephes. V. 31. ἀντὶ τούτου καταλείψεται κ. τ. λ. propterea derelinquet. Hebr. XII. 2. ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ob felicitatem sibi præmii loco in cœlis propositam. Pertinet huc etiam formula: ἀνθ' ὧν *propterea quod, pro eo, quod, quamobrem, quare, quocirca,* elliptice posita pro ἀντὶ πραγμάτων ἃ, quæ Luc. I. 20. XII. 3. XIX. 44. Act. XII. 23. 2 Thess. II. 10. occurrit et Hebr. תַּחַת אֲשֶׁר Deut. XXVIII. 46. Ezech. V. 11. respondet, etiam τῷ יַעַן אֲשֶׁר Jud. II. 20. et עַל אֲשֶׁר Jer. XXII. 9. Judith VII. 15. Sed nec Græcis Scriptoribus ignota est hæc formula; confer tantum Ælian. V. H. XIII. 28. Lycurg. adv. Leocratem c. 18. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 650.—In compositione autem ἀντὶ indicat 1) *oppositionem,* seu *contrarium.* v. c. ἀντιδιατίθεσθαι, ἀντιπίπτειν, ἀντιτάσσεσθαι. 2) *vicissitudinem,* v. c. ἀντιμετρέομαι, ἀντιλοιδορέω, ἀντικαλέω. 3) *æqualitatem,* v. c. ἀντίγραφον. 4) *permutationem,* seu *successionem in locum alterius,* v. g. ἀντωνεῖσθαι *emere in locum alterius rei,* ἀντιπαρέχειν. 5) *redemtionem,* v. g. ἀντίλυτρον. Interdum etiam plane abundat, ut supra jam ad ἀνταναπληρόω monitum est. Cæterum tenendum est, ἀντὶ in vers. Alex. maxime quidem Hebræorum תַּחַת respondere, sed haud raro etiam legi pro עֵקֶב *pro, propter,* Deut. VIII. 20. חֵלֶף Num. XVIII. 21, 31. ב Exod. XXII. 3. בַּעֲבוּר *propter,* Amos VIII. 6. et יַעַן Ezech. XXIV. 8.

'ἈΝΤΙΒΑ'ΛΛΩ, propr. *vicissim jacio, ex adverso jacio,* ut lusitantes pila. Hinc ob similitudinem quandam ἀντιβάλλειν λόγους *miscere, conferre sermones, de aliqua re disputare* notat, quia nempe tunc alter suas dubitationes et argumenta objicit, quæ ab altero vel rejiciuntur vel admittuntur. Sic in N. T. semel legitur Luc. XXIV. 17. τίνες οἱ λόγοι, οὓς ἀντιβάλλετε πρὸς ἀλλήλους; de quo jam confertis sermones? Syrus: *qui sunt sermones hi, quos loquimini unus cum altero?* Hesych. ἀντιβάλλει· ἀντιστρέφει, ἢ διαβάλλει, ἢ διορθοῖ, ἢ ἐπιστρέφει. Occurrit etiam formula: πρὸς ἑαυτὸν ἀντιβάλλειν τι apud se ipsum reputare aliquid 2 Macc. XI. 13. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀντιβάλλω, *confero.*

'ἈΝΤΙΔΙΑΤΙ'ΘΗΜΙ, 1) proprie: *e contrario, ex adverso pono, sisto, statuo,* ex ἀντὶ, διὰ, et τίθημι *pono.* 2) Medium ἀντιδιατίθεμαι *contrario animo affectus sum, adversarius sum, aliter sentio et statuo, quam alter.* Sic semel in N. T. occurrit 2 Tim. II. 25. ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους (in quibusdam codicibus legitur ἀντικειμένους e glossemate) humaniter corrigere et edocere diversas a nobis sententias foventes. Confer Suidam s. v. ἀμυνόμενοι et Eustath. in Iliad. ς'. p. 414. 33.

'ἈΝΤΙ'ΔΙΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *adversarius in lite et judicio, qui in foro contra aliquem stat et agit,* ex ἀντὶ et δίκη *judicium.* Sic Matth. V. 25. ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ mature compone res tuas cum adversario tuo. Luc. XII. 58. Jamblich. Vit. Pythagor. c. 27. μεθ' ἑκατέρου τῶν ἀντιδίκων ὁδῷ προάγειν. Cf. Ez. Spanhem. ad Aristoph. Nub. v. 774. In vers. Alex. τῷ יָרִיב *actor, qui causam agit,* Jer. L. 4. מֵרִיב 1 Sam. II. 20. et אִישׁ רִיב Ies. XLI. 11. respondet. Sed deinde latius patet, et 2) *quemvis adversarium, hostem et inimicum,* etsi non reum peragat alium coram tribunali judicis, notat, et maxime *cum, qui vim et injuriam alteri facit.* Æschyl. Agam. 40. Sic Luc. XVIII. 3. ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου vindica me ab adversario meo, s. ulciscere injuriam mihi illatam. 1 Petr. V. 8. ὁ ἀντίδικος ὑμῶν ὁ διάβολος diabolus, qui felicitati vestræ et pietati insidiatur. Jer. LI. 36. הִנְנִי־רָב אֶת רִיבֵךְ Alex. ἰδοὺ ἐγὼ κρινῶ τὴν ἀντιδικόν σου. Hesych. ἀντίδικος· ἀντίπαλος, ἐχθρὸς, ἐναντίος. Gloss. V. ἀντίδικος· adversarius, obtrectator, contrarius. Phavorinus vel potius Zonaras Lex. col. 176. ἀντίδικος παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ὁ διάβολος, ad 1 Petr. V. 8.

'ἈΝΤΙ'ΘΕΣΙΣ, εως, ἡ, proprie: *oppositio,* ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum, ab ἀντιτίθημι *oppono.* 2) *doctrina opposita, quæstio, quæ ad disceptandum proponitur, disputatio,* quia is, qui cum altero disputat, contrariam et oppositam sententiam tuetur. 1 Tim. VI. 20. ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως disputationes de doctrina Judaica, quibus scientiam suam et sapientiam, quam jactant, demonstrare gestiunt. Hesych. ἀντίθεσις· ἀντιλογία. Phavor. ἀντίθεσις· σχῆμα λέξεώς ἐστι, καθ' ἣν ἀντιτιθέασιν ἀλλήλοις τὰ ἐναντία, ἢ κατὰ μέρος, ἢ ἀθρόως. οὕτως Ἰσοκράτης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ. Idem: ἀντιλογία· ἐρώτησις.

'ἈΝΤΙΚΑΘΙ'ΣΤΗΜΙ, *oppono, facio resistere oppugnanti, resisto.* Semel

legitur in N. T. Hebr. XII. 4. οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε nondum usque ad sanguinem restitistis, h. e. nondum ea pericula ob religionem christianam subiistis, ut sanguinem profundere cogeremini. Sic usurpata quoque reperitur vox ἀντικαθίσταμαι pro Hebr. הִתְיַצֵּב apud Inc. Int. 2 Sam. XXI. 5. τοῦ μὴ ἀντικαθίστασθαι, ne sit residuus, qui obsistere aut reniti valeat. Suid. ἀντικάθηται· ἀντὶ τοῦ ἐναντιοῦται, καὶ ἀντικαθίστασθαι ὁμοίως. Οὐ δυνάμενος τῷ πλήθει ἀντικαθίστασθαι.

ἈΝΤΙΚΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *vicissim voco, vicissim invito*, speciatim *ad convivium*, ex ἀντὶ, quod hic *vicissitudinem* indicat, et καλέω *voco, invito.* Semel legitur in N. T. Luc. XIV. 12. μήποτε καὶ αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι nam vicissim te invitabunt ad cœnam. Xenoph. Sympos. I. 15. Eodem sensu verbo *revocare* utuntur. Cic. pro Rosc. Amer. c. 19. et Martial. in Gallum Lib. V., " nunquam me *revocas*, venias cum sæpe *vocatus*," ut sit *revocare* idem, quod *invitare* eum ad convivium, a quo ante excepti sumus. Cf. infra sub καλέω ac Rittershusium ad Phædr. I. fab. 26.

ἈΝΤΙ'ΚΕΙΜΑΙ, fut. κείσομαι, 1) proprie: *e regione, ex adverso positus aut situs sum, oppositus sum*, ut loci tantum ratio habeatur. Sic v. c. ut bene monuit Schwarzius in Comment. L. Gr. p. 125. Asia Europæ ex adverso sita ἀντικεῖσθαι dicitur ab Herodian. VI. 4. s. 9. et apud eundem IV. 2. s. 10. castra inter se opposita ἀντικείμενα ἀλλήλοις τὰ στρατόπεδα dicuntur. Sed ita in exterorum Scriptorum monumentis tantum legitur. In N. T. metaphorice usurpatur, ita, ut hominibus tribuatur, et 2) omnino *se opponere, adversari alteri, quacunque ratione et modo*, notet. Luc. XXI. 15. πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν omnes adversarii vestri aut accusatores. 1 Cor. XVI. 9. καὶ ἀντικείμενοι πολλοὶ et multi sunt, qui propagationem religionis christianæ impedire conantur. Philipp. I. 28. ἀντικείμενοι dicuntur, qui Christianos acerrime persequebantur. 2 Thess. II. 4. ὁ ἀντικείμενος qui Deo reniti audet. 1 Tim. V. 14. Luc. XIII. 17. omnes obtrectatores illos ad silentium redegit. Hinc in versione Alex. שָׂטָן Zach. III. 2. רדף Job. XIII. 25. צרר Exod. XXXII. 22. et aliis vocabulis, quæ *hostem, adversarium* indicant, respondet. Gloss. Vet. ἀντικείμενος, *adversarius, obtrectator.* Interdum etiam de rebus usurpatur et tunc 3) significat, *repugnare, contrarium esse.* Gal. V. 17. ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις hæc sibi invicem ita contraria sunt. 1 Tim. I. 10. καὶ εἴτι ἕτερον τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται et si quid aliud veræ doctrinæ christianæ repugnat. Hesych. ἀντίκειται· ἐναντίος κεῖται, aut, ut fortasse rescribendum erit, ἐναντίον κεῖται, ex conjectura nempe Pricæi, qui respici putabat hac glossa ad 1 Tim. I. 10. Sext. Empir. Hypot. II. 14. ἀντίκειται δὲ ταῦτα ἀλλήλοις.

ἈΝΤΙΚΡΥ', *e regione, ex adverso.* Adverbium, habens secum genitivum, ab ἀντί. Semel legitur in N. T. Ac XX. 15. τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρὺ Χίου sequenti die venimus in locum, qui est e regione Chii. Hesych. ἀντικρύ· κατέναντι, ἐξ ἐναντίας. Idem Suidas et Etym. M. Conf. Interpretes ad Thomam M. sub ἀπαντικρὺ, p. 83. ed. Bernard. et Wetstenii N. T. T. II. 593.

ἈΝΤΙΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. λήψομαι, et medium ἈΝΤΙΛΑΜΒΑ'ΝΟΜΑΙ, 1) proprie: *apprehendo, arripio, porrectis manibus rego, vel juvo, suscipio periclitantem.* Non male Joh. Arrowsmith in Tacticis Sacris p. 241. monuit, maxime de iis dici, qui infantes lapsantes manu porrecta retinent, aut ægros vacillantes sustentant. Suid. ἀντιλαμβανόμενοι· κρατοῦντες, ἐξεχόμενοι. Sed deinde metaphorice 2) *opitulor. sublevo, defendo, juvo, curam gero quovis modo*, et maxime de iis usurpatur, qui benefici sunt erga pauperes et afflictos. Luc. I. 54. ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ opem tulit populo suo dilecto Israëli. Act. XX. 35. δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων oportere nos juvare inopes. Sirac. II. 6. πίστευσον Θεῷ καὶ ἀντιλήψεταί σου. ib. XII. 4. Judith. XIII. 6. Thucyd. II. 61. τοῦ κοινοῦ τῆς σωτηρίας ἀντιλαμβάνεσθαι salutis reipublicæ curam suscipere, eique succurrere. Aristoph. Pac. v. 484. et Novell. XIII. c. 1. § 1. Diod. Sic. XI. 13. Confer Alberti in Notis ad Glossar. Gr. N. T. p. 104. Hesych. ἀντιλαμβάνεται· βοηθεῖ. Sic et Cicero *suscipere* et *tueri* sæpe conjungit. Ἀντιληπτικὸς *qui lubenter alteri opitulatur* apud Diotogenem in Florilegio Stobæi p. 332. 3) *sentio, percipio, cognosco*, sive *sensu corporis*, sive *animo*, et ex adjuncto: *particeps fio, fruor aliqua re.* Illustrari exinde potest locus obscurior 1 Tim. VI. 2. οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι, qui vulgo quidem ita explicatur, ut ἀντιλαμβανόμενοι ad dominos referatur hoc sensu: qui beneficentiæ student erga servos, οἱ φροντίζοντες εὐεργετεῖν τοὺς δούλους, ut Theophylactus interpretatur, non repugnante usu loquendi, nam ἀντιλαμβάνεσθαι haud raro est: *studere alicui rei*, sed æque commoda h. l. est notio altera, *fruendi, percipiendi*, (quæ Vulgati auctoritate h. l. commendatur, qui habet: *qui beneficii participes sunt;* quem etiam secutus est Lutherus) sive ἀντιλαμβανόμενοι cum aliis ad servos referas, hoc sensu: *qui multis a dominis ad se redundantibus commodis et beneficiis fruuntur*, sive, quod tamen minus placet, de ipsis dominis ex aliorum opinione explices, *qui participes facti sunt per religionem christianam omnis felicitatis per Christum partæ.* Certe negari non potest, ἀντιλαμβάνεσθαι in ipsis Græcorum monumentis interdum ita positum reperiri, ut *sentire, percipere, frui* notet. En! quædam exempla. Theod. Orat. V. de Providentia p. 458. ed. Hal. T. IV. καὶ τῶν ὀσμῶν ἀντιλαμβάνεται. ib. p. 572. Schol. Thucyd. VII. 66. ἀντελάβεσθε· ἀντὶ τοῦ ᾐσθάνεσθε. Æschin. Dial. III. 16. ὁ δὲ οὐκ ὢν οὐδὲ τῆς στερήσεως ἀντιλαμβάνεται. Alia exempla dedit Elsnerus in Obss. Sacris T. II. p. 306. Confer etiam ad h. l. Wetstenii N. T. T. II. p. 347.

ἈΝΤΙΛΕ'ΓΩ. Duas habet easque maxime contrarias significationes apud Græcos, partim enim, *eadem dico et profero, quæ alter*, notat, observante Suida: ἀντιλέγειν· ἀντὶ τοῦ ἴσα λέγειν. Πλάτων· partim autem significat: *contradico, contra disputo, reclamo, repugno, adversor;* et in hac posteriore notione tantum in N. T. legitur, v. c. Act. XIII. 45. καὶ ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ Παύλου λεγομένοις, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες doctrinæ, quæ a Paulo tradebatur, adversati, contra disputantes, additis quoque conviciis. Act. XXVIII. 19. ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων repugnantibus autem Judæis. ibid. v. 22. ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται eam ubique contradictioni expositam esse. Eodem modo Xenoph. Hist. Gr. VI. 5. 37. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἀντιλέγεται. Achill. Tat. V. p. 287. Facta est hæc vox successu temporis *ecclesiastica*, et ea maxime Eusebius in Hist. Eccles. delectatus est, qui sæpe τῶν μὴ ἀντιλεγο-

μένων γραφῶν (v. c. VI. 14.) et τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν mentionem facit. Interdum in ipsis N. T. libris post ἀντιλέγειν particula negativa μὴ ponitur, v. c. Luc. XX. 27. coll. Marc. XII. 18. (ubi legitur οἵτινες λέγουσιν ἀ. μ. εἶναι) οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι qui negant futuram esse resurrectionem mortuorum, (Vid. Thucyd. III. 41. VIII. 24.) ubi μὴ æque pleonastice ponitur, ac post ἔξαρνος apud Herodotum, ut Raphelius in Obss. Herodot. ad h. l. demonstravit. 2) *refractarius et rebellis sum, adversor, non obedio.* Luc. II. 34. οὗτος κεῖται εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον cui maxime adversabuntur Judæi. Joh. XIX. 12. ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι is est rebellis adversus Cæsarem. Rom. X. 21. ubi cum ἀπειθεῖν conjungitur. Tit. II. 9. μὴ ἀντιλέγοντας non immorigeros. Ies. XXII. 22. καὶ ἄρξει, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀντιλέγων. et Ies. LXV. 2. אֶל־עַם סוֹרֵר πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

ἈΝΤΙ΄ΛΗΨΙΣ, εως, ἡ, proprie, *apprehensio*, etiam *id, quo aliquid prehendimus*, v. c. ansa. Plutarch. Theseo c. 5. ὅπως οὖν μὴ παρέχοιεν ἐκ τῶν τριχῶν ἀντίληψιν τοῖς πολεμίοις, ἀπεκείραντο, ubi in sequentibus cum λαβὴ permutatur. In N. T. 1) *auxilium, quod aliquis alteri præstat, opitulatio, patrocinium*, i. q. βοήθεια aut ἐπίληψις, ut Phavorinus interpretatur, ab ἀντιλαμβάνομαι. Haud raro autem sic legitur in libris Apocryphis. Sirac. XI. 12. προσδεόμενος ἀντιλήψεως. ib. LI. 10. 2 Macc. VIII. 9. XI. 26. XV. 7. et in vers. Alex. ubi Ps. XXII. 19. τῷ עֶזְרָה Psalm. CVIII. 8. מָעוֹז, et Psalm. LXXXIII. 8. זְרוֹעַ respondet. Ade Josephum B. J. IV. 5. p. 276. ed. Havercamp. 2) *munus diaconorum primitivæ ecclesiæ, qui curam pauperum et ægrotorum gerebant.* 1 Cor. XII. 20. ἔθετο ἀντιλήψεις (Vulgatus: *opitulationes*) alios diaconos constituit in ecclesia, aut, inter alia munera ecclesiæ etiam munus diaconorum esse voluit. Alberti Gloss. N. T. p. 132. ἀντιλήψεις· προστασίαι, *præfecturæ*. Theophyl. τὰς ἀντιλήψεις, τοῦτ' ἔστι τὸ ἀντέχεσθαι τῶν ἀσθενῶν. Glossar. in Bibl. Med. ad h. l. a Pricæo laudatum: ἀντιλήψεις· προστασίαι καταπονουμένων. Glossæ aliæ ibidem: ἀντέχεσθαι τῶν ἀσθενῶν καὶ προστατεῖν αὐτῶν.

ἈΝΤΙΛΟΓΙ΄Α, ας, ἡ, 1) *contradictio.* Hebr. VII. 7. χωρὶς δὲ πάσης ἀντιλογίας sine omni contradictione et controversia. Herodot. IX. 87, 88. 2) *dissidium, lis, causa.* Hebr. VI. 16. καὶ πάσης ἀντιλογίας πέρας ὁ ὅρκος juramentum omnem litem dirimit et componit. Alexandrini ideo usi sunt hac voce pro מָדוֹן, Psalm. LXXX. 7. מְדָיָנִים, Prov. XVIII. 18. et רִיב, Deut. I. 12. 2 Sam. XV. 4. Ps. XXXI. 20. 3) *rebellio.* Jud. v. 11. καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο et ad exemplum Corachi seditiosi et rebellis pereunt, coll. Prov. XVII. 11. ubi τῷ מְרִי *rebellio*, in vers. Alex. respondet. Apud Inc. Int. quoque 2 Sam. XXII. 44. ἀντιλογία in notione *rebellionis* et *insurrectionis* occurrit. Interdum autem latius patet, et 4) *omnis generis contumeliam et injuriam, sive factis se exserat, sive verbis tantum*, notat. Sic Hebr. XII. 3. τὴν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν qui tot injurias et contumelias a scelestis Judæis pertulit. Matthæi Glossaria Græca Minora vol. I. p. 65. (Mosquæ 1774.) ἀντιλογίαν τὸν γέλωτα, τὰς πληγὰς, τοὺς χλευασμούς. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀντιλογία, *contradictio, refragatio, reclamatio, jurgium.*

ἈΝΤΙΛΟΙΔΟΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, *convicium regero, vicissim convicior.* Legitur in N. T. tantum 1 Petr. II. 23. ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει qui conviciis cum proscinderetur non maledicta regerebat. Lucian. Conviv. c. 40. Διονυσόδωρος ἀντελοιδορείτω τὰ εἰκότα. In Glossario Vet. apud Labbæum p. 16. vertitur *remaledico*, (ex ἀντὶ *contra* et λοιδορέω *convicior, maledico.*)

ἈΝΤΙ΄ΛΥΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1) *pretium redemtionis rei in aliena potestate sitæ, pecunia, quæ datur ad aliquem captivum aut servum redimendum*, ex ἀντὶ et λύτρον, *pretium, quod pro aliquo solvitur.* Incertus interpres, forte Symmachus, Psalm. XLVIII. 8. ubi LXX. τιμὴν τῆς λυτρώσεως habent. Quam varie olim utrumque vocabulum a Græcis usurpatum fuerit, Schwarzius inprimis docte exposuit in Comment. L. G. p. 127. Hesych. ἀντίλυτρον· ἀντίδοτον. Sed deinde 2) metaphorice, *omnis ratio ac modus, quo aliquis liberatur et immunis redditur ab aliqua re, maxime a miseria et ærumnis*, ἀντίλυτρον dicitur. 1 Tim. II. 6. ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων qui morte sua omnes liberavit a vitiositatis vi et pœnis, a servitute quasi et miseria peccatorum. Sæpius non legitur in N. T. Cf. infra sub ἀπολύτρωσις, λύτρον, λύτρωσις, et Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 376.

ἈΝΤΙΜΕΤΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *remetior, vicissim metior, ut mensura mensuræ ex adverso respondeat*, ex ἀντὶ, et μετρέω *metior.* 2) metaphorice: *par pari refero, rependo.* Bis tantum in N. T. legitur. Matth. VII. 2. Luc. VI. 38. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν eadem mensura, qua metimini, remetietur vobis, h. e. vel a Deo vel ab hominibus par pari vobis referetur. Fuit autem hæc formula proverbialis, frequentata apud orientales, quæ fere totidem verbis expressa legitur in Targum ad locum Iesaiæ cap. XXVII. 8. בסאתא דרווחא כאל בה יבילון לך et de qua bene exposuit Vorstius in Diatribe de Adagiis N. T. c. VIII.

ἈΝΤΙΜΙΣΘΙ΄Α, ας, ἡ, 1) proprie: *compensatio per mercedem, mercedis retributio*, (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum,) *merces*, i. q. μισθαποδοσία, ex ἀντὶ *pro* et μισθὸς *merces.* Sed deinde *quævis compensatio et retributio* ita dicitur, sive in bonam partem, et tunc 2) *mutuum officium, mutuam gratificationem* significat, 2 Cor. VI. 13. (κατὰ) τὴν αὐτὴν ἀντιμισθίαν vos jam vicissim hoc gratum mihi facite; sive in deteriorem partem, et tunc 3) *justa pœna* reddendum erit. Rom. I. 27. τὴν ἀντιμισθίαν τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες mercedem promeritam impietatis suæ per semet ipsos acceperunt.

ἈΝΤΙΟ΄ΧΕΙΑ, ας, ἡ, *Antiochia.* Plurium urbium nomen. In N. T. memoratur 1) *Antiochia* urbs, quæ fuit totius Syriæ metropolis, et sedes regia, ad Orontem fluvium a Seleuco Nicanore condita, et a patris sui Antiochi nomine ita denominata, (Justin. XV. 4. Dionys. Perieg. v. 917.) cujus cognomen Epidaphnes, ob Daphnen (famosum illum et deliciis refertissimum lucum) adjacentem, fuit. Et quia nobilissima fuit omnium urbium Syriæ, κατ' ἐξοχὴν Ἀντιόχεια in monumentis veterum dicitur. Ptolemæus V. c. 15. Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ τοῦ Ὀρόντου ποταμοῦ. Plin. Hist. Nat. V. c. 21. Antiochia libera Epidaphnes (ἐπὶ Δάφνης) cognominata, Oronte amne dividitur. Strabo Lib. XVI. p. 516. ἔστι δὲ ἡ Ἀντιόχεια καὶ αὐτὴ τετράπολις ἐκ τεττά-

ρων συνεστῶσα μερῶν. Cic. pro Archia c. 3. urbem celebrem et copiosam atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis adfluentem vocat. Qui in hac urbe christianam religionem professi sunt, primum Christiani vocati fuerunt. Act. XI. 26. Memoratur præterea Antiochia Syriæ Act. XI. 19. XIII. 1. XIV. 26. XV. 22—35. XVIII. 22. Galat. II. 11. Magna in hac urbe fuit Judæorum et postea Christianorum multitudo, alliciente eos, magnis commodis propositis, Seleuco Nicanore. Urbem ex professo descripserunt Wilhelmus Tyrius de Bello Sacro II. 9. et de La Roque Voyage de Syrie et du Mont-Liban. T. I. P. II. p. 199. 2) *Antiochia*, vulgo *Antiochia Pisidiæ* vocata, quæ quidem in Pisidia non sita, eidem tamen annumerata fuit ob confinium. Strabo Lib. XII. p. 397. Ἀντιόχεια ἡ πρὸς Πισιδίᾳ καλουμένη. Ptolemæus autem Lib. V. c. 4. Ælian. de Anim. XVI. 7. et Lucas Act. XIII. 14. Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας vocavit. Plinius H. N. V. c. 27. "Insident verticem Pisidæ, quondam Solymi appellati, quorum colonia Cæsarea eadem Antiochia." Cf. Cellar. Geograph. III. c. 4. p. 187. et Wetstenii N. T. T. II. p. 535. Ejus mentio fit Act. XIII. 14. XIV. 19, 22. 2 Tim. III. 11.

ἈΝΤΙΟΧΕΥ'Σ, έως, ὁ, *Antiochenus.* Nomen gentile, significans eum, qui ex Antiochia oriundus est. Semel tantum in N. T. legitur Act. VI. 5. Νικόλαον προσήλυτον Ἀντιοχέα: ubi sine dubio de Antiochia, Syriæ urbe, sermo est.

ἈΝΤΙΠΑΡΕ'ΡΧΟΜΑΙ. Nullo plane jure suo emphasin quandam in hac voce invenerunt interpretes, vertentes: *ex adverso prætereo, deflectens a via e regione prætereo*, nam ἀντὶ in compositis sæpe otiosum est. Non differt ἀντιπαρέρχομαι a simplici voce παρέρχομαι, uti et ἀντιπέραν idem quod simplex πέραν significat, et in universum *transire, præterire* notat, qua posteriore voce jam Vulgatus (cum quo h. l. etiam Syrus et Arabs consentit) usus est Luc. X. 31 et 32. καὶ ἰδὼν αὐτὸν ἀντιπαρῆλθεν et eo viso præteriit. Grotius: præteriit contrario itinere, ab Hierichunte scil. Hierosolyma properans. Sæpius non legitur in N. T. nec in versionibus Græcis V. T. reperitur, præter unum locum Sapient. XVI. 10. τὸ ἔλεος γάρ σου ἀντιπαρῆλθεν, ubi conf. Intt.

ἈΝΤΙ'ΠΑΣ, α, ὁ, *Antipas.* Nomen cujusdam Christiani, qui constantissimam religionis christianæ professionem apud Pergamenos, (quos in Christianos sæpius grassatos esse tradit Eusebius H. E. IV. 14.) morte sua obsignavit, contractum, ut videtur, pro Ἀντίπατρος, quod memoratur Apoc. II. 13. De etymologia vocis dissentiunt viri docti, quam alii ex ἀντὶ et πᾶς, quasi qui est instar omnium, compositam, alii autem conflatam judicant ex πᾶς *pater*, vocula infantum, ut eum significet, *qui est patris similis.* Sed res ipsa nullius plane est momenti. Confer Eichhornii Commentarium in Apocalypsin Tom. I. p. 96. seq.

ἈΝΤΙΠΑΤΡΙ'Σ, ίδος, ἡ, *Antipatris.* Nomen urbis, sylvis ac pascuis adjacentibus abundantis, in ora campestri Palæstinæ, sitæ inter Joppen et Cæsaream, quæ, ut Lightfoot. in Cent. Chorogr. Matthæo præmissa p. 109. notat, olim Καφαρσαλαμᾶ et secundum Josephum A. J. XIII. c. 15. § 1. ed. Hav. Χαβαρζαβᾶ dicta fuit, sed ab Herode M. Judæorum rege, in egregiæ urbis formam redacta, ex patris sui *Antipatri* nomine (Joseph. de B. J. c. 21. § 9. καὶ γὰρ τῷ πατρὶ μνημεῖον κατέστησε, πόλιν, ἣν ἐν τῷ καλλίστῳ τῆς βασιλείας πεδίῳ κτίσας, ποταμοῖς τε καὶ δένδρεσι πλουσίαν, ὀνόμασεν Ἀντιπατρίδα) in ipsius memoriam et honorem Antipatris vocata. Eam nunc dici Nephisum, tradit Wilh. Tyrius L. I. c. 20. p. 129. Memoratur Act. XXIII. 31. ad quem locum videndus Wetstenius.

ἈΝΤΙ'ΠΕΡΑ. Adverbium hoc, significans *e regione, ex adverso, trans*, i. q. ἀντιπέρας et ἀντιπέραν, quo Lexica carent, reperitur in sat multis codicibus Luc. VIII. 26. ubi libri editi ἀντιπέραν habent. Literam ν fini vocis quandoque demi, exemplis probavit Maittaire de Dialectis L. Gr. p. 503. ed. Sturzii. Hesychius: Ἀντίπερα, τὸ ἐν τῷ πέρα, ἢ ἄντικρυ, πέρα τῆς θαλάσσης, ἢ ἐναντίον.

ἈΝΤΙΠΕ'ΡΑΝ. Adv. *e regione, ex adverso littore, trans*, i. q. simplex πέραν. Construitur cum genitivo. Semel tantum legitur Luc. VIII. 26. ἥτις ἐστὶν ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας quæ est e regione vel in opposito littore Galilææ. In versione Alexandrina non legitur hoc adverbium, sed reperitur apud Philonem περὶ βίου θεωρητικοῦ p. 618. Josephum A. J. II. 16. 3. εἰς τὴν ἀντιπέραν γῆν. Diodor. Sic. III. 38. Apollodor. Bibl. III. 11.

ἈΝΤΙΠΙ'ΠΤΩ, 1) sensu physico: *resisto, obnitor* instar pugilis vel luctatoris, *irruo more hostili*, (Polyb. III. 19.) ex ἀντὶ *contra* et πίπτω *cado.* 2) metaphorice, vel per synecdochen speciei pro genere: *resisto, obnitor, obstrepo, repugno, refragor*, quocunque modo hoc fiat. Sic semel tantum in N. T. legitur Act. VII. 51. ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε renitimini Deo, vos omnibus modis ad veram emendationem vitæ et felicitatem invitanti. ubi videndus Pricæus. Hesych. ἀντιπίπτειν· ἐναντιοῦσθαι. Idem: ἀντίπιπτειν· ἐναντιοῦτο. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀντιπίπτω, *obstrigilo.* Num. XXVII. 14. בִּמְרִיבַת הָעֵדָה Alex. ἐν τῷ ἀντιπίπτειν τὴν συναγωγήν. Polyb. XXV. 9. 5. ὁ νόμος ἀντιπίπτει τούτῳ. et in Fragm. Gramm. 12. οἱ δὲ ἀντέπιπτον *hi refragabantur, opponebant se.* Confer in universum de hac voce Rhœr. Ferias Daventrienses p. 150.

ἈΝΤΙΣΤΡΑΤΕΥ'Ω et ἈΝΤΙΣΤΡΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, 1) *milito, exercitum educo contra aliquem, pugno contra aliquem.* Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀντιστρατεύομαι (ita enim legendum est), *adversus milito.* 2) metaphorice: *adversor, repugno, contrarius sum.* Sic semel legitur in N. T. Rom. VII. 23. ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου quod est plane contrarium dictamini rationis meæ. Huc fortasse pertinet glossa apud Hesychium: ἀντιστρατευόμενον· ἀνθιστάμενον, quam etiam habet Alberti Gloss. N. T. p. 101. Aristænet. II. Ep. 1. ἔρως ἀντιστρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι φιλεῖ.

ἈΝΤΙΤΑ'ΣΣΩ vel ἈΝΤΙΤΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *oppono aliquem alteri*, aut, *ex adverso aliquid statuo.* Medium ἀντιτάττομαι *me alteri oppono, alteri obsisto*, et dicitur de *militibus, qui se acie instructa hosti opponunt, qui in acie positi repugnant.* Sic apud Demosth. Olynth. 3. et alibi passim. Conf. Elsner. Observv. Sacr. T. I. p. 452. Deinde 2) in genere: *oppono me, resisto*, et speciatim: *obsequium nego.* Rom. XIII. 2. ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ magistratibus qui obsequium negat; ubi opponitur τῷ ὑποτάσσεσθαι v. 1. Esther. III. 4. Æque late hæc vox patet apud exteros Scriptores, v. c. Arrian. de Expedit. II. 7. Eurip. Heraclid. v. 801. Hinc 3) *fidem denego, non admitto.* Act. XVIII. 6. ἀντιτασσομένων δὲ αὐτῶν qui cum Apostolorum doctrinam admittere nollent; quanquam et ἀν-

ἀντιτάσσεσθαι h. l. per *contradicere, verbis se opponere,* reddi posset, coll. c. XIII. 45. cujus notionis etiam quædam exempla Elsnerus l. l. dedit. Hinc 4) *vim vi repello, punio, ulciscor injuriam mihi illatam.* Jacob. V. 6. ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον· οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν et nemo vindictam a vobis sumere audet. Jacob. IV. 6. ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται deprimit superbos et punit Deus. 1 Petr. V. 5. coll. Prov. III. 34. אִם־לַלֵּצִים הוּא יָלִיץ Alex. Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται. Hesych. ἀντιτάσσεται· ἀντίκειται.

'ΑΝΤΙ'ΤΥΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie apud Græcos dicitur *quævis res seu materia dura, quæ tactui non cedit, quæ alterius ictum repellit, durus, renitens,* τὸ ἀντικείμενον τῷ μαλακῷ, καὶ μὴ ὑπεῖκον τῇ ἀφῇ, exponente Suida: unde sæpe cum σκληρὸς in libris Græcorum conjungitur. Sic apud Xenoph. de Re Equestri cap. I. § 4. Sophocl. Antigon. v. 136. ἀντίτυπα ἐπὶ γᾷ κ. τ. λ. Heliodor. IX. p. 432. ubi θώραξ dicitur: ἀντίτυπόν τι βελῶν χρῆμα. Confer Wesseling. ad Herodotum I. c. 67. Etymol. M. ἀντίτυπα· ἀντικόπτοντα. Hesych. ἀντιτύπως· σκληροῖς. Descendit enim ab ἀντὶ et τύπος, quod propr. *notam* seu *vestigium* notat, *quod percussione factum est.* Hinc metaphorice de *iis* adhibetur, *qui sunt contumaces et refragarii,* v. c. in libro Estheræ III. 13. ubi Judæi appellantur λαὸς ἀντίτυπος τοῖς νόμοις aut πρὸς πᾶν ἔθνος, ubi cod. Vat. habet ἀντίθετον. Jam quia τύπος etiam *imaginem, effigiem, simulacrum* notat, factum est, ut ἀντίτυπος 2) diceretur *imago, simulacrum, ad exemplum aliquod* (τύπον πρωτότυπον) *efformatum,* die von einem original-gemälde genommene copie, *a copy taken from an original picture,* et omnino *omne, quod est ectypum, ad exemplum aliquod compositum,* quasi πεποιημένον κατὰ τὸν τύπον. Sic sine omni controversia legitur Hebr. IX. 24. χειροποίητα ἅγια — ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν templum ab hominibus ad exemplum veri cœlestis illius exstructum, coll. cap. VIII. 5. 3) *omne, quod similitudinem aliquam cum altero habet,* et de *omnibus rebus* dicitur, *quæ quodammodo inter se comparari possunt.* Sic 1 Petr. III. 21. ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα, h. e. potest autem cum illo diluvio Noachico haud male comparari baptismus certo quodam modo. Hesych. ἀντίτυπος· (ita enim legendum est loco impressi ἄντυπος) ἴσος, ὅμοιος, h. e. res, formæ et naturæ alterius respondens. Sophocl. Philoct. 1455. ubi vid. Schol. e regione autem plane opposita est huic interpretationi loci Petrini ea, quam protulit Schwarzius in Commentariis L. Gr. pag. 129. qui, in dubium vocata notione *similitudinis,* quam huic voci inesse ipsa rei ratio et analogia linguæ Græcæ docet, (nam ἀντὶ in compositione haud raro *comparationem* et *similitudinem* significat, ut vel ex voce ἀντίδουλος apparet,) ἀντίτυπον per translationem *contrarium, quod est naturæ et conditionis diversæ,* dici, et nostrum locum ita vertendum judicavit: *cui diluvio plane opposita est immersio sacra;* quam explicationem, si vel linguæ ratio ferret, nihil tamen probant loca, ab ipso in hanc rem prolata, certe non admittit omnis contexta oratio in loco Petrino, nec ullo modo in loco Pauli Hebr. IX. 24. quem vertit: *in adyta, manu facta, quæ veris sunt opposita,* ob locum parallelum habere locum potest. Vide Casauboniana p. 109 et 306.

'ΑΝΤΙ'ΧΡΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, vi compositionis quidem *eum* notare potest, *qui se gerit* ἀντὶ Χριστοῦ *pro Christo, qui se Christum jactat,* quemadmodum ἀντίθεος (Homer. Il. φ'. v. 594.) est ἰσόθεος, interprete Hesychio, et ἀντιλέων (Aristoph. Equitt. v. 1041.) est *quasi leo;* sed in N. T. libris semper *adversarium Christi ejusque religionis* significat, et collective de *falsis doctoribus* usurpatur, qui, a puriore doctrina christiana deficientes, Christianos, apostolorum coævos, in gravissimos errores conjiciebant, qui alibi ψευδοπροφῆται et ψευδαπόστολοι vocantur. Sic 1 Joh. II. 18. καθὼς ἠκούσατε, ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν, ubi ὁ ἀντίχριστος non est insignis quidam hostis Christi et christiani nominis, ut illi sibi persuaserunt, qui in h. l. gnosticorum vestigia quærebant, sed est nomen collectivum de *omni turba falsorum doctorum christianorum* explicandum, nec a proxime sequente ἀντίχριστοι differt, qui v. 19. dicuntur deseruisse religionem christianam. ibid. v. 22. ἀντίχριστος, seu ὁ ψεύστης, ut ibidem vocatur, describitur a Johanne tanquam ὁ ἀρνούμενος, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς, ὁ ἀρνούμενος τὸν υἱὸν καὶ τὸν πατέρα, dubitantes de divina Jesu natura. ibid. c. IV. 3. describitur *antichristus* tanquam μὴ ὁμολογῶν τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα negans, Jesum hominem esse Christum a Deo missum in hunc mundum. 2 Joh. v. 7. ubi eadem descriptio legitur, et ἀντίχριστος et ὁ πλάνος tanquam synonyma junguntur. Sæpius autem non legitur hæc vox in N. T. de qua eleganter exposuit Tittmannus de vestigiis gnosticorum in N. T. frustra quæsitis, p. 179 seq. Cæterum reperitur vox ἀντίχριστος in Etymolog. M. 111, 37.

'ΑΝΤΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *haurio, exhaurio sentinam,* ab ἄντλος *sentina.* Quater in N. T. de *aqua* usurpatur. Joh. II. 8. ἀντλήσατε νῦν transfundite jam, aut: haurite inde poculum. v. 9. οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ qui aquam hauserant. Joh. IV. 7. et 15. ubi ὕδωρ ad ἀντλεῖν e v. 7. supplendum est. Usi sunt Alexandrini hac voce Genes. XXIV. 13, 20, 43. et Ies. XII. 3. pro שָׁאַב et Ex. II. 16, 19. pro דָּלָה.

'ΑΝΤΛΗΜΑ, τος, τὸ, *hauritorium* (ut bis explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum), *haustrum, quodvis instrumentum ad hauriendam aquam,* quod Hebraice דְּלִי vocabatur. Semel in N. T. legitur Joh. IV. 11. κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, Vulgatus: *neque, in quo haurias, habes;* ubi ἄντλημα de *situla cum fune, quæ in puteum demittitur,* præeunte *Nonno,* explicari debet.

'ΑΝΤΟΦΘΑΛΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *oculos contra aliquem dirigo, ex adverso aspicio,* et tribuitur *iis, qui faciem faoiei confidenter opponunt,* ich sehe einem starr in das gesicht, *I look one keenly in the face.* Suid. ἀντοφθαλμῶ· ἀντιβλέπω ἐξ ἐναντίας. Alberti Gloss. N. T. p. 87. ἀντοφθαλμεῖν· ἀντιβλέπειν. Apud Antigonum Caryst. in Hist. Mirab. c. 52. ἀντοφθαλμεῖν est i. q. in antecedentibus πρὸς τὸν ἥλιον βλέπειν, et *aquilis* tribuitur. Exempla hujus usus loquendi quædam dedit Suicer. in Thesauro Eccles. T. I. pag. 394. Jam quia hæc vox speciatim de iis usurpatur, qui *truci vultu aliquem aspiciunt* (v. c. apud Inc. Int. Hab. III. 10.) et oculis in hostes intentis, resistunt et obnituntur, factum est, ut ἀντοφθαλμεῖν æque ac ἀντιβλέπειν (conf. Krebs. Observv. Flav. pag. 262.) in universum significaret 2) *obniti, resistere, obluctari,* e quo vulgo explicatur locus Act. XXVII. 15. ubi navis, qua Paulus vehebatur, dicitur μὴ δυναμένη ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, h. e. non potuisse vento

vehementi reluctari; nisi quis Bezæ opinioni accedere, et ἀντοφθαλμεῖν *obversa prora luctari* vertere malit: nam pars quædam proræ ὀφθαλμὸς dicebatur a Græcis, teste Polluce Onomast. I. c. 9. Sed nimis arguta hæc explicatio videtur, et tutius est, in altera *obnitendi*, *resistendi* notione acquiescere, quam e Polybio Raphelius ac Wetstenius N. T. T. II. p. 641. et ex libris Apocryphis, v. c. Sapient. XII. 14. Boisius in collatione p. 501. satis superque comprobarunt. Conf. et Schweighæuser. Lex. Polyb. pag. 57. ac Longin. de sublim. XXXIV. 4.

ἌΝΥΔΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *aqua carens*, *aridus*, *siccus*. (ex α priv. et ὕδωρ *aqua*.) 2 Petr. II. 17. πηγαὶ ἄνυδροι fontes, aut potius putei, aqua carentes, cum quibus homines comparantur, qui specie turpiter aliorum spem deludunt, et spem mentiuntur. In versione Alex. Psalm. LXIII. 2. pro בְּלִי מָיִם ponitur. Arrian. Indic. 32. ἐρήμῳ τε τῇ γῇ καὶ ἀνύδρῳ καὶ φλογώδει. Polyb. V. 80. 2. Glossarium vetus: ἄνυδρος, *inaquosus*, *siccus*. 2) ex adjuncto: *desertus*, i. q. ἔρημος. Matth. XII. 43. διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων peragrat loca deserta et siticulosa, in quibus dæmones versari Judæi statuebant. Luc. XI. 24. Hinc in versione Alexandrina partim pro יְשִׁימוֹן *solitudo*, Ies. XLIII. 19. 20. partim pro מִדְבָּר Ies. XLI. 19. ponitur. 3) *aquas non fundens*. Juda v. 12. νεφέλαι ἄνυδροι, h. e. *arida nubila*, ut Virgil. Georg. III. v. 197. canit, nubes, quæ pluviam quidem promittunt, sed nullam fundunt et a ventis differuntur: cum quibus eleganter doctores comparantur, qui multa jactabant et pollicebantur, sed nihil præstabant. Schultens. Sentent. Arab. 89. p. 299. Doctus sine opere est كسحاب بلا مطر ut nubes sine pluvia. Conf. quoque Anthol. sentent. Arab. ed. H. A. Schultens (L. B. 1772. 4.) n. 5. p. 12. et p. 114.

ἈΝΥΠΌΚΡΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *alienus ab omni simulatione*, *non fucatus*, *sincerus*, *non fictus*, ita, ut rebus æque ac personis tribuatur, ex α priv. et ὑποκρίνομαι *simulo*, *judicio aliorum subduco*. Rom. XII. 9. ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος (h. e. ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας 1 Tim. I. 5.) amor vester erga Christianos sit sincerus, et ab omni personarum respectu alienus. Sic κρίσις ἀνυπόκριτος Sapient. V. 19. legitur. 2 Cor. VI. 6. ad quem locum confer Theodoretum. 1 Tim. I. 5. πίστεως ἀνυποκρίτου veri religionis christianæ studii. Eodem sensu 2 Tim. I. 5. Jacob. III. 17. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία ἀνυπόκριτος vera sapientia homines ab omni fuco alienos, candidos et sinceros reddit. 1 Petr. I. 22. εἰς φιλαδελφίαν ἀνυπόκριτον, ubi explicationis causa additur, ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς. Hesych. ἀνυπόκριτος· ἄδολος, ἀπροσωπόληπτος. Phavorin. ἀνυπόκριτος· ἄδολος, ἀπροσωπόληπτος, καὶ μὴ ἐν πλάσματι περιπατῶν, ὡς ὁ Ἀπόστολος, ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος, καί, μὴ πλάσμα ἀγάπης ἔστω. Gloss. Vet. apud Labbæum pag. 17. ἀνυπόκριτος, *infictus*, *non fictus*, *sincerus*

ἈΝΥΠΌΤΑΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Tres fere notiones habet in Scriptoribus Græcis: 1) si de rebus adhibetur, *quidquid est confusum*, *sine ordine et numero*, ἀνυπότακτον dicitur. Polybius Hist. III. c. 36. ἀνυπότακτος καὶ κωφὴ γίνεται ἡ διήγησις confusa et vaga evadit narratio. 2) *non subjectus et subditus*, *qui alterius imperio et potestati non subest*, quasi μηδενὶ ὑποτασσόμενος, ex α priv. et ὑποτάσσω *subjicio*, *subordino*. Hebr. II. 8. οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον nihil superest, quod ejus imperio non sit subjectum. Arrian. Epictet. l. II. c. 10. Achm. Oneir. c. 196. Philo lib. 9. Rer. Div. Her. T. I. p. 473. Glossæ: ἀνυπότακτος· *indomitus*. 3) *contumax*, *refractarius*, *qui lege se nulla teneri putat*, *qui se ordini*, *semel constituto*, *non subjicit*. 1 Tim. I. 9. ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις. Tit. I. 6. ἀνυπότακτα parentibus parere recusantes. ibid. v. 10. ἀνυπότακτοι dicuntur, qui imperium Apostolorum ferre nolebant, et a pura doctrina christiana aberrabant. Sæpius non legitur in N. T. et semel tantum in Verss. Gr. V. T. apud Symmachum legitur 1 Regg. II. 21. pro אַנְשֵׁי בְלִיַּעַל.

ἌΝΩ. Adverbium. 1) *supra*, *superne*, *in loco superiori*. Act. II. 19. καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω et prodigia edam in cœlo supra, ubi tamen ἄνω, quia ἐν τῷ οὐρανῷ præcedit, superfluum est: confer Jos. II. 11. בַּשָּׁמַיִם מִמַּעַל. In vers. Alex. pro מַעְלָה Deut. XXVIII. 43. et loco מִמַּעַל Deut. IV. 39. V. 8. legitur. 2) *sursum*, *ad* seu *versus locum superiorem*. Hebr. XII. 15. ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα radix amarulenta sursum crescens. Joh. XI. 41. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω Jesus autem sursum attollebat oculos. Hinc interdum pro לְמַעְלָה Ies. VIII. 21. XXXVII. 31. ab Alex. positum reperitur. Thucyd. IV. 34. καὶ ὁ κονιορτὸς τῆς ὕλης νεωστὶ κεκαυμένης ἐχώρει πολὺς ἄνω. Si præponitur ipsi articulus, aut subintelligendus est, nominis naturam induit et pro locorum diversitate varias notiones habet. Sic v. c. τὸ seu τὰ ἄνω α) *extremitatem*, *summam alicujus rei partem* significat. Joh. II. 7. καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω, pro ἕως τοῦ ἄνω ὄντος μέρους, impleverunt usque ad extremam amphoræ partem, aut ad summum usque: β) *cœlum*, *et omne quod cœlum continet*. Gal. V. 26. ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ Hierosolyma cœlestis seu ecclesia christiana: confer infra sub Ἱερουσαλήμ. Joh. VIII. 23. ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ ego e cœlo veni, a Deo originem meam repeto; ubi partim in sequentibus additur οὐκ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου, partim τοῖς ἄνω in antecedentibus opponuntur τὰ κάτω. Philipp. III. 14. ἡ ἄνω κλῆσις τοῦ Θεοῦ futura illa felicitas cœlestis apud Deum, vel a Deo promissa, coll. Hebr. III. 1. κλήσεως ἐπουρανίου. Coloss. III. 1. τὰ ἄνω ζητεῖτε futuram christianorum in cœlis felicitatem, bona cœlestia consequi studete, quæ et Judæis מַעְלָה dicuntur. ibid. v. 2. τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς non tam terrenis, quam cœlestibus bonis studium dicate vestrum. Eodem modo etiam apud Græcos ἄνω de *cœlo* usurpatum legitur, v. c. apud Æschin. Socr. Dial. III. 22. Hesych. ἄνω ἐπὶ τοῦ ἀνωτέρου τόπου καὶ χρόνου τάσσεται. Phavorin. ἄνω — ποτὲ μὲν ἐπὶ στάσεως, ποτὲ δὲ ἐπὶ τῆς κινήσεως τίθεται.

ἈΝΏΓΕΟΝ, ου, τό. Varie scribitur hæc vox in libris veterum, ἀνώγαιον, ἀνώγεων, ἀνάγαιον. Proprie 1) in universum vi etymi *omne conclave*, *quod est terra altius*, notat, quasi ἄνω τῆς γῆς *supra terram*. Sed in N. T. libris speciatim ἀνώγεον dicitur 2) *conclave in superiore parte domus*, *in quod veteres Judæi cœnandi*, *orandi*, *confabulandi et otii causa secedere solebant*, quod in aliis N. T. locis ὑπερῷον (nam ὑπερῷον ab Hesychio ἀνώγαιον, οἴκημα redditur) et ab ipsis Judæis עֲלִיָּה vocabatur, *conclave superius*, *contignatio ædium superior*. Bis tantum legitur in N. T. Marc. XV. 15. καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα vobis ostendet conclave superius amplum, tricliniis stratum, seu cœnaculum. Luc. XXII. 12. Suid.

ἀνώγαιον τὸ οἴκημα κ. τ. λ. T. I. p. 215. Legitur hæc vox etiam apud Xenophontem Anabas. V. 4. 16. (ubi tamen cellam frumentariam in superiore parte domus notat.) ac Etymolog. M. 115, 22.

ἌΝΩΘΕΝ. Adverbium, quod, absolute positum, et de loco et de tempore usurpatur. Suid. *ἐκ τόπου ἢ χρόνου.* Si localiter sumitur, significat 1) *desuper, superne, e loco superiori,* et Hebraico מֵעַל Gen. XXVII. 39. et כְּמַעַל Exod. XXVIII. 27. in vers. Alex. respondet. 2) per synecdochen: *cœlitus, de cœlo, a Deo,* i. q. *οὐρανόθεν.* Joh. III. 31. *ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος* qui de cœlo venit, a Deo originem habet. ibid. v. 3. et 7. *γεννηθῆναι ἄνωθεν* a Deo per religionem emendari. ibid. XIX. 11. *εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν* nisi tibi ab ipso Deo concessa esset hæc potestas. Jacob. I. 17. *πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστιν,* h. e. ut ipse explicat, *καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φωτῶν.* Jac. III. 15. *οὐκ ἔστιν αὕτη ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη* non est hæc cœlestis et divina sapientia. ibid. v. 17. Eodem sensu כְּמַעַל Job. III. 4. Arrian. Diss. Epictet. I. 13, 3. Ælian. H. A. IX. 30. *ταῦτα μὲν λεόντων ἐστὶν ἴδια δῶρα φύσεως, ἄνωθεν αὐτοῖς δοθέντα.* Dio Or. XXXII. pag. 365. Alia loca Græcorum, huc pertinentia, dabit Schwarzius in Commentar. L. Gr. pag. 132. Cum præpositione constructum nominascit ac 3) *rei partem superiorem, summum* significat. Matth. XXVII. 51. et Marc. XV. 38. *τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω* velum Sancti Sanctorum a summo ad imum scissum est; ubi *ἄνωθεν* Hebræo מִלְמַעְלָה Jos. III. 16. respondet. Joh. XIX. 23. *ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου* a superioribus partibus contextus per totum. Interdum tamen etiam de tempore usurpatur, et tunc *omne tempus superius* significat, et est 4) partim per *olim,* partim per *iterum, denuo,* (Artemid. I. 14. *ἄνωθεν γεννᾶσθαι,*) vertendum. Huc refertur a nonnullis locus Joh. III. 3. ubi *Nonnus* quoque *τὸ δεύτερον* habet. Act. XXVI. 5. *προγινώσκοντές με ἄνωθεν* quibus olim (nempe ante conversionem meam ad religionem christianam) notus fui. Herodian. IV. 13. 5. *θεραπεύοντι δὲ αὐτὸν ἄνωθεν.* VIII. 6. 13. *κατ' εὔνοιαν ἣν εἶχον πρὸς αὐτὸν ἄνωθεν*: quibus, jam ab aliis allatis locis, addo Justin. Martyr. Dial. c. Tryph. Jud. § 24. p. 123. *ὥσπερ ἄνωθεν ἐκηρύσσετο.* ibid. p. 160 et 210. Luc. I. 3. *παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς,* ubi per *τὰ ἄνωθεν πάντα* aut omnes, quæ tunc temporis circumferebantur relationes de vita et factis Christi intelligendæ sunt, aut sensus loci ita constituendus erit: res altius repetitas a prima origine (Virg. Æn. I. 753. i. q. *ἀπ' ἀρχῆς.* Demosthen. contra Neæram p. 737.) seu ab ipsis initiis vitæ Christi et Johannis exponenti. Utrumque enim fert lingua Græca. Sic v. c. Antonin. XI. c. 18. *ἄνωθεν δὲ ἔπιθι ἀπὸ τοῦ κ. τ. λ.* Euseb. Hist. Eccl. I. c. 1. fin. Gal. IV. 9. *οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε* quibus iterum servire vultis; ubi *ἄνωθεν* a *πάλιν* minime differt, et alterutrum redundat, ut in formula: *πάλιν ἐκ δευτέρου* Matth. XXVI. 42. Rarioris hujus significatus exemplum extat apud Josephum A. J. I. c. 18. s. 3. *φιλίαν ἄνωθεν ποιεῖται πρὸς αὐτόν.* Huc etiam a nonnullis interpretibus referri solet locus Joh. III. 3.

ἈΝΩΤΕΡΙΚΌΣ, *ὁ, ἡ, τὸ, supernus, superans* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum), *superior,* (ab *ἀνώτερος.*) Semel tantum in N. T. legitur in neutro plurali Act. XIX. 1. *διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη,* ubi per superiores regiones Asia minor, Mediterraneo remota a mari, intelligenda est, nam altera pars Asiæ, ad mare sita, inferior pars, *τὰ κατώτερα μέρη* dicebatur. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 579.

ἈΝΏΤΕΡΟΣ, *ὁ, ἡ, τὸ, superior.* Est comparativus irregularis ab adverbio *ἄνω.* Neutrum *ἀνώτερον* bis tantum in N. T. reperitur adverbialiter sumtum, et significat 1) *in superiorem locum, superius, altius.* Luc. XIV. 10. *φίλε προσανάβηθι ἀνώτερον* amice altius adscende seu superiorem occupa locum. Hinc Hebraico לְמַעְלָה *sursum* Ezech. XXI. 7. respondet in vers. Alex. 2) *supra, paulo ante.* Hebr. X. 8. *ἀνώτερον λέγων* in priore parte loci allegati, seu paulo ante dixerat.

ἈΝΩΦΕΛΗ͂Σ, *έος, οῦς, ὁ, ἡ,* dupliciter legitur in N. T. ita, ut 1) *eum* significet, *qui non solum nullam plane utilitatem affert, sed adeo damnum et noxam infert.* Tit. III. 9. *ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι,* ubi ita vocantur *μάχαι νομικαὶ* quæstiones et controversiæ de valore legis Mosaicæ, quas inter quæstiones leves et noxias referendas esse recte judicat. Sic *ἀνωφελὴς* de *noxio,* ac *damna inferente* legitur apud LXX Prov. XXVIII. 3. *ὑετὸς ἀνωφελὴς* pluvia detrimentum afferens agris, ita ut caritas annonæ oriatur. In textu Hebr. legitur אֵין לֶחֶם. 2) indicat *eum, qui aliquam quidem utilitatem præstat, sed non eam, quam quis jure sperare possit.* Hebr. VII. 18. *διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς* quia lex et œconomia Mosaica non eam utilitatem præstabat, quam tamen promittebat, non perfecte homines emendare, expiare et tranquillos reddere valebat. Sæpius non legitur. In Alex. vers. pro לֹא הוֹעִיל, Jer. II. 8. legitur. Phavor. *ἀνωφέλητος· ὁ μὴ ὠφελημένος, ἀνωφελὴς δὲ, ὁ μὴ ὠφελήσας.*

ἈΞΙ΄ΝΗ, *ης, ἡ, bipennis, securis, bipennis utrinque aciem habens, instrumentum, quo arbores vel ligna cæduntur.* confer Polyænus I. 28. 2.), quod Hebraice גַּרְזֶן Deut. XX. 19. et קַרְדֹּם, 1 Sam. XIII. 20. Jer. XLVI. 22. dicitur. Hesych. *δίστομος πέλεκυς.* Spanhemius in notis ad Callim. Hymn. in Cererem v. 36. hoc discrimen constituit inter *πέλεκυν* et *ἀξίνην,* ut hoc de utrinque ancipiti securi, illud de securi, una tantum parte acuta, dicatur. Recte autem Eustathius ad Homer. Iliad. XXIV. p. 1511. derivat ab *ἄγειν* vel *ἆξαι frangere,* eo quod *ἄγει* vel *ἦξε τὰς ἶνας δένδρων.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. III. 10. et Luc. III. 9. *ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται* securis jam posita est ad radicem arborum; formula, ut videtur, proverbialis, de imminentibus jam periculis et divinis suppliciis intelligenda. coll. Jerem. XLVI. 22.

ἌΞΙΟΣ, *ὁ, ἡ, τὸ,* 1) *dignus,* würdig, *worthy,* ita, ut in bonam partem de eo, qui meretur laudem, beneficium, dignitatem, aut quodcunque demum aliud commodum, usurpetur. Matth. X. 10. *ἄξιος γὰρ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ* dignus enim est victu, qui operas præstat. v. 11. ubi *ἄξιος* absolute et sine casu de eo ponitur, *qui dignus est, cui tradatur religio christiana.* (*Ἄξιος* autem interdum etiam apud Græcos absolute poni, ita, ut subintelligendum sit aliquid, quod de contexta oratione a lectore facile suppleri possit, v. c. apud Lysiam Oratt. p 309. ed. Taylor. abunde probavit Alberti Obss. in N. T. p. 79.) ibid. v. 37 et 38. *οὐκ ἔστι μου ἄξιος* non est me doctore dignus, non verus meus sectator. ibid. XXII. 8. Luc. VII. 4. *ἄξιός*

ᾧ ἐστιν παρέξει τοῦτο dignus est cui hoc beneficium tribuas. XV. 19. 1 Tim. V. 18. VI. 1. πάσης τιμῆς ἀξίους. Hebr. XI. 38. Et sic in Apocalypsi passim: ubi tamen v. c. V. 2. ἄξιος quoque eum significare potest, *qui jus habet et potestatem.* Interdum etiam in hoc sensu rebus tribuitur. 1 Tim. I. 15. IV. 9. 2) in deteriorem partem: *meritus, obnoxius*, de *eo, cui aliquid*, v. c. *pœna, malum, mors, ex merito contingit*, werth, *worthy*, de quo etiam Latini voce *dignus* utuntur. Sic Luc. XII. 48. ἄξια πληγῶν animadversione dignum. XXIII. 15. οὐδὲν ἄξιον θανάτου nullum morte dignum facinus, ut Seneca Hippol. 12. loquitur. ibid. v. 41. ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν scelerum nostrorum luimus pœnas. coll. Job. XI. 6. Act. XXXIII. 29. Rom. I. 32. Sic etiam Sap. XII. 26. XIX. 4. Confer Symmachum 1 Regg. XXVI. 16. Aquil. et Symmach. 2 Regg. XII. 5. Plutarch. de Mulier. Virtut. p. 256. θανάτου δὲ οὐκ ἄξια. 3) *conveniens, congruus, decens, æquum.* Matth. III. 8. ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας factis et moribus animi emendationem comprobate. Luc. III. 8. Act. XXVI. 20. ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα. 2 Thessal. I. 3. καθὼς ἄξιον, h. e. καθῆκον, ἐστί, ut est officii nostri. Zonaras Lex. coll. 229. ἄξιον, δίκαιον, ὁ Ἀπόστολος· ὀφείλομεν ἡμεῖς εὐχαριστεῖν, καθὼς ἄξιόν ἐστιν. 2 Macc. VI. 24. οὐ γὰρ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἄξιόν ἐστι ὑποκριθῆναι. Polyb. III. 44 et 116. Ælian. V. H. XIV. 37. ἄξιος μουσῶν βίος. XIII. 33. τοῦ κάλλους ἄξια. Ita etiam *dignus* apud Latinos, v. c. Virgil. Æn. VI. v. 662. "Phœbo digna locuti." Curt. IV. 15. 4) *par, qui est æqualis ponderis ac momenti*, metaphora deducta a rebus, quæ ponderantur, uti bene Grotius monuit ad Rom. VIII. 18. οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν omnia mala hujus vitæ nihili esse æstimanda relate ad futuram felicitatem. Sirac. XXVI. 20. οὐκ ἔστι σταθμὸς πᾶς ἄξιος ἐγκρατοῦς ψυχῆς. Prov. III. 15. לֹא יִשְׁווּ־בָהּ Alex. οὐκ ἄξιον αὐτῆς. et VIII. 11. πᾶν τὸ τίμιον οὐκ ἄξιον σοφίας ἐστίν. Æschines Socr. II. 3. Xenoph. Cyrop. VIII. 5. 11. Homer. Iliad. VIII. v. 234. Etym. M. ἄξιος — ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν σταθμῶν, τῶν ἴσην ῥοπὴν ἐχόντων. 5) *necessarium, quod operæ pretium est.* 1 Cor. XVI. 4. ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον si res postulet seu desideret.

ἈΞΙΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1) *dignum habeo et judico, dignor*, ab ἄξιος. Luc. VII. 7. διὸ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρός σε ἐλθεῖν igitur me ipsum indignum censui. Sic Ælian. V. H. III. 24. ἀξιῶν ἑαυτὸν τῶν καλῶν. Hesych. ἀξιῶν· ἄξιον ἡγούμενος. Hinc et apud Græcos ἀξιοῦν simpliciter notat: *judicare, existimare.* Xenoph. Mem. I. 4. 10. Suid. ἀξιῶν· ἀντὶ τοῦ νομίζων, ὑπολαμβάνων. Λυσίας καὶ Πλάτων. 2) *dignum reddo.* 2 Thess. I. 11. ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ut vos dignos reddat christianæ religionis sectatores, vel, dignos, qui potiamini futura Christianorum felicitate. Ita quoque Syrus. 3) *cupio, volo, opto*, i. q. βούλομαι, cum quo etiam haud raro in codicibus permutatur. Act. XV. 38. Παῦλος δὲ ἠξίου — μὴ συμπαραλαβεῖν Paulus autem nolebat — eum secum itineris socium sumere. Vulgatus h. l. usus est verbo *rogare*, quam significationem haud raro habet hæc vox apud Græcos, v. c. Xenoph. Memor. III. 11. 12. Sapient. XIII. 18. Sirac. LI. 19. Suid. ἀξιῶν· — καὶ ἀντὶ τοῦ παρακαλῶν, λιπαρῶν. Idem Hesychius. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 551. Sed rectius sine dubio Syrus vertit: ܠܐ ܨܒܐ, quemadmodum et in quibusdam codd. pro ἠξίου μὴ e glossemate legitur οὐκ ἐβούλετο. Act. XXVIII. 22. ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι scire ex te et cognoscere cupimus. 2 Macc. II. 8. ὁ Σαλομὼν ἠξίωσεν, ἵνα ὁ τόπος καθαγιασθῇ μεγάλως. Xenoph. Memor. II. c. 1. 9. 12. Gloss. ἀξιῶ· *desidero, oro, postulo, posco.* Confer Krebs. Observatt. Flav. p. 230. 4) ἀξιοῦσθαι τινὸς is dicitur, *qui aliquid consequitur et habet, et aliqua re afficitur* in utramque partem. 1 Tim. V. 17. διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν accipiant mercedem aliorum majorem. Hebr. III. 3. πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωσῆν ἠξίωται eo majorem autem Christus præ Mose dignitatem habet. ibid. X. 29. πόσῳ χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας quanto majori pœna afficietur. Sic Ælian. V. H. XII. 10. Xenoph. Cyrop. II. 1. 6. Diod. Sic. XIX. 11. Heliodor. I. 11. Sic *mereri* pro adipisci, consequi, ponitur, ut docuit Arntzenius ad Sedul. I. 331. p. 96.

ἈΞΊΩΣ. Adverbium, *digne, convenienter; congruenter, decenter;* construitur cum genitivo. Rom. XVI. 2. ἀξίως τῶν ἁγίων ut Christianos decet. Ephes. IV. 1. ἀξίως τῆς κλήσεως ut postulat a vobis religio christiana. Philipp. I. 27. Coloss. I. 10. 1 Thess. II. 12. 3 Joh. v. 6. Sæpius non legitur.

ἈΌΡΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Apud Græcos *active, qui non cernit* (Polyb. III. 108. 6. II. 27. 2.), *passive* autem partim is dicitur, *qui non cernitur*, (Joseph. A. J. XIV. 4. 4. τὸν ναὸν ἄβατον καὶ ἀόρατον. Polyb. III. 36. 7.) partim is, *qui visui non est expositus per naturam suam, invisibilis.* Hesych. ἀόρατον· μὴ θεωρούμενον. Suid. ἀόρατον· τετραχῶς λέγεται, ἢ τὸ καθάπαξ ἀδύνατον ὁραθῆναι, οἷον τὰ ὑποκείμενα ἄλλῃ αἰσθήσει, καὶ γὰρ ἡ φωνὴ ἀόρατος καὶ ἡ ὀσμὴ καὶ τὰ ὅμοια. ἢ τὸ πεφυκὸς μὲν εἶναι ὁρατὸν, μὴ ὁρώμενον δὲ κ. τ. λ. In posteriore tantum notione legitur in N. T. libris. Coloss. I. 15. εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου qui Dei invisibilis effigies est. ibid. v. 16. τὰ ἀόρατα quæ oculis humanis cerni non possunt. 1 Tim. I. 17. Hebr. XI. 27. Rom. I. 20. τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ natura et virtutes Dei, quæ invisibiles sunt, sed ab hominibus ex rebus creatis satis cognosci possunt, ἡ ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, ut ipse explicat Apostolus in sequentibus. Sic etiam a Diod. Sic. II. 21. Deus ἀόρατος dicitur. Conf. Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 401 seq. — Gloss. Vet. ἀόρατος, *invisibilis, inauspicabilis*, (ubi quis non videt, *inaspectabilis* legendum esse?) *invisus.*

ἈΠΑΓΓΈΛΛΩ, fut. ελῶ, 1) *renuncio, refero ad aliquem, indico, enarro, quæ gesta sunt et quomodo.* Suid. ἀπηγγέλη· ἐμηνύθη. Matth. II. 8. ἀπαγγείλατέ μοι renuntiate mihi. VIII. 33. ἀπήγγειλαν πάντα omnem rem enarrarunt. XI. 4. XXVIII. 8, 10, 11. Luc. VIII. 34. ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν, pro τοῖς ἐν τῇ πόλει. Act. XXIII. 17. 1 Thess. I. 9. Construitur fere cum dativo, interdum etiam cum εἰς. Xenoph. Agesil. VIII. 3. τῷ δὲ φέροντι εἶπεν ἀπαγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ. Conf. Taylor. ad Demosthenem T. II. p. 314. In vers. Alex. Hebraicis הִגִּיד Genes. XIV. 13. הַשְׁמִיעַ Nehem. VI. 7. et הוֹדִיעַ Ps. LXXXIX. 1. respondet. Hesychius: ἀπαγγέλλω, φανερὸν ποιῶ. Sed deinde latius patet in N. T. ita, ut omnino *notum facere et aliquid in aliorum notitiam perducere* significet, *quocunque demum hoc fiat modo.* (Hesych. ἀπαγγέλλω· φανερὸν ποιῶ.) Hinc 2) *doceo, instituo, præcipio.* Matth. XII. 18. καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ et gentibus salutarem doctrinam tradet. Act.

XV. 27. καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτὰ, qui coram eadem illa, quæ in epistolis scripta sunt, vobis præcipient. XXVI. 20. ἀπήγγελλον μετανοεῖν. 3) *celebro, prædico, laudo.* 1 Cor. XIV. 25. ἀπαγγέλλων, ὅτι ὁ Θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστι palam prædicabit et profitebitur, vos vere a Deo adjuvari. Hebr. II. 12. ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου celebrabo inter homines summam tuam benignitatem. Eodem sensu הִגִּיד Deut. XXVI. 3. Ps. XCVII. 6. legitur. — Phavorin. ἀπαγγέλλω· τὸ μηνύω καὶ διηγοῦμαι, δοτικῇ συντάσσεται· καὶ ἀπαγγέλλω· τὸ τὰ παρ' ἑτέρων εἰρημένα ἢ γεγραμμένα ἀπὸ στόματος λέγω. καὶ τὸ λέγω ἢ φράζω, ἅπερ ἐγὼ εἶδον καὶ γινώσκω.

'ΑΠΑ'ΓΧΩ, fut. ἄγξω, *constringo fauces, strangulo, suffoco,* (Polyb. XVI. 19.) ex ἀπὸ et ἄγχω, i. q. simplex ἄγχω apud Demosth. p. 1147. Reisk. et Aristoph. Ran. 461. 'Απάγχομαι *laqueo me suspendo et præfoco, suspendio finio vitam.* Respondet Hebr. חָנַק Nahum. II. 13. et נֶחֱנַק in Niph. 2 Sam. XVII. 23. Sic legitur Matth. XXVII. 5. ἀπελθὼν ἀπήγξατο. Vulgat. *laqueo se suspendit,* et eodem modo Hebræus et Syrus interpres verterunt. Est vero constans hic vocis ἀπάγχεσθαι usus. Vide Pausaniam in Arcadicis c. 23. Herodot. II. c. 131. Theophr. Char. XII. Theocrit. Idyll. III. 9. Tob. III. 12. Suid. ἀπήγξατο· βρόχον ἧψεν. Multa autem fuit olim inter viros doctos, maxime autem Perizonium (in Diss. *de morte Judæ et verbo* ἀπάγχεσθαι. Ed. II. Traj. ad Rh. 1766. 8.) inter et Jac. Gronovium (in libro: *de casu et pernicie proditoris Judæ,* Lugd. Bat. 1683. etiam s. titulo: Exerc. Acad. de nece Judæ τοῦ προδότου *et cadaveris ignominia.* ib. 1702. 4.) disputatio de morte Judæ, an nempe vere suspendio vitam finierit, aut potius locus Matthæi de suffocatione, quæ fit nimio animi dolore et mœrore, (de qua ἀπάγχεσθαι interdum usurpari, v. c. ab Aristotele Polit. VII. 7. Andocid. Orat. I. p. 235. Herodot. Euterpe 131. Plutarch. Puer. Educ. c. 9. docuit Perizonius ad Ælian. V. H. V. c. 8.) sit explicandus, cujus controversiæ historiam Wolfius exposuit in Curis Philol. ad locum Matthæi laudatum. Rationem autem eam dirimendi haud improbabilem præivit Krebsius (in Obss. Flav. p. 66 seq.) hanc, ut diceret, Judam ægritudine animi et angore compulsum laqueo sibi ipsi mortem conscivisse, laqueo autem casu quodam disrupto, ex loco altiore pronum delapsum esse, ita, ut diffisso corpore intestina effunderentur. Confer etiam Elsneri Comm. in Matth. T. II. p. 296 seq.

'ΑΠΑ'ΓΩ, fut. ἄξω, 1) *abduco, deduco, perduco.* Luc. XIII. 15. καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει et ad potandum ducit. Act. XXIII. 17. τὸν νεανίαν τοῦτον ἀπάγαγε πρὸς τὸν χιλίαρχον hunc adolescentem ad tribunum ducas. Matth. VII. 14. ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν *via, quæ* ad felicitatem *ducit* (Virg. Ecl. IX. 1.) æternam. ubi vid. Wetstenius. In vers. Alex. respondet Hebraico נָהַג Deuteron. XXVIII. 37. הוֹלִיךְ Psalm. CXXV. 5. et הוֹבִיל Job. XXI. 30. Psalm. LX. 9. 2) ut *abduco* (Vide Græv. ad Cic. V. Verr. c. 13. p. 321.) *vi abduco, abripio,* (1 Maccab. II. 9.) quasi μετὰ βίας ἀπάγω, quod legitur Act. XXIV. 7. et de *iis* maxime olim usurpatur, *qui vel ad judicem rapiebantur, aut in carcerem et vincula trahebantur, aut denique ad ipsum supplicium ducebantur,* quo sensu et Latini suo *duci* utebantur, v. c. Plin. Epp. X. 96. Tibull. II. 3. v. ult. Matth. XXVI. 57. ἀπήγαγον πρὸς Καϊάφαν. XXVII. 2. Marc. XIV. 53. Matth. XXVII. 31. καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σταυρῶσαι. Marc. XV. 16. coll. 17, 18, 19. Luc. XXIII. 26. καὶ ὡς ἀπήγαγον αὐτὸν cum eum abducerent ad supplicii locum. Act. XII. 19. ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι ad supplicium eos rapi jussit. Esther. II. 23. Addit Esther. XII. 3. Pro אֲסִירִים *vinctos* Gen. XXXIX. 22. Alex. habent ἀπηγμένους, scilicet εἰς τὸ δεσμωτήριον, coll. Gen. XL. 3. et XLII. 16. Ælian. V. H. XIII. 34. Philostrat. Vit. Apoll. IV. c. 39. Interdum ἐπὶ θανάτῳ additur, ut Epist. Jerem. v. 15. et εἰς τὸ δεσμωτήριον, apud Athenæum VI. 2. Moschopulus: ἀπάγεται κυρίως ἐπὶ αἰχμαλωσίας ἢ ἐπὶ καταδίκων. Hesych. ἀπάγεσθαι· εἰς θάνατον ἕλκεσθαι. Conf. de hac notione forensi verbi ἀπάγειν et *ducere* Salmasium de modo Usurarum c. 17. Schweighæuser. Lex. Polyb. p. 61. Casaub. ad Theoph. Charact. c. 6. et Cortium ad Plinii Epp. X. 47. 3. 3) metaphorice: *incito, impello, permoveo,* doctrina pariter ac exemplo. 1 Cor. XII. 2. ὡς ἂν ἤγεσθε ἀπαγόμενοι aliorum exemplo et institutione vos induci patiebamini ad deastrorum cultum.

'ΑΠΑΙ'ΔΕΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *qui nulla institutione et disciplina usus est, incultus, illiberalis, rudis, ignarus,* **der keine gute Erziehung genossen hat,** *who has not had the advantage of a good education,* Plutarch. de auditione T. VI. Opp. p. 143. ed. Reisk. ἀπαίδευτοι καὶ κακαὶ διαθέσεις. Æschin. Socr. III. 13. δῆμος γὰρ — — — ἀπαίδευτον. Hesych. ἀπαίδευτον· ἀμαθῆ. Suid. ἀπαίδευτοι· ἀνόητοι, ἄτακτοι κ. τ. λ. Confer Wesseling. ad Herodot. p. 239. 2) *qui nihil confert ad alios instituendos et emendandos.* Sic semel tantum legitur in N. T. 2 Tim. II. 23. τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ fuge et vita stultas et insulsas quæstiones, quæ non ad cognitionem spectant, nec ad mores et felicitatem aliorum quidquam conferunt.

'ΑΠΑΙ'ΡΩ, fut. αρῶ, perf. ἦρκα, *aufero, tollo.* 'ΑΠΑΙ'ΡΟΜΑΙ *auferor.* Ter tantum legitur in N. T. Matth. IX. 15. Marc. II. 20. Luc. V. 35. ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος quando sponsus ablatus ab eis fuerit. Sed æque commode hæc verba etiam verti possent: *si ab iis discesserit sponsus.* Habet enim ἀπαίρειν apud Græcos etiam hanc notionem, ut *abire, secedere, migrare* significet, v. c. Palæphat. de Incred. VII. 6. (Vid. Hemsterhus. ad Lucian. Jud. Vocal. pag. 83. et Schweighæuser. Lex. Polyb. pag. 62.) unde partim Hebr. נָסַע et הִסִּיעַ Genes. XII. 9. Exod. XII. 37. respondet in vers. Alex. partim ab Hesychio per ὁδεύειν, ἀποδημεῖν, ἀναχωρεῖν explicatur.

'ΑΠΑΙΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *repeto, quod mihi jure debetur, requiro, jure meo reposco et exigo aliquid tanquam meum, quod ad certum tempus usui erat concessum alteri.* (Ita enim a simplici αἰτεῖν differre ostendit Casaub. ad Theophr. Char. cap. 11. quanquam etiam interdum de *mendicis* usurpatur, *qui stipem rogant.*) Sic Ælian. V. H. I. c. 24. XIII. 2. τὸ χρυσίον ἀπῄτει. Sirac. XX. 15. σήμερον δανεῖ καὶ αὔριον ἀπαιτήσει. Alex. recte usi sunt hac voce pro נָגַשׂ Deut. XV. 2. 3. Ies. IX. 4. et pro נָשָׁה Nehem. V. 7. Hinc lucem fœnerantur duo illa loca N. T. in quibus tantum hæc vox legitur. Luc. VI. 30. ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει ab auferente tua ne cum rigore repete. Lucian. Hermotim. 18. δανείζοντας καὶ ἀπαιτοῦντας πικρῶς.

Luc. XII. 20. *ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ* hac ipsa nocte vitam a te repetent, sc. *οἱ ἄγγελοι.* (Potest quoque verti: *reposcetur*, ut sit personale pro impersonali, aut activum pro passivo.) coll. Sap. XV. 8. *τὸ τῆς ψυχῆς ἀπαιτηθεὶς χρέος*, h. e. naturæ debitum reddere coactus; ubi eleganter vita tanquam res, homini tantum ad aliquod tempus concredita, sistitur. Phavorin. *ἀπαιτῶ· τὸ κεχρεωστημένον λαμβάνω, αἰτιατικῇ συντάσσεται. 'Αριστοφάνης, ἐπεὶ δ' ἀπαιτεῖς ἀργύριον τοιοῦτος ὤν.* Idem sub *ἀπαιτίζω*: *διαφέρει δὲ τοῦ αἰτεῖν τὸ ἀπαιτεῖν, ὡς καὶ διδόναι τοῦ ἀποδιδόναι. αἰτεῖ μὲν γάρ τις τὸ μὴ χρεωστούμενον, ἀπαιτεῖ δὲ τὸ χρέος.*

'ΑΠΑΛΓΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω*, 1) proprie: *dedoleo*, (ita Gloss. Vet. apud Labbæum.) *expers doloris sum, ad omnem doloris sensum obduresco, obduratus sum, ita, ut omni sensu caream*, quod Cicero ad Attic. II. Ep. 18. verbo *occallescere* (Gr. *πωροῦσθαι*) breviter et recte expressit. (ex *ἀπὸ* et *ἀλγέω doleo.*) Schol. ad Thucyd. II. c. 42. *ἀπαλγήσαντας ἀντὶ τοῦ παυσομένους ἀλγεῖν.* Idem Suidas tradit. Hesych. *ἀπηλγηκότες· μηκέτι θέλοντες πονεῖν, ἀναίσθητοι γενόμενοι, ἀποκαμόντες.* In Etymol. Gr. MSto, quod laudavit Segaar in Epist. Crit. ad Valckenarium, hæc glossa legitur: *ἀπηλγηκότες· ἀποκαμόντες, ἀπελπίσαντες καὶ ἀμεριμνήσαντες καὶ ἀναισθήτως ἔχοντες.* Hinc *ἀπάλγησις dedolescere* apud Heliodorum VI. p. 271. 2) metaphorice: *omnem pudoris sensum exuo, omnem sensum honesti, recti et veri depono.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. IV. 19. *οἵτινες ἀπηλγηκότες* qui ad omnem sensum honesti et recti torpent: nam hanc explicationem non tam suadent, quam postulant verba sequentia *ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ.* Nullius itaque momenti et pretii est lectio quorundam codicum et versionum *ἀπηλπικότες desperantes* (unde orta est glossa in N. T. Fabric. pag. 151. *ἀπηλγηκότες· ἀπηλπικότες*, ubi vide Alberti notas), quam sine dubio, nisi eam correctionem e versione Syriaca et Vulgata ducere malimus, debemus docto librario, qui *ἀπαλγεῖν* interdum apud Græcos (v. c. Polyb. Hist. I. c. 35. *τὰς ἀπηλγηκυίας ψυχὰς τῶν δυνάμεων*, et IX. 40.) *desperare, animum abjicere, despondere*, significare haud ignorabat. Vide de hac voce Wetstenium N. T. T. II. p. 251.

'ΑΠΑΛΛΑ'ΣΣΩ seu 'ΑΠΑΛΛΑ'ΤΤΩ, fut. *άξω*, 1) *dimitto, decedere jubeo, depello, removeo.* Æschin. Socr. Dial. II. c. 26. *ὥσπερ τὰ φάρμακα πρὸς τὸ τὰς νόσους ἀπαλλάττειν.* Aristoph. Eccles. v. 1038. *τὴν γραῦν ἀπαλλάξασά μου.* Hinc medium *ἀπαλλάσσεσθαι discedere, abire*, quasi *se ipsum dimittere et removere.* Sic Æschin. Socr. II. § 21. *ὁ γυμνασίαρχος ἀπαλλάττεσθαι αὐτὸν ἐκ τοῦ γυμνασίου ἐκέλευεν.* Herodot. VIII. 44. *ἀπαλλασσομένων τῶν 'Ελλήνων ἀπὸ τοῦ 'Αρτεμισίου.* Sic Act. XIX. 12. *καὶ ἀπαλλάττεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους* ut recederent ab iis morbi. Phlegon Trallianus de Rebus Mirabil. c. 1. *κελεύει ἀπαλλάττεσθαι ἀπ' αὐτῆς ταχέως*, jubet, ut celeriter a se abeat. Interdum tamen etiam activum vim medii habet et *discedere* notat, v. c. Xenoph. Memor. I. 7. 3. Agesil. II. 26. Theophr. Char. 4. Retinuerunt autem hanc propriam notionem verbi *ἀπαλλάσσειν* Alex. locis haud paucis V. T. ubi partim pro הֵסִיר Job. IX. 34. Jerem. XXXII. 31. partim pro הוֹבִיל Job. X. 19. posuerunt. 2) *libero.* Sic Hebr. II. 15. *καὶ ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου —— ἔνοχοι ἦσαν δουλείας* et a metu mortis liberabat, quotquot eo tenerentur. Nec Græcis Scriptoribus ignota est hæc notio. Sic *ἀπαλλαγῆναι νόσου* Xenoph. Cyrop. V. 1. 6. Æschin. Socr. Dial. II. 27. Sapient. XII. 2. 20. et *ἀπαλλαγὴ* apud Xenoph. Venat. X. 14. *rationem periculum effugiendi* notat. Phavorin. *ἀπαλλάττειν λέγεται καὶ ἀντὶ τοῦ ῥύεσθαι καὶ λυτροῦν, συντασσόμενον γενικῇ, οἷον· ἀπαλλάττω σε τῶν κακῶν.* Vide Irmisch. ad Herodian. II. 1. 17. Conf. etiam I. B. Carpzov. Exercitt. Philon. in Ep. ad Hebræos p. 110 seq. qui idoneis exemplis ostendit, *ἀπαλλάττειν* speciatim de manumissionibus et liberatione a servitute usurpari. 3) speciatim sensu forensi *ἀπαλλάττεσθαι reus* dicitur, *cum adversarius non persequitur accusationem*, aut *debitor, qui vel soluto debito aut transactione facta a creditore absolvitur et dimittitur.* Hinc *ἀπαλλάττεσθαι ἀπό τινος* est idem, quod *διαλλάττεσθαί τινι placare iratum et adversarium, in gratiam restituere.* Sic certe legitur in N. T. Luc. XII. 58. *ἐν τῇ ὁδῷ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ* da operam, ut iratum adversarium tuum places, cum eo transigas, coll. loco parallelo Matth. V. 24. *διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ.* Xenoph. Memor. II. 9. 6. Aliud hujus significationis exemplum e Demosthenis Orat. in Midiam pag. 406 et 412. adduxit Krebsius ad decreta Romanorum pro Judæis e Josepho p. 356. In universum nemo diligentius de hac voce disputavit Dresigio de Verbis Mediis N. T. I. 15. p. 179 seq.

'ΑΠΑΛΛΟΤΡΙΟ'Ω, ῶ, fut. *ώσω, abalieno*, (ita explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 18.) *alienum reddo, longissime removeo*, sensu proprio non solum, sed etiam metaphorico, in quo ter legitur in N. T. libris. Ephes. II. 12. *ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ 'Ισραὴλ* olim non cives eratis reipublicæ Judaicæ. ibid. IV. 18. *ὄντες ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ* qui vitam flagitiosam et scelestam agunt. Coloss. I. 21. ubi *ἀπηλλοτριωμένοι* simpliciter ponitur, ita, ut e reliquis locis aut verba *τῆς πολιτείας τοῦ 'Ισραὴλ*, aut *τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ* intelligenda sint. Hoc verbo, non facile alias obvio, tamen aliquoties usus est (ut monuit jam Krebsius in Observv. in Flav. p. 326.) Josephus A. J. XI. 11. 4. *ἀπαλλοτριωθησομένων τοῦ πλήθους* e populi cœtu semoverentur. Idem IV. 1. 1. et VII. 9. 2. *ἀπαλλοτριῶσαι τὴν 'Αβεσαλώμου διάνοιαν πρὸς τὸν 'Αχιτόφελον.* His addo Polyb. Hist. III. 77. Sirac. XI. 34. *ἀπαλλοτριώσει σε τῶν ἰδίων σου.* 4 Macc. I. 3. *τῶν πατρίων δογμάτων ἀπηλλοτριωμένος.* Usi sunt præterea Alexandrini hac voce pro זוּר Ps. LVIII. 3. נִכַּר Job. XXI. 29. Jer. XIX. 4. et aliis verbis passim.

'ΑΠΑΛΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *tener, mollis*, quasi *tactui cedens.* Etym. M. *παρὰ τὸ ἁφὴ, ὁ τῇ ἁφῇ εἴκων*, ut sit *ἀπαλὸς* pro *ἁφαλὸς*, aspirata in lenem mutata. Usurpatur autem hæc vox maxime de animalibus teneris et hominibus, qui sunt adhuc in puerili ætate. Sic v. c. Genes. XVIII. 7. *ἔλαβεν ἀπαλὸν μοσχάριον*, ubi est in Hebraico רַךְ 1 Chron. XXIX. 1. *Σαλομὼν νέος καὶ ἀπαλὸς*, coll. Ælian. V. H. III. 42. *παῖδα ἔτι ἀπαλὸν ὄντα καὶ νεαρὸν*, et ib. XII. 1. quanquam interdum etiam de aliis rebus, etiam inanimatis, usurpatur, v. c. de terra s. massa argillacea, quam figulus cogit et tractat. Sapient. XV. 7. Singularem autem usum obtinet hæc vox in N. T. libris, ubi bis tantum legitur de *ramis arborum, qui sunt succulenti et succi pleni*, ut sit idem, quod *ἔγχυλος succidus*, qua voce Herodotus Lib. II. aliquoties utitur. Matth. XXIV. 32. *ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς* (sc. *τῆς συκῆς*) *γένηται ἀπαλὸς* cujus rami, ubi tenerescunt. Idem legitur Marc. XIII. 28. Eo-

dem fere sensu in Aquilæ reliquiis Levit. II. 14. ἀπαλὰ λάχανα olera recentia leguntur, et substantivum ἁπαλότης apud Alex. Ezech. XVII. 4. pro יְנִיקוֹת *rami teneri* occurrit. Hesych. ἁπαλός· μικρός, τρυφερός. Phavorin. ἁπαλός ἐπὶ ζώων καὶ φυτῶν, οἷον ἁπαλὰ βρέφη καὶ ἁπαλὸν ῥόδον. μαλακὸν δὲ ἐπὶ χηροῦ καὶ τῶν τοιούτων κ. τ. λ.

ἈΠΑΝΤΆΩ, ῶ, fut. ήσω. Haud differt a simplici verbo ἀντάω, et 1) significat: *obviam procedo, occurro.* Construitur cum dativo personæ, cui alter obvius fit. Matth. XXVIII. 9. ὁ Ἰησοῦς ἀπήντησεν αὐταῖς. Marc. XIV. 13. καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος. Luc. XVII. 12. Joh. IV. 51. Act. XVI. 16. Hinc venit notio Græcis admodum familiaris, ut ἀπαντᾷν interdum significet, ut Latinorum *occurrere,* (Liv. XXXI. 29. Sueton. Calig. 39.) *certo tempore vel loco adesse, præsto esse,* v. c. ἀπαντᾷν ἐπὶ τὴν δίκην, κυρίαν, τὸ δικαστήριον, et reliqua, (Suid. ἀπαντᾷν καὶ συναντᾷν λέγουσιν, ἑκατέρως τὸ παραγίνεσθαι εἰς ἕνα τόπον) de qua notione exposuit Budæus in Comment. L. Gr. p. 40. Speciatim autem 2) de *hostili occursu et impetu* usurpatur: *occurro alicui hostiliter et armata manu,* seu, *prœlio occurro,* ut est apud Livium X. c. 43. Sic Luc. XIV. 32. rex, expeditionem parans adversus alium regem, prius diligenter cum consiliariis suis expendere dicitur, an possit cum decem millibus ἀπαντῆσαι, prœlio occurrere, hosti, se adorienti cum viginti millibus. Usurpari autem ἀπαντᾷν æque ac συναντᾷν hoc sensu apud Græcos, inter alios Munthe docuit in Observatt. Philol. e Diodoro Siculo pag. 166. De *impetu hostili* etiam Hebræi suo פָּגַע utuntur, 1 Sam. XX. 17. 2 Sam. I. 15. ubi Alexandrini ἀπαντᾷν habent. Phavorin. ἀπαντᾷν ἀντὶ τοῦ ἐναντιοῦσθαι. Ἀριστοφάνης, ἐγὼ δ' ἀπαντῆσαι ἐκείνοις βούλομαι. καὶ τὸ μάχεσθαι. δοτικῇ συντάσσεται.

ἈΠΆΝΤΗΣΙΣ, εως, ἡ, *occursus* (ductum a præcedente verbo), 1) *active* usurpatur, *cum quis alteri obviam procedit ad eum excipiendum.* Matth. XXV. 1. ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου proficisci debebant obviam sponso. ibid. v. 6. Act. XXVIII. 15. ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν. Respondet in versione Alex. Hebr. קְרָאת 1 Sam. IX. 14. Jer. XLI. 16. nec a voce ἀπάντημα differt, cum qua ab ipsis Alex. permutatum legitur ad פָּגַע 2 Sam. I. 15. Cohel. IX. 11. 2) *passive* usurpatur, *cum quis alteri obviam rapitur.* 1 Thess. IV. 17. ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου nubibus vecti obviam rapiemur Domino. De aliis vocum ἀπαντᾷν et ἀπάντησις notionibus copiose disputavi in Spicilegio Lexici Bieliani T. I. p. 13. T. II. p. 18.

ἍΠΑΞ. Adverbium numeri. 1) *semel, una vice,* omnis iterationis vel omnino, vel ad certum tantum temporis spatium, exclusionem indicans. 2 Cor. XI. 25. ἅπαξ ἐλιθάσθην semel lapidatus fui. Hebr. IX. 7. ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ semel tantum quotannis. v. 26. τῷ ἅπαξ opponitur πολλάκις v. 25. ibid. v. 27. ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν homini statutum semel mori. Lucian. Dial. Mort. 16. ἅπαξ τεθνεώς. Hebr. XII. 26, 27. 1 Petr. III. 18. Locus 1 Petr. II. 20. huc non pertinet, falsa enim ibi lectio est ἅπαξ ἐξεδέχετο, pro qua, ut jam recte vidit Griesbachius, verbum ἀπεξεδέχετο reponendum est. Magis vero huc pertinet formula: ἅπαξ καὶ δίς, quæ respondet formulæ Hebraicæ פַּעַם וּשְׁתַּיִם Nehem. XIII. 20. et notat *sæpius, aliquoties, nec tamen crebro,* Lat. *semel atque iterum.* Philipp. IV. 16. καὶ ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε aliquoties meæ indigentiæ missis donis succurrebatis. In altero vero loco, ubi hæc formula occurrit, 1 Thess. II. 18. mihi quidem ea numerus exiguus in universum non indicari videtur, sed numerus binarius proprie significari. Verba enim sunt: ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς καὶ ἅπαξ καὶ δὶς non semel duntaxat, sed bis ad vos venire decreveram. Et sic etiam hæc formula legitur 1 Macc. III. 30. 2) *prorsus, omnino, perfecte,* i. q. καθάπαξ. Arrian. Diss. Epictet. I. 19, 29. Hebr. VI. 4. τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας qui idoneam religionis christianæ cognitionem sunt consequuti. Hebr. X. 2. ἅπαξ κεκαθαρμένους si perfecte et prorsus expiati fuissent; ita, ut nullo expiationis ritu amplius opus esset. Juda v. 3. ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει ut constanter tueamini doctrinam, quam satis cognitam habetis. ibid. v. 5. εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο rem vobis omnibus notissimam. Psalm. LXII. 11. ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεός: quem locum respexit Suidas: ἅπαξ, inquit, ἐλάλησεν ὁ Θεὸς ἀντὶ τοῦ ἀποφαντικῶς ἢ παντελῶς. τὸ ἅπαξ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πάντως ἐσομένου. Psalm. LXXXIX. 35. ἅπαξ ὤμοσα. Ælian. V. H. II. 30. XIII. 34. Eodem sensu *semel* apud Latinos sumitur; confer Duker. ad Florum II. 12. Bentlei. ad Horat. Serm. II. 8. 24. — Suid. ἅπαξ· διόλου, ὁλοσχερῶς.

ἈΠΑΡΆΒΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Vox ἅπαξ λεγομένη in N. T. quæ apud Græcos Scriptores *de re* vulgo dicitur *immutabili, quæ violari et mutari non debet,* v. c. νόμος ἀπαράβατος, (Epictet. Enchir. 50, 2.) lex, quæ violari non debet; ὅρκος ἀπαράβατος jusjurandum inviolabile; nam παραβαίνειν haud raro *mutare, violare, transgredi,* notat. Vide præter Reiskii Indic. Græcit. in Plutarchi Moralia et Philosophica s. h. v. quæ Elsnerus in Observatt. Sacris T. II. p. 354. hanc in rem congessit. Et hanc notionem respexit Hesychius: ἀπαράβατον ἄπιστον: ita enim rescribendum est loco impressi ἄπιστον, quod nullum sensum habet. Sed quia παραβαίνειν interdum etiam notat *transire ad successorem,* factum est, ut in N. T. ἀπαράβατος *res* diceretur, *quæ non transit ad alios, ad successorem non transmittitur,* quæ Græcis vulgo ἀδιάδεκτος dicitur. Sic semel tantum in N. T. legitur, Hebr. VII. 24. ἀπαράβατον ἔχει τὴν ἱερωσύνην perpetuum habet sacerdotium, in quo nullum habuit successorem. Œcumenius ad h. l. ἀδιάδοχον· ἀτέλευτον. Conf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 412.

ἈΠΑΡΑΣΚΕΎΑΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *imparatus,* ex α priv. et παρασκευάζω *paro.* Semel legitur in N. T. 2 Cor. IX. 4. καὶ εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους et inveniant vos imparatos, ubi ἀπαρασκεύαστοι opponuntur τοῖς παρεσκευασμένοις v. 3. Herodian. III. 10. 19. προσπεσόντες δὲ Ῥωμαῖοι ἀπαρασκευάστοις τοῖς βαρβάροις. Dion. Hal. Ant. V. c. 49. Apud Xenoph. Memor. III. 4. 11. legitur vox idem significans, ἀπαράσκευος. Phavorin. ἀπαράσκευος· ἀπαρασκεύαστος, εὐχερής, εὔκολος. Confer quoque Pollucis Onom. VI. 143.

ἈΠΑΡΝΈΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, 1) *abnego, agnoscere recuso, aliquem mihi notum esse, vel ad me pertinere firmiter nego,* sive simpliciter ponatur, sive particula negandi, μή, οὐκ, addatur, quanquam eam pleonastice addere solent N. T. Scriptores pariter ac Græci, v. c. Herodotus, cujus loca collegit Raphelius in Observv. Herodot. ad Luc. XXII. 34. Sic Matth. XXVI. 34. τρὶς ἀπαρνήσῃ με ter me nosse negabis audacter. v. 35. Marc. XIV. 30, 31, 72. Luc. XII. 9. ἀπαρνηθήσε-

ται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ hunc coram angelis Dei meum sectatorem agnoscere recusabo. Luc. XXII. 34. πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με. Joh. XIII. 8. Suid. ἄπαρνος· (Antiphon Orat. I. p. 28.) ὁ ἀρνούμενος· καθόλου. 2) ex adjuncto: *renuntio, cum contemtu rejicio, abdico,* quæ notio necessario agnoscenda est in formula: ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν, quæ in N. T. de eo usurpatur, *qui ipse sibi et omnibus commodis hujus vitæ renuntiat, summa quævis bona, vitam adeo suam spernere et amittere paratus est ob religionis christianæ professionem.* Matth. XVI. 24. εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν si quis velit meus sectator esse, renunciet ipse sibi; ubi non de vitiositate, cui renuntiandum sit, sermonem esse, ut haud pauci opinati sunt, sed de ipsis commodis hujus vitæ, quorum æquo animo jacturam facere paratus esse debeat sectator Christi, præter verba, proxime sequentia, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, maxime comma 25. evincit. Marc. VIII. 3, 4. Luc. IX. 33. Hinc etiam verbo ἀπαρνέομαι usi sunt Alex. Ies. XXXI. 7. pro Hebr. מָאַס (quod alias per ἐξουθενέω, 1 Sam. XIII. 7. ὀλιγωρέω, Prov. III. 11. reddere consueverunt,) ubi Theodot. ἀπώσονται. Symmach. ἀποβαλοῦνται habet: et apud Apollodor. Bibl. II. c. 3. § 1. ἀπαρνέομαι recusandi notionem habet.

'ΑΠΑ'ΡΤΙ. Adverbium. *Ab hoc tempore, ab hoc instanti,* ex ἀπὸ et ἄρτι *nunc.* Alias scribitur divisim, ἀπ' ἄρτι. Matth. XXVI. 64. ubi tamen conjunctim ἀπαρτὶ legendum esse, Heinsius judicavit. Semel tantum legitur in N. T. Apoc. XIV. 13. μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι beati sunt pii Christiani, qui moriuntur, ab hoc ipso mortis eorum tempore et momento, uti vulgo hic locus explicatur ab interpretibus, præeunte Syro, qui reddidit ܡܢ ܗܫܐ, qui tamen aliam etiam, non minus commodam, admittit explicationem, recepta lectione ἀπαρτὶ, (i. q. ἀπαρτίως. Herodot. V. 53.) quam Beza, Alberti, L. Bos. et Heinsius præferunt. 'Απαρτὶ autem est i. q. ἀπηρτισμένως, *certo ac vere, perfecte, exacte, plene.* Phavorin. ἀπαρτί· ἀπηρτισμένως, ἐπίῤῥημά ἐστιν, ὡς ἀμογητὶ, παρὰ τὸ ἀπηρτισμένον. τὸ πλῆρες. κέχρηται δ' αὐτῷ Ἡρόδοτος, λέγων, ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδια δύο ἀπαρτὶ κ. τ. λ. Confer etiam Fœsii Œconom. Hippocrat. p. 44. Wetstenii N. T. T. I. p. 493. et Scholiast. ad Aristoph. Plut. v. 388. Hac autem levi mutatione facta ἀπαρτὶ μακάριοι sunt *perfecte, admodum felices et beati.* De permutatione vocum ἀπάρτι et ἀπαρτὶ vide Beckii Comment. in Aristoph. Vol. I. p. 204.

'ΑΠΑΡΤΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *perfectio, absolutio operis.* Ἅπαξ λεγόμενον, quod tantum Luc. XIV. 28. legitur, εἰ ἔχει τὰ (δέοντα) πρὸς ἀπαρτισμὸν an habeat ad ædes perficiendas necessaria. Descendit a verbo ἀπαρτίζω *perficio, perfectum et absolutum reddo,* (Hesych. ἀπαρτίζει· τελεῖ — ἀπηρτισμένον· τέλειον. Idem: ἀπαρτίσαι· πληρῶσαι. Gloss. ἀπαρτίζω, *perficio, consummo,* et: ἀπαρτισμὸς, *consummatio.* Id. ἀπαρτίζει, *peragit, transfigit.* forte: *transigit.*) quod de opere usurpatur, cui extrema imponitur manus, v. c. οἶκος ἀπαρτισθεὶς domus omnibus suis partibus absoluta. Conf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 422. et Wetstenii N. T. T. I. p. 754.

'ΑΠΑΡΧΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie sunt *primitiæ frugum, quæ a reliquis frugibus separandæ et Deo solemniter consecrandæ erant,* quasi ἀπ' ἀρχῆς, scil. γεννημάτων τῆς γῆς, de primis frugibus terræ, quas Deus jure sibi tanquam auctori consecrari voluit. Sic legitur in vers. Alex. Levit. XXIII. 10. et Deut. XXVI. 2. pro Hebr. רֵאשִׁית, et permutatur cum voce πρωτογεννήματα Levit. XXIII. 17. Descendit autem ab ἀπάρχομαι, quod proprie ad res sacras refertur, et significat: *primitias offerre Deo,* aut, *initium rei sacræ facere,* uti ostendit Ez. Spanhem. ad Juliani Orat. I. p. 23. Jam quia primæ fruges, quæ Deo consecrabantur, præstantissimæ et studiose selectæ erant, factum est, ut deinde ἀπαρχὴ *omne* diceretur 2) metaphorice, *quod primum est in suo genere, vel temporis, vel dignitatis et præstantiæ ratione habita, ita, ut de rebus æque ac de hominibus adhibeatur,* quemadmodum etiam ἀπάρχεσθαι apud Græcos ad omnium rerum initia transfertur: conf. Ælian. V. H. VIII. 1 et 18. Julianus Orat. I. p. 3. Et in hac metaphorica notione tantum in N. T. legitur. Rom. VIII. 23. τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες qui præstantissima dona Sp. S. acceperunt, h. e. Apostoli, ut ipse in sequentibus explicat. (Varias hujus loci explicationes collegit et examinavit Keil Pr. s. t. *quinam sint* Rom. VIII. 23. οἱ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες, *ostenditur.* Lips. 1809. 4.) Sic רֵאשִׁית *id quod summum est et præstantissimum in suo genere,* significat, v. c. Jer. XLIX. 35. רֵאשִׁית גְּבוּרָתָם *summum potentiam,* Amos VI. 6. רֵאשִׁית שְׁמָנִים *unguenta præstantissima.* Hinc etiam ἀπαρχὴ τῷ חֵלֶב respondet in versione Alex. (quod proprie quidem *adipem,* sed metaphorice *optimum et præstantissimum* notat.) Num. XVIII. 12. 29. 30. 32. Rom. XI. 16. ἀπαρχὴ, scil. φυράματος, primitiæ massæ seu farinæ, aqua subactæ, (רֵאשִׁית עֲרִיסֹת Num. XV. 19. 20.) h. e. patriarchæ, majores Judæorum, a quibus genus duxerunt suum. Rom. XVI. 5. ubi Epænetus quidam vocatur ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστὸν primus inter eos, qui in Asia proconsulari Christo nomen dederunt. Theodoret. ad h. l. πρῶτος παντὸς τοῦ ἔθνους ἐπίστευσεν. 1 Cor. XV. 20. Christus vocatur ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, qui primus et princeps fuit hominum a Deo in vitam revocatorum, unde v. 23. simpliciter ἡ ἀπαρχὴ vocatur. 1 Cor. XVI. 15. ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆν Ἀχαΐας, coll. Rom. XVI. 5. Jacob. I. 18. ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων inter primos, qui doctrinam christianam sunt amplexi. Apoc. XIV. 4. ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ præcipui Dei et Christi cultores et sectatores. aut: ad primos pertinebant, qui Deo se Jesuque Christo devoverunt. Alberti Gloss. N. T. p. 135. ἀπαρχή· πρῶτος. Hesych. ἀπαρχή· προσφορὰ, ἀφαίρεμα. — ἀπαρχὴ Χριστός· πρῶτος Χριστός. Schol. Eurip. in Orest. v. 96. ἀπαρχὴ ἐλέγετο οὐ μόνον τὸ πρῶτον τῇ τάξει, ἀλλὰ καὶ τὸ πρῶτον τῇ τιμῇ, ὅθεν καὶ ἀπαρχὰς καρπῶν προσῆγον οἱ παλαιοὶ καὶ ὠνόμαζον, τὰ κρείττονα ἐκλεγόμενοι. De singulis N. T. locis, in quibus hæc vox legitur, sententias patrum Græcorum collectas exhibuit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 422 seq.

'ΑΠΑΣ, ασα, αν, genitivus ἅπαντος, άσης, αντος, *omnis, totus, universus,* ex α ἀθροιστικῷ, et πᾶς *omnis,* quasi ἅμα πᾶς, *omnis, nullo excepto.* Sed haud raro, ut πᾶς, de *multitudine* tantum *ingente* explicandum erit. Sic Luc. XIX. 48. ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο ἀπ' αὐτοῦ ἀκούων permulti enim ex plebe ab ore ejus pendebant. ibid. VIII. 37. ἅπαν τὸ πλῆθος. XVII. 27. ἀπώλεσεν ἅπαντας. Marc. XVI. 15. πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα.

Jacob. III. 2. πταίομεν ἅπαντες ad unum labimur omnes. Speciatim τὰ ἅπαντα *omnia, quæ quis habet et possidet bona,* significat. Luc. V. 28. καταλιπὼν ἅπαντα omnibus relictis. Act. IV. 32. ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινὰ sed omnia iis erant communia. Ita et ἅπαντα legitur apud Æschin. Socr. II. 7. Conf. Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd. T. II. p. 263. In vers. Alex. semper fere pro כֹּל ponitur, v. c. Ps. XXII. 23. Jerem. XVIII. 23. semel tantum Lev. VI. 22. pro כָּלִיל legitur, nec raro in codd. vers. Alex. æque ac in codd. N. T. voces ἅπας et πᾶς permutatæ leguntur.

'ΑΠΑΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *seorsim duco, abduco a via recta, quæ calcanda erat, in erroneam,* quasi ἀπάγω τοῦ πάτου, ut Eustathius et alii grammatici explicarunt. Cf. Stephani Thes. Gr. L. T. I. p. 1874 seq. Hinc, ut Latinum *seduco,* 2) *facio aliquem aberrare a veritatis tramite, fallo, decipio, in errorem induco.* Sic Jacob. I. 26. ἀπατῶν τὴν καρδίαν αὐτοῦ iste decipit semet ipsum, is errorem alit. Respondet Hebraico הִשִּׁיא Ies. XXXVI. 14. Alex. μὴ ἀπατάτω ὑμᾶς 'Εζεκίας λόγοις. 3) *ad peccatum incito et compello vel doctrina vel exemplo, quasi abduco aliquem a virtutis tramite.* Ephes. V. 6. μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις ne vos ad peccata fraudulentis aliorum doctrinis incitari patiamini; ubi sermo est de doctoribus, qui excusare solebant vitiositatem humanam, et doctrina de libertate Christianorum turpiter abutebantur. 1 Tim. II. 14. 'Αδὰμ οὐκ ἠπατήθη, coll. Genes. III. 13.— Hesych. ἀπατᾷ· πλανᾷ, φενακίζει: quæ glossa videtur pertinere ad 2 Reg. XVIII. 32. et 2 Paral. XXXII. 11.

'ΑΠΑ'ΤΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *abductio a via recta,* ab ἀπατάω, quod vide. 2) metaphorice: *deceptio, seductio,* inprimis *cum alterum a veritatis et virtutis tramite abduco.* Sic Matth. XIII. 22. ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου *divitiæ fallaces,* quæ partim destituunt possessorem sæpissime et decipiunt, partim eum subinde a recto tramite abducunt, cum nimis amantur et expetuntur. Fortasse tamen ἀπάτη h. l. significat *oblectationem,* quam notionem sæpe apud Græcos habere docent exempla prolata a Pierson. ad Mœrid. p. 65. Reiskio ad Polyb. p. 168. et Ernesti in Glossar. Polyb. s. h. v. Mœris: ἀπάτη· ἡ πλάνη, παρ' 'Αττικοῖς· ἀπάτη δὲ ἡ τέρψις παρ' 'Ελληνικοῖς. Marc. IV. 19. Ephes. IV. 22. κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης pravis cupiditatibus, quæ decipiunt ac seducunt homines; ubi ἐπιθυμίαι τῆς ἀπάτης ponuntur pro ἐπιθυμίαι ἀπατητικαὶ vel ἀπατῶσαι, plane, ut Judith. IX. 11. ἐκ χειλέων ἀπάτης μου. 3) per metonymiam *illud ipsum notat, quo alter decipitur ac seducitur, certe decipi ac seduci potest.* Coloss. II. 8. βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, ubi κενὴ ἀπάτη aut in universum quascunque pravas artes, quibus homines alios decipiunt, aut speciatim *theologiam Judaicam* significat, quæ tunc in scholis Judæorum tradebatur, qua utebantur tunc temporis falsi doctores ad errores spargendos inter Christianos. 2 Thess. II. 10. καὶ ἐν πάσῃ ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας et quavis doctrina falsa et fraudulenta. Hebr. III. 13. ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας illecebræ vitiositatis seu exemplum eorum, qui deficiunt a religione christiana. Hesychius: ἀπάτη, πλάνη, ψεῦδος. Phavor. ἀπάτη· τὸ ὑφ' ἑτέρου παραλογισθῆναι.— παραλογισμὸς, φενακισμός.

'ΑΠΑ'ΤΩΡ, ορος, ὁ, ἡ, æque ac vox ἀμήτωρ, de qua supra copiosius disputabamus, varie apud Græcos Scriptores sumitur. Dicitur autem ἀπάτωρ 1) *qui patrem non habuit, qui parentibus caret.* Hoc sensu Deus a Trismegisto dicebatur, teste Lactantio de Vera Sapientia Lib. IV. c. 13. Epiphan. Hæres. XXXI. c. 18. 2) *qui patrem morte aut alio quovis acerbo casu amisit.* Pollux Onom. III. c. 2. s. 4. ἀπάτωρ· ὁ μὴ πατέρα ἔχων, ὡς ὁ "Ηφαιστος. καλοῖντο δ' ἂν οὕτω καὶ οἱ ἀποβεβληκότες πατέρας καὶ μητέρας, οὓς λέγομεν ὀρφανούς. Eurip. Orest. v. 310. 3) *is, cujus pater obscurus est et ignotus, ignobili patre natus.* Eurip. Ion. v. 110. Sic apud Livium IV. 3. nullo patre natus dicitur, cujus pater est ignobilis. Horat. Serm. I. 6. 10. "multos sæpe viros nullis majoribus ortos," coll. v. 6. et II. 5. 15. Et hanc notionem optime convenire loco Hebr. VII. 3. ubi Melchisedechus ἀπάτωρ vocatur, veterum multi opinati sunt, v. c. Epiphanius, qui causam hujus appellationis hanc addit: διὰ τὸ μὴ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κατὰ τὸ φανερώτατον ἐπωνομάσθαι. Euseb. Demonstr. Evang. IV. c. 3. Sed ipsa loci laudati contexta oratio nos statuere jubet, Melchisedechum a Paulo ideo ἀπάτορα dictum esse, *quod pater ejus non recensebatur in genealogiis sacerdotum Judæorum,* (ut quoque transtulit Syrus,) seu, quod fuit ἀγενεαλόγητος, ad quam vocem supra explicatam lectores remittimus. Plura de hac re scire cupienti adeundus erit partim Suicer. in Thes. Eccles. sub ἀπάτωρ et Μελχισεδὲκ, partim Wesseling. Obss. L. II. c. 10. p. 177. et Wetstenius N. T. T. II. p. 407.

'ΑΠΑΥ'ΓΑΣΜΑ, ατος, τὸ, 1) proprie: *refractio, reflexio, lucis et splendoris, splendor maxime solis refractus et repercussus,* (ex ἀπὸ et αὐγὴ *splendor,* inde ἀπαυγάζω *splendorem relido, remitto*) sicut ἀπήχημα *refractio soni.* Hesych. ἡλίου φέγγος. Suid. et Phavor. ἔκλαμψις. Alb. Gloss. N. T. p. 167. ἀκτὶν, Lex. MS. Bibl. Coislin. p. 495. ἀκτὶς ἡλίου. Deinde vero metaphorice 2) ἀπαύγασμα dicitur *omne, quod aliquam rem perfecte refert, exemplar plane expressum, imago viva et absoluta alicujus rei,* adeoque interdum *is, per quem et in quo intelligitur, aliqua saltem ex parte, quod est in altero.* Sic legitur in N. T. Hebr. I. 7. ubi filius Dei dicitur ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, h. e. is, qui plane et perfecte refert majestatem divinam, eodem fere sensu, quo a Paulo Coloss. I. 15. εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου dicitur. Quanquam autem hoc ipsum vocabulum in nullo interpretum Græcorum V. T. legitur, tamen eo minus de veritate hujus explicationis dubitare possumus, quo magis e loco Ezech. I. 26—28. constat, majestatem divinam a prophetis eleganter comparatam fuisse cum lumine, splendorem ubique spargente et omnia collustrante, et quo minus dubia sunt loca aliorum Scriptorum, quæ ad locum nostrum illustrandum proferri solent. Sic sapientia ab auctore libri Sapient. VII. 26. ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίου vocatur, h. e. ut ipse explicationis causa statim addit, ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. Philo de Mundi Opificio T. I. ed. Mang. p. 35. seu p. 98. T. I. ed. Pfeiferi: πᾶς ἄνθρωπος κατὰ μὲν τὴν διάνοιαν ᾠκείωται θείῳ λόγῳ, τῆς μακαρίας φύσεως ἐκμαγεῖον ἢ ἀπόσπασμα ἢ ἀπαύγασμα γεγονώς. Idem de Plantatione Noachi p. 337. ed. Mang. τὸ δὲ ἁγίασμα οἷον ἁγίων ἀπαύγασμα, μίμημα ἀρχετύπου. Conf. præter Carpzovii Exercitt. Philonn. ad Hebr. I. 3. et Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr. p. 11. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 425.

'ΑΠΕΙ'ΔΩ, i. q. ἀφοράω, 1) *oculos*

converto ad aliquid, oculos defigo in aliquid, respicio, et inprimis de iis usurpatur, *qui indignabundi et torve aliquem intuentur.* Ælian. V. H. III. 20. Suid. ἀπεῖδεν ἀντὶ τοῦ μετὰ δριμύτητος ἐθεάσατο. 2) simpliciter: *video, aspicio.* Sic in vers. Alex. occurrit Jonæ IV. 5. ubi in Hebr. est רָאָה. Ælian. V. H. XII. 41. 3) metaphorice: *intelligo, perspicio, mecum considero.* Sic semel tantum in N. T. occurrit Philipp. II. 23. ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ ἐμὲ cum cognovero, quem exitum res meæ sint habituræ, aut brevius: si per res meas fieri poterit.

'ΑΠΕΙ'ΘΕΙΑ, ας, ἡ, *contumacia, inobedientia, incredulitas,* speciatim: *contemtus doctrinæ christianæ,* ita, ut omissum sit τῆς πίστεως, ab ἀπειθὴς *contumax, incredulus.* Rom. XI. 30. νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ illorum contumacia hunc eventum habuit, ut vos adduceremini ad religionem christianam. ibid. v. 32. συνέκλεισε τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν permisit Deus Judæos contumaces esse. Ephes. II. 2. υἱοὶ τῆς ἀπειθείας omnes, qui doctrinam christianam repudiant. ib. V. 7. υἱοὶ τῆς ἀπειθείας videntur esse *flagitiosi, scelesti,* nisi de *paganis* explicare quis malit. Idem valet de loco Coloss. III. 6. Hebr. IV. 6 et 11.

'ΑΠΕΙΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *incredulus sum, non credo, non admitto alicujus sententiam, doctrinam aut narrationem,* et quidem ita, ut contumaciæ reus fiam. Et æque ac præcedens ἀπείθεια in N. T. speciatim de iis usurpatur, qui contumacia ducti doctrinam christianam repudiant. Joh. III. 36. ὁ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ opponitur τῷ πιστεύοντι εἰς τὸν υἱόν. Act. XIV. 2. οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι Judæi doctrinam Apostolorum repudiantes. XVII. 5. XIX. 9. Rom. XI. 30, 31. XV. 31. 1 Petr. II. 7, 8. III. 1. Suid. ἀπειθεῖν δοτικῇ, ἀπιστεῖν· cum qua voce etiam haud raro permutatur in codicibus N. T. Idem: ἠπείθησαν· οὐκ ἐπείσθησαν. 2) *non obedio, immoriger et rebellis sum.* Rom. II. 8. ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ qui virtuti et sanctitati studere recusant. Ibid. X. 21. πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα, ubi ἀπειθεῖν et ἀντιλέγειν sunt synonyma, quemadmodum quoque conjuncta leguntur in versione Alex. Ies. L. 5. Ies. LXV. 2. 1 Petr. III. 19. ἀπειθήσασί ποτε qui temporibus Noachi immorigeri Deo erant seu scelesti. ibid. IV. 17. coll. v. 18. Alex. pro סֹרֵר Deut. XXI. 20. Nehem. IX. 29. מָרָה Exod. XXIII. 21. et מָרַר Ies. XXXVI. 5. Phavor. ἀπειθεῖ· ἀντιλέγει. Hesych. ἠπείθησεν· ἀντεῖπεν. 3) *despero de meliore sorte aut de auxilio divino, animum abjicio.* Hebr. III. 18. ubi ἀπειθήσαντες sunt Judæi, desperantes de auxilio divino, quibus v. 19. ἀπιστία tribuitur. Eodem sensu sumitur ἀπειθέω Sirac. XLI. 3, 4. ubi ἀπειθῶν et ἀπολωλεκὼς τὴν ὑπομονὴν sunt aperte synonyma. Adde Deut. XXVIII. 65. ubi pro καρδία ἀπειθοῦσα in cod. Alex. et Oxon. legitur ἀθυμοῦσα, et in textu Hebr. רַגָּז *pavidum esse* reperitur.

'ΑΠΕΙΘΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, 1) *incredulus, contumax, qui nullam persuasionem admittit.* Hesych. ἄπιστος. Suid. δυσπειθὴς ἄνθρωπος *cui difficulter aliquid persuadetur.* Glossarium: ἀπειθὴς etc. *incredulus, diffidens.* Sed in hac notione non legitur in N. T. 2) *inobediens, refractarius, qui obsequium negat,* ἀνυπότακτος, Hesychio interprete, et speciatim de eo dicitur, *qui est impius, scelestus,* quasi immoriger præceptis divinis. Luc. I. 17. ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων impiorum animos emendabit. Act. XXVI. 19. οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς τῇ ὀπτασίᾳ οὐρανίῳ divino monito non obstiti. Rom. I. 30. γονεῦσιν ἀπειθεῖς. De infantibus immorigeris usus quoque est hac voce Callim. H. in Dian. v. 66. 2 Tim. III. 2. Tit. I. 16. ἀπειθεῖς καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι. Tit. III. 3. Alexandrini pro סוֹרֵר Deut. XXI. 18. pro מוֹרַת Num. XX. 10. מְרִי Ies. XXX. 9. posuerunt. Zachar. VII. 12. καὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἔταξαν ἀπειθῆ, ubi in Hebr. est וְלִבָּם שָׂמוּ שָׁמִיר.

'ΑΠΕΙΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *minor, comminor.* 1 Petr. II. 23. πάσχων οὐκ ἠπείλει non comminabatur se aliquando mala relaturum mala inferentibus. 'Απειλέομαι *minis interpositis interdico, veto, serio prohibeo.* Act. IV. 17. ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα αὐτοῖς μηκέτι λαλεῖν minis interpositis prohibebimus, ne in posterum verba facere audeant, coll. v. 28. ubi παραγγέλλειν sequente μὴ ponitur. 'Απειλῇ ex Hebraismo πλεονάζει. Cf. Vorstium de Hebraismis N. T. cap. 34. p. 625.

'ΑΠΕΙΛΗ', ῆς, ἡ, 1) *comminatio, minæ.* Act. IV. 17, 29. IX. 1. ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου spirans minas ac cædem. 2) *acerbitas, asperitas quævis, nimia severitas.* Ephes. VI. 9. ἀνιέντες τὴν ἀπειλὴν remittite nimiam severitatem, coll. Levit. XXV. 43. Sæpius in N. T. non legitur. Suid. ἀπειλή· ἡ ὀργή. Phavor. et Etym. M. ἡ μετὰ ὀργῆς ἐπίπληξις.

"ΑΠΕΙΜΙ, fut. ἔσομαι, *absum,* ex ἀπὸ et εἰμί. 1 Cor. V. 3. ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ πνεύματι quamvis absens, animo tamen præsens. 2 Cor. X. 1 et 11. XIII. 2, 10. Philipp. I. 27. Coloss. II. 5. Ab hoc distinguendum est.

"ΑΠΕΙΜΙ vel 'ΑΠΙ'ΗΜΙ, *abeo, discedo,* ex ἀπὸ et εἶμι vel ἵημι *vado, eo,* quod semel tantum legitur in N. T. Act. XVII. 10. εἰς τὴν συναγωγὴν ἀπῄεσαν in synagogam abierant. Exod. XXXIII. 8. Hesych. ἄπεισιν· ἀπέρχεται, ἀπῆλθεν. Suid. ἄπεισιν ἀντὶ τοῦ ἀφέστηκεν, μακράν ἐστιν.

'ΑΠΕΙΠΑ'ΜΕΘΑ, vide sub 'ΑΠΕ'ΠΟΜΑΙ.

'ΑΠΕΙ'ΡΑΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui tentari, irritari et impelli nequit,* ex α priv. et πειράζω, quod vide. In N. T. tantum legitur Jacob. I. 13. ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν Deus enim ad peccandum impelli nequit. Passive enim h. l. ἀπείραστος sumendum esse, propter sequentia, plerique jam interpretes, præeunte Syro, viderunt et monuerunt contra paucos illos, qui cum Æthiope interprete active acciperent. Vulgatus reddidit: *Deus enim intentatus* (ita enim scribendum est loco male impressi *intentator*) *malorum est.* Onom. Vet. *Intentatus:* ἀπείραστος. Glossæ: ἀπείραστος· *intentabilis.* Vetustioribus Græcis pæne incognita quidem vox fuit ἀπείραστος, qui ejus loco ἀπείρατος, (Gloss. Vet. apud Labbæum p. 19. ἀπείρατος, *intentatus.* Idem paulo post: ἀπείραστος, *intentabilis.*) Ionice ἀπείρητος, absque σ, adhibent, neque tamen plane exulat ab eorum scriptis, ita tamen, ut significet *inexpertum, intentatum.* Sic v. c. legitur apud Galenum de cura et medela animi morborum P. I. p. 365. μὴ καταλείπειν ἀπείραστον nil intentatum relinquere. Joseph. B. J. V. 9. 3. VII. 8. 1. ἔργον ἀπείραστον facinus intentatum. Vide Heisenii Novas Hypotheses ad Ep. Jacobi p. 500. et Wetstenii N. T. T. II. p. 661.

"ΑΠΕΙΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *is, qui omni usu rerum et experientia destituitur, rudis, imperitus,* a πεῖρα *experientia.* Etym. M. ὁ ἀμαθὴς παρὰ τὸ μὴ ἔχειν πεῖραν. Sapient. XIII. 18. περὶ δὲ ἐπικουρίας τὸν ἀπειρότατον ἱκετεύει. Sophocl. Antig. 1309. Thucyd. I. 141. Xenoph. Mem. II. 1. 23. ἄπειρος χαλεπῶν qui nihil

molestiæ expertus est. Hinc ἀπείρως et ἀτέχνως haud raro juncta leguntur apud Græcos, v. c. Ælian. V. H. VIII. 8. Deinde ex adjuncto ἄπειρος dicitur 2) *impar, ineptus ad aliquam rem.* Hebr. V. 13. ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης is non valet ad doctrinam perfectiorem et sublimiorem cognoscendam. Cæterum bene distinguendum est hoc adjectivum ab alio, quod ex α priv. et poëtico πεῖρας pro πέρας *finis, terminus,* conflatum est, et *omne, quod non habet finem, innumerabile,* significat, nec raro in Græcorum scriptis legitur, v. c. Æschin. Dial. II. 34. Xenoph. Mem. I. 1. 14. Conf. Lennepius ad Coluth. p. 53.

ἈΠΕΚΔΈΧΟΜΑΙ, fut. ἔξομαι, *exspecto.* Est decompositum ex præpositionibus ἀπὸ, ἐκ et δέχομαι: ἀπὸ tamen notionem verbi per se non auget, ut multi, emphasium nimis studiosi, existimarunt, quanquam negari non potest, in singulis locis ob contextam orationem ἀπεκδέχεσθαι commode verti posse: *ardenter, flagrantissimo cum desiderio exspectare* aut *tranquillo animo et patienter exspectare,* v. c. Rom. VIII. 19. ἡ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται omnes Christiani futuram illam meliorem verorum Dei cultorum conditionem magno cum desiderio exspectant, coll. v. 22. ib. v. 23 et 25. 1 Cor. I. 7. ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου, ubi ἀπεκδέχεσθαι per *tranquillo animo et patienter exspectare* reddi potest. Galat. V. 5. Philipp. III. 20. τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις qui sunt ejus veri cultores. 1 Petr. III. 20.

ἈΠΕΚΔΥΌΜΑΙ, fut. ύσομαι. Verbum medium, quod proprie notat 1) *exuo me, depono vestimenta, arma,* etc. nec differt a verbo ἀποδύομαι. Ælian. V. H. XIII. 37. καὶ ἀπεδύσατο τὴν πανοπλίαν. Musæus Hero et Leand. v. 251. ἀπεδύσατο πέπλον. Ad hanc notionem etiam locum Coloss. II. 15. retulit Wakefield in Silva Critica P. III. p. 120. qui vocem ἀπεκδυσάμενος, ibi obviam, ejusque judicio interposito commate a sequenti oratione separandam, vertit: *cum vcsles exuisset,* ut certamen sc. expeditior obiret. 2) active usurpatur, ut significet: *exuo, spolio armis, vestibus, opibus.* In dubium quidem vocavit hanc notionem Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 17. quam tamen satis vindicavit huic voci Perizonius ad Ælian. V. H. II. 13. cui addi possunt Scholiastes Aristoph. ad Lysistr. v. 615. Suidas in voce ἅμιλλα, et Schol. ad Theocrit. IV. 11. Quia vero victis vestes detrahere et eos spoliare solent milites, factum est, ut ἀπεκδύεσθαι ex adjuncto *vincere, vim alicujus imminuere et potestatem infringere* notaret. Sic legitur Coloss. II. 15. ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς infringens potestatem omnium, etiam potentissimorum religionis christianæ adversariorum; ubi Grotius jam ἀπεκδύεσθαι per *exarmare* interpretatus est. Simile verbum apud Chaldæos reperitur חֲלַשׁ, quod præter notionem *exuendi* etiam *infirmandi* habet, v. c. Ies. II. 11, 17. וְיֶחֱלַשׁ תְּקוֹף גַּבְרִין debilitabitur fortitudo virorum. Nec tamen prorsus negligenda est interpretatio Syri, qui post ἀπεκδυσάμενος supplens τὴν σάρκα aut τὸ σῶμα vocem hanc ita transtulit: ܘܒܫܠܚܗ ܕܦܓܪܗ *et per exuitionem corporis sui,* etc. 3) metaphorice: *depono, renuncio, repudio.* Coloss. III. 9. ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον deponentes veteres illos pravos ac perversos animi sensus, seu, pristinæ vitæ rationi prorsus renunciantes. Negari quidem non potest, verbum ἀπεκδύεσθαι apud Græcos scriptores, v. c. Josephum A. J. XIII. 7. 1. et ἐκδύεσθαι (Hesych. Illustr. Philos. p. 59. χαλεπὸν ὁλοσχερῶς ἐκδῦναι τὸν ἄνθρωπον) æque ac Latinorum *exuere* (Tacit. Annal. XIV. 52. exuere magistrum, ubi vid. Ernesti) hac notione reperiri, vero tamen magis simile est, Paulum usum verbi חֲלַשׁ, in scriptis Judæorum haud raro obvium, sequutum esse, de quo exposuit Schœttgen. Hor. Hebr. et Talmud. Vol. I. p. 820. adducto loco ex Taanith Fol. 24. 2. ubi formulæ חלש ליביה exuit cor suum, h. e. mutavit mentem suam, et חלש דעתיה leguntur. Confer Krebs. Obss. Flav. p. 342. qui haud male conjecit, ductam esse hanc loquendi rationem ab *actoribus,* qui habitu mutato et vestibus depositis alias partes agunt.

ἈΠΈΚΔΥΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *exuitio, ipse exuendi actus,* aut secundum alios, *conatus deponendi vestem,* in qua tamen notione me legere non memini apud ullum præter Eustathium in Hom. Iliad. A. p. 68, 45. (ab ἀπεκδύομαι.) 2) metaphorice: *depositio, renunciatio, abdicatio.* Sic semel tantum in N. T. legitur, Coloss. II. 11. τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν depositione corporis, quo ad peccandum abutimur, aut depositione omnis vitiositatis. Cf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 419. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 19. ἀπέκδυσις, *despoliatio.*

ἈΠΕΛΑΎΝΩ et ἈΠΕΛΆΩ, fut. άσω, *abigo, arceo, expello, abduco.* Semel legitur in N. T. Act. XVIII. 16. καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος et abegit eos a tribunali. Eadem formula reperitur apud Plutarch. Mar. p. 410. D. ἀπελαύνων τοῦ βήματος. Conf. quæ disputavit de hoc verbo D'Orville ad Chariton. VI. 1. p. 512. ed. Lips.

ἈΠΕΛΕΓΜΌΣ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *refutatio, redargutio,* (quo posteriore vocabulo Vulgatus interpres usus est Act. XIX. 27.) ab ἀπελέγχω *redarguo, refello, refuto, convinco.* Sapient. IX. 6. Jam, quia sententia et opinio, ab aliis idoneis argumentis refutata, in contemtum abire et nullius momenti haberi solet, factum est, ut ἀπελεγμὸς etiam ex adjuncto diceretur 2) *contemtus.* Sic autem legitur Act. XIX. 27. τὸ μέρος ἡμῶν κινδυνεύει εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν periculum est, ne hoc quæstus nostri genus in contemtum veniat, seu contemnatur. Simplex ἐλεγμὸς apud LXX occurrit pro Hebr. תּוֹכֵחָה 2 Reg. XIX. 3. et Ies. XXXVII. 3. ubi cum ὀνειδισμὸς conjungitur: unde locus Lucæ verti quoque posset: ne nobis illud quæstus genus opprobrio sit.

ἈΠΕΛΕΎΘΕΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *libertus, libertate donatus, non liber natus, sed manumissus.* Suid. ὁ ἐλευθερωθείς. Ammonius: ὁ ἐκ δούλου ἠλευθερωμένος. Phavor. ὁ τῆς τῶν δούλων ἀφειμένος δουλείας. ὃς καὶ ἐξελεύθερος. Adde Pollucis Onom. III. c. 9. Semel in N. T. legitur. 1 Cor. VII. 22. ἀπελεύθερος Κυρίου ἐστὶ per religionem christianam libertatem accepit, non illam civilem, sed vere christianam. Dion. Hal. Ant. l. IV. c. 23.

ἈΠΕΛΛΗ͂Σ, οῦ, ὁ, *Apelles.* Nomen proprium viri pii et Christiani, commendati a Paulo Rom. XVI. 10.

ἈΠΕΛΠΊΖΩ, fut. ίσω, 1) intransitive: *despero, omnem spem abjicio.* Sirac. XXII. 26. 2 Macc. IX. 18. τὰ κατ' αὐτὸν ἀπελπίσας. Polyb. III. 63, 13. 2) ut Lat. *despero,* (Cic. Fam. XII. 14.) transitive: *in desperationem adduco, spem omnem alicui adimo.* Sirac. XXII.

22. XXVII. 21. Ies. XXV. 4. Judith. IX. 12. ubi Deus dicitur *ἀπηλπισμένων σωτὴρ* servator eorum, qui spe destituuntur. Opponitur *τῷ ἐπελπίζειν*. 3) *spero aliquid ab altero, inde spero,* quasi *ἐλπίζω ἀπό τινος*. Luc. VI. 35. *μηδὲν ἀπελπίζοντες* ita, ut nihil inde speretis; quæ sunt ipsa verba Vulgati interpretis, quem h. l. etiam Arabs sequutus est. Syrus habet: ܘܠܐ ܬܦܣܩܘܢ ܣܒܪܐ ܕܐܢܫ: *et ne præscindatis spem ullius,* quam sc. de vestra beneficentia concepit ac fovet, si nempe nimis rigidi erga eum fueritis in denegandis beneficiis. Vocem Græcam *ἀπελπίζειν* admittere hanc explicationem, ex criticis notavit Polus ad h. l. Recte autem docuit post Hackspanium et Wolfium Krebsius in Obss. Flav. p. 117. esse hunc optimorum Scriptorum morem, ut brevitatis causa vocis omissæ indicium faciant ope præpositionis, quæ, cum sola poni nequeat, verbo adjungitur. Sic v. c. *ἀπεσθίειν* ponitur pro *ἐσθίειν ἀπό τινος*, observante Athenæo Lib. XIV. cap. 17. p. 649. ed. Casaub., *ἀπαιτεῖν* Euripidi et Theophrasto adhibetur pro *αἰτεῖν ἀπό τινος*, et *ἀπολαβεῖν* interdum est *λαβεῖν ἀπό τινος*. Confer quoque Casaubonum ad Theophr. Char. 12.

'ΑΠΕ'ΝΑΝΤΙ. Adverbium, quod genitivum adsciscit. 1) *ex adverso, e regione.* Matth. XXI. 2. *εἰς τὴν κώμην τὴν ἀπέναντι ὑμῶν* in vicum, qui vobis est ex adverso. Mat. XXVII. 61. *καθήμεναι ἀπέναντι τοῦ τάφου* e regione sepulcri sedentes. Alexandrini usi sunt hac voce Gen. XXI. 16. Ezech. XL. 2. pro כְּנֶגֶד et Jos. XVIII. 17. Jud. XIX. 20. pro נֹכַח. 2) *coram, in conspectu,* unde pro לִפְנֵי Deut. XXVI. 10. et עַל־פְּנֵי Gen. XXIII. 19. XXV. 9. XLIX. 30. Alexandrini posuerunt. Act. III. 16. *ἀπέναντι πάντων ὑμῶν* in conspectu omnium. Matth. XXVII. 24. *ἀπέναντι τοῦ ὄχλου* spectante populo. Rom. III. 18. *οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν* nullum est in iis numinis cultus, coll. Psalm. XXXVI. 1. 3) *adversus, contra.* Act. XVII. 7. *ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος* agunt contra decreta Cæsaris. Sirac. XXXVII. 4. *καὶ ἐν καιρῷ θλίψεως ἔσται ἀπέναντι.* Sic לִקְרַאת Num. XXI. 23. 1 Paral. XIX. 17.

'ΑΠΕ'ΠΟΜΑΙ. Verbum medium ab activo *ἀπειπεῖν*, quod notat: *interdico, veto,* (Joseph. A. J. III. 12. 1. p. 183. Xenoph. Mem. I. 2. 33. Dionys. Hal. Antiq. VIII. 38. XI. 41. *καὶ τὸ λοιπὸν ἀπεῖπον μηδένα 'Ρωμαίων ἄρχειν διὰ βίου τὴν ἀνυπεύθυνον ἀρχήν.*) *defatigor,* (Joseph. A. J. X. 7. 1. p. 526.) *deficio, concido animo,* (Xenoph. de Re Equestri VIII. 5. et ibi Zeunii Obs. IX. 7. Eurip. Hecub. v. 942. *τάλαιν' ἀπεῖπον ἄλγει.*) *renuntio, nuntium mitto alicui,* (Thucyd. V. 43. *ἣν τοῦ πάππου ἀπειπόντος.* Lysias Orat. VII. p. 103. *καὶ ταῦτα φανερῶς ἀπειπόντα ὁμιλίαν.*) denique *vito.* (Sic apud Musæum Hero et Leand. v. 125. *μῆνιν ἐμῶν ἀπόειπε πολυκτεάνων γενετήρων.*) Omnes has varias, quas sustinet activum *ἀπειπεῖν* notiones, recensuit, et idoneis exemplis confirmavit Dresigius de Verbis Mediis N. T. T. I. 116. p. 187 seq. cum quo conferendus est Wetstenius N. T. T. II. p. 185 seq. Hinc medium *ἀπέπομαι* significat: *mihi ipsi aliquid interdico, me abdico aliqua re, renuncio, recuso, depono, abjicio, vito, caveo.* Sic semel tantum in N. T. legitur 2 Cor. IV. 2. *ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης* sed renunciavimus occultis sceleribus seu consiliis improbis, sensibus turpibus et perversis. Hesych. *ἀπείπατο· ἠρνήσατο. ἀπειπάμεθα· ἀπεῤῥιψάμεθα. ἀπείπαντο· παρῃτήσαντο,* (Herodot. VI. 10. *οὐκ ἀπείπαντο τὴν ἐπικουρίην*) *ἀπετάξαντο.* Suid. *ἀπείπατο· ἀπηρνήσατο. καὶ ἀπεῖπεν ἀπηγόρευσεν, ἀπεφήνατο. καὶ ἀπειπεῖν ἀντὶ τοῦ ἀποκαμεῖν καὶ ἀδυνατῆσαι. ἀπειπών· ἀπαρνησάμενος, παραιτησάμενος.* Recte itaque, ut ex prolatis exemplis apparet, Stephanus in Thesauro suo monuit, activum et medium hujus verbi fere idem significare. Legitur etiam hæc vox in vers. Alex. ubi partim Hebraico אָמַר sequente לֹא *interdicere,* v. c. 1 Reg. XI. 2. partim חָדַל Zach. XI. 12. et מָאַס Job. X. 3. coll. Job. VI. 14. respondet. His adde, quæ Krebsius in Obss. Flav. p. 298. de hac voce docte monuit.

'ΑΠΕ'ΡΑΝΤΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, immensus et infinitus, qui nullos terminos et limites habet,* (ex *α* priv. et *πέρας terminus,* unde *περαίνω finio, termino*) item, *qui ad finem perduci nequit,* idem cum *ἄπειρος* et *ἀπέρατος*. vid. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 3. Phavorinum s. v. *ἀπέρατος*. Polyb. I. 57. Aristoph. Nub. v. 392. *τὸν δ' ἀέρα τόνδ' ὄντα ἀπέραντον.* Hesych. *ἀπέραντον· μέγαν, ἀτελείωτον, ἐκ τοῦ πέρας μὴ ἔχειν.* Suid. *ἀπέρατον· ἄπειρον, μέγα, οὗ πέρας οὐκ ἔστιν. οἱ δὲ μετὰ τοῦ ν γράφοντες ἁμαρτάνουσι.* Ex hac vero notione vulgo explicatur locus 1 Tim. I. 4. *γενεαλογίαις ἀπεράντοις* de quæstionibus genealogicis, quarum veritas nunquam evinci poterit, quæ semper rixis locum dabunt. Sed æque commoda est huic loco aut potius melius convenit notio altera, quam habet hæc vox, ut 2) sit *inutilis, a quo nulla utilitas sperari potest,* a *περαίνειν prodesse,* ut adeo *γενεαλογίαι ἀπέραντοι* in loco 1 Tim. I. 4. (sæpius enim non legitur in N. T.) sint *quæstiones genealogicæ, quibus plane nihil afficitur, quibus nulla utilitas ad christianos redundat,* ut jam vidit Chrysostomus ad h. l. *ἀπεράντοις* scribens *ἤτοι πέρας οὐδὲν ἐχούσαις ἢ οὐδὲν χρήσιμον.* Conf. c. IV. 7 et 20. Tit. III. 9. Debeo hanc interpretationem Kypkio, qui eam in Obss. Sacr. T. I. p. 347. protulit et idonee confirmavit, præeuntibus inter veteres Œcumenio)*οἷον τοῖς μὴ ἔχουσι πέρας τὶ χρηστὸν ἢ τοῖς λέγουσιν ἢ τοῖς ἀκούουσι.*) et Theophylacto (*ἢ ταῖς εἰς τοὺς ἄνω χρόνους ἀναβαινούσαις ἢ τὸ πέρας οὐδὲν ἐχούσαις χρήσιμον ἢ εὐσύνοπτον, ἀλλὰ δυσπεριλήπτοις καὶ πολυτρόποις.*) Strabo II. p. 167. B. *ἀπέραντος λόγος.* Apud Thucyd. IV. c. 36. legitur adverbium *ἀπεράντως*.

'ΑΠΕΡΙΣΠΑ'ΣΤΩΣ. Adverbium, *absque ulla distractione, summa cum diligentia, sine ulla cura et sollicitudine, quiete, tranquille.* Tam late enim patet hæc vox, quæ a *περισπάομαι* descendit, quod partim *de eo* usurpatur, *qui multis et gravissimis negotiis distrahitur,* (unde adjectivum *ἀπερίσπαστος* dicitur *is, qui continuo et summa cum diligentia aliquid facit, ita, ut nulla re a negotio avocari possit.* Polyb. II. 67. 7. et XXIX. 8. 16.) partim autem *de eo* legitur, *qui admodum afflictus est et quasi curis et sollicitudine distrahitur.* Sirac. XLI. 2. mors dulcis est *ἀνθρώπῳ περισπωμένῳ περὶ πάντων*, cui v. 1. opponitur *ἀνὴρ ἀπερίσπαστος*, qui nullis ærumnis et angustiis distractus est. Porphyr. de Abstinent. I. 46. Adverbium *ἀπερισπάστως* semel tantum legitur in N. T. 1 Cor. VII. 35. *ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπρόσεδρον Κυρίῳ ἀπερισπάστως* sed propter decorum et ideo, ut indefesso studio Christum colere sine ulla cura et sollicitudine possitis. Polyb. II. 20. 12. et XII. 28. 4. Hesych. *ἀπερισπάστως· ἀμερίμνως, ἀφροντίστως, ἡσύχως.*

Defenderunt hanc explicationem loci Paulini contra Knatchbullum, qui interpretatur: *sine violenta abstractione in verba mea,* inter alios Raphelius in Notis Polybianis p. 464. et Lamb. Bos. in Exerc. Philol. p. 134. Conf. etiam Gatakeri Notas ad Marc. Antonin. de rebus suis III. § 6.

ἈΠΕΡΙ΄ΤΜΗΤΟΣ, *ου, ὁ, non circumcisus, cui præputium amputatum non est, gentilis, alienus a civitate Judaica.* 2 Macc. I. 51. *καὶ ἀφιέναι τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ἀπεριτμήτους.* ib. II. 46. Hebr. עָרֵל Exod. XII. 48. Jud. XIV. 3. In N. T. ubi semel tantum legitur, metaphorice usurpatur. Locus est Act. VII. 51. ubi formula mere Hebraica *ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς ὠσὶν* legitur. *Ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ* Judæi dicuntur, qui se lege Mosaica, cui circumcisionis ritu obstricti erant, emendari et corrigi non passi fuerunt, qui eandem ob causam olim a prophetis עַרְלֵי־לֵב vocabantur, v. c. Jerem. IX. 26. Ezech. XLIV. 7. Coran Sur. II. 88. Parum differt altera formula: *ἀπερίτμητοι τοῖς ὠσὶν*, qua Judæi indicantur, qui immorigeri sunt præceptis religionis Mosaicæ, et quorum aures quasi occlusæ sunt præceptis divinis, tota expressa ad Hebraicam עַרְלֵי־אָזְנַיִם, quæ legitur Jerem. VI. 10.

ἈΠΕ΄ΡΧΟΜΑΙ, fut. *ελεύσομαι*, aor. 2. *ἀπῆλθον*, 1) *abeo, discedo.* Matth. XIII. 25. *καὶ ἀπῆλθεν* et clam discessit. ibid. XVI. 4. XIX. 22. XXVI. 36. *ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ* dum abeo seu secedo illuc, precandi causa. Marc. V. 21. *ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν.* ibid. VIII. 13. Jud. VI. 21. *ὁ ἄγγελος Κυρίου ἀπῆλθεν ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν αὐτῶν.* Apud Græcos scriptores, omissa præpositione *ἀπὸ*, quæ jam in verbo latet, *ἀπέρχεσθαι* simpliciter cum genitivo construitur, v. c. Xenophon. de Repub. Lacedæmon. XII. 4. Pertinet huc etiam formula: *ἀπέρχεσθαι εἰς τὰ ὀπίσω*, quæ in universum quidem de *eo* usurpatur, *qui deserit aliquem et deficit ab aliquo,* speciatim vero de *discipulis* adhibetur, *qui magistrum relinquunt nec amplius ab ejus partibus stare volunt,* quo sensu simplici voce *ἀπέρχεσθαι* Diogenes Laërt. II. sect. 109. usus est. Joh. VI. 66. *ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω* ab hoc inde tempore multi discipulorum ejus defecerunt ab eo. Cf. infra sub *ὀπίσω*. 2) *eo, proficiscor, iter facio.* Matth. VIII. 19. *ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ* sectabor te, quocunque perrexeris. ib. X. 5. *εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε* ad gentiles ne proficiscamini. ib. XIV. 15, 25. XVI. 21. *ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα* sibi eundum esse Hierosolymam. ibid. XXVIII. 10. Marc. V. 24. *ἀπῆλθε μετ᾽ αὐτοῦ*, ubi in loco parellelo Matth. IX. 19. legitur *ἠκολούθησεν αὐτῷ.* Joh. IV. 47. Rom. XV. 28. *ἀπελεύσομαι δι᾽ ὑμῶν εἰς Σπανίαν.* Galat. I. 17. *ἀλλ᾽ ἀπῆλθον εἰς Ἀραβίαν.* In vers. Alex. pro יֵלֵךְ Gen. XXIV. 56, 61. הָלַךְ Gen. XIX. 2. et נָסַע Ies. XXXVII. 37. ponitur. Gloss. Vet. apud Labbæum: *ἀπέρχομαι, eo.* Ad hanc notionem referenda est formula: *ἀπέρχεσθαι ὀπίσω τινός*, quæ partim de *iis* usurpatur, *qui aliquem sequuntur et comitantur*, partim ex adjuncto: *alicujus discipulum et sectatorem esse* significat, ob morem veterum philosophorum et doctorum Judaicorum, qui semper choro discipulorum suorum stipati incedere, interdum adeo itinera facere solebant. Sic Marc. I. 20. *ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ* eum magistrum sectati sunt. Joh. XII. 19. *ἴδε ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν* ad unum fere omnes eum sectantur. Interdum autem illud *ὀπίσω* omittitur, ut Luc. XVII. 23. *μὴ ἀπέλθητε*, ubi de Pseudo-Messia sermo est, coll. XXI. 8. Eodem modo הָלַךְ, sequente אַחֲרֵי, *aliquem ducem sequi, ab alicujus partibus stare* notat. Exod. XXIII. 2. 2 Sam. XVII. 9. Haud raro tamen pro אַחֲרֵי etiam אֵת ponitur, 2 Sam. XVI. 17. Prov. I. 11. Hinc sine dubio factum est, ut *ἀπέρχεσθαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας* in epistola Judæ v. 7. de iis usurparetur, qui lascivo alienarum uxorum amore trahuntur. 3) *venio, advenio, accedo.* Gloss. Vet. apud Labbæum: *ἀπέρχεται, accedit.* Ita enim legendum loco *accedet.* Marc. III. 13. VII. 30. *καὶ ἀπελθοῦσα εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, εὗρε κ. τ. λ.* et domum ingressa invenit. Luc. XXIII. 33. *καὶ ὅτε ἀπῆλθον* (in aliis codd. *ἦλθον*) *ἐπὶ τὸν τόπον* et ubi ventum est ad locum. Matth. VIII. 33. *ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν* venientes ad urbem; ad quem locum conf. Boisii Collatio Vet. Interpr. Hebraico בּוֹא respondet apud Alex. Gen. XLII. 21. *ἀπῆλθεν ἐφ᾽ ὑμᾶς θλίψις.* Jos. VI. 11. *εὐθέως ἀπῆλθεν εἰς τὴν παρεμβολήν.* 4) *redeo, revertor.* Matth. II. 22. *ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν* veritus est illo reverti, nisi vertere malis: timuit, ne (confer Sirac. XXIX. 7. coll. 1 Macc. XII. 40.) ibi (in Judæa) interiret. ibid. VIII. 21. IX. 7. *ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ* domum rediit. ibid. XIII. 46. *ἀπέρχεσθαι* simpliciter positum, *domum reverti* significat. Luc. I. 23. In vers. Alex. שׁוּב exprimit, Gen. III. 19. *ὅτι γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ.* ibid. XXXI. 13. Exod. IV. 19. Suid. *ἀπέλθῃ· ἀντὶ τοῦ ἐπανέλθῃ. Θουκυδίδης.* 5) *navi proficiscor, trajicio, transvehor.* Mat. VIII. 18. *ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν* jussit eos trajicere lacum Genesareth. Interdum *τῷ πλοίῳ* additur, v. c. Marc. VI. 32. Haud raro tamen omittitur. Joh. VI. 1, 22. X. 40. Conf. infra sub *διέρχεσθαι* et *ἔρχεσθαι.* 6) addita præpositione *εἰς* et *ἐπὶ*, *impetum facio, irruo,* quod alias *ἐπέρχεσθαι* dicitur. In hac vero notione rariori ter tantum occurrit in N. T. Matth. VIII. 31. *ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων* permittas nobis solum in hunc porcorum gregem impetum facere, et v. 32. *ἀπῆλθον εἰς τοὺς χοίρους* irruebant in istum gregem. Joh. XVIII. 6. *ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω*, quæ verba vulgo quidem de *fuga*, in quam voce Christi conversi fuerint ministri pontificis et Pharisæorum cum cohorte intelligunt, sed rectius ex meo quidem sensu de *ministris et militibus Romanis* explicantur, *qui aggressi discipulos Christi* (*τὰ ὀπίσω* pro *τοὺς ὀπίσω*) *effecerunt, ut hi humi prociderent.* 2 Sam. XVII. 2. *ἀπελεύσομαι ἐπ᾽ αὐτὸν* irruam in illum. 7) etiam rebus inanimatis tribuitur et tunc per *recedere, removere, tolli, evanescere, præterire,* pro subjecti diversitate vertendum erit. Marc. I. 42. *εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ᾽ αὐτοῦ ἡ λέπρα* recessit ab eo lepra, aut, a lepra sanatus est. Idem legitur Luc. V. 13. Apoc. IX. 12. *ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν* prima calamitas præteriit. ib. XI. 14. XVIII. 14. *καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ λαμπρὰ ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ*, ubi in codd. quibusdam *ἀπώλετο* legitur loco *ἀπῆλθεν*, quæ tamen lectio merum glossema mihi sapere videtur; commode enim *ἀπέρχεσθαι* h. l. per *eripi, amittere sine omni spe recuperandi* verti potest. Sic Arrian. Dissert. Epictet. IV. c. 3. *μικρὸν ἂν ἀπονυστάξῃς, ἀπῆλθε πάντα μέχρι νῦν συνειλεγμένα.* Hinc in versione Alex. *τῷ* חָלַף (v. c. Cant. II. 11. *ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν*) respondet. 8) sequente præpositione *εἰς* etiam hominibus tribuitur, *qui in aliquem statum et con-*

ditionem rediguntur. Matth. XXV. 46. ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον hi suppliciis æternis afficientur, illi vero felicitate æterna fruentur. Marc. IX. 43. 9) ut Latinum *abeo* (vide Rittershus. ad Phædr. IV. 20. 1.), *morior, e vita discedo*, ita, ut amissum sit vel ἐκ τοῦ βίου, vel ἐξ ἀνθρώπων, uti Casaubonus docuit ad Diog. Laërt. III. 6. Joh. XVI. 7. συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω expedit vobis, ut ego ad patrem meum redeam, et ibidem: ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, coll. v. 5. Eodem modo ὑπάγειν in N. T. usurpatur, pro quo in vers. Alex. interdum etiam est: ἀπέρχεσθαι πρὸς τοὺς πατέρας, Gen. XV. 15. etiam ἀπέρχεσθαι εἰς γῆν, Gen. III. 19. Job. VII. 20. Conf. Valckenarium ad Theocrit. Idyll. I. 138. 10) *divulgor, spargor in vulgus, emano*, i. q. ἐξέρχομαι. Matth. IV. 24. καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν fama ejus totam Syriam pervasit. ibid. IX. 26. ἀπῆλθεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην et emanavit fama hujus rei in totam illam regionem, coll. Luc. VII. 17. Sic הָלַךְ legitur Esther. IX. 4. וְשָׁמְעוֹ הוֹלֵךְ בְּכָל־הַמְּדִינוֹת et יָצָא Esther. I. 17. 11) haud raro abundat, aliis verbis additum, v. c. Matth. XVIII. 30. ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακήν. ibid. XIII. 28. XXV. 18. ubi ἀπελθὼν in codd. haud paucis omittitur. ibid. v. 25. Marc. VI. 28.

'ΑΠΕ'ΧΕΙ. Impersonale, *sufficit, satis est*, ἀπόχρη, ἐξαρκεῖ, interprete Hesychio. Semel tantum legitur in N. T. Marc. XIV. 41. ubi tamen de ejus vera notione constituenda admodum dissentiunt interpretes. Kypkius in Obss. Sacr. T. I. p. 193. ἀπέχει conjungi vult cum ὥρα, hoc sensu: *abstrahit* (seu *arcet, abripit*), *venit hora*: sed admodum contorte et contra linguæ Græcæ usum. Paulo melius Schwarzius in Comment. L. Gr. p. 147. ἀπέχει reddidit: *non est jam ad dormiendum tempus opportunum*, ut omissum sit καιρὸς vel ὥρα. Syrus in versione sua secutus est lectionem codicum nonnullorum: ἀπέχει τὸ τέλος. Eum secutus est Arabs Erpenianus. Pauw. ad Anacreont. Od. XXVIII. 33. legi vult ἀπέχω, hoc sensu: abstineo, nec vos ulterius excitabo. Sed nihil impedit, quo minus receptam vocis ἀπέχει notionem *sufficit, satis est* (qua etiam usus est Anacreon Od. XXVIII. v. 33. ubi vid. Barnes.) retinentes, locum Marci ita reddamus: *jam satis multum temporis somno impendistis*. Conf. Gust. Sommelii D. de genuina vocis ἀπέχει notione Marc. XIV. 41. Lund. 1774. 4.

'ΑΠΕ'ΧΩ, fut. ἀφέξω, 1) *recipio, reporto*. Philem. v. 15. ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς ut æternum eum recipias, h. e. qui in omne vitæ tuæ tempus commodis tuis inserviat. Zonaras Lex. col. 284. ad h. l. ἀπέχῃς, ἀπολαύῃς. Idem habet quoque Phavorinus p. 234. ed. Basil. Speciatim ἀπέχειν de *eo* dicitur, *qui nactus est, quod ipsi debetur, nec habet, quod plus postulet, qui satis habet*, et respondet formulæ nostræ, **das seinige hinweg haben**, *to take away one's own*. Sic Matth. VI. 2, 5, 16. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν nullum ultra præmium iis expectandum est, jam tenent mercedem ipsorum. Luc. VI. 24. ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν recepistis vestrum solatium. Philipp. IV. 18. ἀπέχω δὲ πάντα satis habeo. Nihil vero frequentius est hac ipsa significatione in scriptoribus Græcis pariter ac Hellenisticis. Sic Genes. XLIII. 23. כַּסְפְּכֶם בָּא אֵלָי Alex. τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀπέχω pecuniam vestram accepi nec habeo quod postulem. Num. XXXII. 19. Marc. Antonin. XI. 1. ἐγὼ ἀπέχω τὰ ἐμαυτοῦ. Athenæus XIV. p. 649. Alia loca Scriptorum Gr. excitata lege apud Gataker. ad Marc. Antonin. IV. 49. p. 135. Kühn. ad Diog. Laërt. VII. s. 100. et Fischerum de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. XXVII. p. 12 seq. Phavor. ἀπέχειν· καὶ τὸ ἀπολαμβάνειν. Suid. ἀπέχω· αἰτιατικῇ ἀντὶ τοῦ ἀπέλαβον. Hesych. ἀπέχῃς· λάβῃς. Thom. M. adeo ἀπέχειν elegantius dici, quam λαμβάνειν, sub voce ἀπέχω judicavit. 2) *disto, absum*, ad quam notionem exprimendam reliqui Græci etiam verbis διέχω (conf. Thucyd. ed. Dukeri p. 668.) et ἔχειν utuntur. Suid. ἀπεῖχεν· πόῤῥω ἦν. Xenoph. de Vectig. cap. IV. § 43. ἀπέχει — — — ἑξήκοντα στάδια. Polyb. Hist. VI. 25. Sic Luc. VII. 6. ἤδη δὲ αὐτοῦ οὐ μακρὰν ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας cum haud procul abesset ab ejus domo. ib. XV. 20. XXIV. 13. εἰς κώμην ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. 1 Macc. VIII. 4. 2 Macc. XI. 5. XII. 29. 3) metaphorice: *alienus, remotus sum ab aliqua re*. Matth. XV. 8. ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ sed animus eorum longissime est a mei cultu remotus. Marc. VII. 6. Jam cum ἀπέχω in voce activa proprie significet *avertere, removere*, **hinweg halten**, *to take away*, ita, ut contrarium sit *admovere*, v. c. Aristoph. in Pace v. 161. ἀπέχειν τὴν ῥῖν' ἀπὸ κάκκης, medium ἀπέχομαι, quod haud raro in N. T. libris legitur, vel absolute positum, vel addita præpositione, significat 4) *abstineo ab aliqua re*, quasi ἀπέχω ἐμαυτὸν, *fugio, vito*. Sic Act. XV. 20. ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων. v. 29. ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων. 1 Tim. IV. 3. ἀπέχεσθαι βρωμάτων abstinere cibis. 1 Thess. IV. 3. V. 22. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε omni improbitatis et vitiorum genere abstinete. coll. LXX. Job. I. 1. 1 Petr. II. 11. Malach. III. 6. οὐκ ἀπέχεσθε ἀπὸ τῶν ἀδικιῶν. Jer. VII. 10. ἀπεσχήμεθα τοῦ ποιεῖν πάντα τὰ βδελύγματα. Sirac. IX. 18. XXVII. 10. Æschines Socr. Dial. II. 15. ἀπέχεσθαι σίτων καὶ ποτῶν. Xenoph. Vectig. V. 6. ἀπέχεσθαι τῶν κακῶν. Cf. Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 18. p. 193.

'ΑΠΙΣΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *fidem datam fallo, perfidus sum*. 2 Tim. II. 13. εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει si vel nos fidem Christo datam fallimus, tamen Christus semper verax manebit. Sic legitur ἀπιστεῖν, ut nempe sit *deficere ab aliquo*, apud Aqu. Symm. Theod. et Ed. VItam Ps. XXIV. 3. sec. Corderium pro Hebr. בָּגַד, ubi οἱ λοιποὶ et Ed. Vta habent ἀποστατοῦντες. 2) *fidem alterius verbis denego, alteri fidem non habeo*, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui religionem christianam repudiant*. Harpocrat. ἀπιστεῖν· ἀντὶ τοῦ ἀπειθεῖν —λέγουσι δὲ καὶ ἀπιστίαν τὴν ἀπείθειαν. Hesych. ἀπιστεῖ· ἀπειθεῖ. Marc. XVI. 11. ἠπίστησαν credere nolebant. ib. XVI. 16. ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται, ubi ὁ ἀπιστήσας propter oppositum πιστεύσας, partim is dicitur, qui contumaciter repudiat doctrinam christianam, partim vero, qui religioni christianæ cognitæ non convenienter agit. Haud raro autem ἀπιστεῖν apud Græcos significat *immorigerum et inobedientem esse*, v. c. apud Xenoph. Sympos. IV. 49. ἤδη δέ ποτε καὶ ἀπιστήσας ἐκολάσθην. Luc. XXIV. 11, 41. ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς. Act. XXVIII. 24. οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν. Rom. III. 3. Palæphat. de Incred. Præf. ἀπιστοῦσι τὸ παράπαν μηδὲν γίνεσθαι τούτων. Xenoph. Apol.

Socr. § 14. οἱ μὲν ἀπιστοῦντες τοῖς λόγοις. Polyb. III. 98. 1.

'ΑΠΙΣΤΙ'Α, ας, ἡ, 1) *diffidentia, defectus idoneæ fiduciæ in Deum,* i. q. ὀλιγοπιστία *fides infirma*, ab ἀπιστέω, quod *spem in Deum abjicere* interdum notat, v. c. Sapient. I. 2. Matth. XVII. 20. ubi ἀπιστία, ut series orationis docet, speciatim *defectum fidei miraculosæ*, quam scholæ vocant, indicat, de qua infra sub πίστις dicendi locus erit. Marc. IX. 24. βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ fer mihi, imperfectam fiduciam confitenti, opem. Syrus bene: ܠܚܘܣܪܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ *defectui fidei.* Rom. IV. 20. εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ de veritate promissionis divinæ minime dubitavit incredulus. Polyb. I. 67. 11. Arrianus Diss. Epict. III. 14. 8. 2) *pervicacia, contumacia credendi*, et speciatim dicitur de *obfirmatione dubitandi de veritate religionis christianæ.* Matth. XIII. 58. ubi ἀπιστία iis tribuitur, qui Jesum Messiam agnoscere nolebant, coll. v. 57. Marc. VI. 6. XVI. 14. ubi ἀπιστία et σκληροκαρδία conjunctim ponitur. Rom. III. 3. ubi ἀπιστία Judæis tribuitur, qui repudiabant doctrinam christianam. ib. XI. 20, 23. Hebr. III. 12, 19. Hinc ἀπιστία interdum latius patet et 3) de *eo* usurpatur, *qui alienus est a religione christiana, eamque non cognitam habet et profitetur.* 1 Tim. I. 14. ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ, h. e. cum adhuc Judæus essem, et ignorarem religionis christianæ præstantiam; ubi *contumaciæ* notio profecto non locum habet. Phavor. ἀπιστία· ἡ ἀσέβεια, καὶ ἡ ἀπείθεια. οὕτω Πλάτων.

"ΑΠΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *incredulus, cui deest idonea fiducia in Deum.* Sic Marc. IX. 19. ubi verba: ὦ γενεὰ ἄπιστος sine dubio ad discipulos Christi referenda sunt, qui ob defectum fidei miraculosæ dæmoniacum aliquem sanare non potuerant, et hanc ipsam ob causam alibi ὀλιγόπιστοι vocantur. Idem valet de locis Matth. XVII. 17. et Luc. IX. 41. 2) *incredulus, qui fidem denegat alterius verbis, et contumacia ductus omnem certam animi persuasionem respuit.* Joh. XX. 27. καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστὸς ne sis incredulus, potius persuadeas tibi de veritate meæ resurrectionis. Speciatim ἄπιστος, qui non admittit, sed repudiat religionem christianam, dicitur, v. c. 2 Cor. IV. 4. ubi ἄπιστοι iidem sunt, qui v. 3. ἀπολλύμενοι vocantur. Hesych. ἄπιστος· ἀπαράπειστος, ἀπειθής. 3) *perfidus, infidelis, qui fidem datam non servat.* Luc. XII. 46. καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει eum tanquam infidelem et perfidum servum tractabit, h. e. gravissime puniet. Eadem notione usus est hoc vocabulo Xenoph. Mem. II. 6. 19. 4) *paganus, qui nondum accessit ad christianorum sacra.* 1 Cor. VI. 6. καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων et quidem coram paganis judicibus; ubi in quibusdam codicibus contrarium additur καὶ οὐκ ἐπὶ ἁγίων, coll. v. 1. 1 Cor. VII. 12. γυναῖκα ἄπιστον uxorem paganam, cui v. 13. ἀνὴρ ἄπιστος, maritus paganus, opponitur, coll. v. 14 et 15. X. 27. εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων ad cœnam a pagano invitati. 1 Cor. XIV. 22. τοῖς ἀπίστοις opponuntur οἱ πιστεύοντες christiani, coll. v. 23 et 24. 2 Cor. VI. 14, 15. 1 Tim. V. 8. καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων. 5) *qui dubitat, incertus hæret de aliqua re.* Tit. I. 15. ubi ἄπιστοι non sunt *scelesti*, ut quibusdam visum est, nam hi μεμιασμένοι dicti fuerant, sed ii dicuntur, qui de iis, quæ sint licita nec ne, incerti hærent et dubii, nec, quodnam sit pretium statuendum legi Mosaicæ, satis cognitum habent. 6) *qui deficit a religione christiana.* Apoc. XXI. 8. τοῖς δὲ δειλοῖς καὶ ἀπίστοις qui metu adducti defecerunt a religione christiana. 7) ἄπιστον, *quod omnem fidem superat, incredibile.* Act. XXVI. 8. ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν. Vulgatus: incredibile judicatur apud vos. Sic Lycophron Cassandra v. 552. ἄπιστα et θαμβητὰ κλύειν conjunxit. Xenoph. Sympos. IV. 50. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδὲν ἄπιστον. Polyb. XVIII. 18. 7. Phavor. ἄπιστος· ἀπαράπειστος, ἀπειθής, ἀσεβής. λέγεται δὲ καὶ ὁ μὴ πειθόμενος, ὥς φησι Πλάτων.

'ΑΠΛΟ'ΟΣ, οῦς, όη, ῆ, όον, οῦν, 1) et proprie *simplex* notat, *numero vel compositione, quod unum est, nec ex aliis compositum et commixtum, purus et sincerus.* Hesych. ἁπλοῦν· ἀσύνθετον. Sic v. c. ἁπλοῦς λόγος oratio simplex, nulla involucra habens. Interdum etiam de via recta et nullas ambages habente usurpatur. Hesych. ἢ τὸ μὴ πλάγιον. Plato Theætet. p. 116. γενναίως μὲν καὶ φιλοδώρως, ὦ φίλε, ἐν αἰτηθεὶς πολλὰ δίδως καὶ ποικίλα ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ. 2) *qui est sanus, integer, perfectus, omni vitio et labe carens*, ita, ut partim sensu physico accipiatur, partim sensu morali. In N. T. tantum in priori sensu legitur bis, Matth. VI. 22. Luc. XI. 34. ὅταν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ si oculi tui sunt sani et integri. Utrumque tamen locum haud pauci metaphorice acceperunt, ita, ut alii de *animo candido et ingenuo, nihil fraudulentiæ alente, immuni a pravis cupiditatibus*, (Aristoph. Plut. 1159. Plato de Rep. II.) in universum explicarent, alii vero de *hilari vultu, serena fronte et lubenti animo, quo quis eleemosynas erogat*, (de quo etiam *simplex* apud Latinos adhibetur, v. c. Horat. II. Ep. 2. 193.) exponerent, sed plane repugnante omni contexta oratione et Christi dicentis consilio, quanquam negari nullo modo potest, ἁπλοῦς hac metaphorica notione τῷ תָּם Hebræorum respondere; conf. Aquilæ Fragm. Genes. XXV. 27. Nostram vero interpretationem non omni usu loquendi destitui, Abresch. docte demonstravit in Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 402. Phavor. ἁπλοῦν εἰ μὲν ἐπὶ ἄλλων τινῶν λέγεται, δηλοῖ τὸ ἀσύνθετον καὶ οὐ πολύτροπον, ᾧ ἐναντίον τὸ ποικίλον καὶ πολύτροπον. — Ἁπλοῦς· ἄκακος, ἄδολος, ἄπλαστος, ἐκφανής, ἐκκείμενος, εὐκατάσκευος, ἐλεύθερος, εὐθυῤῥήμων, εὐήθης. Vide etiam Wetstenium N. T. T. I. p. 331.

'ΑΠΛΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1) proprie: *simplicitas*, quæ rebus tribuitur, quæ sunt compositionis vel commixtionis expertes. Maxim. Tyr. X. 2. Sensu autem metaphorico si accipitur, et in bonam et in deteriorem partem accipitur, ita, ut partim simplicitatem, quæ est in credulitate, stultitia et imprudentia, partim autem liberalitatem, probitatem et fidem significet, observante Suida: ἁπλότης διττή, ἡ μὲν ἔμφρων καὶ δικαία, ἡ δὲ ἀνόητος καὶ ἄδικος. Hinc ἁπλότης in N. T. 2) dicitur *candor animi et sinceritas, probitas, integritas, bonus et sincerus animus*, quem iis vulgo et recte tribuere solemus, qui, ut sunt ipsi viri boni, honesti et ab omni fraude, malitia et vitiositate alieni, ita et alios ex suo ingenio metiuntur et optima quævis de ipsis sperant. 2 Cor. I. 12. ἐν ἁπλότητι (in aliis codd. ἐν ἁγιότητι) καὶ εἰλικρινείᾳ Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ, ubi ἐν ἁπλότητι est: *candide, sine ulla fraude, sincere, non fraudulenter.* 2 Cor. XI. 3. ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς Χριστὸν a vera illa et haud fucata integritate et probitate, quam postulat religio christiana; nisi vertere malimus: ne corrumpatur et deflectat animus

vester a vero et sincero Christi amore, quod tamen eodem redit. Ephes. VI. 5. servi jubentur obedire dominis suis **ἐν ἁπλότητι τῆς καρδίας αὐτῶν**, h. e. non coacte, sed animo bono et sincero, ut satisfaciant præceptis religionis Christianæ, ut ipse Paulus v. 6 et 7. uberius exponit. Col. III. 22. 1 Chron. XXIX. 17. בְּיֹשֶׁר לְבָבִי Alex. ἐν ἁπλότητι καρδίας μου. Alexandrini etiam haud raro pro תֹּם posuerunt, v. c. 2 Sam. XV. 11. Job. XXI. 23. Sapient. I. 1. ἐν ἁπλότητι καρδίας ζητήσατε Κύριον. 1 Maccab. II. 37, 60. Philo de Opif. Mundi p. 38. 2. et 41. 17. ed. Mangey. 3) ut *simplicitas* (v. c. apud Tacit. H. III. 86.), *liberalitas erga pauperes cum simplicitate et candore animi conjuncta*, cum quis in largiendo sequitur recta et honesta consilia, ita, ut nihil det cupiditati et partium studio, potius vero hominum et Dei amore duci se patiatur. Sic Rom. XII. 8. ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι diaconus, cui incumbit distribuere eleemosynas collectas inter pauperes, muneri suo satisfaciat sincere et candide. 2 Cor. VIII. 2. εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν ut inclaresceret magna eorum et ingenua liberalitas. ibid. IX. 11. εἰς πᾶσαν ἁπλότητα ad summam liberalitatem exercendam, coll. v. 13. καὶ ἁπλότητι τῆς κοινωνίας. Egregie de hac notione, qua usus est etiam Josephus A. J. VII. 13. 4. egit Krebsius in Observv. Flav. p. 302. qui eam deberi Græcis V. T. interpretibus statuit, quibus ἁπλοῦν est *dilatare et expandere*, qua voce usi reperiuntur pro פָּרַשׂ Ies. XXXIII. 23. Job. XI. 13. In Græcis scriptoribus, v. c. Philone et Luciano, ἁπλοῦς, ἁπλοϊκὸς et κοινωνικὸς haud raro juncta leguntur. Adde Appian. in Parthic. p. 282. — Phavorin. ἁπλότης· ἕξις ἀπερίεργος, τὸ πιστὸν ἑτοίμως ἔχουσα. ἢ τὸ μηδὲν μετ' ἐπινοίας ἐξ ἑαυτοῦ πλάττον ἢ λαλοῦν. λέγεται καὶ τὸ μὴ συντεθυμένον, ἢ τὸ ἀκακοῦργητον. Idem: ἁπλότης· ἀκακία, ἐλευθερία, εὐθυῤῥημοσύνη, εὐήθεια.

ἉΠΛΩ͂Σ. Adverbium, *simpliciter, simplici ac candido animo, lubenter, benevole, copiose et liberaliter.* Semel legitur in N. T. Jacob. I. 5. παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς qui liberaliter et solo benefaciendi stubio ductus in homines omnes beneficia sua confert: nam sequitur καὶ μὴ ὀνειδίζοντος. Vulgatus: *affluenter*, Syrus ܦܫܝܛܐܝܬ *copiose*, a ܦܫܛ *expandere*. Confer Ludov. de Dieu Critica Sacra p. 651. Xenoph. Hist. Græca IV. 1. 16. ἁπλῶς ὑμῖν ἀποκρίνομαι. IV. 4. 8. ubi synon. est ἀδόλως. Confer et Polyb. Excerpt. 31. De variis hujus adverbii notionibus copiose et docte disputavit Heisenius in Novis Hypothes. ad Ep. Jacobi p. 402 seq.

ἈΠΟ'. Præpositio, regens genitivum, quæ varias habet significationes, uti מִן Hebræorum, cui respondet, quarum præcipuas tantum et potiores jam recensebimus. 1) significat *a, ab*, ita, ut *causam efficientem* indicet, et idem sit, quod ὑπό. Matth. XII. 38. θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν postulamus, ut tu præsentibus nobis miraculum patres. ibid. XI. 19. XVI. 21. καὶ πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ut multis malis afficiatur a senioribus. Marc. VIII. 31. Luc. XVII. 25. Rom. I. 7. εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς felicitas a Deo contingat. XIII. 1. ἀπὸ Θεοῦ a Deo constitutus. 1 Cor. I. 3, 30. IV. 5. 2 Cor. I. 2. Philip. I. 28. Jacob. I. 17. Apoc. XII. 6. Sic מִן Hebræorum usurpatur Thren. II. 9. Hos. VII. 4. Prov. XII. 2. 1 Maccab. VIII. 6. καὶ συνετρίβη ἀπ' αὐτῶν. Nec infrequens est hic usus præpositionis ἀπὸ apud alios scriptores, uti Jensius in Ferculo Litterario p. 16 seq. docuit, unde ἀπὸ et ὑπὸ in codd. MSS. haud raro permutantur. Confer Duker. ad Thucyd. I. 25. 2) *a, ab*, cum indicat *locum* seu *terminum a quo*. Matth. IV. 25. ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. ibid. XXVII. 51. ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω inde a partibus superioribus usque ad inferiores. Marc. XV. 38. Rom. XV. 18. ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ — μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ. Hebr. VIII. 11. Sic מִן legitur Gen. XII. 1. 1 Sam. XX. 1. Prov. XXVII. 8. 3) *a, ab*, ita, ut *remotionem localem* seu *distantiam ab aliquo loco* indicet. Matth. XXVIII. 2. ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας avolverat saxum ab ostio. Luc. XXIV. 2. ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. Joh. XXI. 8. μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς. Matth. VII. 23. XXVII. 41. πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ discedite a me. Hinc superlativus ἀπωτάτω *longissime, remotissime*. Sic ἀπὸ Homer. Iliad. XVI. v. 304. Interdum præfigitur ipsis intervallorum nominibus et tunc Latina voce *intervallo* reddendum est. Joh. XI. 18. ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε quindecim circiter stadiorum intervallo. ibid. XXI. 8. ὡς ἀπὸ πηχῶν διακοσίων ad ducentos cubitos. Apoc. XIV. 20. Confer Kypkii Observationes Sacras Tom. I. p. 390. 4) *a, ab*, ita, ut *objectum* indicet seu illam ipsam rem, a qua quis liberatur, seu, qua privatur. Matth. I. 21. σώσει τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν populum suum a vitiositate liberabit. Matth. VI. 13. ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Marc. V. 34. ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου recedat a te morbus. Luc. III. 7. φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς effugiendi pœnas futuras. ibid. VII. 21. Rom. V. 9. σωθησόμεθα ἀπὸ τῆς ὀργῆς. 1 Cor. X. 14. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας fugite idolorum cultum. 2 Cor. VII. 1. καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ. 1 Joh. I. 7. 5) *a, ab*, ita, ut *subjectum* designet seu *illum ipsum, qui liberatur* seu *privatur aliqua re*. Luc. VII. 2. ἀφ' ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει quæ a septem dæmonibus liberata fuit. ibid. v. 33, 35. XII. 20. τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ. Rom. XI. 26. ἀποστρέψει ἀμαρτίας ἀπὸ Ἰακώβ. Marc. XIV. 35. ἵνα παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα. Sic מִן usurpatur, subjective et objective, Genes. IX. 11. Ies. XIV. 3. Hos. V. 6. Prov. II. 12. 6) *a, ab*, cum *tempus* indicat. Matth. XIII. 35. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου inde a mundo condito. Marc. X. 6. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. Matth. XXIII. 39. ἀπ' ἄρτι. Luc. XI. 50. Rom. XV. 23. ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν. In oratione, ubi voculas ἕως, μέχρι vel ἄχρι subjunctas habet, indicat continuationem temporis ad tempus, v. c. Matth. XI. 12. XXIII. 39. XXIV. 71. XXVII. 47. Marc. XIII. 19. Act. XXVIII. 23. ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας. Phil. I. 5. Sic מִן centies legitur in V. T. v. c. 1 Reg. XVIII. 12. timeo Jehovam מִנְּעֻרָי inde a juventute mea. Hos. X. 9. Micha VII. 20. 7) *ad*, de tempore usurpatum nostrum, auf, *at*. Act. XXIII. 23. ἀπὸ τρίτης ὥρας τῆς νυκτὸς ad horam tertiam noctis. 8) *post*. Sic Luc. II. 26. ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς post virginitatem suam. Luc. XIII. 25. ἀφ' οὗ postquam. XXII. 45. ἀναστὰς ἀπὸ τῆς προσευχῆς et cum surrexisset finita oratione. 2 Timoth. III. 15. Sic Philostrat. Heroic. c. 11. s. 2. τρίτῳ ἀπὸ γενεᾶς ἔτει. Confer Viger. de Idiotismis L. Gr. p. 563. ed. Zeun. Justin. Martyr Dial. c. Tryph. Jud. § 52. ἀφ' οὗ ἔπαθεν ὁ Χριστός. Tertull. de Virg. Vel. c. 1. de Paracleto dicit: *Hic solus a Christo magister et dicendus et verendus*. Vid. Markland. ad Statii Silvas p. 26. Nec desunt exempla ejusdem significationis τοῦ

מ in V. T. Genes. IV. 3. מִקֵּץ יָמִים post aliquot dies. Ies. XXIII. 1. Hos. VI. 2. מִיֹּמָיִם post biduum. 9) *ante*, i. q. πρὸ, Matth. XXV. 34. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ante mundum conditum, ab æterno, quod Ephes. I. 4. et alibi dicitur πρὸ καταβολῆς κόσμου. 2 Thess. II. 13. εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς destinavit vos Deus ab æterno, ante initia universi, coll. 2 Tim. I. 9. et Ephes. I. 4. Apoc. XIII. 9. γέγραπται τὸ ὄνομα ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Apoc. XVII. 8. Ps. XCIII. 2. מֵעוֹלָם. Prov. VIII. 23. מִקַּדְמֵי־אָרֶץ. Jud. VIII. 13. מִלְמַעֲלֵה ante ascensum. 10) *coram*, *in conspectu*, et haud raro pro dativo ponitur. Matth. XI. 25. ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν, pro τοῖς σοφοῖς. Luc. IX. 45. παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν et erat iis abstrusum. XIX. 42. ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. Luc. XXIV. 31. καὶ ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν et in cœlum sublatus est, illis præsentibus et spectantibus. Apoc. VI. 16. Eodem modo particula מ legitur, ita, ut partim *coram* significet, partim pleonastice ponatur loco dativi. Genes. XLVII. 18. Levit. IV. 13. Psalm. XXXVIII. 10. Job. XV. 11. Confer Noldii Concordantiæ Particul. Hebraicarum p. 459. 11) *e*, *ex*, *per*, et quidem, ut denotet *causam efficientem*. Luc. XII. 57. ἀφ' ἑαυτῶν ope eorum, quæ vulgo fieri solent. ibid. XXI. 30. ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε *per vos sine aliena ope cognoscitis*. Joh. V. 19. ἀφ' ἑαυτοῦ pro arbitrio suo. Joh. VII. 17. ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ doctrinam a me inventam tradam. X. 18. τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ sponte me morti trado. XIV. 10. XVI. 13. XVIII. 34. Act. XII. 20. Matth. VII. 16. ubi ἀπὸ *signum* vel *principium cognoscendi* indicat. Huc etiam referrem locum Act. XI. 20. ἀπὸ θλίψεως per, seu post persecutionem. (Thucyd. I. 24. ἀπὸ πολέμου — ἐφθάρησαν. Livius I. 1. Æneas ab simili clade domo profugus. Confer et Apoc. IX. 18. secundum quosdam codices, ubi cum ὑπὸ permutatur.) Sapient. XIII. 4. Etiam apud exteros scriptores ἀπὸ sæpe idem valet quod διὰ, et causam efficientem indicat. Thucyd. VII. 29. ἀπ' αὐτῶν βλάψαι. Schol. ἀπ' αὐτῶν ἀντὶ τοῦ δι' αὐτῶν. Cic. pro Milone c. 21. *ab abjecto*, i. e. per abjectum. Ovid. Metam. XIII. v. 597. Sic מ Gen. XV. 4. Prov. XIII. 11. Ies. LVIII. 12. Psalm. LXXVI. 7. 12) *e*, *ex*, ita, ut *locum* designet. Matth. III. 16. ἀνέβη ἀπὸ τῶν ὑδάτων ascendit ex aquis. XIV. 29. καταβὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου descendens e navi. XXIV. 31. ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ex remotissimis regionibus, i. q. ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων, qua formula paulo ante usus fuerat. Marc. VII. 4. καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς. Luc. XXIII. 26. ἐρχομένου ἀπ' ἀγροῦ. Sic מ legitur Judd. II. 12. Jerem. XXXVI. 9. 13) *ex*, notans *materiam*, ex qua aliquid confectum est. Matth. III. 4. ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου vestimentum e pilis camelinis. Genes. II. 23. עֶצֶם מֵעֲצָמַי וּבָשָׂר מִבְּשָׂרִי. Cantic. III. 9. מֵעֲצֵי הַלְּבָנוֹן. Hos. XIII. 2. 14) *e*, *ex*, et *partem alicujus rei* significat, estque per *aliquid* subinde exponendum, interdum etiam *genitivum* exprimit. Matth. V. 18. μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου ne minima pars legis pereat. VII. 16. ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα aut ex sentibus ficus. Luc. XXIV. 42. ἀπὸ μελισσίου aliquid ex favo. Act. V. 2. ἀπὸ τῆς τιμῆς partem pretii. Apoc. XXII. 19. Exod. XVII. 5. מִזִּקְנֵי aliquot ex senioribus. Levit. V. 9. מִדַּם partem sanguinis. Num. XXIV. 19. 1 Chron. XXVII. 18. 15) *ex*, ita, ut significet *exclusionem* aliorum. Matth. XXVII. 21. τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο; utrum vultis e duobus hisce? Luc. VI. 13. καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν e quibus duodecim selegit. ibid. XIX. 39. ἀπὸ τοῦ ὄχλου. 16) *in*, cum ablativo. Matth. XIX. 4. ἀπ' ἀρχῆς in initio. Luc. XXI. 11. ἀπ' οὐρανοῦ in cœlo, seu in aëre. Act. XV. 38. ἀπὸ Παμφυλίας in Pamphylia. Lev. XXVII. 17. מִשְּׁנַת הַיֹּבֵל in animo Jobelæo. 1 Sam. XXV. 28. מִיָּמֶיךָ in diebus tuis. Psalm. LXXII. 16. מֵעִיר in civitate. 17) *præ*, *propter*, *ob*. Matth. XIII. 44. ἀπὸ τῆς χαρᾶς præ gaudio. XIV. 26. ἀπὸ τοῦ φόβου præ metu. XVIII. 7. ἀπὸ τῶν σκανδάλων propter scandala. Luc. XIX. 3. non potuit videre ἀπὸ τοῦ ὄχλου præ turba. XXII. 45. ἀπὸ τῆς λύπης. Joh. XXI. 6. ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων. Euripid. Orestes v. 197. ἀφ' αἵματος ob cædem a te commissam. Palæphat. c. 51. Turselin. de Partic. Lat. Or. p. 5. ed. Schwarz. Ita מ Exod. VI. 9. מִקֹּצֶר רוּחַ. Deut. VII. 7. מֵרֻבְּכֶם ob multitudinem vestram. Prov. XX. 4 Nahum III. 11. confer Vigerum de Idiotismis L. Gr. pag. 564. ed. Zeunii. 18) *de*, *quod attinet ad*, ut idem sit quod περί. Act. XVII. 2. διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν disseruit de vaticiniis Messianis V. T. Confer Abresch. ad Æschylum p. 613. Sic מ Ezech. XXXIII. 3. Ps. LXII. 5. 18b) *versus*. Apoc. XXI. 13. ἀπ' ἀνατολῶν versus orientem. Ibid. ἀπὸ Βοῤῥᾶ, ἀπὸ Νότου, ἀπὸ δυσμῶν. Sic מ adhibetur Gen. XIII. 11. et Jos. XV. 1. 19) *patriam et domicilium* notat, ut *a* apud Latinos. Liv. I. 50. Herdonius ab Aricia, i. e. Aricinus civis. ibid. II. 22. a Cora atque Pometia. Matth. XV. 1. οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς scribæ Hierosolymitani. XXI. 11. ὁ ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας Nazaretho Galilæensis. XXVII. 57. ἀπὸ Ἀριμαθαίας Arimathæensis. Joh. XII. 21. XXI. 2. Act. XVII. 13. Diogen. Laërt. II. s. 106. Εὐκλείδης ἀπὸ Μεγάρας Euclides Megarensis. 20) haud raro *pleonastice* ponitur et fere omnibus casibus exprimendis inservit. Sic Matth. XXVII. 24. ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος, nam Græci scripsissent ἀθῷός εἰμι τοῦ αἵματος. Act. XX. 26. 2 Sam. III. 28. Marc. V. 6. ἀπὸ μακρόθεν pro μακρόθεν. (Sic ἐκ πρώραθεν apud Theocrit. Idyll. XXII. v. 11.) XIV. 54. Marc. VII. 28. ἀπὸ τῶν ψιχίων. Luc. XV. 16. ἀπὸ τῶν κερατίων. Act. XVI. 33. ἀπὸ τῶν πληγῶν. Confer Noldii Concord. Particul. Hebr. pag. 470. Varias significationes, quas ἀπὸ in compositis habet, recenset Zeunius in notis ad Vigerum de Idiotismis L. Gr. pag. 565 seq.

ἈΠΟΒΑΙ΄ΝΩ, fut. ήσομαι, 1) *descendo*, et speciatim de iis usurpatur, qui ex navi in terram descendunt, *exscendo e navibus*. Hinc ἀπόβασις exscensus e navi in terram dicitur. Confer Isocrat. Panegyr. cap. 24. Thucyd. I. 116. καὶ ἀποβάντες εἰς τὴν γῆν, et ibi Dukerum. Ibid. IV. 9, 11 et 12. ubi vid. Schol. Herodot. IX. 98. Luc. V. 2. οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν piscatores vero descenderant ex iis. Confer ad h. l. Lud. de Dieu Critic. S. p. 440 seq. Joh. XXI. 9. ὡς οὖν ἀπέβησαν εἰς τὴν γῆν degressi e navigio, seu, postquam ad terram ascenderant. Nescio an huc referenda sit glossa Hesychii: ἀποβαίνοντες· ἀναβαίνοντες. 2) *evenio*, *contingo*, *accido*, *cedo*. Sic Luc. XXI. 13. ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν ταῦτα εἰς μαρτύριον, sc. αὐτοῖς, evenient vero vobis hæc mala, ut ipsis aliquod documentum futurarum pœ-

narum exstet, seu, ex aliorum opinione, in argumentum fidei ac constantiæ vestræ. Philipp. I. 19. τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν novi enim hoc mihi fore salutare, seu cedet mihi in salutem captivitas mea. Sæpius non legitur in N. T. Xen. Sympos. IV. 49. προειδέναι ὅ, τι ἐξ ἑκάστου ἀποβήσεται. Artemidor. III. 67. εἰς κακὸν ἀπέβησαν, sc. χρησταὶ φανεῖσαι ἐλπίδες. Thucyd. III. 93. IV. 39 et 104. Arrian. Epict. IV. 10. τὸ ἀποβὰν εὐτύχημα. Alex. non solum pro הָיָה usi sunt, Job. XIII. 5. XV. 31. XVII. 6. XXX. 31. sed etiam in aliis locis, ubi liberius verterunt, ἀποβαίνω in hac metaphorica notione acceperunt. Sic v. c. Ex. II. 4. pro מַה יֵּעָשֶׂה לוֹ Græci habent τί τὸ ἀποβησόμενον αὐτῷ; Job. XI. 6. כִּי־יַשֶּׁה לְךָ אֱלוֹהַּ מֵעֲוֹנֶךָ ὅτι ἄξιά σοι ἀπέβη ἀπὸ Κυρίου, ὧν ἡμάρτηκας. ibid. XIII. 16. גַּם־הוּא־לִי לִישׁוּעָה Alex. καὶ τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν. Hesych. ἀποβήσεται· γίνεται. — ἀπέβη· συνέβη, ἐγένετο.

ἈΠΟΒΑ'ΛΛΩ, fut. βαλῶ, 1) proprie: *abjicio cum contemtu, rejicio,* et ex adjuncto: *sperno, aversor.* Respondet Hebraico זָנַח in vers. Symmachi Hos. VIII. 5. et נָעַל *fastidire* apud Aquilam 2 Sam. II. 21. Prov. XXVIII. 24. ὃς ἀποβάλλεται πατέρα ἢ μητέρα. Gloss. ἀτιμάζει. In propria *abjiciendi, deponendi* notione semel tantum legitur in N. T. Marc. X. 50. ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ deponens vestimentum suum, scilicet *superius,* seu pallium. Hom. Il. II. 183. ἀπὸ δὲ χλαῖναν βάλε. Nisi fortasse in loco Marci legere malles ἀπολαβὼν *sumto et abrepto* amiculo suo. Certe βαλεῖν et λαβεῖν non raro confusa ac permutata deprehendimus a descriptoribus. Vide Schrader. ad Musæum p. 76. et Barnes. ad Iliad. κ'. 328. 2) metaphorice: *jacturam facio, perdo, amitto.* Sic Hebr. X. 35. μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν ἐλπίδα ὑμῶν ne privari vos patiamini (Vulgatus: ne amittatis) hac spe. Ies. I. 30. τερέβινθος ἢ ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα. Alex. Xenoph. Œcon. XII. 2. φυλάττῃ γὰρ ἰσχυρῶς, μὴ ἀποβάλῃς τὴν ἐπωνυμίαν. Ælian. V. H. IV. 8. ἀποβαλὼν τὴν ἀρχήν. Dio Chrysost. XXXIV. pag. 425. ἀποβάλητε τὴν παῤῥησίαν. Herodot. III. 119. de jactura liberorum. Heliodor. V. 22. Phavorin. ἀποβάλλειν τὸ ῥίπτειν καὶ ἀφιέναι χιτῶνα ἢ ἄλλο τι.

ἈΠΟΒΛΕ'ΠΩ, fut. ψω, proprie: *aspicio, intueor, oculos in aliquem converto et conjicio, inprimis admiratione ductus.* Usi sunt Alexandrini pro חָזָה Ps. XI. 4. et loco פָּנָה Cantic. VI. 1. Theophrast. Charact. 3. Lucian. Tyrannus c. 12. T. I. p. 633. ed. Reitz. Xenoph. Memor. IV. 2. 2. πρὸς ἐκεῖνον ἀποβλέπει πόλις. Suid. ἀποβλεπόμενοι· ἀντὶ τοῦ θαυμάζοντες. Hinc ἀπόβλεπτος idem, quod ἔνδοξος, interprete Hesychio et Suida. 2) *respicio, rationem habeo.* Arrian. Epictet. II. 16. 46. πρὸς μόνον τὸν θεὸν ἀποβλέποντα. Polyb. II. 39. 10. Sic semel legitur in N. T. Hebr. XI. 26. ἀπέβλεπεν εἰς τὴν μισθαποδοσίαν rationem enim habuit præmiorum, quæ sperabat; ubi male quidam interpretes per *exspectare* reddiderunt. Sed nostram explicationem post Jensium in Lectt. Lucian. I. c. 10. docte defendit Krebsius in Observatt. Flavian. p. 386. Confer etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 429.

ἈΠΟ'ΒΛΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *qui rejicitur seu abjicitur cum contemtu, abjectus, rejectus.* Sic legitur in vers. Vta Hos. VIII. 5. ἀπόβλητός σου ἐστὶν ὁμόσχος, ubi in Hebr. legitur זָנַח עֶגְלֵךְ. 2) *abjectione, rejectione dignus.* Schol. Homeri ad Iliad. II. v. 365. et III. v. 65. ἀποβολῆς ἄξιον. Eodem modo Lexic. Cyrilli MS. Brem. ἀπόβλητον· ἀποβολῆς ἄξιον, ἀδόκιμον. Symmachus Jerem. XXII. 28. μὴ περίψημα φαῦλον καὶ ἀπόβλητον ὁ ἄνθρωπος. Hoc vocabulo etiam usi sunt Aquila et Symmachus pro Hebr. פִּגּוּל *abominatio, res abominanda.* Levit. VII. 18. et XIX. 7. Adde Plutarchi Opp. T. VIII. p. 310. ed. Reisk. Hinc ἀπόβλητος speciatim dicitur 3) de *rebus, quarum usus interdictus et vetitus erat legibus Mosaicis, illicitus, impurus, pollutus,* et maxime de cibis usurpatur. Sic semel in N. T. legitur, 1 Tim. IV. 4. πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν καὶ οὐδὲν ἀπόβλητον nihil eorum, quæ Deus creavit, illicitum et impurum judicari et haberi debet. Hos. IX. 3. טָמֵא. Aquil. μεμιασμένα. Symm. ἀπόβλητα. Alex. ἀκάθαρτα. Hesych. ex emendatione Suiceri in Thes. Eccles. T. I. pag. 493. ἀπόβλεπτον· ἔνδοξον. — ἀπόβλητον· ἀδόκιμον. Idem enim alio in loco: ἀδόκιμον· πονηρόν. ἀπόβλητον· ἄχρηστον.

ἈΠΟΒΟΛΗ', ῆς, ἡ, 1) *abjectio, rejectio,* sensu physico. Est nomen verbale a perfecto med. ἀποβέβολα, terminatione verbi in terminationem nominis mutata et augmento abjecto. Hinc 2) metaphorice usurpatur, ut sit *repudiatio,* et iis tribuatur, *qui non in familiam et populum Dei* seu *cœtum christianorum recipiuntur.* Sic legitur in N. T. Rom. XI. 15. ubi τῷ ἀποβολή, quod de Judæis usurpatur, qui ipsi incredulitate sua commodis et jure civitatis christianæ se privaverant, opponitur ἡ πρόσληψις, h. e. receptio in familiam Dei christianam. Zonaras Lex. col. 249. et ex eo Phavor. ἀποβολή· ἡ πρόσκρουσις· ὡς ὁ ἀπόστολος· εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν. 3) *amissio, jactura.* Act. XXVII. 22. ἀποβολὴ γὰρ ψυχῆς οὐδεμία ἔσται ἐξ ὑμῶν πλὴν τοῦ πλοίου nullus vestrum peribit, navigii tantum jacturam facietis. Sæpius in N. T. non legitur. Sic Joseph. A. J. II. 6. 9. παίδων ἀποβολή. XIV. 14. 3. φορτίων ἀποβολή. Plutarch. Pyrrh. c. 30. Eandem significationem etiam ἀποβάλλειν in Josephi libris habere, Krebsius docuit in Observv. Flav. p. 263. Vide etiam supra sub ἀποβάλλω. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 21. ἀποβολή, *jactura, repulsa, amissio, projectio, repudium,* etc.

ἈΠΟΓΙ'ΝΟΜΑΙ vel ἈΠΟΓΙ'ΓΝΟΜΑΙ, 1) proprie: *absum, removeor, decedo, e medio tollor,* et opponitur τῷ παραγίνομαι. Jam quia partim *mors* sæpe cum *discessu* comparatur in omnibus linguis, partim quia γίνεσθαι inter alia etiam *nasci* significat, factum est, ut ἀπογίνομαι, veluti Latinorum *denascor,* significaret 2) *morior, fato fungor,* id quod alias ἀποβιῶναι et ἀποθνήσκειν dicitur. Suid. ἀπεγίνετο· ἀντὶ τοῦ ἀπέθανεν, οὕτως Ἀντιφῶν καὶ Θουκυδίδης. (Thucyd. II. 34 et 51.) Idem: ἀπογενέσθαι ἢ ὑστερῆσαι σημαίνει ἢ ἀποθανεῖν, ἄμφω Θουκυδίδης, idem Phavorin. Hesych. ἀπεγίνετο· ἀπέθανεν. — ἀπογενόμενοι· ἀποθανόντες. Confer Valckenar. et Wesseling. ad Herodot. II. c. 136. Joseph. A. J. V. 1. 1. Μωϋσέως — ἐξ ἀνθρώπων ἀπογεγονότος. Hinc explicandus erit locus 1 Petr. II. 24. ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν, ubi tamen phrasis: ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογίνεσθαι *peccatis mori* metaphorice accipienda erit pro: *valedicere, renunciare vitiositati,* coll. Rom. VI. 2. hoc sensu: *ut dominio vitiositatis exemti sancte et pie vivamus.* Apud Græcos scriptores ἀπογίνεσθαι partim *abesse, alienum esse ab aliqua re* sensu metaphorico notat (v. c. apud Thucyd. I. 39. τῶν ἁμαρτημάτων ἀπογενόμενοι qui procul ab illorum

facinoribus adfuistis.) partim *mori* significat, apud v. c. apud Herodot. II. 85. 136. V. 4. VI. 58. Dionys. Hal. Ant. IV. 15. ubi τοῖς γινωμένοις opponuntur οἱ ἀπογινόμενοι.

'ΑΠΟΓΡΑΦΗ', ῆς, ἡ, 1) in universum dicitur *quævis descriptio* seu *relatio in tabulas, enumeratio, recensio*, ab ἀπογράφω *describo, in tabulas refero;* — interdum etiam *ipsæ actorum tabulæ, commentarius quicunque et index, in quo res enumerantur.* Hesych. ἀπογραφή· ἀρίθμησις, ἡ ἡ γινομένη μήνυσις. Sic v. c. commentarii Judæorum publici ἀπογραφαὶ dicuntur 2 Macc. II. 1. et 3 Macc. VII. 19. index rerum et facultatum, Judæis ereptarum, ἀπογραφὴ dicitur, quem ICti inventarium et repertorium dicere solent; apud Demosthenem denique πρὸς Λεπτίνην calendarium et ephemeris publicanorum ἀπογραφὴ τῶν ἐλλιμενιστῶν vocatur. Confer Reisk. Indic. Græcitat. Demostheneæ p. 96. Speciatim vero et κατ' ἐξοχὴν ἀπογραφὴ olim dicebatur 2) *census*, seu *professio*, qua voce Vulgatus interpres usus est. *Census* autem dicebatur apud Romanos, cum cives vel incolæ provinciæ alicujus, Romanis subjectæ, nomina, genus, reditus, habitationem, facultates, quæstum, liberos, omnia denique sua profiteri jubebantur apud censores, qui, quæ quisque profitebatur, in certas tabulas (quæ etiam Græce ἀπογραφαὶ Polyb. II. 23. Latine *tabulæ censoriæ* vocabantur) referebant, ut partim, quis sit status reipublicæ aut provinciæ, exinde cognosceretur, partim autem pecuniam exigerent a civibus. Sic autem ἀπογραφὴ bis legitur in N. T. Luc. II. 1. Act. V. 37. Census, qui Luc. II. 1. commemoratur, causa erat curiositas, aut ambitio, Augusti. Fuit enim mera capitum numeratio absque pecuniæ exactione, et, ut videtur, universalis et œcumenica, non solum Judæam, sed omnes adeo provincias Romanas complectens. Agebatur hic census Herode M. vivente, tempore nativitatis Christi, et fiebat, ut breviario confecto constaret imperii amplitudo civiumque copia. Ille autem census, cujus mentio fit Act. V. 37. fuit descriptio facultatum, ἀποτίμησις τῶν οὐσιῶν, cum *capitatione* conjuncta. (Josephus A. J. XVIII. 1. 1. diserte scribit, *Quirinium* cum paucis militibus in Syriam et Judæam, Syriæ additam, venisse τιμητὴν τῶν οὐσιῶν γενησόμενον et ἀποτιμησόμενον αὐτῶν τὰς οὐσίας.) Agebatur hic census, Herode M. jam exstincto, decem annis post priorem, Judæa in provinciæ formam redacta, et Archelaa Viennam Galliæ relegato. Conf. Joseph. A. J. XVII. 13. 1. Peracta est hæc descriptio non sine gravi Judæorum indignatione, quam erupisse narrat Josephus l. l. Juda quodam Galilæo Judæos ad defectionem sollicitante, eosque vanis libertatis promissionibus lactante. Confer Casauboni Exercitatt. Antibaron. I. 31. 32 et 33. Perizonium ad Ælian. V. H. IV. 25. ac in Diss. de Augustea orbis descriptione Franeck. 1682. et Krebs. de Usu Historiæ Romanæ in interpretatione N. T.

'ΑΠΟΓΡΑ'ΦΩ, fut. άψω, 1) proprie: *describo, vel ex alio scripto, vel ex ore dictantis;* speciatim: *consigno in catalogum, in tabulas publicas refero.* Judd. VIII. 14. καὶ ἀπεγράψατο πρὸς αὐτὸν τοὺς ἄρχοντας, ubi in Hebraico verbum כָּתַב legitur. 3 Maccab. IV. 14. ἀπογραφῆναι πᾶν φῦλον ἐξ ὀνόματος ut nomina omnium tribuum in tabulas referrentur. 3 Maccab. VI. 38. Philostrat. Vita Apollon. I. 20. Xenoph. Cyrop. VI. 2. 11. Hinc explicari potest formula, quæ legitur Hebr. XII. 23. ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένοι, qua significatur, *qui sunt in catalogum civium et incolarum cœli relati, participes facti felicitatis æternæ in cœlis.* Confer, quæ infra ad formulam βίβλος ζωῆς a nobis prolata sunt. 2) *in tabulas censorias, in libellum census refero.* Et medium ἀπογράφομαι *me vel nomen meum in tabulis censoriis* seu *censualibus describendum curo, nomen meum profiteor.* Xenoph. Hell. II. 4. 5. Sic legitur in N. T. Luc. II. 1. ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ubi ἀπογράφεσθαι non satis accurate passive sumitur, cum e notione verbi media locus sit ita reddendus: *ut omnes, imperio Romano subjecti, nomen suum profiterentur et tabulis censoriis inscribendum curarent.* ibid. v. 3 et 5. Interdum vero ἀπογράφομαι apud Græcos valet omnino: *nomen suum profiteri quamcunque ob causam,* v. c. inter eos, qui munus aliquod ambiunt. Diod. Sicul. I. 80. Arrian. Diss. Epict. III. 22. 51. ubi vid. Schweighæuserus. Plura de hac voce lectu digna habent Perizonius ad Ælian. V. H. IV. 25. Küster. et Dresigius de Verbis Mediis II. 2. et Wetstenius N. T. T. I. p. 658.

'ΑΠΟΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, fut. ξω, 1) proprie: *ostendo, spectandum do, oculis conspiciendum sisto, propono,* sed in hac propria notione raro tantum legitur in Græcis scriptoribus, v. c. Polybio IV. 20. 12. nunquam vero in N. T. libris. 2) *facio, reddo, constituo, efficio.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. IV. 9. ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν Deus nos apostolos infimæ conditionis homines fecit, seu reddidit. Chrysost. ἐποίησε. Xenoph. de Re Equestri I. 5. χωλὸν ἀπέδειξε τὸν ἵππον claudum reddidit equum. Isocrates Panegyr. c. 23. ἄνδρας ἀγαθοὺς ἀπέδειξαν. Joseph. A. J. VI. 3. 3. VII. 14. 2. Alia exempla e Græcis dedit Hemsterhus. ad Lucianum T. I. p. 460. et Irmisch. ad Herodian. Vol. I. p. 121. 3) *ostento, jacto me.* 2 Thess. II. 4. ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν, ὅτι ἐστὶ Θεὸς se Deum jactat, arrogat sibi potestatem et honorem divinum. Diod. Sic. XVI. 92. 4) *probo, demonstro certis et invictis argumentis, evinco.* Act. II. 22. ἄνδρα ἀπὸ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι miraculis satis inter vos comprobatum doctorem divinum, einen hinlänglich beglaubigten Gesandten der Gottheit, *a messenger of the Deity, sufficiently worthy of credit.* Act. XXV. 7. πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, ἃ οὐκ ἴσχυον ἀποδεῖξαι multas et graves adversus Paulum criminationes afferentes, quas vero evincere non poterant. Xenoph. de Republ. Athen. I. 1. τοῦτο ἀποδείξω hoc jam demonstrabo. et Mem. III. 6. 8. Confer Krebs. Observv. Flav. p. 168. et Wetstenii N. T. T. II. p. 467.

'ΑΠΟ'ΔΕΙΞΙΣ, εως, ἡ, *demonstratio, probatio, declaratio, quæ fit certis ac indubitatis rationibus ac argumentis.* Sic semel in N. T. legitur. 1 Cor. II. 4. ἐν ἀποδείξει Πνεύματος καὶ δυνάμεως, sed ita, ut declararem, me esse vi divina instructum, me adjuvari Sp. S. In eadem notione legitur hoc vocabulum apud Xenoph. Memor. IV. 6. 13. Polyb. V. 10. 3. IV. 86. 2.

'ΑΠΟΔΕΚΑΤΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, æque ac verbum simplex δεκατόω, in numerum verborum eorum, quæ fuerunt dialecto Alexandrinæ propria, referri debent, uti jam recte judicavit Fischerus de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. XXXI. p. 10. Nam in Atticorum libris nunquam leguntur, sed in versione Alex. V. T. Genes. XXVIII. 22. Deut.

XIV. 22. XXVI. 12. 1 Sam. VIII. 15, 16, 17. iis verbum Hebraicum עִשֵּׂר redditum reperitur. Habet autem ἀποδεκατοῦν duplicem notionem: 1) notat: *decimas solvere, dare et pendere decimam alicujus rei partem*, quod a Josepho τὴν δεκάτην τελεῖν et διδόναι dicitur. Sic Matth. XXIII. 23. coll. Luc. XI. 42. ἀποδεκατοῦν τὸ ἡδύοσμον decimatis mentham. Luc. XVIII. 12. ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι et decimas do omnium redituum meorum. Eodem modo עִשֵּׂר legitur Genes. XXVIII. 22. Deut. XIV. 22. 2) *decimas exigere et accipere, decimas alicujus rei dari sibi jubere*, ad imitationem Hebr. עִשֵּׂר 1 Sam. VIII. 15. 17. Nehem. X. 35. Sic legitur in N. T. Hebr. VII. 5. ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν, ubi ἀποδεκατοῦν est idem, quod Paulus v. 8. δεκάτας λαμβάνειν dixit, coll. v. 2.

'ΑΠΟ'ΔΕΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *dignus qui admittatur et recipiatur*, ab ἀποδέχομαι. Plutarch. Opp. T. X. p. 380. ed. Reisk. 2) *acceptus, gratus, probatus*. 1 Tim. III. 3. τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ hoc enim honestum est Deoque gratum. ibid. V. 4. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. ἀπόδεκτον· ἐπαίνετον. Gloss. Vet. Acceptum, ἀπόδεκτον. Adde Etym. M. 661. 55.

'ΑΠΟΔΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. έξομαι, respondet Latino *accipere* et 1) notat: *recipio, excipio advenientem aliquem hospitem*, v. c. *lubenter, benigne et humaniter*. Luc. VIII. 40. ἀπεδέξατο αὐτὸν ὁ ὄχλος lætabunda excepit eum hominum multitudo, quæ eum magnis desideriis dudum expectaverat. Act. XV. 4. ἀπεδέχθησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας admodum humaniter excepti ab ecclesia. ibid. XVIII. 27. ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς ἀποδέξασθαι αὐτὸν litteris hortati sunt Christianos, ut eum reciperent. ibid. XXVIII. 30. καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς εἰσπορευομένους πρὸς αὐτὸν excipiens omnes humaniter, qui eum adirent. Parum itaque aut potius nihil ἀποδέχεσθαι differt ab ὑποδέχεσθαι, cum quo interdum permutatur. Conf. Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 1. 4. p. 765 seq. 2 Macc. III. 9. φιλοφρόνως ἀπὸ τοῦ ἀρχιερέως ἀποδεχθείς. ibid. XIII. 24. τὸν Μακκαβαῖον ἀπεδέξατο. Vulgatus: amplexatus est Maccabæum. Polyb. III. 66. 8. XXII. 18. 5. 2) metaphorice: *assentior, approbo, assensu et obsequio alicujus orationem admitto, sequor alicujus auctoritatem*. Act. II. 41. οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ assensu probarunt ejus doctrinam et eam amplexi sunt. Sic etiam legitur haud raro in Græc. Scriptt. v. c. Xenoph. Mem. I. 2. 8. τοὺς ἀποδεξομένους, ἅπερ αὐτὸς ἐδοκίμαζεν. Æschin. Socr. II. 31. οὕτω χαλεπῶς ἀπεδεχόμεθα τὸν λόγον, h. e. adeo difficulter nobis persuaderi sinebamus, ut recte transtulit Fischerus. Alia loca dedit Schwarzius in Commentar. L. Gr. p. 155. 3) *laudo et magnifico, laudibus et honore prosequor*. Act. XXIV. 3. πάντη τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα μετὰ πάσης εὐχαριστίας semper et ubique gratissimo celebramus animo; ubi confer vers. Arab. Hinc apud Josephum A. J. VII. 1, 2. ἀποδέχεσθαι et ἐπαινεῖν, uti apud Philonem Legat. ad Caium p. 1014. tanquam synonyma junguntur, observante jam Krebsio in Obss. Flav. p. 253. Euseb. H. E. IV. 23. Polyb. III. 64. 11. Philo in Flaccum p. 979. ἀποδέχομαι πάντας ὑμᾶς, ἔφη, τῆς εὐσεβείας: ex quo loco conjici fortasse posset, apud Lucam Actt. l. 1. post ἀποδεχόμεθα excidisse pronomen σε, quod agnoscit Copta, Syrus atque Æthiops, quæ fuit ingeniosa conjectura Cel. Angli Wakefield in Sylva Critica P. II. p. 151. Conf. Ernesti Glossarium Polybianum s. h. v. et Taylor. ad Lysiam p. 423. Phavorin. ἀποδέχομαι· ὁμολογῶ. αἰτιατικῇ καὶ γενικῇ συντάσσεται. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἀλέξανδρον περὶ τῶν συνθηκῶν ἄξιον ἀποδέχεσθαι, ὦ Ἀθηναῖοι, σφόδρα τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς συνθήκαις διακελευομένων ἐμμένειν. Πλάτων ἐν Φαίδωνι οὐκ ἀποδέχομαι ἐμαυτοῦ. καὶ Συνέσιος· καὶ ἡμεῖς ἀποδεχόμεθα λέγοντος.

'ΑΠΟΔΗΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *peregre abeo et proficiscor*. Matth. XXI. 33. καὶ ἀπεδήμησεν et peregre profectus est. ibid. XXV. 14. ὥσπερ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ut si quis peregre profecturus, coll. Luc. XIX. 12. ἐπορεύθη εἰς χώραν μακράν. Ἀποδημῶν h. l. et apud Diogen. Laërt. VIII. 17. ponitur pro ἀποδημήσων aut ἀποδημεῖν θέλων: sicut Act. XXV. 3. ἐνέδραν ποιοῦντες sunt facere volentes insidias. Marc. XII. 1. Luc. XV. 13. ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακρὰν profectus est in regionem remotam. Ælian. V. H. III. 27. ἔμελλεν ἀποδημῆσαι ἐπὶ τὴν στρατείαν. Nam ii proprie dicebantur Græcis ἀποδημοῦντες, qui reipublicæ causa militatum iter faciebant, δημοσίᾳ ἀποδημοῦντες καὶ στρατευόμενοι. Hesych. ἀποδημεῖ· ἀναχωρεῖ. Phavorin. ἀποδημία· ὅταν τις ἐκ τῆς πατρίδος εἰς ἀλλοδαπὴν ἀπέρχεται. Gloss. ἀποδημέω, *proficiscor*. 2) *absum a populo, domo absum, peregrinor, in aliena civitate commoror et versor*. Sic semel tantum legitur in N. T. Luc. XX. 9. καὶ ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανοὺς et peregre commoratus est per multum tempus. Ælian. V. H. XIII. 14. Lysiæ Orat. III. p. 73. ἀποδημῆσαι ἐκ τῆς πόλεως. Xenoph. de Rep. Lacedæm. XIV. 4. Julius Pollux Onomast. IX. 9. Phavorin. ἀποδημεῖν· τὸ μακρὰν εἶναι. Gloss. Vet. ἀποδημία, ἐπὶ ξένης, *peregrinatio, profectus*, h. e. profectio.

'ΑΠΟ'ΔΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *peregre agens, qui abest a suo populo et patria sua*, ex ἀπὸ et δῆμος *populus*, i. q. ἔκδημος, teste Thoma M. et Mœride. Semel tantum in N. T. legitur. Marc. XIII. 34. ὡς ἄνθρωπος ἀπόδημος sicut homo, qui abitum (iter) in peregrinas terras parat. Artemidorus II. 8. ubi ἀπόδημος opponitur τῷ ἐνδήμῳ. Plutarch. Opp. T. IX. p. 191. ed. Reisk.

'ΑΠΟΔΙ'ΔΩΜΙ, fut. ώσω, in universum notat: *reddo* seu *præsto, quod alteri debeo, ut partim officiis meis satisfaciam, partim promissis stem*. Hinc pro diversitate objectorum admodum varie, sed ita sumitur hæc vox in N. T. ut omnes ejus notiones ab hac universa derivari possint. Significat enim 1) *solvo, reddo debitum, æs alienum reddo*. Matth. V. 26. ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην donec et ultimum solveris quadrantem. Matth. XVIII. 25. μὴ ἔχοντος δὲ ἀποδοῦναι quod debitum cum solvere non posset. ib. v. 26 et 28. ἀπόδος μοι ὅ, τι ὀφείλεις redde mihi debitum. Luc. VII. 42. coll. v. 41. Posset etiam huc referri Matth. XX. 8. καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν et solve ipsis mercedem, coll. Tob. IV. 15. Sic הֵשִׁיב Levit. XXV. 28. Eustath. ad Il. α'. p. 42, 42. ἰστέον δὲ, ὅτι δοῦναι μὲν ἐπὶ ἁπλῶς ἑκουσίου δόσεως, ὅθεν καὶ τὸ δῶρον· ἀποδοῦναι δὲ ἐπὶ τῶν χρεωστικῶς διδομένων κ. τ. λ. Id. ibid. pag. 46. 38. — Thucyd. IV. 65. ἀποδοῦναι ἀργύριον ταχτόν. 2) *pendo tributum, reddo vectigal, reditus*. Sic Matth. XXI. 41. οἵτινες ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν qui ei fructus justo tempore pendant. Matth. XXII. 21. ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος τῷ Καίσαρι pendendum est tributum Cæsari, quod ei debetur. Marc. XII. 17. Luc. XX. 25. Rom. XIII. 7. Ælian. V.

H. V. c. 21. δασμὸν ἀποδιδόντες. 3) *reddo, restituo.* Sic Luc. IV. 20. ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ volumine ministro reddito. ibid. IX. 42. καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ eumque reddidit patri. Hesych. ἀπέδοτο· ἐκδέδωκεν. ibid. X. 35. καὶ ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με ἀποδώσω σοι quodsi quid insuper impenderis, in reditu meo restituam. Luc. XIX. 8. ἀποδίδωμι τετραπλοῦν quadruplum reddidi. 2 Macc. XII. 46. 4) *do, trado, largior, solvo.* Matth. XX. 8. καὶ ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν et solve ipsis mercedem. (Aristoph. Equit. 1063. ὁ μισθὸς πρῶτον ἀποδοθήσεται. Lucian. Hermotim. p. 538. Ælian. H. A. III. 39.) Ibid. XXI. 41. ἀποδώσουσι persolvent, aut reddent. Ibid. XXVII. 58. ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα corpus Jesu tradi jussit. Hinc in vers. Alex. respondet Hebraico נָתַן, Gen. XXX. 26. Exod. V. 18. Deut. II. 28. et Chaldaico יְהַב Dan. VI. 2. Sic Sir. XXXIII. 15. Deus dicitur ἀποδοῦναι ἀνθρώποις κατὰ τὴν κρίσιν αὐτοῦ pro arbitrio suo seu benigna sua voluntate largiri hominibus bona. Theophr. Char. 31. Hesych. ἀπέδοτο· ἐκδέδωκεν. Suid. παρέδωκεν. Conf. Schweighæuser. Lex. Polyb. p. 73. 5) *præsto promissa, solvo vota,* ita vero, ut semper addatur substantivum, quod promissionem, votum aut jusjurandum indicet, quomodo et apud Latinos *reddere* usurpatur. Ovid. Heroic. Ep. XX. 95. "si non vis mihi promissum reddere, redde deæ." Mat. V. 33. ἀποδώσεις δὲ τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου quod jurejurando spopondisti Deo, re ipsa præsta; qua formula usus quoque est Demosthenes de Falsa Legat. p. 243. Confer etiam Didymum ad Homer. Od. μ'. 304. Alexandrini usi sunt pro Hebraico שִׁלֵּם Job. XXII. 27. ἀποδοῦναι τὰς εὐχάς. Ps. XXII. 25. Sirac. XVIII. 22. μὴ ἐμποδισθῇς τοῦ ἀποδοῦναι εὐχὴν εὐκαίρως. Xenoph. Memor. II. 2. 10. καὶ εὐχὰς ἀποδιδοῦσαν. 6) *præsto alteri officia debita,* addito tamen semper vocabulo, cui *officii* notio inest. Rom. XIII. 7. ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς — τῷ τὸν φόβον, φόβον, τῷ τὴν τιμήν, τὴν τιμήν. 1 Cor. VII. 2. τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω uxori maritus debitum conjugale præstet. Verbi ἀποδιδόναι, in amoris negotio etiam simpliciter hoc sensu usurpati, exemplum habes apud Aristoph. Plut. Act. IV. Sc. IV. v. 1032. οὐκοῦν καθ' ἑκάστην ἀπεδίδου τὴν νύκτα σοι, scil. τὸ ὀφειλόμενον, seu τὴν ὀφειλήν. 7) de arboribus si adhibetur, significat: *fero, edo.* Apoc. XXII. 2. ξύλον ζωῆς ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ. Unde metaphorice Hebr. XII. 11. καρπὸν εἰρηνικὸν ἀποδίδωσι δικαιοσύνης legitur, ubi tamen de calamitatibus sermo est. Menander Fragmen. pag. 34. de agro: δίκαιος ἀπέδωκεν τόδ' ὅσσ' ἂν καταβάλω. 8) *facio, efficio aliquid,* et speciatim: *edo, exhibeo,* si sermo est v. c. de testimonio, ratione, jurejurando, de quibus Latini scriptores etiam *reddere* usurpare consueverunt. Eleganter de hoc loquendi usu egit D'Orville ad Chariton. p. 597. ed. Lips. Act. IV. 33. ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι testimonium exhibuerunt apostoli de resurrectione J. C. Vulgatus: *reddebant testimonium* quasi depositum, nempe eorum fidei ac dispensationi creditum. Maxime autem huc pertinet formula: ἀποδίδωμι λόγον *caussam dico, actionum mearum rationem reddo* maxime *coram judice.* Matth. XII. 36. Luc. XVI. 2. Act. XIX. 40. coll. Sirac. XXIX. 6. (ubi in Cod. Augustano, quem Hoeschelius edidit, pro λόγους recte legitur λόγον, quod non observavit L. Bos.) Hebr. XIII. 7. 1 Petr. IV. 5. Dan. VI. 2. τοῦ ἀποδιδόναι αὐτοῖς τοὺς σατράπας λόγον. Conf. Palairet. Observatt. Phil. Crit. p. 46. 9) *remuneror, retribuo, rependo in utramque partem,* et *recte facta præmiis exorno,* et *malefacta punio, ulciscor injuriam illatam.* Etiam de iis usurpatur, *qui gratam vicem rependunt.* En! exempla e N. T. Matth. VI. 4. ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ palam liberalitatem tuam remunerabitur. ibid. v. 6. 18. Matth. XVI. 27. ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, coll. Rom. II. 6. Rom. XII. 17. μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες ne malum pro malo rependite, coll. 1 Thess. V. 15. 1 Tim. V. 4. καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις et parentibus gratam vicem rependere; ubi ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι est idem, quod alibi dicitur: ἀποδοῦναι χάριν, de qua formula conferendus est Irmisch. ad Herodian. I. 4. 7. p. 102. 2 Tim. IV. 8. ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος quam (coronam) præmii loco mihi Deus dabit, et v. 14. ἀποδῴη αὐτῷ ὁ Κύριος puniat eum Deus. 1 Petr. III. 9. Apoc. XVIII. 6. ἀπόδοτε αὐτῇ, ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκεν reddite ei, quæ vobis dedit mala, aut: par illi referte. כַּאֲשֶׁר עָשְׂתָה עֲשׂוּ לָהּ Jerem. L. 15. Apoc. XXII. 12. Sir. XI. 26. XII. 6. ἀποδώσει ἐκδίκησιν. XVII. 19. ἀνταπόδομα αὐτῶν ἀποδώσει. Prov. XXIV. 12. Ies. LXV. 6. Job. XXXIV. 21. Exod. XX. 5. Xenoph. Mem. II. 2. 13. 10) *vendo,* maxime in forma media, quanquam interdum etiam activum eandem notionem habet. Philostrat. Heroic. sect. 1. ὅτῳ ἀποδώσεις τὸ γλεῦκος. Theophr. Char. 11. Herodian. II. 8. 8. Act. V. 8. εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; an tanti prædium vendidistis? Act. VII. 9. ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον vendiderunt eum, ut in Ægyptum deduceretur. coll. Genes. XXXVII. 28. (Simile verbum prægnans legitur Genes. XII. 15. et XXX. 3. Conf. L. Bos. Ellips. Gr. pag. 584. ed. rec. s. v. ἀπάγειν, et Gatakeri Adversaria posthuma cap. 31. p. 763.) Hebr. XII. 16. Respondet autem τῷ מָכַר Genes. XXV. 33. et הִשְׁבִּיר Deut. II. 28. in vers. Alex. Nihil autem est frequentius hoc ipso loquendi usu apud Græciæ scriptores, v. c. Xenoph. de Vectigal. cap. 5. § 4. ἀποδίδοσθαι ἢ πρίασθαι. Hist. Græc. I. 6. 9. II. 3. 18. Polyb. III. 22. 9. Suid. ἀπέδοσθε· ἀπημπολήσατε. Idem Phavorin. et Alberti Gloss. N. T. p. 66. Hesych. ἀποδοθῇ· πραθῇ. — ἀπέδοτο· ἀπεπωλήσατο. Confer Miscell. Obss. Vol. VI. p. 343. et Perizon. ad Ælian. V. H. XI. 9.

ἈΠΟΔΙΟΡΊΖΩ, fut. ίσω, *segrego, separo, sejungo,* ex ἀπὸ et διορίζω *sejungo,* proprie: *terminis positis disjungo invicem,* nam ὅρος est *terminus.* Semel tantum in N. T. legitur Jud. v. 19. ubi verba: οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες, maxima laborant ambiguitate. Recepta enim in textum voce ἑαυτοὺς ex Vulgata versione, quæ tamen a plerisque libris scriptis abest, formula ipsa aut de iis explicanda erit, *qui semetipsos a Deo quasi separant vita flagitiosa,* paululum coacte, ut opinor; aut de iis accipienda est, *qui semetipsos a cœtu christianorum segregant.* Mihi vero magis placet, neglecta voce ἑαυτοὺς, locum ita interpretari: *qui falsa sua doctrina hæreses et schismata in ecclesia efficiunt, schismatici.*

ἈΠΟΔΟΚΙΜΆΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *reprobo, improbum judico,* et maxime usurpatur de auro et argento, quod, ut minus spectatum, spurium v. c. abjicitur, etiam de aliis metallis, quæ non ferunt examen, et hinc reprobantur. Jer. VI. 30. ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον, ubi in Hebraico מָאַס legitur. Theophr. Char. 4. Matth. XXI. 42. λίθον ὃν ἀπεδοκί-

μασαν οἱ οἰκοδομοῦντες quem lapidem reprobarunt ædificantes; ad quem locum confer Fischeri Animadvv. ad Welleri Grammat. Gr. p. 305. qui multis Atticorum locis docuit, articulum postpositivum haud raro antecedens substantivum in suum pertrahere casum. 1 Petr. II. 4 et 7. 2) *odio, contemtu et fastidio ductus rejicio, repudio aliquid,* et maxime de iis usurpatur, qui Christum ejusque doctrinam repudiabant et contemtim tractabant. Marc. VIII. 31. *ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων* repudiari a summis sacerdotibus, qui eum impostorem palam declarabant: nec tamen repugnarem, si quis de omnibus contumeliis et ignominiæ generibus explicare mallet, quibus Christus a synedrio magno afficiebatur. Luc. IX. 22. XVII. 25. Suid. *ἀπεδοκίμαζεν· ἀτίμως ὕβριζεν, ἐξεφαύλιζε.* —*ἀποδοκιμάσας· ὡς ἄχρηστον ἐκφαυλίσας.* Theophr. Char. c. IV. p. 20. Æschines in Timarch. p. 182. 3) *ἀποδοκιμάζεσθαι* is dicitur, *qui privatur perceptione et possessione alicujus rei admodum desideratæ.* Hebr. XII. 17. de Esavo, qui sua culpa privabatur commodis et beneficiis, primogenituræ destinatis.

'ΑΠΟΔΟΧΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *exceptio, receptio hospitis gratiosa,* ab *ἀποδέχομαι excipio, recipio:* ad quam propriam notionem confirmandam recte contulit Schwarzius in Commentariis L. Gr. p. 157. duo loca Diodori Sic. IV. p. 239. *γνωσθεὶς τίνος ἦν πατρὸς, ἀποδοχῆς ἐτύγχανε τῆς μεγίστης.* ibid. V. p. 292. *φιλοφρόνως ἀποδοχῆς τυχόντων.* 2) *assensus, approbatio, laus.* Sic 1 Tim. I. 15. *πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος* doctrina omni assensu et veneratione, laude et prædicatione digna. Idem legitur cap. IV. 9. Sic etiam apud Diogenem Laërt. V. 37. Polyb. Hist. II. 55. *ἀποδοχῆς ἀξιοῦται* fide dignus habetur. Joseph. A. J. VI. 14. 4. *δίκαιοί εἰσι κἀκεῖνοι τυγχάνειν ἀποδοχῆς* his laus et veneratio debetur. Conf. Fabricium ad Sext. Empir. Lib. VII. c. 400. *'Αποδοχὴν* apud Græcos interdum *auctoritatem et honorem, quem aliquis adipiscitur,* interdum adeo *adorationem et cultum divinum* notare, Kypke docuit in Observv. Sacris T. II. p. 351. Confer etiam Krebs. Observv. Flav. p. 254 et 349. et Wetstenii N. T. II. p. 319.

'ΑΠΟ'ΘΕΣΙΣ, *εως, ἡ, abjectio, depositio cujuscunque rei,* ab *ἀποτίθημι depono rem a me eam removendo.* Bis tantum legitur in N. T. 1 Petr. III. 21. *ἀπόθεσις ῥύπου σαρκὸς* depositio sordium corporis, quæ fit per ablutionem. 2 Petr. I. 14. *ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματος* depositio corporis, qua designatur proxime instans mors Petri.

'ΑΠΟΘΗ'ΚΗ, *ης, ἡ,* 1) proprie et in universum: *omnis locus, in quo aliquid reconditur, locus, ubi res quædam futuris usibus reservatur, repositorium, reconditorium,* ab *ἀποτίθημι,* quod inter alia notat: *depono rem recondendo.* Sic apud veteris Græciæ scriptores armamentaria *ἀποθῆκαι ὅπλων,* cellulæ mellis *ἀποθῆκαι τοῦ μέλιτος* vocabantur. Sed in N. T. *κατ' ἐξοχὴν* ita dicitur 2) *horreum, repositorium frugum, granarium,* quod a Græcis *σιτόβολον* et *σιτοβόλιον,* et ab Hebræis מַאֲבוּס Jerem. L. 26. etiam אוֹצָר Joel. I. 17. vocatur. Matth. III. 12. *συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην* frumentum suum in horreo colliget. VI. 26. *οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας* nec in granariis quidquam reponunt. XIII. 30. Luc. III. 17. XII. 18, 24. Sic *apotheca* quoque apud Cicer. Philipp. II. 27.

'ΑΠΟΘΗΣΑΥΡΙ'ΖΩ, fut. *ίσω,* 1) proprie: *thesaurum colligo, repono in aliquem usum, recondo,* ex *ἀπὸ* et *θησαυρίζω recondo in thesauro.* Sirac. III. 3. *ὡς ἀποθησαυρίζων ὁ δοξάζων μητέρα.* Artemid. I. 75. Jam quia thesaurus magnum quid et pretiosum est, 2) metaphorice significat: *comparare sibi rem præstantissimam in futuros usus.* Sic in N. T. semel tantum legitur 1 Tim. VI. 19. *ἀποθησαυρίζοντες ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον* veras sibi divitias comparabunt, quibus etiam in futura vita frui poterunt. ubi videndus Wetstenius. Phavorin. *ἀποθησαυρίζοντας· ἀποτιθεμένους.* Idem habet Zonaras Lex. coll. 284. Vide et Longin. Fragm. V. 4.

'ΑΠΟΘΛΙ'ΒΩ, fut. *ίψω,* idem quod simplex *θλίβω, urgeo, premo, undiquaque premo, comprimo.* Luc. VIII. 45. *οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι* urget te turba hominum et undiquaque premit. Lucian. Lapith. 15. Sæpius non legitur in N. T. Usus tamen est hac voce Aquila pro Hebr. לָחַץ Exod. III. 9. et Alex. Num. XXII. 25. De uvis, quæ comprimuntur, *κατ' ἐξοχὴν* dici, docuit me Phavorin. *ἀποθλίβω· ἐπὶ σταφυλῶν κυρίως, τὸ ἀποπιέζω.*— *ἀποθλίψαντες· ἐκπιάσαντες, ἀποστάξαντες.* Pollux Onom. VII. 42.

'ΑΠΟΘΝΗ'ΣΚΩ, aor. 2. *ἀπέθανον,* fut. 2. med. *θανοῦμαι,* 1) *morior,* ita, ut proprie de *morte naturali,* etiam *violenta* (v. c. apud Inc. Int. 2 Sam. XIII. 39. coll. v. 32. ubi *θνήσκειν* eodem modo usurpatur) dicatur, qua corpus et anima a se invicem separantur. Sic pluribus in locis N. T. legitur, e quibus pauca commemorasse sufficiat. Mat. IX. 24. *οὐ γὰρ ἀπέθανε, ἀλλὰ καθεύδει,* h. e. non ita mortua est, ut nullus ei in hanc vitam reditus detur. XXVI. 35. *κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν* etiamsi tecum mihi moriendum sit. Luc. XX. 36. *οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται* immortales sunt. Joh. IV. 47. *ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν* jam enim eum animam agere. XI. 25. XII. 33. *ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν* quo mortis genere usurus esset. ibid. XXI. 23. *οὐκ ἀποθνήσκει* non morietur. Rom. VI. 9. *Χριστὸς οὐκέτι ἀποθνήσκει* Christus perenni fruitur apud Deum felicitate. 1 Cor. XV. 32. *αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν* brevi enim morte in nihilum redigemur. Phil. I. 21. *τὸ ἀποθανεῖν κέρδος* mors summam mihi affert felicitatem; ubi infinitivus *τὸ ἀποθανεῖν* pro substantivo *θάνατος* positus est, ex usu loquendi Græcorum, multis exemplis confirmato ab Elia Palairet. Observv. Philol. Crit. p. 446. Apoc. XIV. 13. *οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες* (pro *ἀποθανόντες*) veri Christi sectatores, qui mortui sunt. 2) *morti vicinus* vel *proximus sum,* et partim de eo dicitur, qui ægrotans animam agit, (Maxim. Tyr. XXIV. 9. Lucian. Tox. 22. *ἐπεὶ δὲ ἀπέθνησκε, διαθήκας ἀπέλιπε.* Arrian. Epict. II. 23.) partim de eo, qui in summo vitæ discrimine et periculis versatur. Sic Luc. VIII. 42. *καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν* jamjam moritura erat, s. quæ animam jam agebat; collato partim commate 49. partim loco parallelo Marc. V. 23. ubi legitur *ἐσχάτως ἔχει.* Syrus: ܘܩܪܝܒܐ ܗܘܬ ܠܡܡܬ et propinqua erat ad moriendum. 1 Cor. XV. 31. *καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω.* 2 Cor. VI. 9. *ὡς ἀποθνήσκοντες* etsi cotidie in mortis periculis versamur. Sic מוּת Genes. XLVIII. 21. sumitur, collato Ps. XLIV. 23. Et ipsum *ἀποθνήσκειν* legitur apud Eurip. Alcest. v. 141 seq. et apud Josephum A. J. V. 1. 1. Nec plane alienus est a re præsenti locus Livii XXIX. 17. "cotidie capitur urbs nostra, cotidie diripitur." Confer præter Sui-

ceri Thesaur. Eccles. T. I. p. 445. Marklandum ad Maximum Tyrium XXIV. 9. p. 698. 3) *interficior, necor, suffocor,* de morte violenta, i. q. θανατοῦμαι, cum quo permutatur apud LXX. 2 Paral. XXIII. 14. Matth. VIII. 32. καὶ ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν et grex in mari suffocatus est. Hebr. X. 28. χωρὶς οἰκτιρμῶν ἀποθνήσκει. ibid. XI. 37. ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. Apoc. VIII. 9. Hist. Susann. v. 41. καὶ κατέκριναν αὐτὴν ἀποθανεῖν, et v. 43. Ita θνήσκειν sumitur apud Homer. Iliad. I. v. 242. et ἀποθνήσκειν. Thucyd. I. 9. Εὐρυσθέως ὑπὸ Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος. et Latinorum *mori* pro *trucidari, interfici,* legitur apud Livium II. 38. 4) *mortalis sum.* Hebr. VII. 8. ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι homines mortales, sacerdotes sc. Judæorum, opponuntur τῷ μαρτυρουμένῳ ὅτι ζῇ, Christo nempe, de cujus immortalitate satis constat. 5) si de *semine* usurpatur, *putrefieri, in putredinem abire* notat, nam semen in terra ita emollitur, ut propemodum in putredinem abire videatur. Sic bis reperitur in N. T. Joh. XII. 24. ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου, πεσὼν εἰς τὴν γῆν, ἀποθάνῃ, nisi granum tritici in terra mortuum fuerit, h. e. in putredinem abierit. 1 Cor. XV. 36. ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. 6) de *arboribus* si adhibetur, est: *pereo, aresco.* Sic semel Jud. v. 12. δένδρα δὶς ἀποθανόντα arbores bis mortuæ, quæ plane exaruerunt. Sic et Latini *emortuum esse* (nostrum abſterben, *to die,*) de arboribus utuntur, quæ arefactæ inutiles et ineptæ ad fructus producendos factæ sunt. 7) *miser et infelix sum et fio,* maxime per vitiositatem et peccata. Joh. VI. 50. ἵνα τὶς ἐξ αὐτοῦ φάγῃ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ si quis ex hoc pane comederit, nunquam miser erit. ibid. VIII. 21. ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε incredulitatis vestræ pœnas dabitis gravissimas. ibid. v. 24. Rom. V. 15. οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, quem locum tamen haud pauci de moriendi necessitate, omnibus hominibus per Adamum imposita, interpretantur; quæ explicatio si vel admittitur, tamen miseriæ, quæ peccata sequitur, notio non excludenda videtur, et locus ita vertendus: *miseri omnes et mortales facti sunt.* Rom. VII. 10. ἐγὼ δὲ ἀπέθανον ego vero sensi me hac ratione miserum fieri et infelicem. ibid. VIII. 13. μέλλετε ἀποθνήσκειν pœnas vobis et infelicitatem comparabitis, ubi opponitur τῷ ζῆν, virtutis et sanctitatis studio veram suam promovere felicitatem. 8) metaphorice ἀποθνήσκειν ea dicuntur, *quæ, ullo aliquo modo corrupta, vim agendi et se exserendi aut omnino, aut certe ex parte, amiserunt,* v. c. Apoc. III. 2. στήριξον τὰ λοιπὰ, ἃ μέλλει ἀποθνήσκειν ale et auge vires tibi insitas recte agendi, quæ a te neglectæ et quasi torpescentes mox plane cessabunt. Alii interpretes vertunt: confirma reliquos, in periculo a vera religione deficiendi versantes. 9) Restat formula ἀποθνήσκειν τινὶ, quæ tribus diversis modis in N. T. usurpata legitur: α) ἀποθνήσκειν τινὶ notat: *ex voluntate, arbitratu alicujus mori.* Rom. XIV. 8. ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ Κυρίῳ ἀποθνήσκομεν. Sophoclis Ajax Flagell. v. 985. θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, ubi Scholiast. habet: θεῶν βουλομένων. β) ἀποθνήσκειν τινὶ notat: *valedicere, renuntiare alicui rei aut personæ, nihil cum aliquo commune amplius habere.* Rom. VI. 2. ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ renuntiavimus vitiositate, ubi contra ea ζῆν τῇ ἁμαρτίᾳ est: deditum esse vitiositati. ibid. v. 8. εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ si ad similitudinem mortis Christi renuntiamus vitiositati. Gal. II. 19. ἐγὼ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον ego per doctrinam christianam valedixi legi Mosaicæ. Coloss. III. 3. ἀπεθάνετε γὰρ, scilicet τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, coll. v. 2. Interdum additur tamen præpositio ἀπὸ, v. c. Coloss. II. 20. εἰ ἀπεθάνετε σὺν Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου si ad exemplum Christi valedixistis œconomiæ Mosaicæ. Exempla hujus loquendi usus apud Græcos collegit Bergler. ad Alciphron. Lib. I. Ep. 37. p. 172. Plaut. Cistellar. III. 1. 16. "nihil meum tibi, mortuus tibi sum." Pers. I. 1. 20. Confer etiam I. B. Carpzov. Stricturas Theol. in Ep. ad Rom. p. 117. γ) ἀποθνήσκειν τινὶ *pro aliquo mori, in commodum alicujus mortem subire.* Rom. VI. 10. ὃ γὰρ ἀπέθανε Χριστὸς τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν, h. e. ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας, mortuus est ad expianda et tollenda peccata humana, coll. 1 Thess. V. 10.

ἈΠΟΚΑΘΙΣΤΗΜΙ (seu ἈΠΟΚΑΘΙΣΤΑΩ seu ἈΠΟΚΑΘΙΣΤΑΝΩ), fut. στήσω, 1) proprie: *repono, restituo, in pristinum locum, in locum priorem, in quo antea fuit, reduco,* ex ἀπὸ et καθίστημι *colloco, statuo.* Hinc 2) *in integrum restituo, in pristinum restituo statum, reddo integritati, instauro,* sensu physico. Matth. XII. 13. καὶ ἀποκατεστάθη ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη eaque (manus) tam sana reddita est, ut altera, seu conversa est ad usum manus, ut verbis utar Taciti H. IV. 81. coll. Marc. III. 5. ubi idem legitur, omissa tamen voce ὑγιής. Marc. VIII. 25. καὶ ἀποκατεστάθη et restituta ei est pristina oculorum valetudo et integritas. Luc. VI. 10. In omnibus his locis de sanitatis et vigoris amissi restitutione sermo est. Exod. IV. 7. וְהִנֵּה־שָׁבָה כִּבְשָׂרוֹ Alex. sec. Compl. καὶ πάλιν ἀποκατεστάθη εἰς τὴν χρόαν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Levit. XIII. 16. Job. V. 18. Apud Græcos etiam de aliis rebus adhibetur, quæ in integrum restituuntur, v. c. Polyb. II. 28. πάλιν ἀποκατέστησε τὰς οἰκείας δυνάμεις εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς διάθεσιν. Herodian. II. 6. 15. 17. εἰκόνας ἀποκαταστήσαντες. 3) metaphorice: *in meliorem statum et conditionem redigo, corrigo, emendo.* Matth. XVII. 11. καὶ ἀποκαταστήσει πάντα et animos hominum ad adventum Messiæ præparaturum esse. Marc. IX. 12. Act. I. 6. εἰ ἀποκαθιστάνεις βασιλείαν τοῦ Ἰσραήλ; num hoc tempore in meliorem conditionem rediges regnum Israëlis? (Sed admittit, ut ingenue fatear, hic locus etiam hanc explicationem: num illo tempore reddes Israëlitis, τῷ Ἰσραὴλ, regnum et imperium? ut ἀποκαθιστάνειν sit: *reddere pristino domino, restituere,* quam notionem vere habere, loca apud Polyb. Hist. XVII. 9. et Diodor. Sic. XX. 32. satis docent.) 3) *reddo, reduco,* Hebr. XIII. 19. ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν ut vobis quam celerrime reddar, liberatus nempe e captivitate mea, aut ad vos reducar. Jerem. XVI. 14. ἀποκαταστήσω αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν αὐτῶν. Psalm. XVI. 5. σὺ εἶ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί. Polyb. III. 5 et 98. ὁμήρους ἀποκαταστήσει τοῖς γονεῦσι. Ib. IV. 4. τὰ μὲν ἀπολωλότα τοῖς Μεσσηνίοις ἀποκαταστήσῃ. Suid. in voce ἀποκαθιστῶν hæc ita exponit: τουτέστι τὴν τῶν ἐθνῶν βασιλείαν, τὴν προτέραν δεσποτείαν ἀποδιδούς.

ἈΠΟΚΑΛΥΠΤΩ, fut. ύψω, 1) et proprie: *detego, revelo, removeo velamen, id quod tectum et opertum fuit, conspiciendum præbeo,* ex ἀπὸ et καλύπτω *tego, operio, velo,* unde κάλυμμα *tegumentum, velamentum.* Ita in exterorum scriptorum monumentis tantum legitur, v. c. apud Jamblichum de Mysteriis Sect. II. c. 10. p 54. οἱ θεοὶ καὶ οἱ τοῖς θεοῖς ἑπόμενοι τὰς ἀληθινὰς ἑαυτῶν εἰκόνας ἀποκαλύπτουσι. In N. T. 2) metaphorice

usurpatur, ut sit: *manifestare, patefacere rem secretam, arcanam et occultam.* Matth. X. 26. οὐδέν ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται nihil est tam occultum, quod non aliquando manifestatur. Luc. II. 35. ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοὶ et ita multorum sensa animi manifestabuntur. ibid. XII. 2. 1 Cor. III. 13. ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται examine habito patefiet. Plutarch. de Placitis Philos. I. 7. Pollux. in Onom. VI. 207. ἀποκαλύπτειν per διακαλύπτειν, ἐκκαλύπτειν et δηλοῦν interpretatus est. Pro גָּלָה legitur etiam apud Alex. Dan. II. 22. Amos. III. 7. etiam pro נִגְלָה 2 Sam. VI. 22. ubi respondet vernaculo: in seiner ganzen blösse dargestellt werden, *will be exposed or exhibited in his complete nakedness,* ac videndi sunt reliqui Intt. 3) *doceo, instituo, trado,* et ἀποκαλύπτομαι *edoceor, instituor, cognosco,* et speciatim de iis rebus usurpatur, quas homines ipsi sentiendo, indagando, ratiocinando et experiendo reperire non valent, sed singulari Dei et extraordinario interventu (quam revelationem dicunt) cognoscunt. Matth. XI. 27. καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι et a filio Dei edoctus. ibid. XVI. 17. σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι non debes institutioni humanæ. 1 Cor. II. 10. ὑμῖν δὲ ἀπεκάλυψε ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. ib. XIV. 30. ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ τῷ καθημένῳ si vero auditori afflatus divinus contingat. Gal. I. 16. ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοὶ et me imbuere cognitione religionis christianæ, aut, ut etiam verti non incommode posset: *tradi per me religionem christianam.* Galat. III. 24. Ephes. III. 5. coll. v. 3. Philipp. III. 15. καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει hos Deus edocebit, intelligentiores in posterum reddet. 1 Petr. I. 11. Jamblich. de Mysteriis sect. II. c. 10. p. 54. sect. III. c. 17. p. 82. διὰ τῶν ἀπεστερημένων γνώσεως τὰ πάσης γνώσεως προέχοντα νοήματα ἀποκαλύπτει. 4) *exsero, exhibeo insigni quodam et illustri modo.* Rom. I. 17. δικαιοσύνη Θεοῦ ἀποκαλύπτεται benignitas divina exserit vim suam, et v. 18. ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ. Hinc ἀποκαλύπτεσθαι interdum *res* dicitur, *quæ alicui contingit,* v. c. Rom. VIII. 18. τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς felicitatem in regno Messiæ olim obtinendam. 1 Petr. I. 5. V. 1. Exinde etiam illustrarem locum Luc. XVII. 30. ᾗ ἡμέρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται tempore quo Christus, futurus hominum judex, majestatem suam conspicuam reddet. Nec male huc aliquis traheret locum 2 Thess. II. 3. καὶ ἀποκαλύπτεται ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας et antea palam prodierit impostor ille, coll. v. 6 et 9.

'ΑΠΟΚΑ'ΛΥΨΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *patefactio rei opertæ, remotio velaminis et tegumenti,* ab ἀποκαλύπτω, quod vide. Negat quidem Hieronymus in Comment. ad Galat. I. 12. vocem hanc ab ullo scriptorum gentilium adhibitam esse, sed deprehenditur ἀποκαλύψεως nomen apud Plutarch. Æmil. Paul. c. 14. Cat. Maj. c. 20. et Porphyrium in Vita Plotini cap. XVI. ἀποκαλύψεις τε προσφέροντες Ζωροάστρου καὶ Ζωστριανοῦ κ. τ. λ. 2) metaphorice: *manifestatio rei secretæ et occultæ, institutio, revelatio et inspiratio divina,* ita, ut maxime de iis rebus usurpetur, quarum antea ignotarum, et naturali vi ingenii humani non cognoscendarum, spiritu divino interveniente contingit hominibus cognitio et scientia. Luc. II. 32. εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν ut gentes veræ religionis scientia imbuat. Rom. XVI. 25. κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου. 1 Cor. XIV. 6. ubi per ἀποκάλυψιν haud male intelligitur *interpretatio locorum V. T. difficiliorum,* maxime vaticiniorum de futuro Messia, quanquam ex mea sententia locus rectius ita redditur: *nisi simul vobis perspicue tradidero ea, quæ Deus mihi revelavit.* 1 Cor. XIV. 26. et 2 Cor. XII. 1 et 7. ἀποκάλυψις varia illa revelationis divinæ genera indicat, quæ inter dona extraordinaria Sp. S. a Theologis referuntur. Galat. I. 12. δι' ἀποκαλύψεως 'Ιησοῦ ipsa Christi institutione extraordinaria. Ephes. I. 17. III. 13. Sirac. XXII. 24. μυστηρίου ἀποκάλυψις rei secretæ in vulgus denunciatio. 3) *tempus ipsum, quo aliquid apparet, declaratur,* aut *aliquis conspicuus redditur,* per metonymiam. Rom. VIII. 19. τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται expectant tempus, quo apparebit, quinam sint filii Dei. Huc maxime pertinet formula: ἡ ἀποκάλυψις 'Ιησοῦ Χριστοῦ, quæ, ut formula: ἡμέρα 'Ιησοῦ Χριστοῦ, per se late patet et *omne quidem tempus, quo Christus suæ majestatis et dignitatis insignia documenta dabit,* indicat; speciatim vero *tempus reditus Christi in has terras* significat, *quo se universi generis humani dominum palam demonstrabit mortuorum resuscitatione et judicio super omnes ferendo.* Sic 1 Cor. I. 7. ἀπεκδεχόμενοι τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν 'Ιησοῦ Χριστοῦ et æquo animo exspectare possitis Christum, futurum hominum judicem. 2 Thess. I. 7. 1 Petr. I. 7, 13. 4) *mandatum, decretum.* Galat. II. 2. ἀνέβην κατὰ ἀποκάλυψιν, coll. Act. XV. 1. ubi narratur, jussum seu rogatum apostolum ab Antiochenis fuisse, ut Hierosolymam proficisceretur. 5) *liber, qui continet collectionem oraculorum divinorum, sylloge vaticiniorum.* Apoc. I. 1. ἀποκάλυψις 'Ιησοῦ Χριστοῦ, coll. v. 3. ubi οἱ λόγοι τῆς προφητείας dicitur. ubi vid. Wetstenius. — Hesych. ἀποκάλυψις· πρόγνωσις, προθεωρία. Idem Phavor.

'ΑΠΟΚΑΡΑΔΟΚΙ'Α, ίας, ἡ. Vulgo redditur *attenta exspectatio, exspectatio ad finem usque et exserto capite, vehemens desiderium,* (Chrysostomus ad Rom. VIII. 19. ἡ μεγάλη καὶ ἐπιτεταμένη προσδοκία.) ut nempe emphasis lateat et in præpositione ἀπὸ, et in voce καραδοκεῖν, quæ proprie, teste Etym. M. est: τῇ κεφαλῇ προβλέπειν caput exserere spectatum aliquid. Eurip. Rhes. 144. Diod. Sic. XIV. 60. Sed fictam esse hanc et prorsus inanem emphasin in hac voce, jam satis viri doctissimi ostenderunt, inter quos eminet Fischerus de Vitiis Lex. N. T. Proclus. V. p. 10. Nam ἀποκαραδοκεῖν, quod proprie quidem est: *vultum aliquo convertere spectandum,* (vid. Xenoph. Mem. III. 5, 6.) *sollicite aliquid observare,* (Joseph. de B. J. III. c. 7. p. 240. ed. Haverc. ἀποκαραδοκεῖ δὲ τὴν ὁρμὴν τῶν βελῶν.) deinde simpliciter apud Græcos notat: *sperare, exspectare* (Polyb. XVI. 1. ἀπεκαραδόκει τὸν κίνδυνον.) προσδοκᾶν, ut Suidas interpretatur, aut ἐλπίζειν τὸ ἐκδεχόμενον, ut explicatur ab auctore Etym. M. Ergo etiam ἀποκαραδοκία simpliciter *spem, exspectationem alicujus rei* significat, προσδοκίαν, ἀπεκδοχήν, secundum Hesychium et Suidam. In Aquilæ reliquiis verbum הוֹחִיל explicatum legitur verbo καραδοκεῖν, Ps. CXXX. 5. et nomen תּוֹחֶלֶת nomine καραδοκία, Psalm. XXXIX. 8. Prov. X. 28. ubi Theodotion voce προσδοκία et Symmachus nomine ὑπομονὴ usus est. Idem vero Aquila Hebr. הִתְחוֹלֵל Psalm. XXXVII. 7. verbo ἀποκαραδοκεῖν interpretatus est, ut adeo appareat, substantivo ἀποκαραδοκία non ampliorem notionem subjiciendam esse, quam simplici καραδοκία. Bis autem tantum legitur in N. T. Rom. VIII.

19. ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως christiani, multis malis et calamitatibus pressi, exspectant. Philipp. I. 20. κατὰ τὴν ἀποκαραδοκίαν καὶ ἐλπίδα μου prouti certissime spero et exspecto. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 60.

'ΑΠΟΚΑΤΑΛΛΑ'ΣΣΩ, attice 'ΑΠΟΚΑΤΑΛΛΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, haud differt a καταλλάσσω. Præter propriam *mutationis et permutationis* notionem speciatim significat: *facere, ut animi post iras et inimicitias in gratiam redeant et concordiam, reconciliare, concitationes et dissidia dirimere.* Hesych. ἀποκαταλλάξαι· φίλον ποιῆσαι. Phavor. ἀποκαταλλάξας· φιλοποιήσας. Ephes. II. 16. καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ et dissentientes invicem uno quasi corpore junctos reconciliaret in honorem Dei. Qui dativum τῷ Θεῷ a verbo ἀποκαταλλάξῃ pendere putant, formulam ἀποκαταλλάσσειν τῷ Θεῷ de eo interpretantur, qui homines rationem consequendi favoris divini docet Coloss. I. 20. καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα ἀποκαταλλάξαι εἰς αὐτὸν et per eum omnes invicem reconciliarentur sub imperio Christi, coll. Ephes. I. 10, 27.

'ΑΠΟΚΑΤΑ'ΣΤΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie est: *rei in priorem locum reductio, repositio, restitutio,* ab ἀποκαθίστημι, de quo supra dictum est. Hinc apud Græcos de correctione membrorum depravatorum et luxatorum, æque ac in astronomicis de revolutione stellarum ad eum, unde discesserant, locum, (Plutarch. Cæs. 58. et Æschin. Dial. III. 17.) etiam de restitutione obsidum in patriam (a Polybio III. 99.) hoc verbum usurpatum legitur. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 475. et Schweighæuser. Lex. Polyb. s. h. v. 2) *omnis restitutio prioris status et conditionis, instauratio,* nam κατάστασις est *status, conditio,* ut ex Polyb. Exc. Legat. 53. apparet, ubi legitur ἀποκατέστησαν εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς κατάστασιν τῆς πολιτείας. 3) *reductio rerum in meliorem statum, emendatio rerum corruptarum.* Hujus significationis ope explicatur vulgo locus Act. III. 21. ubi, cœlum, Petrus ait, habiturum esse Jesum ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, h. e. quamdiu tempora N. T. durant, quibus per religionem christianam omnia in meliorem statum sunt redigenda. Cf. Ernesti Opuscula Theologica p. 479. et Krebs. Obss. Flav. p. 172. Mihi vero semper arrisit Lightfooti et Knachtbulli opinio, qui nostro loco lucem affundere conati sunt e notione rariori *perfectionis, consummationis* et *absolutionis,* quam habuisse hoc vocabulum olim Hesychius testis est, qui per τελείωσις interpretatur, qua in auxilium vocata, locus ita reddendus esset: *usque dum omnia eventum habeant, quæ sunt prædicta a prophetis.* Syrus igitur non male reddidit ܠܫܘܡܠܝܐ ܕܙܒ̈ܢܐ. Certe ἀποκαθίστημι interdum *ad finem perducere, perficere,* notat, et a τελειοῦν non differt; unde etiam Hebraico שִׁלֵּם Job. VIII. 6. in versione Alex. respondet.

'ΑΠΟ'ΚΕΙΜΑΙ, fut. είσομαι, 1) proprie: *seponor, reponor, recondor,* ita, ut maxime de auro, argento omnibusque omnino rebus pretiosis usurpetur, quæ in usum futurum repositæ diligenter custodiuntur et asservantur. Symmach. Ies. X. 17. καὶ καταφάγεται τὰ ἀποκείμενα αὐτοῦ, καὶ τὰ πεφυλαγμένα αὐτοῦ. Xenoph. Anab. II. 3, 9. Suid. ἀπέκειντο· ἐταμιεύοντο. Sic Luc. XIX. 20. ἰδοὺ ἡ μνᾶ σου, ἣν εἶχον ἀποκειμένην ἐν σουδαρίῳ en! reddo tibi minam, quam habui repositam in sudario. 2) metaphorice ἀποκεῖσθαι *omnia* dicuntur, *quæ sunt non tam futura, quam alicui destinata, quæ parata et in promptu sunt et aliquem certissime manent.* Sic Coloss. I. 5. διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ob felicitatem in cœlo, quam certissime sperare potestis. 2 Tim. IV. 8. ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, quæ dicendi formula, ut dudum viderunt omnes interpretes, petita est e ratione certaminum veterum. Nam præmia certaminis, τὰ ἆθλα, exquisite ἀποκεῖσθαι dicebantur, quæ publice proponebantur et certaminum victoribus reposita erant. Cf. Krebs. Obss. Flav. p. 333 et 366. Hebr. IX. 27. ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν quemadmodum omnibus hominibus mors imminet, seu, sors humana est mori. Nec desunt hujus significationis exempla apud alios scriptores Gr. 2 Macc. XII. 45. ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον. Hos. VI. 11. καὶ σοὶ 'Ιούδα ἀπόκειται θερισμός. Pausan. VII. 2 Demophil. Similit. p. 615. τοῖς μὲν σταδιοδρομοῦσιν ἐπὶ τῷ τέρματι τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἀπόκειται. Hesych. ἀπόκειται· ἡτοίμασται. Cf. D'Orville ad Charit. p. 466. ed. Lips.

'ΑΠΟΚΕΦΑΛΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *caput amputo, decollo,* pro quo eadem in significatione leguntur καρατομέω seu ἀποτέμνω τὴν κεφαλὴν, (Xenoph. Ages. I. 35.) Hebraico כָּרַת רֹאשׁ respondet in verss. Græcis 1 Sam. XXXI. 9. Ps. CLI. 7. ed. Complut. Matth. XIV. 10. καὶ πέμψας ἀπεκεφάλισε τὸν 'Ιωάννην ἐν τῇ φυλακῇ misitque speculatorem, qui Johannem in carcere truncaret capite. Marc. VI. 16. ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα 'Ιωάννην οὗτός ἐστι hic est ille Johannes, quem decollari jussi. ibid. v. 27. et Luc. IX. 9. Sæpius non legitur in N. T. Repudiata est hæc vox ut plebeia et veterum nemini usurpata a Salmasio (p. 107. de Lingua Hellenistica) et aliis, et a Fischero Prolus. XXXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 4. in numero eorum verborum posita reperitur, quæ Macedonum et Alexandrinorum ingenia finxerunt. Legitur autem hæc vox apud Arrianum Diss. in Epictet. III. c. 26. p. 366. εἰς φυλακὴν βάλλειν καὶ ἀποκεφαλίζειν, et mox p. 67. δεσμευόμενος καὶ ἀποκεφαλιζόμενος. ibid. I. c. 1. p. 85. et in aliis scriptoribus Græcis, v. c. Artemidoro, (I. c. 37.) Dione Cassio, quorum loca Alberti, Kypke et Raphelius laudarunt. Substantivum ἀποκεφαλισμὸς legitur apud Plutarch. de Is. et Osir. p. 358. E. — Gloss. Vet. ἀποκεφαλίζων, *speculatus.* Lege: *speculator,* ut apud Senec. Consol. in Marciam c. 25. pro *monstratus* reponendum est *monstrator.* Substantivum ἀποκεφάλισμα *capitis purgationem* notare tradit Pollux Onom. II. 48.

'ΑΠΟΚΛΕΙ'Ω, fut. είσω, *claudo, occludo.* Semel legitur in N. T. Luc. XIII. 25. καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν et occluserit ostium. Pricæus ad h. l. "Proprie dicuntur κλείεσθαι αἱ θύραι ἀποκλείεσθαι autem homines. Unde est Hesychii illud: ἀποθυρούμενος, ἀποκεκλεισμένος. Est ergo hic metonymia." Respondet in versione Alex. τῷ סָגַר Genes. XIX. 10. Jud. III. 21. et נָעַל *pessulum obdidit.* 2 Sam. XIII. 17, 18. Xenoph. Anab. VII. 1. 7. Aristoph. Lysistr. 488. τὴν 'Ακρόπολιν ἡμῶν ἀπεκλείσατε μοχλοῖς. Hinc ἀπόκλεισμα et ἀποκλεισμὸς *carcer, claustrum.* Hesych. ἀποκλείσαντες· φυλακίσαντες.

'ΑΠΟΚΟ'ΠΤΩ, fut. όψω, *abscindo, ampulo, reseco,* etiam *discindo, disseco.* Marc. IX. 43. ἀπόκοψον αὐτὴν abscinde manum tuam; ubi tamen dictio ἀποκόπτειν τὴν χεῖρα æque ac formula: ἀποκόπτειν τὸν πόδα meta-

phorice de *pravis cupiditatibus* explicanda est, *quæ sunt a christianis omni studio coërcendæ et reprimendæ.* Joh. XVIII. 10. καὶ ἀπέκοψε αὐτοῦ τὸ ὠτίον τὸ δεξιὸν, coll. v. 26. Act. XXVII. 32. ἀπέκοψαν τὰ σχοινία dissecabant vincula. Apud Aristoph. Nub. v. 1124. de vitibus usurpatum legitur, et de quacunque abscissione apud Callim. Hymn. in Cerer. v. 20. Ælian. H. A. VIII. 1. Ambiguitate autem quadam laborat locus Gal. V. 12. ubi de doctoribus judaizantibus inter primos christianos sermo est, et Paulus optat ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς, h. e. e vulgari opinione, ut se ipsos sejungerent a cœtu christianorum doctores, cœtum christianorum turbantes; quæ explicatio nec ab usu loquendi abhorret, nec a contexta oratione aliena est, ut docuit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 19. Nec tamen plane improbanda est sententia Chrysostomi, Theodoreti, Theophylacti et Augustini, quam inter recentiores maxime Grotius et Raphelius in Annotatt. Polyb. p. 530. amplexi sunt, ex qua locus ita reddendus est: *per me, si velint, non modo circumcidant se, sed adeo genitalia sibi exsecent,* εἰ βούλονται, μὴ περιτεμνέσθωσαν μόνον, ἀλλὰ καὶ περικοπτέσθωσαν, quæ sunt ipsa Chrysostomi verba. Qui quidem sensus melius et contextui ipsi et linguæ Græcæ consentire, affectui adeo Pauli contra doctores judaizantes convenire videtur: ἀποκόπτεσθαι enim, ut Hebr. כָּרַת Deut. XXIII. 1. dicuntur Græcis, (Arrian. Epict. II. 20, 19.) *quibus virilitas exscinditur,* vel in media significatione, *qui ipsi illam sibi amputant.* Hesych. ἀπόκοπος· εὐνοῦχος. Idem tradit Schol. Luciani Cronos. 12.

'ΑΠΟ'ΚΡΙΜΑ, τος, τὸ, 1) *responsio, responsum.* Est enim verbale a prima persona perf. pass. ἀποκέκριμαι verbi ἀποκρίνω. Ælian. H. A. IX. 15. 2) *sententia, decretum,* speciatim: *sententia condemnatoria,* i. q. κατάκριμα. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. I. 9. ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν sed ipsi contra nos sententiam condemnatoriam ferebamus, h. e. ego memet ipsum quasi capitis damnavi, mortem certissime exspectans. Chrysost. Homil. II. in h. ep. τὸ ἀπόκριμα per τὴν ψῆφον, τὴν κρίσιν, τὴν προσδοκίαν interpretatur. Hesych. ἀπόκριμα· κατάκριμα, ψῆφον.

'ΑΠΟΚΡΙ'ΝΟΜΑΙ, fut. οῦμαι, aor. 1. ἀπεκρίθην. 1) proprie: *secernor, discernor,* ab ἀποκρίνω *secerno,* quam notionem vere habuisse olim, Phrynichus auctor est in Eclogis suis p. 40. ed. Pauw. qui observat, peccare eos, qui τῷ ἀποκριθῆναι pro *respondisse* uterentur, quod διαχωρισθῆναι significet: Græcos autem, si exprimere vellent *respondendi* notionem, forma aor. 1. media ἀποκρίνασθαι usos fuisse. Hic enim profecto, nec ullus alius est sensus verborum ejus: ἀποκριθῆναι διττὸν ἁμάρτημα. ἔδει γὰρ λέγειν ἀποκρίνασθαι καὶ εἰδέναι, ὅτι τὸ διαχωρισθῆναι σημαίνει. Sed hanc Phrynichi regulam evertere conatus est Schwarzius in Notis ad Olearium de Stilo N. T. p. 16. et in Comment. L. Gr. p. 163. 2) *respondeo ad interrogata vel antecedentia.* Matth. XVI. 16. ἀποκριθεὶς δὲ Σίμων Πέτρος εἶπε. ib. XVII. 11. ubi v. 10. ἐπερωτᾷν præcesserat. Joh. XI. 23. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς λέγων. Luc. XIII. 25. καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν. In his vero et multis aliis N. T. locis, uti notio *respondendi,* quam habet et apud Græcos verbum ἀποκρίνεσθαι, in dubium nullo modo vocari potest, ita fere semper verba λέγειν, εἰπεῖν, ἐρεῖν, pleonastice addita leguntur et quidem more Hebræorum, qui, cum exponendum est, quid quispiam responderit, solent simul uti verbo אָמַר et verbo עָנָה v. c. Genes. XVIII. 27. וַיַּעַן אַבְרָהָם וַיֹּאמַר Alex. καὶ ἀποκριθεὶς Ἀβραὰμ εἶπε. Exod. IV. 1. Deut. XXVII. 7. Conf. Vorstium de Hebraismis N. T. cap. XXXIII. p. 606. ed. Fischer et quæ contra eum disputavit Vitringa Cap. VI. Vide etiam I. C. Schwarzii Monumenta Ingeniorum T. III. p. 294. 3) per synecdochen speciei significat omnino: *verba facere, loqui,* et quidem ita, et nunc sit *sermonem incipere,* nunc *continuare orationem,* interdum *alloqui, compellare* significet, interdum etiam plane abundet. Matth. XVII. 4. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε, ubi ἀποκριθεὶς πλεονάζει. ib. XXVII. 21. Marc. IX. 5. Luc. VII. 40. et Jesus eum ita allocutus est. Matth. XII. 38. Apoc. VII. 13. Matth. XI. 25. ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε continuavit Jesus sermonem suum. ibid. XXII. 1. XXVI. 25 et 63. Act. III. 12. Eandem notionem habet Hebraicum עָנָה Deut. XXVI. 5. Job. III. 2. in versione Alex. ἀποκρίνομαι pro הוֹדִיעַ Job. XXXVIII. 3. XL. 7. pro הִשְׁמִיעַ 1 Regg. XX. 12. et pro אָמַר Genes. XXIX. 26. Exod. XXI. 5. positum legitur. 4) *defendo me, purgo me crimine,* i. q. ἀπολογοῦμαι. Matth. XXVI. 62. οὐδὲν ἀποκρίνῃ, τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσι; nihilne respondere potes ad ea, quorum hi te incusant? seu: jam causam tuam age. ibid. XXVII. 12. οὐδὲν ἀπεκρίνατο nihil ad criminationes illas respondit. Joh. V. 17. Sic Plato Apol. Socr. § 2. καὶ ἐλέγχειν μηδενὸς ἀποκρινομένου, ubi cf. Fischeri Notas. Phavor. ἀποκρίνασθαι· τὸ ἀπολογῆσαι. Harpocrat. ἀπόκρισις· ἡ ἀπολογία. 5) *de eo* dicitur, *qui supplicem exaudit et precibus ejus annuit,* ad imitationem Hebr. עָנָה, quod hoc in sensu haud raro Deo tribuitur in V. T. v. c. Ies. LXV. 24. 1 Sam. VII. 9. Psalm. III. 5. conf. Glassii Philol. S. p. 955. ed. Dathii. Huc refero locum Lucæ XXII. 68. ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ μοι si vel rogarem, ut me dimittatis, non me supplicantem admittetis aut me dimittetis.

'ΑΠΟ'ΚΡΙΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *responsio, responsum,* ab ἀποκρίνομαι. Joh I. 22. ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν ut responsum referre possimus. ibid. IX. 9. Phavor. ἀπόκρισις λέγεται, ὅταν ἐρωτᾷ τίς τινὰ καὶ ἐκεῖνος ἀποκρίνεται. Respondet Hebr. מַעֲנֶה Job. XXXV. 5. Prov. XV. 1. in vers. Alex. in qua etiam pro יַעֲנֶה Job. XV. 2. legitur ἀπόκρισιν δώσει. Xenoph. Œcon. 7. 38. Hier. I. 35. 2) *sermo, oratio.* Luc. II. 47. ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ ejus sapienter dicta. ib. XX. 26. Hinc pro דָּבָר Deut. I. 22. in vers. Alex. legitur.

'ΑΠΟΚΡΥ'ΠΤΩ, fut. ύψω, 1) proprie: *abscondo, occulto, contego, operio,* ita, ut subductionem rei ex alterius conspectu indicet. Matth. XXV. 18. ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον abscondidit argentum. 2) metaphorice: *reticeo, celo, non revelo, non manifesto,* et passivum ἀποκρύπτεσθαι de *omni re* usurpatur, *quæ non cognoscitur nec intelligitur.* Matth. XI. 25. ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ συνετῶν καὶ σοφῶν quod ea, quæ non cognoscuntur ab iis, qui sibi docti et sapientes videntur, etc. Luc. X. 21. 1 Cor. II. 7. σοφίαν Θεοῦ τὴν ἀποκεκρυμμένην doctrinam divinam, quæ antea plane ignota erat; i. q. ἐν μυστηρίῳ. Ephes. III. 9. μυστηρίου τοῦ ἀποκε-

κρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ doctrina, quæ ab æterno latuit in intellectu divino et nemini præter Deum cognita fuit. Coloss. I. 26. opponitur *τῷ φανεροῦσθαι.* Sæpius non legitur in N. T. Plutarch. Romul. c. 7. *ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρύψομαί σε.*

ἈΠΌΚΡΥΦΟΣ, *ου, ὁ, ἡ,* 1) *occultus, absconditus, arcanus et obscurus,* ut in Gloss. Vett. explicatur. Marc. IV. 22. *οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ,* coll. Luc. VIII. 17. *οὐδὲ ἀπόκρυφον ὃ οὐ γνωσθήσεται* nihil est tam occultum quod progressu temporis non sit in lucem proferendum. Herodot. II. 35. Xenoph. Sympos. VIII. 11. 2) *repositus, reconditus.* Coloss. II. 3. *ἐν ᾧ εἰσὶ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι* in quo sapientiæ et cognitionis omnes thesauri sunt reconditi; ubi metaphora mihi quidem a thesauris desumta videtur, qui reconduntur, unde in vers. Alex. *τὰ ἀπόκρυφα* Dan. XI. 43. pro מִכְמַנֵּי *thesauri reconditi* et Ies. XLV. 3. pro מַטְמֹן legitur. 1 Macc. I. 23.

ἈΠΟΚΤΕΊΝΩ, fut. *ενῶ,* 1) *interficio, occido,* sive id fiat cognita et examinata causa, sive impetuose, sive gladio seu alio modo. Matth. X. 28. *ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα* qui corpus quidem interimere possunt. (Eadem formula occurrit apud Josephum de Maccabæis T. II. p. 515. ed. Havercamp.) Joh. VIII. 37. Apoc. XIII. 10. Interdum construitur cum præpositione *ὑπὸ,* v. c. Apoc. VI. 9. ubi vid. Wetstenius. 2) laxiori sensu: *non prospicio vitæ alicujus, curam vitæ alicujus abjicio.* Marc. III. 4. *ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀποκτεῖναι* curam vitæ hominis in se recipere aut abjicere. coll. Luc. VI. 9. ubi est *ἀπολλύειν ψυχήν.* 3) *mortem minor, condemnationis et mortis sententiam contra aliquem pronuncio, capitis damno.* 2 Cor. III. 6. *τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείναι* lex Mosaica scripta pœnas seu mortem denunciat hominibus. Eodem modo הֵמִית sumitur Ezech. XIII. 19. et *ἀποκτείνειν* apud Xenoph. Mem. I. 1. 18. et IV. 8. 5. 4) *miserum reddo et infelicem.* Sic Rom. VII. 11. *ἡ ἁμαρτία δι' ἐντολῆς ἀπέκτεινέν με* vitiositas, cui materiam præbuit vim suam exserendi interdictum divinum, facta est causa miseriæ. Matth. X. 28. *τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι* animum vero hominis felicitate sua privare non valent. Conf. quæ ad *ἀποθνήσκω* et *θάνατος* dicta sunt. Sic הָרַג quandoque (v. c. Psal. XLIV. 23. et LXXVIII. 34.) per synecdochen est: *gravius affligere, gravissimas calamitates infligere.* Etiam apud Græcos *ἀποκτείνειν,* ut Lat. *enecare,* in universum significare: *molestiam alicui creare,* docuit Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. v. 1064. 5) *aufero, finem impono, aboleo.* Ephes. II. 16. *ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν* auferens discordiarum causam morte sua in cruce. Conf. Abresch. Auctar. Obss. ad Æschylum III. p. 99.

ἈΠΟΚΥΈΩ, *ῶ,* fut. *ήσω,* 1) proprie: *pario, genero.* Verbum proprium prægnantium, quæ fœtum maturum emittunt et deponunt, ex *ἀπὸ* et *κυέω* vel *κύω in utero gero, prægnans sum.* Phlegon Trall. Mirab. c. 22. 24. 25 et 29. *καὶ ἑτέρα τις γυνὴ πέντε ἐνὶ τοκετῷ ἀπεκύησε παῖδας.* Alia loca larga manu dedit Wetstenius N. T. T. II. p. 662. Gloss. Vet. Steph. *ἀποκυήσασα· enixa. ἀποκύησις· puerperium.* Interdum tamen etiam *gignendi* notionem habet, ut docuit Maius Obss. Sacr. Vol. II. p. 184. Sed in N. T. ubi bis tantum legitur, metaphorice adhibetur, ita, ut 2) significet: *auctorem, causam esse alicujus rei.* Jacob. I. 15. *ἁμαρτία ἀποκυεῖ θάνατον* et peccatum causa infelicitatis et pœnarum evadit; ubi *ἁμαρτία* veluti mulier ab apostolo introducitur, quo habitu tam virtutes, quam vitia a gentilibus delineari constat. Cæterum *generare* et *parere* de *quavis rei productione et eventu* quandoque usurpari in Script. Sac. docuit Glassius Philol. S. p. 1188. ed. Dathii. 3) *emendo, immuto animum alicujus.* Jacob. I. 18. *βουληθεὶς ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας* pro benignitate sua emendavit nos per religionem christianam. Conf. Glass. l. l. et quæ infra ad *τίκτω* et *ὠδίνω* dicentur.

ἈΠΟΚΥΛΊΩ, fut. *ίσω, devolvo, volvendo amolior et removeo,* id. quod *ἀποκινέω,* et opponitur *τῷ προσκυλίω.* Matth. XXVIII. 2. *ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας* devolverat saxum de ostio. Marc. XVI. 3, 4. Luc. XXIV. 2. Sæpius non legitur in N. T. Genes. XXIX. 8. *καὶ ἀποκυλίσουσι* (וְגָלֲלוּ) *τὸν λίθον ἀπὸ τοῦ στόματος τοῦ φρέατος.* ib. v. 3. 10. Apollodor. Bibl. III. c. 14. § 7.

ἈΠΟΛΑΜΒΆΝΩ, fut. *λήψομαι,* 1) *accipio, nanciscor, consequor, obtineo,* et in bonam et in malam partem. Luc. XXIII. 41. *ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν* pœnas facinorum nostrorum luimus, seu dignum factis invenimus exitum. Syrus: nam sicut digni sumus et sicut fecimus ܐܬܦܪܥܢ retributionem accepimus. Rom. I. 27. *καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες* fructus in se ipsis tales, quales decebat, experti sunt. Rom. IV. 5. *ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν* ut fiamus filii Dei. Coloss. III. 24. *ἀπὸ Κυρίου ἀπολήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας,* ubi in codd. quibusdam *λήψεσθε* legitur. 2 Joh. v. 8. *ἀλλὰ μισθὸν πλήρη ἀπολάβωμεν* sed justam mercedem consequamur. 2 Macc. VIII. 6. *καὶ τοὺς ἐπικαίρους τόπους ἀπολαμβάνων.* In vers. Alex. *τῷ* לָקַח respondet Num. XXXIV. 14. 2) *recipio,* h. e. *accipio aliquid, ita, ut non habeam, quod in posterum exspectem.* Luc. XVI. 25. *μνήσθητι, ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου* memento, te recepisse bona tua in vita tua. 3) *recupero quod antea meum fuit, recipio.* Luc. VI. 34. *καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν* et si iis commodatis, a quibus vos recepturos speratis. Ibid, *ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα* ut paria recipiant. Huc pertinet Gloss. Vet. apud Labbæum p. 40. *Consequerentur* (Lege: *Consequantur*), *ἀπολάβωσι.* Luc. XV. 27. *ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν* quod sanum recepit. ib. XVIII. 30. *ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα* qui non modo hæc omnia multiplicata recipiat. In loco parallelo Marc. X. 30. est simplex *λαμβάνειν.* Chariton. I. 13. p. 27. ed. Lips. *ἀνύβριστον ἀπολήψεταί σε Χαιρέας.* Polyb. II. 61. 10. 4) *excipio, hospitio admitto.* 3 Joh. v. 8. *ἡμεῖς οὖν ὀφείλομεν ἀπολαμβάνειν τοὺς τοιούτους* debemus tales hospitio admittere, amare, benigne et reverenter tractare. 5) *abduco, seorsum sumo* vel *duco.* Marc. VII. 33. *καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν* et cum abduxisset illum a turba seorsum. Qua significatione etiam legitur apud Philostrat. Vit. Apollon. VII. c. 18. p. 798. Appian. Alex. Vit. Apollon. VII. c. 18. p. 298. Joseph. B. J. II. 7. 2 Macc. IV. 46. VI. 21. *ἀπολαβόντες αὐτὸν κατ' ἰδίαν παρεκάλουν.* Phavor. *ἀπολαμβάνω· τὸ κεχρεωστημένον κυρίως λαμβάνω, ἀφ' οὗ καὶ ἀπείληφα καὶ ἀπέλαβον κ. τ. λ.*

ἈΠΌΛΑΥΣΙΣ, *εως, ἡ,* dupliciter usurpatur a scriptoribus Græcis, ita, ut 1) *voluptatem, oblectationem,*

quam ex aliqua re percipimus, significet, de qua significatione exposuit Gataker. ad M. Antonin. III. 6. p. 76. Hesych. ἀπολαύει· τρυφᾷ. Aristot. Ethic. I. c. 5. ἀπολαυστικοὺς vocat, qui voluptati dediti sunt. Cf. meum Spicilegium II. Lexici Bieliani p. 22. 2) *usum, perceptionem, commodum, utilitatem, ex aliqua re ad nos redundantem,* ab ἀπολαύω, quod tam de malis, (Ælian. V. H. II. 34.) quam de bonis, quæ nobis eveniunt (Ælian. V. H. IV. 9. XII. 25.) usurpatur a Græcis. Confer Hemst. ad Lucian. T. I. p. 101. s. et Alberti ad Hes. I. p. 469. 1 Tim. VI. 17. τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν qui nobis copiose omnis generis bona præbet et largitur. Vide ad h. l. Wetstenium, Hebr. XI. 25. πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν, ubi plerique interpretes quidem ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν de oblectatione, ex peccatis descendente, præeuntibus Vulgato, (qui voce *jucunditas* usus est,) Syro et Arabe interpretati sunt, sed repugnante ipsa historia, quæ jubet nos hanc formulam de feliciore illo rerum statu explicare, quo Moses, idolorum cultui addictus, in aula Pharaonis frui potuisset. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. Mem. II. 1, 33. ἡδεῖα—σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις. et Hier. I. 26. αἱ τῶν ἀφροδισίων ἀπολαύσεις.

'ΑΠΟΛΕΙ'ΠΩ, fut. είψω, 1) *relinquo, derelinquo.* 2 Tim. IV. 13. ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρῳάδι quem Troade reliqueram. et v. 20. ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενοῦντα Mileti ægrotum reliqui. Hinc ἀπολείπεσθαι κατ' ἐξοχὴν apud Græcos de cursoribus usurpabatur, qui relicti vincebantur, observante Harpocratione. 2) *desero.* Jud. v. 6. ἀγγέλους ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον angelos, qui deseruerunt domicilium suum, h. e. non tuiti sunt dignitatem et præstantiam ipsis concreatam. Xenoph. Ages. 2. 29. Passivum ἀπολείπομαι de *eo, quod futurum est et restat,* usurpatur et idem significat, quod καταλείπομαι. Sic Hebr. IV. 6. ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεται quia itaque futurum erat. ibid. v. 9. ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς imminet igitur adhuc sabbati celebratio. ib. X. 26. οὐκ ἔτι περὶ ἁμαρτιῶν ἀπολείπεται θυσία nullum amplius sacrificium expiatorium exspectandum est.

'ΑΠΟΛΕΙ'ΧΩ, *lingo, lambo,* nec differt a simplice voce λείχω, (quæ pro לָחַךְ Mich. VII. 17. in versione Alex. legitur) quod contra eos observandum est, qui ob præpositionem ἀπὸ *delingere, lambendo auferre* vertere solent. Semel tantum legitur in N. T. Luc. XVI. 21. οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ canes lingebant ulcera ejus. ubi vid. Wetstenius. Aristoph. Vesp. 27. Eodem modo לָקַק est canum proprium. Confer Jud. VII. 5. et 1 Reg. XXI. 19.

'ΑΠΟ'ΛΛΥΜΙ, seu 'ΑΠΟΛΛΥ'Ω, fut. λέσω, fut. 2. λῶ, perf. ἀπολώλεκα. Vox πολύσημος. 1) *perdo, amitto, jacturam facio.* Homer. Odyss. β', 96. Ælian. Var. Hist. XX. 20. Matth. V. 29. ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου uno membrorum tuorum privari. ib. v. 30. Matth. X. 39. ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ qui mei causa vel mortem subire (seu vitæ suæ jacturam facere) paratus fuerit, et v. 42. οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ nequaquam ei deerunt justa præmia. Marc. IX. 41. Luc. XV. 4. καὶ ἀπολέσας ἓν ἐξ αὐτῶν et unam (ovem) ex iis amiserit. ib. v. 6 et 8. Jacob. I. 11 καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπώλετο et speciosa ejus forma evanescit. Hinc τὸ ἀπολλύμενον *omne* dicitur, *quod fluxum est et facile perit,* v. c. Joh. VI. 27. ubi ἡ βρῶσις ἡ ἀπολλυμένη, cibus periturus et terrestris, opponitur τῷ βρῶσις ἡ μένουσα εἰς ζωὴν αἰώνιον. Deut. XXXII. 28. ἔθνος ἀπολωλεκὸς βουλήν ἐστι. Sirac. XXIX. 19. καὶ ὁ ἀπολωλεκὼς αἰσχύνην. ib. XLI. 4. καὶ ἀπολωλεκότι τὴν ὑπομονήν. ib. VIII. 15. IX. 6. Medium, ἀπολλύομαι, *errare, in incertum vagari* notat et maxime de pecudibus, quæ aberrarunt e pascuis, dicitur. Sic legitur Matth. X. 6. πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ ad Israëlitas, qui, cura doctorum idoneorum destituti, similes sunt ovibus vagantibus, coll. 1 Petr. II. 25. ubi πρόβατα πλανώμενα eodem respectu dicuntur. Mat. XV. 24. Hinc lucem etiam fœneratur locus Matth. XVIII. 11. ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς venit Christus eo consilio, ut salutaris suæ doctrinæ cognitione imbueret omnes, qui sunt idonea religionis scientia destituti. Sic autem אָבַד Hebræorum æque ac Arab. ابد usurpatur 1 Sam. IX. 20. Prov. XXXI. 6. Ps. CXIX. 176. Jer. L. 6. et 1 Macc. III. 9. ἀπολλύμενοι sunt *dissipati, in fugam conversi.* Sic simplex quoque ὄλλυμι usurpatur apud LXX. Jerem. XXXI. 2. ubi ὀλωλεκότες non sunt, *qui perierunt,* ut Montfauconius male reddidit, sed, *qui in fugam versi huc et illuc discursitant et errant* ac Hebr. שְׂרִידִים respondet, quod est a شرد *fugit a gladio.* 2) *perdo, vanum et irritum reddo, privo potestate, vi et efficacia.* 1 Cor. I. 19. ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν vanam et irritam reddam et declarabo eruditionem doctorum, ubi cum ἀθετήσω permutatur. Chrysostomus in Homil. ad h. l. ἔδειξεν οὖσαν ἀνόητον. Fortasse conferri cum h. l. potest locus Abdiæ v. 8. ἀπολῶ τοὺς σοφοὺς ἐκ τῆς Ἰδουμαίας. et Job. VIII. 13. Marc. I. 24. ἦλθες ἀπολέσαι ἡμᾶς, quæ verba non verterem: *venisti cruciare nos,* sed: *venisti eo consilio, ut nos potestate nostra privares.* 3) *corrumpo, vitio, depravo quocunque modo.* Matth. IX. 17. καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται et rumperentur utres. Huc etiam referrem locum Joh. VI. 12. ἵνα μή τι ἀπόληται ne quid periret, ubi nostro **umkommen**, *to perish,* respondet, et de iis usurpatur, quæ non in usum humanum convertuntur. 4) *interficio, occido, exitio do.* Hesych. ἀπολλύει· φονεύει. ἀπόλλυε· φόνευε εἰς ἀπώλειαν. Sic Matth. II. 13. τοῦ ἀπολέσαι αὐτὸ pueri neci studet. ibid. XII. 14. XXI. 41. κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτοὺς male perdet illos flagitiosos, seu crudelissimo mortis genere afficiet. (Cebes c. 21. ἀπόλλυται κακὸς κακῶς.) XXVI. 52. ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται (in aliis codd. ἀποθανοῦνται legitur) gladio ut percutiantur digni sunt. ib. XXVII. 28. τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀπολέσωσιν Jesu vero mortem postularent, aut: sibi expeterent. coll. v. 22. Luc. XI. 51. τοῦ ἀπολομένου μεταξὺ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ τοῦ οἴκου interfecti intra templum et altare. Joh. X. 10. Act. V. 37. 2 Cor. IV. 9. ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι sed non interficimur. Respondet Hebr. הָרַג Gen. XX. 4. Esther. IX. 11, 16. Ies. XXX. 25. 1 Macc. II. 37. ὅτι ἀκρίτως ἀπόλλυτε ἡμᾶς. Hist. Susan. v. 45. καὶ ἀπαγομένης αὐτῆς ἀπολέσθαι. Hinc 5) ἀπολλύεσθαι *versari in summo vitæ periculo et discrimine.* Matth. VIII. 25. σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα fer nobis opem, nam actum est de nobis. Marc. IV. 38. οὐ μέλει σοι, ὅτι ἀπολλύμεθα; num nos intereuntes æquis oculis adspicis? Apud Symm. Prov. XXXI. 6. ἀπολλύμενος, ut Hebr. אוֹבֵד est *morti destinatus et quasi addictus.* Conf. supra ad ἀποθνήσκω. 6) *miserum reddo, pœnis*

afficio molestiam ac indignationem creo alicui. Matth. X. 28. *τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ* qui animum cum corpore exitio dare valet. ibid. XVIII. 14. *ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων* ne unus quidem horum despectorum meorum cultorum infelix reddatur. Joh. III. 15. *μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον,* et v. 16. Rom. II. 12. *ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται* non secundum normam legis Mosaicæ condemnati punientur; opponitur *διὰ νόμου κριθήσονται.* Rom. XIV. 15. *μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε* ne ciborum usu molestiam et indignationem crea; præcessit enim verbum *λυπεῖν.* Hesych. *ἀπολλύειν· λυπεῖν.* 1 Cor. VIII. 11, 13. in eadem re *ἀπόλλυμι* et *σκανδαλίζω* permutantur invicem. 1 Cor. XV. 18. *ἀπώλοντο* jam infelicissimi sunt, actum est de illis. Sirac. X. 3. *βασιλεὺς ἀπαίδευτος ἀπολεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ.* ib. XX. 24. *ἔστιν ἀπολλύων τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.* ibid. XXXI. 30. *πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσεν ὁ οἶνος.* Hinc *ἀπολλύεσθαι* metaphorice in N. T. partim de *iis* usurpatur, *qui repudiant doctrinam christianam et respuunt,* partim de *iis* dicitur, *qui a cognita religione christiana deficiunt,* et hoc modo se miseros reddunt, ut effectus sit pro causa positus. Joh. XVII. 12. *καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο* et nullus eorum castra mea deseruit. 1 Cor. I. 18. *τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστί*; ubi *ἀπολλύμενοι* iidem sunt, qui alibi *ἀπειθοῦντες* dicuntur, et opponuntur *τοῖς σωζομένοις,* 2 Cor. II. 15. 2 Thess. II. 10.

ἈΠΟΛΛΥ'ΩΝ, *οντος, ὁ, perditor, vastans,* participium ab *ἀπολλύω.* Nomen regis Tartari, qui Hebraice אֲבַדּוֹן vocatur, Apoc. IX. 11. Cf. supra ad Ἀβαδδών.

ἈΠΟΛΛΩΝΙ'Α, *ίας, ἡ, Apollonia.* Est, teste Stephano, nomen urbis maritimæ in Macedonia, celebris coloniæ Corinthiorum et Corcyræorum, quæ ab Amphipoli unius diei itinere distabat. Per hanc Paulus cum sociis itineris profectus Thessalonicam venisse legitur Act. XVII. 1. Nomen suum nacta est sine dubio ab Apolline, cui dicata, sive sacra fuit. Cæterum non confundendam esse Apolloniam, cujus in Actis mentio fit, cum Apollonia illa celebriori, quæ Illyriæ urbis fuit, (Ptolem. III. 13.) pluresque in Macedonia ipsa urbes fuisse, quæ Apollonia dicebantur, e monumentis veterum diligenter docuit Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 81 seq. Cellar. Notit. Orb. Ant. II. c. 13. sect. 53.

ἈΠΟΛΛΩ'Σ, *ὼ, ὁ, Apollos.* Est nomen cujusdam Judæi, genere Alexandrini, ad religionem christianam conversi, insignis postea doctoris in ecclesia apostolica, viri diserti et in litteris sacris probe versati. Act. XVIII. 24. *ἀνὴρ λόγιος δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς* vocatur. ibid. XIX. 1. 1 Cor. I. 12. III. 4, 5, 6, 22. IV. 6. XVI. 12. Tit. III. 13. Sinistre ac inique de eo judicat B. A. Hopf. in Comment. de Apolline Pseudodoctore. Hagæ 1782. 8.

ἈΠΟΛΟΓΕ'ΟΜΑΙ, *οῦμαι,* fut. *ήσομαι,* 1) *causam dico pro me, defendo me, pro defensione mea aliquid profero, sive voce, sive scripto.* Luc. XII. 11. *πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε* quomodo et quid ad defensionem vestram dicatis. ibid. XXI. 14. *μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι* non antea meditari defensionem vestram. Act. XIX. 33. *ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ* ad populum dicere, aut, volebat nationem suam purgare. ibid. XXIV. 10. XXV. 8. XXVI. 1, 2, 24. 2 Cor. XII. 19. *δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα*; num putatis, quod vobis nos excusandi causa hæc dixerimus? Confer D'Orville ad Charit. III. c. 3. pag. 361. ed. Lips. 3) *excuso,* simpliciter. Rom. II. 15. *ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων* et sana ratione eos vel accusante vel excusante, seu eorum facta vel improbante vel probante. Phavorin. *ἀπολογεῖσθαι ἐστὶ τὸ ἐπὶ τῷ λόγῳ τὴν κατηγορίαν ἀνασκευάζειν.*

ἈΠΟΛΟΓΙ'Α, *ίας, ἡ, apologia, defensio, purgatio, excusatio, quæ fit verbis aut scriptis.* Act. XXII. 1. *ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν ἀπολογίας.* ibid. XXV. 16. *τόπον τε ἀπολογίας λάβοι* locumque se ab objecto crimine purgandi obtinuerit. 1 Cor. IX. 3. *ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν αὕτη ἐστὶ* hæc autem est mea defensio adversus opinatos meos judices. 2 Cor. IV. 11. Philipp. I. 7, 17. 2 Tim. IV. 16. 1 Petr. III. 15. *ἕτοιμοι ἀεὶ ἔστε πρὸς ἀπολογίαν* parati estote semper ad defensionem religionis christianæ. Phavor. *ἀπολογία λέγεται, ὅταν τινὸς κατηγορῇ τις, καὶ ἀπολογεῖται ὁ κατηγορούμενος. καὶ ἀπολογία, ἡ πληροφορία.*

ἈΠΟΛΟΥ'Ω, fut. *ούσω,* 1) *abluo,* ita, ut quamvis mundationem a sordibus physicis indicet, quibus aliqua res coinquinata et commaculata est. Athenæus III. p. 97. Lucianus Lexiph. 4. 2) metaphorice: *libero aliquem a peccatis et pœnis peccatorum,* quia vitiositas in Litt. Sacr. eleganter cum sordibus comparatur, quibus animus commaculatus et contaminatus est. Act. XXII. 16. *ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου* baptismo suscepto purga te ab omni vitiositate, seu, renuntia omni vitiositati. 1 Cor. VI. 11. *ἀλλὰ ἀπελούσασθε* sed liberati estis baptismo ab his commemoratis vitiis. Sæpius non legitur in N. T. Ies. I. 16. רַחֲצוּ הִזַּכּוּ הָסִירוּ רֹעַ מַעַלְלֵיכֶם מִנֶּגֶד עֵינָי חִדְלוּ הָרֵעַ

ἈΠΟΛΥ'ΤΡΩΣΙΣ, *εως, ἡ.* In notione hujus vocis in N. T. constituenda etymologia plane negligenda videtur. Negari quidem non potest, hanc vocem proprie 1) notare *redemtionem ejus, qui captivus detinetur, sive bello, sive alio captus sit modo, quæ fit per pretii solutionem,* quo sensu verbum *ἀπολυτρόω* legitur haud raro in scriptt. Gr. Hesych. *ἀπολύτρωσιν· ἀπόλυσιν,* coll. Homer. Iliad. XXII. 50. (conf. infra sub *λύτρον* et *λυτρόω*); sed in N. T. libris hoc substantivum, ut omnia vocabula, a *λύτρον* derivata, 2) *de quavis liberatione et vindicatione, etiam quæ fit absque solutione alicujus pretii,* adhibetur, ad imitationem Hebraici פָּדָה cui *λυτρόω* proprie respondet, sed ab Alexandrinis per *ἀπολυτρόω,* Exod. XXI. 8. *ῥύω,* Job. V. 20. Ps. LXVIII. 18. et *σώζω,* Job. XXXIII. 28. Ies. I. 27. redditur. Sic in N. T. speciatim *ἀπολύτρωσις* α) *liberationem a malis, periculis et persecutionibus* notat. Luc. XXI. 28. *διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν* jam instat vestra liberatio a persecutionibus Judæorum. Hebr. XI. 35. *οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν* non utebantur concessa ipsis potestate effugiendi hæc mala. β) *liberationem ab hoc corpore, miseriis et malis presso,* ita, ut vel omittatur *τοῦ σώματος,* vel addatur. Rom. VIII. 23. *ἀπεκδεχόμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν* exspectantes liberationem ab hoc corpore nostro. Ephes. I. 14. *εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως,* i. q. *εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως.* ib. IV. 30. usque ad tempus, quo Deus christianos ab hoc corpore liberabit. γ) *liberationem a culpa et pœna peccatorum, expiationem peccatorum.* Rom. III. 24. *διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ* per liberationem a pœnis divinis per mortem Christi cruentam factam. Ephes. I. 5. *ἀπολύτρωσις* cum *ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν* permutatur. Hebr. IX. 15. *εἰς ἀπολύτρωσιν τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων* ad expianda peccata, quæ ante conversionem ad religionem christianam com-

miserant. Alb. Gloss. N. T. p. 97. ἀπολυτρώσεως· ἀφέσεως. ibid. p. 103. ἀπολύτρωσιν· ἀποκατάστασιν. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀπολύτρωσις, *eliberatio, expiatio*. 3) *ille ipse, cui liberationem a malis, a culpa et pœna peccatorum debemus*. 1 Cor. I. 30. Χριστὸς ἐγενήθη ἡμῖν ἀπολύτρωσις Christus factus est nobis causa, seu auctor remissionis peccatorum. Cf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 463.

'ΑΠΟΛΥ'Ω. fut. ύσω, proprie 1) *solvo, dissolvo, resolvo, quod ligatum, colligatum et connexum est*. Sed in hac propria significatione, apud Homerum et Aristotelem obvia, haud legitur in N. T. libris. 2) *libero a rebus, quæ ærumnas, calamitates, cruciatus secum ferunt*. Luc. XIII. 12. ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου liberâ sis a morbo tuo. Morbis enim, ut morti, vincula tribuebantur, quibus constringerent homines. 2 Macc. VI. 22. ἵνα τοῦτο πράξας ἀπολυθῇ τοῦ θανάτου. ib. v. 30. Polyb. II. 52. 2. ἀπολύειν τινὰ προβλήματος *liberare aliquem a dubitatione*. ib. III. 62. 10. Suid. ἀπέλυσεν· ἐλυτρώσατο. 3) *dimitto, abire, discedere jubeo alterum*. Matth. XIV. 15. ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους dimittas populum. v. 22, 23. (collato loco parallelo Marc. VI. 46. ubi ἀποτάσσεσθαι legitur.) XV. 32, 39. Act. XIX. 40. ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν concionem dimittebat. (Polyb. III. 34. διέλυσε τὴν ἐκκλησίαν. Plutarch. Phocion. p. 758. pro quo apud Aristoph. Acharn. 172. et Eccles. 377. λύειν τὴν ἐκκλησίαν dicitur.) ib. XXIII. 22. ὁ μὲν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν tribunus igitur dimisit adolescentem. Eodem modo *absolvere* pro *dimittere* apud Plaut. Epidic. Act. V. Sc. I. v. 25. Interdum ἀπολύειν *dimittere aliquem* significat, *ita, ut eum compotem voti feceris*, v. c. Matth. XV. 23. ἀπόλυσον αὐτὴν satisfac eorum precibus. Eleganter de hac ἀπολύειν notione egit Wesseling. ad Diod. Sic. II. 3.—Quandoque ἀπολύειν *non admittere* notat, v. c. Luc. VIII. 38. ut 1 Joh. IV. 18. ἐκβάλλειν non est *ejicere*, sed, *non recipere*. Medium et Passivum ἀπολύεσθαι *dimitti, dimittere se ipsum, abire, discedere*, haud raro etiam legitur in scriptoribus N. T. æque ac Græcis. Act. XV. 30. οἱ μὲν οὖν ἀπολυθέντες, coll. v. 22 et 23. ibid. v. 33. ἀπελύθησαν μετ' εἰρήνης dimissi sunt bonis cum ominibus votisque. ibid. XXVIII. 25. ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους ἀπελύοντο discordes facti discesserunt. Exempla e scriptoribus Græcis dabit Gataker. ad M. Antonin. XI. 3. p. 319. et Raphelius in Annotatt. Polyb. p. 408. Sic etiam διαλύομαι usurpatur apud Thucyd. V. 113. Xenoph. Cyr. VII. 5. 15. 4) *divortium facio cum uxore, vel desponsata, et eam repudio*. Græcis *uxorem dimittere* (Sueton. Ner. 17.) ἀποπέμπειν, vel ἀποπέμπεσθαι γυναῖκα dicitur, (Herodian. V. 6. s. 1. Demosth. Orat. in Neæram p. 524.) etiam ἐκβάλλειν γυναῖκα (ut apud Demosthenem l. l. p. 525 et 529. Thom. M. sub ἀπολείπει). Vide Wesseling. ad Diod. Sic. Lib. XII. p. 490 Matth. I. 19. ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολῦσαι αὐτὴν decrevit eam clam dimittere, aut: ei repudium mittere. coll. v. 18. Matth. V. 31, 32. XIX. 3. Marc. X. 4. Eodem sensu Hebraicum שָׁלַח usurpatur Deut. XXII. 19, 29. Jer. III. 8. 3 Esdr. IX. 36. Justin. XI. 11. § 5. in eadem re formula *repudio dimittere* usus est. Gloss. ἀπόλυσις γαμετῆς ἢ μνηστῆς, *repudium*. 5) sensu forensi: *dimitto reum, absolvo crimine vel debito, liberum aliquem pronuntio, dimitto e vinculis et captivitate*. Matth. XVIII. 27. ἀπέλυσεν αὐτὸν absolvit eum debitumque ipsi condonavit. Matth. XXVII. 15. ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον vinctum aliquem populo condonare. v. 17, 21, 26. Marc. XV. 6. (ἀπέλυε dimittere solebat, uti Matth. XXVII. 15. explicatur.) Luc. XXII. 68. XXIII. 16, 17. Joh. XVIII. 39. Act. III. 13. κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν cum ille eum absolvendum judicasset. IV. 21. Hebr. XIII. 23. γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον Timotheum e carcere dimissum esse noscitis, seu, scitote. Nihil vero est frequentius hac notione in libris Apocryphis V. T. Hist. Susann. v. 52. ἀπολύων τοὺς αἰτίους. 1 Macc. X. 43. 2 Macc. IV. 47. τὸν μὲν τῆς ὅλης κακίας αἴτιον ἀπέλυσε τῶν κατηγορημάτων. Xenoph. Mem. IV. 8, 6. πολλοὺς δὲ ἀδικοῦντας ἀπέλυσαν. Artemidor. IV. 35. ἀπολελῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ. Appian. Bell. Civ. L. V. p. 1077. Vide et Pollucis Onom. VII. 68. et VIII. 9. Marklandus ad Lysiam p. 585. ἀπολύειν hoc sensu non satis elegans judicavit, sed temere, ut opinor, pro more plurium grammaticorum. Cf. Hemsterhus. ad Jul. Polluc. Onom. VIII. 2. 9. p. 856. et Valckenar. ad Herod. IV. 68. Hinc ex adjuncto: 5) *condono, veniam do, ignosco, æquus sum et humanus in ferendis et judicandis aliis*. Luc. VI. 37. ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσεσθαι, pro ἀπολυθήσεται ὑμῖν scil. τὰ ὑμῶν ἁμαρτήματα vel ὀφειλήματα, condonate et vobis etiam condonabitur. Sirac. XXVIII. 2. αἱ ἁμαρτίαι ἀπολυθήσονται. 6) *mortem do, mori jubeo*, quasi *dimitto ex vita, libero animum a vinculis corporis, in corpore, quasi in carcere, detentum*, omisso τοῦ ζῆν (quod additur apud Ælian. V. H. XIII. 20. 2 Macc. VII. 9.) aut τοῦ βίου, aut ἀπὸ τῆς γῆς, (Tob. III. 13.) aut τοῦ σώματος, (M. Antonin. de rebus suis XI. § 3.) aut ἐκ τῶν τοῦ σώματος δεσμῶν. (Ælian. V. H. V. 6.) 'Ἀπολύομαι *morior*, ἀπόλυσις *mors*. Diod. Sic. XVIII. 48. Luc. II. 29. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου ἐν εἰρήνῃ nunc lubens ac lætus moriar. In vers. Alex. respondet Hebr. גָּוַע Num. XX. 29. εἶδε πᾶσα ἡ συναγωγὴ, ὅτι ἀπελύθη 'Ααρών. Job. III. 6. Gen. XV. 2. Suid. ἀπολύων· τῷ θανάτῳ παραπέμπων. Sic quoque *solvi* eodem sensu usurpavit Ovid. Amor. II. El. 10. v. 35. Horat. I. Ep. XVII. v. 78. "Ipse deus, simulatque volam, me *solvet*, opinor. Hoc sentit *moriar*. Mors ultima linea rerum est." Ex philosophorum enim omnium populorum placitis corpus τρόπον τινὰ τῆς ψυχῆς δεσμωτήριον habitum fuit. Conf. etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 665. et Alexandri Mori Notas ad quædam loca N. T. p. 63 seq. ad Fabricii.

'ΑΠΟΜΑ'ΣΣΩ vel 'ΑΠΟΜΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, ut μάσσω et ἐκμάσσω, proprie *fricare*, deinde *fricando tergere, abstergere, extergere*, notat. Eandem significationem habet ἀπομάσσομαι, quod semel tantum legitur in N. T. Luc. X. 11. καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν ἀπομασσόμεθα ὑμῖν etiam pulverem, qui adhæsit nobis ex urbe vestra, vobis abstergimus, (Livius III. 26. 10.) vel excutimus. Athenæus IV. p. 149. C. ed. Casauboni. Copiose de hoc verbo exposuit Ez. Spanhem. in Callim. Hymn. in Delum v. 14. Phavor. ἀπομάσσειν· τὸ ἁπλῶς ἀποσπογγίζειν.

'ΑΠΟΝΕ'ΜΩ, fut. εμῶ, propr. *partem alicui do, distribuo* (Polyb. V. 69. 5. XIV. 4. 2.), deinde in universum *tribuo, exhibeo, impertior*. (Polyb. VIII. 15. 9.) Semel in N. T. legitur 1 Petr. III. 7. ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμὴν uxoribus, quia sunt infirmiores, omnem honorem exhibentes, seu, omnia debita officia præstantes. Formula ἀπονέμειν τιμὴν sæpius apud Græcos eodem sensu est obvia, v. c.

Lucian. Caucas. 17. Herodian. I. 8. 1. Plutarch. Rom. p. 29. F. Alex. Deut. IV. 19. ἃ ἀπένειμε Κύριος ὁ Θεός σου αὐτὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, ubi Hebraico חלק respondet. 3 Maccab. I. 7. τοῖς τεμένεσι δωρεὰς ἀπονείμας. ibid. III. 16. Gloss. in Octat. ἀπένειμεν ἀπεκλήρωσεν, διένειμεν. Hesych. ἀπένειμεν ἀπεκλήρωσεν. Idem: ἀπονέμει· παρέχει, δίδωσι.

'ΑΠΟΝΙ'ΠΤΩ, fut. ίψω, *abluo, lavo*, ex ἀπὸ et νίπτω *lavo*. In versione Alexandrina respondet Hebraicis רָחַץ, Prov. XXX. 12. שָׁטַף. 1 Reg. XXII. 38. et מָחָה, Prov. XXX. 20. Medium ἀπονίπτεσθαι *se abluere, lavare manus suas*, sive *ante cœnam*, sive *cœna peracta, nec solum manus, sed etiam omnia reliqua corporis membra quovis tempore lavare*. Semel legitur in N. T. Matth. XXVII. 24. λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο τὰς χεῖρας ἀπέναντι τοῦ ὄχλου accepta aqua abluit manus suas coram populo Pilatus, ut nempe ex more illorum, qui innocentiam suam palam testari volebant, aut symbolo quodam ostenderet, se invito agi, quæ hic agerentur. Vide Schol. Sophoclis in Ajac. Flagell. v. 663. et Wetstenii N. T. T. I. p. 531. Conf. de hac voce Pollucis Onomast. VI. 15. Athen. Deipnosophist. IX. c. 18. p. 480. ed. Casaub. Theophr. Char. XVI. init. Callim. Hymn. in Pallad. Lavacr. 5. et Thom. M. sub voce ἀπόνιπτρον.

'ΑΠΟΠΙ'ΠΤΩ, fut. πεσοῦμαι, aor. 2. ἀπέπεσον, *decido, delabor*. Act. IX. 18. καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες et statim deciderunt ab oculis ejus quasi squamæ. Galenus ad Glaucon. II. Æsop. Fab. 188. Xenoph. Hellen. I. 6. 24. Alex. eo usi sunt pro נָפַל Job. XXIX. 25. Ps. V. 10.

'ΑΠΟΠΛΑΝΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *a recta via abduco, aberrare facio*. 2) metaphorice: *a virtutis et veritatis tramite abduco aliquem, in errorem impello, seduco*. Marc. XIII. 22. πρὸς τὸ ἀποπλανᾷν ad seducendos etiam, si fieri posset, veros christianos; ubi sermo est de ψευδοχρίστοις et ψευδοπροφήταις. In loco parallelo apud Matth. XXIV. 24. simplex πλανᾷν reperitur. Passivum ἀποπλανάομαι *a recta via abducor, in errorem impellor, seducor*. 1 Tim. VI. 10 ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως defecerunt a vera religione. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. IV. 22. XIII. 7, 10. Alex. posuerunt pro הִטָּה, Prov. VII. 21. et נָדַח, 2 Chron. XXI. 11. Adde Polyb. III. 57. 4. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀποπλανῶμαι, *aberro*. ἀποπλανᾶσθαι, *deerrare*.

'ΑΠΟΠΛΕ'Ω, fut. εύσω, *vela ventis do, nave discedo, solvo*, etiam *navigo*, simpliciter, ex ἀπὸ et πλέω *navigo*. Act. XIII. 4. ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κύπρον inde in Cyprum navigarunt. XIV. 26. XX. 15. κἀκεῖθεν ἀποπλεύσαντες et hinc solventes. XXVII. 1. τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς τὴν Ἰταλίαν navigare in Italiam. Sic et legitur apud Polyænum Lib. V. Strategem. c. 20. p. 504. Thucyd. I. 66. et III. 88. Polyb. V. 70. 3. Alb. Gloss. N. T. p. 85. ἀποπλεῖν· ἐκπλεῖν. Hesych. πλέειν. Ammonius et Thom. M. ἀποπλεῖν· τὸ ἐκ τόπου τινὸς ἀπαίρειν.

'ΑΠΟΠΛΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, aor. 1. ἀπέπλυνα, *abluo*, et, ut bene jam observarunt viri docti, maxime de *vestimentis et vasis omnis generis* usurpatur, cum e contrario ἀπολούειν de *toto corpore*, et ἀπονίπτειν de *manibus pedibusque* speciatim dicatur. Quæ observatio egregie confirmatur usu loquendi scriptorum N. T. Nam Luc. V. 2. ubi semel tantum occurrit, leguntur verba: ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα abluerunt retia. Alex. hoc verbo usi sunt pro כִּבֵּס 2 Sam. XIX. 24. Jerem. II. 22. IV. 14. et pro שָׁטַף Ezech. XVI. 9. Hoc sensu etiam legitur apud Homer. Odyss. VI. v. 95. λάϊγγας ποτὶ χέρσον ἀποπλύνεσκε θάλασσα. Unde ἀπόπλυμα est *aqua sordida ex abluvio*, et simplex πλύμα, τὸ ἀπὸ πλυνοῦ ὕδωρ, sicut exposuit Pollux.

'ΑΠΟΠΝΙ'ΓΩ, fut. ίξω, 1) proprie idem significat, quod συμπνίγω, *suffoco, comprimendo fauces neco*. Luc. VIII. 33. καὶ ἀπεπνίγη et grex porcorum in lacu est suffocatus. Sic legitur in libro Tobiæ III. 9. ἀποπνίγουσά σου τοὺς ἄνδρας. et Arrian. Diss. Epictet. II. 5. 12. Vide quoque Polluc. Onom. III. 150. VIII. 77. et IX. 32. 2) *fertilitatem terræ et proventum plantarum impedio quocunque modo, umbra et aëre intercluso perdo*, qua de re etiam Latini verbis *necare, præfocare*, etiam *suffocare* utuntur. Sic extat Matth. XIII. 7. καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτὰ et spinis succrescentibus ab iisdem suffocata sunt, ubi conf. Pricæi Commentarium. Sæpius non legitur in N. T.

'ΑΠΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et medium 'ΑΠΟΡΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) proprie et de eo usurpatur, *qui eget rebus ad vitam necessariis*, et *ad summam inopiam redactus est*, et *de eo, qui in via subsistit, cum, quo progrediatur, aut iter suum dirigat, non constet*. (ex α priv. et πόρος, quod et *viam, transitum* et *vitæ subsidia* indicat.) De iis, qui egestate summa laborant, usurpatum hoc verbum reperi apud Xenoph. Œcon. III. 5. Ælian. V. H. IX. 15. 25. XIV. 24. et in vers. Alex. Levit. XXV. 47. et Symmachi reliquiis Prov. XX. 13. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἀπορῶ· λείπομαι. Hesych. οὐκ ἀπορηθήσεται· οὐ χρήσει. Idem: ἀπορούμενοι· πενόμενοι. De iis autem, qui non habent viam seu nesciunt, qua sit eundum, legitur apud Xenoph. Hellen. V. 4. 44. διὰ τὸ ἀπορεῖν, ὅποι διαβαῖεν. Mem. II. 1. 21. ἀποροῦντα, ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται. 2) metaphorice: *hæsito, inops consilii sum, nescio, quid statuam, dicam aut agam*. Job. XIII. 22. ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει incerti erant, de quo loqueretur. Act. XXV. 20. ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν hæsitans autem ego de hujusmodi quæstione. Gal. V. 20. ὅτι ἀποροῦμαι ἐν ὑμῖν dubius de vobis hæreo, seu incertus sum, quomodo me erga vos geram. Symmachus Cant. VI. 11. ἠπόρησέ με dubium me reddidit. Sirac. XVIII. 6. 2 Maccab. VIII. 20. Herodot. IV. 179. Thucyd. II. 202. Demosth. Olynth. III. Phavorin. ἠπόρει· ἠμηχάνει, ita enim rescribendum est ex Lex. Cyrilli MS. Brem. loco vitiose impressi ἀμηχάνει. Hesych. ἀποροῦντες· ἀμηχανοῦντες. 3) *curis et sollicitudinibus vexor et angor*. 2 Cor. IV. 8. ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι in magnas sollicitudines sæpe conjicimur, sed tamen non desperamus. Sic Genes. XXXII. 8. וַיִּירָא יַעֲקֹב מְאֹד וַיֵּצֶר לוֹ. Alex. ἐφοβήθη δὲ Ἰακὼβ σφόδρα καὶ ἠπορεῖτο. 1 Maccab. III. 31. καὶ ἠπορεῖτο τῇ ψυχῇ αὐτοῦ σφόδρα. Hesych. ἀπορεῖ· ἀδημονεῖ, ἀγωνιᾷ.

'ΑΠΟΡΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *viæ difficultas* (Xenoph. Anab. II. 5. 2.), *inopia rei, penuria*, ab ἀπορέω. Polyæn. Strategem. III. 31. ἐν ἀπορίᾳ χρημάτων. Deut. XXVIII. 22. πατάξαι σε Κύριος ἀπορίᾳ. Sirac. IV. 2. Ælian. V. H. XIII. 26. 2) metaphorice: *inopia consilii, desperatio rerum, cum quis, quid agat, aut quo se vertat, ignorat*, metaphora desumta a viatoribus, quibus quasi est interclusa via. Sic semel legitur in N. T. Luc. XXI. 25. συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ anxietas gentium ob rerum

desperationem; ubi Syrus loco ἀπορία habet ܫܘܦܩ ܐܝ̈ܕܝܐ *complosio manuum*, quæ est signum τῆς ἀπορίας, ut recte monuit Ludov. de Dieu in Critica S. p. 369. Potest quoque verti: anxietas gentium desperabunda, h. e. ut ad desperationem propemodum redigantur. In vers. Alex. Levit. XXVI. 16. τῷ בֶּהָלָה et Ies. VIII. 22. τῷ צָרָה respondet. Etiam in Græcis scriptoribus ἀπορία haud raro *difficultatem* notat, *unde quis vel ob imprudentiam, vel ob rerum inopiam se expedire nequit*, v. c. Xenoph. Memor. II. 7. 1. et aliis in locis, collectis a Wetstenio N. T. T. I. pag. 800. Hesych. et Phavorinus: ἀπορία· ἀγνωσία.

ἈΠΟῬῬΙ'ΠΤΩ, fut. ίψω, *abjicio, projicio*, et partim sensu physico de iis usurpatur, *qui se projiciunt aut aliquam rem abjiciunt*, aut sensu metaphorico de iis legitur, *qui aliquid aut aliquem spernunt, contemnunt et negligunt*, (Polyb. V. 101. 8.) ut idoneis exemplis docuit Abreschius in Animadvv. ad Æschylum Lib. III. p. 171. In N. T. semel tantum legitur Act. XXVII. 43. jussitque eos, qui possent natare, ἀποῤῥίψαντας (scilicet ἑαυτοὺς, quod quandoque omittitur, v. c. apud Thucyd. IV. c. 108.) πρώτους ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι primos se demittere in mare, et ita ad terram exire. Lucian. Ver. Hist. 230. Confer, quæ ad hunc locum illustrandum scripsit D'Orville ad Chariton. III. 5. p. 387. ed. Lips. Sæpius legitur hæc vox in versione Alexandrina maxime pro Hebraico הִשְׁלִיךְ Exod. XXII. 31. 2 Reg. XIII. 23. Phavorin. ἀποῤῥίπτειν· ἀποβάλλειν.

ἈΠΟΡΦΑΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) *orbo, privo parentibus et liberis*. Passivum ἀπορφανίζομαι *orbus parentibus reddor, liberorum amplexibus eripior*. Æschyl. Choeph. 247. Adjectivum enim ὀρφανὸς non solum strictiori sensu sumitur, ut τὸν μήτε μητέρα ἔχοντα μήτε πατέρα significet, ut verbis Chrysostomi utar, sed etiam latiori sensu sumitur de *parentibus, qui liberis suis sunt orbati*, juxta Hesych. ὀρφανός· ὁ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων, et Suidam, qui ex Josepho affert: καὶ αὐτοὶ πατέρες δ' ἦσαν ὀρφανοί. Jam quia apud Judæos æque ac Græcos usitatum erat, doctores *partes* appellare et eorum auditores et discipulos *filios* vocare, factum etiam est, ut ἀπορφανίζομαι 2) metaphorice et *doctori, discipulis suis orbato*, et *discipulis, doctore suo privatis*, tribueretur et in universum per *orbari, privari* reddendum sit. Sic semel in N. T. legitur 1 Thess. II. 17. ἡμεῖς δὲ ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν nos vero orbati vobis, discipulis nostris, ad aliquod tempus. Œcumenius ad h. l. ὀρφανοί· καταλειφθέντες ἀφ' ὑμῶν. Cf. Theodoret. ad h. l. et Abreschium ad Æschylum p. 426.

ἈΠΟΣΚΕΥΑ'ΖΩ, fut. άσω, et ἈΠΟΣΚΕΥΑ'ΖΟΜΑΙ, 1) proprie: *sarcinas, vasa depono, amoveo, abjicio onus*, ex ἀπὸ et σκεῦος *vas, instrumentum*. Suid. ἀποσκευαζόμενοι· ἀποτιθέμενοι βάρος καὶ ἀποβάλλοντες, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ναυτῶν διὰ τὴν ζάλην τῆς θαλάσσης τὰ σκεύη τῆς νηὸς ἀποῤῥιπτούντων. Idem: ἀποσκευαζόμενος· ἀποβαλλόμενος, ἀποῤῥίπτων. Idem: ἀπεσκευάζετο· τὴν στολὴν ἀπετίθει· καὶ ἀπεσκευασάμεθα· ἀπεβάλομεν. κυρίως δὲ ἀποσκευάσασθαι ἐστὶ τὸ ἀποῤῥίψαι τὰ σκεύη, καὶ τοῖς πολεμίοις ἀκολουθεῖν. Deinde omnino 2) *removeo, e medio tollo, egero, repudio, irritum reddo*. Herodian. I. c. 9. § 17. ἀποσκευασάμενος πάντας οὓς καὶ ὁ Κόμμοδος ᾔδεῖτο et ibi Irmischii Comment. Lev. XIV. 36. Hesych. ἀπεσκευάζετο· ἀχύρους ἐποίει. ἀπεσκευασάμην· ἀπέῤῥιψα, ἀπεδοκίμασα. Idem: ἀποσκευαζόμενος· ἀποχωριζόμενος. Sed neutra harum significationum in N. T. locum habet. Itaque observandum est, ἀποσκευάζεσθαι habere etiam hanc rariorem notionem, ut 3) significet: *colligere vasa et sarcinas, sibi sumere res ad iter faciendum necessarias*, et omnino *se præparare, apparatum facere ad aliquid*, ut plane nihil differat a verbis παρασκευάζεσθαι, ἐπισκευάζεσθαι et ἀνασκευάζεσθαι. Certe hæc notio unice convenit loco difficillimo Act. XXI. 15. ἀποσκευασάμενοι ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱερουσόλυμα *collectis sarcinis*, (Vulgat. *præparati*) seu *instructi omnibus, ad iter faciendum necessariis, profecti sumus Hierosolymam*: qui locus non solum vulgo male transfertur sic: *postquam sarcinas, impedimenta quippe itineris, deposueramus*, sed etiam ejus lectio sollicitata reperitur a viris doctis, qui partim ἀνασκευασάμενοι ex Bezæ conjectura, partim ex quorundam codicum fide ἐπισκευασάμενοι reponere, quam receptam lectionem admittere maluerunt. Nostram vero explicationem præter auctoritatem Chrysostomi (Homil. XLV. in Acta τὰ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν λαβόντες) et Œcumenii, tuetur et confirmat ipse usus loquendi apud scriptt. Græcos. Sic v. c. apud Dionys. Halic. IX. 23. οὐδὲ ἀποσκευάσασθαι δύναμιν ἔσχον οἱ φεύγοντες, ἀλλ' ἀγαπητῶς αὐτὰ τὰ σώματα διέσωσαν, οὐδὲ τὰ ὅπλα πολλοὶ φυλάττοντες. Substantivum ἀποσκευὴ adeo, inde deductum, *omnem apparatum, facultates* et *supellectilem* indicat. 1 Macc. V. 13. IX. 39. Genes. XIV. 12. Plutarch. T. VI. p. 664. ed. Reisk.

ἈΠΟΣΚΙ'ΑΣΜΑ, τος, τὸ, *obumbratio, umbra*, ex ἀποσκιάζω *obumbro*. Tribuitur maxime soli (cui accidit ἀποσκίασμα, vel interposita nube, vel subjecta luna,) etiam lunæ et aliis lucidis corporibus. Deinde 2) notat *quodcunque leve alicujus rei vestigium*, i. q. ἴχνος. Jacob. I. 14. in Deo nulla est mutatio ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα ne levissimum quidem mutationis vestigium locum habet. Lexicon MS. et Etymol. τροπῆς ἀποσκίασμα, ἀντὶ τοῦ ἀλλοιώσεως καὶ μεταβολῆς ἴχνος, καὶ ὁμοίωμα φαντασίας ἠθικῆς. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΠΟΣΠΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, 1) proprie: *vi abstraho aliquem*, et ἀποσπᾶσθαι *avelli, vi abstrahi*. Suid. ἀπέσπασε· μετὰ βίας ἐξείλετο. Herodian. V. 6. 2. ἀποσπάσας αὐτὴν τῆς ἑστίας καὶ τοῦ ἱεροῦ παρθενῶνος γυναῖκα ἔθετο. Herodot. III. 83. Thucyd. VII. 80. Euripid. Hecub. v. 225. Hinc de gladio si usurpatum legitur, significat 2) *stringo, vagina extraho, exsero*. Sic Matth. XXVI. 51. ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν gladium e vagina duxit. Eodem sensu de gladio ἐκσπάω usurpatum legitur in vers. Alex. 1 Sam. XVII. 51. et σπάω 1 Paral. XI. 11. Homer. Odyss. XXII. 74. pro quo interdum etiam apud Græcos ἐξέλκειν legitur, v. c. Eurip. Hecuba v. 543. 3) *quacunque ratione aliquem abstraho, et persuasione et blanditiis avello*. Act. XX. 30. λαλοῦντες διεστραμμένα ἀποσπᾶν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν errores tradentes, ut sibi multos sectatores et discipulos colligant. Sic Ælian. V. H. XIII. 32. σὺ μὲν γὰρ οὐδένα τῶν ἐμῶν δύνῃ ἀποσπᾶσαι, ἐγὼ δὲ, ἐὰν βούλωμαι, τοὺς σοὺς πάντας, ubi etiam de magistro, discipulos aliorum ad se pelliciente, sermo est. Lucian. Lapith. 26. Δίφιλος — — δύο ἤδη μαθητάς μου ἀποσπάσας. 4) ἀποσπάομαι idem est, quod ἀπέρχομαι, *abeo, discedo, recedo*. Luc. XXII. 41. ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολὴν tum digressus ab iis fere lapidis jactum, ubi in quibusdam codicibus ἀπέστη legitur loco ἀπεσπάσθη. Syrus usus est voce ܦܪܩ *discessit* seu *secessit*. 2 Macc. XII. 10. ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπασθέντων σταδίους ἐννέα. v. 17.

Xenoph. Anab. VII. 3. 22. Confer Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 256. qui bene monuit, ἀποσπᾶσθαι inprimis eos dici, qui *ab amicissimorum amplexu* vix divelli possunt ac discedere; quæ observatio egregie illustratur loco Act. XXI. 1. ἀποσπασθέντας ἀπ' αὐτῶν avulsos ab iis. Conf. Sophocl. Ajac. 1043 et 1195. Lectu digna de hoc verbo habet etiam Abreschius in Obss. Miscell. Vol. X. p. 210. Hemsterhusius ad Lucian. XI. p. 306. ed. Bipont. et D'Orville ad Charit. III. 5. p. 388. ed. Lips.

'ΑΠΟΣΤΑΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *recessio, decessio,* ab ἀφίστημι *discedo, abscedo, recedo.* 2) *defectio, rebellio,* unde ἀποστάτης *apostata, rebellis, miles transfuga, religionis desertor.* Bis tantum legitur in N. T. Act. XXI. 21. ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως defectionem a religione Mosaica jubere. 2 Thess. II. 3. ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον nisi præcesserit prædicta illa defectio a religione christiana puriore ad Judaismum et paganismum, coll. 1 Tim. IV. 1. In vers. Alexandrina respondet Hebr. סָרָה Jer. XXIX. 32. 1 Macc. IV. 15. οἱ καταναγκάζοντες τὴν ἀποστασίαν. Conf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 472. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 24. ἡ ἀποστασία, *discessio, dissidium.*

'ΑΠΟΣΤΑ'ΣΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) *repudium, divortium,* (ab ἀπόστασις *defectio, discessio*) quod Attici scriptores ἀποπομπὴν et ἀπόπεμψιν dixere. Hesych. ἀποστάσιον· τὸ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα καὶ γράψαι ἀποστάσιον. Matth. XIX. 7. βιβλίον ἀποστασίου libellus repudii, סֵפֶר כְּרִיתֻת, ut Hebraice vocatur Deut. XXIV. 1 et 3. Ies. L. 1. Jer. III. 8. Marc. X. 4. Deinde 2) per metonymiam: *libellus repudii, litteræ divortii, quas maritus dat uxori, quam repudio dimittit,* βιβλίον ἀποστασίου Matth. V. 31. δότω αὐτῇ ἀποστασίον det illis scriptum repudii. Syrus ܟܬܒܐ ܕܫܘܒܩܐ. Sic et *repudium* apud Latinos usurpatur, v. c. Sueton. Calig. c. 36. "Repudium ipse misit jussitque in acta referri." Exempla talis libelli repudii apud Hebræos dedit Seldenus uxor Hebr. III. c. 24. p. 369. et Lightfootus Hor. Hebr. et Talmud. ad Matth. V. 31.

'ΑΠΟΣΤΕΓΑ'ΖΩ, fut. άσω, *detego, tectum aufero, aperio tectum removendis tegulis.* Semel legitur in N. T. Marc. II. 4. ἀπεστέγασαν τὴν στέγην demoliti sunt tectum. (Ex ἀπὸ et στεγάζω *tego,* quod est a στέγη *tectum.*) Strabo Lib. IV. p. 304. et L. V. p. 542. eodem sensu hoc verbo usus est. Tecta vero in Palæstina non erant fastigiata, uti apud nos, sed plana, ut in iis deambulare possent. Confer infra sub στέγη, et Wetstenii N. T. T. I. p. 558.

'ΑΠΟΣΤΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ. Proprie de personis adhibetur et significat 1) *mitto aliquem aliquo cum mandatis, lego vel ablego ad aliquid agendum vel expediendum,* et differt ab ἐπιστέλλω, quod de *iis* usurpatur, *qui per litteras aliquid nunciant vel agunt,* uti docuit Perizon. ad Ælian. V. H. XII. 1. p. 113. T. II. Speciatim autem dicitur de iis, *qui divina auctoritate jussi sunt homines docere iisque benefacere, qui sunt ornati munere prophetico.* Matth. II. 16. ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας et misit, qui necarent omnes pueros. Vide ad h. l. Wetstenium. Act. V. 21. X. 8. XIII. 15. in quibus locis homini, qui mittendo est superior, tribuitur. Joh. XVII. 8. καὶ ἐπίστευσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. 1 Joh. IV. 9. ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἀπέσταλκεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν κόσμον. v. 10. καὶ ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. et v. 14. ubi Deus dicitur filium suum unigenitum misisse in mundum, quatenus ei duplex munus demandavit, hominum felicitatem et doctrina sua et morte promovendi, non exclusa tamen notione originis Jesu longe sublimioris. Matth. XI. 10. X. 16. 1 Cor. I. 17. οὐ γάρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν non enim eo consilio mihi Christus munus apostolicum demandavit, ut baptizarem. Joh. XVII. 18. 2) *jubeo abire, ejicio, dimitto, jubeo abduci.* Matth. XXI. 3. καὶ εὐθέως ἀποστελεῖ αὐτοὺς tum statim eos dimittet sc. asinorum dominus. Beza autem vertit: *remittet* eos nempe Christus. Marc. V. 10. ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώρας. coll. Luc. VIII. 31. ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοὺς εἰς τὴν ἄβυσσον ἀπελθεῖν. ibid. VIII. 26. καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Marc. XI. 1, 3. (ubi ἀποστέλλει positum est pro ἀποστελεῖ coll. Matth. XXI. 3. abduci patietur.) Joh. XVIII. 24. Luc. IV. 18. ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει ad dimittendum vulneratos in libertatem. Hebraicum שָׁלַח ab Alex. non solum per ἐξαποστέλλω, Job. XXII. 9. Ies. XXVII. 8. sed etiam per ἐκβάλλω, Exod. XII. 33. Psal. XLIII. 3. redditur. Xenoph. Anab. II. 1. 5. — Haud raro tamen etiam de rebus usurpatur, et tunc est 3) *immitto,* v. c. de *falce.* Sic שָׁלַח legitur de falce Joël. IV. 13. Marc. IV. 29. εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον statim falcem immittit in fruges terræ; quam explicationem etiam usus loquendi apud Latinos admittit, ut vel proverbium illud tritum *falcem immittere in alienam messem* docet: nisi quis vertere malit: *messores cum falcibus mittit.* Si vero de doctrina dicitur, est 4) *trado, tradi jubeo.* Act. X. 36. τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς 'Ισραὴλ quod attinet ad doctrinam illam, quam Israëlitis tradendam curavit. Act. XIII. 26. ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη vobis traditur hæc salutaris doctrina. Apoc. I. 1. ἀποστείλας, scil. τὴν ἀποκάλυψιν, revelationem cœlitus demissam. Jud. XI. 28. τῶν λόγων ὧν ἀπέστειλε πρὸς αὐτόν. Psalm. CVI. 20. ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ. Psalm. CXLVII. 4. Jer. IX. 7. coll. Psal. CIV. 30. Coran. Sur. III. 2. Sic etiam *mittere* pro *nunciare* ponitur. Vide Burmann. ad Propert. p. 577. 5) quandoque deficit, v. c. Matth. XXVI. 47. ὄχλος πολὺς ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων sc. ἀπεσταλμένος, quod in Valesianis lectionibus additur.

'ΑΠΟΣΤΕΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *defraudo, privo, damno afficio, noceo alteri, sive vi, sive fraude, sive conviciis, et calumniis, sive quacunque alia ratione:* respondet enim Hebraico עָשַׁק Malach. III. 5. in versione Alexandrina. Marc. X. 19. μὴ ἀποστερήσῃς ne opprimas, injuria afficias alterum, ubi confer Heupelii notas. 1 Corinth. VI. 8. ἀλλὰ ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, ubi ἀποστερεῖν sine dubio strictius sumendum est, ut sit: *res alienas suas reddere fraude et rapere.* Sirac. IV. 1. XXIX. 8. ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῶν χρημάτων αὐτοῦ. v. 10. XXXIV. 25, 27. Salmasius in libro de Fœnore Trapezitico p. 267. et de Mutuo p. 166. hoc verbum, ait, proprie de *eo* dici, *qui debitum inficiatur, depositum negat et commodatum non reddit;* in quo consentientem habet Scholiast. Aristoph. Plut. v. 373. ἀποστερῶ ἐστιν, ὅταν παρακαταθήκην τινὸς λαβὼν εἰς διαβολὴν χωρήσω καὶ οὐκ ἐθέλω διδόναι αὐτῷ ὃ ἔλαβον. Aristoph. Nub. v. 1308. Passivum ἀποστερεῖσθαι *defraudari, privari, detrahi,* maxime de *iis* dicitur, *qui inviti fraudantur et opprimuntur.* Jac. V. 4. ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν merces meten-

tium a vobis detracta seu retenta, denegata. Deut. XXIV. 14. οὐκ ἀποστερήσεις μισθὸν πένητος. Mal. III. 5. ἐπὶ τοὺς ἀποστεροῦντας μισθὸν μισθωτοῦ. Interdum tamen etiam simpliciter *destitui, carere* notat, v. c. 1 Tim. VI. 5. ἀπεστερημένων τῆς ἀληθείας destitui cognitione veræ religionis. Medium ἀποστερέομαι *æquo animo me ab aliis fraudari et injuria affici patior*. Atque hoc omnino sensu occurrit 1 Cor. VI. 7. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; cur non damna et injurias æquo perfertis animo? Vide supra sub ἀδικέω, et Dresig. Commentar. de Verbis Mediis N. T. II. 3. p. 511. Restat locus 1 Cor. VII. 5. μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους ne recuset alter alteri usum corporis sui, debitum conjugale, ne alter ab altero se separet; ubi post ἀποστερεῖτε e v. 3. verba τῆς ὀφειλῆς supplenda videntur.

'ΑΠΟΣΤΟΛΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *missio, legatio, expeditio in terram aliquam suscepta*, (Plutarch. Timol. init.) et ex adjuncto: *donum, quod mittitur*. Est enim verbale a perf. Med. ἀπέστολα, verbi ἀποστέλλω *mitto, ablego*. Sic Deut. XXII. 7. ubi τῷ שַׁלֵּחַ in vers. Alexandrina respondet. 3 Esdr. IX. 52. 1 Macc. II. 18. ubi confer Vulg. et Syr. 2 Macc. III. 2. Polyb. XXVI. 7. 1. Phavorin. ἀποστολαί· δῶρα, ἀποπέμψεις. 2) *munus et officium apostolorum J. C. apostolatus*, ut explicatum legitur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 24. Act. I. 25. λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς ut accipiat hoc munus apostolatus. Rom. I. 5. δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν cujus beneficio debemus munus apostolicum. 1 Cor. IX. 2. ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε vos estis certissimum documentum muneris mei apostolici. Gal. II. 8. ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς qui Petrum constituit apostolum Judæorum. Sæpius non legitur in N. T.

'ΑΠΟ'ΣΤΟΛΟΣ, ου, ὁ, 1) in universum: *omnis legatus et interpres voluntatis alicujus, missus cum mandatis ad expedienda negotia, cujuscunque sint generis*. Alex. hac voce exprimunt 1 Reg. XIV. 4. Hebraicum שָׁלוּחַ, quod non nude *nuncium*, sed *nuncium, vices mittentis gerentem*, indicat. et Aquila ea usus est pro Hebr. צִיר Ies. XVIII. 2. Thom. M. ἀπόστολος· ὁ ἀπεσταλμένος, qui et locum Demosthenis adducit, ubi vox eo sensu occurrit. Confer ibi Intt. Tob. Eckhardi Technicam Sacram p. 65. et Vigerum de Idiotismis Ling. Græcæ p. 303. ed. Zeun. Philipp. II. 25. ὑμῶν δὲ ἀπόστολον quem mihi misistis, ut meis vitæ necessitatibus serviret, coll. IV. 18. et II. 30. Joh. XIII. 16. οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτὸν non est legatus major eo, qui eum misit. 2 Cor. VIII. 23. ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν legati ecclesiarum, coll. v. 19. Hebr. III. 1. Christus vocatur ἀπόστολος, a Deo missus in has terras, ut genus humanum restitueret. Apoc. II. 2. λέγοντας ἑαυτοὺς ἀποστόλους qui se legatos divinos jactant. Herodot. I. 21. 22. 2) ἀπόστολοι κατ' ἐξοχὴν dicuntur in N. T. duodecim illi primarii religionis christianæ doctores, quos Christus e reliquorum discipulorum turba selectos perpetuos sibi adjunxerat comites iisque hanc demandaverat provinciam, ut Judæis pariter ac paganis nomine suo et virtute divina instructi exponerent doctrinæ divinæ copias, quorum nomina recensuerunt Matthæus X. 1—4. Marcus III. 13—19. et Lucas VI. 13—16. 3) ἀπόστολος dicitur, *qui munus apostoli gerit*. Sic Rom. I. 1. Paulus κλητὸς ἀπόστολος vocatur. Rom. XI. 13. Paulus se vocat ἐθνῶν ἀπόστολον, quoniam scilicet in mandatis divinis habebat, non tam Judæis, in Palæstina degentibus, quam Judæis et gentilibus, extra Palæstinam viventibus, tradere religionem christianam. 4) Interdum ἀπόστολος *quilibet doctor ecclesiæ christianæ* in N. T. vocatur, maxime autem *is, qui primus civitatem aliquam religione christiana imbuit*. Rom. XVI. 7. οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις maxime illustres inter reliquos doctores christianos. Act. XIV. 4 et 14. ἀκούσαντες δὲ οἱ ἀπόστολοι Βαρνάβας καὶ Παῦλος. 1 Cor. IV. 9. coll. v. 6. Conf. Valesium ad Eusebii H. E. p. 19. 5) interdum reticetur, v. c. in ἕνδεκα Marc. XV. 14. Act. II. 14. coll. I. 26. et δώδεκα Matth. XXVI. 14. coll. XX. 17.

'ΑΠΟΣΤΟΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *e tempore loquor, memoriter aliquid recito*. Timæus Lex. Platon. ἀποστοματίζειν· ἀπὸ μνήμης λέγειν. conf. ad h. l. Ruhnkenium p. 31. Interdum etiam transitive usurpatur, ut sit idem, quod ἀποστομίζω, quod Hesychius interpretatur ἀπὸ μνήμης ἀξιῶ λέγειν, *memoriter recitare jubeo*. Utrumque apud Platonem in Euthydemo p. 14. Tom. III. Opp. ed. Bipont. ὁπότε ἀποστοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματιστὴς, πότεροι ἐμάνθανον τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα. Pollux Onomast. II. c. 4. s. 23. ἀποστοματίζεσθαι δὲ τοὺς παῖδας Πλάτων που λέγει ἤγουν ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐρωτᾶσθαι τὰ μαθήματα, ὡς ἀπὸ στόματος λέγειν — λέγεται δὲ τι ἀπὸ τοῦ στόματος λέγειν ἐπὶ τοῦ ἀγράφου λόγου. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 732. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀποστοματίζω, *dicto*. 2) In N. T. libris etiam transitive usurpatur et significat: *exigere, ut alter aliquid sine prævia meditatione dicat et respondeat*, et ex adjuncto: *proponere alicui quæstiones maxime captiosas et sermones ejus aucupari*. Sic semel legitur in N. T. Luc. XI. 53. ἤρξαντο οἱ Φαρισαῖοι ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων incipiebant Pharisæi eum variis quæstionibus captiosis exercere et ad responsa sollicitare. ubi videndus Casaubonus ac Grotius. Vulgatus: *os opprimere*. Syrus: *impedire sermones*. Uterque vel ἐπιστομίζειν in suo codice habuit vel sensum liberius expressit. Rectius Theophyl. ἀντὶ τοῦ παγιδεύειν αὐτὸν καὶ ἀπὸ τοῦ στόματος κρατεῖν positum esse monuit.

'ΑΠΟΣΤΡΕ'ΦΩ, fut. έψω, 1) *averto alterum, vel aliquid alieno*, et ex adjuncto: *abstraho, abduco, removeo*, vel sensu proprio vel metaphorico. 2 Tim. IV. 4. καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν et aures avertent a vera doctrina, seu, et assensum non præbebunt. Rom. XI. 26. καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ 'Ιακὼβ et removebit omnia peccata seu peccatorum pœnas a Jacobitis. coll. v. 27. ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας. Locus Act. III. 26. ubi leguntur verba: ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν ambiguitate quadam laborat: nam æque commode reddi potest, *ut vos abstraheret ab omni vitiositate*, ac ita: *ut averteret se quisque a pravitate*. Sirac. IV. 4. μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ πτωχοῦ. v. 5. IX. 8. XVII. 23. καὶ ἀπόστρεφε (scil. σεαυτὸν) ἀπὸ ἀδικίας. XXIII. 5. 2) *reduco, refero, reddo*. Sic v. c. si de gladio usurpatur, notat: *iterum inserere* seu *immittere gladium vaginæ*. Matth. XXVI. 52. ἀπόστρεψόν σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς conde iterum gladium tuum vagina; ad imitationem Hebraici הֵשִׁיב Gen. XIV. 16. XLIII. 12. 1 Chron. XXI. 27. וַיָּשֶׁב חַרְבּוֹ אֶל־נְדָנָהּ. Matth. XXVII. 3. ἀπέστρεψε τὰ τριάκοντα ἀργύρια τοῖς ἀρχιερεῦσι reddidit triginta siclos pontificibus. Ita הֵשִׁיב Gen. XXVIII. 15. Exod.

XXIII. 4. *ἀποστρέψας ἀπόδωσεις αὐτῷ.* 3) *ad defectionem sollicito, concito ad rebellionem.* Luc. XXIII. 14. *ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαὸν* velut avertentem populum, scilicet ab obedientia erga Cæsarem. In codd. quibusdam *διαστρέφοντα* legitur. Sirac. XLVI. 11. *καὶ ὅσοι οὐκ ἀπεστράφησαν ἀπὸ Κυρίου.* Medium *ἀποστρέφομαι* 4) *aversor, fastidio,* et ex adjuncto: *repudio, repello.* Matth. V. 42. *καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείζειν μὴ ἀποστραφῇς* et eum, qui vult a te mutuum accipere, ne repellito. alii reddunt: nec eum, qui mutuum quid a te sumserit, reddere coge: minus commode. Hebr. XII. 25. *οἱ τὸν ἀπ' οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι* doctorem illum cœlestem repudiantes. 3 Macc. III. 23. Sap. XVI. 23. Polyb. IX. 39. 6. Aristænet. I. Ep. 26. *ἀποστρέφομαι τὸν νέον, καίπερ ὄντα καλόν.* Ælian. V. H. XII. 1. *καὶ προσιόντα μὴ ἀποστραφῆναι.* Diogen. Laërt. Proœm. I. 5. 4. Gloss. *ἀποστρέφομαι· fastidio, aversor.* Conf. Alberti Obss. Phil. p. 43. Proprie enim *ἀποστρέφομαι* significat: *me ipsum averto ab aliquo.* Hesych. *ἀποστρέφεται· ἀποστρέπει τὸ πρόσωπον.* Adde Phavorin. Herodian. III. 2. 5. *ἀλλ' ἀποστρέφεσθαι καὶ κάτω βλέπειν.* Ælian. V. H. XIV. 26. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 22. 5) *abeo, discedo, fugio, alicujus consortium.* Sic 2 Tim. I. 15. *ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ* defecisse a me, seu, deseruisse me omnes, qui sunt in Asia. Herodian. II. 5. 14. Tit. I. 14. *ἀνθρώπων ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν* hominum, qui a vera religione christiana defecerunt.

ἈΠΟΣΤΥΓΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω, ingenti persequor odio, totus abhorreo, aversor, detestor,* et ex adjuncto: *fugio,* ex *ἀπὸ,* quod h. l. significationem intendit (monente Eustathio in Il. *α.* p. 58. 49. et *στυγέω odio habeo, abhorreo.* Rom. XII. 9. *ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν* adversantes seu fugientes omnis generis injurias Herodot. II. 47. VI. 129. Sophocl. Œdip. Colon. 178. Hesychius, Suidas et Theodoret. *ἀποστυγοῦντες· μισοῦντες.* Confer. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 478.

ἈΠΟΣΥΝΑ'ΓΩΓΟΣ, *ου, ὁ, ἡ,* ex *ἀπὸ* et *συναγωγή.* Quia vox *συναγωγὴ* latissime patet et non solum *conventus sacros et religiosos,* sed etiam *societatem civilem et familiarem consuetudinem* significat, interdum adeo *locum, in quo homines convenire solent quacunque de causa,* indicat, videtur etiam adjectivum *ἀποσυνάγωγος* æque late patere, et notare *omnem, qui sacris prohibebatur apud Judæos, et ex cœtu adeo et consuetudine Judæorum ejiciebatur excommunicatus, de synagoga ejectus.* Ter tantum legitur in N. T. Joh. IX. 22. *συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα, ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται,* proceres Judæorum de eo convenerant, ut, si quis illum Messiam esset professus, conventu sacro prohiberetur. ib. XII. 42. *ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται.* et XVI. 2. *ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς.* Apud Judæos vero illum, cui conventibus religiosis in templo et synagogis interesse non licebat, quem unusquisque ceu pestem fugiebat, ut adeo ab hominum consortio plane exclusus esset. Cf. Seldenum de Synedriis I. c. 7. et de Jure Naturæ et Gentium IV. c. 19. Pfaff. Origines Juris Eccles. p. 99. Excommunicatio ipsa a Judæis חֵרֶם et שַׁמַּתָּא vocabatur. In usu autem apud Judæos legimus tres excommunicationis species fuisse, quarum prima, dicta נִדּוּי, quæ mensis tantum spatium durabat, ab uxoris adeo et domesticorum consuetudine ad quatuor cubitos excludebat. Secunda species excommunicationis חֵרֶם dicebatur et erat exclusio a conventibus sacris solemnis cum maledictionibus ac diris, quæ fieri solebat a cœtu Decemvirorum. Tertia denique excommunicationis species שַׁמַּתָּא vocabatur, quæ erat durissima et gravissima, utpote qua efficiebatur, ut homo nunquam ad cœtum Judæorum redire posset. Confer Buxtorf. Lex. Talmud. et Rabbin. p. 827. 1303 et 2462. et Wetstenio N. T. T. I. p. 904.

ἈΠΟΤΑ'ΣΣΩ, fut. *άξω,* attice ἈΠΟΤΑ'ΤΤΩ, *certo in ordine colloco, dispono, secerno aliquid a reliquis.* 1 Macc. XI. 3. *ἀπέτασσε τὰς δυνάμεις.* Hinc Passivum *ἀποτάσσομαι* vel *ἀποτάττομαι* notat: *disponor, secernor ab aliis.* Josephus B. J. II. c. 4. § 2. *οὐκ ἂν ἀποτάσσοιντο τοῦ μαχίμου,* h. e. haud secerni debeant a viris militaribus.—Medium vel potius Medio-Activum *ἀποτάσσομαι* significat in N. T. 1) *valedico, jubeo valere,* ita, ut dativus personæ addatur. Theophylactus ad Luc. IX. 61. per *ἀποχαιρετίσαι,* h. e. *λέγειν χαίρειν* interpretatus est. Act. XVIII. 18. *τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος* vale dicto christianis. (Vulgatus: *fratribus valefaciens.* Sic apud glossographos *ignifacio, πυρόω,* et *sumptifacio, καταναλίσκω.*) Ibid. v. 21. *ἀλλ' ἀπετάξατο αὐτοῖς* sed valedixit eis. 2 Cor. II. 13. *ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς ἐξῆλθον εἰς Μακεδονίαν* sed iis valedixi et in Macedoniam abii. Phrynichus in Eclogis p. 10. formulam: *ἀποτάσσεσθαι τινὶ* barbaram et peregrinam dixit: "*Ἀποτάσσομαί σοι,* inquit, *ἔκφυλον πάνυ. χρὴ γὰρ λέγειν ἀσπάζομαί σε. Οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἀρχαῖοι εὑρίσκονται λέγοντες, ἐπειδὰν ἀπαλλάττωνται ἀλλήλων.*" quam observationem repetiit Phavorinus in Lexico suo et Salmasius de Lingua Hellenistica p. 98. Joseph. A. J. VIII. c. 13. § 7. ubi cum *ἀσπάζεσθαι* permutatur. 2) *dimitto aliquem cum mandatis, amando.* Marc. VI. 46. *καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς:* Vulgatus: *et cum dimisisset eos,* scilicet *turbam,* coll. v. 45. et Matth. XIV. 23. *ἀπολύσας τοὺς ὄχλους,* nisi quis eorum sententiæ accedere malit, qui *ἀποτάσσεσθαι τινὶ* a Marco eodem sensu sumtum esse statuunt, quo *ἀσπάζεσθαι τινὰ* in Atticorum lingua haud raro reperiri constat, (v. c. Xenoph. Cyrop. II. 1. 1.) ut sit: *ab aliquo ita discedere, ut eum salutes atque valere jubeas.* Joseph. A. J. XI. cap. 8. § 6. *τοῖς Σικεμίταις οὕτως ἀπετάξατο.* 3) *mandata alicui do,* ut sit idem, quod *συντάσσομαι.* Luc. IX. 61. *πρῶτον ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου* permitte, ut prius res meas domesticas curem, aut mandem domesticis meis aliqua. Conf. Heinsii Exercitt. Sacr. p. 161. Alii tamen etiam h. l. per *valedicere* exponunt. Denique sensu translato, 4) ut Latinum *valedico, renuntio, nuntium remitto, missum facio,* et ex adjuncto: *despicio, sperno, negligo.* Gloss. Vet. apud Labbæum p. 25. *ἀποτάσσομαι, renuncio.* Sic Luc. XIV. 33. *ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσι* qui non renunciare paratus est omnibus suis facultatibus. Ita enim apud Josephum A. J. XI. c. 6. § 8. *τροφῇ καὶ ποτῷ καὶ τοῖς ἡδέσιν ἀποταξαμένη τρισὶν ἡμέραις.* Euseb. H. E. II. 17. *πάσαις ἀποταξαμένους ταῖς τοῦ βίου φροντίσιν.* ibid. *ἀπόταξις τῆς οὐσίας* legitur. Eleganter de hac voce pro more suo egit Fischerus de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. XXXI. p. 17 seq.

ἈΠΟΤΕΛΕ'Ω, ῶ, fut. *έσω, perficio, perago, ad finem perduco,* (Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 662.) interdum adeo *efficio,* v. c. 2 Macc. XV. 40. *ἐπιτερπῆ τὴν χάριν ἀποτελεῖ.* Conf. Schweighæuser. Lex. Polyb.

a. h. v. Hesych. ἀπετέλεσεν ἀπήρτισεν. —ἀπετέλουν ἀπεπλήρουν. Jacob. I. 15. ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα peccatum perfectum, postquam ad finem perductum est. (Wakefield. in Sylva Critica P. V. sect. 217. p. 102. loca Artemidori I. 17. et Diogenis Laërtii VIII. 29. atque Gellii III. 10. nec non Philonis Judæi adduxit, ut nimirum probaret, τελεσφορεῖν, ἀποτελεῖν ac τελεῖν et Latinorum *absolvere* usurpari de *plena fœtus in utero formatione*, quibus adstructis locum Jacobi sic vertit: *idque peccatum postquam plene in utero formatum est.*) Compositum est ex ἀπὸ et τελέω, quod est a τέλος *finis*. Ἀποτελεσθεὶς Græcis etiam dicitur *adultus, qui ad maturitatem pervenit.*

ἈΠΟΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. θήσω: Medium ἈΠΟΤΙ'ΘΕΜΑΙ, 1) proprie notat: *ad futuros usus repono, recondo, depono, demando alicujus curæ.* Suid. ἀποθέσθαι ἀποθησαυρίσαι, ἀποταμιεῦσαι. Hesych. ἀποτίθεται συνάγει εἰς τὰς ἀποθήκας. Sic legitur in N. T. Act. VII. 58. καὶ οἱ μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν et testes deposuerunt vestes suas. LXX. Lev. XXII. 23. ἀποθήσεις sepones. Xenoph. Cyrop. VI. 1. 11. 2) *depono, exuo, abjicio*, v. c. vestes, coronam, vasa. Herodian. IV. 7. 5. πολλάκις τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποθέμενος χλαμύδα. Ælian. V. H. III. 3. ὁ Ξενοφῶν ἀπέθετο τὸν στέφανον. Ezech. XXI. 25. ἀπόθου τὸν στέφανον, 1 Reg. XVII. 22. Hesych. ἀπόθου· θές. Hinc transfertur etiam ad alias res et metaphorice usurpatur, ut Latinum *deponere*, (Horat. Serm. II. 5. 26.) et significat 3) *abstinere, renunciare, adversari, respuere.* Rom. XIII. 12. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους deponamus igitur omnem vitiositatem. Ephes. IV. 22. In utroque loco τῷ ἐνδύσασθαι opponitur. ibid. v. 25. ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος aversemini omnis generis mendacia. (Lucian. D. Mort. X. 8.) Coloss. III. 8. ἀπόθεσθε ὑμεῖς τὰ πάντα renunciate vitiositati omnis generis. Hebr. XII. 8. conf. sub ὄγκος. Jacob. I. 21. 1 Petr. II. 1. Simili sensu hæc vox legitur apud Hesiod. Opera et Dies II. 380. ubi φήμη κακὴ dicitur κούφη μὲν ἀεῖραι, χαλεπὴ δὲ ἀποθέσθαι. Aristæn. I. Ep. 2. ἀπόθεσθε τὴν ἔριν. Eurip. Iph. Aul. 556. Dionys. Halic. IX. 33. καὶ ἀποθέσθαι τὴν ὀργήν. Alia loca Græcorum dedit Schwarzius in Commentar. L. Gr. p. 177.

ἈΠΟΤΙΝΑ'ΣΣΩ, fut. άξω, *excutio, decutio*, i. q. ἐκτινάσσω, quod vide infra, ex ἀπὸ et τινάσσω *quatio, concutio.* Bis tantum legitur in N. T. libris. Luc. IX. 5. τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε collectum adeo pulverem a pedibus vestris excutite. Act. XXVIII. 5. ἀποτινάξας τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ postquam excusserat bestiam in ignem. In vers. Alex. respondet Hebraicis נָטַשׁ 1 Sam. X. 2. et נָעַר Thren. II. 7. Confer quoque Psalm. LXXXIX. 38 seq.

ἈΠΟΤΙ'Ω, fut. ίσω, pro quo etiam interdum ἀποτίνω legitur et ἀποτιννύω, *rependo, solvo, compenso, reddo*, et quidem in utramque partem. Tantum legitur in Ep. ad Philem. v. 19. ἐγὼ ἀποτίσω ego restituam tibi damnum ab eo illatum; ubi in quibusdam codd. ἀποδώσω e glossemate legitur. Homer. Il. I. 128. τριπλῇ— ἀποτίσομεν. Alexandrini sæpius usi sunt hac voce pro שִׁלֵּם, 1 Sam. XXIV. 19. Job. XXXIV. 33. pro נָתַן Exod. XXI. 19. et pro שָׁקַל Exod. XXII. 17. Heysch. ἀπέτισεν ἀπέδωκεν. Etym. M. ἀποτίσας· ἀποδούς. καὶ ἀποτίσῃ δίκην, ἀποδῷ τιμωρίαν. Adde Phavorin. Compositum est ex ἀπὸ et τίω vel τινύω, de quibus verbis lectu digna habet Küsterus de Verbis Mediis II. 12. p. 91 seq.

ἈΠΟΤΟΛΜΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *audeo, audacia utor*, ex ἀπὸ et τολμάω. Æschin. c. Ctesiph. p. 521 et 547. ed. Reisk. ἀπετόλμα δὲ λέγειν. Plutarch. de Educat. Liber. p. 11. D. Polyb. II. 45. 2. 2) *libertate dicendi et agendi utor.* Rom. X. 20. Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει, pro ἀπετόλμησε λέγειν, Iesaias autem ingenue professus est. Alii vertunt simpliciter: *Iesaias dixit*, quoniam ἀποτολμᾷν, aliis verbis junctum, interdum abundat. Sed series orationis priorem commendat explicationem.

ἈΠΟΤΟΜΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *exsectio, resectio, abscissio, incisio*, ab ἀποτέμνω, *abscindo, reseco.* Tribuitur maxime medicis, qui noxias corporis partes secant, ne latius serpat malum et partes generosiores lædantur. Conf. Cuperi Observatt. II. 19. 2) metaphorice: *rigor, severitas in judicando, reprehendendo, puniendo.* Semel in N. T. legitur Rom. XI. 22. ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν τοῦ Θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν vide et perpende, quanta sit Dei benignitas et in puniendo severitas; severitas nempe in puniendis Judæis contumacibus: ubi tamen, ut hoc obiter moneam, metaphoram non a medicis, membra infecta rescindentibus, sed potius ab hortulanis, ramos steriles et inutiles amputantibus, et e stirpe sua exscindentibus, petitam esse, omnis orationis series (coll. v. 17, 18—21.) docet. In versione Alexandrina hoc vocabulum non legitur, nisi in Symmachi reliquiis, ubi Hebraico פֶּרֶק Nahum III. 1. ita respondet, ut ei vel notio *crudelitatis* vel *deprædationis* subjecta videatur. Apud Diodorum Sic. XII. 16. ἀποτομία τῶν νόμων *rigor legum* occurrit. Plutarch. de Liber. Educ. p. 13. D. τὴν τῶν ἐπιτιμημάτων ἀποτομίαν τῇ πραότητι μιγνῦναι. Philo adv. Flaccum T. II. p. 521. 11. ed. Mangey. Suid. ἀποτομία· τραχύτης, ἐναντίωσις. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀποτομία, *crudelitas, temeritas, severitas.*

ἈΠΟ'ΤΟΜΩΣ. Adverbium. 1) proprie: *abscisse, præcise, abrupte*, ab ἀπότομος, quod interdum de petris abruptis dicitur, v. c. apud Polyb. XII. 17. 5. et 22. 4. 2) metaphorice: *severe, rigide, acriter*, omnibus quasi ad vivum resectis. Bis legitur in N. T. 2 Cor. XIII. 10. ἵνα παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι ne, quum præsens fuero, opus mihi sit severe vobiscum agere, seu, duriter vos tractare. Tit. I. 13. ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως redargue eos severe, rigide. Adverbium hoc nusquam in verss. Græcis V. T. legitur, nisi Sapient. V. 23. ποταμοὶ δὲ συγκλύσουσιν ἀποτόμως, ubi ἀποτόμως vertendum videtur: *tanquam de petra prærupta*, h. e. *vehementer, cum impetu.* Polyb. XVII. 11. 2. κατηγόρουν ἀποτόμως τοῦ Φιλίππου. Hesych. ἀποτόμως· ἀπαραιτήτως, σκληρῶς. Phavorin. ἀποτόμως· κεκριμένως, σκληρῶς. Eo frequentius legitur adjectivum ἀπότομος hoc sensu. Longin. de Sublim. 27. ἀπότομος ἀπειλὴ severa comminatio. Sapient. V. 21. ἀπότομος ὀργή. VI. 6. κρίσις ἀπότομος. XII. 9. XVIII. 15. Sic etiam *abscissus* apud Latinos legitur, v. c. Valer. Max. VI. 3. 10. abscissa sententia, h. e. rigidior, durior. et II. 7. 14. asperum et abscissum castigationis genus.

ἈΠΟΤΡΕ'ΠΩ, fut. έψω, *averto, deflecto, avoco, deterreo, dehortor alterum*, ex ἀπὸ et τρέπω *verto.* Sirac. XX. 31. καὶ ὡς φιμὸς ἐν στόματι ἀποτρέπει ἐλεγμούς. Aristoteles Ethic. X. 16. ubi ἀποτρέπειν est: aliquem de sua sententia dimovere. Xen. de Ven. III. § 11. Medium ἀποτρέπομαι

me ipsum averto, avoco, dehortor, h. e. *pedem refero ex aliquo loco, fugio et aversor aliquid.* In *revertendi* notione legitur apud Thucydidem VI. 65. ἀποτρεπόμενοι ἐβοήθουν ἐπὶ τὴν πόλιν. *Aversandi* et *vitandi* significationem vero habet in 2 Tim. III. 5. καὶ τούτους ἀποτρέπου cum istis familiarem consuetudinem inire noli. Plutarch. Fab. p. 183. E. ταύτην μὲν ἀπετρέψατο τὴν δέησιν.

'ΑΠΟΥΣΙ'Α, ας, ἡ, *absentia.* Est nomen participiale, descendens a participio ἀπών, οὖσα, ὄν, *absens*, verbi ἄπειμι *absum.* Legitur in N. T. tantum Philipp. II. 12. ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου in absentia mea.

'ΑΠΟΦΕ'ΡΩ, perf. ήνεγκα, *aufero, abduco.* Marc. XV. 1. δήσαντες τὸν 'Ιησοῦν ἀπήνεγκαν καὶ παρέδωκαν τῷ Πιλάτῳ et Jesum ligatum abduxerunt. Xenoph. Cyrop. II. 4. 14. 2) ex adjuncto: *perfero, transporto.* Luc. XVI. 22. καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς κόλπον 'Αβραάμ. Cf. infra sub κόλπος. 1 Cor. XVI. 3. ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς 'Ιερουσαλὴμ ut collectam a vobis pecuniam Hierosolymas perferant. Apoc. XVII. 3. XXI. 10. Sæpius in N. T. non legitur. Ps. XLIV. 16. αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονταί σοι, ubi Hebr. הֵבִיא respondet. Hos. X. 6. ἀπήνεγκαν ξένια τῷ βασιλεῖ, in Hebraico הוּבִיל legitur.

'ΑΠΟΦΕΥ'ΓΩ, fut. εύξομαι, *effugio, evado.* Sensu metaphorico tantum in N. T. libris usurpatum reperitur. 2 Petr. I. 4. ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς effugientes perniciem, quæ hominibus infertur cupiditatibus pravis; ubi vid. Wetstenius N. T. II. p. 699. ibid. II. 18. τοὺς ὀλίγως ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους qui ad breve tempus effugerunt scelestam vivendi rationem, et v. 20. ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου deponentes sordes peccatorum, quibus homines se vulgo inquinare solent. Sæpius in N. T. non reperitur. In aliis vero Græcis scriptoribus maxime de *iis* usurpatur, *qui absolvuntur in judicio*, Cf. Intt. ad Thom. M. sub φεύγω p. m. 892 seq.

'ΑΠΟΦΘΕ'ΓΓΟΜΑΙ, fut. έγξομαι, *eloquor, orationem habeo, verba profero*, ex ἀπὸ et φθέγγομαι *sonum edo, loquor.* Speciatim de *iis* usurpatur, *qui sententiose dicunt, aut futura prædicunt*, unde ἀπόφθεγμα *scite dictum, dictum sententiosum, oraculum*, σύντομον λόγον, μάντευμα, Hesychio interprete, significat. In versione Alex. hanc ipsam ob causam Hebraicis נִבָּא 1 Chron. XXV. 1. et קָסַם *futura prædixit*, Ezech. XIII. 9. respondet. Maxime autem in hac significatione ἀποφθέγγεσθαι reperitur usurpatum a Diogene Laërtio, v. c. I. 73 et 79. Cicer. Offic. I. c. 29. ut docuit jam Elsnerus Obss. S. T. I. p. 365. et Kypkius T. II. p. 12. Act. II. 4. καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι prout sensus animi facultatem illis dabant enunciandi. ibid. v. 14. καὶ ἀπεφθέγξατο et ita eos allocutus seu affatus est. ib. XXVI. 25. ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι vera et sana loquor. Diog. Laërt. I. 63. Philo de vita Mosis T. II. p. 139. 32. ed. Mangey. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀποφθέγγομαι, *expromo, eloquor.*

'ΑΠΟΦΟΡΤΙ'ΖΟΜΑΙ, *onus depono, onus levo, exonero.* (ex ἀπὸ et φόρτος *onus.*) speciatim *merces expono* aut *abjicio in mare tempestatis causa*, v. c. apud Athen. lib. II. p. 37. C. Semel legitur in N. T. Act. XXI. 3. ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον, ubi exoneraturum erat navigium onus. ubi vel statuendum, præsens poni pro futuro, vel unica literula immutata legendum ἀποφορτισόμενον. Vox propria *nautarum* et *mercatorum*, qui naves exonerant, ut e loco Gregorii Nazianzeni Orat. XXVII. p. 471. ἀποφορτίσαι τὶ τῆς νηός, ἵνα πλέῃς κουφότερος, ad Hesychium probavit post H. Stephanum Abreschius. Dionys. Hal. Ant. III. 44. Hesych. ἀποφορτίσασθαι· τὸ βάρος ῥίψαι. Suid. ἀποβαλεῖν φορτίον. Pollux Onom. I. 99. ἀποφορτίσασθαι· κουφίσαι τὴν ναῦν, ἐκβολὴν ποιήσασθαι τῶν φορτίων.

'ΑΠΟ'ΧΡΗΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *abusus*, ab ἀποχράομαι *abutor*, (Plutarch. T. VI. p. 679. ed. Reisk. οἷς μὲν χρῆσθαι, ὡς δ' ἀποχρῆσθαι.) sed quia hoc verbum etiam de iis usurpatur, qui aliqua re utuntur, et usu atterunt atque consumunt, (Polyb. I. 45. 2. XVII. 15. 9.) factum est, ut ἀπόχρησις interdum idem esset, quod χρῆσις, et 2) *usum, consumtionem alicujus rei per usum* significaret. Et in hoc sensu accipienda videtur hæc vox in loco Coloss. II. 22. ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει quarum rerum usus perniciem et maximas pœnas affert. Sermo autem ibi est de rebus, quarum usus lege Mosaica Judæis interdictus erat. Cf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 489.

'ΑΠΟΧΩΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *discedo, abscedo, recedo.* Luc. IX. 39. καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ et vix ab eo discedit dæmon. Nos diceremus: der paroxysmus verlässt ihn nicht eher, *the fit did not leave him sooner.* Matth. VII. 23. ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Ps. VI. 8. est: ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, Hebr. סוּרוּ מִמֶּנִּי. Act. XIII. 13. 'Ιωάννης δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν Johannes autem, iis relictis, Hierosolymam revertitur. Polyb. I. 9. 5. IV. 64. 7. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 7.

'ΑΠΟΧΩΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *separo, sejungo, dirimo, segrego, divello.* Passivum ἀποχωρίζομαι *sejungor, discedo, abeo*, et ex adjuncto: *evanesco.* Act. XV. 39. ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων adeo, ut alter ab altero discederet, seu, ut a se invicem sejungerentur. Apoc. VI. 14. καὶ ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη, scil. ἀπ' ὄψεως, densis nimirum nubibus ejus conspectum adimentibus, seu, serena cœli facies prorsus evanuit. Sæpius non extat in N. T. Adde Genes. XIII. 14. ubi in Codd. χωρίζειν, διαχωρίζειν et ἀποχωρίζειν invicem permutantur.

'ΑΠΟΨΥ'ΧΩ, fut. ύξω, 1) proprie: *exhalo, exspiro animam, morior, viribus et anima deficio.* Omissum est τὸν βίον, quod additum legitur apud Sophocl. Aj. Flagell. v. 1656. ἔστ' ἀπέψυξεν βίον. Longin. de Sublim. c. 42. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 800. Suid. ἀποψύχειν· ἀποθνήσκειν. Hesychius per ἀποπνευματίζεσθαι interpretatus est. 2) metaphorice: *animi deliquium patior*, i. q. λειποθυμέω, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui præ anxietate et timore animo linquuntur et deficiunt.* Sic Luc. XXI. 26. ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου, coll. Matth. XXVIII. 4. tanta tunc temporis erit anxietas, ut homines præ ea toti exanimari videantur. Syrus: ܘܡܦܩܝܢ ܢܦܫܬܗܘܢ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ. Eodem modo voce ἀποψύχειν usus est Homer. Odyss. XXIV. 347. Conf. Eustathium ad Il. χ', 2. Arrian. Diss. Epictet. IV. 1. 145. κἂν τινα ὑμῶν ἴδῃ μόνον συνεστραμμένῳ βλέμματι ἀποψυχόμενον. Eustath. ἀποψύχειν· ἀπὸ ψυχῆς γίνεσθαι λειποθυμοῦντα ἢ καὶ ἀποθνήσκοντα. Nec alio modo verbum *exspirare* adhibitum legitur a Seneca Nat. Quæst. II. cap. 59. " Si pavescis ad cœli fragorem nubiumve trepidas, quoties aliquid

effulsit, exspiras." De simili usu verbi *exanimari* apud Latinos (v. c. Terent. Andr. I. 5. 17.) satis constat. Confer Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

"ΑΠΠΙΟΣ, ου, ὁ, *Appius*. Ἄππιος φόρος *forum Appium*. Nomen oppidi Italiæ, quatuor fere milliaria a Roma distantis, ita sine dubio dicti ob *viam Appiam*, quæ ab *Appio Claudio Cæco*, Censore Romano, saxo quadrato strata erat et per portam Capenam ducebat Capuam; et cujus pars fuisse videtur. Ad hunc locum Paulus venit, cum Romam duceretur, teste Luca Act. XXVIII. 15. ἐξῆλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ Τριῶν ταβερνῶν. Cic. ad Attic. Lib. II. Ep. 10. 13. Ab *Appii foro* hora quarta dederam, aliam paulo ante a *Tribus tabernis*. Cf. etiam M. Antonini Imp. Itinerar. p. 107. ed. Wesselingii, et C. G. Schwarzii D. de *foro Appii et Tribus tabernis*. Altorf. 1746. 4.

ἈΠΡΟ'ΣΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie sensu physico: *inaccessus, ad quem aditus non patet*, qui reliquis Græcis ἄβατος, (Eurip. Phœn. 816. φῶς ἄβατον.) etiam ἀνέμβατος dicitur, ex α priv. et πρόσειμι *accedo, adeo*, cui opponitur πρόσιτος *accessu facilis*. Hesychius, ἀπρόσιτος· ἀπροσπέλαστος, ἀπάνθρωπος. Etym. M. ἀπρόσιτος, πρὸς ὃν τις πορευθῆναι οὐ δύναται. Πρόσιτος, πρὸς ὃν τις εὐχερῶς πορεύεται. Philo de Vita Mosis T. II. p. 146. 11. ed. Mangey: ὄρος — — ἀπρόσιτον καὶ ἄβατον. Diod. Sic. I. 32. Polyb. III. 49. 7. et IX. 27. 6. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀπρόσιτος, *intractabilis, inaccessibilis*. 2) metaphorice: *qui non satis intelligi et mente comprehendi potest, qui omnem captum et facultatem intelligendi humanam excedit*, ἀχώρητος, ut Hesychius interpretatur. Sic in N. T. semel legitur 1 Tim. VI. 16. ubi Deus dicitur φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον lucem inhabitare inaccessam, h. e. partim eum oculis cerni *non posse*, partim ejus majestatem omnium creaturarum intellectum longe superare. Suidas ex Chrysostomi Homil. III. de Incomprehensibili hunc locum respiciens, ἀπρόσιτον· ὃ μηδὲ ἐρεύνης ἀνέχεται τὴν ἀρχήν — ὃ μηδὲ τὴν ἀρχὴν δυνατὸν ἐρευνηθῆναι. οἷον περὶ Θεοῦ οὐσίας.

ἈΠΡΟ'ΣΚΟΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Pertinet hoc adjectivum ad numerum eorum, quæ cum activam, tum passivam significationem habent, de quibus pro more suo docte disputavit Hemsterhus. ad Lucianum. T. I. p. 179. et Abreschius ad Æschylum Lib. III. p. 11. Compositum est ex α priv. et προσκόπτω *impingo, allido*, adeoque proprie 1) partim *eum* notat, *qui inoffenso pede procedit, cujus pedes non impingunt, in nullum incurrunt offendiculum*, teste Eustathio p. 1591. partim *eum, qui aliis incedentibus nullum objicit offendiculum*. Sirac. XXXII. 26. Hesych. et Suid. ἀπρόσκοπος· ἀσκανδάλιστος. Sed in hac propria notione nuspiam legitur in N. T. in quo potius ἀπρόσκοπος metaphorice 2) *is* dicitur, *qui non locum facit peccato alterius, qui non committit aliquid, ut exinde alter in errorem incidat aut ad peccatum alliciatur*. 1 Cor. X. 32. ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι ne occasionem peccandi præbeatis Judæis æque ac gentilibus. Male Theophyl. μηδεμίαν μηδενὶ ψόγου παρέχοντες ἀφορμήν: rectius vero Theodoretus interpretatus est: ἐξ ὑμῶν πρόφασις σκανδάλου μηδεμία γινέσθω. Alberti Gloss. N. T. p. 130. ἀπρόσκοποι· μηδενὶ σκανδάλου ἀφορμὴν ἔχοντες. h. e. παρέχοντες. 3) *is, in quo nihil est, quod jure reprehendi possit, ab omni errore et vitio alienus, inculpatus, irreprehensus, integer, perfectus*, i. q. ἄμεμπτος. Philipp. I. 10. ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι ut sitis integri ac perfecti. Act. XXIV. 16. ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν πρὸς τὸν Θεὸν ut habeam animum nullius malefacti erga Deum sibi conscium, animum, qui me ἀπρόσκοπον, integrum scelerisque purum judicat.

ἈΠΡΟΣΩΠΟΛΗΠΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *is* dicitur, *qui personarum nullum respectum habet nec se nimio rerum externarum*, v. c. dignitatis, opum, cognationis, potentiæ, *amore et studio regi patitur*. Adverbium

ἈΠΡΟΣΩΠΟΛΗ'ΠΤΩΣ, *citra personarum respectum, simpliciter et sine omnium partium studio*. Sic in N. T. semel legitur 1 Petr. I. 17. ubi Deus dicitur ἀπροσωπολήπτως κρίνων κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον sine partium studio de cujusque factis judicans; in quo est descriptio justitiæ divinæ. Conf. infra sub πρόσωπον.

"ΑΠΤΑΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *non impingens, qui incedens non offendit pedem, immunis a lapsu*, ex α priv. et πταίω *impingo, labor*. Sic Xenoph. de Re Equestri c. I. § 6. ἀπταιστότερον τὸν ἵππον παρέχει. Plutarch. Fab. p. 190. B. ἀσφαλὴς καὶ ἄπταιστος. 2) metaphorice: ἄπταιστος dicitur, uti ἀπρόσκοπος, *is, qui nullius insimulari potest culpæ, et omni caret reprehensione, vacuus vitiositate*. Sic semel legitur Jud. v. 24. τῷ δὲ δυναμένῳ φυλάξαι ὑμᾶς ἀπταίστους ei vero, qui vos conservare potest integros, perfectos, irreprehensibiles, ubi cum ἄμωμος permutatur. 3 Macc. VI. 39. Epicteti Fr. 62. Lucian. Amor. T. II. p. 449. ed. Reitz. δι' ἀπταίστου καὶ ἀκλινοῦς βίου ἀλύπως εἰς γῆρας ὁδεῦσαι. Hesych. ἀπταίστως· ἀκαταγνώστως. Conf. Valckenarii Diatriben in Euripid. Reliquias p. 266. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄπταιστος, *inpeccatus, irreprehensibilis*.

"ΑΠΤΩ, *necto, alligo*. Medium "ΑΠΤΟΜΑΙ, 1) *tango, attingo, prehendo, prenso*, et ex adjuncto: *manus impono, amplector*. Hesych. ἅπτεσθαι. ψαύεσθαι.—ἅπτομαι· ψαύω, ψηλαφῶ. Construitur quidem cum genitivo, non tamen opus est, ut substantivum cognatæ significationis, v. c. ἁφὴν subintelligatur. Matth. VIII. 3. ἥψατο αὐτοῦ tangens eum. ibid. v. 15. καὶ ἥψατο τῆς χειρὸς αὐτῆς — καὶ ἠγέρθη et apprehendit ejus manum. ib. IX. 20, 21, 29. XIV. 36. ὅσοι ἥψαντο quotquot attigerunt, nempe cum fiducia recuperandæ sanitatis. XVII. 7. Marc. I. 41. X. 13. καὶ προσέφερον αὐτῷ παιδία, ἵνα ἅψηται αὐτῶν ut manibus impositis iis bene precaretur, coll. Matth. XIX. 13. Joh. XX. 17. μή μου ἅπτου, h. e. noli jam amplexibus meis te ipsam morari, seu ne hic diutius hæreas significandæ mihi tuæ lætitiæ et reverentiæ causa. Videtur enim Maria procidisse in genua et pedes Jesu amplexa esse ex more Orientis. Confer ad h. l. Wolfii Curas Philologicas T. I. p. 990. qui bene contulit locum Job. XXXI. 7. ubi ἅπτεσθαι Hebraico דָּבַק in vers. Alex. respondet, quod alias convertunt per προσκολλᾶν *adhærere, affixum esse*. Hinc 2) ἅπτεσθαι τινὸς *versari cum aliquo, communionem habere, societatem inire* (Ezech. XLII. 14.) significat. 2 Cor. VI. 17. καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε nolite familiarem consuetudinem habere cum paganis. Nam pagani impuri habebantur a Judæis. Huc etiam referrem locum Coloss. II. 21. μὴ ἅψῃ abstinendum esse a familiaritate cum paganis: quanquam non nego, posse hunc locum commode de omni contactu rerum, quæ immundæ habebantur a Judæis, v. c. cadaveris, explicari. Sunt etiam interpretes haud pauci, qui locum 2 Cor. VI. 17. de ipso usu ciborum immundo-

rum explicare malunt, ut ἅπτεσθαι (ut Lat. *attingere* apud Plin. H. N. XII. 6. coll. Theophr. IV. c. 3.) sit: *comedere, edere, vesci*, quo sensu legitur apud Inc. Lev. XXII. 6. pro אָכַל. Xenoph. Mem. I. 3. 7. (σίτων ἅπτεσθαι.) Homer. Odyss. IV. 60. de qua significatione legi possunt, quæ post Abresch. in Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 278. Lœsnerus collegit in Obss. Philonn. p. 372. et Wetstenii N. T. T. II. p. 289. 3) *rem habeo cum muliere*, et de omni usu mulieris, sive in conjugio, sive extra illud, dicitur. Sic 1 Cor. VII. 1. καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι viro magis consulitur abstinentia a conjugio: ad imitationem sine dubio Hebraici נָגַע Gen. XX. 6. XXI. 11. Prov. VI. 29. quanquam non minus modeste de conjugali æque ac illicita cum muliere consuetudine verbo *tangendi* et ἅπτεσθαι Latinos ac Græcos scriptores usos esse neminem fugit. De his vide Ælian. Hist. Anim. I. c. 13. ἄλλης οὐχ ἅπτεται. Marc. Antonin. I. c. 1. § 17. et præter Gatakeri Opera Critica p. 79. Valckenar. ad Eurip. Phœniss. p. 349. et Wetstenii N. T. T. II. p. 124. de illis vero conf. Martial. Lib. I. Ep. 174. Horat. I. Sat. 2. v. 54. et Westerhov. ad Terent. Eunuch. II. 3. 81. 4) *lædo, nóceo, molestus sum*. Sic legitur in N. T. 1 Joh. V. 18. καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ et diabolus non lædet ipsum, non nocebit ei, h. e. non se facile ad peccata allici patietur. Ita נָגַע haud raro in V. T. usurpatum legitur. Genes. XXVI. 11. Ruth. II. 9. 1 Chron. XVI. 22. ubi parallelismus membrorum observandus est. Sapient. XVIII. 20. Unde ἁφὴ ex Hebr. נֶגַע est *cædes*. Deut. XVII. 6. Lat. *tagere* pro *vulnerare, percutere* adhiberi, docuit Burmannus ad Propertium p. 476.

ἍΠΤΩ, fut. ἅψω, *accendo, incendo*. Luc. VIII. 16. οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας nemo vero, qui candelam accenderit, operit eam vase. ibid. XI. 33. (coll. Matth. V. 15. ubi καίειν legitur.) XV. 8. XXII. 52. ἁψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς accenso in atrio igne. Theophr. Char. XVIII. 1. ἀνυπόδητος τὸν λύχνον ἅψας. Exod. XXX. 8. Eodem modo non solum ἐξάπτειν usurpatur, (cf. Perizon. ad Ælian. V. H. II. c. 13.) sed etiam *tangere* apud Latinos, v. c. Virg. Eclog. I. v. 17. "de cœlo tactas memini prædicere quercus."

ἈΠΦΙ'Α, ας, ἡ, *Apphia*. Est nomen mulieris, quam Paulus in Epistola ad Philemon. v. 2. commemorat, et quam Chrysostomus et Theodoretus asserunt fuisse uxorem Philemonis. Sic Græcus Scholiastes nominat Philemonem atque Apphiam δεσπότας τοῦ Ὀνησίμου. Cf. N. T. ex ed. Griesbachii Vol. II. p. 167. et Wetstenii N. T. T. II. p. 380.

ἈΠΩΘΕ'Ω, ῶ, vel ἈΠΩ'ΘΩ, *repello, amoveo, detrudo aliquid vel a me vel ab aliis*. Ælian. V. H. XII. 22. πρῶτον μὲν λίθον ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν, εἶτα ἀπωθεῖ. Medium ἀπωθέομαι etiam proprie significat 1) *a me aliquid trudo*, ut adeo vel ex hoc exemplo appareat, verba activa et media haud raro promiscue usurpari a scriptt. Gr. quod tamen jam observatum video a Küstero de Verbis Mediis I. 45. p. m. 55. Et in hac propria significatione (activum enim non legitur in N. T.) medium legitur Act. VII. 27. ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον ἀπώσατο is, qui injuriam faciebat proximo, repulit eum a se his additis verbis. Judd. VI. 13. ubi in aliis codd. ἐξέῤῥιψεν, in aliis ἀπώσατο legitur; unde Hesych. ἀπώσατο· μακρὰν ἐῤῥιψεν. Prov. XIX. 26. ἀπωθούμενος μητέρα αὐτοῦ expellens matrem suam, ubi in textu Hebr. הִפְרִיחַ legitur. Homer. Iliad. XXIV. 508. ἀπώσατο ἦκα γέροντα. Hinc 2) metaphorice: *cum fastidio et nausea rejicio, repudio, aversor*, et ex adjuncto: *non obedio, non fidem habeo, deficio ab aliquo*. Act. VII. 39. ἀλλ' ἀπώσαντο, sed rebellarunt contra eum, i. q. in antecedentibus οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι αὐτῷ. Act. XIII. 46. ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε αὐτὸν, scil. τὸν λόγον, quia huic doctrinæ fidem denegatis vestram. Rom. XI. 1 et 2. μὴ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ; num plane repudiavit Deus populum suum, ita, ut nulla spes supersit reditionis in gratiam? 1 Tim. I. 19. ἣν (scil. πίστιν) τινὲς ἀπωσάμενοι a qua quidam deficientes ad errores delapsi sunt. Ps. LXXXVIII. 5. καὶ αὐτοὶ ἐκ τῆς χειρός σου ἀπώσθησαν, ubi Hebr. נִגְזַר respondet. Ezech. XLIII. 9. νῦν ἀπωσάσθωσαν τὴν πορνείαν αὐτῶν, Hebr. הִרְחִיק. 1 Reg. XII. 22. οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν ἑαυτοῦ. Thucyd. III. 39. Conf. Duker. ad Thucyd. V. 45. et Wetstenii N. T. T. II. p. 72.

ἈΠΩ'ΛΕΙΑ, ας, ἡ, 1) proprie: active, *perditio, abolitio, consumtio, destructio alicujus rei, ut esse desinat*, ab ἀπόλλυμι *perdo*. Polyb. VI. 59. 5. Hinc per synecdochen 2) *mors violenta, occisio, capitale supplicium*. Sic Act. XXV. 16. χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν morti aliquem tradere in gratiam aliorum. 3) *infelicitas, omnis calamitas, miseria*, et speciatim de *pœnis divinis peccatorum et in hac et in futura vita* usurpatur. Matth. VII. 13. ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς ἀπώλειαν via ducens ad miseriam et infelicitatem. Rom. IX. 22. κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν certo et inevitabili fato perituri. Philipp. I. 28. ἥτις μέν ἐστιν αὐτοῖς ἔνδειξις ἀπωλείας quæ, sc. persecutiones, sunt ipsis documento insigni, se gravissimas pœnas Deo daturos esse. ibid. III. 19. ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια quos manent pœnæ dirissimæ. 1 Tim. VI. 9. ὄλεθρος καὶ ἀπώλεια. 2 Petr. II. 1. αἱρέσεις ἀπωλείας perniciosas maxime opiniones. v. 3. III. 7. 16. Apoc. XVII. 8. 11. coll. XIX. 20. Alexandrini usi sunt hac voce pro אֵיד Deut. XXXII. 35. Job. XXXI. 3. et pro רָעָה Ies. XLVII. 11. Apud Theodotionem adeo Job. XXVI. 5. *infernum* notat, et Hebr. שְׁאוֹל respondet. Hist. Dracon. v. 41. τοὺς δὲ αἰτίους τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ, ubi ἀπώλεια *capitale supplicium* notat. Huc etiam referrem locum Act. VIII. 20. τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν pereat tecum pecunia tua, h. e. ob hanc pecuniam tuam gravissime puniaris. 4) per metonymiam: *illa ipsa res, quæ alicui pœnas, miseriam et mortem affert*. 2 Petr. II. 2. καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, ubi ἀπώλεια vel est *vita flagitiosa falsorum illorum doctorum*, quos v. 1. descripserat, vel *errores maxime perniciosos, quos iidem spargere conabantur*, indicat; unde in quibusdam codd. ἀσελγείαις loco ἀπωλείαις e glossemate legitur. Joh. XVII. 12. ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, quæ formula per se quidem *nequam, hominem perditum, de cujus salute plane desperandum est*, indicat, qui Hebræis בֶּן־מַשְׁחִית Ies. I. 4. vocatur, sed h. l. de Juda, Christi proditore, usurpatur, *qui a partibus Christi defecit*, ut adeo h. l. ἀπώλεια, ut vel præcedentia verba docent, *defectionem a religione christiana, a Jesu doctore*, ἀποστασίαν, indicet. Idem valet de loco 2 Thess. II. 3. ubi ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας a formula: ὁ υἱὸς τῆς ἁμαρτίας minime differt, adeoque descriptioni *insignis illius im-*

postoris, qui multos ad defectionem a religione christiana sollicitabit, inservit. 5) *nimius sumtus, prodigalitas, vana et inutilis profusio,* seu *proluvium,* ut Terentius (Adelph. V. 9. 28.) loquitur, unnützer, übertriebener Aufwand, *useless, excessive expense,* φθόρος ἀργυρίου Theocrit. Idyll. XV. 18. Sic legitur in N. T. Matth. XXVI. 8. εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη; cui fini est hic nimius sumtus? Marc. XIV. 4. Sic et apud Hebræos *prodigus* בַּעַל־מַשְׁחִית Prov. XVIII. 9. vocatur. Eodem modo ἀπόλλυμι de argento, quod male impenditur ac profunditur, adhibetur apud Theophr. Char. c. XV. ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον. Plutarch. Cicer. pag. 869. Latini quoque dicunt *pecuniam perdere,* ut ex Stephani ac Gesneri Thesauris l. l. satis constat. Adde Pollucis Onom. III. 129. et V. 135.

'ΑΡΑ', ᾶς, ἡ, *imprecatio, exsecratio, diræ, dicteria et convicia atrociora,* ab αἴρω *tollo,* nam imprecationes sublatis manibus fieri solebant, unde ἀράομαι descendit, *imprecor mala.* Semel legitur in N. T. Rom. III. 14. ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει quorum os exsecratione et amarulentia plenum est, h. e. qui semper conviciis et dicteriis atrocibus erga alios utuntur. In versione Alex. non solum τῷ אָלָה Genes. XXIV. 41. Ezech. XVII. 13. sed etiam τῷ קְלָלָה Prov. XXVI. 2. respondet. Hesych. ἀρά· κατάρα. Idem; οὗ ἀρᾶς γέμει· οὗ κατάρας πλήρης ἐστί. Ælian. V. H. III. 29. αἱ ἀραὶ ἐκ τῆς τραγῳδίας. Polyb. XVI. 31. 5. ubi vid. Schweighæuserus. Conf. Salmas. ad Inscript. Herod. Attic. p. 9.

'ΑΡΑ. Adverb. Est varii usus et significationis. Nam 1) est *concludentis e superioribus,* et significat: *itaque, ergo, quare, quamobrem.* Sic Matth. XII. 28. Luc. XI. 48. ἄρα μαρτυρεῖτε atque adeo vos testamini. Rom. VII. 21. VIII. 1. X. 17. ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς. 1 Cor. XV. 15. Galat. III. 7. (Zonaras Lexic. col. 310. ἄρα καὶ ἀντὶ τοῦ τοιγαροῦν. τοῦ ἀποστόλου· γινώσκετε ἄρα, ὅτι οἱ ἐκ πίστεως κ. τ. λ.) IV. 31. ubi in codd. quibusdam διὸ legitur. Interdum vero ἄρα οὖν ponitur in N. T. ita, ut alterutrum abundet, ut apud Latinos *itaque ergo,* v. c. Liv. I. 25. III. 31. IX. 31. Sic legitur in N. T. Rom. V. 18. VII. 3. VIII. 12. IX. 16. XIV. 12. Æschin. Socr. Dial. I. 3. Xenoph. Cyrop. I. 4. 11. 2) *sane, profecto, utique,* ut sit particula *asseverantis.* Luc. XI. 20. ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ profecto ad vos jam pervenit regnum Dei. Gal. II. 21. utique Christus frustra mortuus est. 1 Cor. V. 10. VII. 14. XV. 14, 18. Hebr. XII. 8. Hinc in versione Alex. respondet Hebr. אַךְ Ps. LVIII. 12. LXXIII. 13. Xenoph. Cyrop. V. 2. 3. VII. 5. 15. Ælian. V. H. XIV. 31. 3) *age, agedum,* ut sit particula *exhortantis.* Galat. VI. 10. 1 Thess. V. 6. 2 Thess. II. 15. Ita respondet Hebraico נָא *quæso, obsecro,* in vers. Alex. Gen. XVIII. 3. 4) *forte, fortasse,* ut sit *bene sperantis* particula. Marc. XI. 13. εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ an fortasse inventurus sit aliquid in ea. Act. VIII. 22. εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι si forte remittatur tibi. Num. XXII. 6, 11. pro אוּלַי *fortassis* habent Alexandrini εἰ ἄρα. 5) *scilicet, nempe, videlicet,* ut sit particula *explanantis.* 1 Cor. XV. 15. εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται si nulla nempe datur resurrectio mortuorum. Galat. V. 11. Ælian. V. H. II. 13. Conf. Perizonius ad Ælian. V. H. I. 15. 6) Interdum est particula, quæ, si aliis particulis interrogandi, veluti ποῦ et τίς, jungitur, vel pleonastice additur, vel majorem vim affert interrogationi. Latine per *nam* optime reddi potest, unde Matth. XXIV. 45. pro ἄρα haud pauci codices γὰρ substituerunt. Maxime in interrogationibus adhiberi solet. Sic Mat. XVIII. 1. τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν; quisnam maximus erit in regno cœlorum? ibid. XIX. 25, 27. XXIV. 45. Marc. IV. 41. Luc. VIII. 25. XXII. 23. Act. XII. 18. Exempla e Græcis dedit Zeunius ad Vigerum de Idiotismis L. Gr. p. 474.

'ΑΡΑ, (circumflexa penultima) nonnisi interrogantis est in N. T. et *num? an?* significat. Nonnisi bis in N. T. libris legitur. Luc. XVIII. 8. ἆρα εὑρήσει πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; num fidem inveniet in terra? Galat. II. 17. ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος; Alexandrini semper hac particula pro הֲ *num? an?* usi sunt, v. c. Genes. XVIII. 13. XXXVII. 10. Nehem. IV. 2. Confer Vigerum de Idiotismis L. Gr. pag. 473. ed. Zeunii.

'ΑΡΑ'ΓΕ. Particula interrogandi, pro qua etiam interdum ἆρά γε dicitur, idem notat, quod antecedens, *num? an?* Sic Æschin. Socr. Dial. II. 5. 6. 25. Et sic ex lectione codicum omnium occurrit Act. VIII. 30. ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; intelligisne quæ legis? Gen. XXVI. 9.

'ΑΡΑΓΕ et 'ΑΡΑ ΓΕ, est 1) *concludentis: igitur, itaque.* Matth. VII. 20. ἄραγε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτοὺς igitur e moribus suis dignoscatis illos. ibid. XVII. 26. Act. XI. 18. 2) est *bene sperantis,* et notat: *forte.* Act. XVII, 27. εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν an fortasse sensuum ope eum cognoscere possint. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΑΡΑΒΙ'Α, ας, ἡ, *Arabia.* Est nomen regionis Asiæ majoris, sitæ ad partem australem Judææ inter mare rubrum ac sinum Persicum, quam Bochartus in Hieroz. P. II. Lib. 4. c. 15. p. 556. male ab Assyriis primum sic vocatam censet a situ suo occidentali respectu Assyriorum (ab עָרַב *vesperascere*), nec magis bene alii a *mixtis populis* aut a *negotiatione* (עָרַב *miscere*) dictam judicant, quæ potius nomen hoc, sibi impositum, accepisse videtur a desertis illis et vastis locis, quibus abundat, ex significatione vocis עֲרָבָה *solitudo, locus desertus.* Dividitur autem Arabia in *Petræam, Desertam* et *Felicem.* Petræa non tam nomen suum sortita est a petris asperis et incultis, aut a montium perpetuis jugis, quibus a meridie clauditur, ut vulgo putatur, sed a Petra urbe, quæ est metropolis Arabiæ. (Josephus de B. J. I. 6. 2.) Clauditur hæc provincia ab occasu Ægypto et sinu maris rubri, a septentrione Palæstina et Cœlesyria, ab ortu Arabia Deserta, et a Strabone Lib. XVI. vocatur *Nabathæ* a Nabathæorum gente, eam incolente. *Arabia Deserta,* ubi urbs Maccaraba, hodie Mecca, quæ maxima ex parte sterilis est et plana, arenis, non vero incolis, referta, fines habet ab occidente Arabiam Petræam et Cœlesyriam, a meridie Arabiam Felicem, a septentrione Euphraten. Hodie *Arden* vocatur. *Felix* denique *Arabia,* hodie *Aliemen* dicta, peninsulæ forma inter duo maria, rubrum et Persicum, procurrit, reliquis partibus non solum amplior, sed etiam fertilior est et maxime est cinnamomi, thuris aliorumque odorum ferax. Conf. Had. Reland. Palæstina I. c. 16. Quæ in N. T. bis (Galat. I. 17. IV. 25.) commemoratur *Arabia,*

fuisse videtur *Petræa*, quæ tum cum Damasco sub regis Aretæ potestate fuit.

ἈΡΑ'Μ. *Aram.* Nomen viri indeclinabile, quod vi originis *altum, excelsum* notat; est enim a רוּם *altum esse et elatum*, a quo descendit רָם *altus*, quod ab initio nactum est א præformativum. Fuit filius Esromi, pater Aminadabi, 1 Paral. II. 10. Bis in N. T. commemoratur Matth. I. 13. Luc. III. 33. inter majores Christi.

ἌΡΑΨ, βος, ὁ, *Arabs, incola Arabiæ*, seu, *ex Arabia oriundus*. Plur. Ἄραβες tantum legitur in N. T. Act. II. 11. ubi vulgo quidem *incolæ Arabiæ Felicis* intelligi censentur, sed rectius, ex mea opinione, *totius Arabiæ incolæ* in universum intelligendi sunt.

ἈΡΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *otior, otiosus sum*, et proprie de *hominibus* usurpatur, *qui se otio dederunt et ab opere desistunt*. Alexandrini usi sunt pro Hebraico בָּטֵל et Chald. בְּטֵל Cohel. XII. 3. Esr. IV. 24. Deinde etiam metaphorice usurpatur *de rebus, quæ aut plane non, aut nimis sero eveniunt*. Sic 2 Petr. II. 3. ἃν τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ quorum pœna ipsis a Deo jam olim destinata certissime et opinione citius sequetur, seu, quibus exitium imminet. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀργεῖ, *cessat*. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΡΓΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) proprie et de *rebus* et de *personis* adhibetur. Si de *rebus* dicitur, significat: *inelaboratum, non excultum, non præparatum*, et est idem quod ἀεργόν. Sic apud Xenoph. de Vectig. IV. 9. ἀργὸς γῆ terra inculta et sterilis dicitur. Herodian. II. 4. 12. ubi cum ἀγεώργητος permutatur. Cf. Fœsii Œconom. Hippocr. p. 57. et Bod. a Stapel ad Theophr. Hist. Plant. p. 394. De *personis* vero si adhibitum legitur, significat: *pigrum, ignavum, otiosum, qui ab opere feriatur et nihil agit*, ἀεργὸν, qui Prov. XIII. 4. et XV. 19. Hebr. עָצֵל respondet in vers. Alex. Xenoph. Cyrop. I. 6. 14 et 15. Etym. M. ἀργός· ὁ νωθρὸς καὶ δυσκίνητος, μᾶλλον δὲ ἀνενέργητος, παρὰ τὸ ἀεργὸς τὶς εἶναι. speciatim, *qui agrum non colit*, apud Herodot. V. 6. ubi videndus Valckenarius. Matth. XX. 3, 6. ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοὶ — ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργοὺς stantes in foro otiosos. 1 Tim. V. 13. ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ et cum nihil habent quod agant. Tit. I. 12. ubi Cretenses dicuntur γαστέρες ἀργαὶ ventres pigri, h. e. homines ignavi et heluatores, qui ab omnibus gravioribus laboribus abstinentes gulæ tantum et voluptati indulgent, quos Græci γαστριμάργους vocant, de quo loco, nescio quam ob causam inter difficiliora N. T. relato, conf. Guil. ab Irhoven Diss. Philologico-Historicas ad Tit. I. 12. et Matth. XII. 36. quæ extant in Œlrichs. Collectione Opusculorum. Hist. Phil. Theol. T. I. P. IV. p. 557—624. 2) ἀργὸς speciatim dicitur *is, qui religionis christianæ scientiam factis non exprimit*. 2 Petr. I. 8. οὐκ ἀργοὺς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν neque otiosam neque sterilem esse patietur scientiam. 3) de sermone si adhibetur, est, ut Chald. בְּטֵל et Hebr. בָּטֵל (Vide Targum Exod. V. 9. et Eccl. V. 2. Wetstenii N. T. T. I. p. 394.), *inutilis et maxime perniciosus*, et ex adjuncto: *impius, malus*. (quo sensu etiam subst. ἀργία sumitur apud LXX 2 Reg. II. 24. ubi verbis τέκνα παραβάσεως καὶ ἀργίας, quæ cod. Alex. exhibet, nihil in textu Hebr. respondet.) Sic Matth. XII. 36. πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, h. e. *sermones inanes, incauti et impii, quibus non solum non aliorum felicitati et virtuti consulitur, sed quæ adeo alios studio impietatis incendunt et hoc modo miseros reddunt*, unde in codd. h. l. πονηρὸν legitur loco ἀργὸν, e glossemate. Chrysost. Homil. XLIII. in Matth. p. 480. T. I. ed. Frf. ἀργὸν δὲ τὸ μὴ κατὰ πράγματος κείμενον, τὸ ψευδὲς, τὸ συκοφαντίαν ἔχον. τινὲς δὲ καί φασιν, ὅτι καὶ τὸ μάταιον, τὸ γέλωτα κινοῦν ἄτακτον, ἢ τὸ αἰσχρὸν καὶ ἀναίσχυντον. Georgius in Hierocritico P. I. p. 194. et post cum Palairet. in Obss. Philol. Crit. p. 40. monuerunt quidem, secutum esse Matthæum hac in re usum Græcorum, sed rectius alii, ut Drusius et Vorstius ac Fischerus Prolus. XXV. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 8. cum consuetudinem sermonis Hebræorum spectasse contenderunt. Conf. versionem Chald. Exod. V. 9. et Cohel. V. 2. et vers. Syriacam Matthæi l. l. Vide etiam Merici Casauboni Diatr. de Usu Verborum p. 142. in Th. Crenii Analect. Philol. Crit. Hist. Symmachus usus est eodem vocabulo Lev. XIX. 7. pro Hebr. פִּגּוּל, quod *fœdum* notat.

ἈΡΓΥ'ΡΕΟΣ, οῦς, έα, ᾶ, εον, οῦν, *argenteus, ex argento factus et elaboratus*, interdum etiam *laminis argenteis*, seu *argento obductus et exornatus*, ab ἄργυρος. Act. XIX. 24. ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, h. e. faciens ædiculas parvas vel ex argento, vel argento obductas etornatas (Sic *argenteus* legitur apud Cicer. Muren. c. 9.) easque portatiles, in quibus simulacrum Dianæ erat. Conf. infra sub ναός. 2 Tim. II. 20. σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ vasa aurea et argentea. Apoc. IX. 20. εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ simulacra aurea et argentea. Sæpius non occurrit in N. T.

ἈΡΓΥ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie notat: *ipsum argenti metallum, argentum rude*, quod auro proprietatibus maxime accedit. Hebr. כֶּסֶף Psalm. LXVIII. 31. Ies. XLVIII. 10. Sic legitur in N. T. Act. VII. 16. τιμῆς ἀργυρίου. Xenoph. Ages. 8. 6. Mem. III. 1. 9. 2) *nummus argenteus*, materies pro materiato. Act. III. 6. ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι nec aurei nec argentei nummi mihi suppetunt. ib. XX. 33. 1 Petr. I. 18. ad imitationem Hebr. כֶּסֶף Cohel. X. 19. 3) *omne nummorum genus, pecunia ex quocunque metalli genere confecta*. Phavor. ἀργύριον πᾶν νόμισμα εἴτ' ἐν χαλκῷ, εἴτ' ἐν χρυσῷ, εἴτ' ἐν ἀργύρῳ εἰώθασιν ἀργύριον καλεῖν. καὶ οἱ μὲν ῥήτορες ἐνικῶς, οἱ δὲ κωμικοὶ ἀργύρια πληθυντικῶς. Sic Matth. XXV. 18. ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ Κυρίου αὐτοῦ. et v. 27. ibid. XXVIII. 12. ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν magnam pecuniæ summam dederunt. ubi vid. Wetsten. Marc. XIV. 11. Luc. IX. 3. XIX. 15, 23. XXII. 5. Act. VIII. 20. Xenoph. Cyr. I. 6. 12. Cf. Salmasius de Usuris p. 377. Hanc vero si obtinet significationem, interdum etiam omitti solet, v. c. Matth. XXVI. 9. ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι πολλοῦ, scil. ἀργυρίου, potuisset unguentum hoc multo pretio vendi. Sic Ælian. V. H. X. 9. πωλεῖν αὐτὴν τὸν κάπηλον πολλοῦ. Confer Lamb. Boe. Ellips. Gr. p. m. 25. 4) Quando numerus additur, semper *certum nummorum argenteorum genus*, ex ipsa orationis serie definiendum, intelligendum est. Sic v. c. Act. XIX. 19. καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε, Vulgatus: invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium: quæ summa quinque millia aureorum nostrorum coronatorum valet. Non vero arrisit hæc Vulgati interpretatio Grotio, qui Lucam hoc pretium non ad Romanum aut Græcum aut Asiaticum, sed ad Judaicum redegisse

postoris, qui multos ad defectionem a religione christiana sollicitabit, inservit. 5) *nimius sumtus, prodigalitas, vana et inutilis profusio,* seu *proluvium,* ut Terentius (Adelph. V. 9. 28.) loquitur, unnützer, übertriebener Aufwand, *useless, excessive expense,* φθόρος ἀργυρίου Theocrit. Idyll. XV. 18. Sic legitur in N. T. Matth. XXVI. 8. εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη; cui fini est hic nimius sumtus? Marc. XIV. 4. Sic et apud Hebræos *prodigus* בַּעַל־מַשְׁחִית Prov. XVIII. 9. vocatur. Eodem modo ἀπόλλυμι de argento, quod male impenditur ac profunditur, adhibetur apud Theophr. Char. c. XV. ὅτι ἀπόλλυσι καὶ τοῦτο τὸ ἀργύριον. Plutarch. Cicer. pag. 869. Latini quoque dicunt *pecuniam perdere,* ut ex Stephani ac Gesneri Thesauris l. l. satis constat. Adde Pollucis Onom. III. 129. et V. 135.

'ΑΡΑ', ᾶς, ἡ, *imprecatio, exsecratio, diræ, dicteria et convicia atrociora,* ab αἴρω *tollo,* nam imprecationes sublatis manibus fieri solebant, unde ἀράομαι descendit, *imprecor mala.* Semel legitur in N. T. Rom. III. 14. ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει quorum os exsecratione et amarulentia plenum est, h. e. qui semper conviciis et dicteriis atrocibus erga alios utuntur. In versione Alex. non solum τῷ אָלָה Genes. XXIV. 41. Ezech. XVII. 13. sed etiam τῷ קְלָלָה Prov. XXVI. 2. respondet. Hesych. ἀρά· κατάρα. Idem; οὗ ἀρᾶς γέμει· οὗ κατάρας πλήρης ἐστί. Ælian. V. H. III. 29. αἱ ἀραὶ ἐκ τῆς τραγῳδίας. Polyb. XVI. 31. 5. ubi vid. Schweighæuserus. Conf. Salmas. ad Inscript. Herod. Attic. p. 9.

"ΑΡΑ. Adverb. Est varii usus et significationis. Nam 1) est *concludentis e superioribus,* et significat: *itaque, ergo, quare, quamobrem.* Sic Matth. XII. 28. Luc. XI. 48. ἄρα μαρτυρεῖτε atque adeo vos testamini. Rom. VII. 21. VIII. 1. X. 17. ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς. 1 Cor. XV. 15. Galat. III. 7. (Zonaras Lexic. col. 310. ἄρα καὶ ἀντὶ τοῦ τοιγαροῦν. τοῦ ἀποστόλου· γινώσκετε ἄρα, ὅτι οἱ ἐκ πίστεως κ. τ. λ.) IV. 31. ubi in codd. quibusdam διὸ legitur. Interdum vero ἄρα οὖν ponitur in N. T. ita, ut alterutrum abundet, ut apud Latinos *itaque ergo,* v. c. Liv. I. 25. III. 31. IX. 31. Sic legitur in N. T. Rom. V. 18. VII. 3. VIII. 12. IX. 16. XIV. 12. Æschin. Socr. Dial. I. 3. Xenoph. Cyrop. I. 4. 11. 2) *sane, profecto, utique,* ut sit particula *asseverantis.* Luc. XI. 20. ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ profecto ad vos jam pervenit regnum Dei. Gal. II. 21. utique Christus frustra mortuus est. 1 Cor. V. 10. VII. 14. XV. 14, 18. Hebr. XII. 8. Hinc in versione Alex. respondet Hebr. אַךְ Ps. LVIII. 12. LXXIII. 13. Xenoph. Cyrop. V. 2. 3. VII. 5. 15. Ælian. V. H. XIV. 31. 3) *age, agedum,* ut sit particula *exhortantis.* Galat. VI. 10. 1 Thess. V. 6. 2 Thess. II. 15. Ita respondet Hebraico נָא *quæso, obsecro,* in vers. Alex. Gen. XVIII. 3. 4) *forte, fortasse,* ut sit *bene sperantis* particula. Marc. XI. 13. εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ an fortasse inventurus sit aliquid in ea. Act. VIII. 22. εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι si forte remittatur tibi. Num. XXII. 6, 11. pro אוּלַי *fortassis* habent Alexandrini εἰ ἄρα. 5) *scilicet, nempe, videlicet,* ut sit particula *explanantis.* 1 Cor. XV. 15. εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται si nulla nempe datur resurrectio mortuorum. Galat. V. 11. Ælian. V. H. II. 13. Conf. Perizonius ad Ælian. V. H. I. 15. 6) Interdum est particula, quæ, si aliis particulis interrogandi, veluti πού et τίς, jungitur, vel pleonastice additur, vel majorem vim affert interrogationi. Latine per *nam* optime reddi potest, unde Matth. XXIV. 45. pro ἄρα haud pauci codices γὰρ substituerunt. Maxime in interrogationibus adhiberi solet. Sic Mat. XVIII. 1. τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν; quisnam maximus erit in regno cœlorum? ibid. XIX. 25, 27. XXIV. 45. Marc. IV. 41. Luc. VIII. 25. XXII. 23. Act. XII. 18. Exempla e Græcis dedit Zeunius ad Vigerum de Idiotismis L. Gr. p. 474.

"ΑΡΑ, (circumflexa penultima) nonnisi interrogantis est in N. T. et *num? an?* significat. Nonnisi bis in N. T. libris legitur. Luc. XVIII. 8. ἆρα εὑρήσει πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; num fidem inveniet in terra? Galat. II. 17. ἆρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος; Alexandrini semper hac particula pro הֲ *num? an?* usi sunt, v. c. Genes. XVIII. 13. XXXVII. 10. Nehem. IV. 2. Confer Vigerum de Idiotismis L. Gr. pag. 473. ed. Zeunii.

'ΑΡΑ'ΓΕ. Particula interrogandi, pro qua etiam interdum ἆρά γε dicitur, idem notat, quod antecedens, *num? an?* Sic Æschin. Socr. Dial. II. 5. 6. 25. Et sic ex lectione codicum omnium occurrit Act. VIII. 30. ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; intelligisne quæ legis? Gen. XXVI. 9.

"ΑΡΑΓΕ et "ΑΡΑ ΓΕ, est 1) *concludentis: igitur, itaque.* Matth. VII. 20. ἄραγε ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς igitur e moribus suis dignoscatis illos. ibid. XVII. 26. Act. XI. 18. 2) est *bene sperantis,* et notat: *forte.* Act. XVII, 27. εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν an fortasse sensuum ope eum cognoscere possint. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΑΡΑΒΙ'Α, ας, ἡ, *Arabia.* Est nomen regionis Asiæ majoris, sitæ ad partem australem Judææ inter mare rubrum ac sinum Persicum, quam Bochartus in Hieroz. P. II. Lib. 4. c. 15. p. 556. male ab Assyriis primum sic vocatam censet a situ suo occidentali respectu Assyriorum (ab עָרַב *vesperascere*), nec magis bene alii a *mixtis populis* aut a *negotiatione* (עָרַב *miscere*) dictam judicant, quæ potius nomen hoc, sibi impositum, accepisse videtur a desertis illis et vastis locis, quibus abundat, ex significatione vocis עֲרָבָה *solitudo, locus desertus.* Dividitur autem Arabia in *Petræam, Desertam* et *Felicem.* Petræa non tam nomen suum sortita est a petris asperis et incultis, aut a montium perpetuis jugis, quibus a meridie clauditur, ut vulgo putatur, sed a Petra urbe, quæ est metropolis Arabiæ. (Josephus de B. J. I. 6. 2.) Clauditur hæc provincia ab occasu Ægypto et sinu maris rubri, a septentrione Palæstina et Cœlesyria, ab ortu Arabia Deserta, et a Strabone Lib. XVI. vocatur *Nabathæ* a Nabathæorum gente, eam incolente. *Arabia Deserta,* ubi urbs Maccaraba, hodie Mecca, quæ maxima ex parte sterilis est et plana, arenis, non vero incolis, referta, fines habet ab occidente Arabiam Petræam et Cœlesyriam, a meridie Arabiam Felicem, a septentrione Euphraten. Hodie *Arden* vocatur. *Felix* denique *Arabia,* hodie *Aliemen* dicta, peninsulæ forma inter duo maria, rubrum et Persicum, procurrit, reliquis partibus non solum amplior, sed etiam fertilior est et maxime est cinnamomi, thuris aliorumque odorum ferax. Conf. Had. Reland. Palæstina I. c. 16. Quæ in N. T. bis (Galat. I. 17. IV. 25.) commemoratur *Arabia,*

fuisse videtur *Petræa*, quæ tum cum Damasco sub regis Aretæ potestate fuit.

'ΑΡΑ'Μ. *Aram.* Nomen viri indeclinabile, quod vi originis *altum, excelsum* notat; est enim a רוּם *altum esse et elatum*, a quo descendit רָם *altus*, quod ab initio nactum est א præformativum. Fuit filius Esromi, pater Aminadabi, 1 Paral. II. 10. Bis in N. T. commemoratur Matth. I. 13. Luc. III. 33. inter majores Christi.

"ΑΡΑΨ, βος, ὁ, *Arabs, incola Arabiæ*, seu, *ex Arabia oriundus*. Plur. Ἄραβες tantum legitur in N. T. Act. II. 11. ubi vulgo quidem *incolæ Arabiæ Felicis* intelligi censentur, sed rectius, ex mea opinione, *totius Arabiæ incolæ* in universum intelligendi sunt.

'ΑΡΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *otior, otiosus sum*, et proprie de *hominibus* usurpatur, *qui se otio dederunt et ab opere desistunt.* Alexandrini usi sunt pro Hebraico בָּטֵל et Chald. בְּטֵל Cohel. XII. 3. Esr. IV. 24. Deinde etiam metaphorice usurpatur *de rebus, quæ aut plane non, aut nimis sero eveniunt.* Sic 2 Petr. II. 3. ὧν τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ quorum pœna ipsis a Deo jam olim destinata certissime et opinione citius sequetur, seu, quibus exitium imminet. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀργεῖ, *cessat.* Sæpius non legitur in N. T.

'ΑΡΓΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) proprie et de *rebus* et de *personis* adhibetur. Si de *rebus* dicitur, significat: *inelaboratum, non excultum, non præparatum*, et est idem quod ἀεργόν. Sic apud Xenoph. de Vectig. IV. 9. ἀργὸς γῆ terra inculta et sterilis dicitur. Herodian. II. 4. 12. ubi cum ἀγεώργητος permutatur. Cf. Fœsii Œconom. Hippocr. p. 57. et Bod. a Stapel ad Theophr. Hist. Plant. p. 394. De *personis* vero si adhibitum legitur, significat: *pigrum, ignavum, otiosum, qui ab opere feriatur et nihil agit*, ἀεργόν, qui Prov. XIII. 4. et XV. 19. Hebr. עָצֵל respondet in vers. Alex. Xenoph. Cyrop. I. 6. 14 et 15. Etym. M. ἀργός· ὁ νωθρὸς καὶ δυσκίνητος, μᾶλλον δὲ ἀνενέργητος, παρὰ τὸ ἀεργὸς τὶς εἶναι. speciatim, *qui agrum non colit*, apud Herodot. V. 6. ubi videndus Valckenarius. Matth. XX. 3, 6. ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί — ἑστῶτας ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀργούς stantes in foro otiosos. 1 Tim. V. 13. ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ et cum nihil habent quod agant. Tit. I. 12. ubi Cretenses dicuntur γαστέρες ἀργαὶ ventres pigri, h. e. homines ignavi et heluatores, qui ab omnibus gravioribus laboribus abstinentes gulæ tantum et voluptati indulgent, quos Græci γαστριμάργους vocant, de quo loco, nescio quam ob causam inter difficiliora N. T. relato, conf. Guil. ab Irhoven Diss. Philologico-Historicas ad Tit. I. 12. et Matth. XII. 36. quæ extant in Œlrichs. Collectione Opusculorum. Hist. Phil. Theol. T. I. P. IV. p. 557—624. 2) ἀργὸς speciatim dicitur *is, qui religionis christianæ scientiam factis non exprimit.* 2 Petr. I. 8. οὐκ ἀργοὺς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν neque otiosam neque sterilem esse patietur scientiam. 3) de sermone si adhibetur, est, ut Chald. בְּטֵל et Hebr. בָּטֵל (Vide Targum Exod. V. 9. et Eccl. V. 2. Wetstenii N. T. T. I. p. 394.), *inutilis et maxime perniciosus*, et ex adjuncto: *impius, malus.* (quo sensu etiam subst. ἀργία sumitur apud LXX 2 Reg. II. 24. ubi verbis τέκνα παραβάσεως καὶ ἀργίας, quæ cod. Alex. exhibet, nihil in textu Hebr. respondet.) Sic Matth. XII. 36. πᾶν ῥῆμα ἀργὸν, h. e. *sermones inanes, incauti et impii, quibus non solum non aliorum felicitati et virtuti consulitur, sed quæ adeo alios studio impietatis incendunt et hoc modo miseros reddunt*, unde in codd. h. l. πονηρὸν legitur loco ἀργὸν, e glossemate. Chrysost. Homil. XLIII. in Matth. p. 480. T. I. ed. Frf. ἀργὸν δὲ τὸ μὴ κατὰ πράγματος κείμενον, τὸ ψευδὲς, τὸ συκοφαντίαν ἔχον. τινὲς δὲ καὶ φασὶν, ὅτι καὶ τὸ μάταιον, τὸ γέλωτα κινοῦν ἄτακτον, ἢ τὸ αἰσχρὸν καὶ ἀνελεύθερον. Georgius in Hierocritico P. I. p. 194. et post cum Palairet. in Obss. Philol. Crit. p. 40. monuerunt quidem, secutum esse Matthæum hac in re usum Græcorum, sed rectius alii, ut Drusius et Vorstius ac Fischerus Prolus. XXV. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 8. cum consuetudinem sermonis Hebræorum spectasse contenderunt. Conf. versionem Chald. Exod. V. 9. et Cohel. V. 2. et vers. Syriacam Matthæi l. l. Vide etiam Merici Casauboni Diatr. de Usu Verborum p. 142. in Th. Crenii Analect. Philol. Crit. Hist. Symmachus usus est eodem vocabulo Lev. XIX. 7. pro Hebr. פִּגּוּל, quod *fœdum* notat.

'ΑΡΓΥ'ΡΕΟΣ, οῦς, έα, ᾶ, εον, οῦν, *argenteus, ex argento factus et elaboratus*, interdum etiam *laminis argenteis*, seu *argento obductus et exornatus*, ab ἄργυρος. Act. XIX. 24. ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος, h. e. faciens ædiculas parvas vel ex argento, vel argento obductas etornatas (Sic *argenteus* legitur apud Cicer. Muren. c. 9.) easque portatiles, in quibus simulacrum Dianæ erat. Conf. infra sub ναός. 2 Tim. II. 20. σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ vasa aurea et argentea. Apoc. IX. 20. εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ simulacra aurea et argentea. Sæpius non occurrit in N. T.

'ΑΡΓΥ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie notat: *ipsum argenti metallum, argentum rude*, quod auro proprietatibus maxime accedit. Hebr. כֶּסֶף Psalm. LXVIII. 31. Ies. XLVIII. 10. Sic legitur in N. T. Act. VII. 16. τιμῆς ἀργυρίου. Xenoph. Ages. 8. 6. Mem. III. 1. 9. 2) *nummus argenteus*, materies pro materiato. Act. III. 6. ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι nec aurei nec argentei nummi mihi suppetunt. ib. XX. 33. 1 Petr. I. 18. ad imitationem Hebr. כֶּסֶף Cohel. X. 19. 3) *omne nummorum genus, pecunia ex quocunque metalli genere confecta.* Phavor. ἀργύριον πᾶν νόμισμα εἴτ' ἐν χαλκῷ, εἴτ' ἐν χρυσῷ, εἴτ' ἐν ἀργύρῳ εἰώθασιν ἀργύριον καλεῖν. καὶ οἱ μὲν ῥήτορες ἑνικῶς, οἱ δὲ κωμικοὶ ἀργύρια πληθυντικῶς. Sic Matth. XXV. 18. ἀπέκρυψε τὸ ἀργύριον τοῦ Κυρίου αὐτοῦ. et v. 27. ibid. XXVIII. 12. ἀργύρια ἱκανὰ ἔδωκαν magnam pecuniæ summam dederunt. ubi vid. Wetsten. Marc. XIV. 11. Luc. IX. 3. XIX. 15, 23. XXII. 5. Act. VIII. 20. Xenoph. Cyr. I. 6. 12. Cf. Salmasius de Usuris p. 377. Hanc vero si obtinet significationem, interdum etiam omitti solet, v. c. Matth. XXVI. 9. ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι πολλοῦ, scil. ἀργυρίου, potuisset unguentum hoc multo pretio vendi. Sic Ælian. V. H. X. 9. πωλεῖν αὐτὴν τὸν κάπηλον πολλοῦ. Confer Lamb. Bos. Ellips. Gr. p. m. 25. 4) Quando numerus additur, semper *certum nummorum argenteorum genus*, ex ipsa orationis serie definiendum, intelligendum est. Sic v. c. Act. XIX. 19. καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε, Vulgatus: invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium: quæ summa quinque millia aureorum nostrorum coronatorum valet. Non vero arrisit hæc Vulgati interpretatio Grotio, qui Lucam hoc pretium non ad Romanum aut Græcum aut Asiaticum, sed ad Judaicum redegisse

putat et ἀργυρίου respondere Hebraico כֶּסֶף, quod pro *siclo argenteo* ponitur et ita redditur ab Alexandrinis, v. c. Deut. XXII. 19. Hoc certum est, τὰ ἀργύρια in N. T. libris *numos argenteos* significare, qui ab Hebræis שְׁקָלִים vocantur et a scriptoribus Græcis, Aquila et Symmacho adeo, (Exod. XXVIII. 24. Num. III. 47.) στατῆρες appellantur, quod verbum etiam ex interpretamento irrepsisse constat in codices quosdam Matthæi XXVI. 15. Fuit autem *siclus nummus argenteus Judæorum, qui valebat tetradrachma Attica* (Joseph. A. J. III. 8. 3.) vel *didrachma Alexandrina*, unde Alexandrini V. T. interpretes, civitatis suæ moribus coacti, siclos Judæorum nusquam στατῆρας, ubique vero σίκλους vel δίδραχμα nominarunt, quia στατὴρ apud Græcos et Judæos quidem pretio et pondere par erat quatuor Atticarum drachmarum vel duarum Alexandrinarum, sed apud Alexandrinos drachmis Atticis octo et quatuor domesticis æstimabatur. Quam observationem me Fischero debere gratus profiteor, qui docte de omni hac re egit in Prolusionibus de Vitiis Lexicorum N. T. III. 11. et XXIV. 12 seq. Confer etiam Petavium ad Epiphanium de Mensuris et Ponderibus T. II. p. 428. Bynæum de Morte Christi I. p. 362. et Casaub. Exercitt. Antibaron. XVI. 8. 9. Legitur autem τὰ ἀργύρια hoc modo usurpatum non solum Matth. XXVI. 15. sed et XXVII. 3, 5, 6, 9. Triginta sicli Hebræorum forent ex nostra computandi ratione summa XV Thalerorum, quæ pretium erat servi interemti aut ancillæ. (Vide Exod. XXI. 32. et I. C. Mieg Antiquit. Serv. Hebr. p. 406.) Apud Hebræos vero etiam haud raro כֶּסֶף ita usurpatur, ut שֶׁקֶל subintelligatur, quod additur Gen. XXIII. 15. Sic v. c. Gen. XXXVII. 28. Zach. XI. 12.

ἈΡΓΥΡΟΚΟ´ΠΟΣ, (etiam ἀργυροκόπος, ut legitur apud LXX. secundum Ald. 2 Reg. XII. 10.) ου, ὁ, *qui ducit argentum in laminas, argenti cusor*, qui apud nos ein Silberschläger, *a silver-beater, vocatur.* aut ex aliorum sententia *monetarius, qui numos cudebat argenteos.* Est enim compositum ex ἄργυρος *argentum*, et κόπτειν *tundere, ferire, cudere*, et formula ἄργυρον κόπτειν *argentum ducere in laminas* significat. Semel autem legitur in N. T. Act. XIX. 24. Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι ἀργυροκόπος, ubi tamen admodum dissentiunt interpretes in constituenda notione hujus vocabuli. Alii enim, Vulgatum secuti, de *argentario*, alii vero, ut post Theophylactum Erasmus, de *fabro argentario* interpretati sunt. Beza habet: *signator argenti.* Conf. Boisium in Collat. Vett. Interprr. p. 444. Et negari non potest, habere apud Græcos vocem ἀργυροκόπος, præter notionem *argenticusoris*, etiam has, ut *argentarium, fabrum argentarium* et *argenti signatorem* significet. Sic v. c. Jer. VI. 29. verba Hebraica לַשָּׁוְא צָרַף צָרוֹף in versione Alex. translata leguntur: εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ. Adde Plutarchi Opp. T. IX. p. 301 et 473. ed. Reisk. Hesych. ἀργυροκοπιστής· τραπεζίτης, ἢ ὁ τὰ ἀργύρια (scil. σκεύη) ἐργαζόμενος. Harpocratio: ἀργυροκοπεῖον· Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς τὸν Νικοκλέα, ὅπου κόπτεται τὸ νόμισμα, ὃ νῦν σημαντήριον τινὲς καλοῦσιν. Ex quo apparet, vocem ἀργυροκόπος latissime patuisse apud Græcos, et *omnem argentificem* significasse Cf. etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 584. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀργυροκόπος, *argentarius, faber argentarius, monetarius.* Adde Pollucis Onom. VII. 102. 103.

ἌΡΓΥΡΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *argentum*, seu *ipsum argenti metallum*, ἡ οὐσία τοῦ ἀργύρου, ut Phavorinus interpretatur, quod παρὰ τὸ ἀργὸν *ob candorem suum* sic dici putant, ut כֶּסֶף a כָּסַף, quod in lingua Arab. et Chald. *pallere* significat, vulgo deduci solet. Sic Jacob. V. 3. ὁ χρυσὸς ὑμῶν καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται aurum vestrum et argentum ærugine vitiabitur. 2) per metonymiam materiæ pro materiato *nummus argenteus, pecunia.* Matth. X. 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν ne comparetis vobis aureos, argenteos vel etiam æneos nummos. 3) *simulacrum* vel *idolum ex argento factum.* Act. XVII. 29. χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ ἢ λίθῳ τὸ Θεῖον εἶναι ὅμοιον aureo aut argenteo aut lapideo simulacro summum Deum esse similem. 4) *vasa ex argento confecta.* Apoc. XVIII. 12. 5) *parietes argento exornati.* 1 Cor. III. 12. εἰ δέ τις ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον χρυσόν, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην si quis his fundamentis superstruxerit parietes auro, argento et lapidibus præstantissimis exornatos, aut parietes stipula et ligno compactos, ubi tamen per parietes auro et argento exornatos doctrina vera et præstans, per parietes autem ligneos et stramineos doctrina vilis et falsa intelligenda est. Cæterum usi sunt Alexandrini hac voce pro Hebr. כֶּסֶף et Chald. כַּסְפָּא Prov. X. 20. Dan. II. 35, 45.

ἌΡΕΙΟΣ ΠΑ´ΓΟΣ, ου, ὁ, *Arius pagus* seu *Areopagus.* 1) proprie: *collis Martius*, (seu *Areopagilica petra*, ut ab Ennio vocatur Fragm. p. 252. ubi vid. Hesselius.) ab Ἄρης *Mars*, et πάγος, quod *montem* seu *collem* notat; cf. Callimach. Hymn. in Delum v. 272. Herodot. VIII. 52. Lucian. de Gymnas. c. 19. 2) κατ' ἐξοχὴν ita dicebatur celeberrimus ille supremi (Plutarch. in Solonis Vita τὴν ἄνω βουλὴν vocat, quia ex instituto Solonis inspectio reliquorum omnium judiciorum et custodia legum ei demandata erat. Vide Valesium ad Harpocrat. in πρυτάνεις p. 67 seq. ed. Blancardi.) et perpetui apud Athenienses judicii locus in colle haud procul ab Acropoli situs, in quo judicia et quæstiones rerum, potissimum criminalium factæque necis, habebantur, et inprimis, ne quid in receptis sacris temere immutaretur, cavebatur. Vid. Diog. Laërt. III. 5. 115. Xenoph. Mem. III. 5. 20. Appellabatur autem hoc δικαστήριον, seu curia Atheniensis a Græcis Ἄρειος πάγος et a Latinis Scopulus Mavortis, Curia Martis (v. c. Juvenal. Sat. IX. v. 101.) et Areum Judicium, (v. c. Tacit. Annal. II. 55.), vel, quod Marti consecratus esset, vel, quod Mars ibi primus, Halirrhothio, Neptuni filio, interemto, judicio duodecim deorum se sistere coactus fuerit, et hastam suam ibi fixerit ex veteri fabula. Vide Pausan. Attic. I. c. 28. p. 68. Qui in illo celeberrimo judicii loco sedebant judices et de gravissimis causis cognoscebant, Areopagitæ appellabantur; instituti A. M. 2545. vivente Cecrope et teste Plutarcho a Solone insigniter ornati. Non autem quilibet in curialium horum cooptabatur numerum, sed eligebantur viri, genere, opibus, vitæ castitate et justitiæ et æquitatis studio præ aliis eminentes et spectabiles, unde a Seneca de Tranquill. c. 3. hoc judicium religiosissimum vocatur. Severissimi hi judices (Cicer. ad Attic. I. 14.) de causis

capitalibus pronunciabant tanta integritate, ut noctu, non interdiu judicarent, quod non dicentes, sed quæ dicerentur observarent. Conf. in hanc rem Potteri Archæologiam Græcam T. I. p. 201. Meursii librum de Areopago, Wetstenii N. T. T. II. p. 565 seq. et Perizonium ad Ælian. V. H. V. c. 15. In Areopagum Paulus ducebatur, postquam Atheniensibus novam religionem christianam annunciaverat. Act. XVII. 19. ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἤγαγον. ibid. v. 22.

ἈΡΕΟΠΑΓΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Areopagita*, (pro Ἀρειοπαγίτης ex dialecto Attica) pr. *in Areopago versans et occupatus*, (ut λιμενίτης, ἐρημίτης, δικελλίτης, etc.) deinde vero *Arei judicii assessor, unus e numero judicum, qui ex instituto Solonis in Areopago de gravissimis causis cognoscebant et sententiam pronuntiabant*, (a præced. voce.) Act. XVII. 34. Διονύσιος Ἀρεοπαγίτης, qui an vere sit auctor librorum, qui sub ejus nomine de Hierarchia cœlesti circumferuntur, non temere cum Launoio et Dallæo dubitatur.

ἈΡΕ'ΣΚΕΙΑ, ας, ἡ, *studium placendi aliis et eorum favorem captandi* in universum notat, *sive se exserat blanditiis, assentationibus aliisque pravis artibus*, (Conf. Theophr. Char. c. V.) *sive sit justum et legitimum*, ab ἄρεσκος, *qui aliis placere studet*, unde ἀρεσκεύομαι *blandior*. In exteris scriptoribus fere semper in vitio ponitur, ut assentatoriam quandam affabilitatem significet; sed in N. T. per antiphrasin in bonam accipitur partem. Sic Coloss. I. 10. περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν ut convenienter præceptis religionis christianæ agatis et ita Deo placere studeatis, seu, ut dignam religione christiana et Deo probatam vitam agatis. Sic in Excerptis ex Polybio Lib. VI. init. ἡ τοῦ βασιλέως ἀρέσκεια obsequium in regem. Vide Clerici Art. Crit. Vol. I. p. 401.

ἈΡΕ'ΣΚΩ, fut. ἀρέσω, 1) *placeo, probor aliis, favore aliorum ornor.* Matth. XIV. 6. καὶ ἤρεσε τῷ Ἡρώδῃ et mirifice ea Herodes delectabatur. Marc. VI. 20. Act. VI. 5. καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους et admodum hoc consilium omnibus probabatur. Rom. VIII. 8. Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται expertes sunt favoris divini. v. 33, 34. 1 Thess. II. 15. Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων Deo invisi. ibid. IV. 1. 2 Tim. II. 4. ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ ut duci probetur. Eodem modo Gen. XXXIV. 18. ἤρεσαν οἱ λόγοι ἐναντίον Ἐμμώρ. 1 Macc. VI. 60. VIII. 21. Jos. XXII. 33. ἤρεσεν ὁ λόγος τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Esther. II. 9. ἤρεσεν αὐτῷ τὸ κοράσιον. Conf. El. Palairet. Obss. Philol. Crit. p. 290. 2) ἀρέσκω τινὶ *studeo alicui placere, compono me ad alicujus voluntatem, facio, quod alteri probatur*, i. q. ζητῶ ἀρέσκειν. Rom. XV. 2. ἕκαστος ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω quilibet nostrum aliis placere studeat, ita, ut ejus virtuti et utilitati vere inserviat. 1 Cor. VII. 32. πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ ut se ad voluntatem mariti componat, et v. 33. πῶς ἀρέσει τῇ γυναικὶ ut uxori suæ præstet debita officia. v. 34. 1 Cor. X. 33. καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω nam et ego me omnibus semper accommodare elaboro. Galat. I. 10. εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον si enim unice in eo elaborarem, ut favorem hominum mihi conciliarem, ubi ἀρέσκειν cum formula ζητῶ ἀρέσκειν permutatur. 1 Thess. II. 4. οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκοντες non auram populi captantes. Nam ἀρέσκειν τινὶ sæpe malo sensu usurpatur, ut a κολακεύειν vix differat. Conf. Theophr. Char. V. Athen. VI. 15. et Wetstenii N. T. T. II. p. 217. Hinc e contrario ἑαυτῷ ἀρέσκειν in N. T. *is* dicitur, *qui seipsum tantum curat et suum tantum commodum promovere, suæ utilitati consulere studet*, et inprimis *sibi in suis opinionibus unice placet sine ullo respectu ad utilitatem et judicia aliorum*. Rom. XV. 1. καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν, et v. 5. καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν non enim Christus sibi vixit in his terris. Chrysostomus: τὸ ἡμέτερον σκοπήσας τὰ ἑαυτοῦ παρεῖδεν, coll. 1 Cor. X. 33.

ἈΡΕΣΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *gratus, bene placens, acceptus.* Construitur, ut ἀρέσκω, fere cum dativo, interdum etiam ex Hebraismo cum ἐνώπιον, e consuetudine Hebræorum. Joh. VIII. 29. ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτοῦ ποιῶ πάντοτε facio, quod Deo placet, voluntati ejus satisfacio, i. q. in aliis locis dicitur, ποιῶ τὸ θέλημα αὐτοῦ, unde etiam in vers. Alex. Esr. X. 11. Nehem. IX. 24, 37. Hebraico רָצוֹן respondet. Act. XII. 3. ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις quod Judæis gratum esse intelligens. 1 Joh. III. 22. καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐνώπιον αὐτοῦ ποιοῦμεν et factis nostris favorem nobis conciliamus divinum. Plutarch. de Defect. Oracul. p. 413. E. Porphyr. de Abstin. I. 25. 2) si absolute ponitur, significat *eum, qui ita est comparatus, ut aliis jure probari queat, conveniens, decens, æquus, honestus, probandus*, i. q. καλός. Sic Act. VI. 2. οὐκ ἀρεστόν ἐστιν ἡμᾶς καταλείψαντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ διακονεῖν τραπέζαις non videtur commodum, nos, neglecto doctoris christiani munere, curare rem pecuniariam. Hinc Alexandrini usi sunt hac voce pro טוֹב Genes. XVI. 6. Deut. XII. 28. Ies. XXXVIII. 3. et pro יָשָׁר Exod. XV. 26. Deut. VI. 18. XII. 8, 25. Philo de Offer. Vict. T. II. Opp. p. 260. 2. ed. Mangey.

ἈΡΕ'ΤΑΣ, α, ὁ, *Aretas.* Nomen proprium *regis Arabiæ Petrææ, Damascenæ civitatis*, soceri *Herodis Antipæ*, tetrarchæ, qui ejus filiam, recepta Herodiade, repudiavit. Male haud pauci viri docti nomen hujus viri origine Græcum esse, et a voce ἀρετή deducendum judicarunt. Recte enim docuit Pocockius in Notis ad Abulpharaium pag. 74. حَرْث אלחארת nomen Arabicum esse, si non omnium, saltem plurimorum regum Arabiæ commune, ut vel ex 2 Macc. V. 8. apparet, ubi alius ejusdem nominis memoratur, et ὁ τῶν Ἀράβων τύραννος vocatur. C. B. Michaëlis autem (in Diss. *qua naturalia et artificiosa quædam ex Alcorano illustrantur* p. 25.) idem esse docuit cum Arabico لربطا, quod nomen Arabum reges adamaverunt. Semel in N. T. occurrit 2 Cor. XI. 32. ubi vid. Wetstenius.

ἈΡΕΤΗ', ῆς, ἡ, indicat, ut verbis utar Cel. Fischeri in indice Græcitatis ad Æschinis Socr. Dial. in universum *facultatem et scientiam cujusvis rei, quæ in aliquo est et esse debet, si velit dignus esse et haberi nomine suo.* Sic v. c. facultas et scientia carmina pangendi ἀρετὴ τοῦ ποιητοῦ vocatur ab Ælian. V. H. V. 21. Interdum adeo ἀρετή, addita voce γῆς, de fertilitate terræ et regionis adhibetur. Galen. Adhort. ad Art. c. 7. οὐ διὰ τὴν τῆς γῆς ἀρετήν. Conf. Morus ad Isocratis Panegyr. c. 20. p. 78. Hinc in N. T. ἀρετή 2) *studium et facultatem faciendi ea, quæ religio christiana hominibus præscribit, propensionem animi, se suasque actiones ad cognitam, ope religionis christianæ, voluntatem divinam componendi et conformandi* (ἡ τῶν καλῶν νομιζομένων ἐμπειρία, ut Hesychius interpretatur) significat, quæ fere

simpliciter *virtus christiana* dicitur. In hoc sensu legitur 2 Petr. I. 5. ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετὴν cum vestra religionis christianæ cognitione studium virtutis conjungite. 3) *officium, factum virtuti christianæ conveniens*, eine tugend oder pflicht handlung, *an act of virtue or duty*, Lex. Cyrill. MS. Brem. πρᾶξις ἀγαθή. Sic Philipp. IV. 8. εἴ τις ἀρετὴ καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε omnibus officiis vestris, omnibus factis laudabilibus studete. Sed posset etiam ἀρετὴ in hoc nostro loco id significare, quod bonam existimationem conciliare potest, nam ἀρετὴ interdum Græcis bona existimatio, celebritas nominis, seu εὐδοξία dicitur, teste Harpocratione. Sed res eodem redit. 4) quando ipsi Deo tribuitur, *omnes virtutes divinas* complectitur, et maxime ejus *benignitatem* et *beneficentiam erga homines* significat. 1 Petr. II. 9. ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος ut grato animo benignitatem Dei celebretis, cui liberationem a pristina vitiositate et inscitia debetis. 2 Petr. I. 3. τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς Dei, qui vos pro summa sua benignitate ad religionem christianam adduxit. Habac. III. 3. ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετὴ αὐτοῦ, Hebr. הוֹדוֹ. Huc pertinent etiam loca in vers. Alex. ubi ἀρεταὶ de Deo usurpatum Hebraico תְּהִלָּה respondet, v. c. Ies. XLII. 8, 12. XLIII. 21. nam in omnibus his locis תְּהִלָּה laudabiles, nec satis prædicandas virtutes divinas significat. Arrian. Epictet. III. 24. Philo de Somniis T. I. p. 658. 26. ed. Mangey. Hesych. ἀρετή· θεία δύναμις. Nec desunt idonea loca, e quibus notio specialior *benignitatis divinæ*, quam habet hæc vox in N. T. demonstrari potest, v. c. Ies. LXIII. 7. τὸν ἔλεον Κυρίου ἐμνήσθην, τὰς ἀρετὰς Κυρίου ἐν πᾶσιν, οἷς ἡμῖν ἀνταποδίδωσι. Exempla Josephi et Græcorum, quæ evincunt, ἀρετὴν haud raro esse idem, quod εὔνοιαν et εὐεργεσίαν, Krebsius collegit in Observv. Flav. p. 398 et 403. et in Decretis Romanorum pro Judæis p. 232 et 401. De notione vocis ἀρετὴ apud veteres vide Platonem de Republ. Lib. I. p. 163. ed. Bipont.

ἈΡΙΘΜΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) *numero, per numerum recenseo*. Apoc. VII. 9. ὄχλος πολὺς, ὃν ἀριθμῆσαι αὐτὸν οὐδεὶς δύναται turba multa, quam numerare nemo poterat. 2) metaphorice: *nosco et curo ut numeratum*, et de eo usurpatur, *qui alicujus rei intimam cognitionem habet et vel levissima et minutissima curat*. Hinc explicanda est formula proverbialis: ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ἠριθμημέναι εἰσὶ vestri vero etiam capilli capitis numerati sunt, quæ legitur Matth. X. 30. Luc. XII. 7. qua describitur provida et exactissima Dei scientia, quæ omnia fata humana cognita habet et vel minutissima dirigit. Quæ enim in numerato habemus, ea non solum nobis bene cognita, sed etiam curæ cordique esse solent. Eodem modo Hebr. סָפַר cui ἀριθμέω in vers. Alex. respondet, usurpatur Ps. LVI. 9. CXLVII. 4. Job. XXXI. 4. Hesych. ἀριθμεῖται· ἐξετάζεται. Herodot. VII. 59. 60.

ἈΡΙΘΜΌΣ, οῦ, ὁ. 1) *numerus*. Act. IV. 4. ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀνδρῶν. Apoc. XX. 8. ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. ibid. XIII. 18. ἀριθμὸς ἀνθρώπου numerus hominem indicans seu secundum alios interpretes: ita comparatus, ut ab homine possit iniri seu usitatus et vulgaris. Illustrationi h. l. inservit fortasse versio Symmachi Ies. X. 19. apud quem ἀριθμῷ εἶναι est i. q. ἀριθμὸν εἶναι, et notat, *præ paucitate numerari posse*. Apud eundem Ies. XLI. 14. ἀριθμὸς notat *paucos, exiguos numero*, ubi LXX. ὀλιγοστοὶ habent. Joh. VI. 10. 2) *collegium, societas*. Luc. XXII. 3. ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα unus e duodecim apostolorum numero; ubi male Palairetus vocem ἀριθμὸς redundare judicavit. Sic enim *numerus* etiam apud Latinos usurpatur, v. c. Cic. Ep. ad Famil. VIII. 9.

ἈΡΙΜΑΘΑΙΆ, ας, ἡ. *Arimathæa* seu *Arimathia*, nomen urbis corruptum e Syriaco ܐܪܡܬܐ, Hebraice dicitur רָמָה i. e. locus excelsus. Commemoratur Matth. XXVII. 57. Marc. XV. 43. Luc. XXIII. 51. Joh. XIX. 38. Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας. Variæ autem fuerunt hujus nominis urbes in terra Canaan, quarum una in tribu Benjamin, altera in tribu Aser, alia in tribu Nephthali, iterum alia in tribu Ephraim sita fuit, de quibus exposuit Hadr. Reland. in Palæstin. Lib. III. p. 579. Jam plerique interpretes per urbem Ἀριμαθαίαν, ab evangelistis commemoratam, intelligunt illam, quæ ab Hebræis 1 Sam. I. 1. הָרָמָתַיִם vocatur, et in Græco scribitur Ἀρμαθαΐμ, quæ sita fuit in Thamanitica regione montis Ephraim, patria Samuelis juxta Liddam, quæ postea Diospolis dicta fuit et ab Josepho (A. J. V. 10. 2.) Ῥαμαθὰν appellatur. Alii vero ex verbis Luc. XXIII. 51. qui eam πόλιν τῶν Ἰουδαίων vocat, colligunt, intelligendam esse eam, quæ fuit in tribu Benjamin quatuor fere milliaribus Hierosolyma distans. Res est incerta et nullius momenti. Gloss. Gr. Alberti p. 27. Ἀριμαθαίας, ὕψους αὐτῶν.

ἈΡΊΣΤΑΡΧΟΣ, ου, ὁ, *Aristarchus*. Est nomen proprium viri, conflatum ex ἄριστος optimus et ἀρχὸς, οῦ, *princeps*, ut adeo proprie significet *optimum principem*. Fuit Macedo, Thessalonicensis, christianus, quem Paulus aliquamdiu in itinere comitem habuit. Orta seditione Ephesi a turba comprehensus, et postea cum Paulo Romæ captivus fuit. Act. XIX. 29. XX. 4. XVII. 2. Coloss. IV. 10. Philem. v. 24.

ἈΡΙΣΤΆΩ, ῶ, fut. ήσω, proprie: *prandium capio, prandeo*, ab ἄριστον. Luc. XI. 37. ὅπως ἀριστήσῃ παρ' αὐτῷ. Deinde 2) omnino *cibis vaco quocunque tempore*, ut adeo interdum sit: *jentaculum capio, matutino tempore vescor*. Sic legitur in N. T. Joh. XXI. 12. δεῦτε, ἀριστήσατε, coll. v. 4. ib. v. 15. ὅτι οὐκ ἠρίστησαν. Sæpius in N. T. non legitur. Sic et ἄριστος apud Græcos de *cibo mane sumto*, seu *jentaculo* usurpatur ab Athen. I. 9. 10. p. 11. Conf. Pet. Keuchenii Annotationes in N. T. ad Joh. XXI. 12.

ἈΡΙΣΤΕΡΌΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *sinister, lævus*, opponitur τῷ δεξιῷ *dextro*. Ter legitur in N. T. Matth. VI. 3. μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου (scil. χείρ, conf. L. Bos. de Ellips. Gr. p. m. 299 seq.) ne cognoscat sinistra manus tua; quæ fuisse videtur formula proverbialis, qua præcipitur, ita beneficia egenis exhibenda esse a nobis, ut nos ipsos quasi lateant. Luc. XXIII. 33. ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν alterum autem a sinistris. 2 Cor. VI. 7. διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν per arma justitiæ, quæ sunt ad dextram et sinistram, ut bene interpretatus est Syrus, cujus verba sic sonant, ܕܝܡܝܢܐ ܘܕܣܡܠܐ, ubi, ut jam vidit Camerarius, imago desumta est a milite, ab omnibus partibus munito, ut omnibus modis impetum hostilem sustinere valeat.

ἈΡΙΣΤΌΒΟΥΛΟΣ, ου, ὁ, *Aristo-*

bulus. Nomen viri Græcum, quod, si compositio ejus spectatur, *optimum consiliarium* notat: conflatum enim est ex ἄριστος *optimus* et βουλὴ *consilium.* Semel commemoratur a Paulo Rom. XVI. 10. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου, scilicet οἰκείων ὄντας, salutate eos, qui sunt ex Aristobuli domesticis. Qualis vero fuerit, non constat. Confer L. C. Valkenaer Diatribe de Aristobulo Judæo Philosopho Peripatetico Alexandrino ed. I. Luzac. L. B. 1806. 4.

ἌΡΙΣΤΟΝ, ου, τό. Erat ἄριστον primis temporibus, ut monuit Perizonius ad Ælian. V. H. IX. c. 19. *cibus matutinus, jentaculum, quo se homines parabant ad labores diurnos, et milites maxime in castris ad labores pugnæ,* et quod a recentioribus Græcis ἀκράτισμα vocabatur. Phavorin. ἄριστον· τὸ ἀκράτισμα ἤγουν τὸ πρωϊνὸν ἔμβρωμα, ὃ ἡμεῖς ἀκρατισμὸν καλοῦμεν, διὰ τὸ ἐν ἀκράτῳ βρέχειν καὶ προσίεσθαι ψωμούς. Athenæus I. 9. 10. καὶ ἄριστον μὲν ἐστι τὸ ὑπὸ τὴν ἕω λαμβανόμενον, δεῖπνον δὲ μεσημβρινὸν, ὃ ἡμεῖς ἄριστον. Sed successu temporis, immutatis moribus, invaluit hic usus loquendi, ut ἄριστον 2) *prandium,* δεῖπνον μεσημβρινὸν, diceretur. Et sic usurpatum legitur a Luc. XIV. 12. ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον quando paras prandium aut cœnam, ubi ἄριστον, quod diserte a δεῖπνον distinguitur, *prandium lautius* significat, *ad quod alii invitantur.* Luc. XI. 38. Aristoph. Lysistr. v. 790. 3) *omne epulum et convivium splendidum et lautum.* Matth. XXII. 4. τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα, coll. v. 2. ubi γάμοι vocatur. Eodem modo אֲרִיסְטוֹן sumitur pro *convivio,* sive sit prandium, sive cœna; confer Buxtorf. Lex. Talm. et Rabb. p. 227. In versione adeo Alexandrina τῷ לֶחֶם respondet, et omnino *cibum* notat 1 Reg. IV. 22. Hist. Drac. v. 44. λάβε τὸ ἄριστον ὃ ἀπέστειλέ σοι ὁ Θεός. Confer etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 469.

ἈΡΚΕΙ͂, *sufficit, satis est.* Vide infra s. v. ἀρκέω.

ἈΡΚΕΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *sufficiens, qui satis est,* ab ἀρκέω *sufficio.* Construitur cum dativo, et ter tantum legitur in N. T. Matth. VI. 34. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς sufficit sua cuique diei afflictio; quæ fuit formula proverbialis Judæorum, qua admonemur, non esse mala, quibus homines cotidie obnoxii reperiuntur, temere augenda nimia et anxia futuri temporis cura. Similes formulas Hebraicas collegit Vorstius in Diatr. de Adagiis N. T. cap. IX. Solere autem etiam Græcos adjectivum neutrum substantivo masculino aut fœminino jungere, multis exemplis probavit Wetstenius N. T. T. I. p. 337. Matth. X. 25. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ sufficit discipulo, si eandem, quam magister, habuerit sortem; quæ sunt ipsa Hebr. verba: דַּיּוֹ לְתַלְמִיד שֶׁיִּהְיֶה כְּרַבּוֹ, quæ apud Judæos in proverbium abiisse, Vorstius l. l. docuit. Ex loco Matthæi vero facile intelligitur, usum esse Christum hac formula proverbiali, ut significaret, eandem manere Christi discipulos adversam fortunam, quæ ipsi obtigisset, odia scilicet, contumelias, persecutiones. 1 Petr. IV. 3. ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι sufficit enim, nos olim, ante conversionem scilicet ad religionem christianam, gentilium more vixisse. Cæterum in vers. Alex. V. T. nuspiam legitur hæc vox, qua semel tantum Aquila Deut. XXV. 2. pro Hebraico דַּי usus est.

ἈΡΚΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, 1) *suppetias fero, adjuvo, auxilio sum,* idem quod ἐπαρκέω. 2 Cor. XII. 9. ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου opem feram tibi pro favore, quo te complector, adjuvabo te benevole. Sophocl. Trach. 711. Eurip. Hecub. v. 1164. παισὶ δ' ἀρκέσαι χρήζων ἐμοῖς. Suid. ἀρκεῖν· βοηθεῖν. Hesych. ἀρκεῖ· προσαρκεῖ, βοηθεῖ. Phavorin. ἀρκεῖ· καὶ ἐπαρκεῖ τὶς τινὶ βοηθῶν. Confer Abresch. ad Æschylum III. 26. 2) *sufficio, satis sum.* Matth. XXV. 9. μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν ne forte non sufficiat nobis et vobis. Plutarch. T. VI. p. 680. ed. Reisk. Herodian. IV. 7. 10. Joh. VI. 7. διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς vel ducentis denariis cœmti panes vix suffecerint. Joh. XIV. 8. καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν et nos beatissimos existimabimus, nihil amplius habebimus, quod rogemus et postulemus. Xenoph. Hist. Gr. I. 6. 5. ἐμοὶ ἀρκεῖ, οἴκοι μένειν. Sap. XIV. 22. οὐκ ἤρκεσεν non satis fuerat. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἤρκεσεν· ἀρκετὸς γέγονεν. Phavorin. ἀρκεῖ· ἐξαρκεῖ, ἀπόχρη, ἀποχρώντως ἔχει. 3) ἀρκέομαι, οῦμαι, *acquiesco, contentus sum.* Luc. III. 14. ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν contenti estote stipendiis vestris. Gloss. Vet. sine dubio ex hoc Lucæ et Vulgati interpretis loco: ἀρκεῖσθε, *contenti estote.* 1 Tim. VI. 8. τούτοις ἀρκεσθησόμεθα his contenti simus. Hebr. XIII. 5. ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. 3 Joh. v. 10. 2 Macc. V. 15. καὶ οὐκ ἀρκεσθεὶς δὲ τούτοις. Æschines Socr. Dial. III. § 15. μόνοις δὲ ἀρκεῖται τοῖς δυναμένοις κ. τ. λ. Arrian. Epict. III. 12.

ἌΡΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *ursus, -a.* Apoc. XIII. 2. καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς ἄρκτου et pedes ejus velut pedes ursi. (Ursus enim valet præcipue pedibus, inprimis anterioribus, latis, firmis et acutis unguibus præditis. Vide Plutarchi Caus. Natur. Quæst. 22 et 28. Aristotel. H. A. II. 1.) In nonnullis codd. legitur ἄρκου, quæ vocis forma tum Alexandrinis, tum aliis scriptoribus (Vide Eustath. ad Il. β, 487.) recepta est. Conf. Bocharti Hieroz. P. I. b. III. c. 8. p. 809. Sæpius non legitur in N. T.

ἍΡΜΑ, ατος, τὸ, 1) *currus, vehiculum, quo vehuntur homines, iter facientes,* vel ab ἄρω *apto,* quia equi currui loris aptari solent, vel ab αἴρω *fero.* Act. VIII. 28. καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ dum curru vehitur. ib. v. 29 et 38. Hesych. ἅρμα· ὄχημα, καροῦχα, δίφρος. Idem legitur in Alberti Gloss. N. T. p. 69. Glossæ Verb. Juris: ἅρμα παρ' Ἕλλησι μὲν τὸ ζεῦγος τῶν βοῶν· παρὰ δὲ Ῥωμαίοις τὴν καροῦχαν σημαίνει. 2) *currus falcatus, bello destinatus, e quo pugnabant,* cujus descriptionem dedit Curtius IV. 9. 5. 4 et 5. Apoc. IX. 9. ὡς φωνὴ ἁρμάτων ut sonus, quem currus falcati edunt; nam sequitur: ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον. Sic מַרְכָּבוֹת Joël. II. 5. et ἅρμα apud Xen. Cyrop. II. 2. 2. VI. 1. 16—28. 3) reticetur in voce ἀναβάντα Act. VIII. 31. coll. v. 28.

ἈΡΜΑΓΕΔΔΩ'Ν, *Armageddon.* Est nomen loci, qui semel commemoratur Apoc. XVI. 16. καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον Ἑβραϊστὶ Ἀρμαγεδδὼν, seu Ἀρμαγεδὼν, Ἁρμαγεδδὼν cum spiritu aspero, Μαγεδὼν et Ἑρμαγεδών: tam varie enim scripta hæc vox reperitur in codd. MSS. et ex conjecturis virorum doctorum. Fuit autem hæc vox variis interpretationibus obnoxia. Alii compositam putant ex הַר *mons* et מְגִדּוֹ *Megiddo,* quod est nomen agri seu vallis ad radices montis Carmel in tribu Manassis, duplici clade nobilis, altera Cananæorum, Siseræ, aliorumque regum, qui victi a Baraco ad unum omnes cædebantur, (Jud. IV. 16. V. 19.) altera Israëlitarum,

in qua ipse rex Josias cæsus erat, (2 Reg. XXIII. 29.) ob quam vallis ipsa idonea visa est Zachariæ prophetæ (XII. 11.), ut eam publicorum lamentorum locum faceret. Ex aliorum sententia conflatum est ex חָרְמָה *perditio*, et גַּד *turma*, cum ן paragogico, ut a Johanne respectus habitus sit ad cladem Cananæorum, Num. XXI. 3. descriptam, ut aliorum opiniones æque monstrosas et improbabiles silentio prætermittam. Mihi arridet eorum sententia, qui *regionem montanam, aquæ expertem, siccam et sterilem*, quæ a Judæis domicilium τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων, seu δαιμονίων esse credebatur, voce Græca 'Αρμαγεδδὼν indicari ob commata 12. 13. 14. statuunt. Nam הַר non solum *montem*, sed etiam *regionem montanam* significare, satis constat, et גּוּד in lingua Arabica جَاَلَ de terra arida et aquis omnibus exhausta dici, Castellus docuit in Lexic. Heptagl. fol. 507. Conf. Olearium de Stilo N. T. p. 349 et 359. edit. Schwarzii ac Glassii Philologiam S. p. 809 seq. ed. Dathii.

'ΑΡΜΟ'ΖΩ, fut. όσω, 1) proprie: *apte et concinne compingo, compono, committo, apto, arcte jungo*, nec differt a voce ἁρμόττω, observante Thoma Magistro sub ἁρμόττω. Usurpatur speciatim de fabris lignariis, qui ligna et tabulas committunt ad exstruendum ædificium, et architectis, qui disponunt, quæ sunt ad ædificium exstruendum necessaria. Xen. Anab. III. 5. 6. Proverb. VIII. 30. Conf. Foësii Œconom. Hippocrat. p. 59. qui etiam interdum *fulcire* et *firmare* significare docuit. Deinde vero ἁρμόζειν metaphorice 2) de omnibus usurpatur, *quæ invicem conveniunt et congruunt ullo aliquo modo.* Prov. XVII. 7. οὐχ ἁρμόσει ἄφρονι χείλη πιστά. Confer Schweighæuseri Lex. Polyb. s. h. v. et Lexic. Xenoph. Vol. I. p. 410. Hinc 3) ἁρμόζομαι *despondeo, matrimonio jungo, do nuptui.* Sic semel in N. T. sed metaphorice legitur 2 Cor. XI. 2. ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ ego vos desponsavi, seu matrimonii vinculis junxi marito, nempe Christo, h. e. operam dedi, ut vos adduceremini ad religionem et felicitatem christianam. (Videntur autem mihi hæc verba uncis includenda et sequentia, παρθένον ἁγνὴν κ. τ. λ. cum verbis ζηλῶ ὑμᾶς conjungenda esse, quo corruunt, quæ contra hanc interpretationem Krebsius in Observv. Flav. p. 311. disputavit, qui ἡρμοσάμην reddere mavult: *præparavi vos, aptos reddidi.*) Quod vero ad ipsam hanc verbi ἁρμόζεσθαι notionem attinet, magnam apud optimos scriptores Græcos gratiam habuisse videtur, apud quos et activum ἁρμόζειν et compositum συναρμόζειν in hoc sensu usurpatur. Martyr. Theclæ ap. Grabium in Spicileg. PP. T. I. p. 99. σοὶ γάρ ἐστιν ἡρμοσμένη. In sequentibus dicitur μνηστευθεῖσα. 36. p. 101. Eurip. Electra v. 24. de Ægistho οὐδ' ἥρμοζε νυμφίῳ. Schol. ad Sophocl. Ajac. Flag. v. 493. Parthenius Nic. Erot. c. 6. ἔγνωστο δὲ αὐτῷ τὴν κόρην ἁρμόσασθαι. Herodot. V. 47. VI. 65. Conf. Schwarzius Commentar. Ling. Gr. p. 187. et Wetstenius N. T. T. II. p. 205. Prov. XIX. 14. παρὰ δὲ Κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί. Hesych. ἡρμοσάμην· ἐνυμφευσάμην. Hinc apud Lacedæmonios ἁρμόσυνοι magistratus vocabantur, qui curabant, ut non solum virgines bene et caste educarentur, sed etiam maritis honestis elocarentur; et apud reliquos Græcos *procus*, teste Polluce Onomast. III. 3. 34. ἁρμοστὴς dicebatur. — Hesych. ἁρμόζεται· συζεύγνυται. — ἁρμόζουσα· συμφωνοῦσα, συνοικειουμένη, ἢ κοσμοῦσα. Zonaras Lex. col. 1001. ἡρμοσάμην, ἐμνηστευσάμην κ. τ. λ. Hinc emendandus est Hesychius, apud quem perperam nunc legitur: ἱρμοσάμην, ἐνυμφευσάμην.

'ΑΡΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, seu 'ΑΡΜΗ', ῆς, ἡ, *commissura, compages, articulus*, vel ab ἄρω *apto*, vel ab ἁρμόζω *conjungo, committo.* Sirac. XXVII. 2. ἀνὰ μέσον ἁρμῶν λίθων. Hesych. ἁρμῶν· ἁρμονιῶν. Ita enim reponendum est loco impressi ἁρμωνιῶν ex Alberti Gloss. N. T. p. 172. 'Αρμονία autem *compagem, juncturam* significat Ezech. XXXVII. 7. Etym. M. ἁρμὸς, ἡ ἁρμογὴ καὶ συνάφεια. Pollucis Onom. II. 141. In N. T. pluralis tantum legitur ἁρμοὶ *compages et commissuræ ossium*, seu *membrorum corporis humani, ligamenta illa, quibus ossa corporis inter se valide colligantur.* Hebr. IV. 12. ubi comminationes divinæ pertingere dicuntur ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν ad commissuras ossium et medullam, quo summa earum efficacia et vis describitur. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 27. ἁρμοί, *compages.* Idem: ἁρμὸν, *commissuram.*

'ΑΡΝΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) *nego, inficior*, et, quod in N. T. observandum est, inprimis apud Græcos de iis dicitur, *qui in judicio res turpes vel sibi periculosas negant*, et opponitur τῷ ὁμολογεῖν, v. c. apud Lys. Orat. III. c. 1. et IV. c. 5. ἔπειτα δὲ ἐκεῖνοι μὲν ἀρνοῦνται τὰ μεμηνυμένα, οὗτος δὲ ὁμολογεῖ ποιῆσαι. Matth. XXVI. 70. ὁ δὲ ἠρνήσατο ἔμπροσθεν πάντων, οὐκ οἶδα τί λέγεις. ib. v. 72. ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου jurejurando interposito negavit. Marc. XIV. 68, 70. Luc. VIII. 45. Joh. I. 20. καὶ ὡμολόγησε καὶ οὐκ ἠρνήσατο et ingenue professus est; ubi observandum est, non insolentem esse scriptoribus Græcis hanc duplicem affirmandi vim. Sic Dionys. Halic. VIII. 8. φράσω καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι. Lysias Orat. III. p. 94. ψεύδεται καὶ οὐκ ἀληθῆ λέγει, ubi vid. Marklandum. Hesiod. Theog. v. 511. Sophocl. Antigon. 453. καὶ φημὶ δρᾶσαι, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή. Conf. I. H. Maii Obss. SS. lib. II. p. 77. et Storr. Obss. ad Syntax. et Analog. Hebr. p. 260. Act. IV. 16. 1 Joh. II. 22. εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ὅτι 'Ιησοῦς οὐκ ἔστιν ὁ Χριστὸς, pro ὁ ἀρνούμενος 'Ιησοῦν εἶναι τὸν Χριστὸν, nam negatio plane redundat. Solent autem Attici adeo scriptores verbis negantibus particulam negandi pleonastice addere. Polyb. IV. 20. 11. Alciphron Lib. II. ep. 2. οὐκ ἀρνοῦμαι πρὸς τὸν νεανίσκον οὐκ οἰκείως ἔχειν ἐκ πολλοῦ, ubi vide Berglerum et Obss. Miscell. Vol. VI. p. 200. 2) *nolo, renuo, recuso, detrecto.* 2 Tim. III. 4, 5. τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς (scil. εὐσεβείας) ἠρνημένοι (scil. ἔχειν, quod ex præcedenti oratione supplendum est) factis vero hanc pietatem suam demonstrare recusant. Hebr. XI. 24. ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραὼ nolebat amplius esse filius adoptatus filiæ Pharaonis. Sapient. XII. 27. ἰδόντες ὃν πάλαι ἠρνοῦντο εἰδέναι. XVI. 16. ἀρνούμενοι γάρ σε εἰδέναι ἀσεβεῖς. ib. XVII. 9. Herodot. VI. 13. Phavor. ἀρνοῦμαι· ἀναίνομαι. 3) 'Αρνοῦμαι τινὰ *abnego aliquem, dico me nec habuisse nec velle cum aliquo aliquid commercii habere*, et ex adjuncto: *repudio, respuo aliquem, deficio ab aliquo*, pro quo reliqui Græci verbo ἀπαρνεῖσθαι utuntur, v. c. Dionys. Halic. VIII. c. 34. In hoc vero sensu inprimis duplici modo usurpatur in N. T. α) enim tribuitur *Christo*, qui ἀρνεῖται τοὺς ἀνθρώπους, *quando eos pro suis cultoribus non agnoscit, a cœtu et felicitate suorum sectatorum excludit, nec admittit ad rerum suarum communionem.* Matth. X. 33. ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ illum nec ego pro meo agnos-

cam, coll. Matth. VII. 23. et Luc. XII. 9. 2 Tim. II. 12. *κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς* rejiciet nos. *β*) tribuitur *hominibus*, qui *ἀρνοῦνται τὸν Χριστὸν* seu *Θεὸν* seu *πίστιν*, et quidem א) *iis*, *qui ore quidem Christum ejusque religionem profitentur, nihilominus tamen vitam, christiano nomine indignam, agunt*. Tit. I. 16. *Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται.* 1 Tim. V. 8. *τὴν πίστιν ἤρνηται* hic non est verus christianus. ב) *iis*, *qui deficiunt a religione christiana, et palam ore profitentur nec ad se Christum nec se ad illum pertinere, qui fidem Christo datam fallunt.* Sic de Petro Luc. XII. 57. *ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτὸν*, coll. Matth. XXVI. 70, 72. Matth. X. 33. *ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων* qui coram hominibus nominis doctrinæque meæ professionem retractaverit. 2 Tim. II. 12. *εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς*. Apoc. II. 13. *καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου* nec meæ religionis professionem deseruisti. Apoc. III. 8. *καὶ οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μου.* 4) tribuitur *iis*, *qui Jesum Messiam agnoscere nolunt, sed repudiant et pro impostore habent.* Act. III. 13. *καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου* quem agnoscere noluistis pro vestro Messia apud Pilatum, ib. v. 14. *ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε* vos sanctum et innocentem agnoscere noluistis. Sed verti etiam posset *ἠρνήσασθε* h. l. noluistis eum *χαρισθῆναι ὑμῖν*. 2 Petr. II. 1. *καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι*, ubi tamen *ἀρνεῖσθαι* non tam ad doctrinam eorum, quam ad vitam ipsam, a religione christiana alienam, referendum videtur. 1 Joh. II. 22, 23. Jud. v. 4. Nec desunt tamen loca, in quibus *ἀρνεῖσθαι* in universum *ei* tribuitur, *qui aliquem pro tali, qualis revera est, habere et agnoscere recusat et renuit.* Sic v. c. VII. 35. *τοῦτον τὸν Μωϋσῆν, ὃν ἠρνήσαντο, εἰπόντες, τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν*; coll. v. 27. Interdum adeo bono sensu usurpatur, ut sit 5) *renunciare, valedicere.* Tit. II. 12. *ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας* renunciantes vitiositati et omnibus pravis cupiditatibus. Theophyl. ad h. l. e Chrysostomo: *ἀρνήσασθαι τὴν ἐκ διαθέσεως ὁλοψύχου ἀποστροφὴν σημαίνει.* 6) Restat formula: *ἀρνεῖσθαι ἑαυτὸν*, quæ de *eo* usurpatur, *qui sibi non constat, a se ipso quasi discedit et sui dissimilis est.* 2 Tim. II. 13. *ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται* nam Christus est immutabilis et veracissimus, ubi opponitur *ἐκεῖνος πιστὸς μένει*, i. q. Hebr. VI. 18. *ἀδύνατον ψεύσασθαι αὐτόν.* — Phavorin. *ἀρνεῖται καὶ ὁ λέγων μὴ πεποιηκέναι τόδε τι. ἀρνεῖται καὶ ὁ μὴ θέλων ποιῆσαι τόδε τι. οἷον λισσόμενος δειπνῆσαι. ὁ δὲ ἀρνεῖται στοναχίζων ἀντὶ τοῦ ἀπηγόρευεν.*

'ΑΡΝΙ'ΟΝ, *ίου, τὸ*, *agnellus, agnus.* Diminutivum ab *ἄρς, ἀρνὸς*, *agnus.* Proprie significat *tenerum agnum, ovis fœtum annuum*, teste Polluce Lib. VII. c. 33. sect. 184. (Vide Wetstenium N. T. T. I. p. 964.) sed deinde etiam de *ovibus* in universum usurpatur. Nunquam vero in N. T. in hoc proprio sensu usurpatum legitur; semper metaphorice usurpatur et quidem ita, ut 1) *Christum* significet, qui ita vocatur, partim ob mortem ejus cruentam in cruce pro peccatis hominum, respectu habito Judæorum causa ad agnos sacrificiales in sacris Judæorum, partim ob mansuetudinem, patientiam et innocentiam. Hoc autem insignitus nomine legitur per totam fere Apocalypsin Johanneam, v. c. cap. V. 6, 8, 12, 13. VI. 1, 16. VII. 1, 9, 10, 14, 17. et alibi passim. 2) *veros sectatores Christi* significat, ita dictos ex more Hebræorum doctores religionis cum pastoribus comparandi adeoque ob curam teneram, qua tractandi sunt. Joh. XXI. 15. *βόσκε τὰ ἀρνία μου* tuæ curæ commendo sectatores meos.

'ΑΡΞΑ'ΜΕΝΟΝ. Participium neutrum verbi *ἄρχομαι*, quod sumitur impersonaliter, ut sit idem ac *initium faciendo, ita, ut initium fiat*; seu *cum cœptum sit, initio facto.* Luc. XXIV. 47. *ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ* facto ab Hierosolymis initio. Act. X. 37. *ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας* ita, ut primum in Galilæa traderetur. Confer Schwarz. Comment. Ling. Gr. p. 189. Gloss. Vet. apud Labbæum: *ἀρξάμενος, orsus, exorsus.*

'ΑΡΟΤΡΙΑ'Ω, *ῶ*, fut. *άσω*, *aro, terram vomere scindo et scissam verto, terram colo*, ab *ἀρόω aro.* Bis legitur in N. T. Luc. XVII. 7. *δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα* servum habens arantem aut pascentem. 1 Cor. IX. 10. *ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷν* nam sub conditione spei debet, qui arat, arare. Respondet Hebr. חָרַשׁ Deut. XXII. 10. Ies. XXXVIII. 24.

"ΑΡΟΤΡΟΝ, *ου, τὸ*, *aratrum*, ab *ἀρόω aro*, quod Etymologico M. est ab *ἄρης ferrum*, quia ferro colitur, scinditur et subigitur terra. Semel legitur in N. T. Luc. IX. 62. *οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω* nemo, qui admoverit manum aratro, sed deinde reversus fuerit, dignus est, qui in numero cultorum meorum habeatur. Est locutio proverbialis, petita ab agricolis, quibus continuo studio opus est, si terram bene colere ejusque fructus percipere volunt, qua usus est Christus, ut ostenderet, studium doctrinæ christianæ gravissimum esse et maxime arduum negotium, quod qui semel aggressus sit, eum non oportere deflectere ad rerum terrenarum nimium studium: quæ sunt ipsa verba Erasmi ad h. l. Confer etiam A. Schotti Adagialia Sacra N. T. p. 75.

'ΑΡΠΑΓΗ', *ῆς, ἡ.* Est nomen verbale a perfecto Med. *ἥρπαγα* verbi *ἁρπάζω rapio.* 1) proprie notat *active: direptionem* seu *rapiendi actionem.* Polyb. XVI. 5. *ἀφέμενοι τοῦ διώκειν ἀπένευσαν ἐπὶ τὴν τούτων ἁρπαγήν.* Xenoph. Cyrop. IV. 2. 12. Phavorin. *ἡ μετὰ βίας ἀφαίρεσις.* 2) *jactura quævis*, neglecta notione *violentiæ.* Sic legitur in N. T. Hebr. X. 34. *καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε* et jacturam bonorum vestrorum æquo tulistis animo. 3) *omnis violentia, iniquitas et injuria, qua aliquis afficitur et jure suo privatur.* Luc. IX. 39. *τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς* animus vester impurus est injuriarum aliis illatarum conscientia; quanquam et h. l. *ἁρπαγὴν* de iniquitate, quam animus mediatur, de ipso injustitiæ studio explicari potest. Theodot. Prov. X. 6. חָמָס per *ἁρπαγὴν*, Symmachus per *ἀδικίαν* interpretatus est. 4) ut *ἅρπαγμα* Sirac. XVI. 13. *passive: præda e direptione, res rapta, omne, quod est injusto et illegitimo modo partum.* Mat. XXIII. 25. *ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας* intus vero plena sunt bonis inique partis. In vers. Alex. respondet Hebr. גְּזֵלָה eodem sensu Ies. III. 14. Etiam apud Græcos (v. c. Xenoph. Hellen. III. 2. 19. *μετεῖχον τῆς ἁρπαγῆς.*) *ἁρπαγὴν* haud raro hanc significationem habere, docuit Schwarzius Comment. Ling. Gr. pag. 190. — Gloss. Vet. apud Labbæum: *ἁρπαγή, rapacitas, præda, rapina*, etc.

'ΑΡΠΑΓΜΟ'Σ, *οῦ, ὁ*, 1) proprie, ut *ἁρπαγή*, *direptio, raptus, ipsa rapiendi actio.* Est nomen verbale a perfecto pass. *ἥρπαγμαι* verbi *ἁρπάζω.* Et nomina, in *μὸς* desinentia, fere

actionem, non rem et statum significant. Sed interdum tamen *passive* usurpatur, ut significet 2) vel *rem raptam*, v. c. prædam, quocunque nomine raptam, vel *rem avide diripiendam et vindicandam.* Hinc formula: ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαι τὶ *cupide aliqua re uti, studiosissime eam occupare et sibi vindicare* significat. Philipp. II. 6. οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ non habuit prædæ loco similitudinem cum Deo, h. e. non ea, qua poterat uti majestate divina, cupide utendum esse existimavit, seu, non semper eam fecit conspicuam, interdum abstinuit ab ea; nam sequitur: ἐκένωσε ἑαυτὸν se ipsum ad statum tenuem depressit. Similis formula est: καθάπερ φωρίου ἐφάπτεσθαι, qua usus est Longinus de Sublimitate pag. 26. ed. Mori. Loca, quæ L. Bos. in Animadverss. ad h. l. pag. 199. ex Heliodoro adduxit, mihi quidem plane aliena videntur, nam ἅρπαγμα apud Heliod. Æthiop. IV. 1. VII. 20. rem significat, quæ facili negotio obtineri potest, ad quam obtinendam nec consiliis nec labore opus est; quam notionem a loco Pauli alienissimam esse, quis non videt? Magis huc pertinere videntur loca vers. Alex. in quibus ἁρπαγμὸς *omnis generis prædam et rapta bona* significat, et Hebr. טֶרֶף Ezech. XXI. 27. גָּזֵל Ps. LXII. 11. Ies. LXI. 8. גָּזוּל Malach. I. 13. et מְשִׁסָּה Ies. XLII. 22. respondet. Fortasse etiam ἁρπαγμὸς l. l. *ornatum, ornamentum* notat ex usu l. Chald. in qua עֲדִי *spolium, prædam,* et עֲדִית *ornatum, ornamentum* significat. Copiose de voce ἁρπαγμὸς, quæ interdum idem valet cum alterius formæ substantivo ἅρπαγμα, præter Wetstenium (N. T. T. II. p. 268.) exposuit Wakefield in Silva Critica P. III. p. 112. et Mer. Casaubonus in Diatr. de Verborum Usu p. 110. Th. Crenii Analect. Philol. Crit. Historicorum.

'ΑΡΠΑ'ΖΩ, fut. άσω, vel άξω, 1) vulgo: *violenter et palam aliis invitis bona rapio et aufero, avide et violenter arripio aliquid, ut mihi vindicem et meum faciam,* et in eo differt a κλέπτειν, ut hoc sit *clanculum,* illud *palam et cum impetu rapere,* (Xenoph. Cyrop. I. 2. 2. Mem. IV. 2. 15.) unde ἅρπαξ, de quo postea. Sed sic non legitur in N. T. libris. 2) *vi aliquem abduco et subduco aliorum conspectui.* Sic Joh. VI. 15. καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα et se abrepturos, (alii *comprehensuros* vertunt ob locum Amos III. 4. ubi Hebraico לָכַד *comprehendit* in vers. Alexandrina respondet) ut regem renunciarent. In eadem fere re usus est voce *rapere* Tacitus H. I. 26 et 27. Act. XXIII. 10. ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν vi armata eum tolli jussit e medio Judæorum. Respondet Hebraico חָטַף in vers. Alex. Jud. XXI. 21. Psalm. X. 9. 3) *dilanio, trucido,* quando de feris et rapacibus animalibus usurpatur, quibus, teste Eustathio ad Homer. Il. XII. 305. proprie competit hæc vox. Joh. X. 12. καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτὰ et lupus alias dilaniat. coll. Xenoph. Mem. II. 7. 14. Ideo haud raro usi sunt Alexandrini hac voce pro Hebraico טָרַף (v. c. Genes. XXXVII. 33. Ps. VII. 2. Amos I. 11.) quod proprie de feris usurpatur, quæ unguibus et dentibus prædam laniant, plane ut Ar. طرف, quod proprie *secuit, decerpsit, dilaceravit,* significat. 4) *aufero aliquid, privo aliquem aliqua re, quacunque ratione fiat.* Matth. XIII. 19. ὁ πονηρὸς ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν diabolus id, quod insitum erat animo, aufert, h. e. brevi privatur hac sua cognitione doctrinæ salutaris. 5) *eripio aliquem alicujus potestati.* Joh. X. 28. καὶ οὐχ ἁρπάσει τὶς αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου et nemo eripere eos meæ potestati valebit, h. e. et semper felicitatis illorum auctor ero et promotor. ib. v. 29. Libanius Declam. XVII. pag. 456. B. ed. Paris. πόλιν ἐκ τῶν χειρῶν ἡρπασμένην τοῦ Μακεδόνος. Id. XXXI. p. 718. A. ὅτι σου τῶν χειρῶν τοὺς ἐναντίους ἐξήρπασα. Jud. v. 23. ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες ita, ut eos igni quasi et incendio eripiatis. . Est autem ἐκ πυρὸς ἁρπάζειν formula proverbialis, frequens apud Judæos *de iis, qui aliquem e præsentissimo periculo mature eripiunt.* Confer Zach. III. 2. Amos IV. 17. et 1 Cor. III. 15. et quæ infra ad πῦρ dicentur. 6) *jubeo aliquem subito abire,* et passivum ἁρπάζομαι *jussus ab aliquo celeriter discedo.* Act. VIII. 39. Πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον oraculo divino admonitus discessit. 1 Reg. XVIII. 12. 7) *subito in alium locum transfero.* 2 Cor. XII. 2. ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ raptum in visione, seu, animo translatum in tertium cœlum. ibid. v. 4. ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον. 1 Thess. IV. 12. ἁρπαγησόμεθα σὺν αὐτοῖς ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν Κυρίου una cum illis, nubibus vecti, obviam rapiemur Domino nostro. Apoc. XII. 5. καὶ ἡρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεόν. 8) *avide arripio, studiose occupo et vindico mihi aliquid, omni animi contentione consequi laboro.* Matth. XI. 12. καὶ οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσι αὐτὴν, scilicet τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, flagranti desiderio arripiunt oblatam hanc sibi felicitatem. (Alii vertunt: et homines violenti diripere seu opprimere student.) Sic etiam haud raro apud Græcos scriptores legitur, v. c. apud Xenoph. Anab. VI. 5. § 11. it. de Re Equestri VI. 11. Plat. Ep. VII. p. 716. ed. Lugd. Ælian. V. H. III. 17. Excerpta e Polybio de V. et V. T. III. Opp. p. 116. ed. Ernest. ἡρπακότες τὴν τῶν 'Ελλήνων εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐχέρειαν cupide assumserunt Græcorum hoc in genere studia. Confer D'Orville ad Chariton. I. 9. p. 263. ed. Lips. Eodem modo *accipere* usurpatur apud Terent. Eun. III. 5. 23.—Phavorin. ἁρπάζω· κυριολεκτεῖται ἐπὶ λεόντων καὶ κυνῶν καὶ λύκων καὶ τῶν τοιούτων. ἁρπάζω λέγεται καὶ τὸ βιαίως λαμβάνω μὴ βουλομένου δηλονότι τοῦ ἀφαιρουμένου. καὶ ἁρπάζω τὸ ὀξέως νοέω. ἁρπάζω, διαρπάζω, ἐξαρπάζω, αἰτιατικῇ συντάσσεται.

'ΑΡΠΑΞ, αγος, ὁ, 1) proprie: *rapax*, et est proprium ἐπίθετον ferarum, quæ dentibus et unguibus dilaniant et dilacerant prædam; speciatim *luporum* (Lycophr. 1309. Oppian. de Venat. III. 293.), quos etiam Latini (v. c. Horat. Carm. IV. 4. Ovid. Trist. I. 5. Seneca Œdip. 149.) *rapaces* appellare solent. Matth. VII. 15. λύκοι ἅρπαγες lupi rapaces, (coll. Genes. XLIX. 27.) ubi tamen metaphorice *homines* intelligendi sunt, *qui sunt doctrinarum exitialium auctores et felicitati aliorum insidiantur.* Conf. infra sub λύκος. 2) metaphorice: *qui vi et palam bona invitis dominis ad se rapit, latro.* Sic legitur in N. T. Luc. XVIII. 11. ubi diserte ab ἄδικος distinguitur. 1 Cor. V. 10. πλεονέκταις ἢ ἅρπαξιν. ib. v. 11. 1 Cor. VI. 10.

'ΑΡ'ῬΑΒΩ'Ν, ῶνος, ὁ. Vox origine Hebraica עֵרָבוֹן (ab עָרַב *fidejubere, spondere.* Genes. XLIV. 22.), pro qua voce hac Græca usi sunt Alexandrini Genes. XXXVIII. 17, 18, 20. translata successu temporis, ut plures aliæ, non solum in linguam Græcam, sed adeo in linguam Lati-

nam, (*arrhabo* seu *arrabo* apud Plautum Rud. Prol. 46. Mil. IV. 1. 11.) Varias autem habet hæc vox significationes. 1) in universum notat: *arrham* seu *arram*, h. e. *partem pretii, quæ in emtionibus cautionis gratia datur pro rebus, quæ emuntur*, **das angeld oder handgeld**, *an earnest.* Suid. ἀρραβών· ἡ ἐν ταῖς ὠναῖς περὶ τῶν ὠνουμένων διδομένη πρώτη καταβολὴ ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας. Hesych. ἀρραβών· πρόδομα. Adde Etymol. M. 148. 52. Conf. Salmasium de Modo Usurarum p. 582 seq. 2) *pignus, depositum, quod datur, ut alter certus reddatur, eum, qui pignus dedit, promissis suis staturum esse.* Genes. XXXVIII. 17. 3) *donum obligationis in nuptiis contrahendis, sponsalium pignus*, **der mahlschatz**, *a marriage portion.* Hesych. ἀρραβών. καὶ τὸ μνῆστρον (ita enim legendum est loco ἄγκιστρον). Idem: μνῆστρον· ὁ τοῦ γάμου ἀρραβών. 4) tropice: *omne, quod est instar pignoris, quod certam animi persuasionem efficit et alit.* Sic autem ter legitur in N. T. libris. 2 Cor. I. 22. καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν et largitus est vobis bona per religionem christianam, quæ vobis sunt instar pignoris futuræ majoris felicitatis christianorum. Eadem sententia expressa est a Paulo 2 Cor. V. 5. Ephes. I. 14. ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν quæ bona nobis certissimum pignus sunt futuræ felicitatis. Omnium optime de hac voce exposuit Stephanus le Moyne Notis ad Varia Sacra p. 466—480.

ἌΡΡΑΦΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *inconsutus*, (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum.) *nullam habens suturam, non a sartore tractatus.* (ex α priv. et ῥάπτω *suo, consuo.* Homer. Odyss. XXIV. 228. κνημῖδας ῥαπτάς.) Scribitur quoque ἀρραφής. Vide Polluc. II. 38. Sic semel legitur in N. T. Joh. XIX. 23. ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄρραφος erat vero tunica inconsuta. Elegantem autem hujus tunicæ ex Josepho maxime A. J. III. 7. 4. dedit Ernesti Inst. Interp. N. T. p. 258. ed. tert. descriptionem: *Tunica ἄρραφος et ὑφαντὸς δι' ὅλου*, inquit, *est, quæ non e duabus plagulis, sive segmentis fit in latere utroque fibula aut acu nectendis, sed constat una continenti tela, nihil habente suturæ aut commissuræ in lateribus aut humeris: cujus conficiendæ modum describit* THEOPHYLACTUS ad h. l. *et Palæstinæ proprium tradit e* CHRYSOSTOMI Homil. LXXXIV. in Johannem. Confer etiam Alberti Gloss. N. T. p. 209. Braun. de Vestitu Sac. Hebr. I. c. 16. p. 259. Ferrarium de Re Vestiaria P. I. Lib. III. c. 16. et Salmasium ad Flavii Vopisci Aurelianum c. 46.

ἌΡΡΗΝ, ενος, ὁ, et ἌΡΡΕΝ, τὸ, *mas, masculus, tam inter homines, quam inter bruta*, et est nomen sexus, quod Eustathius deducit ab ἄρδω *irrigo*, διὰ τὴν σπερματικὴν ὑγρότητα. Apoc. XII. 5. ἔτεκεν υἱὸν ἄρρενα Hebr. בֵּן־זָכָר Jerem. XX. 15.) peperit filium masculum. ibid. v. 13. Sæpius non legitur in N. T.

ἌΡΡΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Variis modis accipitur in Græcorum libris. Ἄρρητον autem 1) dicitur, *quod nunquam est adhuc dictum et ore prolatum.* Homer. Odyss. XIV. 466. καί τι ἔπος προέηκεν, ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον. 2) *quod dicendum non est, quod dicere nefas est, leges prohibent atque pudor.* Sic ἄρρητα et ἀπόρρητα in *Cereris sacris* dicta sunt *dogmata arcana, mysteria, quæ vulgari et enunciari nefas erat*, et in *disciplina Pythagorica dogmata arcana, quæ cum initiatis, non item cum profanis communicabantur.* Cf. Celeb. Fischerum ad Platonis Phædonem § 6. p. 256. edit. recent. Ita etiam Deus Hermeti dicebatur ἄρρητος, ἀνεκλάλητος, h. e. σιωπῇ φωνούμενος, ut ipse explicaverat. Confer etiam Hesychium in voce σεμνά. Interdum etiam, teste Schol. Sophocl. ad Ajac. v. 961. ἄρρητός ἐστιν, ὁ μὴ ἄξιος ῥηθῆναι. 3) *quod verbis dici satis aut explicari aut describi non potest, quod mente tantum percipi et sentiri potest.* Sic Philostrat. Heroic. c. 2. s. 2. p. 674. ἄρρητον γὰρ τὸ τῆς πορφύρας ἄνθος nam describi non potest flos purpuræ. Confer Rhœr. Feriæ Daventrienses p. 163. 4) *quod inauditum est, incredibile, eximium.* Sic Æschin. Socr. Dial. III. 3. καὶ τὸ ἄρρητον ἐν σοὶ θάρσος, ubi confer notas Fischeri. In N. T. semel tantum et ita legitur, ut, quænam harum notionum in auxilium vocanda sit, dubii hæreant interpretes, nempe 2 Cor. XII. 4. καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, quæ ita explicanda esse arbitror, et mente percepi inaudita et ineffabilia; sermo enim ibi est de ecstasi Pauli, ubi, cessante externorum sensuum usu, sensu futuræ felicitatis christianorum imbuebatur. — Hesych. ἄρρητον· ἄφραστον, ἀνιστόρητον, ἀπόρρητον, ἄφωνον, αἰσχρόν. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄρρητος, *inauditus, nefastus, nefandus, infandus.* Cæterum de voce hac lectu digna habent Er. Vindingius Comm. in Eurip. Hecub. v. 705. Wetstenius N. T. T. II. p. 211. et Gust. Sommelius in D. *de sensu vocis* ἄρρητα 2 Cor. XII. 4. Lund. 1775. 4.

ἌΡΡΩΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *infirmus, invalidus, ægrotus*, ex α priv. et ῥώννυμι *corroboro.* Matth. XIV. 14. καὶ ἐθεράπευσε τοὺς ἀρρώστους αὐτῶν. Marc. VI. 5, 13. XVI. 18. 1 Cor. XI. 30. διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἄρρωστοι καὶ ἀσθενεῖς propterea multi inter vos variis morborum generibus afflicti reperiuntur. Sirac. VII. 37. Respondet Hebraico חוֹלֶה Malach. I. 8. in vers. Alex. Vulgo quidem ἄρρωστος et νοσῶν ita invicem differre statuunt grammatici, ut hoc *ægrotum, lecto affixum*, seu *decumbentem*, illud vero *quemvis ægrotum* significet, sed non semper hanc discrepantiam observari constat. Ammonius: Ἀρρωστεῖν τοῦ νοσεῖν διαφέρει. Ἀρρωστεῖ μὲν γὰρ ὁ καχεκτῶν τῷ σώματι, νοσεῖ δὲ ὁ κλινήρης.

ἌΡΣ, ἀρνὸς, ὁ, ἡ, *agnus.* Semel in N. T. legitur Luc. X. 3. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων ecce ego mitto vos, ut agnos in medium luporum. Thom. M. ἄρνες, οἱ νεογνοὶ, ἀρνειοὶ, οἱ προήκοντες τῇ ἡλικίᾳ, et ibi Interpp. Hesych. ἄρνες· μικρὰ πρόβατα. Xenoph. Mem. II. 7. 13.

ἌΡΣΕΝ, ενος, τὸ, scil. γένος, (coll. Apollon. Rhod. I. 824.) *mas, masculus.* Matth. XIX. 4. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς marem et feminam fecit eos. Marc. X. 6. Luc. II. 23. πᾶν ἄρσεν διανοῖγων τὴν μήτραν. Gal. III. 28.

ἈΡΣΕΝΟΚΟΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *cinædus, qui cum masculis concumbit*, ex ἄρσεν *mas*, et κοίτη *cubile, concubitus.* 1 Cor. VI. 9. οὔτε μοιχοὶ, οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται. 1 Tim. I. 10. Sæpius non legitur in N. T. Fuisse vero crimen Veneris masculæ inter gentes non solum frequentatum, sed etiam a sapientissimis inter gentiles viris admodum improbatum, constat ex iis, quæ Fabricius in Biblioth. Græca Lib. I. p. 135. et Menagius ad Diog. Laërt. VI. 65. p. 250. de hoc detestando flagitio ex monumentis veterum collegerunt. Gloss. Vet. ἀρσενοκοίτης, *masculorum concubitor.*

ἌΡΣΗΝ, ενος, ὁ, *mas, masculus.* Rom. I. 27. ἄρσενες ἐν ἄρσεσιν τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι viri muliebria passi.

ἈΡΤΕΜΑ͂Σ, ᾶ, ὁ. *Artemas*, decurtatum ex Ἀρτεμίδωρος secundum Varronem de lingua Lat. L. VII. c. 9. Est nomen proprium amici

Pauli, quod vulgo deducitur ab ἀρτεμὴς *incolumis, integer*. Semel autem in N. T. libris memoratur Tit. III. 12. ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε.

Ἄ͂ΡΤΕΜΙΣ, ιδος, et ιος, ἡ. *Diana*, Jovis ex Latona filia, Dea gentilium, silvis, venationi et navigationi præsidens, unde *regina undarum* et *venatrix* appellatur. Nomen Ἄρτεμις nacta est sine dubio ab adjectivo ἀρτεμὴς, *incolumis, integer*, partim ob incorruptam virginitatem, partim quia opitulari credebatur et maribus et feminis: ἀπὸ τοῦ ἀρτεμέας ποιεῖν. Secundum nonnullos autem ab eo, quod luna aërem secet, quasi ἀεροτόμος. Aliorum de etymologia hujus nominis opiniones collegit Joh. Henr. a Seelen in Meditatt. Exeg. P. I. p. 505. et Simonis in Onomastico N. T. p. 30. Splendidissimum (Tota ædes aurea vocatur in Aristoph. Nub. v. 598.) templum ei exstructum erat Ephesi, quod ab Herostrato, ut nempe immortalitatem nominis consequeretur, incensum et in cineres redactum, instauratum est Alexandri M. temporibus, et quidem multo magnificentius, in quo tota Asia per 220 annos dicitur occupata Plinio H. N. XXXVI. 14. Act. XIX. 24, 27, 28, 34, 35. De Diana hac Ephesia vide Wetstenii N. T. T. II. p. 588. et Aug. Esmarchii Disquisitt. de Artemide Ephesiorum.

ἈΡΤΕ΄ΜΩΝ, ονος, ὁ, *artemon*, velum navis majus, quod hodienum Venetis *artimon* dicitur, aut commune nomen omnium velorum navis. Act. XXVII. 40. ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα postquam sustulerant artemonem. Admodum autem dissensere interpretes in constituenda hujus vocis notione. Alii cum Luthero per *malum*, alii cum Grotio de *velo illo proræ proximo* interpretantur, quod dolon a Plinio et Polluce vocatur et quo uti solent nautæ, ubi metuunt, ne vela majora plus satis venti concipiant navemque nimis urgeant.

Ἄ͂ΡΤΙ. Adverbium temporis, quod 1) significat: *jam, nunc, hoc ipso tempore, quo id evenit de quo sermo est*, i. q. νῦν. Atque ita tantum jungitur tempori præsenti. Matth. XXVI. 53. ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου me non posse jam a patre meo petere. Joh. IX. 19. πῶς οὖν ἄρτι βλέπει quomodo vero nunc cernit. ib. v. 25. XIII. 7. σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι in præsenti non intelligere vales. v. 33, 37. XVI. 12, 31. 1 Cor. XIII. 12. in vita præsenti, opponitur τότε in vita futura. XVI. 7. Galat. I. 9. IV. 20. 2 Thess. II. 7. 1 Petr. I. 8. Apoc. XII. 10. Schol. Aristoph. ad Nubes v. 1148. διαφέρει τὸ ἄρτι τοῦ ἀρτίως παρὰ Ἀττικοῖς. Ἄρτι μὲν γὰρ ἀντὶ τοῦ νῦν, ἀρτίως δὲ πρὸ ὀλίγου. Conf. Grævium ad Luciani Solœcistam p. 729. 2) ut ἀρτίως et νῦν significat: *tempus paulo ante præterlapsum, modo, nuper*, πρὸ ὀλίγου, so eben, alleweile, *even just now*. 1 Thessalon. III. 6. ἄρτι δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς nuper autem cum Timotheus ad nos rediisset. Schol. Aristoph. ad Nubes v. 154. ἄρτι· ἐξ ὑπογυίου. Æschin. Socr. Dial. III. 15. Hesych. et Pollux Onom. I. 7. extr. ἄρτι· πρὸ μικροῦ. 3) *quæso*, ut sit particula hortantis et rogantis, idem quod apud Græcos δὴ et apud Hebræos נָא. Matth. III. 15. ἄφες ἄρτι, permitte quæso. 4) *prope, fere, brevi*. Matth. IX. 18. ὅτι θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν filia mea prope defuncta est, in agone versatur, jam animum agit, coll. Marc. V. 23. τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει. Ἄρτι enim, teste Phavorino, notat: τὸ ὑπόγυιον καὶ τὸ παραυτίκα μέλλον γίνεσθαι. 5) si construitur cum præpositione vel particula, præpositionis vicaria, v. c. ἀπὸ, ἕως, nominalem significationem obtinet et notat tempus præsens vel instans, v. c. Joh. V. 17. ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται pater meus ad hoc usque tempus operatur. Matth. XI. 12. Joh. II. 10. XVI. 24. 1 Cor. IV. 13. VIII. 7. XV. 6. 1 Joh. II. 9. Cum ἀπὸ autem reddendum est: *ab hoc tempore, posthac, exinde*. Matth. XXVI. 29, (ubi Vulgat. *a modo*. Gloss. *A modo*, ἀπὸ τούτου.) 64. Joh. I. 51. XIII. 19. XIV. 7. quod etiam vide supra conjunctim scriptum sub ἀπάρτι. 1 Petr. I. 6. ὀλίγον ἄρτι ad breve tempus. Conf. de hujus adverbii significationibus variis Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 376. et Devarii librum de Particulis Gr. Ling. p. 72. ed. Reusm. 6) quandoque deest, v. c. Joh. IX. 15. ante βλέπω coll. v. 25. et fortasse ibid. v. 37. ante ἑώρακας.

ἈΡΤΙΓΕ΄ΝΝΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *recens genitus, modo natus*. Componitur ex ἄρτι *modo, recens*, et γεννητὸς *natus*. Tantum legitur in N. T. 1 Pet. II. 2. ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη ut modo nati infantes; ubi per ἀρτιγέννητα βρέφη intelligendi sunt metaphorice Judæi et pagani, qui nuper tantum religionem christianam amplexi fuerant. Judæi enim non solum proselytum קָטוֹן שֶׁנּוֹלַד, h. e. infantem recens natum, sed etiam discipulos, qui nondum tirocinia posuerunt, תִּינוֹקוֹת lactentes appellare solebant, ut recte ostendit Wetstenius in N. T. T. II. p. 684. et Schœttgenius in Horis Hebr. et Talmud. T. I. p. 1036. Aliquoties quoque hac voce (bene distinguenda ab ἀρτιγένειος, qua *pubescens* significatur) usus est Lucianus in Alexandro et in Deorum Dialogis, ut docuit Grævius ad Luciani Solœcistam p. 42.

Ἄ͂ΡΤΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, *integer, perfectus, omnibus numeris absolutus, talis, qualis esse debet*, adeoque interdum *paratus, promptus ad munus aliquod rite obeundum*, i. q. ἕτοιμος. Descendit ab ἀρτᾶν, quod est παρασκευάζειν, ἑτοιμάζειν (conf. Æmil. Portus in Lex. Ion. s. h. v.) aut etiam ab ἀρτίζω *perficio, absolutum reddo*. Arithmeticis et geometris præsertim vocis hujus usus familiaris est, qui v. c. ἀριθμὸν ἄρτιον numerum vocant, qui partibus apte inter se cohærentibus ita compositus est, ut nihil desit, nihil supersit, et opponunt τῷ περισσῷ. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄρτιος, ὁ τέλειος ἀριθμὸς, *perfectus, integer, incolumis*. In N. T. semel legitur 2 Tim. III. 13. ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος ut perfectus reddatur doctor religionis christianæ, et additur πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος. Suid. τὰ ἄρτια· τὰ ἡρμοσμένα, τέλεια καὶ ὑγιῆ. Hesych. ἄρτια· ἀπηρτισμένα, τέλεια, προσηρμοσμένα. — ἄρτιον· ὑγιὲς, ὁλόκληρον. Alb. Gloss. N. T. p. 163. ἄρτιος· ὑγιὴς, τέλειος. Etym. M. ἄρτιος σημαίνει τὸν ὑγιῆ καὶ πεπληρωμένον. Conf. Schol. Homeri ad Iliad. V. v. 326. et Fœsii Œconom. Hippocratis p. 60.

Ἄ͂ΡΤΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *panis, ex farina aqua permixta et fornacis calore coctus*. Matth. XVI. 9. τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πενταχισχιλίων quinque panes inter quinque millia hominum distributi, et v. 10. In utroque loco vocem ἄρτος haud pauci interpretes metonymice de ipsa cibatione et saturatione, paucis panibus facta, sed repugnante usu loquendi, explicarunt. Marc. II. 26. ἄρτοι προθέσεως, de qua formula vide infra sub πρόθεσις. Marc. VI. 37 seq. De formula κλάσαι τὸν ἄρτον, quæ interdum significat *distribuere panem*, infra dicendi locus erit ad ipsum verbum κλάω. 2) synecdochice: *omnis cibus, esculentum, quodcunque alimentum, nutrimentum*,

ad imitationem Hebraici לֶחֶם Ies. LVIII. 7. et Psalm. CIII. 14. ubi a Symmacho per τροφὴν redditur. Proverb. VI. 8. XXVII. 27. a לְחֹם *comedere*. Matth. IV. 4. οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, coll. Sapient. XVI. 26. Ibid. XV. 26. λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων cibos liberis subtrahere. Hinc formulæ: ἄρτον ἐσθίειν, φάγειν et τρώγειν, quæ vulgo apud Græcos *panem comedere* notant, in N. T. in universum: *cœnare, convivari, epulis interesse* significant, quo in sensu apud Hebræos formula: אָכַל לֶחֶם Genes. XLIII. 24. Prov. XXIII. 6. 1 Sam. XX. 24. legitur. Sic Matth. XV. 2. ὅταν ἄρτον ἐσθίωσι ante cœnam. Marc. III. 20. ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν ut ne quidem cibum capere possent. Marc. VII. 5. κοιναῖς χερσὶν ἐσθίουσι τὸν ἄρτον. Luc. XIV. 1. φαγεῖν ἄρτον convivandi causa. Joh. VI. 23. Luc. XIV. 15. μακάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ beatus ille, qui in regno Dei convivatur, h. e. particeps futurus felicitatis æternæ, quam Judæi סְעוּדָה *convivium* vocare consueverant. Conf. Vorstii Philologia Sacra p. 695. edit. Fischeri. 3) *omnia, quæ sunt ad vitam sustentandam necessaria, victus et cultus.* Matth. VI. 11. Luc. XI. 3. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν necessitates nostras cotidie nobis porrigas. 2 Thess. III. 8. οὐ δωρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν (codd. alii ἐλάβομεν) παρά τινος. Hinc Alexandrini Hebraicum לֶחֶם per βίος reddiderunt Prov. XXX. 22. et τὰ δέοντα Exod. XVI. 22. Confer etiam Prov. XXX. 8. 4) *panis in sac. cœna eucharisticus.* 1 Cor. X. 17. ὅτι εἷς ἄρτος unus est panis eucharisticus, quo omnes fruimur. Ad hanc vero notionem referenda etiam est formula: τὸν ἄρτον κλάσαι, qua apud Græcos quidem (v. c. Xenoph. Anab. VII. 3. 11.) nihil aliud significatur, quam: *panem in plures particulas comminuere manibus*, sed in N. T. indicatur haud raro *usus sac. cœnæ, ipsa panis comestio in memoriam mortis reditusque Christi in vitam*, quæ etiam simpliciter κλάσις τοῦ ἄρτου Act. II. 42. dicitur. Sic legitur Act. XX. 7. ἐν δὲ τῇ μιᾷ σαββάτων συνηγμένων τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι ἄρτον christianis congregatis ad sac. cœnam celebrandam. Act. II. 46. κλῶντές δὲ κατ' οἶκον ἄρτον. 1 Cor. X. 16. ubi τὸν ἄρτον per antiptosin, Latinis (Virgil. Æn. I. 577. urbem, quam statuo, vestra est.) et Græcis (Sophocl. Œdip. Tyr. 453. τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν πάλαι ζητεῖς, οὗτός ἐστιν ἐνθάδε) satis usitatam, pro ὁ ἄρτος positum est. Conf. infra sub κλάω et κλάσις. 5) metaphorice: *omne, quod vim habet homines sapientiores, meliores et feliciores reddendi*, adeoque animo humano eandem utilitatem præstat, quæ ex nutrimentis et victu cotidiano ad corpus redundat. Sic legitur tantum in tribus locis N. T. Joh. VI. 32. ὁ πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινὸν Deus largitur vobis nutrimentum vere cœleste, nempe religionem christianam. ibid. v. 33. ὁ γὰρ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ doctrina, qua Deus homines per me imbuit, cœlestem habet originem et salutaris est universo generi humano. ibid. v. 35. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς mea doctrina est illud nutrimentum salutare. Conf. quoque Philon. I. 121 et 566. 6) interdum reticetur, v. c. post δόσιν Luc. XI. 8. coll. v. 5. et in voce ἄζυμος, quam vide supra. Conf. L. Bos. Ellips. Gr. p. 41. seq. ed. Schæfer.

'ΑΡΤΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *condimento paro ac instruo cibum, et ita sapidum reddo.* Athenæus II. p. 67. F. ed. Casaub. ἐγὼ μάγειρος ἀρτύω σοφῶς —— οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστιν ἀρτῦσαι καλῶς, κ. τ. λ. Suid. ἀρτύειν σκευάζειν, καὶ ἀρτύοντες· παρασκευάζοντες. 2) *salsedinem reddo et pristinum saporem*, i. q. ἁλίζω. Marc. IX. 50. ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; si sal perdiderit saporem et salsedinem, quomodo eam restituetis? coll. Matth. V. 13. ἐν τίνι ἁλισθήσεται; Eodem modo legitur Luc. XIV. 34. 3) metaphorice: *suave, gratum et utile reddo*, quoniam, quæ condita sunt, e.g. sale, non solum suaviora sunt et magis grata, sed etiam magis salubria. Ita adhibetur Col. IV. 6. sermo vester sit ἅλατι ἠρτυμένος sale conditus, h. e. ita comparatus, ut aliorum utilitati æque ac oblectationi inserviat. Plura vide supra ad ἅλας.

'ΑΡΦΑΞΑ'Δ, ὁ, *Arphaxad.* Nomen proprium indeclinabile viri, filii Semi, origine Hebraicum. Memoratur autem semel Luc. III. 36.

'ΑΡΧΑ'ΓΓΕΛΟΣ, ου, ὁ, *archangelus, unus ex principibus ac præfectis angelorum, quibus, ex opinione saltem Judæorum, parent angelorum copiæ, viribus ac dignitate admodum diversæ*, qui Hebraice אַחַד הַשָּׂרִים הָרִאשֹׁנִים Dan. X. 13. et הַשַּׂר הַגָּדוֹל ib. XII. 1. vocatur. Judæi autem quatuor archangelos præ ceteris celebrant, Michaëlem, Urielem, Raphaëlem et Gabrielem, quorum cuivis certam provinciam a Deo demandatam fuisse statuebant, ut colligere licet ex Syncello Chronogr. p. 33. ubi Οὐριὴλ vocatur ὁ ἐπὶ τῶν ἄστρων ἀρχάγγελος. Bis autem legitur hæc vox in N. T. Jud. v. 9. ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, qui ex traditione quadam Judæorum cum diabolo disceptasse narratur de humando cadavere Mosis. Michaël vero ille Judaicæ gentis præses et defensor esse existimabatur a Judæorum doctoribus, cujus opinionis vestigia in Targum ad Cant. VIII. 9. reperiuntur, ut infra ad vocem Μιχαὴλ pluribus docebitur. De eodem Michaële archangelo haud improbabile est explicandum esse locum 1 Thess. IV. 16. ubi Christi reditus solemnis e cœlo ad judicium, in universum genus humanum habendum, describitur futurus esse ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, quam formulam omnium optime de tonitru per Michaëlem archangelum excitando in apparitione Christi explicaveris, nisi ἀρχαγγέλου h. l. positum esse pro ἀρχαγγέλων statuere malis. Cæterum reperitur quoque hæc vox in Etymol. M. 7. 32.

'ΑΡΧΑΙ'ΟΣ, ὁ, ἡ, τό, *antiquus, priscus, vetus, pristinus, primus, superior*, et de eo omni dicitur, quod superioribus temporibus jam fuit, quamquam recentibus et personis æque ac rebus tribuatur. Matth. V. 21, 27, 33. ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις nostis, ab majoribus vestris ita traditum esse: ubi οἱ ἀρχαῖοι sunt iidem, qui in aliis locis dicuntur οἱ πατέρες et intelligendi de doctoribus Judæorum, corruptoribus legis Mosaicæ sub Maccabæis primum ortis. Confer Deut. XIX. 14. ubi רִאשֹׁנִים ab Alex. per οἱ πατέρες redduntur. Vossius Hist. Pelag. p. 149. ἀρχαίους exponit *stultos*. Potest quoque χρόνοις suppleri post ἀρχαίοις et verti: temporibus dudum elapsis s. olim. Luc. IX. 8, 19. ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη aliquem veterum prophetarum (qui olim vixerunt, v. c. Jeremiam) in vitam rediisse. Act. XV. 7. ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων olim, jam pridem, h. e. ab initio religionis, a Christo restitutæ. ibid. v. 21. Μωσῆς ἐκ γενεῶν ἀρχαίων

τοὺς κηρύσσοντας αὐτὸν ἔχει Moses jam inde a priscis sæculis habet, qui prædicent eum. Diod. Sic. I. 14. Act. XXI. 16. ἀρχαίῳ μαθητῇ christiano veterano, qui jam diu religioni christianæ nomen dederat. Polyb. I. c. 9. τοὺς ἀρχαίους μισθοφόρους mercenarios veteranos. 2 Cor. V. 17. τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν pristina perversa et vitiosa vivendi ratio inter christianos non amplius locum habere debet. Similis locus est Psalm. LXXIX. 8. ubi Hebr. עֲוֹנֹת רִאשֹׁנִים sunt peccata olim commissa, Alex. ἀνομίαι ἀρχαῖαι. Psal. LXXXVIII. 48. ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα. 2 Petr. II. 5. ἀρχαῖος κόσμος homines, qui ante Noachi tempora vixerunt. Apoc. XII. 9. ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος diabolus, qui ex hominum memoria felicitati humanæ insidias struxit, aut: serpens ille ex antiqua historia (Genes. III. 1.) satis notus. ubi videndus Eichhornius in Commentario Vol. II. p. 95. ib. XX. 2. Cæterum recte observarunt L. Bos. et Tib. Hemsterhus. ad Luciani Nigrinum Tom. I. Opp. ed. Reitz. p. 41 sq. ἀρχαῖα apud Græcos non solum *ea* dici, *quæ sunt stulta, inepta et a re præsenti aliena,* (Vide etiam Ez. Spanhem. ad Aristoph. Plutum 323. p. 251.) sed etiam, *quæ jam vetustate obsoleverunt et ex usu et animis abierunt;* quæ observatio mihi quidem ad explicationem loci 2 Cor. V. 17. facere aliquid videtur, imprimis, si quis eorum sententiæ subscribere mallet, qui, præeunte Chrysostomo et Theophylacto, τὰ ἀρχαῖα de *œconomia Mosaica* interpretantur. Sophocl. Elect. v. 891. τὸν ἀρχαῖον τάφον, h. e. interprete scholiaste: τὸν ἐκ πολλοῦ ᾠκοδομημένον. Hesych. ἀρχαῖον· παλαιόν, πρῶτον. Idem Suidas tradit.

ἈΡΧΈΛΑΟΣ, ου, ὁ, *Archelaus.* Nomen proprium viri Græcum, idem quod *princeps populi,* ἀρχὸς λαοῦ. Fuit filius Herodis M. ex uxore Samaritana. Educatus est cum Antipa, fratre, Romæ apud privatum quendam hominem (Josephus A. J. XVII. 1. s. 3. p. 828. ed. Haverc.) Post mortem Herodis M. a patre et Augusto Ethnarcha, seu Tetrarcha constitutus Judææ, Idumææ et Samariæ per plures annos præfuit potestate fere regia, unde βασιλεὺς vocatur Matth. II. 22. Post tumultum quendam populi, ejus crudelitate et sævitia excitatum, Romam profectus est, sed brevi post, a Judæorum et Samaritanorum legatis tyrannidis accusatus, a Cæsare relegatus est Viennam Allobrogum, Galliæ urbem, ubi exspiravit. Josephus A. J. II. 5. 1. et XVII. 9. s. 3. de B. J. II. 7. s. 3. p. 159. Sub ejus imperio Christus de exilio rediit.

ἈΡΧΗ', ῆς, ἡ, in N. T. 1) *initium, principium, inchoationem tam temporis, quam rei,* notat. Matth. XXIV. 8. πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων hæc tamen omnia nonnisi initia, (levis prolusio seu *semina,* ut loquitur Livius XXXIX. 16.) miseriarum erunt. (Plutarch. Themist. p. 113. C. ἀρχὴν μειζόνων ἀγώνων. Philo de Vita Mosis T. II. p. 102. 35. ed. Mangey ἀρχὴν μειζόνων. vid. Schol. ad Eurip. Med. 60.) Marc. I. 1. XIII. 9. Joh. II. 11. Philipp. IV. 15. Reliqua vero N. T. loca, in quibus ἀρχὴ hanc notionem obtinet, ambiguitate quadam laborant, ut vera vocis ἀρχὴ ibi singulis locis notio ex contexta oratione et subjectorum, quibus tribuitur, natura solum constitui possit. Sic v. c. ἀρχὴ, absolute positum, α) *tempus creationis universi* significat, *prout illud a Mose descriptum et definitum reperitur.* Matth. XIX. 4. ὁ ποιήσας, (ita enim distinguendum est) ἀπ' ἀρχῆς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς, coll. Marc. X. 6. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, בְּרֵאשִׁית Genes. I. 1. Matth. XIX. 8. ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω, ubi ἀπ' ἀρχῆς omne tempus indicat, quod inde a creatione universi usque ad Mosis ætatem effluxerat. Joh. I. 1. ἐν ἀρχῇ ante mundum conditum. ubi ἐν ἀρχῇ est i. q. ἀπ' ἀρχῆς, coll. 1 Joh. II. 13. Nonnus in Paraphrasi addidit ἄχρονος. Interdum tamen κόσμου additur, v. c. Matth. XXIV. 21. Hinc formula ἀπ' ἀρχῆς in N. T. significat: *ex hominum memoria, ex quo homines fuerunt,* v. c. Joh. VIII. 44. ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς semper felicitati humanæ insidias struxit, i. q. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, ut plene legitur 2 Petr. III. 4. Eundem sensum habet formula: κατ' ἀρχὰς, Hebr. I. 10. quæ Hebraico לְפָנִים Deut. II. 20. Malach. III. 23. Psalm. CI. 26. respondet. β) *initium vitæ.* Act. XXVI. 4. τὴν μὲν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενομένην vitam meam ab ineunte ætate, quæ acta est a prima juventute. 1 Joh. III. 8. ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ διάβολος ἁμαρτάνει nam diabolus, ex quo primum cœpit esse, vitiositate delectatus est. γ) *initium muneris Christi in his terris.* Luc. I. 1. οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται γενόμενοι qui inde ab initio muneris Christi testes oculati fuerunt. Joh. XV. 27. ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε. 1 Joh. I. 1. ὁ ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Huc etiam a quibusdam refertur locus Joh. VIII. 25. τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, quem vertunt: *idem ille, quem me ab initio muneris mei professus sum;* sed de hoc infra dicendi locus erit. δ) *tempus electionis apostolorum.* Joh. VI. 64. ᾔδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς, τίνες εἰσὶν οἱ πιστεύοντες noverat enim Jesus jam illo, quo eos apostolos constituerat, tempore, quinam apostolorum haberent ipsi fidem. ibid. XVI. 4. ε) *ipsum initium, auspicia muneris apostolorum post Christi in cœlum abitum.* Act. XI. 15. ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ, coll. II. 1—4. ζ) *tempus conversionis ad religionem christianam.* 1 Joh. II. 7. ἐντολὴ παλαιὰ ἣν εἴχετε ἀπ' ἀρχῆς — ὁ λόγος ὃν ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς præceptum et doctrinam, quam jam a primis vestris doctoribus traditam accepistis. ib. v. 24. ὃ ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς elementa religionis christianæ vobis traditæ. ibid. III. 11. η) *æternitas.* 2 Thess. II. 13. ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς (i. q. πρὸ καταβολῆς κόσμου) εἰς σωτηρίαν ab æterno Deum vobis destinasse felicitatem christianam. — Observanda præterea est formula: ἀρχὴν λαμβάνειν, quæ *incipere, inchoare,* significat, sicut λήθην λαμβάνειν *oblivisci,* et πεῖραν λαμβάνειν *experiri* notat, et Hebr. II. 3. legitur ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ Κυρίου, h. e. quæ primum est a Jesu tradita. 2) *omne, quod extremum est in aliqua re, extremitas.* Act. X. 11. τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον quatuor extremis, seu laciniis devinctum. ib. XI. 5. τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιεμένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ quatuor laciniis demissum de cœlo. Diod. Sic. T. I. p. 109. Lucian T. III. pag. 83. 2 Paral. XX. 16. ἐν ἀρχῇ τοῦ ποταμοῦ, Hebraic. סוֹף. Confer Valckenar. ad Herodot. IV. p. 308. Casaub. ad Æn. Tact. p. 1746. et *viros doctos* ad Eurip. Hippolyt. 772. 3) *primus,* ratione temporis. Joh. II. 11. ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων hoc primum oraculum edidit; ubi vid. Syrus. Apoc. I. 8. ἀρχὴ Christus vocatur, quia fuit ante omnes res creatas. ib. III. 14. ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ, i. q. πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ. ibid. XXI. 6. XXII. 13. ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος. 4) *omnis, qui est insigni potestate et dignitate*

præditus, princeps, insignis et præstans in suo genere. Hinc. ἀρχὴ et ἀρχαὶ in N. T. κατ' ἐξοχὴν dicuntur α) *magistratus, reges, imperatores,* et *omnino, qui præsunt in republica.* Rom. VIII. 28. οὔτε ἀρχαὶ neque magistratus, seu, nulla vis humana. I. B. Carpzov. in Stricturis Theol. in Ep. ad Romanos p. 197. per ἀρχὰς καὶ δυνάμεις intelligi mavult terram, aquam, ignem et aërem, seu quatuor elementa, quæ etiam Philo (Lib. quis Rer. Div. Hæres. pag. 520. D.) ἀρχάς τε καὶ δυνάμεις vocat. Ephes. I. 21. ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, h. e. ὑπεράνω πάντων ἀρχόντων. Coloss. I. 16. II. 10. Tit. III. 1. ὑπομίμνησκε αὐτοὺς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι hortare eos, ut omnibus omnino magistratibus civilibus obedientiam præstent. Nehem. IX. 17. Amos VI. 1. Dan. VII. 27. Euripid. Phœn. v. 990. ἀρχαῖς. Schol. τοῖς ἄρχουσι, τοῖς ἡγεμόσι, τοῖς βασιλεῦσι. Idem tradit Schol. Aristoph. ad Nub. 1187 seu 1198. et Gloss. Vet. apud Labbæum p. 28. Philostrat. Vit. Apoll. II. cap. 30. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 734. β) *angeli.* Ephes. III. 10. ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ut innotuerit nunc ipsis cœli proceribus, seu angelis. γ) *potentissimi hostes et adversarii Christi ejusque doctrinæ,* maxime *summi Judæorum principes et doctores,* qui variis modis propagationem religionis christianæ impedire conabantur. 1 Cor. XV. 24. ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν cum subjecerit sibi hostes suos potentissimos et devicerit, coll. v. 25. et infra sub ἐχθρός. Ephes. VI. 12. Coloss. II. 15. ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας summos Judæorum doctores, potentissimos religionis christianæ adversarios, omni privavit potestate. 5) *imperium, principatus.* Luc. XX. 20. εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἡγεμόνος ac imperio et potestati præsidis traderent. Jerem. XXXIV. 1. πᾶσα ἡ γῆ ἀρχῆς αὐτοῦ, Hebr. מֶמְשָׁלָה.

Etiam apud Græcos ἀρχὴ imperium notare, docet locus Herodiani II. 9. 9. ἐλπίζων θείᾳ προνοίᾳ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν καλεῖσθαι. Idem III. 3. 13. Formulæ διαδέξασθαι τὴν ἀρχὴν et διαδέξασθαι τὴν βασιλείαν passim permutantur apud Diod. Sic. I. c. 59. p. 69. c. 63. p. 72. et c. 64. p. 73. ed. Wesseling. 6) *elementa alicujus doctrinæ, principia et principio tradi solita præcepta.* Hebr. V. 12. τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ prima elementa doctrinæ christianæ, ubi tamen ἀρχὴ abundat, ut apud Æschylum Sept. contra Theb. v. 694. κακοῦ δ' ἔκβαλε ἔρωτος ἀρχάν. Hebr. VI. 1. ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον omissis primis elementis doctrinæ christianæ. 7) *status et conditio prior excellens et præstans.* Jud. v. 6. ἀγγέλους τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν angelos, qui sua culpa amiserunt virtutem, seu præstantiam concreatam, seu, in statu primævo non permanserunt, coll. Job. VIII. 44. Et ita explicavit Cyrill. Alex. contra Jul. IV. p. 121. Confer Carpzov. ad h. l. 1 Chron. XXVI. 10. υἱοὶ φυλάσσοντες τὴν ἀρχὴν filii primogenituræ prærogativas tuentes. De notione *dignitatis,* quam hæc vox etiam haud raro in scriptt. Gr. habet, videndus Cel. Irmisch. ad Herodian. II. 3. 9. T. II. p. 70. 8) Restat formula: τὴν ἀρχὴν, quæ proprie quidem *ab initio, olim, quondam,* notat, v. c. Herodot. I. 86. Æschines Socr. Dial. II. 19. Genes. XLIII. 18, 20. Dan. VIII. 1. (Conf. Abresch. Dilucidd. Thucyd. pag. 714. ac Etymol. M. 764. 12.) ut τὴν ταχίστην *celerrime,* 1 Macc. XI. 22. sed deinde idem valet, quod Latinum *omnino, prorsus, plane, vere.* Æschin. Socr. Dial. III. 4. Ælian. V. H. III. 14. VIII. 13. de quo usu vid. Taylor. ad Lysiæ Oratt. pag. 163. et Reimarus ad Dionem Cassium T. II. p. 1328. Hinc lucem fœneratur locus Joh. VIII. 25. τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν, vertendus: *profecto, prorsus sum is, quem vobis dixi.* Vide Possini Spicilegium Evangelicum § 59. I. Floderi explicationem dictionis Joh. VIII. 25. τὴν ἀρχὴν κ. τ. λ. Upsal. 1773. 4. ac Locellam ad Xenoph. Ephes. Lib. I. c. 11. p. 164.

ἈΡΧΗΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *dux militum, antesignanus,* aut omnino *is, qui alterum præcedit.* Est enim compositum ex ἀρχὴ et ἄγω *duco.* 2) metaphorice: *omnis, qui primus aliquid facit.* Sic 1 Maccab. X. 47. Alexander dicitur, ὅτι αὐτὸς ἐγένετο αὐτοῖς ἀρχηγὸς τῶν εἰρηνικῶν λόγων, h. e. primus cum ipsis pacem inire tentasse. Hinc 3) *cujuscunque rei causa et auctor.* Ita Act. III. 15. ubi Christus vocatur ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, quia est auctor et perpetua caussa felicitatis christianorum. Vulgatus bene: *auctorem vitæ.* ibid. V. 31. τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὕψωσε τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ hunc vero felicitatis nostræ auctorem Deus potentia sua extulit. Hebr. II. 10. ubi Christus ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας vocatur, et XII. 2. ἀρχηγὸς τῆς πίστεως auctor religionis. Mich. I. 13. ἀρχηγὸς ἁμαρτίας, רֵאשִׁית חַטָּאת. 1 Macc. IX. 61. ἀρχηγοὶ τῆς κακίας. Isocrat. Panegyr. cap. 16. ἀρχηγὸς ἀγαθῶν. Herodian. VII. 1. 23. ἀρχηγὸς τῆς ἀποστάσεως. Menander Fragm. pag. 152. νύκτα πολλῶν μοι κακῶν ἀρχηγόν. Conf. Valckenar. ad Eurip. Hippol. v. 881. Wesseling. ad Diod. Sic. V. c. 65. T. I. p. 382. Irmisch. ad Herodian. II. 6. 22. T. II. p. 202. et Abresch. Annot. in Ep. ad Hebr. p. 107. Eodem modo *princeps* apud Latinos usurpatur, v. c. Cic. Orat. de Harusp. c. 27. qui senatum Romanum principem, h. e. auctorem salutis vocat; et Or. p. Redit. i. Senat. cap. 4. P. Lentulum principem, parentem suæ vitæ, fortunæ, etc. appellat. Gloss. Vet. apud Labbæum: *Auctor,* ἀρχηγός· αὐθέντης. Idem: ἀρχηγὸς, *auctor.*

ἈΡΧΙΕΡΑΤΙΚΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, s. οῦ, ὁ, ἡ, *pontificius, ad summum sacerdotium pertinens,* ab ἀρχιερεὺς *pontifex.* Semel in N. T. legitur Act. IV. 6. ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ ex familia summorum sacerdotum, quam Josephus γενεὰν τῶν ἀρχιερέων vocat, quæque jure, a majoribus accepto, (Joseph. B. J. IV. 3. 6 et 7.) ad pontificis dignitatem aspirare poterat. Vid. Josephi A. J. XV. 3. 1.

ἈΡΧΙΕΡΕΥ'Σ, έως, ὁ, *pontifex, summus sacerdos Judæorum,* quasi ἄρχων τῶν ἱερέων, qui Hebræis כֹּהֵן גָּדוֹל etiam κατ' ἐξοχὴν כֹּהֵן et Chaldæis כָּהֲנָא רַבָּא vocabatur, et qui unus tantum erat ex mandato divino per omnem vitam suam hoc munere fungens, quo mortuo demum filius aut alius ex genere pontificali succedebat. Joh. XI. 49. Matth. XVI. 21. Luc. XXII. 50. Non autem semper hæc notio in N. T. locum habet. Sæpe enim ἀρχιερεῖς dicuntur, *qui olim functi erant summo sacerdotio, et jam nomen illud valde honorificum retinuerant.* Christi enim temporibus Judæi haud raro plures habuerunt sacerdotes principes, quod non amplius, ut olim, perpetui, sed regum et Cæsarum jussu sæpe unius, sæpe paucorum annorum erant. Joseph. A. J. XV. 3. 1. Sic usurpatur Luc. III. 2. ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα, ad quem locum Krebs. in Obss. Flav. p. 113. e locis idoneis Josephi demonstravit, Caiapham solum tunc temporis summo sacerdotio functum fuisse, Annam autem ideo ἀρ-

χιερέα a Luca vocari, quia antea summus sacerdos fuerat, et tunc vice vicarii, quem Hebræi סְגָן vocarunt, (conf. Lightfootum ad h. l.) in amplissimo illo munere fungebatur. In aliis fortasse N. T. locis explicandis sumendum erit, ἀρχιερεῖς dictos olim esse *omnino illos, qui erant ex genere et familia summorum sacerdotum,* ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ. Nec desunt loca, ubi per ἀρχιερεῖς intelligendi sunt *præfecti et capita viginti et quatuor* ἐφημεριῶν, *seu classium atque ordinum, in quos descripti leguntur sacerdotes Judæorum et ante exilium Babylonicum et post illud,* (Vide LXX Lev. IV. 3.) qui 2 Chron. XXXVI. 14. שָׂרֵי הַכֹּהֲנִים et 1 Chron. XXIV. 6. רָאשֵׁי הָאָבוֹת לַכֹּהֲנִים et apud Alex. ἄρχοντες τῶν πατριῶν τῶν ἱερέων vocantur. Hinc explicari poterunt loca Matth. II. 4. XXVI. 3. Marc. XIV. 1. Luc. XXII. 2. Interdum etiam ἀρχιερεῖς pro *toto synedrio magno Judæorum, cujus præsides erant,* ponuntur, v. c. Joh. XII. 10. coll. XI. 47. Tam vagum enim et indefinitum Christi et apostolorum ætate ἀρχιερέως nomen fuit, ut etiam doctissimos interpretes de vera ejus notione in singulis locis N. T. constituenda dubios sæpissime hæsisse non sit mirandum, et in hac tanta opinionum diversitate temerarium esset incerta pro certis aliis vendere, suamque de singulis locis conjecturam aliis obtrudere audere. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 244. Deinde vero 2) κατ' ἐξοχὴν Christus in Epistola ad Hebræos ἀρχιερεὺς vocatur, v. c. cap. II. 17. ἐλεήμων καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν. cap. III. 1. ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. IV. 14. ἀρχιερεὺς μέγας. V. 10. ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. In hoc vero nomine Christi, a Paulo propter christianos ex Hebræis adhibito, *officii* et *honoris* significationem latere, eleganter docuit pro more suo Ven. Dœderlein. in Institut. Theol. Christ. Lib. II. P. II. c. 2. § 305. Summa enim fuit apud Judæos ἀρχιερέως dignitas et auctoritas, inprimis in prima gentis Israëliticæ ætate post Aaronis tempora, cui quotannis non solum liceret ipsum augustum Dei domicilium, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, adire, ibique populi rem agere deprecatione, (unde כֹּהֵן appellabatur, quod in lingua Chaldaica, Syr. Æth. et Arab. in usu est, et *eum, qui accedit ad regem,* significat) sed etiam, qui ipsius numinis auctoritate et auxilio adjutus partim futura prædiceret, (Joh. XI. 51.) partim saluti populi cura, legibus et institutis, sacrificiis adeo cruentis, omni modo consuleret. Ne itaque christiani ex Hebræis, admodum tenaces patriæ disciplinæ, christianam plane carere hac summi sacerdotis dignitate arbitrarentur, aut de præstantia œconomiæ christianæ præ Mosaica ullo modo dubitare possent, Paulus in epistola ad Hebræos disputationem instituit de Christo, summo sacerdote, et pluribus demonstrat, Jesum, ab ipso Deo miraculoso modo constitutum, voluntatis divinæ interpretem, novæ religionis conditorem salutisque humanæ auctorem, et ob perpetuam cum summo Dei numine familiaritatem et conversationem, qua fruebatur, non solum officiis et honore exæquare Aaronem et pontificem maximum, sed eosdem etiam longe antecellere, ob potestatem regiam cum dignitate pontificis conjunctam, animi puritatem, religionis introductæ pariter ac sacrificii oblati præstantiam, æternam sacerdotii durationem, reditum denique in cœlum, judicandum esse.

ἈΡΧΙΠΟΙ'ΜΗΝ, ενος, ὁ, 1) proprie: *pastorum princeps,* ab ἀρχὸς *princeps,* et ποιμὴν *pastor.* Sed quia antiquitus doctores et voluntatis divinæ interpretes, duces et imperatores, omninoque ii, qui civium et subditorum salutem omni modo curabant et adversus insultus tuebantur, ποιμένες, ob summam eorum cum pastoribus similitudinem, vocabantur, quod hi greges ad pascua ducunt et omni modo tutos præstant ac defendunt, non solum factum est, ut ἀρχιποίμην 2) metaphorice *summus dux et princeps, primus et summus doctorum divinorum* diceretur, sed etiam Christus in N. T. κατ' ἐξοχὴν ἀρχιποίμενος nomine insignitus reperiatur, quo æque ac voce ἀρχιερεὺς officium ejus salutare et summa dignitas et auctoritas a Deo ipsi concessa per imagines humanas adumbratur. Semel autem legitur in N. T. 1 Petr. V. 4. καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος cum judex hominum comparebit Christus primus et summus christianorum doctor, et dominus omnis ecclesiæ a Deo post resurrectionem suam constitutus. Conf. infra sub ποιμήν.

ἌΡΧΙΠΠΟΣ, ου, ὁ, *Archippus.* Nomen proprium viri origine Græcum, idem, quod *magister,* seu *præfectus equorum,* ex ἀρχὸς vel ἄρχων, et ἵππος. Ex Coloss. IV. 17. recte colligitur, eum fuisse doctorem ecclesiæ Colossensium, nam ibi jubetur βλέπειν τὴν διακονίαν ἐν Κυρίῳ, et Philem. v. 2. συστρατιώτης Pauli et Timothei vocatur. Sæpius non commemoratur in N. T.

ἈΡΧΙΣΥΝΑ'ΓΩΓΟΣ, ου, ὁ, *synagogæ Judaicæ præfectus et præpositus,* qui interdum in N. T. ἄρχων τῆς συναγωγῆς, (Luc. VIII. 41.) interdum etiam simpliciter ὁ ἄρχων (vide infra sub ἄρχων vocatur, et Hebraice ראשׁ הַכְּנֶסֶת appellabatur. Ex ejus jussu et præscripto omnia in synagoga peragebantur, et, ut omnia decore et ex instituto majorum in ecclesia gererentur, curæ ejus commissum erat. Inprimis autem Archisynagogis incumbebat officium non solum deligendi idoneos, qui munere lectoris legis et prophetarum in synagoga fungerentur, ne confusio et perturbatio ex promiscuo accessu (nulli enim stati erant in synagoga lectores prophetarum et legis, sed facultas erat unicuique idoneo munus hoc peragendi) oriri posset; sed etiam designandi et nominandi eos, quibus dicendi et docendi in synagoga libertatem concedi tuto posse credebant (Act. XIII. 15.) eorumque sermones examinandi et dijudicandi. Eosdem ex monumentis veterum etiam constat potestatem habuisse in synagoga flagris cædendi et excommunicandi, omninoque de causis, ad religionem Judaicam pertinentibus judicandi; quemadmodum nec negari potest, interdum vel in una synagoga plures fuisse archisynagogos, et numerum horum presbyterorum ipsos apud Judæos determinatum nullum extitisse. Uberiorem officiorum archisynagogis incumbentium descriptionem dedit Vitringa de Synagoga Vetere II. c. 11. et in Archisynagogo Obss. novis illustrato. Franequ. (1685. 4.) cui addendus est Grotius ad Matth. IX. 18. Marc. V. 22, 35. ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου ex præfecti domestici. Syrus bene: ܡܢ ܒܝܬ ܪܫ ܟܢܘܫܬܐ ex domesticis principis synagogæ. ib. v. 36, 38. Luc. VIII. 49. XIII. 14. Act. XVIII. 8, 17. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΡΧΙΤΕ'ΚΤΩΝ, ονος, ὁ, *fabrorum princeps et præfectus, architectus, fabricator, qui ædificiis exstruendis*

præest, ex ἀρχὸς, et τέκτων *faber*, unde ἀρχιτεκτονέω *ædifico* descendit, quod legitur apud Theophr. Char. 2. 5. τὴν οἰκίαν φῆσαι εὖ ἠρχιτεκτονῆσθαι. Etym. M. ἀρχιτέκτων σημαίνει καὶ τὸν τῶν οἰκοδομημάτων ἐπιστάτην, κυρίως δὲ τὸν ἀρχὸν τῶν τεκτόνων, τὸν τὴν διάθεσιν τοῦ κατασκευάσματος ἐπινοοῦντα, καὶ τὸν κατασκευάσαντά τι καὶ σκευωρήσαντα πρᾶγμα. In N. T. tantum legitur 1 Cor. III. 10. ubi Paulus se comparat cum perito architecto, dicens: ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα tanquam peritus artis ædificandi fundamentum jeci, h. e. prima religionis christianæ elementa vobis tradidi. In vers. Alex. respondet Hebraico חָרָשׁ Ies. III. 2. σοφὸν ἀρχιτέκτονα. Exod. XXXV. 35. Polyb. XIII. 4. 6.

ἈΡΧΙΤΕΛΏΝΗΣ, ου, ὁ, *princeps, præfectus portitorum, operarum magister*, q. d. ἄρχων τῶν τελωνῶν, qui a Romanis *publicanus* vocabatur. Nam *publicani* vectigalia a publico redimere solebant, suos autem alebant ministros, qui vectigalia exigerent, et *portitores* vocabantur. Cf. Salmasium de Fœnore Trapezitico p. 245. Burmann. de Vectigalibus Populi Romani, c. 9. Semel legitur in N. T. Luc. XIX. 2. καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης, Vulgatus male: et hic princeps erat publicanorum.

ἈΡΧΙΤΡΊΚΛΙΝΟΣ, ου, ὁ, *architriclinus, præfectus triclinii, convivii magister, qui curam convivii gerit*, qui etiam τρικλινιάρχης et συμποσιάρχης dicebatur, cujus officii erat adornare convivium, ejusque elegantiæ et decori prospicere, convivas locare singulos competenti loco, mensas et lectulos, quibus accumbere solebant, æque ac fercula disponere, nec non cibos et vina prægustare. Compositum enim est ex ἀρχὸς *præfectus*, et τρίκλινος *locus, tribus constratus lectis* ad discumbendum, seu *cœnaculum*. Vid. Zorn. Bibliotheca Antiquario Exegetica T. I. p. 562 seq. Joh. II. 8. φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ, et v. 9. ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος— φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος. Sæpius non legitur in N. T. Lightfootus in Horis Hebr. et Talmud. in Joh. II. 8. ἀρχιτρίκλινον eum fuisse arbitratur, *qui instar sacellani erat, gratias agebat et benedictiones, in talibus conviviis haberi solitas, pronunciabat.* Sed magis fortasse illustrationi loci Johannei inservit observatio Gaudentii, Episcopi Brix. Tr. II. de Lect. Evang. Inord. 9. qui monet, cum nuptiæ fierent apud Judæos, de sacerdotali ordine datum esse quendam, qui non solum morem disciplinæ legitimæ gubernaret, sed etiam conviviorum apparatui ministros atque ordinem dispensaret, et ab hoc officio architriclinus vocaretur; ad quem morem Siracides c. XXXII. 1. respexisse videtur.

ἌΡΧΟΜΑΙ, fut. ἄρξομαι. Vox media, notans: *incipio, initium facio*, et monente Küstero de Verbis Mediis I. 23. ita ab activo ἄρχω differt, ut hoc de eo, qui incipit ita, ut alii eum sequantur, dicatur, illud vero incipere aliquid facere, nemine quamvis sequente, significet, quod tamen discrimen, nimis subtile, non ubique locum habere, satis constat Luc. III. 23. ἀρχόμενος cum munus docendi auspicaretur. (Conf. Gust. Sommelii D. de genuina notione vocis ἀρχόμενος Luc. III. 23. P. 1 et 2. Lund. 1774. 4.) Act. I. 1. ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν καὶ διδάσκειν quæ Jesus inde ab initio muneris sui fecit et docuit. Matth. IV. 17. Joh. XIII. 5. Xenoph. Mem. IV. 2. 5. 2) cum infinitivo alius verbi facit periphrasin verbi in tempore finito ejus, quod adjunctum est in infinitivo. Marc. VI. 7. καὶ ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν et misit eos. ibid. X. 32. XIV. 65. (ἤρξαντο ἐμπτύειν. In loco parallelo Matth. XXVI. 71. legitur ἐνέπτυσαν.) Ibid. X. 41. ἤρξαντο ἀγανακτεῖν, ubi Matth. XX. 24. ἠγανάκτησαν legitur. Luc. III. 8. καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς. ibid. XIII. 25. καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι. ubi Syrus, neglecta voce ἄρξησθε, habet: ܘܬܗܘܘܢ ܩܝ̈ܡܝܢ et eritis stantes. Luc. XIV. 18. se excusarunt. ibid. XV. 14. ad egestatem redigebatur. v. 24. et lætati sunt. Sic etiam in vers. Alex. ἄρχεσθαι haud raro pleonastice ponitur, v. e. Genes. II. 3. ὡς ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι, pro: ἐποίησε; in Hebraico est: אֲשֶׁר עָשָׂה; ad imitationem Hebr. הֵחֵל Genes. IX. 20. 1 Chron. I. 10. Idem usus hujus verbi apud Græcos etiam obtinet, ut *cœpit* apud Latinos, v. c. Terent. Andr. V. 1. 2. "satis pericli cœpi adire," pro: *adii*. Sallust. Bell. Catil. c. 40. Jug. c. 35. Conf. Barthius ad Petronium c. 79. Apollod. III. c. 13. 6. διώκειν αὐτὴν ἤρξατο. Pausan. p. 37. πολεμαρχεῖν ἤρξατο, i. q. ἐπολεμάρχησε. Herodian. I. 3. 2. Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 640. et Schwarz. ad Olearium de Stilo N. T. p. 17 seq.

ἌΡΧΩ, fut. ξω, *impero, dominor, principatum obtineo, magistratum gero*, (Xenoph. Mem. II. 6. 25.) ab ἀρχή. Habet post se genitivum. Marc. X. 42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν qui gentibus imperant, qui sunt imperio præditi in republica. Rom. XV. 12. ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν qui exsurget ad imperandum gentibus. Phavor. ἄρχω· δεσπόζω, ἐξουσιάζω, ἡγοῦμαι, κρατῶ, κυριεύω, δυναστεύω, προηγοῦμαι.

ἌΡΧΩΝ, οντος, ὁ, 1) in universum dicitur in N. T. *is, qui habet* τὴν ἀρχὴν, h. e. *qui præditus est imperio, et quamlibet dignitatem et potestatem, quamvis parvam, habet, et est illustris in quocunque vitæ genere cæterisque nobilior*, adeoque pro subjectorum diversitate *rex, princeps, dux, præfectus, magistratus, primas, primarius, præcipuus, caput*, quorum vocabulorum in singulis N. T. locis vertendis cautus et diligens usus unice a contexta oratione pendet. Matth. IX. 34. ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ope principis dæmoniorum, reliquorum quasi ducis et antesignani, qui in aliis locis Satanas, Beelzebub, Belial, Diabolus, et ὁ πονηρὸς κατ' ἐξοχὴν vocatur. Matth. XII. 24. Marc. III. 22. Luc. XI. 15. Luc. XVIII. 18. καὶ ἐπηρώτησέ τις αὐτὸν ἄρχων interrogavit eum deinde aliquis e primoribus, seu proceribus. Matth. XX. 25. οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν qui imperium habent in republica, imperatores, reges, præfecti, magistratus, etc. dominantur in cives et auctoritate sua utuntur. Act. VII. 35. Moses dicitur ἄρχων, seu, ut est in codd. quibusdam e glossemate, ἀρχηγὸς, populi Judaici, h. e. dux, princeps et caput, legislator. Act. XVII. 9. οἱ ἄρχοντες magistratus, senatores urbis, qui v. 20. στρατηγοὶ vocantur, et στρατηγὸς Græcis interdum dicitur pro *magistratu quacunque*. Act. XXIII. 5. ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς principibus populi tui, præfectis civitati Judaicæ quibuscunque, ne maledicas, coll. Exod. XXII. 27. נָשִׂיא בְעַמְּךָ לֹא תָאֹר. Nec tamen repugnarem, si quis utrumque locum de sacerdote magno explicare mallet, coll. v. 4. Luc. XIV. 1. ὁ ἄρχων τῶν Φαρισαίων primarius Pharisæorum. 1 Cor. II. 6 et 8. οἱ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου proceres Judæorum ad unum omnes, assessores synedrii magni, Herodes et Pilatus, fortasse etiam philosophi et theologi, Græcorum pariter ac

Judæorum, coll. I. 18, 19, 22, 23. Apoc. I. 7. ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς cujus imperio subjecti sunt omnes reges. Huc etiam pertinent omnia loca N. T. in quibus diabolus ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου princeps hujus mundi, h. e. impiorum et adversariorum Christi, auctorque omnis vitiositatis 2 Cor. IV. 4. et impedimentorum variorum propagationis religionis christianæ ex usu loquendi Hebræorum vocatur, quibus accommodate ad subtiliorem philosophiam Judæorum, Babylonicæ sapientiæ commentis permixtam, רַב הָעוֹלָם seu שָׂר, etiam קָשְׁמָקְרָטוֹר dicebatur. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 925. Joh. XII. 31. νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω nunc Satanas de principatu suo dejicietur, seu, cessabunt jam magna ex parte omnia propagationis religionis christianæ impedimenta. ib. XIV. 30. ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, h. e. ὁ διάβολος τὸ κράτος τοῦ θανάτου ἔχων, coll. Hebr. II. 14. brevi mihi moriendum erit. Hebr. XVI. 11. ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται jam fracta est et debilitata vis et potestas Satanæ. Ephes. II. 2. κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, ubi conf. dicta supra ad ἀήρ. 2) κατ' ἐξοχὴν vero apud Judæos ἄρχων dicebatur *synagogæ præfectus, qui præest sacris in synagoga faciendis.* Sic Matth. IX. 18. ἰδοὺ ἄρχων ἐλθὼν, coll. Marc. V. 22. ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, et Luc. VIII. 41. ubi ὁ ἄρχων τῆς συναγωγῆς vocatur. Matth. IX. 23. 3) Formula: ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων in N. T. haud raro *assessores synedrii magni Judæorum*, nunquam autem *viros generis pontificii* significat. Sic autem legitur in N. T. Luc. XXIII. 23. Πιλάτος δὲ συγκαλεσάμενος τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας, h. e. omnes, e quibus synedrium Hierosolymitanum consistebat, cujus præses erat pontifex M. ubi vid. Wetstenius. ibid. v. 35. XXIV. 20. ubi etiam ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες junctim commemorantur. Joh. III. 1. Nicodemus ἄρχων τῶν Ἰουδαίων vocatur. ib. VII. 26. Act. III. 17. IV. 5 et 26. 2 Macc. XIV. 27. Apud Josephum A. J. XX. 1. 2. ἄρχοντες Ἱεροσολυμιτῶν assessores synedrii magni vocantur. Confer Ernesti Institutio Interpr. N. T. p. 242. 4) ἄρχοντες Ἰουδαίων olim etiam dicebantur *magistratus civiles in singulis Judææ provinciis et oppidis constituti, qui controversiarum minorum sedebant judices,* qui interdum etiam simpliciter οἱ ἄρχοντες, etiam δικασταὶ vocabantur. Talis omnino intelligendus est ἄρχων Luc. XII. 58. ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα, qui ibidem et in loco parallelo Matth. V. 25. ὁ κριτὴς vocatur. Vide Guil. de Water D. de Archonte apud Judæos litium arbitro, in Miscell. Duisburg. T. I. p. 222 seq. In Ægypto etiam fuisse archontas, seu magistratus oppidanos, qui tamen subjecti erant archonti Alexandrino, docet locus Act. VII. 27. τίς σὲ κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; quis te judicem et arbitrum constituit? coll. Exod. II. 14. מִי שָׂמְךָ לְאִישׁ שַׂר וְשֹׁפֵט. De Romanis plane rem demonstrat L. Antonii Epistola ad Sardianos apud Josephum A. J. XIV. 10. 17. Eodem modo Judæis datum erat beneficio Romanorum, ut quodlibet oppidum in terra Judaica, quamvis parvum, suos sibi magistratus proprios, ἄρχοντας dictos, haberet, qui non solum de rebus ad religionem et sacra pertinentibus, sed etiam de causis minoribus civilibus cognoscerent. Conf. Petri Wesselingii Diatribe de Archontibus Judæorum ad inscriptionem Berenicensem apud Maffeum Antiquitt. Gall. Epist. 1 et 8. (Traj. ad Rh. 1738. 8.) et Ernesti l. l. p. 244. 5) interdum vox ἄρχων subaudienda est, v. c. Rom. XIII. 7. ἀπόδοτε οὖν πᾶσι, scil. ἄρχουσι, τὰς ὀφειλὰς, ad quem locum confer J. C. Schwarz. de Solœcismis N. T. p. 123.

Ἄρωμα, τος, τὸ, *aroma, odoramentum*, quod recte descendere judicatur ab ἀρι vocula, intendendi vim habente, et ὄζω, *oleo*, eo, quod odorem insignem spiret. Nonnisi quater legitur in N. T. de aromatibus, quibus corpus exanimatum, sepulturæ tradendum, more Judæorum condiebatur. Marc. XVI. 1. Luc. XXIII. 56. XXIV. 1. Joh. XIX. 14. In vers. Alex. pro Hebraico בֶּשֶׂם seu בֹּשֶׂם usurpatur 2 Reg. XX. 13. Esther. II. 12. Cant. IV. 10, 16. Phavor. ἄρωμα· θυμίαμα, τὸ μύρισμα καὶ εὐωδίασμα. Vide etiam Polluc. Onomast. I. 1. 5. 24.

Ἀσὰ, ὁ. *Asa.* Nomen proprium viri indeclinabile Syriacum, i. q. *medicus* aut *sanans*, ab ܐܣܐ, Chald. אָסָא *sanavit.* Fuit vero Asa rex Judæ, filius regis Abiæ, 1 Reg. XV. 8. Matth. I. 7, 8.

Ἀσάλευτος, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie sensu physico: *qui a fluctibus marinis non agitatur nec agitari potest, inconcussus,* (ut redditur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 28.) *immobilis, immotus,* ex α priv. et σαλεύω *agito, fluctuo.* Sic legitur in N. T. Act. XXVII. 41. καὶ ἡ μὲν πρῶρα ἐρείσασα ἔμεινεν ἀσάλευτος prora quidem fixa in maris aliqua rupe manebat inconcussa. Deinde metaphorice 2) *stabilis, firmus, certus, perennis.* Hebr. XII. 28. βασιλεία ἀσάλευτος cœtus christianorum, quatenus in perpetuum durabit et augebitur. Diod. Sic. II. 48. ἐλευθερία ἀσάλευτος. III. 47. εὐδαιμονία ἀσάλευτος. XII. 29. σπονδαὶ ἀσάλευτοι. Æschin. Dial. III. 17. ἀσάλευτος ἡσυχία. Polyb. IX. 9. 8. ἀσαλεύτως καὶ βεβαίως μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων.

Ἄσβεστος, ου, ὁ, ἡ, *qui non exstinguitur, et qui non potest exstingui, inexstinguibilis,* et ex adjuncto: *nunquam cessans,* ex α priv. et σβέννυω, vel σβέννυμι *exstinguo.* Matth. III. 12. κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ igne cremabit haud exstinguendo. Marc. IX. 43, 45. εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον. Luc. III. 17. In omnibus vero his locis de misero statu improborum post mortem sermo est, et in loco parallelo Matth. XVIII. 8. legitur πῦρ αἰώνιον. Utraque notio huic voci etiam apud Græcos scriptores haud raro subjicitur. In propria notione legitur apud Strabonem Lib. IX. p. 606. qui λύχνους ἀσβέστους in templis, et Plutarchum in Numa p. 66. qui πῦρ ἄσβεστον Vestalium commemorat. In metaphorica notione autem de eo, quod est sempiternum ut nunquam cessat, adhibetur ab Homero Od. IV. 584. (ἄσβεστον κλέος. Schol. ἀκατάπαυστον.) Callimach. Hymn. in Del. 118. et Æschylo in Prometh. Vinct. 532. Alia loca collegit Wetstenius N. T. T. I. p. 267. Phavor. ἄσβεστος· ἀκατάπαυστος. Glossarium Vet. apud Labbæum; Ἄσβεστον πῦρ, *inextinguibilis ignis.*

Ἀσέβεια, ας, ἡ, *contemtus cultus divini, impietas in Deum, neglectio noscendi colendique Dei.* Rom. I. 18. ubi τῇ ἀσεβείᾳ opponitur ἡ ἀλήθεια, h. e. omnis recte de Deo cogitandi ratio, religio vera, sive Judaica, sive christiana, sive denique naturalis. 2 Tim. II. 16. ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας quibus neglectio veri cultus divini indies augetur. 2) *omnis improbitas et pravitas morum factorumque ex illo contemtu cultus divini proveniens.*

Rom. XI. 26. καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ et removebit omnem vitiositatem a Jacobitis. Tit. II. 12. ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν renunciantes vitiositati, coll. Jud. v. 15. πάντων τῶν ἔργων τῆς ἀσεβείας, et v. 18. Phavor. ἀσέβεια· ἀδικία περὶ τὸ Θεῖον.

'ΑΣΕΒΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *irreligiosus sum, impie ago.* 2 Petr. II. 6. ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν ut exemplum impiis in posterum statueret. Jud. v. 15. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 29. ἀσεβῶ, *impior,* (unde *impiatus* est *sceleratus* secundum Festum,) *impie facio.*

'ΑΣΕΒΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, *qui numen divinum vel plane non, vel non recte colit, alienus a cultu Dei recto,* et ex adjuncto: *impius, qui negligens est officiorum erga Deum:* interdum etiam bono sensu *is, qui agnoscit se peccatorem esse, et vitam suam emendat, certa fretus fiducia, Deum velle misereri.* Rom. IV. 5. ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ qui impiis, serio se emendantibus, peccata remittit. ib. V. 6. ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε pro salute peccatorum mortuus est. 1 Tim. I. 9. ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς. 1 Petr. IV. 18. 2 Petr. II. 5. III. 7. Jud. v. 4, 15. Hesych. ἀσεβής· ἄθεος, ἁμαρτωλός. Phavor. ἀσεβής, παρὰ τὸ σέβω σεβὴς καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α — ἀθέμιτος, μισόθεος, θεομισής, ὀλίγωρος θεῶν, νεωτεριστὴς περὶ τὸ θεῖον. κ. τ. λ.

'ΑΣΕ'ΛΓΕΙΑ, ας, ἡ, *omnis obscœnitas in dictis factisque, lascivia indomita, effrenis et impudentissima libido et inde profecta facinora,* et æque late patet ac vocabulum ἀκαθαρσία. Suid. ἀσέλγεια· πορνεία, ἀκαθαρσία, μιαρία. Etym. M. ἑτοιμότης πρὸς πᾶσαν ἡδονήν. Interdum autem *petulantiam et luxum et profusionem pecuniæ* significat, observante ex Æschine Suida, ἀσέλγεια· ἀντὶ τοῦ πολυτέλεια, οὕτως Αἰσχίνης, et Polluce Onom. VIII. c. 7. s. 79. In N. T. scriptoribus hæc vox interdum tam indefinite et vage adhibetur, v. c. in recentione vitiorum, ut, quænam illarum notionum ei in singulis locis vindicanda sit, non semper appareat, v. c. Marc. VII. 22. (ubi a plerisque interpretibus per *injuriam* redditur, in quo sensu reperitur apud Polybium V. 28. VIII. 9. Sic quoque ἀσελγὴς apud Pollucem Onom. VI. 30. 126. et VIII. 7. sect. 75. de inferente alteri injuriam adhibetur.) 1 Petr. IV. 3. In reliquis tamen locis ita ponitur, ut sit vocabulum generis et quamvis impudentem et indomitam libidinem significet, v. c. Rom. XIII. 13. μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις. 2 Cor. XII. 21. ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ. Galat. V. 19. Ephes. IV. 19. ubi cum ἀκαθαρσίᾳ permutatur. 2 Petr. II. 7, 18. Confer Pollucis Onom. VI. c. 42. sect. 189. περὶ τοῦ ἐπ' ἀφροδισίοις μαινομένου. Semel tantum Jud. v. 4. latissime hæc vox patere et omnem omnino impietatem et improbitatem indicare videtur. Conjecturas veterum de derivatione hujus vocis vide apud Suidam et Auctorem Etym. M. et Alberti Obss. in N. T. p. 332. Plurimis autem probatam vidi eorum opinionem, qui hanc vocem ex α priv. et Σέλγη (quod est nomen oppidi Pisidiæ, cujus cives, quippe ex Lacedæmoniorum disciplina profecti, præ reliquis honesti et probi fuerunt) compositam judicarunt. De ipsius vocis usu vario apud Græcos vide præter Wetstenium N. T. T. I. p. 588. I. C. Leuschneri Comm. super origine ac genuina vi vocabuli ἀσέλγεια ad intelligenda quædam N. T. loca. Lips. 1746. 4. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀσέλγεια, *luxus, impudicitia, lascivia.*

"ΑΣΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *non signatus, cui signum seu nota non est impressa,* ex α priv. et σῆμα *signum.* Opponitur ἐπίσημος. Sic v. c. argentum rude ἄργυρος ἄσημος vocabatur. Vide Plutarchum in Marii Vita c. 12. ubi ἄργυρος ἄσημος opponitur τῷ νομίσματι. Herodot. IX. 40. Olympiodor. Catena in Job. cap. XXXIII. p. 607. ἄσημον ἀντὶ τοῦ ἀτύπωτον σταθμὸν καὶ ἀχαρακτήριστον. Conf. vers. Alex. Job. XLII. 11. 2) *obscurus, qui nullis signis notisque dignosci potest.* Suid. ἄσημον· τὸ μηδὲν σημαῖνον. Hesych. ἀσήμως· ἀτρανῶς. 3) *obscuri nominis, ignobilis, ignotus,* et de personis æque ac rebus usurpatur. Suid. ἄσημος· ὁ ἀγενής. Hesych. ἀσήμων· ἀφανῶν, ἀγνώστων. Sic semel in N. T. legitur Act. XXI. 39. οὐκ ἀσήμου πόλεως urbis celeberrimæ, nobilissimæ et clarissimæ civis. 3 Macc. I. 14. ἄσημόν τινα κατέκλινεν ἐν τῇ σκηνῇ. Eurip. Jon. 8. πόλιν οὐκ ἄσημον Græcorum commemorat. Eadem formula reperitur quoque apud Dion. Hal. Ant. XI. 35. Achill. Tat. VIII. p. 465. Conf. Irmisch. Observv. ad Herodian. I. 9. 12. p. 355. et Reisk. Indic. Græcit. in Plutarch. Vitas parall. s. h. v. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄσημος, *famosus,* (scribe: *non famosus*) *ignobilis.*

'ΑΣΗ'Ρ, ὁ, *Aser.* Nomen proprium indeclinabile filii octavi Jacobi, patriarchæ, ex ancilla Leæ, Silpa, suscepti, origine Hebraicum אָשֵׁר *beatus, felix.* Gen. XXX. 31. Luc. II. 36. ἐκ φυλῆς Ἀσὴρ, e tribu Aseritide. Filias Aseritarum, ob venustatem formæ olim celebres, ductas vulgo fuisse a sacerdotibus, e scriptis Rabbinorum observat Wetstenius N. T. T. I. p. 666. Apoc. VII. 6. Sæpius non legitur in N. T.

'ΑΣΘΕ'ΝΕΙΑ, είας, ἡ. Apud Græcos æque ac scriptores N. T. in universum *omni rei aut personæ* tribuitur, *cui aliquid deest, quæ est manca, imperfecta, viribus destituta et afflicta.* Speciatim vero in N. T. ita dicitur 1) *qualiscunque roboris et virium corporis defectus, morbus, imbecillitas corporis,* et opponitur τῇ ἰσχύϊ *prosperæ valetudini, vigori.* Matth. VIII. 17. αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε medelam attulit infirmitatibus morbisque nostris, coll. Ies. LIII. 4. Luc. V. 15. καὶ θεραπεύεσθαι ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν. ib. VIII. 2. XIII. 11, 12. Joh. V. 5. XI. 4. Act. XXVIII. 9. 1 Tim. V. 23. διὰ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας ob valetudinem tuam infirmiorem. Xen. Hist. Gr. VI. 4. 18. ἐκ τῆς ἀσθενείας οὔπω ἴσχυεν. 2 Macc. IX. 22. καὶ περιπεσὼν ἀσθενείᾳ δυσχέρειαν ἐχούσῃ. 2) *imperfectio totius conditionis humanæ, conditio humilis corporis humani.* 1 Cor. XV. 43. σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ humatur corpus debile et fragile, morti obnoxium, quod facile debilitari potest, ubi opponitur τῇ δυνάμει. 2 Cor. XIII. 4. ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, quia habebat naturam humanam infirmam et debilem, aut, quod eodem redit, secundum humilem conditionem, qua Jesus his in terris usus est. Eodem modo *imbecillitas* apud Latinos de omni *imperfectione* usurpatur, v. c. Cic. de Nat. Deor. I. c. 44. 3) metaphorice: *quævis imbecillitas ingenii,* quæ non solum *ei* tribuitur, *cui est tardum ingenium et hebes, qui ægre se edoceri et corrigi patitur,* v. c. Rom. VI. 19. ἀνθρώπινον λέγω διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν populariter locutus sum, ut vestræ imbecillitati ingenii succurrerem,—sed etiam de eo dicitur, *qui inopia doctrinæ et eruditionis laborat.* Sic autem legitur in N. T. 1 Cor. II. 3. ubi Paulus de se ipso dicit ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ ἐγενόμην πρὸς

Judæorum, coll. I. 18, 19, 22, 23. Apoc. I. 7. ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς cujus imperio subjecti sunt omnes reges. Huc etiam pertinent omnia loca N. T. in quibus diabolus ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου princeps hujus mundi, h. e. impiorum et adversariorum Christi, auctorque omnis vitiositatis 2 Cor. IV. 4. et impedimentorum variorum propagationis religionis christianæ ex usu loquendi Hebræorum vocatur, quibus accommodate ad subtiliorem philosophiam Judæorum, Babylonicæ sapientiæ commentis permixtam, קֹסְמֹקְרָטוֹר, etiam שַׂר seu רַב הָעוֹלָם dicebatur. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 925. Joh. XII. 31. νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω nunc Satanas de principatu suo dejicietur, seu, cessabunt jam magna ex parte omnia propagationis religionis christianæ impedimenta. ib. XIV. 30. ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, h. e. ὁ διάβολος τὸ κράτος τοῦ θανάτου ἔχων, coll. Hebr. II. 14. brevi mihi moriendum erit. Hebr. XVI. 11. ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται jam fracta est et debilitata vis et potestas Satanæ. Ephes. II. 2. κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, ubi conf. dicta supra ad ἀήρ. 2) κατ' ἐξοχὴν vero apud Judæos ἄρχων dicebatur *synagogæ præfectus, qui præest sacris in synagoga faciendis.* Sic Matth. IX. 18. ἰδοὺ ἄρχων ἐλθὼν, coll. Marc. V. 22. ἔρχεται εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων, et Luc. VIII. 41. ubi ὁ ἄρχων τῆς συναγωγῆς vocatur. Matth. IX. 23. 3) Formula: ἄρχοντες τῶν Ἰουδαίων in N. T. haud raro *assessores synedrii magni Judæorum,* nunquam autem *viros generis pontificii* significat. Sic autem legitur in N. T. Luc. XXIII. 23. Πιλάτος δὲ συγκαλεσάμενος τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας, h. e. omnes, e quibus synedrium Hierosolymitanum consistebat, cujus præses erat pontifex M. ubi vid. Wetstenius. ibid. v. 35. XXIV. 20. ubi etiam ἀρχιερεῖς καὶ οἱ ἄρχοντες junctim commemorantur. Joh. III. 1. Nicodemus ἄρχων τῶν Ἰουδαίων vocatur. ib. VII. 26. Act. III. 17. IV. 5 et 26. 2 Macc. XIV. 27. Apud Josephum A. J. XX. 1. 2. ἄρχοντες Ἱεροσολυμιτῶν assessores synedrii magni vocantur. Confer Ernesti Institutio Interpr. N. T. p. 242. 4) ἄρχοντες Ἰουδαίων olim etiam dicebantur *magistratus civiles in singulis Judææ provinciis et oppidis constituti, qui controversiarum minorum sedebant judices,* qui interdum etiam simpliciter οἱ ἄρχοντες, etiam δικασταὶ vocabantur. Talis omnino intelligendus est ἄρχων Luc. XII. 58. ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα, qui ibidem et in loco parallelo Matth. V. 25. ὁ κριτὴς vocatur. Vide Guil. de Water D. de Archonte apud Judæos litium arbitro, in Miscell. Duisburg. T. I. p. 222 seq. In Ægypto etiam fuisse archontas, seu magistratus oppidanos, qui tamen subjecti erant archonti Alexandrino, docet locus Act. VII. 27. τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν; quis te judicem et arbitrum constituit? coll. Exod. II. 14. מִי שָׂמְךָ לְאִישׁ שַׂר וְשֹׁפֵט. De Romanis plane rem demonstrat L. Antonii Epistola ad Sardianos apud Josephum A. J. XIV. 10. 17. Eodem modo Judæis datum erat beneficio Romanorum, ut quodlibet oppidum in terra Judaica, quamvis parvum, suos sibi magistratus proprios, ἄρχοντας dictos, haberet, qui non solum de rebus ad religionem et sacra pertinentibus, sed etiam de causis minoribus civilibus cognoscerent. Conf. Petri Wesselingii Diatribe de Archontibus Judæorum ad inscriptionem Berenicensem apud Maffeum Antiquitt. Gall. Epist. 1 et 8. (Traj. ad Rh. 1738. 8.) et Ernesti l. l. p. 244. 5) interdum vox ἄρχων subaudienda est, v. c. Rom. XIII. 7. ἀπόδοτε οὖν πᾶσι, scil. ἄρχουσι, τὰς ὀφειλὰς, ad quem locum confer J. C. Schwarz. de Solœcismis N. T. p. 123.

ἌΡΩΜΑ, τος, τὸ, *aroma, odoramentum,* quod recte descendere judicatur ab ἄρι vocula, intendendi vim habente, et ὄζω, *oleo,* eo, quod odorem insignem spiret. Nonnisi quater legitur in N. T. de aromatibus, quibus corpus exanimatum, sepulturæ tradendum, more Judæorum condiebatur. Marc. XVI. 1. Luc. XXIII. 56. XXIV. 1. Joh. XIX. 14. In vers. Alex. pro Hebraico בֶּשֶׂם seu בֹּשֶׂם usurpatur 2 Reg. XX. 13. Esther. II. 12. Cant. IV. 10, 16. Phavor. ἄρωμα· θυμίαμα, τὸ μύρισμα καὶ εὐωδίασμα. Vide etiam Polluc. Onomast. I. 1. 5. 24.

ἈΣΑ', ὁ. *Asa.* Nomen proprium viri indeclinabile Syriacum, i. q. *medicus* aut *sanans,* ab ܐܣܐ, Chald. אָסָא *sanavit.* Fuit vero Asa rex Judæ, filius regis Abiæ, 1 Reg. XV. 8. Matth. I. 7, 8.

ἈΣΑ'ΛΕΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie sensu physico: *qui a fluctibus marinis non agitatur nec agitari potest, inconcussus,* (ut redditur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 28.) *immobilis, immotus,* ex α priv. et σαλεύω *agito, fluctuo.* Sic legitur in N. T. Act. XXVII. 41. καὶ ἡ μὲν πρῶρα ἐρείσασα ἔμεινεν ἀσάλευτος prora quidem fixa in maris aliqua rupe manebat inconcussa. Deinde metaphorice 2) *stabilis, firmus, certus, perennis.* Hebr. XII. 28. βασιλεία ἀσάλευτος cœtus christianorum, quatenus in perpetuum durabit et augebitur. Diod. Sic. II. 48. ἐλευθερία ἀσάλευτος. III. 47. εὐδαιμονία ἀσάλευτος. XII. 29. σπονδαὶ ἀσάλευτοι. Æschin. Dial. III. 17. ἀσάλευτος ἡσυχία. Polyb. IX. 9. 8. ἀσαλεύτως καὶ βεβαίως μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων.

ἌΣΒΕΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui non exstinguitur, et qui non potest exstingui, inexstinguibilis,* et ex adjuncto: *nunquam cessans,* ex α priv. et σβεννύω, vel σβέννυμι *exstinguo.* Matth. III. 12. κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ igne cremabit haud exstinguendo. Marc. IX. 43, 45. εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον. Luc. III. 17. In omnibus vero his locis de misero statu improborum post mortem sermo est, et in loco parallelo Matth. XVIII. 8. legitur πῦρ αἰώνιον. Utraque notio huic voci etiam apud Græcos scriptores haud raro subjicitur. In propria notione legitur apud Strabonem Lib. IX. p. 606. qui λύχνους ἀσβέστους in templis, et Plutarchum in Numa p. 66. qui πῦρ ἄσβεστον Vestalium commemorat. In metaphorica notione autem de eo, quod est sempiternum ut nunquam cessat, adhibetur ab Homero Od. IV. 584. (ἄσβεστον κλέος. Schol. ἀκατάπαυστον.) Callimach. Hymn. in Del. 118. et Æschylo in Prometh. Vinct. 532. Alia loca collegit Wetstenius N. T. T. I. p. 267. Phavor. ἄσβεστος· ἀκατάπαυστος. Glossarium Vet. apud Labbæum; Ἄσβεστον πῦρ, *inextinguibilis ignis.*

ἈΣΈΒΕΙΑ, ας, ἡ, *contemtus cultus divini, impietas in Deum, neglectio noscendi colendique Dei.* Rom. I. 18. ubi τῇ ἀσεβείᾳ opponitur ἡ ἀλήθεια, h. e. omnis recte de Deo cogitandi ratio, religio vera, sive Judaica, sive christiana, sive denique naturalis. 2 Tim. II. 16. ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας quibus neglectio veri cultus divini indies augetur. 2) *omnis improbitas et pravitas morum factorumque ex illo contemtu cultus divini proveniens.*

Rom. XI. 26. καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ et removebit omnem vitiositatem a Jacobitis. Tit. II. 12. ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν renunciantes vitiositati, coll. Jud. v. 15. πάντων τῶν ἔργων τῆς ἀσεβείας, et v. 18. Phavor. ἀσέβεια· ἀδικία περὶ τὸ Θεῖον.

ἈΣΕΒΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *irreligiosus sum, impie ago.* 2 Petr. II. 6. ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν ut exemplum impiis in posterum statueret. Jud. v. 15. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 29. ἀσεβῶ, *impior*, (unde *impiatus* est *sceleratus* secundum Festum,) *impie facio.*

ἈΣΕΒΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, *qui numen divinum vel plane non, vel non recte colit, alienus a cultu Dei recto*, et ex adjuncto: *impius, qui negligens est officiorum erga Deum:* interdum etiam bono sensu *is, qui agnoscit se peccatorem esse, et vitam suam emendat, certa fretus fiducia, Deum velle misereri.* Rom. IV. 5. ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ qui impiis, serio se emendantibus, peccata remittit. ib. V. 6. ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε pro salute peccatorum mortuus est. 1 Tim. I. 9. ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς. 1 Petr. IV. 18. 2 Petr. II. 5. III. 7. Jud. v. 4, 15. Hesych. ἀσεβής· ἄθεος, ἁμαρτωλός. Phavor. ἀσεβής, παρὰ τὸ σέβω σεβὴς καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α — ἀθέμιτος, μισόθεος, θεομισής, ὀλίγωρος θεῶν, νεωτεριστὴς περὶ τὸ θεῖον. κ. τ. λ.

ἈΣΕ'ΛΓΕΙΑ, ας, ἡ, *omnis obscœnitas in dictis factisque, lascivia indomita, effrenis et impudentissima libido et inde profecta facinora*, et æque late patet ac vocabulum ἀκαθαρσία. Suid. ἀσέλγεια· πορνεία, ἀκαθαρσία, μιαρία. Etym. M. ἑτοιμότης πρὸς πᾶσαν ἡδονήν. Interdum autem *petulantiam et luxum et profusionem pecuniæ* significat, observante ex Æschine Suida, ἀσέλγεια· ἀντὶ τοῦ πολυτέλεια, οὕτως Αἰσχίνης, et Polluce Onom. VIII. c. 7. s. 79. In N. T. scriptoribus hæc vox interdum tam indefinite et vage adhibetur, v. c. in recentione vitiorum, ut, quænam illarum notionum ei in singulis locis vindicanda sit, non semper appareat, v. c. Marc. VII. 22. (ubi a plerisque interpretibus per *injuriam* redditur, in quo sensu reperitur apud Polybium V. 28. VIII. 9. Sic quoque ἀσελγὴς apud Pollucem Onom. VI. 30. 126. et VIII. 7. sect. 75. de inferente alteri injuriam adhibetur.) 1 Petr. IV. 3. In reliquis tamen locis ita ponitur, ut sit vocabulum generis et quamvis impudentem et indomitam libidinem significet, v. c. Rom. XIII. 13. μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις. 2 Cor. XII. 21. ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ. Galat. V. 19. Ephes. IV. 19. ubi cum ἀκαθαρσίᾳ permutatur. 2 Petr. II. 7, 18. Confer Pollucis Onom. VI. c. 42. sect. 189. περὶ τοῦ ἐπ' ἀφροδισίοις μαινομένου. Semel tantum Jud. v. 4. latissime hæc vox patere et omnem omnino impietatem et improbitatem indicare videtur. Conjecturas veterum de derivatione hujus vocis vide apud Suidam et Auctorem Etym. M. et Alberti Obss. in N. T. p. 332. Plurimis autem probatam vidi eorum opinionem, qui hanc vocem ex α priv. et Σέλγη (quod est nomen oppidi Pisidiæ, cujus cives, quippe ex Lacedæmoniorum disciplina profecti, præ reliquis honesti et probi fuerunt) compositam judicarunt. De ipsius vocis usu vario apud Græcos vide præter Wetstenium N. T. T. I. p. 588. I. C. Leuschneri Comm. super origine ac genuina vi vocabuli ἀσέλγεια ad intelligenda quædam N. T. loca. Lips. 1746. 4. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀσέλγεια, *luxus, impudicitia, lascivia.*

ἌΣΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *non signatus, cui signum seu nota non est impressa*, ex α priv. et σῆμα *signum*. Opponitur ἐπίσημος. Sic v. c. argentum rude ἄργυρος ἄσημος vocabatur. Vide Plutarchum in Marii Vita c. 12. ubi ἄργυρος ἄσημος opponitur τῷ νομίσματι. Herodot. IX. 40. Olympiodor. Catena in Job. cap. XXXIII. p. 607. ἄσημον ἀντὶ τοῦ ἀτύπωτον σταθμὸν καὶ ἀχαρακτήριστον. Conf. vers. Alex. Job. XLII. 11. 2) *obscurus, qui nullis signis notisque dignosci potest.* Suid. ἄσημον· τὸ μηδὲν σημαῖνον. Hesych. ἀσήμως· ἀτρανῶς. 3) *obscuri nominis, ignobilis, ignotus*, et de personis æque ac rebus usurpatur. Suid. ἄσημος· ὁ ἀγενής. Hesych. ἀσήμων· ἀφανῶν, ἀγνώστων. Sic semel in N. T. legitur Act. XXI. 39. οὐκ ἀσήμου πόλεως urbis celeberrimæ, nobilissimæ et clarissimæ civis. 3 Macc. I. 14. ἄσημόν τινα κατέκλινεν ἐν τῇ σκηνῇ. Eurip. Jon. 8. πόλιν οὐκ ἄσημον Græcorum commemorat. Eadem formula reperitur quoque apud Dion. Hal. Ant. XI. 35. Achill. Tat. VIII. p. 465. Conf. Irmisch. Observv. ad Herodian. I. 9. 12. p. 355. et Reisk. Indic. Græcit. in Plutarch. Vitas parall. s. h. v. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄσημος, *famosus*, (scribe: *non famosus*) *ignobilis.*

ἈΣΗ'Ρ, ὁ, *Aser.* Nomen proprium indeclinabile filii octavi Jacobi, patriarchæ, ex ancilla Leæ, Silpa, suscepti, origine Hebraicum אָשֵׁר *beatus, felix.* Gen. XXX. 31. Luc. II. 36. ἐκ φυλῆς Ἀσὴρ, e tribu Aseritide. Filias Aseritarum, ob venustatem formæ olim celebres, ductas vulgo fuisse a sacerdotibus, e scriptis Rabbinorum observat Wetstenius N. T. T. I. p. 666. Apoc. VII. 6. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΣΘΕ'ΝΕΙΑ, είας, ἡ. Apud Græcos æque ac scriptores N. T. in universum *omni rei aut personæ* tribuitur, *cui aliquid deest, quæ est manca, imperfecta, viribus destituta et afflicta.* Speciatim vero in N. T. ita dicitur 1) *qualiscunque roboris et virium corporis defectus, morbus, imbecillitas corporis*, et opponitur τῇ ἰσχύϊ *prosperæ valetudini, vigori.* Matth. VIII. 17. αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε medelam attulit infirmitatibus morbisque nostris, coll. Ies. LIII. 4. Luc. V. 15. καὶ θεραπεύεσθαι ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν. ib. VIII. 2. XIII. 11, 12. Joh. V. 5. XI. 4. Act. XXVIII. 9. 1 Tim. V. 23. διὰ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας ob valetudinem tuam infirmiorem. Xen. Hist. Gr. VI. 4. 18. ἐκ τῆς ἀσθενείας οὔπω ἴσχυεν. 2 Macc. IX. 22. καὶ περιπεσὼν ἀσθενείᾳ δυσχέρειαν ἐχούσῃ. 2) *imperfectio totius conditionis humanæ, conditio humilis corporis humani.* 1 Cor. XV. 43. σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ humatur corpus debile et fragile, morti obnoxium, quod facile debilitari potest, ubi opponitur τῇ δυνάμει. 2 Cor. XIII. 4. ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, quia habebat naturam humanam infirmam et debilem, aut, quod eodem redit, secundum humilem conditionem, qua Jesus his in terris usus est. Eodem modo *imbecillitas* apud Latinos de omni *imperfectione* usurpatur, v. c. Cic. de Nat. Deor. I. c. 44. 3) metaphorice: *quævis imbecillitas ingenii*, quæ non solum *ei* tribuitur, *cui est tardum ingenium et hebes, qui ægre se edoceri et corrigi patitur*, v. c. Rom. VI. 19. ἀνθρώπινον λέγω διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν populariter locutus sum, ut vestræ imbecillitati ingenii succurrerem,—sed etiam de *eo* dicitur, *qui inopia doctrinæ et eruditionis laborat.* Sic autem legitur in N. T. 1 Cor. II. 3. ubi Paulus de se ipso dicit ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ ἐγενόμην πρὸς

ὑμᾶς ego me inter vos gessi indoctum, non usus sum docta institutione; ubi τῇ σοφίᾳ v. 1. et τοῖς πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις v. 4. opponitur. Vocatur autem *inopia doctrinæ et eruditionis* ἀσθένεια, quia indocti vulgo nullius pretii haberi solent. Vide infra sub ἀσθενής. 4) *vitiositas, peccatum, imbecillitas animi.* Hebr. V. 2. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν quippe ipse ad peccata pronus. Œcumenius ad h. l. ἀσθένειαν τὴν ἁμαρτίαν ἐκάλεσε. Hebr. VII. 28. coll. v. 26 et 27. 5) per synecdochen denotat *omnis generis calamitates et afflictiones externas, molestias et ærumnas.* Rom. VIII. 26. συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν auxilium nobis fert in tolerandis calamitatibus nostris, i. q. v. 18. ἐν τοῖς παθήμασι τοῦ νῦν καιροῦ. 2 Cor. XI. 30. τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι de calamitatibus meis ob religionem christianam gloriabor. ib. XII. 5, 9. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται auxilio meo præsto sum afflictis. ib. v. 10. Galat. IV. 13. δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς inter quas afflictiones varias, quæ v. 14. πειρασμὸς vocantur. Hebr. IV. 15. μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν qui non pronus sit et valeat succurrere nobis, miseria et calamitatibus pressis. Cf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 546.—Suid. ἀσθένεια· ταλαιπωρία, νόσος, ἀδυναμία.

'ΑΣΘΕΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *defectu roboris et virium corporis laboro, ægroto, infirmus sum.* Matth. XXV. 36. ἠσθένησα καὶ ἐπεσκέψασθέ με me ægrotantem curastis. ibid. X. 8. ἀσθενοῦντας θεραπεύετε. Marc. VI. 56. Joh. XI. 1. Act. IX. 37. Philipp. II. 26, 27. ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ. 2 Tim. IV. 20. Jacob. V. 14. Respondet in vers. Alex. Hebr. חָלָה et נֶחֱלָה Jud. XVI. 7, 11, 17. Ezech. XXXIV. 4. Palæphat. de Incred. c. 31. 2) metaphorice: *minus valeo ingenio, minus recte sentio, imbecilliori animo sum,* inprimis *relate ad religionis christianæ scientiam.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. VIII. 9. μήπως——πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν ne ista libertas locum faciat peccandi cognitionis hujus expertibus. v. 11. καὶ ἀπολεῖται ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς et ita miser redditur rudior christianus. 2 Cor. XI. 29. τίς ἀσθενεῖ καὶ οὐκ ἀσθενῶ; h. e. accommodo me lubenter iis, qui nondum satis sunt confirmati in religionis scientia, coll. 1 Cor. IX. 22. 3) *minus valeo viribus et potestate, impar sum alicui rei efficiendæ, vim habeo fractam et debilitatam,* et opponitur τῷ δυνατέω. Sic legitur in N. T. 2 Cor. XIII. 3. ὃς, scil. Χριστὸς, εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν qui se erga vos non imbecillem exhibebit, sed satis potentiam suam declarabit. Rom. VIII. 3. ἠσθένει νόμος διὰ τῆς σαρκὸς legis Mosaicæ vis et efficacia fracta est et debilitata vitiositate humana. 4) *imperfectus sum, minus valeo, laboro ex aliqua parte.* Rom. IV. 19. καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει certo sperans absque ulla dubitatione, seu constanti et firma fide præditus. (Simili modo apud Herodot. IV. p. 325. ed. Wesseling. Pythagoras οὐκ ἀσθενέστατος σοφιστὴς, h. e. valde sapiens, πάνυ σοφὸς, interprete Eustathio vocatur: ubi vid. Valkenarius.) Rom. XIV. 1. τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει qui non certam habet animi persuasionem, potius animo est hæsitante et fluctuante, qui v. 2. simpliciter ὁ ἀσθενῶν vocatur. Similis formula: ἀσθενεῖν ταῖς διανοίαις animum deponere, 1 Macc. XI. 49. legitur. Sic etiam apud Latinos *imbecillitas* et *infirmitas* de inconstantia et animo minus stabili legitur, v. c. apud Cic. ad Div. I. 4. 6. Cæs. de Bello Gall. IV. 5. 1. 5) *in stultitiam prolabor,* seu *ineptum, levem me gero.* 2 Cor. XI. 21. ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν quasi jactantia elati, quasi in stultitiam prolapsi. Cf. infra ἀφροσύνη. Apud LXX. Ies. XXXII. 4. ἀσθενοῦντες sunt *stulti, insipientes,* נִמְהָרִים *præcipites ac temerarii.* 6) *miseriis et calamitatibus premor.* 2 Cor. XII. 10. ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι quo magis miseriis premor, eo majoribus viribus me instructum sentio. ib. XIII. 4. καὶ γὰρ ἡμεῖς ἀσθενοῦμεν ἐν αὐτῷ mala enim perpessi ob religionem christianam. ib. v. 9. χαίρομεν γὰρ, ὅταν ἡμεῖς ἀσθενῶμεν gaudemus de calamitatibus nostris. Aliam novam ac ingeniosam hujus loci explicationem dedit I. C. Schwartzius in Monumentis Ingeniorum T. III. p. 83. Sensum nempe h. l. ita constituit: Gaudemus nos, si nulla nobis occasio sit apostolica auctoritate utendi, et per miraculum aliquod animadversionis potestatem declarandi, et vos per virtutem spiritus divini, per fidem intemeratam et vitæ sanctitatem, nostræ potestati et animadvertendi facultati locum nullum relinquatis. Statuit itaque, ἀσθένειαν, quam sibi apostolus h. l. tribuit, esse consilium, vi ac facultate sua propter certas causas non utendi, quo sensu apud Cic. I. Ep. 4. s. 6. *imbecillitas,* et apud Jul. Cæsar. B. G. IV. c. 5. s. 1. *infirmitas* nomen usurpatur. 7) *auxilio aliorum indigeo, pauper sum, opibus destituor.* Act. XX. 35. ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων succurrere aliorum paupertati. Jud. VI. 15. 2 Sam. III. 1. Sic etiam legitur apud Aristoph. Pac. v. 668. γινώσκοντες εὖ τοὺς πένητας ἀσθενοῦντας, ubi Schol. ἀσθενοῦντας· ἀντὶ τοῦ ἐν ἐνδείᾳ ὄντας. Idem tradit Suidas sub ἀσθένεια. — Phavor. ἀσθενῶ. ἀῤῥωστῶ, κάμνω, νοσῶ, ἀτροφῶ.

'ΑΣΘΕ'ΝΗΜΑ, τος, τὸ, 1) *imbecillitas, infirmitas, debilitas.* Est verbale a prima persona perf. passiv. ἠσθένημαι verbi ἀσθενέω. 2) τὰ ἀσθενήματα metaphorice dicuntur *opiniones et actiones eorum, qui nondum certam et perfectam religionis christianæ scientiam habent,* die schwachen unaufgeklärter christen sowohl in der vorstellungs als handlungs art, *christians imperfectly informed either as to opinions or practice.* Sic legitur in N. T. Rom. XV. 1. ὀφείλομεν ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν officium nobis potentioribus incumbit imbecilliores patienter ferre. Sæpius non legitur in N. T.

'ΑΣΘΕΝΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, 1) proprie: *imbellis, infirmus, defectu roboris et virium corporis laborans, ægrotans.* Hesych. ἀσθενής· ἄῤῥωστος. Est ortum ex α priv. et σθένος *robur.* Matth. XXV. 38. πότε δέ σε εἴδομεν ἀσθενῆ; ibid. v. 43 et 44. Luc. X. 9. καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς. Act. IV. 9. V. 15. 1 Cor. XI. 30. ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι. Fortasse et huc referri poterit locus 1 Petr. III. 7. ubi mulieres τὸ ἀσθενέστερον σκεῦος τὸ γυναικεῖον vocantur, h. e. imbecilliores, inprimis quoad corporis structuram, corpore et animo infirmæ, ad quem locum vid. Wetstenius. 2) *miser, afflictus.* 1 Cor. IV. 10. ἡμεῖς ἀσθενεῖς, ὑμεῖς δὲ ἰσχυροὶ, nos miseri sumus et afflicti, vos felices. In versione Alex. respondet Hebraico עָנִי Prov. XXII. 22. XXXI. 5, 9. Apud Græcos adeo ἀσθενὴς interdum speciatim *pauper, egenus* dicitur, v. c. Eurip. Supplic. v. 433. ubi τῷ πλουσίῳ opponitur. Lysias Orat. I. p. 3. ed. Taylor. Hinc metaphorice ἀσθενὴς dicitur 3) *vitiosus, pronus ad peccata,* adjuncta *miseriæ* notione. Sic legitur in N. T. Rom. V. 6.

ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν Χριστὸς ἀπέθανε quum adhuc vitiositatis miseriam sentiremus, Christus pro nobis mortuus est, coll. v. 8. ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν. 4) *cui est facultas admodum tenuis aliquid perficiendi.* Matth. XXVI. 41. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενὴς animum quidem promptum habetis, sed non item facultatem perficiendi. Marc. XIV. 38. 5) *omne, quod est imperfectum, quod non præstat id, quod præstare debet,* ἀσθενὴς dicitur. Sic Galat. III. 9. religio Mosaica τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα vocatur, quippe longe imperfectior religione christiana et puerili tantum ingenio hominum destinata. Eodem modo Hebr. VII. 18. διὰ τὸ αὐτῆς ἀσθενὲς καὶ ἀνωφελὲς quia non perfecte hominem expiare et felicem reddere valebat. 6) *contemtus, qui vilipenditur, qui nullius pretii est aut habetur.* 1 Cor. I. 25. τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ quod vile et nullius pretii videtur in rebus divinis, tamen longe præstantius est omnibus institutis humanis. ib. v. 27. καὶ τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς qui reliquis viles et contemti videntur, hos elegit Deus. 1 Cor. XII. 22. ubi τὰ ἀσθενέστερα μέλη τοῦ σώματος sunt, ex mea sententia, viliora et maxime contemta corporis membra, quæ *pudenda* vulgo dicuntur, quanquam non ignoro, fuisse interpretes, qui hæc Pauli verba de membris teneris et minus validis, v. c. de oculo, explicarent, repugnante commate 23. ubi τὰ ἀτιμότερα vocantur. 7) *facilis, obsequiosus, mollis,* quem etiam nos in lingua vernacula **einen schwachen Menschen**, *a weak man,* vocare solemus. Sic legitur in N. T. 2 Cor. X. 10. ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς, h. e. vi oppositionis, præsens facilis est. 8) *qui nondum satis confirmatus est in religione christiana, cui deest certa animi persuasio.* 1 Cor. VIII. 7. καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα (pro ἀσθενῶν ὄντων) μολύνεται sed conscientia horum hominum, qui nondum idoneam religionis christianæ scientiam habent, polluitur. ib. IX. 22. ἐγενόμην τοῖς ἀσθενέσιν ὡς ἀσθενὴς accommodavi me imperitiorum captui. 1 Thess. V. 14. ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν rationem habere infirmorum in religione.

'ΑΣΙ'Α, ας, ἡ. *Asia,* ab Hebraico חצי *medium,* uti Bochartus in Phaleg L. IV. c. 33. Hyde ad Peritsols Itinera Mundi p. 15. aliique volunt. Est enim proprie orbis pars media Africam inter et Europam, quam vulgo Asiam minorem vocant, tertia terrarum orbis veteris pars, magnitudine Africam æquans et Europam, quæ dividitur in *majorem* et *minorem.* Asia *minor* dicta, inter Pontum Euxinum et mare Cyprium interjacens, provincias in suo complectitur ambitu Phrygiam, Ciliciam, Pamphyliam, Cariam, Lyciam, Ioniam, Lydiam, Æoliam, Mysiam, Bithyniam, Paphlagoniam, Cappadociam, Galatiam, Lycaoniam, Pisidiam, in quibus provinciis et præsertim in Ionia quam plurimos habitasse Judæos, constat ex Act. II. 9. VI. 9. XIX. 10. et ex oratione Judæorum ad Agrippam apud Joseph. A. J. XVI. 2. 4. *Asia* autem *major* reliquas continet partes Asiæ, quæ extra hunc Isthmum usque ad oceanum Eoum habentur. In N. T. libris semper intelligitur Asiæ regio *minor* dicta, et quidem vel *totaliter* vel *partialiter. Totaliter* legitur v. c. Act. XIX. 26, 27. — XXVII. 2. *Partialiter* autem Act. XVI. 6. et inprimis pro ea Asiæ parte ponitur, quæ *Ionia* dicebatur, (Strabo XIV. initio.) et quam etiam Strabo *Asiam* specialiter vocat, ubi Ephesus sita fuit. Act. II. 9. VI. 9. XIX. 10, 22. XX. 16. XXI. 27. XXIV. 19. 1 Cor. XVI. 19. 2 Cor. I. 8. 1 Petr. I. 1. Apoc. I. 4, 11. Conf. Cellarii Notit. Orb. Antiqu. Lib. III. c. 1. p. 4 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 464.

'ΑΣΙΑΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, *Asianus, ex Asia proconsulari, cujus metropolis Ephesus est, oriundus.* Act. XX. 4. 'Ασιανοὶ δὲ Τυχικὸς καὶ Τρόφιμος. Sæpius non legitur in N. T.

'ΑΣΙΑ'ΡΧΗΣ, οῦ, ὁ, *Asiarcha* seu *Asiæ præfectus.* Est nomen compositum ex 'Ασία et ἀρχὸς *præfectus.* Semel legitur in N. T. Act. XIX. 31. τινὲς δὲ 'Ασιαρχῶν quidam Asiarcharum. Fuerunt autem *Asiarchæ principes sacerdotum totius Asiæ proconsularis,* ἱεράρχαι, *qui ex variis Asiæ provinciis et oppidis et quidem ex ipsis primoribus et opulentissimis civibus eligebantur annui, quorum munus erat non solum sacra facere, sed etiam ludos theatrales in deorum honorem suis sumtibus edere,* unde eos Rufinus apud Euseb. H. E. IV. 15. *munerarios* vocat. Habebant Ephesi concilium commune, ad quod singulæ Asiæ civitates quotannis legatos mittebant, qui sacerdotes erant, ut tanto majorem haberent dignitatem. In suis singuli provinciis Λυκιάρχαι, Συριάρχαι, Φοινικάρχαι vocabantur. Vide Wesselingii Diss. de Asiarchis Ultr. 1753. C. Schœttgenii Diss. in Miscell. Lips. T. V. p. 178. Salmas. Exercitt. Plinian. p. 805. Wetstenii N. T. T. II. p. 586. Sever. Lintrupii Spec. II. Meletem. Critic. Zeibichii Obss. ex Numis Sacris p. 36. et Van Dale Dissert. ad Inscriptt. et Marm. Diss. III. p. 274 seq.

'ΑΣΙΤΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *penuria ciborum, inedia* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum), ex α priv. et σῖτος *frumentum, cibus.* 2) *abstinentia a cibis, jejunatio.* Act. XXVII. 21. πολλῆς ἀσιτίας γενομένης cum diutius a cibis abstinuissent. Vulgatus: cum multa jejunatio fuisset, coll. v. 35 et 36. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo ἀσιτέω usurpatum legitur, ut sit idem quod ἀσιτίζω. 1 Macc. III. 17. et apud Xenoph. de Rep. Laced. II. 5. ac Arrian. Diss. Epict. II. 14. 21. et III. 13. 21.

"ΑΣΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie 1) *qui plane nullos cibos ingerit, ab iis abstinet,* (Xen. Cyrop. IV. 2. 19.) et inprimis apud medicos veteres *is* dicebatur, *qui ciborum fastidio laborat.* Unde Hesych. ἀσιτία· ἡ ἀνορεξία, h. e. morbus, cum stomachus omnia respuit, fastidium cibi. Conf. Fœsii Œconom. Hippocr. p. 65. 2) *qui parum tantum cibi sumsit, qui non edit quantum satis est, nec justa cœna utitur.* Sic autem legitur hæc vox non solum Act. XXVII. 33. ἄσιτοι διατελεῖτε μηδὲν προσλαβόμενοι ex quo exspectantes jejuni mansistis, sed etiam apud Sophocl. Aj. Flagell. v. 325. Euripid. Hipp. Coronat. v. 275. Josephum Antiqq. Jud. VI. 14, 8. VII. 7, 4. Confer infra ad προσλαμβάνω dicta, et Wetstenium N. T. T. II. pag. 646. Ita etiam צום sumi videtur Esther IV. 16.

'ΑΣΚΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie 1) *exerceo, assuefacio alium* 2) intransitive pro medio ἀσκοῦμαι, *me exerceo, assuefacio, studeo, omnem diligentiam et industriam adhibeo.* Sic semel in N. T. legitur Act. XXIV. 16. ἐν τούτῳ δὲ (Fortasse reponendum est ἐν δὲ τοῦτο, quæ conjectura jam Pricæo subnata est.) αὐτὸς ἀσκῶ in eo equidem omnibus viribus meis elaboro. Polybius Hist. IX. 19. οἱ περὶ τὰς βαναύσους τέχνας ἀσκοῦντες. Lucian. Dial. Deor. VII. Arrian. Epict. II. 16. Potissimum quidem ἀσκῶ de iis dicebatur, qui in palæstra

exercebantur; sed et sæpe latius patet hujus verbi vis, de cujus variis notionibus eleganter exposuit Abreschius ad Æschylum p. 179 seq. et Jac. Lydius in Agonisticis SS. c. 15. Vide et Lexicon Xenoph. Vol. I. pag. 438 seq. Cæterum sicuti apud Lucam l. l. post ἀσκεῖν sequitur infinitivus, ita et apud veteres, v. c. Sophocl. Electr. 1030. Athen. VI. p. 259. D. Hesych. ἀσκεῖ· μελετᾷ, γυμνάζεται, φιλοπονεῖ. — ἀσκούμενοι· γυμναζόμενοι, παιδευόμενοι.

'ΑΣΚΟ'Σ, οῦ, ὁ, *uter coriaceus* vel *pelliceus, pellis in utris formam consuta, qua liquida contineri et deferri solebant apud orientales*, et Hebr. נֹאד Jos. IX. 4, 13. Jud. IV. 19. חֵמֶת Genes. XXI. 14, 15, 19. etiam נֵבֶל 1 Sam. X. 3. Jer. XIII. 12. vocabatur. In N. T. speciatim ἀσκὸς dicitur *uter coriaceus*, (sæpe ex pelle caprina confectus. Homer. Odyss. VI. 78.) *quo ad vina servanda et condenda veteres utebantur*, unde ad *vini vasa* refert Pollux Onom. VI. 2. s. 14. X. 20. 71. Adde Herodotum II. c. 121. καὶ ἀσκοὺς πλήσαντα οἴνου ἐπιθεῖναι ἐπὶ τῶν ὄνων. Homer. Iliad. III. 247. καὶ οἶνον εὔφρονα — ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ. Quater autem in hoc sensu legitur in N. T. Matth. IX. 16. Marc. II. 22. Luc. V. 37 et 38. Conf. Thom. M. sub θύλακος p. 457. ed. Bernardi, et Wetstenii N. T. T. I. p. 360.

'ΑΣΜΕ'ΝΩΣ. Adverbium, *lubenter, prompte, cum gaudio, cupide.* Vulgo quidem derivatur ab ἥδω *delecto, oblecto*, sed tunc cum spiritu aspero ἡσμένως seu ἁσμένως scribendum esset. Rectius ex mea sententia deducitur ab ᾄδω *cano*, unde ἀσμένως, q. d. *cum cantu, lætitiæ signo.* Bis autem tantum legitur in N. T. Act. II. 41. οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ cupide amplectentes ejus doctrinam. ibid. XXI. 17. ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοὶ lubenter et cum gaudio exceperunt nos christiani. Formula ἀσμένως δέχεσθαι etiam legitur apud Ælian. V. H. XII. 18. XIII. 31. Jos. A. J. IV. 6. 7. XII. 9. 7. Diod. Sic. XII. 54. 2 Macc. IV. 12. Hesych. ἀσμένως· μετὰ χαρᾶς, ἡδέως, εὐκταίως, προθύμως, ἑκουσίως. Vide et Alberti Glossar. p. 63. 7.

"ΑΣΟΦΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *insipiens, sapientia destitutus.* Xen. Mem. III. 9. 4. Vox hæc in Bielii Thesauro omissa legitur quoque apud LXX Prov. IX. 8. sec. cod. Alex. 2) *idonea religionis christianæ* (quæ κατ' ἐξοχὴν σοφία vocatur) *scientia destitutus*, et ex adjuncto: *scelestus, vitiosus.* Sic semel in N. T. legitur, Ephes. V. 15. μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοὶ ut vivatis non paganorum more, (qui v. 17. ἄφρονες vocantur) sed veros christianos vos præstetis.

'ΑΣΠΑ'ΖΟΜΑΙ, fut. άσομαι, 1) *aliquem in adeundo vel abeundo saluto, solemni et recepta apud Judæos formula, præsens salutem dico, valedico.* Sic legitur in N. T. Matth. X. 12. εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν ἀσπάσεσθε αὐτὴν intrantes autem domum salutate domesticos, seu, adeuntes familiam fausta omnia illi apprecamini, coll. Luc. X. 5. πρῶτον λέγετε· εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. Luc. I. 40. Suid. ἀσπάζεσθαι· προσαγορεύειν. In *valedicendi* notione reperitur hæc vox Act. XX. 1. καὶ ἀσπασάμενος ἐξῆλθεν convocatis discipulis valedixit et discessit. ibid. XXI. 6. καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους cum nobis invicem valedixissemus. Aristoph. Nubes v. 1144. Xenoph. Anab. VII. 1. 6. 2) si de *absentibus* usurpatur: *mitto salutem ad aliquem, bene precor*, aut, *alterius nomine salutem alicui impertior, alterius verbis saluto.* Sic autem sæpissime in fine epistolarum Paulinarum legitur. Rom. XVI. 3. ἀσπάσασθε Πρίσκαν salutate meo nomine Priscillam et Aquilam. ibid. v. 5, 6, 7, 8, 16. ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι salutationem vobis annuncio ab omnibus cœtibus christianis. 1 Cor. XVI. 19, 20. Philipp. IV. 20, 22. Coloss. IV. 10. ἀσπάζεται ὑμᾶς 'Αρίσταρχος bona vobis per me apprecatur Aristarchus. 1 Thess. V. 26. 2 Tim. IV. 21. Tit. III. 15. Hebr. XIII. 24. 3) *convenio, adeo aliquem, inviso*, de quo etiam Latini voce *salutare* usi sunt; et ex adjuncto: *familiariter colloquor.* Act. XVIII. 22. καὶ ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν salutato christianorum cœtu. XXI. 7. καὶ ἀσπασάμενοι τοὺς ἀδελφοὺς ἐμείναμεν. 4) *amplector aliquem, osculor*, et ex adjuncto: *cum gaudio excipio.* Luc. X. 4. καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε nec quemquam in itinere amplectamini, seu, ne amplexibus mutuis moremini, coll. 2 Reg. IV. 29. כִּי תִמְצָא־אִישׁ לֹא תְבָרְכֶנּוּ וְכִי־יְבָרֶכְךָ אִישׁ לֹא תַעֲנֶנּוּ. Rom. XVI. 16. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Marc. IX. 15. ἠσπάζοντο αὐτὸν cum gaudio eum exceperunt. Scholiast. Aristoph. ad Plutum v. 743. κυρίως ἀσπάζεσθαι. ἐστὶ τὸ περιπλέκεσθαί τινα διὰ τὸ ἄγαν σπᾶσθαι εἰς ἑαυτὸν τὸν ἕτερον, καὶ περιβάλλειν τὰς χεῖρας ἐν τῷ φιλοφρονεῖσθαι. Idem Eustathius tradit ad Homeri Iliad. III. 31. X. 543. Vide et Lexicon Xenophont. Vol. I. pag. 443. ac Beckii Comment. in Aristoph. Vol. I. pag. 172. Hinc etiam osculum, in sac. cœnæ celebratione et in festo paschatos in vet. ecclesia usurpatum, ἀσπασμὸς vocatur a patribus Græcis. Confer Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. pag. 553 seq. 5) *benevolo et amico prosequor animo, amo aliquem.* Ita Matth. V. 47. καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον et si populares tantum vestros amatis, coll. v. 46. Nec hanc notionem Græcis inusitatam fuisse, docent loca Herodot. I. cap. 122. Plat. in Lyside T. II. p. 217. Ælian. V. H. IX. 4. Xenoph. Ages. XI. 3. et alia, quæ collecta exstant in Observv. Miscell. Amstelod. Vol. III. p. 237. Aristoph. Plut. v. 743. τὸν Πλοῦτον ἠσπάζοντο, ubi Schol. ἠσπάζοντο· ἤγουν ἐφιλοφρονοῦντο. Suidas per ἀγαπᾷν καὶ φιλοφρονεῖσθαι interpretatus est. Conf. etiam Ez. Spanhemium ad Aristoph. Plut. v. 323. 6) *gratulor alicui.* Act. XXV. 13. ἀσπασάμενοι τὸν Φῆστον ut Festo auspicia muneris gratularentur. 7) *gaudeo, lætor.* Hebr. XI. 13. καὶ ἀσπασάμενοι et spe repleti gaudebant; ubi videndus Wetstenius. Chrysostomus ἀσπασάμενοι, τοῦτ' ἔστι ἡσθέντες, gratum et acceptum habebant. Maxim. Tyr. Diss. XXI. 1. Suid. ἀσπάζεσθαι· καὶ τὸ χαίρειν τινὶ ἁπλῶς. Conf. D'Orville ad Chariton. I. 3. pag. 224. ed. Lips. In universum bene de hoc vocabulo exposuit Jensius in Ferculo Litterario p. 13 seq.

'ΑΣΠΑΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *salutatio, quæ fit in tesseram* partim *amicitiæ et benevolentiæ*, partim *honoris et reverentiæ, eaque vel voce prolata vel scripta, vel ullo alio modo significata.* Luc. I. 29. καὶ διελογίζετο ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος secum in animo versabat, quid sibi vellet hæc salutatio. ibid. v. 44. ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου simulac hæc salutatio pervenit ad aures meas. Matth. XXIII. 7. ubi Pharisæi dicuntur φιλεῖν τοὺς ἀσπασμοὺς delectari salutationibus, quæ fiunt honoris et reverentiæ causa. 1 Cor. XVI. 21. ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρί, scil. γεγραμμένος ἐστὶ salutatio manu mea scripta est. Coloss. IV. 18. 2 Thess. III. 17. Phavorin. ἀσπασμός· ἡ εὐχή. παρὰ τῷ ἀποστόλῳ ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρί. Conf. I. I. Clau-

dii Diss. de Salutationibus Vett. Ultraj. 1702. 8.

ἌΣΠΙΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *immaculatus, maculæ expers, in quo nullus est nævus,* ex α priv. et σπίλος *macula,* de quo infra dicetur. Anthol. I. 20. 18. Herodian. V. 6. 16. Suid. ἄσπιλος καὶ ἀσπίλωτος· ὁ μὴ ἔχων σπίλον τινά. Hesych. ἄσπιλος· ἄμωμος, καθαρός. 2) metaphorice: *expers labis moralis, immaculatus ab inquinamentis et sordibus vitiositatis et peccatorum.* 1 Tim. VI. 14. ἄσπιλον ἀνεπίληπτον. Jacob. I. 27. ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου. 1 Petr. I. 19. Christus dicitur ἄμωμος καὶ ἄσπιλος immunis ab omni vitiositatis genere. 2 Petr. III. 14. Conf. Symmachi reliquias ad Job. XV. 15.

ἈΣΠΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) *scutum, clypeus ex corio, nonnunquam etiam ex ligno confectus.* Conf. Potteri Archæol. Gr. III. c. 4. 2) *aspis, serpentis genus,* cujus ictus tam sunt lethales, ut nullo fere remedio curari possint, nisi confestim partes illæ, quæ ictum ejus sunt passæ, præcidantur. Conf. Ælian. H. A. II. 24. VI. 38. Rom. III. 13. ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν venenum aspidum est sub labiis eorum. Hebraice עַכְשׁוּב dicitur Ps. CXL. 3.

ἌΣΠΟΝΔΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie dicebatur Græcis *is, qui nec sacris nec conviviis interest, in quibus libare solebant diis amicitiæ et sacræ cujusdam concordiæ stabiliendæ causa,* ut bene observavit Schwarz. in Comment. Gr. Ling. p. 276. ex α priv. et σπονδὴ *libatio, fœdus.* Hinc 2) ἄσπονδος dicitur non solum, *qui fidem datam fallit, et inita fœdera frangit,* sed etiam, *qui implacabili adversus alios odio fervet, et quasi nullas σπονδὰς admittit, implacabilis, irreconciliabilis.* Hesych. ἄσπονδοι· ἄγριοι, ἐχθροὶ καὶ μὴ μνημονεύοντες φιλίας ἢ διαθέσεως, ἀδιάλλακτοι. — ἄσπονδοι· οὐκ εἰρηνεύει. Alberti Gloss. N. T. pag. 94. ἀσπόνδους· παραβαίνοντας τὴν μεθ' ὁρκωμοσίας ἀσφάλειαν. Rom. I. 31. ἀστόργους, ἀσπόνδους, ἀνελεήμονας. 2 Tim. III. 3. ἄστοργοι, ἄσπονδοι. Philo de Charit. T. II. p. 397. 18. et de Vita Mosis T. I. p. 119. 25. ed. Mangey. Sic etiam dirissima bella, quæ nullo fœdere dirimi possunt, passim apud Demosthenem (v. c. de Corona p. 314. ed. Reisk.) ἄσπονδοι πόλεμοι vocantur.

ἈΣΣΑ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *assarius* vel *assarium.* Est vox origine Latina, descendens ab *as, assis,* quæ, terminatione Græca diminutiva addita, a Græcis sub Romanorum monarchia in suam assumta civitatem, non tamen ideo Latinismis N. T. annumeranda, ut ab haud paucis factum videmus. Nam dudum jam hæc vox in scripta optimorum Græcorum irrepserat, v. c. Dionysii Halic. qui sæpe Latina nomina Græcis litteris scripta retinuerunt, v. c. Πατρίκιος, δικτάτωρ et multa alia. Voce assariorum Chii suos æneos olim signabant nummulos. De valore et pretio *assarii* constituendo dissentiunt viri docti. Aliis ἀσσάριον est *dimidia pars assis Romani, semuncialis.* Plin. H. N. XXXIII. 3. Alii vero idem cum asse Romano esse voluerunt, v. c. Kypke in Observv. Sacr. T. I. p. 57. et profecto omnium rectissime ii statuisse videntur, qui *assarium* valuisse tradunt decimam partem δραχμῆς seu δηναρίου. Drachma autem sex obolis æstimatur, obolus sex chalcis, chalcus septem leptis, ut adeo ad modernam monetam restrictum ἀσσάριον valeret einen Kreutzer, oder vier Pfennige, *a cross, or four pennies.* Conf. Gronov. de Pecunia Vetere p. 439. et Budæum de Asse pag. 200 seq. Hesych. ἀσσάριον καὶ λεπτὸν ἓν εἶσι. Idem tradit Alberti Gloss. N. T. p. 204. Glossæ Lat. Græc. *Asse,* Ἀσσάριον. lege Ἀσσαρίου. Etiam Judæi hanc vocem assumserunt et scribunt אִיסָר, sed fere ita ea utuntur, ut formula בְּאִיסָר vel כְּבְאִיסָר *quodvis vilissimum et minimum pretium* indicetur. Conf. Wetstenii N. T. T. I. pag. 376. Hinc lucem fœnerantur duo illa N. T. loca, in quibus hæc vox tantum legitur. Matth. X. 29. οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; nonne duo passerculi minimo pretio venduntur? Luc. XII. 6. οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο; In utroque loco Syrus voce ܐܣܪܐ usus est.

ἌΣΣΟΝ, *propius, prope, juxta.* Est neutrum comparativi gradus, et poëtis admodum familiaris vox, cujus positivus est ἐγγὺς, sicut a μέγας comparativus est μείσσων et μάσσων et a παχὺς comparativus πάσσων formatur. Act. XXVII. 13. ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην propius ora legebamus Cretæ. Vulgatus male habet: *de Asson,* ac si ἆσσον nomen proprium esset, tunc enim scribere debuisset Lucas: ἀπὸ τῆς Ἄσσου. Sæpius non legitur in N. T. A plerisque hæc vox annumeratur vocabulis poëticis. Et sæpe profecto legitur apud poëtas Græcos, v. c. Homer. Iliad. VI. 143. XXII. 4. Moschum Idyll. IV. 26. Eurip. Cyclop. v. 254. Utuntur tamen etiam prosaici scriptores isthac comparativi forma, v. c. Joseph. A. J. I. 201. Herodot. II. 52. IV. 3. 5. Conf. Fœsii Œconom. Hippocratis p. 65. Etym. M. ἆσσον· τὸ ἐγγὺς καὶ πλησίον. εἴρηται παρὰ τὸ ἐγγὺς κ. τ. λ. Hesych. ἆσσον· πλησίον, ἐγγύς. ἆσσον ἴτε, ἐγγὺς ἔρχεσθε.

ἌΣΣΟΣ, ου, ἡ, *Assus,* urbs Mysiæ majoris maritima, sita ad mare Ægæum, a Troade, civitate Phrygiæ minoris, novem milliaribus distans. Alias dicta est *Apollonia,* teste Plinio H. N. V. c. 30. et nota fuit *Assio lapide,* qui etiam *Sarcophagus* dicitur. In N. T. bis memoratur, Act. XX. 13, 14. Confer etiam Cellarii Notit. Orb. Ant. III. 3. p. 43. et Wetstenii N. T. II. p. 592.

ἈΣΤΑΤΕ'Ω, ῶ, *incertis sedibus vagor, erro, oberro,* ex ἄστατος *instabilis.* Tantum legitur in N. T. 1 Cor. IV. 11. καὶ ἀστατοῦμεν totum terrarum orbem, sedibus nostris ejecti, tanquam nebulones oberrare cogimur, seu, *et incertis sedibus erramus.* Phavor. ἀστατοῦμεν· τουτέστι διωκόμεθα. ἀποστολικὴ ἡ λέξις. ὡς τὸ κολαφιζόμεθα καὶ ἀστατοῦμεν. De *mari turbido* ἀστατεῖν legitur apud Appian. Bell. Syriac. p. 221. ἔτι ἀστατούσης χειμῶνι τῆς θαλάσσης. Male vertitur: *mari per hyemem nondum admittente navigia.* et ἄστατος apud Plutarchum M. Crass. c. 17. Interdum etiam apud Græcos hæc vox de eo usurpatur, *qui inconstans est.*

ἈΣΤΕΙ'ΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie *urbanus* dicitur, *in urbe natus aut degens,* et ponitur τῷ ἀγροικος. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀστεῖος, *urbanus, elegans.* Etym. M. ἀστεῖος· ὄνομα ἐκ τοῦ ἄστυ. λέγεται κυρίως ὁ ἐν ἄστει διατρίβων. Hesych. ἀστείων· τῶν ἐν ἄστει διατριβόντων. — 2) ita dicitur, *qui est politis moribus,* uti ἀστεῖον de *omni* apud Græcos usurpatur, *quod est gratum, elegans et ita comparatum, ut aliorum sibi gratiam conciliare valeat.* Sic v. c. Josephus A. J. IX. 2. s. 1. usus est: ἀποδεξάμενος τὴν δεξιότητα τῶν λόγων καὶ τὸ ἀστεῖον τοῦ ἤθους ὁ Ἠλίας. Hesych. ἀστεῖος· ὁ χαρίεις, ὁ ἐπίχαρις. Gloss. Gr. N. T. p. 68. ἀστεῖος, πολιτικὸς, κεχαρισμένος. ubi vid. Alberti. 3) refertur ad corporis vultusque speciem, ut sit *formosus, venustus,* quia urbani fere vincunt, certe olim vincebant, et nunc vincere existimantur

rusticos præstantia formæ vultusque et oris venustate. Suid. ἀστεῖος· εὐπρόσωπος. Etym. M. ὁ δι' εἶδος (ita enim reponendum videtur loco ἦθος) ἐπαινούμενος. Act. VII. 20. de Mose: καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ et erat puer admodum venustus, coll. Exod. II. 2. ubi טוֹב vocatur, et Joseph. A. J. II. cap. 9. § 6 et 7. Syrus reddidit: ܘܪܚܝܡ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ et dilectus fuit Deo, sine dubio, quia singularis venustas divinæ gratiæ documentum antiquitus habebatur. Hebr. XI. 23. διότι εἶδον ἀστεῖον τὸ παιδίον. Sic Aristænetus Lib. I. ep. 4. νὴ Θεοὺς ἀστεῖον τὸ γύναιον. ibid. ep. 19. Aristotel. Nicomach. IV. 7.

'ΑΣΤΗ'Ρ, ἔρος, ὁ, 1) *stella*, unum corporum lucidorum cœli, suo splendore noctis illustrantium tenebras, quasi αὐστὴρ ab αὔω *splendeo*. Suid. ἀστήρ· ἄστρου διαφέρει. ὁ μὲν ἀστὴρ ἕν τι ἐστὶ, τὸ δὲ ἄστρον ἐκ πολλῶν συνέστηκεν, ὃ καὶ ἀστροθέτημα καλεῖται, quæ tamen differentia non semper observata reperitur. Alexandrini sæpe usi sunt pro Hebr. כּוֹכָב Jud. V. 20. Nehem. IX. 23. Matth. II. 2. εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα vidimus enim ejus stellam, h. e. indicem nativitatis ejus. Simili modo Julium sidus apud Horat. Od. I. 12. 47. et Cæsaris astrum apud Virgil. Eclog. IX. 47. adhibetur. Apud Homerum Iliad. IV. 74. vox ἀστὴρ de *meteoro* adhibetur, ubi conf. Schol. min. et Eustath. Matth. II. 7, 9, 10. XXIV. 29. καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ et stellæ obscurabuntur. Cf. infra sub πίπτω. Marc. XIII. 25. καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες. coll. Jos. X. 13. Ezech. XXXII. 7. et Joël. II. 10. ubi stellarum obscuratione significantur *calamitates* et *afflictiones*. 1 Cor. XV. 41. ἄλλη δόξα ἀστέρων, ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. Conf. sub δόξα. Vocabulum ἀστὴρ apud Græcos latissime patere, et *omne* designare, *quod aliquem splendorem habet et emittit*, docuit I. H. a Seelen in Meditatt. Exeg. P. I. p. 105. seq. 2) metaphorice ἀστέρες vocantur *doctores ecclesiæ christianæ* ob muneris præstantiam et dignitatem, et quia doctrinæ puritate et vitæ integritate suo prælucere debent exemplo auditoribus. Sic legitur in Apocalypsi passim, v. c. cap. I. 16. ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ ἀστέρας ἑπτὰ, coll. v. 20. οἱ ἑπτὰ ἀστέρες, ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσι. ibid. II. 1. III. 1. ubi τὰ ἑπτὰ Πνεύματα τοῦ Θεοῦ et οἱ ἑπτὰ ἀστέρες invicem permutantur. Jud. v. 13. ubi doctores leves et inconstantes, qui ad varia opinionum commenta deflectunt, ἀστέρες πλανῆται stellæ erraticæ vocantur. Imitati sunt hac in re N. T. scriptores librorum V. T. auctores, qui stellarum imagine omnes viros illustres et præcipuos, maxime autem verbi divini doctores insigniunt. Num. XXIV. 17. Dan. VIII. 10, 24. XII. 3. 1 Maccab. I. 25. Solebant tamen etiam Græci eos, qui aliqua re præ aliis elucebant, stellis comparare, ut ex Musæi Her. et Leand. v. 21. et aliis locis probabit Palairet. in Observatt. Philol. Crit. p. 521. Sic v. c. vocatur Marcellus in epigrammate statuæ ejus inscripto ἀστὴρ πατρίδος apud Plutarch. Marcell. c. 30. 3) *Christus* in Apoc. XXII. 16. ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνὸς dicitur, ob insignem suam pariter majestatem divinam ac doctrinæ traditæ præstantiam. Sed Apoc. II. 18. per τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνὸν (Luciferum, הַבֹּקֶר כּוֹכַב rabbinorum) rectius futura in cœlis felicitas intelligitur, nisi aliquis statuere mallet, δώσω αὐτῷ positum esse pro θήσω αὐτὸν, adeoque virum in summa dignitate ac felicitate constitutum cum stella matutina h. l. comparari: coll. Ies. XIV. 12.

'ΑΣΤΗ'ΡΙΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie sensu physico: *instabilis, infirmus*, ex α priv. et στηρίζω *stabilio, suffulcio, confirmo*. 2) metaphorice: *qui non idoneam religionis christianæ scientiam habet*, aut, *qui in virtutis studio nondum satis confirmatus est*. 2 Petr. II. 14. δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους allicientes homines infirmos. ibid. III. 16. ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν quæ inscii nec satis firmi in cognitione interpretando pervertunt. Hesych. ἀστήρικτον· ἄπιστον. — ἀστηρίκτους· ἀσθενεῖς. Longin. de Sublim. II. 2.

"ΑΣΤΟΡΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie: 1) *qui naturalia erga alios, propinquo sanguine sibi junctos, parentes maxime atque liberos, charitatis vincula dissolvit, omnemque sic humanitatem ejurare videtur;* deductum enim est a στοργή, quod de insito illo a natura mutuo impensissimi amoris affectu usurpatur, quo parentes sobolem amplecti et fovere solent, et liberi vicissim parentes prosequuntur, quo qui præditus est, a Græcis φιλόστοργος et στέργων dicitur. Athenæus XIV. p. 655. C. οἱ καλούμενοι ὄρνιθες μελεαγρίδες — — ἔστι δὲ ἄστοργον πρὸς τὰ ἔκγονα τὸ ὄρνεον, καὶ ὀλιγωρεῖ τῶν νεωτέρων. Quemadmodum vero vocabulum στοργή latius etiam patet apud Græcos, et de omnis amoris et amicitiæ sensu usurpatur (Hesych. στοργή· φιλία, ἀγάπη); ita etiam ἄστοργος 2) in genere dicitur *amoris et amicitiæ plane expers, qui omnem humanitatis sensum plane exuit*. Suid. ἀστόργους. τοὺς ἀπηνεῖς καὶ ἀφίλους. Hesych. ἀστόργους· μὴ ἀγαπῶντας τινά. Idem legitur in Alberti Gloss. N. T. p. 93. In N. T. tantum extat Rom. I. 31. et 2 Tim. III. 3. ubi Vulgatus habet *sine affectione*. Gloss. στοργή, *affectio*. Ib. ἄστοργος, *inamabilis, sine adfectione*. Marc. Antonin. de Reb. Suis Lib. I. § 11.

'ΑΣΤΟΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *a scopo aberro, non recta ad scopum tendo, non recta collineo*, ex α priv. et στοχάζομαι *recta collineo ad scopum, recta ad scopum tendo*, seu *feror*. Opponitur τῷ εὐστοχέω. Hesych. ἀστοχεῖ· ἀποτυγχάνει, ἁμαρτάνει. 2) in universum: *aberro, declino, deficio, descisco ab aliqua re aut persona*. Construitur fere cum genitivo. Sic legitur in N. T. 1 Tim. I. 6. ὧν τινὲς ἀστοχήσαντες a quibus quidam aberrantes. ibid. VI. 21. περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν defecerunt a vera religione christiana. 2 Tim. II. 18. οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν. Sæpius in N. T. non reperitur. Polybius Exc. Leg. 89. μὴ δόξωσι 'Ρωμαίων ἀστοχεῖν. Plutarch. de Def. Orac. p. 414. F. ἀστοχοῦσι τοῦ μετρίου καὶ πρέποντος. Id. Galba p. 1060. ἀστοχεῖν ἐδόκει τοῦ πρέποντος. Sirac. VII. 21. VIII. 11.

'ΑΣΤΡΑΠΗ', ῆς, ἡ, 1) *fulgur*, seu lux, quæ in nubium collisione subito erumpit et apparet ante tonitru, ἡ ἐπὶ τῆς παρατρίψεως ἢ καταῤῥήξεως τῶν νεφῶν ἐκπύρωσις, quæ Hebraice בָּרָק dicitur Exod. XIX. 16. Nomen habet a splendore et corruscatione, nam ἀστράπτω *splendere, fulgere* notat. Apoc. IV. 5. ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ φωναί. ibid. VIII. 5. XI. 19. XVI. 18. Matth. XXIV. 27. Cum fulgure in N. T. eleganter comparantur non solum omnia, quæ inopinato et summa cum celeritate accidunt et perficiuntur, sed etiam, quæ insignem et eximium splendorem emittunt. Luc. X. 18. ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα scio, quam celerrime per vos imminutam et fractam esse potestatem diaboli. ibid. XVII. 24. sicut

fulgur quam celerrime ex altera parte cœli ad alteram refulget, ita quoque celeriter ac inopinato adveniet filius hominis. Matth. XXVIII. 5. ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ ejus vultus habebat speciem fulguris. 2) *fulgor, splendor.* Luc. XI. 36. ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε ut si lucerna fulgore te collustret. Eodem modo בָּרָק usurpatur Deut. XXXII. 14. בְּרַק חַרְבִּי Nahum III. 3. בְּרַק חֲנִית.

ἈΣΤΡΑ'ΠΤΩ, fut. άψω, *fulguro, fulgeo, corrusco, refulgeo, mico,* et proprie quidem, ut Hebraicum בָּרַק Psalm. CXLIV. 6. de *fulgure* dicitur. Luc. XVII. 24. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα: interdum tamen de *omni* usurpatur, *quod admodum candet et fulget, ut oculi aspicientium exinde quasi a fulgure perstringantur.* Sic de vestibus admodum candidis ac splendidis usurpatum reperitur Luc. XXIV. 4. ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις, ubi in uno codice λευκαῖς legitur e glossemate. Conf. Scholiast. Eurip. ad Phœniss. v. 111. Xenoph. Cyrop. VI. 4. 1. Hesych. ἀστράπτων· ὑπερλάμπων.

ἌΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *sidus, e coagmentatione plurium stellarum collectum,* seu: *regio cœli plures stellas complexa.* Macrob. Somn. Scip. I. 14. "Apud Græcos ἀστὴρ et ἄστρον diversa significant; et prius quidem stella una est, ἄστρον autem signum stellis coactum, quod nos *sidus* vocamus." Ammonius: Ἄστρον καὶ ἀστὴρ διαφέρει· ἄστρον μὲν γάρ ἐστιν τὸ ἐκ πολλῶν ἀστέρων μεμορφωμένον ζώδιον, οἷον Ὠρίων, Ἄρκτος· ἀστὴρ δὲ ὁ εἷς. Idem tradit Scholiastes Pindari ad Olymp. I. 9. Oppiani ad Halieutica III. 48. et Eustathius ad Homer. Il. IV. 75. Sed non semper hæc differentia observata reperitur a scriptoribus Græcis, in quorum libris æque ac in N. T. ἄστρον haud raro 2) pro ἀστὴρ ponitur, et omnino *stellam* notat. Luc. XXI. 25. καὶ ἔσται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις. Act. XXVII. 20. μήτε ἡλίου μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων. Hebr. XI. 12. καθὼς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τῷ πλήθει. Eodem modo ἄστρον legitur apud Æschin. Socr. Dial. III. 17. ἰδεῖν περιφορὰς ἄστρων. Pindar. Olymp. Od. I. v. 9. ut apud Latinos *astrum* aut *sidus* pro *stella,* v. c. Ovid. Trist. I. 5. 47. ubi dicit, se tot mala passum esse, quot in æthere sidera luceant. 3) *figura, imago, simulacrum stellæ.* Act. VII. 43. τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥέμφαν, ubi de Saturno sermo est, *qui in figura stellæ colebatur.* Vide infra ad Ῥέμφαν dicta.

ἈΣΥ'ΓΚΡΙΤΟΣ, ου, ὁ. *Asyncritus.* Nomen proprium viri Romani Græcum, cujus Rom. XVI. 14. mentio fit. Est ab appellativo ἀσύγκριτος, ὁ, ἡ, *incomparabilis, qui cum alio contendi et comparari nequit.* Hesych. ἀσύγκριτον· ἀνόμοιον, ὑπέρεχον, ubi Alberti videndus. Suid. ἀπαράβλητος, ἀσύγκριτος, ἀνόμοιος.

ἈΣΥ'ΜΦΩΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie *dissonus, discors* dicitur, et de absentia harmoniæ in cantu et instrumentis musicis usurpatur. Compositum enim est ex α priv. et σύμφωνος *consonus.* Sapient. XVIII. 10. ἀσύμφωνος ἐχθρῶν φωνή. Dion. Hal. de Compos. Verb. c. 11. χορδὴν ἀσύμφωνον. 2) metaphorice: *dissentiens, discors.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXVIII. 25. ἀσύμφωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους cum jam dissidia et altercationes exorirentur. Symmachus Ps. LV. 10. ἀσύμφωνον ποίησον, Hebr. פַּלַּג. Diodor. Sic. IV. 1. ἀσυμφώνους εἶναι πρὸς ἀλλήλους. Plutarch. Agis c. 10. πόλιν ἀσύμφωνον καὶ ἀνάρμοστον. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 30. ἀσύμφωνος, *abhorrens, inconveniens, incongruens.*

ἈΣΥ'ΝΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie partim *de hominibus* adhibetur, *qui non intelligunt et capiunt aliquid, intelligentia carentibus, qui non assequuntur, quæ dicuntur,* partim *de rebus obscuris et intellectu difficilioribus* usurpatur. Thom. M. ἀσύνετος· ὁ μὴ νοῶν καὶ ὁ μὴ νοούμενος. Sic legitur Matth. XV. 16. ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; vosne etiam adhuc facultate assequendi sensum verborum meorum destituti estis? Joseph. A. J. I. 4. s. 3. ὑπὸ πολυφωνίας ποιήσας ἑαυτῶν ἀσυνέτους εἶναι. Eurip. Phœniss. v. 1759. αἴνιγμ' ἀσύνετον εὑρών. 2) *alienus a vera religione, idololatricus.* Rom. I. 21. καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία tenebris offusa est mens eorum, a vero Dei cultu aliena. ibid. X. 30. ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς invidiam excitabo in vobis contra gentem idololatricam, coll. Deut. XXXII. 21. בְּגוֹי נָבָל אַכְעִיסֵם. 3) *improbus, religione carens,* gewissenlos, *destitute of religion.* Rom. I. 31. ἀσυνέτους. Conf. Chishul. Antiqu. Asiat. T. II. p. 12. Suid. ἀσυνέτους· τοὺς ἀσυνειδήτους, ὧν οὐδὲν ἀφρονέστερον παρὰ τῷ ἀποστόλῳ νοητέον, ubi videndus Ernesti. Verbum ἀσυνετέω in versione Alex. pro Hebraico בָּגַד legitur Ps. CXIX. 58.

ἈΣΥ'ΝΘΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *qui componi non potest.* Long. de Sublim. X. 6. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀσύνθετος, *incompositus.* 2) *qui fœdera inita et pacta non servat, fœdifragus.* Opponitur εὐσύνθετος et εὐσυνθετῶν (Polyb. Exc. Leg. 35.) *fidem datam præstans.* Hesych. ἀσυνθέτους· μὴ ἐμμένοντας ταῖς διαθήκαις, μὴ συντιθεμένους. Alberti Gloss. N. T. p. 94. ἀσυνθέτους· μὴ ἐμμένοντας ταῖς συνθήκαις, consentiente Suida. Compositum est ex α priv. et συντίθημι *compono,* συντίθεμαι *paciscor.* Semel tantum in N. T. legitur, Rom. I. 31. ἀσυνθέτους perfidos. In vers. Alex. respondet hæc vox τῷ בָּגוֹדָה Jerem. III. 7, 10. et בֹּגֵדָה ibid. v. 8 et 11. Conf. Bielii Thesaurum Philologicum sub ἀσυνθεσία et ἀσυνθετέω, et Wetstenii N. T. T. II. p. 29.

ἈΣΦΑ'ΛΕΙΑ, ας, ἡ, 1) *firmitas, munitio, diligentia et cura, qua aliquid munitur et custoditur.* Act. V. 23. δεσμωτήριον εὕρομεν κεκλεισμένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ carcerem clausum invenimus *tutissime, firmissime,* seu, *summa cum diligentia.* Stephanus in Thesauro Gr. L. T. III. p. 1173. docuit, ἀσφάλειαν etiam apud Græcos interdum *firmum præsidium,* τὸ ἀσφαλὲς ἔρυμα, significare, et apud Polybium Hist. III. 69. *castra, munimenta,* ἀσφάλεια vocantur. 2) ex adjuncto: *securitas, immunitas a periculo.* 1 Thess. V. 3. εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια nihil nobis metuendum est. Conf. Levit. XXVI. 5. Deut. XII. 10. ubi Hebraico בֶּטַח in versione Alexandrina respondet. Polybius Hist. III. 27. Xenoph. Mem. XIII. 12. 7. τοῖς δὲ τὰ σώματα εὖ ἔχουσι πολλὴ ἀσφάλεια καὶ οὐδεὶς κίνδυνος. 2 Macc. III. 22. IV. 21. IX. 21. Hesych. ἀσφάλειαν· σωτηρίαν. 3) metaphorice: *certitudo, veritas rei indubitata.* Luc. I. 4. ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν ut intelligeres veritatem et certitudinem eorum, quæ edoctus fuisti. Conf. Xenoph. Memor. IV. 6. 15. ubi ἀσφάλεια non tam *certitudinem,* quam *demonstrationem* et *explicationem certam,* seu *certitudinem efficientem* significare videtur. Herodian. III. 9. 5. τοὺς δὲ παῖδας ὁμηρεύειν εἰς ἀσφάλειαν τῆς πίστεως ἐξέδωκεν. Gloss. V. Labbæi: *certitudo,* ἀσφάλεια. Id. ἀσφάλεια, *diligentia, cautio, certitudo, stabilitas.*

ἈΣΦΑΛΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *sollicite firmo et munio aliquid, ne vel ruat vel elabatur, tueor, in tuto colloco, custodio, constringo*, nostrum: **etwas verwahren, in sichere Verwahrung bringen**, *I guard any thing, have it in sure keeping*, quasi διαφυλάσσω μετὰ πάσης ἀσφαλείας, ut legitur 2 Macc. III. 22. Eandem significationem habet medium ἀσφαλίζομαι, quod non tam de iis dicitur, qui per alios aliquid muniendum curant, sed ut activum etiam de *iis* usurpatur. *qui rem locumve muniunt ipsi.* Vide Dresigium de Verbis Mediis N. T. II. 4. Matth. XXVII. 64. κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον jubi muniri sepulcrum, scilicet militibus custodibus. ib. v. 65. ἀσφαλίζεσθε muniendum curate, et v. 66. Act. XVI. 24. πόδας ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον pedes nervo constrinxit ligneo. Sæpius non legitur in N. T. Sapient. XV. 15. ἀσφαλισάμενος σιδήρῳ. Diod. Sic. XVIII. c. 52. p. 296. τὰς πόλεις ἀσφαλισάμενος, nempe φρουραῖς. Polyb. I. 42.

ἈΣΦΑΛΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, 1) proprie: *firmus, non lubricus, lapsui non obnoxius, qui non potest labefactari, everti et dejici*, (ex α priv. et σφάλλω *supplanto, everto, labefacto.*) Huc pertinet locus Hebr. VI. 19. ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, h. e. quam veluti animi ancoram tenemus tutam ac firmam; si nempe, quod plerique volunt, ἀσφαλῆ ad proxime antecedens ἄγκυραν, non autem ad ἣν, seu ἐλπίδα, referendum est. Sapient. IV. 3. οὐδὲ ἀσφαλῆ βάσιν ἑδράσει. ibid. XIV. 3. τρίβον ἀσφαλῆ. Phavorin. ἀσφαλής· ἑδραῖος. 2) metaphorice: *certus, verus*. Act. XXI. 34. γνῶναι τὸ ἀσφαλὲς certi aliquid cognoscere. XXII. 30. XXV. 26. περὶ οὗ ἀσφαλές τι γράψαι οὐκ ἔχω de quo certum quid scribam, non habeo. Sapient. VII. 23. βέβαιον ἀσφαλές. Conf. Abresch. Auctarium Dilucid. Thucyd. p. 349. 3) *id, quod aliquem aut certum aut tutum ab omni periculo reddere valet*, ἀσφαλὲς dicitur. Sic Philipp. III. 1. τὰ αὐτὰ γράφειν ὑμῖν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλὲς me eadem scribere vobis mihi non molestum est et vobis hanc utilitatem præstabit, ut vos tutiores reddat ab omni lapsu et confirmet.

ἈΣΦΑΛΩ͂Σ. Adverbium. 1) *tuto, firmiter, secure, magna cum cura et diligentia, sollicite.* Marc. XIV. 44. καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς abducite eum tuto, ne elabatur. Vulgatus per *caute* interpretatus est. Syrus: ܒܙܗܝܪܐܝܬ *circumspecte*. Potest etiam verti: abducite eum sine periculo ac metu, nempe erroris, aut: nullum periculum ab iis verentes, qui Christum vi liberatum venirent. Polyb. XIV. 44. ἀπαγαγὼν ἀσφαλῶς τὴν δύναμιν. Act. XVI. 23. ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτοὺς ut diligenter eos observaret. Tob. VI. 4. θὲς ἀσφαλῶς. Apud Græcos scriptores ἀσφαλῶς non solum *sine periculo* et *sine metu* notat, Polyb. I. cap. 19. III. c. 110. Herodian. II. 9. s. 8. Baruch. V. 7. sed etiam *diligenter, magna cum cura*. Herodian. IV. 12. s. 3. Ῥωμαῖοι ἀσφαλῶς συστήσαντες τὰς φάλαγγας. 2) *certo, vere, indubitate, ita, ut excludatur omne periculum errandi.* Act. II. 36. ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ persuadeant sibi jam quam certissime omnes Israëlitæ. Sapient. XVIII. 6. ἵνα ἀσφαλῶς εἰδότες. Similem locum ex Eunapii Proæres. adduxit Wetstenius N. T. T. II. p. 469. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀσφαλῶς, *tuto, certe.* lege *certo.*

ἈΣΧΗΜΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *turpiter ago et indecore facio ea, quæ vel per se vel opinione hominum turpia sunt.* Opponitur τῷ εὐσχημονεῖν *facere ea, quæ decorum postulat.* 1 Cor. XIII. 4. ἡ ἀγάπη οὐκ ἀσχημονεῖ qui vere alios amat, non indecore agit. Sic legitur apud Ælian. V. H. VI. 13. de turpi vita Dionysii, quam egit Corinthi. Xenoph. de Re Equestr. 11. 6. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. XI. 4. et Hemsterhus. ad Lucian. Nigrin. c. 10. T. I. p. 48. qui docuit, ἀσχημονεῖν etiam actorem scenicum dici, cum personæ, cujus partes agit, dignitatem non tuetur. Hesych. ἀσχημονεῖ· ἀκοσμεῖ, ut loco ἀσχηνεῖ ex Phavorino reponendum est. Deinde ex adjuncto: 2) *ignominiam subeo, ignominia afficior.* 1 Cor. VII. 36. εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει si quis vero existimat, se subiturum aliquid dedecoris propter filiam suam virginem. Sic etiam legitur Deut. XXV. 3. וְנִקְלָה אָחִיךָ לְעֵינֶיךָ, Alex. ἀσχημονήσει ὁ ἀδελφός σου ἐναντίον σου, et Ezech. XVI. 39. ubi ἀσχημονοῦσα Hebr. עֶרְוָה in vers. Alex. respondet. Eurip. Hecuba v. 407. ubi Schol. ἀσχημονῆσαι per ἀτιμασθῆναι interpretatus est. Confer etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 130 seq.

ἈΣΧΗΜΟΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, 1) *turpe, quod effari pudet, actio fœda et pudenda*, et speciatim *nefanda et illegitima Venus.* Rom. I. 27. ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι mares in sexum suum nefandam libidinem exercentes. Sirac. XXVI. 41. XXX. 13. ἵνα μὴ ἐν τῇ ἀσχημοσύνῃ αὐτοῦ προσκόψῃ. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀσχημοσύνη, *inhonestitas.* 2) *pudenda, membra corporis humani, quæ a pudore nomen habent.* Apoc. XVI. 15. ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ nec nudus incedat et conspicua fiant pudenda ejus; ubi tamen per pudenda metaphorice *turpes* et *impiæ actiones* intelligendæ sunt. Sirac. XXIX. 28. ἱμάτιον καλύπτων ἀσχημοσύνην. In versione Alex. τῷ עֶרְוָה Exod. XX. 26. Deut. XXIII. 14. respondet. Aquila et Symmach. Gen. IX. 22. אֵת עֶרְוַת אָבִיו τὴν ἀσχημοσύνην τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Quibus addenda est versio Symmachi Hab. II. 15. in qua ἀσχημοσύνη Hebr. מְעוֹר respondet, quod *antrum virginis, pudenda muliebria* notat.

ἈΣΧΗ'ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *indecorus, probrosus, turpis, ignominiosus.* Semel legitur in N. T. 1 Cor. XII. 23. τὰ ἀσχήμονα ἡμῶν membra, quæ pudenda vocare solemus.

ἈΣΩΤΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie in universum ei tribuitur, *qui servest nequit, de cujus salute spes nulla ari reliqua*, ex α priv. et σώω *servo*. Certe ἄσωτος apud Græcos haud raro pro ἄσωστος ponitur, v. c. in Sophoclis Ajac. Flag. v. 190. τᾶς ἀσώτου Σισυφιδᾶν γενεᾶς. Schol. τῆς ἐξώλους καὶ σώζεσθαι μὴ δυναμένης. 2) speciatim sic dicitur *prodigalitas, vita luxuriosa, profusio*, (Ælian. V. H. I. 19.) et ex adjuncto: *vita fœdissima et ad omnem turpitudinem abjecta, scelesta et impia*, quoniam, qui incontinentes sunt et sua nequiter prodigunt, ad turpissimas actiones proclives reperiuntur. Unde Cic. Tuscul. III. 8. τὴν ἀσωτίαν *nequitiam* dixit, contrarium frugalitati vitium; et Gellius VII. 11. τὸν ἄσωτον Latine interpretatur *nequam*. Sic autem legitur Ephes. V. 18. ἐν οἴνῳ ἐστὶν ἀσωτία vinolentia scelerum fœdissimorum fœcunda mater est. Tit. I. 6. μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας non vitæ luxuriosæ crimini obnoxii. 1 Pet. IV. 4. εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν secum in effusissimas libidines ruere. 2 Macc. VI. 4. τὸ μὲν γὰρ ἱερὸν ἀσωτίας καὶ κώμων ἐπεπλήρωτο

ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ῥαθυμούντων μεθ' ἑταίρων. Confer etiam Aristot. Ethic. ad Nicomachum IV. 1. Lex. Cyrill. MS. Brem. 'Ασωτία· πορνεία.

"ΑΣΩΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *is de cujus salute nulla spes restat.* (Aristot. Problem. s. 33. p. 830. A. Plutarch. Quæst. Nat. Vol. IX. p. 635.) 2) *luxu perditus, prodigus, luxuriosus,* (Cic. de Fin. II. 7.) *qui sua nequiter dilapidat et profundit,* ὁ διασκορπίζων καὶ μὴ σώζων τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν. Vide Aristotel. de Moribus IV. 1. Hinc

'ΑΣΩ'ΤΩΣ. Adverbium, *luxuriose, dissolute, prodige.* Semel legitur in N. T. Luc. XV. 13. ζῶν ἀσώτως perdite et prodigaliter vivens. Vulgatus: *luxuriose.* Glossæ: *luxuria,* ἀσωτία. Onomast. Vetus: *prodige,* ἀσώτως. Plutarch. Galba c. 16. Hesych. αἰσχρῶς, ἀπλήστως. De hoc pariter ac duobus proxime antecedentibus vocabulis copiose disputavit Wetstenius N. T. T. I. p. 758.

'ΑΤΑΚΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω. Vox a re militari desumta, in qua notat *ordines deserere, non servare, ducibus immorigerum esse,* et de militibus usurpatur, qui quocunque modo ea, quæ sui sunt officii, negligunt. Confer Olearium de Stilo N. T. p. 83 seq. Wesseling. ad Diod. Sic. p. 636. et Lamb. Bos. Observv. Miscell. Crit. cap. XVII. Deinde vero ad *omnem* transfertur, *qui officio suo non fungitur, munus suum non recte obit,* seu παραλείπει τι τῶν τεταγμένων, ut explicata hæc vox a Xenoph. Cyrop. VIII. 6. 8. reperitur. 2 Thess. III. 7. οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν inter vos in muneris mei partibus non negligens fui. Sic etiam legitur apud Xenoph. Œconom. V. 15. ubi ἀτακτοῦντες opponuntur τοῖς ποιοῦσιν, ἃ δεῖ ποιεῖν. Philostratus de Vit. Sophist. I. c. 25. s. 6. ὥσπερ τῶν παίδων οἱ τὰς τῶν διδασκάλων πληγὰς, εἴ τι ἀτακτήσειαν, δεδιότες.

"ΑΤΑΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie dicitur *miles, qui ordinem suum stationemque deserit,* aut, *qui inordinatim incedit,* aut *omnino contra jussum imperatoris se gerit.* Sic v. c. apud Xenoph. Œconom. VIII. 4. ἄτακτος στρατιὰ est exercitus inordinatim incedens et opponitur § 6. τῇ στρατιᾷ τεταγμένῃ, et ab Ælian. V. H. XIV. 46. perturbatio, in hostium acie facta, ἀταξία vocatur. 2) *qui omnem disciplinam negligit, qui nullis legibus humanis pariter ac divinis teneri se patitur, refractarius, qui incompositis est moribus.* 1 Thess. V. 14. νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους admonete, qui contra ordinem divinitus præscriptum agunt. Sæpius in N. T. non legitur. Confer Perizon. ad Ælian. V. H. XIV. c. 48. et Wetstenii N. T. T. II. p. 306. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄτακτος, *inordinatus, petulans.*

'ΑΤΑ'ΚΤΩΣ. Adverbium. 1) proprie: *inordinate, nulli ordini adstricte, sine ordine ac incomposite, vago quodam modo.* Adverbium hoc in Bielii Thesauro omissum apud Symm. 2 Reg. IX. 20. respondet Hebr. בְּשִׁגָּעוֹן *in temeritate,* ubi ἀτάκτως ἄγει notat, *præceps graditur, incitato cursu s. rapide incedit.* Exempla vide apud Foësium Œconomia Hippocr. p. 66. 2) *neglecta omni disciplina, non convenienter legibus humanis et divinis.* 2 Thess. III. 6. ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος uniuscujusque, qui, neglecta disciplina christiana, incontinenter vivit. ibid. v. 11. ἀκούομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως audivimus autem, esse inter vos, qui licentius paulo vivant. Isocrates ad Nicoclem. p. 46. (ed. Wolfii 1594. in 8.) μὴ τοὺς μὲν ἄλλους ἀξίου κοσμίως ζῆν, τοὺς δὲ βασιλέας ἀτάκτως.

"ΑΤΕΚΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui est sine liberis, improles, orbus, sterilis,* ex α priv. et τέκνον *filius.* Luc. XX. 28. καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ. ibid. v. 29 et 30. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XVI. 4. Alexandrini usi sunt pro שַׁכֻּלָה Jerem. XVIII. 21. et שְׁכוּלָה Ies. XLIX. 21. Hesych. ἄτεκνος· ἄγονος. Gloss. Vett. ἄτεκνος· *orbus, sine liberis, sterilis, improles.*

'ΑΤΕΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *intentis oculis aliquem aspicio, intentos oculos in aliquem defigo,* et ex adjuncto: *impavide ac sine metu aliquem aspicio.* (ab ἀτενὴς *intentus,* quod est ex α conjunctivo et τείνω *extendo, intendo.*) Construitur cum dativo vel cum accusativo et præpositione εἰς, (Polyb. VI. 11. 7) et positum est elliptice pro ἀτενίζω τοῖς ὀφθαλμοῖς (Philostrat. p. 848. extr.) aut τοῖς ὄμμασι, ut plene legitur apud Themistium Orat. II. p. 31. σφόδρα ἐπιθυμοῦντες τοῖς ὄμμασιν ἀτενίσαι εἰς τὸν Θεόν. et in codicibus quibusdam N. T. Act. III. 2. Luc. IV. 20. καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ et omnium interim auditorum oculis in ipsum intuentibus. ib. XXII. 56. Act. I. 10. καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ et cum illum abeuntem oculis sequerentur. ib. III. 4. ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν, ubi in uno codice ἐμβλέψας legitur. v. 12. VI. 15. VII. 55. ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανόν. 2 Cor. III. 7, 13. Hesych. ἀτενίζει· προσέχει, βλέπει. Alberti Gloss. N. T. p. 62. ἀτενίζοντες· ἀτενὲς βλέποντες. Etym. M. τὸ πάνυ βλέπω καὶ ἐκτείνω καὶ λίαν ἐπισταμένως ὁρῶ.

"ΑΤΕΡ, *sine, absque.* Adverbium, quod construitur cum genitivo, et in N. T. bis occurrit. Luc. XXII. 6. ἄτερ ὄχλου absque tumultu. ibid. v. 35. ἄτερ βαλαντίου absque crumena. 2 Macc. XII. 15. ἄτερ κριῶν καὶ μηχανῶν ὀργανικῶν. Homer. Il. γ', 370. Od. η', 325. Pertinet hæc particula, ut bene observavit Glassius in Philologia Sacra p. 508. ed. Dathii, ad illud particularum genus, quæ, cum Latine præpositiones exprimant, in Græco sermone ad adverbia referuntur. Hesych. ἄτερ· χωρὶς, ἄνευ, ἐκτός.

'ΑΤΙΜΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) *ignominiose tracto, contumelia afficio, quocunque modo hoc fiat, sive verbis, sive gestibus, sive re ipsa.* Luc. XX. 11. οἱ δὲ κἀκεῖνον δείραντες καὶ ἀτιμάσαντες. coll. Matth. XXII. 6. Act. V. 41. ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι quod digni habiti essent, qui propter religionem christianam flagris cæderentur, coll. v. 40. Suid. ἀτιμῆσαι· ἀτίμως ὑβρίσαι. 2) *contemno, dehonesto, honore privare conor, aspernor, cum contemtu rejicio.* Suid. ἀτιμάζω· τὸ καταφρονῶ, τὸ ἀναδύομαι. Joh. VIII. 49. καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με et vos omni modo honori meo detrahere conamini. Rom. I. 24. τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ut dehonestarent sua inter se mutuo corpora. ibid. II. 23. διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις. violatione præceptorum divinorum denegas Deo honorem et obsequium debitum. Jacob. II. 6. ὑμεῖς δὲ ἠτιμάσατε τὸν πτωχὸν et vos contemtim haberetis pauperes nec iis lites vestras dijudicandas permitteretis. Sirac. VIII. 5. ἵνα μὴ ἀτιμάζωνται οἱ πρόγονοί σου. v. 7. μὴ ἀτιμάσῃς ἄνθρωπον ἐν γήρει αὐτοῦ. X. 32. Æschylus Prometh. Vinct. v. 207 et 789. μηδ' ἀτιμάσῃς λόγους.

'ΑΤΙΜΑ'Ω, ῶ, fut. άσω. et 'ΑΤΙΜΟ'Ω, *contumelia afficio, ignominiose tracto, quocunque modo hoc fiat, dedecoro.* Semel legitur in N. T. Marc. XII. 4. καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον dimiserunt contumelia affectum. Schol. Sophocl. in Ajac. Fl.

1148. ἀτιμάζω, τὸ καταφρονῶ· ἀτιμῶ, τὸ ἄτιμον ποιῶ.

'ΑΤΙΜΙ'Α, ας, ἡ, 1) *ignominia, contumelia, infamia, qua aliquis afficitur.* 2 Cor. VI. 8. διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας sive gloria sequatur, sive ignominia afficiar et contemtu. Respondet Hebraico כְּלִמָּה Jerem. III. 25. et קָלוֹן Ps. LXXXIII. 16. Hos. IV. 7. in vers. Alexandrina. Sirac. V. 15. δόξα καὶ ἀτιμία ἐν λαλιᾷ. Xenoph. de Vectigal. II. 2. 2) *dedecus, turpe, indecens, indecorum.* Rom. I. 26. πάθη ἀτιμίας pro πάθη ἄτιμα affectus fœdissimi et turpissimi. 1 Cor. XI. 14. ἀνὴρ ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι si vir comam alit, indecore agit. 3) *status et conditio vilis et deterior.* 1 Cor. XV. 43. σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ pro σπείρεται σῶμα ἄτιμον humatur corpus humile et vile, ubi opponitur τῇ δόξῃ, et cum ἀσθένεια permutatur. Eodem sensu legitur in epistola Jerem. v. 24. ubi de idolis sermo est, quæ dicuntur ἐνδεικνύμενοι τὴν ἑαυτῶν ἀτιμίαν τοῖς ἀνθρώποις, h. e. interprete Vulgato, ostendunt suam ignobilitatem hominibus. 4) *usus minus honestus et nobilis.* Rom. IX. 21. ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν alia vasa ad honestos, alia vero ad minus honestos usus adhibenda. Idem legitur 2 Tim. II. 20 coll. Sapient. XV. 7. τὰ τῶν καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη, τὰ δ' ἐναντία. In loco 2 Cor. XI. 21. ubi leguntur verba: κατὰ ἀτιμίαν λέγω, ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν, ἀτιμίαν esse arbitror idem, quod ἀφροσύνην v. 1. et in notione *jactantiæ, ostentationis* accipiendum esse, quæ ita dicitur, quia indigna est viro gravi et honesto, ut adeo verba κατὰ ἀτιμίαν λέγω reddenda sint: *Jam paululum jactabunde loqui mihi liceat.*

"ΑΤΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie 1) apud Græcos, sed admodum raro, *is* dicitur, *qui censuram effugit, qui judicum severitatem evasit,* v. c. apud Dionys. Halic. XI. extr. quem locum adduxit Schwarzius in Commentar. L. Gr. p. 212. 2) *ignominia et contumelia affectus,* v. c. apud Eurip. Phœniss. v. 640. Xenoph. de Rep. Athen. III. 13. ubi ἄτιμος dicitur, qui jus civitatis, opes, honores amisit, qui in exilium mittitur. 3) *contemtus, illaudatus, ignobilis, qui nullo est in honore et pretio, qui nullo loco et numero est,* ὁ μὴ ἔχων τιμήν, Hesychio interprete. Matth. XIII. 57. οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος, nuspiam doctor magis contemnitur. Marc. VI. 4. 1 Cor. IV. 10. ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι vos estis nobiles, nos autem ignobiles. ibid. XII. 23. καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος membra corporis, quæ vilipendimus nec adeo magni facimus. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. de Vectig. IV. 10. χρυσίον ὅταν πολὺ παραφαίνῃ, αὐτὸ μὲν ἀτιμότερον γίγνεται. Joseph. A. J. V. 6. 4. τοῦ δὲ 'Ασιανοῦ παντὸς τὸ 'Ισραηλιτῶν ἐστιν ἰδεῖν νῦν ἀτιμότερον γεγενημένον. Callimach. Hymn. in Delum v. 131. Hebr. נִבְזֶה Ies. LIII. 3. et נִקְלֶה ib. LVII. 4.

'ΑΤΜΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) *halitus, omnis exhalatio, qualiscunque et undecunque sit,* interdum etiam *fumus,* et omnino respondet Latino *vapor,* quod non semper *humorem, caloris vehementia evectum,* German Dampf, *vapour,* sed interdum *ipsum ardorem et æstum identidem per se ipsum repercussum* notat, ut ex Curtio IV. c. 7. s. 6. VI. 6. 28. probavit Schwarzius in Comment. Gr. L. p. 212. Adde Irmisch. ad Herodian. I. 6. 4. p. 196. Hinc ἀτμίζειν, *fumare, vapores exhalare,* quod legitur apud Xenoph. Anab. IV. 5. 12. Act. II. 19. καὶ ἀτμίδα καπνοῦ et fumum densum, seu fuliginem fumi. Gloss. Gr. N. T. p. 63. Alberti ad h. l. ἀτμίδα, τὴν ὀσμήν. Sirac. XXII. 30. πρὸ πυρὸς ἀτμὶς καμίνου καὶ καπνός. ib. XXIV. 21. ὡς λιβάνου ἀτμίς. Etym. M. ἀτμίς· καπνὸς, ἀτμὸς, πνοή. Suid. ἀναθυμίασις· ἄχρον πυρός. Hesych. ἀπαύγασμα, (Sapient. VII. 25.) πνοή. Jam quia vapor et fumus, in aëre ascendens, tandem evanescit et perit, hinc ἀτμίς, ut Hebraicum הֶבֶל (Psalm. XXXIX. 6. Cohel. I. 2, 14.) 2) metaphorice *omne, quod est fluxum, caducum et incertum* significat. Sic legitur in N. T. Jacob. IV. 14. Quid est vita vestra? ἀτμὶς γάρ ἐστιν ad exiguum apparens et brevi evanescens. Confer Job. VII. 16. Cohel. VI. 12.

"ΑΤΟΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *qui dividi et dissecari non potest, individuus,* ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum, ex α priv. et τέτομα, perf. med. verbi τέμνω *seco.* Hinc ἄτομοι et ἄτομα dicta sunt *corpuscula minutissima et tenuissima, quæ sectione dividi nequeunt, et quæ per fenestras ac spiracula jubar solis ingrediens sursum atque deorsum sibi inerrantia passim ostendit.* Theodoret. Therapeut. Disp. IV. Opp. T. IV p. 795. ed. Hal. ἄτομα — οἱ δὲ ὠνομάσθαι φασὶν διὰ τὸ ἄγαν σμικρὸν, ἅτε δὴ τομὴν καὶ διαίρεσιν δέξασθαι οὐ δυνάμενον. καλοῦσι δὲ οὕτω τὰ σμικρότατα ἐκεῖνα καὶ λεπτότατα σώματα, ἃ διὰ τῶν φωταγωγῶν εἰσβάλλων ὁ ἥλιος δείκνυσιν ἐν ἑαυτῷ ἄνω καὶ κάτω πλανώμενα. Hesych. ἄτομα· λεπτὰ, τομὴν μὴ δυνάμενα λαβεῖν. Hinc metaphorice 2) sumitur *pro temporis spatio brevissimo, momento, quod adeo breve est, ut dividi nequeat.* Sic semel in N. T. legitur, 1 Cor. XV. 52. ἀλλαγησόμεθα ἐν ἀτόμῳ (scil. χρόνῳ) καὶ ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ mutabimur momento et jactu oculi. Theophyl. ad h. l. ἐν ἀτόμῳ, ἐν ἀκαριαίῳ χρόνῳ καὶ ἀμερεῖ. Hesych. ἐν ἀτόμῳ· ἐν ῥιπήματι, ἐν τάχει. Alberti Gloss. N. T. p. 136 et 197. ἐν ἀτόμῳ· ἐν τάχει, ἐν ῥυζήματι. Vide præter Valckenarii Anim. in Ammonium s. h. v. Suicer. Thess. Eccles. T. I. p. 570.

"ΑΤΟΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie, vi etymologiæ, *qui non habet fixum locum,* seu *sedem, cui locus non est relictus.* Est enim ex α priv. et τόπος. Hinc 2) metaphorice *absonum,* seu, *quod est alienum a loco et tempore, et rationi non consentaneum, inconveniens, importunum* significat, τὸ μὴ καθῆκον τῷ τόπῳ. Etym. M. ἄτοπον ἀντὶ τοῦ ἀλόγου τάττεται. Sic legitur apud Ælian. V. H. II. 8. Polyb. X. 24. 3. 3) *quod est novum, insolitum et inexspectatum,* παράδοξον, ξένον καὶ θαυμαστὸν, ut ab Hesychio et Suida explicatur. Sic legitur apud Thucyd. Lib. III. c. 38. ubi opponuntur sibi invicem τὰ ἄτοπα et τὰ εἰωθότα. ib. II. 49. Plat. Crit. § 2. ὡς ἄτοπον τὸ ἐνύπνιον, ubi conf. Fischeri notas. 4) *scelestus, impius,* qui facit, quæ sunt indigna homine, ratione prædito, et religionis præceptis contraria. 2 Thess. III. 2. ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων ut eripiamur potestati hominum flagitiosorum et improborum. Athenæus VII. pag. 279. D. Hesych. ἄτοπον. ἐχθισμον, πονηρὸν, αἰσχρόν. Neutrum τὸ ἄτοπον, sc. πρᾶγμα, *quod est rationis rectæ et religionis dictamini non consentaneum, facinus, scelus.* Luc. XXIII. 41. οὐδὲν ἄτοπον (in aliis codd. πονηρὸν e glossemate legitur) ἔπραξεν nullum scelus commisit. Syrus: ܣܢܝܐ detestabile. Hesych. ἄτοπα· πονηρὰ, αἰσχρά. In vers. Alex. non solum Hebr. אָוֶן Job. IV. 8. XI. 11. Prov. XXX. 20. respondet, sed etiam pro יַרְשִׁיעַ Job. XXXIV. 12. Alex. ἄτοπα ποιεῖν posuerunt. Diog. Laërt. II. c. 8. Polyb. V. 11. Sext. Empir. Hypot. III. 24. ubi

cum παράνομον et ἄδικον permutatur. Hinc ἀτοπία *omnem vitiositatem* (Judith. XI. 12.) notat, monente Ernesti in Glossar. Polyb. s. h. v. 5) τὸ ἄτοπον *malum, incommodum, detrimentum, noxium.* Act. XXVIII. 6. cum viderent μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον nihil inde detrimenti ei enasci. Vulgatus: *nihil mali in eo fieri.* Similis locus est 2 Maccab. XIV. 23. Νικάνωρ ἔπραττεν οὐδὲν ἄτοπον. Joseph. A. J. VIII. 14. 4. et XI. 5. 2. — Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄτοπος, *facinorosus, flagitiosus, absurdus, inconsequens.* Conf. Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

'ΑΤΤΑ'ΛΕΙΑ, ας, ἡ, *Attalia.* Urbs Pamphyliæ in Asia maritima, quæ Lyciæ finibus proxima erat, unde interdum et Lyciæ attribui solet a geographis antiquioribus. Teste Strabone (XIV. p. 983.) a conditore suo, *Attalo Philadelpho,* rege Pergami, nomen sortita est. Hac destructa, alia haud procul ab ea condita est, quæ hodie a Turcis *Antali* vocatur. Confer Wesseling. ad Antonin. Itinerarium p. 670 et 679. et Wetstenium N. T. T. II. pag. 546. Semel memoratur in N. T. Act. XIV. 25. κατέβησαν εἰς 'Αττάλειαν.

ΑΥΓΑ'ΖΩ, fut. άσω, *splendeo, illucesco, fulgeo, affulgeo,* ab αὐγὴ *splendor.* Semel tantum in N. T. et quidem metaphorice usurpatum legitur 2 Cor. IV. 4. εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ non splendeat ipsis lux evangelii gloriæ Christi, h. e. ne congnoscant præstantiam religionis christianæ. Hesych. αὐγάζομαι· βλέπω. (Eurip. Bacch. 586.) — αὐγάζουσα ὁρῶσα. Hom. Il. XXIII. 458.

ΑΥΓΗ', ῆς, ἡ, 1) *splendor, lumen, radius lucis,* ab αὔω *splendeo.* In vers. Alex. respondet Hebraico נֹגַהּ Ies. LIX. 9. Hesych. αὐγή· (χρεία) λαμπρότης καὶ φῶς. 2 Macc. XII. 9. ὥστε φαίνεσθαι τὰς αὐγὰς τοῦ φέγγους εἰς τὰ 'Ιεροσόλυμα. Xenoph. Mem. IV. 7. 7. ἄνευ ἡλίου αὐγῆς. 2) *diluculum matutinum, prima lux,* ita, ut omissum sit vel ἡλίου vel ἡμέρας. Sic legitur in N. T. Act. XX. 11. ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς verba faciens usque ad diluculum. Polyæn. IV. p. 386. κατὰ τὴν πρώτην αὐγὴν τῆς ἡμέρας. Sæpius non legitur in N. T. Confer Ruhnk. ad Timæum p. 264.

ΑΥ'ΓΟΥΣΤΟΣ, ου, ὁ, *Augustus.* Cognomen Julii Cæsaris Octaviani, Romanorum secundi imperatoris, qui fuit filius senatoris Octavii et Acciæ, filiæ Juliæ, sororis C. Julii Cæsaris, qui inter reliquos imperatores non solum diutissime, sed etiam felicissime imperio Romano præfuit. Natus est A. U. C. 691. Cicerone et Antonio Coss. Obiit Nolæ A. C. XIV. Æt. LXXVI. Imperii LVII. Anno ejus XLII. imperii Jesus Christus Bethlehemi natus est. Nomen Augustus accepit a senatu Romano, teste *Floro* (IV. 12.), vel ob pacem, orbi Romano restitutam, ejusque finium dilatationem, quasi *augens imperium* dictus, vel per assentationem, quia *Augustus* apud Latinos in universum *sanctum, venerabilem et summo honore dignissimum,* quem Græci σεβαστὸν (Conf. Pausaniam III. 11.) vocant, significat, (Vett. Gloss. *Augustus,* σεβαστὸς, ἱερός.) ab *augere,* quod olim de hostiis, mola salsa respersis, et diis immolandis et consecrandis adhibebatur. Certe hæc fuit sententia Dionis Cassii Lib. LIII. ubi de hac appellatione hæc habet: ἀλλὰ Αὔγουστος, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὤν, ἐπεκλήθη. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα αὔγουστα προσαγορεύεται. Idem tradit Pausanias III. 11. τὸ δὲ ὄνομα εἶναι τούτῳ Αὔγουστος, ὃ κατὰ γλῶτταν δύναται τῶν 'Ελλήνων Σεβαστός. Suet. in Octav. c. 7. Exinde factum est, ut postea singuli ac universi imperatores Romani, uti a Julio Cæsare *Cæsares,* ita ab Augusto *Augusti* salutarentur. Semel in N. T. memoratur Luc. II. 1.

ΑΥΘΑ'ΔΗΣ, εος, ὁ, ἡ, *qui sibi nimis placet et plaudit, suos tantum sensus et consilia sua sequitur, et reliquos omnes alto supercilio contemnit,* et ex adjuncto: *insolens, arrogans* et *jactabundus,* ex αὐτὸς et ἁδέω *placeo.* Conf. Theophrast. Char. 16. et ibi Casaubon. et Fischerum ad Platonis Apolog. Socr. sect. 23. Legitur in N. T. tantum Tit. I. 7. oportet episcopum esse μὴ αὐθάδη, et 2 Petr. II. 10. τολμηταὶ αὐθάδεις temerarii atque sibi unice placentes. In vers. Alex. bis tantum occurrit pro עַז *durus, sævus.* Genes. XLIX. 3, 7. et יָהִיר *arrogans, temerarius.* Prov. XXI. 24. Hesych. αὐθάδης· ὑπερήφανος, θυμώδης, παράνομος, αὐτάρεστος, seu αὐτάρεσκος. Suid. αὐθάδης· αὐτάρεσκος, θυμώδης, θρασὺς, ὑπερόπτης. Gloss. Vet. apud Labbæum: αὐθάδης, *sibi placens, insolens.* Dionys. Hal. Ant. II. 12. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 368.

ΑΥΘΑΙ'ΡΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ. Apud Græcos et active et passive usurpatur, et de rebus æque ac personis adhibetur, ut αὐθαίρετος sit: *qui volens et sponte aliquid facit aut patitur, voluntarius, spontaneus;* αὐθαίρετον autem significet, *quod sponte fit, quod quis volens patitur, et ab arbitrio pendet.* Compositum est ex αὐτὸς *ipse,* et αἱρέομαι *eligo.* Xenoph. Anab. V. 7. 17. οἱ αὐθαίρετοι στρατηγοὶ qui sponte sibi munus ducis arrogaverunt. Ælian. V. H. III. 26. αὐθαίρετος φυγὴ voluntarium exilium. Polyb. II. 21. 6. Adde Pollucis Onom. I. 156. III. 67. Bis tantum legitur in N. T. 2 Cor. VIII. 3. ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι supra vires sponte sua contulerunt. ib. v. 17. αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς ὑμᾶς spontaneus ad vos profectus est. Hebr. נָדִיב in Symmachi reliquiis Ex. XXXV. 7. respondet. Hes. ἑκούσιος. Phav. αὐτόβουλος. Suid. αὐτεπάγγελτος. Gloss. N. T. Fabric. pag. 143. ἑκὼν, ἑλόμενος, ubi conferendus Alberti. Gloss. Vet. apud Labbæum: αὐθαίρετος, *voluntarius, spontalis.*

ΑΥΘΕΝΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *auctoritate polleo, pro auctoritate ago;* etiam in partem deteriorem: *imperium affecto, auctoritatem in aliquem usurpo.* Hesych. αὐθεντεῖν· ἐξουσιάζειν, ubi vide Alberti notas. Construitur cum genitivo, et legitur 1 Tim. II. 12. οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς aut auctoritatem s. imperium sibi in maritos arrogare. (Diod. Sic I. c. 27. κυριεύειν τὴν γυναῖκα τἀνδρός. Hinc ortum suum traxit vox αὐθέντης, quæ apud antiquiores quidem scriptores *eum* significat, *qui sua se manu interficit;* (Harpocrat. ὁ αὐτόχειρ, ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν, ubi vid. Vales. Eurip. Androm. v. 172. Schol. Sapient. XII. 6. quem Sophocles. in Œdipo Tyr. 106. dixit αὐτοέντης, sc. χειρί,) apud recentiores vero de *eo* usurpatur, *qui imperium habet, et pro auctoritate agit,* ἐξουσιαστὴς, ut Hesychius interpretatur, v. c. Eurip. Supplic. v. 442. δῆμος αὐθέντης χθονὸς populus princeps terræ. Schol. ad Thucyd. III. c. 58. αὐθένται κυρίως οἱ αὐτόχειρες καὶ οἱ πολέμιοι. οἱ δὲ νῦν, αὐθέντας τοὺς κυρίους καὶ δεσπότας. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 326. ac Budæum in Comment. L. Gr. p. 813 seq. Gloss. Vet. apud Labbæum: αὐθεντῶ, *auctoro.*

ΑΥΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *tibia cano,* ab αὐλὸς *tibia.* Matth. XI. 17. Luc. VII. 32. ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε tibiis cecinimus vobis, seu, *concentum lætum edidimus vobis,*

(Herodot. VI. c. 129. Æsopi Fab 130.) sed non saltastis; de quo loco videndus Vorstius in libro de Adagiis N. T. c. XI. p. 815. 1 Cor. XIV. 7. πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον; quomodo dignoscetur, quale sit, quod tibia canitur? Sæpius non legitur in N. T. libris.

ΑΥ'ΛΗ', ῆς, ἡ. Olim, inprimis Homeri ætate, αὐλὴ 1) dicebatur *omnis locus subdialis, apertus et vento expositus*, ab ἄω *flo*, quia a ventis perflatur. Athenæus Deipnosoph. L. V. c. 2. p. 189. διαπνεόμενος τόπος αὐλὴ λέγεται, ubi vid. Casaubonus. Eadem notio obtinet in N. T. v. c. Apoc. XI. 2. καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ atrium exterius templi (2 Chron. XXIII. 5. Ezech. X. 5.) spatium extra templum, quod tecto nullo tegitur, sed tamen muris inclusum erat. Phavor. αὐλή· ὁ περιτετειχισμένος καὶ ὕπαιθρος τόπος. 2) *prima ædium pars, subdiale in ædibus opulentiorum maxime aut principum spatium, atrium*, seu *area ante magnas ædes, vestibulum ædium, porticu circumdatum*. In ædibus ditiorum autem memoratur a scriptt. N. T. duplex aula, προαύλιον et αὐλή. Προαύλιον Latino *vestibulum* respondet et *exteriorem aulam* significat; αὐλὴ autem est *interior aula ante ædes*, quæ Latinis *atrium* dicebatur, contra antiquiorum Græcorum usum loquendi, quibus αὐλὴ proprie idem significat, quod προαύλιον, nempe locum ante januam vacuum et inter fores ædium ac viam medium. Conf. Perizonius ad Ælian V. H. III. 4. et Grævii Lect. Hesiod. cap. 16. Matth. XXVI. 58. ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως ad atrium pontificis, coll. v. 69. ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ. Marc. XIV. 54. 66. coll. v. 68. Luc. XXII. 55. Joh. XVIII. 15, 16. Alexandrini haud raro voce αὐλὴ usi sunt pro חָצֵר 1 Chron. IX. 22, 25. 2 Chron. IV. 9. XXXIII. 5. et חָצִיר *atrium* Ies. XXXIV. 13. Jam, quia in ejusmodi loco subdiali ante ædes antiquis temporibus pecudes continebantur et stabulari solebant, factum est, ut αὐλὴ 3) diceretur *stabulum, caula, mansiones*, ὕπαιθροι τόποι, *in quibus oves, capræ et alia pecora minora stabulantur, ovile*. Homer. Iliad. IV. 433. Joh. X. 1. εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων. ibid. v. 16. ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, ubi metaphorice usurpatur hoc sensu: alios præterea mihi destinavit Deus sectatores, qui non sunt e populo Judaico. Hesych. αὐλῆς· ἐπαύλεως. Idem: αὐλὴν, κοίτην, ἐπαυλισμόν. Gloss. αὐλὴ τῶν προβάτων, *stabulum*. Pollux. Onom. I. 247. 4) per synecdochen partis pro toto, *domus, ædificium*, speciatim: *arx, palatium, regum et magnatum ædes*, quia opulentiorum domus habebant ejusmodi locum subdialem. Athenæus l. l. νῦν καὶ τὰ βασίλεια λέγουσιν αὐλάς. Suid. αὐλή· ἡ τοῦ βασιλέως οἰκία. Matth. XXVI. 3. εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως. Luc. XI. 21. φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλὴν arcem suam custodit. Eurip. Phœn. v. 1561. Æschin. Dial. III. 19. αὐλὴ Διός. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 6. 27. p. 178.

ΑΥ'ΛΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *tibicen, qui tibia canit*, ab αὐλέω *tibia cano*. Duplici autem modo hæc vox usurpatur in N. T. pro diverso tibiarum usu. Cantabat nempe fanis, cantabat tibia ludis apud veteres, ut verbis Ovidii utar, et ideo αὐλητὴς *tibicen* dicebatur, *qui in hilaritate et conviviis tempestivis adhibebatur*. Apoc. XVIII. 22. φωνὴ αὐλητῶν καὶ σαλπιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. Cantabat autem etiam mœstis tibia funeribus, (Ovid. Fast. VI. 660.) unde αὐληταὶ κατ' ἐξοχὴν *tibicines* vocantur, *qui in funeribus adhibebantur* (Joseph. B. J. III. 9. 5.), *cantu suo lugubri hominum, ad funus convenientium, animos ad mœrorem et lacrymas commovebant, et pompam præeundo cohonestabant*. Vestigia hujus ritus apud Judæos, qui ex gentilium imitatione ad eos derivatus vulgo esse creditur, deprehenduntur tum in Talmude, tum in Maimonide. Cf. Buxtorf. Lexic. Talmud. p. 1524. Geier de Hebræorum Luctu c. 5. § 16. p. 75. et et Kirchmann. de Funeribus Romanor. II. 5. Hinc lucem fœneratur locus Matth. IX. 23. ubi αὐληταὶ in domo Jairi, principis synagogæ, filiam ejus mortuam ad tibiam reperiuntur mœrentes, lacrymantes ac miserantes, κλαίοντες καὶ ἀλαλάζοντες, ut legitur in loco parallelo Marc. V. 38. Conf. ad h. l. I. Z. Hilligeri D. de tibicinibus in funere adhibitis. Viteb. 1717. 4. et Bartholinum de Tibiis Veterum cap. 15.

ΑΥ'ΛΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, est omnino *commorari, versari in aliquo loco quovis tempore et quacunque ratione*; unde apud Xenoph. Anab. IV. 3. 1. ταύτην τὴν ἡμέραν ηὐλίσθησαν, et ibid. c. 1. 8. ταύτην τὴν νύκτα ηὐλίσθησαν. Aristot. H. A. IX. 32. Dionys. Halic. VIII. 19. Interdum tamen αὐλίζομαι, per se positum, *pernoctare, noctem transigere in aliquo loco* significat, v. c. apud Apollodor. Bibl. II. 5. 10. Alexandrini sæpe usi sunt pro לִין (Jud. XIX. 15, 20. 2 Sam. XII. 16.) æque ac שָׁכַן (Job. XI. 14. XV. 28.) In N. T. bis legitur. Matth. XXI. 17. καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ ibique pernoctavit. Luc. XXI. 37. τὰς δὲ νύκτας ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος noctu vero versabatur in monte. Vulgatus: *morabatur*. Herodot. III. 110. Hesych. αὐλίζομαι· μένω, (Latinum *maneo*. Horat. Carm. I. 1. 25.) ἐνδιατρίβω. Gloss. Vet. αὐλίζομαι — *demoror, commoror*.

ΑΥ'ΛΟ'Σ, οῦ, ὁ, *tibia*, (secundum Plinium H. N. XVI. 36. ex calamo, seu arundine primum fabricata, serius autem ex auro, argento, orichalco, et aliis æris generibus, etiam buxo, loto aut cornu, teste Polluce Onom. IV. 9.) ab αὔω vel ἄω *flo*, quia instrumentum est, quod inflatur. Ejus usus erat et in lætis rebus, Matth. XI. 17. (Aristot. de Rep. VIII. 6 et 7.) et in luctu, Matth. IX. 23. interdum etiam ad canendum classicum adhibebatur. Conf. Lamb. Bos. Antiqq. Gr. p. 182. et Casp. Bartholinum de tibiis veterum I. c. 8. p. 104. (Ed. 2. Amst. 1679. 8.) In N. T. tantum legitur 1 Cor. XIV. 7. εἴ τε αὐλός. De hoc instrumento musico conferri meretur. Ez. Spanhem. in Notis ad Callimachum p. 466. et Eustathius ad Homer. Iliad. VI. p. 1157. Alexandrini usi sunt hac voce pro חָלִיל 1 Sam. X. 5. Ies. V. 12. et olim videtur αὐλὸς de *omni instrumento, quod inflatur*, in universum usurpatum fuisse. Hesych. αὐλός· κιθάρα ἢ σύριγξ.

ΑΥ'ΞΑ'ΝΩ, fut. αὐξήσω, et transitive et intransitive usurpatur apud Græcos scriptores pariter ac librorum N. T. auctores. Transitive si sumitur, significat *augere, incrementum dare et largiri, crescere, augeri et propagari jubere et facere*. Sic legitur apud LXX Genes. XVII. 6. Levit. XXVI. 9. Job. XLII. 10. ac Arrian. Diss. Epict. III. 22. 5. Intransitive autem si usurpatur, (ut Latinum *augere* apud Catull. Carm. XLIV. 324. Vide Interpretes ad Liv. III. 6.) est: *incrementum capere, crescere, augeri*, i. q. αὐξάνεσθαι. Diod. Sic. XVII. c. 105. p. 242. ed. Wessel. Pausan. Phocic.

c. 32. p. 881. Cf. Grævii Notas ad Luciani Solœcistam T. II. p. 734. Medium *αὐξάνομαι me augeo,* i. e. *cresco,* de quo legendus est Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 30. p. 217 seq. Non autem sufficit hanc universam notionem verbi *αὐξάνειν* et *αὐξάνεσθαι* tenuisse in explicandis singulis N. T. locis, in quibus pro contextæ orationis et subjectorum varietate multis modis adhibitum reperitur. Sic 1) ita ponitur, ut sit: *adolescere, ad adultam pervenire ætatem.* Luc. I. 80. *τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε* et puer adolevit. ib. II. 40. 2 Petr. II. 2. *ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε,* ubi tamen sensu metaphorico accipiendum erit de *perfectione christiana,* ad quam christiani aspirantes haud raro cum *viris adultis* in N. T. comparantur. Ælian. V. H. II. 7. *αὐξηθὲν βρέφος.* Æschines Dial. III. 17. Antigon. Caryst. Hist. M. c. 107. *αὐξανομένων δὲ τῶν νεοττῶν.* Gen. XXI. 8. *ηὐξήθη τὸ παιδίον.* 2) *crescere magnitudine, succrescere,* si adhibetur de plantis et arboribus. Matth. VI. 28. *τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει* lilia, quomodo succrescunt. ibid. XIII. 32. *ὅταν δὲ αὐξηθῇ* ubi vero succrevit. Marc. IV. 8. *ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα.* Luc. XII. 27. XIII. 19. 3) *crescere facere, incrementum largiri plantis et arboribus.* 1 Cor. III. 6. *ἐγὼ ἐφύτευσα, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν* ego plantavi, sed Deus incrementa dedit. ibid. v. 7. *ὁ αὐξάνων Θεός.* In utroque autem loco *αὐξάνειν* metaphorice *prospero successu juvare doctrinam ab aliquo traditam* significat. 2 Cor. IX. 10. *αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν,* h. e. augebit præmia liberalitatis vestræ. Ies. LXI. 11. 4) *crescere auctoritate, dignitate, potestate, opibus.* Joh. III. 30. *ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι* ejus auctoritas augeri, mea indies imminui debet. Conf. ad h. l. Palairet. In vers. Alex. transitive usurpatur, ut sit: *augere aliquem honoribus, opibus et commodis,* v. c. Job. XLII. 10. *ὁ Κύριος ηὔξησε τὸν Ἰώβ.* Jos. IV. 14. Confer quæ dixi in Spicilegio I. Lexici in Intt. Græc. V. T. post Bielium p. 20 seq. 5) *numero crescere, numerosum fieri.* Act. VII. 17. *ηὔξησεν ὁ λαὸς καὶ ἐπληθύνθη.* Conf. versionem Syriacam 1 Cor. III. 6. Genes. XVII. 6. Levit. XXVI. 9. 6) *propagari, dimanare latius,* si de *doctrina* sermo est. Act. VI. 7. *καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε* et doctrina christiana dimanavit latius. ib. XII. 24. *καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο.* Syrus bene: ܡܬܟܪܙܐ ܗܘܐ *prædicabatur.* Act. XIX. 20. *κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανε καὶ ἴσχυεν.* 7) metaphorice: *perfectiorem fieri, incrementa capere.* 2 Cor. X. 15. *αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν.* Ephes. IV. 15. *αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν* Christo juncti cognitione et virtute christiana perfectiores reddamur. Coloss. I. 10. *αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ.* 2 Petr. III. 18. *αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν.* Ælian. V. H. IV. 2. *αὐξῆσαι τέχνην.*

ΑΥ῎ΞΗΣΙΣ, *εως, ἡ, incrementum, augmentum,* ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum, ab *αὐξάνω cresco, incrementum capio.* Atticos scriptores voce *αὔξη* pro *αὔξησις* usos esse, Mœris et Thom. M. auctores sunt: *αὔξην Ἀττικῶς, αὔξησιν Ἑλληνικῶς.* Occurrit tamen apud Herodotum II. 13. Pindar. V. 37. et Theophrast. de Causis Plantarum XI. c. 7. In N. T. bis legitur. Ephes. IV. 16. *τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται* indies majora incrementa capit cœtus christianorum. Col. II. 19. *αὔξει τὴν αὔξησιν Θεοῦ,* h. e. vel maxima incrementa capit ecclesia christiana, ut *Θεοῦ* superlativi indicandi causa additum sit, vel, augetur christianorum numerus, ita, ut Deus hoc incrementum largiatur. Ælian. V. H. XIII. 3. *αὔξησιν δὲ οὐκ ἐλάμβανεν.* Phavor. *αὔξησις, ἐπὶ ἀνθρώπων ἢ ζώων ἢ ἑτέρων τινῶν. αὔξη δὲ καὶ βλάστη, ἐπὶ μόνων τῶν φυτῶν. καὶ αὔξησις κίνησις περὶ τὸ τέλειον μέγεθος.*

ΑΥ῎ΞΩ, idem quod ΑΥ῎ΞΑ΄ΝΩ *cresco,* quod vide Conf. Thom. M. Eclog. sub *αὔξειν.* In N. T. bis legitur. Ephes. II. 21. *ἡ οἰκοδομὴ αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον* ædificium surgit in templum Dei, seu metaphorice, in dies crescit christianorum numerus. Nam *αὔξειν* æque ac *αὐξάνειν,* de ædificiis usurpatum, *paulatim altius exsurgere* significat. Coloss. II. 19. *αὔξει τὴν αὔξησιν Θεοῦ.* Vide sub *αὔξησις.*

ΑΥ῎ΡΙΟΝ. Adverbium. 1) *cras, ἡ αὔριον,* scil. *ἡμέρα, dies proxime sequens, crastinus, posterus.* Luc. X. 35. *καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον,* scil. *ἡμέραν,* postridie. (Syrus: ܠܨܦܪܗ ܕܝܘܡܐ *ad auroram diei,* i. e. *postridie;* quo sensu etiam formula: في الغد, qua h. l. et alibi passim Arabs usus est, adhibetur. Uterque sine dubio *αὔριον* derivavit ab *αὔρα aura, ventus levior,* qui mane spirare solet. Vide Lud. de Dieu Crit. S. p. 455.) Act. IV. 3. *εἰς τὴν αὔριον* ad posterum diem. Gloss. *εἰς τὴν αὔριον, in crastinum.* ib. v. 5. *ἐπὶ τὴν αὔριον* postero die. ibid. XXIII. 15, 20. ut cras in synedrium deducat. XXV. 22. 2) ut Hebraicum מָחָר Gen. XXX. 33. *ἡ αὔριον ἡμέρα omne futurum tempus.* Matth. VI. 34. *μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον* ne anxie de futuro tempore solliciti sitis. *φροντίζειν εἰς αὔριον* legitur apud Athenæum Lib. VII. teste Casaubono in Notis ad h. l. Jacob. IV. 14. *οἵτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον* nescitis quid serus vesper vehat. 3) *brevi.* Matth. VI. 30. *καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον* et cito perituram. Luc. XII. 28. 1 Cor. XV. 32. *αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν* brevi moriemur. Sirac. X. 10. Arrian. Diss. in Epictet. III. c. 22. *δεδοικὼς μὴ οὐ σχῇς τροφὰς αὔριον.* Eodem modo מָחָר usurpatur Ies. XXII. 13. Idem valet de formula *σήμερον καὶ αὔριον,* quæ *brevissimum temporis spatium* significat, v. c. Luc. XIII. 32. *ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον* et per breve tantum tempus ægrotos sanaturum. ibid. v. 33. *πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον,* sc. *ἐπιτελεῖν ἰάσεις κ. τ. λ.* interim me oportet per breve illud tempus muneri mihi demandato satisfacere. Conf. Glassii Philologia S. p. 372. ed. Dathii.

ΑΥ῎ΣΤΗΡΟ΄Σ, *ὁ, ἡ, τὸ, austerus.* Est vocabulum Græcis et Latinis commune. 1) proprie est saporis, et significat, *quod acerbum saporem habet, qualis est fructuum non maturorum aut vini immaturi.* Dioscor. V. 6. *ὁ δὲ αὐστηρὸς* (scil. *οἶνος*) *οὐρητικώτερος.* Diog. Laërt. VII. 117. *οἶνος αὐστηρός,* ubi vid. Menagius. 2) metaphorice: *homo asper, tristis, severior et rigidior.* Ita bis in N. T. legitur. Luc. XIX. 21 et 22. *ᾔδεις ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπος αὐστηρός εἰμι.* In utroque loco Syrus habet ܩܫܝܐ *durus,* et in loco parallelo Matth. XXV. 24. *σκληρὸς* reperitur. 2 Macc. XIV. 30. *αὐστηρότερον διεξάγοντα συνιδὼν τὸν Νικάνορα πρὸς αὐτόν.* Diog. Laërt. VII. 26. *ἐρωτηθεὶς, διατί αὐστηρὸς ὢν ἐν τῷ πότῳ διαχεῖται.* Hesych. *αὐστηρός· σκυθρωπὸς, ξηρός.* Etym. M. *αὐστηρὸς παρὰ τὸ αὔω, τὸ ξηραίνω, ὁ μέλλων αὔσω, ἐξ οὗ αὐστηρὸς σημαίνει στρυφνὸν, ξηρὸν, αὐχμηρὸν, σκυθρωπόν.*

ΑΥ῎ΤΑ΄ΡΚΕΙΑ, *ας, ἡ,* 1) *abundantia, copia et affluentia omnium rerum, quibus opus est, sufficientia.* 2 Cor. IX. 8. *ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες* ut semper satis

opum et facultatum habeatis. 2) *animus sua sorte contentus.* 1 Tim. VI. 8. ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας pietas cum modestia seu moderatione animi conjuncta. Dionys. Halic. Ant. II. 74. Diog. Laërt. X. 130. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum: *αὐτάρκεια, sufficientia, frugalitas.*

ΑΥ'ΤΑ'ΡΚΗΣ, εος, ους, ὁ, ἡ, 1) proprie: *qui tantum habet, quantum satis est ad vitam suam sustentandam, nec adeo aliorum indiget auxilio, qui sibi sufficit.* Phavor. αὐτάρκης. αὐτοβόηθος, παρὰ τὸ αὐτὸς καὶ τὸ ἀρκῶ, βοηθῶ, ὁ ἑαυτῷ ἐπαρκῶν καὶ βοηθῶν. Idem: αὔταρκες· τὸ ἱκανῶς ἐξαρκοῦν. Sirac. V. 1. καὶ μὴ εἴπῃς, αὐτάρκη μοι ἐστι. XI. 24. XXXI. 25. 2) *par rei efficiendæ, idoneus.* Hesych. ἱκανός. Isocrat. Panegyr. c. 11. αὐτάρκης χώρα, h. e. terra, ad usus incolarum satis magna et apta, interprete Moro. Xenoph. Cyrop. IV. 3. 3. μὴ αὐτάρκεις ὄντες κτήσασθαι αὐτά. Mem. IV. 7. 1. αὐτάρκης ἐν ταῖς προσηκούσαις πράξεσι. Polyb. V. 55. 8. Cf. Irmisch. ad Herodian. I. 4. 10. p. 109. 3) *qui est sua sorte contentus, qui animo paucis contento præditus est.* Philip. IV. 11. ἐγὼ ἔμαθον ἐν οἷς εἰμὶ, αὐτάρκης εἶναι ego enim, quacunque conditione fuero, contentus esse didici. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XL. 18. ζωὴ αὐτάρκους ἐργάτου γλυκανθήσεται. Diog. Laërt. II. 24. de Socrate: αὐτάρκης ἦν καὶ σεμνός. Polyb. VI. 48. 7. Gloss. Vet. apud Labbæum: *αὐτάρκης, contentus.*

ΑΥ'ΤΟΚΑΤΑ'ΚΡΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *suopte judicio condemnatus, a se ipso condemnatus*, ex αὐτὸς et κατακρίνω *condemno.* Semel legitur in N. T. Tit. III. 11. ὢν αὐτοκατάκριτος suo judicio condemnatus, ut loquitur Cicero pro Cluentio c. 21. Optime Œcumenius ad h. l. ἢ ἀναπολόγητός ἐστιν, ἢ αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς οἰκείας συνειδήσεως κατακρινόμενος.

ΑΥ'ΤΟ'ΜΑΤΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *qui sponte aliquid facit, nullo alio interveniente aut impellente, spontaneus*, et de rebus æque ac personis adhibetur. Κατ' ἐξοχὴν vero de *eo* usurpatur, *quod sponte e terra nascitur nec humanæ operæ et culturæ debetur*, ut idem sit quod αὐτοφυὴς, inde τῷ סָפִיחַ *sponte natum, sponte crescens*, in vers. Alex. Levit. XXV. 5, 9. 2 Reg. XIX. 29. respondet. In N. T. bis tantum legitur. Marc. IV. 28. αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ vi naturali, vi quadam se ipsam movente, (aut *injussa*, ut Virgilius loquitur Georg. I. 53.) terra fructum fert. Act. XII. 10. ἥτις (scil. πύλη) αὐτομάτη (pro αὐτομάτως) ἠνοίχθη αὐτοῖς sponte se iis aperuit porta. Admodum delectati hac voce optimi Græci scriptores reperiuntur, v. c. Herodot. II. c. 94. Diod. Sic. I. 8. τοὺς αὐτομάτους ἀπὸ τῶν δένδρων καρπούς. Arrian. de Exped. Alex. VII. 4. 8. οἱ λειμῶνες νάρδον αὐτόματοι ἐκφέρουσι. Hesiod. Opp. 118. (qui locus lucem addit loco ex Marc. IV. 28.) Maxim. Tyr. Diss. XI. p. 68. Aristænet. I. Ep. 7. p. 34. Hesych. αὐτομάτη· ἑκουσία. — αὐτόματον· αὐτοφυές. Hinc natum est verbum αὐτοματίζω *sponte ago, altero inconsulto*, quod legitur apud Xenoph. Cyrop. IV. 5. 10. Gloss. Vet. apud Labbæum: *αὐτόματος, per se, injussus, sponte, ultroneus.*

ΑΥ'ΤΟ'ΠΤΗΣ, ου, ὁ, *qui ipse aliquid vidit, testis oculatus*, ex αὐτὸς et ὄπτομαι *video.* Semel in N. T. reperitur Luc. I. 2. οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται qui ab initio muneris Christi testes oculati fuerunt. Polyb. III. 4. Xenoph. Cyrop. V. 4. 9. Hesych. αὐτόπτης· θεατής.

ΑΥ'ΤΟ'Σ, ἡ, ὁ. Pronomen, usu frequentissimum, quo Alexandrini sæpe usi sunt pro הֵם, הוּא vel הֵמָּה. In N. T. autem est 1) Pronomen relativum, valens *ipse, ille, is.* Galat. III. 10. τοῦ ποιῆσαι αὐτὰ, scil. τὰ γεγραμμένα ἐν βιβλίῳ τοῦ νόμου. ibid. v. 12. ὁ ποιήσας αὐτὰ ζήσεται ἐν αὐτοῖς. ibid. IV. 17. Ephes. I. 7. etc. 2) Pronomen demonstrativum *hic, hæc, hoc*, ubi sermo est de re aut persona, sive sensibus, sive intellectu præsente. Matth. XXVI. 42. παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, pro τοῦτο, a Jehova hoc factum est; de quo loco vide Vorstii Philol. Sacr. cap. XI. pag. 282. ed. Fischeri. 1 Thess. IV. 10. ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφούς. 3) *ipsemet*, nostrum: selbst, *himself.* Matth. XXVII. 57. ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ qui ipse discipulus Christi erat. Luc. VI. 42. αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων ipsemet trabem in tuo oculo non animadvertens. ibid. XI. 46, 52. XXIV. 15. καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς συνεπορεύετο αὐτοῖς. Joh. IV. 2. Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν Jesus ipse neminem baptizabat, ubi nostro: in eigener person, *in one's proper person*, respondet. ibid. v. 44. Act. VIII. 13. X. 26. κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι. ibid. XXI. 24. Sic etiam *ipse* apud Latinos usurpatur, v. c. apud Cic. I. Tusc. 17. "Ego ipse cum eodem ipso non invitus erraverim." 4) reciproce ponitur pro *ego ipse, tu ipse, nos ipsi, se ipsum*, i. q. ἐμαυτὸς, σεαυτὸς, ἑαυτὸς, ἐγὼ, σὺ, ἡμεῖς, ὑμεῖς. Luc. XI. 4. καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν quemadmodum et nos remittimus. Matth. XXIII. 37. λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν et lapidas, qui ad te missi sunt. Luc. I. 45. ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ, pro σεαυτῇ seu σοι, quæ fidem habuisti promissionibus tibi datis. Ies. XLVII. 8. audi hoc הָאֹמְרָה בִּלְבָבָהּ loco בִּלְבָבֵךְ quæ cogitas tecum. Schol. Æschyl. ad Agamemnon. v. 1149. ἀμφὶ δ' αὐτὰς περὶ σεαυτῆς. Conf. Vorstii Philol. S. c. XXVI. p. 536 et 540. Matth. XXI. 45. ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει intellexerunt de se narrari hanc fabulam. Joh. XIII. 11. ᾔδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτὸν, pro ἑαυτὸν, noverat enim, qui ipsum traditurus esset. Hebr. XI. 21. προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Apoc. V. 10. καὶ ἐποίησας αὐτοὺς, pro ἡμᾶς, coll. v. 9. Vide Storr. Obss. ad Syntax. et Analog. Hebr. p. 391. ibid. XVIII. 24. ἐν αὐτῇ, pro ἐν σοι. coll. v. 23. et Genes. XLIX. 4 et 9. Thucyd. VII. c. 5. Conf. Georgii Hierocrit. N. T. P. I. p. 162. et Viger. de Idiotismis L. Gr. p. 162 seq. ed. Zeunii. Suid. αὐτός· ἀντὶ τοῦ ἐγώ. Hesychius: αὐτός· ἢ ἐγὼ, ἢ σὺ, ἢ ἐκεῖνος. 5) *solus, sejunctus ab aliis.* Marc. VI. 31. δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ vos soli, dimissis nempe cæteris. 2 Cor. XII. 13. αὐτὸς ἐγὼ ego solus. Lucian. Opp. T. I. p. 230. ed. Reisk. αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν, ubi videndus Tiberius Hemsterhus. Ælian. V. H. II. 39. et VII. 13. ubi vid. Gronov. Aristoph. Acharn. v. 506. ubi vid. Küsterus. Interdum autem μόνος additur, v. c. apud Æschin. Socr. Dial. II. 16. Eurip. Phœn. v. 1245. Confer Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 223. Non aliter apud Latinos *ipse* usurpatur, v. c. apud Liv. II. 54. 6) i. q. αὐτόματος *sua sponte, spontaneus.* Joh. XVI. 27. αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς Deus, vel me non commendante, vos amat. ubi Nonnus habet: αὐτοκέλευστος. Xenoph. Mem. I. 3. 7. καὶ αὐτὸν ἐγκρατῆ ὄντα, ubi vide Ernesti Obss. ad Homer. Il. VIII. 293. τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις; cur me ultro properantem incitas? Conf. Intt. ad Callim. Hymn. in Apol. v. 6. et Schrader. ad Musæum p. 332.

Sic etiam Latini v. c. Terent. Andr. I. 2. 22. animus ipse ægrotus, h. e. sua sponte ad vitia proclivis. Cic. de Clar. Orat. 34. 7) pro relativo ὅς. Joh. I. 6. ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης cui nomen Johannes erat. ib. XV. 5. κἀγὼ ἐν αὐτῷ et in quo ego maneo. Apoc. II. 18. καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ et cujus pedes sunt. XVII. 2. Conf. Olearium de Stilo N. T. p. 83 seq. et Stolberg. de Solœcismis c. 2. p. 31. 8) ut Lat. *ipse*, honoris causa simpliciter de *omni* usurpatur, *qui est summa virtute et dignitate præditus* aut *generis splendore insignis.* Sic v. c. αὐτὸς est periphrasis *Jehovæ, Dei unius.* Rom. X. 12. ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων Deus enim est omnium Dominus. Hebr. XIII. 5. αὐτὸς γὰρ εἴρηκε Deus enim promisit. Eodem modo הוּא pro יְהוָֹה legitur Deut. XXXII. 39. Psalm. CII. 28. Conf. Carpzov. Observatt. Philon. ad Hebr. I. 12. Ita etiam Christus in N. T. κατ' ἐξοχὴν αὐτὸς et ὁ αὐτὸς vocatur Matth. I. 21. XXV. 31. Marc. I. 35. Luc. V. 17. 1 Joh. II. 6, 12, 27, 28. III. 3, 5, 7, 16. Interdum etiam ipsi Judæi αὐτοὶ appellantur, proprio nomine eorum dissimulato, v. c. Matth. XI. 1. Luc. V. 17. Hebr. VIII. 8. Bene autem observavit Casaubonus ad Theophr. Char. περὶ κολακείας, etiam apud Græcos pronomen αὐτὸς et apud Latinos *ipse* voces servorum et discipulorum fuisse, quibus vel dominos vel magistros suos appellarent. Vide Heinsium ad Hesiod. O. et D. p. 226. Sic Pythagoræ discipulos constat doctorem suum commemoraturus illud αὐτὸς ἔφα adhibuisse. Vide Schol. ad Aristoph. Nub. v. 218. Casaub. ad Theophr. c. 2. Menagium ad Diog. Laërt. VIII. 46. et Joh. Alberti in Periculo Critico p. 2. Suid. αὐτός· ὁ δεσπότης. 9) si præmissum habet articulum, *idem* significat et relationem aliquam infert, ad id, quod antecedit. Matth. V. 47. οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὰ αὐτὰ ποιοῦσιν; nonne et portitores idem faciunt? Marc. XIV. 39. τὸν αὐτὸν λόγον εἰπὼν iisdem verbis. Luc. VI. 33. Act. XV. 27. ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Rom. II. 1. 1 Cor. I. 10. Ephes. VI. 9. Philipp. I. 30. Conf. Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 417. 10) ὁ αὐτὸς, *qui semper idem manet, immutabilis, omnis mutationis expers.* Hebr. I. 12. σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ tu vero es immutabilis æternus. ibid. XIII. 8. Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς Jesus Christus autem semper manebit is, qui fuit et nunc est. Huc etiam referrem locum 2 Cor. X. 1. αὐτὸς ἐγὼ Παῦλος ego Paulus, qui semper sibi constat, nunquam a se ipso discedit. Ita etiam הוּא accipitur Psalm. XLIV. 5. אַתָּה־הוּא מַלְכִּי. Ies. XLI. 4. 11) αὐτὸς cum dativo, *similis.* 1 Cor. XI. 5. ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ similis est ei, quæ rasa est. Sic etiam apud Græcos αὐτός τινι eleganter dicitur, *qui alteri par, similis est, nihil ab eo differt,* v. c. Ælian. V. H. VII. 11. τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φορεῖν τοῖς ἀνδράσιν. Imitati sunt hoc genus loquendi etiam Latini. Vide Drakenb. ad Sil. XV. 400. et Cortium ad Sallust. B. C. c. 20. Hinc τὸ αὐτὸ *pariter, similiter, eodem modo.* Matth. XXVII. 44. coll. v. 41. 12) αὐτὸς, ut οὗτος, sæpe eleganter *abundat* in N. T. quod, ut recte observatum est, non tam factum est ex Hebraismo, quam more loquendi optimorum scriptorum Græcorum. Matth. IV. 16. φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. ib. VI. 4. coll. v. 6. ib. XXI. 41. κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς. ib. XXVI. 71. εἶδεν αὐτὸν ἄλλη. Marc. IX. 28. ἐπηρώτων αὐτόν. Act. VII. 21. ἀνείλετο αὐτόν. Apoc. II. 7. 15. τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ. Gen. XIII. 15. לְךָ אֶתְּנֶנָּה tibi dabo. Deut. XI. 12. אֲשֶׁר־אַתָּה. XXVIII. 52. Job. XXXVIII. 29. Herodian. VIII. c. 6. s. 10. οἷς ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς. Arrian. Diss. Epictet. III. c. 1. οὐδὲ γὰρ λέοντι τὸ τυχὸν βοΐδιον τολμᾷ ἀντιστῆναι αὐτῷ. Sophocl. Œdip. Tyr. v. 287. Plura loca Græcorum habent Viger. de Idiotismis Ling. Gr. p. 168. Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 224. et Jensius in Lect. Lucian. p. 100. Æque otiose poni *ille* et *is* (Liv. I. 58. VIII. 37. 8. quorum eorum ope, etc.) apud Latinos, docuit Gronov. ad Liv. XXV. 27. 13) αὐτὸς, ut *ipse*, cum *numerabilibus*, indicat, accurate, non rotunde designari numerum. Apoc. XVII. 11. καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι et ipse est (rex) octavus. Conf. Viger. l. l. p. 72 seqq. Sic *ipse* quoque eleganter additur categorematibus temporis, ut significetur, tempus aliquod plane exiisse, v. c. apud Cic. Famil. II. 2. Attic. III. 1. Brut. c. 15. 14) Restant formulæ ἐπὶ τὸ αὐτὸ et κατὰ τὸ αὐτὸ, in N. T. obviæ. Prior formula, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, notat *simul, una,* et pro diversitate orationis, in cujus serie legitur, etiam verti potest *eodem loco, ad eundem locum, eodem tempore, unanimiter, eodem consilio et scopo, pariter ad unum omnes.* Matth. XXII. 34. συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ coiverunt, Hebraico יִקָּבְצוּ יַחְדָּו. Act. III. 1. ἐπὶ τὸ αὐτὸ, scil. πρᾶγμα, in eundem finem, ut bene observavit Abreschius in Annotatt. ad N. T. p. 604. Act. I. 15. ἦν δὲ ὄχλος ἐπὶ τὸ αὐτὸ congregati erant centum et viginti. 1 Cor. XI. 20. συνερχομένων ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, i. q. ἐν ἐκκλησίᾳ v. 18. et reliqua. In versione Alex. ἐπὶ τὸ αὐτὸ Hebraico יַחְדָּו respondet, quod *eodem tempore,* Deut. XXXII. 10, 11. *ad eundem locum,* 2 Sam. II. 13. *ad unum omnes pariter,* Ps. XIX. 10. XXXVII. 38. significat, quemadmodum יַחַד *unanimi consilio,* Ps. II. 2. XXXI. 14. notat. Hesych. ἐπὶ τὸ αὐτό· εἰς τὸν αὐτὸν τόπον. Posterior formula κατὰ τὸ αὐτὸ, quæ Act. XIV. 1. legitur, vel idem significat, quod ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *una, simul,* vel, ut ἔθος suppleatur, reddenda est: *pro more,* coll. XVII. 2. 15) Formula ἀπ' αὐτῆς, omissa voce ὥρας, significat *illico, mox, statim,* et est idem, quod alias ἐξ αὐτῆς, vel conjunctim ἐξαυτῆς dicitur. Sic vero accipienda esse videtur Act. XVI. 18. ubi ἀπ' αὐτῆς non de puella, sed de tempore accipiendum esse, ex sequenti formula ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ apparere arbitror. Arrian. Diss. Epict. II. 12. ὥστε πάνθ' ὁντιναοῦν συναισθανόμενον, τῆς μάχης ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτῆς. 16) αὐτοὶ *unus ex illis.* Matth. XXI. 7. καὶ ἐπεκάθισαν αὐτὸν ἐπάνω αὐτῶν et Jesum insidere jusserunt super uno ex istis. In Cod. Cantabrig. ex glossemate legitur αὐτόν. Matth. XXVII. 44. coll. Luc. XXIII. 39. Jud. XII. 7. בְּעָרֵי *in una ex urbibus.* Conf. Vorstii Philol. c. 15.—Confer G. Hermanni Diss. de pronomine αὐτὸς in C. D. Beckii Actis Semin. Regii Vol. I. p. 42 seq. 17) Interdum, ut Latinum *ille* et *is* (Horat. I. Od. 31. 9. IV. 4. 51. Cic. ad Div. V. 1.) reticetur, v. c. Matth. XXI. 7. post ἐπεκάθισαν. Act. XIII. 27. post κρίναντες. Conf. Homer. Il. ί, 349 et 361. Ernesti ad Callim. H. in Jovem v. 84. et Ruhnkenii Ep. Crit. p. 236.

ΑΥΤΟΥ͂. Adverbium. *Ibi, istic, hic,* ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, ut Schol. Thucyd. VI. 34. interpretatur. Proprie est genitivus pronominis αὐτὸς et vox τόπου cum præpositione subauditur, ut plene scriptum sit: ἐπ' αὐτοῦ τόπου in isthoc loco, i. q. αὐτόθι. Alexandrini usi sunt partim pro בָזֶה *in hoc loco,* Exod. XXIV. 14.

Num. XXII. 19. partim pro פֹּה hic, Num. XXXII. 6. 2 Sam. XX. 4. In N. T. legitur tanquam adverbium. Matth. XXVI. 36. καθίσατε αὐτοῦ considete hic. Act. XV. 34. ἐπιμεῖναι αὐτοῦ ibi remanere. ib. XVIII. 19. XXI. 4. Sæpius non legitur in N. T. Præterea extat apud Xenoph. Cyrop. IV. 1. 1. Conf. Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 403.

ΑΥ̓ΤΟΥ͂, ῆς, οῦ, *sui ipsius*, contracte pro ἑαυτοῦ, ῆς, οῦ, quod vide infra. 2 Tim. II. 19. ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ amat Deus veros suos cultores.

ΑΥ̓ΤΟΦΩ͂ΡΟΣ, vide infra sub ἘΠΑΥΤΟΦΩ͂ΡΩ.

ΑΥ̓ΤΟΧΕΙΡ, ρος, ὁ, 1) vulgo apud Græcos dicitur *percussor, qui sua manu interficit non solum se, sed etiam alium, qui cædes facit*, ex αὐτὸς et χεὶρ manus, ut recte docuit Cel. Morus ad Isocratis Panegyr. c. 32. p. 51. Xenoph. Hist. Gr. VII. 3. 7. Hesych. αὐτόχειρ· φονεύς. it. αὐτόχειρες· οἱ ταῖς ἰδίαις χερσὶ φονεύοντες. Phavorin. αὐτόχειρ· καὶ ὁ ἑαυτὸν ἀνελὼν καὶ ἕτερον, καὶ μὴ δι' ἄλλου φονεύσας. 2) in universum, *qui suis manibus aliquid agit et efficit*. Semel in N. T. legitur ita Act. XXVII. 19. αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐῤῥίψαμεν nostris manibus armamenta navis abjecimus. Conf. Eustath. ad Iliad. ξ', p. 986. 39. Nec desunt exempla apud reliquos Græcos, v. c. apud Aristoph. Aves v. 1135. Eurip. Phœn. v. 344. αὐτόχειρ σφαγὴ, et ibid. v. 897. αὐτόχειρ θάνατος. Herodian. VII. 2. 17. ubi cum αὐτουργὸς conjungitur. Hesych. αὐτοχειρία· τὸ τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ ποιῆσαί τι. Lectu digna de hac voce habet Hoogeveen. ad Vigeri librum de Idiotismis Ling. Gr. p. 166.

ΑΥ̓ΧΜΗΡΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) proprie: *siccus*, etiam *sordidus, squalidus*, ab αὐχμέω, *squalidus sum, squaleo*. Plato Legg. L. VI. p. 861. Xenoph. Mem. II. 1. 31. Aristoph. Plut. v. 83. unde αὐχμὸς *squalor*, etiam *siccitas ex æstu*. Æschin. Socr. Dial. III. 11. Jam quia loca squalida, v. c. carceres subterranei, simul caliginosa esse solent, hinc αὐχμηρὸς est 2) *obscurus, tenebricosus, caliginosus*. Sic semel in N. T. legitur 2 Petr. I. 19. ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ ut lumini fulgenti loco obscuro. Hesych. αὐχμηρὸν· ξηρὸν, σκοτῶδες. Suid. — στυγνὸν ἢ σκοτεινόν. Confer etiam Polluc. Onom. V. 5. s. 110. et Oudend. ad Lucan. L. V. v. 39.

'ΑΦΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *tollo, aufero, adimo, removeo, privo, detraho*, et cujuscunque generis ablationem indicat, vel sensu physico, vel metaphorico. Luc. I. 25. ἀφαιρεῖν τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις ut auferret opprobrium meum apud homines. ibid. X. 42. ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς quæ nunquam ei eripietur. Eandem significationem habet medium ἀφαιροῦμαι, v. c. Luc. XVI. 3. ὁ κύριός μου ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμοῦ submovet me dominus administratione. Apoc. XXII. 19. καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ κ. τ. λ. detrahentem aliquid his oraculis privabo parte, quam habet, ubi ἀφαιρεῖν τῷ ἐπιθεῖναι v. 18. æque opponitur ac τῷ προσθεῖναι. 1 Macc. VIII. 30. 2 Macc. XIV. 7. ἀφελόμενος τὴν προγονικὴν δόξαν, λέγω δὴ τὴν ἀρχιερωσύνην. Deut. XII. 32. οὐ προσθήσεις ἐπ' αὐτὸ οὐδὲ ἀφελεῖς ἀπ' αὐτοῦ. Num. XXXVI. 3. Hesych. ἀφείλαντο· ἀπεστέρησαν. Phavorinus addit ἥρπασαν, ἀνέσπασαν. — Huc pertinet etiam formula: ἀφαιρεῖν τὰς ἁμαρτίας *remissionem et veniam peccatorum conciliare, tollere pœnas peccatorum*, i. q. alibi dicitur αἴρειν et φέρειν τὰς ἁμαρτίας. Rom. XI. 27. ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Hebr. X. 4. Sirac. XLVII. 13. Κύριος ἀφελεῖ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ. Respondet autem Hebr. formulæ נָשָׂא חַטָּאָה Exod. XXXIV. 7. et pro כִּפֵּר legitur apud LXX Ies. XXVII. 9. 2) speciatim: *amputo, abscindo*, i. q. ἀποκόπτω. Hesych. ἀφεῖλεν· ἦρεν, ἔκοψεν. Matth. XXVI. 51. ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον aurem amputavit. Marc. XIV. 47. coll. Joh. XVIII. 10. ἀπέκοψεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον. In versione Alex. respondet Hebraico כָּרַת *abscidit, amputavit*, 1 Sam. V. 4. XVII. 51. 2 Sam. XX. 22. 1 Macc. VII. 47. τὴν κεφαλὴν ἀφεῖλον. ibid. XII. 17. Eodem modo *auferre* usurpatur apud Virgil. Æn. X. v. 364. Ovid. Met. VI. 556. Conf. Palairet. Obss. Philol. Crit. p. 95.

'ΑΦΑΝΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, *absconditus, ab aspectu et visu remotus, qui latet et adeo ignoratur, obscurus*. (ex α priv. et φαίνω *ostendo, appareo*.) Tantum in N. T. extat Hebr. IV. 13. καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ nemo eum latet, nullius hominis cogitata a Deo ignorantur. Sirac. XX. 32. σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανής. Xenoph. Œcon. I. 18. οἱ ἀφανεῖς ὄντες τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 11. 5. p. 433. et Lexic. Xenophont. Vol. I. p. 495. Suid. ἀφανὲς· τὸ σκοτεινόν. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀφανὴς, *ignotus obscurus*.

'ΑΦΑΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *e conspectu removeo, tollo, aufero, ita, ut ne vestigium quidem appareat*. Suid. ἀφανίσαι· τὸ ἀνιλεῖν καὶ ἀφανὲς ποιῆσαι. Idem Etym. M. Passivum ἀφανίζομαι *evanesco, in nihilum redigor, evanidus reddor*. Sic legitur in N. T. Jacob. IV. 14. ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη postea vero in auras evanescit. Ælian. V. H. XII. 1. φῦμα ἠφανίσθη tumor evanuit. Apud Stobæum Serm. 12. Ceus quidam canos dicitur βαφῇ ἀφανίζειν. Hinc ἀφανίζειν interdum *sepelire, humare* notat, Xenoph. Mem. I. 2. 53. interdum etiam *tegere, velare, occultare* significat; (Ælian. V. H. I. c. 41. II. c. 7. Hesych. ἀφανίσαι· σκεπάσαι.) quam notionem in loco Matth. VI. 16. voci huic interpretes nonnulli subjiciunt. 3) *perdo, corrumpo, ad usum inutile reddo*, etiam *nitore suo et fulgore privo, deformo, polluo, inquino*. Hesych. ἀφανίζειν· σήπειν, ἀπολλύειν. Suid. ἀφανίσαι· μολῦναι, χρᾶναι. Sic legitur in N. T. Matth. VI. 16. ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν deformant facies suas, deturpant vultum, quasi αἰσχύνουσι τὰ πρόσωπα, ἀκαλλὲς ποιοῦσι τὸ πρόσωπον. Vultus in jejuniis sibi assumunt austeros, ora et habitum lugentium simulatione induunt, pallorem, quantum quidem possunt, cuti obducunt. Ἀφανισμὸς τοῦ προσώπου, inquit Chrysostomus, τὸ πρὸς κενοδοξίαν ὠχρὸν φαίνεσθαι. Vide ad h. l. Wetstenium. Matth. VI. 19. ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει quas tinea vel ærugo corrumpunt, coll. Luc. XII. 33. σὴς διαφθείρει. Conf. de hoc loquendi usu Obss. Miscell. Amstel. Vol. III. p. 411. Abreschius ad Æschylum p. 538. Auctarium Lib. III. p. 99. Nam loca, quæ Krebsius in Obss. Flav. p. 25. notavit, sunt ἀπροσδιόνυσα, nam confirmant tantum notionem *vastandi*, quam hoc verbum interdum habet.—Jam quia ii, qui sunt terrore confusi, aut pudore suffunduntur, e conspectu hominum se subducere et se tegere solent, factum est, ut ἀφανίζομαι 3) metaphorice notaret *obstupesco, terreor, pudore suffundor*, ad imitationem Hebraici שָׁמֵם quod, ut vel tironibus notum est, non solum *vastari*,

sed etiam *attonitum esse, stupere* notat. Dan. VIII. 27. Ies. LIX. 16. Sic autem legitur in N. T. Act. XIII. 41. καὶ ἀφανίσθητε, h. e. vel obstupescite, vel pudore suffundamini. Habac. I. 5. וְהִתַּמְּהוּ תְּמָהוּ. In versione Alexandrin. non solum שָׁמֵם, sed etiam חָרַד *tremuit*, Ezech. XXX. 9. respondet.

'ΑΦΑΝΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *evanescentia, interitus, abolitio*, ab ἀφανίζω. Semel in N. T. legitur Hebr. VIII. 13. τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ quod autem antiquatur et senescit, propinquum est abolitioni et interitui. Vocem ἀφανισμὸς autem æque ac ἀφανίζειν interdum metaphorice de *abrogatione* et *abolitione legum* dici, docuit Kypke Observv. in N. T. Vol. II. p. 395. ad locum Pauli illustrandum. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀφανισμὸς, *interitus, exterminium*.

"ΑΦΑΝΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *omnis* dicitur, *qui non amplius conspicitur et quocunque modo oculis subducitur, non conspicuus*. Descendit autem a tertia persona perfect. pass. πέφανται verbi φαίνομαι *appareo*, præmisso α priv. Semel in N. T. legitur Luc. XXIV. 31. καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν sed ille statim discessit ab iis. coll. 2 Macc. III. 34. Eodem sensu legitur etiam apud Græcos scriptores, v. c. Diod. Sic. IV. cap. 65. T. I. pag. 310. ubi Wesseling. videndus. Eurip. Orest. v. 1495 et 1557. ubi Menelaus de Helena dicit: "audivi: ὡς οὐ τέθνηκεν, ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται." Confer Abresch. ad Æschylum pag. 325 et 595. Hesych. ἄφαντον· ἀφανὲς, ἀθεώρητον, μὴ φαινόμενον, ἀφανῆ, μὴ ὁρώμενον.

'ΑΦΕΔΡΩ'Ν, ῶνος, ὁ, *latrina, cloaca, locus secretus, in quo homo ventrem exonerat, in quem excrementa alvi egeruntur et confluunt*, quem Attici ἀπόπατον et κοπρῶνα, observante Suida et Phavorino, Alexandrini et Macedones λυτρῶνα vel λουτρῶνα appellavere. Conf. quæ de hac voce docte disputavit Fischer. de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. XXXI. p. 12 seq. In N. T. bis legitur. Mat. XV. 17. καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται et tandem in latrinam ejicitur. Marc. VII. 19. καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται. Interdum etiam ponitur ita, ut eo intelligatur *sedes, podex, anus*, observante Suida, ὁ ἀφεδρὼν καὶ σημαίνει τὸ μέρος τοῦ σώματος τὸ περὶ τὴν ἔξοδον. ὅτι ὁ ἀφεδρὼν καὶ λουτρὼν, βάρβαρα. Idem: ἀφεδρών· ἀπὸ τῶν ἑδρῶν. ἕδραι γὰρ λέγονται αἱ σέλλαι. Vide Steph. le Moyne ad Varia Sacra pag. 815. et H. I. Schomaker de Jure Cloacarum (Lugd. Bat. 1752.) c. 1.

'ΑΦΕΙΔΙ'Α, ας, ἡ, *non parcere, crudelitas, durities, quando nobis aut aliis non parcimus*. (ex α priv. et φείδομαι *parco*.) Semel in N. T. legitur Coloss. II. 23. ἀφειδία σώματος durities in corpus, contemtus et incuria corporis, quæ est in male habendo corpore et abstinentia a talibus cibis, quos homines appetunt. Œcumenius καταφρόνησιν τοῦ σώματος, Ambrosius corporis vexationem vocat. Eodem modo ἀφειδέω de iis, qui vigiliis et invisendis ægrotis corpus suum macerant, a Thucyd. Lib. II. c. 51. usurpatur, et apud Lucian. Anachars. τῶν σωμάτων ἀφειδεῖν dicuntur, qui corporibus non parcunt, dum quibusvis periculis temere sese exponunt. Hesych. ἀφειδία· καρτερία. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 290.

'ΑΦΕΛΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1) proprie *integritas*, ὁλοκληρία, et ei tribuitur, cui nec superfluum aliquid est in corpore, nec aliquid deest. Non differt a voce ἀφέλεια, quæ hoc sensu legitur apud Joseph. A. J. III. 12. 2. sacerdotes summos ἀφελεῖς δὲ εἶναι πᾶσαν ἀφέλειαν corpora integra habere jussit Moses. Hesych. ἀφελής· ἀσινὴς, καθαρὸς, ὁλόκληρος, ὁ μήτε πλεονάζων, μήτε δέων τι τοῦ σώματος. Phavorin. σημαίνει δὲ καὶ τὸν ὑγιῆ τὸ σῶμα, παρὰ τὸ μηδενὸς ἀφαιρεῖσθαι τοῦ σώματος. 2) metaphorice: *simplicitas morum et animi, a qua omnis abest simulatio et calliditas, et quæ omnem fastum respuit*, quæ alias ἁπλότης dicitur, speciatim vero *liberalitas erga pauperes, ex modesto, libero hilarique animo profecta*. Semel in N. T. legitur Act. II. 46. μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας agapas celebrabant, ita, ut hilaritati et liberalitati ingenuæ ac sinceræ studerent. Ita et usurpatur adjectivum ἀφελὴς, v. c. apud Ælian. V. H. XII. 1. τὸ τοῦ ἤθους ἀφελὲς morum simplicitas. Lucian. T. I. pag. 210. ἀφελὴς καὶ ἄπλοκος. Plutarch. T. II. pag. 755. εἰ μὴ φύσει τὸν τρόπον ἁπλοῦς ἦν καὶ ἀφελής. Clem. Alex. Pædagog. L. I. p. 107. ἀφελεῖς καὶ νήπιοι καὶ ἀκέραιοι. Legitur etiam adverbium ἀφελῶς de epulis usurpatum apud Ælian. V. H. II. 18. IV. 9. Phavorin. ἀφέλειαν ἐπὶ ἀπλότητος οἱ παλαιοὶ ἐτίθουν. Confer Alberti Append. ad Gloss. N. T. pag. 210. Wetstenii N. T. T. II. pag. 471. et Suicer. Thes. Eccles. T. I. 592.

"ΑΦΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *emissio* (v. c. teli. Polyb. XXVII. 9. 6.), *dimissio, liberatio*, et speciatim *dimissio e captivitate, libertas*, ab ἀφίημι. Sic legitur in N. T. Luc. IV. 18. κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν ad annunciandam captivis libertatem, h. e. ad annunciandam miseris restitutionem in feliciorem statum. Conf. supra sub αἰχμάλωτος. Ibid. ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει h. e. S. V. Schotto interprete: vulneratos (compedibus h. e. vinctos) docerem liberos esse dimittendos. Alias hujus loci explicationes vide infra s. v. θραύω. Hinc in vers. Alex. Hebr. דְּרוֹר *libertas*, Lev. XXV. 10. Ies. LXI. 1. Ezech. XLVI. 17. respondet. 3 Esdr. IV. 62. ὅτι ἔδωκεν αὐτοῖς ἄφεσιν καὶ ἄνεσιν, Polyb. I. 79. 72. et XXII. 9. 17. Hesych. ἄφεσις· ἀπόλυσις. 2) metaphorice: *remissio, condonatio, venia*. Matth. XXVI. 28. εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Marc. I. 4. Luc. I. 77. III. 3. XXIV. 47. Act. II. 38. V. 31. X. 43. XIII. 38. XXVI. 18. Ephes. I. 7. τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων. Colos. I. 14. Interdum etiam simpliciter positum ἄφεσις *remissionem peccatorum* notat, v. c. Hebr. IX. 22. χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις sine sanguinis effusione nulla expiatio locum habet. ibid. X. 18. Sæpius in N. T. non legitur. Sic etiam in vers. Alex. ἄφεσις de *remissione debiti* legitur Deuter. XV. 3. ἀδελφῷ σου ἄφεσιν ποιήσεις τοῦ χρέους σου.

'ΑΦΗ', ῆς, ἡ, 1) *tactus*, μία τῶν πέντε αἰσθήσεων, ut Suidas interpretatur, aut, αἴσθησις χειρῶν ἤγουν ψηλάφησις, Hesychio interprete, ab ἅπτομαι *tango*. 2) *junctura, commissura*, maxime *membrorum corporis, qua artus artum tangit*, i. q. συναφὴ, a præterito med. ἧφα verbi ἅπτω *necto, alligo*, das gelenke, *the joint*. 3) metaphorice, ut Lat. *vinculum, omne, quod vim habet consensum animorum et mutuum amorem efficiendi*. Ita bis in N. T. legitur. Ephes. IV. 16. ἁφὴ τῆς ἐπιχορηγίας mutuum auxilium societatis christianæ, (quæ haud raro cum corpore humano comparatur in N. T.) vinculum. Coloss. II. 19. δι' οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον cujus provida cu-

ra omnis christianorum cœtus arctissime mutuis officiis junctus est. Plutarch. Anton. 27. ἀφὴν εἶχε ἡ συνδιαίτησις.

'ΑΦΘΑΡΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) *incorruptibilitas, immortalitas, corpus interitus expers.* 1 Cor. XV. 42. ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ, pro σῶμα ἄφθαρτον, prodit corpus interitus expers. ibid. v. 53. ἀφθαρσία cum ἀθανασία permutatur v. 54. Sap. II. 23. Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐν ἀφθαρσίᾳ Deus creavit hominem incorruptibilem, immortalem. Plutarch. Aristid. pag. 322. A. 2) *omne, quod perenne est et perpetuum durat,* speciatim: *felicitas christianorum perpetua et perennis in futura vita,* i. q. ζωὴ αἰώνιος. Rom. II. 7. ἀφθαρσίαν ζητοῦσιν qui comparare sibi student felicitatem æternam. Eadem notio etiam locum habet ex eorum opinione, qui δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν positum putant pro δόξαν καὶ τιμὴν ἄφθαρτον. 1 Cor. XV. 50. οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ corpus humanum, quale est in hac vita, non potest particeps fieri felicitatis æternæ, i. q. in antecedentibus dixerat βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται. 2 Tim. I. 10. φωτίσαντος ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου doctrinam de futura hominum felicitate eaque æterna notam facit. Similis locus reperitur in libro Sapientiæ VI. 19, 20. προσοχὴ νόμων βεβαίωσις ἀφθαρσίας, ἀφθαρσία δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ Θεοῦ. 3) *constantia.* Ephes. VI. 24. τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν ἐν ἀφθαρσίᾳ, pro ἀφθάρτως, qui constanter J. C. colunt et venerantur.

"ΑΦΘΑΡΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie, sensu physico: *immortalis, incorruptibilis, corruptionis et interitus expers.* Rom. I. 23. τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ Dei immortalis, cui opponitur φθαρτὸς ἄνθρωπος. Plutarch. de Orac. Def. p. 420. A. 1 Cor. XV. 52. οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι mortui immortali corpore præditi prodibunt. 1 Tim. I. 17. ἀφθάρτῳ. in aliis codd. ἀθανάτῳ. Sap. XII. 1. τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσιν. Diog. Laërt. X. c. 123. 1 Cor. IX. 25. ἄφθαρτος στέφανος corona, quæ non flaccescit, h. e. æterna præmia, perpetua felicitas. 1 Petr. I. 23. 2) *perpetuus, perennis, nunquam periturus.* 1 Petr. I. 4. κληρονομίαν ἄφθαρτον felicitatem æternam. III. 4. ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος καὶ ἡσυχίου πνεύματος in perpetua, nunquam cessante mansuetudine et tranquillitate animi. Sapient. XVIII. 4. ἄφθαρτον νόμου φῶς.

'ΑΦΘΟΡΙ'Α, ας, ἡ, *incorrupta conditio, integritas,* inprimis *pudicitia,* ex ἄφθορος *incorruptus.* Legitur tantum Tit. II. 7. ubi loco impressi ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν codices nonnulli i. r. δ. ἀφθορίαν habent, e quo lectio ἀφθονίαν in codice quodam Bœrneriano exorta esse videtur.

'ΑΦΙ'ΗΜΙ, fut. ήσω. Vox ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων in N. T. quæ et de rebus et de personis usurpatur. 1) proprie notat: *amoveo, emitto,* sensu physico, sive id vi fiat, cum quid projicimus, sive manus errore, ut, cum quid nobis excidit. Vide Schweighæuseri Lex. Polyb. s. h. v. 2) metaphorice: *dimitto, discedere jubeo,* etiam *libellum repudii do.* Matth. XIII. 36. τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους dimissa concione. 1 Cor. VII. 11. καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι et maritum uxorem suam non repudiare. ibid. v. 12. μὴ ἀφιέτω αὐτήν. Marc. IV. 36. Homer. Il. II. 263. Schol. ἀφήσω· ἀπολύσω, ἀποπέμψω. Theophrast. Char. V. 1. Ælian. V. H. XII. 9. οἱ δὲ παῖδες ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. 3) *relinquo, discedo, abeo, desero.* Matth. IV. 20, 22. ἀφέντες τὰ δίκτυα relictis retibus. V. 24. ἄφες τὸ δῶρον relinque munus. XVIII. 12. XIX. 27. Joh. X. 12. 4) *relinquo post me,* ut nostro hinterlassen, nachlassen, *to leave, to bequeath,* respondeat, *relinquo posteris meis,* i. q. καταλείπω, cum quo verbo permutatur Marc. XII. 19. καὶ καταλίπῃ γυναῖκα καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ. v. 20. οὐκ ἀφῆκε σπέρμα non reliquit posteros. v. 21, 22. Joh. XIV. 27. εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν discedens a vobis omnigenam vobis felicitatem apprecor. 5) *superstitem relinquo,* nostrum: übrig lassen, *to leave remaining.* Matth. XXIII. 38. ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος relinquetur vobis urbs vestra devastata. XXIV. 2. οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθον non superstes manebit lapis super lapidem, qui non destruatur. Convenit formula loquendi, qua usus est Virgilius Æn. II. 608. avulsaque saxis saxa vides. Marc. XIII. 2. Luc. XIII. 8. ἄφες αὐτὴν evellere noli, nam opponitur v. 9. ἐκκόψεις. Cf. Dan. IV. 12 et 23. Luc. XIX. 44. XXI. 6. 6) *captivum dimitto, libero.* Luc. XVII. 34. καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται alterum milites dimittent. ib. v. 35, 37. Matth. XXIV. 40, 41. Polyb. XXXIII. 1. 6. Xenoph. Cyrop. III. 2. 6. Abunde hunc usum loquendi ex Diodoro Sic. probavit Munthe in Observv. Philol. in N. T. p. 175. Hinc metaphorice de *morbis* usurpatur, qui ab orientalibus scriptoribus cum vinculis, quibus constringatur homo, eleganter comparari solent. Sic Matth. VIII. 15. καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς et convaluit. Marc. I. 31. Joh. IV. 52. Sic et loqui amat medicorum parens Hippocrat. Aphor. Sect. IV. § 30 et 61. ἀφίησι ὁ πυρετός. 7) *missum facio, non curo.* Matth. XV. 14. ἄφετε αὐτοὺς missos facite illos, non curate illorum indignationem. 8) *missum facio, non molestiam facio,* nostrum: zufrieden lassen, *to let one alone.* Matth. IV. 11. τότε ἀφίησιν αὐτὸν διάβολος illico missum eum fecit diabolus. coll. Luc. IV. 13. ubi legitur ἀπέστη ἀπ'. αὐτοῦ. ibid. XIX. 14. ἄφετε τὰ παιδία sinite infantes me adire. Joh. XII. 7. ἄφες αὐτὴν noli ei hoc exprobrare. Huc quoque pertinet locus Matth. XXII. 22. coll. Luc. XX. 26. ubi exstat ἐσίγησαν. Eodem modo ἐᾷν usurpatur apud Sophocl. Trach. v. 348. 9) *sino, patior.* Matth. XIII. 30. ἄφετε συναυξάνεσθαι sinite utrumque succrescere. Joh. XI. 48. ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω si eum sinimus porro ita agere. Eodem modo הָנִיחַ usurpatur Exod. XXXII. 10. 2 Sam. XVI. 11. ἄφετε αὐτὸν καταρᾶσθαι. Jud. XVI. 27. 10) *permitto, concedo.* Matth. III. 15. ἄφες ἄρτι permitte quæso, ubi τῷ διακωλύειν opponitur. ibid. VII. 4. XXIII. 13. οὐκ ἀφίετε εἰσελθεῖν ut intrent, permittere non vultis. Marc. I. 34. ἤφιε 3. sing. aor. 2. indicativi ab antiquo ἀφιέω; ut ἤλιτεν apud Hesiod. O. et D. v. 80. ab ἀλιτέω. (Notandus est hic aoristus 2. qui præter h. l. Marc. XI. 16. et apud Philonem Legat. ad Caium p. 1021. Lucian. Timon. p. 66. ἤφιε περινοστεῖν ἐλευθέρως. Pausan. II. c. 5. Thucyd. I. p. 130. occurrit. Conf. Kypke Observv. Sacr. T. I. p. 151.) Marc. V. 19, 37. VII. 12. Sirac. XXIII. 1. μὴ ἀφῇς με πεσεῖν ἐν αὐτοῖς. 11) *permitto, committo, demando,* nostrum: zur Besorgung überlassen, *to leave to the care of.* Matth. VIII. 22. ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς permitte mortuis mortuorum curam habere. 12) *patior aliquem auferre aliquid, rem alicui trado, concedo auferendum,* nostrum: verabfolgen lassen, *to allow to be*

delivered. Marc. XI. 6. καὶ ἀφῆκαν αὐτοὺς, scil. λύειν καὶ ἀπάγειν τὸν πῶλον. Matth. V. 40. ἄφες αὐτῷ τὸ ἱμάτιον illi et pallium tuum auferendum concede. 13) *emitto.* Ad hanc notionem referenda est α) formula: ἀφιέναι τὴν φωνὴν *clamorem edere,* seu, *emittere vocem,* ut Liv. I. 58. loquitur, quæ legitur Marc. XV. 37. ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσε clamore magno edito exspiravit. Gen. XLV. 2. ἀφῆκε φωνὴν μετὰ κλαυθμοῦ, ubi formulæ Hebr. תֵּת אֶת־קוֹלוֹ respondet. Nec infrequens est hæc formula apud profanos, v. c. apud Eurip. Phœn. v. 1461. ubi Schol. φωνὴν ἀφῆκεν ἀντὶ τοῦ ἐξήνεγκεν, ex quo sua hausit Phavor. Cf. Horrei Obss. Crit. p. 194 et 242. β) formula: ἀφιέναι τὸ πνεῦμα *mori, exhalare spiritum.* Matth. XXVII. 50. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα exspiravit. Eurip. Hecub. v. 571. Similis formula legitur Gen. XXX. 17. Ælian. H. A. II. 1. VII. 29. Herodot. IV. 190. ἀφιέναι τὴν ψυχὴν, pro qua etiam simpliciter ἀφίημι ponitur Jud. II. 21. ubi Hebraico נוּחַ respondet. 14) *negligo, violo, transgredior,* si de præceptis aut officiis sermo est. Matth. XIII. 23. ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου difficiliora et graviora præcepta legis violatis. Marc. VII. 8. τῷ ἀφίημι opponitur κρατέω, uti τῷ ποιέω apud Lucam XI. 42. 15) *omitto, prætermitto.* Hebr. VI. 1. ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον omissis religionis christianæ elementis. Eurip. Androm. 392. ἀρχὴν ἀφείς. Aristot. Ethic. IX. 4. Theophrast. Char. Procem. 4. ἀφεὶς τὸ προοιμιάζεσθαι. 16) junctum verbis, *debitum,* (Diogen. Laërt. V. 73. Ælian. V. H. XIV. 24.) *peccatum,* aut *injuriam* indicantibus, *condonare, remittere* notat. Matth. VI. 12. remitte nobis peccata nostra, nam et nos condonamus injurias nobis illatas. ib. v. 14. IX. 2, 5, 6. XII. 31. (ubi ἀφεθήσεται vertendum est: remitti potest.) 32. ib. XVIII. 21. ἀφήσω condonare debeo. Luc. XXIII. 34. Joh. XX. 23. Herodot. VI. 30. In vers. Alex. Hebr. כִּפֶּר Ies. XXII. 14. respondet. Adde Deut. XV. 2. Genes. XVIII. 26. Psal. XXXI. 6. Sirac. II. 12. XXVIII. 2. Ἀφίημι etiam apud Græcos de *judicibus* usurpatur, *qui absolvunt reum,* ita, ut construatur cum accusativo personæ et genitivo rei. Xenoph. Mem. IV. 4. 4. Ælian. V. H. I. 34. Herodian. I. 10. 3. De constructione verbi ἀφιέναι in hac significatione vide Vitringæ Obss. SS. IV. c. 3. p. 912. Alberti Pericul. Critic. p. 44. ejusque Notas ad Glossar. Gr. p. 98. Confer etiam I. Floderi D. ex profanis auctoribus illustrantem locutionem scriptt. N. T. ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας. Ups. 1770. 4. 17) *remitto.* Apoc. II. 4. ὅτι τὴν ἀγάπην σου τὴν πρώτην ἀφῆκας quod de pristina tua erga alios benevolentia, aut de pristino tuo in me amore remiseris. 18) pleonastice ponitur Matth. XXII. 22. ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον discesserunt.

ἈΦΙΚΝΈΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ἀφίξομαι, 1) *venio, pervenio, advenio.* Xenoph. Anab. VI. 3. 16. Hesych. ἀφίκετο· παρεγένετο. — ἀφικνούμενος· παραγινόμενος. 2) metaphorice, ut Latinum *pervenio, innotesco, dimano.* Rom. XVI. 19. ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο fama obedientiæ vestræ ad aures omnium pervenit. Sæpius in N. T. non legitur. Sirac. XLVII. 17. εἰς νήσους πόῤῥω ἀφίκετο τὸ ὄνομά σου. Ælian. V. H. II. 41. ὅτι ἀφίκετο αὐτῷ μαντεῖον cum ille oraculum audiret.

ἈΦΙΛΆΓΑΘΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui virtutis et honesti, hominum adeo proborum inimicus est et adversarius,* ex α priv. φίλος *amicus* et ἀγαθὸς *bonus.* Semel in N. T. legitur 2 Tim. III. 3. in plurali ἀφιλάγαθοι bonis inimici. ubi Theophyl. et Œcumen. ἐχθροὶ παντὸς ἀγαθοῦ interpretantur.

ἈΦΙΛΆΡΓΥΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui pecuniæ cupiditate non tenetur, alienus ab avaritia,* opponitur τῷ αἰσχροκερδής. (ex α priv. φίλος *amicus* et ἄργυρος *argentum, pecunia.*) Bis legitur in N. T. 1 Tim. III. 3. Vulgatus: *non cupidus.* Gloss. Vet. φιλάργυρος· *avarus, cupidus.* Hebr. XIII. 5. ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, scil. ἔστω, alieni ab avaritia sunto mores.

ἌΦΙΞΙΣ, εως, ἡ. Apud Græcos fere semper 1) *adventum in aliquem locum* significat, ab ἀφικνέομαι *pervenio, advenio.* Gloss. ἄφιξις· *adventus, profectio.* Hesych. ἔφοδος, παρουσία. Dion. Halic. Ant. 1. VIII. c. 2 et 63. Interdum tamen, quemadmodum ἔρχεσθαι *abire* notat, ita etiam ἄφιξις 2) *abitum, discessum* significat. Sic semel in N. T. legitur Act. XX. 29. μετὰ τὴν ἄφιξίν μου. Vulgatus: *post discessionem meam.* Adsunt etiam pauca quædam loca e scriptoribus Græcis, quæ hanc notionem confirmant et tuentur. Herod. IX. 17. μετὰ τὴν ἄφιξιν τὴν ἐς Θήβας, et cap. 76. μετὰ τὴν ἄφιξιν τῆς γυναικός. Dionys. Halic. X. 8. Alia loca collegit Alberti ad Hesychium T. I. p. 645. 7. et Wetstenius N. T. T. II. p. 598.

ἈΦΊΣΤΗΜΙ, fut. ἀποστήσω. Iterum hic dicendum, quod jam supra ad ἀνίστημι dictum est, hoc verbum nempe in activo pro temporum diversitate nunc *activam,* nunc *neutralem,* seu *intransitivam* significationem, ut ἵστημι et omnia ejus composita, habere. *Activam* notionem habent *præsens, imperf. aorist.* 1. et *futurum; neutralem* vero *perfectum, plusquamperfectum* et *aoristus* 2. Proprie denotat 1) *seorsum statuo, dirimo, sejungo, procul colloco,* ex ἀπὸ et ἵστημι *statuo, colloco.* 2) *abeo, discedo,* i. q. ἀπέρχομαι, quam significationem etiam medium ἀφίσταμαι habet Luc. II. 37. ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ quæ templum frequenter adibat. ibid. XIII. 27. ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες ἐργάται τῆς ἀδικίας facessite hinc omnes improbi. Act. XII. 10. καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ et statim discessit angelus ab eo. ibid. XV. 38. τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας qui deseruisset eos inde a Pamphylia. XIX. 9. Genes. XII. 8. ἀπέστη ἐκεῖθεν εἰς τὸ ὄρος. Hesych. ἀπέστη· ἐχωρίσθη. Idem: ἀφέστηκας· ἐμακρύνθης. Homer. Iliad. III. 33. Schol. ὑπεχώρησεν. Conf. Abresch. ad Æschylum. p. 556. 3) metaphorice: *desisto, absisto ab aliquo, missum facio.* Luc. IV. 13. ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ ad tempus desinebat ei molestias facere. Act. V. 38. ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων missos facite hos homines. ibid. XXII. 29. εὐθέως ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν protinus destiterunt ab eo, qui erant de eo quæstionem habituri. 2 Cor. XII. 8. ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ ut a me desisteret. In vers. Alex. respondet in hoc sensu Hebraico חָדַל Job. VII. 16. ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ. Sirac. XXIII. 12. 4) metaphorice: *renuncio, valedico, abstineo.* 2 Tim. II. 19. ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας renuntiet vitiositati. 5) *fugio alicujus consuetudinem, vito.* 1 Tim. VI. 5. ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων noli cum talibus commercium habere, seu, arctam contrahere familiaritatem. Sirac. VII. 2. ἀπόστηθι ἀπὸ ἀδίκου. 6) *deficio ab aliquo, descisco, desino alicujus discipulus et sectator esse.* Luc. VIII. 13. καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται ingruentibus calamitatibus desciscunt. Conf. Arriani Diss. Epictet. III. 15. 1. 1 Tim. IV. 1. ἀποστήσονται τινὲς τῆς

πίστεως a religione christiana quosdam esse defecturos. Hebr. III. 12. ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος ita, ut a veri Dei cultu deficiatis. Hebr. מָרָה Ezech. XX. 8. ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ. Sapient. III. 10. τοῦ Κυρίου ἀποστάντες. Sirac. X. 14. Loca Græcorum dedit Dresig. de Verbis Mediis N. T, I. 32. p. 223. 7) *ad defectionem impello, efficio, ut alter meas partes sequatur, sectatorem mihi concilio.* Act. V. 37. ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ multos homines in suas partes traduxit. Deut. XIII. 10. ἐζήτησε ἀποστῆσαί σε ἀπὸ Κυρίου. Sirac. XIX. 2. οἶνος καὶ γυναῖκες ἀποστήσουσι συνετούς. Isocrates Euag. p. 476. Κιλικίαν δὲ βασιλέως ἀπέστησε. Herodian. VII. 7. 9. et 13. τὰ ἔθνη ἀποστήσαντες. Herodot. I. 154. τους Λυδοὺς ἀπέστησεν ἀπὸ Κύρου.

"ΑΦΝΩ. Adverbium. *Repente, subito, protinus*, per syncopen pro ἀφανῶς, ex α priv. et φαίνω. Respondet Hebraico פִּתְאֹם Jos. X. 9. Cohel. IX. 12. Ter tantum legitur in N. T. Act. II. 2. XVI. 26. XXVIII. 6. καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. Ælian. V. H. II. 7. ubi ἄφνω usurpatur in commemorandis prodigiis. Adde Joseph. A. J. VIII. 13. 5. ἄφνω πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ βωμὸν ἔπεσε. et cap. 8. § 24. Hesych. ἄφνω· ἐξαίφνης, αἰφνιδίως.

'ΑΦΟ'ΒΩΣ. Adverbium. *Sine metu, intrepide.* (ex α priv. et φόβος *metus.*) Luc. I. 74. ἀφόβως λατρεύειν αὐτῷ sine metu servili Deum colamus. 1 Cor. XVI. 10. Philipp. I. 14. ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν, pro: μετὰ παῤῥησίας, libere tradere religionem christianam. Jud. v. 12. ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες impudenter semet ipsos pascentes. Prov. I. 33. ubi in versione Alex. Hebraico מִפַּחַד respondet. Vide et Sapient. XVII. 4. Xenoph. Hier. 7. 10. et Æsop. Fab. 292. Adjectivum ἄφοβος *intrepidus* reperitur apud Epictet. 12. 1. et Aristoph. Av. 1384.

'ΑΦΟΜΟΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *confero inter se, assimilo, similem reddo.* Xenoph. Mem. III. 10. 2. καὶ μὴν τά γε καλὰ εἴδη ἀφομοιοῦντες. Passivum ἀφομοιόομαι, οῦμαι, *similis sum, assimilor*, legitur in N. T. tantum Hebr. VII. 3. ubi Melchisedechus dicitur ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ filio Dei similis. Epistola Jerem. v. 5. τοῖς ἀλλοφύλοις ἀφομοιωθῆτε. ibid. v. 63, 70.

'ΑΦΟΡΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, 1) proprie: *oculos averto ab aliqua re.* Sic legitur apud Xenoph. Cyrop. VII. 1. 18. παίουσιν ἀφορῶντας a tergo cædunt. 2) *oculos ab alieno aspectu abstractos in aliud objectum figo, intentis oculis aliud aspicio et contemplor.* Sic legitur apud Diod. Sic. XIX. 23. Hesych. ἀφορῶντες, ἀποβλέποντες. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀφοράω, *adspecto.* Hinc 3) metaphorice: *diligenter expendo, attenta mente considero, imitandum mihi aliquid propono.* Tantum in N. T. extat Hebr. XII. 2. ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν sit nobis exemplum propositum Christus auctor religionis nostræ. Joseph. A. J. IV. 4. 7. Arrian. Diss. Epictet. IV. c. 1. εἰς ταῦτα ἀφόρα τὰ παραδείγματα. Heliodor. VII. p. 330. εἰς ποίαν ἀφορῶντας ἐλπίδα. In notione simili *respiciendi* legitur apud Joseph. A. J. VII. 5. 4. πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀφορῶν.

'ΑΦΟΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *designo, describo terminos, definio, suis limitibus circumscriptum discerno,* et de agro dicebatur, qui a reliquis discernebatur, terminis constitutis. Exod. XIX. 12. וְהִגְבַּלְתָּ אֶת־הָעָם סָבִיב Alex. καὶ ἀφοριεῖς (Schol. ὁροθετήσεις) τὸν λαὸν κύκλῳ. Hinc 2) *separo, discerno, quocunque modo hoc fiat.* Matth. XIII. 49. καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων segregabunt impios a piis. XXV. 32. καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων. Act. XIX. 9. 2. Cor. VI. 17. Gal. II. 12. καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν et separavit se ab iis, h. e. et fugiebat eorum consuetudinem. Quia vero ἀφορίζεσθαι κατ' ἐξοχὴν de *iis rebus* usurpatur, *quæ a communi usu segregantur, ut Deo consecrentur,* (v. c. Levit. XX. 26. XXVII. 21. conf. etiam Hesychii Glossarium sub τεμένη) hinc ἀφορίζειν in N. T. 3) *iis* tribuitur, *qui aliquem ad certum opus et munus sacrum obeundum eligunt ac designant,* interdum adeo de Deo ipso eodem sensu adhibetur. Act. XIII. 2. ἀφορίσατέ μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Παῦλον εἰς τὸ ἔργον eligite Barnabam ac Paulum ad munus. Rom. I. 1. ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ electus a Deo doctor religionis christianæ. Galat. I. 15. ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρὸς Deus, qui me jam inde a natalibus destinaverat ad munus apostolicum, ubi cum καλεῖν permutatur. Hesych. ἀφωρισμένος· ἐκλελεγμένος, διακεκριμένος. Idem tradit Alberti Gloss. N. T. p. 90. 4) *excommunico e cœtu et societate ejicio,* i. q. ἀποσυναγωγέω. Luc. VI. 22. καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, coll. Joh. XVI. 2. ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. Uberius de hac notione exposuit Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 600. Forte tamen h. l. ἀφορίζειν est i. q. Act. XIII. 50. ἐκ τῶν ὁρίων ἐκβάλλειν e finibus vel ditionis terminis ejicere: unde in Glossario: *abterminatus*, ἀφορισθείς.

'ΑΦΟΡΜΗ', ῆς, ἡ, in universum *omnem apparatum subsidiorum ad aliquam rem perficiendam necessariorum* significat. Sic v. c. apud Xenoph. de Vectig. III. 6. 9. 12. id, quod impenditur ad lucrum faciendum, ἀφορμὴ dicitur, et ab eodem Mem. III. 12. 4. præsidia vitæ, res ad vitam sustentandam necessariæ, ἀφορμαὶ εἰς τὸν βίον vocantur. Confer quæ de hac voce lectu digna habet Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. p. 80. et Schwarz. in Comment. Crit. Ling. Gr. p. 225. Ab hac universa notione repetenda est altera, quæ vulgo huic voci in Lexicis tribui solet, significatio *opportunitatis, occasionis,* Græcis scriptoribus non minus usitata, v. c. Xenoph. Mem. II. 7. 12. ἔργων ἀφορμαὶ opportunitas operis suscipiendi, ad quem locum vide, quæ Hindenburgius in Animadvv. laudavit. Æque late hæc vox in N. T. patet. Rom. VII. 8 et 11. ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς vitiositas per interdictum nacta occasionem et materiam vim suam exserendi. 2 Cor. V. 12. ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ut vobis materiam præbeam de me doctore gloriandi. ibid. XI. 12. ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμὴν ut occasionem se laudandi præripiam, qui eam studiose quærunt. Galat. V. 13. εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ ad peccandi licentiam. 1 Tim. V. 14. μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν nullam adversariis religionis christianæ calumniandæ præbere materiam. Hesych. ἀφορμή· ἡ νῦν ἐνθήκη λεγομένη, ἢ πρόφασις, ἢ αἰτία. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 56 et 344. et Lexic. Xenoph. Vol. I. p. 505. Gloss. Vet. apud Labbæum. p. 33. ἀφορμὴ, *occasio, fomes.*

'ΑΦΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *spumo, spumam excito,* seu *reddo,* ab ἀφρὸς *spuma.* Bis in N. T. legitur. Marc. IX. 18. ἀφρίζει καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ spumat ac stridet dentibus suis. ib. v. 20. ἐκυλίετο ἀφρίζων volutabatur ita, ut os ejus spumam ageret. Confer Fœsii Œconomia Hippocr. p. 71.

'ΑΦΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, *spuma.* Semel in

N. T. legitur Luc. IX. 39. σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ spumantem lacerat. Eurip. Iphig. in Taur. v. 307. Etym. M. ἀφρός· τὸ μετὰ σφοδρᾶς φορᾶς προϊέμενον.

'ΑΦΡΟΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, 1) *amentia, imprudentia, levitas animi, incuria honesti ac recti,* ab ἄφρων, quod vide. Sic ex plerorumque interpretum opinione legitur apud Marc. VII. 22. sed incerta ibi est significatio et dubia. Vox ὑπερηφανία, quæ præcedit, notionem *ostentationis* commendat. 2) *ostentatio, jactantia,* quam et Latini *stultitiam* vocant, quoniam est insipientiæ certissimum signum. Sic autem legitur in N. T. 2 Cor. XI. 1. ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ utinam perferretis paululum meam ostentationem, h. e. quæ me commendandi caussa jam proferre coactus sum. ibid. v. 17. ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ sed quasi jactabunde. ibid. v. 21. ἐν ἀφροσύνῃ λέγω jactabundi enim jam personam induo.

"ΑΦΡΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, 1) *stultus, qui rem non recte intelligit, qui temerarie et inconsiderate agit, amens,* ex α priv. et φρὴν *mens.* Luc. XII. 20. ἄφρων, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπό σου, ubi ἄφρων dicitur, qui sibi divitias congerit vanas et caducas, vera autem et cœlestia bona non curat, ut Christus ipse v. 21. explicat. Luc. XI. 40. ἄφρονες Pharisæi vocantur, qui externam vasorum v. c. puritatem curabant, internam vero animi prorsus negligebant. 1 Cor. XV. 36. denique ἄφρων appellatur, qui, quæ ex natura de reditu corporum mortuorum in vitam sponte intelligi possunt, non recte percipit. 2) *inscius, paganus, religionis christianæ scientia destitutus,* et ex adjuncto: *impius, scelestus.* Rom. II. 20. παιδευτὴν ἀφρόνων doctorem insciorum. Ephes. V. 17: μὴ γίνεσθε ἄφρονες ne amplius paganorum more vitiositati vos dedatis; nam sequitur: ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα Κυρίου. 1 Pet. II. 15. τὴν τῶν ἀφρόνων ἀγνωσίαν calumnias paganorum, quas ex ignorantia proferre solent. 3) *jactabundus, ostentator.* 1 Cor. XI. 16. μή τις με δόξῃ ἄφρονα εἶναι ne quis me vanum ostentatorem habeat. ib. v. 19. ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων lubenter fertis jactabundos. XII. 6. οὐκ ἔσομαι ἄφρων non vaniloquentiæ accusari possem. ib. v. 11. γέγονα ἄφρων paululum jactabunde de me locutus sum. Sic etiam Latini *stultos* vocant, quos gloria vexat inanis.

'ΑΦΥΠΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *sopior, obdormio,* ex ἀπὸ et ὕπνος *somnus.* Verbum ἅπαξ λεγόμενον. Luc. VIII. 23. πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε inter navigandum obdormivit Jesus, ἐκάθευδε, ut legitur in locis parallelis Matth. VIII. 24. et Marc. IV. 38. Rarior est hæc notio apud Græcos, nam vulgo ἀφυπνόω et ἀφυπνίζω (Ælian. V. H. I. 13.) *e somno excitare,* et sensu passivo *expergefieri* significat. Vid. Pierson. ad Mœridem p. 61. Sed eodem tamen sensu legitur in versione Alex. Judd. V. 27. sec. Ald. ἀφύπνωσε ἀναμέσον τῶν σκελῶν αὐτῆς ubi in Hebr. שָׁכַב respondet, quod alias redditur verbo καθεύδειν, ut Prov. III. 24. Gloss. ἀφυπνόω, *obdormio,* uti legendum est loco impressi *abdormio.*

"ΑΦΩΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *mutus, vocis expers, qui facultate loquendi plane est destitutus.* 1 Cor. XII. 2. πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ad colenda simulacra idolorum muta, coll. Psal. CXV. 5. Habac. II. 18. 2 Petr. II. 16. ὑποζύγιον ἄφωνον ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον. 2 Macc. III. 29. 2) *qui obmutescit, vocem non emittit.* Sic in N. T. legitur Act. VIII. 32. ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος ut agnus coram tonsore obmutescit, et nullum sonum edit, coll. Ies. LIII. 7. ubi נֶאֱלָמָה vocatur. Etiam apud Græcos ἄφωνος et ἀχανὴς (quam vocem Mœris tanquam magis Atticam præferendam judicavit τῷ ἄφωνος) et ἄναυδος de *attonito* usurpatur, *cui præ ingenti stupore et admiratione vox est intercepta,* v. c. apud Athen. VII. p. 298. Ælian. V. H. XII. c. 41. πρῶτον ἔστη ἄφωνος, ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ. Hinc ἀφασία *stuporem* notat, quo vox et sermo intercipitur. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 9. 12. p. 356. Plane singulari modo autem hoc vocabulum usurpatur 1 Cor. XIV. 10. οὐδὲν αὐτῶν (scil. φωνῶν) ἄφωνον et nulla lingua sensu et significatione caret, seu, nulla est, quæ nón vere dici possit lingua. Sic βίος ἀβίωτος vita non vitalis. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄφωνος, *mutus, insonus.*

'ΑΧΑ'Ζ, ὁ, *Achas.* Nomen viri origine Hebraicum אָחָז *apprehendens, possessor.* Fuit rex Judæ admodum impius, filius Jothami, 2 Reg. XVI. 1. Legitur in N. T. Matth. I. 9.

'ΑΧΑΙ"Α, ας, ἡ, *Achaia.* Nomen *regionis Græciæ.* Angustius si sumitur, fuit nomen provinciæ, sitæ in Peloponneso aut Morea, regione Græciæ, versus septentrionem. Nomen accepit ab *Achæo,* filio Xuthi, olim Ægialea dicta, fortasse ab Ægialeo, rege Sicyoniæ. Sub Augusto erat provincia proconsularis. Tiberius eam Macedoniæ adjunctam Cæsarianam fecit, sed Claudius utramque provinciam senatui reddidit, seu proconsularem fecit. Sueton. vita Claudii cap. 25. Polybii ætate tota Peloponnesus dicta est 'Αχαΐα. conf. Polyb. II. c. 38. Latius si accipitur, complectitur Peloponnesum et Græciam, quæ proprie sic dicitur, h. e. regiones omnes, quæ interjectæ sunt inter Peloponnesum et Thessaliam, et cum Μακεδονίᾳ conjungitur, quia in has duas provincias totam Græciam diviserunt Romani, postquam Græcos in suam potestatem redegerant. Cf. Cellarii Notit. Orb. Antiq. T. I. p. 1170. et Salmasii Exc. Plin. p. 568. De provincia *Achaia* proconsulari, sensu angustiori sumta, cujus caput Corinthus fuit, accipiendus erit locus Act. XVIII. 12, 26. ibid. vero XIX. 21. latius patet, nam ibi verba leguntur: διελθὼν Μακεδονίαν καὶ 'Αχαΐαν. Rom. XV. 26. 'Αχαΐα cœtus christianorum in Achaia, latius sumta. ibid. XVI. 5. loco 'Αχαΐας reponendum est 'Ασίας. 1 Cor. XVI. 15. 2 Cor. I. 2. IX. 2. XI. 10. 1 Thess. I. 7, 8. Hesych. 'Αχαιοί· οἱ "Ελληνες, κυρίως δὲ καὶ οἱ κατοικοῦντες μέρος τι τῆς Πελοποννήσου τὴν καλουμένην 'Αχαΐαν.

'ΑΧΑΙ"ΚΟ'Σ, οῦ, ὁ. *Achaicus,* i. e. *ad Achæos pertinens, Achæorum proprius.* Xenoph. Hist. Græc. IV. 8. 5. Hom. Il. ί. 375. ubi vid. Eustathius. In N. T. est nomen viri christiani, qui commemoratur 1 Cor. XVI. 17. forte sic dicti ab Achaia provincia, ex qua oriundus fuit.

'ΑΧΑ'ΡΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *ingratus, qui gratias non refert, qui, accepti beneficii immemor, officia sua negligit,* (Xenoph. Mem. II. 2. 1.) ex α priv. et χαρίζομαι *gratificor.* Bis legitur in N. T. Luc. VI. 35. ubi Deus benignus dicitur ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς. 2 Tim. III. 2. ἀχάριστοι, ἀνόσιοι, nam ingratum dicens omne crimen dixeris. Sapient. XVI. 29. Herodian. VI. 9. 1. ὡς ἀπίστου καὶ ἀχαρίστου. Lucian. Timon. 48. ἀχάριστοι καὶ πονηροί. Eustath. in Od. θ. p. 304. 40. ἀσύνηθες δὲ τοῖς μεθ' "Ομηρον ἀχάριστον ἐπὶ τοῦ μὴ χαρίεντος. αὐτὸν γὰρ ἀχάριστον φασὶ, οὗ ἀποῤῥεῖ μνῆσις εὖ πεπονθότος. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀχάριστος, *ingratus, inofficiosus.*

(Herodot. VI. c. 129. Æsopi Fab 130.) sed non saltastis; de quo loco videndus Vorstius in libro de Adagiis N. T. c. XI. p. 815. 1 Cor. XIV. 7. πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον; quomodo dignoscetur, quale sit, quod tibia canitur? Sæpius non legitur in N. T. libris.

ΑΥ'ΛΗ', ῆς, ἡ. Olim, inprimis Homeri ætate, αὐλή 1) dicebatur *omnis locus subdialis, apertus et vento expositus*, ab ἄω *flo*, quia a ventis perflatur. Athenæus Deipnosoph. L. V. c. 2. p. 189. διαπνεόμενος τόπος αὐλὴ λέγεται, ubi vid. Casaubonus. Eadem notio obtinet in N. T. v. c. Apoc. XI. 2. καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ atrium exterius templi (2 Chron. XXIII. 5. Ezech. X. 5.) spatium extra templum, quod tecto nullo tegitur, sed tamen muris inclusum erat. Phavor. αὐλή· ὁ περιτετειχισμένος καὶ ὕπαιθρος τόπος. 2) *prima ædium pars, subdiale in ædibus opulentiorum maxime aut principum spatium, atrium*, seu *area ante magnas ædes, vestibulum ædium, porticu circumdatum*. In ædibus ditiorum autem memoratur a scriptt. N. T. duplex aula, προαύλιον et αὐλή. Προαύλιον Latino *vestibulum* respondet et *exteriorem aulam* significat; αὐλή autem est *interior aula ante ædes*, quæ Latinis *atrium* dicebatur, contra antiquiorum Græcorum usum loquendi, quibus αὐλή proprie idem significat, quod προαύλιον, nempe locum ante januam vacuum et inter fores ædium ac viam medium. Conf. Perizonius ad Ælian V. H. III. 4. et Grævii Lect. Hesiod. cap. 16. Matth. XXVI. 58. ἕως τῆς αὐλῆς τοῦ ἀρχιερέως ad atrium pontificis, coll. v. 69. ἔξω ἐκάθητο ἐν τῇ αὐλῇ. Marc. XIV. 54. 66. coll. v. 68. Luc. XXII. 55. Joh. XVIII. 15, 16. Alexandrini haud raro voce αὐλή usi sunt pro חָצֵר 1 Chron. IX. 22, 25. 2 Chron. IV. 9. XXXIII. 5. et חָצִיר *atrium* Ies. XXXIV. 13. Jam, quia in ejusmodi loco subdiali ante ædes antiquis temporibus pecudes continebantur et stabulari solebant, factum est, ut αὐλή 3) diceretur *stabulum, caula, mansiones*, ὕπαιθροι τόποι, *in quibus oves, capræ et alia pecora minora stabulantur, ovile*. Homer. Iliad. IV. 433. Joh. X. 1. εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων. ibid. v. 16. ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, ubi metaphorice usurpatur hoc sensu: alios præterea mihi destinavit Deus sectatores, qui non sunt e populo Judaico. Hesych. αὐλῆς· ἐπαύλεως. Idem: αὐλήν, κοίτην, ἐπαυλισμόν. Gloss. αὐλὴ τῶν προβάτων, *stabulum*. Pollux. Onom. I. 247. 4) per synecdochen partis pro toto, *domus, ædificium*, speciatim: *arx, palatium, regum et magnatum ædes*, quia opulentiorum domus habebant ejusmodi locum subdialem. Athenæus l. l. νῦν καὶ τὰ βασίλεια λέγουσιν αὐλάς. Suid. αὐλή· ἡ τοῦ βασιλέως οἰκία. Matth. XXVI. 3. εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως. Luc. XI. 21. φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλὴν arcem suam custodit. Eurip. Phœn. v. 1561. Æschin. Dial. III. 19. αὐλὴ Διός. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 6. 27. p. 178.

ΑΥ'ΛΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *tibicen, qui tibia canit*, ab αὐλέω *tibia cano*. Duplici autem modo hæc vox usurpatur in N. T. pro diverso tibiarum usu. Cantabat nempe fanis, cantabat tibia ludis apud veteres, ut verbis Ovidii utar, et ideo αὐλητής *tibicen* dicebatur, *qui in hilaritate et conviviis tempestivis adhibebatur*. Apoc. XVIII. 22. φωνὴ αὐλητῶν καὶ σαλπιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. Cantabat autem etiam mœstis tibia funeribus, (Ovid. Fast. VI. 660.) unde αὐληταὶ κατ' ἐξοχὴν *tibicines* vocantur, *qui in funeribus adhibebantur* (Joseph. B. J. III. 9. 5.), *cantu suo lugubri hominum, ad funus convenientium, animos ad mœrorem et lacrymas commovebant, et pompam præeundo cohonestabant*. Vestigia hujus ritus apud Judæos, qui ex gentilium imitatione ad eos derivatus vulgo esse creditur, deprehenduntur tum in Talmude, tum in Maimonide. Cf. Buxtorf. Lexic. Talmud. p. 1524. Geier de Hebræorum Luctu c. 5. § 16. p. 75. et et Kirchmann. de Funeribus Romanor. II. 5. Hinc lucem fœneratur locus Matth. IX. 23. ubi αὐληταὶ in domo Jairi, principis synagogæ, filiam ejus mortuam ad tibiam reperiuntur mœrentes, lacrymantes ac miserantes, κλαίοντες καὶ ἀλαλάζοντες, ut legitur in loco parallelo Marc. V. 38. Conf. ad h. l. I. Z. Hilligeri D. de tibicinibus in funere adhibitis. Viteb. 1717. 4. et Bartholinum de Tibiis Veterum cap. 15.

ΑΥ'ΛΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, est omnino *commorari, versari in aliquo loco quovis tempore et quacunque ratione*; unde apud Xenoph. Anab. IV. 3. 1. ταύτην τὴν ἡμέραν ηὐλίσθησαν, et ibid. c. 1. 8. ταύτην τὴν νύκτα ηὐλίσθησαν. Aristot. H. A. IX. 32. Dionys. Halic. VIII. 19. Interdum tamen αὐλίζομαι, per se positum, *pernoctare, noctem transigere in aliquo loco* significat, v. c. apud Apollodor. Bibl. II. 5. 10. Alexandrini sæpe usi sunt pro לִין (Jud. XIX. 15, 20. 2 Sam. XII. 16.) æque ac שָׁכַן (Job. XI. 14. XV. 28.) In N. T. bis legitur. Matth. XXI. 17. καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ ibique pernoctavit. Luc. XXI. 37. τὰς δὲ νύκτας ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος noctu vero versabatur in monte. Vulgatus: *morabatur*. Herodot. III. 110. Hesych. αὐλίζομαι· μένω, (Latinum *maneo*. Horat. Carm. I. 1. 25.) ἐνδιατρίβω. Gloss. Vet. αὐλίζομαι — *demoror, commoror*.

ΑΥ'ΛΟ'Σ, οῦ, ὁ, *tibia*, (secundum Plinium H. N. XVI. 36. ex calamo, seu arundine primum fabricata, serius autem ex auro, argento, orichalco, et aliis æris generibus, etiam buxo, loto aut cornu, teste Polluce Onom. IV. 9.) ab αὔω vel ἄω *flo*, quia instrumentum est, quod inflatur. Ejus usus erat et in lætis rebus, Matth. XI. 17. (Aristot. de Rep. VIII. 6 et 7.) et in luctu, Matth. IX. 23. interdum etiam ad canendum classicum adhibebatur. Conf. Lamb. Bos. Antiqq. Gr. p. 182. et Casp. Bartholinum de tibiis veterum I. c. 8. p. 104. (Ed. 2. Amst. 1679. 8.) In N. T. tantum legitur 1 Cor. XIV. 7. εἴ τε αὐλός. De hoc instrumento musico conferri meretur. Ez. Spanhem. in Notis ad Callimachum p. 466. et Eustathius ad Homer. Iliad. VI. p. 1157. Alexandrini usi sunt hac voce pro חָלִיל 1 Sam. X. 5. Ies. V. 12. et olim videtur αὐλός de *omni instrumento, quod inflatur*, in universum usurpatum fuisse. Hesych. αὐλός· κιθάρα ἢ σύριγξ.

ΑΥ'ΞΑ'ΝΩ, fut. αὐξήσω, et transitive et intransitive usurpatur apud Græcos scriptores pariter ac librorum N. T. auctores. Transitive si sumitur, significat *augere, incrementum dare et largiri, crescere, augeri et propagari jubere et facere*. Sic legitur apud LXX Genes. XVII. 6. Levit. XXVI. 9. Job. XLII. 10. ac Arrian. Diss. Epict. III. 22. 5. Intransitive autem si usurpatur, (ut Latinum *augere* apud Catull. Carm. XLIV. 324. Vide Interpretes ad Liv. III. 6.) est: *incrementum capere, crescere, augeri*, i. q. αὐξάνεσθαι. Diod. Sic. XVII. c. 105. p. 242. ed. Wessel. Pausan. Phocic.

c. 32. p. 881. Cf. Grævii Notas ad Luciani Solœcistam T. II. p. 734. Medium αὐξάνομαι *me augeo*, i. e. *cresco*, de quo legendus est Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 30. p. 217 seq. Non autem sufficit hanc universam notionem verbi αὐξάνειν et αὐξάνεσθαι tenuisse in explicandis singulis N. T. locis, in quibus pro contextæ orationis et subjectorum varietate multis modis adhibitum reperitur. Sic 1) ita ponitur, ut sit: *adolescere, ad adultam pervenire ætatem*. Luc. I. 80. τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε et puer adolevit. ib. II. 40. 2 Petr. II. 2. ἵνα ἐν αὐτῷ αὐξηθῆτε, ubi tamen sensu metaphorico accipiendum erit de *perfectione christiana*, ad quam christiani aspirantes haud raro cum *viris adultis* in N. T. comparantur. Ælian. V. H. II. 7. αὐξηθὲν βρέφος. Æschines Dial. III. 17. Antigon. Caryst. Hist. M. c. 107. αὐξανομένων δὲ τῶν νεοττῶν. Gen. XXI. 8. ηὐξήθη τὸ παιδίον. 2) *crescere magnitudine, succrescere*, si adhibetur de plantis et arboribus. Matth. VI. 28. τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, πῶς αὐξάνει lilia, quomodo succrescunt. ibid. XIII. 32. ὅταν δὲ αὐξηθῇ ubi vero succrevit. Marc. IV. 8. ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα. Luc. XII. 27. XIII. 19. 3) *crescere facere, incrementum largiri plantis et arboribus*. 1 Cor. III. 6. ἐγὼ ἐφύτευσα, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν ego plantavi, sed Deus incrementa dedit. ibid. v. 7. ὁ αὐξάνων Θεός. In utroque autem loco αὐξάνειν metaphorice *prospero successu juvare doctrinam ab aliquo traditam* significat. 2 Cor. IX. 10. αὐξήσαι τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν, h. e. augebit præmia liberalitatis vestræ. Ies. LXI. 11. 4) *crescere auctoritate, dignitate, potestate, opibus*. Joh. III. 30. ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι ejus auctoritas augeri, mea indies imminui debet. Conf. ad h. l. Palairet. In vers. Alex. transitive usurpatur, ut sit: *augere aliquem honoribus, opibus et commodis*, v. c. Job. XLII. 10. ὁ Κύριος ηὔξησε τὸν Ἰώβ. Jos. IV. 14. Confer quæ dixi in Spicilegio I. Lexici in Intt. Græc. V. T. post Bielium p. 20 seq. 5) *numero crescere, numerosum fieri*. Act. VII. 17. ηὔξησεν ὁ λαὸς καὶ ἐπληθύνθη. Conf. versionem Syriacam 1 Cor. III. 6. Genes. XVII. 6. Levit. XXVI. 9. 6) *propagari, dimanare latius*, si de *doctrina* sermo est. Act. VI. 7. καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε et doctrina christiana dimanavit latius. ib. XII. 24. καὶ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο. Syrus bene: ܗܘܐ ܡܬܟܪܙ *prædicabatur*. Act. XIX. 20. κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανε καὶ ἴσχυεν. 7) metaphorice: *perfectiorem fieri, incrementa capere*. 2 Cor. X. 15. αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν. Ephes. IV. 15. αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν Christo juncti cognitione et virtute christiana perfectiores reddamur. Coloss. I. 10. αὐξανόμενοι εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ Θεοῦ. 2 Petr. III. 18. αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ælian. V. H. IV. 2. αὐξῆσαι τέχνην.

ΑΥ'ΞΗΣΙΣ, εως, ἡ, *incrementum, augmentum*, ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum, ab αὐξάνω *cresco, incrementum capio*. Atticos scriptores voce αὔξη pro αὔξησις usos esse, Mœris et Thom. M. auctores sunt: αὔξην Ἀττικῶς, αὔξησιν Ἑλληνικῶς. Occurrit tamen apud Herodotum II. 13. Pindar. V. 37. et Theophrast. de Causis Plantarum XI. c. 7. In N. T. bis legitur. Ephes. IV. 16. τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται indies majora incrementa capit cœtus christianorum. Col. II. 19. αὔξει τὴν αὔξησιν Θεοῦ, h. e. vel maxima incrementa capit ecclesia christiana, ut Θεοῦ superlativi indicandi causa additum sit, vel, augetur christianorum numerus, ita, ut Deus hoc incrementum largiatur. Ælian. V. H. XIII. 3. αὔξησιν δὲ οὐκ ἐλάμβανεν. Phavor. αὔξησις, ἐπὶ ἀνθρώπων ἢ ζώων ἢ ἑτέρων τινῶν. αὔξη δὲ καὶ βλάστη, ἐπὶ μόνων τῶν φυτῶν. καὶ αὔξησις κίνησις περὶ τὸ τέλειον μέγεθος.

ΑΥ'ΞΩ, idem quod ΑΥΞΑ'ΝΩ *cresco*, quod vide Conf. Thom. M. Eclog. sub αὔξειν. In N. T. bis legitur. Ephes. II. 21. ἡ οἰκοδομὴ αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ædificium surgit in templum Dei, seu metaphorice, in dies crescit christianorum numerus. Nam αὔξειν æque ac αὐξάνειν, de ædificiis usurpatum, *paulatim altius exsurgere* significat. Coloss. II. 19. αὔξει τὴν αὔξησιν Θεοῦ. Vide sub αὔξησις.

ΑΥ'ΡΙΟΝ. Adverbium. 1) *cras*, ἡ αὔριον, scil. ἡμέρα, *dies proxime sequens, crastinus, posterus*. Luc. X. 35. καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον, scil. ἡμέραν, postridie. (Syrus: ܠܨܦܪܗ ܕܝܘܡܐ *ad auroram diei*, i. e. *postridie*; quo sensu etiam formula: في الغد, qua h. l. et alibi passim Arabs usus est, adhibetur. Uterque sine dubio αὔριον derivavit ab αὔρα *aura, ventus levior*, qui mane spirare solet. Vide Lud. de Dieu Crit. S. p. 455.) Act. IV. 3. εἰς τὴν αὔριον ad posterum diem. Gloss. εἰς τὴν αὔριον, *in crastinum*. ib. v. 5. ἐπὶ τὴν αὔριον postero die. ibid. XXIII. 15, 20. ut cras in synedrium deducat. XXV. 22. 2) ut Hebraicum מָחָר Gen. XXX. 33. ἡ αὔριον ἡμέρα *omne futurum tempus*. Matth. VI. 34. μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον ne anxie de futuro tempore solliciti sitis. φροντίζειν εἰς αὔριον legitur apud Athenæum Lib. VII. teste Casaubono in Notis ad h. l. Jacob. IV. 14. οἵτινες οὐκ ἐπίστασθε τὸ τῆς αὔριον nescitis quid serus vesper vehat. 3) *brevi*. Matth. VI. 30. καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον et cito perituram. Luc. XII. 28. 1 Cor. XV. 32. αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν brevi moriemur. Sirac. X. 10. Arrian. Diss. in Epictet. III. c. 22. δεδοικὼς μὴ οὐ σχῇς τροφὰς αὔριον. Eodem modo מָחָר usurpatur Ies. XXII. 13. Idem valet de formula σήμερον καὶ αὔριον, quæ *brevissimum temporis spatium* significat, v. c. Luc. XIII. 32. ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον et per breve tantum tempus ægrotos sanaturum. ibid. v. 33. πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον, sc. ἐπιτελεῖν ἰάσεις κ. τ. λ. interim me oportet per breve illud tempus muneri mihi demandato satisfacere. Conf. Glassii Philologia S. p. 372. ed. Dathii.

ΑΥΣΤΗΡΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *austerus*. Est vocabulum Græcis et Latinis commune. 1) proprie est saporis, et significat, *quod acerbum saporem habet, qualis est fructuum non maturorum aut vini immaturi*. Dioscor. V. 6. ὁ δὲ αὐστηρὸς (scil. οἶνος) οὐρητικώτερος. Diog. Laërt. VII. 117. οἶνος αὐστηρός, ubi vid. Menagius. 2) metaphorice: *homo asper, tristis, severior et rigidior*. Ita bis in N. T. legitur. Luc. XIX. 21 et 22. ᾔδεις ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπος αὐστηρός εἰμι. In utroque loco Syrus habet ܩܫܝܐ *durus*, et in loco parallelo Matth. XXV. 24. σκληρὸς reperitur. 2 Macc. XIV. 30. αὐστηρότερον διεξάγοντα συνιδὼν τὸν Νικάνορα πρὸς αὐτόν. Diog. Laërt. VII. 26. ἐρωτηθεὶς, διατί αὐστηρὸς ὢν ἐν τῷ πότῳ διαχεῖται. Hesych. αὐστηρός· σκυθρωπὸς, ξηρός. Etym. M. αὐστηρὸς παρὰ τὸ αὔω, τὸ ξηραίνω, ὁ μέλλων αὔσω, ἐξ οὗ αὐστηρὸς σημαίνει στρυφνὸν, ξηρὸν, αὐχμηρὸν, σκυθρωπόν.

ΑΥΤΑ'ΡΚΕΙΑ, ας, ἡ, 1) *abundantia, copia et affluentia omnium rerum, quibus opus est, sufficientia*. 2 Cor. IX. 8. ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες ut semper satis

opum et facultatum habeatis. 2) *animus sua sorte contentus.* 1 Tim. VI. 8. ἡ εὐσέβεια μετὰ αὐταρκείας pietas cum modestia seu moderatione animi conjuncta. Dionys. Halic. Ant. II. 74. Diog. Laërt. X. 130. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum: αὐτάρκεια, *sufficientia, frugalitas.*

ΑΥ'ΤΑ'ΡΚΗΣ, εος, ους, ὁ, ἡ, 1) proprie: *qui tantum habet, quantum satis est ad vitam suam sustentandam, nec adeo aliorum indiget auxilio, qui sibi sufficit.* Phavor. αὐτάρκης. αὐτοβοήθος, παρὰ τὸ αὐτὸς καὶ τὸ ἀρκῶ, βοηθῶ, ὁ ἑαυτῷ ἐπαρκῶν καὶ βοηθῶν. Idem: αὔταρκες· τὸ ἱκανῶς ἐξαρκοῦν. Sirac. V. 1. καὶ μὴ εἴπῃς, αὐτάρκη μοι ἐστι. XI. 24. XXXI. 25. 2) *par rei efficiendæ, idoneus.* Hesych. ἱκανός. Isocrat. Panegyr. c. 11. αὐτάρκης χώρα, h. e. terra, ad usus incolarum satis magna et apta, interprete Moro. Xenoph. Cyrop. IV. 3. 3. μὴ αὐτάρκεις ὄντες κτήσασθαι αὐτά. Mem. IV. 7. 1. αὐτάρκης ἐν ταῖς προσηκούσαις πράξεσι. Polyb. V. 55. 8. Cf. Irmisch. ad Herodian. I. 4. 10. p. 109. 3) *qui est sua sorte contentus, qui animo paucis contento præditus est.* Philip. IV. 11. ἐγὼ ἔμαθον ἐν οἷς εἰμὶ, αὐτάρκης εἶναι ego enim, quacunque conditione fuero, contentus esse didici. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XL. 18. ζωὴ αὐτάρκους ἐργάτου γλυκανθήσεται. Diog. Laërt. II. 24. de Socrate: αὐτάρκης ἦν καὶ σεμνός. Polyb. VI. 48. 7. Gloss. Vet. apud Labbæum: αὐτάρκης, *contentus.*

ΑΥ'ΤΟΚΑΤΑ'ΚΡΙΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *suopte judicio condemnatus, a se ipso condemnatus*, ex αὐτὸς et κατακρίνω *condemno.* Semel legitur in N. T. Tit. III. 11. ὢν αὐτοκατάκριτος suo judicio condemnatus, ut loquitur Cicero pro Cluentio c. 21. Optime Œcumenius ad h. l. ἢ ἀναπολόγητός ἐστιν, ἢ αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς οἰκείας συνειδήσεως κατακρινόμενος.

ΑΥ'ΤΟ'ΜΑΤΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *qui sponte aliquid facit, nullo alio interveniente aut impellente, spontaneus*, et de rebus æque ac personis adhibetur. Κατ' ἐξοχὴν vero de *eo* usurpatur, *quod sponte e terra nascitur nec humanæ operæ et culturæ debetur,* ut idem sit quod αὐτοφυὴς, inde τῷ סָפִיחַ *sponte natum, sponte crescens,* in vers. Alex. Levit. XXV. 5, 9. 2 Reg. XIX. 29. respondet. In N. T. bis tantum legitur. Marc. IV. 28. αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ vi naturali, vi quadam se ipsam movente, (aut *injussa,* ut Virgilius loquitur Georg. I. 53.) terra fructum fert. Act. XII. 10. ἥτις (scil. πύλη) αὐτομάτη (pro αὐτομάτως) ἠνοίχθη αὐτοῖς sponte se iis aperuit porta. Admodum delectati hac voce optimi Græci scriptores reperiuntur, v. c. Herodot. II. c. 94. Diod. Sic. I. 8. τοὺς αὐτομάτους ἀπὸ τῶν δένδρων καρπούς. Arrian. de Exped. Alex. VII. 4. 8. οἱ λειμῶνες νάρδον αὐτόματοι ἐκφέρουσι. Hesiod. Opp. 118. (qui locus lucem addit loco ex Marc. IV. 28.) Maxim. Tyr. Diss. XI. p. 68. Aristænet. I. Ep. 7. p. 34. Hesych. αὐτομάτη· ἑκουσία. — αὐτόματον· αὐτοφυές. Hinc natum est verbum αὐτοματίζω *sponte ago, altero inconsulto,* quod legitur apud Xenoph. Cyrop. IV. 5. 10. Gloss. Vet. apud Labbæum: αὐτόματος, *per se, injussus, sponte, ultroneus.*

ΑΥ'ΤΟ'ΠΤΗΣ, ου, ὁ, *qui ipse aliquid vidit, testis oculatus,* ex αὐτὸς et ὄπτομαι *video.* Semel in N. T. reperitur Luc. I. 2. οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται qui ab initio muneris Christi testes oculati fuerunt. Polyb. III. 4. Xenoph. Cyrop. V. 4. 9. Hesych. αὐτόπτης· θεατής.

ΑΥ'ΤΟ'Σ, ἡ, ὁ. Pronomen, usu frequentissimum, quo Alexandrini sæpe usi sunt pro הוּא, הֵם vel הֵמָּה. In N. T. autem est 1) Pronomen relativum, valens *ipse, ille, is.* Galat. III. 10. τοῦ ποιῆσαι αὐτὰ, scil. τὰ γεγραμμένα ἐν βιβλίῳ τοῦ νόμου. ibid. v. 12. ὁ ποιήσας αὐτὰ ζήσεται ἐν αὐτοῖς. ibid. IV. 17. Ephes. I. 7. etc. 2) Pronomen demonstrativum *hic, hæc, hoc,* ubi sermo est de re aut persona, sive sensibus, sive intellectu præsente. Matth. XXVI. 42. παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, pro τοῦτο, a Jehova hoc factum est; de quo loco vide Vorstii Philol. Sacr. cap. XI. pag. 282. ed. Fischeri. 1 Thess. IV. 10. ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελφούς. 3) *ipsemet,* nostrum: selbst, *himself.* Matth. XXVII. 57. ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ qui ipse discipulus Christi erat. Luc. VI. 42. αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου δοκὸν οὐ βλέπων ipsemet trabem in tuo oculo non animadvertens. ibid. XI. 46, 52. XXIV. 15. καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς συνεπορεύετο αὐτοῖς. Joh. IV. 2. Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν Jesus ipse neminem baptizabat, ubi nostro: in eigener person, *in one's proper person,* respondet. ibid. v. 44. Act. VIII. 13. X. 26. κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι. ibid. XXI. 24. Sic etiam *ipse* apud Latinos usurpatur, v. c. apud Cic. I. Tusc. 17. "Ego ipse cum eodem ipso non invitus erraverim." 4) reciproce ponitur pro *ego ipse, tu ipse, nos ipsi, se ipsum,* i. q. ἐμαυτὸς, σεαυτὸς, ἑαυτὸς, ἐγὼ, σὺ, ἡμεῖς, ὑμεῖς. Luc. XI. 4. καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίημεν quemadmodum et nos remittimus. Matth. XXIII. 37. λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτὴν et lapidas, qui ad te missi sunt. Luc. I. 45. ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ, pro σεαυτῇ seu σοι, quæ fidem habuisti promissionibus tibi datis. Ies. XLVII. 8. audi hoc הָאֹמְרָה בִּלְבָבָהּ loco בִּלְבָבֵךְ quæ cogitas tecum. Schol. Æschyl. ad Agamemnon. v. 1149. ἀμφὶ δ' αὐτὰς περὶ σεαυτῆς. Conf. Vorstii Philol. S. c. XXVI. p. 536 et 540. Matth. XXI. 45. ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει intellexerunt de se narrari hanc fabulam. Joh. XIII. 11. ᾔδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτὸν, pro ἑαυτὸν, noverat enim, qui ipsum traditurus esset. Hebr. XI. 21. προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Apoc. V. 10. καὶ ἐποίησας αὐτοὺς, pro ἡμᾶς, coll. v. 9. Vide Storr. Obss. ad Syntax. et Analog. Hebr. p. 391. ibid. XVIII. 24. ἐν αὐτῇ, pro ἐν σοι. coll. v. 23. et Genes. XLIX. 4 et 9. Thucyd. VII. c. 5. Conf. Georgii Hierocrit. N. T. P. I. p. 162. et Viger. de Idiotismis L. Gr. p. 162 seq. ed. Zeunii. Suid. αὐτός· ἀντὶ τοῦ ἐγώ. Hesychius: αὐτός· ἢ ἐγὼ, ἢ σὺ, ἢ ἐκεῖνος. 5) *solus, sejunctus ab aliis.* Marc. VI. 31. δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ vos soli, dimissis nempe cæteris. 2 Cor. XII. 13. αὐτὸς ἐγὼ ego solus. Lucian. Opp. T. I. p. 230. ed. Reisk. αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν, ubi videndus Tiberius Hemsterhus. Ælian. V. H. II. 39. et VII. 13. ubi vid. Gronov. Aristoph. Acharn. v. 506. ubi vid. Küsterus. Interdum autem μόνος additur, v. c. apud Æschin. Socr. Dial. II. 16. Eurip. Phœn. v. 1245. Confer Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 223. Non aliter apud Latinos *ipse* usurpatur, v. c. apud Liv. II. 54. 6) i. q. αὐτόματος *sua sponte, spontaneus.* Joh. XVI. 27. αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς Deus, vel me non commendante, vos amat. ubi Nonnus habet: αὐτοκέλευστος. Xenoph. Mem. I. 3. 7. καὶ αὐτὸν ἐγκρατῆ ὄντα, ubi vide Ernesti Obss. ad Homer. Il. VIII. 293. τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις; cur me ultro properantem incitas? Conf. Intt. ad Callim. Hymn. in Apol. v. 6. et Schrader. ad Musæum p. 332.

Sic etiam Latini v. c. Terent. Andr. I. 2. 22. animus ipse ægrotus, h. e. sua sponte ad vitia proclivis. Cic. de Clar. Orat. 34. 7) pro relativo ὅς. Joh. I. 6. ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης cui nomen Johannes erat. ib. XV. 5. κἀγὼ ἐν αὐτῷ et in quo ego maneo. Apoc. II. 18. καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ et cujus pedes sunt. XVII. 2. Conf. Olearium de Stilo N. T. p. 83 seq. et Stolberg. de Solœcismis c. 2. p. 31. 8) ut Lat. *ipse*, honoris causa simpliciter de *omni* usurpatur, *qui est summa virtute et dignitate præditus* aut *generis splendore insignis*. Sic v. c. αὐτὸς est periphrasis *Jehovæ, Dei unius*. Rom. X. 12. ὁ γὰρ αὐτὸς Κύριος πάντων Deus enim est omnium Dominus. Hebr. XIII. 5. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν Deus enim promisit. Eodem modo הוּא pro יְהוָה legitur Deut. XXXII. 39. Psalm. CII. 28. Conf. Carpzov. Observatt. Philon. ad Hebr. I. 12. Ita etiam Christus in N. T. κατ' ἐξοχὴν αὐτὸς et ὁ αὐτὸς vocatur Matth. I. 21. XXV. 31. Marc. I. 35. Luc. V. 17. 1 Joh. II. 6, 12, 27, 28. III. 3, 5, 7, 16. Interdum etiam ipsi Judæi αὐτοὶ appellantur, proprio nomine eorum dissimulato, v. c. Matth. XI. 1. Luc. V. 17. Hebr. VIII. 8. Bene autem observavit Casaubonus ad Theophr. Char. περὶ κολακείας, etiam apud Græcos pronomen αὐτὸς et apud Latinos *ipse* voces servorum et discipulorum fuisse, quibus vel dominos vel magistros suos appellarent. Vide Heinsium ad Hesiod. O. et D. p. 226. Sic Pythagoræ discipulos constat doctorem suum commemoraturus illud αὐτὸς ἔφα adhibuisse. Vide Schol. ad Aristoph. Nub. v. 218. Casaub. ad Theophr. c. 2. Menagium ad Diog. Laërt. VIII. 46. et Joh. Alberti in Periculo Critico p. 2. Suid. αὐτός· ὁ δεσπότης. 9) si præmissum habet articulum, *idem* significat et relationem aliquam infert, ad id, quod antecedit. Matth. V. 47. οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὰ αὐτὰ ποιοῦσιν; nonne et portitores idem faciunt? Marc. XIV. 39. τὸν αὐτὸν λόγον εἰπὼν iisdem verbis. Luc. VI. 33. Act. XV. 27. ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Rom. II. 1. 1 Cor. I. 10. Ephes. VI. 9. Philipp. I. 30. Conf. Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 417. 10) ὁ αὐτὸς, *qui semper idem manet, immutabilis, omnis mutationis expers*. Hebr. I. 12. σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ tu vero es immutabilis æternus. ibid. XIII. 8. Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς Jesus Christus autem semper manebit is, qui fuit et nunc est. Huc etiam referrem locum 2 Cor. X. 1. αὐτὸς ἐγὼ Παῦλος ego Paulus, qui semper sibi constat, nunquam a se ipso discedit. Ita etiam הוּא accipitur Psalm. XLIV. 5. אַתָּה־הוּא מַלְכִּי· Ies. XLI. 4. 11) αὐτὸς cum dativo, *similis*. 1 Cor. XI. 5. ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ similis est ei, quæ rasa est. Sic etiam apud Græcos αὐτός τινι eleganter dicitur, *qui alteri par, similis est, nihil ab eo differt*, v. c. Ælian. V. H. VII. 11. τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φορεῖν τοῖς ἀνδράσιν. Imitati sunt hoc genus loquendi etiam Latini. Vide Drakenb. ad Sil. XV. 400. et Cortium ad Sallust. B. C. c. 20. Hinc τὸ αὐτὸ *pariter, similiter, eodem modo*. Matth. XXVII. 44. coll. v. 41. 12) αὐτὸς, ut οὗτος, sæpe eleganter *abundat* in N. T. quod, ut recte observatum est, non tam factum est ex Hebraismo, quam more loquendi optimorum scriptorum Græcorum. Matth. IV. 16. φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. ib. VI. 4. coll. v. 6. ib. XXI. 41. κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς. ib. XXVI. 71. εἶδεν αὐτὸν ἄλλη. Marc. IX. 28. ἐπηρώτων αὐτόν. Act. VII. 21. ἀνείλετο αὐτόν. Apoc. II. 7. 15. τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ. Gen. XIII. 15. לְךָ אֶתְּנֶנָּה tibi dabo. Deut. XI. 12. אֲשֶׁר־אֹתָהּ· XXVIII. 52. Job. XXXVIII. 29. Herodian. VIII. c. 6. s. 10. οἷς ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς. Arrian. Diss. Epictet. III. c. 1. οὐδὲ γὰρ λέοντι τὸ τυχὸν βοΐδιον τολμᾷ ἀντιστῆναι αὐτῷ. Sophocl. Œdip. Tyr. v. 287. Plura loca Græcorum habent Viger. de Idiotismis Ling. Gr. p. 168. Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 224. et Jensius in Lect. Lucian. p. 100. Æque otiose poni *ille* et *is* (Liv. I. 58. VIII. 37. 8. quorum eorum ope, etc.) apud Latinos, docuit Gronov. ad Liv. XXV. 27. 13) αὐτὸς, ut *ipse*, cum *numerabilibus*, indicat, accurate, non rotunde designari numerum. Apoc. XVII. 11. καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι et ipse est (rex) octavus. Conf. Viger. l. l. p. 72 seqq. Sic *ipse* quoque eleganter additur categorematibus temporis, ut significetur, tempus aliquod plane exiisse, v. c. apud Cic. Famil. II. 2. Attic. III. 1. Brut. c. 15. 14) Restant formulæ ἐπὶ τὸ αὐτὸ et κατὰ τὸ αὐτὸ, in N. T. obviæ. Prior formula, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, notat *simul, una*, et pro diversitate orationis, in cujus serie legitur, etiam verti potest *eodem loco, ad eundem locum, eodem tempore, unanimiter, eodem consilio et scopo, pariter ad unum omnes*. Matth. XXII. 34. συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ coiverunt, Hebraico יִקָּבְצוּ יַחְדָּו· Act. III. 1. ἐπὶ τὸ αὐτὸ, scil. πρᾶγμα, in eundem finem, ut bene observavit Abreschius in Annotatt. ad N. T. p. 604. Act. I. 15. ἦν δὲ ὄχλος ἐπὶ τὸ αὐτὸ congregati erant centum et viginti. 1 Cor. XI. 20. συνερχομένων ὑμῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, i. q. ἐν ἐκκλησίᾳ v. 18. et reliqua. In versione Alex. ἐπὶ τὸ αὐτὸ Hebraico יַחְדָּו respondet, quod *eodem tempore*, Deut. XXXII. 10, 11. *ad eundum locum*, 2 Sam. II. 13. *ad unum omnes pariter*, Ps. XIX. 10. XXXVII. 38. significat, quemadmodum יַחַד *unanimi consilio*, Ps. II. 2. XXXI. 14. notat. Hesych. ἐπὶ τὸ αὐτό· εἰς τὸν αὐτὸν τόπον. Posterior formula κατὰ τὸ αὐτὸ, quæ Act. XIV. 1. legitur, vel idem significat, quod ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *una, simul*, vel, ut ἔθος suppleatur, reddenda est: *pro more*, coll. XVII. 2. 15) Formula ἀπ' αὐτῆς, omissa voce ὥρας, significat *illico, mox, statim*, et est idem, quod alias ἐξ αὐτῆς, vel conjunctim ἐξαυτῆς dicitur. Sic vero accipienda esse videtur Act. XVI. 18. ubi ἀπ' αὐτῆς non de puella, sed de tempore accipiendum esse, ex sequenti formula ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ apparere arbitror. Arrian. Diss. Epict. II. 12. ὥστε πάνθ' ὀντιναοῦν συναισθανόμενον, τῆς μάχης ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτῆς. 16) αὐτοὶ *unus ex illis*. Matth. XXI. 7. καὶ ἐπεκάθισαν αὐτὸν ἐπάνω αὐτῶν et Jesum insidere jusserunt super uno ex istis. In Cod. Cantabrig. ex glossemate legitur αὐτόν. Matth. XXVII. 44. coll. Luc. XXIII. 39. Jud. XII. 7. בְּעָרֵי *in una ex urbibus*. Conf. Vorstii Philol. c. 15.—Confer G. Hermanni Diss. de pronomine αὐτὸς in C. D. Beckii Actis Semin. Regii Vol. I. p. 42 seq. 17) Interdum, ut Latinum *ille* et *is* (Horat. I. Od. 31. 9. IV. 4. 51. Cic. ad Div. V. 1.) reticetur, v. c. Matth. XXI. 7. post ἐπεκάθισαν. Act. XIII. 27. post κρίναντες. Conf. Homer. Il. ί, 349 et 361. Ernesti ad Callim. H. in Jovem v. 84. et Ruhnkenii Ep. Crit. p. 236.

ΑΥ̓ΤΟΥ͂. Adverbium. *Ibi, istic, hic*, ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, ut Schol. Thucyd. VI. 34. interpretatur. Proprie est genitivus pronominis αὐτὸς et vox τόπου cum præpositione subauditur, ut plene scriptum sit: ἐπ' αὐτοῦ τόπου in isthoc loco, i. q. αὐτόθι. Alexandrini usi sunt partim pro בְּזֶה *in hoc loco*, Exod. XXIV. 14.

Num. XXII. 19. partim pro פֹּה *hic*, Num. XXXII. 6. 2 Sam. XX. 4. In N. T. legitur tanquam adverbium. Matth. XXVI. 36. καθίσατε αὐτοῦ considete hic. Act. XV. 34. ἐπιμεῖναι αὐτοῦ ibi remanere. ib. XVIII. 19. XXI. 4. Sæpius non legitur in N. T. Præterea extat apud Xenoph. Cyrop. IV. 1. 1. Conf. Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 403.

ΑΥ'ΤΟΥ˜, ῆς, οῦ, *sui ipsius*, contracte pro ἑαυτοῦ, ῆς, οῦ, quod vide infra. 2 Tim. II. 19. ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ amat Deus veros suos cultores.

ΑΥ'ΤΟ'ΦΩΡΟΣ, vide infra sub ἘΠΑΥΤΟΦΩ'ΡΩ.

ΑΥ'ΤΟ'ΧΕΙΡ, ος, ὁ, 1) vulgo apud Græcos dicitur *percussor, qui sua manu interficit non solum se, sed etiam alios, qui cædes facit*, ex αὐτὸς et χεὶρ *manus*, ut recte docuit Cel. Morus ad Isocratis Panegyr. c. 32. p. 81. Xenoph. Hist. Gr. VII. 3. 7. Hesych. αὐτόχειρ· φονεύς. it. αὐτόχειρες, οἱ ταῖς ἰδίαις χερσὶ φονεύοντες. Phavor. αὐτόχειρ· καὶ ὁ ἑαυτὸν ἀνελὼν καὶ ἕτερον, καὶ μὴ δι' ἄλλου φονεύσας. 2) in universum, *qui suis manibus aliquid agit et efficit*. Semel in N. T. legitur ita Act. XXVII. 19. αὐτόχειρες τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐῤῥίψαμεν nostris manibus armamenta navis abjecimus. Conf. Eustath. ad Iliad. ξ', p. 986. 39. Nec desunt exempla apud reliquos Græcos, v. c. apud Aristoph. Aves v. 1135. Eurip. Phœn. v. 344. αὐτόχειρ σφαγή, et ibid. v. 897. αὐτόχειρ θάνατος. Herodian. VII. 2. 17. ubi cum αὐτουργὸς conjungitur. Hesych. αὐτοχειρία· τὸ τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ ποιῆσαί τι. Lectu digna de hac voce habet Hoogeveen. ad Vigeri librum de Idiotismis Ling. Gr. p. 166.

ΑΥ'ΧΜΗΡΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) proprie: *siccus*, etiam *sordidus, squalidus*, ab αὐχμέω, *squalidus sum, squaleo*. Plato Legg. L. VI. p. 861. Xenoph. Mem. II. 1. 31. Aristoph. Plut. v. 83. unde αὐχμὸς *squalor*, etiam *siccitas ex æstu*. Æschin. Socr. Dial. III. 11. Jam quia loca squalida, v. c. carceres subterranei, simul caliginosa esse solent, hinc αὐχμηρὸς est 2) *obscurus, tenebricosus, caliginosus*. Sic semel in N. T. legitur 2 Petr. I. 19. ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ ut lumini fulgenti loco obscuro. Hesych. αὐχμηρόν· ξηρὸν, σκοτῶδες. Suid. — στυγνὸν ἢ σκοτεινόν. Confer etiam Polluc. Onom. V. 5. s. 110. et Oudend. ad Lucan. L. V. v. 39.

'ΑΦΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *tollo, aufero, adimo, removeo, privo, detraho*, et cujuscunque generis ablationem indicat, vel sensu physico, vel metaphorico. Luc. I. 25. ἀφαιρεῖν τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις ut auferret opprobrium meum apud homines. ibid. X. 42. ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς quæ nunquam ei eripietur. Eandem significationem habet medium ἀφαιροῦμαι, v. c. Luc. XVI. 3. ὁ κύριός μου ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμοῦ submovet me dominus administratione. Apoc. XXII. 19. καὶ ἐάν τις ἀφέλῃ ἀπὸ τῶν λόγων τῆς προφητείας ταύτης, ἀφελεῖ ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ κ. τ. λ. detrahentem aliquid his oraculis privabo parte, quam habet, ubi ἀφαιρεῖν τῷ ἐπιθεῖναι v. 18. æque opponitur ac τῷ προσθεῖναι. 1 Macc. VIII. 30. 2 Macc. XIV. 7. ἀφελόμενος τὴν προγονικὴν δόξαν, λέγω δὴ τὴν ἀρχιερωσύνην. Deut. XII. 32. οὐ προσθήσεις ἐπ' αὐτὸ οὐδὲ ἀφελεῖς ἀπ' αὐτοῦ. Num. XXXVI. 3. Hesych. ἀφείλαντο· ἀπεστέρησαν. Phavorinus addit ἥρπασαν, ἀνέσπασαν. — Huc pertinet etiam formula: ἀφαιρεῖν τὰς ἁμαρτίας *remissionem et veniam peccatorum conciliare, tollere pœnas peccatorum*, i. q. alibi dicitur αἴρειν et φέρειν τὰς ἁμαρτίας. Rom. XI. 27. ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Hebr. X. 4. Sirac. XLVII. 13. Κύριος ἀφελεῖ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ. Respondet autem Hebr. formulæ נָשָׂא חַטָּאָה Exod. XXXIV. 7. et pro כִּפֵּר legitur apud LXX Ies. XXVII. 9. 2) speciatim: *amputo, abscindo*, i. q. ἀποκόπτω. Hesych. ἀφεῖλεν· ἦρεν, ἔκοψεν. Matth. XXVI. 51. ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον aurem amputavit. Marc. XIV. 47. coll. Joh. XVIII. 10. ἀπέκοψεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον. In versione Alex. respondet Hebraico כָּרַת *abscidit, amputavit*, 1 Sam. V. 4. XVII. 51. 2 Sam. XX. 22. 1 Macc. VII. 47. τὴν κεφαλὴν ἀφεῖλον. ibid. XII. 17. Eodem modo *auferre* usurpatur apud Virgil. Æn. X. v. 364. Ovid. Met. VI. 556. Conf. Palairet. Obss. Philol. Crit. p. 95.

'ΑΦΑΝΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, *absconditus, ab aspectu et visu remotus, qui latet et adeo ignoratur, obscurus*. (ex α priv. et φαίνω *ostendo, appareo*.) Tantum in N. T. extat Hebr. IV. 13. καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ nemo eum latet, nullius hominis cogitata a Deo ignorantur. Sirac. XX. 32. σοφία κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανής. Xenoph. Œcon. I. 18. οἱ ἀφανεῖς ὄντες τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 11. 5. p. 433. et Lexic. Xenophont. Vol. I. p. 495. Suid. ἀφανές· τὸ σκοτεινόν. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀφανής, *ignotus obscurus*.

'ΑΦΑΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *e conspectu removeo, tollo, aufero, ita, ut ne vestigium quidem appareat*. Suid. ἀφανίσαι· τὸ ἀνελεῖν καὶ ἀφανὲς ποιῆσαι. Idem Etym. M. Passivum ἀφανίζομαι *evanesco, in nihilum redigor, evanidus reddor*. Sic legitur in N. T. Jacob. IV. 14. ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη postea vero in auras evanescit. Ælian. V. H. XII. 1. φῦμα ἠφανίσθη tumor evanuit. Apud Stobæum Serm. 12. Ceus quidam canos dicitur βαφῇ ἀφανίζειν. Hinc ἀφανίζειν interdum *sepelire, humare* notat, Xenoph. Mem. I. 2. 53. interdum etiam *tegere, velare, occultare* significat; (Ælian. V. H. I. c. 41. II. c. 7. Hesych. ἀφανίσαι· σκεπάσαι.) quam notionem in loco Matth. VI. 16. voci huic interpretes nonnulli subjiciunt. 3) *perdo, corrumpo, ad usum inutile reddo*, etiam *nitore suo et fulgore privo, deformo, polluo, inquino*. Hesych. ἀφανίζειν· σήπειν, ἀπολλύειν. Suid. ἀφανίσαι· μολύναι, χρᾶναι. Sic legitur in N. T. Matth. VI. 16. ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν deformant facies suas, deturpant vultum, quasi αἰσχύνουσι τὰ πρόσωπα, ἀκαλλὲς ποιοῦσι τὸ πρόσωπον. Vultus in jejuniis sibi assumunt austeros, ora et habitum lugentium simulatione induunt, pallorem, quantum quidem possunt, cuti obducunt. Ἀφανισμὸς τοῦ προσώπου, inquit Chrysostomus, τὸ πρὸς κενοδοξίαν ὠχρὸν φαίνεσθαι. Vide ad h. l. Wetstenium. Matth. VI. 19. ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει quas tinea vel ærugo corrumpunt, coll. Luc. XII. 33. σὴς διαφθείρει. Conf. de hoc loquendi usu Obss. Miscell. Amstel. Vol. III. p. 411. Abreschius ad Æschylum p. 538. Auctarium Lib. III. p. 99. Nam loca, quæ Krebsius in Obss. Flav. p. 25. notavit, sunt ἀπροσδιόνυσα, nam confirmant tantum notionem *vastandi*, quam hoc verbum interdum habet.—Jam quia ii, qui sunt terrore confusi, aut pudore suffunduntur, e conspectu hominum se subducere et se tegere solent, factum est, ut ἀφανίζομαι 3) metaphorice notaret *obstupesco, terreor, pudore suffundor*, ad imitationem Hebraici שָׁמֵם quod, ut vel tironibus notum est, non solum *vastari*,

sed etiam *attonitum esse, stupere* notat. Dan. VIII. 27. Ies. LIX. 16. Sic autem legitur in N. T. Act. XIII. 41. καὶ ἀφανίσθητε, h. e. vel obstupescite, vel pudore suffundamini. Habac. I. 5. וְהִתַּמְּהוּ תְּמָהוּ. In versione Alexandrin. non solum שָׁמֵם, sed etiam חָרַד *tremuit*, Ezech. XXX. 9. respondet.

'ΑΦΑΝΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *evanescentia, interitus, abolitio*, ab ἀφανίζω. Semel in N. T. legitur Hebr. VIII. 13. τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ quod autem antiquatur et senescit, propinquum est abolitioni et interitui. Vocem ἀφανισμὸς autem æque ac ἀφανίζειν interdum metaphorice de *abrogatione* et *abolitione legum* dici, docuit Kypke Observv. in N. T. Vol. II. p. 395. ad locum Pauli illustrandum. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀφανισμὸς, *interitus, exterminium.*

'ΑΦΑΝΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *omnis* dicitur, *qui non amplius conspicitur et quocunque modo oculis subducitur, non conspicuus.* Descendit autem a tertia persona perfect. pass. πέφανται verbi φαίνομαι *appareo*, præmisso α priv. Semel in N. T. legitur Luc. XXIV. 31. καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν sed ille statim discessit ab iis. coll. 2 Macc. III. 34. Eodem sensu legitur etiam apud Græcos scriptores, v. c. Diod. Sic. IV. cap. 65. T. I. pag. 310. ubi Wesseling. videndus. Eurip. Orest. v. 1495 et 1557. ubi Menelaus de Helena dicit: "audivi: ὡς οὐ τέθνηκεν, ἀλλ' ἄφαντος οἴχεται." Confer Abresch. ad Æschylum pag. 325 et 595. Hesych. ἄφαντον ἀφανὲς, ἀθεώρητον, μὴ φαινόμενον, ἀφανῆ, μὴ ὁρώμενον.

'ΑΦΕΔΡΩ'Ν, ῶνος, ὁ, *latrina, cloaca, locus secretus, in quo homo ventrem exonerat, in quem excrementa alvi egeruntur et confluunt*, quem Attici ἀπόπατον et κοπρῶνα, observante Suida et Phavorino, Alexandrini et Macedones λυτρῶνα vel λουτρῶνα appellavere. Conf. quæ de hac voce docte disputavit Fischer. de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. XXXI. p. 12 seq. In N. T. bis legitur. Mat. XV. 17. καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται et tandem in latrinam ejicitur. Marc. VII. 19. καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται. Interdum etiam ponitur ita, ut eo intelligatur *sedes, podex, anus*, observante Suida, ὁ ἀφεδρὼν καὶ σημαίνει τὸ μέρος τοῦ σώματος τὸ περὶ τὴν ἔξοδον. ὅτι ὁ ἀφεδρὼν καὶ λουτρὼν, βάρβαρα. Idem: ἀφεδρὼν ἀπὸ τῶν ἑδρῶν. ἕδραι γὰρ λέγονται αἱ σέλλαι. Vide Steph. le Moyne ad Varia Sacra pag. 815. et H. I. Schomaker de Jure Cloacarum (Lugd. Bat. 1752.) c. 1.

'ΑΦΕΙΔΙ'Α, ας, ἡ, *non parcere, crudelitas, durities, quando nobis aut aliis non parcimus.* (ex α priv. et φείδομαι *parco*.) Semel in N. T. legitur Coloss. II. 23. ἀφειδία σώματος durities in corpus, contemtus et incuria corporis, quæ est in male habendo corpore et abstinentia a talibus cibis, quos homines appetunt. Œcumenius καταφρόνησιν τοῦ σώματος, Ambrosius corporis vexationem vocat. Eodem modo ἀφειδέω de iis, qui vigiliis et invisendis ægrotis corpus suum macerant, a Thucyd. Lib. II. c. 51. usurpatur, et apud Lucian. Anachars. τῶν σωμάτων ἀφειδεῖν dicuntur, qui corporibus non parcunt, dum quibusvis periculis temere sese exponunt. Hesych. ἀφειδία· καρτερία. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 290.

'ΑΦΕΛΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1) proprie *integritas*, ὁλοκληρία, et ei tribuitur, cui nec superfluum aliquid est in corpore, nec aliquid deest. Non differt a voce ἀφέλεια, quæ hoc sensu legitur apud Joseph. A. J. III. 12. 2. sacerdotes summos ἀφελεῖς δὲ εἶναι πᾶσαν ἀφέλειαν corpora integra habere jussit Moses. Hesych. ἀφελής· ἀσινὴς, καθαρὸς, ὁλόκληρος, ὁ μήτε πλεονάζων, μήτε δέων τι τοῦ σώματος. Phavorin. σημαίνει δὲ καὶ τὸν ὑγιῆ τὸ σῶμα, παρὰ τὸ μηδενὸς ἀφαιρεῖσθαι τοῦ σώματος. 2) metaphorice: *simplicitas morum et animi, a qua omnis abest simulatio et calliditas, et quæ omnem fastum respuit*, quæ alias ἁπλότης dicitur, speciatim vero *liberalitas erga pauperes, ex modesto, libero hilarique animo profecta.* Semel in N. T. legitur Act. II. 46. μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας agapas celebrabant, ita, ut hilaritati et liberalitati ingenuæ ac sinceræ studerent. Ita et usurpatur adjectivum ἀφελὴς, v. c. apud Ælian. V. H. XII. 1. τὸ τοῦ ἤθους ἀφελὲς morum simplicitas. Lucian. T. I. pag. 210. ἀφελὴς καὶ ἄπλοκος. Plutarch. T. II. pag. 755. εἰ μὴ φύσει τὸν τρόπον ἁπλοῦς ἦν καὶ ἀφελής. Clem. Alex. Pædagog. L. I. p. 107. ἀφελεῖς καὶ νήπιοι καὶ ἀκέραιοι. Legitur etiam adverbium ἀφελῶς de epulis usurpatum apud Ælian. V. H. II. 18. IV. 9. Phavorin. ἀφέλειαν ἐπὶ ἀπλότητος οἱ παλαιοὶ ἐτίθουν. Confer Alberti Append. ad Gloss. N. T. pag. 210. Wetstenii N. T. T. II. pag. 471. et Suicer. Thes. Eccles. T. I. 592.

'ΑΦΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *emissio* (v. c. teli. Polyb. XXVII. 9. 6.), *dimissio, liberatio*, et speciatim *dimissio e captivitate, libertas*, ab ἀφίημι. Sic legitur in N. T. Luc. IV. 18. κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν ad annunciandam captivis libertatem, h. e. ad annunciandam miseris restitutionem in feliciorem statum. Conf. supra sub αἰχμάλωτος. Ibid. ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει h. e. S. V. Schotto interprete: vulneratos (compedibus h. e. vinctos) docerem liberos esse dimittendos. Alias hujus loci explicationes vide infra s. v. θραύω. Hinc in vers. Alex. Hebr. דְּרוֹר *libertas*, Lev. XXV. 10. Ies. LXI. 1. Ezech. XLVI. 17. respondet. 3 Esdr. IV. 62. ὅτι ἔδωκεν αὐτοῖς ἄφεσιν καὶ ἄνεσιν, Polyb. I. 79. 72. et XXII. 9. 17. Hesych. ἄφεσις· ἀπόλυσις. 2) metaphorice: *remissio, condonatio, venia.* Matth. XXVI. 28. εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Marc. I. 4. Luc. I. 77. III. 3. XXIV. 47. Act. II. 38. V. 31. X. 43. XIII. 38. XXVI. 18. Ephes. I. 7. τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων. Colos. I. 14. Interdum etiam simpliciter positum ἄφεσις *remissionem peccatorum* notat, v. c. Hebr. IX. 22. χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνεται ἄφεσις sine sanguinis effusione nulla expiatio locum habet. ibid. X. 18. Sæpius in N. T. non legitur. Sic etiam in vers. Alex. ἄφεσις de *remissione debiti* legitur Deuter. XV. 3. ἀδελφῷ σου ἄφεσιν ποιήσεις τοῦ χρέους σου.

'ΑΦΗ', ῆς, ἡ, 1) *tactus*, μία τῶν πέντε αἰσθήσεων, ut Suidas interpretatur, aut, αἴσθησις χειρῶν ἤγουν ψηλάφησις, Hesychio interprete, ab ἅπτομαι *tango*. 2) *junctura, commissura*, maxime *membrorum corporis, qua artus artum tangit*, i. q. συναφὴ, a præterito med. ἧφα verbi ἅπτω *necto, alligo*, das Gelenke, *the joint.* 3) metaphorice, ut Lat. *vinculum, omne, quod vim habet consensum animorum et mutuum amorem efficiendi.* Ita bis in N. T. legitur. Ephes. IV. 16. ἁφὴ τῆς ἐπιχορηγίας mutuum auxilium societatis christianæ, (quæ haud raro cum corpore humano comparatur in N. T.) vinculum. Coloss. II. 19. δι' οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον cujus provida cu-

ra omnis christianorum cœtus arctissime mutuis officiis junctus est. Plutarch. Anton. 27. ἀφὴν εἶχε ἡ συνδιαίτησις.

'ΑΦΘΑΡΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) *incorruptibilitas, immortalitas, corpus interitus expers.* 1 Cor. XV. 42. ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ, pro σῶμα ἄφθαρτον, prodit corpus interitus expers. ibid. v. 53. ἀφθαρσία cum ἀθανασία permutatur v. 54. Sap. II. 23. Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐν ἀφθαρσίᾳ Deus creavit hominem incorruptibilem, immortalem. Plutarch. Aristid. pag. 322. A. 2) *omne, quod perenne est et perpetuum durat,* speciatim: *felicitas christianorum perpetua et perennis in futura vita,* i. q. ζωὴ αἰώνιος. Rom. II. 7. ἀφθαρσίαν ζητοῦσιν qui comparare sibi student felicitatem æternam. Eadem notio etiam locum habet ex eorum opinione, qui δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν positum putant pro δόξαν καὶ τιμὴν ἄφθαρτον. 1 Cor. XV. 50. οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ corpus humanum, quale est in hac vita, non potest particeps fieri felicitatis æternæ, i. q. in antecedentibus dixerat βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται. 2 Tim. I. 10. φωτίσαντος ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου doctrinam de futura hominum felicitate eaque æterna notam facit. Similis locus reperitur in libro Sapientiæ VI. 19, 20. προσοχὴ νόμων βεβαίωσις ἀφθαρσίας, ἀφθαρσία δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ Θεοῦ. 3) *constantia.* Ephes. VI. 24. τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν ἐν ἀφθαρσίᾳ, pro ἀφθάρτως, qui constanter J. C. colunt et venerantur.

'ΑΦΘΑΡΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie, sensu physico: *immortalis, incorruptibilis, corruptionis et interitus expers.* Rom. I. 23. τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ Dei immortalis, cui opponitur φθαρτὸς ἄνθρωπος. Plutarch. de Orac. Def. p. 420. A. 1 Cor. XV. 52. οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι mortui immortali corpore præditi prodibunt. 1 Tim. I. 17. ἀφθάρτῳ. in aliis codd. ἀθανάτῳ. Sap. XII. 1. τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσιν. Diog. Laërt. X. c. 123. 1 Cor. IX. 25. ἄφθαρτος στέφανος corona, quæ non flaccescit, h. e. æterna præmia, perpetua felicitas. 1 Petr. I. 23. 2) *perpetuus, perennis, nunquam periturus.* 1 Petr. I. 4. κληρονομίαν ἄφθαρτον felicitatem æternam. III. 4. ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος καὶ ἡσυχίου πνεύματος in perpetua, nunquam cessante mansuetudine et tranquillitate animi. Sapient. XVIII. 4. ἄφθαρτον νόμου φῶς.

'ΑΦΘΟΡΙ'Α, ας, ἡ, *incorrupta conditio, integritas,* inprimis *pudicitia,* ex ἄφθορος *incorruptus.* Legitur tantum Tit. II. 7. ubi loco impressi ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφθορίαν codices nonnulli *i. r. δ.* ἀφθορίαν habent, e quo lectio ἀφθονίαν in codice quodam Bœrneriano exorta esse videtur.

'ΑΦΙ'ΗΜΙ, fut. ήσω. Vox ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων in N. T. quæ et de rebus et de personis usurpatur. 1) proprie notat: *amoveo, emitto,* sensu physico, sive id vi fiat, cum quid projicimus, sive manus errore, ut, cum quid nobis excidit. Vide Schweighæuseri Lex. Polyb. s. h. v. 2) metaphorice: *dimitto, discedere jubeo,* etiam *libellum repudii do.* Matth. XIII. 36. τότε ἀφεὶς τοὺς ὄχλους dimissa concione. 1 Cor. VII. 11. καὶ ἄνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι et maritum uxorem suam non repudiare. ibid. v. 12. μὴ ἀφιέτω αὐτήν. Marc. IV. 36. Homer. Il. II. 263. Schol. ἀφήσω· ἀπολύσω, ἀποπέμψω. Theophrast. Char. V. 1. Ælian. V. H. XII. 9. οἱ δὲ παῖδες ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. 3) *relinquo, discedo, abeo, desero.* Matth. IV. 20, 22. ἀφέντες τὰ δίκτυα relictis retibus. V. 24. ἄφες τὸ δῶρον relinque munus. XVIII. 12. XIX. 27. Joh. X. 12. 4) *relinquo post me,* ut nostro **hinterlassen, nachlassen,** *to leave, to bequeath,* respondeat, *relinquo posteris meis,* i. q. καταλείπω, cum quo verbo permutatur Marc. XII. 19. καὶ καταλίπῃ γυναῖκα καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ. v. 20. οὐκ ἀφῆκε σπέρμα non reliquit posteros. v. 21, 22. Joh. XIV. 27. εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν discedens a vobis omnigenam vobis felicitatem apprecor. 5) *superstitem relinquo,* nostrum: **übrig lassen,** *to leave remaining.* Matth. XXIII. 38. ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος relinquetur vobis urbs vestra devastata. XXIV. 2. οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθον non superstes manebit lapis super lapidem, qui non destruatur. Convenit formula loquendi, qua usus est Virgilius Æn. II. 608. avulsaque saxis saxa vides. Marc. XIII. 2. Luc. XIII. 8. ἄφες αὐτὴν evellere noli, nam opponitur v. 9. ἐκκόψεις. Cf. Dan. IV. 12 et 23. Luc. XIX. 44. XXI. 6. 6) *captivum dimitto, libero.* Luc. XVII. 34. καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται alterum milites dimittent. ib. v. 35, 37. Matth. XXIV. 40, 41. Polyb. XXXIII. 1. 6. Xenoph. Cyrop. III. 2. 6. Abunde hunc usum loquendi ex Diodoro Sic. probavit Munthe in Observv. Philol. in N. T. p. 175. Hinc metaphorice de *morbis* usurpatur, qui ab orientalibus scriptoribus cum vinculis, quibus constringatur homo, eleganter comparari solent. Sic Matth. VIII. 15. καὶ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς et convaluit. Marc. I. 31. Joh. IV. 52. Sic et loqui amat medicorum parens Hippocrat. Aphor. Sect. IV. § 30 et 61. ἀφίησι ὁ πυρετός. 7) *missum facio, non curo.* Matth. XV. 14. ἄφετε αὐτοὺς missos facite illos, non curate illorum indignationem. 8) *missum facio, non molestiam facio,* nostrum: **zufrieden lassen,** *to let one alone.* Matth. IV. 11. τότε ἀφίησιν αὐτὸν διάβολος illico missum eum fecit diabolus. coll. Luc. IV. 13. ubi legitur ἀπέστη ἀπ'. αὐτοῦ. ibid. XIX. 14. ἄφετε τὰ παιδία sinite infantes me adire. Joh. XII. 7. ἄφες αὐτὴν noli ei hoc exprobrare. Huc quoque pertinet locus Matth. XXII. 22. coll. Luc. XX. 26. ubi exstat ἐσίγησαν. Eodem modo ἐᾷν usurpatur apud Sophocl. Trach. v. 348. 9) *sino, patior.* Matth. XIII. 30. ἄφετε συναυξάνεσθαι sinite utrumque succrescere. Joh. XI. 48. ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτω si eum sinimus porro ita agere. Eodem modo הָנִיחַ usurpatur Exod. XXXII. 10. 2 Sam. XVI. 11. ἄφετε αὐτὸν καταρᾶσθαι. Jud. XVI. 27. 10) *permitto, concedo.* Matth. III. 15. ἄφες ἄρτι permitte quæso, ubi τῷ διακωλύειν opponitur. ibid. VII. 4. XXIII. 13. οὐκ ἀφίετε εἰσελθεῖν ut intrent, permittere non vultis. Marc. I. 34. ἤφιε 3. sing. aor. 2. indicativi ab antiquo ἀφίω; ut ἤλιτεν apud Hesiod. O. et D. v. 80. ab ἀλιτέω. (Notandus est hic aoristus 2. qui præter h. l. Marc. XI. 16. et apud Philonem Legat. ad Caium p. 1021. Lucian. Timon. p. 66. ἤφιε περινοστεῖν ἐλευθέρως. Pausan. II. c. 5. Thucyd. I. p. 130. occurrit. Conf. Kypke Observv. Sacr. T. I. p. 151.) Marc. V. 19, 37. VII. 12. Sirac. XXIII. 1. μὴ ἀφῇς με πεσεῖν ἐν αὐτοῖς. 11) *permitto, committo, demando,* nostrum: **zur besorgung überlassen,** *to leave to the care of.* Matth. VIII. 22. ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς permitte mortuis mortuorum curam habere. 12) *patior aliquem auferre aliquid, rem alicui trado, concedo auferendum,* nostrum: **verabfolgen lassen,** *to allow to be*

delivered. Marc. XI. 6. *καὶ ἀφῆκαν αὐτοὺς*, scil. *λύειν καὶ ἀπάγειν τὸν πῶλον*. Matth. V. 40. *ἄφες αὐτῷ τὸ ἱμάτιον* illi et pallium tuum auferendum concede. 13) *emitto*. Ad hanc notionem referenda est α) formula: *ἀφιέναι τὴν φωνὴν clamorem edere*, seu, *emittere vocem*, ut Liv. I. 58. loquitur, quæ legitur Marc. XV. 37. *ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσε* clamore magno edito exspiravit. Gen. XLV. 2. *ἀφῆκε φωνὴν μετὰ κλαυθμοῦ*, ubi formulæ Hebr. תֵּת אֶת־קוֹלוֹ respondet. Nec infrequens est hæc formula apud profanos, v. c. apud Eurip. Phœn. v. 1461. ubi Schol. *φωνὴν ἀφῆκεν ἀντὶ τοῦ ἐξήνεγκεν*, ex quo sua hausit Phavor. Cf. Horrei Obss. Crit. p. 194 et 242. β) formula: *ἀφιέναι τὸ πνεῦμα mori, exhalare spiritum*. Matth. XXVII. 50. *ἀφῆκε τὸ πνεῦμα* exspiravit. Eurip. Hecub. v. 571. Similis formula legitur Gen. XXX. 17. Ælian. H. A. II. 1. VII. 29. Herodot. IV. 190. *ἀφιέναι τὴν ψυχὴν*, pro qua etiam simpliciter *ἀφίημι* ponitur Jud. II. 21. ubi Hebraico מוּת respondet. 14) *negligo, violo, transgredior*, si de præceptis aut officiis sermo est. Matth. XIII. 23. *ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου* difficiliora et graviora præcepta legis violatis. Marc. VII. 8. *τῷ ἀφίημι* opponitur *κρατέω*, uti *τῷ ποιέω* apud Lucam XI. 42. 15) *omitto, prætermitto*. Hebr. VI. 1. *ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγον* omissis religionis christianæ elementis. Eurip. Androm. 392. *ἀρχὴν ἀφείς*. Aristot. Ethic. IX. 4. Theophrast. Char. Procem. 4. *ἀφεὶς τὸ προοιμιάζεσθαι*. 16) junctum verbis, *debitum*, (Diogen. Laërt. V. 73. Ælian. V. H. XIV. 24.) *peccatum*, aut *injuriam* indicantibus, *condonare, remittere* notat. Matth. VI. 12. remitte nobis peccata nostra, nam et nos condonamus injurias nobis illatas. ib. v. 14. IX. 2, 5, 6. XII. 31. (ubi *ἀφεθήσεται* vertendum est: remitti potest.) 32. ib. XVIII. 21. *ἀφήσω* condonare debeo. Luc. XXIII. 34. Joh. XX. 23. Herodot. VI. 30. In vers. Alex. Hebr. כִּפֵּר Ies. XXII. 14. respondet. Adde Deut. XV. 2. Genes. XVIII. 26. Psal. XXXI. 6. Sirac. II. 12. XXVIII. 2. Ἀφίημι etiam apud Græcos de *judicibus* usurpatur, *qui absolvunt reum*, ita, ut construatur cum accusativo personæ et genitivo rei. Xenoph. Mem. IV. 4. 4. Ælian. V. H. I. 34. Herodian. I. 10. 3. De constructione verbi *ἀφιέναι* in hac significatione vide Vitringæ Obss. SS. IV. c. 3. p. 912. Alberti Pericul. Critic. p. 44. ejusque Notas ad Glossar. Gr. p. 98. Confer etiam I. Floderi D. ex profanis auctoribus illustrantem locutionem scriptt. N. T. *ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας*. Ups. 1770. 4. 17) *remitto*. Apoc. II. 4. *ὅτι τὴν ἀγάπην σου τὴν πρώτην ἀφῆκας* quod de pristina tua erga alios benevolentia, aut de pristino tuo in me amore remiseris. 18) pleonastice ponitur Matth. XXII. 22. *ἀφέντες αὐτὸν ἀπῆλθον* discesserunt.

ἈΦΙΚΝΕ'ΟΜΑΙ, *οῦμαι*, fut. *ἀφίξομαι*, 1) *venio, pervenio, advenio*. Xenoph. Anab. VI. 3. 16. Hesych. *ἀφίκετο· παρεγένετο. — ἀφικνούμενος· παραγενόμενος*. 2) metaphorice, ut Latinum *pervenio, innotesco, dimano*. Rom. XVI. 19. *ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο* fama obedientiæ vestræ ad aures omnium pervenit. Sæpius in N. T. non legitur. Sirac. XLVII. 17. *εἰς νήσους πόῤῥω ἀφίκετο τὸ ὄνομά σου*. Ælian. V. H. II. 41. *ὅτι ἀφίκετο αὐτῷ μαντεῖον* cum ille oraculum audiret.

ἈΦΙΛΑ'ΓΑΘΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, qui virtutis et honesti, hominum adeo proborum inimicus est et adversarius*, ex α priv. *φίλος amicus* et *ἀγαθὸς bonus*. Semel in N. T. legitur 2 Tim. III. 3. in plurali *ἀφιλάγαθοι* bonis inimici. ubi Theophyl. et Œcumen. *ἐχθροὶ παντὸς ἀγαθοῦ* interpretantur.

ἈΦΙΛΑ'ΡΓΥΡΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, qui pecuniæ cupiditate non tenetur, alienus ab avaritia*, opponitur *τῷ αἰσχροκερδής*. (ex α priv. *φίλος amicus* et *ἄργυρος argentum, pecunia*.) Bis legitur in N. T. 1 Tim. III. 3. Vulgatus: *non cupidus*. Gloss. Vet. *φιλάργυρος· avarus, cupidus*. Hebr. XIII. 5. *ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος*, scil. *ἔστω*, alieni ab avaritia sunto mores.

ἌΦΙΞΙΣ, *εως, ἡ*. Apud Græcos fere semper 1) *adventum in aliquem locum* significat, ab *ἀφικνέομαι pervenio, advenio*. Gloss. *ἄφιξις· adventus, profectio*. Hesych. *ἔφοδος, παρουσία*. Dion. Halic. Ant. 1. VIII. c. 2 et 63. Interdum tamen, quemadmodum *ἔρχεσθαι abire* notat, ita etiam *ἄφιξις* 2) *abitum, discessum* significat. Sic semel in N. T. legitur Act. XX. 29. *μετὰ τὴν ἄφιξίν μου*. Vulgatus: *post discessionem meam*. Adsunt etiam pauca quædam loca e scriptoribus Græcis, quæ hanc notionem confirmant et tuentur. Herod. IX. 17. *μετὰ τὴν ἄφιξιν τὴν εἰς Θήβας*, et cap. 76. *μετὰ τὴν ἄφιξιν τῆς γυναικός*. Dionys. Halic. X. 8. Alia loca collegit Alberti ad Hesychium T. I. p. 645. 7. et Wetstenius N. T. T. II. p. 598.

ἈΦΙ'ΣΤΗΜΙ, fut. *ἀποστήσω*. Iterum hic dicendum, quod jam supra ad *ἀνίστημι* dictum est, hoc verbum nempe in activo pro temporum diversitate nunc *activam*, nunc *neutralem*, seu *intransitivam* significationem, ut *ἵστημι* et omnia ejus composita, habere. *Activam* notionem habent *præsens, imperf. aorist.* 1. et *futurum*; *neutralem* vero *perfectum, plusquamperfectum* et *aoristus* 2. Proprie denotat 1) *seorsum statuo, dirimo, sejungo, procul colloco*, ex *ἀπὸ* et *ἵστημι statuo, colloco*. 2) *abeo, discedo*, i. q. *ἀπέρχομαι*, quam significationem etiam medium *ἀφίσταμαι* habet Luc. II. 37. *ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ* quæ templum frequenter adibat. ibid. XIII. 27. *ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες ἐργάται τῆς ἀδικίας* facessite hinc omnes improbi. Act. XII. 10. *καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ* et statim discessit angelus ab eo. ibid. XV. 38. *τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας* qui deseruisset eos inde a Pamphylia. XIX. 9. Genes. XII. 8. *ἀπέστη ἐκεῖθεν εἰς τὸ ὄρος*. Hesych. *ἀπέστη· ἐχωρίσθη*. Idem: *ἀφέστηκας· ἐμακρύνθης*. Homer. Iliad. III. 33. Schol. *ὑπεχώρησεν*. Conf. Abresch. ad Æschylum. p. 556. 3) metaphorice: *desisto, absisto ab aliquo, missum facio*. Luc. IV. 13. *ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ* ad tempus desinebat ei molestias facere. Act. V. 38. *ἀπόστητε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων τούτων* missos facite hos homines. ibid. XXII. 29. *εὐθέως ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν* protinus destiterunt ab eo, qui erant de eo quæstionem habituri. 2 Cor. XII. 8. *ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ* ut a me desisteret. In vers. Alex. respondet in hoc sensu Hebraico חָדַל Job. VII. 16. *ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ*. Sirac. XXIII. 12. 4) metaphorice: *renuncio, valedico, abstineo*. 2 Tim. II. 19. *ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας* renuntiet vitiositati. 5) *fugio alicujus consuetudinem, vito*. 1 Tim. VI. 5. *ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων* noli cum talibus commercium habere, seu, arctam contrahere familiaritatem. Sirac. VII. 2. *ἀπόστηθι ἀπὸ ἀδίκου*. 6) *deficio ab aliquo, descisco, desino alicujus discipulus et sectator esse*. Luc. VIII. 13. *καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται* ingruentibus calamitatibus desciscunt. Conf. Arriani Diss. Epictet. III. 15. 1. 1 Tim. IV. 1. *ἀποστήσονταί τινες τῆς*

στάσεως a religione christiana quosdam esse defecturos. Hebr. III. 12. ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος ita, ut a veri Dei cultu deficiatis. Hebr. מָרַד Ezech. XX. 8. ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ. Sapient. III. 10. τοῦ Κυρίου ἀποστάντες. Sirac. X. 14. Loca Græcorum dedit Dresig. de Verbis Mediis N. T, I. 32. p. 223. 7) *ad defectionem impello, efficio, ut alter meas partes sequatur, sectatorem mihi concilio.* Act. V. 37. ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ multos homines in suas partes traduxit. Deut. XIII. 10. ἐζήτησε ἀποστῆσαί σε ἀπὸ Κυρίου. Sirac. XIX. 2. οἶνος καὶ γυναῖκες ἀποστήσουσι συνετούς. Isocrates Euag. p. 476. Κιλικίαν δὲ βασιλέως ἀπέστησε. Herodian. VII. 7. 9. et 13. τὰ ἔθνη ἀποστήσαντες. Herodot. I. 154. τοὺς Λυδοὺς ἀπέστησεν ἀπὸ Κύρου.

ἌΦΝΩ. Adverbium. *Repente, subito, protinus,* per syncopen pro ἀφανῶς, ex α priv. et φαίνω. Respondet Hebraico פִּתְאֹם Jos. X. 9. Cohel. IX. 12. Ter tantum legitur in N. T. Act. II. 2. XVI. 26. XXVIII. 6. καταπίπτειν ἄφνω νεκρόν. Ælian. V. H. II. 7. ubi ἄφνω usurpatur in commemorandis prodigiis. Adde Joseph. A. J. VIII. 13. 5. ἄφνω πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ βωμὸν ἔπεσε. et cap. 8. § 24. Hesych. ἄφνω· ἐξαίφνης, αἰφνιδίως.

ἈΦΌΒΩΣ. Adverbium. *Sine metu, intrepide.* (ex α priv. et φόβος *metus.*) Luc. I. 74. ἀφόβως λατρεύειν αὐτῷ sine metu servili Deum colamus. 1 Cor. XVI. 10. Philipp. I. 14. ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν, pro: μετὰ παῤῥησίας, libere tradere religionem christianam. Jud. v. 12. ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες impudenter semet ipsos pascentes. Prov. I. 33. ubi in versione Alex. Hebraico מִפַּחַד respondet. Vide et Sapient. XVII. 4. Xenoph. Hier. 7. 10. et Æsop. Fab. 292. Adjectivum ἄφοβος *intrepidus* reperitur apud Epictet. 12. 1. et Aristoph. Av. 1384.

ἈΦΟΜΟΙΌΩ, ῶ, fut. ώσω, *confero inter se, assimilo, similem reddo.* Xenoph. Mem. III. 10. 2. καὶ μὴν τά γε καλὰ εἴδη ἀφομοιοῦντες. Passivum ἀφομοιόομαι, οῦμαι, *similis sum, assimilor,* legitur in N. T. tantum Hebr. VII. 3. ubi Melchisedechus dicitur ἀφωμοιωμένος τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ filio Dei similis. Epistola Jerem. v. 5. τοῖς ἀλλοφύλοις ἀφομοιωθῆτε. ibid. v. 63, 70.

ἈΦΟΡΆΩ, ῶ, fut. άσω, 1) proprie: *oculos averto ab aliqua re.* Sic legitur apud Xenoph. Cyrop. VII. 1. 18. παίουσιν ἀφορῶντας a tergo cædunt. 2) *oculos ab alieno aspectu abstractos in aliud objectum figo, intentis oculis aliud aspicio et contemplor.* Sic legitur apud Diod. Sic. XIX. 23. Hesych. ἀφορῶντες, ἀποβλέποντες. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀφοράω, *adspecto.* Hinc 3) metaphorice: *diligenter expendo, attenta mente considero, imitandum mihi aliquid propono.* Tantum in N. T. extat Hebr. XII. 2. ἀφορῶντες εἰς τὸν τῆς πίστεως ἀρχηγὸν sit nobis exemplum propositum Christus auctor religionis nostræ. Joseph. A. J. IV. 4. 7. Arrian. Diss. Epictet. IV. c. 1. εἰς ταῦτα ἀφόρα τὰ παραδείγματα. Heliodor. VII. p. 330. εἰς ποίαν ἀφορῶντας ἐλπίδα. In notione simili *respiciendi* legitur apud Joseph. A. J. VII. 5. 4. πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀφορῶν.

ἈΦΟΡΊΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *designo, describo terminos, definio, suis limitibus circumscriptum discerno,* et de agro dicebatur, qui a reliquis discernebatur, terminis constitutis. Exod. XIX. 12. וְהִגְבַּלְתָּ אֶת־הָעָם סָבִיב Alex. καὶ ἀφοριεῖς (Schol. ὁροθετήσεις) τὸν λαὸν κύκλῳ. Hinc 2) *separo, discerno, quocunque modo hoc fiat.* Matth. XIII. 49. καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων segregabunt impios a piis. XXV. 32. καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων. Act. XIX. 9. 2. Cor. VI. 17. Gal. II. 12. καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν et separavit se ab iis, h. e. et fugiebat eorum consuetudinem. Quia vero ἀφορίζεσθαι κατ' ἐξοχὴν de *iis rebus* usurpatur, *quæ a communi usu segregantur, ut Deo consecrentur,* (v. c. Levit. XX. 26. XXVII. 21. conf. etiam Hesychii Glossarium sub τιμίῃ) hinc ἀφορίζειν in N. T. 3) *iis tribuitur, qui aliquem ad certum opus et munus sacrum obeundum eligunt ac designant,* interdum adeo de Deo ipso eodem sensu adhibetur. Act. XIII. 2. ἀφορίσατέ μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Παῦλον εἰς τὸ ἔργον eligite Barnabam ac Paulum ad munus. Rom. I. 1. ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ electus a Deo doctor religionis christianæ. Galat. I. 15. ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός Deus, qui me jam inde a natalibus destinaverat ad munus apostolicum, ubi cum καλεῖν permutatur. Hesych. ἀφωρισμένος· ἐκλελεγμένος, διακεκριμένος. Idem tradit Alberti Gloss. N. T. p. 96. 4) *excommunico e cœtu et societate ejicio,* i. q. ἀποσυναγωγέω. Luc. VI. 22. καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, coll. Joh. XVI. 2. ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. Uberius de hac notione exposuit Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 600. Forte tamen h. l. ἀφορίζειν est i. q. Act. XIII. 50. ἐκ τῶν ὁρίων ἐκβάλλειν e finibus vel ditionis terminis ejicere: unde in Glossario: *abterminatus,* ἀφορισθείς.

ἈΦΟΡΜΉ, ῆς, ἡ, in universum *omnem apparatum subsidiorum ad aliquam rem perficiendam necessariorum* significat. Sic v. c. apud Xenoph. de Vectig. III. 6. 9. 12. id, quod impenditur ad lucrum faciendum, ἀφορμὴ dicitur, et ab eodem Mem. III. 12. 4. præsidia vitæ, res ad vitam sustentandam necessariæ, ἀφορμαὶ εἰς τὸν βίον vocantur. Confer quæ de hac voce lectu digna habet Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. p. 80. et Schwarz. in Comment. Crit. Ling. Gr. p. 225. Ab hac universa notione repetenda est altera, quæ vulgo huic voci in Lexicis tribui solet, significatio *opportunitatis, occasionis,* Græcis scriptoribus non minus usitata, v. c. Xenoph. Mem. II. 7. 12. ἔργων ἀφορμαὶ opportunitas operis suscipiendi, ad quem locum vide, quæ Hindenburgius in Animadvv. laudavit. Æque late hæc vox in N. T. patet. Rom. VII. 8 et 11. ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς vitiositas per interdictum nacta occasionem et materiam vim suam exserendi. 2 Cor. V. 12. ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ut vobis materiam præbeam de me doctore gloriandi. ibid. XI. 12. ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμὴν ut occasionem se laudandi præripiam, qui eam studiose quærunt. Galat. V. 13. εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ ad peccandi licentiam. 1 Tim. V. 14. μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν nullam adversariis religionis christianæ calumniandæ præbere materiam. Hesych. ἀφορμή· ἡ νῦν ἐνθήκη λεγομένη, ἢ πρόφασις, ἢ αἰτία. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 56 et 344. et Lexic. Xenoph. Vol. I. p. 505. Gloss. Vet. apud Labbæum. p. 33. ἀφορμή, *occasio, fomes.*

ἈΦΡΊΖΩ, fut. ίσω, *spumo, spumam excito,* seu *reddo,* ab ἀφρὸς *spuma.* Bis in N. T. legitur. Marc. IX. 18. ἀφρίζει καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ spumat ac stridet dentibus suis. ib. v. 20. ἐκυλίετο ἀφρίζων volutabatur ita, ut os ejus spumam ageret. Confer Fœsii Œconomia Hippocr. p. 71.

ἈΦΡΌΣ, οῦ, ὁ, *spuma.* Semel in

N. T. legitur Luc. IX. 39. σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ spumantem lacerat. Eurip. Iphig. in Taur. v. 307. Etym. M. ἀφρός· τὸ μετὰ σφοδρᾶς φορᾶς προϊέμενον.

'ΑΦΡΟΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, 1) *amentia, imprudentia, levitas animi, incuria honesti ac recti*, ab ἄφρων, quod vide. Sic ex plerorumque interpretum opinione legitur apud Marc. VII. 22. sed incerta ibi est significatio et dubia. Vox ὑπερηφανία, quæ præcedit, notionem *ostentationis* commendat. 2) *ostentatio, jactantia*, quam et Latini *stultitiam* vocant, quoniam est insipientiæ certissimum signum. Sic autem legitur in N. T. 2 Cor. XI. 1. ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ utinam perferretis paululum meam ostentationem, h. e. quæ me commendandi caussa jam proferre coactus sum. ibid. v. 17. ἀλλ' ὡς ἐν ἀφροσύνῃ sed quasi jactabunde. ibid. v. 21. ἐν ἀφροσύνῃ λέγω jactabundi enim jam personam induo.

"ΑΦΡΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, 1) *stultus, qui rem non recte intelligit, qui temerarie et inconsiderate agit, amens*, ex α priv. et φρὴν *mens*. Luc. XII. 20. ἄφρων, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπό σου, ubi ἄφρων dicitur, qui sibi divitias congerit vanas et caducas, vera autem et cœlestia bona non curat, ut Christus ipse v. 21. explicat. Luc. XI. 40. ἄφρονες Pharisæi vocantur, qui externam vasorum v. c. puritatem curabant, internam vero animi prorsus negligebant. 1 Cor. XV. 36. denique ἄφρων appellatur, qui, quæ ex natura de reditu corporum mortuorum in vitam sponte intelligi possunt, non recte percipit. 2) *inscius, paganus, religionis christianæ scientia destitutus*, et ex adjuncto: *impius, scelestus*. Rom. II. 20. παιδευτὴν ἀφρόνων doctorem insciorum. Ephes. V. 17: μὴ γίνεσθε ἄφρονες ne amplius paganorum more vitiositati vos dedatis; nam sequitur: ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα Κυρίου. 1 Pet. II. 15. τὴν τῶν ἀφρόνων ἀγνωσίαν calumnias paganorum, quas ex ignorantia proferre solent. 3) *jactabundus, ostentator*. 1 Cor. XI. 16. μή τις με δόξῃ ἄφρονα εἶναι ne quis me vanum ostentatorem habeat. ib. v. 19. ἡδέως γὰρ ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων lubenter fertis jactabundos. XII. 6. οὐκ ἔσομαι ἄφρων non vaniloquentiæ accusari possem. ib. v. 11. γέγονα ἄφρων paululum jactabunde de me locutus sum. Sic etiam Latini *stultos* vocant, quos gloria vexat inanis.

'ΑΦΥΠΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *sopior, obdormio*, ex ἀπὸ et ὕπνος *somnus*. Verbum ἅπαξ λεγόμενον. Luc. VIII. 23. πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε inter navigandum obdormivit Jesus, ἐκάθευδε, ut legitur in locis parallelis Matth. VIII. 24. et Marc. IV. 38. Rarior est hæc notio apud Græcos, nam vulgo ἀφυπνόω et ἀφυπνίζω (Ælian. V. H. I. 13.) *e somno excitare*, et sensu passivo *expergefieri* significat. Vid. Pierson. ad Mœridem p. 61. Sed eodem tamen sensu legitur in versione Alex. Judd. V. 27. sec. Ald. ἀφύπνωσε ἀναμέσον τῶν σκελῶν αὐτῆς ubi in Hebr. שָׁכַב respondet, quod alias redditur verbo καθεύδειν, ut Prov. III. 24. Gloss. ἀφυπνόω, *obdormio*, uti legendum est loco impressi *abdormio*.

"ΑΦΩΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *mutus, vocis expers, qui facultate loquendi plane est destitutus*. 1 Cor. XII. 2. πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα ad colenda simulacra idolorum muta, coll. Psal. CXV. 5. Habac. II. 18. 2 Petr. II. 16. ὑποζύγιον ἄφωνον ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον. 2 Macc. III. 29. 2) *qui obmutescit, vocem non emittit*. Sic in N. T. legitur Act. VIII. 32. ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος ut agnus coram tonsore obmutescit, et nullum sonum edit, coll. Ies. LIII. 7. ubi נֶאֱלָמָה vocatur. Etiam apud Græcos ἄφωνος et ἀχανὴς (quam vocem Mœris tanquam magis Atticam præferendam judicavit τῷ ἄφωνος) et ἄναυδος de *attonito* usurpatur, *cui præ ingenti stupore et admiratione vox est intercepta*, v. c. apud Athen. VII. p. 298. Ælian. V. H. XII. c. 41. πρῶτοι ἔστη ἄφωνες, ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ. Hinc ἀφασία *stuporem* notat, quo vox et sermo intercipitur. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 9. 12. p. 356. Plane singulari modo autem hoc vocabulum usurpatur 1 Cor. XIV. 10. οὐδὲν αὐτῶν (scil. φωνῶν) ἄφωνον et nulla lingua sensu et significatione caret, seu, nulla est, quæ nón vere dici possit lingua. Sic βίος ἀβίωτος vita non vitalis. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἄφωνος, *mutus, insonus*.

'ΑΧΑ'Ζ, ὁ, *Achas*. Nomen viri origine Hebraicum אָחָז *apprehendens, possessor*. Fuit rex Judæ admodum impius, filius Jothami, 2 Reg. XVI. 1. Legitur in N. T. Matth. I. 9.

'ΑΧΑΙ"Α, ας, ἡ, *Achaia*. Nomen *regionis Græciæ*. Angustius si sumitur, fuit nomen provinciæ, sitæ in Peloponneso aut Morea, regione Græciæ, versus septentrionem. Nomen accepit ab *Achæo*, filio Xuthi, olim Ægialea dicta, fortasse ab Ægialeo, rege Sicyoniæ. Sub Augusto erat provincia proconsularis. Tiberius eam Macedoniæ adjunctam Cæsarianam fecit, sed Claudius utramque provinciam senatui reddidit, seu proconsularem fecit. Sueton. vita Claudii cap. 25. Polybii ætate tota Peloponnesus dicta est 'Αχαΐα. conf. Polyb. II. c. 38. Latius si accipitur, complectitur Peloponnesum et Græciam, quæ proprie sic dicitur, h. e. regiones omnes, quæ interjectæ sunt inter Peloponnesum et Thessaliam, et cum Μακεδονίᾳ conjungitur, quia in has duas provincias totam Græciam diviserunt Romani, postquam Græcos in suam potestatem redegerant. Cf. Cellarii Notit. Orb. Antiq. T. I. p. 1170. et Salmasii Exc. Plin. p. 568. De provincia *Achaia* proconsulari, sensu angustiori sumta, cujus caput Corinthus fuit, accipiendus erit locus Act. XVIII. 12, 26. ibid. vero XIX. 21. latius patet, nam ibi verba leguntur: διελθὼν Μακεδονίαν καὶ 'Αχαΐαν. Rom. XV. 26. 'Αχαΐα cœtus christianorum in Achaia, latius sumta. ibid. XVI. 5. loco 'Αχαΐας reponendum est 'Ασίας. 1 Cor. XVI. 15. 2 Cor. I. 2. IX. 2. XI. 10. 1 Thess. I. 7, 8. Hesych. 'Αχαιοί· οἱ "Ελληνες, κυρίως δὲ καὶ οἱ κατοικοῦντες μέρος τι τῆς Πελοποννήσου τὴν καλουμένην 'Αχαΐαν.

'ΑΧΑΙ"ΚΟ'Σ, οῦ, ὁ. *Achaicus*, i. e. *ad Achæos pertinens, Achæorum proprius*. Xenoph. Hist. Græc. IV. 8. 5. Hom. Il. ι'. 375. ubi vid. Eustathius. In N. T. est nomen viri christiani, qui commemoratur 1 Cor. XVI. 17. forte sic dicti ab Achaia provincia, ex qua oriundus fuit.

'ΑΧΑ'ΡΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *ingratus, qui gratias non refert, qui, accepti beneficii immemor, officia sua negligit*, (Xenoph. Mem. II. 2. 1.) ex α priv. et χαρίζομαι *gratificor*. Bis legitur in N. T. Luc. VI. 35. ubi Deus benignus dicitur ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς. 2 Tim. III. 2. ἀχάριστοι, ἀνόσιοι, nam ingratum dicens omne crimen dixeris. Sapient. XVI. 29. Herodian. VI. 9. 1. ὡς ἀπίστου καὶ ἀχαρίστου. Lucian. Timon. 48. ἀχάριστοι καὶ πονηροί. Eustath. in Od. ι'. p. 304. 40. ἀσύνηθες δὲ τοῖς μεθ' Ὅμηρον ἀχάριστον ἐπὶ τοῦ μὴ χαρίεντος. αὐτὸν γὰρ ἀχάριστον φασί, οὗ ἀποῤῥεῖ μνῆσις εὐπεπονθότος. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἀχάριστος, *ingratus, inofficiosus*.

'ΑΧΕΙ'Μ, vel **'ΑΚΕΙ'Μ**, ὁ. *Achim.* Est nomen proprium indeclinabile viri, filii Zadoci cujusdam, origine Hebraicum. Legitur in N. T. Mat. I. 14.

'ΑΧΕΙΡΟΠΟΙ'ΗΤΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, non manu factus, non factus et exstructus opera, arte et ingenio hominum, divinus*, ex α negat. et χειροποίητος *artificio humano structus.* Marc. XIV. 58. ἄλλον ἀχειροποίητον ναὸν οἰκοδομήσω templum, non opere humano structum, ædificabo. 2 Cor. V. 1. οἰκίαν ἀχειροποίητον corpus quod totum est a Deo. Coloss. II. 11. περιτομὴ ἀχειροποίητος circumcisio spiritualis, manibus non peracta. Sæpius in N. T. non legitur. Alberti Gloss. N. T. ἀχειροποίητον· ἀκατασκεύαστον. Adde Schol. Lycophr. Alex. v. 355.

'ΑΧΛΥ'Σ, *ύος, ἡ*, 1) proprie: *caligo aëris, tenebræ, nebula*, i. q. σκότος, quo sensu non solum in Symmachi reliquiis, Job. III. 5. pro Hebraicis verbis חֹשֶׁךְ et עֲנָנָה, sed etiam apud Homer. Odyss. VII. v. 41. (ἡ ῥά οἱ ἀχλὺν θεσπεσίην κατέχευε), Polyb. XXXIV. 11. 15. legitur. 2) *oculorum morbus*, seu *caligatio, cæcitas, quando oculi* vel *pellicula superinducta excæcantur*, vel *retusam et hebescentem habent aciem ex caloris nativi aut spiritus extinctione, aut humorum, oculos regentium, perturbatione*, ut centies apud Hippocratem sumitur, teste Fœsio Œconom. Hippocrat. p. 22. Sic autem cum Kypkio in Observatt. Sacr. T. II. p. 64. accipiendam arbitror hanc vocem Act. XIII. 11. παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος protinus autem illum corripuit tanta cœcitas ac nox oculorum. Plutarch. Alex. M. c. 45. ὥστε καὶ ταῖς ὄψεσιν ἀχλὺν ὑποδραμεῖν. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἀχλύν· σκοτίαν καὶ ἀορασίαν. Idem: ἀχλύς· ἡ ἐν ὀφθαλμοῖς λεπτὴ ὕλη, ὁμίχλη, σκοτία, ἀμβλυωπία. Suid. ἀχλύς· σκότος, ὁμίχλη, ζόφος, ἀμβλυωπία. Confer etiam Schol. Æschyli ad Pers. v. 671.

'ΑΧΡΕΙ^ΟΣ, *ὁ, ἡ, τὸ*, 1) *inutilis, iners, ineptus ad aliquid efficiendum*, (Aristot. Hist. An. IX. 39.) i. q. ἄχρηστος *damnum afferens.* Etym. M. οὗ μὴ ἔχει τις χρείαν. Matth. XXV. 30. τὸν ἀχρεῖον δοῦλον servum pigrum, qui officio suo non satisfecit, i. q. ὀκνηρὸν, ubi sermo est de servo illo, cui creditum fuerat talentum, qui domino non solum nihil per pigritiam profuerat, sed etiam damnum attulerat. Syrus: ܚܒܠܢܐ pigrum. Hinc ἀχρειότης *pigritia, inertia*, in libro Tobiæ IV. 14. Confer etiam Clarkium ad Homer. Iliad. II. v. 268. 2) *qui non est magni momenti et pretii.* Luc. XVII. 10. λέγετε ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν non adeo magnam operam vestram, quam locastis, existimate, aut: vitavimus culpam, sed nil meruimus, ut loquar cum Horatio Art. Poët. v. 267. 2 Sam. VI. 22. וְהָיִיתִי שָׁפָל בְּעֵינָי Alexandr. καὶ ἔσομαι ἀχρεῖος ἐν ὀφθαλμοῖς μου. Pertinet huc fortasse glossa Etym. M. ἀχρεῖον· τὸ ἀσθενὲς καὶ βάρους ἀμέτοχον.

'ΑΧΡΕΙΟ'Ω, *ῶ*, fut. *ώσω, inutilem reddo* vel *facio.* Passiv. ἀχρειόομαι, οῦμαι, *factus sum inutilis ac ineptus, corruptus sum.* Rom. III. 12. ἅμα ἠχρειώθησαν ad unum omnes inepti sunt ad virtutis studium ac perversi. Sæpius non legitur in N. T. Polyb. I. 14. 6. II. 33. 5.

"ΑΧΡΗΣΤΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, inutilis*, Arrian. Epict. I. 9. III. 24. (ex α priv. et χρηστὸς *utilis*) et per λιτότητα *admodum damnosus et perniciosus.* (Hesiod. Opp. v. 296.) Sic semel in N. T. legitur Philem. v. 11. ubi Onesimus ἄχρηστος vocatur, qui Philemoni multum nocuerat eumque læserat, coll. v. 18. Solent enim non solum scriptores sacri, (conf. supra ad ἀλυσιτελής) sed etiam utriusque linguæ auctores interdum deminutionis et attenuationis gratia ponere verba contraria eorum, quæ declarare velint iisque adjungere particulas negandi. Sic v. c. μὴ λυσιτελεῖν apud Xenoph. Cyrop. I. 3. 8. est *exitium afferre*, et ἀλυσιτελῶς *magno cum damno*, apud Theophr. Char. VIII. 4. quemadmodum *inutile* apud Cic. (Offic. I. 10. III. 13. II. 14. de Invent. I. 49. Vide Ernesti Clav. Cic. s. h. v.) legitur de eo, quod detrimentosum est. Conf. plura apud Fischerum de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. XXV. pag. 7 seq. Clarkium ad Homer. Il. II. 269. et A. Gellii N. A. II. c. 6.

"ΑΧΡΙ, sequente consona, et **"ΑΧΡΙΣ**, sequente vocali, quanquam interdum **"ΑΧΡΙ** in codicibus ante vocalem reperitur, v. c. Act. I. 2. Adverbium, naturam præpositionis habens, quod cum genitivo construitur, et nihil plane differt a μέχρι et μέχρις, observante Eustathio ad Homer. p. 1062. qui, γίνεται, inquit, τὸ ἄχρις ἀπὸ τοῦ μέχρις ἀποβολῇ τοῦ μ καὶ τροπῇ τοῦ φωνήεντος. In N. T. variis modis usurpatum legitur. 1) est loci: *usque ad.* Act. XIII. 6. ἄχρι Πάφου usque ad Paphum. XX. 4. ἄχρι τῆς Ἀσίας. XXVIII. 15. ἄχρις Ἀππίου φόρου. Apoc. XVIII. 5. 2) de tempore: *usque ad*, ita, ut tempus ulterius excludat. Matth. XXIV. 38. ἄχρι ης ἡμέρας pro ἄχρι ἡμέρας, ῇ κ. τ. λ. usque ad illum diem quo, etc. Confer Act. I. 2. Luc. I. 10. XVII. 27. Act. XIII. 11. ἄχρι καιροῦ per aliquod tempus. ibid. XX. 11. ἄχρις αὐγῆς usque ad diluculum. Galat. III. 9. ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα, pro ἄχρις χρόνου, ᾧ ἔλθῃ κ. τ. λ. ut valeret usque ad adventum Messiæ. IV. 2. ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρὸς usque ad tempus a patre definitum. Si jungitur verbo, notat: *donec, usque dum*, v. c. Apoc. XV. 8. ἄχρι τελεσθῶσιν donec explerentur. ibid. XVII. 17. XX. 3. Qui vulgo ex hac notione explicatur locus Luc. IV. 13. mihi quidem ambiguitate quadam laborare videtur; nam verba ἄχρι καιροῦ, quæ vulgo quidem vertuntur *per aliquod temporis spatium*, æque commode reddi possunt *ab hoc ipso tempore;* certe ἄχρι, ut Latinum *usque*, (Terent. Eun. III. 2. 18. Juven. Sat. XIII. 157. Virg. Æn. 289.) non tantum *terminum ad quem*, sed etiam *a quo* significat. Confer Tempe Helvetica T. III. pag. 67. 3) *ante, antequam.* Rom. V. 13. ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν τῷ κόσμῳ jam ante promulgationem legis Mosaicæ vitiositas inter homines erat, coll. v. 14. qui locus vulgo male redditur; *quamdiu lex erat, erat quoque peccatum in mundo.* Act. XXVII. 32. ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι ante lucis seu diei ortum jussit eos cibum capere: ad quem locum conf. Kypke Observv. Sacr. T. II. p. 143. 4) non semper *terminum temporis s. tempus ad quod*, sed etiam (ut Hebraicum עַד Judic. VI. 31. Dan. VI. 8. עַד־יוֹמִין תְּלָתִין, intra tres dies.) *intervallum, tractum temporis, quo aliquid factum fuerit*, seu *finem temporis*, significat. Act. XX. 6. ἄχρις ἡμερῶν πέντε intra quinque dies, seu: die quinto. Cod. Cant. πεμπταῖοι, non male. Rom. VIII. 22. ἄχρι τοῦ νῦν hoc nostro tempore. Eadem significatione gaudet formula: ἄχρις οὗ, quæ haud raro continuationem et perpetuitatem indicat. Rom. XI. 25. ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ quamdiu multitudo gentilium intraret. Heb. III. 13. ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται. 2 Maccab. XIV. 10. Conf. quæ ad Act. III. 19. Krebsius notavit in Observatt. Flavianis

p. 173. et Gregor. Nazianz. Orat. II. de Filio p. 343. ed. Hervag.

ἌΧΥΡΟΝ, ου, τὸ, non est *palea, quæ vento abigi solet*, ut vulgo male traditum reperitur in Lexicis vulgaribus, et a Schœttgenio adeo in *antiquitatibus trituræ et fulloniæ* (Lips. 1763. 8.) p. 53. nam hæc Græce dicitur ἄχνη (Vide Eustath. ad Il. ε'. p. 575.) vel χνοῦς, sed *totus calamus frumenti inde a radice usque ad spicam, quæ grana continet*, (quæ Græce ἀθὴρ dicitur) et respondet Hebraico תֶּבֶן Exod. V. 7. Gen. XXIV. 25. Etym. M. ἄχυρον ἡ καλάμη ἡ ἀλλοιωθεῖσα. Jam quia Judæi aliæque gentes comburere solebant stramen stipulasque loco ligni ad cibos coquendos, furnos calefaciendos aliosque usus, (conf. Kypke Observv. Sacr. T. I. p. 14. et Paulsen. de Agricultura Orientalium p. 150.) eleganter a Christo cum stramine, igne comburendo, comparantur impii, a Deo gravissimis pœnis afficiendi. Matth. III. 12. τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ atque levem stipulam crepitantibus uret flammis, ut loquar cum Virgilio Georg. I. 85. et Luc. III. 12. Aristophan. Acharn. 510. Sæpius non legitur in N. T.

ἈΨΕΥΔΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, *mentiri nescius, verax*, ex α priv. et ψευδὴς *mendax*. Semel tantum in N. T. Deus dicitur ἀψευδὴς Tit. I. 2. quatenus metuendum non est, ne vana promissione nos lactet. In Symmachi reliquiis Hebraico לֹא־שֶׁקֶר Job. XXXVI. 4. respondet. Legitur præterea in Lycophron. Cassandra v. 1456. Eurip. Orest. 364. ἀψευδὴς Θεός. Ælian. V. H. XIV. 28. ἀληθῆ τε καὶ ἀψευδῆ. Vox ἀψευδεῖν legitur apud Xenoph. Cyrop. V. 2. 4.

ἌΨΙΝΘΟΣ, ου, ἡ, *absinthium*, (ἀψίνθιον, apud Theophr. Hist. Plant. IX. 18. et Xenoph. Anab. I. 5. 1) herbæ amarissimæ genus, wermuth, *wormwood*, quod vulgo non male compositum existimatur ex α priv. et ψίνεσθαι *fructum vel florem amittere*. Absinthium enim flores non amittit. Vide Ol. Celsii Hierobot. P. I. pag. 480. Hebraice dicitur לַעֲנָה Prov. V. 4. 2) per metonymiam causæ efficientis pro effectu, *amaritudo*. Apoc. VIII. 11. καὶ γίνεται τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων εἰς ἄψινθον et tertia pars aquarum facta est amara. Cogitandum hic autem est de אַגְדְנָא תְמוּתָא absinthio mortis Judæorum apud Jonathanem Deuteron. XXIX. 17.

ἌΨΙΝΘΟΣ, ου, ὁ, nomen *stellæ*, insignem ecclesiæ doctorem sine dubio significantis. Apoc. VIII. 11.

ἌΨΥΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *anima carens, inanimatus*, ex α priv. et ψυχὴ *anima*. Opponitur ἔμψυχος. In N. T. tantum legitur 1 Cor. XIV. 7. τὰ ἄψυχα (scil. ὄργανα) φωνὴν διδόντα tamen instrumenta musica, vita et sensu carentia, sonum edunt. Sapient. XIV. 29. ἀψύχοις γὰρ πεποιθότες τοῖς εἰδώλοις. Eurip. Ion. 881. Polyb. VI. 47. 10. X. 24. 4. Xenoph. Sympos. 5. 3. Hesych. ἄψυχον εἴδωλον μὴ ἔχον ψυχήν.

B

BA'AΛ, ὁ et ἡ. *Baal*. Nomen indeclinabile Hebraicum בַּעַל, quod significat *Dominum*. Fuit proprie quidem nomen idoli Phœniciorum et Cananitarum, quod etiam sub onmine contracto *Bel* (בֵּל contracte pro בַּעַל) ab Assyriis, Babyloniis aliisque vicinis populis colebatur, (Ies. XLVI. 1. Jerem. L. 2. LI. 44.) in quo Sol cultus esse vulgo creditur; (Vide Fulleri Miscell. Sacr. Lib. II. c. 7.) sed deinde etiam haud raro per synecdochen speciei pro quocunque alio idolo ponitur. Jerem. II. 8. In versione Alexandrina ponitur cum articulo masculini (Num. XXII. 41. 1 Sam. XVI. 31.) et fœminini generis. (Zeph. I. 4. Hos. II. 8.) In N. T. ubi semel tantum legitur, ei articulus fœminini generis præponitur. Rom. XI. 4. οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ, pro τῇ τοῦ Βάαλ εἰκόνι, (2 Reg. XI. 18. Alii στήλην subintelligunt ex 2 Reg. X. 26, 27.) qui non flexerunt genua imagini vel statuæ Baal. Legi in hanc rem meretur Selden. de Diis Syris Syntagma II. cap. 1 et 2. et Additamenta Beyeri p. 137 et 264.

BABYΛΩ'N, ῶνος, ἡ. *Babylon*. Est vox originis Hebraicæ בָּבֶל *confusio*, a בָּלַל *confudit*. Urbs antiqua Babylon, quæ nomen traxit a confusione linguarum, quam Moses memorat Genes. XI. exstructa a Nimrode, sita erat in Assyria vel Chaldæa, in regione campestri Sinear vel Sennahar ad Euphratem. Quæ, cum diu fuisset sedes regum Assyriæ, tandem diruta est et destructa, ac Seleucus Nicanor aliam condidit ad Tigridem haud procul ab antiqua distantem, quam Seleuciam dictam Plinius H. N. VI. c. 26. vocat Chaldaicarum gentium caput. Fuit urbs amplissima et potentissima et provinciæ potius, quam urbis ambitum habuit, teste Aristotele Polit. III. c. 2. Unde in N. T. pro tota regione Chaldæorum ponitur. Matth. I. 11, 12, 17. Act. VII. 43. Conf. Ps. CXXXVII. 1. ubi נַהֲרוֹת בָּבֶל occurrunt. Est etiam urbs ejusdem nominis sita in Ægypto, vel Ægypto proxima, in finibus Arabiæ, juxta Heliopolin, ex qua multi viri docti Petrum primam suam epistolam scripsisse existimant. Sed ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, quæ 1 Petr. V. 13. commemoratur, sine dubio est ecclesia christiana, quæ Babylone in Assyria erat, et originem suam debebat Judæis, qui, per Nabuchodonosorum in Assyriam abducti, beneficio decreti Cyri in pristinas sedes redeundi non usi fuerant. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 697. In Apocalypsi, ubi sæpius commemoratur Babylon, v. c. XIV. 8. XVI. 19. XVII. 5. XVIII. 2, 10, 21. alii Romam, alii Hierosolymam, et, ut mihi videtur, rectius intelligendam esse judicant.

BAΘMO'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *gradus, limen*. Est verbale a perf. pass. βέβημαι, pro quo Dorice est βέβαμαι, verbi βαίνω, *scando*, inserta littera θ. Plutarch. Romul. c. 20. In versione Alex. pro Hebraico מִפְתָּן 1 Sam. V. 5. et מַעֲלָה 2 Reg. XX. 10, 11. positum reperitur. 2) metaphorice: *gradus dignitatis, fasti-*

gium honoris. Ammian. Marc. XV. 13. Sic legitur in N. T. semel 1 Tim. III. 13. βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται viam sibi muniunt ad majores honores, ad ampliorem in muneribus ecclesiasticis dignitatem. Alii tamen, ut Theodoretus, (qui per τίμιον βαθμὸν ἐν τῷ μέλλοντι βίῳ interpretatur) hunc locum de præmiis in futura vita explicandum esse censuerunt. In notione *dignitatis et honoris fastigii* legitur βαθμὸς apud Euseb. H. E. III. 21. Plutarch. Alcibiad. c. 17. quemadmodum ἐπαναβαίνω de dignitatum militarium gradibus usurpatum legitur a Xenoph. Cyrop. II. 1. 10. Conf. Suiceri Thess. Eccles. T. I. p. 614. P. Zornii Opuscula SS. T. II. p. 57 seq. ac Pricæum ad 1 Tim. l. l. Gloss. Vet. *gradus*, βαθμὸς, βῆμα. Idem: βαθμὸς, *gradus, ordo.*

ΒΑ'ΘΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie: *profunditas*, et tribuitur rebus, quæ dimensione æstimari solent. Matth. XIII. 5. διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς eo quod non haberent terram profundam, seu βαθεῖαν γῆν, quam optimam judicat Lucianus Abdicat. p. 183. Hinc βάθος et βαθὺ designat *fœcunditatem terræ ac segetum*, v. c. apud Callim. H. in Apoll. 65. et Eurip. Androm. 637. Simili ratione βαθύγειος usurpatur apud Herodot. IV. 23. Marc. IV. 5. De mari si usurpatur, *mare altum* significat. Luc. V. 4. ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος provehere in altum. Gloss. Vet. apud Labbæum: βάθος, *altum, profundum, altitudo.* 2) *ipsa terra, quam inhabitamus.* Rom. VIII. 39. οὔτε ὕψωμα οὔτε βάθος nec cœlum nec terra, h. e. nihil plane in tota rerum natura. Chrysostomus ad h. l. καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, coll. Ies. VII. 11. Sed varie explicatur hic locus ab interpretibus. Alii enim βάθος de *miseria* et *calamitate* explicant, nixi loco Psalm. CXXX. 1. alii vero de *rebus* et *personis humilibus* interpretantur. Alberti Gloss. N. T. p. 105. τὸ βάθος· τὰ κατώτερα μέρη. 3) ut Græcum ἄβυσσος, et Hebraicum תְּהוֹם, (Psal. XXXVI. 7.) *omne, quod est occultum, absconditum, immensum et impervestigabile, quod intellectus humanus vel plane non, vel haud facile capere et assequi valet*, significat, τὸ ἀνεξιχνίαστον. 1 Cor. II. 10. καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ adeo abdita et occulta Dei consilia. Confer Valesius ad Polyb. p. 396. ed. Gronov. Rom. XI. 33. ὦ βάθος πλούτου O immensam et impervestigabilem beneficentiam Dei! coll. Sirac. XXIV. 29. Apoc. II. 24. τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ occultas fraudes Satanæ; nam βαθὺς, ut Lat. *altus ingenii*, is dicitur, cujus consilia et sensus, utpote tecta, ægre assequimur. Eichhornio in Comm. ad h. l. τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ est doctrina, seu mysterium diaboli, impietatis omnis adeoque hæresium auctoris. Pertinet huc glossa Hesychii: τὰ βάθη· τὰ ἀχώρητα, τὰ ἀκατάληπτα. quæ ad 1 Cor. II. 10. maxime spectat. Judith. VIII. 14. βάθος καρδίας ἀνθρώπου. Conf. etiam vers. Alex. et Theodot. ad Dan. II. 22. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 76. et Suicer. Thess. Eccles. T. I. p. 615. 4) *magnitudo, omne, quod est summum in suo genere.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. VIII. 2. ἡ κατὰ βάθος πτωχεία ὑμῶν summa vestra paupertas. Sophocl. Ajax Flagell. 130. ἢ μακροῦ πλούτου βάθει. Ælian. V. H. III. 18. πλοῦτος βαθὺς summæ divitiæ. Sallust. Bell. Jugurth. c. 81. profunda avaritia. Εἰς βάθος *profunde* apud Symm. Job. XXX. 30. ubi Hebr. מֵעַל respondet, est *valde, admodum*, i. q. μεγάλως apud LXX. Hesych. βάθος· μέγα. Apud Græcos βαθὺς etiam *divitem* notat, v. c. Plutarch. de Consol. p. 110. ed. Xylandr. βαθὺς δυνάστης Κροῖσος. 5) Restat locus Ephes. III. 18. ubi quatuor rerum corporearum dimensionis species, τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος, pro immenso ambitu Christi erga homines benevolentiæ ponuntur.

ΒΑΘΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, *excavo, profundum facio, in profundum penetro*, a βαθύς. Semel in N. T. legitur Luc. VI. 48. ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε (pro βαθέως ἔσκαψεν, ut Judic. XIII. 10. ἐτάχυνεν καὶ ἔδραμεν pro ταχέως ἔδραμεν. Adde 2. Reg. XV. 14.) qui alte effodiens fundamentum posuit. In vers. Alex. respondet Hebraico עָמַק in Hiphil. Psalm. LXII. 5. Jerem. XLIX. 8. Ies. XXX. 33.

ΒΑΘΥ'Σ, εῖα, ὑ, 1) proprie: *profundus.* Joh. IV. 11. καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθὺ et puteus est profundus. 2) metaphorice *omne, quod plenum ac magnum est et summum in suo genere*, βαθὺ vocatur. Vid. Grævii Lectt. Hesiod. p. 95. Sic v. c. tribuitur *graviori somno, sopori alto, quo quis quasi sepultus jacet*, qui ὕπνος βαθὺς dicitur Act. XX. 9. Ælian. V. H. IX. 13. XIII. 6. Theocrit. Idyll. VIII. 65. 66. Sirac. XXII. 7. Tribuitur etiam *diluculo, cum summum mane est.* Luc. XXIV. 1. ὄρθρου βαθέος primo, seu summo mane, coll. Marc. XVI. 1, 2. λίαν πρωΐ. Ita βαθὺς etiam apud Græcos de tempore usurpatur, v. c. Theocrit. Idyll. XVIII. v. 404. Polyæn. I. 28. 2. βαθείας ἑσπέρας ἐπανῆλθεν. ib. IV. 9. 1. ὄρθρος βαθύς. Phlegon Trallian. Mirab. c. 1. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. II. 36. Reitz. ad Lucianum T. II. p. 603.

ΒΑΙ'ΟΝ, ου, τὸ, plur. τὰ βαΐα. Vocabulum e lingua Coptica (ubi Baïs dicitur. Vide Chæremon. apud Porphyrium de Abstinentia IV. c. 7. et vers. Copt. Joh. XII. 15.) in linguam Græcam translatum, quod proprie *ramum palmæ* (1 Macc. XIII. 51. Symmach. Cant. VII. 9.) significat, qui Græce etiam βαΐς, interdum βαΐνη (supple ῥάβδος) 1 Macc. XIII. 37. vocatur. (Hesych. βαΐς· ῥάβδος φοίνικος, καὶ βαΐον. Etym. M. βαΐον παρὰ τὸ βίᾳ τίλλεσθαι· σημαίνει τὸν κλάδον τῆς φοίνικος.) Deinde vero, sive φοῖνιξ addatur, sive simpliciter ponatur, *omnis generis ramos* significat. In posteriori significatione semel legitur in N. T. Joh. XII. 13. ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων acceperunt termites palmarum. Syrus h. l. τὰ βαΐα transtulit ܣܘܟܐ, quæ vox *cujusvis arboris ramos* significat. Palmarum rami speciatim Syris ܠܘܠܒܐ dicuntur, ut docuit Ludov. de Dieu in Critica S. p. 518. Conf. Levit. XXIII. 40. ubi Hebraica כַּפּוֹת תְּמָרִים ab ignoto interprete in Hexaplis vertuntur βαΐα φοινίκων, ab Alexandrinis autem κάλλυνθρα φοινίκων. Hinc apud Symmachum Genes. XL. 16. κανᾶ βαΐνά *canistra texta spadicibus* vocantur. Conf. de hac voce Cangii Glossarium p. 167. Salmasium ad Achillem Tatium p. 621 seq. Suicer. Thess. Eccles. T. I. p. 615. et Fischerum de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. I. p. 16.

ΒΑΛΑΑ'Μ, ὁ, *Balaam, Bileam.* Nomen proprium prophetæ, seu potius harioli, præstigiatoris et somniorum interpretis, qui fuit filius Beori ex Mesopotamia, et quidem ex urbe Petora oriundus, (Num. XXII. 5. Deut. XXIII. 4. Jos. XXIV. 9.) a quo Balacus, data pecunia, impetrare studuerat, ut Israëlitas devoveret. Ter ejus nomen reperitur in N. T. 2 Petr. II. 15. ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ τοῦ Βοσὸρ falsi doctores, qui sequuntur vitæ rationem Bileami, lucri injusti cu-

piditate scilicet abrepti. Jud. v. 11. *καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν* et ad errorem Bileami pro mercede effusi sunt. Apoc. II. 14. ubi commemorantur Bileamitæ, qui Eichhornio in Comm. ad h. l. Vol. I. p. 74. iidem esse videntur, qui Græco nomine Nicolaitæ dicuntur, ut utrumque sit nomen falsorum doctorum mere symbolicum, qui Bileamo in eo similes fuerint, quod alios fraudibus circumvenerint. Est enim בִּלְעָם Νικόλαος, *victor populi*, a בָּלַע, Arab. بلغ *vicit* (Hos. VIII. 8. Job. XXXVII. 20.) et עָם *populus*.

ΒΑΛΑ'Κ, ὁ, *Balak*. Nomen regis Moabitarum, ab Israëlitis extincti. Legitur in N. T. Apoc. II. 14.

ΒΑΛΑ'ΝΤΙΟΝ, τίου, τὸ, *crumena, cui pecunia immittitur, et in ea asservatur*, a βάλλω *jacio, injicio, immitto*, (unde et βαλλάντιον scribitur apud Plutarchum Vita Gracchi c. 2) et differt a πήρα, quod *saccum* significat, *in quo commeatus et alia necessaria recondi solent:* unde interdum pro ipsa pecunia usurpatur, teste scholiast. ad Aristoph. Aves v. 404. *ἄνευ βαλαντίου· ἄνευ ἀργυρίου καὶ δαπάνης*. Legitur in N. T. Luc. X. 4. *μὴ βαστάζετε βαλάντιον* ne ferte vobiscum crumenam. ib. XII. 33. *ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα* parate vobis crumenas, quæ non veterascunt, h. e. comparare vobis veras et certas divitias studete. ib. XXII. 35, 36. Xenoph. Symp. 4. 2. Alexandrini usi sunt hoc vocabulo pro צְרוֹר Job. XIV. 17. et כִּיס Proverb. I. 4. Suid. *βαλάντιον μάρσιπος. Εὐνάπιος· Εἴτε φιλοχρήματος εἴη καὶ δοῦλος τῶν βαλαντίων*. Hesych. *μαρσύππιον*. Thom. M. *βαλάντιον καὶ πήρα ῥήτορες, οὐ μαρσίπιον*. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 719.

ΒΑΛΛΑ'ΝΤΙΟΝ, τίου, τὸ, i. q. præcedens Βαλάντιον. Reperitur in nonnullis codicibus Luc. XII. 33. loco βαλάντιον. Forma hæc (quæ poëtica nonnullis videri posset, cum constet λ interdum poëtice geminari, ut docuit Maittaire in l. de Dialectis L. Gr. p. 498.) reperitur quoque in Glossis Nomicis s. v. φόλλις, apud Epiphanium et alios, quos adduxit Gronovius in l. de Pecunia Vetere p. 199.

ΒΑ'ΛΛΩ, fut. βλήσω, s. βαλῶ, p. βέβληκα, 1) *jacio vi et impetu*. Joh. VIII. 7. *πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω* primus in eam jaciat lapidem. ib. v. 59. Act. XXII. 23. *καὶ κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα* pulverem in aërem jacientibus. Homer. Iliad. δ', 108. ε', 115. 255. Eurip. Med. 273. 2) *conjicio*, v. c. *in carcerem*. Joh. III. 24. *οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν φυλακὴν ὁ Ἰωάννης* nondum in carcerem conjectus erat Johannes. Eodem sensu legitur Matth. V. 25. XVIII. 30. Luc. XII. 58. XXIII. 19 et 25. Act. XVI. 23, 24, 37. Apoc. II. 10. XII. 9. *in fornacem*, Matth. XIII. 42. *καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός*. ibid. v. 50. 3) *abjicio*, i. q. προβάλλω, seu *βάλλω ἔμπροσθέν τινος*. Marc. VII. 27. *καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις* eumque canibus objicere. Matth. VII. 6. *μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων* nec margaritas vestras porcis objicite. ibid. XV. 26. Joh. XV. 6. *ἐβλήθη ἔξω* ejicietur foras (Hesiod. Ἔργ. v. 332.) Matth. XIII. 48. ubi ἔβαλον positum est pro βάλλουσιν, abjicere seu ejicere solent. 4) *injicio, immitto, pono*, (Homer. Il. δ', 15. ε', 40. Æschyl. Prometh. Vinct. 679.) *demitto*. Matth. IV. 6, 18. *βάλλοντας ἀμφίβληστρον εἰς τὴν θάλασσαν* rete mari injicientes. Sic etiam legitur c. XIII. 47. XVII. 26. *βάλε ἄγκιστρον* hamum mittito, coll. Ies. XIX. 8. *οἱ βάλλοντες ἄγκιστρον εἰς τὸν ποταμόν*. Marc. I. 16. ubi tamen præstantissimi codices ἀμφιβάλλοντας loco βάλλοντας habent. Joh. XXI. 6. Matth. XXVII. 6. *οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν* non licet fisco sacro immittere; ubi βαλεῖν est. i. q. τιθέναι. Vid. Stosch. Antiq. Thyat. Lib. II. c. 5. § 8. Marc. XII. 41—44. Joh. V. 7. *βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν* in aquam me demittat. ibid. XII. 6. *καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζε* et pecunias, quæ immittebantur loculo, asservabat, vel in rem suam convertebat. Apoc. XIV. 16 et 19. *καὶ ἔβαλεν τὸ δρέπανον ἐπὶ τὴν γῆν*. Huc etiam referenda videtur phrasis: *βάλλειν τὸν δάκτυλον καὶ τὴν χεῖρα εἰς τὶ digito vel manu aliquid tangere*. Marc. VII. 33. *ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ*. Joh. XX. 25. *ἐὰν μὴ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων* nisi digitum meum immisero vestigiis clavorum. ibid. v. 27. *βάλε τὴν χεῖρά σου εἰς τὴν πλευράν μου* injice manum tuam lateri meo. Hinc, si de *fluidis* usurpatur et *liquore*, 5) *infundere, fundere* notat. Matth. IX. 17. *οὐδὲ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς* nec quisquam vinum recens conjicit in veteres utres. Matth. XXVI. 12. ubi *βάλλειν τὸ μύρον ἐπὶ τοῦ σώματος* est i. q. *μυρίζειν τὸ σῶμα* Marc. XIV. 8. *καταχέειν μύρον* Matth. XXVI. 7. et *ἀλείφειν* Joh. XII. 3. Marc. II. 22. Luc. V. 37, 38. Joh. XIII. 5. *εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα* deinde infudit aquam in pelvim. Sic שִׁיִּם, quod Alexandrini interdum per βάλλω transtulerunt, v. c. Ezech. XXI. 22. XXIII. 24. ab iisdem etiam ἐγχέω redditur Exod. XXIV. 6. et ἐπιχέω Levit. V. 11. Arrianus Diss. in Epictet. IV. c. 13. *οἶνον, ἵνα βάλω εἰς τὸν πίθον*. Dioscor. I. 94. 6) de *semine* si usurpatur, significat: *serere, semen terræ mandare*. Luc. XIII. 19. ὃν (scil. *κόκκον σινάπεως*) *ἄνθρωπος ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ* quod misit aliquis in hortum, coll. Matth. XIII. 31. *ὃν ἄνθρωπος ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ*. Ps. CXXV. 7. *βάλλοντες τὰ σπέρματα*. 7) cum præpositione ἀπὸ, *abjicio*. Matth. V. 29. *καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ* et abjice. ibid. v. 30. XVIII. 8, 9. Apoc. IV. 10. *καὶ βαλοῦσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου* et abjecerunt coronas coram throno, submissionis testandæ causa. ib. VI. 14. *ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς* quemadmodum ficus abjicit ficus immaturas. 8) *ejicio, emitto*, sive simpliciter ponatur, sive ἔξω addatur. Apoc. XII. 15. *καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὕδωρ ὡς ποταμὸν* et ejecit serpens aquam ex ore fluminis instar. ibid. v. 16. Matth. V. 13. *εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω* quam ut foras ejiciatur; sed potest etiam h. l. per *abjici* verti, in quo sensu formula: *ἔξω βάλλειν*, legitur apud Ælian V. H. X. 30. Sensu metaphorico reperitur formula *ἔξω βάλλειν*, 1 Joh. IV. 18. *ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον* perfectus amor omnem animo adimit timorem et anxium metum. Hinc 9) si de *liquore* usurpatur, *effundere* significat. Matth. XXVI. 12. *βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου* quod vero hoc unguentum corpori meo affudit, seu, in corpus meum effudit. Sic שִׂים Hebræorum ab Alexandrinis mox per ἐκχέω, Jud. VI. 19. mox per ἐπιχέω, Levit. V. 11. redditum legitur. 10) *cædo, percutio, ferio, cædendo et feriendo vulnero ac saucio*. Marc. XIV. 65. *καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον* et lictores virgis vel baculis eum cædebant. In eadem notione legitur in vers. Alex. ubi partim τῷ יָרָה 2 Paral. XXVI.

15. partim τῷ מָחַץ Habac. III. 13. respondet. 11) *trado, committo.* Matth. XXV. 27. ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις oportebat igitur te tradere pecuniam meam numulariis, seu mensariis, coll. Luc. XIX. 23. ubi est διδόναι ἀ. τ. τ. Formulam βάλλειν τὸ ἀργύριον propriam esse in re pecuniaria, et significare *collocare pecuniam alicui, ponere apud aliquem,* docuit Salmasius de Usuris p. 632. 12) *do, efficio, concedo, concilio.* Matth. X. 34. οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην non veni eo consilio, ut redderem tempora pacata: paulo post legitur: οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν, ubi βάλλειν μάχαιραν est: *turbas dare, dissensionem efficere,* coll. Luc. XII. 51. ubi legitur δοῦναι εἰρήνην καὶ διαμερισμόν. Homer. Iliad. IV. 16. ἢ φιλότητα μετ' ἀμφοτέροισι βάλωμεν. Ad hanc notionem referenda videtur formula; βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν τινὸς *suggerere, inspirare, instillare, consilium alicui subjicere.* Joh. XIII. 2. τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου cum diabolus jam Judæ Simoni Iscariotæ consilium suggessisset Christum prodendi. Similis formula βάλλειν ἐν καρδίαις legitur apud Pindar. Olymp. XIII. v. 21. πολλὰ δ' ἐν καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον. Sic contra ea βάλλεσθαι τι εἰς νοῦν est: *alicujus rei faciendæ consilium capere,* apud Joseph. A. J. VI. 13. 4. VII. 4. 3. Conf. Wesseling. ad Herodot. V. 49. et Wetstenii N. T. T. I. p. 928. Interdum autem βάλλω etiam *neutraliter* usurpatur, ut significet 13) *abjicio, projicio me, demitto me, insilio.* Matth. IV. 6. βάλε σεαυτὸν κάτω inde te projice. Joh. XXI. 7. καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν se mari immisit. 14) *invado, ingruo, irruo, incido.* Act. XXVII. 14. μετ' οὐ πολὺ δὲ ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικὸς non multo post invasit eam, scil. navem, ventus vehementissimus. Vulgatus: misit se contra ipsam. 15) in forma passiva ejusque perfecto et plusquamperfecto, *jactus sum, decumbo, jaceo,* et speciatim de *ægrotis* usurpatur, *qui lecto sunt affixi.* Matth. VIII. 6. ὁ παῖς μου βέβληται παραλυτικὸς servus meus decumbit paralyticus. ibid. v. 14. εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην καὶ πυρέσσουσαν. Marc. VII. 30. plene legitur βάλλεσθαι ἐπὶ τῆς κλίνης, coll. Apoc. II. 22. Luc. XVI. 20. ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκωμένος qui jacebat ad portam ejus ulceribus scatens. 16) interdum omittitur, v. c. Matth. V. 22. ubi ante verba εἰς τὴν γέενναν subaudiendum est βληθῆναι, coll. v. 29 et 30.

ΒΑΠΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *immergo ac intingo, in aquam mergo,* a βάπτω, et respondet Hebraico טָבַל 2 Reg. V. 14. in vers. Alex. et טָבַע, apud Symmachum Psalm. LXVIII. 5. et apud *incertum,* Ps. IX. 6. In hac autem significatione nunquam in N. T. sed eo frequentius in scriptt. Gr. legitur, v. c. Diod. Sic. I. c. 36. de Nilo exundante: τῶν χερσαίων θηρίων τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ περιληφθέντα διαφθείρεται βαπτιζόμενα multa terrestrium animalium, a flumine deprehensa, submersione pereunt. Strabo Lib. XII. p. 391. et XIV. p. 458. ed. Casaub. Polyb. III. c. 72. μόλις ἕως τῶν μαστῶν οἱ πεζοὶ βαπτιζόμενοι διέβαινον. Idem V. c. 47. et aliis in locis, quæ larga manu dedit Schwarziits in Comment. Crit. Ling. Gr. p. 232 seq. Jam, quia haud raro aliquid immergi ac intingi in aquam solet, ut lavetur, hinc 2) *abluo, lavo, aqua purgo* notat. Sic legitur in N. T. Marc. VII. 4. καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται (in quibusdam codd. ῥαντίσωνται), οὐκ ἐσθίουσι et res, in foro coëmtas, nisi prius aqua ablutæ et purgatæ fuerint, non edunt. Luc. XI. 38. ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου Jesum ante prandium se non lavisse. Βαπτίζεσθαι non solum *lavari,* sed etiam *se lavare* significare, multis locis probari potest. Sirac. XXXIV. 30. βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ καὶ πάλιν ἁπτόμενος αὐτοῦ τί ὠφέλησε τῷ λουτρῷ αὐτοῦ; Judith. XII. 8. καὶ ἐβαπτίζετο ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος. 3) Hinc transfertur ad *baptismi ritum solemnem,* quem, ut, quicunque essent instituti religionis christianæ initiis eamque amplecti et profiteri vellent, initiarentur, Christus instituit Matth. XXVIII. 19. ita, ut βαπτίζω sit: *baptizo, baptismum administro, actum baptismi exerceo,* seu, *baptismi ritu obstringo aliquem professioni religionis christianæ;* βαπτίζομαι autem sensu passivo significet: *baptismum accipere, sacramento baptismi initiari;* in medio vero, quod habet significationem reciprocam, *se baptizandum curare.* Joh. IV. 2. καίτοιγε Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν quamvis Jesus ipse non baptizaret, sed per discipulos baptismum administrandum curaret. Act. II. 41. VIII. 12, 13, 16, 36, 38. IX. 18. X. 47, 48. XIX. 5. XXII. 16. ἀναστὰς βάπτισαι age, cura te baptizandum. Inprimis autem hac in re solemnes sunt in N. T. formulæ: βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, h. e. baptismi ritu obstringere aliquem doctrinæ de Deo, Messia et Spiritu S. a Christo ipso et per apostolos traditæ, ut legitur Matth. XXVIII. 19. βαπτίζεσθαι εἰς vel ἐπὶ τὸ ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ seu εἰς Χριστὸν, Act. II. 41. XIX. 5. Rom. VI. 3. Galat. III. 27. baptismo suscepto se obstringere observationi et professioni religionis christianæ. βαπτίζεσθαι εἰς τὸν θάνατον Ἰησοῦ, Rom. VI. 3. baptismi ritu obstringere se, velis ad imitationem mortis Christi renuntiare peccatis et vitiositati, deponere peccata, ut Christus vitam posuit suam. βαπτίζεσθαι εἰς ἓν σῶμα, quæ 1 Cor. XII. 13. de christianis legitur, qui baptizabantur, ut ejusdem societatis essent membra et mutuæ benevolentiæ ac concordiæ studerent. Ex omnibus his locis satis superque apparet, formulam: βαπτισθῆναι εἰς ὄνομά τινος significare in universum: *se nomini alicujus, doctrinæ, institutioni, auctoritati addictum profiteri per baptismi ritum,* unde illustrari potest locus 1 Cor. X. 2. ubi Israëlitæ, qui Mose duce ex Ægypto exierant, dicuntur πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ τῇ θαλάσσῃ, h. e. omnes se professos esse sectatores Mosis ducis et imperatoris, cum nubem illam et Mosen ducem sequerentur per mare rubrum, coll. 1 Cor. I. 13, 15. Nec aliena sunt ab hoc hucusque comprobato usu sacro verbi βαπτίζειν loca N. T. in quibus partim de *ipsius Christi per Johannem suscepto baptismo,* partim de *baptismo, Johannis instituto,* exponitur. Quod enim *ad baptismum ab ipso Christo per Johannem susceptum* attinet, e locis Matth. III. 13—17. Joh. III. 31—33. patet, Jesum hoc ritu non solum inauguratum fuisse ad munus publicum et palam declaratum esse filium Dei, sed etiam Christum eo se ipsum obstrinxisse vitæ ac doctrinæ, voluntati divinæ omni ex parte convenienti; *baptismo* vero, *quem Johannes divino præcepto usurpavit,* Judæi non solum erant obstringendi τῇ μετανοίᾳ, Matth. III. 11. sed etiam initiandi in novam œconomiam Messiæ propediem auspicandam, Matth. III. 2. Act. XIX. 4. unde apparet, quid sibi

velit formula: *βαπτισθῆναι εἰς Ἰωάννου βάπτισμα*, quæ Act. XIX. 3. legitur. Vide Joh. Floderi *τὸ βαπτισθῆναι εἴς τι, λέξις* N. T. scriptoribus familiaris. Upsal. 1762. 4. 4) metaphorice: ut Lat. *imbuo, large et copiose do atque suppedito, largiter profundo.* Matth. III. 11. *αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ* ille vos Spiritu Sancto et igne imbuet. Marc. I. 8. Luc. III. 16. Joh. I. 33. *οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*, h. e. hic cumulate tribuet hominibus dona Spiritus S. Act. I. 5. ad quem locum Theophyl. *τὴν ἐπίχυσιν καὶ τὸν πλοῦτον τῆς χορηγίας σημαίνει*, coll. Act. II. 17. XI. 16. Nec ignotus est hic verbi *βαπτίζω* usus metaphoricus Græcis scriptoribus, apud quos haud raro *obruere* notat. Sic apud Diod. Sic. I. c. 73. legitur formula: *ἰδιώτας βαπτίζειν ταῖς εἰσφοραῖς* tributis plebem onerare; ubi vid. Wesseling. apud Justin. Mart. Dial. c. Tryph. p. 313. ed. Paris. *βεβαπτισμένος ἁμαρτίαις* dicitur, *qui vitiis scatet.* Anthol. Gr. Lib. II. c. 47. *βαπτίζεται δ' ὕπνῳ γείτονι τοῦ θανάτου.* Alia exempla habet D'Orville ad Charit. II. c. 4. p. 307. ed. Lips. 5) per metaphoram *βαπτίζεσθαι* significat: *calamitatum fluctibus obrui, mergi miseriis, mala perferre,* etiam *sponte se periculis vitæ offerre, mortem adeo ipsum sibi inferri pati.* Sic legitur in N. T. Matth. XX. 22. *καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθῆναι*; num easdem calamitates perferre potestis, quæ mihi sunt subeundæ? ibid. v. 23. Marc. X. 38, 39. Luc. XII. 50. *βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι* restat mihi hoc, ut magnis miseriis mergar. Huc etiam referrem locum illum vexatissimum 1 Cor. XV. 29. *ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*; quem ita vertendum arbitror: *si nulla esset resurrectio, omnibus omnino præmiis carerent, qui gravissimis calamitatibus sponte se offerunt propter spem, quam habent, mortuos aliquando esse in vitam redituros.* Varias de h. l. expositiones si cui libet et vacat legere, evolvat Biblioth. Bremens. Clas. VII. p. 667 seq. Deylingii Obss. Sacr. P. II. Obs. XLIV. p. 396. et Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 33. p. 225. Psalm. LXIX. 2, 3, 15, 16. Plutarch. de Puer. Educ. c. 13. § 3. *ψυχὴ τοῖς μὲν συμμέτροις αὔξεται πόνοις, τοῖς δὲ ὑπερβάλλουσιν βαπτίζεται.* Heliodor. Æthiop. II. 3. *καὶ τῇ συμφορᾷ βεβαπτισμένον.* ib. IV. 20. V. 16.

ΒΑ'ΠΤΙΣΜΑ, *ατος, τὸ, baptisma.* Nomen verbale a perfecto passivo *βεβάπτισμαι* verbi *βαπτίζω*. 1) proprie: *immersio, intinctio in aquam, lotio.* Hinc transfertur 2) ad ritum sacrum, qui *κατ' ἐξοχὴν* baptismus dicitur, quo baptizandi olim in aquam immergebantur, ut veræ religioni divinæ obstringerentur. Ita legitur *α*) *de baptismo, quem Johannes baptista jussu divino administrabat.* Matth. III. 7. Luc. VII. 29. qui *κατ' ἐξοχὴν βάπτισμα μετανοίας* vocatur. Marc. I. 4. Luc. III. 3. Act. XIII. 24. XIX. 4. quia ad obsequium Deo præstandum animorumque emendationem homines obstringebat. Hic vero observandum est, formulam *βάπτισμα Ἰωάννου* interdum latius patere, et per synecdochen *totum munus, institutionem ac doctrinam Johannis baptistæ* significare, v. c. Matth. XXI. 25. *βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν*; coll. v. 25 et 26. Luc. XX. 4. Act. I. 22. X. 37. XVIII. 25. *β*) de *baptismo, a Christo apostolis demandato, et ad initiandos christianos præscripto ritu,* qui Rom. VI. 4. *βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον*, (scil. *Ἰησοῦ*) et 1 Petr. III. 21. *συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεὸν*, interdum etiam simpliciter *βάπτισμα*, Ephes. IV. 5. Coloss. II. 12. appellatur. 3) per metaphoram: *gravissimæ afflictiones et calamitates ob religionem perferendæ, quibus, qui eas sustinent, quasi submerguntur,* quæ olim haud omnino male *baptismus sanguinis* appellabantur. Sic autem legitur in N. T. Matth. XX. 22, 23. Marc. X. 38, 39. Luc. XII. 50.

ΒΑΠΤΙΣΜΟ'Σ, *οῦ, ὁ, lotio, purgatio, ablutio.* Sic ter legitur in N. T. Marc. VII. 8. *βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων*, ubi lotiones poculorum pro omnibus omnino purgationibus leviticis ponuntur, de quibus etiam locutus est Paulus Hebr. VI. 2. et IX. 10.

ΒΑΠΤΙΣΤΗ'Σ, *οῦ, ὁ, baptista, qui ritum baptismi administrat,* a *βαπτίζω*. Est agnomen Johannis, Zachariæ filii, a munere, divinitus ei demandato, ortum. Legitur Matth. III. 1. XI. 11, 12. XIV. 2, 8. XVI. 14. XVII. 13. Marc. VI. 24, 25. VIII. 28. Luc. VII. 20, 28, 33. IX. 19.

ΒΑ'ΠΤΩ, fut. *βάψω, mergo, immergo, tingo, intingo, imbuo.* Luc. XVI. 24. *ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος*, pro *ἐφ' ὕδατος*, ut intingat extremum digiti sui in aquam. Joh. XIII. 26. *ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω* cui ego intingens offulam dedero. Apoc. XIX. 13. *ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι* vestis tincta sanguine. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini autem sæpe hac voce usi sunt pro Hebraico טָבַל Num. XIX. 18. 1 Sam. XIV. 27. et semel pro מָחַץ Ps. LXVIII. 24. Phavor. *βάπτουσι· πλύνουσιν.*

ΒΑΡΑΒΒΑ͂Σ, *ᾶ, ὁ. Barabbas.* Est nomen proprium (frequens in Talmude) insignis latronis, quem repudiato Christo sibi condonari a Pilato efflagitarunt Judæi. Plenum ejus nomen fuit *Ἰησοῦς Βαραββᾶς*, quod non solum in quibusdam codicibus N. T. Matth. XXVII. 17. legitur, sed etiam nuper ab Adlero (videatur ejus kurze Uebersicht seiner biblisch kritischen Reise nach Rom, Altona 1783. p. 121 seq.) in Cod. Vat. Syr. XIX. inventum fuit. Sed nomen Jesus sine dubio ejectum est in reliquis N. T. locis (Matth. XXVII. 6, 20, 21, 26. Marc. XV. 7, 11, 15. Luc. XXIII. 18. Joh. XVIII. 40.) a librariis, ne nomen Jesu conveniret alicui iniquorum, ut recte monuit Origenes Homil. XXXV. in Matthæum. Alberti Gloss. N. T. p. 4. *Βαραββᾶν υἱὸν διδασκάλου ἢ υἱὸν πατρὸς*, ex בַּר *filius* et אָב seu אַבָּא quod *patrem* æque ac *doctorem* significat. Vid. Lud. de Dieu Critica S. p. 384.

ΒΑΡΑ'Κ, *ὁ. Barak.* Nomen Hebraicum (בָּרָק *fulgur*) *ἄκλιτον* judicis cujusdam populi Israëlitici, filii Abinohami, cujus mentio fit Jud. IV. 15, 16. et Hebr. XI. 32.

ΒΑΡΑΧΙ'ΑΣ, *ου, ὁ. Barachias.* Nomen viri Hebraicum, compositum ex בֵּרַךְ *benedixit* et יָהּ *Deus,* teste Alberti Gloss. N. T. p. 3. *Βαραχία· εὐλόγησεν Κύριος.* Ita autem appellatus est a Christo pater Zachariæ, occisi in templo Hierosolymitano, qui alias *Joiada* dictus est, ut adeo binominis fuisse recte credatur. Semel legitur in N. T. Matth. XXIII. 35. Conf. Possini Spicil. Evangel. S. XI.

ΒΑ'ΡΒΑΡΟΣ, *ου, ὁ,* ut Latinum *barbarus,* 1) proprie de eo usurpatum fuisse videtur, *qui difficulter, aspere et duriter loquitur,* ut ab ipso sono natum sit hoc nomen, ut vult Strabo Lib. XIV. p. 455. quanquam haud ignoro, alios ab Arabico بربر *murmuravit,* alios denique, ut Drusius Lib. II. Quæst. XVII. ex Syriaco ܒܪ *extra,* originem

traxisse, judicasse. Hinc 2) ita dicitur *omnis, qui utitur lingua peregrina*, seu *exotica, quæ a nobis non potest intelligi*, sine ulla ferociæ et ruditatis notione, qui Græcis appellabatur ἑτερόγλωσσος. Sic Ovid. de se, in Ponto vivente, Trist. V. 10, 37. "Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli." Eurip. Hecub. v. 328. Orest. v. 485. Herodot. II. 158. βαρβάρους πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι ὁμογλώσσους. Et in versione Alex. Psalm. CXIV. 1. מֵעַם לֹעֵז recte redditur ἐκ λαοῦ βαρβάρου, nam לעז quod semel legitur in V. T. ex analogia linguæ Arab. لعز et Syr. ܠܥܙ *barbare loqui, intorquere sermonem, ne intelligatur*, significat. Hac autem significatione usus est Paulus 1 Cor. XIV. 11. ἔσομαι τῷ λαλοῦντι βάρβαρος, καὶ ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ βάρβαρος ego loquentis linguam non intelligam, nec, qui peregrina lingua utitur, me intelliget. Vide I. C. Klemmii D. Crit. de voce βάρβαρος ad l. l. Tub. 1732. 4. In reliquis N. T. locis semper e contextu definiendum erit, quinam potissimum populi hoc nomine innuantur. Sic 3) Græcis, si βάρβαροι opponuntur, omnes populi dicuntur, *qui non Græcæ sunt civitatis*. Isocrat. Evag. c. 11. Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων. Hinc lucem fœneratur locus Rom. I. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ubi tamen latere videtur in voce βάρβαρος notio *populorum rudium et a disciplina humanitatis alienorum*. Græci enim, qui tunc temporis ob philosophiæ studium in omni humanitatis disciplina exculti credebantur, omnes gentes incultas βαρβάρους appellare consueverunt. Cf. Dougtæi Analecta Sacra N. T. Exc. LXVIII. Hesychius ad locum Rom. I. 14. βάρβαροι· οἱ ἀπαίδευτοι. 4) respectu ad Romanos *omnes, qui non sunt Romani*, βάρβαροι vocantur. Sic legitur in N. T. Act. XXVIII. 2 et 4. ubi incolæ insulæ Maltæ, e Græcis, Carthaginiensibus et multis Africanis populis mixti, hoc nomine insigniuntur. 5) *omnes nationes, exceptis Judæis* barbarorum nomine comprehenduntur. Coloss. III. 11. βάρβαρος Σκύθης. Conf. quæ de hac voce recte monuerunt D'Orville ad Charit. VI. c. 3. p. 526. ed. Lips. Irmisch. ad Herodian. I. 1. 5. p. 20. Krebs. Obss. Flav. p. 268.

ΒΑΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *gravo, degravo, onero*, et proprie est ponderis, quod grave est, cui incumbit, a βαρύς. Alexandrini usi sunt pro Hebraico כָּבֵד Exod. VII. 14. Sed in N. T. metaphorice tantum usurpatur, et quidem ita, ut 2) *somno* tribuatur, qui occupat ac tenet oculos, unde formula: βαρεῖσθαι ὕπνῳ, interdum etiam simplex βαρεῖσθαι significat *gravem somno esse, premi gravitate soporis*. Matth. XXVI. 43. ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι (unus codex addit ἀπὸ ὕπνου) oculi enim eorum erant gravati, seu, altiori somno oppressi erant. Luc. IX. 32. οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ. Marc. XIV. 40. Sic *graves somno* apud Ovid. Heroid. Ep. XIV. 33. Conf. Gataker ad M. Antonin. VIII. § 36. 3) *molestus sum, molestiam creo*. 1 Tim. V. 16. καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλησία nec oneri sint cœtui christianorum, ubi sermo est de viduis, sumtibus publicis sustentandis. 4) *affligo, premo calamitatibus*. 2 Cor. I. 8. ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν quod pressi sumus afflictionibus præter modum. ibid. V. 4. στενάζομεν βαρούμενοι. Dion. Halic. Ant. I. c. 14. πόλεις ὑπὸ πολέμων καὶ ἄλλων κακῶν βαρηθεῖσαι. Sæpius non legitur in N. T.

ΒΑΡΕ'ΩΣ. Adverbium. *Graviter, moleste, difficulter*. (ab eodem.) Bis legitur in N. T. Matth. XIII. 5. Act. XXVIII. 27. formula βαρέως ἀκούειν τοῖς ὠσί, quæ proprie quidem notat *obstructas aures habere, difficulter audire*, sed deinde etiam metaphorice de iis usurpatur, *qui non admittunt edocti meliorem cognitionem*, coll. Ies. VI. 10. Xenoph. Cyrop. II. 2. 1. et Anab. II. 1. 7.

ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙ'ΟΣ, ου, ὁ. *Bartholomæus*, ex בַּר *filius* et תַּלְמַי (quod 2 Sam. XIII. 37. ab Alex. Θολμί redditur) quod ex analogia nomen patris ejus fuisse videtur, quasi *filius Tolmi*. Fuit unus apostolorum Christi, quem eundem fuisse haud pauci censent cum Nathanaële e locis Joh. I. 46. coll. Matth. X. 3. Joh. XXI. 2. ut adeo Nathanaël ejus nomen proprium, Bartholomæus autem nomen paternum fuerit. Legitur nomen ejus Matth. X. 3. Marc. III. 18. Luc. VI. 14. Act. I. 13. Alberti Gloss. N. T. p. 1. Βαρθολομαῖος· υἱὸς κρεμάσας ὕδατα. Ita quoque Œcumenius, unde emendandus Hesychius. Auctor glossæ vocabulum ex בַּר *filius*, תֹּלֶה *suspendens* et מַיִם *aqua* satis inepte deduxit.

ΒΑΡΙΗΣΟΥ͂Σ. *Barjesus*. Cognomen pseudoprophetæ Judæi et Magi Hebraicum, quod plerique ex בַּר et יְהוֹשֻׁעַ *Joshua* compositum tradunt. Conf. Lud. de Dieu Critica S. ad Act. XIII. 6. p. 580. Semel commemoratur Act. XIII. 6. ubi quidam codices habent Βαριηοῦς, h. e. *filius Jehu*. Conf. Heinsii Exercit. S. IV. c. 8.

ΒΑ'Ρ-ΙΩΝΑ͂Σ, ᾶ, ὁ. *Bar-Jonas*. Nomen Simonis Petri apostoli Syro-Hebraicum, quod idem valet ac filius Jonæ, seu Joannis. Matth. XVI. 17. Alberti Gloss. N. T. p. 2. Βὰρ Ἰωνᾶ· υἱὸς περιστερᾶς, ex בַּר *filius* et יוֹנָה *columba*. Zonaras Lex. col. 370. Βάρ. ὁ υἱός. ὡς τὸ Βὰρ Ἰωνᾶ.

ΒΑΡΝΑ'ΒΑΣ, α, ὁ. *Barnabas*. Cognomen viri, alias *Joses* dicti, qui fuit genere Levites, patria Cyprius, insignis doctor religionis christianæ et apostolus, collega Pauli. Significationem nominis ipse Lucas suppeditat Act. IV. 36. ubi scribitur Ἰωσῆς δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον υἱὸς παρακλήσεως, ut adeo cognomen hoc ab apostolis accepisse videatur ob solatium, quo animos christianorum doctrina sua ac institutione repleverat; nam נָבָא apud Hebræos *vaticinari, hortari, consolari* notat. Act. XIII. 1, 2.

ΒΑ'ΡΟΣ, εος, ους, τὸ, 1) proprie: *pondus, gravitas, onus*, et opponitur τῷ ἐλαφρῷ. Xenoph. Cyrop. III. 3. 19. Hinc Alex. usi sunt Jud. XVIII. 21. pro כְּבוּדָּה *gravamen, sarcina, impedimenta militaria*. In N. T. metaphorice usurpatur et quidem ita, ut 2) *omne, quod alteri molestum est et molestiam et incommodum creat*, significet. Sic legitur in N. T. Matth. XX. 12. τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα qui per totum diem labore æstuque solis defatigati sumus. Act. XV. 28. ubi βάρος dicuntur leges et præcepta, quorum observatio est molesta, certe molesta videtur, coll. Apoc. II. 24. οὐ βαλῶ ἐφ' ὑμᾶς ἄλλο βάρος nova vobis officia non injungo. Galat. VI. 2. æque ac ὄγκος *vitia et errores aliorum hominum*, ob molestiam, quam nobis creare vulgo solent, βάρος appellantur: ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, aliorum errores et vitia patienter et æquo animo

ferte. 2 Macc. IX. 10. διὰ τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος. Sirac. XIII. 2. Dionys. Halic. Ant. IV. 10. βάρος τῶν κινδύνων καὶ τῶν ἀναλωμάτων. 3) *gloria, dignitas, honor*, i. q. δόξα, τιμὴ et ἀξίωμα. 1 Thess. II. 7. δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι quum possemus in summo honore et auctoritate esse, utpote Christi apostoli. Exempla Græcorum dedit Wesseling. ad Diod. Sic. IV. c. 61. T. I. p. 306. Eodem modo *pondus* apud Latinos usurpari, Salmasius docuit ad Trebellii Pollionis triginta tyrannos c. 4. Paulus respexit sine dubio usum vocabuli Hebraici כָּבוֹד. Hinc βάρος, aliis substantivis additum, 4) *magnitudinem et præstantiam alicujus rei insignem* significat. 2 Cor. IV. 17. καθʼ ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν præsentes afflictiones, quæ admodum leves sunt, efficiunt nobis æternam felicitatem summam illam et præstantissimam. Sic apud Sophoclem Ajax Flag. v. 130. ἢ μακροῦ πλούτου βάρει. Eurip. Hipp. 626. χρυσοῦ βάρος, et apud Claudianum de Laud. Stilic. III. 79. *famæ pondus*. Suid. βάρος· ἀντὶ τοῦ τὸ πλῆθος, τὴν ἰσχύν.

ΒΑΡΣΑΒᾶΣ, ᾶ, ὁ. *Barsabas*. Est cognomen 1) *Josephi*, qui fuit unus ex illis duobus viris, ex quibus unum apostoli loco Judæ elegerunt, Act. I. 23. Confer Glassii Philol. S. p. 685. et Simonis Onomasticum N. T. s. h. v. 2) *Judæ*, qui cum Paulo, Barnaba et Silia Hierosolyma Antiochiam missus fuit, Act. XV. 22.

ΒΑΡΤΙ'ΜΑΙΟΣ, ου, ὁ. *Bartimæus*. Nomen cœci cujusdam nativitate, quem Jesus miraculoso modo sanavit. Idem quod υἱὸς Τιμαίου, ut a Marc. X. 47. explicatur, ex Τίμαιος et בַּר *filius*, quæ vox sæpe in nominibus propriis occurrit.

ΒΑΡΥ'ΝΩ, fut. υνῶ. 1) proprie: *gravo, premo, gravando ac premendo impedio*. (a βαρύς.) Xenoph. Mem. II. 2. 5. 2) metaphorice ad animum translatum: *animum inertem et ineptum reddo ad negotia sua recte peragenda*. Sic semel tantum legitur in N. T. Luc. XXI. 34. μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς cavete, ne animus vester torpens et ineptus reddatur ad vigilantiam crapula, ebrietate et curis hujus vitæ. Exod. VIII. 15. Alex. ἐβαρύνθη ἡ καρδία αὐτοῦ. Apud Inc. Int. Exod. X. 1. βαρύνειν τὴν καρδίαν τινὸς ponitur pro σκληρύνειν τ. κ. τ. quod legitur apud LXX. Confer quoque ib. XIV. 8. Hoc ipsum verbum eodem modo, ut hic apud Lucam, constructum etiam legitur apud Sirac. XXI. 25. χείλη ἀλλοτρίων ἐν τούτοις βαρυνθήσεται. Alias cum ὑπὸ, v. c. apud Xenoph. de Rep. Laced. II. 5. ὑπὸ πλησμονῆς βαρύνεσθαι.

ΒΑΡΥ'Σ, εῖα, ύ. 1) proprie, ut Hebraicum כָּבֵד (1 Sam. IV. 18.): *gravis, ponderosus*, et opponitur τῷ κοῦφος. Matth. XXIII. 4. φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα onera admodum gravia, h. e. difficilia admodum præcepta. Æschin. Socr. Dial. II. 13. Potest tamen, ut tautologia evitetur, βαρέα h. l. *multa, numerosa* reddi, ut sumitur hæc vox apud Symm. Job. XXXV. 16. in formula βαρὺν ποιεῖσθαι, ubi Vulg. habet: *verba multiplicat*, et Theod. usus est voce βαρύνειν sensu eodem. 2) *difficilis, observatu difficilis*. Matth. XXIII. 23. ἀφήκατε τὰ βαρύτερα νόμου negligitis difficiliora legis præcepta. Sed alii interpretes, Elsnerum secuti, hunc locum de *præceptis præstantioribus legis et majoris momenti ac pretii* interpretantur; quam significationem habere βαρὺς æque ac Lat. *gravis* (apud Cic. p. Flacco c. 23 et 24.), clare docent loca Polyb. I. 38. III. 13. 60. Herodian. II. 14. 7. 1 Joh. V. 3. καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσὶ et præcepta ejus non sunt impossibilia, seu, observatu non difficilia. In omnibus his locis autem βαρὺς etiam *molestum* significare potest, ut legitur apud Xen. Hist. Gr. III. 2. 1. et IV. 1. 12. Sic sæpe in vers. Alex. usurpatum legitur, v. c. Exod. XVIII. 18. et Dan. II. 11. ubi τῷ יַקִּיר respondet. 3) *gravis, qui est magni momenti*. Act. XXV. 7. πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα multas et graves criminationes. Conf. de hac notione Elsneri Obss. Sacras T. I. p. 105. 4) inprimis, si de animalibus usurpatur, *violentus, sævus, trux, rapax*, et *omnino is, qui alteri detrimentum affert et nocet*. Act. XX. 29. λύκοι βαρεῖς lupi rapaces, seu metaphorice: falsi doctores, qui noxios errores lucri causa spargunt. Polyb. I. 10. λίαν βαρεῖς καὶ φοβεροί. Diog. Laërt. I. c. 7. 2. βαρὺς πᾶσιν ἐγένετο. Et apud Xenoph. Mem. III. 6. 12. βαρὺ χωρίον locus propter pestilentes et noxios vapores minime saluber dicitur. 5) *durus, severus*. 2 Cor. X. 10. ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαὶ βαρεῖαι καὶ ἰσχυραὶ litteræ ejus duræ sunt et severæ. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 203. Hesych. βαρύς· κακός, ἀειδής, σκληρός. Idem: βαρὺ—δηλοῖ δὲ καὶ μέγα καὶ χαλεπὸν καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἀναιδές. Βαρύτης *insolentiam* notat apud Dion. Halic. Ant. X. c. 6. Conf. etiam Irmisch. ad Herodian. I. 9. 15. p. 360. et II. 14. 7. p. 438.

ΒΑΡΥ'ΤΙΜΟΣ, ίμου, ὁ, ἡ, *pretiosus, gravis pretii*, (ex βαρὺς et τιμὴ *pretium*) nam olim æs appendebatur, non vero numerabatur, prout hodie fieri solet: unde etiam apud Latinos *grave pretium* (Sallust. Hist. III.) opponitur *levi pretio* (Sueton. Aug. 41.) Semel in N. T. legitur Matth. XXVI. 7. ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου habens alabastrum unguenti valde pretiosi, ubi in quibusdam codicibus πολυτίμου, fortasse e loco Joh. XII. 3. legitur. In loco parallelo Marc. XIV. 3. exstat πολυτελής. Usus est etiam hac voce Æschylus in Suppl. v. 25. ὕπατοί τε θεοὶ καὶ βαρύτιμοι, ubi tamen βαρύτιμος *graviter punientem* significat.

ΒΑΣΑΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *examino*, (Aristoph. Acharn. v. 647. ubi Schol. βασανίζων, ἀκριβῶς ἐξετάζων, et Ran. 814 et 1152.) *probo*, speciatim *exploro metalla per lapidem Lydium*, qui βάσανος Græcis dicitur. 2) *inquiro per torturam, torqueo maleficos ad eruendam veritatem*, nam βάσανος etiam *tormentum* notat, *per quod inquisitio fieri solet*. Sic legitur apud Joseph. A. J. II. 6. 4. XVI. 8. 1. Hinc in N. T. synecdochice usurpatur, ut significet 3) relate ad corpus, *doloribus acribus ac gravibus vexare, acutissimis et gravissimis cruciatibus afficere*. Matth. VIII. 6. ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικός, δεινῶς βασανιζόμενος servus meus domi decumbit paralyticus, et gravissimos sustinet dolores. Apoc. IX. 5. ἵνα βασανισθῶσι μῆνας πέντε. ib. XII. 2. βασανίζεσθαι de doloribus parturientis usurpatur, et idem valet, quod ὠδίνω. Eodem sensu in vers. Alex. 1 Sam. V. 3. usurpatum legitur, et 2 Macc. VII. 13. Adde Arrian. Diss. Epictet. II. 22. 35. βασανίζων ἑαυτὸν seipsum excrucians. 4) in universum: *affligo, molestiam facio*, et βασανίζομαι *laboro, vexor*, ita, ut ad corpus æque ac ad animum referatur. Matth. VIII. 29. ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; huc cur nos vexatum venis ante tempus? ubi βασανίσαι, quoad sensum et ex mente dæmone acti, est: *eripere et coërcere potestatem in corpora humana*. Marc. V. 7. Luc. VIII. 28. coll. IV. 34. nam de pœ-

nis et cruciatibus, dæmonibus a Deo paratis, in omnibus his locis cogitari nullo modo potest. Marc. VI. 48. καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν et vidit eos multum in remigando laborare, seu vexari remigando. 2 Petr. II. 8. ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζον impie eorum factis magna ægritudine animi afficiebatur pius Lothus. Apoc. XI. 10. ἐβασάνισαν, dum nempe vim et impetum zelotarum coërcerent, ex interpretatione Eichhornii minime incerta. Eodem plane sensu habet Philostrat. Vita Apollonii IV. c. 25. Arrian. Epictet. II. 22. Lucian. Amor. p. 875. Hinc ex adjuncto: 5) *punio, pœnis afficio.* Apoc. XIV. 10. καὶ βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων. ibid. XX. 10. καὶ βασανισθήσονται εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Sapient. XI. 9. Joseph. A. J. II. 14. 4. 6) *huc et illuc agito, jacto.* Matth. XIV. 24. τὸ δὲ πλοῖον ἦν βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων. Vulgatus: fluctibus maris agitabatur. Alex. Hebr. רְגָזָה *commotio, agitatio* per βάσανος reddiderunt Ez. XII. 18. Thom. M. τὸ βασανίζειν ἐπὶ δοκιμασίας λαμβάνεται, καὶ τῶν διὰ λόγων, καὶ τῶν διὰ τιμωρητικῶν ὀργάνων. μὴ λέγε οὖν βεβασάνισται ὑπὸ νόσου, ἀλλ' ἐξήτασται. ubi legendi sunt interpretes. Etym. M. βασανίζειν οὐ τὸ αἰκίζεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ἀνακρίνειν καὶ δοκιμάζειν καὶ ἐλέγχειν τὸ ἀληθὲς διὰ λόγων.

* ΒΑΣΑΝΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *examen, exploratio, inquisitio, quæ fit vel per lapidem Lydium vel per tormenta.* (a βασανίζω.) 2) *dolor gravis ac vehemens.* Apoc. IX. 5. καὶ ὁ βασανισμὸς αὐτῶν ὡς βασανισμὸς σκορπίου et dolores eorum similes erant doloribus, qui excitantur ictu scorpionis. 3) *pœna gravissima, qua aliquis afficitur.* Apoc. XVIII. 7, 10, 15. 4) *locus, ubi aliquis excruciatur et pœna afficitur.* Apoc. XIV. 11. καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων, ubi βασανισμὸς vel est τόπος τῆς βασάνου, ut vocatur infernum Luc. XVI. 28. vel πῦρ καὶ θεῖον, quo cruciandos esse idololatras v. 10. dixerat.

ΒΑΣΑΝΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *tortor,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum) *qui tormentis veritatem eruit, explorator.* (ab eodem.) Hesych. ὁ δημόκοινος, πολλάκις δὲ ὁ διαιτητής, καὶ παρὰ τῶν ἀνδραπόδων τὴν ἀλήθειαν πυνθανόμενος. Idem: λίθος οὕτω λέγεται, Λυδικοῦ λίθου γένος, καὶ λίθος βάσανος, ᾧ παρατρίβοντες τὸ χρυσίον ἐδοκίμαζον. 2) *commentariensis, custos et præfectus carceris,* qui a Luca Act. XVI. 23. δεσμοφύλαξ vocatur, aut secundum alios: *præfectus ergastulis, qui gravissimos labores imponebat.* Sic semel legitur in N. T. Matth. XVIII. 34. παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς debitorem dedit in nervum, seu commentariensi tradidit in custodiam; ubi sermo est de debitore improbo, qui in custodiam dari, non torqueri solet, ut vera confiteatur. Plutarch. T. II. p. 498. Tyranni δημίους τρέφουσι καὶ βασανιστάς. Recte autem ad h. l. Grotius *carcerem* etiam ICtis *cruciatum corporis* dici, idoneis argumentis probavit. Confer Fischeri Prolus. XIX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 20.

ΒΑ'ΣΑΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *examen quodcunque, quocunque etiam fiat modo,* speciatim: *examen metallorum et inquisitio per tormenta.* Hesych. δοκιμασία. 2) per metonymiam partim *tormentum, quod adhibetur, ut vera extorqueantur,* v. c. apud Ælian. V. H. VII. 18. partim *coticulam,* seu *lapidem Lydium* notat, *quo aurum, aliudve metallum probatur et examinatur, qui indicat, quantum auri sit in vena, quantum argenti vel æris,* v. c. apud Pindar. Pyth. Od. X. v. 105. πειρῶντι δὲ καὶ χρυσὸς ἐν βασάνῳ πρέπει. Harpocrat. βάσανος· λίθος οὕτω καλεῖται, ᾗ τὸ χρυσίον παρατριβόμενον δοκιμάζεται. Etym. M. χρυσοχοϊκὴ λίθος, ἐν ᾗ δοκιμάζεται ὁ χρυσὸς, κἄντι ὄβρυζος, κἄντι κίβδηλος ᾖ. 3) in N. T. *omnis corporis cruciatus et dolor, maxime e morbis gravibus et acribus qui oritur.* Matth. IV. 24. ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους variis morbis et cruciatibus vexatos. Sic Aquila Hebr. מַכְאוֹב βάσανος transtulit Eccles. I. 18. Conf. etiam Alex. 1 Sam. VI. 3, 4, 17. Sapient. XIX. 4. 1 Macc. IX. 56. Ælian. V. H. VII. c. 18. Lucian. Tragop. v. 280. Vid. Intt. ad Thom. Mag. p. 143. Lex. Cyrilli MS. Brem. βάσανος· ἄλγημα, πληγή. 4) *cruciatus* (Jamblich. Vit. Pythag. § 68. p. 55.), *pœna quævis,* inprimis *pœnæ infernales post mortem.* Luc. XVI. 23. ὑπάρχων ἐν βασάνοις inter cruciatus infernales; nam præcessit ἐν τῷ ᾅδῃ. ib. v. 28. εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου ubi locus tormentorum est infernus. Gloss. Vet. apud Labbæum: βάσανος, *coticula, cruciatus, tormentum.*

ΒΑΣΙΛΕΙ'Α, είας, ἡ, 1) *regnum, imperium, quod regionibus continetur et a rege possidetur.* Marc. VI. 23. ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου dimidiam adeo regni mei partem. Apoc. XVI. 10. 2) *provincia, minor pars regni.* Matth. VI. 8. καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου demonstrabat ipsi varias terræ Judaicæ provincias. Idem valet de loco Luc. IV. 5. Esther. VIII. 12. IX. 16, 20. pro Hebr. אֲשֶׁר בְּכָל־מְדִינוֹת הַמֶּלֶךְ Alexandrini habent: οἱ εἰσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. 3) *imperium, respublica, quæ administratur a rege aut ab alio principe.* Matth. XII. 25. πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς ἐρημοῦται omnis respublica, factionibus divisa, dilabitur. ibid. v. 26. βασιλεία τοῦ Σατανᾶ occurrit ex opinione Judæorum, qui varias spirituum malorum classes constituebant, quibus principem atque præsidem Satanam tribuere solebant. Marc. III. 24. Luc. XI. 17, 18. Act. I. 6. εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τοῦ Ἰσραήλ; num hoc tempore restitues collapsam rempublicam Israëliticam? 4) per metonymiam: *imperium, regni administratio et regimen, dominatus, principatus, potestas.* Matth. VI. 13. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία tu enim es universi dominus. Luc. I. 33. καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος ejusque imperii non erit finis. Joh. XVIII. 36. ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου non est mihi sæculare ac humanum imperium. Heb. I. 8. Apoc. XII. 10. ubi βασιλεία cum ἐξουσία permutatur. Apoc. XVII. 17, 18. Herodian. IV. c. 3. § 10 et 11. VI. c. 2. § 1. 5) *natio,* seu *gens, regis* seu *principis imperio subjecta.* Suid. βασιλεία καὶ τὸ ἔθνος τὸ βασιλευόμενον. Matth. XXIV. 7. ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν gens in gentem et populus in populum insurget. Marc. XIII. 8. Luc. XXI. 10. Heb. XI. 33. κατηγωνίσαντο βασιλείας potentissimas nationes vicerunt. 6) *dignitas regia, titulus et honor regis.* Suid. βασιλεία· τὸ ἀξίωμα. Luc. XIX. 12. λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν ut dignitatem regiam a senatu Romano sibi expeteret. ibid. v. 15. λαβόντα τὴν βασιλείαν, impetrata regia dignitate. In utroque tamen loco βασιλεία posset quoque de *corona regia, diademate* explicari, quam notionem habet apud Diodor. Sic. I. 47. Apoc. XVII. 12. οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς λαμβάνουσι. 2 Reg. XV. 19. 7) βασιλεία ponitur pro βασιλεὺς *rex,* abstracto posito pro

concreto. Marc. XI. 10. εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβὶδ, coll. Luc. XIX. 38. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος βασιλεύς. Apoc. I. 6. καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλείαν ἱερεῖς τῷ Θεῷ. Eichhornio in Comm. ad. h. l. βασιλεία ἱερεῖς positum esse videtur pro βασίλεια ἱερέων, ut sit societas hominum, qui sacerdotum juribus ac privilegiis fruuntur, h. e. christianorum, quibus liber ad gratiam divinam aditus (1 Petr. II. 9. coll. Exod. XIX. 6.) Christi interventu reclusus est. Eodem modo ἱεράτευμα pro ἱερεῖς ponitur 1 Petr. II. 5, 9. 8) metaphorice: *felicitas, fortunatus ac prosper rerum status,* maxime *felicitas futuræ vitæ.* Matth. XXV. 34. κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν fruamini jam felicitate destinata vobis inde ab æterno. Luc. XII. 32. ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν nam Deus vobis omnia, ad fortunatum rerum vestrarum in his terris statum pertinentia, suppeditabit. ibid. XXII. 29. διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου βασιλείαν spondeo vobis eandem, quam mihi pater promisit felicitatem. Conf. de hac notione, quæ infra ad βασιλεὺς et βασιλεύω a me dicentur. Restat jam, ut etiam de vi et sensu formularum, in N. T. frequentissimarum, βασιλεία Θεοῦ, βασιλεία τῶν οὐρανῶν, βασιλεία τοῦ Ἰησοῦ, seu Χριστοῦ, *regnum Dei, cœlorum, J. C.* quod etiam interdum simpliciter ἡ βασιλεία dicitur, pro viribus exponam, ad juvandam veram N. T. in haud paucis locis interpretationem. Multos atque doctissimos interpretes invenerunt nostra inprimis ætate hæ formulæ loquendi admodum difficiles et ambiguæ, Matth. IV. 23. VIII. 12. XIII. 19. inter quos eminent Ven. Koppius in Excursu II ad Ep. ad Thessal. Dœderlein. in Institutt. Theol. Christ. p. m. 743 seq. et Keilius in Hist. Dogmatis de regno Messiæ, Christi et apostolorum ætate, ad illustranda N. T. loca accommodate exposita, (Lips. 1781. 4.) qui, etsi in sensu singulorum locorum constituendo dissentientes, in eo tamen consentiunt, fuisse has formulas non ab ipso Jesu et apostolis inventas, sed jam longe ante eorum tempora Judæorum mentibus infixas hæsisse. Quæ autem *regni Messiæ* expectatio Judæorum animos occupaverat, non est dubium, quin profecta sit e V. T. oraculis, quæ ex communi saltem doctorum Judaicorum interpretatione novum regem Judaicæ genti promitterent, qui veram Jehovæ religionem instauraturus, corruptos Judæorum mores emendaturus, peccata populi expiaturus, eumque a jugo alieni imperii ita liberaturus esset, ut regnum ejus summa tranquillitate, amplitudine ac felicitate insigne futurum esset. Ps. II. CX. Ies. XI. LII. LIII. Micha IV. V. Dan. IX. 24, 27. Conf. Schœttgen. Dissertatio de regno cœlorum מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם in Hor. Hebr. Vol. I. p. 1147. Wetstenii N. T. T. I. p. 256. et Koppe l. l. p. 214 seq. Quas itaque tum libris sacris, tum sermone familiari Judæorum pervulgatas videbant formulas de munere et beneficiis Messiæ, has, ut partim se ingenio Judæorum accommodarent, partim autem ipsam veram doctrinam de Messia a popularibus præjudiciis eo facilius purgarent, pro sapientia sua retinere haud dubitarunt Jesus atque apostoli, et jam quomodo scriptores N. T. hac ratione loquendi usi fuerint, dispiciendum erit. Jam vero Koppe et post eum Keilius multis nobis rationibus persuadere conati sunt, in N. T. formulis: βασιλεία Θεοῦ, οὐρανῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ describi tantum *illud Christi regnum, quod post mortuorum demum in vitam reditum insigni aliqua majestate ab ipso inaugurabitur, quoque ii, qui ejus doctrinam his in terris amplexi sunt vitamque ad ejus præcepta instituerunt, beatissima felicitate fruentur.* Sed jam recte monuit Dœderlein. l. l. minime consentaneum videri, omnia N. T. loca ad hanc trahere significationem, quam in quibusdam tantum locis valere concedendum est, sed constituenda potius esse varia notionum hujus formulæ genera ex contexta oratione et temporis περιστάσεσι diligenter definienda. Ne itaque a me misceantur invicem, quæ miscenda non sunt, ne vis interpretationi singulorum locorum N. T. inferatur in favorem opinionis amicorum, sententiæ reliquorum interpretum omnium accedere, et varia significationum genera constituere placet. Sunt autem hæc: α) *tempus adventus Christi in has terras.* Matth. III. 2. ubi Johannes baptista, qui tamen non admodum explicitas de regni Messiæ indole habuisse videtur ideas, populum docet: μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν emendatione animorum præparate vos ad initia regni Messiæ, quæ jam imminent. Mat. IV. 17. initia jam cepit regnum Messiæ, coll. v. 23. κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας tradens doctrinam de Christi in has terras adventu. ibid. X. 7. Marc. I. 15. Luc. X. 9, 11. β) *omnis salus et felicitas per Christum hominibus parta.* Matth. X. 33. ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ operam date, ut consequamini felicitatem christianam. ibid. XII. 28. ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ liberationem jam a spirituum malorum potestate vobis per me, Messiam, contigisse. XIX. 12. διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ut compotes fierent felicitatis per Christum partæ. Luc. VI. 20. XI. 2. ἐλθέτω σου ἡ βασιλεία etiam nos participes redde felicitatis christianæ. v. 20. XII. 31. XVI. 16. Act. VIII. 12. Speciatim ita dicitur γ) *futura christianorum felicitas in cœlo cum reditu Christi e cœlo conjuncta.* Matth. V. 10. ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν nam aliquando felicitate æterna beabuntur. ibid. v. 19. ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν exigua præmia in futura vita sperare poterit. v. 20. VII. 21. salutis æternæ particeps erit. VIII. 11, 12. οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας quibus primum destinata fuit felicitas æterna christianorum. XVIII. 3, 4. XX. 1. Marc. IX. 47. coll. v. 46. Luc. XIII. 28, 29. XIV. 15. XXII. 16, 18, 30. XXIII. 42. Act. XIV. 22. 1 Cor. VI. 9, 10. XV. 50. Galat. V. 21. Ephes. V. 5. 1 Thess. II. 12. 2 Thess. I. 5. 2 Tim. IV. 18. Jacob. II. 5. 2 Petr. I. 11. Jam, quia hæc salus christianorum in hac pariter ac futura vita speranda iis tantum vere contingit, qui *doctrinam Christi amplectuntur* et *diligenter observant,* et ipsa religio christiana haud ultimum inter beneficia Christi obtinet locum, factum est, ut formula: βασιλεία Θεοῦ, οὐρανῶν, κ. τ. λ. etiam δ) interdum simpliciter *religionem christianam* significaret, ex Judæorum loquendi usu, apud quos formula, מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם, de religione vere divina usurpata, haud raro occurrit, ut Schœttgen. l. l. et Wetstein. ad Matth. XXI. 25. docuerunt. Matth. V. 3. ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ad eos maxime pertinet religio christiana. XIII. 11. τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν sensus parabolarum de fatis religionis christianæ. ibid. v. 24, 31, 33, 38, 44, 47, 52. XXI. 43. XXII. 2. Marc. IV. 11, 26, 30. Marc. X. 14. τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ hi sunt, quibus maxime destinatæ sunt

religionis christianæ copiæ. v. 15. ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ὡς παιδίον qui non animo puerili præditus amplectitur religionem christianam. Luc. VIII. 10. IX. 62. XIII. 18, 20. XVIII. 17, 29. Act. XIX. 8. XXVIII. 23, 31. Rom. XIV. 17. in religione christiana non spectatur, utrum discrimen ciborum facias nec ne. 1 Cor. IV. 20. Apoc. I. 9. ἐν τῇ βασιλείᾳ ob religionem christianam. Conf. Nœsselti Opusc. Exeget. T. II. pag. 112. ε) *cœtus, societas christianorum in his terris.* Matth. XI. 11. ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν minimus sectatorum Christi v. 12. ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, vide βιάζω. XIII. 41. XVI. 19. XIX. 24. εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ amplecti religionem christianam. XXI. 31. XXIII. 13. Marc. X. 23, 24, 25. XII. 34. Luc. VII. 28. XVIII. 24, 25. Coloss. I. 13. Hebr. XII. 28. βασιλείαν παραλαμβάνοντες cum cives simus cœtus christianorum. Joh. III. 3, 5. ζ) *imperium spirituale et invisibile, quo Christus cœtum sectatorum suorum his in terris tuetur et auget, suamque doctrinam in dies magis magisque propagat.* 1 Cor. XV. 24. ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν quando Christus resignabit imperium suum. Apoc. XI. 15. Hinc interdum ita vocatur η) *ipsa propagatio religionis christianæ in his terris* æque ac *omne tempus, quo se Christus dominum ecclesiæ suæ insigni modo declarat.* Luc. IX. 27. ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, coll. Marc. IX. 1. Luc. XXI. 31. ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ adesse jam tempus, quo longe lateque propagabitur religio et felicitas christiana. Act. I. 3. Coloss. IV. 11. Matth. XVI. 28. 2 Tim. IV. 1. in utroque hoc loco *regnum Messiæ* de solemni Christi in has terras reditu intelligendum est, postquam se universi generis humani dominum demonstrabit mortuorum resuscitatione et judicio super omnes habendo. θ) *regnum Christi terrenum et aspectabile, quod sibi finxerat Judæorum credulitas Christi et apostolorum maxime ætate, bellis contra hostes et tyrannos gentis Israëliticæ clarum et insigne,* cujus spe non solum plebem Judæorum, sed etiam ipsos apostolos et christianos aliquamdiu innutritos fuisse, constat. Huc pertinent loca N. T. Matth. XVIII. 1. XX. 21. Marc. XV. 43. Luc. XVII. 20. XIX. 11. XXIII. 51. Hæc fere sunt loca N. T. (pauca enim tantum omisi, quæ mihi ambiguitate laborare videbantur) in quibus formula βασιλεία Θεοῦ et οὐρανῶν legitur, e quibus satis apparet, τοὺς οὐρανοὺς pro *Deo ipso* poni, a quo omnia bona, per Christum hominibus parta, unice sunt derivanda. Conf. Koppe l. l. p. 216. et Gottl. C. Storr. D. de notione vocis βασιλεία τῶν οὐρανῶν ex ipsis Christi dictis eruta. Tub. 794. 4. et in Ei. Opusc. Acad. Vol. I. p. 253. nec non C. G. Baveri D. De caussis, quibus nititur rectum super notione regni divini in N. T. passim obvia judicium. Lips. 1810. 4.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ, είου, ὁ, ἡ, *regalis, regius, regem decens, ad regem pertinens.* Bis legitur in N. T. 1 Petr. II. 9. βασίλειον ἱεράτευμα sacerdotium regium, h. e. sacerdotes, qui regiam dignitatem habent, coll. Exod. XIX. 6. ὑμεῖς δὲ ἔσεσθέ μοι βασίλειον ἱεράτευμα, ubi in Hebraico est: מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים. Substantive βασίλειον, scil. δῶμα s. οἴκημα, *regia, regia domus, aula.* Luc. VII. 25. ἐν τοῖς βασιλείοις (sc. δώμασι) in palatiis regiis, ubi τὰ βασίλεια sunt i. q. βασιλικοὶ δόμοι apud Eurip. Phœn. v. 1347. aut οἱ οἶκοι τῶν βασιλέων in loco parallelo Matth. XI. 8. In vers. Alex. Prov. XVIII. 9. τῷ אַרְמוֹן respondet. Eodem sensu sumitur apud Græcos. Xenoph. Anab. III. 4. 15. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 701.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ, έως, ὁ, 1) proprie: *rex, qui regis et nomen et potestatem et dignitatem habet.* Matth. I. 6. τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα. Ib. II. 1, 3. Luc. X. 24. XIV. 31. 2) *qui cum imperio ac potestate regioni præest, nec tamen regis nomen habet.* Matth. XIV. 9. ubi βασιλεὺς vocatur Herodes Antipas, qui Luc. III. 19. ὁ τετράρχης vocatur. Marc. VI. 14. Act. IV. 26. XII. 1. XXV. 13. Hebr. VII. 1. Eleganter de hoc loquendi usu exposuit Basnagius Hist. Jud. Lib. I. c. 2. p. 55. et Krebsius ad Decreta Romanorum pro Judæis e Josepho, p. 159 et 391 seq. Jam quia Græci etiam summum exercitus ac belli ducem βασιλέα vocare solebant, (Orbicius in libello περὶ τῶν τάξεων, qui subjectus est J. Scapulæ Lex. Gr. Lat. ed. Amst. 1687. Append. p. 128. ὁ δέ γε τοῦ παντὸς στρατοῦ ἡγεμονεύων, βασιλεύς. Adde Diod. Sic. T. II. p. 538. ed. Wessel.) factum est, ut etiam 3) κατ' ἐξοχὴν *imperator Romanus* ita diceretur, quemadmodum ab Herodiano imperium Romanum βασιλεία vocatur. 1 Tim. II. 2. ὑπὲρ βασιλέων pro salute imperatorum Romanorum. 1 Petr. II. 13. εἴτε βασιλεῖ ὡς ὑπερέχοντι. ibid. v. 17. τὸν βασιλέα τιμᾶτε. Exosum alias quidem erat Romanis *Regis* nomen, et ab illo æque ac nomine *Domini,* quia utrumque odiosum esse sentiebant, diligenter abstinuerunt *imperatores Romani;* nihilominus tamen constat ex monumentis sat antiquis, titulum βασιλέως non solum ab exteris et christianis scriptoribus longe ante ævum Constantinianum imperatoribus Romanis datum esse, sed etiam in Judaicis scriptoribus nomen מֶלֶךְ et קֵיסַר promiscue usurpatum reperiri. Confer Spanhemius de Usu et Præstantia Numismatum T. II. p. 397. et Selden. de Jur. Nat. et Gent. p. 803. 4) *quivis præfectus et præpositus, dux.* Apoc. IX. 11. βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου. Sermo enim ibi est de locustis, quarum agmen certo ordine volitat præmissis ducibus. V. Eichhornii Comm. ad h. l. Vol. II. p. 27. Sic etiam in scriptt. Gr. *satrapæ,* Æschyl. Pers. v. 24. et *prætores* (conf. Fischer. ad Æschin. Socr. Dial. III. 2.) βασιλεῖς dicuntur. 5) κατ' ἐξοχὴν Deus Optimus Maximus βασιλεὺς vocatur, ob summum ejus in omnes res creatas imperium. Matth. V. 35. ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως est enim summi regis urbs, seu ipsius Dei sedes. 1 Tim. I. 17. Deus ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων, et ibid. VI. 15. βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων vocatur. Apoc. XV. 3. βασιλεὺς τῶν ἐθνῶν, מֶלֶךְ הַגּוֹיִם Jer. X. 7. 6) hoc nomine insignitur *Christus, qualenus est a Deo constitutus Dominus ecclesiæ suæ.* Matth. XXI. 5. XXV. 34. coll. v. 31. Luc. XIX. 38. Joh. I. 50. ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. ibid. XII. 15. 7) *Christiani ob summam eorum dignitatem et felicitatem* βασιλεῖς vocantur. Apoc. I. 6. καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, ubi tamen in aliis codicibus βασιλείαν loco βασιλεῖς, et rectius, ut videtur, legitur. Apoc. V. 10.

ΒΑΣΙΛΕΥΩ, fut. εύσω, 1) proprie: *rex sum, regno, regis dignitatem et nomen habeo.* Luc. XIX. 14. οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς nolumus illum habere regem nostrum. ibid. v. 27. 1 Tim. VI. 15. ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων. Interdum βασιλεύειν, ut ipsum nomen βασιλεύς, etiam 2) de eo dicitur, *qui cum potestate et imperio alicui regioni*

præest, nec tamen regis et nomen et dignitatem habet. Sic Matthæus II. 22. Archelaum, Herodis M. successorem, quem Augustus non regem, sed ethnarcham tantum constituit, teste Josepho A. J. Lib. XVII. cap. 13. βασιλεῦσαι scribit. Conf. supra ad βασιλεὺς a me dicta. Interdum hæc vox 3) etiam de *ipso Deo* atque *Christo, filio Dei,* usurpatur, ad utriusque summum imperium in omnes res creatas, et speciatim cœtum christianorum describendum. Luc. I. 33. καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας et dominabitur perpetuo in familiam Jacobi. 1 Cor. XV. 25. δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν. Apoc. IX. 15, 17. Apoc. XIX. 6. ubi tamen βασιλεύειν est: *præstare se dominum, summi sui imperii edere documenta.* Confer Glassii Philol. S. p. 216 seq. 4) metaphorice, et adjuncta universalitatis notione, *vim suam exserere in aliquem, invalescere* notat. Rom. V. 14. ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως vim suam mors exercuit in omnes inde ab Adamo usque ad Mosen. ibid. v. 17 et 21. ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης quemadmodum mors, peccati pœna, in omnes homines grassata est, ita benignitas divina vim suam exseruit per remissionem peccatorum. VI. 12. μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι ne operetur per vos vitiositas. Xenoph. Mem. IV. 3. 14. ἡ ψυχὴ βασιλεύει ἐν ἡμῖν. 5) *beatus, felix sum, felicissima conditione fruor, summam obtineo dignitatem.* Rom. V. 17. ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι vivent et beati erunt. 1 Cor. IV. 8. χωρὶς ἡμῶν ἐβασιλεύσατε, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε sponte vestra felicissimi facti estis, et utinam res ita se vere haberet! Apoc. V. 10. XX. 4, 5. Pro Hebr. חָיָה Prov. IX. 6. legitur βασιλεύειν, ut sit *felicem esse ac bonis florentem.* Verba sunt: ἀπολείπετε ἀφροσύνην, ἵνα εἰς τὸν αἰῶνα βασιλεύσητε. Plutarch. de Virtute et Vit. T. VI. Opp. p. 384. Reisk. τρυφήσεις ἐν πενίᾳ καὶ βασιλεύσεις. Sic et *regnare* apud Latinos de *jucundissimo rerum statu* dicitur, v. c. apud Cic. ad Divers. VII. 24. " olim cum regnare existimabamur." Horat. I. Ep. X. 8.

ΒΑΣΙΛΙΚΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) *regius, regalis, ad regem spectans, a rege proveniens, regi conveniens.* Act. XII. 20. ἀπὸ τῆς βασιλικῆς (scil. χώρας) ex regio territorio. ibid. v. 21. ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικὴν indutus veste regia. Alex. hac voce fere usi sunt pro Hebraico מֶלֶךְ, et Chaldaico מַלְכָּה 2 Sam. XIV. 26. Dan. VI. 7. etiam pro מַלְכוּת Esth. I. 19. Joseph. A. J. VI. 4. 5. ubi Saulo τὸ ὕψος βασιλικώτατον tribuitur. 2) ὁ βασιλικὸς, sc. ὑπηρέτης, *aulicus, minister regis, aliquis e proceribus regis.* Polyb. IV. 76. 2. Joh. IV. 46, 49. Vulgatus: *regulus,* unde in quosdam codices venit lectio βασιλίσκος. Syrus: ܥܒܕܐ ܕܡܠܟܐ. Non omnibus tamen interpretibus probata fuit hæc explicatio, quam multis Josephi (v. c. A. J. XV. 8. 4. B. J. VII. 5. 2.) locis comprobavit Krebsius in Obss. Flav. p. 144. Alii, ut L. Bos. ἀνὴρ supplere malunt, ut ἀνὴρ βασιλικὸς sit, qui est e familia regis oriundus, agnatus Herodis; alii vero vocem στρατιώτης omissam esse judicant. Conf. Casauboni Exercitt. Antibar. p. 356. et Wetstenii N. T. T. I. p. 866. 3) *summum, præstantissimum in suo genere.* Hanc vero significationem obtinet in loco Jacob. II. 8. ubi lex amoris et benevolentiæ erga alios homines βασιλικὸς νόμος κατὰ τὴν γραφὴν nominatur, h. e. præceptum, quod est judice scriptura sacra longe præstantissimum, quod Matth. XXII. 39. coll. 38. ἐντολὴ πρώτη καὶ μεγάλη dicitur; ubi vid. Wetstenius. Eodem sensu Græci (apud quos βασιλικὸς etiam *virum nobilem, clarum, in dignitate aliqua constitutum* notat, ut docuit Kypke ad Joh. IV. 46.) hac voce usi sunt, v. c. Xenoph. Sympos. I. 8. βασιλικὸν κάλλος. Adde Polyb. VIII. 24. p. 60. et X. c. 40. p. 282. ed. Schweigh. ac D'Orville ad Chariton. p. 528. ed. Lips.

ΒΑΣΙ'ΛΙΣΣΑ, ης, ἡ, 1) *regina,* quæ Græcis etiam βασίλεια aut βασιλὶς dicitur, monente Phrynicho: βασίλισσα οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπε, ἀλλὰ βασίλεια ἢ βασιλίς, et Scholiasta Oppiani ad Halieut. I. 39. cui etiam Thom. M. et Mœris accesserunt. Sed βασίλισσα etiam apud Plutarchum, Herodianum (I. 7. 6.), Heliodorum, Xenophontem (Œcon. IX. 15.), Polybium (V. 43.) et alios legitur; conf. Georg. Hierocrit. N. T. P. I. p. 112. et Irmisch. in Observatt. ad l. l. Herodian. p. 247. Matth. XII. 42. βασίλισσα νότου. Luc. XI. 31. Act. VIII. 21. τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων. 2) metaphorice: *mulier, in summa dignitate constituta.* Act. XVIII. 7.

ΒΑ'ΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *gressus, incessus,* i. q. βάδισις, qua voce Suidas interpretatus est. Sic legitur apud Sophocl. in Aj. Flag. v. 8. Κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις. quem locum laudans Suidas in v. h. βάσις ibi idem esse dicit quod βάδισις. Hesychius quoque hoc ipsum nomen inter alia πορείαν et βῆμα significare monet. 2) metonymice: *id, quo fit gressus, pes, planta pedis, ea pedis pars, quæ infra talos est,* et qua præsertim claudi laborant, planta. Act. III. 7. ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρὰ confirmatæ sunt ipsius plantæ et tali. Sapient. XIII. 19. τὸ μηδὲ βάσει χρῆσθαι δυνάμενον. Herodian. VI. 5. 12. Apollodor. Bibl. I. 3. πηρωθέντα τὰς βάσεις. Etym. M. 187. 33. Schol. Sophoclis ad Philoct. v. 692. βάσιν πόδα. Hinc etiam *basin, fundamentum, fulcimentum* notat, quæ significatio nec Alexandrinis interpretibus, nec Græcis scriptoribus infrequens est.

ΒΑΣΚΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, vox Latina *fascino,* quæ, præeunte L. Bos. in Exercitt. Philol. in N. T. p. 174 seq. a βάσκω derivanda videtur, quod, Hesychio teste, *maledicere, obtrectare,* κακολογεῖν notat, ut adeo βασκαίνω 1) proprie: *calumnior, accuso,* significet, quam notionem olim vere in usu fuisse, tradunt Lexicographi vett. Hesych. βασκαίνει μέμφεται. Suid. βασκαίνει αἰτιᾶται καὶ μέμφεται καὶ συκοφαντεῖ. Thom. M. βασκαίνω· μέμφομαι, διαβάλλω. 2) *invidere,* quia calumniæ ex invido in alios animo oriri solent. Vid. Pollux Onomast. III. c. 18. Hesych. βασκαίνει λυπεῖ, φθονεῖ. Gloss. Vet. apud Labbæum: βασκαίνω, *fascino, invideo, liveo.* Dion. Halic. T. VI. Opp. p. 339. et T. VIII. p. 130. Reisk. Sirac. XIV. 6. 8. coll. v. 10. Hinc βασκανία *invidia.* Sapient. IV. 12. 3) *fascinare oculis, magicis artibus excantare aliquem.* Ælian. V. H. I. 15. Theocrit. Idyll. ϛ'. 39. Unde Græcis grammaticis βασκαίνειν est παρὰ τὸ φάεσι καίνειν, in qua sententia fuit Schol. Aristoph. ad Plutum v. 571. βασκαίνειν λέγεται παρὰ τὸ τοῖς φάεσι καίνειν, ὅ ἐστι τοῖς ὀφθαλμοῖς κτείνειν, διὰ τοῦ βλέμματος φθείρειν. Adde Gellii N. A. XIII. 6. Hinc 4) metaphorice: *malis artibus aliquem decipere et in errores inducere.* Sic semel legitur in N. T. Galat. III. 2. τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε; quis vos falsa doctrina seduxit? Syrus usus est h. l. voce ܚܣܡ *æmulari.* Exposuit post alios de variis hujus

verbi significationibus Irmisch. ad Herodian. T. I. p. 897. Wetstenius N. T. T. II. p. 222. et Joh. Floderus in Diss. de vi verbi βασκαίνειν. Upsal. 1764. 4.

ΒΑΣΤΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) *porto, manu fero, bajulo, gero, mecum habeo*, et speciatim de iis usurpatur, qui onus humeris subeunt. Matth. III. 11. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι non dignus sum, qui calceamenta ejus portem, h. e. qui vilissima ipsi servitia præstem. Marc. XIV. 13. κεράμιον ὕδατος βαστάζων. Luc. VII. 14. οἱ βαστάζοντες qui portabant feretrum. ibid. X. 4. XI. 27. ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε venter, qui te gestavit. Act. XXI. 35. 2) *attollo*, quia, quæ portanda sunt, fere attolli debent. Joh. X. 31. ἐβάστασαν οὖν πάλιν λίθους. Vulgatus: sustulerunt igitur iterum lapides. coll. VIII. 59. Joseph. A. J. VII. 11. 7. βαστάσας δὲ αὐτὴν ἀπὸ τῆς γῆς. VIII. 2. 2. Homer. Il. λ'. 593. φ'. 405. 3) *aufero, removeo*, (Appian. Bell. Civ. L. I. p. 647.) etiam *surripio, furor*. Matth. VIII. 16. καὶ τὰς νόσους ἡμῶν ἐβάστασε in se suscepit morbos nostros; ubi imago petita est ab iis, qui onera aliorum in se suscipiendo, eos sublevant, eorumque incommoda in se transferunt; nisi statuere malimus, ut Lat. *tollere* (Ovid. Pont. I. 3.) ita etiam βαστάζειν verbum fuisse olim proprium medicorum, morbos sanantium, quod docere videtur locus Galeni de Compos. Medic. per genera II. ψώρας τε θεραπεύει, καὶ ὑπώπια βαστάζει. Joh. XII. 6. καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν et quod immittebatur, furto auferebat. Sunt tamen, qui ἐβάσταζεν per *asservabat, curam habebat* reddere malint. Joh. XX. 15. εἰ ἐβάστασας αὐτὸν si abstulisti ejus cadaver; ubi in uno codice legitur ἦρες, coll. v. 13. et Wetstenio N. T. T. I. p. 959. Suid. βασταχθείη· ἀρθείη, κλαπείη. quæ glossa mihi pertinere videtur ad locum Diogen. Laërtii IV. 59. ubi legitur: ὡς μηδέποτε αὐτοῦ περιαιρεθείη, καί τι βασταχθείη τῶν ἀποκειμένων. Apollodor. Bibl. III. 4. 3. Ita et *ferre* apud Latinos pro *auferre*. Conf. Menagium ad Diog. Laërt. IV. 5. 5. 9. Schweigh. ad Polyb. XVIII. 1. 15. Villoison. ad Longum. T. II. p. 15. et Krebs. Obss. Flav. p. 153 seq. 4) *asporto*, et metaphorice: *annuncio, trado, doceo, divulgo*. Act. IX. 15. τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν ut gentilibus tradat meam religionem. Confer quæ de vi hujus phraseos scripsit H. Scharbau in Obss. SS. p. 173 seq. 5) *intelligo, capio, satis idoneus sum ad aliquid discendum et cognoscendum*. Joh. XVI. 12. ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι multa adhuc dicenda restant, quibus tamen recte intelligendis vos impares sentio. Syrus bene: non potestis ܠܡܫܩܠ *capere*. Epictet. Enchir. c. 36. τὴν σεαυτοῦ φύσιν κατάμαθε, εἰ δύνασαι βαστάσαι, sc. φρενί, quod addit Suidas aliquo loco. 6) *perfero, sustineo, tolero, æquo animo fero, indulgeo*. Matth. XX. 12. τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα qui pertulimus laboris et æstus solis molestias. Act. XV. 10. Rom. XV. 1. τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάσαι accommodare se imbecillioribus. Galat. VI. 2. ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε. Vide sub βάρος. Apoc. II. 2, 3. Arrian. Diss. Epict. I. 3. 2. οὐδείς σου τὴν ὀφρὺν βαστάσει. Adde Psalm. CV. 5. coll. Jerem. XLIV. 2. 7) *accipio, reporto, afficior*, i. q. κομίζομαι. Galat. V. 10. βαστάσει τὸ κρίμα pœnas dabit Deo, punietur gravissime. Eodem modo נָשָׂא Micha VII. 9. usurpatur. 8) *premor, vexor aliqua re*. Galat. VI. 5. ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει nemo est ab omnibus vitiis et erroribus plane immunis.

ΒΑ'ΤΟΣ, ου, ἡ, *rubus, sentis*, ἡ ἄκανθα, ut Etymolog. M. interpretatur, et τὸ τῆς ἀκάνθης εἶδος, teste Mœride. Alexandrini usi sunt pro Hebraico סְנֶה Exod. III. 2, 3, 4. Deut. XXXIII. 16. Quinquies legitur in N. T. Marc. XII. 26. ἐπὶ τοῦ (lege: τῆς) βάτου, ubi historia de rubo ardente narratur, in quo Mosi Deus apparuit. Alii hæc verba cum sequentibus ὡς εἶπεν jungunt hoc sensu: Deum e rubo cum Mose loquentem dixisse. Luc. VI. 44. οὔτε ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλὴν neque e rubo vindemiatur uva. ibid. XX. 37. Act. VII. 30. ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου in flamma rubi ardentis. Ibid. v. 35. Plutarch. T. VI. Opp. p. 355. ed. Reisk. Polyb. III. 71. 1. Conf. de hac voce præter Dioscorid. IV. c. 37. Suiceri Thesaur. Eccles. T. I. p. 672. et Ol. Celsii Hierobot. T. II. p. 58.

ΒΑ'ΤΟΣ, ου, ὁ. *Batus*. Est genus mensuræ liquidorum, quod juxta Joseph. A. J. VIII. 2. fin. capiebat sextarios septuaginta et duos, (δύναται, inquit, χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα καὶ δύο) *amphora Attica*. At Epiphan. de Mensuris p. 540. ed. Bas. quinquaginta tantum sextarios capere monet. Conf. Theodoret. Opp. T. I. ed. Hal. p. 466. et scholion in Hexaplis Origen. Montfauc. ad 3 Reg. V. 11. Nomen habet ab Hebraico בַּת Esra VII. 22. quod teste Theodor. l. l. alii βάτον, alii βάδον scripserunt. Vocatur hæc mensura etiam μετρητὴς ab Alex. 2 Paralip. IV. 5. In N. T. semel legitur Luc. XVI. 6. ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. Vulg. centum cados olei, ubi codices βάδους, κάδους, etiam κάβους habent. Syrus autem transtulit ܡܛܪ̈ܘܣ, quod est ipsum Græcum μετρητάς. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 763.

ΒΑ'ΤΡΑΧΟΣ, ου, ὁ, *rana*. Vox πεποιημένη videtur auctori Etym. M. παρὰ τὴν βοὴν τραχεῖαν ἔχειν, quod habet vocem asperam et inconditam. Vide Bochart. Hieroz. P. II. L. V. c. 1. p. 651. Semel legitur in N. T. Apoc. XVI. 13. ὅμοια βατράχοις, nempe ob præstigias et multam jactantiam, ut recte monuit Eichhornius ad h. l. Artemidorus II. 15. βάτραχοι δὲ ἄνδρας γόητας καὶ βωμολόχους προσημαίνουσι. Alexandrini usi sunt pro Hebr. צְפַרְדֵּעַ Ps. LXXVIII. 45. CV. 30.

ΒΑΤΤΟΛΟΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *balbutio, lingua titubo et hæsito*; nam βάττος dicitur Græcis, *qui non potest plane, clare et distincte eloqui quod vult*, μογιλάλος. Jam, quia balbutientes solent multis vicibus iterare syllabas et singula verba, factum est, ut βαττολογεῖν deinde etiam significaret 2) non tam *verbosum esse*, quam *repetitione verborum eorumdem odiosa et vana uti, eadem sæpius repetere in loquendo*, i. q. ταυτολογεῖν. Forsan deducenda est hæc vox ex Hebraico בַּדִּים Job. XI. 3. collato v. 2. ubi per רֹב דְּבָרִים h. e. πολυλογίαν explicatur. Sunt tamen, qui originem duxisse hoc vocabulum existimant a *Batto* quodam, poëta, qui hymnos perhibetur fecisse longos et verbosos, constantes formulis multis, unam eandemque rem declarantibus. Suid. βαττολογία· ἡ πολυλογία, ἀπὸ Βάττου τινὸς μακροὺς καὶ πολυστίχους ὕμνους ποιήσαντος, ταυτολογίαν ἔχοντας. Idem tradit Etym. M. 191. 25. Alberti Gloss. N. T. p. 202. μὴ βαττολογήσητε. Βάττος ἦν Λίβυς τὸ γένος Κυρηναῖος αἰπόλος ἢ ποιμὴν ὕθλος καὶ στωμύλος, παρ' οὗ τὸ βαττολογεῖν καὶ ὑθλεῖν. In libris Græ-

cis, qui ad nostram pervenerunt ætatem, (si exceperis locum Simplicii ad Epictet. p. 340., ubi legitur: περὶ τῶν καθηκόντων βαττολογῶν.) verbum βαττολογέω non reperitur, sed olim in usu fuisse, docet Hesych. βαττολογία· ἀργολογία, ἀκαιρολογία. (Similis vox est βαττολάλος, quæ in Gloss. Vet. apud Labbæum *garrulus* explicatur: et βατταρίζειν, quæ per ἄσημα καὶ ἀδιάρθρωτα explicatur in Lex. Seguier in Bekker. Anecd. Gr. T. I. p. 30.) Tantum legitur in N. T. Matth. VI. 7. προσευχόμενοι μὴ βαττολογήσητε ὥσπερ οἱ ἐθνικοὶ ne multa et inania verba faciatis in precibus, gentilium more; ad quem locum conf. Schwarz. Commentar. Ling. Gr. p. 246. et Sirac. VII. 15. Cæterum lectu digna de hac voce habent Casaubonus Exercitt. Antibar. XIV. 8. Stolberg. Exercitt. Ling. Gr. IX. p. 364. Wetstenius N. T. T. I. p. 322. Gust. Sommelius D. de genuina notione h. v. Lund. 1766. 4. et I. D. Michaëlis in Diatribe de Battologia, in Syntagmate Commentationum P. II. p. 57 seq.

ΒΔΕ'ΛΥΓΜΑ, τος, τὸ, 1) *abominatio, exsecratio, aversatio*, etiam *res abominabilis et detestabilis, quam ob fœtorem pessimum, quem emittit*, (sic enim proprie dici videtur) *vel aliam fœditatem* (sic *præda abominanda* Zach. IX. 7. ubi videndus Drusius, שִׁקֻּץ dicitur) *omnes aversantur*. Matth. XXIV. 15. Marc. XIII. 14. τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, qua formula aut summa et abominabilis vastatio, aut ob locum Dan. IX. 29. XII. 11. ubi שִׁקּוּץ מְשׁוֹמֵם legitur, exercitus omnia vastans, per quem imminet summa et abominabilis vastatio, indicatur, coll. Luc. XXI. 20. et Joseph A. J. X. 11. 7. Simplicissima hæc interpretandi ratio, quæ etiam punctum tulit Krebsii in Observv. Flav. p. 52. adeo certa est, ut mirandum sit, alios (v. c. Possinum in Spicilegio Evangelico § 3.) βδέλυγμα ἐρημώσεως de statua Caligulæ, in templo Hierosolymitano collocata, historiæ repugnantes, explicasse, alios vero de *insignibus aquilarum, in Hierosolymam et templum a Romanis collocatis*, cogitasse. Conf. Ernesti ad Suidæ et Phavorini Glossas Sacr. p. 26. ac Grotium ad Matth. l. l. Luc. XVI. 15. βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ displicet Deo. 2) speciatim βδέλυγμα *idolum, idololatriam* et *omne, quod ad idolorum cultum pertinet*, significat, ex usu loquendi Alexandrinorum. Sic 1 Reg. XI. 5. Astarte βδέλυγμα Σιδωνίων idolum Sidoniorum vocatur ab Alexandrinis, et ab iisdem βδέλυγμα pro אֱלֹהִים 1 Reg. XI. 33. גִּלּוּלִים ibid. XXI. 22. et אֱלִילִים Ies. II. 8, 20. ponitur; in quo secuti videntur usum vocabulorum Hebraicorum שִׁקּוּץ (quod Deut. XXIX. 17. Jerem. XIII. 27. de idolorum cultu usurpatur) et תּוֹעֵבָה (quod de *ipsis idolis* Exod. VIII. 26. dicitur.) Lex. Cyrilli MS. πᾶν εἴδωλον βδέλυγμα ἐκαλεῖτο παρὰ Ἰουδαίοις. Huc referrem locum Apoc. XVII. 4. ποτήριον γέμον βδελυγμάτων, ubi explicationis causa additur καὶ ἀκαθάρτητος πορνείας αὐτῆς. ibid. v. 5. Babylonia mater τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς, h. e. idolorum cultus, latissime propagati, dicitur. Coran. Sur. LXXIV. 5. 3) *peccatum atrocissimum*. Apoc. XXI. 27. ποιοῦν βδέλυγμα καὶ ψεῦδος. Sirac. XV. 14. ubi Syrus videndus. In vers. Alex. respondet Hebraico מְזִמָּה *scelus gravissimum*. Jer. XI. 15. Phavor. καὶ ἔτι βδέλυγμα ἡ πραττομένη πρᾶξις παρὰ τὸν προσήκοντα λόγον. Idem tradit Lex. Cyrill. MS. Etymol. M. 192. 29. βδέλυγμα, ἡ δυσοσμία.

ΒΔΕΛΥΚΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *abominabilis, exsecrabilis, detestabilis*, a βδελύσσομαι. Semel legitur in N. T. Tit. I. 16. βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς Deo ob impietatem abominabiles. Proverb. XVII. 15. תּוֹעֲבַת יְהוָה גַּם שְׁנֵיהֶם Alex. ἀκάθαρτος καὶ βδελυκτὸς παρὰ Θεῷ. Hesych. βδελυκτός· μισητὸς, ἐξουθενημένος, βδελυρός.

ΒΔΕΛΥ'ΣΣΟΜΑΙ, vel Attice ΒΔΕΛΥ'ΤΤΟΜΑΙ, fut. ύξομαι, 1) proprie: *aversor aliquam rem ob fœtorem aut saporem pessimum, quem emittit*. Sic legitur apud Aristoph. Plut. v. 700. Hesych. βδελύσσεσθαι· κενοῦσθαι τὴν κοιλίαν. Hinc 2) in universum: *abominor, aversor, detestor aliquid*. Aristoph. Nub. 1131. Suid. βδελύττεσθαι αἰτιατικῇ, μυσάττεσθαι, ναυτιᾶν, ἀποστρέφεσθαι. Hesych. βδελυσσόμενοι· μισοῦντες. βδελύττεται· μισεῖ, ὑφορᾶται. 3) *abominabilem et detestandum esse*, et inprimis de *iis* usurpatur, *qui sceleribus atrocissimis omnis generis et idolorum cultu se abominabiles Deo reddunt*. Apoc. XXI. 8. καὶ ἁμαρτωλοῖς καὶ ἐβδελυγμένοις, coll. Hos. IX. 10. 4) *abominabile aliquid declaro, jubeo alios aliquid detestari*. Sic legitur in N. T. Rom. II. 22. ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα qui idolorum cultum fugiendum mones; nam præcessit ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν.

ΒΕ'ΒΑΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, et αιος, αία, αιον, 1) proprie: *firmus, stabilis, qui non facile labefactari et concuti potest*. Hesych. βέβαιον· ἀσάλευτον, ἀσφαλές. Hinc explicandum esse censuerunt plerique interpretes locum Hebr. VI. 19. ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, non incommode quidem, sed tamen non necessario, nam verba ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν æque commode ad ἣν, sc. ἐλπίδα, ac ad ἄγκυραν referri possunt. 2) *certus, qui est indubitatæ veritatis, erroris expers, ratus*, i. q. ἀληθής. Rom. IV. 16. εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν et ita rata maneat promissio, h. e. eventum habeat certissimum. 2 Cor. I. 7. καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν et spem certissimam de vobis foveo. Hebr. II. 2. lex Mosaica βέβαιος dicitur, quatenus ejus promissiones et minæ certissimum habuerunt eventum, et nemo eam impunis violare poterat. ibid. IX. 17. διαθήκη ἐπὶ νεκροῖς βεβαία testamentum ratum fit testatoris morte. 2 Petr. I. 19. ἔχομεν βεβαιότερον προφητικὸν λόγον habemus certiora vaticinia. 3) *constans*. Hebr. III. 6. παῤῥησία βεβαία constans fiducia. ibid. v. 14. 2 Petr. I. 10. Thucyd. V. 43. οὐ βεβαίους φάσκων εἶναι Λακεδαιμονίους.

ΒΕΒΑΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *aliquid firmum et stabile reddo, et efficio, ne labefactetur aut e loco suo dimoveatur*. Ita in N. T. non legitur, etsi ita haud raro adhibetur ab exteris scriptoribus. 2) metaphorice: *confirmo certis argumentis, auctoritate munio, persuadeo*, etiam speciatim: *ratum facio, eventu comprobo*. Hesych. βεβαιῶ· κυρῶ. Marc. XVI. 20. τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν σημείων miraculis doctrinæ eorum divinam auctoritatem conciliante. Hebr. II. 3. ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη nobis a discipulis Christi certissime tradita est. Hebr. XIII. 9. καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν præclarum est animum habere de veritate religionis christianæ persuasum. Rom. XV. 8. εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὴν ἐπαγγελίαν τῶν πατέρων ut eventu comprobaret promissiones a Deo majoribus datas. Hoc sensu est et apud Lysiam pag. 325. et apud Demosthenem, observante Wetstenio N. T. T. II. pag. 93. 3) *constantem reddo, efficio, ut aliquid menti alicujus semper inhæreat, confirmo*. 1 Cor. I. 8. ὃς καὶ

βεβαιώσει ὑμᾶς ἀνεγκλήτους qui et vos confirmabit in vero religionis christianæ studio. 2 Cor. I. 21. *ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν* qui confirmat nos vobiscum in religione christiana. Coloss. II. 7. *βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει.* 1 Cor. I. 6. *καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν* et doctrina christiana altas in animis vestris egit radices et cotidie progressus facit.

ΒΕΒΑΙ'ΩΣΙΣ, *εως, ἡ, confirmatio, uberior declaratio et defensio.* (a *βεβαιόω.*) Philipp. I. 7. *βεβαίωσις τῆς πίστεως* defensio, religionis christianæ confirmandæ causa suscepta. Hebr. VI. 16. *ὁ ὅρκος εἰς βεβαίωσιν* jusjurandum datum ad fidem faciendam dictis. coll. Thucyd. IV. 87. Sæpius non legitur in N. T. Sapient. V. 20. *προσοχὴ νόμων βεβαίωσις ἀφθαρσίας* observatio præceptorum divinorum animum certa spe felicitatis æternæ replet. Apud Polluc. Onom. VIII. 34. occurrit *βεβαιώσεως δίκη.*

ΒΕ'ΒΗΛΟΣ, *ου, ὁ, ἡ,* 1) proprie Græcis dicebatur *profanus,* h. e. *omnis, qui a sacris arcetur et mysteriis, non initiatus,* i. q. *ἀμύητος, qui quasi limine, τῷ βηλῷ, et ostio templi arcetur et arcendus est.* Recte enim deducitur a *βηλὸς,* quod *limen domus* et *limen ædis sacræ* significat, et *βε,* quod in compositione *negandi* et *privandi* significationem habet. Videatur Herald. ad Arnob. pag. 78. Βέβηλον iisdem proprie *omne, quod diis non est consecratum,* dicitur, v. c. Æschyl. Supplic. v. 518. *βέβηλον ἄλσος,* h. e. *τὸ πᾶσι βατὸν καὶ μὴ ἱερόν.* Conf. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 2. et Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v. Hesych. *βέβηλον· τὸ μὴ ἱερὸν καὶ ἄθεον. βέβηλος· ἀνίερος, ἀμύητος.* Etym. M. *βέβηλος· ὁ μὴ ἱερὸς τόπος, ἀκάθαρτος καὶ βατὸς πᾶσιν.* Sed in N. T. et de *personis* adhibetur, et tunc, 2) ut Latinum *profanus, religionis ac sacrorum violatorem et contemtorem, hominem, qui legem nullam divinam curat,* significat. Sic legitur in N. T. 1 Tim. I. 9. *ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις.* Hebr. XII. 16. 3 Macc. II. 14. — et de *rebus* dicitur et 3) *omne, quod est alienum a religione christiana,* significat. 1 Tim. IV. 7. *τοὺς βεβήλους μύθους* fabulas a religione christiana plane alienas. ibid. VI. 20. 2 Tim. II. 16. — Utuntur fere hoc vocabulo Alexandrini pro Hebr. חֹל Lev. X. 10. 1 Sam. XXI. 4, 5. Occurrit etiam in Aquilæ reliquiis Ezech. XLVIII. 15.

ΒΕΒΗΛΟ'Ω, *ῶ,* fut. *ώσω, profano, contamino, violo.* Respondet Hebr. הֵחֵל, חִלֵּל Exod. XXXI. 14. Num. XVIII. 32. Neh. XIII. 17. etiam טִמֵּא Ezech. XLIII. 7, 8. in versione Alex. In N. T. bis legitur. Matth. XII. 5. *τὸ σάββατον βεβηλοῦσι* leges sabbati violant, coll. Nehem. XIII. 18. *βεβηλῶσαι τὸ σάββατον.* Act. XXIV. 6. *τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι* templum conatus est profanare. Ez. XXII. 26. *καὶ ἐβεβήλουν τὰ ἅγιά μου καὶ τὰ σάββατα.* Hesych. *βεβηλοῦνται· μιαίνονται, ἁμαρτάνουσι.* Idem: *ἐβεβήλωσεν· ἐμίανεν, ἐμόλυνεν, ἀκάθαρτον ἐποίησε.*

ΒΕΕΛΖΕΒΟΥ'Λ, *ὁ,* seu, ut etiam in codicibus N. T. haud raro scribi solet, Βεελζεβούβ. Ita vocatur in N. T. *princeps geniorum malorum, Satanas, ὁ ἄρχων τῶν δαιμονίων,* ut explicatur Matth. XII. 24. Marc. III. 22. Luc. XI. 15, 18, 19. ubi *ἐν* Βεελζεβοὺλ est: auxilio principis geniorum malorum. Matth. XII. 27. X. 25. *εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐπεκάλεσαν* patrem familias cum Beelzebulis ministrum criminantur. De origine hujus vocis diversæ sunt doctorum virorum sententiæ. Alii pro Βεελζεβοὺβ, *β* cum *λ* permutato, dictum existimant. בַּעַל זְבוּב autem erat nomen *idoli Ecronitarum,* 2 Reg. I. 2. proprie notans *Dominum muscarum,* quod crederent, illud idolum abigere posse muscas, quibus regio Ecronitarum admodum vexabatur, quemadmodum et Jupiter a Græcis dictus fuit *ἀπόμυιος,* h. e. abactor muscarum, et *μυίαγρος.* Conf. Seldenum de Diis Syris II. c. 6. Possini Spicilegium Evangelicum § 18. Plin. H. N. X. 28. Cyrenaici Achorem Deum invocant, muscarum multitudine pestilentiam afferente, quæ protinus intereunt, postquam libatum est illi Deo. Alberti Gloss. N. T. pag. 30. Βεελζεβοὺλ· *καταπίνων μυίας,* ex זְבוּב *musca* et בָּלַע, quod Alexandrini Ies. XVI. 8. *καταπίνειν* reddiderunt per metathesin literarum pro בָּלַע *absorpsit.* Alii Judæos Satanæ nomen Βεελζεβοὺλ ignominiæ causa dedisse statuunt eumque, quasi *dominum stercoris,* seu *stercoreum* vocasse, a זֶבֶל *fimus, stercus.* Cf. Lightfoot. ad Mat. XII. 24. Sic Apollo *σμινθεὺς* sive *murium* apud Phrygios, et Hercules *κορνοπίων* apud alios. Sed rectius statuere videntur, qui *βεελζεβοὺλ* proprie *principem, præfectum deastrorum* notare affirmant, ut זְבוּל nomen olim fuerit omnibus idolis commune, (Certe זְבוּל *stercorarium* etiam pro *fano idololatrico* legitur in Hieros. Berachos Fol. 12. col. 2. et ibidem sacrificantes idolis *stercorantes* מְזַבְּלִין dicuntur. Vide I. Sauberti Var. Lectt. Text. Gr. Ev. Matth. p. 107.) nisi quis ab Hebraico זָבַל *habitare* deducere malit, ut Satanas ita dictus sit ob ejus opinatam in corpora humana potestatem. Alia habet Buxtorf. Lex. Talm. f. 333. Seldenus de Diis Syris Synt. II. c. 7. ac Grotius ad Matth. X. 25.

ΒΕΛΙ'ΑΛ, *ὁ.* Admistum Græco sermoni vocabulum Hebraicum בְּלִיַּעַל, quod, compositum e particula בְּלִי et vocabulo יַעַל, proprie *hominem nequam neque frugis bonæ* significat. Confer Fischerum de Versionibus Græcis V. T. p. 93 seq. Semel legitur in N. T. 2 Cor. VI. 15. *τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς* Βελίαλ; ubi vel cum plerisque *princeps iste atque dux geniorum malorum, Satanas,* vel *paganismus* intelligendus est. Cf. Grotius ad h. l.

ΒΕΛΙ'ΑΡ, *ὁ.* Sic legitur in plerisque codicibus 2 Cor. VI. 15. loco impressi Βελίαλ (quod ex Vulgato desumtum esse videtur), et longe præferenda est hæc receptæ lectio. Gesenius in Lexico suo Hebraico s. v. בליעל p. 105. vocem hanc e lingua Syriaca explicandam esse censuit, in qua (teste Castello Lex. Syr. p. 100.) ܒܠܝܐܪ et ܒܠܝܐ *Satanas, dæmon, sylvaticus* explicatur. Sed partim non recte inspexit Castellum, qui ex Bar Bahalul (Lexicographo Syriaco) et sine ulla auctoritate posuit ܒܠܝܐ *Satanas,* ܒܠܝܐܪ *dæmon sylvaticus,* partim ܒܠܝܐܪ vitiose scriptum esse mihi videtur. *Juar* enim si sylvam notat apud Syros, uti quoque apud Hebræos, per ܥ scribendum fuisset, non per ܐ. ܡܚܘܐܪ est *vepres, spina.* Præterea qualis comparatio esset Christi cum Fauno? Rectius igitur mihi statuere videntur, qui Βελίαρ a voce Βελίαλ minime quoad significationem differre, terminationem autem tantum Syriacam esse statuunt. Solent enim Syri *λ* in *ρ* mutare. Conf. Alberti ad Hesychium T. I. p. 717. Suidas et Zonaras Lex. coll. 383. Βελίαρ· *τῇ Ἑβραίων φωνῇ τὸν ἀποστάτην δηλοῖ.* (Eadem quoque habet Gloss. MS. in Cod. Coislin. XXVII. et CCV.)

ὁ ἀπόστολος· Τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ Βελίαρ. Hesychius: Βελίαρ, δράκων.

BΕΛΟ'ΝΗ, ης, ἡ, *acus*. Substantivum hoc, quod in omnibus Lexicis N. T. desideratur, exhibent codices nonnulli Luc. XVIII. 25. qui loco impressi διὰ τρυμαλίας ῥαφίδος exhibent: δ. τ. βελόνης. Phrynichus p. 32. βελόνη καὶ βελονόπωλις ἀρχαῖα. ἡ δὲ ῥαφὶς τί ἐστιν, οὐκ ἄν τις γνοίη. Adde Etym. M. c. 170. 46. et 194. 46. Polluc. Onom. IV. 181.

BΕ'ΛΟΣ, εος, τό. Est vocabulum generis et æque late patens ac Hebr. שֶׁלַח et Lat. *telum* (quod Festus de verb. signif. p. 463. et Servius ad Æn. II. 468. a Græco τῆλοθεν *eminus* deduxerunt), *omne armorum genus, quod manu vel arcu eminus emittitur, omnis generis tela, quæ jaciuntur et mittuntur, jaculum, sagittam* (1 Reg. XIII. 15, 16.) etc. significat, a βάλλω *jacio:* (pro quo et βέλλω antiquitus dicebatur. V. Homer. Il. ζ. 369.) unde apud Græcos τὰ βέλη sagittariis, τοξόταις, æque ac jaculatoribus, ἀκοντισταῖς, (Herodot. IX. 18.) et funditoribus, σφενδονίταις, tribuuntur. Eustathius: βέλος· πᾶν τὸ πόῤῥωθεν βαλλόμενον. Hesych. πᾶν τὸ βαλλόμενον. (κᾂν λίθος εἴη addit Apollonii Lex. MS. teste Alberti ad Hesych.) In N. T. semel legitur Ephes. VI. 16. τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. Βέλη πεπυρωμένα *tela ignita* sunt quidem proprie *tela, in quorum capite, seu alveo excavato includebatur ignis, ut incendium excitare possent in urbibus et lethaliter conficere, in quem missa erant*, quæ Latinis *malleoli* et *phalaricæ* s. *falaricæ* dicebantur, (vid. Apollodor. Bibl. II. c. 4. § 2. Zosimus III. 25.) de quibus lectu digna habet Is. Casaubonus ad Æneæ Tactica p. 103. et Vegetius de Re Militari IV. c. 18. sed deinde, ut omnino pro *telis maxime periculosis et lethalibus* dicuntur, ita in loco Paulino metaphorice *omnes omnino res* significant, *quibus saluti christianorum periculum tunc temporis struebatur ab hostibus et adversariis relig. christianæ*, maxime *persecutiones et calamitates ob religionem christianam.*

BΕΛΤΙ'ΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *melior, rectior.* Est comparativus irregularis nominis ἀγαθός. Neutrum τὸ βέλτιον *melius, rectius*, fere adverbialiter sumitur. Semel legitur in N. T. 2 Tim. I. 18. βέλτιον σὺ γινώσκεις optime tu nosti.

BΕΝΙΑΜΙ'Ν, ὁ. *Benjamin.* Nomen proprium Hebraicum ἄκλιτον filii Jacobi duodecimi ex Rahele suscepti, a qua, doloribus partus defatigata et morti vicina, primum בֶּן־אוֹנִי *filius doloris*, sed ab ipso patre בִּנְיָמִין dictus fuit, quod nempe in senectute Jacobi natus fuerat, quasi בֶּן־יָמִים Gen. XXXV. 18. In N. T. per metonymiam etiam tribuitur *ejus posteris*, seu *tribui, ab eo descendenti.* Act. XIII. 21. ἐκ φυλῆς Βενιαμίν. Rom. XI. 1. Philipp. III. 5. Apoc. VII. 8. Sæpius non memoratur in N. T.

BΕΡΝΙ'ΚΗ, ης, ἡ. *Bernice.* Nomen proprium *filiæ Herodis Agrippæ majoris* et regis Agrippæ minoris soror, quæ primum nupta fuit patruo suo, *Herodi*, Chalcidis regi. Ipso mortuo, aliquamdiu, sed parum honeste, in viduitate vixit; suspecta enim erat incestuosa cum Agrippa fratre familiaritate, cujus suspicionem ut removeret, *Polemoni*, Ciliciæ regi, nupsit, a quo discedens ad fratrem rediit, eumque, non sine aucta incestus suspicione, comitabatur. Conf. Joseph. A. J. XX. 7. s. 1, 2. In N. T. bis commemoratur Act. XXV. 13, 23. XXVI. 30. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 627.

BΕ'ΡΟΙΑ, ας, ἡ. *Berœa.* Urbs Macedoniæ (Βέροια ἡ κατὰ Μακεδονίαν, ut vocatur Lib. VII. Constitutt. Apostol. c. 46. ut ab alia ejusdem nominis urbe in Syria, a Seleuco fundata, cujus Joseph. A. J. XII. 9. 7. mentionem facit, distinguatur) prope Pellam inter Ludiam et Haliacmonem fluvios sita, ubi Paulus non sine fructu uberrimo doctrinam tradidit christianam, quæ deinde dicta est Irenopolis, et hodie a Turcis Boor vocatur. Scribitur etiam Βέῤῥοια, de quo conferendus est Wassius ad Thucyd. I. c. 61. p. 351. Tom. I. ed. Bipont. Diversæ hujus scribendi rationis vestigia etiam reperiuntur in codicibus N. T. Act. XVII. 10, 13. ubi vid. Wetstenius.

BΕΡΟΙΑΓ'ΟΣ, αία, αῖον. *Berœensis, Berœa oriundus*, a Βέροια, *Berœa.* Legitur in N. T. Act. XX. 4.

BΗΘΑΒΑΡΑ', ᾶς, ἡ. *Bethabara.* Semel in N. T. legitur hoc nomen proprium, quod vi etymologiæ *locum ad transitum accommodatum, oppidum, seu locum, ubi Jordan trajicitur* (nam est ex בֵּית *domus, locus*, et עֲבָרָה *transitus, trajectio* compositum) significat. Joh. I. 28. ubi tamen expungendum est, et reponendum Βηθανίᾳ ex auctoritate codicum optimorum et paraphr. Nonni Megalopol. Lectio Βηθαβαρᾷ ex mera conjecturali correctione Origenis orta videtur, qui Opp. T. II. p. 130 seq. ed. Huet. se in illas terras iter instituisse narrat, nullum autem oppidum, nomine Bethania insignitum, deprehendere potuisse, sed ibi circa Jordanem invenisse urbem, Bethabaram dictam. Sed sine dubio urbs, quæ Christi ætate Bethania vocabatur, sequenti ætate Bethabara dicta fuit, nam utrumque vocabulum vi etymologiæ unum idemque notat, ut statim videbimus. Qui vero Bethabaram a Bethania diversam esse statuunt, illam urbem fuisse trans Jordanem docent inter pontem Chamatanum prope Tiberiadem ad effluxum Jordanis e mari Genesaritico, et trajectum Hierichuntinum in tribu Manasse sitam. Vid. Lightfoot. Disquis. Chorogr. Johanni præmissa p. 911. Ludov. de Dieu Crit. S. p. 491. Possini Spicilegium Evangelicum § 14. Glassii Philol. S. p. 470. ed. Dathii et Cellarii Notit. Orb. Antiq. L. III. c. 13.

BΗΘΑΝΙ'Α, ας, ἡ. *Bethania.* Duplex fuit Bethania. Una oppidum vel vicus, ultra montem Oliveti situs, quindecim ab Hierosolyma stadiis, in loco aspero et montano, qui Joh. XI. 1. vocatur κώμη Μαρίας καὶ Μάρθας, h. e. vicus patrius Mariæ ac Marthæ nec non Lazari, quem ibi Jesus ex mortuis resuscitavit, Joh. XI. 11, 18. et ubi haud raro cum discipulis suis pernoctavit, Matth. XXI. 17. et nomen suum accepisse videtur a dactylis palmarum ibi frequentibus (quasi בֵּית חִינֵי locus dactylorum) ex sententia Lightfoot. in Centuria Chorographica Matthæo præfixa cap. 41. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 464. *Altera* vero, cujus mentionem facit Joh. I. 28. fuit urbs trans Jordanem in tribu Ruben, ubi Johannes baptizabat, et Jordanes trajiciebatur, postea Bethabara dicta, composita ex בֵּית et אֳנִיָּה navis, quasi locus, ubi navi trajicitur fluvius. Gloss. Gr. N. T. Alberti p. 3. Βηθανία, οἶκος ὑπακοῆς. Ex בֵּית *domus*, et עָנָה *respondit, exaudivit.* Eandem derivationem secutus quoque est Theophylactus.

BΗΘΕΣΔΑ', ᾶς, ἡ. *Bethesda.* Nomen proprium Syro-Chaldaicum

(בֵּית חֶסְדָא ,ܒܝܬ ܚܣܕܐ *domus misericordiæ*, seu pietatis, h. e. locus, ubi charitas et benevolentia erga alios exercetur, nosodochium, ægrotis excipiendis et curandis destinatum ædificium. Vide Lud. de Dieu Critic. Sac. p. 499.) piscinæ haud procul a templo Hierosolymitano cum ædificio super eam exstructo, ubi ægroti decumbentes vi quidem aquarum medicatarum, non tamen sine beneficio divino sanabantur. Legitur Joh. V. 2. ubi in codicibus quibusdam Βηθσαϊδὰ legitur; de qua lectionis varietate conferendus Wesseling. ad Antonini Itinerarium p. 589.

ΒΗΘΛΕΕ'Μ, ἡ. *Bethlehem*. Nomen proprium urbis Hebraicum ἄκλιτον, quæ sita fuit in tribu Juda prope Hierosolymam, cujus antiquum nomen *Ephrata* fuit, ut ex Genes. XXXV. 19. XLVIII. 1. Micha V. 2. apparet. Antiquitus pagus tantum erat, deinde oppidi nomen obtinuit, munimentis quoque a Rehabeamo cincta. 2 Chron. XI. 6. Vocata est autem Βηθλεέμ, seu בֵּית־לֶחֶם *domus panis*, ob ingentem frumenti copiam, qua regio illa abundabat. Eusebius de Locis Hebraicis refert, eam sex milliaribus Hierosolymis distitisse, austrum versus juxta viam Hebronensem. Matth. II. 1, 5. Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας vocatur, ut distinguatur ab alio oppido ejusdem nominis in inferiore Galilæa, in tribu Sabulon, non procul a mari Galilææ sito, de quo legitur Jos. XIX. 15. Eadem Luc. II. 4. πόλις Δαβὶδ appellatur, quod Davides in ea natus et educatus fuit, coll. Joh. VII. 42. et 1 Sam. XVI. 1, 18. Nobilissima facta est, quod *Christus* in ea in lucem editus fuit, Matth. II. 6. Luc. II. 15. Conf. Relandi Palæstina p. 642 seq.

ΒΗΘΣΑΙ"ΔΑ', ᾶς, ἡ. *Bethsaida*. Ita enim scribendum videtur, non Βηθσαϊδὰν, ut in multis Matthæi et Lucæ libris legitur, quæ posterior scriptura librariorum vel grammaticorum errori tribuenda est, qui, locis quibusdam N. T. decepti, ubi quartus casus legitur, hunc pro primo substituerunt. Habuit autem, ut eleganter et docte demonstravit Fischerus de Vitiis Lexicorum N. T. Prol. XIX. p. 5 seq. Palæstina duo hujus nominis oppida, seu potius vicos, qui formam oppidorum referrent, qui vulgo κωμοπόλεις appellantur. Alterum eorum, quod et κώμη, Marc. VIII. 23, 26. coll. v. 22. et πόλις, Joh. I. 45. Matth. XI. 21. coll. v. 20. dicitur, ab evangelistis in Galilæa inferiore ad latus occidentale lacus Genesareth positum, partim multitudine miraculorum, a Christo ibi patratorum, partim nativitate et commoratione Petri et Andreæ et Philippi apostolorum nobilitatum fuit. Unde non solum a Johanne (I. 45. XII. 21. coll. Matth. IV. 18.) diserte Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας dicitur, sed etiam a Luca (X. 13, 15.) et Matthæo (XI. 31, 33.) ita describitur, ut appareat, fuisse e numero oppidorum, littori occidentali lacus Genesareth adjacentium, nec longe Capernaumo distasse. Alterum vero oppidum, seu vicus ejusdem nominis in inferiore Gaulanitide ad orientale lacus Genesareth littus trans Jordanem, prope influxum ejus in mare Genesarethicum, situm, cujus Joseph. A. J. XVIII. 3. B. J. II. 13. mentionem facit, a Philippo tetrarcha restauratum et incolis auctum, mutato nomine pristino *Julias* appellabatur, in honorem *Juliæ*, imperatoris Augusti filiæ. Hoc autem laudari a Luca IX. 10. (ubi verba: εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδὰ vertenda sunt: in locum desertum prope urbem, aut in tractu urbis Bethsaida dictæ, situm.) idoneis argumentis evincere conatus est Fischerus l. l. Nomen utriusque oppidi est Hebraicum, בֵּית־צֵידָה *locus venationis et piscationis*, quod incolarum utriusque oppidi maxima pars vitam piscatu toleraret. Conf. etiam Macknighti Comment. Harmon. in IV. Evang. T. II. p. 465 seq. ac Possini Spicilegium Evangelicum § 15. Gloss. Gr. Alberti p. 2. Βηθσαϊδὰ, οἶκος ἐπισιτισμοῦ, ἢ ἐλαίας: derivatum sc. a זַיִת *olea* vel *oliva*.

ΒΗΘΦΑΓΗ', ῆς, ἡ. *Bethphage*. Fuit tractus aliquis montis Oliveti vel ad radicem hujus montis ad latus Hierosolymæ orientale, ita dictus a ficubus, quibus consitus erat. Est enim nomen compositum ex פַּג *ficus immatura*, et בֵּית quod non solum *domum*, sed etiam *regionem* significat. Quanquam enim mons Oliveti ab olivis præcipue nomen adeptus est, tamen et ficus et palmas produxit, pro quarum in diversis montis tractibus enascentium varietate et his diversa nomina imposita fuerunt. Cf. Lightfoot. Chorographiam Marco Præmissam c. 4. et Buxtorf. Lex. Talmud. p. 1691. Alii tamen, ut Hieronymus in Onomastico, Bethphagen villulam fuisse in monte Oliveti statuunt, et Euseb. eandem vocat κώμην πρὸς τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν. Legitur Matth. XXI. 1. Marc. XI. 1. Luc. XIX. 29. Ridiculas veterum et recentiorum de ipsius nominis significatione sententias qui scire cupiat, is adeat Alberti Gloss. N. T. p. 3. et Lud. de Dieu Crit. Sacr. p. 360.

ΒΗ"ΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *gradus, gressus, passus, qui fit pede*, a βαίνω *gradior, incedo*. Lex. Cyrilli MS. βῆμα· βάδισμα. Xenoph. Cyr. VII. 5. 3. Multa sunt hujus significationis propriæ in Verss. Gr. V. T. vestigia, v. c. in fragmentis Aquilæ et Symmachi, ubi 1 Sam. XX. 3. Hebr. פֶּשַׂע et 2 Sam. VI. 13. τῷ צַעַד vox βῆμα respondet. Et sic etiam legitur Act. VII. 5. καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ, οὐδὲ βῆμα ποδὸς nullum plane ipsi concessit agrum, ubi in suo pedem poneret. Βῆμα ποδὸς enim, *pedis spatium*, pro admodum exiguo spatio ponitur; vide Wetstenium N. T. T. II. p. 494. unde e contrario οὐ βῆμα ποδὸς proverbialiter *ne latum quidem pedem, nec tantulum*, seu *plane nihil* significat, et Hebraicæ formulæ: עַד־מִדְרַךְ כַּף־רָגֶל Deut. II. 5. respondet. 2) metonymice: *omnis locus editus, ad quem ascendendum est per gradus, tribunal, pulpitum, suggestus oratorius*, (Herodian. VI. 3. 4.) etiam *thronus*. Matth. XXVII. 19. καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ βήματος sedente autem eo in tribunali. Observandum autem videtur tironum causa, judicia tunc temporis sub dio fuisse acta in provinciis, sedente magistratu in tribunali, quod positum erat in loco editiore, tesseris marmoreis strato, coll. Joh. XIX. 13. Act. XVIII. 12. καὶ ἤγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα, v. 16, 17. XXV. 6. In formula βῆμα Καίσαρος, quæ Act. XXV. 10. occurrit, ambiguitas esse videtur, nam vel *ipsum tribunal Cæsaris* vel *magistratum, a Cæsare constitutum et ejus personam sustinentem*, significare potest. Rom. XIV. 10. πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ omnes adstabimus tribunali Christi judicandi. 2 Cor. V. 10. Usurpatur etiam a Græcis vox βῆμα ita, ut sedem excelsam et magnificam, e qua jus dicebatur, significet, v. c. a Dionys. Halic. XII. c. 30. Conf. Irmisch. ad Herodian. T. I. p. 142.

Act. XII. 21. ubi de Herode legitur *καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς*, per *βῆμα* intelligendus est, ut monuit recte Krebsius in Obss. Flav. p. 216. *suggestus, throni speciem referens, in theatro Cæsareensi ab Herode M. exstructus, unde et spectabat ludos, et verba faciebat in concione;* unde apud Græcos *βῆμα* interdum simpliciter *suggestum oratorium* notat, v. c. Xenoph. Mem. III. 6. 1. Æschin. Socr. Dial. III. 13. coll. 2 Macc. XIII. 26. et Nehem. VIII. 4. Hesych. *Βῆμα· πλείονα μὲν σημαίνει, κοινότερον δὲ οὕτως καὶ λογεῖον, ὥσπερ ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ δικαστηρίῳ.* Gloss. Vet. apud Labbæum; *βῆμα, passus, gradus, tribunal, suggestum.*

ΒΗ'ΡΥΛΛΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, beryllus, lapis pretiosus, seu gemma coloris viridis languidioris, nascens apud Indos.* Hodie vulgo *aquamarin* dicitur. Vid. Plin. H. N. XXXVII. c. 5. Viriditate similis est smaragdo, unde ejusdem naturæ cum smaragdo multis visus est. Sed pallidus ejus viror est; at smaragdi herbaceam præferunt viriditatem. Plura de hac gemma vide apud Franc. Rueum Lib. II. c. 8. Salmas. ad Solinum p. 567 et 1105. et ad Epiphan. de Gemmis c. XI. p. 109. M. Hilleri Tr. de XII. Gemmis in Pectorali Pontif. Hebr. p. 35. et Wetstenii N. T. T. II. p. 845. Semel commemoratur in N. T. Apoc. XXI. 20. Scribitur etiam *βηρίλλιος, βηρύλλιος* et *βηρύλλιον.* Confer Exod. XXVIII. 20. XXXIX. 11. ubi Hebraico שֹׁהַם respondet, de quo legendus Braunius de Vestitu Sacerdotum Hebr. Lib. II. c. 18 Hesych. *βήρυλλος· λίθος ἢ βοτάνης εἶδος.* Suid. *βήρυλλος· εἶδος λίθου.* Isidor. Lib. XVI. Origin. c. 7.

ΒΙ'Α, *ας, ἡ, violentia, robur, violentus impetus.* Hesych. *δύναμις, ἰσχύς, ἀνάγκη.* Suid. *ὁρμή.* Etym. M. *ἀδικία.* Act. V. 26. *οὐ μετὰ βίας* non quidem vi. (Polyb. p. 782 et 1074. ed. Gronov.) Potest tamen *βία* h. l. quoque significare *instrumenta, quibus vis aliis infertur,* uti legitur hæc vox apud Symm. Ies. IX. 5. pro סְאוֹן, quod *omnem armaturam bellicam* notat, a סָאַן *pugnavit, bellum gessit.* Act. XXI. 35. *διὰ τὴν βίαν τοῦ ὄχλου* nimis urgente populo. ibid. XXIV. 7. XXVII. 41. *ὑπὸ τῆς βίας τῶν κυμάτων.* Homer. Iliad. Γ'. 430. v. 521.

ΒΙΑ'ΖΩ, fut. *άσω, vim facio, cogo, urgeo,* etiam *verbis et rationibus persuadeo.* Joseph. A. J. V. 6. 7. VI. 14. 3. Medium *Βιάζομαι* et active *vim inferre, vim facere,* et passive *vim pati* significat apud scriptores Græcos æque ac N. T. Triclinius quidem ad Sophocl. Antigon. v. 65. scripsit: *μὴ εἴπῃς τὸ βιάζομαι ἀντὶ τοῦ βιάζω,* sed contrariam sententiam asserunt multa scriptorum vett. loca. Sic, ut pauca e multis afferam, *βιάζομαι,* pro *βιάζω,* usurpavit Xenoph. Cyr. III. 3. 29. V. 5. 13. Idem de Re Equestri I. 8. Polyb. I. 26. Vide Ernesti in Gloss. Polyb. sub hac voce, et Biel. Thesaur. Philol. s. h. v. In N. T. bis legitur Matth. XI. 12. *ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βιάζεται,* ubi *βιάζεσθαι* passive de re usurpatur, quæ quasi vi et impetu extorquetur, in quam impetus fit, hoc sensu: *doctrina christiana summa cum cupiditate arripitur ab hominibus,* seu, quod eodem redit, *homines summo desiderio flagrant, ut recipiantur in sectatorum Christi cœtum.* Syrus *βιάζεται* bene transtulit: ܒܩܛܝܪܐ ܡܬܕܒܪܐ *cum violentia accipitur.* Hesychius, hunc locum fortasse respiciens: *βιάζεται· βιαίως κρατεῖται.* Novam h. l. explicationem protulit J. C. Schwarzius in Monumentis Ingen. T. I. p. 171. et multis vindicavit ibid. T. III. p. 39 et 59. ubi docuit, locis e Platonis Sophista p. 158. 160. et de Legibus VIII. p. 647. allatis, *βιάζειν* apud Græcos etiam de docentibus adhiberi, quum rem aliquam auditoribus lectoribusve tam perspicue et tam acriter proponunt, ut dissentire ac dubitare non liceat, adeoque Christum h. l. dixisse arbitratur, rationes rerum divinarum adhuc ita clare et impigre demonstratas esse, ut, qui vi illa utantur, eamque imitentur, divinæ gratiæ rite ac vere compotes fiant. Hunc secutus Schottus transtulit: summo studio nuntiatur, seu: ambitum suum studio summo dilatat. Luc. XVI. 16. *καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν* (scil. *βασιλείαν τοῦ Θεοῦ*) *βιάζεται* et omnes summo studio in regnum cœlorum, seu sectatorum Christi cœtum recipi nituntur, (confer versionem Syriacam.) ubi *βιάζεσθαι* aperte non solum notionem activam, sed etiam metaphoricam habet, ut sit: *desiderio alicujus rei flagrare et teneri, summo studio conari et niti,* ut apud Ælian. V. H. XIII. 32. *ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἥκειν βιάζομαι.* Maxime huc pertinet locus Xenoph. Cyrop. III. 3. 69. ubi *βιάζεσθαι εἰς τὴν ἀρχὴν* occurrit. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 30 seq. Schæferum ad L. Bos de Ellips. L. Gr. s. v. *εἰσέρχεσθαι* p. 612. Appian. Bell. Syr. p. 187. et Bell. Civ. l. l. p. 691. Gloss. *Vim facit,* etc. *βιάζεται.*

ΒΙ'ΑΙΟΣ, *ὁ, ἡ, τὸ,* et ΒΙ'ΑΙΟΣ, *αίου, ὁ, ἡ, violentus, vehemens, impetuosus,* et non solum de *personis, quæ vi aliquid consequi conantur,* (Hesych. *βίαιος· παράνομος.*) sed etiam de *rebus* usurpatur, *quæ sunt vehementes.* Tantum in N. T. legitur Act. II. 2. *ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας* tanquam irruentis venti vehementis. Exod. XIV. 21. *ἐν ἀνέμῳ βιαίῳ.* Ies. LIX. 19. *ποταμὸς βίαιος.* Arrian. Exped. Alex. II. 63. *τῆς νυκτὸς χειμὼν ἐπιγίνεται σκληρὸς — — καὶ πνεῦμα βίαιον.* Conf. Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 345.

ΒΙΑΣΤΗ'Σ, *οῦ, ὁ,* 1) proprie: *vim inferens, vi irrumpens vel invadens, violentus,* a *βία.* Vox hæc, quam apud exteros scriptores se reperisse negant Stephanus, Alberti et Wolfius, reperitur tamen non solum in Philone de Agricultura p. 214. ed. Mangey (*ὑπὸ βιαστῶν καταπνεόντων εἰς αὐτὴν παθῶν καὶ ἀδικημάτων* Vol. III. ed. Pfeifer. p. 42.), sed etiam in Glossariis Vett. ubi *violentus* explicatur. Legitur etiam *βιατής* apud Pindar. Nem. Od. IX. v. 130. ubi scholiastes *βιατὰν ἰσχυρὸν, ἀνδρεῖον* interpretatus est. 2) *qui desiderio alicujus rei flagrat, qui summo cum studio et contentione aliquid obtinere annititur.* Matth. XII. 12. *καὶ οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτὴν,* ubi *βιασταὶ* sunt, qui flagrant cupiditate felicitatis in œconomia nova obtinendæ, laboriosi atque strenue per viam angustam difficilemque enitentes. Chrysost. *οἱ μετὰ σπουδῆς προσιόντες.* Vid. Wetstenii N. T. T. I. p. 382. Alii interpretantur de hominibus violentis, qui regnum divinum diripere ac opprimere student, ut antecedens *βιάζεσθαι* sit *vim pati.*

ΒΙΒΛΑΡΙ'ΔΙΟΝ, *ου, τὸ, libellus.* Diminutivum a *βιβλάριον* (Pollux Onom. VII. § 210. p. 850. 4.), quod est a *βίβλος liber.* Apoc. X. 2. *βιβλαρίδιον ἠνεῳγμένον* libellum (ut illud commodius Johannes deglutire posset) apertum, ubi tamen in aliis codicibus *βιβλιδάριον* et *βιβλίον* legitur. ibid. v. 8, 9, 10. Conf. Montfaucon. in Palæographia p. 25 et 78.

ΒΙΒΛΙ'ΟΝ, *ου, τὸ,* 1) *liber compactus, volumen, constans ex pluribus chartis, seu membranis, invicem complicatis et compositis.* Diminutivum a *βίβλος.* Luc. IV. 17, 20. Joh. XX. 30. XXI. 25. 2 Tim. IV. 13. et in

Apocalypsi passim, v. c. VI. 14. *ὡς βιβλίον* veluti voluminis convoluti latus literis obsitum, coll. Ies. XXXIV. 8. Xenoph. Mem. I. 6. 14. 2) speciatim Codex V. T. maxime ea pars, quæ continet vaticinia de Messia. Hebr. X. 7. *ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ.* Sic סֵפֶר Ps. XL. 8. 3) *libellus, scheda, litteræ.* De *testamenti tabulis* legitur ap. Dion. Halic. T. V. p. 509. ed. Reisk. Matth. XIX. 7. Marc. X. 4. *βιβλίον ἀποστασίου* libellus repudii, h. e. litteræ, quas maritus dabat repudiatæ uxori, iisque testabatur, se nihil juris amplius in eam habere velle, quæ Hebraice vocantur סֵפֶר כְּרִיתֻת Deut. XXIV. 1, 3. Jerem. III. 8. Exemplum talis libelli repudii, duodecim lineis nec paucioribus nec pluribus conscribendi, reperitur apud Lightfoot. in Hor. Hebr. et Talmud. ad Matth. V. 31. De formula *βιβλίον ζωῆς*, quæ Apoc. XVII. 8. et XXI. 27. occurrit, vide infra sub *βίβλος*. In universum ob locum Apoc. XX. 12. ubi memorantur *libri judicii, ad quos a Deo judicandi sint homines, et in quibus omnes actiones humanæ diligenter annotatæ reperiantur*, observandum est, in script. S. *librum Deo* tribui ad exactissimam ejus cognitionem et providentiam describendam, adeoque *libris judicii* in l. l. Apocalypseos exactissimam divinam omnium dictorum, cogitationum et factorum humanorum scientiam symbolice notari, de quo multis exposuit Glassii Philol. Sacra p. 981. ed. Dathii. Etiam a Judæis tam antiquioribus, quam recentioribus Deo libri tribuuntur, ut multis docuit Buxtorfius de Synag. Vet. V. c. 23. et Joh. a Lent Theol. Jud. c. 20. Vide etiam Suidam s. v. *Ζεύς* et Lucian. Philopatr. p. 251. T. IX. ed. Bipont. *καὶ ἔστιν ἐν οὐρανῷ βλέπων δικαίους τε κἀδίκους, καὶ ἐν βίβλοις τὰς πράξεις αὐτῶν ἀπογραφόμενος.*

ΒΙ'ΒΛΟΣ, *ου, ἡ*, 1) propr. ut Lat. *liber* (Plin. H. N. XIII. 11.) *interior tunica papyri fruticis, ex qua olim chartam conficiebant, papyrus, biblus, in qua scribitur* (Theophrast. Hist. Plant. IV. 9. Xenoph. Anab. VII. 5. 8.), deinde *volumen, liber scriptus, certo scriptionis ordine concinnatus ac congestus.* Marc. XII. 26. *ἐν τῇ βίβλῳ Μωσέως.* Luc. III. 4. XX. 42. Act. I. 20. VII. 40. *βίβλοι Ἐφεσίων*, qui Act. XIX. 19. commemorantur, fuerunt *libri*, qui continebant *γράμματα Ἐφέσια*, h. e. notas, formulas et voculas magicas, a magis Ephesiis excogitatas, quibus maxime in incantationibus et sanandis morbis gravioribus utebantur, quarum specimina quædam dedit Hesychius. Vide infra sub *Ἐφέσιος*. 2) *catalogus, recensio, enumeratio.* Matth. I. 1. *βίβλος γενέσεως* catalogus majorum J. C. seu tabula genealogica J. C. Sic סֵפֶר a סָפַר *recensere, numerare*, usurpatur Gen. V. 1. סֵפֶר תּוֹלְדֹת Alex. *ἡ βίβλος γενέσεως.* Nehem. VII. 5. In eadem notione *βίβλος* etiam reperitur apud Herodot. II. c. 100. Huc etiam referenda formula *ἡ βίβλος ζωῆς*, qua significabatur in libris V. T. *catalogus viventium*, ut adeo *deleri e libro vitæ*, esset, *morti tradi.* Exod. XXXII. 32, 33. coll. v. 10. Num. XI. 15. In libris N. T. vero indicatur *catalogus quasi eorum, quibus Deus felicitatem æternam destinavit.* Philipp. IV. 3. *ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς* qui beatorum civitati adscripti sunt, quos summa manet in cœlo felicitas. Apoc. III. 5. XIII. 8. XX. 15. XXII. 19. Cf. Glassii Philol. Sacra pag. 981. ed. Dathii.

ΒΙΒΡΩ'ΣΚΩ, ΒΡΩ'ΣΚΩ, fut. *βρώσω, comedo, edo.* Semel legitur in N. T. Joh. VI. 13. *ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσι* quæ superfuerunt illis, qui comederant, seu convivis. Xenoph. Hier. I. 24. *ὁ βεβρωκώς.*

ΒΙΘΥΝΙ'Α, *ας, ἡ. Bithynia.* Provincia Natoliæ, seu Asiæ minoris, adjacens Ponto Euxino et Phrygiæ, Thracum olim coloniis frequentata. Solinus c. 54. vult, hanc provinciam a Bebrycibus, antiquissimis ejus incolis, olim dictam fuisse Bebryciam, deinde Mygdoniam, et tandem *Bithyniam* a quodam *Bithyno*, rege, ejus victore. Memoratur autem Act. XVI. 1. et 1 Petr. I. 1. Conf. Cellarii Notit. Orb. Antiq. Lib. III. c. 8.

ΒΙ'ΟΣ, *ου, ὁ*, 1) *vita, tempus vitæ*, etiam *certa vivendi ratio, vitæ conditio et disciplina.* Ælian. V. H. III. 26. XIV. 7. Luc. VIII. 14. *ἡδοναὶ τοῦ βίου* voluptates, quibus in hac vita indulgere solent homines. 1 Tim. II. 2. *ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν* vitam agamus tranquillam et securam. 2 Tim. II. 4. *αἱ τοῦ βίου πραγματεῖαι* negotia hujus vitæ. 1 Petr. IV. 3. *ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου.* Suid. *βίος· ποτὲ δὲ αὐτὸ τὸ ζῆν.* Etym. M. *βίος· ὁ χρόνος τῆς ζωῆς, ἐν ᾧ τις διατρίβει· βίος καὶ τὸ ἐπιτήδευμα.* 2) *victus, facultates, opes, et omnino res omnis ad vitam sustentandam necessaria.* Suid. *βίος· ποτὲ μὲν ἡ οὐσία τῶν κτημάτων.* Gloss. Vet. apud Labbæum: *βίος, annona.* Marc. XII. 44. *ὅλον τὸν βίον αὐτῆς*, i. q. in anteced. *πάντα ὅσα εἶχεν.* Luc. VIII. 43. *προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον* omnes facultates erogarat. ibid. XV. 12. *διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον* et divisit illis facultates seu patrimonium. v. 30. XXI. 4. 1 Joh. II. 16. *ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου.* vide sub *ἀλαζονεία.* III. 17. Et in hac significatione centies hæc vox apud scriptores probatissimos legitur, v. c. Aristoph. Plut. v. 751. coll. v. 754. Euripid. Phœn. 413. Suppl. 863. Herodot. II. 121. Athenæus III. 12. pag. 90. Polyb. II. 58. IV. 18. Aliorum exemplorum copiam reliquere Schacht. in Obss. Phil. ad Marcum in Bibl. Nova Brem. Class. II. p. 505. et Perizon. ad Ælian. V. H. XIV. 32. Sic etiam Hebraicum חַיָּה sumitur Ies. LVII. 10. Ezech. VII. 13. et נֶפֶשׁ Ies. LVIII. 10. De eodem Latinæ vocis *vita* usu conferendus est Donatus ad Terent. Phormion. I. 3. 12. 3) interdum omittitur, v. c. post *διάγειν*, Tit. III. 3. coll. 1 Tim. II. 2. Theocrit. Idyll. XI. 7.

ΒΙΟ'Ω, *ῶ*, fut. *ώσω, vitam ago, vivo.* Semel in N. T. legitur 1 Petr. IV. 2. *θελήματι Θεοῦ τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον* reliquum vitæ tempus Deo consecrare. Xenoph. Mem. IV. 8. 2 et 6. Respondet Hebr. חָיָה Prov. VII. 2. coll. Job. XXIX. 18. ubi pro אַרְבֶּה יָמִים Alexandrini habent *πολὺν χρόνον βιώσω.* Sapient. XII. 23. *ἐν ἀφροσύνῃ ζωῆς βιώσαντας ἀδίκους.* Hesych. *ἐβίωσας· ἔσωσας τὸ ζῆν, περιεποίησας ἢ ἔδωκας.* Idem: *ἐβίωσα· ἔζησα, διῆξα.* Idem: *βιοῦν καὶ βιοτεύειν· βιοῦν μὲν τὸ ἐξάγειν τὸ ζῆν, βιοτεύειν δὲ τὸ πορίζειν τὰ πρὸς τὸν βίον.* Conf. etiam Ammonium s. *βιοῦν* ac Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

ΒΙ'ΩΣΙΣ, *εως, ἡ, vita, vitæ instituta et mores, vivendi et agendi ratio*, quam etiam Latini *vitam* appellare solent. Act. XXVI. 4. *τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος* quæ fuerit mea vivendi ratio inde a juventute. Sæpius non legitur in N. T. Reperitur tamen in Symmachi reliquiis Psalm. XXXVIII. 6. ubi Hebraico חֶלֶד, non, ut Bielius male notavit, הִתְהַלֵּךְ, respondet, et in Prologo Sirac. *διὰ τῆς ἐννόμου βιώσεως.*

ΒΙΩΤΙΚΟ'Σ, *ὁ, ἡ, τὸ, ad vitam sustentandam, seu rem familiarem pertinens, sæcularis*, ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum, a *βιόω.*

Ter tantum legitur in N. T. Luc. XXI. 34. ubi *μέριμναι βιωτικαὶ* sunt anxiæ de necessitatibus vitæ curæ. 1 Cor. VI. 3, 4. ubi *βιωτικὰ κριτήρια* vocantur *lites de rebus hujus vitæ, de rebus ad victum cultumque pertinentibus*, quæ Latine vocantur *controversiæ privatæ*. Plutarch. T. VI. Opp. pag. 537. et T. VIII. pag. 704. ed. Reisk. Etym. M. 604. 18. *βιωτικαὶ φροντίδες*. Conf. de hac voce Valesium ad Euseb. H. E. VI. 3. pag. 100. Wetstenii N. T. T. I. p. 802. et T. II. p. 121. et Wesseling. ad Diod. Sic. Excerpta T. II. p. 611.

ΒΛΑΒΕΡΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *noxius, perniciosus*, a *βλάβη noxa, damnum, detrimentum*. 1 Tim. VI. 9. *ἐπιθυμίας βλαβερὰς* cupiditates noxias. Xen. Mem. I. 3. 11. *βλαβερὰς ἡδονάς*. Sæpius non legitur in N. T. Reperitur hæc vox, a Bielio neglecta, semel tantum in versione Alex. Prov. X. 26. ubi verba כַּחֹמֶץ לַשִּׁנַּיִם reddun-tur *ὥσπερ ὄμφαξ ὀδοῦσι βλαβερόν*: sæpius autem apud Græcos, ut apparet e locis laudatis a Wetstenio N. T. T. II. p. 349.

ΒΛΑ'ΠΤΩ, fut. *ἄψω, lædo, noceo, damno afficio, detrimentum affero*. Regit accusativum. Marc. XVI. 18. *οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει* innoxium ipsis erit. Luc. IV. 35. *μηδὲν βλάψαν αὐτὸν* nihilque eum læsit. Sæpius non legitur in N. T.

ΒΛΑΣΤΑ'ΝΩ, seu ΒΛΑΣΤΕ'Ω, fut. *ήσω*, perf. *βεβλάστηκα*. Verbum hoc de plantis et proventibus terræ proprium et active et passive usurpatur in N. T. 1) Active significat *germinare facere, germina producere, elicere viriditatem herbescentem*, i. q. *βλαστῆσαι ποιεῖν*. Jer. XXXIII. 15. Sic legitur in N. T. Jacob. V. 18. *καὶ ἡ γῆ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν αὐτῆς* et terra germinando produxit fructum suum. Simili modo usurpatum reperitur Genes. I. 11. *βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου*, ubi in Hebraico legitur תַּדְשֵׁא. Numer. XVII. 8. *ἐβλάστησε κάρυα*. Hesych. *ἐβλάστησεν· ἐξέφυ*. 2) Passive seu reciproce adhibitum notat: *elicere quasi ex se viriditatem herbescentem, progerminare, fruticari, frondescere*. Matth. XIII. 26. *ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος καὶ καρπὸν ἐποίησε* ubi vero effloruit herba et fructum edidit. Marc. IV. 27. *καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ καὶ μηκύνηται*. Hebr. IX. 4. *καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν βλαστήσασα* et virga Aaronis, quæ germinaverat. Xen. Œcon. XIX. 10. *καὶ ἰσχυρὸν τὸ φυτὸν ἡγοῦμαι βλαστάνειν*: et apud eundem de Vectig. I. 3. opponitur *τῷ καρποφορεῖν*. Substantivum *βλάστησις* legitur apud Theophr. H. Plant. III. 6.

ΒΛΑ'ΣΤΟΣ, ου, ὁ. *Blastus*. Nomen proprium viri Græcum, a *βλαστάνω*, seu *βλαστέω, germino*, i. q. *βλαστὸς germen producens*. Fuit autem *Blastus* præfectus cubiculo regis Herodis *ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως*, ut vocatur Act. XII. 20. Sæpius non memoratur in N. T.

ΒΛΑΣΦΗΜΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω*, 1) proprie est: *verbis infaustis, vocibus male ominatis uti*, et opponitur *τῷ εὐφημεῖν abstinere verbis male ominatis*, et fuit verbum proprium apud Græcos in sacris faciendis. Conf. Casaubon. ad Theophrast. Char. c. 19. et Schwarz. Comment. Ling. Gr. p. 254. 2) *calumniis proscindo, convicior, male precor, inique de aliquo judicio, vitupero*, quasi *βλάπτω τὴν φήμην alterius famam et existimationem quocunque modo lædo*, quomodo etiam formula *lædere famam* usus est Cic. p. Cluentio c. 5. Respondet Hebr. גִּדֵּף Ps. XLIV. 17. Matth. XXVII. 39. *οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν* prætereuntes vero conviciis eum insectabantur. Luc. XXIII. 39. Act. XVIII. 6. *καὶ βλασφημούντων* conviciis adeo proscindentibus Paulum. Liban. Ep. 445. Herodian. II. 6. 20. Rom. II. 24. *τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι* religio christiana per vos contemtui et calumniis gentilium exponitur. (Facit huc maxime locus 2 Sam. XII. 13. ubi apud Symmachum *βλασφημεῖν ποιέω* est *impie ago, et ita efficio, ut alii contemtim sentiant et loquantur de vera religione*. In textu Hebr. est נִאֵץ.) ib. III. 8. ubi Theophyl. *βλασφημεῖσθαι* per *διασύρεσθαι, συκοφαντεῖσθαι* interpretatus est. 1 Cor. X. 30. *τί βλασφημοῦμαι*; cur iniqua subeam judicia? 1 Tim. I. 20. *ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν* ne in posterum religionem conviciis proscindant, seu, contemtim de ea judicent. Herodian. II. 6. 20. Huc etiam referenda est formula: *βλασφημεῖν Χριστὸν*, quæ Act. XXVI. 11. legitur et omnino *Christo valedicere, renuntiare ejus religioni* significat, quia, qui olim renuntiabant religioni christianæ, Christum execrari eique maledicere cogebantur. conf. Euseb. H. E. IV. 15. VI. 41. et Suicer. Thess. Eccles. T. I. p. 698. 3) ratione Dei significat: *dicere et facere, quibus majestas Dei violatur, maledicum* seu *injurium in Deum esse, impie loqui, arrogare sibi et sumere, quæ sunt Dei*. Matth. IX. 3. *οὗτος βλασφημεῖ* hic impie loquitur. ibid. XXVI. 25. Marc. III. 28. Joh. X. 36. Sic גִּדֵּף 2 Reg. XIX. 6, 22. legitur. Præterea commemoratur in N. T. formula: *βλασφημεῖν εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον*, Marc. III. 29. Luc. XII. 10. qua frivola illa Judæorum Christi ætate criminatio describitur, qua miracula, a J. C. divina vi patrata, a vi et auxilio dæmonis malevoli repetebant.

ΒΛΑΣΦΗΜΙ'Α, ίας, ἡ. Vox bene Græca, quæ etiam apud Polyb. XI. 4. (*πολλῆς ἀδοξίας πλήρη καὶ βλασφημίας*) occurrit, et in universum *læsionem existimationis ac famæ alterius* notat. Demosthen. Or. de Rhodior. Libert. p. 78. Hinc in N. T. libris 1) significat *obtrectationem, calumniam, maledicentiam, convicium, quo hominis existimatio injuste læditur*. Matth. XV. 19. Marc. VII. 22. Ephes. IV. 31. Col. III. 8. ubi Theophylactus per *λοιδορίαν* exponit. 1 Tim. VI. 4. Alex. pro נְאָצָה Ezech. XXXV. 12. usi sunt. 2) *omne in Deum impie dictum et factum*, quod *blasphemia in Deum κατ' ἐξοχὴν* dici solet. Matth. XXVI. 65. Marc. II. 7. XIV. 64. Luc. V. 21. Joh. X. 33. Apoc. XIII. 6. additur *πρὸς τὸν Θεόν*. De *βλασφημίᾳ τοῦ Πνεύματος*, quæ Matth. XII. 31. commemoratur, dictum est ad *βλασφημέω*. Conf. etiam Spicilegium meum I. Lex. Bieliani p. 24.

ΒΛΑ'ΣΦΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ. 1) De *personis* si dicitur, est: *qui contumeliose et ignominiose de aliis loquitur, obtrectator, maledicus, qui calumniis, falsis rumoribus et conviciis bonæ aliorum famæ et existimationi criminis maculam aspergere tentat*. Etym. M. *ὁ τὰς φήμας βάλλων, ὁ λοίδορος*. Cf. etiam Eustath. ad Iliad. β', p. 219. et Odyss. VIII. p. 1490. De *rebus* autem si dicitur, *contumeliosus, existimationi et famæ inimicus*, quasi *βλάπτων τὴν φήμην*. 1 Tim. I. 13. *τὸν πρότερον ὄντα βλάσφημον* qui contumeliosus fui erga doctrinam christianam. 2 Tim. III. 2. 2 Petr. II. 11. ubi *φέρειν κρίσιν βλάσφημον* ferre sententiam criminatricem, est: *conviciis proscindere*. Herodian. VII. 8. 21. Ælian. V. H. XII. 57. 2) *qui ipsum divinam majestatem lacessere haud erubescit, qui impia et injuria in majestatem ac perfectiones summi numinis eructat verba*. Suid. *βλάσφημος· ὁ εἰς Θεὸν ἐξυβρίζων*. Act. VI. 11, 13. *λαλεῖν ῥήματα βλάσφημα*.

ΒΛΕ´ΜΜΑ, τος, τὸ, *visus, adspectus*, a βέβλεμμαι, perf. pass. verbi βλέπω *adspicio*. Semel in N. T. legitur 2 Petr. II. 8. βλέμματι καὶ ἀκοῇ visu et auditu, h. e. quocunque vel oculos vel aures vertebat. Apud Atticos scriptores βλέμμα fere de *vultu ejusque conditione* usurpatur, v. c. Herodian. IV. 5. 17. βλέμματι δριμεῖ ἀφορῶν truculento vultu intuitus. Ælian. V. H. VI. 14. VIII. 12. XIV. 22. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 705.

ΒΛΕ´ΠΩ, fut. ἔψω, 1) proprie: *video, oculis cerno*. Matth. XIII. 16. μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν ὅτι βλέπουσι vos autem beati, qui me videtis. ibid. v. 17. Marc. V. 31. VIII. 23. Act. IX. 8. οὐδένα ἔβλεπε pro μὴ ἔβλεπε, coll. v. 9. 2 Cor. X. 7. τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε videtis tantum, quæ in oculos incurrunt. Hinc βλέπεσθαι *oculis subjectum et præsentem esse* significat, quemadmodum e contrario μὴ βλέπεσθαι de *rebus absentibus, præteritis æque ac futuris* usurpatur. Rom. VIII. 24. ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, pro ἐλπὶς βλεπομένων, spes rerum, quæ adsunt, bonorum præsentium. 2 Cor. IV. 18. μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα κ. τ. λ. non curamus bona præsentia, sed futura, non terrena, sed cœlestia. Hebr. XI. 1. πράγματα οὐ βλεπόμενα res futuræ, quæ nondum sensus feriunt. ib. v. 3. ubi τὰ βλεπόμενα sunt omnes res creatæ aspectabiles. ibid. v. 7. diluvium Noachicum, quatenus futurum erat, τὰ μηδέπω βλεπόμενα vocatur. Huc etiam referenda est formula: βλέπειν τὸ πρόσωπόν τινος videre faciem alicujus, h. e. non solum *alicui præsentem esse*, sed etiam *familiariter aliquo uti et ministrare alicui*. Sic Matth. XVIII. 10. οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς angelos eorum tutelares semper patri meo cœlesti apparere. Formula ipsa est Hebraica, nam *ministri, amici et familiares regis* 2 Reg. XXV. 19. רֹאֵי פְּנֵי הַמֶּלֶךְ dicuntur. 2) *adspicio, intueor, inspicio, respicio*, i. q. ἐμβλέπω, ad imitationem Hebr. נָבַט, quod Alexandrini per ἐμβλέπω, Ies. V. 12, 30. LI. 1, 2, 6. transtulerunt et רָאָה, cui in versione Alex. ἐφοράω, Job. XXII. 12. Ps. CXII. 7. CXXXVII. 7. et ἐμβλέπω, Ies. XVII. 7. respondet. Matth. V. 28. πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα omnis, qui fœminam adspicit. Βλέπειν h. l. est *lascivis oculis intueri, oculos lascive circumducere*, quod eleganter alias ἐποφθαλμιᾷν dicitur, etiam ἐπιβλέπειν apud LXX Gen. XXXIX. 7. sec. Cod. Oxon. Vide Elsnerum ad h. l. Luc. VII. 44. coll. Sophocl. Trachin. v. 406. Act. III. 4. βλέψον ἡμᾶς intuere nos animo, fiducia pleno. Interdum tamen præpositio εἰς additur. Joh. XIII. 22. ἔβλεπον οὖν εἰς ἀλλήλους se invicem intuebantur. Apoc. V. 3. βλέπειν αὐτὸ inspicere illud. 3) *cum admiratione* aut *delectatione et voluptate aliquid video et adspicio*. Sic legitur in N. T. Matth. XXIV. 2. οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα quod jam admirabundi intuemini templi ædificium, etc. Perperam Casaubonus particulam *negandi* h. l. delendam censuit. Marc. XIII. 2. βλέπεις ταύτας τὰς μεγάλας οἰκοδομάς. Sic etiam non solum הִבִּיט 1 Sam. XVI. 7. sed et רָאָה Psalm. LIV. 9. usurpatur. Adde Sirac. XXV. 10. 4) *facultatem videndi habeo*, unde infinitivus βλέπειν, qui haud raro nominascit, *visum* s. *ipsam facultatem videndi* significat. Luc. VII. 21. καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν et multis cœcis restituit visum, seu, eos visu donavit; ad quem locum cf. El. Palairet. Obss. Philol. Crit. p. 175. 5) *visum recipio, facultatem videndi recupero*, i. q. ἀναβλέπω. Matth. XV. 31. τυφλοὺς βλέποντας. Joh. IX. 7. ἦλθε βλέπων rediit visu recuperato. ibid. v. 15. καὶ βλέπω et jam visus est mihi restitutus, ubi cum ἀναβλέπω permutatur. Sic quoque est apud Aristoph. Plut. v. 126. 6) de *omnibus reliquis sensibus corporis*, de *omni aliquid sentiendi et cognoscendi genere* usurpatur, ut adeo βλέπειν sæpe sit *audire, audiendo cognoscere*. Sic Matth. XV. 31. βλέποντας κωφοὺς λαλοῦντας audientes mutos loquentes. 2 Cor. VII. 8. βλέπω γὰρ ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη ἐλύπησεν ὑμᾶς illam enim epistolam vos multo dolore affecisse ad aures meas pervenit. Coloss. II. 5. βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν cognoscens e relationibus aliorum omnia inter vos recte et ordine agi. Apoc. I. 12. καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνήν. Verba sensuum apud Græcos pariter ac Latinos scriptores haud raro permisceri, Schraderus docuit ad Musæum de Her. et Leandr. v. 5. et Abreschius ad Æschylum p. 2. Sic legitur apud Æschyl. Prometh. Vinct. v. 21. φωνὴν ὄψει. Aristoph. Pac. v. 1064. Schol. ad Sophocl. Trachin. v. 396. ὡς ὁρᾷς ἀντὶ τοῦ ὡς ἀκούεις. Vice versa apud Latinos *audiri* pro *cerni*, v. c. apud Virg. Æn. II. 705. extat. Confer quoque Fischeri Anim. ad Welleri Grammat. Græc. Spec. III. P. 2. p. 66 seq. 7) *eo, iter facio, tendo ad aliquem locum*, nam, qui tendit ad aliquem locum, ejus facies est in eum directa. E contrario βλέπειν εἰς τὰ ὀπίσω *reverti, redire* significat. Posterior hæc formula legitur Luc. IX. 62. ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω qui aratro manum admoverit et deinde reversus fuerit. Debemus hanc significationem unice linguæ Hebraicæ (nam locus, quem Palairet. in Obss. Crit. p. 182. ex Artemidoro adduxit, est ἀπροσδιόνυσος), in qua verba haud pauca, quæ proprie *videre, aspicere* notant, de *iis, qui iter faciunt*, usurpantur. Sic v. c. Genes. XIX. 26. de uxore Loti legitur וַתַּבֵּט מֵאַחֲרָיו, h. e. reversa est, interprete ipso Christo Luc. XVII. 31, 32. Eodem modo שׁוּר *cernere, contemplari*, etiam *venire, proficisci* (Arab. سار *profectus est*) notat Ies. LVII. 9. Cant. IV. 8. et שָׁקַף adhibetur Gen. XVIII. 16. 2 Reg. IX. 32. 8) ut Latinum *specto*, (Cæsar B. G. VII. 69.) et Hebr. שָׁקַף (Num. XX. 20.) *situs sum ad aliquam cœli plagam, pertineo*, nach einer Seite zu liegen, *to lie to one side*. Act. XXVII. 12. λιμένα βλέποντα κατὰ λίβα portus Cretæ spectans Africum. Vulgatus voce *respicere* usus est. Ezech. XL. 24. πύλη βλέπουσα πρὸς νότον porta australis. Sic etiam Græci dicere consueverunt, apud quos haud raro de ædificiis, montibus et aliis rebus, aliquo vergentibus, βλέπειν et ἀποβλέπειν legitur, v. c. Xenoph. Mem. III. 8. 9. ἐν ταῖς πρὸς μεσημβρίαν βλεπούσαις οἰκίαις κ. τ. λ. Diog. Laërt. I. 2. τάφους πρὸς ἕω βλέποντας sepulcra ad orientem sita. Stephanus Byzant. in Ἀστερουσίᾳ de monte: ἀποβλέπον εἰς θάλασσαν. Herodian. VI. 5. 2. πρὸς τὰ ἀρκτῷα μέρη βλέπουσαν. Hanc autem significationem si obtinet, semper præpositiones εἰς, κατὰ, et πρὸς additæ leguntur. Cf. Irmisch. ad Herodian. II. c. 11. § 16. p. 357. T. II. et Lexic. Xenoph. s. h. v. n. 3. 9) metaphorice: *experior, sentio*. Matth. XIV. 30. βλέπων δὲ τὸν ἰσχυρὸν ἄνεμον sentiens vim tempestatis exortæ. Appian. Alex. Bell. Annib. p. 574. ὡς δὲ καὶ

πνεῦμα ποτὲ ἐθεάσατο. Rom. VII. 23. βλέπω ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου experior aliam vim se in me exserentem, seu, dictamen pravarum cupiditatum. Eodem modo רָאָה Thren. III. 1. Psalm. LXXI. 20. Jer. V. 12. 10) *intelligo, cognosco,* quasi *video oculis animi.* Marc. VIII. 18. ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε facultate intelligendi præditi tamen non intelligitis. Joh. IX. 39. Rom. XI. 8. τοῦ μὴ βλέπειν nec tamen perspiciant veritatem et præstantiam doctrinæ christianæ. Jacob. II. 22. βλέπεις intelligis exinde. Hinc τῷ רָאָה in vers. Alex. respondent συνίημι, 2 Sam. XII. 19. Jer. XX. 12. et γινώσκω, Jud. II. 7. Jer. XII. 3. 11) *scio, cognitum habeo et perspectum.* Matth. VI. 4, 18. καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ et pater tuus, qui vel occulta cognita habet. Joh. V. 19. ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. Hebr. III. 19. καὶ βλέπομεν et scimus historia teste. 1 Cor. XIII. 12. βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου manca et imperfecta est, quam in præsenti habemus, cognitio. Inprimis autem memorabilis est ad hanc significationem confirmandam locus Joh. IX. 39. ubi hæc verba leguntur: ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. Qui enim h. l. οἱ βλέποντες vocantur, sunt, qui sibi persuasum habent, se habere jam idoneam et certam veræ religionis cognitionem, v. c. Pharisæi, coll. v. 41. E contrario vero οἱ μὴ βλέποντες, ideoque a Christo ad idoneam religionis scientiam adducendi, inscii vocantur et ignari, qui tamen ignorantiæ suæ bene conscii ad majorem scientiam adspirant. 12) *facultate intelligendi et cognoscendi aliquid præditus sum.* Matth. XIII. 13. βλέποντες οὐ βλέπουσι, quod de iis dicitur, qui aures obstinabant oculosque occludebant, ne veritatem ipsis traditam intelligerent, coll. v. 14. Simile oxymoron reperitur apud Demosthen. Orat. I. in Aristogiton. p. 797. 4. ed. Lips. ubi vid. Taylorus, Terent. Prol. Andr. *intelligendo ut nihil intelligant,* et Gellium N. A. XV. 24. *ut contra, si quis sentiat, nihil sentiat.* Marc. IV. 12. Luc. VIII. 10. 13) *considero.* 1 Cor. I. 26. βλέπετε τὴν κλῆσιν ὑμῶν considerate eos, qui amplexi sunt religionem christianam. ibid. X. 18. βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα. In versione Alex. τῷ רָאָה non solum τὸ κατανοέω, Genes. XLII. 9. Exod. II. 11. sed etiam καταμανθάνω respondet, Genes. XXXIV. 1. Levit. XIV. 37. 14) *attendo diligenter.* Marc. IV. 24. βλέπετε τί ἀκούετε, h. e. diligenter attendite iis, quæ vobis dicuntur et vim dictorum assequi studete. Luc. VIII. 18. βλέπετε πῶς ἀκούετε. 15) *curo, operam do.* 1 Cor. III. 10. ἕκαστος βλεπέτω πῶς ἐποικοδομεῖ quilibet autem videat quid superstruat. 1 Cor. XVI. 10. Ephes. V. 15. βλέπετε πῶς ἀκριβῶς περιπατεῖτε. Coloss. IV. 17. Possunt quoque huc referri verba: οὐ βλέπετε πάντα ταῦτα Matth. XXIV. 2. h. e. nolite hæc omnia curare, si nempe sine interrogatione accipiantur. 16) ut Latinum *video, caveo, prospicio,* inprimis, si cum ἀπὸ construitur, aut particula negandi sequitur. Matth. XXIV. 4. βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ cavete, ne quis vos inducat in errores. Marc. VIII. 15. βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης, coll. Mat. XVI. 16. Marc. XII. 38. XIII. 9, 33. βλέπετε cauti estote et vigilantes. ib. v. 23. ὑμεῖς δὲ βλέπετε prospicite igitur vobis. Luc. XXI. 8. Act. XIII. 40. 1 Cor. VIII. 9. X. 12. Galat. V. 15. Philipp. III. 2. Hebr. III. 12. 17) *rationem habeo, respicio, studio et cupiditate alicujus rei teneor.* Matth. XXII. 16. οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων non personarum respectum habes, non moveris auctoritate humana, aut, non partium studio teneris. Eadem formula legitur Marc. XII. 14. Conf. infra ad πρόσωπον dicta. Pertinere mihi huc videtur locus Luciani T. I. p. 379. ἐς δὲ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον, ubi conferendi sunt Interpretes.

ΒΟΑΝΕΡΓΕ'Σ, *Boanerges.* Vox Hebraica Græcis modo litteris scripta, quæ semel in N. T. legitur Marc. III. 17. ex quo loco satis apparet, ita a Jesu appellatos fuisse Jacobum majorem et Johannem, fratrem ejus, ipsamque vocem *filios tonitru* significare, nam a Marco explicationis causa additur, ὅ ἐστιν, υἱοὶ βροντῆς. Ita autem dicti fuerunt ob singularem in dicendo potentiam et δύναμιν, qua instructi erant divinitus, ut infra ad vocem βροντὴ a me docebitur. Variis autem modis hæc vox scripta reperitur in libris veteribus. In Cod. Alex. et Gloss. Gr. Alb. Βοανηργὲς reperitur. Suid. Βοανεργεὶς habet, et in aliis codicibus Βοανεργὴς legitur. Eadem opinionum varietas est in originibus hujus vocis constituendis, quam alii ex בְּנֵי et רַעַם *tonitru,* alii ex בֵּן *filius,* הָרַג *occidit* et אֵשׁ *ignis* conflatam esse, admodum inepte existimant. Recte enim vidit Ludov. de Dieu in Critica S. p. 397. vocem ex בְּנֵי et רֶגֶשׁ *strepitus, tonitru,* conflatam esse; cui opinioni leges grammaticæ minime contrarias esse, docuit Stockius in Clavi L. S. N. T. p. 213. In universum conferri meretur Vorstius de Hebraismis N. T. c. 24. p. 478 seq. ed. Fischeri et Laur. Fabricius in Reliquiis Syris p. 297. Th. Crenii Analect. Philol. Crit. Historicorum: quibus addendus est Heinsius in Aristarcho Sacro p. 277.

ΒΟΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *clamo, vociferor, cum clamore dico.* Interdum pleonastice additur φωνῇ μεγάλῃ. Marc. XV. 34. ἐβόησεν φωνῇ μεγάλῃ. Act. VIII. 7. Interdum etiam simpliciter ponitur. Act. XVII. 6. XXI. 34. 2) *lætitiam cantu seu voce intenta et elata testor.* Galat. IV. 27. ῥῆξον καὶ βόησον (ubi in Hebraico Ies. LIV. 1. est צַהֲלִי) *persona, jubila.* Num. XXI. 17. pro ᾖσεν Cod. Oxon. habet ἐβόησεν, ubi in textu Hebr. יָשִׁיר legitur. 3) *palam doceo, palam aliquid trado.* Matth. III. 3. φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ acclamatio doctoris publici in deserto auditur. Marc. I. 3. Luc. III. 5. Joh. I. 23. Eodem modo קָרָא Ies. XL. 3. Hinc βοᾶσθαι Græcis res dicitur, quæ sermonibus omnium celebratur, v. c. apud Theophr. Charact. VIII. 2. 4) *invoco, imploro, enixe rogo, alicujus opem et auxilium imploro.* Luc. XVIII. 7. τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, h. e. qui assidue eum ad vindictam provocant. Cf. Symmachum ad Ps. III. 5. et Alex. ad Thren. II. 18. 2 Paral. XX. 9. Deut. XV. 9. Homer. Odyss. II. 142.

ΒΟΗ', ῆς, ἡ, *clamor,* etiam *preces, quibus alicujus auxilium imploratur, aut aliquis ad vindictam provocatur.* Semel legitur in plurali Jacob. V. 4. αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν, ubi per βοὰς τῶν θερισάντων, quæ ad aures Jehovæ pervenisse dicuntur, intelligendæ sunt *metentium, quibus detracta ac decurtata est merces, preces ad Deum enixæ, quibus eum ad vindictam provocant.* Suid. βοήν· μάχην καὶ φωνὴν μεγάλην.

ΒΟΗ'ΘΕΙΑ, είας, ἡ, *adjumentum, auxilium,* a βοηθέω, Hebr. עֶזְרָה. Bis tantum legitur in N. T. Act. XXVII. 17. βοηθείαις ἐχρῶντο, h. e.

adjumentis utebantur, seu, conjunctis ac intensis viribus navem, fluctuum violentiæ obnoxiam, firmabant, ne confringeretur aut submergeretur. Alii tamen, ut Kypkius ad h. l. per βοηθείας adminicula illa intelligunt, quibus navi periclitanti succurritur, v. c. catenas, uncos, funes, ancoram et alia instrumenta nautica. Hebr. IV. 16. εἰς εὔκαιρον βοήθειαν auxilium divinum promptum et omni tempore paratum, ubi sc. εἰς pro καὶ positum videtur. Sed βοήθεια quandoque etiam *auxiliatorem* notat, aut *illum ipsum, a quo aliquis auxilium sperat,* v. c. apud LXX Ps. XLVIII. 15. ubi loco צוּרָה *forma* legerunt צוּר. Potest itaque εὔκαιρος β. h. l. *Deum ipsum* significare, *qui tempore opportuno auxilium præstat.* Syrus vertit non male ܠܡܥܕܪܢܘܬܐ ܒܙܒܢܐ ܕܐܘܠܨܢܐ *in auxilium in tempore afflictionis.* Aristot. Rhet. II. 5.

ΒΟΗΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie vi etymologiæ notat vel *accurrere cum clamore auxilii ferendi causa,* μετὰ βοῆς θεῖν, seu δραμεῖν, (cf. Valkenar. ad Eurip. Hippol. v. 776.) vel *accurrere ad clamorem oppressorum,* πρὸς τὴν βοὴν θέειν. Act. XVI. 9. XXI. 28. βοηθεῖτε auxilio venite. Polyb. II. p. 1403. Aristoph. Vesp. 431. 2) in universum; *auxiliari, opitulari, succurrere, opem ferre,* notat, et convenit fere cum Hebraico עָזַר et speciatim de *iis* usurpatur, *qui medentur morbis,* v. c. apud Dioscor. I. 28 et 106. Arrian Epictet. II. 15. Sic legitur in N. T. Matth. XV. 25. coll. v. 22. Marc. IX. 22, 24. Adde 2 Cor. VI. 2. Hebr. II. 18. Apoc. XII. 16. ubi βοηθεῖν terræ tribuitur.

ΒΟΗΘΟ'Σ, οῦ, ὁ, proprie: *qui ad clamorem et vocem alicujus periclitantis accurrit auxilii ferendi causa,* a βοηθέω, quod vide. Deinde vero omnino *auxiliator* et *opitulator.* Semel legitur in N. T. Hebr. XIII. 6. ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν, Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς ut animo, fiducia pleno, dicere possimus, præsentissimum nobis est auxilium Dei. Eadem verba leguntur Psalm. CXVIII. 7. יְהוָה לִי בְּעֹזְרָי Κύριος ἐμοὶ βοηθός.

ΒΟ'ΘΥΝΟΣ, ου, ὁ, non semper *quævis fovea* aut *cavitas profundior in terra* dicitur, sed interdum speciatim *cisternam, foveam, quæ aquis recipiendis et colligendis inservit,* τὸν λάκκον, ut auctor Etym. M. 204. 17. interpretatus est, significat. Sic autem legitur in N. T. Matth. XII. 11. ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, ubi sermo est de pecoribus, quæ sabbato aquatum ducuntur. ibid. XV. 14. ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. Luc. VI. 39. Sæpius non legitur in N. T. In vers. Alex. τῷ פַּחַת respondet 2 Sam. XVIII. 17. Ies. XXIV. 17, 18.

ΒΟΛΗ', ῆς, ἡ, æque late patet ac Latina vox *jactus,* et non solum *ipsum jaciendi actum* (Herodian. II. 6. 69. VII. 12. 12.) significat, sed etiam *illud ipsum, quod jacitur,* seu *emittitur,* notat, et de *sagitta, lapide, radiis solis, oculis,* etiam *ictibus et verberibus* usurpatur, v. c. Homer. Odyss. IV. 150. ὀφθαλμῶν βολαί. ibid. XVII. 283. ubi cum πληγὴ permutatur. Genes. XXI. 19. ὡσεὶ τόξου βολήν. ubi in textu Hebraico legitur: כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת, h. e. quantum jaculatores solent a scopo recedere et abesse, ut possint telis scopum ferire. 2 Macc. V. 13. βελῶν βολάς. Et ἡλίου βολαὶ pro ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου haud raro apud Sophoclem et alios poëtas Græcos legitur. In N. T. semel legitur Luc. XXII. 41. ὡσεὶ λίθου βολήν, supple κατὰ, fere ad lapidis jactum. Formula autem βολὴ λίθου *tantum spatii, quantum jactus lapidis conficit,* de quovis exiguo viæ spatio usurpatur. Homer. Iliad. V. 12. ubi vid. Eustath. Thucyd. V. 65.

ΒΟΛΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *bolidem demitto, jacio, altitudinem s. fundum maris exploro emisso perpendiculo nautico,* Græce βολὶς dicto, quod nautæ facere solent, ne vadis illidantur, a βολίς, quod vide. Eustathius in Il. ε'. p. 427. exposuit βάθος θαλάσσης μετρεῖν μολιβδίνῃ καθέτῳ, ἢ τοιῷδε τινί. Semel legitur in N. T. Act. XXVII. 28. καὶ βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι et cum demisissent bolidem, invenerunt passus vel cubitos viginti profunditatis; atque paulo post ibidem est: βολίσαντες εὗρον ὀργυιὰς δεκαπέντε. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 645.

ΒΟΛΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) *jaculum, sagitta, omne, quod mittitur et jacitur,* a βολὴ, observante Athenæo Deipnosoph. III. 23. p. 106. ed. Casaub. Hesych. βολίδες· ἀκόντια, λογχάρια.— βολίς· βέλος, λόγχη, ἀκόντιον. Gloss. MS. in Sap. Salom. V. 21. βολίδες· ἀκτῖνες. In vers. Alex. respondet Hebr. שֶׁלַח *missilia arma,* Nehem. IV. 17. interdum etiam τῷ חֵץ Num. XXIV. 8. Zach. IX. 14. Sic legitur in N. T. Hebr. XII. 20. ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται aut jaculo transfigetur, ubi verbis Hebraicis אוֹ יָרֹה יִיָּרֶה Exod. XIX. 13. respondet. 2) *est perpendiculum nauticum,* seu *funis, cui plumbum est alligatum, qui de prora jacitur, et quo nautæ explorant profunditatem aliquorum locorum maris.* Inde descendit βολίζω.

ΒΟΟ'Ζ, ὁ. *Booz, Boas.* Nomen viri Hebraicum ἄκλιτον בֹּעַז Ruth. IV. 21. quod videtur eum significare, *in quo est robur et fortitudo.* Fuit filius *Salmon,* consanguineus Elimelechi, Bethlehemitæ. Ruth. II. 1. In N. T. bis memoratur Matth. I. 5. Luc. III. 32.

ΒΟ'ΡΒΟΡΟΣ, ου, ὁ, proprie est: ἡ ἐκ τῆς βορᾶς κόπρος, *stercus,* seu *fimus, qui everritur e stabulis pecudum.* (a βορὰ *pabulum.*) Plutarch. Opp. T. VIII. p. 294. ed. Reisk. Etym. M. ἡ ἐκ τῆς τροφῆς γεννηθεῖσα ὕλη. Hesych. et Phavor. ὀχετὸς δυσώδης, cloaca, malum odorem spirans, *cœnum, limus,* et ita differt a πηλὸς *lutum,* de qua differentia vide Hemsterhus. ad Luciani Somn. p. 24. Hinc βορβορόω *cœno me polluo et contamino,* quod proprie est suum, seu porcorum. Ælian. Hist. Anim. V. 45. Alex. usi sunt hoc vocabulo pro טִיט Jer. XXXVIII. 6. In N. T. semel legitur 2 Petr. II. 22. ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου, sc. ἐπιστρέψασα, sus lota ad volutabrum cœni revertitur. Adagium in eos dictum, qui in pristina flagitia et animi sordes relabuntur, de quo exposuit Vorstius de Adagiis N. T. c. IV. p. 776.

ΒΟΡ'ΡΑ'Σ, ᾶ, ὁ, 1) *Boreas, Aquilo, ventus septentrionalis,* quem nos nord-nord-ost, *north-north-east,* vocamus, qui et Græcis Βορέας et Βορέης (Prov. XXVII. 16. Sirac. XLIII. 24.) dicitur, sine dubio, quia aërem purificat et serenum reddit, unde *serenifer* vocatur ab Avieno. Vid. Ovid. Metam. VI. 690. et Senec. Troad. 390. Hesych. Βοῤῥᾶς· ἄνεμος ψυχρὸς καὶ παγώδης καὶ σκληρός. In vers. Alex. respondet Hebraico צָפוֹן Genes. XIII. 14. Num. II. 25. 2) *plaga,* seu *pars septentrionalis, a qua Boreas flare solet.* Sic legitur in N. T. Apoc. XXI. 13. καὶ ἀπὸ Βοῤῥᾶ πυλῶνες τρεῖς, ubi observandum est, genitivum Βοῤῥᾶ non per Dorismum pro Βοῤῥοῦ positum esse, sed omnes voces Græ-

cas, in ας et ᾶς terminatas, eandem genitivi formam, quæ h. l. reperitur, habere, ut docuit Georgius in Hierocritico N. T. 156. Conf. Ælian. V. H. XII. 61. Eodem modo צָפוֹן usurpatur Job. XXXVII. 22. ἀπὸ Βοῤῥᾶ νέφη χρυσαυγοῦντα. 3) *terræ, versus septentrionem sitæ, quæ subjectæ sunt aëris tractibus, unde Boreas spirat.* Luc. XIII. 29. ἀπὸ Βοῤῥᾶ καὶ Νότου ex omnibus terris.

ΒΟ΄ΣΚΩ, fut. βοσκήσω. 1) Activum *pasco alium,* et proprium est *pastorum, qui pecora in pascua ducunt,* unde pecora βοσκήματα Græcis vocantur, quanquam interdum etiam ad homines transfertur, ut χορτάζεσθαι, ut sit in universum *alere, prospicere pastionem et nutrimenta,* vel cum contemtu aliquo et contumelia, ut significetur, homines ipsos pecoribus similes et abjectissimos esse; (conf. Eustath. ad Homer. Odyss. XI. 364,) vel, ut nihil in hac voce contumeliæ sit. Homer. Od. XIV. 325. XIX. 294. Βόσκομαι, medium, *me ipsum pasco, pascor,* et ὁ βόσκων *pastor, pecora in pascua ducens.* Matth. VIII. 30. ἀγέλη χοίρων πολλῶν βοσκομένη grex porcorum pascentium. Marc. V. 11. ubi pro βοσκομένη in aliis codicibus legitur βοσκομένων. Luc. VIII. 32, 34. XV. 15. βόσκειν χοίρους ut pasceret porcos. Matth. VIII. 33. ὁ βόσκων *porcarius, subulcus,* qui proprie συβώτης et χοιροβοσκὸς dicitur. 2) metaphorice: *diligenter curo, saluti alicujus prospicio, provideo quocunque modo.* Joh. XXI. 15, 17. βόσκε τὰ ἀρνία μου, βόσκε τὰ πρόβατά μου quæ verba omnia officia, Petro, futuro christianorum doctori, incumbentia, complectuntur. Hinc etiam in vers. Alex. Hebraico רָאָה *prospexit, providit* respondet 1 Reg. XII. 16. ubi pro Hebr. עַתָּה רְאֵה בֵיתְךָ דָּוִד in Græcis leguntur: νῦν βόσκε τὸν οἶκόν σου Δαυίδ.

ΒΟΣΟ΄Ρ, ὁ. *Bosor.* Nomen proprium viri Hebraicum indeclinabile. Ita dictus fuit pater Bileami, pseudoprophetæ, qui Num. XXII. 5. Hebraice בְּעוֹר a בָּעַר *exarsit, succensus fuit,* et ab Alexandrinis ibid. Βεὼρ vocatur. In N. T. autem 2 Petr. II. 15. Βοσὸρ vocatur, mutata littera ע in σ, ex more Græcorum, non tam ad faciliorem pronuntiationem, ut quidam opinati sunt. Confer Glassii Philolog. S. p. 687 seq. ed. Dathii.

ΒΟΤΑ΄ΝΗ, ης, ἡ, latius patet quam Latinum *herba, gramen,* et, ut Hebraicum עֵשֶׂב, cui in vers. Alex. respondet, de *omni proventu agri* dicitur. Hebr. VI. 7. γῆ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς γεωργεῖται ager profert fruges utiles iis, a quibus colitur. Sæpius non legitur in N. T. Æque late patet vox

ΒΟ΄ΤΡΥΣ, υος, ὁ, quæ *omnis generis fructus arboreos auctumnales,* τὴν ὀπώραν, significat, quanquam interdum de specie tantum, de *fructu vitis,* de *uvis, botris, racemis* dicitur. Suid. βότρυν τὴν ὀπώραν, οὐχὶ τὴν σταφυλὴν μόνον, καὶ μή ποτε τὴν βοτρυϊὰν ὀπώραν. Adde Etymol. M. 206. l. 11. Semel legitur in N. T. Apoc. XIV. 18. τρύγησον τοὺς βότρυας τῆς γῆς, ὅτι ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς vindemia botros terræ, quoniam maturuerunt uvæ ejus. Xenoph. Œcon. 19. 18. Vide Polluc. I. 248. In vers. Alex. Hebr. אֶשְׁכּוֹל respondet Genes. XL. 10. Cantic. I. 14.

ΒΟΥΛΕΥ΄Ω, fut. εύσω. Activum: *consilium do alteri, suadeo, auctor sum.* In N. T. non legitur, reperitur tamen in vers. Alex. Ies. XXIII. 8. τίς ταῦτα ἐβούλευσεν ἐπὶ Τύρον; quis hoc de Tyro consilium dedit? Medium βουλεύομαι, fut. βουλεύσομαι, in N. T. dupliciter usurpatur, et quidem 1) *deliberare, consultare inter se, conferre inter se consilia,* quum nempe de pluribus dicitur; at, de uno cum dicitur, *secum deliberare, consultare,* significat, ut recte de hac voce exposuit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 37. p. 236. Sic autem legitur Luc. XIV. 13. οὐχὶ καθίσας πρῶτον βουλεύεται; nonne prius expendet, seu, cum amicis suis deliberabit? Vulgatus habet *cogitat.* Gloss. Vet. βουλεύομαι, *cogito.* Act. V. 33. καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς, pro τοῦ ἀνελεῖν ἕνεκα, seu χάριν, et deliberarunt de iis interficiendis. Esther. III. 6. ἐβουλεύσατο ἀφανίσαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους. 2 Reg. VI. 8. ἐβουλεύσατο πρὸς τοὺς παῖδας αὐτοῦ. In *consultandi* notione legitur etiam apud Xenoph. Œconom. XI. 24. Herodot. IV. 119. Joseph. A. J. I. 21. 1. et Ælian. V. H. XII. 8. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 755. 2) *decernere, consilium capere.* Joh. XII. 10. ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνωσιν decreverunt pontifices etiam Lazarum interficere. Act. XV. 37. Βαρνάβας δὲ ἐβουλεύσατο (in aliis codd. ἐβούλετο e glossemate) συμπαραλαβεῖν τὸν Ἰωάννην Barnabas Johannem secum assumere volebat. Sed in h. l. ἐβουλεύσατο etiam verti potest: *consilium dederat:* quo sensu in hac ipsa forma legitur apud Alexandrinos 2 Sam. XVI. 23. Conf. Thom. M. p. 158. ed. Bernard. Act. XXVII. 39. εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο ἐξῶσαι τὸ πλοῖον in quem decreverant navem impellere. 2 Cor. I. 17. τοῦτο οὖν βουλευόμενος cum hoc mihi proposuissem; ubi in codicibus quibusdam βουλόμενος e glossemate, quod huc fortasse e v. 15. irrepsit, legitur. Et paulo ibidem: ἢ ἃ βουλεύομαι κατὰ σάρκα βουλεύομαι; num in consiliis capiundis me humano more agere creditis? Ies. XLVI. 10. Alex. πάντα, ὅσα βεβούλευμαι, ποιήσω, ubi in Hebr. וְכָל־חֶפְצִי אֶעֱשֶׂה Ies. III. 8. VII. 5. In eadem notione legitur apud Xenoph. in Apol. Socr. § 1. Herodian. VI. 6. 5. ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐβουλεύσατο. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. II. 28.

ΒΟΥΛΕΥΤΗ΄Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie in universum dicitur *quivis consiliarius, qui aliis consilium dat,* βουληφόρος, ut Schol. Homeri ad Iliad. VI. v. 114. interpretatus est, a βουλεύω *consilium do;* unde in vers. Alex. Hebraico יוֹעֵץ Job. III. 14. XII. 17. respondet. 2) *senator,* (Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 16 et 17.) *assessor synedrii magni, qui res gravissimas, ad religionem et rempublicam pertinentes, judicabat.* Ita autem bis legitur in N. T. de Josepho, qui fuit consiliarius magni illius consessus Hierosolymitani. Marc. XV. 43. εὐσχήμων βουλευτής, ubi βουλευτὴς Vulgatus per *decurionem* vertit, approbante Boisio (in Collat. p. 151.), R. Simone, Martianæo et aliis, nam, qui Romæ *Senatores* vocabantur, ii in municipiis *Decuriones* dicebantur. Sed alienum videtur ab hoc loco discrimen inter senatores et decuriones ob locum Luc. XXIII. 50, 51. Cæterum transiit hæc vox in Latinam linguam. (Buleuta occurrit apud Plin. X. Epp. 48. 5. Ep. 113. 3. Ep. 115. 3.) et Syriacam (ܒܘܠܘܛܐ), qua voce Syrus Marc. XV. 43. usus est. Glossarium: βουλευτής, *decurio, curialis.*

ΒΟΥΛΗ΄, ῆς, ἡ, 1) et *consultationem, deliberationem,* et *ipsum consilium, decretum, propositum, voluntatem* significat. Luc. XXIII. 51. οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ αὐτῶν eorum deliberationibus et decretis de Jesu interficiendo non calculum addiderat suum. Act. II. 23. ὡρισ-

μένη βουλῇ τοῦ Θεοῦ consilio ac decreto divino. ibid. IV. 28. XXVII. 12. ἔθεντο βουλὴν consilium ceperant. (ubi vid. Wetstenius N. T. T. II. p. 640.) v. 42. τῶν δὲ στρατιωτῶν βουλὴ ἐγένετο milites decreverant. Respondet in versione Alex. Hebraico עֵצָה Deut. XXXII. 28. Prov. VIII. 14. 2) *voluntas benevola*, et in hoc sensu inprimis Deo tribuitur in N. T. Hebr. XII. 17. τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ immutabile esse ejus decretum benevolum. Speciatim autem βουλὴ Θεοῦ in N. T. vocatur *consilium Dei benevolum et æternum de beandis et salvandis hominibus per religionem christianam.* Hinc de Pharisæis et legis peritis, qui repudiabant baptismum Johannis, quo homines initiabantur in novam œconomiam Messiæ, prope diem auspicandam, Luc. VII. 30. legitur τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς rejecerunt consilium Dei erga se ipsos benevolum. 3) *illa ipsa res, quæ est e consilio et decreto profecta, inceptum, institutum*, per metonymiam dicitur. Act. V. 38. ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τοῦτο nam si eorum cœptum et institutum est humanum. ibid. XX. 27. τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν Θεοῦ, ubi βουλὴ Θεοῦ est idem quod τὸ εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ v. 24. et ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ v. 25. adeoque ipsa doctrina christiana, quam debemus benevolæ voluntati divinæ. 4) *sensum, cogitatum.* 1 Cor. IV. 5. καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν tunc sensa pectoris occulta, cogitata hominum in lucem producentur a Deo. Hinc in vers. Alex. τῷ מַחֲשָׁבָה Job. V. 12. Ies. LV. 7, 8. et τῷ מְזִמָּה Ps. XXI. 12. Prov. II. 11. respondet. Sirac. XXX. 21. ubi verba μὴ θλίψῃς σεαυτὸν ἐν βουλῇ σου respondet Germanicis: quäle dich nicht durch traurige gedanken und ängstliche vorstellungen, *torment not yourself with sad thoughts or anxious anticipations.* 5) Interdum πλεονάζει. Ephes. I. 11. κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ: quemadmodum ipsum verbum βουλεύομαι 3 Maccab. I. 10. pleonastice ponitur. Hesych. βουλή· γνώμη, θέλημα. Etym. M. βουλή· σημαίνει δὲ τὴν ἄθροισιν καὶ τὸ προβούλευμα. (Homer. Iliad. II. 53.) καὶ τὴν γνώμην. (Iliad. X. 43.) καὶ τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν θέλησιν.

ΒΟΥ'ΛΗΜΑ, τος, τὸ, 1) *voluntas, consilium, decretum, propositum*, a βουλή. 2) *conatus perficiendi ac exsequendi propositum*, qui etiam Latinis *voluntas* dicitur. Rom. IX. 19. τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; quis enim voluntati ejus resistere, aut eam irritam reddere valet? Act. XXVII. 43. ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος eos a conatu istud consilium exsequendi prohibuit. Cæterum a grammaticis inter βούλευμα et βούλημα hoc discrimen, non semper tamen observatum, constituitur, ut illud sit *consilium privatum*, hoc vero *consilium publicum* significet. Schol. Aristoph. ad Plutum v. 493. βούλευμα μὲν τὸ ἴδιον, βούλημα δὲ τοῦ δημοσίου ἡ γνώμη. Idem tradit Suidas, quem vide.

ΒΟΥ'ΛΟΜΑΙ, fut. βουλήσομαι, a forma βουλέομαι, 1) *deliberato consilio aliquid volo, cupio, decerno.* Plus enim involvit βούλομαι, quam θέλω. Hoc enim est simpliciter *volo*, illud *considerate, re prius deliberata volo, post aliquam deliberationem in animum induco, adeoque firmiter, magna cum animi constantia volo.* Eustathius ad Homer. Iliad. I. v. 112. p. 45. 51. οὐχ ἁπλῶς θέλω, ἀλλὰ βούλομαι, ὅπερ ἐπίτασις τοῦ θέλειν ἐστὶ, καὶ οὐ τυχόντως βούλομαι, ἀλλὰ κατὰ πολύ. Matth. I. 19. ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν decrevit illam clam dimittere, ubi a θέλειν aperte distinguitur. Syrus transtulit: ܐܬܪܥܝ *meditabatur*, qua voce etiam v. 20. pro ἐνθυμέομαι usus est. ib. XI. 27. καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. Luc. XXII. 42. βούλει pro βούλῃ. Act. XII. 4. XXVIII. 18. ubi judicibus tribuitur, qui, quæstione de aliquo habita, eum absolvendum esse judicant. 1 Cor. XII. 11. 2) *cupide, anxie aliquid volo, nimium studeo, inhio.* 1 Tim. VI. 9. οἱ βουλόμενοι πλουτεῖν qui vero nimio divitiarum amore et studio tenentur. coll. Prov. XXVIII. 22. Eodem modo ἐθέλω usurpatur apud Epictet. Enchir. I. 4. 3) *delector aliquo, faveo alicui.* Jacob. I. 18. βουληθεὶς, sc. ἐν ἡμῖν, ἀπεκύησεν ἡμᾶς pro summa sua erga nos benignitate emendandos nos curavit per religionem christianam. In vers. Alex. τῷ חָפֵץ respondet 2 Sam. XXIV. 3. ἱνατί βούλεται τῷ λόγῳ τούτῳ; 1 Sam. XVIII. 24. οὐ βούλεται ὁ βασιλεὺς ἐν δόματι. 2 Sam. XX. 11. τίς ὁ βουλόμενος Ἰωάβ; quis favet Joabo? Sic et θέλειν apud Græcos: conf. Marklandum ad Lysiam p. 332. 4) *possum, valeo.* Act. XVIII. 15. κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι has lites dijudicare non valeo. 5) *præcipio, jubeo, hortor.* 1 Tim. II. 8. βούλομαι οὖν προσεύχεσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ. ibid. V. 14. βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν. Tit. III. 8. 6) interdum pleonastice ponitur. Jacob. IV. 4. ὃς ἂν οὖν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου. Jud. v. 5. ὑπομνῆσαι ὑμᾶς βούλομαι. Jacob. III. 4. ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται, scil. μετάγειν, quocunque impetus gubernantis agit. Eodem modo legitur apud Joseph. A. J. II. 5. s. 3. φράσαι τί κἀκείνῳ δηλοῦν βούληται τὰ διὰ τῆς παρελθούσης νυκτὸς ὀφθέντα. Cf. Gataker. ad Marc. Antonin. X. § 8. p. 293. Cæterum de forma ἠβουλήθην, quæ 2 Joh. v. 12. reperitur, conf. interpretes ad Thom. M. p. 258. sub ἐβουλόμην. Ἠβούλετο Attice pro ἐβούλετο legitur apud Euripid. Helen. v. 758. et Danaë v. 28.

ΒΟΥΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, *collis, tumulus, clivus, locus seu pars terræ eminentior*, sine dubio a βαίνω *scando*, qui Græcis cæteris λόφος et χῶνος dicitur. Bis legitur in N. T. Luc. III. 5. καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται et omnes montes et juga deprimentur. ib. XXIII. 30. καὶ τοῖς βουνοῖς, καλύψατε ἡμᾶς et ad colles, operite nos. Phrynichus p. 156. ed. Pauw. Βουνός· ὀθνεία ἡ φωνὴ τῆς Ἀττικῆς. Eustath. ad Od. γ'. p. 680. 37. βάρβαρον λέξιν vocat. Sed satis infregerunt auctoritatem Phrynichi Schwarzius in Commentar. Crit. Ling. Gr. p. 261. et Valkenar. ad Herodot. IV. c. 158. etiam Georgius in Hierocritico P. I. p. 113. Alexandrini vocabulo hoc utuntur sæpissime pro גִּבְעָה Exod. XVII. 9, 10. 1 Sam. VII. 1. Ies. II. 2. Hesych. βουνός· στιβὰς, Κύπριοι, βουνοί· βωμοί. Cæterum nomen hoc Æolice mutatum ad gentes plerasque Europæus, Germanos, Belgas, Gallos, qui *Dunum* vocant, ex Æolico δουνὸς, pro βουνὸς, transiisse, observat Salmasius de Ling. Hellen. p. 112. Confer etiam Turnebi Adverss. XX. 15. et Barthii Advers. XL. 19.

ΒΟΥ͂Σ, βοὸς, ὁ, ἡ, *bos, vacca.* Est vocabulum ὀνοματοποιητικὸν, observante Bocharto in Hieroz. T. I. p. 287. Luc. XIII. 15. XIV. 5, 19. Joh. II. 14, 15. 1 Cor. IX. 9. 1 Tim. V. 18.

ΒΡΑΒΕΙ͂ΟΝ, ου, τὸ, proprie notat *præmium, quod victoribus in certaminibus gymnicis Græcorum a brabeuta decernebatur et dabatur*, cujus generis erat *corona, palma, olea*, etc.

et differt ab ἄθλῳ, ut λῆμμα a δώρῳ, ut illud distribuatur a brabeutis, hoc vero reportetur et accipiatur a victoribus. Hesych. βραβεῖον· ἐπινίκιον, ἔπαθλον, νικητήριον. Et sic etiam Gloss. Gr. Alberti p. 127. Suidas: βραβεῖον, ἐπινίκιος ἀμοιβή. Etym. M. βραβεῖον λέγεται ὁ παρὰ τῶν βραβευτῶν διδόμενος στέφανος τῷ νικῶντι. Vid. Pollux Onomast. III. 30. 142 seq. et Lydius in Agonisticis Sacris p. 145. In hoc significatu legitur 1 Cor. IX. 24. εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον sed unus tantum reportat præmium, seu brabeum. 2) metaphorice significat *felicitatem æternam, præmia virtutis in vita futura, veris christianis destinata.* Sic legitur in N. T. Philipp. III. 14. κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ut scopum versus ferar ad obtinenda præmia, cœlitus nobis a Deo per Christum promissa. 3) interdum omittitur hæc vox. Philipp. III. 12. οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, (sc. τὸ βραβεῖον) et paulo post ibidem: διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, sc. τὸ βραβεῖον, coll. 1 Cor. IX. 24. et Chrysostomo ad h. l. ibid. v. 13. deest post κατειληφέναι, coll. v. 14.

ΒΡΑΒΕΥ'Ω, 1) proprie: *judex sum certaminis et moderator, palmam victori decerno, assigno, tribuo,* et dicitur *de præsidibus et moderatoribus publicorum ludorum,* seu *certaminum Græcorum Olympiacorum,* qui *brabeutæ,* etiam *agonothetæ* vocantur, quorum erat leges certaminum præscribere, lites dirimere, qui præmiis dignus esset, dijudicare, et ipsa præmia distribuere. Sapient. X. 12. ἀγῶνα ἰσχυρὸν ἐβράβευσεν αὐτῷ. Conf. Stolberg. Exerc. L. Gr. p. 102. Wetstenii N. T. T. II. p. 292. et Pollux Onom. III. c. 30. s. 145. 2) in universum: *judex sedeo in re quavis alia, dirigo, moderor, præsum, guberno.* Sic semel in N. T. legitur Coloss. III. 15. ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν concordia, quæ Deo placet, regat et gubernet animum vestrum, sit regula et norma omnium sensuum vestrorum et actionum, coll. Philipp. IV. 7. Nec desunt similia loca in Græcis scriptoribus. Aristot. Rhetor. I. c. 56. τοῦ δικαίου βραβευτής ἐστιν ὁ δικαστής. Apud Polyb. V. 2. βραβεύεσθαι pro *administrari* ponitur, coll. c. 11. et Isocrat. Orat. ad Philipp. p. 188. Philippi regis decreta et mandata dixit τὰ βραβευόμενα: ut loca e Josepho et aliis silentio omittam, quæ ad hanc significationem confirmandam adduxerunt Krebsius in Observatt. Flav. p. 343. D'Orville ad Chariton. VI. 4. p. 445 et 540. Wesseling. ad Diod. Sic. XIV. 65. Hesych. βραβεύει· διακρίνει, ἐπιψηφίζεται, μεσιτεύει, διοικεῖ. Idem: βραβευέτω· ἰθυνέσθω, μεσιτευέτω, μηνυσάτω. Idem tradit Lex. Cyrill. MS. et Alberti Gloss. N. T. p. 158.

ΒΡΑΔΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, ut Latinum *tardo* (Vide Fesselii Advers. SS. I. 2. 9.) duplici notione sumitur: 1) intransitiva: *tardo, cunctor, tardius venio.* 1 Tim. III. 15. εἰ δὲ βραδύνω si autem tardius venero, seu, moram fecero. Gen. XXXV. 19. Deut. VII. 10. Sirac. XXXV. 22. Plutarch. T. II. Opp. p. 726 et 732. 2) transitiva: *remoror, differo, moras necto et facio.* Sic 2 Petr. III. 9. οὐ βραδύνει ὁ Κύριος τῆς ἐπαγγελίας, h. e. non ultra tempus constitutum differt Dominus promissionis suæ complementum. Nam post τῆς ἐπαγγελίας omissum esse substantivum ἀναπλήρωσιν, seu τελείωσιν, aut aliud simile vocabulum, recte colligi posse videtur ex genitivo τῆς ἐπαγγελίας, pro quo Grotius olim scriptum esse τὰς ἐπαγγελίας judicabat, quia βραδύνω, transitive sumtum, semper accusativum additum habeat, v. c. Ies. XLVI. 13. σωτηρίαν τὴν παρ' ἐμοῦ οὐ βραδυνῶ. Sed, ut jam Drusius ad h. l. observavit, non infrequentes sunt apud scriptt. sacr. casuum mutationes, seu μεταπτώσεις. Phavor. βραδύνω· ἀμεταβάτως, ἀντὶ τοῦ βραδὺς γίνομαι. καὶ βραδύνεται ἀντὶ τοῦ βραδυτῆτα λαμβάνει. ἡ δ' ὁδὸς βραδύνεται. Idem: βραδύνω· μέλλω, δηθύνω, διάγω. καὶ βραδύνω ἐλθεῖν. Sophocl. Œdip. Colon. 1628. et El. 1497.

ΒΡΑΔΥΠΛΟΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *tarde et incommode navigo, tarda navigatione utor,* ex βραδὺς et πλοῦς *navigatio.* Legitur tantum in N. T. Act. XXVII. 7. ἐν ἱκαναῖς δὲ ἡμέραις βραδυπλοοῦντες quum diutius tarde navigassemus, nempe ob ventos adversos. Artemid. IV. 32.

ΒΡΑΔΥ'Σ, εῖα, ύ, genitivus έος, είας, έος, 1) *tardus, segnis,* et τῷ ταχὺς opponitur, v. c. Jacob. I. 19. ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, βραδὺς εἰς ὀργὴν celer ad audiendum, tardus ad respondendum (scil. ad injurias illatas), tardus ad vindictam. 2) metaphorice: *stupidus, qui est tardo ingenio et hebes ad aliquid cognoscendum et intelligendum,* qui et Latinis *tardus* dicitur. Polyb. IV. 8. 7. βραδὺς opponitur φυσικῷ. Luc. XXIV. 25. βραδεῖς τῇ καρδίᾳ homines obtuso ingenio. Sic etiam substantivum βραδύτης de stupiditate animi apud Theophrast. occurrit Charact. XIV. s. XV. Suid. βραδύς· ὁ μὴ ἀγχίνους. κἀπιλήσμων καὶ βραδύς. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. (129.) Οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς τοῦ σώματος κινήσεως παρείληπται νῦν, ἀλλὰ τὸ μὴ ἀγχίνουν καὶ νωθὲς τῆς διανοίας θέλει δηλοῦν. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 826.

ΒΡΑΔΥΤΗ'Σ, ῆτος, ἡ, *tarditas, cunctatio,* (a βραδὺς *tardus.* Dicitur etiam βραδύτης, ητος. Vid. Thom. Mag. in v. ἰσότης.) sensu et transitivo et intransitivo. Semel tantum legitur in N. T. 2 Petr. III. 9. ὥς τινες βραδυτῆτα ἡγοῦνται ut quidam eum differre promissionum suarum eventum temerarie existimant. Isocr. Paneg. 39. Xenoph. H. G. IV. 6. 5. Plutarch. de Ser. Num. Vindicta p. 549. B. Appian. B. C. IV. p. 1052.

ΒΡΑΧΙ'ΩΝ, ονος, ὁ, 1) proprie: *brachium, lacertus,* et quidem ea pars brachii, quæ ab ulna ad cubitum descendit, Hebraicum זְרוֹעַ. 2) metaphorice: *vis, robur, potentia,* ad imitationem Hebraici זְרוֹעַ (Deut. V. 15. ἐξήγαγέν σε Κύριος — — ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, Hebr. בִּזְרֹעַ נְטוּיָה. Job. XL. 4.) Luc. I. 51. ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ qui insignia facta patrat per summam suam potentiam. Joh. XII. 38. καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; quis cognoscit vim divinam per miracula conspicuam? Act. XIII. 17. μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς potentia summa usus eduxit populum suum ex Ægypto. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XXXVI. 7. δόξασον χεῖρα καὶ βραχίονα δεξιόν. 2 Macc. XV. 24. Suid. βραχίων τροπικῶς ἡ δύναμις, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ ἐργάζεσθαι πεφύκασιν οἱ ἄνθρωποι. Δαβίδ. ὅτι βραχίονες ἁμαρτωλῶν συντριβήσονται. ex Psalm. XXXVI. 18.

ΒΡΑΧΥ'Σ, εῖα, ύ, genitiv. έος, είας, έος, 1) proprie: *brevis,* (Symm. Ps. LIV. 15. ubi βραχεῖς *mox perituros* notat.) *parvus, non longus,* ut de *modo* et *mensura* dicatur. Xenoph. Œcon. XVIII. 2. βραχὺς ὁ κάλαμος σίτου. Dion. Halic. Arch. V. 38. βραχὺς ποταμός. 2) *modicus, exiguus,* ita, ut et de *tempore* et *spatio* usurpatur. Luc. XXII. 58. μετὰ βραχὺ, sc. διάστημα τοῦ χρόνου, post breve intervallum temporis, paulo post. Act. V. 34. ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι

jussit foras paulisper apostolos abducere. Plutarch. Galba p. 1055. Act. XXVII. 28. βραχὺ δὲ (pro κατὰ βραχὺ δὲ) διαστήσαντες paululum progressi. Thucyd. I. 63. Hebr. II. 7, 9. βραχύ τι, sc. μέρος χρόνου, ab breve tempus. De *loco* βραχὺ et βραχύ τι aliquoties occurrit in versione Alex. 2 Sam. XVI. 1. ubi Hebr. מְעַט respondet. 2 Sam. XIX. 36. de *tempore*, Proverb. V. 14. Ps. XCIII. 17. Sapient. XII. 10. 3) *parvus, exiguus, modicus*, de *copia* et *multitudine*. Sic legitur in N. T. Joh. VI. 7. ἵνα ἕκαστος αὐτῶν βραχύ τι, sc. μέρος, λάβῃ ut quisque eorum vel paululum accipiat. Hebr. VIII. 22. διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν, sc. ῥημάτων, paucis vobis scripsi. Eodem modo apud Alexandrinos βραχὺς, vel simpliciter positum, vel additis vocibus ἀριθμὸς et μέρος, usurpatur 1 Sam. XIV. 29. ἐγευσάμην βραχύ τι, sc. μέρος τοῦ μέλιτος. ibid. v. 44. βραχὺ μέλι. Psalm. CIV. 12. ἀριθμῷ βραχεῖς. Hesych. Βραχύ· ἀντὶ τοῦ οὐδὲν, ὀλίγον, μικρόν. Lex. Cyrilli MS. Brem. Βραχύς· μικρὸς, ὀλίγος. In universum de hac voce bene exposuit Zeunius ad Xenoph. de Re Equestri IX. 3. Vide et Lexic. Xenophonteum s. h. v. ac L. Bos Ellips. Gr. s. v. διάστημα p. 103. et Schweighæuseri Lexic. Polyb.

ΒΡΕ'ΦΟΣ, εος, τὸ, 1) *fœtus, qui adhuc in matris utero latet, embryo.* Hesych. Βρέφος· ἔμβρυον, νήπιον. Schol. Homeri ad Iliad. XXIII. 266. (βρέφος ἡμίονον κυέουσαν) βρέφος, ὃ ἡμεῖς ἔμβρυον λέγομεν ἐν τῇ γαστρὶ ὄν. Apollodor. Bibl. III. 4. 3. ἑξαμηνιαῖον βρέφος — ἐνέῤῥαψε τῷ μηρῷ. Etiam Aquila usus est hac voce pro עוֹלְלִים Ps. VIII. 3. Sic legitur in N. T. Luc. I. 41. ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς fœtus, quem utero gestavit, veluti præ gaudio exultavit. ibid. v. 44. 2) *infans recens natus.* Luc. II. 12. εὑρήσετε βρέφος ἐσπαργανωμένον invenietis infantem fasciis involutum. ibid. v. 16. Act. VII. 10. τοῦ ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη αὐτῶν exponere infantes eorum. Etym. M. βρέφος· τὸ νεογνὸν παιδίον, κυρίως ἐπὶ ἀνθρώπου. 1 Macc. I. 61. 2 Macc. VI. 10. Eurip. Phœn. v. 821. Xenoph. Mem. II. 2. 5. Apud Græcos scriptores βρέφος tam de humana, quam de aliorum animalium sobole usurpatur, v. c. Ælian. V. H. I. 6. 3) non semper *infantem modo natum*, sed etiam *puerum, jam aliquantulum adultum*, notat, ut Latinum *infans*, quod de puero septem annorum in veteri lapide apud Gruterum p. 679. n. 7. legitur. Sic autem reperitur Luc. XVIII. 15. προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη. 2 Tim. III. 15. ἀπὸ βρέφους a puero, inde a prima tua juventute. Confer Aquilæ fragmenta ad Psalm. VIII. 3. Hesych. βρέφος· παῖς. 4) metaphorice: *qui nuper tantum institutus est in religione christiana, et admissus est ad sacra christianorum.* 1 Petr. II. 2. ὡς ἀρτιγέννητα βρέφη. Conf. supra ad ἀρτιγέννητος.

ΒΡΕ'ΧΩ, fut. βρέξω, 1) in universum: *rigo, madefacio, irrigo, quocunque modo hoc fiat*, unde ἡ βρέξις *humectatio.* Luc. VII. 38. ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι pedes ejus lacrymis madefecit. ibid. v. 44. Ps. VI. 6. ἐν δάκρυσίν μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω (Hebr. אַמְסֶה). Ies. XXXIV. 3. βραχήσεται τὰ ὄρη ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῶν, Hebr. נָמַסּוּ הָרִים מִדָּמָם Xenoph. de Re Equestri V. 6. καὶ τὸ προκόμιον δὲ χρὴ βρέχειν. Conf. Salmasii Exercitt. Plinian. p. 588 seq. Plutarch. T. I. Opp. p. 125. Reisk. 2) i. q. ὕω, *pluviam spargo, demitto*, seu *pluviæ instar demitto, pluo.* Matth. V. 45. βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους pluviam spargit super probos et improbos. Syrus: ܡܚܬ ܡܛܪܗ demittit pluviam suam. Luc. XVII. 29. ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ depluit ignis ac sulphur de cœlo, ubi subintelligenda est vox Θεὸς, seu Κύριος, coll. Genes. XIX. 24. II. 5. ubi Hebr. הִמְטִיר respondet, ne quis hoc verbum impersonaliter sumi credat. Jacob. V. 17. Apoc. XI. 6. ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετὸς ut non decideret pluvia. Xen. Œconom. 17. 2. Arriani Ep. I. 6. Phavor. Βρέχει οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων εἶπε ἐπὶ τοῦ ὑετοῦ, ἀλλὰ ὕειν. βρέχειν δὲ ἐπὶ τῶν ἀπαλυνομένων ὑπὸ τοῦ ὕδατος φασὶν κ. τ. λ. Idem tradit Phrynichus. Sed contrarium docuerunt Interprett. ad Thom. M. sub βρέχει p. 171.

ΒΡΟΝΤΗ', ῆς, ἡ, 1) *tonitru.* Joh. XII. 29. βροντὴν γεγονέναι tonitru editum esse. (Conf. Herodot. III. 86. Pindar. Pyth. IV. 350. et alia loca, quæ laudat Wetstenius N. T. T. I. p. 925) Apoc. IV. 5. VI. 1. VIII. 5. X. 3, 4. 2) metaphorice ita dicitur *facultas potenter dicendi, orationis efficacia, vis et potestas*, quæ ab Isocrate vocatur ἡ δεινότης ἡ ἐν τοῖς λόγοις, quemadmodum etiam verbum βροντᾷν (ut Latinum *tonare* apud Columel. de Re Rustica Præf. L. I. sect. 30. occurrit, "neque ille ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demostheni et Platoni") eleganter apud ipsos Græcos *facundis et disertis oratoribus* tribuitur, v. c. Dionys. Halic. L. XII. p. 505. Περικλέης οὐλύμπιος ἤστραπτεν, ἐβρόντα, συνεκύκα τὴν Ἑλλάδα. Aristoph. Achar. v. 530. coll. Cic. Orat. c. 9. Sic autem legitur in N. T. Marc. III. 17. ubi narratur, fratres Jacobum et Johannem υἱοὺς βροντῆς, h. e. βροντῶντας, a Jesu appellatos esse, quod facultate docendi orationisque potestate essent inprimis præstituri. Conf. de hoc loquendi usu Vorstii Philol. Sacram p. 478 seq. ed. recent. et Fischeri Prol. XXIX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 16 seq.

ΒΡΟΧΗ', ῆς, ἡ, proprie quidem significat *madefactionem* et *irrigandi actum*, deinde vero per metonymiam *illud ipsum, quod madefacit*, speciatim vero *imbrem, pluviam vehementem et densam, agmen aquarum cœlestium*, ut adeo ab ὑετὸς eodem modo differat, quo גֶּשֶׁם a מָטָר. (a præterito med. βέβροχα verbi βρέχω.) Bis autem in N. T. legitur. Matth. VII. 25, 27. καὶ κατέβη ἡ βροχὴ et delapsus est imber. In loco parallelo Luc. VI. 48. legitur: πλημμύρας δὲ γενομένης. Respondet Hebraico גֶּשֶׁם in vers. Alex. Psal. LXVIII. 10. CV. 32. et in Symmachi *reliquiis* Prov. XXV. 23. ubi Aquila ὄμβρος habet. Gloss. Vet. apud Labbæum: βροχὴ, *pluvia*.

ΒΡΟ'ΧΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie in universum *laqueus, qui ad capiendum et constringendum componitur et aptatur*, dicitur, v. c. *quo aves et feræ irretiuntur*, (conf. Potter. ad Lycophron. p. 145. Pollux Onom. V. c. 4. Herodot. VII. 212. unde Hebraico מוֹקֵשׁ in vers. Alex. Prov. VI. 5. XXII. 25. respondet) *quo quis suspenditur*, (Suid. τὸ τῆς ἀγχόνης σχοινίον. Etym. M. ἐπὶ τοῦ σχοινίου τοῦ περιτιθεμένου ἐν τῷ λαιμῷ.) *quo navis alligatur in littore et ancora firmatur*, (Etym. M. κυρίως δὲ βρόχος λέγεται, ὁ εἰς τὰς ἀγκύρας ἐνημμένος, καὶ τὰ ἀπόγεια σχοίνια διὰ τὸ βρέχεσθαι.) et *cujus usus erat in bellis et obsidionibus*. (cf. Kypke Observv. Sacr. T. II. p. 206 seq.) 2) metaphorice: *omnis vis, cum astutia conjuncta, quæ alicui infertur, et cum quis invitus ad rem aliquam agendam*

adstringitur. Sic semel in N. T. legitur 1 Cor. VII. 35. οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω non, ut jugum humeris vestris aut necessitatem imponam. Confer Potter. ad Lycophron. Cassandr. v. 405.

ΒΡΥΓΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, est per se *stridor, crepitus dentium, fremitus.* (a βέβρυγμαι, perf. pass. verbi βρύχω.) Interdum additur τῶν ὀδόντων, sed pleonastice. Suid. βρυγμός· τρισμὸς ὀδόντων. Hesych. Βρυγμός· ἀπὸ τοῦ βρύχειν, ὅ ἐστι τοῖς ὀδοῦσι πιέζοντα ψόφον ἀποτελεῖν, ὡς ἐν ῥίγει συμβαίνει. ἢ ἀκόνησις μύλων ἢ τρισμὸς ὀδόντων. Galenus: ὁ ἀπὸ τῶν ὀδόντων συγκρουομένων ψόφος. Conf. Fœsii Œcon. Hippocr. p. 80. In N. T. autem eo indicatur *summus invidiæ, doloris et indignationis gradus,* quem sentient in futura vita flagitiosi. Matth. VIII. 12. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Hæc formula (quæ etiam in descriptione summi terroris, in quo etiam strident dentes, quemadmodum frigore, v. c. apud Lucian. Jov. Trag. p. 225. Heliodor. V. p. 208. adhibetur) sæpius occurrit in N. T. v. c. Matth. XIII. 42, 50. XXII. 13. XXIV. 51. XXV. 30. Luc. XIII. 28. Confer Gatakeri Adversar. Miscell. c. 47. p. 917 seq.

ΒΡΥ'ΧΩ, fut. ύξω, *dentibus inter se collisis sonitum ac fremitum edo, frendeo, strideo dentibus,* estque proprie canum rabidorum, qui cum frendore stringunt dentes in obvios, interdum etiam leonum, (Suid. βρύχων τοὺς ὀδόντας ὁ λέων, coll. Prov. XIX. 12.) et nihil plane differt a voce βρύκω, quam Hesych. τρίζειν τοὺς ὀδόντας interpretatur. Alexandrini usurparunt pro Hebr. חָרַק Job. XVI. 9. Ps. XXXV. 16. Thren. II. 16. Cf. quæ de hac propria significatione Valkenar. ad Ammonium sub v. βρύχειν, Pierson. et Sallierius ad Mœridem p. 99 seq. et Interpp. ad Thom. M. sub βρύχειν p. 172. monuerunt. Metaphorice de *hominibus iracundis et furore in aliquem correptis* usurpatur, quia hi, præ ira dentibus collisis, strepere solent. Sic autem semel in N. T. legitur Act. VII. 54. ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτὸν et fremebant dentibus super ipsum, quæ est ipsa formula Hebraica חָרַק עָלַי בְּשִׁנָּיו, quæ Job. XVI. 9. legitur.

ΒΡΥ'Ω, fut. ύσω. Duplici notione sumitur: 1) intransitiva, *scateo, plenus sum, abundo, affluo, circumfluo,* in qua et cum genitivo construitur, v. c. apud Diog. Laërt. I. 122. φθειρῶν ἔβρυεν πᾶς, et cum ablativo, et apud Anacreontem Od. 58. βρύονται μίτραις πολυανθέμοις. Conf. Spanhem. ad Aristoph. Nub. v. 45. 2) transitiva: *produco, emitto, prodire facio,* unde mox de *floribus et fructibus, quos terra producit,* v. c. apud Xenoph. de Venat. V. 12. ὅταν δὲ ἡ γῆ βρύῃ, (Conf. Bod. a Stapel ad Theophr. Hist. Plant. p. 140.) mox de *fontibus, e quibus aqua ebullit,* dici solet. Eustath. ad Il. ρ. p. 1126. 42. Hinc per *scaturire* reddendum est Jacob. III. 11. μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; numquid idem fons ex eodem foramine scaturit dulcem et amaram aquam? Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. βρύει· ῥέει, πηγάζει, ἀναβλύζει, πηδᾷ. Idem: ἀνθεῖ, ἀνίησιν, αὔξεται.

ΒΡΩ͂ΜΑ, ατος, τὸ, 1) *cibi ac edulia, quidquid nutrit, alimentum.* (a βιβρώσκω s. βρώσκω *comedo.*) Matth. XIV. 15. ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς βρώματα ad coëmendum cibum. Marc. VII. 19. καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα, ubi tamen βρώματα *id, quod e cibis versum est in excrementa,* significare videtur. 1 Cor. X. 3. βρῶμα πνευματικὸν manna, cibus cœlestis. 2) *cibus solidior, alimentum corporis solidius,* στερεὰ τροφή, et metaphorice: *sublimior doctrina, perfectioribus tantum et intelligentioribus christianis tradenda.* Hanc vero significationem habet βρῶμα, quando τῷ γάλα opponitur. 1 Cor. III. 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα, scil. δέδωκα, aut simile quid, lacte vos potavi, nec cibum solidiorem vobis dedi, coll. v. 1. et Hebr. V. 12, 13, 14. 3) *certa ciborum et nutrimentorum genera, quorum usus interdictus erat lege Mosaica.* 1 Tim. IV. 3. ἀπέχεσθαι βρωμάτων, scil. κελευόντων, ubi sermo est de doctoribus judaizantibus. Hebr. IX. 10. XIII. 9. Sic βρώματα 1 Macc. I. 66. de εἰδωλοθύτοις usurpatum reperitur. 4) *comestio, ipse actus comedendi,* et speciatim *esus et usus ciborum prohibitorum lege Mosaica.* Rom. XIV. 15. εἰ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται si usus carnis, idolis oblatæ, fratrem tuum offendit; et paulo post ibidem: μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε. coll. v. 17, 20, 21. 1 Cor. VIII. 8 et 13. coll. v. 10. 5) metaphorice: *res, quæ animum oblectat, id, quo capimur, delectamur, quod summo cum studio agimus.* Joh. IV. 34. ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με in hoc unice incumbo et elaboro, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me. Sic Lactant. I. 1. 20. "Nullus suavior animo cibus est, quam cognitio veritatis."

ΒΡΩ'ΣΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *edulis, esculentus,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum) *qui comedi potest,* τὸ βρώσιμον *esculentum, cibus.* Luc. XXIV. 41. ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; num habetis hic aliquid edulii? Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt pro Hebr. מַאֲכָל Lev. XIX. 23. (ubi autem βρώσιμον *id quod cibum aut fructus esculentos suppeditat* notat, legitur enim ibi ξύλον βρώσιμον, pro quo Philo in libro περὶ φυτουργ. ξύλον βρώσεως habet.) Ezech. XLVII. 12. Etym. M. 571. 44.

ΒΡΩ͂ΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *esus,* seu *actus comedendi.* 1 Cor. VIII. 4. περὶ δὲ τῆς βρώσεως τῶν εἰδωλοθύτων quod vero ad usum carnium, ex victimis idolorum residuarum, attinet. 2 Cor. IX. 10. ὁ ἐπιχορηγῶν ἄρτον εἰς βρῶσιν. Rom. XIV. 17. οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις in ecclesia christiana non spectatur hoc, utrum discrimen ciborum facias nec ne. De *usu ciborum, lege Mosaica prohibitorum,* legitur Coloss. II. 16. μή τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει. Xenoph. Mem. I. 3. 15. 2) *cibus, edulium,* et *omne, quod nutrit,* i. q. βρῶμα, cum quo permutatur Joh. IV. 32. coll. v. 34. Sic autem legitur in N. T. Joh. VI. 27. τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην. Hebr. XII. 16. ἀντὶ βρώσεως μιᾶς pro edulio uno. Polyb. XII. 3. 10. Homer. Odyss. X. 176. ὄφρ' ἐν νηῒ θοῇ βρῶσίς τε πόσις τε. In vers. Alex. pro Hebr. אֹכֶל Genes. XLVII. 24. מַאֲכָל Genes. II. 9. III. 6. et aliis, idem significantibus vocabulis, ponitur. Conf. Interpp. ad Thom. M. sub βρώματα. 3) metaphorice: *res, quæ animum oblectat, desiderio animi humani omni ex parte satisfacit, adeoque,* ex adjuncto, *omni cum studio appetitur et tractatur, occupatio, bonum, commodum.* Joh. IV. 32. ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε aliam occupationem in præsenti habeo, aliud mihi agendum est, quod vos ignoratis, coll. v. 34. Joh. VI. 27. τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, h. e. bona et commoda, quæ perpetuo durant, et hominibus contingunt per religionem christianam. ibid. v. 55. ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις doctrina mea desideriis animi humani omni ex parte satisfacit, omnis generis cog-

nitionem et felicitatem suppeditat. 4) *erosio, arrosio, corruptio,* etiam *res ipsa arrodens,* et speciatim ita dicitur *rubigo, ærugo,* ἰὸς, *vitium metallorum,* et speciatim *vitium auri et argenti, ab humore et situ contractum.* Gloss. Vet. apud Labbæum: βρῶσις, ἡ σῆψις, *tiniara, robigo.* Matth. VI. 19, 20. σὴς καὶ βρῶσις nec tinea nec ærugo. Et in hoc sensu respondet Hebr. אָכַל Malach. III. 11. quod de omni dicitur, quod aliquid perdit atque consumit. Ipse Aquila vocabulo βρῶσις Ies. L. 9. pro Hebraico עָשׁ *tinea* usus est, uti est in fragmentis vett. Intt. a Drusio ac Montfauconio collectis. Sed L. Bos in sua V. T. Græci editione edidit βρωτήρ. Eodem modo etiam βρῶμα usurpatur in Epist. Jerem. v. 9. ubi de gentium diis dicitur: οὗτοι δὲ οὐ διασώζονται ἀπὸ ἰοῦ καὶ βρωμάτων. Scultetus in Exc. Evang. II. c 35. et Casaubonus σὴς καὶ βρῶσις in Matth. l. l. non esse duas diversas species, sed per Hendiadyn explicandum judicat, ut sit idem quod σὴς βρώσκουσα. unde vestimenta σητόβρωτα apud Jacobum V. 2. Conf. etiam Lud. de Dieu Crit. S. p. 328.

ΒΡΩ'ΣΚΩ, i. q. ΒΙΒΡΩ'ΣΚΩ, fut. βρώσω *edo, comedo.* Legitur in N. T. semel Joh. VI. 13. ἃ ἐπερίσσευσεν τοῖς βεβρωκόσιν quæ superfuerunt illis, qui comederant. 2 Maccab. II. 12. Conf. Biel. Thess. Philol. s. h. v. Gloss. Vet. apud Labbæum: βρώσκω, *voro.*

ΒΥΘΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *mergo, demergo, in profundum abjicio,* et speciatim de *aquis et fluctibus* dicitur, *quibus aliquis submergitur et obruitur.* Hesych. βυθίζων· ποντίζων ἐν βυθῷ. Luc. V. 7. ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά, ubi sermo est de navigiis, piscibus adeo repletis, ut mergi inciperent. Syrus bene: ܐܝܟ ܕܩܪܝܒܝܢ ܗܘܘ ܠܡܛܒܥ *ut propinquæ essent submergi* s. *submersioni.* 2 Macc. XII. 4. ἐπαναχθέντας αὐτοὺς ἐβύθισαν. Polyb. II. 10. 5. XVI. 8. 2. 2) metaphorice de *rebus* usurpatur, *quibus aliquis in exitium et miseriam præcipitatur, conjicio, adduco, præcipito, demergo.* 1 Tim. VI. 9. ubi sermo est de perversis cupiditatibus, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν quæ demergunt hominem in interitum et perniciem. Eodem modo verbo καταβυθίζειν de *affectibus, qui in summam et irreparabilem demergunt miseriam,* usus est Longinus de Sublim. § 44. 6. et voce καταποντίζειν Aqu. Job. II. 3. Confer Bergler. ad Alciphr. I. Ep. 13. p. 53.

ΒΥΘΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) in universum: *omnis imu pars alicujus rei, fundus.* Xenoph. Œcon. XIX. 11. 2) ita ut omissum sit θαλάσσης, *fundus maris, profundum maris,* τὸ ἄφατον βάθος, ut Etymologici M. auctor interpretatur, (Artemidor. IV. 55. Diodor. Sic. III. 21. Ælian. H. A. VIII. 7.) et deinde *ipsum mare, mare altum.* Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. XI. 25. ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, qui locus, ut recte jam vidit Theodoretus atque auctor versionis Syriacæ, explicandus est de scapha dissoluta, seu tabula, in qua Paulus post naufragium totam diem noctemque, huc ac illuc a fluctibus agitatus, transegit et in alto mari natavit. Chrysost. Homil. XXV. in h. l. p. 727. νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα, ὁ μὲν ἐν μέσῳ πελάγει φασίν, οἱ δὲ ὡς νηχόμενος, ὅπερ καὶ ἀληθέστερον εἰπεῖν. In hac autem significatione, ut nempe *ipsum mare, mare altum* indicet, non solum βυθὸς apud Græcos reperitur, v. c. Theocrit. Idyll. XI. v. 62. Ælian. Hist. Anim. VIII. 7. sed etiam ipsum Hebraicum מְצוּלָה cui βυθὸς in vers. Alex. respondet, legitur Ps. CVII. 24. Vide etiam LXX Exod. XV. 5. Psalm. LXVII. 23. Similiter Latini *Profundum* pro *Mare* dixerunt, v. c. Lucanus Pharsal. II. v. 680. "profundi ora videns." et *altum* elliptice ponitur pro *altum mare.* Confer Servium ad Virg. Æn. I. 3.

ΒΥΡΣΕΥ'Σ, έως, ὁ, *coriarius, qui coria parat et concinnat,* qui animalium cæsorum pelles subigendo molliendoque ad multiplicem in re domestica, militari ac navali usum præparare solet, qui ὁ τὰς βύρσας θεραπεύων, (ut loquitur Suidas T. I. p. 460.) βυρσοδέψης (Vid. Etym. M. s. h. v.) et σκυτοδέψης (Suidas T. III. p. 342.) vocatur, a βύρσα, *corium, pellis,* i. q. δέρμα, quod legitur Job. XVI. 15. pro גֶּלֶד *cutis, pellis,* in vers. Alexandrini. Ter legitur in N. T. Act. IX. 43. παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ. Act. X. 6. 32. Conf. I. E. I. Walchii D. de Simone Coriario. in Ej. Diss. in Act. Ap. Vol. II. Thom. M. βυρσοδέψης, οὐ βυρσεύς, ad quem locum conf. Interpretes.

ΒΥ'ΣΣΙΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *byssinus, ex bysso confectus et contextus,* a βύσσος, quod vide. Legitur Apoc. XVIII. 16. ἡ περιβεβλημένη βύσσινον καὶ πορφυροῦν (sc. ἔνδυμα s. ἱμάτιον, quod sæpe omittitur,) quæ amicta erat vestibus byssinis et purpureis. ibid. XIX. 8. ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν. v. 14. ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καὶ καθαρόν. Phavor. βύσσινον· κόκκινον. Hesych. βύσσινον· πορφυροῦν. In vers. Alex. respondet τῷ שֵׁשׁ Genes. XLI. 42. et בּוּץ 1 Chron. XV. 27. Adde Plutarch. T. VI. Opp. p. 380 et 664. ed. Reisk.

ΒΥ'ΣΣΟΣ, ου, ἡ, *byssus, species lini Ægyptiaci, optimi, tenuissimi, mollissimi et candidissimi,* quod Hebraice שֵׁשׁ Exod. XXVIII. 39. Ezech. XVI. 13. בּוּץ, a quo *byssus* derivatur, 2 Chron. V. 12. etiam בַּד 1 Chron. XV. 27. vocatur. Confer Faber ad Harmari Obss. in Orient. T. II. p. 378. A Persico et Arab. بز *linum* derivat Relandus de Vet. Lingua Persica § 5. Crescebat *byssus* illa, de qua scriptores sacri loquuntur, in Ægypto, prope urbem, *Sembat* dictam, et differt ab ea, quam exteri scriptores commemorant circa *Elidem,* Achaiæ urbem, e planta colligi. Copiose et accurate eam descripsit Pollux Onom. VII. c. 17. sect. 75. ἡ βύσσος λίνου τι εἶδος παρ' Ἰνδοῖς. ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ἔριον γίγνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λίνου ἂν τις μᾶλλον φαίη προσεοικέναι, πλὴν τοῦ πάχους. Ἔτι γὰρ παχύτερος τῷ δένδρῳ καρπὸς ἐπιφύεται, καρύῳ μάλιστα προσεοικώς, τριπλῷ τὴν διάφυσιν. Ἧς διαστάσης, ἐπειδὰν αὐανθῇ τὸ ὥσπερ κάρυον, ἔνδοθεν ἐξαιρεῖται τὸ ὥσπερ ἔριον, ἀφ' οὗ κρόκη γίγνεται. Τὸν δὲ στήμονα ὑφιστᾶσι αὐτῷ λινοῦν. Adde Philostrat. Vita Apollon. II. c. 20. Alba quidem erat byssus, sed apud veteres frequenter purpureo colore inficiebatur, unde Hesych. βύσσινα· πορφυρᾶ. In N. T. bis legitur. Luc. XVI. 19. Apoc. XVIII. 12. Confer Salmasii Exercitt. Plin. p. 701 seq. H. Reland. Diss. Miscell. P. I. p. 212. Ol. Celsii Hierob. T. II. p. 169. et J. R. Forsteri L. de Bysso Antiqu. Hebr. Lond. 1776. 8.

ΒΩΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, proprie in universum *omnis locus editior* dictus videtur, *ad quem gradatim ascenditur.* Suid. βωμός· τόπος ἀνάβασιν ἔχων. speciatim vero ita dicebatur *ara, altare,* quia altaria in locis editiori-

bus erecta erant. (a *βάω*, seu *βαίνω* *ascendo.*) Semel in N. T. legitur Act. XVII. 23. Etym. M. *βωμός· τίμενος ἱερὸν, ὅπου θύουσι τοῖς θεοῖς, παρὰ τὸ βῶ, τὸ βαίνω. παρὰ τὸ βαίνειν τὸ αἷμα ἐν αὐτῷ.* C. Vitringa in Comm. in Ies. T. I. p. 491. derivat a בָּמָה *excelsum*, quod excelsæ essent aræ, unde *altare* ab altus. Sed suspectas habeo Græcarum vocum ex lingua Hebræa derivationes, quoties ipsa Græca commodas suppeditat.

Γ

ΓΑΒΑΘΑ͂ et ΓΑΒΒΑΘΑ͂, ἡ. *Gabbatha.* Est nomen Syro-Chaldaicum *loci editioris*, seu *suggestus, lapidibus marmoreis strati, Hierosolymæ, ubi tribunal Pilati fuit, et ex quo concionem militum et civium ex more prætorum aliorumque magistratuum Romanorum alloqui solebat*, (conf. Tacit. Annal. I. c. 18. s. 2.) a radice גָּבָה *elevari, excelsum esse.* Semel memoratur in N. T. Joh. XIX. 13. *καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον, λεγόμενον λιθόστρωτον, Ἑβραϊστὶ δὲ* Γαββαθᾶ (aut secundum nonnullos codices Γαβαθᾶ) et pro tribunali sedit in loco, qui dicebatur *λιθόστρωτον*, Hebraice Gabbatha. Syrus usus est voce ܦܣܩܬܐ (quod *septum*, seu *peribolum*, notat, *quo ædificiorum tecta plana in Palæstina cingebantur, ne quis decideret*) pro Γαββαθᾶ, quod *pavimentum illud elatum septum esset et clausum*, ut Tremellius recte monuit. Vide infra ad *λιθόστρωτον* et Possini Spicileg. Evangel. s. 35.

ΓΑΒΡΙΗ'Λ, ὁ. *Gabriel.* Nomen angeli Hebraicum indeclinabile גַּבְרִיאֵל, compositum ex אֵל *Deus*, et גֶּבֶר *vir*, ut idem sit, ac *vir Dei*, h. e. *angelus, minister Dei*, et illud י sit paragogicum, ut in מַלְכִּי צֶדֶק. Memoratur non solum Dan. VIII. 16. IX. 21. sed etiam Luc. I. 19, 26. ubi *ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*, et *ἄγγελος* vocatur, et a Deo ablegatus fuisse narratur tum ad Zachariam, tum ad Mariam virginem. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 649.

ΓΑ'ΓΓΡΑΙΝΑ, ης, ἡ, *gangræna.* Descendit a *γράω* vel *γραίνω* *arrodo, depascor*, et *ἄγαν* *valde*, et significat *morbum, quo pars quædam corporis, laborans vi inflammationis, ita emortua est et corrupta, ut, nisi medela opportune adferatur, malum, latius indies serpens, reliquas simul corporis partes in doloris trahat consortium, ossaque tandem carie arrodens totum in perniciem tradat corpus*, der kalte brand, der heinfrass, *inflammation, gangrene.* Confer Celsum de Re Medic. V. 26. s. 31. Paul. Æginet. IV. 29. et Fœsii Œconom. Hippocrat. p. 81. Vulgo *γάγγραινα* de *cancro*, præeunte Syro, Vulgato et Luthero, explicatur; sed *cancer*, seu *carcinoma*, *καρκίνος* Græcis dicitur. Semel autem legitur in N. T. 2 Tim. II. 17. *καὶ ὁ λόγος αὐτῶν, ὡς γάγγραινα, νομὴν ἕξει* et doctrina eorum, ut gangræna, sui veneni vim longius diffundit, seu, latius serpit et depascit, ad quem locum Theophylactus: *νόσημά ἐστι σηπεδόνας ἐργαζόμενον καὶ τὰ κύκλῳ ἐπινεμόμενον.* Hesych. *φαγέδαινα, οἱ δὲ καρκίνος, πολυδιάχυτον ἐν τῷ σώματι πάθος.* Etym. M. *πάθος διαβρωτικὸν σαρκῶν.* Alberti Gloss. N. T. p. 164. *ὡς γάγγραινα· εἶδος πάθους*, ubi omissa suspicor verba: *ὃ ἀπὸ μέρους ἐφ' ὅλον τὸ σῶμα χωρεῖ*, quæ in Lex. MS. ad 2 Tim. II. 17. leguntur. Confer etiam Wakefield. in Silva Critica P. III. p. 154 seq. Valckenarii Anim. ad Ammon. III. 17. p. 225. et Plutarch. de Adulat. et Amici Discr. T. VI. Opp. p. 240. ed. Reisk., ubi *γάγγραινα* metaphorice de sermonibus adulatorum adhibetur.

ΓΑ'Δ, ὁ. *Gad.* Nomen Hebraicum *ἄκλιτον filii septimi Jacobi ex Zilpa, ancilla Leæ, suscepti*, (a גַּד *turma*, quia Lea, isto nato, se quasi turmam et exercitum filiorum nactam esse, putabat. Gen. XIII. 11.) quod semel in N. T. legitur Apoc. VII. 5. *ἐκ φυλῆς Γάδ.* In Cod. Coislin. CXIX. apud Albertum Gloss. Gr. N. T. exponitur pro *πειρασμός*.

ΓΑΔΑΡΗΝΟ'Σ, οῦ, ὁ. *Gadurenus.* Est nomen gentile, quod in N. T. occurrit Marc. V. 1. ubi Christus venisse dicitur *εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν*, ubi quædam exemplaria habent Γεργεσηνῶν, alia Γερασηνῶν. Conf. I. I. Griesbachii Comment. Crit. in textum Gr. N. T. P. I. p. 90 seq. Luc. VIII. 26. ubi *regio Gadarenorum* dicitur esse *ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας*, et ibidem v. 36. *Regio Gadarenorum*, quam Joseph. de B. J. III. c. 3. 1. Γαδαρίδα vocat, nomen accepit ab urbe *Gadara*, quæ fuit urbs Græcanica, *πόλις Ἑλληνίς*, (ut eam vocat Joseph. A. J. XVII. 11. 4.) olim Judaica, sed a Pompeio Judæis ademta, sita ad ortum lacus Tiberiadis, in regione Decapolitana (teste Plin. H. N. V. 18.) et metropolis totius Peræœ, h. e. totius regionis transjordanicæ, (Joseph. B. J. IV 8. 3. eam *μητρόπολιν τῆς Περαίας καρτερὰν* vocat) et distabat a Tiberiade stadiis sexaginta, et ab urbe *Gergessa*, aliis *Gerasa* dicta, duabus leucis, interfluente fluvio Hieromace. Eusebius Onom. *Γάδαρα πόλις ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην ἀντικρὺ Σκυθοπόλεως καὶ Τιβεριάδος πρὸς ἀνατολαῖς ἐν τῷ ὄρει.* Hieron. Erat urbs Gadara trans Jordanem contra Scythopolim et Tiberiadem ad orientalem plagam sita in monte. Vid. Reland. Palæstinam Lib. III. pag. 774. Is. Casaubonum Exercitt. Antibar. XIII. 34. p. m. 267 seq. et Macknighti Comm. Harm. in IV Evang. T. II. p. 273. ed. Ruckersfeld.

ΓΑ'ΖΑ, ης, ἡ. *Gaza.* Vox origine Persica, quæ et *ærarium* et *thesaurum, opes atque divitias*, et *κατ' ἐξοχὴν pecuniam regiam, thesaurum e tributis, quæ regi pendebantur, collectum, et omnia ejus pretiosa* significat. Hesych. *Γάζα· παρὰ Πέρσαις βασίλειον* (scil. *θησαυροφυλάκιον*) *ἢ οἱ ἐκ τῶν πολλῶν φερόμενοι φόροι ἢ τὰ τίμια.* Curtius III. c. 13. s. 5. "pecuniam regiam, quam Persæ *Gazam* vocant." Pompon. Mela I. cap. 11. "Cæterum in Palæstina est ingens et munita admodum *Gaza ; sic Persæ ærarium vocant.*" Idem tradit Hieronymus ad Ies. XXXIX. Successu tamen temporis vox ista non solum Græca, sed etiam Latina civitate donata est, adeo, ut usurpata reperiatur ab ipso Cic. de Offic. II. 22. ubi Macedonum gaza commemoratur. Inprimis autem ea usi reperiuntur Alexandrini non solum

pro Hebraico גְּנַז et Chaldaico גְּנַז vel גִּנְזַיָּא Esra V. 17. VI. 1. VII. 20. Esther. III. 9. sed etiam pro Chaldaica גִּזַּבְרַיָּא *præfectus ærarii,* Esra VII. 21. et Ies. XXXIX. 2. ubi ei nihil in Hebraico respondet. Aristoteles Hist. Plantar. VIII. c. 11. τὰ ἱμάτια καὶ τὴν ἄλλην γάζαν κὁπτεσθαι. Semel etiam legitur in N. T. Act. VIII. 27. de dynasta regis Candaces, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς qui erat præfectus universæ gazæ illius, seu, thesaurarius illius. Suid. γάζα· καὶ γαζοφυλάκιον, Θησαυροφυλάκιον. γάζα γὰρ θησαυρός. Plura de hac voce vide apud Brisson. de Regno Pers. I. § 181. Reland. Diss. Miscell. P. II. p. 184. et Indicem Curtii in edit. Snakenburgii.

ΓΑ'ΖΑ, ης, ἡ. *Gaza.* Est nomen Hebraicum urbis, quæ fuit una ex quinque urbibus Philistæorum, (1 Sam. VI. 17.) olim tribui Judæ sorte assignata. (Jos. XIII. 3.) Urbs fuit admodum munita, (unde Hebraice עַזָּה, h. e. *valida, robusta,* dicitur) sita in colle versus fines terræ Israëliticæ australes, (Genes. X. 19.) ultima tendentibus in Ægyptum, viginti stadiis a mari et undecim milliaribus ab Hierosolyma distans. Hanc *Alexander Macedo,* cum sub potestate Ægyptiorum erat, devastavit et post eum *Alexander,* dictus *Jannæus,* rex Judæorum. Unde a Luca Act. VIII. 26. vocatur ἡ ἔρημος deserta et devastata, quamquam alii, (v. c. Casaubonus, Hofmannus Lexic. Univers. s. h. v. p. 686., Eras. Schmidius, Beza et le Moyne ad Varia Sacra pag. 461.), ducti potissimum auctoritate Syri interpretis, vocem ἔρημος non ad urbem Gazam, sed ad viam, Philippo illuc tendenti terendam, (quæ secundum Strabonem Lib. XVI. ob intercurrentes Casii montis solitudines non admodum trita erat,) referant, refutati satis ab H. Relando in Palæstina III. p. 787. et Wesselingio ad Antonin. Itinerar. p. 151. Postea hæc urbs instaurata est cum multis aliis a Gabinio, tradente Josepho A. J. XIV. 5. 3. donata ab Augusto Herodi M. eoque mortuo Syriæ adjecta, ut docuit ex Josepho Krebsius in Observv. Flav. p. 205 seq. Vid. et Wetstenii N. T. T. II. p. 506.

ΓΑΖΟΦΥΛΑ'ΚΙΟΝ, ου, τὸ, *gazophylacium.* In universum 1) est *ærarium,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum) *thesauri conditorium, locus, ubi pecuniæ et alia pretiosa deponi et asservari solent,* ex γάζα et φυλακὴ, Esth. III. 9. Hesych. γαζοφυλάκιον· Θησαυροφυλάκιον, βαλάντιον, σκευοφυλάκιον. Idem Suidas tradit. Γαζοφύλαξ, *custos thesauri,* legitur apud Plutarch. T. IX. Opp. p. 274. Reisk. Speciatim ita dicitur *ærarium sacrum, locus, in quo custodiebantur et asservabantur munera sacra, quibus templum ornaretur, aliique sumtus sustinerentur.* Fuerunt autem in atrio mulierum positæ arcæ tredecim numero, quas Talmudistæ vocant שׁוֹפָרוֹת ob figuram tubis non dissimilem, quibus indebatur pecunia, quæ in usum templi et pauperum sustentationem ultro conferebatur a populo, de quibus eleganter exposuit H. Reland. in libro: de Spoliis templi Hierosolym. c. XII. Has autem communi nomine τὸ γαζοφυλάκιον dictas esse tempore Christi, apparet e locis Marc. XII. 41. βάλλει χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. ibid. v. 43. πλεῖον πάντων βέβληκε τῶν βαλόντων εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. Luc. XXI. 1. τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. 3) *atrium mulierum,* seu *pars templi circa occasum, in qua non solum positæ erant cistæ tredecim, quibus indebatur pecunia sacra, sed etiam cimelia templi, vasa aurea et argentea asservabantur,* Hebraice dicta לִשְׁכָּה Nehem. XIII. 5. Hinc lucem fœneratur locus Joh. VIII. 20. ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ hos sermones fecit Jesus in atrio mulierum, ad quem conf. Lampe in Comm. T. II. p. 398.

ΓΑ'ΙΟΣ, ου, ὁ. *Gaius* vel *Caius.* Nomen proprium viri Latinum. Trium autem Caiorum fit mentio in N. T. libris. Unius *Derbensis,* Act. XX. 4. καὶ Γάϊος Δερβαῖος, qui fuit comes Pauli, in Asiam tendentis; alterius *Macedonis,* Act. XIX. 19. Γάϊον καὶ Ἀρίσταρχον Μακεδόνας, qui ibidem συνέκδημος τοῦ Παύλου comes Pauli vocatur; tertii *Corinthii,* hospitis Pauli, cum Corinthi versaretur, in cujus ædibus christiani convenire solebant. Rom. XVI. 23. Γάϊος ὁ ξένος μου καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης, a Paulo baptizatus, 1 Cor. I. 15. cui etiam Johannes tertiam suam epistolam inscripsisse videtur. 3 Joh. ver. 1. Sæpius in N. T. non reperitur.

ΓΑ'ΛΑ, ακτος, τὸ, 1) propriè: *lac, nutrimentum infantum, succus maternus, quo animalia nutriuntur.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. IX. 7. καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει et lacte gregis non utitur. 2) metaphorice: *præcepta prima et facilia, elementa alicujus doctrinæ et scientiæ,* et speciatim *prima elementa doctrinæ christianæ, rudibus et indoctis destinata,* ex usu loquendi Judæorum, qui tirones et rudes, elementis religionis Judaicæ adhuc operam dantes, partim תִּינוֹקוֹת *sugentes,* partim קָטוֹן שֶׁנּוֹלַד appellare solebant. Conf. Schœttgen. Hor. Hebr. et Talmud. ad 1 Petr. II. 2. Sic autem extat 1 Cor. III. 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα tradidi vobis elementa doctrinæ christianæ, non doctrinam sublimiorem. Hebr. V. 12. τὸ γάλα non solum opponitur τῇ στερεᾷ τροφῇ, sed etiam cum formula: τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ permutatur, et ibid. v. 13. ὁ μετέχων γάλακτος dicitur esse ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης. 1 Petr. II. 2. ipsa doctrina christiana pura ac integra, quippe qua animi haud secus ac infantes lacte nutriuntur, τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα vocatur. In Alberti Gloss. N. T. p. 121. γάλα per διδασκαλίαν ἐλαφρὰν exponitur.

ΓΑΛΑ'ΤΗΣ, ου, ὁ. *Galata, incola Galatiæ.* ΓΑΛΑ'ΤΑΙ, ῶν, οἱ, *Galatæ,* seu *Gallo-Græci,* nomen gentis, interjectæ inter Bithynos et Paphlagones et Phryges et Cappadoces, quæ nomen suum nacta est a Gallis, qui, duce *Brenno,* e patria egressi, in parte Phrygiæ consederant. Cf. Liv. XXXVIII. 16. Florus II. 11. et Cellarii Geograph. Plen. III. c. 4. Galat. III. 1. ὦ ἀνόητοι Γαλάται O imprudentes Galatæ! ubi tantum sermo est de christianis, Galatiæ incolis, qui falsorum doctorum opinionum levitate turbari se passi fuerant, ut adeo male hæc reprehensio Pauli ad ingenium gentis universæ referatur, quæ φῦλον ἄφρον dicitur Callimacho Hymn. in Delum v. 34. ubi vid. notas Ezech. Spanhemii.

ΓΑΛΑΤΙ'Α, ας, ἡ. *Galatia,* seu *Gallo-Græcia.* Ea vero dicitur Asiæ minoris aut potius Natoliæ pars, quæ ab ortu Pontum et Cappadociam, ab occasu Phrygiam et Bithyniam, a meridie Lycaoniam, a septentrione Paphlagoniam terminos habuit. Nomen accepit a Gallis, Brenno duce ex Italia post incensam Romam huc transgressis, in auxilium quippe vocatis a rege Bithyniæ Nicomede; unde, quia Gallis Græca gens mixta eam incoluit, dicebatur etiam *Gallo-Græcia* et *Græco-Gallia.* Antea enim ejus

incolæ fuerunt *Phryges* et *Paphlagones*. Imperante Cæsare Augusto A. U. C. 729. ante C. 26. in provinciæ Romanæ formam redacta, a proprætore gubernabatur, et sub Theodosio distincta est in primam et secundam. Insignis fuit Galatia non solum soli fertilitate et ubertate et mercaturæ studio, teste *Strabone* et *Stephano* sub voce *Phrygia*, sed etiam coloniis plurium gentium, quæ ibi concesserant, in quibus etiam Judæi fuerunt haud pauci, Galat. V. 1. quorum æque ac gentilium ibi versantium plures a Paulo ad christianam religionem conversi fuerunt, quibus epistolam scripsit, quæ adhuc extat, qua, ne doctoribus Judaicis corrumpi se paterentur, cavere studuit. 1 Cor. XVI. 1. Galat. I. 2. 2 Tim. IV. 10. 1 Petr. I. 1. Conf. Hofmann. Diss. de Galatia Antiqua, Lips. 1726. 4. et G. Wernsdorf. Librum singularem de republica Galatarum, Norimb. 1743. 4.

ΓΑΛΑΤΙΚΟ'Σ, ὁ, ἡ, τό. *Galaticus, ad Galatiam pertinens*. (a præced.) Bis legitur in N. T. Act. XVI. 6. διελθόντες δὲ τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν Phrygiam et Gallo-Græciam peragrantes. ibid. XVIII. 23. διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν.

ΓΑΛΗ'ΝΗ, ης, ἡ. *serenitas, tranquillitas maris, quum maris fluctus compositi sunt et quiescunt, nec ulla aura moventur*, quam Cæsar de B. G. III. 15. V. 23. *malaciam* et *tranquillitatem* vocat, et hoc modo differt a νηνεμίᾳ, quod de *serenitate aëris* dicitur. Homer. Iliad. V. v. 523. Odyss. X. 94. Legitur autem ter in Nov. Test. Matth. VIII. 26. καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη et magna tranquillitas insequebatur. Marc. IV. 39. Luc. VIII. 24. Xenoph. Anab. V. 7. 5. Coluth. Rapt. Helen. v. 222 et 353. Mosch. Idyll. V. 3. Legitur etiam in Symmachi reliquiis Ps. CVII. (CVI.) 29. ubi τῷ דְּמָמָה respondet. Etym. M. sub. γάλα: γαλήνη· ἡ πραεῖα καὶ ἐφεσταμένη θάλασσα. Hesych. γαληνόν· ἥσυχον, ἱλαρὸν, εὔδιον.

ΓΑΛΙΛΑΙ'Α, ας, ἡ. *Galilæa*. Nomen Hebraicum (גְּלִילָה *tractus terræ*, Ezech. XLVII. 8. deinde nomen regionis, quæ postea *Galilæa* dicta est, 2 Reg. XV. 29.) regionis Palæstinæ septentrionalis, a Syrorum finibus inter Jordanem et mare Mediterraneum ultra lacum Genesareth productæ, quæ a septentrione montem Libanum, ab oriente Jordanem, a meridie Samariam, ab occidente mare Mediterraneum terminos habet. Distribuitur in Galilæam superiorem et inferiorem, τὴν ἄνω καὶ τὴν κάτω, auctore Joseph. de B. J. III. 3. 1. *Galilæa superior* ita dicta, quod montibus abundabat, judice Lightfooto Hor. Hebr. et Talmud. p. 919. et a Matthæo IV. 15. Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν appellatur, vel, quod esset finitima Tyriis et Sidoniis, et aliis gentibus cincta et confinis, (Joseph. B. J. III. 3. τοσούτοις ἔθνεσιν ἀλλοφύλοις κεκυκλωμένη.) vel, quod eam incolerent gentes variæ, Phœnices, Arabes, Syri, etc. (Strabone enim teste Lib. XVI. p. 1103. Galilæa inhabitata erat ὑπὸ φυλῶν μικτῶν, ἔκ τε Αἰγυπτίων ἐθνῶν, καὶ Ἀραβίων καὶ Φοινίκων.) Confer Grotium ad Matth. IV. 15. Incipit a finibus Tyriorum et Sidoniorum et usque ad Jordanis fontes procurrit. *Galilæa inferior*, quæ sic dicitur, quia plana magis fuit et campestris, haud raro *Galilæa* simpliciter vocata, Marc. I. 9. Luc. II. 39. IV. 14. complectebatur potissimum terras tribuum Issachar et Sabulon et partem Naphthali ad mare Galilææ sitam, urbesque Nazareth, Cana, Capernaum et alias. Alii distinguunt inter Galilæam cis Jordanem, quæ est Galilæa proprie sic dicta, et inter Galilæam trans Jordanem, v. c. Lightfoot. in Hor. Hebr. et Talmud. p. 919. Joh. VII. 52. μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; an tu quoque es sectator illius Galilæi?

ΓΑΛΙΛΑΙ'ΟΣ, ὁ, ἡ, τό. *Galilæus, ad Galilæam pertinens, Galilæa oriundus*. Nomen gentile a præced. Luc. XXII. 59. XXIII. 6. Joh. IV. 45. Act. I. 11. II. 7. V. 37. Judæi reliqui Galilæos homines admodum stultos, ineptos et *rudes* esse credebant, unde non solum Jesus, quia, relicta patria ingrata, Nazaretha, Capernaumi habitavit, et in Galilæa inprimis docuerat et factis celeber factus fuerat, contemtus causa ὁ Γαλιλαῖος vocabatur a Judæis Matth. XXVI. 69. καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου et tu fuisti unus sectatorum Jesu illius Galilæi; sed etiam sequentibus sæculis christiani hoc nomine invidioso a Judæis pariter ac gentilibus insigniebantur; conf. Arrian. in Epictet. IV. c. 7. Julian. Ep. VII et IX. Utebantur præterea Galilæi dialecto, quæ erat ipsis propria et facilis cognitu, barbara, impolita, litteras distinctas confundens, voces diversas inconcinne jungens, vocibus peculiaribus, in Judæa inusitatis, utens, et toto cœlo a dialecto Hierosolymitana discrepans, ut verbis utar Buxtorfii in Lex. Talmud. sub גְּלִיל p. 435 seq. ut adeo non mirum fuerit, Petrum fuisse sermone suo proditum et pro Galilæo agnitum, ut Marcus narrat XIV. 70. καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. Commemorantur præterea in N. T. Luc. XIII. 1, 2. *Galilæi*, quos Pilatus inter sacrificandum occiderat, quos plerique statuunt fuisse sectatores Judæ Galilæi, de quo Act. V. 37. legitur. Non autem a duce, sed a gente et patria ita appellatos fuisse, e v. 2. constat, ubi cum reliquis Galilæis comparantur. Narrat autem Josephus, Galilæos fuisse homines inprimis seditiosos, et haud raro in ipso templo (ut Wetsten. ad h. l. docuit) occasione festorum dierum tumultuatos esse.

ΓΑΛΛΙ'ΩΝ, ωνος, ὁ. *Gallio*. Nomen proprium viri, qui Act. XVIII. 12, 14, 17. commemoratur. Fuit autem Proconsul Romanus Achaiæ, frater natu major Senecæ, cui in juventute nomen *Novatus* fuit, quod, cum in familiam *Julii Gallionis* per adoptionem transiret, cum Gallionis nomine permutavit. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 575.

ΓΑΜΑΛΙΗ'Λ, ὁ. *Gamaliel*. Nomen viri Hebraicum, quod Hebraice scribitur גַּמְלִיאֵל Num. I. 10. II. 20 ubi de filio Pedazuris, principis tribus Manasse, sermo est. Fuit autem Gamaliel, quem הַזָּקֵן Judæi vocant, nepos Hillelis, filius R. Simeonis, *Pharisæorum* sectæ addictus et legis doctor et Pauli magister, Act. V. 34. XXII. 3. qui præfuisse Synedrio, ultimis Tiberii, Caii, et primis Claudii annis, et obiisse XVIII annis ante excidium urbis dicitur, cujus cathedram R. Simeon, filius, postmodum capessivit. Magnum ejus fuit nomen inter Judæos. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 487.

ΓΑΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie est virorum et notat: *uxorem ducere, nuptias inire cum fœmina*, ut auctor est Pollux Onom. III. c. 45. καὶ γῆμαι μὲν ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς λέγεται, γήμασθαι δὲ ἐπὶ τῆς γυναικός. Construitur cum accusativo, apud Græcos non solum, v. c. Apollodor. Bibl. III. 5. 6. sed etiam in N. T.

Matth. V. 32. καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ. ibid. XIX. 9, 10. Marc. VI. 17. X. 11. Luc. XIV. 20. XX. 34, 35. ubi τῷ ἐκγαμίσκεσθαι opponitur 1 Cor. VII. 33. Eurip. Phœn. 7. 13. 53. Interdum tamen 2) etiam *fœminis* tribuitur et *nubere* significat. 1 Cor. VII. 28. καὶ ἐὰν γήμῃ (Xenoph. Hier. I. 28.) ἡ παρθένος, ibid. v. 34. ἡ δὲ γαμήσασα. 1 Tim. V. 11, 14. βούλομαι οὖν νεωτέρας (scil. χήρας) γαμεῖν volo viduas juvenes secundum inire matrimonium. Eurip. Phœn. v. 394. κακῶς δὲ γῆμαι πατέρα σόν. Interdum 3) γαμεῖν generaliter de *sponso et sponsa, nuptias inter se contrahentibus*, dicitur, et significat mox *matrimonium inire*, mox *matrimonio junctum esse*. 1 Cor. VII. 10. τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω iis vero, qui matrimonio juncti sunt, hanc legem scribo. ibid. v. 9. κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι melius est matrimonium inire, quam uri. — In scriptoribus Gr. γαμεῖσθαι et γαμεῖν interdum etiam *stuprum committere et admittere* notat, et γάμος *ipsum stuprum illatum et admissum* haud raro significat, ut multis exemplis veterum post Scholiasten Aristoph. in Plutum v. 1082. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Del. v. 38 et 240. et Barnes. ad Anacreont. Od. LII. docuerunt. Sed nollem ex hac notione explicare loca Matth. XXIV. 37, 38. et Marc. VI. 17. In priori enim loco partim verbum oppositum ἐκγαμίζοντες notionem *uxorem ducere* postulat, partim *securitas* describitur, *qua res hujus vitæ agebant Noachi coævi, nihil plane metuentes*. In posteriori loco de *conjugio* aperte sermo est: nam historia docet, Herodem Antipam Philippi fratris uxorem non pellicis loco habuisse, sed vere eam uxorem duxisse. — Thom. M. p. 177. οὐ μόνον ἄγεται γυναῖκα, ἀλλὰ καὶ γαμεῖ. γαμεῖ τις ἀμεταβάτως, ἀντὶ τοῦ γάμον ἔχει, τουτέστι συνημμένος ἐστὶ γυναικί. καὶ γαμεῖ τήνδε μεταβατικῶς, ἀντὶ τοῦ εἰς γάμον λαμβάνει, ἢ λαβὼν ἔχει. ubi conf. Interpretes. 4) Passivum γαμέομαι, οῦμαι, de *fœminis* usurpatur, *matrimonio jungor, nubo*. Marc. X. 12. καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ et nupserit alteri. 1 Cor. VII. 39. ἐλευθέρα ἐστὶν ᾧ θέλει γαμηθῆναι licet ei, cui voluerit, nubere. Ælian. V. H. X. 2. ἡ γυνὴ ἡ νόμῳ γημαμένη αὐτῷ. Eurip. Phœn. v. 1700.

ΓΑΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *spondeo, nuptum do, matrimonio jungo*, idem quod γαμίσκω et ἐκγαμίζω. Omissum quidem est hoc verbum in omnibus fere Lexicis N. T. legitur tamen 1 Cor. VII. 38. ὥστε καὶ ὁ γαμίζων καλῶς ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ γαμίζων κρεῖσσον ποιεῖ. ubi quidem in aliis codicibus bis ἐκγαμίζων legitur, sed hanc lectionem rejiciendam h. l. esse, recte judicavit Griesbachius. Eadem lectionis varietas reperitur quoque Matth. XXII. 30.

ΓΑΜΙ'ΣΚΩ, idem quod ΓΑΜΙ'ΖΩ, *nuptum do, spondeo, matrimonio jungo*. Passivum γαμίσκομαι *elocor, matrimonio jungor*. Marc. XII. 23. οὔτε γαμίσκονται, (ubi alii codices ἐκγαμίσκονται, alii γαμίζονται, alii γαμίζουσι habent, e glossemate) neque nuptum dantur. Vide Etymol. M. 201. 30.

ΓΑ'ΜΟΣ, ου, ὁ, 1) *nuptiæ*, seu *festum nuptiale, nuptiarum solemnia*, et speciatim *convivium nuptiale*, quod etiam δεῖπνον τοῦ γάμου vocatur. Joh. II. 1. γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας nuptiæ celebrabantur Canæ in Galilæa. ibid. v. 2. ἐκλήθη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν γάμον invitatus erat Jesus ad istas nuptias. Huc etiam refero loca Apoc. XIX. 7. ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου, et ibid. v. 9. οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι, quanquam in utroque loco γάμος metaphorice *summam illam atque æternam felicitatem* significat, *qua post hanc vitam veri christiani, cum Christo arctissime conjuncti, fruentur*. Genes. XXIX. 22. 1 Macc. X. 58. Homer. Odyss. ί. 226. Maxim. Tyr. X. § 4. ubi vid. Davis. Pollux Onom. III. 3. 4. Ὅμηρος μέντοι οὐ τὸ ἔργον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑστίασιν γάμον καλεῖ. Cf. Feithii Antiq. Homer. II. 13. Reitz. ad Lucian. Amores c. 51. T. II. p. 454. Simili modo τάφος secundum Hesychium est τὸ γινόμενον περίδειπνον ἐπὶ τῇ τῶν κατοιχομένων τιμῇ. Homer. Od. δ΄. 547. 2) per metonymiam adjuncti significat *conjugium et matrimonium ipsum, connubium*, τὴν συνοίκησιν. Pollux Onom. III. 1. 3. Hebr. XIII. 4. τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι, scil. ἔστω, sanctum et venerabile vobis sit conjugium omni ex parte. Sap. XIV. 26. γάμων ἀταξία. Arrian. Indic. VIII. 6. Herodian. III. 10. 10. γάμῳ σωφρονίσαι θέλων. Eurip. Phœn. v. 59. 413. 774. 3) *quodvis solenne epulum, convivium, epulæ*. Sic legitur in N. T. Matth. XXII. 2. de rege, ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ qui filio suo apparavit epulas, aut in honorem ejus celebravit convivium; ubi non solum pluralis γάμοι pro singulari γάμος (coll. v. 8.) positus est, e more Atticorum scriptorum, Theophr. Char. XII. 1. XXII. 1. sed etiam γάμοι v. 4. cum voce ἄριστον permutatur. Syrus h. l. usus est voce ܡܫܬܘܬܐ, quæ *convivium, epulas* generatim notat. Intelligendæ autem sunt h. l. epulæ inaugurationis. Luc. XII. 36. πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων quando ab epulis discedat. ibid. XIV. 8. ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους ad convivium si ab aliquo invitatus fueris. Eadem vox sic legitur in vers. Alex. Esther. II. 18. IX. 22. ubi Hebraico מִשְׁתֶּה respondet, quo *convivium omne* indicatur. 4) *conclave, in quo convivium solemne celebratur, triclinium*. Matth. XXII. 10. καὶ ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων, ita, ut abundaret triclinium convivis; ubi in uno codice νυμφὼν e glossemate legitur. Syrus: ܒܝܬ ܡܫܬܘܬܐ *domus convivii*.

ΓΑ'Ρ, est conjunctio causalis, quæ semper in oratione postponitur et varias habet in libris N. T. significationes. 1) *nam, enim*, ita, ut causam et rationem dictorum indicet. Matth. I. 20, 21. II. 2, 5, 6, 13, 20. III. 2. etc. Cf. Devarium de Græcæ Linguæ Particulis p. 84. ed. Reusmanni. 2) *igitur, itaque, quare, quapropter*. Luc. XII. 58. ὡς γὰρ ὑπάγεις κ. τ. λ. quod si itaque cum adversario tuo adis magistratum. Rom. II. 28. οὐ γὰρ itaque non est. 2 Cor. I. 26. Confer Reisk. Animadv. ad Græcos Auctores Vol. IV. p. 313. 3) *quanquam*. Joh. IV. 44. αὐτὸς γὰρ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν quanquam Jesus dicere solebat. Rom. IX. 15, 17. 4) *nempe, scilicet, quippe, inquam*. Rom. XV. 27. εὐδόκησαν γάρ, coll. v. 26. Matth. III. 3. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς κ. τ. λ. hic nempe est prædictus ille. Joh. V. 36. τὰ γὰρ ἔργα. 2 Cor. IV. 11. ἀεὶ γάρ. Rom. III. 20. Xenoph. Cyr. I. 6. 19. et V. 5. 6. 5) *exempli gratia, verbi causa*. Rom. VII. 2. ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ sic verbi causa mulier maritata. 6) *autem, vero*. Act. VIII. 39. ubi tamen nonnulli γὰρ per *quare, quamobrem* interpretantur. Rom. IV. 13. οὐ γὰρ διὰ νόμου non autem per legem. ibid. v. 15. V. 7. IX. 6. 7) *sane, profecto*. Act. XVI. 37. οὐ γὰρ minime profecto hoc non fiet. Joh. IX. 30. ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστι hoc sane admodum mirum est. Philipp. II. 27. καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτου et sane periculose ægrotus fuit. Huc referrem etiam locum Act. IV. 27.

ubi verba ἐπ' ἀληθείας explicationis causa addita videntur. Cf. Perizon. ad Ælian. V. H. VIII. 12. 8) *interrogationi inservit* et est mere particula completiva, quæ tamen per *nam, enim, quæso,* Latine reddi potest. Matth. XXVII. 23. τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; quodnam quæso crimen commisit? Luc. XXIII. 22. Matth. IX. 5. Marc. XV. 14. Act. XIX. 35. Sic כִּי 2 Reg. VIII. 13. et Job. XXXVI. 18. Idem usus particulæ γὰρ in multis Græcorum libris reperitur, v. c. Diog. Laërt. VI. 1. Aristoph. Acharn. v. 594. ΔΙ. ἐγὼ γὰρ εἰμι πτωχός; ΛΑ. Ἀλλὰ γὰρ τίς εἶ; Nubes v. 1181. Lucian. in Tim. T. I. p. 137. οἴει γὰρ εὑρίσκειν με, οἵτινές εἰσι. Alia loca congesserunt Krebsius in Obss. Flav. p. 71. Devarius Lib. Laud. p. 85. et Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. p. 478. 9) interdum et inprimis in narrationum initio *redundat.* Matth. I. 18. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς κ. τ. λ. ubi tamen fortasse est particula explanativa, reddenda: *scilicet, namque,* ut legitur quoque apud Plutarch. de Puer. Educ. IV. 17. Marc. V. 42. ubi nonnulli γὰρ pro *et* positum putant. 2 Tim. II. 7. Galat. I. 10. ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω. Sic etiam usurpatur apud Æschyl. Agamemn. v. 14. ubi Schol. περισσὸς ὁ γάρ. Herodot. III. c. 120. Dionys. Halic. I. 85 init. In universum de hac particula legi merentur Irmischii Excursus ad Herodian. I. 8. 5. T. I. p. 894.

ΓΑΣΤΗ'Ρ, έρος, et per syncopen γαστρὸς, ἡ, 1) proprie notat *partem corporis inferiorem, ventrem, ventriculum, in quem cibi recipiuntur,* i. q. κοιλία, teste Suida. Hinc apud Græcos 2) non solum *res, cibum et potum, quæ in partes illas corporis descendunt,* Xenoph. Cyrop. I. 2. 8. Mem. I. 2. 1. Sirac. XXXVII. 5. sed etiam *cupiditatem edendi et bibendi,* Xenoph. de Republ. Laced. c. 2. § 1. vel *voluptatem e cibo et potu perceptam* significat. Conf. Fischer. Prolus. XII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 7 seq. et Irmisch. ad Herodian. I. 6. 2. p. 186. 3) synecdochice: *homo vorax, gulæ ventrique deditus, lurco, helluo, qui quasi totus venter est,* qui etiam γαστρίμαργος et γαστρίδουλος vocari Græcis solet. Sic legitur Tit. I. 12. ubi Cretenses dicuntur γαστέρες ἀργαί, h. e. homines pigritiæ dediti et intemperantes ac luxuriosi in victu. Nec desunt similia loca in scriptoribus exteris. Sic v. c. in Hesiodi Theogon. v. 26. γαστέρες οἶον. Ælian. V. H. I. 28. ὡς φορτικὸν καὶ γάστριν διαβάλλουσι Ῥόδιοι. De eodem usu vocis Latinæ *venter* (v. c. apud Lucil. Sat. II. 1.) conf. Donatum ad Terent. Phorm. V. 7. 95. et Cuperum in Obss. Sacris III. 10. Hesych. γαστέρες· οἷον τροφῆς μόνης ἐπιμελούμενοι, ὡς Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ. Suid. γαστέρες· ἐπὶ τῶν γαστριμαργούντων. 4) *uterus in mulieribus, matrix.* Hinc formula: ἐν γαστρὶ ἔχειν, scil. βρέφος, s. παῖδα, s. ἔμβρυον, *gravidam esse, fœtum in utero gestare, uterum gerere* aut *ferre,* (quæ τῷ הָרָה in vers. Alex. Genes. XXXVIII. 24. Jud. XIII. 5. respondet, quemadmodum etiam ab Alexandrinis γαστὴρ pro Hebr. רֶחֶם Psalm. CX. 3. positum reperitur) quæ etiam Græca donata civitate apud Athenæum X. p. 453. Pausan. Messen. c. 33. Attic. 6. Artemid. Oneirocrit. II. 18. III. 32. et Tzetzen in Schol. ad Lycophron. Cassandr. v. 838. legitur. Matth. I. 18. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα comperta est gravida. ibid. v. 23. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει virgo prægnans erit. ibid. XXIV. 19. Luc. I. 31. συλλήψῃ ἐν γαστρί. 1 Thess. V. 3. Sirac. XL. 1. Pindar. Pyth. IV. 177. Musæus Her. et Leandr. 138.

ΓΕ', est particula enclitica, quæ aliis dictionibus postponitur, et separatim vox legitur. Interdum valet 1) *quidem.* Act. II. 18. καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου. 2 Cor. V. 3. εἴγε siquidem. Ephes. III. 2. IV. 21. Coloss. I. 23. Eandem significationem habet apud Græcos cum pronominibus ἐγώ, σύ, αὐτός. Conf. Viger. de Idiotismis Ling. Gr. p. 474. ed. Zeunii. 2) *saltem, certe, tamen.* Luc. XI. 8. διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ saltem ob flagitantis improbitatem. ibid. XVIII. 5. διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον tamen, quia molestiam mihi facit. 1 Cor. IX. 2. ἀλλά γε tamen. Luc. XIX. 42. καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ saltem hocce die tuo. Atque hic usus frequentissimus est apud Græcos. Sic in Orat. Lycurgi p. 206. ed. Taylor. εἰ μὴ αὐτὸς, οἱ παῖδές γε si non ipse, saltem liberi. Demosthen. pro Corona p. 317. εἰ μὴ ὅλον, μέρος γε. 3) *modo.* Galat. III. 4. εἴ γε καὶ εἰκῇ dummodo frustra. 4) *profecto, vere.* 1 Cor. IV. 8. καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε et utinam vere regnaretis! vid. Vigerus p. 474. 5) haud raro ornatus gratia tantum adhibetur ad numerum orationi conciliandum, et abundat. Luc. XXIV. 21. Rom. VIII. 32. Alia loca N. T. in quibus pleonastice legitur hæc particula, sub vocibus, quibus annexa invenitur, annotata evolvi possunt, v. c. ἀλλά γε, ἄρά γε, εἴ γε, εἰ δὲ μή γε, καί τοί γε, μενοῦν γε, μήτι γε, etc.

ΓΕΔΕΩ'Ν, ῶνος, ὁ. *Gideon.* Nomen proprium Hebraicum (גִּדְעוֹן *exscindens, destruens,* a radice גָּדַע *exscidit, destruxit,*) ducis ac principis Israëlitarum fortissimi, filii Joasi, qui etiam Jerubaal dictus est Jud. VI. 32. Israëlitas a potestate Midianitarum liberavit. Jud. VII. Legitur in N. T. Hebr. XI. 32.

ΓΕ'ΕΝΝΑ, ης, ἡ. Vox origine Hebraica, quæ proprie *vallem Hinnomi,* significat, conflata ex appellativo גֵּיא *vallis,* et nomine proprio הִנֹּם, possessore hujus vallis. Fuit autem *vallis filiorum Hinnomi* vallis amœnissima, arboribus consita et fontibus irrigua prope Hierosolymam versus orientem et austrum ad torrentem Kedron, in qua Judæi imaginem illam æneam Molochi posuerant, quæ faciem habebat vitulinam, manusque instar hominis expandebat, et cui Judæi idololatræ, ut R. Kimchi ex veteribus rabbinis tradidit, non modo columbas, turtures, agnos, arietes, vitulos, tauros immolare, sed etiam liberos suos objicere solebant. Conf. 1 Reg. XI. 7. 2 Reg. XVI. 3, 4. In oraculis Jeremiæ VII. 31. vocatur hæc vallis תֹּפֶת, a תּוֹף *tympano,* quod nempe sacrificuli in horrendis illis sacris tympana pulsarent, ne ploratus et clamores infantum, qui comburebantur, ab adstantibus audirentur. Abrogatis his horrendis sacris a Josia, Judæi, ad puriorem Dei cultum revocati, 2 Reg. XXIII. 10. narrantur postea hunc locum ita abominati esse, ut in eum non solum omnes sordes ejicerent, sed etiam cadavera animalium et ultimo supplicio affectos insepultos eo projicerent, (conf. Sam. Petiti Varr. Lectt. I. 4. et Morinus de Lingua Primæva p. 566.) ad quæ consumenda cum continui ignes necessarii essent, ne ex putredine inficeretur aër, et vermes semper adessent, qui superstites reliquias depascerent, (vid. Braun. Selecta S. IV. § 120.) hinc factum est, ut non solum *quævis gravissimæ pœnæ et maxime contumeliosa mortis genera,* sed etiam *conditio miserrima, qua scelesti post mortem dæmonum inter consortia cruciatibus maximis et*

perennibus afficientur, adeoque *ipse infernus* Gehennæ nomine non solum a Judæis, (vid. Bartoloccium in Biblioth. Rabbin. M. T. II. p. 128 seq.) sed etiam a Christo ejusque apostolis appellarentur. Matth. V. 22. ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς dignus, qui contumeliosa morte afficiatur. ib. v. 29 et 30. καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν quam ut in inferno pereas. ib. X. 28. qui animam cum corpore potest exitio dare. ibid. XVIII. 9. XXIII. 15. υἱὸν γεέννης gravissimis pœnis dignum. ib. v. 33. ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης pœnas infernales. Marc. IX. 43—48. γέεννα vocatur τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, ὅπου ὁ σκώληξ οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται. Luc. XII. 5. Jacob. III. 6. καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης et postea ipsa absumitur igne inferni. Sæpius non legitur in N. T. Suid. γέεννα· ἡ καταδίκη. Alberti Gloss. N. T. p. 5. γεέννης· φάραγγος. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 299. ac Glassii Philol. S. p. 806. ed. Dathii.

ΓΕΘΣΗΜΑΝΗ῀. *Gethsemane*. Fuit nomen prædii ad radicem montis Oliveti, ultra torrentem Kedron, quod alii ex גֵּיא *vallis* et שְׁמָנִים *pinguedines* compositum putant, quasi *vallis pinguedinis*, *fertilissima*, ut sit ab ubertate soli ita dictum illud prædium; confer Ies. XXVIII. 1. ubi ita vocatur pars agri Israëlitici, quæ ad pedes est Libani montis; alii vero rectius, ut opinor, ex גַּת *torcular* et שְׁמְנָא *oleum*, conflatum judicant, ut sit *locus torcularium olei*; nam in vicinia Oliveti situs fuit hic locus. Conf. Ludov. de Dieu Critica Sacra p. 379. Bis legitur in N. T. Matth. XXVI. 36. Marc. XIV. 32. Variis modis hæc vox in Codd. Gr. scribitur: Γεθσημανεί, Γεθσαμανεί, etc. Vide I. Sauberti Var. Lectt. Text. Gr. Ev. Matth. p. 216.

ΓΕΙ'ΤΩΝ, -ονος, ὁ, ἡ, *vicinus, in vicinia habitans, qui est ejusdem terræ*, a γέα, contracte γῆ, *terra*. Ter legitur in N. T. Luc. XIV. 12. μηδὲ γείτονας. ib. XV. 6. τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας. Joh. VIII. 9. Alex. usi sunt pro שָׁכֵן Ps. XXI. 12. Jer. VI. 21. שָׁכֵן Job. XXVI. 5. et pro שְׁכֶנֶת Exod. III. 22. Ruth. IV. 17. In scriptoribus Gr. non solum de *personis*, (Xenoph. Mem. II. 2. 12.) sed etiam de *rebus* usurpatur, v. c. Æschyl. Sept. c. Theb. v. 492 et 557. Conf. etiam Küsterum ad Aristoph. Plutum v. 435.

ΓΕΛΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, 1) *rideo*, unde γέλως *risus*. 2) ex adjuncto: *gaudeo, lætor, statu læto et beato utor*. Sic bis legitur in N. T. Luc. VI. 21. μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν ὅτι γελάσετε beati, qui jam miseriis pressi ploratis, nam summa vos manet felicitas. ib. v. 35. οὐαὶ ὑμῖν οἱ γελῶντες νῦν væ vobis, qui jam de fortunato vestro statu lætamini.

ΓΕ'ΛΩΣ, ωτος, ὁ, *risus*, et ex adjuncto: *hilaritas, lætitia, gaudium*, etiam *lætandi et gaudendi materia*, (ut צְחוֹק Genes. XXI. 6.) i. q. χαρά, cum quo permutatur Jacob. IV. 9. ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μεταστραφήτω καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν risus cum lamentis, gaudium cum tristitia commutabitur.

ΓΕΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *repleo, impleo, plenum facio*, a γέμω, *plenus sum*. Marc. IV. 37. ὥστε αὐτὸ, sc. πλοῖον, ἤδη γεμίζεσθαι ita, ut navis aquis impleretur. In aliis codd. legitur βυθίζεσθαι et καταποντίζεσθαι e glossemate. ibid. XV. 36. καὶ γεμίσας σπόγγον ὄξους et spongiam aceto implens, ubi in loco parallelo Matth. XXVII. 48. πλήσας legitur. Luc. XIV. 23. ἵνα γεμισθῇ ὁ οἶκός μου ut cœnaculum meum compleatur. ibid. XV. 16. γεμίσαι τὴν κοιλίαν ad satietatem usque ventrem implere. Joh. II. 7. γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω. ib. VI. 13. Apoc. VIII. 5. XV. 8. Sæpius non legitur in N. T. Construitur hæc vox, ut e locis allatis satis apparet, cum accusativo subjecti et cum genitivo materiæ, qua illud impletur. Conf. Polluc. Onom. I. 99. et Xenoph. Hist. Gr. VI. 2. 14. et VII. 2. 23. Suid. γεμίζω· γενικῇ. ἔτι δὲ καὶ αἰτιατικῇ. τὸ ἀντλῶ.

ΓΕ'ΜΩ, fut. εμῶ, proprie *pondere pressus gemo*, deinde etiam *plenus sum, onustus sum, refertus sum*. Construitur cum genitivo, vel addita, vel omissa præpositione ἐκ, seu ἐξ, quemadmodum etiam מָלֵא, cui Ps. X. 7. Amos. II. 13. respondet, mox מִן additum habet, Jer. LI. 5. mox sine מִן reperitur, 2 Reg. XXIII. 14. Matth. XXIII. 25. ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας cum tamen intus plena sint rapina et malitia partis, coll. Luc. XI. 39. γέμει ἁρπαγῆς. Rom. III. 14. ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει. Apoc. IV. 8. γέμοντα ὀφθαλμῶν oculis referta. XVII. 3, 4. etc. 2 Macc. III. 6. Suid. γέμω· γενικῇ, τὸ πλήθω. Scholiast. Sophocl. in Philoctet. v. 872. γέμων· πεπληρωμένος. Conf. Casaubon. ad Athen. p. 311. ac Pricæum ad Luc. XI. 39. ubi multis exemplis docuit, γέμειν plerumque de *malo* dici, v. c. Sophocl. Philoct. 873. et Heraclit. in Alleg. Hom. p. 407.

ΓΕΝΕΑ', ᾶς, ἡ, 1) proprie: *generatio, genitura, natales*, i. q. γένεσις. Sic legitur Xenoph. Cyrop. I. 2. 13. εἴησαν μὲν ἂν οὗτοι πλεῖον τι ἢ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες ἀπὸ γενεᾶς. 2) *proles, posteritas, omnes, qui ex communi quadam stirpe origines ducunt, familia, natio, gens, cognati*. In notione *prolis* et *posteritatis* legitur apud Polyb. in Exc. p. 84. T. III. Opp. ed. Ern. Joseph. A. J. I. 10. 3. ὁ Θεὸς καὶ παῖδα αὐτῷ γενήσεσθαι καταγγέλλει καὶ πολλὴν ἐξ ἐκείνου γενεάν. Adde Esther. IX. 28. ubi Hebraico זֶרַע respondet et Num. XIII. 23. γενεαὶ 'Ενὰκ progenies Enak. *Familiæ ac cognationis* significationem habet hæc vox apud Joseph. A. J. V. 1. 5. σώζειν δὲ μόνην 'Ραχάβην καὶ τὴν γενεὰν αὐτῆς, Homer. Iliad. XI. 785. et in versione Alex. Genes. XXXI. 3. ἀποστρέφου εἰς τὴν γῆν πατρός σου, καὶ εἰς τὴν γενεάν σου. Levit. XXV. 41. Jer. VIII. 3. ubi Hebraico מִשְׁפָּחָה respondet. Sic legitur in N. T. Matth. I. 17. πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ omnes itaque familiæ sibi invicem succedentes, seu generationes. De *natione* et *gente* usurpatur in versione Alex. Levit. XX. 18. ubi pro Hebraico עַם ponitur. 3) *ætas hominis triginta fere annorum numero circumscripta, duratio vitæ unius hominis, generatio hominum simul viventium, spatium, quod duas sibi invicem succedentes nativitates interjacet*. Suid. γενεά· κατ' ἐνίους μὲν ἔτη ξ, κατ' ἐνίους δὲ λ. Etym. M. γενεὰ λέγεται καὶ τὰ εἰκοσιπέντε ἔτη. Conf. Wesselingium ad Diod. Sic. I. p. 28. Maium ad Luciani Macrobios T. III. p 210. ed. Bip. et Wetstenii N. T. T. I. p. 232. Interdum etiam non *certum quoddam et definitum tempus*, sed simpliciter *ævum, tempus, sæculum* notat, v. c. Luc. I. 50. εἰς γενεὰς γενεῶν perpetuo, per omnes ætates. ibid. VII. 31. ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης. Act. VIII. 33. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ætatem ejus quis poterit eloqui? aut oratione complecti? ib. XIII. 36. XIV. 6. XV. 21. ἐκ γενεῶν ἀρχαίων inde a priscis sæculis. Ephes. III. 5. ἑτέραις γενεαῖς hucus-

que. ibid. v. 21. Coloss. I. 26. Sic. דּוֹר Ies. LI. 8. LIII. 8. 4) *homines una ætate viventes, homines alicujus ætatis,* seu *sæculi.* Matth. XI. 16. τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; quibus vero similes dicam homines hujus ætatis? ubi sermo est de Judæis, Christi ætate viventibus. ibid. XII. 39, 41, 42, 45. XVI. 4. XVII. 17. XXIII. 36. Marc. VIII. 12, 38. IX. 19. XIII. 30. Luc. I. 48. IX. 41. XI. 29, 30, 31, 50, 51. XVII. 25. XXI. 32. Act. II. 40. Philipp. II. 15. Hebr. III. 10. Sic דּוֹר Cohel. I. 4. 5) metaphorice: *qualitas, indoles, conditio, ingenium et ratio hominum.* Sic accipitur Luc. XVI. 8. οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν εἰσί nam hujus sæculi homines sunt in suo genere prudentiores christianis. Etym. M. γενεὰ σημαίνει ἕξ. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ παντὸς τῶν ἀνθρώπων γένους, (Homer. Iliad. VI. 146.) ἐπὶ δὲ τῆς εὐγενείας, (Iliad. XI. 785.) ἐπὶ δὲ τῆς ἡλικίας, (Iliad. XIV. 112.) ἐπὶ δὲ τῶν προγόνων, (Iliad. V. 265.) ἐπὶ δὲ τῶν ἐκγόνων, (Iliad. XXI. 191.) ἐπὶ δὴ διαστήματος χρόνου, τῶν μὴ κατ' αὐτὸ βεβιωκότων. (Iliad. I. 250.) Conf. etiam, quæ de vario hujus vocis usu Perizonius in Origg. Ægypt. p. 175 seq. Jensius in Ferculo Liter. p. 6. et Grævius in Lectt. Hesiod. p. 26. disputarunt.

ΓΕΝΕΑΛΟΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et speciatim de *eo* usurpatur apud Græcos, *qui familiarum origines recenset, generis seriem describit et natales progenitorum investigat,* Xenoph. Symp. IV. 51. Theophr. Char. XXVIII. 1. et in universum de *eo* adhibetur, *qui alicujus rei causam et originem investigat.* Ælian. V. H. IV. 17. τὸν σεισμὸν ἐγενεαλόγει οὐδὲν ἄλλο εἶναι, ἢ σύνοδον τῶν τεθνεώτων. Etym. M. 772. 49. Passivum γενεαλογέομαι, οῦμαι, *ad genus alicujus referor, originem duco, repeto ab aliquo,* legitur in N. T. tantum Hebr. VII. 6. ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν qui vero non ex familia et tribu Levi erat. 1 Chron. V. 1. καὶ οὐκ ἐγενεαλογήθη (הִתְיַחֵשׂ) εἰς πρωτοτόκια.

ΓΕΝΕΑΛΟΓΙ'Α, ας, ἡ, *genealogia, generis recensio, natalium descriptio.* (ex γενεὰ et λέγω.) Bis legitur in N. T. 1 Tim. I. 4. μηδὲ προσέχειν (scil. δεῖν) μύθοις καὶ γενεαλογίαις. (Utramque vocem etiam conjunxit Polybius IX. 2. 1.) ἀπεράντοις neque operam dare fabulis et genealogiis inutilibus. Non audiendi autem esse videntur, qui genealogias Pauli de *æonibus Gnosticorum et Judæorum* סְפִרוֹת atque *emanationibus* cum Grotio et aliis interpretantur, sed omnis locus explicandus est de peculiari illo Judæorum vitio, qui sibi admodum placebant in majorum suorum enumeratione, et condendis novis genealogiis ex particulis et fragmentis, quas apud privatos remansisse verosimile est, quamvis Herodes Idumæus, ut vulgo conjicitur, ut genealogias omnes exstirparet, omnem impenderit operam. Hoc vero studio genealogico apostolorum ætate multi abusi esse videntur, vel ad conficiendas falsas tabulas genealogicas, e quibus, quod Jesus a Davide genus derivare nequeat, demonstrare conabantur, vel ad vanam gloriam quærendam, ut haberent christiani e Judæis, quo se contra reliquos christianos e paganis ob generis nobilitatem efferrent. Hinc apostolus, ne quid respublica christiana detrimenti caperet, tales quæstiones et disputationes inanes, omnino fugiendas, et ἀπεράντους esse judicavit. Conf. Vitringa Obss. Sacr. I. 2. 2. IV. 9. 16. Wetstenii N. T. T. II. p. 316. Adde Tit. III. 9.

ΓΕΝΕ'ΣΙΑ, ων, τά. Dissentiunt viri docti in constituenda hujus vocis vera notione, quæ bis tantum in N. T. occurrit, Matth. XIV. 6. Marc. VI. 21. Alii enim (v. c. Heinsius, et H. Reland. Diss. Miscell. P. II. p. 257.) *diem imperii Herodis natalem et inaugurationis publicam celebrationem,* τὴν ἡμέραν τῆς ἀρχῆς, (Joseph. A. J. XV. cap. ult. §. 6. p. 782.) alii vero *nativitatis memoriæ recolendæ sacra* voce γενέσια ab evangelistis locis laudd. indicari existimant. Sed nullum hucusque exemplum idoneum ad confirmandam priorem significationem afferri potuit, ut adeo tutius videatur, sumere, τὰ γενέσια (supple συμπόσια convivia) dicta esse a scriptoribus sacris *natalitia, festum diei natalis,* (γενέθλιος ἡμέρα, seu τὰ γενέθλια, nam discrimen, quod Ammonius inter γενέσια et γενέθλια fecit, ut illud de *die mortis,* hoc de *nativitatis die* usurpatum sit a veteribus, nihili est, quanquam Atticos per euphemismum τὰ γενέσια pro νεκυσίοις posuisse ex Polluce III. c. 19. sect. 102. satis constat) quem veteres quotannis solemni gaudio et convivio sunt prosequuti. Suid. γενέσια· ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἐπιφοιτῶσα τοῦ τεχθέντος μνήμη. Quod autem Phrynichus et Thom. M. monuerunt, nullum Græcum scriptorem bonæ notæ adhibuisse vocem γενέσια in hoc significatu, verum pro eo γενέθλια vel γενέθλιος ἡμέρα dixisse, id non vere dictum esse, probant loca, quæ ex Alciphron. III. Ep. 18 et 55. Josepho et Philone larga manu colligerunt Schwarz. ad Olear. de Stilo N. T. p. 282. Wetsten. N. T. T. I. p. 411. et Krebs. Obss. Flav. p. 38. Transiit hæc vox in linguam *Chaldaicam* et *Rabbinicam,* ubi גְּנוּסָא (Genes. XL. 40. in vers. Jonath.) et גְּנִיסְיָא scribitur.

ΓΕ'ΝΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *generatio, nativitas, ortus,* etiam *origo.* (Polyb. VI. 5. βασιλείας ἀρχὴ καὶ γένεσις.) (a γίνομαι *gignor, nascor.*) Matth. I. 18. ἡ γένεσις οὕτως ἦν natales ita se habuerunt. Jacob. I. 23. ubi τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως est facies naturalis et nativa, quam per generationem accepit. Luc. I. 14. ἐν τῇ γενέσει αὐτοῦ χαρήσονται de nativitate ejus gaudebunt, ubi in codd. haud paucis e glossemate γεννήσει legitur. Æschin. Socr. Dial. III. 4. πρὸ τῆς γενέσεως antequam natus fuisti. ib. § 7. κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν simulac natus est. Jamblich. Vit. Pythag. p. 29. Artemid. II. 27. Respondet Hebraico מוֹלֶדֶת in vers. Alex. Gen. XXXI. 13. Ruth. II. 11. 2) per metonymiam: *vita ipsa, duratio vitæ.* Jacob. III. 6. καὶ φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως et incendit totius vitæ decursum a prima origine usque ad mortem, h. e. vitam hominis miserrimam reddit. Hæc simplicissima mihi olim visa est explicatio loci, admodum difficilis, quem multis modis tentarunt interpretes, cui tamen nunc præfero aliam interpretationem a nemine, quantum scio, propositam, ex qua τροχὸς γενέσεως de universo orbe terrarum explicandum esset, hoc sensu: *lingua incendit totum orbem terrarum, suscitando* nimirum *seditionum, bellorum, dissidiorum et odiorum incendia.* Notare autem τὴν γένεσιν mundum hunc sublunarem, quem habitant mortales, docuit Schweighæuser. ad Simplic. P. II. p. 189. Suidas quoque vocem hanc per κόσμον interpretatus est. Ad significationem *vitæ* autem adstruendam multa loca afferri possunt, v. c. Judith. XII. 19. παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς γενέσεώς μου. Sapient. VII. 5. γενέσεως ἀρχήν. Hierocles p. 298. τὴν ὅλην τῆς γενέσεως ἀποχὴν abstinentiam ab omnibus rebus ad hanc vitam pertinentibus. Cf. quæ ex Aristide et

Photii Bibl. notavit Heisen. Diss. XXVI. in Epist. Jacob. p. 834. Ad hanc notionem refertur quoque a nonnullis Intt. Matth. I. 1. ubi βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ reddunt: *Commentarius de vita Jesu.* 3) *ipsum genus et prosapia, familia, ordo et series eorum, qui sunt ex eadem stirpe prognati.* Matth. I. 1. βίβλος γενέσεως descriptio generis, series majorum, i. e. *genealogia*, quæ formula respondet Hebraicæ סֵפֶר תּוֹלְדוֹת Genes. V. 1. pro qua interdum omissa voce סֵפֶר simpliciter תּוֹלְדוֹת legitur, Gen. VI. 9. Ruth. IV. 18. unde verba Græca Matthæi a Syro translata reperiuntur: ܟܬܒܐ ܕܡܘܠܕܗ. Cæterum vox γένεσις in versione Alex. pro מִשְׁפָּחָה ponitur Exod. VI. 24, 25. Num. I. 18. 1 Chron. IV. 38.

ΓΕΝΕΤΗ', ῆς, ἡ, *nativitas, ortus*, unde ἐκ γενετῆς *inde a natalibus.* (a γίνομαι.) Semel in N. T. legitur Joh. XI. 1. εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς vidit hominem cœcigenum. Diod. Sic. V. c. 32. ἐκ γενετῆς ὑπάρχει πολιά. Polyb. III. 20. 4. φρονεῖν ἐκ γενετῆς. Hesiod. Theog. 271. Suid. γενετή· πατριὰ ἢ γενέσια. Idem: ἐκ γενετῆς τυφλὸς, sine ulla addita interpretatione. Respexisse autem Joh. I. l. dubio caret. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 902.

ΓΕΝΝΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *genero, progigno*, si de viris adhibetur, *concipio, pario, enitor*, de mulieribus. De viris legitur Matth. I. 12—16. de feminis Luc. I. 13. Galat. IV. 24. Passivum γεννάομαι *nascor.* Matth. I. 16. II. 1 et 4. γεννᾶται nasciturus erat, aut debebat nasci secundum oracula sc. prophetarum, coll. v. 5. seq. Marc. XIV. 21. Joh. VIII. 41. ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα non spurii liberi sumus. ib. XVIII. 37. Act. II. 8. ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν qua a nativitate inde usi sumus. Galat. IV. 23. Hinc τὸ γεννηθὲν, etiam ὁ γεννηθεὶς, dicitur *infans, puer*, etiam *embryo, qui adhuc in utero matris latet.* Galat. IV. 29. ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς filius, naturali modo procreatus. Matth. I. 20. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν quod enim concepit, aut: conceptum habet. Athenag. Legat. p. 135. ἐκτεθεῖναι μὲν τὸ γεννηθέν. Ita et apud Græcos τὰ γεννώμενα pro *liberis* ponitur, v. c. Dion. Halic. IX. 22. Cæterum, quemadmodum γεννᾷν, viris proprium, (Eurip. Iphig. 360.) etiam haud paucis in locis *feminis* tribuitur, id quod non ex usu ling. Hebr. sed linguæ Græcæ (Apollod. Bibl. III. p. 18. Heraclit. de Incredib. c. 6. Diod. Sic. IV. p. 223. Vide Barnes. ad Eurip. in Iphig. in Aul. v. 474 et 639.) factum esse docuit Pfochenius de Puritate Ling. N. T. § 43. ita et τίκτειν, *feminis* proprium, de *viris* dictum invenitur et *gignere* significat. Conf. Strodtmanni Syll. I. Differentt. Græcc. § 27. in Novis Miscell. Lips. Vol. VII. p. 676. 2) *efficio, profero, occasionem suppedito.* 2 Tim. II. 23. ὅτι γεννῶσι μάχας nihil enim, ut nosti, nisi rixas movent. Similis locus est apud Stob. Serm. CCXL. p. 790. τῆς ἡδονῆς τὸ ἄμετρον ἀπέραστον λύπην ἐγέννησεν, quem debeo Palaireto in Obss. Phil. Crit. p. 471. Adde Longin. de Sublim. VII. 2. et XVIII. 2. 3) *declaro aliquem filium.* Act. XIII. 33. ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε ego jam te filium meum, seu regem, declaravi. Hebr. I. 5. V. 5. Conf. Turnebum in Adversariis Lib. XXII. cap. 3. 4) metaphorice γεννᾷν ei tribuitur, *qui aliis vitam spiritualem dat*, h. e. *vim et facultatem recte intelligendi, cogitandi et ratiocinandi, quoad intellectum, et, quoad voluntatem, vim appetendi bona et aversandi mala*; seu brevius: *qui alios instituit et emendat.* Hinc in N. T. α) apostolis et reliquis doctoribus christianis tribuitur, qui institutione sua et doctrina homines ad religionem christianam adduxerant. 1 Cor. IV. 15. ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα per me adducti estis ad religionem christianam. Philem. v. 10. ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου quem captivus ad religionem christianam adduxi. β) de Deo usurpatur, quatenus auxilio inprimis institutionis in religione christiana hominibus non solum facultatem res divinas intelligendi et credendi, sed etiam facultatem recte agendi largitur. Joh. I. 13. ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν per religionem christianam a Deo sunt emendati. ibid. III. 3. ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος nisi quis baptismo suscepto et per religionem christianam plane emendetur. ib. v. 6, 7, 8. 1 Joh. II. 29. III. 9. IV. 7. V. 1. 5) *natus esse in aliqua re* is dicitur, *qui inde a tenera ætate alicui rei operam dedit et adsuevit.* Joh. IX. 34. ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος tu es pessimus homo, a primis inde vitæ initiis scelestus fuisti, coll. Ps. LI. 7. Posset tamen hic locus accommodate ad opinionem Judæorum (v. 2 et 3.) etiam verti: tu a sceleśtis parentibus natus es. 6) γεγεννημένος εἰς τὶ dicitur, *qui destinatus est alicui rei, quem sors aliqua manet inevitabilis.* 2 Petr. II. 12. γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν destinata capturæ et morti.

ΓΕ'ΝΗΜΑ, τος, τὸ, 1) *omne quod natum seu procreatum est.* 2) *fructus*, v. c. *terræ, arboris*, i. q. γέννημα, a γίνομαι, *nascor, gignor.* Vox hæc, quæ in omnibus Lexicis desideratur, legitur in nonnullis codicibus Marc. XIV. 25. ἐκ τοῦ γενήματος (libri impressi habent γεννήματος) τῆς ἀμπέλου. Literam ν interdum medio demi exemplis docuit Maittaire de Dialectis L. Gr. pag. 503. edit. Sturzii.

ΓΕ'ΝΝΗΜΑ, τος, τὸ, 1) *progenies, soboles, fœtus, liberi*, ita, ut de hominibus æque ac de animalibus dicatur. Matth. III. 7. γεννήματα ἐχιδνῶν O progenies viperina! h. e. metaphorice, O homines insignis perversitatis, in quos parentum vitiositas propagata fuit! ibid. XII. 34. XXIII. 33. Luc. III. 7. Jos. XV 14. γεννήματα τοῦ Ἐνὰκ posteri Enak, Hebr. יְלִידֵי הָעֲנָק. Sirac. X. 19. γεννήμασι γυναικῶν. 1 Maccab. I. 40. Hesych. γέννημα· παιδίον. Confer L. Bos. ad Thom. M. p. 190. 2) metaphorice: *proventus agrorum et arborum, fruges, fructus.* Mat. XXVI. 29. ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ex hoc vino, Hebr. פְּרִי הַגֶּפֶן. Hos. X. 1. Marc. XIV. 25. Luc. XXII. 18. Deuter. XXII. 9. Luc. XII. 18. καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννήματά μου, h. e. τοὺς καρποὺς μου, coll. v. 17. quo omnes fruges meas reponam. Exod. XXIII. 10. καὶ συνάξεις τὰ γεννήματα (תְבוּאָה) τῆς γῆς. Genes. XLI. 35. XLVII. 24. Optimi etiam scriptores Græci γεννήματα de *fructibus et proventibus agrorum* dixerunt, v. c. Polyb. I. 71. 1. Diod. Sic. V. 17. T. I. pag. 343. ed. Wesseling. τῶν πρὸς τὴν τροφὴν γεννημάτων οἶνον οὐκ ἔχουσι. Confer Abresch. ad Æschylum pag. 549. Wetstenii N. T. T. I. pag. 519. et Interpretes ad Thom. M. p. 190 seq. 3) metaphorice: *effectus, id quod ex aliqua re consequitur, fructus*, die moralischen folgen einer freyen handlung, *the moral effects of a free action.* 2 Cor. IX. 10. αὐξήσει τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν augebit præmia liberalitatis vestræ. Hos. X. 13. ἕως τοῦ ἐλθεῖν γεννήματα δικαιοσύνης ὑμῶν.

ΓΕΝΝΗΣΑΡΕ'Τ, ἡ. *Gennesaret.*

Est nomen regionis in Galilæa amœnissimæ, sitæ ad mare Galilææ, seu Tiberiadis, quam Joseph. de B. J. III. 10. § 8. his verbis describit: παρατείνει δὲ τὴν Γεννησὰρ ὁμώνυμος χώρα, θαυμαστὴ φύσιν τε καὶ κάλλος. οὔτε γὰρ αὐτή τι φυτὸν ἀρνεῖται διὰ τὴν πιότητα, καὶ πᾶν πεφυτεύκασιν οἱ νεμόμενοι· τοῦ δὲ ἀέρος τὸ εὔκρατον ἁρμόζει καὶ τοῖς διαφόροις κ. τ. λ. Ab hac regione nomen accepit *lacus*, qui nunc *mare Galilææ*, Matth. IV. 18. nunc *mare Tiberiadis*, Joh. XXI. 1. nunc *lacus Genesaret*, Luc. V. 1. vocatur, de quo hæc habet Joseph. l. l. § 7. ἡ δὲ λίμνη Γεννησὰρ ἀπὸ τῆς προσεχοῦς χώρας καλεῖται. σταδίων δὲ εὖρος οὖσα τεσσαράκοντα, καὶ πρὸς τούτοις ἑτέρων ἑκατὸν τὸ μῆκος, γλυκεῖα δὲ ὅμως ἐστὶ καὶ ποτιμωτάτη κ. τ. λ. Regio ista antiquitus dicebatur כִּנֶּרֶת ab urbe quadam ejusdem nominis, sita non procul ab influxu Jordanis in mare Galilææ. Jos. XIX. 35. A Chaldæis vocatur גְּנֵיסַר et גְּנוֹסַר, a Syris ܓܢܝܣܪ quam scripturam etiam Josephus retinuit. Vide J. Sauberti Varias Lectt. text. Gr. Ev. Matth. p. 137. Origo vocis perobscura est. Alberti Gloss. N. T. p. 4. Γεννησαρέτ· κῆπος ἀρχόντων, cujus glossæ auctor vocem sine dubio conflatam existimavit ex גַּן *hortus* et שַׂר *princeps*. Sed Hesych. Γεννησαρέτ· πατρὶς ἀρχόντων. In N. T. ter tantum occurrit. Matth. XIV. 34. εἰς τὴν γῆν Γεννησαρὲτ, seu secundum alios Γεννήσαρ. Marc. VI. 53. ubi eadem lectionis varietas reperitur. Luc. V. 1. παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ. Conf. Relandi Palæstina II. p. 422 et 442. Wetstenii N. T. T. I. pag. 419. et Lightfoot. Cent. Chorogr. Matthæo præfix. c. 79.

ΓΕ'ΝΝΗΣΙΣ, εως, ἡ, *nativitas*, *generatio*, (a γεννάω *gigno*) quæ a scriptoribus Græcis fere dicitur γένεσις, ut ab Æschin. Dial. III. 4. 7. Legitur in N. T. Matth. I. 18. τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν ipsa Christi generatio fuit talis. Luc. I. 14. πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται multi de ejus nativitate gaudebunt; ubi tamen loco γεννήσει reponendum videtur γενέσει. Cohel. VII. 1. καὶ ἡμέρα τοῦ θανάτου ὑπὲρ ἡμέραν γεννήσεως מִיּוֹם הִוָּלְדוֹ. Adde Pollucis Onom. II. 7.

ΓΕΝΝΗΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *natus*, *prognatus*, *genitus*, *progenitus*. (ab eodem.) Respondet Hebraico יִלּוֹד in vers. Alex. Job. XIV. 1. XV. 14. XXV. 4. Bis legitur in N. T. Mat. XI. 11. ἐν γεννητοῖς (scil. ὑπὸ) γυναικῶν inter homines, Hebr. יְלוּד אִשָּׁה, conf. Job. l. l. Luc. VII. 28. Hesych. γεννητός· γνήσιος υἱός. Per ὁ κτιστὸς interpretatus est auctor Etym. M. 225. 17.

ΓΕ'ΝΟΣ, εος, τὸ, 1) *genus*, *stirps*, *origo*, *familia*, *homines pauci ejusdem stirpis*. Act. VII. 13. καὶ φανερὸν ἐγένετο τῷ Φαραὼ τὸ γένος τοῦ Ἰωσὴφ et innotuit Josephi genus Pharaoni. (Judith. XVI. 24.) ibid. XIII. 26. υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ ex Abrahami genere oriundi. 2) *progenies*, *proles*, *soboles*. Act. XVII. 28. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν Dei sumus progenies, i. q. in Pythagor. Carm. Aureis: θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν. Conf. I. H. Maii Obss. SS. I. p. 97 seq. ibid. v. 29. γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ cum igitur a Deo nati, seu creati simus. Apoc. XXII. 16. καὶ τὸ γένος Δαβὶδ et progenies Davidis. seu: e gente Davidis oriundus, h. e. antiquior idemque junior Davide. Sic γένος apud Callim. Hymn. in Delum v. 109 et 256. Homer. Od. φ'. 335. et *genus* apud Latinos usurpatur; cf. Burmann. ad Ovid. Met. II. 744. 3) *gens*, *natio*, *populus*. Marc. VII. 26. Συροφοίνισσα τῷ γένει Syrophœnissa genere. Act. IV. 36. Κύπριος τῷ γένει. ibid. VII. 19. κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν dolose egit cum gente nostra. ibid. XVIII. 2. Ποντικὸν τῷ γένει natione Ponticum, et v. 24. 2 Cor. XI. 26. ἐκ γένους e gente Judaica, e popularibus meis. (Γένος h. l. nude positum κατ' ἐξοχὴν *gentem Judæam* notat et opponitur ἔθνεσι. Confer 3 Macc. III. 2, 6.) Philipp. III. 5. ἐκ γένους Ἰσραήλ. In vers. Alex. respondet τῷ עַם Genes. XI. 6. Esther. II. 10. Ies. XLIII. 20. Tob. I. 10. Diod. Sic. I. 19. λέγοντας Ἰνδὸν εἶναι τὸ γένος. Herodot. I. 101. VII. 164. Ælian. V. H. I. 34. ἀνὴρ γένει Μάρδος. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 8. 2. p. 271. Sic *genus* pro *gente* apud Virg. Æn. V. 285. "Cressa genus Pholoë." 4) *genus*, cui opponitur *species*, per synecdochen etiam *ipsa species*, *quæ certa qualitate*, *conditione*, *valore*, etc. *æstimatur*, i. q. εἶδος. Hesiod. Opp. v. 11. οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, ubi Moschopulus: τὸ γένος ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ εἶδος. Æschin. Dial. II. 26. γένος τι τῶν ζώων καλοῦμεν ἄνθρωπον. In versione Alex. legitur pro Hebraica מִין *species*, Genes. I. 11, 12, 21, 24. VI. 20. et Chaldaico זַן Dan. III. 2, 5, 7, 10, 15. In hac vero notione haud raro, ut Latinum *genus*, abundat, v. c. apud Diod. Sic. I. 9. ἱστοριογράφων γένος pro ἱστοριογράφοι. Cic. V. ad Famil. ep. 12. "genus scriptorum tuorum." Virg. Æn. VII. 753. Mat. XIII. 47. καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ omnis, seu varii generis pisces capienti. ibid. XVII. 21. τοῦτο δὲ τὸ γένος, sc. δαιμόνων, οὐκ ἐκπορεύεται, ubi γένος δαιμόνων positum est pro δαίμονες. Marc. IX. 29. 1 Cor. XII. 10. γένη γλωσσῶν facultatem variis peregrinis linguis loquendi. Eadem formula v. 28. redit, ubi tamen, abstracto posito pro concreto, de *ipsis hominibus*, *qui sunt facultate peregrinis linguis loquendi instructi*, explicanda videtur. ibid. XIV. 10. τοσαῦτα γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ tot et tam varia linguarum genera reperiuntur. Alberti Gloss. N. T. p. 133. γένη γλωσσῶν· ἰδιότητες διαλέκτων. 5) *ordo*, *secta*. Act. IV. 6. καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ et quicunque erant ex ordine summorum sacerdotum. Galat. I. 14. ἐν τῷ γένει μου sectæ Pharisæorum adscriptis. Etym. M. γένος ἐπὶ ἔθνους τάσσεται, καὶ ἐπὶ πόλεως, καὶ ἐπὶ συστήματος, καὶ ἐπὶ σπέρματος, καὶ ἐπὶ τέκνου.

ΓΕΡΑΣΗΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, *Gerasenus*. Nomen gentis, a loco minus noto *Gerasa*, qui etiam *Gergasa* et *Gadara* dici solet, quod in nonnullis codicibus Matth. VIII. 28. Marc. V. 1. et Luc. VIII. 26. loco vulgati Γαδαρηνὸς reperitur. Conf. H. Relandi Palæst. p. 806 seq. et Griesbachii Commentarium Criticum in Textum Græcum N. T. P. I. p. 90 seq.

ΓΕΡΓΕΣΗΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, *Gergesenus*. Hebraice: גִּרְגָּשִׁי Gen. X. 16. XV. 21. et Jos. XXIV. 11. Nomen gentis, quod in N. T. occurrit tantum Matth. VIII. 28. ubi Jesus venisse dicitur εἰς τὸ πέραν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν, qui locus cum locis parallelis Marc. V. 1. Luc. VIII. 26. ubi Γαδαρηνῶν legitur, optime ita conciliari potest, ut statuamus, urbem *Gergasa*, quæ etiam *Gerasa* dicta est, (conf. Græv. Lectt. Hesiodd. p. 81.) sitam fuisse in agro oppidi *Gadara* (quæ fuit metropolis totius Peræææ) trans Jordanem e regione maris Galilæi. Conf. præter Lightfootum in Hor. Hebr. ad locum Matthæi, Cellarii Geogr. T. II. p. 645. ac A. Pfeiferi Exot. N. T. Loca 8. p. 15. Videntur autem incolæ regionis Γεργεσηνῶν non Judæi fuisse, sed gentiles, quia Israëlitis nunquam permissum fuit porcos alere. — Gloss. Gr. Alberti

p. 5. Γεργεσινῶν, προαστείων ἢ προσηλύτων. ubi vid. Alberti.

ΓΕΡΟΥΣΙ'Α, ας, ἡ, *senatus*, vel *presbyterium*, *collegium presbyterorum*, seu *senatorum*, σύστημα γερόντων, a γέρων *senex*, vel γερούσιος *ad senes pertinens*, quia olim senatus ex senioribus constabat, qui majori prudentia solent esse præditi. Hesych. γερουσία· πρεσβυτέριον, πλῆθος γερόντων. Alberti Gloss. N. T. p. 67. γερουσίαν· τὸ πρεσβυτέριον. Semel legitur in N. T. Act. V. 21. συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ubi γερουσία et τὸ συνέδριον conjunguntur, non, quod differrent invicem, sed ut exteris vera notio vocis συνέδριον explicaretur. Est itaque γερουσία h. l. *ipsum synedrium magnum*, quam significationem etiam haud raro in libris Apocryphis V. T. habet, v. c. 2 Macc. I. 10. IV. 44. 3 Macc. I. 8. Judith. IV. 6. XV. 10. et apud Josephum passim. Conf. de hac significatione Ezech. Spanhemium ad Juliani Impp. p. 127. Dionys. Hal. Ant. II. 12. τοῦτο τὸ συνέδριον Ἑλληνιστὶ ἑρμηνευόμενον γερουσίαν βούλεται δηλοῦν κ. τ. λ. Plutarch. an Seni Admin. Resp. p. 789. ἡ δὲ Ῥωμαίων σύγκλητος ἄχρι νῦν γερουσία καλεῖται.

ΓΕ'ΡΩΝ, οντος, ὁ, *senex*. Semel in N. T. legitur Joh. III. 4. γέρων ὢν cum sit senex. Hesych. γέρων· πρεσβύτερος.

ΓΕΥ'Ω, fut. εύσω, *gustare facio alterum*, *gustandum præbeo alteri*. Activum hoc in N. T. non est obvium. Habetur tamen Gen. XXV. 30. γεῦσόν με ἀπὸ τοῦ ἑψήματος πυῤῥοῦ. Eurip. Cycl. 149. βούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ. Confer etiam Valkenar. ad Herodot. VII. c. 46. Medium Γεύομαι 1) et proprie est: *gustare facio me ipsum*, h. e. *gusto saporem alicujus rei*, *exploro ope linguæ aut palati*. Construitur, ut omnia reliqua verba sensuum, cum genitivo, . raro cum accusativo. Matth. XXVII. 4. καὶ γευσάμενος, sc. αὐτοῦ, et cum gustasset illud. Joh. II. 9. ὡς δὲ ἐγεύσατο ὕδωρ. Theodot. Job. XXXIV. 3. λάρυγξ γεύεται βρῶσιν. Vulg. guttur escas *gustu dijudicat*, ubi cum δοκιμάζειν permutatur. 2) per synecdochen: *edo*, *vescor*, *cibum capio*, ita, ut omissum sit τροφὴν, seu βρώματα, seu βρῶσιν. Act. X. 10. καὶ ἤθελε γεύσασθαι et volebat cibum capere. ibid. XX. 11. καὶ γευσάμενος, sc. ἄρτου, quod additur 1 Sam. XIV. 24. Act. XXIII. 14. μηδενὸς γεύσασθαι. Coloss. II. 21. μηδὲ γεύσῃ neque edas cibos, interdictos lege Mosaica. Eodem modo Hebræi voce טָעַם usi sunt 1 Sam. XIV. 29. Jon. III. 7. Nec ea notione Græcis γεύεσθαι ignotum fuit. Confer Eurip. Iphig. in Aul. v. 423. Ælian. H. A. XVI. 37. καὶ οὐκ ἂν γεύσαιντό ποτε ὑείων. ibid. VI. 4. ὅταν ὀπώρας μέλλωσι γεύεσθαι. 3) metaphorice: *ipsa experientia teste aliquid cognosco*, *experior*, *periculum facio*, *patior*, *particeps fio*. Huc referenda est formula: γεύεσθαι θανάτου, *mori*, *mortem subire*, quæ non legitur quidem in V. T. sed tamen apud Rabbinos occurrit, in Beresch. Rab. S. 9. ראוי הָיָה אָדָם הָרִאשׁוֹן שֶׁלֹּא יִטְעוֹם טַעַם מִיתָה, quem locum Buxtorf. in Lex. Talmud. sub טָעַם p. 895. excitavit. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 434. ac Barthii IX. Advers. 15. Matth. XVI. 28. οἳ μὴ γεύσωνται θανάτου qui non morituri sint. Luc. IX. 27. Joh. VIII. 52. Hebr. II. 9.—Hinc etiam lucem fœnerantur loca N. T. Luc. XIV. 24. γεύσεταί μου τοῦ δείπνου convivii mei particeps erit. Hebr. VI. 4. γευσαμένους δὲ τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου participes facti beneficii divini, i. q. μετόχους γενηθέντας in sequentibus. ibid. v. 5. καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα qui experientia edocti præstantiam religionis christianæ cognoverunt. 1 Petr. II. 3. εἴπερ ἐγεύσασθε ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος experti estis benignitatem Domini, coll. Psalm. XXIII. 8. Prov. XXXI. 18. Exempla hujus notionis possunt plura e scriptoribus optimis Græcorum afferri, sed hæc pauca sufficient. Herodot. VI. 5. γεύεσθαι ἐλευθερίης. Pindar. Nem. Od. V. v. 596. πόνων γεύεσθαι. Sophocl. Trach. v. 1108. ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην, ubi Schol. ἐγευσάμην· ἐπειράσθην, πεῖραν ἔσχον. Conf. Canter. et Potter. ad Lycophr. Cassandr. v. 382. Gronov. ad Herodot. p. 90. ed. Wessel. Küster. ad Aristoph. Ran. v. 465. Hesych. γεύσασθαι· πειρᾶσαι, ἅψασθαι. — γευσώμεθα· ἀλλήλων πεῖραν λάβωμεν. Idem :· γεύσει, ἀποπειράσει. Adde Schol. Sophocl. ad Antigon. 1018. s. 993. ed. Erfurdt.

ΓΕΩΡΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *agrum colo*, *agriculturam exerceo*, *aro*, *rei rusticæ operam do*. (ex γῆ et ἐργάζομαι *operor*.) Si γῆ additur, simpliciter per *colere* reddendum est. Sic autem legitur in N. T. Hebr. VI. 7. γῆ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις, δι' οὓς καὶ γεωργεῖται terra profert fructus utiles illis, a quibus colitur. Sæpius in N. T. non legitur. 1 Chron. XXVII. 26. pro עֹשֵׂי מְלֶאכֶת הַשָּׂדֶה habent Alexandrini τῶν γεωργούντων τὴν γῆν.

ΓΕΩ'ΡΓΙΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *ager cultus*, *aratus*, *arvum*. Respondet Hebraico שָׂדֶה Prov. XXIV. 30. XXXI. 16. Pollux Onom. II. 221. 2) metaphorice usurpatur de eo, *cujus animus colitur*. 1 Cor. III. 9. Θεοῦ γεώργιόν ἐστε vos estis cœtus ille, quem Deus edocendum et emendandum curat per religionem christianam.

ΓΕΩΡΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *agricola*, *qui colit rus vel agrum*. 2 Tim. II. 6. Jacob. V. 7. 2) ut *agricola* (apud Ciceronem in Catone Maj. c. 15.), per synecdochen: *vinitor*, *qui colit vineam*, i. q. ἀμπελουργός. Matth. XXI. 33. καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν (sc. ἀμπελῶνα) τοῖς γεωργοῖς et elocavit eam vinitoribus. ibid. v. 34, 35, 38, 40, 41. Marc. XII. 1, 2, 7. Luc. XX. 9, 10, 14, 16. Joh. XV. 1. καὶ ὁ πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι et pater meus vinitor est, h. e. et pater meus provida sua cura amplectitur omnem cœtum christianum. Exempla hujus significationis dedit El. Palairet. Observ. Philol. Crit. pag. 258.

ΓΗ῀, ῆς, ἡ, 1) proprie notat *terram aridam ab aquis distinctam*. Luc. V. 11. καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν, naves ad *littus* appellebant. Joh. XXI. 8, 9, 11. καὶ εἵλκυσε τὸ δίκτυον ἐπὶ τῆς γῆς. Apoc. IX. 2. (coll. Hom. Il. δ', 443.) XIV. 7. τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πηγὰς ὑδάτων. Hinc in versione Alex. τῷ יַבָּשָׁה Jon. I. 13. respondet. 2) ut Hebraicum אֲדָמָה (Gen. VI. 7. Exod. X. 6.), *universus orbis terrarum habitabilis*, *globus terraqueus*, *qui cœlo contradistinguitur*, ἡ οἰκουμένη, Hebr. תֵּבֵל, cui etiam respondet in versione Alex. 1 Chron. XVI. 30. Ies. XXVI. 9, 18. Sic legitur in N. T. Matth. V. 18. ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ. ibid. v. 35. μήτε ἐν τῇ γῇ sc. ὀμόσαι (ut Straton. apud Athenæum IX. p. 383.) coll. v. 34. VI. 19. IX. 6. XI. 25. Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. XII. 42. XVII. 25. XXIV. 35. Luc. XXI. 33. Eph. I. 10. τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς omnes omnino homines. 2 Petr. III. 5 et 7. Æschin. Socr. Dial. III. § 19. Eurip. Troad. v. 884. 3) *tractus terræ*, *regio*, *provincia*. Matth. II. 20. εἰς γῆν Ἰσραὴλ in terram Israëliticam. v. 21. IX.

26. εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην totam illam regionem pervasit. v. 31. XIV. 34. Jud. v. 5. ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Hinc pro *insula* quoque ponitur Act. XXVII. 39. coll. XXVIII. 1. Eodem modo אֶרֶץ sumitur Genes. XII. 10. XLII. 30, 33. Exod. VII. 19. Hinc ἡ γῆ τινὸς *patria alicujus* dicitur Act. VII. 3. ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου egredere e patria tua, coll. Genes. XII. 2. 4) speciatim ita dicitur *Palæstina, terra Israëlitarum.* Matth. V. 5. ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν securi et tranquilli manebunt in Palæstina, seu, summa felicitate fruentur. XXIV. 30. πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς omnes tribus terræ Israëliticæ. XXVII. 45. ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν per totam Palæstinam. Act. IV. 26. βασιλεῖς τῆς γῆς principes Palæstinæ. Ephes. VI. 3. Adde Zephan. I. 2, 3. In Apocalypsi (v. c. III. 10, 11. et VI. 10.) sunt οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς fere semper adversarii christianorum inter Judæos. 5) *urbs*, vel *civitas terræ*, seu *certæ alicujus regionis et provinciæ*, tanquam pars pro toto. Sic legitur in N. T. Matth. II. 6. ubi Bethlehem dicitur γῆ Ἰούδα, i. e. urbs Judææ. X. 15. γῆ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων. XI. 24. quanquam in his duobus locis γῆ pro incolis et civibus urbis ponitur. Qui hunc significatum unice ex Hebræo repetendum judicarunt, provocarunt ad Alexandrinos, qui Hebraicum עִיר sæpe per γῆν reddunt, v. c. Jerem. XXIX. 7. XXXIV. 22. XL. 5. Sed ex iis locis colligi tantum posse videtur, עִיר interdum apud Hebræos pro *regione*, seu *tractu terræ* poni. Præstat igitur, hanc ipsam significationem ex ipsius linguæ Græcæ usu repetere. Scholiastes Æschyli ad Sept. contra Theb. v. 105. γᾶν per πόλιν recte exposuit. Eurip. Hecub. v. 16. γῆς ὁρίσματα mœnia urbis Trojæ. Coluthus de Raptu Helenæ v. 271. De eadem vocabulorum χθὼν et χώρα significatione exposuit Küsterus ad Aristoph. Thesmophor. v. 115. et Marklandus ad Eurip. Suppl. v. 1. Sic etiam *tellus* apud Latinos usurpatur, v. c. apud Virgil. Æn. XI. 245. ubi *Ilia tellus* pro *urbs Ilia* ἐμφατικῶς dicitur, ut recte monuit Servius. 6) *homines, terrarum orbem incolentes, qui sunt et habitant in aliqua regione, civitate et urbe*, per metonymiam, ut אֲדָמָה Joël. II. 21. Matth. V. 13. ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς vos estis sal h. e. doctores generis humani. coll. v. 14. ubi cum κόσμος permutatur. VI. 10. IX. 26, 31. X. 15, 34. ἐπὶ τὴν γῆν inter homines. XI. 24. γῆ Σοδόμων Sodomorum civibus, coll. v. 23. Luc. II. 14. ἐπὶ γῆς εἰρήνη. Apoc. XII. 12. οὐαὶ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ væ terræ ac mari, h. e. cœtui christianorum, e gentibus collecto: ubi vide Var. Lectt. Lat. *terræ* de *gentibus* ac *populis* adhiberi docet Burm. ad Propert. p. 232. Adde Judith. I. 12. II. 1, 2. 7) *terra, tellus, humus, ager, pars*, seu *superficies terræ, quæ ad cultum est apta, fœcunda*, **Erdreich**, *soil.* Matth. XIII. 5. ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλὴν quæ non multum terræ haberent, et paulo post ibid. διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς quoniam non obruta satis terra essent. Marc. IV. 5, 31. Joh. XII. 25. πεσὼν εἰς τὴν γῆν nisi granum tritici terræ mandatum. Hebr. VI. 7. γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ὑετὸν ager enim, qui pluvia irrigatur. Genes. IV. 12. Joël. I. 10. Sic etiam pro *agro* legitur apud Æschin. Dial. II. 2. Xenoph. de Republ. Laced. XV. 3. 8) *fruges terræ* per metonymiam. Apoc. XIV. 16. ἔβαλεν τὸ δρέπανον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ. Conf. Ies. I. 7. 9) *solum.* Matth. X. 29. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν nec tamen ullus eorum decidit in terram, h. e. perit. ib. XV. 35. ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν discumbere humi. 10) Restant formulæ: ἐκ τῆς γῆς εἶναι et ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν, quæ leguntur apud Joh. III. 31. ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ qui natus est in his terris, terrenus quippe, doctrinam minus præstantem tradit, ubi εἶναι ἐκ τῆς γῆς non solum originem habere mere humanam, et ex hominibus modo naturali prognatum esse significat, sed etiam adjunctam notionem habet, non peculiari quodam modo a Deo missum esse doctorem, nam opponitur τῷ ἄνωθεν ἔρχεσθαι a Deo missum esse peculiari quodam modo, originem habere divinam; formula vero, ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν, significat: *res viliores, doctrinam minus præstantem tradere, quæ non excedit humanam scientiam.* Omnis autem locus relate ad Johannem et Christum explicandus est.

ΓΗ͂ΡΑΣ, τος, contracte γήρως, τὸ, *senectus, ea ætas, quæ decrepita est et ultima.* Semel in N. T. legitur Luc. I. 26. καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ αὐτῆς concepit filium in senectute sua. Dativus γήρᾳ contracte pro γήρατι, eliso τ, sive γήραϊ, legitur etiam Genes. XXI. 7. ἔτεκον υἱὸν ἐν τῷ γήρᾳ μου. Sirac. III. 11. VIII. 7. Xenoph. Cyrop. I. 5. 7. et Apol. 8. Conf. Maittaire de Dial. L. Gr. p. 30. ed. Sturz.

ΓΗΡΑ´ΣΚΩ, vel ΓΗΡΑ´Ω, fut. άσω, 1) *senesco, consenesco*, si de personis adhibetur. Joh. XXI. 18. ὅταν δὲ γηράσῃς cum vero senueris. Respondet Hebr. זָקֵן Gen. XVIII. 13. Ruth. I. 12. 2) *vetustus fio*, si de rebus dicitur. Hebr. VIII. 13. τὸ δὲ παλαιούμενον καὶ γηράσκον quod vero antiquatur ac vetustum fit. Sæpius in N. T. non legitur. Occurrit tamen de *frugibus* apud Xenoph. de Vectigal. I. 4. τοῖς ἐπ' ἐνιαυτὸν θάλλουσί τε καὶ γηράσκουσιν.

ΓΙ´ΝΟΜΑΙ, vel ΓΙ´ΓΝΟΜΑΙ, fut. γενήσομαι, p. m. γέγονα. Est verbum anomalum, quod tempora subinde mutuo petit nunc a γείνω vel γείνομαι, nunc a γενέομαι. Varias autem significationes habet in N. T. 1) *fio*, h. e. *evenio, contingo, accido*, nostrum: **sich begeben, zutragen**, *to happen, to arrive*, Mat. I. 22. τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν hoc vero ideo evenit. ib. XXIV. 6. δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι hæc oportet quidem fieri. v. 20. ne ista fuga accidat hiemis tempore. v. 21, 34. XXVI. 56. XXVII. 54. καὶ τὰ γενόμενα et reliquos eventus. XXVIII. 11. ἅπαντα τὰ γενόμενα omnem rem. Marc. V. 14. ἰδεῖν τί ἐστι τὸ γεγονός. IX. 21. XI. 23. ὅτι ἃ λέγει γίνεται omnia ejus jussis parent. XIII. 19. Luc. I. 20. etc. In hac vero significatione haud raro abundat, ut הָיָה Genes. XLVI. 33. v. c. Matth. XVIII. 13. καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ quam (ovem) si tandem invenerit. Syrus, neglecta voce γένηται, transtulit: ܘܐܢ ܢܫܟܚܝܗ̇ *et si inveniat eam.* Joh, XIV. 22. τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτόν; quare te nobis ostendere vis? Idem valet de formula: καὶ ἐγένετο et ἐγένετο δὲ, toties obvia in libris historicis N. T. quam scriptores N. T. ubi aliquid narrandum habent, præmittere solent pleonastice, loco voculæ δὲ, qua Græci fere in connectendis periodis utuntur. Habet vero hæc formula post se vel infinitivum cum præpositione ἐν, v. c. Marc. II. 15. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακεῖσθαι. IV. 4. Luc. II. 6. V. 1. vel genitivum, consequentiæ indicem, Luc. XI. 14. ἐγένετο δὲ τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος, vel tempus finitum, interveniente ὡς, καὶ, ὅτι, v. c. Luc. I. 23. III. 21.

Eodem modo וַיְהִי ponitur in V. T. ut redundet. Jos. III. 2. 2 Reg. VI. 30. ut uberius demonstravit Vorstius de Hebraismis N. T. c. 33. p. 601 seq. ed. Fisch. 2) *orior, exorior, efficior, existo,* nostrum: **entstehen,** *to arise.* Matth. VIII. 24. σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ exorta est magna tempestas in mari. v. 26. IX. 16. καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται et pejor ruptura existit. XIII. 21. XXV. 6. κραυγὴ γέγονεν clamor existebat. XXVII. 5. ne tumultus excitetur. v. 45. XXVIII. 2. σεισμὸς ἐγένετο μέγας, exstiterat magnus terræ motus. Marc. I. 11. καὶ φωνὴ ἐγένετο et vox audiebatur. II. 21. IV. 17, 37, 39. IX. 7. Luc. III. 22. IV. 25, 36. VI. 48, 49. IX. 34, 35, 36. XXII. 24. 3) *efficior, patror,* nostrum: **verrichtet werden,** *to be effected or executed.* Matth. XXI. 42. παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη a Deo hoc effectum est. Luc. IX. 7. τὰ γενόμενα ὑπ' αὐτοῦ πάντα omnia miracula ab eo patrata. Matth. XI. 20. ἐν αἷς ἐγένοντο αἱ πλεῖσται δυνάμεις αὐτοῦ inter quos multa miracula edita erant. ibid. v. 21 et 23. Luc. IV. 23. X. 13. 4) *impleor, eventum habeo,* nostrum: **in erfüllung gehen,** *to be accomplished,* de re prædicta, cui eventus constat, et æque late patet ac verbum πληροῦμαι, ita, ut res ipsa interdum non extra similitudinis terminos extendi debeat. 1 Cor. XV. 54. τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος tunc eventum habebit illud dictum. 5) *fio, per executionem, efficior, perficior,* ut *de eo* dicatur, *cujus votis, voluntati et jussis alii satisfaciunt et parent,* nostrum: **in ausübung gebracht werden,** *to be brought into use or practice.* Sic legitur in N. T. Matth. VI. 10. γενηθήτω τὸ θέλημά σου jussis tuis omnibus satisfiat. ibid. XXVI. 42. γενηθήτω τὸ θέλημά σου pareo voluntati tuæ. Luc. XI. 2. XXII. 42. XXIII. 34. γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν postulatis eorum satisfacere. Act. XXI. 14. 6) *contingo, evenio,* de re, quæ alicui datur et conceditur, nostrum: **zu theil werden,** *to happen or fall out.* Matth. VIII. 13. καὶ ὡς ἐπίστευσας γενηθήτω σοι concedam tibi vota. IX. 29. κατὰ τὴν πίστιν γενηθήτω ὑμῖν. XV. 28. γενηθήτω σοι ὡς θέλεις eveniat tibi quod petiisti. XVIII. 19. dabitur ipsis a patre meo cœlesti. (Æschin. Socr. Dial. II. p. 70. οἴεται ἡμῖν παρὰ τῶν θεῶν, ἃ εὐχόμεθα, γενέσθαι ἂν καὶ ἅμα. Ælian. V. H. IX. 25. Conf. Abreschii Dilucid. Thucyd. p. 808.) Luc. XIX. 9. σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο salus familiæ huic contigit. Act. VII. 31. contingebat ei hoc oraculum divinum; ubi cum πρὸς construitur. Galat. III. 14. ἵνα εἰς τὰ ἔθνη ἡ εὐλογία γένηται. Ita הָיָה, cui γίνομαι haud raro respondet in versione Alex. sumitur, Jos. XV. 2. XVII. 6. et pro וְיִנָּתֶן־לָךְ Esther. V. 3, 6. Alex. habent, καὶ ἔσται σοι. 7) *sortem, fata habeo, conditione aliqua utor.* Matth. X. 25. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ sufficit discipulo, si eandem sortem habuerit, quam magister. Luc. XXIII. 31. ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; confer sub ξηρός. Act. XII. 18. τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο quid tandem Petro evenerit, quam sortem subierit, coll. Exod. XXXII. 1. et Nova Bibl. Lubec. Vol. II. p. 121. Act. XXVIII. 6. μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον. Sic הָיָה legitur 2 Sam. XVIII. 32. Theocrit. Idyll. XIV. 51. 8) *fio, successu temporis evado.* Matth. V. 45. ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν ut fiatis filii dilecti patris vestri cœlestis. XII. 45. καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου. Rom. VII. 13. 1 Cor. III. 18. IV. 9. 2 Cor. VII. 14. V. 21. 9) *exorior, ingruo, appeto,* nostrum: **anbrechen,** *to appear.* Matth. VIII. 16. ὀψίας δὲ γενομένης die vero vesperascente. XIV. 15, 23. XVI. 2. vesperi. XXVII. 1. πρωΐας δὲ γενομένης sub lucis ortum, et v. 57. Marc. VI. 47. Herodot. I. c. 198. ὄρθρου γενομένου. II. 121. ὡς ἡμέρα ἐγένετο, et III. 85. ὡς ἐγένετο ἡ νύξ. Exod. X. 13. 10) *mutor, convertor in aliquid,* vel sequente præpositione εἰς, vel simpliciter positum. Matth. IV. 3. ἵνα οἱ λίθοι ἄρτοι γένωνται lapides hos mutari in panes. Joh. XVI. 20. ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται tristitia vestra in lætitiam vertetur, seu, mutabitur. Joh. II. 9. 1 Petr. II. 7. etc. Ita etiam הָיָה, seq. לְ, Exod. IV. 3. coll. VII. 15. 11) *absolvor, ad finem perducor.* Hebr. IV. 3. καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων jam vero opera Dei inde ab creatione hujus universi absoluta sunt. 12) *celebror, agor,* si de festo die aut solemnitate sermo est. Matth. XXVI. 2. ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται post biduum pascha celebrandum esse. Joh. II. 1. γάμος ἐγένετο nuptiæ celebrabantur. ibid. X. 22. ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν Ἱεροσολύμοις agebatur dies festus instaurationis Hierosolymis. Marc. VI. 2. καί γενομένου σαββάτου. Sic etiam legitur in vers. Alex. 2 Reg. XXIII. 22. ὅτι οὐκ ἐγενήθη τὸ πάσχα τοῦτο, Hebr. כִּי לֹא נַעֲשָׂה כַּפֶּסַח הַזֶּה· 13) *instituor, ordinor, promulgor, feror,* si de lege, aut instituto aliquo sermo est. Galat. III. 17. ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος lex Mosaica post quadringentos et triginta annos promulgata. Marc. II. 27. τὸ σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐγένετο sabbatum institutum est a Deo hominum causa. Syrus: ܐܬܒܪܝܬ creatum, h. e. institutum est. 14) *nascor, gignor, existo,* i. q. γεννάομαι. Joh. VIII. 58. πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι ante Abrahami nativitatem ego extiti. (Arrian. Diss. Epictet. II. 17. πρὶν Ἱπποκράτη γενέσθαι.) Rom. I. 3. τοῦ γενομένου (in aliis codd. γεννωμένου e glossemate) ἐκ σπέρματος Δαβὶδ e prosapia Davidis oriundi. Galat. IV. 4. γενόμενον ἐκ γυναικός. Genes. IV. 25. τῷ Σὴθ ἐγένετο υἱός, Hebr. וַתֵּלֶד־בֵּן. Vide et Genes. XXI. 3, 5, 9. XXXV. 26. et Jerem. VI. 2. Theophr. Char. XVII. 2. υἱός σοι γέγονεν. Æschin. Dial. III. 19. 15) *nascor, producor,* de iis, quæ quotannis nascuntur et producuntur, frugibus et fructibus terræ. Matth. XXI. 19. μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα ne amplius ex te fructus nascitor. Sic etiam apud exteros scriptores legitur, v. c. Xenoph. de Vectig. I. 3. τὰ γιγνόμενα *fruges terræ.* Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. VI. 1. 16) *creor, creando producor.* Joh. I. 3. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο· καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν omnia per eum sunt creata ne minimo quidem excepto, ib. v. 10. καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Hebr. XI. 3. εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. Jac. III. 9. ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας. Respondet in vers. Alex. Hebr. נִבְרָא Genes. II. 4. Ies. XLVIII. 7. 17) *venio aliquo, ad aliquem, advenio, pervenio,* i. q. ἔρχομαι, παραγίνομαι, ἐπιγίνομαι. In hac autem significatione construitur intercedentibus præpositionibus εἰς, ἐν, ἐπὶ, κατὰ, ὑπὸ, et adverbiis loci ἐγγὺς et ὧδε. Luc. X. 32. γενόμενος κατὰ τὸν τόπον delatus ad illum locum, quum pervenisset ad illum locum. ibid. XXII. 40. γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου

et ubi venit ad illum locum. XXIV. 22. γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον. Joh. VI. 25. πότε ὧδε γέγονας; quando huc advenisti? Act. XX. 16. γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα. ibid. XXI. 17, 35. XXV. 15. Huc etiam referri possunt loca, ubi γίνεσθαι partim de sono, qui ad aures nostras perfertur, usurpatur, v. c. Luc. I. 44. ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου simulac tua salutatio pervenit ad aures meas; partim de navigio, quod ad terram impellitur, dicitur Joh. VI. 21. καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς, coll. Act. XXVII. 7. interdum adeo de tempore adhibetur, Luc. XXII. 14. καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα et stata hora. Nec optimis scriptoribus insolens est hic verbi γίνεσθαι usus, v. c. Æschin. Dial. III. 1. καὶ γενομένῳ μοι κατὰ τὸν Εἰλισσόν. Arrian. Exped. Alex. I. c. 11. II. c. 11 Herodian. I. 7. 3. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 145. Nec aliter Latini, quibus *esse* interdum est i. q. *venire*, conf. Casaub. ad Sueton. Aug. c. 16. et Burmann. ad Phædr. Fab. V. 4. 18) *sum*, i. q. εἰμί, respondet enim Hebr. הָיָה in vers. Alex. diversis in locis, v. c. Nehem. VI. 6. Matth. XI. 26. ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου hæc est sapiens tua et benigna voluntas. XXIV. 44. XIX. 8. ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω olim non erat sic. Luc. II. 42. καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, sc. παῖς. Luc. X. 36. τίς τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοὶ πλησίον γεγονέναι quis horum trium videtur tibi proximus fuisse? Joh. XIII. 2. καὶ δείπνου γενομένου et inter cœnam. XX. 27. Act. V. 24. διηπόρουν περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο; dubitabant s. ambigebant, quid hoc rei esset? XX. 16. 2 Petr. I. 21. Cæterum in hac notione γίνεσθαι haud raro cum participiis construitur, v. c. Marc. I. 4. ἐγένετο βαπτίζων, baptizabat. 2 Cor. VI. 14. μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες. Herodot. I. c. 169. ἐγένοντο μαχόμενοι. Conf. Abresch. ad Æschylum p. 551. 19) ut Hebraicum הָיָה, *sum, versor, ago in aliquo loco.* Matth. XXVI. 6. τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ Jesus autem Bethaniæ versabatur. Marc. IX. 33. Act. XIII. 5. 1 Cor. XVI. 10. Ælian. V. H. IV. 15. ἐν Φαρναβάζου (scil. οἴκῳ) γενόμενος. 19b) interdum redundat. Marc. I. 17. ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι, coll. Matth. IV. 19. 20) Restant formulæ loquendi in N. T. obviæ, quæ ad universas notiones non commode referri possunt, ideoque separatim explicandæ sunt. α) γίνεσθαι ὑπό τι, seu τινά, *obstrictum, obligatum esse, subjectum esse alicujus imperio.* Gal. IV. 4 γενόμενον ὑπὸ νόμον legibus Mosaicis obstrictum. Ælian. V. H. III. 26. ἀξιῶν Ἐφεσίους ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι Ephesios suo imperio subjectos esse, cupiens. β) γίνεσθαι τινί τι, *se gerere erga aliquem aliquo modo.* 1 Cor. IX. 20. καὶ ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος gessi me inter Judæos tanquam Judæus. ibid. v. 22. τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα omnium ingenio me accommodare studui. 1 Thess. II. 10. γ) γίνεσθαι μετά τινος, vel *socium alicujus esse*, vel *se gerere erga aliquem.* Marc. XVI. 10. τοῖς μετ' αὐτοῦ γενομένοις discipulis et apostolis J. C. qui ejus comites et socii fuerant. Act. XX. 18. πῶς μεθ' ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην quomodo me inter vos gesserim per omne illud tempus. Eandem significationem habet formula γίνεσθαι πρός τινα 1 Cor. II. 3. δ) γίνεσθαι τινί, seu τινός, *habere, possidere.* Matth. XVIII. 12. ἐὰν γένηται τινὶ ἀνθρώπῳ ἑκατὸν πρόβατα si quis habuerit centum oves.—*ad aliquem pertinere, alicujus esse.* Luc. XX. 33. τίνος αὐτῶν γίνεται γυνή; cujusnam ex iis uxor erit? Hinc γίνεσθαι ἀνδρὶ *nubere, rem cum viro habere*, ad imitationem Hebraicæ formulæ הָיוֹת לְאִישׁ Levit. XXII. 12. Deut. XXIV. 2. Rom. VII. 3. ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ si cum alio viro consueverit. Adde Jud. XIV. 20. Ezech. XXIII. 4. Significat etiam hæc formula *imperio alicujus parere.* Rom. VII. 4. εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ ut vobis jam alius imperio parendum sit. ε) γίνεσθαι ἐν τινὶ *uti aliqua re, facere aliquid, deditum, studiosum esse,* pro quo Græci fere γίνεσθαι τινὸς ponere solent, v. c. Diog. Laërt. I. 23. μετὰ δὲ τὰ πολιτικὰ τῆς φυσικῆς ἐγένετο θεωρίας, ubi videndus Casaub. Philipp. II. 7. ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος usus est corpore humano. 1 Thess. II. 5. οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν non usi sumus oratione adulatoria. 1 Tim. II. 14. Sic apud Xenoph. de Vectigal. IV. 3. γίνεσθαι ἐν ἀργυρίοις. ζ) γίνεσθαι ἀπὸ τινὸς *abire, discedere ab aliquo.* Luc. XXIV. 31. καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν sed ille statim discessit ab iis. η) γίνεσθαι ἐν ἑαυτῷ *se colligere, ad se redire,* seu *reverti.* Act. XII. 11. καὶ ὁ Πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ tùm Petrus se colligens. Polyb. Hist. I. 49. ταχὺ δὲ ἐν ἑαυτῷ γενόμενος, ubi præcesserat ἐξενίσθη διὰ τὸ παράδοξον. Xen. Anab. I. 5. 15. Conf. Wesseling. ad Diodor. Sic. XIII. 95. θ) μὴ γένοιτο *absit hoc, ne eveniat.* Formula improbantis et aversantis. Luc. XX. 16. μὴ γένοιτο hoc Deus avertat. Rom. III. 4. nullo modo. ibid. v. 31. VI. 2, 15. VII. 7. etc. Respondet Hebraico חָלִילָה Genes. XLIV. 7, 17. Jos. XXII. 29. Legitur etiam, sed plenius, apud Ælian. V. H. IX. 36. μὴ γένοιτο ἄν σοι οὕτω κακῶς, ι) ἐκ μέσου γίνεσθαι *e medio tolli, removeri.* 2 Thess. II. 7. μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου γένηται usque dum ille, qui nunc cohibet, e medio tollatur. 21) interdum reticetur, v. c. Marc. XIV. 49. ἀλλ' (scil. γέγονε τοῦτο. Confer vers. Syr.) ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. 22) haud raro abundat, v. c. Marc. I. 17. post ὑμᾶς. coll. Matth. IV. 19.

ΓΙΝΩ´ΣΚΩ, fut. γνώσομαι, p. ἔγνωκα. 1) *cognosco sensu corporis, sentio.* Marc. V. 29. καὶ ἔγνω τῷ σώματι et corpore suo sensit, se attactu vestimenti Christi sanatam esse. Luc. VIII. 46. ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ ego enim sensi vim salutiferam a me profectam esse. 2) *comperio, rescisco, certior fio, ex fama et relationibus aliorum percipio,* nostrum: **erfahren**, *to know, to understand.* Matth. IX. 30. ὁρᾶτε, μηδεὶς γινωσκέτω cavete, ne quis hoc resciscat. Marc. V. 43. ἵνα μηδεὶς γνῷ τοῦτο. VII. 24. οὐδένα ἤθελε γνῶναι noluit quenquam ipsum agnoscere; ἤθελε λαθεῖν, aut οὐκ ἤθελεν, ἵνα τις γνῷ, ut legitur Marc. IX. 30. XV. 45. καὶ γνοὺς ἀπὸ τοῦ κεντυρίωνος. Luc. IX. 11. XIX. 15. XXIV. 18. Joh. IV. 1. V. 6. Act. I. 7. XVII. 13. Eodem modo יָדַע 1 Sam. IV. 6. 1 Macc. III. 11. Hinc passivum γινώσκεσθαι *innotescere, vulgari, emanare in vulgus, percrebescere.* Matth. X. 26. καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται nihil est tam occultum, quod non aliquando innotescat. Luc. VIII. 17. ubi per φανερὸν γίνεσθαι explicatur. ibid. XII. 2. Act. IX. 24. ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν quas eorum insidias cum rescisset Saulus. Xenoph. de Venat. XIII. 10. γιγνώσκονται μὲν ἐπὶ τὰ βελτίω—καὶ γιγνώσκονται ἐπὶ τὰ χείρω. 3) *cognosco, intellectu comprehendo, intelligo, mente perspicio.* Matth. XIII. 11. ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας vobis datum est intelligere parabolas illas. XVI. 8. XXI. 45. ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει intelligebant de se narrari hanc fabulam. XXII. 18. Marc. IV. 11,

13. VIII. 17. XII. 12. XV. 10. Luc. I. 18. κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; unde hoc intelligam, sc. te verum dixisse? XVIII. 34. ubi cum συνιέναι permutatur. ib. XX. 19. Joh. III. 10. καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις illa intellectu comprehendere non vales. VI. 69. VII. 17. γνώσεται περὶ τῆς διδαχῆς is facile experientia doctus intelliget, utrum doctrina mea sit a Deo. ibid. VIII. 43. XIII. 12. γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν; num intelligitis quare hæc fecerim? v. 28, 35. Act. VIII. 30. etc. Jud. XIV. 18. Dan. II. 3. Æschin. Dial. II. 39. 4) *agnosco*, i. q. ἐπιγινώσκω. Luc. XXIV. 35. καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου ut ab iis inter cœnandum agnitus fuerit, coll. v. 31. 5) *dignosco, discerno*. Matth. XII. 33. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται e fructu arboris indoles dignoscenda. Luc. VI. 44. 1 Cor. XIV. 7. πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον; quomodo dignoscetur id quod tibia canitur et cithara? Æschin. Dial. I. 10. ᾗ τὰς τῶν ἵππων τῶν ἀγαθῶν φύσεις γιγνώσκουσι. Pro γινώσκειν ibid. § 12. διακρίνειν et διαγιγνώσκειν dicitur. 6) *colligo, conjicio*. Matth. XXIV. 32. γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος colligitis instare æstatem. ib. v. 33. Marc. XIII. 28, 29. Luc. XXI. 20, 30, 31. Joh. VI. 15. 7) *intellectu valeo, possum*. Matth. XVI. 3. τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν cœli vultum quidem potestis dignoscere. 8) *scio, cognitum habeo*. Matth. VI. 3. μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου ut te ipsum quasi lateant. Luc. II. 43. καὶ οὐκ ἔγνω Ἰωσὴφ et ignorabat Josephus. VII. 39. X. 11, 22. XII. 47, 48. Joh. VII. 27. VIII. 52. XI. 57. Act. II. 36. XIX. 35. XX. 34. Rom. VI. 6. etc. 9) *novi*, ita, ut vel ad personam, vel ad indolem et mores referatur. Matth. XXV. 24. ἔγνων σε, ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος ego novi te hominem durum esse. Joh. I. 48. πόθεν με γινώσκεις; unde me nosti? ibid. II. 24. διὰ τὸ αὐτὸν γινώσκειν πάντας cum nosset omnes. 2 Cor. V. 16. Genes. XXIX. 5. γινώσκετε Λαβὰν τὸν υἱὸν Ναχώρ; οἱ δὲ εἶπαν, γινώσκομεν. 10) *calleo, scientiam, cognitionem habeo alicujus rei, artis, disciplinæ, linguæ*, etc. Act. XXI. 37. Ἑλληνιστὶ γιγνώσκεις; scisne Græce? omissum est λαλεῖν, quod additur Neh. XIII. 24. ubi ἐπιγινώσκειν eodem sensu ponitur. Joh. VII. 49. ὁ ὄχλος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον plebs rudis religionis, sc. scientiæ religionis Mosaicæ. Interdum γινώσκειν, simpliciter positum, significat: *scientiam et cognitionem religionis christianæ habere*. 1 Cor. VIII. 2. οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε non habet veram religionis christianæ scientiam, quam habere debet. ibid. XIII. 9. ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν imperfecta et manca est nostra relig. christ. scientia. ibid. v. 22. 11) interdum transitive sumitur pro *docere, tradere, notum et manifestum facere*. Joh. V. 42. ἀλλ' ἔγνωκα ὑμᾶς jam sæpius vobis palam professus sum. Rom. II. 18. καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα, sc. τοῦ Θεοῦ, alios, quæ sit Dei voluntas, doces, coll. v. 19, 20, 21. Pindar. Olymp. VI. 148. et XIII. 3. Eodem modo יָדַע pro הוֹדִיעַ ponitur Psalm. CXLVII. 20. ubi Alex. δηλοῦν habent, cum quibus Chaldæus et Lutherus conspirant. Ex. XXVIII. 5. Hinc passivum γινώσκεσθαι *edoceri, institui ab aliquo* significat. 1 Cor. VIII. 3. οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ hic edoctus est a Deo, hic habet veram et salutarem religionis christianæ scientiam. Galat. IV. 9 μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ vel potius a Deo ad ejus cognitionem adducti. 12) *inquiro, indago, investigo, et* κατ' ἐξοχὴν de *judicibus* usurpatur, *qui in reum inquirunt et statum causæ inquirendo cognoscunt*. Joh. VII. 51. καὶ γνῷ τί ποιεῖ et cognita ejus causa. Act. XVII. 19, 20. XXII. 30. XXIII. 28. βουλόμενος δὲ γνῶναι τὴν αἰτίαν cupiens scire causam. XXIV. 11. 1 Cor. IV. 19. 1 Thess. III. 5. 13) *considero, serio rem perpendo, probe examino, reputo*. Matth. VI. 7. εἰ δὲ ἐγνώκειτε τί ἐστιν quod si perpenderitis, quid sibi vellet hoc. XXIV. 39. καὶ οὐκ ἔγνωσαν neque prius rem serio perpenderent. Luc. XIX. 42. ὅτι εἰ ἔγνως τὰ πρὸς εἰρήνην σου utinam, quæ sint tibi salutaria, perpenderes! Joh. XV. 18. γινώσκετε κ. τ. λ. tunc erigite vos, reputantes, me prius odisse. 2 Cor. VIII. 9. Hebr. III. 10. αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου non perpendunt miracula mea. Ita יָדַע usurpatur Ps. XXXIX. 5. XL. 11. Hos. II. 10. Conf. etiam Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 392. 14) *puto, opinor*. Matth. XXIV. 50. ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ, ᾗ οὐ γινώσκει die, quo eum non expectat, et hora, qua non putat, h. e. *inopinato*. Luc. XII. 46. 15) *statuo mecum, decerno*. Luc. XVI. 4. ἔγνων τί ποιήσω decrevi quid faciam. Diod. Sic. IV. c. 57. ἔγνω τοὺς Ἡρακλείδας ἐξ ὅλης τῆς Ἑλλάδος φυγαδεῦσαι. Plutarch. Lycurg. c. 3. ἔγνω φυγεῖν ἀποδημίᾳ τὴν ὑπόνοιαν. Probavit hanc notionem Bergler. ad Alciphr. Ep. I. 25. p. 98 seq. Reitz. ad Lucian. T. II. p. 586 seq. et Barnes. ad Eurip. Dan. v. 43. 16) *probo assensu meo, approbo*. Sic יָדַע legitur Psalm. CI. 4. Jerem. I. 5. Rom. VII. 15. ὃ γὰρ κατεργάζομαι οὐ γινώσκω malum, quod patro, ipse non probo. Apoc. II. 24. οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν τὰ βάθη τοῦ Σατανᾶ. Conf. Gatackerum de Stilo N. T. c. 4. p. 33. 17) *agnosco aliquem meum esse et ad me pertinere*, et ex adjuncto: *magnifacio, revereor, amo, beneficiis afficio*. Matth. VII. 13. ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς nunquam vos pro meis habui, s. nunquam vos amicos meos et familiares habui. Joh. VIII. 55. καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτὸν sed vos non veri Dei cultores estis. ibid. X. 14. καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν amo meos sectatores et ab iis vicissim amor. v. 15, 27. XVII. 3. 1 Cor. VIII. 3. εἴ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ qui Deum amat et recte colit, is vicissim ab eo amatur et beneficiis afficitur. 2 Tim. II. 19. ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ favet Deus et delectatur veris suis cultoribus. Hebr. XIII. 23. γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον humaniter Timotheum excipite et, prout par est, tractate. Eodem modo יָדַע haud raro in libris V. T. usurpatur, Ps. I. 6. XXXVII. 18. 18) per euphemismum est: *cœo, rem habeo*, et de congressu maris et fœminæ tam licito, quam illicito, usurpatur, ad imitationem Hebraici יָדַע. Huc pertinet formula: γινώσκειν ἄνδρα, quæ respondet Latinæ *virum experiri*, h. e. *rem habere cum viro*, et legitur Luc. I. 34. ἄνδρα οὐ γινώσκω sum ignara mariti, ut Horatius virginem illibatam et innuptam vocat. Genes. XIX. 8. לֹא יָדְעוּ אִישׁ Alex. οὐκ ἔγνωσαν ἄνδρα. Num. XXXI. 17, 33. Interdum etiam de ipsis maribus dicitur. Matth. I. 25. καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν nec rem habuit cum ea. Genes. IV. 1. וְהָאָדָם יָדַע אִשְׁתּוֹ. ibid. XXIV. 16. Eodem sensu γινώσκειν in Græcis scriptoribus et apud Latinos *cognoscere* et *scire* usurpari, Fesselius in Adversariis Sacris Lib. II. c. 14. et Wetstenius N. T. T. I. p. 229. docuerunt. Hesych. ἔγνω· ὡμίλησεν ἀνὴρ πρὸς γυναῖκα. 18b) *possum, valeo, didici*,

assuefactus sum. Matth. XVI. 3. γιγνώσκετε διακρίνειν *valetis* dignoscere. In loco parallelo Luc. XII. 36. legitur: οἴδατε δοκιμάζειν. 19) interdum omittitur, v. c. Rom. XI. 18. εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, scil. γνῶθι. 20) Notandæ sunt formulæ loquendi τοῦτο δὲ γινώσκετε, seu γινώσκοντες, scriptoribus N. T. et Paulo inprimis admodum frequentes, quibus utuntur, vel rem animadversione dignam inculcandi, vel commendandi, vel transitionis, vel explicationis et demonstrationis causa, quæ vel reddendæ *etenim, scilicet,* vel plane in versione omittendæ sunt, v. c. Matth. XXIV. 43. Luc. XII. 39. Rom. VI. 6. 2 Tim. III. 1.

ΓΛΕΥ͂ΚΟΣ, εος, ους, τὸ, proprie *liquor ex uvis stillans, antequam calcentur,* quod alias πρόχυμα et πρότροπον (Plin. H. N. XIV. 7 et 9.), a Columella (de Re Rust. XII. 41.) vero et Catone (de Re Rust. c. 23.) et aliis *lixivum* fuit nuncupatum. Deinde *mustum, vinum recens ex uvis expressum,* ét synecdochice: *vinum, vinum dulce, quivis dulcis potus,* a γλυκὺς *dulcis.* Semel legitur in N. T. Act. II. 13. γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσὶ vino dulci (non *musto;* vindemiam enim in mensem Tisri cecidisse apud Judæos, satis notum est.) pleni sunt. Alex. Job. XXXII. 19. ὥσπερ ἀσκὸς γλεύκους (Hebr. יַיִן) ζέων. Symmachus habet: ὡς οἶνος νέος. Etym. M. γλεῦκος· τὸ ἀπὸ τῆς ληνοῦ ἀπόσταγμα αὐτομάτως καταῤῥέον ἀπὸ τῆς σταφυλῆς. ἔστι γὰρ τοῦτο γλυκύτατον καὶ λιπαρώτατον. Hesych. τὸ ἀπόσταγμα τῆς σταφυλῆς, πρὶν πατηθῇ. Idem Cyrillus Lex. MS. et Suidas. Conf. præter Wetstenii N. T. T. II. p. 465. J. E. J. Walchii D. de Natura et Indole τοῦ γλεύκους ad Act. I. I. in Ej. Diss. in Acta App. Vol. I. ac Barthii Adverss. p. 211.

ΓΛΥΚΥ͂Σ, εῖα, ὺ, *dulcis, suavis, jucundus.* Apoc. X. 9. ἀλλ' ἐν τῷ στόματί σου ἔσται γλυκὺ, ὡς μέλι. ibid. v. 10. Jacob. III. 11, 12. τὸ γλυκὺ, scil. ὕδωρ, opponitur ὕδατι ἁλυκῷ *aquæ marinæ,* et *aquam potabilem, ad potum aptam,* notat, plane, ut nostrum: süßes Wasser, *fresh water.*

ΓΛΩ͂ΣΣΑ, seu ΓΛΩ͂ΤΤΑ, ης, ἡ, 1) *lingua, pars corporis humani, gustus et sermonis instrumentum.* Marc. VII. 33. ἥψατο τῆς γλώσσης αὐτοῦ. v. 35. ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ, i. q. ἀνεῴχθη ἡ γλῶσσα αὐτοῦ Luc. I. 64. h. e. *usum linguæ recepit.* Luc. XVI. 24. καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου et refrigeret linguam meam. Act. II. 26. καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου, h. e. canit lingua mea laudes divinas, ubi tamen haud pauci Intt. ob locum Ps. XVI. 9. ubi in Hebraico כְּבוֹדִי legitur, vocabulo γλῶσσα *animæ* significationem subjiciunt, repugnante plane usu loquendi. Jacob. III. 5. 1 Petr. III. 10. παυσάτω τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ἀπὸ κακοῦ. 2) per metaphoram: *lingula ignis, extremitas flammæ,* quia extrema ignis flamma ad formam linguæ effigiata est. Sic semel legitur in N. T. Act. II. 3. καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς et videbant flammas igneas inter ipsos divisas; ubi de fulguribus volitantibus aut scintillis electricis sermo esse videtur. Similis locus est Ies. V. 24. ubi לְשׁוֹן אֵשׁ cum לֶהָבָה permutatur. 3) per metonymiam: *lingua animi interpres, sermo, unicuique genti peculiaris, dialectus.* Sic לָשׁוֹן Psalm. V. 10. Esth. I. 22. III. 12. Marc. XVI. 17. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς linguis variis ignotis utentur. Act. II. 4. ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις ita, ut loquerentur peregrinis linguis. (Confer J. A. Mayer Comment. de Charismate τῶν γλωσσῶν, *qua recentiores inprimis interpretum hac de re sententiæ inter se comparantur.* Hannov. 1797. 8.) ibid. v. 11. ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις linguis nobis vernaculis. Homer. Iliad. IV. 438. Sap. I. 6. Xenoph. Œcon. 13. 8. De *dialecto* legitur apud Xenoph. Mem. III. 14. 7. Etym. M. γλῶσσα σημαίνει καὶ τὴν διάλεκτον. 4) speciatim: *lingua peregrina, extera, barbara, ignota,* i. q. γλῶσσα ἑτέρα. Aristot. Poët. c 21. Sic legitur in N. T. Act. X. 46. ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις audiebant enim eos linguis ignotis loquentes. XIX. 6. ἐλάλουν δὲ γλώσσαις. 1 Cor. XII. 10. ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν facultas variis exteris linguis loquendi. 1 Cor. XIV. 2 seq. ὁ λαλῶν — — τῷ Θεῷ qui loquitur lingua ignota, non tam hominibus, sed potius Deo loquitur. Confer Stosch. Archæol. Œconom. N. T. p. 93. Recte jam monuit Clemens Alexandrinus: ἀπεριλήπτους οὔσας τὰς βαρβάρων φωνὰς, μηδὲ διαλέκτους, ἀλλὰ γλώσσας λέγεσθαι. Confer Gatacker. ad Marc. Antonin. p. 120. et J. C. Th. Ernesti in Lexico Technologiæ Græcc. Rhetor. p. 62 seq. 5) *donum linguarum peregrinarum, facultas linguis peregrinis loquendi.* 1 Cor. XIII. 8. γλῶσσαι παύσονται facultas linguis peregrinis loquendi cessabit aliquando. 6) *populus, natio, gens, quæ aliqua lingua utitur, homines diversarum linguarum, quibus distinguuntur,* i. q. ἔθνος, ἄνθρωπος. Philipp. II. 11. καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται et ad unum omnes homines profiteantur. Apoc. V. 9. ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους. VII. 9. X. 11. XIII. 7. XVII. 15. Eodem modo Chaldaicum לִשָּׁנַיָּא usurpatur Dan. III. 4, 31. V. 19. et Hebraicum לָשׁוֹן Ies. XLV. 23. כָּל־לָשׁוֹן *omnes homines.* Judith. III. 11. πάντα τὰ ἔθνη καὶ πᾶσαι αἱ γλῶσσαι καὶ πᾶσαι αἱ φυλαί. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 670. 7) *facultas dicendi, eloquentia, ars communicandi sensa animi.* 1 Cor. XIII. 1. ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, h. e. si præditus essem maxima facundia et eloquentia, non solum humana, sed etiam, quæ humana major esset. 8) interdum omittitur, v. c. 2 Tim. III. 4. προπετεῖς, ubi posses supplere *præcipites lingua.* Phavorin. γλῶσσα· τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον — ἐνίοτε δὲ διάλεκτον δηλοῖ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ ἐν τῷ ἄλλη ἄλλων γλῶσσα, τὴν διάλεκτον γλῶσσαν λέγει. δηλοῖ δέ ποτε τὴν ἐπεξενωμένην διάλεκτον.

ΓΛΩΣΣΟ'ΚΟΜΟΝ, ου, τὸ, i. q. ΓΛΩΣΣΟΚΟΜΕΙ͂ΟΝ. Pollux Lib. X. c. 33. γλωττόκομον habet, quod etiam apud Longinum de Sublim. s. XLIV. 5. legitur. Eleganter et docte de hac voce exposuit Krebsius in Observv. Flav. p. 152. Proprie significasse videtur *cistellam, quæ asservat musicorum lingulas, arcam, tibiarum lingulis recondendis idoneam.* Compositum enim est ex γλῶσσα *lingua,* etiam *lingula tibiarum et aliorum instrumentorum musicorum, quæ inflantur,* et κομέω *servo, curo, cum cura gesto.* Eo haud dubie respexit Hesychius hac glossa: Γλωττόκομον ἐν ᾧ οἱ αὐληταὶ ἀπετίθεσαν τὰς γλωσσίδας. Etymol. M. 235. 36. Deinde vero transfertur *ad quamlibet arculam, rebus pretiosis aut certe necessariis condendis aptam,* ut sit *theca, capsula, scrinium, marsupium, loculus,* et æque late patet ac vox ἀποθήκη. Sic teste Galeno Comm. II. in Libr. de Fract. Atticis dicebatur *capsula, scrinii instar, in qua tabulæ aut reconditiores litteræ aut etiam res pretiosiores recondebantur, et quam multi, iter facientes, secum ferre solebant.* Alexandrini usi sunt hac voce pro Hebraico אָרוֹן, h. e. arca corbanica, 2 Paralip. XXIV.

8, 10, 11. et Aquila Ex. XXXVII. 1. 1 Reg. VI. 19. de arca fœderis eandem vocem adhibuit. Interdum teste Hemsterhusio ad Aristoph. Plutum v. 711. p. 238. *loculum* notat, *in quo argentum reponebatur, marsupium* (Plutarch. T. V. Opp. p. 624. edit. Reisk.) quæ significatio unice convenit locis N. T. duobus, in quibus hæc vox tantum occurrit. Joh. XII. 6. *καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν* nam gestabat loculum, et, quod donatum erat, furabatur. ibid. XIII. 29. Hesych. *γλωσσόκομον· θήκη, σορὸς ξυλίνη λειψάνων.* Helladius Chrestomath. p. 11. ed. Meursii: *ὅτι τὸ γλωσσοκομεῖον κυρίως μέν ἐστι τὸ ἀγγεῖον, ὃ τὰς αὐλητικὰς ὑποδέχεται γλώσσας· οἱ δὲ νῦν καταχρώμενοι, καὶ ἐπὶ τῶν ἕτερα δεχομένων τιθέασι τὴν λέξιν.* Cæterum donata est successu temporis hæc vox civitate Judaica, ut e loco Gen. L. 26. apparet, ubi גלוסקמא in Targ. Jonath. et Hieros. Hebraico ארון respondet et de loculo mortuorum usurpatur. Confer Buxtorf. Lex Talmud. et Rabb. p. 443. et Wetstenius N. T. T. I. p. 921. Cæterum pro minus proba habet hanc vocabuli formam Phrynichus pag. 34 et 36. ubi vid. Pavus.

ΓΝΑΦΕΥ῎Σ, έως, ὁ, seu ΚΝΑΦΕΥ῎Σ, *fullo*, qui Atticis etiam *πλυνεὺς* dicebatur (conf. Mœris s. h. v.), cujus officium erat, vestes albas, cum sordidiores factæ erant, lavare, creta et nitro purgare et mediantibus *γνάφοις*, seu *carduis*, pannos pectere et lanam excitare. Theophr. Char. cap. X. Plutarch. T. VIII. Opp. p. 108. ed. Reisk. Deducitur a *γνάφω* vel *γνάπτω carmino, carpendo* vel *vellicando polio*, hoc vero est a *γνάφος* vel *κνάφος*, i. e. carduus, quo pectunt pannos, *ἀκανθώδες τι, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια*, teste Scholiaste Aristoph. ad Plutum v. 166. Legitur semel in N. T. Marc. IX. 3. *οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι* cujusmodi fullo quispiam in terra non potest dealbare. Alexandrini usi sunt pro Hebraico כּוֹבֵס *fullo*, a כָּבַס *lavare, purgare.* 2 Reg. XVIII. 17. Ies. VII. 3. XXXVI. 2. Scribitur etiam *κναφεὺς* in libris maxime Atticorum, teste Harpocratione, cujus locum totum adscribere placet: *γναφεύς· τοῦτο οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ ἔλεγον. κοινὸν δὲ τὸ διὰ τοῦ γ.* (sic reperitur apud Aristoph. Vesp. v. 1223.) *Κνάφος δέ ἐστιν ἀκανθῶδές τι, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια. τοῦτο οἱ νεώτεροι διὰ τοῦ γ λέγουσι, παρὰ τὴν γνάψιν. κναφεὺς μὲν οὖν παρὰ τὸ κνῶ, ὃ σημαίνει τὸ ξύω — γναφεὺς δὲ, παρὰ τὴν τοῦ φάρους γνάψιν, ἥτις ἐστὶ παρὰ τὸ γάνος, τὸ λαμπρόν.* Descripsit hæc verba Schol. Aristoph. ad Plut. 166. et ex hoc deinde Suidas. Hesych. *γναφέως· καθαίροντος ῥύπον.* Conf. de hac litterarum *γ* et *κ* permutatione Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Vocal. pag. 86. quemadmodum de ipso fullonum opificio legi merentur C. Schœttgenii Antiquitates Trituræ et Fulloniæ, Tr. ad Rhen. 1727. auctius editæ Lips. 1763. 8.

ΓΝΗ΄ΣΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie dicitur *genuinus, legitimus, legitimam et minime spuriam originem habens*, et opponitur *νόθῳ notho, spurio.* Sic centies apud Josephum legitur, v. c. A. J. III. 2. 1. *συμφέρειν τὸ τοὺς παῖδας εἶναι γνησίους*, et V. 7. 1. 2) metaphorice: *genuinus, sincerus, verus, qui vere talis est, qualis esse debet.* Hinc *τὸ γνήσιον* pro *γνησιότης ingenuitas, sinceritas* 2 Cor. VIII. 8. *τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων* ut, quam sincera sit vestra benevolentia, explorem. Philipp. IV. 3. *σύζυγε γνήσιε.* 1 Tim. I. 2. Tit. I. 4. *γνησίῳ τέκνῳ* germano filio, seu discipulo; nisi quis vertere malit, caro, dilecto discipulo. Certe *τὸ γνήσιον amorem* et *benevolentiam* notat 3 Macc. III. 13. ut demonstratum est a me in Spicilegio I. Lexici Bieliani p. 26. Phavor. *γνήσιος· ὁ μὴ νόθος, ὁ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γεννηθείς, ἐκ τοῦ γενῶ γενήσω. γενήσιος δὲ κατὰ συγκοπὴν γνήσιος κ. τ. λ.* Strabo VII. p. 414. A. *γνήσιοι γὰρ οἱ Γερμανοὶ κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων διάλεκτον.*

ΓΝΗΣΙ΄ΩΣ. Adverbium, *genuine, germane, legitime*, etiam *candido et simplici animo, bono et sincero animo.* Philipp. II. 20. *ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει* qui tam sincere vestram curam sit gesturus. Sæpius non legitur in N. T. Polyb. IV. 30. 2.

ΓΝΟ΄ΦΟΣ, ου, ὁ, *nubes tenebricosa, tonitru parturiens, caligo, cœlo, nubibus obvoluto, exorta, tenebræ, nebula.* Secundum Eustathium in Iliad. *μ'.* pag. 489. 16. est a *νέφος nebula*, mutato *ε* in *ο* et assumto *γ* per dialectum Æolicam. Semel legitur in N. T. Hebr. XII. 18. *τῷ γνόφῳ*, ubi Hebraico עָנָן respondet. Deut. IV. 11. Cæterum in vers. Alex. ponitur pro אֲפֵלָה Exod. X. 22. אֹפֶל Job. XXIII. 17. עֲרָפֶל Exod. XX. 21. et עֲנָנָה Ies. XLIV. 22. Phavor. *ἡ συννέφεια ἢ ὁ ζοφώδης ἀήρ.* Hesych. *συννέφεια· δεινὸς ἄνεμος, ἀχλὺς, σκοτομηνία*, collatis interpretibus Gr. ad Job. III. 5. Suid. *σκότος βαθύ.* Idem legitur in Lexico Psalterii MS.

ΓΝΩ΄ΜΗ, ης, ἡ. Est verbale a perfecto *ἔγνωσμαι*, verbi *γινώσκω, agnosco, novi, statuo, decerno.* 1) *sententia, mens.* 1 Cor. I. 10. *καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ* concordia animorum. Apoc. XVII. 13. *οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσιν* summus est inter eos animorum consensus, *conspirant.* Nam *μίαν γνώμην ἔχειν* est i. q. *ἴσα βαίνειν, ἴσα πνεῖν.* Jul. Pollux VIII. 151. Cæterum formula *γνώμην ἔχειν* sæpius obvia est apud Græcos, v. c. Herodot. I. 207. II. 7. Thucyd. II. 86. Aristoph. Nub. 157. *ὁπότερα τὴν γνώμην ἔχοι.* Schol. *πῶς διάκειται καὶ διαλογίζεται.* 2) *voluntas.* Act. XX. 3. *ἐγένετο γνώμη* constituit, decrevit. Philem. v. 14. *χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης* te invito, te non permittente. Hinc *κατὰ γνώμην ποιεῖν τινὶ alicui gratificari* apud Xenoph. de Re Equestri c. XI. 5. 3) *judicium, opinio.* 1 Cor. VII. 40. *κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην* ut mea fert opinio, ex mea sententia. Eadem formula legitur quoque apud Herodot. V. 3. Ælian. V. H. VII. 12. 4) *consilium.* 1 Cor. VII. 25. *γνώμην δὲ δίδωμι* consilium vobis do, modeste vobis suadeo. Hesych. *γνώμην δίδωμι· συμβουλεύω*, ut rescribendum est loco *συμβουλεύομαι.* 2 Cor. VIII. 10. *καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι.* Pro Hebr. עֵצָה legitur apud Symmach. Job. XXXVIII. 2. Sirac. VI. 24. ubi cum *συμβουλία* permutatur. Xenoph. de Vectigal. IV. 22. *τῇ δὲ γνώμῃ ἐπιμελούμενοι* consilio adjuvantes. Suidas. *βουλή· προαίρεσις.* Confer Wetstenii N. T. T. II. pag. 128. 5) *decretum.* Apoc. XVII. 17. *ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ* exsequi decretum Dei. Conf. Taylor. ad Demosthenem T. II. p. 604. et Wetstenii N. T. T. II. p. 824. In vers. Theodotionis respondet Chaldaico דָּתָא Dan. II. 15. et טְעֵמָא Esr. IV. 19. V. 3. Hesych. *γνῶμαι· τὰ ψηφίσματα.* 6) interdum omittitur, v. c. post *ἀπὸ μιᾶς*, sc. *γνώμης*, Luc. XVI. 18.

ΓΝΩΡΙ΄ΖΩ, fut. *ίσω*, 1) *notum facio, revelo, quod antea ignotum et occultum erat, narro, doceo, trado.* Sic legitur in N. T. Joh. XV. 15. doctrinam a patre acceptam vobis tradidi. ibid. XVII. 26. *καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου καὶ γνωρίσω.* Rom. IX. 23. *καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ* et potentiæ suæ documentum edere, i. q. *ἐνδείξασθαι* in anteced. v. 24. 2 Cor. VIII. 1. Galat. I. 11. Ephes.

I. 9. VI. 19. *ἐν παῤῥησίᾳ γνωρίσαι τὸ μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου* libere tradendi religionem christianam. ibid. v. 21. *γνωρίσει* narrabit. Coloss. I. 27. IV. 7, 9. 2 Petr. I. 16. Passivum *γνωρίζεσθαι innotescere, patefieri, tradi.* Rom. XVI. 26. *πίστεως εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος* doctrinæ gentilibus traditæ. Ephes. III. 3. *ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνωρίσθη μοι τὸ μυστήριον.* ibid. v. 5, 10. 2) *indicium certum alicujus rei do, significo, dico, quibus signis aliqua res cognosci et ab aliis discerni possit.* Luc. II. 15. *ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν* quod Deus nobis significavit, coll. v. 12. 1 Cor. XII. 3. *διὸ γνωρίζω ὑμῖν* ideo certum signum et indicium vobis dabo; conf. seq. Ezech. XLIV. 23. *ἀναμέσον ἀκαθάρτου καὶ καθαροῦ γνωριοῦσιν αὐτούς.* Hanc vim verbi multis exemplis evicit H. Stephanus in Thes. Ling. Gr. et Jensius in Ferculo Litterario p. 36. 3) *in memoriam alicui revoco, commonefacio aliquem,* ita, ut omissum sit *πάλιν.* 1 Cor. XV. 1. *γνωρίζω δὲ ὑμῖν* meminisse vos volo; nam in sequentibus repetitur a Paulo, de quo jam in antecedentibus Corinthiis exposuerat. Zonaras Lex. coll. 446. *γνωρίζω, ἀντὶ τοῦ ὑπομιμνήσκω. παρὰ τῷ ἀποστόλῳ. γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ εὐαγγέλιον.* Confer quoque Chrysostomum et Œcumenium ad Pauli l. l. 4) *monstro, ostendo.* Act. II. 28. *ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς* monstras mihi viam redeundi in vitam, h. e. reducis me in vitam et restituis: modus loquendi plane singularis, cui tamen lucis aliquid affunditur locis utriusque codicis, quæ Glassius in Philol. S. p. 223. collegit, ut probaret, verba, quæ *rei* notificationem significant, quandoque pro ipsa rei productione usurpari. ' 5) etiam intransitive usurpatur, ut sit: *scire, nosse.* Philipp. I. 21. *καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω* utrum optarem ignoro, non video. Job. XXXIV. 25. יַכִּיר מַעְבָּדֵיהֶם Alex. *γνωρίζων αὐτῶν τὰ ἔργα.* Vulg. novit eorum opera. Prov. III. 6. Marc. Antonin. IV. 29. — Hesych. *γνωρίσαι· φανεροποιῆσαι.* Phavor. *γνωρίζω· τὸ ὑπομιμνήσκω παρὰ τῷ ἀποστόλῳ. ὡς τὸ, γνωρίζω ὑμῖν, ἀδελφοί, τὸ εὐαγγέλιον. καὶ γνωρίζω ἀντὶ τοῦ γινώσκω. ὡς ὁ Θεόλογος Γρηγόριος. οἷον γνωρίσωμεν ἡμῶν τὸ ἀξίωμα, καὶ ὑπὲρ τίνος Χριστὸς ἀπέθανε. καὶ γνωρίζω τὸ γνώριμον καὶ δῆλον ποιῶ.*

ΓΝΩ͂ΣΙΣ, *εως, ἡ,* 1) *omnis accurata et distincta alicujus rei scientia et cognitio.* Respondet Hebr. דַּעַת in vers. Alex. Ps. XIX. 3. XLIV. 10. Prov. II. 6. VIII. 9, 10, 12. et לָשׁוֹן apud Symm. Ies. L. 4. ubi *eloquentiam* seu *peritiam loquendi* notat. Sic legitur in N. T. Luc. I. 77. *τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ* ut cognitione salutaris doctrinæ populum ejus imbuas. Rom. II. 20. *ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ* te habere veram et rectam legis scientiam. 2 Petr. III. 18. *αὐξάνετε δὲ ἐν χάριτι καὶ γνώσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν* augeatur indies vestra religionis christianæ cognitio, quam debetis beneficio divino. 2) speciatim ita dicitur *scientia rerum divinarum, notitia rerum ad religionem pertinentium,* et *κατ' ἐξοχὴν scientia et cognitio religionis christianæ.* Luc. IX. 52. *ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως* vobis demandatum est munus imbuendi populum scientia veræ religionis divinæ. Rom. XV. 14. *πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως* satis instructi scientia relig. christianæ. 1 Cor. I. 5. *ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει.* ib. VIII. 1. *ὅτι πάντες γνῶσιν ἔχομεν, ἡ γνῶσις φυσιοῖ* nos omnes eam scientiam religionis christianæ habemus, quæ scilicet nos de vanitate deastrorum edocere potest, sed scientia illa sola ad superbiam ducere solet. ibid. XIV. 6. *ἢ ἐν γνώσει* ita, ut vos scientia religionis christianæ imbuam. 2 Cor. XI. 6. Coloss. II. 3. 3) *perfectior cognitio religionis christianæ, quæ paucorum esse solet.* 1 Cor. VIII. 7. *ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις* sed non omnes perfectiore cognitione et certa persuasione gaudent. ib. v. 10. *τῷ ἔχοντι γνῶσιν* opponitur *ὁ ἀσθενὴς ὤν.* ib. v. 11. 1 Cor. XIII. 2. 4) Interdum tamen *γνῶσις* in N. T. a *σοφία* distinguitur forsitan hoc discrimine, ut *γνῶσις* sit imperfectior et ea religionis christianæ scientia, quæ tantum circa elementa ejus versatur; *σοφία* autem dicatur major et perfectior religionis christianæ scientia, ut eam possis docte, subtiliter et prudenter aliis tradere. Sic autem legitur in N. T. 1 Cor. XII. 8. ubi conferendus est Chrysostomus in Homilia ad h. l. ibid. XIII. 8. *εἴτε γνῶσις, καταργηθήσεται* cognitio imperfectior illa religionis, quam nunc habemus, olim cessabit, nam succedet perfectior, coll. v. 9. Etymol. ineditum: *γνῶσις σοφίας διαφέρεται. γνῶσις μέν ἐστι τὸ εἰδέναι τὰ ὄντα· σοφία δὲ καὶ τὸ τὰ ὄντα γινώσκειν, καὶ τὸ τὴν τῶν ἀντι-*

πιπτόντων λύσιν ἐπίστασθαι. 5) *cognitio religionis practica, quæ se ipsis factis et virtutis studio exserit.* 2 Cor. VI. 6. *ἐν γνώσει,* nam ibi conjungitur cum aliis virtutibus. ibid. VIII. 7. ubi diserte a *πίστει καὶ λόγῳ* distinguitur. Nam *γινώσκειν τὸν Θεὸν* in N. T. non tantum iis tribuitur, qui cognitionem idoneam veri Dei habent, sed etiam iis, qui convenienter vivunt huic cognitioni, Deumque pia mente colunt. 6) *facultas intelligendi et cognoscendi, intelligentia, captus.* Ephes. III. 19. *τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ* amorem Christi omni cogitatione humana superiorem, s. excedentem omnem captum humanum, coll. v. 20. quam nec sperare nec satis intelligere possumus. 7) *ipsa religio, doctrina rerum divinarum.* 2 Cor. II. 14. *τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ* qui per nos utique doctrinam suam propagat, velut odorem, suave olentem. ibid. IV. 6. *τῆς γνώσεως τῆς δόξης* doctrinæ religionis præstantissimæ. ibid. X. 5. *πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ* omnes potentes adversarios, qui se opponunt religioni divinæ. Philipp. III. 8. *διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ* ob summam præstantiam religionis christianæ. 1 Tim. VI. 20. *τῆς ψευδωνύμου γνώσεως* falsæ religionis, doctrinæ rerum divinarum, quæ non digna est hoc nomine. Eodem modo דַּעַת, quod per *γνῶσιν* usitatissime vertunt Alexandrini, usurpatur Malach. II. 7. ubi ait propheta שִׂפְתֵי כֹהֵן יִשְׁמְרוּ־דַעַת, h. e. ministrorum Dei est, ut invigilent doctrinæ ejusque puritati. Huic plane respondet Arabicum بَيِّنَةٌ, quod sæpissime in Corano de effatis divinis usurpatur, quæ jactabat Muhamedes. Clemens Alex. Strom. Lib. VI. p. 645. *γνῶσις παρὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ παραδοθεῖσα καὶ ἀποκαλυφθεῖσα.* Cf. Tittmanni libellum de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 138 seq. 8) *sapientia et prudentia.* 1 Petr. III. 7. *συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν* prudenter cum uxoribus vestris vivite. 2 Petr. I. 5. *ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν* cum virtutis christianæ studio conjungite prudentem vitæ rationem. Rom. XI. 33. *γνῶσις* ipsi Deo tribuitur, quatenus, quæ conducunt ad hominum felicitatem, judicio minime fallaci cognoscit, et suam summam sapientiam gubernatione rerum humana-

rum demonstrat. Hesych. *γνῶσις· σύνεσις, εἴδησις, νόησις.*

ΓΝΩ΄ΣΤΗΣ, *ου, ὁ*, *cognitor* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum,) *qui aliquid bene cognitum et perspectum habet adeoque aliquam rem dijudicare valet, gnarus*, a *γινώσκω*. Semel in N. T. legitur Act. XXVI. 3. *μάλιστα γνώστην* (in aliis codd. *ἐπιστάμενος*, in aliis *εἰδὼς* e glossemate) *ὄντα σε πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν τε καὶ ζητημάτων* (pro *γνώστου ὄντος σου*. Conf. Gronovium ad Arrian. V. 20. p. 222. Perizon. ad Ælian. V. H. II. 13. et Markland. ad Lysiæ Oratt. II. p. 440.) cum te non lateant præcepta et controversiæ Judæorum. Hist. Susann. v. 42. *ὁ Θεὸς αἰώνιος ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης*. In versione Alex. respondet Hebr. יִדְּעֹנִי *ariolus, rerum futurarum divinator*. 1 Sam. XXVIII. 3. 2 Reg. XXI. 6.

ΓΝΩΣΤΟ΄Σ, *ὁ, ἡ, τὸ*, 1) *notus, cognitus*, ita, ut de *hominibus* æque ac de *rebus* usurpetur. Joh. XVIII. 15, 16. *γνωστὸς τῷ ἀρχιερεῖ* notus erat domesticis pontificis. Act. I. 19. *καὶ γνωστὸν ἐγένετο* et innotuit. ibid. II. 14. IV. 10. IX. 42. XIII. 38. XIX. 17. XXVIII. 22, 28. *γνωστὸν οὖν ἔστω ὑμῖν* sciatis vero, יִוָּדַע לָכֶם, Ezech. XXXVI. 32. Gloss. Vetus: *γνωστὸς γίνομαι, innotesco.* 3) *familiaris, amicus*, etiam *cognatus*. Suid. *γνωστοί· φίλοι.* Lex. Cyrilli MS. Brem. *γνωστούς· ἀδελφούς.* — Sic legitur in N. T. Luc. II. 44. *ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ τοῖς γνωστοῖς* inter cognatos et amicos. ib. XXIII. 49. *εἱστήκεισαν δὲ πάντες οἱ γνωστοὶ αὐτοῦ μακρόθεν* eminus consistebant omnes familiares ejus et cognati. Psalm. LXXXVIII. 8. *ἐμάκρυνας τοὺς γνωστούς μου ἀπ' ἐμοῦ*, ubi Hebraico מְיֻדָּע respondet. Nehem. V. 10. pro וְגַם־אֲנִי אַחַי וּנְעָרַי Alexandrini habent *καὶ οἱ ἀδελφοί μου καὶ οἱ γνωστοί μου.* Adde Aquil. Theod. Proverb. VII. 4. ac Homer. Iliad. XIII. 697. 3) *certus, non dubius, extra controversiam positus, omnia veri signa habens.* Act. IV. 16. *γνωστὸν σημεῖον* indubitatum miraculum patratum, aut, ut etiam verti potest, *insigne miraculum;* nam apud Symm. Proverb. XXXI. 23. *γνωστὸς* est *nobilis*, *περίβλεπτος*, ut a LXX Intt. explicatur. 4) *τὸ γνωστὸν cognitio, scientia*, i. q. *γνῶσις*, quo ipso vocabulo usi sunt Chrysost. et Theodoret. explicationis causa ad locum Rom. I. 19. *διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς* quanquam vero habent cognitionem de Deo, ab ipso Deo ipsis suppeditatam. (Sic cap. II. 4. *τὸ χρηστὸν* pro *χρηστότης* ponitur, et Genes. II. 9. pro Hebraicis עֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע Alexandrini habent *καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ.*) Potest tamen *τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ* quoque verti: quantum de Deo cognoscere licet. Plutarch. Thes. c. 2. *μεταξὺ τοῦ δυνατοῦ τὸ συνετὸν ἔχοντες.* 5) *carus, dilectus.* Act. XV. 18. *γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ* nam cara sunt Deo semper omnia ejus opera, h. e. amat omnes homines, gentiles æque ac Judæos. Suadet hanc explicationem omnis orationis series et confirmat ipse usus loquendi. Conf. supra sub *γινώσκω*.

ΓΟΓΓΥ΄ΖΩ, fut. *ύσω*, 1) *murmuro, mussito, submissa voce utor, clanculum et intra dentes aliquid profero.* Ita legitur Joh. VII. 32. *ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι τοῦ ὄχλου γογγύζοντος περὶ αὐτοῦ ταῦτα* cognoscentes populum clam hæc de Jesu statuere, quæ nempe v. 31. leguntur. Proprie de *columbis* hæc vox usurpata videtur, teste Polluce V. 13. Hesych. *γογγύζειν· φθέγγεσθαι, τονθορύζειν.* Phavorin. *γογγύζειν· ἐπὶ τῆς περιστερᾶς λέγεται. σημαίνει δὲ τὸ τονθορύζειν.* Jam, quia hi, qui mussitant, fere ex indignatione hoc faciunt, hinc factum est, ut *γογγύζω* 2) significaret *indignari, ægre ferre, conqueri, contendere et rixari*, nec tamen indignationem et querelam licite proferre et aperire. Matth. XX. 11. *λαβόντες δὲ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ οἰκοδεσπότου* tum illi fremebant contra patremfamilias. Conf. Alexandrinos Exod. XVI. 7. Luc. V. 30. *καὶ ἐγόγγυζον* et indigne ferebant. Joh. VI. 41. *ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ* Judæi autem indignabantur ob id, quod dixerat. Conf. Alex. Num. XIV. 27. ibid. v. 43 et 61. 1 Cor. X. 10. *μηδὲ γογγύζετε* ne conqueримini de Deo, coll. Num. XIV. 1. Sæpius non legitur in N. T. Eodem sensu hæc vox reperitur apud M. Antonin. II. 21. Arrian. Diss. in Epictet. III. c. 26. *μὴ ἀντίτεινε· μὴ γόγγυζε.* Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 424.

ΓΟΓΓΥΣΜΟ΄Σ, *οῦ, ὁ*, 1) *murmur, mussitatio, sermo submissus*, i. q. *τονθορυσμός.* (a *γογγύζω*.) 2) *disputatio clandestina.* Joh. VII. 12. *καὶ γογγυσμὸς πολὺς περὶ αὐτοῦ* multa fuit de eo disputatio. 3) *indignatio clandestina, quæ non palam profertur.* Philipp. II. 14. *πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν* (in aliis codd. legitur *ὀργῆς*) omnibus officiis vestris satisfacite, sine indignatione, h. e. *lubenter, hilari et promto animo.* 1 Petr. IV. 9. *φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους ἄνευ γογγυσμῶν* lubenter vos invicem hospitio excipite. 4) *querela, conquestio.* Act. VI. 1. *ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλλήνων πρὸς τοὺς Ἑβραίους* excita est conquestio Hellenistarum adversus christianos e Judæis. Eodem sensu legitur in vers. Alex. Exod. XVI. 7, 8, 9, 12. ubi Hebraico תְּלוּנָּה respondet. Num. XVII. 10.

ΓΟΓΓΥΣΤΗ΄Σ, *οῦ, ὁ*, *murmurator.* (ab eodem.) Semel legitur in N. T. Jud. v. 16. ubi falsi doctores *γογγυσταὶ* vocantur vel ideo, quia *contentiosi* erant et, pugnandi libidine abrepti, christianis doctoribus, maxime apostolis, obloquebantur et eos conviciis proscindebant, (coll. Prov. XXVI. 21. נִרְגָּן *contentiosus*, Alex. *λοίδορος*, Theod. *γογγυστής*, Aquila *τονθρυστής*, Symmachus *δόλιος*) vel ideo, quia *rebelles* erant contra Deum ejusque voluntati se opponebant, homines scelesti et immorigeri Deo. Certe voci *γογγυσμὸς* Ies. LVIII. 9. in vers. Alex. Hebraico אָוֶן *iniquitas* respondet.

ΓΟ΄ΗΣ, *ητος, ὁ*, 1) proprie: *incantator, præstigiator, qui præstigiis aliisve malis artibus imponit*, qui etiam *μάγος* dici solet, qua ipsa voce Hesychius usus est s. h. v. Ita vero legitur apud Xiphilinum in Epit. Dionis Cass. de imperatore Antonino Caracalla, artibus magicis impenso studio favente, in vita ejus: *τοῖς δὲ μάγοις καὶ γόησιν οὕτως ἔχαιρεν, ὡς καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Καππαδόκην τὸν ἐπὶ τοῦ Δομιτιανοῦ ἀνθήσαντα ἐπαινεῖν καὶ τιμᾷν, ὅστις καὶ μάγος καὶ γόης ἐγένετο κ. τ. λ.* Hinc 2) *impostor quivis* ita dicitur, *qui aliis imponit*, unde et apud scriptores Gr. *γοητεία τῇ ἀπάτῃ* jungitur, ut docuit Gottleber ad Platonis Menexenum c. 2. p. 18. In N. T. legitur semel 2 Tim. III. 13. *πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι καὶ γόητες*, ubi sermo est de falsis doctoribus, qui in sequentibus *πλανῶντες* vocantur. Æschyl. Choë. 818. Suid. *γόης· κόλαξ, πλάνος, ἀπατεών.* Timæus Lex. Plat. *γόητες· ἀπατεῶνες.* Conf. Abresch. ad Æschylum p. 484. Wetstenii N. T. T. II. p. 363. et Fischer. ad Platonis Phæd. § 30. p. 339. ed. rec.

ΓΟΛΓΟΘΑ͂. *Golgotha.* Nomen collis exigui prope Hierosolymam,

in quo Christus crucifixus est, origine Chaldaicum גֻּלְגָּלְתָּא *cranium*, (Syriacum ܓܓܘܠܬܐ voce media radicis elisa, Arabicum جلجة, Hebraicum vero גֻּלְגֹּלֶת (2 Reg. IX. 35.) a גָּלַל volvit, in Piel גִּלְגֵּל, unde cranium hoc notatur nomine a forma rotunda, quam habet) quod *locum calvariæ* seu *cranii* significat, κρανίου τόπον, ut explicatur Matth. XXVII. 33. et Joh. XIX. 17. Locus vero, ubi Christus crucifigebatur, ita vocatus videtur, non ob formam montis, capiti humano similem, ut quibusdam visum est, sed quia refertus fuerit craniis maleficorum, ibi interfectorum. Gloss. N. T. ed. Alberti p. 7. Γολγοθᾶ, κρανίον.

ΓΟ'ΜΟΡ'Ρ'Α, ας, ἡ, et ΓΟ'ΜΟΡ'Ρ'Α, ων, τὰ, *Gomorrha*. Nomen urbis πενταπόλεως (nam eo loco, ubi nunc mare Mortuum, seu lacus Asphaltites est, erant olim quinque urbes, Genes. XIV. 2. quarum una fuit hæc Gomorrha) ad plagam orientalem terræ Judææ sitæ, quæ ob summam civium impietatem cum Sodoma eodem eversa est incendio. Genes. XIX. 24. Hebraice dicta est עֲמֹרָה ab עָמַר *manipulos fecit*, sine dubio a copia frugum, erat enim sita in tractu amœnissimo et fertilissimo. Consueverunt autem Græci ע per γ exprimere, v. c. רַעְמָה ῥέγμα, עַזָּה γάζα, Gen. XIX. 23. צוֹעַר σηγὼρ et σωγὰρ, Genes. XXXVI. 24. alia multa ut taceam. In N. T. autem legitur tantum Matth. X. 15. Marc. VI. 11. Rom. IX. 29. 2 Petr. II. 6. Jud. v. 7.

ΓΟ'ΜΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *onus navis*, (φορτίον) *merces, quæ sunt in navi*. (a γέμω *onustus sum*.) Sic legitur in N. T. Act. XXI. 3. ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον ibi enim nautæ exposituri erant merces. Eustath. in Iliad. ό. p. 1041. 39. φόρτος νηὸς, ὁ καὶ γόμος. οὗ καὶ αὐτοῦ χρῆσις παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Id. in Iliad. π'. p. 1106. 50. et Od. γ'. p. 130. 24. Herodot. I. 194. Apud Alexandrinos de *quovis onere* usurpatur, et Hebraico מַשָּׂא respondet. Exod. XXIII. 5. 2 Reg. V. 17. 2) *quæcunque merces aliæ, quodlibet mercimonium*. Apoc. XVIII. 11. τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι merces eorum nemo emit amplius. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. γόμος· ὁ φόρτος, εἴτουν τὸ ἄχθος. Gloss. *onus*, γόμος, βάρος, φορτίον.

ΓΟΝΕΥ'Σ, έος, ὁ, *parens, pater ac mater*. (a præt. med. γέγονα, verbi γείνω, *gigno, procreo*.) Uterque enim parens hoc nomine concluditur. Matth. X. 21. ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς insurgent liberi adversus parentes. 2 Cor. XII. 14. 2 Tim. III. 2. γονεῦσιν ἀπειθεῖς. Hesiod. Opp. 233. τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν. Aristoph. Nub. 990. Interdum etiam de *iis* usurpatur, *qui parentes habentur vulgo, et vere sunt voluntate ac benevolentia*. Luc. II. 27. καὶ ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν. ib. v. 41. Cf. Schweighæus. ad Polyb. XII. 10. 3.

ΓΟ'ΝΥ, υος, et γόνατος, τὸ, *genu, femorum ac crurum commissura*. Inde formula: προσπίπτειν τοῖς γόνασι τινὸς *amplecti alicujus genua, ad genua alicujus procidere*, quæ legitur Luc. V. 8. προσέπεσε τοῖς γόνασιν τοῦ Ἰησοῦ. Similis formula reperitur in N. T. κάμπτειν τὸ γόνυ, seu τὰ γόνατα τινὶ, quæ *partim* pro προσεύχεσθαι *precari, orare* ponitur, ex more istorum temporum, genubus flexis orandi, v. c. Ephes. III. 14. τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα propterea ego Deum semper celebrare soleo precibus meis | eique gratias agere, *partim* vero *cultum divinum præstare, genibus flexis adorare* significat. Rom. XI. 4. οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ qui non Baalem ut Deum coluerunt. (conf. 1 Reg. XIX. 18.) ibid. XIV. 11. ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ me omnes cultu divino prosequantur, coll. Ies. XLV. 23. כִּי־לִי תִּכְרַע כָּל־בֶּרֶךְ׃ Philipp. II. 10. Restat formula: τὰ γόνατα τιθέναι *genua flectere, in genua procumbere* s. *prolabi*. Marc. XV. 19. καὶ τιθέντες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ et genubus flexis supplices eum sunt venerati. Luc. XXII. 41. Act. VII. 60. IX. 42. X. 36. XXI. 5.

ΓΟΝΥΠΕΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *in genua procido, genua flecto*, i. q. alias dicitur πρὸς τὰ γόνατα τινὸς πίπτειν, vel προσπίπτειν τοῖς γόνασι τινός. (ex γόνυ *genu*, et πετεῖν, i. q. πίπτειν *cadere*.) Construitur autem cum dativo vel cum accusativo, interveniente particula ἔμπροσθεν. Videndus est de constructione hujus vocis Abreschius in Animadvv. ad Æschylum p. 552. Speciatim vero γονυπετέω in N. T. est: 1) *procidere in genua supplicandi et misericordiam alicujus implorandi causa*. Mat. XVII. 14. προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος γονυπετῶν αὐτὸν (in aliis codicibus αὐτῷ) accessit aliquis, qui eum supplex ita rogabat. Marc. I. 40. Polyb. XV. 27. Eurip. Phœn. 300. Hesych. γονυπετεῖ· παρακαλεῖ, δέεται, ἱκετεύει. 2) *procidere in genua honoris et cultus gratia*. Marc. X. 17. Suid. γονυπετῆσαι· αἰτιατικῇ, προσκυνῆσαι. 3) *in genua procidere illudendi causa*. Matth. XXVI. 29. καὶ γονυπετήσαντες ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. apud Labbæum: γονυπετῶ, *geniculo, geniculor, genua advolvo*.

ΓΡΑ'ΜΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *littera, character, ex quo syllaba et voces conficiuntur*. Sic legitur in N. T. Luc. XXIII. 38. ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ Ῥωμαϊκοῖς καὶ Ἑβραϊκοῖς titulus etiam scriptus erat Græcis, Latinis et Hebraicis litteris. Loca veterum huc pertinentia collegit Wetstenius N. T. T. I. p. 886. 2) per synecdochen *id, quod scriptum est et litteris consignatum, liber* (Callim. Epigr. LX. v. 3. Conf. Valcken. ad Ammon. p. 58. et Maussac. ad Harpocrat. p. 382.) et quidem α) *chirographum, syngrapha, scripta contractus formula*, **eine obligation, schuld-verschreibung**, *an obligation, a written promise to pay a debt*. Luc. XVI. 6, 7. δέξαι σου τὸ γράμμα accipe tuam cautionem; qua ipsa voce h. l. Vulgatus usus est. Sic legitur apud Joseph. A. J. XVIII. 6. 3. ut pecuniam daret mutuam ἐπὶ γράμματι καὶ πίστει τῇ αὐτοῦ. β) *epistola, litteræ*. Act. XXVIII. 21. ἡμεῖς οὔτε γράμματα περί σου ἐδεξάμεθα ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας nos neque litteras de te accepimus ex Judæa. Galat. VI. 11. πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ quam longam vobis epistolam manu mea scriptam dederim. Sic autem legitur apud Xenoph. Hist. Gr. I. 1. 15. γ) *leges Mosaicæ scriptæ* et *Codex V. T. doctrina et præcepta religionis, quæ Codice V. T. continentur*. Joh. V. 47. εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε quodsi nec Mosis scriptis, h. e. vaticiniis ejus, de me prolatis, fidem habetis. ibid. VII. 15. πῶς οὗτος γράμματα οἶδε; unde illi facultas interpretandi litteras sacras? Rom. II. 29. VII. 6. οὐ παλαιότητι γράμματος non lege Mosaica abrogata. 2 Cor. III. 6. τῷ γράμματι legi Mosaicæ, opponitur πνεῦμα doctrina christiana. 2 Tim. III. 15. τὰ ἱερὰ γράμματα libri sacri Judæorum dicuntur: ὅτι ἀπὸ

βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας inde a tenera ætate nactus es cognitionem librorum sacrorum. Libri sacri Judæorum a Josepho τὰ ἱερὰ γράμματα (A. J. III. 7. 6. XIII. 5. 8. Philo de Vit. Mos. T. II. p. 179. 21. ed. Mangey.) αἱ ἱεραὶ βίβλοι (A. J. I. 6. 2. III. 6. 1.) et ἐν τῷ ἱερῷ ἀνακειμένη γραφὴ (A. J. III. 1. 7.) vocantur. Cæterum γράμμα etiam Græcis *lex* dicitur, v. c. apud Isocrat. in Areop. p. 288. ed. Wolf. γράμματα λαβεῖν παρ' ἀλλήλων. Aristoph. Concion. v. 1042. 3) *eximia, insignis eruditio, doctrina*, et speciatim *erudita et subtilis religionis Judaicæ scientia et cognitio.* Act. XXVI. 24. τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει insignis tua doctrina te non compotem tui reddit. Rom. II. 27. διὰ γράμματος, qui tamen habes religionis Mosaicæ idoneam cognitionem. — Phav. γράμμα· ὁ χαρακτὴρ, ἡ ἐπιστολὴ, αὐτὸ τὸ γράμμα, τὸ σύγγραμμα κ. τ. λ.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΥ'Σ, έως, ὁ, proprie: 1) *scriba, cujus officium est, ut aliquid scribat et describat, qui scribendi exercet officium,* (a γράφω *scribo*) Hebr. סֹפֵר, quod, ut bene Lightfootus in Hor. Hebr. et Talmud. ad Matth. II. 4. p. m. 205. docuit, olim tribuebatur *Notariis publicis* in synedriis, registrariis in synagogis, omninoque iis, qui hominibus privatis scribebant libellos repudii, contractuum, emtionis ac venditionis, phylacteria, etc. et κατ' ἐξοχὴν *Scribæ populi* vocabantur. 2 Sam. VIII. 17. 2 Reg. XII. 11. Esther. III. 12. Esra VII. 6, 11, 12. Speciatim γραμματεῖς ad imitationem Hebraici סוֹפְרִים dicebantur 2) *legis periti*, h. e. *legis divinæ, Judæis traditæ, et traditionum doctores et interpretes, theologi Judæorum,* qui non solum curam codicis sacri habebant, ita, ut partim eum custodirent, partim recte describi curarent, sed etiam in causis cognoscendis, et difficilioribus scripturæ sacræ locis interpretandis operam suam præstabant, et assessores erant synedrii magni, unde *scribæ legis*, νομικοὶ et νομοδιδάσκαλοι appellabantur, et ipsa vox Græca γραμματεῖς cum nomine Φαρισαῖοι, Matth. V. 20. (ubi sunt legis interpretes e secta Pharisæorum intelligendi.) XII. 38. XV. 1. et vocibus ἀρχιερεῖς, Matth. II. 4. XX. 18. XXI. 15. et πρεσβύτεροι, Matth. XVI. 21. XXVI. 3. XXVII. 41. conjuncta reperitur. Sic autem legitur in N. T. Matth. VII. 29. XVII. 10. XXIII. 2, 13, 14, 15. Conf. Vorstius de Hebraismis N. T. cap. III. p. 84 seq. ed. Fischeri et Wetstenii N. T. T. I. p. 244. 3) *quilibet doctor religionis christianæ.* Matth. XIII. 52. πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν quilibet doctor bene callens et tradens doctrinam evangelii. ibid. XXIII. 34: ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς. De doctore religionis usus est hac voce Sirac. XXXVIII. 25. 4) in universum ita dicitur *vir, sapientia ac doctrina excellens, eruditione insignis,* cui ἀγράμματος Act. IV. 13. opponitur. Sic legitur in N. T. 1 Cor. I. 20. ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; ubi sunt philosophi eruditi, et qui subtiliter disserere et disputare valent? coll. Ies. XXXIII. 18. Eodem modo בּוּר רֵעַ סוֹפֵר *rudi, indocto* opponitur, ut Lightfootus docuit l. l. Jam quia viri litterati et eruditione insignes olim præficiebantur summis in republica muneribus et maxime inter consiliarios regis erant, factum est, ut γραμματεὺς 5) de *summo magistratu* et *præfecto*, seu *principe civitatis* diceretur. Sic autem legitur in N. T. Act. XIX. 35. καταστείλας δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον præses autem, seu gubernator Ephesi cum populum mitigasset. Syrus bene transtulit ܪܝܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ, h. e. *primarius civitatis.* Ad hunc locum elegantem dissertationem scripsit I. C. Schwarzius de γραμματεῦσι, magistratu civitatum Asiæ proconsularis. Altorf. 1735. 4. et in Ej. Opusc. Acad. p. 232. Confer etiam (Rob. Ellis) Fortuita Sacra p. 119. et Wetstenii N. T. T. II. p. 586. Eodem modo præses regis in Babylonici Samaria סָפְרָא, vocatur Alexandrinis γραμματεὺς, Esr. IV. 8. Adde Sirac. X. 5. Gloss. γραμματεὺς, *tesserarius*, h. e. qui tesseras tribuit et militibus symbola præscribit. Vide Seldenum ad Marm. Oxon. p. 110 seq. et Van Dalen Diss. V. c. 3. p. 423. In universum de variis hujus vocis notionibus eleganter exposuit Fesselius in Adversariis Sacris Lib. I. c. 1. cum quo conferri meretur Trotzius de Scribis Hebræorum, Græcorum et Romanorum, ad calcem Hugonis libri de prima scribendi origine p. 477—513. — Hesych. γραμματεύς· ὁ ἀναγνώστης, γράμματα εἰδὼς καλῶς.

ΓΡΑΠΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, *scriptus, litteris consignatus.* (a γράφω *scribo.*) Semel in N. T. legitur Rom. II. 15. τὸ ἔργον νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν leges divinæ scriptæ sunt in cordibus eorum, h. e. animis eorum infixæ hærent, seu, bene cognitas eas habent, seu, formata est earum in animis notio. Ipsa vero loquendi formula: γράφειν ἐν καρδίαις, etiam apud alios scriptores in hoc sensu satis frequens est, ut Ven. Koppe ad h. l. docuit. Conf. Æschyl. Prometh. 267. ad quem locum Scholiastes: οὕτω δὲ καὶ Πίνδαρος φησί. φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται· τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν αἰνιττόμενος. Conf. infra sub γράφω.

ΓΡΑΦΗ', ῆς, ἡ, 1) *scriptura, scriptum, liber, libellus.* Rom. I. 2. ἐν γραφαῖς ἁγίαις. XVI. 26. Speciatim 2) ἡ γραφὴ, etiam in plurali αἱ γραφαὶ dicitur, *scriptura sacra*, seu *Codex V. T. libri sacri Judæorum*, interdum etiam *ipsa doctrina in libris V. T. tradita.* 2 Tim. III. 16. πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος omnis scriptura, quæ Deum auctorem habet. Act. VIII. 32. ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς locus scripturæ sacræ. ibid. XVIII. 24. δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς literas sacras interpretandi peritia valde pollens. Matth. XXI. 42. XXII. 29. Marc. XII. 24. μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς non tenetis doctrinam in V. T. traditam. Luc. XXIV. 27. Joh. V. 39. X. 35. Jacob. II. 8. 1 Petr. II. 6. 2 Petr. I. 20. πᾶσα προφητεία γραφῆς. De libris N. T. vocem γραφὴν interpretatus est Storrius in Opusc. Acad. Vol. II. p. 25. loca Jac. IV. 5. et 2 Petr. III. 16. 3) *locus unus e libro quodam sacro Judæorum, dictum scripturæ sacræ*, per metonymiam continentis pro contento, περιοχὴ τῆς γραφῆς. Marc. XII. 10. οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε; Joh. VII. 38. XIII. 18. ἀλλ' ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ sed eveniet, quod in illo scripturæ sacræ loco traditur. Jacob. II. 23. 4) *vaticinia V. T. de Messia ejusque persona, munere et vita.* Matth. XXVI. 54. πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ, sc. τῶν προφητῶν, quod additur v. 56. Marc. XIV. 49. Luc. XXIV. 32. ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφὰς cum interpretaretur nobis vaticinia de Messia, coll. v. 25, 26, 27, 44 et 45. Joh. XIX. 24. XX. 9. Act. XVII. 2. (ubi verba ἀπὸ τῶν γραφῶν conjungenda sunt cum διαλέγων seq.) 11. XVIII. 28. ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. 1 Cor. XV. 3, 4. 5) *vaticinium, oraculum* in

universum. Luc. IV. 21. ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν jam eventum habet hoc, quod audivistis, oraculum. Joh. XVII. 12. Act. I. 16. 6) *ille ipse, qui loquens inducitur in scriptura sacra.* Rom. IX. 17. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραὼ dicit autem Deus de Pharaone, teste scriptura sacra. Galat. III. 8. προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ prævidens vero Deus, teste scriptura sacra. Ita quoque recte transtulit Syrus interpres. ibid. v. 22. συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν Deus multis in locis script. sac. omnes homines peccato obnoxios esse declaravit. Galat. IV. 30. ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; sequuntur autem verba Saræ, quæ Moses in illo loco litteris mandavit. 7) *liber V. T. deperditus.* Jacob. IV. 5. 8) *epistola, litteræ.* 2 Petr. III. 16. ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, quem locum plerique interpretes de epistolis Paulinis explicant. 9) interdum omittitur, v. c. 2 Cor. VI. 16. post φησίν. Ephes. IV. 8. διὸ λέγει, sc. ἡ γραφή. ibid. v. 14. Jacob. IV. 6. 1 Macc. V. 16. Idem quoque sæpius apud Philonem fieri observat I. Alberti in Museo Brem. Vol. I. p. 120. Conf. L. Bos Ellips. Gr. p. 92. ed. Schæfer.

ΓΡΑ'ΦΩ, fut. άψω, 1) *scribo, litteras pingo in tabula, membrana, charta, aliave materia, litterarum notis et characteribus aliquid exprimo.* 2 Thess. III. 17. οὕτω γράφω, h. e. en! litterarum mearum ductus, quibus ipse in scribendo adsuevi. Matth. XXVII. 37. Joh. XIX. 22. ὃ γέγραφα, γέγραφα, quod semel scripsi, fixum ratumque sit. (Seneca de Benefic. Lib. IV. c. 38.) ibid. v. 21. μὴ γράφε, non scribere debuisses. ibid. XXI. 25. τὰ γραφόμενα βιβλία, libros scribendos. Apoc. V. 1. γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν. Act. XV. 23. etc. 2) *varias formas pingo, notas quaslibet rei imprimo,* unde non solum γράφειν etiam *pictoribus* tribuitur apud Græcos, sed etiam γραφὴ *signum quodvis alicui rei illitum vel impressum* significat. Sic autem legitur in N. T. Joh. VIII. 6 et 8. Ἰησοῦς κάτω κύψας, τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν tum Jesus corpore inclinato varias formas pingebat in terra, ut solent homines, alte meditantes, et res externas minime curantes, aut aliud agentes, ne aures aliis præbere velle videantur. Optima hæc videtur Lutheri de hoc loco Johanneo sententia, confirmata quoque a Kypkio et Heumanno in Nova Sylloge Dissertationum P. I. p. 173. Adde locum Eurip. Orest. v. 631. Gloss. Vet. apud Labbæum: γράφω, *scribo, pingo.* Adde Salmasium ad Spartiani Adrian. c. 14. 3) *scribo, conscribo epistolam, absenti aliquid significo per litteras,* etiam: *epistolam scribi jubeo, in epistola memoro.* Act. XV. 23. γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε, pro: γράψαντες ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον, uti legitur ibid. XXIII. 25. 2 Cor. II. 9. Philem. v. 21. 1 Petr. V. 12. 2 Cor. XIII. 10. Galat. I. 20. VI. 11. Interdum etiam legitur in notione prægnante, ita, ut in hac voce simul lateat notio τοῦ πέμπειν et ἐπιστέλλειν, et significet *litteras scriptas mittere.* Act. XV. 23. γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε, qui literas eo perferrent hoc exemplo: ad quem locum confer Abresch. ad Æschyl. p. 185. Rom. XVI. 24. πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη, coll. v. 22. 1 Cor. XVI. 24. 1 Petr. V. 12. Ita et legitur apud Polyb. V. 38. Isocr. Ep. IV. p. 988. ubi πέμπειν ἐπιστολὴν et γράψαι permutatur. Aristænet. II. Ep. 13. 4) *prædico, vaticinor scriptis.* Luc. XXII. 37. ὅτι ἔτι τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοὶ debet hoc in me ex vaticiniis eventum habere. ib. XXIX. 46. οὕτω γέγραπται ita prædictum est in libris V. T. Joh. I. 46. ὃν ἔγραψε Μωσῆς ἐν τῷ νόμῳ καὶ προφῆται quam oraculis suis annunciarunt Moses atque prophetæ. ibid. XII. 16. ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα id de eo fuisse prædictum. Hebr. X. 7. ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ in volumine librorum sacrorum vaticinia de me exstant. 5) *describo.* Rom. X. 5. Μωσῆς γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, scil. οὖσαν, Moses describit justitiam e lege ortam hoc modo. 6) *præcipio, jubeo, præscribo,* ita, ut de legislatore inprimis dicatur, qui legem fert et promulgat. Marc. X. 5. ἔγραφεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην hanc legem vobis scripsit. ibid. XII. 19. Μωσῆς ἔγραψεν ἡμῖν. Luc. II. 23. καθὼς γέγραπται ἐν νόμῳ Κυρίου quemadmodum præscriptum est in lege Mosaica. ibid. X. 26. ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; quænam habet præcepta lex Mosaica? 1 Joh. II. 12, 13, 14. Tob. I. 6. 3 Esdr. VI. 17. Sic etiam apud exteros scriptores legitur, v. c. Ælian. V. H. XIII. 24. ἔγραψε Λυκοῦργος. ibid. VI. 10. Περικλῆς νόμον ἔγραψεν. Plutarch. Sept. Sap. Conviv. pag. 152. Vid. Petiti leges Atticas II. Tit. I. p. 174 et 183. Ita et *scribere* apud Latinos, v. c. Sueton. Tiber. c. 2. Livium III. 33. In lingua quoque Arab. كتب sæpe *jubere* notat, v. c. apud Elmacin. p. 221. ubi cum أمر permutatur. 7) γέγραπται sæpissime κατ' ἐξοχὴν denotat: *scriptum est in sacris litteris.* Matth. IV. 4, 6, 7. XXI. 13. XXVI. 31 etc. 8) *in catalogum,* seu *in tabulas, refero, inscribo.* Luc. X. 20. ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς vos esse in eorum numero, quibus Deus felicitatem æternam destinavit. ubi videndus Grotius. Apoc. XIII. 8. XVII. 8. XX. 15. XXI. 27. Conf. supra sub βιβλίον et βίβλος.

ΓΡΑΩ'ΔΗΣ, εος, ὁ, ἡ, *anilis, levis et nullius momenti.* (a γραῦς, γραὸς, ἡ, *anus.*) Semel legitur in N. T. 1 Tim. IV. 7. τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ profanas et aniles quæstiones recusa. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 336. Strab. Geogr. Lib. I. p. 32. A. γραώδη μυθολογίαν ἀποφαίνων.

ΓΡΗΓΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie ut ἀγρυπνέω, de *corporis vigilia* usurpatur, *vigilo, somnum arceo, abstineo a somno corporali,* et opponitur τῷ καθεύδω. Matth. XXVI. 38, 40. οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; ita ne unam quidem horam potestis vigilare mecum? Marc. XIII. 34. XIV. 37. 2) metaphorice: ut Latinum *vigilo* (Sueton. Tib. 21. Sallust. Catil. 52. 29.), *omni cura, diligentia et studio in rem aliquam incumbo* s. *negotio alicui vaco, caute et circumspecte ago, omnia attendo, provideo, prospicio.* Matth. XXV. 13. γρηγορεῖτε οὖν caute agite. Marc. XIII. 35. Act. XX. 31. διὸ γρηγορεῖτε curam agite diligentem cœtus christianorum, vestræ curæ demandati: posset etiam reddi: cavete vobis ab his falsis doctoribus. 1 Cor. XVI. 13. vestræ felicitati consulite. Coloss. IV. 2. γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ assidui estote in precibus faciendis, maxime gratiis agendis Deo. 1 Thess. V. 6. 1 Petr. V. 8. Apoc. III. 2, 3. XVI. 15. Respondet Hebraico שָׁקַד, quod de vigilia corporis æque ac animi haud raro in V. T. ponitur et per γρηγορεῖν et ἀγρυπνεῖν ab Alexandrinis exponitur, v. c. Psal. CII. 8. CXXVII. 1. Ies. XXIX. 20. Jerem. I. 12. Dan. IX. 14. Xenoph. Cyrop. I. 4. 20. Anab. V. 7. 6. ἐγρηγορέναι περὶ τῆς ὑμετέρας ἀσφαλείας. 3) *vivo, superstes sum in hac vita.* 1 Thess. V. 10. ἵνα

εἴτε γρηγορῶμεν, εἴτε καθεύδωμεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσωμεν, ut, sive superstites, sive mortui deprehendamur die illo reditus Christi ad judicium, consortes reddamur dignitatis et felicitatis. Conf. IV. 15—18.

ΓΥΜΝΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *me nudum exerceo in palæstra more luctatorum in ludis gymnicis.* (a γυμνὸς *nudus.*) . Unde γυμνάσιον *ipsum locum* notat, *in quo athletæ nudi se exercebant,* τόπον, ἐν ᾧ ἀγωνίζεται, interprete Hesychio. 2) metaphorice ad mentem transfertur, *assuefacio me, me aptum et idoneum reddo, usu et exercitatione habitum mentis consequor.* 1 Tim. IV. 7. γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν assuefacias te pietati, virtuti stude. Zonaras Lex. col. 461. γύμναζε, ἀντὶ τοῦ ἔθιζε. ὁ ἀπόστολος· γύμναζε δὲ σεαυτὸν π. ε. Hebr. V. 14. αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων qui multo usu idoneam sibi facultatem animi compararunt, seu sensus, quibus per habitum acumen aliquod inest ad sentiendum exquisite. Hebr. XII. 11. τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις qui satis assueti sunt calamitatibus easque patienter pertulerunt. Chrysost. τοῖς ἀνασχομένοις ἐπὶ πολὺ καὶ καρτερήσασι. 2 Petr. II. 14. καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας ἔχοντες quibus est animus ad lucra unice intentus. Sæpius non legitur in N. T. Sensu metaphorico etiam hoc verbum posuit Philostratus Heroic. cap. XIX. s. 2. τὸ μὲν ἐκεῖνα (sc. musicam et poësin) γυμνάζου, κἀκείνων ἔρα. ac Arrianus Diss. Epictet. I. 26. 3. et alibi. Hesych. γυμνάζεται· ἀσκεῖται. Phavor. γύμναζε· ἀντὶ τοῦ ἔθιζε, ὡς ὁ ἀπόστολος· γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν. Idem: γυμνάζω καὶ γυμνάζομαι ἐπὶ τῶν ἀγωνιζομένων γυμνῶν. καὶ γυμνάσιον, ὁ τόπος, ἐν ᾧ γυμνοὶ ἠγωνίζοντο. καὶ ἀπὸ τούτου γυμνάζεσθαι ἁπλῶς τὸ ἀσκεῖν καὶ παιδεύεσθαι. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 336.

ΓΥΜΝΑΣΙ'Α, ας, ἡ, *exercitatio athletarum in palæstra*, seu *exercitia*, quibus exercebantur juvenes roboris ac valetudinis acquirendæ et firmandæ causa (Ælian. V. H. II. 5.) et præparabantur sæpe ad ἀγῶνας, h. e. publica certamina. Fiebant autem nudo corpore, unde et dicta sunt γυμνάσια. Confer Perizon. ad Ælian. V. H. III. 38. p. m. 226. Solebant præterea, qui se præparabant ad publica certamina, abstinere omnibus, quæ viribus obesse poterant, v. c. uti mitioribus alimentis, abstinere Venere et oleo corpus ungere, (Ælian. V. H. XI. 3.) quæ corporis exercitatio etiam γυμνασία dicebatur. Hinc lucem fœneratur locus 1 Tim. IV. 8. σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος corporalis exercitatio parum et ad breve tantum tempus utilis est; ubi de ipsa athletarum exercitatione sermo esse videtur, non de arbitraria aliqua corporis afflictione per jejunia, vigilias, etc. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. γυμνασία· ἄσκησις, μελέτη.

ΓΥΜΝΗΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) *nudus sum.* 2) synecdochice: *male vestitus sum, vestitu idoneo destituor.* Semel legitur in N. T. 1 Cor. IV. 11. γυμνητεύομεν male vestiti, et parum a vestibus tecti sumus ac muniti contra tempestatis asperitatem. Apud scriptores Græcos frequenter partim de *milite levis armaturæ*, qui γυμνήτης dicitur, partim sensu activo de *eo, qui aliquid in lucem protrahit*, usurpatur, teste Phavorino, γυμνητεύω· τὸ εἰς φῶς ἀγαγεῖν.

ΓΥΜΝΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) proprie: *nudus, qui nullis plane vestibus indutus est*, ἄνευ ἱματίων, ut exponit auctor Etym. M. Sic legitur in N. T. Marc. XIV. 51. ἐπὶ γυμνοῦ, sc. σώματος, super nudo corpore. ibid. v. 52. γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν. Respondet Hebraico עָרוֹם et בְּלִי לְבוּשׁ Job. XXXI. 19. 2) *male vestitus, destitutus idoneis vestimentis*, et ex adjuncto: *pauper, egenus.* Matth. XXV. 36. γυμνὸς καὶ περιεβάλετέ με nudum vestiistis. ibid. v. 38, 43, 44. Act. XIX. 16. γυμνὸς laceris vestibus. Jacob. II. 15. Sic עָרוֹם usurpatur Job. XXII. 6. וּבִגְדֵי עֲרוּמִּים תַּפְשִׁיט. Ibid. XXIV. 10. et Ies. LVIII. 7. 3) *qui vestem exteriorem, pallium, seu togam non sumsit*, seu *deposuit, veste interiore tantum indutus.* Sic legitur in N. T. Joh. XXI. 7. τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο· ἦν γὰρ γυμνὸς veste superaria succinxit, ornatus enim erat sola subucula. Conf. I. E. I. Walchii Comment. de Petro nudo ad h. l. in Novis Miscell. Lips. Vol. IX. p. 551. Ita עָרֹם 1 Sam. XIX. 24. Ies. XX. 2. γυμνὸς apud Hesiod. Opp. v. 389. et *nudus* apud Virgil. Georg. I. 299. (nudus ara, sere nudus) usurpatur. Qua de re multis disserit Cuperus Observatt. I. 7. pag. 36 seq. qui erudite observat, γυμνοὺς in bello dici, qui non sunt armis satis muniti, aut omnia arma deposuerunt, v. c. Ælian. V. H. VI. 11. Xenophont. de Repub. Laced. XI. 9. Vide Lexicon Xenophont. s. h. v. 4) *destitutus rebus quibusvis.* Speciatim α) *destitutus corpore, qui corpus non habet*, γυμνὸς τοῦ σώματος: nam, ut ait Porphyr. de antro Nymph. p. 259. χιτών γε τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ, ἣ ἠμφίεσται 2 Cor. V. 3. οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα, sc. τοῦ σώματος, non plane corpore carebimus. Plene legitur apud Platonem Crat. 20. καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ γυμνὴ τοῦ σώματος παρ' ἐκεῖνον ἀπέρχεται. Ælian. H. A. XI. 39. Maxim. Tyr. XIII. 5. Vide et Targum in Job. XXXVIII. 14. Γυμνοῦσθαι *corpore exui* apud Maxim. Tyr. Diss. XIII. T. I. p. 240. ed. Reisk. Eodem modo ἀπογυμνοῦσθαι adhibetur a Philon. Jud. in vita Mosis p. 477. β) *destitutus scientia religionis christianæ et virtute christiana.* Apoc. III. 17. XVI. 15. Vid. Schultensii notas ad Hamasam p. 398.—Eadem significatione etiam apud Græcos reperitur. Sic v. c. apud Ælian. V. H. II. 44. γυμνὸν ξίφος *gladius vagina destitutus*, et ib. XIII. 37. γυμνὸς τῶν ὅπλων *inermis* dicitur. Adde Ezech. XVI. 7, 22. 5) *manifestus, apertus, oculis expositus, qui oculis patet.* Hebr. IV. 13. πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ omnia patent oculis divinis, h. e. omnia cogitata hominum certissime novit Deus. Haririi Consess. I. p. 22. Job. XXVI. 6. γυμνὸς ὁ ᾅδης ἐνώπιον αὐτοῦ. Lex Cyrilli MS. Brem. γυμνῶς· φανερῶς. Conf. I. Elsner. Obss. Sacr. T. II. p. 340. 6) *merus.* 1 Cor. XV. 37. γυμνὸς κόκκος sed merum granum, v. c. frumenti, aut alius cujusdam rei. Sic Clemens I. Epistola ad Corinthios p. 34. σπέρματα πίπτωκεν εἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνά. 7) *contumeliæ expositus, contumelia affectus*, metaphora ducta a fœminis, quibus potissimum ignominiosissimum est, si nudentur seu retegantur earum pudenda. Ezech. XVI. 8, 36, 37. XXIII. 10, 29. Sic legitur Apoc. XVII. 16. γυμνὴν ποιήσουσιν vestibus exuent, h. e. prostituent eam, quatenus est meretrix. Conf. Hos. II. 12. et Jer. XIII. 26. seq.

ΓΥΜΝΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1) *nuditas.* (a præced.) 2) *status s. conditio hominis, paucis vestibus utentis s. instructi, male vestiti*, mangel an hinlänglicher kleidung und bedeckung, *want of sufficient clothing and covering.* 2 Cor. XI. 27. ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι in frigore ac nuditate, ubi γυμνότης in universum *indigentiam rerum* significare videtur, *quibus corpus tegere ac munire solemus contra tempestatis asperitatem.* 3)

summa indigentia et penuria, ita, ut non solum ad vestimenta, sed etiam ad alimenta reliquasque hujus vitæ necessitates referatur. Rom. VIII. 35. Ita עֵירֹם Deut. XXVIII. 48. 4) *membra corporis humani, quæ a pudore nomen habent, pudenda.* Sic legitur in N. T. Apoc. III. 18. ἵνα μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου ne oculis pateant pudenda tua, h. e. si metaphorice explicetur: ne, quanta sit tua religionis christianæ inscitia et vitiositas, appareat. Vide supra sub γυμνός. Eodem modo γύμνωσις usurpatur in vers. Alex. Genes. IX. 22, 23. ubi Hebraico עֶרְוָה respondet.

ΓΥΝΑΙΚΑ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) *muliercula.* Est deminutivum a γυνὴ *mulier.* 2) *mulier.* Marc. Anton. de Reb. Suis Lib. V. § 11. 2 Tim. III. 6. αἰχμαλωτεύοντες γυναικάρια, ubi Paulus deminutivo usus videtur contemtus causa, quasi abjectæ sortis mulieres. Idem usus est quoque vocis *muliercula* apud Terent. Heaut. III. 1. 35. Phorm. V. 9. 28.

ΓΥΝΑΙΚΕΙ˜ΟΣ, εία, εῖον, *muliebris, ad mulieres pertinens.* (a γυνή.) Sic est v. c. Esther. II. 11. κατὰ τὴν αὐλὴν τὴν γυναικείαν, et Tob. II. 11. τὰ γυναικεῖα, sc. δώματα, vel οἰκήματα, gynæcea, conclavia separata mulierum dicuntur. In N. T. semel legitur 1 Petr. III. 7. ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει γυναικείῳ cum uxoribus vestris, quippe vobis imbecillioribus et infirmioribus. Vide infra sub σκεῦος. In vers. Alex. respondet τῷ אִשָּׁה *uxor.* Levit. XVIII. 22. Deut. XXII. 5. Plutarch. Lacon. Instit. T. VI. ed. Reisk. p. 887. Xenoph. Mem. II. 7. 5.

ΓΥΝΗ', αικὸς, ἡ, 1) *mulier, fæmina quævis in genere*, sexus ratione tantum habita, sine ullo vero respectu ad ætatem, statum et conditionem. Opponitur τῷ ἀνήρ. Sic legitur in N. T. Act. V. 14. πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν multitudo et virorum et fœminarum. ibid. VIII. 3, 12. IX. 2. XXII. 4. Æque late patet hæc vox apud Polyb. Hist. XI. c. 7. ὁ μὲν ἐν τοῖς ἱματίοις καλλωπισμὸς γυναικός ἐστι. Hom. Il. ά, 348. coll. 336. ubi cum κούρη permutatur. Sophocl. Antig. v. 573. 664. Æl. V. H. II. 38. Relate ad maritum γυνὴ significat 2) *virginem*, seu *mulierem desponsatam, sponsam*, quia sc. apud Hebræos puella desponsata pro uxore habebatur, et pari lege per libellum repudii a sponso dimittenda erat. Conf. Maimon in הִלְכוֹת אִישׁוּת cap. 1. 3. et Deut. XXII. 23—27. Matth. I. 20. παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου recipere Mariam sponsam tuam, coll. Luc. II. 5. ubi γυνὴ ἡ μεμνηστευμένη αὐτῷ vocatur. ibid. v. 24. Eodem sensu אֵשֶׁת usurpatur Gen. XXIX. 21. Deut. XXII. 24. coll. v. 23. γυνὴ apud Xenoph. de Repub. Lacedæm. I. 5. Musæum Her. et Leand. v. 107. Homer. Iliad. I. 348. coll. 336. seq. *conjux* apud Latinos, ut docuit Broukh. ad Tibull. III. 2. 4. et *mulier*, monente Servio ad Virgil. Æn. II. 687. 3) ut *fœmina* (v. c. apud Lucan. VIII. 73.), *mulier nupta, maritata, uxor*, ἡ γαμετή. Matth. V. 28, 31, 32. ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. ib. XIV. 3. ubi τὴν γυναῖκα vertendum est: quæ uxor fuerat. ibid. XVIII. 25. Luc. I. 18, 24. VIII. 3. Rom. VII. 2. 1 Cor. VII. 2. etc. Apollodor. Bibl. II. 8. § 5. Homer. Iliad. VI. 441. Dio Cass. LV. p. 557. ed. Wechel. Huc etiam pertinet formula: ἡ γυνὴ πατρὸς patris uxor, h. e. *noverca*, quæ legitur 1 Cor. V. 1. ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν aliquem cum noverca sua turpem et nefandum exercere concubitum. *Noverca* etiam in V. T. libris אֵשֶׁת אָב Genes. XXXVII. 2. Levit. XVIII. 8. apud Arabes امر اة ابي, (Confer Locmanni Fab. XV.) et apud exteros Græcos scriptores, v. c. Eurip. Hippol. v. 36. γυνὴ πατρὸς vocatur. 4) *vidua, quæ maritata fuit.* Ita est Matth. XXII. 24. ἐπιγαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ frater ejus uxorem ducat. ibid. v. 25 et 27. Marc. XII. 19. Luc. XX. 28, 29, 30, 32. 5) *mater.* Joh. II. 4. τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; mitte me nunc, mater. ibid. XIX. 26. γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου mater! en filium tuum. Observandum autem est, vocem γύναι festivam fuisse apud Græcos fœminarum honestissimarum, reginarum adeo, allocutionem et compellationem, ut apparet e multis Græcorum locis, v. c. Homer. Iliad. III. 204. Odyss. XIX. 221. Sophocl. Œdipus Tyrannus v. 189. ubi regina Jocasta γυνὴ vocatur. ibid. v. 939. Electra v. 1104. Conf. Fischer. ad Anacr. XXII. 6) metaphorice: *cœtus christianorum* γυνὴ τοῦ ἀρνίου, etiam ἡ νύμφη τοῦ ἀρνίου, ἡ γυνή, Apoc. XIX. 7. et XXI. 9. vocatur ob summum amorem, quo Christus veros suos sectatores amplectitur, arctissimamque cœtus christianorum cum Christo, felicitatis eorum æterno auctore, conjunctionem. 7) Interdum pleonastice ponitur ad imitationem Hebraici אִשָּׁה 1 Sam. XIV. 5. אִשָּׁה־אַלְמָנָה 1 Reg. VII. 14. Sic reperitur Luc. IV. 26. πρὸς γυναῖκα χήραν. 8) Interdum etiam omittitur, v. c. Matth. I. 6. ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, scil. γυναικός, quam vocem recte addidit Syrus et Arabs. ib. XIV. 4. XXII. 25. XXIV. 38, 41. Joh. XIX. 25. Sic Latinorum *uxor* interdum subauditur, v. c. apud Virg. Æn. III. 319. Plin. Ep. XX. 2. Tacit. Annal. IV. 11. Conf. El. Palairet. Obss. Philol. Crit. p. 370. et Fabretti Corpus Inscriptt. c. I. p. 56. seq. Phavor. γυνὴ λέγεται καὶ ἐπὶ τοῦ θήλεος ἁπλῶς, λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐχούσης ἄνδρα.

ΓΩ'Γ, *Gog.* Nomen proprium indeclinabile *gentis, ut videtur, Asiaticæ septentrionalis*, seu *Scythicæ*, quæ semel in N. T. commemoratur Apoc. XX. 8. τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ, h. e. incolas remotissimarum terrarum. Cod. Coisl. CCII. et CXCIX. apud Albertum p. 219. τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγὼγ, ἑρμηνευμένον ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς γλώσσης ἑρμηνεύουσαν. Σκυθικὰ ἔθνη, ὑπερβόρεια, ἤτοι εὐνικά. Alii per Gog nomen nationem Turcicam significari existimant. Alii vero de ipso principe terræ Magogi, seu Magogitarum interpretantur. Vide infra sub Μαγὼγ, Interpretes ad Ezech. XXXVIII. et XXXIX. ac Eichhornii Comment. in Apocal. Vol. II. p. 291 seq.

ΓΩΝΙ'Α, ας, ἡ, 1) generatim notat *angulum*, cujuscunque sit rationis ac generis, vel interiorem, qui intro potissimum spectat, (nostrum: Winkel) vel exteriorem (*eine Ecke, an angle*). Matth. VI. 5. ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν in angulis platearum stantes. *Anguli semitarum* sunt loca, ubi semita desinit et se diffundit in alias plateas, loca, ubi concurrunt plures semitæ. Hebraice פִּנָּה dicuntur a radice פָּנַן *in omnes partes se diffundere.* Prov. VII. 12. Sic Græci ἐν τριόδοις, h. e. *palam, aperte.* Conf. Duportum ad Theophr. Char. p. 318. Matth. XXI. 42. ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας hic factus est lapis angularis. Petita sunt hæc verba e Ps. CXVII. 21. Matth. XII. 10. Luc. XX. 17. Act. IV. 11. 1 Petr. II. 7. 2) *quævis extremitas, plaga, regio mundi.* Apoc. VII. 1. τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς qua-

tuor plagas terræ. Sic cap. XX. 8. τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς nationes remotissimas. 3) ut Lat. *angulus*, omnino *locus obscurus*, *non apricus, abditus*. Act. XXVI. 26. οὐ γάρ ἐστιν ἐν γωνίᾳ πεπραγμένον τοῦτο non enim factum est clam et in occulto. Themist. XXII. p. 265. B. Arrian. Epictet. II. 12. 17. ubi ἐν γωνίᾳ ποιεῖν est *secreto, clanculum aliquid facere*.

Δ

ΔΑΒΙ'Δ, ὁ. *David*. Est nomen proprium indeclinabile, *Isai filii, natu minimi, regis Israëlitarum, successoris Sauli et prophetæ*, (Act. II. 30.) quod vi originis notat *amabilem, dilectum*; est enim a דוֹד *dilectus, amabilis*. Ex ejus stirpe oriundus erat Messias, unde Christus in N. T. κατ' ἐξοχὴν υἱὸς Δαβὶδ vocatur, Matth. I. 1. IX. 17. XV. 22. XX. 30. quod etiam ejus nomen fuit apud Judæos antiquiores frequentatissimum. Interdum ipsum nomen Δαβὶδ pro *libro Psalmorum* positum esse videtur, cujus auctor fuit Davides, v. c. Hebr. IV. 7. ἐν Δαβὶδ λέγων. Interdum vero pro οἶκος Δαβὶδ *domus regia*, seu *familia Davidis* positum reperitur. Apoc. III. 7. ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ (scil. οἴκου) Δαβὶδ, h. e. qui imperium habet in cœtum christianum, qui ita vocatur, quia Christi, filii Davidis, imperio paret, coll. Ies. XXII. 22.

ΔΑΙΜΟΝΙ'ΖΟΜΑΙ, 1) proprie: *a dæmone vexor, torqueor, obsideor*. (a δαίμων.) Plutarch. Sympos. VII. p. 706. Joseph. A. J. VIII. 2. p. 420. ed. Haverc. Confer Cleric. ad Menandr. p. 339. Aquila quoque hac voce usus est Ps. XC. 6. pro Hebraico יָשׁוּד. Jam quia olim Judæi omnes morbos graviores, insolitos, et quibus tunc temporis medela afferri non poterat, a geniis malis derivare solebant, qui corpora hominum his malis correptorum et laborantium obsessa tenerent, et ita variis modis et cruciatibus vexarent, factum est, ut δαιμονίζομαι 2) significaret: *morbo graviori et fere insanabili correptus sum et laboro, cujus originem a genio malo repetendam existimo*. Matth. IV. 24. δαιμονιζομένους καὶ σεληνιαζομένους καὶ παραλυτικούς. ibid. VIII. 16. coll. Luc. IV. 40. Matth. IX. 32. κωφὸν δαιμονιζόμενον. ibid. XII. 22. δαιμονιζόμενος τυφλὸς καὶ κωφός. ibid. XV. 22. κακῶς δαιμονίζεται misere a dæmone vexatur. Marc. I. 32. τοὺς κακῶς ἔχοντας καὶ τοὺς δαιμονιζομένους. (Conf. R. Mead Medicam Sacram p. 82.) Speciatim vero δαιμονίζομαι 3) de eo usurpatur, *qui delirio, furore et insania laborat*. Haud pauci enim, qui inter Judæos emota mente erant, se vere a genio malo agitari arbitrabantur. Sic usurpatur Matth. VIII. 28, 33. Marc. V. 15. θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον καὶ ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα. ibid. v. 16 et 18. Luc. VIII. 36. πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθεὶς quomodo insanus mentis compos factus fuerit. Joh. X. 21. ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου hic non est insanientis sermo, coll. v. 20. Posset tamen δαιμονιζόμενος in illo loco Johannis etiam *eum* significare, *qui genio malo adjutore res maxime mirabiles perpetrat*.

ΔΑΙΜΟ'ΝΙΟΝ, ίου, τό. Vocis hujus, a Græcis petitæ, usus multiplex est et varius. Græci quidem scriptores δαιμόνια 1) vocabant *genios*, seu *spiritus, qui propius ad divinitatem accedebant*, diis quidem inferiores, sed heroibus superiores, quorum alios omnis infortunii auctores, et rebus humanis infensos, κακοδαίμονας, (unde δαιμόνιος *miser, afflictus* haud raro a Græcis dicitur) alios vero hominibus propitios, ἀγαθοδαίμονας, seu εὐδαίμονας statuebant, ad quos etiam, tanquam auctores, omnes eventus referre solebant, quorum causam ignorabant, ita, ut quamcunque vim invisibilem, rerum humanarum rectricem, δαίμονα vel δαιμόνιον appellarent. Jamblich. Vit. Pythag. c. 21. p. 84. ed. Küsteri. Themist. Or. IV. Athenag. Apol. pro Christ. p. 28. Conf. etiam Cudworthi Systema Intellectuale c. IV. § 14. p. 301. 2) ita dicebatur *numen, ens quodcunque divinum*, (Jul. Pollucis Onom. I. 1.) v. c. Act. XVII. 18. ubi Paulus ab Atheniensibus censetur esse ξένων δαιμονίων καταγγελεύς; peregrini cujusdam numinis annunciator. (Ælian. V. H. II. 13. Diog. Laërt. II. 14. p. 104.) Syrus recte transtulit: ܐܠܗ̈ܐ ܢܘܟܪ̈ܝܐ ܡܟܪܙ. Non autem plane rejicienda est eorum sententia, qui δαιμονίων h. l. adjective a Stoicis et Epicureis usurpatum esse contendunt, ut τὰ δαιμόνια aut sint *divina*, (Joseph. B. J. II. c. 18.) aut *res ad caput de dæmonibus spectantes*, (Herodian. IV. 12. 5. Jamblich. Vit. Pythag. I. 21. Philostrat. Vit. Apollon. I. 3. p. 4.) 3) *deus gentilium, numen paganorum*. 1 Cor. X. 20. ὅτι ἃ θύει τὰ ἔθνη, δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ Θεῷ, sacrificia, quæ gentiles offerre solent, idolis offerunt, non vero Deo, coll. v. 19. ibid. v. 20. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων γίνεσθαι nolo vos in societatem cultus numinum paganorum venire. ibid. v. 21. ποτήριον τῶν δαιμονίων et τράπεζα δαιμονίων commemoratur, h. e. epulæ sacrificiales, quas in honorem idolorum pagani celebrare solebant. Apoc. IX. 20. τὰ δαιμόνια et τὰ εἴδωλα conjunguntur. Sic etiam Alexandrini interpretes δαιμόνια deos gentilium vocant, v. c. Psalm. XCVI. 5. ubi Hebraico אֱלִילִים respondet. Deuter. XXXII. 17. ἔθυσαν δαιμονίοις καὶ οὐ Θεῷ, Hebr. שֵׁדִים. Homer. Iliad. ε'. 98. Callimachi Fragmenta a Bentleio Collecta n. 173. p. 372. Aristot. Rhetor. II. c. 23. § 27. Palæph. de Incredib. c. 47. 4) Speciatim in N. T. δαιμόνια appellantur *spiritus ex angelorum classe, qui ab integritate ad scelus defecerunt*, quos N. T. scriptores etiam spiritus impuros, Luc. VIII. 29. ac malos, Ephes. VI. 12. vocare atque errorum, vitiositatis et infelicitatis humanæ omniumque christianæ religionis impedimentorum duces ac auctores describere consueverunt. 1 Tim. IV. 1. διδασκαλίαις δαιμονίων, h. e. doctrinæ falsæ, impiæ ac maxime pestiferæ. Jacob. II. 19. καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι etiam genii mali habent hanc cognitionem; ubi tamen Wetstenius N. T. T. II. p. 667.

per τὰ δαιμόνια intelligere mavult τοὺς δαιμονιακοὺς, qui per exorcismos et pronuntiationem nominum Dei Hebraicorum sanari dicuntur. Ab his geniis malis calamitatum, morborum graviorum ipsiusque mortis causam repetendam esse et corpora hominum obsideri ac misere vexari, opinio fuit admodum vulgaris Judæorum, quorum sublimior adeo philosophia Babylonicæ sapientiæ corruptelis permixta erat. Hinc lucem fœnerantur multa N. T. loca, quæ corporis vexationes, et cruciatus dæmonum commemorant, v. c. Matth. VII. 22. καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν. IX. 33. X. 8. XII. 24. Joh. X. 21. δαιμόνιον pro δαιμονιζομένῳ positum esse videtur. Formula vero δαιμόνιον ἔχειν præter receptam notionem *a dæmone obsideri* etiam in specie significat α) *melancholia laborare, tristem et morosum esse*, v. c. Matth. XI. 18. ἦλθε γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων καὶ λέγουσι, δαιμόνιον ἔχει Johannes cum vitam ageret severam, eum morosum et tristem esse calumniati sunt. β) *insanire, furere*, i. q. δαιμονᾷν et κακοδαιμονίζεσθαι. Sic legitur in N. T. Joh. VII. 20. δαιμόνιον ἔχεις tu insanis. Joh. X. 20. δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται. ibid. VIII. 48. Confer Beckii Comment. in Aristoph. Vol. I. p. 195 et 203. In universum de Dæmoniacis legi merentur I. S. Semler. Commentatio de Dæmoniacis, quorum in N. T. fit mentio, Hal. 1779. 4. **H. Farmers Briefe über die Dämonischen in den Evangelien, mit Semlers Zusätzen.** Halle 1783. 8. **Ebend. Versuch über die Dämonischen im N. T. a. d. Engl. von L. P. Bamberger.** Berlin. 1776. 8. C. G. Gruneri Comment. de Dæmoniacis a Christo Sospitatore percuratis. Jen. 1775. 8. T. G. Timmermanni Diatr. Antiqu. Medica Dæmoniacis Evangeliorum. Rintel. 1786 4. **J. S. Semler Versuch einer Biblischen Dämonologie** (Halle 1776. 8.) p. 190. et Wetstenii N. T. T. I. p. 279 seq. 5) interdum hæc vox reticetur, v. c. Matth. XVII. 21. ubi post τοῦτο τὸ γένος supplenda sunt verba τῶν δαιμονίων.

ΔΑΙΜΟΝΙΩ'ΔΗΣ, εος, ὁ, ἡ, *dæmoniacus, ad dæmones pertinens, originem ducens a malis geniis*, seu *dæmonibus*. Semel legitur in N. T. Jacob. III. 15. σοφία δαιμονιώδης sapientia vere diabolica, seu malis geniis propria. Etym. M. 336. 38. φάντασμα δαιμονιῶδες.

ΔΑΙ'ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *dæmon*. Dicitur quasi (sunt hæc verba Stockii in Clavi L. S. N. T. p. 263.) δαήμων *sciens* ac *intelligens*, notante Platone in Cratylo 23. et approbantibus Lactantio (Lib. II. Divin. Institutt. c. 14.) et Augustino l. l. quod a verbo δαείω vel δαίω *disco* derivant, quamvis alii ab antiquo Græco verbo δαίμω, quod est idem ac ἐπίσταμαι καὶ γινώσκω deducere malint, ut habet Ludov. Lives in Augustin. de Civit. Dei IX. c. 30. alii autem, ut Grotius ad Matth. IV. 24. Arab. دهقن expressum putant. Apud profanos scriptores quidem nunc *deum* vel *deam* significat, v. c. Homer. Iliad. XIX. v. 188. Pindar. Olymp. A, β v. 9. nunc *spiritum quendam potentem, a diis diversum, genium*, (Pindar. Olymp. XIX. β 5.) ceu colligere licet ex Æschine contra Ctesiphont. nunc *fortunam* sive *bonam* sive *adversam*. (conf. Er. Schmid. ad Pindar. Nem. p. 97. Pyth. p. 78.) In N. T. autem semper *pravum genium, spiritum malum* significat. Matth. VIII. 31. Marc. V. 12. Luc. VIII. 29. Apoc. XVI. 14. XVIII. 2. καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων et mutata est in domicilium dæmonum, h. e. erit eversa ac devastata; loca enim desolata ac deserta a malis dæmonibus inhabitari credebantur, coll. LXX. Ies. XIII. 22. et Matth. XII. 40. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΑ'ΚΝΩ, fut. δήξω, 1) *mordeo*, et dicitur inprimis de *animalibus venenosis*, v. c. in versione Alex. Deut. VIII. 15. ὄφις δάκνων pro Hebraico נָחָשׁ שָׂרָף, in qua etiam Hebraico נָשַׁךְ haud raro respondet, v. c. Num. XXI. 6, 8, 9. Hinc δάκος est *vipera*, seu *serpens*. Conf. Barnes. ad Eurip. Troad. v. 284. 2) metaphorice: *injuria et molestia aliquem afficio, conviciis proscindo, noceo, lædo quocunque modo*. Galat. V. 15. εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε si vero vos invicem verbis mordetis, detrectationibus scilicet, calumniis et conviciis. Ita נָשַׁךְ Habac. II. 5. Nihil autem est hoc usu loquendi frequentius etiam apud optimos scriptt. Gr. v. c. Xenoph. Cyrop. I. 4. 13. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Κῦρος, ἐδήχθη. IV. 3. 2. δακνόμενος δὲ ὁ Κῦρος ἐπὶ τούτοις. Liban. Ep. X. Centur. Wolfianæ p. 26. οἴχεται μὲν αἰδὼς, αἰσχύνεται δὲ οὐδεὶς, δάκνουσι δὲ ἀλλήλους. Id. Ep. XXVII. Arrian. Diss. Epict. II. 22. p. 218. δάκνειν ἀλλήλους, καὶ λοιδορεῖσθαι. Conf. Gatacker. ad Marc. Antonin. XI. 18. p. 333. Ez. Spanhem. in Aristoph. Nubes v. 12. Barnes. ad Eurip. Rhes. v. 596. et Abresch. ad Æschylum p. 487. Hesych. δάκνει· λυπεῖ. Eodem modo *mordere* apud Latinos usurpatur, v. c. Terent. Eunuch. Act. III. Sc. I. v. 21. "invidere omnes mihi, mordere clanculum." Gloss. Vet. apud Labbæum p. 43. δάκνω, *mordeo*, δάκνοντες, *infestantes*.

ΔΑ'ΚΡΥ, υος, τὸ, sive ΔΑ'ΚΡΥΟΝ, ύου, τὸ, *lacryma, humor ex oculis destillans*. Collective fere sumitur pro *lacrymis*, ut Hebraicum דִּמְעָה Ps. VI. 7. XXXIX. 13. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. III. 18. Marc. IX. 24. Luc. VII. 38. 44. Act. XX. 19, 31. 2 Cor. II. 4. 2 Tim. I. 4. Hebr. V. 7. Apoc. XII. 17. XXI. 4. Sæpius non legitur in N. T. Neutrum plur. δάκρυα ad πολλὰ Apoc. V. 4. subintelligit C. B Michaëlis ad L. Bos. Ellips. Gr. p. 58.

ΔΑΚΡΥ'Ω, fut. ύσω, *lacrymor, lacrymas profundo, fleo*. (a præcedente.) Semel legitur in N. T. Joh. XI. 35. ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς aperte in lacrymas erupit Jesus.

ΔΑΚΤΥ'ΛΙΟΣ, ου, ὁ, *annulus, quo digiti ornantur*. (a δάκτυλος *digitus*.) In N. T. semel tantum legitur Luc. XV. 22. δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ annulum ad manum date, seu annulo manum ornate. Xenoph. Anab. IV. 7. 19. Plutarch. T. II. p. 468. ed. Reisk. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 761.

ΔΑ'ΚΤΥΛΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie *digitus*. Matth. XXIII. 4. τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά, formula proverbialis, dicta de illis, qui ne minimum quidem agunt, et nullum adhibent conatum, ut faciant ipsi, quæ aliis imperant. (Lucian. Demonact. p. 999. οὐκ ἐπ' ὀλίγον, οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἀψάμενος ἠπίστατο. Julian. Orat. VI. p. 200. γινέσθω δὲ τρυφῆς μηδὲ ἄκρῳ, φασί, τῷ δακτύλῳ.) Luc. XI. 46. ἑνὶ τῶν δακτύλων uno digitulo, ut loquitur Terentius Eunuch. II. 2. 53. ubi Donatus: *uno digitulo* minus nihil dici potest. Marc. VII. 33. Joh. VIII. 6. XX. 25, 27. 2) ἀνθρωποπαθῶς *Deo* tribuitur δάκτυλος, eoque intelligitur *summa vis et potentia divina*. Luc. XI. 20. εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαι-

μόνια si e contrario virtute divina dæmones ejicio, coll. Matth. XII. 28. εἰ δὲ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. Eodem modo אֶצְבַּע sumitur Exod. VIII. 15. δάκτυλος Θεοῦ ἐστι τοῦτο, et Ps. VIII. 4.

ΔΑΛΜΑΝΟΥΘΑ', ἡ, *Dalmanutha.* Fuit oppidulum, aut vicus ad austrum maris Genesareth trans Jordanem haud procul ab urbe Magdala, ad cujus agrum pertinuisse videtur. Certe hoc sumto conciliari facillime invicem possunt narrationes Matthæi XV. 39. et Marci VIII. 10. In illo enim loco narratur Christus venisse εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά, ast in loco parallelo Marci dicitur εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθὰ ingressus, ubi e priori loco vox Μαγδαλὰ loco Δαλμανουθὰ in codices quosdam irrepsit. Conf. Lightfoot. Decas Chorographica Marco præfixa c. 5. H. Reland. Palæst. III. p. 733. et Cellar. Geogr. T. II. p. 647.

ΔΑΛΜΑΤΙ'Α, ας, ἡ, *Dalmatia.* Est provincia Europæ, Illyrici magni, seu Slavoniæ pars ad mare Adriaticum sita, contermina Macedoniæ et superiori Mysiæ, a Liburnia Titio amne, qui núnc est Chærea, separata. Nomen a Dalmio, seu Dalminio, metropoli, accepit, secundum Stephanum s. v. Δάλμιον, et Strabonem L. VII. p. 484. B. In hanc profectus dicitur Titus 2 Tim. IV. 10.

ΔΑΜΑ'ΖΩ, fut. άσω, *domo, coërceo, subigo.* Proprie dicitur de bestiis, quarum feritatem homines variis artibus reprimere valent, ut legitur Jacob. III. 7. πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν, ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων δαμάζεται καὶ δεδάμασται φύσει ἀνθρωπίνῃ omnes bestiæ et volucres, serpentes et marinæ domantur et domitæ sunt ab hominibus, (Quint. Calab. V. 247. Homer. Il. ψ. 655. Strabo XV. p. 1030. D.) — etiam de *hominibus, qui insania laborant.* Marc. V. 4. καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι. Deinde vero metaphorice adhibetur, ut sit *regere, continere, in potestate habere.* Jacob. III. 8. τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδεὶς δύναται ἀνθρώπων δαμάσαι linguam autem regere et honestatis limitibus circumscribere nemo potest. Homer. Il. ι, v. 492. δάμασον θυμὸν μέγαν. Plutarch. T. VII. Opp. p. 801. Reisk. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΑ'ΜΑΛΙΣ, εως, ἡ, *vacca, juvenca, vitula.* (a δαμάω vel δαμάζω, eo quod domatur ad laborem.) Respondet Hebraico עֶגְלָה Ies. VII. 21. XV. 5. et פָּרָה Hos. IV. 6, 16. Κατ' ἐξοχὴν ita dicitur vacca rufa, cujus combustæ cinere jussu divino conspergebantur Israëlitæ, qui se polluerant, Num. XIX. de qua etiam intelligendus locus Hebr. IX. 13. in quo hoc vocabulum semel tantum occurrit. Vide Etymolog. M. 693. 32.

ΔΑ'ΜΑΡΙΣ, ιδος, ἡ. *Damaris.* Nomen mulieris Atheniensis a Paulo ad religionem christianam conversæ, Act. XVII. 34. Græcum origine, idem quod *uxorcula, muliercula.* (a δάμαρ, ἡ, *uxor.*) Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 573.

ΔΑΜΑΣΚΗΝΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, etiam οῦ, ὁ. *Damascenus, Damasco oriundus.* (a Δαμασκὸς, quod vide.) Semel in N. T. legitur hoc nomen gentile, 2 Cor. XI. 32.

ΔΑΜΑΣΚΟ'Σ, οῦ, ἡ. *Damascus* Hebr. דַּמֶּשֶׂק, Syr. ܕܪܡܣܘܩ, Arab. دمشق. Fuit civitas primaria, celeberrima et florentissima (Strabo XVI. p. 1095. A. Julian. Epist. 24. ad Sarapion. Jer. XLIX. 25. gloriæ et lætitiæ urbs vocatur, coll. Ezech. XXVII. 18.) in ea Syriæ parte, quæ 2 Sam. VIII. 5. Syria Damascena et a Strabone Lib. XVI. l. l. Cœlesyria, apud alios, ut nonnulli volunt, Ἀμύκη, ab Arabibus الغوطة (vide Sam. Bocharti Geogr. Sacr. II. c. 8. p. 90.) vocatur, quæ ad orientem Palmyram, ad occidentem Phœnices et maris Mediterranei partem, (quæ alias Phœnicium mare dici solet) ad meridiem Arabiam Desertam, ad septentrionem regiunculam Apamenen habebat. Hæc urbs antiquissima et jam Abrahami temporibus condita, (Genes. XV.) et tam sacris, quam profanis auctoribus celebratissima, quam Hieronymus ab Eliesere, procuratore domus Abrahami, conditam et ita nuncupatam esse voluit, sita fuit inter Libanum et Antilibanum, in regione amœnissima et fertilissima in complexu Decapoleos, 400 circiter stadiis a mari dissita et media quasi a fluvio Chrysorrhoa dividebatur. Pauli ætate imperio regis Arabiæ Petrææ, Aretæ dicti, suberat, ut ad 2 Cor. XI. 32. Grotius et C. Cellarius (in Diss. Academ. p. 152.) docuerunt. In hac urbe Paulus, ad religionem christianam conversus, visum recepit et in synagoga doctrinam Christi tradidit, et cum ideo Judæi vitæ ejus insidias struerent, nocte per murum in sporta demissus, effugit, Act. IX. De origine, memorabilibus et fatis hujus urbis conferendæ sunt J. C. J. Walchii Antiquitates Damascenæ illustratæ. Jenæ 1757. 4. et in Ej. Dissertatt. in Acta Apostol. Vol. II. In Cod. I. Coislin. apud Albertum Gloss. Gr. N. T. p. 214. explicatur per αἵματος φίλημα ex דָּם *sanguis* et נָשַׁק *osculatus est,* et ab Hesychio per αἷμα σάκκου et דָּם et שַׂק *saccus.*

ΔΑ'Ν, ὁ. *Dan.* Nomen proprium Hebraicum (significans *judicans* s. *judicium* a דִּין) quinti Jacobi, patriarchæ, ex Bala, ancilla Rachel, uxoris suæ, filii, cujus posteris pars Judææ in ora littoris maris Mediterranei assignata fuit. Omissa est hæc tribus in recensu tribuum Apoc. VII. v. 6. ut adeo non improbabile videatur, loco Μανασσῆ esse Δὰν scribendum, et hoc in illud transiisse, permutatione facta vocum ΔΑΝ et ΜΑΝ. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 776. et Eichhornii Comm. in Apoc. Vol. I. p. 221 seq.

ΔΑΝΕΙ'ΖΩ, fut. είσω, 1) proprie simpliciter: *do, largior, dono* significat. Hesych. δανείζει· μεταδιδοῖ, τοῖς ἐνδέεσι κιχρᾷ. 2) *mutuum do alicui aliquid et quidem sine usuris et gratuito.* (Raro enim a veteribus absolute v. c. Ælian. V. H. IV. 1.) pro *fœnerari, rem fœnori dare, mutuum dare cum usura* usurpatur, sed ei semper fere additur ἐπὶ τόκῳ, v. c. Diog. Laërt. VI. 99. ut multis docuit Salmasius in libro de Usuris, L. B. 1638. 8.) . Sic autem legitur in N. T. Luc. VI. 34. καὶ ἐὰν δανείζητε, παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν et si iis commodatis, a quibus recepturos speratis. ibid. v. 35. δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζοντες. Xenoph. Cyrop. III. 7. 19. Sympos. 4. 44. Ita δανείζειν etiam Deuter. XV. 8. et Sirac. XXIX. 1. 2. usurpatur, et ἐκδανείζειν Exod. XXII. 25. Glossarium Vetus: *Mutuum dat,* δανείζει. Id. δανείζω, *fœnero, mutuo.* — *Passivum* de ipsa pecunia dicitur, quæ datur mutua. *Medium* vero δανείζομαι *facio mihi pecuniam dari mutuam, mutuam pecuniam sumo,* vel ita, ut nihil usuræ dem, v. c. Theophr. Char. IX. 11. Matth. V.

42. τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείζεσθαι μὴ ἀποστραφῇς volentem a te mutuum petere ne averseris; ad quem locum Theophylactus: δάνεισμα δὲ οὐ σὺν τόκῳ λέγει, ἀλλὰ τὴν ἁπλῶς χρῆσιν, ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ νόμῳ χωρὶς τόκου ἐδάνειζον. — vel sub usuris, ut apud Lysiam Orat. XI. p. 168. et tunc semper additum habet ἀπὸ seu παρὰ, ut Elsnerus in Obss. Sac. T. I. p. 29. docuit.

ΔΑ'ΝΕΙΟΝ, είου, τὸ, proprie notat: *omne, quod mutuum datur sine usura et fœnore,* atque τῷ τόκῳ, seu, fœnori opponitur, et quando fœnoris addebatur conditio, dicebatur δάνειον ἔντοκον vel ἐπὶ τόκῳ. Sed deinde invalescente fœnore apud Græcos, factum est, ut δάνειον significaret absolutè *creditam sub usuris pecuniam.* Conf. Salmas. de Usuris c. 2. et Perizon. ad Ælian. V. H. IV. 1. In N. T. semel legitur Matth. XVIII. 27. καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ et *debitum* (qua ipsa voce h. l. Vulgatus usus est) remisit ei, coll. infra v. 32. ubi ὀφειλὴ dicitur. Deut. XV. 8. XXIV. 11. Hesych. δάνειον ὄφλημα, χρέος, δῶρον.

ΔΑΝΕΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *creditor, qui mutuam pecuniam dedit,* interdum etiam *fœnerator privatus,* (nam *fœnerator publicus* seu *argentarius* τραπεζίτης Græcis dicebatur. Confer Salmas. de Fœnore Trapezitico p. 554 seq.) *qui fœnore vel usura elocat pecuniam,* qui etiam in Latinis comœdiis *danista* vocatur. (a δανείζω.) Semel in N. T. legitur Luc. VII. 41. δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι duo debitores erant uni creditori. Sic etiam legitur in vers. Alex. 2 Reg. IV. 1. Psalm. CIX. 11. ubi Hebraico נוֹשֶׁה respondet, et Prov. XXIX. 13. Confer Thom. M. sub χρήστης p. 921.

ΔΑΝΙΗ'Λ, ὁ. *Daniel.* Nomen prophetæ celeberrimi apud Judæos, conflatum ex דִּין *judicare,* et אֵל *Deus,* ut idem sit, ac, qui jussu et nomine divino causam oppressi agit debitisque adversarium afficit pœnis. Legitur in N. T. Matth. XXIV. 15. Marc. XIII. 14.

ΔΑΠΑΝΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω. Duplici sensu accipitur apud Græcos pariter ac N. T. scriptores, tam bono, quam malo. 1) *sumtus facio, impendo.* Sic legitur in N. T. Act. XXI. 24. δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς, h. e. præsta impensas in legitima illa sacrificia, in victimas offerendas, peracti voti diebus. 2 Cor. XII. 15. ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω ego lubentissime bona mea insumam. Wetstenius in notis ad h. l. T. II. p. 213. videtur δαπανᾷν h. l. metaphorice accepisse, ut sit *vires animi ac corporis impendere,* ut δαπανᾷν et ἐκδαπανᾷν legitur apud Dionys. Halic. Ant. IV. 81. et Josephum A. J. XV. 5. 1. Marc. V. 26. καὶ δαπανήσασα τὰ παρ' αὐτῆς πάντα quæ impenderat omnes opes suas. Ælian. V. H. IX. 9. ὀλίγα μὲν ἐς τὸ στρατόπεδον ἐδαπάνα. Eodem sensu et δαπανᾶσθαι usurpatur apud Æschin. Socr. Dial. I. 9. Vid. Markland. ad Lysiam p. 605. Interdum etiam significat *sumtus faciendo consumo, sumtibus exhaurio* et *consumo* simpliciter, v. c. Judith. XII. 4. 2 Macc. I. 23. 2) sensu malo: *perdo, dilapido, abligurio bona,* maxime *vita luxuriosa et splendida,* i. q. διασκορπίζω. Sic legitur in N. T. Luc. XV. 14. δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα facultatibus suis omnibus luxuriose dilapidatis. Vulgatus: *cum consummasset omnia.* Lege *consumpsisset.* Gloss. *consumit,* ἀναλίσκει, δαπανᾷ. Jac. IV. 3. ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε ut accepta luxuriose consumatis. Similis locus est Ælian. V. H. IX. 9. τὰ δὲ λοιπὰ εἰς τὴν ἀκολασίαν τὴν ἑαυτοῦ ἐδαπάνα. Suid. δαπανᾷν· οὐ τὸ ἀναλίσκειν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ λαμπρῶς ζῆν, καὶ σπαθᾷν, καὶ δαπανᾷν τὴν οὐσίαν. Confer Krebs. Observatt. Flav. p. 396.

ΔΑΠΑ'ΝΗ, ης, ἡ, *impensa, sumtus, qui faciendus est in aliquam rem,* i. q. δαπάνημα. Legitur in N. T. semel Luc. XIV. 28. ψηφίζει τὴν δαπάνην computat sumtus. Alexandrini hac voce usi sunt pro Chald. נִפְקָא et נִפְקְתָא Esdr. VI. 4, 8. Xenophont. Cyrop. II. 2. 15. Apol. 18.

ΔΕ'. Conjunctio, quæ innumeris locis N. T. occurrit et est admodum varii usus et significationis. 1) Est *conjunctio adversativa,* quæ Latinorum *autem, vero, sed, ast, at enim vero* exprimit, si nempe legitur ante orationem, præcedenti contrariam, seu post particulam negandi. Sic legitur in N. T. Matth. VI. 17. σὺ δὲ tu contra. Act. XII. 9. ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν potius spectrum se cernere existimabat. Rom. VI. 22. Ephes. IV. 15. ubi v. 14. μηκέτι præcesserat. 1 Tim. IV. 8. ἡ δὲ εὐσέβεια virtutis christianæ studium e contrario. ibid. V. 6, 11. VI. 9, 11. σὺ δὲ, ὦ ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, ταῦτα φεῦγε tu vero, O religionis doctor, hæc fuge. 2 Tim. II. 16, 22, 23. III. 14. IV. 17. Hebr. IV. 15. IX. 12. XII. 13. Non semper tamen est *adversativa,* haud raro 2) *copulativa* atque *transitiva,* et per *vero, atque, ac, autem, nimirum, scilicet* reddi debet. Ita reperitur Matth. XXIII. 5. XXIV. 37. ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε quemadmodum vero tempore Noæ accidit. Matth. I. 18. τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν Jesu autem nativitas sic se habebat. ibid. II. 1. III. 1, 4. Luc. IV. 1. XXIV. 1. τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων primo autem die hebdomadis. Joh. VIII. 18. Rom. VI. 18. ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας liberati vero a vitiositate. Ib. IX. 30. δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως justitiam *nempe* ex fide. Ib. X. 16. ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ auditione *nimirum* verbi divini. 3) *et, etiam, atque, ac,* i. q. καί. Marc. IV. 37. τὰ δὲ κύματα et fluctus. Joh. XV. 27. καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε et vos etiam de me testimonium exhibebitis. Hebr. III. 10. αὐτοὶ δὲ pro καὶ αὐτοί. 1 Cor. XIV. 1. ζηλοῦτε δὲ τὰ πνευματικὰ ambite etiam dona extraordinaria Sp. S. Jud. v. 8. Sic apud Moschum Idyll. II. v. 2. νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι Δ' ἠώς. 4) *nam, enim,* i. q. γὰρ, ut sit causalis particula. Matth. XXIII. 5. πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν dilatant enim phylacteria, ubi in codd. haud paucis γὰρ legitur. Marc. XVI. 8. εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος. Luc. XIII. 35. coll. Matth. XXIII. 39. 1 Tim. III. 5. Luc. XII. 2. Joh. VI. 40. ubi Syrus habet ܓܝܪ, et γὰρ, quod in codicibus quibusdam reperitur, e glossemate est. Rom. VIII. 10, 11. 1 Cor. X. 11. ἐγράφη δέ. 1 Thessal. II. 16. Sic etiam δὲ pro γὰρ legitur apud Homerum Odyss. IV. v. 468. θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασιν dii enim omnia norunt. Hesiod. Scut. Herculis v. 251. Aristoph. Aves v. 585. ubi Schol. τὸ Δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ. Idem Eustathius tradit ad Homer. Odyss. I. v. 433. Cf. G. Arnaldi Animad. Critt. p. 5. 5) *tamen, attamen, nihilominus.* Matth. VIII. 24. αὐτὸς δὲ ἐκάθευδε ipse autem nihilominus dormiebat. ibid. XXIII. 25. ἔσωθεν δὲ γέμουσιν cum tamen intus plena sint. 1 Cor. XIV. 1. μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε maxime tamen donum prophetiæ. 2 Cor. VI. 10. Eodem modo δὲ usurpatum legitur apud Libanium Epist. 18. Ælian. V. H. IV. 22. τοιοῦτοι δὲ ὄντες tales cum essent, nihilominus, etc. Anacreon. Od. IX. Moschus Idyll. I. 19. 6) *itaque, igitur, ergo, ideo, quare, quapropter.* Luc. XIII. 7.

εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργὸν dixit ideo ad vinitorem. XV. 3. εἶπε δὲ proposuit igitur iis hanc parabolam, coll. v. 2. ibid. v. 17. Rom. V. 8. συνίστησι δὲ commendat itaque. Act. VI. 2. IX. 8. χειραγωγοῦντες δέ. Hesiod. Ἔργ. v. 24. Ælian. V. H. II. 4. 7) *inquam.* 2 Cor. X. 2. δέομαι δὲ hoc inquam precor, coll. v. 1. 8) est particula continuativa, qua fit digressio ad alias historias, res vel argumenta, *cæterum, porro, præterea, amplius.* Luc. XV. 11. εἶπε δὲ dixit porro, seu continuavit suum sermonem hoc modo. Rom. VIII. 28. οἴδαμεν δὲ scimus præterea. 1 Cor. VII. 1. XII. 1. XV. 1. γνωρίζω δὲ cæterum in memoriam vobis revoco. XVI. 1, 12. 2 Cor. VIII. 1. 9) *aut,* i. q. ἤ, cum quo permutatur. 2 Cor. VI. 14, 15, 16. Conf. Raphelius in Annotatt. Herodott. p. 496. 9b) *tunc,* i. q. τότε. Matth. XXI. 3. εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ ὑμῖν tunc statim eos remissurus est. Arrian. Exped. Alex. V. c. 21. p. 223. 9c) *profecto, omnino, certe.* Gal: IV. 20. ἤθελον δὲ κ. τ. λ. utinam nunc vobis possem adesse. Sic ו adhibetur Ruth. III. 13. Jud. I. 12. 10) Notent tirones, conjunctionem δὲ, ubi particulæ μὲν respondet ipsamque subsequitur, partitivam vim habere, v. c. οἱ μέν—οἱ δὲ—interdum tamen oppositionis, seu differentiæ signum esse. 11) interdum eleganter redundat, v. c. Act. XI. 17. V. 32. Conf. Reusmann. ad Devarium de Græcæ Linguæ particulis p. 98 seq.

ΔΕ´ΗΣΙΣ, εως, ἡ, proprie 1) *indigentia.* Harpocration: δεήσεις ἀντὶ τοῦ ἐνδείας. Hesych. παράκλησις, ἡ χρεία. Æschin. Dial. II. 39. 40. Ps. XXII. 25. οὐδὲ προσώχθισε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ, Hebraice עֱנוּת עָנִי. 2) *supplicatio, petitio, precatio,* ἡ αἴτησις ἐνδεῶν, ut a Gregorio Nazianzeno recte exponitur. Luc. I. 13. εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου exaudita est precatio tua. Rom. X. 1. 2 Cor. I. 11. IX. 14. Philipp. I. 19. IV. 6. 1 Tim. II. 1. 1 Petr. III. 12. 3) *deprecatio malorum, preces, quæ pro avertendis malis suscipiuntur.* Sic legitur in N. T. Hebr. V. 7. ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεήσεις καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου προσενέγκας qui per tempus vitæ suæ in his terris deprecationes supplicissimas obtulit Deo, qui eum a mortis periculo liberare poterat. Jacob. V. 6. πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη multum enim valet piorum deprecatio intensa, assidua. 4) *preces omnis generis,* i. q. προσευχή, unde προσευχὴ et δέησις conjunguntur sæpius. Luc. II. 37. νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν in cultu divino jejuniis et precibus assidue vacans. ibid. V. 33. καὶ δεήσεις ποιοῦνται. Act. I. 14. προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει omnes una assidue preces faciebant. Ephes. VI. 18. Philipp. I. 4. 1 Tim. V. 5. 2 Tim. I. 8. 2 Paral. VI. 19. Dan. IX. 3. Cf. Lomeier. Dier. Genial. Dec. I. Dissert. 9. Lex. Vet. Δέησις, *precatum, deprecatio, obsecratio, petitio, supplicatio, oratio.* Plura de hac voce vide apud Outhovium in Bibl. Brem. Cl. IV. p. 458 seq.

ΔΕΙ῀, imperf. ἔδει, fut. δεήσει. Impersonale a δέω *ligo, opus habeo,* quod Latino *oportet* respondet, et vel accusativum cum infinitivo regit, vel absolute adhibetur sequente infinitivo. Verbum hoc impersonale significat 1) *necesse est, oportet, opus est,* ita, ut vel *necessitas absoluta* vel *relativa* indicetur. En! pauca exempla e multis: Matth. XVI. 21. ὅτι δεῖ αὐτὸν ἀπελθεῖν εἰς Ἱεροσόλυμα sibi eundem esse Hierosolyma, nempe ex æterno et sapientissimo Dei consilio. ibid. XVII. 10. ὅτι ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον, ut nempe vaticiniis V. T. constet eventus. ibid. XXVI. 35. κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν etiamsi mihi tecum moriendi necessitas imponeretur, coll. Esther. IV. 16. ibid. v. 54. ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι, scil. ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. Luc. XXIV. 26. coll. v. 25, 27 et 47. Joh. X. 16. κἀκεῖνα δεῖ με ἀγαγεῖν quæ etiam sunt adducendæ ex consilio divino. Act. XXIV. 19. οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι quos oportebat hic adesse, sc. ex legibus judiciorum. ibid. XXV. 10. Rom. I. 27. ἣν ἔδει pœnam, quam meruerunt malefactis. Apoc. XI. 5. XIII. 10. 2) *officium* significat, *decet, convenit, æquum est, officii ratio postulat.* Matth. XVIII. 33. οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου; nonne æquum erat, te quoque misereri socii tui? ibid. XXIII. 23. ταῦτα δὲ ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι. XXV. 27. ἔδει οὖν σε debebas. Marc. XIII. 14. ὅπου οὐ δεῖ ubi non deberet versari, nempe: in loco sacro: coll. Matth. XXIV. 15. Luc. IV. 43. XXII. 7. ubi Syrus verba ἐν ᾗ ἔδει recte quoad sensum transtulit: ܒܗ ܕܐܝܠ ܗܘܐ ܥܝܕܐ *quo erat consuetudo.* 1 Tim. III. 2, 7, 15. Tit. I. 7, 11. Hebr. II. 1. XI. 6. 2 Pet. III. 1. 3) *licet, permissum est.* Luc. XIII. 14. ἓξ ἡμέραι εἰσὶν, ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι per sex dies opus facere licet. Xenoph. Cyrop. I. 4. 27. et de Rep. Athen. 2. 7. 4) *placet, volo, decrevi.* Luc. XIX. 5. σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι hodie apud te divertere animus est, aut divertam. Usurpatur enim δεῖ quandoque de rebus futuris sine ulla necessitate. Sic Dan. II. 28 et 29. apud LXX et Theodot. ἃ δεῖ γενέσθαι, quæ futura s. eventura sunt, τὰ ἐσόμενα, coll. v. 45. 5) *expedit, utile est,* i. q. συμφέρει. 1 Cor. XI. 19. δεῖ γὰρ καὶ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι dissidia, quæ inter vos sunt, habent hunc usum, ut veri et probi christiani eo facilius cognoscantur. Alexandrini usi sunt pro סָכַן *profuit,* Job. XV. 3. Etiam apud Græcos δεῖ adhibetur non solum, ubi necessitas indicanda est, sed et ubi quædam utilitas ob oculos versatur. Sic Anacr. Od. IV. 11. τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν. quid te juvat lapidem ungere? ib. IX. 21. τί γάρ με δεῖ πέτασθαι; Xen. Hist. Gr. III. 1. 10. Interdum 6) omittitur, v. c. Act. III. 13. κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν, scil. δεῖν. ibid. XV. 24. λέγοντες (δεῖν) περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν, coll. Ælian. V. H. III. 12. Philipp. III. 16. τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν, nempe δεῖν. Hujus ellipseos exempla etiam apud Græcos reperiuntur, v. c. in Demosthen. Orat. de Corona p. 314. ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με ἑώρα — — τὰ ἀδικήματα (ἔδει) χρῆσθαι. Sophocl. Philoct. v. 1076. Dio Chrysost. Or. VII. p. 121. Xenoph. de Venat. V. 15. ubi videndus Zeunius. — Gloss. MS. in Sap. Salom; a Bielio excitatum: δεῖν· χρείαν ἔχειν, χρῆναι, δέον εἶναι, ὀφείλειν, χρεωστεῖν. Hesych. δεῖ· πρέπει, χρή, χρεία ἐστίν, δεσμεύει.

ΔΕΙ῀ΓΜΑ, ατος, τὸ, a δείκνυμι *ostendo,* 1) proprie est *specimen rerum venalium, quod emtoribus monstrari, proponi et circumferri solet,* unde ipse locus in Atheniensium mercatu, in quem specimina rerum venalium ferebantur, δεῖγμα vocabatur, ut testis est Harpocration: δεῖγμα κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πωλουμένων. ἤδη δὲ καὶ τόπος τις ἐν τῷ Ἀθήνησιν ἐμπορίῳ, εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο, οὕτως ἐκαλεῖτο κ. τ. λ. et Schol. Aristoph. ad Equit. 975. Idem tradit Suidas, Etym. M. et Thom. M. Conf. Is. Casaubonus in Athenæum I. 22. VI. 4. Deinde vero ita dicitur 2) *cujusvis*

alius rei specimen et exemplum, v. c. apud Isocrat. ad Demon. p. 4. δεῖγμα δὲ τῆς Ἱππονίκου φύσεως νῦν ἐξενηνόχαμεν. Lucian. Scytha 7. Vide Schweighæuser. Lexic. Polyb. s. h. v. 3) metaphorice: *exemplum aliis ad deterrendum propositum*. Ita Jud. v. 7. civitates Sodoma et Gomorrha dicuntur πρόκεινται δεῖγμα πυρὸς αἰωνίου, h. e. propositæ exemplum cruciatus futuri æterni, ut alii sc. a similibus sceleribus deterreantur, coll. 2 Petr. II. 6. ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικὼς, et 3 Macc. II. 5. — Suid. δεῖγμα· καὶ ἡ ἔνδειξις. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 43. δεῖγμα, *exemplum, specimen*.

ΔΕΙΓΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie notat: *specimen exhibere*, seu omnino *aliquid monstrare et in publicum producere*, (a δεῖγμα, quod vide.) 2) cum accusativo personæ i. q. παραδειγματίζω *publicæ ignominiæ expono, etiam victoriam de aliquo deporto, triumphum ago*, ex more triumphandi veterum Romanorum et Græcorum, quo hostes devictos per plateas circumducere et civibus ostendere solebant. Hinc explicandus erit locus Coloss. II. 15. καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ et superatos principes publicæ ignominiæ exposuit, palam de iis triumphavit. Facit huc glossa Hesychii: ἐδειγμάτισεν· ἐδημοσίευσεν.

ΔΕΙΚΝΥ'Ω, vel ΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, fut. δείξω, 1) proprie: *ostendo, monstro, oculis spectandum sisto atque propono*. Matth. IV. 8. καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου in quo ei ostendit varias Palæstinæ provincias; ut adeo non opus sit cum quibusdam interpretibus subjicere verbo δείκνυμι notionem *describendi*, (quanquam negari non potest, δεικνύειν, ut *ostendere* apud Latinos, (vide Burmann. ad Phædr. p. 233.) esse *monstrare aliquid verbis et oratione*, ut docuit Grævius Lect. Hesiod. c. 11. et Alberti in Peric. Crit. c. 13. p. 47.) aut cum aliis omnem locum de repræsentatione præstigiosa interpretari. Matth. VIII. 4. δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ siste te spectandum sacerdoti. Marc. I. 44. XIV. 15. Luc. IV. 5. V. 14. XXII. 12. Joh. XIV. 8. δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα effice, ut Deus pater tuus visibili specie se nobis videndum præbeat. ibid. v. 9. Hebr. VIII. 5. κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει ad exemplum tibi ostensum in monte Sinai. Ita sola editio Complut. habet. Exod. XXV. 40. in Cod. Alex. Ald. et Vatic. δεδειγμένον legitur e loco parallelo Exod. XXVI. 30. 2) metaphorice: *demonstro, probo idoneis argumentis*. Jacob. II. 18. δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου — — τὴν πίστιν μου proba mihi tuam religionis scientiam sine factis et ego tibi meam ex operibus demonstrabo. Jacob. III. 13. δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς. Sic δείκνυμι legitur apud Ælian. V. H. IX. 35. ὁ δὲ ἔφη, δείξειν at ille respondebat, se id declaraturum re ipsa, sc. quidquid a Zenone didicisset. Hinc substantivum δεῖγμα apud eundem VI. 12. XIV. 6. *argumentum* significat. 3) *doceo, instituo*. Matth. XVI. 21. ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς δεικνύειν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ab hoc tempore clarius Jesus exposuit discipulis suis, coll. Marc. VIII. 31. καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτούς. Act. X. 28. καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε me vero Deus docuit. 1 Cor. XII. 31. καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι et ego vos modum præstantissimum illorum obtinendorum docebo. Deut. IV. 5. δέδειχα (לִמַּדְתִּי) ὑμῖν δικαιώματα. Ies. XL. 14. 1 Sam. XII. 23. וְהוֹרֵיתִי אֶתְכֶם בְּדֶרֶךְ הַטּוֹבָה Alex. καὶ δείξω ὑμῖν τὴν ὁδὸν τὴν ἀγαθήν. Xenoph. Cyrop. III. 3. 24. Mem. I. 2. 17. Huc pertinent etiam loca scriptorum Græcorum et Latinorum, quæ Grævius in Lectionibus Hesiodeis c. XII. p. 56. adduxit, ut verba δεικνύναι et *ostendere* interdum *dicendi* notionem habere probaret. 4) *prædico, futura annuncio*. Apoc. I. 1. δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει ut res mox eventuras cultoribus Christi annunciaret. ibid. IV. 2. et XXII. 6. In eodem Apocal. libro XV. 1. δείκνυμι de revelatione futurarum rerum per ὅραμα usurpatur. 5) *exhibeo, præsto, facio, patro*, quasi *videndum aliquid exhibeo alteri*, ad imitationem Hebraici הֶרְאָה. Joh. II. 18. τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν; quodnam miraculum patrare potes? ibid. X. 32. πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου multa benefica miracula inter vos Deo adjuvante patravi. 1 Tim. VI. 15. ἣν (scil. τὴν ἐπιφάνειαν) καιροῖς ἰδίοις δείξει quem suo tempore ad judicium mittet. Psalm. LX. 5. ἔδειξας (Hebr. הִרְאִיתָ) τῷ λαῷ σου σκληρά. ibid. LXXI. 20. Gen. XLI. 21. In codd. vers. Alex. 2 Reg. XVI. 14. δείκνυμι et δίδωμι invicem permutantur. Nec desunt exempla e Græcis scriptt. v. c. apud Xenoph. Cyrop. VI. 4. 5. Ælian. V. H. XIV. c. 37. τὰ ἀγάλματα, ὅσα ἡμῖν ἡ πλαστικὴ δείκνυσι. Homer. Odyss. III. v. 173. αὐτὰρ ὅγ' ἡμῖν δεῖξε, sc. τὸ τέρας. Conf. Spicilegium meum II. Lex. Biel. p. 36. Wetstenii N. T. T. I. p. 912. et Is. Casauboni Lect. Theocriteas c. IX. 6) *potentia aliquem instruo, facultatem alicujus rei efficiendæ largior et suppedito*. Hanc in rem insignis locus est Joh. V. 20. καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ αὐτὸς ποιεῖ, καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα communicavit cum eo facultatem patrandorum omnium miraculorum, quæ ipse edit, adeoque his majorum. — Hesych. δεῖξαι· δηλῶσαι, φανερῶσαι.

ΔΕΙΛΙ'Α, ας, ἡ, *timiditas*, seu turpis illa ignavia, cum quis, ingruente periculo quodam, terga vertit, datamque fidem frangens spartæ sibi demandatæ partes rite explere detrectat. (a δειλὸς *timidus*, ὁ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, ut Aristoteles explicat Lib. III. Ethic. c. 7.) Sic legitur in N. T. 2 Tim. I. 7. οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας Deus enim non vult, ut timide religionem tradamus. Alex. usi sunt hac voce pro מְחִתָּה Psalm. LXXXIX. 41. pro quo etiam reperitur apud Symmach. et Theodot. Proverb. XXI. 19. Suid. δειλία· ὁ φόβος. Confer Theophrast. περὶ δειλίας et Polyb. III. 81. 7.

ΔΕΙΛΙΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, *metuo, formido, reformido, ob ignaviam refugio*. Legitur semel in N. T. Joh. XIV. 27. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μηδὲ δειλιάτω ne perturbetur animus vester ac futura formidet. Deut. I. 31. μὴ φοβεῖσθε μηδὲ δειλιάσητε. XXXI. 6. μηδὲ δειλιάσῃς μηδὲ πτοηθῇς. 2 Macc. XV. 8. Apud profanos haud facile occurrit, sed compositum ἀποδειλιῶ, v. c. in Cebetis Tabula cap. XII. θαῤῥεῖν καὶ μὴ ἀποδειλιᾷν. Vid. Intt. ad Thom. M. sub voce ἀποδειλιῶ p. 91. Hesych. δειλιῶν, φοβούμενος. Cf. Pollux Lib. III. c. 28.

ΔΕΙΛΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) *timidus, ignavus, meticulosus*, qui Hebraice רַךְ הַלֵּבָב, apud Alexandrinos δειλὸς τῇ καρδίᾳ, Deut. XX. 8. et a Græcis vulgo δείλαιος vocatur. Matth. VIII. 26. τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; cur adeo timidi estis, O parum fidentes! coll. Marc. IV. 40. In utroque loco δειλοὶ dicuntur, qui de auxilio divino dubitantes salutem desperant. Similis locus est Sirac. II. 13. Aristoteli Ethic. III. 7. δειλὸς est ὁ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων. Adde Aristoph. Plut. 123. 2) *ma-*

lus, improbus, et speciatim, *qui metu malorum adductus de religione christiana descivit*, ut imago desumta sit a milite timido et stationem suam deserente, de quo proprie δειλὸς dicitur. Vid. Plutarch. Æmil. Paul. pag. 265. B. Apoc. XXI. 8. τοῖς δὲ δειλοῖς καὶ ἀπίστοις impiis vero et infidelibus. Hesych. δειλὸν· πονηρὸν, κακόν. Schol. Sophocl. Antigon. ver. 366. τὰ δειλὰ ἀντὶ τοῦ κακά. Plura de hac significatione habet Valckenar. ad Euripid. Phœniss. v. 1011. Alberti Obss. in N. T. p. 498 seq. et L. Bos. Exercitt. L. Gr. p. 304.

ΔΕΙ͂ΝΑ, ὁ, ἡ, τὸ, genit. δεῖνος, dat. δεῖνι, accus. δεῖνα, *quidam, aliquis, quispiam.* Pronomen indefinitum omnis generis, quo Græci utuntur, cum significant aliquam rem, seu personam, quam nominare vel nolunt vel nesciunt, præfixo articulo pro nomine ejus, quem nutu et significatione appellant. In N. T. semel legitur in accusativo. Matth. XXVI. 18. ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα adite quendam in urbe. Legitur præterea in fragmentis Aquilæ, Symmachi, et Theodot. 1 Sam. XXI. 2. אֶל־מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי εἰς τὸν τόπον τὸν δεῖνα, et in multis scriptorum Græcorum locis, (v. c. Lucian. Catapl. p. 439. Philostrat. Vit. Apollon. II. 8. pag. 285. Aristoph. Ran. 949.) quorum quædam attulit Hoogeveen. ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 21. Confer etiam Interprett. ad Thom. M. sub ὁ δεῖνα p. 644. Bisetum ad Aristoph. Thesmophor. ver. 627. et Fischeri Animadv. ad Welleri Gramm. Gr. pag. 168. Sic et Latini pronomine *ille* uti solent. Vide Sueton. Cæs. c. 41.

ΔΕΙΝΩ͂Σ. Adverbium, *admodum vehementer, graviter, terribiliter.* (ab adjectivo δεινὸς, quod non solum *terribilem, metuendum*, Xenoph. Cyrop. V. 2. 15. sed etiam, *quidquid in suo genere modum excedit, magnum, insigne, summum*, in utramque partem significat. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. I. 1. et Ven. Mori Index Græcitatis subjunctus Xenophontis Cyropædiæ s. h. v.) Adverbium δεινῶς bis legitur in N. T. Matth. VIII. 6. δεινῶς βασανιζόμενος gravissimos sustinet dolores. Luc. XI. 53. ἤρξαντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν cœperunt scribæ et Pharisæi vehementer ei insidiari. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 44. δεινῶς, *pessime.*

ΔΕΙΠΝΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *cœno, victum sub vesperam capio*, a δεῖπνον *cœna.* Xenoph. Mem. II. 7. 12. καὶ ἐργαζόμεναι μὲν ἠρίστων, ἐργασάμεναι δὲ ἐδείπνουν. Luc. XVII. 8. ἑτοίμασον τί δειπνήσω para quod cœnem. ibid. XXII. 20. et 1 Cor. XI. 25. μετὰ τὸ δειπνῆσαι postquam prima mensa sublata erat. Distinguenda enim est mensa *prima* et *secunda* in epulo paschali celebrando. *Prima mensa* est agnus ipse paschalis cum vino: *secunda* erat olera amara cum embammate et panibus azymis. 2) metaphorice δειπνεῖν μετά τινος is dicitur, *qui arctissime est cum aliquo conjunctus, qui aliquo admodum familiariter utitur.* Apoc. III. 20. καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ et arctissima erit mutua nostra conjunctio. Confer Glassii Philol. Sac. p. 1186. ed. Dathii.

ΔΕΙ͂ΠΝΟΝ, ου, τό. Vox, quæ latissime patet apud Græcos, nam antiquitus 1) pro *cibo*, seu *epulo matutino, jentaculo*, usurpata fuit, ut auctor est Suidas: δεῖπνον· τὸ πρώϊνον ἄριστον, ὅπερ ἀκρατισμὸς λέγεται. In hoc vero sensu sæpissime apud Homerum reperitur, v. c. Iliad. VIII. v. 53. coll. v. 66. ibid. II. 381. ubi scholiastes vetus δεῖπνον· τὸ παρ' ἡμῖν νῦν ἄριστον λεγόμενον, τὸ πρώϊνον ἔμβρωμα· δόρπος δὲ, τὸ ἐν τῇ ἑσπέρᾳ, ὃ ἡμεῖς δεῖπνον λέγομεν. δεῖπνον τὸ πρώϊνον, μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν. Idem fere tradit Eustathius ad Homer. Odyss. I. v. 124. 2) *cibum, epulum*, v. c. *meridianum*, seu *prandium* notabat. Hesych. δεῖπνον· τὸ καθ' ἡμᾶς ἄριστον. Conf. Athenæum Deipnosoph. I. c. 9. 10. et Pollucis Onomast. VI. 1. 3) et quidem apud recentiores maxime, *cibum*, seu *epulum vespertinum, cœnam* significabat, et τῷ ἀρίστῳ opponebatur. Glossæ: δεῖπνον, *cœna.* Hesychius: δεῖπνον· τροφὴν ἑσπερινήν. Sic legitur in N. T. v. c. Luc. XIV. 12. ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον quando paras prandium aut cœnam. Joh. XIII. 2. δείπνου γενομένου inter cœnam. v. 4. ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου exsurgit a cœna. 1 Cor. XI. 20. δεῖπνον κυριακὸν, vide sub κυριακός. 4) *convivium, epulum quodcunque lautius ac solennius quocunque instructum tempore.* Matth. XXIII. 6. φιλοῦσι τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις amant primam in conviviis sedem. Luc. XIV. 17. τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου, coll. Matth. XXII. 2, 3, 4. Luc. XX. 46. Joh. XXI. 20. Formula: δεῖπνον ποιεῖν *convivium instituere*, quæ Marc. VI. 21. Luc. XIV. 16. Joh. XII. 2. legitur, respondet Hebraicæ עֲשׂוֹת מִשְׁתֶּה Gen. XL. 20. et Chaldaicæ עֲבַד לְחֶם Dan. V. 1. 5) per synecdochen: *omne nutrimentum, cibus, victus.* Etym. M. δεῖπνον. ὁ καιρὸς τῆς τροφῆς, καὶ ἡ ἐν τοιῷδε καιρῷ διδομένη τροφή. Sic autem legitur in N. T. Luc. XIV. 24. οὐδεὶς τῶν κεκλημένων γεύσεταί μου τοῦ δείπνου nemo ex illis invitatis gustaturus est cibos a me paratos. Interdum δεῖπνον *portionem, ratam partem ciborum, symbolam, de qua cœnatur*, significat, v. c. 1 Cor. XI. 21. ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν quilibet portionem ciborum, quam afferri jussit in conventus sacros, præripit aliis. Facit huc locus Danielis I. 16. ubi δεῖπνον Hebr. פַּתְבַּג *portio cibi* respondet. Eodem sensu δεῖπνον legitur apud Homer. Iliad. II. 383. 6) metaphorice usurpatur Apoc. XIX. 9. μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου τοῦ ἀρνίου κεκλημένοι beati, qui felicitatis æternæ christianorum cum Christo participes sunt futuri. ibid. v. 17. δεῖπνον τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ metaphorice judicium gravissimum Dei adversus hostes religionis christianæ. 7) interdum deficit, v. c. post καλεῖν 1 Cor. X. 27. ad ἐπὶ τὸ αὐτὸ 1 Cor. XI. 20. ac post παρασκευάζειν Act. X. 1. uti apud Herodot. IX. 15. coll. c. 81.

ΔΕΙΣΙΔΑΙ΄ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ. Comparativus ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΕ΄ΣΤΕΡΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, (Diog. Laërt. II. cap. 18.). Vocabulum μέσον apud Græcos, quod et sensu bono de eo dicitur, *qui pius est erga deos, religiosus, qui religionis et pietatis, in deos maxime, est studiosus*, θεοσεβής, Xen. Cyrop. III. 3. 26. Agesil. 11. 8. et de eo usurpatur, *qui est superstitiosus, deos metuit et eorum metu adductus multa facit inepta et absurda.* Conf. Theophr. Char. XVI. et Plutarch. librum de δεισιδαιμονίᾳ, Opp. T. II. p. 460. Compositum est ex δείδω *timeo* et δαίμων *numen, deus.* Hesych. δεισιδαίμων· ὁ τὰ εἴδωλα σέβων, εἰδωλολάτρης, ὁ εὐσεβὴς καὶ δειλὸς περὶ θεούς. Suid. δεισιδαίμων· θεοσεβὴς, ἢ ἀμφίβολος περὶ τὴν πίστιν, καὶ οἱονεὶ δεδοικώς. Pollux Onom. I. 34. ὁ δὲ ὑπερτιμῶν θεοὺς, δεισιδαίμων. Gloss. Vet. apud Labbæum: δεισιδαίμων, *religiosus, superstitiosus.* Confer Wetstenium N. T. T. II. pag. 567. In N. T. semel legitur Act. XVII. 22. ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ video vos Athenienses præ reliquis omnibus religionis studio teneri; ubi dubium non est, quin Paulus voce δεισιδαιμονεστέρους ideo usus fuerit, quod sciret, eam

per se nihil habere, quod animos Atheniensium irritare possit, adeoque aptissimam judicaret, non solum ad benevolentiam Atheniensium captandam, sed etiam ad tecte exprobrandam nimiam eorundem superstitionem, quam pro suo veritatis studio laudare vix poterat. Facit huc glossa Phavorini: δεισιδαίμων· ὁ εὐσεβής. ὡς ὁ θεῖος Παῦλος· δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ. Cæterum de Atheniensium (quos Philostrat. Vit. Apoll. IV. 19. φιλοθύτους vocat) superstitione vide Ælian. V. H. V. 17.

ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙ'Α, ίας, ἡ. Vocabulum hoc eadem ambiguitate laborat ac præcedens apud Græcos, nam non solum sensu malo, *metum deorum s. dæmonum, superstitionem*, (Philo de Nom. Permut. p. 1066.) sed etiam bono sensu, (ut Latinum *superstitio* in Cod. Theodos. XII. 1. 158. XVI. 2, 5, 8, 28.) *religionem*, (his enim vocabulis explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 44.) *cultum Dei, reverentiam numinis* significat, v. c. apud Diod. Sic. I. c. 70. Polyb. VI. 56. 7. et Theophr. Char. XVI. ubi videndus Casaubonus. Etym. M. δεισιδαιμονία· ἡ πρὸς τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐπιμέλεια καὶ φόβος. (vid. Duport. ad Theophr. p. 448.) Ἰστέον, ὅτι παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ καλοῦ λαμβάνεται. Hesych. δεισιδαιμονία· φοβοθεΐα. Suid. δεισιδαιμονία· εὐλάβεια περὶ τὸ θεῖον, δειλία, ἀμφιβολία περὶ τὴν πίστιν, ἢ ἄκαιρος εὐσέβεια. Alberti Gloss. N. T. p. 84. δεισιδαιμονίαν· εὐλάβειαν. In N. T. semel legitur et quidem sensu bono. Act. XXV. 19. ζητήματα δέ τινα περὶ τῆς ἰδίας δεισιδαιμονίας εἶχον πρὸς αὐτὸν quæstiones de sua religione adversus eum movebant. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 232. et I. Henr. a Seelen Meditatt. Exeg. P. I. p. 389.

ΔΕ'ΚΑ, οἱ, αἱ, τὰ, *decem*. Est nomen numerale cardinale et quidem ἄκλιτον. Matth. XX. 24. καὶ ἀκούσαντες οἱ δέκα, sc. μαθηταί, et cum audirent decem discipuli. XXV. 1. 28. Interdum δέκα indefinite pro *paucis aliquot* ponitur, v. c. Apoc. II. 10. θλίψις ἡμερῶν δέκα afflictio brevis, seu paucorum dierum erit. Eodem modo עֲשָׂרָה Amos V. 3. et עֲשִׂירִיָּה Ies. VI. 13. usurpatur. Adde 1 Sam. XXV. 38. Dan. I. 12. Terent. Adelph. V. I. 36. *decem dierum vix mihi est familia.*

ΔΕΚΑΔΥ'Ο, i. q. δώδεκα, *duodecim*. Nomen numerale ἄκλιτον ex δέκα *decem* et δύο *duo*. Act. XIX. 7. XXIV. 11. Hebraice שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה Exod. XXVIII. 21. et שְׁנַיִם עָשָׂר 1 Paral. XV. 10. et Esther. II. 12.

ΔΕΚΑΠΕ'ΝΤΕ, *quindecim*, ex δέκα *decem* et πέντε *quinque*. Joh. XI. 8. Act. XXVII. 28. et Galat. I. 18. ἡμέρας δεκαπέντε duas circiter hebdomadas. Alex. pro חָמֵשׁ עֶשְׂרֵה Exod. XXVII. 15. et pro חֲמֵשֶׁת עָשָׂר Jud. VIII. 10. posuerunt.

ΔΕΚΑ'ΠΟΛΙΣ, εως, ἡ. *Decapolis, regio Decapolitana.* Regio tribus Manassiticæ, trans Jordanem, complexa decem urbes primarias, non exclusis decem oppidulis, quæ interjacebant, ab hominibus paganæ conditionis maxime habitata post captivitatem Babylonicam. In enumeratione decem urbium, unde nomen sortita est suum, non conveniunt scriptores geographici. Bochartus in Phaleg et Canaan hæc oppida pro Decapolitanis habet: *Tiberiada, Sephet, Kedesch, Naphthali, Hazor, Capernaum, Cæsaream Philippi, Jetopatam, Bethsaidam, Chorazim, Scythopolim.* Lightfootus in Decad. Chorogr. Marco præmissa c. 7. civitates numerat has: *Scythopolin*, olim *Bethsan*, *Gadaram*, *Hippo*, *Pellam*, *Caphar*, *Zemach*, *Beth Gubrin*, *Caphar Carnaim*, *Cæsaream Philippi* et *Orbo*, qui etiam ostendit, Galilæam a Decapoli apud sacros ac profanos scriptores distingui. Ast aliter Plin. H. N. V. c. 18. Conf. H. Relandi Palæstina L. I. c. 33. p. 203 seq. Wetstenii N. T. T. I. p. 284. et Cellarii Geogr. Plen. III. c. 13. Ter autem tantum Decapoleos in N. T. fit mentio, Matth. IV. 25. Marc. V. 20. et VII. 31. Adde Josephum de Bell. Jud. III. 8. 7.

ΔΕΚΑΤΕ'ΣΣΑΡΕΣ, ων, οἱ, αἱ, καὶ τὰ δεκατέσσαρα, *quatuordecim*. (ex δέκα *decem* et τέσσαρες *quatuor*.) Matth. I. 17. γενεαὶ δεκατέσσαρες generationes quatuordecim. 2 Cor. XII. 2. πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων. Galat. II. 1. Alexandrini pro אַרְבַּע־עֶשְׂרֵה Genes. XXXI. 41. et pro אַרְבָּעָה עָשָׂר Num. XXIX. 13, 29, 32. posuerunt.

ΔΕΚΑ'ΤΗ, ης, ἡ, scil. μερὶς, seu μοῖρα, 1) proprie dicitur *decima pars cujuscunque rei*, quæ et apud Latinos elliptice *decuma* dicitur, v. c. Cic. de Nat. Deor. Lib. III. cap. 36. Speciatim 2) *decima pars prædæ ab hoste captæ*, Hebr. מַעֲשֵׂר Genes. XIV. 20. Hebr. VII. 2. ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραὰμ, coll. v. 4. ᾧ καὶ δεκάτην ἐκ τῶν ἀκροθινίων ἔδωκεν Ἀβραάμ. Apud Xenoph. Ages. I. 34. decima pars prædæ, quæ Apollini Delphico consecrabatur, δεκάτη dicitur. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 407. 3) *decimæ, quæ non solum ex fructibus terræ, sed etiam pecoribus, et quidem ex institutione divina Levitis in ecclesia Israëlitica offerebantur.* Sic legitur in N. T. Hebr. VII. 8. δεκάτας ἀποθνήσκοντες ἄνθρωποι λαμβάνουσι, et v. 9. ὁ δεκάτας λαμβάνων. Respondet in hoc sensu Hebraico מַעֲשֵׂר Levit. XXVII. 30, 31, 32. in versione Alex. De *decimis Judæorum* extat singularis libellus Joh. Conr. Hottingeri, editus L. B. 1713. quaternis.

ΔΕ'ΚΑΤΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *decimus*, a δέκα. Joh. I. 40. ὥρα ἦν ὡς δεκάτη hora autem erat circiter decima. Apoc. XI. 13. καὶ τὸ δέκατον (sc. μέρος) τῆς πόλεως ἔπεσεν et decima pars urbis corruit. ibid. XXI. 20.

ΔΕΚΑΤΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *decimas postulo, exigo, accipio, decimo*, pro quo etiam δεκατεύω apud Græcos ponitur, teste Harpocratione. Passivum δεκατόομαι, οῦμαι, *decimor, decimas solvo.* Bis legitur in N. T. Hebr. VII. 6. δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραὰμ decimas accepit ab Abrahamo. ibid. v. 9. ὁ δεκάτας λαμβάνων, δεδεκάτωται qui decimas accipit, decimatus est. Respondet in vers. Alex. Hebr. עִשֵּׂר Nehem. X. 37.

ΔΕΚΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, scriptoribus Græcis ignota vox. 1) ut Lat.) *acceptus, gratus, carus, qui in pretio habetur*, i. q. προσδεκτός. Est nomen verbale a tertia pers. perf. passivi δέδεκται verbi δέχομαι *capio, accipio.* Sic legitur in N. T. Luc. IV. 24. ὅτι οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ propheta non est acceptus in patria sua. Act. X. 35. δεκτὸς αὐτῷ ἐστι placet Deo, s. favore divino fruitur. Philipp. IV. 18. donum, a Philippensibus Paulo missum, vocatur θυσία δεκτὴ sacrificium Deo gratum et acceptum. Hesych. δεκτός· ἀρεστός. — δεκτὸν εὐπρόσδεκτον. 2) ex adjuncto: *faustus, lætus, salutaris*, aut, si de personis sermo est, *is, qui a Deo multis beneficiis ornatur, felix, fortunatus*, qui etiam Hebraicis רָצוּי vocatur, quod vocabulum cum בָּרוּךְ permutatur Deut. XXXIII. 24. In priori notione bis tantum legitur in N. T. Luc. IV. 19. κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου

δεκτὸν ad edicenda Dei nomine tempora læta et fausta. 2 Cor. VI. 2. καιρὸς δεκτὸς tempus lætum dicitur tempus N. T. quo offertur hominibus remissio peccatorum.

ΔΕΛΕΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *inesco, esca capio, inescando insidior*, et dicitur de piscatoribus, venatoribus et aucupibus· qui esca proposita pisces, aves et alia animalia in retia ac nassam alliciunt, et ita capiunt, a δέλεαρ, quod teste Etym. M. τὸ τῷ ἀγκίστρῳ περιτιθέμενον, ἐφ' ᾧ τοὺς ἰχθύας ἀγρεύεσθαι, καλεῖται. Ælian. H. A. IV. 8. Hesych. δελεαζόμενος· παγιδευόμενος. Vid. Luciani Dial. Piscator. T. III. p. 137 et 183. et Dial. de Mercede Conductis T. I. p. 306. ed. Bipont. Herodot. II. c. 70. 2) metaphorice: *studeo aliquem ad me trahere et mihi amicum facere*, seu, *decipio aliquem, propositis et promissis commodis allicio, pellicio*, adjuncta simul *miseriæ* notione, *quam subit, qui se talibus blandimentis circumveniri patitur.* Hoc sensu non solum apud Philonem haud raro obvium est, sed et ter legitur in N. T. Jacob. I. 14. ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος prava sua cupiditate ad peccatum pertractus et allectus. 2 Petr. II. 14. δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους blandimentis circumvenientes homines instabiles nec satis confirmatos. ibid. v. 18. Eodem sensu legitur apud Polyb. XXXVIII. 3. 11. Herodian. I. 12. 10. ὁ μὲν οὖν οὕτω τὸν δῆμον ἐδελέαζεν, vbi vid. Irmisch. et Ælian. V. H. XIV. 17. ἐὰν μή τινα ἀναπείσῃ χρήμασι καὶ δελεάσῃ. Hesych. δελεάζει· ἐξαπατᾷ. — δελεασθείς· ἀπατηθείς. Suid. δέλεαρ· ἀπάτη, δόλος. Lectu dignissima de hac voce habet Heisenius in Novis Hypothes. ad Epist. Jacobi p. 525 seq. et Wetstenius N. T. T. II. p. 661 seq. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 44. δελεάζω, *inlecebro, pellicio, allicio, inesco.*

ΔΕ'ΝΔΡΟΝ, ου, τὸ, 1) *arbor omnis generis.* Respondet Hebraico עֵץ Gen. XVIII. 4, 8. et Chaldaico אִילָנָא Dan. IV. 7, 8, 11, 17, 23. Matth. VII. 17. δένδρον ἀγαθὸν arbor bonæ indolis, cui opponitur σαπρὸν δένδρον malæ indolis arbor. ibid. III. 10. ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται securis ad radicem arborum posita est, seu, tropo remoto, imminet jam pœna divina. Marc. VIII. 24. βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας, h. e. video homines quidem se movere, sed formam cernere non valeo. ib. XI. 8. Luc. XXI. 19. Jud. v. 12. 2) *planta, frutex grandior et arborescens*, in majorem altitudinem excrescens ramosque quasi extendens, cujus caulis ligneam quasi substantiam accipit. Ita adhibetur de sinapi Matth. XIII. 32. Marc. IV. 32. Luc. XIII. 19. Cf. Salmasium Exerc. de Homonymis Hyles Iatr. p. 15.

ΔΕΞΙΟΛΑ'ΒΟΣ, ου, ὁ. Variæ sunt de hac voce, quæ in nullo scriptore Græco antiquo reperitur, et semel tantum in N. T. extat Act. XXIII. 23. interpretum sententiæ. Meursius in Lexico Græco-Barbaro: *Fuit,* inquit, τῶν δεξιολάβων *munus in militia, quod lictorum in urbibus. Manus injiciebant nempe maleficis et sontibus eosque apprehendebant, quod nominis ratio manifeste loquitur, inde* δεξιολάβοι *dicti, et carceri mancipatos, aut ad supplicium ducendos, custodiebant stipabantque atque inde eos* παραφύλακας *interpretantur Magistri Græci.* Vulgatus, cum quo Æthiops consentit, *lancearios* reddidit. Alii, δεξιοβόλους legentes, *sagittarios* intelligunt, qui tela dextra manu mitterent. Alii denique *satellites, tribunos cohortis* intelligendos esse judicarunt, Suidæ et Etymol. M. 256. 19. auctoritate adducti, qui δεξιολάβους παραφύλακας, h. e. satellites, custodes corporum, interpretati sunt. Vulg. *lancearios.* Omnes hæ sententiæ et conjecturæ facillime ita conciliari posse videntur, ut dicamus, δεξιολάβους fuisse *stipatores,* seu *satellites regis, aut tribuni militum, dextra lanceam gestantes, quorum munus fuerit non solum custodiam corporis regis et tribuni militum agere,* (παρὰ τὸ λαβεῖν τὴν τοῦ βασιλέως καὶ χιλιάρχου δεξιὰν) *sed etiam custodire captivos, quorum dextræ catenæ alligabantur.* (παρὰ τὸ λαβεῖν τὴν τοῦ δεσμίου δεξιάν.) Nam vincti, quominus evadere possent militum custodiam, per catenam adstringebantur manu dextra ad manum custodis sinistram. Cæterum, ut monuit Wetstenius N. T. T. II. p. 616. reperitur hæc vox apud Theophylactum Simocattam IV. 1. et Constantin. Porphyrog. Themat. I. 1.

ΔΕΞΙΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) *dexter* et opponitur *sinistro.* Matth. V. 29. ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς oculus tuus dexter. Luc. XXII. 50. καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ οὖς τὸ δεξιόν. Joh. XVIII. 10. Usurpatur etiam de *maxilla,* Matth. V. 39. de *manu,* vel addita voce χεὶρ, Matth. V. 30. vel absolute, Matth. VI. 3. XXVII. 29. Galat. II. 9. de *pede,* Apoc. X. 2. de *parte,* Joh. XXI. 6. βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου. Neutrum plurale τὰ δεξιὰ pro singulari fœminino ponitur, vel alicujus eminentiæ caussa, vel simpliciter, sine ulla emphasi, ex solo linguæ usu, v. c. Matth. XXVI. 64. Marc. XVI. 5. Conf. Glassii Philol. Sacra p. 63. ed. Dathii. 2) *qui est ad dextram manum,* seu *partem.* 2 Cor. VI. 7. ubi ὅπλα τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ arma, quæ sunt ad dextram et sinistram, ponuntur pro omni armorum genere, metaphora ducta a more militum, qui in dextra gladium, in sinistra scutum gestabant. Cf. supra sub ἀριστερός. 3) formula: δεξιὰς διδόναι τινὶ, pro qua Græci etiam simpliciter voce δεξιοῦσθαι utuntur, (v. c. Aristoph. Plut. v. 753.) ut Lat. *dextram dare, dextras miscere* (Justin. II. 15. 13. Nepos Datam. 10. Tacit. Ann. XV. 29. Virg. Æn. III. 610.) significat *pacisci, pactum inire, convenire cum aliquo.* Dextra enim, ut charitatis atque amoris, ita etiam fidei symbolum est. Galat. II. 9. δεξιὰς (scil. χεῖρας) ἔδωκαν καὶ ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας dextra data mecum paciscebantur, ut communiter a nobis traderetur relig. christiana. Suid. δεξιὰς interpretatur συνθήκας, et hæc addit ex auctore antiquo: Ὁ δὲ πέμπει χιλίαρχον, δεξιὰς τῷ Ἰωσήπῳ δοῦναι κελεύσας. 1 Macc. XI. 62. XIII. 50. 2 Macc. XI. 26, 30. Xenoph. Anab. I. 6. 6. καὶ δεξιὰν ἔλαβον καὶ ἔδωκα. Joseph. A. J. XVIII. 9. 3. Hesych. δεξιαί· αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐπαφαὶ τῶν δεξιῶν χειρῶν εἰς σύμβολον τοῦ βέβαια ἔσεσθαι τὰ συντιθέμενα. Conf. etiam Schol. ad Homer. Il. II. v. 341. IV. 159. et Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 836. 4) formula: καθίζειν ἐκ δεξιῶν τινὸς *summa post aliquem dignitate et honore gaudere* significat et inprimis de *ministris regis* usurpatur, qui primas inter cæteros ministros obtinent. Sic legitur in N. T. Matth. XX. 21. εἰπὲ ἵνα καθίσωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου, εἷς ἐκ δεξιῶν σου καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων σου, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, h. e. promitte, ut hi duo filii mei in futuro tuo regno terrestri ad summam dignitatem evehantur. ibid. v. 23. Marc. X. 37 et 40. Fuisse autem in Oriente morem, ut regis throno adsiderent summi ejus ministri et socii imperii, haud incerta conjectura colligi potest e locis V. T. ubi, metaphora a regibus Orientis desumta, *a dextra Dei et a sinistra ejus an-*

geli stare dicuntur, v. c. 1 Reg. XXII. 19. adde 1 Chron. XVIII. 17. Hac ipsa consuetudine, et opinione Judaica, qua Deus tanquam rex, throno in cœlis insidens, cogitari vulgo solebat, nituntur formulæ: καθίζειν, καθῆσθαι, εἶναι ἐν δεξιᾷ Θεοῦ, h. e. *Deo proximum esse potestate et honore, ideoque imperare cum Deo,* quæ in N. T. haud raro de J. Christo usurpantur, ad summam majestatem describendam, qua eum Deus post mortem ornavit, summo rerum humanarum tradito imperio, v. c. 1 Petr. III. 22. ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ—ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων καὶ ἐξουσιῶν. Matth. XXII. 44. κάθου ἐκ δεξιῶν μου. (Ps. CX. 1.) ib. XXVI. 64. καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. Marc. XIV. 62. XVI. 19. καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Coloss. III. 1. Hebr. I. 3. VIII. 1. ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς. X. 12. XII. 2. Eadem vis inest etiam formulis: στῆναι ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Act. VIII. 55, 56. ὑψοῦσθαι τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. Act. II. 33. quæ etiam de Christo usurpantur, quatenus post mortem ad summam felicitatem ac majestatem apud Deum pervenit; quemadmodum e contrario de *Deo, qui Christum summa dignitate ornavit eique summum rerum humanarum tradidit imperium,* in N. T. formulæ ὑψοῦν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, Act. V. 31. et καθίζειν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, Ephes. I. 20. adhiberi solent. In omnibus his locis *dextra Dei* non proprie intelligenda, sed ἀνθρωποπαθῶς explicanda est de *summa Dei potentia et majestate.* Suid. δεξιὰ Κυρίου ἡ ἄνωθεν ῥοπὴ καὶ ἡ ἀγαθὴ ἐνέργεια παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. Conf. Glassii Philol. Sacra p. 937. ex edit. Dathii. 5) ἐκ δεξιῶν τινὸς εἶναι *alicui adesse auxilio, opem præstare.* Act. II. 25. ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ quoniam mihi semper adest meque immunem præstat ab omni periculo et calamitate. Psalm. XVI. 8. et CIX. 31. Ies. LXIII. 12. Metaphora non desumta videtur a patronis, seu advocatis, qui in judiciis a dextra rei stare solebant, sed ab iis, qui in prœlio, ut aliquem tutum et salvum præstent, stant ad dextram ejus, tegentes eum, et excipientes ictus adversarii. Cf. 2 Sam. XVI. 6.

ΔΕ'ΟΜΑΙ, fut. δεήσομαι, 1) proprie: *egeo, indigeo, opus habeo.* Sic legitur apud Æschin. Socr. Dial. II. 27. οὐδὲν δεοίμεθα ἰατρικῆς, et paulo post: οὐδὲν δεοίμεθα χρημάτων. Xenoph. de Rep. Athen. II. 3. Lex. Cyr. MS. Brem. δέομαι· λείπομαι. Lex. Vet. δέομαι· χρήζω. Confer Suiceri Thes. Eccles. T. I. p. 838. 2) *rogo, oro, expeto mihi aliquid.* Habet post se genitivum, ubi tamen non opus est subintelligere substantivum cognatum δέησις. Mat. IX. 38. δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ rogate dominum messis. Luc. V. 12. VIII. 28, 34. δέομαί σου *quæro ex te, dic mihi.* ibid. v. 38. Act. XXI. 39. XXVI. 3. Rom. I. 10. 2 Cor. V. 20. Galat. IV. 12. 3) *precor, preces facio.* Luc. XXI. 36. ἐν παντὶ καιρῷ δεόμενοι precibus continuis. Act. IV. 31. δεηθέντων αὐτῶν, dum adhuc orarent. coll. XVI. 25. Ibid. X. 2. καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ διὰ παντὸς semper precibus vacans. 4) sequente ὑπὲρ, vel περὶ, *deprecor, vel pro mea, vel pro aliorum salute.* Sic legitur in N. T. Luc. XXII. 32. ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ sed ego pro te deprecatus sum. Act. VIII. 24. δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον deprecamini pro me Deum. Eadem constructio verbi δέομαι cum πρὸς, loco genitivi, reperitur Ps. XXIX. 8. καὶ πρὸς τὸν Θεόν μου δεηθήσομαι, et Psalm. LXIII. 1. In *deprecandi* vero notione δέομαι legitur in vers. Alex. Job. IX. 15. Genes. XXV. 21. ἐδεῖτο δὲ Ἰσαὰκ Κυρίου περὶ Ῥεβέκκας. Sirac. XXVIII. 4. Phavor. δέομαι· ἀξιῶ, ἱκετεύω, λίσσομαι, ποτνιῶμαι, πρεσβεύω, προτρέπομαι, παρακαλῶ, ἀντιβολῶ, λιπαρῶ, προσλιπαρῶ, λιτανεύω.

ΔΕ'ΟΝ, οντος, τὸ, a δεῖ, *oportet,* 1) proprie significat partim *deficiens,* partim *necessarium,* et inprimis, maxime in plurali numero, τὰ δέοντα de *iis* usurpatur, *quæ sunt ad vitam sustentandam necessaria,* v. c. Exod. XXI. 10. ubi Hebraico שְׁאֵר *alimentum* in vers. Alex. respondet. ibid. XVI. 22. 1 Reg. IV. 22. Prov. XXX. 8. σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη. 2 Macc. XIII. 20. Suid. δέον· ἀναγκαῖον. Hesych. δέοντα· χρήζοντα, λείποντα. 2) *decens, conveniens legibus divinis et humanis, quod æquitas et jus permittit.* Suid. δέον σημαίνει καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον. Hesych. δέοντα· πρέποντα. Act. XIX. 19. δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν conveniebat vos sedatos esse. 1 Tim. V. 13. λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα loquentes, quæ non conveniunt legibus divinis. 3) *conveniens voluntati divinæ.* 1 Petr. I. 6. εἰ δέον ἐστὶ si ita fert voluntas Dei. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 4. 8. T. I. p. 838.

ΔΕΡΒΑΙ'ΟΣ, ου, ὁ, *Derbensis, Derbe oriundus,* a Δέρβη *Derbe.* Semel legitur in N. T. Act. XX. 4. καὶ Γάϊος Δερβαῖος.

ΔΕ'ΡΒΗ, ης, ἡ, *Derbe.* Est nomen proprium urbis Lycaoniæ in Isauriæ confinio, teste Paulo Act. XIV. 6. et Ptolemæo V. c. 6. unde a Strabone Libr. XII. Geogr. p. 853. C. urbs Isauriæ esse dicitur. Dicebatur etiam Δέλβεια *Delbia,* quæ vox in lingua Lycaonica *juniperum* notat. Commemoratur ter in N. T. Act. XIV. 6, 20. XVI. 1. Cf. M. Antonini Itinerarium p. 675. ed. Wessel.

ΔΕ'ΡΜΑ, τος, τὸ, 1) *pellis, cutis, corium,* a δέρω *excorio.* Etym. M. δέρμα· κυρίως ἐπὶ τῶν ἀλόγων παρὰ τὸ δέρω, τὸ ἐκδέρω. Xenoph. Anab. IV. 8. 19. 2) *vestis e pellibus facta.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. XI. 37. ἐν αἰγείοις δέρμασιν vestimentis, e caprinis pellibus paratis, quo amictu prophetæ veteres utebantur. Zachar. XIII. 4.

ΔΕΡΜΑ'ΤΙΝΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *coriaceus, ex corio factus,* a δέρμα. Bis legitur tantum in N. T. Matth. III. 4. καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ cingulo pelliceo accinctus. Hebr. אֵזוֹר עוֹר 2 Reg. I. 8. Marc. I. 6. Æschin. Socr. Dial. II. 25. σισύραν δερματίνην. Xenoph. Anab. IV. 7. 18.

ΔΕ'ΡΩ, fut. δερῶ, 1) proprie quidem, ut compositum ἐκδέρω, *pellem detraho, excorio* significat, unde δέρμα *pellis,* quo in sensu in versione Alex. sec. Alex. Ald. et C. 2 Paral. XXIX. 34. Hebr. הִפְשִׁיט respondet, et legitur apud Homerum Iliad. I. 459. Hesych. δείραντες· ἐκδείραντες. Idem: ἔδειραν· ἐξέδειραν, ἐξεδερμάτισαν. Etym. M. δέρω· ἐκδέρω. Suidas et Phavor. δαίρω· τύπτω, δέρω δὲ, τὸ ἐκδέρω. Sed sæpe est i. q. δαίρω, et 2) *virgis et fustibus cædo, verbero, percutio,* notat, interdum etiam, *vulnus infligo.* Vid. Pollux Onom. III. c. 8. 9. Sic autem haud raro in N. T. legitur, v. c. Matth. XXI. 35. ὃν μὲν ἔδειραν, ubi Beza male correxit ἔδηραν. Luc. XII. 47, 48. δαρήσεται πολλὰς, ὀλίγας, sc. πληγὰς, gravius, levius cædetur. Joh. XVIII. 22. ubi δέρειν est i. q. διδόναι ῥάπισμα v. 21. Act. V. 40. δείραντες postquam flagris cæsi erant. ibid. XXII. 19. Præterea δέρω in hac significatione occurrit in fragmentis Aquilæ, Prov. X. 8. A-

ristoph. Ran. 632. Diog. Laërt. VII. 23. Δοῦλον ἐπὶ κλοπῇ, φασὶν, ἐμαστίγου. τοῦ δὲ εἰπόντος, εἵμαρτό μοι κλέψαι, καὶ δαρῆναι, ἔφη. e quo loco satis apparet, δέρειν a μαστιγοῦν ita differre, ut hoc sit simpliciter: *cædere, verberare,* illud: *sanguinem ictu elicere, ictu cruentare.* Gloss. Gr. Lat. δέρω· τύπτω, vapulo, castigo. Idem Etym. M. tradit. 3) formula: ἀέρα δέρειν *aërem verberare,* quæ 1 Cor. IX. 26. legitur, explicata jam est supra sub ἀήρ. 4) δέρειν τινὰ εἰς πρόσωπον in universum significat *contumeliosissime et indignissimo modo aliquem tractare.* 2 Cor. XI. 20. εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει si quis summa vos ignominia afficiat.

ΔΕΣΜΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *colligo, constringo, ligo, vincio,* a δεσμὸς *vinculum.* Alex. usi sunt pro אָלַם Genes. XXXVII. 7. ubi de colligatione manipulorum dicitur, et pro צָרַר Job. XXVI. 8. Xenoph. Anab. V. 8. 10. 2) *vinculis constringo carceri mancipatos, in vincula conjicio.* Act. XXII. 4. δεσμεύων καὶ παραδιδοὺς εἰς φυλακὴν vinculis constringens ac in carceres tradens. Xenoph. Hiero VI. 14. et VII. 12. 3) *impono.* Matth. XXIII. 4. δεσμεύουσι φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα imponunt onera gravia et portatu difficilia; ubi metaphora desumta est ab animalibus, quibus onera imponuntur et illigantur.

ΔΕΣΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *vincio, ligo.* Semel legitur in N. T. Luc. VIII. 29. ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι vinciebatur vinculis.

ΔΕΣΜΗ', ῆς, ἡ, etiam ΔΕ'ΣΜΗ, ης, ἡ, *fasciculus, manipulus,* a δέω, seu δεσμέω *ligo.* Semel legitur in N. T. Matth. XIII. 30. δήσατε αὐτὰ εἰς δεσμὰς colligite illa in fasciculos, seu manipulos. Respondet in versione Alex. Hebr. אֲגֻדָּה *fasciculus,* Exod. XII. 22. λήψεσθε δεσμὴν ὑσσώπου. Hesych. δέσμην· ἀμάλλην. Phavor. δεσμεῖν τὸ τὰς δεσμὰς τῶν σταχύων δεῖν. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 404.

ΔΕ'ΣΜΙΟΣ, ίου, ὁ, *vinctus, captivus,* ab eodem. Matth. XXVII. 15, 16. Marc. XV. 6. Act. XVI. 25, 27. XXIII. 18. XXV. 14, 27. XXVIII. 16, 17. Ephes. III. 1. ὁ δέσμιος τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ ob religionis christianæ professionem in vincula conjectus, qui ibid. IV. 1. ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ, et 2 Tim. I. 8. ὁ δέσμιος Κυρίου vocatur. Adde Philem. v. 1 et 9. Hebr. XIII. 3. μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων curate vinctos. Interpretes Græci V. T. Hebr. אָסִיר et אָסוּר per δέσμιος reddiderunt, v. c. Alex. Eccles. IV. 14. Thren. III. 34. Zach. IX. 11, 12. Aquila Ies. XIV. 17. Job. III. 18. et Symmachus Ies. XXIV. 22. Interdum omittitur, v. c. Luc. XXIII. 17. post ἵνα, coll. Marc. XV. 6.

ΔΕΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, et ΔΕΣΜΟ'Ν, οῦ, τό. In universum notat *ligamentum quodcunque.* Xenoph. Anab. III. 5. 6. Speciatim significat 1) *vinculum, quo captivi ligantur et vinciuntur,* et ἁλύσεις æque ac πέδας complectitur. Luc. VIII. 29. καὶ διαῤῥήσσων τὰ δεσμὰ rumpens vincula. Act. XVI. 26. καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη et omnium vincula solvebantur. ibid. XXII. 20. Direxit autem ad normam consuetudinis Atticæ orationem suam *Lucas,* (et auctor 3 Macc. VI. 27.) *vincula* non δεσμοὺς, sed δεσμὰ appellans. Ita enim Mœris: Δεσμά· οὐδετέρως Ἀττικῶς· δεσμοὶ ἀρσενικῶς Ἑλληνικῶς. Lucian. Prometh. 1. Adde Schol. Homer. ad Odyss. I. 204. Eustathium ad Odyss. IX. p. 1598. 17. Rom. et Thom. M. voc. δεσμὰ, cujus observationem descripsit Phavorinus. Sed Paulus, qui vincula Philipp. I. 13. δεσμοὺς appellavit, hoc fecit Judæorum Alexandrinorum exemplo, Jer. II. 20. V. 5. Habac. III. 13. ut jam observavit Fischerus de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. XXX. p. 15. 2) *captivitas, conditio hominis, vinculis constricti.* Act. XX. 23. ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν captivitatem me et calamitates manere. ibid. XXIII. 29. XXVI. 31. Philipp. I. 7, 13. ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ut jam omnes sciant, me ob religionem christianam captivum esse. ibid. v. 14, 16. οἰόμενοι θλῖψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου volunt molestias e vinculis novis augere. Philem. v. 10. ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου quem captivus ad religionem christianam adduxi. ibid. v. 13. 3) metaphorice: *omne impedimentum, retinaculum, frenum.* Marc. VII. 35. καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ remotum est impedimentum linguæ ejus, h. e. restituta ei est loquela, ubi ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης est morbus, qui usum linguæ impediebat, eamque quasi vinculis ligabat. Sic et Hesiodus in Fragm. ex Athenæo collectis p. 344. dixit: δέει γλῶσσαν —— δεσμοῖς ἀφράστοισι. Cf. Irmisch. ad Herodian. I. 8. 6. p. 287. 4) ὁ δεσμὸς τοῦ Σατανᾶ morbus dicitur a Satana effectus. Conf. infra sub δέω.

ΔΕΣΜΟΦΥ'ΛΑΞ, κος, ὁ, *commentariensis, carceris et vinctorum custos,* qui Hebraice שַׂר בֵּית־הַסֹּהַר vocatur, Gen. XXXIX. 21, 22, 23. (a δεσμὸς et φύλαξ *custos.*) Legitur in N. T. tantum Act. XVI. 23, 27, 36. de custode carceris, qui Philippis christianam religionem amplexus est.

ΔΕΣΜΩΤΗ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, *carcer,* in quo captivi vincti detinentur, a δεσμός. Legitur in N. T. Matth. XI. 2. Act. V. 21, 23. XVI. 26. Hebr. בֵּית סֹהַר Gen. XL. 3. Suid. δεσμωτήριον· ἡ φυλακή.

ΔΕΣΜΩ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *vinctus, captivus,* ab eodem. Bis legitur in N. T. Act. XXVII. 1, 42. Respondet Hebraico אָסִיר in versione Alex. Gen. XXXIX. 21. et apud Symmachum Job. III. 18. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 45. δεσμώτης, *catenatus.* Pollux Onom. VIII. 71.

ΔΕΣΠΟ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) generatim *dominum* notat, *qui aliis imperat et præest alicui rei, quisquis ille sit.* Conf. Lexicon Xenophonteum s. h. v. Speciatim vero 2) *summum principem* apud Græcos significat *pleno jure subditis imperantem,* seu, *qui absoluta imperandi potestate gaudet,* ut ostendit Ezech. Spanhem. ad Juliani Orationes p. 80 seq. Hinc in N. T. α) *Deus ipse dominus omnium, absolute summus,* δεσπότης vocatur Luc. II. 29. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα nunc lubens moriar, O Deus! Act. IV. 24. δέσποτα, σὺ ὁ Θεός. Jud. v. 4. καὶ τὸν μόνον δεσπότην, Θεόν. Apoc. VI. 10. In versione Alex. respondet Hebraico אֱלֹהִים Job. V. 8. τὸν πάντων δεσπότην ἐπικαλέσομαι, et יְהוָה Prov. XXIX. 26. Jerem. XV. 11. Adde Sapient. VI. 7. VIII. 3. Hic vero observandum est, titulum δεσπότου numinibus quoque dari apud Veteres, ut multis exemplis docuit El. Palairet. Obss. Crit. pag. 283. Vriemoet ad dicta Classica V. T. T. I. pag. 131. et F. Stosch. Archæol. Œcon. N. T. p. 32. β) *Jesus Christus* ob summum rerum humanarum imperium ipsi a Deo traditum. 2 Petr. II. 1. καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην et Christum caput ecclesiæ, qui eos ad doctrinam et felicitatem christianam adduxit. 3) *herus, qui præest familiæ et cujus imperio servi sunt subjecti.* 1 Tim. VI. 1. ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν. Tit. II. 9. δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι. 1 Petr. II. 18. Eodem sensu δεσπό-

της legitur in versione Alex. Prov. XVII. 2. et XXII. 7. Neque δεσπότης quis dicitur solum respectu servorum, sed et respectu peculii adeoque, ut Lat. *dominus*, est 4) *possessor*. 2 Tim. II. 21. *καὶ εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ* et utile possessori suo. Sic *τοῦ δακτυλίου δεσπότης* legitur apud Lucianum et *δεσπότης χρημάτων* apud Theophyl. Epist. 19. 5) *maritus*. 1 Petr. IV. 6. *ὡς Σάῤῥα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραὰμ κύριον αὐτὸν καλοῦσα*, coll. Genes. XVIII. 12. Conferendus est hic etiam Elsnerus in Obss. Sacr. p. 403. qui docuit, maritos apud Græcos et Romanos non solum *κυρίους*, sed etiam *δεσπότας* ab uxoribus appellatos esse, v. c. ab Euripide in Medea v. 223. et Helena v. 578. Adde Locellam ad Xenoph. Ephes. pag. 188.

ΔΕΥ͂ΡΟ. Adverbium, 1) *loci, huc, in hunc locum*. Hac vero significatione omittuntur semper imperativi *πάρει, πάρεσθι, ἐλθὲ, ἴθι, χώρει*, et deinde est adverbium *hortantis* et *accersentis* et significat, *veni, adesdum, redi*. Matth. XIX. 21. *καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι* et huc redi, sequere me. Marc. X. 21. ubi *δεῦρο τῷ ὕπαγε* opponitur. Luc. XVIII. 22. Joh. XI. 43. *Λάζαρε δεῦρο ἔξω* Lazare exi. Apoc. XVII. 1. XXI. 9. Cant. IV. 8. *δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου*. Hist. Susann. v. 50. *δεῦρο κάθισον*. Homer. Iliad. ψ', v. 485. Interdum etiam hoc adverbium per *migra, abi, proficiscere*, reddi potest, v. c. Act. VII. 3. *καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω* migra in terram, quam tibi sum ostensurus. ibid. v. 34. *καὶ νῦν δεῦρο, ἀποστελῶ σε εἰς Αἴγυπτον* et jam abi, mittam enim te in Ægyptum. In hoc sensu respondet Hebr. לֵךְ apud Alexandrinos 2 Reg. III. 13. V. 19. 2) *temporis*, omisso *τοῦ χρόνου, nunc, hoc tempore*, quod interdum cum præpositione aut particula, præpositionis vicaria, constructum nominascit, exprimendum per *hoc momentum, præsens tempus*. Sic semel legitur in N. T. Rom. I. 13. *καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο* et semper hucusque impeditus fui. — Suid. *δεῦρο. ἐνθάδε, ἐπὶ τοῦ παρόντος*. Hesych. *δεῦρο. ἐνθάδε, ἐλθὲ εἰς τοῦτον τὸν τόπον, ἢ ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἢ νῦν, ἢ παρακελευστικῶς*. Eustath. in Il. γ'. 301. 51. Conf. Valckenarium ad Hippolytum 300. p. 195.

ΔΕΥ͂ΤΕ. Adverbium, *hortandi, accersendi* et *excitandi* vim habens, quod autem non in quavis cohortatione locum habet, sed in invitatione tantum ad *eundum, accedendum* vel *assidendum*. Hinc vertendum *huc, agite, adeste, venite*. Matth. IV. 19. *δεῦτε ὀπίσω μου* venite post me, h. e. sequimini me, estote discipuli et sectatores mei. ibid. XI. 28. *δεῦτε πρός με* accedite ad me, h. e. amplectimini vera fide meam doctrinam. Confer Siracid. XXIV. 25. ibid. XXII. 4. *δεῦτε εἰς τοὺς γάμους* venite ad convivium. ibid. XXV. 34. *δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου* adeste patri meo cari. ibid. XXVIII. 6. Marc. I. 17. VI. 31. Joh. IV. 29. XXI. 12. Apoc. XIX. 17. Interdum simpliciter *agite, agedum*, reddendum est, v. c. Matth. XXI. 38. Marc. XII. 7. Luc. XX. 14. Respondet hoc adverbium Hebraico לְכוּ, quod iisdem plane modis, ut *δεῦτε* a scriptoribus N. T. usurpatur, v. c. Gen. XXXVII. 19. 2 Reg. VI. 19. XXII. 13. Alexandrini *δεῦτε* posuerunt pro הָבָה *agedum*, Gen. IV. 7. XI. 3. pro בֹּאוּ Jud. IX. 15. Job. XVII. 10. et pro אֵתָיוּ Ies. LVI. 9. Phavor. *δεῦτε· ἐπίῤῥημα παρακελευσματικὸν, ἀντὶ τοῦ ἄγετε.*

ΔΕΥΤΕΡΑΙ͂ΟΣ, *αία, αῖον*, 1) *secundarius, alternis diebus*, seu *secundo die aliquid faciens* vel *patiens*, a *δεύτερος*. 2) adverbialiter ponitur: *postridie* vel *secundo*, seu *postero die*. Sic semel legitur in N. T. Act. XXVIII. 13. *δευτεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους, secundanei* h. e. secundo die delati sumus Puteolos, pro *τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ*. Eodem modo *δευτεραῖος* usurpatum legitur a Xenoph. Cyrop. V. 2. 1. *δευτεραῖοι δὲ ἀμφὶ δείλην γίγνονται πρὸς τῷ Γωβρύου χωρίῳ*. Diod. Sic. XVI. 68. *διανύσας ἐπὶ τὸ Ἀδρανὸν δευτεραῖος*. Polyb. II. 70. 4. Elegans vero ac frequens Græcis esse pro adverbiis adhibere adjectiva, docuit Perizon. ad Ælian. V. H. III. 14. Inprimis vero numeralia in *αῖος* a Græcis usurpari solita esse pro adverbiis, dierum intervallum, quo quis aliquid fecerit, significantibus, ostendit Vigerus de Idiotismis Gr. Dict. p. 70. edit. Zeunii. Conf. infra sub *τεταρταῖος*. Philostrat. Vit. Apoll. VII. 10. *πεμπταῖος ἀφίκετο*. Plato Lib. X. de Rep. pag. 614. B. *δωδεκαταῖος duodecimo die*. Vid. et I. H. Maii Obss. SS. Lib. III. pag. 135 seq.

ΔΕΥ΄ΤΕΡΟΝ. Adverbium, *iterum, secundo, secunda vice*. Joh. III. 4. *μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν*; poteritne iterum uterum matris intrare? ibid. XXI. 16. *λέγει αὐτῷ πάλιν δεύτερον* iterum, secunda vice eum interrogat. 1 Cor. XII. 28. Apoc. XIX. 3. Sæpius non legitur in N. T. In vers. Alex. pro Hebraico שֵׁנִית Gen. XXII. 15. XLI. 5. פַּעֲמַיִם Genes. XXVII. 36. et Chaldaico תִּנְיָנוּת Dan. II. 7. positum reperitur.

ΔΕΥΤΕΡΟ΄ΠΡΩΤΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, secundo primus*, ex *δεύτερος secundus*, et *πρῶτος primus*. Vocabulum hoc novum et a Luca, ut videtur, effictum, semel tantum legitur cap. VI. 1. *ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ* accidit autem sabbato secundo primo. Significat autem *σάββατον δευτερόπρωτον primum sabbatum a die secundo festi paschalis numeratum*, seu *septimum diem in festo paschatis, qui æque ac primus sacer erat*. Scilicet festi paschalis, quod per 7 dies celebrabatur, secundus dies maxime erat festivus, quo primitiæ messis offerebantur Deo. Lev. XXIII. 11. Ab hoc secundo die Judæi numerant septem hebdomadas et septem sabbata, usque ad festum Pentecostes. Lev. XXIII. 15. Prima hebdomas vocabatur *ἑβδομὰς δευτερόπρωτος*, et primum sabbatum *σάββατον δευτερόπρωτον*, seu *πρῶτον ἀπὸ τῆς δευτέρας τοῦ πάσχα*. Hanc interpretationem, omnium facillimam, et summa veri specie commendabilem, primus protulit Scaliger de Emendatione Temporum Lib. VI. p. 557. quem secutus est Casaubonus in Exercitt. Antibaron. p. 272. ac I. de Leeuw in Disquisitione de Sabbato *δευτεροπρώτῳ* pag. 143. Opusc. Societ. cui tessera, Tendimus ad idem. Traj. ad. Rhen. 1778. Ex sententia Wetstenii etiam non omnino improbanda *σάββατον δευτερόπρωτον* est *primum sabbatum mensis secundi*. Cf. etiam Bibl. Brem. Cl. V. p. 422 seq.

ΔΕΥ΄ΤΕΡΟΣ, *α, ον, secundus, alter, posterior*. Matth. XXI. 30. *καὶ προσελθὼν τῷ δευτέρῳ*, seu, secundum alios codices, *ἑτέρῳ*. ibid. XXII. 29. *δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ* alterum præceptum non absimile. Luc. XII. 38. *ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ* in secunda vigilia. Apoc. II. 20. — Neutrum *τὸ δεύτερον* adhibetur quandoque adverbialiter, significans: *iterum, rursus, secundo, secunda vice, deinde*, v. c. 2 Cor. XIII. 2. *ὡς παρὼν τὸ δεύτερον*. Jud. v. 5. *τὸ δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν* deinde aut postea (Sic שֵׁנִית legitur Esth. II. 19.) vero immorigeros perdidit. — Eandem significationem habet formula: *ἐκ δευτέρου secundo, secunda vice, iterum*, quæ legitur Matth. XXVI. 42. Marc.

XIV. 71. Joh. IX. 24. Act. X. 15. XI. 9. Hebr. IX. 28. pro qua etiam interdum ἐν δευτέρῳ ponitur, v. c. Act. VII. 13. Expressa videtur hæc formula ad Hebraicum שֵׁנִית Jer. I. 13. Zach. IV. 12. quanquam eodem quoque sensu legitur apud Polybium XIV. 9. — Ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, qui 1 Cor. XV. 47. commemoratur, est *Christus* quem Judæi etiam Adamum postremum, seu secundum appellare solebant. Conf. supra ad Ἀδάμ.

ΔΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. δέξομαι, 1) *capio, sumo in manus.* Luc. II. 8. καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸν εἰς τὰς ἀγκάλας et ipse eum suis ulnis excepit. ibid. XXII. 17. καὶ δεξάμενος ποτήριον tum accepto calice. Ephes. VI. 17. Homer. Il. Ξ, v. 226. 2) *accipio*, et speciatim *ultro ac lubens aliquid accipio,* (v. c. apud LXX. Job. XVIII. 20.) inprimis si cum λαμβάνω conjungitur. Luc. XVI. 6, 7. δέξαι σου τὸ γράμμα accipe cautionem tuam. Act. XXII. 5. παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος a quibus et litteras accepit. ib. XXVIII. 21. 2 Cor. VIII. 4. Philipp. IV. 18. δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν accepto munere vestro per Epaphroditum. Xenoph. Cyrop. I. 4. 10 et 5. 5. Arrian. Diss. Epict. II. 7. 11. Hesych. δέχεσθαι· λαμβάνειν. 3) *hospitio aliquem excipio,* (Polyb. II. 15.) et ex adjuncto: *benigne et humaniter aliquem tracto et recipio, beneficiis afficio,* i. q. ἀποδέχομαι, nostrum: einen gütig aufnehmen, *to receive a benefit.* Matth. XVIII. 5. coll. Marc. XI. 41. Luc. IX. 11. καὶ δεξάμενος αὐτοὺς et amanter eos excepit. ib. v. 48 et 53. καὶ οὐκ ἐδέξαντο αὐτὸν sed illi non hospitio exceperunt eum. ibid. XVI. 4. δέξωνταί με εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν. Act. XXI. 17. ἀσμένως ἐδέξαντο ἡμᾶς οἱ ἀδελφοὶ lubenter exceperunt nos fratres. 2 Cor. VII. 15. Galat. IV. 14. Coloss. IV. 10. δέξασθε αὐτὸν amanter et honorifice eum excipite. Hebr. XI. 31. Eodem modo legitur apud Arrianum Diss. Epictet. III. c. 26. ἵνα μηδείς σ' εἰς οἰκίαν θέλῃ δέξασθαι. Xenoph. Anab. VII. 7. 26. Œcon. V. 8. 4) *receptum aliquem contineo,* i. q. κατέχω. Ex hac notione, quam multis locis veterum comprobavit El. Palairet. Obss. Philol. Crit. p. 281. explicandus fortasse erit locus Act. III. 21. ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι quem cœlum oportet receptum continere. Conf. Justin. Mart. Apol. I. § 66. Sed haud pauci interpretes, Lutherum secuti, verbo δέχεσθαι in l. l. *occupandi* notionem subjicere maluerunt, ut sensus sit, *quem,* sc. *J. C. occupare oportet cœlum;* quæ explicatio egregie confirmatur loco Eurip. Alcest. v. 817. ubi servus ad Herculem: οὐκ ἦλθες ἐν δέοντι, δέξασθαι δόμους. Nec repugnarem si quis Act. l. l. δέχεσθαι sensu passivo adhibitum mallet, ut legitur apud Herodian. V. 4. 6. Confer Wolle Comm. de Verb. Med. p. 301. 5) metaphorice: *admitto,* nostrum: statt finden lassen, *to allow.* 2 Cor. VIII. 17. ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο admisit preces meas. Eodem modo לָקַח Prov. IV. 10. 6) *disco, audio, cognosco.* 2 Cor. XI. 4. ἢ εὐαγγέλιον ἕτερον, ὃ οὐκ ἐδέξασθε aut aliam doctrinam, quam non a nobis edocti estis. Jacob. I. 21. ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον animo obsequioso discite doctrinam christianam, quæ vobis traditur. *Accipere* autem Hebræis pariter ac Græcis et Latinis de auscultantibus et discentibus adhiberi solet. Ita לָקַח in Proverbiis Salomonis (unde לֶקַח *ipsa doctrina* vocatur, quæ discitur,) et παραλαμβάνειν in N. T. haud raro adhibetur, (ut infra docebitur) item *accipere* apud Virg. Æn. II. 65. et ipsum adeo δέχεσθαι apud scriptores exteros reperitur, v. c. Herodian. I. 5. § 20. ad quem locum videndus Irmischius. 7) *assentior, fidem habeo, amplector, probo.* Matth. X. 40. qui vestræ doctrinæ fidem habet, meam adeoque ipsius Dei doctrinam amplectitur, coll. v. 14. ibid. XI. 14. εἰ θέλετε δέξασθαι si verbis meis fidem habere velletis. Luc. VIII. 13. μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον lubenter assentiuntur doctrinæ traditæ. Act. VIII. 14. ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ Samaritanos doctrinam christianam amplexos esse. (Multa dari apud Græcos verba, quorum *præterita pass.* accipiantur pro activis, multis locis docuit Valckenarius in Scholis ad h. l. p. 437.) ib. XI. 1. XVII. 11. 1 Cor. II. 14. οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ non probat hanc doctrinam divinam. 1 Thess. I. 6. II. 13. Aristot. Rhetor. III. 17. Thucyd. IV. 16. Herodot. VII. 102. Cf. Abresch. ad Æschyl. L. III. p. 30. 8) *volo,* οὐ δέχομαι *nolo, recuso, respuo, rejicio.* 2 Thess. II. 10. ἀνθ' ὧν τὴν ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο quia noluerunt amare, colere et venerari veram doctrinam christianam, quasi ἀνθ' ὧν τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἠγάπησαν. Thucyd. V. 32. μὴ δεχομένων τῶν Ἀθηναίων nolentibus, recusantibus Atheniensibus. Conf. Budæi Comment. Ling. Gr. p. 892. 9) *benevole accipio, delector.* Act. VII. 59. δέξαι τὸ πνεῦμά μου benevole accipe, quam tibi sacrificii loco jam offero, vitam; nisi quis vertere malit: *recipe vitam meam,* seu, *reddo tibi vitam, quam mihi dedisti,* ex notione *recipiendi,* quam δέχεσθαι habet apud Callimachum Hymn. in Lavacr. Pallad. v. 116. et Homer. Iliad. XVIII. 237. Sed prior interpretatio magis convenire videtur usui Hellenistarum. Nam in vers. Alex. δέχομαι haud raro Hebraico רָצָה respondet, Levit. VII. 18. XIX. 7. XXII. 23. Deut. XXXIII. 11. Adde Job. VIII. 20. Jer. VI. 20. 10) *fero, tolero, perfero,* i. q. ἀνέχομαι. 2 Cor. XI. 16. ὡς ἄφρονα δέξασθέ με me paululum jactabundum patienter ferte, coll. v. 19. Ælian. V. H. III. 26. De hac significatione rariore æque ac reliquis hujus vocis notionibus eleganter pro more suo egit Schwarzius in notis ad Olear. de Stilo N. T. p. 348. et in Comment. Crit. L. Gr. p. 319. cui addendus est Heisenius in Novis Hypothesibus ad Epistolam Jacobi p. 470 seq.

ΔΕ'Ω, fut. δέσω et δήσω. Verbum Atticum, pro quo Græci cæteri δεσμῶ usurpant, quod 1) proprie in universum *ligare, vincire, vinctum detinere* significat, interdum etiam compositorum vim habet, et *alligare, colligare, devincire* significat. Matth. XIII. 30. καὶ δήσατε αὐτὰ εἰς δεσμὰς et colligate ea in fasciculos. ib. XIV. 3. ἔδησεν αὐτὸν vinculis eum constringi jusserat. ibid. XXI. 2. ὄνον δεδεμένην asinam alligatam. Marc. V. 4. ubi δῆσαι vinctum detinere notat, coll. v. 4. XI. 2, 4. Luc. XIX. 30. Joh. XI. 44. Act. X. 11. τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον quatuor extremis devinctum. ib. XXI. 33. ἐκέλευσε δεθῆναι ἁλύσεσι δυσὶ jussit vincire catenis duabus. 2) *in vincula conjicio.* Matth. XXVII. 2. Marc. XV. 1, 7. μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος cum factiosis in vincula conjectus. Act. IX. 2, 14, 21. XXI. 13. XXII. 5, 29. XXIV. 27. Coloss. IV. 3. δι' ὃ καὶ δέδεμαι ob cujus professionem sum in vincula conjectus. 3) metaphorice: *interdico, aliquid illicitum pronuncio.* Matth. XVI. 19. ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς quidquid interdixeris aut illicitum pronunciaveris, et a Deo prohibitum esse censebitur. Sic Chaldaicum אֱסַר et אֱסָרָה ab אסר *vincire* etiam *interdictum* notat, Dan.

VI. 8, 9, 14, 16. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 431 seq. Barhebr. p. 593. et Lorsbach Archiv. T. I. p. 220. 4) *obligo, ad fidem vel obsequium adstringo, obstringo.* Rom. VII. 2. ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ mulier maritata, vivente adhuc marito, obligata est legibus matrimonii. 1 Cor. VII. 27. δέδεσαι γυναικὶ obligatus es uxori. ibid. v. 39. γυνὴ δέδεται νόμῳ, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. Ita אָסַר Num. XXX. 5, 10. 5) *cogo, urgeo, impello ad aliquid faciendum.* Act. XX. 22. ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι, h. e. ego vehementiorem animi impetum sentiens, seu, sponte mea proficiscor Hierosolymam, ut adeo δεδεμένος τῷ πνεύματι sit i. q. συνεχόμενος τῷ πνεύματι, ibid. XVIII. 5. Ita enim hanc loquendi rationem paullo obscuriorem explicandam censeo; nam eorum opinionem, qui vertunt: *animo vincula præsentiens,* orationis συνάφεια non admittit. Eleganter vero δέειν, et composita illius, cum dativo poni pro *cogere, impellere,* multis docuit Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 107. 6) *prohibeo, impedio.* 2 Tim. II. 19. ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ δέδεται· sed propagatio religionis christianæ impediri nequit. 7) *morbo afficio, morbum immitto.* Luc. XIII. 16. ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς quam morbo affecit Satanas annos octodecim. Vide supra ad δεσμός.

ΔΗ', particula, quæ in soluta oratione perpetuo postponitur, in carmine vero modo præponitur, modo postponitur et varias significationes habet. Est autem 1) particula *affirmantis,* significans *omnino, sane, utique, profecto,* i. q. δήπου. 2 Cor. X!I. 1. καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι gloriari sane non convenit mihi. Apud LXX Jer. XXXVII. 20. respondet Hebr. נָא. Æschin. Socr. Dial. I. § 12. καὶ μὴν δὴ πλείστου ἂν ἦν ἀξία. Xenoph. Cyrop. I. 5. 27. πολὺν δὴ χρόνον. ibid. II. 4. 11. πολλάκις δή. 2) *nempe, nimirum, videlicet.* Matth. XIII. 23. ὃς δὴ καρποφορεῖ qui videlicet fructum fert. Xenoph. Cyrop. I. 3. 8. τοῦ δή, εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. 3) particula *excitantis* et *hortantis, age, agedum, quæso.* Luc. II. 15. διέλθωμεν δὴ εἰς Βηθλεὲμ agedum Bethlehemum abeamus. Act. XV. 36. ἐπιστρέψαντες δὴ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν age reversi invisamus fratres nostros. Xenoph. de Rep. Laced. VI. 3. τί δή; quorsum quæso? Iliad. α'. 62. et κ'. 509. Judith. XIII. 11. ἀνοίξατε δὴ τὴν πύλην. 4) vim *concludendi* e superioribus habet, *igitur, proinde,* i. q. ἄρα. 1 Cor. VI. 20. ἠγοράσθητε τιμῆς, δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν magno redemti estis pretio, sancte igitur colite Deum etiam corpore vestro. Cant. trium puer. μὴ δὴ παραδῷς ἡμᾶς ne igitur tradas nos. Gloss. MS. in Cantica Script. μὴ δή· μὴ οὖν. Xenoph. Mem. III. 4. 7. ἴθι δή, ἔφη, ἐξετάσωμεν τὰ ἔργα ἑκατέρου αὐτῶν. 5) interdum *abundat,* v. c. Act. XIII. 2. ἀφορίσατε δή μοι τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον segregate mihi Barnabam atque Saulum. Fortasse tamen δὴ in hoc loco per *nunc,* seu *jam* reddi commode posset; nam non solum Job. VI. 3. in versione Alex. τῷ עַתָּה respondet, sed etiam apud optimos scriptt. Gr. pro ἤδη ponitur, v. c. Aristoph. Plut. v. 227. Aves v. 551. Homer. Od. I. 124. Iliad. II. 135. Xenoph. Cyrop. III. 3. 20. Adde Schol. Aristoph. Nub. v. 700. quem Suidas compilavit. Hesych. δὴ γάρ· ἤδη γάρ. Eleganter de variis hujus particulæ significationibus post Vigerum de Græcæ Dict. Idiotismis p. 480—487. et Devarium de Gr. Ling. Particulis pag. 107 seq. ed. Reusmanni egit Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 5. 3. T. I. Opp. p. 864. et Sturzius in Lexico Xenophonteo s. h. v.

ΔΗ͂ΛΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *facile noscendus, manifestus, notus, evidens, perspicuus, certus.* Δῆλον, sc. ἐστὶ, *manifestum est, patet, liquet, intelligitur.* Hesych. δῆλον· φανερὸν, ὁρατόν. Matth. XXVI. 73. ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ tua te dialectus notat, seu, prodit. 1 Cor. XV. 27. δῆλον, sc. ἐστὶ, sponte intelligitur. Galat. III. 11. δῆλον exinde apparet. 1 Tim. VI. 7. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 83 seq.

ΔΗΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *patefacio, manifesto, in lucem protraho.* 1 Cor. III. 13. ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει dies enim in lucem protrahet. 2) *revelo, futura alicui significo.* 2 Petr. I. 14. καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσέ μοι quemadmodum mihi etiam a Domino nostro J. C. prædictum est. 3) *nuncio, narro, perfero ad aliquem.* 1 Cor. I. 11. ἐδηλώθη γάρ μοι περὶ ὑμῶν perlatum enim est ad me de vobis. Coloss. I. 8. ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην qui etiam mihi de vestro sincero amore narravit. 2 Macc. II. 23. VII. 42. X. 10. Polyb. II. 22. 11. 4) *doceo, signo quodam ostendo, declaro.* Hebr. IX. 5. τοῦτο δηλοῦντος τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου quo tanquam signo declarare volebat Sp. S. ubi vid. Wetstenius. ibid. XII. 27. τὸ δὲ ἔτι ἅπαξ δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν illa vero vox *adhuc semel* innuit abrogationem legis Mosaicæ. 1 Petr. I. 11. Polyb. VI. 26. 6. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. δηλῶσαι· φράσαι, δεῖξαι, σημᾶναι. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 45. δηλῶ, *enuntio, manifesto, significo, notum facio, declaro, designo.*

ΔΗΜΑ͂Σ, ᾶ, ὁ. *Demas.* Nomen proprium viri Græcum, quod quibusdam (v. c. Wetstenio N. T. T. II. p. 366.) ex Δημήτριος contractum videtur; alii vero ex δῆμος *populus* natum esse judicant, ut significet *popularem,* seu *plebeium.* Fuit socius Pauli ejusque in propaganda religione christiana coadjutor, qui postea, ærumnis et afflictionibus christianorum territus, ad Judæos reversus est. Coloss. IV. 14. 2 Tim. IV. 10. Philem. v. 24.

ΔΗΜΗΓΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *verba ad populum facio, orationem ad populum habeo, concionor.* (ex δῆμος *populus,* et ἀγορέω *concionem in foro habeo.*) Verbum proprium apud historicos scriptores de orationibus Cæsarum, regum, magistratuum et oratorum, ad populum et milites habitis; unde δημηγορίαι *conciones populares* (Xenoph. Mem. IV. 6. 14.) dicuntur, et δημηγόρος vocatur *orator, qui pro concione verba facit.* (Xenoph. Hell. VI. 2. 27.) Confer Taylor. ad Lysiæ Oratt. p. 171. et Spanhem. ad Julian. Oratt. p. 208. Tantum legitur apud Lucam Act. XII. 21. καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτοὺς et in throno sedens concionabatur ad eos. Prov. XXX. 31. καὶ βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει. Xenoph. Mem. III. 6. 1. Hesych. δημηγορῶν· εἰς τὸν δῆμον λέγων. — δημηγορῆσαι· ἐν δήμῳ λαλῆσαι. Gloss. *Concionor,* δημηγορῶ. Ibid. *Allocutus est,* ἐδημηγόρησε. Vide D'Orville ad Charit. p. 8.

ΔΗΜΗ'ΤΡΙΟΣ, ου, ὁ. *Demetrius.* Nomen proprium origine Græcum (a Δημήτηρ, ερος, *Ceres,* q. d. *Cerealis*) cujusdam argentarii Ephesini, qui faciebat templa argentea Dianæ, (seu ædiculas argenteas, templum Ephesinum repræsentantes, in quas parva Dianæ simulacra recondebantur) et cum sociis artis aliisque seditionem contra Paulum movebat. Commemoratur Act. XIX. 24, 38.

— Est etiam nomen viri alicujus probi, qui landatur a Johanne Epist. III. v. 12.

ΔΗΜΙΟΥΡΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie vi etymologiæ (conflatum enim est ex δήμιος *publicus*, et ἔργον *opus*) est *is, qui, quæ ad rempublicam pertinent, facit, cujus labores in publica cedunt commoda*, ὁ τὰ δημόσια ἐργαζόμενος, teste auctore Etym. M. Hinc magistratus gentis Achæorum δημιουργοὶ vocantur apud Polybium Exc. Legat. 47. ἔγραψε τῷ στρατηγῷ καὶ τοῖς δημιουργοῖς τῶν Ἀχαιῶν. Aristot. Polit. II. 10. οἱ μὲν νόμων ἐγένοντο δημιουργοὶ μόνον, οἱ δὲ καὶ πολιτείας. Cf. Dukerum ad Thucyd. V. 47. Suid. ὁ τὰ δημώδη ἐργαζόμενος. 2) *quilibet opifex, auctor et conditor alicujus rei, causa*. Sic. v. c. *statuarii* atque *pictores* apud Ælian. V. H. XIV. 37. δημιουργοὶ appellantur, et 3 Macc. IV. 1. Onias κακῶν δημιουργὸς dicitur. In hoc sensu tantum legitur Hebr. XI. 10. urbs, cujus τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, h. e. artifex et auctor Deus est. Non solum vero a scriptoribus sacris, sed profanis etiam vox δημιουργὸς Deo sæpissime tribuitur, quatenus est auctor et creator universi. Sic Josephus A. J. VII. 14. 11. τὸν Θεὸν δημιουργὸν ἀνθρωπίνων καὶ θείων appellat, (adde Xenoph. Mem. I. 4. 2.) et Cicero adeo de Nat. Deorum I. c. 8. Deum vocat opificem et ædificatorem mundi. Adde Xenoph. Mem. Socr. I. 4. 7. Conf. El. Palairet. Obss. Phil. et Crit. p. 488. et Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 846. Suid. χειροτέχνης, ὁ τὰ μὴ ὄντα ποιῶν. Etym. M. δημιουργός· ὢν καὶ ὁ τῶν πάντων ποιητὴς Θεὸς δημιουργὸς εἴρηται. Vide etiam Hesychium s. h. v. et Valckenar. Diatribe in Eurip. reliquias p. 39 seq. nec non Wetstenium N. T. T. II. p. 425. Gloss. Vet. apud Labbæum: δημιουργὸς, (ita enim legendum esse loco impressi δημουργὸς vel literarum series docet) *opifex, moderator*.

ΔΗ͂ΜΟΣ, ου, ὁ, 1) *populus, plebs*. Act. XII. 22. ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει populus vero acclamabat. ib. XIX. 33. ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ ad populum pro Judæis volebat dicere. 2) *forum*, seu *omnis locus, ubi populus esse et convenire solet*. Sic legitur in N. T. Act. XVII. 5. ἐζήτουν αὐτοὺς ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον conati sunt eos producere in forum, sc. ad præfectos civitatis, quod v. 6. additur. ib. XIX. 30. τοῦ δὲ Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, ubi δῆμος est i. q. v. 29. θέατρον dicitur. Sic etiam apud Græcos persona ponitur pro loco, ubi est et versatur, v. c. Ælian. V. H. II. 1. εἰς τὸν δῆμον παρελθεῖν. Pindar. Olymp. VII. 56. θεὸς ponitur pro *templo Apollinis*, et apud Xenoph. Mem. I. 1. 4. εἰς ἀνθρώπους est: *eum in locum, ubi est frequentia hominum*.

ΔΗΜΟΣΙ'Α, *palam, in conspectu populi*, plene: ἐν δημοσίᾳ χώρᾳ *in loco publico*. Est adverbium a δημόσιος *publicus*. Legitur in N. T. Act. XVI. 37. δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ palam nos virgis cædi jusserunt. ibid. XVIII. 28. XX. 20. δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους publice privatimque. 2 Macc. VI. 20. 3 Macc. II. 27. Xenoph. Mem. IV. 8. 2. δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν supplicio publice affectum mori.

ΔΗΜΟ'ΣΙΟΣ, ία, ον, *publicus, ad rempublicam pertinens, usibus reipublicæ destinatus*, a δῆμος *populus*. Semel legitur in N. T. Act. V. 18. καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ et posuerunt eos in custodia publica, seu, in carcere publico, qui etiam Græcis simpliciter τὸ δημόσιον, scil. οἴκημα, et Latinis publicum dicitur. Hesych. δημόσιον δεσμωτήριον. Idem tradit Schol. ad Thucyd. V. 18. ubi conferendus Dukerus.

ΔΗΝΑ'ΡΙΟΝ, ίου, τό. Ipsa vox Latina *denarius*. Fuit numus argenteus Romanorum, qui etiam in usu erat apud Judæos, cum a Romanis subjugati essent; unde pro censu ordinario denarium, vel ejus valorem Romanis solvere tenebantur. (Vide infra sub κῆνσος et Mat. XXII. 19.) Erat par pondere et valore drachmæ Atticæ; constabat nempe decem assibus, (unde dictus videtur, quanquam postea etiam XVI asses valuerit, nam pretium numismatis, ut solet, sæpe variavit) seu quatuor sestertiis, et constituebat quartam partem argentei sicli et octavam partem nostri imperialis, seu tres grossos. Vid. Plinii H. N. XXI. c. 109. Eisenschmidt. de Ponderibus et Mensuris c. II. p. 31. et Marcell. Donatus ad Taciti Annal. I. c. 26. Legitur in N. T. Matth. XVIII. 28. ἑκατὸν δηνάρια, seu duodecim thaleros et dimidium. ibid. XX. 2, 9, 10, 13. ex quo loco apparet, operariis pro mercede laboris unius diei, quemadmodum, Tacito teste, (Annal. I. 17.) militibus pro stipendio unius diei, denarium tantum fuisse constitutum. (Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 453.) Marc. VI. 37. XII. 15. XIV. 5. Luc. VII. 41. X. 35. XX. 24. Joh. VI. 7. XII. 5. Apoc. VI. 6. Hesych. δηνάριον· τὸ νόμισμα, ἢ εἶδος ἀργυρίου.

ΔΗ'ΠΟΤΕ. Adverbium, compositum ex δὴ et ποτὲ *aliquando*, respondens Latino *tandem*, vel *demum*, vel *cunque*, quod nunquam per se consistere potest, sed semper subjicitur articulo alicui relativo vel nomini, aut adverbio, itidem relativis, ut bene observavit Devarius de Gr. Ling. Particulis p. 110. In N. T. semel legitur Joh. V. 4. ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι quocunque demum morbo detinebatur. ubi vid. Wetstenius.

ΔΗ'ΠΟΥ, *utique, omnino, sane, profecto*. Adverbium, quod fere semper in assertionibus adhibetur. (ex δὴ *sane* et ποῦ *ubi*.) Semel in N. T. legitur Hebr. II. 16. οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται non enim profecto angelis auxilium tulit. ubi videndus Wetstenius. Xenoph. Anab. VII. 6. 11. ὅπερ εἰκὸς δήπου ἦν. et Cyrop. I. 6. 7.

ΔΙΑ', præpositio variæ significationis. Nam, extra compositionem nominibus junctum et pronominibus, regit

I. *Genitivum* et respondet Latino *per*, sed varia significatione. Significat autem 1) *per*, ita, ut *causa efficiens* et quidem *principalis* indicetur. Joh. I. 3. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο omnia per ipsum creata sunt. Rom. I. 5. δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν cujus beneficio contigit nobis munus apostolicum. 1 Cor. I. 9. δι' οὗ ἐκλήθητε per quem invitati estis. 2) *per*, ita, ut *causam efficientem ministerialem* denotet. Mat. I. 22. τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου prædictum a Deo per prophetam. ibid. II. 5, 15. Act. XXI. 19. διὰ τῆς διακονίας αὐτοῦ. Joh. I. 17. ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη lex per Mosen lata est. 1 Cor. III. 5. διάκονοι, δι' ὧν ἐπιστεύσατε viri, quorum ministerio ad religionem christianam adducti estis. ibid. IV. 15. et al. Διὰ χειρὸς vel διὰ χειρῶν τινὸς *per aliquem*. Marc. VI. 2. Act. V. 12. XV. 23. — διὰ χειρῶν *arte humana*, Act. XIX. 26. 3) *per*, quando sermo est de *causa instrumentali*. Luc. I. 70. καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων προφητῶν αὐτοῦ. ibid. VIII. 4. εἶπε διὰ παραβολῆς, et v. 18. 2 Joh. v. 12. nolo scribere διὰ χάρτου καὶ μέλανος. Marc. XVI. 20. βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων. Act. XV. 32. ib. XVIII. 9. et XIX. 28. Rom. III. 20. Huc refer etiam formulas διὰ βραχέων,

vel δι' ὀλίγων, sc. ῥημάτων, *breviter, brevibus*. Hebr. XIII. 22. 1 Petr. V. 12. Lysias Orat. XI. c. 1. extr. ὡς ἂν δύνωμαι δι' ἐλαχίστων διδάξαι. — διὰ λόγου *coram, præsens, per nuncium*. Act. XV. 27. 2 Thess. II. 15. 4) *per*, de *causa impulsiva*, sive sit *principalis*, sive *minus principalis*. Rom. III. 24. διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ per redemtionem, quæ facta est per J. C. ibid. v. 22, 25, 30. IV. 13. Galat. II. 16. 5) *per*, ut *causam meritoriam* significet. Rom. V. 1, 2, 11. δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. 1 Thess. V. 9. Act. X. 36, 43. XIII. 38. XX. 28. 6) *per*, ut *tempus* indicet. Luc. V. 5. δι' ὅλης τῆς νυκτὸς per totam noctem. Matth. XVIII. 10. διὰ παντὸς, sc. χρόνου, semper. Act. I. 3. δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα per quadraginta dies. 7) *per*, si *motum per locum* signat. Matth. II. 12. δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν per aliud iter patriam repetiere. ibid. VII. 13. διὰ τῆς στενῆς πύλης per angustam portam. VIII. 28. XIX. 24. Marc. X. 1. διὰ τοῦ, sc. μέρους, πέραν τοῦ Ἰορδάνου per regionem trans Jordanem. Luc. XVII. 11. διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας. Joh. X. 1. διὰ τῆς θύρας. Polyb. XI. c. 9. διὰ μέσου τοῦ τῶν Μαντινέων πεδίου. IV. c. 13. Apollodor. Bibl. I. 7. 4. Huc pertinent etiam loca N. T. ubi διὰ *per homines in loco stantes*, seu *per alias res, quæ sunt in aliquo loco*, significat, v. c. Luc. IV. 30. αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, ἐπορεύετο ipse vero per medios hostes illæsus abiit. 1 Cor. III. 16. ὡς διὰ πυρὸς tanquam ambustus. 8) *per*, in *obsecrando* et *obtestando*. Rom. XII. 1. παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ obtestor vos per amorem Dei. ibid. XV. 30. 1 Cor. I. 10. 2 Cor. X. 1. 9) *in*, notans *objectum*, i. q. εἰς. Act. III. 16. ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ fiducia in ipsum posita, i. q. ἡ εἰς αὐτόν. 10) *in*, de *loco*. Hebr. IX. 11. διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς intravit præstantius ac perfectius templum, coll. v. 12. εἰς τὰ ἅγια. 1 Petr. III. 20. δι' ὕδατος in aqua. Fortasse huc quoque pertinet locus 2 Petr. III. 5. 11) *in* pro ἐν. 2 Cor. III. 11. διὰ δόξης splendorem habuit et dignitatem externam, i. q. ἐν δόξῃ in sequentibus, coll. v. 7, 8, 9. ibid. IV. 10. ubi Syrus conferendus. Exod. XXIII. 10. οὐ σκευάσεις ἔριφον διὰ γάλακτος, loco ἐν γάλακτι. 12) *in, cum*, notans *statum* vel *conditionem*, pro ἐν vel σύν. Rom. II. 27. τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς te, qui habes legem scriptam et circumcisionem. ib. IV. 11. τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, h. e. ἐχόντων τὴν πίστιν τὴν ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ. Rom. VIII. 25. δι' ὑπομονῆς patienter, coll. Hebr. XII. 1. Rom. XIV. 20. τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι edenti cum offensione. 1 Cor. XVI. 3. δι' ἐπιστολῶν una cum epistolis mittam, pro σὺν ἐπιστολαῖς. 13) *in, intra*, de *tempore*. Matth. XXVI. 61. καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν et intra tres dies; ubi vid. Wetstenius. Marc. XIV. 58. Act. V. 19. διὰ νυκτὸς noctu. XVI. 9. XVII. 10. et XXIII. 31. Huc etiam referrem locum 2 Cor. V. 10. τὰ διὰ τοῦ σώματος, scil. πεπραγμένα, quæ fecit, quoad fuit in corpore, seu in vita. 14) *post*, ita, ut *temporis spatium* aut *intervallum* indicet. Marc. II. 1. δι' ἡμερῶν interjectis aliquot diebus; ubi videndus Wetstenius. Act. XXIV. 17. δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων plurium annorum spatio elapso, i. q. 2 Macc. I. 20. legitur: διελθόντων ἐτῶν ἱκανῶν. Hebr. II. 10. διὰ παθημάτων τελειῶσαι post sensum rerum adversarum in statu amplissimo et felicissimo collocare, coll. Luc. XXIV. 26. Galat. II. 1. διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν post quatuordecim annos. Sic et exteri præpositionem διὰ usurpant, v. c. Aristoph. Pace v. 569 et 709. Plutarch. Apophth. p. 190. Ælian. V. H. XIII. 42. οἰκίσαι δὲ Μεσσήνην δι' ἐτῶν τριάκοντα καὶ διακοσίων, ubi videndus Perizonius. Respexisse tamen videntur scriptores N. T. usum Hebraici מִ et מִקֵּץ Jos. XXIII. 1. Jud. XI. 4. Deut. IX. 11. XV. 1. Conf. Krebs. Observv. Flav. p. 319. 15) *inter*, ita, ut *præsentiam* significet. 2 Tim. II. 2. ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων quæ audivisti a me præsentibus multis testibus. Galat. III. 19. νόμος διαταγεὶς δι' ἀγγέλων lex lata et promulgata præsentibus angelis. Hebr. II. 2. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 201. 16) *juxta*. Marc. II. 23. καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων transire eum juxta agros, frugibus consitos. Hanc veram hujus loci interpretationem esse, observavit Abreschius Annotatt. ad Æschylum p. 553. Conf. Homer. Hymn. in Mercur. v. 320. 17) *secundum, ad normam*. Rom. II. 12. διὰ νόμου κριθήσονται secundum legem Mosaicam, seu, pro sua religionis Mosaicæ scientia punientur. 2 Cor. VIII. 5. Rom. XV. 32. In hoc sensu διὰ Hebraico לְפִי respondet apud Alex. Num. XXXV. 30. ac בְּ Gen. I. 26. Esth. I. 12. 18) *ad*, ita, ut *causam finalem* exprimat. 2 Petr. I. 3. τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς qui vos ad religionem christianam adduxit eo consilio, ut consequeremini felicitatem et virtutem vere christianam. Huc etiam multi referunt locum Rom. VI. 4. Sed verba διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς necessario reddenda sunt per omnipotentiam Dei. 19) *præ*. 1 Cor. I. 21. διὰ τῆς σοφίας præ sapientia humana. Desunt exempla hujus usus præpositionis διὰ cum genitivo. 20) *propter*. Rom. V. 19. VIII. 4. διὰ τῆς σαρκὸς ob imbecillitatem. 2 Cor. IX. 13. coll. v. 14. Alex. pro בַּעֲבוּר Gen. VIII. 21. XII. 13, 16. Homer. Od. κ', 391. Callim. H. in Lavacr. Pallad. 82. 21) *sub*. 2 Petr. III. 6. δι' ὧν sub quibus, seu quibus ita existentibus, ut h. l. Krebsius ad Schœttgenii Lexicon N. T. s. h. v. et Marklandus ad Lysiam p. 553. exposuerunt. 22) *non obstante*. Rom. II. 27. διὰ γράμματος non obstante quod lege utaris. Ibid. IV. 11. δι' ἀκροβυστίας quanquam præputiati. Ita בְּ Deut. I. 32. Psalm. LXXVIII. 32. — Regit

II. *Accusativum* et valet 1) *per*, innuens *causam efficientem*. Joh. VI. 57. κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμὲ et ego felicitatem meam debeo beneficio patris, ita etiam per me omnes mei sectatores felices erunt. Apoc. XII. 11. διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν vicerunt per sanguinem agni et per doctrinam, quam profitebantur. 1 Joh. II. 12. Conf. Obss. Miscell. Amstel. Vol. III. p. 99. 2) *per*, ita, ut indicet *causam impulsivam*. Matth. XXVII. 18. διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτὸν impellente invidia tradiderunt eum. Marc. XV. 10. Luc. I. 78. διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν per summam Dei nostri benignitatem. Joh. X. 32. 3) *ob, propter*, ita, ut significet *causam finalem*. Matth. XV. 6. διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν propter traditiones vestras. Rom. XIII. 5. οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν non tam pœnæ, quam conscientiæ causa. 1 Cor. IV. 23. τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τὸ εὐαγγέλιον hoc vero doctrinæ christianæ tradendæ causa facio. Adde Matth. XIX. 12. Marc. II. 27. Joh. XI. 42. XII. 9, 30. Rom. IV. 23, 24. XI. 28. 4) *præ*. Marc. II. 4. διὰ τὸν ὄχλον

præ turba. 5) *pro ratione, pro respectu.* Hebr. V. 12. *διὰ τὸν χρόνον* pro temporis ratione. 6) *in, inter, ita*, ut statum et conditionem significet, pro *ἐν* vel *σύν.* Galat. IV. 13. *δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς εὐηγγελισάμην ὑμῖν τὸ πρότερον* inter quas afflictiones vobis olim tradiderim doctrinam christianam. 7) *post*, de tempore. Hebr. II. 9. *διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου* exantlata morte; aut etiam reddi posset: *ob mortem exantlatam.* 8) Servit cautioni, ne quid fiat, uti *propterea, ut ne.* 1 Cor. VII. 2. *διὰ δὲ τὰς πορνείας* ut scortatio evitetur. X. 25, 27. 9) *quod attinet ad.* Rom. III. 27. *διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων* quod attinet ad remissionem peccatorum, olim commissorum. ibid. VIII. 10. *δι' ἁμαρτίαν — διὰ δικαιοσύνην* quod attinet ad peccatum et virtutem. — — 10) Interdum omittitur, v. c. Gal. IV. 11. *φοβοῦμαι ὑμᾶς* pro *δι' ὑμᾶς.* Bene Grotius: res vestræ timorem mihi incutiunt. Conf. Abresch. Lectt. Aristæn. p. 79.

Huc etiam pertinet formula ΔΙΑ' ΤΟΥ'ΤΟ separatim annotanda. Significat autem α) *propterea, ideo.* Matth. XII. 27. *διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταὶ* propterea hi vos convincent contumeliæ vestræ. Rom. I. 26. *διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς* propterea permisit eos Deus, coll. v. 24. Adde Matth. VI. 25. β) *propterea quod.* Joh. VII. 21. *διὰ τοῦτο Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν* propterea quod Moses dedit vobis circumcisionem — vel ipso sabbato circumciditis. Debeo hanc explicationem Elsnero p. 315. qui hoc modo etiam capi posse putat *διὰ τοῦτο* Matth. XVIII. 23. Confer Alex. ad Genes. XXXVIII. 26. Num. X. 31. et XIV. 43. γ) *præterea, porro*, ut sit mera connectendi particula. Matth. XII. 31. *διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν* præterea affirmo vobis. ibid. XIII. 52. δ) interdum est mera formula transeundi, quæ solum orationis consecutionem indicat, i. q. *οὖν igitur, itaque.* Rom. V. 12. coll. v. 18. *ἄρα οὖν.* ε) interdum denique plane superflua est. Marc. XII. 24. *οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε*, coll. Matth. XXII. 29. Eodem modo לָכֵן *πλεονάζει* Jud. VIII. 7. Jerem. XLIX. 26. Non tamen repugnarem, si quis *διὰ τοῦτο* Marci l. l. reddere mallet: *quantum ad hoc.* Sic לָכֵן 2 Par. XVIII. 18. — *Διὰ* cum articulo infinitivis quoque, in tempus finitum resolvendis, præmittitur, et significat *quod, eo quod, propterea quod, quia, quoniam*, v. c. Matth. XIII. 5. *διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς.* v. 6. XXIV. 12. Marc. IV. 5. Luc. VIII. 6. Phil. I. 7. etc.

ΔΙΑΒΑΙ'ΝΩ, fut. *βήσομαι*, 1) *transeo, permeo, trajicio.* Luc. XVI. 26. *οἱ θέλοντες διαβῆναι ἔνθεν πρὸς ὑμᾶς* qui velint hinc transire, seu pervenire ad vos. Hebr. XI. 29. *πίστει διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν* fiducia pleni transierunt mare rubrum. Apollodor. Bibl. II. 1. 3. *διέβη τὸν τότε μὲν καλούμενον Πόρον Θράκιον.* 2) *proficiscor, iter facio in aliquem locum.* Act. XVI. 9. *διαβὰς εἰς Μακεδονίαν* proficiscere in Macedoniam. Hesych. *διαβαίνει· διαπερᾷ.* — *διέβη· παρῆλθεν, ἐπέρασε.*

ΔΙΑΒΑ'ΛΛΩ, fut. *βαλῶ*, p. *βέβληκα*, 1) proprie: *trajicio, transfero, transmitto, porrigo.* (ex *διὰ* et *βάλλω jacio.*) In hac propria notione legitur apud Diog. Laërt. I. § 118. *διαβαλόντα τῆς θύρας τὸν δάκτυλον* cum porrexisset per januam digitum Pherecydes. Speciatim vero de luctatoribus usurpatur, qui variis artibus se invicem de statu dejicere et distrahere conantur. Conf. Salmas. ad Solinum p. 663. et Klotzium ad Tyrtæum v. 31. Hinc 2) *διαβάλλομαι fallere, decipere* notat. Sic autem tantum in exteris scriptoribus legitur, v. c. Herodot. V. 107. Aristoph. Aves v. 1647. *διαβάλλεταί σε ὁ θεὸς*, ubi scholiastes: *τῷ διαβάλλεσθαι χρῶνται ἀντὶ τοῦ ἐξαπατᾷν*, κ. τ. λ. Hesych. *διεβάλλοντο· ἐξηπάτησαν.* Conf. Alberti ad Hesychium T. I. p. 937. 3) *culpam in alium transfero, defero innoxium, alium in invidiam et odium adduco, calumnior.* Sic legitur in vers. Theodot. Dan. III. 8. *καὶ διέβαλλον τοὺς Ἰουδαίους* pro Chald. וַאֲכַלוּ קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא et cap. VI. 25. Herodot. V. 35. Thucyd. IV. 21. VIII. 81. 4) catachrestice: *denuncio aliquid, accuso, crimen infero, defero*, ut delatio non sit falsa et ficta, sed vera. Sic semel legitur in N. T. Luc. XVI. 1. *οὗτος διεβλήθη αὐτῷ* hic apud eum delatus est, ubi, non falsam fuisse istam delationem, sequenti docent. Eodem sensu legitur apud Philostratum Vit. Apollon. III. 38. et Aristot. Rhet. III. 15. Conf. Krebs. Observv. Flav. p. 127. — Gloss. Vet. apud Labbæum p. 46. *διαβάλλω, ἐπὶ διαβολῆς, insimulo, criminor, obtrecto, detraho, defero.*

ΔΙΑΒΕΒΑΙΟ'ΟΜΑΙ, *οῦμαι, affirmo, assevero aliquid*, (Athen. lib. III. 83. B.) *cum ardore defendo et pro certo trado.* (ex *διὰ*, quod in compositis haud raro significationem intendit, et *βεβαιόω firmo*, unde activum *διαβεβαιόω* proprie sensu physico *confirmare, constituere* significat.) In N. T. bis legitur. 1 Tim. I. 7. *μὴ νοοῦντες, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται* nec tamen intelligentes, neque quæ loquuntur, neque quid affirment et defendant, aut quibus argumentis se tueantur. Syrus h. l. usus est voce ܢܬܚܪܐ *rixari, contendere.* Vide Wetstenium N. T. T. II. p. 316. Tit. III. 8. *καὶ περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι* eamque ut diligenter trades, idoneis argumentis defendas et auditoribus inculces, volo. In eadem significatione, intercedente præpositione *περὶ* cum genitivo, legitur apud Polybium Virt. pag. 1396. *διοριζόμενος καὶ διαβεβαιούμενος περὶ τούτων.* Interdum tamen apud Græcos ponitur etiam in passiva voce pro *affirmari*, v. c. Ælian. V. H. III. c. 15. Adde Polluc. Onom. V. 152.

ΔΙΑΒΛΕ'ΠΩ, fut. *βλέψω.* Stephanus in Thesauro Ling. Gr. T. IV. p. 729. hanc vocem nulla plane auctoritate stabilitam posuit, ut adeo nec qua constructionem, nec qua significationem Græca videatur. Ex analogia Græcæ linguæ videtur 1) significare, *perspicere, visu penetrare, exacte et omnibus partibus aliquid contemplari*, (Plato Phæd. 37.) quemadmodum v. c. *διαγινώσκειν rem pluribus modis contemplari*, et *διαδοκιμάζειν rem omnibus partibus considerare et explorare*, v. c. Xenoph. Œconom. XIX. 16. notat. Sed in N. T. ubi bis tantum occurrit, 2) *operam dare, agere, se componere et convertere ad aliquid*, significat. Matth. VII. 5. Luc. VI. 42. *τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου* tum demum ad eximendam festucam ex oculo fratris tui te compone.

ΔΙΑ'ΒΟΛΟΣ, *ου, ὁ, ἡ*, 1) generatim notat *delatorem, adversarium in judicio*, nec differt a voce *Σατανᾶς*, cum qua haud raro permutatur, v. c. Matth. IV. 1. coll. Marc. I. 13. et Job. I. 6. ubi pro Hebraico שָׂטָן Aquila *Σατὰν*, Alex. *διάβολος* et Theodot. *ἀντικείμενος* habent. Speciatim vero ita dicitur 2) *qui est ad calumniandum proclivis, calumniator, criminator*, ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 46. Sic legitur in N. T. 1 Tim. III. 11. ubi

apostolus vult, mulieres esse *μὴ διαβόλους*. Idem Tit. II. 3. a presbyteris requirit. 2 Tim. III. 3. Huc etiam pertinent verba, quæ Ephes. IV. 27. leguntur: *μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ*, sive vertantur: *ne præbeatis aures faciles obtrectatori et calumniatori*, sive reddantur: *nolite ita agere, ut adversarii religionis christianæ habeant, quod vos carpere possint*, ut adeo *ὁ διάβολος* sit nomen commune omnium adversariorum religionis christianæ, omnem ei detrahendi, ejusque sectatores calumniandi occasionem captantium. 1 Tim. III. 7. Xenoph. Agesil. XI. 5. *τούς γε μὴν διαβόλους μᾶλλον ἢ τοὺς κλέπτας ἐμίσει.* Demosth. de Coron. c. 8. Aristoph. Equit. 45. Athenæus XI. p. 508. D. Pollux V. 118. 3) omnino *adversarius, hostis*. Joh. VI. 70. *καὶ ἐξ ὑμῶν εἷς διάβολός ἐστιν* et tamen unus e vobis inimicus mihi est. Sermo autem est de Juda Iscariota. Eodem modo *διάβολος* usurpatur 1 Macc. I. 38. Etiam *διαβάλλεσθαι* vel potius *διαβεβλῆσθαι odio habere* significat, v. c. apud Strabonem Geogr. XVII. p. 792. ubi videndus Casaubonus. Confer etiam Lampe in Comment. ad Johannem T. II. p. 301. 4) *κατ᾽ ἐξοχὴν* ita dicitur *princeps ac magister geniorum malorum, Satanas*, (cujus varia nomina apud Judæos veteres recenset Wetstenius N. T. T. I. p. 269 seq.) ita dictus, quia partim homines calumniari apud Deum, et coram eo accusare die et nocte, partim eos decipere variis artibus, et ad peccata incitare e vulgari Judæorum opinione (Apoc. XII. 9, 10.) credebatur; nam *διαβάλλειν* accusandi, calumniandi et decipiendi notionem habere, supra ad hanc vocem a me est demonstratum. Suid. *Σατανᾶς· ὅτι Σατανᾶς κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶσσαν ὁ ἀποστάτης λέγεται, ὁ αὐτὸς καὶ ὁ διάβολος, ὡς τὸν Θεὸν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συκοφαντῶν, καὶ αὐτοῖς γε τοῖς ἀνθρώποις ἔριν πρὸς ἀλλήλους ἐμβαλὼν καὶ μάχην.* Matth. IV. 1, (ubi videndus Grotius) 5, 8. XXV. 41. *τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.* Luc. IV. 2, 3 seq. VIII. 12. Ephes. VI. 11. Jud. v. 9. Apoc. XII. 9. XX. 2, 10. Interdum etiam pro *tota malignorum spirituum caterva*, aut *singulis geniis malis* usurpatur. v. c. Act. X. 38. Huc pertinent etiam formulæ quædam, separatim spectandæ et annotandæ, ut, quæ fuerit Christi et apostolorum ætate de studiis diaboli et dæmonum sententia, eo facilius cognoscatur. α) *ἐκ τοῦ διαβόλου εἶναι, υἱὸν* seu *τέκνον διαβόλου εἶναι*, h. e. *admodum vitiosum et perversum esse, imitari diabolum, animum diaboli ostendere*. Joh. VIII. 44. *ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν* vos patrem diabolum habetis, quia delectamini pravis cupiditatibus, quibus pater ille vester deditus est. Act. XIII. 10. *υἱὸς διαβόλου* vocatur Elymas magus, homo, ut in sequentibus explicatur, plenus omni fraude, dolo, impius, et adversarius christianæ veritatis, qui proconsulem a fide avertere conatus fuerat. 1 Joh. III. 8. *ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν*, et ibid. v. 10. *τέκνα τοῦ διαβόλου* opponuntur *τοῖς τέκνοις τοῦ Θεοῦ*, h. e. iis, qui animum divinum ostendunt. β) *ἔργα τοῦ διαβόλου* **studia diaboli**, h. e. *hostilis erga veritatem et virtutem animus, peccata et vitia omnis generis*. 1 Joh. III. 8. *εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἵνα λύσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου* ideo Jesus in has terras venit, ut omnem vitiositatem removeret, coll. v. 5. γ) *καταδυναστεύεσθαι ὑπὸ τοῦ διαβόλου* is dicitur, *cujus corpus a pravis dæmonibus obsideri ac vexari credebatur, gravissimo et fere insanabili morbo correptus*. Act. X. 38. *ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου.* δ) *ἀντιστῆναι τῷ διαβόλῳ resistere omnibus incitationibus et sollicitationibus ad peccatum et vitiositatem, quæcunque demum sint*. Jac. IV. 7. *ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ καὶ φεύξεται ἀφ᾽ ὑμῶν* thuet nur allen anreizungen zur sünde muthigen widerstand, so werdet ihr von der macht der fehlerhaftigkeit nichts zubefürchten haben, *make bold resistance to all temptations to sin, and you shall have nothing to fear from the power of errors*. ε) *ἡ τοῦ διαβόλου παγίς vis et imperium vitiositatis*, adjuncta *miseriæ* notione. 2 Tim. II. 26. *καὶ ἀνανήψωσι (ῥυσθέντες) ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος.* ζ) In N. T. *διαβόλου* nomine innuitur, *quidquid rei christianæ et Christo adversum tentatur ac peragitur*, maxime vero *calamitates et persecutiones, quibuscum Christi et apostolorum ætate christianis conflictandum erat, et quæ Satanæ auctori vulgo tribui solebant*, v. c. Ephes. VI. 11. coll. v. 12, 13. 1 Thess. II. 18. 1 Petr. V. 8, 9. coll. Apoc. II. 10. XII. 12. Hinc explicari fortasse posset locus Joh. XIII. 2.

ΔΙΑΓΓΕ´ΛΛΩ, fut. *ελῶ*, *nuncios in omnes partes mitto, divulgo, denuncio per diversa loca*, interdum etiam i. q. simplex *ἀγγέλλω nuncio, annuncio*, quemadmodum etiam in vers. Alex. Hebr. סָפַר Exod. IX. 16. et אָמַר Jos. VI. 10. respondet. (ex *διὰ* et *ἀγγέλλω nuncio*.) Ter tantum legitur in N. T. Luc. IX. 60. *διάγγελλε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ* trade doctrinam meam salutarem. Act. XXI. 26. *διαγγέλλων τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγνισμοῦ* annuncians sacerdotibus, completos esse dies lustrationis. Rom. IX. 17. *ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ* et ut ubique majestas mea celebretur. Conf. Alex. Lev. XXV. 9. Xenoph. Anab. VII. 1. 9. *διαγγέλλει εἰς τὸ στράτευμα.* Herodian. I. 7. 1. *τῆς δὲ ἐξόδου διαγγελθείσης*, ubi vid. Irmisch. Hesych. *διαγγέλλει· ἀπαγγέλλει, διαδραμεῖ.* — *διαγγέλλω· ἀπαγγέλλω, διέξειμι τῷ λόγῳ* Vide quoque Pollucis Onom. V. 154.

ΔΙΑ´ΓΕ, *tamen propter*, ex *διὰ* et *γε*, partic. enclitica. Luc. XI. 8. *διάγε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ* tamen propter flagitantis pertinacitatem. ibid. XVIII. 5. *διάγε τὸ παρέχειν μοι κόπον* tamen ob molestias, quas mihi facit. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΙΑΓΙ´ΝΟΜΑΙ, fut. *γενήσομαι*, 1) *intersum, intercedo, interjicior*. (ex *διὰ* et *γίνομαι sum*.) Euseb. H. E. I. 10. 2) de tempore, *absolvor, elabor, exigor, transigor*. Marc. XVI. 1. *διαγενομένου τοῦ σαββάτου* elapso sabbato. Act. XXV. 13. *ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν* post aliquot dies. Vulgatus: *et cum dies aliquot transacti essent*. ibid. XXVII. 9. *ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου* tempore longo interposito. Sæpius non legitur in N. T. Ælian. V. H. III. 19. *τριῶν μηνῶν διαγενομένων.* Herodian. I. 10. 1. ubi videndus Irmischius p. 380. Alia loca collegit Wetstenius N. T. T. I. p. 639. et Elsnerus in Commentario in Marcum Tom. III. p. 257. Hesych. *διαγεγονότος· παρελθόντος.*

ΔΙΑΓΙΝΩ´ΣΚΩ, fut. *γνώσομαι*, 1) proprie: *rem pluribus modis contemplor, accurate contemplor*, nam *διὰ* in compositione simplicis notionem augere et distributionem significare docuit Zeunius ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 571. Interdum tamen est i. q. simplex *γινώσκω*. Cf. Spanhem. ad Aristoph. Plutum v. 91. Hinc 2) *dignosco, discerno*. Sic legitur apud Æschinem Socr. Dial. I. 12. *ὥστε διαγιγνώσκειν αὐτάς.* Xen. Mem. III. 1. 9. *καὶ διαγιγνώσκειν σε τοὺς ἀγαθοὺς καὶ τοὺς κακοὺς ἐδίδαξεν.*

Hinc 3) sensu forensi: *cognosco de aliquo, causam alicujus examino,* nostrum: **eine gerichtliche Untersuchung anstellen,** *to order a legal inquisition.* Sic bis legitur in N. T. Act. XXIII. 15. ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ quasi diligentius ejus causam examinaturi. ibid. XXIV. 22. διαγνώσομαι τὸ καθ' ὑμᾶς cognoscam de vobis. Dionys. Hal. Ant. II. 14. Hesych. διαγνούς· διακρίνας, δίκαιον αἰσθόμενος, ἐπιγνούς, συνείς, νοήσας. — διαγνῶναι· ἐπιγνῶναι.

ΔΙΑΓΝΩΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *divulgo aliquid, ut aliis innotescat, spargo rumorem.* 2) simpliciter: *narro, expono.* Sic semel legitur in N. T. Luc. II. 17. διεγνώρισαν περὶ τοῦ ῥήματος τοῦ λαληθέντος αὐτοῖς περὶ τοῦ παιδίου τούτου narrarunt omnia, quæ ipsis de puero essent dicta. Conf. Jensii Ferculum Litterarium p. 37.

ΔΙΑ'ΓΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *cognitio accurata et plenior, dijudicatio.* 2) sensu forensi: *cognitio causæ,* i. q. διαδικασία, qua voce eam Moeris explicat; ad quem locum conf. Piersonum et Sallierium. Sic semel in N. T. legitur Act. XXV. 21. εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν ut asservaretur ad Augusti cognitionem. Simili sensu legitur Sapient. III. 18. οὐδὲ ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως παραμύθιον. Joseph. A. J. XV. 3. 8. Dio LII. p. 328.

ΔΙΑΓΟΓΓΥ'ΖΩ, fut. ύσω, *murmuro, obmurmuro, ex indignatione, vel impatientia, submissa voce vel clanculum obloquor.* (ex διὰ, et γογγύζω *murmuro.*) Bis tantum legitur in N. T. Luc. XV. 2. καὶ διεγόγγυζον οἱ Φαρισαῖοι et obmurmurarunt Pharisæi. ibid. XIX. 7. Apud LXX Exod. XVI. 8. et XVII. 3. γογγύζειν et διαγογγύζειν in codd. invicem permutantur. Sirac. XXXI. 29.

ΔΙΑΓΡΗΓΟΡΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, *evigilo, expergiscor.* In N. T. tantum legitur Luc. IX. 32. διαγρηγορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ expergefacti videbant ejus majestatem. Herodian. III. 4. 8. ed. Irmisch.

ΔΙΑ'ΓΩ, futur. άξω, 1) proprie: *duco, traduco, perduco, trajicio, transmitto.* (ex διὰ et ἄγω *duco, ago.*) In hac propria notione haud raro legitur in vers. Alex. ubi Hebraicis הֶעֱבִיר 2 Sam. XII. 31. 2 Reg. XVI. 3. הוֹלִיךְ Job. XII. 17. etiam הֵבִיא Zach. XIII. 9. respondet. 2) *ago, transigo,* de tempore, plane ut nostrum: **zubringen, hinbringen,** *to pass the time.* 1 Tim. II. 2. ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ut vitam, maxime tranquillam et quietam, agamus, aut potius: *peragamus,* coll. Persio Sat. V. v. 137. 2 Macc. XII. 38. αὐτόθι τὸ σάββατον διήγαγον. Hesych. διάγειν· διατρίβειν. Thom. M. διάγω· τὸ διατρίβω. Aristoph. Nubes 463. Vesp. 1000. Sophocl. Œdip. Colon. 1614. Ælian. H. A. XVI. 23. Arrian. Epict. I. 10. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 12. 11. et Salmas. ad Spartian. Adrian. c. 15. 3) interdum elliptice ponitur pro διάγειν τὸν βίον, αἰῶνα, χρόνον, *vivo, dego, vitam transigo.* Tit. III. 3. ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες in malitia et invidia vitam transigentes. Eadem ellipsis reperitur Sirac. XXXVIII. 30. ὅστις νύκτωρ ὡς ἡμέρᾳ διάγει, sc. τὸν βίον. Xenoph. Mem. I. 3. 5. θαῤῥαλέως καὶ ἀσφαλῶς διάγοι. Æschin. Socr. Dial. III. 3. Alia loca dedit Wetstenius N. T. T. II. p. 377.

ΔΙΑΔΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. ἔξομαι, quod proprie notat: *manu de manu traditum mihi accipio,* duas maxime habet notiones apud scriptores Græcos. 1) si construitur cum accusativo personæ, notat: *succedere alicui,* unde διαδοχὴ *ipsa successio* dicitur. Sic Diog. Laërt. IV. 1. διεδέξατο δ' αὐτὸν Σπεύσιππος, sc. ἐν τῇ ἀκαδημίᾳ. ibid. V. 4. 1. τοῦτον διεδέξατο Λύκος. Xenoph. Anab. I. 5. 2. Cyrop. VIII. 6. 15. Interdum etiam absolute, omisso accusativo personæ, pro *succedo* adhibetur, v. c. apud Lysiam Orat. XII. τοῖς διαδεχομένοις στρατηγοῖς παρεδίδοσαν. 2 Macc. IV. 31. IX. 23. 2) si vero cum accusativo rei jungitur, de iis usurpatur, qui successione accipiunt aliquid ab aliis, et notat: *succedendo aliquid ab aliis traditum et relictum accipere.* Herodian. I. 5. 2. ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλείαν διαδεχομένοις. Ælian. V. H. XIII. 1. Suid. διαδέχομαι· τὸ διὰ πολλῶν ἐρχόμενον ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον ἐπ' ἐμὲ ἧκον δέχομαι. Sic etiam semel in N. T. legitur Act. VII. 45. ἣν (scil. σκηνὴν) καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν quod, sc. tabernaculum, quasi per manus traditum, a majoribus accipientes introduxerunt.

ΔΙΑ'ΔΗΜΑ, ατος, τὸ, *diadema, infula, qua reges frontem et caput præligabant, ornamentum capitis regium,* a διαδέω *cingo, redimio.* Apud priscos fuit *fascia candida,* qua caput diversimode cingebatur in insigne regni, cui autem deinde *corona* successit. De ejus forma vide Casaubonum ad Sueton. Cæs. c. 79. et Ez. Spanhem. de Usu et Præstantia Numismatum pag. 385 seq. In N. T. tantum ter legitur. Apoc. XII. 3. (Plinius H. N. VIII. 33. de basilisco: candida in capite macula velut diademate insignem.) XIII. 1. XIX. 12. Reperitur etiam aliquoties in vers. Alex. pro כֶּתֶר Esther. I. 11. II. 17. et pro צָנִיף Ies. LXII. 3. Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 7. ubi vid. Hutchinson. Hesych. διάδημα· στέμμα βασιλέως, κεφαλῆς κόσμος, ἤγουν στέφανος, ἢ βασιλέως σύμβολον.

ΔΙΑΔΙ'ΔΩΜΙ, fut. δώσω, 1) proprie: *trado per manus in manus.* (ex διὰ et δίδωμι *do.*) Thucyd. I. 76. Dionys. Halic. Ant. VI. 14. 2) *distribuo.* Utriusque notionis vestigia extant in loco Joh. VI. 11. καὶ διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις, scil. διέδωκαν, et Jesus *tradebat* discipulis panes *distribuendos* accumbentibus. In notione *distribuendi* præterea legitur Act. IV. 35. διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν distribuebatur autem inde unicuique, prout quis opus habebat. Luc. XVIII. 22. διάδος πτωχοῖς distribue pauperibus. ubi apud Matth. XIX. 22. et Marc. X. 21. simplex διδόναι legitur. Xen. Œcon. XIII. 12. διαδεδωκότας τοῖς πλείστου ἀξίοις τὰ κράτιστα. Cyrop. I. 3. 6. ἕως διεδίδου πάντα ἃ ἔλαβε κρέα. Apollodor. Bibl. II. 1. ἐγχειρίδια διαδίδωσι ταῖς θυγατράσι. Hinc διαδόσεις· αἱ ἐκ διαιρέσεως ἴσης ἐπιβάλλουσαι δόσεις, teste Suida. 3) *diripio,* i. q. διαρπάζω. In hac notione rariori legitur Luc. XI. 22. τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ διαδίδωσι tollit armaturam ejus et suppellectilem ejus *diripit,* coll. Matth. XII. 29. καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. Eodem modo διανέμεσθαι et μερίσασθαι *diripere* notat, ut docuit multis Vorstius in Philologia S. p. 79. ed. Fischeri. 4) *do, committo, trado.* Apoc. XVII. 13. καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ διαδώσουσιν, ubi in codicibus haud paucis διδόασιν, etiam δώσουσιν legitur, e glossemate, ut opinor. Confer etiam Fischeri Animadvv. ad Welleri Gramm. Gr. p. 221.

ΔΙΑ'ΔΟΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *successor,* a præterit. med. διαδέδοχα, verbi διαδέχομαι *succedo.* In N. T. tantum legitur Act. XXIV. 7. ἔλαβε διάδοχον ὁ Φῆλιξ accepit successorem Felix. Sirac. XLVI. 1. διάδοχος Μωϋσῆ ἐν προφητείαις. ib. XLVIII. 8. Plutarch. Lycurg. p. 41. C. Xenoph. Hist. Gr. I. 1. 23. et III. 4. 20.

ΔΙΑΖΩΝΝΥ'Ω, vel ΔΙΑΖΩ'ΝΝΥΜΙ, fut. ζώσω, *præcingo, succingo,*

ex διὰ et ζώννυμι cingo. Joh. XIII. 4. καὶ λαβὼν λέντιον διέζωσεν ἑαυτὸν et sumto linteo præcinxit se. ib. v. 5. ᾧ ἦν διεζωσμένος quo erat præcinctus. Medium διαζώννυμαι *me ipse succingo.* Joh. XX. 7. τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο tunica succinxit se. Sæpius non legitur in N. T. Pollucis Onom. II. 166.

ΔΙΑΘΗ'ΚΗ, ης, ἡ. De hujus vocabuli potestate docte disputavit J. G. Rosenmüllerus in Diatribe de Vocabuli διαθήκη in libris N. T. vario usu, Erlangæ 1778. 4. J. Medhurst. in D. *de vera vocis* διαθήκης in SS. significatione, in Bibl. Hagana Cl. II. p. 533. et P. E. Jablonski in Exc. de genuina et propria significatione τῆς διαθήκης in scriptis N. T. Fr. ad Viadr. 1733. et in Novis Miscell. Lips. Vol. VI. P. II. Generatim 1) notat *dispositionem, qualiscunque ea sit,* a διατίθημι *dispono.* 2) speciatim *testamentum,* quod vulgo vocant, (qua voce etiam Vulgatus plerumque usus est pro Græco διαθήκη et Hebraico בְּרִית) seu *tabulæ extremæ voluntatis de hæreditate,* ἡ ἐπὶ θνήσκοντος διάταξις, interprete Suida. Sic legitur in N. T. Galat. III. 15. ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ ἢ ἐπιδιατάσσεται testamento legitime facto nemo aliquid detrahit, aut novas conditiones insuper addit. Hebr. IX. 16. ὅπου γὰρ διαθήκη ut testamentum aliquod ratum sit. ib. v. 17. διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία testamentum ratum fit morte testatoris. Habere autem διαθήκην etiam apud Græcos scriptores haud raro notionem testamenti, Albertus in Observv. Philol. in Sacros N. T. libros p. 199 seq. luculentissime demonstravit. Conf. etiam Carpzov. Exerc. Sacr. in Epistolam ad Hebræos p. 418. *Veteres Glossæ verborum Juris:* Διαθήκη ἐστὶ δικαία βούλησις, ὧν τις θέλει μετὰ θάνατον αὐτοῦ γενέσθαι. 3) *fœdus, pactum, conventio,* inprimis de pace, amicitia et mutuis auxiliis. Hesych. διαθήκη· συνωμοσία ἐνιχῶς. Suid. διαθήκη· συνθήκη. Aristoph. Avib. 434. Etiam Syri et Arabes eadem voce *fœdus* et *testamentum* exprimunt. Syris etiam ܕܝܬܩܐ est *fœdus* et *testamentum,* et Arabibus idem sonat ميثاق. Jam, quia in fœdere quolibet res duæ perpetuo solent contineri, promissio altera, altera lex, seu conditio, qua quid promittitur, factum est, ut διαθήκη in N. T. etiam 4) *promissionem certam et indubitatam, juratam et sollemnem* significaret, quam significationem jam Suidas attulit, cujus verba hæc sunt: διαθήκη· ἡ Θεοῦ πρὸς Ἀβραὰμ καὶ τοὺς λοιποὺς προπάτορας γενομένη ἐπαγγελία κ. τ. λ. Sic autem aliquoties legitur in N. T. Luc. I. 72. καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ memor sancti sui promissi. Act. III. 25. ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τῆς διαθήκης ad vos maxime pertinet promissio illa, quam Deus majoribus nostris dedit. Galat. III. 17. διαθήκην προκεκυρωμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς Χριστὸν promissio, a Deo ante legem Mosaicam data, ut ad Christum pertineat, coll. v. 16. ubi αἱ ἐπαγγελίαι dicuntur. Rom. XI. 27. Eodem modo Hebraicum בְּרִית sumitur, v. c. Genes. IX. 9, 11. Levit. XXVI. 42. Ps. LXXIV. 20. 5) *præceptum, mandatum sanctum et inviolabile.* Act. VII. 8. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς et dedit ei præceptum circumcidendi, seu, præcepit, instituit ritum circumcisionis. Suid. διαθήκη· καὶ ὁ νόμος. Δαβίδ· ἐβεβήλωσαν τὴν διαθήκην αὐτοῦ, ex Psalmo LIV. 21. Sic בְּרִית legitur Exod. XIX. 5. Jerem. XXXIV. 13. coll. v. 14. Confer et Coran. Sur. II. 27. 6) speciatim: *decem præcepta, in monte Sinai promulgata, et tabulis lapideis inscripta,* quæ etiam Hebræis בְּרִית vocantur, v c. Deut. IV. 13. ubi בְּרִית expressis verbis explicatur per עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים. Sic legitur in N. T. Rom. IX. 4. καὶ αἱ διαθῆκαι et tabulæ fœderis. Pluralis Attice positus est pro singulari, observante Ill. Michaëlis in Introduct. in N. T. p. 168. Hebr. IX. 4. καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης et arcam, in qua recondita erant decem præcepta, tabulis lapideis inscripta, quæ etiam Num. X. 33. אֲרוֹן בְּרִית יְהוָה appellatur; ibid. καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης et tabulæ legis, Hebr. לוּחוֹת בְּרִית Deut. IX. 9, 11. Adde Apoc. XI. 19. 7) *religionis constitutio, lex et forma,* vel, ut vulgo dicere solent, *œconomia divina,* ex usu loquendi Judæorum, qui religionem Mosaicam בְּרִית vocare solebant, desumta similitudine a fœderibus, quæ homines inter se inire solent. Galat. IV. 24. αἱ δύο διαθῆκαι œconomiam Mosaicam et christianam. Hebr. VIII. 6, 8, 9, 10. coll. Jerem. XXXI. 31—34. Hebr. IX. 15. ἡ πρώτη διαθήκη *œconomia Mosaica,* ad expianda peccata, quibus se olim Judæi, antequam ad societatem christianam pervenissent, contaminarunt. ibid. v. 20. τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης hic est sanguis, quo sancitur nova illa religio, quam vobis præscripsit Deus, coll. Exod. XXIV. 8. Hebr. X. 16, 29. τὸ αἷμα τῆς διαθήκης mortem, qua præstantior illa religio stabilita et confirmata est. ibid. XII. 24. καὶ διαθήκης νέας μεσίτῃ Ἰησοῦ. XIII. 20. Matth. XXVI. 28. Marc. XIV. 24. Luc. XXII. 20. τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου hoc vinum est sanguis meus, quo sancitur nova religio. 1 Cor. XI. 25. 2 Cor. III. 6. Hebr. VII. 22. 8) *libri, in quibus leges et doctrinæ religionis, prout a Deo revelatæ sunt, continentur.* Hoc sensu sine dubio accipienda est ἡ παλαιὰ διαθήκη 2 Cor. III. 14. ubi ἡ ἀνάγνωσις τῆς παλαιᾶς διαθήκης nihil aliud esse potest, quam lectio Codicis V. T. 9) generatim *omne, quod cum summa certitudine et fide factum est.* Ephes. II. 12. αἱ διαθῆκαι τῆς ἐπαγγελίας variæ promissiones Judæis certissime datæ. Confer quæ a me in Spicilegio J. Lex. Bieliani p. 29. monita extant.

ΔΙΑΙ'ΡΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *distributio, divisio,* a διαιρέω *distribuo.* Xenoph. Cyrop. IV. 5. 18. Hesych. μερισμός. Fabric. Gloss. N. T. διαμερισμός. 2) *diversitas, discrimen, distinctio,* quia, quæ distribuuntur, distinguuntur. Sic ter legitur in N. T. 1 Cor. XII. 4. διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ diversa et varia sunt dona Sp. S. ibid. v. 5. καὶ διαιρέσεις διακονιῶν et varii generis munera ecclesiastica, et v. 6. καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων et varii generis miracula, coll. Rom. XII. 6. Sic etiam διαιρεῖν interdum est *distinguere* apud GG. v. c. Xenoph. Cyrop. VIII. 1. 11.

ΔΙΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *divido, distribuo.* Bis legitur in N. T. Luc. XV. 12. διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον divisit ipsis facultates. Hesychius ad hunc locum fortasse respiciens: διεῖλεν· ἐμέρισε. 1 Cor. XII. 11. πνεῦμα διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται distribuens seorsim illa unicuique, sicut vult. Hebr. חָלַק et Piel חִלֵּק Jos. XVIII. 5. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 16. Hist. Gr. III. 2. 8. Hesych. διαιρεῖ· ἐξακριβοῖ, διαμερίζει. Idem: διελών· διαμερίζων, διανείμας.

ΔΙΑΚΑΘΑΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *perpurgo, purifico, mundo.*

2) *ventilo*, i. q. λικμάω, quia ii, qui ventilant frumenta, ea purgant, grana a paleis inanibus secernentes. Matth. III. 12. Luc. III. 17. καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ quo purgabit frumentum suum, coll. Jer. IV. 11. et Alciphron. III. 26.

ΔΙΑΚΑΤΕΛΕ'ΓΧΟΜΑΙ, *refuto, redarguo, convinco, magis magisque redarguo et convinco.* Est decompositum ex διὰ, quod haud raro significationem intendit, κατὰ et ἐλέγχομαι. Semel tantum in N. T. legitur Act. XVIII. 28. διεκατελέγχετο δημοσίᾳ palam falsas eorum de Jesu opiniones refutabat. Vulgatus: *revincere.* Syrus et Arabs *disputare* habent. Conf. Abresch. ad Æschylum p. 617. Valckenario in Scholis ad h. l. p. 559. διὰ in hoc composito *contentionem* seu *certamen* notare videtur, ut alias sæpe, v. c. in διορχεῖσθαι *saltando cum aliquo certare*, διαπίνειν *bibendo certare cum aliquo*, διακυβεύειν, διαπυκτεύειν, etc.

ΔΙΑΚΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, generatim notat *famulari, ministrare*, quocunque hoc fiat modo. Matth. XX. 28. διακονηθῆναι, ut sibi ministerium præstari juberet. Aliam h. l. explicationem vide infra n. 4. Speciatim 2) *appareo ad cœnam, cibos et alia necessaria ad mensam offero, mensæ curam sustineo.* Matth. VIII. 15. καὶ ἠγέρθη καὶ διηκόνει αὐτοῖς et surrexit statim de lecto et ministravit illis. Marc. I. 31. Luc. XII. 37. καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς eos discumbere jubebit atque iis ministrabit. ibid. XVII. 8. ἑτοίμασον τί δειπνήσω καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι para, quod cœnem, ac præcinctus appare mihi ad cœnam. ib. XXII. 27. 1 Reg. XIX. 5. Lucian. Epist. Saturnal. T. III. p. 400. Servi, qui ministrant ac apparent ad mensam, etiam a Latinis *ministratores* (vid. Burmann. ad Petron. Satyr. c. 31. p. 118.) et Hebræis מְשָׁרְתִים Esther. I. 10. VI. 3. κατ' ἐξοχὴν dicebantur. Conf. etiam Intt. ad Theophrast. Char. c. 11. Ez. Spanhemium ad Juliani Cæsares p. 453. et Wetstenii N. T. T. I. p. 273. 3) *ministro victum, vitæ necessaria procuro et suppedito, rem familiarem administro.* Matth. IV. 11. ἄγγελοι προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ angeli præsto erant et cibum ipsi ministrabant. Marc. I. 13. Luc. X. 40. μόνην με κατέλιπε διακονεῖν solam me rem familiarem administrare patitur. Joh. XII. 2. καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει et Martha cibum ministrabat. 4) *inservio alicujus commodis et utilitati quocunque modo:* et διακονέομαι *honoribus afficior et commodis hujus vitæ.* Mat. XX. 28. οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι non venit eo consilio, ut honores et commoda hujus vitæ consequeretur, sed, ut aliorum inserviret commodis. ibid. XXV. 44. καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι et nullam tui curam habuimus. ibid. XXVII. 55. Marc. X. 45. XV. 41. 2 Tim. I. 18. Philem. v. 13. ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ μοι ἐν τοῖς δεσμοῖς. 1 Petr. I. 12. ἡμῖν δὲ διηκόνουν αὐτὰ nobis autem vaticinia illa inservierunt. IV. 10. 5) speciatim: *sublevo alicujus inopiam eleemosynis colligendis et distribuendis*, pro quo etiam dicitur διακονέω τινὶ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων Luc. VIII. 3. Sic legitur in N. T. Rom. XV. 25. διακονῶν τοῖς ἁγίοις ut collectam pecuniam Romam deportem et ibi distribuam christianis pauperibus. 2 Cor. VIII. 19. σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ, τῇ διακονουμένῃ ὑφ' ἡμῶν cum pecunia collecta, quæ a me administratur. ibid. v. 20. Hebr. VI. 10. διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες. 6) *operam do, occupatus sum in aliqua re, procuro.* Act. VI. 2. διακονεῖν τραπέζαις, quod non est, ut vulgo reddunt, *ministrare in conviviis christianorum*, sed *curare rem pecuniariam. Res ipsa, quæ ministerio alicujus et opera efficitur*, διακονεῖσθαι dicitur, v. c. 2 Cor. III. 3. ὑμεῖς ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν vos estis epistola Christi, meo ministerio scripta. 7) *sum sectator et discipulus alicujus.* Joh. XII. 26. ἐὰν ἐμοί διακονῇ τις, ἐμοί ἀκολουθείτω si quis est meus sectator, (aut: se meus sectatorem profitetur,) ille me ubique sequatur: et ibidem paulo post: ἐάν τις ἐμοὶ διακονῇ, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ. 8) *munere diaconi fungor, admittor ad munus et ministerium diaconi.* 1 Tim. III. 10. εἶτα διακονείτωσαν tunc demum ad munus diaconi admittantur. ibid. v. 13. οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες qui enim bene diaconi munere funguntur. 1 Petr. IV. 11.

ΔΙΑΚΟΝΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie significat *ministerium, opera cujuscunque generis et officium, quod præstatur a ministro et famulo*, v. c. ad mensam. Xenoph. Œcon. 7. 41. 2) *administratio rei familiaris, procuratio ciborum et aliarum rerum vitæ necessariarum.* Luc. X. 40. ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν in administratione rei familiaris multa distrahebatur sollicitudine. 3) *subsidium, sustentatio et quodlibet humanitatis officium, quod alteri præsto*, unterstützung, gefallige dienstleistung, *support, obliging service.* Act. XI. 29. εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς mittere aliquid in subsidium christianis, in Judæa degentibus. 1 Cor. XVI. 15. εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτοὺς et sustentationi christianorum consecrarunt se. 2 Cor. XI. 8. πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν ut vobis inservirem. ibid. IX. 12. vide sub λειτουργία. Hebr. I. 14. εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν ut operam præstent iis, quos Deus vult ex aliquo periculo liberare. 4) κατ' ἐξοχὴν *distributio et administratio eleemosynarum in usus pauperum, ipsum eleemosynarum subsidium, collectio eleemosynarum, liberalitas, beneficentia.* Act. VI. 1. ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν quod negligerentur eorum viduæ in distributione eleemosynarum cotidiana. ibid. XII. 25. πληρώσαντες τὴν διακονίαν confecto negotio, sc. eleemosynas collectas perferendi Hierosolymas, coll. XI. 29, 30. Rom. XV. 31. ubi pro διακονία in Codice Bœrner. Claromont. et Augiensi e glossemate δωροφορία legitur. 2 Cor. VIII. 4. τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας communes, seu collectas eleemosynas. ib. IX. 1. περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους de eleemosynis ad usus christianorum colligendis. ib. v. 13. διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης ob genuinam hanc liberalitatem vestram. 5) *munus quodvis et negotium in commodum aliorum susceptum*, speciatim: *munus doctoris religionis, munus ecclesiasticum.* Hinc α) *de ipso munere apostolico* usurpatur Act. I. 17. καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης et sortitus erat hoc munus apostolicum, coll. v. 26. ibid. v. 25. λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης καὶ τῆς ἀποστολῆς. ibid. XX. 24. XXI. 19. Rom. XI. 13. ἐφ' ὅσον μέν εἰμι ἐγὼ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάσω. 2 Cor. IV. 1. VI. 3. 1 Tim. I. 12. 2 Tim. IV. 11. β) *de munere cujuscunque doctoris christiani.* 2 Cor. III. 8. διακονία τοῦ πνεύματος munus tradendi religionem christianam, quæ ibidem V. 18. διακονία τῆς καταλλαγῆς dicitur, h. e. munus, cujus consilium est, ut homines reconcilientur, et Act. VI. 4. διακονία τοῦ λόγου appellatur. Ephes. IV. 12. εἰς ἔργον διακο-

νίας ut muneri doctoris christiani satisfiat. Coloss. IV. 17. *βλέπε τὴν διακονίαν κ. τ. λ.* ut munere doctoris christiani, sibi demandato, omni ex parte fungatur. 2 Tim. IV. 5. *τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον.* Apoc. II. 19. γ) *de munere tradendi religionem Mosaicam.* 2 Cor. III. 7. *ἡ διακονία θανάτου ἐν γράμμασιν* munus tradendi religionem Mosaicam, quæ mortem minatur. ibid. v. 9. *διακονία τῆς κατακρίσεως* dicitur eandem ob causam. δ) *de munere diaconorum primitivæ ecclesiæ*, cujus institutio Act. VI. commemoratur, quod in eo erat, ut res externas ecclesiæ curarent, ægrotos viserent, eleemosynas collectas distribuerent, etc. ut pluribus exposuit Suicerus in Thes. Eccles. s. v. *διάκονος.* Sic autem legitur in N. T. Rom. XII. 6. *εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ* munus diaconi qui habet, ei exacte satisfaciat. ε) *de quovis munere ecclesiastico.* 1 Cor. XII. 5. *καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι* varia et diversi generis munera ecclesiastica reperiuntur.— Chrysost. ad Rom. XII. 6. *καὶ γὰρ ἡ ἀποστολὴ διακονία λέγεται, καὶ πᾶν ἀγαθὸν πνευματικὸν ἔργον διακονία:* et Theodoret. *διακονίαν τὴν τοῦ κηρύγματος λειτουργίαν καλεῖ.* Zonaras Lexic. col. 523. *διακονίαν τὴν ἀποστολὴν λέγει ὁ ἀπόστολος. ἢ κοινοτέρως πᾶσαν πνευματικὴν ἐργασίαν· εἴτε διακονίαν ἐν διακονίᾳ.* Plura vide apud Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. pag. 861 seq.

ΔΙΑ'ΚΟΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *minister, famulus.* Matth. XX. 26. *ἔστω ὑμῶν διάκονος* se ut famulum vestrum gerat. ib. XXIII. 11. Marc. IX. 35. X. 43. 2) speciatim: *servus, qui apparet ad mensam, cibum potumque ministrat*, qui Latinis *ministrator* dicitur. Sic legitur in N. T. Matth. XXII. 13. *τότε εἶπεν ὁ βασιλεὺς τοῖς διακόνοις*, coll. v. 11, 12. Joh. II. 5, 9. Hebr. מְשָׁרֵת 1 Reg. X. 5. Xenoph. Mem. IV. 5. 2. Eurip. Cyclops 31. 3) *minister, legatus omnis, cujus opera utimur*, i. q. *λειτουργός.* Sic v. c. Rom. XIII. 4. magistratus dicuntur *Θεοῦ διάκονοι*, h. e. qui Dei personam sustinent. 1 Cor. III. 1. *διάκονοι*, scil. *Θεοῦ* vel *Χριστοῦ.* 2 Cor. XI. 15. *οἱ διάκονοι τοῦ διαβόλου μετασχηματίζονται ὡς διάκονοι δικαιοσύνης* legati diaboli personam verorum Dei legatorum induunt. 4) *qui aliquo munere fungitur, qui aliquam rem administrat*; speciatim: *qui munere doctoris religionis fungitur.* 2 Cor. III. 6. *διακόνους καινῆς διαθήκης* doctores novæ œconomiæ christianæ. VI. 4. XI. 23. *διάκονοι Χριστοῦ.* Ephes. III. 7. *διάκονος εὐαγγελίου* is, cui munus religionem christianam tradendi demandatum est. VI. 21. Coloss. I. 7. 5) *is, qui inservit aliorum commodis, adjutor, fautor alicujus rei.* Rom. XV. 8. *Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς* Christum vita sua pariter ac doctrina Judæorum utilitati inservire studuisse. Gal. II. 17. *ἄρα Χριστὸς ἁμαρτίας διάκονος* sequeretur, Christi doctrinam adjuvare peccandi licentiam. 5) *diaconus*, cui in primitiva ecclesia christiana negotium curandorum ægrotorum, atque pecuniæ, in usus pauperum collatæ, administrandæ ac distribuendæ demandatum erat. Philipp. I. 1. *σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις.* I Tim. III. 8, 12. Ἡ *διάκονος diaconissa*, quam *ministram* vocat Plin. Epp. X. 97. Rom. XVI. 1. *οὖσαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς.* Hæ diaconissæ erant in primitiva ecclesia viduæ et quidem unius viri uxores, quanquam procedente tempore etiam virgines diaconissas factas esse constat. Earum officium erat, mulieres baptizare, catechumenas docere, ægrotos visere et curare, martyribus ministrare et alia minora ecclesiæ negotia administrare. Conf. Bingham. Origg. Eccles. II. 22. p. 341 seq. et Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 864 seq. 6) *discipulus, sectator.* Joh. XII. 26. *ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται* ibi et esse, seu eandem sortem habere debet discipulus meus.

ΔΙΑΚΟ'ΣΙΟΙ, οἱ, αἱ, τὰ, *ducenti*, ex *δὶς bis* et *ἑκατὸν centum*, Hebr. מָאתַיִם Genes. XI. 19, 21, 23, 32. Marc. V. 37. *διακοσίων δηναρίων ἄρτους* ducentorum denariorum panes. Joh. VI. 7. XXI. 8. Act. XXIII. 23. XXVII. 37. Apoc. XI. 3. XII. 6.

ΔΙΑΚΟΥ'Ω, fut. *ούσω*, Medium ΔΙΑΚΟΥ'ΟΜΑΙ, 1) *diligenter et sufficienter aliquem audio, plene et distincte audio*, quasi dices *peraudio*, ex *διὰ* et *ἀκούω audio*, quanquam interdum etiam pro simplici *ἀκούω*, maxime apud Polybium, ponitur. Xenoph. Cyrop. IV. 4. 1. Œcon. 11. 1. *διακούσας καὶ καταμαθών.* Vide Dorville ad Charit. p. 670. Lex. Seguer. (in Beckeri Anecd. Gr. T. I. p. 37.) *διακοῦσαι, τὸ διὰ τέλους ἀκοῦσαι τοῦ λεγομένου.* 2) sensu forensi: *cognosco de aliquo, diligenter alicujus causam examino.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXIII. 35. *διακούσομαί σου.* Simili sensu reperitur in vers. Alex. Deut. I. 16. *διακούσατε ἀνὰ μέσον τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν*, et Job. IX. 33. *διακούων ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων.* Polyb. I. 32. Plutarch. Cic. p. 862. Themistocl. p. 112.

ΔΙΑΚΡΙ'ΝΩ, fut. ῶ, 1) proprie: *discerno, secerno, separo.* Homer. Iliad. II. 474 seq. Herodot. VIII. 34. Scholiastes ad Homer. Iliad. II. 387. *διακρίνειν· διαχωρίζειν.* Hesych. *διακεκριμέναι· διακεχωρισμέναι.—διακεκρίσθω· ἀφοριζέσθω.—διακριθέντες· χωρισθέντες.* 2) metaphorice: *discrimen facio*, seu *habeo, ita, ut unum alteri præferatur vel non præferatur.* Act. XV. 9. *καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν* nullo inter nos et ipsos discrimine habito. 1 Cor. XI. 29. *μὴ διακρίνων τὸ σῶμα Κυρίου* propterea, quod non discernat panem et vinum in cœna sacra a pane et vino communi. Zonaras Lex. col. 534. *διακρίνων, ἐξετάζων, ἐννοῶν· καὶ ὁ ἀπόστολος· μὴ διακρίνων τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου.* Jud. v. 22. *καὶ οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι* alios vero benigniter tractate, sed ita, ut delectum habeatis. si lectio sana est. Xenoph. Cyrop. VII. 5. 14. *διακρίναντες προσίεσαν* servato delectu admittebant homines. 3) *præstantiorem cæteris reddo.* Sic sumendum 1 Cor. IV. 7. *τίς γάρ σε διακρίνει*; quis te (doctorem, inani tumore inflatum, alloquitur Paulus) præstantiorem cæteris reddidit? 4) *dijudico, examino, exploro,* (Hebr. בָּחַן Job. XII. 11. XXIII. 10.) *pretium alicui constituo.* 1 Cor. XIV. 29. *καὶ οἱ ἄλλοι διακρινέτωσαν* et reliqui examinent et dijudicent, sc. an vere sit *πνευματικὸς*, an vere locutus fuerit afflatu divino, coll. XII. 10. Alii reddunt: *reliqui explicent*, si quid sc. obscuri in verbis sit. Sic Casaubonus. Sed an *διακρίνειν interpretari* significet, recte dubitari potest, nisi huc referre velis locum Gen. XL. 8. ubi apud Symmachum secundum codicem Mosquensem *διάκρισις* Hebr. בִּתְרֹנִים *interpretationes accuratæ* respondet. 1 Cor. XI. 31. *εἰ δὲ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν* si nos exploramus et examinamus, sc. quo modo et consilio celebremus cœnam sacram. (Zonaras Lex. col. 535. hunc locum laudans *διεκρίνομεν* per *κατεγινώσκομεν* interpretatus est.) Jacob. II. 4. *καὶ οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς* tunc non recte rem, seu homines dijudicaretis. Xenoph. Mem. I. 1. 9. Conf. Jensii Lectt. Lucian. L. II. c. 15. p. 247. et Heisenius in libro infra laudato p. 790. 5) *dignosco.* Matth. XVI. 3. *τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ*

οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν cœli vultum quidem dignoscere potestis. 6) *post accuratam causæ cognitionem ex jure et æquo partes disceptantes dirimo, judico, dirimo litem.* 1 Cor. VI. 5. ὃς δυνήσεται διακρῖναι ἀνὰ μέσον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ qui possit dirimere controversias inter christianos. Sapient. IX. 12. καὶ διακρινῶ τὸν λαόν σου δικαίως. In vers. Alex. Heb. שָׁפַט Exod. XVIII. 16. 1 Reg. III. 9. Ezech. XXXIV. 17. et דִּין Prov. XXXI. 9. respondet. Xenophont. Hist. Græc. V. 2. 10. Hesiod. Theog. v. 85. Pertinet huc fortasse glossa Hesychii: διακρίνουσι· μεσιτεύουσι. 7) Διακρίνομαι *contendo, discepto, rixor, litigo.* In hac significatione partim cum πρὸς construitur, Act. XI. 2. διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν altercati sunt cum eo, coll. Alex. ad Ezech. XX. 35. διακριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς ἐκεῖ, et Aquil. 1 Sam. XII. 7. partim cum dativo personæ, Jud. v. 9. ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος. Lucian. Pseudosophista T. III. p. 830. Demosthenes Vol. I. p. 163. ed. Reisk. Hesych. διακρινομένων· μαχομένων. Apud LXX. διακρίνεσθαι ex adjuncto quoque notat *murmurare*, seu *indignationem verbis declarare*, v. c. 2 Sam. XIX. 9. ubi Inc. γογγύζειν posuit. 8) *hæsito, dubito, diffido.* Matth. XXI. 21. ἐὰν ἔχητε πίστιν καὶ μὴ διακριθῆτε si fidem habueritis minime diffidentes. Marc. XI. 23. καὶ μὴ διακριθῇ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ πιστεύσῃ κ. τ. λ. Act. X. 20. μηδὲν διακρινόμενος nihil dubitans. XI. 12. μηδὲν διακρινόμενον ohne bedenken, *without any scruple.* Rom. IV. 20. ubi opponitur ἐνδυναμοῦσθαι τῇ πίστει. ibid. XIV. 23. Jac. I. 6. coll. Sirac. VII. 10. Jud. v. 22. e lectione οὓς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένους, sunt διακρινόμενοι vel ii, qui nondum certam religionis christianæ scientiam habent, vel, qui se separant a cœtu et communione christianorum. Hesych. διεκρίθη· ἐδίσταζεν, εὐλαβήθη. Docte de hac voce disputavit Heisenius in Novis Hypothesibus ad Epistolam Jacobi p. 786 seq.

ΔΙΑ'ΚΡΙΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *discretio, separatio, divisio.* Hesych. διάκρισις· διαίρεσις, διάλυσις. Lex. Cyrilli MS. Brem. διάκρισιν· διαχωρισμόν. Gloss. Vet. apud Labbæum: διάκρισις, *discriminatio, examinatio, discretio.* 2) *dijudicatio.* Hebr. V. 14. πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ ut dijudicare possint vera et falsa, bona et mala. Apollon. Rhod. Argon. IV. v. 1169. 3) *ipsa facultas discernendi et dijudicandi.* 1 Cor. XII. 10. διακρίσεις πνευμάτων facultas veros prophetas (πνευματικοὺς) a falsis discernendi. Alberti Gloss. N. T. p. 131. διακρίσεις πνευμάτων· διαγνώσεις πνευμάτων, τῶν τε ἀληθινῶς καὶ ψευδῶς προφητευομένων. Pollux. II. 77. ἡμεῖς δὲ δοκιμάζομεν τὰς ὀσμὰς, διακρίνομεν τὰ πνεύματα. 4) *dubitatio, fluctuatio.* Rom. XVI. 1. μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν ne ei novæ suboriantur dubitationes. Phavor. διάκρισίς ἐστιν ἐπιστήμη διακριτικὴ τῶν κατὰ διάνοιαν τυπουμένων, ἀληθῶν ἢ ψευδῶν νοημάτων.

ΔΙΑΚΩΛΥ'Ω, fut. ύσω, sine ulla emphasi, (quam statuit Beza, cui est *obnixe prohibere*, ad vim, ut ait, præpositionis διὰ exprimendam) notat: *prohibeo, veto, impedio*, i. q. simplex κωλύω. (διὰ enim in compositione non semper simplicis significationem auget, ut de verbis διεγείρειν, διαπορεῖν, διανύειν et aliis notum est.) Semel legitur in N. T. Matth. III. 14. ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν sed Johannes recusavit aut impedire studuit. Pollux Onomast. VIII. 94. Ælian. V. H. VIII. 1. διεκώλυσεν ἔχεσθαι, ὧν εἴχετο. Xenoph. de Rep. Laced. XIV. 6. Pind. Nem. VII. 62.

ΔΙΑΛΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie secundum Gloss. Vet. apud Labbæum: *interloquor, interfor*: sed in N. T. 1) *colloquor*, et ex adjuncto: *consulto, delibero.* Luc. VI. 11. διελάλουν πρὸς ἀλλήλους τί ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ consultabant de eo tollendo, coll. Marc. III. 6. συμβούλιον ἐποίουν κατ᾽ αὐτόν. Appian. Bell. Civ. L. II. p. 725. διελάλουν ἐς ἀλλήλους. 2) *vulgo, divulgo*, i. q. διαφημίζω. Luc. I. 65. διελαλεῖτο πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα divulgata est omnis hæc res. Sæpius in N. T. non legitur. Ps. LI. 16. תְּרַנֵּן לְשׁוֹנִי צִדְקָתֶךָ Symmachus: διαλαλήσει ἡ γλῶσσά μου τὴν ἐλεημοσύνην σου. Glossar. *denunciatio*, διαλαλιὰ, ἀπόφασις· *denunciat*, ἀπαγγέλλει, παραγγέλλει, ἀποφαίνεται, διαλαλεῖ.

ΔΙΑΛΕ'ΓΩ, fut. έξω, *deligo, secerno*, ex διὰ et λέγω. Gloss. Vett. διαλέγω *discerno.* Xenoph. M. IV. 5. 11. Œcon. VIII. 9. Polyb. V. 8. VI. 10. Etym. M. p. 268. 35. edit. Sylburg. διάλεκτος — ἡ ἀπὸ τοῦ διαλελέχθαι καὶ διακεκρίσθαι ἀπὸ τῶν ἄλλων. Hinc

ΔΙΑΛΕ'ΓΟΜΑΙ, 1) *loquor, alloquor, concionor, publice verba facio.* Act. XVII. 2. ἐπὶ σάββατα τρία διελέγετο αὐτοῖς per tria sabbata ad eos verba fecit. ibid. v. 17. ubi eodem sensu non solum cum dativo personæ, sed etiam cum πρὸς construitur. ibid. XVIII. 4 et 19. XIX. 8, 9. XX. 7, 9. XXIV. 25. In versione Alex. Hebraico דִּבֵּר respondet Ex. VI. 27. Ies. LXIII. 1. Vocabulum διάλεξις *concionem ad populum* notat, et ab ecclesiasticis scriptoribus inprimis de *homiliis, ad populum habitis*, usurpatur. Confer Valesius ad Euseb. H. E. p. 110. 2) *sermones misceo cum aliquo, dissero, disputo*, quia ii, qui cum aliis de re aliqua disputant et quærunt, verba non minus quam res atque adeo cogitationes et sententias diligunt quasi discernuntque inter se, et vero deligunt suas, ut verbis utar Fischeri in Platonis Cratylo Gr. et Lat. Annotatt. Critt. et Grammaticis illustrato. Part. VI. p. 6. Marc. IX. 34. πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέχθησαν τίς μείζων invicem enim quæstionem discusserant, quis major futurus esset. Act. XXIV. 12. οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον neque invenerunt me in templo cum aliquo colloquentem; ubi de colloquio, quod ad consilia capienda instituitur, sermo est, in qua significatione *deliberandi*, seu *agendi de aliqua re* legitur etiam apud Herodian. VI. 4. 6. VIII. 6. 9. Cæterum vocem διαλέγομαι olim propriam fuisse familiaribus colloquiis philosophorum Græcorum de rebus, ad philosophiam pertinentibus, (Ælian. V. H. III. 19. XIV. 33.) satis constat. 3) *altercor, discepto, rixor.* Jud. ver. 9. ὅτι τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο. In vers. Alex. τῷ הָרִיב respondet Jud. VIII. 1. 4) metaphorice tribuitur scripturæ sacræ, et quidem cohortationi in ea contentæ. Hebr. XII. 5. τῆς παρακλήσεως, ἥτις ὑμῖν ὡς υἱοῖς διαλέγεται cohortationis, quæ vobis tanquam filiis data est, quasi vos tanquam filios alloquitur.

ΔΙΑΛΕΙ'ΠΩ, fut. ψω, 1) *intermitto, interjicio.* 2) cum participio: *desino, cesso, intermitto.* Sic semel legitur in N. T. Luc. VII. 45. οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας continuo deosculata pedes meos. Elliptica est loquendi ratio pro οὐ διέλιπε χρόνον καταφιλοῦσα. Similiter absolute verbo διαλείπειν, sequente participio, usus est Ælian. V. H. XV. 27. οὐ διέλιπον οὖν οἱ ὄρνιθες φθέγμα ἀφιέντες. Liban. Epist. 168. Lucian. Prometh. 17. Herodian. VII. 1. 16. Confer Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΔΙΑ'ΛΕΚΤΟΣ, ου, ἡ, scilicet γλῶσσα, 1) proprie: *explanatio vocis, quæ lingua fit*, ἡ τῆς φωνῆς τῇ γλώττῃ διάρ-

θρωσις, auctore Aristotele Hist. An. IV. 9. 2) *peculiaris aliqua ejusdem linguæ diversitas, idioma linguæ, modus loquendi peculiaris, dialectus*, a διαλέγομαι *loquor, dissero*. Confer Fischeri Animad. ad Gramm. Gr. Welleri Spec. I. p. 32 seq. 3) *lingua ipsa*, seu *sermo, unicuique genti peculiaris*. Act. I. 19. τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν ipsorum lingua. ibid. II. 6, 8. XXI. 40. τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ lingua Syro-Chaldaica. ibid. XXII. 2. XXVI. 14. In fragmentis Symmachi Ies. XXXIII. 19. Hebr. לָשׁוֹן respondet, coll. Esth. IX. 26. Plutarch. Apophth. p. 185. E. τὴν Περσικὴν διάλεκτον. Polyb. I. cap. 67. Joseph. A. J. VIII. 5. s. 3. ὁ μεταφράσας ἀπὸ τῆς Φοινίκων διαλέκτου τὰ Τυρίων ἀρχεῖα εἰς τὴν Ἑλληνικὴν φωνήν. Plura exempla dedit Seberus ad Julii Pollucis Onom. p. 209. ed. Hemsterhus. Hesych. διάλεκτος· ὁμιλία, λαλιά.

ΔΙΑΛΛΑ'ΣΣΩ, vel ΔΙΑΛΛΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) *muto, permuto, commuto*. Alex. Job. XII. 24. et Aquila Gen. XXXVIII. 21. Xenoph. Hist. Gr. I. 6. 4. 2) de *eo* dicitur, *qui conciliat aliquem alteri, qui alios in pristinam restituit gratiam*. Thucyd. II. 95. Xenoph. de Vectig. V. 8. διαλλάττειν τὰς πολεμούσας πρὸς ἀλλήλους πόλεις. Polyæn. III. 9. 47. Medium διαλλάττομαι *redeo cum altero in gratiam, alterum mihi placo et amicum reddo*. Sic semel legitur in N. T. Matth. V. 24. διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου læsum fratrem tibi reconciliare stude. In eodem sensu in vers. Alex. Hebraico הִתְרַצּוֹת 1 Sam. XXIX. 4. respondet, et apud exteros scriptores (v. c. Thucyd. VIII. 70. Diog. Laërt. II. p. 127.) legitur, ut docuit Schwarzius in Comment. L. Gr. p. 334 seq. et Hemsterhus. ad Thom. M. p. 235. Hinc διαλλαγὴ *pacificatio*. Xenoph. Hist. Gr. II. 2. 6. Gloss. διαλλάσσω, *reconcilio, pacifico*. Hesychius: διαλλαγή, φιλία. Suid. διαλλαγῆναι· τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ ἐχθροῦ παρακληθῆναι καὶ φιλιωθῆναι. Idem Schol. ad Thucyd. I. 120.

ΔΙΑΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, 1) proprie: *ratiocinor, computo, supputo, rationes subduco*. (ex διὰ et λογίζομαι *computo*.) Demost. pag. 962. 2) *cogito, animo verso, perpendo, ratiocinor, ratiocinando intelligo*. Matth. XXI. 25. οἱ δὲ διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς λέγοντες illi vero ratiocinabantur apud semet ipsos hoc modo. Marc. II. 6. διαλογιζόμενοι ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, coll. v. 8. Luc. I. 29. III. 15. V. 21, 22. XII. 17. XX. 14. Joh. XI. 50. οὐδὲ διαλογίζεσθε neque perpenditis, seu, ratiocinando intelligitis. Formula: διαλογίζεσθαι ἐν ἑαυτοῖς interdum etiam significat: *perturbari animo, anxium, pavidum esse*, v. c. Matth. XVI. 7. coll. v. 8. τί διαλογίζεσθε ἐν ἑαυτοῖς cur de eo solliciti estis quod, etc. Marc. VIII. 17. 3) *colloquor, dissero cum aliis*. Marc. IX. 33. τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε; coll. v. 34. Hinc διαλογὴ *colloquium*, διάλεξις, ὁμιλία, ut Suidas interpretatur. Vid. Alex. Ps. CIII. 24. Xenoph. Mem. III. 5. 1. et Dion. Halic. Ant. X. 12.

ΔΙΑΛΟΓΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, proprie: *supputatio*. (Demosth. p. 951.) Sed in N. T. 1) *cogitatio et opinio hominis secum ratiocinantis*. (a διαλογίζομαι *cogito*.) Est vocabulum μέσον, quod, ut Hebraicum מַחֲשָׁבָה et מְזִמָּה (Conf. Theodot. Psal. CXXXVIII. 20.), interdum etiam in deterius usurpatur de *cogitationibus et opinionibus pravis et perversis*. Luc. V. 22. ἐπιγνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν quæ eorum cogitata (prava) Jesus perspiciens. ibid. VI. 8. Rom. I. 21. ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν ad vana cogitata delapsi sunt. ibid. XIV. 1. μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν ne ei novæ dubitationes exoriantur. Arrian. Epictet. 1. 9. Plutarch. Pompei. pag. 657. 2) *sensus animi*. Luc. II. 35. ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοὶ ita multorum sensa animi manifestabuntur. ibid. IX. 47. 3) *consilium*. Matth. XV. 19. Marc. VII. 21. διαλογισμοὶ πονηροὶ *consilia prava et facta*. 4) *inventum ingenii humani*. 1 Cor. III. 20. τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν inventa doctorum. 5) *dubitatio*. Luc. XXIV. 38. διατί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; cur dubitatis? Alii vertere malunt: cur cogitationes *tales* (Job. XV. 13. 1 Sam. I. 18.) in mente vestra oboriuntur? Philipp. II. 14. χωρὶς διαλογισμῶν animo prompto. Zonaras Lex. col. 510. διαλογισμούς, ἀμφιβολίας. ὁ ἀπόστολος· χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν. 1 Tim. II. 8. χωρὶς διαλογισμοῦ ita, ut non dubitent de Dei promissis. Ita quoque διαλογίζεσθαι *dubitare* notat apud Xenoph. Hist. Gr. VI. 4. 20. 6) *colloquium, disceptatio, disputatio*. Luc. IX. 46. εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς oriebatur vero inter eos disceptatio, coll. Marc. IX. 33, 34. Confer Spicilegium I. Lex. Bieliani p. 30. 7) omittitur interdum, v. c. Act. VII. 23. post ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, coll. Luc. XXIV. 38.

ΔΙΑΛΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *dissolvo*. 2) *dissipo, dispergo*, i. q. διασκορπίζω. Sic semel legitur in N. T. Act. V. 36. καὶ πάντες, ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν et omnes sectatores ejus brevi dilapsi, vel, ut Vulgatus reddidit, *dissipati* sunt, coll. v. 37. Ita etiam occurrit apud Polybium IV. c. 2. Xenoph. Cyrop. V. 5. 13. Herodian. VI. 7. Plura habet Elsnerus Obss. Sacr. T. I. p. 387. In notione *dimittendi* sine ulla violentiæ notione legitur sæpius apud Thucydidem (II. 12. VI. 41. VIII. 69.) et Polybium (IV. 2.)

ΔΙΑΜΑΡΤΥ'ΡΟΜΑΙ, 1) proprie: *testor, attestor, testimonium exhibeo*. Polyb. V. c. 57. Hinc 2) *demonstro aliquid idoneis argumentis, comprobo, certa fide, tanquam testis, aliquid nuncio, doceo, trado et divulgo*. Act. VIII. 25. διαμαρτυράμενοι καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ Κυρίου tradentes doctrinam christianam, idoneis argumentis comprobatam. ib. X. 42. κηρύξαι τῷ λαῷ καὶ διαμαρτύρασθαι ut populo significaremus et demonstraremus. ibid. XVIII. 5. διαμαρτυράμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν persuadens Judæis Jesum esse Messiam. ibid. XX. 23. τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διαμαρτύρεταί μοι oraculo divino edoceor. ibid. XXIII. 11. ὡς γὰρ διεμαρτύρω τὰ περὶ ἐμοῦ ut enim doctrinam meam palam professus es. Hebr. II. 6. διεμαρτύρατο δέ πού τις λέγων ita enim de eo loquitur Davides. Suid. διαμαρτύρομαί σοι ἀντὶ τοῦ βεβαιώσω σε. Ex. XVIII. 20. καὶ διαμαρτύρῃ αὐτοῖς τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ, ubi Hebraico הִזְהִיר respondet. 3) *obtestor aliquem, serio hortor, graviter moneo*. Sic legitur in N. T. Luc. XVI. 28. ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς ut eos etiam atque etiam admoneat. Act. II. 40. διεμαρτύρετο καὶ παρεκάλει. 1 Tim. V. 21. διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ obtestor te per Deum. 2 Tim. II. 14. et IV. 1. Neh. IX. 26. οἳ διεμαρτύροντο ἐν αὐτοῖς ἐπιστρέψαι. Sic sæpissime etiam apud Polybium legitur, v. c. I. 37. τῶν κυβερνητῶν διαμαρτυρομένων. III. 15. et V. 7. διεμαρτύροντο τὸν Φίλιππον. Gloss. Vet. apud Labbæum: διαμαρτύρομαι, *contestor, obtestor, protestor, testifico*.

ΔΙΑΜΑ'ΧΟΜΑΙ, fut. ήσομαι, έσομαι et οῦμαι, 1) *depugno, acriter pugno*, ex διὰ et μάχομαι. Xenoph. Mem. III. 9. 2. Anab. VII. 4. 6. 2)

metaphorice: *acriter disputo, contentione animi utor in dicendo.* In N. T. tantum extat Act. XXIII. 9. διεμάχοντο depugnantes, scil. verbis, pro Paulo. In Aquilæ et Symmachi reliquiis Hebraico הָרִיב respondet Exod. XXI. 18. Sirac. VIII. 1. Thucyd. III. 40 et 42. Aristoph. Plut. v. 448. Xenoph. Ages. 5. 4.

ΔΙΑΜΕ'ΝΩ, fut. μενῶ, p. μεμένηκα, 1) *permaneo in aliquo loco, commoror.* Xenoph. Anab. VII. 1. 4. 2) *permaneo,* h. e. *non amitto aliquam qualitatem.* Sic legitur in N. T. Luc. I. 22. καὶ διέμενε κωφὸς et mansit mutus. Gal. II. 5. ἵνα ἡ ἀλήθεια τοῦ εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς ut vera doctrina christiana inter vos integra servaretur. 3) διαμένειν μετά τινος *non discedere ab aliquo, non deserere aliquem.* Luc. XXII. 28. οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου qui perdurastis mecum in omnibus meis afflictionibus. Siracid. XXII. 23. ἐν καιρῷ θλίψεως διάμενε αὐτῷ. Xenoph. H. Gr. VII. 3. 1. 4) *perpetuo vivo, nunquam intereo, maneo in eodem semper statu, non privor existentia,* ex μένω *vivo* et διὰ, quod habet in compositis interdum notionem *constantiæ* et *perpetuitatis,* v. c. in διαγίνεσθαι et διατελεῖν. Hebr. I. 11. αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις ipsi peribunt aliquando, at tu omnis interitus expers es. 2 Petr. III. 4. πάντα οὕτω διαμένει omnia manserunt in eodem statu. In vers. Alex. Hebraico עָמַד in eodem sensu respondet Psalm. XIX. 10. CII. 27. CXIX. 90, 91. et נָכוֹן apud Symm. Job. XXI. 6. Sext. Empir. Phys. I. 70 et 74.

ΔΙΑΜΕΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) *in partes divido et divisa distribuo, partior, distribuo.* (ex διὰ et μερίζω *separo,* quod a μερὶς *pars.*) Matth. XXVII. 35. διεμερίσαντο τὰ ἱμάτια αὐτοῦ partiti sunt vestimenta ejus. Marc. XV. 24. Luc. XXII. 17. καὶ διαμερίσατε ἑαυτοῖς et inter vos distribuite. ib. XXIII. 34. Joh. XIX. 24. Act. II. 45. Eodem sensu Alexandrini usi sunt hac voce pro חָלַק *distribuere, dispertiri* Jud. V. 30. Nehem. IX. 22. Xenoph. Anab. VII. 1. 25. 2) *dispergo, dissipo, disjicio.* Act. II. 3. διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς huc et illuc dispersæ flammulæ ignis. Vulgatus: *dispertitæ.* Gloss. διαμερίζω, *dispertio.* 3) διαμερίζομαι *animo disjungor, dissideo, in partes ac studia contraria distrahor.* Luc. XI. 17. πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα omne regnum, in quo sunt factiones, seu, cujus cives in factiones diversas, in studia scinduntur contraria. ib. v. 18. εἰ δὲ ὁ Σατανᾶς ἐφ' ἑαυτὸν διεμερίσθη jam si Satanas pugnat contra Satanam. ib. XII. 52, 53. διαμερισθήσεται πατὴρ ἐφ' υἱῷ dissidebit pater a filio.

ΔΙΑΜΕΡΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *partitio, distributio, divisio in æquales partes.* (a διαμερίζω.) Vid. Ezech. XLVIII. 19. ubi Hebraico מַחֲלֹקֶת in versione Alex. respondet. Pollux Onom. VIII. c. 10. sect. 136. 2) metaphorice: *dissidium, distractio animorum.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XII. 51. ubi τῇ εἰρήνῃ opponitur.

ΔΙΑΝΕ'ΜΩ, fut. νεμῶ, 1) proprie: *distribuo inter plures, divido, partior,* et διανέμομαι *dividor.* Hesych. διανέμεται· μερίζεται. Pollux Onom. III. 67. Alexand. pro חָלַק posuerunt Deut. XXIX. 25. 2) *divulgo, spargo, facio, ut aliquid latius dimanet et serpat,* et dicitur fere sensu malo. In N. T. semel legitur Act. IV. 17. ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαὸν ne fama hujus miraculi latius divulgetur et dimanet; (Syrus: [illegible] *sed ne amplius exeat fama hæc.*) vel, ut etiam reddi posset: ne eorum doctrina ulterius, tanquam ulcus vel cancer, depascat, coll. 2 Tim. II. 17. ad quem locum videndus Alberti in Obss. Philol. p. 403.

ΔΙΑΝΕΥ'Ω, fut. νεύσω, *innuo, nutum do, nutu significo,* Hebraicum קָרַץ, cui Ps. XXXV. 19. in vers. Alex. respondet. In N. T. semel legitur Luc. I. 22. καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων αὐτοῖς et nutu se mutum factum esse ipsis significavit. Sirac. XXVII. 25. Anthol. II. 46.

ΔΙΑΝΟ'ΗΜΑ, τος, τὸ, *cogitatio, cogitatum,* ex διὰ, et νόημα *cogitatio, intellectus.* Semel in N. T. legitur Luc. XI. 17. αὐτὸς δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὰ διανοήματα perspiciens eorum cogitata. Xenoph. Hist. Gr. VII. 5. 19. Pollux Onom. II. 228.

ΔΙΑ'ΝΟΙΑ, ας, ἡ, 1) *facultas intelligendi, intellectus, sana ratio, mens, animus,* Hebr. לֵב, cui in vers. Alex. respondet Genes. XVII. 17. Matth. XXII. 37. καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου et omni ingenii tui facultate. Marc. XII. 30. Luc. X. 27. Ephes. IV. 18. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ qui inscii sunt. Hebr. VIII. 10. διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν docebo eos leges meas. ibid. X. 16. 1 Petr. I. 13. 1 Joh. V. 20. καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν et dedit nobis intelligentiam, seu intelligendi facultatem. Xenoph. Mem. III. 12. 6. 2) *cogitatio, mentis agitatio, sensus.* Luc. I. 51. ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν animi fastu insolescentes. Xenoph. Œcon. 10. 1. Apol. 2. 3) *ratio cogitandi et sentiendi perversa.* Ephes. II. 3. ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν obsequuti perversæ vestræ cogitandi rationi, seu, obtemperantes cupiditatibus vestris pravis. Coloss. I. 21. τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς ob animi factorumque pravitatem. 2 Petr. III. 1.

ΔΙΑΝΟΙ'ΓΩ, fut. οίξω, 1) proprie: *aperio, adaperio quod clausum est,* ex διὰ, et ἀνοίγω *aperio.* Sine auctoritate relatum est in Lexica, licet legatur apud Chariton. Lib. I. c. 8. διανοίγουσα δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς palpebris diductis, et alios etiam, quos D'Orville ad l. l. p. m. 257. excitavit. In hac propria notione legitur etiam in N. T. Luc. II. 23. πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν omnis masculus primogenitus primum aperiens clausam matricem. Eadem formula reperitur Ex. XIII. 2. πρωτότοκον πρωτογενὲς διανοῖγον πᾶσαν μήτραν, Hebr. פֶּטֶר כָּל־רֶחֶם, ib. v. 12, 15. Num. III. 12. 2) metaphorice: *facultatem aliquam reddo et restituo,* et speciatim: *facultatem audiendi alicui reddo.* Huc pertinent formulæ: διανοίγειν τὰς ἀκοάς τινος *audiendi facultatem alicui reddere.* Marc. VII. 34. διανοίχθητι recipe facultatem audiendi. ib. v. 35. καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν αὐτοῦ αἱ ἀκοαὶ et statim aurium sensum recepit, coll. Ies. XXXV. 5. וְאָזְנֵי חֵרְשִׁים תִּפָּתַחְנָה Alex. καὶ ὦτα κωφῶν ἀκούσονται. — διανοίγειν τοὺς ὀφθαλμούς τινος *efficere, ut alter videat et cernat aliquid.* 2 Reg. VI. 17. et διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ Luc. XXIV. 31. de *iis* dicitur, *qui jam alterum agnoscunt,* et opponitur formulæ: ἐκρατοῦντο οἱ ὀφθαλμοὶ v. 16. —διανοίγειν τὸν νοῦν *docere, instituere aliquem, instruere facultate intelligendi et percipiendi aliquid.* Luc. XXIV. 45. τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς γραφὰς tunc rationem eos docuit intelligendi scripturam sacram. Herodot. V. 4. — διανοίγειν τὴν καρδίαν τινὸς *excitare aliquem ad attente audiendum, et vim largiri ad audiendum, quæ docentur.*

Act. XIV. 14. coll. 2 Macc. I. 4. et Themist. II. p. 29. Hinc διανοίγειν 3) simpliciter *docere, explicare, interpretari* significat. Luc. XXIV. 32. καὶ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς γραφὰς nobisque sensum vaticiniorum de Messia exponeret. Act. XVII. 3. διανοίγων καὶ παρατιθέμενος e libris divinis explicans ac demonstrans. Hanc *exponendi, docendi* et *explicandi* notionem διανοίγειν sine dubio habet ex imitatione Hebraici פָּתַח, quod non solum *aperire*, sed etiam *docere* notat, unde פֵּתַח *ipsa doctrina* dicitur Ps. CXIX. 130. Vid. Wesseling. Obss. I. p. 21.

ΔΙΑΝΥΚΤΕΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, *pernocto, pervigilo* (ita explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 48.) *totam noctem in aliquo loco transigo, noctem insomnem duco, vigilo, noctem consumo, impendo.* (ex διὰ et νυκτερεύω.) Diod. Sic. XIII. 62. διενυκτέρευον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῶν τειχῶν. Herodian. VIII. 1. 11. Hesych. διανυκτερεύοντες· ἀγρυπνοῦντες πᾶσαν τὴν νύκτα. Pollux Onom. I. 71. τὸ μὲν νυκτός τι πρᾶξαι νυκτερεῦσαι — τὸ δὲ δι' ὅλης νυκτὸς διανυκτερεῦσαι. idem VI. c. 19. sect. 109. In N. T. semel legitur Luc. VI. 12. καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ per totam noctem precibus ad Deum vacabat.

ΔΙΑΝΥ'Ω, fut. ύσω, *perficio, absolvo, expedio*, i. q. τελέω. Semel legitur in N. T. Act. XXI. 7. διανύσαντες τὸν πλοῦν absoluta navigatione. Ælian. V. H. II. 23. εἰς τοσοῦτον διηνύσθω τὰ τοῦ λόγου. Phavor. διανυσθῆναι· τελειωθῆναι. Conf. Schol. Sophoclis ad Ajac. 611. Elect. 1478. Xenoph. Cyrop. IV. 2. 8. πολλὴν ὁδὸν διήνυσαν. Gloss. Vet. apud Labbæum: διανύω, *perago, exigo, conficio.*

ΔΙΑΠΑΝΤΟ'Σ. Adverbium temporis. 1) *semper.* Est ex διὰ *per* et παντὸς *omnis*, intellecta voce χρόνου, notans *per omne tempus.* Scribitur etiam divisim διὰ παντὸς, sc. χρόνου. Act. XXIV. 16. Rom. XI. 10. Hebr. XIII. 15. Hebr. תָּמִיד Deut. XI. 12. Ps. XVI. 8. 2) *sæpe, assidue.* Luc. XXIV. 53. καὶ ἦσαν διαπαντὸς ἐν τῷ ἱερῷ nempe statis diebus et horis. Act. X. 2. καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ διαπαντὸς assiduus in precibus ad Deum. Ita et תָּמִיד Ps. XXXIV. 2. legitur. 3) *cotidie.* Hebr. IX. 6. εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς, coll. Exod. XXIX. 36 et 40. 4) interdum abundat. Marc. V. 5. καὶ διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας.

ΔΙΑΠΑΡΑΤΡΙΒΗ', ῆς, ἡ. Reperitur hoc substantivum, in omnibus Lexicis male omissum, in haud paucis codicibus 1 Tim. VI 5. loco impressi παραδιατριβαί. Διατριβὴ est verbum proprium de *disputationibus philosophorum*, et interdum etiam de *loco, ubi philosophi disputare solent.* Διαπαρατριβὴ *disputatio vana et inutilis, acris et vehemens contentio de rebus levibus et nullius momenti*, nam παρὰ in compositis sæpe *id* notat, *quod non rectum est*, v. c. παραλογίζεσθαι et παρατρίβεσθαι πρὸς τινὰ notat *contendere cum aliquo, simultatem exercere*, unde παρατριβὴ *contentio.* Suid. et Hesych. διαπαρατριβαί· ἐνδελεχισμοί, ἐνδελέχειαι. Cf. L. Bos. Exercitt. Philol. in N. T. p. 223. et Clement. Alex. p. 340.

ΔΙΑΠΕΡΑ'Ω, fut. άσω, 1) *trajicio flumen* aut *mare*, quasi ἀπέρχομαι εἰς τὸ πέραν. Matth. IX. 1. ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον διεπέρασε ingressus navim trajecit lacum. ibid. XIV. 34. καὶ διαπεράσαντες ἦλθον εἰς τὴν γῆν Γεννησαρὲτ trajecto mari venerunt in regionem Gennesarethicam. Marc. V. 21. VI. 53. Act. XXI. 2. εὑρόντες πλοῖον διαπερῶν εἰς Φοινίκην cum invenissent navim trajicientem in Phœnicen. Deut. XXX. 13. τίς διαπεράσει (Hebr. יַעֲבָר) εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης; Ies. XXIII. 2. Arrian. Exped. Alex. VII. c. 10. idem Epict. III. 24. Polyb. III. 63. 2) *transeo.* Luc. XVI. 26. μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν neque qui illinc ad nos velint, transire possint; ubi cum διαβαίνειν permutatur. Aristoph. Avib. 1265.

ΔΙΑΠΛΕ'Ω, fut. διαπλεύσω, *pernavigo, navigando emetior, navigando transeo, nave transmitto.* (ex διὰ et πλέω *navigo.*) In N. T. tantum extat Act. XXVII. 5. τὸ πέλαγος διαπλεύσαντες mare navigando emensi. Thucyd. IV. 25. Herodian. VIII. 6. 11. Gloss. Vet. apud. Labbæum: διαπλεῦσαι, *transvehi, transvehere.* Id. διαπλεῖν, *tranare; διαπλέω, transnavigo.*

ΔΙΑΠΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *labore exerceo, elaboro*, (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 48.) *allaboro operam do*, (ex διὰ et πονέω *laboro.*) Xenoph. Venat. IV. 10. καὶ τὰ σώματα διαπονοῦσαι. Passivum διαπονέομαι, οῦμαι, fut. ήσομαι, 1) proprie: *molestias laborum persentisco, defatigor laboribus;* et quia πόνος non solum *laborem*, sed etiam *molestiam quamvis* et *dolorem* significat, 2) notat omnino *moleste et ægre ferre aliquid, molestia affici.* Sic autem bis tantum legitur in N. T. Act. IV. 2. διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν moleste ferentes, quod docerent populum. ib. XVI. 18. διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ira et indignatione commotus Paulus. Exempla hujus significationis habet Wesseling. ad Diod. Sic. Lib. II. c. 7. Hesych. διαπονηθείς· λυπηθείς.

ΔΙΑΠΟΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, cum accusativo personæ *facio, ut alter transeat, non impedio transitum.* Xenoph. Anab. II. 5. 3. εἰ μὴ ἡμεῖς ὑμᾶς διαπορεύοιμεν. Passivum διαπορεύομαι, fut. εύσομαι, *iter facio per aliquem locum, transeo, prætereo*, etiam *obeo, peragro.* Luc. VI. 1. διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ σπορίμων cum iter per sata faceret, aut ambularet juxta agros, frugibus consitos. Eodem modo cum διὰ construitur Jer. XVIII. 16. πάντες οἱ διαπορευόμενοι δι' αὐτῆς. ubi itaque διαπορεύομαι est i. q. simplex πορεύομαι, ut quoque legitur apud LXX Ps. LXVII. 22. Luc. XIII. 22. καὶ διεπορεύετο κατὰ πόλεις καὶ κώμας διδάσκων oppida et vicos docendo obiit. (ubi obiter monendum, præpositionem κατὰ a voce διδάσκων pendere, ut Pricæus ad h. l. recte docuit.) ib. XVIII. 36. ὄχλου διαπορευομένου turbam prætereuntem. Act. XVI. 4. ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις urbes obeundo. Sic 2 Chron. XXX. 10. διαπορευόμενοι πόλιν. Rom. XV. 24. ἐλπίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς spero obiter transeundo vos videre. Gloss. Vet. διαπορεύομαι, *perambulo.* διαπορεύω, *trajicio.*

ΔΙΑΠΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, ut simplex ἀπορέω, proprie de *viatoribus* dicitur, *qui subsistunt, cum non pateat, quo progrediantur, nec de exitu constet*, πόρον μὴ εὑρίσκουσι, deinde vero metaphorice de *omnibus* adhibetur, *qui consilii inopes sunt, ut, quid statuant, quidve agant, aut quo se vertant, plane ignorent*, et verbis Latinis *hæsitare, incertum, dubium esse, admirari. ambigere* reddi potest. Luc. IX. 7. καὶ διηπόρει et quid de eo statueret, dubius hærebat. Syrus: ܘܡܬܕܡܪ ܗܘܐ *et mirabatur.* Act. II. 12. ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν omnes obstupefacti admirabantur. ib. V. 24. διηπόρουν περὶ αὐτῶν κ. τ. λ. ambigebant, quid hoc rei esset. ib. X. 17. ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα cum hæsi-

taret, in verum hujus visi sensum inquirens. Eandem significationem etiam medium διαπορέομαι, οῦμαι habet, quod legitur Luc. XXIV. 4. ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτοὺς περὶ τούτου cum consternati essent hac de re, seu incerti hanc rem agitarent animo. Nuspiam Alexandrini hac voce usi sunt. Semel occurrit in versione Symmachi Dan. II. 3. καὶ διηπόρει τὸ πνεῦμα, pro quo Alex. habent καὶ ἐξέστη τὸ πνεῦμα, ubi in Hebraico verbum הִתְפָּעֶם legitur. Diog. Laërt. I. s. 109. de Epimenide, quum 77 annos dormiisset et in agro omnia mutata invenisset, πάλιν ἧκεν εἰς ἄστυ διαπορούμενος. Ælian. V. H. IV. 17. Polyb. I. 60. Suid. διαπορῶ, διαπορῆσαι ζητῶ, ἀμφιβάλλω. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 48. διαπορεῖ, deliberat.

ΔΙΑΠΡΑΓΜΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, *negotior, negotiando pecuniam lucror.* (ex διὰ et πραγματεύομαι *negotior.*) Semel legitur in N. T. Luc. XIX. 15. ἵνα γνῷ, τίς τί διεπραγματεύσατο ut cognosceret, quid quisque negotiando lucratus esset. Alio sensu hac voce usus est Plato in Phædone § 24 et 65. ubi vid. Fischerus, ac Dionys. Hal. Antt. p. 593.

ΔΙΑΠΡΙ'Ω, fut. ίσω, 1) proprie: *serra disseco, diffindo,* et διαπρίομαι *serra dissecor.* (ex διὰ et πρίω *serra seco, divido,* quod a πρίων *serra.*) Ies. X. 15. 2 Sam. XII. 31. In hac propria notione legitur 1 Chron. XX. 3. διέπρισε πρίοσι. Hinc 2) metaphorice διαπρίεσθαι de *iis* adhibetur, *qui vehementer animo commoventur, valde indignantur et irascuntur,* et maxime declarat gestum eorum, qui præ rabie dentibus strident et frendent, veluti, si quis serram trahat de quibus speciatim formula: διαπρίειν τοὺς ὀδόντας adhibetur. In hac metaphorica notione bis tantum legitur in N. T. Act. V. 33. οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο illi autem, cum hæc audivissent, vehementi ira commovebantur, ut supplendum sit ταῖς καρδίαις, quod additur ibid. VII. 54. διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Syrus: ܡܬܟܪܝܢ ܗܘܘ ܒܪܘܓܙܐ *corripiebantur ira.* Hesych. διεπρίοντο· ἐθυμοῦντο, ἔτριζον τοὺς ὀδόντας. Idem: διαπρίεται· ἀγριάζει, (ita enim judice Heinsio legendum est loco impressi διαγοράζει) μαίνεται. Cyrilli Lex MS. et Alberti Gloss. N. T. p. 67. διεπρίοντο, πικρῶς ἐχαλέπαινον. Lectu in hanc rem dignus est Suicerus in Thes. Eccles. T. I. p. 880 seq. et Wetstenius N. T. T. II. 486.

ΔΙΑΡΘΡΟ'Ω, *accurate articulo* vel *articulate formo,* ab ἄρθρον *artus, articulus, ossium corporisque nodus aut apta compages.* Luc. I. 64. καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ διηρθρώθη et lingua ejus plane et articulate locuta est. coll. Gellio V. 9. Ita ed. Genev. in 4to anno 1620 edita, quæ nomen præfert Scaligeri, sine dubio ex edit. Complut. N. T. anni 1514. Conf. Platonem in Protagora p. 322.

ΔΙΑΡΠΑ'ΖΩ, fut. άσω vel άξω, *diripio, violenter aufero, spolio.* (ex διὰ et ἁρπάζω *rapio.*) Bis tantum legitur in N. T. Matth. XII. 23. καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι ejusque supellectilem diripere. καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει tunc demum ejus domum expilare aut diripere poterit. Eadem sententia legitur Marc. III. 27. Polyb. IV. 18. διήρπασαν τοὺς τούτων βίους. ib. VIII. 19. Polyæn. II. c. 29. καὶ διήρπασε τὴν πόλιν. In vers. Alex. verbis Hebraicis בָּזַז Genes. XXXIV. 27, 29. גָּזַל Deut. XXVIII. 29. Micha II. 2. שָׁסָה Ies. XLII. 22. Jer. L. 11. et שָׁסַס Ps. LXXXIX. 42. respondet. Conf. Valckenar. ad Eurip. Phœn. p. 385.

ΔΙΑΡ'Ρ'Η'ΓΝΥΜΙ et ΔΙΑΡ'Ρ'Η'ΣΣΩ, fut. ήξω, *rumpo, disrumpo, diffringo, dilacero, perrumpo, solvo.* (ex διὰ et ῥήγνυμι vel ῥήσσω *frango.*) Matth. XXVI. 65. διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ disrupit vestimenta sua, scilicet præ indignatione. Consuetudo enim erat olim apud Judæos æque ac Græcos discerpendi, seu dilacerandi vestimenta in indignatione, luctu et dolore gravi. Genes. XXXVII. 29. XLIV. 13. 2 Reg. XIX. 1. Conf. Schol. Æschyli ad Persas v. 166. Marc. XIV. 63. Luc. V. 6. διεῤῥήγνυτο τὸ δίκτυον ita, ut fere solverentur retia eorum. aut: parum abfuit, quin rumperentur retia. Est enim hyperbolice dictum, ut et commate sequente βυθίζεσθαι, et VIII. 42. συνέπνιγον. ibid. VIII. 29. καὶ διαῤῥήσσων τὰ δεσμὰ disruptis vinculis. Act. XIV. 14. διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν solutis, seu rejectis vestibus. Sæpius non legitur in N. T. Frequenter tamen in versione Alex. occurrit, ubi τῷ קָרַע Jos. VII. 6. Joel. II. 13. בָּקַע 2 Sam. XXIII. 16. et נָתַק Ps. II. 3. CVII. 14. respondet. Hesych. διαῤῥήξας· συντρίψας, σχίσας. —διαῤῥήξωμεν· ἀποῤῥίψωμεν. Confer etiam Irmisch. ad Herodian. I. c. 13. 6. p. 543.

ΔΙΑΣΑΦΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie: *clare et distincte aliquid declaro et expono, significo, indico, pro veritate rei aliquid narro.* (ex διὰ et σαφέω *declaro,* quod est a σαφὴς *manifestus, perspicuus, certus.*) Deinde in genere *nuncio, significo, declaro.* Matth. XVIII. 31. διεσάφησαν τῷ κυρίῳ totius rei certiorem fecerunt dominum. Sæpius non legitur in N. T. 1 Macc. XII. 8. 2 Macc. I. 18, 20. ὡς δὲ διεσάφησαν ἡμῖν. ibid. XI. 18. Deut. I. 5. Hebraico בֵּאֵר in versione Alex. respondet. Polyb. III. 19. VIII. 18. XV. 27. Appian. Parth. p. 228. Lucian. de morte Peregrini p. 762. Hesych. διασαφεῖ· διασαφηνίζει, (occurrit hæc vox apud Xenoph. Mem. III. 1. 11.) ἀγγέλλει. Suidas: διασαφῆσαι, ἑρμηνεῦσαι.

ΔΙΑΣΕΙ'Ω, fut. είσω, 1) proprie: *concutio, vehementer agito, quasso.* Alex. Job. IV. 14. καὶ μεγάλως μου τὰ ὀστᾶ διέσεισε. Ælian. V. H. II. 14. De equis collum concutientibus legitur apud Pollucem. On. I. 219. Hesych. διέσεισε· διήγειρε, διεσάλευσε. 2) metaphorice, ut σείω (conf. Valesium ad Eusebii H. E. VII. c. 30. p. 156.) et Latinum *concutio, metum injicio* (Polyb. X. 26. 4. XXIX. 2. 5.) *vim infero, injecto terrore extorqueo alicui pecuniam aut simile aliquid.* Sic semel legitur in N. T. Luc. III. 14. ubi Johannes baptista, militibus præscribens, quomodo se gerere debeant, inquit: μηδένα διασείσητε, h. e. neminem concutiatis: nam etiam apud ICtos *concussio* crimen dicitur, si quid, terrore injecto, illicite extorquetur alteri et exprimitur. (Extat in Pandectis l. XLVII. titulus 13. De Concussione, et in Basilicis Græcis Majoribus a Carolo Annibale Fabroto collectis Lib. LX. titulus 24. inscribitur περὶ διασείσεως. Etiam Galli iniquum pecuniarum exactorem olim appellarunt *un concussionaire.*) Omissum autem post διασείσητε videtur τῶν ὑπαρχόντων, ut plene legitur 3 Macc. VII. 20. ὑπὸ μηδενὸς διασεισθέντες τῶν ὑπαρχόντων. Exempla hujus significationis dedit Krebsius in Obss. Flav. p. 114. Wetstenius N. T. T. I. p. 672. et Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 882.

ΔΙΑΣΚΟΡΠΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) *dissipo, dispergo eos, qui conjuncti et sociati fuerunt.* (ex διὰ et σκορπίζω *spargo.*) Matth. XXVI. 31. καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης et

dispergentur oves gregis. Zach. XIII. 7. διασκορπισθήτωσαν τὰ πρόβατα. Marc. XIV. 27. Joh. XI. 52. τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα veros Dei cultores inter gentiles dispersos viventes. Act. V. 37. Ælian. V. H. XIII. 46. 2) *semina spargo, dissemino.* Matth. XXV. 24. συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας colligis fructus nulla semente facta, ubi æque ac v. 26. cum σπείρειν permutatur. Ies. XXVIII. 24. Aqu. διασκορπίζει, LXX σπείρει. In textu Hebr. legitur הֵפִיץ. 3) *dilapido profuse et luxuriose opes, sive meas, sive alterius.* Luc. XV. 13. καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ et ibi dilapidavit bona sua. ibid. XVI. 1. 4) *perdo, destruo.* Luc. I. 51. διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους perdidit superbos. Gloss. Vet. διασκορπίζω, *dissicio.* Lege; *disjicio.*

ΔΙΑΣΠΑ΄Ω, fut. άσω, *discerpo, dilanio, distraho, disrumpo.* (ex διὰ et σπάω *traho.*) In N. T. bis tantum legitur. Marc. V. 4. καὶ διεσπάσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις et vincula ab eo disrumperentur. Lucas in loco parallelo VIII. 29. formula διαῤῥήσσειν τὰ δεσμὰ usus est, quæ etiam apud Alexandrinos Psalm. II. 3. reperitur, et pro qua Jerem. II. 20. est διασπᾷν τ. δ. Act. XXIII. 10. μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν ne ab illis discerperetur. Cf. quæ bene de hac voce monuit Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 117 seq. Hesych. διασπᾶσαι· διαιρεῖν, διασπαράξαι, διασχίσαι. Idem: διεσπάσθησαν· διεσχίσθησαν.

ΔΙΑΣΠΕΙ΄ΡΩ, fut. ερῶ, 1) proprie: *dissemino, semina spargo.* Gloss. Vet. apud Labbæum: διασπείρω, *dissemino, dispargo, prosemino.* 2) *dispergo, dissipo.* Act. VIII. 1. πάντες δὲ διεσπάρησαν κατὰ τὰς χώρας Ἰουδαίας omnesque per Judæam dispersi sunt. ibid. v. 4. qui autem dispersi erant per varia loca. ibid. XI. 19. Tob. XIII. 3. Simplicius in Epictet. p. 211. Polyb. III. 19. 7. Hesych. διεσπάρησαν· διεσκορπίσθησαν. De iis, qui opes luxuriose dilapidant, legitur apud Pollucem Onom. III. 129.

ΔΙΑΣΠΟΡΑ΄, ᾶς, ἡ, 1) proprie: *disseminatio.* 2) *dispersio, dissipatio.* 3) κατ' ἐξοχὴν in N. T. ita dicuntur *loca, in quibus Israëlitæ exulabant, regio, quam* διασπαρέντες Ἰουδαῖοι s. *dispersi Judæi inhabitabant.* Fuerunt enim Christi et apostolorum ætate Judæi per totum fere terrarum orbem dispersi, et in omnibus celebrioribus Asiæ urbibus suas synagogas et proseuchas habebant, teste Josepho de B. J. VII. 3. 3. Et hoc sensu vox capienda Jacob. I. 1. ταῖς δώδεκα φυλαῖς ἐν τῇ διασπορᾷ omnibus christianis ex Judæis conversis extra Palæstinam habitantibus. 1 Petr. I. 1. παρεπιδήμοις διασπορᾶς. Conf. Salmasium de Lingua Hellenistica p. 220. et in Funere Ling. Hellen. p. 98 seq. 4) per metonymiam: *dispersi in exilio viventes, dissipati,* i. q. σποράδες apud Plutarch. Thes. c. 24. Joh. VII. 35. μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, ubi διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων sunt ipsi Judæi, inter Græcos per totum terrarum orbem dispersi. 2 Macc. I. 27. ἐπισυνάγαγε τὴν διασπορὰν ἡμῶν. Ps. CXLVII. 2. נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל יְכַנֵּס Alex. καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. Symmach. τοὺς ἐξωσμένους. LXX sec. cod. Vat. Deut. XXVIII. 22. ἔσῃ διασπορὰ ἐν πάσαις βασιλείαις τῆς γῆς, ubi reliqui libri explicationis causa ἐν διασπορᾷ habent. Conf. Braunium in Selectis SS. Lib. I. c. 1. § 14.

ΔΙΑΣΤΕ΄ΛΛΩ, futur. ελῶ, 1) proprie: *huc et illuc mitto, mitto in diversas partes.* (ex διὰ, quod in compositis *distributionem* haud raro significat, et στέλλω *mitto, ablego.*) Alex. Nahum. I. 12. Psalm. LXVIII. 15. Etym. M. διαστέλλειν· ἀντὶ τοῦ ἀποστέλλειν. 2) *separo, distinguo.* Hesych. διαστέλλεται· διαμερίζεται, ἀφορίζεται. Sic est Deuter. X. 8. XIX. 2. apud Alex. pro Hebr. הִבְדִּיל et Ruth. I. 17. pro הִפְרִיד. 3) Διαστέλλομαι *impero, præcipio, mando, jubeo, admoneo,* et, sequente particula negandi, *graviter interdico.* Matth. XVI. 20. τότε διεστείλατο τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν tum interdixit discipulis suis, ne cuiquam dicerent. Marc. V. 43. coll. Luc. VIII. 56. Marc. VII. 36. coll. Matth. XVII. 9. Marc. IX. 9. Act. XV. 24. οἷς οὐ διεστειλάμεθα contra mandata nostra. Hinc τὸ διαστελλόμενον *dictum, interdictum.* Hebr. XII. 20. οὐκ ἔφερον γὰρ τὸ διαστελλόμενον non poterant ferre illud interdictum. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo διαστέλλεσθαι legitur apud Alexandrinos Malach. III. 11. pro גָּעַר Ezech. III. 19, 20, 21. pro הִזְהִיר. Raro in hoc sensu apud exteros scriptores legitur; attulit tamen locum e Diod. Sic. (p. 262. ed. Rhod. περὶ τῆς αὐτοῦ ταφῆς ἐνετείλατο διαστελλόμενος ἀκριβῶς τηρῆσαι τὸ νόμιμον) Munthe in Obss. Philol. in N. T. p. 110 seq. Confer etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 434. Gloss. interdixit, διεστείλατο. Hesych. διεστείλατο· διεσαφήσατο.

ΔΙΑ΄ΣΤΗΜΑ, ατος, τὸ, *distantia, intervallum, spatium,* et, ut Latinum *spatium,* tam de *loci,* quam de *temporis* intervallo usurpatur, a διΐστημι *disto.* De *loci* spatio usurpatur Genes. XXXII. 16. καὶ διάστημα ποιεῖτε ἀνὰ μέσον ποίμνης καὶ ποίμνης. Xenoph. de Venat. II. 6. De *temporis* vero spatio legitur semel in N. T. Act. V. 7. ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα post trium fere horarum spatium. Polyb. IX. 1. 1. Plutarch. T. VIII. Opp. p. 193. edit. Reisk. Liv. I. 17. — Interdum omittitur, v. c. Luc. XXII. 58. καὶ μετὰ βραχὺ, scil. διάστημα, et paulo post. Gloss. Vet. διάστημα, *spatium, intervallum, intercaptio.* Lege: *intercapedo.* Ibid. διάστημα χρόνου, *laxamentum.*

ΔΙΑΣΤΟΛΗ΄, ῆς, ἡ, *distinctio, diversitas, discrimen,* a perfecto medii διέστολα, verbi διαστέλλω, *distinguo.* Rom. III. 22. οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ nullum enim est discrimen Judæorum et paganorum; quanquam etiam reddi posset: nulla enim est præstantia Judæorum præ paganis, nam διαστολὴ etiam *excellentiam, eminentiam* notat, teste Suida: διαστολή. ἐξοχή. ibid. X. 12. οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου καὶ Ἕλληνος. 1 Cor. XIV. 7. ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ si distinctos sonos non dent, aut, si discrimen non dent per sonos. Hesych. διαστολή· διάκρισις, διαίρεσις. Suid. διαχώρησις.

ΔΙΑΣΤΡΕ΄ΦΩ, fut. έψω, 1) proprie: *torqueo, detorqueo, tortuosum reddo, in varios anfractus deflecto,* et opponitur τῷ εὐθύνειν, seu εὐθὺ ποιεῖν, unde διαστρέφεσθαι Græcis medicis eæ corporis partes dicuntur, quæ a rectis distortæ et flexuosæ fiunt. Sic de oculis, collo apud Aristoph. Avib. 177. unde διάστροφος Thom. M. p. 270. Conf. Fœsii Œconom. Hippocr. p. 97. Sic legitur in N. T. Act. XIII. 10. οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας semper suffodis viam Dei planam et rectam, seu planius, impedire et retardare conaris benefica Dei decreta, ejusque rationes turbas. Micha III. 9. 2) *averto, ad defectionem sollicito.* Luc. XXIII. 2. τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος hunc invenimus seditionem concitantem. Act. XIII. 8. ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως studens avertere aut deflectere proconsulem ab assensu, quem præbebat religioni christianæ. Exod. V. 4. ἱνατί διαστρέφετε τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν

ἔργων; ubi in Hebr. הַפְּרִיעַ legitur. 1 Reg. XVIII. 17. ὁ διαστρέφων τὸν Ἰσραήλ. 3) *corrumpo, perverto, vitiosum reddo*, unde et διαστρέφεσθαι, ad animum translatum, de iis dicitur, qui perversis imbuti opinionibus veritatem repudiant, (Arrian. Diss. Epictet. III. c. 6.) et de iis, qui sunt moribus pravis et perversis. Matth. XVII. 17. Luc. IX. 41. ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη O homines increduli et perversi! Sic plane Deut. XXXII. 5. דּוֹר עִקֵּשׁ וּפְתַלְתֹּל Alex. γενεὰ σκολιὰ καὶ διεστραμμένη. Act. XX. 30. λαλοῦντες διεστραμμένα tradentes doctrinam, quæ plane abhorret a vera religionis christianæ indole. Similis locus est Proverb. XXIII. 33. יְדַבֵּר תַּהְפֻּכוֹת. Philip. II. 15. ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης. Num. XV. 37. οὐ διαστραφήσεσθε ὀπίσω τῶν διανοιῶν ὑμῶν. Apud Eusebium in H. E. VI. 38. διαστροφὴ de *errore* ponitur. Gloss. Vet. διαστρέφω, *perverto, diverto.*

ΔΙΑΣΩ'ΖΩ, fut. ώσω, i. q. simplex σώζω, (cum qua voce permutatur in Codd. apud LXX Gen. XIX. 19.) et generatim *servo, conservo, salvum et incolumen aliquem præsto, quocunque modo hoc fiat*, significat, sive *avertendo mala*, sive *tollendo, quæ premunt et affligunt*. Διασώζομαι *liberor, servor ex aliquo periculo*. Act. XXVIII. 4. διασωθέντα ἐκ τῆς θαλάσσης servatum e mari. 1 Petr. III. 20. διεσώθησαν δι' ὕδατος servati sunt ex aqua, seu diluvio. Num. X. 9. διασωθήσεσθε ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν. Sic et legitur apud Polyænum Strateg. I. c. 41. p. 94. ed. Casaub. Conf. Lexicon Xenophont. s. h. v. Speciatim 2) significat, ut σώζω, *sano, valetudinem corporis restituo*. Matth. XIV. 36. καὶ ὅσοι ἥψαντο, διεσώθησαν et quotquot attigere, sanati sunt, coll. Marc. VI. 56. ubi ἐσώζοντο legitur. Luc. VII. 3. ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ ut suum servum sanatum veniret. Eodem sensu legitur etiam apud Polyænum Strateg. II. c. 33. 3) seq. πρὸς, εἰς, etc. *salvum et incolumem, sartum tectumque aliquem perduco aliquo*. Act. XXIII. 24. ἵνα τὸν Παῦλον διασώσωσι πρὸς Φήλικα ut Paulum salvum perducerent ad Felicem. ibid. XXVII. 43. Apollodor. Bibl. III. c. 6. § 8. extr. Ἄδραστον μόνον ἵππος διέσωσεν. Passivum διασώζεσθαι notat *salvum et incolumen pervenire in aliquem locum*, διασωθέντα ἀφικέσθαι, ut plene dixit Cebes in Tabula cap. 17. Sic legitur in N. T. Act. XXVII. 44. καὶ οὕτως ἐγένετο πάντας διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν et ita factum est, ut omnes salvi in terram evaderent. ibid. XXVIII. 1. διασωθέντες posteaquam salvi in terram evasissent. Alexand. Gen. XIX. 19. Ies. XXXVII. 38. pro נִמְלַט. 2 Macc. XI. 12. Eodem sensu extat apud Polybium VIII. c. 11. διεσώζοντο πρὸς τὴν πόλιν. Josephum A. J. IX. 4. 6. Lucian. T. II. Opp. p. 130. edit. Reitz. et aliis in locis, quæ collegit Krebsius Obss. Flav. p. 250. et Wetstenius N. T. T. II. pag. 616 et 649. Gloss. Vet. apud Labbæum: διασώζει, *perducit.*

ΔΙΑΤΑΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *ordinatio, dispositio*, a διατάσσω, *ordino, dispono*. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 49. διαταγὴ, ἡ διατύπωσις, *dispositio, ordinatio*. 2) διαταγαὶ *ordines, agmina disposita*, et est inprimis vox propria de *copiis, in aciem dispositis*. Hinc præeunte Krebsio in Obss. Flav. pag. 200. explicarem locum difficilem Act. VII. 53. ubi lex Mosaica dicitur lata et promulgata esse εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, h. e. præsente angelorum choro, seu adstantibus angelorum agminibus, (alii vertere malunt: *angelorum opera*, ita, ut Deus in lege promulganda angelorum ministerio uteretur: sed repugnat locus Exod. XXI. 1, 19, 22.) collatis locis Galat. III. 19. et Hebr. II. 2. 3) *constitutio, institutum, res instituta*. Rom. XIII. 2. τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν instituto resistit divino. Similis locus est apud Alex. Esra IV. 11.

ΔΙΑ'ΤΑΓΜΑ, τος, τὸ, *mandatum, edictum, præceptum*. (a διατέταγμαι, perf. passivi verbi διατάσσω *præcipio, constituo*.) Semel legitur in N. T. Hebr. XI. 23. καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ διάταγμα τοῦ βασιλέως nec edictum regis metuebant. In versione Alex. respondet τῷ נִשְׁתְּוָן *decreto, diplomate comprehenso* Esra VII. 11. Sapient. XI. 7. Plutarch. Marcell. p. 312. E.

ΔΙΑΤΑΡΑ'ΣΣΩ, vel ΔΙΑΤΑΡΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, *perturbo, disturbo*, (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum) *perplexum animo reddo, commoveo*. (ex διὰ et ταράσσω *commoveo, turbo*.) Tantum legitur in N. T. Luc. I. 19. διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ sermone ejus perturbata est animo. Dionys. Halic. Ant. VII. c. 35. Xenoph. Mem. IV. 2. 40.

ΔΙΑΤΑ'ΣΣΩ, vel ΔΙΑΤΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *ordino, certo ordine compono et dispono*. (ex διὰ et τάσσω *ordino, statuo*.) Dicitur inprimis de militibus, qui in aciem disponuntur, v. c. 2 Macc. XII. 20. διατάξας τὴν ἑαυτοῦ στρατιάν. Adde 1 Reg. XI. 18. et Herodian. I. 9. 6. Xenoph. Œcon. IV. 21. et IX. 1. 2) respondet Latino *constituere*, et vernaculo **anordnen, verordnen**, *to order or regulate*, et ita late patet, *ut de quovis, sive propria, sive aliena auctoritate aliquid præcipiente, jubente, mandante* (apud Herodot. I. c. 110. cum κελεύειν et ἐντέλλεσθαι permutatur) *ac curante*, usurpetur, maxime tamen conveniat legum auctoribus et magistratibus et potestatem *sanciendi, edicendi*, interdum etiam *ferendi* et *promulgandi legem* habeat. Sic legitur in N. T. Matth. XI. 1. ὅτε ἐτέλεσεν διατάσσων postquam hæc mandata dedit, aut: finitis his mandatis. Luc. III. 13. παρὰ τὸ διατεταγμένον quam ipsis legibus constitutum et definitum est. ib. VIII. 55. καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆναι φαγεῖν jussitque illi dare cibum. ibid. XVII. 9. ὅτι ἐποίησε τὰ διαταχθέντα quod heri mandatis satisfecerit. ibid. v. 10. Act. VII. 44. καθὼς διετάξατο quemadmodum exstruere jusserat. ib. XVIII. 2. διὰ τὸ διατεταχέναι propter edictum. (Hesiod. Theog. v. 74. Ælian. V. H. II. 15.) ibid. XX. 13. οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος ipse enim hoc ita instituerat. Vulgatus: *sic enim disposuerat ipse*. ibid. XXIII. 31. XXIV. 23. 1 Cor. VII. 17. ubi alii codices habent διδάσκω. ibid. IX. 14. XI. 34. τὰ δὲ λοιπὰ, ὡς ἂν ἔλθω, διατάξομαι cæteros ritus, ad celebrationem cœnæ sacræ pertinentes, constituam, ubi ad vos venero. ibid. XVI. 1. Galat. III. 19. διαταγεὶς δι' ἀγγέλων promulgata præsentibus angelis. Syrus ܘܐܬܝܗܒܬ *et data est*. Zonaras Lex. coll. 535. διαταγεὶς, διακομισθεὶς καὶ ἐπιταγείς. ὁ ἀπόστολος· διαταγεὶς δι' ἀγγέλων, τουτέστι διὰ μέσων ἀγγέλων. Tit. I. 5. Jud. V. 9. ἡ καρδία μου εἰς τὰ διατεταγμένα τῷ Ἰσραήλ. Phavor. διατάττομαι· τὸ διορίζομαι καὶ προστάττω, οἷον ὁ βασιλεὺς διατάττεται τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ ὑπηκόοις, φυλακὴν ἔχειν. ἐξ οὗ κυρίως διάταγμα, ἡ τοῦ βασιλέως προσταγή.

ΔΙΑΤΕΛΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, 1) *perficio, finio, ad finem perduco*. (ex διὰ et τελέω *impleo, perficio*.) 2) *permaneo, perago, traduco tempus*, ita, ut subintelligatur τὸν χρόνον, vel simile quippiam. Sic semel in N. T. legitur Act. XXVII. 33. ἄσιτοι διατελεῖτε, sc. τὸν χρόνον, jejuni per-

manetis, seu consumitis tempus. Deut. IX. 7. ἀπειθοῦντες διατελεῖτε τὰ πρὸς Κύριον. Jer. XX. 7. πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσα μυκτηριζόμενος. Ælian. V. H. II. 41. διετέλει ἀγρυπνῶν καὶ πίνων ἅμα. Xenoph. Anab. IV. 3. 2. πάσας (scil. ἡμέρας) μαχόμενοι διετέλεσαν. Mem. I. 2. 28. σωφρονῶν διετέλει. Cf. quæ multis de hac voce exposuit Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 4. 12. p. 843 seq. Vide etiam Phavorinum sub διατελῶ.

ΔΙΑΤΗΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *sollicite conservo, diligenter servo, custodio aliquid, ne surripiatur et auferatur,* (Polyb. I. 7. 7. et 45. 14.) et κατ' ἐξοχὴν de iis usurpatur, *qui animo aliquid figunt et conditum aliquid mente tenent.* Luc. II. 51. διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα et mater ista omnia condita mente tenebat. Gen. XXXVII. 11. וְאָבִיו שָׁמַר אֶת־הַדָּבָר Alex. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ διετήρησε τὸ ῥῆμα, coll. Dan. VII. 28. וּמִלְּתָא בְּלִבִּי נִטְרֵת Theodot. καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου διετήρησα. 2) etiam de iis usurpatur, *qui cavere aliquem sibi jubent et abstinere ab aliqua re,* adeoque sequente ἑαυτοῦ ponitur reciproce pro *abstinere, sibi cavere.* Sic legitur in N. T. Act. XV. 29. ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς a quibus si abstinueritis, aut vobis caveritis. Ita et simplex τηρέω ponitur 1 Joh. V. 28. Ies. LVI. 2. Aristot. H. A. IX. 7. — Gloss. Gr. apud Labbæum: διατηρεῖ, *conservat.*

ΔΙΑΤΙ', *cur? quare?* Adverbium interrogandi, ex διὰ et τί *quid?* quod Alex. pro לְדוּעַ Exod. II. 18. V. 14. לָמָּה Num. XI. 11. Job. III. 11. et עַל־מָה Deut. XXIX. 24. posuerunt. Matth. IX. 14. XIII. 10. Marc. II. 18. Luc. V. 30, 33. Joh. VII. 45. Apoc. XVII. 7. Sæpe quoque vox separatim posita legitur διὰ τί.

ΔΙΑΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. θήσω, 1) proprie: *dispono aliquid quocunque modo,* et in vers. Alex. respondet Hebraico הֵשִׂים 1 Sam. XI. 11. διέθετο Σαοὺλ τὸν λαὸν εἰς τρεῖς ἀρχάς. 2) *ordino, constituo, in ordinem redigo.* Thucyd. I. 126. καὶ τὸ πᾶν διαθεῖναι. ib. VI. 15. Hinc 3) *testor, lego, testamentum condo, testamento ordino.* Sic legitur in N. T. Hebr. IX. 16. θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου intercedere debet mors testatoris. ib. v. 17. ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος non valet, dum vivit testator. Sic etiam apud Josephum A. J. XIII. 16. 1. τὴν δὲ βασιλείαν εἰς τὴν Ἀλεξάνδραν διέθετο: et Lysiam Orat. p. 246. τὰ δὲ οἰκεῖα τὰ αὐτοῦ διέθετο. Polyb. XX. 6. 5. 4) *paciscor, pactum ineo, fœdus pango.* Sic reperitur Hebr. VIII. 10. αὕτη ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι hoc est fœdus, quod pangam. ib. X. 16. Alexandrini usurparunt pro Hebr. כָּרַת quod cum nomine בְּרִית *fœdus percutere, pacisci* notat, Gen. XV. 18. XXXI. 44. Deut. V. 2, 3. etc. Sic et Aristoph. Aves v. 439. ἢν μὴ διάθωνταί γ' οἵδε διαθήκην ἐμοί. 5) *certissime polliceor, condico, addico.* Luc. XXII. 29. κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν τὴν βασιλείαν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου et ego sanctissime vobis addico felicitatem illam, quam mihi ipsi Deus addixit. Syrus bene transtulit ܐܫܬܘܕܝ *pollicitus est.* Act. III. 25. τῆς διαθήκης ἧς διέθετο ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν promissionis, quam Deus dedit majoribus nostris. Eodem modo כָּרַת usurpatur 2 Paral. VII. 18. Hag. II. 6. Phavorin. διατίθημι· τὸ καλῶς τίθημι, καὶ διοικῶ καὶ καθιστῶ καὶ οἰκονομῶ καὶ ἐπὶ λόγων καὶ πραγμάτων ἑτέρων. — διατίθεμαι· συντίθεμαι.

ΔΙΑΤΡΙ'ΒΩ, fut. ίψω, 1) proprie: *tero, attero, comminuo, consumo, absumo.* (ex διὰ et τρίβω *tero.*) Aristot. Hist. Anim. VI. 17. Tob. XI. 8. 2) per ellipsin nominis χρόνου, *tempus tero, moror, commoror, versor in aliquo loco.* Joh. III. 22. καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ' αὐτῶν καὶ ἐβάπτιζεν ibique cum iis commoratus est et baptizavit. ib. XI. 54. Act. XII. 19. εἰς τὴν Καισάρειαν διέτριβεν. (Confer Wakefield. Silvam Criticam P. II. p. 132.) ibid. XV. 35. Interdum additur χρόνον, Act. XIV. 3, 28. ἡμέρας, Act. XVI. 12. XX. 6. XXV. 6, 14. Levit. XIV. 8. διατρίψει ἔξω τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἑπτὰ ἡμέρας, ubi Hebraico יָשַׁב respondet. Jer. XXXV. 7. pro גּוּר positum extat. Hesych. διατρίβει· διάγει, παρέλκει ἐπὶ πολὺν χρόνον. Polyæn. II. 144. Herodian. III. 10. 3. V. 5. 2. Polyb. III. 19. 8. ubi vid. Schweighæuser. Gloss. Vet. apud Labbæum: διατρίβω, *moror, commoror, conversor.*

ΔΙΑΤΡΟΦΗ', ῆς, ἡ, *alimentum, victus, omne, quo corpus sustentatur et alitur,* a διατρέφω *alo, nutrio,* qua voce sæpius usi sunt Alex. v. c. Genes. L. 21. Ruth. IV. 15. Psal. LV. 23. etc. In N. T. tantum legitur 1 Tim. VI. 8. ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα. 1 Mac. VI. 49. ὅτι οὐκ ἦν αὐτοῖς ἐκεῖ διατροφή. In versione Aquilæ 1 Reg. V. 11. Hebraico מַאֲכֹלֶת respondet. Vox hæc rarissime in scriptoribus Græcis occurrit. Reperitur tamen apud Sophoclem in Ajac. Flag. v. 1297. Xenoph. de Provent. IV. 49. et Plutarch. T. VI. p. 499. ed. Reisk. Hesych. διατροφάς· βρώματα. Thom. M. p. 214. δίαιτα, οὐ διαγωγὴ οὐδὲ διατροφή. καὶ ἀμφότερα γὰρ σημαίνει ἡ δίαιτα. καὶ διαιτώμενος δὲ καὶ διάγων, οὐ μὴν καὶ διατρεφόμενος. ubi videndus Sallierius, qui loca Plutarchi, Josephi aliorumque, hanc vocis διατροφὴ significationem confirmantia, excitavit.

ΔΙΑΥΓΑ'ΖΩ, fut. άσω, *illumino, illucesco, diffulgeo, perfulgeo, transpareo.* (ex διὰ et αὐγάζω *splendorem edo, illustro.*) Semel legitur in N. T. 2 Petr. I. 19. ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ usque dum dies illucescat. Hesych. διαυγάσαι — φωτίσαι. — διαυγές· λαμπρὸν, φωτεινόν. Plutarch. T. IX. Opp. p. 539. Reisk. Polyb. III. 104. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 50. διαυγάζει, *perlucet, lucescit.*

ΔΙΑΥΓΗ'Σ, έος, ὁ καὶ ἡ, *pellucidus, translucidus, limpidus,* ex διὰ et αὐγὴ *splendor.* Reperitur hæc vox in nonnullis codicibus Apoc. XXI. 21. in quibus loco ὡς ὕαλος διαφανὴς legitur ὡς ὕαλος διαυγής, quam lectionem Griesbachius in textum recipere non dubitavit. Aquila Prov. XVI. 5. Pollux Onom. V. 109. διαυγὴς ἀήρ. Hesychius: διαυγὲς, λαμπρὸν, φωτεινόν.

ΔΙΑΦΑΝΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, neutrum ΔΙΑΦΑΝΕ'Σ, τὸ, *pellucidus, perspicuus, transparens.* (a διαφαίνω *plene ostendo, transparens et pellucidus sum.*) Semel in N. T. legitur Apoc. XXI. 21. ὡς ὕαλος διαφανὴς sicut vitrum pellucidum. Est Hebraicum זַךְ Exod. XXX. 34. Hinc τὸ διαφανὲς Symmacho Genes. VI. 16. *fenestra, apertura* dicitur. Hesych. διαφανές· λαμπρὸν, διάπυρον. Adde Suidam sub διαφανές. Dion. Halic. T. VI. p. 758. ed. Reisk. Plutarch. T. IV. p. 402. Reisk. Gloss. Vet. apud Labbæum: διαφανὴς, *limpidus, lucidus, specularis.*

ΔΙΑΦΕ'ΡΕΙ. Impersonale, respondens Latino *interest, refert,* a διαφέρω, quod vide. Semel in N. T. legitur Gal. II. 6. οὐδέν μοι διαφέρει, quod vulgo vertitur: *nihil mea refert,* sed ego reddere malim: *equidem non sum inferior.* Julian. Imp. Orat. VII. p. 429. τοῦτο γάρ ἐμοί γε

οὐδὲν διαφέρει. Ælian. V. H. I. 25. Cf. etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 219.

ΔΙΑΦΕ'ΡΩ, fut. διοίσω, aor. 1. διήνεγκα, 1) proprie: *in diversas partes fero.* (ex διὰ et φέρω *fero.*) 2) *deporto, fero per aliquem locum, perfero.* Marc. XI. 16. ἵνα τὶς διενέγκῃ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ ut quispiam portaret vas per templum. 3 Esdra V. 78. διαφέρειν σχεδίας εἰς τὸν Ἰόππης λιμένα. Appian. B. C. IV. p. 985 et 992. 3) *huc et illuc agito, jacto, incerto cursu huc et illuc fero.* Act. XXVII. 27. διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, scil. πόντῳ vel κόλπῳ, agitati in mari Adriatico. Plutarch. de Sera Num. Vindicta p. 552. C. Lucian. Hermotim. 28. Philo de Migrat. T. I. p. 459. 9. ed. Mangey. Cf. Gataker. ad Marc. Antonin. IX. 27. Eodem modo *differre* sumitur apud Horat. Epod. X. 6. ubi Eurus dicitur *fractos* differre remos. 4) *dissemino, spargo,* et metaphorice: *divulgo, propago.* Act. XIII. 49. διεφέρετο δὲ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ propagabatur doctrina christiana. Vulgatus: *disseminabatur autem verbum Domini per universam regionem.* Chrysostomus: τουτέστι, διεκομίζετο. Sapient. XVIII. 10. οἰκτρὰ διεφέρετο θρηνουμένων παίδων. 5) *discrepo, differo, discernor.* 1 Cor. XV. 41. ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ nam stella a stella differt splendore. Galat. IV. 1. οὐδὲν διαφέρει δούλου nihil differt a servo. Dan. VII. 3. θηρία διαφέροντα ἀλλήλων. Sapient. XVIII. 2. τοῦ διενεχθῆναι χάριν. 6) sequente genitivo personæ, *præsto, excello, antecello, emineo,* i. q. προέχω. Matth. VI. 26. οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; nonne vos iis longe præstantiores estis? ibid. X. 31. πολλῶν στρουθίων διαφέρετε multis passeribus vos præstatis. ibid. XII. 12. Luc. XII. 7, 24. 2 Macc. XV. 13. ἄνδρα πολιᾷ καὶ δόξῃ διαφέροντα. Sic et legitur apud Æschin. Dial. III. 6. Thucyd. II. 39. Exempla e Philone congessit Carpzov. in Exercitt. Philon. in Ep. ad Hebræos p. 28. Confer etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 334. Hesych. διαφέρει· ἀνήκει, προῦχει, ὑπερέχει, βελτίων ἐστί. Alb. Gloss. N. T. p. 95. τὰ διαφέροντα· τὰ κρείττονα. 7) διαφέρεσθαι *dissidere, dissentire inter se, contendere.* 2 Macc. III. 4. Xenoph. Mem. II. 3. 5. Æschin. Dial. II. 13 et 14. unde διαφορὰ *dissensio.* ibid. II. 13. Hesych. διηνέχθη· ἐμαχήσατο. Hinc non solum τὸ διάφορον *id, de quo dissentitur, causa dissidii* dicitur apud Græcos, sed etiam in N. T. τὰ διαφέροντα *quæstiones* vocantur, *res, de quibus lis adhuc est et controversia, an sint honestæ et licitæ nec ne.* Rom. II. 18. καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα. Theophyl. τί δεῖ πρᾶξαι καὶ τί μὴ δεῖ πρᾶξαι. Philipp. I. 10. εἰς τὸ δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα ut examinare et dijudicare possitis, quæ sint probanda et conveniant religioni christianæ, nec ne. Conf. L. Bos. Exercitt. Philol. in N. T. p. 99. Perperam Zonaras Lex. col. 528. διαφέροντα τὰ συμφέροντα, παρὰ τῷ ἀποστόλῳ· εἰς τὸ δοκιμάζειν τὰ διαφέροντα.

ΔΙΑΦΕΥ'ΓΩ, fut. εύξομαι, *diffugio* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum.) *effugio, evito.* (ex διὰ et φεύγω *fugio.*) Act. XXVII. 42. μήτις ἐκκολυμβήσας διαφύγοι ne quis enatando effugeret. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini pro נוּס Amos IX. 1. פָּלַט Jos. VIII. 22. et נִמְלַט Proverb. XIX. 5. posuerunt. Xenoph. Cyrop. V. 3. 9.

ΔΙΑΦΗΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) de rebus et sermonibus si usurpatur, est: *divulgo, spargo, famam in vulgus spargo.* (ex διὰ et φημίζω *divulgo.*) Matth. XXVIII. 15. καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον et divulgata est hæc res apud Judæos ad hunc usque diem. Marc. I. 45. καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον et divulgare rem. Dion. Hal. l. XI. c. 46. Dion. Alex. Perieg. v. 26. Diod. Sic. Eclog. l. XXXVI. p. 532. ed. Wessel. ἀπολμίαν αὐτοῦ διαφημίσαντες. Sed 2) si de personis dicitur, significat: *notum facio, celebro, prædico.* Matth. IX. 31. διεφήμισαν αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ celebrarunt illum per totam istam regionem. Sæpius in N. T. non legitur. Phavor. διαφημίζω· διασαλπίζω.

ΔΙΑΦΘΕΙ'ΡΩ, fut. ερῶ, 1) proprie: *corrumpo, perdo,* sensu physico, sive res penitus destruatur, sive saltem deterior reddatur et damnum patiatur. Sic de tinea, quæ corrodendo corrumpit vestem, legitur Luc. XII. 33. σὴς διαφθείρει. Apoc. VIII. 9. τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρη tertia pars navium periit. De corpore, quod calamitatibus et afflictionibus debilitatur et frangitur, reperitur 2 Cor. IV. 16. ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται quanquam corpus nostrum tot malis frangitur et attenuatur. Respondet in vers. Alex. Hebraico שָׁחַת Jud. II. 19. VI. 4, 5. 2 Sam. VI. 5. et חָבַל Cohel. V. 5. Dan. II. 44. Hinc interdum *interficere* notat, non solum apud Alexandrinos, 1 Sam. II. 25. (ubi הֵמִית respondet) sed etiam apud Polyænum Strategem. V. 4. (τοὺς μὲν αὐτῶν διέφθειραν, τοὺς δὲ ἐζώγρησαν.) Platonem Menex. c. 13. Ælian. V. H. VIII. 9. XIII. 45. 2) sensu morali: *corrumpo, depravo,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum.) *improbum reddo, pravis opinionibus et consiliis imbuo.* 1 Tim. VI. 5. ἄνθρωποι, διεφθαρμένοι τὸν νοῦν homines, corrupti mente, sunt stulti, insipientes, sensu veri et utilis destituti. Οἱ Γ Ezech. XVI. 47. διέφθειρας ὑπὲρ αὐτάς. Vulg. *pene sceleratiora fecisti illis.* Sic apud Isocratem Panegyr. c. 41. διεφθαρμένος τὴν φύσιν qui a naturæ bonitate deflexit. Apoc. XI. 18. τοὺς διαφθείροντας τὴν γῆν qui homines scelestos reddiderunt. Herodian. I. 6. 2. διαφθείρειν ἐπειρῶντο νέον ἦθος βασιλέως, ubi videndus Irmischius. Homer. Il. ο', 128. Dionys. Halic. Ant. V. 21. 3) *punio, affligo, miserum reddo.* Apoc. XI. 18. διαφθεῖραι τοὺς διαφθείροντας τὴν γῆν. Conf. in universum Interpretes ad Thomam M. sub διέφθορεν p. 230 seq. et Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΔΙΑΦΘΟΡΑ', ᾶς, ἡ, *corruptio, depravatio, destructio quævis,* (Xen. Venat. VI. 3. Polyb. I. 48. 3 et 8.) speciatim, *putrefactio, cui obnoxium est corpus humanum.* (a præter. med. διέφθορα verbi διαφθείρω.) Act. II. 27. οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθορὰν neque cultorem tuum sines putrefieri, coll. Ps. XVI. 10. לִרְאוֹת שָׁחַת. ibid. v. 31. οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθορὰν nec in putredinem abiit. ibid. XIII. 34. μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν ita, ut nunquam moriatur. ib. v. 35, 36, 37. Sæpius non legitur in N. T. Suid. διαφθορά· θάνατος, διάλυσις τοῦ συνθέτου σώματος.

ΔΙΑ'ΦΟΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *discrepans, dissimilis, diversus, varius.* (a διαφέρω *differo.*) Rom. XII. 6. διάφορα χαρίσματα dona diversa. Alex. pro כִּלְאַיִם *diversa genera,* Levit. XIX. 19. Deut. XXII. 9. Gloss. in Octat. διάφορον ἀνομοιογενές. 2) *omne, quo res dignoscitur, quod dissimile reddit,* διάφορον dicitur. Sic legitur in N. T. Hebr. IX. 10. διαφόροις βαπτισμοῖς lotionibus, s. purgationibus Leviticis, quibus Judæi a reliquis gentibus discernebantur et dignoscebantur. 3) *excellens, præstans,* quia, quæ excellunt et præstant, ab aliis diversa sunt. Hebr. I. 4. ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα quo majorem præ illis consecutus

est dignitatem. ibid. VIII. 6. *διαφορωτέρας τέτευχε λειτουργίας* præstantius ministerium nactus est. Alex. Esdr. VIII. 26. Symmach. Genes. I. 27. Sextus Emper. Phys. I. 218. *διαφορώτερον ἐχρῆτο.* Conf. Duker. ad Thucyd. VI. 54. 14. et Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr. p. 28. Hesych. et Alb. Gloss. N. T. p. 168. *διαφορώτερον· κρεῖττον, ὑψηλότερον.* Gloss. Vet. apud Labbæum: *διάφορος, diversus, præstantior.* Zonaras Lex. col. 510. *διαφορώτερος, βελτίων.* Interdum per ellipsin deficit, v. c. Act. X. 46. et 1 Cor. XIV. 2 seq. ad vocem *γλώσσαις.* Plena formula legitur apud Leon. Imp. Tact. IV. 49.

ΔΙΑΦΥΛΑ'ΣΣΩ, vel ΔΙΑΦΥΛΑ'ΤΤΩ, fut. *άξω, diligenter et sollicite aliquid custodio, ne surripiatur vel corrumpatur et damnum subeat,* (Xenoph. Cyrop. IV. 5. 15. et Hist. Gr. VI. 2. 14.) *curam alicujus gero, defendo, tueor.* Semel in N. T. legitur Luc. IV. 10. *τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε* angelis suis mandabit de te, ut te tueantur et defendant. Xenoph. Cyrop. V. 1. 1. Memor. I. 5. 2. Pollux Onom. IV. 34. Conf. Victor. V. L. XIV. 11. Eodem modo שָׁמַר Ps. XCI. 11. Hesych. *διεφύλαξας· διετήρησας, ἐσκέπασας.*

ΔΙΑΧΕΙΡΙ'ΖΩ, fut. *ίσω, manu tracto, laboro, ago aliquid, manu aliquid efficio, administro, rego.* (ex *διὰ* et *χειρίζω manu tracto.*) Xenoph. Anab. I. 9. 10. Hesych. *διαχειρίζειν· διοικεῖ.* Gloss. Vet. apud Labbæum: *διαχειρίζω, digero, rego: διαχειρῆσαι, tractare.* Pollux V. 156. Medium *διαχειρίζομαι trucido, interficio aliquem, manu injecta occido.* Sic bis legitur in N. T. Act. V. 30. *ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε* quem vos interimendum curastis. (Conf. Dresigium de Verbis Mediis Sect. II. § 8.) ibid. XXVI. 27. *ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι* interficere conabatur. Polyb. VIII. 18. Strabo VI. p. 263. Herodian. III. 12. 2. Eodem sensu *χειρόομαι* sumitur apud Ælian. V. H. IV. 5. de Hercule, *ἐχειρώσατο λέοντα.* Hesych. *διαχειρίζεται· φονεύει.*

ΔΙΑΧΛΕΥΑ'ΖΩ, fut. *άσω, irrideo, derideo, subsanno, cavillor.* (ex *διὰ* et *χλευάζω* idem.) Semel tantum legitur in N. T. Act. II. 13. *ἕτεροι δὲ διαχλευάζοντες ἔλεγον* alii vero moto risu dixerunt. Ita certe legitur in editione N. T. a Griesbachio curata, qui, repudiata lectione, olim recepta, *χλευάζοντες,* alteram *διαχλευάζοντες* in textum recepit. Conf. etiam Matthæi in N. T. ad h. l. Pollux Onom. IV. 32. Polyb. XVII. 4. 4. XXX. 13. 12.

ΔΙΑΧΩΡΙ'ΖΩ, fut. *ίσω, separo, sejungo, divello, discerno.* Vide Pollucis Onomast. IV. 165. et VII. 207. Xenophont. Œcon. XIV. 6. *Διαχωρίζομαι separo me, disjungor, discedo, discessum paro.* Semel in N. T. legitur Luc. IX. 33. *ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ* cum abirent ab ipso, seu discessum pararent. Genes. XIII. 9. *διαχωρίσθητι ἀπ' ἐμοῦ.* Sirac. VI. 14.

ΔΙΔΑΚΤΙΚΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) *peritus artis docendi, aptus ad docendos et instituendos alios.* (a *διδάσκω doceo.*) Nam adjectiva, in *ικος* desinentia, peritiam et facultatem alicujus rei significant, v. c. *γεωμετρικὸς geometriæ peritus, τεχνικὸς arte valens, φυσικὸς sollers naturæ investigator.* Sic in N. T. legitur 1 Tim. III. 2. *διδακτικόν.* 2) *qui se institui et edoceri facile et lubenter patitur, qui emendationem et correctionem admittit, docibilis,* qua ipsa voce Vulgatus recte, ut ipsa orationis series docet, usus est 2 Tim. II. 24. *δεῖ εἶναι διδακτικὸν* ne sit contumax sententiæ suæ defensor. Gloss. Vet. *διδακτικὸς, docibilis,* id autem (ut melius in alio Glossario) est *εὐμαθὴς, εὐδίδακτος.*

ΔΙΔΑΚΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, non tam *eum* notat, *qui se docendum præbet,* aut, *qui doceri potest,* v. c. apud Æschin. Dial. I. 1. Xenoph. Œconom. c. 12. s. 10. quam, *qui jam didicit, quæ est edoctus, qui jam satis institutus est, doctus, eruditus, doctrina imbutus.* Sic in N. T. legitur Joh. VI. 45. *καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ* et erunt omnes instituti in vera religione divina. Hebraice dicitur לִמּוּדֵי יְהוָה Ies. LIV. 13. 1 Macc. IV. 7. *διδακτοὶ πολέμου* rei militaris periti. *Διδακτοὶ λόγοι modus et ratio docendi.* 1 Cor. II. 13. *ἃ καὶ λαλοῦμεν, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς* (in quibusdam codicibus legitur *διδαχῇ*) *πνεύματος* quam vobis tradimus, ita, ut non utamur methodo, qua sapientia humana tradi solet, (aut ad doctrinæ rationem et præscriptum conformata) sed, quam nobis commendavit Deus, aut, quæ convenit religioni christianæ. Apud Ies. L. 4. occurrit לְשׁוֹן לִמּוּדִים qua formula et eloquentia et prudentia loquendi significatur. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 107.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙ'Α, ας, ἡ, 1) propria: *institutio, instructio, informatio.* Rom. XV. 4. *εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη* sunt eo consilio scripta, ut nos edoceamur. 2 Tim. III. 16. *πᾶσα γραφὴ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν.* 1 Tim. IV. 13. 2) metonymice: *ipsa doctrina, qua aliquis instruitur, vel instruendus est.* Matth. XV. 9. *διδάσκοντες διδασκαλίας* tradentes *leges* s. *præcepta,* ut legitur hæc vox apud Inc. Psalm. X. 3. pro Hebr. הַשָּׁתוֹת. Marc. VII. 7. coll. Ies. XXIX. 13. Ephes IV. 14. *παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας* omni levi et vana doctrina. Coloss. II. 22. 1 Tim. I. 10. *τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ* veræ doctrinæ christianæ. ib. IV. 1, 6, 16. V. 17. VI. 1, 3. 2 Tim. III. 10. IV. 3. Tit. I. 9. II. 1, 7, 10. 3) *docendi munus et officium.* Rom. XII. 7. *ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ,* scil. *μενέτω,* doctor muneri docendi semper satisfaciat. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. I. p. 900.

ΔΙΔΑ'ΣΚΑΛΟΣ, ου, ὁ, 1) *quilibet magister vel doctor, qui aliis instituendis et erudiendis operam navat.* (a *διδάσκω doceo.*) Sic Christus, a Deo missus, ut homines doceret veram religionem, *διδάσκαλος* vocatur Mat. VIII. 19. XII. 38. Luc. VII. 40. et *κατ' ἐξοχὴν* Joh. XI. 29. *ὁ διδάσκαλος.* Tribuitur hoc nomen in N. T. etiam *apostolis,* 1 Tim. II. 7. 2 Tim. I. 11. *Johanni baptistæ,* Luc. III. 12. *religionis christianæ doctoribus,* Act. XIII. 1. et *doctoribus synagogæ Judaicæ,* Luc. II. 46. Joh. III. 10. Rom. II. 20. Speciatim *διδάσκαλοι* dicebantur doctores religionis christianæ, qui certæ cuidam ecclesiæ proprii erant, ita tamen, ut ad docendum potissimum constituti, nullam disciplinæ ecclesiasticæ curam egisse videantur. 1 Cor. XII. 28. Ephes. IV. 11. 2) *qui aptus et idoneus est ad alios edocendos et instituendos.* Hebr. V. 12. *ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι* qui jam debebatis facultate alios docendi pollere. 3) *severus et rigidus morum censor.* Jacob. III. 1. *μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε* nolite nimium in alios affectare magisterium. Conf. Schoettgen. Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 1021.

ΔΙΔΑ'ΣΚΩ, futur. *άξω,* 1) *doceo, erudio, instituo.* Matth. XXII. 16. Regit duos accusativos, personæ et rei. Joh. XIV. 26. *ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα.* Hebr. V. 12. interdum tamen loco *διδάσκειν τινὰ* ponitur *διδάσκειν ἐν τινί,* v. c. Apoc. II. 14. *ὃς ἐδίδασκεν ἐν τῷ Βαλὰκ* qui docuit Ba-

lacum, ex more Hebræorum, qui לִמֵּד etiam cum בְּ construere solent, v. c. 2 Paralip. XVII. 9. Διδάσκειν τινὶ legitur Apoc. II. 14. ad imitationem Hebr. לִמֵּד לִפְלֹנִי Job. XXI. 22. — Joh. IX. 34. διδάσκεις ἡμᾶς nos docere conaris. 2) *verba facio in conventibus publicis.* 1 Tim. II. 12. γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, coll. 1 Cor. XIV. 34, 35. 3) *ordino, instituo.* 1 Cor. IV. 17. 4) ἑαυτὸν διδάσκειν *doctrinam perceptam moribus et vita exprimere.* Rom. II. 21.

ΔΙΔΑΧΗ', ῆς, ἡ, 1) *doctrina, quæ traditur, tam vera, quam falsa.* Mat. XVI. 12. ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων. Joh. VII. 16, 17. XVIII. 19. Act. II. 42. V. 28. XIII. 12. XVII. 19. Rom. VI. 17. XVI. 17. Tit. I. 9. Hebr. VI. 2. XIII. 9. 2 Joh. v. 9, 10. Apoc. II. 14, 15, 24. Suid. διδαχὴ ἀντὶ τοῦ διδασκαλία. 2) *institutio, instructio, informatio.* Marc. IV. 2. καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ et monuit eos inter docendum seu inter alia, quæ ipsos docebat. Eadem formula legitur ibid. XII. 38. 2 Tim. IV. 2. 3) *docendi ratio et methodus.* Matth. VII. 28. ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ admirati sunt homines ejus disciplinæ rationem, coll. v. 19. (Nonnullis Intt. verba τῇ διδαχῇ referenda tantum videntur ad ea, quæ Jesus dixerat de *reditu mortuorum in vitam et de corporum post reditum in vitam immortalitate.*) ibid. XXII. 33. Marc. I. 22. XI. 18. Luc. IV. 32. 4) *doctor,* abstractum pro concreto. Marc. I. 27. τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη; qualis est hic novus doctor?

ΔΙ'ΔΡΑΧΜΟΝ, ου, τὸ, scilicet νόμισμα, *didrachmum, nummus argenteus, duas drachmas Atticas,* seu *dimidium sicli Judæorum* (Joseph. A. J. III. 8. 2. ὁ δὲ σίκλος, νόμισμα Ἑβραίων ὤν, Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας) h. e. *quartam partem imperialis continens.* Conflatum est ex δὶς et δραχμὴ *drachma.* Respondet Hebraico בֶּקַע Exod. XXXVIII. 26. h. e. interprete ipso Mose, מַחֲצִית הַשֶּׁקֶל ubi Aquila δίδραχμον habet. In N. T. semel legitur, Matth. XVII. 24. δίδραχμα λαμβάνοντες didrachma accipientes, seu exigentes: non publicani Romanorum, sed missi a sacerdotibus, qui שְׁלִיחִים Hebræis, Hellenistis ἀπόστολοι aut ἀποδοχεῖς vocantur. Vide Grotium ad h. l. Scilicet hunc nummum quilibet Israëlita, etiam extra Palæstinam vivens, (Vid. Ez. Spanhem. de usu numismatum D. XIII. pag. 571.) inde ab anno ætatis vicesimo in usum sanctuarii annuatim solvere debebat juxta legem Dei scriptam Exod. XXX. 13 seq. Vid. Bernardum ad Josephum l. l. pag. 159. et Michaëlis Mosaisches Recht P. III. p. m. 213. In vers. Alex. δίδραχμον pro Hebr. שֶׁקֶל ponitur, v. c. Gen. XXIII. 15, 16. Num. III. 47. Jos. VII. 21. ubi, ut omnis differentia tollatur, observandum est, Alexandrinos calculum posuisse juxta drachmas Alexandrinas, quæ pro uno siclo duas drachmas, sc. Alexandrinas, conficiunt. Vid. de hac re I. B. Ottii Spicilegium s. Excerpta ex Josepho p. 40 seq. Wetstenium N. T. T. I. p. 438. et Lud. de Dieu Critica Sacra p. 354 seq.

ΔΙ'ΔΥΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *geminus, duplex,* (Eurip. Phœn. v. 842. διδύμων ποταμῶν, et v. 1550. ἐν διδύμοισιν μαστοῖς.) *geminus, gemellus, qui cum alio uno eodemque partu nascitur.* Suid. et Etym. M. ὁ μεθ' ἑτέρου τεχθεὶς ἐκ μιᾶς συλλήψεως. In vers. Alex. ponitur pro תְאֹמִים Genes. XXXVIII. 7. Cant. IV. 5. Sic cognominatus fuit Thomas apostolus vel potius nomen ejus Hebraicum תְּאֹם (a תָּאַם *gemellos parere,* διδυμεύειν, Cant. IV. 2. VI. 6.) Græce expressum est. Job. XI. 16. XX. 24. XXI. 2.

ΔΙ'ΔΩΜΙ, fut. δώσω, 1) *de manu in manum do, porrigo, trado.* Matth. XV. 36. XXVI. 26, 27. XXVII. 34. ἔδωκεν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον porrigunt ipsi vinum myrrhatum. Marc. XIV. 22, 23. XV. 23. Joh. XIII. 26. Act. IX. 41. δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα porrigens manum. Matth. V. 31. δότω αὐτῇ ἀποστάσιον det ei libellum divortii. 2) *dono, distribuo, confero in aliquem aliquid, beneficia aliis exhibeo, trado aliquid alteri possidendum, utendum, fruendum.* Matth. IV. 9. ταῦτα πάντα σοι δώσω. VI. 11. δὸς ἡμῖν σήμερον. ibid. VII. 7, 11. XIX. 21. καὶ δὸς πτωχοῖς et distribue pauperibus, coll. Luc. XVIII. 22. καὶ διάδος πτωχοῖς. Matth. XXVI. 9. Luc. VI. 38. XI. 13. δίδοτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν donate et vobis donabitur. Luc. XI. 41. δότε datis (inquietis forte). Joh. XVII. 2. δώσῃ daturus sit, h. e. det seu conferat. (Wyssius in Dialectologia S. p. 284. δώσῃ non solum h. l. sed etiam Apoc. VIII. 3. XIII. 16. per Paragogen Doricam pro δῷ dictum vult. Vir autem quidam doctus in Obss. Miscell. Nov. T. III. p. 18. δώσῃ et similia N. T. exempla a librariis corrupta esse putat, cujus sententiam probat Fischerus in Anim. ad Welleri Gram. Gr. p. 174 seq.) Apoc. XVII. 13. (ubi διδόασι pro διδοῦσι. Thomas Mag. διδόασι λέγε, καὶ οὐ διδοῦσι.) Act. XI. 17. Ephes. IV. 8. καὶ ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις et varia dona hominibus distribuit, coll. Ps. LXVIII. 19. et Pocock. ad Portam Mosis p. 24. Apoc. II. 10. Joh. III. 16. VI. 51. 2 Cor. IX. 9. Pertinet huc etiam formula: ἑαυτὸν διδόναι, 2 Cor. VIII. 5. quæ significat: *admodum liberalem esse et beneficum erga alios,* et fere respondet vernaculæ: das Herz aus dem Leibe geben, *to give the heart out of the body.* 2 b) *solvo.* Marc. XII. 14. κῆνσον Καίσαρι δοῦναι Cæsari tributum solvere. ibid. δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; solvemusne an minus? Matth. XXII. 17. Luc. XX. 22. 3) *trado, dedo alicujus potestati.* Apoc. III. 9. Eurip. Phœn. v. 751. πολεμίοις δώσω πόλιν. Interdum simpliciter positum significat: *morti aliquem trado,* ita, ut omissum sit θανάτῳ, Luc. XXII. 19. τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον pro vobis morti tradendum. Galat. I. 4. τοῦ δόντος ἑαυτὸν qui sponte mortis supplicium in se suscepit. 1 Tim. II. 6. Tit. II. 14. 1 Macc. IV. 44. Thucyd. II. 43. Dionys. Halic. Ant. III. 16. Eurip. Phœn. v. 983. δοίη κτανεῖν. Huc etiam a plerisque interpretibus refertur locus Joh. III. 16. ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν. Sed collatione loci paralleli 1 Joh. IV. 9. efficitur, ἔδωκε h. l. idem esse, quod ἀπέσταλκεν εἰς τὸν κόσμον. 4) *reddo, restituo.* Luc. VII. 15. καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ μητρὶ αὐτοῦ atque illum matri suæ reddidit, coll. 1 Reg. XVII. 23. In MS. Britann. quem Pricæus ad h. l. laudat, legitur ἀπέδωκεν, coll. IX. 42. Apoc. XVIII. 7. XX. 13. καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκρούς. 5) *retribuo, remuneror,* i. q. ἀποδίδωμι. Apoc. II. 23. καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, coll. Rom. II. 6. 6) *eloco, loco, mutuum do pro fœnore, do quæstus exercendi causa,* i. q. δανείζω et ἐκδίδωμι, si de pecunia, agro et vinea sermo est. Matth. XXV. 15. καὶ ᾧ μὲν ἔδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, κ. τ. λ. coll. v. 14 et 16. Marc. XII. 9. καὶ δώσει τὸν ἀμπελῶνα ἄλλοις et aliis vineam elocabit, coll. v. 1. et Matth. XXI. 33, 41. Luc. XIX. 13, 23. καὶ διατί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν; cur pecuniam meam non tra-

didisti mensariis? Luc. XX. 16. coll. Matth. XXI. 41. Eodem modo נָתַן significat *mutuum dare* Lev. XXV. 36. Cantic. VIII. 11. Adde Ezech. XVIII. 8. 7) *demando, concredo alicujus fidei.* Luc. XII. 48. ᾧ ἐδόθη πολὺ cui multum commissum est; sequitur: ᾧ παρέθεντο πολύ. ibid. XVI. 12. τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει; quis vobis vestra committet? coll. v. 11. τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει; ibid. XIX. 15. ἔδωκεν demandaverat. Joh. XVII. 6. οὓς δέδωκάς μοι quos meæ fidei demandasti. Coloss. I. 25. 8) *injungo, mando, præscribo, lege sancio.* Xenoph. de Rep. Laced. XV. 3. 5. Joh. V. 36. τὰ ἔργα, ἃ ἔδωκέ μοι πατὴρ ἵνα τελειώσω αὐτὰ opera, quæ mihi perficienda injunxit pater. ibid. VII. 22. Μωσῆς δέδωκεν περιτομὴν Moses instituit, seu, observandam præcepit circumcisionem. ibid. XVII. 4. τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω officio, mihi a te injuncto, satisfeci. In vers. Alex. Hebraico צִוָּה Esr. IX. 11. respondet. 9) *projicio, obtrudo, objicio, temere expono.* Matth. VII. 6. μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ ne rem sacram objicite canibus. Eurip. Phœn. v. 1677. κυσὶν δοθήσεται. Act. XIX. 31. μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον ne se temere exponeret turbæ ferocienti. 10) *infligo.* Joh. XVIII. 22. ἔδωκεν ῥάπισμα τῷ Ἰησοῦ inflixit ictum Jesu. ibid. XIX. 3. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα. Hinc διδόναι interdum etiam de *malis et pœnis usurpatur,* ad imitationem Hebraici נָתַן, quanquam etiam Græci interdum sic loqui solent. Vid. Marklandus ad Lysiam p. 545. et Rom. XI. 8. 2 Thess. I. 8. 11) *concedo, permitto, sino, locum do vel concedo, potestatem vel facultatem do.* Matth. XIII. 11. ὑμῖν δέδοται γνῶναι vobis datum est intelligere. XIX. 11. οἷς δέδοται quibus concessum est. ibid. XX. 23. Joh. III. 27. ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ nisi ipsi sit a Deo concessum. Joh. VI. 65. nisi adjuvetur vi divina. ibid. XIX. 11. Act. II. 27. οὐδὲ δώσεις neque permittes. XIII. 35. Apoc. VI. 4. VII. 2. IX. 5. XIII. 7, 14, 15. XVI. 8. XIX. 8. Sic נָתַן usurpatur Genes. XXXI. 7. Num. XXI. 23. Ps. LV. 23. Eodem modo *dare* pro *concedere* legitur apud Virgil. Æn. XI. 789. Statium Theb. III. v. 283. " infaustisque dabas Hymenæis." Eandem vim verbo δίδωμι exteri scriptores haud raro tribuerunt, v. c. Æschyl. Agam. v. 1344. πόλιν μὲν ἑλεῖν ἔδοσαν μάκαρες Πριάμου. Hesiod. Theogon. v. 914. Homer. Il. γ', 351. Eurip. Phœn. v. 1374. Ælian. V. H. IV. 5. Dionys. Halic. I. 51. ut docuit Abreschius Dilucidd. Thucyd. p. 837. Adde Luc. I. 73. Act. XIV. 3. 12) *edo, facio, patro, auctor sum.* Act. II. 19. καὶ δώσω τέρατα et edam miracula. Eodem modo נָתַן usurpatum legitur Deut. VI. 22. Nehem. IX. 10. Ies. VII. 14. 13) *promitto, polliceor, me aliquid daturum et exhibiturum esse.* Matth. XXIV. 24. καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα. qui promissis miraculis et prodigiis multos decipient, coll. Joseph. A. J. XX. 8. 6. T. I. p. 972. ed. Haverc. Marc. X. 37. coll. Matth. XX. 21. ubi loco δὸς ἡμῖν legitur: εἰπὲ ἵνα. Joh. XIV. 27. εἰρήνην δίδωμι ὑμῖν felicitatem omnigenam vobis promitto; non, ut homines promittere solent. ibid. XVII. 22. τὴν δόξαν, ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς eandem ipsis felicitatem et dignitatem promisi, quam tu mihi promisisti. 2 Thess. II. 16. 2 Tim. I. 9. χάρις ἡ δοθεῖσα ἡμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων beneficium, quod Deus inde ab antiquissimis temporibus promiserat hominibus per prophetas. Eodem modo נָתַן (quod in hac significatione Gen. XXXV. 12. ab Inc. Int. per ὀμνύειν redditur, h. e. promittere aliquid jurejurando interposito.) Deuter. XIII. 1. coll. v. 2. 1 Reg. XIII. 3, 5. et δίδωμι apud Diod. Sic. XX. 15. Xenoph. Ages. IV. 6. et aliis in locis usurpatum legitur, quæ collegit Palairet. in Obss. Phil. et Crit. p. 417. qui recte monuit, etiam *dare* simili sensu dixisse Ovidium Heroid. Ep. XXI. v. 141. coll. v. 139 et 140. Sic et Juvenal. Sat. III. 78. ibit, h. e. iturum se promittet. Vid. Casaub. ad Sueton. p. 24. 14) *profero.* Sic διδόναι καρπὸν *proferre fructum,* i. q. φέρειν καρπὸν, Matth. XIII. 8. Marc. IV. 7. ad imitationem Hebraici נָתַן פְּרִי Levit. XXV. 19. XXVI. 4. Ps. I. 3. significat. 15) *suggero, subministro, suppedito.* Matth. X. 19. δοθήσεται γὰρ ὑμῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τί λαλήσετε suggeretur vobis illo ipso tempore, quid dicendum sit. Marc. XIII. 11. Ephes. VI. 19. Deut. XI. 32. κρίσεις—ὅσας ἐγὼ δίδωμι ἐνώπιον ὑμῶν: ubi Cod. Oxon. pro δίδωμι habet ἐντέλλομαι. 16) *pono, mitto, immitto.* Luc. XII. 51. δοκεῖτε, ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ; an putatis, me pacem missurum in terram? coll. Matth. X. 34. 2 Cor. XII. 7. Hebr. VIII. 10. διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, et X. 16. διδοὺς νόμους μου ἐπὶ καρδίας αὐτῶν indens, seu, immittens leges meas cordibus eorum. Apoc. XVII. 17. Quod verbum διδόναι hoc modo usurpetur, hoc factum est ad imitationem Hebraici נָתַן Jer. XXXI. 33. XXXII. 40. 1 Paral. XXI. 14. quibus in locis Alexandrini ipso διδόναι usi sunt. Alibi נָתַן exprimunt per τιθέναι, Genes. XL. 3. Levit. XXVI. 11. et ἐμβάλλειν, Ps. XL. 4. Ies. XXXVII. 7. 17) *destino.* Joh. VI. 37. πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ πατὴρ omnes, quos mihi Deus destinavit discipulos. ibid. v. 39. XVII. 2. 18) *constituo, eligo, officium, munus alicui demando.* Ephes. I. 22. καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν et ipsum constituit dominum. ibid. IV. 11 καὶ αὐτὸς ἔδωκε τοὺς μὲν ἀποστόλους et ipse constituit quosdam apostolos. Ita נָתַן Exod. VII. 1. 2 Paral. II. 11. IX. 8. Jerem. I. 5. XXIX. 26. 19) *trado, doceo, instituo.* Joh. XVII. 7. ὅτι πάντα, ἃ δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἐστιν nunc agnoscunt, omnem illam doctrinam, quam me a te accepisse dixeram, vere divinam esse. ibid. v. 8. τὰ ῥήματα, ἃ δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς doctrinam a te acceptam iis tradidi. Act. VII. 38. δοῦναι ὑμῖν vobis tradendam. Æschin. Dial. II. 20. δοῦναι γραμματικὴν ἐπιστήμην. Prov. IX. 9. Etiam Latinis *dare* pro *dicere* eleganter dici, docuit multis exemplis Vechnerus in Hellenolexia II. 2. p. 395. 20) *facio, reddo.* Apoc. II. 28. καὶ δώσω αὐτῷ (pro θήσω αὐτὸν) τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνὸν et faciam illum stellam matutinam, h. e. cœlesti nitore ac lumine fulgebit. Apoc. III. 9. δίδωμι pro ποιήσω positum est, uti in sequentibus explicatur. 20 b) *offero,* de sacrificiis. Apoc. VIII. 3. ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ut una cum precibus sanctorum omnium altari imposita Deo offerret. 21) Restant formulæ singulæ separatim spectandæ. Διδόναι ἐργασίαν, Latinum: *operam dare.* Luc. XII. 58. quam formulam num Romani a Græcis mutuati sint, an vero Græci a Romanis, equidem definire non audeo. Vid. Olearium de Stilo N. T. p. 374. et Schwarzii Commentar. Ling. Græc. p. 354. De formula: διδόναι τόπον vide sub τόπος dicta. Διδόναι ἀπόκρισιν *respondere.* Joh. I. 22. Polyb. IV. 66.

ΔΙΕΓΕΙΡΩ, fut. ερῶ, 1) *excito,*

suscito, facio ut quis se erigat et rectus stet, et speciatim: *excito e somno, expergefacio.* Matth. I. 24. διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ excitatus Josephus. Marc. IV. 38. καὶ διεγείρουσιν αὐτὸν et expergefaciunt eum. (In loco parallelo Matth. VIII. 25. legitur simplex ἤγειραν.) ib. v. 39. διεγερθεὶς erigens se, vel, rectus stans. Luc. VIII. 24. Plutarch. T. VI. p. 409. ed. Reisk. Hesych. διεγείρω· ἐξυπνίζω. 2) διεγείρεσθαι si de mari aut flumine usurpatur, significat: *intumescere, procellosum reddi.* Joh. VI. 18. ἡ δὲ θάλασσα — διηγείρετο mare autem insurgebat, seu, commovebatur. De eadem re Alexandrini quoque usi sunt voce ἐξεγείρειν Jon. I. 4, 13. Pollux Onom. I. 9. κῦμα ἱστάμενον, ἐγειρόμενον, ὑποκινούμενον. 3) per metaphoram: *incito, excito, admonendo et commonefaciendo aliquem excito et exstimulo.* 2 Petr. I. 13. διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει excitare vos ad virtutis studium admonitione. ibid. III. 1. Eodem modo usurpatur 2 Macc. VII. 21. et XV. 10. Dionys. Jud. Lys. 28. Phavorin. διεγείρωμεν· παροτρύνωμεν.

ΔΙΕΝΘΥΜΕ´ΟΜΑΙ, οῦμαι, *in animo habeo* vel *verso, cogito, delibero.* (ex διὰ et ἐνθυμέομαι *cogito.*) Legitur in N. T. semel Act. X. 19. τοῦ δὲ Πέτρου διενθυμουμένου (ita enim recte impressum est in editione Griesbachiana ex codicum auctoritate; in reliquis libris editis ἐνθυμουμένου reperitur) περὶ τοῦ ὁράματος Petrus autem, dum deliberat apud se, quidnam sibi velit hoc visum, coll. v. 17.

ΔΙΕ´ΞΟΔΟΣ, ου, ἡ, 1) proprie: *exitus, transitus.* (ex διὰ et ἔξοδος *exitus.*) Sic legitur in vers. Alex. Psalm. CXLIII. 14. οὐδὲ διέξοδος οὐδὲ κραυγὴ ἐν ταῖς πλατείαις, Hebr. תוֹצֵאת. Ps. LXVII. 22. Sirac. XXV. 28. Phavor. διέξοδον· διεξέλευσιν, ἐκπνοὴν, ἔκβασιν. 2) *locus, per quem exitus* seu *transitus datur*, et speciatim: *compitum*, (Latini autem *compita* vocant *spatia laxiora in urbibus, in quæ vici plures exeunt*) *bivium, trivium.* Hesych. διεξόδους· ὅθεν ἐκπορεύονται. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 51. διέξοδος· *decursus, compitus.* Gloss. *compitus:* ἀγυιά, διέξοδος, τρίοδος. Semel in N. T. legitur Matth. XXII. 9. πορεύεσθε δὲ ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν ite in loca, ubi plures plateæ concurrunt, et ubi major proinde hominum reperitur frequentia. Dionys. Hal. V. 47. Lud. de Dieu in Critica Sacra p. 326. τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν extremitates platearum intelligit, ubi portæ erant, per quas transitus dabatur ex una platea in alteram, et monet, apud Orientales vicos ac plateas multas portis clausas atque a se invicem distinctas fuisse. Lectu digna de hac voce habet Kypke in Observv. Sacr. T. I. p. 109. et Bielius in Thesauro Philol. s. h. v.

ΔΙΕΡΜΗΝΕΥΤΗ`Σ, οῦ, ὁ, *interpres.* (a διερμηνεύω, quod vide.) Semel in N. T. legitur 1 Cor. XIV. 28. ubi διερμηνευταὶ sunt homines, qui ætate apostolorum vi divina adjuti vernacula lingua interpretari valebant dicta ab aliis linguis peregrinis. Vox διερμήνευσις occurrit apud Platon. in Tim. III. 19. C. ed. H. Steph.

ΔΙΕΡΜΗΝΕΥ´Ω, fut. εύσω, 1) *interpretor, in aliam linguam converto, verbis notioris linguæ reddo.* Act. IX. 36. ὀνόματι Ταβιθά, ἣ διερμηνευομένη λέγεται Δορκάς Tabitha nomine, quæ, si interpreteris, Dorcas appellatur. 1 Cor. XIV. 5. ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ nisi simul lingua vernacula interpretetur. ibid. v. 13 et 27. 2 Macc. I. 36. Νέφθαρ, ὃ διερμηνεύεται καθαρισμός. Polyb. III. 22. 3. 2) *facultate interpretandi et in vernaculam linguam convertendi gaudeo.* 1 Cor. XII. 30. μὴ πάντες διερμηνεύουσι; num omnibus potestas facta est a Deo dicta peregrinis linguis aliis exponendi lingua vernacula? 3) *explico, expono, sententiam alicujus scripti vel dicti explano, mentem scriptoris declaro.* Luc. XXIV. 27. διηρμήνευεν ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς τὰ περὶ ἑαυτοῦ diligenter ipsis explicuit omnia vaticinia de Messia in V. T. proposita.—Hesych. διερμηνεύων· σαφηνίζων.

ΔΙΕ´ΡΧΟΜΑΙ, fut. ελεύσομαι, aor. 2. διῆλθον, 1) proprie: *transeo, transgredior.* Matth. XIX. 24. διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν per foramen acus transire. Marc. X. 25. Luc. IV. 30. αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ille vero per medios hostes transiens s. transeundo per turbam evadens. Sic διαπίπτειν frequenter apud Xenophontem notat *per hostes celeriter transeundo evadere.* ibid. XIX. 1. Joh. VIII. 59. Act. XII. 10. διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν transgressi primam et secundam custodiam. 1 Cor. X. 1. Jer. XXXVII. 4. διῆλθε διὰ μέσου τῆς πόλεως. Lysias Orat. XI. c. 5. ἃς (sc. θύρας) ἔδει με διελθεῖν. 2) *prætereo*, i. q. παρέρχομαι. Luc. XIX. 4. ὅτι ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι nam illac præteriturus erat. Vid. Krebs. Obss. Flav. p. 128. Abresch. in Annotatt. ad loca quædam N. T. p. 553 seq. Unde apud optimos scriptores Græcos διέρχεσθαι de *tempore præterito* usurpatur, v. c. Xenoph. Mem. IV. 3. 8. Herodian. I. 5. 21. ubi videndus Irmisch. 3) *trajicio, navigio transvehor.* Marc. IV. 35. διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν trajiciamus lacum Genesareth. (Hesychius: διέλθωμεν, διαπεράσωμεν.) Luc. VIII. 22. 4) *eo, proficiscor, iter facio, venio*, et, sequente præpositione ἀπὸ, *abeo, discedo ab aliquo loco.* Composita enim haud raro simplicium significationem obtinent. Luc. II. 15. διέλθωμεν δὴ ἕως Βηθλεὲμ petamus Bethlehemum. ibid. XVII. 11. διήρχετο διὰ μέσου Σαμαρείας et iter faceret per Samariam. Joh. IV. 4. Act. IX. 32, 38. μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν ad se venire ne detrectaret. ibid. XI. 19. XIII. 14. διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης relicta Perge. ibid. XVIII. 27. διελθεῖν εἰς τὴν Ἀχαΐαν in Achaiam proficisci. Deut. IV. 21. ἵνα μὴ διέλθω εἰς τὴν γῆν, Hebr. בּוֹא. 5) *obeo, peragro aliquam regionem, circumeo.* Matth. XII. 43. διέρχεται δι᾽ ἀνύδρων τόπων peragrat loca arida. Luc. IX. 6. διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας obierunt vicos. ibid. XI. 24. Act. VIII. 4. διῆλθον peragrabant varia loca. ibid. v. 40. X. 38. XIII. 6. XVII. 23. XX. 25. Jos. XVIII. 4. διελθέτωσαν τὴν γῆν. Genes. XLI. 47. In vers. Alex. etiam τῷ שָׁרַט 2 Sam. XXIV. et סָבַב 2 Chron. XVII. 9. respondet. Apollodor. Bibl. II. c. 2. § 2. 6) *intro, ingredior, penetro*, i. q. εἰσέρχομαι. Luc. II. 35. καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία quin et tuam ipsius animam penetrabit gladius, h. e. maximus dolor ad te perventurus est. Hebr. IV. 14. διεληλυθότα τοὺς οὐρανοὺς qui ipsum cœlum intravit, seu, qui jam sedet ad dextram Dei. 7) *dimano, latius propagor et serpo, divulgor.* Luc. V. 15. διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ propagabatur indies fama ejus. Xen. Anab. I. 4. 7. Thucyd. VI. 46. διῆλθεν ὁ λόγος. Rom. V. 12. καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν et ita in omnes homines mors pervasit. — Hesych. διελευσόμεθα· παρερχόμεθα. — διέλθῃ· διαπεράσῃ. — διερχόμενος· περιερχόμενος, περιάγων.

ΔΙΕΡΩΤΑ´Ω, ῶ, fut. ήσω, *interrogo, percontor, inquiro*, etiam *percontando invenio et pervestigo*, ut respondeat nostro erfragen, *to learn by*

enquiry. (ex διὰ et ἐρωτάω *quæro, interrogo.*) Act. X. 17. διερωτήσαντες τὴν οἰκίαν Σίμωνος cum percontando invenissent domum Simonis, ubi in quibusdam codd. legitur διερωτήσαντες καὶ μαθόντες τὴν κ. τ. λ. Alii vertunt: domum Simonis quærentes. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. Cyrop. I. 3. 13. Polyb. V. 50. 12. Plutarch. T. VI. p. 439. ed. Reisk.

ΔΙΕΤΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, *bimulus, biennis infans.* (ex δὶ pro δὶς *bis* et ἔτος *annus.*) Matth. II. 16. ἀπὸ διετοῦς (pro διετῶν) καὶ κατωτέρω omnes, quicunque vel duo annos haberent, vel etiam intra bimatum essent. Pollux Onom. II. 2. 8. διετὲς παιδίον. Alii διετὴς non de *ipsis infantibus biennibus*, sed de *tempore*, de *bimatu* intelligunt, ut omissum sit χρόνος, ut plene legitur 1 Macc. X. 3. μετὰ διετῆ χρόνον. Herodot. II. 2. Dion. Halic. Antiqu. VIII. c. 2. et alibi. Sed nostram explicationem idoneis argumentis ex orationis serie, auctoritate versionis Syriacæ, Arabicæ et loco parallelo 1 Chron. XXVII. 23. tuetur Fischerus Prolus. II. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 13. Similis formula, ἀπὸ τριετοῦς, legitur 2 Chron. XXXI. 16. pro Hebraico מִבֶּן־שָׁלוֹשׁ שָׁנִים·

ΔΙΕΤΙ'Α, ας, ἡ, *biennium, bimatus.* (ex iisdem.) Bis tantum legitur in N. T. Act. XXIV. 27. διετίας δὲ πληρωθείσης biennio autem exacto. ibid. XXVIII. 30. ἔμεινε δὲ ὁ Παῦλος διετίαν ὅλην mansit autem Paulus totum biennium.

ΔΙΗΓΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, *narro, enarro, eloquor, commemoro, dissero.* Verbum proprium de historicorum narrationibus, ut præter locum Thucyd. VI. 54. Hesychii glossa, διήγημα· ἱστορία, docet. Marc. V. 16. IX. 9. ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον. Luc. VIII. 39. καὶ διηγοῦ, ὅσα ἐποίησέ σοι ὁ Θεὸς narrato quantis te Deus affecerit beneficiis. Adjunctam habet h. l. διηγεῖσθαι notionem *laudis*, ac significat *enarrationem ac descriptionem rei magnitudini ac præstantiæ convenientem*, uti legitur apud LXX Psal. XLVII. 13. pro סַפֵּר ubi Inc. Int. ἐπαινέσατε habet. ibid. IX. 10. Act. VIII. 33. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; nemo annorum vitæ ejus numerum eloqui valet. ibid. IX. 27. XII. 17. Hebr. XI. 32. Construitur cum accusativo rei et dativo personæ, vel cum πῶς, ὅσον, περί. Xenoph. Mem. II. 1. 29. Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 85.

ΔΙΗ'ΓΗΣΙΣ, εως, ἡ, *narratio, enarratio uberior, liber varias narrationes complexus,* (V. Ammon. p. 43. et Nonium Marcell. p. 428.) a διηγέομαι. Ita semel legitur in N. T. Luc. I. 1. ἀνατάξασθαι διήγησιν historiam contexere. Phavorin. διήγησις· ἐξήγησις τοῦ γεγονότος. Polyb. III. 36. 4. IV. 40. 7.

ΔΙΗΝΕΚΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *continuus, perpetuus, perennis,* ex διὰ et ἠνεκὴς *porrectus, extensus.* Lucian. V. H. I. 19. Hinc εἰς τὸ διηνεκὲς (scil. μέρος χρόνου) *in perpetuum, semper.* Hebr. VII. 3. μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκὲς qui æternus sacerdos est. ibid. X. 12. εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ in æternum sedet ad dextram Dei. ibid. v. 14. Symmachus eadem loquendi formula usus est Psal. XLVIII. 15. pro Hebr. עַל־מוּת quæ verba Alexandrini interpretes verterunt: εἰς τοὺς αἰῶνας. Interdum tamen formula: εἰς τὸ διηνεκὲς de quovis longiore tractu temporis usurpatur, v. c. Hebr. X. 1. Appian. B. C. I. p. 682. Hesych. διηνεκῶς· δι' ὅλου, διὰ βίου. Etym. M. διηνεκές· τὸ ἐπίμηκες, ἀδιάλειπτον.

ΔΙΘΑ'ΛΑΣΣΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *bimaris, locus, qui utrinque mari alluitur.* (ex δὶς et θάλασσα *mare.*) Semel in N. T. legitur Act. XXVII. 41. εἰς τόπον διθάλασσον in locum bimarem, h. e. scopulum maris eminentem, qui utrinque fluctibus petitur; ubi male plerique interpretes *isthmum* intelligunt, quod utrinque mare alluatur. Casaubonus in Casaubonianis p. 79. adduxit locum e Dione Chrysostomo, in quo τραχέα καὶ διθάλαττα conjunguntur. Confer etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 649.

ΔΙΙΚΝΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ίξομαι, *penetro, pervenio, pertingo, pervado, permeo.* (ex διὰ et ἱκνέομαι *venio.*) Semel in N. T. legitur Hebr. IV. 12. ubi comminationes divinæ dicuntur διϊκνεῖσθαι ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος pertingere usque ad divisionem animæ et spiritus, h. e. penetrare ad intimos animi recessus: de quo loco vide sub μερισμός. Hesych. διϊκνούμενος· διερχόμενος, διαδυόμενος — διϊκνεῖται· διήκει, χωρεῖ διὰ πάντων, διὰ καθαρότητος. Alb. Gloss. N. T. p. 172. διϊκνούμενος· διαδυόμενος, εἰσερχόμενος.

ΔΙΙ'ΣΤΗΜΙ fut. διαστήσω. Hoc verbum cum reliquis compositis ab ἵστημι in una voce activa nunc activam, nunc passivam, nunc neutralem, seu intransitivam significationem pro temporum diversitate natura sua habet. 1) *seorsum statuo, separo, distinguo, sejungo.* Alexand. Ies. LIX. 2. τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν διϊστῶσι ἀνὰ μέσον ὑμῶν καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ Θεοῦ. Proverb. XVII. 9. Sirac. XXVIII. 15. 2) *interponor, interjicior.* Luc. XXII. 59. καὶ διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς post horæ spatium, intervallo circiter horæ unius. 3) *separor, disjungor ab aliquo, discedo.* Luc. XXIV. 51. διέστη ἀπ' αὐτῶν disjunctus est ab iis. Vide ad h. l. Valckenarii Scholas p. 278 Alex. Exod. XV. 8. διέστη τὸ ὕδωρ. Polyb. X. 3. 6. Hesych. διέστη· διεχωρίσθη. Idem: διεστήκασιν· διεχωρίσθησαν, ἐμάκρυναν πόῤῥω. Idem: διεστῶτα· κεχωρισμένα, πόῤῥω ὄντα. 4) *progredior, provehor.* Act. XXVII. 28. βραχὺ δὲ διαστήσαντες et paululum navigio progressi, i. q. κατὰ βραχὺ διάστημα.

ΔΙΙΣΧΥΡΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, 1) proprie: *omnibus viribus contendo, annitor, omnes vires intendo.* (ex διὰ et ἰσχυρίζομαι *viribus contendo.*) 2) *affirmo, confirmo,* vel potius *assevero*, nam plus est *assevero*, quam *affirmo*, monente Valla Lib. V. c. 76. i. q. ἐπιβεβαιόομαι. In N. T. bis legitur. Luc. XXII. 59. ἄλλος τις διϊσχυρίζετο alius quidam asseverabat. Act. XII. 15. ἡ δὲ διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν illa vero confirmabat et perseverabat, rem ita se habere. Eodem sensu legitur apud Lysiam Orat. XII. c. 22. Ælian. H. A. VII. 18. Lucian. Hermotim. 31. Joseph. A. J. II. 6. 4. Adde Polluc. Onom. V. 105 et 152.

ΔΙΚΑΙΟΚΡΙΣΙ'Α, ας, ἡ, *justum et æquum judicium,* ex δίκαιος *justus* et κρίσις *judicium.* Legitur in N. T. tantum Rom. II. 5. καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. Usus est hac voce etiam incertus interpres Hos. VI. 5. pro Hebraico מִשְׁפָּט *judicium.* Δικαιοκρίτης justus judex legitur 2 Macc. XII. 41. Gloss. Vet. apud Labbæum: δικαιοκρισία, *sinceritas.*

ΔΙ'ΚΑΙΟΣ, αία, αιον, a δίκη *jus, justitia,* refertur ad personas æque ac ad res et actiones, et 1) significat *eum, qui justus est erga alios homines, suum cuique tribuit et debita officia præstat,* et hoc modo differt ab ὅσιος, quod de pietate erga Deum dicitur. Tit. I. 8. δίκαιον, ὅσιον. Hinc τὸ δίκαιον dicitur τὸ ἔννομον, interprete Hesychio, *quod est justitiæ conforme*

et consentaneum. Matth. XX. 4. καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν et justam mercedem, h. e. mercedem, quæ ex legibus in diem dari solet, vobis præbebo. ibid. v. 7. Interdum τὸ δίκαιον etiam latius patet, et *omnia officia, quæ sunt ex legibus humanis et divinis aliis hominibus præstanda,* complectitur, v. c. Philip. IV. 8. Eph. VI. 1. τοῦτο γάρ ἐστι δίκαιον postulat enim hoc justitia et æquitas, seu, ut par est, coll. Eurip. Hipp. v. 1081. ubi δίκαιος vocatur, qui τοὺς τεκόντας ὅσια δρᾷ. Philip. I. 7. Colos. IV. 1. τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε. Pertinet huc glossa Phavorini: δίκαιος· ὁ πᾶσαν ἰσότητα τοῖς ὁμοειδέσι παρέχων. 2 Petr. I. 13. Conf. Aristoteles ad Nicomachum V. c. 1. 2) *integer vitæ, probus, pius, sanctus,* ὁ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχων, ut Phavorinus interpretatur. Matth. V. 4. ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς — ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. ibid. X. 41. δίκαιον εἰς ὄνομα δικαίου et probum recipiens, quia est probus. ibid. XIII. 17, 43, 49. τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων. ibid. XXIII. 28. Marc. VI. 20. ἄνδρα δίκαιον καὶ ἅγιον. Luc. I. 6, 17. XXIII. 50. Act. X. 22. Rom. III. 10. οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς nullus, ne uno quidem excepto, est perfecte pius. 1 Tim. I. 9. (ad quem locum pertinet glossa Zonaræ Lex. col. 507. δίκαιος. ὁ πᾶσαν ἰσότητα τοῖς ὁμοειδέσι παρέχων, καὶ ὁ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχων. φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος· δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται.) Hebr. XII. 23. πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων ad animas defunctorum piorum, qui jam consummata felicitate fruuntur. Jacob. V. 16. 1 Petr. III. 12. IV. 18. 2 Pet. II. 7, 8. Æque late patet vocabulum צַדִּיק Genes. XVIII. 23. Ps. I. 5. Adde Ies. LVII. 1. Sophoclem in Philoctet. v. 81. ubi δίκαιος voce εὐσεβὴς explicatur. Eurip. Iph. Taur. 560. et Iphigen. in Aulid. 1034. 3) *insons, innocens, inculpatus.* Matth. XXIII. 29. ubi δίκαιοι dicuntur, qui sunt insontes occisi prophetæ. ibid. XXVII. 19. μηδέν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ nihil tibi rei sit cum illo innocente. Luc. XXIII. 46. innocens hic homo erat. Jacob. V. 6. Κατ' ἐξοχὴν ita Christus vocatur, qui, immunis ab omni culpa et flagitio, tamen a Judæis admodum contumeliosa morte afficiebatur. Act. III. 14. VII. 52. XXII. 14. 1 Pet. III. 18. 4) ut *justus,* (apud Ciceron. Tusc. II. c. 22.) *benignus, lenis, humanus, aliorum vitiis facile ignoscens.* Matth. I. 19. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς δίκαιος ὢν Josephus autem, sponsus ipsius, humanus et lenis. Intelligitur hic bonitas quæ pœnas legibus præscriptas non rigide exigit. Chrysostomus ad h. l. per χρηστὸς et ἐπιεικὴς explicat. Rom. III. 26. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον ut appareret, eum benignum et pronum esse ad peccata remittenda. 1 Joh. I. 9. πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας verax est et benignus et remittit nobis peccata nostra. Longin. de sublim. XLIV. 1. δικαιοτάτη δουλεία clementissima servitus. Eodem modo Hebraicum צַדִּיק cum חָסִיד permutatur Psalm. CXLV. 17. coll. v. 16, 18, 19. Etiam apud Græcos scriptores δίκαιος haud raro *eum* notat, *qui jus non severe persequitur, sed intra æquitatis limites se continet,* v. c. Eurip. Med. v. 724. Vide Barn. ad Euripid. Heraclid. 719. Vide infra sub δικαιοσύνη. 5) *is, qui Deo probatur et ab eo beneficiis ornatur.* Rom. II. 13. οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ non enim, qui religionis Mosaicæ cognitionem habent, probantur Deo; sequitur: ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. ibid. V. 19. διὰ ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοὶ per unius obedientiam multi favorem Dei consequuntur, seu, veniam peccatorum accipiunt. Hebr. XI. 4. δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος ob quam Deo gratus et acceptus declarabatur. Hinc τὸ δίκαιον etiam in N. T. dicitur *omne, quod Deo placet et ejus voluntati est conveniens,* v. c. Act. IV. 19. εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ num Deo placere arbitremini? Vide sub δικαιοσύνη. 6) *qui alios probos et integros postulat et efficere valet.* Rom. VII. 12. ἡ ἐντολὴ δικαία lex postulat homines probos, exigit sanctitatem vitæ. 7) *qui sibi veram pietatem et probitatem somniat, et sibi ob pietatem simulatam placet.* Matth. IX. 13. οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλούς. Eadem sententia legitur Marc. II. 17. coll. Luc. XVIII. 9. ubi δίκαιοι vocantur οἱ πεποιθότες ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅτι εἰσὶ δίκαιοι. Luc. XV. 7. δικαίοις, οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας qui sibi placent ob vitæ sanctitatem vitæque emendatione se non egere arbitrantur, qui cap. XX. 20. ὑποκρινόμενοι ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι vocantur. 8) omnino *is, qui talis est, qualis esse debet, idoneus et par rei efficiendæ et omnibus numeris absolutus.* Sic v. c. apud Xenoph. Cyrop. II. 2. 15. δίκαιον ἅρμα currus, qualis esse debet, ad usus necessarios aptus dicitur. Sirac. XXIV. 41. τὴν πρασιάν τὴν δικαίαν areolam meam fœcundam. Menander Fragm. p. 74. edit. Clerici: τὸν δίκαιον δεῖ Θεὸν οἴκοι μένειν σώζοντα τοὺς ἱδρυμένους. Apud Pollucem Onom. I. 227. terra bona et fertilis δικαία, sterilis ἄδικος dicitur, plane ut apud Virgil. Georg. II. 461. *justissima tellus* legitur. Hinc δίκαιος in N. T. *is* dicitur, *qui est verus christianus.* Rom. I. 17. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται qui vera fide religionem christianam amplectitur, ob hanc fidem felix evadet. Eadem sententia legitur Galat. III. 11. et Hebr. X. 38. Conf. Taylor. ad Demosthenem T. II. p. 644. et Fœsii Œcon. Hippocrat. p. 101. 9) *verus, veritati conveniens.* Joh. V. 30. ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶ judicium meum verum est. (Potest enim verti: et judicium meum mihi competit, h. e. ἐξουσίαν habeo judicii exercendi, ut v. 27. dixerat. Certe δίκαιος apud Græcos sæpe dicitur, *qui jus et potestatem habet aliquid faciendi,* v. c. ap. Euripid. Ion. 1574. Heraclid. 143. Confer Barnes. ad Euripid. Suppl. 186. et Ez. Spanhem. ad Juliani Orat. I. pag. 33.) ibid. VII. 24. κρίσιν δικαίαν ποιεῖν judicare veritati convenienter, re bene intellecta et examinata. Luc. XII. 57. τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; cur vero non ipsi judicatis, quid verum sit? Syrus: ܩܘܫܬܐ, *veritas.* Jer. XLII. 5. Alex. עֵד אֱמֶת vertunt μάρτυρα δίκαιον. Sapient. II. 18. Schol. Soph. ad Trachin. v. 412. τὰ δίκαια per τὰ ἀληθῆ et δίκαιος ὢν v. 414. per ὁ ἀληθεύων interpretatur. 10) *Deus* in N. T. haud raro appellatur δίκαιος, v. c. Joh. XVII. 25. *ob ejus in præmiis distribuendis æquitatem et justitiam,* 2 Thess. I. 6. *quatenus, quantum mala aversetur et impedire cupiat, factis demonstrat,* 2 Tim. IV. 8. Apoc. XVI. 5. coll. v. 7. *ob justitiam, quam vulgo vocant retributoriam et compensatricem,* 1 Joh. II. 29. III. 7. *quia est sanctissimus.* 11) interdum i. q. ἄξιος *dignus.* Ælian. V. H. II. 27. τῶν ὄντως θαυμάζεσθαι δικαίων quæ sunt vere admiratione digna. Liban. Ep. 47. edit. Wolf. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 52. δίκαιος, *dignus.* Hinc κατ' ἐξοχὴν δίκαιος *reus, pœna dignus,* ὁ τῆς δίκης ἄξιος dicitur; unde explicandum esse arbitror locum difficilem Rom. V. 7. μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου (ἀδίκου Syr. Erp.) τὶς ἀποθανεῖται vix mortem quis pro reo ac sonte sustineat. Certe δικαιοῦν haud raro *damnare,*

punire, pœnas exigere, (Hesych. δικαιῶσαι· κολάσαι.) significat. Confer Gataker. Opera Critica pag. 81. et, qui de hac voce æque ac cognatis docte exposuit, Ven. Storr in libello de sensu vocis δίκαιος et cognatarum in N. T. (Tubing. 1781. 4.) p. 39. et in Ej. Opusc. Academ. Vol. I. p. 188. cum quo conferri meretur Suicerus in Thes. Eccles. T. I. p. 908—917. et Joh. Floderus de Homonymia vocabulorum δίκαιος et δικαιοῦν in scriptis N. T. Upsal. 1770. 4.

ΔΙΚΑΙΟΣΥ΄ΝΗ, ης, ἡ, 1) *virtus, quæ* Latine *justitia* dicitur et *in suo cuique tribuendo* cernitur, *justitiæ et æquitatis studium,* et in hoc sensu Deo æque ac hominibus tribuitur, v. c. Act. XVII. 31. ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, pro δικαίως, quo ex æquo judicaturus est omnes homines. ibid. XXIV. 25. Apoc. XIX. 11. καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ. 2) *exercitatio officiorum omnium erga alios homines, diligentia in colendo omni officiorum genere erga alios,* quam significationem in omnibus locis habet, ubi ὁσιότης additur. Sic etiam Cic. Topic. c. 23. ita usus est *justitiæ* vocabulo, ut ad homines, *pietas* vero ad superos deos pertineat. Vide et Aristot. Ethic. V. 1 et 2. Marc. Anton. XII. § 1. Luc. I. 75. ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, pro ὁσίως καὶ δικαίως. Ephes. IV. 24. 1 Tim. VI. 11. δικαιοσύνην, εὐσέβειαν. 3) speciatim: *benignitas, liberalitas, misericordia, clementia, lenitas,* etiam per metonymiam (ut צִדְקָא et צִדְקְתָא. Vide Targum Cohel. V. 9, 18. VII. 13. IX. 10. Esther. IX. 22.) *eleemosyna.* Matth. VI. 1. προσέχετε τὴν δικαιοσύνην (in haud paucis codicibus legitur e glossemate ἐλεημοσύνην) ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων cavete vobis, ne in conspectu hominum liberalitatem et misericordiam vestram exerceatis; quanquam et verti potest: *ne eleemosynas vestras distribuatis,* nam stips, quæ distribuitur pauperibus, et omne beneficium, quo miser afficitur, צְדָקָה Ps. XXIV. 5. Prov. XXI. 21. Dan. IV. 14. et ab Alexandrinis δικαιοσύνη, Ps. LXXXV. 11. Ies. XLV. 8. LI. 5, 6. uti a Luca ἐλεημοσύνη vocatur. Cf. Lightfooti Hor. Hebr. ad Matth. VI. 1. et Buxtorf. Lex. Talmud. p. 1891. Nec repugnarem admodum, si quis δικαιοσύνην in *pietatis* notione accipere mallet, cujus species sunt ea quæ v. 2 et 5. commemorantur. Rom. III. 5. Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι Dei benignitatem manifestat. ib. v. 21, 22, 25, 26. 2 Cor. IX. 10. τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν præmia liberalitatis vestræ. Adde Rom. I. 17. Eodem modo צְדָקָה Ps. LI. 16. CXLIII. 1. Prov. XI. 4. usurpatur. Ipsum חֶסֶד Alexandrini promiscue ἐλεημοσύνην et δικαιοσύνην vertunt Prov. XX. 28. Ies. LXIII. 7. Latinis scriptoribus *justitiam, clementiam* et *lenitatem* non raro esse voces æquipollentes, idoneis exemplis docuit I. H. a Seelen in Meditatt. Exeg. P. I. p. 177 seq. Adde I. I. Griesbachii Comment. Crit. in textum Græcum N. T. P. I. p. 60 seq. 4) *benignitatis et liberalitatis præmium.* 2 Cor. IX. 9. ἡ δικαιοσύνη (i. q. τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης v. 10.) αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα liberalitas ejus feret fructus æternos. Ps. CXII. 9. 5) *probitas, virtutis et honestatis studium, sanctitas et integritas vitæ,* et κατ' ἐξοχὴν *omnis virtutis christianæ ambitus.* Suid. ἡ τελεία ἀρετή. Matth. V. 6. οἱ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην qui vehementi recte agendi desiderio tenentur. ibid. v. 10, 20. ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν nisi præstantior sit pietas vestra. ibid. VI. 33. καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ veramque pietatem christianam. Act. XIII. 10. Rom. VI. 18, 19, 20. VIII. 10. XIV. 17. Ephes. V. 9. VI. 14. Hebr. XII. 11. Ps. XV. 2. פֹּעֵל צֶדֶק Ies. XXXII. 17. עֲבֹדַת הַצְּדָקָה Sirac. XLIV. 10. 6) *præmium probitatis et integritatis vitæ.* Hebr. XI. 7. δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος præmium hujus pietatis reportavit, nempe liberationem e diluvio. Ita est ad imitationem Hebraici צְדָקָה Ps. CXII. 3. Ezech. XVIII. 20. ubi e contrario עָוֹן improbitatis pœna dicitur. Huc etiam referrem formulam: λογίζεσθαί τινι εἰς δικαιοσύνην, h. e. ita in bonam partem aliquid accipere, ut auctorem præmiis afficiendum et favore tuo dignum existimes, præmia virtutis alicui decernere. Rom. IV. 3. καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην et ideo favore et præmiis Dei ornatus est. ibid. v. 5, 9, 22. Respondet formulæ Hebraicæ חָשַׁב לִצְדָקָה Gen. XV. 6. Ps. CVI. 31. 7) *diligens et exacta observatio.* Philip. III. 6. κατὰ τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος quoad diligentem observationem legis Mosaicæ irreprehensus eram. 8) *complexus officiorum, quæ alicui incumbunt.* Sic legitur in N. T. Matth. III. 15. πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην ut omnibus meis officiis exacte satisfaciam. Fortasse huc etiam referendus est locus Joh. XVI. 10. περὶ δικαιοσύνης κ. τ. λ. edocebit homines de officio mihi incumbente, moriendi ex decreto divino et ita ad Deum redeundi. Vid. I. B. Carpzovii Sched. de vocis δικαιοσύνη notione in locis Matth. III. 15. Joh. XVI. 8, 10. Helmst. 1779. 4. Aliter Zonaras Lex. c. 518. δικαιοσύνη καὶ ἡ τῶν ἐντολῶν ἐκπλήρωσις, ὡς τό· οὕτως γὰρ πρέπον ἐστὶ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. 9) *veritas,* et interdum etiam *vera religio, sive Judaica, sive christiana,* i. q. ὁ νόμος τῆς δικαιοσύνης, cum quo permutatur Rom. IX. 30, 31. quem locum sic vertendum arbitror: Gentiles, alieni olim a vera religione et cultu Dei, consecuti sunt felicitatem per religionem christianam, Israëlitæ autem, quamvis veram religionem Mosaicam sectantes, tamen non pervenerunt ad religionem christianam, quæ vere felicitatem offert. 2 Cor. VI. 14. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; quænam est conjunctio religionis christianæ cum religione paganorum? ibid. XI. 15. διάκονοι δικαιοσύνης, h. e. vel veri ministri et legati Dei, vel doctores religionis christianæ, coll. v. 13. Matth. XXI. 32. ἦλθε πρὸς ὑμᾶς ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης obtulit vobis Johannes veram doctrinam. Alii de probitate vitæ h. l. interpretantur. — Interdum etiam *veracitatem,* seu *dictorum et conventorum constantiam et veritatem* denotat. Rom. IX. 28. ἐν δικαιοσύνῃ pro veracitate sua. Eadem verbi צֶדֶק et cognatorum significatio dominatur non solum apud Hebræos Ps. LII. 5. Ies. XLV. 19, 23. sed etiam apud Arabes, ut docuit Schellingius in libro vernaculo de usu linguæ Arabicæ p. 58 seq. Adde Prov. VIII. 8. Nehem. IX. 8. Deut. XXXII. 4. 10) *favor Dei, immunitas a peccatorum pœnis,* et *omnis felicitas et salus christiana.* Rom. IV. 6. IX. 30. ᾧ ὁ Θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων cui Deus peccata remittit sine ullo respectu ad legem Mosaicam. ibid. V. 17. καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης remissionem peccatorum, insigne illud benignitatis divinæ specimen. ibid. v. 21. VI. 16. X. 4, 5, 6, 10. 2 Cor. III. 9. ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης munus tradendi religionem christianam, quæ summam felicitatem hominibus offert. Galat. II. 21. III. 21. 11)

ratio perveniendi ad favorem Dei et remissionem peccatorum, quæ si vera est, δικαιοσύνη Θεοῦ dicitur, sin vero ab hominibus excogitata et inventa, ἡ ἰδία δικαιοσύνη, Rom. X. 3. appellatur. 12) pro concreto δίκαιος *is, cui contingit favor Dei et remissio peccatorum*. 2 Cor. V. 21. ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ ut ejus beneficio nobis contingeret remissio peccatorum. 13) *auctor et causa remissionis peccatorum*. 1 Cor. I. 30. 14) *quævis perfectio alicujus rei*, et tribuitur omni, quod tale est, quale esse debet, et quod est in suo genere insigne. 2 Cor. VI. 7. ὅπλα δικαιοσύνης arma justa, quæ talia sunt, qualia esse debent. 2 Tim. IV. 8. ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, h. e. ex quorundam sententia *corona, quæ non flaccescit*, ἄφθαρτος, ἀμάραντος, ut alibi vocatur. Hebr. V. 13. λόγος δικαιοσύνης doctrina sublimior, quæ perfectioribus destinata est, coll. VI. 1. Hebr. XI. 33. εἰργάσαντο δικαιοσύνην insignia facta ediderunt.

ΔΙΚΑΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, in universum quidem significat: *justum aliquem declarare et pronunciare*, sed pro subjecti et contextæ orationis diversitate admodum diverse usurpatur in N. T. Nam 1) est *declaro aliquem talem, qualis vere est*. 1 Tim. III. 16. ἐδικαιώθη ἐν Πνεύματι declaratus Messias vi illa divina, qua instructus miracula patravit. 2) *æstimo, rite dijudico, justum pretium alicui rei statuo*. Matth. XI. 19. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς prudentia vitæ a cultoribus suis recte dijudicari et æstimari potest. Videndum autem erit, annon hoc quoque loco notio *damnandi* huic voci subjicienda sit, ut fecit Henr. Reinesius in Theol. Exeget. ad h. l. Luc. VII. 35. 3) *approbo, laudo, commendo*. Luc. VII. 29. οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν Θεὸν portitores collaudarunt Deum, ubi aperte est i. q. alias δοξολογεῖν et δόξαν διδόναι dicitur. ibid. X. 29. ὁ δὲ θέλων δικαιοῦν ἑαυτὸν ille vero se collaudandi causa proposuit aliam quæstionem. ibid. XVI. 15. ὑμεῖς ἐστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων vos quidem coram hominibus vos effertis ob pietatem vestram, seu, nimium vosmet ipsos laudatis. Haud raro ita legitur in libris Apocryphis V. T. Sirac. VII. 4. μὴ δικαιοῦ ἔναντι Κυρίου noli te Domino tuo præsente laudare et efferre. ibid. X. 32. ubi δικαιοῦν et δοξάζειν sunt synonyma. ib. XVIII. 1. Κύριος μόνος δικαιωθήσεται Deus solus summa laude dignus est. ib. XIII. 26, 27. τῷ δικαιοῦν opponitur προσεπιτιμᾷν. Eodem modo צָדַק Job. XXVII. 5. Ies. XLV. 25. 4) δικαιόομαι, οῦμαι, *virtutis et honestatis studiosus sum, recte ago*. Apoc. XXII. 11. καὶ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω (in aliis codicibus e glossemate δικαιοσύνην ποιησάτω) et pius sanctitati vitæ studeat. Eodem modo δικαιοῦσθαι legitur Sirac. XVIII. 23. καὶ μὴ μείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι nec vitæ emendationem usque ad mortem differas. E contrario οὐ δικαιοῦσθαι *impie vivere*. Sirac. XXXI. 5. ὁ ἀγαπῶν χρυσίον οὐ δικαιωθήσεται qui divitiis inhiat, in varia incidit peccata. Ezech. XVI. 52. Job. XXXV. 7. 5) δικαιόομαι *liber sum ab omni culpa*. 1 Cor. IV. 4. ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι propterea tamen non ab omni culpa sum liber. Ps. CXLIII. 2. 6) δικαιοῦν judex dicitur, non solum, cum *condemnat* (Eurip. Heraclid. v. 190. ubi Schol. per κατακρίνω interpretatur, Thucyd. III. cap. 40. ubi vid. Schol.) *et punit*, (Polyb. III. 31.) sed etiam, *cum innocentis causam tuetur, eum defendit et jus ipsi vindicat*. Hinc δικαιοῦσθαι in universum sensu forensi: *causa vincere, justum, insontem et veracem inveniri et declarari*, et opponitur τῷ καταδικάζεσθαι. Matth. XII. 37. ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ oratione tua vel vinces in judicio vel pœna dignus declaraberis. Rom. III. 4. ὅπως δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε ut verus habearis, seu declareris in omnibus effatis tuis et causa vincas, seu, superior discedas, cum judicaris, coll. Ps. LI. 6. Sic צָדַק legitur Exod. XXIII. 7. Ps. LXXXII. 3. Prov. XVII. 15. 7) *libero, immunem reddo*, i. q. ἐλευθερόω, et δικαιόομαι *liber sum, liberor, evado, effugio*. Act. XIII. 39. καὶ ἀπὸ πάντων, ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι, ἐν τούτῳ πᾶς ὁ πιστεύων δικαιοῦται liberationem a malis, quam non potuit præstare lex Mosaica, hanc efficit religio christiana, si eam vera fide amplectimur. Rom. VI. 7. ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας mortuus qui est, liberatus est a peccato, seu, corpus mortui ineptum est ad peccata, coll. v. 18. et vers. Syr. Theophyl. ἀπολέλυται, ἠλευθέρωται. Eadem quoque habet Zonaras Lex. col. 492. Sirac. XXVI. 32. οὐ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας. Phavor. δεδικαίωται· ἀπήλλακται, ἠλευθέρωται. Hinc κατ' ἐξοχὴν δικαιόω 8) significat: *in gratiam aliquem recipio, remitto et condono alicui peccata*. Rom. VIII. 30. τούτους καὶ ἐδικαίωσεν, die hat er auch begnadiget, *he has also received them into favour*. ibid. III. 26, 30. Galat. III. 8. Δικαιοῦσθαι vero dicitur, *qui liberatur a peccatorum pœna, veniam delictorum accipit*, et omnino *favoris et præmiorum Dei et inprimis felicitatis christianæ particeps fit*. Luc. XVIII. 14. κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἢ ἐκεῖνος hic peccatorum veniam consecutus est, ille non item. Rom. III. 20. διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ itaque nemo ob obedientiam, legi Mosaicæ præstitam, Deo probatur. ibid. IV. 2. Abrahamum favorem Dei consecutum esse. 1 Cor. VI. 11. Jacob. II. 24, 25. ἐδικαιώθη favorem et præmia Dei consecuta est, h. e. salva et incolumis evasit, coll. Hebr. XI 31. E contrario οὐ δικαιοῦσθαι *non impunem evadere, puniri* notat Sirac. XXXIII. 14. Conf. Spicilegium meum primum Lexici Bieliani p. 34. Adde Rom. II. 13. III. 24, 28. V. 1, 9. Galat. II. 16, 17. III. 11, 24. V. 4. οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε quicunque per observationem legis Mosaicæ favorem Dei consequi studetis. Tit. III. 7. Jacob. II. 21. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΙΚΑΙ'ΩΜΑ, τος, τὸ, (a præcedente δικαιόω) apud Græcos *sententiam judicis* significat, *quæ injuriam passo jus suum vindicat, reum damnat eique pœnas imponit*. Suid. δικαιώματα δὲ καὶ αἱ κατακρίσεις. (Huc referri potest locus Apoc. XV. 4. τὰ δικαιώματά σου pœnæ quas justissime infliges: מִשְׁפָּטֶיךָ.) Interdum etiam *causæ defensionem et præsidium* notat, v. c. apud Alexandrinos 2 Sam. XIX. 28. Jer. XI. 20. XX. 12. Sed in N. T. δικαίωμα ex usu linguæ Hebraicæ significat 1) *constitutum per legem et sancitum, sive jussum sit, sive interdictum*, quo sensu, quidquid Deus jubet, statuit et decernit, מִשְׁפַּט־יְהוָה Deut. XXX. 16. in V. T. vocatur et δικαίωμα in vers. Alex. Hebr. חֹק et חֻקָּה Exod. XV. 25, 26. Levit. XXV. 18. respondet. Luc. I. 6. πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου vitam agebant e formula divinorum præceptorum. Rom. II. 26. τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου præcepta legis divinæ naturalis. ib. VIII. 4. ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πλη-

ρωθῆ ἐν ἡμῖν ut præscripta legis observarentur a nobis. Hebr. IX. 1. εἶχε ἡ πρώτη δικαιώματα λατρείας habebat œconomia Mosaica varias leges et constitutiones cultus divini publici. ibid. v. 10. δικαιώματα σαρκὸς leges, quæ ad corpus tantùm et externam hominis conditionem spectabant. Genes. XXVI. 5. ἐφύλαξε τὰ προστάγματά μου, καὶ τὰς ἐντολάς μου καὶ τὰ δικαιώματά μου. Psalm. XVIII. 9. Num. XXXI. 21. τοῦτο τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου. Suid. δικαιώματα· νόμος, ἐντολαὶ κ. τ. λ. 2) *minæ, comminatio.* Rom. I. 32. οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ γνόντες qui comminationes divinas cognitas quidem habebant. 3) *obedientia, quæ voluntati divinæ præstatur, sanctitas et virtus perfecta.* Rom. V. 18. ubi δικαίωμα non solum opponitur τῷ παραπτώματι, sed etiam v. 19. per ὑπακοὴ explicatur. Vulgatus voce *justitia* usus est. 4) *absolutio, liberatio a pœnis peccatorum.* Rom. V. 16. εἰς δικαίωμα, ubi opponitur τῷ κατάκριμα, et v. 18. permutatur cum formula: εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Universe de hac voce legi meretur J. Floderi Homonymia vocis δικαίωμα in scriptis N. T. Ups. 1771. 4.

ΔΙΚΑΙ´ΩΣ. Adverbium a voce δίκαιος. 1) *juste*, h. e. *convenienter justitiæ et æquitati, ex æquo.* 1 Thess. II. 10. ὡς ὁσίως καὶ δικαίως. Tit. II. 12. σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς. 2 Petr. II. 23. τῷ κρίνοντι δικαίως. 2) *rite, ut officium postulat, ut par est.* 1 Cor. XV. 34. ἐκνήψατε δικαίως. 3) *digne, merito.* Luc. XXIII. 41. καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως nobis quidem ex merito pœna subeunda est; sequitur enim, ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν. Sapient. XIX. 13. δικαίως ἔπασχον ταῖς πονηρίαις. Gloss. Vet. δικαίως, *jure, merito.*

ΔΙΚΑΙ´ΩΣΙΣ, εως, ἡ, apud Græcos fere semper vel *supplicium* denotat, *quod jussu judicis a reo sumitur*, vel *ipsam sententiam condemnatoriam*, interdum etiam *causæ defensionem*, δικαιολογίαν, ut Suidas interpretatur. Schol. Thucyd. VIII. 66. δικαίωσις ἀντὶ τοῦ κόλασις, ἢ εἰς δίκην ἀπαγωγὴ, ἤτοι κρίσις. Sed in N. T. ubi bis tantum legitur, *absolutionem et remissionem peccatorum* significat. Rom. IV. 25. καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν et resurrexit, ut non amplius dubitare possimus, vere peccata nostra expiata esse. ibid. V. 18. εἰς δικαίωσιν ζωῆς ad remissionem peccatorum, quæ veram felicitatem efficit.

ΔΙΚΑΣΤΗ´Σ, οῦ, ὁ, non *quilibet judex* dicitur, sed *judex qui lites minores componit*, ein Friedens- oder Schiede-richter, *an arbitrator of private disputes*, a δικάζω *jus dico, judico.* Ter legitur in N. T. Luc. XII. 14. τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ᾽ ὑμᾶς; quis me vobis constituit judicem et arbitrum? Act. VII. 27. τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ᾽ ἡμᾶς; quis te constituit principem nostrum et arbitrum? ibid. v. 35. Xenoph. Cyrop. II. 4. 7. In versione Alex. legitur pro שֹׁפֵט Exod. II. 14. Jos. VIII. 33. Interdum omittitur, v. c. Act. VI. 15. post οἱ καθεζόμενοι, et 1 Cor. VI. 4. post τούτους καθίζετε. Gloss. Vet. apud Labbæum: δικαστής, *judex, recuperator*, de qua voce videndus Ernesti in Clav. Ciceron. s. h. v.

ΔΙ´ΚΗ, ης, ἡ. Admodum varias significationes hæc vox apud Græcos scriptores habet. Denotat nempe *actionem coram judice*, Xenoph. de Rep. Athen. I. 16. Ælian. V. H. XIII. 38. *judicis cognitionem, sententiam condemnatoriam*, interdum etiam *morem* et *consuetudinem*. Hom. Odyss. δ´, 691. σ´, 274. Cf. Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v. In N. T. autem 1) *ipsam executionem sententiæ condemnatoriæ, pœnam, mulctam* notat, ut sit i. q. καταδίκη. Act. XXV. 15. αἰτούμενοι κατ᾽ αὐτοῦ δίκην (in aliis codd. καταδίκην) poscentes eum in supplicium; quanquam et reddi potest: postulantes, ut adversum eum sententiam pronuntiaret. 2 Thess. I. 9. οἵτινες δίκην τίσουσιν qui pœnas dabunt. Alberti Gloss. N. T. p. 148. δίκην τίσουσιν· τιμωρίαν δώσουσιν. Jud. v. 7. δίκην ὑπέχουσαι pœnas subeuntes. Formula δίκην διδόναι, pro: *pœnam dare inflictam*, admodum frequens est apud Græcos, v. c. Xenoph. Anab. IV. 4. 9. Eodem sensu δίκην ὑπέχειν legitur apud Ælian. V. H. II. 4. Conf. etiam Perizon. ad Ælian. V. H. III. 38. et Wetstenii N. T. T. II. p. 734. Adde Sapient. XVIII. 11. 2 Macc. VIII. 13. 2) δίκη *dea justitiæ, criminum mortalium ultrix bonorumque præmiatrix* (Ammian. Marcell. XIV. 2.) vocatur, *quæ alias Nemesis* (Suidas: Νέμεσις, μέμψις, δίκη, etc.), etiam Ἀδράστεια (vide Proclum in Theol. Platon. L. IV. c. 6. p. 205.) *dicitur, et hoc nomine a gentilibus religiose colebatur,* (Plin. H. N. XI. 45. Pollux Onom. VIII. 1.) cujus figuram exhibuit Montefalc. Antiq. T. I. L. II. c. 8. Act. XXVIII. 4. ὃν ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν justitiæ dea non sinit eum vivere, seu, ut nos diceremus, divina ultio, justitia Dei ultrix eum non sinit vivere. Hesiod. Opp. 254. Sophocl. Antig. 544. Arrian. Exped. Alex. IV. 9. Conf. Palairet. Obss. Philol. Crit. p. 347. et Rechenbergii Exercitationes in N. T. p. 124. — Ammonius: Δίκη ἡ κρίσις, καὶ ἡ τιμωρία, καὶ τὸ δίκαιον. Timæus Lex. Platon. δίκη· ὅτι μὲν τὸ ἔγκλημα, ὅτι δὲ ἡ κόλασις, ὅτι δὲ ὁ τρόπος καὶ ἡ ὁμοιότης.

ΔΙ´ΚΤΥΟΝ, ου, τὸ, *rete*, a δίκω, *jacio.* Vocabulum generale, omnis generis retia complectens, apta vel ad aucupium vel ad venationem et piscaturam. In N. T. sumitur inprimis pro *reti piscatorio.* Matth. IV. 20, 21. Marc. I. 18, 19. Luc. V. 2, 4, 5, 6. Joh. XXI. 6, 8, 11. Hesych. δίκτυον· καὶ τὸ ἁλιευτικὸν λίνον ἢ σαγήνη.

ΔΙ´ΛΟΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, propr. *qui bis eadem dicit, res easdem repetit:* (Sic διλογεῖν et διλογία adhibetur a Xenoph. de Re Equ. 8. 2. Vide Wesseling. ad Diod. Sic. XX. 37.) deinde i. q. δίγλωσσος, *bilinguis, qui duplex et inconstans est in dictis, alia ore promit et alia pectore premit,* ὕπουλος καὶ δολερὸς, (eadem quoque habet Zonaras Lex. col. 510.) ἄλλα φρονῶν καὶ ἄλλα λέγων, καὶ ἄλλα τούτοις καὶ ἄλλα ἐκείνοις, ut Theophylactus recte interpretatus est ad 1 Tim. III. 8. ubi semel tantum occurrit. Conflata est vox ex δὶς et λόγος *sermo*, unde διλογία *sermonis ambiguitas* dicitur. Adde Pollucis Onom. II. 118.

ΔΙΟ´. Conjunctio, *quare, quapropter, ideo, propterea*, ex διὰ et ὅ per apostrophum δι᾽ ὅ, *propter quod.* Matth. XXVII. 8. 1 Cor. XII. 3. 2 Cor. VI. 17. Hebr. XIII. 12. etc. Interdum est *particula transitionis*, v. c. Rom. II. 1. ubi Paulus transit ad Judæos. Jacob. I. 21.

ΔΙΟΔΕΥ´Ω, fut. εύσω, *iter facio per aliquem locum, transeo, obeo, peragro.* (ex διὰ *per*, et ὁδεύω *iter facio.*) Bis tantum legitur in N. T. Luc. VIII. 1. αὐτὸς διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην obeundo civitates et vicos. Act. XVII. 1. διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν cum vero iter fecissent per Amphipolin. coll. 1 Macc. XII. 32. In vers. Alex. Hebr. עָבַר Ps. LXXXIX. 41. Zeph. III. 7. הִתְהַלֵּךְ Genes. XIII. 17. et דָּרַךְ Ies. LIX. 8. respondet. Polyb. II. 15. 5. Plutarch. T. III. p. 654. ed. Reisk. Hesych. διόδευσον· πέρασον. Hinc διο-

δὸς *transitus* apud Polyb. XI. 18. 1.

ΔΙΟΝΥ´ΣΙΟΣ, ου, ὁ. *Dionysius.* Nomen proprium viri Atheniensis, qui fuit e numero judicum seu curialium Areopagi, et exinde *Areopagita* vulgo vocatur, conversus a Paulo ad christianam religionem. Dictus est sine dubio a Διονύσῳ, i. e. *Baccho*. Act. XVII. 34. ἐν οἷς Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΙΟ´ΠΕΡ. Conjunctio, *quapropter*, ex διὰ et ὅπερ *quod*. Legitur in N. T. 1 Cor. VIII. 13. X. 14. XIV. 13.

ΔΙΟΠΕΤΗ`Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *qui a Jove seu cœlo decidit et descendit, de cœlo delapsus.* Compositum est ex Διὸς *Jovis* a Ζεὺς, et ex πέτω *cado* pro πίπτω. Hesychius: διοπετής· ἐξ οὐρανοῦ ἐρχόμενον. Sic torrens per imbrem largum exortus διοπετὴς ποταμὸς dicitur apud Dionys. Halic. Antt. XI. 27. Hinc διοπετὲς, sc. ἄγαλμα, quod Act. XIX. 35. tantum memoratur, vocabatur *simulacrum Dianæ aureum, quod eodem quo Ancile et Palladium Trojanum miraculo de cœlo delapsum sacerdotes mentiebantur, et in templo Ephesino includebatur, cujus tamen artificem Canetiam fuisse,* Plinius *perhibet* H. N. XVI. c. 40. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. c. 11. s. 2. Barnesium ad Eurip. Iphig. in Taur. v. 88. Wetstenii N. T. T. II. p. 589. et I. Amnel D. περὶ τοῦ διοπετοῦς Act. XIX. 35. Upsal. 1748. 4. Gloss. Vet. apud Labbæum: διοπετῆ, *ancilia.*

ΔΙΟ´ΡΘΩΜΑ, τος, τὸ, *correctio, emendatio* Act. XXIV. 3. ubi pro κατορθωμάτων in cod. Alex. tribusque aliis vetustissimis reperitur διορθωμάτων, quam scripturam probat Grotius, ut significetur, *multa a Felice in rebus ad Judæos pertinentibus fuisse in melius restituta.* Attici eo sensu ἐπανόρθωμα potius usurpant.

ΔΙΟ´ΡΘΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1) sensu physico: *restitutio in integrum, correctio*, et apud Græcos medicos ita speciatim dicitur *membri fracti correctio aut directio, cum ea, quæ aliquo modo excedunt, in naturalem et moderatum statum restituuntur,* ut docuit Fœsius Œconom. Hipp. p. 103. Descendit a διορθόω *prava et perversa corrigo, in meliorem statum et conditionem redigo.* 2) sensu morali: *restitutio, emendatio, correctio.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. IX. 10. μέχρι καιροῦ διορθώσεως usque ad tempus emendationis sacrorum, seu perfectioris cultus, per Messiam introducendi. Theophyl. ad h. l. ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, τοῦ μέλλοντος διορθώσασθαι ταῦτα, καὶ τὴν ἀληθινὴν καὶ πνευματικὴν λατρείαν ἐπεισαγαγεῖν. Polyb. VI. 38. 4. διόρθωσις τῶν συμπτωμάτων, ubi vid. Schweighæuserus. ib. V. 88. 2. διόρθωσις τῶν πολιτευμάτων. Cf. Lex. Polyb. s. h. v. De voce διορθοῦν lectu digna habet Sallierius ad Thom. M. p. 241. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 53. διόρθωσις, *correctio, emendatio.*

ΔΙΟΡΥ´ΣΣΩ, vel ΔΙΟΡΥ´ΤΤΩ, fut. ύξω, *perfodio et quidem furtim, perfodio furtim parietes vel domum,* (Aristoph. Vesp. v. 349.) quod plene dicitur διορύσσειν τοὺς τοίχους Ez. XII. 7. Aristoph. Plut. v. 565. Thucyd. II. 3. aut uno verbo τοιχωρυχεῖν, et διορύσσειν τὰς οἰκίας Job. XXIV. 16. ubi in Hebraico חָתַר legitur. Sic extat Matth. VI. 19. διορύσσουσιν καὶ κλέπτουσιν perfossis parietibus auferunt. 20. ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν ad quas obtinendas fures non perfodiunt, sc. domum vel parietes. ibid. XXIV. 43. καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. Luc. XII. 39. Sæpius in N. T. non occurrit. Hesych. διορύττει· σκάπτει. Phavor. διορύττω· τὸν τοῖχον διακόπτω· Ἀριστοφάνης, τοὺς τοίχους διορύττειν.

ΔΙΟ´ΣΚΟΥΡΟΙ, ων, οἱ, seu, ut etiam, et quidem rectius, judice Phrynicho p. 38. scribitur, διόσκοροι. Generatim *cuncti Jovis filii* ita appellari possent, nam est ex Διὸς *Jovis* a Ζεὺς, et κοῦρος pro κόρος *puer*. Sed ex usu communi ita tantum vocantur *Castor* et *Pollux*, Helenæ fratres, Jovisque ex Leda Tyndaride filii, nautarum numina, unde memorantur insigne fuisse navis cujusdam Alexandrinæ, Act. XXVIII. 11. παρασήμῳ Διοσκούροις cujus insigne erat Castorum. Vocantur etiam Διόσκουροι σωτῆρες ab Ælian. V. H. I. 30. Adde Xenophont. Symp. 8. 29. et Cyrop. III. 3. 26. Conf. Alberti Obss. in N. T. p. 288. Wetstenii N. T. T. II. p. 653. I. H. a Seelen Meditat. Exeg. P. I. p. 487. et Ezech. Spanhem. ad Callimach. Lavacr. Pallad. v. 24. p. 635. et de Usu et Præst. Numism. T. I. p. 295. Hesych. Διόσκουροι· οἱ Ἑλένης ἀδελφοὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, Λευκόπωλοι καλούμενοι — καὶ ἀστέρες οἱ τοῖς ναυτιλλομένοις φαινόμενοι.

ΔΙΟ´ΤΙ. Conjunctio, 1) *eo quod, quoniam, quamobrem, propterea quod,* et ita differt a διὸ, quod *propterea* notat. Act. XVII. 31. Rom. I. 19. VIII. 7. Galat. II. 16. Hebr. XI. 23. Jacob. IV. 31. 2) *quanquam.* Rom. I. 21. διότι γνόντες τὸν Θεὸν quanquam vero Deum cognoscendi larga copia erat et facultas. 3) *nam, etenim.* Act. XVIII. 10. Luc. I. 13. Sic כִּי Num. XI. 13. Zeph. II. 11.

ΔΙΟΤΡΕΦΗ`Σ, έος, ὁ. *Diotrephes,* h. e. vi etymologiæ *a Jove nutritus,* nam est ex Διὸς *Jovis* et τρέφω *alo, nutrio.* Hesych. διοτρεφεῖς· οἱ ἐν βασιλείᾳ τεθραμμένοι, h. e. reges, qui Jovis filii habebantur. Idem: Διοτρεφέων· ἐκ τοῦ Διὸς ἑλκόντων τὸ γένος. In N. T. est nomen proprium (quod etiam apud Græcos in usu fuit. Vid. Thucyd. VIII. 64. Diod. Sic. XV. 14.) viri, qui maxima cum auctoritate in sua urbe vixit, et fastuosi, qui primarius esse omnium voluerat inter suos, inhumani et obtrectatoris Johannis, ut a Johanne 3 Ep. v. 9 et 10. describitur. Cf. Stemleri D. de Diotrephe. Lips. 1758. 4.

ΔΙΠΛΟ´ΟΣ, οῦς, fœm. διπλόη, ῆ, neutr. διπλόον, οῦν, 1) *duplex, duplus,* synecdochice autem *multus, plurimus, permagnus, gravis, insignis.* 1 Tim. V. 17. διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν duplici, h. e. multo, insigni honore digni habeantur et afficiantur. Apoc. XVIII. 6. διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ gravissimas ei pœnas infligite. Sophocl. Œdip. Tyr. 1328. διπλᾶ σε πενθεῖν, καὶ διπλᾶ φέρειν κακά. Æschyl. Agamemn. 546. Ies. XL. 2. Jer. XVI. 18. Sirac. XX. 10. In versione Alex. Hebr. מִשְׁנֶה Genes. XLIII. 15. Esr. I. 10. שְׁנַיִם Deut. XXI. 17. et כֶּפֶל Job. XI. 6. XL. 2. respondet. Conf. etiam interpretes ad Thom. M. p. 242. Phavor. διπλῆν διπλασίονα καὶ μεγάλην. 2) *fallax, dolosus, simulator, hypocrita,* (Xenoph. H. G. IV. 1. 14. Eurip. Rhes. v. 395 et 423.) unde διπλόη est *fraudulentia, simulatio.* Suid. Διπλόη· ἡ πανουργία, ἡ ἀπάτη, ἡ ἔξωθεν ἀρετὴ φαινομένη, ἔσωθεν δὲ γέμουσα κακίας κ. τ. λ. Hinc explicarem locum Matthæi XXIII. 15. διπλότερον ὑμῶν insigniorem hypocritam, quam vos estis, vobis adhuc fraudulentiorem. Alii διπλότερον adverbialiter *duplo magis* interpretantur. Sirac. II. 13. οὐαὶ καρδίαις διπλαῖς. Conf. Heisenii Novas Hypothes. ad Ep. Jacobi p. 474 s.

ΔΙΠΛΟ´Ω, ῶ, fut. ώσω, *duplico, duplum do,* i. q. διπλασιάζω Ezech. XXI. 19. a διπλόος, quanquam etiam per synecdochen de *quavis multitudine indeterminata* dicitur. Semel in N. T. legitur Apoc. XVIII. 6.

διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ gravissimas ei pœnas infligite.

ΔΙ'Σ. Adverbium, *bis*. Marc. XIV. 30, 72. Luc. XVIII. 12. δὶς τοῦ σαββάτου bis hebdomade. Phil. IV. 16. ἅπαξ καὶ δὶς *aliquoties*. vide sub ἅπαξ. Jud. v. 12. δὶς ἀποθανόντα bis, h. e. *prorsus* emortuæ, nam δὶς, τρὶς, indicat interdum *omnino*, *penitus*. 1 Thess. II. 18. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΙΣΤΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *in bivio sto, nesciens, quam viam sequi debeam*. (ex δὶς *bis* et στάω *sto*.) 2) *dubito, hæsito, anceps hæreo inter spem et metum*, i. q. ἀμφισβητέω. Bis legitur in N. T. Matth. XIV. 31. εἰς τί ἐδίστασας; quid dubitas de salute tua? Syrus voce ܐܬܦܠܓ h. e. *divisum esse animo, ambigere*, usus est. ibid. XXVIII. 17. οἱ δὲ ἐδίστασαν quidam tamen dubitarunt. aut: nonnulli enim dubitaverant. Fortasse tamen non absurde διέστησαν olim scriptum fuisse suspicari aliquis posset. Plutarch. T. V. p. 620. Reisk. Diod. Sic. IV. 62. Θησέως δὲ διστάζοντος περὶ τῆς διαβολῆς. Clemens Ep. 2. ad Corinthios p. 175. οἱ διστάζοντες τῇ καρδίᾳ. et Ep. I. p. 82. οἱ διστάζοντες τὴν ψυχήν. Hesych. διστάζειν· διχονοεῖν, ἀπορεῖν, ἀμφιβάλλειν. Etym. M. διστάζειν τὸ διχῶς βουλεύεσθαι, καὶ τὸ δύο στάσεις ἔχειν κατὰ διάνοιαν.

ΔΙ'ΣΤΟΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *geminum os habens*, ex δὶς *bis*, et στόμα *os*. 2) *duplicem aciem habens, anceps, utrinque acutus, bipennis*. Nonnulli hanc vocem, ita usurpatum, a δὶς et τέμνω deducunt, sed tunc διστόμος scribendum esset, sicut διχοτόμος, ut recte jam observavit Barnes. ad Eurip. Helen. v. 989. Potius, ut ὀξύστομος, a στόμα derivandum, quod figurate de gladio ita dicitur, ut *aciem* significet. Hebr. IV. 12. τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον acutiora illa gladio ancipiti quolibet. Apoc. I. 16. ῥομφαία δίστομος. ibid. II. 12. Jud. II. 16. חֶרֶב שְׁנֵי פִיּוֹת Prov. V. 4. חֶרֶב פִּיפִיּוֹת Ps. CXLIX. 6. Eurip. Orest. v. 1305. δίστομα φάσγανα. Gloss. Vet. apud Labbæum: δίστομος, *anticeps*. lege: *anceps*.

ΔΙΣΧΙ'ΛΙΟΙ, οἱ, αἱ, τὰ, *bis mille, duo millia*, ex δὶς *bis*, et χίλιοι *mille*. Legitur in N. T. semel Marc. V. 13. ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι. Alexandrini pro אַלְפַּיִם Num. IV. 36, 40. Jos. III. 4. adhibuerunt.

ΔΙΫΛΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *percolo, per colum transfundo, despumo, sordibus et scoriis purgo*, ex διὰ et ὑλίζω *defæco, percolo*, quod est ab ὕλη *fæces*, unde ὑλιστὴρ et διϋλιστήριον *colum* dicitur. Legitur apud Aquilam Ps. XI. 7. de auro, depurgato a scoriis, pro Hebraico מְזֻקָּק, et in Aquilæ et Symmachi reliquiis Ies. XXV. 6. et apud Alex. Amos VI. 6. de vino depurgato. Artemid. IV. 50. διϋλίζων πρότερον τὸν οἶνον. Dioscor. II. c. 86. p. 111. διὰ ῥάκους λινοῦ διϋλισθέν. Plutarch. T. VIII. p. 768. Reisk. In N. T. semel legitur Matth. XXIII. 24. οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα qui excolatis culicem vinarium; quod proverbialiter de iis dicitur, qui sunt in rebus levibus diligentes et officii sui studiosi. De quo adagio lectu digna habet Vorstius in Philol. S. p. 772. et Wetstenius N. T. T. II. p. 487. Hesych. διϋλίζοντες· διηθμεύοντες, διηθοῦντες. Gloss. Vet. apud Labbæum: διϋλίζω, *defæco, sacco, percolo*.

ΔΙΧΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *disseco, in duas partes divido, bipertior*, (ita explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum) *diffindo*. Descendit enim a δίχα, quod est idem quod εἰς δύο μοίρας, ut Phavorinus interpretatur. Sic legitur apud incert. interpr. Levit. I. 17. pro שָׁסַע et apud Aquilam Deut. XIV. 6. Vide Suidam in διχαζούσης. 2) *dissidere facio, auctor sum dissensionis et discordiæ*, i. q. δίχα ποιέω apud Xenoph. Anab. VI. 4. 8. et διΐστημι, Xenoph. Hist. Gr. II. 4. 25. Sic semel in N. T. legitur Matth. X. 35. ἦλθον γὰρ διχάσαι adventu meo exorientur discordiæ, ubi in loco parallelo Luc. XII. 52 et 53. διαμερίζειν legitur. Eodem sensu Chald. פַּלֵּג (cf. Buxtorf. Lex. Talmud. p. 1730.) et Syriacum ܦܠܓ usurpatur, ut Schaafius docuit in Lexico Syr. N. T. p. 450.

ΔΙΧΟΣΤΑΣΙ'Α, ας, ἡ, *dissensio, dissidium, seditio, factiones contrariæ*. Conflatum est ex δίχα *separatim, divisim*, et στάσις *statio*: est itaque proprie, cum in duas partes factiones secedunt, et suum utraque locum seorsim capit. Ter legitur in N. T. Rom. XVI. 17. τοὺς τὰς διχοστασίας ποιοῦντας qui factiosi sunt, factionibus student. 1 Cor. III. 3. Galat. V. 20. 1 Macc. III. 29. Dion. Halic. Antiqu. VIII. c. 72. Plutarch. T. II. p. 767. Reisk. Gloss. Vet. apud Labbæum: διχοστασία, *dissessio, dissensio, discordia*.

ΔΙΧΟΤΟΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *in duas partes seco*, ex δίχα et τέμνω *seco*. Est i. q. δίχα διατέμνω (quod legitur apud Platonem in Sympos. p. 182.) δίχα τέμνω (apud Ælianum in Fragm. p. 816. et Heliodorum Æthiop. X. c. 4.) De dissectione in duas partes legitur apud Lucian. Dial. Meretr. p. 745. Polyb. VI. 28. 2.—Interdum autem est simpliciter *disseco*, et qualemcunque dissectionem in partes plures notat, ut apparet e vers. Alex. Exod. XXIX. 17. καὶ τὸν κριὸν διχοτομήσεις κατὰ μέλη; ubi Hebraico נִתַּח respondet, quod LXX mox per μελίζειν, (Jud. XIX. 29. XX. 6.) mox vero per κρεανομεῖν (Levit. VIII. 20.) reddiderunt. Polyb. X. 15. 5. Ammonius: διχοτόμος· ὁ εἰς δύο διαιρῶν. Hesych. διχοτομήματα· τμήματα. Adhibetur inprimis ad designandum crudelissimum illud supplicii genus, Chaldæis, (Dan. II. 5. III. 29.) Hebræis, (2 Sam. XII. 31.) Ægyptiis, (Herodot. III. 13.) Græcis (Diod. Sic. I. 2.) et Romanis (Sueton. Calig. c. 27. Liv. I. 28. VIII. 24. Gell. XX. 1) receptum, quo reorum aut captivorum corpora media dissecabantur. Adde Jud. XIX. 29. 1 Sam. XV. 33. 1 Reg. III. 25. Joseph. A. J. VIII. 2. et Pollucis Onom. VIII. 32. 10. Conf. etiam Bibl. Brem. Class. V. p. 1112 seq. Class. VII. p. 234. Hinc factum est, ut 2) in universum: *male aliquem perdere, morte crudeli interficere et gravissime punire* significaret. Matth. XXIV. 51. καὶ διχοτομήσει αὐτὸν et male eum perdet. Alii vertere malunt: illumque a reliqua familia separabit. Luc. XII. 46. Sæpius non legitur in N. T. Confer Hist. Susann. v. 55 et 59. Διχοτομεῖν generatim gravissimam quamque pœnam designare, uberius docuit Krumbholzius in Bibl. Brem. Class. VII. p. 234. Hesych. διχοτομεῖν· ἀναιρεῖν.—διχοτομία· ἀναίρεσις. Alii, ut I. C. Bonnet in Bibl. Hagana Class. IV. p. 471. διχοτομεῖν in locis laudatis N. T. pro *removere ab officio, dimittere, procul a se facessere jubere*, ad imitationem Hebr. גָּזַר (2 Chron. XXVI. 21. Ps. LXXXVIII. 6. Thren. III. 54.) et כָּרַת (1 Sam. XXVIII. 9. Genes. XVII. 14.) dictum esse putant. Aliis denique interpretibus διχοτομεῖν l. l. est *verberare, flagellis cædere*, quod etiam La-

tini (v. c. Plautus Mil. Glor. V. 1. 2. coll. v. 8.) *discindere*, aut *flagellis aliquem discindere* (vide Sueton. Calig. c. 39.) aut simpliciter *scindere* (Martial. Lib. III. Ep. 93.) dixerunt. Certe sic τέμνειν legitur apud Arrian. Diss. Epictet. III. c. 22. 2. (ὁ Κύριος αὐτὸν ἑλκύσας ἔτεμε.) et διατέμνειν apud Homer. Odyss. XVIII. v. 345.

ΔΙΨΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *sitio*, a δίψα *sitis*. Matth. XXV. 35, 37, 42, 44. Joh. IV. 13, 15. XIX. 28. Rom. XII. 20. Formula πεινᾷν καὶ διψᾷν, quæ 1 Cor. IV. 11. legitur, significat: *inopia victus laborare*, coll. Apoc. VII. 16. 2) *vehementer desidero et appeto, summo desiderio alicujus rei feror*, ad imitationem Hebraici צָמֵא Ps. XLII. 3. LXIII. 2. Amos VIII. 11. quanquam eodem sensu διψᾷν etiam apud Græcos (v. c. Xenoph. Cyrop. IV. 6. 7. οὕτως ἐγὼ ὑμῶν διψῶ χαρίζεσθαι, Æschin. Dial. III. 5.) et *sitire* apud Latinos scriptores legitur, v. c. Cic. ad Quint. Fr. III. 5. *sitire honores*, Orat. III. 20. *sitiens artium*. Conf. Abresch. in Dilucidd. Thucyd. p. 382 et 837. et Gatakeri Opera Critica p. 118. Sic autem legitur in N. T. Matth. V. 6. διψῶντες τὴν δικαιοσύνην qui vehementi veræ pietatis desiderio tuentur. Joh. IV. 14. οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα ejus desideriis plane satisfactum est. ibid. VI. 35. οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε nihil habebit amplius, quod desideret. ibid. VII. 37. ἐάν τις διψᾷ si quis ad veram sapientiam et felicitatem adspiret. Apoc. XXI. 6. XXII. 17. Sirac. XXIV. 23. Sapient. XI. 14. Suid. ἐδίψησεν· ἐπεθύμησεν. Hesych. Διψᾷν γὰρ τὸ ἐπιποθεῖν. Apud Eustathium ad Iliad. α', p. 254. ed. Florent. πολυδίψιον per πολυπόθητον explicatur. In hac notione διψᾷν apud Græcos cum genitivo construitur. Conf. Philon. de Profug. T. I. p. 566. ed. Lond.

ΔΙ'ΨΟΣ, εος, τὸ, idem quod δίψα, *sitis*. In N. T. tantum legitur 2 Cor. XI. 27. ἐν λιμῷ καὶ δίψει in fame et siti. Xenoph. Cyrop. VIII. 1. 12. Memor. I. 4. 13.

ΔΙ'ΨΥΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, non tam is dicitur, *qui duplex animo est*, nam hic est ex usu loquendi *homo fraudulentus atque dolosus*, (Psal. XII. 3. 1 Paral. XII. 33.) sed *homo inconstans, ancipitis animi, qui dubius et incertus hæret*. Sic bis legitur in N. T. Jacob. I. 8. ubi ἀνὴρ δίψυχος homo dicitur, qui mox sperat, mox animum abjicit, ὁ ἀνεστήριστος καὶ ἀστήρικτος, ut Œcumenius interpretatur, qui dubius et incertus hæret de voluntate Dei ad juvandum. Sic δίψυχος legitur etiam in Constit. Apost. VII. 11. μὴ γίνου δίψυχος ἐν προσευχῇ σου εἰ ἔσται ἢ οὔ. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος ἐμοὶ Πέτρῳ ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; ac in Epistola I. Clementis ad Corinthios p. 82. Eodem modo διψυχεῖν usurpatur apud Eustath. Erot. 286. (356.). Confer Dougtæi Analecta Sacra pag. 146. Jacob. IV. 8. δίψυχοι vocantur, qui non vera et sincera mente Deum colunt, quibus est καρδία δισσὴ, ut loquitur Sirac. I. 27. Hesych. διψυχίαν ἀπορίαν. Conf. Heisenii Novas Hypotheses ad Ep. Jacobi p. 471.

ΔΙΩΓΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *persecutio, exagitatio, vexatio*, a διώκω, quod vide. Speciatim dicitur de *persecutionibus ob professionem religionis christianæ*. Matth. XIII. 21. Marc. IV. 17. X. 30. (ubi μετὰ διωγμῶν vertendum est: propter persecutiones relictos. Alii minus commode reddunt: inter ipsas vexationes.) Act. VIII. 1. XIII. 50. Rom. VIII. 35. 2 Cor. XII. 10. 2 Thess. I. 4. 2 Tim. III. 11.

ΔΙΩ'ΚΤΗΣ, ου, ὁ, *persecutor, vexator*, a διώκω. Legitur in N. T. semel 1 Tim. I. 13. τὸν πρότερον διώκτην ὄντα qui quondam persecutus sum Christi sectatores.

ΔΙΩ'ΚΩ, futur. ώξω, 1) proprie: *celeriter curro*, adeoque interdum etiam de fugientibus adhibetur, teste Hesych. διώκειν μεθ' ὁρμῆς φεύγειν. Thucyd. VIII. c. 120. Xen. Anab. VII. 2. 11. Hinc 2) de eo dicitur, *qui fugientem persequitur hostili animo*. Hoc sensu dicitur de *feris*, quas venatores persequuntur, aut de *hoste* vel *reo* fugiente. Thucyd. I. 137. Matth. XXIII. 34. καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν. Interdum tamen latius patet et de *omnis generis persecutionibus* et *vexationibus et injuriis*, inprimis ob religionem christianam, adhibetur, v. c. Matth. V. 10, 11, 12, 44. Luc. XXI. 12. Joh. XV. 20. Act. VII. 52. IX. 4, 5. XXII. 4, 7, 8. XXVI. 11, 14, 15. 1 Cor. IV. 12. XV. 9. 2 Cor. IV. 9. Galat. I. 13, 23. (ubi διώκων positum est pro διώξας. Confer Sirac. XLVIII. 7.) IV. 29. V. 11. VI. 12. Hinc apud Græcos (v. c. Polyæn. Lib. VIII. Ῥωμαῖοι Κοριόλανον ἐδίωξαν) διώκειν interdum notat: aliquem eo adigere, ut in exilium abire cogatur, (Pertinet huc locus Matth. X. 23. ubi cum præpositione ἐκ construitur.) adeoque etiam de iis usurpatur, *qui alios accusant, litem intendunt*, ut sit i. q. κατηγορεῖν, quasi διώκειν κατὰ τὴν δίκην. Suidas: διώκειν, ἀντὶ τοῦ ἄγειν εἰς κρίσιν καὶ κατηγορεῖν. Eurip. Orest. v. 1534. Schol. Hesych. διωκόμενος· κατηγορούμενος, in qua posteriori significatione explicandus fortasse erit locus Joh. V. 16. ubi narratur Jesus causam suam defendisse coram synedrio magno, coll. v. 17. A Julio Polluce (Onom. VIII. 6. 30. p. 869. ibid. c. 7. s. 67. pag. 895. et c. 10. s. 125. p. 949. edit. Hemsterhus.) inter nomina judicialia δίωξις et διώκειν recensentur. 3) *sequor aliquem ducem, sector*. Luc. XVII. 23. μὴ ἀπέλθητε μηδὲ διώξητε nolite adire eumque sectari. Sic διώκειν etiam legitur apud Xenoph. Mem. II. 8. 5. καὶ τοὺς εὐγνώμονας διώκειν, Id. de Mag. Equit. IV. 5. τὸν ἡγεμόνα διώκοντες. Appian. B. Civ. L. II. p. 741. et L. V. p. 1113. Cf. Warton. ad Theocr. XI. 75. et Abresch. An. ad Æschyl. p. 88. *Persequi* etiam apud Latinos pro *sequi* poni, docet locus Horatii Serm. I. 9. v. 16. 4) *magno et vehementi desiderio et studio aliquid consequendi et obtinendi teneor, annitor, appeto, studeo*. Rom. IX. 30, 31. XII. 13. τὴν φιλοξενίαν διώκοντες hospitalitati studete. ibid. XIV. 19. τὰ τῆς εἰρήνης διώκωμεν. 1 Cor. XIV. 1. διώκετε τὴν ἀγάπην benevolentiæ studiosi estote. Philipp. III. 12. διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω, et v. 14. κατὰ σκοπὸν διώκω annitor in stadio currens metam contingere et præmium obtinere; ubi observandum, διώκειν κατ' ἐξοχὴν apud Græcos de cursoribus usurpari, qui in stadio relicti et quasi præventi cursu velociori præcurrentem prosequebantur et metam assequi studebant. 1 Thess. V. 15. 1 Tim. VI. 11. 2 Tim. II. 22. Hebr. XII. 14. 1 Petr. III. 11. Imitati videntur scriptores N. T. auctores librorum V. T. qui τῷ רָדַף eodem sensu utuntur, v. c. Deut. XVI. 20. Psal. XXXIV. 15. Plato Lib. II. de Rep. T. VI. pag. 210. ὃ πᾶσα φύσις διώκειν πέφυκεν ὡς ἀγαθόν. Euripid. Ion. v. 440. τὰς ἀρετὰς δίωκε, Cic. Fin. I. 21. *artem persequi*. Sirac. XXVII. 8. Suid. διώκειν καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμεῖν καὶ ὀρέγεσθαι. Alberti Gloss. N. T. p. 109. διώκοντες· ἐπιποθοῦντες. quæ glossa pertinet ad Rom. XII. 13. ut jam Albertus monuit. Cf. et Thom. M. sub h. v.

ΔΟ'ΓΜΑ, τος, τὸ, 1) *decretum, edictum principis et imperatoris*. Est nomen verbale a perf. pass. δέδογμαι, verbi δοκέω, *statuo, decerno*.

Luc. II. 1. ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου promulgabatur decretum ab imperatore Augusto. Act. XVII. 7. ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράττουσι. Eodem sensu apud Theodot. pro Chald. דָּתָא ponitur Dan. II. 13. Joseph. A. J. XII. 9. 6. Herodian. VII. 10. 8. 2) *placitum quodcunque, lex, præceptum, institutum, statutum.* Act. XVI. 14. φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων observare placita de ritibus observandis, quæ decreta erant ab apostolis. Ephes. II. 15. τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι legem Mosaicam ceremonialem cum variis ejus præceptis et institutis; ubi tamen haud pauci, Theodoreto et Theophylacto præeuntibus, ἐν δόγμασι cum participio καταργήσας conjungunt, et de religione christiana interpretantur, qua abrogabatur lex Mosaica ceremonialis. Coloss. II. 14. Xenoph. Anab. III. 3. 4. VI. 4. 8. Cic. Acad. Quæst. IV. 9. — Hesych. δόγματα· προστάγματα· ζητήματα. Idem: ἔκθεσις, νομοθεσία, πρόσταξις, δόγμα. Plura de hac voce collegit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 932.

ΔΟΓΜΑΤΙ'ΖΩ, futur. ίσω, *edictum fero, decretum facio, placitum propono aliis,* i. q. δόγμα τιθέναι vel ποιεῖσθαι. Diog. Laërt. III. 51. αὐτὸ τοίνυν τὸ δογματίζειν ἐστὶ δόγμα τιθέναι, ὡς τὸ νομοθετεῖν, νόμους τιθέναι, ubi vid. Menag. Idem VII. 33. Arrian. Diss. Epictet. III. 7. 2 Macc. X. 8. XV. 36. Medium δογματίζομαι *patior et permitto mihi leges imponi et edicta præscribi, pareo legibus.* Sic semel in N. T. legitur Coloss. II. 20. τί δογματίζεσθε; cur iterum vobis imponi leges Mosaicas permittitis? Gloss. Vet. apud Labbæum: δογματίζω, *consulto, censeo, decerno.*

ΔΟΚΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, vel δόξω, 1) *puto, existimo, arbitror, in opinione aliqua falsa versor,* nostrum: **wähnen**, *to judge, to imagine,* Matth. VI. 7. δοκοῦσι γὰρ, ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται qui se ob prolixam orationem exauditum iri arbitrantur. Marc. VI. 49. ἔδοξαν φάντασμα εἶναι. Luc. VIII. 18. XIII. 2, 4. XIX. 11. XXIV. 37. Joh. V. 45. XI. 13. XIII. 29. XVI. 2. Act. XXVI. 9. ego olim officii mei esse existimabam. 1 Cor. XII. 23. Prov. XXVIII. 24. καὶ δοκεῖ μὴ ἁμαρτάνειν. Anacreon Od. XXVI. δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. XIII. 45. Inprimis vero in N. T. de *iis* dicitur, *qui sibi aliquid per arrogantiam et animi elationem persuadent.* Matth. III. 9. Phil. III. 4. 2) *judico, statuo.* Matth. XVII. 25. τί σοι δοκεῖ; quænam est tua hac de re sententia? ibid. XVIII. 12. XXII. 42. τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; quid vobis videtur de Christo? Luc. X. 36. XVII. 9. οὐ δοκῶ minime. Joh. V. 39. Act. XXV. 27. 1 Cor. XII. 23. ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος membra corporis, quæ nobis maxime vilia et contempta esse videntur. Hebr. X. 29. δοκεῖτε judices sitis vosmet ipsi. Sensu forensi: *sententiam fero contra aliquem.* Matth. XXVI. 66. τί ὑμῖν δοκεῖ; quem jam contra eum sententiam fertis? 3) *videor.* Hinc impersonale δοκεῖ *videtur.* Act. XVII. 18. ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι peregrinorum deorum annunciator esse videtur. 2 Cor. X. 9. ἵνα μὴ δόξω ne videar. Hinc τὸ δοκοῦν *quod videtur.* 1 Cor. XII. 22. τὰ δοκοῦντα μέλη membra corporis, quæ videntur, etc. Sic et legitur apud Ælian. V. H. I. 25. IX. 32. et Hist. Anim. VI. 51. ὡς ἂν μὴ δοκοίην ἀμαθῶς ἔχειν αὐτοῦ. 4) *volo, decerno, placet mihi.* Luc. I. 3. ἔδοξε κἀμοὶ visum est et mihi ipsi. Act. XV. 22. τότε ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις tunc visum est apostolis. ibid. v. 25, 28, 34. ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ Silæ autem ibi remanere placuit. Hinc τὸ δοκοῦν *arbitrium, voluntas.* Hebr. XII. 10. κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς pro arbitrio suo, Chrysost. ad h. l. ἡδονὴν πληροῦντες πολλάκις καὶ οὐ πανταχοῦ τὸ συμφέρον ὁρῶντες. Alb. Gloss. N. T. p. 184. κατὰ τὸ δοκοῦν· κατὰ τὸ θέλημα. Thucyd. I. 84. κατὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν. Simplic. in Epictet. p. 115. Symmach. 1 Sam. XX. 9. δέδοκται τὸ κακὸν, ubi τῷ כָּלְתָה *decerno* respondet. Pro Chald. צְבָא apud Theodot. legitur Dan. IV. 14. 3 Esr. VIII. 12. καθάπερ δέδοκται ἐμοί. Eodem sensu haud raro legitur apud Græcos, v. c. Xenoph. Anab. IV. 1. 10. Diog. Laërt. VII. 38. 5) ut Latinum *videor, scio, cognitum ac perspectum habeo.* 1 Cor. IV. 9. δοκῶ δὲ usu meo cognitum habeo. ibid. VII. 40. δοκῶ δὲ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν videor autem et ego mihi divinitus esse inspiratus. Sic et apud Herodian. V. 8. 5. πιστοτάτους δὲ εἶναι δοκοῦσιν quos (mater) fidissimos esse sciebat. 6) *in summa dignitate et auctoritate constitutus sum, honorem consequutus sum,* ita, ut omissum sit vel εἶναί τι, quod additur Galat. II. 6. vel ἰσχύειν, aut aliud simile verbum. Sic legitur in N. T. Galat. II. 2. ubi οἱ δοκοῦντες sunt apostoli, quorum summa tunc temporis erat auctoritas apud christianos, quorum nomina v. 9. leguntur. ibid. v. 6. Theodor. per ἐπισήμους interpretatur. Joseph. A. J. XIX. 6. 3. et de B. J. I. 5. 3. Herodian. VI. 1. τοὺς δοκοῦντας καὶ ἡλικίᾳ σεμνοτάτους. Cf. Barnes. ad Eurip. Heraclid. v. 819. et Wetstenii N. T. T. II. p. 219. Apud Æschinem Socr. ut recte jam observavit Cel. Fischerus in Indice subjecto, δοκεῖν eleganter dicuntur omnia, quæ eminent et excellunt in aliquo genere atque adeo celebrantur sermonibus omnium, v. c. Dial. I. 8. II. 2. etc. 7) Solet interdum eleganter pleonastice poni, v. c. Marc. X. 42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, pro οἱ ἄρχοντες, quod legitur in loco parallelo Matth. XX. 25. (Alii, ut *Beza,* qui censentur s. existimantur imperare; nam δοκεῖν notat interdum *censeri, existimari,* v. c. apud Thucyd. VIII. 90. Plutarch. Romul. p. 11. Pyrrho p. 406.) Luc. XXII. 24. τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων quis eorum maximam potentiam habiturus esset in Christi regno terreno. 1 Cor. III. 18. IV. 9. VII. 40. δοκῶ ἔχειν, pro κἀγὼ ἔχω. ib. X. 12. XI. 16. XIV. 37. Hebr. IV. 1. ne quis vestrum destituatur. Huc etiam referri potest locus Matth. III. 9. ubi μὴ δόξητε λέγειν, (quod alii vertunt: neque vobis placete, ita cogitantes.) pro μὴ λέγητε neque vobiscum cogitate, dictum existimat Th. Gataker. Advers. Miscell. Lib. I. c. 3. p. 191. Hist. Susann. v. 5. οἳ ἐδόκουν κυβερνᾷν τὸν λαὸν, pro οἱ κυβερνῶντες. Sophocl. Ajax Flag. v. 1114. οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι, pro εὐγενεῖς πεφυκότες. Eurip. Heraclid. v. 865. τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν. Xenoph. Mem. I. 5. 3. IV. 4. 20. — Hesych. δοκῶν· ὑπολαμβάνων.—δοκοῦντες· οἱ ἔνδοξοι.—δοκῶμεν· νομιζοίμεθα. — δοκοῖ· οἴεται, νομίζει.—δέδοκται· ἐφάνη, ἐψηφίσατο, διέγνωστο.

ΔΟΚΙΜΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie est *metallorum, quæ probantur et explorantur per ignem, an sint bona ac pura,* i. q. πυρόω. (Jer. IX. 7.) Prov. VIII. 10. χρυσίον δεδοκιμασμένον. ib. XVII. 3. ὥσπερ δοκιμάζεται ἐν καμίνῳ ἄργυρος. Sic legitur in N. T. 1 Petr. I. 7. χρυσίου διὰ πυρὸς δοκιμαζομένου. 2) *examino, inquiro, exploro alicujus rei naturam, vim et indolem,* quod Latini uno verbo *probare* dicunt. Luc. XIV. 19. πορεύομαι δοκιμάσαι αὐτὰ eundum mihi est, ut ea probem. Rom. XII. 2. 2 Cor. VIII. 8. ut amoris vestri ingenui-

tatem explorem. ibid. XIII. 5. *ἑαυτοὺς πειράζετε* vosmet ipsos explorate. 1 Cor. XI. 28. *δοκιμαζέτω δὲ ἄνθρωπος ἑαυτὸν* quilibet examinet et exploret se, quo consilio et animo ad cœnam sacram accedat. (Simplicius in Epictet. p. 90.) Galat. VI. 4. Ephes. V. 10. 1 Thess. V. 21. 1 Joh. IV. 1. Æque late patet vox בָּחַן Job. XXXIV. 3. Ps. XVII. 3. XXVI. 2. Jer. IX. 7. Xenoph. de Rep. Athen. II. 4. *δοκιμάζειν τὰς ἀρχὰς* examinare magistratus ambientes, qualem hactenus vitam egerint. Hesych. *δοκιμάσας· ἐξετάσας.* 3) *cognosco et experior aliquid facto examine, scio, cognitum habeo.* 2 Cor. VIII. 22. *ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα* cujus studium experti sumus variis modis omni tempore. Eodem modo בָּחַן legitur, maxime si de Deo usurpatur. Jer. XVII. 10. Ps. VII. 10. Hinc *δοκιμάζω* 4) *rectum, probum et dignum aliquem judico, eligo, approbo, laudo, commendo.* Rom. XIV. 22. *ἐν ᾧ δοκιμάζει* si aliquid congruum voluntati divinæ judicat. 1 Cor. XVI. 3. *οὓς ἐὰν δοκιμάσητε* quoscunque probatos judicaveritis. (Joseph. A. J. XIII. 2. 3. III. 4. 1. Lucian. Scytha 8.) 1 Thess. II. 4. *δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πιστευθῆναι τὸ εὐαγγέλιον* dignus judicatus sum a Deo, cui committeret munus tradendi religionem. 2 Macc. IV. 3. *τῶν ὑπὸ τοῦ Σίμωνος δεδοκιμασμένων.* Xenoph. Mem. III. 5. 20. *ἐκ τῶν δεδοκιμασμένων καθίσταται.* 5) *dignosco, discerno, discrimen facio, dijudico.* Luc. XII. 56. *τὸ πρόσωπον τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴδατε δοκιμάζειν* (h. e. *διακρίνειν*, ut legitur in loco parallelo Matth. XVI. 3.), *τὸν δὲ κ. τ. λ.* terræ et cœli faciem dignoscere potestis, hoc vero tempus quare non eodem modo discernitis? Rom. II. 18. *δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα* nosti discrimina rerum, discernere vales, quæ bona et mala sunt. 1 Cor. III. 13. Phil. I. 10. 6) *volo*, adjecto vero *τῷ οὐκ* ex eleganti Græcismo, *nolo.* Rom. I. 28. *οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει* noluerunt Deum recte colere. Joseph. A. J. II. 7. 4. *τὰ μὲν οὖν ὀνόματα δηλῶσαι τούτων οὐκ ἐδοκίμαζον.* Vide Wetstenium N. T. T. II. p. 26. 7) *δοκιμάζειν τὸν Θεὸν* est i. q. *πειράζειν τὸν Θεὸν*, h. e. *dubitare de divino auxilio et potentia*, et ex adjuncto: *reniti Deo*, Hebr. III. 9. Malach. III. 15.

ΔΟΚΙΜΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *probatio, exploratio, examen, an aliquid vere ita sit, ut esse debet.* 2 Cor. VIII. 2. *δοκιμὴ θλίψεως* exploratio, quæ fit per gravissimas calamitates. 2) *id quod experientia facta patescit et cognoscitur, probata et spectata indoles alicujus rei.* Rom. V. 4. *ἡ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα* constantia nos probatos reddit et spectatos et ita spem facit felicitatis æternæ. 2 Cor. II. 9. *ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν* ut animum vestrum erga me probum cognoscerem. ib. IX. 12. *διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύτης* ob genuinam et veram liberalitatem vestram. Philipp. II. 22. *τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε* nostis spectatam ejus integritatem. Symmach. Ps. LXVII. 31. *δοκιμὴν ἀργυρίου* argentum probatum. 3) *argumentum, documentum, signum, ex quo natura et indoles alicujus rei cognoscitur.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. XIII. 3. *ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ* quia documenta quæritis, unde cognoscatis et intelligatis, me esse vere a Christo missum, coll. cap. XII. 12. ubi *τὰ σημεῖα τοῦ ἀποστόλου* vocantur.

ΔΟΚΙ'ΜΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie: *omne medium s. instrumentum, quo aliquid probatur, spectatur*, h. e. *exploratur, an sit tale, quale esse debet, id, quo utimur sic, ut sit norma judicandi.* Sic v. c. *catillum, quo metalla excoquuntur*, qui Hebraice מַצְרֵף et עֲלִיל dicitur, Alex. *δοκίμιον* vocarunt. Prov. XXVII. 21. et Ps. XII. 7. Longin. de Sublim. § 32. p. 174. ed. Mori: *γλῶσσα γεύσεως δοκίμιον.* Dionys. Halic. T. II. p. 65. ed. Sylb. Herodian. II. 10. 12. *δοκίμιον δὲ στρατιωτῶν κάματος*, ubi vid. Irmisch. Eodem sensu legitur Jacob. I. 3. *τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως* calamitates, quibus constantia vestra exploratur, i. q. *πειρασμὸς*, v. 2. 2) *id, quod exploratione facta cognoscitur, spectata et probata indoles alicujus rei*, plane ut *δοκιμή*, de quo supra. Sic extat 1 Pet. I. 7. *τὸ δοκίμιον ἡμῶν τῆς πίστεως* fides nostra explorata et spectata. Vide præter Wetstenium N. T. T. II. p. 682. Heisenii Novas Hypotheses ad Epist. Jacobi p. 275.

ΔΟ'ΚΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie tribuitur hæc vox monetis ac metallis, quæ ab aurifabris in igne spectata et probata sunt. Sic *χρυσίον δόκιμον*, 2 Chron. IX. 17. pro זָהָב טָהוֹר et *ἀργύριον δόκιμον*, pro כֶּסֶף מְזֻקָּק 1 Chron. XXIX. 4. legitur. Conf. Biel. Thesaur. Philol. s. h. v. Hinc 2) metaphorice: *omnis, qui talis est, qualis esse debet, qui spectatæ virtutis est, probus, spectatus, genuinus.* Xenoph. Ages. I. 24. Œcon. IV. 7. Rom. XVI. 10. *τὸν δόκιμον ἐν Χριστῷ* verum et spectatum christianum. 1 Cor. XI. 19. *ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν* ut meliores e vobis eo facilius cognosci et distingui possint. 2 Cor. X. 18. XIII. 7. *οὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν* non, ut ego appaream genuinus apostolus. Cf. tamen versionem Syriacam. 2 Tim. II. 15. *δόκιμος* vocatur, qui munere suo tradendi religionem christianam strenue fungitur. Jacob. I. 12. *δόκιμος* dicitur, qui constans mansit in perferendis malis, non sine allusione ad probationem athletarum, ut certe videtur Jac. Lydio in Agonist. SS. c. 16. 3) *acceptus, qui alicui probatur.* Rom. XIV. 18. *εὐάρεστος τῷ Θεῷ καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις* acceptus Deo æque ac hominibus. Hesych. *δόκιμον· χρήσιμον, τέλειον.*

ΔΟΚΟ'Σ, οῦ, ἡ, 1) proprie: *trabs, tignum ligneum*, unde *δόκωσις contignatio, tectum.* Cohel. X. 18. Hesych. *δοκός· τὸ ἐν οἰκοδομῇ ξύλον.* Polyb. VIII. 9. 3. Etym. M. *τὸ τὴν στέγην ἀνέχον ξύλον.* Suid. *τὸ μέγα ξύλον.* 2) metaphorice, ut Hebr. קוֹרָה, *vitium et peccatum grave et insigne* denotat, uti e contrario *κάρφος vitium* seu *crimen leve* significat, ut adeo formula: *ἐκβάλλειν τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τινὸς* aut *αὐτοῦ*, quæ Matth. VII. 5. et Luc. VI. 42. legitur et Hebraice נָטַל קוֹרָה מִבֵּין־עֵינָיו respondet, de iis dicatur, qui vel se, vel alios a gravioribus vitiis et criminibus immunes præstant, inprimis admonendo et corripiendo. Matth. VII. 3, 4. *καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου* cum tamen oculo tuo trabs insideat. Luc. VI. 41. Conf. Vorstium de Adagiis N. T. cap. V. p. 781.

ΔΟ'ΛΙΟΣ, ία, ον, *dolosus, fraudulentus, qui non bona fide agit*, a *δόλος fraus, dolus.* Legitur in N. T. semel 2 Cor. XI. 13. *ἐργάται δόλιοι* doctores fraudulenti, qui errores tradunt et blanditiis auditorum animos captant, qui ibidem *ψευδαπόστολοι* vocantur. Sophocl. Aj. Flagell. 59. Aristoph. Plut. 1158. Pace 1068. Xenoph. Anab. I. 4. 7. Hesych. *δόλιος· πανοῦργος.*

ΔΟΛΙΟ'Ω, ῶ, fut. *ώσω*, *dolose ago, dolo utor, decipio*, a præcedenti *δόλιος.* Semel in N. T. legitur Rom. III. 13. *ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν* linguis suis dolose egerunt, ubi *ἐδολιοῦσαν* est positum pro *ἐδολίουν* e dialecto Alexandrina. Chalcidicæ vel

Atticæ Dialecto ἐδολιοῦσαν tribuit Scholiastes Lycophronis v. 21 et 252. Conf. præter Wetstenium ad h. l. Cel. Fischerum in Anim. ad Welleri Gramm. Græc. p. 192 seq. ac Etymol. M. p. 282. l. 33. et p. 426. l. 3. Cæterum in vers. Alex. δολιόω Hebr. נִכֵּל *fraudulenter egit*, Num. XXV. 18. Ps. CV. 25. et τῷ הֶחֱלִיק *blanditus fuit blandiloquentia usus est*, Ps. V. 10. respondet.

ΔΟ'ΛΟΣ, ου, ὁ, 1) *dolus, fraus, quam quis facit alteri, callida machinatio, simulatio, mendacium*, Hebr. מִרְמָה Genes. XXVII. 35. Jerem. V. 27. et רְמִיָּה Job. XIII. 7. Marc. VII. 22. Rom. I. 29. 1 Thess. II. 3. οὔτε ἐν δόλῳ nec, ut fumum vobis facerem. 1 Pet. II. 1. III. 10. Phavor. Δόλος· παρὰ τῷ ἀποστόλῳ ἡ ἐπὶ λύμῃ τῶν ἀδελφῶν ἐπιβουλή τε καὶ μηχανή. Hinc δόλῳ adverbialiter interdum ponitur pro *clam*. Matth. XXVI. 4. et Marc. XIV. 1. ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ ut Jesum caperent clam, nempe noctis tempore, in loco privato, quo sensu δόλῳ Hebr. בַּסֵּתֶר Deut. XXVII. 24. respondet. Apud Aristoph. Pluto v. 1159. δόλος opponitur ἁπλοῖς τρόποις, et ab eodem in Ranis v. 1174. de insidiis vitæ structis adhibetur. 2) *perversitas, impietas, improbitas omnis*. Joh. I. 48. ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι omnis sceleris purus. Act. XIII. 10. πλήρης παντὸς δόλου flagitiosissimus. 1 Pet. II. 22. οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ nec impie locutus est. Apoc. XIV. 5. In libris apocryphis δόλος *ei* tribuitur, *qui non est vera et haud fucata in Deum pietate*, v. c. Sirac. I. 38. 3) catachrestice sumitur in bonam partem de *prudentia et peritia rerum, solertia et cautione, quæ in rebus gerendis legitime adhibetur*. 2 Cor. XII. 16. δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον prudentia mea vos cepi. (Formula hæc Æschyli quoque est Sept. c. Theb. v. 28. et Choëph. v. 555.) Schol. ad Apollon. Rhod. III. v. 89. δολόεσσα ἀντὶ τοῦ φρονίμη· ἔστι γάρ ποτε ὁ δόλος καὶ ἐπὶ τῆς φρονήσεως. Æschyl. Prometh. 476. Torrent. ad Horat. I. Od. III. 28. Conf. Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 939. et Corn. Adami Exercitatt. Exeg. p. 724.

ΔΟΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *adultero, corrumpo, depravo*. Sic apud Pollucem Onom. VII. 169. δολοῦν τὰ ἔρια. Ælian. Hist. Anim. XVI. 1. βαφὴ γνησία, ἀλλ' οὐ δεδολωμένη. Lucian. Hermotim. 59. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. IV. 2. μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ non adulterantes doctrinam christianam eamque erroribus corrumpentes; quæ verba alii interpretes reddere solent: non dolo tractamus religionem christianam, ita, ut vel vera taceamus, vel falsa admisceamus, hominibus placendi studio adducti, ut δολοῦν sit i. q. δολιοῦν *dolose agere*, quam significationem non solum apud Alexandrinos Psalm. XV. 3. (רָגַל) et XXXVI. 3. (הֶחֱלִיק) sed etiam apud Græcos, v. c. Xenoph. Cyrop. I. 6. 19. habet. Hesych. δολώσειν· ἀπατήσει. — δολοῖ· φθείρει, κακουργεῖ. Gloss. Vet. apud Labbæum: δολῶ, *maculor*. Lege: *maculo*.

ΔΟ'ΜΑ, τος, τὸ, *munus, donum, beneficium, res gratuito concessa*, ab inusit. δόω *do*, pro quo usitatum est δίδωμι. Matth. VII. 11. δόματα ἀγαθὰ bona, h. e. utilia munera. Luc. XI. 13. Ephes. IV. 8. coll. Psalm. LXVIII. 19. Philipp. IV. 17. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΟ'ΞΑ, ης, ἡ, 1) *opinio, sententia de aliquo, sive bona sive mala, judicium, existimatio, favor*, a δοκέω *puto, existimo*. Joh. V. 44. δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε quos scio humana auctoritate tantum regi et humano testimonio plus tribuere, quam divino. ib. XII. 43. ἠγάπησαν γὰρ κ. τ. λ. præferebant hominum favorem favori divino. Rom. III. 23. ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ carent Dei favore et approbatione. Sic etiam δόξα apud Græcos de opinione æque ac fama usurpatur, v. c. apud Ælian. V. H. I. 23. IV. 20. VI. 9. Polyb. II. 39. 10. Confer Spicil. meum I. Lex. Biel. p. 36. Gloss. Vet. apud Labbæum: δόξα, *opinio*. Hinc 2) *gloria, laus, celebratio, præconium*, ad imitationem Hebr. כָּבוֹד Ps. CV. 47. 1 Chron. XVI. 28, 29. Luc. II. 14. δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ laudandus et celebrandus in cœlo Deus! ib. XVII. 18. δοῦναι δόξαν Θεῷ laudare Deum, beneficii accepti auctorem. Joh. V. 41. δόξαν παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω non vestram laudem capto. 2 Cor. VI. 8. διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας sive gloria me sequatur, sive ignominia afficiar. 1 Thessal. II. 6. οὔτε ζητοῦντες ἐν ἀνθρώποις δόξαν neque laudem hominum captavi. Pertinet huc observatio grammaticorum vett. a Thoma M. pag. 247. allata, qui δόξαν a κλέος ita differre judicarunt, ut illud τὸν ἀπὸ τῶν πολλῶν ἔπαινον, hoc vero τὸν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἔπαινον significet. 1 Tim. I. 17. Apoc. XIX. 7.—Deinde vero latius patet hæc vox apud N. T. scriptores et in universum 3) *quidquid præstans, eximium, magnum est et ornamento suo in genere* significat, unde δόξα non solum, ut Hebraicum כָּבוֹד (Ps. CXLV. 12.) et הָדָר (Ies. II. 10.) aliis substantivis ita jungitur, ut *magnitudinis* et *præstantiæ* notio exprimatur (Hebr. II. 7. δόξῃ καὶ τιμῇ summa dignitate. 2 Thess. I. 9. καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ et a summa ejus majestate remoti. 1 Thess. II. 12. εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ δόξαν ad summam ejus felicitatem. Esther. I. 4.); sed etiam simpliciter positum, *præstantiam et excellentiam externam vel internam* significat, v. c. Matth. IV. 8. 1 Cor. XV. 43. prodit corpus excellens. 2 Cor. III. 7. ἐγενήθη ἐν δόξῃ habuit præstantiam quandam externam. ibid. v. 8. quanto magis munus doctrinæ christianæ tradendæ præstans erit! Phil. III. 21. Coloss. I. 27. Hinc δόξα 4) dicitur *splendor, fulgor, lux coruscans*. Luc. II. 9. δόξα Κυρίου περιέλαμψεν αὐτοὺς splendorque insignis circumfulsit eos. Luc. IX. 31. οἱ ὀφθέντες ἐν δόξῃ illustres magno splendore aspectabili. ib. v. 32. Act. XXII. 11. ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου præ splendore fulminis. 1 Cor. XV. 40. solis alius est fulgor, alius lunæ. 2 Cor. III. 7. διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην ob lucem coruscantem faciei Mosis, quæ tamen aliquando desiit. Sirac. XLIII. 11. κάλλος οὐρανοῦ δόξα ἄστρων. ibid. L. 7. ἐν νεφέλαις δόξης. Eodem quoque modo δοξάζεσθαι usurpatur apud LXX. Exod. XXXIV. 29, 30, 35. 5) *cultus et vestitus magnificus*. Matth. VI. 29. ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ κ. τ. λ. Salomonis cultum quippe magnificum non accessisse ad cultum unius lilii. Pertinet huc maxime locus Ies. VI. 1. ubi LXX δόξαν de *vestitu splendido ac regio* acceperunt, ubi in textu Hebr. legitur שׁוּל h. e. fimbriæ latæ vestitus regii. Ies. XXXIII. 17. LXI. 3. 1 Macc. XIV. 9. οἱ νεανίσκοι ἐνεδύσαντο δόξας. Esther. V. 1. 6) *summa dignitas et majestas, qua aliquis præditus est, felix et beatus status, quo aliquis utitur*. Quo in sensu α) Deo tribuitur, ut vel in universum *summam ejus majestatem omnesque ejus virtutes*, vel speciatim *summam ejus potentiam et benignitatem* significet. Matth. XVI. 27. Joh. XI. 4. ὑπὲρ

τῆς δόξης Θεοῦ ut majestas divina innotescat hominibus. Act. VII. 2. ὁ Θεὸς τῆς δόξης Deus Optimus Maximus. Rom. VI. 4. διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς omnipotentia patris. Joh. XI. 40. δόξα miraculum notare videtur, divinæ potentiæ insigne documentum. (In versione Alex. δόξα eodem sensu τῷ עֹז Ies. XII. 2. XLV. 24. et אוֹן, Ies. XL. 26. respondet.) Rom. IX. 23. τὸν πλοῦτον τῆς δόξης summam et ineffabilem benignitatem. Ephes. I. 11. εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, i. q. v. 6. εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ. ibid. III. 16. 2 Petr. I. 3. Legitur etiam in vers. Alex. pro טוּב Exod. XXXIII. 19. β) de *Christo* usurpatur, ita, ut indicet *summam illam dignitatem et majestatem, qua Christus ante nativitatem apud Deum ab æterno usus est,* et *conditionem præstantiorem et feliciorem, quæ humilem Jesu statum post reditum in vitam est secuta.* Matth. XIX. 28. ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ cum sederit Christus, summa majestate præditus, in throno suo, coll. Matth. XVI. 27. ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς majestate patris præditus. Luc. XXIV. 26. καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ et pervenire ad sublimiorem conditionem, ipsi a Deo, exantlata morte, destinatam. Joh I. 14. καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ vidimus autem in eo majestatem talem, qualis est unigeniti filii. ibid. II. 11. ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ dignitatem personæ suæ declaravit. ib. XVII. 5. δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοὶ illustra me illa dignitate, qua apud te usus sum ab æterno. ib. v. 22. ego promisi ipsis felicitatem illam, quam mihi post mortem destinasti, coll. v. 24. et XIV. 2 seq. Singularis est locus Marc. X. 37. ubi *regnum terrenum, quod auspicaturus erat Christus ex Judæorum opinione,* δόξα dicitur. γ) de *christianis* adhibetur, ita, ut partim de *omni felicitate christianorum in hac pariter ac futura vita,* partim κατ᾽ ἐξοχὴν de *felicitate christianorum in vita futura* dicatur. Luc. II. 32. εἰς δόξαν λαοῦ σου Ἰσραὴλ et Israëlitici populi felicitatis auctor. 1 Cor. II. 8. Christus Κύριος τῆς δόξης, h. e. auctor felicitatis humanæ vocatur. ibid. v. 7. ἣν — εἰς δόξαν ἡμῶν per quam nos ad felicitatem adducere ab æterno decrevit. Hebr. II. 10. πολλοὺς υἱοὺς εἰς δόξαν ἀγαγόντα multos homines felicitatis participes reddidit. — Rom. V. 2. ἐπ᾽ ἐλπίδι τῆς δόξης Θεοῦ de spe summæ futuræ apud Deum felicitatis. 2 Cor. IV. 17. conditio beata christianorum post mortem αἰώνιον βάρος τῆς δόξης vocatur. 2 Thess. II. 14. 2 Tim. II. 10. μετὰ δόξης αἰωνίου. 1 Pet. V. 4. τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. Δόξα etiam in libris apocryphis *felicitatem et statum prosperum* notat, v. c. Sirac. IV. 16. μὴ ζηλώσεις δόξαν ἁμαρτωλοῦ. interdum etiam *dignitatem,* v. c. 2 Macc. XIV. 6. ἀφελόμενος τὴν προγονικὴν δόξαν. Cf. Spicil. meum I. Lex. Bieliani p. 36. 7) per metonymiam *is, qui est in honore et dignitate constitutus,* speciatim: *magistratus, angeli.* 2 Pet. II. 10. δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες angelos (alii: magistratus) conviciis proscindere non erubescunt. Jud. v. 8. δόξας δὲ βλασφημοῦσιν, coll. v. 9. De angelis hac voce usus est Philo Lib. I. de Monarchia T. II. pag. 218. edit. Mangey, ubi δόξας vocat τὰς περὶ θεὸν δορυφορούσας δυνάμεις, κ. τ. λ. 8) *is, ex quo alter honorem et gloriam capit, de quo quis gloriari potest et solet.* 2 Cor. VIII. 23. δόξα Χριστοῦ dicuntur doctores christiani, qui, quatenus omni modo veram religionem christianam propagare student, Christo honori sunt et laudi. 1 Thess. II. 20. ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ χαρὰ de vobis gloriari et lætari possum. Eodem sensu κῦδος usurpatum legitur ab Homero Iliad. IX. 669. Ὀδυσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν, et *gloria* apud Macrob. Somn. Scip. I. c. 1. et Valer. Flacc. I. v. 162. 9) *id, quo alicujus majestas adumbratur aut repræsentatur,* i. q. εἰκὼν καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης. Act. VII. 55. εἶδε δόξαν Θεοῦ vidit signum aliquod divini numinis. Rom. I. 23. ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου commutarunt formam aspectabilem Dei immortalis cum forma s. imagine hominum mortalium. 1 Cor. XI. 7. εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ vir dicitur, quatenus in eo se quodammodo exserit et quasi resplendescit divina majestas, i. q. ἀπαύγασμα. Vid. Grotium ad h. l. ibid. γυνὴ δόξα ἀνδρός ἐστιν mulier refert ex parte dignitatem viri. Ita כָּבוֹד Exod. XXXIII. 18. coll. v. 20. sumitur, et in vers. Alex. δόξα τῷ תְּמוּנָה Num. XII. 8. Ps. XVII. 15. respondet. Adde Joh. XII. 41. Apoc. XXI. 11. Phavorinus: δόξα, εἰκασμός. Hinc factum videtur, ut κατ᾽ ἐξοχὴν *nubes, super arca fœderis comparens, præsentiæ et majestatis divinæ symbolum,* quam Hebræi שְׁכִינָה vocabant, non solum ab Alexandrinis Exod. XL. 34, 35. Levit. IX. 6. Ezech. X. 4. sed etiam a Paulo Rom. IX. 4. δόξα Θεοῦ et Κυρίου, etiam δόξα simpliciter appellaretur, coll. Sirac. XLIX. 8. 2 Macc. II. 8. Vid. Vitringa Obss. Sacr. V. 16. p. 194. et Thalemanni Tr. de Nube super arca fœderis. 10) Formula: εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖν, quæ 1 Cor. X. 31. legitur. significat: *facere ea, quæ verum Dei cultum promovere inter homines valent.* — Διδόναι δόξαν τῷ Θεῷ fuit solemnis formula in judiciis Judæorum, ad imitationem Hebraicæ נָתַן vel שׂוּם כָּבוֹד לַיהוָה Jos. VII. 9. significans: *ostendere professione ingenua Dei reverentiam.* Joh. IX. 24. Interdum tamen διδόναι δόξαν τῷ Θεῷ simpliciter notat: *reverentia Dei duci et regi.* Rom. IV. 20. 1 Sam. VI. 5. eique opponitur Act. XII. 23. οὐ διδόναι δόξαν τῷ Θεῷ, h. e. irreverenter se erga Deum gerere, pati violari honorem Dei eumque sibi vindicare. — Hesych. δόξα· φήμη, τιμή. — δόξας· δοκήσεις.

ΔΟΞΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *judico, opinor, pretium alicui rei statuo.* Sirac. X. 31. ἐν πραΰτητι δόξασον τὴν ψυχήν σου καὶ δὸς αὐτῇ τιμὴν κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῆς. Hesych. δόξει· ὑπολάβοι. Ita enim δόξα in scriptoribus Græcis centies occurrit, ut sit *opinio, judicium,* v. c. Homer. Iliad. κ'. v. 325. ubi Eustathius per ὑπόληψιν explicat. Huc pertinet fortasse locus Joh. VIII. 54. ἐὰν ἐγὼ ἐμαυτὸν δοξάζω, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν, ἔστιν ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με si ego solus de dignitate personæ meæ sententiam pronuntiarem, nullius pretii esset ista pronuntiatio, est vero pater, qui postulat, ut me reverenter excipiatis, seu, justum mihi pretium statuit. 2) *laudo, sermonibus celebro, assensu probo.* Matth. VI. 2. ἵνα δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ut laudem captent ab hominibus. IX. 8. XV. 31. Marc. II. 12. Luc. II. 20. δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεόν. ibid. IV. 15. δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων non sine omnium laude. ibid. V. 25, 26. VII. 16. XIII. 13. XVII. 15. XVIII. 43. Act. IV. 21. XI. 18. XIII. 48. Rom. XV. 6, 9. 2 Cor. IX. 13. 2 Thess. III. 1. ἵνα ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ δοξάζηται ut doctrinæ christianæ præstantia a quam plurimis agnoscatur. 1 Petr IV. 14. δοξάζεσθαι opponitur τῷ βλασφημεῖσθαι. ibid. v. 16. 3) *illustro,* seu, *quocunque modo efficio, ut alicujus vera indoles, præstantia et dignitas ubique agnoscatur et celebretur, honorabilem reddo, glorifico.* Joh. XI. 4. ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ δι᾽ αὐτῆς ut Christi dignitas

illustretur. ibid. XII. 23. jam instat tempus, quo majestas mea a pluribus agnoscetur, nempe propagatione doctrinæ meæ. ibid. v. 28. δόξασόν σου τὸ ὄνομα illustra tuam majestatem per me. XIII. 31, 32. XIV. 13. XV. 8. XXI. 19. Act. III. 13. ὁ Θεὸς ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν Deus Christum, filium suum, illustravit, miraculo nempe, ab apostolis Christi nomine edito, quo Jesum in vitam rediisse et summa potestate gaudere apparebat. Rom. XI. 13. ubi δοξάζειν τὴν διακονίαν est: gloriam ex apostolatu reportare, seu gloriosum esse muneri apostolico. 1 Petr. IV. 11. Exod. XV. 6. ἡ δεξιά σου δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ. Sirac. III. 3. ubi notat *velle ac postulare, ut aliquis in honore sit ac habeatur.* 4) *colo, cultum alicui præsto.* Matth. V. 16. καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς et patrem vestrum cœlestem sancte colere incipiant. Rom. I. 21. οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν. 1 Cor. VI. 20. δοξάσητε τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν κ. τ. λ. cultum Deo non solum animo, sed etiam corpore vestro præstate. 1 Petr. II. 12. δοξάσωσι τὸν Θεὸν ad verum Dei cultum adducantur. Apoc. XV. 4. τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου; 5) *ad gloriam et dignitatem eveho, adduco aliquem in conditionem admodum præstantem ac felicem,* et speciatim : *felicitate æterna beo.* Rom. VIII. 30. τούτους καὶ ἐδόξασε hos etiam immortali felicitate donabit. Conf. supra sub δόξα. Esth. III. 1. ἐδόξασεν ὁ βασιλεὺς Ἀμάν. Hinc δοξάζεσθαι *dignitatem et præstantiam quandam habere* significat, *sive externam, sive internam.* 2 Cor. III. 10. καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει nam præstantia, quam habet religio Mosaica, externa et adventitia illa, non est præstantia hac ex parte, si nempe comparetur cum longe eminentiore præstantia et dignitate religionis christianæ. 1 Pet. I. 8. χαρὰ δεδοξασμένη gaudium insigne, summa felicitas, i. q. χαρὰ ἀνεκλάλητος. Speciatim autem δοξάζεσθαι de *conditione illa præstantissima, summa dignitate, majestate et felicitate* usurpatur, *quæ humilem statum Jesu in his terris post resurrectionem et ascensionem in cœlum secuta est.* Joh. VII. 39. ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη quia Jesus nondum in cœlum adscenderat. ibid. XII. 16. ὅτι ἐδοξάσθη ὁ Ἰησοῦς postquam ad statum majestatis Jesus relatus erat. XVII. 5. et jam redde mihi plenum majestatis usum, qua apud te usus sum ab æterno. 6) *vindico et arrogo mihi dignitatem et munus, sumo mihi gloriam.* Hebr. V. 5. ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα Christus non ipse sibi arrogavit pontificis munus. Nam δόξα haud raro *munus et dignitatem* notat, v. c. 2 Macc. XIV. 7. τὴν προγονικὴν δόξαν paternum munus, ubi statim additur: λέγω δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην. Sirac. XLV. 23. καὶ προσέθηκεν Ἀαρὼν δόξαν. 7) *clementer tracto, benigne habeo.* 1 Cor. XII. 26. εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος quando unum membrum suaviori et molliori sensu afficitur; (Cyprianus: *lætatur*) nam opponitur εἴτε πάσχει ἓν μέλος. Apoc. XVIII. 7. ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασε mollem et luxuriosam vitam egit. Potest tamen formula δοξάζειν ἑαυτὴν etiam de jactantia et arrogantia accipi.

ΔΟΡΚΑ'Σ, άδος, ἡ, *dorcas,* 1) proprie: *caprea, (Gazella, Antilope,* Hebr. צְבִי.) h. e. capra [illegible]vestris, quam Græci eo, quod acutissime videat, ἀπὸ τοῦ ὀξὺ δέρκεσθαι, dorcas appellaverunt. Etym. M. Δορκὰς παρὰ τὸ δέρκω, τὸ βλέπω. ὀξυδερκὲς γὰρ τὸ ζῶον καὶ εὐόμματον. Ælian. Hist. Anim. XIV. 14. Confer Bochart. Hieroz. P. I. L. III. c. 25. p. 925. et Shawii Itinerarium p. 357. 2) nomen mulieris liberalitate erga pauperes claræ. Act. IX. 36, 39. Etiam apud Latinos hoc nomen, mulieribus tributum, in usu fuit. Reperitur in inscriptione lapidis marmorei apud Gruterum pag. 891. n. 4. et Reinesium Inscriptt. L. XII. n. 57. L. XIV. n. 61. Ibid. L. XIX. n. 19. *capreola* reperitur. Adde Joseph. B. J. IV. c. 3. § 5.

ΔΟ'ΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *donatio, ipsa actio dandi aliquid alteri,* a δίδωμι, in quo significatu haud infrequenter adhibetur a profanis auctoribus. 2) per metonymiam: *id, quod alicui datur, donum, munus,* i. q. δώρημα. Jacob. I. 17. πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον quidquid ubique boni muneris et perfecti doni est. (collat. Siracid. XXXVIII. 8.) Vide Heisenii Novas Hypotheses ad Epist. Jacobi pag. 541. ubi docuit contra Wolfium, δόσιν et δώρημα h. l. differre, ut illud dona minora, hoc autem majora significet. Alex. usi sunt hac voce pro מַתָּן Prov. XXI. 14. et מַתַּת Proverb. XXV. 14. Æschyl. Pers. v. 1046. Hesych. δόσις· δωρεά. 3) *expensa, expensum.* Philipp. IV. 15. οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως cum nulla ecclesia rationes habui accepti et expensi, h. e. nulla ecclesia mihi pecuniam misit, quam ipsa expensam ferret, ego vero acceptam referrem. Hebraice esset: עַל־דְּבַר מַשָּׂא וּמַתָּן observante Schoettgenio in Hor. Hebr. et Talmud. p. 804. Huc pertinent etiam illa Siracidæ verba XLI. 24. ἀπὸ σκορακισμοῦ λήψεως καὶ δόσεως a defraudatione accepti et expensi. ibid. XLII. 7. καὶ δόσις καὶ λῆψις πάντι ἐν γραφῇ diligenter literis manda accepta et expensa. Arrian. Epict. II. 9. Dionys. Halic. Ant. II. 10. V. 34. Artemid. I. 40. Cicero Læl. I. ratio acceptorum et datorum.

ΔΟ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *dator,* (ita explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum) *largitor, qui alteri aliquid dat, sive ex debito, sive ex favore,* a δίδωμι. Semel legitur in N. T. 2 Cor. IX. 7. ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς is enim tantum placet Deo, qui læto animo dat. Similis locus est Prov. XXII. 8. ἄνδρα ἱλαρὸν καὶ δότην εὐλογεῖ ὁ Θεὸς, ubi in Hebraico est טוֹב עַיִן quem respexisse Paulus videtur. Hesych. δοτῆρα· δότην.

ΔΟΥΛΑΓΩΓΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) proprie: *in servitutem alios abduco et redigo.* (ex δοῦλος *servus* et ἄγω *duco.*) Sic legitur Genes. XLIII. 18. Conf. Fischeri Prol. de vitiis Lex. N. T. p. 472 seq. 2) metaphorice: *duriter tracto.* 1 Cor. IX. 27. δουλαγωγῶ τὸ σῶμά μου *duriter tracto corpus meum, non parco corpori.* Non tamen repugnarem, si quis vertere mallet: cupiditates corporis vinco, victisque et subactis impero. Theophrast. Ep. 36. Vid. D'Orville ad Chariton. II. 7. p. 319. ed. Lips.

ΔΟΥΛΕΙ'Α, ας, ἡ, *servitus, status et conditio servilis,* vel sensu proprio, in quo tamen non legitur in N. T. vel metaphorico, quo omni tribuitur, qui alicui rei obnoxius et obstrictus est, et dura alicujus rei necessitate tenetur, v. c. Rom. VIII. 21. ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς ab hac miseriæ necessitate. Gal. IV. 24. εἰς δουλείαν γεννῶσα cujus asseclæ et sectatores servi sunt, h. e. sub duro moderamine legis Mosaicæ. Galat. V. 1. δουλεία opponitur libertati christianæ. 2) abstracto posito pro concreto, *servus,* i. q. δοῦλος. Rom. VIII. 15. πνεῦμα δουλείας sensus servilis, quem servi vulgo habere solent. Vide Ruhnken. ad Timæi Lex. Plat. p. 215. 3) metaphorice: *miseria, status et conditio infelix.* Hebr. II. 15. ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας qui

metu mortis constricti vitam agebant miseram, seu, per omnem vitam infelices erant.

ΔΟΥΛΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *servio, servus sum, ministro,* et de iis adhibetur, qui sunt in potestate et dominio peculiove alterius, sive sint pretio emti, sive bello capti, sive ex servis nati. Interdum etiam, ut Latinum *servire,* de totis populis adhibetur, cum sub alieno imperio sunt. Luc. XVI. 13. οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν nullus verna potest duobus servire dominis. Hinc illustrandus est locus Matth. VI. 23. ubi vel οἰκέτης supplendum est post οὐδείς, vel δουλεύειν est totum se addicere servum. Joh. VIII. 33. οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε neque cuiquam unquam servivimus. Act. VII. 7. de Judæis subjectis imperio Ægyptiorum adhibetur. Ephes. VI. 7. 1 Tim. VI. 2. Rom. IX. 12. 2) *alicujus nomine ago, interpres sum voluntatis alterius,* et de eo adhibetur, *cujus ministerio utimur quocunque in negotio.* Sic in N. T. legitur Act. XX. 19. δουλεύων τῷ Κυρίῳ munere apostolico, mihi demandato, fungens. Vide infra sub δοῦλος. 3) *officia debita alicui præsto.* Luc. XV. 29. τοσαῦτα ἔτη δουλεύω σοι ego tot annos filium obedientem me tibi præstiti: sequitur: καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον. Rom. XIV. 18. δουλεύειν τῷ Χριστῷ *discipulum et sectatorem Christi se præstare.* Galat. V. 13. ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγάπης δουλεύετε ἀλλήλοις mutua sit inter vos benevolentia. Coloss. III. 24. 4) *inservio alicujus commodis.* Rom. XVI. 18. οὐ Χριστῷ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ non hoc agunt, ut propagetur religio christiana, sed suis tantum commodis ac voluptatibus inserviunt. Sic δουλεία quandoque *usum, commodum, utilitatem* notat, v. c. apud Symm. Ps. CIII. 14. ubi tamen per δουλείαν intelligi quoque possunt *animalia quæ usui hominum inserviunt* ob parallelismum sententiarum et ad imitationem Hebr. עֲבֹדָה quod etiam de *servis* et *ancillis* dicitur. 5) *colo, cultu divino prosequor.* Mat. VI. 24. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ non potestis Deum recte colere et simul deo divitiarum cultum præstare. Rom. VII. 6. ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς, sc. τῷ Θεῷ, ut Deum colamus. Gal. IV. 8. ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει θεοῖς coluistis idola, deorum nomine indigna. 1 Thess. I. 9. δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. Ita עָבַד Exod. XX. 5. Ps. XCVII. 7. Malach. III. 18. 6) *addictus, deditus, obstrictus sum alicui rei, operam do, obnoxius sum, studeo, indulgeo, obedio,* adjuncta simul notione servilis cujusdam conditionis et admodum duri moderaminis. Rom. VI. 6. τῷ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ ne in posterum vitiositati studeatis. ibid. VII. 25. δουλεύω νόμῳ Θεοῦ obedientiam præsto voluntati divinæ. ibid. δουλεύω νόμῳ ἁμαρτίας vitiositatis dictamini pareo. Gal. IV. 9. οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε et ei iterum studium vestrum navaturi. ibid. v. 25. δουλεύει obstricta tenetur lege Mosaica. Philipp. II. 22. Tit. III. 3. δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις. Alciphron. Epp. I. 13. πάθει δουλεύοντας. Polyb. XVII. 13. ταῖς τοῦ σώματος ἐπιθυμίαις δουλεύοντα. Lucian. Hermotim. 8. Diog. Laërt. VI. 66. Etiam apud Latinos *voluptatibus,* etc. *servire* sæpe legitur, v. c. Senecam Ep. 39 et 47. Cicer. Læl. 22. Sallust. Catilin. LII. 23. Conf. El. Palairet. Obss. Phil. in N. T. p. 476. 7) *prudenter me accommodo.* Sic legitur, si lectio sana, nec Κυρίῳ reponendum est, Rom. XII. 11. τῷ καιρῷ δουλεύοντες prudenter vos accommodate tempori, obsequamini occasionibus, temporibus sapienter utimini. coll. Cic. Epp. ad Famil. IV. 17. *temporibus servire.* Conf. Wakefield. Silvam Crit. P. III. p. 31.

ΔΟΥ'ΛΗ, ης, ἡ, 1) *serva, ancilla, famula,* a δοῦλος. 2) *femina, quæ Deum religiose colit, ejusque mandata exsequitur.* Luc. I. 38. ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου præsto sum ad exsequenda Dei mandata. ibid. v. 48. τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. Act. II. 18.

ΔΟΥ῀ΛΟΣ, δούλη, δοῦλον. Adjectivum. *servus, a, um.* Comp. δουλότερος. Semel in N. T. legitur Rom. VI. 19. παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ κ. τ. λ. consecrastis membra vestra servitio impietatis, etc.

ΔΟΥ῀ΛΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *servus, minister, homo non liber nec sui juris,* et opponitur τῷ ἐλεύθερος. Matth. VIII. 9. XIII. 27, 28. 1 Cor. VII. 21, 22. XII. 13. εἴτε δοῦλοι, εἴτε ἐλεύθεροι. Tit. II. 9. Apud Græcos scriptt. latius interdum patet et omnino *eum* significat, *qui aliqua, quæcunque tandem sit, ratione alterius imperio subest.* Sic v. c. apud Xenoph. Anab. I. 9. 16. II. 5. 11. satrapa regius δοῦλος vocatur; quæ observatio lucem affundere videtur loco Matth. XVIII. 23. ubi δοῦλοι βασιλέως sunt omnes, qui in aulico sunt ministerio. 2) metaphorice: *minister, orator, qui alicujus nomine agit, cujus ministerio aliquis utitur.* Hinc in epistolis Paulinis inprimis δοῦλος Θεοῦ et Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ est honoris titulus, qui *omni interpreti voluntatis divinæ* et *doctori religionis christianæ,* maxime autem *apostolis,* tribui solet; unde haud raro cum voce ἀπόστολος permutatur, v. c. Rom. I. 1. Galat. I. 10. coll. v. 1. Phil. I. 1. Tit. I. 1. Jacob. I. 1. Θεοῦ καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦλος. Jud. v. 1. Apoc. I. 1. τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ. ibid. X. 7. τοὺς ἑαυτοῦ δούλους, τοὺς προφήτας. ibid. XV. 3. Μωσέως δούλου τοῦ Θεοῦ. Coloss. IV. 12. ὁ ἐξ ὑμῶν δοῦλος Χριστοῦ Epaphroditus, popularis vester, doctor religionis christianæ. 2 Tim. II. 24. δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι doctor christianus non debet pugnax esse. Eodem sensu in V. T. formula עֶבֶד יְהוָה haud raro usurpatur, v. c. de Mose, Exod. XIV. 31. Num. XII. 7. Jos. I. 1. de Josua, Jud. II. 8. Conf. Vriemœt. Annotatt. ad Dicta Classica V. T. T. I. p. 99. T. II. p. 165. et Heisensii Novas Hypothes. ad Epist. Jacobi p. 85 seq. 3) *discipulus,* ex usu loquendi Judæorum, quorum discipuli magistros suos *dominos,* seipsos vero *servos* appellare solebant. Matth. X. 24, 25. Joh. XIII. 16. οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ non est discipulus magistro suo major. Κατ' ἐξοχὴν vero δοῦλος in N. T. *discipulus* vocatur, *qui nondum ad perfectam et absolutam doctrinæ alicujus cognitionem et ad intimam cum præceptore admissus est familiaritatem,* quem veteres philosophi Græcorum *exotericum* appellare consueverant, et τῷ φίλος opponitur. Huc pertinere videtur locus Joh. XV. 15. οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους, ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε, τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος ego vos non amplius appello discipulos exotericos, qui non omnia consilia magistrorum cognita habent. 4) *cultor, sectator.* Luc. II. 29. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα κ. τ. λ. Act. II. 18. ἐπὶ τοὺς δούλους μου super veros cultores meos. Ephes. VI. 6. ἀλλ' ὡς δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ ut vos veros Christi cultores et sectatores præstetis. 1 Petr. II. 16. Apoc. II. 20. VII. 3. XIX. 2. 5. πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ οἱ φοβούμενοι αὐτόν. Adde Psal. CXIII. 1. Ies. LIV. 17. Joël. II. 29. 5) *addictus, obnoxius, deditus, studiosus,* adjuncta *miseriæ* et *servilis conditionis* notione. Joh. VIII. 34. δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας vere vi-

tiositatis servus est. Rom. VI. 16, 17, 20. ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας addicti olim vitiositati. 2 Petr. II. 19. δοῦλοι τῆς φθορᾶς vitiositatis servi. Eodem modo apud Ælian. V. H. II. 41. τοῦ πίνειν δοῦλος qui sese bibacitati ita dediderat, ut nullum in bibendo modum tenere posset. Dionys. Hal. Ant. II. 3. Achill. Tat. I. p. 25. Athenæus XII. p. 531. Conf. Bergler. ad Alciphr. Epp. I. 13. p. 55. Thom. M. p. 248. δοῦλοι οἱ ταῖς ἡδοναῖς κάτοχοι. 6) *qui modeste se gerit.* Matth. XX. 27. ἔστω ὑμῶν δοῦλος reliquos modestia vincere studeat, coll. Marc. X. 44. 7) *qui totus pendet ab aliorum auctoritate et nutu, qui servili animo est præditus.* 1 Cor. VII. 23. μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων nolite nimis ab auctoritate doctorum vestrorum pendere. Similis locus est Ælian. V. H. IX. 19. οἱ ῥήτορες δοῦλοι τοῦ πλήθους εἰσὶ rhetores pendent a populi libidine. Eurip. Phœn. v. 405. δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν, ἅ τις φρονεῖ. 8) *qui est vilioris conditionis et contemtus.* Phil. II. 7. μορφὴν δούλου λαβών, ubi μορφὴ δούλου conditio vitæ Jesu in his terris vilis et humilis vocatur. 9) *qui aliorum commodis inservit.* 2 Cor. IV. 5. δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν vestris tantum inservientes commodis tradenda religione christiana. Eurip. Phœn. v. 559. νὺξ δὲ δουλεύει βροτοῖς.

ΔΟΥΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *in servitutem redigo, servituti addico, servitute premo.* Act. VII. 6. καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ quodque servituti illud subjecturi essent. Medium δουλόομαι, οῦμαι, partim de *eo* dicitur, *qui se ipse nullo id exigente, servituti addicit,* partim de *eo, qui alium sibi* et *suo imperio subjicit.* Ælian. V. H. XIII. 11. καταδουλώσεως, ἧς ἐδουλώσαντο αὐτοὺς Μακεδόνες. 2 Petr. II. 19. Conf. Interpp. ad Thom. M. p. 249. Hesych. δουλωσάμενοι· ὑποτάξαντες. 2) metaphorice: δουλόομαι *obedio, obnoxius, deditus sum, obstringor, obligor.* Rom. VI. 18. ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ addixistis vos virtutis studio. ib. v. 22. δουλωθέντες δὲ Θεῷ Dei cultui addicti. 1 Cor. VII. 15. οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἐν τούτοις non obligatus est christianus his legibus. Galat. IV. 3. ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ἦμεν δεδουλωμένοι legis Mosaicæ imperio subjecti tenebamur. Tit. II. 3. μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας non vino deditas. Herodian. I. 13. 15. ἐδεδούλωντο δὲ πᾶσαν αὐτοῦ ψυχὴν— ἀκόλαστοι σώματος ἡδοναί. 3) *inservire studeo aliorum commodis.* 1 Cor. IX. 19. πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα omnibus inservii; alii reddunt: omnibus me accommodavi.

ΔΟΧΗ', ῆς, ἡ, proprie: *exceptio* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum), deinde *epulum, convivium, quocunque tempore paratum,* a perf. med. δέδοχα, verbi δέχεσθαι *humaniter excipere.* In N. T. bis legitur. Luc. V. 29. ἐποίησε δοχὴν μεγάλην magnum paravit epulum, coll. Genes. XXI. 8. καὶ ἐποίησεν Ἀβραὰμ δοχὴν μεγάλην, Hebraica וַיַּעַשׂ מִשְׁתֶּה גָדוֹל. Luc. XIV. 13. ὅταν ποιῇς δοχὴν cum convivium paraveris. Alex. pro מִשְׁתֶּה posuerunt Genes. XXVI. 30. Esther. I. 3. quod interdum etiam per πότος, Esther. V. 6. Dan. V. 10. et per συμπόσιον, Esth. VII. 7. exposuerunt. Athenæus VIII. p. 348. F. Eodem sensu vocabulo ὑποδοχὴ utitur Diod. Sic. XVII. 105. Hesych. δοχή· δεῖπνον. — δοχὴν ἄριστον.

ΔΡΑ'ΚΩΝ, οντος, ὁ, 1) *draco, serpens ingens,* de quo Plin. H. N. VIII. c. 12. quædam lectu digna habet. 2) metaphorice: *Satanas.* Apoc. XII. 3. coll. v. 9. et alibi passim in Apocalypsi. Simili ratione תַּנִּין de regibus et magnatibus ratione roboris et potentiæ graviter lædendi adhibetur Ezech. XXIX. 3. et XXXII. 2. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 794.

ΔΡΑ'ΣΣΩ, s. ΔΡΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, et Medium ΔΡΑ'ΣΣΟΜΑΙ, 1) proprie: *pugno includo,* a δρὰξ *pugnus.* Levit. II. 2. V. 12. καὶ δραξάμενος ὁ ἱερεὺς ἀπ' αὐτῆς πλήρη τὴν δράκα. Num. V. 26. Hinc δράγμα, ὅπερ ἡ χεὶρ δράξηται, teste Hesychio. Confer Eustath. ad Odyss. τ'. p. 707. 44. Diod. Sic. XVIII. 17. Dionys. Halic. IX. 21. 2) *arripio, apprehendo, fugientem manu injecta retraho,* i. q. καταλαμβάνω, et nostrum: einen erwischen, *to apprehend or seize one.* Sic in N. T. semel legitur 1 Cor. III. 19. ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, h. e. Deus efficit, ut homines, qui sibi sapientissimi videntur, sua ipsorum sapientia capiantur et ita, quam vana sit, agnoscant. Similis locus est Job. V. 13. ὁ καταλαμβάνων τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ φρονήσει, βουλὴν δὲ πολυπλόκων ἐξέστησεν. Polyb. Fragm. Hist. 10. T. V. Opp. p. 56. ed. Schweighæuser. Hesych. δρασσόμενοι· κρατοῦντες.

ΔΡΑΧΜΗ', ῆς, ἡ, *drachma, numus argenteus, sex obolos valens,* seu, ad nostram monetam, octava pars Joachimici, h. e. tres grossi, ejusdem valoris cum *denario* Romanorum. Etym. M. δραχμή· σταθμὸς ὡρισμένος ἢ τὸ συνάθροισμα τῶν ἓξ ὀβολῶν. Eustath. ad Il. γ'. p. 319. 47. Differt itaque a drachma V. T. quæ fuit numus aureus, ponderans octogesimam partem unciæ auri. Ita enim Hesych. Δραχμή· τὸ ὄγδοον ἐστὶν τῆς οὐγγίας ἐν χαλκῷ καὶ σιδήρῳ· ἐν δὲ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ ὀγδοηκοστὸν ἐστιν οὐγγίας. Ter legitur in N. T. Luc. XV. 8, 9. Vid. Pollux Onom. IX. 60. Schol. Aristoph. ad Plutum 194. Reland. Diss. Miscell. P. II. p. 176. nec non Gronovium de Pecunia Vetere.

ΔΡΕ'ΜΩ, *curro,* pro quo adhibetur τρέχω, quod vide.

ΔΡΕ'ΠΑΝΟΝ, ου, τὸ, (pro quo etiam maxime in poëtis δρεπάνη legitur. conf. Thom. M. sub δρεπάνη et ibi Interprett. p. 250. et Stephanum in Appendice ad Scriptt. de Dialectis p. 157.) *falx messoria* (a δρέπω *decerpo, colligo, vindemio, meto,* τρυγάω, τέμνω sec. Etym. M.) etiam per metonymiam *ipse messor, qui falce metit.* Marc. IV. 29. εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον statim messores mittit, coll. Joël. III. 13. ἐξαποστείλατε δρέπανα, Hebr. שִׁלְחוּ מַגָּל. Apoc. XIV. 14. δρέπανον ὀξύ. ibid. v. 15—19. v. 15. πέμψον τὸ δρέπανον καὶ θέρισον emissa falce nunc mete. Polyb. XXII. 10. 5.

ΔΡΟ'ΜΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *cursus,* seu, *actus currendi,* et *quivis rapidus modus alicujus rei.* Eurip. Phœn. v. 167. δρόμον νεφέλας. ibid. v. 1118. δρόμῳ ξυνῆψεν ἄστυ Καδμείας χθονός. 2) *ipse locus, ubi decursiones fiunt, in quo se cursu et aliis certaminibus exercebant veteres, stadium et circus, locus gymnicis ludis destinatus.* Sic v. c. Hippodromus, seu *locus, ubi decursiones equestres fiebant,* δρόμος dicitur a Xenoph. Equit. III. 6. Aristoph. Nub. 28. Thom. M. δρόμος καὶ ἐπὶ τοῦ τρέχοντος καὶ ἐπὶ τοῦ προκειμένου τόπου τῷ βουλομένῳ τρέχειν. Cf. Jac. Lydii Agonist. SS. c. 23. 3) metaphorice: *munus et negotium, quod alicui obeundum et perficiendum demandatur.* Sic legitur in N. T. Act. XIII. 25. ὡς δὲ ἐπλήρου ὁ Ἰωάννης τὸν δρόμον et cum adhuc munere suo fungeretur Johannes, vel potius: cursu vitæ seu muneris sui fere absoluto. Syrus δρόμον bene transtulit: ܬܫܡܫܬܗ *ministerium suum.* ibid. XX. 24. τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς, ubi in sequentibus καὶ τὴν διακονίαν explicationis

causa additur. 2 Tim. IV. 7. τὸν δρόμον τετέλεκα satisfeci muneri meo apostolico. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΡΟΥΣΙ'ΛΛΑ, ης, ἡ. *Drusilla.* Nomen proprium filiæ majoris Agrippæ, sororis Agrippæ junioris, uxoris Felicis, præsidis Judææ. Primum desponsata fuerat Epiphani, regis Antiochi filio, deinde vero, cum hic Judaicos ritus suscipere abnueret, post mortem patris a fratre minori. Agrippa, Azizo, Emesenorum regi, in uxorem data fuit, quem relinquens, abjecta religione patria, Felici, Pallantis, Neronis liberti, fratri, nupsit. Conf. quæ de hac fœmina libidinosissima memoriæ tradidit Josephus A. J. XX. 7. 1 et 2. Semel in N. T. memoratur Act. XXIV. 24.

ΔΥ'ΜΙ, *subeo, ingredior, occido,* Græcis dicitur, quidquid visui se subtrahit, maxime quod aquam subit. Hinc de solis occasu ex vulgi opinione, qui solem mergi putabat oceano. Vide infra sub δύνω.

ΔΥ'ΝΑΜΑΙ, fut. ἤσομαι, proprie, *robustus sum* (Xenoph. Cyrop. I. 2. 13. Anab. IV. 5. 10.), deinde 1) *possum, valeo, auctoritate valeo et potestate aliquid efficiendi.* Ita legitur de *Deo* Matth. III. 9. ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα. Ephes. III. 20. de *Christo* Matth. VIII. 2. de *hominibus* Matth. XVII. 19. Hinc δύνασθαι apud Græcos etiam *is* dicitur, *qui auctoritate et potentia in republica pollet,* v. c. Ælian. V. H. XII. 10. ἐδυνήθησάν ποτε τὰ μέγιστα ἐν τοῖς Ἕλλησιν. 2) *peritus sum alicujus rei, calleo.* Act. XXVII. 43. τοὺς δυναμένους κολυμβᾷν qui artem natandi callerent. Apud Lysiam in Orat. Funebr. in Corinthios socios p. 27. ed. Taylor. οἱ ποιεῖν δυνάμενοι, *poëtæ,* οἱ εἰπεῖν δυνάμενοι, *oratores.* Xenoph. Hist. Gr. IV. 1. 8. 3) δύνασθαι *is* dicitur, *cui aliquid jure suo competit et convenit,* et per *debere, licere, decere,* reddendum est, quemadmodum e contrario οὐ δύνασθαι de *eo, quod non est conveniens, justum et licitum,* usurpatur, quo in sensu יָכֹל Gen. XLIII. 32. Ruth. IV. 6. legitur. Matth. IX. 15. μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν; decetne amicos sponsi jejunare? Marc. II. 7. τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας; cui jure suo competit remittere peccata? Joh. III. 27. οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν non debet sibi quisquam aliquid vindicare. Act. IV. 20. οὐ δυνάμεθα γὰρ κ. τ. λ. non licet nobis reticere ea, quæ vidimus et audivimus. Potest quoque verti: oportet nos ea loqui. Conf. Glassii Philol. S. p. 413. ed. Dathii. ibid. V. 39. οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ nec potestis nec debetis irrita reddere eorum cœpta et consilia. ibid. X. 47. XXV. 11. 1 Cor. X. 21. 2 Cor. XIII. 8. 1 Joh. III. 9. οὐ δύναται ἁμαρτάνειν ei peccare non licet. Xenoph. Ephes. Lib. V. c. 1. ὅσα ἐδύνατο h. e. interprete Abreschio: quantum licebat, et per decus poterat. Confer El. Palairet. Obss. Phil. in N. T. p. 315. 4) *soleo,* et οὐ δύνασθαι de eo adhibetur, *quod raro fieri solet.* Matth. V. 14. οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι non solet urbs in monte posita, etc. Marc. IX. 39. Joh. V. 19. Apoc. II. 2. καὶ ὅτι οὐ δύνῃ (δύνῃ κατὰ πάθος ἐστὶ ἀπὸ τοῦ δύνασαι — Ἰωνικῶς δύνεαι — καὶ κατὰ κρᾶσιν τοῦ ε καὶ α εἰς η δύνῃ. Hortus Adon. p. 39.) et a moribus tuis alienum esse. Formam hanc Pass. vel Med. Indicat. Præs. sine ratione, ut multas alias (V. Wesseling Obss. Var. I. c. 30.) improbat Thom. M. cum ea usi fuerint Plato, Demosthenes, Isocrates, ac Xenoph. Cf. Georgii Hierocrit. N. T. P. I. p. 118 et 184. et Wetstenius N. T. T. II. p. 753. Xenoph. Œcon. XI. 11. Ages. XI. 10. 5) *facultatem habeo aliquid intelligendi et capiendi,* ut יָכֹל Ps. CXXXIX. 6. 1 Cor. III. 2. οὔπω γὰρ ἠδύνασθε nam non ferre et concoquere poteratis, coll. Marc. IV. 33. καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν auditorum captui se accommodavit. 6) *volo,* i. q. θέλω. Matth. XVI. 3. XX. 22. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον; vultisne eandem miseram sortem subire? Marc. VI. 5. καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, et nolebat Christus ibi ullum patrare miraculum. 1 Cor. III. 1. οὐκ ἠδυνήθην nolui. Nisi quis illud οὐκ per *vix* interpretari malit, ut לֹא usurpatur 2 Reg. XX. 4. et בַּל Ies. XXXIII. 24. Hebr. IV. 15. Elegans est hic verbi δύνασθαι usus, cujus vestigia etiam in optimis Græcis scriptoribus reperiuntur, v. c. Herodot. IX. 44. VII. 133. ubi videndus Valckenarius. Alexandrini οὐ δύνασθαι *nolle* posuerunt pro Hebraico מֵאֵן *recusare, abnuere,* Job. VI. 7. ad imitationem Hebraici יָכֹל Genes. XXXIV. 14. E contrario θέλειν interdum i. q. δύνασθαι. De alternante hoc significatu harum vocum exposuerunt Eustathius ad Homer. Il. δ', v. 352. p. 482. ed. Rom. et Camerarius ad Sophocl. Electr. v. 482. Hesych. δύνασθαι· θέλειν. ἔθελεν· ἠδύνατο. 7) interdum pleonastice ponitur, v. c. Joh. VII. 7. οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς vos impiorum Judæorum odio non obnoxii estis. ibid. XII. 39. διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν ideo vero fidem ei denegarunt. Homer. Il. ζ, v. 100. οὐδέ τίς οἱ δύναται μένος ἰσοφαρίζειν. Ita et *posse* apud Latinos, ut docuit Canterus Lectt. Nov. II. 2.

ΔΥ'ΝΑΜΙΣ, εως, ἡ, 1) *potentia, facultas, vis efficiendi aliquid,* et æque de *facultatibus ingenii* ac de *viribus corporis* usurpatur. Matth. XXV. 15. ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν pro sua cuique facultate. (Jamblich. Vit. Pythag. 19. Diodor. Sic. XIV. 81.) Luc. XXIV. 49. δύναμιν ἐξ ὕψους vires, quas Deus largietur ad munus apostolicum rite subeundum. Coloss. I. 11. ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι ut largiatur vobis idoneas facultates et vires. 2 Cor. I. 8. ὑπὲρ δύναμιν supra quam vires humanæ sustinent, supra quam ferri potest. (Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 196.) De corpore usurpatum, ut *robur, vigorem, firmitatem, soliditatem* significet, legitur Hebr. XI. 11. δύναμιν ἔλαβεν vigore uteri instruebatur, nam δύναμις, si mulieribus tribuitur, *robur, vigorem uteri ad procreandos liberos* significat. 1 Cor. XV. 43. ἐγείρεται ἐν δυνάμει prodit corpus durans, tam firmum et valens, ut adversus omnem vim duret: opponitur ibi ἐν ἀσθενείᾳ. 2) si Deo tribuitur, ejus *majestatem et omnipotentiam* significat. Matth. XXII. 29. μήτε τὴν δύναμιν Θεοῦ neque omnipotentiam divinam. Rom. I. 20. ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Act. VIII. 10. οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη per eum se exserit summi numinis majestas. 2 Cor. XIII. 4. ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ in vitam revocatus est vi divina. Hinc δύναμις Θεοῦ, et δύναμις simpliciter, interdum *ipse Deus* dicitur, v. c. Matth. XXVI. 64. καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως sedentem ad dextram Dei Opt. Max. Marc. XIV. 62. coll. Luc. XXII. 69. καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως Θεοῦ. Tob. I. 5. Sic et Judæi Deum κατ' ἐξοχὴν גְּבוּרָה vocare solebant, ut docuit Buxtorfius in Lex. Talmud. p. 385. et Vitringa Obss. Sacr. L. II. c. 5. § 8. Exempla similia Græcorum dedit El. Palairet. Obss. Philol. p. 209. Confer infra sub μεγαλωσύνη. 3) *auxilium potentissimum.* Act. IV.

7. ἐν ποίᾳ δυνάμει; quo auxilio? 2 Cor. VI. 7. ἐν δυνάμει Θεοῦ muniti auxilio divino. 2 Cor. XII. 9. ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ auxilium, quod nobis Christus præstat. ibid. XIII. 4. ζησόμεθα σὺν αὐτῷ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ liberabimur ex his calamitatibus auxilio divino. 4) per metonymiam effecti: *miraculum, ostentum, factum, summæ potentiæ divinæ argumentum*, ad imitationem Hebr. גְּבוּרָה Deut. III. 23. Ps. CVI. 2. CXLV. 4. CL. 2. Matth. VII. 22. καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; nonne miracula multa tua auctoritate patravimus? ibid. XI. 20, 21, 23. XIII. 54, 58. Marc. V. 30. ἐπιγνοὺς ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν, cognoscens animo, se miraculum patrasse. Ibid. VI. 5. Luc. X. 13. Act. II. 22. δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις. 5) *facultas, vis et potestas miracula patrandi.* Matth. XIII. 54. πόθεν τούτῳ αἱ δυνάμεις unde huic tanta vis potenter facta edendi. Ibid. XIV. 2. et Marc. VI. 14. διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αἱ δυνάμεις ἐν αὐτῷ ideo tanta miraculorum facultas est in eo. Act. VI. 8. πλήρης δυνάμεως instructus facultate miracula edendi. ib. X. 38. ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει. 1 Cor. V. 4. σὺν τῇ δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ pro facultate mihi a Christo concessa. 6) per metonymiam adjuncti, *is, qui miracula facit.* 1 Cor. XII. 28. ἔπειτα δυνάμεις, hoc est i. q. v. 10. ἄλλῳ δὲ δίδονται ἐνεργήματα δυνάμεων. 7) *celebratio, laus.* Matth. VI. 13. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δύναμις tu enim es omni laude nostra et celebratione dignus. Luc. XI. 4. ubi δύναμις cum δόξα permutatur, ita, ut significet *celebrationem majestatis divinæ.* Ita in V. T. legitur עֹז Ps. VIII. 4. יִסַּדְתָּ עֹז Alex. κατηρτίσω αἶνον. Sirac. LI. 23. Vid. Spicilegium meum II. Lex. Biel. p. 45. et infra sub κράτος. 8) *vis, effectus, efficacia*, et speciatim, si orationi et doctrinæ tribuitur, *ejus vis et efficacia animos aliorum commovendi, delectandi, emendandi et imbuendi veri cognitione* significat. Rom. I. 4. ἐν δυνάμει ita, ut hominibus certissime persuadeatur. ibid. v. 16. δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν inest enim ei vis summa salutaris. 1 Cor. I. 18. δύναμις doctrina, quæ habet et exserit vim divinam. ibid. II. 4. vis divina efficacissima. 2 Cor. IV. 7. Phil. III. 10. καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ quam vim habeat ejus resurrectio ad homines emendandos et tranquillandos. 1 Thess. I. 5. 2 Tim. III. 5. δύναμις τῆς εὐσεβείας vera pietas, quæ se vita et factis exserit. Hebr. VI. 5. δυνάμεις μέλλοντος αἰῶνος vim et efficaciam doctrinæ de futura piorum felicitate. Huc etiam referenda sunt loca Luc. IV. 35. ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει cum vi et auctoritate imperat. 1 Cor. IV. 10. ἀλλὰ τὴν δύναμιν sed quid effecerint doctrina sua. ibid. v. 20. οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει institutio in religione christiana non est in dictis, sed in factis, seu, bey dem religions-unterricht kommt es nicht darauf an, was man zu leisten verspricht, sondern was man würklich leistet, *we do not improve in religious knowledge by what we promise, but by what we actually perform.* Nec desunt exempla idonea e Græcis et Latinis scriptoribus. Sic apud Isocrat. Evag. c. 3. δύναμις de vi poëseos legitur et apud Ciceronem et Quinctilianum haud raro formulæ: *potentia orationis* et *potenter dicere*, occurrunt. 9) *libertas animi, animus impavidus*, i. q. παῤῥησία. Act. IV. 33. μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον κ. τ. λ. magna cum libertate animi testes surgebant resurrectionis Christi. 2 Tim. I. 7. οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας ἀλλὰ δυνάμεως. Theophyl. ad h. l. ἵνα δυνατοὶ ὦμεν πρὸς τοὺς πειρασμοὺς καὶ παῤῥησιαζώμεθα. 10) sæpe æque ac *vires regni* apud Latinos, (v. c. Florum IV. 2.) *exercitum, et copias imperii* apud Græcos denotat, v. c. Isocrat. Panegyr. c. 26. παρατάξασθαι τὰς δυνάμεις. Thucyd. IV. c. 26. p. 265. ed. Dukeri. Polyb. Hist. V. 33. Ælian. V. H. II. 28. Hinc non solum δυνάμεις τῶν οὐρανῶν *exercitus cœlorum* (ad imitationem Hebraici צְבָא הַשָּׁמַיִם Ps. XXXIII. 6. Genes. II. 1. quod Alexandrini mox στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, 2 Paral. XXXIII. 5. Jer. XXXIII. 22. mox δύναμιν τοῦ οὐρανοῦ, 2 Reg. XVII. 16. reddiderunt) *stellas et sidera, corpora illa splendida, quibus cœlum instructum et exornatum est*, partim ob splendorem insignem, partim ob multitudinem et ordinem, vocantur, Matth. XXIV. 29. καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται et sidera et stellæ loco suo movebuntur; conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 503. sed etiam *ipse angelorum chorus* appellatur ita, numeri pariter et multitudinis ac dignitatis et præstantiæ eorum ratione habita, 2 Paral. XVIII. 18. coll. Nehem. IX. 6. et 1 Reg. XXII. 9. ubi æque ac Luc. II. 13. στρατιὰ (στρατιαὶ) τοῦ οὐρανοῦ (τῶν οὐρανῶν) dicuntur; unde lux affundi posse videtur loco 2 Thess. I. 7. μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, h. e. stipatus angelorum choro. Conf. Vorstii Philol. S. p. 446 seq. ed. Fischeri. 11) *qui est insigni dignitate præditus, potens, princeps, magistratus.* Rom. VIII. 38. οὔτε δυνάμεις ne potentissimi quidem in his terris. 1 Cor. XV. 24. cum omnes, etiam potentissimos hostes, sibi subjecerit. Ephes. I. 21. in quo loco tamen plerique *angelos* intelligendos esse censent. Cf. Vales. ad Euseb. 254. qui ostendit, Græcos τὰ δαιμόνια appellare δυνάμεις, et Latinos *potestates.* Certe angeli Rabbinis כחות של המעלה (vid. Jalkut Chaddasch fol. 89. col. 4.) et ab Euseb. Præp. Evang. IV. 6. ἀστεῖαι καὶ ἀγαθαὶ δυνάμεις dicuntur. 12) *opes et facultates;* unde in vers. Alex. pro הוֹן legitur Ezech. XXVII. 27. Adde Prov. XXXI. 29. 2 Cor. VIII. 3. ὅτι κατὰ δύναμιν καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι non solum pro opum tenuitate, sed etiam majori liberalitate, quam pro facultatibus, sponte contulisse. Eodem sensu παρὰ δύναμιν legitur apud Joseph. A. J. III. 6. 1. ἑκάστου καὶ παρὰ δύναμιν φιλοτιμησαμένου. 13) de sole, *ornamentum, decus, summus splendor.* Apoc. I. 16. ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ quemadmodum sol splendet, cum est in summo lumine, seu in medio cœlo, coll. Jud. V. 31. כְּצֵאת הַשֶּׁמֶשׁ בִּגְבֻרָתוֹ. Vid. supra sub δόξα. 14) *significatio et sensus verborum*, ut apud Latinos *vis, potestas.* 1 Cor. XIII. 11. ἐὰν μὴ εἰδῶ τὴν δύναμιν τῆς φωνῆς nisi significationem et sensum verborum hujus linguæ intellexero. Ælian. V. H. IX. 16. τοὔνομα εἰς τὴν Ἑλλάδα δύναται nomen, in linguam Græcam translatum, significat. In scholiis et Lexicographis Græcis δύναται sæpe est: *significat.* 15) *auctoritas, qua aliquis pollet.* Apoc. III. 8. ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν exigua quidem tua est auctoritas, h. e. ut interpretatus est Eichhornius, Grotium sequutus, licet ob exiguum eorum, qui ad tuum cœtum coiverunt, numerum opprimi facile potueris. Alii interpretes cogitant de exiguis docendi facultatibus, alii autem in universum de viribus exiguis. 16) κατὰ δύναμιν adverbialiter, *vi, per*, nostrum:

kraft, vermöge, *power, might.* Hebr. VII. 16. κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου vi immortalitatis.

ΔΥΝΑΜΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *corroboro, potentem reddo, confirmo*, a præced. δύναμις. Alex. posuerunt pro עָזַז Ps. LXVIII. 29. et גָּבַר Cohel. X. 10. Dan. IX. 27. 2) *idoneum reddo, necessariis facultatibus et viribus instruo.* Sic semel in N. T. legitur Coloss. I. 11. ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι ut omnibus idoneis viribus instruamini.

ΔΥΝΑ'ΣΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *princeps in civitate, penes quem præcipua in republica dignitas est et auctoritas, dynasta*, unde δυναστεία est *summum imperium*, quæcunque demum sit reipublicæ forma. Thucyd. III. 62. δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν, h. e. ὀλιγαρχία. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 1. 5. p. 17. Duker. ad Florum IV. 2. 92. et Schweighæuseri Lexicon Polybian. s. h. v. Alex. pro מֶלֶךְ Prov. XXXI. 4. posuerunt. 2) *tyrannus, qui oppressa libertate vim populo infert.* Luc. I. 52. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων deturbat tyrannos de thronis. In versione Alex. latius patet et *omnem, qui vim alteri infert*, significat, respondens Hebraico עָרִיץ Job. VI. 23. XV. 20. coll. IX. 22. μέγαν καὶ δυνάστην ἀπολλύει ὀργή. 3) *aulicus, purpuratus, minister regis.* Act. VIII. 27. δυνάστης Κανδάκης dynasta reginæ Candaces. Conf. Jerem. XXXIV. 19. ubi pro סָרִיס *eunuchus, cubicularius, aulicus* in versione Alex. ponitur, et Genes. L. 4. πρὸς τοὺς δυνάστας Φαραὼ, ubi in Hebr. אֶל־בֵּית פַּרְעֹה. 4) speciatim ita *Deus Opt. Max.* dicitur, *quatenus est potentissimus et ejus imperio omnia subsunt.* 1 Tim. VI. 15. ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, (Vulgatus: *potens.* Gloss. δυνάστης, *potens.*) qui 2 Macc. III. 24. ὁ πάσης ἐξουσίας δυνάστης, ibid. XII. 15. ὁ μέγας τοῦ κόσμου δυνάστης, et XV. 23. δυνάστης τῶν οὐρανῶν vocatur. Phavor. Δυνάστης· ὁ τύραννος καὶ ὁ βασιλεύς.

ΔΥΝΑΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *potens sum*, a δυνατὸς *potens.* Rom. XIV. 4. ubi loco impressi δυνατὸς γάρ ἐστιν codices nonnulli habent: δυνατεῖ γάρ. 2) *potentem me præsto et declaro.* Sic legitur 2 Cor. XIII. 3. ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν sed potentiam suam quam maxime inter vos declarabit.

ΔΥΝΑΤΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) generatim dicitur *potens, qui aliquid efficere et præstare valet, qui idoneis viribus et facultatibus animi æque ac corporis præditus est.* Luc. XIV. 31. εἰ δυνατός ἐστιν an possit. 2 Cor. XII. 10. τότε δυνατός εἰμι tum sum potens, h. e. tum habeo vires superandi et perferendi omnia mala. Jacob. III. 2. Speciatim 2) *omnipotens, qui omnia efficere et præstare valet, cui est potentia illimitata.* Sic Deus dicitur Luc. I. 29. ὁ δυνατός. Rom. IV. 21. 2 Cor. IX. 8. 2 Tim. I. 12. Hebr. XI. 19. Neutrum τὸ δυνατὸν interdum substantive ponitur, et significat *omnipotentiam*, v. c. Rom. IX. 22. καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, h. e. τὴν δύναμιν αὐτοῦ. 3) *validus, efficax.* 2 Cor. X. 4. τὰ ὅπλα δυνατὰ τῷ Θεῷ arma longe validissima et efficacissima, ex Hebraismo, de quo vide infra sub Θεός. 4) *is, cui aliquid licet, conveniens et decens est.* Act. XI. 17. ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κωλῦσαι τὸν Θεόν; mihi profecto Deo repugnare non licebat. Huc etiam referrem locum Matth. XXVI. 39. εἰ δυνατόν ἐστι si conveniret voluntati tuæ, coll. Luc. XXII. 42. εἰ βούλει. 5) *possibilis, qui* vel *quod facile fieri potest.* Matth. XIX. 26. παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατὰ per Deum fieri possunt omnia. ibid. XXIV. 24. XXVI. 39. εἰ δυνατόν ἐστι, ubi in loco parallelo Luc. XXII. 42. legitur: εἰ βούλει. Act. II. 24. Rom. XII. 18. εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ ὑμῶν quantum per vos fieri potest. Galat. IV. 15. εἰ δυνατὸν si fieri potuisset, si quis postulasset. 6) ut Latinum *potens, qui auctoritate, dignitate et opibus cæteris omnibus præstat.* Act. XXV. 5. οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν principes vestræ civitatis. Sed possunt h. l. per τοὺς δυνατοὺς, subintellecta voce κατηγορεῖν, intelligi idonei, instructi ad accusandi munus obeundum. 1 Cor. I. 26. οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς. Apoc. X. 15. καὶ οἱ πλούσιοι καὶ οἱ δυνατοί. Eodem sensu δυνατὸς et δυνάμενος apud Græcos occurrit, v. c. apud Xenoph. de Rep. Laced. I. 1. Sparta urbs δυνατωτάτη dicitur. Idem Hist. Gr. VII. 4. 34. οἱ δυνάμενοι principes civitatis vocantur. Thucyd. II. 25. ubi Schol. οἱ δυνατοί· οἱ πλούτῳ δυνάμενοι, coll. Xenoph. de Rep. Athen. I. 3. Sirac. XXIX. 25. Eodem sensu *potens* apud Latinos, v. c. Phædr. I. 24. 1. ac גִּבּוֹר addita voce חַיִל 1 Sam. IX. 1. Ruth. II. 1. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 259. Vitringæ Obss. SS. Lib. III. c. 2. p. 516. et Wetstenii N. T. T. II. p. 625. 7) *qui valet aliqua re, peritus rei cujuscunque, qui artem callet, facultate præditus*, i. q. δεινός. cf. Küsterum ad Aristoph. Nub. p. 50. Luc. XXIV. 19. δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ insignis miraculorum et dicendi facultate; ubi vid. Wetstenius. Act. VII. 22. Moses δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις dicitur eodem sensu, quo apud Platonem, Thucyd. (I. 139.) et Xenoph. δυνατὸς λέγειν καὶ πράττειν is vocatur, qui rempublicam bene et sapienter administrare valet, dicendo ad populum et agendis negotiis, vir peritus reipublicæ gerendæ. Conf. Xenoph. Mem. III. 7. 1. Act. XVIII. 24. δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς facultate præditus explicandi litteras sacras. Rom. XV. 1. ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ nos, qui præstantiorem et certiorem religionis scientiam habemus. Omissum est τῇ πίστει, coll. 2 Cor. XIII. 9.

ΔΥ'ΝΩ vel ΔΥ'ΜΙ et ΔΥ'Ω, fut. δύσω, *subeo, ingredior, occido.* Græcis scriptoribus dicitur, *quidquid visui se subtrahit, maxime, quod aquam subit.* Alex. Exod. XV. 10. Hinc speciatim de solis occasu usurpatur ex vulgi opinione, qui solem mergi putabat oceano. Marc. I. 32. ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, cum occidisset sol. Luc. IV. 40. δύνοντος τοῦ ἡλίου occidente sole, coll. Matth. VIII. 16. ὀψίας δὲ γενομένης. Sæpius in N. T. non occurrit. In vers. Alex. Hebr. בּוֹא Genes. XXVIII. 11. Mich. III. 6. sensu eodem respondet. Ælian. V. H. IV. 1. Xenoph. Anab. II. 2. 2 et 6. Hesych. ἔδυ· εἰσῆλθε, κατῆλθε, κατέδυ. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 556.

ΔΥ'Ο, Attice ΔΥ'Ω, οἱ, αἱ, τὰ, genit. δυοῖν, dat. δυσί, *duo.* Matth. XVIII. 20. δύο ἢ τρεῖς h. e. *pauci*, ut quoque legitur apud Josephum Apion. l. II. § 32. p. 490. XXI. 28. τέκνα δύο. ib. v. 31. τίς ἐκ τῶν δύο uter illorum. ib. XXVII. 51. ἐσχίσθη εἰς δύο scissum est in duas partes. (Lucianus Toxari p. 101. εἰς δύο διακόπη. Idem Dial. Meretr. p. 748. ἐς δύο τὴν κεφαλὴν διῃρημένος. Subaudiendum autem est in hac phrasi μέρη, quod addidit Polybius II. 16. σχίζεται εἰς δύο μέρη.) Act. XII. 16. ἁλύσεσι δυσί. 2) *dissentientes, dissidentes.* Ephes. II. 15. ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ut duas dissentientes partes in unam prorsus emendatam societatem congeret, coll. v. 14 et 16. 3) Δύο καὶ δύο *bini.* Est modus loquendi Hebraicus. Nam Hebræi carent dis-

tributivis, quorum loco solent idem nomen bis ponere. Confer Vorstii Philol. Sac. cap. XII. p. 312. Sic Marc. VI. 7. ἤρξατο αὐτοὺς ἀποστέλλειν δύο καὶ δύο misit eos binos, Hebr. שְׁנַיִם שְׁנַיִם Genes. VI. 19, 20. VII. 9, 15. Græci, cum singulis æqualis numerus tribuendus est, utuntur vel vocula ἀνὰ, Luc. X. 1. ἀνὰ δύο, vel κατὰ, v. c. κατὰ δύο apud Ælian. V. H. II. 25. 49.

ΔΥΣΒΑ'ΣΤΑΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *gravis, portatu difficilis,* ex particula inseparabili δὺς, quæ in compositione *ægre, difficulter* notat, et βαστάζω *fero, porto.* Hesychius: δυσβάστακτον βαρύ. Plutarch. T. IX. Opp. p. 625. ed. Reisk. 2) metaphorice de *legibus et præceptis* dicitur, *quæ observatu sunt admodum difficilia vel impossibilia,* ut βαρύς. Sic bis legitur in N. T. Matth. XXIII. 4. δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα. Luc. XI. 46. φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα homines adstringitis severissimis legibus.

ΔΥΣΕΝΤΕΡΙ'Α, ας, ἡ, *dysenteria, morbus, viscera afficiens ac erodens, intestinorum exulceratio,* vel certe *difficultas,* ex δὺς et ἔντερον *intestinum.* Legitur semel in N. T. Act. XXVIII. 8. δυσεντερίᾳ συνεχόμενον κατακεῖσθαι torminibus laborantem decumbere. Polyb. XXXII. 25. 14. Alb. Gloss. N. T. p. 193. δυσεντερία λέγεται ἡ ἕλκωσις τῶν ἐντέρων. Mœris: δυσεντερία θηλυκῶς, Ἀττικῶς· δυσεντέριον, Ἕλληνες. Adjectivum δυσεντερικὸς legitur apud Plutarch. T. VI. Opp. p. 384. et T. X. p. 483. ed. Reisk. Gloss. Vet. apud Labbæum: δυσεντέριον, *tormina.*

ΔΥΣΕΡΜΗ'ΝΕΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *explicatu difficilis, qui ab aliis non facile intelligi et capi potest, vel ob ipsius gravitatem et sublimitatem, vel ob aliorum hebetudinem,* i. q. δυσνόητος, 2 Petr. III. 16. Compositum est ex δὺς et ἑρμηνεύω *interpretor.* Hebr. V. 11. περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος de quibus multa quidem dicere possem, sed difficiliora sunt, quam ut vos capere et concoquere possitis. Sæpius non legitur in N. T. Artemidorus III. 67. οἱ ὄνειροι — τοῖς πολλοῖς δυσερμήνευτοι. Philo Lib. de Somn. T. II. Opp. p. 649. ἀλέκτῳ τινὶ καὶ δυσερμηνεύτῳ θέᾳ Basil. T. I. Opp. p. 12.

ΔΥ'ΚΟΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *homo morosus circa cibum, cui difficulter cibus gratus invenitur,* ex δὺς et κόλον *cibus.* Hinc 2) *homo morosi ingenii, qui ubique habet, quod reprehendat,* unde fere cum δύστροπος conjungitur. Xenoph. Cyrop. II. 2. 1. 3) in genere: *difficilis, multis difficultatibus impeditus.* Semel in N. T. legitur Marc. X. 24. πῶς δύσκολόν ἐστι quam difficile est! Xenoph. Œcon. XX. 10. Hinc τὰ δύσκολα *difficultates, labores,* apud Arrian. de Venat. XVIII. 4. Apud Aristot. Polit. III. 7. δυσκολία opponitur τῇ εὐκολίᾳ. Hesych. δύσκολος· ἄγριος, δυσχερής. Etym. M. ὁ δυσάρεστος, ὁ δυσχερῶς τινὶ ἑνούμενος.

ΔΥΣΚΟ'ΛΩΣ, Adv. 1) *morose, iniquo animo.* Xenoph. Cyrop. II. 2. 2. 2) *difficulter.* Ter legitur in N. T. Matth. XIX. 23. Marc. X. 23. et Luc. XVIII. 24. Adde Pollucis Onom. III. 132.

ΔΥΣΜΗ', ῆς, ἡ, et in plur. ΔΥΣΜΑΙ', intell. ἡλίου, *occasus solis, occideus, plaga cœli occidentalis, regio versus occidentem sita,* a δύνω vel δῦμι. Matth. VIII. 11. ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ab oriente et occidente, h. e. e remotissimis regionibus terræ, seu, ex omnibus gentibus. ib. XXIV. 27. καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν et penetrat ad occidentem. Luc. XII. 54. νεφέλην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν nubem ab occasu exorientem. ibid. XIII. 29. Apoc. XXI. 13. Jos. I. 4. ἀφ' ἡλίου δυσμῶν, Hebraico מְבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ. Xenoph. Anab. VI. 4. 19. et Hist. Gr. V. 1. 7. Cur hoc vocabulum in plurali numero usurpetur, expositum est a me s. v. ἀνατολή.

ΔΥΣΝΟ'ΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *difficilis intellectu, qui ægre intelligi potest.* (ex δὺς *difficulter,* et νοητὸς *intelligibilis.*) Semel in N. T. legitur 2 Petr. III. 16. ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα in qua doctrina, de adventu Christi ad judicium, sunt quædam difficilia intellectu. Diog. Laërt. IX. 13. δυσνόητόν τε καὶ δυσεξήγητον. Etymol. M. 741. 16. δυσνόητα ῥήματα.

ΔΥΣΦΗΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *probra et convicia in aliquem jacto, maledico, convicior.* a δύσφημος. Semel tantum reperitur 1 Cor. IV. 13. ubi loco impressi βλασφημούμενοι codices nonnulli ac patres Græci δυσφημούμενοι habet. 1 Macc. VII. 41.

ΔΥΣΦΗΜΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie opponi videtur τῇ εὐφημίᾳ, et significare *execrationem, verba mali ominis, imprecationem, infaustam acclamationem.* Plutarch. T. II. Opp. p. 341. et T. VIII. p. 323. ed. Reisk. 2) *famæ læsio, convicium, probrum, fama sinistra.* (a δυσφημέω *probra et convicia in aliquem jacto,* quod 1 Cor. IV. 13. in quibusdam codd. loco βλασφημέω et 1 Macc. VII. 41. legitur.) In N. T. tantum legitur 2 Cor. VI. 8. διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας sive male de me homines judicent et loquantur, sive bene. Eodem sensu reperitur 1 Macc. VII. 38. 3 Esr. I. 43. Dion. Halic. Antiq. VI. c. 48. Jamblich. Pythag. § 171. Aristides T. II. p. 482. Hesych. δυσφημίας· κακοφημίας, quæ glossa ad locum Pauli spectare videtur. Transiit hæc vox etiam in linguam Latinam *dysphemia.* Sueton. Aug. c. 92. "Nihil in hoc quidem devitans, quam *dysphemiam nominis.*"

ΔΥ'Ω, vide supra ΔΥ'ΝΩ.

ΔΩ'ΔΕΚΑ, οἱ, αἱ, τὰ, *duodecim.* Est numerale cardinale indeclinabile, compositum ex δύο *duo,* et δέκα *decem.* Matth. IX. 20. X. 1. Apoc. XXI. 21. οἱ δώδεκα vocantur κατ' ἐξοχὴν a numero suo *duodecim illi discipuli et apostoli J. C.* Matth. XXVI. 14, 20, 47. Act. VI. 2. 1 Cor. XV. 5. nam, qui certo numero in aliqua dignitate constituti sunt, solent a numero denominari, v. c. 2 Sam. XXIII. 18, 19, 23. Sic Lat. *triumviri, decemviri,* etc.

ΔΩΔΕ'ΚΑΤΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, pro δυοδέκατος *duodecimus,* a δώδεκα. Semel in N. T. legitur Apoc. XXI. 20.

ΔΩΔΕΚΑ'ΦΥΛΟΝ, ου, τὸ, 1) *duodecim tribus, duodecim tribuum complexus,* ex δώδεκα *duodecim,* et φυλὴ *tribus.* 2) *universus populus Judaicus, qui olim in duodecim tribus divisus erat.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXVI. 7. εἰς ἣν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν ἐλπίζει καταντῆσαι ad quam pervenire sperat populus noster universus.

ΔΩ'ΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie notat *totum ædificium,* a δομέω *struo, ædifico,* contracte pro δόμημα. Etym. M. δῶμα· τὸ οἴκημα, ἐκ τοῦ δομέω κ. τ. λ. Theocrit. Idyll. II. v. 17. Eurip. Phœn. v. 203. Plutarch. T. VI. Opp. p. 111. ed. Reisk. 2) *solarium, tectum planum,* ubi aërem serenum naribus captare solebant veteres. Ita enim olim summam partem ædium fabricatam fuisse constat, ut homines in tectis ambulare et versari possent, quod patet ex Deut. XXII. 8. 2 Sam. XI. 2. Conf. Casaub. ad Athen. IV. 12. Sic autem legitur in N. T. Matth. X. 27. ἐπὶ τῶν δωμάτων in tectis, h. e. palam, præsente multitudine hominum, coll. 2 Sam. XVI. 22. ibid. XXIV. 17. ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος, sc. ὢν, qui in tecto versatur. Marc. XIII. 15. Luc. V. 19. ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα, coll. Marc.

II. 4. ubi στέγη vocatur. Luc. XII. 3. XVII. 31. Alexandrini usi sunt hac voce pro גַּג Ps. CXXIX. 6. Jos. II. 6, 8. 1 Sam. IX. 25, 26. qua eodem sensu etiam usus est Herodian. II. 6. 19. VII. 12. 12. Æsop. Fab. XI. Conf. Gataker. de Stilo N. T. cap. 23. Schwarz. Comment. Ling. Gr. p. 385. Wetstenius N. T. T. I. p. 347. et Rhoer. Fer. Daventr. p. 12. De differentia inter δῶμα et ὑπερῷον speciatim egit Strodtmannus Sylloge I. Different. Gr. § 28. in Novis Miscell. Lips. Vol. VII. p. 678. Gloss. Vet. δῶμα, *tectum*, et alibi: *Tectum*, στέγη, στεγνὸν, δῶμα. 3) *cubiculum superius*, quod vulgo ὑπερῷον, et Hebr. עֲלִיָּה vocatur. Act. X. 9. ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι ascendit Petrus in solarium ad precandum. Hieronym. ad Dan. VI. 10. δώματα, inquit, Latine dicuntur meniana vel tecta, sive solaria et ἀνώγαια, i. e. cœnacula. Idem tradit in Epistola ad Sunniam et Fretelam. Hesych. δώματα· οἶκοι, (non οἶκος) οἰκήματα, ταμιεῖα, οἰκοδομήματα. Lectu dignissima de hac voce habet Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 12. 16. Vol. I. p. 909 seq.

ΔΩΡΕΑ', ᾶς, ἡ, 1) *beneficium, gratuitum donum.* Joh. IV. 10. εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ si scires, quale tibi jam contingit beneficium divinum, nempe: mea præsentia tibi oblatum. Act. II. 38. τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος bona per religionem christianam hominibus parta. ibid. VIII. 20. τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ dona Sp. S. extraordinaria, quæ cap. X. 45. δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, et XI. 17. δωρεὰ simpliciter vocantur. Rom. V. 15, 17. τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς. (Utraque vox conjungitur quoque apud Diod. Sic. III. 37 et 72. Joseph. A. J. V. 1. 16.) Ephes. III. 7. Hebr. VI. 4. 2) *gratia, benignitas*, i. q. χάρις, cum qua voce permutatur 2 Cor. IX. 15. coll. v. 14. Ephes. IV. 7. κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ pro diverso benignitatis Christi gradu. In vers. Theodot. bis tantum legitur pro Chald. נְבִזְבָּה Dan. II. 6. V. 17. Gloss. Vet. apud Labbæum: δωρεὰ, *liberalitas, donatio, munificentia, beneficium.*

ΔΩΡΕΑ'Ν, est accusativus nominis δωρεὰ, qui adverbiascit, subaudita præpositione κατὰ, et variis modis in N. T. ad imitationem Hebraici חִנָּם adhibetur. 1) *gratis, gratuito*, nostrum: unentgeldlich, *gratuitously.* Sic חִנָּם Ies. LII. 35. Job. XXII. 6. Matth. X. 8. δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε gratis contigit vobis hæc facultas, ideo sine lucri studio eam exercete. Gloss. δωρεὰν λαβὸν (lege: λαβὼν), *adeptus*, h. e. nullo impendio consecutus: coll. Gell. N. A. XIX. c. 12. 2 Cor. XI. 7. ὅτι δωρεὰν (h. e. μὴ λαβὼν ὀψώνιον v. 8.) τὸ τοῦ Θεοῦ εὐαγγέλιον εὐηγγελισάμην ὑμῖν. Apoc. XXI. 6. XXII. 17. 2) *ex beneficio, nullo merito meo.* Rom. III. 24. δικαιούμενοι δωρεὰν *remissionis peccatorum beneficium a sola benignitate divina, nec ullo nostro merito vel opere repetentes;* sequitur: τῇ αὐτοῦ χάριτι. Opponitur κατὰ ὀφείλημα Rom. IV. 4. 2 Thess. III. 8. 3) *sine causa justa, immerito, sine ullo merito illius, cui male fit.* Joh. XV. 25. ὅτι ἐμίσησάν με δωρεὰν immerito me odio habent. Sic חִנָּם Ps. XXXV. 7. ubi Alexandrini habent δωρεὰν, sed Symmachus ἀναιτίως. Apud LXX. 1 Sam. XIX. 5. (ubi חִנָּם est i. q. נָקִי in antecedentibus) δωρεὰν per *innocentem, innocuum et inculpatum* reddi debet. Vulg. *qui est sine culpa.* Legitur etiam in libris Apocryphis δωρεὰν hoc sensu, ut sit: *nulla necessitate cogente et urgente, sine causa idonea*, v. c. Sirac. XX. 24. ubi Syrus ܡܓܢ habet, coll. Prov. XXIII. 29. et Spicil. II. Lex. Biel. p. 47 seq. 4) *frustra, temere, sine effectu*, nostrum: vergeblich, ohne Frucht, *in vain, without profit* or *advantage.* Galat. II. 21. ἄρα Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανεν frustra Christus mortuus esset. Ita חִנָּם Job. I. 9. Ezech. VI. 10. quod interdum ab Alex. per μάτην redditur, v. c. Ezech. XIV. 23.

ΔΩΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et ΔΩΡΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, voce media, *dono, largior*, a δῶρον, quod vide. Marc. XV. 45. ἐδωρήσατο τὸ σῶμα τῷ Ἰωσὴφ corpus Josepho donabat, coll. Matth. XXVII. 58. ἐκέλευσεν ἀποδοθῆναι τὸ σῶμα. 2 Petr. I. 3, 4. Sæpius in N. T. non legitur. Confer LXX Gen XXX. 20. et Esth. VIII. 1. Hesych. δωρεῖται· χαρίζεται.

ΔΩ'ΡΗΜΑ, τος, τὸ, *donum, munus, beneficium*, a δωρέω. Rom. V. 16. τὸ δώρημα, i. q. τὸ χάρισμα v. 15. Jacob. I. 17. καὶ πᾶν δώρημα τέλειον et omne donum perfectum. Sæpius non legitur in N. T.

ΔΩ'ΡΟΝ, ου, τὸ, 1) *munus, donum, beneficium.* Matth. II. 11. προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα obtulerunt ei munera. Ephes. II. 8. Θεοῦ τὸ δῶρον merum Dei beneficium est. Apoc. XI. 10. καὶ δῶρα πέμψουσιν ἀλλήλοις munera sibi invicem mittent, scilicet in lætitiæ argumentum (Nehem. VIII. 11, 13. Esth. IX. 19, 22.) Conf. Schol. ad Aristoph. Aves 510. 2) *omne sacrificium, quod Deo offertur*, i. q. θυσία ex usu loquendi Alex. Genes. IV. 5. ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ οὐ προσέσχε, pro quo in Vatic. legitur ἐπὶ ταῖς θυσίαις, in quorum versione haud raro Hebr. קָרְבָּן Levit. II. 4. IX. 7, 15. respondet. Matth. V. 23. ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. ibid. v. 24. VIII. 4. XV. 5. (ubi videndus Theophylactus) XXIII. 18. δῶρον τὸ ἐπάνω αὐτοῦ sacrificium quod aræ imponitur. Hebr. V. 1. VIII. 3, 4. IX. 9. XI. 4. 3) κατ' ἐξοχὴν *pecunia illa* δῶρον vocatur, *quæ gazophylacio immittebatur in usum templi et sustentationem pauperum.* Luc. XXI. 1. βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. 4) per metonymiam contenti pro continente, *gazophylacium, in quod dona injiciebantur.* Luc. XXI. 4. ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, h. e. εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, coll. Marc. XII. 43. Conf. Boisii Collation. p. 261. et supra ad γαζοφυλάκιον dicta. 5) per ellipsin reticetur Marc. I. 44. coll. Matth. VIII. 4. Rom. XV. 27.

E

Ἔα, *ah! vah! hem!* particula, quæ convenit exclamationi, partim a dolore, partim a rei novitate proficiscenti, quamque alii ab ἐάω *sino,* alii vero ab Hebr. הָהּ et אֲהָהּ ortam esse existimant. In N. T. bis legitur. Marc. I. 24. ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοί; ah! quid nobis tecum est negotii? Luc. IV. 14. In utroque loco est particula conquerentis. In priore loco Vulgatus particulam omisit, in posteriore vero vertit *sine,* quasi esset ab ἐάω, (ut legitur apud Polyæn. II. 30. Achill. Tat. VI. p. 339. Hesych. ἔα, ἄφες, etc. Suidas: ἔα, συγχώρει. Confer Pricæum ad Lucæ l. l.) sed tunc fere casus aut verbum additur, nec tunc est exclamantis præ metu et dolore, sed repellentis aut imperantis. Admodum frequenter hæc particula in poëtarum (non solum tragicorum, ut Casaubonus voluit.) libris invenitur, v. c. Aristoph. Plut. v. 825. (ubi est vehementer mirantis, ἐκπληκτικὸν, observante Schol. D'Orvillii.) Avib. 328. et 1495. legitur tamen etiam in oratione soluta, v. c. apud Arrian. II. 24. III. 20. Alia loca dedit Wetstenius N. T. T. I. p. 554. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἔα, ἐπίῤῥημα, *heia.*

ἘΑ'Ν, conjunctio, quæ construitur nunc cum optativo, nunc cum conjunctivo, rarissime cum indicativo. Conf. Viger. de Idiotismis Ling. Gr. p. m. 500. 1) est conditionalis: *si,* v. c. Matth. VIII. 2. ἐὰν θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι si vis, me leprosum sanare potes. ibid. IX. 21. IV. 9. ἐὰν προσκυνήσῃς μοι. V. 13. et alibi passim. 2) *etsi, quamvis, etiamsi.* Marc. VIII. 36. 1 Cor. IV. 15. ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε quamvis enim decem millia pædagogorum habeatis. Ita אִם usurpatur. Job. XVII. 13. Jerem. XV. 1. et Psalm. LXVIII. 14. 3) exprimit *adverbia temporis, quando, cum, postquam.* Sic v. c. cum ὅταν et ἐπὰν permutatur in locis Matth. VI. 22, 23. coll. Luc. XI. 34. Joh. VI. 62. ἐὰν οὖν θεωρῆτε quod quando videritis. ibid. XII. 32. ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς postquam exaltatus fuero a terra. ibid. XIII. 20. ἐάν τινα πέμψω cum quem misero. ibid. XIV. 3. ἐὰν πορευθῶ. ibid. XVI. 7. 1 Joh. III. 2. ὅτι ἐὰν φανερωθῇ. Sic quoque *si* Latinorum ponitur pro *cum* temporali apud Virgil. Æn. V. 64. Cic. Verr. IV. 11. (Vide Muretum ad Catull. XIV. 17.) ac אִם Mich. V. 7. Prov. III. 24. 4) geminatum cum τε notat *sive, sive.* Rom. XIV. 8. ἐάν τε γὰρ ζῶμεν — ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν *sive* vivamus, *sive* moriamur. Plato Crito. c. 12. Xenoph. Cyrop. III. 3. 9. 4b) *quandoquidem, quia,* ut Hebr. אִם Ies. IV. 4. Num. XXII. 20. 1 Thess. III. 8. ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ quia vos in cultu Domini constantes manetis. 5) quoties sequitur articulum postpositivum ὅς, ἥ, ὅ, et ὅσος, ὁσάκις, et ὅπου, adhibetur pro potentiali ἂν et valet i. q. *cunque.* Matth. VIII. 19. ὅπου ἐὰν ἀπέρχῃ quocunque abieris. Marc. VI. 10. ὅπου ἐὰν εἰσέλθητε ubicunque introieritis. ibid. VII. 11. ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς quocunque a me juvari possis. ibid. XI. 23. ὃ ἐὰν εἴπῃ quidquid dixerit. Luc. X. 22. ᾧ ἐὰν βούληται cuicunque voluerit. — 1 Joh. III. 22. ὃ ἐὰν αἰτῶμεν quidquid petierimus. Xenoph. Mem. III. 10. 12. 6) interdum redundat, v. c. Matth. VII. 9. ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς quem rogaverit filius. Marc. IV. 22. ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ. Vulgat. *quod non manifestetur,* coll. Luc. VIII. 17. 7) omittitur interdum, v. c. Matth. XVIII. 21. ante ἁμαρτήσει, ubi jam Syrus particulam conditionalem recte addidit. Luc. XI. 5. ante πορεύσεται πρὸς αὐτὸν, et ibid. XIX. 22. ante ᾔδεις. Confer Noldii Concord. Part. Hebr. p. 69.

ἘΑ'Ν ΜΗ', pro diversitate contextæ orationis nunc est 1) *conjunctio exceptiva, nisi.* Joh. III. 22. ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ nisi adjuvetur auxilio divino. Rom. X. 15. Homer. Odyss. λ', 158. 2) *si non.* Matth. VI. 15. ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε si vero non remiseritis. 3) ut אִם לֹא (Gen. XXIV. 38.), *particula adversativa, sed, ast, vero.* Matth. XII. 4. εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις sed sacerdotibus tantum. Luc. VI. 4. Galat. II. 16. 4) *non,* ubi ἐὰν, sicut Hebraicum אִם (Deut. I. 35. Jud. V. 8.), est particula negativa. Marc. IV. 22. ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ quod non debeat manifestari.

ἘΑ'ΝΠΕΡ, *si, siquidem,* ex ἐὰν, et particula enclitica περ. Hebr. III. 6, 14. VI. 13.

ἙΑΥΤΟΥ῀, ῆς, οῦ, contracte ΑΥ῾ΤΟΥ῀, ῆς, οῦ, *sui ipsius.* Nominativo caret. Solet hoc pronomen reciprocum ad omnes adhiberi personas, et non tertiæ tantum, sed etiam primæ et secundæ personæ significationem induere, præcipue in numero plurali, prout contextus et persona additi verbi facile docet. Sic tertiam personam indigitat Matth. XXIII. 12. ὅστις ὑψώσει ἑαυτὸν qui autem se ipsum exaltaverit. Marc. II. 8. ὅτι οὕτω διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς. Luc. IX. 25. ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας ἢ ζημιωθείς, ubi ἑαυτὸν est i. q. τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, coll. Matth. XVI. 26. Primæ personæ significationem induit Rom. VIII. 23. ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν. 1 Joh. I. 8. ἑαυτοὺς πλανῶμεν nosmet ipsos fallimus. 1 Cor. XI. 31. Ælian. V. H. I. 32. Epictet. Enchirid. 10. In secunda persona pro σεαυτοῦ adhibetur Act. XIII. 46. Matth. III. 9. μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς ne cogitetis. ibid. XXIII. 31. ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς. Rom. XIII. 9. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν. 1 Cor. VI. 19. καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν nec estis ipsi juris vestri. Supplendum enim est κύριοι. Conf. Abresch. ad Æschylum I. p. 172. Marc. XII. 33. Ælian. V. H. I. 34. Plura hujus rei exempla invenies apud Perizon. ad Ælian. V. H. I. 21. XII. 1. et Fischer. Anim. ad Welleri Grammat. p. 171 seq. 2) ἑαυτοὶ pro ἀλλήλων *invicem, mutuo, inter sese, alter alterum.* 1 Thess. V. 13. εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς concordiæ mutuæ studete. Jud. v. 20. ἐποικοδομοῦντες ἑαυτοὺς ædificantes vos invicem. Hesych. ἑαυτούς· ἀλλήλους. Sophocl. Antig. v. 153. καθ' αὑτῶν. Schol. ἀντὶ τοῦ κατ' ἀλλήλων. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. I. 21. et Reitz. ad Lucian. T. II. p. 98. nec non Locellam ad Xenoph. Ephes. p. 164 et 288. 3) γίνεσθαι

ἐν ἑαυτῷ *ad se redire, sui compotem fieri, se colligere,* i. q. ἑαυτοῦ γίνεσθαι apud Joseph. A. J. VI. 8. fin. Act. XII. 11. Petrus γενόμενος ἐν ἑαυτῷ cum Petrus (qui antea obstupuerat) ad se ipsum rediisset. Conf. D'Orville ad Chariton. VI. 1. p. 510. ed. Lips. et Locellam in Xenoph. Ephes. p. 228. 4) ἔρχεσθαι εἰς ἑαυτὸν proprie de iis usurpatur, *qui, animi deliquium passi, ad se redeunt, ad actiones suas attendunt et rerum extra se iterum fiunt conscii,* et opponitur formulis οὐ παρ' ἑαυτῷ εἶναι, ἐκτὸς ἑαυτοῦ εἶναι; deinde vero latius patet et omnino significat; *secum habitare incipere, resipiscere, ad bonam frugem redire.* Sic legitur in N. T. Luc. XV. 17. εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθών. Conf. de hac formula disserentem Schwarzium in Comment. Crit. Ling. Gr. p. 388. 5) πρὸς ἑαυτὸν *in domum suam;* παρ' ἑαυτῷ *in domo sua.* Luc. XXIV. 12. καὶ ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτὸν et rediit in domum suam. Vid. Kypke ad h. l. Joh. XX. 10. ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς reversi deinde sunt domum discipuli. Vid. Elsner. ad h. l. et Prov. XV. 27. ubi τῷ בֵּיתוֹ in versione Alex. ἑαυτὸν respondet. Adde Gen. XLIII. 31. 1 Sam. XXVI. 12. Josephus A. J. X. 10. 3. ὑποχωρήσας πρὸς ἑαυτόν. Ita quoque *ad sese redire* legitur apud Plautum in Menaechm. V. 2. 11. observante Heumanno in Poecile T. I. L. I. p. 86. — 1 Cor. XVI. 2. παρ' ἑαυτῷ τιθέτω in domo sua aliquid seponat; ubi est i. q. οἴκαδε, quae ut synonyma junguntur apud Joseph. A. J. IX. 4. 4. Huc etiam referrem locum Lucae XXIV. 12. ubi πρὸς ἑαυτὸν ad ἀπῆλθε, non ad θαυμάζων referendum est. 6) πρὸς ἑαυτὸν *seorsum, ab aliis separatim.* Luc. XVIII. 11. σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν stans remotus ab aliis. Conf. vers. Syr. h. l. 7) καθ' ἑαυτὸν *solus seorsum, ab aliis separatim,* καθ' ἑαυτὴν *sola.* Jac. II. 17. νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτὴν mortua est, si sola spectetur; ubi tamen plerique interpretes pleonastice positum judicant. Act. XXVIII. 16. μένειν καθ' ἑαυτὸν ut separatus a reliquis captivis maneret. In vers. Alex. respondet haec formula Hebr. לְבַד Gen. XXX. 40. XLIII. 31. Zach. XII. 12. Conf. Schol. ad Homer. Iliad. α', 271. Aeschyl. Prometh. v. 889. Sic secum Virgil. Georg. I. 389. 8) ἀφ' ἑαυτοῦ *sponte, proprio impulsu, propria auctoritate.* Joh. VII. 18. ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ λαλῶν qui sua inventa tradit, sua cogitata profert. ibid. XI. 51. τοῦτο δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν hoc vero non sine omine quodam dixit. ibid. V. 19. οὐ δύναται ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν nihil facere posse propria auctoritate. — ἀφ' ἑαυτῶν ex sua ipsius facultate, suis viribus, 2 Cor. III. 5. i. q. ἐξ ἑαυτῶν ibid. et παρ' ἑαυτῶν apud Joseph. A. J. IV. 6. 5. — ἀφ' ἑαυτοῦ *suo exemplo.* Luc. XII. 57. ἀφ' ἑαυτῶν exemplum petentes ab eo, quod inter vos vulgo fieri solet. 2 Cor. X. 7. ἀφ' ἑαυτοῦ ita, ut se ipsum in exemplum adhibeat. Conf. Markland. ad Lysiae Orat. XXXI. p. 603. 9) haud raro omittitur, v. c. Marc. IV. 29. post παραδῷ, et 37. post ἐπέβαλλεν. Cf. Fesselii Adversa. SS. I. c. 15.

ἘΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, 1) *sino, permitto.* Matth. XXIV. 43. καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι nec domum perfodi passurus esset. Luc. V. 41. οὐκ εἴα λαλεῖν non permisit divulgare. Act. XIV. 16. 1 Cor. X. 13. οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι. 2) *missum facio, dimitto, desisto ab aliquo.* Act. V. 38. ἐάσατε αὐτοὺς eosque missos faciatis. Job. VII. 18. ἕως τίνος οὐκ ἐᾷς με; Exod. XXXII. 9. Jud. XI. 37. 2 Macc. VI. 13. Conf. Abresch. Lect. Aristaen. p. 268. 3) *demitto.* Act. XXVII. 40. εἴων εἰς τὴν θάλασσαν, sc. ἀγκύρας, aut τὸ πλοῖον, ancoras aut navem in mare demiserunt. Confer tamen quae disputarunt Intt. ad L. Bos. Ellips. Gr. s. v. ἐκπίπτειν p. 613. ed. recent. Caeterum ἐᾷν cum εἰς quoque construitur Geopon. VIII. c. 3. 4) *acquiesco in re, nihil ultra tendo,* nostrum: es bey etwas bewenden lassen, *to hold to a thing, to consent to it.* In hac rariori notione legitur Luc. XXII. 51. ubi ἐᾶτε ἕως τούτου sunt verba impedientis: nolite ultra progredi, nolite vim facere. Alii vertunt: sinite illos hactenus, h. e. nolite illos ita impedire, ut armis utamini, ut oratio ad discipulos directa fuerit.

ἙΒΔΟΜΗ'ΚΟΝΤΑ, οἱ, αἱ, τὰ, *septuaginta,* ab ἕβδομος *septimus.* Act. VII. 14. XXIII. 23. Κατ' ἐξοχὴν vero οἱ ἑβδομήκοντα *septuaginta illi discipuli* dicuntur, *quos Jesus praeter apostolos designaverat, ut per omnes Judaeae provincias religionem traderent christianam.* Luc. X. 1, 17.

ἙΒΔΟΜΗ'ΚΟΝΤΑ ἝΞ, *septuaginta sex.* Componitur ex ἕξ *sex,* et ἑβδομήκοντα *septuaginta.* Legitur semel in N. T. Act. XXVII. 37.

ἙΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ'ΚΙΣ, *septuagies.* Matth. XVIII. 22. οὐ λέγω σοὶ ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ non septies, sed septuagies septies usque remittendum et condonandum esse aliis praecipio, h. e. non saepe tantum, sed quam saepissime et semper. Latet in verbis Christi *synecdoche,* qua species numeri certa ponitur pro multitudine indeterminata. Similis locus est Genes. IV. 24.

ἙΒΔΟΜΟΣ, ὁ, ἡ, τὸ, *septimus.* Est numerale ordinale, ab ἑπτὰ *septem.* Joh. IV. 52. Jud. v. 14. ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ ab Adamo septimus. Apoc. VIII. 1. X. 7. XI. 15. XVI. 17. XXI. 20. Ἡ ἑβδόμη, scil. ἡμέρα, *sabbatum,* Hebr. IV. 4. Philo in libro περὶ τῆς ἑβδόμης καὶ τῶν ἑορτῶν p. 1174. δευτέρα ἑορτὴ ἡ ἐξ ἡμερῶν ἑβδόμη. Σάββατον αὐτὴν Ἑβραῖοι πατρίῳ γλώττῃ καλοῦσιν.

ἘΒΕ'Ρ, ὁ, *Heber* vel *Eber,* nomen proprium ἄκλιτον, filii Salah, abnepotis Semi, a quo עִבְרִים, *Hebraei.* Genes. X. 21, 24. Luc. III. 35.

ἙΒΡΑΪ'ΚΟ'Σ, οῦ, ὁ, *Hebraicus.* Semel in N. T. legitur Luc. XXIII. 38. γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς litteris Hebraicis.

ἙΒΡΑΙ'ΟΣ, ου, ὁ, etiam ἙΒΡΑΙ'ΟΣ, *αία, αῖον, Hebraeus, ex familia Heberi oriundus,* ab Ἐβέρ. Hebraice עִבְרִי Deut. XV. 12. Primus hoc nomine appellatus est *Abrahamus* Gen. XIV. 13. deinde *Abrahami posteri,* (qui tamen saepius *Israëlitae* dicti, ab Israële,) ut distinguerentur ab Aegyptiis et aliis gentibus profanis. Conf. Schmid. Obss. Hist. Critt. in Epist. ad Hebraeos Proleg. c. 1. Interdum tamen Hebraei ab Israëlitis et Judaeis distinguuntur in N. T. libris, v. c. 2 Cor. XI. 22. Phil. III. 5. ex quo colligi recte posse judicavit Carpzovius in Prolegg. ad Exercitt. Philonn. in Ep. ad Hebr. p. 3 seq. Hebraeorum nomen religionem magis designasse, Judaeorum vero et Israëlitarum generis magis ac gentis fuisse. In loco Act. VI. 1. Hebraei ab Hellenistis distinguuntur, ita, ut per Ἑβραίους Judaei intelligendi sint, qui, adhuc lingua Hebraica et codice Hebraico V. T. utentes, omnes leges Judaicas et ritus religiose observabant et in Palaestina sedem suam habebant. Dicuntur etiam in N. T. v. c. in inscriptione epistolae Pauli ad Hebraeos Ἑβραῖοι omnes de Judaeis christiani, sive nati et ipso genere Judaei essent, sive proselyti. Conf. Euseb. H. E. III. 4. De Hebraeis, ad quos Paulus eam, quae in N. T.

exstat, dedit Epistolam, docta Diss. J. C. Harenbergii reperitur in Novis Miscell. Lips. Vol. IV. p. 1. In N. T. ter tantum legitur. Act. VI. 1. 2 Cor. XI. 22. Phil. III. 5. Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων qui utroque parente Hebræo prognatus est. Sic apud Lysiam Orat. XII. p. 215. de Agorato δοῦλος ἐκ δούλων qui utroque parente servo natus est, et apud Xenoph. Ages. I. 2. βασιλεὺς ἐκ βασιλέων rex ex familia regum. Confer Elsner. Obss. in N. T. T. II. p. 251.

'ΕΒΡΑΙ'Σ, ίδος, ἡ, *Hebræa*. Act. XXI. 40. τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ lingua Hebræa, h. e. dialecto Syro-Chaldaica, quæ Hebræis Christi tempore usitata erat. Nam post captivitatis Babyloniæ tempora obtinuit apud Judæos lingua Syro-Chaldaica, ita, ut vernacula esset, lingua Hebræa vero in sacris et eruditi tantum uterentur, ut vel ex vocibus Syro-Chaldaicis, in N. T. obviis, luculenter apparet. Conf. Lightfoot. Hor. Hebr. et Talmud. in Joh. V. 2. ac quos laudat Wolfius in Curis Philol. in N. T. T. I. p. 1321. Act. XXII. 2. XXVI. 14.

'ΕΒΡΑΙ'ΣΤΙ'. Adverbium, *Hebraice, lingua Syro-Chaldaica*. Joh. V. 2. XIX. 13, 17, 20. Apoc. IX. 11. XVI. 16. Prolog. Sirac. Ἑβραϊστὶ λεγόμενα.

'ΕΓΓΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie est verbum activum, et *adducere, appropinquare facere* notat, v. c. Genes. XLVIII. 10. καὶ ἤγγισεν αὐτοὺς πρὸς αὐτὸν, coll. v. 9. sed in N. T. libris æque ac in script. Gr. ut βαδίζειν, ἐλπίζειν, fere semper ut neutrum seu medium usurpatur, et *appropinquare, accedere, advenire* notat. Habet post se dativum, vel cum εἰς et ἐπὶ construitur. Matth. XXI. 1. ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα. Luc. XXIV. 28. Act. IX. 3. XXII. 6. ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ. Non semper tamen motum ad locum, sed distantiam tantum notat. Luc. XVIII. 35. ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἱεριχὼ cum non procul ab oppido Jericho esset, coll. Matth. XX. 29. Ibid. XIX. 29. 2) de tempore usurpatum mox *instare, imminere*, mox *adesse, præsentem esse* significat. Matth. III. 2. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν instant enim tempora Messiæ. ibid. XXVI. 45. ἰδοὺ ἤγγικεν ἡ ὥρα jam instat tempus. ubi in loco parallelo Marc. XIV. 41. legitur ἦλθεν ἡ ὥρα. coll. Joël I. 15. Luc. XXII. 1. instabat autem festum paschatos Rom. XIII. 12. Hebr. X. 25. Matth. XXI. 34. Luc. X. 9, 11. Marc. I. 15. Eodem modo קָרַב usurpatur Deut. XXX. 14. ἤγγικασιν αἱ ἡμέραι τοῦ θανάτου σου. Thren. IV. 18. 3) *proximus sum*. Philip. II. 30. μέχρι θανάτου ἤγγισε morti proximus fuit. Psalm. LXXXVII. 5. ἡ ζωὴ τῷ ᾅδῃ ἤγγισε. Job. XXXIII. 22. ἤγγισε δὲ εἰς θάνατον ἡ ψυχή. 4) Formula ἐγγίζειν τῷ Θεῷ in V. T. libris de iis usurpata legitur, *qui templum adibant cultus publici causa*. Matth. XV. 8. (ubi Syrus verba textus Græci ἐγγίζει μοι interpretatus est ܗܘ ܡܝܩܪ ܠܝ *honorat me*, h. e. cultum mihi præstat.) Ies. XXIX. 13. maxime autem de *sacerdotibus, qui sacrificia Deo offerebant*. Exod. XIX. 22. Ezech. XLII. 13. sed in N. T. libris partim simpliciter *Deum colere*, (v. c. Jacob. IV. 8. ἐγγίσατε τῷ Θεῷ colite Deum pia et sancta mente) partim *adire Deum precibus ejusque opem et auxilium implorare, et optima quævis ab eo sperare* significat, v. c. Hebr. VII. 19. δι' ἧς ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ qua spe freti optima quævis a Deo speramus. Cf. infra sub προσέρχεσθαι. 5) Deus dicitur ἐγγίζειν ἀνθρώποις, *quando hominibus favet eosque beneficiis ornat*. Jacob. IV. 8. καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν et eum vobis propitium habebitis. Ps. CXLV. 18, 19. Apud Inc. Int. Job. XIX. 21. ἐγγίζειν Hebr. חָנַן *misereri* respondet, et notat *alicui succurrere et opem ferre*. Simili ratione *occurrere* apud Ciceronem legitur de Nat. Deor. I. c. 14.

'ΕΓΓΡΑ'ΦΩ, fut. άψω, *inscribo aliquid atramento vel alio modo membranæ, chartæ, tabulis lapideis*, etc. 2 Cor. III. 3. ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις epistola non atramento inscripta tabulis lapideis. Formula ἐγγράφειν ἐν ταῖς καρδίαις et ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις, quæ ibidem legitur v. 2 et 3. significat: *alte infigere, aliquid firmiter imprimere animo et memoriæ mandare*; ὑμεῖς ἐστε ἐπιστολὴ ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν vestrum semper recordor gratamque memoriam nunquam depono. Xenoph. Cyr. III. 3. 52. διάνοιαι ἐγγραφήσεσθαι μέλλουσιν ἀνθρώποις. Vid. Krebsii Obss. Flav. p. 296. qui similia loca e Josepho A. J. IV. 8. 12. et contra Apion. L. II. § 18. adduxit.

'ΕΓΓΥΟΣ, ου, ὁ, ἡ, pro quo apud Græcos interdum etiam ἐγγυητὴς et ἐξέγγυος (v. c. Thucyd. III. 46. et ibi Wass.) ponitur, vox generalis est, quæ *sponsores, vades, prædes et fidejussores* complectitur, et *omnem cujuscunque rei pro altero sponsorem et fidejussorem* significat, ab ἐγγύη *sponsio, fidejussio*, ἡ περί τινος ἀναδοχή, interprete Phavorino. Gloss. Vett. Vades: ἀνάδοχοι, ἔγγυοι. Prædes: ἀνάδοχοι, ἔγγυοι. Hesych. ἔγγυος· ἀνάδοχος. Alberti Gloss. N. T. p. 175. ἀντιφωνητής. In N. T. semel, sed sensu metaphorico, legitur Hebr. VII. 22. ubi Christus dicitur fuisse κρείττονος διαθήκης ἔγγυος melioris fœderis sponsor, quam Mosaicum fuit, h. e. *auctor longe præstantioris doctrinæ Mosaica*. Uberius de hac voce exposuit Salmasius in libro de Modo Usurarum.

'ΕΓΓΥ'Σ, poët. ἐγγύθεν, *prope, cominus*. Adverbium, quod, post se genitivum regit, interdum vero absolute ponitur et 1) de *loco* et *situ* usurpatur. Luc. XIX. 11. διὰ τὸ ἐγγὺς αὐτὸν εἶναι Ἱερουσαλὴμ quod jam prope Hierosolymam esset. Joh. III. 23. ἐγγὺς τοῦ Σαλεὶμ prope Salimum. ibid. VI. 19. XI. 18. 2) de *tempore*. Matth. XXIV. 32. ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος instare æstatem. ib. v. 33. XXVI. 18. ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς ἐγγύς ἐστιν, Joh. II. 13. καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ πάσχα instabat autem festum paschatos. Apoc. I. 3. ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγὺς tempus, quo oraculorum veritas eventu comprobabitur, instat *certissime*. Vide dicta infra ad vocum τάχος. 3) de *eo, quod in promtu est*. Rom. X. 8. ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν propinqua tibi hæc doctrina est, h. e. ut statim additur: ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου obversatur animo tuo et menti. Ita קָרוֹב Deut. XXX. 14. 4) de *eo, qui adest alteri auxilio suo*. Philip. IV. 5. ὁ Κύριος ἐγγύς, h. e. Deus semper vobis aderit auxilio suo, nam ad v. 6. hæc verba pertinent, coll. Psal. XXXIII. 18. CXLV. 18. 5) de *statu et conditione alicujus rei aut hominis*. Sic v. c. Ephes. II. 13. ὁ ἐγγὺς dicitur *civitati et reipublicæ Judaicæ adscriptus*, et verba ἐγγὺς ἐγενήθητε hunc sensum habent: ex quo christiani estis, accessistis ad civitatem Judaicam, pertinetis ad verum Dei populum; ubi vid. Wetsten. et Schœttgenium. ibid. v. 17. οἱ ἐγγύς, *Judæi*, opponuntur τοῖς μακρὰν, *gentilibus*. Hebr. VI. 8. ager κατάρας ἐγγὺς vocatur; de quo loco vide sub κατάρα. Hebr. VIII. 13. ἐγγὺς ἀφανισμοῦ mox evanescens,

mox periturus. Aristides in Rom. p. 212. καὶ κατάρας ἐγγύς. Galen. de Symptom. Morb. IV. ἐγγὺς ἀπωλείας. Alia loca dedit Wakefield. in Silva Critica P. III. p. 161 seq. — Interdum etiam consanguinitatis et amicitiæ propinquitatem exprimit apud Græcos, v. c. Eurip. Herac. v. 37.

'ΕΓΓΥ'ΤΕΡΟΣ, α, ον, *propior*, ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum. Comparativus ab ἐγγὺς, pro quo etiam ἐγγίων legitur in vers. Alex. Ruth. III. 12. Superlativus ἐγγύτατος. Hinc ἐγγύτερον *propius* adverbialiter, quod semel legitur in N. T. Rom. XIII. 11. ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία nunc enim propius nobis adest felicitas christiana.

'ΕΓΕΙ'ΡΩ, fut. ερῶ, 1) *erigo, surgere facio et jubeo*, v. c. sedentem aut in terram prolapsum, aut in lecto decumbentem; et ἐγείρομαι *erigo me, surgo*. Matth. II. 20 et 21. ἐγερθεὶς illico, statim. ibid. XVII. 7. ἐγέρθητε erigite vos, coll. v. 6. ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Marc. X. 49. XIV. 42. Act. III. 6. IX. 8. ἠγέρθη ἀπὸ τῆς γῆς. ibid. X. 26. ὁ δὲ Πέτρος αὐτὸν ἤγειρε, λέγων ἀνάστηθι. Matth. VIII. 15. IX. 5. 2) *excito, expergefacio a somno*. 'Εγείρομαι *evigilo, expergiscor*. Matth. VIII. 25. ἤγειραν αὐτὸν excitarunt eum. Act. XII. 7. coll. v. 6. Matth. II. 13. ἐγερθεὶς, somno excusso, παράλαβε τὸ παιδίον. Marc. IV. 27. καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται. Prov. VI. 9. Aristoph. Plut. v. 140. Interdum additur ἐξ ὕπνου. Homer. Iliad. β', 41. Cf. Abresch. Lect. Aristænet. p. 148 et 339. Ammonius: ἠγέρθη μὲν λεκτέον ἀπὸ ὕπνου, ἀνέστη δὲ ἀπὸ κλίνης. Hinc 3) ἐγείρομαι metaphorice: *renuntio vitiositati, depono vitam scelestam*, quæ sæpe cum somno graviore in scriptura sacra comparatur, et est vera mortis imago. Conf. Glassii Philol. Sacra p. 1174. ed. Dathii. Rom. XIII. 11. ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι renuntiandi pristinæ perversitati. Ephes. V. 14. ἔγειραι ὁ καθεύδων virtuti jam studere incipe, impie: ubi tironum causa observandum, ἔγειραι imperativum aor. 1. medii habere significationem reciprocam, *excita te ipsum*. 4) *extraho*, i. q. ἀνασπάω. Matth. XII. 11. οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ; eum non extrahat? coll. Luc. XIV. 5. καὶ οὐκ εὐθέως ἀνασπάσει αὐτόν; 5) *reædifico, restauro, denuo exstruo*. Joh. II. 20. καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; et tu tribus diebus restitues hoc templum? Etiam apud Græcos ἐγείρειν et apud Latinos *excitare* pro *ædificare, exstruere* ponitur, v. c. Herodian. VIII. 2. 12. Ælian. Histor. Animal. XI. 10. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 849. Adde 3 Esdr. V. 62. ἔγερσις τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. Jam quemadmodum ἐγείρειν τινί τι in universum notat *comparare et conciliare alicui aliquid*, v. c. apud LXX Prov. XI. 15. (ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν), ita ἐγείρω speciatim est 6) *nasci, oriri jubeo, procreo, surgere, prodire facio, excito*. Matth. III. 9. ἐγεῖραι τέκνα τῷ 'Αβραὰμ sobolem conciliare Abrahamo, Hebr. הָקִים זֶרַע Genes. XXXVIII. 8. Luc. III. 8. coll. Matth. XII. 24. Luc. I. 69. καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας et nasci jussit potentissimum servatorem. Hesychius et forte ex hoc loco: ἤγειρεν, ἀνέδειξεν, ἀνέστησεν. Act. XIII. 22. καὶ ἤγειρεν αὐτοῖς τὸν Δαβὶδ εἰς βασιλέα dedit ipsis Davidem regem. ibid. v. 23. 'Εγείρομαι *nascor, orior, exorior, existo, prodeo*. Matth. XI. 11. οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν nunquam inter homines extitit Johanne baptista vates excellentior. ibid. XXIV. 11. πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται surgent multi falsi doctores. ibid. v. 24. Luc. VII. 16. insignis inter nos exortus est propheta. Joh. VII. 52. 7) *sano, ex morbo erigo*. Jac. V. 15. καὶ ἐγερεῖ τὸν κάμνοντα ὁ Κύριος et sanitatem corporis ei restituet Deus, i. q. σώσει in antecedd. Nec tamen repugnarem, si quis τῷ ἐγείρειν h. l. notionem *erigendi animum* subjicere mallet, ut sit i. q. ἐπιθαρσύνειν, in qua notione apud Ælian. V. H. II. 1. reperitur. Marc. I. 31. καὶ προσελθὼν ἤγειρεν αὐτὴν et accedens eam sanavit, i. q. ἰᾶτο αὐτὴν, ut recte interpretatus est Theophylactus. ibid. IX. 27. Eodem modo etiam ἀνίστημι usurpatur apud Hippocratem T. I. pag. 7. edit. Fœsii, et Thucyd. II. 49. ubi Schol. ἀναστάντας· ὑγιαίνοντας. 8) *periculis eripio*. 2 Cor. IV. 14. καὶ ἡμᾶς διὰ 'Ιησοῦ ἐγερεῖ καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν et nos liberaturum esse e tot et tantis periculis una vobiscum, si vobis similia acciderint, coll. c. I. 9, 10. 9) *ex mortuis excito, in vitam revoco*, i. q. ἀνεγείρω apud Apollodor. III. 10. 3. Matth. X. 8. Joh. V. 21. Act. V. 30. 1 Cor. XV. 42, 43, 44. 10) ἐγείρομαι, seq. ἐπὶ, *insurgo contra aliquem, hostiliter invado*. Matth. XXIV. 7. ἐγερθήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος insurget gens in gentem. Marc. XIII. 8. Eodem modo ἐπεγείρεσθαι in vers. Alex. Ies. XIX. 2. usurpatur. 11) interdum πλεονάζει, v. c. Matth. VIII. 26. IX. 6, 7, 19. Luc. XIII. 25. in quo tamen posteriori loco commode, præeunte Vulgato interprete, per *intrare* reddi potest.

'ΕΓΕΡΣΙΣ, εως, ἡ. Iis annumerandum est vocibus, quæ et active et passive significant, et quarum exempla inter alia attulerunt Clericus Art. Crit. T. I. pag. 385 seq. et Abresch. Lect. Aristænet. p. 234. Igitur est 1) *excitatio, erectio, surrectio, exstructio*. Ps. CXXXIX. 2. σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου καὶ τὴν ἔγερσίν μου. 3 Esdr. V. 83. ἐπὶ τῇ ἐγέρσει τοῦ οἴκου. Polyb. IX. 14. 4. 2) *resurrectio, reditus in vitam*. Sic semel legitur in N. T. Matth. XXVII. 53. μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ εἰσῆλθον (ita enim interpungendum est) post resurrectionem Christi intrarunt, etc. Alii vertunt: post resurrectionem ejus, h. e. ab ipso factam, q. d. postquam Jesus ea resuscitaverat divina sua virtute: quemadmodum apud Ovidium Fast. VI. 737. injuria Thesei est injuria a Theseo illata.

'ΕΓΚΑ'ΘΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie *is* dicitur, *qui subsidet in loco aliquo et insidias facit alteri*, qui Græcis etiam ἐγκαθήμενος dicitur, v. c. Polyb. V. 70. Sic Job. XIX. 12. et XXXI. 9. ἐγκάθετος ἐπὶ θύραις γυναικὸς ἑτέρας. Hesych. ἐγκάθετος· ἐνεδρεύων, ἐπιτηρῶν, ὑπόπτος. Cyrillus Lexic. MS. Brem. apud Albert. ad Hesych. T. I. pag. 1542. ἔφεδρος· ἐγκάθετος, ἐπικαθήμενος, κατάσκοπος. Lex. MS. Bibl. Coisl. p. 471. ἐγκάθετος· δόλιος, κατάσκοπος. Vid. Spicil. meum II. Lexici Bieliani pag. 49. Alii vero non ex ἐν et κάθημαι *sedeo*, sed ex ἐν et καθίημι *demitto, immitto* derivandum esse putant, ut proprie ἐγκάθετος dicatur, *qui esca et reti pisces capit et fallit*, nam κάθετος etiam *lineam piscatoriam et rete* notat, *quod in aquam demittitur*. Quocunque vero modo derivetur, nam æque commode etiam ab ἐγκατατίθημι *depono, condo*, deducere aliquis posset, tamen ex multis veterum locis æque ac allatis Lexicographorum vett. interpretationibus satis constat, ἐγκάθετον 2) in universum *omnem, qui insidias alteri struit quocunque modo*, dici, et speciatim: *qui subornatus est ab aliis, ut clam subrepat ad auscultandos et explorandos alios et tentandum aliquid, quo aliis noceat*, et æque late patere ac vocem ἐγκαθίημι, quæ *in insidiis collocare, ad insidias aliis faciendas subornare* significat. Sic semel in N. T. legitur Luc. XX. 20. ἀπέστειλαν

ἐγκαθέτους miserunt subornatos insidiatores, ut ex sermonibus Jesu aliquid elicerent, quo ei nocere possent, quasi ἐγκαθίζοντας ὡς ἔνεδρον τῷ στόματι Ἰησοῦ, ut verbis Sirac. VIII. 14. utar. Joh. XIX. 11. ἐκύκλωσάν με ἐγκάθετοι Joseph. de B. J. VI. 5. 2. Æschin. Socr. Dial. III. 12. Polyb. XIII. 5. 1. Adverbium ἐγκαθέτως, *subdole et insidiose*, legitur apud Diod. Sic. XVI. 68. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 792. et Heinsii Exercitatt. ad Luc. l. l. p. 188.

'ΕΓΚΑΙ'ΝΙΑ, ίων, τὰ, 1) *encænium* (Quinctil. VII. 2. 23.), *festum quodcunque in memoriam alicujus rei initiatæ, renovatæ vel repurgatæ institutum*, ex ἐν et καινὸς *novus*. Suid. ἐγκαίνια· ἑορτὴ, καθ' ἣν ἐκαινουργήθη τι. Schol. Eurip. Orest. v. 89. ἑορτὴ ἐπὶ ἐγκαινισμῷ. In vers. Alex. Hebr. חֲנֻכָּה respondet, quæ *initiationem*, seu *dedicationem, solenni consecratione peractam*, significat, Esra VI. 17. Nehem. XII. 27. pro qua voce Hebraica in eadem versione etiam ἐγκαινισμὸς, Num. VII. 10, 11. et ἐγκαίνωσις, ibid. ver. 88. invenitur. 2) speciatim in N. T. sic dicitur *festum annuum octo dierum, incidens in diem 25. mensis Cisleu* (nostro *Decembri respondentis*) *institutum a Juda Maccabæo* (1 Macc. IV. 52, 58, 59. 2 Macc. X. 6, 7, 8.) *in memoriam templi Hierosolymitani, a sordibus Antiochi Epiphanis repurgati, qui templum per tres annos profanaverat, ita, ut in aris, Jehovæ exstructis, deastris sacrificaret, quod, teste Josepho* (A. J. XII. 7. 7. ad quem locum vide observ. Relandi), φῶτα *appellabatur, quia per totos hos octo dies lucernæ in domibus accendebantur*. Cf. Ottii Spicilegium ex Josepho pag. 211. In N. T. semel commemoratur Joh. X. 22. ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις καὶ χειμὼν ἦν, ubi tamen nonnulli festum intelligunt, quod Judæi quotannis celebrabant in memoriam templi, a Sorobabele reædificati et ab Herode reparati, quod in tertium mensis *Adar* incidebat, qui respondet nostro Martio. Confer Possini Spicilegium Evangelicum § 30.

'ΕΓΚΑΙΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *renovo rem, vetustate detritam*, aut *aliunde corruptam*. 2) *initio, inauguro, dedico, consecro*, et inprimis de initiatione novæ domus, seu templi exstructi usurpatur, quo in sensu apud Alex. Hebr. חָנַךְ respondet Deuteron. XX. 5. 1 Reg. VIII. 63. 2 Chron. VII. 5. Hinc lux affunditur loco Hebr. X. 20. ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν quam viam nobis initiavit, h. e. primus eam ingressus est. Jam, quia id, quod solemni ritu initiatur et certo usui dicatur, valorem, fidem et auctoritatem accipit, factum est, ut ἐγκαινίζειν 3) etiam significaret, *ratum facere, sancire, stabilire et confirmare*. Sic in N. T. legitur Hebr. IX. 18. ὅθεν οὐδ' ἡ πρώτη (sc. διαθήκη, coll. v. 16 et 17.) χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται ideo nec prius fœdus sine sanguine, seu morte animalium, sanciri et ratum fieri poterat. Chrysost. βεβαία γέγονεν, ἐκυρώθη. Syrus: ܐܬܩܝܡ *confirmatum fuit.*

'ΕΓΚΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω. Verbum judiciale, *in jus voco, accuso aliquem criminis coram judice, causam infero, crimen intento*, i. q. κατηγορέω. Conf. Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 147. Etym. M. ἐγκαλῶ· ἔγκλησιν εἰσάγω καὶ καταδίκην. Hesych. ἐγκαλεῖν· αἰτιᾶσθαι, προκαλεῖσθαι. In hac vero notione apud Græcos fere semper cum genitivo, præmissa præpositione περὶ et κατὰ, rarius cum dativo construitur, ut docuit Stœberus ad Thom. M. p. 262. Act. XIX. 38. ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις causam inter se disceptent. ibid. ver. 40. XXIII. 28, 29. XXVI. 2, 7. Rom. VIII. 33. Polyb. III. 15. 7. IV. 47. 1. Xen. Cyrop. I. 2. 7. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐγκαλεῖται, *accusatur.*

'ΕΓΚΑΤΑΛΕΙ'ΠΩ, fut. είψω, 1) proprie: *celerius curro et alium a tergo relinquo*, unde ἐγκαταλείπεσθαι speciatim de iis usurpatur, *qui sunt in stadio relicti et cursu superati*. Herodot. VIII. c. 59. οἱ δέ γε ἐγκαταλειπόμενοι οὐ στεφανοῦνται, ubi vid. Wessel. et Valckenar. 2 Cor. IV. 9. διωκόμενοι ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι persequuntur nos, non tamen cursu superamur. 2) *derelinquo, desero*. Act. II. 27. οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου non derelinques animam meam in inferno. 2 Tim. IV. 10. Δημᾶς με ἐγκατέλιπεν Hebr. X. 25. Polyb. IV. cap. 15. et Excerpt. pag. 1438. Demosthen. c. Theocr. p. 507. 3) *reservo, reliquum et superstitem facio*. Rom. IX. 29. εἰ μὴ Κύριος ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα nisi Jehova parvum ex insigni multitudine numerum piorum conservasset, coll. Ies. I. 9. 4) *desero aliquem in ipso discrimine, destituo auxilio, non juvo*. Matth. XXVII. 46. ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; quare me deseruisti? coll. Ps. XXII. 2. Marc. XV. 34. 2 Tim. IV. 16. Hebr. XIII. 5. Eodem modo עָזַב cui in vers. Alex. hæc vox respondet, usurpatum legitur Genes. XXVIII. 15. Deut. XXXI. 6, 8. Cæterum legi merentur, quæ de variis verbi ἐγκαταλείπειν notionibus congessit Irmisch. Exc. ad Herodian. I. 4. 18. Vol. I. Opp. p. 859.

'ΕΓΚΑΤΟΙΚΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *habito, inhabito, incola sum*, ex ἐν et κατοικέω *habito*. Semel legitur in N. T. 2 Pet. II. 8. ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς.

'ΕΓΚΕΝΤΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *pugno, stimulo*, et de *equis* usurpatur, *per calcaria stimulandis*, unde ipse stimulus s. calcar ἐγκέντριον dicitur, teste Hesychio (ἐγκεντρίοις οἱ ἵπποι κεντρίζονται) et κέντρον, de quo infra dicendum erit. 2) *resectum surculum*, seu *taleam pungendo insero et demitto in stirpem alius arboris*, quia arborem parumper incidi oportet, ut talea per istam rimam inseri queat. Phavorin. ἐγκεντρίζειν ἐστὶ τὸ ἐγκεντεῖν καὶ ἐμβάλλειν φυτῷ τινι κλαδίσκον ἑτέρου φυτοῦ. Cf. Geopon. X. 76. M. Antonin. de se ipso XI. 7. Theophrast. Hist. Plant. II. 3. Hinc metaphorice 3) *recipio aliquem in societatem aliquam*, similitudine ab arboribus desumta. Et sic legitur speciatim de receptione gentilium in cœtum verorum Dei cultorum Rom. XI. 17, 19, 23, 24. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΓΚΛΗΜΑ, ατος, τὸ, *crimen, cujus aliquis accusatur, criminatio, accusatio* ab ἐγκαλέω *accuso*. Bis legitur in N. T. Act. XXIII. 29. μηδὲν ἄξιον θανάτου ἢ δεσμῶν ἔγκλημα ἔχοντα cum tamen nihil commiserit vinculis aut morte dignum. ibid. XXV. 16. τόπον ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος locum sui defendendi contra criminationem obtinuerit. Thucyd. I. 26. Hesych. ἔγκλημα· πταῖσμα, μέμψις.

'ΕΓΚΟΜΒΟ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ώσομαι. Compositum est ex ἐν et κομβόομαι (quod est a κόμβος, quod proprie *nodum* significat, quo duæ res diversæ solent constringi ac connodari, teste Suida, Phavorino et Eustathio ad Homer. Il. κ'. p. 133.). De hac voce post Thomam Gatakerum in Adverss. Miscell. I. 8. 227. et Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. p. 42. inprimis diligenter et copiose disputavit Cel. Fischerus Prol. V. de Vitiis Lex. N. T. p. 18 seq. qui e locis scriptorum et grammaticorum veterum docuit, vocabulum κόμβωμα non minus quam ἐγκόμβωμα

et ἐγκόμβωσις (Nicet. III. 8. p. 288.) dictum esse non modo de *nodis* et *vinculis nodosis*, sed etiam de *vestibus, quæ nodis et vinculis adstringi solerent*, et maxime de genere quodam brevis pallii, quod reliquis vestibus superinjecerint et nodis connexum ex humeris dependerit. Hinc ἐγκομβόομαι æque ac κομβόομαι est partim: *nodo aliquid et vinculo connecto*, partim: *induo vestem, quæ nodis et vinculis adstringitur, palliolo me orno*, et generatim: *vestem eleganter induo*, seu *super alias induo*, nam *palliola* illa numerantur in partibus ornatus muliebris a Iesaia III. 22. licet etiam interdum usurpetur de *vestitu servorum*. Vid. Pollux. Onom. IV. 18. Hesych. κομβώσασθαι· στολίσασθαι. κόμβωμα· στόλισμα. Alberti Gloss. N. T. App. p. 217. ἐγκομβώσασθε· ἐνειλήσασθε, περιβάλεσθε, ἢ ἀναστείλασθε. Jam, quemadmodum omnia verba *induendi* in linguis priscis omnibus eleganter ad eos transferuntur, qui sunt ornati, præditi et instructi aliqua re et virtute, ita etiam ἐγκομβοῦσθαι metaphorice notat: *se ornare et instruere aliqua virtute, studiosum esse alicujus virtutis*, quo in sensu semel in N. T. legitur 1 Petr. V. 5. τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε modestiam induite, h. e. operam date, ut modestia præditi et ornati conspiciamini. Vide J. Sibrandæ διάκρισις ad locum 1 Pet. V. 5. in Bibl. Brem. Cl. VII. p. 953. et Wetstenii N. T. T. II. p. 696. Simili ratione voce ἐμπορποῦσθαι usus est auctor 3 Macc. VII. 5. ἀγριωτέραν ἐμπεπορπωμένοι ὠμότητα. Confer Drusii Prov. Cl. IV. l. 4. n. 17. Etymol. M. 311. 4. ἐγκόμβωμα, ὁ δεσμὸς τῶν χειρίδων, ὃ λέγεται παρ' Ἀθηναίοις ὄχθοιβος,—παρὰ τὸν κόμβον κόμβος γὰρ ὁ ὑψηλὸς τόπος. κ. τ. λ. Adde Polluc. Onom. IV. 119. ubi vide Intt.

'ΕΓΚΟΠΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *incisio, intcisura*, ab ἐγκόπτω *incido*, et speciatim de *incisionibus viæ* et *intercisionibus itineris* vel *cursus* usurpatur, ut vel ex loco apparet, quem Suidas s. h. v. attulit: χωρὶς ἐγκοπῶν καὶ κλιμακτήρων οὐκ ἦν ἐπιβῆναι τῆς πέτρας. 2) *omne impedimentum, omne quod propagationem alicujus rei retardat et impedit*. Sic legitur in N. T. 1 Cor. IX. 12. ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ ne cursum evangelii impediamus, h. e. ne impedimentum objiciamus propagationi religionis christianæ. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. ἐγκοπήν· ἔνεδρον, ἐμπόδιον.

'ΕΓΚΟ'ΠΤΩ, fut. όψω, 1) proprie: *incido et incidendo separo*, v. c. ἐγκόπτειν ὁδὸν *incidere viam, facere fossas in via, ne hostis præcurrere possit*. 2) metaphorice: *interpello, impedio, detineo, moror*. Act. XXIV. 4. ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω ne te diutius oratione mea moror (aut potius *obtundam*, h. e. *molestus fiam*, coll. Terent. Heaut. V. 1. 6. Adelph. I. 2. 33. Sic simplex κόπτειν legitur apud Athenæum l. VII. p. 290. B. et 378. B.) Rom. XV. 22. sæpius impeditus sum. Galat. V. 7. τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε; ubi tamen et rectius, ut opinor, legitur in codicibus optimæ notæ ἀνέκοψε, sensu eodem. Hesych. ἐγκόπτει, ἀνακόπτει. 1 Thess. II. 18. καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς Σατανᾶς. 1 Petr. III. 7. εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν ne preces vestræ irritæ cadant. Eadem ratione ἀποκόπτειν ἔλεος, ut nempe sit, *irritas reddere* s. *eventu privare promissiones felicitatis*, reperitur apud LXX Ps. LXXVI. 9. ubi in textu Hebr. גָּמַר *cessare facere* legitur. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἐνεκοπτόμην· ἐνεποδιζόμην. Phavor. ἐνέκοψεν· ἐνεπόδιζεν. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐγκόπτω, *incido, impedio.*

'ΕΓΚΡΑ'ΤΕΙΑ, ας, ἡ, *temperantia, abstinentia, continentia*, quæ non solum in vi cernitur, qua quis se ipsum a nimio cibo ac potu continet, sed in rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatione, ut verbis Ciceronis utar de Invent. II. c. 54. et Græce σωφροσύνη dicitur. Andr. Rhodius περὶ παθῶν p. 12. τὸ δύνασθαι κατέχειν τῷ λογισμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ὁρμῶσαν ἐπὶ τὰς φαύλας ἀπολαύσεις τῶν ἡδονῶν. Act. XXIV. 25. ubi inprimis *moderationem, quæ circa Venerem versatur*, seu *castitatem* significat, qua voce etiam Vulgatus usus est. Galat. V. 23. 2 Petr. I. 6. Suid. ἐγκράτεια· ἡ τῶν κακῶν ἀποχή. Sext. Empir. Phys. I. 153. Ib. 156. huic virtuti opponitur ἀκρασία. Vide J. D. Winkleri Comm. de Genuina τῆς ἐγκρατείας *significatione* ad 2 Petr. I. 6. quæ exstat in Actis Soc. Lat. Jenens. Vol. II. p. 24.

'ΕΓΚΡΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, *ab aliqua re mihi tempero, abstineo, dominor in omnes non rectos animi impetus*. Sic v. c. de dono continentiæ, seu abstinentiæ ab usu alterius sexus legitur 1 Cor. VII. 9. εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται si continere se non possunt, nuptias faciant. De iis, qui in certaminibus publicis certaturi abstinere jubebantur a Venere, vino et cibis delicatioribus et vitam athleticam agere, (vid. Epictet. Enchirid. c. 29. et Jac. Lydii Agonist. SS. c. 3.) reperitur 1 Cor. IX. 25. πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται cæterum omnis certaturus abstinet ab omnibus rebus, quæ studio suo nocere et firmitati corporis inimicæ esse possent. Cf. Interpp. ad Ælian. V. H. X. 2. XI. 3. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐγκρατεύεται, *abstinet*.

'ΕΓΚΡΑΤΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, 1) proprie notat *eum, qui potens est, valens et validus, et in potestate sua habet aliquid, qui compos fit alicujus rei et ea potitur*. (ex ἐν et κράτος *robur, potentia*.) Sic v. c. apud medicos vett. ἐγκρατὴς opponitur τῷ ἀκρατὴς *debilis, invalidus, imbecillis*. Conf. Fœsii Œcon. Hippocrat. p. 109. Ælian. V. H. IV. 5. ὅτι ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς βασιλείας *regno potitus*. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐγκρατὴς γίνομαι καὶ ἀμείνων, *potior*. 2 Macc. X. 15, 17. Sirac. XV. 1. ἐγκρατὴς γνώσεως τοῦ νόμου. 2) *temperans, abstinens, continens, qui potestatem habet sui ipsius et suos affectus rationis ac religionis imperio subjicere novit*. Sic semel in N. T. legitur Tit. I. 8.

'ΕΓΚΡΙ'ΝΩ, fut. ῶ, *catalogo ac numero insero, accenseo aliis, annumero, socium me addo*. (ex ἐν et κρίνω *judico, decerno*.) Opponitur τῷ ἐκκρίνειν τινὰ, h. e. *excludere aliquem cœtu ac sejungere*. Xenoph. Cyrop. I. 2. 14. Conf. Budæi Commentarii Ling. Gr. p. 966. In N. T. semel legitur 2 Cor. X. 12. οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισὶ τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων, h. e. non possum a me impetrare, ut me nonnullis accenseam admisceamve, qui de se multa prædicare solent. Hujus significationis, apud Græcos obviæ, multa exempla Wetstenius ad h. l. collegit, et reliqui interpretes e Budæi Commentariis et Stephani Thesauro repetierunt. Mihi hæc tantum adspergere liceat. Demosthen. c. Leptin. p. 489. edit. Reisk. ἐγκρίνεσθαι εἰς τὴν γερουσίαν *in senatum cooptari*. Xenoph. Hist. Gr. IV. 1. 19. ἐγκρίνεσθαι εἰς τὸ στάδιον accenseri numero eorum, qui in stadio currunt. Alia exempla dedit Krebsius in Obss. Flav. p. 310. et Ven. Morus in Progr. in locum Paulinum 2 Cor. X. 12—17. Lips. 1781. 4. Interdum tamen ἐγκρίνειν etiam notionem *præferendi* habet, v. c. Polyb. IX. 2. Cyrill. Hieros. Catach. 10. παν-

των ἔγκριτοι *omnium præstantissimi.* Hesych. ἔγκριτος· ἐκλελεγμένος. Suid. ἐγκρίνε· συντάττει. Zonaras Lex. c. 611. ἐγκρῖναι, ἀντὶ τοῦ συναριθμῆσαι. καὶ ὁ ἀπόστολος· οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι, ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι. τὸ δὲ συγκρῖναι ἀντὶ τοῦ παραθεῖναι. ὡς ἀλαζόνας κωμῳδεῖ αὐτούς. κατ' εἰρωνείαν γὰρ ὁ λόγος.

ἘΓΚΡΥ'ΠΤΩ, fut. ὑψω, 1) *condo, tego, occulto.* (ex ἐν et κρύπτω *abdo, abscondo.*) 2) *immisceo, indo, depso, subigo.* In N. T. usurpatur de fermento, quod cum farina commiscetur. Matth. XIII. 33. et Luc. XIII. 21. ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία quod, sc. fermentum, commiscuit mulier quædam cum satis tribus farinæ. Sæpius in N. T. non legitur. In vers. Alex. Hebr. עוּג *depsere* respondet Ezech. IV. 12. Conf. Schultens. ad Job. XXX. 25.

ἜΓΚΥΟΣ, ου, ἡ, *prægnans, gravida,* ἡ γυνὴ ἐγγαστρωμένη, παρὰ τὸ κύειν, τὸ κατὰ γαστρὸς ἔχειν, interprete auctore Etym. M. (ex ἐν et κύω *gravida sum, in utero gesto.*) Semel in N. T. legitur Luc. II. 5. de Maria οὔσῃ ἐγκύῳ, Hebr. הָרָה Jer. XXXI. 8. Sirac. XLII. 2. Athenæus IX. p. 387. Eustath. in Od. λ'. p. 430. 33. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 74. *Fetum, siceon.* Lege: *Fœtum,* ἔγκυον. quæ voces parum differunt, si majusculis literis scribantur. Infra p. 76. *Fœtus,* ἔγκους. Confer Plaut. Mostell. III. 2. 165.

ἘΓΧΡΙ'Ω, fut. ίσω, *inungo, illino,* i. q. ἐπιχρίω, ex ἐν et χρίω *ungo.* In N. T. tantum legitur Apoc. III. 18. κολλούριον ἔγχρισον τοὺς ὀφθαλμούς σου collyrio inungas oculos tuos. Jer. IV. 30. ἐὰν ἐγχρίσῃ στίβῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου, ubi Hebr. קָרַע *lacerare* respondet. Apud Græcos ἐγχρίειν etiam notionem *pungendi, aculeo feriendi* habere, præter Hesychium (ἐγχρίειν· τύπτει, ἐγκεντρίζει.) Eustathius testis est ad Homer. Odyss. β'. p. 102. Confer et Wetstenii N. T. T. II. p. 763.

ἘΓΩ', gen. ἐμοῦ et μοῦ, per aphæresin. *Ego.* Est pronomen primæ personæ, cujus genitivus singularis et pluralis numeri, interdum etiam dativus, more Hebræorum possessive sumitur, v. c. Matth. XXI. 13. οἶκός μου templum mihi exstructum. Marc. VI. 23. τῆς βασιλείας μου. Matth. II. 6. τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ et alibi passim. 2) interdum pleonastice additur, v. c. Matth. VIII. 7. Marc. VI. 16. Act. XVII. 3. etc. 3) emphaseos gratia additur, v. c. Matth. III. 11, 14. V. 22, 28, 32, 34, 39, 44. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ego vero (purioris doctrinæ auctor a Deo missus) vos doceo, seu, vobis edico. Matth. XIV. 27. ἐγώ εἰμι ego vester, notus ille et ex ipsa voce agnoscendus. Marc. XII. 6. Joh. XIII. 19. ὅτι ἐγώ εἰμι me esse verum Messiam. Act. VII. 32. ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων. 2 Cor. X. 1. αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος. 4) in epistolis Paulinis pronomen ἐγὼ aliquando quidem æque ac ἡμεῖς (v. c. Rom. III. 8. 2 Cor. I. 10.) ipsum apostolum notat, interdum tamen etiam alios homines, Judæum v. c. aut gentilem, quorum personam induit, v. c. Rom. VII. 8, 9, 10, 11 seq. 1 Cor. X. 30. Eodem modo ἡμεῖς Galat. II. 4. de omnibus Judæis, ad religionem christianam conversis, et Ephes. I. 4, 5. de omni christianorum cœtu explicandum est. 5) *mea persona, forma externa, habitus corporis mei.* Joh. VII. 28. κἀμὲ οἴδατε, καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί meam quidem personam et parentes meos nostis. 6) τί ἐμοὶ καὶ σοί; quid mihi rei et negotii tecum est? *mitte me nunc.* Matth. VIII. 29. τί ἡμῖν καὶ σοί; Marc. V. 7. Joh. II. 4. Hebraicum מַה־לִּי וָלָךְ Jos. XXII. 24. Jud. XI. 12. 2 Sam. XVI. 10. Ies. IV. 3. 7) ἐγὼ est vox annuentis, affirmantis et declarantis se paratum esse et promptum ad exsequenda mandata alicujus. Matth. XXI. 30. ἐγὼ Κύριε præsto sum pater. Act. IX. 10. ἰδοὺ ἐγὼ Κύριε. Eodem modo apud Hebræos הִנֵּנִי I Sam. III. 8. Num. XIV. 40. אֲנִי et אָנֹכִי 2 Sam. II. 20. XX. 17. 1 Reg. XIII. 14. et ἐγὼ apud Græcos quoque scriptores adhibebur, v. c. Aristoph. Nub. 721. 768. Equit. 32. Cebet. Tabul. p. 58.

ἘΔΑΦΙ'ΖΩ, fut ίσω, *ad terram prosterno.* (ab ἔδαφος *solum.*) Ita enim cum Vulgato Int. ad Luc. XIX. 44. generalis hujus vocis notio constituenda esse videtur, ut causa appareat, cur veteres hoc verbo non solum de *hominibus, qui solo alliduntur et humi sternuntur,* sed etiam de *oppidis, quæ solo æquantur,* h. e. *ita destruuntur, ut ad soli planitiem redigantur,* usi fuerint. Utriusque usus loquendi vestigia extant in loco Luc. XIX. 44. καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοὶ et te quidem (sc. Hierosolymam) solo æquabunt, cives vero tuos solo allident et interficient. Sæpius non legitur in N. T. Amos IX. 14. καὶ οἰκοδομήσουσι πόλεις ἠδαφισμένας, Hebraica עָרִים נְשַׁמּוֹת. Ies. III. 26. καὶ εἰς τὴν γῆν ἐδαφισθήσῃ. Hos. X. 14. μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισαν. Ibid. XIV. 1. Nahum. III. 10. Ps. CXXXVII. 9. Hesych. ἐδαφιοῦσι· προσκρούσουσι τῇ γῇ — ἠδαφίσθησαν εἰς ἔδαφος ἀνηρέθησαν. Phavor. ἐδαφιεῖ· προσκρούσει, προσρήξει. Apud Græcos interdum etiam *pavire, complanare* notat, v. c. Polyb. VI. 33. 6. καὶ τὸν περὶ τὴν σκηνὴν τόπον ἠδάφισαν.

ἜΔΑΦΟΣ, εος, τὸ, *solum, fundus,* Hesych. γῆ. In N. T. tantum legitur Act. XXII. 7. ἔπεσον εἰς τὸ ἔδαφος cecidi in solum. In vers. Alex. Hebr. קַרְקַע Num. V. 17. 1 Reg. VI. 15. respondet. Xenoph. Cyr. VII. 5. 8. Pollux Onom. I. 80. καλοῖτο δ' ἂν τὸ μὲν ὑπὸ τοὺς πόδας ἔδαφος κ. τ. λ.

ἘΔΡΑΙ'ΟΣ, αία, αῖον, 1) proprie: *sedentarius, qui sedem non facile mutat,* ab ἕδρα *sella, sedes.* Xenoph. de Rep. Laced. I. 3. Plutarch. T. X. p. 642. ed. Reisk. 2) metaphorice: *constans, tenax propositi, qui se non facile ab aliqua re aliorum sermonibus aut incommodis dimoveri patitur.* 2 Cor. VII. 37. ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ qui vero firmiter sibi proposuit. ibid. XV. 58. ἑδραῖοι γίνεσθε constantes manete in hac doctrina christiana. Coloss. I. 23. siquidem in religione manetis firmi ac stabiles. Apud Plutarch. T. V. Opp. p. 214. ed. Reisk. de militibus dicitur, qui nihil se moventes incursum hostium excipiunt. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἑδραῖον· σταθηρόν, ἀσάλευτον. — ἑδραῖον· βάσιμον, στερεόν. Phavorin. ἑδραῖος· σταθηρός, ἀσάλευτος, ἀκλόνητος.

ἘΔΡΑΙ'ΩΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *basis, fundamentum, cui ædificium innititur, stabilimentum, sedes,* ab ἑδραιόω *stabilio, firmo.* Conf. Deylingii Obss. SS. P. I. n. 66. p. 357 seq. 2) metaphorice: *doctrina primaria, gravissimum caput, locus primarius.* In N. T. tantum extat 1 Tim. III. 16. στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας præcipuum vero et omnium consensu gravissimum caput omnis religionis christianæ.

ἘΖΕΚΙ'ΑΣ, ου, ὁ. *Ezechias, Hiskias,* nomen proprium regis Judaici, filii Achasi, qui Hebraice חִזְקִיָּהוּ et יְחִזְקִיָּהוּ vocatur, a חִזְקִי *robur meum,* et יָהּ nomine divino. Legitur in N. T. Matth. I. 9, 10.

ἘΘΕΛΟΘΡΗΣΚΕΊΑ, ας, ἡ, vi etymologiæ ut usus loquendi partim *cultum Dei voluntarium et spontaneum*, aut *cultum divinum ab hominibus excogitatum et ad arbitrium humanum fictum*, partim *affectatum religionis studium, quo quis sibi vehementer placet, qui excellere pietate cupit*, significare potest. Nam compositum est ex θρησκεία *externus cultus divinus*, etiam *superstitiosus Deorum cultus*, et ἐθέλω. Ἐθέλω vero, vel aliis verbis junctum, vel cum præpositione constructum, non solum *sponte aliquid facere* notat, (v. c. ἐθελόδουλος *qui se sponte in servitutem dedit*, apud Polluc. Onom. III. 69 et 80. ἐθέλεχθρος *qui non lacessitus alteri inimicus est*) sed etiam *affectare aliquid* significat. Sic v. c. ἐθελόπονος dicitur, *qui vanæ gloriæ captandæ causa laboriosus videri affectat* ἐθελάστειος *urbanitatem et elegantiam affectans*, ἐθελόσοφος *affectator sapientiæ*, ἐθελοφιλόσοφος *sophista* (Vid. Etym. M. 722. 18.), et apud Polyænum (p. 131 et 151.) et Polybium (V. Ernesti Glossar. Polyb. p. 135.) ἐθελοκακεῖν *milites* dicuntur, *qui armis abjectis fugiunt simulato pavore hosti cedunt*. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 290. In N. T. legitur semel Coloss. II. 23. sed ibi designat *affectatum religionis studium*, τὴν ὑποκρινομένην εὐλάβειαν ἐν τῇ θρησκείᾳ, ut Theophylactus interpretatur. Legitur præterea hæc vox in Epistola Episcoporum Orientalium (in Mansi Collectione Conciliorum T. IV. pag. 1380. et Theodoreti Opp. T. IV. ed. Halens. p. 1331.), qua Cyrillum conqueruntur misisse κεφάλαιά τινα μετ' ἀναθεματισμῶν, μετὰ πάσης ἐθελοθρησκείας, h. e. ita, ut singularem pietatem in religionis puritate servanda aut orthodoxia defendenda simularet. Hesychius: ἐθελοθρησκείαν ἐθελοσέβειαν — Suid. ἐθελοθρησκεῖ ἰδίῳ θελήματι σέβει τὸ δοκοῦν. Ἐθελοπερισσοθρησκεία legitur apud Epiphan. I. Hæres. 16. p. 21. ed. Bas.

ἘΘΈΛΩ, fut. ήσω, *volo*. Vide infra θέλω.

ἘΘΊΖΩ, fut. ίσω, *assuefacio*, **ἘΘΊΖΟΜΑΙ**, *assuefio*. Xenoph. de Re Equ. III. 8. Herodian. V. 7. 9. εἴθιζε αὐτὸν τοῖς γυμνασίοις. Ælian. V. H. III. 23. τὰ εἰθισμένα quæ fieri solent. Hesych. ἐθίζει· ἔθος ποιεῖ. Semel in N. T. legitur Luc. II. 27. κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου ex legis ritu, aut secundum præceptum legis Mosaicæ nam ἐθισμός, quod est i. q. τὸ εἰθισμένον, Hebraico מִשְׁפָּט respondet in vers. Alex. 1 Reg. XVIII. 28. quod alias per ἐντολή, νόμος, πρόσταγμα reddi solet.

ἘΘΝΆΡΧΗΣ, ου, ὁ, *alicui genti, sive majori illi, sive minori regendæ præfectus, sed regis auctoritate et nomine destitutus*, qui interdum etiam ἐπίτροπος dicitur. Ex ἔθνος *gens* et ἄρχων *princeps*. Sic v. c. præfectus, quem Judæi Alexandrini habebant, ἐθνάρχης dicebatur, ut ex Strabone refert Josephus A. J. XIV. 7. 2. et ibidem XIII. 6. 6. Simon, Judæorum pontifex, ἐθνάρχης vocatur, coll. 1 Macc. XIV. 47. XV. 1, 2. Lucianus in Macrob. 17. ἀντὶ ἐθνάρχου βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου. Conf. Krebs. ad Decreta Romanorum pro Judæis e Josepho p. 391. In N. T. semel legitur 2 Cor. XI. 32. ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως præfectus Syriæ Damascenæ nomine regis Aretæ. Conf. I. G. Heynii Diss. 2. de Ethnarcha Aretæ Arabum regis Paulo Apostolo insidiante. Viteb. 755. 4. et I. E. I. Walchii D. de Ethnarcha Judæorum Damascenorum Paulo insidiantium, in Ej. Diss. in Acta Apostol. Vol. II.

ἘΘΝΙΚΌΣ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *gentilis, genti alicui peculiaris et proprius*, ab ἔθνος *gens*. Polyb. XXX. 10. 6. Dion. Halic. T. VI. p. 838. 2) *a vera religione Judaica et christiana alienus, gentilis, ethnicus*. Matth. VI. 7. ὥσπερ οἱ ἐθνικοὶ gentilium more. ib. XVIII. 17. ἔστω σοι, ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς eum habeas pro ethnico, h. e. fuge ejus commercium. Sæpius in N. T. non legitur.

ἘΘΝΙΚΩ͂Σ. Adv. *gentiliter*, h. e. *accommodate moribus ac ritibus gentilium*, seu *hominum, a religione Judaica alienorum*, a præced. Semel legitur in N. T. Galat. II. 14. ἐθνικῶς ζῇς more gentilium vivis, ubi opponitur τῷ Ἰουδαϊκῶς.

ἜΘΝΟΣ, εος, contracte ους, τὸ, 1) *populus, gens, natio*. Matth. XX. 25. XXI. 43. οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν principes populorum. ibid. XXIV. 7. ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος insurget gens contra gentem. Act. II. 5. ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. ib. VII. 7. gens Ægyptiaca. VIII. 9. gens Samariæ tractum occupans. 2) *gens Judaica*, omisso τῶν Ἰουδαίων, quod additur Act. X. 22. Sic legitur Luc. VII. 5. XXIII. 2. Joh. XI. 48, 50, 51, 52. Act. XXIV. 3, 10. Interdum etiam pluralis τὰ ἔθνη de *populo Judaico* usurpatur. v. c. Luc. XXI. 25. καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν, coll. Matth. XXIV. 30. καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Act. IV. 25. 3) *gens, idolorum cultui dedita, et a vera religione, Judaica ac christiana aliena*, ad imitationem Hebraici גּוֹיִ Neh. V. 8, 9. Matth. IV. 15. Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν Galilææ pars, quam exteræ nationes incolebant. ibid. X. 5. ibid. XXI. 43. ἔθνει pro ἔθνεσι. Luc. II. 32. τὰ ἔθνη opponuntur τῷ λαῷ Θεοῦ Ἰσραήλ. Act. XV. 14. et in epistolis Paulinis passim. 4) *gentiles, ad religionem christianam conversi*, a priori vitæ et doctrinæ ratione τὰ ἔθνη dicuntur, v. c. Rom. XI. 13. Ephes. III. 1, 6. 5) *genus, multitudo*. Act. XVII. 26. πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων, ubi in haud paucis codicibus γένος loco ἔθνος e glossemate legitur. 1 Petr. II. 9. ἔθνος ἅγιον i. q. in antecedd. γένος ἐκλεκτόν. Apoc. XXI. 24. τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων. Sic ἔθνος non solum in vers. Alex. τῷ הָמוֹן *multitudo*, 2 Paralip. XXXII. 7. respondet, sed etiam apud Græcos scriptores metaphorice *multitudini animantium, brutorum* tribuitur, v. c. Apollon. de Vit. Soph. I. 25. p. 532. ed. Olear. πολλὰ δὲ ἔθνη κυνῶν. Homer. Iliad. β', 87. 459. 469. κ', 594. Phavorin. ἔθνος· τὸ πλῆθος. Eodem sensu apud Latinos *gens*, v. c. Horat. Epod. II. v. 2. Virg. Æn. I. 435. VII. 282. usurpatur: ac *populus* de formicis apud Apuleium Milesiar. VI. p. 116. Conf. Lennep. ad Coluthum p. 101.

ἜΘΟΣ, εος, contracte ους, τὸ, 1) *mos, consuetudo vel genti cuidam, vel singulis hominibus recepta*. Luc. XXII. 39. κατὰ τὸ ἔθος ex more. Pro κατὰ τὸ ἔθος Græci etiam dicunt κατὰ τὸ εἰωθός. Joh. XIX. 40. καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐνταφιάζειν. Hebr. X. 25. 2) *institutum, ritus sacer*. Luc. I. 9. II. 42. κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς pro more festi celebrandi. Act. VI. 14. καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς et institutos a Mose ritus abrogabit. Act. XVI. 21. ibid. XXI. 22. τὰ ἔθη κατ' ἐξοχὴν dicuntur leges et ritus ceremoniales, quibus Judæi ab aliis populis discernebantur, qui etiam a Philone et Josepho (v. c. A. J. XVI. 6. 7.) passim τὰ ἔθη et οἱ ἐθισμοὶ vocantur. Act. XXVI. 3. Conf. Gronov. ad Ælian. V. H. VIII. 3. 3) *licitum secundum leges, legi conveniens, legitimum*. Act. XXV. 16. οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις non fieri potest per leges Romanas. 4) Interdum omittitur.

Act. XIV. 1. κατὰ τὸ αὐτὸ, scil. ἔθος, pro more, i. q. κατὰ τὸ εἰωθὸς cap. XVII. 2.

ἜΘΩ, perf. med. εἴωθα, *facio aliquid ex consuetudine, soleo*, ab ἔθος. Matth. XXVII. 15. κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν singulis autem diebus festis consueverat præses dimittere. Marc. X. 1. ὡς εἰώθει ut consueverat. Participium εἰωθὼς, υῖα, ὸς, cujus neutrum nominascens *consuetudinem, morem* significat. Luc. IV. 16. κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ. Act. XVII. 2. Sæpius non legitur in N. T. Confer Beckii Comment. in Aristoph. Vol. III. p. 19. et Schol. Eurip. ad Hecub. v. 358.

ΕἸ. Conjunctio conditionalis, quæ apud Græcos æque ac scriptores N. T. jungitur indicativo, optativo, rarissime autem conjunctivo, ut docuit Zeunius ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. m. 491 seq. 1) *si*. Matth. IV. 3. εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ si vere es filius Dei. ibid. v. 6. V. 29, 30. VII. 11. XII. 7. Joh. IV. 10. εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ si nosses, quantum sit hoc beneficium a Deo tibi destinatum; ad quem locum observandum est, formulas: ἢν γνῷς, ἢν γνῷς et εἰ ᾔδεις adhiberi a Græcis, quando summam alicujus rei præstantiam aliis significare volunt, ut docuit Abresch. in Dilucidd. Thucyd. p. 392. 2) ut Hebraicum אִם (Ies. I. 18. Amos V. 22.), est conjunctio concessiva, inprimis sequente ἀλλὰ, *etsi, etiamsi, quanquam*, i. q. εἰ καί. Luc. XVIII. 4. εἰ καὶ τὸν Θεὸν οὐ φοβοῦμαι κ. τ. λ. etiamsi nec Deum nec hominem ullum reverear. Rom. XI. 17. 1 Cor. IX. 2. εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι. 2 Cor. XIII. 4. εἴ ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. Coloss. II. 5. Ad rariores significationes particulæ εἰ referunt, quando ponitur pro εἰ καὶ *quamvis*, Eodem tamen sensu apud Aristoph. Vesp. v. 297. reperiri, docuit Zeunius ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 492. Et sic interdum etiam *si* (v. c. Virg. Ecl. X. 65.) et particula Hebr. אִם Job. XX. 6. usurpatur. 3) *quum, quando*, et in ratiocinando maxime adhibetur, ubi aliquid tanquam certum sumitur. Matth. XXII. 45. εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν Κύριον quum itaque Davides eum Dominum suum vocat. Job. VIII. 46. XIII. 14, 17. XV. 20. Ita אִם 1 Sam. XV. 17. Prov. III. 24. 4) *quandoquidem, quoniam*, pro ἐπεί. Act. IV. 9. εἰ ἡμεῖς σήμερον ἀνακρινόμεθα quandoquidem nos hodie interrogamur; sequitur apodosis v. 10. γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν. ibid. XI. 17. et XVIII. 15. εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ τοῦ νόμου, — — — ὄψεσθε αὐτοί quoniam vero quæstio est de lege s. religione, ipsi videatis. Marc. IX. 22. εἴ τι δύνασαι si quidem potentissimus es. Similis huic est locus apud Sophocl. Ajac. Flag. v. 329. εἰ δύνασθέ τι. Rom. VIII. 31. Eodem modo *quando*, pro *quandoquidem* legitur apud Valer. Flacc. Argonaut. V. 41. ac אִם usurpatur Esther. VI. 13. Jud. XI. 19. 5) *quod*, pro ὅτι, ita, ut non rem dubiam, sed certam et indubitatam indicet. Marc. XV. 44. ἐθαύμασεν, εἰ ἤδη τέθνηκεν miratus est, quod jam mortuus esset. Act. XXVI. 8. ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει, num incredibile vobis est, mortuos a Deo excitari posse? ibid. v. 23. 1 Cor. I. 16. 1 Tim. V. 10. Hebr. VII. 15. 1 Joh. III. 13. Ita אִם usurpatur Genes. XXXI. 52. Xenoph. Mem. I. 1. 13. ἐθαύμαζε δὲ, εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστιν. ibid. 18. et 2. 13. Homer. Iliad. φ', 216. Alia loca dedit post Marklandum ad Lysiam p. 670. ed. Reisk. Krebsius in Obss. Flav. p. 95. Ita etiam *si* legitur apud Livium VII. 31. 6) *ut*. Act. VIII. 22. δεήθητι τοῦ Θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι κ. τ. λ. roga Deum, ut remittatur tibi. ibid. XVII. 27. εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν ut illum palpando quasi reperirent. Marc. XI. 13. ἦλθεν, εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ accessit eo consilio, ut quid in ea reperiret. Respondet in hoc sensu Hebraico אוּלַי, (quod Alexandrini fere semper per εἰ, interdum tamen, v. c. Exod. XXXII. 30. per ἵνα reddiderunt,) et Hebraico אִם 2 Sam. XX. 29. Job. XXVII. 5. Eadem ratione εἰ apud Græcos pro ἵνα vel ὅπως ponitur, v. c. Æsop. Fab. 128. ed. Oxon. Homer. Il. II. 99. X. 19. ad quem locum Eustathius p. 699. 41. εἴληπται γὰρ τὸ εἰ ἀντὶ τοῦ ὅπως, ἢ τοιούτου τινὸς αἰτιολογικοῦ συνδέσμου. 7) ut *si* apud Latinos (v. c. Terent. Heaut. III. 1. 44. "si sit, rogas." Virgil. Æn. IV. 192. Propert. II. 29.) *an? num? utrum?* i. q. πότερον; Matth. XII. 10. εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν; licetne sabbato sanare? Marc. VIII. 23. εἴ τι βλέπει; utrum quid videat? Luc. VI. 7. εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύσει an sabbato sanaturus esset. ibid. XXII. 49. Act. I. 6. XXV. 20. Pro הֲ *num? an?* in vers. Alex. legitur Gen. XVII. 17. Jud. II. 22. 1 Sam. X. 22. Xenoph. de Re Equestri I. 1. 9. Conf. Zeunius ad Vigerum p. 490. 8) *annon?* pro εἰ μή; 1 Cor. VII. 16. εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις — εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις annon maritum aut uxorem ad christianam religionem perducere possis. 9) per se solum, aut conjunctum cum particula γὰρ, *utinam, O si*, particula optandi, pro qua Græci fere εἴθε ponere solent. Luc. XIX. 42. εἰ ἔγνως utinam nosses! O si cognosceres! ibid. XXII. 42. εἰ βούλει utinam tibi placeret! Philostrat. Vit. Apollon. VII. c. 6. εἰ γὰρ καὶ σὺ utinam tu quoque! Eurip. Orest. v. 1209. Alex. Num. XXII. 29. Jos. VII. 7. Joh. XVI. 4. Ies. XLVIII. 8. Vid. Zeunium ad Vigerum p. 487 seq. 10) in juramentis et gravioribus asseverationibus vim habet absolute negandi, et reddendum est per *non, quod non*; omissa vero semper est formula jurisjurandi, pro ejus, qui loquitur, dignitate supplenda, v. c. *ita vivam, ita me Deus amet, ita Deus habeat*. Marc. VIII. 12. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται— —σημεῖον certissime vobis affirmo, nullo modo videbunt miraculum. Syrus ܐܢ habet h. l. æque ac Hebr. III. 11. ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου iratus juravi, quod nunquam introituri sint in terram quietis promissam. Imitati vero videntur Marcus et Paulus scriptores V. T. Nam eodem modo אִם, vel simpliciter positum, vel præmissa formula jurisjurandi, sumitur Gen. XIV. 23. coll. v. 22. XXVI. 29. Num. XIV. 28. Ps. LXXXIX. 36. XCV. 11. 11) *ecce*, Luc. XII. 49. καὶ τί θέλω; εἰ ἤδη ἀνήφθη sed quid opto? ecce jam accensus est. Alexandrini εἰ posuerunt pro הֵן Gen. IV. 14. Job. IV. 18. XV. 15. et הִנֵּה Ezech. IV. 14. Apud Græcos scriptores frustra in hac significatione quæritur. 12) Recte observavit Krebsius ad Schœttgenii Lexicon N. T. p. 191. τὸ εἰ æque ac ἐὰν, maxime sequente εἰ δὲ μὴ, aut simili formula, apud exteros æque ac sacros scriptores ita poni, ut ad integritatem sensus aliquid supplendum relinquatur, quam figuram grammatici σχῆμα ἀνανταπόδοτον vocant. Rom. IX. 22. ibi post εἰς ἀπώλειαν e v. 21. supplenda est formula:

οὐκ ἔχει ἐξουσίαν quis eum hoc nomine vituperare potest? Similis formula ad v. 23. post verba εἰς δόξαν e serie orationis repetenda est. Luc. XIII. 9. κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν, supple, καλῶς ἔχει bene est. Huc etiam multi referunt locum Luc. XIX. 41. εἰ ἔγνως καὶ σὺ, ubi subintelligendam esse statuunt formulam: *O quam bene tecum ageretur!* Cf. Alex. Exod. XXXII. 32. Eustathium et Clark. ad Homer. Iliad. α', v. 135. Casaubon. ad Athen. VIII. 2. et Küster. ad Aristoph. Plut. v. 468.

ΕἼΓΕ, 1) *siquidem, quandoquidem*, ex εἰ et γε, dictione enclitica. 2 Cor. V. 3. εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα siquidem etiam induti, non nudi reperiemur. Ephes. III. 2. IV. 21. Sic εἴγε pro ἐπειδὴ legitur apud Philonem (in Lib. de Congressu Quær. Erudit. Gratia Opp. p. 424. de Sara: Hanc Moses, quod mirere, et sterilem ait et fœcundissimam, εἴγε τὸ πολυανθρωπότατον τῶν ἐθνῶν ἐξ αὐτῆς ὁμολογεῖ γενέσθαι quandoquidem frequentissimam omnium nationum ex hac progenitam fatetur.). Dion. Halic. IV. p. 211. l. 44. et περὶ τ. Θουκυδ. Ἰδιωμ. Opp. T. II. p. 159. l. 17. Confer etiam D. Whitby Obss. ad Ephes. III. 2. T. II. Paraphr. p. 314. et Homberg. in Parerg. Sacr. p. 294. 2) *si modo*. Galat. III. 4. εἴγε καὶ εἰκῇ dummodo frustra. Coloss. I. 23. Marc. Anton. de Rebus suis V. 34. εἴγε καὶ ὀρθῶς ὑπολαμβάνειν καὶ πράσσειν dummodo recte cogites et agas. Lucian. Jupit. Tragœd. 36. Ælian. V. H. XII. 25.

ΕἸ ΔΕ', *sin autem*, **ΕἸ ΓΑ'Ρ**, *si enim*. 1 Cor. IX. 17.

ΕἸ ΔΕ' ΜΗ', et **ΕἸ ΔΕ' ΜΗ'ΓΕ**, *sin minus, alioquin*. Matth. VI. 1. εἰ δὲ μή γε. ibid. IX. 17. Marc. II. 21, 22. Joh. XIV. 2. εἰ δὲ μὴ si aliter se res haberet. Lampe in Comment. ad h. l. T. III. 104. verba hæc ita explicat: præterquam autem, quod dixi vobis, proficiscor paraturus vobis locum. Post εἰ δὲ μὴ et εἰ δὲ μή γε semper omissa est integra sententia e serie orationis facile supplenda. Thucyd. III. 3. Epictet. Enchir. c. 13. Eurip. Iphig. in Aul. 401. Cf. Interpp. ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 494 seq.

ΕἸ ΚΑΙ', 1) *etsi, etiamsi*. Matth. XXVI. 33. Luc. XI. 8. XVIII. 4. 2) *si vel, si maxime*. 2 Cor. IV. 3, 16. VII. 8. 3) *si etiam, quando etiam*. 2 Cor. XI. 15. Hebr. VI. 9. Philip. II. 17. 4) *num etiam? an fortasse, ut?* Philip. III. 12. διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω.

ΕἸ ΜΗ', 1) conjunctio exceptiva, *nisi, præterquam, præter*. Matth. XI. 27. εἰ μὴ ὁ πατὴρ nisi pater. ib. XII. 24, 39. XIII. 57. XIV. 17. XVI. 4. XXI. 19. XXIV. 22. Marc. VIII. 14. καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρτον οὐκ εἶχον et præter unum panem nullum aut nihil habebant secum in navigio. 2) conjunctio adversativa, *sed, verum*. Matth. XII. 4. 1 Cor. VII. 17. Apoc. IX. 4. Sic *nisi* pro *sed* crebro usurpatur Latinis, v. c. Cic. Fam. XIII. 1. Attic. V. 14. XI. 6. 23. ac אִם לֹא Gen. XXIV. 38. Jerem. XXII. 6. 2b) *sed tantum*. Marc. XIII. 32. Apoc. XXI. 27. 3) Εἰ μὴ post ἐκτὸς abundat, v. c. 1 Cor. XIV. 5. XV. 2. 1 Tim. V. 19.

ΕἸ ΜΗ' ΤΙ, *nisi forte*. Luc. IX. 13. 1 Cor. VII. 5. 2 Cor. XIII. 5. Heb. אִם לֹא כִּי Deut. XXXII. 31.

ΕἼΠΕΡ, 1) *siquidem, quandoquidem, quia*. Rom. VIII. 9. 1 Cor. XV. 15. 2 Thess. I. 6. 1 Pet. II. 3. Homer. Il. III. 25. 2) *etsi, quanquam*. 1 Cor. VIII. 5. 3) *si modo*. Rom. VIII. 17. Particula περ valet ad conditionem limitandam et coërcendam.

ΕἼΠΩΣ, *si forte, si qua ratione fieri posset, ut, si quo modo*. Act. XXVII. 12. 2) *ut*, pro ἵνα, ita, ut non dubitantis sit, sed maxime confidentis, et consilium firmum et certum indicet. Rom. I. 10. XI. 14. coll. v. 11. Philip. III. 11. Pro εἴπως, quod legitur apud LXX 2 Sam. XVI. 12. pro Hebr. אוּלַי Inc. Int. ὅπως recte habet, nam est ibi de re certa et indubitata sermo.

ΕἼΤΕ—ΕἼΤΕ, *sive—sive, cum—tum, et—et, utrum—an*, vel duplicatur, vel sæpius iteratur atque vim habet partim *separandi* in oppositis, partim *conjungendi* et *copulandi* in iis, quæ eadem sunt natura et conditione. Philip. I. 18. εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ sive in speciem, sive sincere. 2 Cor. V. 9, 10. XII. 3. *utrum, an vero*. (Sic adhibetur וְאִם Job. XL. 9.) 1 Thess. V. 10. Coloss. I. 20. εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. 1 Cor. XIII. 8. XV. 11. 2 Thess. II. 15. Plato Apol. I. 21. 23.

ΕἼ ΤΙ, ΕἼ ΤΙΣ, *si quid, si quis, quicquid, quisquis*. Matth. XVIII. 28. εἴ τι ὀφείλεις debitum seu, quodcunque deberet, coll. v. 30. Marc. XI. 25. 1 Cor. III. 14, 15. VIII. 2, 3.

ΕἸ ΤΥ'ΧΟΙ, *exempli gratia, verbi causa*. 1 Cor, XIV. 10. Vide infra sub τυγχάνω.

ΕἾΔΟΣ, εος, contracte ους, τὸ, 1) *species rei externa, forma, facies* et *omne, quod oculis cerni potest*. Luc. III. 22. σωματικῷ εἴδει forma, seu specie corporea. Alii vertunt: *modo corporeo*, in qua significatione εἶδος legitur apud Herodian. V. 5. εἰς εἶδος δὲ τιάρας στέφανον. Confer I. H. Maii Obss. SS. l. II. p. 29. IX. 29. τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον subito immutabatur facies ejus, h. e. solis more resplendescebat, coll. Matth. XVII. 2. Joh. V. 37. οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε nec ejus formam vidistis; ubi de Deo sermo est, qui est ἀσώματος. Sic etiam apud Græcos εἶδος κατ' ἐξοχὴν de *forma et habitu corporis* usurpatur, v. c. apud Xenoph. de Rep. Athen. I. 10. Arrian. de Venat. I. 1. Τὰ εἴδη *corpora*. Xen. de Venat. III. 3. Glossarium: εἶδος, *species, vultus*. 2) *aspectus et omnis usus alicujus rei*, i. q. ὄψις. 2 Cor. V. 7. διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους nos enim tantum credimus, hæc ita futura esse, sed nondum ipsi adspicimus, h. e. nondum rem ipsam consecuti sumus, seu, nondum fruimur felicitate futura. 3) *genus, species*. 1 Thess. V. 22. ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε ab omni improbitatis et vitrorum genere abstinete. Chrysost. ad h. l. μὴ τούτου ἢ ἐκείνου, ἀλλ' ἀπὸ παντὸς ἀπέχεσθε. Haud pauci tamen interpretes Paulum his verbis Thessalonicenses abstinere jussisse statuunt ab omni, quod mali speciem præ se fert, ut adeo εἶδος sit: *apparentia, species*, der Schein, *the appearance*. Sed hanc interpretationem linguæ rationes non permittunt, quæ tamen nostram explicationem mirifice confirmant: nam εἶδος est *genus*. Cf. Joseph. A. J. X. 3. 1. πᾶν εἶδος πονηρίας. Xenoph. de Venat. IX. 7. τῷ αὐτῷ εἴδει τῆς θήρας χρῆσθαι eodem venationis genere uti. — Etym. M. εἶδος σημαίνει τρία, τὴν μορφὴν, (Schol. ad Il. β', 58.) καὶ τὸ σχῆμα (Euripid. Æol. 38.). σημαίνει δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ γένους κατηγορούμενον, παρὰ τοῖς φιλοσόφοις. Confer Wetsten. N. T. T. II. p. 307.

ΕἼΔΩ, vel **ΕἸΔΕ'Ω**, ῶ, vel **ΕἼΔΗΜΙ**, fut. ἤσω, aor. 2. εἶδον, præt. m. οἶδα. 1) *video, oculis cerno, visu cognosco*. Matth. II. 2. εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα. ver. 9, 10. III. 16. Marc. I. 10. Act. XII. 16. 1 Petr. I. 8. etc. In Apocalypsi hæc vox haud raro de iis adhibetur, quæ in ecstasi conspiciuntur, v. c. I. 19. ubi verba γράψον οὖν ἃ εἶδες vertenda sunt: teliris manda arcanam significationem eorum, quæ vidisti. Simili ratione Hebraicum חָזָה adhiberi,

satis notum est. 2) *intueor, contemplor, specto.* Matth. XXVIII. 6. ἴδετε τὸν τόπον. Marc. XIV. 67. καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον, coll. Luc. XXII. 56. καὶ ἀτενίσασα αὐτῷ. Luc. XXIV. 39. ἴδετε τὰς χεῖράς μου — ψηλαφήσατε καὶ ἴδετε. Joh. XX. 27. 3) *audio,* nam verba sensuum in omnibus linguis invicem permutantur. Luc. I. 29. ἡ δὲ ἰδοῦσα. Vulg. *cum audisset.* Act. XIII. 41. ἴδετε οἱ καταφρονηταί audite contemptores. Eodem modo רָאָה Ies. XXXIII. 19. coll. XXX. 19. ubi ἰδεῖν τῷ שָׁמַע in vers. Alex. respondet. Ælian. V. H. II. 10. ἰδόντα διαλεγόμενον, scil. Πλάτωνα. Sophocl. Œdip. Tyr. v. 513. πρὶν ἴδοιμ' ὀρθὸν ἔπος. Conf. Wesseling. ad Herodot. p. 155. Interdum latius patet et omnino *cognoscere aliquid sensibus corporis* significat. Joh. I. 40, 47. Apoc. I. 2. ὅσα εἶδε quæ rescivit sive visu s. auditu. Conf. Glossema in Edit. N. T. Matthæi. 4) sequente accusativo personæ: *colloquor cum aliquo, familiariter aliquo utor.* Luc. VIII. 20. ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες, coll. Matth. XII. 47, ζητοῦντές σε λαλῆσαι. Joh. XII. 21. κύριε, θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν fac nobis cum Jesu privatim colloquendi potestatem. Act. XVI. 40. XXVIII. 15. 2 Tim. I. 4. Eodem sensu ἰδεῖν legitur apud Lucian. Dial. Nept. et Merc. 11. Thucyd. IV. 125. πρὶν τὸν Βρασίδαν ἰδεῖν, h. e. interprete Scholiaste, πρὶν διαλεχθῆναι τῷ Βρασίδᾳ κ. τ. λ. Confer præter Dukerum ad h. l. Abresch. in Auctar. Dilucidd. Thucyd. p. 354. 5) *viso, convenio.* Rom. I. 11. ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς. 1 Cor. XVI. 7. Philip. I. 27. 1 Thess. III. 6. 3 Joh. v. 14. Nicarchi Epigr. 30. 6) *experior, usu cognosco, particeps fio.* Luc. II. 26. μὴ ἰδεῖν θάνατον se non moriturum esse. Hebr. XI. 5. μετετέθη, τοῦ μὴ ἰδεῖν τὸν θάνατον ita, ut non sentiret mortis dolores et acerbitatem, subito mortuus est, coll. Psal. LXXXIX. 49. מִי גֶבֶר יִחְיֶה וְלֹא יִרְאֶה־מָּוֶת. Adde Sophocl. Electra v. 205. εἶδε πατὴρ θανάτους ἀεικεῖς. Apoc. XVIII. 7. καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω et nunquam lugebo, seu, misera et afflicta ero. 1 Macc. XIII. 3. στενοχωρίας ἃς εἴδομεν. Act. II. 27. XIII. 35, 36, 37. ἰδεῖν τὴν διαφθορὰν in putredinem abire, putrefieri. Joh. III. 3. ἰδεῖν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ adoptari in societatem christianam. 1 Petr. III. 10. ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς vita felici frui. Psal. XXXIII. 12. In notione *fruendi* legitur quoque apud LXX Cohel. IX. 9. pro Hebr. רָאָה, ubi Symmachus ἀπολαύειν posuit. Huc etiam recte referri potest formula: ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τινὸς *vivendo attingere tempora alicujus,* quæ legitur Joh. VIII. 56. ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν. Polyb. Virtutt. p. 1457. εἰ ἐγὼ ταύτην ἴδοιμι τὴν ἡμέραν, κ. τ. λ. 7) *animo cerno, cogito, video aliquid in ecstasi.* Joh. VIII. 56. καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη et animo lætabundus tempora mea vidit. ibid. XII. 41. ὅτε εἶδε cum visione oblata intueretur, aut secundum aliorum interpretationem: cum mente prævideret. Hebr. XI. 13. πόῤῥωθεν τὰς ἐπαγγελίας ἰδόντες sperantes modo promissa. Act. XI. 6. coll. v. 5. Apoc. I. 12. 8) *intelligo, cognosco, mente et intelligentia aliquid consequor.* Matth. II. 16. IX. 2. ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὴν πίστιν αὐτῶν perspiciens Jesus eorum fiduciam. ibid. v. 4, 6. XIII. 14. καὶ οὐ μὴ ἴδητε, i. q. in antecedd. καὶ οὐ μὴ συνῆτε. ibid. XX. 29. μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς non recte sensum litterarum sacrarum percepistis. ibid. XXI. 32. ἰδόντες hoc exemplo. Luc. XI. 17. Joh. VII. 52. ἴδε cognoscas, seu: persuadeas tibi. Galat. II. 7. Eodem modo רָאָה et *videre* apud Cic. ad Famil. VI. 4. Suid. εἴδω· τὸ γινώσκω. Æschin. Dial. II. 32. Homer. Iliad. α', 363. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 28. 9) *scio, scientiam et notitiam alicujus rei habeo.* In hac significatione plerumque tempus perfectum οἶδα in modis omnibus adhibitum invenitur. Mat. VI. 8. οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὧν χρείαν ἔχετε scit enim pater vester, quibus egeatis. ibid. v. 32. 1 Cor. VIII. 2. εἰ δέ τις δοκεῖ εἰδέναι τὶ si quis se insignem religionis christianæ scientiam habere jactat. 2 Cor. XI. 11, 31. XII. 2, 3. Joh. XX. 2. καὶ οὐκ οἴδαμεν, ubi præeunte Syro divisim scribendum est: οἶδα μέν. ibid. XXI. 15, 16, 17. 1 Cor. II. 11. Rom. VIII. 28. Jerem. XX. 12. רֹאֶה כְלָיוֹת וָלֵב. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 132. Interdum quoque in hac significatione habet notionem Hiphilicam, ut sit: *efficere, ut alius sciat, docere, revelare,* unde explicari forte poterit locus Marc. XIII. 32. ubi οὐδεὶς οἶδεν significare videtur *nemo revelare potest* — quoniam pater hujus rei revelationem sibi soli reservavit. Sic *corrugare nares* pro efficere, ut quis nasum in rugas contrahat, legitur apud Horatium 1 Ep. 5, 22 et 23. 10) *novi personam.* Luc. XXII. 34. ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με me tibi notum esse negabis. Joh. I. 32. κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν nondum mihi personæ ejus dignitas nota erat, seu, ignorabam, qualem personam sustineret. Alii vertunt: ejus faciem etsi antea non videram, quod minus probabile est. Matth. XXV. 12. XXVI. 72, 74. Marc. I. 24, 34. 11) *agnosco aliquem meum esse, ad me pertinere.* Matth. VII. 23. ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς nunquam vos pro meis habui. ibid. XXV. 12. Luc. XIII. 25, 27. 12) *perpendo aliquid, considero, probe examino et ad animum revoco.* Act. XXIII. 5. οὐκ ᾔδειν, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεὺς non recte rem perpendi, eum esse pontificem. Ephes. VI. 8. Coloss. III. 24. Rom. XI. 22. 1 Petr. I. 18. 1 Joh. III. 1. Virgil. Georg. II. 458. "O fortunatos nimium, sua si bona *norint,* agricolas," h. e. diligenter cogitarent et secum expenderent. Conf. Abreschii Dilucidd. Thucyd. p. 392. 13) *delibero.* Act. XV. 6. ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου ut, quid de hac quæstione decernendum esset, deliberarent. 14) *recordor, reminiscor, in memoriam mihi revoco.* 1 Cor. I. 16. λοιπὸν οὐκ οἶδα, εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα. 2 Tim. III. 14. εἰδὼς memor. 1 Pet. III. 9. Act. VII. 18. pro ᾔδει nonnulli codices habent ἐμνήσθη. 15) *prævideo, præscio, ante novi,* ad imitationem τοῦ רָאָה Prov. XXII. 3. רָאָה רָעָה. Matth. XXIV. 43. εἰ ᾔδει si præsciret. Joh. XVIII. 4. εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν præsciens omnia sibi eventura. Act. XX. 22. τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς. ibid. v. 25 et 29. 16) *possum, valeo, didici, assuefactus sum.* Mat. XXVII. 65. ὡς οἴδατε quantum potestis: aut secundum alios: uti fieri debere nostis. Phil. IV. 12. οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι ἐν πᾶσι, οἶδα καὶ περισσεύειν ἐν παντὶ scio et inops esse et abundare omnibus rebus. 2 Petr. II. 9. potest Deus pro sua potentia ac sapientia infinita variis modis ex omnibus calamitatibus servare. Luc. XII. 56. 1 Tim. II. 5. 1 Thess. IV. 4. Ælian. V. H. II. 21. οὐκ οἶδα ἀποφήνασθαι non possum declarare. Idem H. A. II. 27. XIV. 15. 17) *soleo.* Matth. VII. 11. οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι non denegare soletis bona munera. Loca Luc. XII. 56. 1 Pet. II. 9. quæ vulgo ad hanc significationem adstruendam haud incommode adduntur, tamen ambiguitate quadam laborare videntur. In V. T. libris יָדַע eodem modo usurpatur Ies. LVI. 11. Jer. IV. 22. 18) *amo, foveo, alicujus*

curam et rationem habeo. 1 Cor. XVI. 15. οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ *benigne tractate familiam Stephani.* 1 Thess. V. 12. εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν gratum animum præstare doctoribus vestris. (Alii εἰδέναι vertere malunt *revereri*, ut adhibetur ab Hesiodo Opp. et Dieb. v. 187. Conf. Grævii Lectt. Hesiod. c. 5.) Conf. Abresch. ad Æschylum p. 543. Sic יָדַע Genes. XVIII. 19. Psalm. XXXI. 8. XXXVII. 18. Amos III. 2. 19) *colo, veneror.* 1 Thess. IV. 5. τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεὸν a veri Dei cultu alieni. 2 Thess. I. 8. τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν qui non sunt veri Dei cultores. Tit. I. 16. Hebr. VIII. 11. X. 30. Sic 1 Sam. II. 12. filii Eli vocantur οὐκ εἰδότες τὸν Κύριον. Ælian. V. H. II. 13. οὐκ ἤδει θεούς. Conf. Abresch. Lect. Aristæn. p. 20. 20) interdum reticetur, v. c. Luc. XII. 55. καὶ ὅταν νότον πνέοντα, scil. ἴδητε, coll. v. 54.

ΕΙ'ΔΩΛΕΙ͂ΟΝ, ου, τὸ, *idoleum, delubrum, fanum idolis sacrum.* Descendit enim ab εἴδωλον *idolum;* et vocabula in ειον desinentia notant *ædificium* aut *templum*, v. c. Βακχεῖον, Ἀσταρταῖον, Ποσειδωνεῖον, Ἀσκληπιεῖον, etc. Semel in N. T. legitur 1 Cor. VIII. 10. ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον in templis paganorum convivantem. 3 Esra II. 10. 1 Macc. I. 50. secundum Cod. Vatic. ubi videndus Drusius. X. 83. 3 Macc. IV. 16. Alb. Gloss. Gr. p. 126. οἶκος εἰδώλοις, sc. ἱερός. Suid. Εἰδωλεῖον· ὁ ναὸς τῶν εἰδώλων, εἰδώλιον δὲ τὸ ὁμοίωμα τοῦ εἰδώλου.

ΕΙ'ΔΩΛΟ'ΘΥΤΟΝ, ου, τὸ, 1) in universum *omne quod idolis offertur, victima idolis mactata et immolata,* ex εἴδωλον *idolum*, et θύω *macto, immolo.* 2) deinde κατ' ἐξοχὴν τὰ εἰδωλόθυτα dicuntur *carnes e victimis paganorum residuæ.* Nam apud gentiles non tota victima comburebatur, sed tantum optimæ ejus partes carnosæ et pingues cremabantur. A carnibus residuis instituebatur epulum sacrificiale lautissimum, ad quod cognati et amici invitabantur, aut interdum etiam, quod ab avaris fieri solebat, carnes residuæ in foro vendebantur. Act. XV. 29. XXI. 25. 1 Cor. VIII. 1. περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων quod ad carnes victimarum paganorum attinet, liceatne nempe christianis eas edere, coll. v. 4. περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων. ibid. v. 7 et 10. X. 19, 28. Apoc. II. 14, 20. Sæpius non legitur in N. T. Vocabulum εἰδωλοθυσία in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 58. explicatur *immolatio.*

ΕΙ'ΔΩΛΟΛΑΤΡΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) *idololatria, cultus simulacrorum, adoratio falsorum deorum,* ex εἴδωλον *idolum*, et λατρεία *cultus.* 1 Cor. X. 14. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας. 2) *nimius rerum terrenarum amor.* Galat. V. 20. 3) *gravissimum scelus quodcunque.* Coloss. III. 5. ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία quæ sunt gravissima scelera. 1 Petr. IV. 3. Solemne autem fuisse Judæis, alia quoque vitia idololatriæ nomine insignire, docuit Schœttgenius in Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 779. et Wetstenius N. T. T. II. p. 254.

ΕΙ'ΔΩΛΟΛΑ'ΤΡΗΣ, ου, ὁ, 1) *idololatra, idolorum cultor, simulacra colens,* ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum, ex εἴδωλον et λάτρις *servus.* 1 Cor. X. 7. ubi tamen strictiori sensu de eo sumitur, qui cœnis sacrificialibus intererat et carnes, e victimis idolorum residuas, comedebat. 2) *omnis, qui nimis rerum terrenarum studio tenetur, admodum scelestus et impius;* nam Judæi, aliquem maxime scelestum descripturi, eum idololatram vocabant. 1 Cor. V. 10, 11. VI. 9. Ephes. V 5. Apoc. XXI. 8. XXII. 15.

ΕΙ'ΔΩΛΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *simulacrum, imago, species, omne, quo nobis repræsentatur forma alicujus rei sive veræ sive fictæ,* ab εἶδος *species.* Hesych. εἴδωλον· ὁμοίωμα, εἰκὼν, σημεῖον, χαρακτήριον, σκιοειδές. Lex. Cyrilli MS. Brem. εἴδωλον, ἐκτύπωμα. Platoni τὰ εἴδωλα sunt ideæ universales omnium rerum. Adde Aristoph. Nub. 972. et Aves 1402. De statuis et picturis usurpatur apud Xenoph. Mem. I. 4. 4. Ælian. V. H. XII. 64. Homer. Od. λ', 475. Conf. Tob. Eckhardi Technicam S. p. 80. 2) *falsi numinis imago,* quæ etiam Hebraice צֶלֶם Num. XXXIII. 52. 2 Chron. XXIII. 17. vocatur. Act. VII. 41. καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ, h. e. τῷ μόσχῳ. 1 Cor. XII. 2. πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα. Apoc. IX. 20. τὰ εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ κ. τ. λ. 3) *deaster, idolum,* et ita per contemtum dii gentilium vocabantur, qui simulacra tantum muta, vita et mente destituta erant. 1 Cor. VIII. 4. ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ numina paganorum esse mera figmenta. ibid. v. 7. ἐν τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου accommodate pristinæ de idolis opinioni. ibid. X. 19. 4) *idolorum cultus.* Rom. II. 22. βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα ab idololatria abhorrens. 2 Cor. VI. 16. 1 Thess. I. 9. ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων. 2 Joh. V. 21. φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων. 5) *victima, quæ idolis offertur, carnes residuæ e victimis ethnicorum.* Act. XV. 20. ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, coll. v. 29. ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων. Conf. Syrum et supra ad ἀλίσγημα dicta. Gloss. Vet. apud Labbæum: εἴδωλον, *simulacrum, larva, imago.*

ΕΙ'ΚΗ͂. Adverbium. 1) *temere, inconsiderate, sine justa causa et ratione.* Mat. V. 22. πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ omnis qui fratri suo temere irascitur. Genuinum enim esse h. l. εἰκῇ, idoneis argumentis comprobavit I. I. Griesbachius in Commentario Critico in textum Græcum N. T. P. I. p. 46 seq. Coloss. II. 18. εἰκῇ φυσιούμενος temere inflatus. Exod. XX. 7. pro ἐπὶ ματαίῳ Aquila habet εἰς εἰκῆ. Xenoph. Ages. II. 7. εἰκῇ κινδυνεύοντα. Polyb. I. 25. εἰκῇ et ἀλογίστως conjunguntur. Hesych. εἰκῇ· ἀκαίρως. 2) *frustra, irrite, sine effectu, fructu et utilitate.* Rom. XIII. 4. οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ non enim frustra gladium gerit. 1 Cor. XV. 2. εἰκῇ ἐπιστεύσατε sine ulla utilitate vestra religionem christianam didicistis. Galat. III. 4. IV. 11. Xenoph. Cyrop. V. 1. 6. Sic etiam utitur hac particula Aquila Psalm. CXXVII. 2. pro Hebr. שָׁוְא. Alexandrini habent εἰς μάτην. Hesych. εἰκῇ· μάτην, ὅθεν καὶ εἰκαῖος ὁ μάταιος.

ΕΙ'ΚΟΣΙ, οἱ, αἱ, τὰ, *viginti,* nomen numerale indeclinabile. Luc. XIV. 31. Act. I. 15. XXVII. 28. Apoc. IV. 4, 10. XI. 16. XIX. 4.

ΕΙ'ΚΩ, fut. εἴξω, *cedo, non repugno et resisto, accommodo me alicujus voluntati ac desiderio.* Semel legitur in N. T. Galat. II. 5. οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ quibus plane non cedendum existimavimus. Sapient. XVIII. 25. Xenoph. Cyrop. III. 3. 6. Hesych. εἴκομεν· ὑποχωροῦμεν, ἀναχωροῦμεν.

ΕΙ'ΚΩ, fut. εἴξω, perf. med. οἶκα, et Attice ἔοικα, *similis sum.* Jacob. I. 6. ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης similis est fluctui maris. ibid. v. 23. οὗτος ἔοικε ἀνδρί. Sæpius non occurrit in N. T. Hesych. ἔοικεν· ὡμοίωται.

ΕΙ'ΚΩ'Ν, όνος, ἡ, 1) *imago, simulacrum, effigies,* ab εἴκω *similis sum.* Matth. XXII. 20. τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη; cujus hæc imago? (quæ ab Arriano Epictet. IV. 5. p. 390. χαρακτὴρ vo-

catur.) Marc. XII. 16. Luc. XX. 24. Apoc. XIII. 14, 15. (ubi videndus Wetstenius.) XIV. 9, 11, etc. 2) non tam *imaginem*, seu *effigiem formæ alicujus rei*, sed *ipsam formam, figuram et quasi vultum rei* significat. Rom. I. 13. ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου in imaginem, formam et speciem hominis mortalis referentem. Apud Tacit. Hist. V. 5. occurrit similis formula, *deos in species hominum effingere.* Hinc 3) *exemplum, ad quod aliquid effingitur.* Rom. VIII. 29. ubi εἰκὼν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ omnis status et conditio Christi et in his terris et in cœlo vocatur, in cujus societatem christiani venire debent. 4) *imago rei perfecta*, et opponitur *levi alicujus rei adumbrationi et delineationi.* Hebr. X. 1. σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων lex enim Mosaica non fuit perfecta repræsentatio rerum futurarum, sed tantum aliqua earum delineatio. Formula: ἡ εἰκὼν τῶν πραγμάτων significat h. l. *expressum, non adumbratum signum*, (ut verbis utar Ciceronis pro Cœlio, c. V.) aut *solidam et expressam effigiem rerum illarum futurarum*, ut dicit Cicero de Off. III. 17. 5) metaphorice: *similitudo, convenientia, conformitas*, et per metonymiam abstracti pro concreto *is, qui habet similitudinem aliquam cum altero.* 1 Cor. XI. 7. vir εἰκὼν Θεοῦ vocatur, quatenus imperium in uxorem habet, quemadmodum Deus in omnes creaturas. ibid. XV. 49. καὶ καθὼς — — — τοῦ ἐπουρανίου ut hominis terreni imaginem retulimus, sic et aliquando hominis cœlestis imaginem referemus. 2 Cor. III. 18. τὴν αὐτὴν εἰκόνα eodem modo, quo Mosis faciei splendor augebatur. ibid. IV. 4. Christus εἰκὼν τοῦ Θεοῦ appellatur, ob naturam suam Deo simillimam, seu, quatenus est ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ. Hebr. I. 3. Coloss. I. 15. III. 10. Sapient. II. 23. Diog. Laërt. VI. 51. τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας θεῶν ἔλεγεν εἰκόνας εἶναι. Lucian. Imag. 28. εἰκόνα Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον εἶναι. Artemid. II. 37. III. 31. Hesych. εἰκών· χαρακτὴρ, ὄψις. Idem. εἰκόνα· χαρακτῆρα, τύπον. Lex. Cyrilli MS. εἰκὼν ὁμοία ἀρχετύπῳ, τῇ οὐσίᾳ μὲν καὶ τῷ ὑποκειμένῳ διαφέρον ὅλον, ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸ τοῦ ὑποεικονιζομένου εἶδος μιμητικόν.

ΕἸΛΙΚΡΊΝΕΙΑ, είας, ἡ, 1) proprie: *sinceritas, puritas et candor rei, quæ, ad solis splendorem spectata, examen fert*, ab εἰλικρινὴς, quod vide. Hinc ad animum translatum 2) *integritatem vitæ animique ingenuitatem, sinceritatem, quæ opponitur malitiæ et pravitati, artificiis et astutiæ*, significat. 1 Cor. V. 8. ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας, h. e. pietate vera et non fucata. Opponitur ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας. 2 Cor. I. 12. εἰλικρίνεια Θεοῦ integritas, quæ Deo probatur. ibid. II. 17. Alb. Gloss. N. T. p. 124. εἰλικρινείας· ἀνεπιτηδεύτου φανερώσεως τῆς ἀληθείας. Theophyl. ad 2 Cor. I. 12. εἰλικρίνεια, καθαρότης διανοίας καὶ ἀδολότης οὐδὲν ἔχουσαι συνεσκιασμένον καὶ ὕπουλον.

ΕἸΛΙΚΡΙΝΗ͂Σ, έος, contr. οῦς, ὁ, ἡ, 1) proprie vi etymologiæ: *qui ad solem explicatus et spectatus purus reperitur*, et de *mercibus* usurpatur, *quarum puritas ad solis splendorem exigitur, omnis maculæ expers*, quasi ὁ πρὸς αὐγὰς ἡλίου ἀνασκοπούμενος, ut Longinus de Sublim. c. 3. loquitur. Descendit enim ab εἵλη vel ἕλη *solis splendor*, et κρίνω *secerno, judico.* 2) deinde omnino, ut Latinorum *sincerus*, (Horat. I. Ep. II. 55.) *purus, qui nihil alieni admixtum habet*, et sensu metaphorico, *omnis vitii expers, integer vitæ.* Sic legitur in N. T. Philip. I. 10. ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς ut sitis puri ab omni vitiositate. 2 Petr. III. 1. τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν mentem sinceram. Sapient. VII. 25. ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινής. Hesych. εἰλικρινές· καθαρὸν, ἄδολον, ἀληθὲς, φανερόν. (Cic. ad Qu. Fr. II. 8.) Suid. εἰλικρινές· τὸ καθαρὸν καὶ ἀμιγὲς ἑτέρου. Etym. M. εἰλικρινὴς σημαίνει τὸν καθαρὸν καὶ ἀμιγῆ ἑτέρου, παρὰ τὸ εἵλη, ἡ θερμασία, καὶ τὸ κρίνω, ὁ ἐν τῇ εἵλῃ κεκριμένος.

ΕἸΛΊΣΣΩ, Attice ΕἸΛΊΤΤΩ, pro quo etiam ἑλίσσω et ἑλίττω (v. c. Ps. CII. 27.) dicitur, fut. ίξω, *volvo, convolvo, circumvolvo*, ab εἰλέω *volvo.* Legitur semel in N. T. Apoc. VI. 14. ὡς βιβλίον εἰλισσόμενον sicut liber convolutus.

ΕἸΜΊ, fut. ἔσομαι, 1) *sum.* Matth. III. 3. ἐστὶν pro ἦν. VI. 21. ἐστὶν esse debent. XXV. 36. ξένος ἤμην hospes eram. Conf. de hac imperfecti forma Fischeri Anim. ad Welleri Gramm. Gr. p. 235. Marc. XIII. 6. λέγοντες ὅτι ἐγώ εἰμι, sc. ὁ Χριστός. Luc. XXI. 8. Joh. I. 1, 2, 10. VIII. 24, 28. XIII. 19. Luc. I. 63. (ubi ἐστὶ positum est pro ἔστω.) IV. 25, 27. Act. XIII. 25. 1 Joh. I. 2. Inprimis notatu dignum est nomen illud Dei ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, quod legitur Apoc. I. 4, 8. IV. 8. XI. 17. XVI. 5. et Hebraico יְהוָה respondet, quod ex opinione vulgari omnia hæc tria tempora continet. 2) *existo, orior, originem habeo, nascor.* Act. XVII. 28. ἐν αὐτῷ ἐσμὲν per eum vitam habemus. Joh. I. 47. ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι; potestne e Nazaretha aliquid eximii existere? ibid. VII. 28. πόθεν εἰμὶ natales meos. ibid. VIII. 23. XVII. 5. πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι ante mundum conditum. Rom. IV. 17. καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα, quæ non sunt, ita existere jubentis, ut jam existant. Heliodor. III. 16. p. 152. φαντασίας τῶν μὴ ὄντων ὡς ὄντων. Fortasse tamen scribendum est εἰς ὄντα. Philo de Creat. Princ. p. 367. et de Justitia T. II. p. 708. τὰ γὰρ μὴ ὄντα ἐκάλεσεν εἰς εἶναι, ubi vid. Mangeius. 3) *fio, evenio, accido, exorior, contingo*, i. q. γίνομαι, quo verbo etiam Alexandrini Hebr. הָיָה haud raro expresserunt. Matth. I. 18. XII. 44, 45. ἔσται pro ἐστὶ eadem est conditio. XXIV. 3. πότε ταῦτα ἔσται; *quando hæc sunt eventura?* ibid. XVI. 22. οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο ne tibi accidat hoc malum. ibid. XIX. 27. quale nobis continget præmium. Marc. XI. 23. XIII. 4. Luc. I. 66. XII. 55. XXII. 49. τὸ ἐσόμενον quid futurum esset. Joh. IX. 16. καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς et dissensio inter illos oriebatur. 2 Tim. III. 9. Cic. Marcell. c. 6. ex quo quidem maximus *est* fructus. Herodian. II. 6. 4. πάλιν τυραννίδος ἦν δέος. Polyb. I. 45. III. 19. 4) *futurus sum.* Matth. XXII. 23. λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν negantes futuram esse resurrectionem mortuorum. Marc. XII. 18, 25. ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι ἐν τοῖς οὐρανοῖς, coll. Matth. XXII. 30. Luc. XX. 36. Act. XXIII. 8. 5) *præsens sum, adsum*, i. q. πάρειμι. Matth. VI. 30. σήμερον ὄντα hodie florentes. Marc. VIII. 1. παμπόλλου ὄχλου ὄντος præsente insigni multitudine. Joh. IV. 23. ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν venit tempus, immo jam adest. ibid. V. 25. XII. 31. 6) *commoror, versor, maneo, habito.* Matth. II. 15. καὶ ἦν ἐκεῖ et ibi commorabatur. ibid. v. 13, 14. Marc. IX. 5. καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι juvat hic manere. Luc. I. 80. II. 6, 49. Joh. VII. 42. ὅπου ἦν Δαβὶδ vico Davidico. Eodem modo Syriacum ܗܘܐ Joh. I. 39, 40. adhibetur. Alexandrini יָשַׁב per μένειν Genes. XXIV. 55. non solum, sed etiam per εἶναι transtulerunt Jos. XXIV. 7. Ezech. III. 15. 7) (ut Lat.

esse. v. Muncker. ad Hygin. c. 139.) *vivo*, οὐκ εἰμὶ, *mortuus, peremtus, sublatus e vivis sum.* Matth. II. 18. ὅτι οὐκ εἰσὶ quia mortui, seu trucidati sunt. Gen. XLII. 36. יוֹסֵף אֵינֶנּוּ Alex. Ἰωσὴφ οὐκ ἔστιν, coll. XLIV. 20. Psalm. XXXVII. 36. XXXIX. 14. Eurip. Hippol. v. 357. Alcest. v. 270. Hesych. ἐσόμεθα· βιώσομεν, et ibi Alberti. Huc etiam referrem ob seriem orationis locum Rom. IV. 17. καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα vocat ea, quæ vita carent, ut vivant. 8) *ago, me gero.* Matth. VI. 5. οὐκ ἔσῃ non debes esse, seu te gerere. Etiam Homerus Iliad. X. 39. ἔσται posuit pro *debet esse.* 9) *agnoscor, habeor, æstimor, reputor, declaror, celebror.* Joh. V. 31. ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθὴς testimonium meum pro falso haberi posset. Rom. III. 26. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον ut justus agnoscatur et celebretur. 1 Cor. II. 14. μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι stulta ipsi videtur. 2 Cor. IV. 7. ἵνα ἡ ὑπερβολὴ — — ἐξ ἡμῶν ut ab omnibus, summam religionis christianæ efficaciam Deo tribuendam esse, nec hominibus, agnoscatur. 1 Tim. I. 7. θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι legis doctores haberi cupiunt. De hac significatione verbi εἶναι, ut sit i. q. δοκεῖν, νομίζεσθαι, ὑπολαμβάνεσθαι, uberius disputavit Vorstius Philol. S. c. 36. p. 647. edit. Fisch. Simili ratione εἶναι apud Inc. Int. et LXX Job. IX. 20. non tam *esse* quam *esse* s. *haberi velle, esse se profiteri* et *declarare* notat. 10) *mecum fero, habeo et exsero aliquid.* Joh. XII. 50. ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστι doctrina ejus habet vim homines ad felicitatem æternam adducendi. Rom. I. 16. δύναμις Θεοῦ ἐστι habet et exserit vim vere divinam. Sirac. IV. 25. ἔστιν αἰσχύνη δόξα καὶ χάρις, h. e. ἐπάγουσα δόξαν καὶ χάριν. 11) *dignitatem habeo et pretium*, et μὴ εἰμὶ *abjectus sum et contemtus.* Rom. XII. 3. παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν ne quis vestrum in dignitate et honore constitutus. Hebr. VIII. 4. οὐδ' ἂν ἦ ἱερεὺς non esset insignis, præcipua dignitate præditus sacerdos. 1 Cor. I. 28. τὰ ὄντα *homines nobiles, honorati*, τὰ μὴ ὄντα *viles et tenuis sortis homines, ignobiles.* Ita *nihil esse* usurpatur a Tibull. I. 5. 30. Conf. Valckenar. ad Eurip. Phœn. p. 227. et Wetstenii N. T. T. II. p. 105. 12) *vocor, cognominor*, i. q. καλέομαι. Matth. XVI. 18. ὅτι σὺ εἶ Πέτρος tu Petrus vocaris, seu, confirmo tibi ad tuum Petri nomen. Joh. I. 43. σὺ εἶ Σίμων tu vocaris Simon; sequitur: σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς. 13) *significo, denoto, figurate et symbolice repræsento.* Matth. XIII. 38, 39. qui locus interpretationem similitudinis de lolio agri continet. Luc. VIII. 9. τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη; quisnam sit hujus parabolæ sensus? ibid. v. 11, 12 seq. Joh. VII. 36. τίς ἐστιν οὗτος ὁ λόγος; quid sibi vult ille sermo? ibid. X. 6. Act. X. 17. τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα quid sibi vellet hoc portentum. 1 Cor. X. 4. ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστὸς illa aqua miraculosa, quam petra percussa dabat, Christum significabat. Galat. IV. 24. Ephes. IV. 9. Apoc. V. 8. θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων, phialas aureas thure refertas, quibus sanctorum preces significantur. Conf. Psalm. CXLI. 2. et Luc. I. 10. — Huc quoque pertinet formula: τοῦτο δέ ἐστι hoc mihi volo, quæ Rom. I. 12. reperitur. Fortasse etiam huc pertinent loca Luc. XV. 26. XVIII. 36. Conf. Casauboniana p. 85. 14) ἔστιν *licet, datur facultas*, οὐκ ἔστιν, *non licet.* Sirac. XIV. 17. οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδου ζητῆσαι τρυφήν. Hebr. IX. 5. περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος de quibus nunc sigillatim dicere non licet. Loca Græcorum scriptorum, hunc usum rariorem verbi εἶναι confirmantia, dedit Perizon. ad Ælian. V. H. IX. c. 7. 15) εἶναί τι vel τινὰ α) significat: *magnum esse vel certe sibi videri, magna auctoritate et dignitate pollere.* E contrario, εἶναι οὐδὲν, seu μηδὲν, *ignobilem et contemtum esse, nihil putari.* Act. V. 36. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν qui se insignem prophetam jactabat, coll. VIII. 9. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν. Galat. II. 6. οἱ δοκοῦντες εἶναί τι apostoli primarii, magna auctoritate insignes. Joseph. B. J. I. 5. 3. Galat. VI. 3. εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὢν pluris se existimans, quam vere est. 1 Cor. XIII. 2. οὐδέν εἰμι non habeo, de quo jure gloriari possim. 2 Cor. XII. 11. εἰ καὶ οὐδέν εἰμι quanquam me nihili esse haud ignoro. Conf. Glassii Philol. Sacra p. 1293. ed. Dathii. Wetstenii N. T. T. II. p. 219. 234. 488 et 505. et Schwarzii Comment. Ling. Gr. p. 414. Vid. etiam infra sub τίς. β) εἶναί τι *conditione aliqua uti.* 1 Joh. III. 2. οὔπω ἐφανερώθη, τί ἐσόμεθα qualis sit futura nostra in cœlis felicitas, nunc non possumus vel capere vel definire. 16) εἶναι εἰς τι *esse*, seu, *fieri aliquid.* Matth. XIX. 5. καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, pro σὰρξ μία, erunt arctissime invicem conjuncti, coll. Gen. II. 24. Marc. X. 8. 1 Cor. IV. 3. εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, pro ἐλάχιστόν ἐστιν, minimi facio, non curo. ib. VI. 16. XIV. 22. 2 Cor. VI. 18. coll. Jer. XXXI. 1. Ephes. V. 31. 1 Joh. V. 8. Observent tirones, constructionem verbi εἶναι cum præpositione εἰς mere Hebraicam esse. Nam Hebræi verbum הָיָה solent fere cum particula ל construere, v. c. Ies. XL. 4. XLIX. 6. Confer Vorstii Philol. S. cap. 36. p. 679 seq. 17) Formula: εἶναι ἔκ τινος significat a) *ab aliquo originem repetere, sobolem alicujus esse.* Luc. II. 4. διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ quia erat e familia Davidis oriundus. Hebr. II. 11. ἐξ ἑνὸς πάντες unius parentis soboles sunt, coll. Act. XVII. 26. Homer. Iliad. υ', v. 106. Eandem significationem, sed diverso sensu, habet formula ἐκ Θεοῦ εἶναι *a Deo originem habere, Dei filium esse*, h. e. *verum Dei cultorem esse et a Deo amari et beneficiis ornari.* Joh. VIII. 47. ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ — — — οὐκ ἐστὲ omnes veri Dei cultores amplectuntur meam religionem, quam vos respuitis, alieni quippe a vero cultu divino. 1 Joh. IV. 6. V. 19. b) *similem alicui esse, imitari aliquem, voluntati alicujus convenienter se gerere.* Joh. VIII. 23. ἐκ τῶν κάτω, seu ἐκ τοῦ κόσμου τούτου εἶναι terrenum esse, ita sentire et agere, ut solent homines terreni: opponitur ἐκ τῶν ἄνω εἶναι ita agere et sentire, ut Deus vult. ibid. v. 44. ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ vos diabolo similes estis sentiendo et agendo, ubi explicationis causa sequitur: καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. ibid. XV. 19. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε si vos similes essetis impiis et adversariis religionis meæ, ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστὲ quia vero plane alieni estis ab illorum moribus. ib. XVII. 14, 16. c) *partem, membrum esse, ad alicujus numerum pertinere.* Matth. XXVI. 73. καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ etiam tu ex sectatorum ejus numero es, coll. v. 71. Marc. XIV. 69, 70. Luc. XXII. 58. Joh. VI. 64. ἀλλ' εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινὲς sunt autem e vobis quidam. ibid. XVIII. 17, 25. Col. IV. 9. ὅς ἐστιν ἐξ ὑμῶν populari vestro, scil. Phryge. 2 Tim. III. 6. ἐκ τούτων γάρ εἰσι inter hos enim sunt. d) *oriundum esse ex aliquo loco.* Joh. VII. 52. μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; an tu quoque Galilæus es? e) *alicujus rei studiosum esse,*

amare aliquid. Joh. XVIII. 37. πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας omnis, qui veritatem amat, qui veri studiosus est. Galat. III. 9. οἱ ἐκ πίστεως cultores religionis christianæ. ibid. v. 10. ὅσοι γὰρ ἐξ ἔργων νόμου εἰσὶν qui leges Mosaicas observant. 1 Joh. III. 19. ὅτι ἐκ τῆς ἀληθείας ἐσμὲν nos veros christianos esse. 18) Formula: εἶναι ἐν τινὶ significat a) *præditum, instructum esse aliqua re, habere aliquid.* Joh. XI. 10. ὅτι τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ quod solis lumine caret. 2 Cor. III. 8. ἔσται ἐν δόξῃ habebit summam dignitatem. 1 Joh. II. 9. ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι, sc. ἑαυτὸν, qui dicit, se bene cognitam habere religionem christianam. Huc etiam pertinet locus Act. VIII. 23. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας ὁρῶ σε ὄντα, pro ἐν γὰρ χολῇ πικρίας κ. τ. λ. summa enim animi perversitate te instructum video. Conf. Abresch. Auctar. Dilucidd. Thucyd. p. 405. b) *omni studio et fide versari in aliqua re, occupatum totum esse in aliqua re.* Rom. XII. 17. ἐν τῇ διακονίᾳ, scil. ἔστω, munere diaconi recte fungatur. 1 Tim. IV. 15. ἐν τούτοις (sc. πράγμασιν) ἴσθι hæc meditare, in iis esto occupatus. Ælian. V. H. I. 32. ἐν γεωργίᾳ εἶναι in agro colendo occupari. ibid. IV. 8. ἐπεὶ δὲ ἐν τούτοις ἦν. Sic et Hebræi loquuntur, ut docuit Buxtorf. in Catalect. Philol. Theol. p. 314. Horat. Sat. I. 9. 2. c) *subire aliquid, obnoxium esse alicui rei.* Luc. XXIII. 40. ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ qui eandem pœnam subis. d) *in statu et conditione aliqua esse et versari.* Philip. IV. 11. ἐν οἷς εἰμὶ *quacunque demum conditione fruar.* 1 Thess. II. 7. δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι possem quidem in honore et dignitate esse. Eandem significationem habet εἰμὶ etiam cum adverbiis loci constructum, v. c. Joh. XII. 26. ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται sors nobis eadem esse debet, calamitates, quas ego subeo, nec meus sectator subterfugere debet. e) *esse cum aliquo arctissime conjunctum.* Joh. XIV. 10. ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν, h. e. ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ μου ἕν ἐσμεν ego exsequor omni ex parte fideliter voluntatem divinam et Deus per me vos docet et miracula patrat. ibid. v. 11, 17. Hinc εἶναι ἐν Θεῷ 1 Joh. II. 5. V. 20. *cum Deo conjunctissimum esse,* h. e. *Deum amare et ejus præcepta observare, et a Deo vicissim amari et beneficiis ornari.* Idem valet de formula: εἶναι ἐν Χριστῷ Κυρίῳ, h. e. *verum christianum esse et indefesso religionis christianæ studio arctissimis cum Christo jungi vinculis,* i. q. μένειν ἐν Χριστῷ, Joh. XV. 4. Sic legitur Rom. VIII. 1. XVI. 11. 2 Cor. V. 17. f) *e numero alicujus esse.* Rom. I. 6. ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς *e quorum numero etiam vos estis.* 19) εἶναι κατὰ τινὸς *adversari alicui, repugnare.* Marc. IX. 40. ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ἡμῶν qui enim non aperte se nostrum adversarium gerit. 20) εἶναι μετὰ τινὸς significat, a) *alicujus assiduum comitem esse, cum aliquo vivere et versari.* Matth. XVII. 17. ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; quousque vobiscum degam? Marc. III. 14. ἵνα ὦσι μετ' αὐτοῦ. Luc. XV. 31. tu semper mecum fuisti. Joh. XIII. 33. XIV. 9. b) *ab alicujus partibus stare, alicujus sectatorem esse.* Matth. XII. 30. ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ qui non est a meis partibus. Opponitur ibi τῷ εἶναι κατὰ τινός. ib. XXVI. 69. καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ et tu sectator Jesu fuisti; ad quem locum tironum causa notandum est, pro ἦς, *eras,* Æolice et Attice poni ἦσθα. Vid. Alberti Gloss. in N. T. p. 159. Georgii Hierocrit. N. T. P. I. p. 161. et J. C. Schwarzii notas ad Olearii Diss. de Stilo N. T. pag. 228. Eodem sensu הָיָה, sequente עִם, legitur 1 Reg. I. 8. c) *res dicitur, in qua constanter permanemus et perseveramus.* 2 Joh. v. 2. ἀλήθεια μεθ' ὑμῶν ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα vera religio, in qua perpetuo perseverabitis. d) *contingere, evenire alicui.* 2 Joh. v. 3. ἔσται μεθ' ὑμῶν χάρις contingat vobis omnis generis felicitas. e) *præsidio suo aliquem tegere, opem ferre alicui, felicitatem alicujus promovere.* Matth. XXVIII. 20. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ego vero semper vobis auxilio meo adero. Joh. III. 2. nisi adjuvetur auxilio divino. ibid. VIII. 29. μετά τινος εἶναι explicatur per οὐκ ἀφιέναι τινὰ μόνον non destituere aliquem auxilio. Act. VII. 9. X. 38. XVIII. 10. 2 Cor. XIII. 11. Philipp. IV. 9. et Deum vobis habebitis propitium. Joseph. A. J. XI. 6. 10. XV. 5. 9. Conf. Marklandus ad Lysiam pag. 549. Sic הָיָה, sequente אֵת, legitur Gen. XXI. 20. XXXI. 3. Num. XIV. 9. 2 Paral. I. 1. f) *convivari cum aliquo.* Luc. XXIII. 43. σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ hodie mecum in paradiso convivaberis. Jud. XIV. 11. 21) εἶναι παρά τινος *missum esse ab aliquo.* Joh. VII. 29. ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰμι κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν. ibid. IX. 16. οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ Θεοῦ non est verus Dei legatus. ibid. v. 33. 22) εἶναι πρός τινα *versari, esse, vivere cum aliquo.* Mat. XIII. 56. οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; nonne omnes apud nos sunt? Marc. IX. 19. ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι; quousque vobiscum degam? coll. Matth. XVII. 17. 23) εἶναι σύν τινι a) *adesse alicui, cum aliquo vivere.* Coloss. II. 5. τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι corpore quidem absum, sed mente vobis adsum. Philipp. I. 23. καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι et cum Christo vivere. 1 Thess. IV. 17. b) *a partibus alicujus stare, alicujus sectatorem esse,* et ex adjuncto: *perpetuum alicujus comitem esse.* Luc. VIII. 38. εἶναι σὺν αὐτῷ esse in ejus comitatu. Act. IV. 13. ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν comites et sectatores Jesu fuisse. ibid. V. 17. καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ et omnes, qui cum eo semper versari solebant et a partibus ejus stabant. ibid. XIV. 4. καὶ οἱ μὲν ἦσαν κ. τ. λ. alii Judæis favebant, apostolis alii. 24) εἶναι ὑπέρ τινος *cum aliquo esse, ab alicujus partibus stare.* Marc. IX. 40. ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν is a partibus nostris stare censendus est. 25) εἶναι ὑπό τι seu τινα *obnoxium esse, subjectum esse, parere alicui.* Matth. VIII. 9. εἰμὶ ὑπὸ ἐξουσίαν subjectus sum alienæ potestati. Rom. III. 9. ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι peccatorum pœnis obnoxium esse. ibid. VI. 15. εἶναι ὑπὸ νόμον — ὑπὸ χάριν obstrictum esse legi Mosaicæ — profiteri religionem christianam. Galat. III. 10, 25. V. 21. 1 Tim. VI. 1. 26) εἶναί τινι a) *pertinere ad aliquem, habere aliquid sibi destinatum.* Act. II. 39. ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία ad vos enim pertinet promissio, vobis destinata est promissa hæc felicitas. b) *possidere, habere aliquid.* Luc. I. 7. καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς τέκνον et prole carebant. ibid. XII. 20. τίνι ἔσται; quis possidebit? c) *contingere alicui, evenire,* et maxime de iis usurpatur, quorum preces ratæ fiunt. Marc. XI. 23, 24. καὶ ἔσται ὑμῖν et continget vobis. Luc. I. 14. καὶ ἔσται σοι χαρὰ et magno gaudio afficieris. ibid. XIV. 10. Esther. V. 6. ἔσται σοι ὅσα ἀξιοῖς. ib. VII. 2. d) *præmium reportare.* Matth. XIX. 27. τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; quodnam igitur hinc præmium habebimus? e) *alicujus cultorem esse.* Joh. XVII. 9. ὅτι σοί εἰσι nam sunt tui cultores. f) *esse apud aliquem.* Act. XXI. 23. εἰσὶν ἡμῖν sunt apud nos. g) *agnosci ab aliquo.* 2 Cor. IX. 2. εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι si alii non agnoverunt me apostolum, ta-

men vos agnoscitis. Conf. Baueri Philol. Thucyd. Paulin. pag. 254. 27) εἶναί τινος significat a) *ad aliquem pertinere, proprium esse alicujus.* Marc. XII. 23. τίνος αὐτῶν ἔσται ἡ γυνή; cujusnam uxor erit? Matth. XXII. 28. Joh. XIX. 24. τίνος ἔσται; cujus esset? b) *pertinere ad alicujus numerum, ex alicujus numero esse.* 1 Tim. I. 20. ὧν ἐστιν Ὑμέναιος e quorum numero sunt Hymenæus, etc. 2 Tim. I. 15. c) *sectatorem, cultorem et discipulum alicujus esse.* Rom. XIV. 8. τοῦ Κυρίου ἐσμὲν veros nos christianos præstabimus. 1 Cor. I. 12. ἐγώ εἰμι τοῦ Παύλου, pro ἐγώ εἰμι ἐκ μέρους τοῦ Παύλου. ib. III. 4. 2 Tim. II. 19. ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ Deus amat et beneficiis ornat omnes veros suos cultores. Diog. Laërt. VI. 3. καὶ εὐθέως Διογένους ἦν. d) *afferre aliquid.* Hebr. XII. 11. οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης non videtur gaudium nobis afferre, immo tristitiam. e) *convenire alicui, licere.* Act. I. 7. οὐχ ὑμῶν ἐστι vestrum jam non est, tempus indagare. Eodem sensu εἶναί τινι legitur Micha III. 1. οὐχ ὑμῖν ἐστι τοῦ γνῶναι τὸ κρίμα. 28) Verbum hoc, cum participio alius verbi constructum, redundat. Luc. I. 21. ἦν προσδοκῶν expectabat. Matth. VII. 29. ἦν διδάσκων, ubi tamen, fortasse rectius, quoque verti potest: *constanter et pro more docebat.* Hanc enim vim verbum εἰμί, cum participio constructum, quandoque apud probatissimos Græcorum habere, clare docet locus Eurip. Her. Fur. 312. Luc. XI. 14. XXIII. 8. Galat. I. 23. Jacob. I. 17. ubi vide Syr. et Vulg. Eodem modo formula: καὶ ἔσται haud raro redundat, v. c. Act. II. 17, 21. III. 23. Jos. II. 14. VIII. 5. Joël. III. 5. Conf. Vorstii Philol. S. c. 33. p. 605. ed. Fisch. qui tamen male hanc periphrasin Atticam ad Hebraismos retulit, quæ apud optimos Græcos scrippt. reperitur, v. c. Thucyd. I. 38. ἀρέσκοντές ἐσμεν. Herodian. I. 3. 10. κρατήσας ἦν. Aristoph. Plut. v. 519 et 1082. Conf. Obss. Miscell. T. I. pag. 149. Luc. XIX. 14. ubi tamen ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων Valckenarius in Scholis ad h. l. p. 248. reddere mavult: *scias te habere potestatem,* ut derivetur ab ἴσημι *scio.* Sophocl. Ajac. 1174. ἴσθι πημανούμενος scito te punitum iri, et 1333. καιρὸν ἴσθ' ἐληλυθὼς tempore scito te advenisse. Vide Stolberg. ad Soph. Ajac. p. 239 seq. et H. Stephan. Append. Thes. pag. 162 seq. 29) interdum elliptice deest. Matth. XV. 5. ubi ante δῶρον subaudiendum est ἔστω. Marc. VII. 4. ἀπὸ ἀγορᾶς, sc. ὄντα, cibos in foro coemtos. ibid. XIII. 14. οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, scil. ὄντες. ibid. v. 15. ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος ὤν. Luc. I. 38. Phil. II. 1. Hebr. X. 18. οὐκ ἔτι (sc. ἐστί) προσφορὰ non amplius locum habet sacrificium pro peccatis. 1 Timoth. V. 13. ἅμα καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι scil. εἶναι. Vide Abresch. Lectt. Aristænet. p. 114. Ælian. V. H. II. 1. τὸ μειράκιον, sc. ὤν. Sophocl. Ajax Flag. 931. ubi post πηκτὸν subintelligendum esse ὄν, jam recte monuit Schol. Vid. Gronov. ad Arriani Indica p. 650.

ΕἿΜΙ, *eo, vado.* Joh. VII. 32, 36. καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ et quo ego vado. Ita enim in utroque loco legendum est loco impressi εἰμί. Quanquam non negari potest, etiam Latinos *esse* pro *venire* dixisse, v. c. Suetonium in Augusto c. 16. Εἰμὶ autem et εἶμι sæpe in codd. permutari, docuit Bentleius ad Fragmenta Callimachi p. 393. ed. Ultraject. Conf. etiam Alberti Obss. Philol. p. 213.

ΕἽΝΕΚΕΝ, vel ΕἽΝΕΚΑ. Vide infra sub ἛΝΕΚΑ.

ΕἼΠΑ, ΕἼΠΟΝ. Vide ἜΠΩ.

ΕἼΠΕΡ. Vide post ΕἸ.

ΕἼΠΩΣ. Vide post ΕἸ.

ΕἸΡΗΝΕΎΩ, fut. εύσω, et ΕἸΡΗΝΕΎΟΜΑΙ, *in pace vivo, pacem habeo, pacem sector vel colo.* (ab εἰρήνη *pax, felicitas.*) Marc. IX. 50. εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις concordiæ invicem studiosi estote. Rom. XII. 18. μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες. 2 Cor. XIII. 11. 1 Thessal. V. 13. Sæpius in N. T. non legitur. Polyb. V. 8. 7. εἰρηνευομένη χώρα regio, quæ fruitur pace. Diogen. Laërt. II. 5. Hesych. εἰρηνεύσομεν, εἰρηνικῶς διάξομεν. Hinc εἰρήνευσις, quæ vox in Lexicis vulgaribus plane neglecta est, legitur apud Jamblichum de Vita Pythag. c. 16.

ΕἸΡΉΝΗ, ης, ἡ, 1) *pax civilis,* tam *publica,* quam *privata,* h. e. *immunitas ab hostibus, securitas et tranquillitas civium.* (Proprie *vinculum,* ab εἴρω *necto,* quia pace animi hominum connectuntur et conjunguntur, ad quod etymon allusisse videtur Paulus Ephes. IV. 3. memorans συνδεσμὸν τῆς εἰρήνης, ut bene observat H. Reiners in Bibl. Brem. Class. III. p. 969.) Luc. XIV. 32. rex copiis inferior, adventante hoste, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην pacem expetit. Act. XII. 20. ᾐτοῦντο εἰρήνην de Tyriis et Sidoniis. Apoc. VI. 4. Luc. XI. 21. ἐν εἰρήνῃ ἐστὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ tranquille suis fruitur. Act. IX. 31. εἶχον εἰρήνην pace usi sunt, h. e. auctoritate colendi sacra suo modo. ibid. XXIV. 3. 1 Thess. V. 3. Hebr. שָׁלוֹם Jerem. VI. 14. VIII. 11. Ezech. XIII. 10. Hinc εἰρήνη 2) *bonus ordo,* i. q. εὐταξία. 1 Cor. XIV. 33. οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς, ἀλλ' εἰρήνης Deus enim vult, ut bonus ordo servetur in conventibus publicis christianorum. 3) *pacis,* seu *concordiæ servandæ studium, concordia.* Matth. X. 34. Luc. XII. 51. Act. VII. 26. συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην concordiam inter ipsos conciliavit. Rom. XIV. 17. 1 Cor. VII. 15. ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ad concordiam colendam vocavit nos Deus. Ephes. IV. 3. Coloss. III. 15. εἰρήνη Θεοῦ concordiæ studium, quod Deo probatur. Hebr. XII. 14. 4) per metonymiam: *auctor concordiæ.* Sic in V. T. שָׁלוֹם quandoque concretive *pacificum, pacatum* notat, v. c. Ps. LV. 21. et CXX. 7. Ephes. II. 14. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν ipse autem est concordiæ inter Judæos et paganos auctor. ibid. v. 17. εἰρήνη doctrina christiana vocatur, quæ concordiam suadet, commendat et adjuvat. 5) synecdochice: *omnis generis felicitas et prosperitas, sive sit animi, sive corporis in hac pariter, ac futura vita;* speciatim: *felicitas christianorum.* Luc. I. 79. εἰς ὁδὸν εἰρήνης in viam, quæ ad veram felicitatem ducit. ibid. XIX. 42. τὰ πρὸς εἰρήνην σου quæ tibi salutifera essent. Joh. XVI. 33. Rom. I. 7. II. 10. III. 17. 1 Thess. V. 23. ὁ Θεὸς εἰρήνης Deus omnis felicitatis christianæ auctor. Etiam apud Græcos εἰρήνη metonymice pro *salute, felicitate,* quia est pacis effectus, dicitur, v. c. Ælian. V. H. III. 18. XIV. 11. Ex hac significatione explicandæ etiam sunt salutationes Judæorum consuetæ, v. c. εἰρήνη ὑμῖν, שָׁלוֹם לָכֶם Genes. XLIII. 23. h. e. *salvete, apprecor vobis omnis generis felicitatem.* Luc. XXIV. 36. Joh. XX. 19. XXI. 26. πορεύου, seu ὕπαγε εἰς εἰρήνην *abi feliciter, salvus.* Marc. V. 34. Luc. VII. 50. VIII. 48. Act. XVI. 36. 1 Sam. I. 17. Jud. XXIII. 6. Exod. IV. 18. Hinc interdum εἰρήνη speciatim *tranquillitatem animi, animum fiducia plenum* significat, v. c. Luc. II. 29. Joh. XVI. 33. ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε hæc vobis prædixi, ut animos vestros hac spe erigam et solatio, ne animum vestrum despondeatis. 6)

bona vota, preces lætæ, fausta precatio. Matth. X. 13. ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτὸν bona vota vestra eventum habebunt: ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω bona vota vestra irrita erunt. Luc. X. 9. υἱὸς εἰρήνης dignus precibus lætis. Joh. XIV. 27. εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν κ. τ. λ. discedens vobis omnigenam felicitatem apprecor eamque certissime promitto. Act. XV. 33. μετ' εἰρήνης christianis bene illis precantibus. Sic שְׁלוֹם Genes. XXVI. 29. et *pax* apud Paulin. Nol. Poëm. XXI. 316. 7) *laus, celebratio.* Luc. II. 14. καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη celebretur Deus ab hominibus. ibid. XIX. 38. εἰρήνη ἐν οὐρανῷ καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. 8) εἰρήνη Θεοῦ, seu πρὸς τὸν Θεὸν *favor, benignitas, benevolentia Dei, maxime se exserens remissione peccatorum, et tranquillitas et fiducia animi, quæ ex sensu favoris divini oritur.* Rom. V. 1. εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν a Deo, nobis propitio, optima quævis sperare possumus. ib. VIII. 6. Philipp. IV. 7. καὶ ἡ εἰρήνη Θεοῦ et benignitas divina omni cogitatione humana major. Ita etiam Latini (v. c. Cicero pro Rabirio c. 2. Virgil. Æn. III. 261 et 371.) *pacem deorum* dicere solent, ut docuit Wetstenius ad Rom. V. 1. ac Brissonius Lib. I. de Formulis Rom. p. 81. Confer etiam Num. VI. 26. Jer. XVI. 5. — Phavor. εἰρήνη· ἡ ἀγάπη, ἡ πρὸς τὸ ὁμόφυλον γνησία διάθεσις, καὶ ἡ πρὸς τοὺς πολεμοῦντας ἐχθροὺς ἡσυχία. παρὰ τὸ εἴρω, τὸ λέγω, ἢ παρὰ τὸ εἴρειν, ὅ ἐστι συμπλέκειν.

ΕἸΡΗΝΙΚΟ'Σ, ὁ, ἡ, τὸ, 1) *concors, pacis studiosus, qui concordiam promovet.* Jacob. III. 17. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία ἐστὶν εἰρηνικὴ sapientia vero cœlestis est pacifica, h. e. concordiam postulat et promovet. Simili modo Sirac. IV. 8. τὰ εἰρηνικὰ *verba blanda* dicuntur, *et sermones solatii pleni, doloremque pauperis permulcentes.* Pollucis Onom. I. 41. εἰρηνικὸς βασιλεὺς opponitur τῷ φιλοπολέμῳ. Sic εἰρηνικὸς legitur quoque apud Aqu. Psal. LIV. 21. ubi Symm. habet: εἰρηνεύοντας πρὸς αὐτόν. 1) *qui felicitatem parit ac efficit.* Hebr. XII. 11. καρπὸν εἰρηνικὸν fructum, qui affert summam felicitatem.

ΕἸΡΗΝΟΠΟΙΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *pacem facio, paco, reconcilio, pacis et concordiæ auctor sum.* (ex εἰρήνη *pax,* et ποιέω *facio.*) Coloss. I. 20. εἰρηνοποιήσας removendis pristinis inter Judæos ac gentiles discordiis, coll. Ephes. II. 14 — 16. — Sæpius non legitur in N. T. Reperitur tamen hæc vox in vers. Alex. Prov. X. 10. Gloss. Vet. εἰρηνοποιῶ, *pacifico, paco.*

ΕἸΡΗΝΟΠΟΙΟ'Σ, οῦ, ὁ, apud Græcos dicitur et *pacificator, qui alios reconciliat in gratiam suamque interponit operam, ut pax fiat,* (sic v. c. Fetiales a Plutarcho T. VII. Opp. p. 127. ed. Reisk. dicuntur εἰρηνοποιοί, qui erant *oratores et interpretes pacis.* Adde Xenophont. Hist. Gr. VI. c. 3. 4.) *legatus pacis causa missus,* qui a Latinis *pacificator* (Cic. Ep. ad Att. XV. 7. Quinctil. Institutt. Orat. XI. c. 3.) et *pacifica persona* (Cic. ad Attic. VIII. Ep. 12.) dicitur, et *qui redit ipse cum inimicis in gratiam,* et omnino *qui est pacis ac concordiæ studiosus,* i. q. εἰρηνικός. Sic semel legitur in N. T. Matth. V. 9. coll. v. 23 seq. Phavor. ὁ τὴν εἰρήνην ἐν ἄλλοις κατεργαζόμενος.

ΕἼΡΩ. Vide sub 'ΕΡΕ'Ω.

ΕἸ'Σ. Præpositio, regens semper accusativum, et nominibus et pronominibus præmissa admodum varias significationes habet. Primaria est 1) *in, ad,* cum accusativo, ut *motum ad locum* denotet. Matth. II. 11. ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν domum ingressi. ib. v. 13. φεῦγε εἰς Αἴγυπτον recipe te in Ægyptum. ib. v. 14, 20, 21, 22. III. 10, 12. IV. 1, 5, 8, 12, 18. V. 1, 29, 30. VI. 6, 26. etc. 2) *in,* cum ablativo, ut significet *motum in loco,* et ponatur pro ἐν, cum quo sæpe permutatur. Matth. II. 23. κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρὲτ habitavit in urbe, quæ dicitur Nazareth. Marc. I. 9. εἰς τὸν Ἰορδάνην ἐβαπτίσθη, pro ἐν τῷ Ἰορδάνῃ. ibid. II. 1. ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι. ibid. V. 34. ὕπαγε εἰς εἰρήνην, pro ἐν εἰρήνῃ. ib. XI. 8. coll. Matth. XXI. 8. Marc. XIII. 3. Joh. XX. 19, 26. coll. Luc. XXIV. 36. Act. II. 27. εἰς ᾅδου, sc. τόπον. Interdum etiam pro ἐν ponitur, quando de loco non sermo est, v. c. Act. VIII. 23. Vid. supra sub εἰμί. Alexandrini τὸ εἰς sæpe pro ב posuerunt, Gen. XXXVII. 20. XLII. 22. 2 Chron. XIX. 4. et ל pro ב Hos. VII. 2. positum reperitur. Ælian. V. H. VII. 8. ὅτι Ἡφαιστίων εἰς Ἐκβάτανα ἀπέθανε. Orpheus Argonaut. v. 509. ὅτ' ἐς ὠκεανοῖο ῥόον βαπτίζετο Τιτάν. Sophocl. Ajax Flagell. v. 80. ubi vid. Schol. Conf. Taubmann. in Plauti Amphitr. I. 1. 25. Krebsii Obss. Flav. p. 78 et 215. Vechneri Hellenolex. p. 258. Viger. de Idiotismis Ling. Gr. IX. 2. 11. p. 211. et Heupel. Can. 13. de Græcc. Dialectt. Propriet. p. 135. 3) *in,* ut *causam finalem* indicet. Marc. I. 4. εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ib. II. 17. καλέσαι ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Matth. VIII. 4. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς. ibid. X. 18. XXVI. 28. ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ibid. XXVII. 7. εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις ad sepulturam peregrinorum. Huc pertinent etiam loca N. T. ubi præpositio εἰς ponitur, *cum de religione, cui aliquis initiatur et obstringitur,* sermo est, v. c. Matth. XXVIII. 19. ubi christiani baptizari jubentur εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, h. e. eo consilio, ut profiterentur et observarent doctrinam de Deo, Filio ac Sp. S. in litteris sacris traditam. Act. XIX. 4. Rom. VI. 3. ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν quotcunque baptismo suscepto initiati sumus religioni christianæ, nos etiam obstrinximus ad ejus exemplum mortem adeo ob religionem christianam subeundi. 1 Cor. X. 2. 4) *in,* ut tempus, quo aliquid fit, significet. Rom. VIII. 21. εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης eo tempore, quo libertas gloriosa manifestabitur. 5) *ad,* ita, ut partim *locum* notet, partim *finem* et *propositum.* Luc. XI. 49. ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας. Joh. XI. 38. ἔρχεται εἰς τὸ μνημεῖον. Rom. II. 4. εἰς μετάνοιάν σε ἄγει. 1 Cor. XIV. 36. εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησε τὸ εὐαγγέλιον. 6) *ad,* ita, ut *causam efficientem* aut *commoventem* significet, auf Veranlassung, *the occasion.* Matth. XII. 41. μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ vitam emendarunt ad Jonæ exhortationem, seu, Jonæ oratione adducti ac commoti. Eodem modo ל usurpatur Psal. XVIII. 45. 7) *juxta, apud, prope.* Joh. IV. 5. coll. v. 6 et 8. Joh. XXI. 4. ἔστη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλὸν stetit Jesus juxta littus. Rom. XV. 16. εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν εἰς τὰ ἔθνη ut sim minister apud gentes. Act. II. 22. Ἰησοῦν ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς. Sic etiam *ad* pro *apud* interdum refertur ad *locum,* v. c. Cic. pro Muren. c. 15. "pugna navalis *ad* Tenedum." Idem Orat. Verr. IV. 8. interdum vero ad *personas,* Cic. Epp. ad Attic. X. 18. Liv. X. 35. 8) *contra, adversus.* Matth. XVIII. 15. ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου. Luc. VII. 30. εἰς ἑαυτοὺς in suam ipsorum perniciem. ibid. XII. 10. ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ—τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημήσαντι. ibid. XV. 18. contra Deum et te peccavi. Act. VI. 11. 1 Cor. VIII. 12. Sic *ad* pro *adversus* apud Cic. pro Roscio c. 40. Div.

I. 7. et *in* pro *contra* dixit Tacitus Hist. I. c. 2. § 6. 9) *coram*. Act. XXII. 30. ἔστησεν εἰς αὐτοὺς Paulum coram illis statuit. 2 Cor. VIII. 24. εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε, καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν coram ipsis ostendite et coram facie ecclesiarum. Alex. Exod. XXIV. 7. εἰς ὦτα αὐτῶν, ubi εἰς Hebraico ב respondet. 10) *de*, i. q. περί. Matth. VI. 34. μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς αὔριον, sc. ἡμέραν, de futuro ne sitis solliciti. Act. II. 25. Δαβὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτὸν David enim ita de eo. ib. XXV. 20. ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν. Rom. IV. 20. εἰς τὴν ἐπαγγελίαν οὐ διεκρίθη. 2 Cor. XII. 6. Gal. V. 10. εἰς ὑμᾶς de vobis. Ephes. V 32. ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Hebr. VII. 14. Sic ל pro עַל ponitur 2 Sam. XI. 7. Ps. XCI. 11. Obadia v. 1. et *in* pro *de* apud Martial. Ep. I. 68. Diod. Sic. XI. 50. εἰς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ καιρὸν λέγειν, ubi vid. Wesseling. 11) *erga*. 1 Petr. IV. 9. φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους. Matth XXVI. 10. ἔργον καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμὲ præclarum beneficium mihi præstitit. Act. XXIV. 17. ἐλεημοσύνας ποιήσων εἰς τὸ ἔθνος μου. Rom. V. 8. τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς. ibid. XII. 10. εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. 2 Cor. II. 4. ἀγάπην ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς amore vestrum flagro. 11b) *ex*. Act. II. 39. τοῖς εἰς μακράν. 12) *inter*. Joh. VI. 9. ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους; sed quid tantulum ad tantam multitudinem? 1 Thess. I. 5. Matth. XIII. 22. ὁ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας σπαρεὶς inter spinas consitus, coll. Marc. IV. 7. Marc. VIII. 19. τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους. Luc. XXI. 24. etc. 13) *per*, de *loco*. Matth. IV. 24. καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν et pervasit fama ejus totam Syriam. ibid. IX. 26. XXVI. 71. ἐξελθόντα αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα egredientem ipsum per portam. Marc. I. 39. V. 14.—in *formulis jurandi*. Matth. V. 35. μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα ὀμόσῃς neque per Hierosolymam jurare licet. 14) *pro*, in *usum alicujus*. Matth. XX. 1. εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ hoc consilio, ut vineam colerent. Luc. IX. 13. εἰς πάντα τὸν λαὸν ad illam tantam multitudinem, nempe exsaturandam. Ib. XV. 22. δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα annulus ad manum ornandam. Exod. XII. 4. εἰς πρόβατον ad agnum, sc. comedendum. Vid. Hemsterh. ad Plutum v. 1013. 1 Cor. XVI. 1. τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους collectionis pro christianis. 2 Cor. VIII. 4. IX. 1. ἡ διακονία ἡ εἰς τοὺς ἁγίους. Alio sensu sumitur Matth. XXVII. 10. ἔδωκαν ἀργύρια εἰς τὸν ἀγρὸν dederunt pecunias pro agro. 15) *ob, propter*, quum impulsos nos ab aliqua re significamus. Marc. I. 38. εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα hujus rei causa exivi. Luc. IV. 43. εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι. Joh. XVIII. 37. Hinc εἰς τί *propter quid*? seu, *cur*? Matth. XIV. 31. εἰς τί ἐδίστασας; Huc etiam pertinet formula: εἰς ὄνομα. Matth. X. 41. ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου qui humaniter excipit prophetam, quia propheta est. In sequentibus eodem sensu εἰς ὄνομα δικαίου legitur ad imitationem Hebr. לְשֵׁם ut docuit Vorstius Philol. S. c. 40. p. 739 seq. Adde Num. XVI. 34. נָסוּ לְקֹלָם. *In* pro *propter* dixit Plautus Cist. Act. II. Sc. 3. v. 56. Ælian. V. H. X. 6. ἐκωμῳδοῦντο εἰς λεπτότητα. ibid. XIV. 9. εἰς τὸ ἄχαρι. 16) *sub*. Rom. XI. 32. συνέκλεισεν ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν conclusit Deus omnes sub incredulitatem, h. e. declaravit, omnes homines peccato et vitiositati esse obnoxios, coll. Galat. III. 22. ubi verbum συγκλείω construitur cum ὑπό. 2 Cor. IX. 13. εἰς τὸ εὐαγγέλιον. Conf. Gen. IV. 7. et Esther. II. 14. 17) ut Latinum *ad* (Cic. de Senect. 7. Liv. XL. 50.), significat *usque ad* et de *tempore* inprimis usurpatur. Matth. X. 22. εἰς τέλος usque ad finem. Luc. XII. 19. κείμενα εἰς ἔτη πολλά. Joh. XIII. 1. εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς. Act. IV. 3. ἔθεντο εἰς τὴν τήρησιν εἰς τὴν αὔριον. 2 Tim. I. 12.—de *re* ac *persona*. Rom. XIII. 14. εἰς ἐπιθυμίας usque ad pravas cupiditates. Hebr. II. 3. Alexandrini עַד mox per εἰς, mox per ἕως transtulerunt. Exod. XVI. 23, 24. Levit. XXV. 22, 52. 18) *quod attinet ad*, i. q. κατά. Galat. IV. 11. εἰς ὑμᾶς vos quod attinet. Ephes. III. 16. εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Huc etiam multi interpretes referunt locum Luc. VII. 30. τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ εἰς ἑαυτοὺς voluntatem Dei, quæ ad eos pertinebat. Xenophont. Anab. I. 9. 10. εἰς δικαιοσύνην quod ad justitiam attinet. ibid. II. 6. εἰς φιλίαν. 19) *versus*. Luc. VI. 20. ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. 20) *cum*. Act. VII. 53. εἰς διαταγὰς ἀγγέλων præsentibus angelorum ordinibus. Eleganter de hoc rariore præpositionis εἰς usu egit Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 4. 17. Tom. I. p. 858. 21) *abundat et circumscribit nominativum*. Matth. XIX. 5. καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, pro σὰρξ μία, coll. v. 6. et Genes. II. 24. ib. XXI. 42. ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, Hebr. הָיְתָה לְרֹאשׁ פִּנָּה. Luc. II. 34. XIII. 19. ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα. Rom. V. 18. εἰς κατάκριμα — εἰς δικαίωσιν ζωῆς. 1 Cor. IV. 3. ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι. Hebr. I. 5. 1 Petr. II. 7. coll. Psalm. CXVIII. 22. Sic etiam ל haud raro est nota nominativi, v. c. Genes. XXIV. 67. Levit. XXVI. 12. Deut. XXI. 13. conf. Vorstii Philol. S. p. 681. Interdum εἰς etiam dativo exprimendo inservit, v. c. Matth. V. 22. ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, pro τῇ γεέννῃ, nam ἔνοχος fere semper cum dativo construitur. 22) adverbiis junctum sæpe otiosum est, v. c. Act. II. 39. οἱ εἰς μακρὰν, pro οἱ μακρὰν — εἰς ἅπαξ, εἰς τρίς, Homer. Iliad. α', 213. Ælian. V. H. IX. 41. εἰς αὔριον, εἰς τὸ παραχρῆμα. 23) Interdum deficit, v. c. 2 Petr. II. 8. ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, pro ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν, *quotidie*. Sic reticetur Luc. IX. 2. ante κηρύσσειν; post λέγω Joh. VI. 71. et φλυαρέω 3 Joh. v. 10. et ante αἰχμαλωσίαν Apoc. XIII. 10. secundum H. Stephanum. Eurip. Suppl. 522. coll. Herc. Fur. 1168. Vide quoque Burm. ad Vellei Paterc. I. 7. et Wopkens. Lectt. Tullian. Lib. I. c. 1 et 3. 24) verbis junctum regit accusativum cum infinitivo, et aut constituit gerundium in *dum*, aut infinitivum in tempus finitum resolvit et reddendum, *ut, ita ut, donec, usque dum, quoad*. Act. III. 19. εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν ut deleantur peccata vestra. Rom. I. 20. 1 Cor. VIII. 10. IX. 22. εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν ad edendum et bibendum. Ephes. I. 18. III. 6. 2 Thess. I. 5. II. 6. εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτὸν usque dum retegatur. Hebr. XI. 3. 1 Petr. III. 7. 25) *in honorem*. Rom. XI. 36. ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. Ælian. V. H. XIII. 21 εἰς Ἀπόλλωνα in honorem Apollinis. 26) Interdum verbum post nomen accusativi casus, a præpositione εἰς rectum, subintelligendum est. Hebr. XI. 11. δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβεν, pro δύναμιν εἰς συλλαμβάνειν vel κατασχεῖν κ. τ. λ. Theocrit. Idyll. V. 98. ἐς χλαῖναν. Schol. ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ ἐργάζεσθαι χλαῖναν. Cf. Gronovium ad Gellii N. A. XI. c. 2.

ΕἿΣ, μία, ἕν, genit. ἑνός, μιᾶς, ἑνός, 1) *unus*. Matth. XIX. 5. εἰς σάρκα μίαν unum corpus. Act. IV. 32. καὶ ἡ ψυχὴ μία. Galat. III. 20. me-

diator non est unius partis, Deus vero est una pars. Coloss. III. 15. Rom. III. 10. οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς non est justus, ne unus quidem. Ibid. v. 12. οὐκ ἔστιν ἕως ἑνὸς ne unus quidem, pro οὐδὲ εἷς. Exod. XIV. 28. non remansit ex iis עַד אֶחָד coll. Psalm. CVI. 11. Exod. VIII. 31. Sirac. XLVI. 21. 2) *primus*, pro numerali ordinali πρῶτος. Matth. XXVIII. 1. εἰς μίαν (sc. ἡμέραν) τῶν σαββάτων in primum diem hebdomadis. 1 Cor. XVI. 12. κατὰ μίαν σαββάτων primo quoque die hebdomadis. Apoc. IX. 12. ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν. Marc. XVI. 2. coll. v. 9. Joh. XX. 19. Act. XX. 7. Caussa vero hujus significationis e lingua Hebraica repetenda videtur, in qua אֶחָד non tantum cardinale est, sed et ordinale et *primum* significat, v. c. Gen. I. 5. יוֹם אֶחָד *dies primus*. Ezech. XXXII. 1. μιᾷ τοῦ μηνός. Pro numerali ordinali legitur tamen apud Polybium p. 1401. ἐν τῇ μιᾷ καὶ εἰκοστῇ βίβλῳ. Herodot. IV. c. 161. μίαν — ἄλλην — τρίτην. Thucyd. IV. 115. Homer. Iliad. XVI. 173. Eurip. Bacch. v. 680. et *unus* pro *primus* apud Cic. de Senect. c. 5. " uno et octogesimo anno." Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 75. 3) *solus, unicus.* Matth. XIX. 17. οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς nemo est perfectus, nisi solus Deus. Ita אֶחָד Exod. XXXIII. 5. Jud. XXI. 8. 4) *aliquis, quidam*, pro pronomine indefinito τὶς, Matth. VIII. 16. εἷς γραμματεύς. ibid. XVIII. 28. ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ aliquem commilitonum suorum. ibid. XVI. 14. ἕνα τῶν προφητῶν vatum quendam, aut: prophetis veteribus parem, coll. Marc. VI. 15. XIX. 17. ubi pro εἷς in duobus codicibus legitur νεανίσκος τις. Apoc. VIII. 13. Interdum additur τῷ τὶς pleonastice. Marc. XIV. 47. εἷς τις τῶν παρεστηκότων. ibid. v. 51. Luc. XXII. 50. Sic אֶחָד 1 Sam. I. 1. אִישׁ אֶחָד 2 Sam. XII. 1. Genes. XXVII. 44. יָמִים אֲחָדִים Alex. ἡμέρας τινάς, Dan. II. 31. Cic. de Orat. I. c. 29. " sicut *unus* paterfamilias." Exempla e Græcis dedit Bergler. ad Alciphr. Epp. I. 3. p. 15. Herodian. VII. 5. 10. εἷς τῶν νεανίσκων. Herodot. IV. 71. V. 105. Thucyd. I. 85. Huc etiam pertinet locus Luc. V. 17. ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν *aliquando*, i. q. in lingua vernacula dicitur eines tages, *on a day.* 5) *idem, unus idemque.* 1 Cor. III. 8. ὁ φυτεύων δὲ καὶ ὁ ποτίζων ἕν εἰσιν pro uno eodemque sunt habendi, pares sunt. ibid. XI. 5. ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ unum idemque est, ac si rasa esset. ibid. XII. 11. τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα idem ille spiritus. Genes. XI. 1. Eccles. II. 14. 6) *unitus, conjunctus.* Hinc formula: ἓν εἶναι significat: *arctissime cum aliquo conjunctum esse, maxime consiliis, animo, viribus, consentire, eadem mente esse.* Joh. X. 30. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν ego cum patre eandem potestatem habeo. ibid. XVII. 11. ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς, h. e. ἵνα μίαν πίστιν ἔχωσι ut omnes tueantur et profiteantur unam eandemque doctrinam, quemadmodum doctrina, a me tradita, vere a te originem ducit. 1 Joh. V. 7, 8. οἱ τρεῖς ἕν εἰσι unam eandemque rem suo testimonio confirmant. Ἓν ποιεῖν *concordem reddere, conciliare invicem, in unum cœtum,* seu *societatem cogere.* Ephes. II. 14. ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν qui partes dissentientes, Judæos ac paganos, invicem conciliavit. Huc etiam referrem locum Joh. X. 16. ubi μία ποίμνη æque ac εἷς λαὸς 1 Macc. I. 43. *populum, hominum societatem, unam eandemque religionem profitentem*, significat, ut Arab. امة واحدة Coran. Sur. X. 20. XI. 119. XVI. 93. 7) *unusquisque.* Apoc. IV. 8. τὰ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ' ἑαυτὸ quatuor animalia, unumquodque pro se. Ies. VI. 2. ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί, scil. ἑκάστῳ. Lucian. Deor. Jud. T. II. p. 12. σκόπει καθ' ἓν (ἕκαστον) ἀκριβῶς. Ponitur etiam εἷς ἕκαστος et ἓν ἕκαστον, v. c. Luc. IV. 40. ὁ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθείς. Act. II. 3. ἐκάθισε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, de qua formula exposuit Wesseling. ad Diodor. Sic. XVI. 35. 8) εἷς τὸν ἕνα *unus alterum, singuli singulos.* 1 Thess. V. 11. οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα, pro ἀλλήλους. Exempla similia e scriptt. Gr. collegit Kypkius ad h. l. 9) εἷς καὶ εἷς *unus — — alter*, pro ὁ μὲν — ὁ δὲ, ad imitationem Hebraici אֶחָד וְאֶחָד Levit. XII. 8. 1 Reg. III. 25. 2 Paral. III. 17. Matth. XX. 21. XXIV. 40, 41. μία — καὶ μία. Marc. X. 37. XV. 27. Interdum ponitur εἷς — καὶ εἷς — καὶ εἷς unus — alter — tertius. Marc. IV. 8 et 20. coll. Matth. XIII. 8. ubi ὁ μὲν — ὁ δὲ — ὁ δὲ ponitur. Adde Sophocl. Electra v. 696. Aristot. Ethic. VI. c. 2. p. 97. Martial. Epigr. I. 20. 10) εἷς καθ' εἷς, pro εἷς καθ' ἕνα *singuli singulatim, unus post alterum.* Marc. XIV. 19. καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθ' εἷς. Joh. VIII. 9. ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς. Conf. Gabr. Mathesii D. difficilis phraseos εἷς καθ' εἷς. Marc. XIV. 19. et Joh. VIII. 9. explicationem sistens. Upsal. 1742. 4. Καθ' εἷς *singuli.* Joh. XXI. 25. καθ' ἕνα πάντες. 1 Cor. XIV. 31. *sigillatim* omnes. Esse vero καθ' εἷς pro καθ' ἕνα manifestum solœcismum, Grævius docuit ad Lucian. Solœc. T. II. p. 755. Vide infra sub καθεῖς. — Καθ' ἓν *singuli*, Joh. XXI. 25. 11) εἷς οὐ pro οὐδεὶς *nullus, nemo.* Matth. X. 29. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν. 12) οὐδὲ εἷς *ne unus quidem, nullo excepto, nullus.* Matth. XXVII. 14. Joh. I. 3. Act. IV. 32. Rom. III. 10, 12. Hebr. לֹא אִישׁ Num. XXIV. 65. et לֹא אֶחָד 2 Sam. XIII. 30. 13) ἀπὸ μιᾶς, scil. γνώμης, (Euseb. H. E. III. c. 11.) *unanimi consensu, ad unum omnes.* Luc. XIV. 18. Alii supplent φωνῆς aut γλώσσης (quod addit Dio Cass. XLIV. 36. T. I. p. 404. 5.), *uno ore*, sensu fere eodem; alii vero, ut Fullerus Misc. I. 1. ὥρας, *statim, repente.* Cf. de formula ἀπὸ μιᾶς Irmisch. Exc. ad Herodian. I. 4. 21. T. I. p. 861. 14) interdum reticetur. Matth. VIII. 8. XV. 23. ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ (ἕνα) λόγον. ibid. XXI. 7. ἐπεκάθισεν ἐπάνω (ἑνὸς) αὐτῶν, nempe super pullo. Matth. XXVII. 34. οἱ λῃσταὶ unus latronum. coll. Luc. XXIII. 39, 40. Marc. I. 2. ἐν τοῖς προφήταις in aliquo prophetarum. Eodem modo אֶחָד omittitur Jud. XII. 7. 1 Reg. XVIII. 27. Confer Vorstii Philol. S. c. 25. p. 525. Krebs. Obss. Flav. p. 45. Interdum tamen sic etiam Græci loquuntur, v. c. Xen. Mem. I. 2. 31. Lysiæ Oratt. pag. 208. 211 et 215. edidit Taylor. etiam Latini, ut docuit Vechnerus Hellenolexia I. 2. 3. p. 121. edidit Heusingeri.

ΕἸΣΆΓΩ, futur. άξω, 1) *introduco in locum.* Luc. XIV. 21. XXII. 54. εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχιερέως. Act. IX. 8. XXI. 28, 29, 37. 2) *affero.* Luc. II. 27. ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον Ἰησοῦν allatum a parentibus Jesum infantem. 3) *intromitto.* Joh. XVIII. 16. καὶ εἶπε τῇ θυρωρῷ, καὶ εἰσήγαγε τὸν Πέτρον jussit janitricem intromittere Petrum. Xenoph. Hist. Gr. I. 3. 13. et V. 4. 1. 4) *infero.* Act. VII. 45. ἣν καὶ εἰσήγαγον quam etiam intulerunt terræ occupatæ gentium. Apud Græ-

cos εἰσάγεσθαι haud raro de *mercibus* usurpatur, *quæ importantur*, v. c. apud Xenoph. de Vectigal. IV. 40 5) *produco aliquem, induco, palam propono, sisto et declaro alicui.* Hebr. I. 6. ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην quum vero in alio loco eum hominibus sistit primogenitum. Alii, Chrysostomo præeunte, vertunt: cum ei imperium in universum tradit, ὅταν ἐγχειρίσῃ αὐτῷ τὴν οἰκουμένην. In notione *producendi* legitur apud Polybium Exc. Leg. 93. p. 728. edit. Ernest. εἰσαγαγόντος αὐτοὺς Ἀντωνίου τοῦ δημάρχου.

ΕΙ'ΣΑΚΟΥ'Ω, fut. ούσω, 1) *audio, auribus percipio aliquid*, i. q. simplex ἀκούω. Aristot. Probl. XI. 37. Euripid. Phœn. v. 96 et 1363. LXX Ps. LVII. 6. pro יִשְׁמַע, ubi Symm. simplex ἀκούω habet. 2) *exaudio preces alicujus annuendo, precibus alicujus annuo*, et inprimis Deo tribuitur, quum hominum preces non irritas esse jubet. Matth. VI. 7. ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται se ob prolixam orationem exauditum iri. Luc. I. 13. εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου. Act. X. 31. In vers. Alex. eodem sensu Hebr. שָׁמַע respondet Ps. IV. 1. 2. XXX. 30. Sirac. III. 6. LI. 15. Gloss. Vet. apud Labbæum: εἰσάκουσον, *exaudi*. 3) *obedio, obtempero, accommodo me alterius voluntati*, i. q. ὑπακούω. Sic legitur in N. T. 1 Cor. XIV. 21. καὶ οὐδ' οὕτως εἰσακούσονταί μου sed neque sic mihi obtemperabunt. Deut. I. 43. καὶ οὐκ εἰσηκούσατέ μου καὶ παρέβητε. ibid. IX. 23. ubi Hebr. שָׁמַע respondet. In eadem versione Alex. pro שָׁמַר Exod. XVI. 28. Deuter. XXVIII. 58. legitur. Sic et εἰσακούω apud Græcos legitur, v. c. Thucyd. I. c. 126. ἢν μή τι ἐσακούωσι. ib. III. 4. init. Xenoph. Hist. Gr. V. 2. 12. 4) *libero, eripio*, i. q. σώζω, ita, ut consequens ponatur pro antecedenti. Hebr. V. 7. καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας et liberatus est a sollicitudine animi, s. metu mortis. 2 Chron. XVIII. 31. καὶ Κύριος ἔσωσεν αὐτὸν, sed in Aldin. εἰσήκουσεν αὐτοῦ. Ps. LV. 16. καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσέν μου pro Hebr. וַיהוָה יוֹשִׁיעֵנִי. Job. XXXV. 13. καὶ οὐ μὴν εἰσακούσῃ ἀπὸ ὕβρεως πονηρῶν.

ΕΙ'ΣΔΕ'ΧΟΜΑΙ, futur. έξομαι, 1) *admitto*, (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 59.) *recipio, benigniter excipio*, ab εἰς et δέχομαι *accipio*. 2 Macc. IV. 22. μετὰ δᾳδουχίας καὶ βοῶν εἰσεδέχθη. Sapient. XIX. 15. Xenoph. Cyrop. V. 5. 2. 2) *beneficiis afficio, adjuvo, tueor*. 2 Cor. VI. 17. κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς et ego ero benignissimus erga vos, coll. v. 16. et Ies. LII. 12.

ΕΙ'ΣΕΙΜΙ, vel **ΕΙ'ΣΙ'ΗΜΙ**, *ingredior, intro*, ex εἰς et εἶμι vel ἵημι *vado, eo*. Act. III. 3. μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερόν. ibid. XXI, 18, 26. εἰσῄει εἰς τὸ ἱερόν. Hebr. IX. 6. εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς. Gloss. Gr. Alberti p. 175. εἰσίασιν, εἰσέρχονται. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΙ'ΣΕ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. εἰσελεύσομαι, aor. 2. εἰσῆλθον, 1) *introeo, intro, ingredior*, vel absolute positum, vel intercedente præpositione εἰς, aut addito adverbio ἔσω. Marc. VI. 26. καὶ εἰσελθούσης τῆς θυγατρὸς αὐτῆς. Luc. VII. 45. ἀφ' ἧς εἰσῆλθον. Act. I. 13. — Matth. VIII. 5. εἰσελθόντι δὲ αὐτῷ εἰς Καπερναούμ. Ibid. IX. 25. εἰσελθὼν ingressus, nempe conclave. Marc. III. 27. Matth. XXVI. 58. καὶ εἰσελθὼν ἔσω. Act. XVII. 2. εἰσῆλθε πρὸς αὐτοὺς ingressus est eorum conventum. 2) *irrepo, clam intro*. Act. XX. 29. ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς fore, ut post abitum meum sese ingerant in vos, seu, clam se adducant lupi truces. 3) *adeo, accedo*. Marc. XV. 43. εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον Pilatum adiit. Act. X. 3. XXVIII. 18. Deuteron. XXXII. 44. ubi pro εἰσῆλθε Cod. Alex. et Compl. προσῆλθε habent. 4) *aggredior, invado*. Marc. III. 27. οὐδεὶς δύναται τὰ σκεύη τοῦ ἰσχυροῦ, εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, διαρπάσαι nemo potest suppellectilem potentis, irruptione in ejus domum facta, diripere, coll. Matth. XII. 29. et Luc. XI. 22. Conf. Abresch. ad Æschylum p. 235. 5) *prodeo*, εἰσέρχομαι εἰς τὸν δῆμον *prodeo in concionem, causam acturus et dicendi causa*. Act. XIX. 30. τοῦ δὲ Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον cum autem Paulus vellet prodire ad populum, se suamque causam defensurus. Polyb. Hist. III. 44. μετὰ δὲ τούτους εἰσελθὼν αὐτός. Conf. Lœsner. Obss. Philonian. in N. T. p. 220. 6) *venio, pervenio*. Act. X. 24. εἰσῆλθον εἰς τὴν Καισαρείαν venerunt Cæsaream. ibid. XXIII. 33. 7) *subeo*, intercedente præpositione ὑπό. Matth. VIII. 8. Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς Domine, non dignus sum, cujus domum intres. Luc. VIII. 8. Videntur esse formula Hebraica Genes. XIX. 8. בָּאוּ בְּצֵל קֹרָתִי Alex. εἰσῆλθον ὑπὸ τὴν στέγην τῶν δοκῶν μου. 8) *pervenio*, sensu metaphorico, *compos, particeps fio*. Matth. XIX. 17. εἰ δὲ θέλεις εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν si pervenire cupis ad felicitatem æternam, coll. v. 16. Ibid. XXV. 21. εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν particeps esto gaudiorum. Luc. XXIV. 26. καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ. ib. XI. 52. αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, καὶ τοὺς εἰσερχομένους ἐκωλύσατε vos alieni manetis ab hac cognitione, et qui ad eam adspirant, eos impedire conamini. Hebr. IV. 1. εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ frui felicitate illa, a Deo nobis promissa. ibid. v. 3, 6, 10, 11. Huc pertinet etiam formula: εἰσέρχομαι εἰς τὴν βασιλείαν, seu ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, seu Χριστοῦ, *adducor ad religionem et felicitatem christianam*, quæ legitur Matth. XIX. 23, 24. cujus loco interdum etiam simpliciter εἰσέρχομαι ponitur, v. c. Rom. XI. 25. ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ. Joh. X. 9. Pertinet huc quoque locus Luc. XI. 52. ubi τοὺς εἰσερχομένους reddendum est: *intrare volentes*, quemadmodum Matth. VII. 13. οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς sunt: ea via regnum divinum ingredi molientes aut conantes. Antonin. X. 8. καὶ εἰς βίον εἰσελεύσῃ ἕτερον. Similis formula est εὐφροσύνης ἐπιβαίνειν apud Hom. Od. ω', 52. coll. Il. Θ', 285. 9) *incido in aliquid*. Mat. XXVI. 41. ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς τὸν πειρασμὸν ne incidatis in tentationem. Marc. XIV. 38. Luc. XXII. 40, 46. 10) *redeo, revertor*. Luc. XVII. 7. εἰσελθόντι ἐκ τοῦ ἀγροῦ eum reversum ab agro. Apoc. XI. 11. 11) *in aliqua re alteri succedo*. Joh. IV. 38. καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθατε et vos in laborem eorum successistis, h. e. vos pergitis plenius instituere homines, jam elementa prima a Johanne et me edoctos. Gloss. Vet. apud Labbæum: εἰσέρχομαι, *succedo*. 12) Formula: εἰσέρχεσθαι καὶ ἐξέρχεσθαι duplici sensu in litteris sacris adhibetur, partim de *eo, qui semper vivit et versatur in aliquo loco et conversatur cum aliis*, partim de *eo, qui munere suo fungitur coram aliis et publicum munus gerit*, ad imitationem formulæ Hebr בּוֹא וְצֵאת Deuter. XXVIII. 6. XXXI. 2. 2 Sam. XVIII. 13, 16. XXIX. 6. 1 Chron. XXVIII. 1. 2 Chron. I. 10. Psal. CXXI. 8. Conf. Valckenar. ad Eurip. Phœn. v. 547. Act. I. 21. ἐν ᾧ (sc. χρόνῳ) εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς per omne illud tempus, quo Christus versatus et mu-

nere suo functus est inter nos. Joh. X. 9. *καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει* atque meorum sectatorum societati adscriptus semper pascua habebit. Alii vertunt quoad sensum: et vitam securam aget, neque bonis veris carebit. 13) *εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον nasci, hominem fieri,* Hebr. בּוֹא בָּעוֹלָם. Hebr. X. 5. *διὸ* (supple *ὡς*) *εἰσερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, λέγει* ideo Messias, qui a Davide, ut homo factus, loquens sistitur, coll. Joh. I. 9. Significat etiam, de *rebus* usurpatum, *propagari inter homines, induci in res humanas.* Rom. V. 12. coll. Sap. II. 24. et XIV. 14. Interdum etiam *exoriri, existere,* v. c. 2 Joh. v. 7. Marc. Antonin. VI. c. 42. *μεθ' ἂν εἰσῆλθω εἰς τὸν κόσμον* quibuscum ego natus sum. Eodem sensu apud Cebetem c. 20. formula *εἰσπορεύεσθαι εἰς τὸν βίον* ponitur. 14) interdum *εἰσέρχομαι* ita ad animum transfertur, ut significet partim *mentem subire et animum,* (Herodot. VIII. 37. cf. Valckenar. ad Eurip. Phœn. v. 1379.) partim *impellere, incitare aliquem, consilium alicui suggerere,* ut sit i. q. *βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν τινός.* Luc. IX. 46. *εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς* mentem eorum subiit cogitatio. ibid. XXII. 3. *εἰσῆλθε δὲ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν* suggessit Satanas Judæ consilium. Joh. XIII. 27. Judas magis confirmabatur in impio suo consilio exsequendo, coll. v. 2. Simili modo Xenoph. Anab. V. 1. 11. *εἰσῄει αὐτοὺς* subiit animum eorum hæc cogitatio. 15. *ingeror, immittor, inseror.* Matth. XV. 11. *τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα* quod ori ingeritur. Act. XI. 8. *οὐδέποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου* nunquam comedi. 16.) *pertineo,* ich reiche an einen ort, *I reach a certain place,* in qua singulari significatione hac voce usus est Paulus Hebr. VI. 10, *ἐλπίδα εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος,* h. e. spem, quæ aliquando explebitur in cœlo.

ΕΙ'ΣΚΑΛΕ'Ω, *ῶ,* fut. *έσω,* et **ΕΙ'ΣΚΑΛΕ'ΟΜΑΙ,** *οῦμαι, introvoco, invoco,* ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 59. ex *εἰς* et *καλέω voco,* etiam *introduco.* Act. X. 23. *εἰσκαλεσάμενος οὖν αὐτοὺς ἐξένισε.* Vulg. *introducens ergo eos excepit hospitio.* Sæpius in N. T. non legitur. Xenoph. Œcon. IV. 15. Conf. Valcken. ad Theocrit. p. 353. Phavorin. *εἰσκαλέομαι τὸ ἐπὶ φιλίᾳ τινὰ δεξιοῦμαι, ὃ καὶ εἰσκαλῶ γράφεται κοινῶς· αἰτιατικῇ συντάσσεται.*

ΕΙ'ΣΟΔΟΣ, *ου, ἡ,* 1) proprie: *via, quæ in aliquem locum fert.* Sic de ædium vestibulis et januis, per quas intratur, legitur apud Herodian. I. 12, 16. *ἀποκλείσαντες τὰς τῶν οἰκιῶν εἰσόδους,* ubi vid. Irmisch. Xenoph. Cyrop. I. 3. 10. Prov. VIII. 34. Hebr. פֶּתַח in vers. Alex. respondet. Adde 1 Macc. V. 45. ubi Syrus: ܐܘܪܚܐ habet. 2) *ingressus, introitus, aditus,* idque tum localiter, tum metaphorice. Act. XIII. 24. *προκηρύξαντος Ἰωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ* ante adventum Messiæ, h. e. antequam Messias munus suum auspicaretur; quæ verba male Patres de nativitate Christi, historia repugnante, intellexerunt. 1 Thess. II. 1. *τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν εἰς ὑμᾶς* meam inter vos præsentiam non inanem fuisse. 3) *receptio, admissio, exceptio.* 1 Thess. I. 9. *ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν πρὸς ὑμᾶς* quanta cum humanitate, lætitia, studio et obsequio doctrinam meam receperitis. Hebr. X. 19. *τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων* receptionem in numerum civium cœlestium. 2 Petr. I. 11. *ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Sæpius non legitur in N. T.

ΕΙ'ΣΠΗΔΑ'Ω, *ῶ,* fut. *ήσω,* 1) *insilio, introsulio, in locum aliquem salio,* ex *εἰς* et *πηδάω salio, salto.* 2) *summo cum impetu me fero, irruo, celeriter accedo et introeo.* Sic bis in N. T. legitur. Act. XIV. 14. *εἰσεπήδησαν εἰς τὸν ὄχλον* prosilierunt ad turbam. ibid. XVI. 29. *εἰσεπήδησε,* Vulgatus: (celeriter) *introgressus est.* In vers. Alex. pro Hebr. בּוֹא legitur Amos V. 19. *καὶ εἰσπηδήσῃ εἰς τὸν οἶκον.* Ælian. V. H. XIII. c. 2. Xenoph. Anab. I. 5. 8.

ΕΙ'ΣΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. *εύσομαι,* ab activo *εἰσπορεύω introduco,* Eurip. Electr. 1285. 1) proprie: *intro, ingredior, introeo,* et motum localem significat. (ex *εἰς* et *πορεύομαι vado.*) Construitur vel cum præpositione *εἰς* et *κατὰ,* vel cum adverbio loci, aut simpliciter ponitur. Marc. I. 21. *καὶ εἰσπορεύονται εἰς Καπερναούμ.* V. 40. *εἰσπορεύεται ὅπου ἦν τὸ παιδίον.* ib. VI. 56. XI. 2. Luc. VIII. 16. *οἱ εἰσπορευόμενοι.* ib. XI. 33. XIX. 30. XXII. 10. Act. III. 2. VIII, 3. *κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος* domos intrans. 2) *εἰσπορεύομαι πρός τινα, adeo aliquem.* Act. XXVIII. 30. *καὶ ἀπεδέχετο πάντας τοὺς εἰσπορευομένους πρὸς αὐτὸν* excipiens omnes humaniter, qui eum adirent. 3) *ingeror, immittor, indor, inseror.* Marc. VII. 15, 18. *τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον, οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι* non quod ori ingeritur (h. e. *cibi* et *potus,* qui etiam a Xenoph. Cyrop. I. 6. 14. *τὰ εἰσιόντα* vocantur) polluere hominem valet. 4) *εἰσπορεύεσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι libere vivere et versari in aliquo loco, conversari cum aliquo.* Act. IX. 28. *καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν Ἱερουσαλὴμ* et libere cum iis versabatur Hierosolymis. Hebr. dicunt הָיָה יוֹצֵא וּבָא. Conf. supra sub *εἰσέρχομαι.* 5) metaphorice: *animum subeo, occupo.* Marc. IV. 19. *καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι εἰσπορευόμεναι* et reliquarum rerum terrenarum cupiditates animum occupantes et tenentes. ibid. VII. 19. *οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν.*

ΕΙ'ΣΤΡΕ'ΧΩ, aor. 2. *εἰσέδραμον introcurro,* ex *εἰς* et *τρέχω curro.* Semel in N. T. legitur Act. XII. 14. *εἰσδραμοῦσα* (partic. aor. 2.) postquam introcucurrerat. 2 Macc. V. 26. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 9. 7. p. 350. De iis qui cum impetu invadunt legitur apud Xenophont. Anab. V. 2. 12.

ΕΙ'ΣΦΕ'ΡΩ, fut. *εἰσοίσω,* aor. 1. *εἰσήνεγκα,* 1) *infero, ex uno loco transfero in alterum.* Luc. V. 18. *καὶ ἐζήτουν αὐτὸν εἰσενεγκεῖν* et studebant eum domui inferre. ib. v. 19. 1 Tim. VI. 7. *οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον* nihil enim intulimus (seu attulimus) in mundum. Hebr. XIII. 11. 2) *sino, permitto aliquem incidere, venire, pervenire.* Matth. VI. 13. Luc. XI. 4. *καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς τὸν πειρασμὸν* ne patiaris nos induci in tentationem. 3) Formula, *εἰσφέρειν εἰς τὰς ἀκοάς τινος* ingerere aliquid auribus alicujus, significat: *narrare, tradere alicui aliquid.* Act. XVII. 20. *ξενίζοντα γάρ τινα* (sc. *ῥήματα*) *εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν* novam nobis et inauditam tradis doctrinam. Xenoph. Mem. I. 1. 2. Eurip. Danaë 55. *εἰς ὦτα φέρειν.* Sophocl. Ajax Flagell. 149. Eurip. Bacch. 649. *τοὺς λόγους γὰρ εἰσφέρεις καινοὺς ἀεί.*

ΕΙ'ΤΑ. Adverbium temporis et ordinis, *deinde, postea, deinceps.* Hesych. *εἶτα· ἔπειτα, μετὰ ταῦτα.* Marc. IV. 17, 28. *πρῶτον — εἶτα — εἶτα* primum — deinde — postea. Luc. VIII. 12. Joh. XIII. 5. XIX. 27. XX. 27. 1 Cor. XII. 28. XV. 5, 7. 1 Tim. II. 23. III. 10. Jacob. I. 15. — Interdum est particula *συλλογιστικὴ,* quæ in argumenti conclusione adhibetur atque significat: *atqui, jam vero si, quum igitur.*

Hebr. XII. 9. εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς, καὶ ἐνετρεπόμεθα jam vero, si jam patres nostros naturales, nos castigantes et punientes, reveriti sumus. Alii tamen εἶτα *interrogative* explicant: *itane vero?* in quo sensu legitur apud Isocrat. Panegyr. c. 32. p. 82. ed. Mori. Xenoph. Mem. II. 2. 13. Vid. Alberti Obss. Philol. p. 440. et Küsteri Ind. Aristoph. in εἶτα et ἔπειτα. Etiam Latinorum *deinde* interrogationi quandoque servit. Vid. Virgil. Æn. IX. 781. V. 741.

ΕΙ'ΤΕ. Vide post ΕΙ'.

ΕΙ'ΤΙΣ. Vide post ΕΙ'.

ΕΙ'ΩΘΑ. Vide ἜΘΩ.

'ΕΚ, sequente consonante, ἐξ, sequente vocali vel diphthongo. Præpositio, regens semper genitivum. Significat 1) *e, ex*, ita, ut *causam efficientem principalem* vel *originem* indigitet. Matth. I. 3, 18. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου auctore Spiritu divino. ibid. XXI. 25. τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐρανοῦ ἢ ἐξ ἀνθρώπων ἦν; baptismus Johannis unde originem duxit, ex Deone, an ex hominibus? Joh. I. 13. III. 5. VI. 65. Rom. V. 16. XI. 36. ὅτι ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα nam ex eo omnia, quæ sunt, originem ducunt. 1 Cor. II. 12. VIII. 6. Huc etiam pertinet formula Johanni propria: εἶναι ἔκ τινος, de qua supra expositum est ad vocem εἰμί. 2) *e, ex*, quum signat *principium cognoscendi*. Matth. XII. 33. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται e fructu enim arboris indoles dignoscenda est. 1 Joh. IV. 6. ἐκ τούτου γινώσκομεν. 3) *ex*, in significatione *liberandi*. Rom. VII. 24. τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; qui me liberabit ab hoc corpore, vitiositati obnoxio? 2 Cor. I. 10. ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς καὶ ῥύεται. 2 Sam. XIX. 10. Ps. XXII. 21. XXXIII. 19. 4) *ex, locum* denotans, *unde aliquid proficiscitur*. Matth. II. 15. ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου. ibid. III. 17. φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν. VIII. 18. ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι. XII. 42. XXVIII. 1. 1 Joh. VI. 23. ἐκ Τιβεριάδος. Act. XIX. 16. 5) *ex, a, ab*, et notat *materiam, ex qua aliquid fit ac effingitur*. Matth. III. 9. δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραὰμ potest Deus vel ex his saxis Abrahamo conciliare posteros. ibid. XXVII. 29. πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν. Rom. IX. 21. figulus potestatem habet ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι σκεῦος ex eadem massa vasa formare. Gen. II. 23. Cantic. III. 9. Job. XXXIII. 6. 6) *ex*, quum de *copia et multitudine* dicitur: Matth. XIII. 47. καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ. XVII. 9. Joh. VI. 13. XVI. 14, 15. 1 Cor. IX. 7. Act. XV. 14. 7) *ex*, quum partitioni servit, et idem est ac *pars, quidam, aliquis*. Matth. VI. 27. τίς δὲ ἐξ ὑμῶν; quis vestrum? ib. XXI. 31. Interdum vero τίς omittitur, v. c. Matth. XXIII. 34. καὶ ἐξ αὐτῶν, sc. τινάς, ibid. XXV. 8. δότε ἡμῖν (τι) ἐκ τοῦ ἐλαίου ὑμῶν. Marc. IX. 17. Luc. XI. 49. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι, scil. τινάς. Joh. VIII. 46. Sic etiam Hebræi loquuntur, v. c. 2 Reg. X. 23. פֶּן־יֶשׁ־פֹּה עִמָּכֶם מֵעַבְדֵי יְהוָה. Ies. XVIII. 7. Conf. Vorstii Philol. S. cap. 28. 8) *ex, objectum* notans. Rom. XIII. 11. Tempus jam est ἐγερθῆναι ἐξ ὕπνου. Joh. VI. 26. ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων. Genes. II. 17. Proverb. XIII. 2. 9) *ex*, ita, ut *subjectum* et *personam* significet. Matth. XXI. 16. ἐκ στόματος νηπίων. 10) *a, ab*, i. q. ὑπὸ, et *causam efficientem* significat. Joh. VI. 65. ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου nisi ipsi sit a patre meo facultas data. ibid. X. 32. πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου multa inter vos benefica miracula patravi, adjuvante Deo. Matth. XV. 5. ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς quo a me adjuvari possis. Ælian. V. H. I. 22. XII. 59. Conf. Reitz. ad Lucian. T. II. p. 352. 11) *a, ab*, et notat *terminum temporis*, et nonnunquam verti potest, *post, inde a*. Matth. XIX. 12. ἐκ κοιλίας μητρὸς inde ab utero matris. Luc. VIII. 27. ἐκ χρόνων ἱκανῶν. ibid. XXIII. 8. ἐξ ἱκανοῦ jam dudum. Act. IX. 33. ἐξ ἐτῶν ὀκτώ. ibid. XV. 21. XXIV. 10. 2 Cor. IV. 6. ἐκ σκότους post tenebras. Apoc. IX. 21. Conf. Hoogeven. ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 580. qui docuit, hunc præpositionis usum orationem sæpe cum brevem, tum concinnam reddere. Sic dicitur Cyrus apud Xenoph. Cyrop. I. 26. γελάσαι ἐκ τῶν πρόσθεν δακρύων, h.e. risisse, cum paulo ante lacrymaverat. Simili modo Apoc. XIV. 13. ἀναπαύσονται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν. Conf. etiam Genes. XXXVIII. 24. Jos. XXIII. 1. 12) *ad*. Matth. XX. 21, 23. ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων ad dextram et ad sinistram. ibid. XXII. 44. coll. 2 Sam. VI. 2. Psalm. LXVIII. 30. 13) *in*. Luc. XI. 13. πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ pater cœlestis. coll. Matth. VII. 11. ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. 2 Cor. II. 4. ἐκ πολλῆς θλίψεως ἔγραψα ὑμῖν admodum afflictus, seu, in multa afflictione constitutus, scripsi vobis. Jon. II. 3. 1 Sam. XXV. 28. Xenoph. de Venat. V. 21. οἱ ἐκ τῶν ψιλῶν εὑρισκόμενοι qui in locis nudis inveniuntur. Conf. Zeunium ad Xenoph. de Mag. Equit. VIII. 23. et Vigerum p. 583. 14) *cum*, ita, ut conjunctionem indicet. 1 Tim. I. 5. ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου amor conjunctus cum mente sincera, etc. Exempla e Græcis larga manu dedit Vigerus l. l. p. 580 seq. quibus adde Deut. XXXIII. 2. Thren. I. 3. Ies. LVII. 8. Simili modo *ex* pro *cum* ponitur de rebus mixtis, v. c. apud Varron. de Re Rust. III. c. 10. Plin. H. N. XX. 1. ex aceto cocta, pro: cum aceto cocta. 15) *per*, i. q. διά. Luc. XVI. 9. ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας per rectum divitiarum fallacium usum. Rom. I. 4. ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν per resurrectionem. ibid. v. 17. ἐκ πίστεως εἰς πίστιν per fidem erga credentes, coll. cap. III. 22. Galat. II. 16. οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. ibid. V. 5. Conf. Abresch. ad Æschylum p. 407. et Psalm. LXXVI. 7. Job. VII. 14. 15b) *post*. Vide supra n. 11. Joh. XIII. 4. ἐκ τοῦ δείπνου ex cœna, i. e. cœna jam peracta. Theophr. Charr. III. 2. ἐκ Διονυσίων *post Liberalia*. Apoc. XVII. 11. ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι septem illis successurum, aut post septem illos oriturum. 16) idem est ac *de, pro*, et *pretium* notat. Matth. XX. 2. συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν cum pactus esset cum operariis de (pro) denario in diem, coll. v. 13. ibid. XXVII. 7. ἠγόρασαν ἐξ αὐτῶν (scil. ἀργυρίων) τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως. Act. I. 18. ἐκ μισθοῦ τῆς ἀδικίας. 17) *propter*, et *causam* notat *impellentem* vel *finem*. Joh. VI. 66. ἐκ τούτου ob hos sermones. ibid. XIX. 12. coll. versione Syriaca. Act XXVIII. 3. ἐκ τῆς θέρμης ob calorem. Rom. IV. 16. διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως ergo propter fidem, scil. κληρονόμοι γινόμεθα. Apoc. VIII. 13. XVI. 10, 11, 21. Ita מִן Nahum. III. 11. Eodem sensu legitur apud Thucyd. IV. 74. ἐκ στάσεως μετάστασις status commutatio, quæ propter seditionem accidit. Ælian. V. H. III. 8. Conf. Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 4. 11. Vol. I. p. 481. 18) *secundum, ad*. Matth. XII. 34. ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ

ad animi indolem componit se oratio. ibid. v. 37. secundum orationem tuam vel condemnaberis vel absolveris. Luc. XIX. 22. ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε secundum judicium tuum condemnabo te. Joh. III. 34. οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσι τὸ Πνεῦμα. Hebr. עַל־פִּי Num. XXVI. 56. quod Alexandrini ἐκ transtulerunt. Adde Ezech. VII. 27. Job. XXXIX. 26. ubi מִ eodem sensu legitur. 19) *sine*, i. q. χωρίς. Jacob. II. 18. δεῖξόν μοι τὴν πίστιν σου ἐκ τῶν ἔργων σου demonstra mihi tuam religionis christianæ cognitionem, quæ nullis factis comprobari potest, seu, factorum subsidio destitutam. Simplicissima hæc, quæ mihi videtur, ratio locum explicandi, qui omnium fere interpretum ingenia exercuit, mirifice confirmatur lectione χωρίς, quæ loco ἐκ in haud paucis codicibus reperitur, et merum glossema sapit. Nec desunt loca e Græcis scriptt. in quibus ἐκ pro ἔξω ponitur, v. c. Æschyl. Agamem. v. 1187. ἐκ χαλυμμάτων ἔσται δεδορκώς. Sophocl. Trach. v. 1095. δείξω τάδ' ἐκ χαλυμμάτων. Certe Hebr. מִ *absque* notat Micha III. 6. Prov. XX. 3. Joh. XXI. 9. 19b) *extra*, i. q. ἐκτός. 2 Cor. V. 8. ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος. Sic מִ usurpatur Levit. X. 7. et 1 Par. XVII. 5. 20) ut Hebraicum מִ inservit periphrasi nominativi. Joh. XVI. 17. ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, pro οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Vid. Jud. X. 11. coll. v. 12. 20b) Interdum genitivi notam facit, v. c. Joh. III. 25. ἐκ τῶν μαθητῶν, pro τῶν μαθητῶν. Ita adhibetur quoque מִ Nah. II. 10. Job. VI. 25. Prov. XXVI. 7. Hos. V. 13. Idem fit a Syris, Arabibus (Cf. Schultens. Animadv. Minores ad Prov. et Hos. l. l.) et Chaldæis, v. c. Dan. IV. 13. 21) servit periphrasi *adjectivi*, v. c. ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ *cœlestis*. Luc. XI. 13. Joh. VI. 31. — ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς *terrenus*. Joh. III. 1. — τὰ ἐκ τοῦ κόσμου *mundana*. 1 Joh. IV. 5. — οἱ ἐξ ἐριθείας *contentiosi*. Rom. II. 8. — οἱ ἐκ πίστεως *fideles*. Galat. III. 7. — οἱ ἐκ περιτομῆς *circumcisi*. Act. X. 45. — ὁ ἐξ ἐναντίας (scil. μερίδος ὤν) *adversarius*. Tit. II. 8. Eodem modo מִ et מִן usurpatur, v. c. Ps. X. 18. מִן־הָאָרֶץ *terrenus*. Jer. V. 6. אַרְיֵה מִיַּעַר *leo sylvestris*. Proverb. VII. 19. דֶּרֶךְ מֵרָחוֹק *via longinqua*. Ps. XVI. 4. נִסְכֵּיהֶם מִדָּם *libamina cruenta*. 22) adverbialiter sumitur, ex usu loquendi non solum Hebræorum, (conf. Noldii Concordantiæ Particc. Hebr. p. 462.) sed etiam Græcorum. Vid. Vigerum l. l. p. 579. Sic v. c. ἐκ δευτέρου *secundo, iterum*. Matth. XXVI. 42. ἐκ τρίτου *tertio*. ibid. v. 44. ἐκ περισσοῦ *multum*. Marc. VI. 51. ἐξ ἰσότητος *æqualiter*. 2 Cor. VIII. 13. ἐκ ψυχῆς *sincere*. Ephes. VI. 6. ἐξ ἀνάγκης *necessario*. Hebr. VII. 12. 23) abundat. Matth. XXIII. 25. γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς plena sunt rapina, coll. v. 27. 2 Cor. VIII. 7. τῇ ἐξ ἡμῶν ἀγάπῃ amore nostro, coll. Ps. CXIX. 18. Job. IV. 13. ubi מִ explet genitivum. Apoc. XV. 2. τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου vincentes bestiam, coll. c. XII. 11. Ies. XXV. 2. מֵעִיר *civitatem*. 2 Paral. XX. 4. מֵיְהוָה *Jehovam*. 24) deficit, maxime post verba et adjectiva copiæ, ut Matth. XXII. 10. Marc. VIII. 5. Joh. II. 7. (coll. Matth. XXIII. 25.) XII. 4. Apoc. VIII. 5. speciatim ante ὑμῶν. Matth. XVIII. 19. coll. Marc. XIV. 18, 20. ὕδατος, Luc. XVI. 24. λόγου, Luc. XX. 20. Joh. VI. 45. διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ a Deo edocti. Act. I. 4. ἣν ἠκούσατέ μου quam a me audivistis. Rom. I. 4. ἀναστάσεως νεκρῶν, pro ἐκ νεκρῶν. Eodem modo מִ omittitur Ies. I. 20. ante חֶרֶב 1 Sam. XXVI. 15. ante הָעָם Mich. II. 8. ante מִלְחָמָה. Præpositionem ἐκ etiam apud Græcos interdum subaudiendam relinqui, uno eoque insigni exemplo probavit Zeunius ad Vigerum l. l. p. 220.

'ΕΚΑΣΤΟΣ, η, ον, *unusquisque, quisque, quilibet*. In plurali: *singuli*. Matth. XVI. 27. καὶ τότε ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Luc. XIII. 15. ubi ἕκαστος οὐ *neminem* significat, ad imitationem Hebraici אִישׁ (cui ἕκαστος in versionibus Græcis V. T. haud raro respondet.) quod etiam, præcedente, aut sequente, particula לֹא ita adhibetur, v. c. Genes. XXIII. 6. Deuter. XXXIV. 6. 1 Cor. VII. 7. ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ τοῦ Θεοῦ. Galat. VI. 4. Hebr. III. 13. καθ' ἑκάστην ἡμέραν quotidie. Videtur autem in his et similibus locis ἕκαστος (ut *quisque* apud Tacitum Hist. I. 20. § 2. pro *unusquisque*) positum esse elliptice pro εἷς ἕκαστος.) Conf. Varr. Lect. Matth. XXVI. 22.) Certe in aliis haud paucis N. T. locis ἕκαστος conjungitur cum εἷς, μία, ἕν. Act. XX. 31. XXI. 19. 26. Apoc. XXI. 21. XXII. 2. Est vero ἕκαστος nomen collectionis, ideoque ut *quisque* apud Latinos (Accius Fragm. v. 89. "famulosque procurant *quisque* suos") non solum sæpe jungitur verbis pluralis numeri, (v. c. Act. II. 6, 8. XI. 29. Joh. XVI. 32. Homer. Il. X. 215.) sed etiam annectitur ad nomina pluralis numeri. Apoc. V. 8. 2) interdum sumitur, pro *aliquis, quidam, alius*, v. c. 1 Cor. XIV. 26. ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει. Sic כֹּל Jerem. XIII. 7. et Dan. VI. 8. 3) *multi, plerique*. 1 Cor. I. 12. ὅτι ἕκαστος ὑμῶν λέγει scilicet multi vestrum dicere solent. Hesych. ἑκάστοις· ἐνίοις, θατέροις.

'ΕΚΑ'ΣΤΟΤΕ. Adverbium temporis, *semper et ubique, assidue*. (ab ἕκαστος.) Semel in N. T. legitur 2 Pet. I. 15. σπουδάσω δὲ ἑκάστοτε semper operam dabo. Herodot. I. 188. VIII. 115. Athenæus IV. p. 146. C. Hesych. ἑκάστοτε· ἀεί, παρ' ἕκαστα. Phrynichus p. 38. πάντοτε μὴ λέγε, ἀλλ' ἑκάστοτε καὶ διὰ παντός. Idem tradit Thom. M. sub πάντοτε, et Suidas sub ἑκάστοτε.

'ΕΚΑΤΟ'Ν, οἱ, αἱ, τὰ, *centum*. Est numerale cardinale indeclinabile. Luc. XV. 4. XVI. 6, 7. etc. Matth. XIII. 8. et Marc. IV. 8. vel post ἑκατὸν vox κόκκους e serie orationis supplenda erit, vel ἑκατὸν *centuplum* significat et positum est pro ἑκατονταπλάσιον aut ἑκατοντάχουν, ut Theophrastus loquitur. Cæterum in Sybaritano agro centum ex modio nasci tradit Varro de Re Rust. I. 44. 2. Adde Plinii H. N. XVIII. 21. Alii tamen statuunt, centuplum fructum pro summa ubertatis mensura poni, coll. Gen. XXVI. 12.

'ΕΚΑΤΟΝΤΑΕ'ΤΗΣ, ου, ὁ, et 'ΕΚΑΤΟΝΤΑΕΤΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, *centenarius, centum annos habens*, qui Gen. XVII. 17. בֶּן מֵאָה־שָׁנָה vocatur, ex ἑκατὸν *centum* et ἔτος *annus*. Semel in N. T. legitur Rom. VI. 19. ἑκατονταέτης που ὑπάρχων.

'ΕΚΑΤΟΝΤΑΠΛΑΣΙ'ΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, et neutrum 'ΕΚΑΤΟΝΤΑΠΛΑ'ΣΙΟΝ, ονος, *centuplus, centuplex, centies plures* (ab ἑκατὸν *centum* et πλάσιον, quod solum certa terminationis species est, ut *plex* in *centuplex* apud Latinos.) Matth. XIX. 29. ἑκατονταπλασίονα λήψεται copiose, largiter recipiet. Marc. X. 30. ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα qui non pro iis recipiat multo plura et majora commoda et præmia, coll. Alex. 2 Sam. XXIV. 3. ἑκατονταπλασίονα longe ma-

jorem numerum, pro Hebraicis מֵאָה פְעָמִים, quibus in eadem versione 1 Paral. XXI. 3. ἑκατονταπλασίως respondet. Luc. VIII. 8. ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα protulit fructum centuplum, aut, ut cum Juvenco Lib. II. v. 700. loquar: centuplicem tulit frugem. Sæpius in N. T. non legitur. Xenoph. Œconom. II. 3. ἢ ἑκατονταπλασίονα τούτου. Vide etiam Galen. de Dogmat. Hippocr. et Plat. IX. Cæterum numerum definitum *centum* æque ac *mille* pro indefinito poni, multis exemplis docuit Wopkensius et Arntzenius ad Sedul. Carm. I. v. 83. p. 50.

'ΕΚΑΤΟΝΤΑ'ΡΧΗΣ, ου, ὁ, *centurio, a numero militum dictus, cui præerat.* Præerat enim fere centum peditibus et subjectus erat τῷ χιλιάρχῳ, seu *tribuno cohortis.* (ex ἑκατὸν *centum* et ἀρχὸς sive ἄρχων *princeps, præfectus.*) Legitur in N. T. Act. X. 1. 22. XXIV. 23. XXVII. 31. Dion. Hal. Antiqu. II. c. 13 et 14.

'ΕΚΑΤΟ'ΝΤΑΡΧΟΣ, ου, ὁ, idem et ex iisdem. Legitur Matth. VIII. 5, 8, 13. XXVII. 54. Luc. VII. 2, 6. etc. Xenoph. Cyrop. V. 3. 16.

'ΕΚΒΑ'ΛΛΩ, futur. αλῶ, aor. 2. ἐξέβαλον, 1) *ejicio, emitto.* Matth. XV. 17. καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται et in latrinam ejicitur. (Cebes in Tabula p. 24. bibunt τὴν τούτου καθαρτικὴν δύναμιν, καὶ ἐκβάλλουσι τὰ κακὰ πάνθ' ὅσα ἔχουσι. ibid. c. 14. pag. 119. καθαρτικοῖς ἐκβάλλοντα πάντα τὰ νοσοποιοῦντα. Sic et Latini *ejicere* et *ejectamentum* usurpant, ut illud sit *per alvum excernere*, hoc *excrementum* significet.) Act. XXVII. 38. ἐκβαλλόμενοι τὸν σῖτον εἰς τὴν θάλασσαν ejicientes frumentum ex navi in mare. 2) *expello*, et quidem de violenta ejectione dicitur. Sic v. c. de dæmonibus, qui vi ac potentia divina expellebantur ex obsessis, usurpatur Matth. VII. 22. καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν. Marc. I. 34, 39. Luc. IX. 40, 49. etc. de ejectione vendentium et ementium in templo Matth. XXI. 12. Joh. II. 15. — Luc. IV. 29. ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως ex urbe rapuerunt; pro quo Ælian. V. H. IX. 12. ἐξέβαλον τῆς πόλεως dixit. Act. VII. 59. XIII. 50. — Joh. IX. 34. καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω et ejecerunt eum e synedrio. Alii reddunt: sacris prohibuerunt. Adde Aristotel. Polit. V. c. 10. p. 636. ed. Heins. et Isocr. Evag. p. 281. edit. Wolfii. 3) *educo*, i. q. ἐξάγω. Joh. X. 4. καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ et emisso, seu, educto grege, coll. v. 3. Conf. Alex. 2 Paral. XXIII. 11 et 14. Huc etiam refert Krebsius in Obss. Flav. p. 33. locum Matth. XII. 20. ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν usque dum in judicio causam vincat. De quo conf. infra ad κρίσις et νῖκος. 4) *emitto, mitto.* Matth. IX. 38. ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας ut emittat operarios. Eadem sententia legitur Luc. X. 2. Apollonius I. 242. ἔκτοθι βάλλει. Schol. ἀποστέλλει. Aristoph. Vesp. 271. Ita et legitur *extrudere* pro *mittere* apud Cic. ad Famil. XIV. 6. ad Attic. V. 1. Philipp. X. 5. 5) *dimitto, jubeo aliquem abire et discedere, impello et auctor sum, ut quis quo concedat*, et ἐκβάλλομαι *jussu et suasu alicujus abeo et discedo.* Nam ἐκβάλλειν respondet Hebraico הוֹצִיא 2 Chron. XXIII. 14. XXIX. 5. Esra X. 3. et Syraico ܐܦܩ, quod notat *exire facere*, quocunque modo hoc fiat, sive vi, sive jussu, seu eductione. Matth. IX. 25. ὅτι δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος dimissa turba. Marc. I. 12. καὶ εὐθὺς τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον oraculo divino admonitus discessit in desertum. (coll. Matth. IV. 1. et Luc. IV. 2. ubi pro ἐκβάλλειν, ἀνάγειν et ἄγειν reperitur.) ibid. v. 43. ἐξέβαλεν αὐτὸν dimisit eum. Act. IX. 40. Act. XVI. 37. καὶ νῦν λάθρα ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν et jam nos volunt clam dimittere, coll. v. 36. ἐξελθόντες πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ. Galat. IV. 30. coll. Gen. XXI. 14. Jacob. II. 25. coll. Jos. II. 15, 16. Sic maritus Sirac. VII. 26. diciter ἐκβάλλειν τὴν γυναῖκα, h. e. jubere uxorem sibi res suas habere. Æschin. Dial. II. 22. ὥστε καὶ ἐκβληθῆναι ἐκ τοῦ γυμνασίου. Vid. Valckenarium ad Eran. Philon. p. 160. et ad Herodot. p. 273. 6) *eximo, eruo.* Mat. VII. 4. ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου eximam festucam ex oculo tuo. ibid. v. 5. Marc. IX. 47. ἔκβαλε αὐτὸν, sc. ὀφθαλμὸν, erue oculum tuum. 7) *depromo, profero, produco, edo.* Matth. XII. 35. ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει τὰ ἀγαθὰ e bono animo non nisi bona profert, coll. Luc. VI. 45. ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν. Mat. XIII. 52. ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιὰ qui depromit e promptuario suo vetera et nova. Luc. X. 35. ἐκβαλὼν δύο δηνάρια, Vulgat. *protulit duos denarios.* Conf. Wakefield. Silv. Crit. P. II. p. 32. 8) *sperno, contemno*, et ex adjuncto: *rejicio, abjicio, cum contemtu repudio.* Luc. VI. 22. καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν et vos nonnisi cum exsecratione nominent, ut scelestos. Possent tamen hæc verba quoque de *excommunicatione* explicari, et verti: et deleant nomina vestra e tabulis Judaicis, etc. Cf. Alberti Obss. SS. p. 139. et I. H. Maii Obss. SS. P. III. p. 95. Joh. VI. 37. οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω ego eum non rejiciam, seu, repudiabo. Ælian. H. Anim. XI. 10. ἐκβάλλειν λόγον ὡς ψευδῆ historiam ut mendacem rejicere. Apud LXX Lev. XXI. 14. ἐκβεβλημένη esse videtur *mulier a marito repudiata*, ubi in cod. Alex. ἐβδελυγμένη legitur. Fuit ἐκβάλλειν verbum olim de histrionibus in theatro receptum, qui non placentes explodebantur. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. II. 24. XIII. 17. Schol. Sophocl. ad Œdip. Colon. v. 628. ἐκβάλλειν καταφρονεῖν. Vid. Abresch. ad Æschylum p. 572. 9) ἐκβάλλεσθαι rex aut princeps dicitur, cum de regno deturbatur et vis et potestas ejus frangitur. Hinc explica Joh. XII. 31. νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω jam Satanas, impiorum princeps, imperio suo exuetur. 10) *excludo.* Apoc. XI. 2. τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἔκβαλε ἔξω et omne spatium extra templi vestigia extraclude; ubi explicationis causa additur: καὶ μὴ μετρήσῃς αὐτήν. Eodem sensu Latinos mensores verbo *extracludere* usos esse, ex Frontino de Agrorum Qualitate p. 39. ed. Goesii constat. Potest tamen ἐκβάλλειν in loco laudato Apocalypseos significare, *nullam habere alicujus rei rationem;* quæ est opinio Wakefield. in Silva Critica p. 56. Eichhornius in Commentario ad h. l. Vol. II. p. 55. vertit: prorsus abolendum declara: הַשְׁלֵךְ profanum declara, coll. Dan. VIII. 11. sensu fere eodem. — Cæterum de genuina verbi ἐκβάλλειν notione ejusdemque usu multiplici ac vero doctam scripsit Dissertationem J. C. Leuschnerus, quæ exstat in Novis Miscell. Lips. Vol. VIII. p. 268.

'ΕΚΒΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *exitus, evasio*, ab ἐκβαίνω exeo, evado. Polyb. III. 7. 2. et 14. 6. 2) metaphorice: *eventus, finis*, **der endliche ausgang einer sache**, *the final event of an affair*, plane, ut apud Latinos *exitus* proprie de ostiis dicitur, per quæ exitur foras, deinde vero ad eventum rerum transfertur. In N. T. bis legitur. 1 Cor. X. 13. ἀλλὰ

ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν sed afflictionibus vestris hunc exitum dabit; ubi tamen haud pauci interpretes *liberationem*, seu *evasionem*, sensu eodem, interpretantur. Hebr. XIII. 7. ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς quam hilari et tranquilla mente mortui, seu, matyrium passi sint, considerate. Alexandrini hoc nomine nuspiam usi sunt. Invenitur tamen in libro Sapient. II. 17. καὶ πειράσωμεν τὰ ἐν ἐκβάσει αὐτοῦ. ibid. VIII. 8. XI. 14. apud Homerum Od. ι', 410. et Apollonium II. 1051. Zonaras Lex. col. 659. et ex eo Phavor. ἔκβασιν· τὴν πλήρωσιν, τὴν παῦσιν. ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν. Hesych. ἔκβασις· πέρας τινὸς ὑποθέσεως, ἢ ἐκβλάστησις. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἔκβασις, *egressus, exitus, eventus.*

ἘΚΒΟΛΗ', ῆς, ἡ, *ejectio, jactus, jactura*, ab ἐκβάλλω *ejicio*. Ἐκβολὴν ποιεῖσθαι *jactum*, seu, *jacturam facere*, aut ἀποβάλλεσθαι (qua voce Aristoteles ad Nicom. III. 1. usus est) κατ' ἐξοχὴν nautæ dicuntur, qui, ut naves, ventis procellosis agitatas et periclitantes, levent, oneris navis partem in mare ejiciunt. Sic legitur in N. T. Act. XXVII. 19. τῇ ἑξῆς. ἐκβολὴν ἐποιοῦντο sequente die exonerarunt navem, ne submergeretur. Sæpius non legitur in N. T. Similis locus reperitur apud Jonam I. 5. וַיָּטִלוּ אֶת־הַכֵּלִים Alex. καὶ ἐκβολὴν ἐποιήσαντο τῶν σκευῶν. Confer Spanhem. Obss. in Callim. p. 719.

ἘΚΓΑΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *nuptui colloco, nuptum do*, ab ἐκ et γαμίζω *matrimonio jungo*. Matth. XXIV. 38. γαμοῦντες καὶ ἐκγαμίζοντες. Syrus: ܢܣܒܝܢ ܢܫ̈ܐ ܘܡܗܒܝܢ ܠܓܒܪ̈ܐ ducentes uxores et tradentes viris. 1 Cor. VII. 38. ὁ ἐκγαμίζων καλῶς ποιεῖ qui nuptum dat filiam suam, non peccat. Ἐκγαμίζεσθαι *nubere, nuptum tradi in alicujus potestatem.* Matth. XXII. 30. ubi ἐκγαμίζονται bene interpretatur Syrus: ܢܫ̈ܐ ܗܘ̈ܝܢ ܠܓܒܪ̈ܐ uxores fient maritis, vocem vero antecedentem γαμοῦσιν transfert: ܢܣܒܝܢ ܢܫ̈ܐ accipient uxores. Luc. XVII. 27. ἐγάμουν, ἐξεγαμίζοντο uxores ducebant et dabantur nuptum, ubi videndus Wetstenius.

ἘΚΓΑΜΙ'ΣΚΩ, *nuptum do, filiam eloco*, ex ἐκ et γαμίσκω, quod idem denotat. Legitur bis in N. T. Luc. XX. 34. γαμοῦσι καὶ ἐκγαμίσκονται. ibid. v. 35. In utroque loco pro ἐκγαμίσκονται in haud paucis codicibus ἐκγαμίζονται reperitur.

ἜΚΓΟΝΑ, ων, τὰ, in universum dicuntur, *qui recta linea ab aliquo descendunt*, et promiscue *filios et nepotes, omninoque posteros* notat, et hoc modo differre videtur ab ἔγγονοι, qua voce *omnes* significantur, *qui genus cum aliquo communicant, sive recta, sive transversa linea.* Haud raro tamen utramque vocem non solum quoad significationem, sed etiam in ipsis codicibus veterum Scriptorum permutari, docuerunt Ernesti ad Callimach. T. I. p. 237. et ad Homer. Odyss. γ', v. 123. Morus ad Isocr. Panegyr. c. 16. p. 43. D'Orville ad Chariton. p. 327. et Ammon. ad Ammonium de Differ. p. 69. Hesych. ἔκγονα· τέκνα τέκνων. Etym. M. ἔκγονον· ὁ υἱός. Est autem verbale a perf. med. ἐκγέγονα, verbi ἐκγίνομαι *enascor, oriundus sum.* In N. T. semel legitur 1 Tim. V. 4. εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει quodsi qua vidua liberos aut nepotes habet. Alexandrini usi sunt hac voce pro בָּנִים Ies. XLIX. 15. טַף Deut. XXIX. 10. XXXI. 12. צֶאֱצָאִים LXI. 9. LXV. 23. et aliis locis. Loca Græcorum scriptorum collegit Wetstenius N. T. T. II. p. 339.

ἘΚΔΑΠΑΝΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *expendo, insumo, impendo, sumtus facio, consumo.* (ab ἐκ, quod in compositione vim *augendi* habet. (conf. Zeunium ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 584.) et δαπανάω *sumtus facio.*) Passivum ἐκδαπανάομαι *absumor, impendor, consumor, exhaurior*, pro reciproco ponitur, et de eo usurpatur, *qui totum sese dat alicui*, ἐκδαπανᾷ ἑαυτόν. Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. XII. 15. ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω, καὶ ἐκδαπανηθήσομαι ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ego vero lubentissime sumtus faciam, immo me totum dabo saluti vestræ, me ipsum, meas vires, vitam adeo meam plane exhauriam et profundam. Ἐκδαπανᾷν pro *consumere* habet Polybius XVII. c. 11. κατὰ γῆν πλείστων αὐτοῖς χορηγιῶν ἐκδεδαπανημένων. Loca veterum, (v. c. Strabon. l. XII. p. 387. et Appian. Civ. IV. p. 1060.) ubi vox δαπανᾷν de *corporibus* s. *vita hominum absumta* usurpatur, excitavit Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 272.

ἘΚΔΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. ἔξομαι, 1) proprie est: *id, quod ab alio susceperis, secundo loco tractare*, teste Harpocrat. ed. Vales. p. 142. ἐκδέξασθαί ἐστι τὸ παρ' ἑτέρου λαβόντα αὐτὸν ἐγχειρεῖν τὸ δεύτερον. 2) *exspectare.* Hesych. ἐκδέξαι· ἀνάμεινον. Idem: ἐκδέχεται, προσδοκᾷ, παραμένει. Joh. V. 3. ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν commotionem aquarum exspectantium. Act. XVII. 16. quos dum Athenis manebat s. expectabat. 1 Cor. XVI. 11. Hebr. X. 13. XI. 10. Jacob. V. 7. De loco 1 Petr. III. 20. vide supra ad ἀπεκδέχομαι dicta. Polyb. XX. 4. 5. et III. 45. 6. 3) *excipio aliquem convivio.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. XI. 33. συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν, ἀλλήλους ἐκδέχεσθε quum convenitis ad edendum, communicate cum pauperibus cibos, seu, communis sit divitum et pauperum mensa. Hinc δοχὴ *convivium.* Sic etiam *excipere* apud Latinos simpliciter positum usurpatur.

ἜΚΔΗΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *evidens, manifestus, clarus*, et ex adjuncto: *qui est excellens et insignis in suo genere, insignis*, ab ἐκ et δῆλος *notus, manifestus, perspicuus.* Semel legitur in N. T. 2 Tim. III. 9. ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο nam eorum amentia eodem modo evidens erit et insignis apparebit omnibus, quo etiam illorum amentia manifesta fiebat. 3 Macc. III. 19. τὴν δὲ αὐτῶν εἰς ἡμᾶς δυσμένειαν ἔκδηλον ποιήσαντες suum erga nos malevolum animum manifesto aliquo et insigni modo declararunt. ibid. VI. 5. ἔκδηλον δεικνὺς ἔθνεσι πολλοῖς τὸ σὸν κράτος. Polyb. Exc. Legat. 94. τῶν ἔκδηλόν τι πεποιηκότων eximio aliquo merito insignium. Conf. etiam Homer. Iliad. ε', v. 2. et Lexicon Polybianum s. h. v. Hesych. ἔκδηλος· φανερὸς ἢ ὑπερέχων. Etym. M. διάδηλος, φανερός.

ἘΚΔΗΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *peregrinor, e gente* vel *populo meo peregre absum, extra patriam dego.* (ab ἐκ et δῆμος, *populus*, unde ἔκδημος, quod Hesychio idem est ac ξένος.) In N. T. significat: *abesse ab aliquo loco, migrare, discedere ex aliquo loco.* 2 Cor. V. 6. ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου quamdiu in hoc corpore habitamus, absumus a Christo. Emphasin latere h. l. in voce ἐκδημεῖν, satis e locis N. T. apparet, in quibus homines, quamdiu in hoc corpore hospites sunt, cum hominibus, in peregrina et ignota regione versantibus, et viatoribus, extra patriam cœlestem positis, comparantur.

Hebr. XI. 13, 14. XIII. 14. 2 Cor. V. 8. εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος malumus migrare ex hoc corpore, i. e. mori. ibid. v. 9. εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες sive vivamus sive moriamur, et in hac et in futura vita. Hesych. ἐκδημεῖ· ἀποδημεῖ, ἀναχωρεῖ.

ἘΚΔΙ´ΔΩΜΙ, fut. δώσω, 1) *edo, dedo, patior, ut aliquid in alterius potestatem veniat*, et speciatim de iis dicitur, *qui alios in potestatem hostium tradunt.* (ab ἐκ et δίδωμι *do.*) Polyb. III. 8. Xen. Anab. VI. 6. 7 et 10. 2) *eloco, loco alicui aliquid mercede pacta aliquid alteri utendum do*, i. q. ἐκμισθόω, et de *agris, vineis, prædiis, quæ elocantur*, (Polyb. VI. 17. 2. Herodian. I. 6. 8.) æque ac de *hominibus, qui mercede conducuntur*, (Xenoph. de Vectig. IV. 15, 16.) et *virginibus, quæ nuptum dantur*, (Xenoph. Anab. IV. 1. 17. Vide Valck. et Wessel. ad Herod. p. 419.) interdum etiam de *animalibus* (v. c. *equis*, Xenoph. de Re Equestri II. 2. 3.) usurpatur. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. XIV. 15. et Salmasium de Modo Usurar. p. 193 seq. In N. T. quater legitur de vinea. Matth. XXI. 33. καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς et locavit eam vinitoribus. (Suidas: ἐξέδοτο, ἐξέδωκε.) ibid. v. 41. Marc. XII. 1. Luc. XX. 9. Hesych. ἐκδίδως· προδίδως — ἐκδόται· προδόται, ἀποδόται. Gloss. ἐκδίδωμι, ἐπὶ μισθῷ, *colloco.* Ibidem: ἔκδοσις, *editio, locatio.* Conf. de hac voce Irmisch. ad Herodian. I. 2. 3. p. 40. et Spicilegium meum II. Lexici Bieliani p. 53.

ἘΚΔΙΗΓΕ´ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, *narro, enarro factum*, seu *rem gestam.* (ab ἐκ et διηγέομαι *narro.*) Bis legitur in N. T. Act. XIII. 41. ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν si quis vobis enarraverit. Verba sunt interpretum Alex. ex Habac. I. 5. ubi æque ac Ezech. XII. 16. Hebraico סִפֵּר respondet. Act. XV. 3. ἐκδιηγούμενοι τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν narrantes conversionem gentilium ad religionem christianam. Sirac. XLIII. 27.

ἘΚΔΙΚΕ´Ω, ῶ, fut. ήσω, *vindico*, h. e. *jus suum alicui tribuo, causam alicujus in judicio ago, ulciscor, punio*, quasi *aliquem ex lite eripio.* (ab ἐκ et δίκη *lis, causa.*) Legitur in N. T. Luc. XVIII. 3. ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου assere me jure dicundo ab injuria adversarii mei. ibid. v. 5. Rom. XII. 19. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ne vosmet ipsi vindictam sumatis ab adversariis vestris. 2 Cor. X. 6. ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν et omnes immorigeros graviter punire. Alex. Jer. L. 18. ἐγὼ ἐκδικῶ ἐπὶ τὸν βασιλέα Βαβυλῶνος, pro Hebr. פָּקַד. Apoc. VI. 10. καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν, coll. 2 Reg. IX. 7. ἐκδικήσεις τὰ αἵματα τῶν δούλων. ubi Hebraico נָקַם respondet. Apoc. XIX. 2. 1 Macc. XIII. 6.

ἘΚΔΙ´ΚΗΣΙΣ, εως, ἡ, *vindicatio ab injuriis, ultio, vindicta, defensio causæ alicujus, pœna jure inflicta*, etiam *jus ac potestas puniendi.* (ab ἐκδικέω.) Luc. XVIII. 7, 8. ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει quam celerrime Deus electos suos vindicabit. ibid. XXI. 22. ἡμέραι ἐκδικήσεως αὗταί εἰσι tempora supplicii erunt illa. Hos. IX. 8. ἥκασιν ἡμέραι τῆς ἐκδικήσεως, Hebr. פְּקֻדָּה. Act. VII. 24. ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ ultus est afflictum. Jud. XI. 36. ἐποίησέ σοι Κύριος ἐκδικήσεις ἐκ τῶν ἐχθρῶν σου. Rom. XII. 19. Hebr. X. 30. ἐμοὶ ἐκδίκησις mihi competit unice jus et potestas puniendi et ulciscendi injuriam, coll. Deut. XXXII. 35. 2 Cor. VII. 11. ubi ἐκδίκησις de pœna inflicta homini, qui novercam duxerat, intelligendum est, quem Corinthii e cœtu suo excluserant. 2 Thess. I. 8. διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν qui pœnis gravissimis omnes impios afficiet. Eadem formula, sed alio sensu legitur 2 Sam. XXII. 48. Κύριος ὁ διδοὺς ἐκδικήσεις ἐμοί, Hebr. נָתַן נְקָמָה. 1 Pet. II. 14. Polyb. III. 8. 10. Hesych. ἐκδίκησις· ἀνταπόδοσις.

ἜΚΔΙΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *vindex, ultor, qui vindictam sumit ab aliquo, et pœnam alicui infligit.* (a præcedenti.) In N. T. bis reperitur de *Deo.* 1 Thess. IV. 6. διότι ἔκδικος Κύριος περὶ πάντων τούτων nam Deus hæc impie facta gravissime puniet. De *magistratu* legitur Rom. XIII. 4. Θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν ἔκδικος εἰς ὀργὴν est enim minister Dei, hoc consilio constitutus, ut pœnas sumat a flagitiosis. Etym. M. ἔκδικος· ἐκδικητής, qua ipsa voce Alexandrini usi sunt Ps. VIII. 3. pro מִתְנַקֵּם. Vocabulum ἔκδικος in Symmachi reliquiis pro Hebr. נֹקֵם Ps. XCVIII. 8. reperitur. Sapient. XII. 12. Sirac. XXX. 6. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 84.

ἘΚΔΙΩ´ΚΩ, fut. ώξω, 1) *hostiliter persequor, infesto.* 1 Thess. II. 15. καὶ τοὺς προφήτας καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων qui prophetas pariter ac nos persecuti sunt. Alex. posuerunt pro Hebr. רָדַף Ps. CXIX. 157. 2) *expello, in exilium mitto.* Luc. XI. 49. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι καὶ ἐκδιώξουσι quorum alios occident, alios in exilium mittent. Apud Matth. XXIII. 35. legitur διώξειν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν. In vers. Alex. respondet Hebr. הָדַף *expulit*, Deut. VI. 19. הִרְחִיק *procul abegit*, Joël. II. 20. הִבְרִיחַ *fugavit*, 1 Paral. VIII. 13. XII. 15. et Chald. טְרַד *ejecit*, Dan. IV. 22, 29, 30. Lucian. Judic. Vocal. cap. 6. ἐκδιῶξαι δὲ ὁμοῦ συνδέσμων ἅμα καὶ προθέσεων. Vide Pollucis Onom. VIII. 70.

ἜΚΔΟΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *deditus, traditus, proditus*, et speciatim de *eo* dicitur, *qui vel ab aliis deditur hostibus et ad supplicium traditur*, vel *ipse se dedit hostibus et ad pœnam tradit*, ab ἐκδιδόναι *tradere reum ad pœnam, tradere aliquem in hostium potestatem, prodere.* Hesych. ἔκδοτος· προδιδόμενος, ἀποδιδόμενος. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἔκδοτος εἰς κόλασιν, *dediticius.* Legitur semel in N. T. Act. II. 23. de Jesu τοῦτον ἔκδοτον λαβόντες hunc, vobis traditum et proditum a Juda, comprehendistis. Polyb. III. 20. 8. Herodot. VI. 85. Joseph. A. J. VI. 13. 9. Confer Krebsii Obss. Flav. p. 169. et Bielii Thes. Phil. s. h. v.

ἘΚΔΟΧΗ´, ῆς, ἡ, *exspectatio in utramque partem.* (a præt. med. ἐκδέδοχα verbi ἐκδέχομαι.) In N. T. semel tantum de anxia exspectatione usurpatum legitur Hebr. X. 27. φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως formidabilis quædam exspectatio judicii. Hesych. et Alberti Gloss. N. T. p. 176. ἐκδοχή· προσδοκία. Copiose et docte de variis hujus vocis notionibus exposuit Sallierius ad Thom. M. p. 280.

ἘΚΔΥ´Ω, fut. ύσω, 1) proprie *exuo* notat, et de *vestimentis* adhibetur, *quibus corpus exuitur.* Regit more verborum vestiendi geminum accusativum, v. c. Matth. XXVII. 28, 30. ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα detraxerunt ei chlamydem. Marc. XV. 20. ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν exuerunt eum purpura. 2) ut Latinum *exuo*, et nostrum ausziehen, *to despoil, privo aliquem bonis suis, spolio.* Luc. X. 30. de latronibus οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν, Vulgatus: *qui despoliaverunt eum.* Glossar. Vet. ἐκδύω. *exspolio, despolio:* Ἐκδύτης, *despoliator.* Despoliare latronum est. Æque late patet vox Hebraica פָּשַׁט Genes. XXXVII. 22. ἐξέδυσα τὸν

'Ιωσὴφ τὸν χιτῶνα. Ezech. XXIII. 26. וְהִפְשִׁיטוּךְ אֶת־בְּגָדָיִךְ. 3) metaphorice: *depono*, de corpore, quo, quando morimur, velut vestimento quodam exuimur. Ita in N. T. bis legitur. 2 Cor. V. 3. εἴγε καὶ ἐκδυσάμενοι (ita enim reponendum est loco vitiose impresii ἐνδυσάμενοι) οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα si vel deposuerimus hoc corpus nostrum, non nudi erimus. ibid. v. 4. οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι nolumus corpus nostrum plane deponere.

'ΕΚΕΙ͂. Est adverbium loci, et quidem 1) *in loco* notans, *ibi, illic.* Matth. II. 13, 15. καὶ ἦν ἐκεῖ. VI. 21. VIII. 12. Luc. VIII. 32. ubi in loco parallelo Matth. VIII. 30. pro ἐκεῖ legitur μακρὰν ἀπ' αὐτῶν. Hesych. ἐκεῖ, μακρὰν, πόῤῥω. Joh. II. 1. οἱ ἐκεῖ *circumstantes, adstantes.* Matth. XXVI. 71. 2) *motum ad locum* significans, *illuc, eo*, pro ἐκεῖσε. Matth. II. 22. ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν veritus est illo concedere. ubi vid. Wetstenius. ibid. XVII. 20. μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ. ibid. XXVI. 36. Luc. XXI. 2. Joh. XI. 18. XVIII. 2, 3. XIX. 46. Eodem modo שָׁם pro שָׁמָּה (cui ἐκεῖ in vers. Alex. haud raro respondet, v. c. Genes. XIX. 20, 22. XXIV. 8.) ponitur. Deut. I. 37. 1 Sam. II. 13. 2 Sam. XVII. 18. Adde Herodian. IV. 8. Ælian. V. H. II. 13. Herodot. I. 121. Thucyd. III. 71. 3) Adverbium temporis, *tunc, tum*, ad imitationem Hebr. שָׁם Ps. XXXVI. 13. CXXXII. 17. Prov. VIII. 27. Matth. V. 24. ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου tunc statim relinque munus tuum in altari. Huc etiam referrem loca Matth. XXIV. 51. Luc. XIII. 28. Hebr. VII. 8. 4) interdum redundat, maxime post ὅπου, v. c. Marc. VI. 55. ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι. Apoc. XII. 14. ὅπου τρέφεται ἐκεῖ ubi alitur per tempus. Eodem modo שָׁם post אֲשֶׁר Jos. XXII. 19. 1 Sam. IX. 10. Ezech. XXXVI. 22. Confer Vorstii Philol. S. c. 27. p. 558. 5) interdum deficit, v. c. Matth. XXVI. 13. ante λαληθήσεται. Marc. XIV. 9. ante καὶ ὃ. Luc. V. 16, 17. Act. XII. 19. post διέτριβεν, Vulgatus: *ibi commoratus est.* ibid. XIV. 3. XXV. 4. 1 Cor. X. 27. Eodem modo שָׁם omittitur Cohel. VIII. 4. ante שִׁלְטוֹן et Jer. XXXVIII. 28. post וְהָיָה. Conf. in universum interpretes ad Thom. M. p. 281 seq.

'ΕΚΕΙ͂ΘΕΝ. Adverbium loci, notans 1) *motum de loco, illinc, istinc, inde, hinc*, ab ἐκεῖ. Matth. IV. 21. καὶ προβὰς ἐκεῖθεν et progressus inde. ibid. V. 26. IX. 9, 27. XI. 1. XII. 9, 15. Luc. XVI. 26. ubi τῷ ἐντεῦθεν opponitur. In versione Alex. ponitur pro Hebr. מִשָּׁם Gen. XX. 10. XXVIII. 2, 6. 2) *ibi, illic.* Act. XX. 13. ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβάνειν τὸν Παῦλον ibi Paulum recepturi. Sic ἐκεῖθεν interdum etiam in vers. Alex. pro שָׁם ponitur, Exod. XXV. 2. 1 Sam. XIX. 23.

'ΕΚΕΙ͂ΝΟΣ, είνη, εῖνο, 1) *is, ille, iste.* Pronomen demonstrativum. Joh. XII. 48. ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ille condemnabit, seu, puniet eum. ibid. XIV. 26. ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει ille vos docebit. 2 Cor. VII. 8. Jacob. IV. 15. ποιήσωμεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο faciemus hoc aut illud. 2) *talis*, i. q. τοιοῦτος. Matth. X. 15. τῇ πόλει ἐκείνῃ, Lutherus: einer solchen Stadt, *of such a state.* Jacob. I. 7. ἄνθρωπος ἐκεῖνος talis homo, ubi videndus Pricæus. 'Εκείνη ἡ ἡμέρα in N. T. κατ' ἐξοχὴν *futurus dies extremi judicii*, ut vulgo vocatur, dicitur, quam etiam Hebræi אותו היום dicere consueverunt. Matth. VII. 22. Luc. X. 12. 2 Thess. I. 20. 2 Tim. I. 12, 18. VI. 8. Sic ὁ αἰὼν ἐκεῖνος est *futura vita, æterna.* Luc. XX. 35. οἱ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. In utraque formula ἐκεῖνος non tam *tempus futurum* significat, quam notionem *excellentiæ, dignitatis* et *præstantiæ* habet. Interdum tamen in pronomine ἐκεῖνος *contemtus et ignominiæ* notio latet. Matth. XXVI. 24. XXVII. 63. 3) interdum omittitur. Sic v. c. Rom. VI. 16. ἐκείνου ante δοῦλοι et XIV. 21. ἐκεῖνο ante ἐν ᾧ supplendum erit.

'ΕΚΕΙ͂ΣΕ. Adverbium ab ἐκεῖ, *illic, illuc.* Bis legitur in N. T. Act. XXI. 3. ἐκεῖσε γὰρ ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον. ibid. XXII. 5. τοὺς ἐκεῖσε ὄντας. Alex. pro מִשָּׁם *inde*, Job. XXXIX. 29. sed Aquila pro שָׁמָּה Deut. XI. 11. Sophocl. Ajace Flagell. 700. Ammon. ἐκεῖ δηλοῖ τὸ ἐν τόπῳ, τὸ δὲ ἐκεῖσε εἰς τόπον. Idem, sed fusius, tradit Thom. M. s. h. v.

'ΕΚΖΗΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *quæro, studiose quæro, diligenter exquiro rem amissam, excussis omnibus locis*, a ζητέω *quæro* et ἐκ, quod in compositis *diligentiæ et studii* notionem interdum habet, v. c. ἐκλογισμὸς, *accurata rei cogitatio.* Polyb. X. 6. ἐξευκρινεῖν, *diligenter explicare.* Idem Exc. Legat. 141. Hinc in N. T. 2) *diligenter et studiose in aliqua re consideranda et inquirenda versor, diligenter perscrutor, inquiro*, i. q. ἐξερευνάω, cum quo permutatur 1 Petr. I. 10. περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν οἱ προφῆται de qua felicitate christiana diligenter scrutati sunt prophetæ; ubi Syrus utrumque verbum una tantum voce expressit. Usi sunt Alex. hac voce pro חָקַר Ps. XLIV. 22. Ezech. XXXIX. 14. 3) *flagito, vehementer desidero.* Hebr. XII. 17. καίπερ μετὰ δακρύων ἐκζητήσας αὐτὴν, sc. μετάνοιαν, quanquam cum lacrymis patrem rogabat, ut immutaret suam sententiam. 4) *vindico, ultionem repeto, alicujus rei restitutionem, vel pro ea satisfactionem postulo.* 'Εκζητέομαι *pœnam luo.* Luc. XI. 50. ἵνα ἐκζητηθῇ τὸ αἷμα πάντων τῶν προφητῶν ut pœna exigatur sanguinis, seu mortis violentæ prophetarum. ibid. v. 51. Sic Ezech. III. 18, 20. αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω. 2 Sam. IV. 11. אֲבַקֵּשׁ אֶת־דָּמוֹ מִיֶּדְכֶם. 5) Formula: ἐκζητεῖν τὸν Θεὸν ad imitationem Hebraicæ דָּרַשׁ אֶת־אֱלֹהִים Ps. XIII. 2. XXIV. 6. Ies. LXV. 10. *Deum sancte colere, pium esse erga Deum* significat. Act. XV. 17. ὅπως ἐκζητήσωσιν τὸν Κύριον ut omnes gentiles ad verum Dei cultum adducantur. Rom. III. 11. οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν Θεὸν omnes a vera pietate deflexerunt. Hebr. XI. 6. καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται et veris suis cultoribus remuneratorem fore. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΚΘΑΜΒΕ΄ΟΜΑΙ, οῦμαι, *expavesco, obstupesco, attonitus sum, stupore percellor*, et partim de *eo* usurpatur, *qui stupore percellitur præ metu*, partim de *eo* dicitur, *qui reverentia et admiratione, stuporis plena, percellitur.* Marc. IX. 15. καὶ εὐθέως ὁ ὄχλος ἰδὼν αὐτὸν ἐξεθαμβήθη et turba, Christum conspiciens, reverentia ejus ducta silebat s. quiescebat, coll. Virg. Æn. I. 155 seq. ib. XIV. 33. ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι incipiebat admodum angi, seu, metu stupere. ubi in loco parallelo Matth. XXVI. 37. λυπεῖσθαι legitur. ibid. XVI. 5, 6. Activum ἐκθαμβέω, ῶ, omissum fere in omnibus Thesauris Ling. Gr. significans *stupore ac metu aliquem implere et percutere, tristitia et dolore animi afficere aliquem* (ab ἐκ et θάμβος, quod de *quovis vehementiori animi affectu* dicitur,) legitur Sirac. XXX. 9. et in Aquilæ Fragmentis Job. XXXIII. 7. pro בְּעַת.

"ΕΚΘΑΜΒΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, ον, τὸ, (ex ἐκ et θάμβος *stupor, affectus, admiratione et timore mixtus*) et active, de *eo, qui alterum in stuporem, terrorem et metum conjicit*, (v. c. in versione Theodot. Dan. VII. 7. θηρίον τέταρτον φοβερὸν καὶ ἔκθαμβον, ubi Chaldaico אֵמְתָנִי *terribilis, formidabilis*, respondet) et passive de *eo* usurpatur, *qui est terrore, admiratione et metu perculsus.* Polyb. XX. 10. 9. In posteriori hac notione legitur in Symmachi Reliquiis 1 Sam. IV. 13. ubi pro Hebr. חָרֵד, h. e. *trepidus, timens, anxius*, legitur. In N. T. semel tantum occurrit Act. III. 11. ἔκθαμβοι *populus obstupefactus, admirabundus, attonitus.* Hesych. ἔκθαμβος· ἐκπληκτος.

"ΕΚΘΕΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *expositus*, et κατ' ἐξοχὴν *de infantibus recens natis* usurpatur, quos interdum exponere mos erat gentilibus antiquis. Conf. Seneca Controv. V. 33. (ab ἐκ et θετὸς *positus*.) Semel in N. T. legitur Act. VII. 19. ubi ποιεῖν ἔκθετα τὰ βρέφη positum est pro ἐκτιθέναι τὰ βρέφη exponere infantes recens natos. Hesych. et Suid. nec non Glossar. Græc. N. T. p. 68. ed. Alberti: ἔκθετα· ἐκριπτόμενα.

'ΕΚΚΑΘΑΙ'ΡΩ, fut. αρῶ, 1) *expurgo, summo studio purgo aliquid, ita, ut nihil impuri amplius relinquatur.* (ab ἐκ et καθαίρω *purgo*.) Sic v. c. ut Hebr. צָרַף, cui in vers. Alex. Jud. VII. 4. respondet, de *metallis, a scoriis purgatis*, dicitur, Conf. Pollucis Onomast. III. c. 11. Xenoph. Anab. I. 2. 16. 2) metaphorice: *depono, removeo omne, quod est vitiosum.* 1 Cor. V. 7. ἐκκαθάρατε οὖν τὴν παλαιὰν ζύμην deponite pristinam vitiositatem. Lucian. Dial. Jov. Æsculap. et Hercul. Vol. II. p. 39. ed. Bipont. ἐκκαθαίρων τὸν βίον. Idem in Vit. Auct. Vol. III. p. 89. Synesius Ep. 121. Xenoph. Symp. 1, 4. Alia loca huc pertinentia collegit I. H. Maius Obss. SS. L. III. p. 162 seq. 3) *libero, separo.* 2 Tim. II. 21. ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων qui liber manet ab omni vitiositate. Simili modo Xenoph. Symp. I. 4. ἀνδράσιν ἐκκεκαθαρμένοις τὰς ψυχάς.

'ΕΚΚΑΙ'Ω, fut. αύσω, *exuro, inflammo, incendo, accendo.* Passivum ἐκκαίομαι *exardesco, inflammor*, et per metaphoram: *amore turpi teneor, æstu fœdæ libidinis corripior.* Sic semel in N. T. legitur Rom. I. 27. ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους libidinose exarserunt erga se invicem; ad quem locum conf. Wetstenium. Non plane alienus ab hoc nostro est locus apud Sirac. XXIII. 23. ubi hæc leguntur: Homo, qui scorta sectatur, οὐ μὴ παύσηται ἕως ἂν ἐκκαύσῃ πῦρ non prius desistit, quam extinxerit ignem, i. e. libidinem suam veneream; ex quo certe apparet, affectibus et inprimis amori et turpi libidini ignem et incendium metaphorice tribui, propter illorum vehementiam. Adde Plutarch. T. IV. Opp. p. 74 et 498. ed. Reisk.

'ΕΚΚΑΚΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *cedo et succumbo laboribus, segnesco, defatigor, languesco, piger evado*, ab ἐκ et κακέω, quod, ut Latinum *improbus sum, strenue laborare, indefesso studio aliquid agere* significat; aut ab κακὸς, quod, monente Oleario de Stilo N. T. p. 99. de *homine ignavo et meticuloso, qui pedem referat in certamine*, dicitur. 2) metaphorice: *desum officio meo, negligens et ignavus sum, segnesco in officio meo præstando.* Sic v. c. miles, qui arma abjicit et signa militaria deserit et fugit, ἐκκακεῖν dicitur. Luc. XVIII. 1. πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι καὶ μὴ ἐκκακεῖν semper orandum esse neque segnescendum. Post quoque verti: neque animum despondendum. Hesych. ἠθυμήσειν, ἐξεκάκησεν. Vulgatus: *non deficere.* Gloss. ἐκκακῶ, *deficio.* 2 Cor. IV. 1. Galat. VI. 9. τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν constantes simus in benefaciendo aliis. 2 Thess. III. 13. Polyb. IV. 19. πέμπειν τὰς βοηθείας — ἐξεκάκησαν segnes fuerunt. 3) *despondeo animum præ metu, animo concido in adversis et periculis.* 2 Cor. IV. 16. Ephes. III. 13. μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν ne animum despondeatis ob calamitates, quas vestrum causa perfero. Græci eodem modo τῷ περικακεῖν utuntur. Hesych. ἐκκακοῦμεν· ἀμελοῦμεν, ἀκηδιῶμεν. Phavor. addit ἀπαγορεύομεν, quod etiam legitur in Zonaræ Lex. c. 679. ubi vid. Tittmannus. Hesych. ἠθυμήσειν· ἐξεκάκησεν. Suid. ἐξεκάκησα· ἀπηγόρευσα. Bene de hac voce egit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 1047.

'ΕΚΚΕΝΤΕ'Ω, vel 'ΕΚΚΕΝΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *pungo, stimulo, transfigo, transverbero*, ex ἐκ et κεντέω *pungo, stimulo.* Verbum probum, quo aliquoties usus est Polybius, v. c. Hist. XV. 31. οἱ δὲ τὰς λόγχας προσερείσαντες ἐξεκέντησαν. Polyæn. V. c. 3. In N. T. bis tantum legitur. Joh. XIX. 37. ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν videbunt, quem pupugerunt, coll. Zach. XII. 10. אֵת אֲשֶׁר־דָּקָרוּ. Apoc. I. 7. οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν qui ipsum transfixerunt. In versione Alex. non solum verbo דָּקַר Jud. IX. 54. Thren. IV. 9. et טָעַן Ies. XIV. 19. sed etiam τῷ הָרַג Num. XXII. 29. respondet. Polyæn. L. V. c. 3. n. 8. Polyb. XV. 33. 4.

'ΕΚΚΛΑ'ΖΩ, vel 'ΕΚΚΛΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, *defringo, exscindo*, (ab ἐκ et κλάζω vel κλάω *frango*) i. q. ἐκκόπτω, cum quo vocabulo permutatur Rom. XI. 17, 19, 20. coll. v. 22. in quibus locis tamen metaphorice adhibetur ad designandam *exclusionem Judæorum incredulorum e populo Dei*, quos in antecedentibus cum ramis oleæ comparaverat apostolus. In vers. Alex. Hebraico שָׁסַע *fidit, diffidit*, Levit. I. 17. respondet.

'ΕΚΚΛΕΙ'Ω, fut. είσω, 1) proprie: *foribus occlusis excludo, ne detur alicui potestas exeundi aut intrandi.* (ab ἐκ et κλείω *claudo*.) Polyb. XXV. 1. 10. Hinc 2) *removeo, sejungo, arceo, prohibeo aliquem.* Sic sumendum est Galat. IV. 17. e lectione recepta ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ἡμᾶς θέλουσιν cupiunt me sejungere a vobis et vestro amore. Passivum ἐκκλείεσθαι, *auferri, eripi, removeri, non locum habere*, significat. Rom. III. 27. ἐξεκλείσθη ἡ καύχησις erepta est plane omnis gloriandi materia. Theodoret. οὐκ ἔτι χώραν ἔχει. Chrysost. οὐκ ἔτι γὰρ ἔχει καιρόν. Zonaras Lex. c. 785. adducto hoc loco: ἐξεκλείσθη, ἀντὶ τοῦ ἀπέκλεισε αὐτὴν ἡ πίστις. 3) *cogo, impello ad aliquid.* Arrian. Diss. Epictet. II. 22. p. 351. ubi de philosopho, ad varia munera vocato, dicitur: εἰς νοσοκομίας λοιπὸν ἐκκλείεται εἰς πορισμὸν, h. e. ægrotos denique curare cogitur et rem quærere. Quam significationem si sequamur et pro impresso ἡμᾶς cum Bengelio, Grotio, Wetstenio et Griesbachio lectionem ὑμᾶς recipiamus, sensus verborum Galat. IV. 17. ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε, esset: cogere et impellere vos volunt ad se ipsos sectandos. Conf. Raphelii Anim. in N. T. e Polybio p. 525. Alberti Gloss. N. T. p. 98. ἐξεκλείσθη· ἐξέπεσεν, ἐξερρίφη. Suid. ἐκκλείουσι· κωλύουσι, εἴργουσι. Phavor. ἐξεκλείσθη· ἀντὶ τοῦ ἀπέκλεισεν αὐτὴν (sc. καύχησιν) ἡ πίστις. οὕτω παρὰ τῷ 'Αποστόλῳ.

ἘΚΚΛΗΣΙ'Α, ίας, ἡ, dicitur ab ἐκκαλέω, *evoco, convoco*, et ut Hebr. קָהָל generatim notat *quemcunque cœtum, e promiscua multitudine convocatum, sive sit confusus, sive ordinatus, sive sit politicus, sive sacer.* Hesych. ἐκκλησία· σύνοδος, συναγωγὴ, πανήγυρις. Suid. ἐκκλησίαν· συναγωγὴν ὄχλου. Sic v. c. Act. VII. 38. concio Israëlitarum, ad audiendam legem convocata, et Hebr. II. 12. cœtus Judæorum, in templo Hierosolymitano convenientium, deum colendi causa, ἐκκλησία vocatur. Adde 1 Paral. XIII. 2. Psalm. XXVI. 5. 1 Macc. II. 56. Sirac. XXIV. 1. XLIV. 15. et Xenoph. Hist. Gr. I. 9. et III. 3. 8. Speciatim vero significat 1) *cœtum civium, rite et ordine consultandi, vel concludendi causa cœuntium, concionem ordinatam, quæ jussu magistratus convenit.* Act. XIX. 39. ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται in legitima concione dirimetur. Conf. Pollux Onom. Lib. VIII. c. 9. s. 95. 96 et 116. 2) *multitudinem et turbam hominum tumultuarie concurrentem, concionem inordinatam et confusam.* Act. XIX. 32. ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη erat enim cœtus confusus. 3) *universum cœtum doctrinam christianam profitentium, per orbem terrarum dispersorum.* Sic legitur in N. T. Matth. XVI. 18. ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. 1 Cor. X. 32. καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. ibid. VI. 4. XI. 22. XII. 28. Ephes. I. 22. ubi Christus κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας vocatur. ibid. III. 10, 21. V. 23, 24, 25, 27, 29, 32. Coloss. I. 18, 24. 1 Tim. III. 15. ἐν οἴκῳ — ἥτις ἐστὶν ἡ ἐκκλησία. Sic Cicero Legg. I. 7. animal — *plenum rationis et consilii,* quem *vocamus hominem.* Hebr. XII. 23. 4) *cœtum christianorum, hoc vel illo loco versantium.* Act. VIII. 1. ecclesia Hierosolymitana. ibid. IX. 31. 1 Cor. I. 2. 1 Thess. I. 1. Coloss. IV. 16. Apoc. I. 4, 11, 20. Galat. I. 2. 5) *paucos christianos, qui ad unam familiam pertinent.* Rom. XVI. 4. καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν et familiam ipsorum Christi nomini addictam. Alii vertunt cœtum christianorum, domi ipsorum convenientium. Coloss. IV. 15. Philem. v. 2. 6) *cœtum christianorum, in ædibus privatis cultus divini causa convenientium.* 1 Cor. XI. 18. συνερχομένων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ibid. XIV. 19, 28, 33, 34, 35. 3 Joh. v. 6. In quibus omnibus locis male haud pauci interpretes vocem ἐκκλησίας de *ipso loco concionis, de ædibus, quæ conventibus sacris christianorum inserviebant,* explicant, in quo sensu Latina vox *ecclesia* in Codice Theodos. haud raro reperitur. Conf. Fabrottus in Notis ad Tit. de Paganis T. VI. p. 278. 7) *collegium presbyterorum.* Ita Matth. XVIII. 17. ad quem locum conferendus est Walæus. Grotius, quem vide, vertit coram multis, aut pluribus. 8) interdum omittitur, v. c. Act. II. 41. καὶ προσετέθησαν et additi sunt cœtui christianorum, coll. v. 47. et 1 Petr. V. 13. post συνεκλεκτὴ, ubi supplent Vulgatus et Beza. Confer Eustath. ad Iliad. σ', 531. p. 1218. Fusius de hac voce disputavit Suicerus in Thes. Eccles. T. I. p. 1049 seq. et Tob. Eckhardus in Technica Sacra p. 70.

ἘΚΚΛΙ'ΝΩ, fut. νῶ, aor. 1. ἐξέκλινα, 1) proprie: *declino* vel *deflecto a via recta et tramite.* Alex. Malach. II. 8. ἐξεκλίνατε ἐκ τῆς ὁδοῦ. 2) metaphorice: *a virtutis tramite deflecto, a vero Dei cultu deficio.* Plene diceretur ἐκκλίνω ἀπὸ Θεοῦ. Num. XXII. 32. aut ἐκκλίνω ἐκ νόμου Θεοῦ. Job. XXXIV. 27. Rom. III. 12. πάντες ἐξέκλιναν omnes declinarunt a via recta, Hebr. הַכֹּל סָר יַחְדָּו Psal. XIV. 4. Apud Theodotionem quoque Ies. I. 5. ἔκκλισις (Hebr. סָרָה) est *defectio a Deo, iniquitas, prævaricatio.* 3) *vito, aversor, fugio.* 1 Petr. III. 11. ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ valedicat vitiositati. Ps. XXXVI. 28. ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ. Prov. III. 7. סוּר מֵרָע. 4) *fugio consortium alicujus et consuetudinem.* Rom. XVI. 17. καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν et plane eorum societate abstinete.

ἘΚΚΟΛΥΜΒΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *enato, natando evado et in tutum pervenio,* ex ἐκ et κολυμβάω *nato.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXVII. 42. μή τις ἐκκολυμβήσας διαφύγοι ne quis enatando effugeret. Diod. Sic. XX. c. 87. Dionys. Halic. l. V. c. 24. ἐξεκολύμβησεν εἰς τὴν γῆν. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐκκολυμβῆσαι, *abnatare.* Statius Achill. I. 383. Idem: ἐκκολυμβῶ, *enato.*

ἘΚΚΟΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *effero, exporto,* i. q. ἐκφέρω, qua voce ab Hesychio et Suida explicatur. Verbum proprium apud Græcos, (v. c. Ælian. V. H. VIII. c. 4. Herodian. II. 1. 5. Artemidor. Oneirocrit. II. c. 54. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 699.) in pompa funebri, ut *efferre* apud Romanos, quod de *mortuis, qui sepeliendi efferuntur,* pene præcipue dicitur et נָשָׂא Levit. X. 4. Conf. quoque Schol. Æschyli ad Sept. c. Theb. v. 930. Luc. VII. 12. ἐξεκομίζετο τεθνηκώς efferebatur mortuus. Sæpius in N. T. non legitur. Hinc substantivum ἐκκομιδὴ *elatio cadaveris,* quæ et ἐκφορὰ dicitur. Vide Ez. Spanhemii notas ad Aristoph. Plut. v. 1009. Gloss. ἐκκομίζω, *exporto, effero.* et: ἐκκομιδὴ νεκροῦ, *funus, exequiæ.*

ἘΚΚΟ'ΠΤΩ, fut. όψω, 1) *excido, exscindo, exstirpo, abscindo, amputo,* in sensu proprio, et maxime de arboribus usurpatur. Matth. III. 10. πᾶν οὖν δένδρον, μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται omnis arbor, non ferens fructus bonos, digna est, quæ exstirpetur, seu, exscindi debet ac solet. Nam ἐκκόπτεται ex Græcismo positum est h. l. pro δεῖ ἐκκόπτεσθαι, ut Matth. XXVI. 52. ἀπολοῦνται *interficiendi sunt,* de quo eleganti temporis præsentis usu apud Græcos vid. Grævii Lectt. Hesiodd. VI. 1. Matth. V. 30. ἔκκοψον τὴν χεῖρα abscinde manum, h. e. vita omnia pravarum cupiditatum nutrimenta. (Cf. Josephum de Maccabæis cap. 3. T. II. p. 500.) ibid. VII. 19. XVIII. 8. coll. Marc. IX. 43. ubi ἀποκόπτειν legitur. Sic כָּרַת in Alex. vers. nunc ἐκκόπτειν Job. XIV. 7. nunc ἀποκόπτειν Deut. XXIII. 1. redditur. Luc. III. 9. XIII. 7, 9. De oculis, qui effodiuntur aut excutiuntur, usus est hac voce Ælian. V. H. XIII. 23 et 24. Vide H. Stephanum ad Plutarch. Lycurg. c. 11. 2) metaphorice: *excludo aliquem e societate et cœtu,* et adhibetur, ut ἐκκλάω, ad designandum *exclusionem e vero Dei populo, e numero verorum Dei cultorum.* Rom. XI. 22. ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ alioquin et tu privaberis beneficio, tibi per religionem christianam oblato. ibid. v. 24. ἐξεκόπης ἀγριελαίου exemtus es gentilium numero. 3) *eripio, adimo, aufero, removeo.* 2 Cor. XI. 12. ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν ut omnem occasionem laudandi se præscindam. Eodem sensu vernaculum **abschneiden** in formula: **einem die gelegenheit abschneiden,** *to deprive one of the opportunity,* usurpatur. Polyb. V. 104. 10. Joseph. A. J. VIII. 12. 1. ἐκκόψας εἴ τι πονηρὸν ἦν ἐν αὐτῇ. Terent. Hecyra IV. 2. 22. omnes causas præcidam omnibus. 4) *impedio, irritum reddo.* 1 Petr. III. 7. εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι (al. ἐγκόπτεσθαι, quod merum glossema videtur) τὰς προσευχὰς ὑμῶν ne preces vestræ irritæ reddantur. Sæ-

pius in N. T. non legitur. Xenoph. Cyrop. VI. 2. 7. οἱ ἐκκύψαντες τῶν τοξοτῶν καὶ ἀκοντιστῶν τὰς ἀκροβολίσεις.

'ΕΚΚΡΕ'ΜΑΜΑΙ, 1) *pendeo ab aliquo, dependeo*, in sensu proprio, ab ἐκ et κρέμαμαι *pendeo*. 2) metaphorice: *totus alicui deditus et addictus sum, adhæreo alicui eumque sector*. Sic semel in N. T. legitur Luc. XIX. 48. ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων omnis enim populus, ipsum audiens, ei deditus et addictus erat. Alii vertunt: omnis enim populus ab ejus docentis ore pendebat, (Virgil. Æn. IV. 79.) h. e. eum summa cum attentione et lubenter audiebat. Conf. Joh. Alberti Obss. Philol. p. 198. et Suiceri Thes. Eccles. T. I. p. 1065. Genes. XLIV. 30. ψυχὴ αὐτοῦ ἐκκρέμαται (Hebr. קְשׁוּרָה) ἐκ τῆς τούτου ψυχῆς. De amante vocem hanc quoque usurpari monuit Pollux Onom. III. 68 et 69.

'ΕΚΛΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *eloquor, sermone exprimo, effero, divulgo, effutio*, ab ἐκ et λαλέω *loquor*. Semel legitur in N. T. Act. XXIII. 22. παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι cum mandato, ne cui diceret, seu magis ad verbum: præcepit ei, nemini eloquere ista, quæ mihi significasti. Infinitivus enim loco imperativi positus est, ut sæpe fieri solet non solum in N. T. (v. c. Luc. IX. 3. ubi ἔχειν pro ἔχετε positum est. Rom. XII. 15. in vocibus χαίρειν et κλαίειν. 2 Tim. II. 14. ubi vid. Vulgat.) sed etiam apud profanos scriptores, v. c. Homer. Od. Ψ', 434. λ', 72. π', 132. Hesiod. Ἔργ. 407 et 410. Pythag. Aur. Carm. v. 40. Judith. XI. 9. Demosthen. Olynth. I. extr. Philon. de Vita Mosis T. II. p. 125. 28.

'ΕΚΛΑ'ΜΠΩ, fut. άμψω, parum differt a simplici λάμπω, cum quo haud raro in codicibus permutatur, v. c. Dan. XII. 3. et notat: *fulgere, effulgere, splendere, emicare, coruscare*. Xen. Hist. Gr. I. 1. 11. ἐκλάμπει ὁ ἥλιος. Ælian. V. H. XIII. 1. ἐξέλαμπε ἀστραπῆς δίκην. Cf. Irmisch. ad Herodian. I. 7. 8. p. 257. In N. T. semel legitur Matth. XIII. 43. τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσι ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν tunc justi admodum fulgebunt sicut sol in regno patris sui, h. e. tunc pii summo honore et felicitate in cœlo a Deo ornabuntur, coll. Dan. XII. 3.* Plutarch. Cicer. p. 861. D. Plato de Rep. IV. ἐκλάμψαι ποιησαίμην τὴν δικαιοσύνην. Ἔκλαμψις ἀστέρων reperitur apud Polluc. Onom. IV. 155.

'ΕΚΛΑΝΘΑ'ΝΩ, fut. ἐκλήσω, *oblivisci facio, immemorem reddo, oblivionem induco, facio ut e memoria excidat*. Ita legitur apud Homerum Il. II. 600. ubi vid. Eustathius. Ἐκλανθάνομαι, fut. ἐκλήσομαι, perf. ἐκλέλησμαι, *obliviscor*. Semel in N. T. legitur Hebr. XII. 5. ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως; fierine potest, ut vos obliviscamini exhortationis? Polyb. V. 48. 6. Æschin. Dial. III. 16. Symmach. Ps. XII. 2. pro שָׁכַח. Conf. Verheyk. ad Antonin. Lib. Metam. c. 2.

'ΕΚΛΕ'ΓΟΜΑΙ, fut. έξομαι, 1) proprie: *eligo, deligo, delectum facio e pluribus*, et partim de iis dicitur, *quæ ob dignitatem et præstantiam ab aliis secernuntur et separantur*, partim de iis usurpatur, *qui ad certum usum vel munus et officium destinantur et sejunguntur*. Joh. XV. 19. ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου sed ego vos secrevi ab hominibus impiis. Marc. XIII. 20. Luc. VI. 13. καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα. ibid. X. 42. τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο optimam partem elegit. Joh. VI. 70. duodecim quidem apostolos ego elegi. ib. XIII. 18. XV. 16. οὐχ ὑμεῖς ἐξελέξασθέ με vos me non elegistis doctorem et amicum. Admittunt tamen hæc verba aliam explicationem, ut nempe sensus ita constituatur: non vos me amastis, sed ego vos amavi, coll. 1 Joh. IV. 19. Act. I. 2, 24. VI. 5. XV. 7, 22, 25. Jacob. II. 5. Jam, quia ea, quæ, præstantia rei commoti, eligimus, amare solemus et diligere, factum est, ut ἐκλέξασθαι ἐν τινί, seu τινά, plane, ut Latinorum *diligere*, 2) etiam *amare, probare*, et ex adjuncto: *beneficiis afficere*, significaret. Act. XIII. 17. ὁ Θεὸς τοῦ λαοῦ τούτου ἐξελέξατο τοὺς πατέρας ἡμῶν Deus tutelaris hujus populi adamavit et multis insignibus præmiis ornavit majores nostros. Hebraicum בָּחַר eodem sensu haud raro legitur, v. c. Deut. IV. 37. ubi cum אָהַב permutatur Ies. XLI. 9. XLIV. 1. Jam, quia religio christiana jure meritoque inter summa numinis beneficia, ejusque erga homines animi benevoli documenta refertur, etiam ἐκλέξασθαι in N. T. speciatim et κατ' ἐξοχὴν Deo tribuitur, *quatenus pro voluntate sua benefica hominibus felicitatem christianam non solum offert et destinat, sed etiam vere confert*. Sic de ipsa adductione ad religionem christianam legitur 1 Cor. I. 27, 28. ἐξελέξατο in christianorum numerum recepit. De benefico decreto divino, homines per Christum emendandi, usurpatum reperitur Ephes. I. 4. ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ κ. τ. λ. ab æterno autem Deus, pro suo in nos amore, decreverat nos per Christum reddere perfecte sanctos et virtutis studiosos. 3) *studiose appeto*. Luc. XIV. 7. πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο quantopere primam sedem affectarent et appeterent. — Construitur hæc vox fere semper cum accusativo, ut e locis allatis satis apparet; semel tantum cum præpositione ἐν Act. XV. 7. occurrit, quam posteriorem construendi rationem, Alexandrinis quoque interpretibus usurpatum, (1 Paral. XXXIII. 5. 2 Paral. VI. 5.) Hebraismum sapere, observavit jam Vorstius in Philol. Sacr. p. 662. Conf. Nehem. IX. 7. 1 Sam. XVI. 9. ubi בָּחַר cum בְּ construitur.

'ΕΚΛΕ'ΓΩ, fut. ξω, *eligo, deligo*, et ex usu Hebraicæ vocis בָּחַר *amo* item, *appeto, probo*. Inserendum est hoc verbum Lexicis N. T. e loco Luc. IX. 35. ubi pro impresso ὁ ἀγαπητὸς plures codices ὁ ἐκλελεγμένος habent.

'ΕΚΛΕΙ'ΠΩ, fut. είψω, 1) proprie: *derelinquo, desero*, ab ἐκ et λείπω *linquo*. Multis exemplis hanc notionem confirmavit Taylor ad Lysiam p. 48 seq. 2) *deficio, desino, cesso, finior*. Luc. XXII. 32. ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου ne plane deficiat fides tua. Jer. VII. 27. ἐξέλιπεν ἡ πίστις. Jer. LI. 30. ἐξέλιπε (Hebr. חָדֵל) πολεμεῖν. Hesych. ἐξέλιπεν· ἐπαύσατο. Hebr. I. 12. καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι et vita tua nunquam finitur, coll. CII. 28. 3) *morior, exspiro*, ita, ut supplendum sit τὸν βίον, quod addit Alciphron III. Ep. 28. Lysias Orat. VIII. c. 4. aut τὸ ζῆν, Polyb. II. c. 41. 3 Macc. II. 23. Luc. XVI. 9. ὅταν ἐκλίπητε ut cum e vita discesseritis, ubi videndus Wets. Sap. V. 13. οὕτως καὶ ἡμεῖς γεννηθέντες ἐξελίπομεν. In vers. Alex. Hebr. גָּוַע Gen. XXV. 8. XLIX. 33. Ps. CIV. 29. et מוּת Jer. XLII. 17, 22. respondet. Apollod. Bibl. III. 4. § 3. Σεμέλης δὲ διὰ τὸν φόβον ἐκλιπούσης. Zosim. I. 70. μόλις ἐξέλιπεν. Non semper vero apud veteres ἐκλείπειν de morte dicitur, *quæ sensim ac lente obrepit*, quæ fuit plerorumque doctorum sententia, sed haud raro etiam de *morte violenta*, v. c. Thren. I. 20. πρεσβύτεροί μου ἐν τῇ πόλει ἐξέλι-

τῶν. Jer. XLII. 17, 22. Hesych. ἐξίλιπον ἐξώλεθον. Idem: ἐκλείψει ὑστερεῖ, ἀπολεῖται. Ἔκλειψις in *mortis* significatione legitur apud Plutarch. Vol. II. p. 419.

ἘΚΛΕΚΤΌΣ, ἡ, ὀν, 1) proprie: *electus, sejunctus a pluribus ad certum usum, munus et officium*, et de *rebus* æque ac *personis* adhibetur. (ab ἐκλέγομαι, quod vide.) 1 Petr. II. 4. παρὰ δὲ Θεῷ ἐκλεκτὸν a Deo vero delectum. (Confer LXX Intt. Esra VI. 4. ubi λίθοι ἐκλεκτοὶ Hebraico אֶבֶן גְּלָל respondent, coll. Esra Apocr. VI. 9. ubi λίθοι ξεστοὶ πολυτελεῖς dicuntur.) ib. v. 6. 2) *eximius, maxime præstans*, ad imitationem Hebr. מִבְחַר Gen. XXIII. 6. 1 Tim. V. 21. 2 Tim. II. 10. ἐκλεκτοὶ ἄγγελοι angeli venerabiles, eximii. 3) *carus, dilectus, probatus, beneficiis ornatus.* Luc. XXIII. 35. εἰ οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτὸς si est Messias et Deus ei favet, ut jactat. Rom. XVI. 13. τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ, coll. v. 8. τὸν ἀγαπητόν μου ἐν Κυρίῳ quem amo ob ejus in observanda religione christiana constantiam. 1 Petr. II. 9. γένος ἐκλεκτὸν populus Deo valde gratus et acceptus. Ita מִבְחַר Num. XI. 28. et בָּחִיר Ps. CV. 6. Ies. XLV. 4. usurpatur. Hinc ἐκλεκτὸς speciatim in N. T. dicitur 4) *verus Dei cultor, quem amat et probat*, et maxime *is, cui offertur et confertur felicitas christiana, christianus, verus christianus.* Matth. XX. 16. XXII. 14. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ non omnes perveniunt ad felicitatem christianam, omnibus oblatam. 1 Pet. I. 1. ἐκλεκτοῖς omnibus, qui christianam religionem profitentur. 2 Joh. v. 1. ἐκλεκτῇ. Matth. XXIV. 22, 24, 31. Marc. XIII. 20, 22, 27. ἐκλεκτοὶ sunt veri christiani: alii intelligunt in universum homines pios ac probos, etiam inter Judæos. Idem valet de locis Rom. VIII. 33. Luc. XVIII. 7. Coloss. III. 13. ἐκλεκτοὶ Θεοῦ veri Dei cultores. Tit. I. 1. Apoc. XVII. 14. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΚΛΟΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *electio alicujus ex promiscua multitudine ad certum usum, munus ac officium obeundum.* Act. IX. 15. σκεῦος ἐκλογῆς (pro ἐκλεκτὸν) μοι ἐστὶν οὗτος instrumentum, quod mihi elegi, est mihi hic. Alii reddunt: *instrumentum eximium, præstantissimum*, nam electio facile transfertur ad præstantiam alicujus rei, quod nihil, nisi eximium, eligitur. 2) *amor, benevolentia, voluntas benefica, studium beneficia alteri conferendi.* Rom. IX. 11. ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις benigna et propensa Dei voluntas, i. q. χάρις. 2 Tim. I. 9. Hoc sensu ἐκλογὴ occurrit quoque apud Josephum de B. J. II. 8. 14. 3) *ipsum beneficium, quod alicujus voluntati beneficæ debetur*, (i. q. χάρισμα) et speciatim, *quod est in adductione hominum ad religionem et felicitatem christianam.* Rom. XI. 5. κατ' ἐκλογὴν χάριτος. 1 Thess. I. 4. εἰδότες τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν redeo in memoriam accessus vestri ad formulam christianam. 2 Petr. I. 10. 4) abstracto posito pro concreto: *exigua pars, pauci.* Rom. XI. 7. ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν paucis Judæorum contigit felicitas christiana, i. q. λεῖμμα v. 8. et κατάλειμμα ibid. IX. 27.

ἘΚΛΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *exsolvo, solvo, dissolvo*, ab ἐκ et λύω *solvo.* Antonin. Liberal. Fab. 20. κατὰ βίαν ἐκλύσαντες τῶν δεσμῶν. Aristoph. Pace 1281. καύχένας ἵππων ἔκλυον ἱδρώοντας. 2) *enervo, debilito, defatigo, delasso.* Joseph. A. J. VIII. 11. 3. Xenoph. de Venat. V. 5. Passivum ἐκλύομαι *delassor, defatigor, debilitor corpore*, et speciatim de languore corporis, e fama, siti et laboribus orto, usurpatur. Matth. XV. 32. μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ ne in itinere, viribus exhaustis, fame pereant. Marc. VIII. 3. Respondet hoc sensu in vers. Alex. Hebraico עָיֵף 1 Sam. XIV. 28. 2 Sam. XVI. 14. et עָטַף Thren. II. 19. 1 Macc. III. 17. ἡμεῖς ἐκλελύμεθα ἀσιτοῦντες σήμερον. ibid. X. 82. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 426. Etiam apud optimos Græcos ἐκλύεσθαι de corpore usurpatur, quod ad liberas actiones et sensationes impotens redditur et exsolutum quocunque modo; et ἐκλυόμενος *imbecillis corpore* dicitur Philostrato Vit. Apollonii IV. c. 42. Cf. Foësii Œcon. Hippocr. p. 115. et Diod. Sic. XIV. p. 322. Huc etiam referrem locum Matth. IX. 36. ὅτι ἦσαν ἐκλελυμένοι καὶ ἐῤῥιμμένοι, ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα quod essent languidi et dispersi tanquam oves, pastore destitutæ; si lectio sana, nec ἐσκυλμένοι reponendum esset. Syrus vertit: ܠܐܝܢ *labore et molestia defatigati.* Ebr. Münsteri: מְרוּחִים *onere, labore et molestia defatigati.* 3) ad animum translatum ἐκλύεσθαι significat: *frangi, debilitari animo*, et partim de *iis* usurpatur in N. T. *qui animum abjiciunt ac despondent præ metu*, partim vero de *iis* dicitur, *quorum vires animi exhauriuntur, qui segnescunt in officio suo præstando*, ut sit idem quod ἐκκακεῖν Hebr. XII. 3. ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι ne lassi fiatis, in perferendis malis animum vestrum despondentes. Eodem sensu legitur ibid. v. 5. μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος neque animum abjicias ab illo castigatus, Hebr. וְאַל־תָּקֹץ בְּתוֹכַחְתּוֹ nec ægre feras ejus correctionem. Prov. III. 11. Galat. VI. 9. μὴ ἐκλυόμενοι si in recte agendo non defecerimus, i. q. in antecedd. τὸ καλὸν ποιοῦντες καὶ μὴ ἐκκακοῦντες, ut adeo non ferri possit versio Lutheri: ohne aufhören, *without hearing.* 1 Macc. IV. 8. καὶ ἐξελύθη et animum abjecit, coll. v. 7. Deut. XX. 3. μὴ ἐκλυέσθω καρδία ὑμῶν, ubi Hebraico רָכַךְ respondet 2 Sam. IV. 1. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 324 et 391.

ἘΚΜΑ'ΣΣΩ, vel ἘΚΜΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, et ἘΚΜΑ'ΣΣΟΜΑΙ, *extergo, abstergo*, ab ἐκ et μάσσω, vel μάττω, *abstergo.* Luc. VII. 38. ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε capillis capitis sui abstergebat, ubi vid. Wetstenius. ib. v. 44. ἐξέμαξε. Joh. XI. 2. XII. 3. XIII. 5. ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ abstergere linteo. Sæpius in N. T. non legitur. Sirac. XII. 13. Thom. M. p. 649. ὀμόρξασθαι καὶ ἀπομόρξασθαι, οὐκ ἐκμάξασθαι, et ibi Oudendorpius. Vide etiam Eustathium in Od. τ'. p. 684. 43.

ἘΚΜΥΚΤΗΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *naso aliquem suspendo adunco*, (Horat. Sat. I. 6. 5.) *subsanno, derideo, irrideo*, ex ἐκ et μυκτὴρ *nasus*, quo vocabulo etiam Græci *insignem irrisorem* figurate appellant, quia deridentes nares solent attrahere, unde μυκτηρίζω *subsanno*, quod Jer. XX. 7. pro Hebr. לָעַג in versione Alex. legitur, pro quo etiam ἐκμυκτηρίζειν reperitur Ps. II. 4. XXII. 7. In N. T. bis legitur. Luc. XVI. 14. καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτὸν deriserunt eum. ibid. XXIII. 35. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 766.

ἘΚΝΕΥ'Ω, s. ἘΚΝΕ'Ω, fut. ήσω et εύσω, 1) proprie: *enato, ex undis emergo, natando effugio.* (ex ἐκ et νέω, pro quo et νεύω dicitur, *nato.*) Plutarch. T. II. p. 57. ed. Reisk. Thucyd. II. c. 90. ἄνδρας δὲ τῶν Ἀθηναίων ἀπέκτειναν, ὅσοι μὴ ἐξένευσαν αὐτῶν. Pindar. p. 123. ed. Stephani. Hesych. ἐκνεύσας· ἐκκολυμβήσας. 2) ex-

pedio me a re aliqua difficili et periculosa, emergo e malis instantique periculo liberor. Eurip. Cyclops v. 573. Hippolyt. 474. Ita et *enatare* legitur apud Cic. Tusc. V. 31. Conf. Vechneri Hellenolexia II. c. 4. p. 476. 3) ut Latinum *emergo* et *enato,* (Petron. Satyr. c. 57.) *discedo, clam secedo,* inprimis, ubi periculum imminet, *subduco me e turba,* i. q. ἀναχωρέω. In hoc sensu semel legitur in N. T. Joh. V. 13. ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν Jesus enim se subduxerat, seu, secesserat. Vulgatus: Jesus enim *declinavit* a turba constituta in loco. Battierii sententiam, qui (in Bibl. Brem. Class. V. p. 90.) ἐκνεύειν h. l. esse vult, *nutu significare, nutu jubere,* merito rejiciunt Wolfius, Palairetus et Lampius: quemadmodum quoque paulo longius petita est Erasmi derivatio, cui ἐξένευσε est a ξενεύω *peregrinus, ignotus fio.* Schol. Thucyd. II. c. 95. ἐξένευσαν ἐξεκολύμβησαν, ἐξέκλιναν τῆς προκειμένης ὁδοῦ. Unde viarum diverticula ἐκνεύσεις dicuntur. In vers. Alex. respondet Hebraico סוּר Jud. IV. 18. XVIII. 26. et פָּנָה 2 Reg. II. 24. XXIII. 16. 3 Macc. III. 22. Eurip. Iphig. in Taur. 1186 et 1330. Plutarch. de genio Socratis p. 577. ἐκνεύσας τῆς ὁδοῦ. Cf. Valckenar. et Barnes. ad Eurip. Hippolyt. v. 469. 822. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 306. et D'Orville ad Chariton. III. 3. p. 365. ed. Lips.

ἘΚΝΗ'ΦΩ, fut. ήψω, 1) proprie: *ex ebrietate et vinolentia ad me redeo, discussa crapula sobrius fio,* ab ἐκ et νήφω *sobrius fio, vigilo.* Genes. IX. 24. ἐξένηψε δὲ Νῶε ἀπὸ τοῦ οἴνου. 1 Sam. XXV. 37. Joël I. 5. ubi הָקִיץ יָקַץ et יָצָא respondet. Aretæus IV. 3. 2) metaphorice: *ad sanam mentem redeo, resipisco,* i. q. ἀνανήφω. 1 Cor. XV. 34. ἐκνήψατε δικαίως καὶ μὴ ἁμαρτάνετε redite ad vos, et ne peccetis. Ἐκνήφειν τῆς δυσθυμίης reperitur apud Aretæum III. 6.

ἘΚΟΥ'ΣΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *spontaneus, voluntarius,* ab ἑκὼν, *qui sua sponte aliquid facit.* Semel legitur in N. T. Philem. v. 14. ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον ut ne beneficium tuum ex necessitate esset, sed voluntarium. Eadem formula καθ' ἑκούσιον legitur in versione Alex. Num. XV. 3. pro Hebr. בִּנְדָבָה. Adde Levit. VII. 16. XXIII. 38. Xenoph. Mem. II. 1. 18. Polyb. VI. 14. 7. Suid. ἑκούσια· ἃ οὐχ ὑπόκειται νόμῳ, ἀλλὰ προαιρέσει. Hesych. ἑκούσιον· θελούσῃ διανοίᾳ.

ἘΚΟΥΣΙ'ΩΣ. Adverbium, ab ἑκούσιος, *sponte, nulla vi cogente, ultro, lubenter, voluntarie.* Bis legitur in N. T. 1 Petr. V. 2. ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως. Hebr. X. 26. ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν nam si nullis persecutionibus coacti nec persuasionibus cedentes defecerimus a religione christiana. Hebr. בִּנְדָבָה Ps. LIII. 6. 2 Macc. XIV. 3. Plutarch. T. VI. p. 554. Reisk.

ἜΚΠΑΛΑΙ, *jam dudum, jam pridem, jam olim.* Adverbium ab ἐκ et πάλαι *olim,* pro ἐκ παλαιοῦ χρόνου, ut πρόπαλαι apud Ælian. V. H. XIII. 14. *antiquissimis temporibus,* loco πρὸ παλαιοῦ χρόνου. In N. T. bis legitur. 2 Petr. II. 3. οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ quorum pœna jam dudum destinata non cessabit. ibid. III. 5. ἔκπαλαι tempore creationis. Plutarch. T. II. Opp. p. 517. ed. Reisk. et T. VI. p. 591. Defendit hanc vocem contra Phrynichum et alios multos, qui eam improbandam esse opinati sunt propterea, quod ex præpositione et adverbio sit composita, Alberti in Obss. Philol. p. 463. et Schwarzius in Comment. Crit. Ling. Gr. p. 444. quibus addendus est Wetstenius N. T. T. II. p. 703.

ἘΚΠΕΙΡΑ'ΖΩ, fut. άσω, vel ἘΚΠΕΙΡΑ'Ω, idem significat, quod simplex πειράζω, nam ἐκ in compositis haud raro abundat. Significat autem 1) proprie: *periculum facere alicujus rei efficiendæ, tentare, experiri.* Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐκπειράζω, *pertempto,* (lege: *pertento*) *experior.* 2) metaphorice: *alicujus vim explorare, virtutis alicujus periculum facere, sententiam alicujus explorare, vel bono vel malo animo,* ut adeo in singulis locis e serie orationis videndum sit, quis sit, qui tentari dicitur? quæ ejus virtus tentetur? et quo animo? Matth. IV. 7. οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ne illegitimo modo experiri velis virtutem Domini, Dei tui, coll. Luc. IV. 12. Deut. IV. 16. Luc. X. 25. ἐκπειράζων αὐτὸν ejus sententiam explorandi causa. 1 Cor. X. 9. μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Κύριον nec rebellabimus contra Deum, seu, deficiamus a vero Dei cultu. In versione Alex. respondet Hebraico נִסָּה Deut. VIII. 16. Psalm. LXXVIII. 18.

ἘΚΠΕ'ΜΠΩ, fut. ψω, *emitto, ablego, mitto, dimitto, abire jubeo.* Bis in N. T. legitur. Act. XIII. 4. ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἁγίου ablegati a Spiritu Sancto. ibid. XVII. 10. διὰ νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον καὶ Σίλαν per noctem emiserunt Paulum et Silam. Alex. pro Hebr. שָׁלַח 1 Sam. XX. 20. XXIV. 19. adhibuerunt. Xenoph. Hist. Gr. III. 5. 6. Polyb. XX. 9. 2.

ἘΚΠΕΡΙΣΣΩ'Σ. Adverbium, significans: *valde, supra modum, insuper, præterea,* compositum ex præpositione ἐκ (quæ in compositione interdum vim augendi habet. Confer Valckenar. Diatr. p. 197. et Musgrav. ad Eurip. Iphig. Taur. v. 259.) et περισσῶς, quod vide infra. Notavit hoc adverbium Lexicographis ignotum e codicibus sat multis Griesbachius ad Marc. XIV. 31. pro recepta lectione ἐκ περισσοῦ. Confer Ej. Comment. Critic. in textum Græcum N. T. P. II. p. 177.

ἘΚΠΕΤΑ'ΝΝΥΜΙ, vel ἘΚΠΕΤΑΝΝΥ'Ω, ἘΚΠΕΤΑ'Ω, vel ἘΚΠΕΤΑ'ΖΩ, fut. πετάσω, *expando, extendo.* Polyb. I. 44. 3. In N. T. tantum legitur Rom. X. 21. de Deo ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου toto die expando manus meas ad vos, h. e. ad emendationem vitæ benigne vos voco, sicut, quos amplexari et nobis adesse volumus, ad eos manus extendimus. Prov. I. 24. Ies. LXV. 2. Conf. Glassii Philol. S. p. 934. edit. Dathii.

ἘΚΠΗΔΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *prosilio, excurro, excursionem facio.* Semel legitur in N. T. Act. XIV. 14. ἐξεπήδησαν (ita enim recte legitur in editione Griesbachiana loco vulgaris εἰσεπήδησαν) εἰς τὸν ὄχλον prosilierunt ad turbam. Palæph. de Incred. VIII. 14. 2 Macc. III. 18. Xen. Cyrop. I. 4. 8. Polyb. I. 43. 1 et 6.

ἘΚΠΙ'ΠΤΩ, futur. πτώσω, præt. πέπτωκα, 1) *delabor, decido, excido,* in sensu proprio. Act. XII. 7. καὶ ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν et exciderunt ei catenæ e manibus. ibid. XXVII. 32. καὶ εἴασαν αὐτὴν ἐκπεσεῖν et eam in mare delabi siverunt. Xen. Cyrop. V. 4. 4. 2) *incido, impingo, impellor.* Act. XXVII. 17. μὴ εἰς τὴν σύρτιν ἐκπέσωσι ne navis in syrtes incideret. Ibid. v. 29. μήπως εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωμεν metuentes, ne in loca aspera incideremus. Eodem sensu hac voce usus est Polybius Hist. I. c. 51. Herodot. VIII. 13. Euripid. Helen. 1227. 3) *appello navem ad terram, litus tango.* Act. XXVII. 26. εἰς νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν appellendum nobis est

in insulam quandam. Ita etiam legitur apud Diod. Sic. I. 31. II. 60. Lycophr. Cassandr. v. 1084. 4) de *floribus marcescentibus et decidentibus* usurpatur Jacob. I. 18. καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ ἐξέπεσε et flos ejus flaccescit ac marcescit. Eadem sententia legitur 1 Petr. I. 24. Ita נָבֵל Ies. XXVIII. 1, 4. 5) de *stellis* usurpatum, ut simplex πίπτω, significat: *evanescere, disparere, fulgere cessare.* Marc. XIII. 25. καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔσονται ἐκπίπτοντες et stellæ de cœlo cadent, h. e. splendore suo privabuntur, coll. Matth. XXIV. 29. καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Conf. infra sub πίπτω. 6) ut simplex πίπτω, *irritum fio, eventu careo.* Rom. IX. 6. οὐχ οἷον δὲ, ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ fieri autem non potest, ut promissiones divinæ irritæ cadant. Sic נָפַל vel simpliciter positum, Jos. XXI. 45. (Alex. διαπίπτω) XXIII. 14. (Alex. πίπτω), vel sequente אַרְצָה 2 Reg. X. 10. Judith. VI. 9. ἐλάλησα καὶ οὐδὲν διαπεσεῖται τῶν ῥημάτων μου. Vid. quæ infra ad πίπτω dicentur. Dionys. Hal. III. 28. διέπεσεν βούλευμα irrita facta sunt consilia. Eodem sensu χαμαιπετὲς ἔπος dixit Pindarus Pyth. Od. VI. 37. et χαμαιπετεῖν idem Nem. Od. IV. 66. 7) *amitto, frustror, jacturam facio,* et speciatim de iis dicitur, qui ex feliciore statu perveniunt ad deteriorem. Galat. V. 4. τῆς χάριτος ἐξεπέσατε bonorum, vobis per Christum partorum, jacturam fecistis. 2 Pet. III. 17. ἵνα μὴ ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ idoneæ ac certæ scientiæ religionis christianæ jacturam fecistis. Apoc. II. 5. μνημόνευε πόθεν ἐκπέπτωκας (e vulg. lectione) perpende, quantam feceris jacturam. (Alii, ut Palairetus in Obss. Phil. et Crit. p. 522. vertunt: *quomodo degeneraveris;* qua significatione verbo ἐκπίπτειν usus est Philostratus Lib. V. p. 193. ἑαυτοῦ δὲ καὶ Ῥωμαίων οὕτως ἐκπίπτειν quod a se et a Romanis adeo degeneraverit.) Sirac. XXXIV. 7. ἐξέπεσον (ἐλπίδος) ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτοῖς. Athen. XIII. 1. ἐκπέπτωκε τῆς Αἰγυπτίων βασιλείας. Ælian. V. H. IV. 7. ἐκ τῆς τιμῆς τελευταίας καὶ ἐκεῖθεν ἐκπίπτουσι. Cic. ad Attic. IV. Ep. 6. "non recordor unde *ceciderim.*" Conf. Abresch. ad Æschylum p. 363. et Lœsner. Obss. Philonn. pag. 291. 8) *cesso, desino, deficio, aboleor.* 1 Cor. XIII. 8. ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει benevolentia nunquam cessabit et usu suo carebit. Theophyl. ad h. l. οὐ διαλύεται, οὐ διακόπτεται, οὐδέποτε παύεται, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μένει, τῶν ἄλλων ἁπάντων καταργημένων. Zonaras Lex. col. 679. ἐκπίπτει, διαλύεται, διακόπτεται, ἀποτυγχάνει. καὶ ὁ Ἀπόστολος· ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει, ὅ ἐστιν οὐδὲ ἀποτυγχάνει τῆς εὐδοκιμήσεως.

'ΕΚΠΛΕ'Ω, futur. εύσω, *enavigo, navigo e loco.* (ab ἐκ et πλέω *navigo.*) Legitur ter in N. T. Act. XV. 39. ἐκπλεῦσαι εἰς Κύπρον enavigavit in Cyprum. ibid. XVIII. 18. ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν. XX. 6. Xenoph. Hist. Gr. I. 6. 14. Anab. V. 6. 9. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 552.

'ΕΚΠΛΗΡΟ'Ω, ῶ, futur. ώσω, 1) proprie: *impleo, expleo, adimpleo,* et dicitur v. c. de vasis, quæ implentur, Exod. XXXII. 29. ἐκπληρώσατε (מִלְאוּ) τὰς χεῖρας ὑμῶν, sec. edit. Ald. ubi reliqui libri ἐπληρώσατε habent, unde apparet, ἐκπληροῦν a simplici πληροῦν minime differre. (ab ἐκ et πληρόω *impleo.*) 2) *satisfacio promissis, rem promissam præsto.* In N. T. tantum extat Act. XIII. 32. ταύτην (scil. ἐπαγγελίαν) ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν hanc promissionem Deus explevit filiis eorum. Polyb. I. 67. 1. ἐκπληροῦν τὰς ἐπαγγελίας.

'ΕΚΠΛΗ'ΡΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *impletio, expletio, complementum.* (ab ἐκπληρόω.) 2) si de tempore dicitur, *finis.* Legitur in N. T. semel Act. XXI. 26. τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν ἡμερῶν finitos jam esse lustrationis dies. Conf. infra ad πληρόω et πλήρωμα. Alio sensu legitur hæc vox apud Dion. Halic. Ant. L. VI. c. 86. ubi ἐκπλήρωσις τῶν ἐπιθυμιῶν occurrit. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐκπλήρωσις, *exantlatio.*

'ΕΚΠΛΗ'ΣΣΩ, vel 'ΕΚΠΛΗ'ΤΤΩ, fut. ήξω, 1) proprie: *excutio,* et de ictu graviore dicitur. (ab ἐκ et πλήσσω s. πλήττω *percutio.*) 2) metaphorice: *percello, obstupefacio, vehementer animos moveo.* Xenoph. Mem. IV. 5. 6. Thucyd. IV. 36. 'Εκπλήσσομαι *obstupesco, re aliqua nova et insolita stupeo et præ nimia admiratione extra me rapior,* unde ἔκπληξις apud Philostrat. Vit. Soph. I. c. 21. s. 2. de statu attonitorum dicitur. Matth. VII. 28. ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ omnes stupebant ejus docendi rationem. ibid. XIII. 54. XIX. 25. XXII. 33. Marc. I. 22. VI. 2. VII. 37. X. 26. XI. 18. (Vulg. *admirari.*) Luc. II. 48. IV. 32. IX. 43. Act. XIII. 12. ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῇ διδαχῇ τοῦ Κυρίου admirabundus miracula, quibus religio christiana propagabatur. Sap. XIII. 4. 2 Macc. VII. 12. Psal. XLVIII. 5. תָּמְהוּ Alex. ἐθαύμασαν, Aquila ἐθάμβησαν, Symmachus ἐξεπλάγησαν. In vers. Alex. Cohel. VII. 16. pro שָׁמֵם legitur. Xenoph. Cyrop. VI. 3. 7. Polyb. I. 63. 7. Ælian. V. H. XII. c. 41. ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ. Hesych. ἐξεπλάγη· ἐθαύμασεν, ἐξέστη. Id. ἐκπλαγείς· θαυμάσας. Suidas in voce φόβος: τὸ δὲ θαυμάζειν καθ' ὑπερβολὴν ἐστὶν ἐκπλήττεσθαι. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. c. 11. s. 13. p. 460. De quacunque animi commotione ἐκπλήττεσθαι dici docet locus Æschyli Choëph. 230. χαρᾷ μὴ ἐκπλαγῇς φρένας. Vide Hemsterhus. ad Thomam p. 287.

'ΕΚΠΝΕ'Ω, ῶ, futur. εύσω, 1) proprie: *efflo, exspiro,* etiam, v. c. apud Aristotelem, *respiro, spiritum duco,* ab ἐκ et πνέω *spiro.* Plutarch. T. VIII. Opp. p. 238. ἐκπνεῖ μαλακὴν καὶ πραεῖαν αὔραν. 2) ut Latinum *exspiro, morior, exhalo animam, emitto spiritum,* ita, ut omissum sit ψυχὴν aut βίον, ut plene legitur apud Euripidem Orest. v. 496. ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον. et ib. v. 1163. ἐκπνέων ψυχὴν ἐμήν. Id. Phœniss. v. 1475. Eodem sensu θυμὸν ἀποπνέειν dixit Homerus Odyss. III. 522. et *exspirare animam* Virgilius Æn. I. 882. Marc. XV. 37. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐξέπνευσεν. ibid. v. 39. Luc. XXIII. 46. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo elliptice ἐκπνέω ponitur ab Euripide Phœn. v. 1168. Sophocl. Aj. Flag. 1045. Anthol. II. 32. Gloss. Vet. *exspiravit,* ἐξέπνευσεν. Id. ἐκπνέω, *exanimo, exspiro, halo.*

'ΕΚΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, 1) proprie: *egredior, exeo.* Marc. XI. 19. ἐξεπορεύετο ἔξω τῆς πόλεως. XIII. 1. Joh. V. 29. 2) *proficiscor, venio, decedo.* Matth. III. 5. τότε ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα tunc confluxerunt ad eum cives Hierosolymitani. Act. XXV. 4. ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν τάχει ἐκπορεύεσθαι se autem propediem Cæsaream profecturum esse. Xenoph. Anab. VI. 6. 21. V. 1. 5. 3) *proferor, provenio.* Matth. IV. 4. ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ, de cujus loci sensu vide sub ῥῆμα. Matth. XV. 11. τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος quod ex ore prodit. Marc. VII. 15. τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' ἀνθρώπου facta et dicta humana, quæ ex indole animi proveniunt. Num. XXXII. 24. τὸν ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. Deut. XXIII. 24. 4) *egeror, ejicior.* Matth.

XVII. 21. τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται hoc enim genus dæmonum non ejici potest. Vulgatus h. l. *non ejicitur*. Matth. VII. 19. καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, de excrementorum egestione; coll. Matth. XV. 17. Eodem modo ܢܦܩ apud Syros *exire et ejici* notat, v. c. Matth. VIII. 12. et Joh. IX. 34, 35. ubi τῷ ἐκβάλλειν respondet. 5) *erumpo, prorumpo*. Sic v. c. de fulgurum et tonitruum eruptione legitur Apoc. IV. 5. καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ καὶ βρονταί. 6) *divulgor, dimano, innotesco*, de rumore et fama. Luc. IV. 37. καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου et ejus fama dimanavit per omnia loca finitima. 7) verbo εἰσπορεύομαι junctum significat: *libere vivere et versari in aliquo loco, conversari cum aliquo*. Act. IX. 28. καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος ἐν Ἱερουσαλὴμ et libere cum iis versabatur Hierosolymis. Conf. supra sub εἰσέρχομαι. 8) ἐκπορεύεσθαι παρά τινος *ab aliquo mitti, ab aliquo originem habere*. Joh. XV. 26. τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται spiritus ille veritatis, qui a Deo vobis mittetur et originem habet, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρός.—In significatione *emanandi* legitur Apoc. XXII. 1. ποταμὸν ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ.

'ΕΚΠΟΡΝΕΥ'Ω, fut. εύσω, *scortor, in scortationem totus effundor, in fœdam libidinem projectus sum*. (ab ἐκ et πορνεύω *scortor*.) Semel legitur Jud. v. 7. de civibus Sodomæ, Gomorrhæ et finitimarum civitatum, qui, toti in scortationem effusi, pessimam libidinem exercuerunt, τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι. In vers. Alex. respondet Hebraico זָנָה Genes. XXXVIII. 24. Num. XV. 39. Jud. II. 17. et æque ac illud haud raro etiam de idololatria adhibetur. Conf. Spicilegium I. Lex. Bieliani a me editum p. 41.

'ΕΚΠΤΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *exspuo*. (ab ἐκ et πτύω *spuo*.) 2) metaphorice, ut Latinum *respuo, contumeliose rejicio, repudio, contemno, aversor*. Sic in N. T. semel legitur Galat. IV. 14. καὶ τὸν πειρασμόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξεπτύσατε tamen me ob has afflictiones meas non rejecistis, s. repudiastis.

'ΕΚΡΙΖΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *eradico, exstirpo, radicitus evello*, et ex adjuncto: *funditus deleo, penitus destruo et everto*. (ab ἐκ et ῥιζόω *radices figo*.) Matth. XIII. 29. ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον. ib. XV. 13. ἐκριζωθήσεται exstirpanda est, aut oportet eam evelli. Luc. XVII. 6. ἐκριζώθητι eradicator. Jud. v. 12. δένδρα ἐκριζωθέντα arbores eradicatæ, h. e. homines plane inutiles, prorsus inepti ad virtutis studium. In versione Alex. Hebr. נָתַשׁ Jerem. I. 10. et עָקַר Zeph. II. 4. respondet.

"ΕΚΣΤΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie *dimotio rei alicujus e loco vel statu, in quo erat*, ab ἐξίστημι *de statu dejicio*. Sic v. c. Theophrastus de Causis Plantarum IV. c. 6. ἔκστασιν appellat immutationem seminum quorundam, quoad vim genitricem. Plutarch. T. IX. p. 727 seq. Reisk. ἔκστασις θερμότητος—εἰδῶν. 2) *mentis alienatio, cum hominis vigilantis sensus externi plane cessant, ut nihil sibi propinquum videant, et animus a corpore ad tempus secessisse videtur, corporis omniumque rerum externarum plane oblitus, et totus convertitur ad imagines intus objectas*, seu, ut verbis Apuleii utar, *ad naturam eam redit, quæ est immortalis et divina*, seu, *cum quis ἐκτὸς τοῦ σώματος est*, ut Paulus 2 Cor. XII. 2, 3. loquitur, *ecstasis*, eine Entzückung, *a transport, or delight*. Act. X. 10. ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις extra se raptus est. ibid. XI. 5. καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα et contigit mihi in ecstasi visum. ib. XXII. 17. γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει. 3) *stupor, admiratio, qua quis extra se ipsum rapitur et mentis abalienationem patitur*. Marc. V. 42. καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ et admodum obstupuerunt. Genes. XXVII. 33. ἐξέστη δὲ Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην. ibid. XVI. 8. εἶχε δὲ αὐτοὺς τρόμος καὶ ἔκστασις, ubi ἔκστασις stuporem cum magna lætitia conjunctum significat. Luc. V. 26. καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας. Act. III. 10. ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως. Alexandrini posuerunt pro תִּמְהוֹן Deut. XXVIII. 28. Zach. XII. 4. et שַׁמָּה Jerem. V. 30. interdum etiam ei notionem *somni gravis et profundi* subjecerunt, v. c. Genes. II. 21. XV. 12. Polyb. II. 55. 6. ubi vid. Schweighæuser. Hesych. φρενὸς ἔκστασις, ὁ εἰς ἑαυτὸν μὴ ὤν.—Idem: ἔκστασιν· ὕπνον, φόβον. Suid. ἔκστασις· θαυμασμὸς, ἀλλοίωσις. Gloss. Brem. ἔκστασις· θεωρία.

'ΕΚΣΤΡΕ'ΦΩ, fut. έψω, 1) proprie: *inverto*, ich kehre auswärts, *I turn outwards*, et *in alium habitum muto*, et auctore Alb. Obss. Philol. p. 412. de vestibus dicitur, extrinsecus sordidis, quæ ita invertuntur, ut interior vestis fiat exterior et tota novam acquirat faciem. Aristoph. Nub. v. 89. ἔκστρεψον ὡς τάχιστα τοὺς σαυτοῦ τρόπους, ubi Schol. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ῥυπουμένων ἱματίων καὶ ἐκστρεφομένων. Ἐκστρέψαι δὲ ἱμάτιον, τὸ ἀλλάξαι τὸ πρὸς τὸ ἔσω μέρος ἔξω. Hesych. ἐξέστρεψεν· μετέβαλεν. Conf. Casaub. ad Theophrast. Char. cap. XXII. 2) *perverto, corrumpo*, de perversitate animi et morum. Sic semel legitur in N. T. Tit. III. 11. εἰδὼς, ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος sciens, quod talis homo plane perversus sit. Deut. XXXII. 20. כִּי דוֹר תַּהְפֻּכֹת הֵמָּה Alex. ὅτι γενεὰ ἐξεστραμμένη ἐστίν. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 378.

'ΕΚΤΑΡΑ'ΣΣΩ, vel 'ΕΚΤΑΡΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, *exturbo* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum), *conturbo, perturbo, commoveo*. (ab ἐκ et ταράσσω *turbo*.) Plutarch. T. VI. Opp. p. 545. Reisk. Semel in N. T. legitur Act. XVI. 20. οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἐκταράσσουσι ἡμῶν τὴν πόλιν isti homines conturbant civitatem nostram. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 556.

'ΕΚΤΕΙ'ΝΩ, fut. ενῶ, 1) *extendo, protendo, porrigo*. (ab ἐκ et τείνω *tendo*.) Matth. VIII. 3. καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἥψατο αὐτοῦ extendens manum tetigit eum, seu simpliciter, tetigit eum; nam verba ἐκτείνας τὴν χεῖρα ex Hebraismo plane abundant. Jud. XV. 15. וַיִּשְׁלַח יָדוֹ וַיִּקָּחֶהָ 2 Reg. VI. 7. Conf. Vorstium de Hebraismis N. T. cap. XXXVIII. p. 710 seq. qui multis docuit exemplis, scriptores sacros, cum dicendum est, aliquem manu peregisse aliquid, solere addere, ipsum extendisse manum. Confer tamen Eurip. Electr. 824. et Georgii Vin. N. T. ab Heb. p. 359. Matth. XII. 13, 49. καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς tum porrecta ad discipulos manu, seu: simulque demonstratis extensa manu auditoribus. ib. XIV. 31. XXVI. 51. Marc. I. 41. III. 5. Luc. V. 13. VI. 10. Joh. XXI. 18. ἐκτενεῖς τὰς χεῖράς σου porriges manus alteri, h. e. non poteris manibus tuis uti, manus tuæ erunt ligatæ. Alii explicant: *cruci affigeris*. Male. 2) *demitto*. Act. XXVII. 30. ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν quasi vellent ex prora ancoram demittere. 3) Formula ἐκτείνειν τὴν χεῖρα, quæ, ut supra docui, ante alia ver-

ba, actum significantia, haud raro pleonastice ponitur, in N. T. tamen interdum α) significat, de Deo usurpata; *potentiam suam exserere.* Act. IV. 30. ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε εἰς ἴασιν, καὶ σημεῖα καὶ τέρατα. Conf. Glassii Philol. S. p. 934. ed. Dathii. β) *manus erectione signum dare,* seu, *silentium imperare.* Act. XXVI. 1. τότε ὁ Παῦλος ἀπελογεῖτο, ἐκτείνας τὴν χεῖρα tum Paulus signo dato sui defensionem ita egit; ubi vid. Wetstenius. γ) *manus alicui injicere violentas.* Luc. XXII. 53. οὐκ ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ἐπ' ἐμὲ non apprehendistis me. Eadem formula legitur Jerem. LI. 25. ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπί σε. Ezech. XXV. 7. 1 Macc. XII. 39, 42. Jud. IX. 33.

'ΕΚΤΕΛΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, *perficio, ad finem perduco,* ab ἐκ et τελέω, quod idem significat. Luc. XIV. 29. καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, ubi de eo sermo est, qui jacto fundamento perficere ædificium non potest. ibid. v. 30. Præterea non legitur in N. T. Alexandrini pro כִּלָּה *complevit, absolvit.* Deut. XXXII. 45. Polyb. X. 26. 1.

'ΕΚΤΕ'ΝΕΙΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *extensio,* ab ἐκτείνω. Herodian. VI. 2. 8. 2) *intensio, perpetuitas, assiduum alicujus rei studium.* Semel in N. T. legitur Act. XXVI. 7. ἐν ἐκτενείᾳ λατρεῦον summo studio colit Deum. Eandem significationem vocabulum ἐκτενία habet, quod legitur Judith. IV. 7. ἀνεβόησαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐν ἐκτενείᾳ μεγάλῃ. 2 Macc. XIV. 38. In versione Alex. non reperitur. Hesych. ἐκτενίαν· συνεχῶς ποιεῖν τι αὐτό. Suid. ἐκτένεια· ἡ συνέχεια.

'ΕΚΤΕΝΕ'ΣΤΕΡΟΝ, *intensius, vehementius.* Est neutrum comparativi adverbialiter positum, ab ἐκτενής, quod vide. Semel in N. T. legitur Luc. XXII. 44. ἐκτενέστερον προσηύχετο ardentissime precabatur. Suidas: ἐκτενέστερον· ἐνεργητικώτερον, ἐπιμελέστερον. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 62. ἐκτενέστερος, *enixius.*

'ΕΚΤΕΝΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ές, τό, 1) proprie: *extensus.* 2) *intensus, assiduus, enixus, ardens, vehemens.* Act. XII. 5. προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς ardentissimæ, enixæ preces fiebant. 1 Pet. IV. 8. τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες mutuus sit inter vos et ardentissimus amor. Œcumenius ad h. l. ἐκτενῆ, διαρκῆ, ἐπὶ πολὺ διατείνουσαν. Polyb. XXII. 5. 4. Sæpius in N. T. non occurrit. Hesychius: ἐκτενής· διατεταμένον. Gloss. Vet. ἐκτενής, *prolixus.*

'ΕΚΤΕΝΩ'Σ. Adverb. *vehementer, impense, sedulo, assidue, totis viribus,* ab ἐκτενής. Tantum legitur in N. T. 1 Pet. I. 22. ἐκ καθαρᾶς καρδίας ἀλλήλους ἀγαπήσατε ἐκτενῶς pura ac sincera mente vos invicem diligite impense, assidue. Pro Hebraico בְּחָזְקָה legitur Jon. III. 8. in vers. Alex. et Joël. I. 14. pro וְזַעֲקוּ אֶל־יְהוָה habent Alexandrini καὶ κεκράξατε πρὸς Κύριον ἐκτενῶς. Marc. Anton. I. 4. Polyb. XXXI. 22. 12. Hesych. ἐκτενῶς· προθύμως ἢ διατεταμένως. Suidas: ὁλοψύχως καὶ προθύμως.

'ΕΚΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. θήσω, 1) *expono,* sensu proprio; (ab ἐκ et τίθημι *pono*) et speciatim de *iis* usurpatur, *qui exponunt infantes.* Sic in N. T. legitur Act. VII. 21. ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ quem expositum Pharaonis filia sustulit. Sapient. XVIII. 5. καὶ ἑνὸς ἐκτεθέντος τέκνου. Eurip. Phœn. v. 25. δίδωσι βουκόλοισιν ἐκθεῖναι βρέφος. et v. 36. Ælian. V. H. II. 7. Conf. etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 496. 2) ut Latinum *exponere,* metaphorice: *narro, explico, quæ ignota vel non satis intellecta sunt, doceo accurate.* Act. XI. 4. ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς ordine iis omnem rem narravit, seu, omnem ordinem rei gestæ summa cum fide exposuit. ibid. XVIII. 26. ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν τοῦ Θεοῦ ὁδὸν accuratius eum in religione christiana instituerunt. ibid. XXVIII. 23. οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Sæpius in N. T. non legitur. Theophr. Char. Procem. 2. ἐκθήσω σοι κατὰ γένος. Alexandrini pro גִּלָּה Job. XXXIX. 15. et in eadem significatione, adjuncta tamen *laudis* et *prædicationis* notione, Symmachus Ps. XXXVIII. 6. pro Hebr. עָרַךְ. Glossæ Vett. apud Labbæum: ἐκτίθημι· τὸ λέγω. *dissero, edissero.* Ibidem: ἔκθου, φράσον.

'ΕΚΤΙΝΑ'ΣΣΩ, fut. άξω, *excutio,* i. q. ἀποτινάσσω, quod vide supra. ab ἐκ et τινάσσω *quatio.* Act. XIII. 51. οἱ δὲ ἐκτιναξάμενοι τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς excutiebant pulverem pedum super illos; quo ritu a Jesu præscripto Matth. X. 14. Marc. VI. 11. indicare volebant apostoli, se nihil in posterum cum ingratis ac præfractis contemtoribus religionis christianæ commercii esse habituros. Idem valet de formula ἐκτινάσσεσθαι τὰ ἱμάτια, quæ legitur Act. XVIII. 6. nam etiam *excutere pulverem vestimentorum* summi contemtus signum erat. Plutarch. T. II. p. 574. Reisk.

'ΕΚΤΟΣ, ὁ, ἡ, τό, *sextus,* ab ἕξ *sex.* Matth. XX. 5. XXVII. 45. Marc. XV. 33. Luc. I. 26, 36. XXIII. 44. Joh. IV. 6. XIX. 14. ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη: ubi multi loco ἕκτη reponendum esse censuerunt τρίτη, ob locum parallelum Marc. XV. 25. et Luc. XXIII. 44. præeunte Beza, Camerario et Theophylacto, mendi autem originem repetendam esse a consuetudine veterum, numeros non verbis, sed signis arithmeticis et litteris exprimentium, ut adeo h. l. etiam Γ in ς mutatum fuerit ab aliud agente librario. Conf. Is. Casauboni Exercitt. Antibar. CX. p. m. 588. Mallem tamen sequi eorum sententiam, qui statuunt, Johannem in Asia scribentem ad usum universi imperii Romani horam Romanam vel nostram sextam matutinam intellexisse. Conf. Plinii H. N. II. 77. et Gellii N. A. III. 2. Act. X. 9. περὶ ὥραν ἕκτην. Hora ista sexta, quæ nostræ meridianæ respondet, erat una ex tribus illis precandi horis inter Judæos olim receptis, (de quibus bene exposuit Wolfius in Curis Philol. ad Act. III. 2.) et a Judæis תפלה צהרים *precatio meridiana* vocabatur. Lege Origenem de Orat. § 36. et Sam. Basnagium in Exercitt. Anti-Baron. p. 347. Apoc. VI. 12. IX. 13, 14. XVI. 12. XXI. 20.

'ΕΚΤΟ'Σ. Adverbium, regens genitivum. Significat 1) *extra,* ab ἐκ, vel ἐξ. Si præmittitur ei articulus, nominascit. Τὸ ἐκτὸς *externum.* Matth. XXIII. 26. ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς (sc. μέρος) αὐτῶν καθαρὸν tum etiam exteriora eorum pura erunt. aut: tum parum referet, num externæ quoque partes sint puræ. 1 Cor. VI. 18. ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν ad corpus non pertinet. 2 Cor. XII. 2, 3. ἐκτὸς τοῦ σώματος extra se ipsum constitutus. Eurip. Phœn. v. 42. τὰ ἐκτὸς τῶν κακῶν quæ ad infortunia nihil pertinent. ibid. v. 731. ἐκτὸς τάφρων. 2) *præter, excepto.* Act. XXVI. 22. οὐδὲν ἐκτὸς λέγων, ὧν οἱ προφῆται ἐλάλησαν neque quidquam præter ea docui, quæ vates prædixerunt. 1 Cor. XV. 27. ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ excepto eo, qui ei omnia subjecit. In vers. Alex. τῷ לְבַד *seorsim* respondet, quod sequente præpositione מִן est *præter,* Jud. VIII. 26. XX. 15, 17. et τῷ מִלְּבַד *præter,* 1 Reg. X. 13. 2 Chron.

IX. 12. XVII. 19. 3) ἐκτὸς εἰ μὴ *excepto, præter, nisi, nisi forte,* ac respondet Hebraico: אִם־לֹא כִּי Deut. XXXII. 30. 1 Cor. XIV. 5. ἐκτὸς εἰ μὴ διερμηνεύῃ excepto nisi interpretetur. ibid. XV. 2. ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῆ ἐπιστεύσατε nisi forte frustra religionem amplexi estis. 1 Tim. V. 19. Xenoph. Hist. Gr. I. 2. 2. Conf. loca e Luciano, quæ Kypkius in Observv. Philol. T. II. p. 229. excitavit. Hesych. ἐκτός· δίχα, πάρεξ ἢ ἔξω. Conf. etiam Thom. M. sub ἔξω p. m. 328.

'ΕΚΤΡΕ'ΠΩ, fut. ἐψω, 1) *averto, converto, deflecto, detorqueo, distorqueo.* Passivum ἐκτρέπομαι *declino, deflecto, detorqueor, distorqueor,* et partim de *iis* dicitur, *qui a via deflectunt et declinant,* ut omissum sit τῆς ὁδοῦ, quod additur apud Ælian. V. H. XIV. 49. ἐξετράπετο τῆς ὁδοῦ ἀψήσας, et omittitur ab Aristoph. Plut. v. 838. Xenoph. Anab. V. 4. 8. (Schol. Sophoc. Electr. v. 351. ἐκτρέπειν· τὸ παρακλίνειν τῆς ὁδοῦ. Hesych. ἐκκλίνειν. Conf. Valckenar. ad Herodot. IV. 12. p. 286.) unde ἐκτροπὴ *flexus tramitis, anfractus viæ.* Xenoph. Hist. Gr. VII. 1. 19. partim vero de *iis* usurpatur, *quorum membra luxantur et e situ pristino extorquentur, ita, ut figura pristina plane immutetur,* unde ἐκτροπὴ *luxatio.* Hebr. XII. 13. ἵνα μὴ τὸ χωλὸν ἐκτραπῇ ne pes claudus magis luxetur, sanetur potius. Cf. Carpzov. Exercitt. Philon. ad Ep. ad Hebr. p. 594. Huc pertinet glossa in Alberti Gloss. Gr. p. 185. ἐκτραπῇ· ἐκπέσῃ. Hinc ἐκτρέπομαι 2) metaphorice: *a via veritatis et virtutis deflecto.* 1 Tim. I. 6. ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν deflexerunt ad vanas et inanes disputationes. Hesychius fortasse ex hoc loco: ἐξετράπησαν, ἐξέκλιναν. ibid. V. 15. ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ jam enim quædam a recta via declinarunt, Satanam secutæ. 2 Tim. IV. 4. ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται. 3) *aversor, fugio, caveo, vito, abstineo,* metaphora desumta ab iis, qui a via declinantes fugiunt aliquem obvium. 1 Tim. IV. 20. ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας devitans profanas ac vanas quæstiones. Ælian. V. H. XIII. 26. τὸν ἄνδρα ἐκτρεπόμενος. Epictet. c. 38. conjunxit tanquam synonyma φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι τὰ βλαβερά. Conf. Fischer. ad Platon. Phædon. § 57. p. 452. ed. rec. Generatim de hac voce disputavit Wetstenius N. T. T. II. p. 316 et 353.

'ΕΚΤΡΕ'ΦΩ, fut. ἐψω, 1) proprie: *alo, nutrio, enutrio inde a puero ad adultam ætatem usque.* (ab ἐκ, quod in compositis *continuationem* interdum significat, et τρέφω *alo, nutrio.*) Polyb. XII. c. 2. Xenoph. Anab. VII. 2. 18. Aristoph. Ran. 1480. 2) *educo.* Ephes. VI. 4. ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου disciplina salutari et monitis, ad pietatem in Deum pertinentibus, educetis eos potius. Aristoph. Nub. 1383. 3) *utilitati ac commodis alicujus omni modo prospicio.* Ephes. V. 29. ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτὴν, sc. τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα.

'ΕΚΤΡΩΜΑ, τος, τὸ, *partus abortivus, fœtus immaturus,* qui Hebraice נֵפֶל dicitur, quasi *cadivus,* decidit enim et fructus immaturus, ab ἐκτιτρώσκω *abortum facio.* Vid. Foësius Œcon. Hippocr. voc. ἐκτιτρώσκειν. Alex. Num. XII. 12. Hesych. ἔκτρωμα· παιδίον νεκρὸν, ἄωρον, ἐκβολὴ γυναικός. Attici *fœtus abortivos* ἀμβλώματα et ἐξαμβλώματα, etiam ἀμβλωθρίδια vocavere. Conf. Interpretes ad Thom. M. p. 319. et Fischerus Prol. XXXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 15. In N. T. semel legitur 1 Cor. XV. 8. ubi Paulus se ipsum ἔκτρωμα vocat, h. e. indignum, qui elogio nominis apostolici honoretur: ita enim ipse explicat v. 9. ἐγὼ γάρ εἰμι ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων, ὃς οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος. Theophyl. ad h. l. ἐπεὶ αὐτὸς ἀνάξιον τοῦ εἶναι ἑαυτὸν ἀπόστολον λέγει καὶ ἀπόβλητον, οὕτως ἑαυτὸν ὠνόμασεν. Zonares Lex. col. 661. ἔκτρωμα· ἢ ὡς ἐξάμβλωμα καὶ ἀμβλωθρίδιον. ὁ ἐν πᾶσι τέλειος Παῦλος, ὡς ἀτελῆ ἐν ἀποστόλοις, καὶ μὴ μορφούμενον τῇ κατὰ Χριστὸν πίστει ἀπ' ἀρχῆς, ἔκτρωμα φησὶν ἑαυτόν. ὡς περιττῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί. Paulo post Theoph. aliam aliorum explicationem subjicit: Τινὲς δὲ —— διότι καὶ αὐτὸς ἔσχατος τῶν ἀποστόλων. Sic etiam apud Hebræos homines viles et deterioris conditionis cum fœtu abortivo comparantur. Job. III. 16. Cohel. VI. 3. et qui Romæ extra numerum XII. in senatum allegebantur, dicti fuerunt *abortivi,* teste Suetonio in Octavio c. 35. si nempe sana est in illo loco lectio vulgata, nec cum Casaubono et Burmanno Orcini vel Orcivi reponendum erat. Confer. Joh. Floderi Paulus ἔκτρωμα 1 Cor. XV. 8. illustratus. Ups. 1769. 4. et Wetstenii N. T. T. II. p. 165.

'ΕΚΦΕ'ΡΩ, fut. ἐξοίσω, aor. 1. ἐξήνεγκα, 1) *effero, exporto.* (ab ἐκ et φέρω *fero.*) Act. V. 15. ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς exportarent ægrotos. 1 Tim. VI. 7. opponitur τῷ εἰσφέρειν. 2) est verbum funebre et, ut Latinum *efferre,* significat: *efferre mortuum ex ædibus ad sepulcrum,* unde ἐκφορὰ *elatio cadaveris ad tumulum.* Polyb. VI. 51. Act. V. 6. καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν et postquam extulerunt, sepelierunt. ib. v. 9. καὶ ἐξοίσουσί σε, et v. 10. Xenoph. Mem. I. 2. 53. Conf. Ez. Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 1009. et Hemsterh. ad l. l. p. 360. nec non Wetstenii N. T. T. II. p. 483. Suid. ἐκφορὰν ταφὴν, ἐκ τοῦ ἐπὶ μνήματος ἐκφέρεσθαι. Idem: ἐκφέρεσθαι ἐκ τοῦ οἴκου ἐπὶ μνήματος ἐκφέρεσθαι. Idem Thom. M. p. 324. et ibi Interpp. 3) *affero.* Luc. XV. 22. ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην afferte togam optimam. Conf. 2 Reg. X. 22. In Excerptis veteris Glossarii: *Proferte,* ἐξενέγκατε. 4) *profero, edo, in lucem profero,* maxime de terræ fertilitate proventuque fructuum. Plutarch. de Educat. Puerorum c. 4. § 10. γῆ γεωργηθεῖσα γενναίους καρποὺς ἐξήνεγκε. Xenoph. Œcon. 16. 5. et 17. 10. Genes. I. 12. ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου. Hebr. VI. 8. ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους qui vero protulerit spinas ac tribulos. Sic et *efferre* apud Cic. de Clar. Or. c. 4. " ager —— uberiores fructus efferre solet." Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 405.

'ΕΚΦΕΥ'ΓΩ, fut. εύξω, 1) proprie: *effugio persequentem, securitatis causa aufugio, fugiendo evado,* ab ἐκ et φεύγω *fugio.* Act. XVI. 27. νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους existimans aufugisse vinctos. ibid. XIX. 16. ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἐκείνου. 2 Cor. XI. 33. καὶ ἐξέφυγον τὰς χεῖρας αὐτῶν et ita effugi manus eorum. Eurip. Phœn. v. 1232. εἰ μή γε φεύγων ἐκφύγῃς πρὸς αἰθέρα. Homer. Il. ζ', 57. ὑπεκφύγοι —— χεῖρας ἡμετέρας. Silius Ital. IX. v. 567. " nostras — evasisse manus." In versione Alex. respondet τῷ נוּס Judd. VI. 11. סוּר Job. XV. 30. et נִמְלַט Ies. LXVI. 7. 2) metaphorice: *effugio, devito, evado,* et inprimis de *mali imminentis evasione* dicitur. Luc. XXI. 36. ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ut digni habeamini, qui effugiatis omnia hæc imminentia mala. Eurip. Phœn. v. 1219. ἐκπέφευγε γῆ. ibid. v. 1701. ποῖ γὰρ ἐκφεύξῃ λέχος. Alex. Prov. X. 19. οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν. Interdum ἐκφεύγειν, omissa formula κρίμα Θεοῦ,

quæ additur Rom. II. 3. significat: *evitare pœnas divinas.* Hebr. II. 3. πῶς ἡμεῖς ἐκφευξώμεθα; quomodo nos a pœnis divinis immunes erimus? (Eodem modo φεύγειν ponitur Hebr. XII. 25.) nisi statuere velimus, ἐκφεύγειν et ἀποφεύγειν ac φεύγειν esse h. l. in sensu forensi, apud Græcos haud raro obvio, ubi notat: *absolvi, liberari a pœna in judicio.* (Aristoph. Vesp. v. 991. ὄντως ἀπέφυγε. Schol. γενόμενος ἐκτὸς τιμωρίας. ib. v. 988. Conf. Thom. M. sub φεύγω.) Ἑλληνιστικῶς autem ἐκφεύγεσθαι pro ἐκφεύγεσθαι κρίμα Θεοῦ legitur apud Sirac. XVI. 15. ἐκφεύξεται ἐν ἁρπάγμασιν ἁμαρτωλὸς, coll. 2 Macc. VII. 35. Θεοῦ κρίσιν ἐκπέφευγας.

ἘΚΦΟΒΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, *terrorem et metum injicio, perterrefacio, exterreo,* ab ἐκ, quod hic significationem auget, et φοβέω *terrefacio, terrorem incutio.* Semel in N. T. legitur 2 Cor. X. 9. ἵνα μὴ δόξω, ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ τῶν ἐπιστολῶν ne quis existimet me litteris tantum vobis terrorem incutere conari. Alex. pro מַחֲרִיד Deut. XXVIII. 26. Nahum. II. 11. Zeph. III. 13. Polyb. XIV. 10. 3. Plutarch. T. II. p. 875. et IV. 129. ed. Reisk. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐκφοβῶ, *deterreo, perterreo.* Pollux Onom. IX. 155.

ἜΚΦΟΒΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *metu et terrore perculsus, perterrefactus, consternatus,* ex iisdem, i. q. ἔμφοβος. In N. T. bis legitur. Marc. IX. 6. ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι erant enim consternati. Hebr. XII. 21. ἔκφοβός εἰμι, καὶ ἔντρομος, coll. Deut. IX. 19. כִּי יָגֹרְתִּי Alex. καὶ ἔκφοβός εἰμι.

ἘΚΦΥ΄Ω, fut. ύσω, *gigno, germino, progermino,* etiam neutraliter: *nascor, pullulo,* et de fœtibus (Eurip. Phœn. v. 7 et 958.) æque ac proventibus terræ et arborum usurpatur, ab ἐκ et φύω *gigno, produco.* Matth. XXIV. 32. ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς καὶ τὰ φύλλα ἐκφυῇ cum rami ejus teneri fiunt et folia progerminant. Eadem sententia legitur Marc. XIII. 28. Sæpius non extat in N. T. nec in versione Alexandrina V. T. reperitur Legitur tamen apud Symmachum Ps. CIII. 14. pro Hebr. הוֹצִיא ubi LXX ἐξαγαγεῖν habent. Hesych. ἐκφῦναι· ἐκβλαστῆσαι, γεννηθῆναι. Hinc ἐκφύσεις *surculi.* Ælian. V. H. I. 34. Philo de Opif. Mundi T. I. p. 9. 9. πετάλων ἐκφύσεις.

ἘΚΧΕ΄Ω, fut. 1. ἐκχέσω et ἐκχεύσω, fut. 2. ἐκχεῶ, 1) *effundo,* in sensu proprio, et dicitur partim de rebus liquidis, quæ e vase effunduntur, partim de ipsis vasis, unde quid profunditur. Apoc. XVI. 1. ἐκχέατε τὰς ἑπτὰ φιάλας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν γῆν. ibid. 2, 3, 4, 8, 10, 12, 17. 2) *effundendo et profundendo perdo.* Matth. IX. 17. καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται et vinum profusum periret; ubi non solum ἐκχεῖσθαι τῷ συντηρεῖσθαι opponitur, sed etiam in Codice Cantabrig. ἀπόλλυται loco ἐκχεῖται e glossemate legitur. Marc. II. 22. 3) *profundo,* h. e. *disjicio, abjicio, effundendo dissipo.* Joh. II. 15. καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα et effudit mensariorum pecuniam. Aor. 1. ἐξέχεε Ionice ponitur pro ἐξέχευε, et hoc pro ἐξέχευσε, tanquam ab ἐκχεύω. 4) ἐκχέαι αἷμά τινος *effundere sanguinem alicujus,* significat: *aliquem interficere, occidere.* Act. XXII. 20. καὶ ὅτε ἐξεχεῖτο τὸ αἷμα Στεφάνου. Rom. III. 15. ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα. Apoc. XVI. 6. Genes. IX. 6. ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου. Ps. CV. 36. ἐξέχεαν αἷμα ἀθῶον. Vid. supra ad αἷμα dicta. 5) metaphorice: *communico cum aliquo aliquid, in aliquem confero aliquid, largiter do ac distribuo aliquid copiose, instruo aliqua re.* Act. II. 17, 18. ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα copiose instruam homines spiritu meo. ibid. v. 33. ἐξέχεε τοῦτο, sc. πνεῦμα. Tit. III. 6. οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως quem nobiscum largiter communicavit. Theophyl. ad h. l. δαψιλῶς τούτου μετέδωκεν. Ps. LXVIII. 29. ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου. Job. IV. 23. ἔκχεον τοὺς ἄρτους σου. Sirac. XVIII. 11. ἐξέχεεν ἐπ' αὐτοὺς τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Homer. Il. ε', v. 618. Τρῶες δ' ἐπὶ δούρατ' ἔχευαν ὀξέα. Schol. ἐπέχευαν δαψιλῶς ἔπεμψαν, ἐπέχευαν ἀθρόως. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὑγρῶν. Eodem modo *effundere* apud Latinos. Conf. Ernesti Clav. Cic. s. h. v.

ἘΚΧΥ΄Ω, vel ἘΚΧΥ΄ΝΩ, fut. ἐκχύσω, 1) *effundo,* et proprie, ut ἐκχέω, est rerum liquidarum, quæ effunduntur e vase, in quo continentur. Xenoph. Cyrop. VII. 5. 6. 2) *effundendo et profundendo perdo, male et temere profundo.* Sic Luc. V. 37. καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται. 3) *profundo.* Luc. XXII. 20. ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον sanguine meo vestrum causa profuso. Matth. XXVI. 28. Marc. XIV. 24. Huc pertinet formula: ἐκχύνειν αἷμά τινος *aliquem occidere, trucidare.* Matth. XXIII. 35. πᾶν αἷμα δίκαιον, ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς omnis injusta cædes, commissa in terra. Luc. XI. 50. Herodot. VII. c. 140. Æschyl. Eumen. 661. Cf. supra ad ἐκχέω dicta. 4) per metaphoram: *projicio, ejicio,* et de rebus aliis dicitur, quæ instar aquæ effunduntur. Act. I. 18. καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ et effudit omnia viscera sua. Conf. Ælian. Hist. An. IV. 52. et 2 Sam. X. 10. 5) *largiter impertior, communico liberaliter cum aliquo aliquid,* sumta metaphora ab aquarum effusione. Act. X. 45. ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκκέχυται etiam cum gentilibus dona Sp. S. communicari. Rom. V. 5. ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν amor Dei abunde nobis declaratus est. Theophyl. ad h. l. ἐκκέχυται· ἀντὶ τοῦ δαψιλὴς καὶ πλουσία φαίνεται. 6) ἐκχύεσθαι, ut Lat. *effundi* (Curtius VIII. 5. "in amorem virgunculæ effusus." Livius XXXIV. 6. "ne abrogata lege effundantur ad luxuriam.") significat: *effuse ruere in aliquid, studio ingenti flagrantique cupiditate aliquid facere,* et maxime de *eo* usurpatur, *qui se in flagitia conjicit* et *præceps in perniciem ruit.* Sic semel legitur in N. T. Jud. v. 11. καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν et pariter ac Bileamus mercedis causa scelera quævis patrare parati sunt. Polyb. Hist. V. c. 106. ἐξεκέχυντο εἰς τοὺς βασιλεῖς impense coluerunt reges. Excerptt. e Polyb. de Vit. et Virtutt. Lib. 31. p. 116. ed. Ern. οἱ δὲ εἰς ἑταίρας ἐξεκέχυντο. Excerptt. ex Diod. Sic. T. II. p. 598. καὶ πρὸς τὰς αἰσχίστας ἡδονὰς ἐκκεχυμένον. Aristoph. Vesp. 1460. Polyb. Exc. Virt. p. 1457. Eodem modo apud Latinos *effundi* ponitur, v. c. Tacit. Ann. I. 54. Curt. VIII. 5. — In versione Alex. ἐκχύνεσθαι haud raro *irruere* in sensu proprio, *impetum facere,* notat, v. c. Jud. IX. 44. XX. 37. adde Judith. XV. 3. (4.) et in libris Apocryphis ἐκχύεσθαι omnino *is* dicitur, *qui nimius est in re aliqua,* v. c. Sirac. XXXVII. 32. ἐκχύεσθαι ἐπὶ ἐδεσμάτων insatiabili cupiditate inhiare cupediis, i. q. ἀπληστεύεσθαι in eadem orationis serie. Conf. Spicil. meum II. Lex. Biel. p. 59.

ἘΚΧΩΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, *excedo, discedo, recedo,* ab ἐκ et χωρέω *cedo, abeo.* Semel in N. T. legitur Luc. XXI. 21. καὶ οἱ ἐν μέσῳ αὐτῆς ἐκχωρείτωσαν et qui erunt in illa urbe, (nempe Hierosolyma) discedant. Num. XVI. 45. ἐκχωρήσατε ἐκ μέσου τῆς συναγωγῆς ταύτης. Amos VII. 12. in vers. Alex. pro בְּרַח *aufugit, effugit* ponitur.

Ælian. V. H. III. 21. *μικρὸν ἐκχωρῆσαι τῆς ὁδοῦ.* Plutarch. Opp. T. III. p. 638. Reisk. Phavorin. *ἐκχωρῶ· τὸ ἐκβαίνω.* (ita enim legendum loco impressi *ἐκφαίνω.*) *ὡς Δημοσθένης, καὶ οὕτω μὲν τότε παρ' ἡμῖν ἐκκεχωρηκότων, ἀντὶ τοῦ ἐκβάντων.*

ʼΕΚΨΥ΄ΧΩ, fut. *ύξω*, uti Hebraicum גָּוַע (Gen. VI. 17. et XXV. 8.) *animam efflo, exspiro.* (ab *ἐκ* et *ψυχὴ anima.*) Act. V. 5. *πεσὼν ἐξέψυξε* humi prolapsus exspiravit, coll. v. 10. ibid. XII. 23. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alex. metaphorice de *animi defectione et summa tristitia* adhibetur, v. c. Ezech. XXI. 7. *καὶ ἐκψύξει πᾶν πνεῦμα.* Hesych. *ἐκψύχουσι· λειποθυμοῦσι.*

ʼΕΚΩ΄Ν, *όντος, ὁ*, fœmin. ʼΕΚΟΥ΄ΣΑ, *ης, ἡ*, neutrum ʼΕΚΟ΄Ν, *όντος, τὸ*, *voluntarius, qui sponte aliquid facit*, ab *εἴκω cedo, non repugno.* Bis legitur tantum in N. T. Rom. VIII. 20. *οὐχ ἑκοῦσα* non sua sponte. 1 Cor. IX. 17. *εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω* si enim volens et lubenter munere meo apostolico fungor. Opponitur ibi *τῷ ἄκων.* Hesych. *ἑκών· θέλων, βουλόμενος.* Conf. Thom. M. s. h. v. et ibi Interpretes p. 290 seq.

ʼΕΛΑΙ΄Α, *ας, ἡ*, 1) *olea, arbor fertilissima et semper virens.* Cum oleis eleganter ob summam et perennem dignitatem ac præstantiam comparantur prophetæ, seu doctores insignes: Apoc. XI. 4. *οὗτοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι*, coll. Zach. IV. 11, 12, 14. et Glassii Philol. Sac. p. 1109. ed. Dathii. Ex sententia Eichhornii autem ideo dicuntur ita, quia rempublicam vacillantem consiliis fulciunt et quasi reipublicæ lampadi oleum infundunt. *Τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν mons oleis consitus, mons olivarum*, duobus passuum milibus distans ab Hierosolyma versus orientem, per totam fere noctem a templi lucernis, igneque, in altari holocaustorum illic perpetuo lucente, illuminatus, in cujus latere erat Bethania, in ipso vero montis vertice sita erat Bethphage. Matth. XXI. 1. XXIV. 3. XXVI. 30. Marc. XI. 1. etc. Plutarch. T. VI. Opp. p. 86. ed. Reisk. Joseph. A. J. XX. 8. 6. B. J. V. 2. 3. et 12. 2. Conf. P. Giebelhausen D. Histor. Philol. de monte olivarum. Lips. 1704. 4. 2) ut Hebraicum זַיִת (Deut. XXIV. 20. Mich. VI. 15.) per metonymiam *oliva, oleæ fructus.* Jacob. III. 12. *μὴ δύναται συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι;* num potest ficus olivas producere? Xenoph. Œcon. 19. 18. 3) metaphorice: *cœtus verorum Dei cultorum, verus Dei populus*, scilicet ob dignitatem ac prosperitatem, qua a Deo ornatur. Rom. XI. 17, 24. Adde Jerem. XI. 16, 17. coll. Hos. XIV. 7. — Thom. M. *ἐλάα καὶ ἐπὶ τοῦ καρποῦ καὶ ἐπὶ τοῦ δένδρου, κρεῖττον ἡ ἐλαία.* Vid. ad h. l. Interpretes. Suidas: *ἐλάα· ὁ καρπὸς, ἐλαία δὲ, τὸ δένδρον.* Conf. Duker. ad Thucyd. VI. 99. et Wass. ad VII. 81.

ʼΕΛΑΙΟΝ, *ου, τὸ*, 1) *oleum vulgare, quale lucernis suffunditur, liquor ex olivis expressus.* Matth. XXV. 3, 4, 8. Oleum lenit et mitigat dolorem, vulnusque ad sanitatem perducit. Hinc Luc. X. 34. Samaritanus vulnera hominis, qui in latrones inciderat, oleo perfudisse legitur. Luc. XVI. 6. Xenophont. Symp. II. 4. 2) *oleum pretiosum et majore arte paratum e variis floribus et aromatibus, quo caput ungi solebat, unguentum.* Athenæus Deipnosoph. XV. c. 11. p. 688. ed. Casaub. Marc. VI. 13. *καὶ ἤλειφον ἐλαίῳ πολλοὺς ἀῤῥώστους* et ungebant multos ægrotos oleo, coll. Jacob. V. 14. Luc. VII. 46. *ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας.* 3) *fructus olearum adhuc ex arboribus pendens*, i. q. *ἐλαία.* Apoc. VI. 6. *καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς.* Jam, quia unguentis delibuere se veteres solebant, maxime in conviviis, ubi se hilaritati dabant, et oleo, seu unguento apud Judæos sacerdotes, prophetæ, reges ad munus suum inaugurabantur, factum est, ut *ἔλαιον* 4) metaphorice *omnem felicitatem, dignitatem et prosperum rerum statum* significaret. Hebr. I. 9. *ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ἔλαιον ἀγαλλιάσεως* summa te Deus dignitate et felicitate ornavit. Ps. XXIII. 5. XLV. 8. Job. XXIX. 7. Cf. Glassii Philol. Sac. p. 1110. ed. Dathii.

ʼΕΛΑΙΩ΄Ν, *ῶνος, ὁ*, *olivetum, locus oleis consitus et abundans.* Speciatim ita dicitur mons, situs ad orientem urbis Hierosolymæ et templi, valle tantum intermedia et torrente Kedron ab urbe diremptus. (Joseph. de B. J. V. 2. 3.) Lucas Act. I. 12. itinere Sabbati, quod septem ac dimidio stadiis definiebatur; Joseph. (A. J. XX. 8. 6.) vero quinque stadiis montem ab urbe distare dicit. Uterque recte. Nam hic spatium metitur ad primam basin Oliveti, ille vero ad locum Oliveti, unde Christus in cœlum ascenderit. Varias arbores nascentes habebat, palmas, ficus, cedros, præsertim oleas, a quibus nomen habet.

ʼΕΛΑΜΙ΄ΤΗΣ, *ου, ὁ*, plur. ʼΕΛΑΜΙ΄ΤΑΙ, *ῶν, οἱ*, *Elamita, incola, s. civis provinciæ Elymaidis, regionis Asiæ majoris, sitæ inter Mediam et Mesopotamiam prope Susiam.* Unde in V. T. (v. c. Ies. XXI. 2. Jerem. XXV. 25.) *Elam et Madai*, i. e. Elamitæ et Medi passim junguntur. Olim universa Persia Elam vocabatur, ab Elamo, Semi filio, teste Josepho A. J. I. 6. 4. Hesych. *Ἐλαμῖται· Πάρθοι*, h. e. *Πέρσαι.* Semel commemorantur in N. T. Act. II. 9. *Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν.* ubi vid. Wetstenius.

ʼΕΛΑ΄ΣΣΩΝ, vel ʼΕΛΑ΄ΤΤΩΝ, *ονος, ὁ, ἡ, ον, τὸ*, Comparativus ab *ἐλαχὺς*, pro quo usitatum est *μικρὸς, parvus, exiguus.* Hinc refertur 1) ad *ætatem*, ut significet *minorem natu.* Rom. IX. 12. *ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι* major serviet natu minori; quæ verba sumta sunt ex Genes. XXV. 23. Adde Gen. XXVII. 6. ubi in ed. compl. legitur *νεώτερον* pro *ἐλάσσω*, quod reliqui libri habent. 2) ad *dignitatem et indolem*, ut sit: *vilior, deterior*, et de rebus æque ac personis adhibetur. Joh. II. 10. *πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω* omnes solent primum præstantius vinum apponere, et ubi sat biberunt, vilius. Hebr. VII. 7. *τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται* ei, qui est minori dignitate, a majori benedicitur. Epictet. Enchir. c. 25. *ἔλαττον ἔχειν* deteriore esse conditione. Xenoph. Mem. I. 5. 11 et 12. Alb. Gloss. N. T. p. 106. *ἐλάσσονι· ἥττονι, μικροτέρῳ.* Apud Græcos *ἐλάσσων* interdum de *spatio breviori* adhibetur, v. c. Xenoph. Cyrop. II. 4. 17. *ἐλάσσων ἡ ὁδός.* Ælian. V. H. VIII. c. 11.

ʼΕΛΑΤΤΟΝ, vel ʼΕΛΑΣΣΟΝ. Neutrum ab *ἐλάσσων*, quod vero propter omissam præpositionem *εἰς*, vel aliam, adverbialiter ponitur (confer Wesseling. ad Diod. Sic. I. 32.) et fere est particula temporis. 1 Tim. V. 9. *χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα*, vidua in catalogum referatur non infra sexaginta annos nata. Thucyd. IV. 64. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 341.

ʼΕΛΑΤΤΟΝΕ΄Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, 1) generatim: *minor sum altero*, sive *quantitate*, sive *ætate*, sive *dignitate*, sive *alia quacunque qualitate*, ut, quis sit hujus verbi in singulis locis sensus, semper e serie orationis di-

judicandum sit. (a comparativo ἐλάττων.) 2) speciatim: *minus habeo, careo, egeo*, ut ἐλάσσωμαι apud LXX 2 Sam. III. 29. ubi Hebr. חָסֵר respondet, et ἐλασσούμενος significat *egenum, pauperem*. Vulg. *indigens*. Symm. ἐνδεής. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. VIII. 15. καὶ ὁ τὸ ὀλίγον οὐκ ἠλαττόνησε qui parum collegerat, non minus habebat, non penuria laborabat. Verba sunt petita ex Exod. XVI. 18. הַמַּמְעִיט לֹא הֶחְסִיר. ubi Alex. secundum Cod. Vatic. καὶ ὁ τὸ ἔλαττον οὐκ ἠλαττόνησεν. Sed in Alex. est ὁ τὸ ὀλίγον.

'ΕΛΑΤΤΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, generatim: *minuo, diminuo, minorem reddo* vel *facio, quocunque demum modo*. (ab ἐλάττων, de quo supra.) Thucyd. III. 42. Sic v. c. ἐλαττοῦσθαι significat: *minorem esse numero*, apud Xenoph. Hist. Gr. I. 5. 9.—*carere, destitui*. Sirac. XXV. 3. ἐλαττούμενοι συνέσει. ibid. XLVII. 27. Hesych. ἐλαττούμενον· λειπόμενον. 2) speciatim: *inferiorem aliquem reddo, reddo deteriorem et iniquam alicujus conditionem*. Hebr. II. 7. ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ad breve tempus eum deterioris conditionis esse voluisti angelis. Eodem modo Alexandrini verterunt verba Hebraica Ps. VIII. 6. תְּחַסְּרֵהוּ מְּעַט מֵאֱלֹהִים. Hebr. II. 9. τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον, ubi τῷ ἐλαττοῦσθαι opponitur στεφανοῦσθαι δόξῃ καὶ τιμῇ. Eodem sensu legitur apud Isocratem Panegyr. cap. 47. p. 127. ed. Mori. Conf. etiam Symmachum 2 Sam. III. 1. et Abreschii Annotatt. in Ep. ad Hebræos pag. 90. 3) ἐλαττοῦσθαι *inferiorem haberi, decrescere*, de eo dicitur, *cujus gloria et auctoritas imminuitur*. Joh. III. 30. ἐκεῖνον δεῖ αὐξάνειν, ἐμὲ δὲ ἐλαττοῦσθαι ille debet crescere auctoritate, ego decrescere. Antigon. Caryst. Hist. Mir. c. 1. Exempla e Diod. Sic. collegit Munthe in Obss. Philol. p. 193.

'ΕΛΑΥ'ΝΩ, fut. ἐλάσω, perf. ἐλήλακα, 1) *impello, vi agito, propello*, v. c. ἐλαύνειν ἵππον equum calcaribus additis impellere. Conf. Bach. ad Xenoph. Sympos. II. 27. Ælian. V. H. XI. 9. ἐλαύνειν κώπην remum agitare. Luc. VIII. 29. ἠλαύνετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος εἰς τὰς ἐρήμους a dæmone agebatur per loca deserta. Jacob. III. 4. ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα naves, quæ ventorum vehementia agitantur. Hom. Od. ό, 502. Aristoph. Equit. 1179. 2 Petr. II. 17. νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι nubes a vento huc illuc agitatæ. 2) per metonymiam, omisso substantivo ναῦν, quod additur a Xenoph. de Rep. Athen. I. 2. 20. *navigando et remigando provehor*, quasi *remis navem propello*, i. q. κωπηλατέω. Marc. IV. 48. καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν vidit eos laborantes in navigio provehendo. Joh. VI. 19. ἐληλακότες ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε provecti stadia fere viginti quinque. Thucyd. III. 49. VIII. c. 108. ἀναζεύξας ἤλαυνεν ἐπὶ τοὺς Ἴωνας. Homer. Odyss. γ'. v. 157. 1 Reg. IX. 28. ἐλαύνειν εἰδότας θάλασσαν. Apud Græcos ἐλαύνειν interdum simpliciter notat: *proficisci, expeditionem agere terra*. Conf. Reitz. ad Lucian. Opp. T. II. pag. 724. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐλαύνω, *agito, vecto*.

'ΕΛΑΦΡΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *levitas ponderis*, seu *oneris*, ab ἐλαφρός. Hes. ἐλαφρία· κουφότης. Idem habet Gloss. Gr. Alberti p. 141. 2) metaphorice: *levitas animi, inconstantia, qua aliquis subito sine justa causa consilium suum mutat*. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. I. 17. μή τι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; num inconstantiæ accusari possum? Alii vertunt: *num vanum et mendacem me gessi?* Respexit huc fortasse Hesychius hac glossa: ἐλαφρία· μωρία.

'ΕΛΑΦΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) proprie: *levis pondere*, ita, ut *gravi* et *ponderoso* opponatur, *portatu facilis, agilis, celer*. Xenoph. de Venat. IV. 1. Lucian. de merced. conductis pag. 456. φέρειν τὸν ζυγὸν, ἐλαφρόν τε καὶ εὔφορον. Alex. pro קַל Job. XXIV. 18. Hesych. ἐλαφρός· εὐβάστακτος, κοῦφος. Idem: ἐλαφρά· τὰ μὴ βαρέα ἢ κοῦφα. 2) metaphorice: *quod facile tolerari, perferri et sustineri potest*. 2 Cor. IV. 17. τὸ γὰρ ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν levitas (nam neutrum τὸ ἐλαφρὸν pro substantivo ponitur) præsentis calamitatis nostræ, seu, leves illæ afflictiones nostræ. 3) *facilis, facilis observatu*. Matth. XI. 30. φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι mea doctrina facilis est. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΛΑ'ΧΙΣΤΟΣ, ίστη, ον. Superlativus ab ἐλαχὺς *parvus*. Significat 1) *minimum*, ratione *quantitatis*. Jacob. III. 4. μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου dirigitur a minimo quovis gubernaculo. 2) *minimum*, ratione *qualitatis*, v. c. *status, dignitatis, præstantiæ, æstimationis*. In hoc sensu dicitur de *persona* æque ac de *re*. Matth. II. 6. οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα nequaquam minima es præfecturarum Judææ. ib. V. 19. μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων ἐλαχίστων vel unum horum præceptorum, quæ vulgo leviora et nullius momenti habentur. ibid. ἐλάχιστος κληθήσεται pro meo illum non agnosco. Respexit h. l. Phavorin. ἐλάχιστος· ὁ ἔσχατος καὶ ἀπεῤῥιμμένος εἰς τὴν γέενναν. ὡς τό· ἐλάχιστος κληθήσεται. ib. XXV. 40, 45. τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων uni e minimis meorum cultorum. Luc. XII. 26. XVI. 10. ubi τὸ ἐλάχιστον vocantur opes terrestres, coll. v. 11. Phav. ad h. l. ἐλάχιστος· καὶ ὁ ἐπίγειος πλοῦτος. ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ. Sumta hæc sunt ex Suida, quem vide omnino. Luc. XIX. 17. 1 Cor. IV. 3. ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι equidem haud curo, *minimi id facio*, pro ἐμοὶ δὲ ἐλάχιστόν ἐστι, ad imitationem Hebr. לִמְעַט Hagg. I. 9. ibid. VI. 2. κριτηρίων ἐλαχίστων estisne indigni, qui dirimatis causas minutissimas? ibid. XV. 9. ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος τῶν ἀποστόλων ego sum apostolorum minimus. Hesych. ἐλάχιστος· μικρὸς, πάνυ ὕστερος, ἔσχατος.

'ΕΛΑΧΙΣΤΟ'ΤΕΡΟΣ, α, ον. Comparativus a superlativo ἐλάχιστος denuo formatus, *minimo minor*, qui etiam apud Homerum Odyss. IX. 116. reperitur. Semel in N. T. legitur Ephes. III. 8. ἐμοὶ δὲ ἐλαχιστοτέρῳ mihi autem minimo minori, seu, admodum indigno hoc beneficio. Simili modo ab ἐλάχιστος formatur novus superlativus ἐλαχιστότατος apud Sextum Empiricum IX. § 406. p. 627. πρώτιστος, Diog. Laërt. I. 28. et a μείζων, μειζότερος, 3 Joh. v. 4. et apud Latinos *minimissimus, pessimissimus* et *postremissimus*. Cf. Fabricium ad Sext. Empir. l. l. Valckenær. ad Theocrit. Adoniaz. pag. 234 seq. Grævius ad Lucian. Solœc. p. 73. et Wetsten. ad locum Pauli.

'ΕΛΑ'Ω, vid. 'ΕΛΑΥ'ΝΩ.

'ΕΛΕΑ'ΖΑΡ, ὁ, *Eleasar*. Nomen proprium Hebraicum indeclinabile viri, qui fuit filius Eliud. Matth. I. 15. Hebr. אֶלְעָזָר h. e. *Deus est auxilium*, ex אֵל *Deus* et עֵזֶר *auxilium*.

"ΕΛΕΓΞΙΣ, εως, ἡ, *reprehensio, redargutio, certa demonstratio, argumentum, probatio*, ab ἐλέγχω. Semel in N. T. tantum legitur 2 Petr. II. 16. ἔλεγξιν δὲ ἔσχεν τῆς ἰδίας παρανομίας sed correptus et redargutus fuit ob suam vesaniam et impietatem. Nam ἔλεγξιν ἔχειν est i. q. ἐλέγχεσθαι. Hesych. et Phavorin. ἔλεγξις

ἔνδειξις, ἀτιμία, ὕβρις, ἡ φανέρωσις τῶν κεκρυμμένων.

ἜΛΕΓΧΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *demonstratio, probatio, quæ fit argumentis certis et rationibus indubitatis, qua rei certitudo efficitur, argumentum*, i. q. ἔλεγξις. Glossæ: *probatio*, ἔλεγχος. Epictet. apud Arrianum III. 10. ἐλθέτω ὁ ἔλεγχος τοῦ πράγματος, ἡ δοκιμασία τοῦ φιλοσοφοῦντος. Ælian. V. H. VII. 19. 2) *spes et persuasio animi, quæ idoneis argumentis firmatur et nititur*, i. q. ὑπόστασις, cum quo permutatur Hebr. XI. 1. ἔστι δὲ πίστις - - - πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων est autem fides — certa de rebus persuasio, quæ oculis non cernuntur. ubi vid. Wetstenius. 3) *redargutio, convictio, correptio*. 2 Tim. III. 16. πρὸς ἔλεγχον ad refutandos et profligandos religionis christianæ adversarios. Longin. de Sublim. Fragm. III. 11. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alex. Hebr. תּוֹכֵחָה Ies. XXVII. 8. Hos. V. 9. et תּוֹכַחַת Job. XIII. 6. XXIII. 4. respondet.

ἘΛΕ'ΓΧΩ, fut. ἔγξω, 1) *certis et indubitatis argumentis alicui aliquid persuadeo et demonstro ac dissentientes refuto*. Joh. XVI. 8. ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ δικαιοσύνης καὶ κρίσεως persuadebit hominibus de innocentia mea eosque de vi ac potestate Satanæ fracta edocebit. 2 Tim. IV. 2. Tit. I. 9. καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν et contradicentes refutare. 1 Cor. XIV. 24. ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων refutatur ab omnibus, sc. qui hactenus habuerat falsam de christianis opinionem. Thucyd. VI. 86. αὐτὸ τὸ ἔργον ἐλέγχει. Confer Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. pag. 1082. 2) *arguo, convinco*, v. c. *maleficii, criminis, injuriæ*. Matth. XVIII. 15. ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου argue illum intra privatos parietes. Joh. VIII. 9. καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι convicti conscientia, seu, male sibi conscii. ibid. v. 46. τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; ib. XVI. 8. ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ τῆς ἁμαρτίας convincet Judæos de incredulitate. Ælian. V. H. XII. 51. Aristoph. Plut. 574. Athen. Legat. pro Christ. c. 2. εἰ μέν τις ἡμᾶς ἐλέγχειν ἔχει, ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον ἀδικοῦντας. 3) *reprehendo, vitupero convictum, exprobro*. Luc. III. 19. ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ περὶ Ἡρωδιάδος cum reprehensus esset ab eo ob matrimonium cum Herodiade. 1 Tim. V. 20. τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε peccantes objurgatione publica emendare tenta. Tit. I. 13. δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως quam ob rem eos severe objurga. ibid. II. 15. Jacob. II. 9. ἐλεγχόμενοι ὑπὸ νόμου ὡς παραβάται. Genes. XXI. 25. ἤλεγξεν Ἀβραὰμ τὸν Ἀβιμέλεχ. Herodian. VII. 1. 15. Ælian. V. H. VII. 26. 4) *castigo, punio aliquem*. Hebr. XII. 5. μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος nec animum abjicias, si tibi a Deo mala et calamitates immittantur. Apoc. II. 19. ἐγὼ, ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. 2 Sam. VII. 14. ἐλέγξω αὐτὸν ἐν ῥάβδῳ ἀνδρῶν. Job. XIII. 10. 2 Paral. XXVI. 20. 5) *in lucem protraho, manifesto, conspicuum reddo*. (Verbum proprium de judicibus, qui ex reis verum exquirere student sciscitando et per vim tormentorum. Unde ἐλέγχειν haud raro *sciscitari* notat (conf. Ernesti ad Callimachum Hymn. in Delum v. 88.) et ἔλεγχος est *examen*. Xen. Anab. III. 5. 9. IV. 1. 17.) Joh. III. 20. ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ ne conspicua fiant ejus opera, coll. v. 21. ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ephes. V. 11. μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε potius in lucem protrahite. ibid. v. 13. τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται omnia manifestantur, si deteguntur a lumine. Artemid. Oneirocr. I. c. 68. τὰ κρυπτὰ ἐλέγχει. Herodian. III. c. 12. s. 11. ἐπιστάμενος, ὡς εἰ λάθοι ἡ ἐπιβουλὴ καὶ μὴ ἐλεγχθείη. Ælian. V. H. XII. 5. Alia exempla habet Elsnerus Obss. Sacr. T. I. p. 301. Wetstenius N. T. T. II. p. 254. et Raphelius in Annott. Polyb. p. 547. Phavorin. ἐλέγχω· τὸ κεκρυμμένον ἀτόπημά τινος εἰς φῶς ἄγω, καὶ ἁπλῶς τὸ, τὸ ἀληθὲς φανερῶ.

ἘΛΕΕΙΝΟ'Σ, (Attice ἐλεινός. Vide Porson. præf. ad Eurip. I. p. VIII.) ὁ, ἡ, τὸ, passive: *miser, miserabilis, qui ita est in misera conditione, ut ejus aspectu commoveantur alii ad commiserationem*, i. q. ἄθλιος, ab ἔλεος *misericordia*. Bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. XV. 19. ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμὲν miserrimi omnium hominum essemus. Comparativus h. l. ponitur pro superlativo ἐλεεινότατος. Apoc. III. 17. ταλαίπωρος καὶ ἐλεεινὸς ærumnosus et miserabilis. Xenoph. Anab. IV. 4. 7. Suid. ἐλεεινός· ὁ ἐλέους ἄξιος. Hesych. ἐλεεινοί· ταλαίπωροι. Idem: ἐλεεινά· οἰκτρά. — οἰκτρῶς· ἐλεεινῶς. Glossæ: ἐλεεινός· *miser, miserabilis, detestabilis*. Cæterum constat, vocabulum ἐλεεινὸς apud Græcos interdum etiam active de eo usurpari, *qui est ad misericordiam proclivis, qui miseriam alterius sentit ac dolet* propterea, v. c. apud Herodian. I. 4. 3. φύσει τὸ ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν ἐν ταῖς τῶν ὁμοφύλων συμφοραῖς. Confer Beckii Comment. in Aristoph. Vol. III. p. 265 seq.

ἘΛΕΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *misereor alicujus, misericordia commoveor, alterius miseria tangor, commiseror*, quandoque etiam *ad misericordiam commoveo*, ut apud Theodot. Job. XLI. 3. Hesych. ἐλεεῖ· οἰκτείρει. Ἐλεέομαι, οὖμαι, *misericordiam consequor*. Matth. V. 7. ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται nam misericordiam consequentur. ibid. IX. 27. ἐλέησον ἡμᾶς miserere nostrum. Adsciscit enim ἐλεεῖν accusativum etiam apud Græcos, v. c. Ælian. V. H. XIII. c. 31. XIV. 40. Matth. XV. 22. XVII. 15. XVIII. 33. XX. 30, 31. Marc. V. 19. X. 47, 48. Luc. XVI. 24. XVII. 13. XVIII. 38, 39. Psalm. VI. 2. CXXII. 3. 2) *beneficia in aliquem confero, clementius tracto, misericordiam ipsis factis demonstro*, et speciatim de *beneficio divino* dicitur, *quod est in adductione hominum ad religionem et felicitatem christianam*. Rom. IX. 15. ἐλεήσω, ὃν ἂν ἐλεῶ pro lubitu distribuo beneficia. ibid. v. 16 et 18. XI. 30. νῦν δὲ ἠλεήθητε nunc vero beneficio divino affecti estis per receptionem in ecclesiam christianam. ibid. v. 31 et 32. XII. 8. ὁ ἐλεῶν cui cura ægrotorum ac miserorum commissa est. 1 Cor. VII. 25. ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι cui beneficio divino munus docendi est demandatum. 2 Cor. IV. 1. καθὼς ἠλεήθημεν quod est summum Dei beneficium. Philip. II. 27. ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν sed Deus ei sanitatem restituit. 1 Tim. I. 13, 16. ἠλεήθην sed condonavit mihi peccatum Deus. 1 Petr. II. 10. οἱ οὐκ ἠλεημένοι, νῦν δὲ ἐλεηθέντες olim, sc. ante conversionem ad religionem christianam, miserrimi, nunc autem beatissimi homines. Jud. v. 22. οὓς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι. Eodem sensu רִחַם (cui ἐλεεῖν haud raro in vers. Alex. respondet, æque ac חָנַן Num. VI. 25. Psalm. VI. 3. Prov. XIV. 21, 31.) usurpatur. Exod. XXXIII. 19. Hos. II. 3. Conf. etiam Alex. Prov. XXII. 9. Ies. XLIV. 23. LII. 8. LIV. 7. qui ἐλεεῖν interdum etiam pro נָתַן Prov. XXI. 26. הֵטִיב *benefecit*, Job. XXXIV. 21. et חָמַל *condonavit, ignovit*, posuerunt, v. c. Ezech. VII. 4, 9. VIII. 18. Xenoph. de Rep.

Athen. II. c. 16. Phavor. ἐλεῶ· οἰκτείρω, κατοικτείρω, φείδομαι, οἰκτίζομαι.

ἘΛΕΗΜΟΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *benignitas erga inopes et miseros, studium sublevandi egenos, misericordia*, i. q. οἰκτιρμός. Hoc sensu extat apud Callimachum Hymn. in Delum. v. 152. ubi vide Spanhemium in versione Alex. ubi Hebraico צְדָקָה Ies. I. 27. XXVIII. 17. et חֶסֶד Prov. III. 3. XX. 28. respondet. Adde Symmachum Ps. XXX. 1. 2) per metonymiam: *ipsum beneficium, stips erogata pauperibus.* Matth. VI. 1. ubi tamen pro ἐλεημοσύνην rectius legitur δικαιοσύνην. ibid. v. 2, 3, 4. ubi ποιεῖν ἐλεημοσύνην *stipem erogare pauperibus* significat, i. q. διδόναι ἐλεημοσύνην, quod legitur Luc. XI. 41. XII. 33. Act. III. 2. αἰτεῖν ἐλεημοσύνην. ibid. v. 3, 10. πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην stipis rogandæ causa. ibid. IX. 36. X. 2, 4, 31. XXIV. 17. Hæc posterior significatio e lingua Hebraica petenda esse videtur; nam vocabulo צְדָקָה non solum *benignitatis et misericordiæ*, sed *stipis* etiam et beneficii notio inest, v. c. Dan. IV. 24. ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι. Adde Sirac. III. 13. XXXI. 12. XL. 19. Diog. Laërt. V. 17. ἐλεημοσύνην ἔδωκεν. Conf. Spanhem. ad Callim. l. l. et Vorstium in Philol. S. c. II.

ἘΛΕΗ'ΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *misericors, benignus, qui aliorum miseretur eorum sublevando miseriam*, ab ἔλεος. Bis tantum in N. T. legitur. Matth. V. 7. μακάριοι οἱ ἐλεήμονες. Hebr. II. 17. ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεύς. Alex. pro חַנּוּן Psalm. CIII. 8. CXI. 4. רַחוּם Psalm. CXLV. 8. et חָסִיד posuerunt Jer. III. 12.

ἜΛΕΟΣ, ου, ὁ, 1) *misericordia, benevolentia, quæ se factis exserit.* Matth. XXIII. 23. καὶ τὸν ἔλεον præceptum de misericordia exercenda. Tit. III. 5. κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον pro suo erga nos favore. Hebr. IV. 6. ἵνα λάβωμεν ἔλεον ut ejus misericordiæ participes reddamur. 2) *pietas in Deum, probitas.* Matth. IX. 13. ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν pietate et integritate vitæ magis delector, quam sacrificio. ib. XII. 7. Sirac. XLIV. 27. Josephus ἀνὴρ ἐλέους vocatur, h. e. *pius, integer vitæ.* 1 Macc. II. 56. Δαβὶδ ἐν τῷ ἐλέει αὐτοῦ ἐκληρονόμησε θρόνον βασιλείας κ. τ. λ. ob pietatem suam Davides imperium perpetuum ac perenne est consecutus. Eodem sensu Hebr. צְדָקָה Ies. LVI. 1. Ezech. XVIII. 19. in vers. Alex. respondet ad imitationem Hebr. חֶסֶד Prov. XIX. 22. Hos. VI. 4.

ἜΛΕΟΣ, εος, contracte ους, τὸ, 1) *misericordia*, in sensu activo, *dolor de alterius malo, et ab eo liberandi ipsum desiderium, benignitas, favor, benevolentia.* Luc. I. 50. καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν. ibid. v. 78. διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ per summam Dei nostri misericordiam. 1 Petr. I. 3. 2) per metonymiam causæ pro effectu: *ipsum beneficium,* (Inc. 2 Sam. XIV. 45. ἔλεος τοῦ Θεοῦ ἐποίησε magno nos beneficio divino hodie affecit. Erat autem hoc beneficium divinum in victoria de Philistæis reportata.) *maxime quod est in adductione ad religionem et felicitatem christianam, felicitas.* Luc. I. 58. ἐμεγάλυνε Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς quod Deus eam tanto exornaverit beneficio. ibid. v. 72. ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, coll. X. 37. ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ qui misericordem et benignum se ei præstitit. Formula hæc videtur expressa esse ad Hebraicam עָשׂוֹת חֶסֶד עִם פְּלוֹנִי Genes. XXIV. 14. Rom. IX. 23. σκεύη ἐλέους homines, quibus a Deo destinatum est beneficium religionis christianæ. Eodem modo explicanda sunt verba τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, Rom. XI. 31. et ὑπὲρ ἐλέους, Rom. XV. 9. Interdum de *ipsa felicitate, quæ alicujus benignitati debetur,* adhibetur. Galat. IV. 16. εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἔλεος. 1 Tim. I. 2. 2 Tim. I. 2. χάρις, ἔλεος καὶ εἰρήνη. Tit. I. 4. 2 Joh. v. 3. Jud. v. 2. Sic חֶסֶד Psalm. CIII. 4. Tob. VIII. 17. Sirac. LI. 29. 3) *gratuita promissio.* Luc. I. 54. μνησθῆναι ἐλέους memor promissorum benignissimorum. Iterum ad imitationem Hebraici חֶסֶד 2 Paral. VI. 42. זָכְרָה לְחַסְדֵי דָּוִיד עַבְדֶּךָ. Confer quoque LXX Psalm. LXXVII. 9. ubi ἔλεος *promissionem felicitatis* notat.

ἘΛΕΥΘΕΡΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *libertas, qua quis est sui juris et pro lubitu vivere potest, status oppositus servituti civili et domesticæ,* ab ἐλεύθερος, quod vide. Sed in hoc sensu in N. T. non legitur, frequentissime tamen ita legitur in exterorum scriptorum monumentis. In N. T. semper metaphorice adhibetur, ita, ut 2) significet *libertatem christianam in observandis et negligendis ritibus Mosaicis, immunitatem a duro legis Mosaicæ imperio,* quæ ἐξουσία in aliis locis dicitur. 1 Cor. X. 29. ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως; qui condemnari, inique dijudicari possit et coërceri libertas mea, qua utor, ab aliis aliter sentientibus? Galat. II. 4. V. 1. Theodor. ad h. l. ἐλευθερίαν τὴν ἔξω τοῦ νόμου πολιτείαν καλεῖ. ibid. V. 13. ὑμεῖς ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε. Theodoret. τῆς τοῦ νόμου δουλείας ἠλευθερώθητε. 3) *libertas a servitute et duro imperio vitiositatis et errorum,* et *immunitas a peccatorum pœnis per Christum nobis parta.* 2 Cor. III. 17. οὗ δὲ τὸ πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία per religionem christianam omnia impedimenta verum cognoscendi tolluntur, coll. v. 16. Jacob. I. 24. νόμος τέλειος ὁ τῆς ἐλευθερίας lex christiana, quæ homines vere et perfecte liberos a vitiositate reddit. Jacob. II. 12. διὰ νόμου ἐλευθερίας secundum religionem, quæ homines sanctos et integros postulat ac reddere valet. 1 Petr. II. 16. 4) *status felicissimus beatorum in cœlis, qui est in immunitate et liberatione ab omnibus hujus vitæ ærumnis et molestiis.* Rom. VIII. 21. εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ in beatissimam liberationem verorum Dei cultorum ab hujus vitæ ærumnis et molestiis. 5) *libertas agendi pro lubitu.* 2 Petr. II. 19. ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, ubi sermo est de falsis doctoribus, qui libertatis prætextu licentiam vitæ in flagitiis quibusvis perpetrandis promovebant. Diog. Laërt. VII. s. 121. ἐλευθερίαν ἐξουσίαν αὐτοπραγίας vocat. Phavor. ἐλευθερία ἐστὶν χρημάτων ἁπλῆ δόσις, ἡ ἀρετὴ ψυχῆς εὐδαπάνητος εἰς τὰ καλά, — ἡ ἐλευθερία ἐστὶν ἡγεμονία τοῦ βίου, αὐτοκράτεια ἐπὶ παντὶ, ἐξουσία τοῦ καθ' ἑαυτὸν, ἐν βίῳ ἀφειδία, ἐν χρήσει καὶ κτήσει ἐλευθεριότης.

ἘΛΕΥ'ΘΕΡΟΣ, έρα, ον, 1) *liber, non servus aut mancipium, a servitute immunis,* sive sit *ingenuus* (ein freygebohrener) *a free born man, sive libertus et manumissus* (ein freygelassner) *a freed man.* Prioris significationis exempla sunt Galat. III. 28. οὐκ ἔνι δοῦλος, οὐδὲ ἐλεύθερος non servi et liberi respectus habetur ullus. Ephes. VI. 8. Coloss. III. 11. Apoc. VI. 15. XIII. 16. XIX. 18. Huc etiam refero Galat. IV. 22. ubi ἡ ἐλευθέρα Sara, uxor legitima et libera Abrahami, vocatur, quia opponitur τῇ παιδίσκῃ, coll. v 23 et 30. Posterioris significationis exempla hæc sunt: Joh. VIII. 33. ὅτι ἐλεύθεροι γενήσεσθε vos in liber-

tatem vindicabimini. 1 Cor. VII. 21. ἀλλ' εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι. ib. v. 22. Alex. pro חָפְשִׁי *manumissus*, Exod. XXI. 2, 5, 26, 27. etc. 2) ex adjuncto: *qui sui juris est et facultatem habet faciendi quod libet, immunis, non obligatus, non coactus, non subjectus.* Matth. XVII. 26. ἄραγε ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοὶ igitur immunes sunt liberi, sc. a censu pendendo. Rom. VII. 3. ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ νόμου mulier, mortuo marito, soluta est ab obligatione legum matrimonii. 1 Cor. VII. 39. ἐλευθέρα ἐστὶν, ᾧ θέλει γαμηθῆναι. ibid. IX. 1. οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος, h. e. μὴ οὐκ ἔχω ἐξουσίαν, v. 4, 5. ibid. v. 19. ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων quanquam equidem summa gaudeo libertate et nemini obnoxius sum. 3) *liber a vitiositate et erroribus, immunis a peccandi libidine.* Joh. VIII. 36. ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε si igitur filius vos in libertatem vindicaverit, vere liberi eritis. 1 Petr. II. 16. ὡς ἐλεύθεροι. Solebant autem veteres philosophi *sapientes* appellare ἐλευθέρους. Conf. Diog. Laërt. VII. s. 121. et Suicerum Thes. Eccles. T. I. p. 1088. 4) *qui est remotus, alienus ab aliqua re.* Rom. VI. 20. ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ alieni eratis a virtute christiana. Apud Aquil. 2 Reg. XV. 5. οἶκος ἐλευθερίας est *ædificium quod non est cum aliis conjunctum, sed separatum,* i. q. nos ein freystehendes Haus, *a single house.* 5) *is, qui alteri libertatem et immunitatem promittit et largitur.* Galat. IV. 26. ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν religio christiana libertatem et immunitatem ab omni servitii jugo liberis suis promittit et largitur.

'ΕΛΕΥΘΕΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *libero, manumitto, libertate dono,* i. q. ἀπελευθερόω, quo verbo Alex. usi sunt pro Hebr. חָפַשׁ Levit. XIX. 20. 2) *immunem præsto,* et speciatim: *in libertatem christianam vindico,* quæ est *in immunitate a legis Mosaicæ et vitiositatis errorumque duro imperio.* Joh. VIII. 32. καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς, coll. v. 34 et 36. Rom. VI. 18 et 22. ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. ibid. VIII. 2. ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας. ibid. v. 21. Galat. V. 1. coll. v. 2, 3, 4 seq. Arrian. Epictet. III. 24, 26. IV. 1. Phavor. ἐλευθερῶ· ἀπαλλάττομαι, λυτροῦμαι, λύω, ῥύομαι.

'ΕΛΕΥΣΙΣ, εως, ἡ, *adventus, aditus,* ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum. Nomen verbale ab inusitato ἐλεύθω *venio,* pro quo nunc usitatum est ἔρχομαι. Legitur in N. T. semel Act. VII. 52. ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου occiderunt eos, qui adventum (sc. in mundum) hujus innocentis (sc. filii Dei) prædicerent. Dion. Hal. T. I. Opp. p. 565. ed. Reisk. Exempla e patribus Gr. collegit Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 1089. Hesych. et ex eo Phavor. ἐλεύσεως· ἀφίξεως. Etymol. M. 329. 37.

'ΕΛΕΦΑ'ΝΤΙΝΟΣ, η, ον, *eburneus, ex ebore factus* aut *ebore variegatus,* ab ἐλέφας, ὁ, *elephas, animal magnæ molis,* item *ebur, dens elephantis,* unde Hebr. שֵׁן respondet in versione Alex. Ezech. XXVII. 6. Cf. Eustath. in Il. υ', p. 1287. 52. et ω', p. 1469. 21. Reitz. ad Lucian. Opp. T. II. p. 63. In N. T. semel legitur Apoc. XVIII. 12. σκεῦος ἐλεφάντινον et omnia vasa eburnea; quæ apud veteres magno in pretio fuisse docuit Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 461. In versione Alex. Amos III. 15. οἶκοι ἐλεφάντινοι, Hebr. בָּתֵּי הַשֵּׁן et ibid. VI. 4. κλῖναι ἐλεφάντιναι commemorantur. Herodian. IV. 2. 3 et 13. Hesych. ἐλεφάντινα· λευκά. Homer. Iliad. ν', v. 583.

'ΕΛΙΑΚΕΙ'Μ, ὁ, *Eliakim.* Est nomen proprium viri, qui fuit filius Abiud. Hebr. אֶלְיָקִים i. e. *Deus stabiliet, restituet, excitabit,* ex אֵל *Deus* et יָקִים a rad. קוּם *surgere.* Matth. I. 13. Luc. III. 30.

'ΕΛΙΕ'ΖΕΡ, ὁ, *Elieser.* Nomen proprium viri ἄκλιτον originis Hebraicæ אֱלִיעֶזֶר h. e. *Deus auxilium meum est.* Conflatum ex אֵל *Deus* et עֵזֶר *auxilium;* quo nomine appellatus fuit præter procuratorem domus Abrahami Genes. XV. 2. et filium Mosis Exod. XVIII. 4. etiam filius Jorim Luc. III. 29.

'ΕΛΙΟΥ'Δ, ὁ, *Eliud.* Nomen proprium Hebraicum indeclinabile, conflatum ex אֵל *Deus* et הוֹד *gloria, laus,* ut idem sit ac *Deus laude et celebratione dignissimus.* Fuit filius Achim. Matth. I. 14, 15.

'ΕΛΙΣΑ'ΒΕΤ, ἡ, *Elisabeth.* Nomen uxoris Zachariæ et matris Johannis baptistæ. Luc. I. 5, 7, 13, 24, 36, 40, 41, 57. quod vulgo conflatum existimant ex אֵל et נִשְׁבַּע *juravit,* unde idem sonare putatur ac *Deus juravit:* alii vero deducunt a שָׂבַע *saturavit.* Sic in Alberti Gloss. Gr. N. T. p. 37. explicatur Θεοῦ μου πλησμονή. Eodem nomine etiam appellabatur uxor Aaronis Exod. VI. 25. Græco interpreti.

'ΕΛΙΣΣΑΙ~ΟΣ, ου, ὁ, *Elisæus.* Nomen proprium prophetæ, filii Saphat. 1 Reg. XIX. 16. 2 Reg. III. 11. Luc. IV. 27. Hebraicum אֱלִישָׁע h. e. *a Deo salus nostra.*

'ΕΛΙ'ΣΣΩ, vel Attice 'ΕΛΙ'ΤΤΩ, fut. ίξω, 1) proprie: *volvo, circumvolvo, convolvo, complico,* etiam *cingo, circumdo* (Plutarch. T. VIII. Opp. p. 652. Reisk. de mari urbem ambiente) ab εἰλέω *verso, circumago.* Dicitur maxime de vestimentis et voluminibus, quæ expansa complicantur. Hesych. ἑλίξας· πλέξας, κάμψας, στρέψας. Idem: ἑλιττόμενος· στρεφόμενος. Phavor. ἑλίξεις· περιστρέψεις. Jam, quia id, quod antea expansum fuit, complicatur, evanescit et oculis subtrahitur, ἑλίσσειν 2) metaphorice notat: *auferre, delere, evanescere facere.* Hebr. I. 12. ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς sicut pallium complicabis cœlos, h. e. cœlum evanescet ex oculis hominum et quasi peribit. Ies. XXXIV. 4. ἑλιγήσεται ὁ οὐρανὸς, ὡς βιβλίον. Ps. CI. 28. ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς.

'ΕΛΚΟΣ, εος, τὸ, *ulcus,* ab ἕλκω *traho,* eo quod vitiosos attrahat humores. Apud antiquissimos scriptores ἕλκος proprie dicebatur *vulnus adhuc cruentum, corpori recentissime illatum, plaga recens,* id quod luculenter docuit Eustathius ad Homer. Iliad. λ', v. 811. p. 841. et Saubertus in Exercitt. de Vulneribus Christi § 20. postea autem recentioribus scriptoribus sumebatur quoque pro *ulcere, ex vulnere diuturniore et profundiore orto,* ut pluribus demonstravit Foësius in Œconom. Hipp. p. 122. Suid. τὸ τραῦμα τὸ χρονίσαν. Hesych. ἕλκος· πᾶν τραῦμα, ὠτειλή, ἡ ἐκ χειρὸς τρῶσις. Thom. M. ἕλκος· κυρίως χρόνιον πάθος ἐκ σιδήρου γινόμενον. Ter legitur in N. T. Luc. XVI. 21. καὶ οἱ κύνες ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ et canes ulcera ejus lingebant. Apoc. XVI. 2. καὶ ἐγένετο ἕλκος κακὸν et exorti sunt carbunculi. ibid. v. 11. ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν. In vers. Alex. Hebr. שְׁחִין respondet 2 Reg. XX. 7. Job. II. 7. Xenoph. de Re Equ. V. 1.

'ΕΛΚΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *ulcero, exulcero.* 'ΕΛΚΟ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, *exulceror,* ἡλκωμένος *exulceratus* ab ἕλκος, quod

vide. Semel in N. T. legitur Luc. XVI. 20. de Lazaro, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα πλουσίου ἡλκωμένος qui ad portam divitis jacebat ulceribus scatens, seu: ulcerosus. Confer Wedelii Exercitt. Med. Philol. Cent. II. Dec. II. Exerc. II. Xenoph. de Re Equestri I. 4. V. 1. Pollux Onom. l. 201. Gloss. ἡλκωμένος, *ulceratus, exulceratus.* Forte melius *ulcerosus* scribas.

'ΕΛΚΥ'Ω, fut. ύσω, 1) *traho, extraho, eveho,* v. c. rete, piscibus refertum. Joh. XXI. 6. καὶ οὐκ ἔτι αὐτὸ ἑλκῦσαι ἴσχυσαν ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων et non poterant illud ob piscium copiam extrahere. ibidem. v. 11. καὶ εἵλκυσε δίκτυον ἐπὶ τῆς γῆς et rete traxit ad terram. Phavor. ἕλκυσον· σῦρον. Alex. Habac. I. 15. 2 Sam. XXII. 17. 2) *traho aliquem invitum et reluctantem, abstraho,* et inprimis de *iis* dicitur, *qui in jus rapiuntur, et abripiuntur in forum ad judices.* Act. XVI. 19. εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας pertraxerunt in forum ad magistratus. Simili sensu ἕλκεσθαι legitur apud Xen. Mem. III. 6. 1. 3) *e vagina duco, stringo,* si de gladio sermo est. Joh. XVIII. 10. ἔχων μάχαιραν, εἵλκυσεν αὐτὴν secum gerens gladium, distrinxit illum. In locis parallelis Matth. XXVI. 5. et Marc. XIV. 37. ἀποσπᾷν et σπᾷν reperitur. Confer Alex. Judic. XX. 15, 17. Eodem modo σπάω apud Alexandrinos sumitur pro Hebraico שָׁלַף Jud. XX. 15, 17, 25, 35, 46. 4) *duco,* in sensu metaphorico, h. e. *efficio, ut aliquis alicujus rei particeps fiat.* Joh. XI. 32. πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτὸν omnes veros meos cultores ducam ad eandem felicitatem, quam mihi Deus post mortem destinavit. 5) metaphorice: *aliquem incito, allicio et impello, alicui suppedito vires et occasionem alicujus rei efficiendæ.* Joh. VI. 44. οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ, ὁ πέμψας με, ἑλκύσῃ αὐτὸν nemo potest sectator meus fieri, nisi cui vires et occasionem suppeditaverit Deus, s. brevius: nisi ei hoc beneficium destinaverit, coll. v. 65. ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου. Simili modo Hebr. נָהַל usurpatur Jud. IV. 7. Jerem. XXXI. 3. Straton. Epigr. 17. ἐς πότον ἕλκε Philip. Epigr. IV. v. 5. T. II. Anthol. Gr. p. 143. ed. Jacobs. Conf. Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr. p. 463.

ἝΛΚΩ, 1) proprie: *traho, attraho, extraho.* Hesych. ἕλκει· σύρει, ἀνάγει. Alex. pro מָשַׁךְ Jud. V. 14. Theogn. Sent. v. 1201. 2) *vi aliquem rapio et abduco, in jus rapio.* Act. XXI. 30. εἷλκον αὐτὸν ἔξω τοῦ ἱεροῦ protraxerunt eum e templo. Jacob. II. 6. καὶ αὐτοὶ ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς τὰ κριτήρια et vos in jus rapiunt. Aristoph. Nub. v. 1220. Imitati sunt hanc significationem Græci verbi ἕλκω Latini, v. c. Cicero Orat. pro Milone c. XV. "P. Clodius cum in judicium *detrahi* non posset." Adde Liv. II. 27. "cum a lictoribus jam *traheretur.*" Vid. supra ἀπάγω.

'ΕΛΛΑ'Σ, άδος, ἡ, *Græcia, Hellas.* Nomen regionis, quæ 'Ελλὰς dicta a quodam rege, Hellene, filio Deucalionis et Pyrrhæ, Græcia vero postea nuncupata ab alio rege, Γραικῷ, filio Thessali, Cecropis successore, unde etiam incolæ ejus dicti sunt Γραικοὶ et Ἕλληνες. Regio hæc includitur ab ortu Ægeo mari, ab occasu Ionio, a meridie Cretico, a septentrione Scardicis jugis ab Illyriis ac Mœsis, Strymoneque fluvio a Thracibus separatur. Ejus regiones, in quas dividitur, sunt Epirus, Peloponnesus, Græcia proprie dicta, Thessalia et Macedonia. Verum ipsa vox 'Ελλὰς non semper eodem significatu sumta est. Antiquitus ea tantum pars priscæ Græciæ 'Ελλὰς appellabatur, quæ posterioribus Thessalia dicta est, et Ἕλληνες insuper proprie vocabantur, qui eam Thessaliæ partem inhabitarunt, ubi est urbs Larissa. Vid. Casauboni Diatrib. in Dionem Chrysost. c. 12. et Salmasium ad Solinum p. 100. Deinde 'Ελλάδος vocabulo contineri cœpit Græcia proprie sic dicta, (conf. Ernesti ad Sueton. Claudium cap. 16.) ubi Achaia, Peloponnesus et insulæ. Provinciæ Achaiæ fuere Ætolia, Attica, Bœotia, Phocis, Doris, Locri, et Megaris. Provinciæ Peloponnesi fuere Achaia propria, Arcadia, Argia, Corinthia, Elis, Laconia, Messenia, et Sicyonia. Insulæ Græciæ sunt Cephalonia, Corcyrus, Creta, Cyclades, Cythera, Delos, Eubœa, et aliæ minores. Et hoc sensu 'Ελλὰς intelligenda esse videtur, quæ commemoratur Act. XX. 2. Cæterum observandum videtur, vocem 'Ελλὰς esse proprie adjectivum fœminini generis ab Ἕλλην, ut ab ἴων est ἰὰς apud Ælian. V. H. II. c. 38. et primo unam tantum urbem, in Phthiotide ab Hellene conditam, ita dictam esse. Confer Hudson. ad Thucyd. I. c. 3. T. I. p. 291. ed. Bipont. et I. I. Amnellii Hellas e sacris scriptoribus N. T. illustrata. (Upsal. 752.) quæ extat in Berg. Museo Duisburg. T. II. p. 193.

ἝΛΛΗΝ, ηνος, ὁ, 1) *Græcus, e Græcia oriundus.* Antiquitus Ἕλληνες dicebantur, qui antiquam Helladem incolebant ipsis Hellenis temporibus; cum autem Hellenis posteri admodum numerosi ac potentissimi in omnes fere totius Græciæ civitates eduxissent colonias, inde factum est, ut, qui ex genere Hellenico per totam Græciam dispersi fuerant, Ἕλληνες dicerentur, et, cum cæteris Græciæ incolis immixti magis magisque prævaluissent, circa primam Olympiadum celebrationem hoc 'Ελλήνων nomen pro communi omnium Græciæ incolarum agnosceretur; quæ sunt ipsa verba doctissimi Hudsoni ad Thucyd. I. c. 3. Act. XVI. 1, 3. ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν, ubi sermo est de Timotheo, qui Lystrensis fuit. Act. XVIII. 17. 1 Cor. I. 22, 23. Rom. I. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ad quæ posteriora loca pertinent glossæ Hesychii: Ἕλληνες· — — ἢ φρόνιμοι, ἤτοι σοφοί, et Suidæ: Ἕλλην· σοφός. Nam Græcia fuit olim omnis eruditionis mater et hominum, belli pacisque artibus celeberrimorum, feracissima, et apud exteros quoque scriptores (v. c. Æneam Poliorcet. c. 24. ἐάν τε Ἕλληνες, ἐάν τε βάρβαροι ὦσι) Græci, tanquam homines mitioris ingenii et omni humanitatis disciplina exculti, barbaris opponuntur. 2) per synecdochen: *omnis, qui est religioni gentilium addictus, gentilis, non circumcisus, Judæisque opponitur.* Joh. VII. 35. ἡ διασπορὰ τῶν 'Ελλήνων Judæi undique inter gentiles dispersi. Cf. G. Sommelii D. quinam sint Ἕλληνες Joh. VII. 35. demonstrantem. Lund. 1775. 4. Act. XIV. 1. XVII. 4. XIX. 10. Rom. I. 16. II. 9, 10. III. 9. 'Ιουδαίους καὶ Ἕλληνας. ib. X. 12. 1 Cor. X. 32. Galat. II. 3. Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ Ἕλλην ὢν Græcis parentibus natus, sectator olim (ante conversionem ad religionem christianam) religionis gentilium. ibid. III. 28. Colos. III. 11. Solebant autem Judæi omnes populos distinguere in Judæos et gentiles, quos ideo Ἕλληνας vocabant, quia plurimæ gentes lingua Græca utebantur. Sic 2 Macc. IV. 13. 'Ελληνισμὸς et ἀλλοφυλισμὸς tanquam synonyma conjunguntur; et ibid. VI. 9. τὰ 'Ελληνικὰ ἤθη sunt mores paganorum. Deprehenditur usus hic loquendi apud Alexandrinos, qui Ies. IX. 12. Ἑλλη-

νας pro Hebraico פְּלִשְׁתִּים posuerunt. Divinos scriptores imitati sunt patres Græci, qui Ἕλληνας nuncupaverunt omnes christiana civitate non donatos, speciatim *gentiles.* Sic v. c. Justinus M. et Tatianus scripserunt λόγους πρὸς Ἕλληνας et Athanasius λόγον κατὰ Ἑλλήνων. Cyrillus Alex. de SS. Trinitate c. VI. p. m. 21. ἡ πολύθεος τῶν Ἑλλήνων πλάνη. Justin. Mart. Resp. ad Quæst. 42 et 74. p. 324 et 338. ed. Sylburg. Ἑλληνισμὸν diserte χριστιανισμῷ opponit. 3) *Hellenista, Judæus extra Palæstinam inter gentiles vivens,* qui linguam Græcam in lectione codicis sacri adhibebat. Fuerunt autem Christi et Apostolorum ætate Judæi per Græciam, Asiam minorem, Syriam et Ægyptum, ubi Græca lingua tunc vernacula erat, dispersi, qui in N. T. διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων vocantur, v. c. Joh. VII. 35. 1 Pet. I. 1. etiam αἱ δώδεκα φυλαὶ ἐν τῇ διασπορᾷ, Jacob. I. 1. In hoc sensu semel tantum legitur in N. T. Joh. XII. 20. ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων, ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ, qui locus tamen admodum dubius est et ambiguus; nam per Ἕλληνες h. l. æque commode *pagani religiosi* intelligi possunt, quos constat interdum itinera fecisse ad illustrissima quævis templa, non tam paganorum, quam Judæorum. Cf. interpp. ad Act. VIII. 27. Proselytos Græcos h. l. intelligendos esse, probavit Croius Anim. in N. T. cap. 31. Conf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 1090. et Joh. Amnel D. περὶ Ἑλλήνων et Ἑλληνιστῶν, quorum in N. T. fit mentio. Upsal. 1761. 4.

ἙΛΛΗΝΙΚΌΣ, ή, όν, *Græcus, Græcis,* vel *Græciæ proprius,* ab Ἕλλην. Bis tantum legitur in N. T. Luc. XXIII. 38. γράμμασιν Ἑλληνικοῖς literis Græcis. Apoc. IX. 11. ἐν τῇ Ἑλληνικῇ, subintell. γλώσσῃ, in lingua Græca. Bis etiam legitur in vers. Alex. Jer. XLVI. 16. L. 15.

ἙΛΛΗΝΊΣ, ίδος, ή, 1) *Græca,* proprie sic dicta *natione et religione talis,* ab Ἕλλην. 2) synecdochice: *fœmina gentilis, a cultu veri Dei aliena,* et opponitur *mulieri Judaicæ.* Sic Marc. VII. 26. mulier Syrophœnissa Ἑλληνίς vocatur. Act. XVII. 12. καὶ τῶν Ἑλληνίδων γυναικῶν. Sæpius non legitur in N. T.

ἙΛΛΗΝΙΣΤΉΣ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *is, qui Græca lingua utitur, imitatur mores et instituta Græcorum, æmulus et studiosus Græcorum,* ab ἑλληνίζω *Græce loquor,* (Xenoph. Anab. VII. 3. 12.) *imitor mores ac instituta Græcorum,* quemadmodum Ἰουδαΐζειν notat: *Judaico more vivere.* Phavor. ἑλληνίζω· τὸ Ἑλληνικῶς φθέγγομαι καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων φρονῶ. καὶ ἑλληνίζω οὐ μόνον ἐγὼ, ἀλλὰ καὶ ἄλλον Ἑλληνικῶς ἔχειν ποιῶ. Idem fere tradit Thom. M. p. 296. ubi vide interpp. 2) *Hellenistæ* κατ' ἐξοχὴν dicebantur *Judæi,* qui, post exilii Babylonici tempora inter gentiles et maxime Græcos dispersi et extra patriam viventes, se ex parte conformaverant ad opiniones et mores et instituta Græcorum, ita, ut etiam lingua Græca uterentur, quæ felici armorum Alexandri M. successu ante Christi tempora communis fere omnium Orientis populorum facta erat. Quo factum est, ut non solum versione Alexandrina loco codicis Hebraici in synagogis uterentur, sed etiam plane ignorarent linguam Hebraicam. Lingua eorum, vulgo Hellenistica dicta, tantum aberat, ut Attica, elegans et pura dici posset, ut potius plura nec obscura linguæ Hebraicæ vestigia in ea compareant. Opponuntur ideo in N. T. τοῖς Ἑβραίοις, h. e. Judæis, in Palæstina viventibus, qui Hebraice loquebantur et codice Hebraico V. T. utebantur. Act. VI. 1. ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς Ἑβραίους. De dissidio hoc inter Hellenistas et Hebræos dixi supra ad vocem Ἑβραῖος. ibid. IX. 29. ἐλάλει δὲ καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς. In utroque loco Salmasius in libro de Lingua Hellenistica pag. 176 seq. (Lugd. Bat. 1643. 8. et in aliis deinde libris, sc. de Funere Ling. Hellenisticæ et Ossilegio Ling. Hellenisticæ, ibid. eod.) non *nativitate Judæos,* sed *proselytos Græcos et christianos factos* intelligendos esse, sed absque ulla necessitate, judicavit. Aliorum virorum sententias diligentur recensuit Fabricius in Luce Evangel. p. 59 s. Alb. Gloss. N. T. Append. p. 311. Ἑλληνιστῶν· Ἑλληνιστὰς δὲ οὐ τὴν θρησκείαν, ἀλλὰ τοὺς Ἑλληνιστὶ φθεγγομένους καλεῖ. Locus Act. XI. 20. alienus esse videtur ab hac re; nam ibi sine dubio loco Ἑλληνιστὰς reponendum est Ἕλληνας, quod Griesbachius in ipsum textum recipere non dubitavit. Certe, si vox Ἑλληνιστὰς sana esset, de *gentilibus* necessario explicari deberet, non repugnante usu loquendi: nam non solum 2 Macc. IV. 13. Ἑλληνισμὸς *gentilismum, paganismum* significat, sed etiam Justinus M. in Resp. ad Quæst. c. 42 et 74. Ἑλληνισμὸν christianæ religioni opponit. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 490. ac S. V. Ammonii Diarium Critic. Noviss. Literat. Theolog. T. I. P. 3. p. 213—230.

ἙΛΛΗΝΙΣΤΊ. Adverbium. 1) *ad imitationem Græcorum, ritu et more Græcanico.* (ab ἑλληνίζω.) 2) *Græce, lingua Græca.* Joh. XIX. 20. Ἑλληνιστὶ i. q. γράμμασιν Ἑλληνικοῖς Luc. XXIII. 38. aut τῇ Ἑλληνικῇ γλώσσῃ Apoc. IX. 11. Act. XXI. 27. Ἑλληνιστὶ γινώσκεις; scisne Græce? Xenoph. Anab. VII. 6. 7. Etymol. M. 239. 13. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΛΛΟΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *in rationes debiti refero, expensum fero,* ex ἐν et λόγος *ratio.* Sic legitur in N. T. Philem. v. 18. εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, ἢ ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει si vero quid circumvenit te, aut quippiam debet, illud mihi in rationes debiti refer. Zonaras Lex. col. 696. ἐλλόγει, ἀντὶ τοῦ λόγισαι. Ἀπόστολος· τοῦτό μοι ἐλλόγει. ἀντὶ τοῦ, ἐμοὶ εἰς χρέος τοῦτο λόγισαι. 2) metaphorice: *imputo,* (quod etiam proprie *rationum* verbum est) de benefactorum pariter ac malefactorum annotatione et quasi attributione. Rom. V. 13. ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου peccatum autem non imputatur, h. e. non pœna dignos homines reddit, non existente lege. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. ἐλλόγει· καταλόγισαι.

ἘΛΜΩΔΑ'Μ, ὁ, *Elmodam.* Nomen viri ἄκλιτον, origine Hebraicum (forte ex אֵל *Deus* et מוֹדִיעַ *notum faciens,* sic, ut ם, in fine adjectum, superfluum sit, ut in Νεφθαλείμ, Σιλωάμ, aut ex אֵל et מָדַד *mensuravit* et affixo ם *eos*). Legitur in N. T. semel Luc. III. 28.

ἘΛΠΊΖΩ, fut. ίσω. Hoc verbum, quod vulgo Græci cum dativo construunt, in N. T. construitur vel cum præpositione ἐν, Matth. XII. 21. ut בָּטַח seq. ב legitur Jud. IX. 16. vel cum præpositione εἰς, Joh. V. 45. 2 Cor. I. 10. Sirac. II. 9. ἐλπίσατε εἰς ἀγαθά. 2 Reg. XVIII. 24. vel cum ἐπὶ et quidem tam regente dativum, Rom. XV. 12. 1 Tim. IV. 10. Ies. XLII. 4. quam accusativum, 1 Tim. V. 5. 1 Petr. I. 13. Psalm. IX. 10. 2 Reg. XVIII. 24. vel sequente infinitivo, Luc. VI. 34. 1 Tim. III. 14. vel denique post se ὅτι habet. Luc. XXIV. 21. Act. XXIV. 26. Vid. Vorstii Philol. S. c. 36. p. 677. 1)

spero, spe in aliquid feror, futurum aliquid exspecto cum desiderio illo potiundi ac fruendi. Luc. XXIII. 8. καὶ ἤλπιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ' αὐτοῦ γινόμενον ac sperebat, fore, ut se spectante aliquod miraculum ederet. ibid. XXIV. 21. ἠλπίζομεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. Act. XXIV. 26. XXVI. 27. Rom. XV. 24. 1 Cor. XIII. 7. πάντα ἐλπίζει optima quævis de aliis sperat. Hinc 2) ἐλπίζεσθαι *futurum esse* significat, quia futurum aliquid exspectamus. Hebr. XI. 1. ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις est autem fides certissima exspectatio rerum futurarum et absentium; sequitur: πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων. 3) *fiducia amplector, fiduciam et spem in aliquo colloco.* 1 Tim. IV. 10. ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι quia fiduciam ponimus in Deo O. M. ibid. V. 5. VI. 17. μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι. Jud. XX. 36. ἤλπισαν ἐπὶ τὸ ἔνεδρον. Psalm. IV. 6. ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον. ibid. XLIII. 8. οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ τόξῳ μου ἐλπιῶ. 4) *fidem alicui habeo,* ἐλπίζω ἐν τῷ ὀνόματί τινος *alicujus doctrinam amplector, alicujus sectator fio.* Matth. XII. 21. καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι etiam gentiles ejus disciplinæ sese adjungent. Joh. V. 45. Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε Moses, cujus tamen vos sectatores profitemini seu, cujus summa apud vos est auctoritas. 5) Formula ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ut ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν, *pie et sancte Deum colere* significat. 1 Petr. III. 5. αἱ γυναῖκες, αἱ ἐλπίζουσαι ἐπὶ τὸν Θεὸν mulieres piæ et probæ.

ἘΛΠΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) *spes et exspectatio rei futuræ,* et ita differt a προσδοκία, ut illud de exspectatione futuri alicujus boni, προσδοκίᾳ ἀγαθῶν, ut Suidas interpretatur, fere dicatur, hoc vero et in bonam et in malam partem accipiatur de *spe ac metu,* Thom. M. ἐλπὶς ἐπὶ καλοῦ, προσδοκία καὶ ἐπὶ καλοῦ καὶ ἐπὶ κακοῦ, quanquam constat, hoc discrimen non semper observatum esse ab optimis scriptoribus Græcis, apud quos ἐλπὶς et ἐλπίζειν (uti sperare. Virg. Æn. I. 547. Conf. Lindenbr. ad Ammian. Marcell. XIV. 7. et A. Schott. Obss. Hum. l. II. c. 36. ac Triller. ad Thom. M. p. 799.) frequenter etiam in sinistram partem de metu adhibetur, (unde non solum apud Græcos scriptores formula ἐλπὶς ἀγαθὴ occurrit, v. c. Arrian. Exped. Alex. VII. 25. Plutarch. non posse suaviter vivi sec. Epicur. p. 1087. D. cui respondet Latina *spes bona* apud Plautum Persa II. 3. 1. sed etiam ἐλπὶς πονηρὰ apud Lucianum Zeux. 8.) ut post interpp. ad Thom. M. p. 299. egregie docuit Irmish. ad Herodian. I. c. 3. 11. p. 79 et 824. In N. T. vero semper in bonam partem accipitur, v. c. de spe futuræ resurrectionis mortuorum, Act. XXIV. 15. de spe futuræ felicitatis æternæ, quæ Rom. V. 2. ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ vocatur. 1 Cor. IX. 10. ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷν. Tit. I. 2. III. 7. Hinc ἐλπὶς 1) κατ' ἐξοχὴν in N. T. dicitur *spes felicitatis christianorum futuræ et æternæ.* Rom. V. 4. coll. v. 2. ubi ἐλπὶς τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ vocatur. ibid. XII. 12. τῇ ἐλπίδι χαίροντες spes felicitatis christianorum futuræ ad gaudium vos excitet. Ephes. II. 12. ἐλπίδα μὴ ἔχοντες. Hebr. VI. 11. coll. Tit. III. 7. ubi ἐλπὶς ζωῆς αἰωνίου dicitur. 1 Thess. IV. 13. 3) per metonymiam: *res sperata, illud ipsum quod speratur.* Rom. VIII. 24. ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπὶς felicitas jam præsens, seu res, quam habemus, non sperari potest; nisi quis statuere malit, ἐλπὶς βλεπομένη positum esse pro ἐλπὶς τῶν βλεπομένων. 1 Cor. IX. 10. καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν et agricola percipere fructum, quem speraverat. Galat. V. 5. ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα favorem divinum promissum exspectamus. Coloss. I. 5. διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ἡμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς per felicitatem in cœlis, quam speramus. 2 Thess. II. 16. Job. VI. 8. 2 Macc. VII. 14. 4) per metonymiam: *auctor spei, qui spem facit.* Sic Hebr. VII. 19. religio christiana ἐλπὶς dicitur, quia spem facit certissimam felicitatis æternæ et remissionis peccatorum et opponitur legi Mosaicæ abrogatæ v. 18. quæ non perfecte tranquillare animum hominum poterat. Verba ipsa sunt: ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος introducta est præstantior doctrina, christiana nempe. Coloss. I. 27. ὅς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν, ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης quæ est doctrina christiana vobis tradita, quæ summæ felicitatis spem facit. 5) *fiducia in Deum.* 1 Cor. XIII. 13. 6) per metonymiam: partim *is, in quo fiduciam ac spem ponimus,* partim *is, de quo bene speramus.* Act. XXVIII. 20. ἕνεκεν γὰρ ἐλπίδος Ἰσραὴλ propter Messiam, in quo omnes Israëlitæ spem ac fiduciam suam ponunt. 1 Thess. II. 19. τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπίς; nonne vos estis, de quibus optima quævis sperare possum? 1 Tim. I. 1. καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. Psal. XXII. 10. 7) *securitas,* quia firma spes securitatem gignere solet. Hinc ἐπ' ἐλπίδι *secure, tuto,* ad imitationem Hebraici לָבֶטַח Jud. XVIII. 7. Prov. I. 33. Ps. IV. 10. LXXVIII. 58. Ies. XXXII. 9. Act. II. 26. ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι corpus meum habitabit secure.

ἘΛΥ'ΜΑΣ, α, ὁ, *Elymas.* Non est nomen proprium, sed appellativum, e lingua Arabica et Persica explicandum, in qua عليم *Elymon* non solum *sapientem, qui res divinas et humanas scrutatur et earum cognitione est conspicuus,* sed etiam *magum, magicas artes exercentem,* significat. Conf. vers. Arab. Saadiæ Genes. XLI. 8. Exod. XVIII. 19. Lud. de Dieu Critica S. p. 581. et Bocharti Hierozoicon P. I. p. 750. Alii tamen derivare malunt ab Hebraico עָלַם, in Niph. נֶעְלַם, *absconditus, occultus fuit,* quia magi occultarum rerum scientia gloriantur. Semel tantum in N. T. hoc vocabulum legitur Act. XIII. 8. de mago illo Barjesu, cui in Cypro insula, Sergio proconsule præsente, oculorum usum Paulus ademit, ubi diserte a Luca per ὁ μάγος explicatur.

Ἕ'ΛΩ, *capio.* Verbum inusitatum, pro quo usurpatur αἱρέω, ῶ, *capio,* quod vide supra.

ἘΛΩΙ', *Eloi.* Vox Syriaca אֱלָהִי, pro qua Hebræi dicunt אֵלִי, aspirata in medio ex more Græcorum omissa, significans *Deus mi,* et idem est ac Θεέ μου, seu ὁ Θεός μου, ut explicatur Marc. XV. 34. Psalm. XXII. 2. coll. Matth. XXVII. 46. ubi ἠλὶ ponitur.

ἘΜΑΥΤΟΥ῀, ῆς, οῦ, *mei ipsius.* Est pronomen primæ personæ, compositum ex ἐμοῦ, genit. ab ἐγὼ, et αὐτοῦ ab αὐτὸς *ipse,* et tantum in singulari legitur in genitivo, dativo et accusativo. Joh. V. 30. οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδὲν non possum aliquid ex mea solius voluntate facere. ibid. VII. 17. ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ λαλῶ an sit a me inventa, mei ingenii. ibid. VIII. 42. οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα non propria auctoritate veni, meum negotium agens. ibid. X. 18. ἀπ' ἐμαυτοῦ sponte. 1 Cor. IV. 4. οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα nihil mihi conscius sum. Phavor. ἐμαυτόν τοῦτο λέγεται κατὰ τὴν αὐτοπάθειαν, ἥτις ἐστὶν, ὅταν τὶς αὐτὸς ᾖ ὁ ἐνεργῶν καὶ πάσχων.

'ΕΜΒΑΙ'ΝΩ, aor. 2. ἐνέβην, 1) proprie: *ingredior, intro, inscendo,* ex ἐν et βαίνω *gradior, eo.* Joh. V. 4. καὶ ὁ πρῶτος ἐμβὰς qui primus se aquæ piscinæ injiciebat. 2) speciatim est verbum nauticum et de *eo* dicitur, *qui conscendit navigium,* vel absolute positum, vel addito vocabulo, navigium significante. Matth. VIII. 23. καὶ ἐμβάντι αὐτῷ εἰς τὸ πλοῖον. ibid. IX. 1. XIII. 2. XIV. 22, 32. XV. 39. Marc. IV. 1. Luc. VIII. 22. Joh. VI. 24. Plutarch. T. I. Opp. p. 54. ed. Reisk. Philostrat. Vit. Soph. II. 31. s. 3. ἐμβῆναι ναῦν. 1 Macc. XV. 37. 2 Macc. XII. 3. Phavor. ἐμβαίνει· εἰσέρχεται, τῆς ἐν προθέσεως ἐπὶ κινήσεως ἐνταῦθα λαμβανομένης — καὶ ἐπὶ νηὸς καὶ οἴκου.

'ΕΜΒΑ'ΛΛΩ, futur. αλῶ, *injicio, immitto, conjicio,* ex ἐν et βάλλω *jacio.* Semel in N. T. legitur Luc. XII. 5. ἐμβαλεῖν εἰς τὴν γέενναν conjicere in gehennam. Jer. XXXVII. 20. ἐνεβάλοσαν αὐτὸν εἰς οἰκίαν τῆς φυλακῆς. Ælian. V. H. XII. 1. καὶ τοὺς μὲν τοῦτο δράσαντας εἰς δεσμωτήριον ἐνέβαλε.

'ΕΜΒΑ'ΠΤΩ, futur. άψω, *intingo, immergo,* ex ἐν et βάπτω *tingo, mergo, immergo.* Matth. XXVI. 23. ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα qui mecum manum in catino intingit, h. e. qui mecum convivatur. Marc. XIV. 20. ὁ ἐμβαπτόμενος μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον qui intingit mecum in catinum, sc. offulam, τὸ ψωμίον, quod additur Joh. XIII. 26. ἐμβάψας τὸ ψωμίον. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. Cyrop. II. 2. 1.

'ΕΜΒΑΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *pedem infero, ingredior, introeo,* i. q. ἐμβαίνω, *accedo* (Joseph. A. J. II. c. 12. § 1.), interdum etiam *versor in aliquo loco, ætatem dego, obambulo.* Unde apud Alexandrinos ἐμβατεύειν et χωροβατεῖν *ingredi aliquam terram* promiscue usurpantur. Jos. XVIII. 8. et XIX. 49, 51. Æschyl. Pers. v. 449. ἣν ὁ φιλόχορος Πὰν ἐμβατεύει. Schol. ἐνδιατρίβει. de Psyttalea insula, quam Pan choreis gaudens incolebat. Themist. Or. VII. p. 90. ed. Harduin. κατὰ χρόνους τινὰς ὡρισμένους ποτὲ ἀκήρατοι καὶ θεῖαι — δυνάμεις ἐπ' ἀγαθῷ τῶν ἀνθρώπων ἐμβατεύουσι τὴν γῆν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατιοῦσαι. Aristides Or. in Minervam T. I. Opp. p. 19. ed. Canteri. Auctor historiæ Maccabæorum de hostili incursu atque irruptione, violentia in provincias et agros quatuor in locis adhibuit. Lib. I. cap. XII. 25. XIII. 20. XIV. 31. XV. 40. Suid. ἐμβατεύων· ἐπιβαίνων. — ἐμβατεύσαντες· εἰσελθόντες. Phavor. ἐμβατεῦσαι· ἐπιβῆναι τὰ ἔνδον. Hesych. ἐμβατεύσας· ἐπιβατνώσας. 2) metaphorice: *curiosius investigo, inquiro, alicui rei indagandæ assiduam operam et studium navo.* Sic semel in N. T. legitur Coloss. II. 18. ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων qui indagandis rebus operam navat, quas non intelligit, in quibus nec quid, nec quomodo quærat, intelligit. Erasmo arridet Hieronymi sententia, qui vertit: *incedens fastuose,* ut metaphora ducta sit a *tragicis cothurnis,* qui ἐμβάδες dicuntur a Luciano, in quibus sublimes incedebant in tragœdiis, qui regis personam sustinebant. Sed recte jam Beza idonei auctoris exemplum desideravit, quo hæc, a nostro loco plane aliena interpretatio, confirmetur. Nostra, vel potius L. Bosii et Raphelii interpretatio Hesychii auctoritate confirmatur, qui ἐμβατεύσας explicat per ζητήσας, et Phavorini: ἐμβατεῦσαι· ἐξερευνῆσαι, ἢ σκοπῆσαι. Xenoph. Symp. IV. 27. ὅτι παρὰ τῷ γραμματιστῇ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ ἀμφότεροι ἐμβατεύετέ τι. 2 Macc. II. 31. τὸ μὲν ἐμβατεύειν καὶ πολυπραγμονεῖν ἐν τοῖς κατὰ μέρος, τῷ τῆς ἱστορίας ἀρχηγέτῃ καθήκει, ubi vid. Syr. Conf. Krebs. Obss. Flav. pag. 340 seq. Wetstenii N. T. T. II. p. 288. Suiceri Thes. Eccles. T. I. p. 1097. ac Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

'ΕΜΒΙΒΑ'ΖΩ, fut. άσω, *ascendere* vel *conscendere facio, impono, incedere et ingredi facio,* ex ἐν et βιβάζω. Speciatim: *impono navi, facio conscendere aliquem navigium.* Sic in N. T. semel legitur Act. XXVII. 6. ἐνεβίβασεν ἡμᾶς εἰς αὐτὸ, sc. τὸ πλοῖον, imposuit nos in eam. Lucian. V. H. II. 26. Thucyd. I. 53. Conf. Gatakerum ad Marc. Antonin. X. § 8. pag. 295. In versione Alex. semel legitur pro הִדְרַכְתִּיךָ Proverb. IV. 11. ἐμβιβάζω δέ σε τροχιαῖς ὀρθαῖς.

'ΕΜΒΛΕ'ΠΩ, futur. έψω, 1) proprie: *video, cerno, facultate videndi et cernendi gaudeo et uti possum,* ex ἐν et βλέπω *video.* Marc. VIII. 25. καὶ ἐνέβλεψε (in aliis codicibus e glossemate καὶ ἀνέβλεψε, in aliis ὥστε ἀναβλέψαι legitur) τηλαυγῶς ἅπαντας et potuit omnes clare ac dilucide videre. Act. XXII. 11. ὡς δὲ οὐκ ἐνέβλεπον ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτὸς ἐκείνου. 2) *intueor, aspicio,* vel absolute et simpliciter, vel cum intensione, *oculos intendo, serio et magna intentione aliquem aspicio, intueor et suspicio.* Matth. XIX. 26. ἐμβλέψας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς convertens se Jesus ad eos respondit. Marc. X. 21, 27. XIV. 67. Luc. XX. 17. XXII. 61. ἐνέβλεψε τῷ Πέτρῳ magna intentione intuitus est Petrum: ubi tamen ἐμβλέπειν notionem *contemtus* et *indignationis* adjunctam habere videtur, ut ἐπιβλέπειν usurpatum reperitur apud LXX 1 Sam. II. 29. et XVII. 42. Joh. I. 36, 43. Act. I. 11. ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανὸν, coll. v. 10. ἀτενίζοντες εἰς τὸν οὐρανόν. Ies. V. 30. ἐμβλέψονται εἰς τὸν οὐρανόν. ibid. XVII. 7. ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ ἐμβλέψονται. Sir. XXXIII. 15. ἔμβλεψον εἰς πάντα τὰ ἔργα τοῦ ὑψίστου. Xenoph. Mem. III. 11. 10. Cyrop. I. 3. 2. Polyb. XV. 28. 3. 3) metaphorice: *considero, animo contemplor,* i. q. κατανοέω. Matth. VI. 26. ἐμβλέψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, considerate aves, coll. Luc. XII. 24. κατανοήσατε τοὺς κόρακας. 2 Macc. XII. 45. ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον.

'ΕΜΒΡΙΜΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ήσομαι, 1) proprie: *fremo, infremo,* quo ipso verbo Vulgatus usus est Joh. XI. 33. ab ἐν et βριμάομαι *fremo,* unde βριμάζω *leonis voce utor,* et, ut hoc obiter addam, Βριμὼ a Græcis *Hecate* dicta est διὰ τὸ φοβερὸν καὶ καταπληκτικὸν τοῦ δαίμονος. 2) sequente dativo personæ: *increpo et acriter minitor, serio jubeo et moneo, cum vehementi et severa comminatione interdico.* Matth. IX. 30. καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων· ὁρᾶτε, μηδεὶς γινωσκέτω et graviter iis interdixit, ne quis hoc ab iis resciscereet. Marc. I. 43. καὶ ἐμβριμησάμενος αὐτῷ, coll. Luc. V. 14. καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ, μηδενὶ εἰπεῖν. Psal. VII. 12. זֹעֵם, Aquila ἀπειλούμενος. Ἄλλος. ἐμβριμώμενος. Symmachus Ies. XVII. 13. ἐμβριμήσεται αὐτῷ, Hebr. וְגָעַר בּוֹ. Suid. ἐμβριμᾶται· μετ' αὐστηρότητος ἐπιτιμᾷ. — ἐμβριμῆσαι· μετ' ὀργῆς λαλῆσαι. — ἐνεβριμήσατο· μετ' ὀργῆς ἐλάλησεν, μετ' αὐστηρότητος ἐπετίμησεν. Hesych. ἐμβριμῆσαι· ἐπιτιμῆσαι, κελεῦσαι, προστάξαι μετ' ἐξουσίας. — Idem: ἐμβριμώμενος· μετὰ ἀπειλῆς ἐντελλόμενος. Deinde de quavis vehementiore animi commotione usurpatur et speciatim est, ut Latinum *fremo,* et simplex βριμάομαι (Aristoph. Equit. 815. Schol. βριμᾶσθαι· τὸ ὀργίζεσθαι καὶ ἀπειλεῖν.) 3) *vehementer indignor, irascor.* Marc. XIV. 5. καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῇ et ei indignabantur. Hesych. ἐνεβριμήσατο· ὠργίσθη, ἐτάραξεν ἑαυτόν. Hinc ἐμβρίμημα *indignatio* in versio-

ne Alex. Thren. II. 6. et Ezech. XXI. 31. זַעְמִי. Symmach. ἐμβρίμησίν μου. Theod. ἐμβρίμημά μου. Alex. ὀργήν μου. Hesych. ἐμβριμήματι· κινήματι. 4) *vehementer animo commoveor ac perturbor, lugeo, mœreo, tristitia afficior.* Joh. XI. 33. ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι animo commotus. (Hesychius: ἐνεβριμήσατο· ὠργίσθη, ἐτάραξεν. subaudi aut adde ἑαυτόν.) ibid. v. 38. πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ. In utroque loco sermo est de Jesu valde tristato et misericordia commoto ob mortem Lazari. Eodem modo זָעַף *indignari* interdum ad tristitiam transfertur, v. c. Genes. XL. 6. 1 Sam. XV. 11.

'ΕΜΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, *vomo, evomo.* Tantum in N. T. legitur Apoc. III. 16. μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου evomam te ex ore meo, h. e. rejiciam, repudiabo te, nulla amplius inter nos erit conjunctio. Continuatur enim h. l. teporis translatio: tepida enim aqua vomitum movet. Xenoph. Anab. IV. 8. 16. Hoc verbo etiam usi sunt Alexandrini Ies. XIX. 14. et interdum etiam verbo composito ἐξεμέω, Job. XX. 15. Prov. XXIII. 8. Thom. Mag. et Phavor. ἐξήμεσε κάλλιον ἢ ἤμεσε.

'ΕΜΜΑΙ'ΝΟΜΑΙ, sequente dativo personæ, *furo, insanio, adversus aliquem effundo furorem,* ex ἐν et μαίνομαι *insanio.* Semel tantum in N. T. legitur Act. XXVI. 11. περισσῶς δὲ ἐμμαινόμενος αὐτοῖς, ἐδίωκον ad insaniam usque eos persecutus sum. In hoc verbo et similibus præpositio ἐν exercet virtutem τοῦ κατά. Conf. Abresch. Animadvv. ad Æschylum p. 392 et 621. Adjectivum ἐμμανής *furibundus, vecors,* legitur apud Plutarch. T. II. p. 798. T. VI. p. 144. ed. Reisk.

'ΕΜΜΑΝΟΥΗ'Λ, ὁ, *Immanuel.* Est nomen appellativum Servatoris nostri Optimi Maximi, Jesu Christi, originis Hebraicæ, compositum ex עִמָּנוּ *nobiscum* et אֵל *Deus,* significans *Deus nobis adest et favet et nos beneficiis exornat,* i. q. μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, ut Matthæus I. 23. interpretatur. Desumtum est ex Ies. VII. 14. VIII. 8. Est itaque idem quod 'Ιησοῦς, h. e. auctor felicitatis, servator, per quem Deus homines beatos ac felices reddit.

'ΕΜΜΑΟΥ'Σ, ἡ, *Emmaus.* Duo fuerunt loca in Judæa, hoc nomine insignita, quorum alter vicus, seu pagus fuit, in regione campestri situs, non procul a Tiberiade ad lacum Genesareth, in quo fontes erant aquarum calidarum (a quibus nomen habuisse videtur) et strage exercitus Antiochi, a Juda Maccabæo prostrati, nobilitatus. 1 Macc. III. 40, 57. Joseph. A. I. XIII. 1, 3. XIV. 11. 2. Alter vicus ejusdem nominis, et idem ille, de quo Luc. XXIV. 13. erat in tribu Juda situs ad occidentem urbis Hierosolymæ, sexaginta duntaxat stadiis ab ea distans, et postea Nicopolis dictus, teste Nicephoro X. c. 31.

'ΕΜΜΕ'ΝΩ, fut. νῶ, pr. *maneo in aliquo loco* (Xenoph. Anab. IV. 7. 12. Polyb. I. 29. 8.), deinde metaphorice: *permaneo, persevero, constans maneo in aliqua re,* ab ἐν et μένω *maneo.* Construitur cum dativo, nunc sine præpositione, nunc cum præpositione ἐν et ἐπί. Act. XIV. 22. παρακαλοῦντες ἐμμένειν τῇ πίστει hortantes, ut non deficerent a religione christiana. Galat. III. 10. ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου qui non diligenter observaverit omnia, quæ sunt scripta in libro legis, coll. Deut. XXVII. 26. Syrus habet: ܢܩܘܐ ܠܐ. Hebr. VIII. 9. οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου violarunt præcepta mea, coll. Jerem. XXXI. 32. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XXVIII. 7. ἔμμενε διαθήκαις. ib. II. 12. τίς ἐνέμεινεν τῷ φόβῳ αὐτοῦ; Eodem modo Xenoph. de Republ. Athen. II. 17. ἐμμένειν ταῖς συνθήκαις. Ages. I. 11. ἐμμένειν ταῖς σπονδαῖς. Epictet. Enchirid. c. 20. Corn. Nep. XVII. 2. 4. in pactione mansit. Virgil. Æn. II. 160. promissis maneas. Ib. VIII. 643. dictis maneres. Hesych. ἐμμεῖναι· καθέζεσθαι, εἶναι ἕως αὐτοῦ, ἢ ἐπιμεῖναι. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 321. Duker. ad Flor. IV. 2. 17. et Markland. ad Lysiam p. 592.

'ΕΜΜΟ'Ρ, ὁ, *Emmor.* Nomen proprium viri indeclinabile, quod Hebr. scribitur חֲמוֹר Gen. XXXIII. 19. et XXXIV. 1. Fuit autem pater Sichemi. A filiis Emmoris emit Abrahamus monumentum, in quo ipse, Sara, Isaac et Jacob sepulti fuerunt. Semel legitur in N. T. Act. VII. 16. de quo loco vide partim a me monita s. v. παρά n. 6. partim Tympium ad Noldii Concord. part. Hebr. p. 912.

'ΕΜΟ'Σ, ἡ, ὸν, *meus, a, um.* Est pronomen possessivum ab ἐμοῦ *mei,* genitivo ab ἐγώ, pro quo frequentissime tam in sacris, quam in exteris scriptt. usurpatur genitivus μοῦ, pronominis personalis ἐγώ, et quo usi sunt Alex. pro ־ִי, ־ַי, ־ֵי, ־ָי et ־ִי suffixis et affixis, quæ fini vocum adhærent, v. c. Gen. XXII. 18. XXVI. 5. XXXI. 31. etc. Joh. VIII. 37. ὁ λόγος ὁ ἐμὸς doctrina, quam ego trado. ib. XVIII. 36. βασιλεία ἡ ἐμὴ regnum meum. ib. XV. 8. γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταὶ eritis carissimi mei discipuli. Matth. XX. 15. οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς, sc. κτήμασιν s. χρήμασιν; nonne licet mihi mea pecunia uti, ut lubet? Τὰ ἐμὰ, sc. χρήματα, ut vernaculum, das meinige, *mine,* sunt *res meæ, bona mea,* coll. Luc. XV. 31. et Alberti Obss. Philol. p. 118. Matth. XXV. 27.—Joh. VII. 16. ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ doctrina, quam ego trado, non est a me inventa, seu humanæ originis. Interdum etiam τὸ ἐμὸν dicitur, *quod est in mea potestate situm, quod mihi convenit, me decet.* Sic Matth. XX. 23. οὐκ ἔστιν ἐμὸν (sc. μέρος) δοῦναι non possum equidem concedere; de quo loco videndus Wolfius in Curis Philol. T. I. p. 294.

'ΕΜΠΑΙΓΜΟΝΗ', ῆς, ἡ, *illusio, ludibrium,* i. q. ἐμπαιγμή, ἐμπαιγμὸς et ἔμπαιγμα. (ab ἐμπαίζω *illudo.*) Recte, si quid video, hoc vocabulum rarius in textum recepit Griesbachius ex codicum, versionum et patrum Græcorum auctoritate 2 Pet. III. 3. ὅτι ἐλεύσονται ἐν ἐμπαιγμονῇ ἐμπαῖκται, ubi verba ἐν ἐμπαιγμονῇ, sive cum ἐλεύσονται jungantur, ut pro σὺν ἐμπαιγμονῇ posita sint, sive cum ἐμπαῖκται construantur, ex Hebraismo non tam redundare, quam ipsius sententiæ vim augere videntur.

'ΕΜΠΑΙΓΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *illusio, elusio, quocunque illa fiat modo, sive verbis, sive factis, ludibrium.* (ab ἐμπαίζω.) Semel tantum legitur in N. T. Hebr. XI. 36. ἕτεροι δὲ ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον alii ludibria et flagella experti sunt. Alex. eadem voce usi sunt pro קַלָּסָה Ezech. XXII. 4. frequentius tamen in verss. antiquis V. T. τὸ ἔμπαιγμα legitur, v. c. apud Alex. Ies. LXVI. 4. Symmach. Theodot. Exod. I. 13.—Sapient. XII. 25. Sirac. XXVII. 31. ἐμπαιγμὸς καὶ ὀνειδισμὸς ὑπερηφάνων. 2 Macc. VII. 7. ἐμπαιγμὸς pœnam cum ignominia et ludibrio conjunctam significat.

'ΕΜΠΑΙ'ΖΩ, fut. αίσω, 1) proprie: *derideo aliquem et ludibrio habeo, illudo, sive id fiat verbis, sive re ipsa, contumelia afficio,* ex ἐν et παίζω *ludo,* quod est a παῖς *puer,* ut adeo

vi etymologiæ sit: *aliquem instar pueri tracto.* Construitur cum dativo. Matth. XX. 19. παραδώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι καὶ μαστιγῶσαι tradent eum gentilibus contumelia afficiendum et castigandum. ib. XXVII. 29, 31, 41, Marc. X. 34. XV. 20, 31. οἱ ἀρχιερεῖς ἐμπαίζοντες πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον. Luc. XIV. 29. πάντες οἱ θεωροῦντες ἄρξονται ἐμπαίζειν αὐτῷ et omnes videntes eum derideant; ubi sermo est de eo, qui, jacto fundamento ædificii, deficientibus sumtibus, totam structuram perficere non valet. ibid. XVIII. 32. XXII. 63. XXIII. 11, 36. Æque late patent verba Hebraica שָׂחַק Ps. IV. 26. Habac. I. 10. צָחֵק Genes. XXXIX. 14, 17. et הִתְעַלֵּל Exod. X. 2. Judd. XIX. 25. quibus ἐμπαίζω respondet in versione Alex. Et in libris Apocryphis ἐμπαίζεσθαι haud raro notat: *crudeli et contumelioso pœnarum et mortis genere affici et vexari,* v. c. 2 Macc. VII. 10. coll. v. 13. et vers. Syriaca. 2) *decipio aliquem, fallo alicujus spem,* quia pueri facile falluntur et decipiuntur. Sic legitur in N. T. Matth. II. 16. τότε Ἡρώδης ἰδὼν, ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων tunc Herodes intelligens, se a magis delusum esse. Eodem sensu etiam Latini voce *illudere* utuntur, v. c. Cornel. Hannib. c. 10. Cic. pro Quintio c. 16.

'ΕΜΠΑΙ'ΚΤΗΣ, ου, ὁ, 1) *irrisor, derisor, scurra,* ab ἐμπαίζω *illudo.* 2) speciatim: *contemtor religionis, homo, qui, ut omnino omnes res serio tractandas, ita inprimis pietatem et religionem irridet et ludibrio habet,* qui a Hebræis vulgo לֵץ vocatur, v. c. Ps. I. 1. Sic autem bis legitur in N. T. 2 Petr. III. 3. ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται, qui describuntur falsi doctores, qui deridebant, quidquid de adventu Christi ad judicium, de resurrectione mortuorum, etc. ab apostolis tradebatur. Jud. v. 18. ὅτι ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ ἔσονται ἐμπαῖκται. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΜΠΕΡΙΠΑΤΕ'Ω, fut. ήσω, 1) proprie: *inambulo, incedo,* ab ἐν et περιπατέω *ambulo.* Hebr. הִתְהַלֵּךְ Job. I. 7. II. 2. 2) *habito, versor in aliquo loco et præsens sum,* vel sensu proprio, vel sensu metaphorico, in quo semel tantum legitur in N. T. 2 Cor. VI. 16. ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω ego semper inter eos ero et versabor, h. e. ab iis mihi semper cultus præstabitur. Hoc enim sensu *Deus* dicitur *habitare inter homines,* quando ab hominibus pie et sancte colitur, et eos vicissim amat et beneficiis ornat. Conf. Levit. XXVI. 12. ubi verba וְהִתְהַלַּכְתִּי בְּתוֹכְכֶם in sequentibus explicantur verbis וְהָיִיתִי לָכֶם לֵאלֹהִים וְאַתֶּם תִּהְיוּ־לִי לְעָם. Adde Deut. XXIII. 14. 2 Sam. VII. 6. Achill. Tat. I. 6. et Philon. Lib. de Ebrietate T. I. p. 358. lin. 38. ed. Mang.

'ΕΜΠΙ'ΜΠΛΗΜΙ, vel 'ΕΜΠΙ'ΠΛΗΜΙ, vel 'ΕΜΠΙΠΛΑ'Ω, fut. ήσω, (nam utrumque reperitur. V. Reitz. ad Lucian. T. II. p. 425.) 1) *impleo, repleo.* (ex ἐν et πίμπλημι, idem quod πλήθω *impleo.*) Prov. XXIV. 4. ἐμπίμπλανται ταμιεῖα ἐκ παντὸς πλούτου τιμίου. Eccles. I. 7. In utroque loco Hebr. מָלֵא respondet. 2) *ad satietatem, large suppedito,* (v. c. Xenoph. Anab. I. 7. 7. ἐμπιπλὰς ἁπάντων τὴν γνώμην replens animos omnium bona spe.) et speciatim: *ad satietatem suppedito alimenta et nutrimenta.* 'Εμπίμπλαμαι *satior.* Xenoph. Sympos. IV. 37. καὶ πολλὰ ἐσθίων, μηδέποτε ἐμπίμπλαιτο. Sic semel legitur in N. T. de Deo Act. XIV. 17. ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ὑμῶν large vobis suppeditans alimenta et nutrimenta omnis generis. Ps. CIII. 5. τὸν ἐμπιπλῶντα ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν σου. CXLV. 16. ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας. Prov. XIII. 25. Phavor. ἐμπίπλαται· πληροῦται, χορτάζεται. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 65. ἐμπιπλῶ, *satio.*

'ΕΜΠΙ'ΠΤΩ, fut. πεσοῦμαι, 1) proprie: *incido,* ita, ut innuat motum rei localem. (ab ἐν et πίπτω *cado.*) Matth. XII. 11. ἐὰν ἐμπέσῃ εἰς βόθυνον si in foveam inciderit. Luc. XIV. 5. εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται in puteum incidet. Eadem constructio reperitur in versione Alex. Psalm. LVI. 9. ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον. Ies. XXIV. 18. ἐμπεσεῖται εἰς τὸν βόθυνον. Apud reliquos Græcos scriptores fere cum dativo construitur, v. c. Ælian. V. H. XII. 23. ἐμπίπτουσι τοῖς κύμασι. 2) *incurro, incido,* in sensu metaphorico, h. e. *in potestatem alicujus venio, malum aliquod incurro, subeo, sustineo, perpetior,* adjuncta tamen fere semper notione *fortuiti et inopinati,* unde Suidas ἐνέπεσε per συνέβη, ἐγένετο interpretatus, coll. Ælian. V. H. I. 24. Luc. X. 36. τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστὰς qui inciderat in latrones. (Arrian. Epict. III. 13. 3. ὅταν εἰς λῃστὰς ἐμπέσωμεν.) 1 Tim. III. 6. ἵνα μὴ εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου ne in criminationes adversariorum religionis christianæ incurrat. ibid. v. 7. ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. ibid. VI. 9. ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα κ. τ. λ. incidunt in tentationem et laqueos, coll. Prov. XII. 13. Hebr. X. 31. φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος terribile est subire gravissimas Dei potentissimi pœnas. 2 Sam. XXIV. 14. ἐμπεσοῦμαι εἰς χεῖρας Κυρίου. Prov. XXVII. 14. ἐμπεσεῖται εἰς κακά. 1 Macc. VI. 8. ἐνέπεσεν εἰς ἀῤῥωστίαν, coll. Ælian. V. H. V. 2. Phavor. ἐμπίπτω λέγεται καὶ τὸ περιπίπτω, ἤτοι τὸ εἰς πράγματα καλινδοῦμαι. λέγεται ἐμπίπτω καὶ τὸ ἐπιτίθεμαι ἐπὶ κακῷ τινι, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ. κ. τ. λ. Schol. in Epictet. Enchirid. c. 9. ἐμπίπτοντα λέγονται, ὅσα παρὰ τὴν προαίρεσιν τὴν ἡμετέραν γίνεται, ἤγουν τὰ τυχηρά. Cf. etiam supra ad εἰσέρχομαι dicta.

'ΕΜΠΛΕ'ΚΩ, fut. ἐμπλέξω, 1) proprie: *implico, irretio, artificiose necto ac compono,* ex ἐν et πλέκω *contexo, connecto.* Usurpatur de *funibus, retibus, frondibus,* (Ælian. V. H. XIII. 1.) *capillorumque ornamentis.* (Vid. infra sub ἐμπλοκή.) 2) ἐμπλέκομαι metaphorice: *implico me,* (Cicer. Off. II. 11. negotiis implicantur.) seu, *nimio studio in aliquid incumbo, distringor, immergor, obruor, immisceor alicui rei,* plane uti nostrum: sich verwickeln, *to embroil one's self.* Sic semel in N. T. legitur 2 Tim. II. 4. οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις nemo, qui militat, nimio studio in hujus vitæ negotia incumbit. 2 Pet. II. 20. τούτοις (sc. τοῖς μιάσμασι τοῦ κόσμου) δὲ πάλιν ἐμπλακέντες his vero vitiis iterum se totos tradentes, seu, iterum irretiti. Prov. XXVIII. 18. ὁ δὲ σκολιαῖς ὁδοῖς πορευόμενος ἐμπλακήσεται. Arrian. Epict. III. 22. Polyb. I. 17. Plutarch. an Seni Resp. Gerenda p. 787. E.

'ΕΜΠΛΗ'ΘΩ, fut. ήσω, 1) *impleo, repleo, expleo,* in sensu proprio, v. c. vas aliquod aliqua materia plenum facio. (ab ἐν et πλήθω.) Ælian. V. H. III. 1. Genes. XLII. 25. ἐμπλῆσαι τὰ ἀγγεῖα. 2) metaphorice: *ad satietatem usque suppedito, largiter et copiose aliqua re instruo,* et speciatim: *ad satietatem suppedito alimenta et nutrimenta.* Passivum ἐμπλήθομαι *ad satietatem edo, satis instructus sum et fruor aliqua re.* Construitur cum genitivo rei et accusativo personæ. Luc. I. 53.

πενῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν pauperes largiter opibus instruit: coll. Job. XXII. 18. et Siracid. XVI. 29. ibid. VI. 25. οὐαὶ ὑμῖν οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε væ vobis divitibus, nam aliquando ad paupertatem redigemini. Ps. CVII. 9. ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. Jerem. XXXI. 25. καὶ πᾶσαν ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησα. Joh. VI. 12. ὡς δὲ ἐνεπλήσθησαν illis autem satiatis. Syrus: ܘܟܕ ܣܒܥܘ et cum saturati essent. Omissum est τροφῆς, quod additur ab Æliano V. H. XII. 1. μετὰ δὲ τὸ ἐμπλησθῆναι τροφῆς. Rom. XV. 24. ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ si prius ex vestra consuetudine et colloquio gaudium et fructum aliquem ex parte percepero. Vulgatus eleganter: *si vobis primum ex parte fruitus fuero.* Eodem sensu שָׂבַע Psal. XVII. 15. usurpatur. Exod. XV. 9. ἐμπλήσω τὴν ψυχήν μου satiabo desiderium meum.

'ΕΜΠΛΟΚΗ', ῆς, ἡ, *implicatio, plicatura, nodus,* ab ἐμπλέκω *implico.* Ἐμπλοκαὶ τριχῶν *artificiosa crinium compositio, nodi,* seu *implicationes capillorum,* quæ a Paulo 1 Tim. II. 9. πλέγματα, a reliquis vero Græcis modo πλόκαμος, ἐμπλόκιον, modo βόστρυχος, modo denique κόρυμβος et σκόρπιος vocantur. Inter mulierum ornamenta refertur a Petro 1 Epist. III. 3. ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν (κόσμος) ἐμπλοκῆς τριχῶν quarum ornatus non debet esse externus, quippe qui continetur artificiosa crinium compositione. Consuevisse autem mulieres, tam Græcas, quam Romanas, vel pectinis ope, vel acu crinali comam in orbem flectere ac in cincinnum colligere, satis docuit Pottius in Vol. II. Epistolarum Catholicarum N. T. p. 95. qui omnino consulendus est. Conf. etiam Hadr. Junium de Coma c. 8. ac de Pictura Veterum l. III. c. 9. et E. A. T. A. Obss. Philol. Succinctas in Censuram Petrinam ἐμπλοκῆς τριχῶν I. Ep. III. 3. in Bibl. Lubec. P. III. p. 260 seq.

'ΕΜΠΝΕ'Ω, ῶ, fut. εύσω, 1) proprie: *spiro, spiritum duco,* athem holen, *to draw breath,* i. q. πνοὴν ἔχω, et opponitur τῷ ἐκπνέω apud Hippocratem de Flatibus c. 6. τὰ ζῶα — τοτὲ μὲν ἐμπνέοντα, τοτὲ δὲ ἐκπνέοντα. Aristoph. Thesmophor. v. 933. ἥνπερ ἐμπνέω, ubi Schol. τουτέστι ὥσπερ ἐμπνέω καὶ πνοὴν ἔχω, τουτέστι μέχρι θανάτου. Eurip. Phœn. v. 1440. ἔτι γὰρ ἐμπνέων βραχύ. — Hinc ἔμπνους *animatus, vivens.* Eurip. Phœn. v. 1463. Ælian. V. H. XII. 3. 2 Macc. VII. 5. XIV. 45. ἔμπνους, ὁ ζῶν καὶ πνοὴν ἔχων, ἤγουν ψυχήν. 2) *inspiro, inhalo,* i. q. ἐμφυσάω, cum quo permutatur Sap. XV. 11. ἐμπνεύσαντα αὐτῷ ψυχὴν ζῶσαν καὶ ἐμφυσήσαντα πνεῦμα ζωτικόν. Xenoph. Hist. Gr. VII. 4. 32. Θεὸς τὴν ἀρετὴν ἐμπνεύσας. Hinc etiam ἔμπνους passive usurpatur de *eo, quod inflatur,* v. c. ἔμπνους αὐλός. Conf. interpretes ad Thom. M. p. m. 303. 3) i. q. simplex πνέω, et ut Latinum *spiro,* (v. c. apud Senecam in Thyeste v. 503. spirare sanguinem. Sil. Ital. XVII. v. 504. spirare prœlia dira.) et *anhelo* (v. c. apud Cicer. Orat. Catil. II. c. 1. et ad Herenn. IV. c. 55.) metaphorice significat: *desiderio alicujus rei flagro, unice meditor aliquid,* regens more verborum *desiderii* genitivum. Sic semel legitur in N. T. Act. IX. 1. de Saulo ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου spirans minas et cædem. Eodem sensu apud Græcos simplex πνέω usurpatur Theocrit. Idyll. XXII. v. 82. φόνον πνέοντες, pro quo apud Æschylum Prometh. v. 354. συρίζειν φόνον legitur. Eurip. Rhes. v. 786. θυμὸν πνεούσας. Sic etiam *minas* θυμοῦ πνοὰς dixit Euripides Phœniss. v. 457. Confer et ibidem v. 883. Chrysost. Homil. II. de Laudibus Pauli Opp. T. VI. p. 484. B. ed. Benedict. τύραννοι δὲ αὐτῷ καὶ δῆμοι θυμοῦ πνέοντες. Eodem modo נָחַם quod proprie *spirare* valet, adhibetur Genes. XXVII. 43. מִתְנַחֵם לְךָ לְהָרְגֶךָ spirans in tuam mortem, seu tacitis consiliis tibi mortem minans. Alia loca Græcorum collegit Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 43. Wetsten. N. T. T. II. p. 509. et Wakefield in Silva Critica P. II. p. 129 seq.

'ΕΜΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, 1) proprie: *incedo, eo, proficiscor, iter facio,* i. q. simplex πορεύομαι. Polyb. XXVIII. 10. 5. ubi vid. Schweighæuser. Sophocl. Œdipus Tyr. v. 464. ξένην ἐπὶ γαῖαν ἐμπορεύεται. Gen. XXXIV. 24. πάντες οἱ ἐμπορευόμενοι τὴν πύλην τῆς πόλεως αὐτῶν. Speciatim vero de *iis* usurpatur, *qui itinera suscipiunt, mercaturæ exercendæ causa mare trajicientes negotiantur,* interdum adeo de *mercibus ipsis, quæ nunc importantur, nunc exportantur.* Hos. XII. 1. καὶ ἔλαιον εἰς Αἴγυπτον ἐνεπορεύετο, Hebraice וְשֶׁמֶן לְמִצְרַיִם יוּבָל 2) *negotior, mercaturam exerceo, nundinor,* et in versione Alex. eleganter respondet Hebr. סָחַר, *circuivit emendi vel vendendi causa, mercatus, negotiatus est.* Gen. XXXIV. 10, 21. 2 Chron. IX. 14. Proverb. XXXI. 14. et רָכַל Ezech. XXVII. 13. Unde ἐμπόριον *locus mercaturæ exercendæ aptus.* Sic legitur in N. T. Jacob. IV. 13. καὶ ἐμπορευσώμεθα καὶ κερδήσωμεν et mercaturam exerceamus et lucrum faciamus. Xenoph. de R. P. Laced. VII. 1. 3) metaphorice cum accusativo personæ aut rei junctum, ut Lat. *nundinor,* (Plin. H. N. XXIX. 1.) *quæstum ex aliquo facio, lucrum ex aliqua re repeto, lucri causa aliquem decipio.* 2 Petr. II. 3. καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται fictis sermonibus lucri studio ducti vos quæstui habebunt, seu, vos decipere et sibi sectatores conciliare conabuntur. Athenæus L. XIII. p. 569. F. Ἀσπασία ἡ Σωκρατικὴ ἐνεπορεύετο πλήθη καλῶν γυναικῶν Aspasia Socratica multas habebat forma præstantes fœminas, e quibus lucrum faciebat. Pertinere huc etiam videtur Schol. ad Eurip. Hippolyt. v. 953. ἐν λόγοις ἐμπορεύεσθαι, καθάπερ οἱ λεγόμενοι λογέμποροι, καὶ μὴ κατὰ φύσιν φιλοσοφοῦντες, ἀλλ' οἱ τοὺς λόγους καπηλεύοντες. Conf. Pott. Epistt. Cathol. Vol. II. p. 213. ac Schneid. Lex. Crit. l. Gr. s. h. v.

'ΕΜΠΟΡΙ'Α, ας, ἡ, 1) *iter negotiandi causa susceptum* (Arrian. Diss. Epict. III. 24. 81.), *mercatura, negotiatio,* speciatim *ea, qua trajicitur mare et iter in remotissima loca suscipitur mercium causa,* ab ἐν et πόρος *transitus, via, iter.* Alex. pro סָחַר Ies. XLV. 14. et סְחֹרָה Ezech. XXVII. 15. Xenoph. Hier. 9. 9. Vid. Salmas. de Usur. passim. Interdum adeo de *ipsis mercibus* dicitur, *quæ nunc importantur, nunc exportantur,* v. c. apud Xenoph. de Vectigal. III. 2. ἐμπορία καλὴ merx bona, quæ multum lucri affert. 2) *quodvis negotium, quod aliquis tractat.* Sic semel legitur in N. T. Matth. XXII. 5. ὁ δὲ εἰς τὴν ἐμπορίαν αὐτοῦ alius ad negotia sua: et apud Aqu. Symm. ac Theodot. Prov. XXXI. 18. ubi LXX. ἐργάζεσθαι posuerunt.

'ΕΜΠΟ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *locus ad mercaturam et negotiationes exercendas aptus, emporium.* Suid. et ex eo Phavorinus: ἐμπόριον ἐπιτήδειον εἰς ἐμπορίαν. In hac significatione aliquoties reperitur in versione Alex. v. c. Deut. XXXIII. 19. Ies. XXIII. 17. Ezech. XXVII. 3. De *foro nundinatorio* etiam usurpatum

legitur apud Polyb. XVII. 2. 4. et Xenoph. de Vectig. III. 3. 2) *merces.* Xenoph. de Vectig. I. 7. καὶ κατὰ γῆν πολλὰ δέχεται ἐμπόρια. 3) *mercatura, negotiatio,* i. q. ἐμπορία. Sic semel legitur in N. T. Joh. II. 16. μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου ne facite templum, cultui divino destinatum, domum mercatus s. negotiationis.

"ΕΜΠΟΡΟΣ, ου, ὁ, 1) antiquissimis temporibus dicebatur *is, qui aliena vehebatur navi, pro mercede vector.* Hesych. ἔμπορος· ὁ ἐπ' ἀλλοτρίας νεὼς πλέων μισθοῦ, ὁ ἐπιβάτης. Suid. ὁ ναῦλον ἕνεκα πλέων ἐπ' ἀλλοτρίας νεώς. Idem tradit Phavorinus et Schol. Aristoph. Plut. 521. Antiquissima hæc hujus vocis notio vel centies obvia est apud Homerum. Conf. Schol. Min. et Eustathium ad Homer. Odyss. β. v. 319. 2) *mercator, negotiator,* et speciatim de *eo* dicitur, *qui maria trajicit et itinera in remotissimas terras suscipit exportandis et importandis mercibus et negotiandi causa,* (ἀπὸ τοῦ πόρου, quod *iter* et maxime *iter marinum* significat) et ita differt a κάπηλος, *qui in urbe manet, ut artem mercatoris profiteatur,* quanquam apud Pollucem et Phavorinum conjunctim et nullo discrimine ponuntur ἔμποροι, κάπηλοι, μετάβολοι. Hesych. πραγματευτής. Suid. ὁ πραγματικὸς ἄνθρωπος, κυρίως δὲ ὁ πλέων θάλασσαν. Apoc. XVIII. 3. καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς. ibid. v. 11, 15, 23. Sæpius non legitur in N. T.

"ΕΜΠΟΡΟΣ, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *mercatorius.* (a præcedd.) Semel extat in N. T. Matth. XIII. 45. ἀνθρώπῳ ἐμπόρῳ.

'ΕΜΠΡΗ'ΘΩ, fut. ήσω, *incendo, cremo, igne devasto,* ab ἐν et πρήθω *incendo.* Tantum in N. T. extat Matth. XXII. 7. καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησε et urbem eorum igne destruxit. Judd. I. 8. καὶ τὴν πόλιν ἐνέπρησαν ἐν πυρὶ, Hebr. שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ. Eodem modo etiam Hebræi τῷ שָׂרַף, cui ἐμπρήθω in vers. Alex. respondet, Judd. XV. 6. XVIII. 27. אֵשׁ addere solent, v. c. Num. XXXI. 10. Xenoph. de Rep. Athen. I. 14. Hesych. ἐμπρῆσαι· καῦσαι. — ἐνέπρηθον· ἔκαιον.

"ΕΜΠΡΟΣΘΕΝ. Adverbium, quod genitivum regit, ex ἐν et πρόσθεν, quod idem significat, 1) ad tempus refertur et notat *ante.* Joh. I. 15. ἔμπροσθέν μου γέγονεν prior me fuit. ib. v. 27 et 30. ubi explicatur per πρῶτός μου γέγονεν, Judd. III. 2. οἱ ἔμπροσθεν αὐτῶν, sc. γενόμενοι. Micha VII. 20. κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν. Æschin. Socr. Dial. II. 11 et 12. τὰ ἔμπροσθεν λελεγμένα, seu οἱ ἔμπροσθεν λόγοι, *ante dicta, superiores sermones.* 2) ratione loci, *coram, in conspectu, ad.* Matth. V. 24. ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου coram altari, seu ad altare. ib. XXIII. 13. ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. Act. XVIII. 17. et 2 Cor. V. 10. ἔμπροσθεν τοῦ βήματος coram tribunali. 3) *ulterius, ante,* ita, ut ad locum anteriorem referatur, in qua significatione etiam interdum sine casu invenitur, v. c. Luc. XIX. 4. καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν et procurrit ante. ubi tamen ἔμπροσθεν recte abesse posset. Apud Xenoph. Cyr. IV. 2. 12. legitur quoque προπορεύεσθε ἔμπροσθεν. ibid. v. 28. ἐπορεύετο ἔμπροσθεν iter suum prosecutus est. Philipp. III. 14. τοῖς δὲ ἔμπροσθεν, sc. μέρεσιν, ἐπεκτεινόμενος illis, quæ ante sunt, intendens. Apoc. IV. 6. ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν. 4) *apud,* in qua tamen significatione sæpe redundat. Matth. XI. 26. οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου hæc fuit tua sapiens ac benigna voluntas. ib. XVIII. 14. οὕτως οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ὑμῶν ita enim non vult et decrevit pater vester cœlestis. Luc. X. 21. etc.

'ΕΜΠΤΥ'Ω, fut. ύσω, *inspuo, conspuo,* ad indicandum summum contemtum, et differt ab ἀποπτύω; quod *exspuere* notat. (ab ἐν et πτύω *spuo.*) Hinc metaphorice: *contemno, contumeliose aliquem tracto, ignominia afficio.* Construitur cum præpositione εἰς, v. c. Matth. XXVI. 67. τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ tunc conspuerunt faciem ejus, seu, inspuerunt in faciem ejus, ut loquitur Petronius 75. ibid. XXVII. 30. ἐμπτύσαντες εἰς αὐτόν. Haud raro vero regit dativum. Marc. X. 34. καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ. ibid. XIV. 65. XV. 19. Interdum autem absolute ponitur, v. c. Luc. XVIII. 32. καὶ ἐμπτυσθήσεται, supple: αὐτῷ, coll. Marc. X. 34. et conspuetur. Num. XII. 14. Deut. XXV. 9. ubi Hebr. יָרַק respondet. Attici ἐμπτύω fere cum genitivo construunt, ut καταπτύω apud Demosthen. de Corona c. 59. Hinc Thom. M. p. 105. καταπτύω σου, ἐμπτύω σοι δὲ οὐδεὶς τῶν δοκίμων. Sed non semper hoc factum esse, docet locus Æliani V. H. I. 15. ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς. De duplici constructione cum dativo et præpositione εἰς vide exempla collecta ab Heupelio ad Marc. XIV. 65. p. m. 478. Wetstenio N. T. T. I. p. 526. ac Jac. Lydio in Florum Sparsione ad Passionem I. C. p. 164.

'ΕΜΦΑΝΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ές, τὸ, 1) proprie: *ob oculos positus, manifestus, conspicuus, apertus,* ab ἐμφαίνω *repræsento, ostendo.* Sic legitur in N. T. Act. X. 40. καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι et eum conspicuum fecit, conspiciendum dedit; ubi sermo est de Jesu, qui post novam vitam apostolis se vivum demonstraverat, coll. 1 Tim. III. 16. Hesych. ἐμφανές· φανερόν. Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. Polyb. XXII. 15. 7. 2) *notus, manifestus, conspicuus,* in sensu metaphorico. Rom. X. 20. ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι cognoverunt me, qui olim a vero mei cultu alieni erant, h. e. gentiles, coll. Ies. LXV. 1. Exod. XII. 14. ἐμφανὲς γέγονε τὸ ῥῆμα τοῦτο, ubi in Hebraico נוֹדַע legitur. Interdum etiam de *eo* dicitur, *quod est insigne et illustre,* v. c. apud Symmachum Ps. XII. 6. τάξω σωτήριον ἐμφανές. Phavor. ἐμφανῶν· τηλαυγῶν ἐμφάσει τεκμηρίων.

'ΕΜΦΑΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *conspiciendum trado, ostendo, ante oculos pono, præsentem sisto.* Passivum ἐμφανίζομαι *compareo, appareo, conspicuus exhibeor.* Hesych. ἐμφανισθήσονται· φανήσονται. Joh. XIV. 22. τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν, καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ; quare te nobis tantum vis conspiciendum dare, non autem reliquis Judæis? Exod. XXXIII. 13. ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν, i. q. alibi δεῖξόν μοι σεαυτοῦ δόξαν. ibid. v. 18. Matth. XXVII. 53. καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς et comparuerunt, seu, vivos se demonstrarunt multis. Huc etiam referendus est locus Hebr. IX. 24. ubi Christus, a Paulo cum summo sacerdote comparatus, dicitur ipsum cœlum intrasse καὶ νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν et nunc se sistere pontificem Deo hominum causa, h. e. conservare nobis in cœlo mortis suæ virtutem. Xenoph. Ages. I. 12. 2) in sensu forensi, omissa voce ἐμαυτὸν, *me sisto judici, compareo in judicio,* vel accusandi, vel causam meam defendendi causa. Act. XXIV. 1. οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου comparuerunt coram præside contra Paulum. ibid. XXV. 2 et 15. περὶ οὗ ἐνεφάνισαν οἱ ἀρχιερεῖς cujus causa me adierunt summi sacerdotes. 3) *patefacio, palam declaro, idoneis argumentis demonstro.* Joh. XIV. 21. καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτὸν et ego idoneis argumentis ei favo-

rem meum declarabo. Hebr. XI. 14. ἐμφανίζουσιν eo ipso haud obscure declarant. Xenoph. Agesil. I. 12. ἐμφανίσας ἐπίορκον declarans perjurum. Hesych. ἐμφανίζων· φανεροποιῶν. Phavor. ἐμφανίζω σοι· φανερῶς σοι δείκνυμι. Zonaras Lex. col. 712. ἐμφανίζουσι ἀντὶ τοῦ δεικνύουσιν. ὁ ἀπόστολος· οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες ἐμφανίζουσι κ. τ. λ. 4) *indicium facio, indico et significo alicui aliquid per nuncium*, seu *litteras*. Act. XXIII. 15. νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ. Vulgatus: *nunc autem notum facite tribuno et senatui*. ib. v. 22. ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός με te mihi hæc indicasse. Sæpius non legitur in N. T. Esther. II. 22. καὶ αὐτὴ ἐνεφάνισε τῷ βασιλεῖ, ubi cum δηλόω et σημαίνω permutatur et Hebr. אָמַר respondet. Diod. Sic. XIV. 11. ἐμφανίσαι τὴν ἐπιβουλὴν τῷ βασιλεῖ. Polyb. Leg. 105. Joseph. A. J. X. 9. 3. XIV. 10. 8 et 12.

Ἔ**ΜΦΟΒΟΣ**, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) *expavefactus, perterritus, metu perculsus*, ab ἐν et φόβος *timor, metus*. Luc. XXIV. 5. ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν quæ cum essent metu perculsæ. Act. XXII. 9. XXIV. 25. Apoc. XI. 13. Cognatum huic est ἔντρομος, cum quo conjungitur Sirac. XIX. 20. 1 Macc. XIII. 2. Reperitur etiam apud Theophrast. Charact. XXV. 1. ἔμφοβος ὕπειξις τῆς ψυχῆς. 2) *obstupefactus, admirabundus*. Act. X. 4. ὁ δὲ ἀτενίσας αὐτῷ καὶ ἔμφοβος γενόμενος quo viso obstupefactus.

Ἐ**ΜΦΥΣΑ'Ω**, ῶ, fut. ήσω, *afflo, inflo, insufflo*, ex ἐν et φυσάω *sufflo, inflo*, quod est a φῦσα *follis, vesica*. Dioscorid. V. 99. καίεται ἐμφυσηθέν. Semel legitur in N. T. Joh. XX. 22. καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε (αὐτοῖς) καὶ λέγει αὐτοῖς· λάβετε Πνεῦμα Ἅγιον his dictis afflavit eos his verbis: accipietis Sp. S. seu, quemadmodum vos nunc afflo, ita accipietis Sp. S. Placuit enim Christo h. l. symbolo aliquo uti, cum primitiva verbi Hebraici רוּחַ et Græci πνεῦμα significatione conveniente. Cæterum haud raro ipsa vox ἐμφυσάω in vers. Alex. legitur pro Hebraico נָפַח Gen. II. 7. Ezech. XXI. 31. XXXVII. 9. etiam in aliis locis, ubi sensum expresserunt Alexandrini, v. c. 1 Reg. XVII. 21. καὶ ἐνεφύσησε τῷ παιδαρίῳ τρὶς, et Job. IV. 21. ἐνεφύσησε γὰρ αὐτοῖς, καὶ ἐξηράνθησαν. Ἐμφύσησις *inflatio* legitur apud Plutarch. T. X. p. 438. ed. Reisk.

Ἔ**ΜΦΥΤΟΣ**, ου, ὁ καὶ ἡ, ον, τὸ, proprie, ut Lat. *insitus* apud Ciceronem (conf. Gronov. ad Minucii Fel. Octav. p. 144.), 1) *innatus, natura insitus, naturalis*, i. q. φυσικὸς, ex ἐν et φυτὸς *natus*, et differt ab ἐμπεφυτευμένος et ἐμφυτευθεὶς, h. e. *insititius, implantatus*. Gloss. Vet. *insiticium*, ἐγκεντρισθὲν, ἐμφυτευθέν. Hesych. ἔμφυτον· τὸ ἐν τῇ φύσει. Suid. ἐγκάρδιον, τὸ ἐκ φύσεως. Sic Xenoph. Mem. III. 7. 5. αἰδῶ δὲ καὶ φόβον οὐχ ὁρᾷς ἔμφυτα ἀνθρώποις εἶναι. Deinde vero ἔμφυτος 2) est *insitus, extrinsecus inditus, animo instillatus*. Sic doctrina, quæ traditur, docetur et instillatur animis, λόγος ἔμφυτος vocatur Jacob. I. 21. ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον animo obsequioso accipite doctrinam vobis traditam. Sæpius non legitur in N. T. Sic Sapient. XII. 10. ἔμφυτος ἡ κακία αὐτῶν. Polyb. II. 45. 1. IX. 11. 2. Herodot. IX. 94. ἔμφυτος μαντικὴ divinatio divinitus insita, ubi videndus Valckenar. Et sic aliquoties in scriptis philosophorum Græcorum ἔμφυτος ἀρετὴ est virtus, quæ præceptis et consuetudine animis inditur. Conf. Bergler. ad Alciphron. Ep. I. 31. p. 128. Wetstenii N. T. T. II. p. 663. et Heisenii Novas Hypotheses ad Epistolam Jacobi p. 669 seq. Ἐμφύειν ταῖς ψυχαῖς legitur apud Longin. de Sublim. XXXV. 2.

Ἐ**Ν**. Præpositio regens dativum vel potius ablativum et (בְּ) extra compositionem nominibus, pronominibus atque participiis præmissa, significat 1) *in* cum ablativo: *α*) *locum* denotat, *in quo quid fit vel est*. Matth. I. 18. ἐν γαστρὶ ἔχουσα in utero habens. ibid. IX. 35. διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν docens in eorum synagogis. 1 Joh. V. 8. *β*) de *tempore, quo quid est vel fit*. Matth. II. 1. ἐν ἡμέραις Ἡρώδου regnante Herode. ib. VIII. 13. ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. ib. XII. 1. ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ. v. 2. ἐν σαββάτῳ. ib. XIV. 1. etc. *γ*) cum *statum quendam ac conditionem* significat. Matth. IV. 16. ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει populus in tenebris versans. XVI. 27. XXV. 31. ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς majestate Dei præditus. Marc. IV. 2. V. 2. ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ homo obsessus a spiritu malo. ibid. v. 25. γυνή τις οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος mulier fluxu sanguinis laborans. X. 37. καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου. Luc. XXII. 28. ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου. Joh. IX. 34. ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος, etc. *δ*) cum *vestitum* significat. Mat. VI. 29. ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ cum omni splendido ac magnifico ornatu suo. ibid. VII. 15. ἐν ἐνδύμασι προβάτων induti vestibus e pelle ovina. Marc. XII. 38. ἐν στολαῖς. Luc. VII. 25. ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον. Joh. XX. 12. ἐν λευκοῖς. Act. I. 10. Ælian. V. H. IX. c. 34. περιτυχὼν Λακεδαιμονίοις ἐν ἐξωμίσι φαύλαις καὶ ῥυπώσαις. Sueton. Calig. c. 52. — 2) *in* cum accusativo, loco εἰς. (Nam εἰς et ἐν apud Græcos haud raro alternant. Sic v. c. Matth. III. 11. βαπτίζειν ἐν ὕδατι pro βαπτίζειν εἰς ὕδωρ. Herodot. IV. c. 70.) maxime cum *motum ad locum* significat. Matth. X. 16. ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων emitto vos, ut oves in medium luporum. ibid. XIV. 3. ἔθετο ἐν φυλακῇ in carcerem conjecerat. Marc. I. 16. ἐν τῇ θαλάσσῃ, pro quo in loco parallelo. Matth. IV. 18. εἰς τὴν θάλασσαν legitur. Rom. I. 23. ἐν ὁμοιώματι in simulacrum. 1 Cor. XV. 19. ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ. 1 Thess. IV. 7. Suid. sub ἐν ᾅδου: Οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται τῇ ἐν ἀντὶ τοῦ εἰς. Ælian. V. H. IV. 18. ὅτε κατῆλθε Πλάτων ἐν Σικελίᾳ. Xenoph. de Venat. V. 8. ἐν τῇ θαλάσσῃ, coll. X. 20. ubi in eadem re adhibetur εἰς τὴν θάλασσαν. Eodem modo Hebr. בְּ haud raro pro לְ ponitur. Gen. XXX. 33. וַיָּבֹא בְּאֹהֶל. Jer. XII. 7. Ps. XIX. 5. et aliis locis. 3) *a, ab*, ita, ut *causam efficientem, instrumentalem et impulsivam* significet, i. q. ὑπό. Luc. IV. 1. ἤγετο ἐν τῷ Πνεύματι ductus est a Spiritu, seu instinctu Spiritus discessit, coll. Matth. IV. 1. ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, et Marc. I. 12. Act. XX. 19. quæ acciderunt mihi ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων ab insidiis Judæorum. Luc. II. 27. καὶ ἦλθεν ἐν τῷ Πνεύματι et venit ductus vel agitatus a Sp. S. 1 Cor. IV. 6. ἐν ἡμῖν a nobis. Phil. II. 24. Eodem modo בְּ usurpatur Num. XXXVI. 2. צֻוָּה בַיהוָה jussus est a Jehova. Hos. XIV. 4. בְּךָ יְרֻחַם a te misericordiam consequetur. 4) *ad*, i. q. εἰς. Marc. V. 30. ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ conversus ad turbam. Luc. I. 17. ἐν φρονήσει δικαίων ad pios animi sensus. ibid. XXIII. 42. Rom. VIII. 34. ὅς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ qui ad dextram Dei sedet. 1 Cor. VII. 15. ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ad concordiam nos invitavit Deus. Sic etiam בְּ legitur Exod. V. 9. ne respiciant בְּדִבְרֵי־שָׁקֶר verba falsa. Hos. XII. 7. בֵּאלֹהֶיךָ תָשׁוּב ad Deum tuum convertere. Jud. VI. 35. etc. Sirac. XLII. 12. Esdr. VII. 10. Ælian. V. H. I. 16. ἐν ποσὶν ἐῤῥιμμένος ad pedes provolutus. Hom. Iliad. μ', 23. Orph.

Argon. v. 172. 5) *apud*, i. q. παρά. Act. II. 29. καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν et sepulcrum ejus est apud nos, ubi pro ἐν Codex Catabr. παρὰ ex mero glossemate habet. ib. XII. 11. γενόμενος ἐν ἑαυτῷ cum esset apud se ipsum. Vide sub γίνομαι. ibid. XXV. 6. διατρίψας ἐν αὐτοῖς versatus apud ipsos. Act. VII. 44. Sic ב Jud. XVI. 4. Ezech. X. 15. Adde Sap. V. 15. — 6) *coram*. Matth. IX. 35. ἐν τῷ λαῷ coram populo, palam. Luc. XVI. 15. ubi cum ἐνώπιον permutatur. 1 Tim. IV. 15. ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν, h. e. ἐνώπιον πάντων. Xenoph. de Rep. Athen. I. 18. ἐν τῷ δήμῳ coram populo judice. Thucyd. III. 53. ἐν τοῖς δικασταῖς. Ælian. V. H. XIV. 26. ἐν πλείοσιν coram pluribus. Eadem significatione ב quoque gaudet apud Hebræos. Gen. XXIII. 28. בְּכֹל־בָּאֵי coram omnibus venientibus. Prov. I. 17. בְּעֵינֵי coram oculis. Zach. III. 6. 7) *juxta, ad, prope*. Mat. XXIV. 15. ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ exercitum admotum urbi et templo. Luc. XIII. 4. ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωάμ turris juxta Siloam. Joh. X. 23. ἐν τῷ ἱερῷ juxta templum, nempe in porticu Salomonis. Ita ב 1 Sam. XV. 4. בַּטְּלָאִים prope Telaim. Jos. V. 13. VI. 1. Ælian. V. H. XII. 57. ἐν Ὀγχηστῷ juxta Onchestum. Conf. Reitz. ad Lucian. T. I. p. 329. T. II. p. 36. Perizon. ad Ælian. V. H. II. 25. et XII. 57. et Wesseling. ad Diod. Sic. XIV. 68. XVII. 10. 8) *cum, societatis vel auxilii*, i. q. μετὰ, seu σύν. Luc. XIV. 31. an possit hosti obviam ire ἐν δέκα χιλιάσιν cum decem millibus. Joh. III. 21. ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα cum Deo, h. e. auxilio Dei, hæc opera sunt peracta. Rom. XV. 29. ἐν πληρώματι κ. τ. λ. 1 Cor. IV. 21. 2 Cor. XIII. 4. ἐν αὐτῷ una cum eo. Hebr. IX. 25. ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ cum sanguine alieno. Jud. v. 14. ἦλθε Κύριος ἐν ἁγίαις μυριάσιν αὐτοῦ. Xenoph. Mem. III. 9. 2. ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις. Eurip. Orest. v. 488. Hippol. v. 103. Num. XX. 20. וַיֵּצֵא־בְּעַם כָּבֵד et exiit cum populo multo. 1 Reg. X. 2. Ies. VII. 24. Alex. etiam ἐν pro עִם posuerunt Deuter. X. 9. Cohel. I. 16. 9) *de*, i. q. περὶ, ita, ut objectum significet. Rom. II. 17. καὶ καυχᾶσαι ἐν Θεῷ et gloriaris de Deo. ibid. XI. 2. ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; quid in litteris sacris tradatur de Elia? Phil. I. 30. καὶ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοὶ et nunc auditis de me. Ita ב pro עַל ponitur Deut. III. 26. ne amplius mecum loquaris בַּדָּבָר הַזֶּה Psalm. LXXXVII. 3. בָּךְ de te. Job. XXVI. 14. etc. 10) *erga*. Marc. IX. 50. εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις concordiam exercete erga vos invicem. Joh. XIII. 35. ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις si mutuo vos amore prosequimini. Rom. XV. 5. τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις ut summus sit inter vos animorum consensus. 2 Cor. VIII. 7. τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ vestro erga nos amore. 1 Joh. IV. 9. ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν. 1 Chron. XXIX. 3. בִּרְצוֹתִי בְּבֵית אֱלֹהַי. 11) *adversus, contra*. Matth. XVII. 12. ἀλλ' ἐποίησαν ἐν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν, h. e. pro lubitu male eum tractaverunt. Luc. XXI. 23. καὶ ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ τούτῳ, ad imitationem Hebraici ב, ut opinor. Gen. XVI. 12. יָדוֹ בַכֹּל וְיַד כֹּל בּוֹ manus ejus contra omnes et omnium manus contra eum. Ies. XIX. 2. Numer. XXI. 7. Ovid. Metam. IX. v. 273. Nepos Phocion. c. 4. extr. Adde Jon. I. 2. ubi Hebr. עַל respondet, et Judith. VI. 2. 12) *ex, e, subjecti*. Matth. XXII. 37. ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου (ex) animo integerrimo. Deut. VI. 5. בְּכָל לְבָבְךָ. Joh. XIII. 35. ἐν τούτῳ γνώσονται ex hoc cognoscent. XVI. 30. ἐν τούτῳ πιστεύομεν. Hebr. XIII. 9. ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν ex quibus nullam utilitatem perceperunt. Sirac. XXXIII. 34. loco ἐν Syrus habet ܡܢ et Arabs من. Sic ב 2 Sam. XIX. 4. 1 Par. XXVII. 27. Exempla e Græcis et Latinis scriptoribus habet Cuperus Obss. Lib. II. c. 8. et Burmannus ad Phædr. Fab. 25. 13) *inter*. Matth. II. 6. non es minima ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα inter clarissima et præcipua Judæ oppida. ibid. XI. 11. ἐν γεννητοῖς γυναικῶν inter homines. Luc. VII. 16. ἐν ἡμῖν inter nos. Ibid. XXIV. 51. ἐν τῷ εὐλογεῖν inter precandum, vel, ut etiam verti potest: precibus peractis. Act. VII. 44. ἐν τοῖς πατράσιν ἡμῶν habuerunt inter se majores nostri. Joh. I. 14. ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν habitavit inter nos. Act. IV. 34. ἐνδεής ὑπάρχων ἐν αὐτοῖς egenus inter eos et pauper. Rom. I. 6. ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς in quorum numero vos quoque estis. Sirac. IV. 35. ἐν τοῖς οἰκέταις σου inter domesticos tuos. Tob. III. 4. Sap. V. 5. 2 Reg. XVIII. 5. et nullus eum sequebatur rex similis ei בְּכֹל מַלְכֵי יְהוּדָה inter omnes reges Judæ. Deut. IV. 27. Esr. I. 3. Alex. etiam pro בְּתוֹךְ ἐν posuerunt Levit. XXVI. 11. Eurip. Phœn. v. 1. ἐν ἄστροις οὐρανοῦ inter sidera cœli. ib. v. 453. Ælian. V. H. IX. 4. Cic. ad Div. XIII. Ep. 78. "*in* tuis habeas." Liv. XXII. 3. "*in* primis Italiæ." 14) *intra*, de *tempore*. Matth. XXVII. 40. ἐν τρισὶν ἡμέραις intra tres dies. Marc. XV. 29. Joh. II. 19, 20. Apoc. XVIII. 10. Huc etiam multi referunt formulam λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, h. e. cogitare animo, agitare, deliberare. Matth. III. 9. etc. 3 Esdr. III. 4. IX. 4. Ælian. V. H. I. c. 6. τὰς ἡμέρας τὰς τεσσαράκοντα, ἐν αἷς τὰ ἔγγονα ζῶα γίγνονται. Eodem modo ב Hebræorum *intra* significat et de *loco* æque ac *tempore* usurpatur. Exod. XX. 10. בִּשְׁעָרֶיךָ intra portas tuas. Deut. XXVI. 12. Dan. XI. 20. וּבְיָמִים אֲחָדִים יִשָּׁבֵר et intra paucos dies confringetur. 15) *ad*, cum *numerum*, quo constat aliquid, significat. Act. VII. 14. ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε ad capita septuaginta quinque. Rarior est hæc significatio, cujus nullum aliud exemplum reperire potui. Nec tamen repugnarem, si quis ἐν h. l. per *circiter* interpretari mallet, ut sit idem, quod ἐπί, Apoc. VI. 8. 16) *per*, de *causa efficiente eaque principali*. Matth. IX. 34. ejicit dæmonia ἐν τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων per principem dæmoniorum. Marc. XII. 36. εἶπεν ἐν τῷ Πνεύματι ἁγίῳ. Act. IV. 9. ἐν τίνι οὗτος σέσωσται; per quem ille sanatus sit? ibid. XVII 28. 17) *per, ministerio*, cum *instrumentum* vel *causam meritoriam* exprimit. Matth. XVII. 21. εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ nisi per preces et jejunium. Marc. XIV. 1. ἐν δόλῳ per dolum. Act. XI. 14. ἐν οἷς (scil. ῥήμασι) σωθήσῃ. 1 Cor. XIV. 21. ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω πρὸς ὑμᾶς. Rom. V. 9. δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Hebr. I. 1. Xenoph. de Rep. Athen. I. 2. ἐν τῷ κλήρῳ per sortem. Eurip. Phœn. v. 825. 18) *per*, de *loco*. Matth. IX. 31. διεφήμισαντο ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ divulgarunt per totam illam regionem. Luc. VII. 17. ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ. Eodem modo ב de transitu, seu motu locali dicitur. 2 Sam. XXIV. 2. discurre nunc בְּכֹל שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל per omnes tribus Israëlis. Jos. II. 18. III. 11, etc. 19) *per*, in *jurando* et *obsecrando*,

ut *illud ipsum, per quod aliquis jurat aut alterum obtestatur,* significet. Matth. V. 34, 35. μὴ ὀμόσαι μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ μήτε ἐν τῇ γῇ plane non jurare, nec per cœlum, nec per terram. ibid. XXIII. 16 seq. Rom. IX. 1. ἐν Χριστῷ per Christum vobis affirmo. ibid. ἐν Πνεύματι ἁγίῳ per Deum juro. Ephes. IV. 17. λέγω καὶ μαρτύρομαι ἐν Χριστῷ per Christum vos hortor ac obtestor. 1 Thess. IV. 1. ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρακαλοῦμεν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ. Ita בְּ Ies. LXII. 8. juravit Jehova בִּימִינוֹ per dextram suam. Hos. I. 7. Jos. II. 12. IX. 18. 20) *per,* de *modo* et *circumstantiis aliis, objecto* v. c. *et subjecto.* Matth. XIII. 3. XXII. 1. locutus est ἐν παραβολαῖς per parabolas. Joh. VII. 10. δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς. Galat. III. 12. ἐν χειρὶ μεσίτου. Ephes. IV. 14 ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐν τῇ πανουργίᾳ per fraudem et calliditatem hominum. 1 Cor. XIV. 6. Pindar. Nem. XI. 22. ἐν λόγοις pro διὰ λόγων. 21) *post,* i. q. μετά. Matth. III. 1. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις post illud tempus. Marc. XIII. 24. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ubi explicationis causa additur: μετὰ τὴν θλίψιν ταύτην. Act. VIII. 33. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ perpessis malis illis. Luc. XII. 1. ἐν οἷς quibus peractis. Ita בְּ Exod. II. 23. בַּיָּמִים הָרַבִּים post multos dies. Num. XXVIII. 26. Ies. XVI. 14. LIII. 9. Eurip. Phœn. v. 315. Significat quoque *postquam.* Luc. IX. 36. et XI. 37. Sic בְּ Ies. XXI. 1. Psalm. LII. 2. 22) *pro, loco, vice,* i. q. ἀντί. Rom. XI. 17. ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς insertus es ramorum exsectorum loco; ubi vide vers. Syriac. Eadem significatione בְּ apud Hebræos usurpari non memini, nisi locum Deut. XIX. 21. huc referre velis; sed simili modo legitur Genes. XXIX. 18. serviam tibi septem annos בְּרָחֵל pro Rachele, filia tua. Caut. VIII. 7. 2 Sam. XXIV. 24. Siracid. VII. 18. XII. 5. Exempla e Græcis dedit Zeunius ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 592. v. c. Polyb. Exc. Leg. 82. λαβεῖν ἐν φερνῇ Κοίλην Συρίαν accipere dotis loco Cœlen Syriam. Idem in Exc. Peiresc. p. 131. δέχεσθαι ἐν παρακαταθήκῃ υ' τάλαντα quadringenta talenta depositi loco accipere. 23) *pro, in commodum.* 1 Thess. V. 12. εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν ut amore et omnis generis cultu prosequamini, qui laborant pro vobis, seu, in commodum vestrum. 24) *propter, ob,* i. q. ἕνεκα. Matth. VI. 7. quod exaudiantur ἐν πολυλογίᾳ αὐτῶν propter prolixas preces suas. Luc. X. 20. ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε propterea ne gaudete. Hanc enim significationem habet ἐν τούτῳ in N. T. ob Hebraismum, ut *propterea* significet, v. c. Act. XXIV. 16. Apud Græcos ἐν τούτῳ *interea, interea dum* significat. Act. VII. 29. ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ ob hoc factum, sc. ob cædem Ægyptii. ibid. v. 41. καὶ ηὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν. Ephes. III. 13. Philip. I. 8. Coloss. II. 16. Jacob. I. 25. ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ hunc observatio religionis christianæ felicem reddet. Ita בְּ Genes. XVIII. 28. בַּחֲמִשָּׁה propter quinque; quod Alex. Jon. I. 14. per ἕνεκεν reddiderunt. Sirac. XI. 2. μὴ αἰνέσεις ἄνδρα ἐν κάλλει αὐτοῦ καὶ μὴ βδελύξῃ ἄνθρωπον ἐν ὁράσει αὐτοῦ. Vide et Burmann. ad Propert. p. 357. Huc etiam referenda est formula ἐν ᾧ, quæ in N. T. libris ut Hebraicum בַּאֲשֶׁר Genes. XXXIX. 9, 23. *propterea quod, quia, quatenus, siquidem* significat, i. q. ἐφ' ᾧ, Rom. VIII. 3. ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς imbecillitas legis quippe ab hominum vitiositate repetenda. ibid. II. 1. In aliis N. T. locis ἐν ᾧ *ubi* vel *quum, quando* significat, ita, ut omissum sit χρόνου, non tam ad imitationem Hebr. בַּאֲשֶׁר Jud. V. 27. quam ex ipso linguæ Græcæ usu. Conf. Viger. de Idiotismis Ling. Gr. p. m. 588. 24b) *quia, eo quod.* Act. VIII. 6. ἐν τῷ ἀκούειν quia audiverant. Sic בְּ Exod. XVI. 7. 2 Par. XVI. 7. 25) *quod attinet ad;* i. q. κατά. Rom. I. 9. ἐν τῷ εὐαγγελίῳ κ. τ. λ. quod ad religionem christianam tradendam attinet. Matth. XXIII. 30. ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν. Joh. IV. 37. ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθινὸς quod enim ad hoc attinet, hac in parte proverbium est verum. 1 Cor. IX. 18. Act. VIII. 21. Rom. II. 20. 1 Cor. III. 18. XI. 22. 1 Macc. XVI. 3. Idem etiam בְּ significat Psalm. XC. 10. בָּהֶם, quod ad illos, sc. annos attinet, et *in* apud Latinos Cic. pro Læl. 6. extr. Cæs. B. G. VII. 21. 1. 25b) *quum.* 1 Cor. XV. 52. ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι quum ultima tuba sonat, coll. Job. XXXIX. 25. בְּדֵי שֹׁפָר quum tuba sonat. 26) *secundum, juxta, ad normam, ad similitudinem, pro,* i. q. κατά. Luc. I. 8. ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ secundum ordinem ministerii sacerdotalis. Rom. I. 24. ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις pro κατὰ τὰς ἐπιθυμίας. ibid. III. 26. ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ pro lenitate divina. Ephes. IV. 17. gentiles vivunt ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν secundum vanitatem mentis ipsorum. Coloss. II. 6. ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε ejus exemplo et præceptis convenienter vivite. Hebr. IV. 11. ἐν τῷ αὐτῷ ὑποδείγματι. Joh. III. 21. Isocr. Panegyr. c. 10. p. 29. ed. Mori ἐν τοῖς νόμοις τοῖς ἡμετέροις τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο. בְּ eodem modo legitur Genes. I. 26. Esther. I. 12. 1 Paral. XXI. 19. 27) interdum in N. T. ut apud Hebræos בְּ essentiæ grammaticis dictum *nominativi, genitivi, accusativi, dativi* et *ablativi* nota reperitur et plane abundat. *Nota nominativi* est Joh. IX. 30. ἐν τούτῳ θαυμαστὸν mirum hoc sane est, pro τοῦτο θαυμαστόν. Sirac. XI. 22. ἐν μισθῷ εὐσεβοῦς, pro ὁ μισθὸς εὐσεβοῦς. ib. XIX. 7. ἐν ἐλαττώσει, pro ἐλάττωσις. Ex. XXXII. 22. כִּי בְרָע הוּא quod malus ille. 1 Reg. XIII. 34. Hos. XIII. 9. בְעֶזְרֶךָ auxilium tuum. — *Genitivum* explet Rom. XVI. 7. ἐν Χριστῷ pro τοῦ Χριστοῦ. 1 Cor. II. 6. ἐν τοῖς τελείοις perfectorum. 2 Cor. XII. 2. Galat. I. 22. coll. Rom. XVI. 16. Exod. XXII. 27. נָשִׂיא בְעַמְּךָ principem populi tui. Num. IX. 3. Nehem. VIII. 8. — *Dativum* exprimit Ephes. III. 21. ναὸς ἅγιος ἐν Κυρίῳ templum Deo sacrum. Coloss. I. 2. ἁγίοις καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ. coll. Act. XVI. 15. Marc. I. 15. πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, coll. Joh. II. 22. Joh. XI. 10. ἐν αὐτῷ ipsi. Act. IV. 22. ἐν ἀνθρώποις hominibus. 1 Cor. IX. 15. XIV. 11. 2 Cor. IV. 3, VIII. 1. Genes. II. 24. וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ et adhærebit uxori suæ. Deut. XV. 2. בְּרֵעֵהוּ proximo suo. 1 Sam. XII. 3. — *Accusativum* explet Matth. X. 32. ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ quicunque confitebitur me. Act. XV. 7. ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο nos elegit. Judith. VI. 12. 3 Esdr. I. 51. Ies. XLIV. 1, 2. בָּחַרְתִּי בוֹ. Galat. VI. 6. Genes. XXV. 26. et manus ejus prehendit בַּעֲקֵב calcaneum Esavi. Cohel. V. 9. בֶּהָמוֹן multitudinem. Esther. V. 2. — *Ablativum* exprimit Matth. III. 11. βαπτίζω ἐν ὕδατι baptizo aqua, coll. Luc. III. 16. Matth. V. 13. ἐν τίνι ἁλισθήσεται; ib. VII. 2. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε. Rom. X. 9. ἐν τῷ στόματι — ἐν τῇ καρδίᾳ σου. Ephes. I. 3 seq. Nehem. IX. 4. בְּקוֹל גָּדוֹל voce magna. Job.

XVIII. 8. Jer. XIV. 12. Aristoph. Vesp. v. 419. Conf. Schraderum ad Musæum p. 260. 28) interdum deficit. Jacob. V. 10. τῷ ὀνόματι pro ἐν τῷ ὀνόματι, uti et legitur in quibusdam codicibus. Matth. VII. 22. οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν; nonne in nomine tuo vaticinati sumus? Act. I. 19. τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν. Rom. XIII. 13. μὴ κώμοις καὶ μέθαις non in comessationibus et ebrietatibus. Sic etiam deficit in παῤῥησίᾳ, ἰδίᾳ, de quibus vide suis locis. Xenoph. de Rep. Athen. I. 5. πάσῃ γῇ. Vid. Lamb. Bos. Ellips. p. 494. Obss. Miscell. Amstelod. Vol. III. p. 419. et Gottleber. ad Platon. Menexen. c. 10. p. 39. 29) periphrasin facit *adjectivorum*. Luc. IV. 34. λόγος ἐν ἐξουσίᾳ oratio potens. 1 Cor. II. 7. ἡ σοφία ἐν μυστηρίῳ pro μυστικὴ sapientia abscondita. 1 Tim. II. 7. διδάσκαλος ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ doctor fidelis et veritatis studiosus. ibid. III. 4. τέκνα ἐν ὑποταγῇ, scil. ὄντα, filios obedientes. Tit. III. 5. ἔργων ἐν δικαιοσύνῃ recte factorum. 2 Petr. II. 7. ἀναστροφὴ ἐν ἀσελγείᾳ lasciva vivendi ratio. ibid. v. 13. τὴν ἐν ἡμέρᾳ (sc. ἑκάστῃ) τρυφὴν delicias cotidianas. Sap. III. 13. Sirac. III. 11. Eodem modo ב cum nominibus adjectiva circumscribit. Ex. I. 14. עֲבוֹדָה בַּשָּׂדֶה. 1 Paral. XXVI. 24. Ies. LVI. 9. etc. Ælian. V. H. X. 11. ἐν καλῷ ἐστι bonum est. 30) Substantivum huic præpositioni additum interdum pro *adverbio* ponitur. Matth. XX. 11, 16. ἐν ἀληθείᾳ vere. Joh. VII. 10. ἐν κρυπτῷ clam. Act. XVII. 31. ἐν δικαιοσύνῃ juste et æque. ibid. XXVI. 7. ἐν ἐκτενείᾳ, pro ἐκτενῶς, assidue. Coloss. IV. 5. ἐν σοφίᾳ sapienter. Hebr. XI. 9. ἐν παραβολῇ, pro παραβόλως, præter omnem spem et exspectationem. Jacob. I. 12. ἐν πραΰτητι leniter, mansuete. Apoc. XVIII. 2. ἐν ἰσχύϊ firmiter, robuste, etc. Sap. XI. 9. Exod. I. 13, 14. בְּפָרֶךְ crudeliter. ibid. XII. 11. בְּחִפָּזוֹן festinanter. Psalm. LXXXIV. 12. CXXXVI. 5. LXX 2 Paral. XXI. 20. οὐκ ἐν ἐπαίνῳ non laudabiliter. Cohel. I. 13. ἐν σοφίᾳ sapienter. Herodot. I. c. 26. ἐν μέρει sigillatim. Pindar. Olymp. VII. 126. ἐν ἀλαθείᾳ, pro ἀληθῶς. ib. X. 74. ἐν δόξᾳ, pro ἐνδόξως. Alia exempla collegit post Heisenium in Novis Hypothes. ad Ep. Jacobi p. 638. Fischerus in Partic. III. Platonis Cratyli Gr. et Lat. Annotatt. Critt. et Philoll. illustrati (Lips. 1793. 4.) p. 5. 31) sub. Rom. II. 12. ὅσοι ἐν νόμῳ, sc. ὄντες, ἥμαρτον quotquot sub legis imperio viventes peccarunt. Exempla e Græcis collegit Vigerus in l. l. p. m. 585. — ב) Verbo præmissa infinito, seu infinitivo, quod in tempus finitum resolvi potest, illud in tempus finitum resolvit et significat 1) *postquam*. Luc. IX. 36. ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν audita voce illa. ibid. XI. 37. ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι postquam finem dicendi fecerat. ibid. XIV. 1. ἐν τῷ ἐλθεῖν. XIX. 15. ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτόν. Sirac. XXXII. 24. καὶ ἐν τῷ ποιῆσαι, Vulgatus: *post factum*. Hebraicum ב etiam ita sumi, notum est. Sufficiat locus Jos. V. 4. mortui sunt in itinere per desertum בְּצֵאתָם מִמִּצְרָיִם postquam exiissent ex Ægypto. 2) *quum*, i. q. ὅτε. Luc. I. 8. ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν quum sacris operaretur. ibid. II. 6. V. 1. ἐν τῷ ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τὸν ὄχλον cum immineret ipsi populus, seu, urgeret ipsum. Galat. IV. 18. ἐν τῷ παρεῖναί με. Ps. LI. 2. בְּבוֹא cum veniret ad illum. ibid. CII. 22. בְּהִקָּבֵץ quum congregarentur. Alia exempla e Veteri pariter ac Novo Test. collegit Vorstius in Philol. Sac. c. 32. p. 595 seq. 3) *dum, interea dum*. Matth. XIII. 4. ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν at dum sereret, vel, inter serendum. 4) *quod, propterea quod, quia*. Luc. I. 21. ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν mirabantur, quod diutius in templo morabatur. Act. VIII. 6. ἐν τῷ ἀκούειν αὐτὸν quia audiebant. 2 Paral. XVI. 7. בְּהִשָּׁעֶנְךָ quia innixus es. ibid. XXVIII. 6. בְּעָזְבָם eo quod reliquissent. 5) *si*. Act. III. 26. ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν si convertat se unusquisque vestrum a pravitatibus suis. Syrus eleganter per ܐܢ *si* exprimit præpositionem. ג) In compositione (ubi ν sequente consonante haud raro in μ mutatur, quod si vocalis vero intercedit, redit) nativam suam significationem (*in*) fere semper retinet, interdum tamen significationem suam intendit. De reliquis significationibus, quæ huic particulæ in compositis verbis fere sunt subjectæ, eleganter exposuit Zeunius ad Vigerum l. l. p. 593.

'ΕΝΑΓΚΑΛΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, *in ulnas recipio, in ulnis gesto, amplector*. (ab ἐν et ἀγκάλη *ulna*.) In N. T. bis tantum legitur. Marc. IX. 36. καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ eoque in ulnas recepto, dixit, coll. Luc. II. 28. ἐδέξατο αὐτὸν εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ. ibid. X. 16. καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτά. Usos esse etiam profanos auctores (v. c. Diod. Sic. III. 58. Heliodor. VII. p. 312. Alciphron. II. Ep. 4.) hac voce, Elsnerus docuit in Obss. Sacr. T. I. p. 152. Adde Pollucis Onom. II. 139.

'ΕΝΑ'ΛΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, vel 'ΕΝΑ'ΛΙΟΣ, ία, ον, pro quo etiam εἰνάλιος scriptum reperitur, dupliciter usurpatur apud Græcos. Dicitur 1) *maritimus, mari adjacens*. Eurip. Phœn. v. 6. ἐκλιπὼν Φοίνισσαν ἐναλίαν χθόνα. Schol. ἀντὶ τοῦ παραλίαν: ubi videndus Valckenarius. 2) *marinus, qui est in mari et vivit*. (ab ἐν et ἅλς, ἁλὸς, *mare*.) Τὰ ἐνάλια *pisces, ceti, et belluæ marinæ*. In N. T. tantum occurrit Jacob. III. 7. πᾶσα φύσις ἑρπετῶν τε καὶ ἐναλίων, sc. ζώων, omne genus reptilium et marinorum. Vulgatus: *cæterorum*, e vitio typographico, ut opinor, nam necessario reponendum est *cetorum*. Aristoph. Thesmoph. 333. Homer. Od. V. 67. Plutarch. T. X. p. 5. ed. Reisk. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 671. Hesych. ἐνάλια· τὰ θαλάττια.

"ΕΝΑΝΤΙ, *coram, ante*. Adverbium, genitivum regens, ex ἐν et ἀντὶ *pro, contra, adversus*. Semel legitur in N. T. Luc. I. 8. ἔναντι τοῦ Θεοῦ coram Deo. Respondet in vers. Alex. Hebr. לִפְנֵי Exod. VI. 12. בְּעֵינֵי Genes. XXXVIII. 7. et לְנֶגֶד Job. XVI. 21.

'ΕΝΑΝΤΙ'ΟΝ. Adverbium, notans idem quod ἔναντι, ab ἐναντίος, quod vide. Construitur cum genitivo. 1) *coram, in conspectu*. Marc. II. 12. ἐναντίον πάντων coram omnibus. Luc. XX. 26. ἐναντίον τοῦ λαοῦ præsente populo. Xenoph. Œconom. III. 1. Alex. pro לִפְנֵי Gen. VI. 11, 13. VII. 1. בְּעֵינֵי ibid. VI. 8. XVI. 4, 5. et נֶגֶד ibid. XXXI. 32. XLVII. 15. Hesych. ἐναντίον· ἐνώπιον. 2) *apud*. Act. VII. 10. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φαραὼ et effecit, ut gratiosus esset sapientia apud Pharaonem. Luc. XXIV. 19. ἐναντίον τοῦ Θεοῦ καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ judice Deo et universo populo, seu, Deo totique populo probatissimus. Conf. infra sub ἐνώπιον. 3) *contra, adversus*. Act. VIII. 32. καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος utque agnus contra tonsorem suum ne vocem quidem emittit. Eodem modo לְנֶגֶד

pro *contra*, Habac. I. 3. Prov. XXI. 30. Dan. X. 13.

'ΕΝΑΝΤΙ'ΟΣ, α, ον. Construitur vel cum dativo vel cum accusativo, intercedente præpositione πρός. 1) proprie: *ex adverso positus, adversus alteri qua locum et situm, contrarius, oppositus*, ex ἐν et ἀντίος *adversus*. Marc. XV. 39. Centurio ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας, sc. χώρας, αὐτοῦ qui Christo, cruci affixo, ex adverso stabat. Num. II. 2. παρεμβαλλέτωσαν οἱ υἱοὶ 'Ισραὴλ ἐναντίοι. 1 Sam. XIII. 5. ἐξ ἐναντίας. Thucyd. IV. 33. ἐξ ἐναντίας — ἐκ πλαγίου a fronte — a latere. Hinc ἐναντίος κατ' ἐξοχὴν de *ventis* dicitur, *qui navigantibus adversum tenent*. Matth. XIV. 24. ἦν γὰρ ἐναντίος ὁ ἄνεμος contrarius enim ventus erat. Marc. VI. 48. Act. XXVII. 4. διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους εἶναι ἐναντίους. Xenoph. de Rep. Laced. XI. 8. ἐκ τοῦ ἐναντίου. ib. § 10. 2) *hostis, qui est hostili animo, adversarius*. 1 Thess. II .15. καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων apud quos est adversus omnes alios hostile odium, coll. Tacit. Hist. V. 5. Tit. II. 8. ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ ut adversarii pudore afficiantur. (Formula ὁ ἐξ ἐναντίας apud Græcos vulgo notat *eum, qui contrariam sententiam fovet ac tuetur*, ita, ut omissum sit γνώμης, v. c. Diog. Laërt. I. 84. Sext. Empir. Adv. Phys. I. 66. II. 69.) Xenoph. de Rep. Laced. XIII. 6. Idem de Rep. Athen. I. 16. Hesych. ἐναντίοι· ἀλλήλοις ἐρίζοντες πρὸς ἀλλήλους. Idem Schol. ad Homer. Il. λ', v. 67. Hinc τὸ ἐναντίον dicitur, *quod aliquem lædit et offendit et omnibus modis impugnat*. Act. XXVI. 9. πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι multa moliri contra religionem christianam. ibid. XXVIII. 17. οὐδὲν ἐναντίον ποιήσας τῷ λαῷ ἢ τοῖς ἔθεσι τοῖς πατρῴοις nihil contra populum et patria instituta commisi. Ezech. XVIII. 18. ἐναντία ἐποίησεν ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ μου. Nahum. I. 11. βουλευόμενος ἐναντία. Prov. XIV. 7. Ezech. XVII. 5.

'ΕΝΑ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. ξομαι, *incipio, inchoo, auspicor*, ab ἐν et ἄρχομαι idem. Opponitur τῷ ἐπιτελέω. Galat. III. 3. ἐναρξάμενοι πνεύματι initium a perfectiore doctrina christiana fecistis. Philip. I. 6. ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν qui incepit in vobis opus bonum. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro הֵחֵל Deut. II. 24, 25, 31. adhibuerunt. Adde Plutarch. Cicer. p. 878. E. T. II. Opp. p. 199 et 640. T. IV. p. 815. ed. Reisk.

"ΕΝΑΤΟΣ, vid. "ΕΝΝΑΤΟΣ.

'ΕΝΔΕΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ἐς, τὸ, *indigus, egenus, inops, pauper*, ab ἐν et δέω *egeo, opus habeo*. Legitur semel in N. T. Act. IV. 34. οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν neque enim inops inter eos reperiebatur. Hesych. ἐνδεεῖ· χρείαν ἔχοντι, πτωχῷ.

"ΕΝΔΕΙΓΜΑ, ατος, τὸ, *argumentum, ex quo aliquid certo et tuto colligitur, indicium manifestum, documentum certum*, ab ἐνδείκνυμι. Legitur in N. T. modo 2 Thess. I. 5. ubi calamitates, quas Judæorum invidia perferebant Thessalonicenses, ἔνδειγμα vocantur τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ, h. e. argumentum firmum, unde colligi tuto possit, aliquando Deum gravissimas pœnas ab adversariis religionis christianæ sumturum, et christianos oppressos felicitatis æternæ præmio ornaturum esse. Alberti Gloss. Gr. p. 148. ἔνδειγμα· ἐπίδειξις. Hesych. ἀπόδειξις.

'ΕΝΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, vel 'ΕΝΔΕΙΚΝΥ'Ω, fut. δείξω. Medium ἐνδείκνυμαι, 1) *indico, ostendo, notum facio, patefacio, evidenter et perspicue demonstro, documentum do, probo, ita, ut appareat omnibus et negari nequeat*, ab ἐν et δείκνυμι *ostendo*. Rom. II. 15. ἐνδείκνυνται eo ipso demonstrant et declarant. ibid. IX. 17. ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου ut tu sis exemplum potentiæ meæ, coll. Exod. IX. 17. ibid. v. 22. 2 Cor. VIII. 24. Ephes. II. 7. 1 Tim. I. 16. Tit. II. 10. πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν. ibid. III. 2. Hebr. VI. 10. ἧς ἐνεδείξασθε εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ quam satis probastis, religionis christianæ præceptis docti. ib. v. 11. Sapient. XII. 17. 2 Macc. IX. 8. Æschin. Dial. III. 2. νῦν ὁ καιρὸς ἐνδείξασθαι τὴν ἀεὶ θρυλλουμένην πρός σου σοφίαν. Ælian. V. H. XIV. 5. ἐνδειξάμενοι, ὅτι ἄξιοι λόγου εἰσίν. Herodian. II. 10. 19. Joseph. A. J. VII. 9. 5. 2) *re ipsa præsto, exhibeo, facio, patro*. 2 Tim. IV. 14. πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο multa mihi mala intulit, multis me injuriis affecit. Genes. L. 15 et 17. ὅτι πονηρά σοι ἐνεδείξαντο, ubi Hebraico גָּמַל respondet. Eodem sensu ἀποδείκνυμι et δείκνυμι usurpatur.

"ΕΝΔΕΙΞΙΣ, εως, ἡ, 1) *demonstratio, (cum aliquid digitis monstratur*. Polyb. III. 38. 5. ubi vid. Schweighæuser.) *ostensio, ostentatio, declaratio*, ab ἐνδείκνυμι. Rom. III. 25. εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, pro ὅπως ἐνδείξηται τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, ut abunde demonstraret benignitatem suam. ibid. v. 26. Philo de Opif. Mundi T. I. p. 9. 50. et p. 20. A. ed. Mangey. De indicio s. delatione reorum legitur apud Plutarch. T. IX. p. 519. ubi vid. Reisk. 2) *ipsum argumentum et signum, ex quo aliquid tuto ac certo colligi potest, specimen, documentum*, i. q. ἔνδειγμα. 2 Cor. VIII. 24. τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν, καὶ ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε idonea illis amoris vestri documenta exhibete atque adeo demonstrate, laudem meam de vobis esse verissimam. Philip. I. 28. ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας calamitates, quibus vos afficiunt, argumento sunt, quod a Deo ipsis pœnæ gravissimæ, vobis autem insignia præmia sint destinata. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. ἔνδειξις· φανέρωσις.

"ΕΝΔΕΚΑ, οἱ, αἱ, τὰ, *undecim*, ἄκλιτον, ab ἓν et δέκα *decem*. Οἱ ἕνδεκα in N. T. κατ' ἐξοχὴν *undecim discipuli Christi* dicuntur elliptice pro οἱ ἕνδεκα μαθηταί. Matth. XXVIII. 16. Marc. XVI. 14. Luc. XXIV. 9, 33. Act. I. 26. II. 14.

'ΕΝΔΕ'ΚΑΤΟΣ, άτη, ον, *undecimus*, ab ἕνδεκα. Matth. XX. 6, 9. Apoc. XXI. 20.

'ΕΝΔΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. έξομαι, *admitto, recipio*, etiam *accipio, audio, fidem habeo*, ab ἐν et δέχομαι *capio*. Suid. ἐνδέξασθαι· παραλαβεῖν, ἀκροάσασθαι. — ἐνδέχεσθαι· παραδέχεσθαι, πείθεσθαι. Hinc ἐνδέχεται impersonale *fieri potest*, (Xenoph. Mem. I. 2. 22. IV. 7. 9.) *usu venit, fieri solet, contingit*. Subintelligitur vero χρῆμα, ut sit χρῆμα ἐνδέχεται *res* vel *usus admittit*, seu *capit*; et τὰ ἐνδεχόμενα dicuntur apud Græcos, *quæ sunt contingentia et plerumque fieri solent*, et opponitur τοῖς ἀναγκαίοις—interdum etiam, *quæ fieri possunt*, v. c. apud Xenoph. Mem. III. 9. 1. 2 Maccab. XI. 18. ἃ δὲ ἦν ἐνδεχόμενα συνεχώρησεν. In N. T. semel legitur Luc. XIII. 33. ὅτι οὐκ ἐνδέχεται (i. q. cap. XVII. 1. ἀνένδεκτόν ἐστι) προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω 'Ιερουσαλὴμ non facile fieri solet, ut propheta extra Hierosolymam moriatur. Thom. M. Eclog. p. 306. οὐ μόνον ἐνδέχεται ἀντὶ τοῦ ἐνδεχόμενόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ εὐμενῶς δέχεται, καὶ ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς δέχεται: ubi vide interpretes. Gloss. Convenit. ἁρμόζει, ἐνδέχεται. Gloss. aliæ: ἐνδέχεται, *licet*. Hesych. οὐκ ἐνδέχεται, ἀδύνατόν ἐστι. Vid. et Wetsten. N. T. T. I. p. 749.

'ΕΝΔΗΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *in populo meo sum, domi maneo, in patria versor, inquilinus sum*,

non peregrinor, et opponitur τῷ ἐκδημεῖν. (ex ἐν et δῆμος *populus*.) Phavor. ἐνδημῶ καὶ ἐπιδημῶ τὸ αὐτό. οἷς ἐναντίον τὸ ἀποδημῶ καὶ ἐκδημῶ. "Ενδημος ab Hesychio opponitur τῷ ξένῳ et a Polluce (Onom. I. 2. § 177.) τῷ ἐκδήμῳ. 2) metaphorice: *sum et versor perpetuo in aliquo loco.* 2 Cor. V. 6. ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι cum vivamus in hoc corpore. ibid. v. 9. εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες sive vivamus in hoc corpore, sive ex eo migremus et moriamur. ibid. v. 8. ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν Κύριον et perpetuo cum Christo vivere. Sæpius non legitur in N. T. Conf. supra ad ἐκδημεῖν dicta, et Wetstenii N. T. T. II. p. 190.

'ΕΝΔΙΔΥ'ΣΚΩ et 'ΕΝΔΙΔΥ'ΣΚΟΜΑΙ, per reduplicationem pro ἐνδύω vel ἔνδυμι *induo*, ab ἐν et δύω, quod per ἐνδύσασθαι ἱμάτιον explicat auctor Etym. M. et deducit a δέω *ligo*, uti fit a χέω χύω, ligari enim ἐσθῆτι hominem, ut adeo, quæ est summa linguæ Græcæ ubertas, quatuor verbis ejusdem originis utantur ad unam eandemque rem significandam. In N. T. bis tantum legitur. Luc. VIII. 27. καὶ ἱμάτιον οὐκ ἐνεδιδύσκετο nec vestem induebat: alii *passive:* nec vestiri se patiebatur. ibid. XVI. 19. καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον et induebat purpuram et byssum. Præterea reperitur in nonnullis codicibus Marc. XV. 17. loco impressi ἐνδύουσιν. Alexandrini usi fuerunt hac voce pro לָבַשׁ 2 Sam. I. 24. cui opponitur ἐκδιδύσκω apud eosdem Nehem. IV. 23. pro Hebr. פָּשַׁט.

"ΕΝΔΙΚΟΣ ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *justus, æquo consentaneus, juri conveniens*, ex ἐν, quod in compositis haud raro *convenientiam* significat, (v. c. ἔννομος *legitimus*, ἔμμετρος *justam magnitudinem habens*) et δίκη *jus*, quasi ἐν δίκῃ ὤν, seu δίκαιος. Bis tantum legitur in N. T. Rom. III. 8. ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι quorum pœna justa non cessabit. Hebr. II. 3. πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν justam, delicto convenientem pœnam. Hesych. ἔνδικον· ἀληθὲς, δίκαιον, ἄξιον. Suid. δίκης ἄξιον, δίκαιον. Alb. Gloss. Gr. p. 96. ἔνδικον δίκαιον. Idem tradit Schol. ad Eurip. Phœn. v. 482 et 509. Anthol. IV. 12. 71. Nemesis ἔνδικος ἱδρυνθεῖσα θεά. Adverbium ἐνδίκως *jure meritoque* reperitur apud Aristoph. in Nub. v. 1382. Zonaras Lex. col. 753. ἐνδίκως, δικαίως. καὶ ὁ ἀπόστολος· ἔνδικον μισθαποδοσίαν. ubi vid. Tittmannus.

'ΕΝΔΟ'ΜΗΣΙΣ, εως, ἡ, *structura, pila, moles erecta ad mœnia fulcienda et firmanda*, ab ἐνδομέω, verbo inusitato, quod est ex ἐν et δομέω, sive δέμω, *struo, exstruo.* Semel legitur in N. T. Apoc. XXI. 18. καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς ἴασπις et erat structura muri ejus ex jaspide lapide, h. e. invicta et impenetrabilis. Significat ἐνδόμησις etiam omne, quod fundamento superstructum est, v. c. apud Josephum A. J. XV. 9. 6. Cæterum transiit hæc vox in linguam Chaldaicam, ubi דִּימוֹס *murum, parietem, structuram* notat.

'ΕΝΔΟΞΑ'ΖΩ, fut. άσω, *gloria et honore condecoro, felicitate orno, glorifico, gloriose celebro et deprædico*, ab ἐν et δοξάζω *honoro, glorifico.* Bis tantum legitur in N. T. et quidem in passiva forma. 2 Thess. I. 10. ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, h. e. quum venerit, ut æterna felicitate in suum honorem ornet veros christianos; nam ἐνδοξάζεσθαι ἔν τινι significat: *ex alicujus sive felicitate sive miseria laudem sibi et gloriam parare, efficere, ut alii nos venerentur, laudent et celebrent, quia alterius sive felicitatis sive miseriæ auctores sumus.* Exod. XIX. 4. וְאִכָּבְדָה בְּפַרְעֹה. Ezech. XXVIII. 22. 2 Thess. I. 12. ὅπως ἐνδοξασθῇ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν ut Christus aliquando ex æterna vestra felicitate laudem sibi et gloriam paret.

"ΕΝΔΟΞΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, in universum dicitur ὁ ὢν ἐν δόξῃ, *gloriosus, qui honorem et gloriam conciliat* (Arrian. Diss. Epict. II. 22. 21.), nam ἐν in compositis sæpe idem valet, quod significat extra compositionem cum casu suo, ut v. c. ἔντιμος, ὁ ἐν τιμῇ ὤν. Sed pro diversa vocabuli δόξα notione etiam derivatum ἔνδοξος admodum varie sumitur. 1) *nitens, pulcher, splendidus, magnificus.* Luc. VII. 25. οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ ὑπάρχοντες qui vestibus splendidis utuntur. Ies. XXII. 18. τὸν στέφανόν σου τὸν ἔνδοξον. Psalm. XLIV. (XLV.) 13. 2) *illustris, honoratus, qui est magni nominis, insigni auctoritate et dignitate præditus, clarus, nobilis.* 1 Cor. IV. 14. ὑμεῖς ἔνδοξοι, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι vos magni nominis et illustres estis, nos vero ignobiles et contemti. Sic פַּרְתְּמִים *principes et magnates in aula regis*, Esther. I. 3. ἔνδοξοι ab Alex. vocantur. Ies. XXIII. 8. ἔνδοξοι τῆς γῆς. Hist. Susann. v. 5. διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐνδοξότερον πάντων quod omnes dignitate antecellebat. Xenoph. Mem. I. 2. 56. Herodian. I. 6. 17. οἱ πρὸ σοῦ Ῥωμαῖοι μεγάλοι τε καὶ ἔνδοξοι γεγόνασι. Ælian. V. H. II. 11. 3) τὰ ἔνδοξα, sc. ἔργα, *præclara et insignia facta, miracula, quatenus sunt majestatis divinæ signa.* Luc. XIII. 17. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἔχαιρεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτοῦ populus autem tot miraculis insignibus ab eo patratis gaudebat. Exod. XXXIV. 10. ποιήσω ἔνδοξα (Hebr. נִפְלָאוֹת), ἃ οὐ γέγονεν. coll. Deuteron. X. 21. Job. XXXIV. 24. ἔνδοξα καὶ ἐξαίσια. Ies. XII. 4. ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔνδοξα αὐτοῦ. 4) metaphorice: *a sordibus vitiorum liber, virtutis et sanctitatis studiosus.* Ephes. V. 27. ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν ἐκκλησίαν ut compararet et redderet sibi cœtum hominum, a quibusvis vitiorum sordibus liberorum, ubi ἔνδοξος quidem cum cæteris, μὴ ἔχουσα σπίλον, ἅγιος, ἄμωμος, mere synonymum est; negari tamen non potest, imaginem desumtam esse a sponsa, quæ vestibus splendidis ornata jungitur sponso. Thom. M. sub voce ἐπίδοξος p. 342. rejecit hanc vocem, tanquam minus Atticam; sed contrarium docuerunt interpretes ad l. l.

"ΕΝΔΥΜΑ, ατος, τὸ, 1) proprie est *omne indumentum et vestimentum*, et respondet Hebr. לְבוּשׁ, ab ἐνδύω *induo.* Matth. VI. 25. καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος; nonne corpus pluris est quam amictus? ibid. v. 28. καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; de amictu vero quod animo sollicito estis? Luc. XII. 23. 2) speciatim: *pallium, vestis superior*, quod alias ἱμάτιον vocatur. Matth. III. 4. εἶχε ἔνδυμα indutus erat, seu, veste superiore utebatur. coll. Marc. I. 6. Matth. VII. 15. ἐν ἐνδύμασι προβάτων. Cf. infra sub πρόβατον. ibid. XXII. 11, 12. ἔνδυμα γάμου, pro γαμικὸν, vestis nuptialis, quam Aristophanes Avibus v. 1699. γαμικὴν χλανίδα dixit. Talis vestis convivis honoris et beneficii causa suppeditabatur apud Orientales. Confer quos laudat Warnekros in antiquitatt. Hebr. c. 27. § 13. ibid. XXVIII. 3. Alex. τὸ לְבוּשׁ sæpe per ἱμάτιον reddiderunt. Job. XXIV. 7. Psalm. CIII. 7. Ies. LXIII. 8.

'ΕΝΔΥΝΑΜΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *corroboro, validum, firmum et robus-*

tum reddo, vires corporis augeo, valetudinem stabilio. Ἐνδυναμόομαι *convalesco, valetudinem recipio.* Sic legitur in N. T. Hebr. XI. 34. ἐνδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας a morbis gravissimis convaluerunt. Eodem modo ἰσχύειν pro *convalescere* usurpatur a Xenoph. Hist. Gr. VI. c. 4. 18. ἐκ τῆς ἀσθενείας οὔπω ἴσχυεν, et ἐνισχύειν pro *valetudinem reddere* reperitur aliquoties in versione Alex. 2) *instruo animum facultate faciendi aut perferendi aliquid, vires animi suppedito et largior.* Philipp. IV. 13. πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί μου omnia præstare possum Christi auxilio adjutus. 1 Tim. I. 12. τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Christo, qui me idoneis viribus instruxit. 2 Tim. IV. 17. Hinc passivum ἐνδυναμοῦσθαι notat *novas vires animi sumere, corroborari, vires colligere.* Ephes. VI. 10. ἐνδυναμοῦσθε ἐν Κυρίῳ καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ utamini virtute Christi ejusque potentissimo auxilio. 3) *constantem reddo, confirmo in aliqua re,* et ἐνδυναμοῦσθαι *confirmari, constantem reddi.* Act. IX. 22. Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο Saulus magis confirmatus, nempe τῷ λόγῳ. Rom. IV. 20. ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει sed certissimam spem fovebat et fiduciam. Eodem sensu ἐνδυναμοῦσθαι absolute positum, omissa voce τῇ πίστει, adhibetur in vers. Alex. Ps. LI. 7. ubi cum ἐπελπίζειν permutatur.

ἘΝΔΥ'ΝΩ, vel ἘΝΔΥ'Ω, fut. ύσω, *penetro in aliquem locum, subeo, ingredior,* et fere in malam partem adhibetur de *iis, qui clam et fallaciter irrepunt et insinuant se,* ita, ut simul *astutiæ, audaciæ* et *impudentiæ* notio in hac voce lateat. (ab ἐν et δύω, δύνω vel δῦμι *subeo.*) Semel legitur in N. T. de falsis doctoribus 2 Tim. III. 6. ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας per domos reptantes. Hes. ἐνδῦναι· εἰσδῦναι, εἰσελθεῖν. Inde substantivum ἔνδυσις, quod Hesychius per κατάδυσις interpretatur. Καταδύσεις autem sunt, eodem Hesychio teste, οἱ λάθριοι τόποι καὶ βαθεῖς.

ἜΝΔΥΣΙΣ, εως, ἡ, *vestitus, amictus,* et non tantum de vestibus proprie sic dictis, sed etiam de omnibus ornamentis corporis adhibetur. Est verbale a secunda pers. perf. passivi ἐνδέδυσαι, verbi ἐνδύω *induo.* Sic legitur in N. T. 1 Petr. III. 3. ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος aut in ornatu vestium, quibus corpus induitur.

ἘΝΔΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *induo vestimentum alteri, vestio alterum.* Medium contra ἐνδύομαι *me ipse induo, mihi ipse vestem induo.* (ab ἐν et δύω idem.) Marc. XV. 17. καὶ ἐνδύουσι αὐτὸν πορφύραν et induunt illum purpura. ib. v. 20. καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια. Luc. XII. 22. XV. 22. μηδὲ τῷ σώματι, τί ἐνδύσησθε neque corpori, quid vobis induatis. ibid. XXII. 11. οὐκ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου. Eadem ratione Ælian. V. H. VII. 10. ἐπεὶ οὐκ ἠβούλετο τὸ ἐκείνου ἱμάτιον ἐνδύσασθαι. Vid. ad h. l. Perizonium. 2) metaphorice: *instruo me, ornor, afficior et præditus sum aliqua re, utor.* Luc. XXIV. 49. ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους donec instruamini virtute divina. coll. Act. I. 8. Rom. XIII. 12. ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς et sumamus sensus, quos postulat religio christiana, seu, factis studeamus, religioni christianæ convenientibus. Ephes. VI. 11. ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ instruatis vos, seu, utamini viribus omnis generis, quas Deus suppeditat. (De armis quoque usurpatur ἐνδύεσθαι apud LXX. Ezech. XXIII. 24.) Coloss. III. 12. ἐνδύσασθε οὖν σπλάγχνα οἰκτιρμῶν assuefacite igitur vos misericordiæ. 1 Cor. XV. 53. δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν nam nos corpore hoc interituro instructi debemus accipere corpus interitus expers. Usurpatur hoc modo ipsum verbum Hebraicum לָבַשׁ. Ies. LI. 9. לִבְשִׁי עֹז utere virtute tua. ibid. LXI. 10. et aliis in locis, quæ collegit Vorstius de Hebraismis N. T. c. 5. p. 157. Simili metaphora Homerus dixit δύειν ἀλκὴν Il. VIII. 36. ubi vid. Eustathius. 3) ἐνδύω τινὰ partim is dicitur, *qui aliquem doctorem sequitur, qui alterum imitatur eique similis fieri conatur,* partim vero *ei* tribuitur, *qui arctissimis cum aliquo conjungitur vinculis.* Galat. III. 27. ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε quotquot in Christum baptizati estis, arctissimis cum eo conjuncti estis vinculis, i. q. v. 26. υἱοὶ Θεοῦ ἐστε. Rom. XIII. 14. ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν imitamini sensus et animum Domini nostri J. C. Rarior est hic loquendi usus apud exteros Scriptt. non tamen omni auctoritate destitutus. Sic v. c. Dion. Halic. Archæol. XI. p. 689. τὸν Ταρκύνιον ἐκεῖνον ἐνδυόμενοι, h. e. naturam et mores Tarquinii imitamini. Contrarium ἀποδύεσθαι apud Lucian. in Gall. 19. ἀποδυσάμενος τὸν Πυθαγόραν. Eodem modo in scriptoribus exteris sæpe legitur, *Platonem, Pythagoram induere,* h. e. *fieri discipulum Pythagoræ et Platonis, se conformare ad ejus exemplum.* Tacit. Annal. XIV. 52. XVI. 28. 4) ἐνδύεσθαι *corpore instrui.* 2 Cor. V. 3. εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα si quidem accipiemus aliquando novum corpus, nec plane nudi erimus. Chrysost. Homil. X. in Ep. II. ad Cor. ἐνδυσάμενοι, τουτέστιν ἀφθαρσίαν καὶ σῶμα ἄφθαρτον λαβόντες. Sed lectio ipsa mihi admodum suspecta est, et loco ἐνδυσάμενοι ἐκδυσάμενοι reponendum esse videtur. Vid. supra sub ἐκδύω.

ἘΝΕ'ΓΚΩ, vid. infra sub ΦΕ'ΡΩ.

ἘΝΕ'ΔΡΑ, ας, ἡ, proprie, ut videtur, est *locus insidiarum, latibulum,* teste Phavorino: ἐν ᾗ κάθηνταί τινες, μέχρις ἂν ἕλωσιν, οὓς ἂν ἐπιβουλεύωσιν, sed deinde, ut Lat. *insidiæ,* notat *insidias, quæ alicui struuntur, consilium subdolum,* ab ἐν et ἕδρα *sedes, sessio.* Act. XXIII. 16. ἀκούσας δὲ τὴν ἐνέδραν (pro τὴν ἐνέδραν legunt alii τὸ ἔνεδρον) cum rescisset has insidias. ibid. XXV. 3. ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδὸν insidiose eum in via occisuri. Sæpius non legitur in N. T. Alex. posuerunt pro אֹרֶב *insidiæ, insidiarum locus, latibulum.* Jos. VIII. 2, 7, 12, 14, 19. Judd. IX. 35. et pro מַאֲרָב *insidiæ,* Jos. VIII. 9. Ps. X. 8. Formula ἐνέδραν ποιεῖσθαι legitur apud Thucyd. III. 90. ipsa vox ἐνέδρα autem in notione *insidiarum* reperitur apud Herodian. IV. 5. 7. VII. 5. 8. et VIII. 1. 2. Hesych. ἐνέδρα· ἔγκρυμμα, (h. e. milites, qui in insidiis abduntur ad circumveniendos hostes) δολερὸν ὑποκάθισμα.

ἘΝΕΔΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, *insidior, insidias struo,* ab ἐνέδρα *insidiæ.* Bis tantum legitur in N. T. Luc. XI. 54. ἐνεδρεύοντες αὐτὸν insidiantes ei. Act. XXIII. 21. ἐνεδρεύουσι γὰρ αὐτὸν vitæ enim ejus insidiantur. Apud Græcos scriptores ἐνεδρεύειν fere semper dativo junctum invenies, (v. c. Diod. Sic. XIX. c. 68.) interdum tamen (v. c. apud Plutarch. Fabio p. 185. E.) etiam accusativum junctum habere, ut in N. T. libris, docuit Wesseling. ad Diod. Sic. XIX. c. 69. Alex. eo usi sunt pro אָרַב Jos. VIII. 4. 1 Sam. XV. 5. Hesych. ἐνεδρεύει· δόλον μηχανᾶται, ἐγκάθηται, κατατηρεῖ. Cæterum notandum, ἐνεδρεύειν proprie et vi etymologiæ *insidere* significare et idem esse, quod ἐνίζεσθαι, atque adeo etiam metaphorice in bonam partem de *eo* adhiberi, *qui omni studio et diligentia aliquid facit et studet alicui rei,* quo in sensu Sirac. XIV. 23. usurpatur, ubi homines jubentur ἐνεδρεύειν (Vulg. *con-*

sistere) ἐν ταῖς ὁδοῖς σοφίας, i. e. præcepta veræ sapientiæ diligenter observare.

ἜΝΕΔΡΟΝ, ου, τὸ, *insidiæ, quæ alicui struuntur, consilium subdolum*, i. q. ἐνέδρα, quod vide. Semel legitur in N. T. Act. XXIII. 16. ἀκούσας δὲ τὸ ἔνεδρον (pro quo tamen in editione Griesbachiana τὴν ἐνέδραν legitur) cum rescisset has insidias. Cæterum τὸ ἔνεδρον æque late patet ac ἐνέδρα, ita, ut non solum *locum, qui inservit insidiis et e quo fiunt insidiæ*, significet, v. c. 1 Macc. IX. 40. sed etiam *illum ipsum* denotet, *qui alteri insidias struit*. Sirac. VIII. 14. 1 Macc. X. 80. ut multis exposui in Spicilegio meo II. Lexici Bieliani p. 65.

ἘΝΕΙΛΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *implico, involvo*. (ab ἐν et εἰλέω *volvo, verso*.) Construitur vi præpositionis cum dativo. Occurrit in N. T. semel Marc. XV. 46. ἐνείλησε τῇ σινδόνι involvit ipsum illa sindone. Alex. pro לוט *involvere, operire, occultare* adhibuerunt 1 Sam. XXI. 9. καὶ αὕτη ἐνειλημένη ἐν ἱματίῳ. Artemid. I. 14. βρέφη — ἐνειλούμενα τὰς χεῖρας τυγχάνει. Plutarch. T. V. p. 425 et 468. edit. Reisk.

ἜΝΕΙΜΙ, *insum*, ex ἐν et εἰμί. Phavor. ἔνεστιν· ἀντὶ τοῦ ἐντός ἐστιν, et ἐνείς· ἐνθέμενος. Hujus vocis (in Thesauro Bieliano omissæ, obviæ tamen apud LXX. 1 Reg. X. 17. secundum libros nonnullos et Job. XXVII. 3. ubi בִי *in me* reddiderunt ἐνούσης) participium tantum ἐνὼν, οὖσα, ὂν, et quidem in plurali, legitur Luc. XI. 41. πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, h. e. e bonis vestris, seu, pro viribus et facultatibus vestris distribuite eleemosynas; ut τὰ ἐνόντα positum sit pro κατὰ τὰ ἐνόντα χρήματα, seu ἐκ τῶν ἐνόντων, ut loquitur Epictetus Fragm. 108. Nullus enim dubito, hanc loci vexati explicationem, quam præter auctoritatem Syri, Theophylacti, (qui per ὑπάρχοντα interpretatur) Boisii, (in Collatione p. 222.) et Lamb. Bosii (in Exercitt. Philol. in N. T. p. 42.) ipse loquendi usus (Moschopulus: ἔνεστιν· ἀντὶ τοῦ ἐνυπάρχει. ὡς τὸ, ἔνεστί μοι πλοῦτος. καὶ ἔνεστιν ἀντὶ τοῦ δυνατόν ἐστι. Idem tradit Thom. M. pag. 307. et Hesych. ἐνόν· δυνατὸν ἢ ἐνυπάρχον. Heliodor. Æthiop. IX. 25.) confirmat, et linguæ ratio (nam κατὰ sæpe omittitur in talibus formulis. Sic v. c. τὰ δυνατὰ *pro viribus*.) admittit, præferre sententiæ, quam Raphelius in Notis Xenophonteis p. 93. proposuit, qui τὰ ἐνόντα interpretatur *ea, quæ in poculis et patinis sunt*, h. e. *potum cibumque*, τὰ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ παροψίδος, ut est apud Matth. XXIII. 26. (Conf. Markland. ad Lysiam p. 194 et 559.) quæ arguta magis, quam vera videtur. Conf. Suiceri Thes. Eccles. T. I. p. 1120. et Wetstenii N. T. T. I. p. 731. Similis formula est χαρίζεσθαι παρεόντων, quæ legitur apud Homerum Od. α', 140. et δ', 56.

ἝΝΕΚΑ et **ἝΝΕΚΕΝ**, et per epenthesin Atticam **ΕἽΝΕΚΑ** et **ΕἽΝΕΚΕΝ**. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 680. Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 74. et Wolf. ad Lept. pag. 338. Præpositio, regens semper genitivum. Significat 1) *causa, ob, propter*, et causam impulsivam indicat, propter quam aggredimur ac suscipimus aliquid, sive sit causa antecedens, sive finis et eventus. Præponitur cum articulo infinitivis, et tunc *ut, ad hoc ut*, significat. Matth. V. 10. ἕνεκεν δικαιοσύνης ob pietatis studium. ibid. v. 11. ἕνεκεν ἐμοῦ ob meæ doctrinæ professionem, coll. Marc. VIII. 35. ibid. X. 18, 59. XVI. 25. XIX. 5. ἕνεκεν τούτου ideo, et v. 29. Marc. X. 7, 29. XIII. 9. Luc. IV. 18. οὗ εἵνεκεν quapropter, h. e. *hoc consilio, hunc in finem*. ibid. VI. 22. IX. 24. XVIII. 29. XXI. 12. Act. XIX. 32. τίνος ἕνεκεν; quem in finem? ib. XXVI. 21. XXVIII. 20. Rom. VIII. 36. XIV. 20. 2 Cor. VII. 12. εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι sed ut manifestum fieret. 2) *quod attinet ad, quantum attinet, respectu*. Hom. Odyss. II. 191. Dion. Halic. VII. c. 8. 2 Cor. III. 10. ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης quod attinet ad excellentem illius, nempe religionis christianæ, dignitatem; ubi ἕνεκεν necessario referendum est ad præcedens ἐν τούτῳ τῷ μέρει. Animadvertit hunc elegantem particulæ ἕνεκα usum Beza ad h. l. et Herodoti exemplo confirmavit, et post eum Raphelius in Obss. Xenoph. pag. 235. et El. Palairetus in Obss. Philol. Crit. p. 420. 3) Haud raro tamen omittitur et subintelligitur. Matth. II. 13. τοῦ ἀπολέσαι, pro ἕνεκα τοῦ ἀπολέσαι, ut occidat. ib. XI. 1. ante τοῦ διδάσκειν. Luc. IV. 10. ante τοῦ διαφυλάξαι σε. ibid. I. 25. ante ἀφελεῖν. 2 Cor. I. 8. ante τοῦ ζῆν. 2 Petr. III. 9. ante ἐπαγγελίας. Joseph. A. J. XVIII. 9. 5. videndum itaque, ne, dum nimium concedat corporis voluptati, ἀπολέσειε τὴν ἀρχὴν τοῦ εὐπρεποῦς, sc. ἕνεκα, principatu excidat formæ causa. Exempla hujus ellipseos e Græcis Scriptt. dedit L. Bos. de Ellipsi Gr. Ling. p. 327.

ἘΝΈΡΓΕΙΑ, είας, ἡ, 1) *vis et virtus agendi, efficacia, potentia*, speciatim de Deo et Christo *omnipotentia* dicitur, ab ἐνεργής. Phil. III. 21. κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα pro virtute, qua sibi omnia subjicere valet. Col. II. 12. διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ κ. τ. λ. spe potentiæ divinæ, quæ Christum e mortuis excitavit, freti et sustentati. Ephes. I. 19, 20. ubi ἐνεργεῖν ἐνέργειαν significat vim et potentiam suam exserere et demonstrare agendo. ibid. III. 7. κατὰ τὴν ἐνέργειαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. 2 Thess. II. 11. πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης permittet Deus, ut fraudes falsorum doctorum vim suam et efficaciam inter eos exserant. Sapient. XVIII. 22. ὅπλων ἐνεργείᾳ armorum vi. 2) *opera, auxilium, ipsa actio, qua vim et efficaciam nostram exserimus*. Ephes. IV. 16. κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέλους ita, ut quodvis membrum pro virili parte conferat aliquid, seu, operam suam præstet. Coloss. I. 29. κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ adjutus auxilio divino, quod potentissime mihi adest. 2 Thess. II. 9. κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ adjuvante eos Satana. Sæpius non legitur in N. T. 2 Macc. III. 29.

ἘΝΕΡΓΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) *operor, ago, vim et potestatem meam exsero, efficio*. Passivum ἐνεργέομαι, οῦμαι, *efficior*, ab ἐνεργής. Hesych. ἐνεργεῖ· πράττει. — ἐνεργεῖται· κατασκευάζεται. Matth. XIV. 2. διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ ideoque tanta in eo se exserit virtus miraculorum patrandorum. Marc. VI. 14. Rom. VII. 5. ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, h. e. exserebant se per corpus, seu per actiones corporeas. 2 Cor. IV. 12. ὁ μὲν θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται, ἡ δὲ ζωὴ ἐν ὑμῖν mortis periculum se in nobis exserit, h. e. tangit, affligit me, sed liberatio e periculo mortis in vobis se exserit, h. e. in vestram utilitatem redundat. Galat. III. 5. Passivum ἐνεργέομαι *efficior*, 2 Cor. I. 6. haud raro active sumitur pro *agere, operari, efficacem esse*. Quam in rem præter loca supra jam allata, hæc tantum addere placet. Galat. V. 6. πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη fides, quæ se benevolentia erga alios exserit. Syrus habet: ܕܡܫܬܡܠܝܐ *quæ perfecta redditur*. 1 Thess. II. 13. ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ἡμῖν τοῖς πιστεύουσι quæ etiam vim suam salutarem exserit in nobis credentibus. 2 Thess. II. 7. Sirac. X. 4. Joseph. AA. XV. c. 5. p. 754. Ed. Haverc. De for-

mula: ἐνεργεῖ ἐνέργειαν dixi supra ad ἐνέργεια. Artemid. I. 2. 2) *exsequor, perficio*, i. q. ἐπιτελέω. 2 Cor. VIII. 11. Ephes. I. 11. τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ qui semper voluntatem suam immutabilem et efficacissimam exsequitur. Philipp. II. 13. ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ ἐνεργεῖν, sc. τοῦ θέλειν, cui vires debetis exsequendi hanc voluntatem vestram. 3) cum dativo personæ: *adjuvo aliquem, auxilio alicui sum, vires et facultates alicui largior idoneas*. Galat. II. 8. ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς ἐνήργησε καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη Deus enim, qui Petrum, inter Judæos munere suo apostolico fungentem, adjuvat, idem ille et mihi adest, inter gentiles tradenti religionem christianam. Speciatim vero Deus ἐνεργεῖν ἐν τοῖς ἀνθρώποις in N. T. dicitur, *cum iis largitur et concedit dona miraculosa, facultatem miraculorum patrandorum*. 1 Cor. XII. 6. ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι qui facultatem miraculorum patrandorum omnibus largitur. ibid. v. 11. 4) Participium passivi ἐνεργούμενον significat *id, quod multo labore fit, operosum*, i. q. ἐνεργὲς, adeoque, si de *precibus* adhibetur, *preces ardentes, enixas, intensas et assiduas* significat. Hinc lucem fœneratur locus Jacob. V. 16. πολὺ ἰσχύει δέησις δικαίου ἐνεργουμένη magnam enim vim et efficaciam habent preces piorum *ardentes et assiduæ*; qua posteriori voce Vulgatus h. l. utitur, quem sequutus est Lutherus, wenn es ernstlich ist, *when it is fervent*. Alii ἐνεργουμένη *efficax* reddere malunt, sed non vident, hoc modo apostolo tautologiam frigidissimam impingi. Eustath. in Odyss. δ', pag. 197, 50. ὅτι εὐχῆς ἐνεργοῦς ἔνδειξις τὸ κ. τ. λ. Fortasse etiam δέησις ἐνεργουμένη reddi posset: *preces, ex animo prompto et benevolo profusæ*, ut ad h. l. referatur glossa Hesychii: ἐνεργεῖν· ἑτοίμως πράττειν. Syro δέησις δικαίου ἐνεργουμένη sunt *preces a justo profusæ*. Conf. I. Arrowsmithi Tactica Sacra p. 243.

'ΕΝΕ'ΡΓΗΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *operatio, operatio efficax, effectus*, ab ἐνεργής. 2) *facultas, vis ac potestas aliquid efficiendi*; et speciatim: *facultas hominibus divinitus data miraculorum patrandorum*, sive *cujuscunque generis*, sive *certæ cujusdam speciei*. 2 Cor. XII. 10. ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεως alii vero facultas miraculorum patrandorum concessa est. Ad h. l. respexit sine dubio Phavorinus glossa ἐνεργημάτων· ἀντὶ τοῦ χαρισμάτων, coll. v. 4. quam sine dubio ex Theodoreti scriptis hausit. 3) *miraculum ipsum, cujus patrandi facultas a Deo datur*. 1 Cor. XII. 6. διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν varii generis sunt miracula. Zonaras Lex. col. 740. ἐνεργημάτων· ἀντὶ τοῦ χαρισμάτων καὶ ὁ ἀπόστολος: καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν· τὸ διαιρέσεις οἷον μερίδες. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΝΕΡΓΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1) proprie: *laboriosus, operosus*, ab ἐν et ἔργον *opus*. 2) *efficax, effectum habens, vim suam exserens*. Philem. v. 6. ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ ut communis nostra religio, quam profitemur, exserat se in cognitione omnium bonorum. In codice uno pro ἐνεργὴς legitur ἐναργὴς *evidens, manifesta*, quæ lectio merum glossema sapit, aut e versione Vulgata venit, quæ h. l. sensum haud male expressit. Hebr. IV. 12. ὁ λόγος γὰρ τοῦ Θεοῦ ἐνεργὴς minæ divinæ sunt efficacissimæ. 3) *aptus et idoneus ad aliquid efficiendum et agendum*. 1 Cor. XVI. 9. θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐνεργὴς occasio opportuna et insignis mihi oblata est. Syrus habet: ܬܪܥܐ ܡܫܡܠܝܐ *plenum operibus*. etiam non male, maxime ob sequentia. Sic Polyb. Hist. II. 65. ἀλλ' ἦν ὁμοῦ παράταξις ἐνεργὴς acies ad pugnam bene instructa. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἐνεργής· δυνατὸς, ἰσχυρός. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 174.

'ΕΝΕΣΤΩ'ΤΑ, vide infra sub 'ΕΝΙ'ΣΤΗΜΙ.

'ΕΝΕΥΛΟΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *benedico, bonis ominibus prosequor, bene ominor*, nec differt a voce εὐλογέω, unde et in versione Alex. pro Hebraico בָּרַךְ aliquoties ponitur, v. c. Genes. XII. 3. XVIII. 18. Psal. X. 3. etc. 2) *beneficiis afficio, beo*. Nam verba, quæ *dicere*, et, quæ huic notioni cognata sunt, significant, sæpissime pro ipsa rei, quæ verbis exprimitur, productione et essentia apud Hebræos usurpantur, ut multis docuit Glassius in Philol. Sac. p. 222. seq. ed. Dathii. Passivum ἐνευλογέομαι, οῦμαι, *beneficiis afficior, beor*, bis tantum in N. T. legitur. Act. III. 25. ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς per posteros tuos, seu, per unum ex posteris tuis felices reddentur omnes nationes terræ. Galat. III. 8. ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη, ubi codices haud pauci εὐλογηθήσονται habent.

'ΕΝΕ'ΧΩ, 1) proprie: *insto, immineo, insisto, urgeo*. 2) *irascor, indignor*, (ita ut omissum sit χόλον, quod additur apud Herodot. VI. c. 119. ἐνεῖχέ σφι δεινὸν χόλον, ubi vid. Wesseling. p. 631. 5. Adde Fischerum ad Wellerum III. 1. p. 264.) *infense insidior*. Marc. VI. 19. ἡ δὲ Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ καὶ ἤθελεν αὐτὸν ἀποκτεῖναι Herodias erat ei infesta et occasionem e medio eum tollendi quærebat. Vulgatus: *insidiabatur*. Luc. XI. 53. δεινῶς ἐνέχειν insidias ei struere, aut, admodum indignabundi. Gen. XLIX. 23. וַיִּשְׂטְמֻהוּ et odio prosequuti sunt eum. Alex. καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ. Eodem sensu apud exteros scriptores legitur. Confer Wesseling. ad Herodot. VIII. 22. et Abresch. ad Æschylum p. 558. Hesych. ἐνεῖχον· ἐχόλουν, ὠργίζοντο. — ἐνέχει· μνησικακεῖ, ἔγκειται. Eustath. ἐνέχειν τὸ κατά τινος ἔχειν. 3) ἐνέχομαι *constringor, captus et irretitus teneor*, v. c. πάγῃ, (apud Herodot. II. 121.) πέδαις, et metaphorice: *obstringor, obligor*. Galat. V. 1. μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε ne iterum jugum servitutis (h. e. religionem Mosaicam) cervicibus vestris imponi patiamini. Arrian. Diss. Epictet. III. 22. 93. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἐνέχεται· συνέχεται. — ἐνέχεσθαι· κρατεῖσθαι, συνέχεσθαι.

'ΕΝΘΑ'ΔΕ. Adverbium ex ἔνθα *hic, ibi, illic*, et δε, particula enclitica, quæ sæpe fungitur vice præpositionis εἰς aut similis, v. c. in οἶκαδε, ἀγορήνδε, etc. 1) *hic*. Luc. XXIV. 41. ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; num habetis hic aliquid edulii? Act. XVI. 28. XVII. 6. XXV. 24. Hesych. ἐνθάδε· ἐνταῦθα, ὧδε. 2) *huc*. Joh. IV. 15. μηδὲ ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν nec mihi huc eundum sit ad hauriendam aquam. ibid. v. 16. καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε et huc redi. Act. XXV. 17. Hesych. ἐνθάδε· εἰς τοῦτον τὸν τόπον. 3) *ibi, illic*. Act. X. 18. εἰ Πέτρος ἐνθάδε ξενίζεται num Petrus ibi hospitio utetur. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Thom. M. Eclog. sub ἐνταῦθα p. 315 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 829.

"ΕΝΘΕΝ. Adverbium significans *hinc*, ex ἔνθα *hic, ibi, illic*. Legitur in haud paucis codicibus Luc. XVI. 26. pro ἐντεῦθεν, ubi vid. Wetstenius.

'ΕΝΘΥΜΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι. De omnibus fere actionibus

animi usurpatur hoc verbum apud Græcos, nam descendit ab ἐν et θυμὸς *animus*. Sic v. c. in versione Alex. *desiderare, cupere, optare*, significat, Deut. XXI. 11. Jos. VII. 21. ubi pro חָשַׁק et חָמַד ponitur, et *pœnituit*, Gen. VI. 6. pro נִחַם. In N. T. libris significat 1) *cogitare, judicare*. Matth. IV. 4. ἵνα τί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; cur male de me judicatis et existimatis? In locis parallelis Marc. II. 8. et Luc. V. 22. legitur: διαλογίζεσθε. 2) *consilium agito, meditor, aliquid animo agito meo, considero, expendo*. Matth. I. 20. ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος quod consilium cum animo agitaret. Act. X. 19. τοῦ δὲ Πέτρου ἐνθυμουμένου περὶ τοῦ ὁράματος Petro autem variis cogitationibus distracto et deliberante, quid sibi velit hoc visum. Sæpius non legitur in N. T. Sapient. III. 14. μηδὲ ἐνθυμηθεὶς κατὰ τοῦ Κυρίου πονηρά. Thucyd. II. 40. Aristoph. Eccles. 138. et Joseph. A. J. XV. 5. 3. Confer quæ de hac voce bene disputavit Dresigius de Verbis Mediis N. T. p. 260 seq.

'ΕΝΘΥ'ΜΗΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *cogitatio, judicium*. Matth. IV. 4. καὶ ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς τὰς ἐνθυμήσεις αὐτῶν cum Jesus cognosceret eorum cogitationes. In loco parallelo Luc. XI. 7. legitur τὰ διανοήματα. ibid. XII. 25. Nuspiam hoc vocabulo usi sunt Alexandrini; eo frequentius vero ejus loco adhibuerunt vocem ἐνθύμημα. Thom. M. sub v. ἐνθύμημα nostrum ἐνθύμησις per ἐνθύμιον, *cogitationem*, explicat. Thucyd. I. c. 132. κατὰ ἐνθύμησίν τινα cogitatione quadam, seu suspicione. Confer etiam Pollucis Onom. II. 231. 2) *consilium animi*, et quidem in malam partem. Hebr. IV. 12. ubi minæ divinæ dicuntur κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, h. e. condemnare prava consilia et cogitata humana. 3) *excogitatio, ingenium inventoris* s. *artificis*. Act. XVII. 29. χάραγμα τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου sculptum arte et ingenio humano. Apud Græcos scriptt. *ipsa res, ingeniose excogitata*, ἐνθύμημα vocatur, v. c. apud Xenophont. de Venat. cap. XIII. 9.

Ἔνι, verbum impersonale, quod per syncopen Atticam ponitur 1) pro ἔνεστι *inest*, ab ἔνειμι *insum*. Aristoph. Equit. v. 17. Aristot. Rhet. III. c. 12. ἀλλ' ὅπου μάλιστα ὑποκρίσεως, ἐνταῦθα ἥκιστα ἀκρίβεια ἔνι. 2) pro ἐστὶ *est*. Galat. III. 28. οὐκ ἔνι Ἰουδαῖος οὐδὲ Ἕλλην κ. τ. λ. in religione christiana nihil valet, utrum fueris Judæus an paganus; neque conditionis neque sexus ratio habetur. Coloss. III. 11. Jacob. I. 17. παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ in quem non cadit mutatio. Sæpius non legitur in N. T. Dubitarunt de hac notione L. Bos. et Beza (qui adeo Galat. III. 20. ἐστὶ pro ἔνι reponere haud dubitabat), quos sequutus est Koppius Vol. I. N. T. p. 43. sed hanc significationem Atticis esse longe usitatissimam, multis locis e Platone docuit Schwarzius in Comment. Ling. Gr. p. 486. quibus addo Epictet. Enchirid. c. 32. ἀλλὰ ἔνι λόγος sed est ratio, adest ratio. Polyb. Exc. Leg. XVII. p. 1123. et XLIII. p. 1190. Aristoph. Plut. v. 348. ἔνι γάρ τις, ἔνι τις κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι est periculum in hoc negotio: ubi vid. Ez. Spanhem. (Interdum ἔνι valere idem, quod ἔξεστι, clare docet locus Ælian. V. H. XII. 51.) Phavorin. ἔνι· ἐστὶν, ὑπάρχει. Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ἔνεστιν ἔνι φύσις, ἔνι θράσος.

'ΕΝΙΑΥΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *annus, intervallum* seu *spatium temporis, quo sol cursum suum conficit*, ita dictum ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ, sive εἰς ἑαυτὸν, ἰέναι, quod in se recurrat ac redeat, seu, ut cum Virgilio (Georg. II. v. 402.) loquar, *in se sua per vestigia volvatur annus*. Joh. IX. 49. τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου pontifex istius anni. ibid. v. 51. XVIII. 13. Act. XI. 26. XVIII. 11. Hebr. IX. 7. X. 23. κατ' ἐνιαυτὸν quotannis. ibid. X. 1, 3. Jacob. IV. 13. V. 17. Apoc. IX. 15. 2) per synecdochen, posita temporis parte pro tempore in universum, sive certo, sive incerto, *tempus* significat. Ita Luc. IV. 19. κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν ad edicenda tempora læta et fausta, nempe adventus Messiæ in has terras, coll. Ies. LXI. 2. ad quem locum Theodoretus: ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν τὴν προτέραν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν οἶμαι χρηματίζεσθαι. Idem Theophyl. et Procopius. Cæterum etiam Hebraicum שָׁנָה *tempus* interdum significare, docet locus Ies. LXIII. 4. et Jud. X. 8. ubi pro ἐνιαυτῷ (quod cod. Alex. et ed. compl. exhibent) reliqui libri καιρῷ habent. 3) per metonymiam: *festum incipientis anni*, quod Hebraice Num. XXIX. 1. יוֹם תְּרוּעָה vocabatur. Galat. IV. 10. ἡμέρας παρατηρεῖσθε καὶ μῆνας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς. Alii, ἐνιαυτοὺς latius patere existimantes, de *festis diebus* explicant, quæ certis annis celebrabantur, qualis erat *annus septimus*, seu *sabbaticus*, quo intermittebantur agrorum cultura et exactio debitorum, et servi manumittebantur, (unde appellabatur *annus intermissionis* et *remissionis*) et *annus quinquagesimus*, seu *jubilæus*.

'ΕΝΙ'ΣΤΗΜΙ, fut. 1. ἐνστήσω, præt. ἐνέστηκα, 1) proprie: *statuo inter, interpono*, ab ἐν et ἵστημι *statuo, colloco, sisto*. 2) *insto, immineo, futurus sum*, et quidem in præterito, plusquamperfecto et aoristo 2. Vid. supra ἀνίστημι. 2 Thess. II. 2. ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου quasi utique prope adsit s. immineat dies ille sollemnis. 2 Tim. III. 1. ὅτι ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποὶ instare tempora periculosa. — 3) Participium ἐνεστηκὼς, υῖα, ὸς, pro quo ionice, κ extruso, ἐνεστεὼς, et contracte ἐνεστὼς dicitur, et de *tempore præsente* et *futuro* ac *imminente* usurpatur, monente Hesychio: ἐνεστῶτα· παρόντα, προκείμενα.—ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος· ἐπὶ τοῦ παρόντος. Rom. VIII. 38. οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα nec præsentia, nec futura mala. 1 Cor. III. 22. VII. 26. διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην ob præsentem calamitatem. Galat. I. 4. ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος. vid. supra ad αἰὼν dicta. Hebr. IX. 9. εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα. 1 Macc. XII. 44. 2 Macc. III. 17. Pindar. Olymp. IX. 8. Sext. Empir. Phys. II. 193. Joseph. A. J. XVI. 6. 2.

'ΕΝΙΣΧΥ'Ω, fut. ύσω, *corroboro, conforto, vires addo*, ab ἐν et ἰσχύω *possum, valeo*. In N. T. ubi bis tantum legitur, et transitive et intransitive de corpore pariter ac animo usurpatur. Luc. XXII. 43. ὤφθη αὐτῷ ἄγγελος ἀπ' οὐρανοῦ ἐνισχύων αὐτὸν apparuit ei angelus et animum ejus confirmavit, seu, solatio replevit. Simili modo ἐνισχύειν usurpatur 2 Macc. II. 24. ἐνίσχυσαν καὶ οὐ διέστησαν τῆς εὐσεβείας. Vulgatus: *se ipsos confirmarunt*, et a pietate non recesserunt. Act. III. 19. καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν, sc. ἑαυτὸν, et cibo sumto se refecit; nam ἐνισχύειν ἑαυτὸν sæpe est: *vires recipere et sumere, se reficere*. Genes. XLVIII. 2. וַיִּתְחַזֵּק יִשְׂרָאֵל Alex. καὶ ἐνισχύσας Ἰσραήλ. Conf. L. Bos. de Ellipsi Gr. L. p. 58. et Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 183. ed. Zeun.

Ἔ'ΝΝΑΤΟΣ, άτη, ον, *nonus, a, um*. Est numerale ordinale, ab ἐννέα *novem*. Scribitur etiam interdum ἔνατος, άτη, ον. Matth. XX. 5. XXVII. 25. ἕως ὥρας ἐννάτης usque ad horam nonam, i. e. tertiam pomeridianam, secundum nostrum horas numerandi morem. Act. III. 1. ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην, pro ἥτις ἦν ἡ ἐννάτη τῆς ἡμέρας, sub horam precationis, quæ erat nona diei, seu

nostra tertia pomeridiana. Scilicet apud Judæos dies dividebatur in duodecim horas et nox in duodecim horas inæquales; nam prima hora diei incipiebat ab ortu solis, prima vero noctis ab occasu solis. Duodecim diei horarum quædam tantum commemorantur in N. T. nempe *tertia*, Matth. XX. 3. incidens in nostram nonam antemeridianam; *sexta*, Matth. XXVII. 45. quæ nobis est *duodecima*, cum jam adest meridies; *septima*, Joh. IV. 52. quæ nobis est prima pomeridiana: *nona*, seu nostra tertia pomeridiana, quæ precationi publicæ apud Judæos destinata erat, et qua offerebatur sacrificium vespertinum. Cf. Sam. Petiti Varr. Lectt. c. 15. *decima*, Joh. I. 40. a qua duæ tantum horæ ad occasum solis restabant; *undecima*, Matth. XX. 6 et 9. coll. Marc. VI. 35.

'ΕΝΝΕ'Α, οἱ, αἱ, τὰ, *novem*. Est numerale cardinale indeclinabile. Luc. XVII. 17.

'ΕΝΝΕΝΗΚΟΝΤΑΕΝΝΕ'Α, *nonaginta novem*, ἄκλιτον, ab ἐννέα *novem* et ἐνενήκοντα *nonaginta*, quod est ex ἐννέα et ηκοντα, quæ est terminatio numerorum crescentium per *decem*, ut in lingua Latina *ginta*. Matth. XVIII. 12, 13. Luc. XV. 4, 7. Alexandrini pro תִּשְׁעִים וָתֵשַׁע Gen. XVII. 24. posuerunt.

'ΕΝΝΕΟ'Σ, οῦ, ὁ, ut Græcum κωφὸς, proprie *mutum et surdum* notat. Unde Ammonius: Κωφὸς καὶ ἐννεὸς ὁ αὐτὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐλέγετο, ὁ μὴ φθεγγόμενος. Suid. ἐννεός· ἄφωνος, κωφὸς, νωδὸς, νωχελὴς, μετέωρος. Idem Hesych. κωφός· ὃς οὔτε ἀκούει, οὔτε λαλεῖ. In verss. Græcis V. T. et in scriptoribus exteris haud raro pro ἐννεὸς ἐνεὸς per ν simplex reperitur, v. c. Ies. LVI. 10. Prov. XVII. 28. Symmach. Hos. IX. 7. Xenoph. Anab. IV. 6. 23. quæ hujus vocabuli scriptura probatur Albertio ad Gloss. Gr. N. T. p. 69. ac Scharfenbergio Anim. in Daniel. p. 72. 2) *attonitus, fulmine quasi percussus, obstupefactus, cui summa obstupefactio facultatem loquendi ademit.* Suid. ἐξεστηκώς. Hesych. ἐμβροντηθέντες· ἐννεοὶ γενόμενοι. Sic semel legitur in N. T. Act. IX. 7. εἱστήκεισαν ἐννεοί. Syrus habet: ܐܬܕܗܡ. Vulgat. *stabant stupefacti.* Eodem modo inde derivatum verbum ἀπενεόομαι usurpatur Dan. IV. 16.

'ΕΝΝΕΥ'Ω, fut. εύσω, *innuo, nutu et signis peto, nutu significo*, ab ἐν et νεύω *nutum do, oculis do signum*. Semel legitur in N. T. Luc. I. 62. ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ nutu quæsiverunt ex patre. Alex. pro קָרַץ *nictavit, annuit* Prov. X. 10. ejus vero loco ibid. VI. 13. verbum ἐννεύω, quod idem significat, posuerunt.

ἜΝΝΟΙΑ, ας, ἡ, 1) *notio, imago rei, idea.* Diog. Laërt. III. s. 79. ἔννοιαν καλοῦ. Polyb. III. 36. εἰς ἀληθινὰς καὶ γνωρίμους ἐννοίας ἄγειν τοὺς ἀκούοντας. 3) *cogitatio, cogitatum, sensus animi*, et speciatim de *pravis cogitationibus* usurpatur. 1 Pet. IV. 2. καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε etiam vos eosdem sensus induite, seu sumite. Hebr. IV. 12. ubi comminationes divinæ dicuntur κριτικὸς ἐννοιῶν καρδίας, h. e. condemnare cogitationes animi perversas. Sæpius non legitur in N. T. Descendit ab ἐν et νοῦς *mens*, unde ἐννοέω *mente concipio, cogito, attentus sum.* Xenoph. de Repub. Laced. I. c. 1. Cæterum apud Græcos scriptores ἔννοια præterea non solum *consilium animi*, (Hesych. βουλὴν interpretatur) sed etiam *intellectum, intelligentiam* significat.

ἜΝΝΟΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) *legitimus, legibus consentaneus*, ex ἐν et νόμος *lex*. Act. XIX. 39. ἡ ἔννομος ἐκκλησία *concio legitima, quæ non a populo tumultante, sed a magistratu legitimo modo et tempore cogitur*, κυρία ἐκκλησία, (Aristoph. Acharn. 19.) seu νόμιμος ἐκκλησία, ut Græci vocant. Conf. D'Orville ad Chariton. I. c. 1. p. 212. ed. Lips. et Wetstenii N. T. T. II. p. 589. Eurip. Phœn. v. 1678. ἔννομον τὴν δίκην. Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. Hist. Gr. II. 3. 21. Polyb. II. 47. 3. Prol. Sirac. διὰ τῆς ἐννόμου βιώσεως. Hinc adverbium ἐννόμως *legitime* in vers. Alex. Prov. XXXI. 24. 2) *subjectus legi, qui legem aliquam datam observat eique convenienter vivit.* 1 Cor. IX. 21. ἔννομος Χριστῷ potius obediens legi, quam Christus tulit. Sic et legitur apud Ælian. V. H. II. c. 22. ἐννομωτάτους γενέσθαι καὶ Μαντινέας ἀκούω legibus convenienter Mantinenses vixisse audio. Hesych. ἔννομον· ἔνθεσμον.

ἜΝΝΥΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, pro quo etiam 'ΕΝΝΥ'ΧΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, legitur, *nocturnus*, et de *omni* dicitur, *quod noctu esse et fieri solet*, ex ἐν et νὺξ *nox*. Homer. Iliad. λ', 715. ἄγγελος ἔννυχος. Schol. ἐν νυκτί. Eurip. Hecub. v. 72. ἔννυχος ὄψις visio nocturna. Hesych. ἔννυχος· νύκτερος, αὐτονύχιος. Ἔννυχον, seu ἐννύχιον, adverbialiter positum, pro κατὰ τὸν ἔννυχον χρόνον, (fere ut apud Theocrit. Idyll. I. 15. et X. 48. τὸ μεσαμβρινὸν ponitur pro κατὰ τὸ μεσαμβρινὸν, et Idyll. XXIII. 69. et XXIV. 11. μεσονύκτιον pro κατὰ τὸ μεσονύκτιον). Sic semel legitur in N. T. Marc. I. 35. ubi ἔννυχον (pro quo in nonnullis codd. ἔννυχα legitur) λίαν est idem, quod apud Luc. IV. 42. γενομένης ἡμέρας, et cap. XXIV. 1. ὄρθρου βαθέος primo diluculo, nondum penitus dispulsis tenebris nocturnis. In eodem sensu occurrit 3 Macc. V. 5. ἔννυχον δόξαντες ὁμοῦ λήψεσθαι τὸ φῦλον πέρας τῆς ὀλεθρίας, quæ verba recte vertisse videtur interpres Latinus in Bibliis Polyglottis Londinensibus: *crepusculo matutino*, (nam v. 2. ὑπὸ τὴν ἐρχομένην ἡμέραν dicitur) existimantes simul accepturam gentem terminum mortis. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἔννυχα, *ante lucem*.

'ΕΝΟΙΚΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie *incolo, inhabito, sum et versor in aliquo loco*, ab ἐν et οἰκέω *habito*. Xenoph. Anab. V. 6. 13. Cyrop. VIII. 6. 2. 2) metaphorice: *insum, vim meam exsero.* Rom. VIII. 11. διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα ἐν ἡμῖν propter sensus illos animi per religionem christianam emendatos, qui vobis insunt. 2 Cor. VI. 16. ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, ubi Deus habitare dicitur inter homines, quatenus ei cultus maxime pius et religiosus ab hominibus præstatur et ipse eos vicissim amat et beneficiis afficit, coll. Levit. XXVI. 11, 12. unde in utroque loco explicationis causa additur: καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. Coloss. III. 16. ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως admodum familiaris vobis esto doctrina christiana, semper et ubique a vobis exerceatur. Conf. Schoettgen. in Hor. Hebr. et Talmud. ad h. l. Vol. I. p. 821. 2 Tim. I. 5 et 14. Simili ratione ἐνοικεῖν ἔν τινι, ut Lat. *habitare in aliqua re*, notat occupatum esse aut versari in aliqua re, v. c. apud Aristotel. de Gener. I. 2. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΝΟ'ΝΤΑ, τὰ, vid. ἜΝΕΙΜΙ.

'ΕΝΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, *unitas*, item *unio, conjunctio, concordia, animorum consensus*, ab εἷς, ἑνὸς, *unus*. Bis legitur in N. T. Ephes. IV. 3. σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος studentes conservare animi studiorumque consensum. ibid. v. 13. εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως καταν-

τήσωμεν ad unam eandemque religionem adducamur.

'ΕΝΟΧΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, i. q. simplex ὀχλέω, *molestiam et negotium facesso, turbas facio, turbo, obturbo,* ab ἐν et ὀχλέω, quod est ab ὄχλος *turba, multitudo.* In N. T. tantum extat Hebr. XII. 15. μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ ne exoriatur homo scelestus, qui suam impietatem disseminet et ita multos ad defectionem a religione christiana seducat, coll. Deut. XXIX. 18. In vers. Alex. τῷ חָלָה *ægrotavit* et חָלָה *morbo affecit* respondet, Gen. XLVIII. 1. 1 Sam. XIX. 14. XXX. 13. et Chaldaico נְזַק *damno affecit, nocuit,* Dan. VI. 2. Xenoph. Cyrop. V. 4. 16. Anab. II. 5. 2. Polyb. II. 25. 6. Hesych. ἐνοχλεῖ· διοχλεῖ. Exempla alia e Græcis scriptoribus dedit Alberti ad Glossar. N. T. p. 182. et Hesych. T. I. p. 1254. ac Wetstenius N. T. T. II. p. 437.

'ΕΝΟΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) proprie notat *adstrictum, alligatum,* ab ἐνέχομαι *adstringor.* Sic v. c. legitur in loco epigrammatis ab H. Stephano in Thesauro Gr. L. s. h. v. allati ἐπ' ἀγκύρης ἔνοχον βάρος pondus anchoræ alligatum. 2) deinde metaphorice omnino *eum* significat, *qui tenetur quacunque ratione, quasi vinctus et obstrictus, obnoxius.* Hebr. II. 15. ὅσοι διὰ παντὸς τοῦ ζῇν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας qui per omnem vitam obnoxii servituti, seu, in servili et miserrima conditione erant. Hesych. ἔνοχος· χρεώστης, ὑποκείμενος. 3) speciatim: *reus, obnoxius pœnæ, damnandus, adjudicatus ad pœnam subeundam,* ὑπεύθυνος, ut Hesych. interpretatur. Matth. V. 21. ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει pœnæ obnoxius erit. ibid. v. 22. ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ — εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς in jus synedrii trahendus — pœna gehennæ dignus est. XXVI. 66. ἔνοχος θανάτου ἐστὶν mortem promeruit. Marc. III. 29. ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως. ibid. XIV. 64. Ita et ἐνέχεσθαι *reum esse, crimine teneri* apud Herodotum VI. c. 56. legitur. Exod. XXII. 3. דָּמִים לוֹ, Alex. ἔνοχός ἐστι. Genes. XXVI. 11. ἔνοχος θανάτῳ ἔσται. Non semper vero de *reatu pœnæ,* sed etiam de *reatu culpæ* dicitur. Hinc 4) *qui peccat in aliquem, aliquem lædit et offendit quocunque modo.* 1 Cor. XI. 27. ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου is peccat in Christum, cujus corpus ac sanguinem edit et bibit, seu, is nefas committeret in corpus ac sanguinem Christi. Jacob. II. 10. γέγονε πάντων (scil. νόμων) ἔνοχος is læsit et violavit omnes leges. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. ἔνοχος· ὑπαίτιος. Glossarium Vetus: ἔνοχος, *obnoxius, reus, obligatus.* Cæterum observandum est, hanc vocem construi nunc cum genitivo, nunc cum dativo, nunc cum præpositione εἰς, de qua constructione vide Markland. ad Lysiam p. 568.

"ΕΝΤΑΛΜΑ, τος, τὸ, *mandatum, præceptum, institutum.* Est verbale a prima persona perf. pass. ἐντέταλμαι, verbi ἐντέλλομαι *mando, præcipio, mandatum impono.* Matth. XV. 9. ἐντάλματα ἀνθρώπων quæ sunt præcepta et instituta ab hominibus excogitata et profecta, Marc. VII. 7. Coloss. II. 22. κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώπων. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro מִצְוָה Job. XXIII. 12. Ies. XXIX. 13.

'ΕΝΤΑΦΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, *pollingo, lavando, condiendo, involvendo corpus ad sepulturam paro, corpus ad funus compono et ornamentis sepulcralibus orno, ad funus necessaria procuro,* ab ἐντάφιος, *funebris, ad funus pertinens.* Differt itaque a θάπτειν *sepelire, in sepulcro ponere,* quanquam interdum etiam de ipsa sepultura adhibitum fuisse, ex Phavorino constat, qui habet: ἐνταφιάζων· ἐνσοριάζω, θάπτω. Ornamenta cadaveris efferendi et sepeliendi, quod genus vestes magnificæ et pretiosæ erat, τὰ ἐντάφια, sc. κοσμήματα, vocabantur. confer Chariton. I. c. 6. εἶτα πλοῦτος ἐνταφίων βασιλικὸς — — τῇ γυναικί. Ælian. V. H. I. 16. Eurip. Helen. v. 1419. ἐντάφια δοῦναι νεκρῷ. Qui vero corpus componebant ad funus et ornamentis sepulcralibus ornabant, funeratores, pollinctores, ἐνταφιασταὶ vocabantur. Genes. L. 2, 3. Conf. Cuperi Obss. II. 9. Wetstenii N. T. T. I. p. 516. et Perizon. ad Ælian. V. H. I. 16. In N. T. bis legitur. Matth. XXVI. 12. πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ut me moriturum honoris causa ungeret, seu, quasi ad funerationem meam hoc unguentum corpori meo affudit. Joh. XIX. 40. καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς 'Ιουδαίοις ἐνταφιάζειν quomodo Judæi corpora ad sepulturam præparare solent, sc. lavando, aromatibus ungendo, linteis involvendo et constringendo, in quo opere maxime Ægyptiorum cura præcellebat. In versione Alex. semel legitur Genes. L. 2. pro Hebraico חָנַט *condivit aromatibus corpora mortuorum, ut incorrupta maneant.* Gloss. *pollingo,* περιστέλλω νεκρὸν, σιροπλοκῶ (pro σωροπλοκῶ), ἐνταφιάζω, ταριχεύω. Phavor. ἐντάφια· τὰ ἐπὶ τῇ ταφῇ γινόμενα πράγματα. Gloss. Vet. ἐνταφιάζω, *funero, pollingo.* 'Εντάφιον, *Libitina.*

'ΕΝΤΑΦΙΑΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *pollinctura, præparatio corporis ad sepulturam, funeratio,* quum lavando, condiendo et linteis sepulcralibus involvendo corpus mox condendum præparatur. Est verbale a prima persona perf. pass. ἐντεταφίασμαι, verbi ἐνταφιάζω. Marc. XIV. 8. προέλαβεν μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν hæc unctio est quasi cadaveris mei pollinctura propediem futura, seu, respexisse videtur hac unctione ad tempus pollincturæ meæ. Eadem est sententia verborum Joh. XII. 7. εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτὸ ad tempus pollincturæ meæ reservavit. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΝΤΕ'ΛΛΩ et 'ΕΝΤΕ'ΛΛΟΜΑΙ, fut. οῦμαι, 1) *mando, jubeo, præcipio, faciendum injungo,* ab ἐν et τέλλω *mando.* Marc. IV. 6. ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ angelis suis tua causa hæc mandata dabit. ib. XV. 4. ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο λέγων ita enim Deus præcepit. ib. XVII. 9. XXVIII. 20. πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν omnem doctrinam, quam vobis tradendam injunxi. Marc. XI. 6. XIII. 34. Luc. IV. 10. Joh. VIII. 5. XIV. 31. XV. 14, 17. Act. I. 2. XIII. 47. οὕτω γὰρ ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος. Posset quoque verti: sic enim mandatis instructus fuit (a Deo) nobis (erga nos) Dominus. Præteritum passivi ponitur pro activo; in quam rem multa exempla collegit Jens. in Lectt. Lucianeis p. 246 seq. Hebr. IX. 20. τοῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεὸς hic est sanguis fœderis, quod jam vobiscum pango jussu divino. Sed nec aliena est ab h. l. significatio *promittendi* (Psal. LXXI. 3.) aut *pangendi,* quam habet צִוָּה Ps. CV. 8. CXI. 9. quam posteriorem notionem mirifice confirmat lectio διέθετο, quam h. l. codex regius e glossemate habet. Hebr. XI. 22. καὶ περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο et de ossibus suis mandata dedit. Respondet Hebr. צִוָּה *præcepit, jussit,* in vers. Alex. Genes. II. 16. III. 11, 17. VI. 22. etc. Herodot. III. 14 et 36. Hesiod. Scut. Herc.

94. Hesych. ἐπετείλατο· παρήγγειλεν, διετάξατο, ἐσαφηνίσατο. 2) *permitto, concedo*, i. q. ἐπιτρέπω. Matth. XIX. 7. τί οὖν Μωσῆς ἐνετείλατο δοῦναι βιβλίον ἀποστασίου; cur vero Moses concessit uxorem, dato libello repudii, dimittere? coll. v. 8. ubi loco ἐνετείλατο ponitur ἐπέτρεψεν. Marc. X. 3. coll. v. 4.

'ΕΝΤΕΥ͂ΘΕΝ. Adverbium, motum e loco significans. 1) *hinc*, ab ἔνθα *hic, ibi*, adverbio loci. Opponitur τῷ ἐκεῖθεν *illinc, istinc*. Hesych. ἐκεῖθεν ἔνθεν, ἐκ τούτου. Matth. XVII. 20. μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ hinc illuc te dimoveas. Luc. IV. 9. XIII. 31. XVI. 26. Joh. II. 16. XIV. 31. XVIII. 36. νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν jam vero regnum meum non est hujus sæculi. Respondet in hac significatione Hebraico מִזֶּה in versione Alex. Gen. XXXVII. 17. XLII. 15. Jud. VI. 18. 2) *illinc*. Joh. XIX. 18. ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν *hinc atque illinc, utrimque, ex utraque parte*. Apoc. XXII. 2. καὶ τοῦ ποταμοῦ ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, ubi in quibusdam codicibus loco posterioris ἐντεῦθεν e glossemate ἐκεῖθεν legitur. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 847. Dan. XII. 5. εἱστήκεισαν εἰς ἐντεῦθεν τοῦ χείλους τοῦ ποταμοῦ καὶ εἰς ἐντεῦθεν τοῦ χείλους τοῦ ποταμοῦ. Num. XXII. 24. Ezech. XL. 34, 37. Eodem modo apud Demosthenem et Aristotelem sæpe ἔνθεν καὶ ἔνθεν reperitur. 3) ut Latinum *inde, exinde*, pro *ex hac ipsa causa, ob id ipsum, ex eo, ex hoc fonte*. Jacob. IV. 1. πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν κ. τ. λ. nonne fons omnium rixarum et contentionum, quibus vos distinemini, in vestris cupiditatibus latet? Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΝΤΕΥΞΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *aditus, accessus, quum alterum adimus et convenimus cujuscunque rei gratia, colloquium*, ab ἐντυγχάνω *adeo, convenio aliquem*. Ælian. V. H. IV. 20. περὶ τὴν πρώτην ἔντευξιν. 2 Macc. IV. 8. δι' ἐντεύξεως. Vulgatus bene: *adito rege*. Suid. et Lex. Cyrilli MS. Brem. ἔντευξις· ἐντυχία. Hesychius: ἀπάντησις. Jam quum adire et convenire aliquem sæpe soleamus, ut aliquid vel petamus vel deprecemur vel quocunque modo gratia et auctoritate contendamus, factum est, ut ἔντευξις partim in vita communi *intercessionem, qua cum altero colloquentes ei res amicorum nostrorum commendamus*, partim 2) *preces significaret, quæ pro aliis ad Deum funduntur, deprecationes ad mala ab aliis avertenda*. Sic legitur in N. T. 1 Tim. II. 2. δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας. Lexicon MS. ab Albertio ad Hesychium T. I. p. 1261. laudatum hæc habet: ἔντευξις· παράκλησις προσαγομένη Θεῷ περὶ σωτηρίας ἑτέρων. Theodoretus, Theophyl. Œcumen. et Hesych. interpretantur *preces injuriarum ultionem postulantes*. 3) *preces omnis generis*, speciatim: *gratiarum actio*, i. q. εὐχαριστία. 1 Tim. IV. 5. ἁγιάζεται γὰρ διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, h. e. per gratiarum actionem, coll. v. 4. μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον. Sæpius non legitur in N. T. Conf. infra sub ἐντυγχάνω, Wetstenii N. T. T. II. p. 322. ac Beckhaus Spec. Obss. Crit. Exeg. de vocabulis ἅπαξ λεγομένοις in 1 Ep. ad Timoth. (Lingæ 1810. 8.) p. 43 seq.

'ΕΝΤΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) proprie: *carus, magni pretii*, et dicitur de *rebus venalibus, quæ magno pretio venduntur*, cui opponitur εὔωνος *vilis, parvi pretii*, ab ἐν et τιμὴ *pretium*, quasi ὁ ἐν τιμῇ ὤν, nam ἐν in compositione sæpe idem valet, quod extra compositionem significat cum casu suo. Sic legitur in vers. Alex. Prov. XX. 18. σκεύη ἔντιμα vasa pretiosa, ubi in Hebraico est יָקָר et apud Demosthenem in Dionysodorum p. 1285. ed. Reisk. ἐπιεικῶς ἔντιμον κατέλιπον τὸν σῖτον. 2) metaphorice, ut Lat. *carus, qui in honore habetur et magni æstimatur, honoratus, æstimatus* vel *æstimandus*. Luc. VII. 2. ὃς ἦν αὐτῷ ἔντιμος qui erat ipsi admodum carus. Philipp. II. 29. καὶ τοὺς τοιούτους ἐντίμους ἔχετε talesque viros in honore habete. 1 Pet. II. 4 et 6. Christus dicitur λίθος ἔντιμος, quia apud Deum in magno pretio est, non sine respectu ad lapides præstantes, qui apud homines in magno sunt pretio. 1 Sam. XXVI. 21. ἔντιμος ἡ ψυχή μου ἐν ὀφθαλμοῖς σου. 3) *illustris, nobilis, generoso sanguine natus*. Luc. XIV. 8. μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ ne forte quis te honoratior sit ab eo invitatus. Sic apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 4. οἱ ἔντιμοι proceres dicuntur. Conf. Thom. M. Eclog. sub ἐπίτιμος, p. 358.

'ΕΝΤΟΛΗ', ῆς, ἡ, generatim *omne præceptum et mandatum a superiori datum* significat, *quod ad observationem alicujus rei adstringit*. Est enim verbale a perf. med. ἐντέτολα, verbi ἐντέλλομαι *præcipio, mando*. Speciatim vero ita dicitur 1) *præceptum divinum*. Matth. V. 19. XV. 3, 6. ubi ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ opponitur τῇ παραδόσει ἀνθρώπων. XXIII. 36, 38. Luc. I. 6. πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίου, etc. 2) *interdictum divinum*. Rom. VII. 8. διὰ τῆς ἐντολῆς per interdictum divinum. ibid. v. 12. ubi ἐντολὴ diserte distinguitur a νόμος, quod præcepta de officiis complectitur. 3) *αἱ ἐντολαὶ κατ' ἐξοχὴν decem præcepta a Deo per Mosen Judæis tradita*. Mat. XIX. 17. τήρησον τὰς ἐντολὰς observa decem præcepta, coll. v. 18 et 19. Marc. X. 19. τὰς ἐντολὰς οἶδας· μὴ μοιχεύσεις, etc. 4) mox de *universa lege Mosaica*, mox de *singulis doctrinæ Mosaicæ capitibus et præceptis* usurpatur. Hebr. VII. 16. ubi lex Mosis de eligendo summo sacerdote ἐντολὴ σαρκικὴ dicitur. ibid. v. 18. ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς abrogata itaque est lex Mosaica, quæ olim locum habebat. 5) *promissio divina*. Joh. X. 18. ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός μου hoc præmium virtutis meæ mihi est a Deo promissum. צִוָּה sæpe apud Hebræos *promittere* notat, v. c. Ps. XLIV. 4. CXXXIII. 3. 6) *doctrina alicujus fidei demandata*, et speciatim: *doctrina christiana*. Joh. XII. 50. ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ hanc, quam mihi annunciandam demandavit, doctrinam. 2 Petr. II. 21. ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς a tradita ipsis sanctissima doctrina christiana. ibid. III. 2. 7) *concessio, permissio*. Marc. X. 5. πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ob contumaciam vestram vobis non denegare voluit hanc veniam, coll. v. 4. Vid. supra ad ἐντέλλω. 8) *mandatum, edictum hominis, qui aliqua auctoritate et potestate pollet*. Sic Luc. XV. 29. de præceptis paternis, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον neque unquam violavi præcepta tua. Joh. XI. 57. δεδώκεισαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαῖοι ἐντολὴν promulgarat synedrium magnum edictum. Act. XVII. 15. λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν καὶ Τιμόθεον acceptis mandatis ad Silam et Timotheum. Tit. I. 14. ἐντολαῖς ἀνθρώπων traditionibus humanis. Phavor. ἐντολή· παραγγελία τις δεσποτική. Herodian. III. c. 5. s. 8. δίδωσι ἐντολάς.

'ΕΝΤΟ'ΝΩΣ. Adverbium, *acriter, magna contentione, intentis viribus, enixe*. (ab ἔντονος *intentus, acer, vehemens*.) Xenoph. Anab. VII. 5. 4. ὅτι ἐντόνως τοῖς στρατιώταις ἀπῄτει τὸν μισθόν. Idem Hist. Gr. c. 4. §

14. ἐντόνως ἔλεγον. Vid. infra sub εὐτόνως.

ἘΝΤΟ´ΠΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *qui est in loco aliquo, inquilinus, indigena, incola et civis alicujus loci et urbis*, ab ἐν et τόπος *locus*, quasi ὁ ἐν τόπῳ ὤν. Semel legitur in N. T. Act. XXI. 12. καὶ οἱ ἐντόπιοι. Vulgatus: *qui loci illius erant*, h. e. christiani, qui Cæsareæ vivebant. Sophocl. Œdip. Colon. 834. Porphyr. de Abstinent. I. 14. Pollux Onom. IX. 27. Eustathius in Il. β', p. 232, 53.

ἘΝΤΟ´Σ. Adverbium loci, *intus, intra* significans, descendens ab ἐν, regens genitivum. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXIII. 26. τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου καὶ παροψίδος, pro τὸ ἐντὸς ὂν μέρος τοῦ ποτηρίου κ. τ. λ. internam partem poculi et patinæ. Xen. Anab. VI. c. 5. § 5. ἐντὸς τῆς φάλαγγος intra spatium, in quo exercitus erat. Luc. XVII. 21. ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν nam regnum Dei jam inter vos est, h. e. est in animo vestro, coll. v. 20. οὐκ ἔρχεται μετὰ παρατηρήσεως. Ita ἐντὸς de *animo* legitur apud Demosthenem in Phormionem p. 913. ed. Reisk. οὐ μέντοι ἐντὸς ὢν cum secum non esset. Suid. ἐντός· οἱ λογισμοὶ καὶ ἐνθυμήσεις καὶ πάντα τὰ τῆς ψυχῆς κινήματα. Dan. X. 16. Alex. ἐντὸς posuerunt pro קֶרֶב Ps. CIII. 1. CIX. 22. Ies. XVI. 11. et pro תָּוֶךְ Cantic. III. 10.

ἘΝΤΡΕ´ΠΩ, futur. έψω, 1) proprie: *averto*, de *aversione rei locali*, ab ἐν et τρέπω *verto*. Hinc ἐντρέπομαι *fugio, redeo*, teste Phavorino, ἐντρεπομένους· ἐγκλίνοντας. Idem: ἐντρέπεσθαι λέγει Ὅμηρος τὸ ἐπιστρέφεσθαι. 2) metaphorice: *pudore afficio, pudorem injicio, facio, ut præ pudore aliquis faciem avertat*. Homines enim, quos pudet, solent plerumque oculos suos deorsum vertere, et totam faciem avertere ab iis, quorum aspectum non sustinent. 1 Cor. IV. 14. οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα non, ut vos pudore afficerem, hæcce scripsi. Pari modo Ælian. V. H. III. 17. εἰς τοσοῦτον ἐνέτρεψαν τὴν σύγκλητον βουλήν. Vid. ad h. l. notas Perizonii. Hinc passivum ἐντρέπομαι *erubesco, pudefio, pudore suffundor*, et ex adjuncto: *pudore victus ad silentium redigor, resipisco et in me ipsum descendo*. Sic 2 Thess. III. 14. καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ et nullam cum eo communionem habete, ut pudore victus resipiscat. Tit. II. 8. ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ ut adversarii religionis christianæ ad silentium redigantur: nam statim sequitur: μηδὲν ἔχων περὶ ἡμῶν λέγειν φαῦλον: nam *pudefieri* sæpe etiam in litteris sacris *is* dicitur, *qui non efficere potest, quod vult, cujus consilia irrita fiunt*, v. c. Ps. XXXIV. 4. αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. LXIX. 6. LXX. 2. 3) Medium ἐντρέπομαι est: *mihi ipsi pudorem injicio*, et, sequente accusativo personæ, *revereor aliquem, alicujus respectu commoveor, curo. rationem alicujus habeo*. Mat. XXI. 37. ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου reverenter certe tractabunt filium meum. Marc. XII. 6. Luc. XVIII. 2. τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος nec Dei reverentia nec hominum verecundia agebatur. ibid. v. 4. XX. 13. Hebr. XII. 9. ubi de reverentia in parentes adhibetur. Hesych. ἐντρέπεται· λόγον ἔχει. Respondet in vers. Alex. Hebr. הֵעָנוֹת Exod. X. 3. ἕως τίνος οὐ βούλει ἐντραπῆναί με, et in vers. Symmachi 1 Sam. XXV. 35. formulæ נָשָׂא פְּנֵי פְלוֹנִי, Nec desunt exempla hujus significationis in scriptoribus exteris. Polyb. Hist. IX. 30. Φίλιππον καὶ Μακεδόνας οὐκ ἐντρέπεσθε. Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 17. τοῦ δὲ καλοῦ καὶ τῶν φίλων μηδὲν ἐντρεπόμενος. Sophocl. Ajax Flagell. v. 90. τί βαιὸν οὕτως ἐντρέπῃ τῆς συμμάχου. — Hesych. ἐντρέπεται· μετατροπὴν λαμβάνει, ἐπιστρέφεται, κάμπτεται, λόγον ἔχει. — Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 467.

ἘΝΤΡΕ´ΦΩ, futur. έψω, *innutrio*, ab ἐν et τρέφω, *alo, nutrio*. Passivum ἐντρέφομαι *innutrior*, quod cum dativo rei constructum de *iis* dicitur, *qui primam ætatem consumserunt in studio alicujus rei, in addiscenda aut exercenda aliqua arte et disciplina*. Sic semel legitur in N. T. 1 Tim. IV. 6. ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως qui inde a puero præceptis religionis christianæ imbutus es. Euripid. Phœn. v. 381. γυμνάσιά θ', οἷσιν ἐνετράφην, κ. τ. λ. Maxim. Tyr. XVIII. 9. τοῖς αὐτοῖς παλαίσμασιν ἐντεθραμμένος. Eodem modo *innutriri* apud Latinos, v. c. Senecam in Consol. ad Polybium c. 21. extr. "liberalibus disciplinis, quibus non *innutritus* est tantum, sed innatus." Plin. Epp. IX. 33. "homines *innutritos* mari." Silium Italicum II. 286. Alia exempla ex utriusque linguæ scriptoribus collegit Suicerus in Thesaur. Eccles. T. I. pag. 1127. Wetstenius N. T. T. II. pag. 336. et D'Orville ad Chariton. I. c. 2. p. 220. ed. Lips.

ἜΝΤΡΟΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *tremefactus, tremore correptus, tremebundus*, ab ἐν et τρόμος *tremor*, quasi ὁ ἐν τρόμῳ ὤν, (Conf. Hoogeven. ad Viger. de Idiotismis Ling. Gr. p. m. 589.) i. q. ἔμφοβος. Ter legitur in N. T. Act. VII. 32. ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωσῆς tremefactus Moses. ibid. XVI. 29. Hebr. XII. 21. ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. Sic 1 Macc. XIII. 2. λαὸς ἔντρομος καὶ ἔμφοβος. Sapient. XVII. 9. In vers. Theodot. Hebr. מַרְעִיד *tremens*, Dan. X. 11. respondet. Adde Plutarch. T. I. p. 677. ed. Reisk.

ἘΝΤΡΟΠΗ´, ῆς, ἡ, 1) proprie: *aversio rei localis, conversio*, ab ἐντρέπω *averto*. Hesych. ἐντροπή· ἐπιστροφή. 2) metaphorice: *pudor, pudefactio, verecundia*, die Beschämung, *bashfulness*, a præt. med. ἐντέτροπα, verbi ἐντρέπομαι *pudefio, erubesco*. 1 Cor. VI. 5. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω ad pudorem vobis incutiendum hæc dico. Eadem sententia repetitur ibid. XV. 34. Ps. XXXIV. 26. ἐνδυσάσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπήν. ibid. LXVIII. 7, 19. LXX. 13. περιβαλλέσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπήν, Hebr. כְּלִמָּה. Phavor. ἐντροπή ἐστι λύπη κατὰ νοῦν ἐξ ἀποτυχίας τινὸς καταθυμίου συνισταμένη. ἢ ἡ ἐξ ἐλέγχου καὶ ἐπιτιμήσεως γενομένη αἰδώς.

ἘΝΤΡΥΦΑ´Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *luxuriose, splendide et molliter me gero et vivo, deliciis plane sum deditus, indulgeo genio*, ab ἐν, quod hic vim habet intendendi, et τρυφάω *in deliciis vivo, luxui sum deditus*, quod est a τρυφὴ *luxus, deliciæ*. Sic legitur apud Herodian. II. 3. s. 22. ταῖς τῆς τυραννίδος ἀκρίτοις καὶ ἀφειδέσι μεγαλοδωρεαῖς ἐντρυφᾷν tyrannidis infinitis et profusis largitionibus ad luxuriam abuti; ubi vid. Irmischius. Xenoph. Hist. Gr. IV. c. 1. § 13. Ex hac significatione illustrandus est locus 2 Petr. II. 13. ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀγάπαις αὐτῶν, seu ὑμῶν, recepta nempe hac lectione pro ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, ex auctoritate vers. Vulg. et Syriacæ, probantibus Erasmo, Luthero, Grotio, Albertio, rel. ob locum parallelum Jud. v. 12. ut pro varia vocis ἀγάπαι significatione, quæ æque commode de *conviviis illis sacris primitivæ ecclesiæ christianæ, quæ ad alendum amorem mutuum et recolendam mortis Christi memoriam instituta erant*, ac de *eleemosynis* explicari possit, vel sensus sit: *in agapis vestris luxuriose vivunt et genio suo indulgent*, vel: *eleemosynis vestris ad*

vitam mollem et luxuriosam abutuntur. 2) *oblecto me, voluptatem capio ex aliqua re cum aliorum contumelia et injuriis*, unde interdum etiam *insultare, illudere, superbia elatum contumelia aliquem afficere* notat, quam significationem multis confirmare conatus est Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 416. et Irmisch. ad Herodian. III. 5. 4. *ἤκουεν αὐτὸν βασιλικώτερον ἐντρυφῶντα τῷ Καίσαρος ὀνόματι* eum nimis regie sibi favere in Cæsaris nomine. Hanc vero significationem postulat lectio altera vulgaris in loco Petri supra laudato, *ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν*, pro qua stat major codicum optimæ notæ numerus, et Wetstenii, Bengelii et Griesbachii auctoritas, e qua vero hic sensus enascitur: *oblectantes se in fraudibus suis et dolis, quibus utuntur ad alios decipiendos et pecunia emungendos.* Eo vero minus huic interpretationi subscribere dubito, quo minus hæc significatio apud Alexandrinos infrequens est. Conf. Ies. LV. 2. LVII. 4. *ἐν τίνι ἐνετρυφήσατε;* quanam re vos oblectastis? Habac. I. 10. *καὶ αὐτὸς ἐν βασιλεῦσιν ἐντρυφήσει.* — Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 706.

'ΕΝΤΥΓΧΑ'ΝΩ, fut. *ἐντεύξομαι*, aor. 2. *ἐνέτυχον*, 1) proprie: *adeo, convenio aliquem quacunque de causa, occurro alicui, incido in aliquem.* Polyb. Hist. IV. c. 76. extr. *ἐντυχόντων δὲ αὐτῶν τῷ βασιλεῖ περὶ τούτων.* Theophr. Char. I. 2. Sapient. VIII. 21. *ἐνέτυχον τῷ Κυρίῳ καὶ ἐδεήθην αὐτῷ.* ibid. XVI. 28. Hesych. *ἐντυγχάνει· προσέρχεται.* Sic legitur in N. T. Act. XXV. 24. *περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι* cujus causa omnes Judæi adierunt me, vel precibus, vel Paulum accusaturi. 2) *precibus aliquem adeo.* Hinc formula *ἐντυγχάνειν ὑπὲρ τινὸς*, vel sensu forensi *causam alicujus agere et commendare* significat, vel simpliciter *intercedere pro aliquo, pro commodo alicujus facere aliquid, adjuvare, opem ferre*, i. q. uno verbo *ὑπερεντυγχάνω* dicitur. Rom. VIII. 27. *ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων*, coll. v. 26. nam Spiritus S. adjuvat christianos, preces facientes, eosque docet, quomodo voluntati divinæ convenienter precandum sit. ibid. v. 34. et Hebr. VII. 25. Christus dicitur *ἐντυγχάνειν ὑπὲρ ἀνθρώπων*, qua formula *vim perpetuam et æternam meritorum Christi, quam nobis beatiore sede exceptus conservat*, indicari, nullus dubito. Conf. cap. V. 9. Nam desumta videtur hæc formula a sacerdote Judæorum, sacrificium piaculare in magnis annuis sacris Deo publico nomine offerente et ita pro populo apud Deum intercedente. In priore loco est: *ὃς καὶ ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν* qui jam sedet ad dextram Dei et mortis suæ virtutem nobis conservat. In posteriore vero loco leguntur hæc verba: *πάντοτε ζῶν εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν* nam vivit in æternum, ut semper sit et maneat causa salutis eorum. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 61. et Mori Diss. Theol. Philol. Vol. I. p. 298. 3) si præpositio *κατὰ* additur, significat: *accuso aliquem, verba facio contra aliquem, defero apud judicem.* Rom. XI. 2. *ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ* accusat apud Deum Israëlitas. 1 Macc. VIII. 32. *ἐὰν οὖν ἔτι ἐντύχωσι κατὰ σοῦ.* 1 Macc. X. 61, 63. XI. 25. Interdum in libris apocryphis V. T. *ἐντυγχάνειν* absolute positum *criminari, accusare* significat, v. c. 1 Macc. X. 64. ubi *οἱ ἐντυγχάνοντες* adversarii, qui eum criminati erant, vocantur.

'ΕΝΤΥΛΙ'ΣΣΩ, vel 'ΕΝΤΥΛΙ'ΤΤΩ, fut. *ίξω*, 1) *involvo* et speciatim de cadaveribus dicitur, quæ linteis involvuntur, ab *ἐν* et *τυλίττω*, quod idem significat. Matth. XXVII. 59. *ἐνετύλιξεν* (codex unus habet *ἐνείλησεν*. Hesych. *ἐνετύλιξεν· ἐνείλισσεν.*) *αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ* et involvit illud sindone munda. Idem legitur Luc. XXIII. 53. Judæos de eadem re voce כָּרַךְ (qua et Syrus in utroque loco usus est) usos esse, docuit Buxtorfius in Lex. Talmud. p. 1089. 2) *convolvo, in modum culcitræ seu straguli convolvo*, a *τύλη culcitra*, i. q. *συντυλίσσω.* Joh. XX. 7. *ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον εἰς ἕνα τόπον* sed seorsim in aliquo loco convolutum. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΝΤΥΠΟ'Ω, ῶ, fut. *ώσω*, *inprimo figuram, incido, insculpo, formam et effigiem exprimo*, ab *ἐν* et *τύπος figura, imago.* Semel legitur in N. T. 2 Cor. III. 7. *ἐντετυπωμένος ἐν λίθοις* lex insculpta in tabulis lapideis. Plutarch. T. VIII. p. 672. Reisk. Aristot. de Mundo 6. Eustathius ad Il. ω', 63. Hesych. *ἐντυπούμενον· ἐγγραφόμενον.*

'ΕΝΥΒΡΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, *contumelia afficio, probra in aliquem jacto, contumeliose aliquem tracto*, ab *ἐν* et *ὑβρίζω*, quod idem significat. Semel legitur in N. T. Hebr. X. 29. *τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας* beneficium divinum contumeliose repudians. Apud exteros scriptores *ἐνυβρίζειν* cum dativo construitur, quem postulat præpositio *ἐν*, v. c. Ælian. V. H. IX. 8. *καὶ ἀνέδην αὐταῖς ἐνύβριζον πάντες.* Reperitur tamen quoque cum accusativo apud Josephum A. J. V. 8. 12. et ibid. I. 1. 4. cum præpositione *εἰς* construitur.

'ΕΝΥΠΝΙΑ'ΖΩ, fut. *άσω*, et 'ΕΝΥΠΝΙΑ'ΖΟΜΑΙ, 1) proprie: *somnio*, ab *ἐνύπνιον somnium.* Alexandrini pro חָלַם Genes. XXXVII. 6, 9, 10. Aristoteles H. A. IV. 10. Sæpius vero de *iis* dicitur, *qui oraculo divino per somnium de re aliqua admonentur.* Act. II. 17. *καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται* et seniores vestri somnia habebunt, coll. Joel. III. 1. חֲלֹמוֹת יַחֲלֹמוּן. Jud VII. 13. Alexandr. *ἐνυπνιασάμην ἐνύπνιον*, Hebr. חֲלוֹם חָלַמְתִּי. 2) *stulta imaginor*, ut ii, qui somniant, *somnia mihi fingo.* Sic legitur Jud. v. 8. ubi *οἱ ἐνυπνιαζόμενοι* dicuntur falsi doctores, qui mera somnia, vanas scilicet opiniones et errores sectabantur: qui etiam a Jer. XXIII. 27. coll. v. 26. חֲלֹמוֹת vocantur; (Adde XXIX. 8.) quos etiam nos in lingua vernacula träumer, *a dreamer, a visionary*, appellare solemus. Eodem modo Latini vocem *somniare* etiam de iis adhibent, qui vigilantes somniant, v. c. Cicero de Divin. II. 71. "Nihil tam præpostere, tam incondite, tam monstruose cogitari potest, quod non possimus *somniare*." Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΝΥ'ΠΝΙΟΝ, ου, τὸ, 1) *somnium, visum, quod in somnis, seu per quietem dormienti se offert*, ὅραμα τὸ ἐν ὕπνῳ. Recte monuit Schwarzius in Commentariis Ling. Gr. p. 493. *ἐνύπνιον* non substantivum esse, sed nomen adjectivum neutrum elliptice positum, pro *ἐνύπνιον εἶδος*, ut adeo *ἐνύπνιον* proprie *omne* dicatur, *quod per quietem homini contingere solet.* In qua opinione me etiam confirmavit auctoritas Phavorini: *Ἐνύπνιον· ἐφ' ὅσον τις ὑπνοῖ.* — Id. *τὸ ἐνύπνιον· ἐνίοτε μὲν ἐπιῤῥηματικῶς λέγεται, καὶ λαμβάνεται ἀντὶ τοῦ κατὰ τοὺς ὕπνους.* (Homer. Il. β', v. 56. *θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.*) *ἐνίοτε δὲ ὄνομά ἐστι καὶ δηλοῖ τὴν ὄψιν τὴν ἐν ταῖς ὕπνοις φαινομένην, ἤτοι τὸν ὄνειρον.* (Xenoph. Sympos. IV. 49.) 2) speciatim: *revelatio divina, quæ fit per somnium*, quæ etiam Hebr. חֲלוֹם vocatur 1 Sam. XXVIII. 6, 15. Sic semel legitur in N. T. Act. II. 17. *καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐνύπνια ἐνυπ-*

πνησθήσονται et senioribus revelatio divina per somnia continget. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐνύπνιον, insomnium, somnium, visio.

'ΕΝΩ'ΠΙΟΝ. Proprie, ut recte monuit L. Bos. Ellips. Gr. p. m. 443. non est adverbium, sed nomen accusativi casus, qui pendet ab omissa præpositione κατά. Significat autem ἐνώπιον et ἐνωπὴ conspectum, (Homer. Iliad. ω'. v. 435.) unde ἐνώπιον elliptice pro κατ' ἐνώπιον (scribitur etiam contracte κατενώπιον) adverbialiter ponitur cum genitivo et significat 1) coram, in conspectu, Hebr. לִפְנֵי ab ἐν et ὤψ vultus, q. d. ἐν ὠπί. Luc. V. 18. καὶ θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ. ibid. v. 25. VIII. 47. ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ. ibid. XXIII. 14. ἐγὼ ἐνώπιον ὑμῶν ἀνακρίνας, etc. 2) apud. Luc. XII. 6. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ et nullum eorum est in oblivione apud Deum. ib. XV. 15. Act. X. 31. αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. 1 Petr. III. 4. Apoc. XII. 10. XVI. 19. 3) ante, de tempore. Luc. I. 17. de Johanne baptista, nuntio adventus Messiæ, καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ, coll. Matth. XI. 10. et Joh. I. 15. — de loco. Apoc. IV. 5, 6. ἐνώπιον τοῦ θρόνου. ibid. XII. 4. Eodem modo לִפְנֵי sumitur Esther. II. 11. Ies. XXXVI. 7. שְׁנָתַיִם לִפְנֵי הַמִּזְבֵּחַ Amos. I. 1. לִפְנֵי הָרַעַשׁ Zach. VIII. 10. 4) ad. Act. IX. 15. τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον τῶν ἐθνῶν ut perferas doctrinam meam ad gentes extraneas. Apoc. VIII. 4. ἀνέβη ὁ καπνὸς ἐνώπιον Θεοῦ fumus ascendit ad Deum; ad imitationem Hebraici לִפְנֵי Exod. XXXIV. 34. Jos. IV. 5. עִבְרוּ לִפְנֵי אֲרוֹן. 5) contra, i. q. ἐναντι. Luc. XV. 18 et 21. ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου contra Deum et te peccavi. Similis locus est 1 Sam. XX. 1. וּמֶה־חַטָּאתִי לִפְנֵי אָבִיךָ. Num. XVI. 2. 6) superfluum est et explet dativum. Luc. XXIV. 11. καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος illis visa sunt hæc deliramenta. Act. VI. 5. Rom. XII. 17. Hebr. IV. 13. XIII. 21. etc. Esther. V. 14. וַיִּיטַב הַדָּבָר לִפְנֵי הָמָן. 2 Sam. XVI. 19. Conf. Vorstii Philol. S. p. 649. ed. Fischeri. 7) Restat formula: ἐνώπιον Κυρίου, seu Θεοῦ, Hebraice לִפְנֵי יְהוָה quæ duplici modo, si recte memini, in libris N. T. usurpatur. Significat α) judice Deo, et fere ita ponitur, ut indicetur, aliquid revera et manifeste tale esse, quale esse dicitur, i. q. ὄντως et φανερῶς, quia Deus rerum intima visu suo penetrat nec ejus judicium ullo modo falli potest. Luc. I. 6. ἦσαν δίκαιοι ἀμφότεροι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, h. e. vere probi et integri erant ipso Deo judice. aut, ut etiam verti potest: convenienter præceptis divinis. Sic certe legitur hæc formula apud Inc. Int. 1 Reg. II. 3. ubi in textu Hebr. נֶדֶרֶךְ אֱלֹהִים reperitur. Act. IV. 19. εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. ibid. VIII. 21. Apoc. III. 2. Genes. VII. 1. 1 Sam. II. 17. Uberius de hoc idiotismo ling. Hebr. exposuit Vorstius Philol. Sac. c. XVII. p. 398. edit. rec. β) Deum testor, per Dei fidem, ut sit formula jurandi, i. q. μάρτυς μου ἐστὶν ὁ Θεὸς Rom. I. 9. seu μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι, et similis illi Græcæ νὴ τὸν Θεόν. 2 Cor. I. 23. Galat. I. 20. ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι.

'ΕΝΩ'Σ, ὁ, Enos. Nomen viri ἄκλιτον, vel ex lingua Hebraica explicandum, in qua אֱנוֹשׁ infirmum, miserum etiam hominem significat, ab אָנַשׁ æger, infirmus, afflictus fuit, vel ex lingua Arabica, in qua أَنِسَ societatem inire notat, ut adeo Enos ita nominatus sit, quod tempore, quo natus esset, societates publicæ primum institui cœpissent. Fuit autem filius Sethi natu maximus. Genes. IV. 27. Luc. III. 38.

'ΕΝΩΤΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, auribus percipio, audio, ab ἐν et οὖς, ὠτὸς, τὸ, auris. Verbum medium, quod ingenium interpretum Græcorum finxisse videtur ad imitationem Hebraici הֶאֱזִין (cui in vers. Alex. haud raro respondet, Genes. IV. 23. Ies. I. 2. Job. XXXIII. 1. Hos. V. 1.) ab אֹזֶן auris, adeoque dialecto Alexandrinæ et Macedonicæ proprium est, nec ullius antiqui scriptoris auctoritate se tueri potest, quanquam scriptores recentiorum temporum, v. c. Gregorium Nazianzenum, Cinnamum, Zonaram et alios, usu hujus verbi delectatos esse constat. Sapient. VI. 2. In N. T. semel legitur Act. II. 14. ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου auribus percipite mea dicta. Hesych. ἐνωτίζου· ἐν τοῖς ὠτίοις δέχου. Copiose de hac voce post Vorstium in Philol. Sacr. c. I. p. 10 seq. egit Fischerus in Prol. XXXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 7 seq.

'ΕΝΩ'Χ, ὁ, Enochus. Nomen viri ἄκλιτον, Hebr. חֲנוֹךְ i. q. initiatus, devotus, a radice חָנַךְ initiavit, dedicavit. Alb. Gloss. Gr. p. 36. Ἐνώχ· ἐγκαινισμός. Fuit filius Jaredi, septimus ab Adamo scilicet in patriarcharum linea, qui ob præcipuam vitæ integritatem vivus in cœlum translatus, h. e. præmatura et insolita morte abreptus esse legitur Gen. V. 8 seq. Luc. III. 37. Hebr. XI. 5. De ejus vaticinio, quod Jud. v. 14. de adventu Domini ad judicium reperitur, post Suicerum in Thesaur. Eccles. T. I. p. 1131. bene exposuit C. F. Schmid. in Observatt. Criticis super Epistola Catholica Judæ p. 59 seq.

'ΕΞ, e, ex. Præpositio regens genitivum ejusdem significationis est cum ἐκ, a quo differt solum, quod ponatur sequente vocali vel diphthongo, cum ἐκ legatur sequente consona. Vid. ἐκ.

"ΕΞ, οἱ, αἱ, τὰ, sex. Nomen numerale indeclinabile. Matth. XVII. 1. μεθ' ἡμέρας ἕξ. Joh. XII. 1. Apoc. XIII. 18. ἑξακόσιοι ἑξήκοντα ἕξ sexcenta sexaginta sex.

'ΕΞΑΓΓΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, 1) proprie: nuntio, annuntio, in notitiam aliorum perduco, ab ἐξ et ἀγγέλλω nuntio. Sic v. c. de iis, qui per nuntios vel litteras alteri aliquid produnt, usus est hac voce Demosthenes Philip. I. p. 45. ed. Reisk. εἰσὶν οἱ πάντ' ἐξαγγέλλοντες ἐκείνῳ παρ' ἡμῶν. Hinc substantivum ἐξάγγελος, teste Hesychio, est ἄγγελος, ὁ τὰ ἔσω γεγονότα τοῖς ἔξω ἀγγέλλων. Conf. Schol. ad Eurip. Hippolyt. v. 776. Wasse ad Thucyd. VIII. 51. et Lexic. Xenophont. s. h. v. 2) ex adjuncto: laudo, celebro, prædico, i. q. διαγγέλλω. Sic semel legitur in N. T. 1 Pet. II. 9. ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε ut laudes et virtutes Dei (summam scilicet ejus benignitatem, sapientiam et potentiam,) annuntiando celebretis et laudibus efferatis. In versione Alex. respondet Hebraico סִפֵּר, quod eodem sensu ponitur Psal. IX. 15. LXXI. 15. LXXIII. 28.

'ΕΞΑΓΟΡΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: redimo, h. e. rem, quæ alterius facta erat, dato pretio recupero et mihi vindico, et est verbum proprium de iis, qui aliquem, pretio dato, e servitute redimunt, ab ἐξ et ἀγοράζω emo. Ita in N. T. non legitur.

2) metaphorice: *libero et immunem reddo.* Sic Christo tribuitur Galat. III. 13. Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, h. e. ut bene Koppius exposuit, Christo debemus, quod non amplius metuendæ nobis sunt legum Mosaicarum comminationes, seu, Christus morte sua cruenta in cruce effecit, ut non amplius obstricti teneamur legi Mosaicæ, quæ pœnas comminatur. ibid. IV. 5. ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ ut Judæos in libertatem christianam vindicaret. 3) *toto animo rei alicui deditus sum, sollicite aliquid et caute observo,* prouti facere solent mercatores. Ephes. V. 16. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι, h. e. ex mea sententia: quærite opportunitatem sancte vivendi et alios emendandi, hoc enim, quo vivimus, tempore multa sunt virtutis impedimenta. Alii reddunt: *dilatione aut alia arte eripere vos periculo imminenti studete, nam tempora sunt admodum calamitosa,* ex loco Daniel. II. 8. ὅτι καιρὸν ὑμεῖς ἐξαγοράζετε, ad quem locum scholion vetus in edit. Bosiana habet: τουτέστιν ὑπερθέσιν θηρᾶσθε, διασκεδάσαι τῇ ἀναβολῇ τοῦ καιροῦ σκοποῦντες τὸ παρ' ὑμῶν ζητούμενον. Alii aliter. Conf. Dresigium de Verbis Mediis N. T. p. 267 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 255. Coloss. IV. 5. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν quærite opportunitatem et ea diligenter utimini. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΞΑ'ΓΩ, *educo,* (adjuncta interdum notione *celeritatis,* v. c. apud LXX Genes. XLI. 14. ἐξήγαγον, ubi Schol. δρομῇ ἤγαγον.) *emitto, discedere jubeo.* Marc. VIII. 23. ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔξω τῆς κώμης. ibid. XV. 20. καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν, ἵνα σταυρώσωσιν αὐτὸν et eum ad supplicium Christi eduxerunt. ubi ἐξάγειν notionem *violentiæ* adjunctam habere videtur, ut 2 Paral. XXIII. 14. ubi cum ἐκβάλλειν permutatur. Luc. XXIV. 50. Joh. X. 3. Act. V. 19. ἐξαγαγὼν αὐτοὺς εἶπεν eos emisit, seu discedere jussit his dictis. ibid. VII. 36, 40. de eductione Israëlitarum ex Ægypto. ibid. XII. 17. πῶς ὁ Κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς quomodo Deus eum e captivitate liberaverit. ibid. XIII. 17. XVI. 37, 39. ubi emphatice ponitur pro *honeste et palam educere aliquem.* ib. XXI. 38. Hebr. VIII. 9. Sæpius non legitur in N. T. Æque late patet hæc vox apud exteros scriptores. Sic v. c. de exportandis mercibus dicitur apud Xenoph. de Repub. Athen. II. 3. pro *discedere jubere* apud Demosthenem p. 1090. ed. Reisk. ibid. p. 389. ἐξήγαγον αὐτοὺς ἄκοντας. Hesych. ἐξάγων ἐκβαλὼν, προφέρων.

'ΕΞΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et 'ΕΞΑΙΡΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) proprie: *eximo, eruo, aufero, extraho.* Matth. V. 29. ἔξελε αὐτὸν, sc. ὀφθαλμὸν, evelle s. erue oculum; ubi vid. Wetstenius. ibid. XVIII. 9. Respondet formulæ Hebraicæ נָקַר עַיִן 1 Sam. XI. 2. quam Alexandrini per ἐξορύξαι ὀφθαλμὸν expresserunt. 2) *eligo, separo,* ab ἐξ et αἱρέω *capio, eligo.* Act. XXVI. 17. ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν selegi te e Judæis et gentilibus. Ne quis hanc significationem, plerisque Lexicographis non observatam, temere in dubium vocet, addo loca Job. XXXVI. 21. Ies. XLVIII. 10. XLIX. 7. ubi τῷ בָּחַר in versione Alex. respondet. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 16 et 17. Hinc ἐξαίρετος exemtus numero, v. c. prædæ, militibus, etc. v. c. Xenoph. Cyrop. II. 2. 15. Homer. Iliad. β', 227. 3) *libero ab aliquo malo et periculo, eruo et eripio aliquem magna vi e periculo et malo, cui se expediendo impar est.* Act. VII. 10. καὶ ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων. ibid. v. 34. XII. 11. καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς 'Ηρώδου et liberavit me ex potestate Herodis. ibid. XXIII. 27. Galat. I. 4. Sæpius non legitur in N. T. Alciphron I. Ep. 9. ἐκ τῆς πικρᾶς τῶν ἀγορανόμων ἐξελοῦνται ἡμᾶς χειρός. Demosthen. p. 256. 2. ed. Reisk. ἐξείλετο ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων. Polyb. XV. 22. Eadem significatione satis constat in vers. Alex. frequentissime occurrere, v. c. pro הִצִּיל Exod. III. 8. Jos. II. 13. חִלֵּץ Psalm. L. 15. XCI. 15. פִּלֵּט 2 Sam. XXII. 2. Psalm. XXXVII. 40. denique pro נִמְלַט 1 Reg. I. 12. Cohel. VII. 26. Phavorin. ἐξαιρεῖσθαι· τὸ ἐλευθεροῦν.

'ΕΞΑΙ'ΡΩ, fut. αρῶ, 1) *tollo e medio, aufero, removeo.* (ab ἐξ et αἴρω *tollo.*) 2) *excommunico, e cœtu excludo, ejicio ex ecclesia.* 1 Cor. V. 2. ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας ut e cœtu christianorum excludatur, qui hoc crimen commisit. ibid. v. 13. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Deut. XVII. 7, 12. XXII. 21. Hesych. ἐξᾶρον· ἆρον, ἐξάλειψον. Lectu digna de hac voce habet Bielius in Thesauro Philol. s. h. v.

'ΕΞΑΙΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et Medium 'ΕΞΑΙΤΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, *expeto, exposco, deposco, ut aliquis mihi dedatur,* in utramque partem, vel in *malam, ad supplicium, ad quæstionem, aut ad certamen;* (Sic legitur apud Demosthenem de Corona c. 13. et Josephum A. J. II. 5. § 3. Alia loca, hunc significatum confirmantia, collegit Irmisch. ad Herodian. I. 12. 12. p. 503 seq.) vel in *bonam partem* adhibetur, *rogo, ut aliquis mihi condonetur aut mea causa absolvatur, precibus et gratia veniam et salutem alicujus impetro.* Xenoph. Anab. I. 1. 3. Demosthen. p. 546. 21. ed. Reisk. Interdum etiam ἐξαιτοῦμαι passive dicitur apud Græcos, v. c. Exc. Polyb. p. 106. ed. Ern. ubi *ad deditionem postulari* significat. Semel legitur in N. T. Luc. XXII. 31. ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς Satanas postulavit vos sibi dedi, h. e. hoc in votis habet, ut vos in potestatem suam redigat. Nullo enim modo locus laud. proprie accipi potest, sed metaphorice, ut vehementem appetitum et animi desiderium significet. Suidas in v. ὅτι, fortasse ex Demosthene: ξένους τινὰς αἰχμαλώτους — — ἐξῃτήσατο παρὰ Φιλίππου. — Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 805.

'ΕΞΑΙ'ΦΝΗΣ. Adverbium temporis, pro quo dorice vel poëtice ἐξαπίνης, etiam ἐξάπινα ponitur, significans: *subito, repente, ex improviso,* ab ἐξ et αἶφνης *subito,* quod ex ἄφνω per syncopen pro ἀφανῶς, abjecto ς et elisa littera α, ab φαίνω *in lucem profero, ostendo.* Legitur in N. T. Marc. XIII. 36. Luc. II. 13. IX. 39. Act. IX. 3. XXII. 6. In versione Alex. respondet Hebr. פִּתְאֹם Prov. VI. 15. XXIV. 22. et פֶּתַע Prov. XXIX. 1. Habac. II. 7. Legitur etiam apud Xenoph. de Re Equestri VII. 4. VIII. 7. 11. Hesychius et ex eo Phavor. ἐξαίφνης· ἐξαπίνης.

'ΕΞΑΚΟΛΟΥΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *sequor,* in significatione tam propria, quam metaphorica, *sector, adhæreo, imitor, studiosus sum,* ab ἐξ et ἀκολουθέω *sequor.* Ter tantum legitur in N. T. 2 Petr. I. 16. οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες non usus sum fabulis artificiose excogitatis. ibid. II. 2. καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀσελγείαις et multi imitabuntur lascivam eorum vivendi rationem. ibid. v. 15. ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ imitantur Bileami mores. Sirac.

V. 2. μὴ ἐξακολούθει τῇ ψυχῇ σου. Iesaias LVI. 11. πάντες ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν ἐξηκολούθησαν. Polyb. XVII. 10. 7. ῥᾳδίως ἐξακολουθήσοντα τοῖς ἐκεῖ φίλοις.

'ΕΞΑΚΟ'ΣΙΟΙ, αι, α, *sexcenti*, ab ἕξ *sex* et κόσιοι, quod est finis numeri post centum usque ad mille. Hebr. שֵׁשׁ מֵאוֹת Genes. VII. 6. Bis legitur in N. T. Apoc. XIII. 18. XIV. 20.

'ΕΞΑΛΕΙ'ΦΩ, fut. είψω, 1) proprie: *unguentum abstergo, deungo*, ab ἐξ et ἀλείφω *ungo*. 2) deinde omnino *abstergo, linendo deleo, penitus deleo, ut nulla amplius vestigia supersint, removeo, quocunque modo hoc fiat*. Polyb. Exc. Legat. 98. T. II. p. 739. ed. Ern. Hinc in N. T. ut Hebraicum מָחָה tripliciter usurpatur: α) de *remissione et condonatione peccatorum*. Act. III. 19. εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας ut deleantur, h. e. remittantur vestra peccata. Metaphora est desumta a creditore, qui debitorum nomina in suis adversariis consignat, sortem cum usuris annotat, et ubi solverunt, litura inducta nomina expungit. Forte quoque huc referri potest locus Platonis in Theæt. p. 187. A. ubi πάντα τὰ πρόσθεν ἐξαλείφειν notat, *memoriam omnium ante dictorum obliterare*. Sæpe autem Deus peccata, quæ remittit, oblivioni dare dicitur in SS. Eandem significationem habet Hebr. מָחָה cui ἐξαλείφειν in vers. Alex. respondet Ies. XLIII. 25. אָנֹכִי מֹחֶה פְשָׁעֶיךָ Ps. L. 10. Jer. XVIII. 23. et ἀπαλείφω, 3 Macc. II. 17. ἀπάλειψον τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, coll. Ies. XLIV. 22. Vide Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. p. 207. β) de *obliteratione*, seu *extinctione literarum in tabulis, quæ cera sunt obductæ*. Apoc. III. 5. καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς et non expungam nomen, litura inducta, e libro vitæ, h. e. per litotita: inseram illud libro vitæ et in illo perpetuo legetur. Confer Hemsterhus. ad Pollucis Onom. VIII. Sect. 55. Exod. XXXII. 31. ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου. Deuter. IX. 14. Athenæus IX. p. 403. F. Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 20. Joseph. A. J. XVII. 5. 2. καὶ τὸν υἱὸν ἐξήλειψεν τῶν διαθηκῶν. Athen. IX. p. 403. F. γ) de *abrogatione legis*. Coloss. II. 14. ἐξαλείψας τὸ χειρόγραφον abrogans legem scriptam Mosaicam. Demosthenes p. 468. ed. Reisk. ὑμεῖς δ' ἔτι σκοπεῖσθε, εἰ χρὴ τοῦτον (sc. τὸν νόμον) ἐξαλεῖψαι. δ) ἐξαλείφειν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν abstergere lacrymas ab oculis, Apoc. VII. 17. et XXI. 4. est: removere causas lacrymarum et mœroris, calamitates, afflictiones et dolores. Cf. Symmachi reliquias Ies. XXV. 8. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΞΑ'ΛΛΟΜΑΙ, *exsilio, subsilio*, ab ἐξ et ἅλλομαι *salio*. Semel legitur in N. T. Act. III. 8. καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη καὶ περιεπάτει et exsiliens stabat et ambulabat. Hesych. ἐξαλοῦνται· ἐκπηδήσουσι. Respondet Hebr. רָקַד Joël. II. 5. Adde Habac. I. 8. et 1 Macc. XIII. 44. Xenoph. Cyrop. VII. 1. 14. Anab. VII. 3. 16.

'ΕΞΑΝΑ'ΣΤΑΣΙΣ, εως, ἡ, *resuscitatio, resurrectio*, i. q. simplex ἀνάστασις, quemadmodum etiam ἐξαμαρτάνειν apud Demosthenem aliquoties, v. c. p. 259. ed. Reisk. pro simplici ἁμαρτάνειν ponitur. Semel legitur in N. T. Philipp. III. 11. εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν ut consequar aliquando beatam e mortuis resurrectionem; ex ἀνίστημι, quod vide. Polyb. III. 55. 4.

'ΕΞΑΝΑΤΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, 1) proprie est lucis, speciatim solis, lunæ et stellarum, *exorior, apparere incipio*, ab ἐκ, ἀνὰ et τέλλω *orior*. 2) quando de plantis aliisque hujusmodi usurpatur: *enascor, succresco, provenio*. Matth. XIII. 5. εὐθέως ἐξανέτειλε mox succreverunt. Marc. IV. 5. coll. Luc. VIII. 6. ubi φύεσθαι legitur. Sæpius non legitur in N. T. Genes. II. 9. Psal. CXII. 4. Hesych. ἀνέτειλεν, ἀνεβλάστησεν.

'ΕΞΑΝΙ'ΣΤΗΜΙ, fut. ἐξαναστήσω, 1) *surgere facio*, seu *jubeo*. 'Εξανίσταμαι *surgo*, ab ἐξ et ἀνίστημι, quod vide. Demosthenes p. 1259. 3. edit. Reisk. οὓς ἐξαναστήσας ὁ Κτησίας. Ælian. V. H. XIV. 40. ἐξανίστη τοῦ θεάτρου. 2) *excito, procreo*. Marc. XII. 19. Luc. XX. 28. καὶ ἐξαναστήσῃ σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ et fratri suo sobolem procreet. coll. Matth. XXII. 14. Sic fere est Gen. XIX. 32, 34. coll. XXXVIII. 8. et Jer. XXIII. 5. 3) ἐξανίσταμαι *prodeo, procedo*, nostrum: öffentlich auftreten, *to advance openly*. Act. XV. 5. ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν Φαρισαίων palam declarabant sententiam christiani, Pharisæorum sectæ quondam addicti. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΞΑΠΑΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *a recta via abduco, seduco*, quasi ἀπὸ τοῦ πάτου ἀπάγω. 2) metaphorice: *decipio, fallo, a virtutis et veritatis tramite aberrare facio, ad peccatum sollicito, in errores induco*. Rom. VII. 11. ἡ γὰρ ἁμαρτία ἐξηπάτησέ με vitiositas me ad peccatum sollicitavit. ibid. XVI. 18. ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. 1 Cor. III. 18. μηδεὶς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω ne alite vanas opiniones. 2 Corinth. XI. 3. 2 Thess. II. 3. Sæpius non legitur in N. T. Hist. Susann. v. 56. τὸ κάλλος ἐξηπάτησέ σε. Xenoph. Cyrop. V. 4. 10. Conf. Lexicon Xenophonteum s. h. v. Hesych. ἐξαπατᾷ· χλευάζει, δελεάζει, φενακίζει. Idem: ἐξηπάτησεν· ἐξεπλάνησεν.

'ΕΞΑ'ΠΙΝΑ. Adverbium omissum et neglectum a Stephano in Thesauro Ling. Gr. et aliis Lexicographis, idem significans, quod ἐξαπίνης (quod legitur apud Theocrit. Idyll. IX. 34. Conf. Schol. Aristoph. ad Plut. 336. Hesych. ἐξαπίνης, αἰφνιδίως, ἐξαίφνης.) et ἐξαπιναίως (apud Thucyd. I. c. 117.) *subito, repente, præter omnem exspectationem*. Thom. M. ἐξαπιναίως· Θουκυδίδης, Φίλων καί τινες ἄλλοι· οἱ δὲ ῥητορικοί, ἐξαπίνης· τὸ δὲ ἐξάπινα, οὐχ Ἑλληνικὸν ὅλως. Occurrit tamen aliquoties non solum in vers. Alex. v. c. pro Hebr. פִּתְאֹם Ps. LXIV. 5. Jos. VII. 11. בְּפֶתַע Num. VI. 9. XXXV. 22. sed etiam in reliquis scriptoribus Græcis, quorum loca collegerunt interpretes ad Thom. M. p. 320. et Kypke in Obss. Sacr. T. I. p. 174. In N. T. semel legitur Marc. IX. 8. καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι, οὐκέτι οὐδένα εἶδον. Suid. et ex eo Phavorinus exponunt per ἐξαίφνης.

'ΕΞΑΠΟΡΕ'Ω, ῶ, et 'ΕΞΑΠΟΡΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) ut simplex ἀπορέομαι, *in via subsisto*, quum, pro progrediar, non pateat, ab ἐξ et ἀπορέω, quod vide. 2) metaphorice: *inopia consilii laboro, ad eas redactus sum angustias, ut, quid statuam, quidve agam, aut quo me vertam, plane ignorem, prorsus animo concido, spem omnem abjicio, despero*. 2 Cor. I. 8. ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν ita, ut prorsus de vita desperaremus. ibid. IV. 8. ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι inopes consilii sumus, sed non spem penitus abjicimus ex tot et tantis malis eluctandi. Sæpius non legitur in N. T. Alex. semel usi sunt hac voce pro פּוּן *consternatus, prorsus perplexus fuit*. Ps. LXXXVIII. 18. Hesych. ἐξαπορηθῆναι· ἐξαφανισθῆναι, ἐν ἀπορίᾳ γενέσθαι.

'ΕΞΑΠΟΣΤΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, 1)

mitto, emitto, ablego, a me dimitto. (ex ἐξ et ἀποστέλλω *mitto.*) Act. VII. 12. ubi tribuitur Jacobo, emittenti filios, ut emerent frumentum. ibid. IX. 30. XI. 22. XVII. 14. XXII. 21. de Christo, qui Paulum ablegavit ad gentes remotissimas, ut iis evangelium prædicaret. Galat. IV. 4. Polyb. III. 11. 1. et XXI. 14. 9. Voces ἀποστέλλειν et ἐξαποστέλλειν permutantur haud raro in Codd. Versionis LXX Intt. v. c. Gen. VIII. 8. 2) *dimitto cum contemtu et ignominia.* Luc. I. 53. καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλεν κενοὺς et divites bonis exutos dimittit. ibid. XX. 10. δείραντες — ἐξαπέστειλαν κενόν. ib. v. 11. Sic etiam apud Alex. Deut. XX. 19 et 29. usurpatur de maritis, qui uxores suas dimittunt et repudiant. Polyb. XV. 2. 4. 3) *do, largior.* Galat. IV. 6. ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν indidit Deus animis nostris sensus vere christianos. Cf. Micha I. 14. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΞΑΡΤΙ'ΖΩ, futur. ίσω, 1) *ad finem perduco, perago, absolvo,* ab ἐκ et ἄρτιος *perfectus, integer.* Act. XXI. 5. ὅτι δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας peractis his septem diebus. Œcumenius ad h. l. πληρῶσαι. Gloss. Gr. N. T. p. 82. ἐξαρτίσαι, ἐκπληρῶσαι. 2) *perfecte instruo.* Hinc ἐξηρτισμένος is dicitur, *qui est probe instructus, exercitatus et versatus in aliqua re* aut *scientia,* i. q. κατηρτισμένος. 2 Tim. III. 17. πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος ad omne doctoris munus et officium bene instructus. Sæpius non legitur in N. T. Diod. Sic. XIV. 19. Joseph. A. J. III. 2. 2. Hesych. ἐξαρτίζει· πληροῖ, τελειοῖ. — Idem: ἐξαρτίσαι· ἐκκρεμάσαι, τελειῶσαι. Gloss. Vet. ἐξαρτίζω, *instruo.*

ἘΞΑΣΤΡΑ'ΠΤΩ, futur. άψω, 1) proprie i. q. ἀστράπτω, *fulgur emitto, refulgeo, fulguro.* 2) metaphorice: *instar fulguris emico, splendeo, candidus et fulgidus sum,* et maxime de *vestibus et aliis rebus* adhibetur, *quæ externa specie oculos quasi fulgore præstringunt.* Sic semel legitur in N. T. Luc. IX. 29. καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων et pallium ejus candidum oculorum aciem præstringebat. Apud Alexandrinos de armis corruscis dicitur Nahum. III. 3. ἐξαστραπτόντων ὅπλων. Ezech. I. 7. ὡς ἐξαστράπτων χαλκός.

ἘΞΑΥΤΗ͂Σ. Adverb. *statim, illico, continuo, eodem momento.* Est compositum ex præposit. ἐξ et pronomine αὐτῆς, intellecta voce ὥρας, q. d. ἐξ αὐτῆς ὥρας, unde etiam interdum separatim scribitur ἐξ αὐτῆς, v. c. Marc. VI. 25. Legitur in N. T. Act. X. 33. XI. 11. XXIII. 30. Philipp. II. 23. Hesychius et Suid. ἐξαυτῆς· παραυτίκα, εὐθέως. Alberti Gloss. Gr. N. T. pag. 214. e Codice Coislin. XXIV. τὸ ἐξαυτῆς πανταχοῦ ἐν τῇ γραφῇ ἀντὶ τοῦ ταχέως κεῖται. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 580. et Lexic. Polybianum s. h. v.

ἘΞΕΓΕΙ'ΡΩ, fut. ερῶ, 1) proprie: *excito, suscito, produco,* ab ἐξ et ἐγείρω. Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 1. τοῦτο ἰδὼν ὄναρ ἐξηγέρθη. Hist. Gr. VI. 4. 36. 2) *a mortuis excito.* 1 Cor. VI. 14. καὶ ἡμᾶς ἐξεγερεῖ διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ et nos e mortuis excitabit vi potentiæ suæ. 3) *superstitem servo, relinquo.* Rom. IX. 17. ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε hoc ipso consilio servavi te superstitem, morti te non tradidi. Alii reddunt non omnino male: *ideo te regem constitui.* Priorem vero explicationem confirmat usus loquendi verbi עָמַד *superstitem esse, manere in vita,* Ex. XXI. 21. Jer. XXXII. 14. quod in conjugatione Hiphilica legitur Exod. IX. 16. e quo verba Græca in oratione Paulina desumta sunt, בַּעֲבוּר זֹאת הֶעֱמַדְתִּיךָ Alex. ἕνεκα τούτου διετηρήθης. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΞΕΙΜΙ, vel ἘΞΙ'ΗΜΙ, 1) *exeo, egredior.* (ab ἐξ et εἶμι vel ἵημι, *eo, vado.*) Act. XIII. 42. ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων exeuntes autem e synagoga Judæorum. Alex. Exod. XXVIII. 35. pro יָצָא. 2) *discedo, abeo.* Act. XVII. 15. ἐξῄεσαν reversi sunt. ibid. XX. 7. μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον postridie abiturus. 3) *evado.* Act. XXVII. 43. ἐπὶ τὴν γῆν ἐξιέναι in terram evadere. Sæpius non extat in N. T. Phavor. ἔξειμι· οὐκ ἐξελεύσομαι λέγουσιν οἱ Ἀττικοί.

ἘΞΕΛΕ'ΓΧΩ, fut. έγξω, *redarguo, coarguo, refello, erroris et criminis convinco,* et ex adjuncto: *condemno, punio,* ut Hebraicum הוֹכִיחַ Ies. II. 4. coll. vers. Alex. ab ἐκ et ἐλέγχω idem. Semel legitur in N. T. Jud. ver. 15. καὶ ἐξελέγξαι (alii ἐλέγξαι) πάντας τοὺς ἀσεβεῖς περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν et punire omnes impios ob malefacta, quæ patrarunt. Sæpius vero eo usi sunt optimi Græci scriptores. Xenoph. Apol. Socr. § 18. Thucyd. III. 64. Demosthenes p. 92. 9. ed. Reisk.

ἘΞΕ'ΛΚΩ, fut. ξω, i. q. ἐξελκύω, 1) proprie: *extraho, abstraho,* ab ἐκ et ἕλκω *traho.* Alex. Gen. XXXVII. 28. καὶ ἐξείλκυσαν (וַיִּמְשְׁכוּ) ἐκ τοῦ λάκκου. 2) metaphorice: *abstraho, abripio, a studio et tramite virtutis abduco.* ἐξελκόμενος *abstractus a tramite veri et recti.* Sic semel legitur in N. T. Jacob. I. 14. ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος pravis suis cupiditatibus abstractus. Ælian. Hist. A. VI. 31. ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἑλκόμενοι. Simili sensu *trahere* legitur apud Latinos, v. c. in illo: "trahit sua quemque voluptas." Hesych. et ex eo Phavorinus: ἐξελκόμενος· περιαγόμενος, περισυρόμενος. Quomodo differat a δελεάζω, docuit Heisenius in Novis Hypothesibus ad Ep. Jacobi p. 525 seq.

ἘΞΕ'ΛΩ, vid. ἘΞΑΙΡΕ'Ω.

ἘΞΕ'ΡΑΜΑ, τος, τὸ, *vomitus, id, quod per vomitum ejectum est.* ab ἐξεράω, *evacuo, effundo.* Vide Etymol. M. 422. 1. Vox insolentior, pro qua usitatius ἔμετος et ἐμετὸς (Suid. ἔμετος· ἡ τῶν περιττωμάτων κένωσις. ἐμετὸς δὲ, αὐτὸ τὸ κενωθέν. Prov. XXVI. 11. Ies. XXVIII. 7.) ponitur, ab ἐξεράω *evomo,* Aquil. Levit. XVIII. 28. qua tamen usi sunt Dioscorides VI. c. 19. et alii. Confer quæ de hac voce scripsit Gataker. in Operr. Critt. p. 854 seq. Bochartus Hieroz. L. II. cap. 55. pag. 672. et Bergler. ad Alciphron. Lib. III. Ep. 7. pag. 292. In N. T. semel legitur 2 Petr. II. 22. κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα canis redit ad vomitum suum; dictio proverbialis, in eos prolata, qui, emendati per religionem, ad pristinam vitiositatem redeunt, desumta ex Prov. XXVI. 11. כְּכֶלֶב שָׁב עַל־קֵאוֹ. Michaël Apostol. 1067. κύων εἰς τὸν ἴδιον ἐμετὸν, ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν εἰς τὰ κακὰ ἐπανακαμπτόντων. Conf. Vorstii Diatribe de Adagiis N. T. c. 4. p. m. 774 seq.

ἘΞΕΡΕΥΝΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *perscrutor, summo studio indago, versor in aliqua re consideranda,* ab ἐξ et ἐρευνάω *investigo, indago, scrutor.* Legitur semel in N. T. 1 Petr. I. 10. περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζήτησαν καὶ ἐξηρεύνησαν οἱ προφῆται de qua salute inquisiverunt ac scrutati sunt omni studio prophetæ. 1 Macc. III. 48. IX. 26. καὶ ἐξεζήτουν καὶ ἐξηρεύνων. In vers. Alex. respondet Hebr. חָפַשׂ 1 Sam. XXIII. 23. Prov. II. 4. et חָקַר 1 Paral. XIX. 3. Diogen. Laërt. in Epic. L. X. pag. 791. τὰς αἰτίας ἐξερευνῶν πάσης αἱρέσεως καὶ φυγῆς. Polyb. XIV. 1. 13.

ἘΞΕ'ΡΧΟΜΑΙ, futur. ἐξελεύσομαι,

1) *exeo, egredior.* (ab ἐκ et ἔρχομαι *venio.*) Matth. VIII. 34. πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν omnes incolæ illius urbis obviam iverunt. Est formula Hebraica צֵאת לִקְרַאת פְּלֹנִי Jud. IV. 18. et XI. 31, 34. ib. X. 11, 14. XI. 7, 8, 9. XII. 14. XXVI. 25. Marc. VI. 10, 24. etc. *Ex navi exeo,* Luc. VIII. 27. Marc. V. 2. VI. 54. 2) *abeo, abitum paro, loco me moveo, proficiscor.* Mat. IX. 31. οἱ δὲ ἐξελθόντες illi digressi. ibid. v. 32. αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων his abeuntibus. Marc. II. 13. VI. 12. Luc. X. 35. καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον ἐξελθὼν postridie cum abitum pararet. Joh. I. 44. ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν proficisci in Galilæam. Act. X. 23. ἐξῆλθεν σὺν αὐτοῖς una cum iis profectus est. ib. XVI. 3. 2 Cor. II. 13. VIII. 17. 3 Joh. v. 7. 3) *educor.* Hebr. III. 16. οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως per Mosen educti ex Ægypto. 4) *ejicior, expellor, depellor.* Matth. VIII. 32. οἱ δὲ ἐξελθόντες dæmones depulsi sede sua, vel, ut aliis interpretibus placet: abeuntes scil. e conspectu Jesu. XII. 43, 44. Marc. V. 13. VII. 29, 30. IX. 29. τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν hoc genus non alio modo ejici potest. Luc. VIII. 2. 1 Joh. II. 19. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον a nobis, seu a nostra societate, ejecti sunt. Apoc. III. 12. Eodem modo Syriacum ܢܦܩ *egredi* usurpatur, pro *evelli,* v. c. Matth. VIII. 12. (ubi τῷ ἐκβάλλεσθαι respondet.) IX. 33. ut docuit Schaafius in Lex. Syr. N. T. s. h. v. Sic ejecti patria, expulsi sedibus patriis a Diod. Sic. XIII. 174. T. I. p. 579. ed. Wessel. οἱ ἐκπεσόντες ἐκ τῆς πατρίδος dicuntur. Conf. etiam Georgii Hierocrit. N. T. pag. 201. Huc quoque referri potest locus Apoc. III. 12. ubi verba ἔξω οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι ad στύλον referenda esse videntur, hoc sensu: nunquam corruet aut loco suo movebitur, coll. Job. IX. 6. 5) *emittor.* Luc. XII. 59. οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν profecto non emitteris e carcere. Mat. V. 26. Act. XVI. 40. ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς. 6) *prodeo, prorepo.* Mat. VIII. 28. ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι e sepulcris prodeuntes. ib. XXVII. 53. Joh. XI. 44. καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκώς. Act. XXVIII. 3. ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα vipera ob calorem prorepens, seu prosiliens. Joh. XVIII. 4. 7) *exorior, emergo, existo.* Mat. XV. 18, 19. ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ ex animo prodire, seu progredi solent cogitata mala. De sermonibus, qui ex ore prodeunt, legitur Jacob. III. 10. Apoc. XVI. 17. XIX. 5. 8) *emico,* si de fulmine sermo est. Matth. XXIV. 27. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν quemadmodum fulgur ab oriente emicans. Ita יָצָא Ezech. I. 13. Zachar. IX. 14. 9) *emano,* et in sensu proprio *profluo,* et metaphorico *vim meam exsero.* Joh. XIX. 34. καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ et statim sanguis cum aqua emanavit. Apoc. XIV. 20. καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ. Marc. V. 30. εὐθέως δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐπιγνοὺς τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν Jesus vero statim cognoscens ex se virtutem emanasse, h. e. hominem aliquem e morbo convaluisse tacto suo pallio. Luc. VI. 19. ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο καὶ ἰᾶτο πάντας nam omnes sanandi vis in eo se exserebat. 10) *dimano, propagor, divulgor,* et, si de lege sermo est et edicto, *promulgor.* Mat. IX. 26. καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη et dimanavit rumor hujus rei. Marc. I. 28. et fama quidem ejus statim peragravit vicinas Galilææ regiones. Luc. IV. 14. VII. 17. Joh. XXI. 23. Rom. X. 18. 1 Cor. XIV. 36. ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν; num a vobis propagata est religio christiana ad reliquas ecclesias? 1 Thess. I. 8. Sic plane יָצָא Esther. I. 17. IX. 4. Conf. Vorstii Philol. S. p. 66. ed. Fischer. Luc. II. 1. ἐξῆλθε δόγμα promulgabatur decretum. Dan. II. 13. וְדָתָא נֶפְקַת Sic etiam Latinis *exire* dicuntur, quæ publici juris fiunt. 11) *nascor.* Matth. II. 6. ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται in te enim nascetur, coll. Gen. XVII. 6. וּמְלָכִים מִמְּךָ יֵצֵאוּ Gen. XV. 4. Ies. XLVIII. 1. 1 Macc. I. 12. 12) *effugio, evado, subduco me.* Joh. X. 39. καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν et subduxit se eorum violentiæ. Cohel. VII. 19. כִּי יְרֵא אֱלֹהִים יֵצֵא אֶת־כֻּלָּם ἐξελεύσεται τὰ πάντα effugiet hæc omnia. 13) *pereo, evanesco, prætereo.* Act. XVI. 19. ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν evanuisse omnem spem quæstus. Lege de hac significatione rariore disserentem Abreschium Animadverss. ad Æschylum p. 612. et Reisk. in Indice Græcitatis Demostheneæ p. 323. Fortasse tamen per ἐλπίδα τ. ἐ. α. intelligendum est πνεῦμα Πύθωνος, coll. v. 18. 14) *venio.* Matth. XIII. 49. ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι venient angeli; ubi tamen ἐξέρχεσθαι plane redundat. Marc. I. 38. εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα ideo enim in mundum veni; ubi e glossemate in quibusdam libris ἐλήλυθα legitur: in loco parallelo autem Luc. IV. 43. reperitur ἀπέσταλμαι. 1 Joh. IV. 1. Interdum etiam *adire aliquem* significat, i. q. προσέρχομαι. Marc. VIII. 11. καὶ ἐξῆλθον οἱ Φαρισαῖοι, coll. Matth. XVI. 1. καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι. In vers. Alex. respondet Hebraico בּוֹא Exod. III. 13. XVIII. 5. Num. X. 9. 2 Chron. XX. 10, 11. — Restant formulæ quædam loquendi scriptoribus N. T. propriæ et seorsim explicandæ: α) ἐξέρχεσθαι καὶ εἰσέρχεσθαι *exire et intrare,* quæ formula partim de *eo* usurpatur, *qui semper vivit et versatur in aliquo loco et conversatur cum aliis,* partim de *eo, qui publicum munus gerit et munere suo fungitur coram aliis.* Joh. X. 9. Act. I. 21. Æneas Poliorcet. c. 24. καὶ μάλιστα ἐν ταῖς νυξὶ ἐξεπορεύετο καὶ εἰσεπορεύετο εἰς ἀγρόν. Cf. supra ad εἰσέρχομαι dicta. β) ἐξέρχεσθαι ἐκ τῆς ὀσφύος τινὸς *exire e lumbis alicujus,* h. e. *ab aliquo ortum ducere suum, originem suam repetere.* Hebr. VII. 5. καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ quamvis et ipsi originem trahant ab Abrahamo, seu, Abrahami posteri sint. Formula Hebraica, ad quam formata est Græca: יָצוֹא מֵחֲלָצֵי פְּלֹנִי Genes. XXXV. 11. 1 Reg. VIII. 19. 3 Paral. VI. 9. Conf. infra sub ὀσφὺς et Vorstium in Philol. S. c. 39. p. 714. ed. rec. γ) ἐξέρχεσθαι ἐκ τινὸς non solum *ab aliquo originem repetere suam,* sed etiam *alicujus legatum esse, ab aliquo mitti* significat. Sic Joh. VIII. 42. ἐγὼ γὰρ ἐκ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω, ubi statim sequitur: οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλε. ibid. XIII. 3. XVI. 27, 28. XVII. 8. Longe alio sensu reperitur 1 Joh. II. 19. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν e nostro cœtu prodierunt, sed non erant vere e numero nostro, coll. Act. XV. 24. δ) ἐξέρχεσθαι ἐκ μέσου τινῶν *se separare ab aliis, cum aliis versari nolle.* 2 Cor. VI. 17. διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν καὶ ἀφορίσθητε quare nullum cum paganis commercium habete, coll. Ies. LII. 11. ε) ἐξέρχεσθαι ἐπί τινα, *aggredi aliquem.* Matth. XXVI. 55. ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε vos me aggressi estis tanquam latronem. Marc. XIV. 48. Apud Symmachum (Ies. XIII. 2.) et exteros scriptores, v. c. Demosthenem, verba ἐξέρχεσθαι et ἐξιέναι,

absolute posita, significant: *ad bellum proficisci*. Vid. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 240. ed. Zeun.

ἜΞΕΣΤΙ. Verbum impersonale ab ἔξειμι, *licet, permissum est, leges concedunt* vel *divinæ* vel *humanæ, venia datur*. De eo, *quod leges divinæ concedunt*, usurpatur Matth. XII. 2, 4, 10, 12. XIV. 4. οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτὴν non licet tibi habere eam uxorem. De *legibus humanis et arbitrariis* reperitur Joh. XVIII. 31. ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα. Act. XVI. 21. XXII. 25. ἔξεστιν per leges Romanas, e jure Romano licet. His adde Act. XXI. 37. εἰ ἔξεστί μοι; num permissum mihi est? Matth. XX. 15. ἢ οὐκ ἔξεστί μοι; aut nonne est in meo arbitrio positum? 1 Cor. VI. 12. πάντα μοι ἔξεστι utor ego libertate christiana, a Deo mihi concessa. ibid. X. 23. Hinc participium ἐξὸν, sc. ἐστὶ, quod ponitur pro ἔξεστι. Act. II. 29. ἐξὸν (scil. ἔστω) μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν liceat aperte et libere dicere. Interdum tamen ἐξὸν significat: *quod fieri potest, quod est nostrarum virium*, i. q. δυνατόν. Sic v. c. 2 Cor. XII. 4. ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι quibus enarrandis lingua humana non sufficit, quæ ab hominibus narrari et explicari non possunt. Phavor. ἔξεστι· δυνατόν ἐστι. — Cæterum infinitivus ἐξεῖναι *licere* subintelligitur Rom. XIV. 2. ante φαγεῖν πάντα.

ἘΞΕΤΑ'ΖΩ, fut. άσω. Omnium optime de genealogia h. v. exposuit S. Ven. Morus ad Isocr. Panegyr. c. 41. p. 109. qui nexum significationum hujus verbi ita constituit: 1) *examino, quærendo et interrogando verum cognoscere studeo, interrogo, inquiro*. Matth. II. 8. ἀκριβῶς ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου diligenter exquirite puerum. ibid. X. 11. ἐξετάσατε, τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός ἐστι exquirite primum, an quis in ea dignus reperiatur. Joh. XXI. 12. οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα ἐξετάσαι αὐτὸν nullus autem eum interrogare audebat. Sæpius non legitur in N. T. Ælian. V. H. II. 20. Herodian. VII. 6. 13. Polyb. V. 81. Alex. posuerunt pro דָּרַשׁ Deut. XIX. 18. et בָּחַן Psalm. XI. 4, 5. 2) *habito examine talem, qualis quisque est, invenio*. Passivum ἐξετάζομαι *spector*. De examine per trutinam facto usurpatur et cum βαστάζειν jungitur apud Aristoph. Thesm. v. 143. ubi vid. Küster. et Lucian. quom. Hist. scr. sit § 10. T. IV. p. 170. Bip. 3) *cognosco*, sine notione examinis. 4) Passivum ἐξετάζομαι *invenior, sum et versor in aliquo loco*. Compositum est ex præpositione ἐξ et ἐτάζω *inquiro, exploro, examino*, et in Græcis V. T. libris sat sæpe occurrit, v. c. Jerem. XVII. 10. Psalm. CXXXIX. 23. Sapient. II. 19. Phavor. ἐξεταζόμενοι· ἐρευνώμενοι, δοκιμαζόμενοι. Id. ἐξετάζω· ἐρωτῶ. Confer Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ἘΞΗΓΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, 1) proprie: *educo, aliquid in conspectum produco, dux sum, præsum*. (ab ἐξ et ἡγέομαι *duco*.) Hesych. ἐξηγεῖσθαι· ἡγεῖσθαι. Ἐξηγητὴς τῆς ὁδοῦ legitur apud Xenoph. Ephes. IV. c. 2. 2) *narro, enarro, expono*. Luc. XXIV. 35. καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ et ipsi vicissim narrarunt, quæ in via acciderant. Act. XV. 12. ἐξηγουμένων ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεός. ibid. v. 14. XXI. 19. Alexandrini posuerunt pro סִפֵּר Jud. VII. 13. 2 Reg. VIII. 5. 3) *interpretor, explico*, (Hesych. ἐξηγήσατο· ἡρμήνευσε. Idem Schol. Sophoclis ad Ajac. Flag. v. 321. Xenoph. Mem. I. 2. 58.) *instituo, edoceo*, (Xenoph. Mem. IV. 2. 30. 31.) et maxime de iis usurpatur, *qui de rebus sacris exponunt, oracula divina proponunt et interpretantur*. Hesych. ἐξηγητής· ὁ περὶ ἱερείων καὶ διοσημείων ἐξηγούμενος. Conf. Hemsterhus. ad Pollucem VIII. 10. § 124. Wesseling. ad Diod. Sic. XIII. 35. Wetstenius N. T. T. I. p. 841. Joh. I. 18. ἐκεῖνος ἐξηγήσατο accurate nobis doctrinam de Deo ejusque consiliis exposuit; ad quem locum videndus est Lampe in Commentario T. I. p. 397 seq.

ἘΞΗ'ΚΟΝΤΑ, οἱ, αἱ, τὰ, *sexaginta*. Matth. XIII. 8, 23. Marc. IV. 8, 20. 1 Tim. V. 9. etc.

ἘΞΗ͂Σ, *deinceps, consequenter*. Adverbium, quod recte, ut videtur, ab ἔχομαι (quod interdum significat *adhæreo, proxime sequor*) derivatur et de *omni* dicitur, *quod proxime et continuo sequitur post illud, quod præcesserat*, ita, ut *loci* æque ac *temporis continuum ordinem* innuat. Subintellige autem κατὰ, quam præpositionem subintelligendam esse patet ex composito καθεξῆς. Luc. VII. 11. καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἑξῆς, pro ἐν τῇ καθ᾽ ἑξῆς ἡμέρᾳ, fiebat autem sequente die. Si ex auctoritate quorundam codicum h. l. ἐν τῷ ἑξῆς legeretur, omissum esset χρόνῳ, seu καιρῷ, et per *deinceps, postea* reddi deberet. ibid. IX. 37. plenius legitur ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ. Act. XXI. 1. XXV. 17. XXVII. 18. Sæpius non legitur in N. T. Varias hujus adverbii notiones observavit Phavorinus, Ἑξῆς, scribens, γενικῇ συντάσσεται. Λουκιανὸς, ἑξῆς τριῶν ἡμερῶν. λέγουσι δὲ οἱ Ἀττικοὶ καὶ ἀντὶ τοῦ εἶπεν ὁμοίως καὶ ἐπίσης. — καὶ ἑξῆς, ἐφεξῆς, μετὰ ταῦτα — τὸ ἑξῆς καὶ ἀντὶ τοῦ καθ᾽ εἱρμὸν καὶ κατὰ τάξιν. Vide etiam Casauboniana p. 130.

ἘΞΗΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et ἘΞΗΧΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) proprie: *persono, sono, sonitum edo*, ab ἐξ et ἠχέω *sono, resono*, quod est ab ἦχος *sonitus*. Polyb. XXX. 4. 7. 2) si de doctrina sermo est, metaphorice *tradi, doceri, latius propagari* significat. Sic semel legitur in N. T. 1 Thess. I. 8. ἀφ᾽ ὑμῶν ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ Κυρίου a vobis, seu vestro exemplo doctrina christiana propagata est inter christianos in Macedonia et Achaia. Ita ἠχέω sæpe *loqui* significat, et ἦχος Hebr. קוֹל apud Symmach. Job. XXXIX. 24. respondet. Hesych. ἐξηχεῖτο· ἐξηκούετο. — Idem: ἐξήχηται (ita enim reponendum est loco impressi ἐξηχεῖται), ἐξῆλθεν, ἐκηρύχθη. Pollux Onom. I. s. 118. ἐξήχησε βροντή.

ἜΞΙΣ, εως, ἡ, *habitus studio vel consuetudine acquisitus*, et de *animo* æque ac *corpore* adhibetur, ab ἔχω *habeo*. Hinc interdum *vivendi rationem*, Xenoph. Mem. I. 2. 4. *habitum corporis et corpus ipsum*, Arrian. Diss. Epictet. IV. 4. 25. Alex. Jud. XIV. 9. Dan. VII. 14. Sirac. XXX. 13. *usum, exercitationem, assuetudinem*, Hebr. V. 14. διὰ τὴν ἕξιν multo usu, magna exercitatione, coll. Arrian. Diss. Epictet. I. 4. 22.; interdum etiam *sentiendi rationem* significat. Polyb. I. 51. 4. Aristot. Rhet. I. 1. Athenæus I. p. 26. B. Hesych. ἕξις· ἦθος, φρόνησις, συνήθεια. Confer quæ de hac voce recte monuit Gataker. ad Marc. Antonin. VI. 14. p. 176.

ἘΞΙ'ΣΤΗΜΙ, fut. ἐκστήσω, et ἘΞΙ'ΣΤΑΜΑΙ, vel ἘΞΙΣΤΑ'Ω, ῶ, et ἘΞΙΣΤΑ'ΝΩ, 1) proprie generatim: *dimoveo, dejicio de statu, in quo aliquid positum est, statum et conditionem alicujus rei muto*. Passivum ἐξίσταμαι *de statu dejicior*, quod et corpori tribuitur et animo. Sic v. c. de iis dicitur, *qui de via decedunt, discedunt*, apud Xenoph. Anab. I. 1. 14. ἐξίστασθαι ἐκ τοῦ μέσου, et de *iis, qui sententiam mutant*. Thucyd. II. 61. ἐγὼ μὲν αὐτός εἰμι καὶ οὐκ ἐξίσταμαι. Speciatim vero ad animum translatum significat: *mentem emoveo, in mentis alienationem ago, de statu mentis dejicio* (M. Antonin. IX. 37.), quocunque modo hoc fiat. Confer Fœsii Œcon. Hippocr. p. 134. Hinc

2) *obstupefacio, admirabundum, attonitum et obstupefactum aliquem reddo, percello,* et ex adjuncto: *dubium, incertum et ambiguum judicii aliquem reddo.* Luc. XXIV. 22. ἀλλὰ καὶ ἐξέστησαν ἡμᾶς γυναῖκές τινες, h. e. dubios nos et incertos reddiderunt mulieres quædam, sie haben uns irre gemacht, *they have led us into error.* Act. VIII. 9. καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας et Samariæ incolas obstupefecerat. ib. v. 11. 3) interdum significationem intransitivam, seu passivam habet et significat: *obstupescere, admirari admodum, attonitum, dubium et incertum esse.* (i. q. ἐξίσταμαι. Matth. XII. 23. καὶ ἐξίσταντο πάντες οἱ ὄχλοι et obstupuit omnis populus.) Marc. II. 12. V. 42. καὶ ἐξέστησαν ἐκστάσει μεγάλῃ vehementer obstupuerunt. Formula Hebraica, cui hæc Græca respondet, legitur Genes. XXVII. 33. חָרַד חֲרָדָה גְדוֹלָה. ibid. VI. 51. ἐξίσταντο καὶ ἐθαύμαζον. Luc. II. 47. VIII. 56. Act. II. 7, 12. ἐξίσταντο δὲ πάντες καὶ διηπόρουν. ibid. VIII. 13. IX. 21. X. 45. XII. 16. coll. Genes. XXVIII. 18. XLIII. 33. Exod. XXIII. 27. Hesych. ἐξίσταντο· ἐθαύμαζον. Idem: ἐξίστην· ἐθαύμασα, ἐξεπλάγην. 4) *insanio, non compos mei sum, insania et furore correptus sum,* ita, ut subintelligatur τοῦ νοὸς, s. τοῦ φρενὸς, (Xenoph. Mem. I. 3. 12.) aut τῶν φρενῶν, Joseph. A. J. X. 7. 3. Marc. III. 21. ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη negabatur enim sana mente esse. Jerem. IV. 9. Vide Valesii Emendatt. lib. I. c. 7. p. 14. Phavor. ἐξέστηκεν· μαίνεται. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 565. 5) *modum excedo, meis me finibus non teneo, plus mihi tribuo, quam homines modesti solent.* 2 Cor. V. 13. εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, Θεῷ, sc. ἐξέστημεν, sive gloriemur, facimus Dei causa; sequitur: εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν, sive modeste de nobis loquimur, facimus vestri causa. Hanc interpretationem idoneis argumentis confirmavit Krebsius in Obss. Flav. p. 301 seq.

'ΕΞΙΣΧΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *majorem in modum valeo, exacte possum,* ab ἐξ, quod in compositione interdum vim augendi habet, ut docuit Zeunius ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 584. et ἰσχύω *possum, valeo.* Sirac. VII. 6. μὴ οὐκ ἐξισχύσεις ἐξᾶραι ἀμαρτίας. Ælian. V. H. IV. 18. et VI. 13. ubi vid. Perizonius. 2) i. q. simplex ἰσχύω *possum, valeo.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. III. 18. ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι ut magis magisque cognoscere et intelligere possitis. Eustath. in Odyss. A. p. 26. 46.

"ΕΞΟΔΟΣ, ου, ἡ, 1) proprie respondet Latino vocabulo *exitus,* adeoque partim *de ipsa actione exeundi ex aliquo loco, profectione, itinere,* et speciatim apud Græcos de *expeditione militari, exitu in castra* dicitur, Ælian. V. H. I. 7. II. 11. XIII. 12. Demosthen. p. 259 et 287. ed. Reisk. Thucyd. II. 10. III. 5. V. 14. partim de *ipso loco, a quo exitur, exeundi via* usurpatur. Herodian. VII. 12. 15. διὰ τὸ τὰς ἐξόδους ὑπὸ τοῦ πυρὸς προκατειλῆφθαι. Corn. Nep. Annib. c. 12. In priori notione legitur etiam in N. T. Hebr. XI. 22. περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ de exitu Israëlitarum ex Ægypto. 2) *mors, exitus quasi ex hac vita,* omisso τοῦ βίου, seu τοῦ ζῆν, quod additur a Josepho A. J. IV. c. 8. § 2. p. 227. Luc. IV. 31. ἔλεγον τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλὴμ disseruerunt cum eo de morte, ei Hierosolymis imminente. 2 Petr. I. 11. μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον post meum ex hac vita discessum. Nunquam apud scriptores antiquos de *morte* occurrere, recte, ut videtur, monuit contra Elsnerum T. I. p. 219. et Lœsnerum Obss. Philon. p. 486. Valckenar. ad Eurip. Phœn. v. 766. Legitur tamen ἔξοδος hoc sensu apud Josephum A. J. IV. 8. 2. Sap. III. 2. VII. 6. et *exitus* apud Lactant. de Mort. Persequut. c. 50. "et ille, *exitu* ejus audito, protinus fugit." Justin. XIV. 4. 10. Plin. Ep. VI. 16 et 25. ac *excessus* apud Cic. de Leg. I. 1. Valerius Max. III. 2. 14. Adde Theodot. Ezech. XXVII. 18. ubi de *sorte ultima eaque fatali* adhibetur, ac LXX ἡμέραν πτώσεως posuerunt.

'ΕΞΟΛΟΘΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, *funditus, penitus perdo, disperdo, deleo, exstirpo, extermino.* (ab ἐξ et ὀλοθρεύω *perdo, vasto.*) Hoc verbum, apud Alex. interpp. perquam usitatum, quodque apud exteros scriptores fortasse frustra quæsieris, semel tantum legitur in N. T. Act. III. 23. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ exterminabitur e populo, h. e. privabitur favore meo et gravissimis pœnis afficietur. Joseph. A. J. VIII. 11. 1. πᾶν ἐξολοθρεύσω σου τὸ γένος. Idem ibid. XI. 6. 7. usurpat etiam vocem derivatam ἐξολόθρευσιν *exitium.* Phavor. ἐξωλόθρευσας· ἠφάνισας. Psalm. XVII. 40. LXXII. 27.

'ΕΞΟΜΟΛΟΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et 'ΕΞΟΜΟΛΟΓΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι. Verbum hoc in scriptoribus Græcis vel plane non, vel perraro reperiri, Jensius in Ferculo Litterario p. 10. opinabatur; satis tamen refutatus est ab Elsnero in Obss. Sacr. T. I. p. 10. et Krebsio Obss. Flav. p. 8. 1) *confiteor,* nec differt a simplici voce ὁμολογέω, nam ἐξ in compositione haud raro abundat, v. c. in ἐξαρνεῖσθαι. Demosthen. p. 709. ed. Reisk. ἔξαρνος. ibid. p. 677. ἐξεγγυᾶν etc. Matth. III. 6. ἐξομολογούμενοι τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν se reos confitentes. Marc. I. 5. Act. XIX. 18. ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν confitentes et declarantes sua malefacta. Jacob. V. 16. ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα. Joseph. A. J. VIII. 4. 6. B. J. V. 10. 5. Conf. Abresch. ad Æschylum p. 533. et Wetstenii N. T. T. I. p. 260. 2) *palam profiteor.* Phil. II. 11. καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται et omnes homines palam profiteantur. Apoc. III. 5. καὶ ἐξομολογήσομαι (in aliis codicibus ὁμολογήσω) τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ πατρός μου et eum ad me pertinere palam profitebor coram Deo. 3) *spondeo, promitto, jurejurando me obstringo alicui;* nam, qui alicui jurat et jurejurando se illi obstringit, is confitetur et profitetur aliquid. Luc. XXII. 6. καὶ ἐξωμολόγησε et promisit, scilicet Jesum tradere eorum manibus, quasi ὡμολόγησε ἐκ τοῦ ἀργυρίου, quod ex antecedente est repetendum. Protulit jam hanc explicationem et ex Josepho A. J. VI. 3. 5. VIII. 4. 3. satis probavit Krebsius in Obss. Flav. p. 135. Rom. XIV. 11. καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ et omnes homines jurejurando se obstringant cultui divino. Desumta enim sunt hæc verba ex Ies. XLV. 23. כִּי לִי תִּשָּׁבַע כָּל־לָשׁוֹן. 4) cum dativo personæ: *laudo, celebro, gratias ago;* nam gratiarum actio est beneficiorum confessio, et qui alios laudat et celebrat, virtutes eorum se agnoscere profitetur. Matth. XI. 25. ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ gratus te celebro pater. Luc. X. 21. Rom. XV. 9. διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ. Eodem modo Hebr. הוֹדָה sumitur (quod Alexandrini mox per αἰνεῖν, Genes. XLIX. 8. mox per ἐξομολογεῖσθαι reddiderunt, v. c. 2 Sam. XXII. 50. Ps. XXX. 13.) 1 Paral. XVI. 4. ἐξομολογεῖσθαι καὶ αἰνεῖν τὸν Κύριον. 2 Paral. V. 12. VI. 24. ἐξομολογήσονται

τῷ ὀνόματί σου. Phavor. ἐξομολογοῦμαι εὐχαριστῶ. Suid. ἐξομολόγησις· εὐχαριστία. Alex. Ps. XCV. 6. CIII. 2. CX. 3.

'ΕΞΟ'Ν, vid. in 'ΕΞΕΣΤΙ.

'ΕΞΟΡΚΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *jurejurando adigo, sacramentum exigo.* (ab ἐξ et ὁρκίζω *jurejurando obstringo.*) Sed in hòc sensu tantum apud scriptores exteros reperitur, v. c. Polybium Hist. VI. 18. 19. Demosthen. p. 1265. ed. Reisk. καθ' ἕνα ἕκαστον πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες καὶ ἐξορκίζοντες. 2) *adjuro, gravi obtestatione per nomen divinum religionem animo alicujus injicio, obsecro, obtestor, injecta per nomen Dei religione adigo aliquem* ad vera animi sensa enuncianda. Sic semel legitur in N. T. Matth. XXVI. 63. ἐξορκίζω σε κατὰ Θεοῦ τοῦ ζῶντος obtestor te per Deum immortalem. Æschin. de Falsa Legat. p. 258. Plutarch. Apophth. p. 174. C. Eodem sensu simplex ὁρκίζω reperitur in N. T. v. c. 1 Reg. XXII. 6. 2 Chron. XVIII 15. Athenæus VIII. p. 362. C. Cf. Krebs. Obss. Flav. p. 59. et ἐξορκοῦν apud Demosthenem in Neæram p. 528. et Thucyd. V. 47.

'ΕΞΟΡΚΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie est *is, qui utitur formula obtestationis et ab aliis sacramentum exigit.* (ab ἐξορκίζω.) 2) κατ' ἐξοχὴν ita dicebatur *exorcista, qui formula adjurationis et obtestationis utebatur ad depellendos varios graviores morbos et ejicienda dæmonia ex corporibus humanis.* Tales incantatores, qui etiam ἐφορκισταὶ vel ἐπορκισταὶ vocabantur, non solum inter paganos, sed etiam inter Judæos fuisse, e loco Act. XIX. 13. περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν, constat, coll. Luc. XI. 19. Van Dalen in Diss. de Divinat. Idolol. V. T. c. 7. p. 520. contendere quidem conatus est, istos exorcistas Judæorum meros impostores fuisse; sed contra eum recte adduxit Krebsius in Obss. Flav. p. 236. locum Josephi A. J. VIII. 2. 5. De exorcistis primæ ecclesiæ christianæ vide Suiceri Thes. Eccles. s. h. v. et Annel D. Exorcistis Judæorum ad Act. l. l. Upsal. 1758. 4. Occurrit etiam vox ἐξορκιστὴς apud Lucian. Epigramm. 23.

'ΕΞΟΡΥ'ΣΣΩ, vel 'ΕΞΟΡΥ'ΤΤΩ, fut. ύξω, 1) *perfodio.* Marc. II. 4. καὶ ἐξορύξαντες et perfodientes tectum. Descendit ab ἐξ et ὀρύσσω *fodio.* Respondet in versione Alex. Hebr. נָקַר 2 Sam. XI. 12. Herodot. VIII. 116. 2) *effodio.* Galat. IV. 15. εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι quodsi fieri potuisset, etiam oculos vestros effossos s. erutos dedissetis mihi: qua formula, respondente vernaculæ, einem das Herz aus dem Leibe geben, *to be very fond of one,* summus amoris ac benevolentiæ gradus indicatur; nam oculis homini nihil carius. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΞΟΥΘΕΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *pro nihilo habeo et æstimo,* sive *rem,* sive *personam, nihili facio.* (ab ἐξ et οὐθεὶς, i. q. οὐδεὶς, *nemo.*) 2) speciatim: *contemno, vilipendo.* Luc. XVIII. 9. καὶ ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιποὺς aliosque contemnebant. Rom. XIV. 3, 10. Hinc ἐξουθενημένος 1 Cor. I. 28. homo nullius numeri et loci dicitur, qui ab aliis contemnitur. 3) ex adjuncto: *negligo, non curo.* 1 Thess. V. 20. προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε; de quo loco vide infra sub προφητεία. 4) *cum contemtu rejicio et repudio.* Act. IV. 11. ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ' ὑμῶν τῶν οἰκοδομούντων lapis rejectus a vobis ædificantibus, coll. Matth. XXI. 42. λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Galat. IV. 14. καὶ τὸν πειρασμόν μου οὐκ ἐξουθενήσατε tamen me ob has calamitates meas non repudiastis. 5) *contumeliis et ignominia afficio, tracto aliquem ut hominem vilem,* i. q. ἐμπαίζω, quæ verba autem se excipiunt Luc. XXIII. 11. ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασι καὶ ἐμπαίξας Herodes per milites contemtui eum habuit et ludibrio; ubi ἐξουθενεῖν est i. q. βλασφημίαις ἐξουθενίζειν apud Plutarch. Paral. p. 308. 1 Cor. XVI. 11. μή τις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ. 6) Passiv. ἐξουθενέομαι, οῦμαι, *de plebe, de populo sum, ignobilis, plebeius sum.* 1 Cor. VI. 4. τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε christianos infimæ sortis, plebeios, judices constituite. 7) ἐξουθενέομαι *vilis, humilis et contemnendus sum.* 2 Cor. X. 10. καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος et oratio ejus humilis est ac meticulosa. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἐξουθενεῖ· παρακρίνει. Idem: ἐξουθενούμενοι· κατευτελιζόμενοι. Suid. ἐξουθενῶ σε· ἀντ' οὐδενός σε λογίζομαι. In vers. Alex. respondet Hebr. בָּזָה *sprevit, contemsit, illusit,* 2 Sam. II. 30. Prov. I. 7. Ezech. XXII. 8. et מָאַס *rejecit,* 2 Sam, VIII. 7. X. 19.

'ΕΞΟΥΔΕΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *pro nihilo habeo et facio, contemno, sperno, repudio, contumeliis afficio, ignominiose tracto.* (ab ἐξ et οὐδενόω, quod est ab οὐδείς.) Voce hac, quæ semel tantum in N. T. reperitur, Marc. IX. 12. ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ ut multis malis et contumeliis afficiatur, admodum frequenter Alexandrini usi sunt pro מָאַס Jud. IX. 38. Ps. LIII. 6. בָּזָה Ps. XV. 4. XXII. 25. et בּוּז Ps. XLIV. 6. Cant. VIII. 1, 7. etc. Heysch. ἐξουδένωσας· ἀπεδοκίμασας.

'ΕΞΟΥΣΙ'Α, ίας, ἡ, 1) *vis et potestas efficiendi aliquid, facultas.* Matth. IX. 8. τὸν δόντα ἐξουσίαν τοιαύτην τοῖς ἀνθρώποις qui facultatem, miraculo sanandi morbos, hominibus concesserat· Marc. III. 15. καὶ ἔχειν ἐξουσίαν θεραπεύειν τὰς νόσους. Luc. XII. 5. Act. VIII. 19. Hinc ἐξουσία in N. T. interdum *orationi* et *doctrinæ* tribuitur, *ut ejus vis ad persuadendum et commovendum et efficacia* indicetur, v. c. Marc. I. 27. Luc. IV. 32 et 36. ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ potens erat oratio ejus, coll. Matth. VII. 29. 2) *libertas agendi,* quæ et Latinis *potestas* dicitur. Joh. X. 18. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν, sc. ζωὴν, potestatem habeo vitam deponendi, ib. XIX. 10. nescin' meo arbitrio relictum esse, te vel crucifigendi vel absolvendi? Act. I. 7. οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ quæ pater voluit esse sui arbitrii. ibid. V. 4. ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχεν. Rom. IX. 21. Speciatim vero ita dicitur *libertas christiana in observandis et negligendis ritibus Mosaicis, et usurpatio istius libertatis.* 1 Cor. VIII. 9. 3) *auctoritas, nomen, quo aliquid suscipimus et facimus, potestas plena,* vollmacht, *full power.* Matth. VII. 29. ὡς ἐξουσίαν ἔχων velut jure suo docens eos, h. e. ita, ut appareret, eum summa auctoritate esse præditum. (conf. Homer. Iliad. α', 689. et Jamblich. Vit. Pythag. c. 32. ubi ἐξουσιαστικῶς λέγειν occurrit.) ibid. XXI. 23. ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; quanam auctoritate, quo nomine hoc fecisti? ib. v. 24. 4) *licentia agendi et faciendi, jus.* Matth. XXI. 23. καὶ τίς σοι ἔδωκεν τὴν ἐξουσίαν ταύτην; et quisnam tibi concessit hanc licentiam, nempe ejiciendorum ex templo ementium et vendentium? 2 Thess. III. 9. Matth. IX. 6. Marc. II. 10. Luc. V. 24. 1 Cor. IX. 4, 18. εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ nec jure meo, postulandi mercedem, utar. Dionys. Hal. Ant. II. 26. Herodot. III. 142. Diod. Sic. XVII, 54. Hinc 5) per metonymiam contenti pro continente: *ipsæ litteræ, continentes summam et plenam potestatem agendi.* Act. XXVI. 10. τὴν παρὰ τῶν ἀρχιερέων

ἐξουσίαν λαβών. (coll. cap. XXII. 5. ἐπιστολὰς δεξάμενος.) ibid. v. 12. μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν ἀρχιερέων. ibid. IX. 14. coll. v. 2. 6) *dominium, imperium, quod exercetur in aliquem.* Matth. X. 1. ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν πνευμάτων ἀκαθάρτων concessit iis imperium in spiritus malos. ibid. XXVIII. 18. ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία omnia sunt imperio meo subjecta. Luc. IX. 1. καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια. ib. XIX. 17. XXII. 53. Joh. XVII. 2. XIX. 11. Act. XXVI. 18. καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ. Ephes. II. 2. ὁ ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος diabolus, cujus imperio subjecti sunt omnes impii. Coloss. I. 13. ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους qui nos ereptos voluit imperio tenebrarum s. vitiositatis. Sirac. X. 4. ἐν χειρὶ Κυρίου ἐξουσία τῆς γῆς. ib. XXIV. 12. 7) per metonymiam: *illud ipsum, quod alicujus imperio subjectum est, quod aliquis possidet, jurisdictio, ditio, opes, facultates,* i. q. οὐσία, περιουσία. 1 Cor. IX. 12. εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας μετέχουσι si alii bonorum vestrorum participes fiunt. Thucyd. VI. 31. Vid. Obss. Halens. T. VI. p. 103. Luc. IV. 6. σοὶ δώσω τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἅπασαν omnes has provincias, imperio meo subjectas, tibi possidendas tradam. ib. XXIII. 7. ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας Ἡρώδου ἐστὶ eum esse ex ditione Herodis. Potest quoque ἐκ h. l. per *sub* reddi. Sic מ Deuter. XXXIII. 25. 2 Paral. XXXI. 13. Glossæ: ἐξουσία· *majestas, ditio, potestas.* 8) *administratio rei familiaris.* Marc. XIII. 34. καὶ δοὺς τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὴν ἐξουσίαν et servis suis administrationem rei familiaris commisit; nam sequitur: καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ. Herodian. I. 12. ἐξουσία θαλάμου præfectura cubiculi. 9) *prærogativa, dignitas.* Joh. I. 12. ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι concessit iis hanc dignitatem, ut essent filii Dei; ubi Nonnus in Paraphrasi recte per τιμὴν interpretatus est. Huc etiam referrem locum Joh. V. 27. Eodem sensu ἐξουσία legitur 1 Macc. I. 13. XI. 58. 10) *princeps, qui est in præcipua dignitate et auctoritate constitutus.* Sic Ephes. III. 10. ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις angelis spiritibus celsioribus et nobilioribus in cœlo. Conf. supra sub voce ἀρχή. 11) *omnis, qui imperium habet, potens,* et speciatim: *qui magistratum gerit.* Matth. VIII. 9. καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν parendum enim mihi est tribuno meo. Luc. VII. 8. XII. 11. ὅταν προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας quando vero trahent vos ad principes et magistratus. Etiam Herodian. III. 3. 12 et 13. coll. c. 11. § 11. ἐξουσίαν ab ἀρχῇ distinguit, et Lib. V. 7. 14. ὑπατικὰς ἐξουσίας memorat. Rom. XIII. 1, 2, 3. 1 Cor. XV. 24. πᾶσαν ἐξουσίαν potentissimos adversarios Christi. Ephes. I. 21. Coloss. II. 16. Conf. de hac significatione Valesium ad Euseb. H. E. V. 1. 4. et Krebs. Obss. Flav. p. 282. Eodem sensu Latinum *potestas* apud Juvenal. X. 99. Ammian. Marcell. XV. 5. Sueton. Nero. 36. Claud. 23. 12) *magistratus officium et constitutio* **das obrigkeitliche amt,** *the magistracy,* ἡ τῆς ἡγεμονίας οἰκονομία, ut Theodoretus interpretatur ad Rom. XIII. 1. οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ magistratus officium a Deo est, quasi ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ διαταγή, coll. v. 2. 13) *velum, velamen, quo caput fœminarum tegitur, calyptra.* 1 Cor. XI. 10. ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διὰ τοὺς ἀγγέλους debet fœmina velamen habere capiti impositum ob exploratores paganorum. Theodoretus per κάλυμμα exponit. Mira est hæc significatio et scriptoribus exteris plane ignota. Paulus *velum,* aut *quodvis aliud ornamentum capitis mulierum* non ideo ἐξουσίαν vocat, quod signum esset ac indicium, mulierem potestati viri subjectam esse, quæ est plerorumque contorta ac nimis arguta interpretatio, nec quod ad imitationem Hebr. רְדִיד *peplus, velum,* Cantic. V. 7. Ies. III. 23. quod a רָדָה h. e. ἐξουσιάζειν, κυριεύειν, *dominari, potestatem exercere in aliquem* derivandum esset, sed ideo, quia *velum,* quo maritatæ, non vero virgines, apud Judæos uti solebant, eo magis *honoris signum atque argumentum* erat, quo honestiorem conditionem nuptarum apud Judæos innuptarum fortuna fuisse constat, ἐξουσία vero, ut supra demonstratum est, etiam *dignitatem, prærogativam* omninoque *omne, quod præstans et eximium est,* significat. Eadem causa commoti Alexandrini Genes. XX. 16. velamentum oris Saræ, uxoris Abrahami, quod ab ipso Mose כְּסוּת עֵינַיִם dicitur, τὴν τιμὴν τοῦ προσώπου eleganter vocarunt. Locus Ps. LX. 9. ad quem vulgo provocant interpretes, plane ab h. l. alienus est. Cf. tamen, quæ olim a me in hanc rem prolata sunt in Spicileg. I. Lex. Bieliani p. 37 seq. et Rechenbergii Exercitatt. in N. T. p. 68 seq. 14) per ellipsin quandoque deficit, v. c. post verbum δίδωμι Marc. X. 37. Apoc. VI. 4. VII. 2. XIII. 7. coll. v. 5. XVIII. 8. XIX. 8.

'ΕΞΟΥΣΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) cum dativo junctum transitive usurpatur: *potestatem alicui do et facio, facultatem concedo.* Cohel. V. 18. ἐξουσίασεν αὐτὸν τοῦ φαγεῖν ἀπ' αὐτῶν. ibid. VI. 2. καὶ οὐκ ἐξουσιάσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τοῦ φαγεῖν. In utroque loco Hebraico הִשְׁלִיט respondet. 2) cum genitivo constructum: *potestatem habeo, jus habeo, in potestate habeo, dominus sum,* etiam *dominium et potestatem exerceo, dominor, sub potestatem redigo.* Alex. pro מָשַׁל Nehem. IX. 37. Cohel. IX. 17. X. 4. Luc. XXII. 25. καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν, sc. ἐθνῶν, qui gentibus imperant. Potest tamen αὐτῶν quoque ad βασιλέων referri, h. e. regum dynastæ, *proceres, in aula potentes.* Cf. Arntzenium ad Plinii Panegyr. p. 120. 1 Cor. VII. 4. ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει ——— uxor non habet plenam potestatem in corpus suum, sed mariti potestati simul subjectum est; simili modo nec maritus jus plenum et integrum habet in corpus suum, sed commune cum uxore sua. Hinc passivum ἐξουσιάζομαι *imperium habetur in me, subjectus sum alteri,* etiam *patior me in servitutem ab aliquo redigi.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. VI. 12. ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος sed nec ego me ab ullo alio subjugari patiar aut eripi mihi hanc libertatem meam. Sæpius non legitur in N. T. Dion. Halic. l. IX. c. 44. ἐξουσιάζων est *licentius agens,* seu: *suam potestatem exercens.*

'ΕΞΟΧΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *prominentia, eminentia* in significatione propria, **das vorragen,** *eminence.* Interdum etiam per metonymiam *illud ipsum, quod prominet et eminet,* ab ἐξέχω emineo. Sic apud Alex. Job. XXXIX. 28. ἐπ' ἐξοχῇ πέτρας, Hebr. עַל־שֶׁן־סֶלַע. 2) metaphorice: *eminentia, præstantia, excellentia alicujus rei aut personæ,* ab ἐξέχω *præsto, excello.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXV. 23. ἀνδράσι τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως una cum proceribus civitatis, viris urbis primariis. Glossar. Gr. N. T. p. 84. κατ' ἐξοχήν, καθ' ὑπεροχήν.

'ΕΞΥΠΝΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, 1) proprie: *excito ex somno, expergefacio*, i. q. alias dicitur *ἀφυπνίζω*, ab *ἐξ* et *ὕπνος* *somnus*. In notione *evigilandi* et *expergiscendi* (ita ut omissum sit *ἐμαυτὸν*) legitur apud Symm. Psalm. XLIII. 24. ubi pro *ἐξύπνισον* alius interpres *ἐξυπνίσθητι* habet. Passivo *ἐξυπνίζεσθαι* usi sunt Alexandr. pro Hebr. יָקִיץ 1 Reg. III. 15. et עוּר Job. XIV. 12. In Aquilæ et Symmachi fragmentis *ἐξυπνισθῆναι* pro Hebr. הָקִיץ legitur Ps. XVI. 17. Damnarunt hanc vocem obviam apud Plutarch. T. X. p. 75 et 76. ed. Reisk. T. V. p. 153. et Eustath. de Amor. Hysm. Lib. VI. p. 224. Thom. M. p. 134. et Phrynichus p. 96. ed. Pauw. tanquam minus Atticam et usum vocum *ἀφυπνίζειν* et *διϋπνίζειν* commendarunt. Cf. Obss. Miscell. VI. p. 347. 2) *in vitam revoco, resuscito*, quia somnus mortis imago. Joh. XI. 11. *ἀλλὰ πορεύομαι, ἵνα ἐξυπνίσω αὐτὸν* sed ego ad illum resuscitandum abeo. Sæpius non legitur in N. T.

"ΕΞΥΠΝΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, expergefactus, excitatus a somno, qui evigilavit.* (ex iisdem.) In N. T. tantum legitur Act. XVI. 27. *ἔξυπνος δὲ γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ.* 3 Esdr. III. 3.

"ΕΞΩ. Adverbium, regens genitivum, deductum a præpositione *ἐκ, ἐξ*. Significat 1) *foris*. Matth. XII. 46. *εἱστήκεισαν ἔξω* foris stant. ibid. v. 47. Apoc. XXII. 15. *ἔξω δὲ οἱ κύνες*. Xenoph. Cyr. VII. 5. 11. et 19. 2) *foras*. Matth. V. 13. *εἰ μὴ βληθῆναι ἔξω* nisi, ut ejiciatur foras. XIII. 48. *τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον.* Luc. VIII. 54. *ἐκβαλὼν ἔξω ἅπαντας.* ibid. XXII. 6. Thom. M. *τὸ ἔξω καὶ ἐπὶ στάσεως καὶ ἐπὶ κινήσεως.* Huc etiam pertinet formula *ἔξω ποιεῖν τινὰ* *excedere jubere, foras ire jubere*, quæ legitur Act. V. 34. *ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι* jussit apostolos paulisper abduci. Pro הוֹצִיא Symmachus Ps. CXLI. 8. *ἔξω ποιεῖν* posuit, Aquila autem et Theodot. *ἐξάγειν* habent. Ælian. V. H. X. 3. Philostrat. VIII. 8. Xenoph. Cyr. IV. 1. 2. *ἔξω βελῶν τὴν τάξιν ποιεῖν* extra telorum jactum abducere cohortem. Conf. intt. ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 276. 3) *extra, ultra, præter*. Marc. V. 10. *ἵνα μὴ αὐτοὺς ἀποστείλῃ ἔξω τῆς χώρας* extra regionem. ibid. VIII. 23. Act. IV. 15. *ἔξω συνεδρίου ἀπελθόντες.* 4) interdum plane abundat, aut pro *ἐκ* positum est. Matth. XXI. 17. *ἐξῆλθον ἔξω τῆς πόλεως.* v. 29. *ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος.* XXVI. 75. *καὶ ἐξελθὼν ἔξω.* Marc. XI. 19. 5) præposito articulo nominascit et valet *externus, exterior, extraneus*, ad imitationem Hebraici הַחִיצוֹן Ezech. XLVII. 2. Act. XXVI. 11. *εἰς τὰς ἔξω* (scil. *οὔσας*) *πόλεις* in exteras civitates. Hinc *ὁ ἔξω ἄνθρωπος* *corpus humanum*, quasi externa pars hominis, et opponitur *τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ*, seu animo. Rom. VII. 21. 2 Cor. IV. 16. *ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται* quanquam enim corpus nostrum attenuatur per tot calamitates, sequitur: *ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ.* 6) *ὁ ἔξω qui est remotus ab aliqua re, aliqua re destituitur*, nam *ἔξω* apud Græcos sæpe idem valet, quod *ἄνευ, χωρίς*, *sine*, teste Thom. M. p. 329. *ἐστὶ δὲ τὸ ἔξω ἀντὶ τοῦ χωρίς*, et scholiaste Thucyd. III. c. 61. V. 26. qui per *ἄνευ* interpretatus est. Lucian. Prometh. c. 18. *καὶ ἔξω φθόνου παντὸς ἑστάναι* procul ab invidia omni remotos; vid. ad h. l. interpp. Eodem modo *οἱ ἔξω* *exteri, qui extra domum* quasi *degunt et patriam*, in N. T. non solum in universum dicuntur, *qui ad cœtum quendam et societatem non pertinent*, sed etiam speciatim vel *plane alieni a religione christiana, gentiles et Judæi*, vel *ii, qui nomen quidem dederunt religioni christianæ, sed non sunt veri Christi sectatores*, vel denique *vulgus christianorum, qui non admittitur ad interiorem religionis christianæ cognitionem*, ex usu loquendi philosophorum Græcorum, qui discipulos suos in *ἐσωτερικοὺς* et *ἐξωτερικοὺς* distinguere solebant. Marc. IV. 11. ubi *οἱ ἔξω* opponuntur apostolis, qui ad *ἐσωτερικοὺς* Christi discipulos pertinebant. ubi vid. Wetstenius. 1 Cor. V. 12, 13. ad quem locum Schœttgenius in Hor. Heb. et Talmud. docuit, etiam Judæos gentiles *κατ' ἐξοχὴν* vocasse הַחִיצוֹנִים. Coloss. IV. 5. 1 Thess. IV. 12.

"ΕΞΩΘΕΝ. Adverbium, regens genitivum. ab *ἐκ, ἐξ, ex, a, de*. Significat 1) *extra, extrinsecus, ab exteriore parte, foris*, et præmisso articulo, *externus, extraneus. pars exterior.* Matth. XXIII. 25. *καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου* purgatis externa poculi. Marc. VII. 15. *οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου* nihil est extra hominem. ibid. v. 18. Luc. XI. 39. Sic *ὁ ἔκτοθεν* pro *externo* legitur apud Theocrit. Idyll. X. 9. Epictet. Fragm. 26. *ἡ ἔξωθεν περιουσία* externæ divitiæ. 2) metaphorice: *τὸ ἔξωθεν* *speciem externam, mores externos, morum faciem* significat. Matth. XXIII. 28. *ἔξωθεν μὲν φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι*, h. e. simulatis quidem pietatem, seu, quantum in oculos incurrit, probi videmini. Opponitur ibi *τὸ ἔσωθεν.* 3) *τὸ ἔξωθεν*, si opponitur *τῷ ἔσωθεν*, *corpus humanum* notat. Luc. XI. 40. *οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησε;* nonne animus pariter ac corpus a Deo, auctore suo, originem repetunt? Interdum *τὸ ἔξωθεν* ita ponitur, ut reddendum sit: *quod attinet ad corpus, ad externum hominis statum.* 2 Cor. VII. 5. *ἔξωθεν μάχαι*, quod ad externum nostrum statum attinebat, pugnandum nobis fuit et conflictandum cum variis malis. 1 Petr. III. 3. *ὁ ἔξωθεν κόσμος* ornatus mulierum externus opponitur v. 4. virtutibus et sensibus, quibus animus hominis ornari debet. 4) *ὁ ἔξωθεν alienus a religione christiana, qui non pertinet ad cœtum christianorum.* 1 Tim. III. 7. *δεῖ δὲ αὐτὸν μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν.*

'ΕΞΩΘΕ'Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, vel 'ΕΞΩ'ΘΩ, fut. *ώσω*, 1) proprie: *expello, extrudo, ejicio, sedibus expello, extermino*, ab *ἐξ* et *ὠθέω* vel *ὤθω* *pello, trudo.* Act. VII. 45. *ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἐξῶσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν* in occupatione terræ, gentibus propriæ, quas Deus majorum causa exterminaverat, vel sedibus suis depulerat. Alex. posuerunt pro הִדִּיחַ *expulit, depulit, fugavit*, Deut. XIII. 3. 2 Sam. XIV. 13, 14. et דָּחָה quod idem notat, Psalm. XXXVI. 13. Jer. XLIX. 36. 2) *impello, propello*, et speciatim de navigio usurpatur, quod ad littus impellitur. Thucyd. II. c. 90. *τὰς δὲ ἄλλας* (sc. *ναῦς*) *ἐπικαταλαβόντες ἐξέωσαν πρὸς τὴν γῆν ὑποφευγούσας.* Schol. *ἐξέωσαν· πρὸς τὴν γῆν ὀκεῖλαι ἐποίησαν.* Ælian. V. H. III. 17. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 647 seq. Hinc venti, quibus naves, a recto cursu abreptæ, aliorsum propelluntur, *ἐξῶσται* vocantur ab Herodoto II. 113. monente Paphelio in Obss. Herodott. ad Act. XXVII. 39. Confer D'Orville ad Chariton. III. c. 3. p. 363. ed. Lips. Sic et legitur in N. T. Act. XXVII. 39. *εἰς ὃν ἐβουλεύσαντο, εἰ δύναιντο, ἐξῶσαι τὸ πλοῖον* in quem destinabant, si fieri posset, impellere navem. — Hesych. *ἔξωσον· ἄπωσαι, ἔκβαλλε.* Phavor. *ἐξωθεῖται· ἤτοι ἐκβάλλει καὶ ἐξορίζει.*

'ΕΞΩ'ΤΕΡΟΣ, *α, ον, exterior, externus, extremus.* Comparativus ab

ἔξω, in superlativo ἐξώτατος. In N. T. ter tantum legitur, Matth. VIII. 12. XXII. 13. XXV. 30. ubi formula σκότος τὸ ἐξώτερον proprie quidem *tenebras densissimas*, deinde vero etiam *carcerem infimum et teterrimum omnique luce carentem*, et ex adjuncto *miserias gravissimas ac dirissimas* significat.

'ΕΟΡΤΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *diem festum ago et celebro, ferior, versor in celebrandis diebus festis*, ab ἑοϱτὴ *festum*. Alexandrini hac voce usi sunt pro חָגַג *festum celebravit, feriatus est*. Exod. V. 1. XII. 14. Nahum. I. 15. coll. Ies. XXX. 29. Xenoph. de Rep. Athen. III. 2. ἑοϱτάζειν ἑοϱτὰς, pro quo ibid. § 8. ἑοϱτὰς ἄγειν posuit. Plutarch. T. II. p. 503. et T. V. p. 199. ed. Reisk. 2) ex adjuncto: *Deum colo, non solum ritibus, sed et mente ac animo, occupor in vero Dei cultu recteque agendi studio*. Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. V. 8. ὥστε ἑοϱτάζωμεν jam igitur Deum colamus, coll. Ies. LXVI. 23. et loco Philonis, quem excitavit Loesner. in Obss. Philonn. p. 277. Quem Grotius ad h. l. illustrandum attulit locum Thucyd. I. c. 70. μήτε ἑοϱτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πϱάττειν, plane alienum esse a loco nostro, non solum Wassius ad Thucyd. l. l. et Abresch. Dilucidd. Thucyd. Lib. I. c. 70. p. 66. sed etiam nuper Bauerus ad Orationes Thucyd. p. 25. satis superque docuerunt. De verbo ipso ἑοϱτάζειν ejusque usu apud extt. scriptt. lectu digna habet Irm. Ex. ad Her. I. 7. 3. p. 885 seq. Phavor. ἑοϱτάζω· τὸ ἁπλῶς ἑοϱτὴν ἄγω.

'ΕΟΡΤΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie, ut Lat. *feria, vacatio ab opere alicujus rei aut personæ causa*, quemadmodum et derivatum verbum ἑοϱτάζειν proprie *feriari, vacare et cessare ab opere solito ac quotidiano* significat. Conf. Irmisch. Exc. ad Herodian. I. 7. 3. p. 886. Jam quia ab opere vacare interdum solemus in honorem alicujus personæ aut eventus, factum est, ut ἑοϱτὴ 2) *quemlibet diem festum, Deo ejusque cultui* aut *memoriæ insignis beneficii divini destinatum*, significaret, *quo non solum vacamus ab omni opere, sed etiam nos hilaritati sobriæ damus*. Luc. II. 41. τῇ ἑοϱτῇ τοῦ πάσχα feriis paschalibus. ib. XXII. 1. ἡ ἑοϱτὴ τῶν ἀζύμων festum azymorum. Coloss. II. 16. ἢ ἐν μέϱει ἑοϱτῆς aut respectu habito ad festos dies. 3) aliquando in specie ita dicitur *festum paschatos*, quod summa cum religione ab Judæis agebatur. Matth. XXVI. 5. XXVII. 15. κατὰ τὴν ἑοϱτὴν per sacra illa paschalia. Luc. XXIII. 17. Joh. IV. 45. coll. XIII. 1. ubi plene ἡ ἑοϱτὴ τοῦ πάσχα dicitur. 4) quandoque omittitur, v. c. Act. II. 1. τὴν ἡμέϱαν τῆς πεντηκοστῆς, sc. ἑοϱτῆς, coll. Tob. II. 1. ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἑοϱτῇ. — Phavor. ἑοϱτή· χϱόνος ἱεϱὸς κατὰ νόμους.

'ΕΠΑΓΓΕΛΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *annuntiatio, denuntiatio*, ab ἐπαγγέλλω, quod vide. 2 Tim. I. 1. κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς τῆς ἐν Χϱιστῷ 'Ιησοῦ eo consilio, ut hominibus annuntiaret felicitatem per Christum partam. Polyb. XXIV. 10. 8. ubi vid. Schweighæuser. 2) *promissio gratuita et sponte facta*. Act. XIII. 23. XXIII. 21. πϱοσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ τοῦ ἐπαγγελίαν, Vulgatus: *exspectantes promissum tuum*, seu, *ut annuas eorum petitis*. Cæterum idem usus præpositionis ἀπὸ obtinet quoque apud Soph. Antigon. 199. Philoct. 1085. Galat. III. 17, 18. Ephes. VI. 2. ἐν ἐπαγγελίᾳ addita hac promissione. 1 Tim. IV. 8. Hebr. XI. 9. Ezech. VII. 26. Esther IV. 7. Polyb. Hist. XVII. 23. 3) *complementum et eventum promissionis*. Act. XIII. 32. καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα τὴν πϱὸς τοὺς πατέϱας ἐπαγγελίαν γενομένην et nos vos jam docemus, promissionem, majoribus nostris a Deo factam, nunc eventum habere. 2 Pet. III. 4. ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία; ubi est promissum hoc eventu comprobatum? ib. v. 9. οὐ βϱαδύνει ὁ Κύϱιος τῆς ἐπαγγελίας non cunctatur Deus in promissis suis eventu confirmandis. 4) per metonymiam: *illud ipsum, quod promissum est, res promissa*. Luc. XXIV. 49. καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατϱός μου ἐφ' ὑμᾶς ego dabo vobis promissa dona Sp. S. Act. I. 4. II. 33. Galat. III. 14. Heb. IV. 1. καταλειπομένης ἐπαγγελίας cum futurum adhuc sit bonum illud a Deo promissum. ibid. VI. 12. κληϱονομούντων τὰς ἐπαγγελίας qui consequuti sunt bona, ipsis a Deo promissa. ib. X. 36. κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν præmii loco reportabitis promissam felicitatem. Hesych. ἐπαγγελία· ὑπόσχεσις καὶ ἐπάγγελμα.

'ΕΠΑΓΓΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ. Verbum πολύσημον apud Græcos, de quo bene et eleganter exposuit Taylor ad Demosthenem T. II. p. 315. 1) proprie: *nuntio, annuntio, denuntio*, i. q. ἀναγγέλλω, ex ἐπὶ et ἀγγέλλω *nuntio*, quod est ab ἄγγελος. Herodian. I. 6. 24. ἐπαγγέλλει τὴν ἔξοδον, ubi vid. Irmisch. 2) *impero, jubeo*. Hesych. ἐπαγγέλλωσιν· κελεύσωσιν. — ἐπαγγέλλη· κελεύεις. Xenoph. Cyrop. VII. 4. 1. Thucyd. III. c. 16. 3) *peto, rogo*. Suid. ἐπαγγέλλεται· παϱακαλεῖ, ἀξιοῖ. Demosthen. p. 1122. ed. Reisk. 4) Medium ἐπαγγέλλομαι *aliquid in me præstandum suscipio, promitto, polliceor, spondeo, fidem do*. Marc. XIV. 11. καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀϱγύϱιον δοῦναι et ei certam pecuniæ summam spondebant. Act. VII. 5. Rom. IV. 21. ἐπήγγελται pro ἐπήγγελκε. (ut apud Pausan. I. 33. p. 32. l. 41. πεποίηται pro πεποίηκε positum est.) Galat. III. 19. Tit. I. 2. Hebr. VI. 13. X. 23. XI. 11. XII. 26. Jacob. I. 12. II. 5. 2 Petr. II. 19. 1 Joh. II. 25. Sirac. XX. 23. 2 Macc. IV. 27. Conf. Demosthenis Orat. πεϱὶ παϱαπϱεσβείας T. II. p. 131. ed. Taylor. 5) *profiteor*, et dicitur inprimis de *iis, qui aliquam artem et disciplinam profitentur*; interdum etiam malo sensu de *iis, qui se aliquid habere, scire, aut fecisse jactant*. 1 Tim. II. 10. ὃ πϱέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν ut fœminas decet, quæ pietatem profitentur. ibid. VI. 21. ἥν (sc. γνῶσιν) τινες ἐπαγγελλόμενοι quam quidam jactantes, coll. Sirac. III. 26. γνώσεως δὲ ἀμοιϱῶν μὴ ἐπαγγελοῦ scientia autem destitutus, eam ne jactes. et Sap. II. 13. Aristot. Ethic. X. c. 10. τῶν δὲ σοφιστῶν οἱ ἐπαγγελλόμενοι. Demosthen. p. 938. ed. Reisk. καὶ γὰϱ ταῦτα δεινὸς εἶναι ἐπαγγέλλεται. Diog. Laërt. Procem. s. 12. ὁ ταύτην, sc. σοφίαν, ἐπαγγελλόμενος. Xenoph. Mem. I. 2. 7. ἀϱετὴν ἐπαγγελλόμενος. Eodem modo *promittere* apud Latinos pro *profiteri* apud Horatium II. Ep. 1. v. 116. ubi vetus scholiastes: *promittunt, profitentur*. Adde Senec. Ep. 88.

'ΕΠΑ'ΓΓΕΛΜΑ, ατος, τὸ, 1) *promissio*, ab ἐπαγγέλλω, quod vide. 2 Pet. III. 13. κατὰ τὸ ἐπάγγελμα αὐτοῦ πϱοσδοκῶμεν secundum promissionem ipsius exspectamus. 2) *res promissa, promissum*, per metonymiam. 2 Pet. I. 4. δι' ὧν τὰ τίμια ἡμῖν καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα δεδώϱηται qua nobis præstantissima bona concessa sunt. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐπάγγελμα, *pignus*.

'ΕΠΑ'ΓΩ, fut. άξω, 1) proprie: *induco, adduco, infero, accerso, immitto*, et est vocabulum proprium, si de suppliciis immittendis agitur, ab ἐπὶ et ἄγω *duco*. Hesych. ἐπάγει· ἐπιφέϱει. Sic legitur in N. T. 2 Pet. II. 5. κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας mundo impiorum inducens diluvium. Genes. VI. 17. ἐπάγω τὸν κατα-

κλυσμὸν ὕδωρ ἐπὶ γῆν, ubi Hebr. הֵבִיא respondet. Ælian. V. H. XIII. 24. 2) metaphorice: *concilio, contraho*, et fere in malam partem de pœnis et calamitatibus usurpatur, quas sibi aliquis sua culpa conciliat. 2 Pet. II. 1. ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν accelerantes sibi supplicia et pœnas. Eodem sensu ἐπάγω usurpatur non solum in vers. Alex. Genes. XX. 9. ὅτι ἐπήγαγες ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν μου ἁμαρτίαν μεγάλην. Levit. XXII. 16. sed etiam apud Demosthenem p. 424. ed. Reisk. ἐπάγοντες ἑαυτοῖς αὐθαίρετον δουλείαν. 3) ἐπάγω ἐπὶ τινὰ τὶ *imputo alicui aliquid, culpam conjicio*, seu *confero in aliquem, tribuo*. Sic exstat Act. V. 28. καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου et vultis in nos transferre crimen cædis istius viri, seu, nos reos cædis peragere. Sæpius non legitur in N. T. Non ignorant vero hunc elegantem verbi ἐπάγειν usum scriptores Græci præstantissimi, v. c. Demosthenes p. 548. edit. Reisk. τοιοῦτο κακὸν καὶ τηλικοῦτον ἀδίκως ἐπάγει τῷ, h. e. efficit, ut insons pro auctore tanti facinoris habeatur. ibid. p. 550. 22. Dionys. Hal. Ant. VII. 5. 2.

ʼΕΠΑΓΩΝΙʹΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, 1) proprie: *decerto ob aliquid, summo studio et contentione certo, omnes vires certamini impendo*, ab ἐπὶ et ἀγωνίζομαι *certo*. Construitur cum dativo, vi præpositionis. Plutarch. T. I. p. 259. et T. III. p. 200. edit. Reisk. Vide Abresch. Auctar. Dilucid. Thucyd. p. 226. 2) metaphorice: *omni studio et diligentia in aliqua re defendenda versor, constans sum et persevero*. Sic semel legitur in N. T. Jud. v. 3. ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει, h. e. ut constantes maneatis nec animum abjiciatis in calamitatibus, pro religione christiana subeundis, eamque omni studio contra falsos doctores defendatis et tueamini. Plutarch. Numa 8. ἐπαγωνίζεσθαι τῇ σοφίᾳ. Œcumenius ad h. l. παρακαλεῖ αὐτοὺς ἀγωνίζεσθαι καὶ ἐμμένειν τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς πίστει. Etym. M. ἐπαγωνιεῖται φιλονεικήσει, προσκαρτερήσει. ἐκ τοῦ ἐπαγωνίζω. Hesych. ἐπαγωνιεῖται· φιλονεικεῖ. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 733.

ʼΕΠΑΘΡΟΙʹΖΩ, fut. οίσω, *congrego alios, congero aliquid*, ex ἐπὶ et ἀθροίζω *cogo, congero*, quod est ab ἀθρόος *confertus, coacervatus*, et apud scriptores exteros usurpatur fere semper de *conscriptione et collectione militum*, v. c. Herodian. III. 1. 6. τὸ δὲ λοιπὸν στρατιωτικὸν ἤθροιζεν ἐκ τῶν ἐκεῖ στρατοπέδων. Ælian. V. H. XIII. 3. ἀθροίσας γὰρ ἑβδομήκοντα μυριάδας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. Medium ἐπαθροίζομαι *me congrego*, i. e. *concurro, convenio, confluo*, semel occurrit in N. T. Luc. XI. 29. τῶν δὲ ὄχλων ἐπαθροιζομένων, ubi Vulgatus habet: *turbis autem concurrentibus*, nec differt a simplici ἀθροίζομαι, quod in eadem significatione reperitur apud Ælian. V. H. II. 1. et Herodian. III. 4. 11. ὅπερ ἔκ τε τῶν περικειμένων πόλεων καὶ ἀγρῶν ἤθροιστο, ut adeo vana sit eorum opinio, qui Lucam l. l. emphaseos gratia verbum compositum ἐπαθροίζομαι adhibuisse dicunt, ut nempe indicaret, ingentem confluxisse multitudinem hominum, qui se coacervaverint et condensarint. Plutarch. T. V. Opp. p. 579. ed. Reisk.

ʼΕΠΑΙʹΝΕΤΟΣ, ου, ὁ, vel ʼΕΠΑΙΝΕΤΟʹΣ, οῦ, ὁ, *Epænetus*. Nomen proprium viri, origine Græcum, idem quod *laudabilis, laudatus, laude dignus*, ab ἐπαινέω *laudo*, respondens Hebraico יְהוּדָה et הָהִלֵּל Ezech. XXVI. 17. Fuit primus, qui inter Asiæ proconsularis incolas religionem christianam susceperat, laudatus ideo a Paulo, Rom. XVI. 5. ἀσπάσασθε Ἐπαίνετον (variant codices, quorum quidam legunt Ἐπαινετὸν cum accentu in ultima syllaba. Sed rectius scribi videtur Ἐπαίνετον, si fides habenda est Eustathio ad Homer. Il. β', p. 237. scribenti: ἐπαινετὸς τὸ ἐπίθετον, καὶ Ἐπαίνετος, κύριον.) τὸν ἀγαπητόν μου, ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν. Sæpius non commemoratur in N. T.

ʼΕΠΑΙΝΕʹΩ, ῶ, fut. ήσω, *laudo, probo, celebro*, ab ἔπαινος, quod vide. Luc. XVI. 8. καὶ ἐπῄνεσεν ὁ Κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, ubi ἐπῄνεσεν est e vita communi illustrandum et reddendum: *mirabatur ejus calliditatem, non poterat ei denegare laudem calliditatis*. Rom. XV. 11. καὶ ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοὶ et celebrate majestatem divinam omnes populi. 1 Cor. XI. 2, 22. Formula οὐκ ἐπαινεῖν, quæ 1 Cor. XI. 17, 22. legitur, per μείωσιν *vituperare, admodum carpere* significat. Sæpius non legitur in N. T. Suid. ἐπῄνει· εὐμενῶς ἐδέχετο, συγκατετίθετο. Idem: ἐπαινέσας· ὑποδεξάμενος εὐχαρίστως. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. XIV. 2. qui multis exemplis docuit, ἐπαινεῖν apud Græcos etiam *gratias agere* significare. Notionem *approbandi* confirmat locus Thucyd. IV. 65. ἐπαινεσάντων αὐτῶν ἐποιοῦντο τὴν ὁμολογίαν.

ʼΕΠΑΙΝΟΣ, ου, ὁ, 1) *laus, celebratio*. 2 Cor. VIII. 18. οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν nobilis et laudatissimus doctor religionis christianæ inter omnes cœtus christianos. Ephes. I. 12. εἰς ἔπαινον τῆς δόξης αὐτοῦ, sc. Θεοῦ, quam ob rem laudanda et celebranda est a nobis summa Dei benignitas. ibid. v. 6 et 14. Philip. I. 11. εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον Θεοῦ. 2) per metonymiam effectus pro caussa: *res, quæ laudem meretur, laudabilis, quæ laudem et bonam famam ac existimationem conciliat*. Philip. IV. 8. εἴ τις ἔπαινος quidquid laudabile est. 3) *remuneratio*, in utramque partem. 1 Cor. IV. 5. καὶ τότε ὁ ἔπαινος γενήσεται ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ tunc quilibet justam remunerationem factorum suorum reportabit. Hesychius: ἐπαίνους· τὰς κρίσεις. Conf. Casaubonum ad Epicteti Enchirid. c. 67. 4) speciatim: *præmium virtutis et recte factorum*. Rom. II. 29. οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ talis certissime a Deo afficietur præmiis. ibid. XIII. 3. τὸ ἀγαθὸν ποίει καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς, sc. ἐξουσίας, ubi sermo est de magistratibus, qui ad id constituti sunt, ut præmiis ornent cives, legibus obsequium præstantes. Eodem modo voce ἐπαινέω usus est Xenophon in Œconom. IX. 14. οἵτινες ἐπισκοποῦντες τὸν μὲν ποιοῦντα τὰ νόμιμα ἐπαινοῦσιν, ubi ἐπαινεῖν opponitur τῷ ζημιοῦν. 1 Pet. I. 7. II. 14. ubi ei ἐκδίκησις opponitur. Sæpius non legitur in N. T. Etiam in psephismatibus Græcorum sæpe occurrit ἐπαινεῖν pro *præmiis afficere*.

ʼΕΠΑΙʹΡΩ, fut. αρῶ, 1) *attollo, elevo, erigo*, ex ἐπὶ et αἴρω *tollo*. Suid. ἐπαίρων· ὑψῶν. Act. XXVII. 40. καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ et sublato et erecto ad venti flatum artemone. Lucian. Ver. Hist. II. 38. Plutarch. Thes. p. 9. E. Passivum ἐπαίρομαι *sursum* vel *in altum tollor, elevor, attollor*. Act. I. 9. καὶ ταῦτα εἰπὼν βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη his dictis in eorum conspectu in altum sublatus est, i. q. Luc. XXIV. 51. ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανόν. Huc pertinent etiam formulæ sequentes, in N. T. haud raro obviæ: α) ἐπαίρειν ὀφθαλμοὺς *attollere oculos*, quam παρελκόντως adjiciunt scriptt. N. T. quum quempiam quippiam vidisse dicere instituunt, v. c. Matth. XVII. 8. ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, οὐδένα εἶδον. Luc. XVI. 23. Joh. IV. 35. VI. 5. coll. 1 Macc. IV. 12. καὶ ἦραν οἱ ἀλλόφυλοι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν καὶ εἶδον, more Hebræorum, v. c.

Gen. XXII. 4. וַיִּשָּׂא אֶת־עֵינָיו וַיַּרְא Dan. X. 5. 1 Paral. XXI. 16. Sunt tamen loca N. T. in quibus hæc formula æque ac apud exteros scriptores exprimenda est in versione, v. c. Luc. VI. 20. *καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἔλεγε* et discipulos suos ita affatus est. ibid. XVIII. 13. *οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι* ne oculos quidem ad cœlum tollere ausus est; ubi respondet formulæ Hebraicæ שְׂאֵת פָּנִין 2 Sam. II. 22. Job. XI. 15. β) *ἐπαίρειν τὰς χεῖρας attollere*, seu *elevare et expandere manus* metaphorice ponitur pro *preces facere.* Judæi enim ad cœlum sublatis et expansis manibus preces facere solebant. Ps. CXLI. 2. Luc. XXIV. 50. *καὶ ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτοῦ εὐλόγησεν αὐτοὺς* et sublatis manibus ad Deum preces faciens, iis bene precatus est. 1 Tim. II. 8. *ἐπαίροντας χεῖρας ὁσίους* sanctas et nullis sceleribus contaminatas preces facere. Vulgatus: *levantes puras manus.* Gloss. Vet. *Levat, κουφίζει, ἐπαίρει.* Confer Ad. Rechenbergii D. de *χειραρσίᾳ* orantium in Ej. Exercitatt. in N. T. p. 145. γ) *ἐπαίρειν κεφαλήν*, quæ proprie quidem est *caput in altum tollere, vultum erigere*, i. q. *ἀνακύπτειν*, sed deinde æque ac *ἀνακύπτειν* metaphorice de *iis* usurpatur, *quorum animi mœrore dejecti spe lætioris fortunæ eriguntur*, v. c. Luc. XXI. 28. *ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν.* Confer Krebs. Obss. Flav. p. 133. δ) *ἐπαίρειν τὴν φωνὴν tollere vocem, intendere*, plane ut nos: **Seine Stimme erheben**, *to raise the voice*, pro: **mit starker Stimme sprechen**, *to speak in a louder tone.* Philostrat. Vit. Apollon. V. c. 33. *τὴν φωνὴν ἐπάρας, παρ' ὃ εἰώθει, ἔφη.* Demosthenes de Corona p. 322. fin. ed. Reisk. *ἀλλ' ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς καὶ λαρυγγίζων.* Eodem sensu reperitur etiam in N. T. Luc. XI. 27. *ἐπάρασά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου.* Act. XIV. 11. XXII. 22. Sed in loco Act. II. 14. ubi legitur *ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς*, quia præmittitur verbo *ἀποφθέγγεσθαι*, pleonastice posita formula videtur ad imitationem formulæ Hebraicæ שְׂאֵת קוֹל Jud. IX. 7. XXI. 2. 3) Medium *ἐπαίρεσθαι*, sc. *τῷ φρονήματι*, *efferri animo, superbire, fastuosum esse et factu inflatum insolentius se gerere.* Suid. *ἐπαίρεσθαι· τὸ φυσοῦσθαι.* 2 Cor. X. 5. *ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ* qui fastu inflati opponunt se propagationi religionis christianæ. ibid. XI. 20. *εἴτις ἐπαίρεται.* Alex. Prov. III. 5. *ἐπὶ τῇ σῇ σοφίᾳ μὴ ἐπαίρου.* Xenoph. Mem. III. 5. 4. *ἐπῆρται τὸ φρόνημα.* Polyb. I. 20. *ἐπαίρεσθαι τῇ διανοίᾳ.* Ælian. V. H. VIII. 15. *ἐπαρθεὶς τῇ εὐπραγίᾳ.* Vide Wets. N. T. T. II. p. 208. ac Schweighæuseri indicem Arriani s. h. v.

ἘΠΑΙΣΧΥ'ΝΟΜΑΙ, *pudet me, erubesco, pudefio, ignominiosum mihi aliquid duco*, ex *ἐπί* et *αἰσχύνομαι pudefio.* Construitur apud Græcos plerumque cum dativo, v. c. apud Herodot. IX. 185. Plutarch. T. IX. p. 408. edit. Reisk. sed in N. T. vel cum accusativo rei, cujus aliquem pudet, vel cum præpositione *ἐπί.* Interdum etiam sequitur infinitivus. Quanquam vero generatim pudoris notionem involvit, non una tamen et eadem ratione in N. T. usurpatur, sed fere semper adjunctam habet notionem, *subterfugere, subtrahere se alicui*, quod facere solent quos pudet. Marc. VIII. 38. *ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους —— καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτόν.* coll. Luc. IX. 26. qui enim pudore suffusus me meamque doctrinam repudiaverit, eamque palam profiteri detrectaverit, hunc nec filius hominis pro suo sectatore agnoscet et felicitate æterna ornabit. Rom. I. 16. *οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ* evangelii, doctrinæ christianæ prædicationem summo honori mihi duco. ibid. VI. 21. *ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε* quorum nunc vos jure pudet. 2 Tim. I. 8. *μὴ οὖν ἐπαισχυνθῇς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου ἡμῶν* ne muneris doctoris christiani tibi demandati partes deseras. ibid. v. 12. *ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι* sed non subtraho me his malis. ibid. v. 16. *καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη* me vinctum nunquam deseruit. Hebr. II. 11. *οὐκ ἐπαισχύνεται* non infra suam dignitatem habet. ib. XI. 16. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΠΑΙΤΕ'Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, 1) proprie: *insuper rogo, post aliud peto*, ex *ἐπί* et *αἰτέω peto*, etiam *rogo, peto* simpliciter. 2) *κατ' ἐξοχὴν stipem peto, mendico.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XVI. 3. *ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι* stipem rogare infra meam dignitatem habeo. Eodem sensu usi sunt hac voce Alexandrini Psal. CIX. 10. pro Hebr. שָׁאַל.

ἘΠΑΚΟΛΟΥΘΕ'Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, 1) proprie: *pedibus sequor eum, qui præcedit, sequor, subsequor*, ex *ἐπί* et *ἀκολουθέω*, quod idem significat. Plutarch. T. I. p. 65 et 80. edit. Reisk. 2) metaphorice: *tempore sum posterior.* 1 Tim. V. 24. *τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσιν*, scil. *ἁμαρτίαι*, aliorum peccata sunt obscuriora et tantum successu temporis et longo usu cognoscuntur et deteguntur. Conf. infra ad *προάγω.* 3) *conjunctus sum cum aliquo quocunque modo, subsequor, comitor.* Marc. XVI. 28. *διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων* miraculis, quæ eorum doctrinam comitari solebant. Syrus: ܒܐܬܘܬܐ ܕܥܒܕܝܢ ܗܘܘ *per signa quæ fecerunt.* 4) *imitor, sequor exemplum alicujus, præceptis alicujus obedientiam præsto.* Polyb. VII. 14. 3. Hinc *ἐπακολουθεῖν ἴχνεσί τινος* vestigia alicujus premere, h. e. imitari. 1 Petr. II. 21. *ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ* qui reliquit vobis exemplar ad imitandum propositum, ut insistamus vestigiis ejus, seu, ut ejus vitam imitando exprimamus. 5) *operam do, studeo.* 1 Tim. V. 10. *εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε* et omnis virtutis christianæ studiosa fuerit. Gloss. Gr. apud Matthæi: *ἐκοινώνησεν, ὑπηρέτησεν.* Sæpius non legitur in N. T.

ἘΠΑΚΟΥ'Ω, fut. *ούσω*, 1) proprie: *audio, ausculto.* Demosthen. p. 1142. ed. Reisk. *ἐπακούοντες τῶν λεγομένων.* 2) *obtempero.* Thucyd. I. c. 82. *ἢν μὲν ἐπακούσωσι τί τῶν πρεσβευομένων ἡμῶν.* 3) *exaudio, obtempero*, (Herodot. IV. 141.) *annuo alicujus precibus.* ex *ἐπί* et *ἀκούω.* Semel legitur in N. T. 2 Cor. VI. 2. *καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σε* hoc tempore læto et fausto exaudio te. Gen. XVI. 2. ubi *ἐπακούειν* et *ὑπακούειν* in codd. permutantur. 2 Paral. XIII. 20. *ἐπήκουσε Κύριος τῷ Ἐζεκίᾳ.* Lucian. Timon. 34. *ἐπακούσας τῶν εὐχῶν.* Polyb. V. 102. 7. Gl. Vet. apud Labbæum: *ἐπακούω, abaudio, exaudio.*

ἘΠΑΚΡΟΑ'ΟΜΑΙ, *ῶμαι*, *audio*, nec differt a simplici *ἀκροάομαι.* Semel legitur in N. T. Act. XVI. 25. *ἐπηκροῶντο δὲ αὐτῶν οἱ δέσμιοι* audientibus eos reliquis captivis. Hinc substantivum *ἐπακρόασις auscultatio*, quod legitur apud Alex. 1 Sam. XV. 22. pro הַקְשִׁיב. Gloss. Vet. apud Labbæum: *ἐπακροᾶται, auscultatur.*

ἘΠΑ'Ν. Particula conjunctiva, *postquam, si* significans et tantum de *tempore* usurpatur. Conflatam esse ex *ἐπί* et *ἂν* vel *ἐὰν*, clare docet locus Homeri Iliad. ζ, v. 412. ubi *ἐπὶ ἂν* divisim legitur in eadem significatione. Construitur fere semper cum conjunctivo ob vim parti-

culæ ἂν, seu ἐὰν, cum qua composita est. In N. T. ter legitur. Matth. II. 8. ἐπὰν δὲ εὕρητε quem si inveneritis. Luc. XI. 22. ἐπὰν δὲ νικήσῃ αὐτὸν si eum vicerit. ibid. v. 34. ἐπὰν δὲ πονηρὸς ᾖ sin vitiatus fuerit. Cæterum observandum est, pro ἐπὰν Ionice sæpe poni ἐπὴν, v. c. apud Homer. Iliad. α', 168. nam Iones solent pro ἂν seu ἐὰν ponere ἤν. Thom. M. p. 332. ἐπὰν καὶ ἐπειδὰν εὕρηται, ἐπὶ πλέον δὲ τὸ ἐπειδάν. Πλάτων ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν πολιτειῶν ἐπὰν ἀνακώσωμαι τὸν Θρασυμάχου λόγον. Confer Gregor. de Dial. p. 219.

'ΕΠΑ'ΝΑΓΚΕΣ. Adverbium, *necesse, necessario*, conflatum ex ἐπὶ et ἀνάγκη *necessitas*, quod apud Græcos sat sæpe occurrit, v. c. apud Demosthenem p. 706. edit. Reisk. Arrian. Diss. Epict. II. 20. 1. Athen. XIV. p. 657. D. Ælian. Hist. Anim. IX. c. 1. et aliis in locis, quæ collegerunt Palairetus (in Obss. Critt. p. 310.) et Kypkius (Obss. Sacr. T. II. p. 75.). Cum articulo adjective sumitur ex more Græcorum et significat: *quod necessarium est, quod jure postulari potest*, τὸ ἐπ' ἀνάγκης ὄν. Gloss. Vet. ἐπάναγκες, *necesse*. Sic semel legitur in N. T. Act. XV. 28. πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων præter ea, quæ visa sunt jure a vobis postulanda; ubi tamen Salmasius de Fœnore Trapezitico p. 440. legendum esse ἐπ' ἀνάγκης contendit, quod merito refutant Abreschius et Wolfius in Annotatt. ad h. l. Si quid mutandum, scriberem ἐπαναγκεστάτων h. e. eorum, quæ maxime necessaria sunt. Vide Etymol. M. 322. 40. et 358. 54. Phavor. ἐπ' ἀνάγκης ἔχω· ἀντὶ τοῦ ἀνάγκην ἔχω.

'ΕΠΑΝΑ'ΓΩ, fut. άξω, 1) proprie: *reduco, retrorsum ago, sursum duco, proveho in altum*, et speciatim vel simpliciter positum, vel addito substantivo ναῦς, *provehere*, seu *subducere navem in altum mare*, i. q. ἀναπλέω, ex ἐπὶ et ἀνάγω *sursum duco, veho, perduco, reduco*. Sic legitur in N. T. Luc. V. 3. ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον, scil. ναῦν, rogavit eum, ut a terra proveheret paululum navem. ibid. v. 4. ἐπανάγαγε εἰς τὸ βάθος in altum provehere. 2 Macc. XII. 4. ἐπαναχθέντας αὐτοὺς ἐβύθισαν. Xenoph. Hist. Gr. VI. 2. 16. Plutarch. T. VIII. p. 747. 3. ed. Reisk. 2) subintellecto ἑαυτὸν, *me quasi retrorsum ago, redeo, revertor*. Matth. XXI. 18. ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν cum rediret in urbem, seu Hierosolymam. Sirac. XXVI. 23. ἐπανάγων ἀπὸ δικαιοσύνης ἐπὶ ἁμαρτίαν. 2 Macc. IX. 21. ἐπανάγων ἐκ τῶν περὶ τὴν Περσίδα τόπων. Xenoph. Cyrop. IV. 1. 2. Plutarch. T. VI. p. 21 et 455. edit. Reisk.

'ΕΠΑΝΑΜΙΜΝΗ'ΣΚΩ, fut. μνήσω, *in memoriam revoco, commonefacio*, ex ἐπὶ et ἀναμιμνήσκω *in mentem revoco*. Legitur semel in N. T. Rom. XV. 15. ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς in mentem revocans, quæ sunt vobis notissima. Demosthenes p. 74. ed. Reisk. καίπερ ἀκριβῶς εἰδότα ἕκαστον ὑμῶν ἐπαναμνῆσαι βούλομαι.

'ΕΠΑΝΑΠΑΥ'Ω, fut. αύσω, *requiescere facio, do requiem*, ex ἐπὶ et ἀναπαύω, quod idem significat. Inc. et LXX sec. Cod. Alex. Oxon. Compl. Jud. XVI. 26. ἐπανάπαυσον δή με, h. e. *dimitte me*, ubi Cod. Vat. habet ἄφες. Medium ἐπαναπαύομαι, 1) proprie: *requiesco, quiesco, resideo*. Respondet in vers. Alex. Hebr. נִשְׁעַן *nixus, innixus est*, 2 Reg. VII. 2, 17. Ezech. XXIX. 7. Eustath. Præf. Il. p. 1. 20. 2) metaphorice: *vim habeo, vim meam exsero, ratus sum, contingo alicui, eventum habeo*; respondet vero nostro **bekleiben**, *to succeed*. Luc. X. 6. ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν eventum habebunt vestra bona vota, seu, vere continget illi salus, quam apprecati estis. Rarior est hæc notio, illustranda fortasse e locis Num. XI. 25, 26. et 2 Reg. II. 15. ἐπαναπέπαυται τὸ Πνεῦμα 'Ηλιοῦ ἐπὶ 'Ελισσαιέ, ubi ἐπαναπαύεσθαι, ut Hebraicum נוּחַ nihil aliud, quam *vim suam exserere*, significare potest. 3) *acquiesco in aliqua re, glorior, innitor, confido*. Sic legitur in N. T. Rom. II. 17. ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ lege Mosaica gloriaris; nam in sequentibus per καυχᾶσθαι explicatur, coll. Micha III. 11. וְעַל יְהוָה יִשָּׁעֵנוּ Alex. καὶ ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπανεπαύοντο. In vers. Alex. Hebraico נִשְׁעַן respondet, quod ab Alexandrinis mox per ἐπαναπαύεσθαι, v. c. Ezech. XXIV. 7. mox per πεποιθέναι vertitur, 2 Paral. XVI. 7. Adde 1 Macc. VIII. 12. Herodian. II. 1. 3. Arrian. Epict. I. 9.

'ΕΠΑΝΕ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. ελεύσομαι, aor. 2. ἐπανῆλθον, *redeo, revertor*, ex ἐπὶ et ἀνέρχομαι, quod idem significat. Luc. X. 35. ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με in reditu meo. ibid. XIX. 15. ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν cum rediisset ille. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro שׁוּב Gen. L. 5. Levit. XXV. 13. posuerunt. Plutarch. T. VIII. p. 51. ed. Reisk.

'ΕΠΑΝΙ'ΣΤΗΜΙ, proprie quidem est: *excito, erigo, surgere facio*, sed sæpe etiam valet idem, quod medium ἐπανίσταμαι, *surgo*, (Arrian. Diss. Epictet. II. 20. 9.) *insurgo*, v. c. apud Andocidem Orat. de Mysteriis p. 221. καὶ ἐάν τις τυραννεῖν ἐπαναστῇ. In N. T. tantum in forma media occurrit, ubi ἐπανίστασθαι ἐπί τινα *hostiliter aliquem invadere et aggredi, oppugnare* significat, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui nulla lacessiti injuria contra aliquem insurgunt et eum hostiliter persequuntur*, et ita differt ab ἀφίσταμαι, ut clarissime docet locus Thucyd. III. 39. ἐπανέστησαν μᾶλλον ἢ ἀπέστησαν, ad quem locum Schol. ἀπόστασίς ἐστιν, ὅταν τινὲς κακῶς πάσχοντες ἀποστῶσιν· ἐπανάστασις δὲ, ὅταν τινὲς τιμώμενοι καὶ μηδὲν ἀδικούμενοι στασιάσωσι καὶ ἐχθρεύωσι τοῖς μηδὲν ἀδικήσασι. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 372. Matth. X. 21. ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς insurgent liberi adversus parentes. (Wakefield in Silva Critica P. II. p. 24. existimat, Matthæum h. l. pariter ac XII. 41. respexisse morem bene notum causidicis, hominum scilicet e sedibus assurgentium, ut testimonium perhibeant in causa forensi coram judice.) Marc. XIII. 12. Sæpius non legitur in N. T. Deut. XIX. 11. εἰ τις ἐπαναστῇ ἄνθρωπος ἐπὶ τὸν πλησίον. Ps. III. 1. Micha VII. 6. Herodot. I. 89. Plutarch. T. VIII. p. 313. ed. Reisk.

'ΕΠΑΝΟ'ΡΘΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *correctio ejus quod incurvatum est*, et v. c. de artubus depravatis, pravis arbusculis et stirpibus incurvis, quæ corriguntur, dicitur, ex ἐπὶ et ἀνορθόω, quod vide. 2) *omnis restitutio in integrum et meliorem statum*, et mox, ut v. c. apud Polybium, de *damni reparatione*, mox de *correctione erroris et falsæ opinionis*, mox denique de *emendatione vitæ morumque*, vel addita voce βίου, vel simpliciter positum, ut apud Polybium I. 35. Arrian. Epict. III. 21. et Xenoph. Epist. I. 5. usurpatur. In N. T. semel legitur 2 Tim. III. 16. πρὸς ἐπανόρθωσιν ad alios emendandos; ad quem locum Theodoret. παρακαλεῖ γὰρ καὶ τοὺς παρατραπέντας ἐπανελθεῖν εἰς τὴν εὐθεῖαν ὁδόν. Legitur præterea 1 Macc. XIV. 34. 3 Esdr. VIII. 54. Epict. Enchir. 33. 10. Demosthen. p. 707. edit. Reisk. ἐπανόρθωσις τῶν νόμων. Joseph. A. J. XI. c. 5. p. 563. ed. Haverc. ἐπαρόρθωσις τῶν περὶ τὸ πολίτευμα παρανομηθέντων. Verbum ἐπανορθόω legitur apud Ælian. V. H. III. 17. Plu-

tarch. de Educ. Puer. IV. 8. (φαυλότητα ἐπανορθοῖ διδαχή.) et apud Demosthenem passim.

ἘΠΑ'ΝΩ. Adverbium, regens genitivum, ex ἐπὶ et ἄνω *sursum*, et varie usurpatur. 1) est adverbium loci et significat: *supra, super*. Matth. II. 9. ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον super eam domum, ubi erat infans. ib. V. 14. πόλις ἐπάνω ὄρους κειμένη urbs super monte posita. ib. XXI. 7. XXIII. 18, 20, 22. XXVII. 37. XXVIII. 2. Apoc. VI. 8. XX. 3. Sine casu legitur Luc. XI. 44. 2) *ad latus, juxta*, ad imitationem Hebr. עַל Gen. XVIII. 2. Ezech. XXV. 9. Dan. XII. 6, 7. Luc. IV. 39. καὶ ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς et lateri ejus adstans, aut *juxta caput ejus* (i. q. ὑπὲρ κεφαλῆς apud Homer. Odyss. δ, v. 802.) ex sententia Er. Schmidii, qui per ἐπάνω h. l. indicari partes, ad quas caput illa reclinaverat, non male judicavit. 3) *supra quam, ultra, plus quam*, si sermo est de *pretio* et *numero*. Marc. XIV. 5. ἠδύνατο γὰρ τοῦτο πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων nam poterat hoc vendi pluris quam trecentis denariis. 1 Cor. XV. 6. ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ postea apparuit plus quam quingentis fratribus simul. Exod. XXX. 14. ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω. 4) *supra*, ut sit *dignitatis et potestatis*. Joh. III. 31. ἐπάνω πάντων ἐστὶ est supra omnes, seu omnibus eminentior et præstantior. Luc. XIX. 17. ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων concedam tibi potestatem super decem urbes. ibid. v. 19. Ita עַל Genes. XLI. 33. 1 Paral. XXVI. 30. Joseph. A. J. IV. 8. 14. Arrian. Diss. Epict. I. 12. 34.

ἘΠΑΡΚΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, generatim notat: *sufficienter dare, suppeditare necessaria*. 1 Macc. VIII. 26. τοῖς πολεμοῦσιν οὐκ ἐπαρκέσουσι σῖτον. 2 Macc. XIII. 17. Hinc ἐπαρκῶς *sufficienter, quantum satis est*. 1 Macc. XI. 35. (ex ἐπὶ et ἀρκέω *sufficio*.) Speciatim vero *opem fero, auxilio sum, erogo beneficia, stipem confero, pauperum inopiam sublevo quocunque modo*. 1 Tim. V. 10. εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, scil. βοήθειαν, si opem tulerit afflictis. ibid. v. 16. ἐπαρκείτω αὐταῖς iis sufficienter suppeditet, quæ sunt ad vitam sustentandam necessaria. ibid. ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ. Sæpius non legitur in N. T. Polyb. I. 57. Philostrat. Vit. Soph. II. 1. τοῖς μὲν δεομένοις ἐπαρκεῖν, ἵνα μὴ δέωνται. Conf. Hemsterhus. ad Lucian. Timon. c. 5. T. I. p. 109. ed. Reitzii, Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v. et Wetstenii N. T. T. II. p. 342. Hesych. ἐπαρκεῖ· ὑπουργεῖ, χορηγεῖ, βοηθεῖ. Idem: ἐπήρκεσεν· ἐβοήθησεν.

ἘΠΑΡΧΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie est *administratio provinciæ cujuscunque*, sive *majoris*, sive *minoris*, i. q. ἐπιτροπή, ab ἔπαρχος *præfectus, præses provinciæ*. 2) *ipsa provincia, quæ administratur ab aliquo*, et speciatim *regio extra Italiam, quæ redacta in ditionem populi Romani erat*, quam Græci etiam ἡγεμονίαν appellant. Provinciæ autem Romanæ, in quas procuratores a Cæsare populoque Romano mittebantur, et libera republica et ætate Augusti in duo descripta genera erant, de quibus multis exposuit post Krebsium in Obss. Flav. p. 257. Celeb. Fischerus in Prolus. XVIII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 17. qui omnino legendus est. In N. T. bis tantum legitur. Act. XXIII. 34. ἐκ ποίας ἐπαρχίας ἐστὶ e quanam provincia esset. ib. XXV. 1. ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ provinciam ingressus. Plut. Cæs. p. 708. E. Δολοβέλλαν ἔκρινε κακώσεως ἐπαρχίας. Polyb. I. 15. 10. II. 19. 2. Hesych. ἐπαρχία· φυλὴ ἢ πατρίς. Cf. meum Spicileg. I. Lex. Biel. p. 48.

ἜΠΑΥΛΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *villa rustica, casa, tugurium, stabulum, ovile*. Num. XXXII. 16. ἐπαύλεις προβάτων οἰκοδομήσομεν. Ælian. V. H. I. c. 32. Polyb. V. 35. Conf. D'Orville ad Chariton. I. 13. p. 282. ed. Lips. Wetstenii N. T. T. II. p. 460. et Gataker. ad M. Antonin. I. 16. p. 29. 2) in universum: *habitatio, domicilium, omnis locus, in quo quis pernoctat*. Prov. III. 33. ἐπαύλεις δικαίων (Hebr. נְוֵה). Ies. XXXIV. 13. Sic semel legitur in N. T. Act. I. 20. γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος fiat domicilium ejus desertum. Polyb. XVI. 15. 5. — Schol. Apollon. Rhod. I. 800. ἐπαύλεις — — καταχρηστικῶς οἰκίαι. Hesych. ἔπαυλις· μάνδρα βοῶν, ἢ οἴκημα, ἡ αὐλή, ἡ στρατοπεδεία, (Joseph. Bell. Jud. II. c. 19. § 9. p. 205.) καὶ ἡ ποιμενικὴ αὐλή. Suid. ἡ οἰκία, ἐν ᾗ τὴν αὐλὴν ἐποιοῦντο.

ἘΠΑΥ'ΡΙΟΝ. Adverbium, *cras, prostridie, crastino vel postero die*. ex ἐπὶ et αὔριον *cras*. Cum articulo adjective sumitur, ἡ ἐπαύριον, scil. ἡμέρα, *crastinus dies*. In N. T. ubivis præmissum habet articulum τῇ, intellecta voce ἡμέρᾳ. Matth. XXVII. 62. Marc. XI. 12. Joh. VI. 22. XII. 12. 2) τῇ ἐπαύριον *postea, aliquando post*. Joh. I. 29, 34, 35. Sic etiam Hebr. מָחָר Jos. IV. 6. XXII. 24, 27, 28. sumitur.

ἘΠΑΥΤΟΦΩ'ΡΩ, seu, ut etiam divisim scribitur apud Græcos, ἘΠ' ΑΥ'ΤΟΦΩ'ΡΩ, pro ἐπ' αὐτῷ φώρῳ, 1) proprie: *in ipso furto*, et dicitur de *furibus, in ipso furti delicto deprehensis*, ab αὐτὸς et præterito passivi πεφώραμαι, verbi φωράω *furor*, unde φωρὰ *furtum* et φὼρ *fur* dicitur. Hesych. ἐπαυτοφώρῳ· ὁ ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι εὑρεθείς, ἔτι κατέχων αὐτό. Schol. D'Orvill. ad Aristoph. Plut. v. 455. ἐπ' αὐτοφώρῳ εἰλημμένοι. φανερῶς ἐπ' αὐτῇ τῇ κλεψίᾳ κρατηθέντες. 2) per synecdochen autem significat: *in flagranti delicto, in ipsa turpitudine*, et de *omnibus* usurpatur, *qui in quovis facinore deprehenduntur*, inprimis autem de *illicitis amoribus, qui sunt furtivi, et clam fieri solent*. Sic semel legitur in N. T. Joh. VIII. 4. αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη mulier hæc in ipsa adulterii turpitudine deprehensa est, coll. v. 3. ubi ἐν μοιχείᾳ κατειλημμένη dicitur. Syrus reddidit ܒܓܠܝܐ *aperte*. Eurip. Ion. 1214. Antiph. Or. I. p. 18. Apud Symm. Job. XXXIV. 11. legitur eodem sensu pro Hebr. בְּאֹרַח *in via*, q. d. *in via publica*. Confer Triller. ad Æliani H. A. XI. 15. XIV. 3. Hesych. ἐπ' αὐτοφώρῳ· ὁ φανερῶς καταληφθείς, ὑπεύθυνος γενόμενος.

ἘΠΑΦΡΑ͂Σ, ᾶ, ὁ, *Epaphras*. Nomen proprium viri, origine Græcum, quod contractum videtur ex Ἐπαφρόδιτος, ut Λουκᾶς ex Λουκιανός, Δημᾶς ex Δημήτριος. Coloss. I. 7. IV. 12. Philem. v. 23. Vid. Ἐπαφρόδιτος.

ἘΠΑΦΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *despumo, spumam ejicio*, ex ἐπὶ et ἀφρίζω *spumo*. Hoc sensu est apud Moschum Idyll. V. 5. 2) metaphorice de *hominibus* usurpatur, *qui flagitia sua effutiunt palam, immani furore correpti, et turpissima quævis sine ullo pudore dicunt et agunt*. Sic semel legitur in N. T. Jud. v. 13. ubi falsi doctores vocantur κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, h. e. similes esse dicuntur fluctibus maris æstuantis, quod quiescere nequit, immo ebullit cœnum et lutum, turpissima quævis sine ullo pudore palam dicentes et agentes. Respexit sine dubio Judas locum Ies. LVII. 20. וְהָרְשָׁעִים כַּיָּם נִגְרָשׁ כִּי הַשְׁקֵט לֹא יוּכָל

וַיִּגְרְשׁוּ מֵימָיו רֶפֶשׁ וָטִיט. Confer supra ad αἰσχύνη dicta.

'ΕΠΑΦΡΟ'ΔΙΤΟΣ, ου, ὁ, *Epaphroditus.* Nomen proprium viri, origine Græcum, (Vide Wetstenii N. T. T. II. pag. 273.) significans: *venustum, jucundum, gratiosum,* v. c. Xenoph. Sympos. VIII. 15. 18. ex ἐπὶ et Ἀφροδίτη *Venus,* quæ sic dicta est ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ a spuma maris, ex qua genita narratur. Phav. ἐπαφρόδιτος· ἡδὺς, ἐπίχαρις. Fuit hic Pauli adjutor in tradenda doctrina christiana et Philippensium legatus ad Paulum. Forte hic idem fuit, qui Coloss. I. 7. IV. 12. Philem. ver. 23. Ἐπαφρᾶς vocatur per abbreviationem. Nomen ejus bis tantum occurrit in N. T. Phil. II. 25. IV. 18. Varias conjecturas de eo proposuit Horreus in Miscell. Critt. Lib. I. c. 6.

'ΕΠΕΓΕΙ'ΡΩ, fut. ερῶ, *excito,* v. c. e somno (Xenoph. Anab. IV. 3. 8.), *concito, invito, instigo,* ex ἐπὶ et ἐγείρω *excito.* Dicitur vero hæc vox fere semper in malam partem de *iis, qui ad indignationem, vindictam, tumultum, bellum* et *persequutiones aliquem concitant.* Sic bis tantum legitur in N. T. Act. XIII. 50. καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον et excitarunt persequutionem contra Paulum. ibid. XIV. 2. ἐπήγειραν (in quibusdam codicibus additur διωγμὸν, e glossemate) τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν concitarunt, scil. ad persequutionem, gentiles contra christianos. In vers. Alex. respondet Hebr. הֵקִים 1 Sam. III. 12. XXII. 8. et הֵעִיר 1 Chron. V. 26. 2 Chron. XXI. 16. Ies. XIII. 17. XLII. 13. In eadem versione legitur etiam passivum ἐπεγείρεσθαι de *iis, qui aliquem hostiliter aggrediuntur et invadunt,* v. c. Ies. XIX. 2. וְסִכְסַכְתִּי מִצְרַיִם בְּמִצְרַיִם, καὶ ἐπεγερθήσονται Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους. Adde Xenoph. Ephes. I. c. 4. Eurip. Hercul. Fur. 1084. et Lucian. de Salt. Vol. II. p. 316.

'ΕΠΕΙ'. Adverbium, quod proprie 1) *postquam, deinde, quum, quando* significat, et est adverbium temporis tam determinati, quam indeterminati, conflatum ex ἐπὶ et εἰ. Luc. VII. 1. ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ postquam finiverat orationem suam. Ἐπεὶ apud Græcos pro ἔπειτα *deinde, deinceps* poni, docuit Hutchins. ad Xen. Cyrop. I. 6. 17. *Postquam* vero notat apud eundem de Rep. Laced. I. 1. Ælian. V. H. X. 17. Alex. Genes. XLVI. 31. pro אַחֲרֵי 1 Macc. X. 52. Hesych. ἐπεί· ἀφ' οὗ χρόνου. 2) conjunctio causalis: *quandoquidem, quoniam, quod.* Matth. XVIII. 32. XXVII. 6. ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι quandoquidem pretium sanguinis est. Marc. XV. 42. ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ quoniam erat parasceve. Joh. XIII. 29. XIX. 31. Luc. I. 34. 2 Cor. XIII. 3. Hebr. II. 14. V. 2, 11. VI. 13. XI. 11. 2 Macc. XIV. 29. 3 Macc. II. 16. Sic etiam legitur apud Æschin. Dial. II. 23. 33. Xenoph. Anab. VII. 6. 16. Athenæum XII. p. 548. D. Etym. M. ἐπεὶ — ἀντὶ τοῦ ἐπειδὴ — ἡνίκα δὲ αἰτιολογικῶς παραλαμβάνεται, σύνδεσμός ἐστι· ἐπεὶ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστι· Hesych. ἐπεί, ὅτι, ἢ ἐπειδή. 3) *nam, quippe.* Hebr. IX. 17. ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει nam nullam vim habet. Æschin. Dial. II. 8. 10. 16. 25. 4) *alioquin, si secus esset,* particula conditionalis. Rom. III. 6. ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον; ib. XI. 6, 22. 1 Cor. V. 10. ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν alioquin exeundum vobis esset e societate humana. ib. XV. 29. Hebr. X. 2. ἐπεὶ οὐκ ἐπαύσαντο προσφερόμεναι alioquin desiissent offerri victimæ. Eurip. Ion. v. 439. Conf. de hac notione Er. Schmidii Comment. ad Pindari Olymp. pag. 246. et Zeunius ad Vigerum pag. 391.

'ΕΠΕΙΔΗ', idem quod 'ΕΠΕΙ', ex quo componitur, et δὴ, pro quo poëtæ etiam dicunt ἐπειή, 1) rationem temporis, et determinati et indeterminati, continet et significat: *postquam, a quo tempore, quum, quando.* Hesych. ἐπειδή· ἐξότου. Act. XIII. 46. XV. 24. 1 Cor. I. 21. Thucyd. I. 6. Xenoph. Cyrop. II. 1. 1. 2) conjunctio causalis: *nam, quandoquidem, quia, quoniam.* Matth. XXI. 46. Luc. XI. 6. 1 Cor. I. 22. V. 21. XIV. 16. Philip. II. 26. Æschin. Socr. Dial. II. 13. 26. In vers. Alex. ponitur pro יַעַן *quandoquidem, quia.* Prov. I. 24. Ezech. XXVIII. 6. et pro יַעַן אֲשֶׁר *propterea quod,* Jer. XXV. 8. XXXV. 18.

'ΕΠΕΙΔΗ'ΠΕΡ. Conjunctio hæc, quæ semper cum indicativo construitur, usu non differt ab ἐπειδὴ, et significat: *postquam, quoniam, quia,* et semel legitur in N. T. Luc. I. 1. ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν postquam multi aggressi sunt. Vulgatus interpres: quoniam quidem. Gloss. *quoniam quidem,* ἐπειδήπερ. Æschin. Socr. Dial. II. c. 12. ἐπειδήπερ οἱ γ' ἔμπροσθεν λόγοι οὐ περὶ τούτου δοκοῦσίν σοι εἰρῆσθαι. Thucyd. VIII. 68. Ulpianus ad Demosthen. p. 159. Hesych. ἐπειδήπερ· ἐπειδή.

'ΕΠΕΙ'ΠΕΡ, *quandoquidem, siquidem, quoniam, quia.* Conjunctio ex ἐπεὶ et περ, particula enclitica. Semel legitur in N. T. Rom. III. 30.

'ΕΠΕΙ'ΔΩ, 1) proprie: *intueor, adspicio, oculos ad aliquem dirigo.* (ex ἐπὶ et εἴδω *video.*) In vers. Alex. respondet τῷ רָאָה Gen. XIII. 10. XIV. 13. In N. T. metaphorice et ἀνθρωποπαθῶς Deo tribuitur, quatenus res humanas curat et gubernat, et 2) in bonam sumtum partem significat: *benignum esse, beneficia exhibere.* Sic reperitur Luc. I. 25. ἐν ἡμέραις αἷς ἐπεῖδεν ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις tempore, quo se ita benignum præbuit Deus erga me, ut auferret opprobrium meum apud homines. Cf. Glassii Philol. S. p. 964. ed. Dathii. In notione *lætandi* et *delectandi* usus est hac voce Symmachus Psal. LVIII. 11. ad imitationem Hebr. רָאָה. Apud eundem Ps. LXX. 6. notat *benignum se exhibere.* 3) in malam partem adhibetur, ita, ut *ira, vindicta et pœna Dei* indicetur. Act. IV. 29. ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν puni eos ob has comminationes. Sæpius non legitur in N. T. Ps. CIV. 32. Jer. III. 8. Cæterum etiam apud Græcos ἐπιδῶ de rebus cum *tristibus et acerbis,* tum *lætis et jucundis* usurpari, recte jam observavit Thom. M. p. 335. τὸ ἐπεῖδεν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ συμφορᾶς τίθεται — ἅπαξ δὲ καὶ ἐπὶ ἐπιθυμίας, ubi vide interpretes: sicut etiam εἰσείδω metaphorice sumitur apud Hesiod. Theog. 51.

"ΕΠΕΙΜΙ, *succedo, sequor, supervenio, advenio,* ex ἐπὶ et εἶμι. Vid. infra sub ἐπιών.

'ΕΠΕΙΣΑΓΩΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *superinductio, superintroductio,* ab ἐπεισάγω *alicui rei aliquid superinduco, aliunde inveho.* Similis vox (omissa in Thesauro Bieliano) est ἐπεισπορεύομαι apud LXX Lev. XXVI. 33. secundum ed. compl. 2) *introductio,* ut sit *porta, per quam quis introducitur,* v. c. apud Thucyd. VIII. c. 92. τεῖχος τοῦτο καὶ πυλίδας ἔχον καὶ ἐσόδους, καὶ ἐπεισαγωγὰς τῶν πολεμίων. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 410. 3) *introductio,* sensu metaphorico, v. c. de doctrina, spe, consuetudine. Sic semel legitur in N. T. Hebr. VII. 19. ἐπεισαγωγὴ δὲ κρείττονος ἐλπίδος successit jam præstantior doctrina. Vocem hanc paulo

rariorem, ideoque ab H. Stephano in Thes. Gr. Ling. T. I. p. 74. sine ulla auctoritate prolatam, adhiberi tamen a Josepho A. J. XI. 6. 3. de virgine, cum qua aliquis, dimissa priore uxore, iterum matrimonium init, observavit Krebsius in Obss. Flav. p. 378.

ἜΠΕΙΤΑ. Adverbium 1) temporis, *deinde, postea*, ex ἐπὶ et εἶτα. Marc. VII. 5. ἔπειτα ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι. Galat. I. 18. ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία deinde post tres annos. 2) ordinis, *deinde*. 1 Cor. XII. 28. ἔπειτα δυνάμεις. Hebr. VII. 2. 3) *præterea*. 1 Cor. XV. 6, 7. 4) interdum abundat, v. c. in formula ἔπειτα μετὰ τοῦτο, quæ respondet Latinæ *deinde postea*, (Liv. XLI. 24. Cic. pro Milone 24.) ac *post deinde*, (Terent. Andr. III. 2. 3.) quæ simpliciter per *deinde* reddi debet, ita, ut alterutrum abundet, v. c. Joh. XI. 7. ἔπειτα μετὰ τοῦτο elapso duorum dierum spatio. Lucianus Lexiphane 21. εἶτα μετὰ τοῦτο. Sext. Empir. adv. Astrolog. 97. Theophr. H. Pl. III. 13. Aristoph. Ran. 1058. — Cf. quæ de hac particula Devarius observavit in libro de Gr. Ling. Particulis p. 140. ed. Reusmanni et Zeunius ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 387. Hesych. ἔπειτα· μετὰ ταῦτα.

ἘΠΈΚΕΙΝΑ. Adverbium, regens genitivum, contracte positum pro ἐπ' ἐκεῖνα, sc. μέρη, *usque ad illas partes*, seu *ultra illas partes*. Duplici vero modo usurpatur apud veteres. 1) particula temporis est et notat: *deinceps, postea*. 1 Macc. IX. 30. ἀφίημι ἀπὸ τοῦ σήμερον καὶ ἐπέκεινα, Vulgatus: *et deinceps*. In seq. explicatur formula: καὶ εἰς τὸν αἰῶνα (cod. Alex. ἅπαντα, e glossemate) χρόνῳ. Alex. Ezech. XXXIX. 22. ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης ἐπέκεινα. Micha IV. 5. εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπέκεινα. Exempla e Græcis scriptoribus attulit Stephanus in Thes. Ling. Gr. T. I. p. 1214. 2) est particula loci, contraria significans, nempe: *trans, ultra, cis, citra, intra*, pro loci et loquentis ratione. Hesych. ἐπέκεινα· παρεκεῖ, ἀνωτέρω, ἐξωτέρω. Diod. Sic. III. c. 50. τὴν ἐπέκεινα τῆς Σύρτεως Λιβύην Libyam, quæ ultra Syrtes est; ubi vid. Wesselingium. Xenoph. Hist. Gr. V. 1. 10. ἐπέκεινα Ἡρακλείου. Idem Anab. V. 4. 2. Cf. interpretes ad Thom. M. p. 336. et Irmisch. ad Herodian. II. 8. 13. Vol. II. p. 253. In N. T. semel legitur Act. VII. 43. καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος vosque ultra (Vulgatus: *trans*) Babylonem relegabo. Confer L. Bos Ellips. Gr. p. 288.

ἘΠΕΚΤΕΊΝΩ, fut. τενῶ, *extendo*, i. q. ἐκτείνω, *porrigo, protendo*, ut glossæ interpretantur, ab ἐπὶ, quod sæpe *motum in locum* in compositis significat, et ἐκτείνω *extendo*. Medium ἐπεκτείνομαι, seu ἐπεκτείνω ἐμαυτὸν *extendo me ipsum, me porrigo et protendo*, et metaphorice: *concitato cursu ad aliquam rem feror, summo studio enitor, omnibus viribus contendo, desiderio alicujus rei flagro*. Sic semel legitur in N. T. Phil. III. 14. τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος ad ea vero, quæ a fronte sunt, contendens, seu enitens. Imago desumta est a cursoribus, qui non solum citissime currunt, sed etiam omnia corporis membra, præsertim caput ac manus, protendere solent, ut scopum attingant, adeoque toti in id incumbunt, ut ne ab aliis palma ipsis præripiatur. Similis locus legitur apud Maximum Tyrium VIII. 2. εὐθὺ τοῦ οὐρανοῦ ἀνατεινόμενοι τῇ ψυχῇ. Suid. ὀρεγνωμένοις· ἐκτεταμένοις, ἐπιθυμοῦσιν. Idem: συνορεγνώμενοι· ἐπιθυμοῦντες, ἐπεκτεινόμενοι. Cf. quæ de hac voce scripsit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 55. p. 277.

ἘΠΕΝΔΎΤΗΣ, ου, ὁ. Vocem hanc, quæ in vulgaribus Lexicis male *amiculum* aut *indusium* redditur, a plerisque, etiam Græce doctissimis, non recte intellectam esse, docuit Cel. Fischerus in Prolus. III. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 15 seq. Est enim potius ἐπενδύτης *tunica superior, togæ et pallio propior, atque adeo inter subuculam et exteriores vestes media*, quam Attici χιτῶνα nominant, et differt a *tunica altera*, (Græci enim et Romani veteres gerere solebant duas tunicas) *quæ cutem tangebat*, et a Latinis *interula* dicebatur et *subucula*, etiam *indusium*, ab Atticis χιτωνίσκος, (Xenoph. Mem. II. 7. 5. Theophr. Char. 25.) a reliquis Græcis ὑποδύτης. Suid. ὑποδύτην· τὸ ἐσώτερον ἱμάτιον, ἐπενδύτην δὲ τὸ ἐπάνω. et: ἐπενδύτης· τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃ καὶ ὑποκάμισον λέγεται. Confirmat hanc ipsam explicationem Hieronymus Ep. 130. et post eum Theodoretus Quæst. LXVI. in Exodum. (χιτὼν ὁ ἔξωθεν.) quibus addi potest testimonium Mœridis: χιτωνίσκος· χιτὼν Ἀττικῶς, ὑποδύτης καὶ ἐπενδύτης Ἑλληνικῶς. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 962. 2) speciatim et κατ' ἐξοχὴν ita dicebatur *genus vestimenti superioris e lino confecti, quo piscatores uti solebant*, quod Suidas ὑποκάμισον vocat. Conf. Niebuhrii Itinerarium Arabiæ pag. 284. Tab. LVI. In qua significatione semel legitur in N. T. Joh. XXI. 7. τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο tunica superiore se succinxit. Vulgatus: *tunica*. Syrus: ܟܘܬܝܢܐ, quod est ipsum Græcum vocabulum χιτών. Theophyl. ad h. l. ἐστὶ λινοῦν τι ὀθόνιον, ὃ οἵ τε Φοίνικες καὶ οἱ Σύριοι ἁλιεῖς περιελίττουσιν ἑαυτοῖς. Conf. etiam Salmas. ad Tertull. de Pallio c. 5. p. 410. Gloss. Vet. ἐπενδύτης, *instata, superaria*.

ἘΠΕΝΔΎΩ, fut. ύσω, *superinduo*, ex ἐπὶ, quod in compositis haud raro *additionem* et *adjectionem* significat, et *ad, insuper* reddendum est, (v. c. ἐπιμετρεῖν *cumulum metiendo addere*, Polyb. III. 119. ἐπεξαμαρτάνειν *pristinis peccatis nova addere*, Demosth. p. 595. ed. Reisk.) et ἐνδύω *induo*: etiam simpliciter *induo* Plutarch. T. VII. p. 522. ed. Reisk. Bis legitur, sed metaphorice, in N. T. 2 Cor. V. 4. ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι nolumus deponere corpus nostrum terrestre, sed novum et cœleste corpus quasi superinduere cupimus. ibid. v. 2. τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες cœleste corpus super hoc non exutum corpus induere cupimus. Vid. supra ἐνδύω.

ἘΠΈΡΧΟΜΑΙ, fut. ελεύσομαι, 1) proprie: *supervenio, prætcrea advenio*, etiam simpliciter *advenio, adeo, peragro, obeo*. (2 Macc. IX. 17. Polyb. II. 7. 3. XXVII. 4. 4.) ex ἐπὶ et ἔρχομαι *venio*. Act. XIV. 19. ἐπῆλθον δὲ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἰκονίου Ἰουδαῖοι interea supervenerunt, seu, venerunt Judæi Antiochia et Iconio. Alex. posuerunt pro בּוֹא *advenire*, Genes. XLII. 21. 1 Sam. XXX. 23. et אָתָה *accessit*, Ies. XLI. 4. XLV. 11. Homer. Odyss. XVI. 27. 2) *hostiliter invado et aggredior, impetum hostilem facio*. Omnia scil. fere *veniendi* verba apud Græcos cum ἐπὶ, adjuncto casu personæ, notionem *hostilis invasionis et incursionis* habent, v. c. ἐπιβαίνειν, ἐπιέναι. Luc. XI. 22. ἐπὰν δὲ ὁ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν νικήσῃ αὐτὸν sed si quis potentior adortus eum vicerit. Diog. II. s. 23. καὶ τηρῶν ἀμύνασθαι, εἴ τις οἱ ἐπέλθοι. Herodian. I. 8. 12. γυμνώσας τὸ ξιφίδιον ἐπελθών τε αἰφνιδίως τῷ Κομμόδῳ, ubi vid. Irmischius. Job. XXIII. 6. Conf. quoque Aqu. et Symm. 2 Sam. V. 22. ubi Hebr.

נֹקֵשׁ respondet. 3) *præter spem accido.* Luc. XXI. 35. ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται inopinato enim veniet hic dies quasi decipula. Horat. I. Ep. IV. 14. grata superveniet, quæ non sperabitur, hora. 4) *accido, evenio, contingo;* in utramque partem, etiam in bonam, v. c. Sirac. III. 8. coll. I. 35. sed in N. T. semper in malam partem de pœnis, malis et calamitatibus accipitur. Act. VIII. 24. ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ ὧν εἰρήκατε ne mihi eveniant mala a vobis denunciata. ib. XIII. 40. μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις ne vobis eveniat prædictum a prophetis. 5) *immineo, subsequor, futurus sum.* Luc. XXI. 26. τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ quæ Judææ imminent fatorum. Ephes. II. 7. ἵνα ἐνδείξηται ἐν τοῖς αἰῶσι ἐπερχομένοις κ. τ. λ. ut insigne quoddam documentum summæ ejus benignitatis exstaret omni futuro tempore. Jacob. V. 1. ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ἐπερχομέναις. Conf. vers. Alex. Ies. XLI. 4. ubi ἐπερχόμενα Hebraico אַחֲרוֹנִים et ib. XLII. 23. τῷ לְאָחוֹר respondet. 6) metaphorice ἐπέρχεσθαι ἐπί τινα id dicitur, *cujus vis ac virtus se in aliquo exserit et operatur,* seu, *quo aliquis imbuitur et instruitur.* Luc. I. 35. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε Spiritus Sanctus te superveniet, h. e. singulari et mirabili ratione in te et per te operabitur. Act. I. 8. ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς accipietis dona Sp. S. in vos demissi, s. quo vos imbuemini, coll. Luc. XXIV. 49. ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους. Sæpius non occurrit in N. T. Phavor. ἐπέρχεται· τὸ ὡς πολέμιός τις ἐπί τινα ἔρχεται. ἐπέρχεται· τὸ παρίσταται καὶ ἐπὶ νοῦν ἔρχεται, οἷον ἐπέρχεταί μοι εἰπεῖν, (Demosthen. p. 206. 1050 et 1464. ed. Reisk.) καὶ ἐπέρχεται· τὸ δεύτερον ἔρχεται. ἐπέρχεται· τὸ διέρχεται, καὶ ἀναγινώσκει τὸ βιβλίον, ἢ λόγον ἐπέρχεται, καὶ πορεύεται, ἢ στέλλεται. ὡς τὸ μῆκος ὁδοῦ τοσόνδε ἐπέρχεται.

'ΕΠΕΡΩΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *iterum interrogo* (Xenoph. Cyrop. VII. 2. 4.), deinde: *interrogo,* sensu bono, sc. eo consilio, ut aliquid discam et me instruam. Mat. XVII. 10. Marc. XII. 17. ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τῆς παραβολῆς. ib. IX. 11, 28. Luc. III. 10. Act. I. 6. 1 Cor. XIV. 35. etc. Dan. II. 11. ὁ λόγος, ὃν βασιλεὺς ἐπερωτᾷ, βαρύς. Jud. XX. 18. ubi Hebraico שָׁאַל respondet. Thucyd. I. c. 118. ἐπηρώτων τὸν Θεὸν, εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται. Thom. Mag. ἐρωτῶ, τὸ ἀπόκρισιν ζητῶ τινά, τὸ ἐπερωτῶ δὲ, ἔστι μὲν ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ἐρωτῶ· κυρίως δὲ, ὅταν ἐπὶ τῇ ἐρωτήσει ἑτέρᾳ ἐρωτήσει χρῶμαι. 2) *quæstiones propono alteri solvendas et explicandas,* et dicitur fere in malam partem de *iis, qui captiose aliquem interrogant insidiandi et illudendi animo, et ut eum confundere et implicare possint.* Mat. XII. 10. XXII. 23, 35. ἐπηρώτησεν πειράζων αὐτόν. ibid. v. 46. οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι. Marc. XII. 28. Luc. II. 46. VI. 9. XX. 21. Ps. XXXIV. 11. ubi notat: captiosis interrogationibus capere studere. De captioso genere interrogationis (ut vocat Cic. Acad. Quæst. II. 16.) ἐρωτᾷν et ἐρώτημα etiam occurrit apud Lucianum Jove Confut. p. 177. 3) *rogo, peto, postulo.* Matth. XVI. 1. ἐπηρώτησαν αὐτὸν σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς miraculum e cœlo ab eo petierunt. Respondet Hebr. שָׁאַל in versione Alex. Psal. CXXXVII. 3. 4) *quæro, alicujus rei studio ducor.* Hinc ἐπερωτᾷν τὸν Θεὸν *veræ doctrinæ divinæ, veri cultus divini studio duci* significat. Rom. X. 20. ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι innotui hominibus, qui a vero mei cultu alieni olim erant. Confer Ies. LXV. 1.— Thom. M. p. 368. sub ἐρωτῶ· τὸ ἐπερωτῶ ἔστι μὲν καὶ ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς ἐρωτῶ, (sc. τὸ ἀπόκρισιν ζητῶ τινά, ut in antecedentibus exposuerat) κυρίως δὲ, ὅταν ἐπὶ τῇ ἐρωτήσει ἑτέρᾳ ἐρωτήσει χρῶμαι.

'ΕΠΕΡΩ'ΤΗΜΑ, τος, τό. Vocabulum sine ulla auctoritate in Lexicis prolatum. Descendit a præced. ἐπερωτάω et 1) proprie *interrogationem* notat estque i. q. ἐπερώτησις quod legitur apud Thucyd. IV. c. 38. Ipsa vox ἐπερώτημα hoc sensu legitur apud Thucyd. III. c. 53 et 68. τό τε ἐπερώτημα βραχὺ ὄν, ᾧ τὰ μὲν ἀληθῆ ἀποκρίνασθαι κ. τ. λ. ibid. c. 54. τὸ ἐρώτημα τὸ βραχὺ vocatur. Adde Herodot. VI. 67. 2) *petitio, postulatio, rogatio.* Dan. IV. 14. (17.) ubi in vers. Theodot. τῷ שְׁאֵלְתָא respondet. 3) *quæstio et responsio mutua pacti gratia, sponsio* et *stipulatio,* seu *contractus, inducens obligationem reciprocam,* quia sponsiones fiunt, dum quis interrogat alterum, an velit nobis aliquid præstare, e quibus alter, qui interrogat, stipulari dicitur, alter, qui respondet, respondere; et ex adjuncto: *quævis promissio et obligatio.* Gloss. Nomicæ: ἐπερωτῶ· *stipulor.* ἐπερωτῶμαι· *promitto, spondeo.* In hac vero posteriori significatione vox accipienda esse videtur in loco 1 Petr. III. 21. ubi baptismus vocatur συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεὸν, h. e. promissio et obligatio mentis puræ servandæ coram Deo ad propositam interrogationem facta, non sine respectu ad ritum illum veteris ecclesiæ, interrogandi baptizandos, an velint renuntiare pristinæ vitiositati, omnemque vitam virtuti christianæ consecrare; cui interrogationi, ab Episcopo aut alio quodam factæ, respondebant catechumeni, seque virtutis veræ studiis palam addicebant: cujus exemplum est Act. VIII. 17. et in Justini Mart. Apol. II. § 61. Œcumenius ad h. l. ἀῤῥαβῶνα, ἐνέχυρον καὶ ἀπόδειξιν. Sæpius non legitur in N. T. Cæterum ob interpretes nonullos, qui memoria lapsi ἐπερώτημα apud Theophilum J. C. in *stipulationis* notione occurrere contenderunt, monendum est, nec Theophilum, nec ullum alium de iis, qui Jus Romanum Græce scripserunt, ἐπερώτημα, sed ἐπερώτησιν, *stipulationem* dixisse. Vide Theophilum in Titulo de Verborum Obligationibus, qui est Institutt. Lib. III. Tit. 16 et seq. et in Basilicorum Ecloge Lib. XXIII. Tit. 9. περὶ ἐπερωτήσεως etc. Etsi autem ἐπερώτημα apud ICtos nunquam occurrat, adhibent tamen affine τὸ ἐπερωτηθὲν *promissum,* ut ἐπάγγελμα et τὸ ἐπαγγελθὲν ejusdem significationis. Debeo autem hanc observationem J. R. S. in Temp. Helvet. T. III. p. 449 seq.

'ΕΠΕ'ΧΩ, fut. ἐφέξω, vel ἐπισχήσω, i. q. ἐπίσχω, 1) proprie: *inhibeo, retineo, cohibeo,* ab ἐπὶ et ἔχω. Hesych. ἐπισχεῖν, κρατεῖν ἢ κωλύειν. Thom. Mag. ἐπέχω, τὸ κωλύω. Xenoph. Hist. Gr. VI. 5. 14. Hinc 2) *subsisto,* quasi *inhibeo cursum et gressum, moror per aliquod tempus in aliquo loco,* vel simpliciter positum vel additis vocabulis ἑαυτὸν et χρόνον. Act. XIX. 22. αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν aliquamdiu remansit in Asia. Xenoph. Cyrop. V. 4. 17. ἐγὼ γὰρ ἐπισχήσω ego autem morabor. ibid. IV. 2. 6. καὶ ὅπου ἂν ἢ ἀναπαύωνται, ἢ ἐπίσχωσι τῆς πορείας. Hinc ἐπέχειν haud raro etiam *exspectare* significat. Genes. VIII. 10, 12. 2 Macc. V. 25. 3) *intentis oculis aspicio aliquem, oculos in aliquem defixos habeo, animadverto, video, observo,* omisso substantivo ὀφθαλμούς. Luc. XIV. 7. ἐπέχων, πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγοντο cum animadverteret, quantopere primam sedem affectarent. Act. III. 5. ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς ille

vero intentis oculis eos observabat. Gloss. Gr. Alberti p. 64. ἐπεῖχεν, προσεῖχεν. Potest vero h. l. et νοῦν et ὀφθαλμοὺς subintelligi et verti: *dedita ad eos erat ipsius mens cum oculis*, quæ sunt verba Livii I. c. 9. Conf. Wesseling. ad Herodot. I. c. 32. p. 40. 4) *omni animi cura et contentione ad aliquid attendo.* Omissum est νοῦν s. τὴν διάνοιαν; ut plene dixit Plato de Legg. l. XI. p. 926. B. 1 Tim. IV. 16. ἔπεχε σεαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ animum attende tibi et doctrinæ, h. e. caute et provide alios doceas et vivas. Sirac. XXXIV. 2. ὁ ἐπέχων ἐνυπνίοις. 5) *porrigo, exhibeo. teneo, habeo, possideo,* et ex adjuncto: *præ me fero.* Philipp. II. 16. λόγον ζωῆς ἐπέχοντες doctrinam salutarem præ vobis ferentes, seu, vita factisque spectandam exhibentes et demonstrantes: (Conf. Mori Diatribe de Discrimine sensus et significationis in interpretando p. 5 seq.) sed potest etiam reddi: *doctrinam christianam constanter tuentes et observantes.* Hesych. ἐπέχοντες. κρατοῦντες. Suid. ἔπεχε· φύλασσε. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἔπεχε· ἐπίκεισο, πρόσεχε, κάτεχε, ἐπίμενε. Idem: ἐπεῖχεν· προσεδόκα, προσεῖχεν.

'ΕΠΗΡΕΑ'ΖΩ, fut. άσω. Copiose de hac voce exposuit Wassius ad Thucyd. I. 26. p. 329. T. I. edit. Bipont. et Wetstenius N. T. T. I. p. 312. Significat in universum: *injuriam facio tam re, quam verbis, noceo, damno afficio, vim infero, violenter tracto.* Hesych. ἐπηρεάζει· βιάζει. Idem: ἐπήρεια· βία. Inprimis autem hæc vox sensu forensi de iis usurpabatur, *qui aliquem deferebant apud judicem eumque in judicio obtrectabant et criminabantur,* teste Polluce Onomast. VIII. c. 6. (τῶν δὲ ἐκ δικαστηρίου ὀνομάτων καὶ τὸ συκοφαντεῖν, ἐργολαβεῖν, ἐνεργολαβεῖν, ἐπηρεάζειν, καταψεύδεσθαι, καταψευδομαρτυρεῖν.) et Herodian. VII. 3. 4. Glossarium Vetus: *calumnia,* ἐπήρεια. Hesychius: συκοφάνται, ἐπηρεάζοντες. In N. T. ter legitur. Mat. V. 44. προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς supplicate pro iis, quo vos criminantur et persequuntur. Luc. VI. 28. 1 Petr. III. 16. ἐπηρεάζοντες τὴν ἀγαθὴν ὑμῶν ἐν Χριστῷ ἀναστροφὴν qui calumniantur vos religioni christianæ convenienter viventes. Herodian. II. 4. 16. τοῦ μηδένα ἐπηρεάζεσθαι, μήτε ματαίοις ἐγκλήμασι περιπίπτειν, ubi vid. Irmischius. Confer et Lexicon Xenophonteum s. h. v. Symmachus utitur nomine ἐπηρεαστὴς et Aquila voce ἐπήρεια pro Hebr. הַוּוֹת Psalm. LVI. 2. et LIV. 12.

'ΕΠΙ'. Præpositio, regens genitivum, dativum et accusativum, varios significatus admittit, qui sæpe sunt inter se ita connexi, ut vix discerni satis possint. Extra compositionem et quidem

I. cum genitivo constructa, denotat:

1) *a, ab.* Matth. XXVIII. 14. ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος quodsi resciverit præses. Act. XXV. 9. κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ judicare me judice. Sed rectius fortasse h. l. redditur: *me præsente, sub meo præsidio.* 2) *coram, apud, in conspectu.* Ita בְּ adhibetur Prov. I. 17. ubi בְּעֵינֵי est *coram oculis.* Marc. XIII. 9. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε coram procuratoribus et regibus statuemini. Act. XXIII. 30. λέγειν τὰ πρὸς αὐτὸν ἐπὶ σοῦ ut apud te dicerent, si quid contra illum haberent. ibid. XXIV. 19. οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι καὶ κατηγορεῖν. et v. 20. XXV. 10. ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος. ibid. XXVI. 2. 1 Cor. VI. 1. κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων coram judicibus paganis nec christianis. ibid. v. 6. Sic ἐπὶ apud Symm. 2 Sam. XXI. 6. coll. v. 9. et Deut. XXI. 23. Ælian. V. H. VIII. 2. ἐπὶ 'Αρείου βουλῆς λέγων coram senatu Areopagitico verba faciens. Xenoph. Hist. Gr. VI. 5. 38. ἐπὶ μαρτύρων. Conf. D'Orville ad Chariton. VIII. c. 8. p. 642. ed. Lips. et Wesseling. ad Diod. Sic. XVI. 93. 3) *de,* notans *objectum.* 2 Cor. VII. 14. ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου gloriatio nostra de Tito. Eandem significationem ἐπὶ habet cum dativo et accusativo constructum, ut infra docebitur. Ita etiam בְּ (cui ἐπὶ haud raro respondet in vers. Alex. v. c. Gen. XLI. 31, 43, 44. XLIX. 1, 6.) sumitur, Levit. V. 21. Psalm. LXXXVII. 3. Demosthen. p. 1392. ed. Reisk. κοινοὺς ἐπὶ πάντων ἐπαίνους ποιήσομαι. 4) *de, ex,* ita, ut *locum* vel *originem* significet. Ita בְּ 2 Sam. XIX. 4. et 1 Paral. XXVII. 27. Hebr. VIII. 4. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐπὶ γῆς si enim fuisset de terra, h. e. si terrestrem originem habuisset. Vulgo huc etiam referunt locum Marc. XII. 26. ἐπὶ τοῦ βάτου, ac vertunt *ex rubo,* sed sine dubio hæc verba reddenda sunt: *ubi illam de rubo ardente historiam narrat.* Idem valet de loco Luc. XX. 37. 5) *in,* cum ablativo, innuens *locum.* Mat. VI. 10. ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. ibid. v. 19. μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς. ibid. IX. 2. ἐπὶ κλίνης βεβλημένον in lecto jacentem. ib. XVI. 19. XVIII. 18, 19. Marc. VIII. 4. ἐπ' ἐρημίας in deserto. 2 Macc. V. 9. Polyb. XXI. 8. 13. Xenoph. de Rep. Laced. XIV. 4. ἐπὶ ξένης. ibid. XIII. 1. ἐπὶ στρατιᾶς in exercitu. Apoc. I. 20. 6) *in,* de *subjecto.* Joh. VI. 2. σημεῖα, ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενῶν miracula, quæ in ægrotis patravit. Rom. I. 10. ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου in precibus meis. 7) *ad.* Luc. XXII. 40. γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου ad quem locum ubi venit. 8) *juxta, prope,* denotans *locum* vel *situm.* Matth. XXI. 19. καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ et cum vidisset ficum juxta viam. Joh. VI. 21. τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς subito navis adest terræ. ibid. XXI. 1. ἐπὶ τῆς θαλάσσης ad mare Tiberiadis. Act. XX. 9. ἐπὶ τῆς θυρίδος ad fenestram. Eodem modo עַל sumitur Num. XXVI. 3. עַל־יַרְדֵּן 2 Reg. II. 7. 9) *sub,* de *tempore:* in qua significatione jungitur fere nominibus propriis et substantivis, officium, ætatem, vel regimen significantibus. Matth. I. 11. ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ipso exilii Babylonici tempore. Marc. II. 26. ἐπὶ 'Αβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως sub pontificatu Abiatharis. Luc. III. 2. ἐπ' ἀρχιερέως ῎Αννα καὶ Καϊάφα tempore summorum sacerdotum Annæ et Caiaphæ. Luc. IV. 27. ἐπὶ 'Ελισσαίου Elisæ ætate. Act. XI. 28. ἐπὶ Κλαυδίου imperante Claudio Cæsare. 3 Esr. II. 16. Homer. Iliad. β', 797. ἐπ' εἰρήνης. Schol. ἐν τῷ καιρῷ τῆς εἰρήνης. Arrian. III. c. 73. ἐπ' ἐμοῦ meo tempore. Ælian. V. H. XIII. 17. βασιλείαν ἤνεγκαν σωφρόνως ἐπὶ Κέκροπος. Herodot. I. 15. Conf. Bibl. Brem. Novam Cl. IV. p. 150. 10) *super,* ita, ut *curam aliquam* aut *singulare ac proprium munus* significet. Act. VIII. 27. ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης præfectus omnibus thesauris regiis. ibid. XII. 20. ὁ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος cubicularius. Matth. II. 22. βασιλεύει ἐπὶ τῆς 'Ιουδαίας. Apoc. IX. 11. ἔχουσιν ἐφ' αὐτῶν βασιλέα. Exempla hujus significationis larga manu dedit Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. p. 593 seq. edit. Zeunii. 11) *super,* in significatione *potestatis.* Apoc. XI. 6. ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ὑδάτων. 12) *super,* localiter, ita, ut non *motum ad locum* significet, sed *in,* aut *super loco,* seu *subjecto aliquo,* et respondeat nostro: auf, *on.* Matth. IV.

6. ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε manibus te gestabunt. ibid. XXIV. 30. ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ in nubibus adventantem, seu nubibus vehentem. ib. XXVI. 64. XXVII. 19. καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος sedente autem eo in tribunali. Luc. IV. 29. ἐφ' οὗ ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμητο in quo urbs exstructa erat, Act. XII. 21. 13) *supra*, innuens *sublimitatem, dignitatem* et *prærogativam*. Ephes. IV. 6. εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων unus est Deus et pater omnium, qui est supra omnes, h. e. omnibus celsior et eminentior. 14) *per*, de *spatio loci*, de *transitu*, seu *motu locali*. Apoc. XXI. 16. ἐπὶ σταδίων per stadia; si nempe hæc lectio sana est, quæ in editionibus fere omnibus reperitur, excepta Griesbachiana, in qua rectius, ut opinor, ἐπὶ σταδίους legitur. 15) *per*, significans id, per quod aliquid efficitur. Matth. XVIII. 16. ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα ut per duos tresve testes de veritate rei constet. Eodem modo explicandus est locus 2 Cor. XIII. 1.

II. Cum dativo constructa denotat:

1) *ad*, innuens *finem*, ad, vel ob quem aliquid suscipitur. Matth. XXVI. 50. ἐφ' ᾧ πάρει; quo consilio huc venisti? Gal. V. 13. ὑμεῖς ἐπ' ἐλευθερίᾳ ἐκλήθητε vos ad libertatem vocati estis. 1 Thess. IV. 7. οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ non eo consilio Deus nos ad christianam religionem adduxit, ut vitiositati studeremus. 2 Tim. II. 14. Sap. II. 23. Apollodor. III. c. 9. ἐπὶ θανάτῳ eo consilio, ut occideretur. Xenoph. de Venat. VI. 5. ἐπὶ θήρᾳ ἐξιέναι venatum exire; ubi vide notas Zeunii. Eurip. Phœn. v. 1580. οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν, οὐδ' ἐπιχάρμασιν, ἀλλ' ὀδύναισι λέγω. 2) *ad, apud, ante*, ut sit *locale*, i. q. πρὸ, παρά. Matth. XXIV. 33. ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις præ foribus adest. Marc. XIII. 29. Joh. IV. 6. V. 2. ἐπὶ τῇ προβατικῇ πύλῃ ad portam ovium. Act. III. 10. καθήμενος ἐπὶ τῇ ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ. ib. V. 9. ἐπὶ τῇ θύρᾳ ad fores sunt. ib. XXVIII. 14. ἐπ' αὐτοῖς ἐπιμεῖναι apud ipsos permanere. Eurip. Iphig. in Aul. v. 656. μέν', ὦ πάτερ, κατ' οἶκον ἐπὶ τέκνοις σέθεν. Sic ב Ps. LX. 12. et Deut. XXV. 4. 3) *contra*, in alicujus *incommodum*, seu *damnum*, in quo sensu nunc cum dativo, nunc cum accusativo adhibetur. Luc. XII. 52. τρεῖς ἐπὶ δυσὶ καὶ δύο ἐπὶ τρισί. ib. v. 53. πατὴρ ἐφ' υἱῷ καὶ υἱὸς ἐπὶ πατρὶ pater contra filium et filius contra patrem. Act XI. 19. ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ inde a persecutione, orta contra Stephanum. Aliam hujus loci explicationem probabiliorem vide infra n. 10. Sirac. VII. 12. Joseph. A. J. II. 9. 7. τοῦτο ἔδοξεν οἰωνὸν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φέρειν id visum est contra regnum aliquid mali portendere. Ælian. V. H. IV. c. 5. ἐπὶ τοῖς Μολιονίδαις συστρατεύσασιν. 4) *de*, notans *objectum*. Phil. IV. 10. Mat. XVIII. 13. ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ gaudet de illo. Marc. XII. 17. καὶ ἐθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ. Luc. XIX. 41. ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ. Joh. XII. 16. ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ' αὐτῷ γεγραμμένα. Ælian. V. H. II. 4. Joseph. A. J. VII. 6. 1. 5) *coram*, innuens *præsentiam*. Apoc. X. 11. δεῖ σε πάλιν προφητεῦσαι ἐπὶ λαοῖς καὶ ἔθνεσι, καὶ γλώσσαις καὶ βασιλεῦσι πολλοῖς. 6) *erga*. Matth. XVIII. 26. μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ sis longanimus erga me. Marc. VI. 34. ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς misericordia motus est erga ipsos. Luc. VII. 13. XVIII. 7. In eadem significatione etiam cum accusativo constructa reperitur. 7) *in*, quum *statum quendam rei* significamus. Matth. XXIV. 5. πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου multi enim venient, qui se a me missos esse jactabunt; pro quo in aliis locis ponitur ἐν τῷ ὀνόματί μου. Rom. V. 14. qui non peccaverunt ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ in similitudine transgressionis Adami, h. e. ita, ut peccata eorum similia fuerint peccato Adami. 1 Cor. IX. 10. Demosthenes p. 533. ed. Reisk. γεγονότων τινῶν ἐπὶ συμφοραῖς. 8) *in*, notans *objectum*. Luc. I. 47. et exultavit spiritus meus ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου. Matth. XIII. 14. ἀναπληροῦται ἐπ' αὐτοῖς προφητεία impletur in illis oraculum. Act. XIV. 3. παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Rom. IX. 33. πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ. ibid. X. 11. XV. 12. ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. 2 Cor. I. 9. 1 Tim. IV. 10. 1 Petr. II. 6. 1 Joh. III. 3. καὶ πᾶς ὁ ἔχων τὴν ἐλπίδα ταύτην ἐπ' αὐτῷ. Huc etiam referendus est locus Marc. V. 33. videns mulier ὃ γέγονεν ἐπ' αὐτῇ. 9) *per*, ita, ut *causam efficientem* significet. Matth. IV. 4. Luc. IV. 4. οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ non pane solum alitur homo, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι, sed omnibus rebus. Marc. VI. 52. οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις non enim sapientiores evaserant per illos panes miraculosos. Act. III. 16. ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ per fidem in nomen ejus. Phil. III. 9. δικαιοσύνην ἐπὶ τῇ πίστει. 1 Cor. VIII. 11. Maxim. Tyr. Diss. XXVII. § 6. βιοτεύειν ἐπὶ τῷ οἴνῳ. ubi videndus Marklandus. Conf. etiam Bergler ad Alciphron. Lib. III. Ep. 7. p. 294. 10) *post*. Act. XI. 10. ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ post Stephani mortem, coll. c. VIII. 1. Phil. II. 27. λύπην ἐπὶ λύπῃ aliam post aliam tristitiam. Hebr. IX. 17. ἐπὶ νεκροῖς post mortem testatoris. Huc etiam referunt nonnulli locum Rom. V. 12. ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον post quem omnes peccarunt. In dubium vocavit hanc significationem Krebsius in Lexico Schœttgeniano p. 242. sed confirmari potest multis scriptorum veterum locis. Sic v. c. Ælian. V. H. IV. 5. ἐπ' ἀρχιμόρῳ. XII. 1. Xenoph. de Rep. Laced. XIII. 7. ἐπὶ τούτοις post hos. Idem. Anab. III. 2. 3. ἐπὶ τούτῳ post hunc. Idem Hist. Gr. IV. 4. 9. ἡμέρα ἐπὶ τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Alciphron. III. Ep. 8. πλείονα ἐπὶ πλείοσι ἀποφερομένη, Eurip. Phœn. v. 1231. οὐκ ἄν γε λέξαιμ' ἐπ' ἀγαθοῖσι σοῖς κακά. Interdum etiam ἐπὶ in hac significatione simpliciter ponitur, v. c. Herodot. VII. 55. ἐπὶ δὲ αὐτὸς Ξέρξης. Confer Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 55. 11) *præter, præ*. Luc. XVI. 26. καὶ ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις præterea his exceptis. Coloss. III. 14. ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην. Ephes. VI. 16. præcipue vero. Hebr. VIII. 1. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 769. 12) *ob, propter*, ita, ut *causam impulsivam* et *moventem* significet. Marc. III. 5. συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν tristis ob summam eorum pertinaciam. Mat. VII. 28. obtupescebant omnes ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. ibid. XIX. 19. εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ nisi propter adulterium. Act. XXVI. 6. καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι — — ἕστηκα κρινόμενος. Tit. I. 2. Psalm. CXIII. 10. Eurip. Phœn. v. 548. ἐφ' ᾗ σὺ μαίνῃ cujus amore insanis. Ælian. V. H. XII. 41. Apelles ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ. Thucyd. I. 143. ἐπὶ τῷ κινδύνῳ ob impendens periculum. Conf. Wesseling. ad Diod. Sic. XIII. 21. 13) *quod attinet ad*. Act. V. 36. cavete vobis ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις quod attinet ad hos homines, vel ratione horum hominum. Sic etiam legitur apud Xenoph. Anab. VI. 6. 13. τὸ ἐπὶ τούτῳ quod ad hunc attinet. 14) *secundum*. Luc. I. 59. et vocarunt eum ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ secundum nomen patris ejus. ibid. V. 5. ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου. 15) *sub*, de *tempore*. Hebr. IX. 15. τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων peccatorum sub tempore prioris œconomiæ

commissorum. Eurip. Phœn. 777. ἐπ' ἐξόδοις, et 803. ἐπὶ ὥραις. 16) *sub*, ita, ut ad *conditiones pactorum declarandas* adhibeatur, *sub conditione, ea lege.* Rom. VIII. 20. ἐπ' ἐλπίδι sub hac spei conditione. Huc etiam a nonnullis refertur locus Hebr. IX. 17. διαθήκη ἐπὶ νεκροῖς βεβαία testamentum tum demum ratum est, si, qui condiderunt, mortui sunt. Sed vid. supra n. 10. Xenoph. Hist. Gr. III. 1. 17. Eurip. Alcest. v. 375. et Helen. v. 844. Conf. Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 2. 2. Vol. I. p. 783. et Reitz. ad Lucian. Opp. T. II. p. 86. 17) *super*, localiter, ita, ut non *motum ad locum* significet, sed *in* aut *super loco*, seu *subjecto* aliquo, et respondeat nostro: auf, *upon*. Matth. IX. 16. ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ. ibid. XIV. 8. ἐπὶ πίνακι in patina. Marc. II. 4. ἐφ' ᾧ ὁ παραλυτικὸς κατέκειτο lectus, super quo paralyticus jacebat. ibid. VI. 39. ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ. Ephes. II. 20. Luc. XIX. 44. 1 Cor. I. 4. Phil. I. 5. Apoc. VI. 2, 4, 5.

III. Cum accusativo significat:

1) *ad*, i. q. πρὸς, notans *locum* vel *terminum ad quem*. Diog. Laërt. II. s. 69. διατί οἱ φιλόσοφοι ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἔρχονται. Polyb. Hist. I. c. 41. Exc. Legat. 31 et 55. Euripid. Phœn. v. 1584. Matth. X. 18. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας δὲ καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ad procuratores et reges ducent vos. ibid. XII. 28. ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ pervenit ad vos regnum Dei. Luc. X. 9. Joh. I. 52. ubi Syrus ܠܘܬ habet. 1 Cor. VII. 5. Act. X. 11. καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν ad se descendens. 2) *ad*, in significatione *incrementi*. Matth. VI. 27. quis potest addere vel minimum ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ; ad staturam suam? 3) *ad*, *finem* et *consilium* indicans, quo quid facias. Matth. III. 7. venientes ἐπὶ τὸ βάπτισμα, h. e. adeuntes Johannem eo consilio, ut ab eo baptizarentur. Syrus: ܠܡܥܡܕ ut baptizarentur. Similis locus est apud Josephum A. J. II. 6. 3. ἥκομέν τε νῦν ἐπ' ἀγορὰν σίτου venimus nunc eo consilio, ut frumentum emeremus. Xenoph. Œconom. II. 15. ἐπὶ πῦρ ad ignem petendum. et Polyæn. p. 186. ἐπὶ συνθήκας ad fœdus faciendum. Luc. VII. 44. ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας aquam ad lavandos pedes mihi non dedisti. Act. VIII. 32. ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη. Xenoph. de Rep. Laced. XIV. 6. ἐπὶ τὸ διακωλύειν impediendi causa. Vide Valckenar. ad Herodot. pag. 596. 4) *ante*, ut sit *locale*. Act. X. 17. ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα stant ante ostium, seu, adstant foris. ibid. XI. 11. ἐπέστησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Apoc. III. 20. ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν. 5) *apud, prope, juxta.* Matth. XIII. 2. ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν εἱστήκει, coll. Marc. IV. 1. Luc. II. 8. ἐπὶ τὴν ποίμνην apud gregem. Noldius (in Concord. part. Hebr. p. 397.) vertit *circum* gregem. Sic ל Zach. IX. 8. Exod. XXVIII. 32. Apoc. XV. 2. ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Luc. V. 27. ἐπὶ τὸ τελώνιον. Sic ἐπὶ in scriptoribus exteris passim occurrit et quidem triplici casu. Cum genitivo, Theocrit. Idyll. IV. v. 17. ἐπ' Αἰσάρω ad Æsarum fluvium. Arrian. Exped. Alex. I. c. 30. ἐπὶ τοῦ Σαγγαρίου ποταμοῦ. Cum dativo Ælian. V. H. III. c. 23. Callim. Hymn. in Del. v. 185. Cum accusativo apud Arrian. Exped. Alex. VI. c. 3. Debeo hanc observationem Albertio in Obss. Philol. p. 210. 6) *contra, adversus.* Matth. X. 21. ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς insurgent filii contra parentes. ibid. XXVI. 55. ὡς ἐπὶ λῃστὴν tanquam contra latronem. Marc. III. 24. Luc. XI. 17. καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει familia a se ipsa dissidens perit. coll. Matth. XII. 25. Syrus bene: ܘܒܝܬܐ ܕܥܠ ܢܦܫܗ ܢܬܦܠܓ ܢܦܠ et domus adversus se ipsam divisa cadit. Act. XIII. 50. καὶ ἐπήγειραν διωγμὸν ἐπὶ τὸν Παῦλον et excitarunt persequutionem adversus Paulum. Rom. XI. 22. ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν. Apoc. XII. 17. Euripid. Phœn. v. 445. ἐπὶ γὰρ τὴν ἐμὴν στρατεύομαι πόλιν. 7) *de*, quando *objectum* denotat. Marc. IX. 12. καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; et eventum habebit illud vaticinium de filio hominis. 2 Cor. II. 3. πεποιθὼς ἐπὶ πάντας ὑμᾶς sperans de vobis omnibus. Hebr. VII. 13. ἐφ' ὃν γὰρ λέγεται ταῦτα de quo enim hæc dicuntur. 2 Thess. III. 4. 1 Tim. I. 18. 8) *erga*. Matth. XIV. 14. ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοὺς misericordia motus est erga ipsos. Luc. VI. 35. χρηστός ἐστι ἐπ' ἀχαρίστους benignus erga ingratos. Rom. IX. 23. τὸν πλοῦτον δόξης ἐπὶ σκεύη ἐλέους summam benignitatem erga eos, quibus beneficia sua destinavit. Rom. XI. 22. ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότητα. Ephes. II. 7. 9) *in*, innuens *objectum*. Mat. XXVII. 43. πέποιθεν ἐπὶ τὸν Θεὸν confisus est in Deum. Act. XI. 17. πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν Κύριον. Hebr. VI. 1. πίστις ἐπὶ τὸν Θεόν. 1 Petr. III. 5, 12. 10) *in*, significans *motum ad locum.* Matth. XIII. 5. ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη alia ceciderunt in loca lapidosa. ibid. v. 20. et XVIII. 12. ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς per montes vagabitur. 11) *in*, in *loco*. Luc. XVII. 35. δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ erunt duæ molentes in eodem loco, seu pistrino. Sed reddi etiam potest: *una, simul.* 12) *inter*. Matth. XIII. 7. ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας alia vero ceciderunt inter spinas, coll. Luc. VIII. 7. ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν. Act. I. 21. ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ὑμᾶς. Conf. supra sub εἰσέρχομαι. Luc. XII. 14. ἐφ' ὑμᾶς inter vos. Act. XV. 17. ἐφ' οὓς inter quos. Ita ב Deut. IV. 27. 2 Reg. XVIII. 5. 13) *cum*. Hebr. VIII. 8. καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν et pangam cum Israëlitis et Judæis novum fœdus. 14) *per*, de *tempore*, indicans *continuationem* et *durationem*. Luc. IV. 25. ἐπὶ ἔτη τρία per tres annos. ibid. XVIII. 5. ἐπὶ χρόνον, sc. τινά, per aliquod tempus. (Homer. Iliad. β', 299. Od. ξ', 192.) Act. XIII. 31. ἐπὶ ἡμέρας πλείους per plures, scil. quadraginta dies. ibid. XX. 11. XXVIII. 6. 1 Cor. VII. 39. ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ quamdiu vivit. Galat. IV. 1. Hebr. XI. 30. ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας. Herodian. IV. 2. 5. καθέζονται ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας. Ælian. V. H. III. 1. Thucyd. II. 35. ἐδῄουν τὴν γῆν ἐπὶ δύο ἡμέρας. 14b) *post*. Phil. II. 27. Hebr. IX. 17. ἐπὶ νεκροῖς post mortem testatoris. Sic ב Exod. II. 23. Ies. XVI. 14. 15) *propter, ob.* Luc. XXIII. 48. πάντες οἱ παραγενόμενοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην omnes, qui præsentes erant ad hanc rem videndam. Hebr. XII. 10. ἐπὶ τὸ συμφέρον propter utilitatem. Apoc. I. 7. κόψονται ἐπ' αὐτόν. ibid. XVIII. 20. εὐφραίνου ἐπ' αὐτήν. 16) *quod attinet ad*. 1 Cor. VII. 36. εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει. Vid. supra sub ἀσχημονέω. 17) *sub, circa, circiter*, connotans *tempus*. Marc. XV. 1. ἐπὶ τὸ πρωῒ sub matutinum tempus, mane. Ita et Græci ἐπὶ τὴν ἕω sub auroram. Act. III. 1. ἐπὶ τὸ αὐτὸ simul, eodem tempore. 18) *super*, innuens *locum* vel *situm*. Matth. III. 16. καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν. ibid. XIV. 19. ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους. v. 26. ἐπὶ τὴν θάλασσαν περιπατοῦντα in mari incedentem. ibid. V. 15. ἐπὶ τὴν λυχνίαν. IX. 18. ἐπίθες τὴν χεῖρά σου ἐπ' αὐτήν. XXI. 5. Apoc. XIV. 14. 19) *super*, indicans *eventum vel prosperum vel adversum, vindictam* et *pœnam* aut *beneficium.*

Matth. XXIII. 35. ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον ut a vobis vindicta sumatur omnis injustæ cædis. ibid. XXVII. 25. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς nos luemus istam cædem. Luc. XIX. 43. XXI. 34. Joh. XVIII. 4. Act. XVIII. 6. τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν culpa vestræ perniciei vobis unice tribuenda est. Luc. I. 35. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε. Act. II. 17, 18. XIX. 6. Galat. VI. 16. εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς illis contingat felicitas. 20) *supra*, cum *potestatem* vel *dignitatem* et *imperium* significat. 2 Thess. II. 4. ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν extollens se supra omnem, qui Deus vocatur. Hebr. II. 7. κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου præfecisti eum omnibus operibus manuum tuarum. 21) cum nominibus junctum adverbia circumscribit. Marc. XII. 32. ἐπ' ἀληθείας εἶπας recte, veritati convenienter locutus es. Act. X. 34. ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι vere jam intelligo, coll. XII. 11. νῦν οἶδα ἀληθῶς, et Alex. Dan. II. 47. Eodem modo Cicero ad Herennium IV. c. 22. " in veritate dicere." 2 Cor. IX. 6. ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίας καὶ θερίσει qui largiter serit, largiter etiam metet. Luc. XVIII. 4. ἐπὶ χρόνον aliquamdiu. Rom. VII. 1. ἐφ' ὅσον χρόνον quamdiu. Act. XXVIII. 6. ἐπὶ πολὺ, sc. μέρος χρόνου, diu, coll. Herodian. I. 11. 5. III. 14. 6. Exempla e Græcis scriptt. vid. apud Vigerum p. 596. et in Indice Reiskii in Demosthenem voc. ἐπί. 22) interdum plane abundat, v. c. Act. X. 16. ἐπὶ τρὶς, pro τρὶς, ter. Idem valet de formula ἐπὶ πλεῖον magis, amplius. Act. IV. 17. 2 Tim. II. 16. III. 9. Ælian. V. H. I. c. 30. ἐπὶ πλέον προσέθηκε τὸ φίλτρον τοῦ κατ' αὐτὸν ἔρωτος. Herodian. VIII. 6. 7. 23) formula ἐφ' ᾧ significat 1) *quanquam*. 2 Cor. V. 4. ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι quanquam hoc corpus nostrum nolumus deponere, sed novum ac cœleste corpus quasi superinduere. Philip. IV. 10. ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε quanquam et curæ vobis fuit. Præterea vero ἐφ' ᾧ etiam significat 2) *propterea quod*. Rom. V. 12. ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον quia omnes peccarunt. Philip. III. 12. ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ Χριστοῦ quia a Christo apprehensus sum. Sed patitur hic locus adhuc aliam explicationem, de qua infra exponam. Eodem modo בַּאֲשֶׁר usurpatur Genes. XXXIX. 9 et 23. Cohel. VII. 2. Thom. M. ἐφ' ᾧ ἀντὶ τοῦ διότι vel οὗ χάριν. 3) *sub qua conditione*. Aristoph. Plut. v. 1142. ἐφ' ᾧ τε μετέχειν αὐτὸς hoc ea conditione fecisti, ut partem acciperes. Alia exempla hujus significatus dedit Hoogeven. ad Vigerum pag. 600. Munckerus ad Antonin. Liber. Metam. p. 193. et Bergler. ad Aristoph. Plut. v. 1001. p. 175. Commode hinc illustrari potest locus Phil. III. 12. ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, quem ita verto: sub qua conditione etiam a Christo ad religionem christianam adductus sum et munus apostoli, mihi benigne demandatum, accepi. 4) *quare? quo consilio? quem in finem?* interrogative. Matth. XXVI. 50. ἐφ' ᾧ πάρει; quo consilio huc venisti? (Hesychius ad hunc locum respiciens: ἐφ' ᾧ πάρει; ἐπὶ ποίῳ σκοπῷ πάρει καὶ παραγέγονας ᾧδε;) ubi multi codices habent ἐφ' ὃ, quam lectionem etiam præfert Casaubonus. Certe ἐφ' ὃ ita usurpatur apud Eurip. Orest. 150. Lucian. Pseudomante p. 899. Achill. Tat. VIII. p. 523. et ἐφ' ὅπερ apud Eurip. Bacch. v. 454. Sed etiam ἐφ' ᾧ eodem sensu legitur apud Demosthen. de Falsa Legat. p. 222. Thucyd. I. p. 88. et Aristoph. Avib. v. 460. Vid. Stosch. Antiq. Thyat. I. c. 8. § 8. 24) ἐπὶ τούτῳ *interea dum hæc aguntur*. Joh. IV. 27. καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ interea advenerunt ejus discipuli. Sic ἐν οἷς Luc. XII. 1. et ἐν τούτῳ 2 Cor. V. 2. 25) ἐπὶ πρόσωπον *super*. Luc. XXI. 35. τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς omnes hujus orbis incolas. Act. XVII. 26. 25) Aliquando ἐπὶ per ellipsin deficit, v. c. ante ὕδατος, Luc. XVI. 24. ante τῷ, 2 Cor. II. 12. et ante τίνι λόγῳ, Act. X. 29. 1 Cor. XV. 2. Reliqua, quæ de hac præpositione moneri adhuc fortasse possent, usus quemlibet facile docebit.

'ΕΠΙΒΑΙ'ΝΩ, fut. βήσομαι, perf. βέβηκα, 1) proprie: *insisto alicui rei et pedem impono, aliquam rem calco pedibus, premo*, etiam *incedo super re aliqua*, ex ἐπὶ et βαίνω *gradior, incedo*. Alex. Deut. I. 36. τούτῳ δώσω τὴν γῆν, ἐφ' ἧς ἐπέβη, ubi Hebr. דָּרַךְ *calcavit*, respondet. Ps. XCI. 13. ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσῃ. Xenoph. Cyrop. III. 3. 27. 2) *ascendo*. Deut. XXXIII. 26. ὁ ἐπιβαίνων ἐπὶ τὸν οὐρανόν. interdum etiam, præsertim quando tempora a βάω mutuatur, transitive, *ascendere facio*, ut multis exemplis docuit Er. Schmidius ad Pindar. Isthm. p. 27. Hesychius: ἐπέβησεν· ἐπιβῆναι ἐποίησε. Homer. Iliad. θ', v. 129. Hinc 3) de *iis* usurpatur, *qui equum, asinum aut aliud animal conscendunt*, et per *conscendere, vehi, insidere* reddendum est. Matth. XXI. 5. ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον insidens asinæ. In vers. Alex. respondet Hebr. רָכַב Genes. XXIV. 61. ἐπέβησαν ἐπὶ τὰς καμήλους. Num. XXII. 22. αὐτὸς ἐπιβεβήκει ἐπὶ τῆς ὄνου. Esther. VI. 8. Æschin. Dial. I. 4. ἐπίβαινε ἐπὶ τὸν ἵππον ὀρθὸς ἑστηκώς. Vide ad h. l. Fischerum. 4) *conscendo navigium*. Act. XXI. 22. ἐπιβάντες ἀνήχθημεν conscensa navi provecti sumus. ibid. v. 6. ἐπέβημεν εἰς τὸ πλοῖον conscendimus navem. ibid. XXVII. 2. ἐπιβάντες δὲ πλοίῳ. Thucyd. I. 111. Lucian. Scyth. 3. Homer. Od. ί, 213. In sensu transitivo legitur hæc vox apud Homer. Iliad. η', v. 197. ἐελποίμην ἂν 'Αχαιοὺς αὐτονυχεὶ νηῶν ἐπιβησέμεν ὠκειάων. 5) *ingredior, venio, provenio*. Act. XX. 18. ἐπέβην εἰς τὴν 'Ασίαν quo in Asiam ingressus sum. ib. XXV. 1. ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ, Vulgatus: *cum venisset in provinciam;* sed alii reddunt: cum iniisset magistratum in provincia. Zosim. I. p. 7. οἱ δὲ κόλακες — τῶν μεγίστων ἀρχῶν ἐπιβαίνουσι. Demosthen. de Corona p. 278. ed. Reisk. ἐπιβαίνουσι ἐπὶ τὴν ἱερὰν χώραν. — De varia constructione hujus verbi vide D'Orville ad Chariton. Aphrod. L. II. c. 3. p. 304. ed. Lips. Phavor. ἐπιβαίνειν· ταυτὸ συντείνει τῷ ἀναβαίνει ἐπὶ ἵππου. πλὴν τὸ μὲν ἀναβαίνει συντάσσεται μόνῃ αἰτιατικῇ, τὸ δὲ ἐπιβαίνειν καὶ γενικῇ καὶ δοτικῇ. λέγεται καὶ ἐπὶ νηὸς ἐπιβαίνειν. ὅθεν καὶ ἐπιβάτης νηὸς λέγεται.

'ΕΠΙΒΑ'ΛΛΩ, fut. αλῶ, 1) proprie: *injicio*, ex ἐπὶ et βάλλω *jacio*. 1 Cor. VII. 35. οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω non, ut laqueum vobis injiciam, h. e. nimis severis legibus vos adstringam. 2) *impono*. Marc. XI. 7. καὶ ἐπιβάλλουσιν αὐτῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν et imponebant ei vestimenta sua. 3) *adsuo*, v. c. pannum novum vestimento veteri, i. q. ἐπιῤῥάπτω. Matth. IX. 16. οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ nemo vero assuit panni rudis assumentum panno veteri, coll. Marc. II. 21. οὐδεὶς ἐπιῤῥάπτει κ. τ. λ. Luc. V. 36. Hesych. ἐπιβαλεῖ· ἐπιῤῥίψει, seu ἐπιῤῥάψει. 4) *admoveo*. Luc. IX. 62. οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον nemo, qui manum admovet aratro. Huc e-

tiam pertinet formula: ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας ἐπί τινα *injicere*, seu *admovere alicui manus violentas, violenter aliquem arripere et capere, vim alicui inferre*, (qua etiam usi sunt Homer. Il. ά, 89. et Aristoph. Lysistr. v. 440. Vide Eustath. ad Od. ά, 357. 1.) quæ sæpissime legitur in N. T. Matth. XXVI. 50. Marc. XIV. 46. Luc. XX. 19. XXI. 12. Joh. VII. 30, 44. Act. IV. 3. V. 18. XXI. 27. Genes. XXII. 12. μὴ ἐπιβάλῃς τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸ παιδάριον, Hebr. אַל תִּשְׁלַח יָדְךָ אֶל־הַנַּעַר. Confer Aquil. et Symmach. Job. VI. 9. Haud raro tamen ἐπιβάλλω etiam *neutraliter* accipitur et significat 5) *ruere, irruere cum impetu, impetum facere, cum impetu et citato cursu ferri*, quasi ἐπιβάλλειν ἑαυτὸν ἐπί τινα. Marc. IV. 38. τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον fluctus vero irruebant in navigium. Sic ἐπιβάλλειν in libris apocryphis V. T. haud raro de *militibus* usurpatur *impetum in hostem facientibus*. 1 Macc. IV. 2. ὥστε ἐπιβαλεῖν ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἰουδαίων. 2 Macc. XII. 9. τοῖς Ἰαμνίταις νυκτὸς ἐπιβαλών. ibid. v. 13. XIII. 15. XV. 1. unde ἐπιβολὴ ὁρμὴ est, Hesychio teste. Huc etiam referrem locum Marc. XIV. 72. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, quæ verba vel reddi possunt: *subito et festinanter discessit et flevit*, vel: *cum impetu*, h. e. *acriter et abunde flevit*, i. q. alibi dicitur καὶ πικρῶς ἔκλαιε. Sed est hic locus adeo incertæ interpretationis, ut temperare mihi non possim, quin et aliorum explicationes addam. Abreschius ad Æschylum p. 410. et Salmasius de Fœnore Trapezitico p. 276. quos et Krebsius sequutus est in Observationibus Flav. p. 93. unice veram hujus loci explicationem judicarunt illam, qua ἐπιβαλὼν (omissa voce ἱμάτιον) redditur *capite operto, veste capiti injecta*, ex more Judæorum, quos in gravi luctu operto capite flevisse, satis constat e locis 2 Sam. XV. 30. Jer. XIV. 4. et aliis, quæ collegit Bielius in Thesaur. Philol. s. v. ἐπικαλύπτω, qui hanc explicationem novis argumentis comprobavit. Alii etiam non incommode in auxilium vocant notionem *addendi, augendi*, quam ἐπιβάλλειν per etymologiam habere potest, ut adeo ἐπιβαλὼν ἔκλαιεν sit: adjiciendo, h. e. vehementer flevit, i. q. וְהִגְדִּיל לִבְכּוֹת coll. 1 Sam. XX. 41. Alii reddunt; *et cœpit flere*, non solum ex auctoritate vers. Vulg. Syr. et Goth. Pers. Arm. et It. quæ secutæ codicem Cantabr. qui pro ἐπιβαλὼν ἔκλαιε dat ἤρξατο κλαίειν, vertunt: *et cœpit flere*, sed ex ipso etiam usu loquendi. Nam ἐπιβάλλειν interdum significare *incipere, aliquid conari, aggredi*, præter locum Diog. Laërt. VI. c. 2. (ἐπέβαλε τερετίζειν *cœpit cantillare*.) Suidas docet glossa: ἐπέβαλεν· ἤρξατο, ἐπεχείρισεν. Unde Schol. Thucyd. III. p. 196. ed. Dukeri ἐπιβολὴν per ἐγχείρησιν explicavit. De Rhœr. in Fer. Daventr. p. 56. ἐπιβαλὼν refert ad vocem ῥῆμα eo sensu, ut Petrus significaretur jam dictum illud sibi objecisse ideoque flevisse. Ab hoc parum recedit Wetstenius, qui N. T. T. I. p. 632. ἐπιβαλὼν vertit: cum animadvertisset, seu rem altius reputasset, ita, ut omissum sit τὸν νοῦν seu τὴν διάνοιαν, ut plene legitur apud Asterium H. 3. Galenum de Puls. Causis III. et simpliciter ἐπιβάλλειν apud Polyb. I. 80. Theophrast. Char. VIII. El. Palairet. in Obss. Philol. p. 139. post ἐπιβαλὼν vocem ὀφθαλμοὺς, ὄψεις, aut aliam ejusdem significationis omissam esse suspicatur et ipsa verba ita reddit: *et respiciens*, seu *aspiciens Jesum* flevit. Sed hæc sufficiant. 6) neutraliter, *competere, debere alicui, pertinere ad aliquem* notat. Tob. VI. 13. ὅτι σοὶ ἐπιβάλλει ἡ κληρονομία αὐτῆς. 1 Macc. X. 30. τοῦ ἐπιβάλλοντός μοι λαβεῖν. 2 Macc. III. 2. Polyb. XVIII. 24. 1. Dio Cass. I. 56. p. 95. ed. Reim. Hinc τὸ ἐπιβάλλον (scil. μέρος, quod additur apud Demosthenem p. 312. ed. Reisk.) significat *id, quod ad aliquem pertinet et jure ei debetur, quod aliquem contingit*, ut Cicero loquitur, *ratam partem et legitimam*, sensu quo est apud ICtos, de quo exposuit Grotius ad Luc. XV. 12. δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας da mihi ratam partem patrimonii, seu: partem virilem. Herodotus, IV. 115. Gloss.: *Competens*, τὸ ἐπιβάλλον. Cf. Gataker. ad M. Antonin. VII. 7. p. 209. Wetstenii N. T. T. II. p. 758. Wesseling. ad Diod. Sic. I. 1. et Olearium de Stilo N. T. p. 37 seq. In universum conferendus est Phavorinus, qui omnes fere hujus vocis notiones collegit et exemplis illustravit.

'ΕΠΙΒΑΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *aggravo, onero, onus impono*, ex ἐπὶ et βαρέω *gravo*. 2) metaphorice: *molestus sum alteri*. 1 Thess. II. 9. πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν ne cuidam vestrum molestus essem stipendio aut donariis accipiendis, coll. 2 Cor. XI. 9. XII. 17. 2 Thess. III. 8. Appian. Syr. p. 180. et B. C. IV. p. 978. ἐπιβαρεῖν τοῖς ἠτυχηκόσιν· 3) Formula: ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ, quæ 2 Cor. II. 5. legitur et παρενθέσει includenda est, respondet Latinæ formulæ: *ne quid gravius dicam*. Conf. versionem Syriacam. Vulgo ad πάντας ὑμᾶς refertur, ut ἐπιβαρεῖν sit: *onerare crimine, culpam conferre in aliquem*. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΠΙΒΙΒΑ'ΖΩ, fut. άσω, *impono, ascendere vel conscendere facio, insidere facio*, ex ἐπὶ et βιβάζω *scandere facio*, quod est a βαίνω *eo*. Ter legitur in N. T. Luc. X. 34. ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος imposuit eum jumento suo. ibid. XIX. 35. ἐπεβίβασαν τὸν Ἰησοῦν, sc. ἐπὶ τὸν πῶλον, imposuerunt Jesum jumento. Act. XXIII. 24. ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον ut ei impositum Paulum. In versione Alex. respondet Hebraicæ הִרְכִּיב *equitare fecit, vehendum imposuit*. 2 Sam. VI. 3. 1 Reg. I. 31. 2 Reg. IX. 28. ἐπεβίβασαν αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἅρμα.

'ΕΠΙΒΛΕ'ΠΩ, fut. έψω, 1) proprie: *inspicio, intueor, oculos conjicio in aliquem*, ab ἐπὶ et βλέπω *video* Dio Or. IV. p. 171. 2) speciatim: *cum admirationis et reverentiæ sensu aliquem intueor, suspicio*. Sic legitur in N. T. Jacob. II. 3. καὶ ἐπιβλέψητε ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπράν. 3) metaphorice: *amore et favore aliquem complector, misereor alicujus, succurro, opem fero alicui*, quasi *oculis benignis respicio aliquem*. Luc. I. 58. ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ benigne respexit humilem conditionem servæ suæ. ibid. IX. 38. ἐπίβλεψαι ἐπὶ τὸν υἱόν μου miserere filii mei, coll. loco parallelo Matth. XVII. 15. ἐλέησόν μου τὸν υἱόν. Sæpius non legitur in N. T. Respondet vero in hac significatione Hebr. פָּנָה Levit. XXVI. 9. ἐπιβλέψω ἐφ' ὑμᾶς καὶ εὐλογήσω. Ps. XXIV. 17. ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ καὶ ἐλέησόν με, et רָאָה 1 Sam. I. 11. ἐὰν ἐπιβλέπων ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης σου. Ita et sumitur *aspicere* apud Latinos, v. c. Virgil. Æneid. II. v. 690. et βλέπειν (Eurip. Helena v. 1452.), ἐπόπτεσθαι, ἐφορᾷν apud Græcos, ut docuit Palairet. in Obss. Philol. p. 152 et 181. et Krebs. in Obss. Flav. p. 98.

'ΕΠΙ'ΒΛΗΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *omne, quod alicui injicitur, adjectio, additamentum*, ab ἐπιβάλλω *injicio*. Pollux Onom. IV. 18. 2. 2) speciatim: *quod assuitur, particula panni aut corii, quæ assuitur vestibus aut calceis laceris et detritis*, quam La-

tini *assumentum*, Græci ἐπίῤῥαμμα vocant. Matth. IX. 16. οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ nemo vero assuit panni rudis assumentum panno veteri. Marc. II. 21. et Luc. V. 36. eodem sensu legitur, ut particulam panni significet, quæ pallio lacero assuitur, ut redintegretur. Sic Jos. IX. 5. calcei Gibeonitarum, quibus assutæ erant variæ corii particulæ, a Symmacho vocantur ἐπιβλήματα ἔχοντα ὑποδήματα. Conf. Gronov. ad Arrian. VI. 29. p. 272. Hesych. ἐπίβλημα· πῶμα ἢ ῥάκος. Suid. ἐπίβλημα· τὸ τῷ προτέρῳ ἐπιβαλλόμενον.

'ΕΠΙΒΟΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *vociferor, intenta et elata voce loquor, inclamo, acclamo*, ex ἐπὶ et βοάω *clamo*. Semel legitur in N. T. Act. XXV. 24. ἐπιβοῶντες, μὴ δεῖν ζῆν αὐτὸν μηκέτι vociferantes eum non oportere amplius vivere. Thucyd. III. 59. 67. V. 65. Dionys. Halic. Ant. VI. 74. Pollux Onom. II. 126.

'ΕΠΙΒΟΥΛΗ', ῆς, ἡ. Vocabulum μέσον apud Græcos æque ac verbum ἐπιβουλεύειν, de quo recte monuit H. Stephanus in Thesauro Ling. Gr. T. I. p. 770. non tam significare *insidias struere alicui*, quam in universum: *consilium capere, deliberare*. Notat autem 1) *omne consilium rei agendæ et suscipiendæ, propositum, decretum animi*. Polyb. V. 92. 3 Mac. I. 7. ἐπικρατήσας τῆς ἐπιβουλῆς compos autem propositi factus. 2) *consilium adversus aliquem initum, insidiæ*, quo ipso verbo Vulg. utitur Act. IX. 24. ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν perspecto eorum animo insidioso. ibid. XX. 3. γενομένης αὐτῷ ἐπιβουλῆς ἀπὸ τῶν 'Ιουδαίων quum ei a Judæis insidiæ struerentur. ib. v. 19. XXIV. 30. Sæpius non legitur in N. T. Alex. Esther. II. 22. καὶ αὐτὴ ἐνεφάνισε τῷ βασιλεῖ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς. Thucyd. VIII. 24. καταπαύσωσι τὴν ἐπιβουλήν. Ib. c. 92. Herodian. III. 5. 9. Hesych. ἐπίβουλος· ἐχθρὸς ἐπηρεάζων, λοίδορος, et ibi Alberti. Pollux Onom. IV. 50.

'ΕΠΙΓΑΜΒΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) cum dativo personæ: *affinitatem ineo cum aliquo, gener alicujus fio*, ab ἐπὶ et γαμβρεύω, quod est a γαμβρὸς, qua voce apud Græcos non modo *generum, socerum*, sed etiam *affinem, cognatum* in genere, atque adeo interdum *uxoris fratrem* significari, multis docuit Ezech. Spanhem. in Comment. ad Juliani Imp. p. 72 et 282. 1 Sam. XVIII. 22. ἐπιγάμβρευσον τῷ βασιλεῖ. ibid. v. 27. Esr. IX. 14. ἐπιγαμβρεῦσαι τοῖς λαοῖς τῶν γαιῶν τούτων, ubi respondet Hebr. verbo הִתְחַתֵּן. 1 Macc. X. 54, 56. Joseph. A. J. XIV. 12. 1. 2) cum accusativo personæ: *affinitatis jure uxorem duco*, et dicitur de uxore, quæ ex hac lege, quia est affinitate cognata, (*jus leviratus* vulgo vocant, ex Deut. XV. 5.) ducitur. Sic semel occurrit Matth. XXII. 24. ἐάν τις ἀποθάνῃ, μὴ ἔχων τέκνα, ἐπιγαμβρεύσει ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ si quis mortuus fuerit non habens liberos, frater ejus affinitatis jure ducat uxorem ejus. In locis parallelis Marc. XII. 19. et Luc. XX. 28. legitur λαμβάνειν. Respondet in versione Alex. Gen. XXXVIII. 8. Hebraico יַבֵּם, quod significat: *fratris defuncti absque liberis uxorem duxit, leviri* vel *affinis proximi jus et officium præstitit*. et ibid. Deut. XXV. 5, 7. λαμβάνειν redditur. Substantivum ἐπιγαμβρία apud Euseb. Hist. Eccl. X. 8. de Licinio usurpatur, qui sororem Constantini in uxorem duxerat.

'ΕΠΙ'ΓΕΙΟΣ, είου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *terrenus, terrestris, qui ab hominibus originem repetit, hujus orbis inquilinus, qui ad hanc terram pertinet et in ea vivit*. ex ἐπὶ, quod in compositis haud raro *commorationem in loco* significat, (v. c. ἐπιχώριος) et γέα, contracte γῆ *terra*. Suid. ἐπίγειος· ὁ γήϊνος. 1 Cor. XV. 40. σώματα ἐπίγεια opponuntur τοῖς σώμασι ἐπουρανίοις. 2 Cor. V. 1. ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους. In utroque loco ἐπίγειος fragilitatis et inconstantiæ notionem adjunctam habet. Phil. II. 10. ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων omnes ubicunque locorum mentes. Marc. Antonin. VI. c. 23. εἰς καρπὸς τῆς ἐπιγείου ζωῆς. 2) metaphorice et ex adjuncto: *vitiosus, imperfectus*. Jacob. III. 15. σοφία ἐπίγειος sapientia vitiosa, qualem homines vulgo habere solent. Philip. III. 19. οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες. 3) τὰ ἐπίγεια *res planæ et obviæ, quæ facile in sensus incurrunt et capi possunt ab hominibus, quia in hominibus et inter homines vulgo eveniunt*. Joh. III. 12. ubi τὰ ἐπίγεια vocantur *elementa religionis christianæ de regeneratione*, quæ in antecedentibus Jesus tradiderat, et opponuntur τοῖς ἐπουρανίοις, seu *doctrinæ sublimiori christianæ*. Phavor. ἐπίγεια· τὰ πρόσκαιρα.

'ΕΠΙΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *supervenio, advenio, exorior, oborior*, ex ἐπὶ et γίνομαι *fio, nascor*. Act. XXVIII. 13. ἐπιγενομένου νότου oborto, seu exorto austro. Vulgatus: *flante austro*. Sæpius non legitur in N. T. Thucyd. IV. c. 30. καὶ ἀπὸ τούτου πνεύματος ἐπιγενομένου posteaque ventus excitatus fuisset. ibid. III. 74. εἰ ἄνεμος ἐπεγένετο τῇ φλογί. Herodot. V. 85.

'ΕΠΙΓΙΝΩ'ΣΚΩ, fut. γνώσομαι, 1) *sensu cognosco, sensu deprehendo, sentio, audio, comperio, agnosco*. Act. XII. 14. καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου auditu cognoscens vocem Petri, aut: agnita Petri voce. coll. Jud. XVIII. 3. Luc. XXIII. 7. καὶ ἐπιγνοὺς, ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας 'Ηρώδου ἐστὶν et postquam cognovit ex narratione aliorum, eum esse e ditione Herodis. Act. XXII. 29. coll. v. 28. ibid. XXIV. 8. ἐπιγινώσκειν de judice adhibetur, qui ex reo, quæstione habita, veritatem accusationis cognoscit. Act. XXVIII. 1. τότε ἐπέγνωσαν cognoverunt. 2) i. q. simplex γινώσκω, *intelligo, cognosco intellectu, animadverto*. Matth. XI. 27. coll. Luc. X. 22. Marc. II. 8. ἐπιγνοὺς ὁ 'Ιησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ. ibid. V. 30. ἐπιγνοὺς ἐν ἑαυτῷ. Luc. I. 4. ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν ut veritatem doctrinæ, tibi traditæ, accurate cognoscas. ibid. v. 22. ἐπέγνωσαν intellexerunt. Act. IX. 30. ἐπιγνόντες re cognita, seu intellectis eorum insidiis. ibid. XXV. 10. ὡς καὶ σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις uti tu optime nosti. 2 Cor. I. 13. ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε, ἐλπίζω δὲ, ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε aut quæ factis jam cognovistis, cognoscetis vero me perpetuo talem, ut spero. 2 Pet. II. 21. ubi *cognoscere per institutionem* significat. 3) *scio, novi, cognitum habeo*. Matth. XI. 27. καὶ οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ κ. τ. λ. neque enim quisquam filium satis cognitum habet, nisi pater, etc. Rom. I. 32. οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνόντες idonea præceptorum divinorum scientia imbuti. 4) *dignosco*. Matth. VII. 16. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτοὺς e suis illos moribus et factis dignoscatis. ibid. v. 20. 5) *dijudico*. 1 Cor. XIV. 37. ἐπιγινωσκέτω, ἃ γράφω ὑμῖν dijudicet, quæ ego præscripsi. 6) *agnosco*, quod sit hæc vel illa persona, vel hæc vel illa res. Marc. VI. 54. Matth. XIV. 35. Luc. XXIV. 16. τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτὸν ne ab illis agnosceretur. Act. III. 10. IV. 13. XXVII. 39. τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον non agnoscebant terram. 7) *suspicio, veneror, amo, amore et benevolentia complector*. 1 Cor. XVI. 18. ἐπιγινώσκετε οὖν τοιούτους amate, colite et veneramini tales viros, coll.

1 Thess. V. 12. et Eusebii H. E. IV. 5. Matth. XVII. 12. *καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν* et tamen plerique non venerati eum sunt, Messiæ præcursorem, Eliæ personam sustinentem. Ita ידע Exod. V. 2. 1 Sam. II. 12. Jerem. II. 8. 8) Passivum *ἐπιγινώσκομαι* i. q. *διδάσκομαι* *edoceor, instituor, accipio pleniorem et perfectiorem cognitionem.* 1 Cor. XIII. 12. *τότε δὲ ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην* tunc institutione divina perfectiori modo fruar, quam mihi jam hac in vita contigisse lætor, seu, tunc succedet perfectior religionis cognitio præsenti imperfectiori, beneficio Dei. Chrysost. Homil. 34. in hanc epistolam *ἐπεγνώσθην* præclare reddit: *αὐτὸς ὁ Θεὸς με ἐγνώρισε.* 9) *ἐπιγινώσκεσθαι* opponitur *τῷ ἀγνοεῖσθαι* et significat: *nobilem esse, celebrari hominum ore.* 2 Cor. VI. 9. *ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι* etsi videmur esse obscuri, tamen sumus nobiles.

'ΕΠΙ'ΓΝΩΣΙΣ, *εως, ἡ,* 1) proprie: *facultas cognoscendi.* 2) per metonymiam effecti: *cognitio, agnitio, scientia,* et speciatim: *major, perfectior et exactior cognitio et scientia,* nam *ἐπὶ* in compositis haud raro auget significationem. Rom. III. 20. *διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας* per libros V. T. omnes peccatores esse edocemur. Coloss. I. 9. *ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐτοῦ.* 2 Tim. III. 7. Formula *ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει* idem significat, quod *ἐπιγινώσκειν, cognoscere, justam et idoneam cognitionem habere et tenere.* Rom. I. 28. *οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει* respuebant veram de Deo cognitionem. Eodem modo Jacob. II. 1. *ἔχειν ἐν προσωποληψίαις* pro *προσωποληπτεῖν* ponitur, coll. v. 9. *ἔχειν ἐν ὀργῇ succensere,* Thucyd. II. 18. et *in spe habere* pro *sperare,* Sallust. B. C. c. 31. 3) *illud ipsum, quod cognoscitur.* Hinc *ἐπίγνωσις Θεοῦ* seu *υἱοῦ τοῦ Θεοῦ* est *vera religio, religio christiana.* Ephes. I. 27. *δώῃ ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ* velit vestram religionis christianæ cognitionem et scientiam indies magis magisque augere. ibid. IV. 13. *εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.* — Phavor. *ἐπίγνωσις· ἡ μετὰ τὴν πρώτην γνῶσιν τοῦ πράγματος κατὰ δύναμιν παντελὴς κατανόησις.* Polyb. III. 7. 6. et 31. 4.

'ΕΠΙΓΡΑΦΗ', *ῆς, ἡ, inscriptio cujuscunque generis, titulus,* ab *ἐπιγράφω inscribo.* Polyb. III. 9. 3 et 56. 4. Speciatim in N. T. α) de *inscriptione* (umschrift, *inscription*) *monetæ* legitur Matth. XXII. 20. Marc. XII. 16. Luc. XX. 24. *quæ nomen imperatoris et titulum referebat.* β) de *inscriptione in cruce J. C. quæ referebat causam mortis ipsius.* Marc. XV. 26. *καὶ ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη* simulque causa necis adscripta erat his verbis *Syrus:* ܘܟܬܝܒܐ ܗܘܬ ܥܠܬܐ ܕܡܘܬܗ ܒܟܬܒܐ et scripta erat causa mortis ejus inscriptione illa, seu inscripto. Luc. XXIII. 38. Mos enim erat Romanis damnati crimen tabulæ dealbatæ nigris litteris inscribere, quæ ei vel præferebatur, vel in loco supplicii affigebatur. Vid. Sueton. Domit. c. 10. Salmasium de Modo Usurarum p. 687. et Honorati Niqueti libellum singularem de Titulo Sanctæ Crucis. Antwerp. 1670. duodenis.

'ΕΠΙΓΡΑ'ΦΩ, fut. *άψω,* 1) *inscribo calamo vel stilo aliquid chartæ, membranæ, lapidi aut tabulæ, inscriptionem pono,* ab *ἐπὶ* et *γράφω scribo.* Verbum proprium est de inscriptionibus monumentorum. Xenoph. Cyrop. VII. 3. 6. Anab. V. 3. 6. Marc. XV. 26. *ἦν ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ ἐπιγεγραμμένη.* Act. XVII. 23. *ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο* cui inscriptum erat. Hesych. *ἐπέγραψεν· ἐπεχάραξεν, ἐπέγλυψεν, ἐπέξυσεν.* 2) metaphorice: *indo, imprimo, firmiter infigo.* Hebr. VIII. 10. *καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς,* sc. *νόμους,* efficiam, ut alte inhæreant menti eorum, seu, ut semper memores eorum sint. ibid. X. 26. Cicero Acad. Quæst. IV. c. 1. "sic ille in animo res insculptas habebat."

'ΕΠΙΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, vel 'ΕΠΙΔΕΙΚΝΥ'Ω et 'ΕΠΙΔΕΙ'ΚΝΥΜΑΙ, fut. *ἐπιδείξω,* 1) *ostendo, spectandum exhibeo, rem oculis subjicio.* Matth. XXII. 19. *ἐπιδείξατέ μοι τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου* ostendite mihi numisma census. Luc. XVII. 14. *ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι* conspiciendos vos exhibete sacerdotibus. ibid. XX. 24. XXIV. 40. Act. IX. 39. 2) respondet Latino *ostentare,* et significat: *ostentationis gratia alicui aliquid spectandum exhibere, cum cura* seu *pompa ostendo* vel *ostento.* Sic legitur in N. T. Matth. XXIV. 1. *καὶ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ,* coll. Marc. XIII. 1. Ita הֶרְאָה sumitur 2 Reg. XX. 13. Xenoph. de Mag. Equit. c. III. 1 et § 10. ubi *ἐπίδειξις* *ostentationem* significat. Adde Xenoph. Cyrop. VIII. 4. 8. 3) *exhibeo, præsto, facio aliquid.* Matth. XVI. 1. *σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτοῖς* ut prodigium aliquod e cœlo illis spectantibus ederet. Xenoph. de Rep. Laced. I. 2. *προέχουσαν εὐδαιμονίᾳ τὴν πατρίδα ἐπέδειξεν.* Cyrop. VIII. 4. 4. *ἐπιδεικνύναι τὰ ἔργα φιλανθρωπίας.* Cf. Irmisch. ad Herodian. I. 5. 24. 4) *firmis et indubitatis argumentis aliquid demonstro.* Hebr. VI. 17. *βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδεῖξαι τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ* Deus volens demonstrare immutabilitatem consilii sui. Act. XVIII. 28. *ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν* collatione et interpretatione vaticiniorum de Christo iis demonstrans. Xenoph. Cyrop. V. 5. 8. Anab. I. 3. 13. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 579. — Hesych. *ἐπιδείκνυται· φανεροποιεῖ.* Phavor. *ἐπιδεικνύειν ἐστὶ τὸ παρρησιάζειν καὶ δεικνύειν τινὰ ἑαυτόν.* Idem: *ἐπίδειξον· ἀντὶ τοῦ φανέρωσον.*

'ΕΠΙΔΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. *ἔξομαι,* 1) *hospitio aliquem excipio,* ab *ἐπὶ* et *δέχομαι capio, sumo.* 3 Joh. v. 10. *οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφοὺς* nec ipse christianos hospitio excipit. 2) *excipio hospitaliter et amanter, excipio, suscipio, admitto.* 3 Joh. v. 9. *Διοτρεφὴς οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς* Diotrephes non admittit me meamque doctrinam. Sæpius non legitur in N. T. 1 Maccab. XII. 8. Polyb. XXII. 1. 3.

'ΕΠΙΔΗΜΕ'Ω, *ῶ,* fut. *ήσω,* 1) proprie: *advena sum, peregrinor, extra patriam in alieno populo versor,* ab *ἐπίδημος qui in alieno populo versatur.* Act. II. 10. *καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι* et peregrinantes Romani. Athenæus VIII. p. 361. F. 2) *commoror, versor in aliquo loco.* Act. XVII. 21. *καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι* et ibi versantes peregrini. Theophr. Char. III. 2. *πολλοὶ ἐπιδημοῦσι ξένοι.* Lucian. V. H. II. 46. Eodem modo et substantivum *ἐπιδημία* simpliciter *commorationem in loco aliquo* significat apud Demosthenem p. 1357. ed. Reisk. *ἐπιδημία ξένων οὐ πάνυ ἦν αὐτόθι* peregrini non admodum multi ibi commorari solebant. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 465 et 566.

'ΕΠΙΔΙΑΤΑ'ΣΣΟΜΑΙ, vel 'ΕΠΙΔΙΑΤΑ'ΤΤΟΜΑΙ, fut. *άξομαι, insuper dispono, mando vel constituo aliquid, insuper addo,* ex *ἐπὶ,* quod in compositis haud raro *additionem, adjectionem* notat, et per *insuper* reddendum est, e. g. *ἐπιμετρεῖν, ἐπιδιδάσκειν, ἐπισχύειν,* et *διατάττομαι ordino, colloco, dispono, mando, præci-*

pio. Semel legitur in N. T. Galat. III. 15. ἢ ἐπιδιατάσσεται, quæ verba non cum S. V. Koppio reddenda sunt, *aut rem promissioni contrariam instituit*, nam tunc non differret ab ἀθετεῖ, a quo tamen hanc sententiam diversam esse, additum ἢ clarissime docet, sed: *vel insuper novas et contrarias conditiones addit*, quas Græci ἐπιδιαθήκην vocare solent, v. c. Josephus B. J. II. 3. ἀξιῶν τῆς ἐπιδιαθήκης τὴν διαθήκην εἶναι κυριωτέραν. ib. § 6. coll. A. J. XVII. 9. 4. Syrus habet: ܡܫܚܠܦܐ ܗܘ ܡܕܡ *mutat quid in eo*, non male quoad sensum.

'ΕΠΙΔΙΔΩΜΙ, fut. δώσω, 1) proprie: *insuper do*, teste Eustathio ad Homer. Iliad. α', p. 118. ed. Florent. ἐπιδιδόναι τὸ ἐπέκεινα τῶν προϋπαρχόντων δοῦναί τι. Xenoph. Cyrop. VIII. 9. 10. Polyb. XXI. 14. 4. Sed ita in N. T. non usurpatur. 2) *loco alicujus rei alteri aliquid porrigo, trado, do, exhibeo.* Matth. VII. 9. ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ qui filio loco panis, quem petierat, det lapidem. ibid. v. 10. καὶ ἐὰν ἰχθὺν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ aut piscem roganti det anguem. Luc. XI. 11, 12. 3) simpliciter: *trado, porrigo.* Luc. IV. 17. καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον 'Ησαΐου et tradebatur ipsi liber Iesaiæ prophetæ. Ibid. XXIV. 30. καὶ κλάσας ἐπεδίδου αὐτοῖς. ibid. v. 42. Joh. XIII. 26. Act. XV. 30. ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολὴν tradiderunt epistolam; alii vertunt *reddiderunt ipsis epistolam;* de qua notione, quanquam ab h. l. aliena, vid. Wesseling. ad Diod. Sic. XIV. 47. Glossæ: ἐπιδίδωμι, *porrigo.* Xenoph. Cyrop. I. 5. 1. Confer Taylor. ad Demosthenem T. II. p. 609. Salmasius de Usuris p. 55. 4) *permitto, trado, concedo potestati et arbitrio alicujus.* Act. XXVII. 15. ἐπιδόντες (scil. τὸ πλοῖον vel ναῦν τῷ ἀνέμῳ: alii supplent ἑαυτοὺς hoc sensu: *nos totos abjicientes* vel *periculo ultro objicientes*) ἐφερόμεθα permittentes navem vento procelloso ferebamur. Simili modo Silius Italicus XI. v. 275. "puppimque dat vento." Xenoph. Ages. 2. 29. Conf. præter Elsnerum T. I. Obss. Sacr. p. 482. Wetstenium N. T. T. II. p. 641. Reitzium ad Luciani Opp. T. II. p. 613. Phavor. ἐπιδίδωμι· ἀντὶ τοῦ αὐξάνω, καὶ ἐπιδίδωμι· τὸ ἁπλῶς δίδωμι. ἐκ τούτων ἐπίδοσις· ἡ αὔξησις καὶ δόσις. Confer quæ de substantivo ἐπίδοσις habet Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 5. 2. T. I. p. 863.

'ΕΠΙΔΙΟΡΘΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *omni cura et sollicitudine corrigo, emendo, integritati suæ restituo*, ex ἐπὶ et διορθόω, quod idem notat. 2) *in ordinem redigo, ordino, constituo.* In N. T. tantum legitur Tit. I. 5. propterea reliqui te in Creta, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ ut a me fortasse neglecta in ordinem redigeres. Philo in Flaccum T. II. p. 535. 14. περὶ τῆς τῶν λειπόντων ἐπιδιορθώσεως. Etymol. M. 365. 8.

'ΕΠΙΔΥ'Ω, fut. ύσω, *occido, demergor*, ex ἐπὶ et δύω vel δῦμι *occido, mergor.* De occasu solis semel legitur in N. T. Ephes. IV. 26. ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῇ ὀργῇ ὑμῶν sol ne occidat super ira vestra, h. e. nolite diu iram fovere, aut ei indulgere. Deut. XXIV. 15. οὐκ ἐπιδύσεται ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτῷ, Hebr. וְלֹא־תָבוֹא עָלָיו הַשֶּׁמֶשׁ. Philo de Legg. Spec. T. II. p. 324. 44. μὴ ἐπιδυέτω ὁ ἥλιος τοῖς ἀνεσκολοπισμένοις.

'ΕΠΙΕΙ'ΚΕΙΑ, ας, ἡ, *humanitas, lenitas, indulgentia, clementia, æquitas.* Speciatim *ei* tribuitur, *qui summum jus non prosequitur in sua causa, sed clementem ac lenem potius quam severum se præstat*, (ab ἐπιεικής, quod vide.) In N. T. bis tantum legitur. Act. XXIV. 4. de præside Romano, Felice, quem orator Tertullus precabatur, ut se audiret τῇ ἐπιεικείᾳ pro sua humanitate, h. e. in audiendo facilitate; et 2 Cor. X. 1. ubi Paulus christianos hortatur et obtestatur διὰ τῆς πρᾳότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ per lenitatem et clementiam Christi, h. e. summam ejus erga omnes, peccatores adeo, benignitatem. Herodian. IV. c. 3. s. 4. φαντασίαν γάρ τινα τῆς ἐπιεικείας ἐπεδείκνυτο, μέτριόν τε καὶ πρᾷον ἑαυτὸν τοῖς προσιοῦσι παρεῖχεν. ib. V. 1. s. 12. ἐπιείκεια δὲ καὶ χρηστότης. Baruch. II. 21. Sap. II. 19. XII. 18. 2 Macc. II. 23. Phavor. ἐπιείκεια ἐστὶν ἡ δικαίων καὶ συμφερόντων ἐλάττωσις, μετριότης ἐν συμβόλοις, εὐταξία ψυχῆς λογιστικῆς πρὸς τὰ καλὰ καὶ αἰσχρά. Confer C. F. Nestler D. de ἐπιεικίᾳ in N. T. commemorata. Budiss. 778. 4. et Wetstenii N. T. T. II. p. 202.

'ΕΠΙΕΙΚΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1) *mitis, clemens, lenis, humanus, indulgens, qui facile injurias fert et condonat, et interdum de jure suo remittit;* idem fere quod πρᾳΰς, a qua tamen gradu differt. (ex ἐπὶ et εἴκω *cedo.*) 1 Tim. III. 3. episcopum oportet esse ἐπιεικῆ, libenter cedentem et de jure suo lubenter remittentem. Tit. III. 2. 1 Petr. II. 18. δεσπόται ἀγαθοὶ καὶ ἐπιεικεῖς heri benigni, æqui et humani, opponuntur τοῖς σκολιοῖς Ps. LXXXVI. 5. ὅτι σὺ, Κύριε, χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς, Hebraica וְסַלָּח. Opponitur ἐπιεικὴς τῷ πλήκτῃ et ἀεικεῖ. Aristoph. Nub. 1440. Aristot. Ethic. VI. 11. Dio Cassius XXXVI. 9. Suid. ἐπιεικής· πρᾷος, μέτριος. Hesych. ἐπιεικῶς· πάνυ λίαν πρᾴως. Etymol. M. ἐπιεικὴς παρὰ τὸ εἴκειν καὶ ὑποχωρεῖν, καὶ γὰρ οἱ πρᾳεῖς ὑποχωροῦσι καὶ οὐκ ἀντιτείνουσι. Conf. Salmasium de Fœn. Trapezit. p. 223. et Casaubon. ad Polyb. I. c. 14.—Neutrum τὸ ἐπιεικὲς substantive usurpatur, et idem significat, quod ἡ ἐπιείκεια *mansuetudo, lenitas, humanitas.* Philip. IV. 5. τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνωσθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις gerite vos ita, ut lenitas vestra (alii fortasse rectius interpretantur, *vera vestra nec fucata virtus christiana:* nam τὸ ἐπιεικὲς vi etymologiæ *obsequium, obedientiam* notare potest, adeoque h. l. *obedientiam, quæ præstatur religioni christianæ,*) innotescat omnibus. Suid. ἐπιεικές· πρέπον, καθῆκον, προσῆκον. Idem tradit Hesychius. 2) active: *qui aliquem humanum, lenem et mansuetum reddit, certe reddere potest et postulat.* Jacob. III. 17. ἡ ἄνωθεν σοφία—ἔστιν ἐπιεικής. Cæterum lectu digna de hac voce habet Irmisch. in Excurs. ad Herodian. I. 2. 5. Vol. I. Opp. p. 792.

'ΕΠΙ'ΕΙΜΙ, vide infra sub 'ΕΠΙ-Ω'Ν.

'ΕΠΙΖΗΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *summo cum studio ac ardente desiderio aliquid quæro*, etiam *quæro* simpliciter, ex ἐπὶ, quod in compositis haud raro significationem vocis intendit, et ζητέω *quæro.* Act. XII. 19. ἐπιζητήσας αὐτὸν καὶ μὴ εὑρὼν cum eum quæsitum non reperisset. Xenoph. Cyrop. II. 4. 17. Demosthen. de Corona p. 271. edit. Reisk. ἐπιζήτησε τὸν ἄνθρωπον καὶ συλλαβοῦσα κ. τ. λ. 2) *studeo aliquid consequi.* Rom. XI. 7. ὃ ἐπιζητεῖ Ἰσραὴλ τοῦτο οὐκ ἐπέτυχεν quod consequi studet populus Israëliticus, non consequitur. 3) ut Latinum *requiro, summo cum studio aliquid efflagito, flagito, postulo, peto.* Matth. XII. 39. γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ improba gens atque adulterina miraculum postulat. ibid. XVI. 4. Marc. VIII. 12. Philip. IV. 17. οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ δόμα non nova munera a vobis postulo. Joseph. A. J. VI. 7. 4. καὶ οὔτε θυσίαν ἐπιζητεῖ παρ' αὐτῶν. 4) *cupio, in votis habeo, desiderio alicujus rei flagro.* Act. XIII. 7. ἐπεζήτησεν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ institui in religione chris-

tiana cupiebat. Phil. IV. 17. ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν sed, ut uberrimos liberalitatis vestræ fructus percipiatis, in votis habeo. Hebr. XI. 14. XIII. 14. Diod. Sic. XVII. 101. 5) *anxie et nimium aliquid quæro et cum sollicitudine postulo et flagito,* i. q. μεριμνάω. Matth. VI. 32. πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ ejusmodi enim cura cruciat gentiles. Luc. XII. 30. 6) *discepto de re aliqua.* Act. XIX. 39. εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε si de rebus aliis requiritis, seu quæstio vobis est. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἐπιζήτει· ἠνόχλει, ἐπεχείρει, ἐπετήρει.— ἐπιζητῶν· ἀπολαμβάνων, συνέχων.

'ΕΠΙΘΑΝΑ'ΤΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, (pro quo etiam apud Græcos ἐπιθάνατος occurrit, h. e. Hesychio interprete, προσδοκώμενος ἀποθανεῖν) in universum *is* dicitur, *qui perpetuo exspectat mortem et in perpetuo mortis periculo versatur, sive ob ætatem, sive ob morbum, sive ob judicis sententiam morti destinatus et addictus,* ex ἐπὶ et θάνατος *mors.* Semel legitur in N. T. 1 Cor. IV. 9. ὡς ἐπιθανατίους similes hominibus, judicis sententia ad mortem damnatis, i. q. καταδικαζομένους ἐπὶ θανάτῳ, seu καταδίκους, ut Chrysostomus interpretatur. Scaliger ad Manil. p. 317. Tertullianum secutus, sed sine omni necessitate, ἐπιθανατίους vertit: *ad bestias damnatos s. bestiarios;* alii de *gladiatoribus* interpretantur, *qui mortis causa a Romanis alebantur.* Vid. Lips. Saturn. II. et Ursini Annall. Vol. II. Lib. 6. cap. 6. Raro hæc vox occurrit apud scriptores Græcos, ut adeo vir doctus in Miscell. Obss. T. III. p. 246. dubitaverit, an sit a probatis auctoribus usurpata. Sed reperitur apud Dionys. Halic. l. VII. cap. 35. ὅθεν αὐτοῖς ἔθος βάλλειν τοὺς ἐπιθανατίους· Eustathium in Hom. Il. ι', p. 448. 51. et in Hesychii, Suidæ et Etym. M. explicationibus vocis ἐπίκηρα. (ἐπίκηρα· φθαρτὰ, θνητὰ, ἐπιθανάτια, κὴρ γὰρ ὁ θάνατος.) Adverbium ἐπιθανατίως legitur apud Ælian. V. H. XIII. 27. οἱ δὲ ἐπιθανατίως εἶχον. Adjectivum ἐπιθάνατος extat apud Demosthenem p. 1225. edit. Reisk. ἐπιθάνατος ἦν ἐμοῦ ἀποδημοῦντος. Suidas et ex eo Phavor. ἐπιθάνατος· προσδόκιμος τοῦ ἀποθανεῖν.

'ΕΠΙ'ΘΕΣΙΣ, εως, ἡ, *impositio.* Est verbale a secunda persona perf. pass. ἐπιτέθεισαι, verbi ἐπιτίθημι, *impono.* Quater legitur in N. T. de impositione manuum, ἐπιθέσει τῶν χειρῶν, quæ uno vocabulo χειροθεσία dicitur, Hebr. סְמִיכַת יָדִים et ritus erat solemnis et vetustissimus, quo apud Judæos et primos christianos utebantur, qui preces pro aliquo faciebant solemnes et singularia beneficia divina in aliquem conferebant aut certe pollicebantur. Genesis XLVIII. 14. 2 Reg. V. 11. Matth. XIX. 13. Marc. VI. 5. Apostoli utebantur hoc ritu in constitutione et inauguratione doctorum ecclesiæ christianæ, iisdemque a Christo data erat potestas manuum impositione conferendi dona extraordinaria Sp. S. 1 Tim. IV. 14. 2 Tim. I. 6. Act. VIII. 17, 18. Unde in veteri ecclesia impositio manuum una cum baptismi ritu conjuncta fuit.

'ΕΠΙΘΥΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *desidero, cupio, concupisco,* ex ἐπὶ et θυμὸς *animus.* Matth. XIII. 17. Luc. XV. 16. XVII. 22. Jacob. IV. 2. ἐπιθυμεῖτε καὶ οὐκ ἔχετε. Apoc. IX. 6. Formula ἐπιθυμεῖν ἐπιθυμίᾳ *admodum desiderare, summo desiderio ferri* significat. Luc. XXII. 15. ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν admodum desideravi hunc agnum paschalem vobiscum comedere. Vide de hac loquendi ratione Perizonium ad Sanctii Minervam IV. 3. 6. p. 540 seq. 2) *gaudeo, delector aliqua re.* 1 Pet. I. 12. εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι cujus doctrinæ perscrutatione ipsi angeli delectantur. In versione Alex. respondet Hebr. חָפֵץ Ies. LVIII. 2. 3) *spero,* nam quæ cupimus, ea etiam *sperare* solemus. Hebr. VI. 11. 4) *aspiro, ambio.* 1 Tim. III. 1. εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ si quis ad munus doctoris aspirat, munus ambit præstantissimum. 5) *postulo, flagito, efflagito.* Act. XX. 33. ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα a nemine argentum aut aurum aut vestem postulavi. 6) *studiosus sum, studeo.* 1 Cor. X. 6. καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν, sc. κακῶν, quemadmodum illi vitiositatis studiosi fuerunt. Athenæus IV. p. 159. τοὺς ἐπιθυμοῦντας τῶν καλῶν. Xenoph. Symp. VIII. 8. 7) *pravas cupiditates alo.* Rom. VII. 7. οὐκ ἐπιθυμήσεις. ib. XIII. 9. 8) ἐπιθυμέω τινὸς *amore alicujus turpi flagro, cupio cum aliqua rem habere.* Sic legitur in N. T. Matth. V. 28. πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς qui fœminam aspicit, ita, ut turpi ejus amore flagret. Aristoph. Concion. v. 60. ἣν μεῖραξ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ. Herodot. I. c. ult. pag. 81. Artemid. Oneirocr. I. c. 76. Ita חָמַד Exod. XX. 17. et *cupere* apud Latinos, v. c. Ovid. Metam. III. 353. Fast. III. 21. VI. 119. Conf. de hac notione Fischerum ad Platonis Phæd. § 65. p. 491. ed. rec. et Wetstenii N. T. T. I. pag. 301. 9) ἐπιθυμέω κατά τινος *contrarius sum alicui,* i. q. ἀντίκειμαι, cum qua voce permutatur Galat. V. 17. ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκὸς vitiositas contraria est præceptis religionis christianæ, quæ omni improbitati adversantur; sequitur: ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις. Syrus τὰ ante κατὰ supplere maluit, vertens: *nam caro concupiscit id, quod adversatur spiritui, et spiritus concupiscit id, quod adversatur carni.* Phavor. ἐπιθυμῶ· γλίσχομαι, ὀρέγομαι, ἐρῶ, ἱμείρομαι, ἐφίεμαι, ἐπιποθῶ.

'ΕΠΙΘΥΜΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *qui ardenti desiderio alicujus rei flagrat, qui tenetur alicujus rei desiderio, studiosus, amans,* ab ἐπιθυμέω, quod vide. Semel legitur in N. T. 1 Cor. X. 6. εἰς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν ne simus impietatis studiosi. Alii reddunt: ne nimis appetentes simus carnium victimarum. In vers. Alex. legitur tantum Num. XI. 34. pro מִתְאַוָּה. Xenoph. Apolog. 28. Demosthen. p. 661. edit. Reisk. ἐπιθυμηταὶ τῶν ἡμετέρων ἐθῶν καὶ νόμων. Suid. ἐπιθυμηταί· πρόθυμοι. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 140. et Pollucis Onom. III. 69.

'ΕΠΙΘΥΜΙ'Α, ας, ἡ, 1) *desiderium, cupiditas,* ab ἐπιθυμέω, quod vide. Luc. XXII. 15. ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα magno desiderio flagravi. Phil. I. 23. τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων (pro ἔχω, subaudito sc. verbo εἰμί. Conf. Eustath. ad Hom. Il. p. 714. Rom. et L. Bos Exerc. in 2 Cor. X. 12.) εἰς τὸ ἀναλῦσαι ardentissimo moriendi desiderio teneor. 1 Thess. II. 17. ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ. 2) *omnis nimia et prava cupiditas excitata rerum externarum fraudibus.* Marc. IV. 19. καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι. Rom. VI. 12. VII. 7, 8. XIII. 14. καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας. Jacob. I. 14. ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος. Diod. Sic. XXXI. pag. 587. τῶν δὲ ἐπιθυμιῶν ἀποσχόμενος. Plato Phædo. p. 62. B. σοφοὶ ἀπέχουσι τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν ἁπασῶν. 3) speciatim: *lascivia, nefanda libido, desiderium venereum, impurus amor.* Rom. I. 24. 1 Thess. IV. 5. μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας. 2 Pet. II. 18. ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς, ἐν ἀσελγείαις. Apoc. XVIII. 14. 4) *res desiderata, id,*

cujus desiderio tenemur, et speciatim ita dicuntur *res externæ, quæ libidini blandiuntur et per sensus eam incendunt*. 1 Joh. II. 16, 17. coll. v. 15. Eodem modo substantivum מַחְמָד cui ἐπιθυμία Cant. V. 16. in vers. Alex. respondet, et חֶמְדָּה *res, quas amamus, quibus alitur et irritatur cupiditas*, significat 1 Sam. IX. 20. Ezech. XXIV. 16. Hagg. II. 7. 5) *illud ipsum, quod aliquis postulat, postulatum, postulatio.* Joh. VIII. 44. καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν lubenter voluntati patris vestri paretis. Galat. V. 16. καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε et desideriis vitiositatis ne pareatis. Phavor. ἐπιθυμία καὶ ἵμερος δηλοῦσιν ὁρμὴν ψυχῆς καὶ κίνησιν ἐπί τι κ. τ. λ.

'ΕΠΙΚΑΘΙ'ΖΩ, fut. ίσω, et transitive et intransitive usurpatur apud Græcos. Intransitive si sumitur, significat: *insidere, conscendere, sive sponte, sive manibus aliorum sublevatum.* 2 Sam. XIII. 29. καὶ ἐπεκάθισαν ἀνὴρ ἐπὶ τὸν ἡμίονον αὐτοῦ καὶ ἔφυγον. Transitive: *collocare, imponere*, quasi *insidere facere*. Sic semel legitur in N. T. Matth. XXI. 7. καὶ ἐπεκάθισαν αὐτὸν ἐπάνω αὐτῶν et collocarunt eum super ipsis, scilicet vestimentis, ἱματίων, (nam αὐτῶν ad proxime antecedens ἱμάτια, non vero ad τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον referendum est, ut adeo partim non audiendi sint, qui, nixi loco Jud. XII. 7. h. l. enallagen numeri esse statuunt, qua pluribus indefinite tribuitur, quod uni illorum tantum convenit, partim sponte appareat, lectionem codicis Cantabr. ἐπ' αὐτὸν e glossemate ortam esse.) coll. Luc. XIX. 35. Cæterum respondet ἐπικαθίζειν Hebr. הִרְכִּיב 1 Sam. XIII. 29. XXII. 1. 1 Reg. I. 38, 44.

'ΕΠΙΚΑΛΕ'Ω, ῶ, et medium 'ΕΠΙΚΑΛΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, futur. ἔσομαι, 1) proprie: *advoco, arcesso, rogo aliquem, ut veniat*, ab ἐπὶ et καλέω *voco, nomino*. Apud Inc. Int. Exod. III. 18. ἐπικέκληται (permutatione facta vocum קָרָה et קָרָא) est i. q. προσκέκληται apud LXX et reddendum: *vocavit nos*. Confer quoque ibid. V. 3. et 2 Sam. XX. 1. Xenoph. Hist. Gr. VI. 5. 25. Apollodor. III. c. 14. § 4. ἐπικληθεὶς ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρᾳκῶν δυνάμεως. 2) *cognominor*. Matth. X. 3. ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος. Luc. XXII. 3. Act. I. 23. X. 5. etc. In notione *cognominandi* legitur quoque ἐπικαλεῖν apud LXX Gen. XIX. 26. sec. Oxon. Ald. et Compl. ubi in codd. MSS. cum ἐπονομάζειν et καλεῖν permutatur. Lucian. in Macrob. 15. Appian. B. Parth. pag. 217. Hinc ἐπίκλησις *cognomen* apud Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. IV. 207. 3) *nomino, voco, appello nomine*. Act. XV. 17. ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτοὺς qui nomine meo vocati sunt, h. e. ut nomen et religionem veri Dei profiteantur, i. q. ὅπως ἐκζητήσωσιν τὸν Κύριον. Jacob. II. 7. βλασφημοῦσιν τὸ καλὸν ὄνομα, τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς contemtui habent, seu conviciantur nomen honorificum, quo appellamini, h. e. nomen Christianorum. Nam ex usu loquendi Hebræorum *nomen ejus, a quo denominamur, super nos vocari* dicitur (v. c. Gen. XLVIII. 16. וְיִקָּרֵא בָהֶם שְׁמִי 2 Sam. VI. 2. 2 Paral. VII. 14.) et *a Deo vocari* significat: *veram religionem profiteri*, coll. Ies. XLIII. 7. πάντες ὅσοι ἐπικέκληνται τῷ ὀνόματί μου omnes, qui ad verum Dei populum pertinent. Hebr XI. 16. διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν quare Deum non pudet, quo minus vocetur, seu appelletur Deus illorum. 4) *invoco*, quia, qui invocatur, nominatur. 2 Cor. I. 23. ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ψυχὴν μου ego Deum testem invoco s. facio contra caput meum, seu, Deum testem appello contra me, ut male peream pœna divina, ut vitam mihi eripiat, ni ita sit. Xenoph. Hist. Gr. II. 3. § 23. καὶ θεοὺς ἐπεκαλεῖτο καὶ ἀνθρώπους, καθορᾷν τὰ γιγνόμενα. Vide Wetstenii N. T. T. II. pag. 180. 5) *preces facio, religiosa invocatione opem alicujus imploro*. Act. VII. 59. καὶ ἐλιθοβόλουν τὸν Στέφανον, ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα et lapidarunt Stephanum, qui ita ad Deum precabatur. 1 Pet. I. 17. εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε. Hinc factum est, ut formula ἐπικαλεῖσθαί τινα vel ὄνομά τινος significaret in universum: *profiteri religionem alicujus, aliquem vere sancte et pie colere*. Act. II. 21. πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου σωθήσεται omnis, quicunque pia mente amplexus fuerit religionem christianam, felix evadet. ibid. IX. 14. XXII. 16. ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα αὐτοῦ ita, ut Christo nomen des. Rom. X. 12, 13, 14. πῶς ἂν ἐπικαλέσωνται. 1 Cor. I. 2. 2 Tim. II. 22. Eodem sensu formula קָרָא בְּשֵׁם יְהוָה legitur Gen. IV. 26. XII. 8. Ἐπίκλητος quoque apud Inc. Int. Jud. XV. 19. *eum* notat, *cujus auxilium imploratur*, coll. v. 18. 6) *provoco a sententia judicis inferioris ad judicem superiorem, superiorem appello*, nostrum appelliren, *to appeal*, etiam *provocatione ad superiorem postulo aliquid*. Plut. Marcell. 2. Act. XXV. 11. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι ad Cæsarem provoco. ibid. v. 12. Καίσαρα ἐπικέκλησαι provocatione ad Cæsarem postulasti, ut Romam deducaris. ibid. v. 21. τοῦ δὲ Παύλου ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν Paulo autem provocatione ad Cæsarem postulante, ut asservaretur Augusti cognitioni. ibid. v. 25. XXVI. 32. et XXVIII. 19. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 626. Phavor. ἐπικαλοῦμαι· οὐ μόνον τὸ πρὸς βοήθειάν τινα παρακαλῶ, ἀλλὰ καὶ ἐπονομάζομαι.

'ΕΠΙΚΑ'ΛΥΜΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *velamen, tegumentum, operimentum omne, quo aliquid tegitur et operitur*, a prima pers. præt. pass. ἐπικεκάλυμμαι, verbi ἐπικαλύπτω, *operio*. Alexandrini hac voce usi sunt pro Hebr. מִכְסֶה *tegmen*, Exod. XXVI. 14. XXXVI. 19. 2) metaphorice: *id, quo aliquid defenditur et excusatur, vana excusatio, prætextus*, i. q. πρόφασις. Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. II. 16. καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν nec tamen libertatis prætextu utentes ad excusanda peccata. Manander Fragm. p. 30. πλοῦτος δὲ πολλῶν ἐπικάλυμμ' ἐστὶν κακῶν. Eodem modo non solum apud Græcos προκάλυμμα usurpatur, ut multis exemplis docuit Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 431. sed etiam nos voce Deckmantel, pro Beschönigung, *cloak, pretext*, uti solemus.

'ΕΠΙΚΑΛΥ'ΠΤΩ, fut. ύψω, 1) proprie: *tego, obtego, operio, occulto*, ex ἐπὶ et καλύπτω *tego*. Xenoph. de Re Venat. 8. 1. Alex. pro כָּסָה Genes. VII. 20. et חָפָה 2 Sam. XV. 30. 2) *e conspectu removeo*, quocunque modo hoc fiat. 3) metaphorice, si de peccatis sermo est: *condono, remitto, oblivioni trado*. Sic semel legitur in N. T. Rom. IV. 7. ubi ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι idem est quod ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι in antecedentibus. Eodem modo כָּסָה sumitur in loco Ps. XXXII. 1. כְּסוּי חֲטָאָה e quo sua sumsit apostolus.

'ΕΠΙΚΑΤΑ'ΡΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) proprie: *maledictus, exsecrabilis, diris devotus, detestabilis*, ab ἐπὶ et κατάρατος *diris devotus*. Joh. VII. 49. ὁ ὄχλος οὗτος, ὁ μὴ γινώσκων τὸν

νόμον, ἐπικατάρατοί εἰσιν sed populus hic, qui non cognoscit legem, est exsecrabilis, seu nullius plane pretii. (Ubi adjectivum plurale construitur cum nomine substantivo singulari, quia est collectivum.) Alii vertunt: fascino pessime est seductus. Similis locus est apud Plutarch. de Educ. Puer. T. VI. p. 15. ed. Reisk. ἀνθρώπους ἀσήμους καὶ καταράτους. Cf. Pocock. ad Portam Mosis p. 185. In vers. Alex. respondet Hebraico אָרוּר Genes. III. 14, 17. Deut. XXVII. 15, 16. 1 Sam. XIV. 14. Adde Proverb. XXIV. 24. יִקְּבֻהוּ עַמִּים Alex. ἐπικατάρατος λαοῖς. Nonnunquam etiam reperitur ἐπάρατος, v. c. apud Josephum A. J. VI. 6. 3. 2) *qui est pœnis obnoxius, puniendus gravissime.* Galat. III. 10. ἐπικατάρατος πᾶς, ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου gravissime puniatur omnis, qui non constanter et perfecte observat omnia præcepta legis Mosaicæ. 3) *supplicio affectus, infamia notatus.* Galat. III. 13. ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, quæ verba desumta sunt e loco Deut. XXI. 23. ubi de suspensione hominis non vivi, sed supplicio jam ante affecti, sermo est. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΠΙ´ΚΕΙΜΑΙ, 1) proprie: *impono, impositus sum, injaceo, adjaceo*, ex ἐπὶ et κεῖμαι *jaceo.* Sic v. c. de lapide superimposito sepulcro Lazari legitur Joh. XI. 38. λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐτῷ lapis impositus erat ei. ibid. XXI. 9. de pisce superimposito, seu adjacente prunis. Xenoph. Œcon. 19. 13. Theogn. Sent. v. 421. πολλοῖς ἀνθρώποις γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται ἁρμόδιαι. 2 Macc. I. 21. τὰ ἐπικείμενα, sc. θύματα, quæ superimposita erant sacrificia. 2) metaphorice: *urgeo, premo, me oggero,* **sich zudrängen**, *to press.* Luc. V. 1. ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ cum urgeret eum turba et premeret, ut cogeretur navim conscendere et inde eam docere. Xenoph. Anab. IV. 1. 12. V. 2. 18. Glossæ: *urget*, ἐπείγει, κατασπεύδει, ἐπίκειται. Thom. M. ἐπίκειμαί τινι, ἀντὶ τοῦ βαρέως πρός τινα διάκειμαι. καὶ ἐπίκειμαι ἀντὶ τοῦ πλησίον τινὸς κεῖμαι. Ἀριστείδης ἐν τῷ Σμυρναϊκῷ πολιτικῷ· ἐπικείμενα τοῖς λιμέσι τὰ νεώρια. 3) *vim facio, violenter premo et urgeo, irruo.* Act. XXVII. 20. χειμῶνος δὲ οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου gravi tempestate incubante navi, seu, eam urgente et in eam irruente. Job. XIX. 3. οὐκ αἰσχυνόμενοί μου ἐπίκεισθέ μοι. ibid. XXI. 27. τόλμῃ ἐπίκεισθέ μοι. Phavor. ἐπίκειται· τὸ βαρέως ἐπιτίθεται, καὶ ἐμπίπτει. Apud Græcos ἐπικεῖσθαι dicuntur, *qui hostes pressius persequuntur*, v. c. apud Josephum A. J. VI. 14. § 2. 4) *insto*, v. c. *verbis, persuasionibus, clamoribus*, plane ut nostrum: **einem mit etwas anliegen**, *to importune.* Sic v. c. de Judæis eorumque sacerdotibus, intensa voce urgentibus, ut Christus crucis supplicio afficeretur, legitur Luc. XXIII. 23. οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις hi vero magnis clamoribus institere. Joseph. A. J. XVIII. 6. 6. πολλῷ μᾶλλον ἐπέκειτο ἀξιῶν κ. τ. λ. ibid. XX. 5. 3. μᾶλλον ἐπέκειντο βλασφημοῦντες. Thucyd. VII. 71. Herodot. V. 104. Aristoph. Plut. 252. 5) *incumbo*, de necessitate, instar oneris gravissimi alicui incumbente. 1 Cor. IX. 16. ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται necessitatem enim mihi impositam esse video. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 136. 6) si de *legibus* sermo est, notat: *valere, vim habere obstringendi.* Hebr. IX. 10. μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα quæ tantum tenebant usque ad tempus emendationis sacrorum. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΠΙΚΟΥ´ΡΕΙΟΣ, ου, ὁ, *Epicureus, addictus sectæ Epicureorum*, quæ nomen habet ab Epicuro, Atheniensi, philosopho, Xenocratis discipulo. Semel occurrit in N. T. Act. XVII. 18.

ἘΠΙΚΟΥΡΙ´Α, ας, ἡ, *auxilium, adjutorium*, ab ἐπικουρέω *opem fero, sublevo, opitulor.* Xenoph. de Rep. Laced. II. 7. et Anab. V. 8. 11. Semel legitur in N. T. Act. XXVI. 22. ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς ἀπὸ Θεοῦ auxilium ergo nactus a Deo: ad quem locum pertinet fortasse glossa Hesychii: ἐπικουρίας· βοηθείας, συμμαχίας. Thucyd. I. 32. ἀνάγκη γὰρ ὑμῶν καὶ ἄλλου παντὸς ἐπικουρίας δεῖσθαι. Demosthen. p. 1199. ed. Reisk. ἐπικουρίαν ἀπολογίας μεγάλην ἔσεσθαί σοι. Sapient. XIII. 18. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 634.

ἘΠΙΚΡΙ´ΝΩ, fut. νῶ, 1) proprie: *adjudico*, ex ἐπὶ et κρίνω *judico.* 2 Macc. IV. 47. τούτοις θάνατον ἐπέκρινε. 2) *decerno judicando, re diligenter examinata sententiam fero,* — de judice, causam arbitrante. Sic semel legitur in N. T. Luc. XXIII. 24. ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν Pilatus decrevit tandem votis eorum satisfacere. Ita θάνατον ἐπικρίνειν dixit auctor 2 Macc. IV. 18. Adde Demosthen. p. 238. et 1477. ed. Reisk. Æschin. Dial. III. 22. Herodian. VI. 10. 4. Plutarch. Lycurg. p. 43. C.

ἘΠΙΛΑΜΒΑ´ΝΩ, et medium **ἘΠΙΛΑΜΒΑ´ΝΟΜΑΙ**, construitur cum genitivo et accusativo. 1) proprie: *manu prehendo, apprehendo clementer et humaniter, sine ullo nocendi studio*, de qua notione vide Hemsterhusium in Notis ad Lucian. in Dial. Marin. T. I. p. 313. Matth. XIV. 31. ὁ Ἰησοῦς ἐκτείνας τὴν χεῖρα, ἐπελάβετο αὐτοῦ Jesus protensa manu apprehendit eum. Marc. VIII. 23. καὶ ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ. Luc. IX. 47. coll. Marc. IX. 36. Luc. XIV. 4. καὶ ἐπιλαβόμενος ἰάσατο αὐτόν. Act. XXIII. 19. Arrian. Diss. Epict. III. 24. 75. Xenoph. de Rep. Athen. I. 18. ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρός. Hinc 2) metaphorice: *protego aliquem, tueor, auxilium alicui præsto, opem fero.* Hebr. II. 16. οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται non enim angelis auxilium præstitit, sed posteris Abrahami, ubi ἐπιλαμβάνεσθαι est i. q. βοηθῆσαι v. 18. Conf. Ernesti Interpr. N. T. p. 201. qui docuit, hanc esse unice veram et antiquam totius ecclesiæ Græcæ hujus loci interpretationem, vulgarem vero de incarnatione, seu de *assumtione* naturæ non angelicæ, sed humanæ, explicationem ortam esse ab Latinis, qui voce *assumat*, qua usus est Vulgatus, nitebantur. ibid. VIII. 9. ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου tempore illo, quo eos, manu quasi prehensos, eduxi ex Ægypto: ubi metaphora sumta est a nutricibus et educatoribus, qui pueros et infantes, suæ curæ traditos, manu eorum apprehensa, ducunt et ab omni periculo liberant. Sirac. IV. 12. ἡ σοφία ἐπιλαμβάνεται τῶν ζητούντων αὐτήν. Conf. Ernesti Glossar. Polyb. s. h. v. 3) *excipio aliquem, hospitio recipio.* Act. IX. 27. Βαρνάβας δὲ, ἐπιλαβόμενος αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τοὺς ἀποστόλους Barnabas vero eum hospitio exceptum duxit ad apostolos, coll. v. 26. Nec tamen repugnarem, si quis ἐπιλαβόμενος h. l. ex usu ling. Hebraicæ πλεονάζειν statuere mallet. 4) *consequor, obtineo aliquid*, quasi *apprehendendo, assequor.* Verbum proprium de *præmiis, in certaminibus publicis propositis*, plane ut nostrum: **ergreifen, erlangen**, *to attain, to arrive at.* 1 Tim. VI. 12. ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς ut aliquando præmii loco

participeps fias felicitatis æternæ. ibid. v. 19. ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς ut consequantur æternam felicitatem. Ælian. V. H. XIV. c. 27. πρὶν ἢ δυνάμεώς τινος ἐπιλαβέσθαι. 5) *vi aliquem prehendo, comprehendo, capio.* Luc. XXIII. 26. ἐπιλαβόμενοι Σίμωνός τινος, coll. Matth. XXVII. 32. Act. XVI. 19. ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον correptum Paulum. ibidem XVII. 19. XVIII. 17. XXI. 30 et 33. Aristotel. Polit. V. 6. 6) ἐπιλαμβάνεσθαι τινὸς λόγου *capere sermone incautum, aucupari verba alicujus criminandi et calumniandi causa,* i. q. παγιδεύειν et ἀγρεύειν τινὰ λόγῳ. Luc. XX. 20. ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου ut eum verbis caperent, coll. Matth. XXII. 15. ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ, et Marc. XII. 13. ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ. 7) *vitupero, carpo, reprehendo.* Xenoph. Hist. Gr. II. 1. 21. Mem. I. 2. 31. Luc. XX. 26. καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐναντίον τοῦ λαοῦ non poterant ejus sermonem calumniari apud populum. Suid. ἐπιλαμβάνεσθαι· γενικῇ, μέμφεσθαι. Phavorinus: ἐπιλαμβάνομαι ἀντὶ τοῦ ἅπτομαι τινὸς ἁμαρτόντος. Eodem modo *arripere* apud Cic. de Nat. Deor. c. 65. Fin. III. 4. Confer Olear. ad Philostrat. p. 17.

'ΕΠΙΛΑΝΘΑ'ΝΟΜΑΙ, fut. ἐπιλήσομαι, aor. 2. ἐπελαθόμην, *obliviscor,* et ex adjuncto: *negligo, non curo.* Construitur cum genitivo rei vel personæ vel infinitivo facti. Interdum etiam accusativum admittit, v. c. Matth. XVI. 5. ἐπελάθοντο ἄρτους λαβεῖν obliti erant panes secum sumere. Marc. VIII. 14. Luc. XII. 6. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ neque tamen aliquis eorum a Deo negligitur. Eodem modo constructum legitur verbum hoc Sirac. XXIII. 16. μήποτ' ἐπιλάθῃ ἐνώπιον αὐτῶν. Philip. III. 14. τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος non curans, quæ a tergo sunt. Hebr. VI. 10. ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν καὶ τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης ut vos carere permittat præmiis studii vestri in exercenda benevolentia. Hebr. XIII. 2. τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε hospitalitati semper studete. ibid. v. 16. τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. Jacob. I. 24. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico שָׁכַח Gen. XXVII. 35. XL. 23. etc. Passive legitur quoque Sap. II. 4. Sirac. III. 14. XIII. 10. et XLIV. 10.

'ΕΠΙΛΕ'ΓΩ, fut. ἔξω, 1) *dico, voco.* 'ΕΠΙΛΕ'ΓΟΜΑΙ, *vocor, cognominor.* Joh. V. 2. ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδὰ quæ dialecto Syro-Chaldaica Bethesda vocatur. 2) *eligo, seligo,* et in media forma ἐπιλέγομαι *eligo, adscisco,* i. q. ἐκλέγω, seu ἐκλέγομαι. Act. XV. 40. Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν ἐξῆλθε Paulus autem, adscito sibi Sila, abiit. Sæpius non legitur in N. T. Isocrat. Panegyr. c. 25. χιλίους αὐτῶν ἐπιλέξαντες. Herodian. VII. 205. VIII. 22. In vers. Alex. respondet Hebr. בָּחַר Exod. XVII. 9. XVIII. 25. Jos. VIII. 3. Glossæ: ἐπιλέγομαι *opto, deligo, eligo.* ἐπίλεκτος· *electus, lectus.*

'ΕΠΙΛΕΙ'ΠΩ, fut. είψω, *relinquo, deficio, desum,* ex ἐπὶ et λείπω *linquo, desum.* Construitur cum dativo et accusativo, observante Thoma M. ἐπιλείπει μοι τόδε καὶ ἐπιλείπει με τόδε, ubi vide interpretes. Semel legitur in N. T. Hebr. XI. 32. ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος tempus me deficeret narrantem. (Cic. pro Cœlio 12. et pro Roscio c. 42.) Similis locus est apud Athenæum V. p. 220. ἐπιλείποι ἂν με πᾶς χρόνος, εἰ ἐκτίθεσθαι βουληθείην τὰς σεμνὰς τῶν φιλοσόφων μέμψεις. Dionys. Hal. X. 36. Hesych. ἐπιλείψει· καταλείψει. Suid. ἐπιλείψει με· καταλείψει με. ἐπιλείψει με διηγούμενον ἡμέρα. Confer Alberti Obss. Philol. p. 435. et Wetstenii N. T. T. II. p. 430.

'ΕΠΙΛΗΣΜΟΝΗ', ῆς, ἡ, *oblivio,* ab ἐπιλανθάνομαι *obliviscor,* illiusque perfecto ἐπιλέλησμαι. Semel legitur in N. T. Jacob. I. 25. οὗτος οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς, pro ἐπιλήσμων, hic non est auditor obliviosus. Sirac. XI. 28. κάκωσις ὥρας ἐπιλησμονὴν ποιεῖ τρυφῆς. Adjectivum ἐπιλήσμων legitur apud Plutarch. T. VI. p. 31. edit. Reisk. et Dionys. Hal. T. V. p. 527. Reisk.

'ΕΠΙ'ΛΟΙΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *reliquus.* Est a perf. med. ἐπιλέλοιπα, verbi ἐπιλείπω *relinquo, deficio,* quod vide supra. Semel legitur in N. T. 1 Petr. IV. 2. τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον reliquam vitæ vestræ partem consumere in observandis præceptis divinis. Sæpius usi sunt hac voce Alexandrini pro נוֹתָר Levit. XXVII. 18. 2 Reg. IV. 7. יֶתֶר Micha V. 3. נִשְׁאָר Deut. XIX. 20. שְׁאֵרִית Jer. XXV. 20. et שָׂרִיד Jer. XLIV. 14. Reperitur etiam apud exteros scriptores, v. c. Demosthen. p. 1250. ed. Reisk. τοῦ ἐπιλοίπου ἀργυρίου. Marc. Antonin. IV. 31. Liban. Or. XI. p. 371. D. σὺν εὐφροσύνῃ τὸν ὑπόλοιπον ζῶσι χρόνον. Eurip. Phœn. v. 859. ἡ ἐπίλοιπος ἄστεως ὁδός. Polyb. XV. 10. 3.

'ΕΠΙ'ΛΥΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *solutio,* ab ἐπιλύω *solvo.* 2) *explicatio, interpretatio,* v. c. ænigmatis, oraculi. (Heliodor. I. 18. et IV. 9.) Legitur in N. T. tantum 2 Petr. I. 20. πᾶσα προφητεία γραφῆς ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται ipsi prophetæ ignorarunt verum sensum oraculorum, a se editorum, coll. 1 Ep. I. 11 et 12. Hæc mea qualiscunque est de h. l. sententia, quam postulare videtur comma sequens 21. Sed verba hæc ab aliis aliter explicantur, quorum sententias diligenter recensuerunt et examinarunt Wolfius in Curis Philol. et Crit. ad h. l. et Pottius in Vol. II. Epp. Cathol. p. 206. seq. Genes. XL. 8. ubi quod τοῖς ό est διασάφησις, in reliquiis Aquilæ ἐπίλυσις vocatur. Symm. Hos. III. 4. Nec aliter in Clementina II. apud Coleter. T. I. PP. App. p. 637. Euseb. H. E. V. 13. Ephræm. Syr. T. I. Opp. p. 231.

'ΕΠΙΛΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *solvo, dissolvo,* quæ sunt nodosa et vinculis constricta, (Xenoph. de Venat. VII. 8. et IX. 18.) etiam interdum, quæ sunt obsignata, v. c. Herodian. IV. 12. s. 14. Μακρῖνος ἐπιλύεται τὰς ἐπιστολάς. Est compositum ex ἐπὶ et λύω *solvo.* 2) metaphorice: *interpretor, explico,* quæ sunt obscura et minus perspicua. Marc. IV. 34. κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα privatim vero discipulis suis explicabat omnia intellectu difficiliora. Alex. Genes. XLI. 12. ἀνδρὶ κατὰ τὸ ἐνύπνιον ἐπέλυσεν, ubi in Hebraico est פָּתַר *interpretatus est.* Cf. Aquila Genes. XL. 8. et Symmach. et Theod. Hos. III. 4. Herodian. IV. 12. 14. Athenæus X. p. 449. F. 3) *rem dubiam et intricatam discepto, dirimo litem et compono, transigo de re.* Act. XIX. 39. εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται si quid autem de rebus aliis disceptatis, in legitima concione dirimendum est. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΠΙΜΑΡΤΥΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *testor, attestor, testimonium perhibeo, testimonio confirmo,* ex ἐπὶ et μαρτυρέω *testor.* Demosthen. p. 915. 12. et p. 1273. 18. ed. Reisk. Ita differt ab ἐπιμαρτύρεσθαι, quod significat *testem aliquem facere et invocare.* Xenoph. Hist. Gr. III. 4. 4. Anab. IV. 8. 5. Suid. ἐπιμαρτύροντο· μάρτυσιν ἐχρήσαντο. Hesych. ἐπιμάρτυρος· μάρτυς ἐπὶ τοῖς γινομένοις. 2) *ido-*

neis et gravissimis argumentis aliquid demonstro, doceo et trado. Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. V. 12. ἐπιμαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ Θεοῦ gravissimis argumentis vos docens, religionem illam, in qua perseveratis, esse vere divinam. Alex. posuerunt pro הֵעִיד 1 Reg. II. 42. Nehem. IX. 29, 30. Substantivum ἐπιμαρτυρία in Thesauro Bieliano omissum legitur apud Theodot. Jerem. XI. 7. et ἐπιμαρτύρησις apud Marc. Anton. Lib. VII. p. 230. 4.

'ΕΠΙΜΈΛΕΙΑ, ας, ἡ, *cura, procuratio, diligentia, studium,* ab ἐπιμέλομαι *curo, curam gero,* unde ἐπιμελὴς *diligens, sedulus, sollicitus.* Hoc vocabulum sæpius in Xenophonte obvium, (Vide Lexicon Xenophonteum s. h. v.) semel legitur in N. T. de cura corporis Act. XXVII. 3. ἐπέτρεψε πρὸς τοὺς φίλους πορευθέντα ἐπιμελείας τυχεῖν ei permisit adire amicos, qui ejus curam haberent. Apollonius II. 390. Schol. ἐν ταύτῃ τῇ νήσῳ ναυαγήσαντες ἔτυχον ἐπιμελείας παρὰ τῶν ἡρώων. 1 Macc. XVI. 14. 2 Macc. XI. 23. Confer quæ ad Act. XXVII. 3. ex Herodoto notavit Raphelius p. 395. et Bielius in Thes. Philol. s. h. v. Hesych. ἐπιμέλεια· σπουδή. Suid. ἡ σπουδή· ἡ φροντίς.

'ΕΠΙΜΈΛΟΜΑΙ, et 'ΕΠΙΜΕΛΈΟΜΑΙ, οῦμαι, *curo, curam gero vel habeo.* Regit genitivum. Luc. X. 24. καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ et curam ejus egit. ibid. v. 35. ἐπιμελήθητι αὐτοῦ curam ejus habe. In utroque loco sermo est de homine a latronibus vulnerato, ut adeo recte et eleganter hac voce usus fuerit Lucas, nam ἐπιμελεῖσθαι κατ' ἐξοχὴν de illis dici, qui ægrotos vel vulneratos curant, ex Luciano recte observavit L. Bos. Anim. ad scriptores Græcos p. 66. qui etiam e Xenophonte monet, ἐπιμελητὰς dictos esse, οἵ τοὺς τετρωμένους ἐν πολέμῳ ἐθεράπευσαν. Præterea legitur 1 Tim. III. 5. πῶς ἐκκλησίας Θεοῦ ἐπιμελήσεται; quomodo ecclesiæ Dei curam geret, seu, quomodo cœtui christianorum præesse poterit? Substantivum ἐπιμελητὴς in genere significare *eum, qui aliquam rem administrat et regit,* tradit Pollux Onom. VIII. 84. Thom. M. ἐπιμέλομαι κάλλιον ἢ ἐπιμελοῦμαι. Conf. etiam Alex. Gen. XLIV. 21. Prov. XXVII. 25. et Lexicon Xenophonteum s. h. v.

'ΕΠΙΜΕΛΩ͂Σ. Adverbium, *sollicite, diligenter et accurate, omni adhibita cura et studio.* Ex iisdem. Tantum in N. T. extat Luc. XV. 8. καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς et diligenter quærit. Usi sunt hoc adverbio etiam Alexandrini Genes. VI. 5. VIII. 21. Vide et 3 Esr. VI. 29, 34. VIII. 27. Xenoph. Mem. II. 4. 2. et III. 5. 14. Hesych. ἐπιμελῶς· συνεχῶς, σπουδαίως.

'ΕΠΙΜΈΝΩ, fut. ενῶ, 1) proprie: *permaneo in loco aliquo, moror, commoror alicubi, remoror in aliquo loco.* In hac significatione fere semper absolute ponitur. Act. X. 48. ἐπιμεῖναι ἡμέρας τινὰς ut aliquamdiu commoraretur. ibid. XV. 34. ἐπιμεῖναι αὐτοῦ remanere ibi. ibid. XXI. 4, 10. XXVIII. 12, 14. ἐπιμεῖναι ἡμέρας ἑπτά. Interdum tamen additur πρός τινά, ἔν τινι. 1 Cor. XVI. 7. ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς, et v. 8. ἐπιμενῶ δὲ ἐν 'Εφέσῳ. Galat. I. 18. Phil. I. 24. τὸ δὲ ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκὶ manere autem in hoc corpore, h. e. diutius vivere. In vers. Alex. respondet Hebraico הִתְמַהְמַהּ *cunctari, morari* Exod. XII. 39. Xenoph. Cyrop. I. 4. 8. Hist. Gr. IV. 6. 11. 2) *pergo, insto, insisto.* Joh. VIII. 7. ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτὸν quum vero pergerent interrogando ipsum, seu, instantes interrogando. Act. XII. 16. ὁ δὲ Πέτρος ἐπέμενε κρούων Petrus autem pulsare fores pergebat. Rom. VI. 1. ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ; pergamusne peccare? 3) *persevero, constans sum.* Act. XIII. 43. ἔπειθον αὐτοὺς ἐπιμένειν τῇ χάριτι Θεοῦ hortati sunt eos ad constantiam in religione christiana. Rom. XI. 22. ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι si constans in recto hujus benignitatis divinæ studio manseris. ibid. v. 23. ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσιν τῇ ἀπιστίᾳ si destiterint ab incredulitate sua. Coloss. I. 23. εἴ γε ἐπιμένετε τῇ πίστει. 1 Tim. IV. 16. Sæpius non legitur in N. T. Ælian. V. H. X. 15. χρὴν μετὰ ταῦτα ἐπέμειναν τῇ μνηστείᾳ. Joseph. A. J. VIII. 7. 5. Xenoph. Hist. Gr. III. 4. 6. ἐπέμεινε ταῖς σπονδαῖς.

'ΕΠΙΝΕΥ͂Ω, fut. εύσω, 1) *innuo, nutu significo,* ex ἐπὶ et νεύω *nutum do.* Alex. Prov. XXVI. 24. Xenoph. Cyrop. V. 5. 12. 2) *annuo, assentio, consentio.* Tantum extat in N. T. Act. XVIII. 20. οὐκ ἐπένευσεν non annuit eorum precibus, non satisfecit eorum voluntati. Eodem sensu ἐπινεύω sumitur 2 Macc. IV. 10. ἐπινεύσαντος δὲ τοῦ βασιλέως. ibid. XI. 15. XIV. 20. ἐπένευσαν ταῖς συνθήκαις. Lucian. Necyomant. 5. Polyb. XXI. 3. 3. Arrian. Diss. Epict. I. 17. 22.

'ΕΠΙ'ΝΟΙΑ, ας, ἡ, per se *omnem cogitationem, consilium, propositum quodlibet, inprimis ingeniose excogitatum,* significat, ab ἐπινοέω *mente agito, cogito, excogito.* Eurip. Phœn. v. 421. τίν' ἐπίνοιαν ἔσχεθες; Sapient. XIV. 12. Hinc in utramque partem accipitur a scriptoribus Græcis, et quidem nunc in bonam partem, v. c. apud Demosthen. p. 1413. 4. ed. Reisk. τῆς ἀγαθῆς ἐπινοίας παρὰ τῶν Θεῶν ἐλπίδα ἔχων, nunc in malam de *iis, qui aliquid excogitant et comminiscuntur, quo aliis noceant, alios decipiant et fallant,* ut sit *improbum animi consilium, callide et in damnum aliorum inventum, fraus, dolus.* Ita semel legitur in N. T. Act. VIII. 22. εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου ut tibi condonetur hoc improbum tui animi consilium. In hac vero significatione adhibuit hanc vocem Lucas, non tam ad imitationem Hebraici יֵצֶר Deut. XXXI. 21. quod Alex. reddiderunt πονηρίαν, quam ex ipso linguæ Græcæ usu. Nam ἐπινοέω passim de *consilio malo* apud Ælianum adhibetur V. H. XI. 1. XIV. 30. et substantivum ἐπίνοια eodem sensu legitur apud Josephum in sua ipsius vita § 44. συνεὶς τὴν τῶν γεγραφότων ἐπίνοιαν. Adde Sap. XV. 4. ἀνθρώπων κακότεχνος ἐπίνοια. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 506. Hesych. μηχαναί· τέχναι, ἐπίνοιαι, βουλεύματα. Gloss. Vet. *Excogitatio,* ἐπίνοια. Glossæ aliæ: ἐπίνοια, *excogitatio, commentum.*

'ΕΠΙΟΡΚΈΩ, ῶ, fut. ήσω, proprie est *sæpius juro,* etiam simpliciter *juro.* (Confer Beckii Comment. in Aristoph. Vol. III. p. 42.) Quia autem, qui sæpius jurare solent, perjurium plerumque committunt, factum est deinde, ut ἐπιορκέω significet *pejero, perjuro,* (quod teste Cicer. de Officiis III. c. 29. non tam est *falsum jurare,* quam, *quod ex animi tui sententia juraris, non facere*) *falsum juro* (i. q. ἐπίορκον ὀμνύειν apud Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. 282.), *jusjurandum violo nec servo.* Sic semel legitur in N. T. Matth. V. 23. μὴ ἐπιορκήσεις non pejerabis, coll. Levit. XIX. 12. לֹא תִשָּׁבְעוּ לַשָּׁקֶר 3 Esr. I. 49. Sapient. XIV. 28. Demosthen. p. 1204. 20. ed. Reisk. οὐδὲ θεοὺς ἔδεισεν, οὓς ἐπιώρκησε. ibid. p. 20. ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον. Ælian. V. H. XII. 8. Aristoph. Nub. 401. Ran. 102. Æque late patet substantivum ἐπιορ-

κία Sapient. XIV. 25. Ælian. V. H. XIV. 2. Etym. M. ἐπιορκεῖν δηλοῖ τὸ ὑπεράνω τῶν ὅρκων γίνεσθαι καὶ ὑπερβαίνειν αὐτούς. Vide Lexicon Xenophonteum s. h. v.

'ΕΠΙ'ΟΡΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *perjurus*, et *is* dicitur, *qui non præstat id, quod juravit, jusjurandum et fidem datam violat*, et *is, qui falsa ipso judicio suo juramento affirmat.* Hesych. ἐπίορκον· ὅρκον μὴ φροντίζοντα. ex ἐπὶ et ὅρκος *jusjurandum.* Tam late patere videtur in loco 1 Tim. I. 10. ψεύσταις, ἐπιόρκοις. Xenoph. Ages. I. 12. Aristoph. Ran. 150. ἐπίορκον ὅρκον ὤμοσεν. Hesych. ἐπιορκία· ψεῦσμα. Idem: ἐπίορκον, ὅρκον μὴ φροντίζοντα. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΠΙΟΥ'ΣΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, ον, τό. Vox ἅπαξ λεγομένη in oratione dominica Matth. VI. 11. Luc. XI. 3. nova et Græcis inaudita et ab evangelistis, ut videtur, excogitata et efficta, teste Origene de Orat. 16. πρῶτον δὲ τοῦτ' ἰστέον, ὅτι ἡ λέξις ἡ ἐπιούσιος παρ' οὐδενὶ τῶν 'Ελλήνων οὔτε τῶν σοφῶν ὠνόμασται, οὔτε ἐν τῇ τῶν ἰδιωτῶν συνηθείᾳ τέτριπται, ἀλλ' ἔοικε πεπλάσθαι ὑπὸ τῶν εὐαγγελιστῶν. Eo minus mirandum est, tam varias et inter se dissidentes ferri sententias interpretum et veterum (Alberti Gloss. N. T. p. 202. τὸν ἐπιούσιον, τουτέστι τὸν μέλλοντα, τὸν ἐπιόντα, τὸν προσδοκώμενον, τὸν μὴ τοῦ ἐνεστῶτος οἰκεῖον, ἀλλὰ τὸ ἀποδοθησόμενον ἐν τῷ μέλλοντι τοῖς ἁγίοις. — ἢ τὸν συνιστῶντα τὸ σῶμα ἡμῶν. Adde Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 1169. et Wetsten. ad Matth. VI. 11.) et recentiorum (quas enumeravit et examinavit Salmasius de Fœnore Trapezit. p. 795 seq. et Stolbergius Exercitt. Ling. Gr. p. 223.) de notione hujus vocabuli, quod mihi quidem ab ἐπὶ *ad* et οὐσία *essentia, substantia, vita* derivandum esse videtur, ut ἄρτος ἐπιούσιος sit *victus substantiæ*, seu *vitæ nostræ sustentandæ et alendæ utilis, sufficiens ac necessarius, victus quotidianus.* Confirmat hanc interpretationem præter auctoritatem Chrysostomi, (Homil. in Orat. Dominic.) Basilii M. (in Regulis Brevior. 252.) Theophylacti (in cap. VI. Matth. qui interpretatur ἄρτον ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συστάσει ἡμῶν αὐτάρκη) et Suidæ (ἐπιούσιος ἄρτος· ὁ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζων ἢ ὁ καθημερινός. Idem tradit Etym. M. Cf. Küster. ad Suidam et Toupius in Epist. Crit. p. 140.) ipsa analogia linguæ. (v. c. ἐπιλήνιον est, *quod ad torcular pertinet*, et ἐπιτάφιον *quod ad sepulturam pertinet*) et versio Syriaca, quæ totum locum ita reddidit: ܗܒ ܠܢ ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ ܝܘܡܢܐ *da nobis panem necessitatis nostræ hodie*, coll. vers. Syr. Jacob. II. 16. Sed hanc explicationem nuper incertam reddere conatus est Celeb. Fischerus in Prolus. XII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 16. cui ratio et sententia eorum, qui ἄρτον ἐπιούσιον ab evangelistis dici putant *victum posterum* sive *crastinum*, h. e. *res ad vivendum cras*, seu *postridie necessarias*, omnes veritatis numeros atque partes habere videtur, ut nempe vox ἐπιούσιος formata sit ex fœminino participii ἔπειμι, uti περιούσιος ductum est a participio fœm. gen. verbi περίειμι, quam sententiam jam ante eum Schwarzium in Comment. Ling. Gr. p. 543. amplexum esse et exornasse notum est.

'ΕΠΙΠΙ'ΠΤΩ, aor. 2. ἐπέπεσον, particip. ἐπιπεσών, 1) proprie: *incido, irruo, illabor*, ab ἐπὶ et πίπτω *cado.* Sed ita in N. T. legitur, nisi huc referre velis formulam ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὸν τράχηλόν τινος, quæ significat: *aliquem amplexari et osculari, amplexibus aliquem excipere.* Luc. XV. 20. Act. XX. 37. coll. Genes. XLV. 14. ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸν τράχηλον Βενιαμὶν, Hebr. וַיִּפֹּל עַל־צַוְּארֵי בִנְיָמִן Gen. XLVI. 29. Xenoph. Œcon. 18. 7. et Homer. Odyss. XXIII. 208 et 241. 2) *incumbo*, et ex adjuncto: *premo, urgeo.* Act. XX. 10. ἐπέπεσεν αὐτῷ, Vulgatus: *incubuit super eum*, coll. 1 Reg. XVII. 21. Marc. III. 10. ὥστε τὸν λαὸν ἐπιπίπτειν αὐτῷ ita, ut populus eum urgeret. Eodem sensu ἐμπίπτειν usurpari, supra demonstratum est. 3) *admoveo me.* Joh. XIII. 25. ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ 'Ιησοῦ propius sese Jesu pectori admovens, seu, reclinato adversus pectus Jesu capite. Alii, præeunte Vulgato, vertunt: *qui proximus Christo accumbebat*, ut ἐπιπίπτειν sit i. q. ἀναπίπτειν, sed hæc significatio usu loquendi probari nullo modo potest. 4) metaphorice de *iis* usurpatur, *quæ animum aut corpus afficiunt ullo aliquo modo et occupant*, ita, ut designetur eorum vis, copia, vel etiam impetus. Luc. I. 12. καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν et metus animum ejus occupavit, coll. Exod. XV. 16. תִּפֹּל עֲלֵיהֶם אֵימָתָה וָפַחַד, et Judith. XV. 2. Act. X. 10. ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις extra se raptus est, coll. Genes. XV. 12. תַרְדֵּמָה נָפְלָה עַל־אַבְרָם, Alex. ἔκστασις ἐπέπεσεν τῷ 'Αβραάμ. Act. XIII. 11. ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος oculos ejus cœcitatis tenebræ occuparunt. ibid. XIX. 17. Eodem modo ἐμπίπτειν usurpatur. Vid. Diod. Sic. XX. 11. Herodian. I. 4. 15. ἐπιπεσοῦσα λειποθυμία, et ibi Irmischium. Thucyd. III. c. 87. νόσος ἐπέπεσε τοῖς 'Αθηναίοις. 5) ἐπιπίπτειν dicuntur, *quæ largiter alicui contingunt et conceduntur.* Act. VIII. 16. οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκὼς nondum enim concessa ipsis erant dona Sp. S. extraordinaria, coll. v. 18. ibid. X. 44. ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας. ibid. XI. 15. Interdum et in malam partem usurpatur. Rom. XV. 3. οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. Sæpius non legitur in N. T. Ezech. XI. 5. ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμὲ πνεῦμα Κυρίου. Phavor. ἐπιπεσεῖν· τὸ ἐπιθέσθαι καὶ τὸ περιπεσεῖν θλίψεσιν ἢ τοιούτοις τισίν. Cæterum construitur hæc vox vel cum dativo vel cum ἐπὶ, adjungente sibi interdum dativum, sæpius tamen accusativum, ut exempla allata satis docent.

'ΕΠΙΠΛΗ'ΣΣΩ, vel 'ΕΠΙΠΛΗ'ΤΤΩ, fut. ήξω, 1) proprie: *incutio, infligo*, ex ἐπὶ et πλήσσω vel πλήττω *percutio.* Homer. Iliad. κ', 500. τόξῳ ἐπιπλήσσων. Aratus 1095. Eustath. ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ ἐπιπλήσσειν καὶ κόπτειν λέγεται, — ἔπι δὲ καὶ μαστίζειν — ἀφ' οὗ καὶ τὸ λόγοις ἐπιπλήσσειν εἴρηται 2) metaphorice, ita, ut omissum sit λόγοις vel ῥήμασι, *duriter aliquem verbis tracto, increpo, objurgo.* Construitur cum dativo. Semel tantum legitur in N. T. 1 Tim. V. 1. πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς in provectiores ætate ne inveharis, seu, eos cum severitate et vehementia increpare noli. Hom. Iliad. XXIII. 580. Xenoph. Œcon. XIII. 12. Demosth. p. 202. et p. 1412. 1. ed. Reisk. Hesych. ἐπιπλήξειν· ἐπελθεῖν, ἐπιτιμῆσαι, ὑβρίσαι. Idem: ἐπίπληξις· ἐπιτίμησις. Phavor. ἐπιπλήττω· τὸ τύπτω, αἰτιατικῇ.

'ΕΠΙΠΝΙ'ΓΩ, fut. ίξω, 1) proprie: *suffoco*, i. q. ἀποπνίγω, ex ἐπὶ et πνίγω *suffoco, præfoco, strangulo.* 2) metaphorice de plantis et arboribus si sermo est, significat: *incrementis et propagationi officio, fertilitati obsto*, am fortkommen und wachsthum hindern, *to prevent increase and growth, eneco.* Sic semel legitur in N. T. Luc. VIII. 7. καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἐπέπνιξαν αὐτὸ et enatæ simul spinæ suffocarunt illud, quod seminatum fuerat. Eodem modo etiam ἀποπνίγω sumitur in N. T. ut supra demonstratum est, et

συμπνίγειν, quod vide infra. Confer Matth. XIII. 7. et Marc. IV. 7.

'ΕΠΙΠΟΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *insuper desidero et opto.* Herodot. V. 93. 2) *valde desidero, vehementer cupio, admodum expeto*, ab ἐπὶ, quod in compositis auget et intendit notionem simplicis, et ποθέω *cupio, desidero*, quod est a πόθος *desiderium.* Rom. I. 21. ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς valde enim desidero vos videre. 2 Cor. V. 2. Philipp. II. 26. ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς desiderio vos videndi affectus est. 1 Thess. III. 6. ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς ἰδεῖν. 2 Tim. I. 4. 1 Petr. II. 2. τὸ λογικὸν ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε. Vide sub γάλα. Hesych. ἐπιποθῶ· ἐπιθυμῶ. Luculenter autem hæc propria verbi ἐπιποθεῖν significatio elucet e loco Ps. XLI. 1. ubi usurpatur de cerva, cupiente sitim aqua restinguere, ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τας πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ ὁ Θεὸς, ubi Hebraico עָרַג respondet et in seq. per διψᾷν explicatur. Psal. CXIX. 174. pro ἐπεπόθησα, quod habent Alexandrini loco תָּאַבְתִּי, Symmachus habet ὑπερεπεθύμησα. Uterque locus satis docet, verbum ἐπιποθεῖν designare *ejusmodi desiderium, quod non pa titur dilationem aliquam.* Hinc 3) per metonymiam: *admodum diligo, impense amo.* 2 Cor. IX. 14. καὶ αὐτῶν δεήσει ὑπὲρ ὑμῶν ἐπιποθούντων ὑμᾶς quibus precibus pro vobis amorem suum erga vos declarant. Philipp. I. 8. ὡς ἐπιποθῶ πάντας ὑμᾶς me vos omnes impense amare. Syrus habet: ܡܬܪܚܡ. Conf. de hac significatione Irmisch. ad Herodian. I. c. 4. § 11. p. 113. 4) ἐπιποθεῖν πρός τινα *contrarium esse alicui et adversarium*, i. q. ἀντικεῖσθαι et ἐναντίον εἶναι. Sic legitur in N. T. Jacob. IV. 5. πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκισεν ἐν ὑμῖν contrarius invidiæ est et resistit sensus ille emendatus per religionem christianam, qui in vobis est, certe esse debet. Conf. Joh. Floderi D. ad h. l. Upsal. 1773. 4. Eodem sensu ἐπιθυμεῖν, sequente præpositione κατὰ, Galat. V. 17. usurpatur.

'ΕΠΙΠΟ'ΘΗΣΙΣ, εως, ἡ, *vehemens desiderium et magnum, amor*, ab ἐπιποθέω, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. 2 Cor. VII. 7. τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν vestrum erga me amorem, seu vestrum mei videndi desiderium, vestra vota, ut vobis reddar. ibid. v. 11. ubi æque ambigue ponitur. In vers. Alex. non reperitur. Legitur tamen Ezech. XXIII. 11. in Aquilæ reliquiis, ubi Hebraico עֲגָבָה respondet, quo non solum *vehemens desiderium* in universum indicatur, sed speciatim etiam *amor effrenis hominum libidinosorum.* Phavor. ἐπιπόθησις ἐστὶν ὄρεξις ἐπιτεταμένη πρὸς τὸ ποθούμενον.

'ΕΠΙΠΟ'ΘΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *exoptatus, multum desideratus*, de *omni re* usurpatur, *cujus videndæ et consequendæ desiderio aliquis tenetur et fertur, quam aliquis amat et diligit*, ab eodem verbo. Semel legitur in N. T. Philip. IV. 1. ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι quos impense amo et videre admodum desidero, coll. II. 24. Adverbium ἐπιποθήτως in Gloss. Vet. *optato* explicatur.

'ΕΠΙΠΟΘΙ'Α, ας, ἡ, *desiderium vehemens cum amore conjunctum*, ab eodem. Semel extat in N. T. Rom. XV. 23. ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν desiderium autem vehemens habens veniendi ad vos a multis annis. Phavor. ἐπιποθία· ἡ ἀγάπη.

'ΕΠΙΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, *eo, proficiscor, ad aliquem accedo, advenio, peragro*, ex ἐπὶ et πορεύομαι *proficiscor.* Semel legitur in N. T. Luc. VIII. 4. τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτὸν cum ex singulis civitatibus ad eum proficiscerentur. In versione Alex. Ezech. XXXIX. 14. Hebraico עָבַר respondet. Dion. Hal. X. 43. Maxim. Tyr. XXXII. 1. Plutarch. Lycurg. p. 56.

'ΕΠΙΡ'Ρ'Α'ΠΤΩ, fut. άψω, *insuo, assuo*, ex ἐπὶ et ῥάπτω *suo, consuo*, quod pro Hebraico תָּפַר legitur in vers. Alex. Job. XVI. 15. Semel occurrit in N. T. Marc. II. 21. καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ et nemo assuit panni rudis assumentum panno veteri.

'ΕΠΙΡ'Ρ'Ι'ΠΤΩ, fut. ίψω, 1) proprie: *injicio, superjicio, projicio, conjicio*, ex ἐπὶ et ῥίπτω *projicio.* Luc. XIX. 35. καὶ ἐπιῤῥίψαντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐπὶ τὸν πῶλον injicientes sua vestimenta super pullum. Pro ἐπιῤῥίπτειν in locis parallelis Matth. XXI. 7. et Marc. XI. 7. legitur ἐπιτιθέναι et ἐπιβάλλειν. Respondet in vers. Alex. Hebraico הִשְׁלִיךְ Num. XXXV. 20, 22. Jos. X. 11. שָׁלַךְ 2 Sam. XX. 12. et הִפִּיל Jos. XXIII. 4. Jer. XV. 8. Xenoph. Anab. V. 2. 16. 2) metaphorice: ἐπιῤῥίπτειν τὶ ἐπί τινα significat: *alicujus curæ demandare aliquid, permittere alicui curam rei alicujus.* 1 Petr. V. 7. πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτὸν omnem curam vestram, quæ instar oneris vos premit, conjicite in eum, h. e. curam omnium rerum vestrarum permittite Deo. Eodem modo apud Hebræos usurpatur הַשְׁלֵךְ Ps. LV. 23. ἐπίῤῥιψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, et גֹּל Psal. XXXVII. 5. גּוֹל עַל־יְהוָה דַּרְכֶּךָ. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. ἐπιρίπτω (lege: ἐπιῤῥίπτω), *super ventum facio.* Eleganter. Vide Vegetium I. 26.

'ΕΠΙ'ΣΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) proprie: *cui signum*, seu *nota impressa est, signatus*, ex ἐπὶ et σῆμα *signum, nota.* Opponitur τῷ ἄσημος *cui nota nulla impressa est.* Genes. XXX. 42. Sic v. c. ἐπίσημος ἐσθὴς est *vestis tesseris auro textis vel purpureis clavata*, et χιτὼν ἄσημος *tunica sine clavo* dicitur, ut docuit Suicerus in Thes. Eccles. T. I. p. 1173. Speciatim vero, teste Polluce Onom. III. 10. pecunia signata, ἀργύριον κεχαραγμένον, ἐπίσημος dicebatur, v. c. apud Thucyd. II. c. 13. ἀργυρίου ἐπισήμου ἑξακισχιλίων ταλάντων. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 14. Joseph. A. J. XVII. 8. 1. 2) metaphorice: *insignis, illustris, nobilis*, et quidem in utramque partem (ut Lat. *insignis* et *excellens*): in deteriorem: *infamis, notabilis, insignite improbus*, berüchtigt, *notorious.* Matth. XXVII. 16. ubi Barrabas dicitur δέσμιος ἐπίσημος vinctus insignis. forte: jam ante in fronte aut in dorso nigro theta notatus. Lucian. Rhetor. Præc. T. III. p. 27. ἐπίσημον εἶναί με ἐπὶ τῇ μοχθηρίᾳ τοῦ τρόπου. Polyb. XVII. 36. ἐπίσημος τῇ φιλαργυρίᾳ. Joseph. A. J. V. 7. s. 1. οἳ διὰ πλῆθος ἀδικημάτων ἦσαν ἐπίσημοι. et in bonam partem: *præclarus, memorabilis.* Rom. XVI. 7. ubi Andronicus et Junius dicuntur ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις insignes inter apostolos, seu doctores christianos. Plutarch. Vit. Parall. p. 307. et Joseph. B. J. VI. 3. p. 382. Sæpius non legitur in N. T. Esther. V. 4. ἡμέρα μοῦ ἐπίσημος σήμερόν ἐστιν. Opponitur in hoc sensu τῷ ἀπαρασήμαντος, 2 Macc. XV. 36. Hesych. ἐπίσημος· ἐπιφανής, ἔνδοξος, προφανέστερος. Idem: ἐπίσημα· τὰ ἐπὶ προσώπῳ (fortasse legendum est πρώραις. Cf. infra sub παράσημος.) σημεῖα, ἢ εὔφωνα, ἢ εὔμορφα. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 530.

'ΕΠΙΣΙΤΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *commeatus, cibaria, cibus, quo quis in itinere utitur*, a verbo ἐπισιτίζω et ἐπισιτίζομαι *cibum præbeo, cibaria conquiro et deporto.* (Herodot. VII. 176. Xenoph. Hist. Gr. II. 1. 13. Anab. VII. 1. 5. Thom. M. p. 705. sub σιτοῦμαι, ἐπισιτίζομαι· τὰ ἐφόδια ἁπλῶς λαμβάνω, ἢ μετὰ τὸ φαγεῖν λαμβάνω καὶ οὕτως ἀπέρχομαι.) Semel legitur in N. T. Luc. IX. 12. καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμὸν et sibi cibum parent. Respondet Hebraico צֵדָה et צֵידָה in vers. Alex. Jos. I. 11. IX. 11. 1 Sam. XXII. 10. et in vers. Aquilæ Psal. CXXXII. 15. et τῷ צַיִד Nehem. XIII. 5. quæ vocabula Hebraica proprie quidem *venationem*, sed deinde etiam metaphorice *cibum, venatione aut quovis modo partum, viaticum, commeatum, alimentum* notant. Conf. Rhœr. Ferias Daventrienses p. 109. ubi loca veterum collecta sunt, in quibus hæc vox, a lexicographis plane neglecta, reperitur; quibus adde Xenoph. Anab. I. 5. 9. VII. 1. 6. et Hist. Gr. III. 2. 19. Demosthen. p. 280. 11. ed. Reisk. ἐπισιτισμὸν ἔχοντες ἡμερῶν τεσσαράκοντα. ibid. p. 671. 18. et 909. 4. Herodian. VI. 7. 3. Hesychius locum Lucæ sine dubio respiciens: ἐπισιτισμόν· ἐφοδιασμόν. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 713.

'ΕΠΙΣΚΕ'ΠΤΟΜΑΙ, fut. ἐψομαι, 1) proprie: *aspicio, inspicio, circumspicio, despicio, attentis oculis perlustro, eo consilio, ut seligam optimum, deligere cupio*, nostrum: **sich nach etwas umsehen**, *to seek, to endeavour to find*, ex ἐπὶ et σκέπτομαι *video, speculor*. Act. VI. 3. ἐπισκέψασθε οὖν ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτὰ circumspicite igitur, seu eligite septem viros probatos. 2) *inviso, visito aliquem, ut statum ejus cognoscam*. Xenoph. Cyr. VI. 3. 10. et VII. 1. 5. Act. XV. 36. ἐπιστρέψαντες ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς iterum invisamus fratres nostros. Ita פָּקַד Jud. XV. 1. ἐπεσκέψατο Σαμψὼν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, et ἐπισκοπέω apud Ælian. V. H. II. c. 35. occurrit. 3) *visito aliquem eo consilio, ut ei opem feram et succurram*, et ex adjuncto: *succurro, opem fero, prospicio, curo, beneficiis afficio*. Matth. XXV. 36. ἠσθένησα καὶ ἐπεσκέψασθέ με ægrum me curastis. (Xenoph. Mem. III. 11. 10. Cyrop. V. 4. 5.) ib. v. 43. Luc. I. 68. ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ qui opem nobis tulit et liberavit populum suum. ibid. v. 78. ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους qua miseriæ nostræ succurrit Messias. ibid. VII. 16. ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ iterum favet Deus Judæis. Act. VII. 23. ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ opem ferre pressis et afflictis popularibus suis. ibid. XV. 14. Hebr. II. 16. ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτὸν et filius hominis, quod tantis eum beneficiis afficis. Jacob. I. 27. ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν orphanorum et viduarum curam gerere. Eodem modo usurpatur פָּקַד Exod. IV. 31. Ruth. I. 6. Psalm. VIII. 5. LXXX. 15. CXLIV. 3. Sirac. VII. 39. μὴ ὄκνει ἐπισκέπτεσθαι ἄῤῥωστον. Herodian. IV. 2. 7. Artemid. III. 22. Aristides S. S. I. p. 290. Phavor. ἐπισκέπτομαι· τὸ προμηθεύομαι καὶ κήδομαί τινος.

'ΕΠΙΣΚΕΥΑ'ΖΩ, fut. άσω, *supellectilem itineris plaustris impono, insterno clitellas et onera jumentis impono.* Medium ἐπισκευάζομαι *mihi sarcinas impono, vasa colligo, instruo me neccssariis ad iter faciendum, iter adparo*, quanquam etiam medium interdum activam significationem retinet, et *onerare jumenta clitellis* notat, v. c. apud Xenoph. Hist. Gr. VII. 2. 18. ἐπισκευασάμενοι ὁπόσα ἐδύναντο ὑποζύγια. ibid. V. 3. 1. τοὺς δὲ ἵππους ἐπισκευασμένους. — Polyb. III. 24. πλοῖον ἐπισκευάσαι. Diod. Sic. XIII. 2. Hesych. ἐπισκευάσασθαι· ἐπιφορτίσασθαι. Legitur vero hæc vox semel tantum in N. T. Act. XXI. 15. ubi loco impressi ἀποσκευασάμενοι rescribendum esse ἐπισκευασάμενοι, non solum codicum et versionum veterum auctoritas suadet, sed ipsa series orationis postulat, uti jam vidit Wetstenius, qui ad h. l. omnino conferendus est.

'ΕΠΙΣΚΗΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *in tabernaculo vel in tentorio habito, inhabito, habito*, ex ἐπὶ et σκηνόω *habito*, quod est a σκηνὴ *tabernaculum*. Polyb. IV. 18. 8. et 72. 1. 2) metaphorice: *semper adsum, præsto sum, semper exsero me.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. XII. 9. ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμὲ ἡ δύναμις Χριστοῦ ut semper se exserat in me auxilium Christi potentissimum. Sæpius non legitur in N. T. Cf. Glassii Philol. S. p. 975. ed. Dathii.

'ΕΠΙΣΚΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *inumbro, obumbro, umbram facio, umbra aliquem tego, obduco umbram*, ex ἐπὶ et σκιὰ *umbra*. Construitur cum dativo et accusativo. Luc. IX. 34. ἐγένετο νεφέλη καὶ ἐπεσκίασεν αὐτοὺς nubes oborta obumbravit illos. Act. V. 15. κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν ut umbra ejus saltem aliquem eorum feriret. Interdum tamen simpliciter notionem *circumdandi* habere videtur, v. c. Matth. XVII. 5. νεφέλη φωτὸς ἐπεσκίασεν αὐτοὺς lucida nubes eos circumdedit. Marc. IX. 7. Ælian. V. H. III. 1. Oppian. Cyn. II. 590. 2) metaphorice: *præsens alicui sum et præsto, operor in aliquo, vim et virtutem meam exsero*, et speciatim de *iis* dicitur, *qui aliquem protegunt, tuentur et defendunt*, ita, ut metaphora desumta sit ab umbra, quæ ab æstu defendit; in quo sensu etiam apud Latinos *obumbrare* usurpari, Servius jam monuit ad Virgil. Æn. X. 223. et Hebraicum סָכַךְ haud raro occurrere, clarissime docent loca Ps. XCI. 4. CXL. 8. Ies. LX. 6. Hinc lucem fœneratur locus Luc. I. 35. δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σε potentia altissimi obumbrabit te, h. e. futurum est, ut virtutis divinæ interventu filium edas, i. q. in antecedentibus Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ. Syrus usus est voce ܐܛܠ *texit*, unde ܡܛܠܠܐ *thalamum* notat. Confer Castelli Lex. Heptaglott. p. 346 et 577. Varias veterum de hoc loco expositiones vide apud Suicerum in Thesaur. Eccles. T. I. p. 1174. Apud Græcos ἐπισκιάζειν etiam *officium maritale alicui præstare* notat. Cf. de Rhoer. Ferias Daventr. p. 57.

'ΕΠΙΣΚΟΠΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *inspicio, speculor, lustro*, etiam *inviso, visito*, ex ἐπὶ et σκοπέω *specto, contemplor*. Sophocl. Electr. v. 1184. Demosthen. p. 932. 25. ed. Reisk. ἐπεσκοποῦμεν, εἴ τι ἐξαιροῦνταί ποθεν ἐκ πλοίου. Ælian. V. H. XII. 21. 2) *curo, provideo, integritati alicujus rei prospicio, caveo*. Hebr. XII. 15. ἐπισκοποῦντες, μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος Θεοῦ curate et cavete diligenter, ne quis deficiat a religione christiana. Xenoph. de Rep. Laced. II. 2. Hinc speciatim ἐπισκοπεῖν est: *munere episcopi fungi.* 1 Pet. V. 2. Sæpius non legitur in N. T. Vide Lexicon Xenophont. s. h. v.

'ΕΠΙΣΚΟΠΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *inspectio, visitatio*, ab ἐπισκοπέω *inspicio.* 2) *omne munus, quo aliquis fungitur, negotium, alicujus curæ demandatum.* Act. I. 20. καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος et munus ejus in alium transferatur. Ita פְּקֻדָּה cui ἐπισκοπὴ in vers. Alex. haud raro respondet, sumitur Num. III. 32. IV. 16. Ps. CIX. 8. 3) speciatim: *omne munus publicum in ecclesia*

christiana, munus doctoris christiani. 1 Tim. III. 2. εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ἐπιθυμεῖ si quis ad munus doctoris christiani adspirat, præclarum munus desiderat. 4) *visitatio ad opem ferendam, manifestatio benignitatis, collatio beneficiorum.* Luc. XIX. 44. ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου propterea quod non recte uteris tempore, quo Deus tibi per me felicitatem offert. Theophyl. ad h. l. τῆς ἐπισκοπῆς σου, τουτέστι τῆς ἐμῆς παρουσίας, ὅτι ἦλθον ἐπισκέψασθαί σε καὶ σῶσαι. Alii de tempore vindictæ intelligere malunt. Ita פָּקוּד Genes. L. 24, 25. Exod. III. 16. XIII. 19. quod Alexandrini per ἐπισκοπὴν reddiderunt. Bono sensu ἐπισκοπὴ quoque sumitur apud LXX Job. XXXIV. 9. ubi Hebr. לֹא יִסְכָּן גֶּבֶר *nullam utilitatem percipiet vir* transtulerunt: ὅτι οὐκ ἔσται ἐπισκοπὴ ἀνδρὸς, h. e. non a Deo beneficiis afficietur, et Symmachus habet σωθήσεται. et sic quoque in sequentibus ἐπισκοπὴ αὐτῷ παρὰ Κυρίου vox hæc *beneplaciti* et *gratiæ* notionem habet hoc sensu: Deum sibi habet propitium. 5) *manifestatio iræ, vindicta, ultio pœnæ, visitatio ad pœnas inferendas.* Sic legitur in N. T. 1 Pet. II. 12. ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς tempore, quo Deus omnes adversarios christianorum gravissimis pœnis afficiet, et ita se christianis mirifice delectari palam declarabit. Iterum ad imitationem Hebraici פְּקֻדָּה quod in hac significatione reperitur Ies. X. 3. Jer. VIII. 12. X. 15. Sapient. XIX. 14. ἐπισκοπὴ ἔσται αὐτῶν. Sirac. XVIII. 20, 23. Hesych. ἐπισκοπή· ἐκδίκησις. Theodoret. ad Ies. X. 3. ἡμέραι ἐπισκοπῆς dicit esse τὸν τῆς τιμωρίας καιρόν. Ipsum verbum ἐπισκοπεῖν *ulcisci* notat, v. c. apud Eurip. Iphig. in Taur. v. 1414.

'ΕΠΙ'ΣΚΟΠΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *inspector, speculator, explorator,* ab ἐπισκοπέω *inspicio.* Suid. ἐπίσκοποι· ἐπόπται, κατάσκοποι. Homer. Iliad. X. 38 et 342. 2) est nomen generale *omnium eorum, qui curam alicujus rei sustinent,* ut ita dicatur *quivis præfectus, antistes, cujus curæ administratio alicujus rei commissa est,* et respondeat Hebraicis פָּקִיד Jud. IX. 28. Nehem. XI. 9, 14. פָּקוּד Num. XXXI. 14. et מִפְקָד 2 Paral. XXXIV. 12, 17. Æque late olim hæc vox patebat apud Græcos. Sic v. c. teste Polluce, certaminum moderatores, qui prospiciebant, ut omnia recte et ordine agerentur, ἐπίσκοποι ἀγώνων et ἐπιμεληταὶ vocabantur. Apud Demosthenem p. 421. 27. ed. Reisk. ἐπίσκοπος Minerva dicitur, urbem suam gubernans ac tuens. Suida teste, sub voce ἐπίσκοπος, (Vide quoque Schol. Aristoph. Av. 1023.) apud Athenienses ἐπίσκοποι appellati οἱ εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι qui mittebantur quotannis in urbes, imperio suo subjectas, ut, quid a quoque ageretur, viderent. Joseph. A. J. X. 4. 1. Cic. ad Attic. VII. 11 Militare adeo verbum fuit, quod *ducibus* exercituum æque ac regibus tribuebatur. Homer. Il. ω', 729. Hesych. βασιλεύς. Conf. Tob. Eckhardi Technicam Sacram p. 67. Hinc in N. T. 3) *antistes summus et præcipuus doctor singulorum cœtuum christianorum* dicitur ἐπίσκοπος, quia ejus curæ omnis salus christianorum commissa erat, qui interdum etiam πρεσβύτερος vocabatur, observante Theodoreto, ad Philip. I. 1. scribente: ἐπισκόπους τοὺς πρεσβυτέρους καλεῖ. ἀμφότερα γὰρ εἶχον κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὰ ὀνόματα: quem etiam sequutus est Œcumenius ad locum eundem. Nam post apostolorum demum ætatem introductum est illud discrimen inter episcopos et presbyteros, et illi præ his majorem dignitatem obtinuerunt, ut recte docuit Suicerus in Thesaur. Eccles. T. I. p. 1180. Act. XX. 28. Philip. I. 1. 1 Tim. III. 2. Tit. I. 7. 4) κατ' ἐξοχὴν Christus dicitur ὁ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν ἡμῶν 1 Pet. II. 25. quatenus felicitatem cultorum suorum omni modo curat et promovet et perpetua felicitatis nostræ causa manebit. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΠΙΣΠΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, et Medium 'ΕΠΙΣΠΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, *attraho* vel *attrahendum curo,* ab ἐπὶ et σπάω *traho.* Demosthen. p. 744. 9. edit. Reisk. ἐπισπασθέντος βρόχου. Xenoph. Hist. Gr. VI. 4. 36. Semel legitur in N. T. 1 Cor. VII. 18. μὴ ἐπισπάσθω, scil. τὴν ἀκροβυστίαν, ne attrahat præputium, seu, ne reficiat sibi præputium. Vulgatus: *ne adducat,* h. e. extendat præputium. Respicitur autem hac formula ad consuetudinem illorum temporum, qua christiani e Judæis, quod ipsos puderet Judaismi et ne riderentur a gentilibus, in balneis publicis cum lavarentur, artificio sibi reficiebant præputium, ut cutis ferro, (quod ideo σπασθηρὴς dicebatur, Epiphanio teste) opera chirurgi adducta, glandem iterum operiret, ut testatur Celsus de Medic. VII. 25. Sed jam ante tempora apostolorum constat, Judæos, tempore persecutionis metu adductos, cuticulam attraxisse, ne a persecutoribus agnoscerentur. 1 Macc. I. 15. ad quem locum vide Grotium. Joseph. A. J. XII. 5. 1. Hebræi tales vocabant מְשׁוּכִים, ut docuit Buxtorf. in Lex. Talmud. p. 1274. Omnino de hac re videndus est Stephanus le Moyne ad Var. Sacra p. 766. Bartholinus de Morbis Biblicis c. 26. et Wedelius Exercitatt. Med. Philol. Cent. I. Dec. V. Extat etiam in Schoettgenii Horis Hebr. et Talmud. Tom. I. p. 1159. peculiaris Diss. Groddeckii de Judæis præputium attrahentibus. Alios scriptores excitavit Fabricius in Bibliographia Antiquaria p. 382. Cæterum respexit ad h. l. Hesychius glossa: μὴ ἐπισπάσθω· μὴ ἑλκυέτω τὸ δέρμα.

'ΕΠΙ'ΣΤΑΜΑΙ, 1) *scio, peritus sum, cognitionem habeo de rebus.* Act. X. 28. XV. 7. XVIII. 25. XIX. 25. XX. 18. XXII. 19. XXIV. 10. XXVI. 26. 1 Tim. VI. 4. Hebr. XI. 8. Jacob. IV. 24. Jud. v. 10. Construitur cum accusativo rei aut personæ, interdum cum genitivo et præpos. περὶ, interdum sequitur ὅτι, interdum subjiciuntur particulæ interrogativæ τί, ὡς, πῶς, interdum pro infinitivo adsciscit participium. 2) *intelligo.* Marc. XIV. 68. οὐκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσταμαι, τί σὺ λέγεις non capio sensum verborum tuorum, nostrum: ich weiss nicht, was du damit sagen willst, *I know not what thou meanest by that.* 3) *novi,* de personis. Act. XIX. 15. τὸν Ἰησοῦν γινώσκω καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι. Phavor. ἐπίσταμαι· γινώσκω. Hesych. ἐπίσταμαι· δύναμαι, (Schol. Aristoph. ad Aves v. 1432. σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι, τουτέστι οὐ δύναμαι,) οἴομαι.

'ΕΠΙΣΤΑ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *quilibet præfectus, curator, qui præest negotio, maxime publico,* ὁ ἐν τοῖς κοινοῖς ἐφεστηκὼς πράγματι ᾧτινι οὖν secundum Suidam et Harpocrat. Derivatur ab ἐπίσταμαι *scio* vel ab ἐφίστημι *præficio* et in vers. Alex. adhibetur pro Hebr. פָּקִיד *præfectus,* 2 Reg. XXV. 19. Jerem. XXIX. 26. מְנַצֵּחַ 2 Chron. II. 2. רוֹדֶה 2 Reg. V. 16. נוֹגֵשׂ *exactor,* Exod. V. 14. שַׂר *princeps,* Exod. I. 11. et נָגִיד *antistes, dux,* 2 Chron. XXXI. 12. Apud exteros scriptores ita

vocantur *magistratus*, (Aristot. Polit. IV. c. 15.) *certaminibus gymnicis præfecti*, (apud Arrian. Diss. Epict. III. 15. 3. et Xenoph. de Rep. Laced. c. 8. § 4. ἐπιστάται ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν) *duces et præfecti militiæ*. (Xenoph. Anab. II. 3. 7. Adde Xenoph. Mem. I. 1. 18. ubi videndus Ernesti, et 3 Esdr. I. 8.) Sed deinde, ut vox Latina *magister*, quæ etiam proprie *præfectum* notat, et Hebraicum רָבִּי, 2) *magistrum, doctorem, præceptorem* significat, quemadmodum etiam apud Græcos scriptores ἐφιστάναι τινὰ est: *instruere et docere aliquem*, ut Krebsius docuit ad Plutarchum de Audiendis Poëtis c. 3. p. 136. Solus Lucas hoc nomine usus est, pro quo alii evangelistæ habent ῥαββί, V. 5. ubi pro ἐπιστάτα in quibusdam codicibus διδάσκαλε legitur e glossemate. ibid. VIII. 24. ἐπιστάτα, ἐπιστάτα. Syrus: ܪܒܢ; ܪܒܢ; *magister noster, magister noster*. Ibidem 45. IX. 33, 49. XVII. 13. Sæpius non legitur in N. T. Loca e Diod. Sic. huc pertinentia attulit Munthe in Obss. Phil. p. 142. Alia dedit Kypke in Obss. Sacr. T. I. p. 228. Nec ignotam fuisse scriptoribus Græcis hanc significationem, ut Heumannus asserebat, clarissime docent testimonia Thomæ M. sub voce διδάσκαλος et Hesychii, ita scribentis: ἐπιστάτης· ἐφέτης ἢ ἐπαίτης, ἀπὸ τοῦ ἐφίστασθαι, ἢ ἐπίτροπος ἢ διδάσκαλος, καὶ ὁ τακτικὸς καὶ ὁ βραβευτὴς καὶ ἄρχων τις Ἀθήνησι καὶ ὁ ἐφεστηκώς. Etym. M. ἐπιστάται — πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ διδασκάλου λαμβάνεται ἡ λέξις. et: Μαγίστερ· διδάσκαλε, ἐπιστάτα. Eustath. in Od. ρ', p. 641. 40. οἱ δὲ παλαιοὶ τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ παιδαγωγοῦ καὶ παιδοτρίβου οἴδασι τεθεῖσθαι — καὶ γυμνασίου δὲ φασὶν ἐπιστάτης, ὁ ἐπιμελητὴς κ. τ. λ.

ἘΠΙΣΤΈΛΛΩ, fut. ελῶ, tripliciter usurpatur apud Græcos, de *iis, qui aliquid mandant coram*, Xenoph. Cyrop. IV. 5. 12. V. 5. 13. unde ἐπιστολὴ *mandatum, quod coram datur alicui*, ibid. V. 5. 2. Aristoph. Nub. v. 608. — de *iis, qui alios aliquid facere jubent nuncio misso*, Xenoph. Cyrop. V. 5. 1. — de *iis* denique, *qui litteras ad aliquem mittunt, aliquem jubent per litteras aliquid facere*, Xenoph. Hist. Gr. III. c. 1. 1. Ælian. V. H. II. c. 5. *mitto epistolam, scribo;* in qua significatione solum apud scriptores N. T. reperitur, Act. XV. 20. ἀλλ' ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς sed præcipiendum ipsis est per litteras. ibid. XXI. 25. περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν ἡμεῖς ἐπεστείλαμεν de christianis vero e gentilibus per litteras præcepimus. Hebr. XIII. 22. διὰ βραχέων ἐπέστειλα ὑμῖν brevibus vobis scripsi. Sæpius non legitur in N. T. Suid. ἐπιστέλλεται· ἐντέλλεται, ὑποτίθεται. Etiam apud Latinos *mittere* interdum simpliciter esse, *scribere epistolam, mittere*, Cortius docuit ad Sallustii Bellum Catilin. c. 42. Omnino de hac voce (quæ in Bielii Thesauro omissa legitur apud LXX 1 Reg. V. 8. sec. Cod. Alex. pro שָׁלַח, ubi notat *per litteras significare* aut *rogare*.) legendus est præter Lexicon Xenophonteum s. h. v. Perizonius ad Ælian. V. H. IV. 18. et Krebs. Obss. Flav. p. 226.

ἘΠΙΣΤΉΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *sciens, peritus, scientia præditus, peritiæ laude conspicuus, qui non solum multa novit, sed et alios ea docere potest*, ab ἐπίσταμαι *peritus sum, scio*. Speciatim vero ita dicitur *prudens, qui vitam suam recte sapienterque moderari didicit*. Sic semel legitur in N. T. Jacob. III. 13. τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; In versione Alex. respondet Hebraico נָבוֹן Deut. I. 13. IV. 6. Ies. V. 21. Sirac. XL. 31. 3 Esdr. VIII. 47. Xenoph. Œcon. 21. 5. Cyrop. III. 3. 7. Hesych. ἐπιστήμων· σοφός. Suid. ἐπιστήμονος· τοῦ ἐμπείρου.

ἘΠΙΣΤΗΡΊΖΩ, fut. ίξω, 1) proprie: *stabilio, firmum aliquid reddo et statuo, ne vacillet, nec cadat*, ex ἐπὶ et στηρίζω *stabilio, firmiter statuo*. Hinc ἐπιστηρίζομαι *innitor alicui rei*. Alex. 2 Sam. I. 6. Σαοὺλ ἐπεστήρικτο ἐπὶ τὸ δόρυ αὐτοῦ. 2) metaphorice: *confirmo, constantem reddo*. Act. XIV. 22. ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μαθητῶν confirmantes animos christianorum. ibid. XV. 32. καὶ ἐπεστήριξαν et confirmarunt eos in hac suscepta religione. ibid. v. 41. ἐπιστηρίζων τὰς ἐκκλησίας. ibid. XVIII. 23. Sæpius non legitur in N. T.

ἘΠΙΣΤΟΛΉ, ῆς, ἡ, 1) proprie: *epistola, litteræ, quæ ad aliquem mittuntur*, a perf. med. ἐπέστολα, verbi ἐπιστέλλω *mitto, scribo*. Act. XV. 30. ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολήν. ib. XXIII. 25. γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον scripsit epistolam in hanc sententiam. Rom. XVI. 22. ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν amanuensis meus, qui hanc epistolam scripsit. 2 Cor. X. 10. αἱ μὲν ἐπιστολαὶ βαρεῖαι καὶ ἰσχυραί, ubi ἐπιστολαὶ pro una *epistola*, priore illa nempe ad Corinthios, posuisse plerisque videtur Paulus, ex usu loquendi, nec Græcis insolente, ut docuit Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 134. sed nulla plane necessitate cogente. 2) *litteræ continentes summam potestatem*, eine schriftliche Vollmacht, Beglaubigungs-Schreiben, *a written warrant, power of credence*. Act. IX. 2. ᾐτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς εἰς Δαμασκόν. ib. XXII. 5. 3) *litteræ commendatitiæ*, ἐπιστολὴ συστατική. Sic metaphorice Corinthii, a Paulo ad religionem christianam conversi, vocantur 2 Cor. III. 2. ἡ ἐπιστολὴ (sc. συστατικὴ, coll. v. 1.) ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε vos estis mihi instar epistolæ commendatitiæ, seu, vos discipuli mei mihi summæ laudi estis. ibid. v. 3. Corinthii ἐπιστολὴ Χριστοῦ vocantur, h. e. cœtus ad Christum adductus Pauli ministerio. Apud Græcos scriptores ἐπιστολὴ quandoque *mandatum, monitum, præceptum* notat, v. c. Sophocl. Trach. 500. Æschyl. Pers. v. 730. Hesychius: ἐπιστολαί, ἐντολαί, ἐπιταγαί. Conf. Abresch. ad Æschyl. p. 1 et 185. Lucem hinc fortasse fœneratur locus Act. XV. 30. coll. v. 20.

ἘΠΙΣΤΟΜΊΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *os obturo et quasi epistomio occludo, frenis ori immissis contineo et coërceo*. Verbum proprium de aurigis et sessoribus, qui jumentorum furorem frenis compescunt, ex ἐπὶ et στόμα *os*. Hesych. ἐπιστομίζων· φιμῶν. Hinc ἐπιστόμισμα *frenum*. Hinc 2) metaphorice: *coërceo, ad silentium redigo, refello, ita, ut obmutescendum sit*. Sic semel tantum legitur in N. T. Tit. I. 11. οὓς δεῖ ἐπιστομίζειν, h. e. interprete Theophylacto: ἐλέγχειν σφοδρῶς, ὥστε ἀποκλείειν αὐτοῖς τὰ στόματα. Demosthen. pag. 85. 4. edit. Reisk. ἐπιστομιεῖν τοὺς αὐτῷ ἀντιλέγοντας. Hesych. ἐπιστομίζων· ἐλέγχων. Schol. Aristoph. Equit. v. 480. ἐπιστομίζειν· κατασιγάζειν. Confer de hac voce Hemsterhusium ad Aristoph. Plut. p. 193. Wetstenii N. T. T. II. p. 370. et Krebs. Obss. Flav. p. 367.

ἘΠΙΣΤΡΈΦΩ, fut. έψω, et transitive et intransitive usurpatur. Transitive si sumitur, 1) proprie est: *inverto, converto alterum, redire facio*, ex ἐπὶ et στρέφω *verto*. 2 Sam. XIX. 22. cur estis ultimi τοῦ ἐπιστρέψαι τὸν βασιλέα; vide Lexicon Xenophonteum s. h. v. Hinc 2) *errantem in viam reduco, ad officium reduco*, (quo sensu etiam apud Græcos occurrere, docuit Krebsius ad Plu-

tarchum de Audiendis Poëtis c. 4. p. 158.) et speciatim: *avoco animum alicujus a pravitate ad honestatem, ad Deum ejusque cultum.* Luc. I. 16. καὶ πολλοὺς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπιστρέψει ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτῶν et multos Israëlitas ad verum cultum Dei reducet. Act. XXVI. 18. τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς reducere a vitiositate ad virtutem. Jacob. V. 19. ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς ἀληθείας καὶ ἐπιστρέψῃ τις αὐτόν. ibid. v. 20. ὁ ἐπιστρέψας ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ. Intransitive si accipitur, omisso ἐμαυτὸν, significat 3) *converto me ad aliquid.* Act. XVI. 18. καὶ ἐπιστρέψας τῷ πνεύματι εἶπε Paulus se convertens, ad spiritum dixit. Apoc. I. 12. Zach. V. 1. 4) *pedem refero, redeo, revertor.* Genes. XLIV. 13. Deut. XX. 5. Matth. XII. 45. ἐπιστρέψω εἰς τὸν οἶκον, coll. Luc. XI. 24. ὑποστρέψω εἰς τ. ο. Luc. II. 20. καὶ ἐπέστρεψαν οἱ ποιμένες δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες Θεὸν et redierunt pastores, laudantes et celebrantes Deum; ubi in haud paucis codd. ὑπέστρεψαν e glossemate legitur. ibid. XVII. 4. καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ ac septies eodem die ad te redierit. Alii vertunt: ad frugem redierit. Matth. XXIV. 18. Marc. XIII. 16. 5) metaphorice: *resipisco, redeo ad me, in rectam viam reducor, avoco animum meum a pravitate ad honestatem et verum Dei cultum.* Luc. XXII. 32. καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας ubi agnoveris facti tui atrocitatem. Mat. XIII. 15. καὶ ἐπιστρέψωσιν, sc. ἐπὶ τὸν Κύριον, seu Θεὸν, quod additur Act. XI. 21. ubi ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Κύριον significat: *religionem christianam amplecti.* Act. III. 19. IX. 35. XIV. 15. 2 Cor. III. 16. 1 Thess. I. 9. etc. 6) Passivum ἐπιστρέφομαι *converto me ad aliquem, seu ad aliquid.* Matth. IX. 22. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν αὐτὴν tum Jesus se ad illam convertens. Marc. V. 30. ἐπιστραφεὶς ἐν τῷ ὄχλῳ, pro ἐπὶ τὸν ὄχλον. ibid. VIII. 33. Joh. XXI. 20. 7) *me converto, pedem refero, redeo, revertor,* et metaphorice: *iterum animum applico ad aliquid,* plane ut activum ἐπιστρέφω, Galat. IV. 9. 2 Pet. II. 21, 22. 1 Pet. II. 25. ἀλλ' ἐπεστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα nunc rediistis ad pastorem. Amos IV. 8. οὐκ ἐπεστράφητε πρός με. De *iis, qui ad se et sanam mentem redeunt,* legitur apud Demosthenem p. 133. 24. ed. Reisk. οὐδ' ἐπεστράφητε ἐπ' οὐδενὶ τούτων. 8) aliis verbis additum adverbialiter ponitur, v. c. Act. XV. 36. ἐπιστρέψαντες δὲ ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς iterum invisamus fratres nostros. 9) Formula ἐπιστρέφειν καρδίαν τινὸς ἐπί τινα significat: *animum alicujus propensum facere alicui et propitium, conciliare alicui alicujus favorem et gratiam.* Luc. I. 17. ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ut amorem parentum conciliet filiis. Esdr. VI. 22. ἐπέστρεψε καρδίαν βασιλέως Ἀσσοὺρ ἐπ' αὐτούς. Sirac. XLVIII. 10. ἐπιστρέψαι καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱόν. 10) ἐπιστρέφεσθαι πρός τινα verbum dicitur, quod eventu optato caret. Matth. X. 13. ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω bona vota vestra irrita erunt. Conf. Ies. LV. 11. et Psalm. XXXV. 13. — Cæterum de hac voce conf. Thom. M. Eclogas p. 355. sub ἐπιστρέφομαι. Phavor. ἐπιστρέφω λέγεται μὲν καὶ τὸ ἐπισπῶμαι καὶ ἐφέλκομαι εἰς ἑαυτὸν, ἤτοι διὰ χαρίτων τινῶν ἢ καὶ πιθανῶν λόγων εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφω. λέγεται δὲ κοινῶς ἐπιστρέφω, καὶ τὸ ἀνακαλοῦμαι καὶ διορθοῦμαί τινα παρὰ τὸ δέον ποιοῦντα ἢ λέγοντα. οἷον ὁ δεῖνα τὸν δεῖνα πολλὰ πρὸς ἀρετὴν συντείνοντα παραινέσας ἐπέστρεψεν, ἀντὶ τοῦ διωρθώσατο. Adde Schweighæuseri Indic. Arriani s. h. v.

'ΕΠΙΣΤΡΟΦΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *conversio, reditus.* Est verbale a perf. med. ἐπέστροφα, verbi ἐπιστρέφω. De *reditu* usurpatur Ez. XLVII. 8. ἐν τῇ ἐπιστροφῇ μου, Hebr. בְּשׁוּבֵנִי. De *reditu e captivitate* speciatim legitur apud Theodot. Jer. XXXIII. 22. 2) metaphorice: *cura, attentio, applicatio animi ad aliquid,* maxime *ad res bonas et divinas, cura rerum meliorum.* Sic semel de conversione ad religionem christianam simpliciter positum occurrit in N. T. Act. XV. 3. ἐκδιηγούμενοι τὴν ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν quam multi gentilium christiani facti essent, enarrantes. Hesych. ἐπιστροφαί· διατριβαί, δίαιται. De *attentione mentis et cura* legitur etiam apud Demosthenem p. 158. 24. ed. Reisk. οὐδεμίαν ἐποιήσασθε ἐπιστροφήν. Epictet. c. 63. περὶ δὲ τὴν γνώμην ἡ πᾶσα ἔστω ἐπιστροφή. Xenoph. Hist. Gr. V. 2. 9. Suidas in v. ἐπιστροφῆς· λέγεται δὲ ἐπιστροφὴ καὶ ἡ φροντίς.

'ΕΠΙΣΥΝΑ'ΓΩ, fut. άξω, *colligo, congrego, cogo in eundem locum, ad eundem cœtum conduco,* ex ἐπὶ et συνάγω. Matth. XXIII. 37. ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς; quoties incolas tuos ad cœtum civium meorum conducere volui, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas? Luc. XIII. 34. Matth. XXIV. 31. καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ et congregabunt veros Christi cultores. Marc. XIII. 27. — Passivum ἐπισυνάγομαι *congrego me, confluo, convenio ad aliquem locum, coëo.* Marc. I. 33. ἡ πόλις ὅλη ἐπισυνηγμένη ἦν πρὸς τὴν θύραν et omnes fere incolæ urbis congregati erant ad ostium. Luc. XII. 1. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico קָהַל 2 Chron. XX. 26. כָּנַס Ps. CXLVII. 2. קָבַץ 1 Reg. XVIII. 20. et אָסַף Ies. LII. 12. etc. Polyb. I. c. 75. 2. V. 95. 7. et Plutarch. T. IX. p. 540. ed. Reisk.

'ΕΠΙΣΥΝΑΓΩΓΗ', ῆς, ἡ, non differt a vocabulo συναγωγὴ et 1) *congregationem, collectionem in unum locum vel cœtum,* in significatione activa significat, (a præcedente ἐπισυνάγω.) 2 Thess. II. 1. καὶ ὑμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτὸν quo tempore etiam ad Christum congregabimur. 2) *conventus quilibet, maxime conventus sacer.* Hebr. X. 25. μὴ ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν ne subducatis vos conventibus sacris christianorum. Confer Henr. Scholzii Disquis. de genuina vocis ἐπισυναγωγὴ ad Hebræos X. 25. *notione,* in Nova Bibl. Lubec. Vol. I. p. 54. et C. G. Haubold de voce ἐπισυναγωγῆς ad Hebr. l. l. Lips. 1779. 4. Sæpius non legitur in N. T. Nuspiam Alexandrini hac voce usi fuerunt, sed legitur 2 Macc. II. 7. ἕως ἂν συναγάγῃ ὁ Θεὸς ἐπισυναγωγὴν τοῦ λαοῦ. Ib. v. 13, 14, 18. et IV. 39. Phavorinus et Zonaras Lex. col. 802. ἐπισυναγωγήν· τὴν συμφωνίαν ἐκάλεσεν ὁ ἀπόστολος, ex Theodoreto ad Hebr. X. 25.

'ΕΠΙΣΥΝΤΡΕ'ΧΩ, *simul curro et accurro, concurro,* ex ἐπὶ, σὺν et τρέχω *curro.* Semel legitur in N. T. Marc. IX. 25. ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐπισυντρέχει ὁ λαὸς, Vulgatus: *et cum vidisset Jesus concurrentem turbam.*

'ΕΠΙΣΥ'ΣΤΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie est: *congregatio multorum eodem loco, concursus, coitio,* item *agmen, cœtus,* ab ἐπισυνίσταμαι *convenio, coëo.* 2) *confluxus multitudinis tumultuantis, coitio factiosa, qua plures in aliquem insurgunt et incurrunt,* i. q. συστροφὴ, quam significationem etiam ἐπισυνίσταμαι habet apud Alex. Num. XIV. 35. coll. XVI. 19. Act. XXIV. 12. ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου, Vulgatus: *aut concursum turbæ facientem,* reddidit, ex usu linguæ Latinæ: conf. Gronov. ad Justin. II. 7. Num. XXVI. 9. ἐν τῇ ἐπισυστάσει Κυρίου, pro בְּהַצֹּתָם עַל־יְהוָֹה

3 Esdr. V. 70. ἐπιβουλὰς καὶ δημαγωγίας καὶ ἐπισυστάσεις ποιούμενοι. Sext. Empir. Ethic. 127. Josephus contra Apionem I. 20. quæ omnia loca inserenda sunt Thesauro Ling. Gr. a Stephano collecto, qui nulla auctoritate hanc vocem paulo rariorem stabilivit. Vid. Lamb. Bos. Anim. ad scriptores Græcos p. 117. Codex Coislin. XXVI. apud Albertum Gloss. Gr. p. 216. (ἐπισυστάσεις φησὶ τὰς κοινῇ παρὰ τῶν διωγμῶν ἐφόδους. συνέσταντο γὰρ, φησὶ, κατ' ἐμοῦ γνώμῃ κοινῇ.) et Wetstenii N. T. T. II. p. 209. 3) *strepitus eorum, qui confluunt ad aliquem et aliquem adeunt, distractio et perturbatio ex multitudine adeuntium et sollicitantium orta, familiaris et amica incursio cum temporis dispendio et animi perturbatione conjuncta,* quam nos: **ueberlaufen, anlaufen,** *to importune,* dicimus, et Cicero (Or. p. Archia c. 6.) *quotidianos hominum impetus* dixit. 2 Cor. XI. 28. ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ' ἡμέραν cotidianæ perturbationes, ex multitudine adeuntium ortæ. Syrus sensum loci non assecutus esse videtur, reddens: ܘܟܢܘܫܝܐ ܕܥܠܝ܆ ܕܒܟܠܝܘܡ *et congregatio, quæ est cotidiana contra me.* Melius Lutherus: **dass ich täglich werde angelaufen,** *that I am daily assailed with.* Confer LXX Num. XXVI. 9. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΠΙΣΦΑΛΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1) proprie: *qui facile labefactari potest, supplantari et everti, lubricus, instabilis,* ex ἐπὶ et σφάλλω *supplanto, everto, labefacto.* Opponitur τῷ ἀσφαλής. Hinc 2) metaphorice: *periculosus, parum tutus, damnosus.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXVII. 9. ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς cum esset jam periculosa navigatio. Vulgatus: *cum jam non esset tuta navigatio.* Sapient. IX. 14. ἐπισφαλεῖς αἱ διάνοιαι αὐτῶν. Arrian. Diss. Epictet. III. 13. 20. Polyb. I. 11. 10. et II. 28. 6. Plutarch. T. II. Opp. p. 587. ed. Reisk. Hesych. ἐπισφαλής· βλαβερὸς, ἐπικίνδυνος.

'ΕΠΙΣΧΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie active: *robur addo, validum reddo, corroboro,* ex ἐπὶ et ἰσχύω *possum, valeo.* Xenoph. Œcon. XI. 13. 2) intransitive: *vires sumo, invalesco, prævaleo.* Sirac. XXIX. 1. ἐπισχύων τῇ χειρὶ αὐτοῦ. 1 Macc. VI. 6. ἐπίσχυσαν ὅπλοις καὶ δυνάμει. 3) *persevero, vehementer insto, urgeo* et *contendo.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XXIII. 5. οἱ δὲ ἐπίσχυον, λέγοντες at illi vehementer instabant clamoribus. Sic חָזַק adhibetur Exod. XII. 33.

'ΕΠΙΣΩΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *in cumulum congero, coaggero, cumulo, acervatim aggero,* quibus verbis in Glossariis explicatur, ex ἐπὶ et σωρεύω *coacervo,* quod a σωρὸς *acervus, cumulus.* Plutarch. T. II. p. 770. ed. Reisk. 2) metaphorice: *comparo mihi aliquid et concilio,* adjuncta simul multitudinis notione. Sic semel legitur in N. T. 2 Tim. IV. 3. κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους secundum cupiditates suas eligent sibi et sectabuntur multos doctores; ad quem locum Theophylactus: τὸ ἀδιάκριτον πλῆθος τῶν διδασκάλων διὰ τοῦ ἐπισωρεύσουσιν ἐδήλωσε, καὶ διὰ τοῦ ὑπὸ τῶν λαῶν χειροτονεῖσθαι. Idem fere Œcumenius tradit. Chrystost. Ep. 97. οἱ μυρίαν κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς ἐπισωρεύοντες κόλασιν. Plutarch. T. IX. p. 298. ed. Reisk.

'ΕΠΙΤΑΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *constitutio, ordinatio, dispositio,* ab ἐπιτάσσω *colloco,* seu *dispono.* 2) *mandatum, præceptum, imperium.* Rom. XVI. 26. κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου Θεοῦ ex mandato Dei æterni. 1 Cor. VII. 6. οὐ κατ' ἐπιταγὴν non ex imperio hoc dico. Opponitur κατὰ συγγνώμην. ibid. v. 25. 2 Cor. VIII. 8. 1 Tim. I. 1. κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ, i. q. κατὰ τὸ θέλημα Θεοῦ, coll. 1 Cor. I. 1. Tit. I. 3. II. 15. καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς et redargue eos severe et graviter. Sæpius non legitur in N. T. Polyb. XIII. 4. 3. XXI. 4. 1.

'ΕΠΙΤΑ'ΣΣΩ, vel 'ΕΠΙΤΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *ordino, dispono, colloco, constituo,* ex ἐπὶ et τάσσω, vel τάττω, *ordino.* Verbum in re militari proprium de militibus, qui post priorem aciem collocantur. Xenoph. Hist. Gr. I. 6. 21. Hesych. ἐπετέτακτο, ἐν τάξει· ἢ ὄπισθεν ἠκολούθει. ubi vid. Alberti. Polyb. I. 21. 12. 1 Macc. IV. 61. ἐπέταξεν ἐκεῖ δύναμιν. ibid. VI. 50. 2) *præcipio, impero, mando, jubeo.* Marc. I. 27. τοῖς πνεύμασι ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει. ibid. VI. 27, 39. IX. 25. ἐγὼ σοὶ ἐπιτάσσω. Luc. IV. 36. VIII. 25, 31. XIV. 22. Act. XXIII. 2. Philem. v. et Construitur cum accusativo rei 8. dativo personæ vel cum infinitivo, v. c. Marc. VI. 27, 39. Ælian. V. H. XIV. 39. Xenoph. Hist. Gr. I. 7. 10. Respondet Hebraico צִוָּה Genes. XLIX. 33. Esther. III. 12. Thom. M. p. 356. ἐπίταγμα κάλλιον ἢ πρόσταγμα, καὶ ἐπιτάττω ἢ προστάττω. Hesych. ἐπέταξεν, ἐνετείλατο.

'ΕΠΙΤΕΛΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, 1) proprie: *ad finem perduco, perficio, absolvo,* ex ἐπὶ et τελέω *finio, absolvo.* Rom. XV. 28. τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας hac re perfecta, seu hoc negotio postquam perfunctus fuero. 2 Cor. VIII. 6. οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην ita etiam defungeretur negotio jam instituto colligendi eleemosynas. ibid. v. 11. Galat. III. 3. ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε. (Ἐπιτελεῖσθαι hic, ut alibi ἐνεργεῖσθαι, est passivum voce, sensu activum, more Attico, ut bene monuit ad h. l. Grotius.) Eodem modo τῷ ἐνάρχεσθαι opponitur ἐπιτελεῖν Phil. I. 6. Æschin. Socr. Dial. II. 23. τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου ἐπιτελεσάτην. Xenoph. Cyrop. III. 3. 1. In vers. Alex. respondet Hebr. כָּלָה 1 Sam. III. 12. et בָּצַע Zach. IV. 9. 2) i. q. ποιέω *facio, præsto aliquid, studeo alicui rei.* Luc. XIII. 32. ἰάσεις ἐπιτελεῖν *sanare, mederi.* 2 Cor. VII. 1. ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Κυρίου studeamus, seu operam dabimus sanctitati et reverentiæ erga Deum. Hebr. VIII. 5. μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνὴν cum exstruere vellet tabernaculum fœderis. ibid. IX. 6. τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες sacra facientes; ubi eleganter hac voce Paulus usus est, nam proprie adhibetur de ritibus sacris, maxime apud Herodotum, ut Raphelius ad h. l. docuit. Ælian. V. H. XII. 61. καὶ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπετέλουν αὐτῷ et quotannis sacra illi faciebant. Herodot. II. 37. θρησκείας μυρίας ἐπιτελέουσι. IV. 26. θυσίας ἐπιτελέοντες. Philo de Somn. p. 653. 15. ἐπιτελεῖν λειτουργίας. Herodian. I. 5. 4. θυσίας ἐπετέλει, ubi vide Irmischium p. 141. In notione *ædificandi* legitur 3 Esdr. VI. 4. Pro פָּעַל *operatus est,* legitur in vers. Alex. Num. XXIII. 23. 3) ἐπιτελεῖσθαι *accidere, evenire.* 1 Petr. V. 9. εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι cogitantes easdem afflictiones fratribus vestris per omnem terrarum orbem evenire, s. accidere. Xenoph. Mem. IV. 8. 8. ἴσως ἀναγκαῖον ἔσται τὰ τοῦ γήρως ἐπιτελεῖσθαι fortasse necessarium erit ea evenire, quæ senectuti accidunt.

'ΕΠΙΤΗ'ΔΕΙΟΣ, εία, ον, 1) apud Græcos scriptores *aptum, idoneum, commodum, opportunum* notat, ab ἐπιτηδής, έος, *aptus, idoneus.* Sapient. IV. 5. εἰς οὐδὲν ἐπιτήδειος. 1 Macc.

IV. 46. ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ. Thucyd. VIII. 68. Philostrat. Vit. Apoll. VIII. 14. Pollux Onom. V. 136. Hesych. ἐπιτήδειον· ἕτοιμον, ὠφέλιμον. 2) *necessarius*, et τὰ ἐπιτήδεια *ea, quæ sunt ad vivendum necessaria, victus, commeatus.* Gloss. ἐπιτήδειον· ἀναγκαῖον. Legitur in N. T. tantum Jacob. II. 16. μὴ δῶτε δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος non autem dederitis, quæ sunt corpori tegendo et alendo necessaria. Theophrast. Char. V. et XII. Xenoph. Œcon. III. 8. Hist. Gr. II. 4. 19. Æschin. Socr. Dial. III. 11. Suid. τὰ ἐπιτήδεια· τὰ πρὸς τροφὴν ἁρμόδια. Pollux Onom. I. s. 168. ἐδουλώθησαν ἐνδείᾳ ἐπιτηδείων — δίψει, λιμῷ. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 667.

'ΕΠΙΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. θήσω, 1) proprie: *impono*, sive *ad ferendum*, sive *ad sustinendum*, sive *ad exsequendum et observandum.* Etiam de *impositione nominis* dicitur. Matth. XXIII. 4. καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων et hominibus observanda injungunt. (Herodian. IV. 7. 12. Theophr. Char. II.) ibid. XXVII. 29. ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ coronam imponunt capiti ejus. Marc. IV. 21. οὐχ ἵνα ἐπὶ τὴν λυχνίαν ἐπιτεθῇ; nonne, ut super candelabrum ponatur? Act. XV. 10, 28. μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι βάρος ne quid oneris vobis imponatur. Marc. III. 16. καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον. ib. v. 17. Inprimis vero in N. T. usurpatur de *impositione manuum* a *Christo* et *apostolis* usitata, quæ obtigit *ægrotis* et *infirmis* ad illos sanitati restituendos, Matth. IX. 18. Marc. V. 23. Luc. IV. 40. Act. XXVIII. 8. etc. *recens baptizatis*, ut acciperent Spiritum S. Act. VIII. 17. XIX. 6. *infantibus*, ad illis benedicendum, denique *recens designatis ministris ecclesiæ* ordinandis ad munus sacrum, Act. VI. 6. 1 Tim. V. 22. 2 Sam. XIII. 19. 2) *infligo.* Luc. X. 30. καὶ πληγὰς ἐπιθέντες et inflictis plagis et vulneribus. Act. XVI. 23. πολλὰς δὲ ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγὰς et multum eos cæsos. Theodoret. H. E. III. 7. ἐπιθέντες τὰς μάστιγας. Eodem modo *imponere* usurpatur de *vulneribus*, v. c. apud Cic. de Fin. IV. 24. et de *plagis* apud Valer. Max. IX. 10. Cic. pro Sextio 19. 3) *addo, adjicio.* Apoc. XXII. 18. ἐάν τις ἐπιθῇ ἐπ' αὐτά, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ' αὐτὸν τὰς πληγὰς, Vulgatus: *si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas.* 4) *do, trado, distribuo.* Matth. XXVII. 29. ἐπέθηκαν κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ et arundinem dederunt ad manum dextram. Act. XXVIII. 10. ἐπέθεντο τὰ πρὸς χρείαν suppeditarunt necessaria. Thom. M. p. 333. ἐπέθηκα τὴν ἐπιστολὴν, ἀντὶ τοῦ παρέδωκα κ. τ. λ. Herodot. III. 42. 5) ἐπιτίθεμαι vel simpliciter positum, vel addita voce χεῖρας, *aggredior, adorior, invado aliquem*, vel *vi aperta*, vel *insidiis.* Act. XVIII. 10. καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι et nemo te adorietur. Eodem modo ἐπιτίθεσθαι apud Palæphatum 41. Xenoph. Hist. Gr. II. 4. 11. Herodot. VIII. 27. Diodor. Sic. XVII. 86. Ælian. V. H. III. 19. Aristoph. Vesp. 1019. et aliis multis locis usurpatur, quæ collegit Bielius in Thesauro Philologico s. h. v. et Krebs. Obss. Flav. p. 234. Vide et Valckenar. ad Herodot. III. 76. Hesych. ἐπέθεντο· ἀντέκειντο. Συνεπιτίθεσθαί τινι pro *simul adoriri* seu *invadere aliquem* legitur apud Alex. Psalm. III. 7. Cæterum etiam in vers. Alex. construitur hæc vox mox cum ἐπί, v. c. Jud. IX. 48. ἐπέθηκαν αὐτὸ ἐπὶ τοὺς ὤμους, mox cum dativo, 2 Reg. XI. 17. ἐπέθηκαν αὐτῇ χεῖρας.

'ΕΠΙΤΙΜΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *pretium rei augeo.* Suid. ἐπιτίμα· ἐπηύξει τὴν τιμήν. Demosthen. p. 918. 22. ed. Reisk. ὁ σῖτος ἐπετιμήθη. item *mulctam impono*, unde ἐπιτιμία *mulcta, pœna.* Joseph. A. J. XVIII. 4. 6. καὶ τιμωρίας ἐπέτιμα τοῖς ἁλοῦσι. Dio XXXVIII. p. 78. ἐκείνῳ ἡ φυγὴ ἐπετιμήθη. Hesych. ἐπιτιμᾷ· τιμωρεῖται, ἢ τὴν τιμὴν αὔξει. — ἐπετιμήσατο· τιμωρίαν ἐπέθηκε. 2) *reprehendo, objurgo, increpo, exprobro.* Pollux Onom. IX. c. 8. p. 1123. ed. Hemsterhus. Luc. XXIII. 40. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἕτερος ἐπετίμα αὐτῷ et alter exprobravit ei hæc convicia. 2 Tim. IV. 2. Sic et legitur apud Thucyd. IV. c. 27. Ælian. V. H. XI. 9. Conf. Valckenar. ad Ammonium p. 107. qui docuit, hanc notionem Atticis perquam familiarem esse. 3) *additis minis præcipio, interminor, interdico.* Matth. XII. 16. καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν interdixit autem illis, ne se manifestum facerent. De *comminationibus* adhibetur quoque vox Hebraica גְּעָרָה Ies. XXX. 17. et L. 2. 4) *moneo, hortor, adhortor, admonitionibus humanis aliquem revocare studeo a consilio suo.* Matth. XVI. 22. ἤρξατο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ λέγων, ἵλεώς σοι Κύριος eum admonuit his verbis: propitius tibi Deus sit! Ibid. XIX. 13. οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμησαν αὐτοῖς discipuli autem increpando eos arcere studebant. Huc etiam referrem locum Luc. XVII. 3. si peccaverit in te frater tuus, ἐπιτίμησον αὐτῷ. 5) *cohibeo alicujus impetum, coërceo, infringo potestatem, punio.* Matth. VIII. 26. ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάσσῃ vim venti marisque compressit, coll. Marc. IV. 39. et Nahum. I. 4. גּוֹעֵר בַּיָּם. Marc. IX. 25. Luc. IV. 35, 39. ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ solo dicto cohibuit vim febris. Ita גָּעַר Psal. LXVIII. 31. Jud. v. 9. ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος puniat te Deus! Zach. III. 2. יִגְעַר יְהוָה בְּךָ. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 352 seq.

'ΕΠΙΤΙΜΙ'Α, ας, ἡ, *mulcta, pœna legibus constituta, quæ alicui imponitur*, ab ἐπιτιμάω. Est idem quod ἐπιτίμιον (apud Aristot. Polit. L. V. c. 8. p. 347. Strab. Lib. XIV. p. 440.) vel τίμημα, et differt ab ἐπιτίμησις, quod *increpationem* et *objurgationem* significat. Sic semel occurrit in N. T. 2 Cor. II. 6. ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων sufficiat illi pœna hæc a plerisque inflicta, nempe excommunicatio. Sapient. III. 10. οἱ δὲ ἀσεβεῖς, καθὰ ἐλογίσαντο, ἕξουσιν ἐπιτιμίαν. Sic etiam liber Philonis de Præmiis et Pœnis inscribitur περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμιῶν. Cf. Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 1195. Apud Græcos ἐπιτιμία *statum integritatis civilis* notat, et *ei tribuitur, qui habet omnia jura et privilegia, quæ civitas ipsi concessit;* et in exilium ejectus dicitur amisisse τὴν ἐπιτιμίαν, v. c. apud Demosthen. de Corona c. VI. Diod. Sic. XVIII. c. 18.

'ΕΠΙΤΡΕ'ΠΩ, fut. έψω, 1) proprie: *verto aliquid ad alterum*, ex ἐπί et τρέπω *verto.* Hinc 2) metaphorice: *curæ, fidei et tutelæ alicujus committo aliquid:* (Xenoph. Mem. I. c. 5. 2. II. c. 6. § 38.) *permitto, aliquid faciendi potestatem facio*, vel *aliquid faciendum injungo:* (Xenoph. Mem. IV. 4. 2.) in qua posteriori significatione haud raro legitur in N. T. v. c. Matth. VIII. 21. ἐπίτρεψόν μοι. v. 31. ibid. XIX. 8. ubi ἐπιτρέπειν est rem alicujus arbitrio committere, ut recte monuit Grotius. Marc. V. 13. Joh. XIX. 38. Act. XXI. 39, 40. 1 Cor. XIV. 34. etc. Symmach. 1 Sam. XXIV. 8. pro Hebr. נָתַן. Hesych. ἐπίτρεψον· ἐπίτρεπε, ὑπεχώρει. 3) *largior, impertior*, v. c. vires agendi. Sic Hebr. VI. 3. καὶ τοῦτο ποιήσομεν, ἐάν-

πις ἐπιτρέπη ὁ Θεὸς et hoc faciamus bono cum Deo. Suid. ἐπιτρέπει· χαρίζεται, παραδίδωσι.

'ΕΠΙΤΡΟΠΗ', ῆς, ἡ, *permissio, concessio, potestas aliquid faciendi.* i. q. ἐξουσία. Est a perf. med. ἐπιτέτροπα, verbi ἐπιτρέπω, quod vide. In N. T. tantum legitur Act. XXVI. 12. μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς cum litteris summam potestatem continentibus. Conf. supra ad ἐξουσία. Polyb. III. 15. 7. Potest tamen in loco Actorum ἐπιτροπῇ etiam notio *tutelæ* (quam habet apud Polyb. II. 11. 8. ut ἐπιτροπία ibid. XV. 31. 4.) tribui, ut μετ' ἐπιτροπῆς vertatur: *sub tutela*, ut intelligantur *itineris comites*, qui v. 13. et XXII. 9. commemorantur. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 78. ἐπιτροπή, ἡ ἐντολή, *commissum.*

'ΕΠΙ'ΤΡΟΠΟΣ, ου, ὁ, 1) in universum *eum* significat, *cujus curæ, fidei et tutelæ aliquid committitur et potestas facta est, alterius nomine et loco negotia quædam obeundi et administrandi, commissarium, procuratorem*, ab eodem. Herodot. I. 107. Speciatim vero in N. T. ita dicitur 2) *procurator rei domesticæ familiaris*, qui ex servorum genere plerumque erat, teste Aristotele Œconom. I. 5. δούλων δὲ εἴδη δύο, ἐπίτροπος καὶ ἐργάτης. Videtur autem ita differre sæpe ab οἰκονόμος, ut speciatim *inspectorem villarum et prædiorum* notet. Xenoph. Œcon. XII. 2. et XXI. 9. Matth. XX. 8. Hesych. ἐπίτροπος· ὁ προστατῶν χωρίων καὶ ὅλης τῆς οὐσίας. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. I. p. 102. qui docuit, eodem sensu vocem אַפּוֹטְרוֹפּוֹס frequentem esse in Targumim et Talmude, v. c. Genes. XLIII. 16. Esther. I. 8. 3) *tutor pupillorum, qui administrat rem familiarem pupilli, ejusque educationi præest.* Galat. IV. 2. ἀλλ' ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους. Eodem sensu ἐπίτροπος absolute ponitur apud Xenoph. Mem. I. 2. 40. et Ælian. V. H. XIII. 44. Hesych. ἐπίτροπος· προστατῶν τῶν ὀρφανῶν. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 225 seq. 4) *qui pecunias et rationes domini curat, thesaurarius.* Luc. VIII. 3. ἐπιτρόπου Ἡρώδου. 2 Macc. XI. 1. Λυσίας ἐπίτροπος τοῦ βασιλέως. XIII. 2. Sic qui reditus Cæsaris curabant in provinciis, vulgo equestris dignitatis viri, etiam ἐπίτροποι et διοικηταὶ dicebantur. Cf. Brissonium de Regno Persarum p. 697. ac Schweighæuserum ad Arrian. Diss. Epict. IV. 7. 21.

'ΕΠΙΤΥΓΧΑ'ΝΩ, aor. 2. ἐπέτυχον, 1) proprie, si cum dativo construitur: *ad aliquem pervenio, pertingo, incido in aliquem, obviam fio*, ex ἐπὶ et τυγχάνω *assequor.* Xenoph. Hist. Gr. IV. 3. 14. τοῖς δὲ Ἀργείοις ἐπιτυγχάνουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀναχωροῦσι. ibid. VII. 4. 26. ἐπιτυγχάνουσι τοῖς Πυλίοις. Aristoph. Nub. v. 195. 535. 2) de sagittariis, *scopum ferio, ad scopum collimo.* Arrian. Diss. Epict. IV. 6. 28. Hinc generatim 3) cum genitivo rei, interdum etiam cum accusativo, Xenoph. Hist. Gr. IV. 5. 19. *consequor, nanciscor aliquid, compos fio, re ex voto potior, successu prospero fruor.* Rom. XI. 7. τοῦτο (in aliis codd. τούτου) οὐκ ἐπέτυχον non consequuti sunt. Hebr. VI. 15. ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας. ib. XI. 33. Jacob. IV. 2. Sæpius non legitur in N. T. Prov. XII. 28. οὐκ ἐπιτεύξεται δόλιος θήρας. Hesych. οὐκ ἐπιτεύξεται· οὐκ ἐπιτυχὴς ἔσται. Thucyd. III. c. 3. ὁλκάδος ἀναγομένης ἐπιτυχών. Polyb. XXXI. 21. 13. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 73. ac Locellam ad Xenoph. Ephes. p. 281.

'ΕΠΙΦΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, 1) proprie: *appareo*, et dicitur de *corporibus cœlestibus et lucidis, quæ cum splendore emicant*, ab ἐπὶ et φαίνω *ostendo.* Act. XXVII. 20. μήτε δὲ ἡλίου, μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων neque sole, neque sideribus per plures dies nobis apparentibus. coll. Horat. Epod. X. 9. Ælian. V. H. XIII. 1. Polyb. V. 6. 6. 2) *illustro* et metaphorice: *instituo, emendo et felicem reddo aliquem.* Luc. I. 79. ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, ubi vid. Wetstenius. 3) ἐπιφαίνομαι *do me in conspectum, me ostendo, advenio, adsum*, et metaphorice: *innotesco, manifestor, conspicuus reddor.* Tit. II. 11. ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις innotuit enim gratia Dei salutaris omnibus hominibus. ibid. III. 4. ὅτι δὲ ἡ χρηστότης καὶ φιλανθρωπία ἐπεφάνη. Conf. Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 7. 3. p. 885. Apud Græcos ἐπιφαίνεσθαι partim de iis usurpatur, *qui ex improviso in conspectum prodeunt*, (Xenoph. Cyrop. VI. 3. 6. Anab. III. 5. 2.) partim autem *de iis, qui auxilii causa adsunt.* Xenoph. Cyr. II. 4. 12. et Hist. Gr. III. 4. 26.

'ΕΠΙΦΑ'ΝΕΙΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *apparitio rei corporeæ et lucidæ*, v. c. solis, lunæ et stellarum, ab ἐπιφαίνω *appareo.* Hinc apud veteres maxime de deorum apparitionibus usurpatur cum splendore conjunctis. Polyb. III. 94. 3. ἐπιφάνεια τῆς ἡμέρας. Dionys. Halic. I. 2. 68. Vid. Wesseling. ad Diod. Sic. I. 25. et Casaub. Exercitt. Antibar. II. 5. 11. 2) *splendor, majestas.* 2 Thess. II. 8. τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας adventu, splendore et majestate insigni. Cf. 2 Sam. VII. 23. τοῦ ποιῆσαι μεγαλωσύνην καὶ ἐπιφάνειαν. 2 Macc. XIV. 15. XV. 27. 3) ἐπιφάνεια τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ est α) *adventus Christi in has terras.* 2 Tim. I. 10. ubi Theodoretus per ἐνανθρώπησιν explicat. Phavor. ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία. β) *adventus*, seu *reditus Christi ad judicium extremum.* 1 Tim. VI. 14. 2 Tim. IV. 1, 8. τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. Vide ἀγαπάω. Tit. II. 13. Sæpius non legitur in N. T. Bene de hac voce exposuit Suicerus in Thesaur. Eccles. T. I. p. 1196 seq.

'ΕΠΙΦΑΝΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ές, τὸ, 1) proprie: *clarus, lucidus, qui facile potest agnosci et discerni*, (conf. Polluc. Onom. VI. 206. Xenoph. Mem. III. 1. 10.) ab ἐπιφαίνω. 2) *illustris, insignis, nobilis, gloriosus, attentione et admiratione dignus.* Sic Act. II. 20. (nam sæpius non legitur in N. T.) tempus excidii Judaici vocatur ἡμέρα ἐπιφανὴς *dies insignis*, quo summa Dei majestas conspicua reddetur, seu, ut etiam reddi posset, *dies terribilis*, ut Syrus et Arabs reddidit: nam respondet Hebraico נוֹרָא Joël. II. 31. Jud. XIII. 16. Habac. I. 7. Malach. I. 14. Hinc truculentus ille Antiochus Ἐπιφανὴς dictus. Ἐπιφανὴς pro *illustris* legitur apud Thucyd. II. 43. ἀνδρῶν ἐπιφανῶν πᾶσα γῆ τάφος. ibid. VII. 69. ἀρετὰς ὧν ἐπιφανεῖς ἦσαν οἱ πρόγονοι. Polyb. I. 36. 3. et III. 40. 9.

'ΕΠΙΦΑΥ'Ω, fut. αύσω, 1) proprie: *illucesco, affulgeo*, ab ἐπὶ et φαύω, Æol. pro φάω *luceo.* Alii scribunt ἐπιφαύσκω, quod in vers. Alex. Job. XXV. 5. XXXI. 26. legitur: ὁρῶμεν ἥλιον τὸν ἐπιφαύσκοντα. Hesych. ἐπιφαύσκοντα· ἀνατέλλοντα, φαίνοντα. 2) *illumino, discutio tenebras*, et metaphorice: *felicem reddo.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. V. 14. καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς tunc summa frueris felicitate christiana.

'ΕΠΙΦΕ'ΡΩ, fut. ἐποίσω, aor. 1. ἐπήνεγκα, 1) *affero, defero*, ex ἐπὶ et φέρω *fero.* Act. XIX. 12. ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ut adeo ad ægrotos deferrentur. 2) *addo, adjicio.* Philip. I. 16. οἰόμενοι θλίψιν

ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου putant, cupiunt me captivum novis affligere malis. Hanc significationem sæpe habere apud Philon. docuit Lœsner. in Obss. Philon. p. 351. 3) *infligo, infero*. Rom. III. 5. ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργὴν dum pœnas infligit. ubi vid. Wets. Xenoph. de Redit. IV. 41. Hist. Gr. VI. 3. 4. Polyb. III. 4. 5. 4) *profero*. Jud. v. 9. οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας non ausus est contra eum proferre judicium blasphemum. Huc etiam pertinet formula ἐπιφέρειν αἰτίαν, quæ, ut Latina *crimen inferre*, significat: *crimen intentare alicui, proferre crimen, accusare*. Legitur in N. T. Act. XXV. 18. οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον non poterant afferre ejusmodi crimen, et apud Josephum A. J. II. 6. 7. Herodot. I. 26. IV. 167. Herodian. III. 8. 12. Thucyd. I. 70. III. 42. ubi vid. Schol. Formula *inferre crimina* aliquoties legitur apud Ciceronem, v. c. Verr. V. 41. et ad Herenn. IV. 35. Confer supra sub ἐπάγω. Phavor. ἐπιφέρειν· κατηγορεῖν.

'ΕΠΙΦΩΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie, *postquam alter dixit, vocem tollo*. Deinde 1) *acclamo, clamo adversus aliquem*, ex ἐπὶ et φωνέω *clamo*. Luc. XXIII. 21. οἱ δὲ ἐπεφώνουν illi vero magnis clamoribus instabant. Act. XXII. 24. coll. v. 22. Hesychius: ἐπιφωνεῖ· βοᾷ, κράζει. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 814. 2) *acclamo, applaudo*. Act. XII. 22. ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει· Θεοῦ φωνὴ, ubi observandum, veteres Græcos in recitationibus publicis assensum suum secunda acclamatione εὖ, ὑπερεῦ, ὀρθῶς significasse. Conf. Krebs. ad Plutarch. de Audiendis Poëtis c. 7. p. 193. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΠΙΦΩ'ΣΚΩ, *illucesco, lucesco*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXVIII. 1. τῇ ἐπιφωσκούσῃ, sc. ἡμέρᾳ, ut plene legitur apud Herodot. III. 242. ubi videndus Wesseling. (qui etiam ad Diodor. Sic. XIII. c. 18. de hac voce disputavit,) et Valckenar. — cum prima illuxisset dies hebdomadis. Luc. XXIII. 54. σάββατον ἐπέφωσκε dies sabbati appetebat, aut instabat: positum enim est ἐπέφωσκε pro ἤμελλε ἐπιφώσκειν, ut e sequentibus apparet. Conf. Casaub. Exerc. Antibaron. p. 416. qui monuit, ἐπιφώσκειν, sive ἐπιφαύσκειν et ἐπιφαίνειν, proprie de sideribus dici, præsertim sole et luna. I. D. Michaëlis in Introduct. in N. T. T. I. § 20. utrumque locum ex lingua Syriaca illustare conatus est, in qua ܢܓܗ, quod proprie *aperire, patefacere* notat, de *nocte, diem præcedente*, adhibetur: (Conf. Ej. Chrestomath. Syriac. p. 94. et Assemanni Bibl. Orient. T. I. p. 212.) sed idoneis argumentis refutatus est a Marshio in Animadverss. et Supplem. ad hunc librum T. I. p. 41. ed. Germ.

'ΕΠΙΧΕΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *manum admoveo*, vel *injicio alicui rei, in manus sumo*, ex ἐπὶ et χεὶρ *manus*. Ælian. V. H. VII. c. 8. ἐπιχειρήσας δὲ τοῖς τείχεσιν. Plato Cratyl. c. V. 2) metaphorice: *aggredior opus, operam navo, incipio, conor aliquid facere*, et in bonam æque ac malam partem usurpatur, nec tantum de conatu frustraneo, sed etiam felice et bene succedente dicitur. Luc. I. 1. ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν postquam multi aggressi sunt historiam contexere. Act. IX. 29. οἱ δὲ ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀνελεῖν qui eum occidere conabantur. ibid. XIX. 13. ἐπεχείρησαν δέ τινες ἀπὸ τῶν περιερχομένων 'Ιουδαίων ἐξορκιστῶν audebant vero quidam e circumforaneis Judæorum exorcistis. Hesych. ἐπιχειρεῖ· τολμᾷ. Sæpius non legitur in N. T. 2 Macc. II. 30. ζωγραφεῖν ἐπιχειροῦντι. Xenoph. Mem. II. 6. 28. Ælian. V. H. III. 18. Esther. IX. 25. ὅσα δὲ ἐπεχείρησεν (*conatus est*) ἐπάξαι ἐπὶ τοὺς 'Ιουδαίους. 2 Macc. VII. 19. θεομαχεῖν ἐπιχειρήσας qui audes adversus Deum pugnare. 3) alteri verbo junctum pleonastice ponitur. Hinc explicatur ab haud paucis interpretibus locus Luc. I. 1. ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι, h. e. *scripserunt, composuerunt*, inter quos est Krebsius in Obss. Flav. p. 96. Munthe in Obss. ad N. T. e Diod. Sic. p. 127. et Glassius in Philol. Sac. p. 191. qui multis exemplis hanc suam sententiam exornare conati sunt.

'ΕΠΙΧΕ'Ω, fut. εύσω, *infundo, affundo*, ex ἐπὶ et χέω *fundo*. Semel legitur in N. T. Luc. X. 34. ἐπιχέων ἔλαιον καὶ οἶνον infundens oleum et vinum. Alexandrini pro יָצַק Gen. XXVIII. 18. etc. adhibuerunt. Xen. Œcon. XVII. 9. Anab. IV. 5. 19. Plutarch. T. VIII. p. 610. ed. Reisk.

'ΕΠΙΧΟΡΗΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, i. q. simplex χορηγέω, 1) *chorum duco, chori dux sum*. Verbum olim de iis proprium, qui suis sumtibus chorum instruebant et ornabant, et quæ ad ludos et solemnitates publicas necessaria erant, subministrabant, de quo choragorum munere præter Salmasium de Usuris c. 3. p. 58. Spanhemius ad Callim. Hymn. in Dian. v. 266. bene exposuit. Cf. infra sub χορηγέω. Nullam vero emphasin in hac voce quærendam esse, contra Raphelium et Wolfium recte docuit Krebsius in Obss. Flav. p. 305. 2) metaphorice: *largiter suppedito, subministro, largior*. 1 Cor. IX. 10. ὁ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι qui semen serenti suppeditat, coll. Ies. LV. 10. ex quo hæc verba petita sunt, ubi in Hebraico legitur נָתַן. Galat. III. 5. ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν Πνεῦμα qui vobis largitus est bona per Christum hominibus parta. 2 Petr. I. 11. Sirac. XXV. 29. 3) *præsto, ostendo, exhibeo*, seu *una ostendo, simul declaro*. 2 Petr. I. 5. ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετὴν cum firma de religione christiana persuasione conjungite virtutis studium. 4) *mutua officia et ministeria præsto*. Coloss. II. 19. δι' οὗ πᾶν τὸ σῶμα ἐπιχορηγούμενον cujus cura omne corpus (cœtus) arctissime mutuis officiis junctum. Sæpius non occurrit in N. T. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 201.

'ΕΠΙΧΟΡΗΓΙ'Α, ας, ἡ, in universum: *suppeditatio, subministratio continua et copiosa necessariorum;* interdum etiam *illa ipsa res, quæ suppeditatur*, v. c. apud Zosimum I. 69. ubi de rebus esculentis dicitur. In N. T. bis tantum legitur, partim de *mutuo auxilio*, de *mutuis officiis et ministeriis*, quæ alter alteri præstare debet, v. c. Ephes. IV. 16. διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας vinculo societatis, quod est in mutuo auxilio, seu junctura, per quam unumquodque membrum alteri subministrat, quæ ad augmentum ipsius spectant; partim de *auxilio*, quod Christus hominibus præstat. Phil. I. 19.

'ΕΠΙΧΡΙ'Ω, fut. ίσω, *inungo, illino, oblino*, ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum, ab ἐπὶ et χρίω *lino*. Bis tantum in N. T. reperitur. Joh. IX. 6. ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ et illevit lutum oculis cœci illius. ib. v. 11. καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμοὺς et illevit oculos meos. Lucian. de Scrib. Hist. 62.

'ΕΠΙΩ'Ν, οῦσα, ὄν, *succedens, sequens, adveniens*. Participium ab ἔπειμι *succedo, sequor, supervenio, advenio*, quod præsertim de tempore futuro dicitur. Act. VII. 26. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ die sequente vel postero. (Appian. B. C. I. p. 628.) ib. XVI. 12. τῇ δὲ ἐπιούσῃ, scil. ἡμέρᾳ, coll. Prov. XXVIII. 3. οὐ γὰρ οἶδας, τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. Herodot. IX. 41. Act. XX. 15. XXI. 18. XXIII. 11.

τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ sequente nocte. Sæpius non occurrit in N. T. Alex. Deut. XXXII. 29. εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον. 1 Paral. XX. 1. ἐν τῷ ἐπιόντι ἔτει. Polyb. III. c. 42. XV. 7 et 21. Hesych. ἐπιοῦσα· ἐπερχομένη. Confer Irmisch. ad Herodian. II. 14. 5. τῇ δὲ ἐπιούσῃ κατελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον.

'ΕΠΟΙΚΟΔΟΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *superstruo ædificium jactis fundamentis, superædifico*, ex ἐπὶ et οἰκοδομέω *ædifico*. Interdum etiam simpliciter: *ædifico, exstruo*, v. c. in versione Alex. Num. XXXII. 38. ὀνόματα τῶν πόλεων ἃς ἐπῳκοδόμησαν, ubi Hebraico בָּנָה respondet. Xenoph. Anab. III. 4. 6. Hist. Gr. VI. 4. 12. Demosthen. p. 1278. 27. ed. Reisk. 2) metaphorice: *augeo, amplifico, instruo magis magisque, perfectiorem reddo*. Act. XX. 32. τῷ λόγῳ τῆς χάριτος τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι doctrinæ christianæ, quæ vos in dies perfectiores reddere valet. 1 Cor. III. 10. ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ, ἕκαστος δὲ βλεπέτω, πῶς ἐποικοδομεῖ alii continuant institutionem, sed videant, qua ratione persequantur. ibid. v. 12, 14. Ephes. II. 20. ἐποικοδομηθέντες fortasse reddendum est: *accessistis ad cœtum christianorum et in numerum eorum recepti estis*, quia ecclesia christiana sæpe οἶκος Θεοῦ in N. T. vocatur. Coloss. II. 7. ἐποικοδομεῖσθαι est: *constantem et firmum reddi*. Jud. v. 20. Sæpius non occurrit in N. T. Simili modo *exædificatio* usurpatur a Cicerone II. Orat. c. 15. Confer etiam Plutarch. T. IX. pag. 285. et ibi notas edit. Reisk.

'ΕΠΟΚΕ'ΛΛΩ, aor. 1. ἐπώκειλα, fut. ελῶ, i. q. ἐμπίπτω *allido, impingo, impello*, et inprimis de navigio dicitur, quod alliditur et cum vehementia ad littus, vel in vada et scopulos impellitur, ab ἐπὶ et ὀκέλλω *appello*. In N. T. tantum extat Act. XXVII. 41. ἐπώκειλαν τὴν ναῦν impegerunt navem, seu, allidebatur navis. Polyb. I. 20. 15. et IV. 41. 2. Arrian. Exped. Alex. II. 23. 5. Thucyd. IV. 26. Conf. etiam Wesseling. ad Diod. Sic. I. c. 31. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 649. Pro ἐποκέλλειν usurpatur etiam ἐξοκέλλειν et προσοκέλλειν. Hesych. et Alberti Gloss. N. T. pag. 88. ἐπώκειλαν· ἐπανέπαυσαν. Zonaras Lexic. cap. 853. ἐπώκειλαν, εἰς λιμένα ἤγαγον. ἐπώκειλαν τὴν ναῦν.

'ΕΠΟΝΟΜΑ'ΖΩ, fut. άσω, *cognomino, cognomen impono*, ex ἐπὶ et ὀνομάζω *nomino*. 'Επονομάζομαι *cognominor*, item *sum*, uti καλέομαι. Legitur sic semel in N. T. Rom. II. 17. σὺ 'Ιουδαῖος ἐπονομάζῃ tu Judaica stirpe natus es. Aristænet. I. 27. Appian. B. C. III. p. 959. Xenoph. Œcon. VI. 17.

'ΕΠΟΠΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, *inspicio, specto, attente et accurate aliquid inspicio, considero et observo*, ab ἐπὶ et ὄπτομαι *video*. 1 Petr. II. 12. ἐποπτεύσαντες, pro ἐὰν ἐποπτεύωσι, scil. τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, coll. ibid. III. 2. ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν. Sæpius non legitur in N. T. Polyb. V. 69. 6. XXXI. 12. 13. Demosthen. p. 168. 13. edit. Reisk. τὴν δὲ ταῦτα ἐποπτεύουσαν καὶ φυλάξουσαν δύναμιν. Homer. Odyss. π', 140. Conf. Ez. Spanhem. et Schol. ad Aristoph. Ranas v. 757. et Wetstenii N. T. T. II. p. 687. Alexandrini nuspiam hac voce usi sunt, sed verbum ἐπόπτομαι adhibuerunt. Semel reperitur in vers. Symmachi Ps. X. 14. pro Hebr. הִבִּיט. Phav. ἐποπτεύω· τὸ ὁρῶ. Gloss. Vet. ἐποπτεύω, *prospicio*. Legendum existimarim *perspicio*.

'ΕΠΟ'ΠΤΗΣ, ου, ὁ, *spectator, testis oculatus*, alias αὐτόπτης, ab ἐποπτεύω, quod vide. Semel extat in N. T. 2 Petr. I. 16. ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος sed ipsis oculis nostris vidimus summam ejus majestatem. Plutarch. T. III. p. 647. edit. Reisk. ἐπόπτας καὶ μάρτυρας. Hesych. ἐπόπται· θεαταί. Apud Græcos ἐπόπτης is dicebatur, *qui curam alicujus rei habebat, præfectus, inspector*. Sic v. c. ἄθλων ἐπιμεληταί, ἐπίσκοποι, ἔφοροι, προστάται, etiam ἄθλων ἐπόπται vocabantur, teste Polluce Onom. III. c. 30. Græci etiam ἐπόπτας eos vocabant, *qui sat bene instituti ad inspicienda mysteria adhibebantur*. Conf. Casaub. ad Athen. VI. 15. pag. 446. et Spanhem. ad Aristoph. Ran. v. 757. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐπόπτης, *inspector, speculator*.

'ΕΠΟΣ, εος, τὸ, *verbum, sermo*, item *carmen*, apud exteros scriptores, ab ἔπω *dico*. In N. T. occurrit tantum formula: ὡς ἔπος εἰπεῖν *ut ita dicam, si ita dicere aut argumentari fas est*, qua Græci fere utuntur ad emolliendam sententiam, si quid audacius et inusitatius dixisse videantur. Polyb. I. 1. 2. V. 33. 7. Cf. Wesseling. ad Herodot. II. 109. p. 129. Clerici Art. Crit. P. I. p. 114. Quinct. VIII. 3. Hebr. VII. 9. καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν et si ita dicere fas est. Alii male: ut verbum unum tantum dicam, ut breviter dicam. Hesych. ἔπος· ῥῆμα, λόγος, φωνή. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 409.

'ΕΠΟΥΡΑ'ΝΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *cœlestis*, h. e. *cœlum inhabitans, ad cœlum pertinens, cœlestem seu divinam originem habens, cœlitus demissus*, ab ἐπὶ et οὐράνιος *cœlestis*. Matth. XVIII. 35. ὁ πατήρ μου ἐπουράνιος, ubi ipse Deus ἐπουράνιος vocatur, non, quod cœlo, velut loco quodam, circumscribatur et contineatur, sed partim ad summam ejus majestatem imperiumque in omnes res creatas significandum, partim ex opinione Judæorum, qui Deum e cœlo maxime gloriam et providentiam suam manifestare existimabant. 1 Cor. XV. 48 et 49. ὁ ἐπουράνιος Christus dicitur, quatenus e cœlo in hanc terram venit, seu, divinam habet originem, coll. v. 47. ibid. v. 40. σώματα ἐπουράνια corpora cœlestia, sol, luna, stellæ, quas *cœlites* appellat Cic. in Somn. Scip. c. 1. ib. v. 48. τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι ejusdem naturæ etiam nos aliquando erimus cives cœlorum, seu cœlo beati. Phil. II. 10. οἱ ἐπουράνιοι sancti angeli et beatorum chorus. 2 Tim. IV. 18. βασιλεία ἐπουράνιος futura in cœlo seu summa apud Deum felicitas.' Hebr. III. 1. κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι quibus felicitas christiana beneficio divino est oblata. ib. VI. 4. τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπουρανίου beneficii divini, h. e. religionis et felicitatis christianæ. ibid. XI. 16. XII. 22. 2) τὰ ἐπουράνια significant α) *cœlum*, i. q. οὐρανὸς et τὰ ἄνω, vel proprie vel metaphorice sumtum, ita, ut omissum sit μέρη, δώματα, seu οἰκήματα. Eph. I. 3. ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, sc. τόποις, bonis spiritualibus iisque cœlestibus, quæ adhuc in vita futura locum habent. ibid. v. 20. ἐν τοῖς ἐπουρανίοις in cœlo. Hebr. IX. 23. β) *aër*. Ephes. VI. 12. ἐν τοῖς ἐπουρανίοις in aëre, quem dæmonibus bonis et pravis repletum esse constans fuit Judæorum opinio, ut docuit Koppe ad Ephes. II. 2. Eodem modo sumitur οὐρανὸς, ut infra docebitur, ut adeo non opus sit cum Luthero statuere, ἐπουράνιος pro ὑπουράνιος positum esse. γ) *res intellectu difficiliores, sublimes et abstrusæ*. Joh. III. 12. Conf. supra sub ἐπίγειος.

'ΕΠΤΑ', οἱ, αἱ, τά. Numerale cardinale indeclinabile. 1) *septem*. Mat. XV. 34, 37. XXII. 25. Marc. VIII. 5, 6, 8, 20. Sed non semper certam numeri speciem, septem unitatibus constantem, significat, haud raro etiam synecdochice 2) *indefinitam multitudinem* significat, *plures*.

Mat. XII. 45. Luc. XI. 26. ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα multos alios spiritus malos. Ita שֶׁבַע 1 Sam. II. 5. στεῖρα ἔτεκεν ἑπτὰ, h. e. πλείστους, uti Symmachus transtulit. Ruth. IV. 15. Ies. IV. 1. Suid. ἑπταπλασίονα· ἀντὶ τοῦ πολυπλασίονα. τὸ γὰρ ἑπτὰ ἐπὶ πλήθους τάττεται. 3) pro ἑπτάκις *septies*. Matth. XXI. 22. ad imitationem Hebr. שֶׁבַע Ps. CXIX. 164. Prov. XXIV. 16.

ἙΠΤΑ'ΚΙΣ, *septies, sæpe*. Adverbium numeri, ab ἑπτά. Matth. XVIII. 21. ἕως ἑπτάκις. ibid. v. 22. Luc. XVII. 4. In versione Alex. ponitur pro שֶׁבַע Ps. CXIX. 164. (ubi Symmachus πλειστάκις habet, quemadmodum et Jer. XV. 9. πλείστους pro ἑπτὰ posuit, teste Hieronymo.) Prov. XXIV. 16. שֶׁבַע פְּעָמִים Genes. XXXIII. 3. Jos. VI. 15. et pro שִׁבְעָתַיִם Gen. IV. 24.

ἙΠΤΑΚΙΣΧΙ'ΛΙΟΙ, οἱ, αἱ, τὰ, *septies mille, septem millia*, ex ἑπτάκις *septies* et χίλιοι *mille*. Semel legitur in N. T. Rom. XI. 4. Alex. pro שִׁבְעַת אֲלָפִים Num. III. 22. Job. I. 3.

ἘΠΩ. Verbum anomalum, quod in præsenti non est usitatum, sed pro eo adhibetur λέγω: aor. 2. εἶπον, aor. 1. εἶπα, infinit. εἰπεῖν, particip. εἰπών, tantum sunt usitata. 1) *dico*. Matth. XII. 2. XXI. 30. XXVI. 25 et 64. σὺ εἶπας recte dixisti, res se ita habet, uti dicis, i. q. alias καλῶς, seu πάνυ μὲν οὖν. (Ita etiam φήμ' ἐγὼ, pro *ita*, legitur apud Aristoph. Plut. v. 96. Adde Eurip. Hippolyt. v. 352.) Marc. XII. 32. Rom. XI. 20. et καλῶς εἶπας. Luc. XX. 39. Joh. IV. 17. Act. I. 9. ταῦτα εἰπὼν hisce vix dictis. Mat. XXI. 3. καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι et si quis vobis contradixerit. Huc etiam referenda est formula εἰπεῖν ἐν ἑαυτῷ, vel ἐν τῇ καρδίᾳ, *cogitare*. Matth. IX. 3. coll. v. 4. et Marc. II. 6. Matth. XXI. 38. Rom. X. 6. quæ formula expressa est ad exemplum formulæ Hebraicæ אָמַר בְּלִבּוֹ quam Alexandrini vertunt vel εἰπεῖν ἐν διανοίᾳ, Genes. XVII. 17. vel ἐν τῇ καρδίᾳ, Deut. VIII. 17. vel denique ἐν ἑαυτῷ, ut Esther. VI. 6. 2) *vitupero, reprehendo*. Joh. VI. 36. ἀλλ' εἶπον ὑμῖν, ὅτι καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετε, sed ego vos jam reprehendi propterea, quod, etsi me nostis, tamen fidem mihi nondum habetis. 3) *respondeo ad propositam quæstionem*. Matth. II. 5. coll. v. 4. XII. 11. coll. v. 10. XXI. 24. ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ λόγον ἕνα, ὃν ἐὰν εἴπητέ

μοι, coll. Marc XI. 29. καὶ ἀποκρίθητέ μοι. Hinc etiam Alexandrini אָמַר per ἀποκρίνεσθαι reddiderunt Genes. XXIX. 26. Exod. XXI. 5. 1 Reg. III. 26. Xenoph. Cyrop. I. 4. 12. II. 2. 10. 4) *promitto*. Matth. XX. 21. εἰπὲ, ἵνα καθίσωσιν velim promittas nobis, ut hi duo sedeant, etc. Marc. XVI. 1. καθὼς εἶπεν ὑμῖν sicut vobis promisit. Ita אָמַר Esther IX. 14. Eurip. Electra v. 33. χρυσὸν εἶπεν, ὃς ἂν κτάνῃ. 5) ut Lat. *dico* (Terent. Phorm. IV. 3. 31. Vide Broukhus. ad Propert. III. Eleg. 22. 15.) *jubeo, mando, præcipio*, et, sequente particula negandi, *interdico*. Mat. XXII. 24. coll. Luc. XX. 28. Ib. ubi cum γράφειν permutatur, quod vide supra. XXIII. 3. πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν omnia enim, quæ vos jusserint observare. Marc. V. 43. καὶ εἶπε δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν. ibid. VIII. 7. X. 49. Luc. X. 40. Jacob. II. 11. ὁ γὰρ εἰπὼν, μὴ μοιχεύσῃς, εἶπε καὶ μὴ φονεύσῃς qui enim interdixit adulterium, dedit etiam hoc præceptum: occidere noli. In versione Alex. εἰπεῖν non solum Hebraico צִוָּה respondet, Exod. XXXV. 1. Levit. IX. 6. sed etiam דִּבֶּר per προστάττω, Jos. V. 14. συντάττω, ibid. IV. 8. et אָמַר per προστάττω, Esther. I. 15. Jon. II. 11. redditur. Eodem modo apud Aristoph. Equit. v. 1021. Homer. Odyss. γ', v. 427. εἴπατε δ' εἴσω δμωῇσιν δαῖτα πένεσθαι. Xenoph. Hist. Gr. III. 5. 8. Conf. etiam Barnes. ad Eurip. Iphig. in Taur. v. 85. et Duker. ad Thucyd. VII. 29. Interdum εἰπεῖν in eadem significatione Deo tribuitur; quæ loca vero de voluntate Dei efficacissima intelligenda sunt, v. c. 2 Cor. IV. 6. ὁ εἰπὼν κ. τ. λ. qui effecit potentissima sua voluntate, ut post tenebras lux emergeret. Matth. IV. 3. effice, ut hi lapides in panes mutentur. 6) *indico, annuncio, defero, narro*. Mat. VIII. 5. μηδενὶ εἴπῃς ne cui justo ocyus narres. Ibid. XII. 47, 48. εἶπε τῷ εἰπόντι αὐτῷ respondit ille nuntianti. ibid. XVI. 20. XVII. 9. Marc. VII. 36. Luc. V. 14. Joh. XX. 15. Etiam אָמַר Alex. per παραγγέλλειν, Jos. VI. 7. ἀναγγέλλειν, Gen. XLVIII. 1. ἀπαγγέλλειν, Jos. II. 2. et διαγγέλλειν, Jos. VI. 10. reddiderunt. 7) *prædico, vaticinor*. Matth. XXVIII. 6. καθὼς εἶπε sicut prædixit. ibid. v. 7. ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν. Act. VII. 37. ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. 8) *doceo*. Matth. XXII. 1. εἶπεν αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς eos docuit per has parabolas. Xenoph. de re Equ. II. 5. Diog. Laërt. II. s. 10. ὃν εἶπεν ἐκ τοῦ ἡλίου πεσεῖσθαι. 9) *interrogo, quæstionem propono solvendam et explicandam, per alium aliquem interrogo*. Matth. XI. 3. εἶπεν αὐτῷ per discipulos eum interrogavit. ibid. XIII. 10. εἶπον αὐτῷ interrogabant eum. Luc. VII. 40. ἔχω σοι τι εἰπεῖν habeo quæstionem tibi proponendam. Alex. אָמַר per ἐρωτάω Exod. III. 13. verterunt. Xenoph. Cyr. I. 3. 14. et 4. 27. 10) *rogo*. Marc. IX. 18. καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς σου adii quidem precibus discipulos tuos, coll. Luc. IX. 40. καὶ ἐδεήθην τῶν μαθητῶν σου. Joh. XII. 27. καὶ τί εἴπω et quid mihi expetam, ignoro. 11) *voco, nomino*. Joh. X. 35. εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς si igitur eos appellavit deos. 1 Cor. XII. 3. καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν et nemo potest Jesum Dominum vocare. Eodem sensu τῷ אָמַר καλεῖν respondet in vers. Alex. Ies. IV. 3. XIX. 18. LXI. 6. LXII. 4. Xenoph. Ages. II. 12. et Hist. Gr. IV. 3. 12. 12) *divulgo, dispergo per famam*. Matth. XXVII. 64. καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ. ibid. XXVIII. 13. 13) interdum omittitur, v. c. Matth. XVI. 7. ubi ante ὅτι ἄρτους κ. τ. λ. subaudiendum est, τοῦτο εἶπεν ἡμῖν. Luc. V. 14. ante ἀλλὰ ἀπελθών. Act. XVII. 3. XXIII. 24. ante κτήνη supple εἶπε. 14) pleonastice ponitur, maxime in iis locis, ubi cum verbo ἀποκρίνεσθαι conjungitur, quanquam tunc non incommode per *hunc in modum, ita*, reddi potest, v. c. Matth. XXI. 24. Luc. XIV. 3, 5. coll. Gen. XXIII. 10, 14. XXVII. 37. Exod. IV. 1. Deut. XXI. 7. Conf. Olearium de Stilo N. T. p. 12. ed. Schwarzii.

ἜΡΑΣΤΟΣ, ου, ὁ, *Erastus*, nomen viri proprium Græcum, significans *amabilem*, retracto accentu pro ἐραστὸς, ab ἐράω *amo*. Act. XIX. 22. Rom. XVI. 23. 2 Tim. IV. 20.

ἘΡΓΑ'ΖΟΜΑΙ, fut. άσομαι, 1) proprie: *opus rusticum facio, agrum colo, agriculturam exerceo*, i. q. γεωργέω. Matth. XXI. 28. σήμερον ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου operam fac hodie in vinea mea. Thucyd. II. 72. coll. III. 50. Xenoph. Œconom. VI. 11. Ælian. V. H. IX. 5. Genes. II. 5. Conf. Schwarz. Comment. Crit. Gr. Ling. p. 564. Græv. ad Hesiod. c. 9. p. 45. et Markland. ad Maxim. Tyr. p. 707. 2) *manu laboro, opus manuum tracto, victus acquirendi*

causa opera mercenaria fungor. Luc. XIII. 14. ἓξ ἡμέραι εἰσὶν ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι per sex dies licet opus facere. Act. XVIII. 3. 1 Cor. IV. 12. IX. 6. ἢ μόνον ἐγὼ κ. τ. λ. nobisne unice non concessum est a labore manuum, victus parandi causa, abstinere? 1 Thess. II. 9. IV. 11. ubi ταῖς χερσὶν additur. Hinc ὁ ἐργαζόμενος i. q. ἐργάτης *mercenarius, qui operam alteri locat sub mercedis conditione.* Rom. IV. 4. τῷ δὲ ἐργαζομένῳ κ. τ. λ. mercenario datur merces non beneficii, sed debiti nomine. 3) *laboro, occupor quocunque negotio.* 2 Thess. III. 10. ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι μηδὲ ἐσθιέτω si quis non vult laborare, non comedat. Formula proverbialis apud Judæos, de qua bene exposuit Vorstius de Adagiis N. T. c. 10. ibid. v. 11. 12. Xenoph. Mem. II. 7. 12. 4) *negotior et negotiando quæstum mihi facere studeo,* i. q. πραγματεύομαι. Matth. XXV. 16. εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, coll. Luc. XIX. 13. Alex. τὸ סָחַר *negotiatio,* Prov. XXXI. 18. reddunt ἐργάζεσθαι, reliqui interpretes ἐμπορία. Exempla e profanis habet Fesselius Advers. Sac. IV. c. 3. § 11. Huc etiam referendus est locus Apoc. XVIII. 17. ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται. Formula ἐργάζεσθαι τὴν θάλασσαν proprie est: *sulcare mare, navigare per mare,* metaphora desumta ab agricolis, qui sulcos ducunt (conf. Hesiod. Theog. v. 440. et Appian. Punic. p. 2.); sed deinde in universum de *iis* usurpatur, *qui rem marinam exercent, quæstum faciunt navigatione et in mari negotiantur et mercaturam exercent,* ut sit i. q. ἐν θαλάσσῃ ἐργάζεσθαι. Psalm. CVII. 23. Hinc apud Alciphr. Epp. I. 13. θαλαττουργὸς *piscator.* Conf. Raphel. in Annott. Polyb. p. 720. Alberti in Obss. Philol. p. 495. Wetstenii N. T. T. II. p. 830. Wakefield in Silva Critica P. III. p. 189 seq. et P. Wesseling. Obss. Var. I. p. 53. Aristot. Problem. Sect. 38. Probl. 2. τοὺς τὴν θάλατταν ἐργαζομένους. Arrian. Exp. VII. 19. 8. 5) per metonymiam: *lucror, acquiro, comparo mihi aliquid,* vel negotiando, vel opera manuaria, vel alio quocunque modo. Ephes. IV. 28. ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς ἰδίαις χερσὶν victum sibi comparet arte, seu opera manuaria. Joh. VI. 27. ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην non tam cibum periturum vobis comparate. Hesych. et Phavor. εἰργάσατο· ἐποίησεν, ἐπράξατο. Herodot. I. 24. Polyb. XII. 13. 2. Ælian. H. A. X. 50. Aristoph. Equit. 835. Hesiod. Opera et Dies v. 43. βίον ἐργάζεσθαι. Conf. Grævii Lectt. Hesiodd. cap. 2. p. 8. Salmas. de Fœn. Trapez. p. 480. Valckenar. ad Herod. VIII. p. 631. Ita etiam עָשָׂה Genes. XXXI. 1. ubi Onkelosus קְנָא Ezech. XXVIII. 4. Hinc ἔργον *pecuniæ usuram* notat, ut docuit Salmasius de Usuris p. 29. 6) ἐργάζομαί τι *studiosus sum circa aliquid, operor, occupatus sum in aliqua re, facio, exerceo,* i. q. ποιέω. Matth. VII. 23. ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν improbitatis studiosi, Hebr. פֹּעֲלֵי אָוֶן Ps. XV. 2. XXXVI. 13. Matth. XXVI. 10. ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμὲ insigni beneficio me affecit. Joh. V. 17. ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται κἀγὼ ἐργάζομαι uti Deus semper operatur, ita et ego muneri meo semper et omni ex parte satisfacio. Act. X. 35. 1 Cor. IX. 13. οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι qui sacra faciunt, sacerdotes et Levitæ. Joh. VI. 28. ut ea faciamus, quæ Deo placent. Rom. XIII. 10. Sirac. XXIV. 35. οἱ ἐργαζόμενοι ἐν ἐμοὶ qui mihi operam dant. ibid. XXX. 13. ἔργασαι ἐν αὐτῷ operam da ei instituendo et educando. Antiphon Orat. XIV. p. 133. ἀνηκέστερον ἔργον ἐργάζεσθαι. Lysias Orat. Areopag. Apol. p. 65. ed. Taylor. Plutarch. Publicola p. 100. 7) *miraculum facio, patro, edo.* Joh. VI. 30. τί ἐργάζῃ; i. q. in antecedentibus τί ποιεῖς σημεῖον; ibid. IX. 4. 8) ἐργάζεσθαι, si opponitur τῷ πιστεύειν, significat: *præstare facta lege Mosaica præscripta.* Rom. IV. 5.

'ΕΡΓΑΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie, ut *opus* (Ovid. Fast. III. 779. Seneca Ep. 86.), *cultura agrorum,* ab ἐργάζομαι. Theophr. de Causis Plantar. III. c. 17 et 20. Xenoph. Œcon. V. 14. Vid. Bos. Obss. Critt. p. 6. 2) *opificium, artificium, quod quæstus et panis lucrandi causa exercetur.* Act. XIX. 25. ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι ex hoc opificio nos quæstum nostrum facere. In notione *negotii* vel *vitæ generis ac opificii* reperitur quoque hæc vox apud Inc. 1 Sam. XXV. 2. ubi Hebr. מַעֲשֶׂה respondet, quod eandem notionem habet Genes. XLVI. 30. et XLVII. 3. Theophr. Char. c. 6. Aristotel. Ethic. IV. 3. 3) per metonymiam: *lucrum, quæstus ex opificio, negotiatione, mercatura, aut quacunque opera* (v. c. quæstus meretricius. Vide Huschke Anal. XXI. v. 4. p. 237.) *proveniens,* plane ut Syriacum ܬܐܓܘܪܬܐ quod *negotiationem, mercaturam, quæstum* et *lucrum* notat. Act. XVI. 16. ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς quæ divinando quæstum multum afferebat dominis suis. ibid. v. 19. et XIX. 24. παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην. Xenoph. Mem. III. 10. 1. Artemidor. Oneir. I. 2. II. 3. μεγάλας ἐργασίας καὶ μισθοὺς λήψονται. Vid. Abresch. Lectt. Aristænet. p. 122 seq. et Schweighæuser. ad Polyb. IV. 50. 3. 4) *studium, labor, opera, diligentia, quæ alicui rei impenditur.* Luc. XII. 58. δὸς ἐργασίαν, est Latinum: *da operam,* uti Vulgatus h. l. recte interpretatus est, h. e. omnem impende diligentiam. Hermogenes de Invent. III. 5 et 7. ἐργασίαν τῷ ἐπιχειρήματι διδούς. Male autem hanc formulam explicavit Salmasius de Fœnore Trapezit. p. 478. per *usuram debiti dare.* Conf. Olearium de Stilo N. T. p. 374. cum notis Schwarzii, qui Latinismum in hac formula agnoscit. 5) *actio, operatio, patratio, commissio.* Ephes. IV. 19. εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ita, ut summæ impuritatis scelera patrent. In hac significatione frequenter apud Æschinem occurrit, Dial. II. c. 36. πρὸς ἐργασίας πραγμάτων μοχθηρῶν.

'ΕΡΓΑ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) *operarius, qui duriores peragendo labores victum quærit,* maxime *is, qui opus rusticum facit et terram colit,* quemadmodum ἔργον, ut Latinum *opus,* proprie *de re rustica et operibus rusticis* dicitur, quia agricultura prima hominum cura primumque negotium fuit. Cf. Klotz ad Tyrtæum p. 119. ed. Altenb. et Wolfium ad Libanii Ep. XLVIII. p. 136. Matth. XX. 1. μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. ibid. v. 2 et 8. Conf. Græv. Lectt. Hesiodd. c. 10. p. 50. 2) *omnis, qui operam præstat mercede conductus in ullo aliquo genere, mercenarius.* Matth. X. 10. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστιν dignus est, qui operam præstat, victu. Luc. X. 7. Jacob. V. 4. Sirac. XIX. 1. ἐργάτης μέθυσος οὐ πλουτισθήσεται. Hesych. ἐργάται· οἱ παρ' ἡμῖν ἐργαστικοὶ παρὰ 'Αττικοῖς, τοὺς παρ' ἡμῖν ἐργάτας ἐκεῖνοι μισθωτούς. Adde Alex. Jerem. XXXIV. 14. 3) *opifex, artifex.* Act. XIX. 25. τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας qui in ejusmodi rebus erant operarii, seu opifices. 4) *studiosus alicujus rei, deditus, qui versatur in re aliqua.* Luc. XIII. 27. οἱ ἐργάται

τῆς ἀδικίας improbi. 2 Macc. III. 6. οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας. Xenoph. Mem. II. 1. 27. καλῶν καὶ σεμνῶν ἐργάτης. 5) κατ' ἐξοχὴν *doctor religionis*, et speciatim: *religionis christianæ*. Mat. IX. 37. ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι multi sunt discendi cupidi, pauci vero idonei doctores. ibid. v. 38. Luc. X. 2. 2 Cor. XI. 13. ἐργάται δόλιοι doctores dolosi. Phil. III. 2. βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας cavete vobis a falsis doctoribus. 2 Tim. II. 15.

ΕΡΓΟΝ, ου, τὸ, 1) *opus omne, quod est ab aliquo effectum, productum et procreatum quocunque modo.* Hebr. I. 10. ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοὶ cœlorum orbes tu condidisti. ib. II. 7. κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου dominum eum constituisti omnium rerum a te creatarum. Hebr. IV. 4 et 10. Philip. I. 6. ὁ ἐναρξάμενος ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν qui inchoavit in vobis præclarum opus, nempe emendationem per religionem christianam. 1 Cor. XV. 58. ἔργον Κυρίου religio christiana vocatur. Rom. XIV. 20. ἔργον Θεοῦ propagatio religionis christianæ. Inprimis autem eleganter ἔργον τινὸς εἶναι is dicitur, *qui est alicujus beneficii, qui omnia, quæ habet, alteri debet.* Seneca Ep. 34. Philo Legat. ad Caium p. 1000. ἐμὸν ἐστὶ τοῦ Μακρωνος ἔργον Γάϊος. Hinc lucem fœneratur locus 1 Cor. IX. 1. ubi Corinthii ἔργον Pauli vocantur, quia eos imbuerat doctrinæ christianæ cognitione. Cf. Scalig. ad Manil. I. 772. 2) *ædificium.* 1 Cor. III. 13. ἑκάστου τὸ ἔργον φανερὸν γενήσεται quale quisque ædificium superstruxerit, eventus docebit. ibid. v. 14 et 15. coll. v. 12. Non plane inusitatam esse hanc significationem, clare docent loca 3 Esr. VI. 11. οἰκοδομεῖτε τὸν οἶκον τοῦτον καὶ τὰ ἔργα ταῦτα θεμελιοῦτε. ib. VII. 3. εὔοδα ἐγίνετο τὰ ἱερὰ ἔργα et bene successit exstructio templi. Sueton. Domit. 5. plurima et amplissima *opera* incendio absumta restituit, in queis et Capitolium. Vellei. Paterc. II. 130. quanta suo suorumque nomine exstruxit *opera?* ubi vid. Bœclerus. 3) in universum *singuli hominis motus et actiones, maxime externæ, quibus vim suam exserit, vitæ instituta et mores, facta* et *omnis ejus vivendi ratio*, τὰ ἔργα τοῦ ἀνθρώπου dicuntur. Sunt autem actiones hominum vel bonæ, rectæ et honestæ ac legibus divinis convenientes, vel pravæ et perversæ. Illæ vocantur ἔργα ἀγαθὰ, (quibus tamen interdum restrictiori significatione *beneficia, quæ erogantur in pauperes et in miseros conferuntur*, Act. IX. 36. 2 Cor. IX. 8. æque ac formula ἔργα καλὰ Matth. XXVI. 10. 1 Tim. VI. 18. indicantur.) Ephes. II. 10. Coloss. I. 10. τὰ καλὰ ἔργα, Tit. II. 14. et ἔργα τοῦ Θεοῦ facta, quæ Deo placent, Joh. VI. 28, 29. Hæ vero vocantur τὰ ἔργα τὰ πονηρὰ, Joh. III. 19. Coloss. I. 21. νεκρὰ, Hebr. VI. 1. IX. 14. τοῦ σκότους, Rom. XIII. 12. τῆς σαρκὸς, Galat. V. 19. et τὰ ἄκαρπα, Ephes. V. 11. de quibus singulis suo loco vide. Interdum vero de actionibus humanis in universum tam bonis, quam malis adhibetur. Galat. VI. 4. τὸ δὲ ἔργον ἑαυτοῦ δοκιμαζέτω ἕκαστος diligenter quisque omnem vitam suam examinet. Rom. II. 10. 1 Pet. I. 17. Apoc. XX. 12, 13. ἔργα τοῦ νόμου *facta legi Mosaicæ et maxime rituali ejus parti consentanea.* Rom. III. 20, 28. IV. 2, 6. Galat. II. 16. 4) metonymice: *ipse homo, qui bene vel male agit et operatur.* Ita sumitur Rom. XIII. 3. ubi magistratus dicuntur φόβος, οὐ τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν non metuendi iis, qui bene agunt, sed iis, qui male agunt et operantur. 5) *scelus, flagitium*, et speciatim: *incestus, turpis concubitus.* Luc. XI. 48. 1 Cor. V. 2. ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας qui hoc facinus (scil. incestum) patravit. Ita *opus*, Ovid. Amor. II. El. X. v. 35. et דָּבָר Genes. XIX. 8. Jud. XIX. 24. Confer Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 217. Burmann. ad Petron. p. 522 seq. et Wolf. Curæ Phil. T. II. p. 628. Adde Eurip. Phœn. v. 1081. ubi ἔργον est *cædes*, et Xenoph. Apol. 25. ἔργον θανάτου ἄξιον. Id. Cyrop. VII. 3. 6. ἔργον τῆς γυναικὸς quæ se interfecerat. Jam quemadmodum τὰ ἔργα interdum *facta illustria* notat, *quæ fama aliis innotescunt*, v. c. apud Hebr. Int. Hab. III. 2. ubi Hebr. שִׁמְעָה respondet, ita ἔργον speciatim est 6) *miraculum*, ut Hebr. מַעֲשֶׂה Ps. CVII. 24. Matth. XI. 2. τὰ ἔργα τοῦ Χριστοῦ miracula a Christo patrata. Luc. XXIV. 19. δυνατὸς ἐν ἔργῳ insignis facultate miracula patrandi. Joh. V. 36. τὰ γὰρ ἔργα ἃ ἔδωκέ μοι πατὴρ miracula quorum patrandorum mihi pater facultatem concessit. ibid. IX. 3. ut majestas divina per eum innotescat, et v. 4. oportet me miracula edere, quæ in mandatis divinis habeo, seu, quorum facultatem Deus mihi dedit. Hebr. III. 9. Etiam apud Græcos ἔργον haud raro *opus difficile* vocatur, teste Hesychio: ἔργον δυσχερὲς, δύσκολον. 7) *cœptum, inceptum, conatus.* Act. V. 38. si cœptum aut consilium eorum est humanum. 8) *meritum, quod opus sequitur.* Rom. XI. 6. ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον, ubi ἔργον opponitur τῷ χάρις. Sed ipsa verba sunt admodum suspecta. Hinc 9) *fructus, lucrum, præmium, merces laboris et factorum*, plane ut Hebr. פֹּעַל Jerem. XXII. 13. et פְּעֻלָּה Ies. XL. 10. LXII. 11. Apoc. XIV. 13. τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 419. 10) *munus, negotium alicui demandatum, res, in qua tractanda versatur alicujus studium*, quemadmodum etiam apud Græcos, *quidquid assidue aliquis facit*, id ejus ἔργον dicitur. Marc. XIII. 34. Joh. IV. 34. καὶ τελειώσω αὐτοῦ ἔργον et muneri mihi a Deo demandato satisfaciam. ibid. XVII. 4. τὸ ἔργον ἐτελείωσα ὃ δέδωκάς μοι officio, quod mihi injunxeras, satisfeci. 1 Cor. XV. 58. ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου in negotio, a Christo vobis injuncto et demandato. 2 Paral. XXIII. 18. Inc. Int. 1 Sam. XIV. 47. (ubi huic voci nihil in textu Hebr. respondet) et Xenoph. Cyrop. I. 2. 13. Confer Irmisch. ad Herodian. I. c. 10. 2. Hinc κατ' ἐξοχὴν *munus tradendi religionem christianam, munus apostolicum*, et *ipsa prædicatio doctrinæ christianæ*, in N. T. dicitur ἔργον Κυρίου, 1 Cor. XVI. 10. ἔργον Χριστοῦ, Phil. II. 30. et simpliciter ἔργον. Act. XV. 38. καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον neque cum iis ad propagandam religionem christianam iter fecisset. Phil. I. 22. τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου utilitatem afferret muneri meo. 1 Thess. V. 13. 11) *studium.* 1 Thess. I. 3. τοῦ ἔργου τῆς πίστεως studium religionis christianæ cognoscendæ et exercendæ. 2 Thess. I. 11. Hebr. VI. 10. τοῦ ἔργου ὑμῶν καὶ τῆς ἀγάπης studii vestri in exercenda benevolentia erga alios. Confer Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 1206. 12) *molestiam omnem ac miseriam hujus vitæ* complectitur. Hebr. IV. 10. κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ exantlatis feliciter molestiis hujus vitæ, quietem agit. 13) *res.* Jacob. I. 4. ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, i. q. ἔργον τέλειον ἔστω, sit res perfecta et omnibus numeris absoluta. Xenoph. Cyrop. VI. 1. 5. 14) *verbum, sermo.* Apoc. II. 26. ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου, ubi ἔργα poni pro λό-

γους, jam Grotius monuit. Huc etiam L. Twelsius in Vindiciis Apocalypseos retulit locum Joh. XIV. 10. coll. VIII. 28. 15) interdum aliis substantivis additum πλεονάζει et periphrasin additi substantivi facit. Sic v. c. Rom. II. 15. τὸ ἔργον νόμου est simpliciter νόμος *lex*, coll. v. 14. Sed fortasse etiam ἔργον h. l. rectius per *præscriptum, opere exprimendum*, redditur. Ephes. IV. 12. ἔργον διακονίας, pro διακονία. Sic apud Græcos τὰ ἔργα μάχης pro *pugna*, et Phædr. IV. Fab. 7. "si qua res esset cibi." Conf. Vechneri Hellenolexiam II. c. 8. et Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 895. 16) interdum tamen etiam omittitur, v. c. Rom. II. 14. τὰ τοῦ νόμου, scil. ἔργα. Act. I. 7. οὐχ ὑμῶν ἐστι sc. ἔργον, et in aliis locis, quæ collegit L. Bos in l. de Ellips. Gr. p. 155.

'ΕΡΕΘΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *flabello ignem accendo*. Suid. ἐρεθίζειν τὸ τῇ ῥιπίδι τὸ πῦρ ἀνάπτειν. 2) metaphorice: *lacesso, provoco, excito, irrito*, et quidem in utramque partem. In bonam partem pro *incitare, impellere* legitur 2 Cor. IX. 2. ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας vestrum studium plures ad beneficentiam erga pauperes provocavit. Arrian. Diss. Epictet. II. 23. 13. Suid. ἐρεθίζειν· παρορμᾶν ἐπί τι καὶ παραθήγειν. In deteriorem partem, ut sit i. q. παροργίζειν *ad iram et indignationem aliquem provocare, sive verbis, sive factis*, legitur Coloss. III. 21. μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν nolite durius tractando liberos vestros ad iram provocare. Xenoph. de Venat. X. 14. 15 et 27. Polyb. I. 40. 6. Homer. Iliad. δ', 5. Deut. XXI. 22. Aquila et Symmachus usi sunt hac voce pro Hebr. גֵּרָה Prov. XV. 18. et XXIX. 22. Hesych. ἐρέθιζε· παρόξυνε. — ἐρεθίζει· παροξύνει, νηρύεται, λυπεῖ, μηρύεται. — ἐρεθίζει· ἀδολεσχεῖ, χλευάζει, σκώπτει, διαμάχεται. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 199.

'ΕΡΕΙ'ΔΩ, fut. είσω, *figo, infigo, firmiter fulcio*. Legitur in N. T. semel Act. XXVII. 41. ἡ πρῶρα ἐρείσασα ἔμεινεν ἀσάλευτος ac prora quidem infixa manebat immobilis. Hesych. ἐρεῖσαι· ἐπερεῖσαι, ἐπιστηρίξαι. Polyb. II. 33. 3. III. 46. 1. Plut. T. IX. Opp. p. 50. ed. Reisk.

'ΕΡΕΥ'ΓΩ, et 'ΕΡΕΥ'ΓΟΜΑΙ, fut. εύξομαι, 1) proprie: *eructo*, et de *fonte scaturiente et aquas copiose emittente* dicitur Levit. XI. 10. ἀπὸ πάντων, ὧν ἐρεύγεται τὰ ὕδατα. Plut. T. VI. Opp. p. 60. et T. X. p. 646. ed. Reisk. Pindar. Pyth. I. 40. ἐρεύγονται πηγαί. Hesych. ἐρεύγετο· ἔβρυεν. Deinde per metaphoram, desumtam a fontis scaturigine, plane ut Hebr. הִבִּיעַ Ps. LXXVIII. 2. cui respondet ἐρεύγεσθαι. ibid. XIX. 3. 2) significat: *dicere, eloqui, palam proloqui, pleno ore proferre*. Sic semel legitur in N. T. Matth. XIII. 35. ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου palam proferam abscondita a mundo condito. Ps. CXLIV. 7. μνήμην τοῦ πλήθους τῆς χρηστότητός σου ἐρεύξονται, sec. cod. Alex. nam in Vatic. legitur ἐξερεύξονται. Hebr. יַבִּיעוּ.

'ΕΡΕΥΝΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *indago, investigo, scrutor, inquiro*, interdum etiam *aliquid cum magna animi attentione quæro*, metaphora desumta a fossoribus metallorum, qui intimas terræ cavernas perscrutantur. Similis vox est μεταλλεύειν, de qua videndus Suicerus in Thesauro Ecclesiastico. Per se enim, ut recte monuit Krebsius in Obss. Flav. p. 146. hæc vox nullam emphasin habet, et quamcunque inquisitionem, sive remissiorem illam, sive accuratiorem, significat, id quod præter locum Joseph. A. J. II. 6. 7. omnia illa loca satis superque docent, ubi verbo ἐρευνᾶν additur μετὰ πάσης ἀκριβείας, ἀκριβῶς, seu ἀκριβέστερον. Joh. V. 39. ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς vos legitis quidem litteras sacras, et ad h. l. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 1210. ibid. VII. 52. ἐρεύνησον καὶ ἴδε (ita conjuncta leguntur hæc duo verba etiam 2 Reg. X. 24.) consule diligenter et excute historiæ Judaicæ monumenta, unde cognoscas. 1 Pet. I. 11. 2) *cognosco, scio certissime*. Rom. VIII. 27. ὁ ἐρευνῶν τὰς καρδίας Deus, qui exactissime cognoscit intimos animi recessus. Apoc. II. 23. ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας. 1 Cor. II. 10. ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ penetrat et perspicit omnia consilia divina. Prov. XX. 27. ὃς ἐρευνᾷ ταμιεῖα κοιλίας. Conf. Suiceri Thes. Eccles. T. I. p. 1211.

'ΕΡΕ'Ω, ῶ, fut. ἐρῶ, perf. εἴρηκα, 1) proprie: *dico, ore enuntio, pronuntio*. Matth. VII. 3. πῶς ἐρεῖς h. e. πῶς δύνασαι λέγειν, ut legitur in loco parallelo Luc. VI. 42. Marc. XI. 29. Joh. IV. 18. 1 Cor. XIV. 23. Formula τί ἐροῦμεν; est formula transeundi, i. q. τί οὖν; *quid ergo? quid sequitur? quid colligi potest exinde?* Rom. VI. 1. VII. 7. IX. 14, 30. Formula ἐρεῖν κακῶς *maledicere, mala alicui imprecari*. Luc. XII. 10. Act. XXIII. 5. respondet Hebr. אָרַר Exod. XXII. 28. 2) *objicio, oppono*. Luc. IV. 23. ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν in me vertetis hoc adagium. Rom. IX. 19. ἐρεῖς οὖν μοι objicies mihi. 3) *prædico*. Matth. II. 15. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ἀπὸ τοῦ Κυρίου ut eventus constaret oraculo divino. Act. II. 16. τοῦτο ἐστι τὸ εἰρημένον hoc eventum habet, quod prædictum est. ibid. XIII. 40. Rom. IV. 18. 4) *jubeo, mando, præscribo*. Matth. XIII. 30. ἐρῶ τοῖς θερισταῖς mandabo messoribus. Luc. II. 24. κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ Κυρίου ex præscripto legis divinæ. Joh. XII. 50. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 17. et VII. 1. 5. 5) *interrogo, quæstionem propono*. Mat. XXI. 25. ἐρεῖ ἡμῖν, διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; Marc. XI. 31. Luc. XX. 5. 1 Cor. XV. 35. 6) *promitto, polliceor*. Hebr. XIII. 5. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, οὐ μή σε ἀνῶ. 7) *voco, nomino, appello*. Joh. XV. 15. ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους ego vos appellavi amicos et tanquam tales tractavi. 8) *denuntio*. Act. VIII. 24. ut mihi nihil eorum eveniat, ὧν εἰρήκατε, quæ mihi denunciastis. 9) *explico, aperio, detego*. Apoc. XVII. 7. ἐγώ σοι ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικός. 10) *respondeo*. Luc. XIII. 27. 2 Cor. XII. 9. Apoc. VII. 14. Xenoph. Cyrop. III. 1. 5.

'ΕΡΗΜΙ'Α, ας, ἡ, i. q. ἡ ἔρημος, sc. χώρα, et notat *locum aliquem* vel *tractum terræ*, non tam *incultum et horridum*, quam *minus habitabilem, solitudinem, locum vacuum quidem ab hominibus, pascuis tamen et agris abundantem et arboribus obsitum*, ab ἔρημος, quod vide. Matth. XV. 33. Marc. VIII. 4. 2 Cor. XI. 26. ἐρημίαι et πόλεις sibi invicem opponuntur, ut apud Josephum A. J. II. 3. s. 1. Hebr. XI. 38. ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico חָרְבָּה *desolatio*, Ezech. XXXV. 4. et ibid. v. 9. τῷ שְׁמָמָה idem. Xenoph. Hist. Gr. V. 4. 41. Anab. II. 5. 2. Etym. M. ἐρημία, ἡ τῶν ἐνοικούντων μονωθεῖσα χώρα.

'ΕΡΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) *desertus, desolatus, vastus, devastatus*. Act. I. 20. γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος fiat domicilium ejus desertum. ibid. VIII. 26. αὕτη ἐστὶ ἔρημος ad Gazam jam desertam. Conf. supra ad Γάζα. Matth. XXIII. 38. (coll. Julian. Orat. VII. p. 425.) Luc. XIII. 35. Nehem. II. 17. Ἱερουσαλὴμ ἔρημος. 2) *solitarius, non habitatus, incolis destitutus*, interdum

etiam *parum habitatus*. Matth. XIV. 13, 15. coll. Luc. IX. 10, 12. Marc. VI. 31, 32, 35. Xenoph. Cyrop. III. 2. 1. Anab. I. 5. 4. Sophocl. Œdip. Tyr. v. 56 seq. 3) *sterilis, infœcundus*. Galat. IV. 27. ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου nam mulier sterilis hucusque jam fœcunda mater erit. Ita שׁוֹמֵמָה Ies. LIV. 1. Hinc substantivum

ἜΡΗΜΟΣ, ου, ἡ, sc. χώρα, seu γῆ, quod 1) in universum notat *locum, seu terræ tractum, nec oppidis, nec vicis, nec incolis adeo celebrem et frequentem, sed pascuis abundantem*, et respondet Hebraico מִדְבָּר a דָּבַר *agere pecudes in pascua*. Jos. XV. 61. Suid. ἡ ἔρημος κυρίως ἡ μονωθεῖσα τῶν ἐνοικούντων γῆ. Luc. XV. 4. Act. VII. 30. Conf. Theod. Hasæus in Bibl. Brem. Class. I. p. 122 seq. 2) speciatim ita dicitur *longior ille tractus tribus Juda, adjacens lacui Asphaltidi ad occasum*, et mox simpliciter ἡ ἔρημος, Marc. I. 4. Joh. I. 23. mox ἡ ἔρημος τῆς Ἰουδαίας, Matth. III. 1. et Hebraice מִדְבַּר יְהוּדָה Jud. I. 16. vocatur. Conf. Relandi Palæstinam p. 375. 3) *longior ille tractus terræ, per quem Israëlitæ per quadraginta annos post exitum ex Ægypto iter faciebant Mose duce*. Act. VII. 36. 1 Cor. X. 5. Hebr. III. 17. 4) *solitudo, secessus*. Luc. I. 80. καὶ ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις, h. e. intra domus paternæ fines se continuit, non prodiit in publicum. Conf. A. Rechenbergii D. de voce ἔρημος in Ej. Exercitatt. in N. T. p. 185. et Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ἘΡΗΜΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *vasto, devasto, desertum reddo, in solitudinem redigo, depopulor*, ab ἔρημος. Dionys. Halic. Ant. XI. p. 686. Thucyd. V. 4. τὴν πόλιν ἐκλιπόντες καὶ ἐρημώσαντες. Passivum ἐρημόομαι, οῦμαι, *desolor, devastor*, et ex adjuncto: *dilabor, pereo, intereo, spolior, privor, exhaurior*. Matth. XII. 25. πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς, ἐρημοῦται, quodvis regnum dissidens dilabetur, non poterit persistere. In sequentibus explicatur per οὐ σταθήσεται. Luc. XI. 17. Apoc. XVII. 16. ἠρημωμένην ποιήσουσιν αὐτὴν καὶ γυμνὴν exutam eam reddent et spoliatam. ibid. XVIII. 17. ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος perierunt tantæ divitiæ. ibid. v. 19. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XXI. 5. καταπληγμὸς καὶ ὕβρις ἐρημώσουσι πλοῦτον. Xenoph. Ages. I. 20. et Anab. I. 3. 6.

ἘΡΗ'ΜΩΣΙΣ, εως, ἡ, *vastatio, desolatio*, ab eodem. Ter tantum legitur in N. T. Matth. XXIV. 15. Marc. XIII. 14. et Luc. XXI. 20. In prioribus locis occurrit formula βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, de qua supra ad vocem βδέλυγμα exposui. Arrian. de exped. Alex. Lib. I. p. 21. 25. ed. Lugd. 1704. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἐρήμωσις, *desertus, desertio*.

ἘΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) *litigo, certo, contendo, rixor*, ab ἔρις *lis, rixa*. Adhiberi quoque bono sensu de iis, qui cum familiaribus contendunt ac disputant, docet locus Æliani V. H. II. 21. Hesych. et Suid. ἐρίσαντες· φιλονεικήσαντες. Sirac. VIII. 2. μὴ ἔριζε μετὰ ἀνθρώπου πλουσίου. ibid. XI. 9. Ammonius in v. ζηλῶσαι ζηλοῦν μέν ἐστι τὸ σὺν ἐπιθυμίᾳ μιμεῖσθαι, ἐρίζειν δὲ τὸ μετὰ μάχης φιλονεικεῖν. Jam, quia litigantes et rixantes vociferantur fere et strepitum edunt, hinc factum est, ut ἐρίζειν ex adjuncto etiam significaret 2) *clamorem tollo, strepitum edo*. Sic semel legitur in N. T. Matth. XII. 19. οὐκ ἐρίσει οὐδὲ κραυγάσει, ubi Æthiops: *non strepitum edet neque clamabit*. In Hebraico Ies. XLII. 2. unde hæc verba desumta sunt, legitur לֹא יִצְעַק Alex. οὐ κεκράξεται.

ἘΡΙ'ΘΕΙΑ, είας, ἡ, et **ἘΡΙΘΕΙ'Α**, ας, ἡ, 1) *contentio, rixa, altercatio*, ab ἐριθεύω *litigo, contendo*. Hesych. ἐρίθεια· ἡ διὰ λόγων φιλονεικία. Idem tradit Suidas. Phavor. addit: ὁ ζῆλος, ἡ καταλαλιὰ ἢ κακολογία. 2 Cor. XII. 20. Galat. V. 20. Jacob. III. 16. Aristoteles de Republ. V. 2 et 3. 2) *litium amor et rixandi studium*. Philipp. I. 16. οἱ δὲ ἐξ ἐριθείας opponitur τῷ ἐξ ἀγάπης. ibid. v. 17. II. 3. Jacob. III. 14. εἰ ἔχετε ἐρίθειαν ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. 3) *inobedientia, rebellio*, i. q. ἀπείθεια. Rom. II. 8. τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας inobedientibus vero et rebellibus erga Deum, coll. v. 7.

ἜΡΙΟΝ, ου, τό, *lana*, sine dubio ab εἴρω *necto*. Bis legitur in N. T. Hebr. IX. 19. Apoc. I. 14. ὡσεὶ ἔριον λευκὸν æquabat lanam albam, coll. Daniel. VII. 9. Alex. pro צֶמֶר Deut. XXII. 11. Judd. VI. 37. etc. Alias dicitur quoque εἶρος, εος, τό, ab eodem verbo. Apud Xenophontem (v. c. Cyrop. V. 2. 7. Memor. II. 9. 4.) semper fere pluralis legitur.

ἜΡΙΣ, ιδος, ἡ, 1) *contentio, lis, rixa, altercatio*, et apud exteros scriptores *Eris, rixarum dea*. Rom. XIII. 13. μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ non jurgiis nec æmulationi, sc. indulgeamus. 1 Cor. I. 11. III. 3. In plurali ἔρεις pro ἔριδες, 2 Cor. XII. 20. Galat. V. 20. 1 Tim. VI. 4. Tit. III. 9. Hesiod. Scut. Herc. v. 148. Oper. et Dies v. 28. Xenoph. Cyrop. II. 3. 6. 2) *litium amor, rixandi studium*. Rom. I. 29. μεστοὺς ἔριδος plenos jurgiis. Phil. I. 15. διὰ φθόνον καὶ ἔριν ut occasionem habeant mecum litigandi et rixandi, i. q. ἐξ ἐριθείας v. 16. Accusativus ἔριν vero positus est pro ἔριδα. — Hesych. ἔριδι· φιλονεικίᾳ. Suid. ἔρις· ἡ διὰ λόγων ἐπίψογος φιλονεικία παρὰ τῷ ἀποστόλῳ, ἐκ τοῦ εἴρω, τὸ λέγω.

ἘΡΙ'ΦΙΟΝ, ίου, τό, et

ἜΡΙΦΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *hœdus, hœdulus, capella, fœtus capræ recens*, ut non solum ex Hesychio, ἔριφος· ὁ μικρὸς αἶξ ὁ ἐν τῷ ἔαρι φαινόμενος, ἤγουν ὁ πρώϊμος, sed etiam ex Pollucis Onom. I. 12. sect. 250. apparet. Luc. XV. 29. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 511. 2) metaphorice *hœdi* dicuntur *impii et scelesti* Matth. XXV. 32 et 33. sine dubio ob petulantiam et libidinem vitæque immunditiem. Cf. Ezech. XXXIV. 16, 17.

ἙΡΜΑ͂Σ, ᾶ, ὁ, *Hermas*. Est nomen proprium viri origine Græcum, Dorice pro Ἑρμῆς *Hermes*. Rom. XVI. 14. Grotius hoc nomen contractum vult ex Ἑρμόδωρος. Origenes aliique veterum putarunt, hunc fuisse Hermam, auctorem illius libri, cui titulus Pastor. Sed cum hic liber multa in se contineat absurda et a religione christiana aliena, verum vidisse mihi non videntur.

ἙΡΜΗΝΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) *interpretatio, explicatio*, ab ἑρμηνεὺς *interpres*. 2) *facultas interpretandi et explicandi*. 1 Cor. XII. 10. facultas interpretandi lingua vernacula et repetendi dicta ab aliis aliena et peregrina lingua, ἑρμηνεία γλωσσῶν dicitur. ibid. XIV. 26. facultatem interpretandi litteras sacras, τὴν προφητείαν alias dictam, ἑρμηνείαν Paulus vocat. Sæpius non legitur in N. T.

ἙΡΜΗΝΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) *interpretor, explico, expono*, ab eodem. Xenoph. Mem. I. c. 2. § 52. 2) speciatim: *ex lingua peregrina vel idiomate ignoto transfero et lingua communi exprimo, verto in linguam vernaculam*. Joh. I. 39, 43. Κηφᾶς ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος. ibid. IX. 7. Hebr. VII. 2. Alexandrini posuerunt Esr. IV. 7. pro Chald. תַּרְגֵּם

quod *exponere, interpretari unam linguam in aliam* significat. Hesych. ἑρμηνεύοντες· φράζοντες.

ἙΡΜΗ͂Σ, οῦ, ὁ, contractum ex ἙΡΜΕΑ͂Σ, ου, ὁ, *Hermes*. Nomen viri Græcum, significans 1) *Mercurium*, gentium deum commentitium, filium Jovis et Maiæ, qui eloquentiæ et mercaturæ præesse credebatur, et nuntius ac legatus reliquorum deorum habebatur, ita dictum ἀπὸ τοῦ εἴρειν *dicere, nuntiare*. Hoc nomine insigniebatur Paulus Act. XIV. 12. ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου. Conf. Hesiod. Theogon. v. 938. et Opp. et Dies v. 77—85. 2) ita dicitur vir christianus, Romæ versans, cujus Paulus mentionem facit Rom. XVI. 14.

ἙΡΜΟΓΕ'ΝΗΣ, εος, ους, ὁ, *Hermogenes*. Nomen proprium viri, qui tantum 2 Tim. I. 15. commemoratur et proprie *eum* significat, *qui ex Mercurio genus ducit*, ex Ἑρμῆς *Mercurius* et γένος *genus*.

ἙΡΠΕΤΟ'Ν, οῦ, τὸ, proprie quidem *reptile* significat; ab ἕρπειν *repere, serpere*, sed deinde de *quovis animali, quod pedibus incedit* (Homer. Odyss. IV. 419. Xenophont. Mem. I. 4. 11.), usurpatur, ut bene docuit Grævius ad Callimach. Hymn. in Jovem v. 13. Hesych. ἑρπετά· τὰ ἄποδα παρὰ τὸ εἰς τὴν ἔραν πεπτωκέναι. καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων ζώων καὶ ἄνθρωποι. γήϊνα γὰρ καὶ ἐπίγεια πάντα. Idem Schol. ad Homer. Odyss. δ', v. 419. Æque late verbum ἕρπειν apud optimos Græcos patet, quod in universum *ire, incedere* significat, v. c. apud Theocrit. I. 105. Æschin. Socr. Dial. III. 10. Eurip. Phœn. v. 41. Conf. Casaubonum ad Athenæum I. 22. p. 64. et Villoisonium ad Apollon. Sophist. Lex. Homer. T. I. p. 364. Legitur in N. T. Act. X. 12. XI. 6. Rom. I. 23. Jacob. III. 7. Cæterum observandum, ἑρπετὸν proprie adjectivum esse, sed frequenter, subaudita voce θηρίον, substantive adhiberi.

ἘΡΥΘΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, *ruber, rubicundus*, ab ἔρευθος *rubor, ruber color*. Bis occurrit in N. T. Act. VII. 36. et Hebr. XI. 29. ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα mare rubrum, (sic dictum, ut quibusdam videtur, *ab arena et fundo rubro*) seu Oceanus Indicus, Arabiam Persidemque alluens, qui in duos dividitur sinus. Is, qui ab Oriente est, Persicus appellatur, (Vide Wesseling. ad Herodot. p. 256. 16. et ad Diod. Sic. I. p. 23.) cui ex adverso est sinus Arabicus. Plinius H. N. VI. 23 et 24. Hebraice יַם סוּף vocatur Exod. X. 19. XIII. 18. a copia algarum illic crescentium. In N. T. mare rubrum per synecdochen de superiore illa sinus Arabici parte dicitur, per quam Israëlitæ ex Ægypto in Arabiæ littus profecti sunt. Conf. H. Relandi D. de *mari rubro* in Ej. Diss. Miscell. P. I. p. 59. et Hill. ad Dionys. Orbis Descript. p. 30 seq.

ἘΡΧΟΜΑΙ, fut. ἐλεύσομαι, aor. 2. ἤλυθον, per syncopen ἦλθον, perf. ἐλήλυθα, 1) proprie: *venio*, id est *advenio*. Matth. II. 2. καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ et huc venimus eum salutandi causa. ibid. III. 7. VII. 15. VIII. 9. XXV. 6, 10. Marc. XI. 13. ἦλθεν propius accessit. Luc. XVIII. 3. καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν et ventitabat ad eum. Luc. X. 33. ἦλθε κατ' αὐτὸν, propius ad eum accessit. Joh. I. 39, 47. ἔρχου καὶ ἴδε. Apoc. VI. 1. ἔρχου καὶ βλέπε propius accede et attende. (Est hæc solemnis animi intentionem excitantium formula: Ezech. VIII. 9. בֹּא וּרְאֵה etiam Thalmudistis admodum familiaris תָּא חֲזִי *Bereschit Rabba* sect. 45. Zohar in Levit. col. 116.) Ib. 3, 5, 7. etc. Sic proprie differt a πορεύομαι, quod *ire, se in viam dare* significat, ut clarissime docet locus Arriani Diss. Epictet. I. 25. λέγει μοι, πορεύου — πορεύομαι· ἔρχου, ἔρχομαι. Apoc. VII. 13. οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης adsunt calamitatibus maximis constanter toleratis. Sequente εἰς, i. q. εἰσέρχομαι *intro*. Matth. II. 11. VIII. 14. coll. Luc. IV. 38. Si de avibus adhibetur, v. c. Matth. XIII. 4. rectius per *advolare* redditur. 2) *proficiscor, eo*, (Hesiod. Theogon. v. 272.) *me in viam do, tendo*. Matth. XV. 29. Luc. II. 16. ἦλθον σπεύσαντες celeriter profecti sunt. ibid. XI. 44. XV. 20. Joh. VI. 17. ἤρχοντο cursum navigii dirigebant. ib. III. 22. ἦλθε continuabat iter. Act. XXVIII. 14. καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν postea Romam contendimus. 2 Cor. XIII. 1. ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς h. e. ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, ut recte explicatur in codice Alexandrino et versione Syriaca. Xenoph. Anab. II. 2. 5. et VII. 8. 12. 3) *abeo, discedo*, (Sophocl. Philoct. v. 48.) i. q. ἀπέρχομαι, quo verbo etiam explicatur a Schol. Homeri ad Il. α', 281. et Eurip. Hecub. v. 286. Hesych. ἐλθοῦσα· ἀπελθοῦσα.—ἔρχομαι· ἀπέρχομαι. Mat. XIV. 12. XVIII. 31. Sic etiam Alexandrini בּוֹא per ἀπέρχεσθαι reddiderunt 1 Sam. XXV. 5. 4) *redeo, revertor*. Matth. II. 21. καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ἰσραὴλ et rediit in terram Israëliticam. ibid. XII. 44. καὶ ἐλθὸν et redux. Marc. IX. 14. reversus ad discipulos. Luc. XII. 37. ubi cum ἀναλύειν permutatur, coll. v. 36. Joh. IV. 15. ἔρχωμαι ἐνθάδε huc redire debeam. ibid. v. 16. IX. 7. καὶ ἦλθε βλέπων et domum rediit videns. ibid. XIV. 18. ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς redibo ad vos, pro ἐπανελεύσομαι. Hinc ἔρχομαι κατ' ἐξοχὴν in N. T. de *reditu Christi ad judicium extremum* usurpatur, Act. I. 11. 1 Cor. IV. 5. XI. 26. Apoc. I. 7. ubi ἔρχεται positum est pro ἐλεύσεται. Eodum sensu πορεύομαι usurpatur, ut infra docebitur, et Hebraicum בּוֹא quod Alex. mox per ἐπιστρέφειν, Genes. VIII. 11. mox per ἐπανήκειν, Prov. VII. 20. reddiderunt. 5) *prodeo*. 1 Cor. XV. 35. ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται (pro ἐλεύσονται) ἐκ τῶν μνημείων; quonam corpore induti prodibunt e sepulcris? coll. Joh. V. 29. 6) *navigio vehor, trajicio*, etiam *appello*. Marc. V. 1. καὶ ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης κ. τ. λ. et trajicientes lacum appulerunt ad agrum Gadarenorum, coll. Luc. VIII. 26. καὶ κατέπλευσαν κ. τ. λ. Joh. VI. 17 et 23. Ita בּוֹא usurpatur Jon. I. 3. ubi Alex. πλεῦσαι habent. Philostr. Heroic. c. 1. s. 3. ὑπὲρ τὸν ὠκεανὸν ἐλθεῖν. 7) *afferor, inferor*. Marc. IV. 21. μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται; num lucerna infertur in cubiculum, seu *affertur*? ubi librarii vitiose καίεται et ἅπτεται posuerunt, ignorantes nempe hanc rariorem significationem verbi ἔρχεσθαι. Ita Hebraicum בּוֹא usurpatur 2 Reg. XXII. 37. Jerem. XXVII. 8. Liban. Epist. 358. ἡ δὲ (sc. ἐπιστολὴ) ἔρχεται affertur autem illa epistola. Aristoph. Concion. v. 27 ὁρῶ τονδὶ λύχνον προσιόντα. Heliodor. VIII. p. 395. *Venire* pro *afferri* Latinis usurpari, locus Cic. ad Famil. XI. 24. "dum tibi litteræ meæ *veniant*," clare docet. 8) *irruo, ingruo, cum vehementia feror, inopinato et cum impetu venio*, i. q. κατέρχομαι. Matth. VII. 25. καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ ruebant fluvii exundantes. Ita בּוֹא de fluminum ruentium vi et impetu Ies. LIX. 19. legitur. Luc. XII. 39. ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται qua hora fur irrupturus esset. ibid. XVII. 27. καὶ ἦλθεν ὁ κατακλυσμός. Joh. X. 12. λύκον ἐρχόμενον conspecto lupo, irruente in gregem. ib. XIV. 30. Vid. Abresch.

Dilucidd. Thucyd. p. 443. 9) *mittor, munus legationis obeo.* Matth. V. 17. IX. 13. X. 34, 35. Joh. III. 2. ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος te esse a Deo missum doctorem. Act. IX. 21. καὶ ὧδε εἰς τοῦτο ἐληλύθει, h. e. huc ideo missus est, ut jam recte transtulit Syrus. Xenoph. Hist. Græc. II. 3. 9. Anab. II. 1. 6. 10) *decido, delabor, demittor.* Act. XI. 5. καὶ ἦλθεν ἄχρις ἐμοῦ, pro κατέβη. Hebr. VI. 7. τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετὸν qui irrigatur pluvia, sæpius in eum decidente; ubi ἐρχόμενον est i. q. βρέχοντα. Apoc. XI. 6. 11) *nascor, exorior, in lucem edor,* i. q. ἔρχομαι εἰς τὸν κόσμον. Joh. XII. 41. μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; num e Galilæa Messias exoriturus est? ibid. v. 42. coll. v. 52. ubi cum ἐγείρεσθαι permutatur. ibid. XII. 27. ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην sed ideo homo factus sum, ut nempe subirem hæc mala. Galat. III. 19. ἄχρις οὗ ἔλθη τὸ σπέρμα. 12) *orior, existo, fio,* de *rebus.* Matth. XVIII. 7. ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα non aliter fieri potest, quam ut offensæ exoriantur. Act. VII. 11. ἦλθε δὲ λιμὸς exorta est fames. 2 Thess. II. 3. ἐὰν μὴ ἔλθη ἡ ἀποστασία πρῶτον nisi præcesserit defectio a religione christiana. Apoc. III. 10. 12b) *sum,* i. q. εἰμί, cujus rarioris usus exempla nonnulla attulit Abreschius Animadv. ad Æschylum p. 302. Huc a nonnullis refertur locus Matth. XI. 18. ἦλθε γὰρ κ. τ. λ. 13) *adsum, immineo,* de *tempore.* Galat. IV. 4. ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου decursu temporis a Deo destinati. Luc. XXII. 7. 14) *evenio, accido, contingo alicui,* in utramque partem. Joh. XVIII. 4. quum Jesus sciret πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν omnia, quæ ipsi eventura essent. Euripid. Phœn. v. 946. ἐμοὶ τόδ' ἦλθε καὶ τέκνῳ κακόν. ibid. 94 Idem Orest. v. 1010. Matth. X. 13. ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτὴν contingat illis felicitas, quam apprecati estis, coll. Deuter. XXVIII. 2, 15. Act. XIX. 6. Eodem modo *venire,* Cic. Nat. Deor. III. 14. Verr. IV. 17. Rom. III. 8. ἵνα ἔλθη τὰ ἀγαθὰ quia bonum exinde evenire solet, coll. Jer. XVII. 6. 15) *futurus sum, insto, insequor.* Luc. V. 35. ἐλεύσονται ἡμέραι futurum est. Joh. V. 25. ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστιν futurum est tempus et jam quodammodo adest. Act. XIII. 44. τῷ δὲ ἐρχομένῳ σαββάτῳ insequente vero sabbato. 1 Thess. I. 10. ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐρχομένης a futuris pœnis. Ita בּוֹא Amos VIII. 11. IX. 13. Ὁ αἰὼν ὁ ἐρχόμενος est *vita futura.* Marc. X. 30. Ὁ ἐρχόμενος, הַבָּא ex usu loquendi Judæorum *Messias* promissus et prædictus ille V. T. oraculis vocatur Mat. XI. 3. Luc. VII. 19, 20. 16) *manifestor, annuntior, innotesco, ad aures alicujus pervenio.* Marc. IX. 7. καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης et vox audita est e nube. Joh. XII. 28. ἦλθεν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ audita est cœlitus vox. Bene Syrus h. l. ܐܬܐ pro ἦλθε posuit. Rom. VII. 9. ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς cognitis singulis legis præceptis. Galat. III. 23. πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν ante promulgationem religionis christianæ. ibid. v. 25. Thucyd. VIII. 96. ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν γεγενημένα cum rerum ad Eubœam gestarum nuntius allatus esset: ubi confer Duker. 17) sequente εἰς, *progredior, pergo ad aliquid.* 2 Cor. XII. 1. ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας progrediar tamen ad visa. Cic. Verr. IV. 1. « *Venio* nunc ad," etc. 18) cum præpositione εἰς constructum: *pervenio ad aliquid,* in utramque partem, *nanciscor, consequor,* etiam *obnoxius sum alicui rei.* Joh. V. 24. εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται non obnoxius erit infelicitati æternæ. 1 Tim. II. 4. καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν ut ad veræ religionis christianæ cognitionem adducantur. 2 Tim. III. 7. Euripid. Phœn. v. 205. πόθου εἰς τέρψιν ἦλθες desiderii compos factus es. 19) aliis verbis additum interdum abundare videtur, v. c. Matth. II. 23. καὶ ἐλθὼν κατῴκισεν. ibid. IX. 10. XI. 18. Ephes. II. 17. Eurip. Hecuba ver. 725. τί μέλλεις παῖδα σὴν κρύπτειν τάφῳ ἐλθοῦσ'; Idem Phœn. 1096. Sophocl. Antigon. ver. 1223. δρᾷ νῦν τάδ' ἐλθών. Zach. I. 21. τί οὗτοι ἔρχονται ποιῆσαι; II. 10. Apud Græcos scriptores ἐλθὼν, aliis verbis additum, interdum per *statim, e vestigio,* vertendum est; conf. D'Orville ad Chariton. pag. 379. 20) Interdum omittitur, v. c. Matth. XXVII. 25. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, sc. ἐλθέτω, coll. Matth. XXIII. 35. in nobis et liberis nostris vindicetur ejus cædes. Thren. IV. 13. Ezech. XXXIII. 5. 21) Formulas loquendi singulas, quæ ad notiones universas referri commode non possunt, istas potissimum teneto: α) ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον est formula Judaica, בּוֹא בְּעוֹלָם et notat: *nasci.* Joh. I. 19. ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, quæ verba non cum ἄνθρωπον, sed cum φῶς construenda sunt. ibid. III. 19. VI. 14. IX. 13. etc. β) ἔρχεσθαι εἰς τι, pro: *fieri, evadere,* etiam *inservire alicui.* Marc. V. 26. εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα in deterius progressa, deterior facta. Act. XIX. 27. εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν in contemtum abire. Sic *in contemtionem venire,* Cæs. B. G. III. 17. Philip. I. 12. ἔρχεσθαι εἰς προκοπὴν εὐαγγελίου servire incremento et propagationi evangelii. Formula ἔρχεσθαι εἰς ἑαυτὸν significat: *ad se reverti, ad sanam mentem redire.* Luc. XV. 17. εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν quum autem ad se rediisset; alii reddunt: quum autem res suas mature perpenderet, seu, ad conditionem suam attenderet. Syrus: ܟܕ ܐܬܐ ܠܘܬ ܢܦܫܗ et cum venisset ad animum seu mentem suam. Arrian. Diss. Epict. III. 1. 15. coll. Horat. II. Ep. 2. 138. Diod. Sic. XIII. 95. τοῖς λογισμοῖς εἰς ἑαυτοὺς ἐρχόμενοι, ubi vide Wesseling. γ) ἔρχεσθαι ἐπί τινα *animo hostili aliquem adoriri et invadere,* et inprimis de iis dicitur, *qui alicui bellum inferunt.* Luc. XIV. 31. Joseph. A. J. XIV. cap. 11. ἐπὶ ναβαταίους ἔρχεται. Sic *venire adversus aliquem* (vide Staveren. ad Cornel. Nep. XIV. 4. 5.) et, licet rarius, *venire ad aliquem.* Conf. Burmann. ad Phædr. I. fab. 21. 5. Ἔρχεσθαι ἐπί τι *alicujus rei causa venire.* Mat. III. 7. δ) ἔρχεσθαι ὀπίσω τινὸς proprie est: *post aliquem venire, sequi aliquem,* et ex adjuncto: *tempore posteriorem esse.* Matth. III. 11. ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος qui post me munus adit, seu, meo muneri succedit. Joh. I. 15. post me surgit doctor, qui prior me fuit: sed deinde metaphorice etiam notat: *alicujus sectatorem, discipulum esse,* seu *fieri, a partibus alicujus stare.* Mat. XVI. 24. εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν si quis velit meam religionem sectari. Luc. IX. 23. Simili modo הָלַךְ sequente אֵת aut אַחֲרֵי usurpatur 2 Sam. XVI. 17. XVII. 9. Prov. I. 11. ε) ἔρχεσθαι πρός τινα notat: *adire aliquem, expetendæ alicujus rei causa.* Matth. III. 14. porro: *alicujus doctrinam amplecti, se alicujus disciplinæ et institutioni tradere.* Luc. VI. 47. Joh. V. 40. VI. 35. ubi cum πιστεύειν εἴς τινα permutatur. — Joh. XIV. 22. Deus et Christus dicuntur *venire ad homines,* qua formula arctissima conjunctio, quæ est inter Deum, Christum verosque utriusque cultores, et benevolentia significatur, quæ se idoneis

documentis declarat. Ἔρχεσθαι πρὸς Θεὸν, etc. *pervenire ad felicitatem æternam*. Joh. XIV. 6. 22) Per ellipsin autem deficere putatur Marc. VII. 4. post ἀπὸ ἀγορᾶς, sicut post ἀπὸ νεκροῦ apud Theophrast. Char. c. XVI. Vide Schneider. ad Anacr. XLV. 8. Obss. p. 203 s. Reliqua nexus orationis facile quemque docebit. Phavor. ἔρχομαι· ἥκω, ἀφίκομαι, εἰμὶ, πορεύομαι, βαίνω, βαδίζω, οἴχομαι, παραγίνομαι, ἀφικνοῦμαι κ. τ. λ.

ʼΕΡΩΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *interrogo, propono quæstionem*, sive ad me instruendum, aut alium, sive ad eliciendam confessionem, — *interrogando scrutor et percontor*. Matth. XXI. 24. ἐρωτήσω κἀγὼ ὑμᾶς λόγον ἕνα ego quoque aliquid ex vobis quæram. coll. Jer. XXXVIII. 14. Joh. XVI. 5, 23. ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδὲν habebitis idoneam et perfectam scientiam. Alii non minus commode reddunt: tum nihil amplius a me petetis. Cf. sequentia. ib. v. 30. καὶ οὐ χρείαν ἔχεις, ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ, h. e. tam aperte et sine involucris orationis loqueris, ut nobis ne opus quidem sit te interrogare. ibid. VIII. 7. Luc. XX. 3. Plutarch. de Puer. Educ. VII. 16. Respondet Hebraico חָקַר Deut. XIII. 4. 2 Macc. XVII. 2. Thomas Mag. ἐρωτῶ· τὸ ἀπόκρισιν ζητῶ τινα. 2) *oro, rogo, postulo, peto*, et tribuitur vel *supplicantibus et submisse aliquid ab altero expetentibus*, v. c. *stipem*, Act. III. 3. *pacem*, Luc. XIV. 32. *sanationem*, Joh. IV. 47. vel *intercedentibus pro aliis*, Matth. XV. 23. Luc. IV. 38. VII. 3. XVI. 27. vel *invitantibus*, v. c. *ad cœnam*, Luc. VII. 36. XI. 37. vel *blande adhortantibus*, 1 Thess. IV. 1. V. 12. 2 Thess. II. 1. 2 Joh. v. 5. vel denique *Deum precibus adeuntibus*, Joh. XIV. 10. XVI. 26. XVII. 9, 20. Eodem modo Hebraicum שָׁאַל cui ἐρωτάω frequenter in vers. Alex. respondet, v. c. Jud. IV. 20. XIII. 6, 18. Jos. IV. 6, 21. præter *interrogandi* et *orandi, rogandique* notionem ab Alexandrinis interdum etiam per αἰτεῖν redditur, Exod. III. 21. 1 Sam. I. 17. Psalm. XXXV. 13. CXXII. 6. Confer maxime de hujus verbi varia structura in N. T. Stephani Thesaur. Gr. Ling. T. I. p. 1094. et Lexic. Xenophont. s. h. v.

ʼΕΣΘΗ'Σ, ῆτος, ἡ, *vestis, vestimentum quodcunque*, ab ἕω *induo*. Jac. II. 2. ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ in veste splendida, ἐν ἐσθῆτι ῥυπαρᾷ veste sordida, seu tenui. Luc. XXIII. 11. Act. I. 10. X. 30. XII. 21. 3 Esdr. VIII. 73. Thom. M. p. 370. ἐσθὴς εὕρηται παρὰ λογογράφοις καὶ ἔσθημα. τὸ δὲ ἔσθησις παρὰ ποιηταῖς καί τισι τῶν ῥητόρων. ἰστέον δὲ, ὅτι ἐσθὴς καὶ στολὴ διαφέρει. τὴν μὲν ἐσθῆτα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς ἐνδυμάτων τάττεσθαι, τὴν δὲ στολὴν ἐπὶ τῶν διαφόρων σχημάτων τῶν ἐσθήτων. Etym. M. ἐσθής· τὸ ἱμάτιον. Confer Schol. Sophocl. ad Electr. 271.

ʼΕΣΘΗΣΙΣ, εως, ἡ, *vestis, vestimentum*, ab eodem. Semel legitur in N. T. Luc. XXIV. 4. de vestibus, instar fulguris albicantibus, quibus induti angeli mulieribus resurrectionis Christi testes apparuerunt. Aquila hac voce usus est Ies. XXIII. 18. pro מְכַסֶּה. Conf. supra ad ἐσθής, ac Etymolog. M. p. 382. l. 51 et 56.

ʼΕΣΘΙ'Ω, fut. ίσω, 1) proprie: *edo, comedo*, et hominibus æque ac brutis tribuitur. Matth. XII. 1. ἤρξαντο τίλλειν στάχυας καὶ ἐσθίειν. ibid. XV. 27. καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει, etc. ibid. XXVI. 21. καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν cum fere comedissent, seu vergente ad finem cœna. Marc. I. 6. καὶ ἐσθίων et cibus ejus erat. Syrus bene: ܘܡܶܐܟܽܘܠܬܶܗ ܗܘܳܬ ܩܳܡܨܶܐ. Formula, ἄρτον ἐσθίειν, significat simpliciter: *edere, prandere, cœnare*. Mat. XV. 2. ὅταν ἄρτον ἐσθίωσι quando cibum capiunt. Marc. VII. 2. Exempla hujus Hebraismi dedit Vorstius de Hebraismis N. T. c. 37. p. 695 seq. ʼΕσθίειν καὶ πίνειν est: *convivari, epulari, cœnare*. Mat. XXIV. 49. Marc. II. 16. Luc. V. 30, 33. ubi est i. q. οὐ νηστεύειν in locis parallelis Matth. IX. 14. et Marc. II. 18. Luc. XII. 45. 1 Cor. XI. 22. Videtur hæc formula expressa esse ad Hebr. אָכַל וְשָׁתָה 2 Sam. XI. 11. 1 Reg. I. 25. IV. 20. Ruth. III. 37. Interdum tamen ἐσθίειν καὶ πίνειν significat: *cibis delicatioribus uti, interesse splendidis conviviis, voluptuariam et securam vitam agere*. Matth. XI. 18. μήτε ἐσθίων μήτε πίνων parco et modico victu, severiori vitæ assuetus, utebatur. (coll. Luc. VII. 33.) ibid. v. 19. ἐσθίων καὶ πίνων interdum non abstinebat a conviviis tempestivis. Luc. XVII. 27, 28. ubi significat: *vitæ hujus voluptates sectari*. — De sacramentali manducatione, ut vulgo vocatur, usurpatur ἐσθίειν 1 Cor. XI. 29. — ὁ ἐσθίων Rom. XIV. 6. est: *qui omnia promiscue edit, nulla legis Mosaicæ ratione habita*. 2) metaphorice usurpatur Luc. XXII. 30. ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ut mecum futuræ et æternæ felicitatis participes fiatis. 3) *consumo, perdo, vasto, absumo*. Hebr. X. 27. ἐσθίειν μέλλοντος τοὺς ὑπεναντίους qui consumturus est omnes adversarios religionis christianæ. Ita אָכַל Deuter. XXXII. 22. metaphorice de igne usurpatur, sicut ἐσθίειν apud Maximum Tyrium Diss. XXXVIII. et Lat. *vorare* apud Cornelium Severum in Ætna v. 617.

ʼΕΣΛΙ', ὁ, *Esli*. Nomen proprium ἄκλιτον origine Hebraicum. Luc. III. 25.

ʼΕΣΟΠΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1) *speculum*, sive *metallicum*, sive *vitreum*, seu *corpus, quod radios reflectit sicque imaginem repræsentat*, i. q. κάτοπτρον, qua voce ab Hesychio et Suida explicatur. (ab ἐσόπτομαι *inspicio*.) Jacob. I. 23. κατανοεῖν ἐν ἐσόπτρῳ contemplari in speculo. Sapient. VII. 26. Sirac. XII. 13. Plutarch. T. VI. Opp. p. 528. ed. Reisk. Anacreon Od. XI. 2. et XX. 5. 2) *instrumentum*, seu *corpus pellucidum, quod lumen aliquo immittit, sive transmittit*, quod Latini *specular* vel *speculare* vocabant, ita dictum, quod ex lapide speculari fiebat, ut recte docuit L. Bos. in Exercitt. Philol. p. 147. Hinc explica locum 1 Cor. XIII. 12. βλέπομεν ἄρτι δι' ἐσόπτρου nos in præsenti videmus tanquam per lapidem specularem, h. e. obscure, (nam fenestræ, quas veteres e lapide speculari conficiebant, pellucidæ quidem erant, sed tamen obscuriores nostris vitreis) nostra cognitio est imperfecta. Plinius H. N. XXXIV. c. 18. veluti per lapidem specularem intuentibus. Judæos eodem modo locutione רָאָה בְּאַסְפַּקְלַרְיָא *videre per speculare*, de cognitione manca et imperfecta usos esse, docuit Schoettgenius in Hor. Hebr. ad h. l. et Wetstenius N. T. T. II. p. 156 seq. Bene exposuit de hac formula Wolfius in Curis Philol. T. II. p. 508. et Buxtorf. in Lexico Talmud. p. 171. quibus addendus est Joh. Floderus in Diss. de ῥήσει Paulina: βλέπειν δι' ἐσόπτρου. Upsal. 1764. 4. et J. Oldermanni D. de Specularibus veterum. Helmst. 1719. 4.

ʼΕΣΠΕ'ΡΑ, ας, ἡ, *vespera*, a masculino ἕσπερος, *vesper, hesperus*, stella Veneris, quæ post occasum solis apparet. Luc. XXIV. 29. πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ vesperascit jam dies. Act. IV. 3. ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη. ibid. XXVIII. 23. ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας a matutino tempore usque ad vesperam. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. Cyrop. III. 2. 12. Hist. Gr. VI. 5. 17.

'ΕΣΡΩ'Μ, ὁ, *Esrom.* Nomen viri indeclinabile Hebraicum, Matth. I. 3. Luc. III. 35. obvium, ac positum pro Χεσρώμ, quia litera ח in Græco nomine omittitur.

"ΕΣΧΑΤΟΣ, η, ον, 1) *ultimus, postremus, extremus,* sive *loco,* sive *tempore.* Luc. XIII. 30. οἱ ἔσχατοι ἔσονται πρῶτοι, καί εἰσι πρῶτοι οἳ ἔσονται ἔσχατοι formula, qua Jesus aliquoties in orationibus suis ad populum usus est, cujus sensus, ut e serie orationis apparet, hic est: spes vestra ac exspectatio in vita futura frustrabitur; qui se longe remotos a felicitate æterna jam arbitrantur, eam consequentur; qui contra jam proximi ei sibi videntur, excludentur ab ea. Ἔσχαται ἡμέραι et ἔσχατον τῶν ἡμερῶν, (utrumque enim legitur in N. T. pariter ac in versione Alex. ad exprimendam formulam אַחֲרִית הַיָּמִים Genes. XLIX. 1. Ies. II. 2. et אַחֲרֵי־כֵן Joël. III. 1.) *omne tempus futurum,* sive *remotum,* sive *imminens,* (2 Tim. III. 1. Jac. V. 3. 2 Petr. III. 3.) significat, ut adeo e serie orationis tantum definiendum sit, quodnam definitum tempus in singulis locis intelligendum sit. Sic v. c. *dies et tempora Messiæ, tempus œconomiæ christianæ* dicuntur Act. II. 17. ἔσχαται ἡμέραι, Hebr. I. 2. ἔσχατον τῶν ἡμερῶν, 1 Pet. I. 20. οἱ ἔσχατοι χρόνοι, sine dubio ex usu loquendi Judæorum, qui idem tempus יָמִים אַחֲרוֹנִים appellare solebant. Ex eodem loquendi usu *dies plane ultimi mundi* et *tempus judicii extremi* vocantur ἡ ἐσχάτη ἡμέρα, Joh. VI. 39, 40, 44, 54. XI. 24. et καιρὸς ἔσχατος, 1 Petr. I. 5. Confer Pott. Progr. Pentec. de καιρῷ ἐσχάτῳ aliisque huic cognatis dicendi formulis in N. T. obviis Gœtt. 1812. 4. Quemadmodum autem τὰ ἔσχατα de fructibus arborum usurpatum apud Symmach. Jerem. XXIX. 17. in universum notat *ea, quæ sunt vilissimæ conditionis,* ubi τῷ שֹׁעָרִים *ob fœditatem horribiles* respondet, ita quoque in N. T. ἔσχατος est 2) *infimæ sortis homo, qui est vilissimæ conditionis,* etiam *qui se modeste et submisse gerit tanquam infimum et vilissimum.* Marc. IX. 35. εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος primum locum inter vos obtinebit, qui se maxime submissum et modestum geret. Joh. VIII. 9. ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων et assessores synedrii et reliqua turba, seu, ab honoratioribus ad vilioris conditionis homines. 1 Cor. IV. 9. ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν permisit Deus, ut nos apostoli essemus maxime viles, abjecti et pro nihilo habiti, quales sunt ii, quos judex morti jam adjudicavit. Eodem sensu *homines postremi* legitur apud Ciceronem pro Roscio c. 47. Gellium N. A. XV. 12. Huc etiam refertur a nonnullis interpretibus formula de Christo in Apocalypsi sæpius obvia: ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, quam vertunt: ego sum dignitate maximus, idemque olim fui contemtissimus inter homines. Sed vide notata supra, quibus nunc addo, אַחֲרוֹן ultimum Ies. XLVIII. 12. a LXX redditum esse εἰς τὸν αἰῶνα. 3) Neutrum τὸ ἔσχατον καὶ τὰ ἔσχατα substantive sumitur, designans *ultimum* sive *loco* sive *tempore, extremitatem, statum et conditionem posteriorem, extremum, remotum.* Sic v. c. Act. I. 8. et XIII. 47. ἔσχατον τῆς γῆς *loca maxime remota, gentes remotissimas* significat; de qua formula, expressa ad Hebraicam קְצֵה הָאָרֶץ Ies. XLVIII. 20. XLIX. 6. LXII. 11. exposuit Vorstius in Phil. Sacr. p. 455. edit. Fischeri, contra quem disputavit Vitringa c. 5. et J. C. Schwarz. in Monumentis Ingeniorum T. III. p. 291. Nam non solum formula τὰ ἔσχατα τῆς γῆς in eadem significatione legitur apud Herodot. III. 25. Themist. XVI. p. 207. A. sed etiam apud Latinos *ultimus* et *extremus* pro maxime remoto ponitur, v. c. Cic. N. D. I. 42. Horat. I. Od. XXXV. 29. Curtium IV. 9. 5. Matth. XII. 45. καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων· posterior hæc hominis illius conditio deterior est priore. Luc. XI. 26. ubi Priceus post ἔσχατα mavult supplere ἔργα, coll. Apoc. II. 19. quod equidem non probo. 2 Petr. II. 20. coll. Job. VIII. 7. et Thren. I. 9. 4) adverbialiter ponitur Marc. XII. 6, 22. ἐσχάτη πάντων ἀπέθανε ἡ γυνὴ post omnes, seu, ultimum omnium mortua est etiam mulier. 'Ο ἔσχατος pro ἔσχατον adverbialiter legitur apud Symm. et reliquos Intt. Ies. IX. 1. pro Hebr. אַחֲרוֹן. 1 Cor. XV. 8. ἔσχατον *postremo, ad extremum.* Deut. XXXI. 27. ἔσχατον τοῦ θανάτου μου. et v. 29. ἔσχατον τῆς τελευτῆς. Hesych. ἔσχατον· ἐσώτατον, πρῶτον, τελευταῖον, ὕστερον, ὕστατον. Apud Græcos ἔσχατον interdum latius patere et *quidquid in suo genere summum est* significare, Suidas auctor est: ἔσχατα· κακὰ μεγάλα. — ἐσχάτη· ἀδικία ἄκρα τε καὶ τελεία. Vide Lexicon Xenophonteum s. h. v. Hinc ἔσχατον, in deteriorem partem sumtum, etiam significare potest *maxime periculosum,* quam notionem haud paucos interpretes subjecisse video huic voci in loco 1 Joh. II. 18. παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ tempus maxime periculosum reipublicæ christianæ adest. Sed idem sensus elicitur ex altera illa magis communi explicatione: *jam adest tempus illud prædictum.* Cæterum confer quæ de hac voce scripsit Schwarzius in Comment. Ling. Gr. p. 587.

'ΕΣΧΑ'ΤΩΣ. Adverbium, *extreme, in extremum, pessime, periculosissime,* etiam *summopere, ita ut nihil supra,* (Xen. Anab. II. 6. 1.) ab ἔσχατος *ultimus.* Formula, quæ semel tantum in N. T. Marc. V. 23. legitur, ἐσχάτως ἔχειν, significat: *animam agere, morti proximum esse, in summo vitæ discrimine versari.* Græci simili modo dicunt ἐν ἐσχάτοις εἶναι, seu ἐσχάτως διακεῖσθαι, etiam ἐπιθανατίως ἔχειν. (Ælian. V. H. XIII. 27.) Latini *in ultimis esse, in extremis esse.* confer Fischer. Prolus. XXXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 18. et Schwarz. Comment. Crit. Ling. Gr. p. 589. Pauci tamen observarunt, quod tamen huc maxime pertinet, τὰ ἔσχατα in libris Apocryphis V. T. *diem mortis,* ἡμέραν τελευτῆς significare, v. c. Sirac. I. 13. II. 7. Adde Prov. V. 11. et Wesseling. ad Diod. Sic. XVIII. 48. Cæterum adverbium ἐσχάτως in Thesauro Bieliano omissum reperitur quoque apud Theodot. Amos IV. 12. pro עֵקֶב quod ex usu l. Arab. *finem,* q. d. *postremum rei* notat.

"ΕΣΩ. Adverbium loci, et quidem significat: 1) *intra, intro,* in locum. Marc. XV. 16. ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς abduxerunt eum intra aulam, pro ἔσω εἰς τὴν αὐλήν, coll. XIV. 54. Matth. XXVI. 58. καὶ εἰσελθὼν ἔσω. Respondet in hac significatione Hebraico לִפְנִימָה 2 Paral. XXIX. 16 et 18. 2) *intus,* in loco. Joh. XX. 26. ἔσω εἶναι intus, domi esse, pro ἐν οἴκῳ εἶναι, et opponitur τῷ ἐκτὸς εἶναι. ubi vid. Wetstenius. Act. V. 23. ἔσω, pro ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. 3) præmisso articulo, adjectivi vice est, aut nominascit ex usu loquendi Alexandrinorum. 1 Reg. VI. 15. τὸ ἔσω τοῦ οἴκου. 'Ο ἔσω ἄνθρωπος *animus hominis* dicitur in N. T. v. c. Rom. VII. 22. Ephes. III.

laudato, et verba, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες τοῖς ἀπίστοις, reddenda sunt: nolite societatem inire cum paganis, vobis plane imparibus, eorumque mores imitari, et ita consortio, vobis indigno, uti.

ἝΤΕΡΟΣ, α, ον, 1) ut Latinum *alter*, (Horat. IV. Od. X. 6. quoties te speculo videris alterum, h. e. dissimilem, mutatum ab eo, qui antea fueras.) *diversus, differens, dissimilis*, i. q. ἄλλος. Luc. IX. 29. ἐγένετο τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον immutabatur facies ejus, i. q. ἠλλοιώθη. Conf. varr. lect. Rom. VII. 23. 1 Cor. XV. 40. Galat. I. 6. Aristot. Rhet. II. τὸ γὰρ δεινὸν ἕτερον τοῦ ἐλεεινοῦ quod horribile est, differt a miserabili; et Ethic. X. ὁ φίλος ἕτερος ὢν τοῦ κόλακος. Hinc interdum ἕτερος 2) dicitur, *qui non est consors ecclesiæ nostræ et religioni nostræ addictus*, **ein fremder religionsverwandter**, *of a different religion*. Rom. II. 1. 3) *alienigena, ex alia familia et tribu oriundus*; unde Alexandrini recte posuerunt Exod. XXX. 9. pro זָר quod Num. XVIII. 4, 7. per ἀλλογενὴς verterunt. Hebr. VII. 16. ἱερεὺς ἕτερος sacerdos, qui est ex alia tribu oriundus, non Levitica. Huc etiam recte retulit Krebsius in Obss. Flav. p. 193. locum Act. VII. 18. βασιλεὺς ἕτερος rex ortus ex alia familia, ob locum Josephi A. J. II. 9. 1. 4) *alius*, i. q. ἄλλος. Matth. VIII. 21. XI. 3. coll. Luc. VII. 19. Matth. XII. 45. XV. 30. Ἕτεροι *reliqui*. Matth. XVI. 40. Conf. Schrader. ad Musæum p. 151. 5) *alter*, maxime si præcessit εἷς. Matth. VI. 24. Luc. V. 7. VII. 41. XVII. 34, 35. XVIII. 10. Xenoph. Anab. IV. 7. 17. Homer. Iliad. β, 217. et γ, 104. 6) *secundus*. Luc. XIV. 19. coll. v. 18. XVI. 7. coll. v. 5. Act. XX. 15. τῇ δὲ ἑτέρᾳ, scil. ἡμέρᾳ, secunda die. ibid. XXVII. 3. Apud LXX Gen. XVII. 21. MS. Oxon. pro ἑτέρῳ habet δευτέρῳ vel e glossemate vel ex alius Int. versione. Xenoph. Cyrop. II. 3. 10. et IV. 6. 5. 7) *tertius*. Luc. XIV. 20. XIX. 20. coll. v. 16 et 18. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 430. 8) *peregrinus*. Act. II. 4. καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις et incipiebant loqui peregrinis linguis, quas non didicerant, i. q. καιναῖς γλώσσαις. Marc. XVI. 17. 1 Cor. XIV. 21. καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις. Hesych. ἕτερον· ἄλλον ἢ ἀλλοῖον, ἢ ἐν τῶν δυοῖν, ἢ ἀριστερὸν, νέον, δεύτερον.

ἙΤΈΡΩΣ. Adverbium, *aliter, diverse*. Legitur semel in N. T. Phil. III. 15. εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε si quid aliter sentitis.

ἜΤΙ. Adverbium temporis, significans 1) *adhuc, etiamnum*, et futurum æque ac præteritum et præsens respicit tempus. Matth. XII. 46. ἔτι δὲ αὐτοῦ λαλοῦντος. ibid. XVII. 5. XXVII. 63. ἔτι ζῶν. 2 Thess. II. 5. ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς. Joh. IV. 35. ἔτι τετράμηνόν ἐστι adhuc quatuor menses sunt et messis venit. Act. II. 26. Æque late adverbium temporis continuativum עוֹד apud Hebræos patet, quod etiam interdum de futuro tempore dicitur, v. c. Jerem. XXVIII. 3. Jon. III. 4. Conf. Glassii Philol. Sacr. p. 378. ed. Dathii. 2) *amplius, præterea, insuper*. Matth. V. 13. εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι nullum præterea usum habet. ibid. XVIII. 16. Marc. V. 35. Luc. XIV. 22, 26. XVIII. 22. ἔτι ἕν σοι λείπει. Xenoph. Cyrop. IV. 2. 12. Apolog. 6 et 33. 3) *in posterum, posthac*. Luc. XVI. 2. οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν posthac œconomi munere fungi non poteris. Joh. VII. 33. XII. 35. Xenoph. Cyrop. V. 2. 15. Anab. IV. 5. 14. 4) *jam*. Luc. I. 15. ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς jam inde a tenera ætate. 5) *immo etiam*. Hebr. XI. 36. 6) comparativis additur, uti Germanicum **noch**, *yet, still*, et Latinum *etiam*. Philip. I. 9. ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον. Hebr. VII. 15. περισσότερον ἔτι. 1 Joh. III. 20. Æschin. Dial. II. 3. 37. 7) interdum redundat. Gal. I. 10. εἰ γὰρ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον. Sophocl. Trachin. v. 258. δουλώσειν ἔτι. Schol. πλεονάζει τὸ ἔτι. 8) subintelligendum esse ante εἰσὶ Matth. II. 18. contendit Palairetus in Obss. ad h. l.

ἙΤΟΙΜΆΖΩ, fut. άσω, 1) proprie est: *præparo, appparo, paro, facio, ut aliquid in promptu sit*, respondet Germanicis: **in bereitschaft halten, zurüsten, zuschicken, zubereiten**, *to hold in readiness, to prepare, to put in a state of preparation for*. Sic v. c. in N. T. de apparatione cœnæ aut agni paschalis dicitur Matth. XXVI. 17, 19. de militibus, qui parant .r, Act. XXIII. 23. de paratione loci, Joh. XIV. 2, 3. Matth. XXII. 4. Luc. XVII. 8. XXIV. 1. ἃ ἡτοίμασαν, h. e. quæ præparanda curaverant; ne nempe contradicat Lucas Marco XVI. 1. Conf. Abreschii Dilucidd. Thucyd. p. 531. Apoc. XIX. 17. ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡτοίμασεν ἑαυτὴν et sponsa ejus se ornavit, aut parata adstat. — Homer. Iliad. τ', 197. κάπρον ἑτοιμασάτω ταμέειν Διΐ τ' Ἠελίῳ τε. De formulis ἑτοιμάζειν ὁδὸν et ξενίαν vide sub ὁδὸς et ξενία. Luc. I. 17. XII. 47. 2) *colligo*. Luc. XII. 20. ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται; quæ collegisti, non tibi usum sui præstabunt. 3) etiam simpliciter positum significat: *instruo convivium, paro cœnam*. Marc. XIV. 15. ἐκεῖ ἑτοιμάσατε ἡμῖν, coll. Matth. XXVI. 17 et 19. Eodem modo הָכִין usurpatur Gen. XLIII. 16. ubi conf. vers. Vulgatam. 4) *destino*. Matth. XX. 23. ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ἀπὸ τοῦ πατρός μου nisi quibus hæc dignitas a patre destinata fuerit. Luc. II. 31. ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν quem destinasti omnibus hominibus. Heb. XI. 16. ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν destinavit ipsis sedem in cœlo. Apoc. IX. 15. ἡτοιμασμένοι ad hoc fatale tempus a Deo prædestinati aut quovis tempore ad mala inferenda parati. Genes. XXIV. 14. ταύτην (sc. παρθένον) ἡτοίμασας τῷ παιδί σου τῷ Ἰσαάκ. ibid. v. 44. Tob. VI. 18.

ἙΤΟΙΜΑΣΊΑ, ας, ἡ, *præparatio*, (Joseph. A. J. X. 1. 2.) *promptitudo, alacritas*, ab ἑτοιμάζω. Legitur semel in N. T. Ephes. VI. 15. ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης instar pedum armaturæ sit vobis doctrina salutaris, animo vestro semper observans, quæ vobis semper in promtu sit; ut ἐν ἑτοιμασίᾳ κ. τ. λ. positum sit pro ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς εἰρήνης ἑτοίμῳ ὑμῖν. Hæc mea est qualiscunque de hoc loco obscuro sententia. Meliorem ignoro. Certe nullo modo admittenda videtur eorum sententia, qui ἑτοιμασίαν τοῦ εὐαγγελίου de *constantia in religione christiana* interpretantur, ob loca Dan. XI. 7, 20, 21. Esr. II. 68. III. 3. ubi ἑτοιμασία in vers. Alex. de basi et fundamento ædium solemnis vox est. Nam si vel conceditur, voci ἑτοιμασία æque ac Hebraicis מָכוֹן et כֵּן propriam significationem esse *firmitatis*, et hæc pariter ac alia ejusdem originis vocabula ad *constantiam ac firmitatem animi* commode transferri posse, tamen hæc observatio a loco nostro aliena manet, in quo Paulus de *ipsis adminiculis constantiæ in religione christiana, quæ a Deo suppeditantur*, verba facit, inter quæ ipsa constantia in religione referri nullo modo potest. Nec potest quidem commode constantia ἑτοιμασία dici ex usu loquendi Alexandrinorum, nam

turam cum accusativo temere Thom. M. p. 379. ut multis docuit Abreschius in Miscell. Obss. Vol. X. T. II. p. 213. Vide et Wetstenii N. T. T. I. p. 674.

ΕΥ'ΑΓΓΕ'ΛΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie est vi etymologiæ et ex frequenti apud scriptores Atticos, (Lucian. Asino 26. Appian. B. C. IV. 986.) maxime Aristophanem, usu, *quodcunque lætum ac faustum nuntium*, (ex εὖ et ἀγγελία *annuntiatio*) interdum etiam *præmium, quod lætum nuntium afferentibus datur*. Suid. τὰ κάλλιστα διαγγέλλον. Etym. M. τὸ ἀγαθὰς ἀγγελίας δωρούμενον. Homer. Iliad. ξ, v. 150. εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω. Eustath. ὑπὲρ ἀγαθῆς ἀγγελίας δῶρον. Conf. Ez. Spanhem. in Aristoph. Plut. v. 764. Apud Xenoph. Hist. Gr. I. 6. 27. εὐαγγέλια θύειν notat: *sacra facere eucharistica ob nuntium lætum*. Adde 2 Sam. XVIII. 20, 27. Conf. Jensii Ferc. Litter. p. 2 seq. 2) speciatim ita dicitur *omnis doctrina divina*, inprimis vero *doctrina christiana*, quæ interdum quidem vocatur εὐαγγέλιον Θεοῦ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, Rom. I. 1 et 3. aut εὐαγγέλιον τοῦ υἱοῦ Θεοῦ, Rom. I. 9. τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, Mat. IV. 23. IX. 35. XXIV. 14. Marc. I. 14. haud raro tamen simpliciter τὸ εὐαγγέλιον dicitur, v. c. Marc. XIII. 10. XVI. 15. et ὁ λόγος τοῦ εὐαγγελίου, Act. XV. 7. 3) *prædicatio et institutio in religione christiana, munus tradendi religionem christianam*. Rom. II. 16. X. 16. XVI. 25. κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου καὶ τὸ κήρυγμα. 1 Cor. IV. 15. IX. 14. ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν victum capere ex docendo evangelio. Galat. II. 7, 14. etc. 4) metonymice designat *singulas religionis christianæ partes*, v. c. *historiam evangelicam de vita, factis et fatis J. C.* Matth. XXVI. 13. Marc. XIV. 9. ubi tamen τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ab aliis vertitur: hæc historia. Ita capitur quoque in inscriptionibus Matthæi, Marci, Lucæ et Johannis pro *libro de dictis, factis et fatis J. C. per evangelistas conscripto*. Interdum *promissiones* significat, *quas offert religio christiana, bona et præmia per religionem christianam hominibus promissa*. 1 Cor. IX. 23. ἵνα συγκοινωνὸς τοῦ εὐαγγελίου γένωμαι ut particeps fiam bonorum, in religione christiana hominibus oblatorum et promissorum. Potest tamen εὐαγγέλιον h. l. etiam *effectum, fructum et præmium muneris tradendi religionem christianam*, per metonymiam significare, coll. 2 Sam. IV. 10. Priorem explicationem Syrus et Chrysostomus in Homil. ad h. l. tuentur. — In aliis locis de *singulis dogmatibus religionis christianæ* usurpatur, v. c. 1 Cor. XV. 1. ubi caput religionis christianæ de resurrectione Christi et futura resurrectione hominum significat. 5) *professio religionis christianæ*. Marc. VIII. 35. X. 29. 2 Tim. I. 8. Philem. v. 13. 6) *quælibet doctrina*, etiam *falsa* et *erronea*. Galat. I. 6. εἰς ἕτερον εὐαγγέλιον ad doctrinam a vera religione christiana plane alienam. — Phavor. εὐαγγέλιόν ἐστι κήρυγμα τῆς νέας σωτηρίας, ἢ λόγος περιέχων ἀγαθοῦ παρουσίαν κ. τ. λ.

ΕΥ'ΑΓΓΕΛΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *doctor religionis christianæ*. Act. XXI. 8. ubi est i. q. διδάσκαλος, seu διάκονος εὐαγγελίου. 2 Tim. IV. 5. 2) Temporibus apostolorum speciatim evangelistæ dicebantur doctores christiani et apostolorum adjutores, qui, nulli ecclesiæ particulariter præpositi, ad varios christianorum cœtus mittebantur et ab alio ad alium migrantes non tam prima doctrinæ rudimenta tradebant, quam institutionem apostolorum continuare solebant, ut diserte tradit Eusebius in Hist. Eccles. V. c. 9. Ephes. IV. 11. ad quem locum Theodoretus: ἐκεῖνοι περιϊόντες ἐκήρυττον. Cessavit subsequentibus sæculis officium istud, nomen tamen retentum quatuor historiæ evangelicæ scriptoribus tributum fuit. Conf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 1234. et Steph. Middelbœ D. de Evangelistis Ecclesiæ Apostolicæ. Hafn. 1779. 4.

ΕΥ'ΑΡΕΣΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *placeo, admodum gratus sum*, ex εὖ *bene* et ἀρεστὸς *placitus, gratus*. Εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ *vitam suam Deo probare, Deo placere ob pietatem et integritatem vitæ*. Hebr. XI. 6. χωρὶς δὲ πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι, sc. τῷ Θεῷ, quod additur v. 5. μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ laudatur ejus pietas et integritas vitæ. Consequens enim h. l. positum est pro antecedente: ita se gessisse, ut Deo placeret. Genes. V. 22, 24. XVII. 1. εὐαρέστησις ἐναντίον ἐμοῦ, καὶ γίνου ἄμεμπτος. Ps. XXV. 3. Sirac. XLIV. 16. Medium εὐαρεστέομαι, οῦμαι, *delector, lætor aliqua re*, proprie: *hilariter affectus sum, placide me habeo*. Hebr. XIII. 16. τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεὸς nam hæc sunt sacrificia, quibus Deus maxime delectatur. Sæpius non legitur in N. T. Diod. Sic. XVII. 113. XX. 80. Philo de Abrah. p. 365. 20.

ΕΥ'Α'ΡΕΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *acceptus, valde gratus, bene placens*. (ex iisdem.) 2 Cor. V. 9. εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι ut ei semper placeamus vitamque nostram probemus. Ephes. V. 10. Phil. IV. 18. etc. Sapient. IV. 10. Hesych. εὐάρεστον· πάνυ ἀρέσκοντα. Neutrum τὸ εὐάρεστον, Rom. XII. 2. simpliciter ita ponitur, ut *omne, quod est honestum et legibus divinis consentaneum*, significet, coll. Hebr. XIII. 21. et Sap. IX. 10.

ΕΥ'ΑΡΕ'ΣΤΩΣ. Adverbium, *ad placitum, grate, ita, ut placeamus*. (ab iisdem.) Semel legitur in N. T. Hebr. XII. 28. λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ colamus Deum eo, quo postulat, modo. Potest quoque verti: *lubenti et læto animo*, ut legitur apud Arrian. Diss. Epict. I. 12. 21.

ΕΥ'ΒΟΥΛΟΣ, ου, ὁ, *Eubulus*, nomen proprium viri Græcum, qui commemoratur 2 Tim. IV. 21. conflatum ex εὖ *bene, recte*, et βουλὴ *consilium*, ut adeo proprie *virum prudentem*, seu *consultum, qui bene consulit*, significet, φρόνιμον, συνετὸν, interprete Hesychio. Eurip. Rhes. v. 105. Julian. Or. I. p. 19. ed. Spanhem. εὔβουλος φύσει. unde εὐβουλία *prudentia, consiliorum sollertia*. Eurip. Phœn. v. 728.

ΕΥ'ΓΕΝΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1) proprie: *nobilis ratione generis et stemmatis, nobili genere ortus, illustri loco natus*, et ex adjuncto: *vir magnus et potens, princeps, dives*. Luc. XIX. 12. ἄνθρωπός τις εὐγενὴς quidam princeps, seu potens. Sic sumitur Job. I. 3. ubi רוֹלָ֫גּ in vers. Alex. εὐγενὴς respondet. 1 Cor. I. 26. οὐ πολλοὶ δυνατοί, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς, sc. ἐκλήθησαν, non multi potentes et genere nobiles religionem christianam amplexi sunt. Xenoph. Hist. Gr. IV. 1. 4. Eurip. Phœn. v. 455. Hesych. εὐγενής· ἐλεύθερος τῷ γένει. Schol. Sophocl. ad Electr. 25. εὐγενής· ἀπὸ ἀγαθοῦ γένους. Εὐγενεῖς· ὧν ἡ πατρὶς περιφανὴς καὶ τὸ γένος. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 2. 3. Vol. I. p. 786. 2) ad animum transfertur et notat *eum, qui est generosus et nobilis animo, ingenuus*, i. q. γενναῖος. Sic legitur in N. T. Act. XVII. 11. ubi Beroenses dicuntur εὐγενέστεροι, h. e. nobiliores animo et liberaliores Thessalonicensibus. Chrysost. et Theophyl. ἐπιεικέστεροι. Cic. ad Att. XIII. 21. Eurip. Phœn. v.

ime, brevi tempore. Matth. XIII. 5. καὶ εὐθέως ἐξανέτειλε et celeriter quidem surrexerunt. ibid. XXIV. 29. εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλίψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων. 3 Joh. v. 14. ἐλπίζω δὲ ταχέως ἰδεῖν σε spero autem me propediem visurum te. Act. XII. 10. Apoc. IV. 2. In vers. Alex. respondet Hebraico פִּתְאֹם Job. V. 3. coll. Ies. XLVIII. 3. Cf. Glassii Philol. Sac. p. 376 seq. ed. Dathii.

ΕΥ'ΘΥΔΡΟΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *rectum cursum teneo, recto cursu utor, vel venio,* ab εὐθὺς *rectus* et δρόμος *cursus,* quod est a præt. med. δέδρομα, verbi τρέχω *curro,* unde εὐθύδρομος *recta currens,* v. c. de *equo* apud Pollucem Onom. I. 194. Cf. Gataker. ad M. Antonin. p. 104. 2) *recto cursu navigo, secundo vento navigo,* i. q. εὐθυπλοέω, quod legitur apud Arrianum de Venatione c. 25. § 8. Bis legitur in N. T. Act. XVI. 11. εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθρᾴκην, Vulgatus: *recto cursu venimus Samothraciam.* ibid. XXI. 1. εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν τὴν Κῶν recto cursu navis utentes venimus ad Con.

ΕΥ'ΘΥΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et medium ΕΥ'ΘΥΜΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) *bono sum animo, lætor, animum recipio,* ab εὔθυμος, quod vide. Act. XXVII. 22. παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν jubeo vos bono et forti animo esse. ibid. v. 25. In vers. Alex. hæc vox non legitur. Participio εὐθυμῶν Symmachus usus est pro Hebraico טוֹב לֵב Prov. XV. 15. Eodem sensu εὐθυμεῖσθαι legitur apud Xenoph. Hist. Gr. VII. 4. 36. ἐδειπνοποιοῦντο καὶ εὐθυμοῦντο. Aristot. Rhet. II. 2. 2) *felix sum, prospero et læto rerum statu utor,* per metonymiam effectus pro causa. Jac. V. 13. εὐθυμεῖ τις, ψαλλέτω qui lætiore utitur fortuna, carminibus divinam celebret benignitatem, nam opponitur τῷ κακοπαθεῖ. Sæpius non legitur in N. T.

ΕΥ"ΘΥΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *qui est bono, hilari et forti animo, qui animum recepit,* ab εὖ *bene* et θυμὸς *animus.* Semel legitur in N. T. Act. XXVII. 36. εὔθυμοι δὲ γενόμενοι πάντες cum vero animum recepissent cæteri omnes, scil. qui præter Paulum in nave erant. Hesych. εὔθυμον· ἄπλοῦν, εὔνουν, εὐμενῆ, (Schol. Homer. ad Odyss. ξ, 63.) καλῶς διακείμενον. — εὔθυμος· καλόψυχος, εὔψυχος. Gloss. Vet. *animæquus,* εὔθυμος. Xenoph. Cyrop. III. 1. 29. Hist. Græca IV. 3. 1. Ages. 8. 2.

ΕΥ'ΘΥΜΟ'ΤΕΡΟΝ. Neutrum adjectivi εὔθυμος adverbialiter usurpatum, *hilarius, lætius, alacriore animo, confidentius.* Semel legitur in N. T. Act. XXIV. 10. εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι eo confidentius, seu majore cum libertate animi, pro defensione mei dicam. Xenoph. Cyrop. II. 3. 5. Mem. IV. 8. 3.

ΕΥ'ΘΥ'ΜΩΣ. Adverbium notans *alacriter, bono, parato animo.* (ab εὔθυμος.) Legitur in nonnullis codicibus Actor. XXIV. 10. pro εὐθυμότερον, de quo in proxime antecedente articulo expositum est. Adde Pollucis Onom. IV. 12. et V. 125.

ΕΥ'ΘΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, 1) proprie: *complano, rectum facio,* ab εὐθὺς *rectus.* Joh. I. 23. εὐθύνατε τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου complanate viam Domini, h. e. præparate animos hominum ad doctrinam christianam amplectendam. Formula desumta videtur ab Orientis regibus, qui, iter facturi, præmitterent apparitores, qui vias complanarent et pararent et hiatus obstruerent. Sirac. II. 6. XXXVII. 19. XLIX. 10. Conf. Jensii Ferculum Litterarium p. 8. 2) *guberno, dirigo,* unde ὁ εὐθύνων Jacob. III. 4. *rectorem, gubernatorem navis,* den Steuermann, *the steersman,* significat. Eurip. Hecub. 39. Interdum etiam de *auriga* et *gubernatore* apud Græcos usurpatur: etiam de *pastore,* gregem agente, v. c. apud Xenoph. Cyrop. I. 1. 2. Confer Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. v. 1226. p. 296. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Jovem v. 83. Hesychius: εὐθῦναι· ἐξετάσαι, διορθῶσαι. — εὐθύνει· διοικεῖ, ἐλέγχει, ζημιοῖ, κυβερνᾷ. Thom. M. p. 384. εὐθύνω· καὶ τὸ εὐθὲς ποιῶ, ὃ καὶ ἀπευθύνω λέγεται. Phavor. εὐθύνω· τὸ κατ' εὐθεῖαν ἄγω καὶ κυβερνῶ.

ΕΥ'ΘΥ'Σ, εῖα, ὑ, 1) proprie: *rectus, planus, non obliquus.* Respondet Hebraico יָשָׁר et opponitur τῷ σκολιὸς *pravus, curvus.* Hesych. εὐθύ· ὀρθόν. Jul. Pollucis Onom. IV. s. 160. p. 444. ed. Hemsterh. Matth. III. 3. εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ complanate vias ejus. Cf. supra ad εὐθύνω dicta. Marc. I. 3. Luc. III. 4, 5. καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν. Act. IX. 11. ubi platea Damasci, κατ' ἐξοχὴν εὐθεῖα vocata, commemoratur, quæ recta patebat, nec curva et inflexa erat, et cujus utrinque ædes æqualiter a se invicem distabant. Talis etiam Athenis fuit. Pausanias Attic. c. 49. Interdum tamen metaphorice usurpatur et tunc 2) *verum, quod vere tale est, quale esse debet,* εὐθὲς indicat. Act. XIII. 10. τὰς ὁδοὺς Κυρίου εὐθείας metaphorice pro *consiliis divinis, veram felicitatem humanam spectantibus.* 2 Petr. II. 15. εὐθεῖα ὁδὸς vera religio christiana ad summam felicitatem ducens, i. q. ὁδὸς δικαιοσύνης, v. 21. Thom. M. p. 383. εὐθές· τὸ ἀληθὲς, παρὰ μόνῃ τῇ θείᾳ γραφῇ εὕρηται. Hinc εὐθὺς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ sensu morali *sincerus, integer* dicitur, *qui talem se præstat, qualem Deus postulat.* Psalm. XCIV. 15. Job. I. 1. ubi Alex. δίκαιος verterunt Hebr. יָשָׁר. 2 Reg. X. 15. Act. VIII. 21. ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ alienus es a sensibus animi, qui Deo placent. Conf. Vorstii Philol. Sac. p. 54. ed. Fischeri.

ΕΥ'ΘΥ'Σ. Adverbium, pro quo etiam apud Græcos εὐθὺ interdum scribitur, hoc tantum discrimine, ut εὐθὺ sequente consonante scribatur, εὐθὺς sequente vocali. Suid. εὐθὺς ἀντὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ, παραυτίκα, et paulo post: εὐθὺς καὶ εὐθέως· ἀμφότερα Ἑλληνικά. τὸ δὲ εὐθὺ διαφέρει τούτων. οὐ γὰρ τὸ παραχρῆμα σημαίνει, ἀλλὰ τὸ ἕως καὶ εἰς οἷον. Eandem differentiam inter εὐθὺς et εὐθὺ observavit Phavorinus. Verum non perpetua est. Nam Hesychius εὐθὺ παραχρῆμα exponit. Confer Reitz. ad Luciani Amores c. 42. T. II. Opp. p. 444. Significat 1) proprie: *recte, non oblique.* Suidas: εὐθύς· ἐξ εὐθείας καὶ ἀσκόπως. 2) *statim, illico, protinus, confestim,* i. q. εὐθέως. Matth. XIII. 20, (coll. Marc. IV. 16. ubi legitur εὐθέως) 21. Joh. XIX. 34. XXI. 3. 3) *mox, paulo post.* Marc. I. 12, 28. Joh. XIII. 32. Hesych. εὐθύ· ἐγγὺς, παραχρῆμα, εἰς εὐθεῖαν. 4) *vix.* Matth. III. 16. ἀνέβη εὐθὺς vix ascenderat. Marc. I. 29. et XI. 2.

ΕΥ'ΘΥ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1) proprie: *rectitudo physica,* curvitate et tortuositate destituta, Hebr. מִישׁוֹר (Ies. XL. 4.), ab εὐθὺς *rectus.* 2) metaphorice: *æquitas, justitia.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. I. 8. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου sceptrum rectitudinis est sceptrum regni tui, h. e. justissima est administratio imperii tui. Ita מִישׁוֹר quod proprie *planitiem* significat, (Deut. III. 10. et VI. 43.) usurpatur Ps. LXVII. 5. Cant. I. 4. Syrus Hebr. l. l. habet: ܫܒܛܐ ܡܬܝܚܐ h. e. *sceptrum extensum* h. e. imperium tuum longe lateque patet.

ΕΥ'ΚΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *opportunitatem habeo, otium*

est mihi, vacat mihi hoc vel illud agere, ab εὔκαιρος, quod vide. Marc. VI. 31. καὶ οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν ne quidem cibum capiendi otium ipsis erat. 1 Cor. XVI. 12. ἐλεύσεται δὲ, ὅταν εὐκαιρήσῃ venturus tamen est, cum tempus opportunum habuerit. Polyb. XX. 9. 4. 2) ut Latinum *vaco, otium alicui rei do, studeo, proclivis sum ad aliquid.* Act. XVII. 21. εἰς οὐδὲν ἕτερον ηὐκαίρουν nulli rei tantopere studebant, ad nullam aliam rem magis facti erant, quam ad res novas audiendas. Sæpius non legitur in N. T. Fischerus in Prol. XXXI. de Vitiis Lexicorum N T. p. 9. verbum εὐκαιρεῖν novum et a Macedonibus fictum haberi monuit, ductus auctoritate grammaticorum veterum, hanc vocem damnantium, v. c. Mœridis εὐκαιρεῖν οὐδεὶς εἴρηκε τῶν παλαιῶν, Ἕλληνες δέ· et Thomæ M. p. 829. σχολὴν ἄγω καὶ εὖ σχολῆς ἔχω, οὐ σχολάζω· τὸ δὲ εὐκαιρεῖν πάντη ἀδόκιμον. Etym. M. τὸ εὐκαιρεῖν βάρβαρον. Aliquoties vero hac voce usus est Polybius, ut docuit Stœberus ad Thom. M. l. l. Confer etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 581.

ΕΥ'ΚΑΙΡΙ'Α, ας, ἡ, *opportunitas, tempestivum tempus, commoda occasio aliquid agendi.* (ab eodem themate.) Bis legitur in N. T. de Juda proditore, ὃς ἐζήτει εὐκαιρίαν τοῦ παραδοῦναι Ἰησοῦν ἄτερ ὄχλου qui quærebat commodam occasionem tradendi Jesum sine tumultu. Matth. XXVI. 16. Luc. XXII 6. Respondet in versione Alex. Hebr. עֵת Ps. IX. 9. X. 1. CXLV 5 et in vers. Symmachi eidem Cohel. IX. 12. 1 Macc. XI. 42. ἐὰν εὐκαιρίας τύχω. Cic. de Offic. I. 40. III. 14. Polyb. II. 13. 2. et XVI. 29. 3.

ΕΥ'ΚΑΙΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον τὸ, *tempestivus, opportunus, commodus*, ex εὖ et καιρὸς *temporis opportunitas.* Hebr. IV. 16. εὔκαιρον βοήθειαν opportunum, speratum auxilium, quod tempore suo (h. e. tempore calamitatis, uti Lutherus præeunte Syro recte transtulit) fertur. Ps. CIV. 27. לָתֵת אָכְלָם בְּעִתּוֹ Alex. δοῦναι τὴν τροφὴν εὔκαιρον. 2 Macc. XIV. 29. XV. 20. Semel præterea legitur in N. T. Marc. VI. 21. ubi ἡμέρα εὔκαιρος secundum Hammondum est dies festivus et solemnis, quo abstinetur a laboribus, ut tempus hilaritati detur, quem Hebræi יוֹם טוֹב appellare solent; (Gloss. Vet. εὔκαιρος· ἡ σχολάζουσα.) secundum alios autem *dies opportunus*, ut Beza, Vulgatum secutus, vertit. Herodian. V. 8. καιρὸν εὔκαιρον. Ælian. V. H. XIII. 26.

ΕΥ'ΚΑΙ'ΡΩΣ. Adverbium, *opportune, tempestive, opportunitate oblata, commoda occasione* vel *tempore*, i. q. ἐπικαίρως in vers. Symmachii Psal. IX. 10. ab εὔκαιρος, quod vide. Bis tantum legitur in N. T Marc. XIV. 11. καὶ ἐζήτει πῶς εὐκαίρως αὐτὸν παραδῷ, coll. Matth. XXVI. 16. 2 Tim. IV. 2. ἐπίστηθι εὐκαίρως ἀκαίρως insta sive tempestive sive intempestive, h. e. omni tempore. Chrysost. Homil. IX. T. IV. p. 371. ἀεί σοι καιρὸς ἔστω μὴ ἐν εἰρήνῃ, μὴ ἐν ἀδείᾳ μόνον, κἂν ἐν τοῖς κινδύνοις, κἂν ἐν δεσμωτηρίῳ ᾖς, κἂν μέλλῃς ἐξιέναι πρὸς θάνατον. Sirac. XVI I. 22. Demosthen p. 1414. ed. Reisk. Xenophont. Ages. 8. 3. Polyb. I. 42. 6.

ΕΥ'ΚΟΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *facilis, tolerabilis*, et de *omni* dicitur, *quod sine ullo negotio fit, certe fieri potest*, ex εὖ et κόπος *labor*. In N. T. tantum comparativus εὐκοπώτερος, α, ον, *facilior, tolerabilior* legitur. Matth. IX. 5. τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον; quid enim est facilius? Marc. II. 9. Luc. V 23. Matth. XIX. 24. Marc. X. 25. Luc. XVI. 17. XVIII. 25. Sæpius non legitur in N. T. Pollux IX. extr. Polyb. XVIII. 1. 2.

ΕΥ'ΛΑ'ΒΕΙΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *circumspectio, cautio, qua quis utitur ad res capiendas, quæ porriguntur*, ab εὐλαβής, quod vide. 2) *cautio et circumspectio, qua quis utitur ad res aggrediendas, ad quodvis negotium peragendum.* Aristoph. Aves v. 376. p. 394. ed. Küsteri: ἡ γὰρ εὐλάβεια σώζει πάντα. Dionys. Hal. Ant. V. p. 286 et 306. VI. p. 365. Cf. etiam Menagium ad Diogen. Laërt. V. I. 116. et Jul. Pollucis Onom. III. s. 136. 173. p. 337. ed. Hemsterhus. 3) *anxius metus, timor.* Hebr. V. 7. ubi Christus εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, h. e. liberatus tandem esse dicitur a sollicitudine animi, coll. Matth. XXVI. 37. Alii vero non omnino incommode vertunt: *ob suam erga Deum pietatem.* Alexandrini usi sunt hac voce Jos. XXII. 24. pro דְּאָגָה quod Ezech. XII. 18. per θλίψις reddiderunt. Polyb. III. 103. τὴν τοῦ προεστῶτος εὐλάβειαν. Libanius D. IV. p. 265. A. μεστὸς ἐστὶν εὐλαβείας καὶ δέδοικε. Joseph. B. J. XI. 6. 9. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 312. 4) *reverentia, religiosus timor, verecundia, religio, pietas erga Deum.* Hebr. XII. 28. ubi Deum colere jubemur μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας cum reverentia et religione. Sæpius non legitur in N. T. Conf. de hac voce Steph. le Moyne ad Varia Sac. p. 393 seq. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 82. εὐλάβεια, *verecundia, religio, metus.*

ΕΥ'ΛΑΒΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) proprie de *iis* usurpatur, *qui vasa vitrea aut alia fragilia tangunt magna cum circumspectione*, interdum etiam de *ipsis vasis, quæ facile capi et prehendi possunt*, dicitur, ab εὐλαβής. Conf. Carpzov. Exercitt. Philonn. ad Heb. V. 7. et Is. Casaub. ad Aristoph. Equit. v. 253. Hinc 2) *caute ago et in aliquo negotio versor.* Aristoph. Equit. v. 253. p. 186. ed. Küsteri εὐλαβοῦ, μὴ ἐκφύγῃ σε. Arrian. Diss. Epictet. II. 1. tit. ubi vid. Schweighæuserus. 3) *timeo, metuo, vereor, revereor*, et ex adjuncto: *vito, fugio, declino aliquid.* Bis legitur in N. T. Act. XXIII. 10. εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος, μὴ διασπασθῇ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν veritus tribunus, ne Paulus ab ipsis discerperetur. Macc. III. 30. XII. 40. Hebr. XI. 7. εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε κιβωτὸν metu futuri diluvii adductus (vel reveritus divinum monitum, vel: ut evitaret futurum diluvium) præparavit arcam. Xenoph. Mem. III. c. 6. 8. et c. 9. § 4. Plato Phædo. § 39. ἀλλὰ πρῶτον εὐλαβηθῶμεν τὸ πάθος μὴ πάθωμεν. Aristoph. Lysistr. v. 1217. p. 576. ed. Küsteri ἀλλ' εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα. Prov. XXX. 5. ὑπερασπίζει δὲ αὐτὸς τῶν εὐλαβουμένων αὐτὸν qui illum reverentur. Deut. II 5. 1 Sam. XVIII. 29. Hesych. εὐλαβεῖσθαι· φυλάττεσθαι, φοβεῖσθαι. Idem Thom. M. p. 388.

ΕΥ'ΛΑΒΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ές, τὸ, 1) proprie, si de *rebus* dicitur, notat *id, quod facilem sui ansam præbet et commode prehendi ac tractari potest*, et opponitur τῷ δυσλήπτος. Suid. ὁ εἰς λαβὴν ἐπιτήδειος. Reperitur hac prima et rarissima notione apud Lucianum T. I. p. 114. ed. Græv. Si de *personis* vero usurpatur, *eum* proprie significat, *qui bene ac caute aliquid capit et prehendit*, Ælian. H. An. III. 13. ab εὖ et λαβὴ *ansa, capulus*, quod a λαμβάνω *capio*. Lege Is. Casaubon. ad Aristoph. Equit. v. 253. Quoniam autem, qui bene tenent, seu potius capiunt id quod porrigitur, caute rem tractant, factum est, ut 2) metaphorice et per synecdochen: *cautus, sollicitus et circumspectus in rebus agendis et negotiis tractandis, qui considerate agit*, nuncuparetur. Arrian. Diss. Epict. II. 1. 17. Suid. ὁ εὖ τῶν πραγμάτων ἐπιλαμβανόμενος, ὁ μὴ προχείρως τι ποιῶν. Idem tradit Etym. M. Hinc

3) κατ' ἐξοχὴν *homo pius, integer vitæ ac religiosus,* qui caute et circumspecte circa ea versatur, quæ ad verum cultum Dei spectant. Luc. II. 25. ἀνὴρ δίκαιος καὶ εὐλαβὴς, ubi in quibusdam codicibus εὐσεβὴς loco εὐλαβὴς e glossemate legitur, ut recte judicavit Jensius in Ferculo litterario p. 37. Micha VII. 2. Alex. ἀπόλωλεν εὐλαβὴς (חָסִיד) ἀπὸ τῆς γῆς. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 664. 4) *proselytus,* qui, relicta profana avita religione, ad Judæorum sacra ita transierat, ut Deum Israëlis verum, æternum et unicum summum numen esse agnosceret, præter ejus vero cultum, posthabitis Judaicis legibus ac institutis, nil nisi Noachica præcepta admitteret. Vocabatur ejusmodi proselytus גֵּר שַׁעַר *proselytus portæ,* isque diversus erat a *proselyto justitiæ,* qui גֵּר צֶדֶק nuncupari solebat, quique totam religionem Judaicam amplectebatur, omnesque ritus ac præcepta Mosaica observabat, (Confer Sal. Deylingii Obss. SS. P. II. p. 463. et Wetstenii N. T. T. II. p. 504.) qui in aliis locis ὁ φοβούμενος τὸν Θεὸν, Act. X. 2. XIII. 16, 26. et σεβόμενος τὸν Θεὸν, ibid. XIII. 43, 50. XVI. 14. XVII. 4. XVIII. 7. vocatur. Sic legitur Act. II. 5. VIII. 2. Sæpius non reperitur in N. T.

ΕΥ'ΛΟΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *benedico, bene precor, bona et felicia alicui apprecor,* ex εὖ et λόγος *sermo.* Matth. V. 44. εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς prospera quævis apprecamini iis, qui vobis male precantur. Luc. VI. 28. Rom. XII. 14. εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὐλογεῖτε καὶ μὴ καταρᾶσθε. 2) speciatim de benedictionibus propheticis usurpatur et significat: *vi divina, divinitus afflatus, divino spiritu tactus alicui futura bona prædico.* Hebr. XI. 20. πίστει περὶ μελλόντων εὐλόγησεν Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἡσαῦ. ibid. v. 21. ἕκαστον τῶν υἱῶν Ἰωσὴφ εὐλόγησε. Ita בֵּרֵךְ Genes. XXVII. 23, 25. XLVIII. 9. Deut. XXXIII. 1. 3) *amo, diligo aliquem,* et ex adjuncto: *beneficiis afficio, bona in aliquem confero, felicem reddo, amorem et benevolentiam factis alicui demonstro.* Matth. XXV. 34. δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου adeste vos, quibus Deus summam felicitatem destinavit, seu, cari, dilecti Deo. Luc. I. 42. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ felicissima mulierum. Act. III. 26. εὐλογοῦντα ὑμᾶς vos felices reddentem. Galat. III. 8, 9. εὐλογηθήσονται ἐν σοὶ πάντα τὰ ἔθνη. Ephes. I. 3. Hebr. VI. 14. etc. Ita בֵּרֵךְ usurpatur Psalm. V. 13. XXXVII. 26. Ies. LXV. 23. בְּרוּכֵי יְהוָה LXI. 9. Gen. XXVI. 29. Adde Sirac. I. 13. sec. cod. Alex. et Suiceri Thesaur. Eccles. T. I. p. 1246. 4) *gratulor.* Luc. II. 34. καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς et gratulatus est ipsis talem filium. Hebr. VII. 1. καὶ εὐλογήσας αὐτὸν et ipsi gratulatus est victoriam. Tob. IX. 6. 5) *laudo, celebro.* Matth. XXI. 9. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου laudandus, qui venit jussu Domini. Marc. XI. 9. Luc. II. 28. καὶ εὐλόγησε τὸν Θεὸν et celebravit Deum his verbis. Jacob. III. 9. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Θεὸν lingua, qua Deus a nobis laudatur. Ita בָּרֵךְ Jud. V. 2, 9. εὐλογεῖτε Κύριον. Psalm. XLIV. 22. εὐλογείτω πᾶσα σὰρξ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον. Sirac. XXXIX. 19. εὐλογήσατε τὸν Κύριον ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. 2 Macc. III. 30. Polyb. I. 14. XII. 3. Alia exempla e Græcis dedit Alberti ad Gloss. N. T. p. 121. Hesych. εὐλογεῖται· ἐπαινεῖται. Idem: εὐλόγησεν· ὕμνησεν. 6) *gratias ago,* i. q. εὐχαριστέω. Luc. IX. 16. εὐλόγησεν αὐτοὺς gratias Deo egit pro panibus. Matth. XIV. 19. XXVI. 26. εὐλογήσας, in aliis codicibus εὐχαριστήσας e glossemate aut e loco parallelo. Marc. XIV. 23. coll. v. 22. et Luc. XXII. 17, 19. Luc. XXIV. 51. ἐν τῷ εὐλογεῖν cum modo benedixisset. 1 Cor. X. 16. ὃν εὐλογοῦμεν quem manibus tenentes, seu pro quo Deo gratias agimus, coll. Justin. Mart. Apol. I. 86. edit. Grab. et Constitutt. Apost. VII. c. 26. ibid. XIV. 16. 1 Sam. IX. 13. בָּרֵךְ הַזֶּבַח Deo gratias agere pro sacrificio. 7) *honeste et honorifice de aliquo loquor, honestam alicujus apud alios mentionem facio,* et opponitur τῷ λοιδορέω. 1 Cor. IV. 12. λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν. 1 Petr. III. 9. Copiose de variis hujus vocis significationibus egit Vorstius Philol. Sacr. cap. VI. p. 204 seq. cap. XVIII. p. 404.

ΕΥ'ΛΟΓΗΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, ὸν, τὸ, 1) proprie: *benedictus, cui aliquis bene precatus est,* a 3 pers. præt. pass. εὐλόγηται, verbi εὐλογέω *benedico.* 2) ut Hebraicum בָּרוּךְ *laudatus* vel *laudandus, laudibus celebrandus, venerandus,* etiam, *cui gratiæ agendæ sunt.* Ita semper in N. T. vel Deo vel Christo tribuitur laudando et celebrando ob majestatem pariter ac beneficia innumera. Luc. I. 68. εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Rom. I. 25. IX. 5. 2 Cor. I. 3. XI. 31. Ephes. I. 3. εὐλογητὸς ὁ Θεὸς gratiæ agendæ sunt a nobis Deo O. M. 1 Petr. I. 3. Hinc in N. T. ὁ εὐλογητὸς nude positum, etiamsi vocabulum Θεὸς non sit adjectum, est nomen *Dei O. M.* ex usu loquendi Judæorum, qui Deum vel בָּרוּךְ vel הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ vocare solebant. Marc. XIV. 61. σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ, ubi in aliis codd. Θεοῦ τοῦ εὐλογητοῦ, in aliis vero Θεοῦ τοῦ ζῶντος legitur.

ΕΥ'ΛΟΓΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *benedictio, qua aliis bene precamur, apprecatio bonorum,* et opponitur ei ἡ κατάρα, ab εὐλογέω *bene alicui precor.* Jacob. III. 10. ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα ex eodem ore prodit apprecatio bonorum et maledictio. 2) *benedictio prophetica.* Hebr. XII. 17. de Esavo θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν. Vide supra ad εὐλογέω de hac significatione dicta. 3) *laus, celebratio, laudatio,* i. q. ἔπαινος. Apoc. V. 12, 13. ubi cum vocabulis τιμὴ et δόξα permutatur. ibid. VII. 12. Sirac. III. 9. Eodem sensu εὐλογία etiam sumitur apud Thucyd. II. c. 42. 4) in deteriorem partem: *blandiloquentia, assentatio, laudes quasi vane et affectate in alterum collatæ.* Rom. XVI. 18. καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας κ. τ. λ. oratione blanda et benevola homines seducere student. Theophyl. ad h. l. εὐλογίας, τουτέστι κολακείας, ὅταν τὰ μὲν ῥήματα φιλίας ᾖ, ἡ δὲ διάνοια δόλου γέμουσα. 6) *gratiarum actio,* i. q. εὐχαριστία. 1 Cor. X. 16. ποτήριον τῆς εὐλογίας calix eucharisticus, pro quo Deo et Christo gratias agere solemus. Alii sensu eodem *vinum consecratum in poculo,* nam consecratio fit precibus ad Deum fusis et gratiarum actionibus. Cf. Ernesti Opuscula Theologica p. 20 seq. Videtur autem Paulus hac formula respexisse ex parte ad usum loquendi Judæorum, quos calicem in cœna paschali adhibitum כּוֹס הַבְּרָכָה appellasse, post alios H. Relandus monuit in Antiquitt. Hebr. p. 427. et Christum ritus quosdam Judaicos in institutione sacræ cœnæ retinere voluisse, satis constat. Ex hac vero appellatione sine dubio factum est, ut sacra cœna εὐλογία a veteribus vocaretur, ut docuit Suicerus in Thesaur. Eccles. T. I. p. 1249 seq.

datur, ab εὔοδος *pervius, iter expeditum habens*. Hinc εὐοδία *via facilis, iter prosperum*, ἡ καλὴ ὁδὸς, teste Suida. 3 Esdr. VIII. 7, 51. 2) metaphorice: *felicem aliquem reddo et fortunatum, efficio, ut aliquis prospero rerum successu utatur*, (Gen. XXIV. 12. Jud. XV. 18.) et εὐοδόομαι, οῦμαι, *prospere ago, prospera fortuna utor, felix sum et fortunatus*. Prov. XVII. 8. Herodot. VI. 73. ὡς εὐωδώθη τὸ πρῆγμα cum sibi res bene cessisset. 2 Macc. X. 7. Symmachus Gen. XXXIX. 2. Conf. Glassii Philol. Sac. p. 1189. ed. Dathii, et Wetstenii N. T. T. II. p. 20. Hinc εὐοδία *prosper rerum successus*, εὐπραξία, interprete Hesychio. Sirac. X. 5. Rom. I. 10. εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ut contingat mihi tandem aliquando esse tam felici. 3 Joh. v. 2. περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν. 3) εὐοδόομαι *habeo opportunitatem et commoditatem agendi aliquid*, 1 Cor. XVI. 2. θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται ut fert cujusque res familiaris, **als er nach seinen glucksumständen thun kann**, *according as his fortune will permit*, i. q. καθὼς ηὐπορεῖτό τις, Act. XI. 29. aut καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, 2 Cor. VIII. 12. Alberti Gloss. Gr. p. 137. ad h. l. respiciens: εὐοδῶται· προθύμως εἰς τὸ παρέχειν. Hesych. εὐοδώσει· κατευθυνεῖ. — εὐοδώθη· ἡτοιμάσθη.

ΕΥ'ΠΑ'ΡΕΔΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, vide sub ΕΥ'ΠΡΟ'ΣΕΔΡΟΣ.

ΕΥ'ΠΕΙΘΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, 1) *obsequiosus, moriger, qui facile idoneis rationibus persuaderi, corrigi et emendari se sinit*, ex εὖ et πείθω *persuadeo*. Polyb. I. 68. 3. Xenoph. Mem. III. 4. 8. τοὺς ἀρχομένους κατηκόους καὶ εὐπειθεῖς ἑαυτοῖς παρασκευάζειν. Hesych. εὐπειθεῖς· πειθινούς. In Gloss. Vet. apud Labbæum: εὐπειθὴς redditur *credulus*. 2) *qui alios morigeros et tractabiles reddit ac efficit*. Sic semel legitur in N. T. Jacob. III. 17. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία εὐπειθὴς sapientia cœlestis homines obsequiosos reddit. Vulgatus: *suadibilis*. Æschyl. Choëph. 257. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 673. Substantivum εὐπείθεια *obedientia, obsequium*, legitur apud Arrian. Diss. Epictet. IV. 1. 159.

ΕΥ'ΠΕΡΙ'ΣΤΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *circumstans, cingens*, et ex adjuncto: *circumveniens, decipiens*, metaphora desumta a venatoribus, belluam circumvenientibus, vel hostibus, hostem circumdantibus. Herodot. I. 43. (ex εὖ et περιΐστημι *circumsto, cingo, circumdo*.) Theophr. Char. c. 6. Hinc descendit περίστασις. Verba autem περίστασιν ποιεῖν Græci usurpant de spectatoribus, qui circumsistunt aliquem et circulos faciunt circa aliquem, spectandi causa. Cf. Salmasius de Fœnore Trapez. p. 252. In N. T. semel legitur Hebr. XII. 1. τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν peccatum, quod facile nos cingit, h. e. pellicit et decipit, blandimenta peccati, τὴν εὐκόλως περιϊσταμένην ἡμᾶς, interprete Chrysostomo, cujus interpretationis rationes idoneas dedit Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 733. Alii εὐπερίστατον ἁμαρτίαν interpretantur *peccatum, quo facile aliquis potest in turbas, molestias, curas et miserias conjici*. Ita Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 406. præeunte Theophylacto: δι' ἣν εὐκόλως τις εἰς περιστάσεις (h. e. teste Hesychio, θλίψεις, μερίμνας, ἀνάγκας) ἐμπίπτει. Alii contra Hesychii auctoritatem sequuntur, qui εὐπερίστατον, εὔκολον, εὐχερῆ interpretatur, ut opponatur τῷ ἀπερίστατον *difficile effectu, quod non habet* περιστάσεις, *nullam opportunitatem, nulla adjumenta*. Syrus habet *quod semper nobis paratum* seu *præsens est*. Suidas et ex eo Phavorinus: εὐπερίστατον· μωρὸν, ταχέως περιτρεπόμενον. καὶ ὁ ἀπόστολος· καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. Conf. Ernesti ad Hesych. Glossas Sacras in hac voce; et Wetstenii N. T. T. II. p. 433.

ΕΥ'ΠΟΙΙ'Α, ας, ἡ, *beneficentia, qua inopia aliorum sublevatur*, ab εὐποιὸς *beneficus*, quod est ab εὖ et ποιέω *facio*. Semel legitur in N. T. Hebr. XIII. 16. τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε studete beneficentiæ erga alios. Laudatur hæc vox rarior, quæ ne quidem in versionibus Græcis V. T. reperitur, a Polluce Lib. V. s. 140. qui eam non admodum probari scribit; occurrit tamen apud Alciphr. I. Ep. 10. ubi vide Berglerum, Diog. Laërt. X. 10. Porphyr. de Abstin. II. 12. Alia exempla reperies apud Reitzium ad Luciani Imagines c. 21. T. II. Opp. p. 479. et Wetstenium N. T. T. II. p. 444. Suid. εὐποιΐα· ἐλεημοσύνη. Εὐποιεῖν *benefacere* reperitur apud Epictet. Fragment. 81.

ΕΥ'ΠΟΡΕ'Ω, ῶ, et ΕΥ'ΠΟΡΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, *abundo, abundo divitiis, habeo unde commode vivam, est mihi facultas, suppetit mihi*, ab εὔπορος *pervius, facilis, dives*. Semel legitur in N. T. Act. XI. 29. καθὼς ηὐπορεῖτό τις quilibet pro modo facultatum suarum, pro sua quisque facultate. Polyb. V. 43. Xenoph. Cyrop. I. 6. 10. Mem. II. 7. 4. Alia exempla suppeditat Elsnerus Obss. Sacr. T. I. p. 409. et Wetstenius N. T. T. II. p. 824.

ΕΥ'ΠΟΡΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *progressus expeditus, cursus facilis*, ex εὖ et πόρος *transitus*. Xenoph. Anab. VII. 6. 37. 2) *ratio facilis, facultas*. 3) *copia bonorum, facultates, divitiæ, opes*, (Xenoph. Cyrop. III. 3. 6. Hist. Gr. IV. 8. 28.) etiam *quæstus, acquisitio divitiarum*. Semel legitur in N. T. Act. XIX. 25. ὅτι ἐκ ταύτης τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι nostis, ex hoc opificio magnum ad nos lucrum redundare, seu, vitam nostram abunde instrui. Vulgatus: *acquisitio*, recte, nam Juvenalis, stilo ICtorum Romanorum utens, cum de quæstu et opum collectione loquitur, sæpe hac voce usus est, v. c. Sat. XIV. 115. 125. 222. Pro חַיִל usus est hac voce Aquila Jud. VI. 12. Job. V. 5. Phavor. εὔπορος· πλούσιος, εὐχρήματος, πολυχρήματος, εὖ πράττων εἰς χρημάτων λόγον.

ΕΥ'ΠΡΕ'ΠΕΙΑ, ας, ἡ, *decor spectabilis et eximius, pulcritudo, decus*, ab εὐπρεπὴς *valde decorus, decore eximius*. Semel legitur in N. T. Jacob. I. 11. καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπώλετο et decora (Vulgatus: *decor*.) seu *formosa* ejus species periit. Polyb. I. 4. 8. Arrian. Diss. Epictet. I. 8. 7. Ps. L. 2. Jer. XXIII. 9. Ita et εὐπρεπὴς *formosus* apud Xenoph. Anab. IV. 1. 11. Hesych. εὐπρέπεια· εὐμορφία. Thom. M. εὐπρεπὴς, καὶ ἀστεῖος τὴν ὄψιν, κάλλιον λέγειν ἢ ὡραῖος· τὸ δὲ εὔμορφος κοινόν. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 661. Gloss. Vet. *decor*, εὐπρέπεια. Idem: εὐπρέπεια, *pulcritudo, decentia, decor, decus*.

ΕΥ'ΠΡΟ'ΣΔΕΚΤΟΣ, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *acceptus, gratus, qui bene placet*, ex εὖ et προσδέχομαι *suscipio, probo*. Rom. XV. 16. ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος ut gentiles Deo offerantur tanquam sacrificium gratum. ibid. v. 31. 2 Cor. VIII. 12. 1 Pet. II. 5. Plutarch. T. IX. p. 196. ed. Reisk. In Epist. I. Clementis p. 106. conjunguntur εὐάρεστος et εὐπρόσδεκτος. Gloss. Vet. εὐπρ., *acceptabilis, acceptus, affabilis*. 2) *lætus, faustus, salutaris*. 2 Cor. VI. 2. ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος jam est illud tempus salutare, ἡμέρα σωτηρίας, ut in sequentibus vocatur. Sæpius non occurrit in N. T.

ΕΥ'ΠΡΟ'ΣΕΔΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *admodum assiduus, qui semper assidet alicui rei*, v. c. opificio, litteris, et ex adjuncto: *qui semper in aliqua re laborat*, ex εὖ et πρόσεδρος *assessor*,

indicare existimant, ut composita sit ex εὖρος *eurus*, ventus, ab oriente flans, et fere ingentem maris commotionem et fluctuationem excitans, et κλύδων *fluctus*. Responderet hac ratione formulæ Hebraicæ: רוּחַ זִלְעָפוֹת (*ventus procellarum* h. e. *validissimus*) quæ Psalm. XI. 6. reperitur. Nuspiam quidem hoc vocabulum in scriptoribus Græcis occurrit, sed hoc nos non moratur; nam nullum habemus antiquum scriptorem, qui rem nauticam persecutus sit; et nominà ventorum apud veteres in primis infrequentia esse, jam conquestus est A. Gellius Noctt. Attic. II. 22. Conf. Etym. M. sub τυφῶν, et Toupius in Emendatt. ad Suidam P. III. p. 239. Vulgatus reddit: *euroaquilo*, Act. XXVII. 14. tunc εὐρακύλων, seu εὐροακύλων legendum esset; quam lectionem qui ex auctoritate Vulgati, Æthiopis et Codicis Alex. præoptant, non novum esse, vocabula Græcæ originis cum Latinis coalescere, exemplis vocabulorum *Euronotus*, *Anticato*, *Bictinium* demonstrant. Alii codicum nonnullorum auctoritate ducti legunt εὐρυκλύδων *ventus late fluctuans, longe lateque fluctus ciens*. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 641.

ΕΥ'ΡΥΚΛΥ'ΔΩΝ, ωνος, ὁ. De hoc vocabulo, quod in nonnullis codicibus Act. XXVII. 14. reperitur, in proxime antecedente articulo expositum est: quibus nunc addo, vocem hanc, quæ dicitur ut εὐρυλόγος, εὐρύχωρος, εὐρύκολπος, εὐρυλείμων et alia, agnoscere Etymologum s. v. τυφῶν p. 772. 31.

ΕΥ'ΡΥΧΩΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *amplus, spatiosus, longe lateque patens et se extendens, amplum spatium occupans*, ex εὐρὺς *latus* et χώρα *regio*. Legitur semel in N. T. Matth. VII. 13. πλατεῖα ἡ πύλη καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ampla est porta et spatiosa est via. Cum πλατὺς permutatur etiam haud raro in versionibus Græcis. 1 Chron. IV. 40. Ps. CIV. 25. Ies. XXXIII. 21. ubi Hebr. רְחַב יָדַיִם respondet, pro quo et legitur apud Theodot. et Aquilam Jud. XVIII. 10. et Psalm. CIII. 25. Hinc εὐρυχωρία *planities* apud Xenoph. Cyrop. IV. 1. 8. Scribitur etiam εὐρύχορος, de qua varietate conf. Alberti ad Hesych. T. I. p. 1528. Hesych. εὐρύχωρον· μεγάλως πολύχωρον.

ΕΥ'ΣΕ'ΒΕΙΑ, ας, ἡ, 1) *pietas, reverentia, quæ Deo præstatur, cultus divinus et quidem internus*, ab εὐσεβὴς, quod vide. Act. III. 12. ἢ εὐσεβείᾳ, h. e. precibus nostris a Deo ob pietatem nostram exauditis, coll. Joh. IX. 31. 1 Tim. II. 2. ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ, ubi tamen universa pietatis officia et exercitia tam erga Deum, quam erga alios complecti videtur. (Conf. Xenoph. Cyrop. VIII. 1. 9. Ages. 3. 5.) ib. IV. 7. 8. VI. 3. ἡ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλία doctrina ad veram pietatem ducens. v. 6 et 11. 2 Tim. III. 5. Tit. I. 1. 2 Petr. I. 3, 6, 7. III. 12. ἐν εὐσεβείαις, pro ἐν εὐσεβείᾳ, seu ἀναστροφῇ ἁγίᾳ. In vers. Alex. respondet Hebraico יִרְאַת Prov. I. 7. Ies. XI. 12. XXIII. 6. 2) *ipsa religio christiana, quæ pietatem non solum commendat, sed etiam promovet*, τὸ μυστήριον τῆς εὐσεβείας, ut vocatur 1 Tim. III. 16. Sic legitur in N. T. 1 Tim. VI. 5. νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν existimantibus, religionem christianam quæstui suo servire debere.

ΕΥ'ΣΕΒΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *religiose colo, pius sum in Deum*, ab eodem. Act. XVII. 23. ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε quem igitur vobis ignotum cultu religioso prosequimini. Xenoph. Hist. Gr. I. 7. 10. 2) *pietatem exerceo erga aliquem, officia pietatis et humanitatis aliis hominibus præsto*. 1 Tim. V. 4. μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν discant prius in suam familiam pietatem exercere, ut eam omni modo sublevent et tueantur. Sæpius non legitur in N. T. Æschin. Dial. III. 2. καί μοι ἵνα καὶ τοῦτο εὐσεβηθῇ, h. e. ut recte Fischerus interpretatus est: et ut etiam hæc pietas a me præstetur parenti. ibid. § 10. pietas in matrem εὐσέβεια dicitur. Cf. quoque Beckii Comment. in Aristoph. Vol. III. p. 122. Phavor. εὐσέβεια ἐστὶ δικαιοσύνη περὶ Θεὸν, δύναμις θεραπευτικὴ Θεοῦ, ἑκούσιος ὑπόληψις ὀρθὴ τῆς περὶ Θεοῦ τιμῆς.

ΕΥ'ΣΕΒΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *pius, religiosus, qui Deum pie et rite colit*, ab εὖ *bene, recte*, et σέβω *colo, veneror*. Act. X. 2, 7. XXII. 12. ἀνὴρ εὐσεβὴς κατὰ τὸν νόμον vir Deum sancte colens secundum legem Mosaicam. 2 Pet. II. 9. Sæpius non occurrit in N. T. Xenoph. Mem. IV. 6. 2. Cyrop. VIII. 1. 9.

ΕΥ'ΣΕΒΩ'Σ. Adverbium, *pie, religiose, sincero pietatis studio et exercitio*, ab εὐσεβής. Bis tantum legitur in N. T. 2 Tim. III. 12. πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ hæc enim est communis omnium verorum christianorum sors, ut affligantur. Tit. II. 12. σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς. Xenoph. Mem. II. 2. 13. et IV. 3. 16.

ΕΥ"ΣΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) proprie: *insignis, bene signatus*, et opponitur τῷ ἄσημος ex εὖ et σῆμα *signum, nota*. 2) *clarus, perspicuus, bene significans*; e contrario ἄσημος *non distinctus, non perspicuus, obscurus*. (Plutarch. de Ser. Num. Vind. p. 564. B. φωνὰς ἀσήμους. Diod. Sic. I. 8.) Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. XIV. 9. εὔσημον λόγον sermonem, qui est audientibus perspicuus, cujus sensus a quolibet facile intelligi potest. Porphyr. de Abstin. III. 4. Sext. Empir. Adv. Arithm. 18. Cf. Raphelii Observatt. Herodot. et Polyb. ad h. l. Hesych. εὔσημον· εὔδηλον, φανερόν. Adverbium εὐσήμως legitur apud LXX Dan. II. 19. sec. cod. Chis. et Strabon. Geogr. Lib. X. p. 707. C.

ΕΥ"ΣΠΛΑΓΧΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) proprie: *qui robustis est et firmis visceribus*, ex εὖ et σπλάγχνα *viscera*. Conf. Foësii Œcon. Hippocr. p. 154. 2) metaphorice: *vir animosus, animo forti præditus*, quem Græci εὐκάρδιον, ἀνδρεῖον vocare solent, quibus vocabulis exposuit Scholiastes Sophoclis ad Ajac. Flagell. v. 472. In hac vero significatione apud Græcos tantum scriptores occurrit, ut docuit Vorstius in Philol. Sacr. c. II. p. 38. ed. Fischeri. In N. T. vero εὔσπλαγχνος 3) dicitur *misericors, qui facile ad misericordiam movetur, benignus, facilis in injuriis alieri condonandis*, nam σπλάγχνα etiam *misericordiam* notat, ut infra docebitur. Bis vero legitur in N. T. Ephes. IV. 32. γίνεσθε εἰς ἀλλήλους χρηστοί, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς. 1 Petr. III. 8. Orat. Manass. v. 6. Κύριος ὕψιστος, εὔσπλαγχνος, μακρόθυμος. Hesych. εὔσπλαγχνον· εὔκηλον. Ita enim legendum est loco impressi εὔηλον. Substantivum εὐσπλαγχνία reperitur apud Etymol. M. 791. 19.

ΕΥ'ΣΧΗΜΟ'ΝΩΣ, *decenter, honeste, composite, decore*. Adverbium ab εὐσχήμων, quod vide. Ter legitur in N. T. Rom. XIII. 13. εὐσχημόνως περιπατήσωμεν agamus vitam honestam et christianam. 1 Cor. XIV. 40. εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν, 1 Thess. IV. 22. ἵνα περιπατῆτε εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω. Xenoph. Cyrop. I. 3. 7. et Memor. III. 12. 4. Hesych. εὐσχημόνως· εὐλαβῶς. Phavorinus addit σεμνῶς.

ΕΥ'ΣΧΗΜΟΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, 1)

bonam de iis existimationem significamus Deoque pium et gratum animum declaramus, ut adeo hoc modo εὔφημα differant ab ἔπαινος, quod significat *laudabilia, quæ bonam famam pariunt*, quod contra Grotium jam docuit Ven. Storr. in Diss. Exeget. in Ep. ad Philipp. p. 45. Thom. M. εὐφημία· οὐ μόνον ὁ ἔπαινος, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν λόγων καλλιῤῥημοσύνη, ἤγουν τὸ καλοὺς καὶ πρέποντας λόγους λέγειν. — — ὡσαύτως καὶ εὐφημῶ οὐ μόνον τὸ ἐπαινῶ, ἀλλὰ καὶ τὸ καλὰ καὶ πρέποντα λέγω, ubi vide interpretes.

ΕΥ'ΦΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *fructus uberrimos fero, summa fertilitate gaudeo, fertilis sum et ferax*, ab εὔφορος, quod est εὖ et φορέω *gesto, fero*. Luc. XII. 16. ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα divitis cujusdam ager uberem frugum genuerat proventum. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. εὐφορῶν· καλῶς φέρων. Hinc substantivum εὐφορία *fertilitatem, fructuum ubertatem* notat apud Ælian. V. H. II. 17. Philo de Vit. Mos. III. T. II. p. 162. 21. Pollux I. 51. εὐφορία — εὐετηρία, εὐθηνία, εὐκαρπία, πολυκαρπία. Hesych. εὐφορία· εὐθηνία, καλὸς ἐνιαυτός. Eandem significationem habet adjectivum εὔφορος apud Herodian. I. 6. 3.

ΕΥ'ΦΡΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, 1) in activo: *exhilaro, delecto, oblecto, lætitia afficio* vel *perfundo aliquem*. 2 Cor. II. 2. τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με; quis est, qui exhilaret me? Ælian. V. H. I. 32. Herodian. II. 3. 19. Eurip. Alc. 788. Ps. CIII. 16. 2) Medium εὐφραίνομαι *me exhilaro*, h. e. *lætor, delector aliqua re, hilaris fio, læto sum animo*. Luc. XV. 23. εὐφρανθῶμεν hilaritati nos dabimus. Act. II. 26. εὐφράνθη ἡ καρδία μου. ib. VII. 41. εὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν delectantes se manuum ipsorum opere. Rom. XV. 10. Apoc. XII. 12. XVIII. 20. 3) *lætitiam testor, in jubila erumpo*. Galat. IV. 27. εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, coll. Ies. LIV. 1. רָנִּי עֲקָרָה

תָנ׳. 4) speciatim de iis dicitur, *qui vitam mollem et luxuriosam agunt, magnifice epulantur et laute convivantur*. Gloss. εὐφραίνομαι· *epulor, lætor*. εὐφρασία· *epulatio*. Arab. نَعِمَ et *hilarem esse* et *epulari* notat. Luc. XII. 19. εὐφραίνου *vive*, h. e. vitam mollem age. Vulgatus vertit per *epulari*. ibid. XV. 24, 29. ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ, ubi in Cod. Cantabr. e glossemate ἀριστήσω legitur. ibid. v. 32. εὐφρανθῆναι δὲ καὶ χαρῆναι ἔδει lætum potius te oportebat nobiscum epulari. Odyss. II. 311. ibid. XVI. 19. εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς epulabatur cotidie splendide. Apoc. XI. 10. Xenoph. Cyrop. I. 5. 7. et VII. 5. 17. Ita שָׂמַח Deut. XIV. 26. XXVII. 7. ubi Vulgatus vertit: *epulari*, Alex. per εὐφραίνεσθαι. Conf. El. Palairet. Obss. Crit. p. 196. et Fischeri Prolus. XXV. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 19 seq.

ΕΥ'ΦΡΑ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Euphrates*. Nomen magni et celeberrimi fluvii, qui, in Armenia majori in monte (quem incolæ illius regionis *Mingol* vocant) ortus, per Assyriam, Syriam, Mesopotamiam et urbem Babylonem fluit in mare Persicum. Nunc ab accolis *Frat* et a Turcis *Maratsou* appellatur. Nomen accepit non ab εὐφραίνω, ut Ambrosio placebat, qui ita dictum existimabat ideo, quod fluvius hic amœnitate sua delectet, sed ab Hebraico פָּרָה (Hebraice enim פְּרָת dicitur Genes. II. 14. ubi inter fluvios Paradisi numeratur) *crevit, auctus fuit*: illius enim aquæ valde crescunt ex colliquatione nivium in montibus Armeniæ, et terram circumjacentem fœcundam reddunt, teste Cicerone de Nat. D. II. c. 52. ita scribente: "Mesopotamiam fertilem efficit Euphrates, in quam quotannis quasi novos agros invehit." Fuit hic fluvius ingens olim per multorum sæculorum intervallum limes imperii Romani, unde bis commemoratur Apoc. IX. 14. XVI. 12.

ΕΥ'ΦΡΟΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *lætitia, hilaritas, oblectatio*, ab εὔφρων *lætus, cujus mens est hilaris*, ex εὖ *bene* et φρὴν *mens*. Hesych. εὐθυμία. Judith. XII. 12. πιεῖν μεθ' ἡμῶν εἰς εὐφροσύνην οἶνον. Sirac. XXXI. 33. Xenoph. Cyrop. III. 3. 6. et Agesil. 9. 4. 2) *ipsa lætitiæ et gaudii materia, quæcunque tandem sit*. Sic bis legitur in N. T. Act. II. 28. felicitas illa, ad quam Christus, exantlata morte, beneficio Dei pervenit, εὐφροσύνη vocatur, et ibid. XIV. 17. ita dicuntur *commoda hujus vitæ omnis generis, quibus homines maxime delectantur*, v. c. cibi et potus, i. q. apud Sil. Ital. XV. 55. *bona gaudia*. Eodem modo εὐφροσύνη Sirac. XXXVII. 4. *felicem rerum statum* significat, et τῷ καιρῷ θλίψεως opponitur, et Esther. IX. 19. Hebr. מִשְׁתֶּה in vers. Alex. respondet, coll. Sirac. XIII. 11. Confer Spicilegium meum II. Lexici Bieliani p. 81.

ΕΥ'ΧΑΡΙΣΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *gratias ago*, seu *persolvo, cum gratiarum actione celebro*, ex εὖ et χάρις *gratia*. Luc. XVII. 16. 2 Cor. I. 11. διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν per multos etiam gratiarum actione celebretur pro nobis. Ignota plane est hæc significatio probis antiquisque scriptoribus Græcis, apud nos *gratificari*, χαρίζεσθαι, significat. Damnarunt ideo plerique veterum grammaticorum hanc vocem (v. c. Thom. M. et Phrynichus p. 8. εὐχαριστεῖν οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι) et Salmasius in libro de Lingua Hellen. p. 98. eam inter idioticas referre, illorum maxime auctoritate ductus, non dubitavit. Vide Fischeri Animm. ad Welleri Grammat. Gr. p. 8. et Alberti Obss. in N. T. p. 88. Reperitur tamen hæc vox in eodem sensu apud Polyb. (IV. 72. Exc. Leg. III. p. 1092. VIII. p. 1104.) Demosthenem (pro Corona p. 326.) Diod. Sic. (XVI. 11. XX. p. 430. ubi vid. Wesseling.) et Josephum, teste Raphelio et Krebsio in Obss. Flav. p. 272. quibus adde notata a Wetstenio N. T. T. I. p. 426. et J. C. Schwarzio in Monumentis Ingeniorum T. III. p. 300. 2) *preces testando animo grato erga Deum fundo, colo Deum grato animo ob beneficia collata*. Joh. VI. 11. ubi de precibus cœnatoriis dicitur. ib. v. 23. Mat. XV. 36. XXVI. 27. Joh. XI. 47

ΕΥ'ΧΑΡΙΣΤΙ'Α, ας, ἡ, 1) *gratiarum actio pro acceptis beneficiis, quæ Deo vel aliis hominibus præstatur, grati animi significatio*, ab εὐχαριστέω. Act. XXIV. 3. ἀποδεχόμεθα μετὰ πάσης εὐχαριστίας agnoscimus cum omni gratiarum actione. 1 Tim. IV. 3, 4. μετ' εὐχαριστίας cum oratione pia gratiarumque Deo agendarum sensu plena. 2 Cor. IX. 12. Apoc. VII. 12. Polyb. VIII. 14. 8. 2) *urbanitas et jucunditas in sermone temperata et honesta, gratia et honestas orationis*, et opponitur τῇ μωρολογίᾳ, αἰσχρότητι, et εὐτραπελίᾳ. Ephes. V. 4. Apud Xenoph. Cyrop. II. c. 2. 1. εὐχάριστοι λόγοι sunt *lepidi et faceti sermones*, ut recte docuit Morus ad h. l.

ΕΥ'ΧΑ'ΡΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) proprie: *gratus, beneficiorum memor*, ab εὔχαρις *gratus, gratiosus, lepidus*, vel ex inusitato χαριστὸς, quod est a præt. pass. κεχάρισται, verbi χαρίζομαι *gratificor*. Xenoph. Cyr. VIII.

'ΕΦΑ'ΠΑΞ, 1) *semel.* Adverbium actus iterationem negans, respondens nostro: einmal für allemal, *once for all,* et simul perfectionis notionem includit. Rom. VI. 10. de Christo, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανε ἐφάπαξ semel ac perfecte morte sua expiavit peccata humana. Hebr. VII. 27. ἐφάπαξ opponitur τῷ καθ' ἡμέραν quovis die expiatorio, seu, quotannis. ibid. IX. 12. X. 10. 2) *simul, uno eodemque tempore et loco.* 1 Cor. XV. 6. ubi Christus post suam resurrectionem a mortuis visus esse dicitur quingentis christianis ἐφάπαξ simul, uno eodemque tempore et loco. Sæpius non legitur in N. T.

'ΕΦΕΣΙ'ΝΟΣ, *ίνη, ῖνον, Ephesinus,* ab Ἔφεσος, quod vide. Legitur semel in N. T. Apoc. II. 1. τῷ ἀγγέλῳ τῆς Ἐφεσίνης (in aliis codicibus τῆς ἐν Ἐφέσῳ) ἐκκλησίας.

'ΕΦΕ'ΣΙΟΣ, *ία, ιον, Ephesius, Epheso oriundus,* aut *qui Epheso advenit,* ab eodem. Act. XIX. 28, 34, 35. XXI. 29. Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον Trophimum, qui Epheso advenerat cum Paulo.

"ΕΦΕΣΟΣ, *ου, ἡ, Ephesus,* Asiæ minoris urbs maritima, celeberrima metropolis Ioniæ, (πόλις Ἰωνίας ἐπιφανεστάτη, uti Stephanus eam vocat. Herodoto I. c. 142. *Lydiæ* urbs est; nam *Lydia* olim fuit, quæ a colonis vocata fuit *Ionia.*) sita ad mare Icarium, non procul a Caystro, fluvio Lydiæ, inter Smyrnam et Miletum, exstructa et condita secundum Strabonem ab Androclo Codri f. A. M. 2900. secundum Justinum II. c. 4. ab Amazonibus. Olim variis nominibus appellata fuit, nempe *Alope,* Trojanorum tempore, deinde *Ortygia* et *Morge,* teste Plinio H. N. V. 29. etiam *Samornion* et *Ptelea.* Hodie a Turcis *Tigena* vocatur. Splendorem ei dedit haud exiguum ornatissimum Dianæ templum, ducentis viginti annis a tota Asia factum, teste Plinio H. N. XXXVI. 14. et Livio I. c. 45. et inter mundi miracula a veteribus relatum, ob quod Ἀρτέμιδος νεωκόρος a Græcis dicebatur. Act. XIX. 35. Cæterum fuisse Ephesios admodum superstitiosos et magicis artibus assuetos, præter locum Act. XIX. 19. formula proverbialis γράμματα Ἐφέσια clarissime docet, qua *notæ* et *formulæ magicæ* significabantur, *quibus ad averruncandos morbos, dæmones,* etc. *uti solebant, formulæ incantationum,* ἐπῳδαί τινες δυσπαρακολούθητοι, interprete Suida, de quibus lege Küster. ad Suidam T. I. p. 919. J. C. Ortlob. D. philol. de Ephesiorum libris curiosis combustis. Lips. 1708. 4. et Th. Galeum ad Jamblichum p. 290. In universum lectu digna de hac urbe habet Wesseling. ad M. Antonin. Itiner. p. 659. Gude de Ecclesiæ Ephesinæ statu inprimis ævo Apostolico (Lips. 732. 8.) et F. Stosch. Syntagma D. de nominibus urbium Asiæ p. 6 seq.

'ΕΦΕΥΡΕΤΗ'Σ, *οῦ, ὁ, qui aliquid effingit et excogitat, inventor,* i. q. εὑρετής, Anacr. 41. 2 Macc. VII. 31. ab ἐφευρίσκω, quod proprie de *eo* dicitur, *qui fingit, quæ non sunt,* ut docet Schol. Sophocl. ad Ajac. Flag. v. 1074. εὑρίσκει τις τὸ ὄν, ἐφευρίσκει τις τὸ μὴ ὄν. Semel legitur in N. T. Rom. I. 30. ἐφευρετὰς κακῶν, h. e. malorum opifices, scelerum inventores, (Virgil. Æn. II. 161.) *facinorum repertores,* (Tacit. A. IV. 11. 71.) οἱ ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς κακοῖς ἕτερα καινοτομοῦντες κακά, interprete Suida, i. q. κακότεχνοι. Sap. I. 4. coll. Prov. XVI. 27. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 29. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 84. ἐφευρετής, *ingeniosus.*

'ΕΦΗΜΕΡΙ'Α, *ας, ἡ,* 1) proprie: *ministerium diurnum, functio, quæ unum diem durat,* ἡ τῆς ἡμέρας λειτουργία, interprete Hesychio, ab ἐφήμερος, quod vide. Polyb. XXII. 10. 6. ἐφημερεύειν ἐπὶ τῶν ἔργων interdiu stationem habere ad opera. 2) *omne ministerium, ad stata tempora restrictum,* nam ἡμέρα de *quovis tempore* in N. T. usurpatur. 3) *ipsa sacerdotum classis, qui in hebdomadas singulas munere sacerdotali fungebantur.* Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 645. Scilicet Davides omnes, e sacerdotali genere oriundos, in viginti quatuor familias, seu classes, distribuerat, quæ certis hebdomadum vicibus sacerdotii munus obibant, 1 Paral. XXIV. 4. et quas non solum Salomo, (2 Paral. VIII. 14.) sed etiam Nehemias (Nehem. XIII. 30.) confirmaverat. Insignis hanc in rem locus est apud Joseph. A. J. VII. 15. 7. ubi ita de Davide: διεμέρισε δ' αὐτοὺς κατὰ πατριάς, (hinc Suidas ἐφημερία per πατριὰν interpretatus est atque addit: λέγεται δὲ καὶ ἡ τῆς ἡμέρας λειτουργία. Eadem habentur apud Phavorinum cum additamento hoc : καὶ τῆς ἑβδομάδος, uti legendum est loco impressi ἑνδομάδος.) καὶ χωρίσας ἐκ τῆς φυλῆς τοὺς ἱερεῖς, εὗρε τούτων εἴκοσι τέσσαρας πατριάς, καὶ ἐκ μὲν τῆς Ἐλεαζάρου οἰκίας ἑκκαίδεκα, ἐκ δὲ τῆς Ἰθαμάρου ὀκτώ. διέταξε δὲ μίαν πατριὰν διακονεῖσθαι τῷ Θεῷ ἐπὶ ἡμέρας ὀκτώ. Quælibet harum classium præfectum habebat, qui *princeps liturgiæ* aut *ephemeriæ* vocabatur. Post exilium Babylonicum diversitatis aliquid fuisse quoad capita ephemeriarum, Lightfootus tradit in Hor. Hebr. et Talmud. ad Luc. I. 5, 8. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΕΦΗ'ΜΕΡΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ,* idem quod ἐφημέριος, 1) proprie: *diem unum durans, diurnus, vivens in unum diem,* ex ἐπὶ et ἡμέρα. Usurpatur inprimis de animalculis, quæ uno die cursum vitæ conficiunt, tradente Eustathio ad Homer. Od. φ', v. 85. et Hesych. ἐφήμερον, ζῶον οὕτω καλούμενον, ὅπερ ζῇ μίαν ἡμέραν. Febres diariæ ἐφήμεροι πυρετοὶ dicuntur, observante Foësio Œcon. Hippocr. p. 155. Confer Valckenar. ad Eurip. Phœn. v. 1515. et Irmisch. ad Herodian. I. 1. 7. 2) *cotidianus.* Sic semel legitur in N. T. Jacob. II. 15. λειπόμενοι τῆς ἐφημέρου τροφῆς destituti victu cotidiano, seu ad vitam sustentandam necessario, i. q. ἄρτου ἐπιουσίου, Aristides T. II. p. 398. τῆς ἐφημέρου τροφῆς. Dionys. Halic. Ant. VIII. 41. Sueton. Nero. 37. diurnum victum. Vid. Gataker. ad Marc. Antonin. IV. 35. p. 122 et 271.

'ΕΦΙΚΝΕ'ΟΜΑΙ, *οῦμαι,* fut. *ἵξομαι, attingo, pertingo, pervenio,* ex ἐπὶ et ἱκνέομαι *venio.* Legitur bis in N. T. 2 Cor. X. 13. ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν ut ad vos progressus sim, seu pervenerim, scil. doctrina mea et institutione. ibid. v. 14. ὡς μὴ ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς quasi ad vos usque non pervenerim. Alberti Gloss. N. T. p. 144. μὴ ἐφικνούμενον μὴ καταλαμβανόμενοι, seu, ut fortasse ex Hesychio rescribendum est, μὴ καταλαμβάνοντες. Hesych. ἐφικνούμενος· νοῶν, φθάνων, ἐγγίζων, παραγινόμενος, ἢ γνούς. Cf. Reisk. Index Demosthenis s. h v. p. 391. et Lexicon Xenophonteum Vol. II. p. 431.

'ΕΦΙ'ΣΤΗΜΙ, fut. ἐπιστήσω, et **'ΕΦΙ'ΣΤΑΜΑΙ,** 1) proprie et quidem in præsenti: *sisto et colloco juxta, admoveo, appono, adhibeo,* ex ἐπὶ et ἵστημι *statuo.* Xenoph. Cyrop. IV. 2. 10. 2) *me admoveo,* h. e. *accedo,* et speciatim de *iis* usurpatur, *qui præter spem et inopinato superveniunt, et repente alterum opprimunt,* quod nostri dicunt: einem unvermuthet über den Hals kommen, *to attack one unexpectedly.* Luc. II. 38. ἐπιστᾶσα forte accedens. ibid. X. 40. ἐπιστᾶσα accedens. ibid. XX. 1. ἐπισ-

Luc. VIII. 20. ἐὰν ἔχητε πίστιν. Act. XXIV. 16. Huc etiam pertinet locus Apoc. II. 6. ἀλλὰ τοῦτο ἔχεις sed hoc præclarum in te est. 3) *accipio, habeo mihi aliquid concessum.* Matth. V. 46. τίνα μισθὸν ἔχετε (pro ἕξετε Attice); quodnam præmium reportabitis? ibid. VI. 1. μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν. ib. XXVII. 65. ἔχετε κουστωδίαν concessi sint vobis custodes. Esther. I. 11. τὸ μὲν ἀργύριον ἔχε. Euripid. Phœn. v. 873. 4) *obtineo, acquiro, adipiscor, consequor.* Matth. XIX. 16. ἵνα ἔχω (in aliis κληρονομήσω) ζωὴν αἰώνιον ut consequar felicitatem æternam, coll. Marc. X. 17. ibid. v. 21. καὶ ἕξεις θησαυρὸν et comparabis tibi thesaurum. Joh. V. 24. ἔχει ζωὴν αἰώνιον obtinebit aliquando felicitatem æternam. ibid. v. 39, 40. XX. 31. Rom. V. 2. τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν κ. τ. λ. copiam nacti sumus utendi hoc beneficio divino. Philip. III. 9. In versione Alex. Amos VI. 13. ἔχειν Hebraico לָקַח respondet. Hesiod. Opp. et Dies v. 126. καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον. Apollod. III. 14. 1. Confer Alberti Obss. Philol. p. 293. 5) i. q. παρέχω *præbeo, affero.* 1 Joh. IV. 18. ὁ φόβος κόλασιν ἔχει timor servilis cruciatum affert. Huc etiam commode referri potest locus Rom. I. 13. ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ ut ex me utilitas ad vos redundet. Herodot. V. c. 101. p. 428. edit. Wesseling. οὐκ ἔχοντος ἐξήλυσιν ἐκ τοῦ ἄστεως nec præbente regressum ex urbe. Thucyd. II. c. 61. ubi Schol. ἔχει ἤδη· παρέχει. Homer. Iliad. π', v. 794. Conf. Abresch. Dilucidd. Thucyd. pag. 272. Viger. Idiot. Ling. Gr. p. 118. et 246. et Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 150. 6) *complector, contineo.* Hebr. IX. 4. de sancto sanctorum χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον in quo erat aureum thuribulum. ibid. στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα. Apoc. XXI. 11, 7. omisso ἐμαυτὸν, *utor aliqua conditione, me habeo, affectus sum, fortuna aliqua utor,* et maxime de *constitutione et valetudine tam bona, quam adversa,* dicitur. Matth. IV. 24. πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας omnes male se habentes. ibid. VIII. 16. IX. 12. Marc. II. 34. κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις. ib. XVI. 18. καλῶς ἕξουσιν melius se habebunt. Joh. IV. 52. κομψότερον ἔσχε melius se habebat. Marc. V. 23. ἐσχάτως ἔχει in extremo vitæ periculo versatur. Marc. III. 10. Act. XXIV. 23. XXVIII. 9. Confer Glassii Philol. S. pag. 368. edit. Dathii. 8) *occupo aliquid et occupatum teneo,* maxime si de animo sermo est. Marc. XVI. 8. εἶχε δὲ αὐτοὺς τρόμος tenebat animum eorum et occupabat summa obstupefactio. Hesiod. Theog. ver. 588. θαῦμα δ' ἔχ' ἀθανάτους τε θεούς. Interdum in hac significatione passive sumitur, v. c. Matth. XI. 18. δαιμόνιον ἔχει a dæmone agitatur, seu occupatus tenetur. Certe ἔχεσθαι apud Græcos de eo usurpatur, *qui correptus est et tenetur morbis,* v. c. apud Lucian. T. III. pag. 48. edit. Reitz. πυρετῷ ἐχόμενοι. 9) *æstimo, reputo, habeo, censeo, in pretio et dignitate habeo.* Matth. XIV. 5. XXI. 26, 46. ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον eum ut vatem reverebantur. Marc. XI. 32. Act. XX. 24. οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ non vitam meam tanti facio. Philip. II. 29. ἐντίμους ἔχετε. Diog. Laërt. Vita Solonis p. 40. ed. Colon. 1615. 8. καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστότερον ἔχε. Theogn. in Sentent. pag. 190. σὺ δὲ ἴσχες τοῦτο μάταιον. Hesych. ἔχειν· ἀξιοῦν. 10) *utor aliqua re.* Matth. XIII. 12. ὅστις δὲ οὐκ ἔχει qui vero non utitur. ibid. ὅστις ἔχει qui utitur acceptis. Ibid. XXV. 29. τῷ ἔχοντι, qui recte utitur commissis, opponitur: ὁ μὴ ἔχων, qui male utitur commissis. Marc. III. 22. Βεελζεβοὺλ ἔχει ope Beelzebuli utitur in miraculis patrandis, coll. v. 30. et Matth. XII. 24. 11) *possum, valeo,* i. q. δύναμαι. Marc. XIV. 8. ὃ ἔσχεν αὕτη pro viribus, pro facultate sua: nisi malis, quod tamen eodem rediret, ποιεῖν supplere e sequentibus. Luc. XIV. 14. Joh. VIII. 6. ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ ut accusandi eum materiam haberent. Luc. VII. 42. μὴ ἐχόντων αὐτῶν ἀποδοῦναι cum neuter solvendo esset. Luc. XII. 4. coll. Matth. X. 28. Act. IV. 14. οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν. Hebr. VI. 13. Prov. III. 27. Inc. Int. Ps. CXLV. 3. τῷ οὐκ ἔχοντι σῶσαι. Xen. Mem. I. 2. 41. ἔχοις ἄν με διδάξαι, τί ἐστι νόμος; Eurip. Phœn. 427 et 543. Ælian. V. H. II. 23. Herod. VIII. 3. 21. Ita *habere* apud Latinos, v. c. Cic. ad Fam. I. 5. Tertull. Apologet. c. 37. Gellium XVII. 20. Conf. Heusinger. ad Vechneri Hellenol. p. 409. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 374. 12) uti Latinum *habere* pro *esse,* sich verhalten, *to be, to be in a state.* Act. XII. 15. illa vero affirmabat, οὕτως ἔχειν rem ita se habere, seu vere ita esse. Act. VII. 1. εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; num res est ita? num vere se ita habet? ibid. XVII. 11. εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως an vere res se ita haberet, h. e. an verus consensus esset oraculorum V. T. et fatorum et factorum J. C. Huc etiam referunt nonnulli locum Act. XXIV. 25. τὸ νῦν ἔχον ut nunc se res habet. Sed exempla, quæ Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 124. ad hanc versionem defendendam protulit, aliena sunt ab hoc loco, in quo ἔχον plane abundat, et τὸ νῦν ἔχον, pro τὸ νῦν positum, *in præsenti,* für jett, *for the moment,* significat. Confer Reitz. ad Lucian. Asin. c. 20. T. II. Opp. p. 588. et 780. et Viger. p. 245. 13) si de tempore dicitur, *ago, transigo, versor, immoror, natus sum.* Joh. VIII. 57. πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις tu nondum annos natus es quinquaginta. ibid. V. 5. τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν ἀσθενείᾳ per triginta et octo annos morbo correptus. ibid. v. 6. ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει eum jam multum temporis egisse in morbo. ibid. XI. 17. quatuor jam dies transegerat in sepulcro. Alciphr. III. Ep. 20. τρίτην ταύτην ἡμέραν ἔχων ἐν ἄστει. Cf. Reitz. ad Lucian. T. II. Opp. p. 847. Barnes. ad Eurip. Helen. v. 75 et 333. 14) *disto,* i. q. ἀπέχω. Act. I. 12. σαββάτου ἔχοντα ὁδὸν sabbati via distantem. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 7. 15) omisso χρήματα, (Luc. XVIII. 24.) seu οὐσίας, *dives sum, abundo,* et e contrario οὐκ ἔχω *inops sum, destituor.* Ex hac notione vulgo explicatur locus Matth. XIII. 12 ὅστις γὰρ ἔχει κ. τ. λ. ut sententiam vitæ communis contineat hoc modo: dives facillimo negotio res suas augere potest, pauper vero haud raro sua amittit. (Formula οὐκ ἔχειν h. l. eodem modo usurpatur, ut *nil habere* apud Juvenalem Sat. III. 208. *Nil habuit Codrus — et tamen illud perdidit infelix nil.*) 2 Cor. VIII. 11. ἐν τοῦ ἔχειν pro facultatibus vestris. ibid. v. 12. Nehem. VIII. 10. Idem usus loquendi apud Græcos (Arrian. Exped. Alex. II. 1. p. 61. Æschin. Dial. II. 10. Eurip. Alcest. 58. Aristoph. Plut. 596.) et Latinos (Virg. Georg. II. 499. Cic. ad Famil. VII. 29.) scriptores obtinet. Conf. Valkenar. ad Herodot. VI. c. 22. Markland. ad Lysiam p. 576. Küsterum ad Aristoph. Plut. 596. Wetstenii N. T. T. I. p. 400. et Grævium ad Cic. Epp. ad Div. VII. 29. 16) *sustineo.* 2 Cor. I. 9. ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν damnationem mortis sustinuimus. Phil. I. 30. τὸν αὐτὸν ἀγῶνα ἔχοντες idem certamen sustinentes. Coloss. II. 1. 17) i. q. κατέχω, *conservo, retineo.*

ἝΩΣ ἌΝ, *donec*. Construitur cum subjunctivo. Matth. II. 13. ἕως ἂν εἴπω σοι usque dum nova tibi mandata dederim. ibid. V. 18, 26. X. 11. Marc. IX. 1. — *sed*, i. q. ἀλλά. Matth. XII. 20. coll. Ies. XLII. 3. ubi ἀλλὰ Alexandrini habent. Act. II. 35. 1 Cor. II. 5.

ἝΩΣ ΟΥ̃, scil. χρόνου, ἐν ᾧ, respondet Hebr. עַד כִּי Gen. XXVI. 13. *usque ad id tempus, quo*, i. e. *usque dum, donec*, et quidem tum vel conjunctivum adsciscit, vel indicativum. Matth. XVII. 9. XVIII. 30, 34. Luc. XIII. 21. — *interim dum*. Matth. XIV. 22. ἕως οὗ ἀπολύσῃ τοὺς ὄχλους dum interim turbam dimitteret. ibid. XXVI. 36. ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ dum abeo illuc precandi causa. Dionys. Halic. VIII. 64. Aristoph. Equit. v. 111.

ἝΩΣ ὍΤΟΥ, *dum adhuc, quandiu*, Hebr. עַד־אֲשֶׁר 1 Sam. XXX. 4. Matth. V. 25. ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ dum adhuc cum illo in via es. — *donec, usque dum*, Luc. XV. 8. XXII. 16, 18. Joh. IX. 18.

ἝΩΣ ΠΟ'ΤΕ, *quousque? quamdiu?* Matth. XVII. 17. Marc. IX. 19. Joh. X. 24. Etiam simplex ἕως haud raro *quamdiu* notat apud Græcos, v. c. Polyb. IV. 3. ἕως Ἀντίγονος ἔζη quamdiu vixit Antigonus.

ἝΩΣ ὯΔΕ, *huc usque*, loci. Luc. XXIII. 5. ἕως ὧδε ad hanc usque urbem. Sic עַד־פֹּה Job. XXXIII. 11.

Z

ΖΑΒΟΥΛΩ'Ν, ὁ, *Sabulon*. 1) Nomen proprium decimi filii Jacobi, et sexti ex *Lea* nati. Hebr. dicitur זְבֻלוּן a radice זָבַל *habitavit, cohabitavit*, notans *cohabitationem*, quo nomine mater, cum in hoc suo filio egregium Dei donum sibi collatum agnosceret, eum boni ominis causa insignivit, prout ipsa hoc declarat Genes. XXX. 20. יִזְבְּלֵנִי אִישִׁי h. e. ex eo mihi mariti stabilem cohabitationem promitto. 2) per metonymiam *posteros Sabulonis* significat, *ipsam adeo tribum, quam incolebant Sabulonis posteri in Palæstina*, quæ inter Isascharis regionem, Aseris et Nephthali interjecta erat. Matth. IV. 13. ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ, et v. 15. γῆ Ζαβουλών. Apoc. VII. 8. Sæpius non legitur in N. T. Alb. Gloss. Gr. N. T. p. 223. κατοικητήριον.

ΖΑΚΧΑΙ̃ΟΣ, ου, ὁ, *Zachæus*. Nomen proprium portitorum, seu operarum magistri, vel Syriacum ܙܟܝ *purus, justus*, a radice ܙܟܐ *mundavit, justificavit*, vel Hebraicum, a זָכָה seu זָכַךְ *purus, mundus fuit*. Alberti Gloss. Gr. p. 8. Ζακχαῖος· δίκαιος. Luc. XIX. 2, 5, 8. Wetstenii N. T. T. I. p. 784.

ΖΑΡᾺ, ὁ. Nomen viri indeclinabile, qui fuit filius Judæ ex Thamare susceptus. Hebraice vocatur זֶרַח i. e. *ortus*, a זָרַח *ortus est*. Memoratur in Genealogia Christi Matth. I. 3.

ΖΑΡΟΥ̃Χ. Vide ΣΑΡΟΥ̃Χ.

ΖΑΧΑΡΙ̃ΑΣ, ου, ὁ, *Sacharias*. Nomen viri originis Hebraicæ ex זָכַר *meminit, recordatus fuit*, et יָהּ nomine divino, (Alb. Gloss. Gr. p. 7. Ζαχαρίας· μνήμη Κυρίου) ideo ei fortasse a parentibus inditum, ut semper Dei et præceptorum divinorum memor viveret. Duo vero hujus nominis in N. T. libris occurrunt. Unus fuit *sacerdos* et *pater Johannis baptistæ*. Luc. I. 5, 12, 13, 18, 21, 40, 59, 67. III. 2. Alter vero fuit *filius Barachiæ, occisi in templo*, Matth. XXIII. 35. Luc. XI. 51. qui quibus temporibus vixerit, variæ sunt eruditorum sententiæ. Alii enim intelligunt Zachariam, filium Joiadæ, summi sacerdotis, qui ob reprehensa populi Judaici peccata jussu regis Joasi in atrio templi lapidatus fuit. 2 Paral. XXIV. 20.—22. Ne vero nomen patris Joiadæ aliquem offendat, observat Grotius, multos Hebræorum quondam fuisse binomines. Alii, repugnante historia, intelligunt *Sachariam, prophetam*, filium Berechi, filii Hiddonis. Sach. I. 1. Novam denique viam ingressus est Krebsius in Obss. Flav. p. 51. qui putat, hic intelligendum esse Sachariam, Baruchi filium, paulo ante excidium Hierosolymitanum in medio templo a zelotis nefarie interfectum, teste Josepho de B. J. IV. 5. 4. Cui opinioni ne obstaret, quod Christus Matth. XXIII. 35. non de re futura, sed præterita loquatur, verba ὃν ἐφονεύσατε reddenda essent: *quem occideritis*, aoristo pro futuro posito, ex usu loquendi Græcorum, a Casaubono ad Polybium p. 222. edit. Gronov. jam observato. Equidem sententiam, primo loco positam, majori veri specie sese commendare arbitror. Confer Maur. Castens D. Histor. Crit. de Zacharia Barachiæ filio Lips. 720. 4. et Wetstenii N. T. T. II. p. 490.

ΖΑ'Ω, ῶ, ζῇς, ζῇ, imperf. ἔζων, ἔζης, fut. ζήσομαι, aor. 1. ἔζησα, perf. ἔζηκα, part. ζῶν, ζῶντος, inf. ζῆν, 1) *vivo*, præsertim de *vita hominum præsente*. Matth. XXII. 32. οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. ibid. XXVII. 63. ἔτι ζῶν cum esset in vivis. Infinitivus τὸ ζῆν pro substantivo ζωὴ *vita* ponitur Phil. I. 21. ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς omnem vitam meam impendo propagationi religionis christianæ. ibid. v. 22. εἰ δὲ τὸ ζῆν ἐν σαρκὶ κ. τ. λ. si magnam utilitatem ex vita mea christianorum cœtus percipiat. Hebr. II. 5. διὰ παντὸς τοῦ ζῆν per omnem vitam. Apoc. XIX. 20. ζῶντες ἐβλήθησαν κ. τ. λ. Conf. Lycophr. Alex. 497. et Sophocl. Antigon. 1136. 2 Macc. III. 31, 33. VII. 22. Conf. Palairet. Obss. Critt. p. 446. Ζῶντες καὶ νεκροὶ *omnes omnino homines, universum genus humanum*, et illi quos dies extrema vivos deprehendet et qui post mortem in vitam redibunt. Act. X. 42. κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν judex omnium hominum. 2 Tim. IV. 1. coll. 1 Thess. IV. 14—17. 2) *vitam conservo, in vita conservor, alor, sustentor, victum capio, liberor e periculis vitæ*. Matth. IV. 4. οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος non pane solum alitur homo. Marc. V. 23. ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται. Act. XVII. 28. ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν per eum conservatur vita nostra. ibid. XXII. 22. XXVIII. 4. 1 Cor. IX.

14. ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν ex opera, quam posuerunt in prædicanda doctrina christiana, victum capere. 2 Cor. VI. 9. ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν etsi cotidie in periculis mortis versamur, tamen repente eripimur. 2 Cor. XIII. 4. ubi opponitur τῷ ἀσθενεῖν calamitatibus premi. Jacob. IV. 15. Ælian. V. H. II. 36. Ita חָיָה Exod. I. 16. Num, IV. 19. XIV. 38. Jos. VI. 17. 3) *in vitam redeo, revivisco, vitam recipio.* Matth. IX. 18. Marc. XVI. 11. Luc. XXIV. 5. τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; coll. v. 6. ἠγέρθη, et v. 23. Joh. V. 25. XI. 25. κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται etiamsi mortuus fuerit, aliquando in vitam redibit. Act. I. 3. Apoc. II. 8. ὁ ἐγένετο νεκρὸς καὶ ἔζησεν. ibid. XX. 4, 5. Ita חָיָה 1 Reg. XVII. 22. Ies. XXVI. 14. 4) per metonymiam: *sanitatem recupero, convalesco.* Joh. IV. 50. ὁ υἱός σου ζῇ filius tuus sanitati restitutus est. ib. v. 51. et 53. coll. v. 52. Simili modo Hebræi suum חָיָה usurpant. Ies. XXXVIII. 9. וַיְחִי מֵחָלְיוֹ Alex. καὶ ἀνέστη ἐκ τῆς μαλακίας αὐτοῦ. 2 Reg. XX. 7. יֶחִי Alex. καὶ ὑγιάσει. 2 Reg. I. 2. Artemid. IV. 5. 5) *perennis sum,* per metaphoram. Joh. IV. 11. ὕδωρ ζῶν aqua fontalis et perennis, et opponitur stagnis. ibid. VII. 38. Genes. XXVI. 19. Levit. XIV. 5. ubi ὕδωρ ζῶν a Josepho explicatur per πηγαῖον καὶ ἀέναον ὕδωρ. Martial. Epigr. II. 90. fons vivus. Eodem modo et nos lebendig, *living,* omne dicimus, quod similitudinem tantum corporis viventis habet, v. c ein lebendiger Zaun, *a living hedge.* Sic etiam 1 Petr. II. 5. λίθοι ζῶντες sunt lapides naturales, non artificiales, cujusmodi sunt saxa, quæ suo modo vivunt. Hinc *viva saxa* dixit Virgil. Æn. I. 171. ubi vid. Servius, et Ovid. Ep. VI. Heroid. v. 88. De lapidibus integris, quibus ferrum non inductum est, λίθοι ζῶντες adhibentur a Josepho A. J. V. 1. 140. 6) *felix sum et prospero rerum statu utor;* speciatim: *fruor felicitate christianorum et in hac vita* (quæ est in favore divino efficacissimo et immunitate a pœnis peccatorum) *et in futura.* Luc. X. 28. τοῦτο ποίει καὶ ζήσῃ, coll. v. 25. Joh. VI. 51. ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα semper felix erit. ibid. v. 57. sicut misit me Deus omnis felicitatis auctor, cui et ego omnem felicitatem meam debeo, ita, qui me edit, per me felicissimus evadet. Joh. XIV. 10. ὅτι ἐγὼ ζῶ καὶ ὑμεῖς ζήσεσθε participes eritis aliquando felicitatis, qua ego post mortem apud Deum fruar. Rom. I. 17. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται verus christianus ob suum religionis studium felicitate christianorum beabitur. Rom. VI. 10. ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ vitam nunc agit apud Deum beatam. ibid. VIII. 13. 1 Thess. III. 8. V. 10. 7) i. q. ζωοποιέω, *vitam do,* seu *reddo, felicem reddo, ad veram felicitatem duco.* Joh. VI. 51. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ego doctrina mea homines ad veram felicitatem duco, coll. v. 48. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. ib. v. 57. ὁ ζῶν πατὴρ Deus omnis felicitatis auctor. Alii vertunt: qui vita beata gaudet. Act. VII. 38. λόγια ζῶντα doctrina salutaris, i. q. λόγος ζωῆς. Hebr. X. 20. ὁδὸς ζῶσα via ad felicitatem ducens. 1 Petr. I. 3. Psalm. CXIX. 51. ὅτι τὸ λόγιόν σου ἔζησέ με. 8) *vere talis sum, qualem me profiteor et qualis esse debeo, nomine meo dignus sum.* Joh. XI. 26. πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ et omnis verus meus cultor non in æternum morietur. Act. VII. 38. λόγια ζῶντα, h. e. ut etiam non incommode reddi potest, *vera oracula divina.* Sophocl. Œdip. Tyr. v. 489. μαντεῖα ζῶντα. Schol. ἰσχύοντα τῇ ἀληθείᾳ. Rom. XII. 1. θυσία ζῶσα victima vera et nomine suo digna. Hinc non solum ζῆν interdum *veracem et ratum esse et certum eventum habere* significat, Hebr. IV. 12. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ certissimæ sunt comminationes divinæ: sed etiam Deus in tot N. T. locis ὁ ζῶν vocatur, *quatenus verax est et exsequitur pœnas, quas minatus est,* Hebr. X. 31. *quatenus verus et unus est, qui neminem sibi parem, neminem superiorem habet,* Matth. XVI. 16. Hebr. XII. 22. ad imitationem Hebr. אֵל חַי Jos. III. 10. 1 Sam. XVII. 26, 36. Psal. XLII. 3. cui מֵתִים mortui, h. e. deastri, opponuntur. Ps. CVI. 28. Adde 1 Thess. I. 9. Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ — *quatenus denique veracissimus est et spes in eo posita neminem fallit.* 1 Tim. IV. 10. VI. 17. 9) Formulæ ζῆν ἐν τινι, ζῆν τινὶ et ζῆν κατά τι non solum de *iis* usurpantur, *qui aliquid cum voluptate, frequenter et summo cum studio tractant,* sed etiam de *iis, qui se ad alicujus arbitrium, præcepta et vitam accommodant,* et in universum significant: *vitam alicui consecrare.* Rom. VI. 2. πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ, sc. ἁμαρτίᾳ, ᾗ ἀπεθάνομεν; quomodo vitiositati iterum dediti simus, cui renuntiavimus? ibid. XIV. 7, 8. οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν ἑαυτῷ ζῇ κ. τ. λ. sensus: nemo pro arbitrio vivere et mori potest, vita nostra Christo est consecranda. 2 Cor. V. 15. Gal. II. 19, 20. ὃ δὲ νῦν ζῶ κ. τ. λ. quod attinet ad vitam meam in his terris, tota occupata est in religionis christianæ studio. Coloss. II. 20. ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ quasi adhuc obstricti essetis religioni Mos. Rom. VIII. 12, 13. κατὰ σάρκα ζῆν vitiositati in omnibus actionibus suis obtemperare, et opponitur τῷ πνεύματι ζῆν Gal. V. 25. Sic apud Latinos *vivere alicui* apud Terent. Eun. I. 1. 28. Ælian. V. H. III. 13. ζῆν ἐν οἴνῳ. Alciphr. Epp. I. 37. δεῖ γὰρ αὐτὸν ἢ ἐμοὶ ζῆν, ἢ τεθνάναι Θεττάλῃ. Sic etiam ζῆν τῇ πόλει olim dicebantur, qui facultatibus et bonis suis uterentur ad salutem civitatis. Vid. Polluc. III. c. 6. Sed interdum ζῆν ἔν τινι etiam *is* in N. T. dicitur, *ad cujus præcepta et vitam nos accommodamus,* v. c. Galat. II. 20. ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστὸς Christus per me agit; et ζῆν τινὶ partim *is* dicitur, *qui vitam suam alicujus beneficio debet,* Luc. XX. 38. πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν omnes enim vitam habent beneficio divino; (Eadem formula usus est Josephus de Maccab. § 16. T. II. p. 518.) partim, *qui aliqua re animatur,* quod nostri dicunt: belebt, beseelt werden, *lively, animated.* Galat. V. 25. εἰ ζῶμεν πνεύματι si animamur doctrina christiana, animis nostris semper obversante. Hinc ζῆν, absolute positum, 10) significat: *vivere honeste, et digne Deo ejusque præceptis,* et ζῶν speciatim dicitur *homo emendatus et prorsus immutatus per religionem christianam,* et opponitur τῷ νεκρῷ. Rom. VI. 13. Apoc. III. 1. Immo Deus ipse ὁ ζῶν dicitur Hebr. IX. 14. quatenus est sanctissimum numen et pietatem ab hominibus postulat. 11) ζῶ ἐγὼ inservit formulæ jurandi: *per me juro, ita ego vivam.* Rom. XIV. 11. ubi Hebraico בִּי נִשְׁבַּעְתִּי Ies. XLV. 23. respondet. Num. XIV. 21, 28. Jer. XXII. 24. Ezech. V. 11.

ΖΕΒΕΔΑΙΟΣ, ου, ὁ, *Sebedæus.* Nomen viri Hebraicum זְבַדִי aut זַבְדִּי quod in scriptis Judæorum sæpius occurrit et *munificum, liberalem* significat, a radice זָבַד *dotavit, donavit,* unde זֶבֶד *dos, donum.*

Fuit hic maritus Salomes, pater Johannis et Jacobi, apostolorum, (Matth. IV. 21. X. 2.) qui ideo in N. T. κατ' ἐξοχὴν οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου vocantur Matth. XX. 20. XXVI. 37. XXVII. 56. etc. Gloss. Gr. Alberti p. 7. Ζεβεδαίου, παροικίζοντος, ex זָבַל *cohabitavit*.

ΖΕΣΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) proprie: *fervidus*, a ζέω *ferveo*. 2) metaphorice: *summo alicujus rei studio flagrans*. Apoc. III. 15, 16. οὔτε ζεστὸς nec morum probitate eminens. Homo, qui nec fervidus nec frigidus est, sensu morali a Judæis dicebatur בֵּינוֹנִי *intermedius*. Conf. Midrasch in Sohar. fol. 83. col. 327. Sæpius non legitur in N. T. Etymol. M. 413. 22. ζεστὸν ἄνθρωπον φαμὲν τὸν εὐκίνητον καὶ θερμόν. Confer infra sub ζέω, Wetstenii N. T. T. II. p. 763. et Vechneri Hellenolexiam Lib. II. c. 4. p. 458.

ΖΕΥ̃ΓΟΣ, εος, ους, τὸ, 1) proprie: *jugum, instrumentum, quo boves conjunguntur et alligantur ad trahendum aratrum aut vehiculum*, i. q. ζυγὸς, a ζευγνύω, vel ζεύγνυμι, *jungo, conjungo, copulo*. Ælian. V. H. IX. 29. Xenoph. Mem. I. 1. 9. 2) *par eorum, quæ aliquo modo sibi conveniunt*. Sic bis legitur in N. T. Luc. II. 24. ζεῦγος τρυγόνων par turturum, Hebr. שְׁתֵּי תֹרִים Levit. V. 11. Alex. ζεῦγος τρυγόνων. ibid. XIV. 19. ζεῦγος βοῶν par boum, qui jugo conjunguntur, Hebr. אֶת צֶמֶד הַבָּקָר 1 Reg. XIX. 21. Alex. τὸ ζεῦγος βοῶν. Herodot. III. 76. Athen. IX. p. 397. A. ταῶν ζεῦγος. Ib. p. 478. B. κυλίκων ζεῦγος. Apud Græcos, ut apud Latinos *par*, latius interdum patet. Sic v. c. ζεῦγος φίλιον de *duobus amicis* apud Eurip. Hercul. Fur. v. 1403. de conjugibus apud Xenoph. Œcon. 7. 18. et apud Cic. Philip. XI. 2. *jugum impiorum* de Dolabella et M. Antonio occurrit. Hesych. ζεῦγος· πᾶν τὸ ἐζευγμένον, καὶ ὄχημα, καὶ ἐπὶ τριῶν καὶ τεσσάρων ἔτασσον. Vid. Valckenar. ad Eurip. Phœn. v. 331. Dorvill. ad Charit. p. 469. et Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΖΕΥΚΤΗΡΙ'Α, ίας, ἡ, *vinculum, quo aliquid cum altero jungitur, junctura*, ab eodem verbo. Semel legitur in N. T. Act. XXVII. 40. τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων vincula gubernaculorum. Euripid. Helen. 1552.

ΖΕΥ'Σ, ὁ, genit. Διὸς, dat. Διὶ, acc. Δία, ad differentiam præpos. διὰ, vocat. Ζεῦ, *Jupiter*. Nomen proprium dei fictitii inter gentiles, cæterorum deorum regis et patris, ita sine dubio vocati ἀπὸ τοῦ ζῆν, vel, quod vitæ auctor a gentilibus haberetur, (conf. Menag. ad Diog. Laërt. p. 45.) vel secundum Lactantium I. c. 11. quod primus ex liberis Saturni maribus vixerit. Act. XIV. 12. cum quo loco confer Ovid. Metam. VIII. 629. et Fast. V. 493. 2) *statua Jovis atque imago*. Act. XIV. 13. ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως sacerdos Jovis, cui statua atque templum erecta erant ante urbem. Hesychius: ἀντήλιοι, θεοὶ οἱ πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρυμένοι.

ΖΕ'Ω, fut. έσω, 1) proprie: *ferveo*, de fervore, ignis vi excitatio, *bullio*, per onomatopoeiam, quia liquor bulliens sonum format similem huic verbo sibilanti ζέω. Job. XXXII. 19. Plutarch. T. VI. p. 505. edit. Reisk. Phavor. ζέω· τὸ βράζω, καὶ λέγεται οὐ μόνον ἐπὶ ὑδάτων, ἀλλὰ καὶ τοῦ θυμοῦ. εἴρηται δὲ κατὰ μίμησιν τοῦ κατὰ τὴν θερμασίαν τῶν ὑδάτων ἤχου. 2) metaphorice: *summo alicujus rei studio flagro, plenus ardore sum, promtus sum animo*. Act. XVIII. 25. ζέων πνεύματι flagrans studio doctrinæ divinæ ulterius propagandæ. Rom. XII. 11. ζέοντες τῷ πνεύματι animo fervente negotia vestra peragite. Alberti Gloss. N. T. p. 108. τῷ πνεύματι ζέοντες· ἕτοιμοι πρὸς τὴν πνευματικὴν ἐργασίαν. Confer Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 1296. Philo de Vita Mosis III. T. II. p. 178. 13. Dionys. Haiic. Ant. p. 2246. edit. Reisk. Etiam ἐπιζέω de gravioribus animi affectibus adhibetur apud Eurip. Iphig. Taur. v. 978.

ΖΗΛΕΥ'Ω, fut. εύσω, i. q. ζηλόω. Legitur tantum in nonnullis codd. Apoc. III. 19. Vide infra sub ζηλόω.

ΖΗ̃ΛΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *fervor*, a ζέω *ferveo*, et λίαν *valde*, teste Etym. M. ζῆλος· παρὰ τὸ ζέω καὶ λίαν γίνεται ζέλος καὶ ζῆλος. Hinc metaphorice ad omnes omnino vehementiores animi affectus transfertur, et speciatim in N. T. notat 2) *invidiam*. Etym. M. ὁ φθόνος. Act. XIII. 45. ἐπλήσθησαν ζήλου invidia ducti. Rom. XIII. 13. μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ. 1 Cor. III. 3. XII. 20. ζῆλοι pro ζῆλος, plane ut Galat. V. 20. Jac. III. 14, 16. ζῆλος καὶ ἐρίθεια. 2) *ira, indignatio vehemens*. Act. V. 17. ἐπλήσθησαν ζήλου ira commovebantur. ibid. XIII. 45. admodum irascebantur. Joh. II. 17. ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου indignatio ob templum tuum violatum. Hebr. X. 27. πυρὸς ζῆλος ira ardentissima, seu pœna acerrima. Sic קִנְאָה Zach. VIII. 2. 4) *ardens et intensum studium*, tam in bonam, quam in malam partem. Suid. ἀγαθοῦ τινὸς ἐπιθυμία χωρὶς φθόνου τινὸς ἐγγινομένη τῇ ψυχῇ. Rom. X. 2. ζῆλος Θεοῦ studium in defendenda vera religione Mosaica. 2 Cor. VII. 7. τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ studium vestrum voluntati meæ satisfaciendi. ibid. IX. 2. ὁ ἐξ ὑμῶν ζῆλος vestrum sustentandi pauperes christianos studium. Philipp. III. 6. κατὰ ζῆλον studio defendendæ religionis Mosaicæ abreptus. Coloss. IV. 13. ὅτι ἔχει πολὺν ζῆλον ὑπὲρ ὑμῶν me enim testem habet magni studii vestris commodis inserviendi. 1 Macc. II. 58. coll. v. 54. ζῆλος νόμου fervor pro lege seu in lege tuenda. Plutarch. Alex. 8. et Antonin. 2. Ita quoque קִנְאָה Psal. LXIX. 10. sumitur. 5) *amor*. 2 Cor. XI. 2. ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ amore vere divino vos complector.

ΖΗΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *ferveo*, a ζῆλος, quod vide. Deinde, uti in universum *omnem fervorem et æstum* animi significat, ita speciatim notat 2) *odio et invidia concitor adversus aliquem*. Act. VII. 9. ζηλώσαντες per invidiam. ibid. XVII. 5. ζηλώσαντες δὲ, si lectio sana est. 1 Cor. XIII. 4. ἡ ἀγάπη οὐ ζηλοῖ benevolus erga alios odio et invidia se concitari non patitur. Genes. XXXVII. 10. Psalm. LXXII. 3. Hesych. ζηλοῖ· φθονεῖ, ἐρίζει, μισεῖ. Idem: ἐζήλωσεν· ἐφθόνησεν. 3) *ambio, expeto, quæro, appeto*, i. q. ζητέω. 1 Cor. XII. 31. ζηλοῦτε τὰ χαρίσματα τὰ κρείττονα ambite et precibus vobis a Deo expetite dona præstantiora. ibid. XIV. 1, 39. Jacob. IV. 2. φονεύετε καὶ ζηλοῦτε flagrantissimo studio appetitis. Eurip. Hecub. v. 255. ζηλοῦτε τιμάς. Orpheus Hymn. LXII. 9. βίον ζηλοῦσα βέβαιον. 4) *sector aliquem, alicujus partes sequor*. Galat. IV. 17. ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε ut ipsos doctores sectemini. 5) sequente accusativo personæ: *capto alicujus benevolentiam*. Galat. IV. 17. ζηλοῦσιν ὑμᾶς ideo vestram benevolentiam captant, seu ad suas partes pertrahere student. Alii reddunt: *male invident vobis;* alii vero: *laudant vos, felices vos prædicant*, quo sensu ζηλοῦν legitur apud Xenoph. Hist. Gr. VI. 5. 38. Isocr. Evang. c. 8. Sophocl. Electr. 1033. Platon. Ione p. 530. Suid. ζηλῶ· μακαρίζω. 6) *amo, amore et benevolentia complector*. 2 Cor. XI. 2.

ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς ζήλῳ Θεοῦ amore vere divino vos complector. 7) *studiosus sum.* Apoc. III. 19. ζήλωσον οὖν καὶ μετανόησον stude virtuti et emenda vitam tuam, aut, summo cum studio mentem ac ingenium muta; ut sit positum pro μετὰ ζήλου μετανόησον. (In nonnullis codd. pro ζήλωσον legitur ζήλευε, quod idem notat. Vide Simplicium in Epictet. p. 131. οὐδεὶς τῶν τὸ ἀγαθὸν τὸ ἀνθρώπινον ζητούντων φθονεῖ ἢ ζηλεύει ποτέ.) Theophr. Char. Procem. 4. τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων. Hinc pass. ζηλόομαι *incitor, impellor, studiosus reddor.* Galat. IV. 18. καλὸν τὸ ζηλοῦσθαι ἐν καλῷ πάντοτε utinam vos ad virtutis studium semper incitari pateremini.

ΖΗΛΩΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) in universum: *qui studiosus est alicujus rei consequendæ et conservandæ, qui alicui rei fervide studet et incumbit,* in utramque partem, a ζηλόω. Act. XXI. 20. καὶ πάντες ζηλωταὶ νόμου ὑπάρχουσι et omnes acerrimi adhuc defensores legis Mosaicæ sunt. Eundem sensum formula ζηλωτὴς Θεοῦ habet, quæ ibid. XXII. 3. legitur. 1 Cor. XIV. 12. ζηλωταί ἐστε πνευμάτων cum tam studiose appetatis dona extraordinaria Sp. S. Galat. I. 14. Tit. II. 14. ζηλωτὴν καλῶν ἔργων et veræ virtutis christianæ studiosum. 2 Macc. IV. 2. ζηλωτὴν τῶν νόμων. Polyb. X. 25. 2. Plutarch. T. VI. p. 20. edit. Reisk. 2) Fuit cognomen Simonis apostoli, Luc. VI. 15. Act. I. 13. qui ante conversionem ad religionem christianam zelotarum societati adscriptus erat. Antiquitus vero ζηλωταὶ vocabantur quidem Judæi, qui summo Dei religionisque patriæ amore et defendendæ studio tenebantur et flagrabant, qualis fuit Pinehasus, cujus historia legitur Num. XXV. 9. sed deinde hoc nomine insigniebantur quoque homines privati inter Judæos, societate quadam inter se conjuncti, qui tempore maxime Maccabæorum et Christi apostolorumque ætate omnia atrociora facta, inprimis ea, quibus templi, numinis, seu gentis sanctitas violari credebatur, illico puniebant, nulla judicii forensis ratione habita, zelo, uti jactabant, divino correpti, quo nomine ab ipsis turpissima facta patrata fuisse latronum more, testis est Josephus de B. J. IV. 6. 3. VII. 8. 1. p. 423. edit. Havercamp. Talis olim etiam fuerat Simon apostolus. Gloss. Vet. apud Labbæum: ζηλωτής, *æmulus, æmulator, zelotypus.*

ΖΗΜΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *pœna, mulcta,* et apud Græcos tam de mulcta pecuniaria, quam de pœna capitis dicitur, ut idoneis exemplis comprobavit Ez. Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 1125. Adde Ælian. V. H. IV. 14. Polyæn. p. 459. 2) *omne detrimentum et damnum, quod aliquis patitur, jactura,* item *res noxia, id, quod alicui detrimentum affert.* Act. XXVII. 10, 21. κερδῆσαι τὴν ζημίαν ταύτην evitare hanc, quam passi sumus, jacturam. Phil. III. 17. ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν hæc fugienda, his renunciandum esse ob Christum existimo. ibid. v. 8. ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι immo vero renuntio omnibus omnino commodis terrenis. Nam quod pro damno habeo, hoc fugio et aversor. Xenoph. de Vectig. IV. 5. ζημίαν λογίζεσθαι. Apud Aristotelem de Moribus c. 7. τῷ κέρδει opponitur. Joseph. A. J. IV. 8. 29. Confer Markland. ad Lysiam Orat. VII. p. 548. Suid. ζημία· στέρησις.

ΖΗΜΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *mulcto, mulctam pecuniariam irrogo, vel pœnam capitis,* a ζημία. De mulcta pecuniaria legitur apud Ælian. V. H. VI. c. 3. ubi vid. Perizonius. 2) *damnum et detrimentum affero, damno afficio, lædo.* Ζημιόομαι, οῦμαι, *jacturam facio, detrimentum patior,* et opponitur τῷ κερδαίνειν. Matth. XVI. 26. τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ non sine detrimento felicitatis animi sui. Herodot. VII. 39. τὴν ψυχὴν ζημιώσεαι. Marc. VIII. 36. Luc. IX. 25. 1 Cor. III. 15. ζημιωθήσεται detrimentum patietur. 2 Cor. VII. 9. ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν, ut proinde nihil plane veri incommodi vobis a me acciderit. Phil. III. 8. δι' ὃν καὶ τὰ πάντα ἐζημιώθην propter quam omnium commodorum hujus vitæ jacturam feci. Sæpius non legitur in N. T. Ælian. V. H. III. 23. ζημιοῖ ἑαυτὸν κακῶς τοσαύτας ἡμέρας. Herodot. VII. c. 39. Prov. XIX. 19. κακόφρων ἀνὴρ πολλὰ ζημιωθήσεται. Gloss. Vet. ζημιόω, *damnifico.*

ΖΗΝΑ'Σ, ᾶ, ὁ, *Zenas.* Nomen proprium viri Græcum, (Libanius Ep. 206. παρὰ τοῦ Ζηνὸς, a Jove) qui, olim legem Mosaicam professus, postea insignis doctor religionis christianæ fuit. Tit. III. 13. Grotius vult Ζηνᾶς contracte dici pro Zenodoro.

ΖΗΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *quæro rem deperditam et amissam,* vel sensu proprio, vel metaphorico. Matth. XVIII. 12. ζητεῖ τὸ πλανώμενον quærit errantem. Luc. II. 48, 49. coll. v. 44. ubi cum ἀναζητέω permutatur. ibid. XV. 8. καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς, ἕως ὅτου εὕρῃ. ibid. XIX. 10. ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός. 2) *omni studio contendo ad aliquid faciendum, promovendum, accipiendum et obtinendum, quod amissum non fuit, studeo, operam do, curo, ut aliquid fieri possit.* Matth. VI. 33. ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ studete intrare in regnum Dei. 1 Macc. II. 29. ζητοῦντες τὴν δικαιοσύνην. Psalm. XXXIV. 15. Joh. VII. 18. τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ suæ gloriæ tantum studet. Act. XVI. 10. ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν iter in Macedoniam paravimus. Act. XVII. 27. ζητεῖν τὸν Θεὸν ut studerent homines cognitioni veri et unius Dei. Ζητεῖν etiam apud exteros scriptores metaphorice ponitur pro *investigare, cupere, cognoscere,* v. c. Xenoph. Mem. I. 15. οἱ τὰ θεῖα ζητοῦντες, et ita etiam passim in N. T. legitur, v. c. Rom. X. 20. — 1 Cor. X. 24. μηδεὶς τὰ ἑαυτοῦ ζητείτω non tam suæ, quam et aliorum utilitati et commodis prospicere debet. Philip. II. 21. 3) *anxie et nimium aliquid quæro et consequi studeo,* i. q. μεριμνάω. Luc. XII. 29. μὴ ζητεῖτε τί φάγητε ἢ τί πίητε, collato loco parallelo Matth. VI. 31. μὴ οὖν μεριμνήσητε κ. τ. λ. 4) *cupio, opto, volo aliquid, desiderio alicujus rei feror.* Matth. XII. 47. ζητοῦντές σοι λαλῆσαι cupiunt tecum colloqui, coll. Luc. VIII. 20. ἰδεῖν σε θέλοντες. De empturientibus, qui aliquid certo pretio parare cupiunt, legitur Mat. XIII. 45. ib. XXI. 46. ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι lubentissime ei manum injecissent. Luc. XIII. 24. πολλοὶ ζητήσουσιν εἰσελθεῖν multi optabunt intrare. Joh. IV. 23. Deus vult a suis integerrimo animo coli. ib. VIII. 21. ζητήσετέ με frustra me desiderabitis, vergebens werdet ihr mich zurückwünschen *in vain shall ye wish for my return.* Ita בִּקֵּשׁ 1 Chron. XXI. 3. quod Alex. θέλειν reddiderunt. Esther. III. 6. Soph. Œd. Tyr. 672 sequ. Aristoph. Plut. v. 573. Hesych. ζητεῖν· βούλεσθαι, Ἀττικοί. ubi vid. Alberti. 5) *requiro, postulo.* Marc. VIII. 11. ζητοῦντες παρ' αὐτοῦ σημεῖον postulantes ab eo miraculum, i. q. ἐπιζητέω v. 12. Luc. XI. 16. XII. 48. πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτοῦ ab eo multa repetentur. Joh. VIII. 50. ego non puniam vos, justum mihi honorem denegantes, sed Deus vindicaturus est. 1 Cor. I. 22. IV. 2. ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις in administratore re-

quiri solet, coll. Cic. pro Plancio cap. 25. Exempla e Græcis scriptoribus habet Schwarzius ad Olearium de Stilo N. T. p. 374. et Wetstenius N. T. T. II. p. 112. 6) *rogo, precibus efflagito.* Luc. XI. 9. ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε. Sic בִּקֵּשׁ usurpatur Esther. IV. 8. VII. 7. Dan. II. 18. et דָּרַשׁ centies occurrit in V. T. 7) *disputo, colloquor de re aliqua,* et ex adjuncto: *delibero, consulto.* Joh. IV. 27. τί ζητεῖς; de qua re disputas cum ea? aut, ut etiam verti potest: quid ab ea petis? ibid. XVI. 19. περὶ τούτου ζητεῖτε μετ' ἀλλήλων de hoc disputatis invicem. Hinc apud veteres disputandi pruritu abrepti ζητητικοὶ vocabantur. Vid. Diog. Laërt. IX. s. 69. Marc. XI. 18. ἐζήτουν πῶς αὐτὸν ἀπολέσουσιν consultabant, qua ratione eum interficerent. Luc. XXII. 2. 8) *opus habeo, opus mihi est.* Act. XIII. 11. ἐζήτει χειραγωγοὺς ut ei necessitas imponeretur duci ab aliis. 9) *quæro insidiose et hostiliter insidior.* Matth. II. 13. μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον τοῦ ἀπολέσαι αὐτό. ib. v. 20. ζητεῖν τὴν ψυχήν τινὸς vitæ alicujus insidias struere, tempus et occasionem alicujus interficiendi quærere; ad imitationem Hebr. formulæ בִּקֵּשׁ אֶת נֶפֶשׁ פְּלוֹנִי 1 Reg. XIX. 10. Joh. VII. 11. coll. v. 19. Rom. XI. 3. Adde Exod. II. 15. IV. 19. 1 Sam. XIX. 2. 2 Sam. IV. 8. XVI. 11. 10) *ζητέομαι sum.* Hebr. VIII. 7. οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος posterior illa non locum habuisset.

ΖΗ'ΤΗΜΑ, τος, τὸ, *quæstio,* et partim de *ipsa disputatione et disceptatione,* partim vero de *re controversa, de qua disputatur et disceptatur, de disputationis argumento* usurpatur, in qua posteriori significatione tantum in N. T. legitur. Act. XV. 2. περὶ τοῦ ζητήματος τούτου, Vulgatus: *super hac quæstione.* ibid. XVIII. 15. εἰ δὲ ζήτημά ἐστι quia vero quæstio est. XXIII. 29. ζητήματα τοῦ νόμου quæstiones legis. ib. XXV. 19. XXVI. 3. Sæpius non legitur in V. T. Phavor. ζήτημα· λόγος ἀνθρώπων καὶ διάλεξις ἐπὶ πράγματος.

ΖΗ'ΤΗΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *disputatio, disceptatio,* et ex adjuncto: *altercatio, rixa, contentio,* quæ ex disputatione oriri solet, i. q. συζήτησις, cum qua voce permutatur in codicibus. Act. XV. 2. Joh. III. 25. ἐγένετο ζήτησις orta est disputatio inter discipulos Johannis et quosdam Judæos. (Herodot. V. 21. ζήτησις τῶν ἀνδρῶν τουτέων μεγάλη ἐκ τῶν Περσέων ἐγένετο. ib. II. 54. ζήτησιν μεγάλην ἀπὸ σφέων γενέσθαι.) 1 Tim. I. 4. αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι quæ rixis potius locum et occasionem dant, coll. 2 Tim. II. 23. 2) i. q. ζήτημα, *quæstio,* seu *ipsa res controversa, de qua disputatur.* Act. XXV. 20. ἀπορούμενος εἰς τὴν περὶ τούτων ζήτησιν cum hanc omnem quæstionem dijudicare non valerem, coll. v. 19. 1 Tim. VI. 4. ζητήσεις quæstiones subtiles et inanes, quæ Tit. III. 9. μωραὶ ζητήσεις vocantur. Sæpius non legitur in N. T. Proprie ζήτησις *actionem quærendi, investigationem* notat, v. c. apud Thucyd. I. c. 20. ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας. VIII. 57. τῆς τροφῆς ζητήσει. Sirac. XX. 31. sec. Compl. ἐν ζητήσει Κυρίου.

ZIZA'NION, ου, τὸ, *zizanium* vel *zizania,* non *quodlibet lolium, quod in frumento nascitur,* significat, quæ fuit quorundam sententia, (Suid. ζιζάνιον· ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα) sed *genus cujusdam plantæ, in Palæstina notissimum, cujus semen tritico non absimile erat et planta ex eo enascens eandem viriditatem et culmum cum tritico habebat, sed fructum nullum aut certe non bonum proferebat, triticum secundarium,* afterweitzen, *the after-wheat.* Aliis est genus frumenti, in quod aliquando siligo, hordeum, et triticum adeo vitio soli potissimum degenerare solet. Conf. Plin. H. N. XVIII. 17. Talmudici nominant זוּנִין, (quam dicunt esse vocem Arabicam. Certe Arabicum زوان et زُوان *lolium* est, vel *zizanium.*) quod speciem tantum tritici refert. Cf. Buxtorf. Lex. Talmud. s. h. v. Etymologia hujus vocis est incerta. Etym. M. 411. 46. ζιζάνιον τὸ ἄνευ σπορᾶς συμπαραφυόμενον τῷ σίτῳ, παρὰ τὸ σῖτος καὶ τὸ σίνω, τὸ βλάπτω, τὸ βλάπτον τὸν σῖτον. Idem fere tradit Phavorinus p. 829. et Alberti Gloss. Gr. p. 189. ubi ζιζάνιον scribitur. Legitur tantum apud Matthæum in plurali. XIII. 25, 26, 27, 29, 30, 36, 38, 40. ubi metaphorice ita dicuntur impii, qui aliquando in vita futura a piis separabuntur. Syrus vertit ܙܝܙܢܐ. Gloss. Vet. apud Labbæum: ζιζάνιον, *lolium.*

ΖΟΡΟΒΑ'ΒΕΛ, ὁ, *Sorobabel.* Nomen proprium indeclinabile viri Hebraicum זְרֻבָּבֶל a rad. זָרָה *dispersit,* et בָּבֶל *Babylon,* quasi qui tempore exilii Babylonici natus est. Fuit princeps sacerdotum, qui una cum Josua de exilio Babylonico redux factus, Jehovæ altare exstruxit. Esr. III. 2. Matth. I. 12, 13. Luc. III. 27.

ΖΟ'ΦΟΣ, ου, ὁ, 1) *caligo, tenebræ.* Polyb. XVIII. 3. 7. Plutarch. T. VI. p. 176. ed. Reisk. Symmachus nomen hoc usurpat pro Hebr. אֹפֶל Psalm. XI. 2. et XCI. 2. Hesych. ζόφος· σκότος, ἀχλὺς, ὁμίχλη, δυσμή. 2) per metonymiam: *carcer tenebricosus, tartarus,* et ex adjuncto: *miserrima conditio, supplicia in tartaro olim sustinenda.* 2 Petr. II. 4. σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, pro ὑπὸ ζόφον, (coll. Ep. Jud. v. 6.) seu ἐν ζόφῳ, coll. Sapient. XVII. 17, 18, 19, 22. ad vincula, quibus in tartaro coërcerentur, eos damnavit. (Fortasse ipsæ tenebræ hic spectantur tanquam vincula, quo sensu Apuleius *tenebras artissimas* dixit. Vide Hœlzlin. ad Apollon. Rhod. l. I. v. 218.) ibid. v. 15. οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται quibus supplicia in tartaro sustinenda certissime imminent. Jud. v. 6. δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. ibid. v. 13. Sæpius non legitur in N. T. Etym. M. ζόφος σημαίνει δύο· τὸν ἐν ᾅδῃ τόπον, οἷον ὁμιχλώδη, καὶ τὸν εἰς δύσιν. Homerus Il. Θ'. v. 13. in eleganti descriptione tartari et Hymn. in Merc. 256. Il. ό. v. 191. eum vocat τάρταρον ἠερόεντα, ζόφον ἠερόεντα et ζόφον αἰνόμορον καὶ ἀμήχανον. Hesych. ζόφον ἠερόεντα τὸν Ἅδου τόπον ὁμιχλώδη. Conf. Virg. Æn. VI. 134 et 577. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 704 et 734.

ΖΥΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *jugum, instrumentum, quale jumentorum cervicibus imponitur,* pro quo etiam τὸ ζυγὸν legitur apud Homer. Iliad. δ', 706. a ζεύγνυμι *jungo.* Ammonius: ζυγὸς ἀρσενικῶς ἐπὶ τῶν βοῶν. Ælian. V. H. V. 14. de bove: ὑπὸ ζυγὸν πονήσας σὺν ἀρότρῳ. 1 Sam. VI. 7. In N. T. tantum metaphorice occurrit et 2) *omne, quod est molestum et durum,* significat. Alex. Thren. III. 27. Pindar. Pyth. B. 172. Sophocl. Ajax Flag. 956. Speciatim vero ita dicitur 3) ut *jugum,* (Florus IV. 12. 1. Horat. II. Sat. VII. 91.) *imperium, cui aliquis subjectus est, servitus, status et conditio servilis.* 1 Tim. VI. 1. οἱ ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι servi, qui sunt sub imperio herili. Cf. Levit. XXVI. 13. Ies. IX. 4. Polyb. IV. 82. 2. ὑπὸ τὸν ζυγὸν ἄγειν τοὺς Ἀχαιούς. Plutarch. T. III. p. 44.

ed. Reisk. 4) *lex, præscripta duriora et severiora*, et speciatim *lex Mosaica ceremonialis*, quam ipsi Judæi עוֹל הַתּוֹרָה vocare solebant. Act. XV. 10. Gal. V. 1. ζυγὸς δουλείας *jugum servile*, (Cic. Phil. I. 2.) seu *jugum servitutis*. (Justin. VI. 9. 7.) 5) *quælibet præcepta, leges et præscripta religionis ab hominibus observanda*, sine notione molestiæ, *ob vim obstringentem, quam habent*. Matth. XI. 29. ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς recipite mea præcepta, meam doctrinam; nam sequitur: καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ. ibid. v. 30. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς mea enim doctrina est suavis. Eodem modo Jeremias usus est hac voce de *præceptis divinis*, V. 4, 5. Thren. III. 27. et Siracides de *præceptis veræ sapientiæ divinæ*, VI. 24, 25. LI. 26. Adde Symmach. ad Hos. VII. 16. et Lucianum Fugitiv. p. 789. ac Plutarch. T. VI. p. 42. ed. Reisk. ubi de præceptis philosophiæ adhibetur. Pertinet huc glossa Suidæ: ζυγός· ὁ νόμος παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. καὶ ὁ Χριστός· ἄρατε τὸν ζυγόν μου. — Καὶ ζυγὸν τὴν τοῦ νόμου βαρύτητα φησὶν ὁ Δαβίδ. 6) denotat *scapum*, seu *transversam libræ partem, ex qua utrimque lances pendent*, den Wagebalken, *the beam of a balance*, ob similitudinem ejus cum jugo; deinde vero, per synecdochen partis, *libram, stateram, trutinam*. Apoc. VI. 5. Ælian. V. H. X. 6. In vers. Alex. haud raro ponitur pro פֶּלֶס Ies. XL. 12. et מֹאזְנַיִם Levit. XIX. 36. Hos. XII. 7. Cf. interpp. ad Thom. M. p. 410. Etym. M. ζυγὸς εἴρηται καὶ τὸ λεγόμενον ἀπὸ τῶν ποιητῶν τάλαντον ἢ τρυτάνη.

ΖΥ'ΜΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *fermentum*, seu *farina subacta, quæ acorem contraxit*. Secundum Etym. M. est a ζέω *ferveo*, quia massam fervere facit. Phavor. ζύμη· τὸ λεγόμενον προζύμιον. φύραμα δὲ τὸ μεμιγμένον ἄλευρον. Hesych. male: ζύμη· φύραμα. Conf. interpp. ad Thom. M. sub φύραμα p. 903. Matth. XIII. 33. Luc. XIII. 21. 1 Cor. V. 6. μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ exiguum fermentum totam massam fermentat. Formula, ut videtur, proverbialis, quæ eleganter h. l. de homine scelesto usurpatur, qui facile totum cœtum corrumpere poterat. Galat. V. 9. Hinc 2) metaphorice *omne* significat, *quod vim habet alios corrumpendi et pervertendi*, sive *doctrinam, erroribus pestiferis plenam et contaminatam*, sive *vitam impiam*. Matth. XVI. 6. ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, coll. v. 11 et 12. ubi verbis ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων explicatur. Marc. VIII. 15. βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ τῆς ζύμης Ἡρώδου. Luc. XII. 1. ζύμης τῶν Φαρισαίων, ἥτις ἐστὶν ὑπόκρισις. 1 Cor. V. 7. τὴν παλαιὰν ζύμην removete a vobis illum hominem scelestum et incestuosum. ibid. v. 8. ἐν ζύμῃ παλαιᾷ — ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας. Galat. V. 9. μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ a parvis initiis res magnæ crescunt, h. e. in loco præsenti: studium vestrum, accommodandi vos voluntati doctorum judaizantium, quod vobis nunc leve nec periculosum videtur, facillime vos plane a religione christiana avertere potest. Sæpius non legitur in N. T.

ΖΥΜΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *fermento farinam aqua subactam acidam reddo*, a ζύμη, quod vide. Matth. XIII. 33. ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον, scil. ἄλευρον, donec sit totum fermentatum. Sic Hos. VII. 4. עַד־חֻמְצָתוֹ ἕως τοῦ ζυμωθῆναι αὐτὸ ὅλον. Luc. XIII. 21. 1 Cor. V. 6. Gal. V. 9. Respondet Hebr. חָמֵץ Exod. XII. 34, 39. Levit. VI. 17.

ΖΩΓΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie: *vivum capio*, q. d. τὸν ζῶντα ἀγρέω vel ζωὸν ἀγρεύω, et apud Græcos non solum de *animalibus vivis, venatione captis*, sed et de *hominibus* usurpatur, *qui vivi in bello capiuntur et ad servitutem abripiuntur*, a ζωὸς *vivus* et ἀγρέω, vel ἀγρεύω, *venor*. Thucyd. II. c. 5. III. 66. Polyæn. p. 659. πολλοὶ μὲν ἀνῃρέθησαν, οἱ δὲ ζωγρηθέντες ἑάλωσαν. Joseph. A. J. XIII. 6. 2. 2 Paral. XXV. 12. Hesych. ζωγρεῖ· ζῶντα λαμβάνει. ζωγρεῖται· ζῶν βιάζεται, λαμβάνεται. — ἐζώγρουν· ζῶντας συνελάμβανον. Apud Græcos interdum ζωγρεῖν etiam significat *vitam servare alicui, in vivis relinquere*. Vide Polyb. XVI. 33. 5. In N. T. metaphorice usurpatur, et quidem bis tantum. Luc. V. 10. de Petro: ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν, h. e. ab hoc tempore multos adduces ad religionem et felicitatem christianam, ex usu loquendi Judæorum, de quo bene exposuit Schœttgen. in Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 270. Idem quoque sine dubio voluit Syrus, vertens: ܬܗܘܐ ܨܐܕ ܠܚܝܐ *piscaberis* s. *capies ad vitam*. 2 Tim. II. 26. ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ (sc. τοῦ διαβόλου) εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα quibus antea ita capti et irretiti tenebantur, ut se totos ad ejus voluntatem conformarent; imagine desumta a bello captis, qui coguntur esse mancipia; ut adeo ζωγρεῖσθαι metaphorice significet: *imperio alicujus subesse*. Cf. de hac voce in universum Fesselii Adversaria Sacra T. I. p. 436. et Munthe Obss. e Diod. Sic. p. 145.

ΖΩΗ', ῆς, ἡ, 1) *vita*, præsertim *vita, quam homines his in terris agunt*, a ζάω *vivo*. Luc. XVI. 25. Act. VIII. 33. ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ non amplius his in terris vivit. ib. XVII. 25. αὐτὸς διδοὺς πᾶσιν ζωὴν καὶ πνοὴν ipse cunctis vitam et spiritum tribuit. Rom. VIII. 38. οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, etc. 2) *conservatio in vita, liberatio e periculis mortis*, quemadmodum e contrario θάνατος, ut infra videbimus, *mortis periculum* haud raro significat. 2 Cor. IV. 11. ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ ἐν τῷ θνητῷ σώματι ut etiam corpus nostrum mortale beneficio Christi periculis mortis eripiatur, et ita simile reddatur corpori Christi, in vitam revocati. ibid. v. 12. ἡ ζωὴ ἐν ὑμῖν ἐνεργεῖται vobis prodest liberatio e periculis mortis. Vide supra sub ζάω. 3) *fons vitæ, facultas*, seu *potestas, homines in vitam revocandi*, ἐξουσία τῆς ζωῆς. Joh. V. 26. ὥσπερ γὰρ ὁ πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ κ. τ. λ. h. e. coll. v. 21. et jubente omni orationis serie, quemadmodum Deus vim et facultatem habet mortuos excitandi, ita eandem Messiæ quoque concessit. 4) *corpus immortale illud et præstantius, quo aliquando instruemur*. 2 Cor. V. 4. ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς ut paulatim absumatur corpus mortale ab immortali. 5) *perennitas, perpetuitas*. Apoc. XXII. 1. ποταμὸν ὕδατος ζωῆς fluvium aquæ perennis 6) *vis agendi*, die Wirksamkeit, Thätigkeit, *energy, activity*. Rom. VIII. 10. τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην animus omni vi studet sanctitati; ubi opponitur τῷ σώματι νεκρῷ δι' ἁμαρτίαν. 7) *vivendi ratio*. Rom. VI. 4. ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν melius et convenienter præceptis religionis christianæ nobis vivendum erit. Ephes. IV. 18. ἀπηλλοτριωμένοι τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ alieni a vita, quæ Deo placet. 8) *omne genus felicitatis*, ex usu loquendi Hebraico; quemadmodum e contrario θάνατος *omnis generis miseria* dicitur. Speciatim vero in N. T. ζωὴ vocatur α) ut *vita* (quæ et Latinis, v. c. Ovid. Pont. IV. 6. 3. de *vita beata et felici* dicitur), *felix ac tranquilla hujus vitæ conditio, vera felicitas humana his in terris*. Luc. XII. 15. οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ

ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ quando quis bonis abundat, tamen felicitas ejus a divitiarum abundantia minime pendet. 1 Petr. III. 10. ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾷν qui bene beateque vivere cupit in hac terra. β) *felicitas hominum futura in cœlis*, quæ nunc dicitur ζωὴ absolute, Matth. VII. 14. XVIII. 8, 9. XIX. 17. coll. v. 16. Coloss. III. 3. καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ et nondum satis cognitam habetis futuram vestram felicitatem cum Christo apud Deum. Joh. V. 24, 29. εἰς ἀνάστασιν ζωῆς ad felicitatem æternam, quæ resurrectionem mortuorum sequetur. 2 Macc. VII. 14. ἀνάστασις εἰς ζωήν. Chaldæus Ps. XXI. 5. Hebr. חַיִּים explicat per חיי עלמא — nunc ἡ ζωὴ μέλλουσα, quæ opponitur τῇ ζωῇ τῇ νῦν, 1 Tim. IV. 8. — nunc, et maxime frequenter, ἡ ζωὴ αἰώνιος, Matth. XIX. 16. τί ποιήσω ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον; quid mihi faciendum est, ut consequar felicitatem æternam? coll. Dan. XII. 2. יָקִיצוּ לְחַיֵּי עוֹלָם. Joh. III. 15, 16, 36. Gal. VI. 8. 1 Tim. I. 16. VI. 12, 19. Tit. I. 2. III. 7. 1 Joh. II. 25. ubi τὴν ζωὴν αἰώνιον positum est pro τῆς ζ. α. Sic אֵת quandoque est nota genitivi, v. c. 1 Sam. XVIII. 29. Habac. III. 13. γ) *felicitas hominum christiana in hac pariter ac futura vita.* Act. V. 20. πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης (pro ταῦτα, ut recte expressit Syrus) omnem doctrinam christianam salutiferam, **die ganze christliche glückseligkeitslehre**, *the whole christian doctrine of salvation.* Rom. XI. 15. ζωὴ ἐκ νεκρῶν summa felicitas. 9) *causa, origo, fons, auctor felicitatis christianorum in hac pariter ac futura vita.* Act. XI. 18. τὴν μετάνοιαν εἰς ζωὴν transitum ad religionem christianam salutarem. ibid. XIII. 46. καὶ οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς nec admittere vultis doctrinam christianam salutarem. Hinc Christus toties in N. T. κατ' ἐξοχὴν ἡ ζωὴ vocatur. Joh. I. 4. ubi vid. Wetstenius. XI. 25. Rom. VIII. 6. τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος ζωὴ καὶ εἰρήνη sensus animi emendati per religionem christianam summam felicitatem afferunt. Coloss. III. 4. Hesych. ζωή· ἡ πρὸς τὸ ζῆν χορηγία (Homer. Odyss. ξ', 96. Suid. ζωήν· τὴν κτῆσιν, τὴν οὐσίαν.) ἢ χρόνος τοῦ εἶναι.

ΖΩ'ΝΗ, ης, ἡ, *zona, cingulum, quo vestes diffluentes et laxiores, quibus orientales utebantur, colligabantur et constringebantur, et quo non solum viri, sed etiam mulieres utebantur*, a ζωννύω *cingo.* Matth. III. 4. καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ accinctus cingulo pelliceo. (quo uti solebant prophetæ. 2 Reg. I. 8. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 257.) Marc. I. 6. Act. XXI. 11. Apoc. I. 13. περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν. ibid. XV. 6. περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς. Hinc sæpius apud Homerum commemoratur γυνὴ εὔζωνος, v. c. Iliad. IX. 586 et 663. ubi vid. Eustathius. 2) *zona numaria, cingulum duplicatum, margine consutum, et cavum loculi usum præstans.* Hoc aptius erat ad multos numos portandos, quam marsupium, quia numi, in cinguli cavitate circa totum corpus distributi, pondere suo non tantum premebant. Hinc aurum et argentum in zonis notat majorem ejus metalli copiam. Mat. X. 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν μηδὲ ἄργυρον εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν ne comparetis vobis aureos ac argenteos nummulos cingulo condendos. Marc. VI. 8. Cæterum ejusmodi zonas, in quibus pecunia recondebatur, non solum usitatissimas fuisse apud Hebræos, (ut docuit ante Braunium de Vestitu Sacerdotum Hebr. II. c. 2. p. 482. Buxtorfius in Lexico Talmud. f. 1753.) sed etiam apud Græcos et Latinos, patet ex Æliani V. H. fragmentis sub ζώνη (τὴν ζώνην τοῦ χρυσίου), Plutarcho in Demetrio p. 913. (χρυσοῦς τετρακοσίους ὑπεζωσμένος) nec non Gellii N. A. XV. 12. zonas, quas plenas argenti extuli. Plauto Mercat. V. 1. 84. ubi vid. Lambin. Sueton. Vitell. c. 16. Phavor. ζώνη· ἡ τοῦ ἀνδρὸς, ζώνιον δὲ τὸ τῆς γυναικὸς, κ. τ. λ. Vide J. G. Ungeri tr. de cingulis eorumque vario apud veteres usu, in Ej. Analectis Antiquario-Sacris p. 1—280. et Wetstenii N. T. T. I. p. 869.

ΖΩΝΝΥ'Ω vel ΖΩ'ΝΝΥΜΙ, fut. ζώσω, *cingo*, ab inusitato ζώω. Joh. XXI. 18. ἐζώννυες σεαυτὸν te ipsum cingebas. ibid. καὶ ἄλλος ζώσει σε et alius te cinget. Sæpius non occurrit in N. T. In vers. Alex. respondet Hebraicis חָגַר Exod. XXIX. 9. Jud. XVIII. 11. et אָסַר Nehem. IV. 18. Job. XXXVIII. 3. Adde Symmachi fragmenta ad Psalm. LXXVI. 10.

ΖΩΟΓΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *vivum fœtum pario et enitor.* (a ζωὸν *vivum, animal*, et γόνος *generatio.* Unde ζωογόνος *vivipara.* Symmach. Genes. III. 20.) Plutarch. T. VII. p.

923. ed. Reisk. Diod. Sic. I. 88. 2) *conservo in vita, vivum servo, conservo.* Luc. XVII. 33. καὶ ὃς ἐὰν ἀπολέσει αὐτὴν, ζωογονήσει (al. σώσει, al. ζωοποιήσει) αὐτὴν et qui vitam perdiderit mei causa, conservabit illam. Act. VII. 19. εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι ne vivi servarentur. 1 Tim. VI. 13. pro ζωοποιοῦντος codices nonnulli ζωογονοῦντος habent. Sæpius non legitur in N. T. Respondet in hac significatione Hebraico חִיָּה et הֶחֱיָה, (quod ut ܐܚܝ apud Syros non solum *vivificare*, ζωοποιεῖν, sed etiam *vitam conservare* notat, Gen. VI. 19.) v. c. Jud. VIII. 19. ubi opponitur τῷ הָרַג *occidit*, et 1 Reg. XX. 31. ubi cum נֶפֶשׁ construitur, ut in loco Lucæ cum ψυχή. Adde Exod. I. 17, 18, 22. 1 Sam. II. 6. XXVII. 9, 11. Conf. Schwarz. Comment. Crit. Ling. Gr. p. 639 seq. Fesselii Advers. Sacr. V. c. 5. p. 438. Wetstenii N. T. T. I. p. 778. et Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 1310.

ΖΩ͂ΟΝ, ου, τὸ, *animal, res creata omnis vita prædita*, et speciatim *bestia fera*, a ζάω *vivo.* Alexandrini usi sunt Psal. LXVIII. 11. Ezech. X. 20. pro חַיָּה. Hebr. XIII. 11. 2 Petr. II. 12. Jud. v. 10. Apoc. IV. 9, 10. ubi tamen in universum per *naturas vivas, easque intelligentes* (Conf. Eichhornii Comm. T. I. p. 164.) τὰ ζῶα interpretari vellem, etc. Vide Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΖΩΟΠΟΙΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *vivifico, vitam largior*, ex ζωὸς *vivus* et ποιέω *facio.* 2) *progermino, fœcundo.* 1 Cor. XV. 36. ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ semina in terram sparsa nonnisi putrefacta revirescunt. Eodem modo verbum *viviscere* de semine usurpavit Plinius H. N. XVII. 10. 3) *in vitam revoco, vitam amissam restituo.* Joh. V. 21. οὓς θέλει ζωοποιεῖ. Rom. VIII. 11. ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν. 1 Cor. XV. 22. 1 Tim. VI. 13. per Deum futurum hominum judicem te obtestor. 2) metaphorice: *vires idoneas alicui largior et suppedito.* Joh. VI. 63. τὸ πνεῦμά ἐστι ζωοποιοῦν vis divina est, quæ homini vires largitur, ut possit amplecti meam religionem salutiferam. 5) *felicem reddo, salutem affero, felicitatem promitto et offero*, et dicitur speciatim de salute christiana. 2 Cor. III. 6. τὸ πνεῦμα ζωοποιεῖ reli-

gio christiana e contrario summam felicitatem hominibus offert. Gal. III. 21. εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι si lex Mosaica hominem felicem reddere, h. e. perfecte expiare valeret. Job. XXXVI. 6.

H

Ἠ. Conjunctio variæ significationis, 1) disjunctiva, *aut, vel.* Mat. V. 17, 28. Marc. VII. 11. Joh. IV. 27. Interdum bis ponitur ἢ — ἢ *aut — aut.* Matth. XII. 33. Luc. XVI. 13. Interdum sæpius repetitur. 1 Cor. V. 10, 11. XIV. 6. 2) conjunctio distributiva et enumerativa, *aut.* Matth. VII. 9. ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος; aut quis est ex vobis homo? ibid. XVI. 26. ἢ τί δώσει ἄνθρωπος; XX. 15. XXVI. 53. Eodem modo vernaculum, **oder**, *or*, in vita communi haud raro usurpatur. 3) *quam*, maxime post comparativos expressos. Matth. XI. 22. ἀνεκτότερον ἔσται ἢ ὑμῖν mitius supplicium manebit, quam vos. ibid. v. 24. XIX. 24. εὐκοπώτερον ἢ, — et post μᾶλλον, Act. V. 29. πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις obediendum est Deo magis, quam hominibus. 1 Tim. I. 4. 2 Tim. III. 4. Xenoph. Cyrop. III. 2. 8. Aristoph. Acharn. 1077. 4) *magis quam*, pro μᾶλλον ἤ, cujus ellipseos exempla collegit Wesseling. ad Diod. Sic. XI. 11. Sic legitur in N. T. Luc. XVIII. 14. κατέβη οὗτος (μᾶλλον) δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἢ ἐκεῖνος descendit iste in domum suam magis justificatus, quam ille, h. e. hic Deo probatus domum discessit, seu veniam peccatorum consequutus est, ille non item. Nam Hebræi solent pro negativo adverbio quandoque particulam comparativam ponere. Cf. Glassii Philol. Sacr. p. 414 seq. ed. Dathii, et Wetstenii N. T. T. I. p. 781. Matth. XVIII. 8. (μᾶλλον) καλόν σοι ἐστὶ ἤ. Luc. XVII. 2. Genes. XXXVIII. 6. δεδικαίωται Θαμὰρ ἢ ἐγώ, ubi in Hebraico est מִן. Psalm. CXVIII. 8. Tob. III. 6. διότι λυσιτελές ἀποθανεῖν ἢ ζῆν. Luc. XV. 7. coll. Matth. XVIII. 13. Tob. VI. 8. σοὶ καθήκει λαβεῖν, ἢ πάντα ἀνθρώπον. Conf. Sirac. XXII. 15. 2 Macc. XIV. 42. Sophocl. Ajax v. 981. 5) conjunctio causalis, *nam, enim.* Matth. XII. 29. ἢ πῶς δύναται; pro πῶς γὰρ δύναται; 6) adverbium interrogativum *num? an? numquid? annon?* Sic Hebr. אִן 2 Sam. XVIII. 13. Ezech. XXI. 15. 1 Cor. XI. 14. XIV. 36. ἢ ἀφ' ὑμῶν ὁ λόγος Θεοῦ ἐξῆλθεν; num a vobis propagata est doctrina christiana? ibid. IX. 6. ἢ μόνος ἐγώ; an solus ego? Ibid. v. 10. ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει; annon nostrum causa hæc universe præcipit? Rom. II. 4. Xenoph. Symp. 4. 52. et Cyrop. I. 3. 15. 7) *nisi.* Joh. XIII. 10. οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι ei non opus est, ut lavetur, nisi pedibus; ubi in codd. haud paucis εἰ μὴ e glossemate legitur. Act. XXIV. 21. ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς. Xenoph. Cyrop. VII. 5. 16. 8) conjungendi vim habet, significans *et*, ut Hebr. אִן Malach. II. 17. Prov. XXX. 31. 1 Cor. XI. 27. ὃς ἂν ἐσθίῃ τὸν ἄρτον τοῦτον. ἢ πίνῃ τὸ ποτήριον τοῦ Κυρίου quicunque ederit panem hunc et calicem Domini biberit, coll. v. 26 et 28. Observanda maxime est hæc particulæ disjunctivæ notio contra Pontificios, qui hoc loco ad commendandam communionem sub una specie abutuntur. Confer Glassii Phil. Sacr. p. 524 seq. et Varias Lectiones ad locum Pauli in editione Griesbachiana N. T. collectas. Ephes. V. 3. ἢ πλεονεξία, pro καὶ πλεονεξία. Act. I. 7. χρόνους ἢ καιρούς. Conf. El. Palairet. in Obss. Philol. p. 269. 9) *potius*, ut sit particula correctiva. Luc. XII. 51. ἀλλ' ἢ διαμερισμὸν sed potius dissidium. 10) quandoque negandi vim habet. Luc. XVIII. 14. ἢ ἐκεῖνος, nequaquam vero alter iste. Galat. I. 10. ἢ τὸν Θεὸν non autem Deo. Conf. LXX Genes. XXXVIII. 26. 11) omittitur interdum, v. c. post πρίν, Marc. XIV. 72. et ante ἵνα ἀκούσω, 3 Joh. v. 4. et ante ἵνα τίς, Joh. XX. 14. coll. Luc. XVII. 2. 1 Cor. IX. 15.

Ἢ ΚΑΙ', *aut*, Luc. XI. 11, 12. *aut etiam*, Rom. II. 15. *an etiam?* Luc. XII. 41. Rom. IV. 9.

Ἦ ΜΗ'Ν, *certo, profecto*, i. q. ὄντως, particula affirmantis, promittentis et jurantis. Hebr. VI. 14. ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε profecto summis te ornabo beneficiis. Sæpius non legitur in N. T. Respondet Hebr כִּי Genes. XXII. 17. et אִם Num. XIV. 23, 35. Jud. XV. 7. Aristoph. Plut. v. 608. Polyb. VI. 19. 56. XI. 28. Xenoph. Anab. II. 3. 13. VI. 1. 21. Suid. ἦ μὴν ὄντως δή. Hesych. ἦ· εἶπεν ἀληθῶς, ὄντως. Confer Fulleri Miscell. SS. I. 2. p. 11.

Ἤ ΠΕΡ, *quam.* Semel legitur in comparatione Joh. XII. 43. ἠγάπησαν μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ubi hæc particula comparandi negandi vim habere videtur. Confer supra sub ἤ.

Ἤ ΤΟΙ, *aut, sive*, particula disjunctiva, quæ tantum legitur Rom. VI. 16. ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον ἢ ὑπακοῆς.

'ΗΓΕΜΟΝΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *dux viæ sum.* (ab ἡγεμών.) 2) *impero, regno, præsum*, et de omni, inprimis autem paullo majori, potestate, adhibetur; speciatim vero de legatis Cæsaris *utriusque generis*, qui nomine et auctoritate Cæsarum in provincias Romanas mittebantur. Luc. II. 2. ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. ib. III. 1. ἡγεμονεύοντος Ποντίου Πιλάτου τῆς Ἰουδαίας. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἡγεμονεύεσθαι· ἄρχεσθαι. Xenophon. Agesil. I. 3.

'ΗΓΕΜΟΝΙ'Α, ας, ἡ, *imperium, præsidium, administratio alicujus regionis cum summa potestate*, et speciatim: *ipsum imperium imperatorum Romanorum.* Tantum legitur in N. T. Luc. III. 1. ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τιβερίου Καίσαρος anno decimo quinto imperii Tiberii Cæsaris. Sic apud Joseph. A. J. XVIII. 6. 9. imperatores Romani ἡγεμόνες vocantur, ubi iis etiam ἡγεμονία tribuitur. Confer Kypke Obss. Sacr. T. I. p. 222. Phavor. ἡγεμονία· προστασία, βασιλεία, δεσποτία.

'ΗΓΕΜΩ'Ν, όνος, ὁ, 1) proprie: *viæ dux*, ab ἡγέομαι *duco.* Xenoph. Anab. IV. 2. 1. Hesych. ἡγεμών, ὁδηγός. Suid. ὁ τῆς ὁδοῦ ἡγούμενος. Conf. Valckenar. ad Herodot. V. 14.

2) *dux exercitus*. Thom. M. sub βασιλεύς· ὁ τάξεως στρατιωτικῆς ἡγούμενος. Ita legitur apud Xenoph. Cyrop. V. 3. 16. et Homer. Iliad. ό. v. 517. 3) *omnis* dicitur, *penes quem summa rerum est, sive in sacris, sive civilibus, princeps, qui aliis præest*, et speciatim ἡγεμόνες dicebantur *legati Cæsaris, qui nomine et auctoritate Cæsarum in provincias mittebantur*. Scilicet *libera republica* regionum, extra Italiam in ditionem populi Romani redactarum (quas, vulgo *provincias Romanas*, Græci vel ἐπαρχίας vel ἡγεμονίας appellant) duo genera erant. Aliæ *consulares*, cæteris fere majores, in quibus etiam exercitus alebantur: aliæ *prætoriæ*. In *has* quotannis cum imperio mittebantur *proprætores*, ἀντιστράτηγοι, in *illas* vero *proconsules*, ἀνθύπατοι, qui tamen communem habebant jurisdictionem, ut nempe jus dicerent in conventibus et summum imperium exercerent. Proconsulibus etiam rei militaris in provinciis cura erat permissa, qua potestate carebant proprætores. Augustus, immutata reipublicæ Romanæ forma, etiam veterem rationem provinciarum Romanarum ita mutavit, ut aliæ essent *senatoriæ*, aliæ *Cæsareæ;* quarum hæ consularibus, illæ autem prætoriis responderent. Qui in provincias senatorias mittebantur et potestatem habebant, potestati proprætorum veterum parem, *proconsules*, ἀνθύπατοι dicebantur. Duplicis autem generis ii erant, qui mittebantur in *Cæsarum prvincias*. Qui enim toti provinciæ regendæ præficiebantur, *legati Cæsaris*, πρεσβευταί, etiam *proprætores* et ἡγεμόνες appellabantur; qui vero reditus Cæsaris curabant in provinciis, ii *procuratores*, ἐπίτροποι et διοικηταὶ dicti sunt. Conf. Fischeri Prolus. XVIII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 17 seq. et Krebs. Obss. Flav. p. 61. quibus hanc observationem me debere gratus profiteor. Interdum tamen in N. T. æque ac Josephi libris *procuratores Cæsaris*, v. c. *Pilatus* (Tacit. Ann. XV. c. 54.) Matth. XXVII. 2. Joseph. A. J. XVIII. 3. 1. *Felix*, Act. XXIII. 24. ἡγεμόνες dicuntur, ut adeo ἡγεμόνες in N. T. libris *omnes præsides et procuratores in provinciis* appellentur. Matth. X. 18. XXVII. 2, 11. 1 Pet. II. 14. Hinc ἡγεμὼν 4) in universum dicitur *præcipuus, insignis, qui præcipua aliqua dignitate et auctoritate inter suos floret*. Matth. II. 6. ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα inter præcipuas civitates Juda. alii vertunt: præfecturarum Judæ. Joseph. A. J. XI. 4. 4. οἱ τῶν πατρίων ἡγεμόνες. Xenoph. Anab. VI. 1. 18.

ἩΓΕ´ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, 1) proprie: *duco, dux sum viæ*, seu *itineris, præcedo, præeo*. Sic v. c. de *pastoribus*, qui agmen ducunt, legitur apud Theophr. Char. XIII. 2. de *belli ducibus* Homer. Iliad. ς´, 487. Xenoph. Cyrop. IV. 2. 3. Exod. XIII. 21. ὁ δὲ Θεὸς ἡγεῖτο αὐτῶν. Suid. ἡγούμενος· προηγούμενος. 2) *dux, princeps, præfectus sum*, et maxime de *iis* usurpatur, *penes quos summa rerum est*, sive *in sacris*, sive *in civilibus*. Act. VII. 10. κατέστησεν αὐτὸν ἡγούμενον ἐπ' Αἴγυπτον καὶ ὅλον τὸν οἶκον αὐτοῦ. Xenoph. Mem. III. 2. 4. Polyb. I. 25 et 45. Mat. II. 6. ἡγούμενος Christus vocatur, h. e. rex et dominus ecclesiæ christianæ. Syrus ܡܕܒܪܢܐ. De *doctoribus, ecclesiæ christianæ præfectis*, legitur Hebr. XIII. 7. μνημονεύετε τῶν ἡγουμένων ὑμῶν redite in memoriam doctorum vestrorum; ubi explicationis causa additur: οἵτινες ἐλάλησαν ὑμῖν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. ibid, v. 17. πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν. ibid. v. 24. Hinc factum est verbum ecclesiasticum. Conf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 1315. Suid. ἡγοῦμαί σου· ἄρχω σου. Deut. I. 15. Esther. V. 11. 3) *præcipua dignitate et auctoritate floreo, princeps et præcipuus sum in aliqua re*. Luc. XXII. 26. ὁ ἡγούμενος ὡς ὁ διακονῶν princeps inter vos se gerat tam modeste, ut minister. Act. XIV. 12. ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ἡγούμενος τοῦ λόγου cui summa erat facundia dicendique peritia. ib. XV. 22. ἄνδρας ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς viros primarios, facile principes inter reliquos christianos. 4) *censeo, judico, arbitror, existimo, habeo, puto*. Act. XXVI. 2. ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον beatum me prædico, ad quem locum pertinet glossa ἥγημαι, ἡγοῦμαι, νομίζω in Glossario Gr. N. T. p. 84. Phil. II. 3. ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν sed modeste alios quisque se superiores ducat. ibid. III. 8. ἡγοῦμαι ζημίαν damnum esse arbitror. Jacob. I. 2. πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε summo gaudio vobis ducite. 2 Petr. I. 13. II. 13. III. 9, 15. Eurip. Phœn. v. 563. Æschin. Dial. III. 6. Job. XIX. 11. Hesych. ἡγεῖσθαι· δοκεῖν. ἡγοῦμαι· νομίζω, ὑπολαμβάνω, λογίζομαι. 5) *honorem alicui habeo, honore aliquem prosequor*. 1 Thess. V. 13. ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ et summo honore et amore eos prosequimini. — Hesych. ἡγοῦμαι· προκρίνομαι.

ἩΔΕ´ΩΣ, 1) proprie: *suaviter*. Adverbium ab ἡδὺς *suavis, jucundus, dulcis*. Hesych, γλυκέως. 2) *lubenter*. Marc. VI. 20. XII. 37. ἡδέως αὐτοῦ ἤκουε non sine voluptate sermones ejus audiebat. 2 Cor. XI. 19. Sæpius non legitur in N. T. 2 Macc. II. 28. ἡδέως τὴν κακοπάθειαν ὑποίσομεν. ib. VI. 30. XI. 26. Ælian. V. H. VIII. 12. ἡδέως ἤκουε αὐτοῦ. Hesych. εὐθύμως, ἢ καταθύμιον. Vide Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ἬΔΗ, *jam, nunc*. Adverbium temporis. Matth. III. 10. ἤδη δὲ καὶ immo jam, seu, quin, immo etiam. ibid. V. 28. XIV. 15. Rom. I. 10. ἤδη ποτὲ tandem aliquando. quæ formula ingens desiderium aut mali alicujus pertinacioris avertendi aut boni diu exoptati obtinendi significat. Dionys. Hal. Ant. VII. 32. 51. XI. 31. 41. Libanius Ep. 1083.

ἫΔΙΣΤΑ, *lubentissime, suavissime*. Adverbium ab ἥδιστος, quod est superlativus ab ἡδὺς *suavis, jucundus*. In comparativo ἥδιον. Legitur 2 Cor. XII. 9, 15. ἐγὼ δὲ ἥδιστα δαπανήσω. Xenoph. Mem. II. 7. 10.

ἩΔΟΝΗ´, ῆς, ἡ, 1) proprie: *jucunditas, suavitas*, ab ἡδὺς *suavis, jucundus*. 2) per metonymiam: *voluptas, delectatio, oblectatio et recreatio licita tam animi, quam corporis*. Prov. XVII. 1. 3) in deteriorem partem: *cupiditas prava et perversa, concupiscentia, libidinosum et pravum desiderium*. Hesych. ἡ ἐπιθυμία. Luc. VIII. 14. Tit. III. 3. δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις. Jacob. IV. 1, 3. 2 Petr. II. 13. Xenoph. Mem. I. 2. 23. Sæpius non legitur in N. T.

ἩΔΥ´ΟΣΜΟΝ, ου, τὸ, *mentha hortensis*. Genus herbæ minoris odoriferæ, (a Dioscoride III. 41 et 48. ἀρτυματῶδες, ad Oppiano Halieut. III. 88. μίνθη εὐώδης, et ab Ovidio Met. X. 729. *olens* vocatur. Adde Theophr. de Causis Plantarum VI. 22.) qua Judæi pavimentum ædium et synagogarum conspergere solebant, ex ἡδὺς *suavis*, et ὀσμὴ *odor*. Alias μίνθη dicitur, a *Minthe*, Cocyti filia. Strabo VIII. p. 529. Plin. H. N. XIX. 8. XXIX. c. 7. Judæis vocatur מִינְתָּא. Cf. Buxtorf. Lex. Talmud. p. 1228. Legitur in N. T. Matth. XXIII. 23. ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον decumatis mentham. Luc. XI. 42. Sæpius non occurrit in N. T. Masculinum habet Hesych.

Etym. M. et Phavor. ἡδύοσμος· ὁ ἀρωματίτης κάλαμος. Suidas: μίνθη, ἡδύοσμος, βοτάνη εὐώδης. Thom. M. Eclog. p. 617. μίνθη· οὐχ ἡδύοσμον. Schol. Aristoph. Ran. v. 1107. Conf. etiam Ol. Celsii Hierobotan. T. I. p. 543 seq.

ἮΘΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie: *consueta sedes, domicilium.* Herodot. VII. 125. Homer. Odyss. XIV. 411. Conf. Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 2. 6. p. 795. et Kœnium ad Gregor. de Dialectis p. 206. 2) *mos, consuetudo, indoles, ingenium, morum proprietas.* Plur. ἤθεα, contracte ἤθη, τὰ, *mores.* Hesych. ἦθος· γνώριμος τρόπος, ἀναστροφή. Semel legitur in N. T. 1 Cor. XV. 33. φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ corrumpunt bonos mores sermones pravi. Est, ut certe plerisque videtur, versus iambicus senarius ex Menandro p. 248. in Sententiis Comicorum Græcorum, ab H. Stephano (anno 1559.) editis, et p. 78. collectionis Clerici: ubi Stephani et Clerici notas inspice. Conf. Alexandri Mori notas ad quædam loca N. F. p. 130. ed. Fabricii et Wetstenii N. T. T. II. p. 170. Adde Xenoph. Œcon. 15. 12.

ἭΚΩ, fut. ἥξω, *venio, accedo,* ita, ut motum localem significet Matth. VIII. 11. XXIV. 50. Interdum tamen non apud profanos solum, sed sacros quoque auctores, *temporis præteriti* notione adhibetur, ut sit: *veni, accessi, adsum,* v. c. Marc. VIII. 3 τινὲς γὰρ αὐτῶν μακρόθεν ἥκουσι, in aliis codd. ἥκασι legitur. Luc. XV. 27. ὁ ἀδελφός σου ἥκει. Joh. IV. 47. ὅτι Ἰησοῦς ἥκει ἐκ τῆς Ἰουδαίας Jesum ex Judæa venisse. Act. XXVIII. 3. Joseph. A. J. II. 3. 10. βασιλεὺς δὲ ἀκούσας ἥκοντας πρὸς Ἰώσηπον τοὺς ἀδελφούς. Xenoph. Anab. II. 5. 2. IV. 7. 1 et 2. Adde Schol. Eurip. ad Hecub. v. 1. 2) *in mundum venio, nascor.* Hebr. X. 7 et 9. ἰδοὺ ἥκω ideo equidem natus sum. Joh. VIII. 42. ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω ego a Deo missus sum in has terras. 1 Joh. V. 20. Interdum tamen etiam de secundo Christi adventu ad judicium adhibetur. Hebr. X. 37. Apoc. II. 25. 3) metaphorice: *adsum, immineo, insto, futurus sum.* Matth. XXIV. 14. καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος ac tum finis instabit. Luc. XIX. 43. ἥξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σὲ imminet enim tibi tempus. Joh. II. 4. 4) *evenio, accido, obvenio.* Matth. XXIII. 36. ὅτι ἥξει ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην hæc omnia evenient huic nationi, aut: harum omnium cædium pœnæ ab hoc gente repetentur. Apoc. XVIII. 8. 5) ἥκειν πρός τινα *alicujus sectatorem fieri, alicujus doctrinam amplecti.* Joh. VI. 37. πρὸς ἐμὲ ἥξει, i. q. ἔρχεται πρός με. v. 35. 6) interdum abundat, v. c. Luc. XIII. 35. ἕως ἂν ἥξει, ὅτε εἴπητε donec dicatis: nisi malimus statuere, post ἥξει omissum esse substantivum καιρὸς, et vertere: donec tempus adfuerit, quo me verum Messiam salutetis. Sed Syrus vertit: ܥܕܡܐ ܕܬܐܡܪܘܢ *donec dicatis.* Hesych. ἥκει· ἔρχεται ἢ ἦλθεν. Thom. M. ἥκω· καὶ ἀντὶ τοῦ ἔρχομαι καὶ ἀντὶ τοῦ ἦλθον, ubi conf. interpretes. Omnium optime de vera hujus vocis potestate exposuit Dawesius in Miscell. Critt. p. 351.

ἩΛΕΙ, ὁ, *Eli.* Nomen viri Hebraicum ἄκλιτον. Fuit pater Josephi, mariti Mariæ virginis. Commemoratur in N. T. Luc. III. 23.

ἩΛΙ, *Eli.* Vox Hebraica אֵלִי *Deus mi,* ab אֵל *Deus,* et suffixo primæ personæ י, ex אֲנִי *ego.* Legitur in N. T. Matth. XXVII. 46.

ἩΛΙΑΣ, ου, ὁ, *Elias.* Est nomen proprium prophetæ, qui alias Thisbites dictus erat, ex inquilinis Gileadis. 1 Reg. XVII. 1. Hebraice sonat אֵלִיָּה, item אֵלִיָּהוּ Alberti Gloss. Gr. p. 8. Ἡλίου· Θεός μου αὐτὸς, ubi vid. Albertus. Matth. XVII. 12. Marc. IX. 13. Luc. I. 17. Malach. IV. 5. Conf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 1317 seq.

ἩΛΙΚΙΑ, ας, ἡ, 1) *statura,* die Leibesgrösse, *the size of the body,* ab ἡλίκος *quantus.* Glossæ: ἡλικία· τὸ μῆκος. Hesych. ἡλικία· μέγεθος σώματος, μέτρον τι. Matth. VI. 27. τίς δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; quis potest vel minimum addere staturæ suæ? Luc. II. 52. XII. 52. προέκοπτε ἡλικίᾳ. Sed plurimi interpretes malunt intelligere omnia hæc loca de *ætate,* quam de *statura,* ut priorum locorum sensus sit: *quis potest efficere, ut ætati et vitæ suæ accedat spatium vel brevissimum?* posterior vero reddatur: *adolevit puer.* Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 334. Luc. XIX. 3. ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν erat enim statura exilis. Ab Aristotele de Plantis. I. c. 4. φιτρὸς plantæ stipes dicitur ὅμοιος τῇ ἡλικίᾳ ἀνθρώπου. Gloss. ἡλικίᾳ, τὸ μῆκος, *statura.* Etiam de aliis rebus adhibetur, v. c. de columnis apud Lucian. Syr. 28. 2) *totius vitæ decursus, annorum spatiis circumscriptus, ætas,* et speciatim: *ætas matura, adulta, virilis, vigor ætatis.* Joh. IX. 21, 23. ἡλικίαν ἔχει habet ætatem justam, quæ scilicet ex legibus Judæorum requirebatur ad edendum testimonium. Ephes. IV. 13. εἰς μέτρον ἡλικίας ad ætatem virilem. (Lucian. Imag. 7. Philostrat. Vit. Soph. I. p. 543.) Hebr. XI. 11. παρὰ καιρὸν ἡλικίας jam ætate provecta. Æschin. Socr. Dial. I. 12. II. 13. Arrian. de Venat. V. 1. Plutarch. de Educ. Puer. VII. 1. IX. 16. XV. 1. Conf. L. Bos. ad Lucian. Opp. T. II. p. 154. et Vorstii Philol. S. p. 108. ed. Fischeri.

ἩΛΙΚΟΣ, ίκη, ον, *quantus, quam magnus,* et tam interrogative, quam indefinite usurpatur. Bis autem tantum in N. T. occurrit. Coloss. II. 1. ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ ὑμῶν quantum certamen pro vobis sustineam. Jacob. III. 5. ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει; exiguus ignis quantam materiam accendit? Hesych. ἡλίκον· ποταπὸν, μέγα, ὁποῖον. Idem: ἡλίκην· μεγάλην, τηλικαύτην.

ἭΛΙΟΣ, ου, ὁ, 1) *sol.* Marc. XIII. 14. ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται sol obtenebrabitur. ibid. I. 32. ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος quum occideret sol. ibid. IV. 6. ἡλίου ἀνατείλαντος sole exorto. Apoc. VIII. 12. τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου tertia pars solis. ibid. XVI. 12. ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου ab ortu solis. Cum solis splendore comparatur splendor faciei Christi, cum transformaretur, Matth. XVII. 2. etiam præstantior status, quo beati in vita futura fruentur. Matth. XIII. 43. 1 Cor. XV. 41. 2) *lux* vel *splendor solis, radius solaris.* Act. XIII. 11. μὴ βλέπων τὸν ἥλιον, h. e. cœcus, facultate videndi privatus. Ælian. V. H. XIII. 1. Hesych. ἥλιος· ὁ θεὸς καὶ τὸ ἄστρον καὶ ἡ αὐγὴ καὶ τόπος, ἐξ οὗ καὶ ὁ ἥλιος ἀνατέλλει.

ἭΛΟΣ, ου, ὁ, *clavus.* De clavis, quibus damnati ad crucem figebantur apud veteres, legitur semel tantum in N. T. Joh. XX. 25. ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων nisi videro in manibus ejus vestigium clavorum et immisero digitum meum in vestigium clavorum. Hinc προσηλοῦσθαι *ad crucem figi, in crucem agi* denotat. Ceterum, quam late hæc vox pateat apud Græcos, vel ex ipso Hesychio intelligi potest: ἧλους· λόγχας, καρφία, κέντρα. Conf. etiam Bielii Thesaur. Philol. s. h. v.

ἩΜΕΡΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *dies,* quatenus nocti opponitur et alias dicitur *artificialis dies.* Matth. IV.

2. νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα. ibid. XII. 40. XX. 6, 12. τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα. Marc. II. 1. δι' ἡμερῶν, sc. τινῶν, post aliquot dies, seu intercedentibus aliquot diebus. In loco parallelo Luc. V. 17. legitur ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν. Luc. II. 44. ἦλθον ἡμέρας ὁδὸν unius diei itinere peracto. Joh. XI. 9. οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; Item spatium 24 horarum, noctem cum die comprehendens, quod νυχθήμερον et *diem naturalem* vocant. Matth. VI. 34. XV. 32. XVII. 1. XX. 19. Act. XXVIII. 7, 12, 14, 17. Sed hic observandæ sunt formulæ quædam, quæ scriptoribus N. T. propriæ videntur, v. c. α) τὴν ἡμέραν, pro καθ' ἡμέραν, seu καθ' ἡμέραν ἑκάστην, *in diem, in singulos dies*, für jeden tag, *for each day.* Matth. XX. 2. συμφωνήσας ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν pactus est cum iis denarium in diem, seu dies singulos. 2 Petr. II. 13. τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν luxum quotidianum, ubi ἐν ἡμέρᾳ positum est pro καθ' ἡμέραν et respondet Hebr. לְיוֹם Exod. XXXIX. 36. β) ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ singulis diebus, cotidie. 2 Cor. IV. 16. Ad imitationem Hebraicæ formulæ יוֹם יוֹם Psalm. LXVIII. 20. יוֹם וָיוֹם Esther. III. 4. Conf. Vorstii Philol. Sac. p. 307. ed. Fischeri. γ) ἡμέραν ἐξ ἡμέρας *in diem a die*, i. e. *quotidie.* 2 Petr. II. 8. (Eurip. Rhes. 446. Sic quoque κ' εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος dixit Theocrit. Idyll. II. 15.) Eodem vero modo uti ἡμέραν in hac formula pro εἰς ἡμέραν positum reperitur, ita יוֹם pro מִיּוֹם legitur in formula, in sacris litteris admodum frequente, דְּבַר־יוֹם בְּיוֹמוֹ qua, *quod quotidie alicui datur* vel *dandum est*, significatur. Exod. V. 13. Dan. I. 5. Adde Jer. LII. 34. ubi in versione Alex. plena formula ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν legitur. δ) ὅλην τὴν ἡμέραν *quotidie.* Rom. VIII. 36. ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν propter te quotidie in mortis periculo versamur; ubi Hebraicæ formulæ כָּל הַיּוֹם Ps. XLIV. 23. respondet. ε) καθ' ἡμέραν, scil. πᾶσαν, (Act. XVII. 17.) vel ἑκάστην, (Hebr. XIII. 13.) *singulis diebus, quovis die, quotidie*, interdum etiam *sæpe.* Luc. XVI. 19. Marc. XIV. 49. καθ' ἡμέραν ἤμην πρὸς ὑμᾶς ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων, h. e. sæpius vos docui in templo: nisi ἡμέραν de *ipso sabbati die* accipere malis. De formula καθ' ἡμέραν lectu digna habent interpretes ad Thomam M. p. 631. ζ) ἡμέρας καὶ νυκτὸς *assidue, sæpe.* Luc. XVIII. 7. βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς qui eum diurnis nocturnisque, h. e. assiduis precibus adeunt. 1 Tim. V. 5. Luc. XXI. 37. Thom. M. p. 630. νυκτὸς καὶ ἡμέρας Ἀττικοὶ λέγουσιν. η) ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ *simul, inopinato.* Apoc. XVIII. 8. διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς propterea simul et tanquam uno agmine irruent in eam hæc mala. Alibi dicitur: μιᾷ ὥρᾳ, v. c. ib. v. 10, 16. 19. Jer. XLVII. 8. רֶגַע בְּיוֹם אֶחָד. Vide et Eurip. Herc. Fur. v. 508. et Ali ben Abi Taleb Carm. IV. 6. 2) *lux diei.* Luc. IV. 42. γενομένης δὲ ἡμέρας orto sole. ibid. VI. 13. XXII. 66. Act. XII. 18. Apoc. VIII. 12. καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς nec lumen diurnum nisi tertiam luminis sui partem haberet. 3) κατ' ἐξοχὴν *dies piacularis Judæorum.* Hebr. VII. 27. καθ' ἡμέραν quolibet expiationis die. ibid. X. 11. Etiam a Judæis *diem illum expiationis*, qui quotannis magna cum religione a Judæis agebatur, κατ' ἐξοχὴν יוֹמָא dictum esse, docuit Lakemacher Obss. Philol. P. I. p. 166. 4) *sabbatum*, etiam *festum*, i. q. ἑορτή. Act. II. 1. τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς, pro τὴν ἑορτὴν τῆς Πεντηκοστῆς, coll. Luc. II. 41. Marc. XIV. 49. Galat. IV. 10. ἡμέρας παρατηρεῖσθε. 5) *omne tempus in genere*, sive *longius*, sive *brevius*, sive *futurum*, sive *præsens*, i. q. χρόνος, seu καιρός. Luc. II. 1. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις per id tempus, seu *illis diebus*, qua formula in eadem significatione usi sunt Virgil. Æn. II. 340. et Liv. XXVII. 15. Luc. II. 6. ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι adest tempus. ib. XVII. 22. ἐλεύσονται ἡμέραι futurum est. ib. XIX. 42. ἐν ἡμέρᾳ σου ταύτῃ hoc saltem tuo tempore. 1 Cor. III. 13. ἡ ἡμέρα δηλώσει, formula proverbialis, ut videtur, respondens Latinæ: *futurum tempus docebit, suo tempore apparebit*, qualis illa Græcorum: χρόνος πάντα εἰς φῶς φέρει. Eodem modo etiam apud Hebræos usurpatur יָמִי 1 Reg. II. 1, 11. Jerem. XXX. 3. Conf. Vorstii Philol. Sac. p. 106. et Pfochenii Diatribe Sect. 51. Huc etiam pertinet formula: ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, quæ indicat non solum, aliquid accidisse *illo ipso tempore*, de quo in singulis locis sermo est, sed etiam *ante menses et ante annos adeo plures*, v. c. Matth. III. 1. Marc. I. 9. VIII. 1. XIII. 24. et innumeris aliis in locis, ut docte observavit Krebs. in Obss. Flav. p. 6. Δι' ἡμερῶν, sc. τινῶν διαγενομένων, seu διελθουσῶν, post dies aliquot interjectos, post aliquod tempus. Marc. II. 1. πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν haud ita pridem. Act. V. 36. XXI. 38. opponitur formulæ ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων. Act. XV. 7. 8) *tempus vitæ* (Eurip. Med. 651. Phœn. 554.) *et officii alicujus* in N. T. haud raro ἡμέρα τινὸς dicitur. De *tempore vitæ, quod quis in his terris peragit*, legitur hæc formula Luc. XVII. 26. ἐν ταῖς ἡμέραις Νῶε — ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου Noachi ætate — temporibus filii hominis. ib. v. 28. Matth. XXIII. 30. εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν si majorum nostrorum ætate vixissemus. Joh. IX. 4. ἕως ἡμέρα ἐστὶν quamdiu hæc vita mea durat, coll. v. 5. Alii vertunt: dum adest opportunitas. Luc. XVII. 22. ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν aliquando vel uno die mecum his in terris vivere et conversari desiderabitis. Joh. VIII. 56. de Abrahamo: ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν optabat æqualis meus esse. Alii reddunt: optabat videre *diem meum natalem*, (conf. Menag. ad Diog. Laërt. IV. 41. Hesych. ἡμέρα· τὰ γενέθλια.) sensu eodem. Huc etiam refero formulam, quæ legitur Luc. I. 7. καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν et ambo provectæ ætatis erant, seu, senilem ætatem attigerant, et est locutio mere Hebraica, cujus exempla leguntur Genes. XVII. 11. XXIV. 1. Jos. XXIII. 1. Luc. I. 18. καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς. ibid. II. 36. αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς. Cf. Vorstii Philol. Sac. p. 110 seq. — De *tempore officii* legitur Matth. XI. 12. ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου βαπτιστοῦ a tempore, quo Johannes baptista munus suum auspicabatur. Hebr. VII. 3. μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχων de quo nec constat, a quo acceperit sacerdotium; ubi *αἱ ἡμέραι tempus* significant, *quo quis fungitur munere sacerdotali*, quod Luc. I. 23. ἡμέραι τῆς λειτουργίας vocatur. Hinc formula ἐν ταῖς ἡμέραις, de rege aut imperatore adhibita, fere semper reddenda est: *sub imperio, regnante, et imperante*, v. c. Matth. II. 1. ἐν ἡμέραις Ἡρώδου βασιλέως. Luc. I. 5. Cf. Genes. XIV. 1. בִּימֵי Alex. ἐν τῇ βασιλείᾳ. Ies. I.

1. 7) *tempus calamitosum, acerbum et triste*, v. c. Matth. XXIV. 22. ubi de obsidione et excidio Hierosolymitano sermo est. Hebr. V. 7. ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ tempore illo, quo cruciatus et calamitates his in terris perferebat. Hebr. X. 25. ὅσῳ βλέπετε ἐγγίζουσαν τὴν ἡμέραν quo magis gravissimas calamitates vobis instare colligere facile potestis. Ita יוֹם ponitur Ps. CXIX. 84. 8) *tempus, quo per religionem christianam perfectior religionis cognitio et virtus est propagata.* Rom. XIII. 12. ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν nocte ignorantiæ et impietatis profligata, dies lucis religionis christianæ illucescit. Cf. infra sub νὺξ et σκότος. 1 Thess. V. 5. υἱοὶ ἡμέρας homines religionis christianæ scientia satis imbuti et emendati. Judæos tempora Messiæ *diem* κατ' ἐξοχὴν vocasse, docuit Schœttgenius in Hor. Hebr. et Talmud. p. 571. 9) *judicium* s. *opinio hominis.* Rarissima formula est ἡ ἀνθρωπίνη ἡμέρα, quæ 1 Cor. IV. 3. occurrit, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, quam ab Hieron. in Ep. ad Alliasiam inter Cilicismos Pauli relatam verterem: an vestro judicio, vel judicio et opinione ullius hominis prober, consentiente Syro ܐܘ ܡܢ ܟܠ ܒܪܢܫ *aut ab ullo homine.* Cf. Glassii Philol. Sacr. p. 878. ed. Dathii et C. Schœttgenii Diss. de ἀνθρωπίνη ἡμέρᾳ, Lips. 1712. 4. Sumitur autem interdum ἡμέρα pro *judicio* apud Æschinem ac Demosthenem, ut docuit Matthiæ in Miscell. Philol. P. I. p. 269. 10) ἡμέρα, vel nude positum, vel additis substantivis Κυρίου, Ἰησοῦ Χριστοῦ, seu τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, in universum *tempus* significat, *quo Christus insigni quodam et peculiari modo vim et virtutem suam divinam exserit et declarat*, quod quale sit in singulis locis intelligendum, e serie orationis tantum definiendum est. Sic v. c. usurpatur α) *de vita, quam Christus his in terris peregit et docendis et emendandis hominibus, iisque ad veram felicitatem adducendis totam impendit.* Luc. XVII. 22. Joh. VIII. 56. de quibus locis jam supra exposui. β) *tempus, quo Christus longe lateque propagabat per apostolos doctrinam suam salutarem.* Act. II. 20. γ) *tempus excidii Judaici*, seu *destructionis Hierosolymorum et reipublicæ Judaicæ*, quo Christus insignia majestatis suæ divinæ exhibuit documenta. Luc. XVII. 24, 26 et 30. coll. Matth. XXIV. 9—28. Coran. Sur. XXV. δ) *tempus illud futurum, quo Christus rediturus est judex hominum.* 1 Cor. I. 8. V. 5. 2 Cor. I. 14. Philipp. I. 6, 10. 1 Thess. V. 2. 2 Thess. II. 2. Idem tempus, quo Christus olim judex omnium hominum comparebit, vocatur etiam in N. T. ἡμέρα ἐκείνη, Matth. VII. 22. ἡ ἐσχάτη ἡμέρα, Joh. VI. 39, 40, 44, 54. ἡμέρα κρίσεως, Matth. X. 15. μεγάλη ἡμέρα, Jud. v. 6. Cf. C. F. Schmid Diss. de Die Christi formulisque similibus. Viteb. 1777. 4. 11) interdum subauditur. Matth. XXVI. 17. τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, sc. ἡμέρᾳ, coll. Marc. XIV. 12. Luc. VII. 11. post ἐν τῇ ἑξῆς, coll. IX. 37. Act. XIV. 38. post ἀγοραῖοι, et v. 40. post σήμερον. Jer. LII. 12. Conf. Viger. de Idiotismis Ling. Gr. p. 45. ed. Zeunii.

'ΗΜΕ'ΤΕΡΟΣ, έρα, ερον, *noster*, ab ἡμεῖς. 2 Tim. IV. 15. ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις impedire conatus est doctrinam a nobis traditam. Tit. III. 14. οἱ ἡμέτεροι qui unam vobiscum religionem profitentur. Sic et nos: die unsrigen, pro: unsre religionsverwandten, *ours*, pro *persons of our religious persuasion*, dicere solemus.

'Η ΜΗ'Ν, vide sub ἤ.

'ΗΜΙ Æolice i. q. εἰμὶ *sum*. Act. XI. 10. τίς ἤμην. 'Ημην, quod Bezæ poëticum videbatur, stili communis seu dialecti Æolicæ est pro ἦν. Mœris Att. Ἦν, Ἀττικῶς· ἤμην, Ἑλληνικῶς. Heraclides apud Eustathium ad Od. ί. p. 332. 38. Ἀπὸ τοῦ ὤ, ἤγουν ὑπάρχω, Αἰολικὸν ἦμι, καὶ Βοιωτικῇ μεταθέσει τοῦ η εἰς τὴν ει δίφθογγον εἰμί. Confer eundem ad Od. ξ'. p. 558. 33.

'ΗΜΙΘΑΝΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *seminex, semimortuus, semivivus*, i. q. ἡμίθνητος apud Polyb. XIV. 5. 7. ex ἥμισυς *dimidius* et θανής, ab aor. 2. ἔθανον, verbi θνήσκω *morior*. Legitur semel in N. T. Luc. X. 30. ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα seminecem liquerunt, ut loquitur Virgilius Æn. V. 275. Vulgat. *abierunt semivivo relicto.* Cicer. Verr. I. 45. Dion. Halic. Ant. p. 1258 et 1728. ed. Reisk. Apud Aristoph. Nub. v. 504. ἡμιθνὴς legitur, elisa littera α. Phavor. ἡμιθνὴς μὲν λέγεται ὁ ψυχαγαγῶν καὶ ἤδη τὸ ἥμισυ θανών. Idem tradit Tzetzes in Lycophron. v. 511. Gloss. *seminecem*, ἡμιθνῆτα καὶ ἡμιθανῆ.

'ΗΜΙΣΥΣ, fœm. ἡμίσεια, neutrum ἥμισυ, *dimidius*. Adjectivum ex ἥμι *semi* et ἴσος *æqualis*, (quasi *utraque pars sibi æqualis est*) quod genitivum singularis in ους et neutrum plurale εα in η contrahit: confer Fischer. Prolus. XXX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 10 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 580. Marc. VI. 23. ὃ ἐάν με αἰτήσῃς, δώσω σοι ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου dabo tibi, quidquid petieris, usque ad dimidium regni mei. Formula usitata regibus, qua significabant, se paratos esse ad satisfaciendum iis, qui vel maxima quævis postularint. Esther V. 3. עַד־חֲצִי הַמַּלְכוּת. Luc. XIX. 8. τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου dimidiam omnium facultatum mearum partem, coll. Tobiæ VIII. 24. et X. 10. Apoc. XI. 9. ἡμέρας τρεῖς καὶ ἥμισυ, sc. μέρος, tres dies et dimidium. ibid. v. 11. XII. 14. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Thom. M. Eclog. p. 420 seq. ed. Bernard. ac Maittaire de dialect. l. Gr. p. 53. ed. Sturz.

'ΗΜΙΩ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, *semihora, horæ dimidium*, ex ἥμισυς *dimidius* et ὥρα *hora*. Proprie adjectivum est ab ἡμιώριος *semihoram durans, semihorarius*, ad formam ἀνώριος, πανώριος, ἐφώριος, μινυώριος, προώριος, ut subintelligatur μέρος χρόνου pars temporis, vel διάστημα spatium, ut in aliis. Legitur semel in N. T. Apoc. VIII. 1. ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς ἡμιώριον. Præterea reperitur apud Polluc. Onom. I. 71. Similis vox est ἡμιωβόλιον, h. e. τὸ ἥμισυ τοῦ ὀβολοῦ interprete Phavor.

'ΗΝΙ'ΚΑ. Adverbium temporis, *quum, quando.* Adhibetur extra interrogationem, sed πηνίκα in interrogatione. Bis legitur in N. T. 2 Cor. III. 15, 16.

'ΗΠΕΡ, vide sub ἤ.

'ΗΠΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *clemens, benignus, placidus, lenis, mitis.* Proprie de parentibus usurpatur, qui lenes sunt et benigni erga liberos. Sic v. c. legitur apud Homer. Odyss. β', v. 47. πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν. Herodian. II. 4. 1. Deinde vero ad omnes alios transfertur, qui sunt lenes et benigni, lubenterque de jure suo cedunt, ut parcant aliis. Sic autem bis legitur in N. T. 1 Thess. II. 7. ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι sed gessimus nos benignos et lenes. 2 Tim. II. 24. ubi ἤπιον εἶναι opponitur τῷ μάχεσθαι Demosthen. p. 1464. 22. ed. Reisk. Pausanias Eliac. II. 18. Herodot. III. 89. Apud Græcos interdum ad alias res transfertur, v. c. ad medicamenta, quæ φάρμακα ἤπια vocantur, quum sine excitatione dolorum morbos molliunt ac depel-

lunt. Hesych. ἤπια· πραέα, προσηνῆ, μαλθακὰ, ἥμερα, χρηστά. Hinc substantivum ἠπιότης *lenitas, humanitas,* πραότης, ut ab Hesychio explicatur, quod, a Bielio omissum, occurrit in Addit. Esther. XIII. 2. ἐπιεικέστερον δὲ καὶ μετὰ ἠπιότητος ἀεὶ διεξάγων.

ἭΡ, *Er.* Nomen proprium viri Hebraicum, (עֵר a radice עוּר *evigilare*) quod *vigilem* notat. Legitur in N. T. tantum Luc. III. 28.

ἬΡΕΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *tranquillus, quietus, mitis, placidus,* i. q. ἥμερος, et de rebus æque ac personis adhibetur. In N. T. semel legitur 1 Tim. II. 3. ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ut vitam tranquillam et quietam agamus. Hinc ἠρεμίζειν est: *vitam agere quietam,* apud Xenoph. de Rep. Laced. I. 3. Hesych. ἤρεμον· ἥσυχον, πρᾶον, ἥμερον. Alberti Gloss. Gr. N. T. p. 156. ἤρεμον πραῢν ἐν εἰρήνῃ. Voces quoque ἠρεμία, ἠρεμέω et ἠρεμάζω sæpius apud LXX Intt. leguntur. Vide Bielii Thes. et Schneideri Lex. Crit. Gr. h. v.

ἩΡΩ´ΔΗΣ, ου, ὁ, *Herodes,* ab ἥρως (ut Μινώδης ab Μίνως,) q. d. *Herois filius.* Nomen proprium quorundam regum Judæorum temporibus Christi et apostolorum, qui a Romanis imperatoribus regium nacti sunt titulum. Memorantur autem in N. T. tres hujus nominis. *Primus* est *Herodus Magnus,* Ascalonita, ex stirpe Idumæa, Antipatro patre natus, et rex Judææ a senatu Romano ad petitionem *Antonii* declaratus, per annos septem et triginta regnavit. (Joseph. A. J. XIV. 13. 1. c. 17. s. 4.) Sub ejus imperio Johannes baptista et Christus nati sunt. Rex creabatur A. M. 3910. Mortuus est anno 3948. anno Christi 2. A magis delusus infantes Bethlehemiticos trucidari jussit Matth. II. 1, 3. etc. Cf. Macrobii Saturnal. II. c. 4. p. 270. Contra mores patrios non solum ludos quinquennales instituit Cæsari, (Joseph. A. J. XVI. 5. s. 1.) sed etiam theatra Hierosolymis ædificavit (XV. 8. 1.) et ludos Olympios introduxit. (XVI. 5. 3.) Laudatur quidem a Josepho ob bella feliciter gesta, templi Hierosolymitani exornationem, et varia oppida condita, sed idem eum crudelissimum atque injustissimum fuisse ingenue fatetur. Eo mortuo regnum inter superstites ejus tres filios (nam *Alexandrum* atque *Aristobulum* filios æque ac *Mariamnem* uxorem et multos alios ipse e medio sustulerat) ab *Augusto* ita dividebatur, ut *Archelaus* Judæam, Idumæam et Samariam sub *ethnarchæ* nomine acciperet, *Antipas* vero Galilææ et Perææ atque *Philippus* Batanææ, Trachonitidi et Auranitidi sub nomine *tetrarcharum* præessent. *Alter* est *Herodes Antipas, Herodis M.* filius ex Marthace, conjuge gentis Samaritanæ, tetrarcha Galilææ, vir admodum scelestus. Non solum enim interfecit Johannem baptistam, Mat. XIV. 4. sed etiam dimisit Aretam conjugem et assumsit sibi Herodiadem, fratris uxorem, eo adhuc vivente. (Joseph. A. J. XVIII. 5. 1.) Romam profectus est, ut regiam dignitatem ab imperatore peteret, et denique a Caligula in Galliam relegabatur. (XVIII. 7. 2.) Addictus fuisse videtur doctrinæ Sadducæorum, ut apparet e loco Marc. VIII. 15. coll. Matth. XVI. 6. *Tertius* est *Herodes Agrippa, primus,* seu *major* dictus, nepos *Herodis M.* filius *Aristobuli.* Matrem habuit Berenicem, conjugem Cypron. Jacobum, fratrem Johannis, interemit et Petrum in vincula conjecit. Act. XII. 1, 4. Paulo post vero Cæsareæ misere vitam finiit. Act. XII. Euseb. H. E. XII. 10. Josephus, qui res ejus descripsit A. J. XVIII. c. 1—9. nusquam eum Herodem appellavit. Fuit autem hic *Agrippa* pater *Agrippæ II.* seu minoris, cujus Act. XXV. et XXVI. mentio fit. De familia et genealogia Herodiadum extat erudita et accurata Diatribe Chr. Noldii de Vita et Gestis Herodum, seu Historia Idumæa ad calcem Opp. Fl. Josephi, ed. Havercamp. T. II. p. 333. Adde Sal. Deyling. Obss. Sacr. P. II. n. 26. p. 247 seq. J. G. Altmanni Exc. Phil. de gente Herodum, qui præsertim in N. T. commemorantur, Bern. 1750. 4. et Cellarii Vindicias Fl. Josephi, s. historia Herodum contra Harduinum in Ej. Diss. Academ. p 207.

ἩΡΩΔΙΑΝΟΙ´, ῶν, οἱ, *Herodiani,* h. e. *aulici et ministri regis Herodis.* Commemorantur Matth. XXII. 16. Marc. III. 6. XII. 13. ubi Syrus habet ܒܝܬܝܐ ܕܗܪܘܕܣ, h. e. *domesticos Herodis,* et Interpr. Hebræus Evang. Matthæi עַבְדֵי הוֹרוֹדוֹס *servos Herodis,* quæmadmodum et Lutherus in vers. Germ. Herodis diener, *Herod's servants.* Sed multa de Herodianis reperiuntur sententiarum divortia. Conf. Stolberg. Exercitationes L. Gr. p. 419. Sam. Petiti Var. Lectt. c. 18. Joh. Steuchii D. de Herodianis, quorum mentio fit apud Matth. XVII. Marc. III. et XII. Lund. 1706. 4. Joh. Floderi D. de Herodianis, Upsal. 1764. 4. Chr. Fr. Schmidii Epistolam de Herodianis, Lips. 1764. 4. ac Macknighti Comm. in 4 Evang. T. I. p. 168 seq.

ἩΡΩΔΙΑ´Σ, άδος, ἡ, *Herodias.* Est nomen proprium concubinæ *Herodis Antipæ, tetrarchæ.* Non fuit filia *Aretæ,* regis Arabum, ut Hieronymus ad Matth. c. XIV. opinatus est, sed filia *Aristobuli,* qui filius fuit *Herodis M.* et frater *Philippi* et *Herodis Antipæ, Agrippæ majoris.* soror. Act. XII. 2. Nupta fuerat *Philippo,* cui vivo per incestas nuptias detracta est a fratre *Herode Antipa.* Matth. XIV. 3. Joseph. A. J. XVIII. 5. 4. Euseb. H. E. I. 13. A *Caligula* cum *Herode Antipa* Lugdunum Gallorum in exilium missa est. Atque hæc est illa, quæ Johannis baptistæ interficiendi Herodi primum subministravit consilium.

ἩΡΩΔΙ´ΩΝ, ωνος, ὁ, *Herodion.* Nomen proprium viri Græcum, qui Rom. XVI. 11. vocatur cognatus Pauli.

ἩΣΑΙ´ΑΣ, ου, ὁ, *Iesaias.* Nomen proprium prophetæ Judæorum celeberrimi, Hebr. יְשַׁעְיָהוּ conflatum ex יֵשַׁע *salus, auxilium,* et יָהּ nomine divino, ut idem sit, ac *Dominus est salus et auxilium.* Matth. III. 3. IV. 14. VIII. 17. XIII. 14. XV. 7. 2) *liber oraculorum Iesaiæ.* Act. VIII. 28. καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν et legebat librum prophetæ Iesaiæ. ibid. v. 30.

ἩΣΑΥ˜, ὁ, *Esavus.* Nomen viri Hebraicum ἄκλιτον, Hebr. עֵשָׂו. Fuit autem primogenitus Jacobi filius, Hebr. XI. 20. XII. 16. Totus erat crinibus tectus, h. e. hirsutus, unde nomen suum accepisse videtur, nam عشي, cui Hebraicum עָשָׂה respondet, *tegere* notat. Conf. Syllogen Diss. Schultens. et Schrœder. P. I. p. 531. Eandem ob causam alias etiam שָׂעִיר *pilosus,* אָדוֹם *rufus* a pilorum rubicundo colore dictus est. Per metonymiam causæ Ἡσαῦ etiam *Esavi posteros* significat, Rom. IX. 13. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 437.

ἩΣΥΧΑ´ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *quiesco, subsisto in itinere, non progredior* (Xenoph. Anab. V. 4. 8.), *otiosus sum, abstineo a laboribus et*

negotiis, ab ἥσυχος *quietus.* Luc. XXIII. 56. καὶ τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολὴν sed per sabbatum ex lege ab omni opere cessabant. Hinc 2) *vitam ago placidam, quietam et modestam.* 1 Thess. IV. 11. καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν. 3) *sileo, taceo.* Luc. XIV. 3. οἱ δὲ ἡσύχασαν illi vero nullum dedere responsum, coll. v. 6. Eodem sensu non solum ἡσυχάζειν legitur in vers. Alex. Ies. VII. 4. Nehem. V. 8. et apud Græcos exteros, v. c. Appian. B. Syr. p. 149. Eurip. Medea 80. Diog. Laërt. VIII. c. 1. de discipulis Pythagoræ πενταετίαν ἡσύχαζον, (conf. Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 242. Boisii Collat. p. 235.) sed etiam παύεσθαι apud Græcos haud raro legitur. 4) *acquiesco*, ita, ut non amplius contradicam aut dissuadeam. Act. XI. 18. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα ἡσύχασαν his dictis acquieverunt, coll. v. 2 et 3. ib. XXI. 14. μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ ἡσυχάσαμεν cum nullo modo persuaderi posset, nos quidem acquievimus. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo ἡσυχίαν ἔχειν aliquoties apud Demosthenem Philip. I. legitur.

ἩΣΥΧΙ΄Α, ας, ἡ, 1) proprie: *quies corporis, cessatio ab omni labore et opere.* Prov. VII. 9. ἡνίκα ἂν ἡσυχία νυκτερινὴ καὶ γνοφώδης. 2) *tranquillitas, vita quieta et modesta.* Ita capitur 2 Thess. III. 12. ubi Paulus jubet Thessalonicenses μετὰ ἡσυχίας ἐργάζεσθαι, h. e. ita res suas agere, ut nullum strepitum edant nec aliis se immisceant rebus; ubi opponitur sedulitati ambitiosæ, tumultibus excitandis aptæ. 3) *silentium.* Act. XXII. 2. παρέσχον ἡσυχίαν præstiterunt, seu præbuerunt silentium, h. e. silebant. E contrario ἡσυχίαν παρέχεσθαι *silentium injungere*, apud Alex. Job. XXXIV. 29. Pro ἡσυχίαν παρέχειν alias ponitur ἡσυχίαν ἄγειν. Xenoph. Hist. Græca II. 3. 23. Cf. Spanhem. ad Aristoph. Ran. v. 324. ubi de silentio in mysteriis gentilium sermo est, et Wesseling. ad Herodot. I. 86. 1 Tim. II. 11. γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ μανθανέτω, coll. 1 Cor. XIV. 34. ibid. v. 12. εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ, pro σιγᾷν. Sæpius non legitur in N. T. Lysias Orat. XI. c. 18. οἱ μὲν αὐτοῦ μένοντες ἡσυχίαν ἦγον. Herodian. I. 13. 4. Musæus 104. Ammonius: ἡσυχία· ὅτι μὲν σιωπὴν σημαίνει, ὅτε δὲ τὴν ἐπιείκειαν. Hesych. ἡσυχία· γαλήνη, ἠρεμία. Gloss. Vet. ἡσυχία, *quies, silentium.*

ἩΣΥ΄ΧΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *quietus, tranquillus.* Bis legitur in N. T. 1 Tim. II. 2. ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ut vitam tranquillam et quietam agamus; ubi βίος ἡσύχιος ad tranquillitatem et pacem publicam transfertur, qua civis ab aliorum violentia tutus præstatur, de qua etiam ἡσυχάζειν in vers. Alex. Jud. III. 11. adhibetur. 1 Petr. III. 4. ἡσύχιον πνεῦμα, h. e. tranquillitas animi, alieni ab omnibus pravis cupiditatibus, mulieribus commendatur. Ὅρμοι ἥσυχοι reperiuntur apud Polluc. I. 100. Adde Pindar. Pyth. IX. 40. Homer. Il. XXI. 598.

ἬΤΟΙ, vide sub Ἤ.

ἩΤΤΑ΄ΟΜΑΙ, vel ἩΣΣΑ΄ΟΜΑΙ, ῶμαι, 1) proprie: *vincor, superor, inferior discedo*, ab ἥσσων vel ἥττων *minor, inferior.* Compar. ex μικρός. Dicitur vero proprie de *iis, qui in bello ac prælio victi et superati sunt*, 2 Mac. X. 24. ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Ælian. V. H. IV. 8. ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων. Suid. ἡττηθεὶς ἀπῆλθεν ἀντὶ τοῦ ἧττον ἔχων ἢ νικηθεὶς ἀπῆλθεν: vel de *collusoribus, qui vincuntur*, Æschin. Dial. II. c. 10. δύναιτ' ἂν τοὺς ἀντιπαίζοντας ποιεῖν ἡττᾶσθαι: vel denique de *iis, qui causa cadunt in judicio et condemnantur.* Xen. Mem. IV. 4. 17. ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἡττῷτο. Pollux VIII. 73. ἐπὶ—— —τοῦ καταδικασθέντος, — ἡττήθη. 2 Petr. II. 19. ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται a quo enim aliquis vincitur, ejus servus est. Sententia vitæ communis, qua a Petro eleganter demonstratur, fœdissima et miserrima servitute teneri eum, qui peccatis indulget. 2) ἡττᾶσθαι eleganter de *iis* usurpatur, *qui cupiditatibus pravis indulgent et vitiositati serviunt.* 2 Petr. II. 20. τοῖς μιάσμασι τοῦ κόσμου πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται, pro ἐμπλέκονται καὶ ἡττῶνται, vitiis, quibus olim renunciarunt, iterum indulgentes et servientes. Xenoph. Apol. Socr. 19. ἢ ἄλλης πονηρᾶς ἡδονῆς ἡσσημένον. Idem Cyrop. VIII. 8. 7. ἥττων τοῦ οἴνου *vino deditus.* Ælian. V. H X. 9. ἥττων γαστρὸς *vorax.* Confer Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 570. 3) *deterior sum.* 2 Cor. XII. 13. τί γάρ ἐστιν, ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας; quid enim est, in quo fueritis inferiores cæteris christianorum cœtibus? Sæpius non legitur in N. T. Eodem sensu activum ἡττάω legitur apud Polyb. XV. 4. πάντας ἥττησε ταῖς ψυχαῖς. Apud eundem Excerpt. Legat. 104. extr. ἡττάω de *iis* etiam dicitur, *qui alios ad silentium redigunt*, ἥττησαν τοὺς ἀντιλέγοντας.

ἭΤΤΗΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie *diminutio*, (qua voce Vulgatus utitur Rom. XI. 12.) *defectus, clades*, ab ἡττάομαι, quod vide. 2) *condemnatio*, sensu judiciali, i. q. κατάκριμα. Rom. XI. 12. ubi Syrus ܚܘܣܪܢܐ reddit, quam ipsam vocem ibid. VIII. 1. pro κατάκριμα posuit. 3) *deterior status et conditio*, i. q. ἐλάττωμα, der Verfall, *a declension.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. VI. 7. ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ὑμῖν ἐστιν jam vero in universum hæc est deterior conditio vestra, seu, jam hoc omnino vobis est vitio vertendum. Sæpius non occurrit in N. T.

ἩΤΤΩΝ, vel ἭΣΣΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *minor, inferior, deterior.* Neutrum ἧττον vel ἧσσον adverbialiter ponitur. 1) *minus.* 2 Cor. XII. 15. ἧττον ἀγαπῶμαι minus diligor. 2) *damnum.* 1 Cor. XI. 17. εἰς τὸ ἧττον in deterius convenitis, h. e. ita, ut deteriores fiatis et faciatis majores ad vitia et peccata progressus. Sæpius non legitur in N. T.

ἨΧΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *sonum edo, sono, resono, sonorus sum*, ab ἦχος *sonus.* 1 Cor. XIII. 1. γέγονα χαλκὸς ἠχῶν essem similis æri resonanti. 2) *strepitum edo, fragore resono.* Luc. XXI. 25. ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου maris fluctibus commotis, vehementem sonum edentibus. Homer. Iliad. I. 157. Sæpius non occurrit in N. T. Hebr. הָמָה Jerem. L. 42. Hesych. ἠχεῖ· φωνεῖ, ψοφεῖ. Idem: ἤχησεν· ἐψόφησεν.

ἮΧΟΣ, ου, ὁ, 1) *sonitus, sonus quicunque*, et differt ab ἠχὼ, quod *sonum repercussum* notat. Sap. XVII. 19. unde Latinis est nomen *Echo.* Sic v. c. de tonitru legitur Act. II. 2. καὶ ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος repente autem exortus est de cœlo sonitus, seu, auditum est tonitru. Hebr. XII. 19. σάλπιγγος ἤχῳ tubæ sono. Plutarch. Sympos. VIII. p. 722. B. Ἦχος ἀνέμων reperitur quoque apud Inc. Exod. IX. 22. ubi ἀνέμων interpretationis causa de suo addidit. 2) metaphorice: *fama, rumor.* Luc. IV. 37. καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου, Vulgatus: *et divulgabatur fama de illo*, etc. coll. Marc. I. 28. ubi vox ἀκοὴ reperitur. Thom. M. ἠχὴ καὶ ἠχὼ, οὐκ ἦχος: quem iterum turpiter lapsum esse, ex Ælian. V. H. IV. 17. XII. 57. et aliis locis docuere ad h. l. interpretes. Rectius, ut videtur, Moschopulus scripsit: ἠχὴ ποιητικόν· ἦχος κοινόν. ἠχὼ δὲ τὸ τῆς κραυγῆς ἀντίφθεγμα καὶ ὄνομα θεᾶς. Mœris: ἠχή, Ἀττικῶς· ἦχος, Ἑλληνικῶς.

Θ

ΘΑΔΔΑΙ῀ΟΣ, (aut ΘΑΔΑΙ῀ΟΣ, ut legitur in versione Syriaca.) ου, ὁ, *Thaddæus*. Cognomen apostoli Judæ, qui etiam *Lebbæus* dicitur, fuitque frater germanus Simonis Cananitæ, et Jacobi minoris frater uterinus. Matth. X. 3. Marc. III. 18. Origo vocis admodum incerta est. Accedo tamen iis, qui statuunt, Thaddæum ipsum Judæ nomen esse, Syriace expressum, *Thaddai*, Cf. Lud. de Dieu Critica Sacra p. 335. et Wets. N. T. T. I. p. 366.

ΘΑ΄ΛΑΣΣΑ, Attice ΘΑ΄ΛΑΤΤΑ, ης, ἡ, 1) *mare*. Marc. IX. 42. Luc. XXI. 25. Matth. VIII. 26. ἡ ϑάλασσα fluctus marini, coll. Luc. VIII. 24. ubi ὁ κλύδων τοῦ ὕδατος dicitur. Formula περιάγειν τὴν ϑάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν *terram et mare circumire,* quæ Matth. XXIII. 15. legitur, et Latino *terra et mari* (Plaut. Prolog. in Pœnul. v. 104. Ammian. Marcell. XXII. 12.) respondet, est proverbialis et de *iis* adhibetur, *qui multo et magno studio aliquid faciunt ideoque longinqua itinera suscipiunt.* Arrian. Diss. Epictet. III. 26. p. 346. de Exped. Alex. VII. 2. p. 275. Athen. VII. c. 5. p. 278. Cf. El. Palairet. Obss. Phil. Critt. p. 72. et Kypke Obss. Sacr. T. I. p. 114. Θάλασσαν ἐργάζεσϑαι est idem, quod Justinus XLIII. 3. *mare exercere* dixit. Utraque enim formula de *iis* adhibetur, *qui ex mari et navigatione victum suum quærunt et vel mercaturæ vel piscandi causa mare oberrant.* Apoc. XVIII. 17. Hesiod. Theog. v. 440. Cf. Wesseling. Obss. I. 15. 2) κατ' ἐξοχὴν *mare rubrum,* seu *superior illa sinus Arabici pars, per quam Israëlitæ ex Ægypto in Arabiæ littus profecti sunt,* quæ vulgo ἡ ἐρυθρὰ ϑάλασσα dicitur Act. VII. 36. Hebr. XI. 29. Sic autem bis in N. T. legitur. 1 Cor. X. 1. καὶ πάντες διὰ τῆς ϑαλάσσης διῆλϑον et omnes majores nostri, Mose duce, mare rubrum transierunt, ibid. v. 2. et omnes professi sunt se sectatores Mosis, nubem ducem per mare rubrum sequentes. Confer Amos VIII. 12. Micha VII. 12. 3) *lacus*, i. q. λίμνη, (lacus enim propter magnitudinem speciem maris refert) et speciatim *lacus Tiberiadis,* quæ etiam ϑάλασσα τῆς Γαλιλαίας, etiam ϑάλασσα τῆς Τιβεριάδος nominatur, Joh. VI. 1. dicitur, et de quo ipsi Judæi vocem יָם frequenter usurpant, eumque inter septem maria Israëlis reputant. Vid. Midrasch Tillim fol. 4. 1. Gemara Bava Kama fol. 81. 2. Matth. VIII. 24. coll. Luc. VIII. 22. Matth. XIII. 1. Joh. VI. 16. Sic Pausanias V. 7. lacum Asphaltidem vocat ϑάλασσαν νεκράν. Aristot. Meteor. I. 13. ὑπὸ τὸν Καύκασον λίμνη, ἣν καλοῦσιν οἱ ἐκεῖ ϑάλατταν. E contrario λίμνη pro ϑάλασσα ponitur, teste Hesychio: λίμνη· ἡ ϑάλασσα καὶ ὁ ὠκεανός. Æque late patet Hebraicum יָם quod de *omni collectione aquarum* Dan. XI. 45. Ezech. XXXII. 2. dicitur. 4) metaphorice: *omne, quod speciem maris refert,* v. c. Apoc. IV. 6. (ubi per ϑάλασσαν ὑαλίνην Eichhorn. in Comm. ad h. l. Vol. I. p. 163. intelligit *cœlum cœruleum*) XV. 2. ϑάλασσα ὑαλίνη mare vitreum, h. e. labrum ingens, aqua plenum, quod speciem maris referebat, quale fuit *mare æneum* in tabernaculo et templo Judæorum, aut secundum alios pavimentum, tessellis, ad instar vitri crystallini pellucidis, stratum, de quo vide pluribus C. B. Michaëlis D. qua naturalia quædam et artificiosa Codicis S. ex Alcorano illustrantur, § 14. Exod. XXX. 18. 1 Reg. VII. 23. 2 Paral. IV. 2. Gloss. MS. in libr. 3 Reg. Θάλασσα χαλκῆ· ὁ νιπτὴρ, εἰς ὃν ἔπλυνον τὰς χεῖρας οἱ ἱερεῖς εἰσιόντες εἰς τὸ ἱερόν.

ΘΑ΄ΛΠΩ, fut. ψω, 1) *calefacio, foveo,* (unde ϑάλπος *calor, æstus.* Æschin. Dial. III. 7. 11. 20.) et est proprie animalium, pullis vel ovis incubantium eoque calorem iis impertientium, v. c. Deut. XXII. 6. καὶ ἡ μήτηρ ϑάλπῃ ἐπὶ τῶν νοσσῶν ἢ ἐπὶ τῶν ὠῶν. Deinde 1 Reg. I. 2 et 4. ubi cum ϑερμαίνειν permutatur, de puella, Davidem, præ senio frigescentem, calefaciente, adhibetur. Sophocl. Antig. 417. Hinc 2) metaphorice, ut Latinum *fovere,* in universum notat: *curam sollicitam alicujus gerere, aliquem omni modo tueri et defendere.* Sic v. c. de omni nutriendi, fovendi et educandi cura eleganter usurpatur, quam matres aut nutrices infantibus adhibent. 1 Thess. II. 7. ὡς ἂν τροφὸς ϑάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα. Ad omnem curam corporis vero, seu potius ad providam curam, qua Christus suos tuetur, et quam maritus uxori suæ adhibere tenetur, transfertur Ephes. V. 29. ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ ϑάλπει αὐτὴν καϑὼς καὶ ὁ Χριστὸς τὴν ἐκκλησίαν, sc. ϑάλπει. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ϑάλπω· ϑερμαίνω.

ΘΑ΄ΜΑΡ, ἡ, *Thamar.* Nomen mulieris ἄκλιτον. Hebraice תָּמָר, significans *palmam.* Fuit hæc uxor Her, primogeniti Judæ, Genes. XXXVIII. 6. cum qua ipse Judas, inscius, quod nurus sua esset, post mortem filii congressus est et ex ea gemellos genuit, Pharesum et Serachum. Matth. I. 3. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 226.

ΘΑΜΒΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *obstupefacio, stupore percello.* Θαμβέομαι, οῦμαι, *expavesco, obstupesco, admiratione rapior et percellor, attonitus sum,* a ϑάμβος, quod vide. Marc. I. 27. καὶ ἐθαμβήθησαν πάντες et omnes obstupefacti. ibid. X. 24, 32. Conf. Theod. Ps. LII. 6. Sap. XVII. 3. Plutarch. Cæs. 45. τεθαμβημένος διὰ ϑείας ὄττας. 2) ϑαμβέω intransitive usurpatum, *obstupesio, stupore et admiratione percellor.* Act. IX. 6. τρέμων δὲ καὶ ϑαμβῶν εἶπε. Homer. Od. α', 323. ϑάμβησεν κατὰ ϑυμόν. Iliad. ϑ', 77. οἱ δὲ ἰδόντες ϑάμβησαν. — Hesych. ἐθάμβη· ἐξεπλάγη, ἐθαμβήθη. — ἐθάμβησεν· ἐθαυμάσθη, ἐξεπλάγη. — ϑαμβεῖ· ἐκπλήττει.

ΘΑ΄ΜΒΟΣ, ου, ὁ, uti verbum ϑαμβέω, generatim quidem de *omni vehementiore animi commotione* dicitur, *qua quis quasi extra se rapitur,* v. c. terrore, metu, speciatim vero de *attonita,* seu *summa admiratione, qua animus percellitur,* usurpatur. Luc. IV. 36. V. 9. Act. III. 10. Homer. Il. δ', 79. et ψ', 815. Hesych. ϑάμβος· ϑαῦμα, ἔκπληξις. Idem tradit Phavorinus.

ΘΑΝΑ΄ΣΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, etiam ΘΑΝΑ΄ΣΙΜΟΣ, ίμη, ιν, *lethalis, mortifer,* interdum idem quod κι-

δυνώδης, *periculosus, perniciosus,* ut docuit Foësius in Œcon. Hippocr. p: 163. a θάνατος *mors.* Semel legitur in N. T. Marc. XVI. 18. κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν etsi lethale quid biberint: ubi non opus videtur cum Kypkio substantivum φάρμακον supplere. Diod. Sic. I. c. 87. ἀσπίδες θανάσιμα δάκνουσαι lethiferi aspidum morsus. Athenæus II. p. 61. B. III. p. 83. E. Conf. Abresch. ad Æschylum p. 380. Phavor. θανάσιμον φάρμακον· τὸ θάνατον ἐμποιοῦν.

ΘΑΝΑΤΗΦΟ'ΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) *mortifer, lethifer, exitialis,* idem quod θανάσιμος, et θανατοφόρος apud Æschylum et Aristophanem, ex θάνατος *mors* et φέρω *fero.* Num. XVIII. 22. Job. XXXIII. 23. 2) metaphorice: *admodum noxius et perniciosus, gravissimum damnum inferens.* Legitur semel in N. T. Jacob. III. 8. ubi lingua dicitur μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου plena veneno mortifero, quo gravissimæ noxæ indicantur, quæ linguæ abusu hominibus inferuntur. Male hanc vocem pro poëtica habuit Er. Schmidius; nam usus ea est aliquoties Josephus de Macc. c. 8 et 15. θανατηφόρον ἀπείθειαν. Herodian. III. 12. 7. IV. 12. 14. Lucian. Hermotim. 62. Anthol. II. 24. 1. Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 17.

ΘΑ'ΝΑΤΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *mors naturalis,* quam vocant, *quæ est in separatione animi a corpore, nulla vi externa effecta,* a θνήσκω *morior.* Luc. II. 26. μὴ ἰδεῖν θάνατον se non esse moriturum. Joh. XI. 4. αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον hic morbus non est lethalis, ubi πρὸς θάνατον positum est pro θανάσιμος, seu ἐπὶ θανάτῳ, ut Græci dicunt, v. c. Ælian. V. H. VIII. 14. Adde 2 Reg. XX. 1. Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. Ages. X. 3. 2) *mors violenta, supplicium mortis,* βίαιος θάνατος, ut Xenophon in Hierone (IV. 3.) loquitur. Matth. X. 21. παραδώσει ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον frater fratrem ad mortem prodet: ibid. XV. 4. et Marc. VII. 10. ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω, h. e. morte mulctetur violenta. Phil. II. 8. μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Apoc. II. 23. Exod. XXI. 17. Xenoph. Apol. Socrat. 32. τῶν δὲ θανάτων τοῦ ῥᾷστου ἔτυχεν. Ælian. V. H. I. 30. ἄγεσθαι ἐπὶ θανάτῳ duci ad supplicium mortis. Huc etiam pertinent omnia N. T. loca, in quibus ὁ θάνατος Ἰησοῦ Χριστοῦ *mors Jesu violenta et expiatoria in cruce* commemoratur; qua formula tamen haud raro *totum ejus opus mediatorium,* ut vocant, indicatur, e quo fructus uberrimi ad genus humanum redundarunt. Col. I. 22. Hebr. II. 9, 14. IX. 15. etc. 3) per metonymiam: *quodvis gravius malum et periculum mortis.* 2 Cor. I. 10. ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ὑμᾶς qui etiam ex illo tanto mortis periculo nos liberavit, coll. v. 8 et 9. Vulgatus: *periculo.* ib. IV. 11. εἰς θάνατον παραδιδόμεθα mortis periculo expositi sumus. ib. v. 12. XI. 23. ἐν θανάτοις πολλάκις, sc. ἦν, eram in variis mortis periculis præsentissimis. Pindar. Pyth. Od. III. v. 470. ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσσαι. Conf. El. Palairet. Observv. Critt. p. 418. Huc pertinet etiam formula ἕως θανάτου, quæ proprie quidem significat, *vel cum summo vitæ periculo.* Sirac. IV. 33. Ælian. V. H. XII. 38. — deinde vero pro λίαν, σφόδρα, *valde, vehementer,* ponitur Matth. XXVI. 38. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου valde tristis sum. Jon. IV. 9. הֵיטֵב חָרָה לִי עַד־מָוֶת, Alexand. σφόδρα λελύπημαι ἕως θανάτου. Judic. XVI. 16. καὶ ὠλιγοψύχησεν εἰς θάνατον. Psalm. LXXXVIII. 16. Lucillius Epigr. 19. μισῶν — — ἕως θανάτου. Cebes in Tabula c. 18. κακοποιοῦντα μέχρι θανάτου. Formula ἄχρι θανάτου legitur Apoc. XII. 11. οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου non dilexerunt vitam suam usque ad mortem, h. e. adeo non dilexerunt vitam suam, ut periculis mortis se exponere haud dubitarent. Similis locus est Jud. V. 18. Sabulon populus חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת· 4) *pestis, morbus pestiferus.* Apoc. II. 24. ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ, (pro διὰ θανάτου) peste necabo. (coll. LXX Jerem. XLV. 2. Ezech. XXXIII. 27.) Ib. VI. 8. καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ. ibid. XVIII. 8. In vers. Alex. pro דֶּבֶר *pestis* legitur Exod. V. 3. IX. 3. Deut. XXVIII. 21. cui etiam in vers. Chald. מוֹתָא respondet Deut. l. l. Jerem. XIV. 12. XXI. 6, 7. Causa in eo est, quia pestilentia Hebraice etiam מָוֶת vocatur Jerem. XVIII. 21. Conf. Fischeri Prolus. XVI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 6 seq. 5) *omnis miseria et infelicitas, maxime quæ est vitiositatis et peccatorum pœna in hac pariter ac in futura vita.* 1 Joh. III. 14. μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν, ubi θάνατος miseram Judæorum et paganorum conditionem ante conversionem ad religionem christianam significat. Rom. VII. 24. σῶμα τοῦ θανάτου τούτου corpus vitiositati et peccatis obnoxium. Joh. V. 24. μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν e miserrimo statu in felicissimum transiit. Rom. I. 32. ἄξιοι θανάτου εἰσὶν digni gravissimis pœnis divinis. ib. V. 12, 17, 21. Joh. VIII. 51. 2 Cor. III. 7. ἡ διακονία τοῦ θανάτου munus tradendæ religionis Mosaicæ, quæ pœnas minabatur. ibid. VII. 10. Jacob. V. 20. 1 Joh. V. 16, 17. ἁμαρτία πρὸς θάνατον delictum, quod inevitabilis pœna sequatur, sine venia vindicandum. (Confer tamen Nic. Nonnen Diss. de *peccato ad mortem.* Brem. 1743. 4.) Miserrima vitiosorum conditio post mortem in N. T. dicitur ὁ θάνατος ὁ δεύτερος. Apoc. II. 11. XX. 6, 14. XXI. 8. Conf. etiam Gen. II. 17. Exod. X. 17. Targum Hieros. in Deut. XXXIII. 6. vivat Ruben in hoc sæculo nec moriatur morte secunda, qua moriuntur impii in mundo futuro. Targum in Psalm. XLIX. 11. quoniam videbit sapientes improbos, qui moriuntur morte secunda et adjudicantur Gehennæ. Vide Wetstenium ad Apoc. II. 11. 6) *causa et auctor infelicitatis et miseriæ,* per metonymiam. Rom. VII. 13. τὸ οὖν ἀγαθὸν ἐμοὶ γέγονε θάνατος lex Mosaica, egregia illa, præclara et salutifera, causa facta est miseriæ meæ, i. q. in sequentibus γέγονε κατεργαζόμενον θάνατον. ib. VIII. 6. τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος, sc. ἐστὶ, seu θάνατον κατεργάζεται. 7) interdum omittitur, v. c. Joh. XVIII. 31. κατὰ τὸν νόμον κρίνατε αὐτὸν, sc. θανάτου, ut plene legitur apud Ælian. V. H. XIII. 42. nam κρίνειν h. l. de capitali judicio intelligendum esse, patet ex Judæorum responsione: ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα.

ΘΑΝΑΤΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *aliquem vita privo et interficio,* etiam *capitis damno, morti adjudico et trado,* (Plutarch. Themist. p. 124. B. Æschyli Prometh. 1053. Polybius Leg. 46.) a θάνατος. Matth. X. 21. θανατώσουσιν αὐτοὺς pro παραδώσουσιν αὐτοὺς εἰς θάνατον curabunt eos morte mulctandos, seu: sua opera (nempe testimoniis perhibendis) efficient, ut morti addicantur. ib. XXVI. 59. XXVII. 1. Marc. XIII. 12. XIV. 55. Luc. XXI. 16. καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν et quosdam e vobis occident. 1 Petr. III. 18. θανατωθεὶς — — ζωοποιηθεὶς. Xenoph.

Anab. II. 6. 2. Suidas: ἐθανατώθη· ὡς ἔνοχος θανάτου ἐκρίθη. 2) metaphorice: *graviter affligo, omnis generis malis excrucio, in mortis periculum induco.* Θανατόομαι, οῦμαι, *in mortis periculo versor, prosternor malis et calamitatibus succumbo.* Rom. VIII. 36. ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν propter te in perpetuo mortis periculo versamur, coll. Ps. XLIV. 23. 2 Cor. VI. 9. ὡς παιδευόμενοι καὶ μὴ θανατούμενοι quanquam premimur malis et calamitatibus, non tamen iis succumbimus. Similis locus est Ps. CXVIII. 18. 3) *cohibeo, vi agendi privo, ita infirmo, ut nihil valeat atque noceat.* Rom. VIII. 13. εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε quodsi per religionem christianam vim vitiositatis represseritis. Simili modo in Sententiis Arabicis ad calcem Gramm. Arabic. Erpenii edit. Schultensii p. 283. n. 28. legitur: العبادة تميت الشهوة religio occidit concupiscentiam. 4) *ex alicujus potestate libero, in libertatem assero et vindico.* Rom. VII. 4. καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ soluti et liberi estis ab obligatione legis Mosaicæ. Vide infra sub νεκρὸς et νεκρόω dicta.

ΘΑ'ΠΤΩ, fut. άψω, aor. 2. pass. ἐτάφην, *sepelio, humo, sepulcro infero* et, ut Latinum *sepelio*, latissime patet, et notat *omnes modos, quibus corpus mortui tollitur et transfertur ex oculis et conspectu viventium in locum, ubi putrescat et consumatur*, ut recte observavit Cuperus Observatt. I. 7. p. 44 seq. et Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. p. 223. Sic v. c. apud Ælianum H. A. X. 22. πυρὶ θάπτειν, et V. H. IV. 1. ἐν θύραις θάπτειν νεκροὺς occurrit. Conf. Hemsterhus. ad Xenoph. Ephes. p. 202 seq. ed. Locellæ. Interdum etiam ex usu versionis Alexandrinæ significat: *aromatibus corpus defuncti condire*, et omnino *corpus ad sepulturam componere*, ut sit idem, quod ἐνταφιάζειν. Conf. Genes. L. 26. ubi in vers. Alex. pro Hebr. וַיַּחַנְטוּ אֹתוֹ et aromatibus condiverunt eum, legitur καὶ ἔθαψαν αὐτόν. Mat. VIII. 21. καὶ θάψαι τὸν πατέρα μου et necessaria ad funus patris mei procurare, adeoque facere ei supremum officium. Conf. Tob. XIV. 10. Alii vertunt: et patris mei curam habere, usque dum mortuus fuerit, sed contra usum loquendi. Eodem sensu v. 22. et XIV. 12. Luc. IX. 59, 60. XVI. 22. καὶ ἐτάφη et sepeliebatur magnifice, seu, et apparatissimo efferebatur funere. Conf. Zornii Bibl. Exeget. I. p. 23. Act. II. 29. V. 6, 9, 10. 1 Cor. XV. 4. Sæpius non legitur in N. T.

ΘΑ'ΡΑ, ὁ, *Thara.* Nomen viri ἄκλιτον, Hebraice תֶּרַח, forte a Syriaco ܬܪܚ *exspectavit.* Fuit filius Nachoris et pater Abrahami. Commemoratur semel in N. T. Luc. III. 34.

ΘΑΡ'ΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *confido, fiduciam habeo, confidenter ago, bono sum animo*, a θάῤῥος *confidentia, audacia.* 2 Cor. V. 6. θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε semper igitur bono animo sumus. ibid. v. 8. Hebr. XIII. 6. ὥστε θαῤῥοῦντας ἡμᾶς λέγειν adeo, ut nos confidente animo dicamus. Prov. I. 21. θαῤῥοῦσα λέγει. Xenoph. Hist. Gr. II. 4. 6. 2) *confidere possum, confido alicui, fido*, zutrauen haben, *to have confidence.* 2 Cor. VII. 16. χαίρω ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν, coll. v. 15. Apud Græcos, v. c. Xenophontem (Cyrop. V. 5. 13.) in hac significatione cum accusativo construitur, ac cum dativo, v. c. apud Demosth. 30. 15. 3) θαῤῥῶ εἴς τινα *nimia animi fiducia utor, superbio*, et ex adjuncto: *insolenter me gero erga aliquem, aliquem aspere et duriter tracto.* 2 Cor. X. 1. ἀπὼν δὲ θαῤῥῶ εἰς ὑμᾶς absens vero me insolentius erga vos gero, ut scilicet adversarii mei criminantur. Chrysost. φυσῶμαι, κομπάζω, κατεξανίσταμαι ὑμῶν. 2 Cor. X. 2. τὸ μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι ne præsens severitate uti cogar. Phavor. θαῤῥῶ· ἐλπίζω, προσδοκῶ, πιστεύω, πέποιθα, ἢ ἀντὶ τοῦ θάῤῥος ἔχω — καὶ ἀντὶ τοῦ θαῤῥαλέως ποιῶ. — λέγεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ τολμῶ. κ. τ. λ. Cf. etiam Duker. ad Thucyd. V. c. 3. et interpp. ad Thom. M. p. 434. qui male formam θαῤῥεῖν et θάῤῥος Atticis propriam, sed θαρσεῖν et θάρσος iisdem inusitatam fuisse observavit.

ΘΑΡΣΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *confido, fiduciam habeo, bono sum animo, me colligo, animum sumo*, a θάρσος *fiducia.* Legitur in N. T. tantum in imperativo θάρσει, pro quo et θάῤῥει scribitur (Ælian. V. H. XII. 1.), *ne formida, bono sis animo*, Hebr. אַל־תִּירְאִי vel אַל תִּירָא Genes. XXXV. 17. Exod. XX. 17. Joël. II. 22. Matth. IX. 2, 22. XIV. 27. Marc. VI. 50. X. 49. Luc. VIII. 48. Joh. XVI. 33. Act. XXIII. 11. Sæpius non legitur in N. T. Ipsa vox θαρσεῖν pro בָּטַח legitur in vers. Alex. Prov. XXXI. 11. Thucyd. III. 25. ἐθάρσουν. Schol. ἐλάμβανον θάῤῥος. Vide Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΘΑ'ΡΣΟΣ, εος, τὸ, *fiducia*, et ita differt a θράσος, quo *audacia* et *temeritas* significatur. Ammonius: θράσος μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἄλογος ὁρμὴ, θάρσος δὲ ἔλλογος ὁρμὴ, ad quem locum Ammon. demonstravit, innumeris in locis has voces confusas esse in libris veterum auctorum. Cf. etiam Abresch. ad Æschylum Lib. III. p. 175. In N. T. semel tantum legitur Act. XXVIII. 15. ἔλαβε θάρσος animum cepit. Job. XVII. 9. καθαρὸς δὲ χεῖρας ἀναλάβοι θάρσος. 1 Macc. IV. 35. Xenoph. Hieron. X. 5. Hesych. θάρσος· ἀνδρεία, δυναστεία. Lex. Cyrilli MS. θάρσος· τὸ εὔλογον παράστημα τῆς ψυχῆς, θράσος δὲ τοὐναντίον. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 6. 15. p. 211.

ΘΑΥ'ΜΑ, τος, τὸ, non solum *miraculum, rem miram* (Xenoph. Anab. VI. 3. 14.) significat, sed etiam *ipsam admirationem et mirationem.* Sic semel legitur in N. T. Apoc. XVII. 6. καὶ ἐθαύμασα θαῦμα μέγα et miratus sum mirationem magnam, h. e. vehementer miratus sum, ex Hebraismo, de quo multis exposuit Vorstius in Philol. Sacr. c. 35. Cf. Alex. Job. XVII. 8. θαῦμα ἔσχεν, Hebr. יָשֹׁמּוּ. ibid. XVIII. 20. Xenoph. Ages. II. 27. et V. 4. Thucyd. VIII. 14. καὶ οἱ μὲν πολλοὶ ἐν θαύματι ἦσαν καὶ ἐκπλήξει. Hesych. θαῦμα· ἔκπληξις, ξένισμα. Idem: θαύματα, ἃ οἱ θαυματοποιοὶ ἐπιδείκνυνται. Vide Ruhnkenium ad Timæi Lex. Platon. s. h. v. et Casaubon. ad Athenæum p. 22.

ΘΑΥΜΑ'ΖΩ, fut. άσω, p. τεθαύμακα, 1) *admiror.* Luc. IV. 22. ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος admirabantur gratiam sermonis ejus. Matth. XXII. 22. ἀκούσαντες ἐθαύμασαν, etc. Apoc. XIII. 3. καὶ ἐθαύμασεν ὀπίσω τοῦ θηρίου admirabunda secuta fuit bestiam. Confer Glassii Philol. S. p. 185 seq. Xenoph. de Rep. Laced. I. 2. 2) *miror, non intelligo modum et naturam rei, admiror rem ignotam, insolitam et inopinatam.* Sic v. c. de miraculis Christi usurpatur, quibus turba adstupebat. Matth. VIII. 27. IX. 8, 33. XV. 31. XXI. 20. Marc. VI. 51. Luc. VIII. 25. XI. 14. de præpropera morte Christi, Matth. XXVII. 14. Marc. XV. 44. et de miraculis per apostolos editis. Act. III. 12. Xenoph. de Rep. Laced. I. 1. Æs-

chyl. Prometh. 476. 3) *laudo, celebro.* (Ammonius et Suid. θαυμάζω· αἰτιατικῇ δὲ τὸ ἐπαινῶ.) Θαυμάζομαι *laudibus celebror, efficio, ut ab aliis lauder, laudem et gloriam mihi paro.* Matth. VIII. 10. ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐθαύμασε Jesus hæc audiens laudabat fidem centurionis his verbis, ad circumstantes directis. 2 Thess. I. 10. θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασιν ut celebretur ab omnibus veris christianis, quorum felicitatis auctor erit; ubi cum ἐνδοξασθῆναι permutatur. Syrus: *ut ostendat mirabilia sua.* Thucyd. I. 38. 4) per metonymiam: *colo, veneror, honore afficio;* (Sirac. VII. 29. θαύμαζε τοὺς ἱερεῖς, coll. v. 31. δόξασον ἱερέα. Xenoph. Cyrop. V. 2. 5.) et in partem deteriorem: *nimium suspicio, colo et veneror.* Obtinet hæc notio in formula: θαυμάζειν πρόσωπον, *personam acceptare, personarum respectum habere,* quæ de *iis* usurpatur, *qui, quis aliquid dicat et faciat, non vero quid sit, quod aliquis dicat aut faciat, vident, et omnia gratiæ et ambitioni dant, omnia externa specie metiuntur,* i. q. πρόσωπον λαμβάνειν. Jud. v. 16. θαυμάζοντες πρόσωπα ὠφελείας χάριν lucri causa personarum respectum habentes. Eodem sensu hæc formula legitur Deut. X. 17. 2 Paral. XIX. 7. Job. XXXII. 22. XXXIV. 19. Conf. Elsner. Obss. Sacr. T. II. p. 430 seq. Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. 105. Abresch. Auct. Dilucidd. Thucyd. p. 306. et Palairet. Obss. Philol. p. 519. Hinc θαυμαστὸς *venerabilis, suscipiendus, colendus.* Sirac. XXII. 28. 3 Esr. IV. 29. 5) *indignor, ægre fero aliquid.* Marc. VI. 6. καὶ ἐθαύμαζε διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν et ægre ferebat incredulitatem eorum. Joh. V. 28. μὴ θαυμάζετε τοῦτο nolite ægre ferre hoc a me dictum. ib. VII. 21. ἓν ἔργον ἐποίησα, καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο unum miraculum a me sabbato patratum est, quod omnes indignamini, coll. v. 23. ubi pro θαυμάζειν ponitur χολᾶν. Gal. I. 6. Conf. Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 306. Apud Latinos *admirari* quandoque adhibetur pro *obstupere cum quadam invidia ad alicujus felicitatem.* Vide Burmann. ad Propert. p. 338. — Verbum θαυμάζειν vel simpliciter ponitur, v. c. Matth. VIII. 10. IX. 8. vel jungitur cum accusativo, Luc. VII. 9. Act. VII. 31. Ælian. V. H. II. c. 14. καὶ ἐθαύμαζε τὸ δένδρον. vel cum ἐπὶ, Marc. XII. 17. Luc. IV. 22. Cohel. V. 7. Job. XLI. 1. Ies. XIV. 6. Polyb. Exc. Legat. 28. θαυμάζων ἐπὶ τῷ μηδένα ἀπαντᾶσθαι. vel cum περὶ et genitivo, Luc. II. 18. et accusativo, Luc. VII. 9. Act. VII. 31. vel cum διὰ et accusativo, Apoc. XVII. 7. διατί ἐθαύμασας. Marc. VI. 6. Diod. Sic. IV. p. 193. Ælian. V. H. XII. 6. XIV. 36. vel cum ὅτι, Joh. III. 7. IV. 27. vel cum εἰ, Marc. XV. 44.

ΘΑΥΜΑ'ΣΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *mirandus, mirabilis, admirabilis, admiratione dignus,* i. q. θαυμαστός, quo ipso vocabulo ab Hesychio et Mœride (θαυμάσιον Ἀττικῶς, θαυμαστὸν Ἑλληνικῶς) explicatur, a θαυμάζω *admiror.* Neutrum τὸ θαυμάσιον substantive sumitur, et *omne factum illustre et insigne,* et speciatim *miraculum* notat. Sic semel legitur in N. T. Matth. XXI. 15. de miraculis a Christo editis, et spectatores in summam rapientibus admirationem, ἰδόντες τὰ θαυμάσια, ἃ ἐποίησε. Psalm. LXXVI. 14. ὁ ποιῶν θαυμάσια, Hebr. עֹשֵׂה פֶלֶא Ps. CVI. 24. καὶ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ ἐν τῷ βυθῷ, Hebr. נִפְלְאוֹתָיו בִּמְצוּלָה Sirac. XLIII. 27. τὰ παράδοξα καὶ θαυμάσια ἔργα. ibid. XLVIII. 15. ubi τὰ θαυμάσια ἔργα cum voce τέρατα permutantur; e quibus locis simul apparet, vocem ἔργα supplendam esse, cum θαυμάσια simpliciter positum reperiamus. Cf. Æschin. Socr. Dial. I. 4. Xenoph. Anab. II. 3. 9.

ΘΑΥΜΑΣΤΟ'Σ, ή, όν, *admiratione dignus, mirabilis, admirabilis, admirationem excitans,* i. q. θαυμάσιος, et ex adjuncto: *novus, inopinatus, insolitus,* a θαυμάζω. Matth. XXI. 42. καὶ ἐστὶ θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν et mirum est in oculis nostris; ubi fœmininum θαυμαστὴ positum est pro neutro θαυμαστὸν ex usu loquendi non solum Hebræorum, qui neutro genere carent, sed etiam Græcorum. Sic v. c. Homerus Odyss. XXII. 411. οὐχ ὁσίη dixit pro οὐχ ὅσιον. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. XI. p. 282. ed. Fischeri. Marc. XII. 11. Joh. IX. 30. θαυμαστόν ἐστι mirum hoc est; nostrum: Das ist doch sonderbar, *that is indeed wonderful;* h. e. ineptum est, coll. Longino de Sublim. IV. 1. 2 Cor. XI. 14. καὶ οὐ θαυμαστὸν neque hoc mirum, seu nihil novi et inusitati est. (Thucyd. I. 76. Aristoph. Plut. 99. Liban. Ep. 121.) 1 Pet. II. 9. θαυμαστὸν φῶς summa et præstantissima felicitas. Apoc. XV. 1. μέγα καὶ θαυμαστόν. ib. v. 3.

ΘΕΑ', ᾶς, ἡ, *dea,* a θεὸς *deus.* Differt accentu θεὰ a θέα *spectaculum,* quod est a θεάομαι *specto.* In N. T. dicitur de Diana tantum. Act. XIX. 27, 35, 37. ubi loco τὴν θεὰν haud pauci codices τὴν θεὸν habent, probante Millio et Wetstenio. Haud raro autem θεὸς de *dea* adhibitum legitur apud Græcos, v. c. Homer. Il. α΄, 515. Ælian. V. H. I. 15. XII. 1. Vide Eustath. in Il. σ΄, p. 573. 35. Sic et apud Ciceronem de Invent. II. 31. Diana deus dicitur. Eurip. Phœn. v. 701 et 705.

ΘΕΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. άσομαι, 1) *fixis ac intentis oculis aspicio et intueor ad rem aliquam considerandam et dijudicandam, cum voluptate video, cum admiratione aspicio.* Verbum olim proprium de ludis publicis, ad quos spectandos confluebat multitudo. Conf. Lucian. in Nigrin. T. I. p. 28. ed. Græv. Matth. XI. 7. τί ἐξήλθετε θεάσασθαι; ad quodnam spectaculum convenistis? Mat. VI. 1. πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς ostentationis causa. ibid. XXII. 11. XXIII. 5. Joh. I. 14. IV. 35. 1 Joh. I. 1. IV. 14. Xenoph. Œcon. XX. 18. Mem. II. 1. 22. 2) *video* simpliciter, vel *cerno oculis.* Marc. XVI. 11, 14. τοῖς θεασαμένοις αὐτὸν ἐγηγερμένον. Luc. V. 27. (coll. Matth. IX. 9. et Marc. II. 14.) Joh. VI. 5. ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ θεασάμενος. ib. VIII. 10. 3) *inviso, colloquor.* Rom. XV. 24. ἐλπίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς spero enim, in transitu me vos visurum.

ΘΕΑΤΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *expono aliquid spectaculo, in theatrum omnibus spectandum produco,* et dicitur v. c. de histrionibus, qui fabulas in theatro risui exponebant. a θέατρον, quod vide. Confer Suidam s. v. ἠθολόγος et ibi Küsterum. 2) *palam, in conspectu plurium aliquid facio.* 3) *palam supplicia et pœnas ab aliquo sumo, publicæ ignominiæ expono,* i. q. παραδειγματίζω, quod vide infra. Sic legitur semel in N. T. Hebr. X. 33. ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι opprobriis et afflictionibus publice expositi.

ΘΕ'ΑΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *theatrum,* h. e. *locus, in quo diebus festis ludi et spectacula exhibebantur,* a θεάομαι *specto, intueor.* Jam, quia in Græcis urbibus theatris curiarum vice utebantur et in iis vel orationes habebant, vel consultabant de rebus gravioribus, et causas disceptabant, vel denique leges ferebantur, bella decernebantur et pax constituebatur, (conf. D'Orville ad Charit. III. 4. p. 374 seq. ed. Lips. Tacit. Hist. II. 80. Justin. XXII. 2. Cic. pro

Flacco c. 7. Joseph. A. J. XVII. 6. 3. B. J. VII. 3. 3.) factum est, ut θέατρον 2) speciatim *locum publicum* significaret, *in quo præsente populo judicium exercebatur et quo populus, maxime turbata civitate, confluebat, de rebus gravioribus disceptaturus*, interdum etiam *ipsam hominum concionem, in theatro congregatam*. Act. XIX. 29. ὥρμησαν δὲ ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον omnes irruerunt in theatrum. ibid. v. 31. μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον ne se daret in theatrum, h. e. ne se exponeret multitudini ferocienti, coll. v. 30. βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον. Longin. de Subl. s. 14. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 585. et Bosium ad Cornelii Nepotis Timol. c. 4. In theatris Græcorum exhibebantur etiam homines, ludibrio et ignominiæ aliorum exponendi et objiciendi, et non solum apud veteres supplicio afficiendi, majoris ignominiæ causa, in theatrum deducebantur, sed etiam homines morte plectendi in theatro cum feris depugnare (θηριομαχεῖν), oculos plebis pascendi causa, cogebantur; (Conf. Philon. c. Flacc. p. 329. s. 977. Sueton. Aug. c. 45. Joseph. B. J. VI. 9. 2.) hinc θέατρον, quod per metonymiam, plane ut nostrum: **Schauspiel**, *a play*, haud raro *omne spectaculum, id quod aliis spectandum vel etiam irridendum exhibetur*, significat, (Diog. Laërt. VII. 1. Æschin. Socr. Dial. III. 20. ubi fabulæ, quæ aguntur in theatris, θέατρα ποιητῶν vocantur) in N. T. speciatim 3) metaphorice dicitur *ipse homo, qui ignominioso supplicio afficitur et omnium ludibrio, tanquam in theatro aliquo, exponitur*, ὁ θεατριζόμενος. Hoc sensu accipiendum in verbis Pauli 1 Cor. IV. 9. ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, h. e. summam ignominiam, gravissima supplicia perpessi sumus, seu publicæ contumeliæ exponimur. Cf. Krebs. ad Decreta Rom. pro Judæis p. 421 seq. Ej. Obss. Flav. p. 237 et 289. Hesych. θέατρον· θέαμα ἢ σύναγμα.

ΘΕΙ̃ΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *fulmen*, κεραύνιον πῦρ, quasi *divinus ignis*, a Θεὸς *Deus*. Apud veteres loca, a fulmine tacta, θεῖα vocabantur et hominum usibus exemta erant. Luc. XVII. 29. ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ. Apoc. IX. 17, 18. Jam, quia fulmen odorem ac vim sulfuream habet, et sulfur apud veteres ad religiosas lustrationes adhibebatur, teste Plinio H. N. XXX. c. 14. Alex. ab Alex. D. G. 5. c. 27. inde θεῖον 2) notionem *sulfuris* accepisse videtur, quæ reperitur Apoc. XIV. 10. ἐν πυρὶ καὶ θείῳ βασανισθήσεται igne sulphureo cruciabitur, h. e. pœnas luent gravissimas instar Sodomitarum, coll. Ies. I. 9. Ibid. XIX. 20. XX. 10. XXI. 8. Ælian. V. H. XIII. 16. θείου ὄζει sulfureum spirat odorem. Alex. pro Hebr. גָּפְרִית Gen. XIX. 24. Psalm. XI. 6. Ies. XXX. 33. XXXIV. 9. Hesych. θεῖον· θεάφιον. Confer etiam Phavorinus sub θέειον et θεῖον.

ΘΕΙ̃ΟΣ, θεία, θεῖον, *divinus, ad Deum pertinens, a Deo originem suam repetens, excellens, præstans, insignis*, a Θεὸς *Deus*. 2 Petr. I. 3. τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ divinæ potentiæ ejus. ibid. v. 4. τῆς θείας κοινωνοὶ φύσεως divinæ participes naturæ. Hinc τὸ θεῖον substantive *divinitas, numen divinum*. Act. XVII. 29. τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον numen divinum effingi posse. Ita θεῖον de ipso Deo usurpatum legitur apud Auctorem Philopatridis c. 29. Lucian. de Sacrif. c. 1. pro Imaginib. c. 13. 17 et 28. Aristot. Rhet. II. 5. Vide Raphelii Annotatt. Herodot. ad h. l. Wetstenii N. T. T. II. p. 571. et Rutgersii Var. Lectt. Lib. IV. c. 12. p. 366 et 381. Sæpius non legitur in N. T. Confer Fischeri Index in Æschin. Socr. s. h. v. Hesych. θεῖον· τὸ ἐκ Θεοῦ ἀφιγμένον. Suid. θαυμαστόν.

ΘΕΙΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, *deitas, divinitas, divina majestas*, i. q. θεότης, ab eodem them. Semel legitur in N. T. Rom. I. 20. ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Sapient. XVIII. 9.

ΘΕΙΩ'ΔΗΣ, εος, ὁ, ἡ, ες, τὸ, *sulfureus*, a θεῖον, τὸ, *sulfur*. Legitur semel in N. T. Apoc. IX. 17.

ΘΕ'ΛΗΜΑ, τος, τὸ, 1) ut Latinum *voluntas*, non tam *facultatem naturæ intelligentes appetendi aut aversandi aliquid* significat, quam per metonymiam *ipsum voluntatis actum, desiderium, decretum, propositum*, et speciatim *animi inductionem benevolam*, i. q. εὐδοκία, e θέλω *volo*. Ephes. I. 11. κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ ex decreto voluntatis suæ benignæ. ibid. v. 5 et 9. Galat. I. 5. Hebr. X. 10. ubi θέλημα Θεοῦ κατ' ἐξοχὴν æternum Dei consilium et decretum de restitutione generis humani per Christum significat. 1 Cor. I. 1. 2 Cor. I. 1. διὰ θελήματος Θεοῦ quæ fuit divina benignitas. 1 Cor. XVI. 12. de proposito hominis dicitur. 2) *objectum voluntatis, illud ipsum, quod quis vult et postulat*. Act. XIII. 22. ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου qui omnia mandata mea exsequetur. Hebr. X. 10. ubi θέλημα obedientiam Christi notat, quam Deus postulabat. 2 Paral. IX. 12. ἔδωκε τῇ βασιλίσσῃ τὰ θελήματα, ἃ ᾔτησεν. Sic θέλησις quoque de *rebus gratis et jucundis, quæ hominibus sunt maxime optabiles*, legitur apud LXX Prov. VIII. 35. ubi Hebr. רָצוֹן respondet, quod eodem modo usurpatur Ps. CXLV. 9. In hac vero significatione θέλημα speciatim de *Deo* usurpatur, *vel respectu ad filium J. C.* ut *omne munus et officium, Christo his in terris a Deo demandatum*, significet, adeoque idem sit, quod ἔργον Θεοῦ, cum qua formula permutatur Joh. IV. 34. V. 30. Matth. XXVI. 42. Luc. XXII. 42. *vel* relate ad *homines*, ita, ut *omnia præcepta et officia, hominibus a Deo præscripta*, complectatur. Matth. VII. 21. ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου qui præcepta divina exprimit vita factisque. ibid. XII. 50. coll. Luc. VIII. 21. Ephes. VI. 6. 1 Thess. IV. 3. V. 18. Act. XXII. 14. Hebr. X. 36. 1 Joh. II. 17. Rom. XII. 12. 3) malo sensu: *libido, desiderium cupiditatum pravarum*. Luc. XXIII. 25. τὸν δὲ Ἰησοῦν παρέδωκε τῷ θελήματι αὐτῶν Jesum vero eorum libidini tradidit. Ephes. II. 3. θέλημα τῆς σαρκὸς dicitur. 4) *permissio*. Rom. I. 10. ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ Deo permittente. Rom. XV. 32. 5) *instinctus naturalis ad procreandam sobolem* Joh. I. 13. θέλημα σαρκὸς et θέλημα ἀνδρὸς vocatur.

ΘΕ'ΛΗΣΙΣ, εως, ἡ, *voluntas, benigna voluntas*, i. q. θέλημα (ab eodem). Legitur semel in N. T. Hebr. II. 4. κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν a Deo pro benignitate sua nobis concessis. Sap. XVI. 25. Pollux V. 165. βούλησις· ἐπιθυμία, ὄρεξις, ἔρως. ἡ δὲ θέλησις ἰδιωτικόν.

ΘΕ'ΛΩ, fut. θελήσω, 1) *volo, decerno*, et generatim *omnem propensionem voluntatis in aliquid* significat. Ita *hominibus* tribuitur. Matth. I. 19. V. 40. XX. 14. θέλω δὲ, h. e. mea lege utar, ut loquitur Terent. Phorm. III. 2. 48. XXVII. 34. 2 Cor. VIII. 9. qui non modo superiore anno consilium cepistis. ibid. v. 11. — *Christo*. Joh. V. 21. οὓς θέλει quoscunque voluerit, h. e. ad unum omnes. Sic ὁ βουλόμενος est *quivis, quilibet*, v. c. apud Demosthen. ubi v. indic. Reiskii, et apud Platon. in Gorg. Vol. IV. p.

151. οἷα τούτων ὅς βούλει εἴργασται bene a Ficino redditum est: *qualia istorum quivis gessit.* — et *Deo.* 1 Tim. II. 4. Rom. IX. 22. De *prava libidine* legitur Matth. XVII. 12. pro lubitu male eum tractarunt. Interdum deficit ἵνα post θέλω, v. c. Matth. XX. 32. τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν pro ἵνα ποιήσω ὑμῖν; quid vultis, ut vobis faciam? ibid. XXVI. 17. XXVII. 17. additur vero Matth. VII. 12. Marc. IX. 30. X. 35. Luc. VI. 31. Joh. XVII. 24. Infinitivus τὸ θέλειν substantive sumitur Phil. II. 13. ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν τὸ θέλειν Deus excitat in vobis voluntatem emendandi vitam per religionem christianam. Conf. El. Palairet. Observatt. Philolog. p. 364. 2) sequente ἤ significat *malle,* ita, ut subintelligatur τὸ μᾶλλον. 1 Cor. XIV. 19. ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους — — — ἢ μυρίους λόγους. Similis locus est apud Homer. Il. α', v. 117. βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι (μᾶλλον) ἢ ἀπολέσθαι. 3) *delector aliqua re, gratum et acceptum habeo.* Matth. IX. 13. XII. 17. ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν pietate magis, quam sacrificiis delector. ibid. XXVII. 43. εἰ θέλει αὐτὸν si bene illi cupit. Syrus: ܐܢ ܨܒܐ ܒܗ *si delectatur illo.* Marc. XII. 38. Hebr. X. 5. θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας victimis et sacrificiis non delectaris, coll. Psalm. XL. 7 et 9. ubi Hebr. חָפֵץ legitur. ib. v. 8. θέλειν cum voce εὐδοκεῖν permutatur. Hinc frequenter in versione Alex. θέλειν Hebraico חָפֵץ respondet, v. c. Psalm. XVIII. 21. 2 Sam. XV. 26. 1 Chron. XXVIII. 4. Psalm. CXLVII. 10. 4) per synecdochen: *cupio, desidero, opto.* Matth. XII. 38. θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν cupimus a te aliquod prodigium edi. ibid. XIX. 17, 21. Joh. XII. 21. XV. 7. ὃ ἐὰν θέλητε, αἰτήσεσθε. 1 Cor. VII. 7. θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτὸν optarem quidem omnes homines cœlibes manere. ib. XIV. 5. Luc. XXIII. 8. 2 Cor. XI. 12. θέλων ζωὴν optans, seu concupiscens vitam, coll. Ps. XXXIV. 12. LXVII. 34. τὰ ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα. ib. XXXIX. 20. οἱ θέλοντές μοι κακά. Malach. III. 1. ὁ ἄγγελος διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. 5) *peto, rogo, precor, voluntatem verbis declaro.* Mat. XV. 28. γενηθήτω σοι ὡς θέλεις, pro ἠθέλησας, eveniat tibi, quod petiisti, coll. v. 25. ib. XX. 21. coll. v. 20. XXVII. 15. Marc. VI. 25. X. 35. θέλομεν ἵνα ὃ ἐὰν αἰτήσωμεν, ποιήσῃς ἡμῖν. Joh. XVII. 24. πάτερ, θέλω precor jam, pater. 6) *studeo, operam do, studiosus sum, conor.* Matth. XVI. 25. ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι. ibid. XXIII. 37. Marc. VIII. 35. X. 43, 44. Luc. IX. 24. XXIII. 20. Hinc θεληταὶ νόμου 1 Macc. IV. 42. *studiosi legis Mosaicæ* dicuntur. Conf. Markland. ad Lysiam p. 579. 7) *affecto studium alicujus rei,* et ex adjuncto: *jacto me.* Coloss. II. 18. θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων affectans humilitatem et pietatem insignem. 1 Tim. I. 7. θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι jactant se legis doctores. Cf. supra ad vocem ἐθελοθρησκεία a me dicta, et Tittmann. de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 120 seq. 8) *lubenter et cupide aliquid facio.* Joh. VI. 21. ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, h. e. cupide (ἐθελήμως) eum receperunt in navem, coll. Matth. XIV. 32. Marc. VI. 51. ut recte explicavit Glassius in Philol. Sacr. p. 276. ed. Dathii. Hinc θέλων est i. q. ἑκὼν *voluntarius, qui lubenter et cupide aliquid facit;* et adverbialiter: *ultro, sponte.* Æschyl. Choeph. v. 791. θέλων ἀμείψει lubens retribuet. Vide Abresch. in Æschyl. II. 14. p. 334. Lysias Orat. XVIII. c. 2. τοὺς ἐλέγχους ἤδη θέλοντες ἀποδέχεσθε. Hesiod. Opp. et Dies v. 355. 2 Pet. III. 5. λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας fugit hoc ipsos volentes, seu, volentes nesciunt. (Alii etiam non incommode reddunt: *fugit eos, qui sic statuunt.*) Eodem modo τὸ *volens* usurpavit Horat. III. Od. 30. v. 14. 9) *jubeo,* si de hero aut domino dicatur; etiam *permitto, veniam do, consentio.* Matth. XIII. 28. θέλεις οὖν; permittisne igitur? Act. IX. 6. Κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; Domine, quid me facere jubes? Mat. XVII. 4. εἰ θέλεις si tibi ita placet. 1 Cor. IV. 19. Jacob. IV. 15. 10) *audeo.* Luc. XVIII. 13. οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι ne oculos quidem attollere audebat. Xenoph. Anab. III. 2. 10. 11) *possum,* i. q. δύναμαι. Matth. II. 18. καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι nec consolationem ullam admisit. Joh. VII. 1. οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν nec poterat in Judæa degere; ubi Chrysost. et Cyrillus habent: οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν. Aristoph. Aves v. 582. οὐκ ἐθελήσει μὰ Δί' non poterit per Jovem; ubi Schol. οὐκ ἐθελήσει ἀντὶ τοῦ οὐ δυνήσεται. Hesych. θέλειν δύνασθαι. 12) etiam *rebus inanimatis* tribuitur et tunc vel est idem, quod μέλλω, et futurum tempus indicat, vel notionem *fortuiti* includit. Act. II. 12. τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; quem exitum hæc omnia habebunt? Alii reddunt: *istud tandem quid est?* seu, *quid hoc rei est?* ut nempe θέλειν h. l. æque ac βούλεσθαι apud Græcos plane abundet. Conf. Ælian. V. H. III. 20. et Reisk. Animadvv. ad Auctores Gr. Vol. IV. p. 694. Joh. III. 8. τὸ πνεῦμα, ὅπου θέλει, πνεῖ, ventus, qua fors fert, flat. 13) θέλω sæpissime otiosum est, neque orationi quicquam addit. Sic legitur in N. T. Matth. XXII. 3. καὶ οὐκ ἤθελον ἐλθεῖν. ib. XXIII. 4. Joh. V. 35. ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι. Conf. supra sub ἀγαλλιάομαι. ibid. VII. 17. 2 Tim. III. 12. Eurip. Orest. v. 921. qui censuit Orestem, filium Agamemnonis, coronandum, ὃς ἠθέλησε τιμωρεῖν πατρί, quod ultus sit patrem. Aristotel. Polit. V. 10. βούλεται δ' ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, h. e. ἐστὶ φύλαξ. Etiam apud Latinos *velle,* aliis verbis præmissum, abundat. Ovid. Heroid. Ep. XXI. v. 139. "si tibi conjugium *volui* promittere nostrum," pro: si tibi promisi conjugium. Cf. Gataker. ad M. Antonin. X. 8. p. 356. et Palairet. Obss. Philol. p. 85 et 273. 14) interdum reticetur et subintelligi debet, ut oratio fiat clarior et intellectu facilior. Matth. V. 34. μὴ ὀμόσαι ὅλως, sc. θέλετε, ne jurare omnino velitis. Sic Sophocl. Ajax Flag. v. 1068. Schol. μὴ συγκομίζειν μὴ θέλε συγκομίζειν. Eurip. Androm. v. 810. Ion. v. 1326 et 1500. Act. XXIII. 24. Cf. Eustath. ad Hom. Iliad. α', 322.

ΘΕΜΕ'ΛΙΟΣ, ου, ὁ, et ΘΕΜΕ'ΛΙΟΝ, ου, τὸ, (confer Wetstenii N. T. T. II. p. 110.) 1) proprie: *basis, fundamentum,* seu *ima ædificii pars, cui tota ejus superstructa est moles,* a prima pers. perf. pass. τέθειμαι *positus sum,* verbi τίθημι *pono.* Luc. VI. 48, 49. XIV. 29. Act. XVI. 26. ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου ita, ut concuteretur fundamentum carceris. In versione Alex. respondet Hebraico מוֹסְדוֹת Deut. XXXII. 22. Prov. VIII. 29. מַסַּד 1 Reg. VII. 9. et יְסוֹד Thren. IV. 11. Ezech. XIII. 14. XXX. 4. Xenoph. Hist. Gr. V. 2. 5. Apud Græcos scriptores haud raro adjective sumitur, v. c. in formulis θεμέλιος λίθος, θεμέλιον στρῶμα. Pollux Onom. VII. c. 27. οἱ κατώρυχες δὲ λίθοι, οὓς Ὅμηρος κατωρυχίας λέγει, οἱ

τοῖς θεμελίοις ἐντιθέμενοι· καὶ θεμελίους δὲ λίθους αὐτοὺς ὠνόμαζον. Hinc explicari commode possunt loca Apoc. XXI. 14, 19. 2) metaphorice: *firmitas, stabilitas, soliditas.* Hebr. XI. 10. τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν sedem fixam, urbem stabilem et firmam, h. e. cœlum. 3) *divitiæ certæ, perennes, nec fluxæ,* nam θεμέλιον *omne* notat, *quod certum est nec facile perit.* 1 Tim. VI. 19. ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον colligentes sibi thesaurum magnum in futuros usus. Eodem sensu usurpatur vox θέμα Tob. IV. 9. ubi de eleemosynis sermo est: θέμα γὰρ ἀγαθὸν θησαυρίζεις σεαυτῷ εἰς ἡμέραν ἀνάγκης. Conf. L. Bos. Exercitt. Ling. Gr. p. 229. (qui apud Paulum l. l. θέμα λίαν καλὸν *depositum valde bonum* legere mavult: quo pertinet fortasse Gloss. Vet. ap. Labbæum p. 89. θέμα — — *proœmium.* Lege *præmium.* Cf. easdem glossas s. v. θῆμα.) et Wakefield. Silvam Critic. P. I. p. 20. S. Petitus in Var. Lectt. c. 15. θεμέλιον de *pignore, quod apud alium deponatur,* accipit. 4) *ipsum ædificium et habitaculum, quod fundamento innititur et superstruitur,* et speciatim *ædificium bene fundatum ac magnifice exstructum,* ut legitur apud LXX Amos I. 12. pro אַרְמְנוֹת *ædes, palatia.* Sirac. I. 17. III. 11. ad imitationem Hebr. יְסוֹדָה Psal. LXXXVII. 1. Hinc metaphorice θεμέλιος τοῦ Θεοῦ *religio christiana* dicitur, *quæ est a Deo certissimis argumentis comprobata.* 2 Tim. II. 19. ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν sed tamen vera et inconcussa manet religio christiana instar ædificii firmi et bene fundati, cui hæc est inscriptio. Olim vero ædes singulas inscriptiones habuisse, quibus ab aliis distinguerentur, demonstravit Warnekros, Entwurf der Hebräischen Alterthümer p. 16. In versione Alex. θεμέλιον haud raro Hebraico אַרְמוֹן *palatium, arx,* respondet, v. c. Jer. VI. 5. Ies. XXV. 2. Hos. VIII. 14. Amos I. 4, 7, 10, 12, 14. 5) metaphorice: *prima præcepta, initia, elementa alicujus doctrinæ,* et speciatim: *prima institutio in religione christiana, prima ejus rudimenta.* Rom. XV. 20. ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ ne continuanda mihi sit ab aliis jam cœpta institutio in doctrina christiana. 1 Cor. III. 10. θεμέλιον τέθεικα. ib. v. 11. θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸ κείμενον nemo potest alia elementa religionis christianæ tradere, quam quæ a me tradita sunt. ib. v. 12. Ephes. II. 20. Heb. VI. 1. μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι nec iterum repetentes elementa doctrinæ christianæ.

ΘΕΜΕΛΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *fundo, fundamentum jacio ac pono,* a θεμέλιος, seu θεμέλιον, *fundamentum.* De fundamentis ædificiorum usurpatur Matth. VII. 25. τεθεμελίωτο ἐπὶ τὴν πέτραν fundata enim fuerat super petram; ubi τεθεμελίωτο per dialectum Ionicam est pro ἐτεθεμελίωτο, augmento abjecto. Conf. Fischeri Anim. ad Grammat. Gr. Welleri p. 185. et Wesselingium ad Diod. Sic. XVIII. p. 278. Luc. VI. 48. Respondet Hebraico יָסַד Jos. VI. 26. 1 Reg. VII. 10. etc. Xenoph. Cyrop. VII. 5. 6. 2) *ædifico, exstruo,* Hebr. בָּנָה Esdr. VII. 9. etiam, si *Deo* tribuitur, *creo,* sed ita, ut simul notionem *firmitatis* et *diuturnitatis* habeat adjunctam. Hebr. I. 10. σὺ κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν ἐθεμελίωσας tu olim terram creasti, coll. Ps. CII. 26. 3) metaphorice: *firmo, stabilio, confirmo, certum vel durabile aliquid reddo.* θεμελιόομαι, οῦμαι, *stabilis et bene firmatus sum, constans sum,* imagine desumta ab ædibus, fundamento saxeo superstructis. Ephes. II. 17. ἐν ἀγάπῃ τεθεμελιωμένοι ut constantes sitis in benevolentia erga alios. Coloss. I. 23. τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι. 1 Petr. V. 10. Sæpius non legitur in N. T. Dion. Sic. XV. 1. ἡγεμονία τεθεμελιωμένη imperium bene fundatum et stabile, ubi videndus Wesselingius.

ΘΕΟΔΙ'ΔΑΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *a Deo edoctus, divinitus institutus,* ex Θεὸς *Deus* et διδακτὸς, (quod proprie quidem *id* significat, *quod disci et doceri potest,* et de rebus æque ac hominibus usurpatur; deinde vero idem notat, quod δεδιδαγμένος *qui doctus jam est,* ut multis docuit Vorstius in Phil. Sacr. c. 18. p. 409. ed. Fischer.) quasi διδακτὸς ἢ δεδιδαγμένος ὑπὸ Θεοῦ. Eadem compositionis forma est etiam in vocabulis αὐτοδίδακτος pro ὑφ' ἑαυτοῦ διδακτὸς, Homer. Odyss. ι', v. 347. (ubi pars prior vocis hominem tantum magistrum excludit) πατροπαράδοτος pro ὑπὸ πατρῶν παραδιδομένος, 1 Petr. I. 18. θεομίσητος et θεοδώρητος. In N. T. speciatim θεοδίδακτος is dicitur, *qui satis institutus est in doctrina christiana.* 1 Thes. IV. 9. αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε jam satis religione christiana edocti estis de officio vestro vos invicem amandi. Similis vox est μητροδίδακτος apud Strab. Geogr. XVII. p. 837. et Suidam s. v. Ἀρίστιππος.

ΘΕΟ'ΛΟΓΟΣ, ου, ὁ, *theologus. Theologi* nomen apud gentiles *omnibus* tribuebatur, *qui de diis eorumque natura et historia, omninoque rebus divinis,* v. c. *ritibus sacris, oraculis et similibus, docte et subtiliter dicere, disputare et scribere poterant,* v. c. Pherecydi Syro, (Joseph. contra Apion. I. c. 2.) Homero et Hesiodo, θεογονίας auctoribus, (Herodot. II. c. 53.) et Epimenidi. (Sext. Empir. Matth. 9. c. 29. et ibi Fabric.) Idem fere hujus vocabuli usus fuit apud veteris ecclesiæ doctores, qui, ut *omnes rerum divinarum consultos,* v. c. scriptores V. et N. T. ita κατ' ἐξοχὴν *defensores divinitatis Christi* θεολόγους appellabant, ut bene docuit Suicer. in Thesaur. Eccles. T. I. p. 1359 seq. Peculiariter vero a patribus θεόλογος dictus est *Johannes apostolus* et *evangelista* (qui etiam ita appellatur in inscriptione *Apocalypseos:* sed titulum istum non ab ipso Johanne, sed ab aliena manu appositum esse, jam inter omnes constat. Conf. Wolfii Curas Philol. T. IV. p. 369.) ob defensam divinitatem Christi, et Gregorius Nazianzenus, qui adversus Arianos divinitatem Christi propugnavit. Wetstenius N. T. T. II. p. 747. videtur eorum opinioni accedere, qui Johannem ob librum oraculorum divinorum, quem edidit, θεόλογος dictum esse statuunt. Certe laudat locum Luciani Alex. 19. ubi θεόλογος dicitur, qui 22. προφήτης vocatur. Adde etiam Plutarch. Tom. III. p. 157. ed. Reisk.

ΘΕΟΜΑΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *cum Deo pugno,* seu *Deum oppugno* gigantum more, ex Θεὸς et μάχομαι *pugno.* 2) *aliquid, divinæ voluntati adversum, molior.* Tantum legitur in N. T. Act. XXIII. 9. ubi verba, μὴ θεομαχῶμεν, si genuina sunt, ita vertenda erunt: *nostrum non est, limitare vim et virtutem divinam.* De iis, qui natura invita aliquid agere volunt, legitur apud Xenoph. Œcon. XVI. 3. Cæterum verbum θεομαχεῖν, de quo bene egit Bucherus in Thesauro Theol. Phil. T. II. p. 432. frequenter etiam in aliorum scriptis reperitur, v. c. Philostrat. IV. 15. Arrian. Diss. Epictet III. c. 24. 21. et IV. 1. 101. 2 Macc. VII. 19. Eurip.

Iphig. in Aul. v. 1409. Menandri fragm. p. 70.

ΘΕΟΜΑ'ΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *cum Deo* vel *adversus Deum pugnans, Deum oppugnans*, ex eodem. Hoc sensu, ut videtur, reperitur in Symmachi reliquiis Job. XXVI. 5. et Prov. XXI. 16. ubi Hebraico רְפָאִים *gigantes* ita respondet, ut appareat, Symmachum respexisse ad ea, quæ de gigantibus, adversus deos bella gerentibus, in fabulis memorantur. 2) *qui Deo ejusque voluntati refragatur et resistere conatur, res, a Deo institutas, impugnans.* Sic semel legitur in N. T. Act. V. 39. μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε verendum est, ne Deus vos tanquam rebelles puniat. Conf. de hac voce Spanhemium ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 25. Aristoph. Av. v. 554. Schol. et Clericum ad Menandrum in Eunuch. v. 3.

ΘΕΟ'ΠΝΕΥΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *afflatu divino actus, divino quodam spiritu afflatus*, et partim de *hominibus* usurpatur, *quorum sensus et sermones ad vim divinam referendi sunt*, v. c. *poëtis, fatidicis, prophetis, auguribus*, qui etiam θεοδίδακτοι vocantur, partim de *ipsis rebus, notionibus, sermonibus et scriptis, a Deo suggestis et divino instinctu natis*, ex Θεὸς et πνέω *spiro*, quod, ut Latinum *afflo*, de diis speciatim usurpatur, quorum vi homines interdum ita agi existimabantur, ut notiones rerum, antea ignotarum, insolito quodam modo conciperent atque mente vehementius concitata in sermones sublimiores et elegantiores erumperent. Conf. Cic. pro Archia c. 14. Virgil. Æn. III. 358. VI. 50. In N. T. semel legitur 2 Tim. III. 16. πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος omnis scriptura divinitus inspirata, seu, quæ est originis divinæ. coll. 2 Pet. I. 21. Syrus: ܟܬܒܐ ܕܒܪܘܚ ܐܬܟܬܒ scriptura, quæ per spiritum scripta est. Conjunxit nempe actionem scribendi cum actione inspirandi. Apud Plutarchum T. IX. p. 583. ed. Reisk. θεόπνευστοι ὄνειροι sunt *somnia a diis immissa.*

ΘΕΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *Deus unus et verus, rerum omnium, quæ existunt, creator et rector*, ita dictus ex plerorumque sententia, a θέειν *currere*, quia Deus virtute sua infinita omnia percurrit. Alb. Gloss. Gr. p. 60. Θεὸν ἀπὸ τοῦ θέειν καὶ περιτρέχειν καὶ μηδαμῆ ἱστάναι, ἀλλὰ τὰ πάντα πληροῦν. Alias virorum doctorum de hujus vocabuli origine sententias collegit Wolfius in Theophyl. ad Autolycum I. p. 18. 1 Tim. II. 5. εἷς γὰρ Θεός. Joh. IV. 24. πνεῦμα ὁ Θεός. Marc. XV. 34. ὁ Θεός μου, ὁ Θεός μου Deus mi, Deus mi. Nominativus ponitur loco vocativi ex usu loquendi Atticorum. Sic Luc. XVIII. 11, 13. Joh. XX. 28. Act. IV. 24. Hebr. X. 7, 9. coll. Ps. XVI. 7. XXI. 1. Aristoph. Concion. v. 128. ὁ περιστίαρχος, ubi Bisetus: τοῦτο δὲ Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ, ὦ περιστίαρχη, ὥσπερ καὶ ἐν ἐκκλησ. ὁ παῖς, ἀντὶ τοῦ, ὦ παῖ. Cf. Vechneri Hellenolexia Lib. I. P. II. cap. 13. Marc. XI. 22. ἔχετε πίστιν Θεοῦ habete fidem in Deum. Luc. III. 38. τοῦ Ἀδὰμ τοῦ Θεοῦ, sc. υἱοῦ, Adami, filii Dei, h. e. a Deo creati. ib. VI. 12. προσευχὴ Θεοῦ preces ad Deum fusæ. ib. IX. 20. τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ Christum Dei filium. Matth. XXII. 31. τὰ τοῦ Θεοῦ quæ Dei sunt et Deo debentur. Apoc. XV. 2. κιθάρα Θεοῦ cithara, Dei laudibus dicata. — Dativus τῷ Θεῷ *in honorem, ad gloriam Dei.* Rom. VI. 10. Galat. II. 19. ζῆν τῷ Θεῷ *se suamque vitam ad voluntatem et præcepta Dei accommodare.* 2 Cor. V. 13. Θεῷ religionis christianæ promovendæ causa. ibid. IX. 11, 12. — Θεὸν τινὸς εἶναι *alicujus numen tutelare esse.* Matth. XXII. 32. ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ ego sum ille Deus, quem Abrahamus coluit et propitium expertus est. Luc. I. 68. Act. XIII. 17. 1 Cor. VI. 16. ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαὸς et ego ero ipsis numen tutelare, ipsi vero populus erant meæ tutelæ commissus. Hebr. XI. 16. Apoc. XXI. 3. 2) per metonymiam: *ipsa religio, a Deo hominibus tradita.* Act. XXII. 3. ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ acerrimus legis Mosaicæ defensor. Rom. X. 2. Hebr. III. 12. ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος ut a vera religione christiana deficiat. Et sic in aliis locis sæpissime. Apud Theod. 2 Sam. XII. 9. Κύριος ponitur pro דְּבַר יְהוָה *mandata, præcepta divina* et *universa religio a Deo Judæis revelata.* Eodem modo Χριστὸς pro *religione christiana* haud raro ponitur, ut infra docebitur. 3) *qui numinis loco habetur.* Hinc in N. T. tribuitur *diis gentilium commentitiis*, seu *idolis.* Act. VII. 40. ποίησον ἡμῖν θεοὺς finge nobis deos, h. e. *simulacra deorum.* Simili modo apud Pindar. Olymp. VII. 56. Θεὸς templum Apollinis et Charit. IV. 4. Ἀφροδίτη, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν significat. Act. VII. 43. τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥέμφαν. ibid. XIV. 11. οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς dii, assumta hominum specie, descenderunt ad nos. Galat. IV. 8. Act. XXVIII. 6. ἔλεγον Θεὸν αὐτὸν εἶναι habebant eum naturam augustiorem et præstantiorem humana. ibid. XIV. 11. θεοὶ ξένοι dii peregrini. In vers. Alex. ponitur pro אֱלִילִים Ies. XIX. 3. — Tribuitur etiam *diabolo*, quem colunt et imitantur impii, unde etiam in aliis locis ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου vocatur, v. c. 2 Cor. IV. 4. ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. Vide supra sub αἰών. Sic vocatur Satanas ab ipsis quoque Judæis, ut docuit Schœttgenius Hor. Hebr. T. I. p. 688. Catachrestice etiam *venter* Deus hominum vocatur, Philip. III. 19. quoniam, qui gulæ indulgent, et cuticulam tantum curant, de Deo raro vel plane non cogitant. Vide quæ ad h. l. scripsit I. H. Maius in Obss. SS. Lib. I. p. 34. 4) metaphorice: *qui jussu, mandato et auctoritate Dei agit et vicem Dei in his terris gerit.* Sic v. c. *magistratus et judices* sub nomine θεῶν veniunt, Joh. X. 34, 35. coll. Ps. LXXXII. 6. Exod. XXII. 27. Psal. XCVII. 8. etiam *angeli et omnino principes.* 1 Cor. VIII. 5. Exod. VII. 1. Suid. θεούς· τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντας. Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς καὶ θεοὺς οὐκ κακολογήσεις, κ. τ. λ. Confer Clerici Art. Crit. P. II. S. I. c. 3. 5) aliis vocabulis, maxime adjectivis, additur ad exprimendum gradum superlativum rei, de qua sermo est, et summam rei alicujus præstantiam et perfectionem indicandam. Act. VII. 20. ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ erat puer admodum venustus et formosus. 2 Cor. X. 4. ὅπλα δυνατὰ Θεῷ arma potentissima et fortissima. Rom. I. 16. δύναμις Θεοῦ ἐστιν vim insignem et vere divinam exserit. 1 Cor. I. 18. 1 Thess. IV. 16. σάλπιγξ Θεοῦ, quæ Matth. XXIV. 31. σάλπιγξ φωνῆς μεγάλης vocatur. Huc quoque referri potest locus Apoc. XV. 2. ubi κιθάραι τοῦ Θεοῦ, citharæ divinæ, sunt eximiæ; secundum alios interpretes vero: Dei laudes resonantes. Eodem modo voces אֱלֹהִים ,אֵל ,יָהּ et יְהוָה aliis vocabulis additæ, haud raro *summam rei præstantiam et perfectionem* indicant, v. c. Genes. XXIII. 6. נְשִׂיא אֱלֹהִים *summus princeps.* Psalm. XXXVI. 7. הַרְרֵי־אֵל *mon-*

tes altissimi. Psalm. LXVIII. 11. ארזי־אל *cedri altissimæ.* Cant. VIII. 6. שלהבת יה *flamma ardentissima.* Ies. XXVIII. 2. חזק ואמץ לאדני *admodum robusta et valida.* Jon. III. 3. et ad h. l. Kimchi. Eurip. Orest. v. 1172. ῥώμην θεοῦ τιν' ἔσχεν robur quoddam Dei, h. e. maximum, habuit. Confer Vorstii Phil. Sacr. p. 388. Fesselii Adversaria SS. I. c. 6. et Storrii Obss. ad Syntax. et Analog. Hebr. p. 258. Similiter Arabes loqui, exempla a Schultensio in notis ad Haririi Consess. IV. n. 76. p. 37. allata docent. 6) interdum reticetur. Coloss. I. 19. ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε (ὁ Θεὸς) πᾶν τὸ πλήρωμα (Θεοῦ) κατοικῆσαι Deus enim pro benignitate sua voluit, ut Christus esset dominus omnis ecclesiæ, coll. II. 9.

ΘΕΟΣΕ'ΒΕΙΑ, ας, ἡ, *Dei cultus, religio, pietas, qua Deus colitur,* a θεοσεβής. Semel legitur in N. T. 1 Tim. II. 10. γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν mulieribus, quæ pietatem profitentur. In versione Alex. respondet Hebr. יראת אלהים seu אדני Gen. XX. 11. Job. XXVIII. 28. Adde Baruch. V. 3. Sirac. I. 22. Xenoph. Anab. II. 6. 13.

ΘΕΟΣΕΒΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *pius, verus Dei cultor* vel *cultrix, religiosus,* ex Θεὸς et σέβω *colo.* Joh. IX. 31. ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ sed si quis pius est. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini posuerunt pro ירא אלהים Exod. XVIII. 21. Job. I. 1, 8. II. 3. Judith. XI. 16. Xenoph. Cyrop. VIII. 1. 9. Memor. I. 4. 16. Verbum θεοσεβέω in Lexico Schneideri nulla auctoritate munitum reperitur in Lex. A. apud Matthæi Lectt. Mosqu. P. II. p. 85. θρησκεύει, θεοσεβεῖ, ὑπηρετεῖ τοὺς θεούς.

ΘΕΟΣΤΥΓΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *Deo odiosus, invisus,* ex Θεὸς et στυγέω *odio prosequor.* Semel legitur in N. T. Rom. I. 30. ubi tamen hæc vox duplici ratione explicari potest. Si θεοστυγεῖς cum circumflexo ad syllabam ultimam legitur, est significationis passivæ et significat *Deo exosos,* (Vulgat. *Deo odibilis.* Hesych. θεοστυγεῖς· μισούμενοι ἀπὸ Θεοῦ. Alberti Gloss. N. T. p. 92. θεοστυγεῖς· παρὰ Θεοῦ μεμισημένοι, ubi videndus Alberti. Sic Helena diis invisa vocatur θεοστυγὴς ab Eurip. Troad. v. 1213. et Cyclop. v. 395. et 598.) Sin θεοστύγεις legitur, acuto in penult. significat: *qui infesto in Deum sunt animo, Dei osores, Deo inimicos,* et ita præter Suidam (θεοστυγεῖς· θεομίσητοι, οἱ ὑπὸ Θεοῦ μισούμενοι καὶ οἱ Θεὸν μισοῦντες. παρὰ δὲ τῷ ἀποστόλῳ θεοστυγεῖς, οὐχὶ οἱ ὑπὸ Θεοῦ μισούμενοι, ἀλλ' οἱ μισοῦντες τὸν Θεόν.) Theodoretus et Œcumenius explicarunt. Pollux Onom. I. 21. ἄθεος· ἀσεβὴς, θεομισὴς, ὁ δὲ θεοστυγὴς τραγικόν. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 28. — Scribitur quoque θεοστύγητος in Æschyli Choeph. v. 631.

ΘΕΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, proprie: *divinitas,* h. e. *omnis virtus divina, quæ in universi creatore et statore est,* in quo sensu a plerisque hæc vox sumitur Coloss. II. 9. ubi verba ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς vulgo ita redduntur: in eo enim omnis summa divinitatis inest corporaliter. (Lucian. Icaromen. c. 9. τοῖς δὲ τὰ δεύτερα καὶ τρίτα ἔνεμον τῆς θεότητος.) Sed aliis θεότης est i. q. Θεὸς (qua ratione etiam nos sæpe vocabulum Gottheit, *Godhead,* usurpamus) hoc sensu: a Christo enim comprehenditur omnis cœtus Dei, ut sit quasi ejus corpus, coll. I. 19. et Ephes. III. 19.

ΘΕΟ'ΦΙΛΟΣ, ου, ὁ, *Theophilus.* Nomen proprium (frequens Christi ætate. Conf. Fabricii Bibl. Gr. IV. c. I. p. 94.) viri, cui Lucas Evangelium suum et Acta Apostolorum inscripsit. Luc. I. 3. Act. I. 1. ex Θεὸς *Deus* et φιλέω *amo,* notans *amicum Dei* vel *a Deo amatum,* φίλον Θεοῦ, seu Θεῷ φίλον. Nomen κράτιστε, quod ei Lucas I. 3. imposuit, innuere videtur, eum fuisse virum in eximia dignitate constitutum et primatem aliquem, christianæ addictum religioni, nam Act. XXIII. 26. XXIV. 3. XXVI. 25. a Paulo tribuitur prætoribus Romanis, *Felici* ac *Festo,* et Luc. I. 4. institutus dicitur in doctrina christiana. Volunt quidam, v. c. Buxtorfius in Catalectis c. 140. nomen Θεοφίλου non proprium esse, sed appellativum et a Luca omnibus omnino christianis attributum esse, quemadmodum patres Græci in allocutionibus suis adhibuerunt vocem φιλόχριστοι: sed tunc pluralis, θεόφιλοι, non singularis, ponendus fuisset, ut reliqua nunc silentio præteream, quæ hanc opinionem maxime improbabilem reddere valent. Bene de hoc Lucæ Theophilo expositum est in Bibl. Brem. Cl. IV. Fasc. IV. p. 757 seq. et a Petro Horreo in Miscell. Crit. (Leovard. 1738. 8.) Lib. I. c. 3—5.

ΘΕΡΑΠΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *apparitio, ministerium, quod servi domino præstant,* a θεράπων *minister famulus.* Xenoph. Cyrop. V. 5. 10. Diod. Sic. II. c. 20. 2) ut Latinum *famulitium* et *servitium,* (Cic. pro Cœlio c. 33. Tacit. Ann. XII. 17. Sallust. de B. C. XXIV. 4.) *servi, ministri, totum famulorum agmen,* οἱ θεράποντες, abstracto posito pro concreto. Matth. XXIV. 45. ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας (in aliis legitur οἰκετείας, in aliis οἰκίας) αὐτοῦ quem præfecit herus famulitio suo. Luc. XII. 42. Dionys. Hal. Ant. I. 83. Herodot. I. 199. V. 10. Herodian. VII. 1. 10. Pollux III. 75. τὸ δὲ πλῆθος τῶν οἰκετῶν θεραπεία. Eodem modo non solum Hebr. עבדה Job. I. 3. usurpatur, sed etiam Alexandrini ipsa voce θεραπεία usi sunt Genes. XLV. 16. pro Hebr. עבדים et Plutarch. de Capiend. ex In. Util. p. 92. σατραπεία pro σατράπης posuit. Confer Perizon. ad Ælian. V. H. II. c. 2. et Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 598. 3) *sanatio, medela.* Luc. IX. 11. καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο ægrotosque inter eos sanavit. Vulgatus bene: *qui cura indigebant.* Gloss. θεραπεία, *cura, medela, medicina.* Xenoph. de Re Equestri IV. c. 2. τὸ στόμα ὑπερεμοῦν δεῖται θεραπείας. Apoc. XXII. 2. ubi tamen metaphorice sumi videtur de *sanatione animi* et *remedio pravitatis.*—Thom. M. p. 439. θεραπεία· καὶ ἡ δουλεία καὶ τῶν θεραπόντων ἄθροισμα. Phavor. θεραπεία· ἡ ἴασις, ἀπὸ τοῦ θεραπεύω. καὶ θεραπευτὴς παραγόμενον. θεραπεία καὶ ἡ διακονία, ἀφ' οὗ λέγεται καὶ θεράπων. καὶ θεραπεία ἡ ὑπουργία καὶ ὑπηρεσία, καὶ τὸ πλῆθος τῶν θεραπόντων.

ΘΕΡΑΠΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *ministerium præsto servile, famulor, servio,* a θεράπων *servus, famulus.* Diod. Sic. II. 20. 2) *quodcunque officium alicui præsto, curam alicujus gero.* 3 Esr. I. 3. θεραπεύετε τὸ ἔθνος αὐτοῦ Ἰσραήλ. Xenoph. de Vectig. IV. 42. Mem. I. 4. 10. Æque late patet vox θεραπεία, quæ apud Æschin. Socr. Dial. II. 28. 41. de *omni cura corporis* adhibetur. 3) *colo, veneror, cultum religiosum exhibeo,* et speciatim de *cultu Dei externo* adhibetur, (de quo etiam vocabulum θεραπεία adhibitum legitur a Diod. Sic. I. 21.) v. c. Act. XVII. 25. οὐδὲ ἀπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται nec ministerio manuum, h. e. eo, quod manibus paratur, colitur. Xenoph. Mem. II. 1. 28. θεραπευτέον τοὺς θεούς. Idem de Mag. Equit. VII. 1. IX. 9. Ies. LIV. 17. ἐστὶ

κληρονομία τοῖς ϑεραπεύουσι Κύριον, Hebr. עַבְדֵי יְהוָה· Apud Alexandrinos interdum de *omni cultu et veneratione* adhibetur, *quo alios homines prosequimur*, v. c. Prov. XIX. 6. XXIX. 7. coll. Philostrat. Vit. Apoll. VI. c. 31. 4) *sano, medeor*. Matth. III. 16. κακῶς ἔχοντας ἐθεράπευσεν. Luc. IV. 24. ἰατρὲ ϑεράπευσον σεαυτὸν præsta te talem, qualem te profiteris. ibid. V. 15. καὶ ϑεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν. Apoc. XIII. 12. οὗ ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ cujus sanata erat plaga. Sapient. XVI. 12. οὔτε μάλαγμα ἐθεράπευσεν αὐτούς. Xenoph. Œcon. VII. 37. ϑεραπεύειν τὸν κάμνοντα. Phavor. ϑεραπεύω· τὸ δουλεύω. οἷον οὐκ ἐᾷ τὸν δεσπότην ϑεραπεύειν. καὶ ϑεραπεύω· τὸ τιμῶ· ἀγαθὸν ϑεραπεύεις σοφιστὴν, καὶ ϑεραπεύω τοὺς ϑεούς. καὶ ϑεραπεύω· τὸ ἰῶμαι. ὡς τὸ, σώματος μὲν ἀῤῥωστίαν ϑεραπεύει τέχνη. Bene de hac voce exposuit Schneiderus in Lex. crit. l. Gr. s. h. v.

ΘΕΡΑ'ΠΩΝ, οντος, ὁ, *minister, famulus, servus*, et fœmin. ϑεράπαινα, ης, ἡ, *famula, ancilla*. Sumitur quidem hoc vocabulum generaliter pro *quolibet ministro ac servo*, (Hesych. ϑεράπων· οἰκέτης, δοῦλος, ἀκόλουθος. Suid. ϑεράποντες· δοῦλοι, ὑπηρέται.) interdum tamen speciatim de *ministro, œconomo, cui cura rei familiaris apud veteres commissa erat, de regum adeo ministris, consiliariis*, omninoque omnibus, *quorum cura et fide in administrandis negotiis utimur*, adhibetur. Exod. V. 21. VII. 10, 20. καὶ ἐναντίον τῶν ϑεραπόντων Φαραώ. ibid. XIV. 31. Μωϋσῇ τῷ ϑεράποντι Θεοῦ. Semel legitur in N. T. Hebr. III. 5. Μωσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς ϑεράπων, coll. Num. XII. 7. Etym. M. ϑεράποντας· οὐχ ὥσπερ οἱ νεώτεροι δούλους, ἀλλὰ πάντας τοὺς ϑεραπευτικῶς ἔχοντας. Hom. Iliad. ς', 78. Eustath. in Od. α', p. 219. 19. Cf. Lexicon Xenophont. s. h. v.

ΘΕΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *messem facio, meto, demeto et colligo fruges*, etiam *æstatem*, seu *messis tempus in aliquo loco transigo*, a ϑέρος, *æstas, messis*. Hesych. ϑερίζει· ἐνδιατρίβει τῷ ϑέρει, καὶ ἀλοᾷ. Ammonius: ϑερίζειν· διατρίβειν τὴν τοῦ ϑέρους ὥραν. Xenoph. Œcon. V. 9. Thom. M. p. 440. ϑερίζω· καὶ ἐνθερίζω, ἀμεταβάτως τὸ ϑέρος που διάγω, (Ælian. V. H. X. 6. ϑερίζοντα μὲν ἐν Σούσοις, χειμάζοντα δ' ἐν 'Εκβατάνοις) ϑερίζω δὲ μεταβατικῶς, τὸ λήϊον τέμνω, v. c. Aristoph. Aves v. 506. Plut. v. 515. In N. T. tantum in notione *demetendi ac colligendi fruges* reperitur. Matth. VI. 26. XXV. 24, 26. ϑερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας metens, ubi non seminasti, seu, falces in aliorum messem immittis; formula proverbialis, in *lucri studiosos* adhibita, qui alienorum fructum laborum intercipiunt. Simile proverbium legitur apud Aristoph. Equit. 391. τ' ἀλλότριον ἀμῶν ϑέρος, ubi videndus Casaubonus. Luc. XII. 24. XIX. 21, 22. Joh. IV. 37. ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων, καὶ ἄλλος ὁ ϑερίζων alii serunt, alii metunt: de qua formula proverbiali confer Vorstii Diatribe de Adagiis N. T. p. 821 seq. ed. Fischeri. Jacob. V. 4. 2) metaphorice: *operam meam impendo, laboro in aliqua re*. Joh. IV. 36. ὁ ϑερίζων μισθὸν λαμβάνει qui laborat in instituendis hominibus, mercedem accipiet. ibid. ἵνα καὶ ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρῃ, καὶ ὁ ϑερίζων ut etiam omnis, qui mecum in tradenda et propaganda religione christiana ullo aliquo modo laborat, in meæ felicitatis societatem veniat. 3) metaphorice: *fructum laboris percipio, mercedem reporto*. Joh. IV. 38. ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς ϑερίζειν, ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε ego misi vos, ut perciperetis fructus, nullo labore vestro partos, seu, ad finem perduceretis inchoata ab aliis. 1 Cor. IX. 11. εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ ϑερίσομεν si nos mercedem a vobis flagitare vellemus. 2 Cor. IX. 6. φειδομένως καὶ ϑερίσει parum a Deo recipiet — ἐπ' εὐλογίαις καὶ ϑερίσει magna ejus erunt præmia. Galat. VI. 7. ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ ϑερίσει ut sementem feceris, ita et metes, h. e. justam factorum suorum remunerationem accipient aliquando homines. Callim. Hymn. in Cerer. v. 138. ubi videndus Spanhem. Galat. VI. 8. ἐκ τῆς σαρκὸς ϑερίσει φθορὰν pœnas hujus vitiositatis Deo dabit in futura vita. ib. ἐκ τοῦ πνεύματος ϑερίσει ζωὴν αἰώνιον præmii loco accipiet felicitatem æternam. ibid. v. 9. Eadem metaphora usi sunt scriptores V. T. Job. IV. 8. Prov. XXII. 8. Hos. VIII. 7. X. 13. et Græci auctores, v. c. Stobæus Serm. X. et Æschyl. Pers. v. 822 seq. 4) metaphorice: *pœnis afficio impios, quorum vitiositas maturitatem quasi nacta est, reseco insanabilia generis humani membra*. Apoc. XIV. 15, 16. coll. v. 19. Hos. VI. 11. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 811.

ΘΕΡΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *messis*, h. e. *actio metendi, opus rusticum, demetendi fruges maturas*, a ϑερίζω, *meto*. Matth. XIII. 30. ἐν καιρῷ τοῦ ϑερισμοῦ. Joh. IV. 35. λευκαί εἰσι πρὸς ϑερισμὸν jam ad messem flavescunt. Xenoph. Œcon. 18. 3. 2) per metonymiam: *messis tempus*. Joh. IV. 35. καὶ ὁ ϑερισμὸς ἔρχεται instat tempus metendi. ib. v. 39. Matth. XIII. 30. μέχρι τοῦ ϑερισμοῦ — καὶ ἐν καιρῷ τοῦ ϑερισμοῦ. Marc. IV. 29. 3) per metonymiam: *fruges maturæ, quæ demetuntur*, ut ϑέρος apud Demosthen. p. 1253. 15. ed. Reisk. et קָצִיר Ies. XVII. 5. Apoc. XIV. 15. ὅτι ἐξηράνθη ὁ ϑερισμὸς τῆς γῆς nam flavi sunt culmi segetis metendæ, aut seges metenda jam arefacta est. ubi tamen per ϑερισμὸν τῆς γῆς metaphorice *impii* intelligendi sunt, qui ob vitiositatis maturitatem a Deo pœnis afficiendi et tanquam insanabilia humani generis membra resecandi sunt. Vide supra sub ϑερίζω. 4) metaphorice: *res, quæ opus vel negotium aliquod postulat*. Matth. IX. 37. ὁ ϑερισμὸς πολὺς larga messis est, h. e. multi sunt, qui discere cupiunt. ibid. v. 38. δεήθητε οὖν τοῦ Κυρίου τοῦ ϑερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν ϑερισμὸν αὐτοῦ rogate Deum, a quo unice salus ecclesiæ, h. e. propagatio religionis christianæ pendet, ut idoneos doctores religionis, vere divinæ, ad suos emittat. Luc. X. 2. Confer Schœttgenii Hor. Hebr. T. I. p. 95. Ad illustranda omnia hæc loca multum quoque facit locus Levit. XIX. 9. ubi ϑερισμὸς apud LXX *ipsum agrum* notat, *qui colendus et demetendus est*, ac Hebr. פֵּאָה respondet, de quo confer Simonis Lex. Hebr. p. 1269.

ΘΕΡΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *messor*, a ϑερίζω. Xenoph. Hier. 6. 10. Matth. XIII. 30, 39. ubi metaphorice hac voce designantur angeli, qui instar messorum tempore judicii homines congregabunt et bonos a malis separabunt. Sæpius non legitur in N. T. Hist. Drac. v. 40.

ΘΕΡΜΑΙ'ΝΩ, fut. ϑερμανῶ, *calefacio*, a ϑέρω, *calefacio*. Arrian. Epictet. III. 22. Plutarch. de Virtute et Vitio p. 100. Passivum ϑερμαίνομαι, *calefio, excandesco*. Herodian. VIII. 4. 27. ὧν (ὅπλων) ὁ σίδηρος ἐθερμαίνετο. Medium ϑερμαίνομαι significatione reciproca, *me calefacio*, vel *ad ignem*, Marc. XIV. 54, 67. Joh. XVIII. 18, 25. vel *per vestes*, ut significet: *vestiri, vestibus removere injuriam tempestatis*. Jacob. II. 16. ϑερμαίνεσθε καὶ χορτάζεσθε opto, ut vobis sint vestes et alimenta, coll. Job. XXXI. 20. Hag. I. 6.

ΘΕ'ΡΜΗ, ης, ἡ, *calor, æstus*

θερμὸς, *calidus.* Legitur in N. T. tantum Act. XXVIII. 3. ἐκ τῆς θέρμης calore excitata. Alexandrini usi sunt hac voce pro חֹם Job. VI. 17. חַמָּה Ps. XIX. 7. etiam pro ipso verbo חָמַם Cohel. IV. 11. Sirac. XXXVIII. 34. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 89. θέρμη, *calor, æstus, fervor, caliditas.*

ΘΕ'ΡΟΣ, εος, τό. Apud Græcos quidem scriptores (v. c. Xenoph. Hist. Gr. II. 1. 1. Æschin. Dial. III. 17.) et in versione Alex. (Prov. VI. 8. XXVI. 1. XXX. 25. ubi Hebraico קַיִץ respondet, et Jer. VIII. 20. ubi pro קָצִיר *messis* ponitur) *æstatem et messis tempus* significat, a θέρω, *calefacio,* quod eo tempore omnia magis caleant; sed in N. T. latius patere et *veris tempus* simul notare videtur, v. c. Mat. XXIV. 32. γινώσκετε, ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος veris tempus adesse, intelligitis. Marc. XIII. 28. Luc. XXI. 30. Causa ex Hebræorum lingua peti potest, in qua non reperiuntur singula vocabula, quibus ver et auctumnus indicatur; unde Judæi dividebant annum in duas partes, קַיִץ *ver* et *æstatem* et חֹרֶף *auctumnum* et *hiemem.* Conf. Bochart. Hieroz. P. II. Lib. 4. c. 21. p. 593.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΥ'Σ, έος, ὁ, *Thessalonicensis, Thessalonica oriundus* vel *Thessalonicæ incola,* a Θεσσαλονίκη, quod vide. Act. XX. 4. XXVII. 2. 1 Thess. I. 1. 2 Thess. I. 1.

ΘΕΣΣΑΛΟΝΙ'ΚΗ, ης, ἡ, *Thessalonica,* civitas Macedoniæ celeberrima et metropolis, præsidis Romani sedes, condita a Philippo, Amyntæ filio. A meridie habet mare, in cujus sinu condita fuit, a septentrione et ortu *Chabrim* fluvium, ab occasu fluvium *Echedorum.* Olim dicta erat *Halia, Emathia,* etiam *Therma* (conf. Schol. ad Thucyd. I. c. 61.) nomine tamen postea, sive a *Cassandro,* in honorem uxoris Thessalonicæ, Philippi filiæ, secundum Strabonem, (Lib. 7.) *Tzetzem* et *Zonaram,* sive secundum Stephanum *Byzantinum* a Philippo in memoriam victæ gentis Thessalicæ in Thessalonicen mutato. Incolas habuit præter Græcos et Romanos etiam multos Judæos, in synagoga sacra sua obeundi libertate donatos. Aliquando Venetis paruit, nunc vero Turcis et *Salonichi* vocatur. Act. XVII. 1, 11, 13. Philipp. IV. 16. 2 Tim. IV. 10. Etym. M. πόλις Μακεδονίας, ἥτις Ἁλία ἐκαλεῖτο, Κασάνδρου κτίσμα, ἢ ὅτι Φίλιππος ἐκεῖ Θετταλοὺς νικήσας οὕτως ἐκάλεσεν, ἢ ὅτι Φίλιππος θεασάμενος κόρην εὐπρεπῆ ἔγημε, καὶ τεκοῦσα τῇ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ τῆς λοχείας τέθνηκεν. ἀναλαβὼν οὖν ὁ Φίλιππος τὸ παιδίον ἔδωκε Νίκῃ τρέφειν, καὶ ἐκάλεσε Θεσσαλονίκην κ. τ. λ.

ΘΕΥΔΑ͂Σ, ᾶ, ὁ, *Theudas.* Nomen impostoris, qui se prophetam aut Messiam venditabat, teste Luca Act. V. 36. et sub imperio Augusti post Christi nativitatem vixit secundum Originem contra Celsum Lib. I. cap. 11. p. 44. diversus sine dubio, si chronologiæ ratio habenda est, a mago illo Theuda, cujus mentio fit apud Joseph. A. J. XX. 5. 11. et Euseb. H. E. II. cap. 11. qui exortus et extinctus est, *Cuspio Fado* Judæam administrante, post mortem Agrippæ. Conf. Casaub. Exerc. Antibar. p. 175. Wetstenii N. T. T. II. p. 488. Basnage Hist. des Juifs VII. c. 12. § 7. et Lardner. Lib. II. de Fide Hist. Evangel. c. 2. Cæterum nomen *Theudas* Græcis æque ac Romanis in usu fuit. Vide Cic. ad Fam. VI. 10. et Menagium ad Diog. Laërt. IX. c. 116.

ΘΕΩΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *video, conspicio,* vel *cerno oculis,* sive absolute et simpliciter, sive *intente, cum admiratione, voluptate, timore* aut *stupore aliquid video.* Joh. XIV. 19. καὶ ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ· ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτέ με Judæi me non amplius videbunt, ego vero vobis me conspiciendum præbebo, seu, præsentiæ meæ efficacissima, certissima documenta dabo. Act. IX. 7. μηδένα θεωροῦντες neminem videntes. Matth. XXVII. 55. Act. XXV. 24. θεωρεῖτε τοῦτον. Marc. V. 15. καὶ θεωροῦσι et cum admiratione vident. Luc. XXI. 6. ταῦτα ἃ θεωρεῖτε hæc omnia, quæ admirabundi intuemini. Apoc. XI. 12. ἐθεώρησαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν et cum timore ac stupore viderunt eos inimici eorum. Act. VII. 56. θεωρῶ cum voluptate conspicio. Sirac. XLII. 24. ὡς πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐπιθυμητὰ, καὶ ἕως σπινθῆρος ἐστὶ θεωρῆσαι. Polyb. V. 18. θεωροῦντες ἐκ τῆς πόλεως παράγουσαν τὴν δύναμιν. ib. VIII. 18. τοῦ πράγματος ὑπὸ τὴν ὄψιν θεωρουμένου. Conf. Glassii Philol. S. p. 215. ed. Dathii. 2) *sentio quocunque modo, sensu percipio aliquo, vel omnibus,* et ex adjuncto: *experior, usu cognosco, particeps fio.* Sic v. c. *audire* notat Marc. V. 38. θεωρεῖ θόρυβον καὶ κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλὰ, quemadmodum etiam רָאָה pro שָׁמַע Jer. XXXIII. 24. et *videre* pro *audire* ponitur apud Terent. Eun. II. 3. 84. Joh. VIII. 51. θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα nunquam morietur; Hebraice לֹא יִרְאֶה־מָּוֶת Ps. LXXXIX. 49. Cf. Vorstii Philol. S. p. 716. ib. XVII. 24. ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν ἔδωκάς μοι ut participes fiant dignitatis et felicitatis, quam mihi post mortem destinasti, coll. c. XIV. 3. et Ps. XXVI. 8. τοῦ θεωρεῖν με τερπνότητα κυρίου. 1 Joh. III. 17. 3) *attente considero, probe perpendo animo.* Hebr. VII. 4. θεωρεῖτε δὲ, πηλίκος οὗτος considerate vero, quantus hic fuerit. Demosthen. p. 19. 23. ed. Reisk. θεωρῶν καὶ σκοπῶν εὑρίσκω. 4) metaphorice: *cognosco, ex certis indiciis, documentis intelligo, cognitum et perspectum habeo,* i. q. γινώσκω, cum quo permutatur Joh. XIV. 17. ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτὸ quia præstantiam ejus atque vim non perspiciunt atque cognoscunt. Joh. IV. 19. θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σὺ jam intelligo, te prophetam esse. ibid. XII. 19, 45. Polyb. VI. 3. 5) *prævideo.* Act. XXVII. 10. θεωρῶ, ὅτι μετὰ ὕβρεως κ. τ. λ. — Phavor. θεωρῶ· τὸ θεῶ ὁρῶ καὶ τὸ σκέπτομαι. Ὁρῶ μὲν ἐπὶ σώματος, θεωρῶ δὲ ἐπὶ ψυχῆς.

ΘΕΩΡΙ'Α, ας, ἡ, ut Latinum *spectaculum,* de *omnibus rebus* dicitur, *quæ palam fiunt et prostant, ut conspiciantur ab omnibus,* a θεωρέω, *video.* Semel legitur in N. T. Luc. XXIII. 48. οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην qui convenerant ad hoc spectaculum, nempe publicum supplicium Christi. Xenoph. Hier. I. 12. Hesych. θεωρία· ὄψις, θέα. Thom. M. θεωρία — ἡ πράγματός τινος κατανόησις — θεωρία δὲ καὶ ἡ ἐν τῷ θεάτρῳ θέα. Gloss. Vet. θεωρία, *aspectio.*

ΘΗ'ΚΗ, ης, ἡ, in universum est *conditorium,* et *omne, ubi aliquid reponitur,* a τίθημι *pono, repono.* Sic v. c. apud Græcos *arcam, cellam,* (Xenoph. Œcon. 8. 17.) *loculum et bustum* (Sophocl. Electr. v. 899.), etiam *vaginam* notat. Joh. XVIII. 11. βάλε τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην reconde gladium tuum in vagina. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. θῆκαι· σοροί. Pollux III. 102. Abresch. Dilucid. Thucyd. II. 52. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 90. θήκη, *theca, conditorium, vagina, repositorium.*

ΘΗΛΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) *lacto, lac præbeo infantibus, mammam* seu *papillam sugendam præbeo,* a θηλὴ ῆς,

ἡ, *papilla, mamma, lac continens*, μαστὸς ὁ γαλουχῶν, interprete Suida. Matth. XXIV. 19. οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις væ gravidis et lactantibus. Marc. XIII. 17. Luc. XXIII. 29. καὶ μαστοὶ οἳ οὐκ ἐθήλασαν et ubera mammarum non lactantia, uti Lucretius canit. ibid. XXI. 23. In vers. Alex. respondet Hebraico הֵינִיק Genes. XXI. 7. Ælian. H. A. X. 8. XIV. 18. et V. H. XIII. 1. 2) intransitive: *lacteo, lac sugo.* Matth. XXI. 16. ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων ex infantium adeo et lactentium ore, coll. Psalm. VIII. 3. Luc. XI. 27. καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας beata ubera, quæ suxisti. Thren. II. 20. νήπια θηλάζοντα μαστούς. Job. III. 12. ἱνατί δὲ μαστοὺς ἐθήλασα; Plutarch. Romulo pag. 20. D. Thom. M. et Moschopulus: θηλάζει τὸ θῆλυ μεταβατικῶς ἃ ἔτεκε, καὶ θηλάζουσι τὰ τεχθέντα ἀμεταβάτως. Suid. θηλάζειν ἐνεργητικῶς ἡμεῖς ἀντιλαμβανόμεθα τοῦ ῥήματος ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν θηλαζόντων. Λυσίας δὲ παθητικῶς κέχρηται ἐπὶ γυναικὸς παρεχούσης γάλα. Conf. Grævium ad Lucian. Solœc. T. II. p. 734. et Wetstenii N. T. T. I. p. 463. Gloss. Vet. apud Labbæum: θηλάζω, *lacto, sugo, lacteo.* Idem θηλάζειν, *mammare.*

ΘΗ'ΛΕΙΑ, ας, ἡ, *fœmina, fœmella*, sexus nomen, tam in brutis, (Jud. V. 10. Job. I. 3, 14. Amos VI. 12. Xenoph. Mem. II. 1. 4.) quam in hominibus, (Xen. de Rep. Laced. I. 4.) respondens Hebr. נְקֵבָה Lev. IV. 28. XV. 33. etc. a θηλὴ, *mamma*, quod mammas lactiferas habeat, vel quod sit tenera et imbecilla (vide Sophocl. Trachin. v. 1064. et Eurip. Medea v. 924. ed. Porson.). Proprie est fœmininum adjectivi θῆλυς *fœmineus, ad fœminas pertinens,* (Xenoph. de Rep. Laced. III. 5. Aratus 1068. 2 Maccab. VII. 21.) quod tamen etiam est generis communis, et in neutro habet θῆλυ, de quo mox dicendi locus erit. Rom. I. 26, 27. Sæpius non legitur in N. T.

ΘΗ͂ΛΥ, εος, τὸ, scil. γένος (quod additur apud Herod. II. 85. et III. 66.) idem quod θήλεια *fœmina*, et usurpatur tam de hominibus, quam de brutis. Est neutrum a θῆλυς, εως, ὁ, ἡ, vel θῆλυς, εια, υ, *fœmineus*, et subauditur τὸ γένος *genus.* Alexandrini adhibuerunt pro נְקֵבָה Gen. I. 27. V. 2. VI. 19. pro אִשָּׁה Gen. VII. 2. et pro בַּת *filia*, Exod. I. 61, 22. In N. T. ter tantum legitur. Matth. XIX. 4. ἄρσεν καὶ θῆλυ masculum et fœminam. Marc. X. 6. Galat. III. 28. Conf. interpretes ad Thom. M. p. 448. et Schæferum ad L. Bos Ellips. L. Gr. p. 76.

ΘΗ'ΡΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *venatio, captura*, a θὴρ, θηρὸς, ὁ, *fera, bellua.* Xenoph. Cyrop. I. 4. 5. Hesych. θήρα· κυνηγίαι, ἄγρα. 2) *omne instrumentum omnisque machinatio, qua animalia aut vi aut dolo capiuntur*, speciatim *laqueus, rete, quod bestiis tenditur, decipula*, idem quod θήρατρον, Ælian. V. H. I. 1. et θηρατικὸν, Xenoph. Mem. II. 6. 33. In versione Alex. Hebraico רֶשֶׁת respondet. Psal. XXXV. 8. Legitur in N. T. tantum Rom. XI. 9. γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς θήραν, ubi metaphorice *id, quod perniciem affert*, notat. Verba ipsa sumta sunt ex Ps. LXIX. 23. ubi tamen in contextu Hebraico nullum vocabulum est, quod Græco θήρα respondeat, nec in versione Alexandrina ullum reperitur.

ΘΗΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *venor, feras capio*, ab eodem, idem quod θηράω, Ælian. V. H. XIII. 1. 2) metaphorice: *artificio quodam et sollertia quæro, capto, sector, aucupor, peto*, et *comparo, concilio mihi aliquid.* Interdum etiam in malam partem usurpatur, ut sit: *insidiose observo et quæro, insidior.* Semel legitur in N. T. Luc. XI. 54. καὶ ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ venantes aliquid ex ore ejus; ubi sermo est de Pharisæis et legis peritis, insidiose observantibus et aucupantibus dicta et sermones Christi, ut aliquid elicerent et haberent, cujus eum accusarent, si minus considerate aliquid diceret. Etiam apud Græcos scriptores θηρεύειν metaphorice de *iis* usurpatur, *qui aliquid captant, consectantur, petunt et quærunt.* Xenoph. Cyrop. II. 4. 8. VIII. 2. 1. Mem. II. 6. 8. de *iis, qui curiosius aliquid exquirunt et acrius investigant.* Plato de Leg. Lib. I. Vol. VIII. p. 10. ed. Bipont. Conf. Spicilegium meum II. Lexici Bieliani pag. 89. Wetstenii N. T. T. I. p. 733. et Irmisch. ad Herodian. I. 3. 5. In notione *insidiandi* reperitur quoque vox θηράω apud Symm. 1 Sam. XXIV. 12.

ΘΗΡΙΟΜΑΧΕ'Ω, futur. ήσω, *cum belluis depugno, cum feris pugno*, ex θηρίον, *fera, bellua*, et μάχομαι *pugno.* Verbum proprium de iis, qui in ludis amphitheatralibus cum bestiis pugnaturi committebantur, et *bestiarii* vocabantur, et a Capitolino et Julio Firmico *arenarii*, eo quod in arena contra bestias pugnabant. Græci θηριομάχους nominant. Damnabantur vero ad bestias nequissimi servi, hostes infensissimi et homines perniciosi ob crimina gravissima. M. Antonin. X. § 8. Interdum tamen generosi adolescentes cum bestia certamen inierunt, ut de Ephesiis et Atheniensibus testatur Artemidor. Ὀνειροκριτ. Lib. I. c. 9. Sueton. Tit. c. 7. In N. T. tantum legitur 1 Cor. XV. 32. εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ cum exempli gratia Ephesi concertandum mihi fuit cum bestiis. Quanquam enim de hac Pauli cum bestiis pugna, Ephesi inita, nec in Actis Apostolorum, nec alibi quidquam relatum legitur, et ideo Grotius et alii (v. c. Deyling. Obss. SS. P. I. p. 342.) verba Pauli metaphorice de concertatione Pauli cum hominibus impiis et ferocibus (qui sæpe ob animum efferatum et mores ferinos cum bestiis comparantur, conf. J. H. Maii Obss. SS. Lib. I. pag. 78. Wetstenii N. T. T. II. p. 169. et Glassii Philol. S. pag. 1131 seq.) explicare malunt, tamen ob disertam loci commemorationem, ubi hæc θηριομαχία facta est, et quia nec in aliis locis defuerunt hostes acerrimi, iqui se apostolo opponerent, nec inus tatum fuit, ut, qui Christi nomen profitebantur, a tyrannis bestiis objicerentur, ut ex Vopisci Aureliano et Actis Martyrum liquet, locum Pauli cum Chrysostomo et Ambrosio, præeunte versione Syraica, (in qua hæc verba leguntur: ܐܬܕܫܬ ܠܚܝܘܬܐ ܒܐܦܣܘܣ projectus sum feris Ephesi) de concertatione, proprie sic dicta, Pauli apostoli cum bestiis in theatro Ephesino explicandum esse arbitrer. Adde Diod. Sic. II. 286. Gloss. Vet. apud Labbæum: θηριομάχος, *bestiarius.*

ΘΗΡΙ'ΟΝ, ου, τὸ, 1) *fera, bellua, bestia omnis generis, quæ in desertis agit et sylvis*, a θὴρ, ὸς, ὁ, *fera.* Marc. I. 13. καὶ ἦν μετὰ τῶν θηρίων loca inculta et vasta peragrabat. Act. X. 12. XI. 6. in Apocalypsi aliquoties. 2) speciatim: *animalia, quæ morsu nocent*, unde κατ' ἐξοχὴν *serpens, bestia venenata* ita dicitur. Act. XXVII. 4, 5. coll. v. 3. ubi ἔχιδνα vocatur. Apoc. XI. 7. et XIII. 1. ubi confer versionem Syriacam. Theocr. XXIV. 54. Æschin. Dial. III. 21. Apud Plutarchum in lib. de Capienda ex Host. Utilit. p. 86. Creta dicitur χώρα ἄθηρος h. e. regio feris noxiis

et venenatis carens, quod et verum esse docet Meursius in Creta c. 8. Suid. θηρία· καὶ τὰ δάκετα, ἔχεις, φαλάγγια, ὄφεις. Conf. Bochart. Hierozoic. T. II. Lib. III. c. 2. et P. Petitus ad Aretæum de Cur. Morb. I. c. 4. p. 122. Hinc θηριακὸν φάρμακον remedium adversus venenum medicis Græcis dicitur, quod vulgo etiam θηριακή, sc. ἀντίδοτος, vocatur. 3) metaphorice: *homo, feris similis, ferinis moribus imbutus, sævus, crudelis.* Ita Cretenses Tit. I. 12. κακὰ θηρία *malæ bestiæ* vocantur, h. e. homines, ferinam indolem habentes, sanguinem sitientes et suis tantum intenti commodis. Achill. Tat. VI. p. 387. Arrian. Epictet. II. c. 9. Conf. Is. Casaub. ad Aristoph. Equit. v. 273. et in Athenæum I. 16. p. 49. Vide etiam Th. Crenii Animadv. Philol. et Hist. P. XII. p. 149 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 371. Eodem modo θὴρ metaphorice de *homine fero* usurpatur apud Eurip. Phœn. v. 1315. Θηρίον, quod in Apocalypsi aliquoties commemoratur, (v. c. cap. XIII. et XIV.) designare modo antichristum cum ejus regno, modo imperium Romanum vulgo creditur. Apoc. XV. 2. τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου pro τὸ θηρίον vincentes bestiam, coll. XII. 11. Sic מ sæpe explet accusativum, v. c. Ies. XXV. 2. מֵעִיר *urbem.* 2 Par. XX. 5. מֵיְהוָֹה *Jehovam.*

ΘΗΣΑΥΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *thesaurum comparo, opes et divitias colligo et recondo in futurum usum,* a θησαυρὸς *thesaurus.* Luc. XII. 21. οὕτως ὁ θησαυρίζων ἑαυτῷ hæc sors erit ejus, qui divitias corradit, se ipso tantum fretus. 2 Cor. XII. 14. Jacob. V. 3. ἐθησαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις nimis sero divitias vobis collegistis. Ps. XXXVIII. 10. θησαυρίζει καὶ οὐ γινώσκει, τίνι συνάξει αὐτά. 2) *colligo, congero, paro, comparo.* Matth. VI. 19. μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς non tam curam ac laborem in terrenis divitiis colligendis et acquirendis adhibete. ibid. v. 20. θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ comparate vobis bona æterna et cœlestia. Micha VI. 10. 2 Reg. XX. 17. Prov. II. 7. καὶ θησαυρίζει σωτηρίαν. Xenoph. Cyrop. VIII. 2. 12. De formicis usurpatur apud Ælian. V. H. I. 12. Hesych. θησαυρίσασαν· συνάξασαν. 3) uti Hebraicum אָצַר (quod non tantum de *opibus* usurpatur, sed etiam de quavis re alia, v. c. Amos III. 10. הָאֹצְרִים חָמָס וָשֹׁד.) *cumulo, augeo,* et de *cujuscunque rei copia, etiam ingratæ et noxiæ,* dicitur. Rom. II. 5. θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν in dies majore pœna te dignum reddis. Prov. I. 18. θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς κακά. Deut. XXXII. 34, 35. Eurip. Ion. v. 932. Diod. Sic. Lib. XX. c. 36. p. 751. ὁρῶν τεθησαυρισμένον κατ' αὐτοῦ τὸν φθόνον. Philo in Flaccum p. 990. C. διά τινας ὑπερβολὰς ἀνηκέστων κακῶν, ἃ κατ' ἐμοῦ θησαυριζόμενος. Apud eundem Lib. II. Leg. Alleg. p. 80. κακῶν θησαυροὶ aliquoties commemorantur. Plautus Mercat. Act. I. Sc. II. v. 52. Vide Vechneri Hellenolexiam Lib. II. c. 6. p. 503. 1 Cor. XVI. 2. θησαυρίζων ὅ τι ἂν εὐοδῶται et augeat illam pecuniam, prouti ipsi opportunum fuerit. 4) *repono, reservo, asservo in futuros usus.* 2 Pet. III. 7. ubi cœli et terra dicuntur τεθησαυρισμένοι πυρὶ, h. e. repositi et asservati, ut aliquando igne destruantur. Sæpius non legitur in N. T.

ΘΗΣΑΥΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie, uti *thesaurus,* (apud Virgil. Georg. IV. 228. Curt. V. 2. Senec. Ep. 115.) *receptaculum thesauri, loculus, cista, arca, vel aliud vasculum, in quo opes et res pretiosæ in futuros usus reponuntur et asservantur,* i. q. γαζοφυλάκιον (1 Macc. III. 28, 29.) et ἀποθήκη. (Cf. Alex. Ezech. XXVIII. 13.) Ita capitur Matth. II. 11. ubi magi dicuntur aperuisse τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν thesauros suos, h. e. vasa, quæ continebant res pretiosas. ibid. XIII. 52. ubi sermo est de patrefamilias, atque adeo θησαυρὸς cellam conditoriam, promptuarium, ein vorraths-gebäude oder kammer, *a storehouse or store-room,* significat: conf. Virgil. Georg. IV. 228. et Symmachum Prov. III. 10. ubi θησαυροὶ Hebr. אֲסָמִים respondens *receptacula frugum, horrea* notat, et conferenda sunt Hexapla. Ita Hebr. אוֹצָר Deut. XXVIII. 12. Jos. VI. 19. 2 Reg. XX. 13. Adde Amos VIII. 5. ubi θησαυρὸς sc. σίτου Hebr. בַּר respondet et in Itala per *horreum* vertitur. Herodot. II. c. 121. et 150. Herodian. II. 6. 11. III. 13. 9. Joseph. A. J. IX. 8. 2. Hesych. θησαυρός· εἰς ἀγαλμάτων καὶ χρημάτων ἢ ἱερῶν ἀπόθεσιν οἶκος. 2) *thesaurus,* h. e. *copia opum, bonorum et rerum pretiosarum,* speciatim *auri, argenti et vestium, quatenus recondi solent et reponi in futurum usum.* Matth. VI. 19. μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς non tam colligere et comparare vobis studete opes terrenas. 3) ut Latinum *thesaurus,* de *qualibet re pretiosa et cara,* de *omni copia et multitudine bonorum omnis generis et rerum præstantissimarum et ad corpus hancque vitam, et ad animum vitamque futuram pertinentium.* Sic v. c. bona æterna ac cœlestia præmia, quæ homines manent in futura vita, θησαυρὸς ἐν οὐρανῷ vocantur Mat. VI. 20. XIX. 21. Marc. X. 21. Luc. XII. 33. θησαυρὸς ἀνέκλειπτος ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ib. XVIII. 22.—Hebr. XI. 26. μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θησαυρῶν præferebat omnibus commodis, quibus in aula Pharaonis frui poterat. 2 Cor. IV. 7. scientia religionis christianæ θησαυρὸς vocatur. Coloss. II. 3. οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως thesauri omnis sapientiæ ac cognitionis. Julian. Or. IV. p. 245. σοφίας ἀνοίξας θησαυρούς. Xenoph. Cyrop. VIII. 2. 10. Mem. I. 6. 14. IV. 2. 9. 4) metaphorice: *animus, quia animus est velut receptaculum cogitationum et sensuum,* sive *bonorum,* sive *malorum.* Matth. XII. 35. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ, (τῆς καρδίας, quod e glossemate additur) ἐκβάλλει τὰ ἀγαθὰ bonus homo e bono animo nonnisi bona profert. ibid. ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ, coll. Luc. VI. 45. Spectant ad h. l. verba apud Phavor. θησαυρός ἐστιν ἀγαθὸς τῆς ἐν Χριστῷ φρονήσεως ἀρετὴ, πρὸς δόξαν Θεοῦ. θησαυρὸς πονηρός ἐστιν, ἐξ οὗ προφέρει (ita enim legendum est loco ἐξ ὧν προφέρεται) κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν ἐνθυμήσεις καὶ λόγους πονηρούς.

ΘΙ'ΓΩ vel alias ΘΙΓΓΑ'ΝΩ, fut. θίξω, 1) proprie: *tango, contrecto.* Coloss. II. 21. μηδὲ θίγῃς noli attingere impurum. Hebr. XII. 20. κἂν θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους. Construitur enim more verborum sensuum cum genitivo. Xenoph. Cyrop. I. 3. 5. Hesych. θίγειν· ψαῦσαι, ἅψασθαι, ἅπτεσθαι. Etym. M. I. 1. 14. 2) *lædo, interficio.* Hebr. XI. 28. ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα θίγῃ αὐτῶν ne angelus ille, mortis minister, primogenitos hominum et jumentorum interficeret, coll. Exod. XII. 22, 23. Pollux Onom. V. 80. εἰ δὲ ὁ σῦς θίγοι πλαγίως τοῖς ὀδοῦσι.

ΘΛΙ'ΒΩ, fut. ίψω, 1) proprie: *premo,* et speciatim de *pressione* dicitur, *quæ est ex nimia frequentia et multitudine populi.* Marc. III. 9. ἵνα μὴ θλίβωσιν αὐτὸν ne nimis eum premerent et urgerent. Ita ἀποθλίβω usurpatur Luc. VIII. 45. 2) *comprimo, constringo, coarcto, angustum reddo,* nam, quæ premuntur, coarc-

tantur. Sic in N. T. de via usurpatur. Matth. VII. 14. ubi τεθλιμμένη ὁδὸς (דֶּרֶךְ צָרָה seu στενόχωρος) opponitur τῇ ὁδῷ εὐρυχώρῳ, atque adeo viam arctam et angustam notat. Apud Arrianum Diss. Epictet. I. 25. θλίβειν et στενοχωρεῖν conjunguntur. 3) metaphorice: *affligo, calamitatibus afficio, persequor.* 2 Thess. I. 6. ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν pœnas sumere ab affligentibus et persequentibus vos. Θλίβομαι *affligor, calamitatibus afficior, maxime ob religionem christianam,* nam, qui affliguntur calamitatibus, ita quasi coarctantur, ut, quo se vertant, ignorent. 2 Cor. I. 6. εἴτε δὲ θλιβόμεθα sive enim affligamur ob religionem christianam, coll. v. 3. περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς. ibid. IV. 8. ἐν παντὶ θλιβόμενοι semper et ubique premimur miseriis. ubi metaphora desumta esse videtur ab athleta, cum ejus corpus adversarii lacertis implicatur et tam arcte comprimitur, ut fauces elidantur, et spiritus penitus intercludatur. ib. VII. 5. 1 Thess. III. 4. 2 Thess. I. 7. 1 Tim. V. 10. θλιβομένοις pauperibus atque egenis. Conf. Pearson. Notas ad Ignatii Epistolas p. 17. Hebr. XI. 37. ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι. Ies. XLIX. 26. XIX. 20. Ps. CV. 42. etc. Diod. Sic. XII. c. 66. οἱ Μεγαρεῖς ἐθλίβοντο τῷ πολέμῳ. Idem XX. c. 31. θλιβομένους τῇ σιτοδείᾳ. Lucian. Nigrin. 13. — Hesych. θλίβει· ὠθεῖ, πιέζει. Idem: θλίβεται· πατεῖται. τοῦτο δὲ ἐπὶ σταφυλῆς. λέγεται γὰρ καὶ ὅτε τὶς ὀλιγωρεῖ, πιέζεται. Idem tradit Lex. Cyrilli MS. Brem.

ΘΛΙ'ΨΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *pressio, compressio,* quæ est ex rerum coarctatione, ex θλίβω *premo, comprimo* et *constringo.* Hesych. θλῖψις· στένωσις. 2) metaphorice: *oppressio, afflictio, calamitas, qua alterum afficio,* etiam *ærumna, miseria omnis generis, qua premor, maxime ob religionem christianam.* Marc. XIII. 19. ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλῖψις tanta enim erit illo tempore calamitas. Act. XI. 19. ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ Στεφάνῳ persecutione exorta post Stephani mortem. 2 Thess. I. 6. ἀνταποδοῦναι τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλῖψιν pœnas sumere ab affligentibus et persequentibus vos. Rom. V. 3. ἐν ταῖς θλίψεσιν in omnibus malis ob professionem religionis christianæ, quæ Col. I. 24. θλίψεις τοῦ Χριστοῦ vocantur. Joh. XVI. 33. ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε multæ vobis ab adversariis religionis meæ perferendæ erunt calamitates. 2 Cor. I. 8. Apoc. I. 9. θλίψις Χριστοῦ afflictiones ob Christum subeundæ. De variis afflictionibus conjugum usurpatur 1 Cor. VII. 28. de afflictionibus viduarum et orphanorum Jacob. I. 27. 3) *egestas, penuria, paupertas, tenuitas.* 2 Cor. VIII. 13. οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλῖψις nolo autem, ut alii abundent, vos vero ad paupertatem redigamini. Phil. IV. 14. συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει quod mihi, paupertate presso, succurristis. 4) *dolor parturientium,* alias ὠδὶν dictus. Joh. XVI. 21. οὐκ ἔτι μνημονεύει τῆς θλίψεως jam non meminit dolorum partus; Vulgatus: *pressuræ,* non omnino male transtulit. 5) *pœna peccatorum, afflictio impiorum et in hac et in futura vita.* Rom. II. 9. θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν. Θλίψις et στενοχωρία haud raro conjunguntur in scriptoribus Græcis, v. c. Artemidor. I. 68. 82. II. 42. 55. 6) θλίψις καρδίας *mœror, tristitia,* i. q. apud nos **beklemmung des herzens**, *anguish of heart.* 2 Cor. II. 4. ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν non sine multo mœroris et tristitiæ sensu vobis scripsi. Hesych. θλίψις· λύπη.

ΘΝΗ'ΣΚΩ, fut. θανοῦμαι, præt. τέθνηκα, 1) proprie: *morior,* a fut. 1. θνήσω, verbi inusitati θνάω, a quo etiam tempora formantur, inserto κ ante ω. Luc. VIII. 49. τέθνηκεν ἡ θυγάτηρ σου mortua est filia tua. Joh. XII. 1. Λάζαρος ὁ τεθνηκὼς Lazarus, qui fuerat mortuus. Infinitiv. perf. τεθναίναι et contracte τεθνάναι legitur Act. XIV. 19. Alex. pro מוּת Genes. L. 15. Exod. IV. 19. 2) metaphorice de eo usurpatur, *qui non amplius numerari et referri inter homines potest, qui officio suo non fungitur, inutilis, ineptus.* 1 Tim. V. 6. ubi de vidua luxuriosa dicitur ζῶσα τέθνηκε, non potest in catalogum verarum et honestarum viduarum referri. Simili modo τεθνηκὼς in libris Apocryphis dicitur, *qui est pravis studiis sepultus, invalidus ad recte agendum,* v. c. Baruch. III. 4. ubi τεθνηκότες sunt iidem, qui in sequentibus ἁμαρτάνοντες dicuntur.

ΘΝΗΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) proprie: *mortalis, morti obnoxius, fragilis et caducus,* a θνήσκω, *morior.* Hinc τὸ θνητὸν, scil. σῶμα, κατ' ἐξοχὴν in N. T. dicitur *corpus humanum mortale, fragile et caducum, quo in præsenti utimur.* 1 Cor. XV. 53. καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν et hoc corpus mortale permutari cum immortali. ibid. v. 54. 2 Cor. V. 4. Alex. θνητὸς posuerunt pro אָדָם Genes. II. 7. pro חַי Job. XXX. 23. Ies. LI. 12. τίς οὖσα ἐφοβήθης ἀπὸ ἀνθρώπου θνητοῦ; Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. Sympos. 8. 29. Æschin. Socr. Dial. III. 5 et 17. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 51. 2) *mortuus,* i. q. νεκρὸς, aut τεθνηκώς. Rom. VIII. 11. ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν et nostra corpora mortua in vitam revocabit. Vide Eurip. Suppl. v. 273. 3) metaphorice: *qui alicujus rei curam et studium abjecit,* et speciatim: *qui prava studia reliquit,* quasi θνητὸς seu νεκρὸς τῇ ἁμαρτίᾳ. Rom. VI. 12. ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι in corpore vestro, quod mortuum esse debet peccato, coll. v. 11. 4) *periculo mortis expositus et obnoxius,* quemadmodum θάνατος *ipsum periculum mortis* haud raro significat. 2 Cor. IV. 11. ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν in nobis, qui cotidie in periculis mortis versamur, coll. v. 10 et 12. — Phavor. θνητός· φθαρτός. Idem: θνητόν· οὐ πᾶν τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ τὸ ζῶον πνοὴν ἔχον χωρισθῆναι δυναμένην.

ΘΟΡΥΒΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *tumultuor, perturbo, turbas excito,* et speciatim de *iis* dicitur, *qui alios ad tumultum et seditionem commovent et concitant,* a θόρυβος *tumultus, turba.* Act. XVII. 5. καὶ ὀχλοποιήσαντες ἐθορύβουν τὴν πόλιν et turba facta concitaverunt civitatem. Julian. Panegyr. c. 1. Plutarch. Cic. p. 868. F. Cf. de hac significatione Dresigium de Verbis Mediis N. T. p. 287 seq. 2) metaphorice de animo: *perturbo, aliquem sollicitum et timidum reddo.* θορυβέομαι, οῦμαι, *turbor, commoveor animo.* Act. XX. 10. μὴ θορυβεῖσθε nolite turbari. Sic θορυβεῖν de *mente* usurpatum legitur a Symmacho Cohel. VII. 8. ubi Vulg. *conturbare,* Aquila πλανᾷν, LXX autem περιφέρειν vel potius παραφέρειν habent. Adde Thucyd. VI. 11. VIII. 96 et 50. Arrian. Epictet. IV. 8. 3) θορυβέομαι *lamentor, nænias cano.* Marc. V. 39. τί θορυβεῖσθε καὶ κλαίετε; quid lamentamini et ploratis? Matth. IX. 23. per ὄχλος θορυβούμενος sunt sine dubio *præficæ* intelligendæ, h. e. mulieres, mercede conductæ, ut aliquo mortuo nænias ad tibiæ modos canerent, flerent, capillos scinderent, clamarent modumque plangendi darent aliis, quæ Hebraice מְקוֹנְנוֹת Jer. IX. 17. vocantur: Cf. Bar-

tholin. de Tibiis Veterum c. 15. p. 274. Sæpius non legitur in N. T.

ΘΟ'ΡΥΒΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie, ut Hebraicum הָמוֹן (Psalm. LXV. 8.), *strepitus, qualis est in magna hominum turba, quæ clamat*, et ex adjuncto: *tumultus, seditio.* Matth. XXVI. 5. ἵνα μὴ θόρυβος γένηται ἐν τῷ λαῷ ne tumultus exoriatur in populo. ibid. XXVII. 24. Marc. XIV. 2. θόρυβος τοῦ λαοῦ. Act. XX. 1. μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον sedato tumultu. ib. XXI. 34. XXIV. 18. ἄνευ θορύβου sine strepitu ullo. Alex. pro מְהוּמָה *strepitus, tumultuatio.* Ezech. VII. 7. et pro תְּרוּעָה *clamor, vociferatio.* Jer. XLIX. 2. Plutarch. Cæs. p. 711. B. 2) per metonymiam, *id, quod sonitum ac strepitum comitem habet*, v. c. *ingens turba et cœtus hominum.* Sic usurpatur הָמוֹן Gen. XVII. 4. Ies. V. 14. Marc. V. 38. καὶ θεωρεῖ θόρυβον, ubi θόρυβος vel *ipsam turbam hominum, quæ strepitum edit*, significat, ut sit idem, quod ὄχλος θορυβούμενος, Matth. IX. 23. vel *querulas voces* notat, *lamentationes, cantum næniarum, quem præficæ ad modos tibiarum canere solebant.* Cf. Joh. Nicolai de Luctu Græcorum cap. 9. § 4. p. 114. et Geier. de Luctu Hebræorum cap. 5. § 16 et 19. Certe in vers. Alex. θόρυβος Prov. XXIII. 29. Hebraico אֲבוֹי (*eheu!* vox lamentantis) respondet.

ΘΡΑΥ'Ω, fut. θραύσω, 1) proprie: *frango, confringo, ferio, quatio.* Alexandrini posuerunt pro רָצַץ *fregit, contrivit.* Exod. XV. 6. et pro רָצַע idem, Deut. XXVIII. 33. Ies. XLII. 4. Xenoph. de Venat. VI. 1. 2) metaphorice: *dolore, miseria* et *calamitate afficio aliquem*, unde θραύομαι metaphorice vel est: *timido et consternato animo sum, tristis* et *anxius sum, doleo*, vel: *malis* et *calamitatibus premor* et *afficior.* Duplicem adeo admittunt explicationem verba Lucæ IV. 18. ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, quæ ab aliis explicantur sic: *ut solatio erigam animos, ob peccata*, vel *ob alias graviores ærumnas contristatos, timidos* et *consternatos;* ab aliis vero, quorum sententia ob locum Ies. LVIII. 6. mihi maxime probabilis videtur, vertuntur: *ad vindicandos calamitosos.* Deut. XX. 3. μὴ φοβεῖσθε μηδὲ θραύεσθε. 1 Sam. XX. 33. ἐθραύσθη ἐπὶ τὸν Δαβίδ. Deut. XXVIII. 33. ἔσῃ ἀδικούμενος καὶ τεθραυσμένος. Hesych. τεθραυσμένος· πεπληγμένος. Idem: ἔθραυσεν· ἔπαυσεν. — θραύει· συντρίβει. — θραύσει· ἀμήσει, ἀπολεῖ. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἔθραυσεν· κατέβαλεν, ὤλεσεν. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 680. et Schweighæuseri Lexicon Polybianum s. h. v.

ΘΡΕ'ΜΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *alumnus, omnis, qui alitur*, ὁ τρεφόμενος, pro θράμμα, a præt. pass. τέθραμμαι verbi τρέφω *alo, nutrio.* Sic v. c. Νείλου θρέμμα *Nili alumnus*, Æliani V. H. I. 3. Adde Eurip. Hippolyt. v. 11. De liberis interdum dici, auctor est Hesych. θρέμματα per τέκνα explicans. 2) speciatim θρέμματα, *pecora*, notat *animalia, quæ ab hominibus aluntur*, βοσκήματα, πρόβατα, ut Hesych. interpretatur. Ælian. V. H. XII. 56. Maxim. Tyr. Diss. XXIII. p. 270. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 860. In N T. tantum extat Joh. IV. 12. ubi tamen haud pauci non *pecora*, sed *domesticos, famulitium* intelligunt. Conf. Kypke ad h. l. et Maii Obss. Sacr. Lib. IV. p. 7 seq. qui provocat partim ad Jamblichum de Mysteriis Sect. IV. c. 1. p. 105. ubi homines θεῶν γεννήματα καὶ θρέμματα καὶ παιδεύματα vocantur, partim ad Marmor Oxoniense Num. 79. et Inscriptionem Smyrnensem, quam illustravit Tob. Gutberlethus p. 113 seq. Opuscul. ubi θρέμματα ab ἀπελευθέροις, τέκνοις et ἐκγόνοις ita distinguuntur, ut servos intelligendos esse dubio careat. Cf. etiam Eurip. Iph. in Aul. v. 598.

ΘΡΗΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *lamentor, dolorem voce querula ac tristi oratione testor, lessum facio, næniam cano*, a θρῆνος *lamentum, luctus.* Matth. XI. 17. ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε lessum fecimus, neque nobiscum planxistis. Nos diceremus: wir haben begräbniss gespielt, und ihr wolltet nicht mit klagen, *we have acted a funeral part, and ye would not lament with us.* Luc VII. 32. XXIII. 27. αἳ καὶ ἐκόπτοντο καὶ ἐθρήνουν αὐτὸν quæ plangebant eumque lamentabantur. Joh. XVI. 20. ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, coll. Joel. I. 5. Sæpius non legitur in N. T. In vers. Alex. respondet Hebr. קוֹנֵן 2 Sam I. 17. III. 33. unde מְקוֹנְנוֹת *præficæ*, Jerem. IX. 16. Alex. θρηνοῦσαι. — נָהָה *lamentum edidit*, Joel. II. 4. Esech. XXXII. 18. — הֵילִיל *ejulavit, ululavit*, Jer. LI. 8. Micha I. 8. et aliis similibus verbis. Æsop. Fab. 122. Homer Il. ω', 720 seq. Hesych. θρηνεῖ· πενθεῖ, ὀλολύζει, ὀλοφύρεται.

ΘΡΗ˜ΝΟΣ, ου, ὁ, et θρῆνος, εος, ους, τὸ, *lamentatio, lamentum, cantus lugubris*, cum quis dolorem et tristitiam non tam lacrymis aut planctibus, quam potius querula voce et tristi oratione testatur, et ita differt a κλαυθμὸς et κοπετός. Semel legitur in N. T. Matth. II. 18. θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς. Alexandrini pro קִינָה *lamentatio*, 2 Sam. I. 17. Jerem. VII. 29. et נְהִי *lamentum.* Jerem. IX. 17. Amos V. 16. posuerunt, Josephus A. J. VII. 1. 6. ἐπιταφίους συγγραψάμενος θρήνους. Hesych. θρῆνος· γόος. Quomodo apud Græcos θρῆνος ab ἐπικήδειον differat, docuit præter Etym. M. s. h. v. Eustathius ad Odyss. λ'. p. 1673. 46.

ΘΡΗΣΚΕΙ'Α, ας, ἡ, *religio, cultus religiosus, sive vero Deo exhibitus, sive idololatricus, sive externus, sive internus, pietas erga Deum*, a θρησκεύω *colo, veneror*, quod est a θρῆσκος *religiosus.* Act. XXVI. 5. de religione Judaica, et speciatim ea religionis Judaicæ parte usurpatur, quæ in externis erat. Coloss. II. 18. θρησκεία τῶν ἀγγέλων summa religio, i. q. ἐθελοθρησκεία. Ad hunc locum pertinet glossa in Gloss. Gr. N. T. p. 154. θρησκείᾳ, σεβάσματι, ex emendatione scilicet Alberti. Jacob. I. 26. τούτου μάταιος ἡ θρησκεία is temere se jactat cultorem Dei. ibid. v. 27. Herodian. V. 7. 3. Sæpius non legitur in N. T. Conf. de hac voce Elsnerum in Obss. Sacr. Vol. II. p. 263. qui docuit, hanc vocem apud Græcos haud raro etiam de *superstitioso cultu divino et fictis ceremoniis* usurpari. Gloss. Vett. θρησκεία· *religio, ritus, superstitio, ceremoniæ.* Suid. θρησκεία· ἡ λατρεία.

ΘΡΗ˜ΣΚΟΣ, ου, ὁ, *religiosus, cultor Dei*, qui etiam θρησκευτὴς dicitur, etiam, *qui observandis signis externis sanctitatis putat, se satisfacere religioni, superstitiosus.* Semel legitur in N. T. Jacob. I. 26. εἴ τις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι ἐν ὑμῖν quicunque vestrum ad veri cultoris Dei nomen adspirans. Hesych. θρῆσκος· εὐσεβὴς, δεισιδαίμων, ἑτερόδοξος, h. e. *qui falsas opiniones habet de religione.* Idem: θρίσκος· (quod idem est ac θρῆσκος) περιττὸς δεισιδαίμων. Adde Etymol. M. 455. 9. Conf. Tittmanni Tr. de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 120 seq.

ΘΡΙΑΜΒΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) *triumphum ago, triumpho de aliquo, aliquem in triumpho captivum circumduco*, et ex adjuncto: *vinco, mihi subjicio*, a θρίαμβος *triumphus.* Construitur cum accusativo personæ. Coloss. II. 15. θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ triumphum de iis agens per mortem suam, seu morte sua in cruce cruenta omnes hostes suos devicit. Plutarch. Romul. p. 38. D. Coriolan. p. 231. A. Phavorinus ex Hesychio et Suida: θριαμβεύσας· δημοσιεύσας, πομπεύσας. 2) *triumphare facio, victoriam largior*, pro θριαμβεύειν ποιῶ. Eurip. Herc. Fur. v. 1596. Simili modo αὐταρκεῖν non solum *sufficienter habere*, sed etiam *satis bonorum suppeditare*, significat. Deut. XXXII. 9. κληρονομεῖν est *hæreditatem assignare*, Jos. XVII. 14. et ζῆν *vivificare* notat Ps. CXIX. 50. Hinc θριαμβεύειν metaphorice significat: *efficere, ut aliquis omnes difficultates feliciter superet.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. II. 14. τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ Deo autem gratias ago et decerno, qui nobis semper felices successus dat in propaganda religione christiana. A vero plane aberravit Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 243. qui reddit θριαμβεύοντι ἡμᾶς: triumphanti propter nos, ut ante ἡμᾶς omissum sit διά. Æque aliena ab h. l. est glossa Zonaræ Lex. c. 1057. et Phavorini, ex Œcumenio vel potius Chrysostomo ad h. l. scribentis: θριαμβεύοντι· φανεροῦντι, κατάδηλον ποιοῦντι, ad quam vide notas Ernesti in Glossis Sacris Suidæ p. 61.

ΘΡΙ'Ξ, τριχὸς, ἡ, 1) *pilus*, h. e. *tenuia filamenta, quibus natura vestivit animalia.* Hinc 2) *pellis pilosa animalium*, et interdum *ipsa vestis, quæ ex pellibus pilosis animalium confecta est.* Matth. III. 4. αὐτὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου ipse autem Johannes indutus erat vestimento ex pelli cameli, pro more prophetarum. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 257. et 2 Reg. I. 8. Marc. I. 6. ἦν δὲ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας (in aliis codd. δέῤῥην) καμήλου. Syrus bene: Ipse autem Johannes ܠܒܝܫ ܗܘܐ ܠܒܘܫܐ ܕܣܥܪܐ ܕܓܡܠܐ indutus erat vestimento pili camelorum. 2) *capillus*, seu *pilus, capitis crinis*, Matth. V. 36. οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι non potes vel unum crinem nigrum albumve reddere, h. e. nihil vales; tu non es dominus capitis tui. Formula proverbialis, ut videtur. Luc. VII. 38. καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμασσε et pedes ejus capillis suis abstergebat, honoris scilicet, animique modesti ac submissi testandi gratia, coll. Joh. XI. 2. et Apuleii Metam. l. VI. Vide etiam F. Stosch. Archæol. Œconom. N. T. p. 11 seq. Luc. VII. 44. Joh. XII. 3. 1 Pet. III. 3. Apoc. I. 14. ubi formulam τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς τρίχας Syrus recte per Hendiadyn explicavit: τὰς τρίχας τῆς κ. Ib. IX. 8. ὡς τρίχας γυναικῶν ut comam mulierum, nempe densiorem et promissiorem. 3) metaphorice: pro *re quavis minuta et nullius pretii.* Vide Suidam s. h. v. ἄξιος τριχός. Aristoph. Ran. v. 627. ἢ ἔκλεψα τῶν σῶν ἄξιόν τι καὶ τριχός. cui simile est, quod Cicero ad Attic. V. 20. scribit: E Cappadocia ne pilum quidem scil. abstuli. Matth. X. 30. ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ἠριθμημέναι εἰσὶν vestros capillos in numero habet Deus, h. e. Deus summam vestrum et diligentissimam curam habet. Luc. XII. 7. XXI. 18. καὶ θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς οὐ μὴ ἀπόληται et capillus ex capite vestro non peribit, h. e. nihil mali ac damni sentietis, seu, Deus ab omni parte vos tuebitur. Act. XXVII. 34. οὐδενὸς ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται, scil. εἰς τὴν γῆν, ne capillus quidem ullius vestrum in terram cadet, h. e. ne minimum quidem damnum vobis accidet, seu, in vivis manebitis. Eodem modo Hebræi, cum *aliquem de salute et vita securum esse* volunt, dicunt: *capillum ex capite ejus non casurum in terram*, v. c. 1 Sam. XIV. 45. אִם יִפֹּל מִשַּׂעֲרַת רֹאשׁוֹ אַרְצָה 2 Sam. XIV. 11. 1 Reg. I. 52. ut his et aliis exemplis demonstravit Vorst. in Diatr. de Adag. N. T. c. 6.

ΘΡΟΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *turbo, tumultuando clamo, acclamo;* θροέομαι, οῦμαι, *turbor, turbulentis clamoribus perturbor, strepitu percellor ac perterrefio*, a θρόος *clamor tumultuantium*, quod est a præt. med. τέθροα, verbi θρέω, vel potius θρέομαι, *tumultuando clamo.* Æschyl. Prometh. 612. Eurip. Ion. 784. Eustathius in Il. δ', p. 377. 7. τοῦ δὲ θρόος πρόκειται ῥῆμα τὸ θρέω, ἤγουν σὺν θορύβῳ βοῶ ἢ λαλῶ. οἷον πάθεα θρεομένης, καὶ θρεομένη σαυτῇ κακά. 2) θροέομαι *animo perturbor, perterrefio, animum despondeo.* Matth. XXIV. 6. ὁρᾶτε, μὴ θροεῖσθε videte, ne animum despondeatis, coll. Luc. XXI. 9. μὴ πτοηθῆτε. Marc. XIII. 7. 2 Thess. II. 2. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini utuntur τῷ θροεῖσθαι pro Hebraico הָמָה Cant. V. 4. quod Theodotion Jer. IV. 19. per ταράσσεσθαι reddidit. Alberti Gloss. Græc. p. 149. θροεῖσθαι· θορυβεῖσθαι.

ΘΡΟ'ΜΒΟΣ, ου, ὁ, *omnis gutta major, concreta et viscida, grumus*, ut explicatur in Gloss. Vet. Sic semel legitur in N. T. Luc. XXII. 44. ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν et sudor ejus ut guttæ sanguineæ defluebat, h. e. non pro more lente stillabat, sed erumpebat quasi sanguis, et guttis grandibus ora humectabat. Similis locus est apud Eurip. Hecub. v. 243. In scriptis medicorum Græcorum admodum frequenter vox θρόμβος de *gutta spissi et coagulati sanguinis, et de sanguine coagulato* in universum usurpatur, v. c. Dioscorid. I. c. 102. Hesych. θρόμβος· αἷμα παχὺ πεπηγὸς ὡς βουνοί. Cf. Foësii Œcon. Hippocr. p. 167. Usurpatur tamen etiam de *guttis alius cujusvis massæ*, v. c. de grumis arborum, Dioscorid. I. 68. de guttis bituminis apud Herodot. I. c. 279. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 939. Hinc substantivum θρόμβωσις *coagulatio* apud Dioscor. II. c. 21. γάλακτος θρόμβωσις.

ΘΡΟ'ΝΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *thronus*, h. e. *solium*, seu *sella augustior cum subsellio*, seu *suppedaneo, quæ tribuitur, ut aliis hominibus primariis*, v. c. *judicibus, ita maxime regibus*, a præt. med. τέθροα, verbi θράω *sedeo*, ut auctor est Athenæus Lib. V. p. 192. ed. Casaub. ὁ θρόνος μόνον ἐλευθέριός ἐστι καθέδρα σὺν ὑποποδίῳ, ὅπερ θρῆνυν καλοῦντες, ἐντεῦθεν ὠνόμασαν θρόνον τοῦ θρήσασθαι χάριν, ὅπερ ἐστὶ τοῦ καθέζεσθαι τάσσουσιν. Pollux IV. 19. 2. Apoc. IV. 2—6. etc. 2) *domicilium, in quo rex habitat*, seu *regia ejus.* Hoc sensu cœlum θρόνος τοῦ Θεοῦ vocatur Matth. V. 34. XXIII. 22. Act. VII. 49. Apoc. XXII. 3. ex usu loquendi Judæorum Ies. LXVI. 1. quemadmodum etiam Sophocles in Antigone cœlum vocat Διὸς θρόνους. Theocrit. Idyll. VII. 93. Huc etiam pertinet locus Apoc. II. 13. ubi θρόνος τοῦ Σατανᾶ civitatem notat, ubi regnat vitiositas et idololatria. 3) per metonymiam signi pro signato: *imperium regium, summa majestas, dignitas, potentia* et

auctoritas, ad quam aliquis evectus est. In hac vero metaphorica significatione in N. T. tribuitur *Deo, tanquam summo regi atque judici,* et *Christo, futuro hominum judici et omnium Domino,* in omnibus locis, ubi uterque sedere legitur in throno majestatis, καθίζειν ἐν τῷ θρόνῳ τῆς δόξης, seu μεγαλωσύνης. Matth. XIX. 28. XXV. 31. Hebr. VIII. 1. XII. 2. Apoc. I. 4. III. 21. etc. Καθίζειν ἐπὶ θρόνους *summo honore, insigni auctoritate et felicitate frui.* Matth. XIX. 28. Luc. XXII. 30. Luc. I. 32. καὶ δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ et concedet ei Dominus Deus regnum Davidis parentis sui. ibid. v. 52. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων imperio deturbat principes. Act. II. 30. Hebr. I. 8. ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος imperium tuum, O Deus, est æternum. Ita כִּסֵּא Ps. XLV. 7. ibid. LXXXIX. 46. ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τοῦ θρόνου αὐτοῦ. Conf. El. Palairet. Obss. Philol. p. 151. 4) *is, qui throno utitur, rex, insigni dignitate et majestate præditur.* Coloss. I. 16. θρόνοι *reges celsissimi,* aut secundum alios, *angeli.* Hebr. IV. 16. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος animo, fiducia pleno, Deum benignum adeamus; nam θρόνος τῆς χάριτος h. l. pro ipso Deo benigno ponitur, quia a Judæis fingebatur in throno, vel operculo arcæ fœderis, sedens. Suidas: θρόνος· φησὶν ἡ γραφή· κεκάθικεν ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ τὸ σπέρμα Ἰεχονίου. θρόνον δηλονότι τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα λέγων. καὶ θρόνοι ἀνομίας· οἱ ἄδικοι κριταί. Phavor. θρόνοι· δυνάμεις ἅγιαι, ἀχώριστοι Θεοῦ.

ΘΥΑ´ΤΕΙΡΑ, ων, τὰ, *Thyatira.* Urbs Lydiæ vel Mysiæ parum celebris ad Lycum fluvium, *Pelopia* et *Euhippa* olim dicta, (teste Plinio H. N. V. 29.) colonia Græcorum Macedonum inter Sardes et Pergamum sita. Ex hac urbe Lydia, purpurarum venditrix, oriunda fuit. Act. XVI. 14. et ibidem una fuit ex septem ecclesiis Asiæ, in Apocalypsi Johannis I. 12. II. 18. memoratis. A Turcis hodie vocatur *Akhizar,* seu *Akhissar.* Conf. Wesseling. ad Antonin. Itiner. p. 336. et Büschingii Asiam ed. 2. p. 77. Extat etiam peculiaris F. Stosch D. Histor. de Ecclesiæ Thyatirensis tempore Johannis apostoli existentia (Francf. ad Viadr. 1739. 8.) recusa in Ej. Syntagm. Diss. VII. de totidem nominibus urbium Asiæ in Apocalypsi p. 73 seq. Adde Eichhornii Comment. in Apocal. Vol. I. p. 108 seq.

ΘΥΓΑ´ΤΗΡ, τέρος, per syncopen τρὸς, ἡ, 1) proprie: *filia.* Matth. IX. 18. X. 35, 37. XV. 22. Act. VII. 21. etc. 2) per synecdochen denotat *eam, quæ ex posteris alicujus ortum trahit, progeniem, unam ex posteris.* Pluralis θυγατέρες *familia, posteri.* Luc. I. 5. ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρὼν ex familia Aaronis. ib. XIII. 16. θυγατέρα Ἀβραὰμ quæ ab Abrahamo originem ducit. (Cf. Joseph. de Maccabæis I. 15. T. II. p. 517.) Act. II. 17. Conf. Vorstii Philol. Sacr. c. 24. p. 504. ed. Fischeri. 3) *incola urbis,* sive sexus ratio habeatur, sive non. Matth. XXI. 5. εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιὼν dicite incolis Hierosolymarum. Joh. XII. 15. ubi Σιὼν æque ac in priori loco ipsam urbem Hierosolymam significat, et θυγατέρες ejus incolas notat, sine ullo sexus respectu. Sexus tamen respectus habetur in loco Luc. XXIII. 28. θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ cives Hierosolymitanæ, coll. v. 27. Eodem modo Hebræi eos, qui regionem aut urbem aliquam incolunt, ejus בַּת, filiam, appellant. Sic v. c. Psalm. CXXXVII. 8. בַּת-בָּבֶל Babylonii, Jer. XLVI. 24. בַּת-מִצְרַיִם Ægyptii, Thren. II. 2. Ies. XLVII. 11. LXII. 11. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 24. p. 500 seq. 4) θύγατερ, ut Hebraicum בַּת, est vox amice compellantis, declarantisque fœminæ, quamvis alienæ, amorem et benevolentiam. Matth. IX. 22. Marc. V. 34.

ΘΥΓΑ´ΤΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *filiola, filia,* diminutivum a θυγάτηρ *filia.* Marc. V. 23. VII. 25. Sæpius non legitur in N. T. Athenæus XIII. p. 581. C.

ΘΥ´ΕΛΛΑ, ας, ἡ, *procella, turbo, magna ac turbulenta tempestas,* a θύω *impetuose ruo,* et ἄελλα *procella, turbo,* (Hesiod. Theog. 874. κακῇ θύουσιν ἀέλλῃ.) eo, quod impetu fertur. Legitur semel in N. T. Hebr. XII. 18. καὶ θυέλλῃ, coll. Exod. XIX. 16. In vers. Alex. Hebraico עֲרָפֶל respondet Deut. IV. 11. et V. 22. (19.) Aristoteles de Mundo c. 4. θύελλα δὲ πνεῦμα βίαιον, καὶ ἄφνω προσαλλόμενον. Homer. Odyss. V. 317. Ammonius sub voce ἄελλα· θύελλα δὲ ἄελλα θύουσα καὶ ὁρμῶσα. Hesych. θύελλα· ἀνέμου συστροφὴ, ἢ ὁρμὴ ἢ καταιγὶς — θύελλαι· τῶν ἀνέμων καταιγιδώδεις πνοαὶ καὶ συστροφαί. Albert. Gloss. Gr. p. 185. θύελλα· λαίλαψ, ἄνεμος κυκλούμενος.

ΘΥ´ΪΝΟΣ, η, ον, *thyinus, qui est ex thya confectus, citreus,* a θύος, seu θύα, *citrus, peculiaris Cyrenaicæ et Hammonaicæ Libyes arbor odorifera, quæ suffitui adhibebatur, quam etiam a veteribus magni æstimatam, et exinde ædificia templorum vetustissimorum constructa fuisse, Theophrastus auctor est,* teste Plinio H. N. XIII. 16. Semel commemoratur in N. T. Apoc. XVIII. 12. καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον et omne lignum citreum. Syrus: ܘܟܠ ܩܝܣܐ ܕܒܣܡܐ: *et omnis ligni aromatici.* Lectu digna de hac voce habet Salmasius ad Solinum cap. 46. p. 667. et in Homon. Hyl. Iatr. c. 67. Wesseling. ad Diod. Sic. V. c. 46. p. 667. Celsius Hierobot. T. II. p. 22. et Wetstenius N. T. T. II. p. 828.

ΘΥΜΙ´ΑΜΑ, ατος, τὸ, 1) proprie: *odoramentum, quod suffitur, suffimentum ex aromatibus incensum, thus,* a θυμιάω *suffitum facio, suffio.* Apoc. V. 8. φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας θυμιαμάτων phialas aureas, plenas suffimentis. ibid. VIII. 3, 4. καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων. ib. XVIII. 13. Confer vers. Alex. Exod. XXV. 6. ubi Hebraico בֹּשֶׂם respondet, et Genes. XXXVII. 25. XLIII. 11. ubi pro Hebraico נְכֹאת *aromata* ponitur. Plutarch. T. V. p. 139. edit. Reisk. et T. VI. p. 358. Herodian. I. 12. 4. θυμιάμασί τε καὶ ἀρώμασι, ad quem locum bene monuit Irmischius, utramque vocem ita differre, ut ἀρώματα sint *odores, res bene olentes,* v. c. herbæ, plantæ, flores, fructus, ligna, grana etiam, interdum confecta inde olea et unguenta, θυμιάματα vero sint *odores iidem, quatenus incenduntur ac cremantur.* 2) per metonymiam: *ipsa suffitum faciendi actio.* Luc. I. 16. τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματος hora matutina, qua thus adolebatur. Cf. Ex. XXX. 7. ibid. v. 11. τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος altaris, in quo suffitus fiebat, quod Hebraice vocabatur מִזְבַּח מִקְטַר קְטֹרֶת Exod. XXX. 1. et de quo confer Wets. N. T. T. I. p. 647.

ΘΥΜΙΑΤΗ´ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, in universum *omne* notat, *in quo sunt θυμιάματα,* aut *in quo fit suffitio;* nam omnia verba, in ήριον desinentia, de loco quovis dicuntur, quo quid est aut fit. Hinc interdum *altare suffitionis* notat apud Josephum A. J. III. 6. 8. et Philonem de Vita Mo-

sis p. 668. edit. Paris. Sed in N. T. libris, ubi semel Hebr. IX. 4. legitur, θυμιατήριον non *altare suffitus* notat, quod in sancto stetisse e Lucæ I. 11. constat, sed *thuribulum* et *acerram* significat; nam non solum Paulus adytis tabernaculi attribuit θυμιατήριον, sed etiam idem nomen Græcum pro Hebraico מִקְטֶרֶת in vers. Alex. positum reperitur 2 Chron. XXVI. 19. Ezech. VIII. 11. Adde Ælian. V. H. XII. 51. Demosthen. p. 617. 3. edit. Reisk. Thucyd. VI. 46. ubi θυμιατήρια etiam *vas* notat, *in quo thura adolentur*. Conf. Ludov. de Dieu Crit. Sacr. p. 744. ac Deylingii Obss. SS. P. II. p. 560 seq.

ΘΥΜΙΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, *suffitum facio, suffio, odoramenta incendo,* a θύω, quod idem significat. Conf. Schol. Aristoph. Plut. v. 137. et Casaub. ad Athen. II. 939. Legitur in N. T. tantum in infinitivo Luc. I. 9. ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι, scil. μέρος, partes suffiendi sorte accepit. Alexandrini pro קָטַר *adolevit, suffitum fecit,* Exod. XXX. 7, 8. XL. 27. Ies. LXV. 3, 7. et pro nomine קְטֹרֶת *suffitus,* Exod. XL. 5. adhibuerunt.

ΘΥΜΟΜΑΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *infenso animo bellum meditor,* vel *gero,* ex θυμὸς *ira* et μάχομαι *pugno.* Dionys. Hal. Ant. V. 11. 2) *infenso in aliquem sum animo, iratus sum,* q. d. ἐν θυμῷ μάχομαι, seu, *animo bello,* ut de Hannibale Cornelius Nepos cap. 1. loquitur. Construitur cum dativo et legitur in N. T. semel Act. XII. 20. ἦν δὲ θυμομαχῶν Τυρίοις erat infenso animo in Tyrios, vel: pugnaturiebat cum Tyriis, etc. Polyb. Exc. Leg. 69. T. II. ed. Ernesti p. 680. θυμομαχοῦντες ἐπὶ τοῖς γεγονόσι. Diod. Sic. XVII. 33. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 528. et Schweighæuseri Lexic. Polyb. s. h. v.

ΘΥΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *animus, mens,* seu, *ea facultas animi, quæ appetit bona, et mala aversatur.* Ita in exterorum scriptorum libris frequenter legitur, v. c. Hesiod. Opp. et D. v. 13. διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν in diversa autem animum distrahunt. Hesych. θυμός· ψυχή, προαίρεσις, ἐπιθυμία. 2 Macc. VII. 2. Hinc 2) per metonymiam: *quilibet vehementior animi affectus,* et speciatim *animi excandescentia et vehementia, iracundia, ira nascens et modo existens,* et ita differt ab ὀργὴ, quod *cupiditatem ulciscendi iramque integram* significat, quanquam hæc differentia non est perpetua. Vide Scholiasten Aristoph. ad Ran. v. 868. Diogen. Laërt. Zen. s. 113. et Menagii Comment. p. 303. Cic. Tusc. Quæst. IV. 9. Ita vero tribuitur Deo in N. T. quatenus impios pœnis afficit, Apoc. XIV. 10. ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ. ibid. v. 19. XV. 1, 7. XIX. 15. *Satanæ,* qui ira immani et nocendi cupidine in homines. fertur, Apoc. XII. 12. et *hominibus,* qui ira injusta æstuant in alios. Luc. IV. 28. ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ omnes vehementer irati. Act. XIX. 28. γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ. 2 Cor. XII. 20. θυμοὶ *iræ,* ut Latinum *animi.* Galat. V. 20. Ephes. IV. 31. Coloss. III. 8. Hebr. XI. 27. Xenoph. de Re Equestri IX. 2. Genes. XLIX. 6. Dan. III. 19. Hesych. θυμός· ὀργή. Suid. sub θυμὸς ὀργῆς· ὁ μὲν γὰρ θυμὸς ὀξὺς καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ὀργὴ βραδυτέρα μὲν, μονιμωτέρα δέ. — Θυμὸς καὶ ὀργὴ *summa ira.* Apoc. XVI. 19. XIX. 15. coll. Exod. XXXII. 11. Deut. XXIX. 23. et Wetstenii N. T. T. II. p. 31. 3) per metonymiam causæ pro effectu: *pœna.* Rom. II. 8. θυμὸς καὶ ὀργὴ pœna gravissima. 4) catachrestice: *venenum,* ex usu linguæ Hellenisticæ. Apoc. XIV. 8. ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ ex vino venenato, seu philtro. coll. Hos. VII. 5. יֵין הַחֵמָה. ibid. XVI. 19. XVIII. 3. Hebraicum חֵמָה non solum *excandescentiam,* sed etiam *venenum* notat Job. VI. 4. Deut. XXXII. 24. Alex. μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ τῆς γῆς, et v. 33. θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν. In eadem versione θυμὸς Hebraico רֹאשׁ *venenum* respondet. Deut. XXXII. 33. θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος. Job. XX. 16. Amos VI. 12. Adde Sapient. XVI. 5.

ΘΥΜΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *ad iram provoco, irrito, facio, ut aliquis excandescat,* a θυμὸς *ira.* Θυμόομαι, οῦμαι, *excandesco, animo graviter irascor,* legitur semel in N. T. Mat. II. 16. ἐθυμώθη λίαν excanduit vehementer. Alexandrini pro חָרָה Genes. XXX. 2. Ies. V. 25. Xenoph. Cyrop. V. 5. 5. et Anabas. II. 5. 2.

ΘΥ'ΡΑ, ας, ἡ, 1) *ostium, janua in domo, per quam datur ingressus,* et proprie differt a πύλη, quod de *portis urbium* usurpatur, v. c. apud Thucyd. II. 4. Sed sæpe promiscue ponuntur non solum apud Alexandrinos, sed etiam apud exteros scriptt. v. c. Sophoclem in Œdip. Tyrann. v. 1268. Hesych. πύλαι· θύραι. Matth. VI. 6. Marc. I. 33. Luc. XIII. 25. Joh. XX. 26. τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. Usurpatur hic pluralis sensu singulari, perinde, ut Latinorum *fores.* Luc. XI. 7. ἤδη ἡ θύρα κέκλεισται jam serum noctis est. Τὸ seu τὰ πρὸς τὴν θύραν, scil. χωρία s. μέρη, *quæ sunt ante januam,* h. e. *vestibulum,* seu locus ante januam domus vacuus, per quem a via aditus accessusque ad ædes est, ut verbis utar Gellii N. A. XVI. 16. i. q. τὸ πρόθυρον Genes. XIX. 6. Homer. Odyss. α', v. 103. et τὰ πρόπυλα, Axioch. 19. Marc. II. 2. ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν ut ne vestibulum quidem eos amplius caperet omnes. 2) metaphorice: *aditus ad rem aliquam, facultas alicujus rei, occasio,* ut *janua* apud Cic. de Orator. I. c. 47. Ovid. Amor. III. Eleg. 12. v. 11. et *fores* apud Cic. XIII. Ep. 10. "amicitiæ *fores* aperiuntur." Act. XIV. 27. ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύραν πίστεως, ubi θύρα πίστεως aditum ad fidem christianam, seu, facultatem transeundi ad religionem christianam notat. 1 Cor. XVI. 9. θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη occasio sese mihi offert insignis multos adducendi ad religionem christianam. Eodem sensu hæc vox legitur 2 Cor. II. 12. Coloss. IV. 3. ubi θύρα τοῦ λόγου est occasio et facultas tradendæ religionis christianæ. Apoc. III. 8. δέδωκα ἐνώπιόν σου θύραν ἀνεῳγμένην aditus ad me tibi patet. Sic פֶּתַח Hos. II. 17. Symmach. εἰς θύραν ἐλπίδος. Plutarch. Symposiac. II. Quæst. III. p. 636. θύρας ἐπὶ σεαυτὸν ἀνοίξας. Lucian. T. II. p. 720. ed. Reitz. Zenob. Cent. I. Prov. 89. ἀνεῳγμέναι Μουσῶν θύραι. Conf. etiam Wesseling. Obss. I. 21. et Schultensium ad Harir. Consess. III. p. 180. 3) *is, qui aditum et facultatem ad aliquam rem dat.* Hinc hoc nomine Christus se ipsum designat Joh. X. 7 et 9. ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων ego sum janua, quæ ducit ad ovile, h. e. per meam doctrinam tantum fieri aliquis potest civis cœtus divini. 4) Formulæ ἐπὶ θύραις εἶναι et πρὸ θυρῶν ἑστάναι significant: *propinquum esse, imminere, adesse, brevi futurum esse, instare,* ut Latinorum *in limine adesse* (Virgil. Æn. VIII. v. 656.) et de rebus æque ac personis et tempore adhibetur. Matth. XXIV. 33. γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις intelligite, præ foribus adesse, seu instare hoc tempus. Marc. XIII. 29. Eodem

modo formula ἐγγὺς πρὸ ϑυρῶν ἐστι apud Græcos de *iis, quæ instant et brevi futura sunt*, usurpatur, v. c. Aristoph. Plut. v. 767. Jac. V. 9. ἰδοὺ ὁ κριτὴς πρὸ τῶν ϑυρῶν ἕστηκεν, h. e. ἐγγύς ἐστι, seu πάρεστι, judex subito aderit nec morabitur. Longe alio sensu de Christo Apoc. III. 20. dicitur ἕστηκα ἐπὶ τῆς ϑύρας καὶ κρούω sto ante ostium et pulso, h. e. admitti cupio ad familiaritatem, seu summo homines emendandi et felices reddendi desiderio teneor. Et paulo post: ἐάν τις ἀνοίξῃ τὴν ϑύραν, h. e. si quis salutaria monita mea admittat. 5) interdum omittitur, v. c. Luc. XIII. 25. post verba ἄνοιξον ἡμῖν.

ΘΥΡΕΟ'Σ, οῦ, ὁ, *scutum forma majori eaque oblonga*, (unde Josephus A. J. VIII. 7. § 2. scuta Romanorum vocat ϑυρεοὺς ἐπιμήκεις.) *quod totum fere corpus tegebat, et corpori muniendo pariter ac hostium telis repellendis accommodatum erat*, ita dictum a ϑύρα *janua*, quia januæ similitudinem referebat. Differt ab ἀσπὶς *clypeus, forma orbiculari ac paulo breviori*, de qua vocum differentia Wesselingius ad Diod. Sic. T. II. p. 501. conferendus est. Vide etiam Alberti Obss. Philol. in N. T. p. 374. Lipsum de Militia Romana L. III. p. 166. et Elsner. Obss. Sacr. T. II. p. 231. qui non solum ϑυρεὸς esse nomen probæ notæ multis exemplis docuerunt, sed etiam differentiam inter ϑυρεὸν et ἀσπίδα supra notatam non esse perpetuam, recte observarunt, variisque exemplis (v. c. Polybii VI. 21. Dionys. Halic. Ant. p. 160.) probarunt, quibus adde Ez. Spanhemium ad Juliani Orat. p. 241. et Turnebi Adverss. Lib. II. c. 27. 2) metaphorice: *omne, quod impetus hostiles repellere et irritos reddere valet.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. VI. 16. ἀναλαβόντες τὸν ϑυρεὸν τῆς πίστεως fiducia in Deo ejusque potentissimo auxilio sit vobis clypei instar, seu, efficiat, ut calamitates, etiam gravissimæ, vobis nocere nulla ratione possint.

ΘΥΡΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) proprie: *ostiolum.* Diminutivum a ϑύρα *janua.* 2) *fenestra*, h. e. *quævis apertura minor in muro, locus patens in pariete.* Hesych. ϑυρίς· ὀπὴ μικρά. Bis tantum legitur in N. T. Act. XX. 9. καθήμενος ἐπὶ τῆς ϑυρίδος sedens ad fenestram. 2 Macc. III. 19. Polyb. XII. 25. 3. Palæph. de Incredib. cap. 13. 2 Cor. XI. 33. καὶ διὰ ϑυρίδος ἐχαλάσθην et per aperturam muri demissus sum. In versione Alex. respondet Hebraico חַלּוֹן Jos. II. 15, 18. Judd. V. 28. 2 Sam. VI. 16. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 210.

ΘΥΡΩΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, *januæ custos, janitor, ostiarius*, ex ϑύρα *janua* et ὥρα *cura*, unde οὖρος *custos.* Marc. XIII. 34. Joh. X. 3. Alexandrini pro שֹׁעֵר 2 Reg. VII. 10. Adde Ezech. XLIV. 11. et Xenoph. Cyrop. VII. 5. 23. Hist. Græc. VII. 1. 26. Ἡ ϑυρωρὸς *janitrix, ostiaria.* Nam mos erat Hebræis, etiam fœminis uti janitricibus. 2 Sam. IV. 6. Joh. XVIII. 16, 17. Suid. ϑυρωρός· ὁ φύλαξ τῆς ϑύρας. λέγεται καὶ ϑηλυκῶς. Cæterum observandum est, veteribus janitores servos fuisse, vel ancillas, quæ ad intrantes et exeuntes attenderent, et januas domorum interdiu noctuque clausas fuisse. Vide Pignorium de Servis p. 443.

ΘΥΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *mactatio pecudis ad esum vel ad sacrificationem, sacrificii oblatio*, a ϑύω *macto, sacrificia offero.* 2) metonymice: *ipsa victima, hostia, quæ mactatur in honorem Dei, sacrificium cruentum*, et respondet Hebraico זֶבַח Genes. XXXI. 54. Levit. III. 1, 3, 6, 9. Matth. IX. 13. Marc. IX. 49. πᾶσα ϑυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται et omnis victima sale condienda est. Hebr. V. 1. VIII. 3. IX. 9. δῶρα καὶ ϑυσίας. ibid. VII. 27. ϑυσίας sacrificia expiatoria, seu victimas piaculares. ibid. IX. 23. κρείττοσι ϑυσίαις pro κρείττονι ϑυσίᾳ. Sermo enim est de uno Christi sacrificio. Eodem sensu legitur ibidem X. 1, 11. Act. VII. 41. de sacrificiis usurpatur, quæ vitulo aureo offerebantur. 3) si τῷ ὁλοκαύτωμα opponitur, significat *victimam, cujus pars tantum aræ imposita adolebatur, reliqua autem pars sacerdotibus et convivio sacro cedebat.* Marc. XII. 33. πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ ϑυσιῶν præstantius est omnibus holocaustis et victimis. 4) *carnes victimarum residuæ, quarum pars assignata erat sacerdotibus, altera autem convivio cedebat.* 1 Cor. X. 18. οὐχὶ οἱ ἐσθίοντες τὰς ϑυσίας; nonne, qui carnes residuas victimarum edunt? Deut. XVIII. 1. Hos. VIII. 13. 5) metaphorice: *omnis res, Deo devota et consecrata, quidquid in Dei honorem præstatur et suscipitur.* Sic v. c. corpus Christi, quo acerbissimos cruciatus et infame crucis supplicium humanæ salutis caussa ex decreto Dei pertulit, ϑυσία vocatur a Paulo Hebr. X. 12. coll. Ephes. V. 2. Rom. XII. 1. παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν ϑυσίαν ζῶσαν ut corporibus vestris verum Deo cultum præstetis. Phil. IV. 18. beneficium, in alios collatum, pietatis erga Deum declarandæ causa, ϑυσία δεκτὴ vocatur, coll. Hebr. XIII. 16. Phil. II. 17. ubi ϑυσία vel prædicationem doctrinæ christianæ, vel ipsos homines significat, qui per religionem christianam Deo grati et accepti redduntur, coll. Rom. XV. 16. 1 Petr. II. 5. πνευματικὰς ϑυσίας sacrificia, quæ animo quasi offeruntur, h. e. pia animi sensa et actiones, legibus divinis consentaneas. Vide Schœttgenium in Horis Hebr. et Talmud. in h. l. Phav. ϑυσία πνευματική ἐστιν συνειδὸς καθαρὸν ἐπὶ τὴν κατάστασιν τοῦ νοῦ, ὡς ἐπὶ τὸ ϑυσιαστήριον κείμενον. 6) interdum omittitur, v. c. Luc. II. 22. post παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, observante Palaireto in Obss. Phil. Crit. p. 159. Eadem ellipsis reperitur Sirac. XXXV. 1. ϑυσιάζων σωτηρίου, scil. ϑυσίαν. ibid. v. 2. ϑυσιάζων αἰνέσεως, sc. ϑυσίαν.

ΘΥΣΙΑΣΤΗ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, 1) *altare, locus, in quo sacrificia et oblationes fiunt*, a ϑυσιάζω *sacrifico;* speciatim: *ara holocaustorum*, Hebraice מִזְבֵּחַ Genes. VIII. 20. XII. 7, 8. XIII. 14, 18. etc. Matth. V. 23. ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ ϑυσιαστήριον quodsi offeras munus tuum in altari. Ibid. XXIII. 35. ubi videndus Grotius. Luc. I. 11. τοῦ ϑυσιαστηρίου τοῦ ϑυμιάματος altaris suffitus. 1 Cor. IX. 13. οἱ τῷ ϑυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες sacerdotes, qui cotidie ad aram versantur et ministerio funguntur. Luc. XI. 51. μεταξὺ τοῦ ϑυσιαστηρίου inter altare holocaustorum; de quo vide Wetstenium N. T. T. I. p. 491. Hebr. VII. 13. ἀφ' ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ ϑυσιαστηρίῳ ex qua nullus ad altare accessit, seu munere sacerdotali functus est. Apoc. XI. 1. per ϑυσιαστήριον non intelligendum est altare holocaustorum, sed altare suffitus, quo sanctum (ναὸς) instructum erat. 2) per metonymiam: *victima piacularis, quæ in ara offertur.* 1 Cor. IX. 13. τῷ ϑυσιαστηρίῳ συμμερίζονται accipiunt partem carnium residuarum victimarum, quæ offeruntur. Hebr. XIII. 10. ἔχομεν ϑυσιαστήριον habemus nos etiam victimam piacularem, nempe Christum. 3) *ipsum numen, quod religiose colitur victimis, in ara oblatis.* 1 Cor. X. 18. κοινωνοὶ τοῦ ϑυσιαστηρίου εἰσὶ fatentur palam, se Deum colere, cujus

est altare. 4) ponitur pro ὁ ἄγγελος τοῦ θυσιαστηρίου. Apoc. XVI. 7. ἤκουσα τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος, ubi videndus Eichhornius. Alii vertunt: vocem audivi ex altari emissam.

ΘΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *odoramenta accendo, diis odores adoleo, suffio*, i. q. θυμιάω, unde θύωμα *odoramentum*. Porphyr. de Abstin. Anim. II. 5. Confer Grævii Lectiones Hesiodeas c. 8. 2) ut Hebraicum זָבַח (1 Sam. I. 4.), *macto pecudes, vel ad esum, vel ad sacrificandum*, et ex adjuncto per metonymiam *sacrifico, immolo*. Matth. XXII. 4. οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα tauri mei et altilia mea mactata sunt. Act. X. 13. θῦσον καὶ φάγε macta et ede. Luc. XXII. 7. de mactatione agni paschalis adhibetur, coll. Deut. XVI. 2, 5. Act. XIV. 13, 18. τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς ne ipsis victimas immolaret. 1 Cor. X. 20. Vide Spanhem. ad Aristoph. Plut. 137. 3) *occido, trucido, interficio, violenter vita exuo*. Joh. X. 10. In notione *dilaniandi ac devorandi* legitur apud Æsop. fab. 218. Cæterum 1 Cor. V. 7. in pluribus melioribusque codd. etiam Hesychio (ἐτύθη, ἐσφάγη) pro ἐθύθη legitur ἐτύθη, de qua scripturæ varietate vide Fischeri Anim. Weller. Spec. I. p. 149.

ΘΩΜΑ͂Σ, ᾶ, ὁ, *Thomas*. Est nomen proprium unius ex duodecim Christi apostolis. Marc. III. 18. Hebr. תְּאוֹם, quod *geminum* significat, unde Græce dicitur Δίδυμος, Joh. XX. 24. Matth. X. 3. Luc. VI. 15. Joh. XI. 16. XIV. 5. XX. 24, 26—29. XXI. 2. Act. I. 13. Hesychius, Phavorinus et Alb. Gloss. Gr. p. 10. Θωμᾶς· ἄβυσσος (תְּהוֹם) ἢ Δίδυμος (תְּאוֹם). Θωμᾶς tamen nudum fuisse cognomen apostoli, proprium autem nomen Jacobus, cujus mentio fit 1 Cor. XV. 7. contendit Heumannus in notis German. ad l. l. et in Miscell. Groning. T. III. p. 301.

ΘΩ'ΡΑΞ, ακος, ὁ, *thorax*, 1) proprie: *pectus*, seu pars corporis a collo usque ad umbilicum, ubi costæ desinunt, quæ etiam Latinis *thorax* dicitur. Aristotel. Hist. Anim. I. c. 7. Sic legitur in N. T. Apoc. IX. 9. 2) *lorica*, seu *ea armaturæ pars, quæ pectus tegit*, (Pollux Onom. I. 10. s. 134. p. 91. ed. Hemsterhus. Dionys. Halic. Ant. IV. 16. Homer. Iliad. γ', ver. 332.) et deinde *omne munimentum corporis*, πᾶν ἔρυμα τοῦ σώματος, ut verbis utar Xenophontis Cyrop. IV. 3. 3. Apoc. IX. 9. ὡς θώρακας σιδηροῦς. ibid. v. 17. θώρακας πυρινούς. Θώραξ duabus constabat partibus, quarum una tergum, altera pectus tegebat. Vide Potteri Archæol. Græc. Lib. 3. cap. 4. et Feithii Antiq. Homer. Lib. IV. c. 8. Alexandrini hac voce usi sunt pro שִׁרְיָה Job. XLI. 17. (26.) et pro שִׁרְיוֹן, seu סִרְיוֹן 1 Sam. XVII. 5, 38. Ies. LIX. 17. 3) metaphorice: *quod instar loricæ militaris se habet*, seu, *quod impetus hostiles repellere et irritos reddere valet*. Sic legitur in N. T. Ephes. VI. 14. θώραξ δικαιοσύνης. 1 Thess. V. 8. θώραξ πίστεως. Sapient. V. 19. ἐνδύσεται θώρακα δικαιοσύνης. Vide supra sub θυρεός. Hesych. θώραξ· ὅπλον, πύργος, χιτὼν, στῆθος, σῶμα, λωρίκιον. Gloss. MS. in Sap. θώρακα· πολεμικὸν ἔνδυμα. ἀλυσιδωτόν. Lexic. Cyrilli MS. Brem. θώραξ· ὅπλον στήθους, σκεπαστήριον, λωρίκιον.

I

ἸΑ'ΕΙΡΟΣ, ου, ὁ, *Jairus*. Est nomen viri Hebraicum יָאִיר (Num. XXXII. 41. Deut. III. 14.) significans *eum, qui lucem dabit vel afferet*, a radice אוֹר *lucidum esse, illuminari*. Alberti Gloss. Gr. pag. 38. Ἰάϊρος· φωτισθείς. Fuit unus ex præfectis synagogæ, cujus filiam Christus e mortuis excitavit. Legitur in N. T. Marc. V. 22. Luc. VIII. 41.

ἸΑΚΩ'Β, ὁ, *Jacob*. 1) Est nomen proprium ἄκλιτον patriarchæ, filii natu secundi Isaaci, origine Hebraeum, יַעֲקֹב h. e. *supplantator*, vel *plantam tenens*, a radice עָקַב *supplantavit*, vel *plantam pedis tenuit*. Fuit vero ita dictus, quod in ipso partu manu sua tenuerit calcem fratris sui prænascentis Esavi. Genes. XXV. 26. Hos. XII. 3. Matth. I. 2. VIII. 11. Joh. IV. 5, 6, 12. etc. Hesychius: Ἰάκωβος, πτερνιστής. ubi vide Intt. 2) metaphorice notat *posteros Jacobi*, et est i. q. ὁ οἶκος Ἰακώβ. Luc. I. 33. Rom. IX. 13. τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα Jacobum et ejus posteros majoribus beneficiis affeci. ibid. XI. 26. καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακὼβ et avertet impietatem a Jacobi posteris. 3) est nomen proprium patris Josephi, nutritoris Christi. Matth. I. 15, 16.

ἸΑ'ΚΩΒΟΣ, ου, ὁ, *Jacobus*. (ab eodem.) Duo hoc nomine veniunt in N. T. Alter fuit filius Zebedæi, frater Johannis, evangelistæ et J. C. familiaris, qui (Matth. IV. 21. X. 2. coll. Marc. III. 17. Luc. VI. 14. et Act. I. 13.) in apostolorum numerum refertur, ab Herode, anno circiter post ascensum J. C. decimo, gladio interemtus, alias *major* dictus. Alter fuit filius Alphæi et Mariæ, ad differentiam prioris vulgo *minor* vocatus, qui etiam apostolis annumeratur, (Mat. X. 3. XXVII. 56. Marc. III. 18. XV. 40. Luc. VI. 15. Act. I. 13.) a Paulo (Galat. I. 19. coll. Matth. XIII. 55.) nominatus frater Domini, (h. e. cognatus, eo, quod fuerit ejus consobrinus) auctor, ut videtur, Epistolæ Jacobi. Conf. Pott. Prolegomena ad Vol. I. Epistolarum Catholicarum, Gabler. de Jacobo, Epistolæ, eidem adscriptæ, auctore. Altorf. 1787. 4. ac Interpretes ad Hesychium s. h. v. T. II. p. 10.

Ἴ'ΑΜΑ, τος, τὸ, *sanatio, medicamentum, medela*, etiam *restitutio sanitatis miraculosa*, ab ἰάομαι *sano*. Ter tantum legitur in N. T. 1 Cor. XII. 9. χαρίσματα ἰαμάτων dona sanationum, sc. miraculosarum, quarum exempla commemorantur Act. V. 25. XII. 9. XIX. 12. Præterea legitur ibid. v. 28 et 30. Alexandrini usi sunt hac voce pro רְפוּאָה Jer. XLVII. 11. et pro מַרְפֵּא 2 Chron. XXXVI. 16. Jer. XXXIII. 6. pro quo etiam usi sunt eodem nomine Symmachus et Theodotion Prov. XVI. 24. et Aquila Eccles. X. 4. Polyb. VII. 14. 2. Plutarch. T. VIII. p. 31. ed. Reisk. Hesych.

αμα· θεραπεία. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 91. *ἴαμα, remedium, sanitas.*

ἸΑΜΒΡΗ͂Σ, οῦ, ὁ, *Jambres.* Nomen proprium magi cujusdam Ægyptiaci, qui una cum Janne liberationem populi Israëlitici impediebat, ac Mosis auctoritatem coram Pharaone præstigiis suis minuere conatus est. Exod. VII. 11 seq. 2 Tim. III. 8. Videtur hoc nomen originis Ægyptiacæ, non Hebraicæ esse, ut jam recte judicavit Pfeiferus in Dubiis Vexatis Cent. I. p. 253. qui bene contulit vocem ἀμβρῆς, quæ Ægyptiis, auctore Horo, Hierogl. 38. *librum sacrum* notat, cujus interpretes se profitebantur magi. Vulgatus hunc magum *Mambrem* appellat; quæ nominis mutatio etiam in Rabbinicis occurrit libris, unde etiam Grotius colligit, Græcum, quo usus fuit Vulgatus interpres, codicem loco Ἰαμβρῆς habuisse Μαμβρῆς. Syrus habet ܡܡܒܪܝܣ. Nomina ipsa utriusque magi, quæ nec in scriptis, a Mose exaratis, nec in aliis V. T. libris reperiuntur, vel ex majorum traditione, (Theodoret. ad h. l. scribit: *τὰ μέντοι τούτων ὀνόματα, οὐκ ἐκ τῆς θείας γραφῆς μεμάθηκεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀγράφης τῶν Ἰουδαίων διδασκαλίας*) vel ex aliis libris, quos longa temporum series nobis eripuit, hausisse Paulum, admodum verosimile est. Certe hæc nomina tum temporis non penitus latuisse, varia, quæ eorundem mentionem faciunt, scripta et Judæorum (Vide Buxtorfii Lex. Talmud. col. 945 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 362.) et gentilium (v. c. Plinii, Apuleii, et aliorum, quorum loca collegit Grotius de Verit. Rel. Christ. I. § 16. p. 57. ed. Paris. 1650. Fol.) luculenter evincunt. Conf. Targum Jonath. ad Exod. VII. 11. Numenium, Philosophum Pythagoreum, Lib. 3. *περὶ τἀγαθοῦ* (ita scribentem: *τὰ δ' ἑξῆς Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς, ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου. Μουσαίῳ γοῦν τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ ἀνδρὶ γενομένῳ Θεῷ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ, οἱ παραστῆναι ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων οὗτοι ἦσαν, τῶν δὲ συμφορῶν, ἃς ὁ Μουσαῖος ἐπῆγε τῇ Αἰγύπτῳ, τὰς νεανικωτάτας αὐτῶν ἐπιλύεσθαι ὤφθησαν δυνατοί.*) et Euseb. Præp. Evang. Lib. IX. p. 241. Conf. etiam Suiceri Thesaur. Eccles. T. I. p. 1430. ac J. G. Michaëlis D. de Janne et Jambre famosis Ægyptiorum magis. Hal. 747. 4.

ἸΑΝΝΑ͂, ὁ, *Janna.* Nomen viri Hebraicum ab עָנָה *respondit*, item *afflixit, humiliavit.* Fuit pater Melchi Luc. III. 24. Sæpius non commemoratur in N. T.

ἸΑΝΝΗ͂Σ, οῦ, ὁ, *Jannes.* Nomen proprium cujusdam magi Ægyptiorum, qui Mosi, miracula coram Pharaone edenti, cum Jambre restitit, Exod. VII. 11. 2. Tim. III. 8. quod aliis quidem originis Hebraicæ esse, et ab עָנָה *respondit* (ut significet, vel *ex libris sacris respondentem*, vel *obloquentem, obstrepentem*) derivandum videtur, ab aliis vero originis Ægyptiacæ esse judicatur, ex *goiane*, quæ vox *gratiosum* significat, ut quodammodo conveniat cum יוֹחָנָן. Certe in Talmude vocatur יוֹחָנָא. Vide Lightfoot. Cent. Chorograph. Matthæo præmissa c. 53. Conf. quæ ad vocem Ἰαμβρῆς a me notata sunt, et Maii Obss. SS. L. II. p. 42 seq.

ἸΑ΄ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. *άσομαι, medeor, sano, curo, valetudinem restituo*, sive *per medicamenta*, sive *vi miraculosa.* Luc. IX. 2. *καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἀσθενοῦντας.* ibid. XXII. 51. *ἰάσατο αὐτὸν* et aurem, gladio avulsam, pristinum in locum restituit. Act. IX. 34. ubi sermo est de paralytico, cui integritas nervorum et ligamentorum reficitur. ibid. XXVIII. 8. de febre et dysenteria afflicto. 2) passive: *sanor, valetudinem recupero, morbis et quocunque corporis vitio liberor.* Sic v. c. de claudis, quibus usus pedum redditur, usurpatur Act. III. 11. Marc. V. 29. *ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος.* ibid. VI. 17. *καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν.* 3) metaphorice in genere significat: *juvo, malo aliquo libero*, et ad animum translatum: *efficio, ut aliquis redeat ad sanam mentem et veram pietatem*, (De *emendatione animi* legitur quoque substantivum *ἴασις* apud LXX. Prov. XXIX. 1.) *consolor, lætitia afficio, tranquillum et felicem reddo, maxime per remissionem peccatorum.* Hebr. XII. 13. ne pes claudicans luxetur, *ἰαθῇ δὲ μᾶλλον*, sed potius restituatur, h. e. ut firmi maneatis in religione christiana. Jacob. V. 16. *ὅπως ἰαθῆτε* ut vobis peccata remittantur. 1 Petr. II. 24. *οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε* cujus cruciatus, pro vobis exantlati, summam vobis pepererunt salutem: ubi tamen significationem *emendationis* moralis supra a me assertam non omnino excludendam esse, series orationis luculenter docet. Matth. XIII. 15. *καὶ ἰάσομαι αὐτοὺς*, coll. Marc. IV. 12. *καὶ ἀφεθῇ αὐτοῖς τὰ ἁμαρτήματα.* Luc. IV. 18. *ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν* ut solatio et lætitia afficiam contritos corde. Eodem modo Hebraicum רְפָא de *remissione peccatorum* usurpatur Ies. VI. 10. ubi conferenda est versio Chaldaica: et *ἴασις remissionem peccatorum* notat Sirac. XXVIII. 3. Adde etiam vers. Alex. 2 Chron. VI. 30. et Sirac. III. 30. Exempla significationis metaphoricæ verbi *ἰάομαι* e scriptoribus Græcis (Andocid. Orat. II. p. 254. Lucian. Gall. p. 264. Fugit. p. 789.) dedit Schwarzius in Comment. Crit. Ling. Gr. N. T. p. 685. et Latini *mederi* Broukhusius ad Tibullum p. 236.

ἸΑΡΕ΄Δ, ὁ, *Jared.* Nomen proprium viri ἄκλιτον, Hebraice יֶרֶד, nonnullis idem quod *dominans, dominator*, a radice רָדָה *dominari*, aliis vero *descendens*, a יָרַד *descendit.* Semel commemoratur in N. T. Luc. III. 37.

ἼΑΣΙΣ, εως, ἡ, *sanatio, medicatio*, ab *ἰάομαι sano.* Ter tantum legitur in N. T. Luc. XIII. 32. *ἰάσεις ἐπιτελῶ sano, medeor.* De sanatione miraculosa legitur Act. IV. 22, 30. Alexandrini pro רְפְאוּת *sanatio*, Prov. III. 8. et מַרְפֵּא Prov. IV. 22. XV. 4. XVI. 24. Plutarch. T. VIII. Opp. p. 712. edit. Reisk. Hesych. *ἴασις· θεραπεία.*

ἼΑΣΠΙΣ, ιδος, ἡ, *jaspis*, gemma diversicolor, nam alia est purpurea, alia cærulea, alia viridis, (quæ, pretiosissima habita, a veteribus *Indica* et *πολύγραμμος* dicitur) alia æri similis, secundum Plinium H. N. XXXVII. 5. Psellus *περὶ λίθων δυνάμεων· ἡ Ἴασπις φύσει κρυσταλλοειδής, ὀλίγου ἐπιτεινομένη τὴν χροιὰν, καὶ ἀρίστη μὲν ἡ πορφυροῦσα, δευτέρα δὲ ἡ φθεγματικοτέρα* (lege *φλεγματικωτέρα*, ut patet e Dioscor. 160. de jaspide: *ὁ δὲ κρυσταλλώδης, ἐοικὼς φλέγματι.*) *παράλευκος. ἔστι δέ τις καὶ ἀεροειδὴς ἀναστέλλει.* Vide Salmasium ad Epiphan. de XII Gemmis c. 6. p. 99. ad calcem tractatus M. Hilleri de Gemmis XII in pectorali pontificis Hebræorum et Braun. de Vestitu sacerdot. Hebr. II. c. 19. p. 586. In Apocalypsi, ubi quater occurrit, IV. 3. (ubi tamen Eichhornius in Comment. Vol. I. p. 157. intelligit jaspidem rubram seu potius purpuream, ut adeo indicetur *ignea natura cum pallore albicante mixta.*) XXI. 11,

18, 19. hoc nomine *adamantem*, gemmarum præstantissimam, indicari, non temere indicarunt quidam viri docti, hac maxime ratione ducti, quod partim in gemmarum recensione cap. XXI. 18. (coll. Zach. II. 9.) 19. jaspis primo loco nominatus legitur, partim ibid. v. 11. epitheton κρυσταλλίζων huic gemmæ tribuitur. Accedit usus loquendi Alexandrinorum interpretum, qui Ezech. XXVIII. 13. quidem ἴασπις pro Hebraico יָשְׁפֵה jaspis posuerunt, sed Exod. XXVIII. 18. eadem voce pro יַהֲלֹם *adamante*, et Ies. LIV. 12. pro כַּדְכֹּד *pyropo* usi sunt.

'ΙΑ'ΣΩΝ, ονος, ὁ, *Jason*. Est nomen proprium viri Græcum ejusdem terminationis et significationis cum participio fut. 1. ἰάσων *sanaturus*, verbi ἰάω *sano, medeor*, pro quo nunc usitatum est ἰάομαι. Fuit hic Pauli cognatus ejusdemque hospes Berœæ. Act. XVII. 5, 6, 7, 9. Rom. XVI. 21.

'ΙΑΤΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, *medicus*, qui per medicamenta medetur corpori, ab ἰάομαι *sano, medeor*. Marc. V. 26. Luc. VIII. 43. εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον in medicos impenderat omnes facultates suas. Coloss. IV. 14. Luc. IV. 23. ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτὸν medice, cura te ipsum, h. e. præsta te talem, qualem te jactas, seu confirma miraculo, te esse Messiam. Bene de hac formula proverbiali egit Vorstius in Diatribe de Adagiis N. T. cap. V. p. 786. ed. Fisheri.

'ΙΔΕ, *en! ecce!* i. q. ἰδοὺ, et proprie de rei præsentis exhibitione et demonstratione, v. c. Matth. XXV. 20, 22, 25. usurpatur. Adverbium ex imperativo aor. 2. verbi εἴδω *video*, factum, et fere est admirationis nota, v. c. Joh. I. 29, 36. ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ecce agnum Dei! ibid. XI. 36. ἴδε, πῶς ἐφίλει αὐτόν. Adhibetur etiam in asseverationibus, Joh. XVI. 29. Galat. V. 2. in admonitionibus, ut sit idem, quod *cogita ac perpende*, Joh. V. 14. Rom. II. 17. et in commiserationis excitatione. Joh. XIX. 5. ἴδε ὁ ἄνθρωπος, et v. 14. ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν. 2) *exempli causa*. Sic Jacob. III. 3. ubi tamen in codicibus nonnullis frequentius ἰδοὺ male positum reperitur.

'ΙΔΕ'Α, ας, ἡ, *aspectus, visus*, item *facies, forma, species*, et cum de rerum specie, tum de hominum forma dicitur, ab εἴδω *video*, ut contra Thom. M. recte ostendit Alberti in Obss. Philol. p. 168. Semel legitur in N. T. Matth. XXVIII. 3. ἦν δὲ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ et ejus facies fulguris ritu splendebat, h. e. admodum nitebat. Conf. Wesseling. ad Diod. Sic. III. c. 51. T. I. p. 219. In versione Alex. respondet Hebraico מַרְאֶה Dan. I. 13, 15. Legitur præterea apud Aristoph. Plut. Act. II. Sc. 5. v. 122. Pindar. Olymp. Od. X. v. 130. Diod. Sic. I. 12. p. 16. deos hominibus apparuisse ἐν ἱερῶν ζώων μορφαῖς, ἔστι δ' ὅτε εἰς ἀνθρώπων ἰδέας, ἢ τινων ἄλλων μεταβάλλοντας. Hesych. ἰδέα· ἡ ὁμοιότης, μορφὴ, εἶδος.

'ΙΔΙΟΣ, ία, ιον, 1) *proprius, suus*, et de *omni, quod quis jure suum vocare potest, et ullo aliquo modo ad aliquem pertinet*, usurpatur. Joh. I. 11. εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον, inter Judæos (sc. τὰ ἴδια est h. l. Judæa, quam ob natales suam vocare poterat, et ob dominium illius, sibi competens, coll. v. 10. τὰ ἴδια Χριστοῦ vocatur) doctoris provinciam accepit, sed *populares* ejus (Judæi) eum respuerunt. ibid. X. 12. οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια cujus non sunt oves propriæ. Act. IV. 32. τῷ ἴδιος opponitur κοινὸν, cum pluribus commune. Τὰ ἴδια τινὸς *animi alicujus indoles et natura*. Joh. VIII. 44. ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ pro suo ingenio agit, i. q. τὸ ψεῦδος αὐτῷ ἐστιν οἰκεῖον. — Οἱ ἴδιοι τινὸς *familiares alicujus, amici et cognati*, (De *cognatis* adhibitum legitur apud Valentem Anthol. IV. θανάτους δὲ ἰδίων ἢ ἀδελφῶν ἢ τέκνων θεωροῦσι. Confer Salmasium de annis Climactericis p. 121.) *omnes, qui a partibus alicujus stant, sectatores*. Joh. XIII. 1. ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν κόσμῳ quo fuit per omnem vitam erga *discipulos (apostolos)* suos animo benevolo. ibid. XV. 19. τὸ ἴδιον (pro τοὺς ἰδίους) ἐφίλει ut suos et sui similes diligerent. Act. IV. 23. ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους ad christianos Hierosolymitanos redierunt. ibid. XXIV. 23. et ad h. l. Raphelii Obss. e Polybio. 1 Tim. V. 8. εἰ δέ τις τῶν ἰδίων οὐ προνοεῖ si vero quis suorum curam habet nullam. — Τὰ ἴδια, scil. οἰκήματα, *ædes, domus, in qua quis habitat et versatur*. Plato VI. de Leg. p. 758. A. Jamblich. c. 19. Joh. XVI. 32. ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια ut vos a me sejuncti domum revertamini. ib. XIX. 27. ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἔλαβεν ὁ μαθητὴς αὐτὴν εἰς τὰ ἴδια ab illo tempore eam recepit discipulus in domum suam. Act. XXI. 6. ἐκεῖνοι δὲ ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια illi vero domum reversi sunt. Esther. V. 10. וַיָּבוֹא אֶל־בֵּיתוֹ Alex. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰ ἴδια. ib. VI. 12. coll. 1 Reg. XXII. 17. 3 Esdr. V. 47. VI. 32. 3 Macc. VI. 27. Ælian. V. H. III. c. 24. ὅταν ὑποστρέφωσιν εἰς τὰ ἴδια, h. e. εἰς τὰ οἰκεῖα, ut loquitur Herodot. I. c. 109. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 838. Similis loquendi ratio reperitur Matth. IX. 1. ubi ἡ ἰδία πόλις oppidum dicitur, ubi quis præcipue domicilium ac sedem habet, coll. Polyb. X. 17 et 18. Intelligitur autem ibi Capernaumum.—Tit. I. 12. ἴδιος αὐτῶν προφήτης popularis ipsorum poëta. Intelligitur Epimenides, poëta Cretensis. Rom. VIII. 32. Joh. X. 3. 2) *peculiaris, specialis*. Matth. XXV. 15. ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν pro sua cujusque facultate. Act. II. 6. τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ sua lingua. ibid. v. 8. XXV. 19. 1 Cor. VII. 7. ἕκαστος τὸ ἴδιον χάρισμα ἔχει. ibid. XV. 23, 38. XII. 11. διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ distribuens singulis singulatim pro arbitrio. Hinc τὰ ἴδια in N. T. vocantur *officia, quæ alicui speciatim incumbunt*, vel omnino *ea, quæ sunt alicujus officii*. 1 Thess. IV. 11. πράσσειν τὰ ἴδια et agere, quæ sunt vestri officii, i. q. ἰδιοπραγεῖν, quod opponitur τῷ πολυπραγμονεῖν, et ab Hesychio per τὰ ἴδια πράσσειν, ἡσυχάζειν explicatur. 3) *privatus*. Huc refer formulam κατ' ἰδίαν, sc. χώραν, *in loco privato, privatim, seorsim*. Matth. XIV. 13. (ubi tamen κατ' ἰδίαν redundat, præcesserat enim jam εἰς ἔρημον τόπον.) 23. XVII. 1, 19. XX. 17. XXIV. 3. Marc. IV. 34. VI. 31, 32. etc. Suidas: Κατ' ἰδίαν, ἰδίως. Conf. 2 Macc. IV. 5. XIV. 21. Dion. Hal. Ant. X. 65. Polyb. IV. 8. V. 83. et Lamb. Bos. Ellips. Gr. p. 241. Eandem significationem habet ἰδίᾳ, scil. χώρᾳ, vel μερίδι, Xenoph. Mem. I. 2. 63. Conf. Valken. ad Herodot. VI. 9. 4) *destinatus*. Ita adhibetur de tempore, 1 Tim. II. 6. καιροῖς ἰδίοις tempore a Deo constituto. Chrysost. ad h. l. τοῖς προσήκουσι. ib. VI. 15. Galat. VI. 9. de loco, Act. I. 25. πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον abiit in locum, sibi destinatum, sc. sepulcrum, h. e. mortuus et sepultus est. Cf. infra sub τόπος. et de ordine. 1 Cor. XV. 23. ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι.

'ΙΔΙΩ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) *privatus, qui vitam privatam agit, nec fungitur munere publico, unus e vulgo, ple-*

beius, unde ἰδιωτεύειν *vitam privatam agere,* et ἰδιωτεία *vita privata,* ab ἴδιος *proprius, privatus.* Sic v. c. Epictet. c. 23. Xenoph. de Rep. Laced. X. 4. ἰδιώτην opponit τῷ ἄρχοντι, quemadmodum Themistocl. Ep. II. τῷ στρατηγῷ, et Polyb. V. c. 60. ἰδιώτας *milites gregarios,* sejungit ab ἡγεμόσι *ducibus,* plane, ut apud Xenoph. Cyrop. II. 1. 10. VIII. 4. 13. et in aliis scriptoribus Græcis ἰδιῶται opponuntur τοῖς πολιτευομένοις. Conf. Georg. in Hierocrit. N. T. P. I. p. 92. et Wetstenii N. T. T. II. p. 161. Vide etiam Xenoph. Mem. II. 6. 18. et Demosthen. de Coron. c. 14. Hesych. ἰδιώτας· πολίτας, ὁπλίτας. Hinc ex adjuncto 2) ἰδιώτης *rudem, illiteratum, rei alicujus imperitum* notat, quia homines ex vulgo fere indocti sunt et rerum imperiti. Gloss. ἰδιώτης· ὁ μὴ νοήμων. Hesych. ἰδιώτας· ἀπείρους. Epictet. c. 36. φιλοσόφου τάξιν ἔχων, ἢ ἰδιώτου. ib. c. 71. Xenoph. de Mag. Equit. VIII. 1. ubi ὁ ἰδιώτης τῶν πολεμικῶν opponitur τῷ ἀσκητῇ. Idem in Anab. VI. 1. 21. Cf. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 484. Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 1. 3. p. 759. Wetstenii N. T. T. II. p. 206. Schweighæuser. ind. Arriani s. h. v. et Krebs. Obss. Flav. p. 196. Sic autem aliquoties legitur in N. T. Act. IV. 13. de apostolis, ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσιν καὶ ἰδιῶται eos homines illiteratos et indoctos esse. 1 Cor. XIV. 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου qui est imperitus, seu linguam peregrinam non intelligit. Zonaras Lex. c. 1079. ἰδιώτην τὸν ἐν τῷ λαϊκῷ τάγματι τεταγμένον λέγει ὁ ἀπόστολος. καὶ τοὺς ἔξω τῆς στρατείας οὕτως καλεῖν εἰώθασιν. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου κ. τ. λ. ex Theodoreto ad h. l. Eodem sensu legitur ibid. v. 24. 2 Cor. XI. 6. εἰ δὲ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει, ubi ἰδιώτης τῷ λόγῳ *is* dicitur, *qui minus eloquens ac subtilis est, qui popularibus et ad captum vulgi accommodatis formulis loquendi et argumentis utitur, non magnopere de ornamentis orationis et subtilitate argumentorum sollicitus.* Cf. quæ de Paulo idiota monuit Stosch Archæol. Œcon. N. T. p. 186 seq. Irenæus in Præf. libri contra Hæreses § 3. monet amicum, ne exspectet λόγων τέχνην, οὔτε καλλωπισμὸν λέξεων, cum potius scribere velit ἁπλῶς καὶ ἀληθῶς καὶ ἰδιωτικῶς. Sæpius non legitur in N. T.

'ΙΔΟΥ', *en! ecce!* Adverbium demonstrativum, quod accentu distinguitur ab ἰδοῦ, quod est 2 sing. præs. imperat. pass. verbi εἴδω *video,* cujus usus est 1) *in rei præsentis exhibitione et demonstratione.* Matth. XII. 2, 18. Luc. XXII. 38. Act. VIII. 36. Hebr. II. 13. Ita הִנֵּה Genes. XXIX. 2 et 25. XXXVII. 29. 2) *in mirandæ et novæ rei enarratione aut promissione.* Matth. I. 23. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. ibid. XXI. 5. XXV. 6. Luc. I. 31. II. 34. Ita הִנֵּה Ies. VII. 14. Zachar. IX. 9. 3) *in certitudinis rei asseveratione.* Galat. I. 20. ἰδοὺ ἐνώπιον Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι. Jacob. V. 4. Jud. v. 14. Gen. I. 29. XII. 11. XXVIII. 15. 4) *in promtitudinis obsequendi declaratione.* Luc. I. 38. ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου en! me promtissimam exsequendi voluntatem divinam. Act. IX. 10. ἰδοὺ ἐγὼ Κύριε, Hebr. הִנְנִי Ies. VI. 8. Hebr. X. 7, 9. Ps. XL. 8. Gen. XXXI. 11. 1 Sam. III. 4, 8. 5) *nota attentionis et admonitionis.* Matth. VII. 4. X. 16. etc. 6) scriptores N. T. hac particula utuntur etiam tum, cum rem aliquam simpliciter narrant, ita, ut pleonastice posita sit, v. c. Matth. XX. 18, 30. Luc. VII. 12. unde Syrus hanc vocem fere semper in versione sua omisit. Conf. Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr. p. 116. et Gronov. ad Liv. VII. 35. 7) *jam.* Luc. XIII. 16. ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη annos jam octodecim, seu, ipsos octodecim annos. Deut. VIII. 4. זֶה אַרְבָּעִים שָׁנָה Alex. ἰδοὺ τεσσαράκοντα ἔτη. 8) *derepente, subito, statim.* Matth XXVII. 51. Act. I. 10. Alex. הִנֵּה per εὐθὺς reddiderunt Gen. XV. 4. XXIV. 25.

'ΙΔΟΥΜΑΙ'Α, ας, ἡ. *Idumæa,* nomen regionis, trans Jordanem sitæ, ad meridiem Palæstinæ prope Arabiam Petræam, ab Esavo, seu Edomo, (cujus novi nominis ratio exposita est Genes. XXXV. 30.) et posteris ejus inhabitatæ. Jos. XV. 1, 21. XI. 17. XII. 7. Olim Idumæa a terra Israëlitica distincta erat, sed tandem facta est Judææ pars et provincia, a Davide primum subacta, post a Johanne Hyrcano recuperata. Conf. Lightfoot. Chorographiam Marco præmissam cap. 1. Semel legitur in N. T. Marc. III. 8. καὶ ἀπὸ τῆς 'Ιδουμαίας, ubi sermo esse videtur de Judæis, istam Judææ partem incolentibus.

'ΙΔΡΩ'Σ, ῶτος, ὁ, *sudor,* (ab ἴδος, εος, τὸ, idem) Hebr. זֵעָה Genes. III. 19. unde κάθιδρος *lassus et fessus ad sudorem usque,* Jer. VIII. 6. Alex. Semel legitur in N. T. Luc. XXII. 44. ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν et ejus sudor similis erat guttis sanguineis ad terram defluentibus. 2 Mac. II. 27. Artemid. I. 66. Philo ad Cai. T. II. p. 582. 7. Aristot. Probl. II. 31.

'ΙΕΖΑΒΗ'Λ, ἡ, *Jesabel.* Nomen proprium ἄκλιτον fœminæ, admodum impiæ, reginæ, uxoris Achabi, (Sidoniorum regis filiæ, quæ introductæ in Israëlem nefandæ idololatriæ, gravis oppressionis, turpisque scortationis et incantationis (2 Reg. XXI. 23.) rea, morte misera gravem pœnam luit 1 Reg. XXI. 23. 2 Reg. IX. 33—36.) quod Hebraice sonat אִיזֶבֶל quasi *in insula habitans,* ex אִי *insula* et זָבַל *habitavit.* 1 Reg. XVI. 31. Occurrit in N. T. semel Apoc. II. 20. ubi tamen per antanaclasin mulierem significare videtur, quæ impia et turpia illius facta imitatur. Vide Eichhornii Comment. ad h. l. Vol. I. p. 113. *Jesabel* fuisse mulierem christianam e secta gnosticorum, docere conatus est P. E. Jablonski in D. de Jezabele Thyatirenorum Pseudo-Prophetissa ad Apoc. II. 20. Frf. ad Viadr. 1739. 4.

'ΙΕΡΑ'ΠΟΛΙΣ, εως, ἡ, *Hierapolis,* urbs Phrygiæ ad Mæandrum fluvium, non procul a Colossis et Laodicea sita, Latine: *sacra urbs,* ex ἱερὸς *sacer,* et πόλις *urbs.* De hac Stephanus scribit: 'Ιεράπολις μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας πόλις, θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα, ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν. Conf. Wesseling. ad Antonin. Itiner. p. 337. Wetstenii N. T. T. II. p. 296. et Cellarii Notit. Orbis Antiq. T. II. p. 153. Semel in N. T. commemoratur Coloss. IV. 13. καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ καὶ τῶν ἐν 'Ιεραπόλει.

'ΙΕΡΑΤΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) *sacerdotium, munus sacerdotis,* ab ἱερὸς *sacer.* Hebr. VII. 5. τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες sacerdotium nanciscentes. In eadem significatione respondet Hebraico כְּהֻנָּה in versione Alex. Exod. XXIX. 9. XL. 15. Jos. XVIII. 7. 2) *functio sacerdotalis, actio sacerdotalis.* Luc. I. 9. κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι ex more sorte illi obtigit officium muneris sacerdotalis suffitum adolendi. Eodem modo כְּהֻנָּה Num. III. 10. XVIII. 7. Aristot. Polit. VII. 8. Sæpius non legitur in N. T.

'ΙΕΡΑ'ΤΕΥΜΑ, τος, τὸ, 1) *sacerdotium, munus et dignitas sacerdotis,*

ab ἱερατεύω *sacerdotio fungor.* 2) *homines, sacerdotio destinati, sacerdotum ordo* vel *cœtus,* tam in sensu proprio, quam metaphorico. Alex. pro כֹּהֵן *minister, sacerdos,* Exod. XIX. 6. In N. T. bis tantum legitur. 1 Petr. II. 5. ubi christiani ἱεράτευμα ἅγιον vocantur, non tantum ob summam eorum dignitatem et præstantiam, sed etiam propter integritatem et virtutis studium; nam sacerdotes, quorum summa erat apud Judæos auctoritas, non nisi integri scelerisque puri eligi solebant. Easdem ob causas ibid. v. 9. βασίλειον ἱεράτευμα, h. e. sacerdotes, regia dignitate instructi, appellantur, coll. Exod. XIX. 6. et Tanchuma Fol. 31. 3.

'ΙΕΡΑΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, verbum Alexandrinum et Macedonicum, i. q. Græcis veteribus ἱεράομαι, *sacerdotis munere fungor, sum sacerdos,* ab ἱερὸς *sacer.* Semel legitur in N. T. Luc. I. 8. ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν cum fungeretur sacerdotio. Alexandrini posuerunt pro כִּהֵן *ministravit in sacris* et *politicis.* Exod. XXVIII. 1, 3, 4, 41. Num. III. 3, 4. Synesius Ep. 57 et 67.

'ΙΕΡΕΜΙ'ΑΣ, ίου, ὁ, *Jeremias.* Nomen Hebraicum prophetæ Judæorum celeberrimi, filii Helciæ, Jer. I. 1. Hebraice יִרְמְיָהוּ vel יִרְמְיָה ex רוּם *altum, elatum esse,* et יָהּ nomine divino. Mentio ejus fit Matth. II. 17. XVI. 14. et XXVII. 9. In posteriore loco vaticinium de pretio venditionis J. C. ex Jeremiæ oraculis affertur, quod tamen non apud Jeremiam, sed apud Zachariam XI. 12, 13. legitur; de qua re diversæ sunt virorum doctorum sententiæ. Euseb. Dem. Evang. X. cap. 5. vaticinium illud olim in Jeremia extitisse, sed a Judæis postea fraudulenter et impie sublatum fuisse arbitratur. Hieronymus, Origenes et Euthymius illud ex libro quodam Jeremiæ Apocrypho desumtum fuisse putant. Aliis persuasum sibi habent, librarios Ζρίου in Ιρίου mutasse. Sunt etiam, quibus ego accedere nullus dubito, qui Matthæum absque nominis proprii adjectione διὰ τοῦ προφήτου pro more suo scripsisse credunt, et nomen Jeremiæ proprium a librario quodam indocto textui insertum fuisse.

'ΙΕΡΕΥ'Σ, έως, ὁ, 1) *sacerdos, qui sacrificia mactat* et *offert* et *omnino sacris operatur,* ab ἱερὸς *sacer.* Hinc in N. T. tribuitur cum sacerdotibus Deorum gentilium, Act. XIV. 13. tum sacerdotibus e gente Aaronis, Matth. VIII. 4. XII. 4. Marc. I. 44. Luc. I. 5. Joh. I. 19. 2) κατ' ἐξοχὴν, *summus sacerdos Judæorum,* i. q. ἀρχιερεύς. Ita legitur Act. V. 24. coll. v. 27. ὅ τε ἱερεὺς summus sacerdos, ubi in codicibus haud paucis e glossemate ἀρχιερεὺς legitur, plane ut Marc. I. 44. Sic etiam כֹּהֵן in V. T. haud raro ponitur pro כֹּהֵן הַגָּדוֹל Exod. XXXV. 19. 1 Reg. I. 8. Neque Latini ab hoc loquendi more abhorrent, apud quos sæpe *Pontificem* pro *Pontifice Maximo* poni, Dukerus docuit ad Florum I. 23. III. 21. Adde Liv. V. 41. Conf. Spanhem. Diss. XII. de Usu et Præstantia Numismatum p. 493. Huc pertinent etiam omnia illa loca, in quibus Christus ἱερεὺς dicitur, v. c. Hebr. V. 6. coll. VI. 20. VIII. 4. X. 11. qui Judæorum maxime causa per ἀνθρωποπάθειαν cum summo sacerdote Judæorum a Paulo comparatur, quatenus morti se tradidit e patris sui consilio, homines expiandi causa, et ita quasi se victimam piacularem pro hominibus Deo obtulit, quemadmodum summus sacerdos cum vitulorum et hircorum sanguine in sancta sanctorum quotannis ingredi solebat, ut expiaret populi Judaici peccata. Conf. Morus in Epitome Theol. Christ. p. 143 seq. 3) metaphorice *Christiani* ob summam pariter eorum dignitatem ac sanctitatem et vitæ integritatem ἱερεῖς in N. T. vocantur. Apoc. I. 6. V. 10. XX. 6. ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ. Ies. LXI. 6. Confer Suicer. Thesaur. Eccles. T. I. p. 1442.

'ΙΕΡΙΧΩ', ἡ, *Jericho.* Nomen proprium indeclinabile (Hebr. יְרִיחוֹ) civitatis Palæstinæ, sitæ in tribu Benjamin inter Hierosolymam (a qua urbe distabat CL stadiis) et Jordanem fluvium, a quo XVI stadiis distabat. Palmetis consitam, (unde πόλις φοινίκων dicitur Deut. XXXIV. 3.) fontibus irriguam, balsami viridariis celebrem ejusque agrum admodum fertilem fuisse, Strabo Lib. XVI. et Plin. H. N. V. c. 14. tradunt. Hæc urbs, a Josua devastata, Jos. VI. 27. sed ab Hiel e pulvere et ruderibus excitata, 1 Reg. XVI. 34. postea prophetarum scholis nobilitata, 2 Reg. II. 5. sub templo secundo urbs Judæorum post Hierosolymam præcipua fuit. Memoratur in N. T. Matth. XX. 29. Marc. X. 46. Luc. X. 30. ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχώ. Locum hunc latrociniis infamem fuisse tradit Hieronymus. Ibid. XVIII. 35. XIX. 1. Hebr. XI. 30. Stephan. Ἱεριχοῦς (sic etiam scribitur a Joseph. B. J. I. 18. 5. ibid. I. 6. 6. περὶ Ἱεριχοῦντα, ἔνθα τὸ τῆς Ἰουδαίας πιότατον, φοίνικά τε πάμπολυν καὶ βάλσαμον τρέφει.) πόλις μεταξὺ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰορδάνου ποταμοῦ. ἡ γενικὴ Ἱεριχοῦντος. Alberti Gloss. Gr. p. 12. Ἱεριχῶ· κατάβασις ἀγροῦ, ἢ ἐξορία, ἢ ὄσφρησις, (a רֵיחַ *odor:* dicta enim est hæc urbs ab odore et fragrantia balsami, felicissime in ista regione provenientis.) ἢ σελήνη (a יָרֵחַ *luna*).

'ΙΕΡΟ'ΘΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *sacrificatus, immolatus.* Hinc τὸ ἱερόθυτον *hostia,* ex ἱερὸς et θύω *sacrifico.* Exhibent hanc vocem codices nonnulli 1 Cor. X. 19 et 28. loco impressi εἰδωλόθυτον, quod mihi præferendum videtur. Phrynichus Eclog. p. 62. ἱερόθυτον οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ' ἀρχαῖον θεόθυτον. Glossar. Gr. N. T. p. 129. ἱερόθυτον, δαίμοσι προσενεχθέν. ubi vid. Alberti, qui recte monuit, referendam esse hanc glossam ad loca N. T. laudata. Etiam Marcion ibi pro εἰδωλόθυτον in suo ἀποστολικῷ, ut Millius ex Epiphanio docuit, legit ἱερόθυτον.

'ΙΕΡΟ'Ν, οῦ, τὸ, *templum, locus sacer, sacrarium,* (subintellige οἴκημα, ab ἱερὸς *sacer*) quod Deo ejusque cultui sacrum est et dicatum. Sic Act. XIX. 27. de fano Dianæ adhibetur. Speciatim vero in N. T. *de templo secundo Hierosolymitano* usurpatur, ubi simul observandum est, quod recte docuit Kypke in Obss. Sacr. T. I. p. 136 seq. nomina ἱερὸν et ναὸς in N. T. haud raro inter sese ita differre, ut hoc *ipsum templi ædificium,* quod ex πρόναῳ, *sancto* et *sancto sanctorum* constabat, significetur, illo vero *exteriora templi ædificia* cum omnibus atriis et conclavibus indicentur: quæ tamen vocabulorum diffeꝛentia haud raro etiam negligitur. Conf. Dukerus ad Thucyd. IV. 90. p. 291. et Lakemach. Obss. Philol. T. V. Obs. 6. Matth. IV. 5. τὸ ἱερὸν totum templum Hierosolymitanum una cum ædificiis, extrinsecus adjectis, significat, quo latiori sensu eo etiam usus est Joseph. B. J. I. 7. Matth. XXI 12, 14, 15. *templi atrium gentium.* Sic etiam legitur apud Marc. XI. 11, 15. Matth. XXVII. 51. *sanctum sanctorum.* Luc. II. 46. *synagogam, quæ fuit in atrio templi, seu*

in conclavi, circa templum aptato. Eodem sensu etiam occurrit Joh. VII. 28. Conf. Schœttgen. Hor. Hebr. T. I. p. 266. Act. XXI. 27, 29, 30. partem templi Hierosolymitani notat, quæ *Sanctum* vocatur. Hesych. ἱερόν· ἔνυγρον, ἀγαθόν, μέγα, ὅσιον, καὶ ναός. Pausan. Lib. V. c. 6. p. 388. extr. Athen. Lib. VIII. p. 363. B. Conf. partim, quæ infra ad ναὸς a me sunt scripta, partim quæ protulit C. F. Fleischer. in Diss. 4. de vera et genuina ἱεροῦ et ναοῦ significatione ex variis SS. locis. Hafn. 1732. 4.

'ΙΕΡΟΠΡΕΠΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ, *augustus, sanctitate religionis dignus, qui vel quod sanctum seu pium decet, hominibus christianis et religiosis conveniens.* Compositum enim est ex ἱερὸς *sacer, sanctus*, et πρέπω *convenio, decorus sum.* Semel legitur in N. T. Tit. II. 3. ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖ habitu, modestis et christianis mulieribus conveniente. Menander fragm. p. 52. ed. Clerici ἱεροπρεπὴς τέχνη. Athenæus VII. p. 289. E. Philo omn. prob. esse liberum T. II. p. 457. 10. Joseph. A. J. XI. 8. 5. Xenoph. Symp. 8. 40. Hesych. ἱεροπρεπῶς, θεοπρεπῶς.

'ΙΕΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, *sacer, Deo dedicatus et devotus, sanctus, sacrosanctus.* Hinc in N. T. τὰ ἱερὰ *cultus Dei externus* et *Leviticus*, et τὸ ἱερὸν *victima, sacrificium, quod Deo offertur.* 1 Cor. IX. 13. οἱ τὰ ἱερὰ (sc. χρήματα) ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν sacrorum curatores (sacerdotes et Levitæ carnium victimarum accipiunt partes. Conf. Xenoph. Venat. V. 25. et Lysiam p. 229. ubi τὰ ἱερὰ vasa dicuntur aliæque res sacræ, in templo repositæ. 2 Tim. III. 15. ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας quia a puero sacras litteras nosti; ubi libri V. T. τὰ ἱερὰ γράμματα vocantur, partim, quia de vero Dei cultu exponunt et a Judæis summa religione colebantur, partim, quia in templo et synagogis asservari solebant. Sæpius non legitur in N. T. Suid. ἱερόν· ἅγιον, τῷ θεῷ ἀνατιθέμενον, ἱερὸν γὰρ λέγουσι πᾶν τὸ ἀνατιθέμενον τοῖς θεοῖς. Idem: ἱερὸς λέγεται καὶ εὐσεβής.

'ΙΕΡΟΣΟ'ΛΥΜΑ, ης, ἡ, et neutrum plurale 'Ιεροσόλυμα, ων, τὰ, (ut Ἄβδηρα, ων, Σόδομα et Γομόῤῥα) pro quo etiam 'Ιερουσαλὴμ, ἡ, haud raro legitur, *Hierosolyma, æ, Hierosolyma, orum*, et *Jerusalem.* Fuit hæc metropolis Palæstinæ, sita fere in medio hujus regionis, in confiniis tribuum Juda et Benjamin, ita, ut pars urbis ad hanc, pars ad alteram tribum pertineret, ut adeo commodus esset omnibus Israëlitis ad eam, tanquam religionis sedem, accessus. Erat urbs valde munita; sita enim et posita fuit in duobus collibus, quorum alter, excelsior, superiorem continens civitatem, *Sion* vocabatur, in quo etiam fuit aula regia, alter vero dicebatur *Acra.* Conf. Cellarii Notit. Orb. Antiq. T. II. p. 541. Olim *Salem* dicta est (Psalm. LXXVI. 3. Joseph. A. J. I. c. 10. § 2. τὴν μέντοι Σόλυμα ὕστερον ἐκάλεσαν 'Ιεροσόλυμα. ibid. VII. 3. 2.) et Melchisedechi, principis Chananæorum, (a quo etiam condita esse fertur, teste Josepho B. J. VI. c. 10.) sedes habetur. Dicta etiam fuit *Jebus;* (Jud. XIX. 10, 12. Jos. XV. 8. XVII. 28.) erat enim Jebusæorum, gentis Chananææ, usque ad tempus post Josuæ mortem, quo Judæi urbem occuparunt, arce ejus a Davide expugnata. Postea nomen Hierosolymorum (Hebr. ירושלים, quod alii ex ירשה *hæreditas* et שלם *perfectus*, alii vero ex יראו *videbunt* et שלום *pax* conflatum existimant. Alb. Gloss. Gr. N. T. p. 11. 'Ιερουσαλήμ· ὅρασις ἱερήνης.) nacta est, quod retinuit usque ad tempus *Ælii Adriani*, qui partem hujus urbis, per *Titum Vespasianum* vastatæ, exstruxit, unde *Ælia, Ælia Capitolina* dicta est. Hodie a Turcis vocatur *Cudsembarich* et *Coudscherif.* A Chaldæis quidem eversa fuit hæc urbs, quanquam propugnaculo gaudens robustissimo et ita munita, et Jebusæi eam vel a cœcis et claudis defendi posse, Davidem ejusque copias ridentes, elati affirmarent; sed post exilium Babylonicum iterum exstructa, ædium structura et templi magnificentia celeberrima facta est. Mat. XV. 1. οἱ ἀπὸ 'Ιεροσολύμων Hierosolymitani vel Hierosolymis profecti. XX. 17, 18. Luc. IX. 57. Joh. XI. 55. Confer Glassii Philol. S. p. 767. edit. Dathii. 2) per metonymiam subjecti: *cives Hierosolymitani.* Matth. II. 3. καὶ πᾶσι 'Ιεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ, scil. ἐταράχθη, et omnes Hierosolymitani cum eo conterrebantur. ibid. III. 5. ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν 'Ιεροσόλυμα, coll. Marc. I. 5. οἱ 'Ιεροσολυμῖται πάντες. ibid. XXIII. 37. 'Ιερουσαλὴμ, 'Ιερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας. Conf. Glassii Philol. Sac. p. 860. ed. Dathii. Jam quia Hierosolyma urbs Judææ primaria fuit, hinc 3) *universa Judæorum respublica, legibus Mosaicis instituta et gubernata,* 'Ιερουσαλὴμ vocatur a Paulo Galat. IV. 25. συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν 'Ιερουσαλὴμ comparari potest cum republica Judaica, qualis nunc est. Quum denique hæc urbs esset templo, cultu ac revelationibus divinis admodum insignis, exinde 4) ἡ ἄνω 'Ιερουσαλὴμ Galat. IV. 26. a Paulo dicitur *ecclesia* et *respublica christiana* et *florentissimus rerum status in regno Messiæ.* Judæi enim felicitatem, in regno Messiæ exspectandam, describere solebant imaginibus, a florentissimo reipublicæ Judaicæ statu desumtis, ut fere urbem similem Hierosolymæ, templum splendidissimum et quæ sunt reliqua, sperasse videantur. Conf. Wetsten. ad h. l. et Schœttgen. Diss. de Hierosolyma Cœlesti, annexa Horis Hebr. I. p. 1205. Eadem respublica christiana Hebr. XII. 22. 'Ιερουσαλὴμ ἐπουράνιος vocatur, et Apoc. XXI. 2. 'Ιερουσαλὴμ καινὴ et ibid. v. 10. ἡ ἁγία 'Ιερουσαλήμ.

'ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Hierosolymitanus, Hierosolymorum civis* vel *incola*, ab 'Ιεροσόλυμα, quod vide. Legitur in N. T. Marc. I. 5. 'Ιεροσολυμῖται πάντες. Joh. VII. 25. ἔλεγον οὖν τινες ἐκ τῶν 'Ιεροσολυμιτῶν. Sæpius non occurrit in N. T.

'ΙΕΡΟΣΥΛΕ'Ω, fut. ήσω, 1) *sacrilegium committo, templa compilo*, ab ἱερόσυλος, quod vide. Demosthen. Opp. p. 1318. l. 27. edit. Reisk. Aristoph. Vesp. 841. Alberti Gloss. N. T. p. 96. ἱεροσυλεῖς· κλέπτεις τὰ ἀναθήματα. 2) ex adjuncto: *profano, violo religionem.* Sic semel legitur in N. T. Rom. II. 22. ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς qui abominaris idola, ipse sacrilegium committis, h. e. tu veram illam religionem violas, ad quam alios ab idololatria revocare conaris.

'ΙΕΡΟ'ΣΥΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *sacrilegus, qui sacrum legit* (Auct. ad Herenn. II. 30. extr.), *rerum sacrarum compilator ac deprædator, qui ne a sacris quidem manus abstinet*, ὁ τὰ ἱερὰ κλέπτων, interprete Hesychio, ex ἱερὸν *sacrum* et συλάω *spolio*, i. q. ὁ τῶν ἱερῶν συλητής. Semel legitur in N. T. Act. XIX. 37. οὔτε ἱεροσύλους. 2 Macc. IV. 42. Aristoph. Plut. 30. Jamblich. S. III. 31. Xenoph. Hist. Gr. I. 7. 10.

'ΙΕΡΟΥΡΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *sacra facio, victimas macto et immolo, sacris operor, sacrifico*, i. q. θύω. Verbum sacrificiis proprium. Herodian. V. 3. 16. ibid. 5. 12. 15. 20. Plutarch. T. IV. p. 75. edit. Reisk. Hesych. ἱερουργεῖ· θύει,

Act. XVII. 9. καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν cum fidejussores accepissent, da sie hinlängliche caution gestellt hatten, *as they have found sufficient security:* Syrus bene: ܘܢܣܒܘ ܥܪ̈ܒܐ *et acceperunt fidejussores.* 6) τὸ ἱκανὸν ποιεῖν *satisfacere alicui, præstare, quod poscitur, morem alicui gerere.* Marc. XV. 15. ὁ δὲ Πιλάτος βουλόμενος τῷ ὄχλῳ τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι Pilatus, ut præstaret, quod a turba postulatum erat. Syrus: Pilatus vero voluit ܢܥܒܕ ܨܒܝܢܗ ܕܟܢܫܐ *facere voluntatem turbarum.* Polyb. Exc. Leg. p. 1325. Diog. Laërt. IV. 50. Hesychius: ἱκανὸν, διαρκὲς, δόκιμον.

'ΙΚΑΝΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *sufficientia, idoneitas, facultas alicujus rei,* ab ἱκανὸς, quod vide. Semel legitur in N. T. 2 Cor. III. 5. ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ facultas, partes ac personam apostoli agendi, a Deo est. Hesych. hunc locum sine dubio respiciens, et ex eo Phavorin. ἱκανότης· δύναμις, ἰσχύς. De facultate dicendi usus est hac voce Lysias teste Polluce Onom. IV. 23.

'ΙΚΑΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *sufficientem reddo, idoneum, aptum facio, facultatem alicujus rei efficiendæ largior,* ab ἱκανός. 2 Cor. III. 6. ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης qui etiam nos idoneis facultatibus instruxit, ut esse possemus doctores religionis christianæ. Col. I. 12. ἱκανώσαντι ὑμᾶς qui vos per religionem christianam idoneos reddidit. Sæpius non legitur in N. T.

'ΙΚΕΤΗΡΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *ramus olivæ, lana alba et vittis obvolutus et circumcinctus, quem supplices manu tenebant et ferebant, ut declararent, se implorare aliorum misericordiam,* ab ἱκέτης *supplex.* Schol. Aristoph. ad Plut. v. 383. ἱκετηρία ἐστὶ κλάδος ἐλαίας ἐρίῳ πεπλεγμένος. οἱ γὰρ ἱκετεύοντες ἐλαίας κατεῖχον κλάδον. ubi videndus Spanhemius. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. III. 26. et Kuhnius ad Polluc. Onom. VIII. c. 9. s. 96. 2) *ipsa oratio deprecatoria, preces supplices, quibus alicujus misericordiam imploramus et de avertenda pœna seu calamitate rogamus, supplicatio, deprecatio.* Sic semel tantum legitur in N. T. Hebr. V. 7. δεήσεις καὶ ἱκετηρίας per hendiadyn, supplices preces. Semel tantum Alexandrini usurparunt hoc nomen Job. XLI. 3. (XL. 27.) λαλήσει δέ σοι δεήσει, ἱκετηρίᾳ μαλακῶς. Legitur etiam 2 Macc. IX. 18. scripsit (Antiochus) epistolam, ἱκετηρίας τάξιν ἔχουσαν, stilo seu modo supplicationis scriptam. Hesych. ἱκετηρία· παράκλησις. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἱκετηρία· παράκλησις, ἱκεσία. Vide Wesselingium ad Petit. p. 107.

'ΙΚΜΑ'Σ, άδος, ἡ, *humor, succus, vapor,* unde ἱκμάζω *humecto.* Semel legitur in N. T. Luc. VIII. 6. διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα idoneo humore seu succo destituta. Jerem. XVII. 8. Hesych. ἰκμάδα· σταγόνα, ὑγρασίαν. Idem: ἰκμάς· ὑγρότης, ὑγρασία, ὑγρὰ σταγών. Idem: ἄνικμος, ξηρὰ, ἰκμάδα, ὅ ἐστιν ὑγρασίαν, μὴ ἔχουσα. Gloss. Vet. *Humor,* ὑγρασία, ἰκμάς. Conf. Ottii Spicilegium ex Josepho ad N. T. p. 149. Plutarch. T. VIII. Opp. p. 536. 738 et 788. ed. Reisk.

'ΙΚΟ'ΝΙΟΝ, ίου, τὸ, *Iconium.* Nomen urbis celeberrimæ Asiæ minoris, quæ Xenophontis (Anab. Lib. I.) ætate ultima urbs Phrygiæ erat; Strabonis (Lib. XII.) autem ævo Lycaoniæ adscripta erat, (confer Ptolemæus Tab. As. I. c. 6.) ætate Ammiani Marcellini (Lib. XIV.) ad Pisidiam pertinebat, regionum Lycaoniæ et Phrygiæ conterminam, a Plinio denique (H. N. V. 27.) in Cilicia collocatur. Pauli ætate ad Pisidiam pertinuisse videtur. Cf. Act. XIII. 51. XIV. 1, 19, 21. XVI, 2. 2 Tim. III. 11. Mentionem ejus facit Cicero ad Appium III. Ep. 5. Fuit teste Plinio et Strabone locc. laudd. urbs bene condita, magna et frequens, et agro admodum felici. Differentia situs, supra commemorata, a diverso tempore, quo scriptores vixerunt, et a variis divisionibus regionum, per Romanos factis, orta videtur. Conf. Cellarii Notitia Orb. Ant. T. II. p. 201. Wetstenii N. T. T. II. p. 541. et Wesseling. ad Anton. Itiner. p. 674.

'ΙΛΑΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, *hilaris, lætus, promptus ad aliquid faciendum, qui animo hilari et prompto aliquid facit.* Deducitur ab ἱλάω, quod *propitium esse* significat. Semel legitur in N. T. 2 Cor. IX. 7. ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεὸς is enim demum Deo placet, qui animo hilari nec invitus beneficia distribuit. Alex. Prov. XIX. 11. (ubi τὸ ἱλαρὸν Hebr. רָצוֹן *benevolentiam* notat, *quæ se vultu hilari exserit.*) Ibid. XXII. 9. ἄνδρα ἱλαρὸν καὶ δότην. Job. XXXIII. 26. εἰσελεύσεται προσώπῳ ἱλαρῷ. Athen. L. VIII. p. 363. Xenoph. Ages. 8. 2. Memor. II. 7. 12. Hesych. ἱλαρός· περιχαρὴς τῇ ὄψει. Suid. εὔχαρις, ἀστεῖος, ἡδύς.

'ΙΛΑΡΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *hilaritas, promptitudo animi,* ab ἱλαρός. Rom. XII. 8. ὁ ἐλεῶν, ἱλαρότητι beneficentia cum hilaritate et promptitudine animi sit conjuncta. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro רָצוֹן *benevolentia* Prov. XVIII. 22. posuerunt, ubi tamen *illud ipsum* notat, *quod aliquem gaudio liquido perfundit.* Plutarch. T. III. p. 614. ed. Reisk. Diod. Sic. Bibl. VII. 37.

'ΙΛΑ'ΣΚΩ, ομαι, vel 'ΙΛΑ'ΟΜΑΙ, 1) *placo, reconcilio, propitium reddo,* et ex adjuncto: *expio, remissionem peccatorum concilio,* ab ἱλάω et ἵλημι *propitius sum.* Hebr. II. 17. εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ad expianda peccata generis humani, nempe oblato sacrificio, de quo expiationis genere ἱλάσκεσθαι adhibetur apud Theod. Levit. VI. 26. pro חֵטְא ubi LXX ἀναφέρειν et Vulg. *offerre* posuerunt. Respondet in vers. Alex. Hebr. כִּפֵּר quod proprie est *tegere, e conspectu removere,* deinde vero *expiare, placare.* Psalm. LXV. 4. LXXIX. 9. Xenoph. Cyrop. III. 3. 11. et Œcon. V. 20. Eandem significationem compositum ἐξιλάσκομαι habet Levit. V. 6, 10, 16. 2) Pass. *placor, propitius reddor, condono.* Luc. XVIII. 13. ἱλάσθητί (imp. aor. 1. pass.) μοι τῷ ἁμαρτωλῷ propitius esto mihi peccatori. Ps. LXXVII. 42. ἱλάσκεται ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν. ibid. XXIV. 12. ἱλάσθητι τῇ ἁμαρτίᾳ μου. Dan. IX. 19. Conf. Ezech. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Cererem v. 139. — Hesych. ἱλάσκεσθαι· ἐξιλεοῦσθαι. Phavor. ἱλάσκω· τὸ ἐξευμενίζω. Id. ἱλάσθητι· ἵλεως μοι γένοιο.

'ΙΛΑΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *propitiatio, expiatio,* seu *actio, qua læsus et offensus placatur;* ab eodem. Alex. pro סְלִיחָה *condonatio, remissio,* Ps. CXXX. 4. Dan. IX. 9. et pro כִּפֻּרִים Num. V. 8. πλὴν τοῦ κριοῦ τοῦ ἱλασμοῦ, δι' οὗ ἐξιλάσεται. 2 Macc. III. 33. ποιουμένου δὲ τοῦ ἀρχιερέως τὸν ἱλασμόν. Hesych. ἱλασμός· εὐμένεια, συγχώρησις, διαλλαγὴ, καταλλαγή. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 92. ἱλασμὸς, *placatio, exoratio.* 2) *id, quod vim expiandi habet, is, qui expiat, sacrificium pro peccatis expiandis oblatum, victima expiatoria.* Sic bis legitur in N. T. de Christo, misso a Deo has in terras, hoc consilio, ut humanæ salutis causa mortem subiret. 1 Joh. II. 2. καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν et ipse expiavit peccata nostra. ibid. IV. 10. ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἱλασμὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν

ἡμῶν. Hinc in versione Alex. respondet Hebraico חַטָּאת *sacrificium pro peccato.* Ezech. XLIV. 27. προσοίσουσιν ἱλασμὸν, et אַשְׁמָה *oblatio pro reatu,* Amos VIII. 14.

ἹΛΑΣΤΗ'ΡΙΟΣ, *ία, ιον, habens vim propitiandi et expiandi.* Adjectivum ab ἱλάσκομαι, unde neutrum, τὸ ἱλαστήριον, substantive sumtum, (ut σωτήριον, χαριστήριον) 1) omissa voce θῦμα, (quod æque supponitur in vocibus χαριστήριον, et τελεστήριον apud Ælian. V. H. XII. c. 1. p. 664. ed. Periz.) seu ἱερεῖον, *piaculum, sacrificium expiatorium et omne, quod vim expiandi et peccatorum remissionem conciliandi habet,* significat. Hinc de Christo adhibetur Rom. III. 25. ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον quem Deus proposuit nobis expiatorem, seu victimam expiatoriam. Ita enim recte h. l. Vulgato duce interpretati sunt e veteribus Chrysostomus, Theophylactus, Origenes et e recentioribus Erasmus, Clericus et alii, quum plerique, Theodoretum et Lutherum secuti, de *opusculo arcæ fœderis* intellexerint. Hesych. ἱλαστήριον· καθάρσιον, θυσιαστήριον. Joseph. de Maccabæis § 17. 2) subintellecta voce ἐπίθεμα, (quæ additur Exod. XXV. 17. et XXXVII. 6. secundum ed. Complut.) seu πῶμα (Philo de Vita Mosis Lib. III. p. 668.) *operculum arcæ fœderis,* seu *aurea tabula,* seu *lamina, quæ tegebat arcam fœderis,* ita vocata, quia solemni expiationi quotannis inserviebat, sanguinem juvenci, a summo sacerdote aspersum, excipiens. Conf. Levit. XVI. 13, 15, 16. ubi ἱλαστήριον in vers. Alex. Hebraico כַּפֹּרֶת respondet. Sic legitur Hebr. IX. 5. ὑπεράνω αὐτῆς χερουβὶμ τῆς δόξης κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον.

ἽΛΕΩΣ, *ω, ὁ, ἡ,* Attice pro ἵλαος, *ω, ὁ, ἡ,* 1) *hilaris.* Ælian. V. H. II. 10. ἵλεως τῷ προσώπῳ. ib. IX. 7. καὶ ἦν ἵλεως ἀεὶ τὴν διάνοιαν, καὶ λύπης ὑπεράνω πάσης. ibid. XIII. 26. XIV. 6. M. Antonin. de Rebus Suis II. 3. p. 40. ubi vid. Gataker. Hesych. ἵλεως, ἱλαρός. 2) *propitius, clemens, facilis, ad ignoscendum paratus,* ab ἱλάω *propitius sum.* Hesych. ἵλεως· εὐμενής. Hebr. VIII. 12. ὅτι ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν iniquitates eorum non puniam, sed condonabo eas. Sic Jer. XXXI. 34. XXXVI. 3. καὶ ἵλεως ἔσομαι ταῖς ἀδικίαις αὐτῶν, Hebr. כִּי אֶסְלַח לַעֲוֹנָם. Adde Philostrat. Vit. Apollon. I. 7. Lucian. Toxari p. 103. Vide et Lexicon Xenophont. s. h. v. 3) ἵλεώς σοι est vox abominantis et dehortantis, Latine reddenda: *Deus meliora!* (Cic. Cato 14.) *absit hoc! Deus hoc avertat!* quod veteres Latini innuere voluerunt per: *præfiscini! dî averruncent!* i. q. εὐφήμει, εὖ ἔχε στόμα. Sic semel legitur in N. T. Matth. XVI. 22. ubi Petrus Christo, denuncianti discipulis mortem, sibi impendentem, respondisse dicitur ἵλεώς σοι Κύριε, scil. ἴσθι, avertat a te hoc malum Deus! seu, nequaquam fiat! et verba οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο adjecta sunt velut interpretamentum. Convenit partim cum Chaldæorum חַס (vide præter versionem Syriacam ad Matth. l. l. in qua ܚܣ ܠܟ legitur, Targum Gen. XLIV. 7. Jos. XXII. 29. Job. XXXIV. 10. Esther. VI. 1. Conf. N. Fulleri Miscell. SS. II. 2. et Buxtorf. Lex. Talm. f. 722.) partim cum Hebræorum formula חָלִילָה sequente particula לְ, quam Alexandrini quidem multis in locis (v. c. 2 Sam. XXIII. 17. 1 Paral. XI. 19.) cum Symmacho (1 Sam. XX. 2. XXII. 15.) per ἵλεως reddiderunt; a Symmacho tamen (Job. XXXIV. 10.) per ἀπείη explicata legitur et ab Alexandrinis nunc verbis μὴ γένοιτο (Jos. XXII. 29. XXIV. 16.) expressa est, nunc simpliciter particulis οὐχὶ (Genes. XVIII. 25. Symmach.) et μηδαμῶς (1 Sam. XII. 23. XX. 2.) reddita invenitur. Eleganter pro more suo et erudite de hac formula egit Fischerus in libro de Versionibus Græcis Librorum V. T. Litterarum Hebraicarum Magistris p. 113 seq.

ἸΛΛΥΡΙΚΟ'Ν, *οῦ, τὸ, Illyricum.* Nomen regionis Europæ, latissimæ, sitæ inter Italiam, Germaniam, Macedoniam et Thraciam. Habet ab uno latere mare Adriaticum, ab altero Danubium. Distat ab Hierosolyma milliaribus Germanicis circiter 350. Dicta etiam est *Illyria* ab *Illyrio,* Cadmi filio. Nunc *Slavonia* dicitur. Usque ad hanc regionem Paulus religionem christianam propagavit. Rom. XV. 19. ubi videndus Wetstenius.

ἹΜΑ'Σ, *άντος, ὁ,* 1) *corrigia,* (Cic. Divin. II. 27.) *qua calceamenta veterum alligabantur,* quæ etiam σφυρωτὴρ dicitur (v. c. ab Alexandrinis Genes. XIV. 23. et ab Hebræis שְׂרוֹךְ Ies. V. 27.) Marc. I. 7. Luc. III. 16. et Joh. I. 27. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων cujus non sum dignus qui solvam corrigiam calceamentorum, h. e. qui vilissimo apud eum ministerio fungar, seu, ego, servus ejus vilissimus qui sim, indignum me habeo. Τὸ γὰρ ὑπόδημα λῦσαι τῆς ἐσχάτης διακονίας ἐστὶ, inquit Chrysost. Homil. XVI. in Joh. p. 619. Conf. Suicer. Thes. Eccles. T. I. p. 1450 seq. Menander Fragm. p. 40. ὑποδούμενος γὰρ δεξιᾶς τῆς ἐμβάδος τὸν ἱμάντα διέῤῥηξα. Plutarch. Sympos. IV. 2. p. 665. B. Suid. ἱμάς· σφαιρωτὴρ σανδαλίου, ζανίχιον, οἷον τὸ λώριον τοῦ ὑποδήματος. 2) *lorum* seu *scutica, qua aliquis cæditur, flagellum.* Sic legitur in N. T. Act. XXII. 25. ὡς δὲ προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, h. e. cum jam in eo essent, ut eum flagris cæderent: ubi tamen haud pauci vocem de ipsis vinculis, quibus adstringebatur verberandus, intelligunt. Eurip. Androm. 720. Artemid. II. 53. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἱμάντες· λῶροι, (ita enim explicat Schol. Aristoph. ad Acharn. v. 724.) κάλοι ναυτικοί. Suid. λῶροι· δεσμοί. Idem: ἵμασιν· ἱμάστιξιν. Vide Rigalt. ad Artemid. p. 62. et ad Onosandr. p. 24. nec non Schneideri Lex. Crit. l. Gr. s. h. v.

ἹΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. *ίσω, vestio, amicio,* ab ἱμάτιον *vestis.* In N. T. tantum legitur Marc. V. 15. et Luc. VIII. 35. partic. pass. ἱματισμένος *vestitus,* de dæmoniaco. Suid. ἱματισμένος· ἱμάτια ἐνδεδυμένος.

ἹΜΑ'ΤΙΟΝ, *ου, τὸ,* 1) *vestis, vestimentum.* Vocabulum generale, quod omnis generis vestimenta denotat, tam interiora, quam exteriora, v. c. Matth. IX. 16. XI. 8. ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις hominem, mollibus vestibus indutum. Haud raro tamen, et semper additum voci χιτὼν, significat *vestem superiorem,* seu *exteriorem,* quæ χιτῶνι superinduebatur, ergo aut *togam,* cum sermo est de Romanis, aut *pallium,* cum de Græcis et Hebræis usurpatur; Hebr. מְעִיל. Conf. Alex. Job. I. 20. Matth. V. 40. Vulg. *pallium.* ibid. IX. 20, 21. XIV. 36. XXI. 7, 8. ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ sacram sternebant pallis suis viam. Mos enim erat Hebræis, vestimentum substernere regi, quo ipso testabantur submissionem animi. 2 Reg. IX. 13. unde, et quia ἑαυτῶν additur, male nonnulli cogitarunt de *tapetibus,* seu *stragulis,* quæ etiam interdum ἱμάτια dicuntur, v. c. apud Ælian. V. H. VIII. 7. Diod. Sic. XIV. p. 228. Vide

D'Orville ad Chariton. p. 248. Mat. XXIII. 5. τῶν ἱματίων, ubi pluralis pro singulari positus est, ut c. XXIV. 18. ubi Syrus et Latinus singulari numero vertunt, et c. XXVII. 34. Conf. Glassii Philol. Sacra p. 64. ed. Dathii. Matth. XXVI. 65. τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ tunc summus sacerdos dilacerabat pallium suum; quod usitatum erat priscis, dolorem et indignationem testaturis. Conf. Josephus A. J. XI. 5. 3. Diod. Sic. I. 2. p. 65. Herodian. I. c. 3. s. 7. Marc. VI. 56. Luc. VIII. 44. De veste interiore in N. T. nunquam legitur. — Metaphorice: *vestis alba*, vel *non inquinata* est symbolum *innocentiæ* et *sanctitatis*. Apoc. III. 18. IV. 4. ibid. III. 4. οἳ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν qui se non inquinarunt peccatorum sordibus. 2) interdum omittitur, v. c. Matth. XI. 8. οἱ τὰ μαλακὰ (scil. ἱμάτια) φοροῦντες. Joh. XX. 12. δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς, scil. ἱματίοις, καθεζομένους. Apoc. XVIII. 16. Artemidor. Oneirocr. II. 3. ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι. Ælian. V. H. XII. 32. ἁλουργῆ vestes purpureæ. Homer. Odyss. VI. 27. καλὰ, sc. ἱμάτια. Alia exempla Bosius in libro de Ellipsibus Gr. collegit.

ἹΜΑΤΙΣΜΟ΄Σ, οῦ, ὁ, æque late patet ac præcedens ἱμάτιον, et generatim *vestimentum quodcunque*, sive muliebre, sive virile, sive exterius, sive interius, sive candidum et pretiosum, sive vile et sordidum, significat; haud raro tamen κατ' ἐξοχὴν de *splendido aliquo vestimento* usurpatur, et ita differt ab ἱμάτιον, a quo descendit. Suid. ἱματισμός· ἡ ἐσθής. Alex. pro בֶּגֶד *vestimentum*, Genes. XXIV. 53. 1 Sam. XXVII. 9. שִׂמְלָה *indumentum*, Exod. XII. 35. et לְבוּשׁ Prov. XXVII. 26. posuerunt. — Ps. XLV. 10. ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη. Luc. VII. 25. οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ ὑπάρχοντες qui vestibus splendidis utuntur. Act. XX. 33. 1 Tim. II. 9. ἱματισμῷ πολυτελεῖ. Plutarch. Alexandr. c. 39. 2) *pallium, vestis exterior* et *superior*. Luc. IX. 29. καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων, coll. Marc. IX. 3. 3) *tunica, vestis interior*. Matth. XXVII. 35. Joh. XIX. 24. coll. v. 23. Ita לְבוּשׁ Psalm. XXII. 19.

ἹΜΕΙ΄ΡΩ et ἹΜΕΙ΄ΡΟΜΑΙ. Hoc verbum, quod præeunte Jul. Polluce (Onom. V. 165.) Stephanus et Grotius æque ac adjectivum ἵμερος vel ἵμερος poëticum esse statuunt, non solum sæpissime legitur apud Herodot. (III. 123. VII. 44.), ut docuit Raphelius in Annotatt. in N. T. ex Herodoto p. 558. sed etiam apud Ælian. (H. A. XIV. 25.) Polybium (I. 66. 8. IV. 74. 3.) et Demosthenem Opp. p. 422. lib. 6. ed. Reisk. χρήματα δ' ἱμείρουσιν ἔχειν reperitur. Adde quæ Foësius in Œcon. Hipp. p. 172. de hac voce habet. Est autem 1) *cupio, desidero, desiderio alicujus rei flagro, appeto*, ab ἵμερος *desiderium, cupiditas*. Hesych. ἱμείρεται· ἐπιθυμεῖ, ποθεῖ. Idem: ἱμείρει· ἐπιθυμεῖ, θέλει. Eustath. in Iliad. ξ', p. 966. 8. Alexandrini usi sunt hoc verbo, quod more verborum affectuum cum genitivo construitur, pro חָבָה *inhiavit, concupivit*, Job. III. 21. et Symmachus Ps. LXII. 2. pro Hebr. כָּמַהּ, quod idem significat. 2) *amo*. Sic semel tantum legitur in N. T. 1 Thess. II. 8. οὕτως ἱμειρόμενοι ὑμῶν εὐδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν ita amore vestrum compulsi cupiebamus impertiri vobis. Pro ἱμειρόμενοι nonnulli codices legunt ὁμειρόμενοι, quod verbum, quanquam scriptoribus Græcis plane ignotum, tamen in textum recipere non dubitavit Cel. Matthæi, Theophylacti maxime auctoritate ductus. Hesych. ἱμείρεται· ἐρᾷ. — ἵμερος· ἔρωτες. — ἵμεροι· ἐρασтοί, ἀγαπητοί.

ἽΝΑ. Conjunctio causalis, significans: 1) *ut*, τελικῶς, indicans *causam finalem*, vel *finem*. Ἵνα μὴ *ne*. Ita usurpatur Joh. XVI. 1. ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε hæc vero prædixi vobis, ne offenderemini. Matth. XIX. 13. Marc. I. 38. Luc. I. 4. etc. Construitur fere semper cum subjunctivo, interdum tamen etiam cum indicativo, v. c. 1 Cor. IV. 6. ἵνα μὴ φυσιοῦσθε. ibid. IX. 18. Apoc. XXII. 14. ἵνα ἔσται. Sed sic quoque apud exteros scriptores, v. c. Homer. Iliad. α', 363. ἵνα εἴδομεν ἄμφω. Conf. Markland. ad Lysiam p. 435. Abresch. in Obss. Miscell. Vol. I. T. III. p. 14. Valkenar. Diatr. in Eurip. Reliq. p. 149. et Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 267. 2) *ita ut, adeo ut*, positum *modaliter* et *conclusive*, i. q. ὥστε. Luc. IX. 45. ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό. Joh. V. 20. VI. 7. Rom. III. 19. ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ ut adeo nemo possit accusare Deum. 1 Cor. XIV. 13. ἵνα διερμηνεύῃ ita, ut simul interpretetur orationem suam. 2 Cor. VII. 9. Sic etiam apud Homer. Od. IX. v. 136. ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν. 3) εἰδικῶς, seu *explanative* et *specifice* usurpatur notans: *dum quod*, i. q. ὅτι. Joh. XVII. 3. αὕτη δέ ἐστιν ἡ ζωὴ αἰώνιος, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν hoc vero modo paratur felicitas æterna, quod scilicet amplectantur fide te, solum verum Deum. 1 Joh. III. 1, 23. αὕτη ἐστὶ ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ἵνα πιστεύσωμεν. Luc. I. 43. 1 Cor. IX. 18. ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ quod scilicet gratis trado religionem christianam. Joh. XV. 8. Sophocl. Ajax Flag. v. 316. μηδὲν μέγ' εἴπῃς. οὐχ ὁρᾷς, ἵν' εἶ κακοῦ. Confer Glassii Philol. S. pag. 544. edit. Dathii. 4) ἐκβατικῶς seu *eventualiter*, Latine reddenda: *ut, tunc, unde eveniet, ita futurum est*, etc. Ita vero in N. T. hanc particulam interdum usurpari, non semper τελικῶς aut αἰτιολογικῶς, jam sæculo IV. a nonnullis observatum est, docente Chrysostomo Homil. LV. in Cap. IX. Joh. et Joh. Damasceno de Fide Orthod. IV. c. 20. 1 Petr. V. 6. submittatis vos Deo O. M. ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ *ita futurum est*, ut vos suo tempore exaltet. Rom. XI. 31. ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι *quo eventurum est*, ut et ipsi misericordiam consequantur. Joh. IX. 2, 3, 39. 1 Cor. XI. 19. 1 Joh. II. 19. Luc. XI. 50. Sic etiam adhibetur in illis locis N. T. ubi prædictio prophetarum V. T. commemoratur, v. c. Matth. XXVII. 35. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ita usu venit, ita impletum est prædictum a propheta. Non enim ideo prædictum erat, ut fieret. Joh. XV. 25. XVII. 12. XIX. 24. etc. Eodem modo non solum ὅπως in N. T. usurpatur, ut infra demonstrabitur, sed etiam לְמַעַן adhibetur in V. T. v. c. Exod. XI. 9. Jerem. XXVII. 15. Amos II. 7. 5) *quia, quoniam*, i. q. ὅτι. Rom. III. 8. ποιήσωμεν τὰ κακά, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ male agamus, quia bona inde proveniunt. Huc etiam referrem Marc. XI. 25. ἵνα καὶ πατὴρ quia etiam pater vester cœlestis. 2 Macc. VI. 24. ἵνα πολλοὶ τῶν νέων ὑπολαβόντες. 6) i. q. ὅτε seu ὅταν *cum, quando*, ut sit *adverbium temporis*. Joh. XVI. 2. ἔρχεται ὥρα, ἵνα κ. τ. λ. tempus erit cum, seu quo. ibid. v. 32. 3 Joh. v. 4. Joh. IV. 34. VI. 29. 1 Cor. IV. 3. VII. 29. 1 Joh. IV. 17. Ita ἵνα usurpatur quoque apud Homer. Iliad. ς', v. 358. Callim. Hymn. in Dian. v. 12. Exempla scriptorum

huc pertinentia dedit Glassius l. l. p. 374 seq. 7) *conditionaliter* positum notat: *si*, i. q. εἰ. Matth. X. 25. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ sufficit discipulo, si fiat talis, qualis est magister ejus. ibid. V. 29, 30. XVIII. 6. συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς, coll. Luc. XVII. 2. λυσιτελεῖ αὐτῷ, εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται. Joh. XI. 50. XV. 8, 13. 8) *imperative* sumitur Ephes. V. 33. ἡ δὲ γυνὴ, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα uxor vero maritum reverenter tractet. 1 Tim. I. 3. 9) *rogandi* sensu, Marc. V. 23. ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας. 10) interdum *abundat*. Joh. XVIII. 26. ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. ibid. III. 17. ἀλλ' ἵνα σωθῇ. Apoc. IX. 5. ἀλλ' ἵνα βασανισθῶσι. Est hæc loquendi ratio Johanni Evangelistæ propria. 11) haud raro etiam *omittitur*, v. c. Marc. I. 44. ὅρα (ἵνα) μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς, et ibid. XIV. 12. ante ἀπελθόντες. Matth. XIII. 28. Arrian. Diss. Epict. II. 19. τί οὖν; θέλετε ἀρξώμεθά ποτε. 12) Sæpe ante ἵνα et ἵνα μὴ inserenda sunt orationi aliqua verba, si sententiam plenam et commode explicatam velis. 2 Cor. X. 9. ἵνα μὴ δόξω, ubi supple: *sed id non faciam*, ne scilicet videar. Joh. I. 22. ante ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν supple: *dic nobis*, seu, *libere responde*. Joh. VIII. 56. ἵνα ἴδῃ *spe fretus*, ut videret. ibid. IX. 3. ἀλλ' ἵνα sed cœcus natus est, ut; ubi tamen *ut* eventualiter sumendum est. ibid. v. 36. ἵνα πιστεύσω significa mihi, ut credam. ibid. XV. 25. ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ sed oderunt me, ut eventum haberet. 1 Joh. II. 19. ἀλλ' ἵνα sed non manserunt, ut. Apoc. IX. 20.

ἹΝΑΤΙ', seu divisim ἵνα τί, ut Latinum *ut quid?* (Martial. III. 37. Cic. ad Attic. VII. 7.) *quare? quam ob rem? quo fine? quo jure?* Elliptica formula pro τί γέγονεν, ἵνα; quid est, quod? Hesych. ἵνα τί· διατί, εἰς τί. Idem habet Gloss. MS. Bibl. Coislin. p. 482. Etym. M. διατί. In versione Alexandrina respondet Hebr. לָמָּה Genes. IV. 6. XII. 19. Exod. V. 4. מַדּוּעַ Job. III. 12. Jer. XIV. 19. et עַל־מָה Num. XXII. 32. In N. T. interdum est *indignantis* et *expostulantis*. Matth. IX. 4. ἱνατί ἐνθυμεῖσθε πονηρά; Luc. XIII. 7. Act. VII. 26. ἵνα τί ἀδικεῖτε ἀλλήλους; interdum *dolentis*, Matth. XXVII. 46. ἱνατί με ἐγκατέλιπες; nonnunquam *furibus suis nitentis et confidentis*, 1 Cor. X. 29. Aristoph. Nub. 190. Pace 408. Joseph. B. J. VI. 24.

ἸΟ'ΠΠΗ, seu Ἰῼ'ΠΠΗ, ης, ἡ, *Joppe*. Civitas Palæstinæ est, sita in monte, ad mare magnum, seu Mediterraneum, contra extremitatem septentrionalem tribus Dan, (Alex. Jos. XIX. 14.) portu celeberrimo instructa, quam *Augustus Herodis* regno cum aliis urbibus adjunxit, teste Josepho B. J. I. 20. 3. Pomp. Mela I. c. 11. et Strab. L. XVI. T. II. p. 1100. ed. Almeloveen. Olim Hebr. יָפוֹ dicta est, quod est a יָפָה, *pulcrum esse*, ut adeo nomen habeat a pulcritudine et elegantia. 2 Paral. II. 16. Esr. III. 7. Jon. I. 3. Nunc *Jaffa*, seu *Sappho* a barbaris appellatur. Nonnulli eam a Japheto ante diluvium conditam, et ab ipso sic dictam fuisse perhibent. Confer Bochart. Phaleg. L. IV. c. 34. De fatis Joppensium sub Cestio exposuit Joseph. B. J. II. 18. 10. Commemoratur in N. T. Act. IX. 36, 38, 42, 43. X. 5, 8, 23, 32. XI. 5, 13.

ἸΟΡΔΑ'ΝΗΣ, ου, ὁ, *Jordanes*. Est nomen proprium fluvii Judææ, seu terræ Canaan, maximi et celeberrimi. Oritur ex Phiala lacu, ad radicem montis Antilibani, deinde CXX stadia sub terra means, e spelunca Panædis ad radicem montis Libani erumpit. Fluit inde in lacum Samochonitin, sed, e laçu exiens, fluit per Galilæam, et mare Galilææ secans, in lacum Asphaltitem, seu mare mortuum, tandem exit, Peræam a cætera Palæstina dividens. Contra naturam reliquorum fluviorum tempore messis exundare solebat. Genes. XIII. 10. Jos. III. 15. 1 Chron. XII. 14, 15. Conf. Harmar **Beobachtungen über den Orient** T. II. p. 228. Cellarii Notitia Orb. Antiq. T. II. p. 478. et Bachiene Palæstinæ Descriptio Vol. I. P. I. § 50—62. Hebraice vocatur יַרְדֵּן, quod in Alb. Gloss. Gr. p. 38. per κατάβασις αὐτῶν explicatur, ut sit a יָרַד *descendit*, quod etiam Relando in Palæstina Lib. I. cap. 43. placuit. Alii hoc nomen compositum esse putant ex יְאֹר *rivus, amnis, fluvius*, et דָּן *Dan*, lacu, seu voragine ad radices montis Libani, quem accolæ vocarunt *Dan*, Josephus autem *Phialam* vocat. Sed rectius a יְאֹר et דָּן, quod in lingua Chaldaica est i. q. זֶה *ille, iste*, seu הוּא, quasi ὁ ποταμὸς οὗτος. Jam fluvium principem alicujus regionis omnes populi non nomine proprio, sed vocabulo communi ποταμὸς appellant. Cf. Reland. l. l. p. 271. Hunc fluvium transierunt Israëlitæ Jos. III. 13. et ibi Johannes baptista non solum baptizavit populum Judaicum, ad se venientem, sed etiam ipsum Jesum. Mat. III. 5, 6, 13. IV. 15, 25. XIX. 1. etc.

ἸΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie et vi originis: *omne, quod mittitur*, vel *emittitur, missile, jaculum, sagitta*, ab ἵημι *mitto*. Thren. III. 13. Alex. εἰσήγαγεν ἐν τοῖς νεφροῖς μου ἰοὺς φαρέτρας αὐτοῦ, Hebr. בְּנֵי אַשְׁפָּתוֹ filios pharetræ ejus. Homer. Il. XV. 451. et XX. 68. Jam quia veteres sagittas, ut vulnus magis lethiferum hostibus infligerent, veneno lethali tingere consueverunt, (conf. Schlichteri Decimas Sacras p. 110.) factum est, ut ἰὸς 2) etiam *venenum* (et quidem illud maxime, quod animalia venenosa sub lingua habere, et instar sagittæ et teli deinde in homines et alia animalia jaculari solent, unde etiam ἰοβόλα θηρία vocantur. Vide Herodian. III. 9. 10. et Dioscorid. Lib. VII. passim.) significaret, quod metaphorice de *quavis re noxia et maximum damnum afferente* usurpatur. Sic Rom. III. 13. ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν venenum aspidum labia eorum tegit, seu, venenum quasi serpentes et aspides ejaculantur. *Aspidis venenum*, Hebraice חֲמַת עַכְשׁוּב Psalm. CXXXIX. 3. est maxime periculosum, teste Æliano Hist. Anim. II. c. 24. VI. 38. Adde Joseph. B. J. I. 20. 1. Jacob. III. 8. lingua dicitur μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου, h. e. insignia et irreparabilia damna affert. (Lucian. Fugitiv. 19. Ælian. H. A. V. 31. IX. 4.) Conf. Pollux Onom. VI. s. 125. et D'Orville ad Charit. II. 8. p. 323. ed. Lips. 3) *ærugo, rubigo, instar veneni metalla exedens et corrumpens, vitium metallorum, ab humore et situ contractum*, unde ἰόω *ærugine obduco*. Conf. Dioscorid. V. c. 47 et 48. Hoc sensu etiam usurpatur ab Alexandrinis Ezech. XXIV. 6, 11, 12. pro Hebr. חֶלְאָה *spuma, ærugo*. Epist. Jerem. v. 24. ἐὰν μή τις ἐκμάξῃ τὸν ἰὸν, sc. τοῦ χρυσίου. Jacob. V. 3. καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν (nempe τοῦ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου) εἰς τὸ μαρτύριον ὑμῖν ἔσται. De auro etiam illud adhibet Theognis v. 451. Theophrast. de lapid. p. 399. usus est hac voce de ærugine. Phavor. ἰός· τὸ φάρμακον, ἐκ τοῦ ἰάω, ἰῶ, θεραπεύω. ἰὸς δὲ τὸ βέλος δασύνεται ἐκ

τοῦ ἵημι, τὸ πέμπω. οὕτως εὗρον παρὰ τῷ Τζέτζῃ. Idem: ἰός· ὁ τοῦ σιδήρου. De triplici hoc, quem vox ἰὸς admittit, significatu copiose egit Jac. Duportus ad Theophr. Char. c. X. p. 367. ed. Petr. Needham.

'ΙΟΥΔΑΙ'Α, ας, ἡ, scil. γῆ, vel χώρα, quod additur Marc. I. 5. Joh. III. 22. *Judæa*, nomen regionis Asiæ majoris, quæ primitus dicta fuit *Chananæa*, a Chananæis, primis incolis, posteris Chanaanis, filii Chami, Genes. X. 15. item *Palæstina*, a Palæstinis, seu Philistinis, qui partem terræ hujus incoluerunt, deinde vero nomen *Judææ* accepit a Juda, quarto filio Jacobi, ex Lea uxore. Proprie quidem stricte sumitur, et regionem complectitur, quam duæ tribus, Juda et Benjamin, scisso in duas partes regno, incolebant, et distinguitur a Samaria, Galilæa et aliis regionibus. Haud raro tamen latius de omni Palæstina, seu de omnibus iis regionibus usurpatur, quæ ad duodecim tribus Israëlitarum pertinuerunt. Ps. LXXVI. 2. 2 Chron. IX. 11. Stricte sumta terminatur Judæa ad ortu, fluvio Jordane et mari mortuo, a meridie, Idumæa, ab occasu, mari Mediterraneo, et a septentrione, tribu Ephraim. Judææ vero, late sumtæ, termini sunt ab oriente, Arabia deserta et Ammonitarum ac Moabitarum regiones, a meridie, fluvius Ægypti et Beerschebah desertum, ab occidente, mare Mediterraneum, a septentrione, Sidoniorum regio et Damascena, ac Libanus vel potius Antilibanus mons. Legitur in N. T. Matth. II. 1, 5, 22. IV. 25. XIX. 1. XXIV. 16. etc. Act. II. 9. commemorantur οἱ κατοικοῦντες τὴν 'Ιουδαίαν incolentes Judæam. Intelligendi autem videntur Judæi, per Nabuchodonosorum, Babyloniæ regem, in Chaldæam abducti, qui libertate, ipsis decreto Cyri facta, in patriam redeundi, uti noluerunt, sed in Chaldæa remanserunt. Matth. III. 5. πᾶσα ἡ 'Ιουδαία omnes Judææ incolæ. Sic etiam πόλις pro *civibus et incolis urbis*, et 'Ιεροσόλυμα pro *Hierosolymitanis* ibidem usurpatur.

'ΙΟΥΔΑΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *judaizo*, h. e. *Judæorum ritus ac mores imitor, leges Mosaicas observo, cum Judæis facio*, ab 'Ιουδαῖος *Judæus*. Verba enim Græcorum, in ίζω desinentia, similitudinem vel imitationem ejus rei notant, a qua derivantur, v. c. δημοσθενίζειν, πλατωνίζειν, μακεδονίζειν, ἀττικίζειν, et hinc derivata substantiva Μηδισμὸς, (Thucyd. I. c. 95.) 'Αττικισμὸς, (Thucyd. IV. 133.) 'Ιουδαϊσμὸς, etc. Ipsa vox ἰουδαΐζειν, quæ etiam apud Joseph. A. J. II. 18. 2. reperitur, semel legitur in N. T. Galat. II. 14, τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις ἰουδαΐζειν; cur gentiles cogis legem Mosaicam observare? In versione Alexandrina respondet Hebraico הִתְיַהֵד Esther. VIII. 7.

'ΙΟΥΔΑΙ'ΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *Judaicus, a Judæis originem habens, inter Judæos receptus, ad Judæos pertinens*, ab 'Ιουδαῖος, quod vide infra. Legitur in N. T. semel Tit. I. 14. μὴ προσέχοντες 'Ιουδαϊκοῖς μύθοις non attendentes Judaicis fabulis. Joseph. Ant. XX. 11. § 1. 4. f. p. 981. et de vita Josephi § 6. 5. f. p. 3.

'ΙΟΥΔΑΙ'ΚΩ'Σ, *Judaice, more Judæorum*. Adverbium ab eodem themate, quod semel in N. T. legitur Galat. II. 14. εἰ σὺ 'Ιουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐκ 'Ιουδαϊκῶς si tu, qui Judæus es, gentilium more vivis nec accommodate moribus et ritibus Judæorum. Strabo Geogr. L. XVI. p. 1116. c.

'ΙΟΥΔΑΙ'ΟΣ, ου, ὁ, *Judæus*. Est nomen gentile, quod, proprie quidem et stricte sumtum, *hominem* significat, *ex tribu Juda oriundum*, aut, *qui est in numero civium regni Juda*; (2 Reg. XVI. 6.) late vero *omnem eum, qui post exilium Babylonicum in Judæam redux factus est, sive fuerit de tribu Juda, sive etiam de alia quadam tribu*. Dan. III. 8. Esther. III. 10. 2 Macc. IX. 17. Primitus omnes posteri Abrahami dicti sunt Israëlitæ, ab Israële, seu Jacobo, patriarcha, usque ad tempora Rehabeami, quibus, cum decem tribus ab eo deficerent et Jerobeamo adhærerent, decem tribus appellatæ sunt *domus Israël*, sed duæ tribus, Juda et Benjamin, *domus Juda*. Hebraicum vocabulum est יְהוּדִי - *a Juda descendens*, a יְהוּדָה Juda, filio quarto Jacobi ex Lea. In N. T. libris 'Ιουδαῖος 1) in universum dicitur *homo, e gente Israëlitica ortus et religioni Mosaicæ deditus, sive civis sit Judææ, sive extra patriam vivens*. Matth. XXVIII. 15. καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ 'Ιουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον. Marc. VII. 3. Luc. VII. 3. Joh. XVIII. 35. Galat. III. 28. οὐκ ἔνι 'Ιουδαῖος, οὐδὲ 'Ελλην. ibid. II. 14. 'Ιουδαῖος natus Judæus, i. q. v. 15. ὁ φύσει 'Ιουδαῖος. Et talis opponitur proselytis, et omnibus, a religione Judaica alienis, nec non christianis. Act. II. 14. XIV. 1. XVI. 3. XVII. 17. Apoc. II. 9. 2) *Judæus proselytus*. Act. II. 5. ἦσαν δὲ ἐν 'Ιερουσαλὴμ κατοικοῦντες 'Ιουδαῖοι, ἄνδρες εὐλαβεῖς ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, coll. v. 10. ubi προσήλυτοι vocantur, h. e. homines gentiles, religionem Judaicam amplexi. 3) *qui non tantum nomine est Judæus, sed re ipsa, qui vitam religioni Judaicæ convenientem agit*. Apoc. II. 9. τῶν λεγόντων 'Ιουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰσίν. ibid. III. 9. Hinc Rom. II. 29. a Paulo ὁ ἐν κρυπτῷ ὢν 'Ιουδαῖος, h. e. Judæus, qui legem Mosaicam observat, opponitur τῷ ἐν φανερῷ 'Ιουδαίῳ ὄντι, h. e. homini, qui externa tantum Judæi insignia habet. 4) *qui quondam Judæus fuit, olim religioni Mosaicæ addictus*. Act. XIX. 34. XXI. 39. XXII. 3, 12. Galat. II. 13. οἱ 'Ιουδαῖοι christiani e Judæis. 5) οἱ 'Ιουδαῖοι dicuntur κατ' ἐξοχὴν *proceres gentis Judaicæ, Hierosolymæ maxime degentes, assessores synedrii magni*. Joh. I. 19. ὅτε ἀπέστειλαν οἱ 'Ιουδαῖοι ἐξ 'Ιεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευΐτας. ibid. V. 15, 16. seq. VII. 1, 11, 13. IX. 18. coll. v. 13 et 22. XVIII. 12, 14. Act. XXIII. 20. coll. v. 14.

'ΙΟΥΔΑΙ'ΟΣ, αία, αῖον, *Judæus, Judaicus*. Adjectivum ab eodem. Marc. I. 5. πᾶσα ἡ 'Ιουδαία χώρα. Joh. III. 22. Act. XVI. 1. γυναικὸς 'Ιουδαίας πιστῆς. ibid. XXIV. 24. οὔσῃ 'Ιουδαίᾳ.

'ΙΟΥΔΑΙ'ΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *Judaismus*. 1) *omnis status et conditio ejus, qui est gente et religione Judæus, adeoque legem Mosaicam observat et more Judaico vivit*, ab ἰουδαΐζω, h. e. ζῶ 'Ιουδαϊκῶς. Esther. VIII. 17. 2 Macc. II. 21. XIV. 38. 4 Macc. IV. 26. ἐξόμνυσθαι τὸν 'Ιουδαϊσμόν. 2) *acre studium religionis Judaicæ defendendæ et propagandæ*. Galat. I. 13. ἐν τῷ 'Ιουδαϊσμῷ cum acerrimus legum Judaicarum defensor essem. ibid. v. 14. προέκοπτον ἐν τῷ 'Ιουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου studio Judaicæ doctrinæ defendendæ omnes mei æquales ordinis Pharisæorum inferiores me erant: sequitur: περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων. Sæpius non legitur in N. T. Conf. supra ad ἰουδαΐζω a me dicta.

'ΙΟΥ'ΔΑΣ, ου, ὁ, *Judas*. Nomen proprium Hebraicum, (יְהוּדָה ab הוֹדָה *celebravit, laudavit*) 1) filii natu quarti patriarchæ Jacobi, ita dicti a celebratione, quod non solum

mater ob partum ipsius Deum celebrarat, sed etiam fratres ejus eum celebraturi erant. Genes. XXIX. 35. XLIX. 8. Matth. I. 2, 3. — Metonymice *posteri Judæ* (qui et Genes. XLIX. 10. et Mich. V. 1. יְהוּדָה dicuntur) hoc nomine veniunt, et quidem post obitum Salomonis, tribuum scissura facta, *tribus Juda*, quæ cum tribu Benjamin in unum regnum, Judaicum κατ' ἐξοχὴν vocatum, coaluerat, hoc nomen sortita est, post reditum vero de exilio Babylonico omnibus Israëlitis commune fuit. Matth. II. 6. Luc. I. 39. εἰς πόλιν Ἰούδα in urbem tribus Judæ, scil. Hebronem. Hebr. VII. 14. VIII. 8. Apoc. V. 5. VII. 5. Eodem nomine etiam insigniti fuerunt 2) duo ex majoribus Christi. Luc. III. 26, 30. 3) *Judas*, cognomine *Barsabas*, seu *Barnabas*. Act. XV. 22. Ἰούδαν τὸν ἐπικαλούμενον Βαρσαβᾶν, al. Βαραββᾶν, æth. Βαρνάβαν. 4) *Judas Galilæus*, impostor inter Judæos, cujus mentio fit Act. V. 37. qui a Josepho A. J. XVIII. 1. 1. Ἰούδας ὁ Γαυλωνίτης qui a Gaulone (insigni in Basanitide et Batanæa regionibus urbe) erat oriundus, a Luca vero l. l. (etiam a Josepho A. J. XVIII. 1. 6. XX. 5. 2. et B. J. II. 8. 1.) Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος vocatur, quia in Galilæa tumultus maxime excitaverat, aut quia Galilæa locus educationis et habitationis fuit, sicuti *Apollonius* Argonauticôn scriptor, qui patria Ægyptius erat, *Rhodius* appellatur. Tempore census, a Quirinio (de quo confer supra sub ἀπογραφὴ) acti, Judæos ad rebellionem sollicitavit. Confer E. A. Schulzii Exercitatt. de Juda Galilæo ejusque secta ad illustranda quædam N. T. loca. In Ej. Exercitatt. Philolog. Fasciculo novo p. 104. 5) *Judas*, proditor Jesu, qui ab urbe patria *Karioth* Ἰσκαριώτης cognominatur. De quo vide plura sub nomine Ἰσκαριώτης. Matth. X. 4. 6) *Judas*, apostolus, Alphæi et Mariæ filius, J. C. consobrinus, frater germanus Simonis Cananitæ et uterinus Jacobi minoris, auctor epistolæ, quæ sub ejus nomine in librorum N. T. volumine fertur. Apostolorum annumeratur collegio Matth. X. 4. Duobus insignitus fuit cognominibus; nempe et *Lebbæus* et *Thaddæus* dictus est, ut adeo fuerit τριώνυμος, et eum appellat Hieronymus Comment. ad Matth. X. Opp. T. IV. p. 37. Conf. Eusebii H. E. I. 13.

ἸΟΥΛΙ'Α, ας, ἡ, *Julia*. Nomen proprium mulieris christianæ, forte Philologi uxoris, quæ commemoratur a Paulo Rom. XV. 15. ἀσπάσασθε Φιλόλογον καὶ Ἰουλίαν. Secundum alios est nomen viri Ἰουλίας, ut Ἰουνίας.

ἸΟΥ'ΛΙΟΣ, ου, ὁ, *Julius*. Nomen proprium viri, centurionis cohortis Augustæ, qui Paulum vinctum in Italiam deduxit. Act. XXVII. 1. ἑκατοντάρχῃ, ὀνόματι Ἰουλίῳ, σπείρης Σεβαστῆς. Græce *lanuginosus*, ab ἴουλος *lanugo*.

ἸΟΥΝΙ'ΑΣ, α, ὁ, *Junias*. Nomen proprium viri pro *Junius*, seu *Junianus*. Fuit Judæo-Christianus, generis propinquitate et vinculorum societate cum Paulo conjunctus. Rom. XVI. 7. ἀσπάσασθε Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου καὶ συναιχμαλώτους μου. Vulgo *Junia* scribitur, ut sit uxor aut soror Andronici.

ἸΟΥ'ΣΤΟΣ, ου, ὁ, *Justus*. Nomen proprium, seu cognomen potius, viri, Latinum origine, 1) *Josephi* cujusdam, qui et *Barsabas*, seu *Barnabas* vocabatur. Act. I. 23. 2) *Titi* cujusdam, proselyti, Corinthi versantis, cujus domus vicina erat synagogæ. Act. XVIII. 7. item 3) viri, nomen Jesu gerentis, qui commemoratur Coloss. IV. 11. Sæpius non occurrit in N. T. Fuisse vero hoc nomen nec Judæis incognitum, docuit Schœttgenius (ex Breschit Rabba § 6. fol. 7. 1. ubi occurrit יוסטי חבריא *Justus, vir doctus*.) et Hieronymus in Catalogo SS. Eccles. c. 14. ubi vid. Fabricius.

ἹΠΠΕΥ'Σ, έως, ὁ, *eques*, ab ὁ ἵππος *equus*. Pluralis ἱππεῖς, εῖς, legitur in N. T. tantum Act. XXIII. 23 et 32.

ἹΠΠΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *equestris, qui pertinet ad equitem*. Τὸ ἱππικὸν, scil. πλῆθος, seu τάγμα, *equitatus, exercitus equester*, i. q. ἡ ἵππος, seu τὸ στράτευμα ἱππικόν. Occurrit in N. T. semel Apoc. IX. 16. καὶ ὁ ἀριθμὸς στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ δύο μυριάδες μυριάδων, Vulgatus: *et numerus exercitus equestris vicies millies dena millia*, ubi pro ἱππικοῦ alii τοῦ ἵππου, alii τῶν ἵππων male legunt. Xenoph. Cyrop. VIII. 1. 12. et IV. 3. 3.

ἽΠΠΟΣ, ου, ὁ, *equus*, sed ἽΠΠΟΣ, ἡ, *equitatus*. Jac. III. 3. Apoc. VI. 2, 4, 5, 8. IX. 7, 9, 17. XIV. 20. XVIII. 13. XIX. 11, 14, 18, 19, 20.

ἾΡΙΣ, ιδος, ιος, et εως, ἡ, *Iris*, h. e. *arcus cœlestis, variis coloribus imbutus, ex repercussione radiorum solis apparens in nube rorida et opaca, quæ soli opposita est*, ab εἴρω *nuntio, prædico*, nam poëtæ deorum nuntiam eam fingunt, aut quod aliis pluviam, aliis vero serenitatem certo indicio significare videbatur. Hesych. ἶρις· ἡ ἐν οὐρανῷ ζώνη. Phavor. ἶρις· νέφους ὑγρότης κατ' ἔμπτωσιν ἡλίου πεποικιλμένου, οἷον τὸ τόξον. 2) *omne, quod iridis speciem refert*. Sic in N. T. legitur Apoc. IV. 3. καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου ὅμοιος ὁράσει σμαραγδίνῳ et iris erat circa thronum similis aspectui smaragdino. ibid. X. 1. καὶ ἶρις ἐπὶ τῆς κεφαλῆς et iris in capite ejus. Theophr. p. 418. Sæpius non occurrit in N. T.

ἸΣΑΑ'Κ, ὁ. Nomen proprium patriarchæ, filii Abrahami ex Sara, Hebraicum indeclinabile, יִצְחָק *risus*, ex littera Iod, characteristica nominis proprii, et צָחַק *risit*. Ratio etymi habetur Genes. XXI. 6. coll. XVII. 17. XVIII. 12. Matth. I. 2. VIII. 11. XXII. 32. etc.

ἸΣΑ'ΓΓΕΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *angelis similis*, seu *par*, ἴσος ἀγγέλῳ, ut Suidas interpretatur, ex ἴσος *æqualis, similis*, et ἄγγελος *angelus*. Semel in N. T. legitur Luc. XX. 36. ἰσάγγελοι γάρ εἰσι homines, quibus beatitudo futura contingit, angelis similes erunt, maxime respectu ad immortalitatem et corporis naturam, quo in futura vita præditi erunt. Hierocles in aurea carmina p. 40. Phil. de Abel et Cain. T. I. p. 164. 27. Simili modo Homerus ἰσοθέους et θεῷ ἰκέλους appellat eximios viros et diis æquiparandos.

ἸΣΑΣΧΑ'Ρ, ὁ, *Isaschar*, nomen viri Hebraicum, יִשָּׂשכָר i. e. *merces*, vel *præmium est*, ex יֵשׁ *est*, et שָׂכָר *merces*, quod a שָׂכַר *mercede conduxit*, unde apud Albertium in Gloss. N. T. p. 223. e codice Coisliniano CXLIX. per μισθὸς exponitur. Insignitus hoc nomine est filius Jacobi ex Lea uxore, de quo legitur Genes. XXX. 18. ubi etiam ab ipsa *Lea* ratio denominationis hujus datur his verbis: נָתַן אֱלֹהִים שְׂכָרִי h. e. Deus me præmio ornavit. In N. T. ubi semel occurrit, Apoc. VII. 7. de posteris Isaschar, seu tribu Isaschar adhibetur.

ἼΣΗΜΙ, *scio, cognosco, novi*, i. q. ΕἼΣΗΜΙ, ab εἴδω *scio*. In plurali ἴσαμεν, et per syncopen ἴσμεν *scimus*, ἴσατε *scitis, nostis*, per syncopen ἴστε, ἴσασι *sciunt*. Act. XXVI. 4. ἴσασι πάντες οἱ Ἰουδαῖοι norunt omnes Ju-

dei. Hebr. XII. 17. ἴστε γὰρ nostis enim, seu, sciatis vero. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἴστε· γινώσκετε, οἴδατε. Alb. Gloss. Gr. N. T. p. 152. ἴστε· γνῶτε.

"ΙΣΘΙ, vide sub ΕΙ'ΜΙ'.

'ΙΣΚΑΡΙΩ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Iscariotes*. Cognomen Judæ, qui, in numerum apostolorum cooptatus, (Matth. X. 4.) Christum turpissime prodidit Matth. XXVI. 47. et hujus facinoris pœnitentia ductus laqueo vitam finivit, ibid. XXVII. 15. et laqueo rupto præcepsque factus medius disruptus est, et effudit omnia viscera sua. Act. I. 18. Cognomen Ἰσκαριώτης, quo differentiæ causa insignitur a scriptoribus N. T. incertæ originis est, et significationis. Nonnulli, et ut equidem opinor, recte eum ita dictum putant ab oppido קְרִיּוֹת in tribu Juda, quæ occurrit Jos. XV. 25. Jerem. XLVIII. 11. et Amos II. 2. ut Ἰσκαριώτης sit i. q. אִישׁ קְרִיּוֹת *Cariothensis*, cujus patria est urbs Carioth. Hæc sententia, quæ arrisit Pfeifero in Exot. N. T. p. 17. confirmatur codicum nonnullorum N. T. auctoritate, qui Joh. VI. 71. XII. 4. pro Ἰσκαριώτης habent ἀπὸ Καρυώτου. Codex Cantabrigiensis Matth. X. 4. et XXVI. 14. Σκαριώθης habet, et utroque loco Syrus ܣܟܪܝܘܛܐ scripsit. Sed alii eum ita appellatum volunt a tribu *Isaschar*, quod de illa tribu fuerit; alii a proditione sua, quod Christum, mercede conductus, prodiderit, a שָׂכָר *præmium, merces;* alii a שֶׁקֶר *mendacium;* alii aliunde. Sed omnia hæc incerta sunt. Conf. C. A. Heumanni D. de vero sensu nominis Iscariotes cognominis Judæ proditoris, in Miscell. Groning. T. III. p. 598. et J. Sauberti Varias Lectiones textus Gr. Ev. Matthæi p. 253 seq. Legitur in N. T. Marc. III. 19. XIV. 10. Luc. VI. 16. XXII. 3. Joh. XIII. 2. XIV. 26. De morte Judæ proditoris, de qua etiam variæ extant opiniones, conferendi sunt præter Jac. Gronov. Exercitt. Acad. de Pernicie et Casu Judæ. Lugd. Bat. 1683. et Jac. Perizon. Diss. de Morte Judæ et Verbo ἀπάγχεσθαι. Lugd. Bat. 1702. 8. scriptores, a Wolfio in Curis Philol. in N. T. T. I. p. 390 et 1011. et Kœchero in Analectis Philologicis in 4 Evang. p. 489. laudati.

'ΙΣΟΣ, vel 'ΙΣΟΣ, η, ον, 1) *æqualis, par*, scilicet *quantitate, numero, magnitudine*, etc. Ita dicitur de mercede Matth. XX. 12. ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας hos nobis pares fecisti. Luc. VI. 34. ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα ut paria recipiant; ubi sermo est de mutuo dato. De dimensionibus, qua longitudinem, latitudinem et altitudinem, usurpatur Apoc. XXI. 16. τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστί. Alex. Ezech. XL. 5. XLV. 11. De paritate numeri usurpatum legitur apud Xenoph. de Vectigal. IV. 30. de Venat. VI. 7. 2) *idem, æqualis et similis natura.* Joh. V. 18. ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ æqualem se faciens Deo. Act. XI. 17. τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν iisdem donis instruxit. Vulgatus: *eandem gratiam dedit.* Philip. II. 6. οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ non rapinam duxit, Dei personam sustinere, seu æqualem natura et majestate Deo esse, i. q. ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, ubi ἴσα non, ut quibusdam videtur, positum est pro κατ' ἴσα μέρη, seu ἐν ἴσοις μέρεσι, h. e. ἴσως σὺν Θεῷ, sed pro accusativo masc. singularis ἴσον. Confer Alex. Job. V. 14. X. 10. XV. 16. Hippocrat. Jurejurand. c. 1. p. 42. ὄμνυμι ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην ἴσα (h. e. ἴσον) γενέτῃσιν ἐμοῖσιν. Homer. Il. α', 187. ο', 519. τὸν νῦν ἴσα Θεῷ Ἰθακήσιοι εἰσορόωσι. Ælian. V. H. VIII. 38. Cf. Glassii Philol. Sacr. p. 65. ed. Dathii. 3) *consonans.* Marc. XIV. 56. καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν sed testimonia eorum non consonantia erant, non constabant sibi, seu, ut etiam non incommode reddi posset: non erant satis sufficientia et idonea ad probationem ejus, quod quærebatur. ibid. v. 59. καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν. Possit ἴση quoque reddi *utilis, proficua* ad imitationem Hebraici שָׁוֶה quod eodem sensu legitur Esth. III. 8. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ἴσον· ὅμοιον.

'ΙΣΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *æqualitas, æquabilitas, æqualis vicissitudo, justa proportio*, ab ἴσος *æqualis.* 2 Cor. VIII. 13. ἀλλ' ἐξ ἰσότητος sed, ut sit par conditio vestra, seu, ut fiat æqualitas, i. q. in sequenti v. 14. ὅπως γένηται ἰσότης. In utroque loco sermo est de eleemosynis, justa proportione a christianis distribuendis. Plutarch. T. VI. p. 367. ed. Reisk. 2) *æquitas, id, quod æquitas postulat.* Coloss. IV. 1. οἱ κύριοι τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχετε vos heri, quod justum et æquum est, præstate servis. Ἄνισος *inæqualis*, pro *injusto* et *iniquo* legitur apud Epictet. Enchir. c. 31. et Aristotel. de Moribus V. 5. Adde Polluc. Onom. V. § 108. Vocabula ἴσον et δίκαιον etiam conjunxit Demosthenes Or. c. Midiam p. 336. ed. Lutet. et ἰσότητα ac δικαιοσύνην Jamblich. p. 129. Vide Wakefield. Silvam Criticam P. III. p. 122. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum: *ἰσότης, æqualitas, æquitas.*

'ΙΣΟ'ΤΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *æque pretiosus, ejusdem pretii et dignitatis*, ab ἴσος *par, æqualis*, et τιμὴ *pretium, dignitas.* Sic semel legitur in N. T. 2 Pet. I. 1. τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν qui nobiscum eandem præstantissimam religionem, nempe christianam, profitentur. Ipsa vox, sed alio sensu, reperitur etiam apud Josephum A. J. XII. 3. 1. Vide et Zeunium ad Xenoph. Hier. 8. 10. Gloss. Vet. *ἰσότιμος, condignus, æqualis.*

'ΙΣΟ'ΨΥΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *unanimus* (Val. Flac. III. 571.), *eodem*, seu *pari animo præditus, qui idem sentit, cogitat et vult, quod alter*, ab ἴσος *par, æqualis*, et ψυχὴ *animus.* Semel legitur in N. T. Phil. II. 20. οὐδένα γὰρ ἔχω ἰσόψυχον neminem enim habeo, qui eodem, quo ego, modo in vos animatus esset. Chrysostomus recte: τοῦτ' ἔστιν ὁμοίως ἐμοὶ κηδόμενον ὑμῶν καὶ φροντίζοντα, ob verba, quæ statim sequuntur: ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει. Egregie etiam b. Lutherus: **der sogar meines Sinnes sey**, *who are likewise of my mind.* Conf. Heinsii Exercitt. Sacr. ad h. l. Ps. LV. 14. σὺ δὲ ἄνθρωπε ἰσόψυχε, Hebr. וְאַתָּה אֱנוֹשׁ כְּעֶרְכִּי Schol. Eurip. Androm. v. 419. et Æschyl. Agamemn. v. 1479. Schol. Adverbium ἰσοψύχως legitur apud Eustathium in Il. λ', p. 764.

'ΙΣΡΑΗ'Λ, ὁ, *Israël.* Hoc nomen proprium ἄκλιτον impositum fuit, 1) *Jacobo*, patriarchæ, honoris causa, et in perpetuam memoriam pii ejus et fiducia pleni animi erga Deum. Nonnulli hoc nomen derivant ab הִישׁ *vir*, רָאָה *vidit*, et אֵל *Deus*, ut sit idem ac: *vir, qui vidit Deum.* Quæ derivatio non solum Theophylacto, (ad Luc. I. 54.) Augustino (de Civit. Dei I. 16. c. 39.) et Chrysostomo (Homil. LVIII. in Genes.) arrisit, sed etiam auctori Alberti Glossar. Gr. p. 31. scribenti: Ἰσραήλ· ἀνὴρ βλέπων Θεὸν, ἢ νοῦς ὁρῶν Θεόν. Hieronymus exposuit, ac si esset שַׂר אֵל *princeps Dei.* Sunt alii, qui a יָשָׁר אֵל i. e. *rectus Dei* deducunt. Sed repugnat non solum scriptio, quia שׁ in יִשְׂרָאֵל punctum in cornu sinistro

habet, in יָשַׁר vero et יָשָׁר in cornu dextro; sed etiam locus Genesis XXXII. 28, 29. ubi ratio et origo nominis his verbis traditur: כִּי שָׂרִיתָ עִם־אֱלֹהִים quia principem te gessisti coram Deo, ut adeo appareat, compositum esse ex אֵל *Deus* et שָׂרָה *se principem gessit, de principatu contendit, luctatus est.* Huc pertinet formula οἶκος Ἰσραήλ, h. e. *omnes posteri Israëlis,* seu *Judæi.* Matth. X. 6. Act. VII. 42. Hebr. VIII. 8, 10. qui etiam οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, Act. VII. 37. 2 Cor III. 7 3. et λαὸς Ἰσραήλ, Act. IV 10. XIII. 7 appellantur. 2) metonymice *omnibus posteris Jacobi,* patriarchæ, seu *Israëlitis* in scriptura S. imponitur, et quidem antiquissimis temporibus duodecim tribubus, quæ totum regnum Judaicum constituebant usque ad tempora Jerobeami, ubi decem tribus tantum, quæ Jerobeamo adhærebant, nomen hoc retinuerunt. Post reditum vero de exilio Babylonico omnes Jacobi posteri non solum Judæi, sed etiam honoris causa Israëlitæ appellabantur. Ps. XXV. 22. Matth. II. 6, 20, 21. εἰς γῆν Ἰσραήλ in terram, quam populus Israëliticus incolebat. Matth. VIII. 10. οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον neque inter Judæos omnes tantam fiduciam inveni. Marc. XV. 32. ὁ Χριστὸς ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ Christus rex Judæorum, coll. Matth. XXVII. 21. ubi βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων vocatur. 1 Cor. X. 8. Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα Judæi, qu sunt per natales, quibus opponuntur Galat. VI. 6. Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ veri et probi Israëlitæ, quos Deus amat, h. e. veri christiani omnes, Ἰσραὴλ κατὰ πνεῦμα. Hinc factum est, ut 3) Ἰσραὴλ in N. T. κατ' ἐξοχὴν dicerentur *omnes veri Dei cultores, exemplum Jacobi imitantes, non solum inter Judæos, sed etiam inter christianos,* ὁ Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ, Galat. VI. 16. seu ὁ Ἰσραὴλ κατὰ πνεῦμα. Sic legitur in N. T. Rom. IX. 6. οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ non enim omnes Jacobi posteri sunt veri Israëlitæ, veri et Deo probati cultores Dei. ibid. XI. 26. Hebr. VIII. 8, 10.

ΙΣΡΑΗΛΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Israëlita.* Nomen honoris, quo Judæi mirifice delectabantur, uti ex 2 Cor. XI. 22. Act. II. 22. III. 12. V. 35. XIII. 6. XXI. 28. satis constat. Notat autem *eum, qui a Jacobo patriarcha* (cui ab ipso Deo Israëlis nomen honorifice inditum erat, ut esset symbolum gratiæ divinæ.) *originem suam repetit, unum e posteris Jacobi.* Hinc fere semper emphatice ponitur in N. T. et æque ac Ἰσραὴλ speciatim ad *omnes veros Dei cultores inter Judæos* transfertur. Sic v. c. Joh. I. 48. Christus de Nathanaële ἴδε ἀληθῶς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστι en verum Israëlitam, virum integerrimum. Rom. IX. 4. coll. v. 6. XI. 1.

ἹΣΤΑ'Ω, ῶ, vel ἹΣΤΑ'ΝΩ, ἽΣΤΗΜΙ, futur. στήσω, præt. ἕστηκα, etc. Verbum hoc, quod in tironum gratiam dictum esto, ut omnia ejus composita, (v. c. ἀνίστημι, ἀφίστημι, etc.) pro diversitate temporum nunc significationem activam, (scilicet in præsenti imperf. aor. 1. et futur. 1.) nunc vero neutralem, seu intransitivam, (in perfecto, plusquamp. et aor. 2.) in una voce activa natura sua habet, ut adeo, quæ sit in singulis locis vera hujus vocis significatio, ex ipsa varia temporum ratione haud raro cognosci possit. Significat vero 1) transitive: *statuo, stare facio, colloco,* ita, ut et de rebus æque, ac de personis usurpetur, etiam *suadeo,* seu *jubeo, ut aliquis loco aliquo consistat, aliquo duco.* Matth. IV. 5. καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ et constituit eum in fastigio templi. ibid. XVI I. 2. ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν. Marc. IX. 36. Luc. IV 9. IX. 47 Speciatim vero de *iis* usurpatur, *qui alios judicio sistunt,* aut *judicio sisti et adesse in jure jubent, ut causam suam defendant.* Act. IV. 7. coll. Joh. VIII. 3. ibid. V. 27. ἀγαγόντες αὐτοὺς ἔστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ, sc. ὁ στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέταις. ibid. XXII. 30. Herodian. I. 14. 18. ἔστησε δὲ καὶ ἀνδριάντας αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν. Ælian. V. H. VI. 1. 2) per metaphoram de personis: *sisto, statuo, propono eligendos, commendo eligendi causa,* ich bringe in vorschlag, *I propose.* Act. I. 23. καὶ ἔστησαν δύο et duo obtulerunt eligendos, scil. ad munus apostolicum, coll. ver. 24 et 25. Huc etiam referrem locum Act. VI. 6. οὓς ἔστησαν ἐνώπιον τῶν ἀποστόλων, ubi de diaconis sermo est. 3) *præstituo, constituo, certo definio,* nostrum festsetzen, *to affirm.* Act. XVII. 31. διότι ἔστησεν ἡμέραν ideo, quod diem constituit. 4) per synecdochen generis (ita, ut omissum sit ἐν ζυγῷ, vel σταθμῷ, quod additur Sirac. XXI. 25. (ἐν ζυγῷ σταθήσονται) et apud Herodot. II. cap. 65. ἱστᾶσι σταθμῷ πρὸς ἀργύριον τὰς τρίχας) *pondero, exigo ad amussim, libro,* i. q. σταθμάω, quo ipso verbo aliquoties ab Eustathio ad Homerum (v. c. Il. ω', 232.) explicatur: nam, qui res ponderant, sive appendunt, lingulam bilancis sistunt, seu efficiunt, ut erecta stet. Hinc in vers. Alex. sæpe non solum Hebr. שָׁקַל (in quo deficit בַּפֶּלֶס et בְּמֹאזְנַיִם Job. XXXI. 6. et Ies. XL. 12.) *libravit, appendit, ponderavit,* 2 Sam. XIV. 26. Esr. VIII. 25, 26. sed etiam Chald. תְּקַל quod idem notat, respondet. Dan. V. 27. Jam, quia veteres, pecunia signata destituti, pecuniam non numerare, sed ponderare et appendere solebant, factum est, ut στῆσαι τὸ ἀργύριον significaret *alicui dare pecuniam,* ad imitationem Hebr. שָׁקַל Gen. XXIII. 16. Num. VII. 26. 2 Sam. XVIII. 2. 1 Reg. XX. 39. Sic legitur in N. T. Matth. XXVI. 15. οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια et illi dederunt ipsi triginta argenteos siclos. Alii vertere malunt: *et illi promiserunt, se ipsi daturum triginta siclos argenteos.* Vulgat. *constituerunt.* Syrus ܐܘܩܡܘ sed magis placet prior explicatio. Confer Reitzium ad Lucian. Demon. c. 39. p. 388. T. II. et Hutchinson. ad Xenoph. Cyrop. VIII. p. 585. Hinc 5) metaphorice: *imputo, retribuo, rependo,* in utramque partem, sive hoc fiat beneficiis et præmiis, sive pœnis. Sic occurrit in N T. Act. VII. 60. μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην noli ulcisci hoc scelus. 6) *stabilio, tueor, vim et auctoritatem addo, ratum facio, valorem reddo.* Rom. III. 31 ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν sed legem potius stabilimus, confirmamus et commendamus: ubi τῷ καταργεῖν opponitur, et idem est ac πληροῦν. Matth. V. 17. ibid. X. 3. τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι et suam ad favorem Dei perveniendi rationem tueri volunt. Hebr. X. 9. ἀναιρεῖ τὸ πρῶτον, ἵνα τὸ δεύτερον στήσῃ ut alterum illud stabiliat. Eodem modo passivum σταθῆναι in N. T. usurpatur, ut sit: *ratum fieri, verum comprobari.* Mat. XVIII. 16. ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα ut per duos tresve testes veritas rei comprobetur. 2 Cor. XIII. 1. Deut. VIII. 18. Alex. ἵνα στήσῃ τὴν διαθήκην αὐτοῦ, Hebr. לְמַעַן הָקִים אֶת־בְּרִיתוֹ. ib. IX. 5. 1 Sam. XV. 13. Psal. XXI. 12. 1 Maccab. II. 27 ἱστῶν διαθήκην. 7) *firmam et certam animi persuasionem alicui largior.* Rom. XIV. 4.

σταθήσεται δὲ, h. e. aliquando largietur ei Deus certam animi persuasionem, non semper incertus hærebit. 8) intransitive: *sto*, et quidem de statione locali. Matth. VI. 5. ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες. ib. XII. 47. Act. I. 11. XII. 14. ἑστάναι contracte pro ἑστακέναι vel ἑστηκέναι. Apoc. VII. 11. καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι ἑστήκεσαν κύκλῳ τοῦ θρόνου et omnes angeli stabant in circuitu throni; ubi est ἑστήκεσαν Attice pro ἱστήκεισαν. Vide Fischeri Anim. ad Welleri Gramm. Gr. pag. 83 et 196. Matth. XII. 46. εἱστήκεισαν ἔξω, nam plusquamperfectum et ἑστήκειν et εἱστήκειν scribitur. Apoc. XII. 4. καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν et draco erecto corpore adstitit. Fictionem hanc esse ex draconum natura ductam, apparet e Plinio H. N. VIII. 3. et Æliano H. A. XXI. 4. Medium Ἵσταμαι eandem notionem habet. Act. V. 20. σταθέντες λαλεῖτε *summa cum fiducia* tradite. Apoc. XVIII. 15. ἀπὸ μακρόθεν στήσονται ab ea longe stabunt. 8) de personis: *subsisto, sisto gressum, consisto*, ich stehe stille, *I stand still, or stop*. Mat. XX. 32. καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς tum Jesus sistens gradum. Marc. X. 49. Luc. VI. 17. VII. 14. οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν. Eodem modo medium ἵσταμαι Luc. XVIII. 40. σταθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς. De rebus: *inhibeor, sistor, desino, cesso*. Luc. VIII. 44. καὶ παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς et statim cohibitum est sanguinis profluvium. Act. VIII. 38. καὶ ἐκέλευσε στῆναι τὸ ἅρμα et jussit sisti currum. Confer Alex. Genes. XXIX. 34. 2 Reg. XIII. 18. 9) *circumsto, prope adsto*, i. q. παρίστημι. Marc. XI. 5. καί τινες τῶν ἐκεῖ ἑστηκότων et quidam adstantium. Joh. III. 29. Eadem significatione participium σταθεὶς interdum usurpatur. Luc. XIX. 8. σταθεὶς δὲ Ζακχαῖος Zachæus autem adstans. Act. XI. 13. ἄγγελον σταθέντα angelum sibi adstantem. 10) *surgo*, per metonymiam consequentis. Apoc. XI. 11. καὶ ἔστησαν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, coll. v. 8 et 9. Ita etiam σταθεὶς, Act. II. 14. σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα surrexit autem Petrus inter reliquos undecim. ib. XXVII. 21. 11) *vivo, versor in aliquo loco*. Joh. I. 26. μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν inter vos autem versatur. ibid. VI. 22. ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς turba, quæ remanserat. Alex. pro שָׁכַן *commoratus fuit, habitavit*, Num. IX. 17. X. 12. 12) *sto coram judicibus, sistor judicibus causam defendendi causa*. Act. XXIV. 21. ἑστὼς ἐν αὐτοῖς, i. q. ver. 20. ἑστὼς ἐπὶ τοῦ συνεδρίου. ibid. XXV. 10. ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι. XXVI. 6. ἕστηκα κρινόμενος. Eodem modo medium, seu passivum ἵσταμαι usurpatur Marc. XIII. 9. καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε, h. e. ἀχθήσεσθε, ut codices nonnulli e glossemate habent. Act. XVII. 22. σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος, coll. v. 19. XXV. 18. 13) *muneris et officii causa adsto, ministro, appareo, paratus sum ad ministerium, minister sum*. Hinc οἱ ἑστῶτες i. q. οἱ παρεστῶτες *ministri, apparitores*. Matth. XXVI. 73. coll. Marc. XIV. 70. Hebr. X. 11. conjungitur cum verbo λειτουργεῖν, (ut עָמַד cum שֵׁרֵת 2 Paral. V. 14.) quod *ministrare* significat, ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν pontifex apparuit coram Deo. Apoc. VII. 9. VIII. 2. ἀγγέλους, οἳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι angelos, Dei ministros. Ita עָמַד לִפְנֵי פְּלֹנִי 1 Reg. X. 8. et Gen. XLI. 46. Deut. I. 38. Zach. III. 7. Adde Dan. VII. 16. Homer. Odyss. χ', v. 115. Juvenal. Sat. V. v. 63. 14) στῆναι interdum κατ' ἐξοχὴν de *navibus, portum tenentibus*, usurpatur. Luc. V. 2. καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην. Homer. Iliad. Θ', v. 43 et 44. νῆες δέ τοι ἄγχι θαλάσσης ἑστᾶσ'. Conf. Jensii Fercul. Liter. p. 44. 15) de *exercitu, obsidione urbem cingente*, usurpatur Matth. XXIV. 15. ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ. In Codd. nonnullis legitur quidem ἑστὸς, quia βδέλυγμα præcessit. Sed non sollicitanda est lectio recepta bene Græca. Hesych. ἄπτωτον, τὸ μὴ πῖπτον, ἀλλ' ἑστώς. Vide Miscell. Obss. Critt. Vol. II. p. 388. Vide quæ supra a me ad βδέλυγμα dicta sunt. 16) στῆναι *stare in campo victorem*. Ephes. VI. 13. καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι ut omnibus hostibus profligatis victores evadatis. 17) στῆναι πρός τινα, de militibus usurpatum, significat: *resistere alicui, impetus hostiles fortiter excipere*. Ephes. VI. 13. πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου ut possitis resistere fraudibus diaboli. ibid. v. 14. στῆτε οὖν resistite igitur. Exod. XIV. 13. θαρσεῖτε, στῆτε κ. τ. λ. Exempla hujus usus loquendi e Xenophonte dedit Raphelius in Obss. Philol. in N. T. e Xenophonte p. 262. 18) σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ κριτοῦ *stare coram judice is* dicitur, *qui absolvitur et causa sua non cadit, intrepide vultum et sententiam judicis sustinet*. Hinc explica locum Luc. XXI. 37. καὶ σταθῆναι ἔμπροσθεν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου et subsistere coram filio hominis, h. e. et feliciter evadere pœnas, quas Christus judex Judæis infliget, coll. Psalm. I. 5. 19) *constans sum, persevero, persto*. Joh. VIII. 44. καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν defecit a pietate et virtutis studio, coll. Jud. v. 6. Rom. V. 2. ἐν ᾗ ἑστήκαμεν quam, scilicet religionem, constanter profitemur et observamus. 1 Cor. XV. 1. ἐν ᾧ καὶ ἑστήκατε in cujus professione etiam perstitistis hucusque. 2 Cor. I. 24. 1 Petr. V. 12. Ita עָמַד 2 Reg. XXIII. 3. καὶ ἔστη πᾶς ὁ λαὸς ἐν τῇ διαθήκῃ. Dan. XII. 13. Hinc ex adjuncto: 20) *firmus*, seu *confirmatus sum in aliqua re*, et speciatim in N. T. de *iis* usurpatur, *qui satis confirmati sunt in religione christiana, ita, ut non facile deficere ab ea possint*. 1 Cor. X. 12. ὁ δοκῶν ἑστάναι qui jam firmus est in religione christiana. 21) ἵσταμαι *incolumis maneo, in statu meo conservor*. Act. XXVI. 22. ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα divino vero adjutus auxilio adhuc sum incolumis, coll. v. 21. Opponitur τῷ πίπτειν, *e statu pristino deturbari*. 22) *sustineo, perfero*. Apoc. VI. 15. καὶ τίς δύναται (δυνήσεται) σταθῆναι; et quis poterit diei ipsius sævos cruciatus sustinere? Hebr. מִי יָקוּם et מִי יַעֲמוֹד Nah. I. 6. Mal. III. 2.

ἹΣΤΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *iter suscipio visendi et inspiciendi causa, obeo urbes nobiles et loca celeberrima, ut res, visu dignas et maxime memorabiles, inspiciam et rerum utilium cognitionem et notiones mihi comparem*, quod Latini *visere* dicunt. Tacit. Annal. II. c. 60. Ipsa itinera, hoc consilio suscepta, ἱστορίαι vocabantur et enarratio rerum, quas aliquis ipse vidit et præsens cognovit, est *historia*, proprie sic dicta, eine reisebeschreibung, *an account of a journey*. Schol. Sophocl. ad Electr. v. 319. ἱστορεῖν τὸ διέρχεσθαι τόπους παρὰ τοῖς κοινοῖς. Thom. M. ἱστορῶ· τὸ πολὺν τόπον διέρχομαι. Conf. Abreschium Lib. I. Anim. in Æschyl. c. 29. p. 207. et Budæum Comment. Ling. Gr. p. 1071. Hinc 2) *inquiro, percontor, investigo*. Hesych. ἱστορεῖ· ἐρωτᾷ, πυνθάνεται, ἀνακρίνεται. Conf. interpp. ad Thom. M. p. 476. 3) *res memorabiles literis prodo et memoriæ trado*. Ælian. V. H. XII. 49. τοῖς ὑπὲρ τούτων ἱστοροῦσι πιστεύειν. 4) *video, coram cognosco*. Sic semel legitur in

N. T. Galat. I. 18. ἱστορῆσαι Πέτρον Petrum coram cognoscendi causa. Hesych. ἱστορεῖ· ὁρᾷ. Descendit ab ἴστωρ *sciens, peritus,* quod est ab ἴσημι *scio,* unde ἱστορεῖν interdum etiam *cognitionem habere* significat, v. c. apud Polyb. III. 48. οὐχ ἱστορήσαντες, h. e. ignari. Gloss. Vet. apud Labbæum: ἱστορέω, *viso.*

'ΙΣΧΥΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) proprie: *robustus, validus, robore et viribus corporis valens,* ab ἰσχὺς, quod vide. Diog. Laërt. I. s. 86. Xenoph. Mem. II. 6. 12. ubi ὁ ἀσθενὴς opponitur τῷ ἰσχυρῷ. Deinde vero latius patet ac de *personis* adhibitum significat 2) *omnem, qui robore, virtute ac viribus valet, sive sint corporis, sive animi, præstantem, potentem et fortem, honore ac admiratione dignum, auctoritate ac potentia excellentem, divitem, nobilem.* Ita in N. T. tribuitur *Deo O. M.* qui infinita potentia pollet. Apoc. XVIII. 8. ὅτι ἰσχυρὸς Κύριος ὁ Θεὸς nam omnipotens est Deus Dominus. De *Christo* adhibetur ob summam ejus præstantiam et dignitatem, tum ratione personæ, tum ratione officii. Matth. III. 11. Marc. I. 7. Luc. III. 16. ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου venturus est me longe præstantior. Tribuitur etiam *angelis,* qui potentia ac viribus valent, et quidem tum bonis, tum malis. Apoc. V. 2. καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρόν. ib. XVIII. 21. De *hominibus* vero etiam aliquoties usurpatur in N. T. v. c. de *milite forti in bello.* Matth. XII. 29. Luc. XI. 21. qui Hebr. גִּבּוֹר חַיִל 2 Chron. XXXII. 21. ab Alex. πολεμιστὴς δυνατὸς, coll. Jos. I. 14. et גִּבּוֹר simpliciter vocatur Jer. XLVI. 5. coll. Apoc. XIX. 18. De *victoribus in bello et certamine* legitur Hebr. XI. 34. ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ victores in bello evaserunt. De *hominibus, satis confirmatis in religione christiana.* 1 Joh. II. 14. ὅτι ἰσχυροί ἐστε. De *hominibus potentibus, divitibus, nobilibus doctrina et eruditione,* 1 Cor. I. 27. ἵνα καταισχύνῃ τὰ ἰσχυρὰ, pro τοὺς ἰσχυροὺς, ut potentes, nobiles pariter ac eruditos pudore afficeret, coll. v. 19 et 26. ubi σοφοὶ, συνετοὶ, σοφοὶ κατὰ σάρκα, δυνατοὶ, εὐγενεῖς vocantur. 1 Cor. IV. 10. ἰσχυρὸς opponitur τῷ ἀσθενής, h. e. vilis et contemtus. Est autem 3) etiam *rerum, quæ firmitate, robore ac præstantia valent,* et redditur nunc *firmus, bene munitus,* nunc *vehemens, gravis et magnus,* nunc *præstans.* 1 Cor. I. 25. ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ *præstantius* est omnibus sapientiæ humanæ inventis. Matth. XIV. 30. ἄνεμος ἰσχυρὸς ventus *vehemens.* Ita חָזָק cui alias ἰσχυρὸς respondet in vers. Alex. v. c. Num. XIII. 18. XX. 20. de *vento* usurpatur Exod. X. 19. ubi Alex. ἄνεμος σφοδρός. Luc. XV. 14. λιμὸς ἰσχυρὸς *magna fames,* coll. Genes. XLI. 31. Hebr. V. 7. κραυγὴ ἰσχυρὰ magnus et vehemens clamor, h. e. ardentissimæ preces, coll. Dan. VI. 20. Apoc. XVIII. 10. ἡ πόλις ἡ ἰσχυρὰ urbs bene munita, quæ hostium insultus ridebat. Conf. Aquil. 1 Sam. VI. 18. ἐκ πόλεως ἰσχυρᾶς. ubi LXX ἐστερεωμένης habent, et Symmach. τετειχισμένης. Alex. Jud. IX. 51. et verss. vett. Jos. XIV. 12. Thucyd. IV. 9. οὐκ ἰσχυρὸν ἐτείχιζον. Apoc. XIX. 6. καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν. Conf. Foësii Œconom. Hipp. p. 178. 4) *firmus, stabilis, certus, indubitatus,* i. q. βέβαιος. Hebr. VI. 18. ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν spem certissimam habeamus, i. q. τὴν βεβαίαν πίστιν. Hesych. ἰσχυρόν· βέβαιον. 5) *severus.* 2 Cor. X. 10. ἐπιστολαὶ ἰσχυραὶ litteræ severæ. Sic et apud Xenoph. Hist. Gr. I. 7. 10. ψήφισμά ἐστιν ἰσχυρότατον.

'ΙΣΧΥ'Σ, ύος, ἡ, 1) proprie: *robur,* seu *vires corporis,* ab ἴς, ἰνὸς, ἡ, *robur,* et ἔχω *habeo.* Apoc. XVIII. 2. καὶ ἔκραξεν ἐν ἰσχύϊ (h. e. ἰσχυρῶς. Cf. Drusii Præterita Lib. X. p. 438. Hebr. בַּכֹּחַ Psalm. XXIX. 4. In nonnullis codd. legitur ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ e glossemate.) et clamavit valide, vehementer, magna voce. Theod. Dan. III. 4. καὶ ὁ κήρυξ ἐβόα ἐν ἰσχύϊ. IV. 11. Chald. בְּחַיִל. 2) *vires animi, omnes facultates animi, quæ in aliquo insunt.* Marc. XII. 30 et 33. Luc. X. 27. amabis et sancte coles Deum ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου omnibus viribus et facultatibus animi. Vulgatus: ex tota virtute tua. Deut. VI. 5. בְּכָל מְאֹדֶךָ. 2 Reg. XXIII. 25. 3) *præstantia, majestas,* et, de Deo si adhibetur, *summa Dei et infinita majestas et potentia, potentissimum Dei auxilium.* De præstantia et dignitate angelorum usurpatur 2 Petr. II. 11. ἄγγελοι ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες angeli vero majestate et dignitate præstantiores. De Deo occurrit Ephes. I. 19. κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος pro summa ejus et efficacissima potentia. ibid. VI. 10. ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ potentissimo Dei auxilio freti. Ita plane conjunguntur duo hæc vocabula Ies. XL. 26. Alex. ἐν κράτει ἰσχύος αὐτοῦ, Hebr. אַמִּיץ כֹּחַ et Dan. IV. 27. Chald. בִּתְקוֹף חִסְנִי. Theod. ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος μου. — 2 Thess. I. 9. καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ remoti a summa Dei majestate, seu, a Deo ipso O. M. 4) *laus, celebratio,* i. q. αἶνος, τιμή. Sic sumendum videtur Apoc. V. 12. et VII. 12. ubi cum δόξα, τιμὴ, εὐλογία, et εὐχαριστία permutatur. Sed in utroque loco ἰσχὺς accipi quoque potest in notione *imperii,* quam habet apud LXX 1 Sam. II. 1. ubi Hieron. *dabit imperium filio suo.* Cf. infra sub κράτος. — Phavor. ἰσχύς· δύναμις. Male igitur inter utrumque vocabulum discrimen posuit Ammonius, scribens: δύναμις καὶ ἰσχὺς διαφέρει. — — — ἡ μὲν γὰρ δύναμις καὶ ἀπὸ ἐπιστήμης γίνεται καὶ μανίας καὶ θυμοῦ· ἡ δὲ ἰσχὺς ἀπὸ φύσεως καὶ εὐτροφίας τῶν σωμάτων.

'ΙΣΧΥ'Ω, fut. ύσω, respondet Latino *valere,* et est 1) proprie: *robustus sum, robore corporis valeo, integris viribus sum,* et ex adjuncto: *valeo, sanitate corporis fruor,* i. q. ὑγιαίνω. In priore significatione legitur apud Alex. Jos. XIV. 11. Sirac. XXX. 13. ὑγιὴς καὶ ἰσχύων τῇ ἕξει; in posteriore vero apud Matthæum IX. 12. οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες τοῦ ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες non indigent sani medico, sed ægroti, coll. Luc. V. 31. ubi loco ἰσχύοντες positum est ὑγιαίνοντες. Cf. Grotium ad h. l. Ita חָזָק Ies. XXXIX. 1. Ezech. XXXIV. 16. Adde Hippocr. Aphor. Sect. 2. § 8. 2) per metonymiam, ad imitationem Hebraici יָכֹל Ps. XIII. 5. Dan. VII. 21. *prævaleo, vinco, superior e prœlio discedo.* Apoc. XII. 8. καὶ οὐκ ἴσχυσαν, sc. κατ' αὐτοῦ, pro καὶ οὐ κατίσχυσαν et non prævaluerunt contra illum, h. e. devicti sunt, per λιτότητα, Conf. vers. Syriaca et Æthiop. et Alberti in Periculo Critico p. 41. Glossæ: ἴσχυσα· *prævalui.* ἰσχύω· *prævaleo.* Alio sensu sumenda videtur formula ἰσχύειν κατά τινος, quæ Act. XIX. 16. legitur, quam plerique quidem per *superare, subigere aliquem* interpretantur, sed ego reddere mallem *violenter tractare aliquem,* partim ob vocem κατακυριεύειν, a qua diserte distinguitur, partim ob verba sequentia: ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν κ. τ. λ. Syrus: ܟܒܫ ܐܢܘܢ *et dejecit eos.* 3)

possum, efficere ac præstare aliquid valeo. Matth. VIII. 28. XXVI. 40. Marc. V. 4. Luc. XIII. 24. οὐκ ἰσχύσουσι non poterunt. ib. XIV. 6. καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα et non poterant ei ad hæc respondere. Joh. XXI. 6. οὐκ ἔτι αὐτὸ ἑλκῦσαι ἴσχυσαν non amplius illud trahere valebant. Phil. IV. 13. πάντα ἰσχύω omnes vicissitudines perferre omnemque conditionem subire valeo. Aristoph. Vesp. v. 376. 4) *auctoritate valeo, jure et auctoritate polleo, ratus sum.* Sic de testamento usurpatur Hebr. IX. 19. μή ἰσχύει, ὅτι ζῇ ὁ διαθέμενος non ratum est, seu valet, quamdiu vivit disponens. Simili modo ἰσχύειν de legibus usurpavit Ælian. V. H. II. c. 38. παρὰ Μιλησίοις τὸν νόμον τοῦτον ἰσχύειν. Huc etiam referrem locum Act. XIX. 20. κατὰ κράτος ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἴσχυεν sic maxime crevit, h. e. propagata est et invaluit, h. e. auctoritate crevit doctrina christiana. 5) *calleo aliquam artem,* seu *disciplinam.* Luc. XVI. 3. σκάπτειν οὐκ ἰσχύω agriculturam non calleo. 6) *prosum, alicujus usus sum.* Matth. V. 13. εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι ad nihil valet amplius, nullius amplius virtutis est. Galat. V. 6. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει κ. τ. λ. in christiana religione nec Judæi nec gentilis ratio habetur, coll. cap. VI. 15.

ἼΣΩΣ. Adverbium, quod 1) proprie significat: *æqualiter, æque, pariter;* ab ἴσος, de quo supra dictum est. Sic legitur apud Demosthen. p. 35. l. 26. ed. Reisk. ἴσως διοικεῖν. 2) *fortasse, probabiliter, ut credibile est,* i. q. τάχα, ut Hesychius interpretatus est, adverbium dubitandi. Aristot. Rhet. 2. ἀμφισβητοῦντες προστιθέασι ἀεὶ τὸ ἴσως καὶ τάχα. Hinc Alexandrini pro אוּלַי *forsitan* posuerunt Genes. XXXII. 21. Jerem. XXVI. 3. Adde Herodian. IV. c. 14. s. 16. VI. 3. 6. Ælian. V. H. XI. 8. Aristot. Rhet. II. 13. et Zeunium ad Viger. de Idiotismis Ling. Gr. p. 434. 3) *certo, vere, sine omni dubio.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XX. 13. ἴσως τοῦτον ἰδόντες ἐντραπήσονται hunc tamen reverebuntur, coll. Math. XXI. 37. ἐντραπήσονται τὸν υἱόν μου. Alex. pro אַךְ *utique, profecto.* Jer. V. 4. Hac particula non in dubia tantum re, sed etiam certa usos fuisse Græcos, (v. c. Platonem Gorg. VII. 39. 52.) docuit præter alios Munkerus ad Anton. Liberal. Metam. c. 6. p. 46. ac Locella ad Xenoph. Ephes. p. 188. Vide etiam Glassii Philol. Sacr. p. 426. ed. Dathii.

ἸΤΑΛΊΑ, ας, ἡ, *Italia,* subintellige γῆ, seu χώρα. Amplissima et fœcundissima regio Europæ, ita dicta ab Italo rege, circa Herculis demum tempora, quæ septentrionem versus Alpibus, mari Adriatico ortum versus circumcincta est; ab occasu et meridie mare Tyrrhenum et Ligustinum terminos habet. Commemoratur in N. T. Act. XVIII. 2. XXVII. 1, 6. Hebr. XIII. 24. Antiquis dicta est *Hesperia,* ab Hespero, fratre Atlantis, *Ausonia* ab Ausono, Ulyssis filio, et a Sabinorum rege, Œnotro, *Œnotria.*

ἸΤΑΛΙΚΌΣ, ἡ, ὸν, *Italicus, Latinus,* ab Ἰταλία. Semel in N. T. occurrit Act. X. 1. σπεῖρα Ἰταλικὴ cohors, seu legio secundum Bezam, quæ dicebatur *Italica,* cujus sæpe meminit Tacitus in Annalibus, ad quem Lipsius videndus est. Videtur hæc cohors eadem esse, quæ vulgo *miliaria cohors* dicebatur, et primum genus cohortium Romanarum erat. Constabat MCV. peditibus, equitibus loricatis CXLII. et signum habebat *aquilam,* quod præcipuum est imperii Romani insigne. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 516.

ἸΤΟΥΡΑΙ͂Α, ας, ἡ, *Ituræa,* subintellige γῆ, vel χώρα. Nomen cujusdam regionis trans Jordanem, ad aquilonem Palæstinæ, prope montem Hermonem. Secundum Plinium H. N. V. c. 23. est pars Cœlesyriæ et eadem fuisse videtur cum *Auranitide.* Vide Hadr. Relandi Palæstin. Lib. I. c. 22. p. 106. et Cellar. Notit. Orb. Antiq. Lib. III. c. 13. p. 528. Hanc Ituræam, detractam per Asmonæos novo regno Judaico, una cum Trachonitide habuit, tetrarchæ nomine, Philippus, filius Herodis M. Herodis Antipæ frater. Luc. III. 1. Olim, ut videtur, ipsissima Gessurorum vel Gessuræorum regio fuit. Deut. III. 14. Jos. XIII. 2. Ituræi sagittandi arte et latrociniis præstantes fuisse memorantur Cic. Phil. XIII. 8. Nomen unde habeat, incertum est. Nonnulli, inter quos est Relandus l. l. hanc regionem sic dictam volunt a יְטוּר Ismaëlis filio, 1 Chron. I. 31. Alii a voce Syriaca ܛܘܪܐ, טוּרָא vel טוּר *mons* derivant. Hinc Alberti Gloss. Gr. p. 38. Ἰτουρία· ὀρεινή.

ἸΧΘΥΔΙΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *pisciculus, piscis parvus,* seu *parvus pisciculus,* ut loquitur Cic. Nat. Deor. II. 98. Est enim deminutivum ab ἰχθὺς *piscis.* Athen. VIII. p. 359. D. Plutarch. T. X. p. 138. ed. Reisk. 2) *piscis,* i. q. ἰχθὺς, nam multa verba apud Græcos habent quidem formam deminutivorum, non item vim ac potestatem, certe non semper et ubique, ut docuit Cel. Fischerus in Anim. ad Welleri Gramm. Gr. p. 133. Vide etiam infra sub ὠτίον. In N. T. bis tantum legitur. Matth. XV. 34. καὶ ὀλίγα ἰχθύδια, coll. v. 36. καὶ τοὺς ἰχθύας. Marc. VIII. 7.

ἸΧΘΥ͂Σ, ύος, ὁ, *piscis omnis generis,* Hebr. דָּג Genes. I. 16, 28. Matth. XVII. 27. καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον et piscem, qui primus ascenderit, accipe. Luc. V. 6. ἰχθύων πλῆθος πολὺ piscium multitudo magna. Joh. XXI. 6, 8, 11.

ἼΧΝΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie: *ima pedis pars, planta pedis,* quæ etiam Latinis *vestigium* dicitur. Confer Foësii Œcon. Hipp. p. 178. Legitur in hac propria significatione etiam apud Alexandrinos Ps. XVIII. 37. ubi Hebraico קַרְסֹל respondet, et Ezech. XLIII. 7. Deut. XI. 24. pro Hebr. כַּף *planta.* 2) *vestigium, signum impressi pedis, ein Fusstapfen, a footstep,* ut Hebraicum עָקֵב, quod proprie *plantam pedis,* deinde vero etiam *vestigium* notat. Psalm. LXXVII. 20. Hesych. ἴχνος· ποδὸς τύπος. Idem tradit Schol. Eurip. ad Hecub. v. 1059. Xenoph. de Venat. III. 8. V. 7. 3) *vestigium quodcunque, nota, signum.* Hesych. ἴχνος· σημεῖον. Sic v. c. Lucian. T. I. Opp. p. 280. ed. Reitz. τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ubi videndus est Tib. Hemsterhus. 4) metaphorice: *exemplar, exemplum, ad imitandum propositum,* metaphora desumta a viæ ignaro, qui vestigia alterius premit, et ita viæ ducem sequitur, ne a recta via aberret et ad propositum tandem perveniat terminum. Sic ter tantum legitur in N. T. Rom. IV. 12. τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ qui exemplum fidei imitantur, quod reliquit Abrahamus, adhuc præputiatus. 2 Cor. XII. 18. οὐ τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι, sc. περιεπατήσαμεν; nonne eadem vestigia pressimus? 2 Petr. II. 21. ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ut vestigiis ejus insistatis, seu, eum imitemini. Confer. Wetstenius ad h. l. qui docuit, eodem sensu apud Græcos occurrere

formulas: ἴχνεσι βαίνειν, εἰς ἴχνος ἰέναι et κατ' ἴχνος ἀκολουθεῖν.

'ΙΩΑ'ΘΑΜ, ὁ, *Joatham* vel *Jotham.* Nomen viri ἄκλιτον Hebraicum יוֹתָם, h. e. *consummatus, perfectus,* a יָתַם *perfectus fuit.* Fuit filius *Usiæ,* seu *Asariæ,* regis Judæ. Legitur in N. T. Matth. I. 9. bis.

'ΙΩΑ'ΝΝΑ, ης, ἡ, *Johanna,* h. e. *gratiosa Deo,* vide 'Ιωάννης. Est nomen proprium uxoris *Chusæ,* procuratoris Herodis, quæ Christum sequebatur. Commemoratur in N. T. Luc. VIII. 3. XXIV. 10.

'ΙΩΑΝΝΑ῀Σ, ᾶ, ὁ, *Johannas.* Nomen viri Hebraicum, significans *gratiosum Deo,* ex חָנַן *gratiosus fuit.* Inter majores Christi numeratur Luc. III. 27.

'ΙΩΑ'ΝΝΗΣ, ου, ὁ, *Johannes.* Nomen proprium viri Hebraicum יוֹחָנָן (compositum ex חָנַן *gratiosus fuit,* et יְהוָֹה, nomine divino, adeoque ex etymologia *hominem* notat, *qui amore et favore gaudet divino.* Alberti Gloss. Gr. p. 38. 'Ιωάννης· ἐν ᾧ ἐστιν ἡ χάρις, ubi videndus Alberti.) quod Alexandrini per 'Ιωανάν, 1 Chron. III. 24. 'Ιωνά, 2 Reg. XXV. 23. et 'Ιωάνης, 2 Chron. XXVIII. 12. reddiderunt. Fuit autem nomen proprium 1) viri, qui fuit summus sacerdos Judæorum, seu e genere pontificio. Act. IV. 6. 'Ιωάννην καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ, coll. 1 Chron. VII. 9, 10. 2) *apostoli et evangelistæ,* filii Sebedæi, fratris Jacobi, qui historiam de vita, factis et fatis J. C. evangelicam, tres epistolas et Apocalypsin composuit. Matth. IV. 21. Marc. X. 35. Apoc. I. 1, 4. 3) socii itineris Pauli ac Barnabæ, alias cognomine Marci insigniti. Act. XII. 25. XIII. 5. 4) speciatim prodromus Messiæ, baptista, hoc nomine insignitus fuit. Matth. III. 1. XVII. 13. etc. de cujus carcere ac supplicio peculiarem Diss. scripsit C. Cellarius, quæ exstat in Ej. Diss. Acad. p. 373.

'ΙΩ'Β, ὁ, *Jobus.* Nomen proprium ἄκλιτον Hebraicum (אִיּוֹב, quod est vel a radice אָיַב *inimicum et osorem egit, inimicatus est,* ut sit i. q. *hostibus exosus, patiens inimicitiam,* vel a radice אָיַב *desideravit, cupidus fuit*) viri, cujus eximia in rebus adversis patientia laudatur Jacob. V. 11. et cujus fata in ipso libro Jobi narrantur. Fuerunt olim inter ipsos Judæos, negantes, hunc Jobum unquam in vivis fuisse, ejusque librum non veram historiam, sed fabulam meram, ad instituendum compositam, continere. Sed contrarium alii probant ex eo, quod Ezech. XIV. 14, 20. cum Noacho et Daniele et apud Jacobum l. l. cum Elia conjungitur, adeoque ex loco Genes. XXV. 6. coll. Job. I. 3. docere conantur, Jobum fuisse ex Abrahamo ejusque uxore Kethura oriundum. Patria ejus fuit Uz, regio Arabiæ desertæ, et vixisse creditur ante Mosen natum.

'ΙΩΗ'Λ, ὁ, *Joël.* Nomen proprium prophetæ Judæorum, filii Pethuelis, Joël. I. 1. Hebraice sonat יוֹאֵל, quod est vel a יָאַל, rad. inusit. in Hiph. הוֹאִיל *voluit, acquievit,* vel dicitur pro יְהוָֹה אֵל. Legitur in N. T. Act. II. 16.

'ΙΩΝΑ'Ν, ὁ, *Jonan.* Nomen viri ἄκλιτον, idem significans, quod 'Ιωνᾶς, quod vide. Commemoratur in genealogia Christi Luc. III. 30.

'ΙΩΝΑ῀Σ, ᾶ, ὁ, *Jonas.* Est nomen proprium *prophetæ V. T. filii Amithai,* Hebr. יוֹנָה, h. e. *columba,* (quæ et Syris ܝܘܢܐ dicitur) seu secundum Hieronymum, *dolens.* Vixit sub Jeroboamo, filio Joasi, rege Israëlis, et ejus patria erat Gath-Hepher. 2 Reg. XIV. 24 seq. Mat. XII. 39, 40. XVI. 4. Luc. XI. 29, 30, 32. 2) *patris Petri apostoli, piscatoris.* Matth. XVI. 17. Joh. I. 42. XXI. 15. Σίμων 'Ιωνᾶ, sc. τοῦ 'Ιωνᾶ υἱὲ, Simon, Jonæ fili. Multi statuunt, 'Ιωνᾶ poni pro 'Ιωαννᾶ, per syncopen, unde in quibusdam codicibus legitur 'Ιωάννου. Vulgata etiam habet *Johannis.*

'ΙΩΡΑ'Μ, ὁ, *Joram.* Nomen proprium filii Josaphati, regis Judæ. Matth. I. 8. 2 Reg. VIII. 16. Hebraice יְהוֹרָם dicitur, i. e. *Deus est excelsus,* ex יְהוָֹה et רָם *excelsus.* Cur Matthæus eum Usiæ patrem faciat, infra ad vocem 'Οζίας notatum invenies.

'ΙΩΡΕΙ'Μ, ὁ, *Jorim.* Nomen viri ἄκλιτον. Origo et significatio hujus nominis dubia est et incerta. Forte ex יְהוָֹה et רוּם quasi *Jehova exaltans,* seu *exaltabit:* aut ex יְאֹרִים *rivi, fluvii.* Legitur Luc. III. 29. in genealogia Christi.

'ΙΩΣΑΦΑ'Τ, ὁ, *Josaphat.* Nomen proprium regis Judæ, filii Asæ, admodum pii. Matth. I. 8. 1 Reg. XV. 24. Hebraice sonat יְהוֹשָׁפָט, h. e. *Jehova est judex,* seu *Jehova judicabit.*

'ΙΩΣΗ῀Σ et 'ΙΩΣΗ῀, vel 'ΙΩΣΗ', *Joses* vel *Jose.* Est nomen indeclinabile 1) viri, qui in genealogia Christi Luc. III. 29. commemoratur. 2) viri, qui frater, h. e. cognatus Christi appellatur Matth. XIII. 55. Marc. VI. 3. Ejus mater Maria erat. Matth. XXVII. 56. Marc. XV. 40, 47. 3) viri, qui ab apostolis cognominabatur *Barnabas,* Levita, natus in insula Cypro, qui fundum, quem habebat, vendidit et pecuniam tradidit apostolis. Act. IV. 36.

'ΙΩΣΗ'Φ, ὁ, *Joseph.* Nomen viri Hebraicum ἄκλιτον יוֹסֵף, i. e. *recipiet,* a radice אָסַף, vel *addet,* a radice יָסַף *addidit.* Septem hujus nominis in N. T. occurrunt. 1) *Joseph, Jacobi filius undecimus ex Rahele, patriarcha.* Joh. IV. 5. Act. VII. 9. Ratio hujus nominis non obscure traditur Genes. XXX. 23, 24. ubi narratur, Rahelem precatum esse, ut Deus adhuc alium sibi *adderet* (יוֹסֵף) filium. Alberti Gloss. Gr. p. 11. 'Ιωσήφ· προστιθῶν. Interdum idem nomen etiam per metonymiam de *posteris Josephi* adhibetur, v. c. Apoc. VII. 8. ἐκ φυλῆς 'Ιωσήφ, h. e. e tribu Ephraim, coll. v. 6. Psalm. LXXVIII. 67. 2) *Joseph, filius Jonan, pater Juda,* in genealogia Christi Luc. III. 30. 3) *Joseph, filius Juda, pater Semei.* ibid. v. 26. 4) *Joseph, filius Matathiæ.* ibid. v. 24. 5) *Joseph, maritus Mariæ virginis.* Matth. I. 18. cujus pater fuit *Jacob,* Matth. I. 16. seu *Heli,* Luc. III. 23. qui ibidem pater Christi vocatur, quia Christum nutriverat et educaverat. 6) *Joseph, Arimathæensis,* senator, seu consiliarius (βουλευτής) honestus Judæorum. Luc. XXIII. 50. qui a Pilato corpus Christi, morte affecti, sepeliendum petierat. Matth. XXVII. 57, 58. 7) *Joseph,* qui et *Barsabas,* cognominatus *Justus,* una cum Matthia ab ecclesia judicatur ad apostolatum idoneus, loco Judæ proditoris. Act. I. 23. Euseb. H. E. III. c. 33. de hoc Josepho ex *Papia* refert, quod, ubi venenum mortiferum ebibisset, nihil molestiæ et incommodi pertulerit.

'ΙΩΣΙ'ΑΣ, ου, ὁ, *Josias.* Nomen proprium Hebraicum יֹאשִׁיָּהוּ, idem, quod *ignis Domini,* ex אֵשׁ *ignis* et

יְהוֹרָה *Jova.* Fuit rex Israëliticus, filius Amon, qui inter Israëlitas verum Dei cultum restituit. 2 Chron. XXXV. 1. Matth. I. 10, 11.

'ΙΩ͂ΤΑ, τὸ, *Iota.* Nomen litteræ Hebræorum omnium minimæ. Hinc proverbialiter de *quavis re minima et nullius plane momenti* usurpatur Matth. V. 18. de cujus loci vero sensu vide, quæ infra in κεραία dicuntur, et notata a Wetstenio N. T. T. I. p. 294.

K

ΚἈΓΏ. 1) *et ego, etiam ego,* per concretionem Atticam pro καὶ ἐγώ. Matth. II. 8. X. 32, 33. XI. 28. 2 Cor. XI. 22. Sic κἀμοὶ *etiam mihi,* Luc. I. 3. Act. VIII. 19. 1 Cor. XV. 8. Et κἀμὲ *etiam me,* Joh. VII. 28. 1 Cor. XVI. 4. Alex. pro וַאֲנִי et וְאָנֹכִי Gen. XLII. 37. 1 Sam. XII. 6. pro וְגַם אָנֹכִי 1 Sam. I. 28. Jer. XIII. 26. et pro וְגַם Exod. III. 9. Jud. II. 3. 2) *itaque ego.* 1 Cor. II. 1. 3) *vicissim ego.* Matth. XVI. 18. κἀγὼ δέ σοι λέγω. 4) *sic etiam ego,* particula οὕτω deficiente. Joh. VI. 57. X. 15. XV. 9. XVII. 18. XX. 21.

ΚΑΘΆ. Adverbium. *Sicut, quemadmodum, prout, velut,* ex κατὰ et ἃ, *secundum quæ.* Semel legitur in N. T. Matth. XXVII. 10. καθὰ συνέταξέ μοι ὁ Κύριος secundum ea, quæ præcepit mihi Dominus. Frequenter hoc adverbium in vers. Alex. reperitur pro כַּאֲשֶׁר *quemadmodum, sicut.* Genes. VII. 9, 16. XVII. 23. XXI. 1, 4. et pro כְּ *secundum, juxta.* Genes. XIX. 8. Exod. XII. 35. XXXIII. 28. In singulari est καθό. Phrynich. in Eclog. Mœris et Moschopulus: τῷ μὲν καθὰ οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται, τῷ δὲ καθὼς οὐδέποτε.

ΚΑΘΑΊΡΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *destructio, eversio, subversio, demolitio,* a καθαιρέω, quod vide. Legitur in N. T. 2 Cor. X. 4. πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων ad destruenda castella, seu loca munitissima; ubi tamen καθαίρεσις æque ac ὀχυρώματα metaphorice sumendum et omnis locus de *impedimentis gravissimis, a Paulo feliciter removendis,* explicandus est. Vide infra sub ὀχύρωμα. Xenoph. Hist. Gr. II. 2. 9. καθαίρεσις τῶν τειχῶν. Demosthen. Opp. p. 755. 8. edit. Reisk. καθαίρεσις τῶν στεφάνων. Hesych. καθαίρεσις· κατάλυσις, καταστροφή. 2) ex adjuncto: *damnum, detrimentum, pernicies, exitium.* 2 Cor. X. 8. XIII. 10. εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ut vobis prosim, non, ut vobis noceam. Sæpius non legitur in N. T. 1 Macc. III. 44. ἀναστήσωμεν τὴν καθαίρεσιν τοῦ λαοῦ ἡμῶν reparabimus damnum, populo nostro illatum.

ΚΑΘΑΙΡΈΩ, ῶ, fut. 1. καθαιρήσω, aor. 2. καθεῖλον, par. καθελών. 1) *aufero, demo,* et speciatim: *deporto de loco superiore, aliquid ex alto detraho,* nostrum: abnehmen, *to take away,* Latini *refigere* dicunt, etiam *detrahere,* (v. c. Petron. Sat. c. 3. p. 515. et c. 12. p. 521.) ex κατὰ et αἱρέω *capio, apprehendo,* τ mutato in θ ob sequentem aspiratam. Marc. XV. 36. εἰ ἔρχεται Ἠλίας καθελεῖν αὐτόν. ibid. v. 46. καὶ καθελὼν αὐτὸν et refixum de cruce. Justin. IX. 7. Act. XIII. 29. καθελόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου detractum de cruce. Luc. XXIII. 53. Alex. Jos. X. 27. καὶ καθεῖλον αὐτοὺς ἀπὸ ξύλων. ibid. VIII. 29. Polyb. I. 86. Antonin. Lib. fab. 13. ἢ τὸ σῶμα καθαιρήσει τὸ τῆς ἀδελφῆς. ubi vid. Munkerus. Joseph. A. J. VII. 9. 1, p. 233. et in Vita sua p. 38. Hinc in universum de omnibus usurpatur, quæ e sublimi detrahuntur, potestate sua dejiciuntur et in viliorem statum rediguntur; unde in N. T. 2) metaphorice, si de personis sermo est, *depellere, debellare* significat, v. c. Act. XIII. 19. καὶ καθελὼν ἔθνη ἑπτὰ ἐν γῇ Χαναὰν et depulsis septem nationibus Chananæis. 3) *destruo, demolior.* Luc. XII. 18. καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας demoliar horrea mea. Alex. Prov. XXI. 22. καὶ καθεῖλε τὸ ὀχύρωμα. 1 Macc. V. 65. Gloss. Vet. apud Labbæum: *Destruxit,* καθεῖλκεν. Legendum: καθεῖλεν. Hesych. καθαιρεθήσονται, καταστραφήσονται: ubi vide Intt. 4) *deturbo, dejicio, potestate privo,* et speciatim de regibus et potentibus, regno et potestate exutis, usurpatur. Luc. I. 52. καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων de thronis deturbat tyrannos, seu de regno et imperio dejicere solet. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. II. c. 25. et Wetstenii N. T. T. I. p. 654. Δαρεῖον καθεῖλεν Ἀλέξανδρος. Herodian. III. 8. s. 11. 5) *auctoritate et valore privo, efficio, ut aliquid pro nihilo ducatur.* Sic Act. XIX. 27. μέλλειν καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς futurum esse, ut majestas Dianæ minuatur et despiciatur: ubi καθαιρεῖσθαι est i. q. εἰς οὐδὲν λογισθῆναι in antecedentibus. Syrus: *et etiam ipsa Dea totius Asiæ, et quam omnes gentes adorant,* ܠܡܣܬܒܪܘ *despectui habebitur.* 2 Cor. X. 4. λογισμοὺς καθαιροῦντες ad refutandas falsas de me opiniones. ubi vid. Wetstenius. Sæpius non legitur in N. T. Simili modo καθαίρεσις legitur apud Philonem de Confus. Ling. Vol. III. p. 372. edit. Pfeifer. et ipsa vox καθαιρέω apud eundem de Abrahamo p. 380. ed. Paris.

ΚΑΘΑΊΡΩ, fut. αρῶ, perf. κεκάθαρκα, part. pass. κεκαθαρμένος, 1) *mundo rem aliquam, a sordibus purgo, lustro,* a κατὰ et αἴρω *tollo,* quia purgando sordes tolluntur. Speciatim, ut Latinum *purgare,* quo recte usus est Vulg. Joh. XV. 2. (conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 584.) de agricolis et vinitoribus usurpatur, cum inutiles ramos in vitibus arboribusque falce amputant, ne vel nimis luxurient, vel steriles facti exarescant, sed ut copiosiores fructus ferant. Sic legitur in N. T. Joh. XV. 2. καὶ πᾶν (sc. κλῆμα) τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτὸ, ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ et omnem palmitem, fructum ferentem, purgat, ut plures fructus ferat. Simili modo apud LXX Levit. XIX. 23. ἀκαθαρσία *ramos inutiles arborum* notat, pro quo in Cod. Alex. ἀπερικάθαρτον sensu eodem legitur. Phavor. καθαίρω· ἁγνίζω, ἁγνεύω, σμήχω, ἀφοσιῶ. 2) metaphorice: *expio, a peccatis et pœnis peccatorum liberum efficio, quasi purgo peccatis et culpa.*

Sic occurrit Hebr. X. 2. ἅπαξ κεκαθαρμένους perfecte expiatos, liberos a peccatis eorumque pœnis. Etiam apud Græcos hæc vox de *lustrationibus* et *expiationibus sacris* frequenter adhibetur, v. c. apud Xen. Anab. V. 7. 19. Ælian. V. H. III. 1. IV. 5. VIII. 5. Conf. Raphelii Obss. in N. T. ex Herodoto p. 628. Hinc καθαρμοὶ *lustrationes, expiationes*, de quibus erudite egit Salmas. Præf. ad Cebetis Tabulam p. 25 seq.

ΚΑΘΑ'ΠΕΡ, 1) *sicut, quemadmodum.* Conflatum est ex præpositione κατὰ et articulo composito ὅπερ. Rom. XII. 4. ubi pro καθάπερ nonnulli codices ὥσπερ habent. 1 Cor. XII. 12. καθάπερ γὰρ — οὕτω καί. 2 Cor. I. 14. III. 13, 18. VIII. 11. 1 Thess. III. 6, 12. IV. 5. Hebr. IV. 2. et V. 4. Alexandrini pro כַּאֲשֶׁר *quemadmodum, sicut.* Genes. XII. 4. Exod. V. 13. VII. 6, 10, 13. 2) *simili modo, pari ratione.* Rom. IV. 6. καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου pari ratione Davides felicem prædicat hominem. 1 Thess. II. 11.

ΚΑΘΑ'ΠΤΩ, fut. άψω, *attingo, contingo, annecto, appendo*, et neutraliter *annecto*, seu *appendo me, adhæreo, invado*, ex κατὰ et ἅπτω *tango.* Semel legitur in N. T. Act. XXVIII. 3. ἔχιδνα, ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα, καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ vipera, per calorem prorepens, invasit manum ejus, seu hæsit in manu ejus. Vulgatus per *invadere* reddidit. Sophocles Trachin. v. 1062. Copiose et erudite de hoc loco et vera ejus lectione egit Suicer. Thes. Eccles. T. II. p. 5 seq. Hesych. καθάπτεσθαι· λοιδορεῖσθαι, ὀνειδίζειν, τραύνειν, ἐφάπτεσθαι, ἐγγίζειν. Cf. interpretes ad Thom. M. p. 480.

ΚΑΘΑΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) *mundo, purgo, sordes amoveo, inquinamenta tollo, quæ adhærent vel insunt rei.* Matth. XXIII. 25. καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος externa calicum et patinarum purgatis. Marc. VII. 19. καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα ciborum purgamentum; ubi homines se expurgant ab omnibus cibis. Luc. IX. 39. Hinc metaphorice: 2) *sano, curo, a morbo libero*, et speciatim de *cura lepræ usurpatur*, ut Hebr. טִהֵר Levit. XIV. 8 et 9. In hac vero significatione sumitur Matth. VIII. 2. δύνασαί με καθαρίσαι potes me sanare a lepra, et v. 3. καθαρίσθητι mundus esto, et v. 4. καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα, quo facto lepra ejus confestim est sublata. (Simili ratione Latini morbum insanabilem dicunt.) ibid. X. 8. λεπροὺς καθαρίζετε. ibid. XI. 5. Marc. I. 40, 41, 42. Luc. IV. 27. V. 12. etc. 3) *declaro aliquem* vel *aliquid purum, mundum, a sordibus purum*, quemadmodum e contrario Levit. XIII. 23. apud LXX μιαίνειν ad imitationem Hebr. טִמֵּא notat *immundum ac impurum declarare.* Levit. XIII. 6. καθαριεῖ αὐτὸν ὁ ἱερεὺς mundum judicabit illum sacerdos. Ibid. v. 13. et XIV. 6, 48. Jam quia, ut supra ad vocem ἀκάθαρτος observatum est, *impurum* apud Judæos non solum de rebus usurpatur, quarum usus legibus Mosaicis interdictus erat, sed etiam de hominibus, a quorum familiaritate ac consuetudine per leges Judaicas abstinendum erat, hinc καθαρίζειν, de rebus usurpatum, significat: *declarare aliquid licitum nec interdictum*; de hominibus autem si legitur, est: *declarare aliquem dignum aliorum consortio et familiari consuetudine, nec amplius gentilem habendum esse.* Act. X. 15. ἃ (sc. βρώματα) ὁ Θεὸς ἐκαθάρισεν quæ ciborum genera Deus pura et licita declaravit. ibid. XV. 9. τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν religione christiana, quam gentilibus tradi curavit, eos ad verum Dei populum pertinere palam declaravit. Judæi enim se καθαροὺς, h. e. verum Dei populum appellare solebant. 4) in universum: *libero, immunem reddo* et speciatim metaphorice: *emendo, a vitiis revoco, mente purum et incorruptum reddo*, et ex adjuncto: *expio, remissionem peccatorum concilio.* Sic טִהֵר in Piel Psalm. LI. 4. Jerem. XXXIII. 8. et Ezech. XXXVI. 25. 2 Cor. VII. 1. καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος purgemus nos ab omni inquinatione corporis ac animi. Ephes. V. 26. καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι emendans eos baptismo, quo doctrinæ christianæ et ejus observationi obstringuntur. Tit. II. 14. Hebr. IX. 14. 1 Joh. I. 7, 9. Jacob. IV. 8. καθαρίζειν χεῖρας abstinere ab impie factis, emendare vitam. Hebr. IX. 22, 23. ubi de lustrationibus et expiationibus legalibus et ritualibus sermo est, quæ per sanguinem hircorum et vitulorum fiebant. Hinc in versione Alex. τῷ חִטֵּא *expiavit*, Exod. XXIX. 36. Levit. VIII. 15. IX. 15. et כִּפֶּר Exod. XXIX. 37. XXX. 10. respondet. Sirac. XXIII. 9. ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ μὴ καθαρισθῇ. ibid. XXXVIII. 10. ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας καθάρισον καρδίαν. Simili modo καθαίρειν apud Cebetem c. 15. occurrit.

ΚΑΘΑΡΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *purgatio corporis externa, mundatio physica a sordibus et inquinamentis.* Joh. II. 6. κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, pro κατὰ τὸ ἔθος τοῦ καθαρισμοῦ τῶν Ἰουδαίων pro more Judæorum lavandi recepto, sc. ante et post cibum captum. 2) *purificatio legalis et ceremonialis* ad imitationem Hebraici טָהֳרָה 1 Chron XXIII. 28. Nehem. XII. 45. cui καθαρισμὸς in versione Alex. respondet. Luc. II. 22. αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ. Scilicet puerpera apud Judæos *immunda* habebatur et ex legibus Mosaicis sacrificio solemni purganda erat. Levit. XII. 3) *baptismus.* Joh. III. 25. περὶ καθαρισμοῦ, scil. an Christus jure suo baptizare possit, et an baptismus, ab eo institutus, præstantior sit Johannis baptismo, coll. v. 22, 23 et 26. Non enim audiendus est Scaliger, qui *Judaicam* purificationem quotidianam, de qua cap. II. 6. sermo est, intelligit. 4) *cura, medela, sanatio*, speciatim *hominis leprosi.* Marc. I. 44. καὶ προσένεγκε περὶ καθαρισμοῦ σου et offer solemne sacrificium pro sanatione tua. Luc. V. 14. Ita טָהֳרָה Levit. XV. 13. usurpatur, quod ibid. XIV. 32. ipsum sacrificium, pro sanatione leprosi offerendum, notat. Hinc 5) metaphorice: *expiatio, remissio peccatorum, liberatio a peccatis eorumque pœnis.* Hebr. I. 3. δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν morte sua hominibus remissionem peccatorum conciliavit. Formula καθαρισμὸν ποιεῖν legitur eodem sensu in versione Alex. Joh. VII. 21. 2 Petr. I. 9. — Alex. כִּפֻּרִים expiationes Exod. XXIX. 36. XXX. 10. Adde Num. XIV. 18. et Lucian. VI. p. 157.

ΚΑ'ΘΑΡΜΑ, τος, τὸ, 1) Latino *purgamentum* respondet adeoque et proprie significat partim *omne, quod ad purgandum et expurgandum adhibemus*, partim *sordes, quæ purgando auferuntur*, a καθαίρω *purgo.* Jam quia καθαίρειν etiam *expiare, lustrare* significat, hinc κάθαρμα 2) ut Latinum *purgamentum* apud Petronium cap. 134. ubi vid. interpretes, *piamentum* seu *omne* notat, *quo ad expiandum utimur.* Sic v. c.

καθάρματα *victimæ* dicebantur, *quæ immolabantur ad expiandum populum,* (Hesych. κάθαρμα· τὸ χοιρίδιον, ᾧ τὴν ἑστίαν ἐκάθαιρον ἐν ταῖς ἐκτροπίαις.) etiam *homines ignobiles et scelerati, qui publice alebantur et grassante peste aliove malo graviore immolabantur ad expiandam urbem aut civitatem deorumque iram avertendam.* Confer L. Bos. Exercit. Philol. in N. T. p. 125 seq. Schol. Aristoph. Plut. v. 454. et Acharn. v. 44. Phavor. καθάρματα ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ τῇ καθάρσει λοιμοῦ τινὸς, ἢ τινὸς ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθος καὶ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπεκράτησε. Λέγεται δὲ καὶ καθαρισμός. Idem: καθάρματα· ἔτρεφόν τινας Ἀθηναῖοι λίαν ἀγεννεῖς καὶ ἀχρήστους, καὶ ἐν καιρῷ συμφορᾶς τινος ἐπελθούσης τῇ πόλει, λοιμοῦ λέγω, ἢ τοιούτου τινὸς, ἔθυον τούτους, ἕνεκα τοῦ καθαρθῆναι τοῦ μιάσματος, οὓς καὶ ἐπωνόμαζον καθάρματα. Jam quia partim sordes abjicere et aversari solent omnes, partim homines piaculares viles erant et abjecti, hinc κάθαρμα 3) *omnis homo vilis et abjectus, ignobilis et contemtæ conditionis* dicitur. Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. IV. 13. ὡς καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, ubi tamen in nonnullis codicibus περικαθάρματα legitur. Latine verti potest *propudium,* quod vocabulum sæpe apud Plautum occurrit, v. c. Curc. I. 3. 34. "quid ais propudium?" Joseph. B. J. IV. 4. 3. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 114.

ΚΑΘΑΡΟ`Σ, ὰ, ὸν, 1) *purus, mundus, qui caret sordibus et inquinamentis, physice talibus,* a καθαίρω. Matth. XXIII. 26. ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρὸν tunc externæ quoque earum partes purgari poterunt. XXVII. 59. ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ involvit linteo mundo. Apoc. XV. 6. λίνον καθαρόν. ibid. XIX. 8, 14. XXI. 18. χρυσίον καθαρὸν (2 Paral. IV. 16.) ὅμοιον ὑάλῳ καθαρῷ. De ramis purgatis sumitur Joh. XV. 3. ὑμεῖς καθαροί ἐστε vos similes estis talibus palmitibus purgatis, coll. v. 2. Confer supra sub καθαίρω. 2) *licitum, non interdictum legibus divinis,* maxime Mosaicis, præcipue, si de cibis ac nutrimentis sermo est. Rom. XIV. 20. πάντα μὲν καθαρὰ omnia ciborum genera per se licita sunt, ubi τῷ κακὸν opponitur. Tit. I. 15. πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς. Luc. XI. 41. πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν omnia vestra grata erunt Deo et accepta. Matth. XXIII. 29. 3) *insons, innocens, in quem nulla culpa cadit.* Act. XVIII. 6. καθαρὸς ἐγὼ nullam mihi culpam tribuere potestis. ibid. XX. 26. καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος πάντων ab omnium pernicie insons sum. Hist. Sus. v. 45. καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος ταύτης. Constructio hujus vocabuli cum præpositione ἀπὸ Hebraica est, nam Græci addere ei genitivum sine præpositione solent. Genes. XXIV. 8. καθαρὸς ἔσῃ ἀπὸ τοῦ ὅρκου τούτου. 4) ut ἀμίαντος Hebr. VII. 26. *probus, integer vitæ, pius, qui se peccatorum sordibus non contaminavit.* Matth. V. 8. οἱ καθαροὶ καρδίᾳ integri corde, seu animo, i. q. καθαροκάρδιοι, ut a Græcis appellantur, quibus mens est pura et casta. Respondet Hebraicæ formulæ בַר־לֵבָב Ps. XXIV. 4. Cf. etiam Alexandrinos Genes. XX. 5. Job. XXXIII. 3. Joh. XIII. 10. ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες vos omnes, uno excepto, puri et integri estis, coll. v. 11. Tit. I. 15. τοῖς καθαροῖς opponuntur οἱ μεμιασμένοι καὶ ἄπιστοι. 1 Tim. III. 9. καθαρᾷ συνειδήσει animo nihil mali sibi conscio. 2 Tim. I. 3. Sic ipse Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. p. 353. ed. Mori καθαρὰ ἔργα recte facta appellat, in quibus nihil vitii aut reprehensionis est. Phavor. καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἐστὶν ὁ μὴ λαμβανόμενος ἑαυτοῦ ἐπὶ ἐντολῆς Θεοῦ ἀθετήσει ἢ ἐλλείψει. 5) *perfectus, sincerus, non fucatus, verus, suo nomine dignus.* Jacob. I. 27. θρησκεία καθαρὰ verus Dei cultus. 1 Tim. I. 5. ἐκ καθαρᾶς καρδίας animo sincero et haud fucato. 2 Tim. II. 22. Malach. I. 11. Pindar. Pyth. Od. V. init. καθαρὰ ἀρετή. Apud Dion. Halic. III. p. 522. anima καθαρὰ καὶ ἀμίαντος dicitur. 6) *quod vim habet purgandi.* Sic Hebr. X. 22. baptismus dicitur ὕδωρ καθαρὸν, sine dubio propter effectum, coll. Ephes. V. 26.

ΚΑΘΑΡΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, 1) *mundities, puritas,* æque vel physica, vel ceremonialis et legalis, a καθαρὸς *purus.* Semel legitur in N. T. de puritate Levitica Heb. IX. 13. εἰ γὰρ τὸ αἷμα ταύρων καὶ τράγων — ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα si enim sanguis taurorum et hircorum — efficit munditiem corporis externam et legalem. Occurrit etiam in reliquiis Symmachi Ps. LXXXVIII. 43. pro Hebr. טֹהַר. Adde Xenoph. Mem. II. 1. 22. In versione Alex. Psalm. XVIII. 21, 25. vocabulum idem significans καθαριότης reperitur pro Hebr. בֹּר *puritas.*

ΚΑΘΕ'ΔΡΑ, ἡ, 1) proprie in genere: *quæcunque sella, sedes, sedile, subsellium,* ex κατὰ et ἕδρα *sella,* quod est ab ἕζομαι *sedeo.* Sic. v. c. de subselliis vendentium usurpatur. Matth. XXI. 12. καὶ τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς et sellas vendentium columbas, scil. evertit. Marc. XI. 15. Xenoph. de Venat. IV. 4. ἐπὶ τὰς καθέδρας τοῦ λαγώ. Speciatim ita dicitur 2) *subsellium,* seu *altior sella, in qua sedentes magistri Judæorum* (æque ac sophistæ, rhetores et philosophi gentilium. Vide Philostrat. Vit. Soph. II. 2. Juvenal. Sat. VII. 203.) *legem populo interpretabantur, aut de religione disserebant, cathedra, suggestus docentium.* Hinc metonymice: *potestas docendi, munus et dignitas doctoris religionis.* Matth. XXIII. 2. ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς κ. τ. λ. h. e. successores Mosis in munere et dignitate doctoris religionis sunt legis periti, adeoque eodem jure et auctoritate pollent, quo Moses, ut vel e sequentibus apparet. Idem vocabulum, quod in libris Apocryphis V. T. interdum *omnem conditionem hominis et statum florentem, auctoritatem et dignitatem* significat, v. c. Sirac. XII. 12. (conf. Spicileg. I. Lexici Bieliani p. 63.) apud scriptores Græcos ecclesiasticos sæpe de *dignitate* et *munere episcopi* usurpatur, ut me docuit Suicer. in Thes. Eccles. T. II. p. 9.

ΚΑΘΕ'ΖΩ, ut simplex ἕζω, *sedere facio alterum.* Medium καθέζομαι *me sedere facio,* h. e. *sedeo,* ex κατὰ et ἕζομαι *sedeo.* Joh. IV. 6. καθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ sedebat ad fontem. ibid. XI. 20. Μαρία δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζετο Maria interea domi sedebat, ex more scil. lugentium. (Vide Geierum de Hebræorum Luctu c. 18. Hesych. καθέδραι· πένθους ἡμέραι ἐπὶ τετελευτηκόσι. Adde Eurip. Iphig. in Aul. v. 1175.) Inprimis usurpatur de doctoribus Judæorum, qui docentes sedere solebant. Mat. XXVI. 55. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην διδάσκων cotidie inter vos sedebam docens. Luc. II. 46. De judicibus sedentibus Act. VI. 15. οἱ καθεζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ, coll. Homer. Iliad. σ', v. 420 seq. Theocrit. Idyll. XI. 17. καθεζόμενος ἐπὶ πέτρας ὑψηλᾶς. Arrian. Exped. Alex. VII. 24.

ΚΑΘΕΙ͂Σ, vel, ut potius rectius scribitur, καθ' εἷς *unusquisque sigillatim, alius post alium,* pro καθ' ἕνα, ut Græcus dicturus fuisset et reperitur adeo in N. T. 1 Cor. XIV. 31. Ephes. V. 33. Plerisque καθεῖς videtur vox Hellenistica esse, quam ex καὶ εἶτα εἷς, seu εἷς καὶ εἶτα εἷς com-

positam judicavit Blackwallus in Auct. Classicis S. p. 424. ed. Wollii. In N. T. ter tantum legitur. Marc. XIV. 19. καὶ λέγειν αὐτῷ εἷς καθεῖς et cœperunt interrogare eum unus post alium. Sed plurimi codices habent καθ' εἷς, ut etiam expressum est in editione Griesbachiana. Idem valet de reliquis duobus locis Joh. VIII. 9. ἐξήρχοντο εἷς καθεῖς, et Rom. XII. 5. ubi ὁ καθεῖς, seu ὁ καθ' εἷς positum est pro εἷς ἕκαστος *unusquisque, singuli*. Vide omnino de hac formula disputantem Grævium ad Lucian. Solœc. T. II. Opp. p. 755.

ΚΑΘΕΞΗ͂Σ. Adverbium, *ordine, continua serie*. Innuit autem ordinem, sive temporis, sive loci, ex κατὰ et ἑξῆς, ab ἕξη *ordo*. Luc. I. 3. καθεξῆς σοὶ γράψαι continua serie, seu temporis ratione habita, tibi scribere. Syrus: ܒܛܟܣܗ *ordine suo*. ibid. VIII. 1. ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς, scil. ὅτι χρόνῳ, et factum est deinceps, paulo post. Act. III. 22. καὶ τῶν καθεξῆς, sc. ὄντων, seu γεγονότων, aut, ut vult Olearius Obss. SS. II. 5. 11. τῶν χρόνων, et ordine sequentibus. ibid. XI. 4. ὁ Πέτρος ἐξετίθετο αὐτῷ καθεξῆς et Petrus continua serie iis exposuit. ibid. XVIII. 23. διερχόμενος καθεξῆς τὴν Γαλατικὴν χώραν peragravit ordine Galatiam. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΘΕΥ΄ΔΩ. 1) *dormio*, de somno naturali, ex κατὰ et εὕδω *dormio*, præpositionis significatione neglecta. Matth. VIII. 24. XIII. 25. (cum dormiretur.) XXVI. 40, 43. Marc. IV. 27. XIV. 40, 41. καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται νύκτα καὶ ἡμέραν, h. e. et agit res suas, ut homines vulgo solent. ubi καθεύδειν etiam notare potest *in lectum se conferre, decumbere*, quia τῷ ἐγείρεσθαι opponitur. Certe apud LXX Intt. hæc vox quandoque notat simpliciter *in lecto jacere*, v. c. Deut. XI. 19. ubi τῷ καθεύδοντι tribuitur λαλεῖν et in codd. vett. pro καθεύδοντας legitur κοιταζομένους. Adde Inc. Int. 2 Samuel. XIII. 8. 2) *mortuus sum*, per euphemismum et ob similitudinem quandam, quæ morti cum somno intercedit ad imitationem Hebraici יָשֵׁן Dan. XII. 2. Joh. III. 13. et שָׁכַב Ps. LXXXVIII. 6. Matth. IX. 24. οὐ γὰρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον, ἀλλὰ καθεύδει, ubi ἀποθνήσκειν a καθεύδειν ita differt, ut illud sit *mori sine ulla spe reditus in hanc vitam*, hoc vero significet *mori ita, ut mox in hanc vitam revoceris*. Marc. V. 39. Luc. VIII. 52. 1 Thess. V. 10. εἴτε καθεύδωμεν sive mortui deprehendamur die illo extremo : ubi e contrario γρηγορεῖν *vigilare* pro *vivere* usurpatur. 3) metaphorice : *ignavus, negligens, securus sum*, et ex adjuncto : *vitiositati et sceleribus deditus sum*, nam securitas et negligentia est fœcunda scelerum mater. 1 Thess. V. 6. ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν ne itaque securitatis, negligentiæ et incuriæ reos nos faciamus. Ita *stertere* apud Latinos usurpatur, v. c. Cic. ad Attic. IV. 3. נִרְדָּם Prov. X. 5. Nahum. III. 18. Ephes. V. 14. ἔγειραι ὁ καθεύδων redeas ad te, vitiositati dedite, seu, desinas vitam scelestam agere. Conf. Suiceri Thes. Eccles. T. II. p. 10.

ΚΑΘΗΓΗΤΗ΄Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie *ducem viæ, antesignanum* significat, et Hebraico נָגִיד respondet, a καθηγέομαι *viæ dux sum, præcedo, præeo*. Pollux Onom. III. 95. Phavor. καθηγεῖσθαι· ἀντὶ τοῦ ἡγεῖσθαι, παρὰ Ἡροδότῳ. 2) metaphorice: *rector, qui consilio alicui adest, et prudentia aliquem regit*, speciatim *summus doctor, magister*, i. q. ῥαββί. Sic bis legitur in N. T. Matth. XXIII. 8. εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητὴς unus enim communis vestrum magister est. In codicibus nonnullis legitur h. l. ὁ διδάσκαλος, e glossemate. ibid. v. 10. μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί, εἷς γὰρ ὑμῶν ἐστιν ὁ καθηγητὴς ὁ Χριστὸς neque doctores vocemini, unus enim est vester doctor, Christus. Eodem sensu reperitur etiam apud Plutarchum de Discrimine Amic. et Adulat. c. 45. qui in Alexandro p. 667. tradit Leonidam repudiato pædagogi nomine ob dignitatem et necessitatem vocatum esse Alexandri (cui plures præpositi fuerunt τροφεῖς καὶ παιδαγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι λεγόμενοι) καθηγητήν. Conf. eundem in Sympos. Lib. II. p. 634. et in Cic. p. 874. Adde etiam Dionys. Hal. T. II. p. 138. Phavor. καθηγητής· διδάσκαλος. — καθηγητής ἐστιν ὁ προπαιδεύων τὸν προπαιδευόμενον, διδάσκαλος δὲ ὁ τὸν ἐν τοῖς προπαιδεύμασιν γυμνασθέντα διδάσκων. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 482. Gloss. Vet. apud Labbæum: καθηγητής, *præceptor, doctor*.

ΚΑΘΗ΄ΚΩ, *convenio, pertineo, devenio*. Hinc impersonale καθήκει *convenit, decet, consentaneum est*. Participium præs. neutr. gen. τὸ καθῆκον substantive sumitur, *officium, conveniens, decens, quod est officii aut partium alicujus*. Ipsa vox καθήκω ex emendata lectione semel occurrit in N. T. Act. XXII. 22. οὐ γὰρ καθῆκεν (in aliis καθῆκον) αὐτὸν ζῆν non enim fas est, eum diutius vivere. Sirac. X. 26. οὐ καθήκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν. Participium τὸ καθῆκον legitur Rom. I. 28. ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, ubi τὰ μὴ καθήκοντα per λιτότητα *profana, turpia, fœda, indigna quævis* significant, coll. 2 Macc. VI. 4. Diog. Laërt. VII. 25 et 108. Cic. Offic. I. 3. Hesych. καθήκοντα· προσήκοντα, ἀκόλουθα, ἁρμόζοντα.

ΚΑ΄ΘΗΜΑΙ, 1) *sedeo*, et speciatim *otiose sedeo*, (vide Klotz. ad Tyrtæum p. 144.) ex κατὰ et ἧμαι *sedeo*. Matth. IX. 9. καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον sedentem ad portitorium. ibid. XI. 16. καθημένοις otiosis sedentibus. Confer Bergler. ad Alciphr. Epp. I. 25. p. 102. ibid. XX. 30. XXVII. 61. Matth. XXVIII. 2. καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ eique insederat. 2) *humi sedeo*, quod erat lugentium apud veteres populos orientales. Sic legitur in N. T. Luc. X. 13. πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμενοι μετενόησαν jam dudum saccis induti et pulvere conspersi, humi sedentes, ad frugem rediissent. Etiam apud optimos Græcos scriptores κάθημαι ponitur pro κάθημαι χαμαί, v. c. apud Eurip. Iphig. in Aul. v. 1175. Arrian. Diss. Epictet. I. c. 9. III. 24. Alia habet Kypke in Obss. Sac. T. II. p. 261. 3) ut Latinum *sedeo*, Cic. ad Div. XVI. 7. *habito, vivo, versor, commoror in aliquo loco*. Matth. IV. 16. τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου versantibus in caliginosa nocte. Luc. I. 79. XXI. 35. τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς super omnes incolas hujus terræ. Joh. VI. 3. καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο et ibi commorabatur. Act. II. 2. οὗ ἦσαν καθήμενοι in quo versabantur, seu convenerant. 2 Reg. XVIII. 8. pro eo, quod est in ed. Complut. ὅτι ἐκάθητο ἐν Γεδσοὺρ in Vatican. e glossemate legitur ἐν τῷ οἴκῳ μου ἐν Γεδσούρ. Sirac. L. 26. Judith. V. 3. 1 Macc. II. 29. Hanc vero significationem sine dubio recepit verbum istud ad imitationem Hebraici יָשַׁב Ies. IX. 1. Conf. Vorstii Philol. S. c. 5. p. 170 seq. ed. Fischer. Non negandum autem est, in hac locutione linguam Græcam cum Hebræa convenire. Alciphr. I. Ep. 25. p. 102. ἢ καθήμενον ἐπὶ ταῖς Ἀττικαῖς ἐσχατιαῖς

λιμώδεις καὶ αὐχμηρὸν ἐριγγάνειν. Pindar. Olymp. I. Epod. 3. Vide Novam Bibl. Lubec. Vol. II. p. 109 seq. 4) *auditor sum.* Nam auditores olim sedisse, doctores autem et oratores stetisse, constat e scriptoribus Latinis et Græcis. Hinc apud Cic. (Rosc. Am. 1. ad Div. V. 2.) sedentes opponuntur dicentibus, cum in senatu, tum in judiciis, et *bene stare* is dicitur, qui ita stat, ut auditoribus ea, quæ dicit, probet. Eandem consuetudinem etiam Judæis ac primis christianis in conventibus privatis fuisse, clare docet locus 1 Cor. XIV. 30. ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ καθημένῳ si vero revelatio divina contigerit auditorum cuidam. Lucem fœnerat hæc observatio etiam locis Marc. III. 32, 34. et Luc. V. 17. nec refutatur argumentis a Vitringa de Synag. Vetere p. 709. prolatis, ut doceret, sedere in cathedris apud Judæos doctorum tantum fuisse. Hunc enim ritum, sed in synagogis tantum, obtinuisse apud Judæos, ultro concedimus. 5) *sedeo judex, constitutus sum judex.* Judices enim sedere solebant in tribunali, ut apparet ex Matth. XXVII. 19. καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ βήματος. Sic autem usurpatur Act. XXIII. 3. καὶ σὺ κάθῃ, κρίνων με κατὰ τὸν νόμον ideo sedes hic index, ut de me ex lege judices. Pilostratus in Vita Apollonii VIII. 7. p. 328. ed. Olear. δίκαιον γὰρ τὸ μὴ προκαταγιγνώσκειν μηδὲ καθῆσθαι πεπεισμένον, h. e. neque judicem sedere præoccupato animo. Hinc ὁ καθήμενος *sedens, ipsum judicem* significat. Themist. Orat. I. p. 12. ψῆφον ἤδη ὁ καθήμενος εὐτρεπίζεται. Per eandem metonymiam, signo posito pro re signata, καθῆσθαι etiam significat 6) *imperare, regnare, dominari, dignitatem et auctoritatem regiam habere.* Callim. Hymn. in Delum v. 219. quemadmodum etiam יָשַׁב Ps. XI. 8. pro מָלַךְ ponitur, et κάθημαι apud LXX. 2 Reg. XIV. 16. et XV. 5. pro מָלַךְ cum voce βασιλεύειν in codd. permutatur. Ex hac vero significatione explicanda est formula: καθῆσθαι ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ, quæ toties in N. T. Christo tribuitur, qui, sublimis in cœlos elatus, cum Deo regnat et imperium in homines habet commune. Matth. XXII. 44. XXVI. 64. καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. Marc. XII. 36. Luc. XX. 42. XXII. 69. καθήμενος ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ. Act. II. 35. Coloss. III. 1. Hebr. I. 13. Callim. Hymn. in Apoll. v. 30. ubi de Apolline ita: Δύναται γὰρ, ἐπεὶ Διὶ δεξιὸς ἧσται. Etiam καθῆσθαι simpliciter positum *imperare, dominari* significare videtur. Apoc. XVII. 1, 9, 15. coll. XVIII. 7.

ΚΑΘ' ἩΜΕ'ΡΑΝ, sc. ἑκάστην, (quod additur Hebr. III. 13.) seu πᾶσαν (Act. XVII. 17.), *quotidie, singulis diebus, in dies.* Matth. XXVI. 55. Luc. XI. 3. XVI. 19. τὸ καθ' ἡμέραν. Thucyd. I. 2. III. 37. Eurip. Hec. 317. Scribitur etiam contracte καθημέραν Dan. I. 5. Sirac. XLV. 17.

ΚΑΘΗΜΕΡΙΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, *cotidianus, diurnus,* ab adverbio καθημέραν *in dies, quotidie.* Tantum legitur in N. T. Act. VI. 1. ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ in distributione eleemosynarum cotidiana. Num. IV. 16. sec. Oxon. θυσία ἡ καθημερινή, ubi reliqui libri καθ' ἡμέραν habent. Judith. XII. 15. εἰς τὴν καθημερινὴν δίαιταν αὐτῆς. Alciphron I. 5. καθημερινῆς ἐργασίας. Joseph. A. J. XII. 7. 8. καθημερινὰς θυσίας. Thomas in v. ἀμφίετες, ἀφημερινὸν, οὐ καθημερινόν. Mœris Att. p. 45. sub eadem voce idem tradit. Confer quoque Suidam s. v. ἀφήμερος. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 491.

ΚΑΘΙ'ΖΩ, futur. ίσω, 1) proprie transitive: *sedere facio,* seu *jubeo alterum, colloco, constituo.* Medium καθίζομαι *me sedere facio,* h. e. *sedeo,* a κατὰ et ἵζω *in sede colloco.* Eustath. ad Homer. p. 428. καθίζειν proprie, inquit, δηλοῦν τὴν εἰς ἄλλον ἐνέργειαν. In hac vero propria significatione nonnisi metaphorice in N. T. legitur, v. c. 1 Cor. VI. 4. Ephes. I. 20. Καθίζομαι contra reperitur Mat. XIX. 28. Luc. XXII. 30. καὶ καθίσησθε ἐπὶ θρόνων et sedeatis super thronis, h. e. summa dignitate et auctoritate præditi sitis. Æschin. Socr. Dial. III. pag. 162. καθιζόμενοι δικασταὶ ἀνακρίνοντες. (Sic Latini: *judices sedent,* Liv. III. cap. 46. Cic. Fam. II. 13.) Adde Ælian. V. H. XII. 1. Herodian. II. 3. 8. 2) intransitive, omisso ἑαυτὸν, (quod additur v. c. apud Ælian. V. H. IV. 22. VII. 1.) *sedeo, consideo, assideo, insideo.* Matth. XIII. 48. XXVI. 36. καθίσατε αὐτοῦ (coll. Gen. XXII. 5.) considete hic. Luc. XIV. 31. ubi videndus Pricæus. Joh. XII. 14. ἐκάθισεν ἐπ' αὐτὸ, sc. ὀνάριον. Act. XIII. 14. ἐκάθισαν consederunt inter reliquos auditores. 1 Cor. X. 7. Thucyd. I. 26. καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν, ubi Schol. ἑαυτοὺς δηλονότι recte adscripsit. Ælian. V. H. XII. 1. ἐπεὶ δὲ ἐκέλευσε πλησίον αὐτοῦ τὰς ἀνθρώπους καθίσαι. Diog. Laërt. I. 57. καὶ καθίσας εἰς τὸν θρόνον. 3) per synecdochen speciei: *maneo, subsisto in aliquo loco, commoror, versor, sum,* plane ut Hebraicum יָשַׁב Ies. IX. 1. Jerem. XXXVIII. 7. et κάθημαι ac καθίζομαι, de quo supra dictum est. Act. II. 3. ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν quæ aliquamdiu agitabatur super eorum capita. ibid. XVIII. 11. ἐκάθισέ τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἓξ et commoratus est ibi per annum unum et sex menses. Luc. XXIV. 49. ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει vos autem manete Hierosolymis. In versione Alex. respondet Hebr. גּוּר *peregrinari,* Jer. XLIX. 32. et יָשַׁב Exod. XVI. 29. quod in aliis locis per μένω, Gen. XXIV. 55. Ps. IX. 7. et καταμένω, Num. XX. 1. XXII. 9. reddiderunt. Ita et *sedere* apud Cic. ad Fam. XVI. 2. Adde Dionys. Halic. VIII. 16. 4) *judicem constituo,* quia judices in tribunali sedebant. Joh. XIX. 13. Act. XII. 21. XXV. 6, 17. Sic semel legitur 1 Cor. VI. 4. τούτους καθίζετε, scil. δικαστὰς, hos infimos christianos judices et arbitros constituite. Philostrat. Vit. Apoll. III. p. 115. τὸν γὰρ Μίνω ἐν ᾅδου καθίζουσι. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 121. 5) καθίζειν ἐπὶ τοῦ θρόνου partim transitive de *eo* usurpatur, *qui alios summa majestate ac potestate instruit ac iis imperium concedit,* partim intransitive de *eo ipso, qui insigni potestate, dignitate ac imperio instructus est.* Act. II. 30. ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ sibi Deum jurejurando promisisse, se ex posteris ejus collocaturum aliquem in thronum ejus, seu, constituturum aliquem successorem ejus in regno. Transitive vero h. l. καθίσαι accipiendum esse, ex præcedente ἀναστήσειν satis apparet, coll. 2 Paral. XXIII. 20. Matth. XXV. 31. de Christo futuro hominum judice dicitur καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ. ib. XIX. 28. de apostolis καθίσεσθε ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους. Confer infra sub κρίνω. Eodem modo et transitive et intransitive usurpatur 6) formula: καθίζειν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, quæ in N. T. partim *Deo* tribuitur, *quatenus Christum post reditum in vitam et cœlos Dominum et moderatorem universi constituit,* partim *Christo ipsi, quatenus sublimis in cœlos elatus summam cum Deo et potentiam et auctoritatem habet communem, qua adju-*

tus christianos suos semper tuetur et beneficiis ornat eorumque salutis perpetua causa manet, metaphora desumta a regibus, quibus filii aut amici dextri assident, honoris causa, ut adeo καθίζειν ἐκ δεξιῶν τινὸς omnino sit: *secundum ab aliquo esse, alicui proximum esse potentia et honore.* Ephes. I. 20. καὶ ἐκάθισεν (scil. αὐτὸν ὁ Θεὸς) ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Hebr. I. 3. ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. ibid. VIII. 1. ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ibid. X. 12. ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, coll. Marc. XVI. 19. ibid. XII. 2. ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικεν.

ΚΑΘΙ'ΗΜΙ, fut. καθήσω, *demitto, deorsum mitto*, ex κατὰ et ἵημι *mitto.* Luc. V. 19. καθῆκαν αὐτὸν demiserunt eum. Act. IX. 25. καθῆκαν αὐτὸν διὰ τείχους demiserunt eum per murum. Passivum καθίεμαι *demittor* Act. X. 11. XI. 5. reperitur. Sæpius non legitur in N. T. Herodian. II. 6. 14. Gloss. Gr. N. T. p. 73. καθιεμένην, καταφερομένην.

ΚΑΘΙ'ΣΤΗΜΙ, ΚΑΘΙΣΤΑ'Ω, vel ΚΑΘΙΣΤΑ'ΝΩ, fut. καταστήσω, aor. 1. κατέστησα, 1) proprie: *sisto, statuo, constituo, colloco in aliquo loco*, ex κατὰ et ἵστημι *statuo.* Xenoph. Anab. VII. 7. 13. εἰς τὸ φανερόν σε καταστήσαντας in illustri loco te ponentes, conspicuum reddentes. 2) *aliquem constituendum vel sistendum in aliquo loco accipio*, et ex adjuncto: *prosequor aliquem securitatis causa, deduco aliquem, aliquo perduco ac perveho*, **einem das geleite geben, sicher an einen ort hinbringen**, *to accompany one, to bring him safely to a place.* Act. XVII. 15. οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον. Vulgatus: *qui deducebant Paulum.* Arrian. Hist. Ind. cap. 1. καταστήσειν αὐτοὺς μέχρι Καρμανίης deducturum eos ad Carmaniam. Herodian. II. 8. 10. εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν καθιστᾶσι. Conf. Budæi Comment. Ling. Gr. p. 413. et Wetstenii N. T. T. II. p. 562. 3) *efficio, reddo, causor.* Pass. καθίσταμαι *fio, sum*, i. q. γίνομαι, εἰμί. 2 Petr. I. 8. οὐκ ἀργοὺς, οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν non otiosos, nec inutiles nos reddit. Xen. Anab. VII. 7. 13. ἄπιστον σαυτὸν καταστῆσαι. Cf. D'Orville ad Charit. V. 6. p. 484. ed. Lips. Rom. V. 19. ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ multi sunt peccatores facti. ibid. δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοὶ multi favorem Dei consequentur. Jacob. III. 6. ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν lingua est pars corporis nostri. ibid. IV. 4. ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται (in quibusdam codd. ἐστιν) est inimicus Dei. Eodem sensu καθίσταμαι occurrit apud Euripid. Phœn. v. 87. 552 et 973. Themistium Orat. VII. p. 94. ἀεὶ γὰρ ἐν πλείονι καθίσταται λόγῳ. Alia loca dedit Palairet. in Obss. Crit. p. 502. 4) ut Latinum *constituo, præficio aliquem aliis, muneris vel negotii administrationem et curam alicui committo*, nostrum: **anstellen, bestelle**, *to appoint, make overseer.* Luc. XII. 42. ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ quem herus præfecit servis suis. Genes. XXXIX. 4. καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, Hebraico וַיַּפְקִדֵהוּ עַל־בֵּיתוֹ. ibid. v. 14. τίς με κατέστησε δικαστήν; quis me judicem et arbitrum vestrum constituit? Exod. II. 14. τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; Hebr. מִי שָׂמְךָ לְאִישׁ שַׂר וְשֹׁפֵט עָלֵינוּ. Adde Act. VII. 27. Hebr. II. 7. VII. 28. constituisti eum dominum omnium rerum creatarum. (Conf. 2 Sam. III. 39. ubi καθίστημι simpliciter positum apud LXX *constituere regem* notat, et Hebr. מָשַׁח respondet.) ibid. V. 1. καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν rei sacræ præficitur. Tit. I. 5. Xenoph. de Vectig. V. 1. εἰρηνοφύλακας καθιστάναι. Id. de Rep. Laced. II. 2. de Rep. Athen. III. 4. τριήραρχοι καθίστανται. Eurip. Phœn. ver. 51. — Phavorin. καθίστα· ἑτοίμαζε, στῆναι ποίησον. — καθίσταται· ἀντὶ τοῦ γίνεται. — καθιστῶ· ἀντὶ τοῦ δείκνυμι, ποιῶ.

ΚΑΘΟ', *sicut, quemadmodum, pro eo quod, quatenus*, ex κατὰ *secundum* et ὅ *quod.* Rom. VIII. 26. καθὸ δεῖ sicut oportet. 2 Cor. VIII. 12. καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις πρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει grata est Deo promptitudo, quatenus aliquis habet, non, quatenus non habet. Legitur etiam 1 Petr. IV. 13. ubi loco καθὸ in nonnullis codicibus καθὼς e glossemate reperitur. Levit. IX. 5. ἔλαβον καθὸ ἐνετείλατο Μωϋσῆς, Hebr. וַיִּקְחוּ אֵת אֲשֶׁר צִוָּה מֹשֶׁה. Conf. Devarium de Gr. L. Partic. p. 176. ed. Reusm.

ΚΑΘΟΛΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *universalis*, ex κατὰ et ὅλος *totus.* Reperitur hæc vox in inscriptionibus epistolarum Jacobi, Petri, Johannis et Judæ, cum in codicibus, tum in versione Arabica, tum denique in editionibus præstantissimis, Complutensi, Erasmi, Colinæi, Stephani et Bengelii, quæ septem epistolæ ideo sunt *catholicæ* vocatæ, qui non uni homini vel ecclesiæ, sed christianis omnino omnibus, per orbem terrarum dispersis, aut saltem christianis e Judæis inscriptæ fuerunt. Certe ita de hoc vocabulo exposuerunt Theodoretus, (καθολικαὶ λέγονται αὗται, οἱονεὶ ἐγκύκλιοι. οὐ γὰρ ἀφωρισμένως ἔθνει ἑνὶ, ἢ πόλει, ὡς ὁ θεῖος Παῦλος, οἷον Ῥωμαίοις ἢ Κορινθίοις, προσφωνεῖ ταύτας τὰς ἐπιστολὰς ὁ τῶν τοιούτων τοῦ Κυρίου μαθητῶν θίασος, ἀλλὰ καθόλου τοῖς πιστοῖς, ἤτοι Ἰουδαίοις τοῖς ἐν διασπορᾷ, ὡς Πέτρος, ἢ καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αὐτὴν πίστιν χριστιανοῖς τελοῦσιν.) Œcumenius, Grotius, Wolfius ac Wetstenius. Confer Suicer. Thesaur. Eccl. T. I. v. ἐγκύκλιος et καθολικὸς, et Pott. in Exerc. I. ad Epistolam Jacobi p. 173 Adverbium καθολικωτέρως reperitur apud Schol. Lycophr. Alex. v. 16.

ΚΑΘΟ'ΛΟΥ, *omnino, prorsus, penitus, omni tempore, omni ex parte.* Adverbium ex κατὰ et ὅλος *totus*, intellecta voce τρόπου, seu χρόνου, seu μέρους. Μὴ καθόλου *omnino non.* Semel legitur in N. T. Act. IV. 18. παρήγγειλαν αὐτοῖς τὸ καθόλου μὴ διδάσκειν interdixerunt iis, ne omnino docerent. Sed occurrit tamen in Cant. trium puerorum v. 20. et in vers. Alex. Amos III. 3, 4. et Ezech. XIII. 3, 22. XVII. 14. pro לְבִלְתִּי habent τὸ καθόλου μή. Xenoph. de Equ. 8. 1. Gloss. MS. in Cant. Script. καθόλου· τὸ σύνολον. Gloss. Vet. καθόλου, *haudquaquam, prorsus, omnino, penitus.*

ΚΑΘΟΠΛΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *armo, armis induo*, vel *instruo*, seu *munio.* Passivum καθοπλίζομαι *armor, armis instruor*, et omnino de eo dicitur, qui bene armatus et munitus est, nam ὅπλα omnia complectitur, quibus aliquis repellit a se hostilem impetum. Compositum est ex κατὰ et ὁπλίζω, quod idem notat. In N. T. tantum extat Luc. XI. 21. ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος cum quis heros bene armatus et munitus. Alex. Jer. XLVI. 9. תֹּפְשֵׂי מָגֵן, καθωπλισμένοι ὅπλοις. Diod. Sic. III. 70. Xenop. Cyrop. II. 1. 4.

ΚΑΘΟΡΑ'Ω, ῶ, *intueor, conspicio, perspicio*, sive *oculis corporis*, sive *mente*, i. q. simplex ὁράω. Semel in N. T. legitur Rom. I. 20. καθορᾶται *conspiciuntur, oculis subjiciuntur.* In versione Alex. respondet Hebraico רָאָה Job. X. 4. Num. XXIV. 2. Xenoph. Mem. IV. 7. 7. De constructione verbi καθορᾶσθαι, ut et aliorum verborum, *videndi* significationem habentium, cum præpositione ἀπὸ consulendus est Wakefield in Silva Critica P. III. p. 2.

ΚΑΘΟ'ΤΙ, *eo quod, siquidem, quatenus, prout, in quantum.* Adverbium ex κατὰ et ὅτι, subintellige μέρος. Luc. I. 7. καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα quippe Elisabeth sterilis erat. ib. XIX. 9. Act. II. 24, 25. καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε prout quisque indigebat. ibid. IV. 35. Sæpius non occurrit in N. T. Alexandrini sæpe usi sunt pro כַּאֲשֶׁר Exod. I. 12, 17. X. 10. XII. 27. pro כ *secundum, juxta,* Levit. XXVII. 12. et pro לְפִי *pro ratione,* Levit. XXV. 16.

ΚΑΘΩ'Σ, 1) *sicut, quemadmodum, quomodo.* Adverbium comparandi, seu similitudinis. Ei sæpe, ut rei natura postulat, respondet οὕτως, quod vel præcedit, Luc. XXIV. 24. vel subsequitur, Luc. XI. 30. XVII. 26. Joh. III. 14. Sæpe tamen omittitur οὕτως, v. c. Matth. XXI. 6. XXVI. 24. Marc. IX. 13. XV. 8. et tum verti commode potest *convenienter iis, quæ,* etc. v. c. Marc. XVI. 7. 2) *prout, in quantum, quatenus,* i. q. καθότι. Marc. IV. 33. καθὼς ἠδύναντο ἀκούειν prout cuique intelligendi facultas erat. Act. XI. 29. καθὼς ηὐπορεῖτό τις prout cuique suppetebat. 3) *siquidem, quoniam, propterea quod.* Joh. XVII. 2. καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκός. Rom. I. 28. καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν propterea, quod respuebant. 4) *cum, postquam.* Act. VII. 17. καθὼς δὲ ἤγγικεν ὁ χρόνος appropinquante autem tempore. 1 Cor. V. 7. 2 Macc. I. 31. καθὼς δὲ ἀνηλώθη τὰ τῆς θυσίας — ὁ Νεεμίας ἐκέλευσεν. 5) *quod.* Act. XV. 14. 1 Cor. I. 6. 2 Joh. v. 3.

ΚΑΙ'. Conjunctio, quæ fere omnes conjunctionum species exprimit pro contextæ orationis varietate, et est 1) *copulativa; et.* Matth. I. 17, 19. II. 3, 11. et infinitis aliis in locis. 2) *etiam.* Matth. X. 30. ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ἠριθμημέναι εἰσὶ etiam capilli capitis vestri sunt numerati. ib. XV. 16. ἀκμὴν καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; etiam vos adhuc stulti estis? Joh. VIII. 19. εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ᾔδειτε ἂν si me cognitum haberetis, etiam patrem meum cognitum haberetis. ibid. XV. 20. Apoc. II. 13. Xenoph. de Mag. Equit. V. 4. ad quem locum recte docuit Zeunius, καὶ, significans *etiam,* a Græcis quoque ab initio membri collocari. Sic ו Hebræorum Levit. VII. 26. Thren. III. 32. 3) *et quidem.* 1 Cor. III. 5. καὶ ἑκάστῳ ὡς ὁ Κύριος ἔδωκεν et quidem, pro modo virium, a Deo concessarum, seu, pro ratione muneris, a Deo demandati. Hebr. X. 25. καὶ τοσούτῳ μᾶλλον et quidem tanto magis. Sic etiam apud Græcos καὶ interdum vim habet explicandi, v. c. apud Æschinem Socr. Dial. I. 4. καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ θαυμάσια εἰργάζετο. ib. III. 17. Conf. Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 358. Sic ו 1 Reg. IX. 1. 2 Reg. VIII. 9. 4) *atque adeo.* Rom. I. 23. καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων atque adeo volucrium, quadrupedum. Matth. IV. 22. καὶ τὸν πατέρα atque adeo patrem. Joh. V. 37. Ita ו 1 Reg. VIII. 27. 5) *item, simili modo, porro.* Marc. III. 25. καὶ ἐὰν οἰκία simili modo si familia. ibid. IV. 21, 24, 26. Matth. XXIII. 18. 6) ut Lat. *et* (apud Sueton. Galb. c. 4. Varron. de R. R. I. c. 49.) *continuative; tunc, et tunc.* Matth. XVIII. 2. καὶ προσκαλεσάμενος Ἰησοῦς τὸ παιδίον tunc Jesus advocavit puerum. ibid. v. 3. καὶ εἶπεν tunc dixit. ibid. VI. 33. καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν tunc hæc omnia insuper vobis concedentur. ibid. XXV. 27. Act. II. 38. 2 Cor. XIII. 11. Exempla e Græcis scriptoribus dedit El. Palairet. in Bibl. Brem. Nov. Cl. IV. p. 442. et in Obss. Sacr. p. 40. Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 141. Apud Matthæum XXVI. 4. καὶ idem valere videtur ac καὶ τότε. Abreschii lectt. Aristæn. p. 51. 7) *ideo, idcirco, igitur, itaque, unde, propterea.* Act. VII. 43. καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος propterea ultra Babylonem vos relegabo. Luc. XII. 29. καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε, coll. Matth. VI. 31. Matth. X. 1. καὶ προσκαλεσάμενος, coll. IX. 37, 38. ibid. XV. 23. καὶ προσελθόντες ideo adibant eum discipuli. ib. XXII. 16. Marc. IX. 5. καὶ ποιήσωμεν σκηνὰς τρεῖς igitur figamus nobis tria tabernacula. Act. VII. 34. καὶ κατέβην. 1 Cor. V. 13. Galat. II. 16. Ita ו Deut. IV. 39. X. 19. Jos. I. 2. Alex. οὖν. Καὶ habent etiam Alex. pro Hebr. עַל־כֵּן *propterea.* Ies. V. 25. Jerem. XLIV. 23. 8) *causalis; nam, enim.* 1 Cor. XIV. 32. 1 Joh. III. 4. καὶ ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία nam peccatum est aberratio a lege. Apoc. I. 18. καὶ ἔχω, Luc. I. 14. καὶ ἔσται χαρά σοι κ. τ. λ. de ejus enim nativitate tu cum aliis multis gaudebis. Joh. III. 13. Sic ו Ps LX. 13. Genes. XXII. 12. וְלֹא Judd. VI. 14. Sirac. I. 37. καὶ ἀποκαλύψει nam in lucem aliquando proferet Deus. ib. II. 17. καὶ τί ποιήσετε; nam quid facietis? 9) *concessiva; etsi, etiamsi, quamvis, licet,* i. q. καίπερ. Confer Grævii Lectt. Hesiod. c. 8. et Valkenar. ad Eurip. Phœn. v. 277. Sic legitur in N. T. Luc. XVIII. 7. καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς quanquam non statim præsto est. Joh. III. 32. καὶ ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ quanquam de iis, quæ ipse vidit et audivit, testimonium exhibet. ibid. V. 10. XVII. 25. καὶ ὁ κόσμος. Act. VII. 5. καὶ οὐκ ἔδωκεν. Hebr. III. 9. καὶ εἶδον. Adde Joh. VI. 36. IV. 2. XIV. 30. 1 Cor. XVI. 9. καὶ ἀντικείμενοι πολλοὶ quamvis multi resistant. Apoc. III. 1. καὶ νεκρὸς εἶ, quamvis pæne mortuus sis. Xenoph. Hist. Gr. III. 5. 2. VII. 5. 10. Homer. Odyss. β'. v. 245. Eodem modo ו apud Hebræos usurpatur Cohel. IX. 16. 1 Sam. I. 5. 10) *adversativa; vero, autem, sed, ast,* i. q. ἀλλὰ, δέ. Matth. XI. 17. καὶ οὐκ ὠρχήσασθε sed vos non saltastis. ib. v. 19. καὶ ἐδικαιώθη sed laudatur. ib. XII. 39. καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ verum miraculum non dabitur ei. ibid. XIII. 22. XXVI. 60. XXVII. 14. Joh. VI. 70. VII. 4. XIII. 18. Act. X. 28. καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς κ. τ. λ. Sirac. XLI. 13. Tob. III. 10. Ælian. Hist. Anim. II. c. 24. ἰὸς μὲν τῶν ἑρπετῶν δεινός ἐστι, καὶ ὅ γε τῆς ἀσπίδος ἔτι μᾶλλον. Philostrat. Vit. Apoll. I. c. 1. καὶ μὴ ὁμολογοῦντας sed non profitentes, quæ essent. Statius Thebaid. IX. v. 799. "et quid plura loquar?" Conf. Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 313. Simili modo ו Cohel. I. 4. in וְהָאָרֶץ 1 Reg. XIX. 3. 11) *tamen, et tamen,* inprimis in illis locis, ubi proxime præcedens καὶ per *quanquam* reddendum est. Matth. VI. 26. καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν et tamen pater vester cœlestis sustentat eos. ib. VII. 25. καὶ οὐκ ἔπεσε neque sic tamen cecidit. ib. XII. 5. καὶ ἀναίτιοί εἰσι et tamen culpa carent. ib. XIII. 14. καὶ οὐ μὴ συνῆτε et tamen non intelligitis. Joh. III. 11. καὶ τὴν μαρτυρίαν κ. τ. λ. et tamen testimonium meum non admittitis. Phil. IV. 10. ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε de quo tamen solliciti eratis: et alibi pluries. Bion Idyll. I. v. 53. καὶ θεὸς ἐμμί, καὶ οὐ δύναμαί σε διώκειν. Conf. Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 293. Ita ו Deut. XXI. 18. Cohel. IX. 16. Ezech. XVI. 20. 12) *disjunctiva; vel, aut.* Matth. XII. 37. ubi codices nonnulli e glossemate ἢ habent. Joh. VI. 36. Rom. XIV. 7. Hebr. IX. 19. Phil. IV. 16. καὶ ἅπαξ καὶ δὶς aut semel, aut

bis, h. e. aliquoties. Tit. III. 10. Confer El. Palairet. Obss. Critt. p. 251 et 452. Eodem modo *et* apud Latinos pro *vel* usurpatur, v. c. Tibull. I. 10. 49. "Illa velim rapida Volcanus carmina flamma torreat, *et* liquida deleat amnis aqua." Exod. XXI. 17. וְאִמּוֹ *aut* matri. Jer. XIII. 23. וְנָמֵר *aut* pardus. 13) *ut*, pro ἵνα, maxime post verbum γίνεσθαι. Matth. V. 15. καὶ λάμπει ut lucem præbeat. Rom. XI. 35. καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ ut remunerationem accipiat. Hebr. XII. 9. καὶ ζήσομεν ut vivamus. Adde Matth. XIII. 22. XXVI. 53. Luc. VIII. 1. Act. V. 7. Joël. III. 3. τὰ κοράσια ἐπώλουν ἀντὶ τοῦ οἴνου καὶ ἔπινον ut biberent. Gen. XI. 4. Interdum etiam notat *ita ut*, v. c. Eph. IV. 26. ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε irascimini, sed ita, ut non peccetis, h. e. modum in ira servate, ne in peccatum desinat. Conf. Ps. IV. 15. 14) *nempe, inquam*, in oratione, quæ antea dicta vel repetit, vel clarius exponit. Luc. V. 35. καὶ ὅταν ἀπαρθῇ scilicet quando ab iis divellatur. Rom. VIII. 23. καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ nempe nos ipsi. 1 Cor. XV. 29. τί καί, quare inquam. Sic ו Exod. XII. 41. וַיְהִי inquam fuit. Esther. VII. 5. Xenoph. de Re Equestri II. 1. Viger. de Idiot. L. Gr. p. 509 et 512. Conf. Noldii Concordant. p. 293. 15) *et præcipue, et maxime, præsertim, inprimis.* Matth. VIII. 33. καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων inprimis quæ cum dæmoniacis acta essent. Marc. I. 5. καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται. XVI. 7. καὶ τῷ Πέτρῳ et præcipue Petro. Act. I. 14. καὶ Μαρίᾳ. ib. XXVI. 22. καὶ Μωσῆς. 1 Cor. IX. 5. καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Κυρίου καὶ Κηφᾶς. Ephes. VI. 19. Apoc. I. 7. καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν. ibid. II. 13. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις. Ita ו Jos. II. 1. וְאֶת־יְרִיחוֹ maxime Hierichuntem. 2 Sam. XXII. 1. וּמִכַּף שָׁאוּל. 1 Reg. XI. 1. καὶ ἔλαβε γυναῖκας ἀλλοτρίας, καὶ τὴν θυγατέρα Φαραώ. Judith. IV. 13. Herodot. II. c. 66. πᾶν τὸ σῶμα καὶ τὴν κεφαλήν. 15 b) *in summa.* Marc. XII. 22. καὶ ἔλαβον in summa duxerunt eam. Ita ו adhibetur Ezech. XVI. 13. 16) in oratione relativa repetitum, idem est ac *tam* — *quam*, *cum* — *tum.* Rom. XI. 33. ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ O profundas divitias cum sapientiæ, tum cognitionis Dei! ibid. XIV. 9. καὶ ἀπέθανε καὶ ἔζησε tam mortuus est, quam in vitam rediit. Lysias Orat. V. c. 4. p. 62. Adde Jos. VII. 6. Exod. VIII. 14. XII. 19. etc. 17) in oratione comparativa ante πρότασιν idem est, ac *sicut*, *quemadmodum*, i. q. καθώς, et ante ἀπόδοσιν, *ita, sic, vicissim.* Luc. XI. 4. καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν quemadmodum et nos condonamus, coll. Matth. VI. 12. ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν. Ephes. II. 1, 5. καὶ ὑμᾶς — καὶ ἡμᾶς *sicut vos* — *sic etiam nos.* Interdum etiam καί sine ulla particula comparationis præcedente, *sic, eodem modo* significat, v. c. Matth. XII. 26. Marc. III. 26. Adde 1 Joh. II. 27, 28. Ita enim ו Hebræorum post כ et אֲשֶׁר Ies. LIII. 7. וְלֹא יִפְתַּח פִּיו Alex. οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα. Prov. X. 25. Numb. I. 19. Hesiod. Clyp. v. 119. Xenoph. Mem. II. 2. 2. Thucyd. VIII. 1. Adde Matth. VI. 10. Act. VII. 51. Gal. I. 9. 1 Joh. IV. 17. 18) interdum pronominis relativi ὅς *qui, quæ, quod* vicem sustinet. Matth. XI. 16, 17. καὶ προσφωνοῦσι — καὶ λέγουσιν pro ἃ προσφωνοῦσι, etc. uti ex mero glossemate codices nonnulli habent, præeunte Syro interprete. Marc. II. 15. ἦσαν γὰρ πολλοὶ καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ erant enim multi, qui eum fuerant sequuti. Luc. XV. 15. καὶ ἔπεμψεν qui eum misit. ibid. XIX. 43. ἥξουσιν ἡμέραι καί, pro ἐν αἷς. ibid. I. 49. καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ cujus nomen est sanctum. Act. VI. 6. VII. 10. Rom. IV. 3. Ælian. Hist. Anim. I. c. 1. καλεῖταί τις Διομήδεια νῆσος καὶ ἐρωδιοὺς ἔχει πολλούς. Idem V. H. VIII. 17. XIII. 40. Conf. El. Palairet. Obss. Philol. p. 240. et Noldii Concord. Partic. Hebr. p. 299. 19) *adverbium temporis; postquam, postea, tunc, tum.* Luc. I. 56. καὶ ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς postea domum est reversa. Matth. XXII. 20. καὶ λέγει αὐτοῖς tunc interrogavit eos. Marc. II. 3, 12. Luc. VI. 16. ὃς καὶ ἐγένετο προδότης qui postea Jesum prodebat. Act. X. 16. Joh. IV. 35. post quatuor menses instat messis. Deut. I. 19. Ruth. I. 5. 20) *quando, cum*, post vocabula, tempus significantia. Luc. V. 17. καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων cum ipse doceret. ibid. XXII. 44. Matth. XXVI. 45. ἤγγικεν ἡ ὥρα καὶ ὁ υἱὸς κ. τ. λ. Marc. XV. 25. καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν cum eum cruci affigerent. Luc. XXIII. 44. καὶ σκότος ἐγένετο cum tenebræ fierent. Xenoph. Exped. Cyr. II. p. 273. καὶ ἤδη τε ἦν περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν καὶ ἔρχονται. Lucian. L. II. Ver. Hist. p. 133. nondum enim sol occiderat, καὶ ἀπό τινος ἐρήμης νήσου κ. τ. λ. Homer. Odyss. ι', 262. τέτρατον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα. Ita quoque ו Num. X. 5. Jos. II. 8. Amos VII. 9. 21) *adverbium loci; quo, ubi, ibi.* Joh. III. 23. καὶ παρεγίνοντο quo confluebant, qui ab eo baptizari cupiebant. Act. VII. 6. καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ ubi servitute premetur. ib. v. 15. IX. 6. καὶ λαληθήσεταί σοι ibi tibi dicetur, coll. XXII. 10. Matth. XX. 18. Hierosolymas jam adimus, ubi Messias tradetur. Ita ו 2 Chron. XXXV. 24. וַיָּמָת *ubi moriebatur.* Deut. XXIV. 1. 22) habet vim *affirmandi, corrigendi*, et *intendendi; immo, quin immo.* Joh. IV. 23. ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστι venit tempus, immo jam adest. ibid. V. 25. Act. XIX. 27. ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη immo totus terrarum orbis. 2 Cor. VIII. 3. XII. 15. 1 Joh. IV. 3. Nec abhorret usus loquendi τοῦ ו 1 Reg. VIII. 27. Num. XIV. 23. 22b) *quanto magis.* Joh. XIII. 14. καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε quanto magis vos debetis. Syrus: etc. ܟܡܐ. 23) *particula negandi*, si post negationem ponitur; *nec, neque.* Matth. XIII. 15. μήποτε — καὶ — καί. 2 Cor. XII. 21. Galat. III. 28. οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ nec masculi nec fœminæ ratio habetur. Ita quoque ו Lev. XXVI. 1. Num. XVI. 14. 23b) *jam, jam ante.* Joh. VIII. 25. ὅ τι καὶ λαλῶ ὑμῖν quem me jam ante vobis professus sum. 1 Cor. XIII. 12. Ita ו Gen. II. 7. Job. XXXIV. 33. 24) in interrogationibus mox per *an? num?* mox per *vero, autem* reddendum est. Luc. X. 29. καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; ecquis vero est proximus meus? Marc. X. 26. καὶ τίς δύναται σωθῆναι; quis autem potest servari? Act. XXIII. 3. 1 Cor. V. 2. καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ. Ita ו 1 Sam. XX. 12. Jerem. XXV. 29. Apud Græcos (maxime in interrogationibus, v. c. apud Arrianum Epict. IV. 4. p. 384. Exped. Alex. VII. 10. p. 285. Aristoph. Pace 123 et 834. et Acharn. 86.) ac Latinos ita etiam usurpari, docuit El. Palairet. Bibl. Brem. Nov. Class. IV. p. 339. Conf. etiam Blackwall. Auctores Class. Sacr. p. 394. ed. Wollii. 24b) *antequam.* Joh. IV. 34. καὶ ὁ θερισμὸς antequam messis institua-

tur. Sic ו Jud. II. 21. וַיָּמֹת antequam moreretur: et Ezech. XLII. 14. 25) *vicissim, e contrario.* Sic occurrit non solum in κἀγὼ, Matth. X. 33. sed etiam simpliciter positum. Matth. XVIII. 33. οὐκ ἔδει καὶ σὲ; nonne æquum erat et te vicissim? Ita ו Jud. IX. 7. in וַיִּשְׁמַע 1 Sam. XV. 23. in וַיִּמְאָסְךָ. 26) *præterea, cæterum.* Luc. I. 36. καὶ ἰδοὺ præterea scito. Conf. Noldii Concord. Partic. Hebr. p. 291. 27) *particula excitandi; age, agite.* Matth. XXIII. 32. καὶ ὑμεῖς πληρώσατε. Luc. VI. 31. καὶ καθὼς θέλετε. ibid. XX. 3. καὶ εἴπατέ μοι. 1 Cor. XI. 6. καὶ κειράσθω *age tondeatur.* Conf. Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 269. et Palairet. Obss. Philol. p. 203. 28) *potius, sed potius.* Luc. III. 14. καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν sed potius contenti sitis stipendiis vestris. Sirac. XXI. 6. καὶ περὶ τῶν προτέρων σου δεήθητι potius de pristinis deprecare. Conf. Gataker. ad Antonin. II. 5. 7. 28b) *tandem.* 1 Cor. XV. 29. τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; ibid. v. 30. 2 Cor. II. 2 καὶ τίς ἐστι ὁ εὐφραίνων με. Ita et legitur apud Chariton. VII. p. 125. Conf. Abresch. Dilucid. Thucyd. I. p. 19. 29) καὶ οὐ, pro μᾶλλον ἤ, *magis quam.* Matth. IX. 13. ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν pietate magis, quam sacrificiis delector. Joël. II. 13. scindite corda vestra καὶ μὴ ἱμάτια ὑμῶν magis quam vestes vestras. Prov. VIII. 10. Conf. Alberti Obss. Philol. p. 70. 30) *insuper quoque, præterea vero.* Act. V. 32. καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον insuper quoque Spiritus sanctus. Multa ex profanis habet Joh. Alberti Obss. Philol. p. 462. 31) Duobus substantivis aut verbis interjectum omitti interdum debet, ita, ut vel posterius substantivum in genitivum mutetur, vel verbum posterius in infinitivum. Prioris usus loquendi exempla sunt Matth. IV. 16. ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, pro ἐν χώρᾳ σκιᾶς θανάτου in regione umbræ mortis. Act. XXIII. 6. περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν de spe resurrectionis mortuorum. Rom. II. 20. τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας veræ cognitionis. ibid. I. 5. χάριν καὶ ἀποστολὴν beneficium, quod est in munere apostolico. Rom. II. 7. Posterioris vero exemplum est Rom. X. 20. Ἠσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει Iesaias vero audet dicere, i. q. ἀποτολμᾷ λέγειν. Interdum tamen alterum substantivum *adjective* sumitur et verborum unum *adverbialiter.* Act. XIV. 13. ταύρους καὶ στέμματα tauros et vittas, h. e. tauros vittatos. ibid. XV. 16. μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω καὶ ἀνοικοδομήσω,. h. e. postea iterum ædificabo. 32) καὶ haud raro inchoat sermonem, ita, ut tantum continuandi sermonis causa additum in versione vel plane omitti, vel per *porro* reddi possit. Luc. I. 23. καὶ ἐγένετο. ibid. v. 59. ibid. II. 46. IX. 18. XIV. 1. Joh. II. 1. καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. Act. II. 17. καὶ ἔσται. Verum quidem est, Hebræos haud raro inchoare sermonem ita, ut ו vel וְהָיָה præmittant, prout post Olearium recte observavit Bynæus de Morte J. C. Lib. I. c. 1. p. 9. et a me satis probatum est supra ad γίνομαι, nec tamen desunt exempla hujus loquendi usus apud optimos Græcos scriptores, v. c. Ælian. V. H. II. 1. καὶ ταῦτα Σωκράτης πρὸς Ἀλκιβιάδην, et cap. 31. καὶ τίς οὐκ ἂν ἐπῄνεσε τὴν τῶν βαρβάρων σοφίαν; 33) interdum *abundat,* v. c. Rom. V. 12. ante οὕτως. 1 Cor. VII. 7. ὡς καὶ ἐμαυτόν. 2 Cor. I. 3. ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ Deus pater. ibid. II. 2. καὶ τίς ἐστιν; Jacob. I. 27. παρὰ τῷ Θεῷ καὶ πατρί. ibid. IV. 15. καὶ ποιήσομεν. Rom. III. 7. in κἀγώ. Joh. XVII. 25. καὶ ὁ κόσμος. Sirac. VIII. 22. καὶ μὴ ἀναφερέτω σοι χάριν ψευδῆ, Vulgatus: *ne forte referat tibi gratiam falsam.* Lucian. Dial. Mort. T. I. p. 267. edit. Reitz. οὐκ οἶδα, ὅ, τι καὶ λέγεις. ibid. p. 321. Hebraicum ו sæpius redundare, cum notum est, tum exemplis idoneis comprobavit Noldius in Concord. Particularum Hebr. Chald. p. 309. 34) *deficit* interdum. Matth. VIII. 4. ὕπαγε δεῖξον. ib. XXVI. 24. ante ἄγωμεν. 1 Cor. VIII. 1. ante ἡ γνῶσις, *alqui* (Ps. XLIX. 13.) cognitio. Ibid. XV. 20. ante ἀπαρχὴ ἐγένετο. Tit. II. 4. ante φιλοτέκνους. Phil. III. 16. ante τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Hom. Od. γ', 52. χαῖρε δ' Ἀθηναίη πεπνυμένῳ ἀνδρὶ δικαίῳ —

Restant aliæ significationes hujus particulæ, quas in singulis N. T. locis explicandis admittendas esse judicarunt interpretes tantum non omnes, et quas, ne quid prætermisisse videar, breviter notabo: a) *aliquando.* 1 Cor. IV. 5. ὃς καὶ φωτίσει, qui aliquando in lucem protrahet. ibid. v. 7. εἰ δὲ καὶ ἔλαβες. ibid. VII. 11, 21, 28, 29. b) *cum.* Mat. XXVII. 19. μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ nihil tibi rei sit cum hoc insonte. Marc. I. 24. V. 7. Luc. IV. 34. VIII. 28. Joh. II. 4. Act. VII. 15. Ita ו Gen. IV. 20. Exod. I. 5. c) *quod attinet ad.* Ephes. V. 33. καὶ ὑμεῖς et vos quod attinet. 1 Joh. II. 27. Apoc. II. 26. καὶ ὁ καθήμενος quod attinet ad sedentem. ibid. VI. 8. Sic τὸ ו quoque usurpari, exemplis Exod. XXX. 37. Ies. LIX. 21. Daniel. I. 20. probavit Noldius in l. l. p. 300. d) *quamdiu,* ut ו Hebr. Genes. XVIII. 8. 2 Reg. XI. 3. Hebr. XIII. 4. καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. e) *quanto magis.* Joh. VII. 14. καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε quanto magis vos debetis. f) *hoc est, id est,* ἐξηγητικῶς. Matth. XIII. 41. καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, hoc est impios et scelestos. Marc. I. 15. καὶ ἤγγικεν. Joh. VI. 10. καὶ πιστεύων εἰς αὐτόν. ibid. X. 33. Act. VII. 5. καὶ τῷ σπέρματι. ibid. XXVI. 20. καὶ ἐπιστρέφειν. 1 Cor. XVI. 16. Coloss. II. 8. 1 Petr. I. 3. coll. Gen. XIII. 15. Cohel. V. 17. 1 Sam. XVII. 40. Conf. Hackspan. Nott. Philol. Theol. P. III. p. 18. g) καὶ μὴ potius quam Matth. V. 29. Sic וְאַל Joël. II. 13. Prov. VIII. 10.

ΚΑΙΆΦΑΣ, α, ὁ, *Caiaphas.* Est nomen proprium, quod ejusdem originis esse videtur, cujus nomen Κηφᾶς recte habetur, nempe ex Syriaco ܟܐܦܐ, Chald. כֵּיפָא *lapis, petra.* Fuit pontifex maximus Judæorum, e secta Sadducæorum, (Act. V. 17.) cujus plenum nomen teste Eusebio H. E. I. 10. et Josepho A. J. XVIII. 3. 2. erat Ἰώσηπος ὁ Καϊάφας, sed cognomen ab evangelistis solum ponitur, quia forte vulgo notius fuit. Dignitatem pontificis M. concesserat ei *Valerius Gratus,* Judææ præses, qui ejus antecessorem, Simonem, Camithi filium, removit. Sed illo honore iterum privatus fuit a *Vitellio,* Syriæ præside, qui Jonathanem, Anani, pontificis M. filium, ejus successorem constituit. Commemoratur. Matth. XXVI. 3, 57. Luc. III. 2. Joh. XI. 49. XVIII. 13, 14, 28. Act. IV. 6.

ΚΑΙΓΕ. Adverbium, *saltem.* Luc. XIX. 42. καίγε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ saltem nunc. Act. II. 18. καίγε atqui seu et quidem. Sæpius non legitur in N. T. Hesychius: καίγε, καίτοι.

ΚΑΪ́Ν, ὁ. *Cain.* Est nomen primogeniti filii Adami et primi fratricidæ. Hebraice sonat קַיִן h. e. *acquisitus,* a קָנָה *comparavit, acquisivit.* Rationem hujus denominationis dedit ipsa Heva, Genes. IV. 1. קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה quod Alexandrini recte reddiderunt ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ, prout etiam le-

gitur in versione Vulgata. Commemoratur in N. T. Hebr. XI. 4. 1 Joh. III. 12. Ep. Judæ v. 11. τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν sequuti enim sunt vestigia Caini, invidia nempe, odio erga alios et impietate. Hesychius: Κάϊν, κτῆσις: ubi videndi interpretes.

ΚΑΪΝΑ'Ν, ὁ. *Cainan.* Nomen viri ἄκλιτον, Hebr. קֵינָן quod vel a קָנָה *possedit*, derivari potest, vel *deplorantem* significat, a קוּן *deplorare.* Fuit filius Enos, Genes. V. 9. coll. Luc. III. 37. sed Luc. III. 36. alius ejusdem nominis commemoratur, filius Arphaxad, pater Salah, cujus tamen Moses Genes. XI. ubi Semi posteros recenset, nullam omnino in textu Hebraico mentionem fecit. Sed Alexandrini interpretes, quos et, ut opinor, recte secutus est Lucas, Cainan inter Salah et Arphaxad medium collocant. Conf. Usserii Syntagma de Græca LXX Interprr. Versione et Dissertatio de Cainane Arphaxadi filio, p. 9.

ΚΑΙΝΟ'Σ, ή, όν, 1) *recens, quod nuper factum est et accidit, nondum usurpatum, adeoque integrum, firmum et incorruptum est.* Derivatur a καί et νῦν, quasi *nuperus, jam modo factus.* Καινός et νέος differunt inter se ut: neu und jung, *new and young.* Νέος scilicet dicitur de *iis, quæ vivunt, certe quibus vita tribuitur,* καινός vero de *rebus inanimatis.* Matth. IX. 17. βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς sed vinum recens conjiciunt in uteres recentes, adeoque integros et incorruptos, coll. Jos. IX. 13. ib. XXVII. 60. μνημεῖον καινὸν sepulcrum, recens excisum et nondum usurpatum, coll. Luc. XXIII. 53. οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος. Joh. XIX. 41. Ita quoque usurpatur de panno recente, quod vestimento veteri assuitur. Marc. II. 21. Luc. V. 36 et 38. Xenoph. Hist. Gr. III. 4. 27. Phavorin. et Suid. καινόν· τὸ νεωστὶ κατεσκευασμένον. 2) *novum, quale antea nondum visum nec auditum fuit, inusitatum, insolitum.* Act. XVII. 19. τίς ἡ καινὴ αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή; quænam est nova illa doctrina, quam tradere soles? (Deut. XXXII. 17. Jud. V. 8.) Marc. I. 27. Suid. καινόν· τὸ παράδοξον. Xenoph. Cyrop. I. 6. 9. Huc etiam referenda sunt ex nonnullorum opinione loca 2 Petr. III. 13. Apoc. XXI. 1. ubi promittitur καινὸς οὐρανὸς καὶ γῆ καινή, h. e. cœlum et terra plane diversa a præcedente, qualis nondum visa est. Ælian. V. H. II. 14. IV. 25. 3) *peregrinus, incognitus.* Marc. XVI. 17. γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς linguis peregrinis utentur, quibus scil. antea non usi fuerunt, coll. Act. II. 4. λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις. Simili ratione usus est hac voce Xen. de Rep. Laced. X. § 8. 4) *præstans, eximius, perfectus, excellens.* Matth. XXVI. 29. ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν quo præstantius vinum vobiscum bibam. Marc. XIV. 25. Hoc sensu etiam œconomia christiana, præstantior illa et præstantissima, quæ successit œconomiæ Mosaicæ imperfectiori, διαθήκη καινὴ vocatur Hebr. VIII. 8, 13. IX. 15. Eandem ob causam præceptum Christi de benevolentia erga alios, vera illa et haud fucata, Joh. XIV. 34. ἐντολὴ καινὴ dicitur, h. e. præceptum præstantissimum, quod Jesus ab inepta explicatione antiquorum Rabbinorum vindicaverat et pristino quasi splendori restituerat. Apoc. V. 9. ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν canunt canticum eximium de rebus ac beneficiis præstantissimis. ibid. II. 17. ὄνομα καινὸν nomen insigne ac præclarum. (Conf. Withofii Diss. de nomine novo ad Apoc. l. l. in Ej. Opusc. pag. 45 seq.) Ita quoque חָדָשׁ Psal. XXXIII. 3. ᾄσατε αὐτῷ ᾆσμα καινόν. Psal. XCVI. 1. Jud. V. 8. Vide Hackspan. Not. Phil. Theol. P. III. p. 462. 5) *emendatus per religionem christianam, qui veteri perversæ sentiendi et vivendi rationi plane renuntiavit,* et proprie *iis* tribuebatur, *qui e Judæis et gentilibus ad christianam religionem transierant.* Τὰ καινὰ *nova illa sentiendi et vivendi ratio, quam suadet et commendat religio christiana.* 2 Cor. V. 17. εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις quicunque amplexus est religionem christianam, is se totum ad Christi voluntatem componere debet; debet Χριστῷ ζῆν, ut ver. 15. exprimitur. ibid. γέγονε καινὰ τὰ πάντα jam successit et valet emendatio animi et vitæ per religionem christianam. Galat. VI. 15. καινὴ κτίσις. Ephes. II. 15. IV. 23. καινὸς ἄνθρωπος. Eodem modo apud Judæos, qui a cultu idololatrico ad veram religionem transierat, בְּרִיָּה חֲדָשָׁה vocabatur, docente Schœttgenio in Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 704. Nec dissimili plane ratione hac voce usus est Æschines Socr. Dial. III. § 18. Vide etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 244.

ΚΑΙΝΟ'ΤΕΡΟΣ, α, ον, *recentior.* Comparativus a καινός, qui semel in N. T. legitur Act. XVII. 21. τί καινότερον aliquid, novo recentius, (coll. Theophr. Char. cap. 8.) aut *aliquid novi*, ut comparativus sit positus pro positivo, ut νεώτερον apud Euripid. Orest. v. 1327. τί δὲ νεώτερον λέγεις; quid novi dicis?

ΚΑΙΝΟ'ΤΗΣ, ητος, ή, *novitas, status novus et a priori diversus,* et ex adjuncto: *præstantia,* et speciatim: *immutatio sensuum animi, vitæ morumque in melius,* a καινός *novus.* Rom. VI. 4. ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν ut habeamus summam et præstantissimam felicitatem in cœlo. Alii reddunt: ut vitam novam et plane emendatam per religionem christianam agamus; quam explicationem mihi certe series orationis, maxime comma 5. non admittere videtur, coll. 2 Tim. II. 11. Rom. VII. 6. Deum colimus ἐν καινότητι πνεύματος, h. e. vel animo, per religionem christianam emendato, (confer, quæ supra ad καινός dicta sunt) vel ope religionis christianæ, nuper introductæ. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur tamen hæc vox apud Thucyd. III. 38. μετὰ καινότητος λόγου. Plutarch. T. VIII. p. 214. ed. Reisk. et in vers. Alex. Ez. XLVII. 12.

ΚΑΙ'ΠΕΡ, *etsi, quanquam, quamvis.* Conjunctio, composita ex καί et περ particula expletiva. Philip. III. 4. καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν quanquam ego habeam fiduciam. Ita et legitur Hebr. V. 8. VII. 5. XII. 17. 2 Petr. I. 12. Apoc. XVII. 8.

ΚΑΙΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *tempus idque opportunum et conveniens, quo aliquid fieri solet et debet, opportunitas temporis,* et ita differt proprie a χρόνος, quod *tempus quodvis* significat. Matth. XXI. 41. Joh. VII. 6. ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πάρεστι nondum mihi opportunum est Hierosolymam proficiscendi tempus. ibid. ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος πάντοτέ ἐστιν ἕτοιμος vobis autem nihil est, cur iter differatis. Galat. VI. 10. ὡς καιρὸν ἔχομεν cum opportunitate non destituamur, scilicet aliis benevolentiam nostram re ipsa declarandi, coll. Sirac. LI. 38. Ephes. V. 16. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν diligenter utimini opportunitate hac ad vitam meliorem redeundi. Euripid. Orest. v. 689. Conf. etiam D'Orville ad Charitonem IV. c. 1. p. 419. edit. Lips. Hemsterhusium ad Lucian. Dial. Mort. IV. 1. ac Hermotim. cap. 10. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 236. Apud Græcos scriptores καιρὸς interdum latius patet et *quamcunque rei agendæ facultatem opportunam* notat: Thucyd.

IV. 90. Joseph. A. J. XIII. 9. 3. ubi καιρὸς et ἀφορμὴ junguntur.) Quæ observatio, si recte video, lucem fœnerat loco Rom. XII. 11. τῷ καιρῷ δουλεύοντες tempori servite, h. e. opportunitate vobis oblata utamini. Sed sine dubio locus vitiosus est et κυρίῳ loco καιρῷ reponi debet. — Hesych. καιρός. χρόνος, ἢ τόπος καίριος. 2) *tempus certum, statutum et definitum.* Matth. XXIV. 45. τροφὴν ἐν καιρῷ cibum tempestivum. Gloss. ἐν καιρῷ, *in tempore, tempestive.* Luc. XXI. 24. καιροὶ ἐθνῶν tempora gentibus h. e. Romanis concessa. Act. I. 7. χρόνοι καὶ καιροί, h. e. tempus certum et definitum. Χρόνοι καὶ καιροὶ junguntur in N. T. et SS. GG. (v. c. Diog. Laërt. in Strat. p. 343.), ut apud Chaldæos זְמַן וְעִדָּן Daniel. VII. 12. apud Latinos *tempus et annus* et apud nos Zeit und Stunde, *time and hour.* Interdum etiam pluralis καιροὶ pro singulari ponitur, v. c. Eph. I. 10. 1 Thess. V. 1. περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν ad ipsum tempus certum et definitum quod attinet. Eodem modo apud Hebræos זְמַן et עֵת usurpantur Coheleth. III. 1 seq. Nehem. X. 34. Adde Daniel. II. 21. Diod. Sic. I. 41. Huc pertinet etiam formula κατὰ καιρὸν *suo tempore,* quæ legitur Rom. V. 6. Χριστὸς κατὰ καιρὸν ἀπέθανε Christus tempore, a Deo definito, mortuus est, respondens Hebraicæ formulæ בְּעִתּוֹ Ies. LX. 22. Job. V. 26. XXXIX. 21. Conf. Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. IV. c. 1. et Wetstenii N. T. T. I. p. 869. Interdum καιρὸς ita indefinite ponitur in N. T. ut tantum ex ope contextæ orationis intelligi possit, de quonam certo ac definito tempore sermo sit. Sic v. c. *vitæ humanæ spatium, quatenus tempore certo et a Deo definito absolvitur,* καιρὸς vocatur Act. XVII. 26. ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς definiens hominibus certa vitæ spatia. Galat. IV. 10. *festa, certis temporibus constituta,* καιροὶ vocantur, quod ipsum vocabulum Hebraico מוֹעֲדִים in versione Alexandrina respondet Levit. XXIII. 4. Num. IX. 3, 7, 13. De *tempore judicii extremi* καιρὸς usurpatur Mat. VIII. 29. πρὸ καιροῦ ante diem judicii. ubi vid. Grotius. 1 Cor. IV. 5. ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ubi statim explicationis causa additur: ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος. Matth. XVI. 3. (ubi τῶν καιρῶν non est vertendum temporum certorum, sed, hujus temporis.) Marc. I. 15. Luc. XXI. 8. *tempora Messiæ* καιροὶ κατ' ἐξοχὴν dicuntur. Maxime autem memorabilis hanc in rem est locus Matth. XXVI. 18. ubi Christus verbis ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστιν ita usus est, ut post ὁ καιρός μου omissum sit τοῦ θανάτου, tempus, morti meæ definitum, adest: nisi statuere velis, καιρὸν h. l. per metonymiam subjecti *afflictiones et calamitates* significare, *quæ certo tempore perferuntur.* Certe Suidas monet sub καιρός· καιροὺς ἡ γραφὴ καλεῖ τὰς συμφοράς. Cf. Kypke Obss. Sacr. T. I. p. 130. et meum Spicilegium II. Lexici Bieliani p. 94. Apoc. I. 3. καιρὸς tempus notat, quo rata fient vaticinia. 3) *anni tempus.* Huc pertinet, si lectio sana est, Marc. XI. 13. οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων non enim erat anni tempus, quo ficus maturæ fiunt. Sic καιρὸς *tempus colligendis fructibus opportunum* notare videtur apud LXX sedundum Hexapla Cant. VIII. 10. (11.) pro Hebr. פְּרִי ubi loco καιρῷ non est reponendum καρπῷ, ut nonnulli judicarunt, immo lectio καρπῷ, quam exhibit editio L. Bosii, merum glossema aut emendatio ad textum Hebraicum esse videtur. Alii tamen καιρὸς eo sensu sumunt, ut sit: *loci tractusque opportunitas* (Vid. Thucyd. IV. 54. extr. et ibi Schol. et cap. 98. Liban. Or. VI. p. 204. A. et Or. XI. p. 376. B.) et vertunt: neque enim erat tractus locusve ficuum ferax. Conf. Nov. Obss. Miscell. Amstelod. T. I. p. 64. et Abresch. Lectt. Aristænet. p. 17. Mat. XXI. 34. ὅτι δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν appropinquante anni tempore, colligendis fructibus opportuno. Luc. XX. 10. et Marc. XII. 2. καιρὸς tempus vindemiæ notat. Act. XIV. 17. καιροὺς καρποφόρους anni tempora, seu tempestates, ad fruges ferendas apta. 4) *tempus breve,* i. q. ὥρα. Luc. VIII. 13. πρὸς καιρὸν πιστεύειν non constantem esse in religione christiana. 1 Cor. VII. 5. πρὸς καιρόν, i. q. πρὸς ὥραν. 2 Cor. VII. 8. et Gal. II. 5. 1 Thess. II. 17. πρὸς καιρὸν ὥρας ad breve tempus (Theod. πρὸς ὀλίγον), ubi alterutrum redundat. Eodem sensu formula ἕως καιροῦ occurrit Sirac. I. 29 et 30. Hinc adjectivum πρόσκαιρον notat: *quidquid per tempus breve durat, temporarium, non perenne.* 5) *tempus* in universum, aut *pars temporis,* sive *articulus* vel *momentum temporis.* Luc. XIX. 44. τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. 1 Tim. II. 6. IV. 1. ἐν ὑστέροις καιροῖς. 2 Cor. VI. 2. καιρῷ δεκτῷ. Hebr. IX. 9. εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα. Psalm. XXXVI. 20. ἐν καιρῷ πονηρῷ. 2 Macc. IV. 32. εἰληφέναι καιρὸν εὐφυῆ. ibid. VII. 20. μιᾶς ὑπὸ καιρὸν ἡμέρας. 6) *annus.* Apoc. XII. 14. καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ tres annos et dimidium (coll. v. 6. עִדָּן וְעִדָּנִין וּפְלַג עִדָּן Dan. VII. 25. XII. 7.), qui supra v. 6. diebus 1260 declarati fuerant. Καιροὶ enim h. l. sunt duo καιροί. Pluralis enim in numeralibus valet duo, instar dualis. Cf. Storr. Obss. ad Analog. et Syntax. Hebr. p. 96.

ΚΑΙ῀ΣΑΡ, ος, ὁ, *Cæsar.* Vox hæc primum fuit agnomen *Julii,* Dictatoris primum Romanæ reipublicæ, et postmodum, mutata imperii forma, primi imperatoris et monarchæ. Nominis hujus cum regno hæres fuit *Augustus,* et omnes deinde, qui hunc insecuti sunt, principes Romani imperii summi Cæsares fuere appellati, sicut iidem etiam Augusti dicuntur ab *Augusto, Julii Cæsaris* successore. In derivatione ipsius nominis dubii hærent viri docti. Alii Julium ita dictum esse putant a cæso matris mortuæ utero, quo prognatus esse dicitur. Sed ex Sueton. Jul. 26 et 73. Aug 4 et 7. patet, matrem Aureliam ipsi quinquagenario adhuc superstitem fuisse. Alii a *cæsarie,* qua hic ornatus fuerit, hoc nomen derivant. Vide Salmasium de Cæsarie Virorum. Alii denique nomen Cæsaris ortum esse existimant ex Afrorum, seu linguæ Punicæ (Constantinus Manasses p. 71. Καίσαρες γὰρ ἐλέφαντες τοῖς Φοίνιξι καλοῦνται) vocabulo כְּשִׁירָא quod interprete Dionysio Vossio proprie *tergum elephanti,* deinde vero etiam *scutum ex corio elephanti confectum* significabat. In N. T. Cæsaris nomen tribuitur *Augusto,* Luc. II. 1. *Tiberio,* Luc. III. 1. *Claudio,* Act. XI. 28. Albert. Gloss. Gr. p. 39. Καίσαρος· κτήσεως ἀρχοντικῆς.

ΚΑΙΣΑ´ΡΕΙΑ, ας, ἡ, *Cæsarea.* Est nomen duarum urbium, quæ in N. T. commemorantur, quarum prior dicta est 1) *Cæsarea Palæstinæ,* etiam *Cæsarea* simpliciter. Urbs maritima Palæstinæ, in littore maris Mediterranei inter Joppen et Tyrum sita, olim, si Plinio H. N. V. 14. fides habenda, *Apollonia* dicta, deinde vero Πύργος seu *Turris Stratonis* appellata. Quum vero *Herodes Ascalonita,* pater Herodis tetrarchæ, eam instaurasset, in gratiam Cæsaris Augusti *Cæsaream* nominavit. Cf.

Joseph. A. J. XV. 9. 6. Fuit urbs Palæstinæ celeberrima et metropolis totius regionis sedesque præsidum Romanorum. Memoratur Act. VIII. 40. IX. 30. X. 1, 24. XI. 11. XII. 19. etc. Conf. Sam. Basnagium in Exercitt. Antibaron. p. 369 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 509. 2) Altera est *Cæsarea Philippi*, urbs Phœniciæ, sita ad radices montis Libani juxta fontem Jordanis. Olim *Lais* (לַיִשׁ Judd. XVIII. 28.) aut *Leschem*, (לֶשֶׁם Jos. XIX. 47.) dicta fuisse perhibetur, deinde vero *Dan*, (דָּן Judd. XVIII. 29.) a Danitis, eam occupantibus, postea *Paneas*, vel juxta Plin. H. N. V. 15. *Peneas*, (non quidem a Panis simulacro, ut vult Philostorgius Hist. VII. c. 3. sed a monte Paneo, sub quo jacebat. Vide Euseb. H. E. VII. c. 17.) sed a *Philippo*, Iturææ tetrarcha, et Herodis M. filio, ampliata et in honorem Tiberii Cæsaris Cæsarea appellata fuit. Joseph. A. J. XVIII. 2. 1. Hanc in Neronis honorem (Joseph. A. J. XX. 9. 4.) Νερωνιάδα postea Agrippa junior vocavit; hodie vero, desolata fere jacens, *Bellena* dicitur. Urbem hanc quondam fuisse splendidissimam et maxime populosam, tradit Joh. Phocas in Palæstina c. 30. p. 45. *ἡ Φιλίππου Καισάρεια, πόλις μεγάλη, πολυάνδρος, ἥτις περὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης ἵδρυται, ἐν ᾗ καὶ λιμὴν ὑπάρχει πάνυ θαυμάσιος, τέχνη γεγονὼς ἀνθρωπίνη, δαψιλίᾳ χρημάτων ἡ τοῦ Ἡρώδου ἐπαρκέσασα χεὶρ τῇ τούτου κατασκευῇ.* Mentio hujus Cæsareæ fit Matth. XVI. 13. et Marc. VIII. 27. Vide Macknighti Comm. Harmon. in IV Evangelia T. II. p. 531 seq. ed. Ruckersfelder. et Wetstenii N. T. T. I. p. 429.

ΚΑΙ'ΤΟΙ, 1) *quamvis, licet*, ex *καὶ* et *τοι* particula enclitica, quæ adverbiis et conjunctionibus addi solet. 2) *et tamen.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. IV. 3. *καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων* et tamen (aut, ut alii reddere malunt: *jam vero*) opera Dei jam inde a creatione hujus universi absoluta sunt. Ita *καίτοι* usurpatur quoque apud Demosth. de Cor. p. 248. ed. Reisk. *καίτοι σύγ' ἔφησθά με ταῦτα λέγοντα κ. τ. λ.* et tamen affirmavisti, me hoc orationis genere inimicitias istas conflare. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 397.

ΚΑΙ'ΤΟΙΓΕ, seu, ut etiam divisim scribitur, *καί τοί γε*. 1) *quanquam*, ex *καί*, *τοι* et *γε* particulis encliticis. Joh. IV. 2. Act. XIV. 17. 2) *atqui etiam.* Act. XVII. 27. *καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα* atqui etiam facile ab unoquoque nostrum cognosci potest. Apud Græcos *καίτοιγε atqui* significare, docet locus Platonis in Phædro Tom. X. p. 310. ed. Bipont. *καίτοιγε ᾤμην γε αὐτόν.*

ΚΑΙ'Ω, fut. *καύσω*, vel *καύσομαι*, 1) proprie: *uro, exuro*, et passivum *καίομαι uror, comburor.* Joh. XV. 6. *καὶ εἰς πῦρ βάλλουσι καὶ καίεται* et igni datur cremandus. Apoc. XIX. 20. *εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην.* ibid. XXI. 8. 2) *accendo, incendo* et in passivo: *accendor* et ex adjuncto: *ardeo.* Matth. V. 15. *καίουσι λύχνον* accendunt candelam. Marc. IV. 21. *μήτι ὁ λύχνος καίεται*; num candela accenditur? Ita *urere* apud Latinos pro *accendere* positum reperitur apud Virgil. Æn. VII. 275. Horat. Od. I. 4. 7. et בָּעַר Exod. XXXV. 3. לֹא תְבַעֲרוּ אֵשׁ. Xenoph. Œcon. XVII. § 3. *καίειν πῦρ.* Aristoph. Pace v. 1088. Epistola Jerem. v. 19. Hebr. XII. 18. *κεκαυμένῳ πυρὶ* qui ardere videbatur. Apoc. VIII. 8. collat. Exod. III. 2. Deut. IV. 11. Verba Pauli 1 Cor. XIII. 3. *καὶ ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθήσωμαι*, ita reddenda videntur: Si in torturam tradam corpus meum: nam torturæ genus erat apud veteres hoc, ut faces ardentes admoverentur corporibus maleficorum, ut faterentur scelera. Fortasse tamen *καίειν* h. l. in universum notionem *excruciandi et valde affligendi* habet. 3) metaphorice: *καίεσθαι* de *omni graviore animi commotione et affectu* usurpatur, sicut *περικαίεσθαι* de *commotione animi ad misericordiam*, (Callim. Hymn. in Delum v. 201. ubi vide Ernesti;) et *ad gaudium* (conf. Abresch. ad Æschylum p. 298.) dicitur. Luc. XXIV. 32. *οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν*; nonne summo solatio afficiebatur animus noster? Simili modo בָּעַר Ps. XXXIX. 4. usurpatur, et *incendere* apud Cic. de Fin. IV. 3. V. 19. Brut. 80. 4) Cum lucerna ardente, *λύχνῳ καιομένῳ*, eleganter comparatur Joh. V. 35. doctor insignis religionis, qui doctrinam suam longe lateque propagat et spargit, quemadmodum lucerna ardens lucem spargit. Sirac. XLVIII. 1. *ἀνέστη ἠλίας προφήτης ὡς πῦρ καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὡς λαμπὰς ἐκαίετο.*

ΚἈΚΕΙ͂ pro *καὶ ἐκεῖ*, per concretionem Atticam, qua duæ voces, quarum prior in vocalem desinit et posterior a vocali incipit, in unam coalescunt. 1) *et ibi, etiam ibi, et illic.* Matth. V. 23. *κἀκεῖ μνησθῇς* ibique recorderis. ibid. X. 11. XXVIII. 10. *κἀκεῖ με ὄψονται.* Marc. I. 35, 38. Joh. XI. 54. Alexandrini usi sunt Ruth. I. 17. pro וְשָׁם. 2) *et illuc.* Act. XVII. 13. *ἦλθον κἀκεῖ σαλεύοντες τὸν ὄχλον.*

ΚἈΚΕΙ͂ΘΕΝ. Adverbium, pro *καὶ ἐκεῖθεν*, per eandem concretionem Atticam, ut *κἄπειτα* pro *καὶ ἔπειτα*, et *κἀκεῖσε* pro *καὶ ἐκεῖσε* Eurip. Helen. v. 340. 1) *et illinc*, de loco. Marc. X. 1. Act. VII. 4. XIV. 26. XX. 15. 2) de tempore, *et inde, et ex eo tempore, tunc, deinceps.* Act. XIII. 22. —Alexandrini pro וּמִשָּׁם 2 Reg. II. 25.

ΚἈΚΕΙ͂ΝΟΣ, *είνη, εῖνο, et ille, etiam ille*, pro *καὶ ἐκεῖνος*, per eandem concretionem Atticam. Matth. XV. 18. XX. 4. XXIII. 23. Luc. XX. 11. Joh. VII. 29. XIV. 12. Pro גַּם־לָהֶם Ies. LVII. 6. habent Alexandrini *κἀκείνοις*. Interdum vertere possis *tum ille.* Luc. XXII. 12.

ΚΑΚΙ'Α, *ας, ἡ*, quod apud Græcos haud raro de *ignavia ejus* dicitur, *qui periculum subterfugit contra officium*, Xenoph. de Rep. Laced. IX. 2. et speciatim de *militibus* usurpatur, ut infra ad *κακὸς* demonstrabitur, in N. T. libris 1) *malignitatem animi nocendique cupiditatem*, seu, ut verbis Ciceronis (Tuscul. Quæst. IV. 15.) utar, *consuetudinem alteri nocendi* notat. Sic legitur Rom. I. 29. *πλεονεξίᾳ, κακίᾳ.* Ephes. IV. 31. Col. III. 8. Tit. III. 3. 1 Petr. II. 1. coll. Prov. I. 16. Suid. *κακία ἐστὶν ἡ τοῦ κακῶσαι τὸν πέλας σπουδὴ παρὰ τῷ ἀποστόλῳ.* Hinc 2) *omnem vitiositatem animique perversitatem* significat, *quocunque modo se exserentem.* Act. VIII. 22. *μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης* descisce igitur ab hac impietate tua. 1 Petr. II. 16. Jac. I. 21. 1 Cor. V. 8. *κακία καὶ πονηρία.* 3) *vexatio, ærumna, molestia, afflictio*, i. q. *κάκωσις.* et *κακουχία*, cum quibus vocibus permutatur in Verss. GG. V. T. v. c. Ps. XLIII. 25. ubi pro עָנִי Inc. *κακίαν.* Symm. *κακουχίαν*, alii autem libri *κάκωσιν* habent. Matth. VI. 34. *ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς* sufficiat, ut suo quæque dies vitio laboret, (Hieronym. Ep. 147. ad Amandum) seu, ut sua cuique diei afflictio, molestia et ærumna sit. Hæc significatio Hebraismum sapit. Nam רָעָה non solum de *malitia et vitiositate*, sed etiam de *vexatione quavis et malo quocunque* usurpatur. Cohel. V.

12. XII. 1. Amos III. 6. 1 Reg. XXI. 28. 1 Macc. VII. 23. X. 46. Conf. Vorstii Philol. S. p. 807 seq. ed. Fischeri et Gatakerum de Stilo N. T. c. 15. Sed tamen κακία apud Thucyd. III. c. 58. τῇ ἡδονῇ opponitur: ἡδονὴν δόντας ἄλλοις, κακίαν αὐτοὺς ἀντιλαβεῖν. Adde Xenoph. Mem. II. 1. 26 et 29. Eodem modo κακότης, quæ vox a κακία non plus differt, quam φιλότης a φιλία, adhibetur ab Hesiod. Ἔργ. 93. et Homer. Il. κ', 71.

ΚΑΚΟΗ'ΘΕΙΑ, ας, ἡ, *omnis prava agendi consuetudo, malignitas, ingenii et morum pravitas.* Compositum est ex κακὸς *malus* et ἦθος *mos, consuetudo.* Hesych. κακοηθείας· κακοτροπίας. Idem: κακοήθης· κακότροπος. Semel legitur in N. T. Rom. I. 29. ubi tamen κακοήθεια rectius, ut videtur, non de *omni prava consuetudine,* sed de *ea animi vitiositate, quæ in partem deteriorem omnia interpretari, suspicionem de aliis habere et aliis insidiari solet, de malignitate, malevolentia,* accipi debet, ut adeo opponatur τῇ εὐηθείᾳ *integritati, candori.* Certe Vulgatus reddidit: *malignitate,* et Syrus magis definite habet: ܘܒܡܚܫ̈ܒܬܐ ܒܝ̈ܫܬܐ *et cogitationibus malis.* Aristoteles Lib. II. Rhetor. vitium κακοηθείας senibus tribuit, qui, quæ sunt aliorum, in pejus interpretari solent. Conf. etiam Polyb. V. c. 50. 5. Addit. Esther. VIII. 16. 3 Macc. III. 22. VII. 3. Wetstenii N. T. T. II. p. 27. et Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 155. Adverbium κακοήθως vide apud Joseph. A. J. IV. 2. p. 196. ed. Haverc. Gloss. Vet. apud Labbæum: κακοήθεια, *malevolentia, malignitas, cavillatio.*

ΚΑΚΟΛΟΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *maledico,* sive *mala imprecando* sive *male de aliquo loquendo, calumniando et conviciis proscindendo,* ex κακὸς *malus* et λέγω *dico, loquor.* Respondet Hebraico קָלַל Exod. XXI. 17. coll. Levit. XX. 9. 1 Sam. III. 13. Marc. IX. 39. καὶ δυνήσεται ταχὺ κακολογῆσαί με et illico possit contemtim et contumeliose de me loqui. Act. XIX. 9. κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν impie de religione christiana loquentes. 2 Maccab. IV. 1. 2) significat omnino: *male tractare et habere aliquem,* sive *verbis* fiat, sive *factis, non præstare alteri debita officia.* Matth. XV. 4. ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα qui patrem, aut matrem male tractaverit. Marc. VII. 10. In utroque loco opponitur τῷ τιμᾷν, ut קָלַל τῷ כַּבֵּד Exod. XX. 12. Deut. XXVII. 16.

ΚΑΚΟΠΑ'ΘΕΙΑ, είας, ἡ, 1) proprie: *afflictio, ærumna, vexatio, passio,* seu *perpessio malorum et adversorum,* a κακοπαθὴς *ærumnosus,* quod est ex κακὸς *malus* et πάθος *passio.* Sic apud Græcos scriptores κακοπάθεια legitur de *laboribus* et *molestiis, quas agricolæ in agris colendis,* (Diod. Sic. I. c. 36.) *milites in bello* (ibid. II. c. 1.) *et viatores in itinere* (ibid. I. 4.) *perferunt.* Demosthen. p. 1412. 25. ed. Reisk. πολλὰς ὑπομένειν κακοπαθείας et ibid. 1471. 18. τὴν κακοπάθειαν τῷ σώματι ὑπενεγκεῖν. Alex. pro תְּלָאָה *labor, molestia.* Malach. I. 13. Suid. κακοπάθεια· ταλαιπωρία. Hesych. μοχθηρία. 2) *tolerantia malorum et laborum æquo et tranquillo animo,* i. q. ὑπομονὴ et μακροθυμία, cum quo permutatur Jacob. V. 10. ὑπόδειγμα λάβετε τῆς κακοπαθείας καὶ τῆς μακροθυμίας τοὺς προφήτας exempla tolerantiæ et constantiæ in adversis sustinendis præbeant vobis prophetæ. Sæpius non legitur in N. T. In fragmentis Symmachi legitur Psalm. XI. 6. pro Hebr. שֹׁד, et Gen. III. 17. pro עִצָּבוֹן. Gloss. Vet. apud Labbæum: κακοπάθεια, *vexatio, labor.*

ΚΑΚΟΠΑΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *mala patior et sustineo, suffero labores, affligor, tolero,* ab iisdem. Verbum proprium de athletis aut militibus, qui itinera longiora facere, sitimque, famem et vigilias perferre coguntur. Joseph. de B. J. I. 7. 4. et 8. 1. Adde Ælian. V. H. II. 28. Herodian. VIII. 7. Polyæn. VII. 25. p. 656. Zosim. III. 28. p. 323. Sic legitur in N. T. 2 Tim. II. 9. ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν cujus causa ego mala suffero usque ad vincula. Jacob. V. 13. κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν mala patitur aliquis inter vos. Alexandrini pro עָמַל Jon. IV. 10. Symmach. Ps. CXXVI. 2. Suidas: ἐπόνουν, ἐκακοπάθουν. 2) *æquo animo et constanter perfero molestias et calamitates.* 2 Timoth. II. 3. σὺ οὖν κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ, ubi Vulgatus habet: *labora.* et ibid. IV. 5. brevius κακοπάθησον. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΚΟΠΟΙΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *injuriam alteri facio, damno afficio, lædo, noceo,* ex κακὸν *injuria* et ποιέω *facio.* Opponitur τῷ ἀγαθοποιέω *beneficiis afficio,* v. c. Marc. III. 4. ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι; licetne sabbatis benevolentiam erga alios exercere aut negligere? Luc. VI. 9. In hac vero significatione frequentissime in versione Alexandrina, ubi non solum pro הֵרַע Genes. XXXI. 7. XLIII. 6. 1 Sam. XXV. 34. et עָשָׂה רָע Genes. XXXI. 29. sed etiam pro Chaldaico נְזַק *læsit, damno affecit,* Esdra IV. 13. usurpatur. Xenoph. Cyrop. VIII. 8. 7. Memor. III. 5. 26. 2) in genere: *male et impie ago, malefacio,* quemadmodum e contrario ἀγαθοποιεῖν etiam *recte et honeste agere* significat, ut supra vidimus. 1 Petr. III. 17. κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας melius est, vos innocentes, quam sontes mala perferre. 3 Joh. v. 11. ὁ κακοποιῶν οὐχ ἑώρακε τὸν Θεὸν impius alienus est a vera Dei cognitione et amore. Xenoph. Œcon. 3. 11. Sæpius non reperitur in N. T.

ΚΑΚΟΠΟΙΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, in N. T. non tam *improbus, vitiosus,* quam potius *facinorosus, maleficus, sceleris non vulgaris reus* dicitur; ex eodem themate. Joh. XVIII. 30. εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς nisi e legibus nostris maleficus esset. 1 Petr. II. 12. ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν qui jam vos calumniantur tanquam maleficos. ibid. v. 14. εἰς ἐκδίκησιν μὲν κακοποιῶν. ib. III. 16. IV. 15. Polyb. XV. 25. 1. Plutarch. T. X. p. 212. ed. Reisk. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΚΟ'Σ, ή, όν, 1) proprie apud Græcos: *ignavus, piger, timidus omninoque omnis, qui muneri et officio suo vel plane non, vel certe non omni ex parte satisfacit* (Xen. Mem. III. 1. 9.) et maxime de *milite* usurpatur, *qui periculum subterfugit contra officium.* Etym. M. κακός· ἐπὶ τοῦ δειλοῦ, ὁ ὑποχωρῶν καὶ φεύγων. Xenoph. Anab. II. 6. 17. ὡς ἐν πολέμῳ κακῶν. Eurip. Phœn. 1022. Homer. Odyss. γ', v. 375. Iliad. μ', 279. Huc equidem e N. T. libris referrem loca Matth. XXI. 41. κακοὺς γεωργοὺς et XXIV. 48. ὁ κακὸς δοῦλος, qua formula multi *servum, viliori pretio emtum,* indicari opinantur, ducti fortasse auctoritate auctoris Etym. M. κακός· καὶ τὸν εὐτελῆ. 2) *noxius, malignus, malevolus, qui aliis nocendi cupiditate ducitur.* Sic Tit. I. 12. Cretenses κακὰ θηρία feræ noxiæ vocantur ab Epimenide, ob hanc ipsam in alios crudelitatem et nocendi cupiditatem. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 379. Hinc τὸ κακὸν, substantive

sumtum, ita, ut subintelligatur τὸ πρᾶγμα, *vim, injuriam, quæ alteri infertur*, significat, etiam interdum *contumeliam*. Rom. XII. 17. μηδενὶ κακὸν ἀντὶ τοῦ κακοῦ ἀποδόντες nolite ulcisci injuriam, vobis illatam, i. q. v. 19. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες. ibid. v. 21. μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν ne vincat te injuria, ab aliis illata, potius injuriosos beneficiis vince. 1 Cor. XIII. 5. οὐ λογίζεται τὸ κακόν. Conf. infra sub λογίζομαι. 1 Thess. V. 15. μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινὶ ἀποδῷ. 1 Petr. III. 9. Joh. XVIII. 23. μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ demonstra mihi, in quo sit hæc contumelia. Eurip. Phœn. v. 477. κακῶν δὲ τῶν πρὶν μηδεμίαν μνείαν ἔχειν pristinarum injuriarum non amplius memorem esse. 3) *impius, vitiosus, scelestus, flagitiosus, sceleris non vulgaris reus*. Apoc. II. 2. οὐ δύνῃ βαστάσαι κακοὺς non potes perferre *scelestos*. Nec tamen repugnarem, si quis h. l. κακοὺς de *falsis et spuriis doctoribus*, partim ob sequentia, partim ob locum Phil. III. 2. explicare mallet. Marc. VII. 21. οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοί. 1 Cor. XV. 33. ὁμιλίαι κακαί. Coloss. III. 5. ἐπιθυμίαν κακήν. ad quem locum illustrandum multum facit locus Dan. III. 10. ubi apud LXX. sec. Cod. Chis. τὸ κακὸν est i. q. ἐπιθυμία, *prava concupiscentia, libido venerea*. Τὸ κακὸν *crimen, scelus insigne, facinus, morte dignum*, Matth. XXVII. 23. τί γὰρ κακὸν ἐποίησε; quid autem morte dignum commisit? Marc. XV. 14. Luc. XXIII. 22. Act. XXIII. 9. Rom. XIII. 4. *propensio animi ad peccatum, peccandi libido*, Rom. VII. 21. *vitiositas, perversitas et peccatum*, Rom. I. 30. II. 9. III. 8. VII. 19. IX. 11. XVI. 19. 2 Cor. V. 10. Jacob. I. 13. 1 Petr. III. 10, 11. 3 Joh. v. 11. 4) *infaustus, perniciosus, adversus, malus, molestus*, et τὸ κακὸν *malum, adversum, noxium, calamitosum, miseria, afflictio*. Luc. XVI. 25. Λάζαρος τὰ κακὰ ἀπέλαβεν Lazarus multa adversa perpessus est. Act. IX. 13. ὅσα κακὰ ἐποίησε quam graviter afflixerit christianos. ibid. XVI. 28. μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακὸν noli tibi vim inferre, seu te necare. ibid. XXVIII. 5. ἔπαθεν οὐδὲν κακὸν nil mali passus est. Apoc. XVI. 2. ἕλκος κακὸν καὶ πονηρὸν ulcus malignum, Hebraice: שְׁחִין רָע Deut. XXVIII. 35. Vide Eustathium ad Il. β, 723. fol. 249. qui explicat per ἀνίατον et νόσον διάβορον. Veteres medici ἕλκος κακόηθες vocant. Huc etiam referrem 1 Tim. VI. 10. ubi τὰ κακὰ non solum vitia et peccata, sed etiam ipsa mala et incommoda significare videntur, quæ ex pravis cupiditatibus oriuntur. In vers. Alex. τὰ κακὰ Hebraico צָרָה respondet Ies. XLVI. 7. Jer. XIV. 8. XVI. 19. Eurip. Phœn. 1534 seq. κακῶν τοσῶνδε τοιάδ' ἄχεα φανερά. ibid. v. 1590. Hesych. κακοί· δυστυχεῖς, κακοδαίμονες. 5) *falsus*. Phil. III. 2. βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας cavete vobis a falsis doctoribus.

ΚΑΚΟΥ͂ΡΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, contracte pro κακόεργος (ex κακὸν *malum* et ἔργον *opus*), quod Hesychius per ὁ τὰ κακὰ ἐργαζόμενος ex Hom. Od. Σ. 54. interpretatus est, in universum dicitur, *qui variis artibus ac viis aliis nocet*. Hesych. κακοῦργος· δόλιος, κακὰ ἐργαζόμενος. Unde κακουργία de *damno, quod hosti infertur*, adhibetur a Xenoph. Cyrop. I. 6. 19. et κακουργεῖν est synonymum τοῦ ἀδικεῖν ac *vexare, nocere* notat apud eundem de Re Equestri VI. 5. 6. et Mag. Equit. VIII. 1. 14. Speciatim vero κακοῦργοι dicebantur *malefici, publicis flagitiis insignes et ad infames pœnas damnandi*, maxime *fures, latrones*, (Ælian. V. H. III. 44. Herodian. I. 10. 2.) *sicarii, piratæ*, etc. Suid. κακοῦργοι· οἱ λῃσταί, οἱ ἐνδρευταί. Sic legitur in N. T. Luc. XXIII. 32. δύο κακοῦργοι, coll. Marc. XV. 27. δύο λῃστάς. ibid. v. 33, 39. 2 Tim. II. 9. ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος. Demosthen. p. 732. ed. Reisk. τοῖς κακούργοις, τοῖς πατραλοίαις, τοῖς ἀστρατεύτοις. In versione Alex. τῷ רַע Cohel. VIII. 12. et פֹּעֵל אָוֶן Prov. XXI. 15. respondet. Conf. etiam Symmach. fragmenta Ps. XXXVI. 1. et Wetstenii N. T. T. I. p. 816.

ΚΑΚΟΥΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *male habeo, male tracto aliquem, vexo*. Passivum κακουχέομαι *affligor, male vexor*, ex κακῶς *male* et ἔχω *habeo*. In N. T. bis tantum legitur Hebr. XI. 37. κακουχούμενοι et XIII. 2. In utroque loco de afflictis quocunque mali genere sermo est. 1 Reg. II. 26. וְכִי הִתְעַנִּיתָ בְּכֹל אֲשֶׁר־הִתְעַנָּה אָבִי Alex. καὶ ὅτι ἐκακουχήθης ἐν πᾶσιν οἷς ἐκακουχήθη ὁ πατήρ μου. ibid. XI. 39. Pro eadem voce legitur quoque apud Aquilam Exod. XXII. 22. Job. XXXVII. 23. Æque late patet substantivum κακουχία, quod de *omnibus malis et incommodis, quibus aliquis premitur*, pro Hebraico עֳנִי Ps. IX. 14. et Deut. XVI. 3. in Aquilæ reliquiis et Ps. XLIII. 25. in fragmentis Symmachi reperitur.

ΚΑΚΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *corrumpo, deterius reddo, physice vitio*. Theophrast. Hist. Plant. I. c. 15. ἐπεὶ καὶ τὸ πήγανον κακοῦται καὶ ἀλλάττεται. Xenoph. Anab. IV. 5. 35. 2) *male tracto, affligo, vexo, malum alicui infero*, et omnino de iis usurpatur, *qui omnis generis injuria aliquem afficiunt*. Gloss. Vet. *Affligo*, ταλαιπωρέω, κακόω. Sirac. VII. 22. Thucyd. I. 33. Herodian. VI. 6. 12. Sic de Ægyptiis, Israëlitas servitute prementibus, legitur Act. VII. 6. καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια et vexabunt per quadringentos annos. ibid. v. 19. de Pharaone, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν. coll. 1 Sam. XVII. 20. ibid. XII. 1. ubi Vulgatus per *affligere* reddidit. ib. XVIII. 10. 1 Petr. III. 13. Alexandrini pro הֵרַע Exod. V. 22, 23. Num. XI. 11. XVI. 15. et עִנָּה Exod. I. 11. Num. XXIV. 24. Κακοῦν opponitur τῷ εὐεργετεῖν apud Menandrum Fragm. p. 172. ed. Clerici. Formula, κακοῦν τὴν ψυχήν τινος *exacerbare aliquem, provocare aliquem ad iram et indignationem*, i. q. παροργίζειν, legitur Act. XIV. 2. καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν. Vulgatus: et ad iracundiam concitaverunt animos gentium (contra christianos). Eodem modo κακοῦν, nude positum, usurpatur apud Joseph. A. J. XVI. 1. 2. κακοῦν ἐδύναντο, καὶ τῆς εὐνοίας ἧς εἶχεν εἰς τοὺς παῖδας ἀφαιρεῖν. ib. 7. 3. et 8. 2. Ps. CV. 32. ἐκακώθη Μωυσῆ, δι' αὐτούς. Homer. Odyss. IV. 754. XVI. 212. Pollux Onom. III. 47. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΚΩ͂Σ. Adverbium a κακὸς *malus*. Notat 1) *male, misere, moleste*, naturaliter et physice, et speciatim de *male affectis corpore* adhibetur, et *adversa valetudine utentibus*, de quibus etiam κακοῦσθαι apud medicos Græcos usurpari, exempla docent a Foësio Œcon. Hipp. p. 184. allata. Sic autem usurpatur maxime in formula κακῶς ἔχειν, quæ non solum reperitur Matth. IV. 24. πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας, scil. ἑαυτοὺς, omnes, qui se male habent, h. e. ægrotos, ibid. VIII. 16. IX. 12. XIV. 35. Marc. I. 32, 34. II. 17. VI. 55. Luc. V. 31. VII. 2. sed etiam in Græcorum libris, v. c. Ælian. H. A. XI. 34. κακῶς εἶχε, καὶ ἐπίδοξος τεθνήξεσθαι ἦν. Theophr. Char. 13. fin. Adde Ezech. XXXIV. 4. Conf. D. W. Trilleri Tr. de Vesper-

tina morborum exacerbatione pag. 103. Similis formula est κακῶς πάσχειν, quæ Matth. XVII. 15. de dæmoniaco adhibetur. Polyb. III. 90. X. 36. Aristoph. Plut. 901. Homer. Od. π', 274. 2) *valde, graviter.* Matth. XV. 22. ἡ θυγάτηρ μου κακῶς δαιμονίζεται filia mea male a dæmone vexatur. Codex Basileensis et Origenes loco κακῶς habent δεινῶς, quod glossema sapit. ib. XXI. 41. κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτοὺς malos male perdet. Aristoph. Plut. v. 65. εἰ μὴ φράσεις γάρ, ἀπό σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς. ibid. v. 418 et 880. Joseph. A. J. II. 14. 2. ὑφ' ὧν κακοὶ κακῶς ἀπώλλυντο. Sophocl. Ajax. Flag. v. 1409. κακοὺς κακῶς φθείρειαν. Alia loco dedit El. Palairet. in Obss. Philol. et Crit. p. 65. I. H. Maius Obss. Sacr. Lib. I. p. 68. et Wakefield in Silva Critica P. II. p. 52. Hesychius: κακῶς, δεινῶς. Eodem modo *male* pro *valde* apud Cic. Attic. XIV. 50. legitur. 3) *contumeliose, irreverenter, improbe, perperam.* Joh. XVIII. 23. εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ proba, me irreverenter locutum esse. Act. XXIII. 5. ubi ἐρεῖν κακῶς est i. q. λοιδορεῖν v. 4. Confer Exod. XXII. 28. Levit. XIX. 14. XX. 9. Jacob. IV. 3. κακῶς αἰτεῖσθε male petitis, h. e. voluntati divinæ non convenienter.

ΚΑ'ΚΩΣΙΣ, εως, ἡ, *afflictio, vexatio, miseria, qua aliquis afficitur, injuria, quæ alicui infertur,* a κακόω, quod vide. Semel legitur in N. T. Act. VII. 34. ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου ἐν Αἰγύπτῳ haud ignoro populi mei afflictionem in Ægypto. Menander Fragm. p. 124. ed. Clerici: ποιήσειν γραφὴν σοι κακώσεως. Thucyd. VII. 82. τεταλαιπωρημένους τοῖς τε τραύμασι καὶ τῇ ἄλλῃ κακώσει. Conf. Bergler. ad Alciphron. Epp. I. 6. p. 27. Alexandrini posuerunt pro עֳנִי Exod. III. 7, 17. Adde Ps. XVIII. 19. XLIV. 20. Sirac. XI. 28. Hesych. κάκωσις· ταπείνωσις, δείνωσις.

ΚΑΛΑ'ΜΗ, ης, ἡ, *frumenti calamus, stipula, stramen, culmus,* a κάλαμος, quod vide. Suid. καλάμη· ὁ στάχυς τοῦ σίτου. Hesych. ἔστι γὰρ καλάμη κυρίως τὸ ξυλῶδες τῶν σταχύων, ἢ τὰ ἐκ τῶν ἀλοητῶν λείψανα, ἐξ ὧν περισσευμάτων ἐστὶ γνῶναι, πόσος ἦν ὁ καρπός. Schol. Theocrit. Idyll. V. 7. καλάμη· τὸ καταλειπόμενον ἢ περιλειπόμενον ἐκ τοῦ θεριζομένου σίτου καλαμῶδες, καὶ τῆς κριθῆς. In versione Alex. respondet Hebraico קַשׁ Exod. V. 12. XV. 7. Ies. V. 24. Confer Salmasii Exercitt. Plin. p. 832. Semel legitur in N. T. 1 Cor. III. 11. ubi tamen metaphorice doctrinam vanam et inutilem significat. Vide Wetstenii N. T. T. II. pag. 110. et Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΚΑ'ΛΑΜΟΣ, άμου, ὁ, 1) proprie: *calamus, arundo,* et dicitur partim de *frumenti calamo,* partim de *aquatico frutice, omnibus noto.* Hesych. κάλαμος· καυλὸς τοῦ σίτου. De frutice aquatico, arundine gracili, quæ vel levi agitatur aura et facile frangitur, legitur Matth. XI. 7. κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον, ubi tamen pro re leviore quacunque et nullius momenti usurpatur æque ac Luc. VII. 24. Non enim audiendi sunt, qui in utroque loco arundinem symbolum hominis inconstantis, levis, et fide dubii esse arbitrantur. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 380. 2) per metonymiam: *baculus, ex arundine sativa factus, scipio,* qualem imperantes et proceres manibus gestare solebant pro insigni majestatis. Conf. interpretes ad Theophr. Char. cap. 5. Matth. XXVII. 29. καὶ κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ et baculum ex arundine dant ad manum. ibid. v. 30. et Marc. XV. 19. De baculo, ex arundine sativa facto, non vero de calamo aromatico cum Ludov. de Dieu (in Notis ad Johannem c. 19.) hanc vocem nostram explicarem quoque in locis Matth. XXVII. 48. et Marc. XV. 36. ubi milites, Christum crucifixum aceto potaturi, καλάμῳ usi esse narrantur. Ita קָנֶה 2 Reg. XVIII. 21. Ies. XXXVI. 6. Ezech. XXIX. 6. Confer Olai Celsii Hierobot. P. II. p. 312. 3) per metonymiam: *arundo, seu baculus ex arundine, ad usum metiendi accommodatus, calamus mensorius, virga geometrica.* Apoc. XI. 1. καὶ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ. ibid. XXI. 15. εἶχε μέτρον κάλαμον χρυσοῦν, et v. 16. καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν τῷ καλάμῳ. Ezech. XL. 5. καὶ ἐν τῇ χειρὶ τοῦ ἀνδρὸς κάλαμος τὸ μέτρον πηχῶν ἓξ ἐν πήχει καὶ παλαιστῇ. Notat auctor Etym. M. in mensuris καλαμίδα fuisse: Καλαμίδας· τὰς νῦν λεγομένας ὠλένας, ἐπεὶ ἀπὸ καλάμων γίνεται. 3) *calamus scriptorius, arundo scriptoria,* ein Schreib-rohr, *a writing-reed,* non *penna scriptoria,* ut vulgo vertitur, præeunte Luthero. Non omnes tamen arundines faciendis calamis scriptoriis apti erant, sed, ut tradit Plinius H. N. XVII. c. 14. chartis serviunt calami, Ægyptii maxime, cognatione quadam papyri. Sic autem legitur in N. T. 3 Ep. Joh. v. 13. multa habui tibi scribere, sed nolui per atramentum καὶ καλάμου scribere tibi. In versione Alex. σχοῖνος *juncus* scribendi quoque instrumentum est. Jer. VIII. 8. quo in loco κάλαμος Hebraico עֵט *stilus* respondet. Ps. XLIV. 2. ubi in Syriaca versione ܩܢܝܐ (quod est ab Hebraico קָנֶה *arundo,* unde Latinum *canna*) legitur. Sic etiam *calamus* usurpatur apud Martial. VII. 10. Cic. ad Attic. VI. 8. et *arundo* apud Persium III. 10. Adde Coran. Sur. XXXI. 26. LXVIII. 1. et XCVI. 3. 4. 5. Thom. M. κάλαμος· ἐπὶ γραφίδος, οὐ δόναξ. Conf. Schwarzium de Ornamentis Librorum p. 213. ed. Leuschner. et C. B. Michaëlis D. Naturalia quædam et Artificialia Codicis S. ex Alcorano illustrantem p. 21. 5) metaphorice usurpatur Matth. XII. 20. ubi κάλαμος συντετριμμένος est symbolum hominis imbecillis et exigua intelligendi facultate præditi. Hebraice קָנֶה רָצוּץ Ies. XLII. 3.

ΚΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω vel έσω, 1) *voco, nomino, nomine insignio, appello.* Phavor. καλεῖν· τὸ ὀνομάζειν. Matth. II. 23. ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. ibid. XXIII. 8. μὴ κληθῆτε ne optetis aut affectetis vocari. ib. XXVII. 8. Apoc. XIX. 13. Thucyd. VI. 2. Herod. I. 6. Formula καλεῖσθαι ἔν τινι *ab aliquo nomen accipere* notat. Rom. IX. 7. ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα posteri tui Isaacidæ vocabuntur, h. e. coll. v. 8. Isaacidæ veri erunt posteri tui. Ita נִקְרָא sequente בְּ Genes. XXI. 12. — Præcedente aut sequente voce ὄνομα, haud raro per *imponere, indere* reddi potest, v. c. Matth. I. 21, 23. καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Ibid. v. 25. καὶ ἐκάλεσε (nempe Maria. Cf. Syr.) τὸ ὄνομα κ. τ. λ. Luc. I. 13, 31, 59. ἐκάλουν voluerunt appellari. ibid. II. 21. τὸ ὄνομα τὸ κληθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου nomen, quod jam illi impositum erat (aut: imponi jusserat) angelus. Gen. XVI. 11. καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσραήλ. ibid. XVII. 19. Plato Polit. p. 179. C. τὸ μὲν ὄνομα ἱμάτια ἐκαλέσαμεν. Idem in Cratylo p. 258. Eurip. Ion. 74. Vide et Georgii Vindic. N. T. ab Hebraismis III. c. 3. § 10. p. 270. et Wolf. in Curis Philol. ad Matth. I. 19. 2) *cognomino, cognomen impono.* Καλέομαι *cognominor, cognomen habeo,* i. q. ἐπικαλέομαι. Luc. VIII. 2. Μαρία ἡ καλουμένη

Μαγδαληνή. 1 Macc. II. 3. Σίμων ὁ καλούμενος Θασσί. Paulo ante Ἰωάννης ὁ ἐπικαλούμενος Ἰαδδίς. Apud LXX Genes. XIX. 22. καλεῖν in codd. MSS. permutatur cum ἐπικαλεῖν et ἐπονομάζειν. 2 Macc. X. 12. 3) *advoco, voco ad me, arcesso.* Matth. II. 7. λάθρα καλέσας τοὺς μάγους clam arcessitis magis. Interdum æque commode per *convocare* reddi potest, ut sit idem, quod συγκαλεῖν. Matth. XX. 8. κάλεσον τοὺς ἐργάτας jussit convocare operarios. ibid. XXV. 14. ἐκάλεσεν τοὺς ἰδίους δούλους. Luc. XIX. 13. Certe Alexandrini non solum τὸ קָרָא Exod. VII. 11. per συγκαλεῖν reddiderunt, sed etiam καλεῖν pro הִזְעִיק *convocavit,* Jud. IV. 12. posuerunt. Xenoph. Anab. I. 3. 4. 4) sensu forensi: *cito, evoco, provoco,* nostrum: **vorladen, vorbescheiden,** *to cite, to assign.* Act. IV. 18. καὶ καλέσαντες αὐτούς. ibid. XXIV. 2. κληθέντος δὲ αὐτοῦ evocato Tertullo. Sic et aliquoties apud Demosthen. v. c. p. 1324. l. 12. et 1336. l. 10. ed. Reisk. 5) *evoco,* nostrum: **aus einem orte heraus rufen,** *to call out of a place,* et ex adjuncto: *jubeo aliquem discedere,* seu *relinquere locum.* Matth. II. 15. ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου ex Ægypto evocavi aut revocavi filium meum. Joh. X. 3. καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα καὶ ἐξάγει αὐτά et evocat eas nominatim et adducit ad pascua. Hebr. XI. 8. καλούμενος Ἀβραάμ migrare jussus Abrahamus. 6) *invito ad aliquid, offero,* ad imitationem Hebraici קָרָא quod de *omni genere bonorum eorumque oblatione ac destinatione* usurpatur. Speciatim vero de *iis* usurpatur, *qui ad cœnam et convivium invitantur;* unde οἱ κεκλημένοι *convivæ* dicuntur. Matth. XXII. 3. καλέσαι τοὺς κεκλημένους εἰς γάμους ad invitandos hospites. ib. v. 8. οἱ κεκλημένοι οὐκ ἦσαν ἄξιοι sed non digni erant hospites. ibid. v. 9. Luc. VII. 39. ὁ καλέσας αὐτόν. Codex Cantabrig. παρ' ᾧ κατέκειτο e glossemate. ibid. XIV. 7, 8, 9, 10, 13, 17, 24. Joh. II. 2. 1 Cor. X. 27. εἰ δέ τις καλεῖ ὑμᾶς τῶν ἀπίστων si vos ad epulas sacrificales invitat gentilis. Xenoph. Mem. II. 9. 4. Anthol. I. 79. 1. Eodem sensu Hebraicum קָרָא usurpatur Esther. V. 12. 1 Sam. IX. 13, 22. et apud Latinos *vocare* (Cic. Ep. IX. 20. pro Muræna 34. Sueton. Calig. 39. Vide Vechneri Hellenolexiam I. 2. 3. p. 127.) æque ac apud Homerum (et Euripidem in Bacchis v. 1245.) παρακαλεῖν et apud Athenæum κλῆσιν ποιεῖσθαι adhiberi, docuit Fesselius in Adversariis Sacris Lib. IV. c. 3. § 9. et Rittershus. ad Oppian. p. 270. Conf. supra sub ἀντικαλέω et infra sub φωνέω. 7) Κατ' ἐξοχὴν *Deus* et *Christus* καλεῖν homines dicitur, *quando hominibus non solum religionem et felicitatem christianam offert, sed etiam vere confert.* Marc. II. 17. Luc. V. 32. οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους. Rom. VIII. 30. τούτους καὶ ἐκάλεσε hos etiam institui curavit in religione christiana. ibid. IX. 12. ἐκ τοῦ καλοῦντος sed ex benignitate Dei, qui homines ad felicitatem per religionem christianam invitavit. ibid. v. 24. 1 Cor. I. 9. δι' οὗ ἐκλήθητε per quem adducti estis. ibid. VII. 15. ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς Deus nos ideo ad religionem christianam perduxit, ut concordiam coleremus. ibid. v. 18. Galat. I. 6. V. 8, 13. Ephes. IV. 1, 4. καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν quemadmodum et vobis, ad religionem christianam adductis, facta est unius ejusdemque felicitatis spes. Coloss. III. 15. 1 Thess. II. 12. IV. 7. V. 24. 2 Thess. II. 14. 1 Tim. VI. 12. 2 Tim. I. 9. Hebr. IX. 15. 1 Petr. I. 15. II. 9, 21. III. 9. V. 10. 2 Petr. I. 3. Sic etiam intelligendum est hoc verbum in notissimo illo loco Matth. XX. 16. πολλοὶ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί multis quidem offertur felicitas christiana, sed pauci ea potiuntur. 8) *voco ad officium, eligo, constituo aliquem ad munus.* Matth. IV. 21. καὶ ἐκάλεσεν αὐτούς, coll. v. 19. καὶ λέγει αὐτοῖς, δεῦτε ὀπίσω μου. Marc. I. 20. Galat. I. 15. καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ et me pro summa sua benevolentia apostolum constituit. Hebr. V. 4. καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ nisi ab ipso Deo electus. Καλεῖν τινὰ dicitur etiam Deus, *quatenus homini in hac vita sortem aliquam et conditionem assignat,* i. q. μερίζειν, cum quo permutatur 1 Cor. VII. 17. ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος, οὕτω περιπατείτω, coll. v. 20 et 24. 9) Καλεῖν Deus dicitur, *quando aliquid voluntate sua potentissima efficit ac jubet esse.* Rom. IV. 17. καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, quæ verba non, ut vulgo factum vidi, verterem: *efficientis, ut, quæ non sunt, esse incipiant;* sed potius: *efficientis omnia voluntate sua, et ea quæ sunt, et futura.* Ita quoque de Deo creatore mundi locutus est Philo Lib. de Creat. Princip. p. 728. B. coll. Lib. III. de *vita Mosis* p. 693. C. Eodem modo קָרָא de Deo adhibetur Ies. XXII. 12. XLI. 4. Sapient. XI. 26. ἢ τὸ μὴ κληθὲν ὑπὸ σοῦ διετηρήθη. 10) Καλεῖσθαι *esse* ad imitationem Hebraici נִקְרָא Ies. LVI. 7. Matth. V. 9. υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται filii Dei erunt. ibid. v. 19. XXI. 13. Marc. XI. 17. Luc. I. 32, 35, 76. Jacob. II. 23. Conf. Vorstii Philol. Sacr. c. 5. p. 155. ed. Fischeri, qui bene adduxit locum Homeri Iliad. IV. 60 seq. οὕνεκα σὴ παράκοιτις κέκλημαι, ubi Eustath. τὸ κέκλημαι ἀντὶ τοῦ εἰμὶ κεῖται. Similiter *vocari* pro *esse* dixit Valer. Argonaut. V. v. 653. Adde Wolfium ad Liban. Ep. 30. p. 70 seq. Casaub. ad Theocrit. c. 3. et Græveum ad Callim. Hymn. in Jovem v. 20. 11) καλεῖσθαι *notum esse, in ore omnium ferri.* Luc. I. 36. τῇ καλουμένῃ στείρᾳ quæ ob sterilitatem in ore omnium fertur. 12) interdum reticetur. Act. XIII. 9. ὁ καὶ Παῦλος, sc. καλούμενος, seu ἐκαλεῖτο, quod passim, maxime in inscriptionibus, omitti, Alberti docuit in Obss. Philol. in N. T. p. 250. 13) καλεῖσθαι interdum redundat, v. c. Luc. XIX. 2. ἀνὴρ, ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος, ubi καλούμενος in nonnullis codicibus et versionibus omissum est, et extritum est a Pricæo ad h. l.

ΚΑΛΛΙΕ'ΛΑΙΟΣ, ου, ἡ, *bona, vera et frugifera olea,* ex κάλλος *pulchritudo* et ἐλαία *olea.* Semel legitur in N. T. Rom. XI. 24. ubi τῷ ἀγριέλαιος *oleaster* opponitur et metaphorice *verum Dei cœtum, ecclesiam Judaicam* significat. Non est vero hoc vocabulum a Paulo inventum, ut quidam existimarunt; idem enim nomen habet Aristoteles de Plantis I. cap. 6.

ΚΑΛΛΙ'ΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *melior, præstantior.* Neutrum τὸ κάλλιον *melius.* Est comparativus irregularis a καλὸς *pulcher,* cujus neutrum adverbiascere solet, semel tantum in N. T. obvium. Act. XXV. 10. σὺ κάλλιον ἐπιγινώσκεις uti tu optime nosti; nam comparativus sæpe pro superlativo ponitur, ut exemplis multis docuit Glassius in Philol. Sacra p. 50. ed. Dathii.

ΚΑΛΟΔΙΔΑ'ΣΚΑΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *honestatis magister, bona ac honesta tradens et præcipiens,* ex καλὸς *pulcher, bonus, honestus* et διδάσκαλος *magister.* In N. T. tantum legitur Tit. II. 3. καλοδιδασκάλους ut sint vita pariter ac oratione honestatis magistræ.

ΚΑΛΟΙ' ΛΙΜΕ'ΝΕΣ, *bonus portus,* nostrum: **guthafen,** *a good harbour,*

αχαλὸς *bonus* et λιμὴν, ένος, ὁ, *portus.* Ita dictus fuit locus insulæ Cretæ, haud procul ab urbe Lasæa, Act. XXVII. 8. quia commodus erat ad appellendum. A Stephano καλὴ ἀκτὴ vocatur.

ΚΑΛΟΠΟΙΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et de *iis, qui beneficia in alios conferunt,* et de *iis, qui recte atque honeste agunt,* usurpatur, ex καλὸς, quod vide, et ποιέω *facio.* Semel in N. T. legitur 2 Thess. III. 13. ubi tamen in verbis μὴ ἐκκακήσητε καλοποιοῦντες ambiguitas quædam latet. Alii enim vertunt: *in recte agendo ne lassi et segnes fiatis,* coll. Lev. V. 4. ubi apud LXX καλοποιεῖν (pro quo in Cod. Vat. legitur καλῶς ποιῆσαι) opponitur τῷ κακοποιεῖν: ex aliorum vero sententia Paulus Thessalonicenses hortatus est, ne segnescerent in benefaciendo egenis. Etym. M. 189. 24.

ΚΑΛΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) proprie: *pulcher, formosus, qui est honesta specie et conformatione partium ac colore probabili præditus.* Respondet Hebraico יָפֶה in vers. Alex. Genes. XII. 14. XXIX. 17. 2) metaphorice i. q. ἀγαθὸς *bonus, præstans, probatus, optabilis,* et non solum de *eo* dicitur, *quod bonitatem et præstantiam internam habet,* sed etiam de *eo, quod accommodatum est ad finem quendam suum et utile,* et de rebus æque ac personis adhibetur. Hinc in haud paucis versionis Alex. locis pro Hebraico טוֹב usurpatum reperitur, v. c. Genes. I. 4, 10. Num. X. 29. Deut. XII. 28. etc. Quum igitur tam late pateat hoc vocabulum et omne complectatur, quod tale est, quale esse debet, variis modis pro diversa subjecti ratione in locis singulis reddi potest. Sic v. c. est a) Latinum *præstans, bonus.* Matth. VII. 17, 18, 19. καρποὶ καλοὶ fructus boni, mites et salubres. ibid. XIII. 24, 27, 37, 38. καλὸν σπέρμα bonum semen. ibid. v. 8, 23. Marc. IV. 8, 20. Luc. VIII. 15. γῆ καλὴ terra fœcunda, solum fertile. Matth. XIII. 45. καλοὺς μαργαρίτας magni pretii, præstantes margaritas. Luc. XXI. 5. De piscibus bonis legitur Matth. XIII. 48. et de vino præstante Joh. II. 10. Hebr. VI. 5. καλὸν γευσαμένους Θεοῦ ῥῆμα qui usu suo cognoverunt doctrinæ christianæ præstantiam. 1 Tim. VI. 19. b) *suavis, jucundus.* Matth. XVII. 4. καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι juvat hic commorari, seu perplacet nobis hic. Alii vertunt: peropportuno tempore nos (discipuli) hic adsumus. Marc. IX. 5. Conf. Symm. Cant. IV. 3. c) *utilis.* Matth. XVIII. 8. καλόν σοι ἐστὶν magis enim utilitati tuæ consules. (Tarchum Hieros. Genes. XXXVIII. 26. טוֹב לִי melius est mihi. Plaut. Rudent. IV. 4. 70. tacita bona est mulier semper quam loquens.) ibid. XXVI. 24. καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος satius esset isti homini non natum esse. Marc. IX. 42, 43, 45. XIV. 21. Luc. XIV. 34. 1 Cor. VII. 8, 26. IX. 15. 1 Tim. I. 8. οἴδαμεν δὲ ὅτι καλὸς ὁ νόμος non denegamus legi Mosaicæ utilitatem suam. Demosth. Or. c. Timocrat. p. 468. νόμος καλὸς καὶ χρήσιμος. Sirac. XIV. 3. d) *idoneus, sufficiens.* Luc. VI. 38. μέτρον καλὸν mensura plena, justa. — e) *verus.* 1 Thess. V. 21. τὸ καλὸν κατέχετε. f) *fidelis, qui muneri suo omni ex parte satisfacit.* Joh. X. 11. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς pastor fidelis, aut veri nominis, qui omni modo gregis saluti prospicit; opponitur τῷ μισθωτῷ, v. 12. ibid. v. 14. 1 Tim. IV. 6. καλὸς διάκονος. g) *honorificus.* Jac. II. 1. τὸ καλὸν ὄνομα nomen honorificum. 3) καλὸν dicitur *omne, quod est voluntati divinæ conveniens, licitum, honestum, laudabile.* Matth. V. 16. τὰ καλὰ ἔργα recte et honeste facta. ibid. XV. 26. οὐκ ἔστι καλὸν, i. q. αἰσχρόν ἐστι, turpe est ac nullo modo conveniens. Rom. VII. 18, 21. τῷ καλὸν opponitur τὸ κακόν. ibid. XIV. 21. τὸ καλὸν *officium,* est i. q. τὸ προσῆκον. 2 Cor. VIII. 21. προνοούμενοι καλὰ honestati studeamus. ibid. XIII. 7. 1 Tim. V. 10, 25. Tit. II. 7. 1 Tim. IV. 4. πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν nobis enim uti licet omnibus, quæ Deus creavit. Galat. IV. 18. τὸ καλὸν virtutis studium. Thucyd. III. 94. VIII. 3. putabant bellum quoque brevi futurum, οὗ μετασχεῖν καλὸν εἶναι. Ælian. V. H. III. 23. Aristoph. Pace v. 277. νῦν ἔστιν εὔξασθαι καλόν. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 424. 4) *beneficus, benevolus;* ἔργον καλὸν *beneficium.* Matth. XXVI. 10. ἔργον καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμὲ insigne beneficium (aut: pium officium) mihi præstitit. Joh. X. 32. πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν multa benefica miracula inter vos patravi. ib. v. 33. Galat. VI. 9. καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν in benefaciendo aliis ne segnescamus. Tit. III. 8. Καλὰ *beneficia* notat apud LXX Ps. XXXIV. 12. pro טוֹבָה ubi Symm. ἀγαθὸν habet. 5) pro καλλίων. 1 Cor. VII. 1. Sic καλὸν pro κρεῖσσον legitur apud Theodot. Job. XXXIV. 3. ὅ τι καλόν: Vulgat. *quid sit melius.*

ΚΑ'ΛΥΜΜΑ, ατος, τὸ, 1) *omne tegumentum, tegmen, velamen,* a καλύπτω *tego, velo.* Sic de velamine, quod Moses faciei suæ imposuit, usurpatur 2 Cor. III. 13. καὶ οὐ καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ non vero facimus, quæ Moses fecit, velamen imponens faciei suæ. Alex. Exod. XXXIV. 33. ἐπέθηκεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ κάλυμμα, ubi est in Hebr. מַסְוֶה. In eadem versione legitur pro מָסָךְ Exod. XXVII. 16. Num. III. 25. et pro מִכְסֶה Num. IV. 8, 10, 11. 2) metaphorice: *impedimentum quodvis;* et speciatim: *id, quod veram et certam alicujus rei cognitionem impedit.* 2 Cor. III. 14. ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει nam etiam nunc manet illud impedimentum verum cognoscendi, cum libri V. T. præleguntur. ibid. v. 15. κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν κεῖται, et v. 16. περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα tunc auferentur illa impedimenta. 3) interdum reticetur, v. c. 1 Cor. XI. 4. κατὰ κεφαλῆς ἔχων, sc. κάλυμμα, quod etiam in duobus codicibus et versione Coptica e glossemate additum reperitur. Similis ellipsis reperitur Esther. VI. 12. ὑπέστρεψεν εἰς τὰ ἴδια λυπούμενος κατὰ κεφαλῆς. Origenes: καὶ κατακεκαλυμμένος τὴν κεφαλήν.

ΚΑΛΥ'ΠΤΩ, fut. ύψω, 1) *operio, tego, velo.* Matth. VIII. 24. ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ἀπὸ τῶν κυμάτων ut navis tegeretur a fluctibus. Luc. VIII. 16. καλύπτει αὐτὸν σκεύει. ibid. XXIII. 30. καὶ τοῖς βουνοῖς, καλύψατε ἡμᾶς collibus dicetis, operite nos, h. e. in montibus et cavernis perfugium quæretis. In versione Alex. respondet Hebraico כָּסָה Gen. VII. 19. Num. IV. 8, 9 seq. Hesych. καλύπτειν· σκεπάζειν, κρύπτειν. 2) metaphorice: *abscondo, occulto, aliorum cognitioni subduco, impedio, ne aliquid cognoscatur, vel intelligatur.* Matth. X. 26. οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται nihil est tam occultum, quod non aliquando manifestabitur. 2 Cor. IV. 3. εἰ δὲ καί ἐστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον si doctrinæ, a nobis traditæ, præstantia quibusdam incognita manet, manet comtumacibus incognita. 3) *caveo, ne quid appareat, eluceat et*

fiat. Hoc sensu, ut opinor, accipienda est hæc vox in locis Jacobi V. 20. καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν is impedit multa peccata, et 1 Petr. IV. 8. ἡ ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν qui alios amat, cavebit quoque, ne alii peccata committant. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΛΩ͂Σ. Adverbium a καλὸς *pulcher*, quod, ut Latinum *bene*, cui respondet, variæ est significationis et usus. 2) est *bene*, et innuit *præstantiam*, seu *bonitatem rei naturalem et physicam*. Huc pertinet formula: καλῶς ἔχειν, quæ, ut Latina *bene habere*, de revalescentibus et prospera valetudine utentibus usurpatur Marc. XVI. 18. ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσι ægrotis manus imponent et bene habebunt. Syrus: ܘܡܬܚܠܡܝܢ *et sanabuntur*. 2) *uti decet, uti par est, legibus divinis et officio convenienter*. Joh. XVIII. 23. ubi τῷ κακῶς, h. e. *irreverenter, contumeliose*, opponitur. 1 Tim. III. 13. οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες qui bene munere diaconi funguntur. 1 Cor. VII. 37. 2 Petr. I. 19. Jacob. II. 8. coll. v. 9. καλῶς ποιεῖτε voluntati divinæ convenienter agitis, Hebraice הֵטִיבוּ Jerem. IV. 22. Huc etiam referendus est locus Marc. VII. 9. καλῶς ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, ubi tamen καλῶς per antiphrasin intelligendum est; *bene scilicet*, h. e. *pessime*. Cf. G. Wakefield. Silvam Criticam P. I. p. 160. Aliis καλῶς esse videtur improbantis, ut legitur apud Aristoph. Ran. v. 915. ubi Schol. ὅτι καὶ νῦν τὸ καλῶς ἐπὶ παραιτήσει· ἀποστρεφόμενος δὲ καὶ παραιτούμενος ὁ Εὐριπίδης λέγει τὸ καλῶς. Formula: καλῶς εἰπεῖν τινὰ *aliquem laudare, approbare* notat. Luc. VI. 26. οὐαὶ ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσιν οἱ ἄνθρωποι væ vobis, si probemini impiis Judæis! 3) *benigne, benefice*. Sic sumendum est in formula καλῶς ποιεῖν, quæ apud Græcos quidem significat: *recte et honeste agere*, sed in N. T. fere semper *benefacere, benigne tractare*, i. q. εὖ ποιεῖν notat. Mat. V. 44. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς beneficiis afficite inimicos vestros. ibid. XII. 12. ὥστε ἔξεστι τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν licet sabbato aliis benefacere, coll. Marc. III. 4. Luc. VI. 27. Philip. IV. 14. καλῶς ἐποιήσατε gratum mihi fecistis. Eodem modo sumitur הֵטִיב Zachar. VIII. 15. et apud Græcos καλῶς πράττειν, vel δρᾶν, v. c. Eurip. Hecub. v. 834. 4) *recte, vere, vero convenienter*. Matth. XV. 7. καλῶς προεφήτευσεν περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας recte de vobis vaticinatus est Iesaias. Marc. VII. 6. XII. 28. καλῶς αὐτοῖς ἀπεκρίθη. ibid. v. 32. καλῶς ἐπ᾽ ἀληθείας εἶπας. Act. XXVIII. 25. Luc. XX. 39. Joh. IV. 17. XIII. 13. 5) Singulari modo hac voce usus est Jacobus II. 3. σὺ κάθου ὧδε καλῶς tu sede hic in *loco commodo et honorato*.

ΚΑ'ΜΕ', *et me, etiam me*, per concretionem Atticam, pro καὶ ἐμέ. Joh. VII. 28. 1 Cor. XVI. 3. Vide in κἀγώ.

ΚΑ'ΜΗΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *camelus*. Est nomen animalis grandis ac tortuosi ab Hebraico גָּמָל (Genes. XII. 16. XXX. 43.) mutata littera ג in κ et addita terminatione Græca ος, de quo bene exposuit Bochartus in Hierozoico P. I. Lib. 2. c. 2. p. 74 seq. Legitur in N. T. Matth. III. 4. ἀπὸ τριχῶν καμήλου vestimento, e pilis camelorum confecto, (quod etiam sacerdotes, et primi ordinis viros apud Persas gestasse, ex Ctesia Lib. X. Persic. memorat Apollonius Hist. Mirab. c. 20.) ibid. XIX. 24. Marc. X. 25. Luc. XVIII. 25. εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν facilius est camelum per foramen acus transire: ubi Syrus ܓܡܠܐ habet, quod *camelum* significat. Formula proverbialis etiam in SS. Arabicis (v. c. Coran Sur. VII. 41. al. 38.) obvia, de re, non tam absolute impossibili, quam difficillima, quæ formulæ Hebraicæ respondet, quæ legi potest apud Buxtorf. Lex. Chald. Talmud. s. v. פִּילָא p. 1722. הכניס פילא בקופא דמחטא *introducere elephantem per foramen acus*, et æque, ac altera *elephantem per foramen acus transire* de iis usurpatur, qui præstant, quod difficulter, vel prorsus non fieri potest, ut docuit Vorstius de Adagiis N. T. c. 3. Sed auctore Theophylacto ad h. l. (κάμηλον τινὲς οὐ τὸ ζῶόν φασιν, ἀλλὰ τὸ παχὺ σχοινίον, ᾧ χρῶνται οἱ ναῦται πρὸς τὸ ῥίπτειν ἀγκύρας) et Origene jam olim quidam per κάμηλον *funem crassum nauticum*, qui Latinis *rudens* dicitur, intellexerunt, qui, si fides habenda est grammaticis veteribus, proprie quidem κάμιλος dicitur: (Suid. κάμηλος· τὸ ἀχθοφόρον ζῶον. κάμιλος δὲ παχὺ σχοινίον. Idem tradit Schol. Aristoph. Vesp. 1030. Conf. Schefferum de Milit. Nav. Vett. p. 333.) interdum tamen etiam κάμηλος dicitur. Phavor. κάμηλος· τὸ ἀχθοφόρον ζῶον. κάμηλος καὶ τὸ παχὺ σχοινίον, ἐν ᾧ δεσμεύουσι τὰς ἀγκύρας οἱ ναῦται. ὡς τὸ ἐν εὐαγγελίῳ, κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν. Idem fere traditur in Cod. Coislin. XXIV. apud Alberti in Gloss. Gr. N. T. p. 205. Nec minor apud Arabes affinitas harum vocum. Ex eadem enim radice sunt جَمَلٌ *jamalum, camelus*, et جُمَّلٌ *jummalum, rudens, funis crassior*, nullo discrimine, ubi sine vocalibus leguntur. Conf. Gust. Sommelii D. de vera notione vocis καμήλου Matth. XIX. 24. et locis parallelis occurrentis. Lund. 1768. 4. Alia formula proverbialis, κάμηλον καταπίνειν absorbere, seu deglutire camelum, Matth. XXIII. 24. ubi de Pharisæis sermo est, reperitur dicta de iis, qui gravissima peccata admittere non dubitant et sunt in maximis negotiis et officiis admodum negligentes. Respondet Hebraicæ formulæ: בלע את גמל. Conf. Vorstium de Adagiis N. T. c. 3. p. 772.

ΚΑ'ΜΙΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *caminus, fornax, furnus*. Vox apud Græcos sæpius obvia, quæ speciatim de fornacibus adhibetur, ubi metalla igni purgantur, v. c. apud Xenoph. de Vectig. IV. 49. Diod. Sic. V. pag. 294. κόπτουσι τὴν πέτραν καὶ τοὺς τμηθέντας λίθους καίουσιν ἔν τισι φιλοτέχνοις καμίνοις. Alexandrini posuerunt pro כִּבְשָׁן Gen. XIX. 28. Exod. XIX. 18. et pro כּוּר Deut. IV. 20. Jer. XI. 4. Nec alio modo usus est hoc vocabulo auctor Apoc. I. 15. ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι. ibid. IX. 2. ὡς καπνὸς καμίνου μεγάλης ut fumus fornacis, scil. calcariæ aut ærariæ, in qua ex minera metalla excoquuntur, adeoque fumum densissimum exhalantis, קִיטֹר כְּקִיטֹר הַכִּבְשָׁן Genes. XIX. 28. 2) metaphorice formula κάμινος τοῦ πυρὸς fornax, ubi est ignis, (Dan. III. 6. ἐμβληθήσεται εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς, Chald. אַתּוּן נוּרָא) Matth. XIII. 42, 50. adhibetur ad describendum immitem et miseram conditionem peccatorum post mortem. Deut. IV. 20. et Ies. XLVIII. 10. Confer Glassii Philol. Sacr. pag. 1065 et 1098. edit. Dathii.

ΚΑΜΜΥ'Ω, fut. ύσω, pro καταμύω, (Xenoph. de Venat. V. 11. Vide Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. v. 95. Ælian. de Anim. II. 12.) littera α ex præpositione κατὰ per syncopen concisa et littera τ ob sequens μ in μ mutata, *claudo, occludo*, et speciatim æque ac κατα-

μύειν (Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 12. Aristoph. Vesp. v. 92.) et nude positum, et addita voce ὀφθαλμοὺς, de iis usurpatur, *qui connivent, et oculos claudunt,* ex κατὰ et μύω *claudo.* (Suid. μύειν ἐστὶ τὸ κλείειν. Hesych. μύει· καμμύει. Schol. Lucian. Ep. Saturn. p. 414. ed. Reitz. καμμύοντες, τοῦτ' ἔστι ὀφθαλμοὺς κλείοντες.) Esse hoc vocabulum e dialecto Macedonica et Alexandrina arcessitum, e locis versionis Alexandrinæ Ies. VI. 10. XXIX. 10. Thren. III. 44. 45. et Phrynichi Eclog. p. 150. Pauw. demonstrare conatus est Fischerus in Prolus. XXX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 20. Conf. tamen interpretes ad Thom. M. sub βύειν p. 174. et Ez. Spanhem. ad Callim. l. l. 2) Formula καμμύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς Matth. XIII. 15. Act. XXVIII. 27. desumta ex Ies. VI. 10. metaphorice de iis dicitur, *qui animum avertunt a cognoscenda veritate.* Confer infra ad ὀφθαλμὸς et Glassii Philol. Sacr. p. 1155. ed. Dathii. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑ'ΜΝΩ, fut. καμῶ, præt. κεκάμηκα, et per syncopen κέκμηκα, 1) proprie: *laboro cum defatigatione, multis laboribus frangor, defatigor, fessus sum, deficio viribus corporis.* Suid. κάμνειν· ἐπὶ τοῦ ποιεῖν καὶ ἐργάζεσθαι. Hesych. καμεῖν· κοπιάσαι, ἐπιμελῶς κατασκευάσαι. Idem: κάμνει· ἐργάζεται, κοπιᾷ. Idem: κεκμηκώς· κεκοπιακώς. Idem: καμῶ· ἐργάσομαι. Æschin. Socr. Dial. II. 1. κέκμηκα γὰρ χθὲς βαδίσας Μεγαρόθεν. Arrian. de Venat. VIII. 3. Hinc 2) *ægroto, morbo laboro.* Pollux Onom. III. 104. Hesych. κάμνει· νοσεῖ. Suid. κάμνειν καὶ ἐπὶ τοῦ νοσεῖν λέγεται. Sic legitur in N. T. Jacob. V. 15. καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως ἐγερεῖ τὸν κάμνοντα et preces, cum fiducia conjunctæ, sanitatem restituent ægrotanti, τῷ ἀσθενοῦντι, ut legitur v. 14. Hinc ὁ κάματος *morbus.* Eurip. Orest. v. 315. Aristoph. Thesmophor. v. 412. κάμνει κόρη τις. Schol. κάμνει· ἀντὶ τοῦ ὑποκάμνει. Apud Æschin. Socr. Dial. II. 4. 39. οἱ κάμνοντες opponuntur τοῖς ὑγιαίνουσι. Apud Plutarchum de Puer. Educ. c. 7. § 11. σώματι κάμνων est corpore laborans. Adde Xenoph. Mem. I. 2. 51. II. 4. 3. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 680. Hinc apud Græcos etiam de *morientibus* et *mortuis* adhibetur, teste Hesychio, (κάμνει· ἀποθνήσκει) et Suida (κάμνειν· λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀποθανόντων.) Conf. Homer. Il. λ', v. 475. Thucyd. III. 59. 3) metaphorice: *animum despondeo, lassus fio, segnesco in officio præstando.* Hebr. XII. 3. ἵνα μὴ κάμητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ne animum despondeatis et lassi fiatis in perferendis malis. Apoc. II. 7. διὰ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακας, καὶ οὐ κέκμηκας propter religionem meam laborasti et non segnis factus es. Sæpius non legitur in N. T. Joh. X. 1. κάμνων τῇ ψυχῇ μου. Hesych. καμεῖν· ὀκνῆσαι. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 434.

ΚἈΜΟΙ', pro καὶ ἐμοὶ, per concretionem Atticam, *et mihi.* Alex. pro גַּם־לִי Job. XII. 3. Luc. I. 3. Act. VIII. 19. 1 Cor. XV. 8. Cf. dicta ad κἀγώ.

ΚἊΝ, Attice pro καὶ ἐὰν, *etsi, quamvis, etiamsi, si vel, et si, et quando, saltem, vel si.* Mat. XXVI. 35. Marc. XVI. 18. Joh. X. 38. Jacob. V. 15. Luc. XIII. 9. Marc. VI. 56. ἵνα κἂν τοῦ κρασπέδου ἅψωνται ut si quis saltem fimbriam vestis ejus tangeret, etc. Ita אִם Jud. XIII. 16.

ΚΑ'ΜΠΤΩ, fut. ψω, 1) transitive: *flecto, inflecto, incurvo,* i. q. γνάμπτω. Formula: κάμπτειν γόνατα τινὶ *aliquem adorare,* seu *cultum religiosum alicui præstare* notat. Sic legitur in N. T. Rom. XI. 4. οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βαὰλ non adorarunt Baalem. 1 Regg. XIX. 18. כָּל־הַבִּרְכַּיִם אֲשֶׁר לֹא־כָרְעוּ לַבַּעַל Ephes. III. 14. τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν πατέρα ideo supplex veneror Deum patrem. 2) intransitive: *me flecto et incurvo.* Rom. XIV. 11. ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ mihi omnes præstabunt cultum religiosum. Verba desumta sunt ex Ies. XLV. 23. לִי־תִכְרַע כָּל־בֶּרֶךְ Phil. II. 10. ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ut Jesum flexis genibus omnes venerentur. Dan. VI. 10. Conf. etiam Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr. p. 724. et Wetstenii N. T. T. II. p. 89.

ΚΑΝᾶ, ἡ, *Cana.* Nomen urbis ἄκλιτον Hebraicum קָנָה, forte a קָנֶה *canna, arundine,* illic copiose crescente. Fuit vicus Galilææ prope Capernaum, teste Josepho de Vita sua c. 16. ἐν κώμῃ τῆς Γαλιλαίας, ἣ προσαγορεύεται Κανᾶ. Joh. II. 1, 11. IV. 46. XXI. 2. Alberti Gloss. Gr. p. 56. Κανᾶ· κτῆσις, ἢ ἐκτήσατο, cujus auctor hoc vocabulum a rad. קָנָה deducendum existimavit. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 846.

ΚΑΝΑΝΑΙ͂ΟΣ, ω, ὁ, *Cananæus.* Confer infra s. v. Κανανίτης, Wolfii Curas Critt. et Philoll. in IV Evang. p. 176. ac Griesbachii Comment. Crit. in textum Gr. N. T. P. I. p. 101. Glossar. Gr. N. T. p. 15. Καναναῖος, κεκτημένος.

ΚΑΝΑΝΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Cananites,* seu *Cananita.* Fuit cognomen Simonis, apostoli, quod traxit non a patria, quæ fuerit Cana, vicus Galilææ, nam tunc Καναΐτης, vel Καναῖος scribendum fuisset, conf. Relandi Palæstina Lib. 3. p. 979. sed ab Hebraico קַנָּא i. e. *zelotes,* Exod. XX. 5. Nam idem Simon, qui Matth. X. 4. et Marc. III. 18. Κανανίτης dicitur, a Luca VI. 15. et Act. I. 13. ὁ Ζηλωτὴς, a pristino vitæ genere, dicitur, quia olim fuerat zelotis adscriptus. Cæterum in utroque loco pro Κανανίτης in nonnullis codicibus Καναναῖος legitur, quod etiam habet Alb. Gloss. Gr. p. 15. Καναναῖος· κεκτημένος.

ΚΑΝΔΑ'ΚΗ, ης, ἡ, *Candace.* Est vox Æthiopica, omnibus Æthiopum reginis et matribus regum Æthiopiæ, ab Augusti temporibus usque ad Vespasianum æque commune, ac Pharaonum, Antiochorum, Seleucorum nomina regibus Ægypti etc. proprium olim fuit, ut apparet ex Strabone Lib. XVII. Plinio Lib. VI. c. 29. Conf. Job. Ludolf. in Comment. ad Hist. Æthiop. p. 89 seq. Glassii Philologiam S. p. 777 seq. ed. Dathii, Wetstenii N. T. T. II. p. 507. et Sam. Basnagium in Exercitt. Antibar. p. 13. Eodem nomine etiam insignita fuit regina Æthiopum, Tiberii tempore regnans, (Judita quibusdam) quæ Act. VIII. 27. commemoratur. Alberti in Gloss. Gr. N. T. p. 213. Κανδάκης· ἐξ ἀνεπιγράφου· Κανδάκην Αἰθίοπες πᾶσαν τὴν τοῦ βασιλέως μητέρα καλοῦσιν· οὕτω Βίων ἐν πρώτοις Αἰθιοπικῶν. Αἰθίοπες τοὺς βασιλέας πατέρας οὐκ ἐκφαίνουσιν, ἀλλ' ὡς ὄντας υἱοὺς ἡλίου παραδιδόασιν, ἑκάστου δὲ τὴν μητέρα καλοῦσι Κανδάκην.

ΚΑΝΩ'Ν, όνος, ὁ, 1) proprie apud Græcos generatim *regula et norma* dicitur, *et omne, cujus ope quantitas, pondus, longitudo, latitudo et rectitudo alicujus rei dignosci et dijudicari potest.* Sic v. c. κανὼν dicitur *funis mensorius, fabrorum regula,* (conf. Valkenar. ad Eurip. Hippol. v. 468. et Aquilæ fragmenta Job. XXXVIII. 5. ubi Hebraicum קַו, seu *funis, quo fabri lignarii, etc. in dimetiendis lignis, etc. utuntur,* ab Aquila per κανόνα, ab Alex. per σπαρ-

νίαν et a Symmacho per σχοινίον translatum extat. Adde Ps. XIX. 4. et Ies. XXXIV. 11.) *regula, ad quam præducebantur lineæ,* (conf. Salmasii Exercitt. Plin. p. 917.) *examen in libra, quod supra trutinam est et æquilibrium facit,* (vide Pollucis Onom. Lib. IV. c. 24. 5. 1.) etiam *virgula recta arundinea,* (κάννη *calamus*) *cujus in dimetiendo olim usus erat.* Schol. Homeri ad Iliad. ψ', v. 761. ὁ κάλαμος, περὶ ὃν εἰλεῖται ὁ μίτος ὁ ἱστουργικός. Hesych. κανών· τὸ ξύλον, περὶ ὃ ὁ μίτος. 2) metaphorice: *doctrina, ad quam, tanquam ad normam, sensus et vitam conformamus.* Galat. VI. 16. ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν qui hanc doctrinam in vita conformanda sequuntur. Phil. III. 16. Apud Græcos κανὼν eleganter adhibetur de *homine, quem tanquam ducem normamque certissimam sequimur.* Conf. Reisk. in Indicc. Dion. Halic. Schweighæuserum Indice Arriani s. h. v. et Strabon. l. VI. fin. p. 199. 3) *fines constituti et designati, locus, seu regio, regula quasi quadam designata, quam ultra citraque procedere non licet.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. X. 13. κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου intra certos terminos, a Deo mihi præfinitos; ubi κανὼν est certum et finitum doctori spatium, uno verbo diœcesis. Confer Mori Progr. ad 2 Cor. X. 12—17. Lips. 1781. 4. et Boysen. Illustration. N. T. e Vers. Syr. ad h. l. ibid. v. 15. κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν intra terminos meos, et v. 16. ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι intra terminos alterius. Sæpius non legitur in N. T. Apud Græcos *curriculum,* seu *spatium illud definitum in ludis Olympiacis,* in quo cursores currere solebant, κανὼν dicebatur. Confer Pollucis Onom. III. 151. — Cæterum bene de hac voce exposuit Schneiderus in Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

ΚΑΠΕΡΝΑΟΥ'Μ, ἡ, *Capernaum.* Florentissima Galilææ civitas, sita ad littus septentrionale maris Galilæi haud procul ab influxu Jordanis in dictum mare Galilææ, in finibus Sabulon et Nephthalim, ad ditionem Herodis Antipæ pertinens. Vide Lightfoot. Hor. Hebr. et Talmud. in Joh. II. 12. p. 139. Hinc Matth. IV. 13. vocatur ἡ παραθαλασσία ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλείμ. Joh. VI. 17. In hac urbe, in qua synagoga erat, (Joh. VI. 59.) Jesus multum versatus est et habitavit, Marc. II. 1. et plurima miracula edidit. Hanc ob causam æque ac Nazareth et Bethlehem (hæc, ratione nativitatis, illa vero, ratione educationis Christi) ἰδία ejus πόλις dicitur apud Matthæum IX. 1. et ibid. XI. 23. ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα. Alberti Gloss. Gr. p. 40. Καπερναούμ· κώμης παράκλησις. Hesych. χωρίον παρακλήσεως. Hieronymus interpretatus est *villam,* seu *vicum consolationis.* Hi omnes hoc nomen conflatum esse judicarunt ex כְּפַר *vicus* et נָחַם *consolatio.* Vide J. Sauberti Varias Lect. textus Græci Ev. Matthæi p. 112 seq. Cæterum oppidi hujus in libris V. T. nulla fit mentio, sive sub hoc, sive sub alio nomine. Fuit igitur forsan ex eorum numero, quæ Judæi, Babele reduces, struxere. Vide Macknighti Comment. Harmon. in IV Evang. T. II. p. 185. ed. Ruckersfelder.

ΚΑΠΗΛΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *cauponor, rem cauponariam exerceo, lucri causa hospites excipio.* Interdum etiam significat: *cocionari, mercaturam exercere forensem et stariam,* nostrum höken, *to regrate or forestall,* et de *propolis* usurpatur, *qui res, ab aliis primum emtas, in foro et tabernis vendunt et ita quæstum faciunt,* ut docuit Salmasius in libro de Usuris c. 12. et Perizonius ad Ælian. V. H. XI. 9. a κάπηλος *caupo et omnis generis propola.* Hesych. καπηλεύει· μεταπωλεῖ, οἰνοπωλεῖ καὶ τὰ πρὸς τὰς τροφὰς καὶ πόσεις. — καπηλεύοντες· πραγματευόμενοι. Jam, quia caupones et propolæ, maxime ii, qui vinum vendunt, fere fraudulenter agunt, et non solum vinum aqua miscent et corrumpunt, (Ies. I. 22. οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι. Aristoph. Plut. v. 435. Πηλὸν ab Ionibus dici τὸν οἶνον tradit Hesychius. Hinc καπηλεύειν dictum putant: παρὰ τὸ χαλύνειν τὸν πηλόν.) sed etiam alias merces adulterant et quibusvis artibus lucrum captant, factum est, ut καπηλεύειν esset idem, quod κιβδηλεύειν, et omnino 2) metaphorice: *fraudulenter agere, more cauponum et propolarum agere, adulterare, vitiare, corrumpere, quæstus et turpis lucri causa aliquid facere* significaret. Non male itaque hoc verbo usus est Paulus, 2 Cor. II. 17. scribens: οὐ γάρ ἐσμεν, ὡς οἱ πολλοὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, h. e. nos non, ut multi alii doctores christiani, quæstus et lucri causa tradimus religionem christianam eamque corrumpimus, coll. c. IV. 2. μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Etiam apud Græcos usurpatum hoc verbum nostrum reperitur de sophistis, qui disciplinas et sapientiam quæstui habebant et falsa pro veris tradebant, (quorum auditoria Lucian. in Nigrino p. 35. edit. Grævii eleganter καπηλεῖα vocat) ut partim apparet e Philostrati Vit. Apoll. Lib. I. c. 13. V. 36. partim exemplis comprobatur, a L. Bos. in Exercitt. Philol. in N. T. p. 154. Spanhem. ad Julian. Or. I. p. 141. Wetstenio N. T. T. II. p. 183. et Schützio ad Æschyl. Sept. c. Theb. v. 547. p. 310. allatis. Sic etiam *cauponari* apud Latinos usurpatur, v. c. apud Ennium, teste Cicerone de Officiis I. 12. ubi *cauponari bellum* est: *ob quæstum pugnare.* Cf. Lœsner. Obss. Philon. p. 300. Palairet. Obss. Philol. et Crit. in N. T. p. 419. Wakefield. in Silva Critica P. III. p. 74. et Joh. Alberti Obss. Philol. p. 359. Peculiarem D. de voce καπηλεύειν conscripsit J. C. Messerschmidt. Viteb. 1772. 4.

ΚΑΠΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, *fumus,* sine dubio ex καίω et πνοὴ, quasi ἐκ τῆς καύσεως πνοή. Hinc κάπνη *caminus, fumarium,* et καπνίζω *fumum excito,* καπνίζομαι *fumo.* Alex. Exod. XIX. 18. Psalm. CIV. 32. Act. II. 19. ἀτμὶς καπνοῦ vapor fumi, seu *densus fumus,* rauchdampf, *smoke, vapour.* Apocalyps. VIII. 4. ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων. ibid. IX. 2, 3, 17, 18. πῦρ καὶ καπνὸς καὶ θεῖον. ibid. XIV. 11. καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν ἀναβαίνει εἰς αἰῶνας αἰώνων nec a cruciatibus unquam ad respirandum et vires colligendas liberantur (לְעוֹלָם יַעֲלֶה עֲשָׁנָהּ Ies. XXXIV. 10.). ibid. XV. 8. XVIII. 9, 18. καπνὸν τῆς πυρώσεως. Ib. XIX. 3. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΠΠΑΔΟΚΙ'Α, ας, ἡ, *Cappadocia.* Est Asiæ, seu Natoliæ regio, frumento et pecudibus abundans, interjecta Ponto Euxino, Armeniæ minori, Ciliciæ, Pamphyliæ et Galatia, quam Tiberius Cæsar populo Romano stipendiariam fecit teste Vellei. Paterc. II. 39. Nomen sine dubio habet ab amne Cappadoce, quo versus occasum a Galatia discernitur. Plin. H. N. XI. c. 6. Olim nominata fuit Leucosyria, ab albis incolis, qui propterea dicebantur Λευκοσύροι, ad differentiam illorum, qui ultra montem Taurum habitabant, et ob nigredinem vocantur Μελανοσύροι. Herodot. I. 72. V. 49. Memoratur in N. T. tantum Act. II. 9. et 1 Petr. I. 1. Vide Cellarii

Geograph. Plen. III. c. 8. s. 4. § 202. p. 288. ac Joseph. A. J. I. c. 1. § 1. p. 21. ed. Haverc.

ΚΑΡΔΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *cor, ea corporis pars interna, quæ fere medium pectus tenet* et est fons, unde arteriæ sanguinem hauriunt, et quo venæ eum refundunt. Sed in hac significatione in N. T. non reperitur. 2) *venter, stomachus.* Vide Schol. Thucyd. ad II. c. 49. Hinc *cardiaci* dicuntur, qui stomachi doloribus laborant. Vide Cic. ad Div. I. 37. Act. XIV. 17. ἐμπιπλῶν τροφῆς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν. Vide supra ad εὐφροσύνη. Jacob. V. 5. ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς. Ita quoque לֵב usurpatur Gen. XVIII. 5. Jud. XIX. 5. et in versione Alex. καρδία pro Hebraico בֶּטֶן *venter* ponitur Prov. XXII. 18. Habac. III. 15. Suid. sub καρδία· Οἱ παλαιοὶ τὸν στόμαχον καρδίαν ἐκάλουν, ἔνθεν καὶ καρδιωγμός. ubi conferendus est Küsterus. Eodem quoque sensu ab Homero (Iliad. ί, 701. χ', 504.) ἦτορ et κῆρ usurpatur, et ab Eurip. (Ion. 1190.) ψυχή. Conf. Th. Gatakeri Advers. miscell. cap. 16. p. 345. 3) *medium alicujus rei,* seu potius *interius, quod intra quiddam est,* quia cor intra pectus hominis quasi reconditum jacet. Matth. XII. 40. ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς in terra. Nam καρδία h. l. abundare videtur ad imitationem Hebraici לֵב Deut. IV. 11. Ezech. XXVII. 4. Jon. II. 4. ἀπέρριψάς με εἰς βάθη καρδίας θαλάσσης. Hesych. καρδίας θαλάσσης τοῦ βυθοῦ. 4) ut Lat. *cor* (Cic. Tusc. I. 9.), *animus hominis cum omnibus suis facultatibus, cogitationibus, affectibus et cupiditatibus,* ex usu loquendi Judæorum, qui, quicquid de animo dici potest, id cordi tribuunt. Conf. Vorstii Philol. S. p. 435. edit. Fischeri. Interdum specialiter exprimit singulas animi humani partes, *intellectum, voluntatem, desiderium, intentionem, memoriam, conscientiam, cogitationes,* etc. In singulis locis quid significet, e serie orationis unice definiendum erit. Interdum quoque *animum candidum, sincerum et non fucatum* κατ' ἐξοχὴν significat. De *animo universe* usurpatum legitur Matth. VI. 21. ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν eo tendet (seu tendat) quoque animus vester. XV. 8. τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ verbis quidem magnam præ se ferunt mei reverentiam et amorem, a qua tamen animus eorum alienus est. Eodem modo καρδία opponitur τοῖς ῥήμασι apud Plutarch. Catone majore p. 343. et τῇ γλώσσῃ apud Themistium Or. XX. p. 239. Adde M. Antonin. de Rebus Suis II. 3. Lucian. Jov. Tragœd. p. 203. Abresch. ad Æschyl. p. 147. — Marc. XII. 30, 33. Luc. X. 27. ἐξ ὅλης καρδίας toto animo, h. e. candide et sincere. Simili sensu ἀπὸ καρδίας ὅλας dixit Theocrit. Idyll. XXIX. 4. Act. XV. 9. τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν. Rom. X. 9. πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, et v. 10. καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην. Coloss. II. 2. 2 Tim. II. 22. Matth. V. 8. καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ubi vid. Wetstenius. Luc. XVI. 15. ὁ δὲ Θεὸς γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν. Act. IV. 32. ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία concordia, summus animorum consensus. 2 Paral. XXX. 12. — De *intellectu* usurpatur Ephes. I. 18. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ὑμῶν, ubi pro καρδίας in sat multis codicibus τῆς διανοίας e glossemate legitur. Rom. I. 21. ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. ibid. II. 15. 2 Cor. IV. 6. 2 Pet. I. 19. Apud LXX Exod. XXXV. 10. καρδία et διάνοια in codd. invicem permutantur. De *voluntate* reperitur Hebr. III. 8. μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν. Act. XVI. 14. ἧς ὁ Κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν quæ beneficio divino prompte assentiebatur doctrinæ, a Paulo traditæ: nam διανοίγειν τὴν καρδίαν τινὸς est, aliquem promtum, pronum et paratum reddere, seu impellere ad aliquid. 2 Sam. VII. 21. κατὰ τὴν καρδίαν σου ἐποίησας. De *conscientia* speciatim adhibetur 1 Joh. III. 20. ἐὰν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία si non damnat nos conscientia. ibid. v. 21. — De *proposito animi* 1 Cor. VII. 37. ὃς δὲ ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ. De *memoria* legitur Luc. II. 51. ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Notio *animi sinceri et candidi,* voci καρδία interdum subjicienda, locum maxime habet in formula ἐκ seu ἀπὸ καρδίας, *toto animo, serio,* quæ de eo usurpatur, cujus interni animi sensus verbis et factis respondent. Matth. XVIII. 35. ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν, h. e. ἐκ καθαρᾶς καρδίας, ut plene legitur 1 Tim. I. 5. 2 Tim. II. 22. Matth. XXII. 37. Marc. XII. 30. Rom. VI. 17. Marc. Antoninus de Rebus Suis II. 3. ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος τοῖς θεοῖς. Theocrit. Idyll. XXIX. 4. Deut. VI. 5. — Huc etiam pertinent formulæ loquendi, in N. T. haud raro obviæ, v. c. a) ἔχειν ἐν τῇ καρδίᾳ τινὰ *aliquem amare.* Phil. I. 7. διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς quandoquidem summo me amore complectimini. Ovid. Trist. V. 2. 24. te tamen in toto pectore semper habet. Contra εἶναι ἐν τῇ καρδίᾳ τινὸς *amari ab aliquo.* 2 Cor. VII. 3. ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστε me tenerrimo amore vos complecti. b) πληροῦν τὴν καρδίαν τινὸς *auctorem alicui esse, consilium suppeditare, persuadere, impellere.* Act. V. 3. διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου; cur passus es te a Satana impelli? Cf. infra sub πληρόω. c) ἀναβαίνειν ἐπὶ τὴν καρδίαν τινὸς *in mentem venire.* Act. VII. 23. ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, sc. διαλογισμὸς, consilium cepit. Vide supra ad ἀναβαίνω. d) βάλλειν εἰς τὴν καρδίαν τινὸς *consilium alicui suggerere et instillare faciendi aliquid.* Joh. XIII. 2. τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος cum diabolus jam Judæ Simoni Iscariothæ consilium suggessisset Jesum prodendi. Vide supra sub βάλλω. Similis formula est βάλλειν ἐπὶ νόον, quæ legitur apud Lucianum de Dea Syra p. 671. ἡ Ἥρη — πολλοῖσι τὴν τομὴν ἐπὶ νόον ἔβαλλε. e) διδόναι τὶ ἐν τῇ καρδίᾳ τινὸς, vel εἰς τὴν καρδίαν τινὸς, *efficere, ut aliquid menti alicujus semper obversetur.* Hebr. VIII. 10. — *aliquem commovere, impellere.* Apoc. XVII. 17. Vide sub δίδωμι. f) τίθημι εἰς τὴν καρδίαν *animo infigo, repono aliquid in animo, memori mente teneo.* Luc. XX. 14. ubi tamen ab aliis per *constituere, proponere sibi* vertitur. Hag. II. 19. g) λέγειν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ *cogitare, existimare.* Apoc. XVIII. 7. Sed de hac formula infra sub λέγω pluribus disserendi locus erit. 5) Deo tribuitur et significat *voluntatem, sensum.* Act. XIII. 22. Δαβὶδ ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου Davidem virum secundum sensum et voluntatem meam. 6) interdum *abundat,* aut pro *toto homine* ponitur, id quod præcipue tum fit, quum pronomen ὑμῶν, ἡμῶν, αὐτοῦ, vel simile quid adjectum est. Rom. XVI. 18. καὶ ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων, pro ἐξαπατῶσι τοὺς ἀκάκους. Eodem pleonasmo utuntur Latini, v. c. Persius Sat. VI. v. 9. Martial. XIV. Ep. 191. Rom. IX. 2. ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. Joh. XIV. 1. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία.

ΚΑΡΔΙΟΓΝΩ'ΣΤΗΣ, ου, ὁ, *scru-*

tator animorum, qui veram animi indolem et cogitandi rationem cognitam et perspectam habet, ex καρδία *cor, animus*, et γνώστης *qui aliquid cognitum habet*. Bis in N. T. dicitur ita Deus. Act. I. 24. XV. 8. In versionibus Græcis V. T. non reperitur.

ΚΑΡΠΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *omne, quod e terra nascitur, fructus, fruges, semen adeo ipsum*, monente Eustathio ad Homer. Iliad. ε', p. 576. Æque late patet Hebraicum פְּרִי cui καρπὸς in versione Alex. respondet, quod de *omni proventu terræ* usurpatur, v. c. Genes. I. 11, 12, 29. etc. Hinc in N. T. adhibetur de fructibus arborum, Matth. III. 10. de fructibus vitis, Joh. XV. 2. ficus, Matth. XXI. 9. Marc. XI. 14. Luc. XIII. 6, 7, 9. et de quovis frugum genere, Marc. IV. 8, 29. Luc. VIII. 8. XII. 7. Joh. XII. 24. 2 Tim. II. 7. Formula διδόναι καρπὸν *proferre fructum*, i. q. φέρειν καρπὸν, (Ælian. V. H. III. 18. Joh. XII. 24.) aut καρποφορεῖν, quæ legitur Matth. XIII. 8. et Marc. IV. 7. respondet Hebraicæ אָאַן פְּרִי. Confer supra sub δίδωμι. Hesychius: καρποῖς, βλαστήμασιν. Idem: καρπὸς, σῖτος. 2) metaphorice denotat *consequens* et *effectum alicujus rei*, in utramque partem, quo sensu etiam vox vernacula, frucht, *effect*, adhiberi interdum solet, non solum in N. T. libris et Verss. GG. V. T. (v. c. Hebr. Int. Job. XIV. 9. ἀπὸ τοῦ πράγματος ποιήσει καρπόν.) sed etiam apud Græcos scriptores, v. c. Demosthenem p. 328. edit. Reisk. ταύτης (τῆς μελέτης) τοὺς καρποὺς ἴδει καλοὺς καὶ γενναίους καὶ πᾶσιν ὠφελίμους εἶναι. Hinc α) notat: *facta, actiones, opera hominis in utramque partem, sive bona, sive mala*, quatenus sunt fructus et signa animi indolis, aut effectus cognitionis. Sic v. c. καρπὸν φέρειν est: *factis demonstrare, quam utilitatem ex aliqua re perceperis*. Joh. XV. 16. ἵνα καρπὸν φέρητε ut jam palam factis demonstretis, quam ex mea disciplina et institutione perceperitis utilitatem. Matth. III. 8. ποιήσατε καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας factis vos præstate vere emendatos. ib. VII. 16. ubi tamen per καρποὺς τῶν ψευδοπροφητῶν non tam mala ipsorum vivendi ratio, quam ipsa doctrina falsa, quam tradebant, intelligenda est. Luc. III. 8. Galat. V. 22. ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος facta, quæ postulat religio christiana. Ephes. V. 9. ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ πνεύματος, seu φωτὸς, facta vero, quæ proficiscuntur ex hac religionis christianæ cognitione. Rom. VI. 22. Phil. I. 11. πεπληρωμένοι καρπῶν δικαιοσύνης ut multa specimina pietatis vestræ christianæ edatis. Jacob. III. 17. καρποὶ ἀγαθοὶ recte facta. β) *commodum, utilitas, emolumentum, quod ex re quapiam provenit*. Rom. VI. 21. τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε; quid commodi et utilitatis inde ad vos redundabat? ibid. I. 13. ἵνα τινὰ καρπὸν σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν ut inter vos etiam, seu e vobis aliquam perciperem utilitatem. ibid. XV. 28. καρπὸς est pecunia, in usus pauperum christianorum e Judæis collecta, fructus quasi institutionis et admonitionis Paulinæ. Phil. I. 22. καρπὸς ἔργου utilitas, quæ ex muneris apostolici administratione ad christianos redundat. Hebr. XII. 11. καρπὸν εἰρηνικὸν utilitatem summam. Conf. Gataker. ad Marc. Antonin. VI. 30. p. 190. Simili sensu *laborum atque operum fructum* dixit Curtius IX. 6. 26. γ) *præmium*. Phil. IV. 17. ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν sed opto, ut multa liberalitatis vestræ præmia reportetis. Jacob. III. 18. καρπὸς δικαιοσύνης præmium sanctitatis vitæ. Hos. X. 12. τρυγήσατε εἰς καρπὸν ζωῆς. Adde Ps. LVIII. 2. et Ies. III. 10. Hebraicum פְּרִי interdum quoque de *pœna* adhibetur, v. c. Jerem. VI. 19. Prov. I. 31. δ) Formula καρπὸς χειλέων, quæ Hebr. XIII. 15. legitur, ambiguitate aliqua laborare videtur. Vulgo quidem de *sermone, oratione* (laudantium, h. e. *laude ipsa*) quasi effectu labiorum ex usu linguæ Hebraicæ explicatur, in qua formulæ פְּרִי פִי et תְּבוּאָה שְׂפָתַיִם de *verbis, ore prolatis, sermone*, haud raro dicuntur, ut docent loca Prov. XII. 14. et XVIII. 20. Conf. Vorstii Phil. Sacr. p. 23. Sed alii h. l. notionem *sacrificii, muneris, oblationis* voci καρπὸς subjicere malunt, ut καρπὸς χειλέων, seu *munera, sacrificium oris*, sint *preces gratæ, gratiarum actiones*, coll. Hos. XIV. 3. et Ies. LVII. 19. Sed prior explicatio mihi magis placet. 3) καρπὸς τῆς κοιλίας et καρπὸς τῆς ὀσφύος est *fœtus hominis*, qui comparatur in omnibus fere linguis eleganter arbori, fructus producenti et ferenti. Luc. I. 42. ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου fructus uteri tui, h. e. infans, quem in utero gestas. Eodem modo *fœtus*, respectu matris, Hebr. פְּרִי בֶטֶן vocatur, v. c. Thren. II. 20. Ps. CXXXII. 11. Micha VI. 7. Genes. XXX. 2. Conf. Vorstii Phil. Sacr. p. 461. ed. Fischeri. Respectu patris *fœtus* dicitur ὁ καρπὸς τῆς ὀσφύος, Hebr. פְּרִי חֲלָצַיִם, fructus lumborum, quia in lumbis est origo seminis virilis. Act. II. 30. Conf. infra sub ὀσφύς. Hesych. καρπός· τὰ τέκνα. Aristot. Polit. VII. 16. Eurip. Bacch. v. 1305. 4) interdum omittitur, v. c. post συνάγειν, Matth. VI. 26. coll. Luc. XII. 17. — post ποιεῖν, Matth. XIII. 23. (coll. v. 26. et III. 8.) et, secundum quosdam, post προβάλλειν, Luc. XXI. 30.

ΚΑ'ΡΠΟΣ, ου, ὁ, *Carpus*. Est nomen viri Græcum, cujus mentio fit 2 Tim. III. 14. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 366.

ΚΑΡΠΟΦΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *fructum fero*, et est verbum proprium de terra et terræ proventibus, a καρποφόρος, quod vide. Marc. IV. 28. ἡ γῆ καρποφορεῖ terra fructum fert. Anthol. I. 6. 1. Diod. Sic. III. 61. 2) metaphorice: *vitam et actiones certa ratione instituo, in actum deduco et erumpo, effectum sortior, factis aliquid probo ac demonstro*, et speciatim: *bona et religioni christianæ consentanea opera profero*. Matth. XIII. 23. ὃς καρποφορεῖ qui bona opera profert. Marc. IV. 20. Luc. VIII. 15. καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ et constantes sunt in virtutis christianæ studio. Rom. VII. 4. καρποφορεῖν τῷ Θεῷ opera proferre, quæ Deo probantur, cui v. 5. opponitur καρποφορεῖν τῷ θανάτῳ facere ea, quæ sunt morte et miseria, seu pœnis divinis digna. Apud Inc. Int. Hos. X. 13. καρπὸς Hebr. עַוְלָה respondet et utrumque *pœnam iniquitatis et peccati* notat. Coloss. I. 6. doctrina christiana dicitur καρποφορούμενον, quatenus ejus cognitio exserit se recte et honeste factis. ibid. v. 10. καρποφορεῖν is dicitur, qui factis suam religionis christianæ cognitionem exserit. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΡΠΟΦΟ'ΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *frugifer, fructifer, fruges ferens*, a καρπὸς *fructus* et φέρω *fero*. Ps. CVII. 34. γῆν καρποφόρον. ibid. CXLVIII. 9. ξύλα καρποφόρα. Xenoph. Cyrop. VI. 2. 8. 2) *frugibus ferendis aptus, quod facit ad fruges ferendas et maturandas*. Sic semel legitur in N. T. Act. XIV. 17. καιροὶ καρποφόροι tempestates frugiferæ. Eustath. in Od. κ', p. 378. 9.

ΚΑΡΤΕΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *forti sum animo, perduro, patienter fero*

et *toleranter perfero omnes labores ac molestias, nec iis succumbo,* et de militibus fere apud Græcos dicitur, qui famem, sitim, itinera omnesque labores ferunt æquo animo, ita, ut nullo modo frangantur et debilitentur. Confer Xenoph. Hist. Gr. II. 2. 6. III. 1. 14. Inde καρτερία *tolerantia malorum æquo animo.* ibid. VII. 2. 17. et καρτερικὸς *fortis, rebus duris ferendis adsuetus.* Xenoph. Mem. I. 2. 1. In N. T. semel legitur Hebr. XI. 27. τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε omnia mala perferebat patienter, quasi oculis videret Deum invisibilem. Alii male reddunt ἐκαρτέρησε spem suam in Deo ponebat, ob verba Hesychii: ἐκαραδόκουν· ἐκαρτέρουν, ἐπετήρουν. Priorem explicationem confirmant loca Sirac. II. 2. 2 Macc. VII. 27. Ies. XLII. 14. Glossæ Vett. καρτερῶ· μακροθυμῶ, ὑπομένω. Confer quoque Perizonium ad Ælian. V. H. Lib. XII. c. 1.

ΚΑ'ΡΦΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie: *omne, quod siccum, aridum ac leve est, festuca, herbæ culmus, aut aliquid stipulæ instar, surculus aridus, fragmen ligni aridi tenue.* *Genes. VIII. 11. Hesych. κάρφος· ἄχυρον, χόρτος, κεραία ξύλου λεπτή, ξύλον λεπτὸν καὶ ξηρόν. Bisetus ad Aristoph. Lysistr. v. 475. ξύλον λεπτότατον — καὶ κουφότατον, uti et Latinis φεστούκαν appellari notat, a κάρφω *sicco, arefacio.* κάρφομαι· ξηραίνομαι. Ælian. H. A. III. 16. 24. IV. 38. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 338. ac Schneideri Lex. Crit. l. Gr. s. h. v. 2) metaphorice, ut Hebraicum קִיסָם *omne, quod est nullius momenti,* (unde καρφολογεῖν apud Theophr. Char. II. de adulatore adhibetur, ad quem locum plura habet Duportus p. 209.) et speciatim: *vitium levius et facile condonandum,* cujusmodi vitia ab Horatio I. Sat. III. v. 73 seq. *tubera* et *verrucæ,* et a Seneca de Vita Beata c. 17. *papulæ* vocantur. Matth. VII. 3. τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου; cur in aliorum vitiis tam cernis acutum, cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis, ut verbis utar Horatii I. Sat. III. 25. ibid. v. 4 et 5. ἐκβάλλειν τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ admonendo et corripiendo facere, ut alter quoque a vitio leviore quodam sibi caveat: נְטַל קִיסָם מִבֵּין עֵינֵי פְּלוֹנִי. Luc. VI. 41, 42. Confer Lette ad Caab ben Zoheir p. 108 seq. Vorstium de Adagiis N. T. cap. V. p. 781 seq. et Andr. Schotti Adagialia Sacra ad l. l.

ΚΑΤΑ'. Præpositio, quæ extra compositionem cum genitivo et accusativo construitur. Si construitur

I. cum genitivo, significat:

1) *a, ab, de,* ita, ut *locum* et *terminum a quo* significet, i. q. ἀπό. Matth. VIII. 32. ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν et omnis grex a monte præceps actus in mare ruit. Marc. V. 13. Luc. VIII. 33. 2 Macc. VI. 10. Dio Cass. Fragm. p. 15. ed. Reimar. κατὰ τῆς πέτρας ἐῤῥίφη. Polyæn. p. 204. κατὰ τῶν κρημνῶν. Confer Casaubonum ad Strabonem p. 233. ed. Almeloveen. 2) *adversus, contra.* Matth. XII. 30. κατ' ἐμοῦ ἐστι adversarius mihi est. Rom. VIII. 31. τίς καθ' ἡμῶν; ecquis tandem nobis obsit et noceat? ibid. v. 33. τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; quis veros christianos accusare sustineat? Matth. V. 11. ἐὰν εἴπωσιν πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν si vos calumnientur et conviciis proscindant. ibid. v. 23. X. 35. XII. 14, 25, 32. XXVI. 59. XXVII. 1. Marc. III. 6. IX. 40. XI. 25. XIV. 55, 56, 57. Jud. v. 15. Sap. IV. 16. 3 Macc. II. 27. Lucian. T. I. p. 255. ed. Reitz. Polyb. IX. 3. 10. Ælian. V. H. II. 6. τὴν κατ' αὐτοῦ κρίσιν. ibid. X. 6. Conf. Alberti in Periculo Critico p. 39. 3) *de,* ita, ut *objectum* significet. 1 Cor. XV. 15. ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ testantes de Deo. Palairet. in Obss. Philol. ad h. l. duo loca adduxit, (quibus addendus est locus Xenoph. Cyrop. I. 2. 16.) quibus hic usus præpositionis κατὰ, cum secundo casu constructæ, confirmari possit. Ælian. V. H. V. 21. φήμην τὴν κατὰ τῆς Μηδείας. Longin. de Sublimitate p. 36. ἓν ἔτι —— κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων παραθέμενος unum adhuc exemplum de rebus humanis proponens. Sed prior locus alienior a re nostra videtur. Plura exempla vide in Ind. Reiskiano ad Demosthenem. Nec tamen prætermittendum est, particulam Hebraicam עַל cui κατὰ in versione Alexandrina interdum respondet, eodem sensu legi Ies. XXXVII. 9. Joël. I. 3. Genes. XVIII. 19. 3 b) *ex, de,* de loco. Luc. VIII. 32. κατὰ τοῦ κρημνοῦ ex præcipitio. 2 Macc. VI. 10. 4) *per,* cum *locum* denotat. Luc. IV. 14. καθ' ὅλης τῆς περιχώρου per totam regionem vicinam. ib. XXIII. 5. διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας docens per totam Judæam. Act. IX. 31. αἱ ἐκκλησίαι καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας καὶ Γαλιλαίας. 5) *per,* in *formulis jurandi,* i. q. alias ἐν. Mat. XXVI. 63. ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ per Deum te obtestor. Hebr. VI. 13. ἐπεὶ κατ' οὐδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ cum per nullum majorem jurare posset, per se ipsum juravit. ibid. v. 16. κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι. Judith. I. 12. ὤμοσε κατὰ τοῦ θρόνου. Alex. 2 Chron. XXXVI. 13. ἃ ὥρκισεν αὐτὸν κατὰ τοῦ Θεοῦ, Hebraice אֲשֶׁר הִשְׁבִּיעוֹ בֵּאלֹהִים. Adde Jerem. XLIX. 13. Aristoph. Equit. 660. Lucian. II. p. 77. Cf. Ind. Reisk. Græcit. Demosth. p. 433. 6) *super, in,* cum accusativo et ablativo. Marc. XIV. 3. κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς effudit in caput ejus. 1 Cor. XI. 4. κατὰ κεφαλῆς ἔχων super, seu in capite habens tegumentum. Si regit

II. accusativum, notat

1) *a, ab,* ita, ut *causam* et *auctorem* significet. Galat. I. 11. ὅτι οὐκ ἔστι κατὰ ἄνθρωπον non est ab homine inventum, Syrus: ܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܒܪܢܫܐ non fuit ab homine, coll. v. 12. οὐδὲ παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτὸ οὔτε ἐδιδάχθην. 1 Petr. IV. 14. κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. Ita etiam in inscriptionibus evangeliorum εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, Μάρκον, Λουκᾶν, Ἰωάννην evangelium auctore Matthæo, Marco, Luca et Johanne, ubi κατὰ respondet Hebraico לְ, v. c. Psalm. III. 1. מִזְמוֹר לְדָוִד. Confer Wesseling. ad Diodor. Sic. XIV. 12. et Novam Bibl. Lubec. Vol. II. p. 102 seq. 2 Macc. II. 13. ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς καὶ ὑπομνηματισμοῖς τοῖς κατὰ τὸν Νεεμίαν. 2) *ad,* de *loco,* i. q. πρός. Luc. X. 32. γενόμενος κατὰ τὸν τόπον quum venisset ad illum locum, (Syrus: ܐܬܐ ܠܗܝ ܕܘܟܬܐ ܕܐܝܟܐ ܕܗܘܐ *venit eo ubi erat.*) et v. 33. ἦλθε κατ' αὐτὸν ad eum delatus. Vulgatus: *secus eum.* Ita עַל Nehem. VI. 3. 2 Reg. XXV. 20. 2 Sam. XV. 4. Xenoph. Hist. Gr. IV. 6. 14. κατὰ τόπον ἐγένετο. Cyrop. VIII. 5. 9. 3) *ad,* de *objecto.* Eph. VI. 21. τὰ κατ' ἐμὲ, scil. ὄντα, ut cognoscatis res meas, seu ad me spectantes. Ipse statim in sequentibus explicat verbis τί πράσσω; quid agam? Exempla hujus significationis habet Elsner. Obss. Sacr. Tom. II. p. 234. 4) *apud,* redditurque Latine fere

per genitivum. Act. XXVI. 3. πάντων τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθῶν καὶ ζητημάτων omnia instituta et dogmata Judæorum. Rom. XIV. 22. κατὰ σεαυτὸν ἔχε ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, h. e. cum solus es, nec alium testem habes, hac certa tua animi persuasione utere; nam κατὰ ἑαυτὸν est *seorsim, solus*. Jacob. II. 17. Ephes. I. 15. τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν vestram fidem. Act. XXVIII. 16. τῷ δὲ Παύλῳ ἐπετράπη μένειν καθ' ἑαυτὸν Paulo vero permittebatur seorsim, separatim ab aliis habitare. (Hesych. καθ' ἑαυτὸν, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ.) ibid. XVII. 28. τινὲς τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν quidam vestrorum poëtarum. ibid. XVIII. 15. Ita עַל Judd. III. 19. 2 Paral. VI. 13. Dan. VIII. 2. 5) *ante*. Galat. III. 1. κατ' ὀφθαλμοὺς ante oculos. Sic quoque עַל ponitur 1 Sam. XXV. 24. Prov. XXIX. 5. Adde Aristid. T. I. p. 409. ubi κατὰ est i. q. πρὸ in seq. 6) *circa*, de *tempore*. Rom. IX. 9. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι circa hoc tempus veniam. Act. XII. 1. κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν circa illud tempus. ibid. XIV. 1. κατὰ τὸ αὐτὸ, scilicet μέρος χρόνου, eodem tempore. ib. XVI. 25. κατὰ τὸ μεσονύκτιον circa mediam noctem. Respondet in hac significatione Hebraico כְּ Genes. XVIII. 10. Exod. XI. 4. Daniel. IX. 11. Herodian. II. 7. 6. καθ' ὃν δὲ καιρὸν τὰ προειρημένα ἐν Ῥώμῃ ἐπράττετο. 7) *contra, adversus*. 1 Tim. I. 11. κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς δόξης si quid, inquam, adversatur doctrinæ præstantissimæ. Sed quia κατὰ, cum *contra, adversus* significat, fere genitivo jungitur, rectius fortasse verba κατὰ τὸ εὐαγγέλιον construuntur cum verbis commatis 10. τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, ita, ut post ἀντίκειται comma ponatur. Eurip. Phœn. v. 825. 8) *coram*. Luc. II. 31. κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν in conspectu omnium populorum. 2 Cor. X. 1. κατὰ πρόσωπον præsens, opponitur τῷ ἀπών. Galat. II. 11. κατὰ πρόσωπον, h. e. coram, palam, non clam, i. q. v. 14. ἔμπροσθεν πάντων, et respondet Hebraico לִפְנֵי 1 Reg. I. 23. et לְעֵינֵי Ps. L. 21. Eodem modo עַל apud Hebræos usurpatur Exod. XVIII. 13. et stetit populus עַל־מֹשֶׁה *coram Mose*. 1 Sam. XXI. 16. Levit. XXVI. 1. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 665. 9) *cum*. Marc. I. 17. κατ' ἐξουσίαν τοῖς πνεύμασι ἀκαθάρτοις ἐπιτάσσει cum potentia et auctoritate spiritibus malis imperat. 1 Cor. II. 1. καθ' ὑπεροχὴν λόγου non cum excellentia sermonis. Hebr. XI. 13. κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες cum fide, seu, fide præditi, hi omnes mortui sunt. Sic quoque עַל sumitur Genes. XXXII. 12. Exod. XXXV. 22. Ezech. IV. 15. 10) *e, ex*. Luc. I. 18. κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; unde, quo argumento veritatem dictorum tuorum cognoscam? Κατὰ τί in hac orationis serie respondet Hebraico בַּמָּה Genes. XV. 8. Confer Lamb. Bos. Exerc. L. Gr. p. 31. Act. III. 17. ὅτι κατ' ἄγνοιαν ἐπράξατε per imprudentiam ita egistis. Luc. VIII. 4. τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτὸν qui ex variis urbibus veniebant ad eum. 1 Tim. V. 21. μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν nihil faciens ex inclinatione, vel affectu. Tit. III. 5. κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον. Philem. v. 14. κατὰ ἀνάγκην — κατὰ ἑκούσιον. Adde Luc. X. 31. Eandem significationem עַל quoque habet Genes. XXVII. 40. Esther IX. 26. Ps. LXXXI. 6. cum exiret עַל־אֶרֶץ מִצְרָיִם ex terra Ægypti. Appianus B. C. II. p. 823. κατὰ μὲν ἔχθραν ἰδίαν οὐδὲν ἐργασώμεθα. Arriani Exped. Alex. I. 17. 14. κατ' ἔχθραν ἀποκτείνειν. 11) *in*. Phavorinus et Hesychius: κατά· ἀντὶ τοῦ ἐν. Cum ἐν permutatur Act. XXIV. 14. πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ τοῖς ἐν τοῖς προφήταις γεγραμμένοις omnibus, quæ sunt in Pentateucho reliquisque libris V. T. scripta. In hac vero significatione usurpatur a) de *loco*, v. c. Matth. XIV. 13, 23. κατ' ἰδίαν, sc. χώραν, privatim, in loco privato. Luc. X. 4. κατὰ τὴν ὁδὸν in via. ibid. XV. 14. κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην in illa regione. Act. V. 15. κατὰ τὰς πλατείας in plateis. ibid. XI. 1. κατὰ τὴν Ἰουδαίαν in Judæa. ibid. XIII. 1. Eurip. Phœn. v. 153. κατ' ὄρη in montibus. v. 830. κατὰ δώματα καὶ πόλιν. et v. 1597. Etiam עַל *in* cum ablativo quandoque significat, v. c. Deut. IV. 13. 2 Sam. IV. 7. Ezech, IX. 4. b) de *subjecto*. Rom. I. 15. τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, pro πρόθυμός εἰμι, seu προθυμίαν ἔχω. Conf. Koppe ad h. l. c) de *tempore*. Matth. I. 20. κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ in somnio apparuit ei. Syrus: ܒܚܠܡܐ. Ælian. V. H. I. 13. κατ' ὄναρ. Græci interdum ὄναρ, nude positum, nulla præpositione addita, eodem sensu usurpare solent, ut docuit Reitzius ad Lucian. T. III. p. 393. Alexandrini utuntur formula καθ' ὕπνον. Gen. XX. 6. XXI. 11. Matth. XXVII. 19. Joh. V. 4. κατὰ καιρὸν, sc. ἴδιον, suo tempore. Act. XIII. 27. κατὰ πᾶν σάββατον singulis sabbatis. 1 Cor. XVI. 2. κατὰ μίαν σαββάτων primo die hebdomadis. Hebr. I. 10. κατ' ἀρχὰς in initio. Rom. V. 6. d) *in, adjuncti*. Act. III. 22. κατὰ πάντα in omnibus. (Thucyd. IV. 81. VI. 37. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 567.) Hebr. III. 3. VII. 20. καθ' ὅσον in quantum, quatenus. Hebr. VII. 22. κατὰ τοσοῦτον in tantum. e) *in*, ita, ut *seriem* et *distributionem* significet et vel ἕκαστος, vel πᾶς subintelligendum sit. Conf. Wesseling. ad Diod. Sic. XV. cap. 38. T. II. p. 31. Mat. XXIV. 7. κατὰ τόπους singulis in locis. Luc. II. 41. κατ' ἔτος singulis annis. Act. XXII. 19. κατὰ τὰς συναγωγάς. ibid. XX. 20. κατ' οἴκους domatim, per singulas domos. 1 Sam. VII. 16. κατ' ἐνιαυτόν. Zach. XIV. 16. Xenoph. de Magist. Equ. III. 21. κατὰ φυλάς. Id. de Rep. Lac. XV. 7. κατὰ μῆνα. 12) *inter*. Act. XXI. 21. τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους omnes Judæos, qui inter gentes sunt. ibid. XVIII. 15. νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς legis, quæ inter vos valet. Ita עַל adhibetur Num. XXXI. 8. 1 Sam. XXII. 9. 2 Sam. IV. 2. 13) *per*, a) de *loco*. Luc. VIII. 1. διώδευε κατὰ πόλιν καὶ κώμην peragravit singulas urbes et vicos. ibid. v. 39. ἀπῆλθε καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων. (Aliud est κατὰ τὴν πόλιν, aliud κατὰ πόλιν. Illud de una urbe dicitur, hoc de pluribus, ut multis exemplis docuit Wetstenius N. T. T. I. p. 705.) ibid. IX. 6. διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας. Eurip. Phœn. v. 218. κατὰ πόντον Ἰόνιον per mare Ionium. Nec alio modo sumitur Hebraicum עַל Zeph. II. 15. Adde Luc. XIII. 22. XXIII. 5. Act. VIII. 1. b) *per*, de *causa efficiente*. 1 Cor. XII. 8. ἄλλῳ δὲ (δίδοται) λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα per eundem Spiritum, i. q. διὰ τοῦ Πνεύματος, quibus verbis Paulus ibidem usus est, coll. v. 10. ubi bis dicitur ἐν τῷ Πνεύματι, et v. 11. ubi Πνεῦμα dicitur hæc omnia ἐνεργεῖν. 14) *post*, in formula εἷς καθ' εἷς unus post alium. Marc. XIV. 19. Joh. VIII. 9. Vide quæ dicta sunt supra in εἷς. Sic quoque עַל Ies. XXXII. 10. XXXVIII. 15. Ps. LXIX. 28. Apud Symm. Cohel. VII. 15. Hebr. אַחַר *post* respondet. 15) *propter, ob*, ad imitationem Hebraici עַל Ezech. XXXVI. 18.

Amos VI. 6. 2 Paral. VII. 10. Sic legitur in N. T. Matth XIX. 3. κατὰ πᾶσαν αἰτίαν ob quodcunque crimen. Joh. II. 6. κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων propter purgationem Judæorum. Rom. II. 5. κατὰ τὴν σκληρότητά σου propter pertinacem illum animum tuum. ibid. IV. 4. κατὰ χάριν — κατὰ ὀφείλημα. Phil. IV. 11. οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω non quod hoc propter inopiam meam dicam. 2 Timoth. I. 9. οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν. Tit. III. 5. κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον. 2 Maccab. VI. 11. Polyb. Hist. XVII. 32. κατὰ τίνα λόγον; quam ob causam? Homer. Odyss. γ', v. 71. ἤ τι κατὰ πρῆξιν an ob aliquod negotium, sc. mare navigatis. Thucyd. IV. 99. 16) *quantum ad, quod attinet ad, quatenus*. Rom. XI. 28. κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον quod ad Christi doctrinam attinet. — Κατὰ δὲ τὴν ἐκλογὴν quatenus vero sunt populus, quem Deus sibi peculiarem elegit. ib. IX. 5. κατὰ σάρκα quatenus humanam naturam habet, seu homo est. Eadem formula eodem sensu legitur quoque ibid. I. 3. IX. 3. et Act. II. 30. Æsch. Socr. I. 10. Eodem modo עַל Ruth. IV. 7. 17 a) *secundum*. Matth. II. 16. κατὰ τὸν χρόνον ὃν ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν secundum illud tempus, quod accurate exquisiverat ab illis. ibid. IX. 29. κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν secundum vestram fiduciam eveniat vobis. Luc. II. 29. κατὰ τὸ ῥῆμά σου. b) *secundum*, h. e. *convenienter, ad mentem et voluntatem alicujus, ex mandato et præscripto*, ad imitationem Hebraici עַל Jos. XXII. 9. Ruth. II. 13. Rom. VIII. 27. κατὰ Θεὸν, uti Deus vult et ei placet, i. q. κατὰ τὸ θέλημα Θεοῦ 1 Joh. V. 14. Syrus h. l. bene ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ ܗܘ ܕܐܠܗܐ *secundum voluntatem Dei*. 2 Corinth. VII. 10. ἡ κατὰ Θεὸν λύπη tristitia, quam Deus postulat et quæ ei placet. ibid. v. 9. Luc. II. 22. κατὰ τὸν νόμον Μωσέως ex præscripto legis Mosaicæ. ibid. XXIII. 56. κατὰ τὴν ἐντολήν. Act. XXVI. 5. 2 Corinth. XI. 17. οὐ λαλῶ κατὰ τὸν Κύριον non loquor ex mandato Christi. Rom. VIII. 1. κατὰ σάρκα et κατὰ πνεῦμα περιπατεῖν. Conf. infra sub σάρξ et πνεῦμα. Mat. XVI. 17. Xenoph. de Rep. Laced. XV. 7. κατὰ τοὺς νόμους βασιλεύειν. Eurip. Phœn. v. 804. c) *secundum, ad similitudinem, ad exemplum, instar, sicut*. Galat. IV. 28. κατὰ Ἰσαὰκ eodem, quo Isaacus modo. Ephes. IV. 24. κατὰ Θεὸν ad similitudinem Dei. Rom. XV. 5. κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν ut Christo similes fiamus. 1 Petri I. 15. κατὰ τὸν καλέσαντα ὑμᾶς ἅγιον. Huc pertinet etiam formula κατὰ ἄνθρωπον, de qua supra ad vocem ἄνθρωπος exposui. Plato Apol. cap. 1. οὐ κατὰ τούτους εἶναι me his non esse similem. Arrian. Exped. Alex. III. 27. 10. οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους βαρβάρους πολιτεύοντες. Callim. Epigr. I. 4. Exempla alia Græcorum huc pertinentia habet El. Palairet. Obss. Phil. p. 357 et 380. Adde Inc. Amos II. 13. ubi Hebr. כַּאֲשֶׁר respondet. Job. I. 8. XLII. 15. Sirac. VI. 24. Hesych. κατ' αὐτόν· ὅμοιον αὐτῷ. Idem: κατὰ σέ· ὅμοιός σοι. 18) *versus, in*, de *motu ad locum*, ut עַל Gen. XXIV. 49. Exod. IX. 22. 1 Sam. XXVII. 10. Sic legitur in N. T. Act. VIII. 26. κατὰ μεσημβρίαν versus meridiem. ib. XVI. 7. ἐλθόντες δὲ κατὰ τὴν Μυσίαν ἐπείραζον κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι. ibid. XXVIII. 12. βλέποντα κατὰ Λίβα. Vide sub βλέπω. Phil. III. 14. κατὰ σκοπὸν scopum versus feror ad palmam. 1 Paral. V. 10. Homer. Il. α', v. 484. 19) *usque ad*. 1 Cor. XIV. 31. καθ' ἕνα πάντες ad unum omnes. Ephes. V. 33. καθ' ἕνα ἕκαστος. 20) interdum, maxime ante voces temporis, ὥραν, καιρὸν, χρόνον, ἡμέραν, omitti solet. Matth. XX. 2. τὴν ἡμέραν pro καθ' ἡμέραν in diem, seu, in singulos dies. Matth. XXIII. 37. et Act. I. 11. ante ὃν τρόπον, coll. Act. XV. 11. Marc. VI. 39. ante συμπόσια. Luc. XXII. 41. ante λίθου βολήν. Act. VIII. 25. (κατὰ) πολλὰς κώμας. Apoc. III. 3. ante ποίαν ὥραν. Joh. IV. 22. ὑμεῖς προσκυνεῖτε (καθ') ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν (καθ') ὃ οἴδαμεν vos colitis Deum pro ignorantia vestra, nos autem eum pro meliori nostra scientia colimus. 2 Cor. III. 18. τὴν αὐτὴν εἰκόνα, pro κατὰ τ. α. ε. eodem modo, quo splendor faciei Mosis augebatur, aut ad similitudinem Christi. 3 Macc. VI. 9. Sap. III. 5. Xenoph. de Magistro Equit. II. 3. ἀριθμὸν, pro κατὰ ἀριθμόν. Id. de Rep. Athen. II. 9. θυσίας, sc. κατά. Sophocl. Trachin. 666. Simili modo in V. T. עַל quoque haud raro omittitur, ut multis exemplis docuit Noldius in Concordantiis Particularum Hebr. p. 560 seq. Confer quoque Alberti Periculum Criticum p. 40. 21) elegantem periphrasin facit *genitivi*. Act. XXVII. 2. τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους loca Asiæ. Rom. I. 15. et accusativi. Act. XXI. 19. καθ' ἓν ἕκαστον. Confer Noldium l. l. Plato Phæd. c. 32. αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἐπιθυμίαι, pro αἱ τοῦ σώματος ἐπιθυμίαι. 22) periphrasin facit *adjectivi* vel *concreti*. 2 Cor. VIII. 2. ἡ κατὰ βάθους πτωχία profunda, h. e. summa paupertas. Act. XXV. 23. τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι τῆς πόλεως magnatibus urbis. Rom. IX. 11. ἡ κατ' ἐκλογὴν Θεοῦ πρόθεσις. ibid. X. 2. ζῆλος κατ' ἐπίγνωσιν zelus prudens. ibid. XI. 21. οἱ κατὰ φύσιν κλάδοι naturales rami, coll. Polyb. V. 57. 23) adverbii naturam recipit, nec ullum casum regit, v. c. Act. XIX. 20. κατὰ κράτος valide. Rom. VII. 13. καθ' ὑπερβολὴν valde, insigniter. 1 Petr. III. 7. κατὰ γνῶσιν prudenter. Polyb. I. 12. κατὰ σπουδὴν festinanter. ibid. III. 85. Theophr. Char. c. 21. καθ' ὑπερβολήν. 24) τὰ κατὰ τινὰ *res, status alicujus et fata, quæ cuipiam acciderunt aut ad aliquem pertinent*. Ephes. VI. 21. Col. IV. 7. 3 Esdra I. 24. Tob. X. 8. Thucyd. I. 138. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 261. 25) οἱ κατά τι dicuntur apud Græcos, *qui aliqua re prædili, instructi et affecti sunt*. Rom. II. 7. οἱ καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ qui constantes fuerunt in virtutis studio. 26) quandoque est *temporis particula*, et per *quando, tum, quum, ubi* optime reddi potest, v. c. 2 Tim. IV. 1. κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ quando palam se regem hominum demonstrabit, ubi confer versionem Syriacam, in qua ܒ loco κατὰ positum est. Æschin. Socrat. Dial. III. 19. κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν tum, cum Xerxes trajecisset in Græciam. Xenoph. de Rep. Laced. X. 8. Ælian. V. H. II. 11.

Confer in universum Lexicon Xenophonteum et Glossarium Polybianum s. h. v. — Hesych. κατὰ, πρόθεσις, ἀντὶ τοῦ ἐξ, καὶ ἀντὶ τοῦ ἀπὸ, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐν, καὶ ἀντὶ τοῦ εἰς.

ΚΑΤΑΒΑΙ'ΝΩ, fut. βήσομαι, aor. 2. κατέβην, imp. κατάβα et κατάβηθι. 1) proprie: *descendo*, h. e. *gradior ex superiore loco in inferiorem, per gradus e summis in ima deferor*, ex βαίνω *gradior, eo*, et κατὰ, quod hic valet idem, quod κάτω *deorsum*, ut in verbis quoque κατιέναι, κατασπᾷν, etc. Matth. VIII. 1. καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ὄρους degressum autem de monte. Eodem modo quoque legitur ib. XVII. 9. Marc. IX. 9. Luc. VI. 17. Joh. VI. 16. Act. VIII. 38. κατέβησαν, sc. ἀπὸ τοῦ ἅρματος. Matth. XXVII. 42. καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ descendat nunc de cruce.

Luc. XIX. 5. Matth. XXIV. 17. Marc. XIII. 15. etc. 2) *proficiscor e loco edito in regionem minus editam* et opponitur τῷ ἀναβαίνω, quod vide. Marc. III. 22. οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων καταβάντες. Luc. II. 51. καὶ κατέβη μετ' αὐτῶν καὶ ἦλθεν εἰς Ναζαρέτ. ibid. X. 30, 31. Joh. II. 12. IV. 47, 49, 51. Act. VII. 15. VIII. 15. XVI. 8. XVIII. 22. XXIV. 1, 22. XXV. 6, 7. Eodem sensu יָרַד usurpatur Gen. XII. 10. XXVI. 2. Conf. C. B. Michaëlis Diss. de Notionibus Superi et Inferi. Hal. 1735. 3) transitive pro καταβαίνειν ποιῶ (Pindar. Pyth. VIII. 109.) et si de *via* usurpatur, est vocibus Latinis *ducere, ferre*, reddendum. Act. VIII. 26. ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν (in uno codice legitur φέρουσαν) ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν via, quæ ab Hierosolyma ad Gazam ducit, seu Gazam fert. 4) *delabor, demittor, defluo*, et est rerum inanimatarum, quæ motu alieno demittuntur. Matth. VII. 25, 27. καὶ κατέβη ἡ βροχὴ delapso, seu *descendente* (Virgil. Ecl. VII. 60.) deinde imbre. Luc. VIII. 23. κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην (coll. Homer. Il. ζ, 19. Duker. ad Thucyd. VI. c. 2. et Rhœr. in Fer. Daventr. p. 60.). Ibid. IX. 54. εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ jubeamus ignem de cœlo delabi. ibid. XXII. 44. sudor ejus tanquam guttæ sanguinis καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν ad terram defluebat. Act. X. 11. XI. 5. Apoc. XII. 12. κατέβη pro κατεβλήθη, coll. v. 9. et 10. Eodem modo יָרַד usurpatur de igne, de cœlo decidente, 2 Chron. VII. 1, 3. de pluvia, Psal. LXXII. 6. Adde Ies. XXXII. 19. LV. 10. et Tibull. I. Eleg. II. v. 31. 5) καταβαίνειν ἀπό τινος *originem ab aliquo repetere, proficisci ab aliquo*. Jac. I. 17. omne beneficium verum et omne munus perfectum ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων a Deo proficiscitur, omnis felicitatis auctore. Huc etiam pertinent loca N. T. in quibus Christus *de cœlo in has terras descendisse dicitur* in qua formula latet significatio *originis Jesu longe sublimioris* et *beneficii divini, quo Christus cœlitus demissus concessus est hominibus vi divina*, ut docuit S. Ven. Dœderlein in Opusc. Theol. de Usu Formulæ, *Christum de cœlo venisse*. Joh. III. 13. et VI. 38. 6) Per ἀνθρωποπάθειαν Deus dicitur καταβαίνειν ad homines, *quatenus præsentiam suam inter homines insigni aliquo modo et singulari aliquo opere efficiendo declarat*. Act. VII. 34. καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτοὺς et jam insigni aliquo modo redimam et liberabo eos ex servitute Ægyptiaca. Eodem modo explicanda quoque sunt loca N. T. Matth. III. 16. Marc. I. 10. Luc. III. 22. et Joh. I. 32, 33. ubi Spiritus Sanctus columbæ specie se manifestasse legitur, super Christo requiescens. Eodem sensu descensus Deo in V. T. tribuitur in utramque partem, tum in bonam, Exod. III. 8. tum in malam, Genes. IX. 5, 7. XVIII. 21. Ps. XVIII. 10. Sapient. XVIII. 15. Augustinus Lib. XVI. de Civit. Dei c. 5. "*Deus descendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod præter usitatum naturæ cursum mirabiliter factum præsentiam quodammodo ejus ostendat.*" Apud Græcos quoque καταβαίνειν verbum proprium erat de deorum ad homines adventu. Act. XIV. 11. Homer. Iliad. IV. v. 74. Conf. Kusteri Notas ad Suidam v. καταβάτης. In versione Alexandrina autem Deuter. XXXI. 15. pro verbis Hebraicis וַיֵּרָא יְהוָה legitur καὶ κατέβη Κύριος.

ΚΑΤΑΒΑ'ΛΛΩ, fut. αλῶ, 1) proprie: *dejicio, humi prosterno, deorsum jacio*, etiam *projicio*, v. c. semen in terram vel uterum (M. Antonin. de Rebus Suis IV. 36. τῶν σπερμάτων τῶν εἰς γῆν ἢ μήτραν καταβαλλομένων. Menandri Fragmenta pag. 32. edit. Clerici. Jul. Pollux Onom. II. 2.) et ex adjuncto: *occido, destruo, vinco, supero*, ex κατὰ et βάλλω *jacio*. Sic v. c. de *statua* usurpatur apud Philostr. Vit. Soph. I. c. 8. χαλκῆν εἰκόνα κατέβαλον τοῦ ἀνδρὸς, de feris, jaculis et sagittis prostratis, apud Xen. Cyrop. I. 4. 8. et IV. 6. 2. de victore, hostem in prœlio et certamine prosternente, apud Arrian. de Exped. Alex. I. 16. et Herodot. IX. 63. κατέβαλον πολλοὺς τῶν Λακεδαιμονίων. Diog. Laërt. VI. 62. Confer Eustath. ad Homer. Il. IX. 206. Simili modo bis quoque legitur in N. T. 2 Cor. IV. 9. καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι dejicimur, sed non perimus, h. e. semper liberamur e præsentissimis periculis, metaphora desumta ab iis, qui in certamine cadunt ab adversariis victi. Conf. Ez. Spanhem. ad Juliani Orationes p. 262. et Lydii Agonistica SS. c. 25. Apoc. XII. 10. ὅτι κατεβλήθη ὁ κατηγορῶν τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν nam victus et prostratus est accusator fratrum nostrorum, coll. v. 7 seq. Hesych. καταβαλεῖ· ἀποκτενεῖ, καταλύσει, νικήσει, ῥίψει. 2) καταβάλλομαι *in inferiorem locum jacio, pono*, et ut verbum simplex βάλλομαι apud Joseph. A. J. V. 1. 8. est verbum proprium de *fundamentis, quæ ædificio exstruendo ponuntur*. Joseph. A. J. XV. 11. 3. ἀνελὼν δὲ τοὺς ἀρχαίους θεμελίους, καταβαλόμενος ἑτέρους, ἐπ' αὐτῶν τὸν ναὸν ἤγειρε. Polyb. Hist. X. 24. Dionys. Halic. Ant. III. 69. Porphyr. de Abstinent. VIII. 10. Sic legitur in N. T. quoque Hebr. VI. 1. μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι nec iterum fundamentum ponamus. Conf. supra sub θεμέλιον.

ΚΑΤΑΒΑΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, i. q. καταβαρύνω, 1) proprie: *pondere meo aliquem deprimo, seu vinco, degravo*, ex κατὰ et βαρέω *gravo*. Lucian. Dial. Deor. pag. 214. Gloss. Vet. apud Labbæum: καταβαρῶ, *perpondero, depondero*. 2) per metaphoram: *molestus sum alicui, molestiam alicui facio*. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. XII. 16. ἐγὼ οὐ κατεβάρησα ὑμᾶς non fui vobis mercede exigenda molestus. Sic καταβαρύνω usurpatur 2 Sam. XIII. 25.

ΚΑΤΑΒΑΡΥ'ΝΩ, fut. υνῶ. 1) proprie *admodum* (nam κατὰ in compositis quandoque vim augendi habet. Confer Vigerum de Idiotismis L. Gr. p. 638. edit. Herm.) *gravo, premo, gravando ac premendo impedio*, i. q. καταβαρέω, a κατὰ et βαρύνω. Alex. Joël. II. 8. καταβαρυνόμενοι ἐν τοῖς ὅπλοις αὐτῶν, *admodum gravati armis suis*. 2) in N. T. metaphorice et quidem ita usurpatur, ut *somno* tribuatur, qui occupat ac tenet oculos. Sic semel secundum lectionem multorum codicum reperitur Marc. XIV. 40. ἦσαν γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν καταβαρυνόμενοι, ubi libri impressi βεβαρημένοι habent. Cæterum utramque verbi formam præstantissimis Græciæ scriptoribus receptam esse multis docuit Heupelius ad Marcum p. 455 seq. Vide quoque Griesbachii Comment. Crit. in Text. Gr. N. T. P. II. p. 178.

ΚΑΤΑ'ΒΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *actus descendendi, descensus, descensio*, a καταβαίνω *descendo*. Xenoph. Anab. V. 5. 4. 2) *via ipsa, qua de aliquo loco descendi potest*, seu *locus, ad quem descenditur*, quemadmodum apud Alexandrinos Jos. VIII. 24. et X. 10. ἀνάβασις et apud J. Cæsar. de B. Gall. II. 33. *ascensus* de via usurpatur, ubi in montem ascendi potest, et ibidem de B. C. III. 45. *receptus* pro via ponitur, qua aliquis redit. Sic autem reperitur Luc. XIX. 37. ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν cum autem venisset ad

radices montis Olivarii. Joseph. A. J. XX. 8. 6. p. 972. Sæpius non legitur in N. T. Thucyd. VII. 44. στενῆς καταβάσεως. Xenoph. Cyrop. VII. 2. 1. Anab. III. 4. 23. V. 3. 1.

ΚΑΤΑΒΙΒΑ'ΖΩ, fut. άσω, *descendere facio*, vel *cogo*, *demitto*, *ex alto dejicio*, *deduco*, *deprimo*, *deturbo*. Καταβιβάζομαι *descendo*, *dejicior*, *deturbor*, *deprimor*, et opponitur τῷ ἀναβιβάζεσθαι *ascendere*, ex κατὰ *deorsum*, in compositione, et βιβάζω *scandere facio*. Xenoph. Cyr. VII. 5. 8. Id. Histor. Græc. IV. 6. 5 et 7. Hesychius: καταβιβάζοντες· κατασπῶντες. Alexandrini pro הוֹרִיד Deut. XXI. 4. Jos. II. 18. Jer. LI. 40. In N. T. bis tantum legitur. Matth. XI. 23. Luc. X. 15. ἕως ᾄδου καταβιβασθήσῃ usque ad infernum dejicieris, seu, ad infima deprimeris, h. e. miserrima et valde abjecta erit tua conditio. Sic Ezech. XXXI. 16. ὅτε κατεβίβαζον αὐτὸν εἰς ᾄδου. Hebr. בְּהוֹרִדִי אֹתוֹ שְׁאֹלָה. Aquila Psalm. LVI. 8. ἐν ὀργῇ λαοὺς καταβίβασον.

ΚΑΤΑΒΟΛΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *dejectio*, *jactus*, *qui fit ex alto deorsum*, ab καταβάλλω *dejicio*, *prosterno*. Sic v. c. partim de *structione* seu de *molitione* legitur apud Jul. Pollucem Onom. I. 1. 13. partim de *seminis dejectione* usurpatur apud Clement. Alex. Pædagog. II. c. 10. Hinc lucem fœneratur fortasse locus Heb. XI. 11. δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβεν, ubi καταβολὴ σπέρματος commode de *ejaculatione seminis* explicari potest, ita, ut post εἰς verbum συλλαμβάνειν vel κατασχεῖν seu aliud ejusmodi subintelligendum sit. Cf. supra ad εἰς n. 25. dicta. Hinc 2) est verbum architectonicum: *fundamentum ædium*, *cui superstruitur ædificium*, *fundatio*, etiam *structura tota*, quo sensu legitur 2 Maccab. II. 29. καθάπερ γὰρ τῆς καινῆς οἰκίας ἀρχιτέκτονι τῆς ὅλης καταβολῆς φροντιστέον. Polyb. I. c. 36. ἐκ καταβολῆς ἐναυπήγουν. 3) *cujusque rei prima molitio* vel *institutio* atque *initium*, i. q. ἀρχή, quemadmodum et καταβάλλομαι haud raro *ordiri*, *initium facere* notat, quo sensu legitur apud Callimachum (Opp. p. 514. ed. Ernesti), quem laudat Schol. Pindari ad Nem. Od. II. 5. Sic v. καταβολὴ πυρετοῦ medicis Græcis dicitur, quæ Latinis *initium et accessio* febris et παροξυσμοῦ. Καταβολὴ τυραννίδος initium tyrannidis apud Polyb. XIII. 4. Similiter Josephus B. J. 17. 2. καταβολὴν πολέμου dixit, et apud Pindarum loco modo citato καταβολὴ ἱερῶν ἀγώνων, ad quem locum Schol. τὴν καταβολήν· τουτέστι τὴν ἀρχήν. Suid. καταβολή· καινουργησις. Sic frequens quoque est in N. T. formula καταβολὴ κόσμου, quæ *mundi initia*, *creationem universi* notat. Matth. XIII. 35. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου *a mundo condito*, seu *a longo inde tempore*. Luc. XI. 50. Hebr. IV. 3. *ab æterno*. Matth. XXV. 34. Joh. XVII. 24. Ephes. I. 4. 1 Petr. I. 20. Psalm. XC. 2. Gloss. Vet. *ab initio*, ἀπὸ καταβολῆς. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 406. Eleganter quoque in N. T. ad *hominum ortum* atque *ad generis originem* transfertur idem vocabulum, v. c. Hebr. XI. 11. ubi de Sara dicitur δύναμιν ἔλαβεν εἰς καταβολὴν σπέρματος, h. e. robur accepit ad procreationem sobolis, seu, ad fundationem familiæ ac domus; ubi metaphora vel ducta est a fundamentis ædium, ex usu loquendi Hebræorum, (בָּנָה Alex. Genes. XVI. 2. XXX. 3. per τεκνοποιεῖν reddiderunt) Latinorum (conf. Drakenborchius ad Silium Italicum II. 65.) et Græcorum (vide Eurip. Hercul. Fur. v. 1264 seq. ed. Musgrav. T. III.); vel desumta a semine, in terram sparso, cum quo prolis generatio eleganter a veteribus (Cic. de Offic. I. 32. Finib. Bon. V. 23. Divinat. I. 42.) usurpatur, ut multis exemplis Wetstenius ad h. l. docuit. Quidquid sit, tamen constat, etiam apud Græcos καταβολὴν ad generis originem, *generandi actum* (Heliodor. III. 15. Plutarch. de placitis Philos. V. 7.) et hominum ortum transferri, veluti apud Plutarchum in libello πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον p. 956. ἐξ ἀρχῆς καὶ ἅμα τῇ πρώτῃ καταβολῇ τῶν ἀνθρώπων. et apud Arrianum in Diss. Epictet. I. c. 13. 3. καὶ τῆς αὐτῆς ἄνωθεν καταβολῆς, ubi videndus Schweighæuserus. Heliodorus adeo (Æthiop. IV. 8.) τὴν καταβολὴν metonymice usurpavit pro ipso *fœtu*. Verba ejus sunt: καί μοι καὶ προσωμίλει τότε ὁ πατὴρ ὁ σὸς —— ᾐσθόμην τι παραχρῆμα κυοφορήσασα τὴν καταβολήν. Eleganter et docte de hac voce universe disputavit J. Schweighäuser. in Emendationibus et Obss. in Suidam Fasc. I. p. 52 seq. Wetstenius N. T. T. II. p. 425. et Wakefield in Silva Crit. P. III. p. 163.

ΚΑΤΑΒΡΑΒΕΥ'Ω, fut. εύσω. Hoc verbum inter Cilicismos relatum ab Hieronymo Opp. T. IV. p. 204. ed. Martian. et e certaminum ratione petitum, significat 1) proprie: *debito brabeo*, seu *præmio certaminis aliquem privare et fraudare*, seu, *sententiam ferre adversus aliquem*, *qua eum brabeo indignum pronuncias*, *cum tamen dignus sit*, ex κατὰ, quod in compositione (v. c. in καταγινώσκειν, καταψευδομαρτυρεῖν, κατατολμᾶν) haud raro *contra*, *adversus* significat, et βραβεύω *arbiter et moderator certaminis sum*, *victori palmam decerno et tribuo*. Zonaras in Canone 35. Concil. Laod. καταβραβεύειν γάρ ἐστι, τὸ μὴ τὸν νικήσαντα ἀξιοῦν τοῦ βραβείου, ἀλλ' ἑτέρῳ διδόναι αὐτὸ ἀδικουμένου τοῦ νικήσαντος. Theodoret. ad Coloss. II. 18. καταβραβεύειν per ἀδίκως βραβεύειν generaliter exponit. Zonaras Lex. col. 406. Βραβευτάς· τοὺς τῶν ἀγωνιζομένων κριτὰς καλοῦσιν· οὗτοι γὰρ τοῖς νικῶσι τῆς νίκης τὴν ψῆφον ὀρέγουσι. καταβραβεύειν δέ ἐστι τὸ ἀδίκως βραβεύειν. ὁ ἀπόστολος· μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 288. Sed interdum latius patet ac 2) non solum *inique condemnare*, *injuria*, *contumelia et damno afficere*, *circumvenire*, *fraudare*, sed etiam *imperium sibi in aliquem sumere*, *subjugare*, *jugum imponere*, *et judicis partes inique sibi arrogare* significat, et est idem, quod παραβραβεύειν apud Polyb. Exc. Legat. 46. p. 1194. Hesych. καταβραβεύεται· κατακρίνεται, καταγωνίζεται, ubi vide Intt. Suid. καταβραβευέσθω· καταλογιζέσθω, κατακρινέτω, καταγωνιζέσθω· τοῦ ἄλλου ἀγωνιζομένου ἄλλοι στεφανοῦσθαι λέγει ὁ ἀπόστολος καταβραβεύεσθαι. Confer Demosth. pag. 544. ult. edit. Reisk. et Eustathium ad Iliad. α', v. 399 seq. p. 124. In N. T. semel legitur Coloss. II. 18. μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, quæ verba ab aliis redduntur: *nemo vos insidiose circumveniat et decipiat*; ab aliis vero: *ne vobis jugum a falsis illis doctoribus imponi patiamini*. Utraque explicatio contextæ orationi bene convenit. Sermo enim est in omni loco de falsis doctoribus judaizantibus, qui Colossenses libertate christiana privare iisque novum jugum imponere omni modo laborabant. Erudite de hac voce egit Stolbergius in Exercit. L. Gr. XXI. p. 102 seq. Elsnerus T. II. Obss. Sacr. pag. 262. et Joh. Floderus in Diss. explicante notionem verbi καταβραβεύειν Coll. II. 18. Upsal. 1773. 4.

ΚΑΤΑΓΓΕΛΕΥ'Σ, έως, ὁ, *annunciator*, *nuncius*, *præco*, a καταγγέλλω, quod vide. In N. T. tantum legitur Act. XVII. 18. ubi Paulus Atheni-

ensibus ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι peregrinorum deorum annunciator esse videtur. Glossar. delator, καταγγελεὺς, ἐνδείκτης.

ΚΑΤΑΓΓΕ'ΛΛΩ, f. ελῶ, 1) generatim notat: *notum facio, alteri aliquid annuncio, quæ sunt ignota, narro*, ex κατὰ, quod h. l. significationem intendit, et ἀγγέλλω *nuncio*. Polyb. Hist. X. 24. μετ' αὐξήσεως ἴνα ειθισμένως καταγγέλλειν. Xenoph. Anab. II. 5. 11. Hesych. καταγγέλλεται· κηρύττεται. Hinc speciatim 2) *doceo, trado alteri aliquid, prædico*, et inprimis de doctoribus religionis christianæ, olim reconditæ, adhibetur. Sic legitur in N. T. Act. IV. 2. καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ νεκρῶν exemplo Christi veritatem doctrinæ de resurrectione a mortuis demonstrare. ibid. XIII. 5. κατήγγελλον τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. ibid. XV. 36. XVI. 17, 21. καταγγέλλουσιν ἔθη. ibid. XVII. 3, 13, 23. XXVI. 23. 1 Cor. II. 1. IX. 14. Phil. I. 16, 18. Coloss. I. 28. 3) *memoriam alicujus rei laudibus celebro, commemoro*. Rom. I. 8. ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ quod vestra in tenenda doctrina christiana constantia ubique fere laudibus celebratur. 1 Cor. XI. 26. τὸν θάνατον τοῦ Κυρίου καταγγέλλετε, h. e. debetis commemorare mortem Christi ejusque memoriam celebrare. Sic vox καταγγέλλειν (omissa in Thesauro Bieliano) usurpata reperitur apud Symm. Ps. XXXIX. 6. pro Hebr. דָּבַר. 4) *offero*. Act. XIII. 38. διὰ τούτου ὑμῖν ἄφεσις ἁμαρτιῶν καταγγέλλεται per hunc vobis nunc remissionem peccatorum offerri. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΓΕΛΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, *derideo, irrideo, ludibrio habeo*, ex κατὰ et γελάω *rideo*. Matth. IX. 24. καὶ κατεγέλων αὐτοῦ illi autem eum irriserunt. Marc. V. 40. Luc. VIII. 53. Sæpius non legitur in N. T. Æschin. Socr. Dial. II. 16. Xenoph. Mem. II. 4. 2. Fere semper genitivo adjunctum legitur. 2 Paral. III. 10. Prov. XVII. 5. Confer Seberum ad Jul. Polluc. Onom. VIII. c. 7. p. 901. ed. Hemsterhus. Non opus itaque esse videtur, ut in Matthæi l. l. post αὐτοῦ vocem τὸν λόγον, seu τὰ ῥήματα, subaudiendam esse statuamus.

ΚΑΤΑΓΙΝΩ'ΣΚΩ, fut. γνώσομαι, 1) proprie: *cognosco, intelligo, percipio*, ex κατὰ et γινώσκω. Sed in hac significatione tantum legitur in profanorum monumentis, v. c. apud Xenoph. Histor. Gr. V. 4. 57. καταγνόντες δὲ οἱ αἰχμάλωτοι τὴν ἀμέλειαν, et Ælian. V. H. II. 17. XIII. 1. XIV. 5. Hesych. καταγνῶναι· ἐπιγνῶναι. Adde Alex. Prov. XXVIII. 11. 2) *decerno, vel statuo adversus aliquem, condemno, reum pronuncio, arguo, reprehendo*. Passivum καταγινώσκομαι *reprehendor, arguor, reprehensione dignus sum, condemnor, erroris convictus sum*. Ter tantum legitur in N. T. Gal. II. 11. ὅτι κατεγνωσμένος ἦν dignus enim erat, qui reprehenderetur; Vulgatus: *reprehensibilis*, quasi καταγνώσεως ἄξιος. Sic τετελεσμένον est *perficibile* apud Homerum Il. α', v. 387. 1 Joh. III. 20, 21. ἐὰν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκῃ ἡμῶν si cor nostrum nos non condemnet. Ælian. V. H. XIV. 1. οὐδ' ἂν καταγνοίην ἔγωγε τοιοῦτόν τι Ἀριστοτέλους neque ego tale quid in Aristotele reprehenderim. Polyb. IV. 1. Herodian. V. 15. 1. Construitur hæc vox fere semper in hac significatione cum genitivo, teste Suida: καταγινώσκω· γενικῇ. καταγινώσκω σου ῥαθυμίαν πολλὴν καὶ νωθρότητα. Hesych. καταγινώσκω· μέμφομαι. et: καταγνῶναι· μέμψασθαι. In versione Alex. respondet Hebraico הִרְשִׁיעַ Deut. XXV. 1. et apud Symmachum Job. XLII. 3. in notione *reprehendendi* legitur, ut Vulgatus ibi recte transtulit. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 6. 15. p. 212. et Wetstenii N. T. T. II. p. 719.

ΚΑΤΑ'ΓΩ, ΚΑΤΑ'ΓΝΥΜΙ, vel ΚΑΤΑΓΝΥ'Ω, fut. κατεάξω pro κατάξω, aor. 1. κατέαξα pro κατῆξα, aor. 2. pass. κατεάγην, *frango, confringo, perdo, destruo*, ex κατὰ et ἄγω, seu ἄγνυμι *frango*. Legitur in N. T. Matth. XII. 20. κάλαμον συντετριμμένον οὐ κατεάξει arundinem contritam non plane confringet. Conf. supra ad κάλαμος. Aristænet. I. 7. Joh. XIX. 31. ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη ut frangerentur eorum ossa. ibid. v. 32. et 33. (Scilicet crura cruci affixorum frangebantur, mortis eorum accelerandæ causa, ut docuit Lipsius de Cruce II. 14.) Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. pro מָחַץ legitur Deut. XXXIII. 11. Conf. de hac voce interpretes ad Thom. M. sub καταγῆναι, et Bielium s. h. v.

ΚΑΤΑ'ΓΩ, fut. άξω, 1) proprie: *deduco aliquem e loco vel regione altiore et sublimiore in depressiorem, deorsum duco*. Etiam simpliciter: *deduco, duco*, sine ullo ad locum altiorem respectu, v. c. Gen. XLII. 26. ubi cum voce ἄγειν permutatur, et Hebr. הֵבִיא respondet. Act. IX. 30. κατήγαγον αὐτὸν εἰς Καισάρειαν deduxerunt eum Cæsaream. ibid. XXII. 30. καταγαγὼν τὸν Παῦλον Paulum deductum. ibid. XXIII. 15, 20, 28. Rom. X. 6. τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν, h. e. Christum e cœlis in has terras deducere. Plutarch. Cic. p. 867. E. 2) *sub duco navem, nave deveho*, κατάγομαι *devehor, navem appello*, et opponitur τῷ ἀνάγομαι *solvo e portu*. Xenoph. Anab. V. 1. 6. Sext. Empir. Adv. Phys. II. 68. Eustath. ad Od. α', 182. Luc. V. 11. καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν illi vero naves ad littus appellebant, seu, subducentes naves. Act. XXI. 3. κατήχθημεν εἰς Τύρον Tyrum appulimus. ibid. XXVII. 3. XXVIII. 12. Hesych. κατάγειν· ἐπὶ τὸν ναύσταθμον ἄγειν in navalia deducere, vel subducere naves. Hinc καταγωγὴ *statio navium* et καταγώγιον *locus, navibus appellendis aptus*. Conf. Salmas. de Modo Usur. p. 220.

ΚΑΤΑΓΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, *debello, in certamine vinco, devinco, potestati meæ subjicio quocunque modo*, ex κατὰ et ἀγωνίζομαι *certo*. Semel legitur in N. T. Hebr. XI. 33. κατηγωνίσαντο βασιλείας regna debellarunt, seu potestati suæ subjecerunt. Polyb. II. 45. 4. Lucian. D. D. XIII. 1. τὰ θηρία καταγωνιζόμενος. Ælian. V. H. IV. 8. σὺν ὀλίγοις παμπόλλας μυριάδας κατηγωνίσαντο. Hesych. καταγωνίζεται· νικᾷ.

ΚΑΤΑΔΕ'Ω, fut. ήσω, *religo, alligo* (Xenoph. Hist. Gr. IV. 4. 10.), etiam *obligo, ligo, circumligo*, verbum proprium de vulneribus, ex κατὰ et δέω *ligo*. Tantum legitur in N. T. Luc. X. 34. κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ obligavit vulnera ejus. Vulgatus habet: *alligavit v. e.* coll. Cic. Tusc. II. 17. Respondet Hebraico חָבַשׁ Ezech. XXXIV. 4, 16. in versione Alex. Sirac. XXVII. 21.

ΚΑΤΑ'ΔΗΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *manifestus, perspicuus, evidens*, ex κατὰ et δῆλος idem. Semel legitur in N. T. Hebr. VII. 15. καὶ περισσότερον ἔτι κατάδηλόν ἐστι et magis adhuc manifestum est. Xenoph. M. I. 4. 14. Herodot. I. 5. III. 68. Sophocl. Œdip. Col. v. 1277. Aristoph. Plut. 1066. Gloss. Vet. κατάδηλος, *apertus, perspicuus*.

ΚΑΤΑΔΙΚΑ'ΖΩ, fut. άσω, *jus contra aliquem dico, condemno, sententiam contra aliquem fero, reum pro-*

nuncio, i. q. κατακρίνω, ex κατὰ, quod hic valet *contra*, et δικάζω *judico*. De justa condemnatione sontium legitur in N. T. Matth. XII. 37. ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ (in aliis codd. κατακριθήσῃ) tua te oratio arguet et condemnabit. De condemnatione injusta insontium legitur Matth. XII. 37. οὐκ ἂν κατεδικάσατε τοὺς ἀναιτίους non condemnassetis insontes. Luc. VI. 37. μὴ καταδικάζετε καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε ne damnate alios insontes, ne idem vobis eveniat. Jacob. V. 6. κατεδικάσατε, ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico הִרְשִׁיעַ Job. XXXIV. 29. Psal. XXXVII. 33. et XCIV. 21. Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 16. Thucyd. V. 49. Hinc substantivum καταδίκη *condemnatio*, κατάκρισις, interprete Hesych. Ælian. V. H. XII. 44. XIII. 24. etiam *multa, quæ irrogatur*. Thucyd. V. 49. et 50. Phavor. καταδικάζω· καὶ κατακρίνω, τὸ καταβάλλω τινὰ ἀπὸ κρίσεως. καταδικάζω σου θάνατον. καὶ καταδικάζω· καταψηφίζομαι, ἀποψηφίζομαι, κατακρίνω, καταδιαιτῶ. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 99. καταδικάζω, *mulcto, condemno*.

ΚΑΤΑΔΙ'ΚΗ, ης, ἡ, *condemnatio, sententia condemnatoria*, ex κατὰ et δίκη. Reperitur tantum Act. XXV. 15. ubi loco impressi αἰτούμενοι κατ' αὐτοῦ δίκην nonnulli codices legunt α. κ. α. καταδίκην, quam lectionem Wolfius in Curis ad h. l. hoc nomine improbat, quod κατὰ jam lateat in phrasi κατ' αὐτοῦ. Confer proxime antecedentem articulum. Hesychius: καταδίκη, κατάκρισις. Adde Pollucis Onom. VIII. 9. 21. 23. 73 et 149.

ΚΑΤΑΔΙΩ'ΚΩ, fut. ώξω, 1) proprie: *persequor fugientem hostiliter lædendi animo*, ex κατὰ et διώκω idem. Xenoph. Hist. Gr. I. 2. 6. Anab. IV. 2. 4. 2) *insequor aliquem præeuntem, prosequor bono animo aliquid consequendi et obtinendi causa*. Sic semel legitur in N. T. Marc. I. 36. καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν et prosecuti sunt eum. Syrus: ܘܒܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ et quærebant eum. Æque late apud Hebræos patet verbum רָדַף Hos. II. 7. Ps. XVIII. 38. Deut. XVI. 20. Hinc καταδιώκειν in versione Alex. etiam pro הִדְבִּיק *assequutus fuit*, 1 Chron. X. 2. pro רוּץ *velociter ivit*, Joël. II. 4. et pro הָלַךְ 1 Sam. XXX. 22. ponitur.

ΚΑΤΑΔΟΥΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, et ΚΑΤΑΔΟΥΛΟ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) proprie: *in servitutem aliquem redigo, alterius aut meæ potestati aliquem subjicio, subjugo, servituti addico*, ex κατὰ et δουλόω idem. Herodot. VIII. 144. καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλάδα. Thucyd. III. 20. ubi vid. Dukerus et c. 70. Alia loca dedit Dresigius de Verbis Mediis N. T. p. 294 seq. et Wetstenius N. T. T. II. p. 207 seq. In vers. Alex. respondet Hebraico הֶעֱבִיד Genes. XLVII. 21. Exod. I. 14. VI. 5. 2) metaphorice et ex adjuncto: *instar servi, servili modo tracto, acerbis legibus et duris præceptis adstringo*. Sic bis legitur in N. T. 2 Cor. XI. 20. εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ si quis vos servili modo tractat. Galat. II. 4. ἵνα ἡμᾶς καταδουλώσωνται ut jugum rituum Mosaicorum nobis iterum imponant. Simili modo in fragmentis Aquilæ et Symmachi Ies. XLIII. 23. οὐ κατεδουλωσάμην σε ἐν θυσίαις. Metaphoricam notionem hæc vox etiam habet apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 13. et Plutarch. Tom. V. p. 51. ed. Reisk.

ΚΑΤΑΔΥΝΑΣΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) *injuste sub potestatem redigo et subjugo, per vim opprimo*, ex κατὰ, quod in compositione haud raro in deteriorem partem accipitur, et δυναστεύω *sum princeps, dominor*. Xenoph. Symp. 5. 8. 2) ex adjuncto: *imperium durum*, seu *tyrannidem exerceo in aliquem, severius tracto*. Bis tantum legitur in N. T. Act. X. 38. ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ διαβόλου sanans omnes, a dæmonibus male vexatos. Jacob. II. 6. οὐχ οἱ πλούσιοι καταδυναστεύουσιν ὑμῶν; nonne divites vos opprimere et severius tractare solent? Exod. I. 13. καὶ κατεδυνάστευον οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Ezech. XVIII. 12. XXII. 7, 29. et Sap. II. 10. Hinc καταδυναστεία *violenta oppressio* Exod. VI. 7. ὁ ἐξαγαγὼν ἡμᾶς ἐκ τῆς καταδυναστείας τῶν Αἰγυπτίων. Hesych. καταδυναστεύω· βιάζω. ubi vid. Alberti. Confer omnino de hac voce Wesseling. ad Diod. Sic. XIII. c. 73.

ΚΑΤΑ'ΘΕΜΑ, vide sub ΚΑΤΑΝΑ'ΘΕΜΑ.

ΚΑΤΑΘΕΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *anathema esse declaro*, vel *pro anathemate habendum esse pronuntio, execror, pro execrabili habeo, extremis diris et execrationibus devoveo*, i. q. καταναθεματίζω, cum quo in codicibus permutatur, a κατάθεμα, quod est idem, quod ἀνάθεμα et κατανάθεμα. Conf. Stephani Thes. Ling. Gr. T. III. p. 1483 seq. Semel legitur in N. T. Matth. XXVI. 74. (secundum ed. Griesbach.) de Petro: τότε ἤρξατο καταθεματίζειν, (in aliis codd. καταναθεματίζειν) scil. ἑαυτὸν, cœpit se ipsum diris devovere. Conf. infra sub καταναθεματίζω.

ΚΑΤΑΙΣΧΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, 1) proprie: *pudore afficio, pudefacio*. Καταισχύνομαι *pudefio, erubesco*, ex κατὰ et αἰσχύνω idem. Sic legitur in N. T. 1 Cor. I. 27. ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ ut pudefaciat sapientes, seu, qui sibi sapientes videntur. ibid. XI. 22. καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας pauperes pudore afficitis. Xenoph. Anab. III. 1. 20. Memor. III. 5. 28. 2) ex adjuncto: *ad silentium redigo*. Luc. XIII. 17. κατῃσχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ ad silentium redigebantur omnes adversarii Christi, coll. v. 14. 3) καταισχύνομαι *mendax et vanus deprehendor, mendacii convincor*, quia redargutionis et deprehensionis alicujus in mendacio pudor comes est. 2 Cor. VII. 14. ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι οὐ κατῃσχύνθην quod si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non fui deprehensus in mendacio; sequuntur enim verba: ἡ καύχησις ἡμῶν ἀλήθεια ἐγενήθη. Eodem sensu legitur ibid. IX. 4. coll. v. 3. 1 Petr. III. 16. ἵνα ἐν ᾧ καταλαλῶσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν καταισχυνθῶσιν. Conf. ea, quæ dicta sunt ad αἰσχύνομαι. 4) *dedecoro, deturpo, deformo, fœdum reddo, in contemtum adduco, minuo auctoritatem alicujus rei*. (Plutarch. Thes. c. 7. τὸν πατέρα καταισχύνων, patrem dehonestans. Sirac. XXII. 5.) 1 Cor. XI. 4. omnis vir operto capite precans, vel prophetans, καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ se ipsum deprimit, seu, non consulit suæ dignitati. Caput enim velatum et opertum subjectionis signum apud Judæos erat. Cf. Lakemacher Obss. Sac. P. III. p. 209. ibid. v. 5. fœmina, non operto, sed nudo capite precans et prophetans, καταισχύνειν τὴν κεφαλὴν ἑαυτῆς dicitur, h. e. deformare faciem suam, seu deturpare caput suum. Fœminis enim caput denudatum probrosum non solum apud Græcos, (confer Raphelii Obss. Polyb. ad h. l.) sed etiam apud Judæos habebatur, ut docuit Carpzov. ad Schickardum de Jure Regio Hebr. p. 356. et Wetstenius N. T. T. II. p. 145. 5) *frustro aliquem spe, fallo, eventu privo*. Ps. XLIV. 8. Prov. XIII. 6. Jer. II. 26. Rom. V. 5. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει spes hæc non irrita erit et inanis. ibid. IX. 33. et X. 11.

πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται et omnis, qui in eo fiduciam suam ponit, spe sua non frustrabitur, h. e. fidei suæ certissimum præmium reportabit, salvabitur, coll. v. 13. ubi per σωθήσεται explicatur. 1 Petr. II. 6. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΚΑΙ′Ω, fut. αύσω, 1) *exuro, comburo, urendo consumo*, ex κατὰ et καίω *uro*. Homer. Il. IX. 212. πῦρ κατεκάη. Matth. III. 12. XIII. 30. πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτά. ibid. v. 40. Luc. III. 70. Act. XIX. 19. Hebr. XIII. 11. 2 Petr. III. 10. Apoc. VIII. 7. τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη (aor. 2. pass. Thom. M. et Mœris: κατεκαύθη, Ἀττικὸν, κατεκάη, Ἑλληνικόν.) tertia pars arborum combusta est. ibid. XVII. 16. XVIII. 8. ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται, igne comburetur. Sic Levit. VII. 7, 9. Hesych. κατακαίειν καταφλέγειν. 2) ex adjuncto: *aboleo, deleo, funditus perdo.* 1 Cor. III. 15. εἴ τινος τὸ ἔργον κατακαήσεται si alicujus ædificium superstructum igne comburetur, seu delebitur. Sermo ibi est de doctrina vana et a religione christiana aliena. In versione Alex. respondet Hebraico הִשְׁבִּית *cessare fecit, abolevit.* 2 Reg. XXIII. 5, 11.

ΚΑΤΑΚΑΛΥ′ΠΤΩ, fut. ύψω, *obtego, operio, velo, obvelo alterum.* Medium κατακαλύπτομαι *me ipse velo*, ex κατὰ et καλύπτω *velo.* Tantum in forma media et quidem bis legitur in N. T. 1 Cor. XI. 6. εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται (sc. κεφαλὴν, quod additur v. 7.) γυνὴ, καὶ κειράσθω etenim, si mulier non vult velare caput suum, etiam tondeatur. ibid. v. 7. ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν vir quidem non debet velare caput suum. In vers. Alex. respondet Hebraico כִּסָּה Genes. XXXVIII. 15. etc. Xenoph. Cyrop. VI. 4. 4. et Hist. Græc. I. 4. 5. Hesych. κατακαλύπτων· κατακρύπτων.

ΚΑΤΑΚΑΥΧΑ′ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ήσομαι, 1) proprie: *cervicem contra aliquem jacto*, quo gestu scilicet utuntur, qui aliis insultant et adversus alios gloriantur, ex κατὰ et καυχάομαι *glorior*, hocque ab αὐχέω, ῶ idem; proprie: *elata cervice me jacto.* Oritur enim ab αὐχὴν *cervix.* Hinc 2) *glorior, adversus aliquem jacto me*, et sæpe est idem, quod simplex καυχάομαι. Vi præpositionis construitur cum genitivo. Rom. XI. 18. μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. Εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι κ. τ. λ. noli gloriari et efferre te contra ramos. Si vero contra gloriaris, etc. Jacob. III. 14. μὴ κατακαυχᾶσθε nolite vos christianos jactare; explicationis causa additur: καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας, et in nonnullis codicibus simplex verbum καυχᾶσθε loco compositi κατακαυχᾶσθε ponitur. Eodem modo usurpatur quoque in vers. Alex. pro Hebraico הִתְהַלֵּל *laudibus se efferre* Jer. L. 38. καὶ ἐν ταῖς νήσοις οὐ κατεκαυχῶντο. Zach. X. 12. 3) ex adjuncto: *despicio, contemtim tracto, non metuo.* Jacob. II. 13. κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως qui misericordiam exercet, ei non metuendæ sunt pœnæ divinæ. In nonnullis codicibus h. l. καταυχᾶται legitur, quod præter h. l. in Æschyli Pers. v. 350. occurrit.

ΚΑΤΑ′ΚΕΙΜΑΙ, fut. είσομαι, quod universe quidem *prostratum jacere* (Prov. VI. 9. XXIII. 34. Judith. XIII. 15. Xenoph. Anab. III. 1. 14. Hist. Gr. IV. 1. 13.) significat et simplicis κεῖμαι notionem obtinet, in N. T. speciatim duplici modo usurpatur. 1) de *ægrotantibus, qui jacent in lecto*, et Latino *decumbere* respondet. Marc. I. 30. κατέκειτο πυρέσσουσα febre laborans decumbebat. ibid. II. 4. Luc. V. 25. τὸ κλινίδιον, ἐφ' ᾧ κατέκειτο lectum, in quo decubuerat. Joh. V. 3. ἐν ταύταις κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων in his decumbere solebat ingens ægrotantium multitudo. ibid. v. 6. Act. XXVIII. 8. Interdum additur ἐπὶ κραββάτῳ. Act. IX. 33. Theophrast. Char. XXV. 4. Ita *jacere* apud Cic. IX. Ep. 20. et *cubare* apud Ovid. Heroid. XX. 164. Horat. I. Sat. IX. 18. et κατακλίνομαι apud Platon. in Conviv. p. 116. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 555. 2) de *accumbentibus mensæ, cibi capiendi causa, discumbo, accumbo*, i. q. ἀνάκειμαι, quod vide. Marc. II. 15. ἐν τῷ κατακεῖσθαι αὐτὸν cum accumberet. ibid. XIV. 3. Luc. V. 29. οἳ ἦσαν μετ' αὐτῶν κατακείμενοι (Cod. Cantabrig. ἀνακείμενοι) qui jacebant convivæ cum illis, ut loquitur Seneca de Ira Lib. II. 1 Cor. VIII. 10. ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, ubi sermo est de epulis sacrificalibus. Theophrast. Char. c. XXI. 1. Diog. Laërt. VII. c. 1. ἐν συμποσίῳ κατακείμενος σιγῇ. Athenæus IV. 10. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 560. Phavor. κατάκειται· ἐπὶ νοσούντων. ὅπερ δὴ καὶ κοινῶς λέγεται. ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· οἱ δὲ κατακείμενοι παρ' αὐτῷ, πῶς δοκεῖς; τὸν πλοῦτον ἠσπάζοντο. λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ἑστιωμένων Ἀττικῶς, ὁμοίως τῷ ἀνάκειται.

ΚΑΤΑΚΛΑ′Ω, vel ΚΑΤΑΚΛΑ′ΖΩ, fut. άσω, *frango, confringo*, ex κατὰ et κλάω, vel κλάζω *frango.* Bis tantum legitur in N. T. Marc. VI. 41. κατέκλασε τοὺς ἄρτους fregit panes. Luc. IX. 16. Demosthen. Opp. p. 1251. 23. ed. Reisk.

ΚΑΤΑΚΛΕΙ′Ω, fut. είσω, *includo, concludo.* Luc. III. 20. κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ conclusit Johannem in carcere. Act. XXVI. 10. πολλοὺς τῶν ἁγίων ἐγὼ φυλακαῖς κατέκλεισα multos christianos carceribus tradendos curavi. Sæpius non legitur in N. T. Occurrit præterea pro Hebr. כָּלָא in vers. Alex. Jer. XXXII. 3. ἐν ᾗ (sc. φυλακῇ) κατέκλεισεν αὐτὸν ὁ βασιλεύς. Sap. XVII. 2. 16. Herodian. V. 8. 12. Plutarch. Public. p. 99. C. Conf. Polluc. Onom. VIII. 71.

ΚΑΤΑΚΛΗΡΟΔΟΤΕ′Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *sorte distribuo*, vel *sorte distribuendum aliquid do, in hæreditatem do*, ex κατὰ et κληροδοτέω *sorte divido*, quod a κληροδότης q. d. δότης τοῦ κλήρου *qui per sortem aliquid dat.* Respondet in hac significatione Hebraico הִנְחִיל in versione Alex. Jos. XIX. 51. αὗται αἱ διαιρέσεις, ἃς κατεκληροδότησεν (ita legitur in Ald. et C. sed in Cod. Alex. κατεκληρονόμησεν) Ἐλεάζαρ ὁ ἱερεὺς, et 1 Macc. III. 36. 2) ex adjuncto: *possidendum aliquid do.* Sic semel legitur in N. T. Act. XIII. 19. κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν dominos et incolas terræ eorum fecit; pro quo in nonnullis codicibus legitur κατεκληρονόμησε, quæ verba in codicibus vers. Alex. haud raro permutantur, v. c. Deut. I. 38. XXI. 16. Similis vox est κατακληρουχέω, quæ eodem sensu legitur apud Polyb. Hist. II. 21. Ælian. V. H. VI. 1.

ΚΑΤΑΚΛΗΡΟΝΟΜΕ′Ω, ῶ, fut. ήσω, *sorte distribuo*, seu *sorte distribuendum do*, ex κατὰ, κλῆρος *sors* et νέμω *distribuo.* Occurrit semel in nonnullis codicibus Act. XIII. 19. pro κατακληροδοτέω, quod vide. Deut. III. 28. Jos. XIV. 2.

ΚΑΤΑΚΛΙ′ΝΩ, fut. ινῶ, aor. 1. κατέκλινα, 1) *facio*, seu *jubeo discumbere, recumbere, accumbere, reclinare aliquem*, ex κατὰ, quod interdum in compositione *locum inferiorem* significat, et κλίνω *inclino.* Luc. IX. 4. κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα facite illos discumbere (ita transtulit Vulgatus interpres) in singulo quoque discubitu quinquagenos. 3 Macc. I. 4. ἄσημόν τινα κατέκλινεν ἐν τῇ σκηνῇ ignobilem quendam decumbere fecerat in tentorio. Æ-

lian. V. H. VIII. 7. κατέκλινεν ἀντιπροσώπους ἑαυτῷ. Conf. Mollium in Notis ad Longum p. 117.—Medium κατακλίνομαι *reclinato corpore jaceo, decumbo, recumbo, discumbo, accumbo*, et speciatim de *iis*, usurpatur, *qui discumbunt cibi capiendi causa*. Plene dicitur κατακλίνομαι εἰς τὸ δεῖπνον, seu, εἰς τὸ ἐσθίειν. Judith. XII. 14. Sic legitur in N. T. Luc. XIV. 8. μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν ne accumbas in primo loco. ibid. XXXIV. 13. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ κατακλιθῆναι αὐτὸν μετ᾽ αὐτῶν et factum est, cum cœnaturus accumberet cum ipsis. Plato in Conviv. p. 116. et Phædon. p. 402. Achilles Tatius Lib. V. p. 339. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 713.

ΚΑΤΑΚΛΥ'ΖΩ, fut. ύσω, *obruo, submergo, inundo*, ex κατὰ et κλύζω *lavo, abluo, eluo*. Tantum in passiva forma legitur 2 Petr. III. 6. ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο terra, qualis tum temporis erat, aquis obruta devastata est. Respondet in versione Alex. Hebraico שָׁטַף Job. XIV. 19. Ps. LXXVIII. 20. Dan. XI. 10. Sapient. X. 4. 19. Xenoph. de Venat. 5. 4. Eurip. Orest. 344.

ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *inundatio, diluvium, aquarum eluvies*, a perf. pass. κατακέκλυσμαι, verbi κατακλύζω *inundo*. Speciatim de *diluvio Noachico* quater tantum adhibetur in N. T. Matth. XXIV. 38. ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, coll. Luc. XVII. 26. ibid. v. 39. Luc. XVII. 27. 2 Petr. II. 5. In versione Alex. legitur pro Hebr. שָׁטַף Ps. XXXII. 6. Dan. IX. 26. et מַבּוּל Genes. VI. 17. VII. 6, 7, 10, 17. Plutarch. T. II. p. 715. ed. Reisk. Pollux Onom. I. 114 et 116.

ΚΑΤΑΚΟΛΟΥΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *sequor, subsequor*, ex κατὰ et ἀκολουθέω, idem. Construitur cum dativo. Luc. XXIII. 55. κατακολουθήσασαι δὲ καὶ γυναῖκες mulieres autem subsequentes, scilicet corpus Christi sepeliendum. Act. XVI. 17. de serva, spiritum Pythonis habente, αὕτη κατακολουθήσασα τῷ Παύλῳ καὶ ἡμῖν. Sæpius non legitur in N. T. Metaphorice, ut sit *alicujus auctoritatem sequi*, legitur apud Polyb. II. 26. 2. et III. 44. 10.

ΚΑΤΑΚΟ'ΠΤΩ, fut. όψω, 1) proprie: *concido in frusta et particulas, comminuo, scindo, discindo, incido, concido*, ex κατὰ et κόπτω *scindo*. Alex. Ies. XXVII. 9. τοὺς λίθους τῶν βωμῶν κατακεκομμένους ὡς κονίαν λεπτήν. 2 Paralip. XXXIV. 7. ἄλση καὶ εἴδωλα κατέκοψε, ubi Hebraico דָּקַק *comminuit, attenuavit* respondet. Adde Dan. VII. 23. Ælian. V. H. IX. 8. Xenoph. Hist. Gr. I. 5. 2. 2) *percutio, contundo, cædo, vulnero*. Sic semel legitur in N. T. Marc. V. 5. de obsesso: κράζων καὶ κατακόπτων ἑαυτὸν λίθοις clamans et contundens se ipsum lapidibus: alii male vertunt: lapidibus offendi solitus. Xen. de Equ. IV. 5.

ΚΑΤΑΚΡΗΜΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *præcipito, præcipitem ago*, vel *do, per præcipitia et prærupta loca dejicio*, a κατάκρημνος *præceps*. Semel legitur in N. T. Luc. IV. 29. εἰς τὸ κατακρημνίσαι αὐτὸν ut inde deorsum præcipitarent eum. Pro Hebr. הִשְׁלִיךְ legitur in versione Alex. 2 Paral. XXV. 12. κατεκρήμνιζον αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἄκρου τοῦ κρημνοῦ. Xenoph. Cyrop. I. 4. 7. Ælian. V. H. XI. 5. Demosthen. p. 446. 11. edit. Reisk. Conf. Ottii Spicilegium ex Josepho in N. T. pag. 143. Hesych. κατακρημνίζων· κατακρημνῶν.

ΚΑΤΑ'ΚΡΙΜΑ, ατος, τὸ, 1) proprie: *condemnatio, sententia maxime judicis, quæ contra aliquem fertur*, a κατακρίνω, quod vide. Hesych. κατάκριμα· κατάκρισις, καταδίκη. 2) *pœna, condemnationem sequens, pœna, jure inflicta*. Rom. V. 16. ubi opponitur τῷ δικαίωμα, h. e. remissioni peccatorum. ibid. v. 18. κατακρίματι opponitur ἡ δικαίωσις ζωῆς, h. e. venia peccatorum, quæ homines ad summam felicitatem ducit. 3) *pœna dignum*, τὸ κατακρίσεως ἄξιον, ut explicatur in Alberti Gloss. N. T. p. 102. Sic legitur in N. T. Rom. VIII. 1. οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ nulla itaque pœna digni sunt christiani, seu nihil committunt, propter quod pœnæ divinæ iis sint metuendæ. Simili modo Cic. in Orat. pro Sextio c. 36. "nihil criminationis esse in Sextium."

ΚΑΤΑΚΡΙ'ΝΩ, futur. ινῶ, 1) proprie: *contra aliquem judico, condemno, supplicio addico, pœna dignum pronuntio*, sive hoc fiat in judicio, sive in vita communi, ex κατὰ *contra, adversus* et κρίνω *judico*. Matth. XII. 41. καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὴν eosque pœna dignos suo nempe exemplo pronuntiabunt, coll. Sap. IV. 16. κατακρινεῖ δὲ δίκαιος καμὼν τοὺς ζῶντας ἀσεβεῖς. ibid. v. 42. ibid. XX. 18. κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ capite eum damnabunt. ibid. XXVII. 3. ὅτι κατεκρίθη, scil. θανάτῳ, eum esse capite damnatum. Marc. X. 33. XIV. 64. κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου judicarunt eum morte dignum esse. Luc. XI. 31, 32. Joh. VIII. 10, 11. Rom. II. 1. σεαυτὸν κατακρίνεις contra te ipsum judicas. ibid. VIII. 34. Hebr. XI. 7. κατέκρινε effecit, ut condemnetur, coll. Matth. XII. 41. Alex. Esth. II. 1. Symmach. Job. XXXIV. 29. ubi Alex. καταδικάζειν habent. 2) *actu punio, pœna afficio*. Κατακρίνομαι interdum ita differt a κρίνομαι, ut illud de pœnis peccatorum post hanc vitam, hoc vero de malis et pœnis peccatorum, in hac vita luendis, dicatur. Marc. XVI. 16. ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται qui Christi formulam non amplectitur, gravissime punietur, seu, alienus manebit a felicitate christianorum et in hac, et in futura vita. Rom. VIII. 3. κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ punivit quasi peccata in corpore Christi. Sed alii, Grotium secuti, interpretes κατακρίνειν h. l. metaleptice vel catachrestice sumendum esse statuunt et significare *potestate exuere, viribus privare, reprimere*, vel *penitus tollere et abolere* arbitrantur, hoc sensu: *omnem vim ademit vitiositati morte Christi in cruce cruenta*. Commendatur quidem hæc explicatio verbis, quæ proxime sequuntur; sed usu loquendi plane destituitur. 1 Cor. XI. 32. ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Jac. V. 9. 2 Petr. II. 6. Σόδομα τεφρώσας καταστροφῇ κατέκρινε in cineres redigens eversione punivit. Rom. XIV. 23. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑ'ΚΡΙΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *sententia, quæ contra aliquem fertur, condemnatio, damnatio, exprobratio, objurgatio, reprehensio*, a κατακρίνω, quod vide. In posteriori significatione legitur in N. T. 2 Cor. VII. 3. οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω non dico hoc, ut vobis sit opprobrio. 2) per metonymiam: *res, periculum condemnationis ac pœnarum afferens*. 2 Cor. III. 9. ubi κατάκρισις lex Mosaica dicitur, quæ pœnas peccantibus minatur, et opponitur τῇ δικαιοσύνῃ, seu doctrinæ christianæ, remissionem peccatorum annuntianti.

ΚΑΤΑΚΥΡΙΕΥ'Ω, futur. εύσω, 1) proprie: *superior evado, aliquem in potestatem meam redigo, prævaleo, supero*, ex κατὰ et κυριεύω *dominor*. Sic legitur in N. T. Act. XIX. 16. καὶ κατακυριεύσας αὐτῶν ἴσχυσε κατ᾽ αὐτῶν et subigens eos, seu, sibi subjiciens, violenter eos tractavit. Conf. supra ad ἰσχύω. Numer. XXI. 24. Alex. κατεκυρίευσαν τῆς γῆς αὐτοῦ. In eadem versione pro Hebraico כָּבַשׁ

subigere, superare legitur Numer. XXXII. 22, 29. 2) *tyrannidem exerceo in aliquem, imperiose ago.* Quanquam enim verba κυριεύειν et κατακυριεύειν fere promiscue usurpantur, tamen κατακυριεύειν plurimum sumitur in partem malam pro dominatu, seu imperio illegitimo, aut imperii abusu. 1 Petr. V. 3. μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων neque imperium usurpate, aut tyrannidem exercete in cœtum christianum, vestræ curæ demandatum. Psalm. X. 10. κατακυριεῦσαι τῶν πενήτων. 3) neglecta vi præpositionis significationem obtinet simplicis κυριεύω, *dominor in aliquem, potestatem in aliquem habeo et exerceo,* sine ulla tyrannidos notione. Matth. XX. 25. οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν principes hujus sæculi in cives dominantur atque auctoritate sua utuntur. Eadem sententia reperitur Marc. X. 42. Sæpius non legitur in N. T. Pro simplici κυριεύω etiam in versione Alex. κατακυριεύω haud raro ponitur, v. c. Genes. I. 28. IX. 1, 7. Psalm. LXXI. 8. CIX. 2. Sirac. XVII. 4. Eodem modo κατακοιρανέω usurpatur apud Homer. Iliad. ε', 332. μ', 318. Hesych. κατακυριεῦσαι· κατακρατῆσαι.

ΚΑΤΑΛΑΛΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) proprie: *obloquor, loquacitate obruo, deblatero, contraloquor, contradico,* ex κατὰ et λαλέω *loquor.* Num. XXI. 5. Ps. LXXVI. 22. Pollux Onom. II. 125. In Gloss. redditur: *oggannire.* 2) *famæ alicujus detraho, obtrecto, calumnior, conviciis proscindo.* Construitur vi præpositionis cum genitivo. Jac. IV. 11. μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων, ἀδελφοί, ὁ καταλαλῶν ἀδελφοῦ κ. τ. λ. nolite vos invicem calumniari et conviciis proscindere, fratres. Qui enim famæ fratris aliquid detrahit, etc. 1 Petr. II. 12. καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν. ibid. III. 16. In vers. Alex. legitur pro Hebraico גדף Psal. XLIII. 18. (al. XLIV. 17.) ἀπὸ φωνῆς ὀνειδίζοντος καὶ καταλαλοῦντος. ibid. CI. 5. pro Hebraico לשן *calumniatus est, lingua nocuit* reperitur. Adde Theodot. Prov. XXX. 11. 3) *contrarie ago.* Jacob. IV. 11. καταλαλεῖ νόμου contrarie religioni christianæ agit. Verba enim, quæ *dicere, loqui,* significant, quandoque ad ipsas actiones transferuntur. Conf. Glassii Philol. Sacr. p. 222. ed. Dathii. — Phavor. καταλαλεῖν· τὸ εἰς ἀπόντα ὑπὸ τινῶν βλασφημεῖν.

ΚΑΤΑΛΑΛΙΑ', ᾶς, ἡ, proprie: *oblocutio,* deinde *obtrectatio, qua alterius famæ detrahitur, calumnia,* et a ψιθυρισμὸς ita differt, ut illud *maledicentiam* significet, *cum quis palam de aliis male loquitur,* hoc vero *obtrectationem occultam, insusurrationem* notet, a καταλαλέω, quod vide. In N. T. tantum extat 2 Cor. XII. 20. καταλαλιαί, ψιθυρισμοί, et 1 Petr. II. 1. καὶ πάσας καταλαλιάς. Sap. I. 11. καὶ ἀπὸ καταλαλιᾶς φείσασθε γλώσσης. Suidas nimis vage: καταλαλιά· ἡ εἰς τινὰς ὑπὸ τινῶν βλασφημία παρὰ τῷ ἀποστόλῳ.

ΚΑΤΑ'ΛΑΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *oblocutor, obtrectator, calumniator, qui alterius famæ detrahit.* Speciatim et κατ' ἐξοχὴν, *qui palam alios, maxime absentes, perstringit et calumniatur,* et ita differt a ψιθυριστῇ *susurrone.* Ab eodem. In N. T. tantum legitur Rom. I. 30. ψιθυριστὰς, καταλάλους. J. D. Michaëlis in notis ad vers. Germ. h. l. καταλάλους de *delatoribus* interpretatus est. Pro καταλάλους habent alii κακολάλους. Theodoretus ad h. l. οἱ διαβολαῖς κατὰ τῶν ἀπόντων ἀδεῶς κεχρημένοι. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 28.

ΚΑΤΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. λήψομαι, 1) proprie: *apprehendo aliquid manu,* vel *instrumento,* ex κατὰ et λαμβάνω *capio.* 2) metaphorice: *offendo, invenio, comprehendo, deprehendo,* ich ertappe, treffe über etwas an, *I catch* or *come upon one.* Joh. VIII. 3. γυναῖκα, ἐν μοιχείᾳ κατειλημμένην mulierem in adulterio deprehensam. ibid. v. 4. αὕτη ἡ γυνὴ κατελήφθη ἐπ' αὐτοφώρῳ hæc mulier in ipso facinore adulterii deprehensa est. Exod. XXII. 4. Ælian. V. H. III. 19. καταλαμβάνει τὸν Ἀριστοτέλη βαδίζοντα. Xenoph. Mem III. 11. 2. Plato Phædon. 3. Æschin. Socr. Dial. III. 3. 3) *opprimo, supervenio, opinione citius occupo,* ich komme einem unversehens über den Hals, *I attack one by surprise.* Joh. XII. 35. ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ ne vos tenebræ opprimant. 1 Thes. V. 4. ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς, ὡς κλέπτης, καταλάβῃ ut hic dies, tanquam fur, vos opprimat. 1 Sam. XVIII. 44. Appian. Parth. p. 247. et 253. Herodot. IV. c. 8. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. I. p. 398. Gloss. Vet. apud Labbæum: καταλαμβάνω, *invado.* 4) de morbis: *corripio, invado, occupo.* Marc. IX. 18. καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλάβῃ et ubicunque eum corripuerit, seu invaserit. Sic apud Ælian. V. H. II. 35. ὑπὸ τινὸς ἀσθενείας καταληφθείς. Tralatio videtur petita ab hoste, invadente et corripiente violenta ratione hostem. Conf. Alex. Jos. X: 19. et Jer. LI. 42. et Apollod. Bibl. I. c. 7. § 8. Herodot. V. 98. 5) *apprehendendo assequor, consequor, nanciscor, accipio,* et est verbum proprium de cursoribus in stadio, qui metam contingunt et βραβεῖον propositum consequuntur. Rom. IX. 30. ἔθνη κατέλαβε δικαιοσύνην gentiles consecuti sunt remissionem peccatorum. 1 Cor. IX. 24. οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε, scil. τὸ βραβεῖον, omni studio et vita vestra laborate, ut consequamini hoc præmium. Permutatur h. l. cum voce λαμβάνειν æque ac in loco Phil. III. 12. εἰ καὶ καταλάβω ut consequar præmium. ibid. v. 13. ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι nondum me metam contigisse arbitror. 6) Καταλαμβάνομαι *comperio, disco, certior fio, cognosco,* nostrum: erfahren, erkundigung eingezogen haben, *to learn, to have obtained information.* Act. IV. 13. καὶ καταλαβόμενοι cum audivissent, eos illiteratos et indoctos homines esse. In sequentibus cum ἐπιγινώσκειν permutatur. ibid. X. 34. ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι jam mihi, ipsa rei veritate victo, certissime persuasum est. ibid. XXV. 25. ἐγὼ δὲ καταλαβόμενος, μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι ego vero cum cognovissem, eum nihil morte dignum commisisse. 7) καταλαμβάνομαι *intelligo, cognosco, usu meo experior,* idem, quod συνίημι et γινώσκω. Ephes. IV. 18. ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι ut intelligere et usu cognoscere possitis. 8) *excipio, admitto.* Joh. I. 5. καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ (scil. τὸ φῶς) οὐ κατέλαβεν sed homines, in tenebris versantes, non admiserunt, potius respuerunt illum doctorem. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 837. 9) Passivo καταλαμβάνομαι, novo plane ac insolito modo, non sine respectu tamen ad historiam conversionis suæ, Act. IX. 3 seq. usus est Paulus Philipp. III. 12. ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ quo consilio, nempe, ut obtineam hoc præmium, a Christo correptus, h. e. ad religionem christianam adductus sum. Simili modo usus est hac voce Ælian. V. H. III. 9. κατειλημμένος ἐκ Θεοῦ a Deo correptus, h. e. adflatus. — Hesych. καταλαβέσθαι· κατανοήσασθαι, (Conf. Lucian. T. I. p. 568. et ibi Gesner. Æschin. Socr. Dial. III. 16.) φθάσασθαι, ἀφελέσθαι. Suid. κατέλαβεν· ἐπέλαβεν, ἐπέσχε τῆς ὁρμῆς. De hac *compescendi* et *coercendi*

notione conf. Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 509. Phavor. *καταλαμβάνειν λέγεται τὸ φθάνω καὶ τὸ ἔχω αἰτιατικῇ. καὶ καταλαμβάνω ἐστὶ τὸ τόπον φθάνω, καὶ τὸ κατέχω. καταλαμβάνομαι δὲ ἐγὼ ἐπὶ πάθους.* Copiose de hac voce disputavit Doct. Irmisch. ad Herodian. I. 3. 1. Excurs. p. 810 seq.

ΚΑΤΑΛΕ'ΓΩ, fut. *έξω*, *delego, delectum habeo, enumero, recenseo*, et est verbum proprium de militibus et civibus, qui in catalogum militum et civium referuntur. Xenoph. Hist. Gr. III. 4. 15. Καταλέγομαι *catalogo adscribor, in album et numerum referor.* In N. T. tantum legitur 1 Tim. V. 9. *χήρα καταλεγέσθω μὴ κ. τ. λ.* in catalogum viduarum, publicis sumtibus alendarum, nulla referatur, etc. Confer Dodwelli Diss. Cyprian. V. § 24. Xenoph. Cyrop. III. 3. 8. *καταλέγεσθαι ἐν τοῖς τακτικοῖς ἀριθμοῖς.* Id. Hist. Gr. I. 1. 24. Suid. *καταλεγέσθων· καταταττέσθω.* Phavor. *καταλέγειν τὸ τάττειν καὶ ἐγγράφειν.*

ΚΑΤΑ'ΛΕΙΜΜΑ, *τος, τὸ*, 1) *residuum, reliquiæ*, v. c. qui evaserunt pugnam et cladem, qui etiam Hebraice שְׁאֵרִית dicuntur 2 Reg. XIX. 31. ubi cum פְּלֵיטָה permutatur, a præt. pass. *καταλέλειμμαι*, verbi *καταλείπω relinquo.* Judd. V. 13. 2 Reg. X. 11. Ies. XIV. 22. 2) *pauci, exigui numero, exigua, quæ magna e multitudine relicta est, pars.* Sic semel in N. T. legitur Rom. IX. 27. *κατάλειμμα σωθήσεται* pauci tantum ad cœtum christianorum adducentur. Ita שְׁאָר Ies. X. 22. et *reliquiæ* Virgil. Æn. I. 33. Sirac. XLIV. 18. Hesych. *κατάλειμμα· ὑστέρημα, μέρος.*

ΚΑΤΑΛΕΙ'ΠΩ, fut. *ψω*, 1) *relinquo post me, relinquo posteris meis*, nostrum: zurücklassen, *to leave behind.* Act. XXV. 14. *ἀνήρ τις καταλελειμμένος ὑπὸ Φήλικος δέσμιος* vir quidam relictus est a Felice captivus. Gloss. Gr. N. T. p. 84. *καταλελειμμένος, καταλειφθείς.* Luc. XX. 31. *οὐ κατέλιπον τέκνα* non reliquerunt liberos. Marc. XIV. 52. *καταλιπὼν τὸν σινδόνα* rejecta sindone. ib. XII. 19. Act. XXIV. 27. 2) *relinquo, desero*, discedendo et recedendo, nostrum: verlassen, *to leave* or *forsake.* Matth. IV. 13. *καταλιπὼν τὴν Ναζαρέτ.* ibid. XVI. 4. XIX. 4. XXI. 17. 2 Petr. II. 15. *καταλιπόντες εὐθεῖαν ὁδὸν* recedentes a via recta. Marc. X. 7. Ephes. V. 31. 3) *sino, patior.* Luc. X. 40. *μόνην με κατέλιπε διακονεῖν* solam me ministrare patitur. 4) *negligo, omitto, non curo, postpono.* Act. VI. 2. *καταλείψαντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ* neglecto officio religionem christianam tradendi. 5) *reservo mihi, non patior mihi eripi aut auferri.* Rom. XI. 4. *κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας.* 6) Καταλείπομαι *supersum, futurus sum.* Καταλείπεσθαι dicitur *promissio, quæ nondum rata est et eventum habuit.* Hebr. IV. 1. *καταλειπομένης τῆς ἐπαγγελίας* cum adhuc futurum sit illud beneficium nobis a Deo promissum. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 396.

ΚΑΤΑΛΙΘΑ'ΖΩ, fut. *άσω*, *lapido, lapidibus obruo*, i. q. *καταλιθοβολέω* Alex. Exod. XVII. 4. Num. XIV. 10. et *καταλιθόω* Demosthen. p. 296. 10. ed. Reisk. ex *κατὰ* et *λιθάζω* idem. Semel in N. T. legitur Luc. XX. 6. *πᾶς ὁ λαὸς καταλιθάσει ἡμᾶς* omnis populus nos lapidibus obruet. Gloss. Vet. *καταλιθάζω, delapido.*

ΚΑΤΑΛΛΑΓΗ', *ῆς, ἡ*, 1) proprie: *commutatio, permutatio*, a *καταλλάσσω commuto, permuto.* Hesych. *καταλλαγήν· μεταλλαγὴν, κατάλλαγμα.* Athen. VI. p. 325. 2) metaphorice: *reconciliatio, pacificatio*, et dicitur de animis, in gratiam et concordiam redeuntibus post iras et inimicitias. Hesych. *καταλλαγή· εἰρήνη, φιλία.* Rom. IX. 15. repudiatio Judæorum est *καταλλαγὴ κόσμου*, h. e. causa consociationis paganorum et Judæorum in republica christiana. Speciatim *καταλλαγὴ* in N. T. 3) dicitur *immunitas a peccatis et pœnis peccatorum, quæ Christo debetur, expiatio peccatorum.* Rom. V. 11. *δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν.* 2 Cor. V. 18, 19. *ἡ διακονία τῆς καταλλαγῆς* munus tradendi doctrinam de remissione peccatorum, per Christum parta, seu de modo ac ratione, qua christiani favorem Dei consequi possunt ac debent. Cf. de hac voce Hemsterhus. ad Thom. M. p. 235 seq.

ΚΑΤΑΛΛΑ'ΣΣΩ, vel ΚΑΤΑΛΛΑ'ΤΤΩ, fut. *άξω*, 1) proprie: *commuto, permuto*, ex *κατὰ* et *ἀλλάσσω*, vel *ἀλλάττω muto.* Ælian. V. H. V. 2. *καὶ οὕτω τὸν βίον κατήλλαξε.* Plutarch. T. V. p. 536. ed. Reisk. *καταλλάττειν τὸ χρυσίον.* Jer. XLVIII. 39. 2) *reconcilio partes, a se invicem dissidentes, efficio, ut animi post iras ac inimicitiam in gratiam et concordiam redeant:* nam tunc animi mutantur. Καταλλάττομαι *in gratiam redeo cum aliquo*, i. q. *διαλλάττομαι.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. VII. 11. *ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω* aut redeat ad maritum suum. 2 Macc. I. 5. VII. 33. Ælian. V. H. II. c. 21. Joseph. A. J. VI. 7. 4. VII. 8. 4. Jam cum ad Deum transfertur hoc verbum *ἀνθρωποπαθῶς*, necessario *θεοπρεπῶς* explicandum est, ut notio iræ ac vindictæ plane removeatur. *Deus* autem dicitur *καταλλάσσειν ἀνθρώπους ἑαυτῷ, dum veniam peccatorum dat et homines modum ac rationem consequendi favorem suum docet. Homines* autem dicuntur *καταλλάσσεσθαι τῷ Θεῷ, quatenus habent Deum propitium, et immunes sunt a pœnis peccatorum.* Rom. V. 10. *κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ.* ibid. *καταλλαγέντες*, scil. *Θεῷ.* 2 Cor. V. 18. *τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* ibid. v. 19. *Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ.* sequuntur verba: *μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν.* ibid. v. 20. Sæpius non legitur in N. T. Herodot. I. 61. Sophocl. Ajac. 744. Phavor. *καταλλάττειν καὶ διαλλάττειν τὸ εἰς φιλίαν συνάγειν τινὰς κ. τ. λ.* Schol. Thucyd. IV. 59. *τὸ καταλλαγῆναι* explicat per *τὸ διαλλαγῆναι.*

ΚΑΤΑ'ΛΟΙΠΟΣ, *ου, ὁ, ἡ*, *reliquus*, a perf. med. *καταλέλοιπα*, verbi *καταλείπω relinquo.* Semel legitur in N. T. Act. XV. 17. *οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων* reliqui homines, scilicet a Judaica religione alieni, ut e sequentibus apparet. Alexandrini pro נוֹתָר 1 Reg. XX. 30. שְׁאָר Esr. III. 8. IV. 3, 9. et pro שְׁאֵרִית Nehem. VII. 72. Jerem. XXIII. 3. posuerunt. Polyb. II. 11. 6. III. 91. 9.

ΚΑΤΑ'ΛΥΜΑ, *τος, τὸ*, 1) proprie: *dissolutio*, a *καταλύω dissolvo.* 2) *omnis locus, quieti aptus.* Schol. Aristoph. ad Plut. v. 142. *καταλύω καὶ τὸ ἀναπαύομαι, ἀφ' οὗ καὶ τὸ κατάλυμα, ἀνάπαυσις.* Speciatim in N. T. ita dicitur 3) *deversorium*, (Polyb. II. 36.) non simile nostris promiscuis illis et omni peregrinanti patentibus, (talia enim deversoria Christi ætate in Palæstina non erant; sed peregrinantes tum deversabantur apud cognatos et amicos, a quibus hospitio excipiebantur) sed privatum, vel *tota domus hospitis*, vel *pars ea, cujus usus peregrino est concessus.* Sic legitur in N. T. Luc. II. 7. ubi locus, in quo Josephus et Maria versabantur, cum natalis J. C. dies aderat, *κατάλυμα* vocatur. Conf. v. 15. et Fesselii Adversaria Sacr. I. c. 10. § 10. Casaub. ad Theophr.

Char. p. 207 et 336. Zosim. IV. 48. Etym. M. *κατάλυμα· τὸ καταγώγιον, ξενοδοχεῖον, παρὰ τὸ καταλύω, τὸ τελῶ τὴν ὁδόν. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν εἰς καταγώγιον πορευόμενοι.* Hesych. *οἴκημα· καταγώγιον.* Eodem sensu *κατάλυσις* usurpatur apud Josephum de Vita Sua c. 16 et 25. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 627. 4) *cœnaculum, conclave, in quo plures simul cibum capiunt.* Sic de triclinio, quod ad agendas epulas paschales a Christo petebatur, usurpatur Marc. XIV. 14. (ubi Syrus habet ܒܝܬ ܡܫܬܘܬܐ *domus convivii*) et Luc. XXII. 11. Sæpius non legitur in N. T. In posteriore hac significatione reperitur quoque apud Alexandrinos 1 Sam. IX. 22. ubi Hebraico לִשְׁכָּה *cubiculum, cœnaculum* respondet. In eadem versione *κατάλυμα* reperitur quoque pro Hebraicis נָוֶה *habitaculum,* Exod. XV. 13. סֻכָּה Jer. XXV. 38. et pro אֹהֶל 2 Sam. VII. 6. unde, quam late hæc vox pateat, satis cognoscitur.

ΚΑΤΑΛΥ'Ω, fut. *ύσω,* 1) proprie: *dissolvo,* quod colligatum et connexum fuit, ex *κατὰ* et *λύω solvo.* Hinc 2) *destruo, everto,* quia, quæ destruuntur, quasi dissolvuntur. Suid. *καταλύσας· καταστρέψας, ἀφανίσας.* Hesych. *καταλῦσαι· καταβαλεῖν.* Mat. XXIV. 2. qui non funditus evertatur. ib. XXVI. 61. *δύναμαι καταλῦσαι τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ* possum destruere templum Dei; ubi *τῷ οἰκοδομεῖν* opponitur. ibid. XXVII. 40. Marc. XV. 29. Act. VI. 14. Luc. XXI. 6. 2 Cor. V. 1. *ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ* si hoc corpus nostrum terrenum destructum fuerit. Esr. V. 12. Philostrat. Vit. Sophist. I. c. 9. extr. *μὴ καταλυθῆναι τὸ σῶμα ὑπὸ γήρως.* Herodian. VIII. 4. s. 4. *τὴν γέφυραν διῃρήκεσαν καὶ καταλελύκεσαν.* 3) *aboleo, abrogo, vanum, irritum reddo, auctoritate sua privo, aliquid impedio.* Matth. V. 17. *οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον* non veni hoc consilio, ut abrogarem plane doctrinam Mosaicam. Ita *dissolvere* et *destruere leges* apud Latinos haud raro legitur, v. c. Cic. Philipp. I. 9. Conf. 2 Macc. II. 23. IV. 11. Act. V. 38. *καταλυθήσεται* vanum et irritum reddetur, nostrum: es wird sich zerschlagen, *it will fail* or *be overthrown.* ibid. v. 39. *οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ,* sc. *τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ,* non poteritis illud dissolvere. Galat. II. 18. *εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ* si quis iterum defendit et commendat religionem Mosaicam, quam abolendam esse judicavit. Rom. XIV. 20. *μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ* noli ciborum usu impedire propagationem religionis christianæ, aut: irritum reddere Dei consilium. Xenoph. Mem. IV. 4. 14. *ὅτι καταλυθεῖεν ἂν οἱ νόμοι.* Id. Hist. Gr. I. 7. 10. Cyrop. VI. 1. 17. 4) *deverto, hospitium mihi paro, in deversorium me recipio.* Luc. IX. 12. XIX. 7. *εἰσῆλθε καταλῦσαι.* Vulgatus bene: quod ad hominem peccatorem divertisset. Ælian. V. H. I. 32. IV. 14. Xenoph. Anab. I. 8. 1. Respondet in versione Alex. Hebraico לוּן Genes. XXIV. 23, 25. Judith. XIV. 17. Jos. II. 1.

ΚΑΤΑΜΑΝΘΑ'ΝΩ, fut. *καταμαθήσω, accurate considero, diligenter contemplor, intueor, probe cognosco,* a *κατὰ,* quod interdum significationem auget, et *μανθάνω disco.* Sic semel legitur in N. T. Matth. VI. 28. *καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ* diligenter contemplamini et considerate lilia agri, coll. Luc. XII. 27. *κατανοήσατε τὰ κρίνα.* Potest quoque verti: *cognoscite,* etc. nam *cognoscere* secundum Donatum in Terentium est *diligenter et attente considerare.* Genes. XXIV. 21. XXXIV. 1. Job. XXXV. 5. *κατάμαθε δὲ νέφη* (Hebr. שׁוּר שְׁחָקִים) *ὡς ὑψηλὰ ἀπὸ σοῦ.* Sirac. IX. 5. *παρθένον μὴ καταμάνθανε.* Demosthenes p. 660. 22. ed. Reisk. *ἆρά γε ὁρᾶτε καὶ καταμανθάνετε.* Arrian. Exped. Alex. V. 11. Epictet. 36. Gloss. *καταμανθάνω· considero.* Gloss. Lat. Gr. *considerat. κατανοεῖ, καταμανθάνει.*

ΚΑΤΑΜΑΡΤΥΡΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω, testor,* seu *testis insurgo contra aliquem, incuso, reum facio,* ex *κατὰ* et *μαρτυρέω testor.* Construitur cum genitivo. Matth. XXVI. 62. *τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν;* ad ea, quorum hi te incusant, nihilne respondes? ibid. XXVII. 13. Marc. XIV. 60. XV. 4. *ἴδε πόσα σου καταμαρτυροῦσιν.* Cod. Cant. Verss. Copt. Vulg. et Itala habent h. l. *κατηγοροῦσιν,* quod est merum interpretamentum. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico הֵעִיד sequente אֶל 1 Reg. XXI. 10, 13. et עָנָה seq. ב Job. XV. 6. Prov. XXV. 18. Hist. Susann. v. 42. *ψευδῆ μου κατεμαρτύρησαν.* Demosthen. p. 1115. et 860. 26. ed. Reisk. *καταμεμαρτυρημένοι τἀληθῆ* victum et convictum testimoniis veris. Plutarch. T. VI. p. 591. ed. Reisk.

ΚΑΤΑΜΕ'ΝΩ, fut. *ενῶ, permaneo, remaneo, commoror,* ex *κατὰ* et *μένω maneo.* Legitur in N. T. tantum in participio Act. I. 13. *οὗ ἦσαν καταμένοντες* ubi commorabantur. Confer Alex. Num. XXII. 9. Ies. II. 22. ubi Hebraico יָשַׁב respondet. Judith. XVI. 8. *Ἰουδὴθ μετ' αὐτῶν κατέμεινεν.* Demosthen. p. 354. 27. et 577. 3. ed. Reisk. Xenoph. Cyrop. VII. 1. 21.

ΚΑΤΑΜΟ'ΝΑΣ. Adverbium, elliptice positum, pro *κατὰ μόνας χώρας in regionibus privatis; seorsim, separatim, privatim, solum.* Marc. IV. 10. *ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας.* Vulgat. cum esset singularis. Luc. IX. 18. *καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον καταμόνας* cum solus esset, orandi causa. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. reperitur pro Hebr. בָּדָד et לְבָדָד Ps. IV. 9. Jer. XV. 17. Micha VII. 14. et יַחַד Psal. CXLI. 10. 2 Macc. XV. 39. Phavor. *καταμόνας· κεχωρισμένως.* Adde Thucyd. I. 32 et 37. Polyb. Exc. Leg. p. 1148. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 566.

ΚΑΤΑΝΑ'ΘΕΜΑ, τος, τὸ, 1) *anathema adversus aliquem, exsecratio, maledictum,* ex *κατὰ* et *ἀνάθεμα,* quod vide supra. 2) abstracto posito pro concreto: *res devota et exsecranda, maledictus, exsecrabilis;* et ex adjuncto: *impius, a religione christiana alienus, pœnis divinis dignus.* Sic semel legitur in N. T. Apoc. XXII. 3. *καὶ πᾶν κατανάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι* et nullus impius erit amplius, coll. Zachar. XIV. 11. Posset etiam reddi: *nulla impietas amplius locum habebit.* Sed haud pauci codices et editio Complutensis et Griesbachiana *κατάθεμα* habent, et Millius in Prolegg. § 1114. *κατανάθεμα,* tanquam vocem magis usu receptam et obviam, ex margine irrepsisse opinatur. Cf. Wolfii Curas Crit. et Philol. Vol. IV. p. 613 seq. Hesych. *ἀνάθεμα· ἐπάρατος, ἀκοινώνητος.*

ΚΑΤΑΝΑΘΕΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. *ίσω, extremis diris devoveo, valde exsecror, mala imprecor,* ex *κατὰ* et *ἀναθεματίζω.* Semel legitur in N. T. Matth. XXVI. 74. *τότε ἤρξατο καταναθεματίζειν ἑαυτὸν* tunc cœpit se ipsum devovere diris. Sed major codicum numerus habet *καταθεματίζειν,* quod etiam Bengelius et Griesbachius in contextum receperunt.

ΚΑΤΑΝΑΛΙ'ΣΚΩ, fut. *ώσω, con-*

sumo, sumtifacio (ut explicatur in Gloss. Vet.), *absumo*, i. q. καταναλόω (Xenoph. Mem. I. 2. 22.), ex κατὰ et ἀναλίσκω idem. Semel legitur in N. T. Hebr. XII. 29. ubi Deus dicitur πῦρ καταναλίσκον ignis consumens, ob pœnas sc. gravissimas, quas a peccantibus sumit. Deut. IV. 24. IX. 3. Ies. X. 17. Ezech. XXI. 31. Conf. Glassii Philol. Sacr. p. 1000. ed. Dathii. In versione Alex. respondet Hebraico אָכַל *comedit*, et metaphorice: *consumsit, perdidit*. Jer. III. 24. Zachar. IX. 14, 15. Hesych. καταναλίσκων ἐσθίων, δαπανῶν. Polyb. XXXII. 7. 15.

ΚΑΤΑΝΑΡΚΆΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *obtorpefacio, torpidum reddo*, ex κατὰ et ναρκάω *torpore afficio*, hoc autem a νάρκη *torpedo*, h. e. piscis marinus, cujus ea est natura, ut propius accedentem et se tangentem obtorpefaciat, et qui adeo olim homines navigantes et pisces appropinquantes torpore afficere et demorari credebatur. Conf. Plinii Hist. N. XXXII. c. 1. Aristotel. Hist. Anim. IX. c. 37. Ælian. Hist. Anim. I. 36. IX. 14. 2) intransitive: *obtorpeo, torpore obrigesco et languesco*, et dicitur proprie de corporis membris, quæ omnem sentiendi vim amiserunt. Hinc νάρκη *torpor*, notat etiam *membra torpida et nullius sensus*. Simplex ναρκάω *enervor, torpeo, luxor*, legitur apud Alex. Job. XXXIII. 19. Genes. XXXII. 25 et 32. Hesych. ναρκώσης· ἐκλύτου, ἐκλυομένης. Adde Josephi A. J. VIII. 8. 5. 3) *obtorpeo cum aliorum incommodo, molestiam alicui creo, oneri et molestiæ sum alicui*. Sic legitur in N. T. 2 Cor. XI. 8. οὐ κατενάρκησα οὐδενὸς nemini vestrum molestus fui, nempe exigendo mercedem, i. q. v. 9. ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, coll. vers. Syriaca. ib. XII. 13 et 14. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. et Alberti Gloss. Gr. p. 8. κατενάρκησα· κατεβάρησα, sine dubio ex 2 Cor. XII. 16. Confer Stolberg. Exerc. Ling. Gr. cap. XXIII. p. 118 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 206 seq.

ΚΑΤΑΝΕΎΩ, fut. εύσω, *innuo, annuo, nutu aliquid significo*, ex κατὰ et νεύω. Semel in N. T. legitur Luc. V. 7. καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις et annuerunt, scil. manibus, aut signo dato vocaverunt socios. In versionibus Græcis V. T. plane non reperitur hoc verbum, pro quo ἐννεύω et διανεύω frequentius ponitur. Sæpius autem legitur in scriptoribus Græcis exteris, v. c. apud Homer. Il. α', 514 et 524. Liban. Or. XLII. p. 897. Lucian. Asin. 48. Hesych. κατανεῦσαι· συνθέσθαι. ἐπινεῦσαι· συγκαταθέσθαι.

ΚΑΤΑΝΟΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) *animadverto, intelligo, cognosco*, et de quacunque mentis adversione ad aliquid dicitur, quocunque modo et cujuscunque rei gratia ea fiat, ut vel etymi ratio docet: nam est ex κατὰ et νοέω *intelligo*. Matth. VII. 3. τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς graviora vero vitia, quibus laboras, non animadvertis. Luc. VI. 41. XX. 23. κατανοήσας δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν cognoscens autem eorum versutiam. Act. XXVII. 39. κόλπον δέ τινα κατενόουν sinum quendam in litore animadverterunt. 2 Macc. IX. 25. 2) *aspicio, contemplor, et quidem studiose et attente, observo*, etiam simpliciter *video*, sine ulla emphasi, de rebus, visui objectis ac oblatis. Luc. XII. 24. κατανοήσατε τοὺς κόρακας contemplamini corvos. ibid. v. 27. κατανοήσατε τὰ κρίνα considerate lilia. Act. VII. 31. προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι propius accedente ad considerandum hoc portentum; et v. 32. οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι non audebat propius aspicere. ib. XI. 6. εἰς ἣν ἀτενίσας κατενόουν. Jacob. I. 23. κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἐν ἐσόπτρῳ formam suam naturalem in speculo contemplanti. ib. v. 24. In versione Alex. legitur pro צָפָה Psalm. XXXVII. 32. רָאָה Genes. XLII. 9. Exod. II. 11. Num. XXXII. 8. et הִבִּיט Ps. XXI. 19. etc. Cebes Tab. c. 13. κατανοεῖς οὖν καὶ ἐν μέσῳ τοῦ λειμῶνος περίβολον ἕτερον. Joseph. A. J. VIII. 2. s. 2. c. 5. s. 3. ὡς (scil. πόλεις) ἐπελθὼν καὶ κατανοήσας. Hesych. κατανοοῦντι· καταβλέποντι. 3) *probe attendo et ad animum revoco, perpendo, pondero, examino*. Rom. IV. 19. οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον non perpendebat, corpus suum jam decrepitum esse. Hebr. III. 1. κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν probe attendite, quis et quantus sit, etc. Ps. CXVIII. 18. κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. De mente et intellectu etiam usurpatur Judith. VIII. 13. 4) ut omnia fere verba videndi et cognoscendi: *curam alicujus gero et habeo*. Hebr. X. 24. κατανοῶμεν ἀλλήλους et curemus nos invicem, ita, ut, etc. Sæpius non legitur in N. T. Ies. LVII. 1. ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ.

ΚΑΤΑΝΤΆΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *occurro, obviam venio, in occursum alicujus eo*, ex κατὰ et ἀντάω, *obviam eo, procedo, fio*. 2) *venio, devenio, pervenio*, de motu locali. Act. XX. 15. κατηντήσαμεν ἀντικρὺ Χίου venimus contra Chium. ib. XXV. 13. κατήντησαν εἰς Καισάρειαν Cæsaream venerunt. ib. XVI. 1. XVIII. 19, 24. XXI. 7. XXVII. 12. XXVIII. 13. 2 Macc. IV. 44. καταντήσαντος τοῦ βασιλέως εἰς Τύρον. Palæph. de Incred. c. 15. Diod. Sic. III. 34. IV. c. 62 et 85. Suid. καταντήσωσι· παραγίνωνται. Hesych. καταντησάτωσαν· φθασάτωσαν. 3) *pervenio ad aliquid*, sensu metaphorico, h. e. *obtineo, consequor, et nanciscor aliquid*, quasi *pertingo ad optatam metam* — etiam *ad me res pervenit, res contingit mihi*. Act. XXVI. 7. εἰς ἥν, sc. ἐπαγγελίαν — ἐλπίζει καταντῆσαι cujus promissionis potiundæ causa. Philipp. III. 11. εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν hac spe, ut consequar aliquando beatam e mortuis resurrectionem. 1 Cor. XIV. 36. ἢ εἰς ὑμᾶς μόνους κατήντησεν nempe ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ; num ad vos solos tantum tradita est doctrina christiana? Huc etiam referrem loca 1 Cor. X. 11. εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν quibus seriore ætate, tempore scilicet N. T. vivere contigit, et Ephes. IV. 13. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. καταντήσας· λαχών, κληρώσας. 2 Sam. III. 29. καταντησάτωσαν ἐπὶ κεφαλὴν Ἰωάβ. 2 Macc. IV. 24. VI. 14.

ΚΑΤΆΝΥΞΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie et vi etymologiæ: *compunctio, stimulatio* (ut explicatur in Gloss. Vet.), *fodicatio*. Est enim a κατανύσσω *compungo*. Sed in libris Græcorum ita dicitur 2) *dolor animi vehemens et gravis, tristitia, metus*. Hesych. κατάνυξις· ἡ λύπη, ἡσυχία. Lex. Cyrilli MS. Brem. σιωπή, μεταμέλεια. Apud Alexandrinos interpretes vero κατάνυξις 3) idem est, quod νυσταγμός, a νύω, νύζω, νυστάζω, et significat *soporem gravem et profundum*, et respondet Hebraico תַּרְדֵּמָה, quod proprie iis tribuitur qui sunt somno profundo sopiti. Unde iidem Græci interpretes Dan. X. 9. הָיִיתִי נִרְדָּם *sopore offusus sum* reddiderunt ἤμην κατανενυγμένος. Jam, quia sopor gravis homines omni fere rerum externarum sensu privat, hinc factum est, ut ad imi-

tationem Hebraici תַּרְדֵּמָה Ies. XXIX. 10. κατάνυξις 4) metaphorice *stuporem animi*, seu *statum animi veri et falsi rectique pravique sensu destituti* significaret. Sic semel in N. T. legitur Rom. XI. 8. ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, h. e. permisit Deus eos fieri veri et falsi bonique malique sensu destitutos. Chrysostomus Homil. XIX. in Ep. ad Romanos p. 223. quem Suidas sub voce κατανυγῶ compilavit: "Εδωκεν — — κατανύξεως· οὐκ ἐνέργειαν δηλοῖ, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ συνεχώρησε. Τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον ἕξιν τῆς ψυχῆς φησι, τὴν ἀνιάτως ἔχουσαν καὶ ἀμεταθέτως· ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν εὐλαβείᾳ κατανενυγμένος οὐκ ἂν εὐκόλως μεταστῇ, οὕτω καὶ ὁ ἐν πονηρίᾳ κατανυγεὶς οὐκ ἂν ῥᾳδίως μεταβάλλοιτο. Conf. Alberti Notas ad Gloss. Gr. in N. T. p. 116. et S. Ven. Koppe N. T. Vol. IV. p. 238.

ΚΑΤΑΝΥ'ΣΣΩ, vel ΚΑΤΑΝΥ'ΤΤΩ, fut. ύξω, 1) proprie: *compungo, pungo, pungendo penetro, lancino*, ex κατὰ et νύσσω *pungo*. Hinc 2) universe: *dolore afficio*, quocunque modo hoc fiat, et κατανύττεσθαι τῇ καρδίᾳ metaphorice is dicitur, *qui commovetur et perturbatur, animo, animique dolorem et tristitiam sentit*. Sic semel in N. T. legitur Act. II. 37. κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ magna tristitia sunt affecti hac oratione, quod scilicet Christum se crucifixisse satis intelligerent. Apud Alexandrinos κατανύσσεσθαι, et nude positum, et addita voce καρδίᾳ, de *omni* adhibetur, *qui præ mœrore, animi anxietate et metu ad silentium redigitur et de statu mentis dejicitur*, et respondet verbis הִתְעַצֵּב, *contristatus, anxius fuit*, Genes. XXXIV. 7. et נִכְאָה, idem. Psalm. CIX. 16. ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ. Confer etiam LXX et Aquilam ad Psalm. IV. 5. Adde Sirac. XIV. 1. οὐ κατενύγη ἐν λύπῃ ἁμαρτίας. Hesych. κατανύγητε· ἡσυχάσατε, λυπήθητε. Idem: κατενύγησαν· ἐλυπήθησαν. Vide Keuchenium in Annotatt. ad h. l. p. 172. et Wetstenii N. T. T. II. p. 469.

ΚΑΤΑΞΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *dignum habeo et judico aliquem, dignor*, etiam *dignum reddo*. Passivum καταξιόομαι, οῦμαι, *dignus judicor*, vel *habeor*, vel *reddor*, ex κατὰ et ἀξιόω idem. Sic legitur in N. T. Act. V. 41. ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι quod digni habiti fuissent, ut ob religionem christianam cæderentur ac contumelia afficerentur. 3 Macc. III. 21. Polyb. I. 23. 3. Demosthen. p. 1383. 11. ed. Reisk. κατηξιοῦτε ταύτην ὁμοίως αὐταῖς μετέχειν τῆς πόλεως. Suid. καταξιοῦντες· τιμῆς ἀξιοῦντες. Confer Thom. M. sub ἀξιῶ. 2) καταξιοῦσθαι *nancisci aliquid, consequi, obtinere*, i. q. τυγχάνειν. Construitur vel cum genitivo rei, vel cum infinitivo. Luc. XX. 35. καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν qui participes facti sunt futuræ post mortem resurrectionis et vitæ. Alterutra vox h. l. abundat. Ita ἀξιοῦν abundat apud Epictet. Enchirid. c. 50. Luc. XXI. 36. ἵνα καταξιωθῆτε (in aliis codd. legitur κατισχύσητε) ἐκφυγεῖν ταῦτα πάντα τὰ μέλλοντα γίνεσθαι ut hæc omnia eventura effugiatis, seu effugere vobis contingat. 2 Thess. I. 5. εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ut consequamini aliquando felicitatem æternam. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. καταξιοῦται, *dignus judicatur*. Aliud Glossarium: *Meruit*, κατηξιώθη. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 794.

ΚΑΤΑΠΑΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *conculco pedibus, proculco*, ex κατὰ et πατέω *calco*. Sic in N. T. legitur Matth. V. 13. καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ut ab hominibus conculcetur. ibid. VII. 6. τοῖς ποσὶν additur Luc. VIII. 5. XII. 1. ὥστε καταπατεῖν ἀλλήλους ut se invicem premerent; ubi videndus Wetstenius. Polyb. I. 34. 5. Xenoph. Hist. Gr. III. 4. 12. Job. XXXIX. 15. 2) metaphorice: *contumeliose aliquem tracto, fœdissime habeo, turpiter abutor*, et ex adjuncto: *sperno, repudio*, et de rebus æque ac personis dicitur. Matth. VII. 6. μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς (scil. τοὺς μαργαρίτας) ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν ne margaritas proculcent pedibus, h. e. ne turpiter abutantur hac doctrina longe sanctissima et præstantissima, incaute ipsis tradita. Confer Vorstium de Adagiis N. T. c. 4. Hebr. X. 29. ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας qui ignominiose tractant Christum, Dei filium, ab ejus religione deficientes. Aquila Job. VI. 3. τὰ ῥήματά μου κατεπατήθησαν. 1 Maccab. III. 52. Homer. Iliad. δ', 157. — κατὰ δ' ὅρκια πιστὰ πάτησαν. Eustathius ad h. l. πολλὴν δηλοῖ καταφρόνησιν τὸ πατῆσαι. Suid. πατήσας· καταφρονήσας. — πατεῖν· καταφρονεῖν, ὑβρίζειν.

ΚΑΤΑ'ΠΑΥΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *requies corporis, multis laboribus defatigati, ut vires amissas recuperet*, a καταπαύω, quod vide. 2) per synecdochen generis: *mansio, habitatio*. Act. VII. 49. τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; quis locus erit habitationis meæ? coll. Ies. LXVI. 1. אֵי־זֶה מָקוֹם מְנוּחָתִי· 3) per metonymiam adjuncti: *locus*, vel *regio permansionis et habitationis perpetuæ*. Sic v. c. Hebr. III. 11. κατάπαυσις Palæstina dicitur, quam Deus Israëlitis destinaverat perpetuum domicilium: εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου non ingredientur terram Canaan, ipsis a me promissam. ibid. v. 18. IV. 3, 5. Eodem sensu Psalm. CXXXI. 14. Sion mons κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ dicitur. 4) Κατάπαυσις τοῦ Θεοῦ eleganter a Paulo Hebr. IV. 1, 3, 10 et 11. dicitur felicitas summa illa et præstantissima, veris christianis a Deo post hanc vitam destinata et promissa. Pertinet huc glossa Suidæ, quam integram apponere placet: Κατάπαυσις· ἡ τοῦ σαββάτου ἡμέρα, (2 Macc. XV. 1.), ἐν ᾗ ὁ Θεὸς κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ καθ' ἣν Ἰουδαῖοι εἰσῆλθον εἰς τὴν γῆν ἐπαγγελίας. καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία. Vide Griesbachii Pr. quo, quid Hebr. III. 7. IV. 11. καταπαύσεως Θεοῦ imagine adumbretur, disquiritur. Jen. 1792. 4. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΠΑΥ'Ω, fut. αύσω, ut Latinum *requiesco* (conf. Servium ad Virgil. Eclog. VIII. 4. et Fesselii Adversar. Sacr. I. c. 2. § 4.) et transitive et intransitive usurpatur in N. T. Transitive est 1) *cessare facio, inhibeo, removeo, coërceo, compesco*. Sic in N. T. legitur Act. XIV. 18. μόλις κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους, τοῦ μὴ θύειν αὐτοῖς vix compescuerunt ac prohibuerunt turbam, quo minus ipsis sacrificaret. Psal. LXXXIV. 3. κατέπαυσας πᾶσαν τὴν ὀργήν σου. Cohel. X. 4. Job. XXVI. 12. ἰσχύϊ κατέπαυσε τὴν θάλασσαν. Neh. IV. 11. Demosthenes p. 808. 14. edit. Reisk. τὰ ἐν τοῖς σώμασιν ἀῤῥωστήματα ταῖς τῶν ἰατρῶν τέχναις καταπαύεται. Polyb. I. 9. 8. Thucyd. VIII. 97. Herod. I. 27. 2) *requiescere facio, ad sedem quietis*, seu *locum perpetuæ commorationis perduco*. Hebr. IV. 8. εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν si enim Josua perduxisset eos ad illam sedem quietis. Deuteron. III. 20. ἕως ἂν καταπαύσῃ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν. Jos. I. 13, 15. Intransitive si sumitur, est 3) *ab opere cesso, quiesco, requiesco*, et ex adjuncto: *fruor conditione libera ab hujus vitæ ærumnis et miseriis*. Hebr. IV. 4. καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ

ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ et quievit Deus ab omni opere suo die septimo. Ita enim ad verbum sumsit Paulus locum Genes. II. 1. וַיִּשְׁבֹּת בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מִכָּל־מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה h. e. septimo die ad finem perduxit Deus omne opus creationis suæ. ibid. v. 10. καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεὸς is exantlatis hujus vitæ miseriis, quietem agit, quemadmodum Deus, absoluto opere suo, quievit. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΠΕ´ΤΑΣΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *aulæum, velum expansum, quod rei alicui obtenditur*, ex καταπετάω, καταπετάζω, vel καταπετάννυμι *expando, extendo*, item *obtego, obvelo, cooperio*. Matth. XXVII. 51. τὸ καταπέτασμα τοῦ ἱεροῦ velum interius templi secundi, adyto, seu sancto sanctorum oppansum, quod Christo in cruce moriente in duas partes scissum fuit, et κατ᾽ ἐξοχὴν καταπέτασμα vocatur. Hebr. פָּרֹכֶת dicitur Exod. XXVI. 31, 33. a فرك *extendit, expandit*. Fuit ex hyacintho, coccino, purpura et bysso contextum, opere Phrygionico, ita, ut densitas ejus quatuor digitorum, altitudo vero cubitorum triginta esset. Marc. XV. 38. τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ. Luc. XXIII. 45. Hebr. IX. 3. τὸ δεύτερον καταπέτασμα velum secundum, nempe tabernaculi fœderis, intra quod erat sanctum sanctorum. Dicebatur autem velum secundum, ut distingueretur a velo, quod in atrio erat, et מָסָךְ vocabatur Exod. XXVI. 36. Jam, quia sanctum sanctorum symbolum futuræ felicitatis in cœlis apud Judæos erat, verba: εἰσερχομένην (nempe ἐλπίδα) εἰς τὸ ἐσώτερον (scil. μέρος) τοῦ καταπετάσματος, quæ Hebr. VI. 19. leguntur, reddenda erunt: et hæc spes aliquando in cœlo explebitur. Huc pertinet sine dubio glossa in Alb. Gloss. Gr. p. 174. καταπετάσματος· τοῦ πυλαίου. 2) metaphorice ita dicitur *corpus Christi*, hominum salutis causa in cruce interfectum, ipso Paulo interprete Hebr. X. 20. διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, hanc sine dubio ob causam, quia partim velum sancti sanctorum tempore mortis Christi non sine miraculo divino in duas scindebatur partes, partim vero Christus, morte hominum causa exantlata, ad summam illam felicitatem et dignitatem in cœlo pervenit, quod cum sancto sanctorum apud Judæos comparari solebat. Sæpius non legitur in N. T. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 539.

ΚΑΤΑΠΙ´ΝΩ, fut. πόσομαι, aor. 1. pass. κατεπόθην, 1) proprie: *absorbeo, ebibo, bibendo exhaurio*, et non solum de iis usurpatur, qui potum ex vase penitus hauriunt, sed etiam ad omnia transfertur, quæ res liquidas absorbent et deglutiunt, quasi ex κατὰ, quod in compositis interdum *consumtionem, amissionem* et *perditionem* significat, (Confer Zeunium ad Viger. de Idiot. Ling. Gr. p. 619.) et πίνω *bibo*. Apoc. XII. 16. ἤνοιξε ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς καὶ κατέπιε ποταμὸν aperuit terra os et absorpsit fluvium. 2) *deglutio, devoro*, de rebus solidis et aridis. Matth. XXIII. 24. καταπίνειν κάμηλον deglutire camelum. Formula proverbialis, de qua vide dicta ad vocem κάμηλος. Apollodor. Bibl. I. c. 1. § 3. Κρόνος κατέπινε τὰ γεννώμενα. Ælian. V. H. I. 3. Pollux Onom. VI. 2. καταπίνειν ἔνιοι καὶ ἐπὶ τροφῆς λέγουσι. Conf. Bergler. ad Alciphron. I. ep. 22. p. 86. et Reitz. ad Lucian. T. II. p. 614. Eodem modo *absorbere* legitur apud Horatium Serm. Lib. II. 8. 24. "ridiculus totas simul absorbere placentas." Confer Beckii Comment. in Aristoph. Vol. II. p. 161. 3) *aquis mergo, obruo*. Hebr. XI. 29. ἧς πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι κατεπόθησαν in quo mari Ægyptiis, idem conantibus, pereundum fuit. Huc pertinet sine dubio glossa Hesychii: κατεπόθησαν· κατεποντίσθησαν, κατέπεσον. Polyb. II. 41. 7. πόλις καταποθεῖσα ὑπὸ τῆς θαλάττης. 4) *paulatim absumo, perdo, destruo, exhaurio*. 2 Cor. II. 7. μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος ne nimio luctu et dolore absumatur hic homo ac pereat, seu, ne succumbat mœrori suo. 2 Cor. V. 4. ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς ut corpus hoc mortale paulatim absumatur ab immortali. Apud Symm. Ps. LI. 6. καταπίνειν in universum notat, *interitum, perniciem, detrimentum afferre*, quam notionem quoque habet καταποντισμὸς ibid. apud LXX. Hesych. καταποθῇ· καταναλωθῇ. 5) metaphorice: *miserum reddo sollicitando atque seducendo ad vitiositatem et quævis delicta, inprimis vero ad deserendam religionem christianam*. Sic tribuitur diabolo 1 Petr. V. 8. qui leonis rugientis instar dicitur obambulare et avide quærere τίνα καταπίῃ quem devoret. Sermo autem est de calamitatibus propter religionem christianam. 6) *tollo, abrogo, aboleo, finem impono*. 1 Cor. XV. 54. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος mors in perpetuum sublata est. Ies. XXVIII. 7. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΠΙ´ΠΤΩ, fut. πεσοῦμαι, *decido, procido, concido, prolabor, procumbo*, ex κατὰ et πίπτω *cado*. Bis tantum legitur in N. T. Act. XXVI. 14. πάντων δὲ ὑμῶν καταπεσόντων εἰς τὴν γῆν quum autem nos omnes decidissemus in terram. ibid. XXVIII. 6. καταπίπτειν ἄφνω νεκρὸν aut concideret repente mortuus. Respondet Hebr. נָפַל in versione Alex. Ps. CXLV. 14. Sap. VII. 3. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 17. ἐπὶ τῆς γῆς καταπίπτοντες. Suidas: καταπεσὼν, φοβούμενος.

ΚΑΤΑΠΛΕ´Ω, fut. εύσω, *transnavigo, trajicio, appello navem, nave devehor*, ex κατὰ et πλέω *navigo*. Sic semel legitur in N. T. Luc. VIII. 26. καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν et transnavigarunt, seu appulerunt ad regionem Gadarenorum. Καταπλεῖν apud Græcos κατ᾽ ἐξοχὴν de nave usurpatur, ex alto in portum redeunte, unde exierat, v. c. apud Demosth. p. 886. ed. Reisk. ὅθεν ἐξέπλευσε τὸ πλοῖον, ἐνταῦθα καὶ καταπλεῖν αὐτὸ, ubi τῷ ἐκπλεῖν opponitur adeoque *in portum redire* significat. Xenoph. Hist. Gr. V. 1. 20. et III. 4. 1. Conf. Salmasium de Modo Usurarum p. 357. Substantivum κατάπλους *navigationem ipsam* notat 3 Macc. IV. 10. Apud Lucianum dialogus inscribitur κατάπλους, in quo umbræ navigantes ad inferos sistuntur. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 709. Glossar. καταπλεῖ, *devehitur*.

ΚΑΤΑΠΟΝΕ´Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *labore conficio, fatigo, debilito*, ex κατὰ et πονέω *laboro*. Plutarch. T. IV. p. 96. ed. Reisk. Jam, quia πόνος non solum *laborem*, sed etiam *quamvis miseriam, calamitatem* et *vexationem* notat, v. c. apud Hippocrat. Aphor. II. 1. VI. 46. etiam verbum καταπονέω 2) *aliis molestias creare, alios affligere et vexare* notat, v. c. apud Theophr. Char. VIII. 5. καταπονοῦντες ταῖς ψευδολογίαις, et καταπονεῖσθαι generatim apud Græcos dicitur, *qui affligitur malis et afflictionibus opprimitur*, maxime vero, *qui injuriam patitur*, 2 Macc. VIII. 2. 3 Macc. II. 2. Sic autem bis tantum in N. T. legitur. Act. VII. 24. ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ oppressum et afflictum ultus est, seu,

oppressi se vindicem gessit. 2 Petr. II. 7. δίκαιον Λὼτ καταπονούμενον ὑπὸ τῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς pium Lotum sceleratorum et libidinosorum conversatione enecatum quasi. Conf. v. 8. Polyb. XXIX. 11. 11. et XL. 7. 3. Ælian. V. H. III. 27. ὑπὸ πενίας καταπονούμενος. Hesych. καταπονούμενος· πειραζόμενος. Cf. præter Alberti Obss. Philol. p. 464. Wesseling. ad Diod. Sic. XIII. 55. Tom. I. p. 585. et Wetstenii N. T. T. II. p. 499.

ΚΑΤΑΠΟΝΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *mari demergo, in mare præcipito,* Polyb. II. 60. 8. XV. 2. 6. etiam *submergo, immergo, demergo.* Joseph. A. J. VIII. 7. 5. Diod. Sic. XVI. c. 35. Καταποντίζομαι *submergor, demergor in pontum,* seu *mare,* ex κατὰ et ποντίζω *mergo,* quod est a πόντος *pontus, mare.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XIV. 30. καὶ ἀρξάμενος καταποντίζεσθαι jamque submergi incepit. ibid. XVIII. 6. συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης ei præstaret suspensa in collo ejus mola asinaria ad mare demergi. (V. Lactant. de Vita Persecut. c. 15. p. 119. ibique interpretes, et Wesselingium ad Diod. Sic. XVI. p. 109.) Fuit hoc certum supplicii genus, usitatum apud Syros, Græcos (Diod. Sic. III. p. 239. Wolfii Anecdota T. IV. p. 222.), Ægyptios (Joseph. c. Apion. L. I. p. 1058.) et Romanos, quo reos, maxime parricidas, in flumen, aut mare præcipitabant, (Senec. Contr. V. 4.) ita, ut vel collo malefici grave pondus appenderent, (Conf. Casaub. ad Sueton. Octav. c. 67.) vel ad pontum damnatum plumbo involverent, aut arculis includerent, (V. Lycophr. v. 239. et ibi Potter.) aut denique culeo insuerent. (Juvenal. Sat. VIII. 214.) Conf. Kipping. Antiqq. Rom. II. 7. § 7. Diss. Philol. de καταποντισμῷ seu supplicio submersionis apud antiquos ad illustrandum Mat. XVIII. 6. Argentor. 1753. 4. et Wetstenii N. T. T. I. p. 441. Phavor. καταποντίζω· καταδύω, βυθίζω, κλύζω.

ΚΑΤΑ'ΡΑ, ας, ἡ, 1) *imprecatio, exsecratio, maledictio, extrema atque dirissima devotio,* ex κατὰ et ἀρὰ *diræ, preces.* Jacob. III. 10. ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος ἐξέρχεται εὐλογία καὶ κατάρα. 2 Petr. II. 14. κατάρας τέκνα homines exsecrabiles. In versione Alexandrina respondet Hebraicis קְלָלָה Genes. XXVII. 12, 13. אָלָה Job. XXXI. 30. et מְאֵרָה Prov. III. 33. Polyb. XVI. 31. 7. XXIV. 8. 7. 2) *pœna divina,* quæ imprecationem et maledictionem sequitur. Galat. III. 10. ὑπὸ κατάραν εἰσὶ pœnis, lege Mosaica constitutis, sunt obnoxii. ibid. v. 13. κατάρα τοῦ νόμου lex Mosaica, quæ pœnas minatur, a qua nos Christus liberavit morte sua cruenta in cruce. Ad hanc significationem a multis etiam refertur locus 2 Petr. II. 14. ubi κατάρας τέκνα intelliguntur homines, pœnis gravissimis, a Deo infligendis, maxime digni. Ita קְלָלָה Deut. XI. 26, 28, 29. Ps. CIX. 17, 18. et מְאֵרָה Malach. II. 2. 3) per metonymiam: *is, qui maledictioni obnoxius est, qui punitur,* aut, *qui supplicia meretur,* i. q. ἐπικατάρατος. Speciatim vero dicitur ita *piaculum, homo, qui pro aliorum salute devovetur et piaculum fit, ut cum ipsius interitu pernicies imminens a toto aliquo populo averruncetur.* Sic sumerem locum Galat. III. 13. ubi Christus dicitur factus esse κατάρα ὑπὲρ ἀνθρώπων, h. e. piaculum pro hominum salute, morte nempe sua cruenta in cruce. Conf. Schwarzii Comment. Ling. Gr. p. 751. Sic etiam קְלָלָה usurpatur Deut. XXI. 23. pro *maledicto, punito.* Locus Malach. III. 9. huc non pertinet. 4) si de *agris* adhibetur, *sterilitatem* significat, ex usu loquendi Hebræorum. Sic legitur in N. T. Hebr. VI. 8. γῆ — κατάρας ἐγγὺς ager, qui mox ob sterilitatem plane desertus et devastatus relinquetur. Cf. Genes. III. 17. VIII. 21. Jer. XLIV. 22. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΡΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. άσομαι. I. Active sumitur et est: 1) *exsecror, diris ac exitio devoveo, mala alicui imprecor,* (Xenoph. Anab. VII. 7. 28.) et ex adjuncto: *hostili et inimico animo erga aliquem sum et ago, conviciis aliquem proscindo.* Construitur nunc cum dativo, nunc cum accusativo. Matth. V. 44. εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς benigne et humaniter tractate, qui vos hostiliter insectantur. Luc. VI. 28. Rom. XII. 14. Jacob. III. 9. ἐν αὐτῇ καταρώμεθα lingua abutimur contra homines. Xenoph. Anab. V. 6. 3. πολλοὶ ἔσεσθε οἱ ἐπαινοῦντές με, πολλοὶ ἔσεσθε οἱ καταρώμενοι. Eodem sensu legitur quoque אָרַר Genes. XXVII. 29. Num. XXIV. 9. Deut. XXIII. 4. et קָלַל 2 Sam. XVI. 6, 7, 10. etc. 2) *imprecor alicui infecunditatem et sterilitatem,* si de agris, arboribus etc. sermo est. Marc. XI. 21. ἡ συκῆ, ἣν κατηράσω, ἐξήρανται ficus illa, cui imprecatus es, exaruit. II. Passive usurpatur: *maledictioni subjaceo, exitio devotus et obnoxius sum.* Matth. XXV. 41. οἱ κατηραμένοι homines exsecrabiles, quos Deus pœnæ destinavit, seu homines pessimi et scelestissimi, qui etiam ab Æliano V. H. II. 13. κατάρατοι dicuntur.

ΚΑΤΑΡΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, perf. κατήργηκα, 1) proprie et generatim: *otiosum, inutilem,* vel *inefficacem reddo,* quocunque modo hoc fiat, ex κατὰ et ἀργέω *cesso.* Luc. XIII. 7. ἱνατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; quid terram gravat? h. e. quorsum terram inutiliter occupat, seu terræ partem, quam occupat, inutilem reddit? Rom. III. 3. μὴ τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει; num veracitatem tollat, seu inefficacem reddat divinam? Gal. III. 17. Eurip. Phœn. 760. 2) *plane cessare facio.* 1 Cor. VI. 13. καταργήσει ut plane cessent, efficiet. Καταργέομαι *desino esse, cesso,* i. q. παύομαι, cum quo permutatur 1 Cor. XIII. 8. ubi γνῶσις et προφητεία aliquando καταργεῖσθαι dicuntur. ibid. v. 10. τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται tunc imperfectio illa plane cessabit. 2 Cor. III. 7. διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην ob splendorem faciei temporarium, qui aliquando desiit. ibid. v. 11. τὸ καταργούμενον id, quod finem habiturum erat. ibid. v. 13. πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι — — τοῦ καταργουμένου quia Israëlitæ non ferre poterant splendorem vultus Mosis, qui tamen aliquando finem habiturus erat. Galat. V. 11. ἄρα κατήργηται sublatum tunc esset. Eph. II. 15. τὴν ἔχθραν καταργήσας causam discordiarum et inimicitiarum sustulit. 3) de legibus: *abrogo, aboleo, auctoritate privo,* i. q. ἀκυρόω, cum quo permutatur Gal. III. 17. Rom. III. 31. νόμον οὖν καταργοῦμεν; — opponitur: νόμον ἱστῶμεν. 2 Cor. III. 14. ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται nempe abrogatam esse legem Mosaicam religione christiana. Ephes. II. 15. τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. Conf. sub δόγμα. 4) *neco, destruo, interficio, perdo,* tam in sensu proprio, quam metaphorico, i. q. νεκρόω et ἀναλίσκω. Rom. VI. 6. ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας ut destruatur corpus, quo vitiositati indulgemus. 2 Thess. II. 8. ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ καὶ καταργήσει. 5) *abjicio, depono.* 1 Cor. XIII. 11. κατήργηκα τὰ τοῦ

νηπίου deposui pueriles sensus ac cogitationes. 6) de hostibus: *vinco, supero, vim et potestatem infringo, eo adigo hostes, ut quiescant pugnæ,* ut verbis utar Gellii N. A. L. IX. c. 13. p. 455. ed. Gronov. 1 Cor. XV. 24. ὅταν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν, h. e. cum imperio suo subjecerit omnes, etiam potentissimos et ferocissimos hostes, coll. v. 25. (Zonaras Lex. col. 1179. adducto hoc loco καταργήσῃ per παύσῃ, νικήσῃ interpretatus est.) ibid. v. 26. ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος ultimus hostis debellandus est, mors. 2 Tim. I. 10. καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον mortis vim et imperium in homines destruentis. Hebr. II. 14. ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον ut morte sua vim diaboli, domini mortis, infringeret et debilitaret. 7) *ostendo ac declaro, aliquid esse nihili et nullius pretii, pudore afficio,* i. q. καταισχύνω. 1 Cor. I. 28. ἵνα τὰ ὄντα καταργήσῃ, coll. v. 27. ἵνα τὰ ἰσχυρὰ καταισχύνῃ. ibid. II. 6. τῶν καταργουμένων qui tamen in hac re nihil valent, s. nullius pretii sunt. 8) *libero, liberum et immunem reddo.* Καταργεῖσθαι ἀπό τινος is dicitur, qui *immunis, liber est ab aliqua re, alicui non obnoxius ac deditus est, non amplius rem cum aliquo habet.* Rom. VII. 2. κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρὸς legibus matrimonii non amplius obstringitur. Syrus bene vertit: ܐܫܬܪܝܬ *libera facta est,* et Œcumenius per ἀπολέλυται, ἠλευθέρωται interpretatus est illud κατήργηται. ibid. v. 6. νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου non amplius obstringit nos lex Mosaica. Galat. V. 4. κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ sejuncti estis a Christo. Theophyl. οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχετε μετὰ τοῦ Χριστοῦ. Sæpius non legitur in N. T. Admodum raro occurrit hæc vox apud exteros scriptores et quater tantum in versione Alexandrina in *prohibendi* et *impediendi* significatione pro Chald. בְּטֵל Esra IV. 21, 23. V. 5. VI. 8. Phavor. καταργῶ· τὸ ἀποπαύω καὶ πληρῶ. κατηργήθη γὰρ ὁ νόμος, ἀντὶ τοῦ ἀπεπαύθη.

ΚΑΤΑΡΙΘΜΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, *annumero, connumero,* ex κατὰ et ἀριθμέω *numero.* Καταριθμεῖσθαι σύν τισι *aliquibus annumerari, socium esse aliquorum.* Semel in N. T. legitur Act. I. 17. κατηριθμημένος ἦν σὺν ἡμῖν qui olim apostolis adscriptus erat. Conjunctionis et conversationis notionem habet hæc vox apud Theod. Hos. IV. 14. Jamblich. Vit. Pythag. c. 6. § 30. καὶ μετὰ τῶν θεῶν τὸν Πυθαγόραν κατηρίθμουν. Plutarch. Solon. p. 84. Euripid. Troad. 872.

ΚΑΤΑΡΤΙ΄ΖΩ, futur. ίσω, 1) proprie: *restituo rem in suum locum aut statum, resarcio, restauro, quod corruptum, ruptum et dissolutum est, reficio, reparo,* ex κατὰ et ἀρτίζω *instauro, sarcio,* quod est ab ἄρτιος *perfectus, omnibus partibus suis constans.* Sic in N. T. legitur Matth. IV. 21. καταρτίζοντας τὰ δίκτυα retia scissa. Marc. I. 19. Esdra IV. 12. Neh. IV. 7. Herodot. V. cap. 106. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 278. 2) metaphorice: *emendo, a pravitate revoco et averto, corrigo.* Galat. VI. 1. si quis errore aut vitio quodam fuerit abreptus, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον vos perfectiores corrigite talem summa cum animi mansuetudine. Theodoret. μὴ κολάζετε, ἀλλὰ διορθοῦσθε, στηρίζετε, τὸ ἐλλεῖπον ἀναπληροῦτε. 3) *perfectum reddo,* sensu morali, nam ἄρτιος est i. q. τέλειος. Luc. VI. 40. κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ discipulo autem adspirandum est ad eam perfectionem, quam habet magister ejus. Glossarium vetus: κατηρτισμένος, *constructus, instructus.* 1 Cor. I. 10. ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ summus sit inter vos et perfectus animorum consensus. Sed Elsnerus T. II. Obss. Sacr. pag. 70. ad h. l. monuit, καταρτίζειν apud Græcos interdum significare *lite et contentione sublata conciliare,* unde καταρτιστὴς *reconciliator animorum* dicitur, (conf. Valckenar. ad Herod. V. 28.) ideoque locum nostrum vertere mavult: compositi aut conciliati conjunctissimis animis et sententiis. Idem quoque statuit de loco 2 Cor. XIII. 11. ubi tamen καταρτίζεσθε plerique, et, ut mihi quidem videtur, rectius vertunt: adspirate ad perfectionem christianam. Hebr. XIII. 21. καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, reddere vos idoneos ad recte facta, seu instruere et ornare vos omni virtute christiana. 1 Petri V. 10. Hesych. καταρτίσαι· τελειῶσαι, στερεῶσαι. Idem κατηρτίσω· ἐτελείωσας. Vide Wesseling. ad Diod. Sic. XIV. 20. et Witter. ad Thom. M. in ἀποτετέλεκα. 4) *suppleo, perficio, addo, adjicio,* i. q. προσαναπληρόω. 1 Thess III. 10. καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα et si quid adhuc desit perfectioni vestræ, suppleam et perficiam. 5) *concinne apto, compono, coagmento, construo, creo,* etiam *paro, præparo.* Hebr. XI. 3. κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ jussu divino mundum creatum esse. Mat. XXI. 16. κατηρτίσω αἶνον laudem tibi parasti, seu celebraris ab infantibus et lactantibus. Ps. VIII. 3. Rom. IX. 22. σκεύη ὀργῆς, κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν homines, qui se ipsos quasi ad pœnam composuerunt, seu, qui suam sibi perniciem contrahunt. Hebr. X. 5. σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι corpus autem mihi parasti, seu dedisti. Syrus: ܦܓܪܐ ܕܝܢ ܐܠܒܫܬܢܝ corpore autem induisti me. Psal. XL. 9. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. καταρτίσαι· κατασκευάσαι. Id. κατηρτίσω· ἐποίησας. Psalm. LXXIII. 17. LXXXVIII. 36.

ΚΑΤΑ΄ΡΤΙΣΙΣ, ἡ, 1) proprie: *instauratio rei corruptæ, restitutio rei in pristinum locum et statum, a* καταρτίζω, quod vide. 2) *perfectio.* Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. XIII. 9. τοῦτο δὲ καὶ εὐχόμεθα, τὴν ὑμῶν κατάρτισιν hoc vero etiam in votis habemus, nempe perfectionem vestram. Plutarch. T. IV. p. 16. edit. Reisk. Gloss. Vet. κατάρτισις (ita enim legendum est loco impressi κατάρτυσις), *confectio.*

ΚΑΤΑΡΤΙΣΜΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *coagmentatio, instauratio, restitutio,* ab eodem. 2) *emendatio, perfectio,* Vervollkommnung, *perfection.* Sic in N. T. legitur Ephes. IV. 12. πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων ut christiani in dies perfectiores reddantur. Schol. Græc. apud Matthæi: εἰς οἰκοδομὴν καὶ ὠφέλειαν. Syrus autem: ܠܓܘܡܪܐ *ad perfectionem.* Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΣΕΙ΄Ω, futur. είσω, 1) proprie: *concutio, quasso, deorsum moveo,* vel *quatio,* ex κατὰ et σείω *moveo, concutio.* Ælian. V. H. III. 16. μηχανὰς προσάγων καὶ κατασείων καὶ ὑπορύττων τὰ τείχη. ibid. VI. cap. 7. σεισμὸς τὴν πόλιν κατέσεισεν. Themist. Orat. XI. p. 150. τὰς κατασεισθείσας, sc. πόλεις. Hesych. κατασείειν· ταράσσειν. 2) κατασείω τῇ χειρὶ vel τὴν χεῖρα *manu commota signum do,* (Polyb. Hist. I. 78. Interdum τῇ χειρὶ omittitur, v. c. Xenoph. Cyrop. V. 4. 42.) *manu silentium impero,* ita, ut interdum σιγᾶν addatur, interdum vero nude ponatur. Mos enim erat olim Judæis et gentilibus manu signum dare et nuere, præsertim ad conciliandum silentium. Act. XII. 17. κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾷν dextra vero silentia jussit, ut verbis utar Lucani Pharsal. I. v. 297. — ibid. XIII. 16. κατασείσας τῇ χειρὶ εἶπεν. ib. XIX. 33. κατασείσας τὴν χεῖ-

σκόπους μετ' εἰρήνης. In vers. Alex. respondet Hebraico מְרַגֵּל Genes. XLII. 9, 11. 1 Sam. XXVI. 4. Thucyd. VII. 6. Athen. VI. p. 256. A. Xenoph. Cyr. III. 3. 13. Hesych. κατάσκοποι· κατοπτεύοντες, ἐπίβουλοι. ἢ δόλων ἐξιχνευταί, δολεροί, δόλιοι. Pollux Onom. I. 173. IV. 129.

ΚΑΤΑΣΟΦΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *sapientem aliquem reddo*, etiam *ingeniosum aliquem reddo ad aliquem infestandum et opprimendum*. Κατασοφίζομαι *ingeniose et solerter aliquid excogito, sophismatibus et argutis fallaciis utor adversus aliquem*, (Plutarch. Tom. II. p. 80. Diod. Sic. XVII. p. 624.) et generatim: *callide et insidiose aliquem circumvenio et opprimo*. ex κατὰ et σοφίζω *sapientem reddo*. σοφίζομαί τι *lepide aliquid excogito, invenio*, μηχανῶμαι, ἐφευρίσκω, Xenoph. Anab. III. 5. 7. Vide Villois. ad Long. p. 170. Sic semel in N. T. legitur Act. VII. 19. de Pharaone: οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν, ἐκάκωσε τοὺς πατέρας ἡμῶν hic dolis utens adversus gentem nostram vexavit majores nostros. Desumta vox est in h. l. ex vers. Alex. Exod. I. 10. ubi τῷ הִתְחַכֵּם *dolose agere, circumvenire aliquem* respondet, (nam חָכְמָה *sapientia* etiam in malam partem adhibetur de *calliditate et astutia*) et in versione Onkelosi τῷ מִרְמָה Genes. XXVII. 35. Jos. IX. 4. De eadem re κατασοφίζεσθαι legitur Judith. V. 9. ἐπανέστη αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου καὶ κατεσοφίσατο αὐτοὺς ἐν πόνῳ καὶ ἐν πλίνθῳ. ibid. X. 20. οἳ ἀφεθέντες δυνήσονται κατασοφίσασθαι πᾶσαν τὴν γῆν. Joseph. A. J. VI. 11. 4. Alciphron III. Ep. 4. Suid. κατασοφισόμεθα· αἰτιατικῇ, τεχνασόμεθα, μηχανῇ τινι κακώσομεν. Hesych. κατασοφισθεῖσα· χλευασθεῖσα, τεχνασθεῖσα, (Conf. Thom. M. p. 844. ed. Bernard.) Lex. Cyrilli MS. Brem. κατασοφίσασθαι· ἀπατῆσαι, κατατεχνάσασθαι.

ΚΑΤΑΣΤΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, aor. 1. κατέστειλα, 1) proprie: *contraho, in angustias redigo*, et inprimis de *velis* usurpatur, quæ contrahuntur, ex κατὰ et στέλλω idem. Hinc 2) metaphorice: *reprimo, coërceo, sedo, tranquillo, quietum reddo*. Sic bis tantum in N. T. legitur. Act. XIX. 35. καταστείλας (nonnulli codd. habent κατασείσας, e glossemate) δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον tum scriba, cum populum tumultuantem sedasset, dixit. ibid. v. 36. δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατεσταλμένους ὑπάρχειν oportet vos quietos manere et nullas turbas excitare. In eadem significatione reperitur quoque Ps. LXV. 8. in Aquilæ fragmentis pro Hebr. מַשְׁבִּיחַ *comprimens, sedans*, et Macc. IV. 31. 3 Macc. VI. 1. Joseph. A. J. I. 1. 2. XIV. 9. 1. θόρυβον κατέστελλεν. Phav. καταστείλας· ἀντὶ τοῦ κατασιγάσας. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 589.

ΚΑΤΑ'ΣΤΗΜΑ, τος, τὸ, *habitus, status, constitutio*, a καθίστημι *constituo*. In N. T. tantum legitur Tit. II. 3. ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς in habitu cultuque corporis, qui christianos decet. Zonaras Lex. col. 740. ἐν καταστήματι. ἐν περιβολαίῳ. ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς. Porphyr. de Abstinent. IV. c. 6. τὸ δὲ σεμνὸν κἀκ τοῦ καταστήματος ἑωρᾶτο. πορεία γὰρ ἦν εὔτακτος κ. τ. λ. Conf. Stephani Thes. L. Gr. Tom. I. p. 1773. et Wetstenii N. T. T. II. p. 372.

ΚΑΤΑΣΤΟΛΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *stola*, genus vestis, ad talos usque demissæ ac defluentis, a præt. med. κατέστολα verbi καταστέλλω, vel καταστέλλομαι *amicio, vestio, orno*. Hesych. καταστολή· στολή. 2) *vestitus, amictus*. Semel in N. T. legitur 1 Tim. II. 9. ἐν καταστολῇ κοσμίῳ habitus et ornatus corporis sit mundus, decorus, nec luxurians. Ies. LXI. 3. καταστολὴν δόξης. Joseph. B. J. II. 8. 4. καταστολὴ καὶ σχῆμα σώματος. Hesych. καταστολήν· περιβολήν. Alberti Gloss. N. T. p. 156. καταστολῇ· στολισμῷ, ἐνδύματι. Cæterum notandum adhuc videtur, καταστολήν, nude positum, apud Græcos haud raro *modestiam in vestitu, modestum habitum* significare, ut exemplis docuit Foësius in Œcon. Hipp. p. 197. ac Rhoer. ad Porphyr. de Abstinent. Lib. IV. 5. 6. p. 310.

ΚΑΤΑΣΤΡΕ'ΦΩ, fut. έψω, *subverto, dejicio, prosterno, everto, diruo, demolior*, ex κατὰ et στρέφω *verto*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXI. 12. τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε mensas argentariorum evertit. Marc. XI. 15. τὰς καθέδρας τῶν πωλούντων τὰς περιστερὰς κατέστρεψε subsellia vendentium columbas subvertit. In versione Alexandrina respondet maxime Hebraico הָפַךְ Job. IX. 5. Hag. II. 22. Gen. XIX. 21, 25, 29.

ΚΑΤΑΣΤΡΗΝΙΑ'Ω et ΚΑΤΑΣΤΡΗΝΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, *lascivio, luxurior, insolentius et lascivius me gero adversus aliquem*, ex κατὰ et στρηνιάω *luxurior, lascivio*, quod est a στρῆνος *luxus, deliciæ*. Semel in N. T. legitur 1 Tim. V. 11. ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν postquam enim lascivierunt contra Christum, nubere volunt. Vulgatus: cum luxuriatæ fuerint in Christo. Sed hanc vulgarem interpretandi rationem nimis duram et incommodam mihi videri, ingenue fateor; ideoque vertere mallem: *locupletati eleemosynis, a christianis collectis, nubere volunt*, ut καταστρηνιᾷν sit *locupletem fieri*, a στρηνὴς *turgidus, turgescens præ nimia succi copia*. Hesych. στρηνιῶντες· πεπλησμένοι. Idem: στρηνιᾷν, τὸ διὰ πλούτου ὑβρίζειν. Suidas: καταστρηνιᾷν γενικῇ. Sed nec hæc satis certa sunt. Zonaras Lex. col. 1681. Στρηνιᾷν, ἀτακτεῖν. καὶ στρηνιῶντες. παρὰ τὸ στερεῖν καὶ ἀποσπᾷν τὰς ἡνίας. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀλόγων ζώων. καὶ ὁ ἀπόστολος· ὅταν καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι. Conf. Etymol. M. 730. 17. et vide Wetstenii N. T. T. II. p. 342.

ΚΑΤΑΣΤΡΟΦΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *subversio, eversio, desolatio*. Est enim verbale a perf. med. κατέστροφα, verbi καταστρέφω *everto, subverto*. Sic in N. T. legitur 2 Petr. II. 6. de funesto Sodomæ et Gomorrhæ excidio, ἃς πόλεις τεφρώσας, καταστροφῇ κατέκρινεν quas urbes in cinerem redigens damnavit Deus ad eversionem. Hesych. καταστροφῆς· ἐρημώσεως. In vers. Alex. legitur pro Hebraico הֲפֵכָה Genes. XIX. 29. De *morte* adhibetur apud Arrianum Diss. Epictet. IV. 10. 17. 2) metaphorice: (plane ut καθαίρεσις, quod vide,) *grave damnum, detrimentum*. 2 Tim. II. 14. ἐπὶ καταστροφῇ ἀκουόντων non sine gravissimo auditorum damno. Chrysostomus ad h. l. οὐ μόνον οὐδὲν ἐκ τούτου κέρδος, ἀλλὰ καὶ βλάβη πολλή. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΣΤΡΩ'ΝΝΥΜΙ, vel ΚΑΤΑΣΤΡΩΝΝΥ'Ω, fut. ώσω, 1) *prosterno, humi sterno, humi adfligo*, ex κατὰ et στρωννύω, vel στρώννυμι *sterno*. Herodot. IX. 75. 2) per metonymiam: *eneco, perdo*. In N. T. tantum extat 1 Cor. X. 5. de Israëlitis, qui κατεστρώθησαν ἐν ἐρήμῳ prostrati sunt, seu perierunt in deserto. Num. XIV. 16. κατέστρωσεν (Hebraice יִשְׁחָטֵם *mactavit, occidit eos*) αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ. 2 Macc. V. 26. XI. 11. XII. 28. Ælian. H. A. VII. 2. λοιμὸς — αὐτοὺς κατέστρωσε. Xenoph. Cyrop. III. 3. 28. οἱ Πέρ-

σαι πολλοὺς κατεστρώννυσαν. Marg. Leuncl. ἀπέκτειναν. Cf. Jungermann. ad Polluc. IX. 153.

ΚΑΤΑΣΥ´ΡΩ, fut. ῶ, 1) proprie: *detraho, deorsum traho, facio, ut aliquis descendat, delabatur aut deferatur,* ex κατὰ et σύρω *traho.* Symmach. 2 Sam. XIV. 14. κατασυρόμενον ὕδωρ. Alciphr. Ep. I. 1. 2) *aliquem invitum et vi abripio, pertraho,* et speciatim de reis usurpatur, qui in jus rapiuntur. Sic semel in N. T. legitur Luc. XII. 58. μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς κριτὴν ne te pertrahat ad judicem. Eodem sensu *detrahere* usurpatur apud Ciceronem pro Milone c. 14. "cum in judicium detrahi non posset," etc.

ΚΑΤΑΣΦΑ´ΖΩ vel ΚΑΤΑΣΦΑ´ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *jugulo, macto pecudes,* ex κατὰ et σφάττω idem. 2) *occido, interficio.* Sic semel in N. T. legitur Luc. XIX. 27. κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου in meo conspectu occidite. Diod. Sic XII. c. 76. πάντας ἡβηδὸν κατασφάξαντες. Xenoph. Anab. IV. 1. 17. Ælian. V. H. XIII. 2. 2 Macc. V. 12. VIII. 24. X. 17. In versione Alex reperitur pro הָרַג *occidit.* Zach. XI. 5.

ΚΑΤΑΣΦΡΑΓΙ´ΖΩ, fut. ίσω, 1) *signo, noto, signum imprimo rei,* ex κατὰ et σφραγίζω idem. 2) *obsigno, sigillum annulo inprimo, sigillo munio.* Sic semel in N. T. legitur Apoc. V. 1. βιβλίον κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτὰ liber obsignatus sigillis septem. Obsignabant sc. veteres libros, quos inspici nollent. Conf. C. G. Schwarzii Diss. de Ornamentis Codicum Veterum 1716. edit. In vers. Alex. respondet Hebraico חָתַם Job. IX. 7. XXXVII. 7. Sap. II. 4. Hesych. κατεσφραγίσθη· ἀπεκλείσθη, ἐσφραγίσθη.

ΚΑΤΑ´ΣΧΕΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *occupatio, acquisitio,* etiam *possessio, perpetua habitatio,* i. q. οἴκησις et κατοίκησις, a κατέχω *contineo,* quod sæpe est *possidere, incolere, inhabitare,* v. c. apud Joseph. A. J. I. 11. 4. II. 7. 2. κατασχεῖν τὴν Χαναναίαν h. e. inhabitare Chananæam. Act. VII. 5. καὶ ἐπηγγείλατο αὐτῷ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτὴν quanquam eam aliquando daturum in perpetuam possessionem et inhabitationem pollicitus erat. Sic pro Hebraico אֲחֻזָּה κατάσχεσις legitur in vers. Alex. Gen. XVII. 8. Num. XXXII. 5. δοθήτω ἡ γῆ αὕτη τοῖς οἰκέταις σου ἐν κατασχέσει. 1 Chron. XIII. 2. ἐν πόλεσι κατασχέσεως αὐτῶν. Joseph. A. J. IX. 1. 2. 2) per metonymiam: *illud ipsum, quod obtinemus ac possidemus.* Sic v. c. Act. V. 45. ἡ κατάσχεσις τῶν ἐθνῶν est terra Canaan, quam gentilibus ereptam sibi in perpetuam possessionem vindicaverant Judæi. Eodem modo אֲחֻזָּה usurpatur Nehem. XI. 3. יָשְׁבוּ אִישׁ בַּאֲחֻזָּתוֹ. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΤΙ´ΘΗΜΙ, fut. ήσω, 1) proprie: *depono, repono, colloco, recondo,* ex κατὰ et τίθημι *pono.* Marc. XV. 46. καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ et recondidit, seu deposuit eum in sepulcro. Eodem sensu apud Diod. Sic. XX. c. 24. καταθέμενον εἰς τὰς βασιλικὰς θήκας τὸ σῶμα. Xenoph. de Re Equ. VI. 7. 1 Chron. XXI. 27. κατέθηκε τὴν ῥομφαίαν εἰς τὸν κολεὸν αὐτῆς. 2) metaphorice: *præsto, exhibeo.* Hinc formula καταθέσθαι χάριτάς τινι significat: *gratificari alicui, beneficiis aliquem sibi obligare, et obstrictum reddere, gratiam ab aliquo inire.* Act. XXIV. 27. θέλων τε χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ cupiens Judæis Felix gratificari. ibid. XXV. 9. Sæpius non legitur in N. T. Diod. Sic. XV. 91. Herodot. VI. 41. δοκέοντες μεγάλην χάριτα καταθήσεσθαι. Simili modo verbum καταθέσθαι et simplex θέσθαι etiam apud optimos Græcos scriptores, v. c. apud Thucyd. IV. 87. δόξαν καταθέσθαι, Lysiam Orat. II. p. 42. ed. Taylor. ἔχθραν καταθέσθαι, Joseph. A. J. XI. 6. 5. εὐεργεσίαν καταθέσθαι. Æschyl. Prom. Vinct. v. 781. χάριν θέσθαι. Adde 1 Macc. X. 23. φιλίαν καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις. Conf. D'Orville ad Charit. IV. c. 5. p. 448. ed. Lips. Wetstenii N. T. T. II. pag. 625. et Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΚΑΤΑΤΟΜΗ´, ῆς, ἡ, 1) proprie: *concisio, mutilatio,* a κατατέμνω *in partes minutas seco, mutilo.* Levit. XXI. 5. 1 Reg. XVIII. 28. Glossæ: κατατομή· concisio. Vide Harpocrat. et Suid. in h. v. Plutarch. T. VI. p. 350. edit. Reisk. ποταμοὶ πολλὰς σχίσεις καὶ κατατομὰς λαμβάνοντες. 2) ita dicitur *circumcisio,* apud Judæos recepta, et quidem non omnis, sed ea, quam christianis suadebant judaizantes doctores. Philip. III. 2. βλέπετε τὴν κατατομὴν ne permittite obtrudi vobis circumcisionem. Bene Theophyl. ad h. l. μέγα καὶ τίμιον ἦν ποτε παρὰ Ἰουδαίοις ἡ περιτομή. Ἐπεὶ οὖν νῦν ἤργησεν, οὐδὲν ἄλλο ἢ κατατομή ἐστιν. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι νόμιμον τὸ γινόμενον, τὴν σάρκα κατατέμνουσι. Sed alii κατατομὴν h. l. per metonymiam ipsos judaizantes doctores, circumcisionem christianis suadentes et obtrudentes, intelligendos esse statuunt, quæ tamen explicatio ob verba sequentia κακοὺς ἐργάτας locum habere nullo modo potest. Alii de ipsis christianis, misere et sine ulla fructus spe mutilatis, κατατομὴν explicant. Confer Gatakeri Adversaria posthuma c. 38. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΤΟΞΕΥ´Ω, fut. εύσω, *sagitta impeto,* vel *conficio, telo configo et confodio, jaculo transverbero,* etiam simpliciter *confodio, transfigo,* ex κατὰ et τοξεύω *jaculor,* quod est a τόξον *arcus.* Semel legitur in N. T. Hebr. XII. 20. ἢ βολίδι κατατοξευθήσεται aut jaculo configetur: quæ verba in nonnullis codicibus desunt. Alex. pro יָרָה *jaculatus est,* Exod. XIX. 13. Psalm. XI. 2. et pro מָחַץ *transfodit, transfixit,* Num. XXIV. 8. Plutarch. T. IV. p. 127. et T. VI. p. 650. edit. Reisk. Lucian. III. p. 69.

ΚΑΤΑΤΡΕ´ΧΩ, fut. θρέξω, aor. 2. ἔδραμον *decurro ad aliquem celeriter, adcurro, excursionem facio,* i. q. ἐπιτρέχω, ex κατὰ et τρέχω *curro.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXI. 32. κατέδραμεν ἐπ' αὐτοὺς celeriter admovit milites cum centurionibus. In versione Alex. respondet Hebraico רוּץ 1 Reg. XIX. 20. Apud Græcos scriptores κατατρέχειν fere significat: *hostiliter aliquem incursare, incursionibus infestare, nocere et vastare, grassari,* v. c. apud Xenoph. Hist. Gr. IV. 7. 6. V. 3. 1. Confer Cel. Irmisch. ad Herodian. I. 10. 4. et Wetstenii N. T. T. II. p. 607. Suid. κατατρεχόντων· ληϊζομένων, πορθούντων.

ΚΑΤΑΦΑ´ΓΩ, fut. ῶ, aor. 2. κατέφαγον, 1) proprie: *deglutio, devoro, comedo,* ex κατὰ et φάγω *edo.* Matth. XIII. 4. καὶ ἦλθε τὰ πετεινὰ καὶ κατέφαγεν αὐτὰ et comesta sunt a volucribus. Marc. IV. 4. Luc. VIII. 5. Apoc. XII. 4. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 398. Xenoph. Anab. IV. 8. 12. Suidas e Schol. Aristoph. Pac. 6. interpretatur ἀθρόως φαγεῖν et Eustathius πάντα φαγεῖν. 2) *perdo, consumo, absumo.* Apoc. XX. 9. πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτούς. Ita quoque אָכַל 1 Reg. XVIII. 38. πῦρ κατέφαγε τὸ ὁλοκαύτωμα. Job. XXII. 20. τὸ κατάλειμμα αὐτῶν καταφάγεται πῦρ. Igni enim æque ac gladio os tribuitur apud

Hebræos. 2) *abligurio, dilapido, per luxuriam absumo, perdo.* Luc. XV. 30. ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, qui facultates tuas cum scortis dilapidavit vel consumsit. De hac notione verbi καταφάγειν, quod eodem sensu etiam apud Homer. Od. ξ', v. 12. Menandrum Fragm. p. 146. δεκατάλαντον καταφαγὼν legitur, conf. Valckenar. ad Eurip. Hippol. v. 626. et Wetstenii N. T. T. I. p. 762. Sic etiam usurpatur *comedere* apud Macrob. Saturnal. II. c. 2. Horat. I. Ep. XV. v. 39. Cic. Epp. IX. 18. 6. (Vide Vechneri Hellenolexiam P. II. cap. IV. p. 477.) et *devorare* apud Catullum XXIX. 23. *devorare patrimonia.* 4) ad animum translatum καταφάγειν animum res dicitur, qua animus distrahitur, excruciatur et angitur. Joh. II. 17. ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με indignatione ob templum tuum violatum conficior. In omnibus fere linguis orientalibus *edere aliquem id* dicitur, *quod mœrore et indignatione afficit aut dolorem affert,* ut pluribus docui in Diss. de Parallelismo Sententiarum V. T. p. 26 seq. 5) metaphorice: *cum studio aliquid facio aut tracto, penitius aliquid cognoscere studeo.* Hinc explicandus est locus Apoc. X. 9, 10. καὶ κατέφαγον τὸ βιβλαρίδιον, (Ezech. II. 8. III. 1 seq.) ad quem recte monet Alberti in Obss. Philol. p. 488. metaphorice his verbis exprimi *studium libelli illius argumentum cognoscendi avidissimum,* æque ac in loco Jerem. XV. 16. Ita Cic. ad Attic. VII. 3. " qui illos *libros devorasti.*" Plaut. Asin. III. 3. 59. Confer Vechneri Hellenolex. lib. II. cap. 4. pag. 480 seq. ac Schnurreri Diss. p. 159. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΦΕ'ΡΩ, fut. κατοίσω, 1) *demitto, dejicio, deturbo, deprimo, opprimo,* ex κατὰ et φέρω *fero.* Act. XX. 9. καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ, διαλεγομένου τοῦ Παύλου ἐπὶ πλεῖον, κατενεχθεὶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ἔπεσεν alto sopore oppressus, Paulo diutius disserente, somno graviore depressus decidit de tertia contignatione. Vulgatus reddidit: *cum mergeretur somno gravi, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit,* etc. Scilicet καταφέρεσθαι ὕπνῳ βαθεῖ significat: *alto sopiri somno, somno profundiore obrui,* quam significationem interdum etiam καταφέρεσθαι nude positum habet, (v. c. apud Aquilam Psal. LXXV. 6. pro Hebr. יָרְדָם) unde καταφορὰ *somnus altus, sopor gravis* in fragmentis Aquilæ pro Hebr. תַּרְדֵּמָה Genes. II. 21. XV. 12. Prov. XIX. 15. et καταφορέω *somno profundo obrutus sum,* apud Alex. Sophon. I. 31. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 105. Wetstenii N. T. T. II. p. 591. et Abresch. Anim. ad Æschyl. p. 619. et Dilucidd. Thucyd. p. 822. Altera vero formula καταφέρεσθαι ὑπὸ τοῦ ὕπνου de iis adhibetur, *qui somno profundiore obruti et vi somni dejiciuntur de loco suo et prosternuntur,* et quasi *pondere suo vincuntur,* **durch den schlaf das uebergewicht bekommen,** *to be overbalanced by sleep,* nam καταφέρω proprie notat: *deduco, defero in locum inferiorem, dejicio.* Vide Alex. Dan. V. 22. Ies. XXVIII. 2. et Demosthen. p. 1185. l. 15. edit. Reisk. Hinc καταφερής *declivis* apud Xenoph. Venat. X. 9. 2) *fero, appono,* i. q. simplex φέρω. Καταφέρειν ψῆφον, pro quo etiam φέρειν ψῆφον apud Josephum aliquoties legitur, seu *ferre, apponere suffragium,* partim *is* dicitur, *qui sententiam condemnatoriam contra aliquem fert,* partim vero *is, qui aliorum sententiæ condemnatoriæ accedit et assentitur.* Sic in N. T. legitur Act. XXVI. 10. ἀναιρουμένων τε αὐτῶν κατήνεγκα ψῆφον, quæ verba non sunt reddenda: et cum illi occiderentur, sententiam contra eos tuli, seu calculo meo eos damnavi, sed: probavi cædem christianorum, cum occiderentur, ut sit idem quod cap. XXII. 20. ἤμην συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτῶν. Conf. infra sub ψῆφος et Wetstenii N. T. T. II. p. 633. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΦΕΥ'ΓΩ, fut. φεύξομαι, *perfugio, confugio ad aliquem,* vel *aliquo,* ex κατὰ et φεύγω *fugio.* Act. XIV. 6. κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις salutis causa perfugerunt in urbes. Hebr. VI. 18. οἱ καταφυγόντες qui ad Deum confugimus, h. e. *in Deo spem et fiduciam nostram ponimus.* Conf. 2 Macc. X. 28. ubi καταφυγὴ ἐπὶ τὸν Θεὸν fiduciam in Deo positam significat, ut jam recte vidit Syrus interpres. Philo de Abrah. T. II. p. 93. Alii vertunt: *qui effugimus,* sc. τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, coll. 2 Petr. II. 20. nec negari potest, καταφεύγειν interdum esse i. q. ἀποφεύγειν, διαφεύγειν et ἐκφεύγειν et de iis usurpari, qui pericula præsentissima effugiunt. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. fere semper in confugiendi et perfugiendi notione reperitur pro Hebraicis נוּס Genes. XIX. 20. Deut. IV. 42. הֶחֱבִיא Jos. X. 27. etc. et substantivum inde derivatum καταφυγὴ ibidem de locis usurpatur, ad quæ aliquis confugere solet, ut salvus sit et incolumis, seu de asylis. Plutarch. Q. Rom. p. 290. B. Confer etiam Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΚΑΤΑΦΘΕΙ'ΡΩ, fut. θερῶ, 1) *corrumpo, depravo, vitio, quocunque modo hoc fiat,* i. q. διαφθείρω, quod vide. 2) Speciatim et metaphorice: *erroribus et vitiis animum imbuo,* ex κατὰ et φθείρω idem. Sic legitur in N. T. 2 Tim. III. 8. ubi commemorantur homines κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν quorum animus ita perversus est, ut veritatem agnoscere et sequi nequeat. De depravatione morum καταφθείρεσθαι reperitur in versione Alex. Genes. VI. 12. 2 Paral. XXVII. 2. Suid. καταφθορά· ὁ ἐν ἀνομίαις βίος καὶ παραβάσεσιν. 3) *perdo, disperdo,* sive corporaliter, (Ies. XXIV. 1. Genes. VI. 17. 2 Macc. V. 14.) sive moraliter, *miserum reddo et infelicem,* et speciatim de *pœnis peccatorum* usurpatur. Sic autem reperitur 2 Petr. II. 12. ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται per impietatem suam summam sibi contrahent miseriam, seu, perversitatis suæ aliquando gravissimas Deo pœnas dabunt. Sæpius non legitur in N. T. Levit. XXVI. 39. καταφθαρήσονται διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Suid. καταφθορά· ὁ αἰώνιος θάνατος, quæ glossa pertinere videtur ad Ps. XLVIII. 9. ubi vid. Theodor.

ΚΑΤΑΦΙΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω. Interdum quidem in libris scriptorum veterum de *iis* usurpatur, *qui alios osculantur inprimis amanter, nec uno, sed pluribus impertiunt osculis;* id quod Latini dicunt *hærere osculis,* aut *multum diuque deosculari,* ut legitur apud Apuleium; (v. c. apud Theophr. Char. XVII. Xenophont. Mem. II. 6. 33.) sed in N. T. non differt a voce simplici φιλεῖν et *osculari, deosculari* notat, ex usu loquendi Alex. interprr. qui Hebr. נָשַׁק nunc per καταφιλεῖν, (Exod. IV. 27. Ruth. I. 9.) nunc per φιλεῖν (Genes. XXVII. 26. Exod. XVIII. 7.) reddiderunt. Confer Fischeri Prolus. V. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 15 seq. Ipsi adeo evangelistæ utrumque verbum promiscue ac indistincte posuerunt, v. c. Matth. XXVI. 48, 49. Marc. XIV. 44, 45. Luc. VII. 38, 45. XV. 20. XXII. 47. Act. XX. 37. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΚΑΤΑΦΡΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *contemno, despicio, aspernor, sperno*, et ex adjuncto: *contemtim nec digne satis tracto aliquem*, de personis, ex κατὰ et φρονέω *sentio*. Matth. XVIII. 10. μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων ne vel unum horum parvulorum contemnatis. 1 Cor. XI. 22. 2 Petr. II. 10. κυριότητος καταφρονοῦντας. 2) per metonymiam consequentis: *facultatem et materiam habeo contemnendi, causam nanciscor contemnendi et parvi habendi*. 1 Tim. IV. 12. μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω cave, ne quis te ob juventutem tuam opprobriis onerare possit. 3) καταφρονέω τινὸς *negligens sum in exsequendis alicujus mandatis et jussis, non satis verecundiæ præsto alicui, non digne satis revereor, negligo*. Matth. IV. 24. ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει vel illi deditus erit, hunc negliget. Luc. XVI. 13. 1 Tim. VI. 2. μὴ καταφρονείτωσαν non denegent ipsis debita officia. 4) de rebus: *parvi momenti duco, nullum, aut saltem perexiguum pretium statuo, non curo, abutor*. Rom. II. 4. τῆς μακροθυμίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖς lenitate Dei abuteris. Hebr. XII. 2. αἰσχύνης καταφρονήσας mortem ignominiosam æquo animo perferens. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΑΦΡΟΝΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *contemtor*, a præcedente. In N. T. tantum legitur Act. XIII. 41. οἱ καταφρονηταὶ vos, qui spernitis ac repudiatis religionem christianam; ex Habac. I. 5. ubi Alexandrini pro Hebraico בַּגּוֹיִם legisse videntur בֹּגְדִים coll. Habac. II. 5. Sophon. III. 4. Conf. Pocock. Notas Miscellaneas ad Portam Mosis cap. 3. Plutarch. T. V. p. 367. ed. Reisk.

ΚΑΤΑΧΕ'Ω, fut. εύσω, *effundo, perfundo*, ex κατὰ et χέω *fundo*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXVI. 7. κατέχεε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ et effudit super caput ipsius accumbentis. Marc. XIV. 3. κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς. Aristoph. Acharn. 1127. Polyb. XXXIV. 11. 15. Plutarch. T. V. p. 474. edit. Reisk.

ΚΑΤΑΧΘΟ'ΝΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, *subterraneus, infernus, infernalis*, ex κατὰ et χθὼν *terra*. Semel in N. T. legitur Phil. II. 10. ἐπουρανίων, ἐπιγείων καὶ καταχθονίων omnes omnino ubique locorum mentes, ubi καταχθόνιοι sunt *manes, inferi, umbræ*, quæ in locis, terræ subjectis, versari vulgo credebantur, et ab Hesiodo (Opp. et Dies 164.) ὑποχθόνιοι vocantur. Hesych. καταχθόνιος· κατὰ τῆς γῆς, ἢ ὁ ᾅδης. Dionys. Halic. Ant. p. 258. ed. Reisk. καταχθόνιοι θεοί.

ΚΑΤΑΧΡΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ήσομαι, 1) proprie: *abutor, male utor*, ex κατὰ et χράομαι *utor*. Ælian. V. H. IX. 9. Hesych. καταχρᾶται· κακῶς χρᾶται. 2) i. q. simplex χράομαι *utor*, quemadmodum et apud Latinos *abuti* sæpe nihil aliud est quam *uti*, v. c. apud Liv. XXVII. 46. Cic. de Nat. Deor. II. 60. "nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur." 1 Cor. VII. 31. καὶ οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ, ὡς μὴ καταχρώμενοι et qui utuntur rebus terrenis, pares erunt iis, qui non iisdem utuntur. ibid. IX. 18. εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ita, ut jure meo postulandi mercedem non utar. Sæpius non legitur in N. T. Ælian. V. H. III. 13. οὐ μόνον εἰς πόμα καταχρῶνται τῷ οἴνῳ. Dionys. Halic. V. 15. 3 Macc. V. 22. Euseb. H. E. III. c. 14. Conf. Spicilegium meum secundum Lexici Bieliani p. 101. et Krebs. Obss. Flav. p. 291 seq.

ΚΑΤΑΨΥ'ΧΩ, fut. ύξω, *refrigero, frigefacio, refocillo*, ex κατὰ et ψύχω, idem. Semel in N. T. legitur Luc. XVI. 24. ἵνα βάψῃ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος, καὶ καταψύξῃ γλῶσσάν μου ut intingat extremum digiti sui in aquam et refrigeret linguam meam. Alex. Genes. XVIII. 4. καταψύξατε (sc. ἑαυτοὺς) ὑπὸ τὸ δένδρον. Ezech. XXVI. 19. καταψύξει σε ὕδωρ πολύ. Hinc κατάψυξις *refrigerium, refrigeratio*, apud Theodot. Genes. III. 8. Add. Plutarch. T. VI. p. 180. ed. Reisk. Pollux Onom. IV. 186.

ΚΑΤΕΙ'ΔΩΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *idolis refertus, refertus templis, aris et simulacris idolorum*, ex κατὰ et εἴδωλον *idolum*. Præpositio κατὰ, adjectivis juncta, *multitudinem* interdum *alicujus rei* indicat, v. c. κατάφοβος *plenus timoris*, Polyb. I. 39. καταβόστρυχος *crinium cincinnis obtectus*, Eurip. Phœn. v. 148. κατάφυτος *arboribus consitus*, Polyb. XVII. 16. κατάγομος *mercibus plenus*, κατάῤῥυτος *irriguus*, κατάμπελος *vineis refertus*, etc. Semel legitur in N. T. Act. XVII. 16. θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν, quæ verba non vertenda sunt, uti quidam opinantur: cum videret, totam urbem idolorum cultui admodum deditam esse, sed, cum videret totam civitatem esse templis, aris et simulacris deorum refertam. Syrus: ܕܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ ܡܠܝܐ ܦܬܟܪܐ *quod civitas tota plena sit simulacris*. Conf. Abresch. Animad. ad Æschyl. p. 614. et Joh. Amnel Athenarum urbs κατείδωλος civesque δεισιδαιμονέστεροι Act. XVII. 16 et 22. Upsal. 1748. 4.

ΚΑΤΕ'ΝΑΝΤΙ. Adverbium, quod cum genitivo construitur et notat: 1) *e regione, ex adverso, ante*, ex κατὰ et ἔναντι, idem. Marc. XI. 2. ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην, τὴν κατέναντι ὑμῶν abite in vicum, qui est vobis ex adverso. In eadem significatione adhibetur ibid. XII. 41. XIII. 3. Luc. XIX. 30. In versione Alex. respondet Hebraico קִדְמָה Genes. II. 14. IV. 16. נֶגֶד Exod. XIX. 2. Num. XXV. 4. עַל־פְּנֵי Genes. L. 13. etc. 2) *propter*, κατέναντι οὗ *propterea quod*, i. q. διότι, seu ἀνθ' οὗ. Rom. IV. 17. κατέναντι οὗ ἐπίστευσεν Θεοῦ, scilicet ἐπαγγελίᾳ, *propterea quod fidem habuit Deo*. Κατέναντι τούτου notat *propterea*, et in cod. Chisiano Vers. Alex. Dan. III. 7. coll. II. 23. et IV. 15. Cf. Scharfenberg. ad Dan. VI. 9. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΕΝΩ'ΠΙΟΝ. Adverbium, regens genitivum, *in conspectu, coram*. 2 Cor. II. 17. κατενώπιον τοῦ Θεοῦ coram Deo, h. e. maxima cum religione. ibid. XII. 19. Ephes. I. 4. Coloss. I. 22. Jud. v. 24. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro לִפְנֵי Levit. IV. 17. Ies. I. 5. בִּפְנֵי Jos. XXIII. 9. et בְּעֵינֵי Jos. III. 7.

ΚΑΤΕΞΟΥΣΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, idem quod simplex ἐξουσιάζω, *potestatem habeo* vel *exerceo in aliquem, auctoritate mea utor*. Nam κατὰ in compositione haud raro abundat, ut supra in voce καταφιλεῖν jam demonstratum est, et infra voce κατέχειν pluribus docebitur. Legitur autem bis tantum in N. T. Matth. XX. 25. καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν et magnates potestatem exercent in eos. Marc. X. 42. Conf. Gatakeri Adversaria Miscell. posthuma I. c. 3.

ΚΑΤΕΡΓΑ'ΖΟΜΑΙ, fut. άσομαι. Proprie *contra efficio, renitor*, ex κατὰ et ἐργάζομαι. Sic legitur pro Hebr. פָּעַל apud Aqu. Ps. X. 3. τί κατειργάσατο, *frustra renitente pio*. Sed in N. T. libris 1) *in re aliqua versor, elaboro, occupor, tracto rem, operam rei impendo*, eine Sache bearbeiten, *to labour* (*as a husbandman*), et proprie de *iis* usurpatur, *qui opus rusticum faciunt*, aut *rem rudem*

expoliunt, et omnino *operam manuum tractant*, ex κατὰ et ἐργάζομαι *operor*. Alex. Exod. XXXV. 33. κατεργάζεσθαι (חָרַשׁ) τὰ ξύλα. Deut. XXVIII. 39. ἀμπελῶνα κατεργάζεσθαι (עָבַד). Ezech. XXXVI. 9. Demosthen. p. 816. 9. ed. Reisk. κατεργάζεσθαι ἐλέφαντα καὶ σίδηρον. Phil. II. 12. μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε omni, qua par est, diligentia operam date, ut aliquando felicitate æterna potiamini. 2) *ago, facio, præsto, patro*, in utramque partem. Rom. I. 27. τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι illegitimam venerem exercentes. ibid. II. 9. κατεργαζομένου τὸ κακὸν male agentis. ib. VII. 18. τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, coll. v. 19 et 20. 1 Cor. V. 3. τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον qui hoc facinus patravit, coll. v. 1 et 2. — Interdum κατεργάζεσθαι, nude positum, *male et impie agere* notat, v. c. Rom. VII. 15 et 17. quemadmodum etiam ἔργον et ἐργάζεσθαι in deteriorem partem usurpantur, ut supra dictum est. — His addendus est locus 2 Cor. XII. 12. τὰ σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν exhibita sunt a me documenta muneris mei apostolici. Isocrat. Evagor. c. 10. ὅσῳ μείζω καὶ πλείονος ἄξια κατειργάσαντο. Thucyd. VII. c. 21. 3) *efficio, affero, contraho, causa et auctor sum, comparo alicui aliquid et acquiro*. Rom. IV. 15. ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται leges Mosaicæ efficiunt, ut homo puniatur, nempe quia interdictis occasionem dant delictis. Alii vertunt: lex denunciat, s. minatur pœnas divinas: quod sequentia non admittere videntur. ibid. V. 3. θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται calamitates sunt constantiæ adminicula. ib. VII. 8. κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν omnis generis pravas cupiditates in me excitavit, coll. v. 9. ibid. v. 13. XV. 18. 2 Cor. IV. 17. præsentes leves calamitates αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν parant nobis æternam et summam felicitatem. ibid. VII. 10, 11. IX. 11. Jacob. I. 3, 20. Xenoph. Memor. III. 6. 18. Eurip. Heraclid. v. 1045. 4) *destino*, i. q. ἑτοιμάζω. 2 Cor. V. 5. ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο Deus autem est, qui destinavit nobis hanc corporum immutationem. 5) *profligo, conficio, prosterno*, et eleganter de iis dicitur, qui bellum aut prœlium feliciter ad finem perducunt. Sic in N. T. legitur Ephes. VI. 13. ἅπαντα κατεργασάμενοι omnibus hostibus vestris debellatis et profligatis. Cf. Jul. Pollucis Onom. IX. c. 8. p. 1136. ed. Hemsterhus. et ibi interpretes et Irmisch. ad Herodian. I. 9. 3. p. 336. Suid. κατειργάσατο· κατηγωνίσατο. Idem: κατεργάσασθαι· ἀντὶ τοῦ καταπονῆσαι. Xenoph. Cyrop. IV. 6. 2. κατειργάσατο τὸν λέοντα. Thucyd. IV. c. 85. Vide Heisenii Novas Hypotheses ad Ep. Jacobi p. 289 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 259. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΕ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. ελεύσομαι, 1) *descendo, devenio, ad locum inferiorem me confero*, et ut καταβαίνω maxime de iis usurpatur, *qui in regiones et loca depressiora proficiscuntur*, — *proficiscor*, ex κατὰ et ἔρχομαι *venio*. Luc. IV. 31. κατῆλθεν εἰς Καπερναούμ. ibid. IX. 37. κατελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους, coll. v. 28. Act. XII. 19. κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Καισαρείαν. ibid. XIII. 4. In nonnullis vero locis, hucusque laudatis, κατέρχεσθαι etiam commode per *redire, reverti* reddi posset, quam notionem etiam apud Græcos (v. c. Demosth. p. 636. 24. Polyb. IV. 17. 10. et 18. 2.) interdum obtinere, docuit Abresch. ad Æschyl. p. 405. Thom. M. p. 511. κατέρχομαι, ὅταν εἰς τὴν πόλιν, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, ἐπανέλθω. 2) *venio, advenio, deferor*, et de iis adeo usurpatur, qui e mari deveniunt in locum aliquem continentis. Act. VIII. 5. κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας in Samariæ urbem cum devenisset. ib. IX. 32. deferri etiam ad christianos. ibid. XIII. 4. XV. 1. XVIII. 5, 22. XXI. 10. XXVII. 5. διαπλεύσαντες κατήλθομεν. Etiam apud Græcos κατέρχεσθαι sæpe idem valet, quod simplex ἔρχεσθαι, v. c. apud Herodian. II. c. 3. § 5. κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς, ubi vide interprr. 3) metaphorice: *orior, originem duco*, adjuncta tamen notione dignitatis et præstantiæ ejus, a quo aliquid originem suam repetit. Jac. III. 15. ἡ σοφία ἄνωθεν κατερχομένη sapientia cœlestis, a Deo, cœlum inhabitante, proficiscens. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΕΣΘΙ'Ω, fut. ἔσω, 1) *devoro, prorsus edo, comedo, exedo*, ex κατὰ et ἐσθίω *edo*. 2) metaphorice: *ad me rapio et in usum meum converto, surripio, diripio, dilapido*. Matth. XXIII. 14. κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν ad vos rapitis et in usum vestrum convertitis viduarum bona. Marc. XII. 40. Luc. XX. 47. Conf. Psal. LXXIX. 7. Micha III. 2, 3. Simili modo apud Homerum Odyss. β', v. 237. κατέδουσι βιαίως οἶκον Ὀδυσσῆος. Adde Aristoph. Plut. v. 1025. Conf. Taubmann. ad Plaut. Mostell. I. 1. v. 11 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 482. 3) *consumo, perdo*. Apoc. XI. 5. πῦρ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς ignis conficit hostes. Cf. supra ad καταφάγω. 4) κατεσθίειν τινὰ metaphorice notat: *mœrore aliquem et ægritudine afficere*, seu *injuria afficere*. 2 Cor. XI. 20. εἴ τις κατεσθίει ὑμᾶς si quis vos mœrore afficit. Alii interpretes, v. c. Wetstenius N. T. T. II. p. 208. vertunt: si quis bona vestra consumit et dilapidat. Galat. V. 15. εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε. Plutarch. Adv. Colot. T. II. p. 1124. ἀλλήλους κατεσθίειν et p. 1125. ἵνα μὴ τοὺς πλησίον κατεσθίωσιν. Simili ratione Cohel. IV. 15. אֹכֵל אֶת־בְּשָׂרוֹ notat: *mœrore confici*, ut in Historia Timuri T. I. p. 294. ed. Mangeri: اكل يده. Adde Job. XIX. 22. Aristoph. Vesp. v. 285. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤΕΥΘΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, 1) proprie: *rectum facio et planum*, i. q. εὐθύνω. Plutarch. T. IV. p. 80. ed. Reisk. 2) *dirigo, recta linea aliquem duco, in recto tramite incedere facio*, seu *in rectam viam reduco*. Sic metaphorice usurpatur Luc. I. 79. τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης ut dirigat nos in viam salutis, h. e. ut nos ad felicitatem æternam perducat emendando animos nostros. 2 Thess. III. 5. ὁ δὲ Κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ Deus excitabit in animis vestris amorem erga Deum. Aquila Prov. IX. 6. κατευθύνθητε ἐν ὁδῷ συνέσεως. Alex. Psal. XXXIX. 3. Hinc in versione Alex. ὁ κατευθύνων (scil. τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐνώπιον Θεοῦ Psal. V. 8.) is dicitur, *qui recte agit*. Prov. XV. 9. εὐχαὶ δὲ τῶν κατευθυνόντων δεκταὶ παρ' αὐτῷ. Plutarch. T. VI. p. 71. ed. Reisk. κατευθύνειν τοὺς νέους τῇ κρίσει πρὸς τὰ βελτίονα. 3) metaphorice: *prosperum successum largior, fortuno*, et κατευθύνομαι *prospera fortuna*, seu *prosperis successibus utor*. 1 Thess. I. 3. ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς Dominus noster J. C. annuat itineri meo ad vos. Sæpius non legitur in N. T. Ps. C. 7. οὐ κατεύθυνεν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου, ad quem locum respiciens Suidas in glossario suo habet: κατεύθυνεν· ἐπέτυχεν. ibid. CXXXIX. 12. Hos. IV. 10. Dan. III. 31. VI. 28. Aquila Genes.

XXXIX. 2. Sirac. XXIX. 24. XXXIX. 9. Phavor. κατευθυνθείησαν εὐοδωθείησαν.

ΚΑΤΕΦΙ'ΣΤΗΜΙ, fut. κατεπιστήσω, sequente dativo personæ, *insurgo contra aliquem, invado, adorior*, ex κατὰ, ἐπὶ, et ἵστημι *sto*. Semel in N. T. legitur Act. XVIII. 12. κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ insurrexerunt Judæi unanimiter in Paulum.

ΚΑΤΕ'ΧΩ, fut. καθέξω, vel κατασχήσω, 1) *obtineo aliquid, potior, nanciscor, consequor*, ex κατὰ et ἔχω *habeo*. Matth. XXI. 38. ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ occidamus eum et ejus patrimonium obtineamus. Sic apud Xenoph. Symp. VIII. 26. κατέχειν φιλίαν obtinere alicujus amicitiam et favorem, et Ælian. V. H. VII. 1. κατέχειν ἀρχὴν obtinere imperium. Job. XXVII. 17. Psalm. LXXII. 12. 2) *habeo, possideo*, i. q. ἔχω. 1 Cor. VII. 30. οἱ ἀγοράζοντες, ὡς μὴ κατέχοντες qui emerunt, pares erunt nihil possidentibus, coll. Ies. XXIV. 2. Ezech. VII. 12, 13. 2 Cor. VI. 12. ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες nihil videmur possidere et tamen nihil nobis deest. Permutantur ἔχειν et κατέχειν in Callimachi Hymn. in Lavacr. Pallad. v. 72 et 74. et apud Josephum A. J. I. 7. 1. II. 7. 2. Hinc κατάσχεσις *possessio, inhabitatio*, quod vide. Adde Jos. I. 11. Ezech. XXXIII. 24. Confer Wetstenii N. T. T. II. pag. 192. 3) *teneo, occupo*. Luc. XIV. 9. καὶ τότε ἄρξῃ μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν et tunc tibi cum ignominia ultimum sit occupandum subsellium. Huc etiam referunt nonnulli locum 2 Thess. II. 7. ubi post ὁ κατέχων supplent vocem ἀρχὴν, (Ælian. V. H. VII. 1. XII. 8.) ut significet *eum, qui nunc tenet imperium*. Sed rectius huc refertur formula κατέχεσθαι νόσῳ *morbo teneri*, h. e. *affectum esse, laborare*, i. q. συνέχεσθαι, quæ legitur Joh. V. 4. ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι. Herodian. I. 4. 19. πένθει κατείχετο, ubi vid. Irmischius. ibid. I. 12. 15. λοιμώδη νόσον κατασχεῖν τὴν Ἰταλίαν. 4) *retineo, moror*, et ex adjuncto: *impedio, prohibeo, cohibeo*. Luc. IV. 42. καὶ κατεῖχον αὐτὸν τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν et retinuerunt eum, seu retinere eum conabantur, vel precibus instabant, ne ab iis discederet. Philem. v. 13. ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν. Rom. I. 18. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων veram religionem sceleribus suis impedientium. 2 Thess. II. 6. τὸ νῦν κατέχον, h. e. interprete Chrysostomo, τὸ κωλύον, quod eum adhuc impedit, quo minus jam palam prodeat. ib. v. 7. ὁ κατέχων eodem sensu dicitur. Genes. XLII. 19. ἀδελφὸς ὑμῶν κατασχεθήτω ἐν τῇ φυλακῇ. Ruth. I. 13. ἢ αὐτοῖς κατασχεθήσεσθε τοῦ μὴ γενέσθαι ἀνδρί. Xenoph. Cyrop. I. 4. 22. Eurip. Phœn. v. 1788. 5) *memoria teneo, probe memini, servo memoriam integram*, plane ut *continere* apud Arnobium contra Gentes Lib. II. *continere offensas*. Sic in N. T. legitur Luc. VIII. 15. ἀκούσαντες τὸν λόγον κατέχουσι acceptam doctrinam ita recondunt. 1 Cor. XV. 2. εἰ κατέχετε si modo nondum obliti estis, si recte meministis. Dionys. Halic. Ant. IV. 29. Etiam apud Græcos κατέχειν interdum *scire* notat, v. c. apud Theophrast. Char. 26. 1. Cf. Casaub. ad Athenæum pag. 19. 6) *constans maneo in aliqua re, diligenter observo*. 1 Cor. XI. 2. τὰς παραδόσεις κατέχετε constantes manetis in doctrina. Hebr. X. 23. κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ constanter maneamus in spe, i. q. IV. 14. κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. ibid. III. 6 et 14. 1 Thess. V. 21. τὸ καλὸν κατέχετε si vere divinum fuerit, ad quod vos cohortantur, diligenter et constanter sequimini illud. 7) *obligo, devincio, obstringo*. Rom. VII. 6. ἐν ᾧ, sc. νόμῳ, κατειχόμεθα nunc liberati a lege, qua olim obstringebamur. 8) *navis cursum aliquo dirigo, navigio ad littus tendo, appellere tento*, ita, ut omissum sit ναῦν, vel τὸ πλοῖον. Sic in N. T. legitur Act. XXVII. 40. κατεῖχον εἰς τὸν αἰγιαλὸν direxerunt cursum navis ad littus. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo legitur quoque κατέχειν apud Xen. Hist. Gr. II. 1. 19. κατασχὼν ἐπὶ τὴν Ἀβαρνίδα. Philostrat. Vit. Apollon. IV. c. 13. ἐκέλευσε τὸν κυβερνήτην κατασχεῖν εἰς τὴν Αἰολίαν. Hom. Odyss. κ', v. 455. et simplex ἔχειν apud Thucyd. I. c. 110. πλέουσαι ἐς Αἴγυπτον, ἔσχον κατὰ τὸ Μενδήσιον κέρας, et *tenere* apud Liv. I. 1. ubi vid. Gronov. Conf. Wetstenium N. T. T. II. p. 648. Suidas: κατέσχον, προσωρμίσθησαν. Schol. Thucyd. IV. 54 et 57. κατασχόντες, προσορμίσαντες. — Hesych. κατέχειν κρατεῖν, κωλύειν, συνέχειν. Idem: κατασχεῖν κατακρατεῖν, κατοικεῖν.

ΚΑΤΗΓΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω. Generatim notat: *loqui contra aliquem*, et partim de *iis* usurpatur, *qui aliquem in foro accusant et deferunt apud judicem*, partim de *iis, qui aliquem in vita communi reprehendunt et facinoris reum agunt, aut criminantur*, ex κατὰ et ἀγορέω, vel ἀγορεύω *loquor*. Construitur non solum cum genitivo personæ, sed etiam cum genitivo rei, vel sine præpositione, (Luc. XXIII. 14. Act. XXIV. 8. coll. v. 13.) vel cum præpositione περὶ (v. c. περί τινος κατηγορεῖν τινος, Act. XXIV. 13.) et κατά. (κατηγορεῖν τινὸς κατά τινός. Xenoph. Hist. Gr. I. 7. 6. Act. XXIV. 8. XXV. 11.) Matth. XII. 10. ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ ut causam eum accusandi (seu criminandi, Isocrat. Panegyr. c. 36. pag. 93. edit. Mori) captarent. ibid. XXVII. 12. ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων. Marc. III. 2. XV. 3. κατηγόρουν αὐτοῦ πολλά. Luc. XI. 54. XXIII. 2, 10, 14. Joh. V. 45. ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς ipsa scripta Mosis vos reos agent, coll. v. 46. ibid. VIII. 6. Act. XXII. 30. XXIV. 2, 8, 13, 19. XXV. 5, 11, 16. XXVIII. 19. Rom. II. 15. τῶν λογισμῶν κατηγορούντων condemnabunt eos sensus officiorum naturales. Apoc. XII. 10. ὁ κατηγορῶν αὐτῶν pro αὐτούς. Sed vide varietatem lectionis. Sæpius non legitur in N. T. Etymol. M. κατηγορεῖν· λέγεται κοινῶς τὸ κατά τινος ἀγορεύειν. Phav. κατηγορῶ· τὸ παριστῶ. αἰτιατικῇ, ὡς τὸ, κατηγορεῖ σε ἡ θλῖψις μικρόψυχον. — Æque late patet substantivum

ΚΑΤΗΓΟΡΙ'Α, ας, ἡ, quod non solum de *accusatione coram judice*, sed etiam de *vituperio, criminatione* et *obtrectatione* usurpatur, a κατηγορέω. Luc. VI. 7. ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ ut haberent eum accusandi aut criminandi materiam. Joh. XVIII. 29. τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; quam accusationem affertis contra hunc hominem? 1 Tim. V. 19. Tit. I. 6. μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας qui vitæ dissolutæ non rei agi possunt. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. Anab. V. 8. 1. Hist. Gr. II. 1. 24.

ΚΑΤΗ'ΓΟΡΟΣ, ου, ὁ, *omnis, qui contra aliquem loquitur, ut eum facinoris reum faciat*, a κατηγορέω. Joh. VIII. 10. Act. XXIII. 30, 35. XXIV. 8. XXV. 16, 18. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Alex. Prov. XVIII. 17. 2 Macc. IV. 5.

ΚΑΤΗ'ΓΩΡ, ορος, ὁ, idem, et ab eodem. Semel legitur de diabolo Apoc. XII. 10. κατεβλήθη ὁ κατήγωρ (alii habent κατήγορος) τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν projectus, seu prostratus est accusator fratrum nostrorum. Diabolum homines coram Deo accusare, communis fuit Judæorum opinio, cujus vestigia jam reperiuntur in an-

tiquissimo carmine Jobi I. 6 seq. II. 1 seq. (adde Zach. III. 1, 2. et 1 Chron. XXI. 1.) unde Satanas et קְטֵיגוֹר, vel מְקַטְרֵג dicebatur, ut multis docuit Schœttgenius in Hor. Hebr. et Talm. T. I. p. 1121 seq.

ΚΑΤΗ'ΦΕΙΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *demissio vultus*, sive *ex mærore*, sive *ex pudore*, sive *ex utroque enata*, a κατηφέω *vultum demitto*, κάτω βάλλω τὰ φάη. Unde κατηφὴς *qui vultu demisso incedit, deorsum conjiciens oculos*, sive *ex mærore*, sive *ex pudore, tristis, pudibundus*, etiam *morosus*. Arrian. de Venat. VII. 2. ἔγνων κύνα, ἥτις οἴκοι μὲν κατηφὴς ἦν, καὶ οὐδενὶ τῶν πλησιαζόντων ἔχαιρεν. Sapient. XVII. 4. Vox κατηφιᾷν *vultum præ mærore dejicere* legitur apud Plutarch. T. VI. p. 453. ed. Reisk. 2) per metonymiam vel synecdochen: *mæror, tristitia, pudor, qui se exserit vultu ad terram demisso et defixo*. In N. T. tantum legitur Jacob. IV. 9. ἡ χαρὰ ὑμῶν εἰς κατήφειαν, sc. μεταστραφήτω, gaudium vestrum in tristitiam, cum pudore conjunctam, convertetur. Thucyd. VII. c. 75. κατήφειά τέ τις ἅμα καὶ κατάμεμψις σφῶν αὐτῶν πολλὴ ἦν. Plutarch. T. III. p. 684. ed. Reisk. Joseph. A. J. II. 6. 15. Homer. Iliad. ό, v. 498. κατηφείη καὶ ὄνειδος. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 675. Hesych. κατήφεια· στυγνότης, ὄνειδος, αἰσχύνη, αἰδὼς, ἀνία. Suid. κατήφεια· σκυθρωπότης. Etym. M. κατήφεια· ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν τοὺς ὀνειδιζομένους ἢ λυπουμένους· καὶ κατηφὴς· ὁ ὑπὸ αἰσχύνης κάτω νεύων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἤγουν ὁ αἰσχυνόμενος. — Hesych. κατηφέα· κατηφῆ, στυγνά· Suid. κατηφής· σκυθρωπός.

ΚΑΤΗΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *sono, insono, resono tanquam echo*, ex κατὰ et ἠχέω *sono*, quod est ab ἦχος *sonus*. Lucian. in Jove Tragœdo p. 150. καὶ διὰ τοῦτο μέτροις τε κατᾴδουσι, καὶ μύθοις κατηχοῦσι τοὺς ἀκούοντας. 2) *instituo, doceo*, et quidem usurpatur de qualibet institutione, non solum puerorum et tironum, sed etiam perfectiorum, viva voce pariter, ac litteris et exemplo. Sic v. c. Euseb. H. E. IV. 23. Dionysii, Corinthiorum Episcopi, epistolam ad Lacedæmonios scriptam ὀρθοδοξίας κατηχητικὴν vocat. In N. T. speciatim de institutione in religione christiana usurpatur. Luc. I. 4. ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν ut intelligeres, quam certa et explorata sint omnia, quæ edoctus fuisti. Act. XVIII. 25. οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου hic erat institutus in doctrina christiana. Rom. II. 18. κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου doctrinæ Mosaicæ haud ignarus. 1 Cor. XIV. 19. ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω ut alios imbuam quoque religionis christianæ scientia. Gal. VI. 6. κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι omni beneficiorum genere doctores vestros sublevate. Josephus in Vita sua c. 65. καὶ αὐτός σε πολλὰ κατηχήσω τῶν ἀγνοουμένων. Lucian. Asin. p. 110. καὶ εἶπε κατηχεῖν, ὅσα ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην. Vide plura apud J. C. Schwarzium in Monumentis ingeniorum T. III. p. 294. et Wetstenium N. T. T. I. p. 645. Hesych. κατηχήσω· οἰκοδομήσω, sine dubio respiciens ad locum 1 Cor. XIV. 19. Idem: κατηχούμενος· διδασκόμενος. qui locus pertinet ad Gal. VI. 6. Phavor. κατηχήθησαν· ἐδιδάχθησαν. 3) κατηχέομαι *fama edoceor, audio*, vel *percipio*. Act. XXI. 21. κατηχήθησαν περὶ σοῦ. Vulgatus: *audierunt de te*. ibid. v. 24. Salmasius de L. Hellen. p. 103. neminem scribit dixisse hoc sensu κατηχηθῆναι, excepto auctore de Fluminibus, qui libellus Plutarcho tribuitur. Plutarcho verbum restituit Hemsterhusius in Obss. Miscell. Amstelod. T. IV. p. 284. pariter ac Xenophonti Ephesio Lib. II. p. 23. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΤ' 'ΙΔΙ'ΑΝ, sc. χώραν, *privatim, separatim, seorsim*, vide in ἴδιος.

ΚΑΤΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *rubigine obduco*, seu *consumo*. Κατιόομαι, οῦμαι, *ærugine*, s. *rubigine vitior et corrumpor*, ex κατὰ et ἰόω idem, quod est ab ἰὸς *ærugo*, vel *rubigo, quæ metalla corrumpit et consumit*. Arrian. Diss. Epictet. IV. c. 6. ὡς ὁπλάρια ἐπικείμενα κατίωται. Semel in N. T. legitur Jacob. V. 3. ὁ ἄργυρος κατίωται argentum vestrum rubigine corruptum est et omnem fulgorem suum ac splendorem amisit. Hesych. κατίωται· ἐῤῥύπωται. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 677.

ΚΑΤΙΣΧΥ'Ω, fut. ύσω, *invalesco, prævaleo adversus aliquem, supero, vinco*, ex κατὰ et ἰσχύω *valeo, possum*. Construitur cum genitivo, vi præpositionis, ex qua compositum est. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XVI. 18. καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς et portæ inferni viribus non præpollebunt contra eam, non eam vincent et expugnabunt, h. e. in maximis ac præsentissimis periculis salvam eam præstabo et contra potentissimorum adversariorum impetus tuebor. Cf. Ps. IX. 14. CVII. 18. Iesaiam XXXVIII. 10. Luc. XXIII. 23. καὶ κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἀρχιερέων et vincebat eum tandem clamoribus populus, a pontificibus subornatus. Commode enim post κατίσχυον suppleri potest αὐτόν. Nam κατισχύειν τινὰ apud LXX 1 Paral. XXI. 6. notat *vim inferre alicui, molestum esse*, pro quo Inc. Int. ibid. formula ἰσχύειν ἐπί τινος usus est. In textu Hebraico legitur נִתְעַב. Dionys. Hal. VI. 87. IX. 46. Joseph. A. J. XVI. 3. 1. Polyb. III. 4. 6. XX. 5. 6.

ΚΑΤΟΙΚΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *habito, inhabito, incolo domum vel locum, domicilium habeo*, ex κατὰ et οἰκέω *habito*. Verbum hoc proprie *certum, fixum* ac *perenne domicilium* apud Græcos designat et opponitur τῷ παροικεῖν, quod *ad tempus alicubi manere ac commorari* significat. Interdum tamen etiam pro *commorari, hospitari* usurpatur (v. c. ap. LXX Gen. XLVII. 2. pro גּוּר, ubi cum κατοικεῖν in codd. permutatur). Aliquando per metalepsin significat: *habitandi gratia in aliquem locum migro, habitatum concedo*, ut sit i. q. nostrum: sich an einen ort setzen oder niederlassen, *to set one's self down in a place*. Construitur vel cum accusativo rei, vel cum præpositionibus εἰς, ἐν et ἐπί. Matth. II. 23. κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρὲτ habitacula posuit in urbe Nazareth. ibid. IV. 13. κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ habitatum concessit Capernaumum. Luc. XIII. 4. τοὺς κατοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλὴμ cives Hierosolymitanos. Act. I. 19, 20. II. 5. ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι convenerant autem tunc temporis Hierosolymæ multi proselyti, aut: multi Judæi hospites, coll. II. 10. et 1 Regg. XVII. 20. ibid. v. 9 et 14. etc. Hebr. XI. 9. de *tentoria incolentibus* usurpatur. Κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς Act. XVII. 26. est *mortalem, terrigenam, terræ incolam esse*. In Apocalypsi autem III. 10. VI. 10. VIII. 13. XIII. 8, 14. οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς sunt adversarii J. C. et ejus sectatorum, quatenus, ut κόσμος in apostolorum scriptis, opponuntur veris christianis, qui sunt cœlicolæ. 2) metaphorice: *declaro et manifesto præsentiam meam quocunque modo*, et sic tribuitur a) *diabolo, hominem obsidenti, eumque*, ex opinione Judæorum, *variis modis vexanti*. Matth. XII. 45. Luc. XI. 26. b) *Deo*, ad

innuendam *gratiosam ejus præsentiam,* ob quam Judæi credebant, eum habitare, quasi throno insidentem, in templo Hierosolymitano. Matth. XXIII. 21. Hinc, quando Act. VII. 48. et XVII. 24. negatur, *Deum habitare in templis manufactis,* recte docetur, nullo loco circumscribi numen divinum adeoque falli Judæos, qui numen cœlo aut templo contineri et a reliquis locis remotum esse somniabant. Epist. Barnab. Cap. 16. p. 49. Tom. I. Patr. Apostol. ed. Cotelerii: διὸ ἐν τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. c) *Christo,* qui Ephes. III. 17. dicitur κατοικεῖν ἐν ταῖς καρδίαις τῶν ἀνθρώπων quatenus ejus præcepta et exemplum semper obversantur animis hominum, eorumque actiones dirigunt omninoque vim suam salutarem inter homines exserunt. d) *sensibus animi,* quibus aliquis instructus est, certe esse debet. Jacob. IV. 5. πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ὑμῖν invidiæ repugnant sensus christiani, quibus vos instructi esse debetis. e) *cœtui christianorum,* qui Coloss. I. 19. et II. 9. dicitur κατοικεῖν ἐν Χριστῷ h. e. in et sub Christo contineri, ita, ut Christus sit caput omnis ecclesiæ ejusque salutis causa perpetua. Confer sub πλήρωμα. f) *justitiæ,* seu *pietati et integritati,* quæ tradente Petro II. Ep. III. 13. aliquando habitabit in novo cœlo atque in nova terra, ut adeo jure nostro sperare possimus, cœlestem illam felicitatem, quæ nos post mortem manet, non solum fore summam et perennem, sed etiam sic comparatam, ut peccatum absit et malorum societas.

ΚΑΤΟΙ'ΚΗΣΙΣ, εως, ἡ, *habitatio, commoratio, domicilium,* sive *sit certum, fixum ac perenne,* sive *temporarium,* a κατοικέω. Formula κατοίκησιν ἔχειν ponitur pro κατοικεῖν, et notat *habitare, commorari.* Marc. V. 3. κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς μνημείοις solebat in sepulcris habitare. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro מוֹשָׁב Genes. X. 30. 2 Sam. IX. 12. et שֶׁבֶת 2 Chron. VI. 21. adhibuerunt. Plutarch. Tom. III. p. 62. ed. Reisk.

ΚΑΤΟΙΚΗΤΗ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *domicilium, habitaculum,* ab eodem. Bis tantum in N. T. legitur. Ephes. II. 22. κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι, pro πνευματικὸν, i. q. ναὸς ἅγιος ἐν Κυρίῳ, v. 21. templum Dei spirituale, h. e. cœtus, Deo sacer, qui Deum pie et sancte colit et a Deo vicissim amatur et beneficiis afficitur. Conf. infra sub ναός. Apoc. XVIII. 2. Babylon dicitur facta κατοικητήριον δαιμόνων domicilium dæmonum, h. e. *deserta, devastata et desolata,* nam dæmones locis desertis delectari a Judæis credebantur. Alex. pro מָעוֹן 2 Chron. XXX. 27. שֶׁבֶת Exod. XV. 17. et מוֹשָׁב Exod. XII. 20. posuerunt.

ΚΑΤΟΙΚΙ'Α, ας, ἡ, *habitatio, domus, domicilium, habitaculum,* ab eodem. Polyb. V. 78. 5. XXXI. 2. 1. Plutarch. T. V. p. 128. ed. Reisk. In N. T. tantum extat Act. XVII. 26. τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν certos fines regionum, quas inhabitent. Sed alii interpretes κατοικίαν de *ipsa vita humana in his terris* interpretantur, cujus spatia Deus ita definivit, ut nemo sibi ea possit propagare. Certe Arabicum عُمْر, quod in Hist. Elmacini sæpius occurrit, *tempus vitæ* notat.

ΚΑΤΟΠΤΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *repræsento aliquid tanquam in speculo alteri,* seu *imagino,* qua voce Gellius usus est in Noct. Att. XVI. 18. a κάτοπτρον *speculum.* Medium κατοπτρίζομαι *me ipsum intueor in speculo, me, aut aliquid tanquam in speculo intueor,* i. q. ἐσοπτρίζομαι, seu ὁράω ἐμαυτὸν ἐν ἐσόπτρῳ, vel κατόπτρῳ, quod legitur apud Ælian. V. H. XII. 1. Artemidorus II. 7. κατοπτρίζεσθαι δὲ καὶ ὁρᾷν τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα ὁμοίαν ἐν κατόπτρῳ. Diog. Laërt. II. 33. de Socrate: ἠξίου δὲ καὶ τοὺς νέους συνεχῶς κατοπτρίζεσθαι. ibid. III. 39. de Platone: τοῖς μεθύουσι συνεβούλευε κατοπτρίζεσθαι. Alia exempla, huc pertinentia, habet Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 68. p. 301. I. H. a Seelen in Meditatt. Exeg. P. I. p. 160. et Wetstenius N. T. T. II. p. 185. 2) *clare et distincte aliquid perspicio et cognosco.* Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. III. 18. ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι nos autem, retecta facie, clare et distincte, tanquam in speculo, gloriam Domini perspicimus, probe consideramus et diligenter observamus. Plutarch. T. VI. p. 659. ed. Reisk. ὥσπερ ἐν κατόπτροις, καθαρῶς κ. τ. λ. Alii vero, conferentes locum 1 Cor. XIII. 12. vertere malunt: *ex parte tantum cognoscimus majestatem Christi.* Hesych. κατοπτρίζεται· ἐν αἰσθήσει φαντάζεται ἢ ὁρᾷ. Conf. L. Bos. in Exercitt. Philol. in N. T. p. 156. et Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 142.

ΚΑΤΟ'ΡΘΩΜΑ, τος, τὸ, *quodvis factum præclarum et perfectum, res feliciter et prospero successu gestæ,* speciatim *res, bello et pace præclare et feliciter gestæ,* a κατορθόω, quod Græcis est: *res bene et præclare gerere, felici successu uti,* maxime *in bello.* Ælian. V. H. XI. 9. Xenoph. Mem. III. 1. 3. et Hist. Gr. VI. 4. 8. et ex adjuncto: *vincere, victorem evadere,* apud Polybium Hist. II. 70. Ælian. V. H. V. 10. In N. T. tantum legitur Act. XXIV. 2. καὶ κατορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας quod contigit huic genti, ut multa feliciter et præclare gererentur per tuam prudentiam. Sic Diod. Sic. XVII. 51. Philippum inter deos relatum narrat διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἐν ταῖς πράξεσιν κατορθωμάτων ob magnitudinem rerum, ab ipso præclare, prudenter et feliciter gestarum. Plutarch. T. VI. p. 676. ed. Reisk. Thom. M. κατορθῶσαι· ἐπὶ πολέμου, καὶ τῶν τοιούτων κ. τ. λ. ubi videndi sunt interpretes. Cf. etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 618. et J. Chr. Th. Ernesti Lexicon Technologiæ Græcorum Rhetoricæ p. 177.

ΚΑ'ΤΩ. Adverbium loci pariter ac temporis, notans: 1) *deorsum, in inferiorem locum,* ita, ut motum ad locum significet. Matth. IV. 6. βάλε σεαυτὸν κάτω mitte te ipsum deorsum. Luc. IV. 9. Joh. VIII. 6, 8. κάτω κύψας sese inclinans, seu inclinatus. Act. XX. 9. 2) *infra, inferne, inferius.* Marc. XIV. 66. ὄντος τοῦ Πέτρου ἐν τῇ αὐλῇ κάτω cum Petrus esset in aula inferius; ubi tamen κάτω plane redundat. Act. II. 19. σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω opponuntur τοῖς τέρασι ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω. 3) Adjectivi significationem obtinet, si construitur cum præpositione aut adverbio, præpositionis vicem sustinente. Matth. XXVII. 51. ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω a summa inde parte usque ad imam. Marc. XV. 38. Joh. VIII. 23. ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω (sc. μερῶν) ἐστὲ, i. q. in sequentibus: ὑμεῖς ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἐστὲ, h. e. vos, quia terreni estis, sentitis et agitis, ut solent homines terreni, nec mihi, e cœlo profecto, et divina loquenti, fidem habetis. Eadem phrasi loquitur Thucyd. I. § 120. 4) est adverbium temporis: *inferius, paulo infra.* Matth. II. 16. ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω et infra istam ætatem. Sic apud Ælian. V. H. III. 17. καὶ ἔτι κάτω τοῦ χρόνου. ib.

V. 13. Diod. Sic. I. p. 4. nemo historiam duxit *κατωτέρω τῶν Μακεδονικῶν καιρῶν*. In Prolog. Sirac. ab initio: *οὗτος οὖν ἐν χρόνοις κάτω γέγονεν*. Eodem modo etiam *ἄνωθεν* haud raro de tempore usurpatur. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alexandrina respondet *τῷ* מַטָּה et לְמַטָּה Deut. XXVIII. 43. Cohel. III. 21. כְּתַחַת Exod. XX. 4. Deut. IV. 39. V. 8. et תַּחְתִּי *inferior*, Deut. XXXII. 22. Jos. XV. 19.

ΚΑΤΩ'ΤΕΡΟΣ, *α*, *ον*, *inferior*, comparat. a *κάτω* *infra*. Semel in N. T. legitur Ephes. IV. 9. de Christo, qui *κατέβη εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς*, h. e. descendit in has terras, seu homo factus est. Ex usu enim loquendi Hebræorum per *τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς*, quæ h. l. *τῷ ὕψος*, h. e. *cœlo* opponuntur, *ipsa terra*, *quam inhabitamus*, intelligenda est. Respondet autem formulæ Hebraicæ תַּחְתִּיּוֹת הָאָרֶץ quæ apud Ies. XLIV. 23. *τῷ* שָׁמַיִם opponitur. Conf. Fischeri Prolus. II. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 6 seq. Zonaras Lex. col. 1163. *κατώτερα μέρη τῆς γῆς. τὸν θάνατον λέγει ἀπόστολος.* *Τὰ κατωτάτω* pro *terra* quoque habent secundum Hexapla *ἕτερα ἀντίγραφα* Job. XXXVII. 12.

ΚΑΤΩΤΕ'ΡΩ. Adverbium, *infra*, *inferius*. Vide sub *κάτω*.

ΚΑΥ͂ΜΑ, *τος*, *τὸ*, *ardor*, *æstus*, *calor nimius*, sive *sit ignis*, sive *solis*, a *καίω* *uro*, *ardeo*. Apoc. VII. 16. *οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα*, ubi tamen, quia sermo est de futura piorum conditione felicissima, *καῦμα* metaphorice omnis generis molestias et afflictiones hujus vitæ significabit. Conf. Glassii Philol. Sacr. p. 1058. ed. Dathii. Simili ratione idem vocabulum accipiendum est per contextam orationem in altero loco, ubi occurrit, Apoc. XVI. 9. *καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα*. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. *καῦμα· κατάκαυμα, ἢ θῦμα, ἢ πύρωσις*. Xenoph. Symp. II. 18. Anab. I. 7. 6. Plutarch. T. VI. p. 502. ed. Reisk.

ΚΑΥΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, 1) *æstu aduro et affligo*, *ardore tango*, et proprie est *ignis*, vel *solis*, de quo usurpatur Matth. XIII. 6. *ἡλίου δὲ ἀνατείλαντος ἐκαυματίσθη* et sole exorto ardore tacta aut torrefacta (Columella XII. 15. 3.) sunt. Marc. IV. 6. Arrian. Diss. Epictet. I. 6. 26. Plutarch. T. VI. p. 378. et T. VIII. p. 760. ed. Reisk. 2) metaphorice: *excrucio*, *miseriis obruo*, *calamitatibus afficio*. Apoc. XVI. 8. *καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρί*. ib. v. 9. *καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα*. Vide sub *καῦμα*. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΥ͂ΣΙΣ, *εως*, *ἡ*, *ustio*, *exustio*, *crematio*, a 2 pers. perf. pass. *κέκαυσαι*, verbi *καίω* *uro*, *ardeo*. Semel in N. T. legitur Hebr. VI. 8. *ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν* cujus finis vel exitus est, ut comburatur: ubi *καῦσις* eam exustionem significat, quæ fit ad emendandos agros, de qua Virgilius cecinit Georg. I. v. 84 seq. In versione Alexandrina ponitur pro מוֹקְדָה Levit. VI. 9. Chald. יְקֵדָה Dan. VII. 11. et בָּעַר Ies. IV. 4. XL. 16. et in fragmentis Symmachi occurrit Ies. IX. 8. pro שְׂרֵפָה. Plutarch. T. VI. p. 481. ed. Reisk. De æstu, qualis æstatis tempore esse solet, pro Hebr. קַיִץ *καῦμα* legitur apud LXX Prov. X. 5.

ΚΑΥΣΟ'Ω, *ῶ*, fut. *ώσω*, *ardore infesto*, *inflammo*, *accendo*, a *καῦσις* *exustio*. Bis tantum legitur in N. T. 2 Petr. II. 10. *στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται* elementa vero igne destruentur. ibid. v. 12. *καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται* et elementa præ æstu liquescent.

ΚΑΥ'ΣΩΝ, *ωνος*, *ὁ*, *æstus*, maxime *solis*, ab eodem, i. q. *καῦμα*. Athenæus III. p. 73. B. Matth. XX. 12. *τοῖς βαστάσασι τὸ βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα* qui per totum diem labore æstuque solis defatigati sumus. Luc. XII. 55. *ὅτι καύσων ἔσται* æstus futurus est, seu instat tempestas fervida. Jacob. I. 11. *ἀνέτειλε ὁ ἥλιος σὺν τῷ καύσωνι*, ubi tamen *καύσων* de vento, admodum arido atque urente, explicari potest, ex usu loquendi versionis Alexandrinæ, in qua *καύσων* Hebraico קָדִים *eurus*, *ventus orientalis*, respondet. Hos. XII. 1. Joh. IV. 8. Ezech. XIX. 12. qua ipsa voce in eadem re usus quoque est Aquila Genes. XLI. 6. Theodotion Ies. XXVII. 9. et Symmachus Exod. X. 13.

ΚΑΥΤΗΡΙΑ'ΖΩ, fut. *άσω*, *cauterio noto*, *inustione notam imprimo*, etiam *urendo amputo vel reseco*. *Καυτηριάζομαι* *cauterio*, seu *ferro candenti amputor*, *resecor*, etiam *cauterio notor*, a *καυτήριον*, quod, ut *καυτὴρ*, *instrumentum chirurgicum* significat, *quo putridæ carnes aduruntur et amputantur*, interdum adeo de *ipso stigmate inusto* adhibetur. Jam, quia non solum facies et aliæ corporis partes hominum sceleratorum stigmatibus insigniebantur, ut notas turpis ac flagitiosæ vitæ haberent, factum est, ut *καυτηριάζεσθαι* etiam metaphorice significaret, *male sibi conscium esse*, et de omnibus adhiberetur, qui sunt gravissimis sceleribus ac flagitiis dediti ac notati, omnemque pudorem exuerunt. Nec est hæc notio plane aliena a loco 1 Tim. IV. 2. ubi commemorantur homines *κεκαυτηριασμένοι* (*κατὰ*) *τὴν ἰδίαν συνείδησιν*, h. e. ut vulgo interpretantur: *quorum conscientia notas turpis vitæ inustas habet*, *ὧν τὸ συνειδὸς ἀνεξαλείπτους ἔχει τοὺς καυτῆρας τοῦ ῥυπαροῦ βίου*, seu, ut verbis utar Ciceronis de Officiis III. c. 21. qui conscientiæ labes et vulnera in animo habent. Hesychius quoque, ad h. l. sine dubio respiciens, habet: *κεκαυτηριασμένοι· (βεβασανισμένοι) μὴ ἔχοντες τὴν συνείδησιν ὑγιῆ*. Sed magis tamen arridet mihi explicatio hujus loci, a Reitzio ad Lucian. T. I. p. 645. proposita, qui mavult hæc apostoli verba de *obduratione animorum* et *calli quasi obductione* istorum hominum interpretari, ita, ut metaphora desumta sit a medicis, partem aliquam corporis putrem ferro candenti resecantibus et amputantibus, aut ulcera adurentibus. Jam, quia membrum, cauterio adustum, omni sensu privatur, *καυτηριάζεσθαι*, metaphorice sumtum, eleganter significat: *dedoluisse* et ad *obstinationem*, *torporem* et *sensum conscientiæ victum* et *plane exstinctum* transfertur. — Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 335.

ΚΑΥΧΑ'ΟΜΑΙ, *ῶμαι*, fut. *ήσομαι*, 1) proprie: *glorior*, *inanis gloriæ cupidus sum et ostentator*, *vano ore me jacto*, *arrogo mihi aliquid*, ab *αὐχέω* *glorior*, proprie: *elata cervice me jacto*, ab *αὐχὴν* *cervix*. Ponitur autem vel simpliciter, vel construitur cum *ἐν*, *περὶ*, *ὑπὲρ*, *κατὰ*, vel, omisso *κατὰ*, cum accusativo solo, ut exempla sequentia satis quemque docebunt. 1 Cor. I. 29. *ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*, h. e. ne quis sibi, suæ sapientiæ, doctrinæ, nobilitati ac potentiæ tribuat, quod est merum beneficium divinum. 2 Cor. X. 15. *οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι ἐν ἀλλοτρίοις κόποις* non extra terminos meos gloriolam quæro ex aliena opera. ibid. XI. 12. 1 Cor. IV. 7. *τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών;* ubi

καυχᾶσαι contractum est ex Ionico καυχάεσαι, pro quo etiam dicitur, extruso ε Ionice, καυχάσαι, quod Attice contrahitur in καυχᾷ et καυχᾷ. Galat. VI. 13. ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται ut glorientur, quod vos ad religionem Judaicam observandam incitaverint. Ephes. II. 9. Jacob. IV. 16. νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν. Præterea in deteriorem partem sumitur hoc verbum quoque Rom. II. 17, 23. 1 Cor. III. 21. 2 Cor. V. 12. τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους qui unice rebus externis gloriantur. ibid. X. 13, 16. XI. 18. 2) bono sensu: *prædico aliquid de me et aliis, laudo, celebro.* 2 Cor. IX. 2. ἣν (sc. προθυμίαν) ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδόσιν quam promptitudinem vestram laudare soleo Macedonibus. ibid. VII. 14. εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι, οὐ κατῃσχύνθην. ib. X. 13. XI. 16, 18, 30. coll. v. 31. XII. 1, 5, 6, 9, 11. 2 Thess. I. 4. 3) *gaudeo, lætor.* Rom. V. 2. καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, v. 3 et 11. 1 Cor. I. 31. ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω qui gaudet de sua felicitate, is eam beneficio divino debere gratus agnoscat et profiteatur. 2 Cor. X. 17. ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω qui sibi in aliquo placere vult, in eo placeat sibi, quod Christi causa laboret. Galat. VI. 14. Phil. III. 3. καυχώμενοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ spem et fiduciam nostram in J. C. ponentes, nam opponuntur τοῖς πεποιθόσι ἐν σαρκί. 4) ex adjuncto: *sæpe et diligenter cogito.* Jacob. I. 9, 10. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΑΥ'ΧΗΜΑ, τος, τὸ, 1) *gloriatio, jactantia, jactatio,* a καυχάομαι *glorior.* 1 Cor. V. 6. οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν inanis est gloriatio vestra. Sed possent etiam ita reddi hæc verba: non est hæc honesta gloriandi materia. 2) *laus, celebratio, prædicatio,* et ex adjuncto: *gaudium, lætitia.* Nam in vers. Alex. respondet Hebr. תְּהִלָּה Deut. X. 21. XXVI. 19. Jer. LI. 41. et חֶדְוָה *lætitia, gaudium,* 1 Chron. XVI. 27. 2 Cor. V. 12. ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν ut vobis materiam de me lætandi, aut laudes meas prædicandi præbeam. ibid. IX. 3. ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κενωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ ne laus, qua vos hanc ob rem impertii, vana et ficta reperiatur. coll. v. 2 et 3. Phil. I. 26. II. 16. 3) *materia gloriandi et gaudendi, id, de quo gloriari et gaudere posse nobis videmur.* Rom. IV. 2. ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν Θεὸν, sc. ἔχει καύχημα, haberet, de quo gloriari jure suo posset, sed profecto non habet id, quod vobis per Deum affirmo. 1 Cor. IX. 15. ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ quam ut eripiatur mihi gloriandi materia, quod nempe gratis vos docuerim. ibid. v. 16. 2 Cor. I. 14. Galat. VI. 4. καὶ τότε εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ καύχημα ἕξει, καὶ οὐκ εἰς τὸν ἕτερον ut jure sibi de sua virtute gratulari possit, aliis tamen sibi non postpositis. Hebr. III. 6. καύχημα τῆς ἐλπίδος spes lætissima. Sæpius non legitur in N. T. Simili tamen sensu usurpatur 1 Paral. XXIX. 11. Prov. XVII. 6.

ΚΑΥ'ΧΗΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *gloriatio, jactantia, jactatio,* ab eodem. Attici scriptores καύχην scribere solent, teste Schol. Pindari Nem. IX. 17. Jacob. IV. 16. νῦν δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν, πᾶσα καύχησις τοιαύτη πονηρά ἐστι nunc vero gloriamini pro vestra arrogantia, omnis talis gloriatio prava est. 2) *laus, celebratio,* et ex adjuncto: *gaudium, lætitia.* 2 Cor. VII. 4. πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν multum gaudeo vestri causa. ibid. v. 14. ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου ἀλήθεια ἐγενήθη. VIII. 24. τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἡμῶν καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε demonstrate re ipsa, laudem, qua vos condecoravi, esse verissimam. 2 Cor. IX. 4. XI. 10, 17. 1 Thess. II. 19. 3) *materia gloriandi et lætitiæ.* Rom. III. 27. ποῦ οὖν ἡ καύχησις; i. q. v. 9. τί οὖν προεχόμεθα; ibid. XV. 17. 1 Cor. XV. 31. νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν i. q. τὴν ἐξ ὑμῶν aut περὶ ὑμῶν quam ex vobis habeo, cujus vos materia estis. Conf. Baueri Philol. Thucyd. Paul. p. 11. 2 Cor. I. 12. ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ hac autem de re maxime lætor. Sic καύχησις interdum *felicem statum, prosperum rerum successum,* tanquam *causam lætitiæ et gaudendi materiam* significat, v. c. Sirac. I. 23. πλατύνει δὲ καύχησις τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν summa autem est verorum Dei cultorum felicitas. Per eandem metonymiam εὐφροσύνη *lætitiæ et gaudii objectum ac materiam,* Sirac. II. 7. IV. 13, 14. χαρὰ *ipsam felicitatem, lætitiæ fontem,* Luc. II. 10. et פַּחַד *ipsum malum, quod metuitur,* Prov. III. 25. interdum etiam *Deum* notat, ut Gen. XXXI. 53. qui etiam Syris ܕܚܠܬܐ dicitur Ps. XXXI. 7.

ΚΑΦΑΡΝΑΟΥ'Μ, ἡ, *Capharnaum.* Urbs Galilææ in finibus Zabulon et Naphtali, et quidem maritima, sita ad lacum Tiberiadis, quæ vulgo Καπερναοὺμ dici solet, quod vide supra. Sed scriptura Καφαρναοὺμ, quæ non solum in haud paucis codicibus Matth. IV. 13. sed apud Epiphanium quoque l. II. adv. hær. p. 437. Hieronymum, Nonnum in paraphrasi Johannis, Veterem Mat. XI. 23. aliosque reperitur, ad Hebraicum כפר נחום magis accedere videtur. Conf. H. Relandi Palæst. p. 682 seq. Alberti ad Glossarium Gr. N. T. p. 40. ac Griesbachii commentarium criticum in textum Græcum N. T. Part. I. p. 40.

ΚΕΓΧΡΕΑΙ', ῶν, αἱ, *Cenchreæ.* Nomen urbis et portus Corinthiaci, orientem spectantis versus Asiam, in isthmo Peloponnesi, ampli Corinthiorum emporii. Cf. Plinii H. N. IV. c. 4. Wetstenii N. T. T. II. p. 96. et Cellarii Geographiam Plen. L. II. c. 13. s. 13. § 401. p. 951 seq. Nomen videtur ortum a κέγχρος *milium, legumen,* quod circa eum locum illud copiose cresceret. Strabo L. VIII. p. 582. Κεγχρεαὶ κώμη καὶ λιμὴν, ἀπέχων τῆς πόλεως ὅσον ἑβδομήκοντα στάδια. Τούτῳ μὲν χρῶνται πρὸς τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας· πρὸς δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἰταλίας τῷ Λεχαίῳ. Bis tantum in N. T. occurrit. Act. XVIII. 18. κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς caput totonderat Cenchreis. Rom. XVI. 1. De varia scriptione hujus nominis apud veteres Κεγχρεαὶ et Κεγχρειαὶ vide præter Thom. M. pag. 520. edit. Bernard. Wassium ad Thucyd. VIII. c. 10.

ΚΕ'ΔΡΟΣ, ου, ἡ, *cedrus,* ab Hebraico קָטַר *adolevit, suffivit.* Est enim arbor odorata, ὀζώδης, ut vocatur a Theophrasto in Hist. Plant. III. c. 12. *Olentem* et *odoratam* eam vocat Virgil. Georg. III. 4. 14. Æn. XI. 137. Cf. et Dioscoridem l. 106. et Homerum Odyss. ε', 59—61. Uberiorem cedrorum, maxime Libani, descriptionem debemus C. J. Trewio, qui scripsit Cedrorum Libani historiam duobus tomis Norimb. 1757 et 1767. 4. — Semel hæc vox in N. T. reperitur Joh. XVIII. 1. ubi in haud paucis impressis libris legitur πέραν τοῦ χειμάῤῥου τῶν κέδρων trans fluvium cedrorum. Sed lectionem hanc falsam esse et τοῦ Κεδρὼν legi debere, omni nunc dubio caret.

ΚΕΔΡΩ'Ν, ῶνος, ὁ, *Cedron.* Nomen Hebraicum declinabile (Josephus B. J. V. 6. 1.) cujusdam torrentis, e monte prope Hierosolymam defluentis versus ortum et per vallem ejusdem nominis (Joseph. B. J. V. 2. 3. et 12. 2. A. J. VII. 1. 5.)

inter duos montes delabentis in mare mortuum. Hebr. dicitur קִדְרוֹן a קָדַר *nigrescere*, et nomen habebat a nigro colore, tum ab umbrosa et obscura valle, per quam decurrebat, tum ab arborum copia, quibus obumbratus fuit, tum denique a limo et sordibus, quæ ex montibus et urbe Hierosolyma in illum profluebant. Semel tantum in N. T. commemoratur Joh. XVIII. 1. ubi Jesus e domo, in qua epulas paschales celebraverat et cœnam sacram instituerat, egressus dicitur πέραν τοῦ χειμάῤῥου τοῦ Κεδρῶν, Vulgatus: *trans torrentem Cedron.* Ita enim lectionem vulgarem τοῦ χειμάῤῥου τῶν κέδρων *fluvii, ad quem cedri plantatæ erant*, emendandam esse, jam recte judicarunt viri rei criticæ peritissimi. Non enim gaudent cedri locis humilibus et profundis, sed siccis et montanis, teste Plinio H. N. XVI. 18. Eadem tamen lectionis varietas reperitur quoque in versione Alex. 2 Sam. XV. 23. 2 Reg. XXIII. 6. Conf. P. Zornii Opuscula Sacra P. II. p. 103.

ΚΕΙ'ΜΑΙ, fut. κείσομαι, 1) proprie: *positus sum in aliquo loco, jaceo, situs sum*, etiam *repositus, reconditus sum*, et præsertim de rebus usurpatur, quæ ordinis rationis habita collocantur, a κέω *cubo*. Matth. III. 10. ἤδη ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται securis jam imminet seu instat arboris radicibus. ibid. V. 14. πόλις ἐπάνω ὄρους κειμένη urbs, in monte sita. ibid. XXVIII. 6. ἴδετε τὸν τόπον, ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος spectate locum, ubi jacebat Dominus. Luc. II. 12. κείμενον ἐν φάτνῃ. v. 16. III. 9. XII. 19. ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλὰ habes multa bona reposita. coll. Homer. Iliad. α', 124. ibid. XXIII. 53. Joh. II. 6. ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι aderant autem ibi sex hydriæ lapideæ positæ. ibid XI. 41. XIX. 29. XX. 5, 6, 7, 12. ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ. Etiam apud Græcos scriptores κεῖσθαι est verbum proprium de mortuis et vel nude positum notat *sepultum esse, jacere in sepulcro*, v. c. apud Plutarch. vit. Romuli c. 5. Hinc κείμενος, ut apud Latinos *situs* (Gellius N. A. XX. c. 2.) et *jacens* (apud Silium Ital. L. XVI. c. 310.), *mortuus*, seu *cadaver* dicitur. Ælian. V. H. I. 16. XII. 21. XIII. 1. Thucyd. II. 43. Herodot. II. 127. Confer Nicolai de Luctu Græcorum cap. XV. p. 220 seq. et Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 282. Joh. XXI. 9. 1 Cor. III. 11. 2 Cor. III. 15. Apoc. IV. 2. XXI. 16. 2) metaphorice, i. q. εἰμὶ ac ὑπάρχω (Tryphiodor. v. 286. Theætet. Epigr. I. v. 2. T. II. Anthol. Gr. p. 227. ed. Jacobs. quem vide in Anim. T. I. P. I. p. 327.), et *statum ac conditionem alicujus rei*, aut *constitutionem in certo statu ac conditione* significat. 1 Joh. V. 19. ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται admodum multi vitiositati dediti sunt; sive enim vocem πονηρῷ de diabolo, accommodate ad Judæorum opiniones, interpreteris, sive de *vitiositate humana* explices, concessa præterea ambiguitate quadam in formula ὅλος ὁ κόσμος, quæ æque commode de *hominum multitudine* ac de *gentilium turba* explicari potest, tamen manet hoc, κεῖσθαι ἐν τινὶ significare, *totum in aliqua re esse, prorsus alicui deditum, in alicujus potestate esse*, ut satis docuit Raphelius in Obss. Polybianis p. 714 seq. Formula κεῖσθαι εἰς τί de *eo* adhibetur, *quod futurum est*, aut *destinatum est alicui rei.* Luc. II. 34. οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ hic ex voluntate et permissione divina erit causa miseriæ ac felicitatis multorum Judæorum. Philipp. I. 17. ὅτι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου κεῖμαι demandatam mihi esse provinciam defendendi religionem christianam. 1 Thess. III. 3. ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα hanc esse communem omnium christianorum sortem, coll. 2 Tim. III. 12. Adde 2 Macc. IV. 11, 31. τῶν ἐν ἀξιώματι κειμένων. Eurip. Phœn. v. 1666. ἐν οἵοις κείμεθ', ἆθλοι, κακοῖς. 3) de legibus: *publice proponor, promulgor, feror.* Nam leges latæ in loco publico proponebantur, ut adiri et ab omnibus cognosci possent. 1 Tim. I. 9. ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται insonti legem non scriptam esse. Lysias Orat. VI. p. 107. ed. Taylor. ὡς καθήρηται ὁ περὶ αὐτοῦ κείμενος νόμος. Thucyd. II. 37. ὅσοι δὲ (νόμοι) ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀδικουμένων κεῖνται. Ælian. V. H. II. 7. IV. 4. Conf. de Rhœr ad Porphyr. Lib. I. p. 46. et G. T. Suringar Observatt. ad selectas quasdam Solonis leges (Fran. 1781.) p. 3. Usurpatur κεῖσθαι apud Græcos etiam de aliis rebus, publice propositis, v. c. de præmiis, apud Thucyd. II. 46. — Phavor. κεῖται· λαμβάνεται καὶ ἐπὶ τοῦ τεθάφθαι — νοεῖται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τεθνηκέναι — εὕρηται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ἐστίν. Hesych. κεῖται· ἀεὶ ἐπὶ κακοῦ τίθεται τοῦτο ἢ θανάτου ἢ ἀπραξίας.

ΚΕΙΡΙ'Α, ας, ἡ, *fascia quælibet major, fascia, vinculum*, etiam *involutio, quæ fit fasciis.* Suid. κειρία· ἡ σπαργάνωσις. Gloss. Vet. κειρία· σειραί. Etym. M. κειρία σημαίνει τὰ σχοινία, δεσμά., Sic v. c. Prov. VII. 16. in vers. Alex. genus quoddam lororum, quibus lecti subtendi solent, κειρίαι vocantur. Etym. M. κειρία· σημαίνει τὸ σχοινίον τὸ δεσμεῦον τὴν κλίνην. Phavorinus ex Suida, aut potius e Schol. Aristoph. ad Aves v. 817. κειρία· εἶδος ζώνης ἐκ σχοινίων, παρεοικὸς ἱμάντι, ᾗ δεσμοῦσι τὰς κλίνας. Insigniuntur etiam hoc nomine *fasciæ, quibus infantes involvi solent.* Κατ' ἐξοχὴν vero ita dicuntur *fasciæ sepulcrales*, (τὰ ὀθόνια) *quibus apud Judæos mortui ad morem infantum nostrorum inde a collo usque ad pedes vincti erant*, quæ etiam κηρίαι vocantur, a κὴρ *mors, fatum.* Etym. M. κειρία· τὰ ἐντάφια δεσμά. Phavor. οἱ ἐπιτάφιοι δεσμοί. Hesych. κειρίαι· ἐνειτυλιγμένα ἐπιθανάτια. Sic semel in N. T. legitur Joh. XI. 44. δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις pedes manusque vinctus fasciis sepulcralibus. Confer Cuperi Observatt. II. 9. Chifletii tr. de linteis sepulcralibus J. C. c. 6. et 7. le Moyne ad Varia Sacra p. 298. et Wetstenii N. T. T. I. p. 918.

ΚΕΙ'ΡΩ, fut. κερῶ, *tondeo, rado, abrado alterum*, et proprium est *tonsoris*, ut vel ex Julii Pollucis Onom. II. s. 33. p. 169. apparet. Act. VIII. 32. καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος et sicut agnus coram tondente, sc. mutus. Hebr. לִפְנֵי גֹזְזֶיהָ Ies. LIII. 7. Medium κείρομαι duplicem habet notionem. Est enim vel *me tondeo*, vel *curo me tondendum*, seu *præbeo me alteri tondendum*, et proprie de *capite* dicitur, unde etiam nonnunquam vox κεφαλὴ, aut κόμη, aut simile vocabulum additur. De tonsura barbæ legitur apud Ælianum V. H. III. 19. Sic autem bis legitur in N. T. Act. XVIII. 18. κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς Aquila, qui raserat, vel radendum curaverat caput suum Cenchreis, (Hebr. בְּגַלְּחוֹ אֶת־רֹאשׁוֹ 2 Sam. XIV. 26. Adde Job. I. 20.) ex more scilicet eorum, qui votum Nasiræatus in se susceperant, cui qui obnoxii erant, non se ipsi tondebant, sed a sacerdote tondebantur. Vide Num. VI. 18. et Sam. Petiti Var. Lect. c. 3. 1 Cor. XI. 6. εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειράσθω etenim si non velatur mulier, etiam se tondendam curet vel præbeat. Sequitur: εἰ δὲ αἰσχρὸν

γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω si vero turpe est mulieri caput suum tondendum, aut abradendum præbere, operiatur. Pœna scilicet olim erat meretricum et adulterarum, ut raso capite et abscissa coma incederent, ut recte docuerunt interpretes Petronii cap. 103. et Barthius ad Claudianum p. 1186. Lectu digna de hac voce habet Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 70. p. 307. et Strodtmannus in Sylloge I. Differentiarum Græcarum § 10. in Miscell. Nov. Lips. Vol. VII. p. 659. Hesych. κείρει· τέμνει.

ΚΕ'ΛΕΥΣΜΑ, ατος, τὸ, (forma vulgaris, quæ in versione Alex. Prov. XXX. 27. occurrit. Attici voce κέλευμα utuntur. Vide Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 430 seq.) 1) *jussum, mandatum*, a κελεύω *jubeo, mando.* 2) *celeusma, omnis vociferatio et clamor adhortatorius*, quo solent excitari homines ad hoc vel illud opus peragendum, *hortamentum ad alacritatem, adhortatio.* Sic v. c. apud Græcos de *nautis* et *remigibus* usurpatur, qui se invicem ad remigandum exhortantur, v. c. apud Lucian. Tyrann. c. 19. Tom. I. p. 642. ed. Reitz. κέλευσμά τι τῶν ναυτικῶν. Hinc κελευστὴς *hortator, qui præest nautis et remigibus, quos moderatur vel voce, vel malleo*, seu *portisculo, ut remos eodem modo impellant*, apud Xenoph. de Rep. Athen. I. 2. Conf. interpretes Pollucis ad I. 96. et Schefferum de militia navali L. IV. c. 7. Usurpatur κέλευσμα etiam de duce, qui clamore, vel tubæ sono milites ad coeundum, iter suscipiendum, aut pugnandum provocat; etiam de clamore bellico, quo milites se invicem ad fortiter pugnandum excitant. In hac significatione reperitur non solum in versione Alex. Prov. XXX. 27. de locusta ἐκστρατεύει ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος εὐτάκτως, sed etiam apud Thucyd. II. 92. ἀπὸ ἑνὸς κελεύσματος ἐμβοήσαντες, ἐπ' αὐτοὺς ὥρμησαν. Conf. Bergler. ad Alciphron. Epist. p. 89. Interdum adeo de sono adhibetur, quo aurigæ utuntur, equos ad velociorem excitaturi cursum, aut venatores in canum cursu regendo et moderando, v. c. apud Xenoph. de Venat. VI. 20. In N. T. tantum legitur 1 Thess. IV. 16. ubi Dominus die extremi judicii descensurus dicitur ἐν κελεύσματι cum clamore excitatorio, ubi per κέλευσμα sine dubio metaphorice *vis divina* intelligenda est, *qua mortui excitati in vitam redibunt*, quasi **die belebende Stimme Gottes**, *the animating voice of God.* Syrus: ܒܦܘܩܕܢܐ *cum mandato.*

ΚΕΛΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) *jubeo, impero*, ita, uti reges, et qui cum imperio sunt, a κέλω *hortor.* Construitur cum accusativo et infinitivo, vel cum dativo. Joseph. A. J. XX. 6. 2. κελεύει δὲ καὶ τοῖς τῶν Σαμαρέων πρώτοις. Matth. VIII. 18. ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν. XIV. 9. XVIII. 25. XXVII. 58, 64. Luc. XVIII. 40. ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀχθῆναι. Act. IV. 15. V. 34. VIII. 38. XII. 19 etc. 2) *hortor, suadeo, auctor sum, moneo.* Matth. XIV. 19. κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι. ibid. XV. 35. ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Herodot. III. 36. Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 14. Conf. Wassium ad Thucyd. I. c. 42. Pari modo apud Latinos verbum *jubere* sæpe est *suadere*, v. c. Curtium V. 5. 8. „ eos *jubebat* bonum habere animum," et *vetare* subinde est *dissuadere*, Cic. IV. Acad. Cap. 36. „ tu me incognito adsentiri *vetas.*" 3) *permitto.* Matth. XIV. 28. κέλευσόν με πρὸς σὲ ἐλθεῖν permitte me ad te venire. 4) omittitur interdum, v. c. 1 Tim. IV. 3. ante ἀπέχεσθαι βρωμάτων. Confer Valckenar. ad Herodot. p. 552. Etiam apud Latinos *jubere* interdum supplendum esse, docuit exemplis Gronov. Obss. IV. 11. p. 28 seq. Adde Cicer. Lib. II. de Legibus 27. Phædr. IV. Fab. 17. *non veto dimitti, verum* (jubeo) *cruciari fame.* Simili modo apud Terent. Andr. Act. III. Sc. 5. *namque hoc tempus præcavere mihi me, non te ulcisci sinit*, ubi in priori membro pro *sinit* subintelligi debet *cogit.*

ΚΕΝΟΔΟΞΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *vana de se opinio, inanis et vana gloria*, ex κενὸς *vacuus, inanis*, et δόξα *gloria, opinio.* Suid. κενοδοξία· ματαία τις περὶ ἑαυτοῦ οἴησις. Hesych. κενὴ δόξα· κενοδοξία. Interdum κενοδοξία universe *vanam opinionem, errorem* significat, v. c. Sapient. XIV. 14. ubi κενοδοξία est i. q. ἀγνωσία Θεοῦ cap. XIII. 1. Nam δόξα Græcis sæpe est *opinio*, ὑπόληψις, ut explicatur ab Eustathio ad Homer. Il. κ', 325. et δοξάζειν est *judicare, opinari.* Conf. Spicilegium meum Lex. Biel. T. I. p. 38. T. II. p. 104. 2) *vanæ et inanis gloriæ studium*, aut omnino *rerum vanarum studium et cupiditas*, κενῶν ὄρεξις, interprete Phavorino. Sic semel in N. T. legitur Philip. II. 3. μηδὲν κατὰ ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν, sc. ποιεῖτε, ut nihil agatis contentiose et ambitiose. Adde Lucian. Dialog. Mort. X. c. 8. et Ver. Histor. L. I. c. 4. Plutarch. T. VIII. p. 164. ed. Reisk. Gloss. Vet. apud Labbæum: κενοδοξία, *vana gloria, ambitio.*

ΚΕΝΟ'ΔΟΞΟΣ, ου, ὁ, ἡ, non solum is dicitur, *qui vanam gloriam captat et venatur e rebus iis, in quibus vera gloria hominis parum aut nihil posita est*, sed etiam, *qui nimis gloriæ studiosus est, inflatus, superbus et alios alto supercilio despiciens.* Et ita sumitur Galat. V. 26. μὴ γινώμεθα κενόδοξοι ne fiatis vana tumentes, ut loquitur Virgil. Æn. XI. 854. ubi vid. Servius. Sæpius non legitur in N. T. Polyb. XXVII. 6. 12. et XXXIX. 1. 1.

ΚΕΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) proprie: *vacuus, inanis*, sensu physico, v. c. ut vasa, quæ sunt vacua liquore, aut alia quacumque re, aut locus inanis. 2) metaphorice: *destitutus, carens, qui nihil accepit et habet*, et speciatim: *homo tenuis conditionis, qui destituitur rebus, ad vitam sustentandam necessariis, pauper, egenus.* Marc. XII. 3. καὶ ἀπέστειλαν κενὸν et inanem dimiserunt, coll. v. 34. et Græc. Judith. I. 11. Luc. XX. 10, 11. et I. 53. πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενοὺς divites bonis exuit. Suid. κενῆς· ἐστερημένης, κεκενωμένης. 3) *vanus, inutilis, frustraneus, infructuosus, irritus*, i. q. μάταιος (qua voce quoque interpretatus est Suidas) et ἀνωφελὴς et ἄκυρος, interprete Hesychio. Act. IV. 25. ἐμελέτησαν κενὰ vana ineunt consilia, quæ scil. eventum habebunt nullum et irrita reddentur. Deut. XXXII. 47. οὐχὶ λόγος κενὸς οὗτος ἡμῖν; promissio hæc eventu suo minime carebit. Job. XXI. 34. 1 Cor. XV. 10. ἡ χάρις αὐτοῦ ἡ εἰς ἐμὲ οὐ κενὴ ἐγενήθη beneficium divinum non frustra fuit in me collocatum. ibid. v. 14. κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ὑμῶν frustra et sine ulla utilitate vestra religionem christianam amplexi estis. ibid. v. 58. ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ Deus justis præmiis ornabit vestrum religionis studium. 1 Cor. VI. 1. 1 Thess. II. 1. Huc etiam pertinet formula εἰς κενὸν, pro κενῶς, *incassum, frustra*, quæ respondet Hebraico לָרִיק (quod Alexandrini κενῶς Ies. XLIX. 4. ματαίως, Ps. LXXIII. 13. et διακενῆς Levit. XXVI. 16. Ps. XXV. 3. transtulerunt.) et quandoque etiam apud Græcos scriptores legitur, v. c. Diodor. Sic. XIX. 9. Galat. II. 2. μή-

πως εἰς κενὸν τρέχω ne frustra operam meam impenderem. Phil. II. 16. ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. 1 Thess. III. 5. εἰς κενὸν (pro κενὸς) γένηται ὁ κόπος ἡμῶν. Adde Job. XXXIX. 16. Jer. VI. 29. 4) *falsus, mendax, fraudulentus.* 1 Cor. XV. 14. κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν falsa esset doctrina, a nobis tradita. Ephes. V. 6. μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω κενοῖς λόγοις, ubi κενοὶ λόγοι est vel doctrina, a vero aliena, vel doctrina, quæ non habet vim ad pietatem Coloss. II. 8. Sic κενὸς in vers. Alex. respondet Hebraico שֶׁקֶר *mendacium*, Exod. V. 9. אַכְזָב *fallax*, Mich. I. 4, 14. et כָּזָב *mendacium*, Hos. XII. 1. coll. Habac. II. 3. 5) *homo, qui recte judicandi facultate destituitur, insipiens, imperitus, stultus,* qui alias ἀνόητος, etiam μάταιος dicitur. Jacob. II. 20. ὦ ἄνθρωπε κενὲ, sc. φρενῶν, seu νοὸς, O stulte, seu a vera religionis christianæ cognitione plane aliene! In hac vero significatione respondet κενὸς Hebraico רֵיק unde ῥακὰ, quod Hesychius per κενὸς interpretatus est. Plutarchus de Sui Laude p. 541. B. ἀνοήτους ἡγούμεθα καὶ κενούς. Arrian. Diss. Epictet. II. 19. 8. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΕΝΟΦΩΝΙ´Α, ας, ἡ, *clamor de rebus inanibus, disputatio vana de rebus, quæ nullam habent utilitatem,* speciatim: *quæ nullam habent vim ad pietatem,* i. q. κεναγορία, a κενὸς *vanus* et φωνὴ *vox.* Legitur in N. T. 1 Tim. VI. 20. ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας, ubi in nonnullis codicibus καινοφωνίας *novitates vocum* legitur, quæ vocabula sæpe invicem permutata reperiuntur. Conf. Wesseling. ad Diod. Sic. III. 48. Præterea semel adhuc occurrit 2 Tim. II. 16. Hesych. κενοφωνίας· ματαιολογίας. Suid. κενοφωνία· ματαιοφωνία, ἀσέβεια, ἤγουν τὰ αἱρετικά. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 353.

ΚΕΝΟ´Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *evacuo, vacuefacio,* i. q. ἐκκενόω apud Josephum B. J. II. 10. § 2. a κενὸς *vacuus.* Jer. XIV. 2. αἱ πύλαι αὐτῆς ἐκενώθησαν portæ ejus vacuæ factæ sunt. Thucyd. II. 76. καὶ ἱζάνοντος ἀεὶ ἐπὶ τὸ κενούμενον. ibid. VIII. c. 57. κενωθεισῶν τῶν νεῶν. 2) metaphorice: *deprimo, minuo, imminuo.* Sic in N. T. legitur Philip. II. 7. ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν sed se ipsum ad statum tenuem depressit, seu, ut alii circumscribere malunt: usu majestatis divinæ, humanæ naturæ communicatæ, plenario liberrime sese abdicavit. Sic etiam apud Hebræos אֲנָשִׁים רֵיקִים dicuntur homines tenuis conditionis. Jud. IX. 4. XI. 3. 1 Cor. IX. 15. ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ aut, ut quis deprimat, aut minuat laudem, mihi debitam. 3) *inutilem reddo, usu suo et effectu privo,* et κενοῦσθαι *tolli, aboleri, privari effectu,* i. q. καταργεῖσθαι, cum quo verbo permutatur Rom. IV. 14. κεκένωται ἡ πίστις καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία. 1 Cor. I. 17. ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ ne doctrina de morte Christi vim suam amittat, h. e. ne vis doctrinæ de morte Christi propria et quasi insita adscribatur artificio humano. 4) *efficio, ut aliquid falsum, vanum et fictum reperiatur et appareat.* 2 Cor. IX. 3. ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κενωθῇ ne laus, quam vobis tribui, ficta reperiatur. Hesychius, hunc locum sine dubio respiciens: κενωθῇ· μάταιος ἀποφανθῇ. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΕ´ΝΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie et generatim est: *quidquid pungit,* aut *vim pungendi habet,* a κεντέω *pungo.* Sic v. c. κέντρον dicitur *aculeus, quo apes, vespæ et venenatæ bestiæ pungunt et lædunt.* Apoc. IX. 10. καὶ ἔχουσι οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις καὶ κέντρα ἦν ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν et aculei erant in caudis earum. Usurpatur etiam de *calcaribus, quibus equi punguntur, cum ad celeriorem cursum incitantur,* teste Phavorino et Suida. Adde Eurip. Phœn. v. 183. Xenoph. Cyrop. VII. 1. 15. et Polluc. Onom. I. 214. Speciatim vero ita dicitur *stimulus,* seu *pertica cum cuspide acuta, qua boves agebantur et concitabantur,* quæ Hebraice מַלְמַד הַבָּקָר (Jud. III. 31.) et a Græcis vulgo βουπλὴξ (Oppian. de Piscat. V. 255.) et βούκεντρον (Eustath. ad Homer. Il. ζ', 134. T. II. p. 629. ed. Rom. 1542. fol.) vocatur. Conf. Scheffer. de Re Vehicul. I. 14. Columella VI. c. 2. et C. Schœttgenii Schediasma Philol. Sacr. de stimulo boum. Francof. 1717. 4. Huc pertinet formula proverbialis, πρὸς κέντρα λακτίζειν *adversus stimulos calcitrare,* quæ bis legitur in N. T. Act. IX. 5. et XXVI. 14. cujus sensus est: *resistere potentioribus et repugnando superioribus plus obesse sibi, quam prodesse, per renisum et contumaciam se ipsum lædere.* Hesych. πρὸς κέντρα λακτίζειν· παροιμία ἐπὶ τοῦ κατὰ τῶν ἐναντίων τι λέγειν ἢ πράττειν. Bene de hac formula proverbiali, etiam apud Græcos (v. c. Pindar. Pyth. Od. II. 173—175. coll. 161. Eurip. Bacch. v. 794.) satis obvia, (cf. Schütz. ad Æschyl. Prometh. Vinct. v. 323.) egit Vorstius de Adagiis N. T. c. 12. p. 820. ed. Fischeri et Wetstenius N. T. T. II. p. 633. Suid. κέντρα· τὰ τῶν ἵππων πλῆκτρα. Hesych. κέντρον· δόρυ, μάστιξ (κέντρα etiam flagellis admixta erant. Plato Phædr. p. 347.) καὶ τὸ ἐν σιδήρῳ ἀδαμάντινον. Phavor. κέντρον λέγεται, ᾧ σπέρχονται ἵπποι — δοκεῖ δὲ κέντρον εἶναι ἄλλως τὸ ἁπλῶς κεντοῦν, ὡς καὶ βούκεντρον καὶ τὸ περὶ πτέρναν σιδήριον, ᾧ νύσσονται ἵπποι. διὸ καὶ τρυγόνος θαλασσίας κέντρον λέγεται καὶ σκορπίου δὲ καὶ σφηκὸς καὶ ἑτέρων. Confer de hac voce Salmasium in Exercitt. Plin. p. 1074. qui docuit, Græcos κέντρον vocare in omni materia nodosam duritiem, quæ ictus respuit ac ferro findi frangique nequit. 2) metaphorice: *vis lædendi ac nocendi, omne, quod nos vexat, aut potestatem in nos exercet.* Conf. Schol. Aristoph. Acharn. v. 529. et Wyttenbach. ad Plutarch. de Sera Num. Vindicta p. 7. Sic autem legitur in N. T. 1 Cor. XV. 55. ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ubi jam est, O mors, tua vis et acerbitas? non sine respectu ad imaginem poëticam Judæorum, qui angelum mortis sagittis instruunt tanquam venatorem. Conf. Ps. XVIII. 5, 6. XCI. 3, 5, 6, ibid. v. 56. τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου, ἡ ἁμαρτία, peccatum autem causa est, cur mors vim nocendi hominibus habeat. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΕΝΤΥΡΙ´ΩΝ, ωνος, ὁ. Vox origine Latina, a *centum* ducta, uti *decurio* a *decem. Centurio,* ita dictus a numero militum, cui præerat. Græce dicitur ἑκατόνταρχος. Occurrit in N. T. tantum Marc. XV. 39, 44, 45. Phavor. κεντυρίων· ἑκατόνταρχος, ἢ ταγματάρχης ἑκατοντάδος. κέντον γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ ἑκατόν.

ΚΕΝΩ͂Σ, *frustra, temere, sine causa idonea,* a κενὸς, quod vide. Adverbium hoc, plane omissum in H. Stephani aliorumque Thesauris Ling. Gr., semel tantum reperitur in N. T. Jacob. IV. 5. ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει; num putatis temere dicere? Reperitur præterea apud Arrian. Diss. Epictet. II. 17. p. 204. in Aquilæ Fragmentis Ps. II. 1. pro רִיק et in vers. Alex. Ies. XLIX. 4. pro לְרִיק. Polyb. Fragm. Gr. 130. Arrian. Diss. Epict. II. 17.

ΚΕΡΑΙ´Α, ας, ἡ, 1) proprie: *corniculum, virgula inflexa,* etiam *cor-*

νυ. Est deminutivum a *κέρας* *cornu.* 2) *omnis alicujus rei extremitas et eminentia.* Schol. ad Nicandri Alexipharmaca v. 424. p. 86. *κεραία λέγεται τὸ ἄκρον καὶ τὸ ἔσχατον.* Sic v. c. de extremitate insulæ legitur apud Philostrat. Vit. Soph. I. c. 21. s. 2. et de extremitate antennæ apud Nicet. in Andron. Comnen. II. c. 4. extr. p. 28. Alia loca huc pertinentia dedit Schwarzius in Comment. Ling. Gr. p. 776. 3) *κατ' ἐξοχὴν extremitas litteræ, apex litteræ,* seu *minima alicujus litteræ particula.* (Sic occurrit apud Procop. in 1 Reg. p. 69. init. ed. Meurs. ubi de literis Beth (ב) et Caph (כ) notat: *ὅμοια γὰρ τὰ στοιχεῖα, βραχυτάτης κεραίας μόνον ἐναλλαττούσης.*) Matth. V. 18. *Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου* non Iota vel litteræ apex e lege peribit, h. e. omnes omnino leges morales, a Mose promulgatæ, etiam minimæ, observari debent. Conf. Grotium ad h. l. Luc. XVI. 17. *ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν* quam legis vel unum apicem intercidere, h. e. omnibus omnino prophetarum de me oraculis suus constabit eventus. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. *κεραία· ἀρχὴ γράμματος.* Idem: *Ἰῶτα, τὸ στοιχεῖον, κεραία, καὶ γράμμα.* Non satis accurate. Gloss. Vett. *Apex. κεραία· γράμματος ἄκρον.* Conf. Lightfooti Hor. Hebr. et Talmud. in Matth. V. 18. Wolfii Casauboniana p. 79. Wetstenii N. T. T. I. p. 295. et Alberti notas ad Gloss. Gr. N. T. p. 201. ubi e Cod. Coislin. XX. verba afferuntur hæc: *κεραία, οὐ παρ' Ἕλλησιν μόνον ἐστὶ τὸ Ἰῶτα, ἀλλὰ καὶ παρ' Ἑβραίοις, τὸ παρ' αὐτοῖς καλούμενον Ἰώθ. — — τινὲς δέ φασιν Ἰῶτα καὶ κεραίαν σημαίνειν τὸν σταυρόν. κεραία γάρ ἐστιν ἡ ἐν μέσῳ τοῦ Ἰῶτα ἐμβαλλομένη ἐγκαρσία γραμμή.*

ΚΕΡΑΜΕΥ'Σ, *έος*, Attice *έως*, *ὁ*, *figulus*, a *κέραμος*, quod vide. Ter tantum legitur in N. T. Matth. XXVII. 7. *τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως* agrum figuli. ibid. v. 10. Rom. IX. 21. *ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ;* In versione Alex. respondet Hebr. יוֹצֵר Ies. XXIX. 16. XLI. 25. Thren. IV. 2.

ΚΕΡΑΜΙΚΟ'Σ, *ή*, *όν*, (pro quo etiam *κεραμεικὸς* dici solet. Vide Lexicon Xenophonteum s. h. v.) *fictilis, figlinus,* ab eodem. Semel in N. T. legitur Apoc. II. 27. *τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ* vasa fictilia.

ΚΕΡΑ'ΜΙΟΣ, *ία*, *ιον*, *figlinus, fictilis,* ab eodem. Κεράμιον, *ίου*, *τό*, (subintellige *σκεῦος*, aut *ἀγγεῖον*, ut discitur e Schol. Aristoph. Vesp. v. 674. Eodem modo *fictilia*, pro *vasa fictilia*, ponuntur apud Juvenal. Sat. X. v. 25.) est *urnula* seu *vas figlinum cujuscunque magnitudinis et usus, amphora fictilis, urceus, a figulo fabricatus, in quo aqua,* (Arrian. Epictet. III. 9.) *aut vinum* (Polyb. IV. c. 56. Alex. Jerem. XXXV. 5. *κεράμιον οἴνου*, pro גָּבִיעַ *scyphus.* XLVIII. 12. pro נֶבֶל Ies. V. 10. XXX. 13.) *portabatur.* Diog. Laërt. VI. c. 2. Xenoph. Anab. VI. 1. 9. ib. 2. 2. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 626. Interdum quidem *certam mensuram* designat, et a plerisque statuitur, esse mensuræ nomen, quam Romani *amphoram* vocant, capientis octo congios: (Eurip. Cyclop. v. 387.) sed mensura certe in N. T. locis definiri nullo modo potest. Legitur autem Marc. XIV. 13. *ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων* aliquis urceum aquarium (ut loquitur Gellius N. A. X. c. 24.) gestans. Luc. XXII. 10. Sæpius non reperitur in N. T. Hesych. *κεράμιον· τὸ τοῦ οἴνου ἢ ὕδατος σταμνίον.* Conf. Lexicon Xenophonteum s. h. v. Glossarium: Κεράμιον, *orcium, amphora.* Pollux Onom. II. 14. et X. 30.

ΚΕ'ΡΑΜΟΣ, *ου*, *ὁ*, 1) proprie: *terra figularis, e qua vasa fictilia fiunt et parantur,* sine dubio a *κέω uro* et *ἔρα terra.* Sic legitur in versione Alex. 2 Sam. XVII. 28. *σκεύη κεράμου*, pro Hebr. כְּלִי יוֹצֵר. Jul. Pollux Onom. VII. 161. *κέραμος πᾶσα ἡ τῶν κεραμέων ἀγγείων ὕλη.* 2) per metonymiam: *quidquid e terra figulari fieri solet, vasa fictilia, testa.* Hesych. *κέραμος· πίθος καὶ πᾶν ὄστρακον.* Speciatim vero ita dicuntur, in singulari maxime numero, nunc *tectum, domus, τὸ τέγος, ἡ στέγη,* teste Polluce l. l. VII. 162. (*καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τέγος οὐ μόνον οἱ νῦν κέραμον ὀνομάζουσιν, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης ἔοικε καλεῖν*) nunc, et quidem fere semper in plurali numero, *tegulæ, quibus tectum tegitur.* Thucyd. II. 4. et 48. Herodian. I. 12. 16. VII. 12. 12. Sic autem semel legitur in N. T. Luc. V. 19. *διὰ τῶν κεράμων* per tegulas, seu pavimentum tecti domus. Ita *tegulæ* apud Gellium N. A. X. 15. et Cic. Philip. II. 45.

ΚΕΡΑΝΝΥ'Ω, vel **ΚΕΡΑ'ΝΝΥΜΙ**, fut. *άσω*, 1) proprie: *misceo, immisceo,* et speciatim de iis usurpatur, qui vinum aqua miscent et diluunt, (Aristoph. Plut. v. 1133. ubi poculum æquali portione aquæ et vini temperatum *ἴσον ἴσῳ κεκραμένον* dicitur) ad imitationem Hebraici מָסַךְ Prov. IX. 2. Ies. V. 22. unde *τὸ ἄκρατον merum, vinum carens dilutione.* Hinc 2) *infundo, effundo,* quia inter infundendum fæces facile cum vino miscentur. Confer Th. Gataker. Adversar. Miscell. c. 5. p. 37. ed. Londin. et Casaubonus ad Athenæum p. 24. Sic bis in N. T. legitur. Apoc. XIV. 10. *καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ* bibet hic quoque ex vino iræ Dei, nempe mero infuso in calice iræ ejus. ibid. XVIII. 6. *ἐν τῷ ποτηρίῳ, ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν* in poculo, in quod infudit, infundite ipsi duplum; ubi statim explicatur verbis sequentibus: *καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς,* coll. v. 7.

ΚΕ'ΡΑΣ, *ατος*, *τό*, 1) proprie notat *cornu animalis,* in quo robur est. Apoc. V. 6. *ἀρνίον ἔχον κέρατα ἑπτά,* ubi tamen per septem cornua agni infinita Christi potentia metaphorice designatur. Idem valet de loco Apoc. XII. 3. *δράκων ἔχων κέρατα δέκα,* ubi imago desumta est a ceraste, de quo Ælian. Hist. Anim. I. 57. *ὑπὲρ τοῦ μετώπου ἔχει κέρατα δύο.* Apoc. XIII. 1, 11. XVII. 3, 7, 12, 16. 2) *extremum, extremitas, omnis eminentia,* s. *prominentia,* maxime *cornuum figuram referens.* Sic in N. T. adhibetur Apoc. IX. 13. ubi altari cornua tribuuntur, h. e. eminentiæ e quatuor altaris angulis affabre prominentes, quæ et Hebr. קְרָנוֹת Ex. XXIX. 8. vocabantur, *ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ τοῦ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.* 1 Reg. I. 50. *ἐπελάβετο τῶν κεράτων θυσιαστηρίου,* h. e. apprehendebat ansulas prominentes altaris, cornuum formam habentes. ibid. II. 28. Ps. CXVIII. 27. Josephus de B. J. V. 5. 6. *ὁ βωμὸς τετράγωνος ἵδρυτο, κερατοειδεῖς προανέχων γωνίας.* Dicitur autem etiam de aliis rebus, v. c. de extrema parte phalangis, (2 Macc. XV. 20.) arcus, (teste Suida) terræ (v. c. apud Philostrat. Vit. Apollon. II. c. 18.) et aliarum rerum, ut docuit Schwarzius in Comment. Ling. Gr. p. 777. Gloss. MS. in Proph. *τὰ κέρατα· τὰ ἄκρα, αἱ ἐξοχαί.* Hesych. *κέρας· κεφαλή, θρίξ, σάλπιγξ, ἢ πολέμου μέρος, καὶ ἡ ἐξοχή.* Idem: *κέρατα· τῆς φάλαγγος τὰ ἄκρα, καὶ μετώπου μέρος.* Suid. *κέρας· τὸ μέρος τῆς φάλαγγος ἐν τῷ πολέμῳ καὶ τοῦ τόξου.* Jam, quia cornua præ reliquis corporis parti-

bus eminent iisque animalia præcipuum suum robur exserunt, factum est, ut κέρας 3) metaphorice esset: *robur, potentia, imperium*, et per metonymiam: *illustris, eminens, potens, rex.* Luc. I. 69. ἤγειρε κέρας σωτηρίας nasci jussit regem, seu potentissimum et illustrem salvatorem in familia Davidis. Ita קֶרֶן usurpatur 1 Sam. II. 1 et 12. 2 Sam. XXII. 3. Ps. CXXXII. 17. Ezech. XXIX. 21. Lex. Cyrilli MS. Brem. Κέρας· ἡ δόξα ἐστὶ καὶ ἡ δύναμις πολλάκις. Idem: Κέρας· πανταχῆ τὰ βασιλέων λέγεται. Conf. Vorstii Phil. Sacr. c. 3. p. 106. ed. Fischeri. Etiam apud orientales et alios populos cornu symbolum potentiæ, roboris ac imperii fuisse, docuit Schultensius ad Hamasa p. 565. et Ez. Spanhem. de Usu et Præst. Numismatum p. 346. Suid. κέρας· ἡ ἰσχὺς παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων τῶν καθωπλισμένων τοῖς κέρασι, καὶ τούτοις ἀμυνομένων. Idem: κέρας· σχυρόν τι δηλοῖ καὶ μόνιμον. Idem: ἰσημαίνει καὶ τὴν δόξαν κ. τ. λ.

ΚΕΡΑ'ΤΙΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *corniculum.* Deminutivum a κέρας *cornu.* Etymol. M. 505. 17. 2) *siliqua*, et quidem non tam siliqua leguminum, qualem habent pisa, fabæ etc. sed fructus arboris sylvaticæ siliquiferæ, seu ceratoniæ, (de qua confer Ol. Celsii Hierobot. T. I. p. 227.) in Syria et Judæa admodum frequentis, sed admodum tenuis, quo non solum nutriebantur et saginabantur sues, ut glandibus fit in nostris oris, sed etiam servi et tenuioris conditionis homines. Ita vero dictus est a forma, quod instar corniculi curvatus est. Hebræis חָרוּב dicitur, qua ipsa voce Luc. XV. 16. Syrus et Arabs quoque usi sunt. Nos vulgo **Johannisbrodt**, *John's bread* vocamus, quod olim illo Johannem baptistam usum esse opinio erat. Judæi hodierni *Bockshorn* vocant et in officinis *Xylocaracta* dicitur, quod corruptum est ex *Xyloceratia*. Confer præter Columellam de Re Rustica V. c. 10. et Plinium H. N. XV. c. 24. Salmasium in Exercitt. Plin. p. 460. et in Hyle Iatrica p. 112. Bochart. in Hieroz. P. I. p. 708. Steph. le Moyne ad Varia Sacra p. 76. et Casaubonum ad Persium Sat. 3. p. 264. Semel legitur in N. T. Luc. XV. 16. ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων, ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι et cupiebat satiari siliquis, quibus sues saginabantur. Horat. Ep. II. 1. 123. vivit siliquis et pane secundo. Schol. Aristoph. Acharn. 468. τὰ ἀπολεπίσματα τῶν λαχάνων — οἱ πτωχοὶ ἐσθίουσι.

ΚΕΡΔΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, aor. 1. ἐκέρδανα, vel ΚΕΡΔΕ'Ω, fut. ήσω, aor. 1. ἐκέρδησα. 1) proprie: *negotiando et mercando lucrum facio et acquiro, lucror, quæstum facio*, a κέρδος *lucrum.* Matth. XVI. 26. ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ si vel totum mundum lucratus fuerit. ibid. XXV. 17. ubi cum ποιεῖν v. 16. permutatur, et Syrus modum, quo lucratus sit, indicavit voce ܐܬܬܓܪ *negotiando lucratus est*, qua etiam v. 20 et 22. usus est. ibid. v. 20. ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Vulgatus: *superlucratus sum.* et 22. Marc. VIII. 36. Luc. IX. 25. Jacob. IV. 13. Hinc τὸ κερδαίνειν *lucrum* apud Ælian. V. H. XIV. 44. Hesych. κερδαίνει· πορίζει. Conf. Salmasium de Modo Usurarum p. 129. 2) *potior, consequor, particeps fio.* Philipp. III. 8. ἵνα Χριστὸν κερδήσω ut bonorum, per Christum partorum, particeps fiam. Ælian. V. H. II. 19. 3) *evito, effugio*, ubi de damno aliquo et incommodo aut periculo sermo est. Act. XXVII. 21. ἔδει κερδῆσαι τὴν ὕβριν ταύτην καὶ ζημίαν et ita evitare hanc molestiam et jacturam. Sic apud Joseph. A. J. II. 3. 2. τό γε μιανθῆναι τὰς χεῖρας αὐτοὺς κερδαίνειν: et in Φιλήμονος λειψάνοις v. 148. p. 352. ed. Clerici: καὶ γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακά. Eurip. Cycl. v. 310. κερδῆσαι ζημίαν evadere damnum. Diog. Laërt. VII. 1. Conf. Abresch. ad Æschyl. p. 35. Wakefield. in Sylva Critica P. II. p. 153. et Wetstenii N. T. T. II. p. 644. Eodem modo *lucrari* usurpatur apud Cicer. in Verrem I. 12. et Statium Theb. XI. 307. 4) metaphorice: *ad frugem revoco, in veræ virtutis et felicitatis viam perduco*, seu *reduco, servo*, et speciatim de *iis* adhibetur, *qui aliquem ad religionem et salutem christianam adducunt*, ut sit idem, quod σώζειν. Matth. XVIII. 15. ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου lucratus es fratrem tuum, h. e. ad frugem eum revocasti. 1 Cor. IX. 19. ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω (in nonnullis codd. legitur σώσω) ut quam plurimos ad religionem et salutem christianam perducam. ibid. v. 20, 21, 22. ubi cum σώζειν permutatur. 1 Petr. III. 1. ἵνα —— διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς ἄνευ λόγου κερδηθήσωνται, coll. 1 Cor. VII. 16. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΕ'ΡΔΟΣ, εος, ους, τὸ, 1) proprie: *lucrum, quæstus cujuscunque generis, qui redit ex negotiando et mercando*, aut *operam suam aliis locando.* Tit. I. 11. αἰσχροῦ κέρδους χάριν turpis lucri causa. Interdum κέρδος nude positum apud Græcos *turpe lucrum, ex turpi ministerio vel fraude et calliditate comparatum*, significat, v. c. apud Diog. Laërt. I. 96. 2) per synecdochen: *quævis utilitas, commodum, res desiderabilis, utilis et salutaris.* Philipp. I. 21. ἐμοὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος mors summam mihi utilitatem affert, coll. v. 23. ibid. III. 7. ἅτινα ἦν μοι κέρδη observatio legis Mosaicæ, quæ mihi multa commoda attulisset. Sæpius non legitur in N. T. Ælian. V. H. IV. 7. οὐκ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. Plato Apol. Socr. p. 30. θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη θάνατος. Vide Wolf. ad Libanii Epist. LV. Lexicon Xenophonteum s. h. v. Wakefield. in Silva Critica P. III. p. 110. et Abresch. ad Æschyl. p. 133. Hesych. κέρδος· σύνεσις, τέχνασμα, ὠφέλεια.

ΚΕ'ΡΜΑ, τος, τό. Est nomen collectivum, (ut recte observavit Pollux in Onom. VII. 170. et IX. 87.) quod proprie quidem notat *numos et argenteos et æreos minutos* (a κείρειν *in minuta frusta concidere*) *et viles* (v. c. *obolos, chalcos* et alios), *quibus permutabantur numi majores et pretiosiores*, velut darici, tetrachmæ, didrachmæ, drachmæ et alii; (Suid. κέρματα· τὰ λεπτότατα, sc. νομίσματα.) deinde vero latius patet, nec solum *numos* complectitur, *quibus permutantur alii*, verum etiam eos, *qui permutati sunt atque numulariis pro permutatione dati*, ut verbis utar Fischeri in Prolus. X. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 13 seq. Certe necesse est, ut notio vocabuli κέρμα tam late pateat apud Johannem (Evang. II. 15. καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα κ. τ. λ. numulariorum mensas subvertit, numis ex iis in terram dejectis: ubi in duobus codd. et Origenis Comment. τὰ κέρματα legitur, quod est merum interpretamentum), ubi sermo est de numulariis, in porticibus templi Hierosolymitani sedentibus, ut permutatione numorum viliorum et minutorum didrachmis, aut semisiclis quæstum facerent. Gloss. Vett. κέρμα· *æs.* Hesych. κέρματα· χρήματα. Schol. Aristoph. in Plutum v. 379. κέρμασιν· νομίσμασιν. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 848.

ΚΕΡΜΑΤΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *numulari-*

us, argentarius, qui majores et pretiosiores numos minutis et vilibus permutat, non sine quæstu, i. q. κολλυβιστὴς et τραπεζίτης, a κερματίζω, quod interprete Hesychio et Suida est: εἰς λεπτὰ διαιρεῖν ἤγουν εἰς μικρὰ συντρίβειν. Eadem significatione gaudent iisdem testibus verba composita διακερματίζειν et κατακερματίζειν. Semel in N. T. legitur Joh. II. 14. καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους. Hi *argentarii*, a Matthæo XXI. 12. κολλυβισταὶ dicti, ideo in templi Hierosolymitani porticibus sedebant, ut siclum sanctuarii pro aliis numis permutarent. Scilicet pecunia, quæ ærario templi ex lege debebatur, numis Judaicis solvenda erat, qui ut semper in promptu essent Judæis, sedebant in atrio templi argentarii, qui numos Judaicos Græcis et Latinis, longe vilioribus, non sine quæstu permutabant. Conf. Salmas. de Usuris p. 497 seq. ac Interpretes ad Pollucis Onom. IX. 88. p. 1070.

ΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, αίου, τό. Substantivum hoc, seu potius adjectivum nomen, ad quod subaudiendum est χρῆμα, vel πρᾶγμα, vel etiam ῥῆμα (Aristoph. Ran. v. 878. κεφαλαίῳ ῥήματι.) notat 1) proprie: *caput, capitulum*, a κεφαλὴ *caput*. 2) ut Latinum *caput, summa rei, ad quod omnis res redit, præcipuum, primarium, summarium*. Hebr. VIII. 1. κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις summa autem dictorum est, seu, ut rem summatim complectar. Theophyl. τουτέστι, ἵνα εἴπω τὸ μέγιστον καὶ συνεκτικώτερον. Arrian. Diss. Epictet. I. 24. 20. Polyb. Hist. III. 5. τὰς ἐπιφανεστάτας τῶν πράξεων ἐπὶ κεφαλαίου διεληλύθαμεν. Suid. κεφάλαιον ὁ ἀπόστολος Παῦλός φησι· Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. Κεφάλαιον ἐκεῖ τὸ μέγιστον λέγεται. Hesych. ἐν κεφαλαίῳ· ἐν συντόμῳ. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 411. ac Schneideri Lex. Crit. l. Gr. s. h. v. Speciatim vero κεφάλαιον 3) in computatione adhibetur, quando plures numeri in unam summam contrahuntur, et significat *summam pecuniæ, caput in re pecuniaria*, i. q. apud nos **ein Capital**, *a sum total*, et opponitur interdum usuris et fœnori. Sic in N. T. legitur Act. XXII. 28. ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην magna equidem pecuniæ summa comparavi mihi jus civitatis. Ita ראשׁ usurpatur Levit. VI. 5. Num. IV. 2. V. 7. XXXI. 26, 49. Artemid. I. 18. καὶ γὰρ τὰ χρήματα κεφάλαια καλεῖται. Plutarch. in Aristide p. 333. εἰς χιλίων καὶ τριακοσίων ταλάντων κεφάλαιον ἀνήγαγον. Confer Krebs. Obss. Flav. p. 244.

ΚΕΦΑΛΑΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *in capita*, seu *summam redigo*, vel *colligo, summatim et capitulatim attingo et repeto*, i. q. ἀνακεφαλαιόω a κεφάλαιον, quod vide. Thucyd. VI. c. 91. πολλὰ παρεὶς τὰ μέγιστα κεφαλαιώσω. ibid. VIII. c. 53. κεφαλαιοῦντες ἐκ πολλῶν. Herodot. III. c. 159. Sirac. XXXII. 9. κεφαλαίωσον λόγον ἐν ὀλίγοις πολλά. Hesych. κεφαλαίωσον· συντόμως συνάγαγε. Suid. κεφαλαίωσον· συντόμησον, συνάγαγε. Deinde vero, quemadmodum a γαστὴρ derivatur γαστρίζειν, h. e. εἰς τὴν γαστέρα τύπτειν, (ut interpretatus est Schol. Aristoph. Equit. 273. Vide Aristoph. Vesp. 1519. Diog. Laërt. VII. 172.) et a γνάθος, γναθόω, quod est interprete Hesychio εἰς γνάθους τύπτω, ita etiam κεφαλαιοῦν significat: *caput vulnerare, ferire, cædere*. Sic semel in N. T. legitur Marc. XII. 4. λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, Vulgat. *et illum in capite vulneraverunt*, consentiente versione Arabica. Copiose de hoc loco, variis modis tentato, disputavit Alberti in Obss. Philol. in N. T. p. 174 — 183. et Elsner. in Commentario ad Marcum T. III. p. 196.

ΚΕΦΑΛΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *caput*. Matth. V. 36. (ubi juramenti Judaici per caput mentio fit, quod quoque apud Romanos usu receptum fuit. Confer Ovid. Trist. V. 4. 45.) VI. 17. X. 30. XIV. 8, 11. (ubi κεφαλὴ de *mortuo* usurpatur æque ac 1 Reg. XVII. 54. 2 Reg. IV. 8. Judith. VIII. 15. Usus est his locis Trillerus in Notis ad Thom. M. Eclogas p. 527. ed. Bernard. ad labefactandam inanem Thomæ M. observationem, κεφαλὴν de vivis tantum hominibus ac brutis, de mortuis vero κρανίον usurpari.) ibid. XXVI. 7. XXVII. 29, 30, 37, 39. κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. (Formula κινεῖν τὴν κεφαλὴν, quæ præter h. l. Marc. XV. 29. legitur, notat: *ridere, irridere aliquem*, (Thren. II. 15.) ad imitationem formulæ Hebraicæ הֵנִיעַ ראשׁ Ps. XXII. 8. Job. XVI. 4. Sic Sirac. XII. 17. de malevolo aliquo dicitur κινήσει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ ἐπικροτήσει ταῖς χερσὶ, de alterius nempe calamitate et adversa fortuna. ibid. XIII. 9. Etiam apud Græcos et Latinos frequenter commemoratur hic partim iratorum, partim alios cum acerbitate illudentium gestus, v. c. Homer. Il. ι', 285. et 376. ρ', 442. Virgil. Æn. XII. 894. ubi vid. la Cerda et Petron. c. 92 et 113.) Marc. VI. 24, 25, 27, 28. XV. 19. Luc. VII. 38. ubi κεφαλὴ abundat, coll. v. 44. ibid. v. 46. XII. 7. XXI. 18, 28. ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, h. e. animum vestrum, mœrore dejectum, spe lætioris fortunæ recuperate et erigite. Conf. supra ad ἀνακύπτω et ἐπαίρω dicta. Joh. XIII. 9. XIX. 2, 30. κλίνας τὴν κεφαλὴν παρέδωκε τὸ πνεῦμα inclinato capite exspiravit. ibid. XX. 12. πρὸς τῇ κεφαλῇ in loco, ubi caput ejus jacuerat. Syrus bene: ܡܢ ܐܣܕ̈ܘܗܝ *a cervicalibus ejus*, seu ab eo loco, ubi cervicalia posita fuerant. Act. XVIII. 18. XXI. 24. XXVII. 34. Rom. XII. 20. (conf. sub ἄνθραξ dicta.) 1 Cor. XI. 4. κατὰ κεφαλῆς ἔχων, subintellige κάλυμμα, (Esther. VI. 12.) vel simile quid, in capite habens tegumentum. ibid. v. 7. XII. 21. Apoc. I. 14. IV. 4. IX. 7, 17, 19. ubi tamen pro κεφαλὰς videtur legendum esse κέντρα. ibid. X. 1. XII. 1, 3. XIV. 14. XVII. 3, 7, 9. XVIII. 19. XIX. 12. 2) tropice per synecdochen ponitur pro *toto corpore*, pro *ipso homine* et *tota persona*. Act. XVIII. 6. τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν in vos recidat hujus pertinaciæ pœna, coll. Matth. XXVII. 25. τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, et 2 Sam. I. 16. 1 Reg. I. 32. Confer Beckii Comment. in Aristoph. Vol. I. p. 270 seq. 1 Cor. XI. 4. καταισχύνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ sibi ipsi injuriam facit, seu imminuit dignitatem suam. Hist. Sus. v. 54. ἐψεύσω εἰς τὴν σεαυτοῦ κεφαλήν. Habac. III. 12. Prov. X. 7. Huc etiam refero formulam κλίνειν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ *alicubi quiescere*, et *habitaculum ac domicilium habere*. Mat. VIII. 20. ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει, ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ sed Messias non sedem fixam ac propriam habet, ἄοικός ἐστι, ut Theophylactus explicat, *non suo utitur tecto*, ut Hieronymus interpretatur. Eadem formula legitur quoque Luc. IX. 58. — Ita etiam apud Græcos adhibetur κεφαλὴ (v. c. apud Ælian. V. H. XII. 8. Pindar. Olymp. VI. 103. VII. 123. Pyth. XI. 53. ubi vid. Schol. Aristoph. Plut. v. 526.) et κάρα apud Eurip. Orest. v. 237. 294 et 477. 3) *omne, quod extremum aut summum est, pars alicujus rei prominens*, i. q. τὸ ἄκρον. Hinc κεφαλὴ γωνίας est *lapis angularis, quo sustinetur ædificium*. Matth. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc.

XX. 17. Act. IV. 11. 1 Petr. II. 7. Hebraice רֹאשׁ פִּנָּה Psalm. CXVIII. 22. ubi Symmachus voce ἀκρογωνιαῖος usus est. Conf. supra ad ἀκρογωνιαῖος dicta. Adde Apoc. XVIII. 9. Genes. VIII. 5. XI. 4. Hesychius: κεφαλῆται, γωνίαροι λίθοι: respiciens fortasse hanc N. T. loquendi formulam. 4) metaphorice: *præcipua auctoritate et dignitate conspicuus, qui imperium habet, princeps, dominus,* quemadmodum etiam apud Latinos *caput* dicitur, *quidquid est præcipuum et in genere suo princeps,* v. c. apud Ciceronem de Oratore I. 29. Lucanum II. v. 855. 1 Cor. XI. 3. ὅτι παντὸς ἀνδρὸς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός ἐστι — — ὁ Θεὸς maritus summam reverentiam debet Christo, eandem debet uxor marito, quemadmodum Christus Deo inferior est. ibid. v. 4. per κεφαλὴν Christus et v. 5. maritus ex plerorumque interpretum sententia intelligendus est. Ephes. I. 22. καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ ipsumque dominum omnium christianorum constituit. ibid. IV. 15. V. 23. ὅτι ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς, ὡς καὶ ὁ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας quemadmodum Christus gubernat et regit ecclesiam, ita et maritus uxorem regit consiliis suis. Coloss. I. 18. II. 10, 19. Sæpius non legitur in N. T. Adde Ies. IX. 14. Jud. XI. 11. κατέστησαν αὐτὸν ὁ λαὸς εἰς κεφαλὴν καὶ εἰς ἀρχηγόν. Thren. I. 5. Alex. κεφαλήν. Symmach. ἄρχοντας. — Hesych. κεφαλή· τὸ σύνηθες καὶ ὄνομα, σῶμα, ψυχή, ὕψος.

ΚΕΦΑΛΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) proprie: *capitulum, capitellum,* a κεφαλὴ *caput.* 2) est Latinum *umbilicus,* (conf. interpretes ad Horat. Epod. XIV. 6.) h. e. *summitas,* seu *extremæ partes baculorum, columnarum,* seu *cylindrorum, quibus membranæ librorum circumvolutæ erant.* Baculi autem, circa quos membranæ convolvebantur, in partibus extremis habebant capitella, h. e. figuras, capitum formas referentes: die hervorragenden enden des stäbchens, über welches bey den alten die bücher gerollt wurden, *the projecting ends of the rod, on which the ancients rolled their books.* Conf. Sixt. Amama Antibarbar. Bibl. p. 490 seq. Fuller. Miscell. Sacr. Lib. II. c. 10. et J. H. Maii Obss. SS. Lib. III. p. 133. 3) *ipsum volumen, membrana.* Sic semel in N. T. legitur Hebr. X. 7. ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ in volumine libri de me prædictum est, coll. Ps. XL. 8. ubi Hebraica בִּמְגִלַּת סֵפֶר Alexandrini reddiderunt ἐν κεφαλίδι βιβλίου, Aquila ἐν εἰλήματι, Symmachus ἐν τῷ τεύχει, h. e. ἐν τῷ βιβλίῳ, interprete Hesychio et Mœride; *Incertus* autem ἐν τόμῳ transtulit. Pro מְגִלָּה *volumen* reperitur etiam in versione Alex. Esdr. VI. 2. Ezech III. 1, 2 et 3. in fragmentis Aquilæ Ies. VIII. 1. Jer. XXXVI. 2. et Symmachi reliquiis Zachar. V. 1. Suid. κεφαλὶς βιβλίου· ὅπερ τινὲς εἴλημά φασιν. Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. Schol. ad Ezech. II. 9. in ed. Bosiana: κεφαλὶς βιβλίου· ἀντὶ τοῦ τόμος. οὕτω γὰρ τὸν τόμον Ἑβραῖοι προσαγορεύουσιν. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 419.

ΚΗΜΟ'Ω, i. q. φιμόω. Legitur hæc vox 1 Cor. IX. 9. ubi in codice Cantabrigiensi Bezæ a prima manu pro φιμώσεις reperitur κημώσεις. Cyrillus Lex. MS. κημώσεις, φιμώσεις. Confer Fischeri Proluss. de Vitiis Lex. N. T. p. 633 seq.

ΚΗ˜ΝΣΟΣ, ου, ὁ. Est quidem vox Latinæ originis, (a *censeo*) a præsidibus Romanis Judæis in usum recepta, ut Καῖσαρ, δηνάριον, quæ tamen non, ut Latinum *census, æstimationem facultatum et bonorum, secundum quam tributa pendebantur,* aut *descriptionem* significat, *qua singulorum civium nomina, genus et habitatio consignabantur in tabulis publicis,* sed potius notat *tributum, in singula capita imperatum et impositum, quotannis solvendum;* φόρον κεφαλικὸν, quod nos kopf-geld, *poll-tax,* vocare solemus. Gloss. Vett. *tributum capitulare,* ἐπικεφάλιον, κῆνσος. Confer Casauboni Exercitt. Antibar. XVI. 6. p. 399. Salmas. ad Scriptores Historiæ Augustæ p. 215. et Krebs. Obss. Flav. p. 49. Matth. XVII. 25. XXII. 17, 19. νόμισμα τοῦ κήνσου numi genus in capitationis tributo pendi solitum, nempe δηνάριον, coll. Marc. XII. 15. Hesych. κῆνσος· εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον. Marc. XII. 14. ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; ubi non solum in Cod. Cantabrig. ἐπικεφάλαιον legitur, sed etiam Syrus recte vertit ܟܣܦ ܪܺܫܐ. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΗ˜ΠΟΣ, ου, ὁ, *hortus,* etiam *ager* et *omnis terra, quæ colitur,* etiam *villa, omninoque omnis locus, arboribus, oleribus, etc. consitus,* et æque late patet ac Hebraicum גַּן. Nam hortorum cultura, ut recte observavit Schwarzius in Comment. Ling. Gr. p. 782., illis temporibus in serendis arboribus et oleribus ceteraque eorum et soli ipsius cura, quam in multitudine et varietate florum et herbarum, potius versabatur. Luc. XIII. 19. ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ, coll. Matth. XIII. 31. ἔσπειρεν ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ, et Marc. IV. 31. ὅταν σπαρῇ ἐπὶ τῆς γῆς. Joh. XVIII. 1. ὅπου ἦν κῆπος ubi erat villa, quæ Matth. XXVI. 36. Γεθσημανῆ dicitur. ib. v. 26. XIX. 41. Joseph. A. J. IX. 10. 4. Rex Usias ἐκηδεύθη δὲ μόνος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ κήποις, coll. X. 3. 2. Xenoph. Œcon. IV. 13. κῆποι — οἱ παράδεισοι καλούμενοι. Sæpius non legitur in N. T. Phavorin. κῆπος· ὁ καταπνεόμενος τόπος πρὸς ἀνάπνευσιν, παρὰ τὸ κάπω, τὸ πνέω.

ΚΗΠΟΥΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, *olitor, hortulanus, inspector villæ,* οὖρος τοῦ κήπου, a κῆπος *hortus, villa,* et οὖρος *inspector,* quod est ab ὁρᾷν *videre.* Polyb. XVII. 6. 4. Attice scribitur κηπωρός. Conf. Lucian. Opp. T. I. p. 551. ed. Reitz. et Jul. Polluc. Onom. I. 222. VII. 140. Semel legitur in N. T. Joh. XX. 15. ἐκείνη δοκοῦσα, ὅτι ὁ κηπουρός ἐστι illa putans, inspectorem villæ esse. Arrian. Diss. Epictet. III. 24. 44.

ΚΗΡΙ'ΟΝ, ου, τὸ, *favus,* a κηρὸς *cera.* Hesych. κηρίον· τὸ τῶν μελισσῶν, καὶ εἶδος πλακοῦντος. In N. T. tantum legitur Luc. XXIV. 42. καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου et aliquid de apiario favo. Alexandrini pro יַעַר quod *sylvam,* item *favum* notat, 1 Sam. XIV. 27. pro צוּף idem, Prov. XVI. 24. pro נֹפֶת quod *destillationem* et synecdochice *favum* notat, posuerunt. Prov. XXIV. 13. XXVII. 7. Adde Sirac. XXIV. 20. Xenoph. Anab. IV. 8. 16. Œcon. 7. 34. et Wetstenii N. T. T. I. p. 829.

ΚΗ'ΡΥΓΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *præconium, proclamatio, quæ fit publice alta et sonora voce per præconem, annunciatio publica,* (Demosthen. p. 917. 24. ed. Reisk. Thucyd. IV. c. 114. κήρυγμα ἐποιήσατο.) etiam *edictum ipsum, per præconem proclamatum,* (Xenoph. Ages. I. 33.) a κήρυξ, quod vide. Cf. Pollux in Onom. IV. 12. s. 92 et 93. In N. T. transfertur ad prophetas et doctores religionis christianæ, et est 2) *cohortatio, exhortatio, prædicatio.* Matth. XII. 41. μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ ad Jonæ exhortationem ad frugem redierunt. Luc. XI. 32. coll. Jon. III. 2. 3) *doctrina, quæ traditur,* et speciatim de *religione christiana* adhibetur. Rom. XVI. 25. τὸ κήρυγμα

'Ιησοῦ Χριστοῦ doctrina, quam J. C. cum his in terris viveret, tradidit, i. q. εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ. 1 Cor. XV. 14. κενὸν ἄρα τὸ κήρυγμα ἡμῶν falsa esset doctrina a me tradita. 2 Tim. IV. 17. 4) *ratio et modus disserendi, docendi et tradendi aliquid.* 1 Cor. I. 21. ἡ μωρία τοῦ κηρύγματος modus tradendi religionem christianam, qui, quia omni eruditionis et subtilitatis specie caret, plerisque stultus videtur: ein ungelehrter und ungekünstelter Vortrag, *an unlearned and inartificial method.* ibid. II. 4. καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου. 5) *munus tradendi et docendi religionem christianam.* Tit. I. 3. ἐφανέρωσε τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΗ'ΡΥΞ, υκος, ὁ, 1) proprie: *præco, caduceator, qui sonora voce publice quid proclamat, legatus et orator deorum, regum et principum, qui mittitur, ut exponat et perferat eorum mandata.* Dan. III. 4. Genes. XLI. 44. Adhibebantur præcones (de quorum officiis peculiarem libellum edidit J. F. Scherer Argent. 745. 4. et P. G. Mosebach Frcf. 767. 8. item Harles Jen. 760. 4.) apud veteres ad convocandum populum ad sacra, (Homer. Iliad. IV. 192.) ad fœdera et inducias, etiam ad bella indicenda. Eorum officium tempore antiquissimo quoque fuit victimas ad altaria ducere et mactare, ut constat ex Homero Od. XX. 277. In ludis publicis et certaminibus Græcorum non solum nomina et munia singulorum proclamabant, sed etiam victoribus brabeum adjudicabant, iisque coronas imponebant (vid. Cic. V. Ep. 12.), et apud Græcos certe honesto loco erant, nec exigua dignitate et auctoritate gaudebant. Cf. Pollux IV. 12. s. 92. et VIII. 9. s. 22. Rhodiginus in Lectt. Antiq. Lib. XXI. c. 16. p. 1168. et Ezech. Spanhem. ad Juliani Cæsares p. 140. Hinc in N. T. bene transfertur 2) ad *legatos Dei* et *præcones verbi divini*, et speciatim ad *doctores religionis christianæ.* 1 Tim. II. 7. ἐγὼ κῆρυξ καὶ ἀπόστολος. 2 Tim. I. 11. 2 Petr. II. 5. ubi Noachus δικαιοσύνης κήρυξ vocatur, quia coævos suos ad emendandam pravam ipsorum vivendi rationem cohortatus est. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. κήρυκες· οἱ ἄγγελοι, οἱ διάκονοι, οἱ τὰς ὑπηρετικὰς ἐπιτελοῦντες πράξεις. Confer etiam Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΚΗΡΥ'ΣΣΩ, vel ΚΗΡΥ'ΤΤΩ, fut. ύξω, 1) proprie: *præconem ago, præconis munere fungor, præconium facio, sonora voce publice aliquid proclamo*, a κήρυξ, quod vide. Xenoph. Hist. Gr. VII. 2. 21. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 254. 2) per metaphoram: *instar præconis clamo, exclamo vehementer.* Apoc. V. 2. ἄγγελον κηρύσσοντα ἐν φωνῇ μεγάλῃ. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 14. Pollux Onom. IV. 12. sect. 92 et 93. 3) *annuncio aliquid publica auctoritate.* Luc. IV. 18. κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν — κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν ad annunciandam captivis libertatem — ad edicenda tempora læta ac fausta. 4) *divulgo, dissemino, celebro*, i. q. διαφημίζω, cum quo permutatur. Marc. I. 45. ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον. ibid. V. 20. ἤρξατο κηρύσσειν ἐν τῇ Δεκαπόλει, ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. ib. VII. 36. Luc. VIII. 39. 5) *nomine alterius cohortor ad aliquid, moneo, jubeo, commendo, suadeo.* Marc. I. 4. κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας nomine Dei cohortatus est homines ad suscipiendum baptismum et emendandos animos. Act. X. 37. μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης post baptismum, ad quem cohortatus est Johannes. Rom. II. 21. ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν qui alios a furtis abstinere jubes. Galat. V. 11. εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω si commendarem et permitterem circumcisionem. 1 Petr. III. 19. etc. 6) *doceo, instituo, trado doctrinam divinam*, et speciatim de religione christiana usurpatur, ut sit idem, quod διδάσκειν et εὐαγγελίζεσθαι. Matth. XXIV. 14. κηρυχθήσεται τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο. Marc. XIII. 10. XIV. 9. Act. X. 42. καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ. Rom. X. 15. πῶς δὲ κηρύξουσιν; quomodo vero tradent religionem christianam? 1 Cor. IX. 27. XV. 12. 2 Tim. IV. 2. etc.

ΚΗ˜ΤΟΣ, εος, ους, τὸ, 1) proprie: *cetus, balæna, bellua marina ingentis magnitudinis.* 2) deinde est vocabulum generale et non certam speciem piscis determinat, sed *quemlibet piscem magnum et inusitatæ molis* significat. Hinc in versione Alex. דָּג גָּדוֹל Jon. II. 1. per κῆτος redditur: adde Jon. I. 17. II. 10. Hesych. κῆτος· θαλάσσιος ἰχθὺς παμμεγέθης. Idem: κητώεσσα· μεγάλη, respiciens sine dubio locum Homeri Iliad. β', v. 581. ubi vid. Eustathius. In N. T. tantum legitur Matth. XII. 40. de pisce, in quo latuit Jonas, qui tamen non fuit proprie cetus; hujus enim guttur nimis angustum est, quam ut totum hominem deglutire possit; sed canis marinus, *Carcharias* dictus, quem alii *Lamiam* et *Lemnam* vocant, a gulæ vastitate, ἀπὸ τοῦ ἔχειν μέγαν λαιμόν.

ΚΗΦΑ˜Σ, ᾶ, ὁ, *Cephas.* Est cognomen Simonis, filii Jonæ, apostoli J. C. Vocabulum non Græcum est ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ut Baronius T. I. Annal. ann. 31. voluit, sed Syro-Chaldaicum, nempe a כֵּיפָא *lapis, petra*, ut sit idem quod Πέτρος. Joh. I. 43. 1 Cor. I. 12. III. 22. IX. 5. XV. 5. Galat. II. 9.

ΚΙΒΩΤΟ'Σ, οῦ, ἡ, generatim *quamcunque arcam* notat, *qua aliquid includitur*, et teste Thoma M. p. 532. apud veteres ita differt a κίστῃ, ut κιβωτὸς et κιβώτιον sit ἐκ ξύλου, κίστη δὲ ἡ πλεκτή. Conf. Sallierium ad Thom. M. l. l. et Valckenar. ad Theocritum p. 334. Hesych. κιβωτός· λάρναξ ξυλίνη ἢ σορός. Suid. λάρναξ· κίστη εἰς ὑποδοχὴν ἱματίων καὶ χρημάτων. Athen. III. p. 84. A. Dioscorid. III. 26. Inde in N. T. transfertur α) ad designandam *arcam fœderis*, in adyto repositam, laminis aureis undique obductam, in qua tabulæ legis, urna aurea, manna habens, et virga Aaronis asservabantur, et quæ ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης Hebr. IX. 4. Apoc. XI. 19. Hebr. אֲרוֹן הַבְּרִית Jos. III. 14. vocatur. Erat alta et lata cubitum et dimidium, longa vero duos cubitos et dimidium. Exod. XXV. 10. β) ad *navem, nulla arte factam, in quam se recepit Noachus*, quæ Hebraice תֵּבָה Genes. VI. 14—19. VII. 1, 7, 9 seq. a Josepho, Apollodoro et aliis λάρναξ, et a Philone ξύλινον ἔργον μέγιστον vocatur. Matth. XXIV. 38. Luc. XVII. 27. Hebr. XI. 7. 1 Petr. III. 20. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΙΘΑ'ΡΑ, ας, ἡ, *cithara.* Instrumentum musicum antiquissimum triangulare, ut videtur, cujus inventor *Jubal*, filius Lamechi, vulgo habetur, coll. Genes. IV. 21. Plinio H. N. VII. 56. est *Amphionis* inventum. Habebat chordas, quæ digitis, vel plectro pulsabantur et celebrandis deorum laudibus olim dicata fuit. Memoratur in N. T. 1 Cor. XIV. 7. Apoc. V. 8. XIV. 2. XV. 2. ἔχοντας κιθάρας τοῦ Θεοῦ manu tenentes citharas, quibus laudes Dei canebant. כְּלֵי שִׁיר הָאֱלֹהִים 1 Chron. XVI. 42. 2 Chron. VII. 6. Sæpius non legitur

in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro כִּנּוֹר Job. XXI. 12. XXX. 31. Ies. V. 12. (Joseph. A. J. VII. 12. 3. ἡ μὲν κινύρα, δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ.) pro נְגִינָה Job. XXX. 9. et pro נֵבֶל (Josephus l. l. νάβλα δώδεκα φθόγγους ἔχουσα, τοῖς δακτύλοις κρούεται.) 1 Sam. X. 5.

ΚΙΘΑΡΊΖΩ, fut. ίσω, cithara, etiam *lyra cano, citharam pulso*, a κιθάρα, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. 1 Cor. XIV. 7. πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον; quomodo cognoscetur, quid tibia, aut quid cithara canatur? Apoc. XIV. 2. κιθαριζόντων ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν pulsantium citharas suas. Alexandrini pro נִגֵּן *manu pulsavit fides*, aut *instrumentum musicum, ad instrumentum musicum cecinit*. Ies. XXIII. 16. Xenoph. Mem. III. 1. 4.

ΚΙΘΑΡΩΔΌΣ, οῦ, ὁ, *citharœdus, qui cithara ludit, et sua simul voce accinit*, ex κιθάρα *cithara*, et ᾠδὸς, pro ἀοιδὸς, *cantor*, quod ab ἀείδω *cano*. Bis legitur in N. T. Apoc. XIV. 2. καὶ φωνὴν ἤκουσα κιθαρῳδῶν et vocem, seu cantum audivi citharœdorum. ibid. XVIII. 22. καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν. Phavor. κιθαρῳδός· ὁ μετὰ κιθάρας ᾄδων. Κιθαριστής· ὁ ταύτῃ χρώμενος, h. e. qui citharam tantum pulsat, non etiam accinit. Utraque vox etiam in linguam Latinam transiit, eodemque discrimine legitur apud Varronem de Re Rust. II. 1. 3. "Non omnes, qui habent citharam, sunt citharœdi." Cic. Verr. I. c. 53.

ΚΙΛΙΚΊΑ, ας, ἡ, *Cilicia*. Nomen regionis maritimæ Asiæ minoris, seu Natoliæ, Cappadociæ, Pamphyliæ, Syriæ et mari Cilicio interjectæ, ita dictæ a *Cilice*, Phœnicis filio. Nunc Carmania vocatur. Hujus metropolis fuit *Tarsus* (quæ nunc *Hama* dicitur) Pauli patria. Act. VI. 9. XV. 23, 41. XXI. 39. XXII. 3. XXIII. 34. XXVII. 5. Galat. I. 21. Conf. Cellarii Geogr. Plen. Lib. III. c. 4. s. 3. p. 195 seq.

ΚΙΝΆΜΩΜΟΝ et ΚΙΝΝΆΜΩΜΟΝ, ου, τὸ, *cinamomum*, seu *cinnamomum*, etiam *cinnamum*. Cortex aromaticus (qui ad odores spargendos adhibebatur, Lucan. X. 166.) arboris in Æthiopia maxime, insula Ceylon et montibus Malabaricis nascentis, de quo locus classicus est apud Plin. H. N. XII. 19. s. 42. et copiose egit Salmasius in Exercitt. Plin. passim, inprimis p. 1304 seq. et Homon. Hyl. Iatr. p. 135. Wets. N. T. T. II. p. 829. Legitur semel in N. T. Apoc. XVIII. 13. καὶ κινάμωμον καὶ ἄμωμον καὶ θυμιάματα, ubi duæ lectiones mihi quidem in unam coaluisse videntur, ut aut legendum sit καὶ κίνναμον ἄμωμον, aut καὶ κινάμωμον: nam κιννάμωμον est κίνναμον ἄμωμον, ipsa etymologia teste. Constat porro, ἄμωμον Græcis dictum esse *omne aroma, quod sincerum et non adulteratum esset*, unde Avienus *amomum* pro *cinnamomo* posuit. Qui vero lectionem, a Griesbachio receptam, defendunt, tuentur se auctoritate Plinii H. N. Lib. XII. c. 13.) *Amomum parvus est frutex, uvæ instar ex ligno in se ipsum convolutus*) et ἄμωμον de *herba quadam Assyria* (quæ a Statio *Assyrium gramen* dicitur) intelligunt, *quæ integra et radice sua nixa* βοτρυώδης *erat, et uvæ modo convoluta, sibique cohærens*. Sed hodie verum amomum ignoratur. Confer Salmasium ad Solinum p. 400 et seq. Cæterum κιννάμωμον respondet Hebraico קִנָּמוֹן in versione Alex. Exod. XXX. 23. Prov. VII. 17. Cant. IV. 14. Semel tantum usi sunt Alexandrini hoc nomine pro קָנֶה טוֹב *calamo odorato, præstantissimo*, Jer. VI. 20. Vide et Sirac. XXIV. 17. Plutarch. T. VIII. p. 768. et X. p. 116. ed. Reisk. Hesych. κιννάμωμον· ἓν τῶν λιβανωτῶν ἢ τῶν ἀρωματικῶν, λιβάνιον, καὶ ὄρνις, καὶ πόα εὐωδεστάτη. Uberius de hac voce exposuit Schneiderus in Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

ΚΙΝΔΥΝΕΎΩ, fut. εύσω, *periclitor, in periculo versor*. Κινδυνεύει *metuendum est, periculum est*, a κίνδυνος *periculum*. Luc. VIII. 23. καὶ ἐκινδύνευον ut periclitarentur. Act. XIX. 27. τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν periculum est, ne hoc opificium nostrum in contemtum abeat. ib. v. 40. καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον non sine causa metuendum nobis est, ne seditionis postulemur de hodierno concursu. (Xenoph. Mem. II. 3. 17.) 1 Cor. XV. 30. τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν; cur etiam nos semper in præsentissimis periculis versamur? Sæpius non legitur in N. T. Alex. Jon. I. 4. τὸ πλοῖον ἐκινδύνευσε τοῦ συντριβῆναι. Sirac. XXXIV. 12. πλεονάκις ἕως θανάτου ἐκινδύνευσα. Plut. Oth. p. 1069. B. Arrian. Epictet. III. 27. p. 372. Alia exempla habet Schwarzius in Comment. Ling. Gr. p. 785. et Wetstenius N. T. T. II. p. 585.

ΚΊΝΔΥΝΟΣ, ου, ὁ, *periculum, discrimen*. Rom. VIII. 35. 2 Cor. XI. 26. κινδύνοις ποταμῶν, κινδύνοις λῃστῶν κ. τ. λ. periculis a fluminibus et per latrones, etc. Græci sine dubio scripsissent: κινδύνοις κατὰ ποταμοὺς — λῃστάς. Conf. Polyb. I. 29. 4. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro מֵצַר *angustia*. Ps. CXVI. 3.

ΚΙΝΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) *moveo, quatio, agito aliquid*. Medium κινέομαι, οῦμαι, *me moveo*, seu *vim libere agendi et me movendi habeo*. Matth. XXVII. 39. οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν, κινοῦντες τὰς κεφαλὰς αὐτῶν prætereuntes autem convicia jaciebant in eum, motantes capita sua. Formula κινεῖν τὴν κεφαλὴν *motare caput*, quæ Hebraicæ הֵנִיעַ רֹאשׁ (Ps. XXII. 8. CIX. 25. Job. XVI. 4. etc.) respondet, de *irridentibus alios et insultantibus* usurpatur, præter h. l. et Marc. XV. 29. reperitur quoque Sirac. XII. 19. XIII. 9. Act. XVII. 28. ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμὲν per ipsum enim vivimus et vim nos libere movendi habemus et sumus. Arrian. Diss. Epictet. I. 12. Confer Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 70. p. 310 s. 2) per synecdochen et enallagen: *dimoveo, removeo, tollo, moveo loco*, i. q. ἀποκινέω. Herodian. VI. 1. 6. Apoc. II. 5. καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, qui locus metaphorice de *remotione* (2 Paral. XXXV. 15.) episcopi Ephesini a munere intelligendus esse videtur. ibid. VI. 14. καὶ πᾶν ὄρος καὶ νῆσος ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκινήθησαν et omnes montes et insulæ loco suo dejiciebantur. Etiam hunc locum plerique de insigni imperiorum et regnorum mutatione metaphorice haud male interpretantur. Huc etiam pertinet locus Matth. XXIII. 4. ubi Pharisæi et doctores Judæorum dicuntur colligere onera gravia et difficilia portatu eaque imponere humeris hominum, quæ tamen ipsi τῷ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι ne digito quidem movere ac ferre conari volunt, h. e. dictant aliis difficilia præcepta, sed ipsi ne minimum quidem observant. 3) *permoveo, excito, incito, concito*, et fere in deteriorem partem de iis usurpatur, *qui alios ad iram irritant*, aut *ad seditionem concitant*. Act. XXIV.

5. καὶ κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην et seditiones concitantem inter omnes ubique Judæos. Hinc κινητὴς *seditiosus* apud Polyb. Exc. Legat. 80. Maxim. Tyr. Diss. XIII. p. 136. στάσιν κινεῖς, πόλεμον κινεῖς. Cf. Reitz. ad Lucian. Opp. T. III. p. 177. ac Wyttenbach. ad Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 11. Passivum Κινέομαι *commoveor, turbor,* legitur Act. XXI. 30. ἐκινήθη τε ἡ πόλις ὅλη urbs tota commovebatur: ubi non solum additur: καὶ ἐγένετο συνδρομὴ τοῦ λαοῦ, sed etiam v. 31. κινεῖσθαι cum συγχύσθαι permutatur. Longus Pastoral. IV. p. 242. ὅλη ἐκινεῖτο ἡ πόλις. Herodian. I. 3. 15. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. κινηθέντος· ὀργισθέντος. Idem: κίνημα· κίνησις, ταραχή, ὁρμή. Conf. quoque Irmisch. ad Herodian. I. 3. 15. p. 86.

ΚΙ'ΝΗΣΙΣ, εως, ἡ, *motio, commotio,* i. q. κίνημα, a κινέω *moveo.* In N. T. tantum extat Joh. V. 3. ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν expectantes aquæ motum. Xenoph. de Venat. X. 12.

ΚΙ'Σ, ὁ, *Kis.* Nomen proprium indeclinabile viri, qui commemoratur in N. T. Act. XIII. 21. Fuit filius Abielis, pater Sauli, primi regis in Israële. 1 Sam. IX. 1. Hebraice dicitur קִישׁ a rad. קָשָׁה *durus, difficilis fuit.* Κίς, κιός, ὁ, nomen appellativum est et significat *vermem, qui in ligno et frumento nascitur.*

ΚΛΑ'ΔΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *ramus arboris* et *quidem tener et flexibilis,* a κλάω *frango,* quia ramus tener facile frangitur. Interdum tamen dicitur κλάδος generatim *ramus arboris, aut plantæ, etiam duriusculus.* Sic v. c. Matth. XIII. 32. κλάδος tribuitur *Lampsanæ* adolescenti. ibid. XXI. 8. XXIV. 32. ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ ubi ejus rami tenerescunt et folia progerminant. Theophr. Hist. Plant. I. c. 2. *sarmentum, quod quoque anno gignitur,* κλάδον appellat. Marc. IV. 32. καὶ ποιεῖ κλάδους et erigit, seu profert ramos, coll. Ps. I. 3. XIII. 28. Luc. XIII. 19. 2) κλάδοι metaphorice *soboles, posteri.* Rom. XI. 16. οἱ κλάδοι sunt Judæi, posteri patriarcharum, qui ibidem ἡ ῥίζα vocantur. ibid. v. 17, 18, 19, 21. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo נֵצֶר et חֹטֶר usurpatur apud Ies. XI. 1. Theophrast. Char. XXI. 2. κλάδος Μελιταῖος soboles Melitæa; ubi videndus Casaubonus in Notis p. 153. Conf. quoque Valckenar. ad Eurip. Phœn. 88. et Alberti Obss. Philol. p. 322.

ΚΛΑ'ΖΩ, vide ΚΛΑ'Ω.

ΚΛΑΙ'Ω, fut. κλαύσω, 1) *fleo, lacrymor,* et dicitur partim de oculis, (conf. Pollux Onom. VI. 50.) partim de hominibus. In N. T. de hominibus tantum adhibetur. Mat. XXVI. 75. ἔκλαυσε πικρῶς effuse flebat. Marc. V. 38. κλαίοντας præficas. ibid. v. 39. XIV. 72. XV. 10. πενθοῦσι καὶ κλαίουσι. Luc. VII. 13, 32, 38. VIII. 52. XXII. 62. Joh. XI. 31. ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον, ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ. ibid. v. 33. XVI. 20. κλαύσετε καὶ θρηνήσετε. ib. XX. 11, 13, 15. Act. IX. 39. XXI. 13. Rom. XII. 15. κλαίειν μετὰ κλαιόντων, scil. χρὴ, vel δεῖ, in societatem doloris aliorum venite. (Simili modo δόμεναι, *da,* apud Homer. Odyss. α', 317.) coll. Sirac. VII. 38. Jacob. IV. 9. Apoc. V. 4, 5. XVIII. 9. pro κλαύσονται codices nonnulli habent κλαύσουσι. ibid. v. 11. κλαύσουσι pro κλαίουσι. Utraque lectio est merum interpretamentum. ibid. v. 15 et 19. 2) *defleo, deploro, lacrymis prosequor,* et construitur partim cum accusativo, (v. c. apud Hesiod. Ἔργ. v. 221. et Josephum passim) partim cum præpositione ἐπί. Confer Abresch. ad Æschyl. pag. 593. Matth. II. 18. Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς Rahel lugebat mortuos filios. Luc. XIX. 41. ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ λέγων his verbis deploravit futuram ejus sortem. ib. XXIII. 28. Jacob. V. 1. ubi κλαύσατε vertendum est *deplorabitis.* Sic ἀναπληρώσατε Gal. VI. 2. est implebitis. Jerem. XXII. 18. οὐδὲ μὴ κλαύσονται αὐτόν. ibid. XXXIV. 5. Genes. XXXVII. 35. 3) *doleo.* Philip. III. 18. νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω nunc vero non sine summo animi dolore repeto. 4) *miser sum et infelix.* Luc. VI. 21. μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν beati, qui jam calamitosi et ærumnosi estis. ib. v. 25. ὅτι πενθήσετε καὶ κλαύσετε nam admodum misera erit vestra conditio. 1 Cor. VII. 30. οἱ κλαίοντες ὡς μὴ κλαίοντες miseris nunc ac felicibus eadem olim erit conditio. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΛΑ'ΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, *fractio.* Est verbale a 2 pers. præt. pass. κέκλασαι, verbi κλάω *frango.* Pollux Onom. IV. 187. Etymol. M. 520. 4. Formula κλάσις τοῦ ἄρτου, *fractio panis,* ex usu linguæ Hebraicæ, de quo infra ad formulam κλάσαι ἄρτον

exponetur, *cœnam* significat, et partim de *communi cœna,* partim de *celebratione sacræ cœnæ,* seu *dominicæ,* in N. T. adhibetur. Luc. XXIV. 35. ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου inter edendum, seu *super cœnam,* ut loquitur Sueton. Vespas. cap. 22. Act. II. 42. ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου. Syrus: ܒܩܨܝܐ ܕܐܘܟܪܣܛܝܐ *et in fractione eucharistiæ,* coll. Act. XX. 7. et 1 Cor. X. 16. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Vorstii Philol. S. pag. 691. ed. Fischeri.

ΚΛΑ'ΣΜΑ, τος, τὸ, *fragmentum,* et speciatim: *fragmentum,* seu *frustum panis,* a 1 pers. perf. pass. κέκλασμαι, verbi κλάζω. Matth. XIV. 20. XV. 37. Marc. VI. 43. VIII. 8, 19, 20. Luc. IX. 17. Joh. VI. 12, 13. Sæpius non occurrit in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico פַּת *frustum,* Levit. II. 6. VI. 21. פֶּלַח *fragmen, segmentum,* Jud. IX. 53. 1 Sam. XXX. 12. et פְּתוֹתִים *frusta,* Ezech. XIII. 19. ἕνεκεν κλασμάτων ἄρτου. Xenoph. de Venat. X. 5. Hesych. κλάσματα· συντρίμματα, θρύμματα. Idem: θρύμματα· κλάσματα ἄρτου.

ΚΛΑΥ'ΔΗ, ης, ἡ, *Clauda,* seu *Claude.* Nomen insulæ, admodum parvæ, prope Cretam, ad angulum lateris ejus australis et occidentalis sitæ. Ptolemæus (III. 7.) eam Κλαῦδον vocat, Athenæus Κλαύδιον, aliis Γαῦλος et Γαῦδος dicitur. Conf. Wesseling. ad M. Antonini Itiner. pag. 651. Salmasii Exercitt. Plin. pag. 384. et interpretes ad Act. XXVII. 16.

ΚΛΑΥΔΙ'Α, ας, ἡ, *Claudia.* Est nomen proprium fœminæ piæ, quæ memoratur 2 Tim. IV. 21.

ΚΛΑΥ'ΔΙΟΣ, ου, ὁ, *Claudius.* Nomen viri Latinum 1) *quinti Romanorum imperatoris, filii Drusi,* hominis perversi et, teste Suetonio et Eutropio, vino, luxuriæ et omnibus vitiis deditissimi, qui memoratur in N. T. Act. XI. 28. et XVIII. 2. Anno sexto imperii ejus erat fames illa magna, de qua vaticinatus erat *Agabus* (Act. XI. 28. Conf. Joseph. A. J. III. 15. 3. XX. 2. 6. et Tacit. Annal. XII. 43.) et anno nono imperii omnes Judæos Roma expulit. Act. XVIII. 2. Sueton. Claud. c. 25. "*Judæos, impulsore Chresto assidue tumultuantes, Roma expulit.*" Tandem cum imperasset annis 13. mens. 9. et diebus 28. interfectus est veneno ab uxore Agrippina. 2) tribuni

Romani, qui Act. XXIII. 26. vocatur *Claudius Lysias*.

ΚΛΑΥΘΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *fletus, ploratus*, a κλαίω, κλαύσω, *fleo*, interposita littera θ. Matth. II. 18. θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμός. ibid. VIII. 12. κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, coll. XIII. 42, 50. XXII. 13. XXIV. 51. XXV. 30. et Luc. XIII. 28. Act. XX. 37. ἱκανὸς δὲ ἐγένετο κλαυθμὸς πάντων omnes acriter flere. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro בְּכִי Gen. XLV. 2. 2 Sam. XIII. 36. Job. XVI. 16. adhibuerunt.

ΚΛΑ'Ω, ῶ, vel ΚΛΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) *frango, in partes minuo*. Hesych. κλῶν· συντρίβων, κατασπῶν. In hac vero significatione tantum de panibus in N. T. usurpatum reperitur, qui apud Judæos ad modum placentarum erant ita tenues et simul duri, ut non scinderentur, sed frangerentur. Hinc formula κλᾶσαι τὸν ἄρτον in N. T. α) notat: *panem frangere, in partes comminuere*. Matth. XIV. 19. καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς τοὺς ἄρτους fractosque panes dedit discipulis populo distribuendos. ib. XV. 36. XXVI. 26. Marc. VIII. 6. XIV. 22. Luc. XXII. 19. XXIV. 50. Act. XXVII. 35. Conf. Xenoph. Anab. VII. 8. 11. β) *frangere panem et aliis dare, ut distribuatur, distribuere panem inter alios*. Marc. VIII. 19. ὅτε τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους quum quinque panes distribui inter quinque millia. 1 Cor. XI. 24. καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, coll. Matth. XXVI. 26. ubi additur καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς. Ies. LVIII. 7. פָּרֹס לָרָעֵב לַחְמֶךָ, coll. Ezech. XVIII. 7. לַחְמוֹ לְרָעֵב יִתֵּן. Adde Jerem. XVI. 7. Thren. IV. 4. γ) *edere panem, in partes comminutum*. 1 Cor. X. 16. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι; panis, quem edimus in S. cœna, nonne est fruitio corporis Christi? δ) *cœnare, edere, cibum capere*. Act. XX. 11. κλάσας ἄρτον καὶ γευσάμενος, ubi alterutrum mihi redundare videtur. Speciatim vero hæc formula de *celebratione S. cœnæ* usurpatur Act. II. 46. κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον per domos privatas agapas, seu S. cœnam celebrabant. ibid. XX. 7. Conf. de hac formula Vorstii Philol. Sacr. p. 689 seq. ed. Fischeri. 2) metaphorice: *interficio*. 1 Cor. XI. 24. τὸ σῶμα, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον corpus meum, quod pro vobis interficietur, seu morti tradetur. In codicibus nonnullis et versionibus pro κλώμενον legitur διδόμενον et θρυπτόμενον, coll. Luc. XXII. 19. Mansit apostolus in allegoria, quia panis, quem J. C. fregit, meminerat. In Süskindii Magazin für Christliche Dogmatik und Moral P. XVII. confertur Arabicum شدخ *fregit*, quod in notione *vulnerandi* legitur apud Abdollatif. Compendio memorabilium Ægypti ed. Whit. (Tub. 789. 8.) p. 13. ut adeo locus verti possit: corpus proxime vulnerandum et comminuendum. Sæpius non legitur in N. T. 3) interdum omittitur, v. c. Marc. VIII. 20. post τοὺς ἑπτὰ e v. 19. supplendum est ἔκλασα.

ΚΛΕΙ'Σ, ειδὸς, ἡ, 1) *clavis*, a κλείω *claudo*. Apoc. IX. 1. ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος clavis putei. ibid. XX. 1. τὴν κλεῖν (al. κλεῖδα: utraque enim forma recepta est apud Græcos. Conf. interpretes ad Thom. M. p. 536.) τοῦ ἀβύσσου. 2) metaphorice: *potestas, facultas regendi, agendi, gubernandi, imperium, auctoritas*, etiam *occasio, aditus*. Matth. XVI. 19. δώσω σοι τὰς κλεῖς (al. κλεῖδας) τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν tibi concedam potestatem et imperium in ecclesiam christianam. Luc. XI. 52. ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως adimitis et præcluditis aliis occasionem perveniendi ad cognitionem. Alii vertunt: vobis commissum est munus docendi populum veram ad salutem viam; et provocant ad ritum Judæorum, quibus solemne erat, doctoribus *clavem* symboli loco tradere, quæ potestatem publice docendi et sacras litteras aperiendi sive interpretandi designaret. Conf. Vitringa Obss. Sacr. Lib. I. Diss. II. c. 1. § 7. et Ursini Analecta Sacra T. I. Lib. V. c. 34 seq. Apoc. I. 18. ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου καὶ τοῦ θανάτου facultatem habeo liberandi a morte et pernicie, aut dominandi inferis. Conf. præter Wetstenium ad h. l. C. G. Schwarzii D. de Diis clavigeris ad illustrandum Apoc. I. 18. Alt. 1728. 4. ibid. III. 7. ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ (οἴκου) Δαβὶδ qui est dominus ecclesiæ christianæ. Eichhornio in Comment. ad h. l. Vol. I. p. 132. κλεῖς τοῦ Δαβὶδ sunt eædem ac κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν Matth. XVI. 19. ut sensus verborum exoriatur hic: qui ad regnum divinum, quosquos voluerit, admittere potest. Sæpius non legitur in N. T. Similis locus est apud Ies. XXII. 22. δώσω αὐτῷ κλεῖδα οἴκου Δαβὶδ, ubi sermo est de Eliakimo, palatii Hierosolymis præfecto, cujus potestas clave exprimebatur, humero imponenda, vel vere, vel per intextam epomidi figuram. Conf. P. Wesseling. Obss. Lib. I. c. 3. et Wollii Notas ad Blackwall. Crit. Sacr. p. 167.

ΚΛΕΙ'Ω, fut. κλείσω, 1) *claudo, concludo, occludo, includo*, ne detur alicui potestas intrandi vel exeundi. Sic dicitur v. c. de *janua*, Matth. VI. 6. κλείσας τὴν θύραν σου clam, occulte, intra privatos parietes. ibid. XXV. 10. Luc. XI. 7. Joh. XX. 19, 26. Act. V. 23. XXI. 30. Apoc. XX. 3. XXI. 25. coll. Ies. LX. 11. 2) metaphorice: *impedio, cohibeo, reprimo, denego*. Sic in N. T. legitur Mat. XXIII. 13. κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων præcluditis hominibus viam ad doctrinam et felicitatem christianam. Luc. IV. 25. ὅτε ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς nubibus pluviam denegantibus. coll. Sirac. XLVIII. 3. 1 Joh. III. 17. καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ et immisericors est erga eum. Apoc. III. 7. κλείει καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει. ibid. v. 8. καὶ οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτὴν nemo tibi liberum ad me aditum occludere potest. ibid. XI. 6. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΛΕ'ΜΜΑ, τος, τὸ, *furtum, actio furandi*, a 1. pers. præt. pass. κέκλεμμαι, verbi κλέπτω *furor*. Semel in N. T. legitur Apoc. IX. 21. οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν κλεμμάτων αὐτῶν non desierunt furta patrare. Confer Ps. L. 18. Alex. pro גְּנֵבָה Exod. XXII. 2, 3. Genes. XXXI. 39. Xenoph. Œconom. XIV. 5. Thucyd. V. 9. Demosthen. p. 236. 2. et 736. 5. ed. Reisk.

ΚΛΕΟ'ΠΑΣ (aut potius Κλεοπᾶς), α, ὁ, *Cleophas*, Nomen proprium viri, quod vulgo male e Græca lingua deducunt, ut sit compositum ex κλέος *gloria* et πᾶς *omnis*, quasi *summe gloriosus*, sed ejusdem originis est cum 'Αλφαῖος, quod Hebraico חֲלְפָּא respondet. Littera ח autem, quando nomina in aliam linguam transferuntur, aut plane abjicitur, aut mutatur in א, aut denique per Κάππα pronunciatur, ut ex פסח fit Φασέκ. Fuit hic *Cleophas*, qui alias etiam vocatur *Alphæus*, frater germanus Josephi, mariti matris Jesu et maritus Mariæ, sororis matris Jesu, pater quatuor apostolorum. Luc. XXIV. 18. Interdum contracte scribitur Κλωπᾶς, ᾶ. Joh. XIX. 25. Μαρία, ἡ τοῦ Κλωπᾶ, sc. γυνὴ, Maria, Clopæ uxor.

ΚΛΕ'ΟΣ, ους, τὸ, *gloria, celebritas, splendor nominis, fama, laus*, a κλέω

celebro, laudo, (Homer. Odyss. ρ', 418.) *celebrem reddo.* Semel in N. T. legitur 1 Petr. II. 20. ποῖον γὰρ κλέος, sc. ἐστί; quænam enim erit laus vestra? Alexandrini posuerunt pro שֵׁמַע Job. XXVIII. 22. Adde XXX. 8. Thucyd. I. c. 25. κλέος ἐχόντων τὰ περὶ τὰς ναῦς. ibid. II. c. 45. Etym. M. κλέος· δόξα, παρὰ τὸ κλείω, τὸ δοξάζω. Hesych. κλέος· δόξα, τιμὴ, φήμη ἀγαθή. Cf. etiam Thom. M. Eclog. sub δόξα p. 246. ed. Bernard. — Interdum κλέος quoque in malo sensu adhibetur, uti ὄνειδος in bono. Vide M. Antonin. Mureti Variar. Lectt. Lib. VI. cap. 18. quæ observatio a loco N. T. laudato etiam non prorsus aliena est.

ΚΛΕ'ΠΤΗΣ, ου, ὁ, 1) *fur,* et omnino *is, qui clam aliquid aufert et subducit,* a κλέπτω *furor.* Matth. VI. 19, 20. XXIV. 43. Luc. XII. 33, 39. Joh. X. 1, 10. XII. 6. 1 Cor. VI. 10. 1 Thess. V. 2. ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ subito et inopinato. ibid. v. 4. 1 Petr. IV. 15. 2 Petr. III. 10. Apoc. III. 3. XVI. 15. 2) metaphorice: *qui furis instar aliis magis nocet, quam saluti eorum prospicit, qui alios decipit et fallit.* Joh. X. 8. Apud Græcos κλέπτειν non solum *furari* aut *furtim subducere,* sed etiam ex adjuncto *fallere, circumvenire, decipere* notat. Homer. Iliad. α', 131 seq. ξ', 217. Conf. et Gen. XXX. 20, 26. 2 Sam. XV. 16. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΛΕ'ΠΤΩ, fut. ἐψω, 1) *furor, furto aufero, furtim surripio,* et non solum de iis usurpatur, qui fores effringendo, muros perfodiendo, aut latrocinando aliena ad se rapiunt, sed etiam, qui omnino pravis artibus et astutis consiliis aliis res suas adimere et eripere conantur. Matth. VI. 19, 20. XIX. 18. Marc. X. 19. Luc. XVIII. 20. Joh. X. 10. Rom. II. 21. XIII. 9. Ephes. IV. 28. Suid. κλέπτειν τὸ τὰ ἀλλότρια λάθρα ἀφαιρεῖσθαι, τὸ παραλογίζεσθαι. Etym. M. κλέπτω· τίθεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἐξαπατᾷν καὶ παραλογίζεσθαι. Homer. Iliad. α', v. 132. Schol. Sophocl. ad Electr. v. 56. 2) *clam aufero, subduco,* et omnino *clanculum aliquid facio,* seu *facio aliquid, ignaro et non animadvertente eo, qui illud fieri nolebat.* Matth. XXVII. 64. μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψωσιν αὐτὸν ne discipuli corpus ejus subducant. ib. XXVIII. 13. Eodem modo גָּנַב usurpatur 2 Sam. XIX. 42. Joh. IV. 12. Prov. IX. 17. Tob. I. 21. ἔθαψα αὐτοὺς κλέπτων clanculum eos sepeliebam, coll. v. 22. Pindar. Pyth. Δ, v. 7. κλέπτων δὲ θυμῷ δεῖμα occultans tamen animo pavorem. Xenoph. Anab. IV. 6. 12. κλέπτειν τοῦ ὄρους clam occupare montem. Ælian. V. H. III. 47. κλέπτων τὴν τῶν Ἀθηναίων τείχισιν, ubi vid. Perizon. Ita etiam *furtim* apud Latinos *clanculum, tecte* notat, v. c. apud Virg. Æn. II. 18. Conf. Irmisch. ad Herodian. T. II. p. 7.

ΚΛΗ~ΜΑ, τος, τὸ, *palmes, sarmentum, virga vitea,* fortasse a κλάω *frango,* quia est *fragilis.* Joh. XV. 4. Cum palmitibus comparantur omnes Christi asseclæ, et speciatim apostoli. ib. v. 2, 5, 6. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebr. זְמֹרָה Ezech. XV. 2. Nah. II. 2. דָּלִיּוֹת *propagines, palmites,* Ezech. XVII. 6, 7, 23. XIX. 11. et שָׂרִיגִים idem, Joël. I. 7. etc. Apollodor. III. 13. 7. κλῆμα ἀμπέλου. Xenoph. Œcon. XIX. 8 et 9. Confer et Polluc. Onom. I. 237. et VII. 145.

ΚΛΗ'ΜΗΣ, εντος, ὁ, *Clemens.* Nomen proprium viri, qui commemoratur Philip. IV. 3.

ΚΛΗΡΟΝΟΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *hæreditatem adeo, sortis* (Polyb. II. 21.) *vel hæreditatis jure obtineo, hæredito,* ex κλῆρος *sors, hæreditas,* et νέμω *tribuo, possideo.* Gal. IV. 30. οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. 2) *ratione quacunque aliquid consequor, adipiscor, potior, possideo,* ita tamen, ut interdum adjuncta sit notio possessionis legitimæ ac perpetuæ, aut conjunctionis, qualis inter liberos ac parentes esse solet. Matth. V. 5. κληρονομήσουσιν τὴν γῆν. Confer supra ad γῆ dicta. ibidem XIX. 29. καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει et felicitatem æternam consequetur. ibid. XXV. 34. Marc. X. 17. τί ποιήσω ἵνα ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; qua ratione ad futuræ felicitatis possessionem pervenire possum? Luc. X. 25. XVIII. 18. 1 Cor. VI. 9, 10. XV. 50. Galat. V. 21. βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι alieni manebunt a felicitate æterna. Hebr. I. 4. ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα quo majorem præ illis consequutus est dignitatem. ibid. v. 14. VI. 12. κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας qui obtinuerunt bona promissa. ibid. XII. 17. 1 Petr. III. 9. Apoc. XXI. 7. Sæpius non legitur in N. T. Sic etiam יָרַשׁ usurpatur Genes. XV. 7, 8. Judd. I. 19. et נָחַל Prov. XI. 29. XIII. 22. Iea. XLIX. 8. 1 Macc. II. 10. Sirac. IV. 14. κληρονομήσει δόξαν. ibid. VI. 2. ὄνομα πονηρὸν καὶ αἰσχύνην καὶ ὄνειδος κληρονομήσει. ibid. XX. 25. Polyb. Hist. II. 27. IX. 33. XV. 22. XVII. 23. κληρονομεῖν φήμην. Suid. κληρονομῶ· τὸ κατέξουσιάζω, τὸ κτῶμαι.

ΚΛΗΡΟΝΟΜΙ'Α, ίας, ἡ, 1) proprie: *hæreditas, patrimonium, bona, a parente relicta, quæ cedunt liberis, res, hæreditate acquisita,* ab eodem. Matth. XXI. 38. καὶ κατάσχωμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, ubi κληρονομία vinea dicitur, quæ pars patrimonii erat. Marc. XII. 7. Luc. XII. 13. εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν jube fratrem mecum partiri hæreditatem æquis conditionibus. ibid. XX. 14. Hinc 2) *omne, quod quis perpetuo hæreditatis quasi jure habet et possidet, possessio.* Act. VII. 5. καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ non autem ipsi concessit in ea agrum peculiarem et proprium. Hebr. XI. 8. Sic etiam de terra, quæ unicuique familiæ Israëlitarum in Palæstinæ divisione contigit נַחֲלָה et יְרֻשָּׁה usurpatur Jos. XIII. 23, 28. et apud Sirac. XXIV. 11. κληρονομία locum, ubi aliquis habitat, significat. Jam, quia נַחֲלָה in V. T. speciatim de occupatione et possessione Palæstinæ et felicitate, qua in hac terra sua fruebantur Judæi, dicebatur, hinc κληρονομία in N. T. 3) generatim: *felicitatem omnis generis, bona, beneficia,* et speciatim: *felicitatem, per Christum hominibus partam, in hac pariter ac futura vita,* significat. Act. XX. 32. καὶ δοῦναι ὑμῖν κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσι et vobis donare cum omnibus christianis *felicitatem æternam.* Galat. III. 18. εἰ γὰρ ἐκ νόμου ἡ κληρονομία si legis Mosaicæ observatione Abrahamo *bona promissa* contigerunt. Ephes. I. 14. ὅς ἐστιν ἀῤῥαβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν qui est quasi pignus *futuræ* nostræ *felicitatis.* Futura christianorum felicitas κατ' ἐξοχὴν dicitur κληρονομία in N. T. ibid. v. 18. et Coloss. III. 24. interdum tamen additur αἰώνιος, v. c. Hebr. IX. 15. aut ἀμίαντος, ἄφθαρτος καὶ ἀμάραντος. 1 Petr. I. 4. Sirac. XXII. 28. ἵνα τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ συγκληρονομήσῃς ut etiam aliquando felicioris ejus conditionis particeps fias, coll. v. 27. 4) *participatio* i. q. μέρος, μετοχή. Ephes. V. 5. οὐκ ἔχει κληρονομίαν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ non particeps

erit futuræ, per Christum partæ, felicitatis. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΛΗΡΟΝΟ'ΜΟΣ, ου, ὁ, 1) *hæres paternorum bonorum, is, ad quem aliquid per hæreditatem pervenit, aut cui sorte aliquid obtigit.* Ab eodem themate. Matth. XXI. 38. Marc. XII. 7. Luc. XX. 14. οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος hic est futurus hæres paternarum opum. Galat. IV. 1. 2) *qui consequitur aliquid,* s. *particeps fit alicujus rei, dominus, possessor.* Sic in N. T. legitur Rom. IV. 13. τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου ut posteri ejus occuparent ac possiderent terram Canaan. ibid. v. 14. κληρονόμοι dicuntur, qui consequuntur favorem Dei et felicitatem, Abrahami posteris promissam. ibid. VIII. 17. εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι, κληρονόμοι μὲν Θεοῦ quoniam filii sumus, etiam hæredes aliquando erimus, h. e. summæ apud Deum felicitatis cum Christo participes. Galat. III. 29. κληρονόμοι hæredes felicitatis, Abrahamo promissæ. ib. IV. 7. κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ accipiemus bona, a Deo nobis per Christum promissa et parta. Tit. III. 7. Hebr. I. 2. ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων quem dominum omnium constituit. ibid. VI. 17. XI. 7. ἐγένετο κληρονόμος reportavit præmia hujus fidei. Jacob. II. 5. Sæpius non legitur in N. T. Æque late patet apud Latinos vox *hæres,* quæ, Festo teste, de domino ac possessore usurpatur. Gloss. Philoxen. *Hæres,* κύριος, κληρονόμος.

ΚΛΗ̃ΡΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *sors,* ita, ut non solum *sortitionem,* (Xenoph. de Rep. Athen. I. 2 et 3.) sed etiam *instrumentum, quo sortitio fit,* (Ibid. VII. 17. s. Eurip. Phœn. 855.) significet. Sic v. c. lapilli et calculi, qui in vas conjiciuntur ad sortiendum, vel distribuendo aliquid inter plures, vel consultando seu sciscitando voluntatem divinam, κλῆροι vocantur Matth. XXVII. 35. βάλλοντες κλῆρον jacta sorte. ibid. καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον et de vestimentis meis sortem jecerunt. Marc. XV. 24. Luc. XXIII. 34. ubi loco κλῆρον in codd. nonnullis κλήρους legitur. Joh. XIX. 24. Act. I. 17. ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης et sortitione accepit hoc munus, aut, ut equidem reddere malim: et obtinuit hoc munus; ut κλῆρος h. l. plane abundet. ibid. v. 25. λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης ut sorte accipiat hoc munus apostolicum. ibid. v. 26. ἔδωκαν κλήρους αὐτῶν et jecerunt sortes, (Hebr. נָתַן גּוֹרָל Deut. XVI. 8.) ubi κλῆροι *tabulas* notant, in quibus scripta erant nomina candidatorum muneris apostolici. ibid. ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν et sors designavit Matthiam. Diod. Sic. L. IV. T. I. Opp. p. 287. ed. Wessel. Philostrat. Vit. Apoll. III. 30. Hom. Il. η', 175. Callim. H. in Jov. 62. Hesych. κλῆρος· τὸ βαλλόμενον εἰς τὸ λαχεῖν, ἢ ψῆφος. Phavor. κλῆρός ἐστι σημεῖον, ὃ τις ἐμβάλλει τῷ ἀγγείῳ τοῦ λαχμοῦ, ψῆφίς τυχὸν, ἢ δακτύλιος, ἢ βῶλος ἀρούρας κ. τ. λ. 2) ut Hebraicum גּוֹרָל (Judic. I. 3. Ies. LVII. 6.), *quidquid alicui sorte obvenit,* (Ælian. V. H. VI. 1.) et generatim *omne, quod alicui contingit, sive sorte hoc fiat, sive hæreditate, sive alio modo.* Sic v. c. in N. T. κλῆρος vocatur *α*) *felicitas christianorum et in hac et in futura vita.* Act. XXVI. 18. τοῦ λαβεῖν κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις ut accipiant felicitatem illam, quæ veris christianis destinata est, coll. XX. 32. δοῦναι κληρονομίαν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πᾶσι. Coloss. I. 12. τῷ ἱκανώσαντι ὑμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ qui participes vos reddidit felicitatis christianorum. *β*) *cœtus christianorum, curæ alicujus demandatus.* 1 Petr. V. 3. μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων ne vero tyrannidem exerceatis in cœtum christianorum, cujus regendi et instituendi vobis demandatum est officium. Ita hunc locum, admodum vexatum, Grotius explicuit, quem secuti sunt omnes fere interpretes. Nec negari potest, populum Israëliticum, Deo peculiarem, נַחֲלָה vocari Deut. IV. 20. IX. 29. Nonnulli tamen, offensi maxime numero plurali, per κλήρους *facultates et opes* intelligi malunt, quibus ne abutantur, apostolus hic adhortetur presbyteros. Et profecto κλῆρος et κλῆροι apud Græcos (Hesiod. Opp. 37. Dion. Cass. XX. p. 255. LV. p. 799. ed. Reimari. Homer. Od. ζ', 85.) *omnes opes ac divitias alicujus* significat, sive agris illæ constent, (Deut. X. 9. Num. XXVI. 32.) sive nummis, aliave quacunque re; speciatim vero *agros, prædia,* (Ælian. V. H. VI. 1. Diog. Laërt. I. 53. ed. Menagii.) quoniam olim agri sorte dividebantur colonis. Hesych. κλῆρος· οὐσία. Suid. κλῆρος· κτῆμα, οὐσία. Etym. M. λέγεται παρὰ Ἀθηναίοις κλῆρος καὶ μέρος γῆς. Conf. Grævii Lectt. Hesiod. c. 8. p. 42. Perizon. ad Ælian. V. H. II. 61. et Spanh. ad Callim. Hymn. in Delum v. 281. Hymn. in Pallad. v. 142. 3) *pars, portio, quæ alicui jure debetur.* Act. VIII. 21. οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος non particeps fieri hujus facultatis mereris. 2 Sam. XX. 1. Eurip. Phœn. 845. Hippolyt. 1057. Hesych. κλῆρος· μέρος. — κλήρων μερίδων. — Idem: ἐν κλήρῳ ἐν μερίδι.

ΚΛΗΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *sortior, sortem mitto, duco* s. *jacio,* a κλῆρος *sors.* Demosthen. p. 997. 16. ed. Reisk. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 18. et I. 6. 19. 2) *sorte eligo aliquem.* Demosthen. p. 1136. 1. Eurip. Ion. 416. Jam quia κλῆρος etiam id notat, quod alicui ullo aliquo modo contingit, etiam κληροῦν 3) significat: *conferre aliquid in aliquem, dare, tribuere, largiri alicui aliquid,* et passivum seu medium κληροῦσθαι non solum de *eo* usurpatur, *qui sorte eligitur,* aut *per sortem aliquid adipiscitur,* sed etiam omnino de *eo, qui aliquid accipit, consequitur et possidet.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. I. 11. ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν cujus beneficio nobis etiam contigit, seu, ut Grotius vertit: jus possessionis regni cœlestis accepimus. Alciphron III. Epist. 49. δαίμων ἐκληρώσατό με. Ælian. Hist. Anim. I. 13. κληροῦσθαι τὸ λέχος. Adde Dionys. Perieg. 1173. ubi ἐκληρώσαντο est pro ἐκλήρωσαν. Hesych. κληρώσει· μερίσει. Phavor. κληροῦται· διαιρεῖται.

ΚΛΗ̃ΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *vocatio quæcunque,* speciatim: *invitatio ad aliquid, oblatio alicujus rei,* a καλέω *voco, invito, offero.* Sic v. c. de invitatione ad convivium legitur 3 Macc. V. 14. et apud Xenoph. Sympos. I. 7. ἐπαινοῦντες τὴν κλῆσιν invitationem ad cœnam recusantes: de invitatione ad auxilium apud Polyb. II. 50. 7. Rom. XI. 29. τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ beneficia, quæ Deus hominibus offert. Nonnulli h. l. κλῆσιν de *singulari isto beneficio, quo Israëlitæ populus Deo peculiaris declarabantur,* unice intelligendum esse, statuunt, nescio quo jure? Ephes. I. 18. ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως felicitas æterna, ad quam homines invitantur religione christiana. 2) per metonymiam: *illud ipsum, ad quod quis invitatur, et quod offertur,* (sic v. c. *ipsa cœna, ipsum convivium, ad quod quis invitatur,* κλῆσις vocatur Judith. XII. 11. ubi est i. q. πότος, aut συμπόσιον, plane ut

Arabicum مأدبة *invitationem* et *cœnam* notat) et speciatim in N. T. *religio christiana et felicitas omnis, per Christum hominibus parta et in hac et in futura vita.* Ephes. IV. 1. ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἧς ἐκλήθητε ut vitam agatis dignam religione et felicitate christiana, vobis oblata. ibid. v. 4. Phil. III. 14. ἡ ἄνω κλῆσις felicitas æterna eaque cœlestis, præmii loco victori proposita. 2 Thess. I. 11. ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς κλήσεως ὁ Θεὸς ἡμῶν ut Deus, quem veneramur, vos felicitatis christianæ participes reddat. 2 Tim. I. 9. Hebr. III. 1. κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι quibus contigit esse tam felicibus, christianos fieri. 2 Petr. I. 10. κλῆσις cum ἐκλογὴ permutatur. 3) pro κλητὸς, *adductus ad religionem christianam.* 1 Cor. I. 26. βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν considerate omnes, qui e vobis amplexi sunt religionem christianam. 4) *sors, conditio hominis externa, status externus, quem Deus cuique assignavit,* v. c. natales, sexum, ut sit aliquis Judæus, gentilis, servus, liber, etc. 1 Cor. VII. 20. ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει, ᾗ ἐκλήθητε, ἐν ταύτῃ μενέτω quilibet vestrum maneat in ea conditione externa, in qua fuit, cum christianus factus est, coll. v. 17 seq. et 21 seq. Sæpius non legitur in N. T. Bene de hoc vocabulo exposuit S. Ven. Tittmannus in Prol. I. de Vocabulis Œconomiæ Salutis p. 10 seq. S. V. Dœderlein. in Institut. Theol. Christ. § 233. ac J. W. Schmid Pr. κλήσεως christianorum notio denuo indagatur Ien. 790. 4.

ΚΛΗΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) *vocatus, invitatus ad aliquid,* etiam *is, qui mandatum ad officium aliquod obeundum accepit, electus, constitutus,* a 3 pers. præt. pass. κέκληται, verbi καλέω. Sic Paulus Rom. I. 1. 1 Cor. I. 1. se vocat κλητὸν ἀπόστολον rite constitutum apostolum. 2) speciatim *is, cui destinatum et oblatum est beneficium religionis christianæ, sive illud vere accipiat, sive repudiet.* Nam etiam apud Judæos singularibus beneficiis a Deo præ cæteris hominibus ornatus *vocatus* dicebatur, v. c. Ies. XLVIII. 12. ubi Deus populum Judaicum vocat מְקֹרָאִי, h. e. κλητὸ, mi care! cui ego me præ aliis benignum præbeo. Matth. XX. 16. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ multis quidem offertur religio et felicitas christiana, sed non omnes eam amplectuntur et consequuntur; ubi diserte κλητοὶ distinguuntur a τοῖς ἐκλεκτοῖς, ut *illi* sint, *quibus destinatum et oblatum est beneficium, hi* vero, *qui illud acceperunt grato et pio animo.* ibid. XXII. 14. Rom. I. 6. κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ per J. C. adducti ad religionem christianam, coll. 1 Reg. I. 49. ibid. v. 7. τοῖς κλητοῖς ἁγίοις. VIII. 28. τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσι quibus benigna Dei voluntate oblata est christianorum felicitas. 1 Cor. I. 24. κλητοῖς, Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι qui ex Judæis et gentilibus ad religionem christianam beneficio divino sunt traducti. Jud. v. 1. Apoc. XVII. 14. Sæpius non legitur in N. T. Confer supra sub καλέω.

ΚΛΙ'ΒΑΝΟΣ, ου, ὁ, Attice κρίβανος, *clibanus,* non *omnis generis fornacem* notat, sed speciatim *testum* seu *fornacem in qua coquuntur panes hordeacei,* et respondet Hebraico תַּנּוּר Gen. XV. 17. Levit. II. 4. XXVI. 26. Hos. VII. 4, 6, 7. Bis tantum in N. T. legitur. Matth. VI. 30. καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον sed cras in fornacem mittuntur. Luc. XII. 28. Etym. M. κρίβανος σημαίνει τὸν κάμινον, ἔνθα ὄπτων τοὺς ἄρτους, παρὰ τὸ κρῖ (τὸ κριθάριον) καὶ τὸ βαῦνος ἡ κάμινος. Οἱ δὲ Δωριεῖς κλίβανον λέγουσι. Schol. Aristoph. ad Plutum v. 765. Eadem fere tradit Thom. M. sub κρίβανος p. 554. ed. Bernard. ad quem vide interpretes. Suid. κλίβανος· ἡ κάμινος, ἐστία. Phavor. φοῦρνος· ἡ κάμινος. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 335.

ΚΛΙ'ΜΑ, ατος, τὸ, 1) proprie: *cœli inclinatio, plaga cœli, clima,* a κλίνω *inclino.* 2) *tractus terræ, regio,* et quidem, ut Koppius in N. T. Vol. IV. p. 310. recte monuit, τὰ κλίματα proprie olim dicebantur *partes terræ, inter æquatorem et polos mediæ, circulisque æquatori parallelis invicem distinctæ.* Ter tantum legitur in N. T. Rom. XV. 23. ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις in his regionibus. 2 Cor. XI. 10. ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας. Galat. I. 21. τὰ κλίματα τῆς Συρίας καὶ τῆς Κιλικίας. Suid. κλίμα· τόπος. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 95. et Lexicon Polybianum s. h. v.

ΚΛΙ'ΝΗ, ης, ἡ, *lectus, in quo reclinare possumus,* ita dictus a κλίνω *inclino, reclino.* Dicitur autem in N. T. α) de *lecto tricliniari, in quo comedentes ad mensam jacebant, seu accumbebant.* Theophr. Char. XXII. 4. Marc. IV. 21. VII. 4. Luc. VIII. 16. XVII. 34. β) de *lecto cubiculari, in quo dormientes aut ægroti decumbebant.* Matth. IX. 2, 6. Marc. VII. 30. Luc. V. 18. Si a κράββατον distinguitur, notat lectum mollem et pretiosum, quo honoratiores et divites uti solebant, v. c. Act. V. 15. ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ κραββάτων afferebant ei ægrotos, lectis impositos, pauperes et divites. Eodem modo Cicero quoque discrimen posuit inter *lectum* et *grabatum,* de Divinat. II. c. 36. Interdum tamen permutantur hæ voces invicem, unde Hesychius κλίνην per κράββατον, Suidas per τὸ κραββάτιον interpretatus est. Apoc. II. 22. βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην in morbum eam conjiciam; thalamum mœchantium in lectum ægrotantium convertam, h. e. gravissimas pœnas ab ea exigam. Hinc apud Xenoph. Hist. Gr. V. 4. 58. κλινοπετὴς est, qui decumbit. Syris morbus dicitur ܡܦܠܐ ܕܥܪܣܐ *prolapsio in lectum* (Ephraëm Syr. Opp. Syr. T. I. p. 74.) et ægrotus apud Dionys. p. 79. Chrestomathiæ Syriacæ ed. Michaëlis ܢܦܝܠ ܥܪܣܐ; *projectus in lectum.* Etiam Hebræi habent שָׁכַב עַל מִשְׁכָּב pro *ægrotavit* 2 Sam. XIII. 5. Conf. etiam dicta a me ad vocem βάλλω, et Spicilegium II. Lexici Bieliani p. 109. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraicis מִטָּה 2 Sam. III. 31. IV. 7. Psal. VI. 7. עֶרֶשׂ Deut. III. 11. Job. VII. 13. et מִשְׁכָּב 2 Chron. XVI. 14.

ΚΛΙΝΙ'ΔΙΟΝ, ίου, τὸ, *lectulus.* Deminutivum a κλίνη *lectus.* Hesych. κλινίδιον· κράββατος, ὑποκοριστικῶς. In N. T. tantum occurrit Luc. V. 19 et 24. ubi tamen a κλίνη non differre videtur, coll. v. 18. Dionys. Halic. VII. 68 et 76. Aristoph. Lysistr. 915. Pollux Onom. X. 32.

ΚΛΙ'ΝΩ, fut. ινῶ, 1) proprie: *inclino, reclino, deflecto.* Matth. VIII. 20. et Luc. IX. 58. ὁ δὲ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει, ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ filius hominis non habet, ubi corpus suum reclinet, seu, ne sedem quidem habet propriam. Luc. XXIV. 5. κλινουσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν vultum ad terram deflectentes, seu, oculos attollere non audentes. Joh. XIX. 30. Luc. IX. 12. ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν appetente vespera. ibid. XXIV. 29. κέκλικεν ἡ

ἡμέρα (scil. εἰς δείλην, Appian. Punic. p. 125. aut ἐπὶ δύσιν, quod addit Lucian. in Amorr. p. 885.) dies jam inclinat, seu vesperascit, i. q. in antecedentibus πρὸς ἑσπέραν ἐστί. Κλίνειν, ut ἀποκλίνειν (Herodot. IV. 181.) et ἐγκλίνειν (Arrian. Exped. Alex. III. 4. 4.) est verbum proprium apud Græcos de sole, in vesperam inclinato, (unde apud astronomos *solis* κλίσις et ἔγκλισις reperitur) quemadmodum etiam apud Latinos *inclinare* (Curt. VI. c. 11. 9. Ammianus XV. 5. Lactant. de Mort. Persecut. c. 24.) et apud Hebræos נָטָה (Jud. XIX. 8. עַד־נְטוֹת הַיּוֹם scil. לָעֶרֶב ad vesperam, coll. v. 9 et 11.) et פָּנָה Jer. VI. 4. κέκλικεν ἡ ἡμέρα, scil. εἰς ἑσπέραν, quod additur Jud. XIX. 9. 2) *in fugam verto, fugo, recedere cogo,* aut secundum alios, *facio inclinare, deprimo.* Hebr. XI. 34. παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων, scil. εἰς φυγὴν, hostium exercitus in fugam verterunt, seu, ut alii reddunt, exercitus peregrinorum depresserunt. Absolute hoc verbo in eadem significatione usus quoque est Homer. Iliad. ε', v. 37. Τρῶας δ' ἔκλιναν Δαναοί. Odyss. ϑ', 59. ubi Schol. κλῖναν εἰς φυγὴν ἔτρεψαν. Conf. El. Palairet. Obss. Philol. p. 491. Sic etiam apud Liv. I. 12. legitur: inclinatur acies. Apud LXX 1 Sam. XIV. 32. (ubi vel Hebr. עָשָׂה de quo videndus Schultens. ad Prov. XXXI. 13. vel עָטָה respondet) κλίνειν in universum notat *cum impetu ferri, invehi, involare,* ac Inc. Int. ibid. voce ὁρμᾷν usus est.

ΚΛΙΣΙ'Α, ας, ἡ, *discubitus, ordo discumbentium* et *omnis locus, ubi aliquis recumbit,* aut *in quo discumbitur,* a 2 pers. perf. pass. κέκλισαι, verbi κλίνω *inclino, reclino.* Semel in N. T. legitur Luc. IX. 14. κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα discumbere facite omnes per quinquagenarios ordines. Vulgatus: *per convivia,* coll. Marc. VI. 39. συμπόσια, συμπόσια. 3 Macc. VI. 31. Joseph. A. J. XII. 2. p. 594. ed. Haverc. Hesychius et Suid. κλισία· σκηνή. Etym. M. κλισία· σημαίνει δὲ τὴν σκηνὴν, (Homer. Iliad. α', 329.) καὶ τὸν θρόνον (Homer. Odyss. δ', 123.) καὶ τὴν ἔπαυλιν, ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ κλίνεσθαι τὰ θρέμματα. Joseph. A. J. XII. 2. 12.

ΚΛΟΠΗ', ῆς, ἡ, *furtum, ipsa furandi actio,* a præt. med. κέκλοπα, verbi κλέπτω *furor.* Matth. XV. 19. κλοπαί. Marc. VII. 22. Sæpius non legitur in N. T. Alex. pro גָּנַב Genes. XL. 15. Hos. IV. 2. Prov. IX. 17. Vide et Sapient. XIV. 25. Sirac. XLI. 23. Xen, Cyr. I. 2. 6. Phavor. κλοπαί· παραλογισμοί.

ΚΛΥ'ΔΩΝ, ωνος, ὁ, *fluctus, fluctuatio, procella,* a κλύζω *eluo, abluo, lavo.* Bis tantum legitur in N. T. Luc. VIII. 24. ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος silentium imperavit vento et maris æstui. Jacob. I. 6. ὁ γὰρ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ qui dubitat, similis est fluctui maris, ventis hinc inde agitato. Hesych. κλύδων· ἡ τοῦ ὕδατος φορὰ, ἢ κυμάτων σφοδρότης. Alex. pro סַעַר Jon. I. 4, 11, 12. Adde Proverb. XXIII. 34. Polyb. I. 27. 4. et X. 3. 3. Apud Græcos scriptores aliquando *aquam* vel *humorem* in genere notat, (v. c. Hippocrat. de Victus Ratione I. s. 15, p. 14.) quin pro *ipso* accipitur *mari,* et fluvio opponitur (v. c. Max. Tyrium Diss. XL. p. 399. Sapient. XIV. 3. 5.). Ipsam quoque *tempestatem,* quæ efficit tollitque fluctus, κλύδωνα dixit Aristoteles de Mirab. Auscult. T. II. p. 734. et Zonaras Annal. XIV. T. II. p. 95.

ΚΛΥΔΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, 1) *huc et illuc fluctibus agitor et jactor, fluctuo,* et proprie est *maris, ventis agitati,* aut *navis, quæ fluctuans quaqua versum circumfertur,* a κλύδων *fluctus.* 2) metaphorice partim de *eo* usurpatur, *qui magnis et vehementibus calamitatibus opprimitur,* (Ies. LVII. 20. Sic v. c. κλύδων est i. q. θλίψις 1 Macc. VI. 11. ubi vid. Vulgatus. Cf. Glassii Philol. Sacr. p. 1075.) partim vero, ut Latinum *fluctuare* (Tacit. Hist. I. c. 40. Cf. J. F. Gronov. Obss. II. c. 8.) de *eo* adhibetur, *qui dubius est, incertus et anceps hæret aut redditur.* Sic semel in N. T. legitur Ephes. IV. 14. κλυδωνιζόμενοι παντὶ ἀνέμῳ διδασκαλίας agitati omni vento doctrinæ, coll. Jacob. I. 6. Oppian. Halieut. III. 505. νόος δέ οἱ ἠΰτε κῦμα εἰλεῖται, ad quem locum vide Rittershus. f. 281. Aristænet. Lib. I. Ep. 27. μόνον δὲ κλυδωνιζόμενοι ἐκ τοῦ πόθου κ. τ. λ. Cf. Abresch. Lectt. Aristænet. p. 48. Elsner. Obss. Sacr. T. II. p. 213. et Alberti Obss. Philol. p. 370. Hesych. κλυδωνίζεται· ταράττεται, παραχρούεται.

ΚΛΩΠΑ͂Σ, ᾶ, ὁ, *Clopas.* Nomen viri contractum ex Κλεόπας, quod vide supra. Legitur in N. T. Joh. XIX. 25.

ΚΝΗ'ΘΩ, fut. κνήσω, *scalpo, frico, pruritum facio,* vel *moveo, titillo,* a κνάω vel κνέω vel κνῆμι *rado, scalpo, scabo, titillo.* Κνήθομαι *prurio, pruritu laboro.* Semel in N. T. legitur 2 Tim. IV. 3. κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν, pro ζητοῦντες κνήθεσθαι κατὰ τὴν ἀκοὴν, pruritu aurium laborantes, h. e. cupientes audire ea tantum, quæ voluptatem afferunt et aures pascunt. Zonaras Lex. col. 1226. κνηθόμενοι· τερπόμενοι. ἀπόστολος· κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν. Hesych. κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν ζητοῦντές τι ἀκοῦσαι καθ' ἡδονήν. Idem tradit Alberti Gloss. Gr. p. 163. Chrysostomus: κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν· τουτέστι τῆς ἡδονῆς χάριν λέγοντας καὶ τέρποντας τὴν ἀκοὴν ἐπιζητοῦντες. Conf. Wets. N. T. T. II. p. 365. Hinc substantivum κνῆσις et κνησμὸς apud Plutarchum T. VI. p. 479 et 638. et T. IX. p. 83. ed. Reisk.

ΚΝΙ'ΔΟΣ, ου, ἡ, *Gnidus,* seu *Cnidus.* Peninsula et urbs ejusdem nominis maris Ægæi paululum infra Cretam. Act. XXVII. 7. Strabo XIV. p. 965. C. Homer. Hymn. in Apollinem v. 43.

ΚΟΔΡΑ'ΝΤΗΣ, ου, ὁ, *quadrans.* Vox origine Latina, quæ 1) generatim *quartam cujusque rei partem,* et in specie *quartam partem numismatis alicujus* significat. Sic v. c. *quadrans Romanus* minimum erat numismatis ærei Romani et valebat quartam partem assis semuncialis, qui pars denarii decima sexta fuit. Confer Interpretes ad Quinctiliani Institutt. Oratt. Lib. VIII. c. 6. p. 747. et Wetstenii N. T. T. I. p. 300. 2) in N. T. *nummum apud Judæos receptum, qui chalcum Atticum dimidium, seu* δύο λεπτὰ *æquiparabat,* notat. Scilicet, ut verbis utar Celeb. Fischeri Prolus. XIX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 10 seq. Judaici scriptores (vide Buxtorf. Lex. Talmud. v. איסר et Reland. Diss. V. de Numis Samaritt. p. 189 seq.) denario quidem dant, ut Attici drachmæ, sex obolos, sed obolum, qui apud Atticos octo chalcos valuit, valuisse tradunt quatuor assarios (איסרין) sive dupondium, (שני פונדיונין) ita, ut assarii singuli octonis constiterint numulis æneis aliis, quorum quisque dictus sit פרקטה. Quum igitur as Judaicus pondere et pretio responderit assi Romanorum semunciali fere dimidio, et Græco λεπτὸν evangelistæ Hebraicum פרקטה reddiderint,

quadrans δύο λεπτὰ æquiparaverit necesse est. Bis tantum legitur in N. T. Matth. V. 26. ἕως ἂν ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην donec persolveris ultimum quadrantem, h. e. omne omnino debitum, seu creditori ad assem satisfeceris. Marc. XII. 42. λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. Hesychius et Suid. κοδράντης· λεπτὰ δύο. Sed Alberti Gloss. N. T. p. 13. κοδράντην· λεπτὸν, e male intellecto loco Luc. XII. 59. Conf. Gronov. Mantissa Pecun. Vet. cap. III. p. 437. Ezech. Spanhemii Diss. de Usu et Præstantia Numismatum T. I. p. 20 seq. Meursium Gloss. Græcobarb. p. 250 seq. et Cangium Gloss. Med. Græcit. p. 674.

ΚΟΙΛΙ'Α, ας, ἡ, 1) generatim et vi etymologiæ: *omne, quod est cavum, locum cavum quemcunque* notat, ut multis exemplis docuit Schwarzius in Notis ad Olearium de Stilo N. T. p. 468 seq. Descendit enim a κοῖλος *cavus, concavus.* Hinc 2) *alvus,* seu *venter inferior, in quem excrementa ciborum recipiuntur, ventriculus,* et ita proprie differt a στόμαχος, teste Polluce II. 202. et Foësio Œcon. Hipp. p. 209. Plutarch. Sympos. VII. 1. p. 700. εἴπερ εἰς κοιλίαν ἐχώρει διὰ στομάχου πᾶν τὸ πινόμενον. Herodian. I. c. 17. § 23. περὶ στόμαχον δὲ καὶ κοιλίαν τοῦ φαρμάκου γενομένου. Latini eandem differentiam vocum *stomachus* et *ventriculus* observant, v. c. Plin. H. N. II. 37. Cic. de N. D. II. 135. Cels. IV. 1. Sic legitur quoque in N. T. Matth. XV. 17. εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ in ventriculum abit: nam sequitur: καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται. Marc. VII. 19. Apud Inc. Lev. I. 9. αἱ κοιλίαι est i. q. ἐγκοίλια *intestina,* et apud eundem ibid. IV. 8. κοιλία est i. q. τὰ ἐντόσθια. 3) *venter, ciborum receptaculum,* i. q. στόμαχος. Matth. XII. 40. ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους in stomacho ceti, coll. Jon. II. 1. ubi est in Hebraico מֵעִים quod proprie *intestina* notat. Luc. XV. 16. ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ cupiebat saturari. 1 Cor. VI. 13. τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν esca pertinet ad ventrem et venter cibis concoquendis et digerendis inservit. Apoc. X. 9, 10. In nonnullis N. T. locis, ubi eadem significatio valet, etiam per *lucrum, commodum, utilitatem* commode reddi possit, v. c. Rom. XVI. 18. δουλεύουσιν τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ suis tantum commodis inserviunt. Philip. III. 19. ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία qui gulæ indulgent et voluptatibus, aut: qui lucri et stomachi causa Judaismum suadent. 4) *uterus matris, ubi concipitur et continetur fœtus usque ad tempus partus.* Matth. XIX. 12. ἐκ κοιλίας μητρὸς ex utero matris, seu, inde a nativitate et prima ætate. Hebr. מִבֶּטֶן אִמּוֹ Job. I. 21. et מִמְּעֵי אִמּוֹ Ies. XLIX. 1. Luc. I. 15, 41. ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς. ibid. v. 42. ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου fructus uteri tui, h. e. *fœtus, infans,* qui etiam Hebraice פְּרִי בֶטֶן vocatur Micha VI. 7. Vide supra dicta ad καρπός. Luc. II. 21. πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ. Joh. III. 4. Act. III. 2. XIV. 8. Galat. I. 15. Antigon. Caryst. Hist. Mem. c. 25. 5) *mulier, mater,* ut *uterus* apud Latinos, v. c. Claudian. Panegyr. v. 202. Luc. XI. 27. μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε O beatam matrem, quæ te utero gestavit! ibid. XXIII. 29. μακάριαι αἱ στεῖραι, καὶ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν beatæ steriles et mulieres, quæ non pepererunt. 6) *totum corpus,* et plane abundat. Joh. VII. 38. ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος ex ejus corpore flumina aquæ fontalis emanabunt, h. e. is mea doctrina in æternum felix erit et abundabit omnibus bonis: ubi male et ridicule nonnulli metaphoram desumtam putarunt ab amphoris, magnum ventrem habentibus. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΟΙΜΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie i. q. κεῖμαι. Hom. Odyss. XX. 5. Æschyl. Agam. 2. Deinde *facio dormire,* vel *cubare alterum, sopio.* Hom. Iliad. μ', v. 281. Medium κοιμάομαι, ῶμαι, 1) *dormio, obdormio, sopior, cubo,* quasi *me dormire facio.* Matth. XXVIII. 13. ἡμῶν κοιμωμένων nobis dormientibus. Luc. XXII. 45. Joh. XI. 12. εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται si dormit, convalescet. Act. XII. 6. Hesych. κοιμηθέντι· κατακλιθέντι, οὐ πάντως ὑπνώσαντι. Idem: κοιμηθῆναι· κατακλιθῆναι, ὑπνῶσαι. Diog. Laërt. VI. 62. IX. 82. κοιμώμενος περιεπάτει ἐν τῷ ὕπνῳ. 2) metaphorice, et per euphemiam: *morior, spiritum efflo, exspiro,* et partim de *iis* usurpatur, *qui humanitatis conditione exstinguuntur,* partim vero de *iis, qui violenta morte,* aut *acerbo fato perimuntur.* Matth. XXVII. 52. πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων multi pie defuncti. Joh. XI. 11. Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται Lazarus noster amicus mortuus est. Act. VII. 60. XIII. 36. 1 Cor. VII. 39. XI. 30. XV. 6, 18. οἱ κοιμηθέντες ἐν Χριστῷ martyrium passi, seu interfecti ob religionem christianam. ibid. v. 20 et 51. 1 Thess. IV. 13, 14, 15. 2 Petr. III. 4. Sophocl. Electra v. 510. ποντισθεὶς Μύρτιλος ἐκοιμάθη. Callim. Epigr. X. T. I. Opp. ed. Ernesti p. 284. Conf. Joh. Meursium in Lycophron. p. 206. Joh. Maii Obss. SS. Lib. IV. p. 118. et Bibl. Brem. Class. V. p. 872. Eodem modo Hebraicum שָׁכַב quod *dormire* significat, etiam *mortem* notat Deut. XXXI. 16. XXXII. 5. 2 Reg. XX. 21. Ies. XIV. 8. (cf. Vorstii Philol. Sacr. c. 6. p. 199. ed. Fischeri) et apud Rabbinos et Talmud. דָּמַךְ *dormivit* ponitur pro *mortuus est,* teste Buxtorfio in Lex. Rabbin. f. 551. Eundem euphemismum sequuti sunt etiam Latini scriptores. Cf. Taubmann. ad Plaut. Amphitr. A J. Sc. 1. v. 148. et Lud. de la Cerda ad Virgil. Æn. X. v. 745. Hinc sepulcreta veterum κοιμητήρια dicebantur.

ΚΟΙ'ΜΗΣΙΣ, εως, ἡ, *dormitio, sopor, somnus gravis, quies,* a κοιμάομαι. Semel in N. T. legitur Joh. XI. 13. ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει eum de somni sopore loqui. Legitur præterea Sirac. XLVI. 22. XLVIII. 14.

ΚΟΙΝΟ'Σ, ή, όν, 1) proprie: *communis, ad omnes pertinens,* seu *cujus omnes participes sunt, publicus,* et opponitur τῷ ἴδιος. Sic apud Isocrat. in Evagor. c. 4. ἱερὸν κοινὸν templum, ad quod omnibus Græcis aditus patet. Pindar. Pyth. III. 3. κοινὸν ἔπος publica vota. Act. II. 44. καὶ εἶχον ἅπαντα κοινὰ et habebant omnia communia, coll. v. 45. et IV. 32. ubi verbis ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινὰ opponitur οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῶν ἔλεγεν ἴδιον εἶναι. Tit. I. 4. τὴν κοινὴν πίστιν religionem, quam uterque nostrum profitetur. Jud. v. 3. περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας de communi nostra felicitate. Vide ad h. l. Wesseling. 2) metaphorice: *immundus, inquinatus, pollutus, impurus,* quia, quod est commune et a multorum manibus tractatur, facile sordescit. Speciatim vero usurpatur de *rebus, legaliter immundis, illicitis et lege Mosaica interdictis,* quemadmodum etiam apud Hebræos טָמֵא *omne* dicitur, *quod non est consentaneum legibus et institutis Judæorum.* Marc. VII. 2. κοιναῖς χερσὶ τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις ἐσθίοντας ἄρτους manibus quamvis puris, tamen ante cœnam contra instituta Judæorum illotis, cœnantes. Act. X. 14. οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν

ἢ ἀκάθαρτον nunquam comedi cibos, lege Mosaica interdictos. ibid. v. 28. ἄνθρωπος κοινὸς dicitur *gentilis*, homo profanus, a cujus familiaritate abstinendum erat Judæis ex præscriptis legis Mosaicæ. ibid. XI. 8. Rom. XIV. 14. Hesychius et Suid. κοινόν· τὸ ἀκάθαρτον. 1 Macc. I. 50, 65. Joseph. A. J. XII. 12. 13. κοινοὺς ἀνθρώπους. ibid. XIII. 1. 1. κοινὸν βίον. Apud eundem etiam κοινοφαγία aliquoties occurrit. 3) *abominandus, detestabilis, repudiandus*. Hebr. X. 29. τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος mortem Christi contemnens, repudians, et ex adjuncto: deficiens a religione christiana. Sæpius non legitur in N. T. Etym. M. κοινὸς σημαίνει τρία· τὸν μεμολυσμένον ὡς τό· 'Ο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης (ita enim reponendum loco impressi τοῦ Χριστοῦ ob locum Hebr. X. 29.) κοινὸν ἡγησάμενος.— σημαίνει καὶ τὸν μηδὲν πλέον τῶν ἄλλων διαφέροντα, (ἢ τὸ μηδὲν ἔχον πλέον τῶν λοιπῶν. Suid.) σημαίνει καὶ τὸν ἀναμεμιγμένον τοῖς πᾶσι.

ΚΟΙΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *communico, aliquid commune reddo, facio, ut aliquid ad omnes pertineat aut plures ejus participes fiant*, a κοινὸς, quod vide. Thucyd. I. 39. κοινώσαντες τὴν δύναμιν. ibid. IV. 4. τοῖς ταξιάρχοις κοινώσας. 2) metaphorice: *polluo, contamino, inquino, impurum et immundum reddo*, ita, ut speciatim de immunditie legali, seu de rebus dicatur, quarum usus interdictus erat lege Mosaica. Hebr. IX. 13. τοὺς κεκοινωμένους pollutos contactu cadaverum, coll. Num. XIX. 9, 11, 12—17. 3) *judico et declaro aliquid impurum et lege Mosaica interdictum* adeoque ex adjuncto: *aversor*. Act. X. 15. σὺ μὴ κοίνου noli tanquam impurum et illicitum repudiare, coll. v. 28. ibid. XI. 9. Huc pertinet glossa Hesychii: μὴ κοίνου· μὴ ἀκάθαρτον λέγε, quæ etiam in Alberti Gloss. N. T. p. 72. reperitur. Conf. Valckenarii Scholas ad h. l. p. 463. 4) *abominabilem reddo, inquino animum, privo favore divino*. Matth. XV. 11, 18. κοινοῖ inquinare valet. ib. v. 20. οὐ κοινοῖ neminem polluit. Marc. VII. 15, 18, 20, 23. 3) *profano*. Act. XXI. 28. κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον profanavit hunc sanctum locum. Apoc. XXI. 27. πᾶν κοινοῦν, pro πᾶς κοινὸς, omnis profanus, impius, nam opponitur τῷ γεγραμμένῳ ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς. Sæpius non legitur in N. T. Suid. κοινοῖ· μιαίνει. Alberti Gloss. Gr. p. 114. κεκοίνωκεν· ἐμίανεν.

ΚΟΙΝΩΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) transitive: *communico, in commune confero, aliquid largior, impertior*, a κοινωνὸς *socius, particeps*. Rom. XII. 13. ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες eleemosynis succurrite indigentiæ christianorum, ubi κοινωνεῖν Theodoretus explicat per μεταδοῦναι χρημάτων. Galat. VI. 6. κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τῷ κατηχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς omni beneficiorum genere doctores vestros sublevate. Zonaras Lex. col. 1248. Phavor. κοινωνείτω· ἀντὶ τοῦ μεταδιδότω. 2) intransitive: *in communionem et societatem alicujus venio, commercium cum aliquo habeo, particeps fio, participo*. Rom. XV. 27. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη si enim beneficiorum spiritualium, ipsis proprie destinatorum, participes facti sunt gentiles. Philipp. IV. 15. οὐδεμία μοι ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δώσεως καὶ λήψεως cum nulla ecclesia rationes habui expensorum et acceptorum, seu, nulla ecclesia mecum commercium habuit, quod attinet rationes, etc. 2 Tim. V. 22. μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις neque particeps fias peccatorum alienorum, h. e. ne committas, ut alienorum peccatorum culpa ad te redundet. Prov. I. 11. Job. XXXIV. 8. Hebr. II. 14. κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος habent corpus humanum. 1 Petr. IV. 13. 2 Joh. v. 11. Sæpius non legitur in N. T. Thom. M. p. 538. ed. Bernard. οὐ μόνον κοινωνῶ σοι τοῦ δεῖνος, ἀντὶ τοῦ μετέχω σοι, ἀλλὰ καὶ κοινωνῶ σοι ὧν ἔχω, ἀντὶ τοῦ μεταδίδωμι. Πλάτων ἐν δευτέρῳ τῶν πολιτειῶν τετραπλάσιον χρόνον τε καὶ πόνον ἀναλίσκειν ἐπὶ σίτου παρασκευῇ, καὶ ἄλλοις κοινωνεῖν. ἤγουν μεταδιδόναι τούτου. —— καὶ κοινωνῶ ἁπλῶς τὸ μετέχω, πρὸς γενικὴν μόνον συντασσόμενον. Cæterum notandum est, κοινωνεῖν etiam a Græcis, quanquam rarius, genitivo jungi, v. c. Artemid. I. 49. Diod. Sic. I. 74. et Long. Pastoral. L. I. p. 9.

ΚΟΙΝΩΝΙ'Α, ας, ἡ, 1) *communicatio*, speciatim: *communicatio beneficiorum, beneficentia, liberalitas*, et per metonymiam causæ efficientis pro effectu: *ipsum beneficium, eleemosyna, pecunia collecta*, a κοινωνὸς, quod vide. Sic legitur in N. T. Rom. XV. 26. κοινωνίαν καλεῖ τὴν ἐλεημοσύνην. 2 Cor. IX. 13. ἁπλότητι τῆς κοινωνίας εἰς αὐτοὺς ob integritatem liberalitatis vestræ erga ipsos et alios. Hebr. XIII. 16. τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. Conf. D'Orville ad Chariton. p. 135. Phavor. κοινωνία· ἡ ἐλεημοσύνη. 2) *participatio, communio, conjunctio, societas, consortium, fruitio, socialis conversatio*. Act. II. 42. καὶ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου et communi usu sacræ cœnæ, quæ a scriptoribus ecclesiasticis κατ' ἐξοχὴν κοινωνία vocatur, v. c. apud Dionys. Areop. Hier. Eccles. cap. III. Chrysost. Homil. X. in Joh. Conf. Suiceri Obss. Sacr. p. 101. et Casauboni Exercit. Antibar. XVI. 30. p. 445. 1 Cor. I. 9. κοινωνία Ἰησοῦ Χριστοῦ conjunctio christianorum cum Jesu, quæ est in felicitate, per Christum omnibus parta, qui religioni christianæ convenienter vivunt. ibid. X. 16. usus panis et vini in S. cœna dicitur esse κοινωνία τοῦ αἵματος καὶ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ fruitio (i. q. μετοχὴ, interprete Chrysostomo, coll. v. 17.) sanguinis et corporis J. C. Possis tamen commode etiam reddere: efficit et reddit nos participes corporis et sanguinis J. C. 2 Cor. VI. 14. τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; quid commune esse potest luci cum tenebris? ubi cum vocabulis μετοχὴ et συμφώνησις permutatur. (Sirac. XIII. 3. 19.) ibid. VIII. 4. XIII. 13. ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος participes fiatis auxilii divini. Galat. II. 9. Ephes. III. 9. Philipp. I. 5. ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον ob constantiam vestram in religione christiana. Philip. II. 1. εἴ τις κοινωνία πνεύματος si qua consensio et conjunctio animorum. ibid. III. 10. κοινωνία τῶν παθημάτων calamitatum societas. Philem. v. 6. 1 Joh. I. 3, 6, 7. Sæpius non legitur in N. T. Copiose de hac voce disputavit P. Schaffshausen in Diss. de Vera Notione Vocabuli κοινωνία, Lips. 1738. 4. et Joh. Floderus in Diss. sistente vocabulum κοινωνία in scriptis N. T. ὁμώνυμον. Upsal. 1776. 4.

ΚΟΙΝΩΝΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *liberalis, qui lubenter opibus suis aliorum paupertatem sublevat, libenter communicans*, a κοινωνός. Semel in N. T. legitur 1 Tim. VI. 18. ubi divites jubentur esse κοινωνικοί. Sic quoque Diog. Laërt. IV. 37. hac voce usus est. Apud Græcos scriptores κοινωνικὸς fere semper *hominem* designat, *qui est societatis amans, et se lubenter ad aliorum consuetudinem demittit, humanus, non austerus et fastuosus*. Zonaras Lex. col. 1234. et ex eo Phavor. κοινωνικούς· τοῦτ' ἔστι πρᾴους, προσηνεῖς, ἀτύφους, συγκαταβατικοὺς, ἀπὸ τοῦ (lege ὁ ἀπόστολος) εὐμεταδότους εἶναι κοινωνίας (scribe

κοινωνικός.) Vide Demosthen. p. 182. 16. ed. Reisk. et Polyb. II. 41. 1. Pollux Onom. VIII. 135.

ΚΟΙΝΩΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, *socius, qui societatem iniit cum aliquo, amicus,* item, *qui ejusdem rei particeps est cum aliquo,* aut *in communionem cum aliquo venit,* a κοινὸς *communis.* Legitur in N. T. Matth. XXIII. 30. οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι κ. τ. λ. non fuissemus socii eorum in profundendo sanguine prophetarum. Luc. V. 10. οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ Σίμωνι qui cum Simone societatem inierant. 1 Cor. X. 18. κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσὶ profitentur se eo ipso cultores Dei, cui sacra fiunt in altari. ibid. v. 20. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινωνοὺς τῶν δαιμονίων εἶναι nollem autem vos participes fieri cultus, qui idolis præstatur. 2 Cor. I. 7. VIII. 23. κοινωνὸς ἐμὸς socius meus. Philem. v. 17. εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνὸν quodsi me habes amicum tuum. Hebr. X. 33. 1 Petr. V. 1. 2 Petr. I. 4. θείας κοινωνοὶ φύσεως divinæ participes naturæ. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico חָבֵר *sodalis, socius, consors.* Prov. XXVIII. 24. Ies. I. 23. Malach. II. 14. 2 Reg. XVII. 11.

ΚΟΙ'ΤΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *cubile, lectus,* a κεῖμαι *cubo, jaceo.* Luc. XI. 7. καὶ τὰ παιδία μετ' ἐμοῦ εἰς τὴν κοίτην (pro ἐν τῇ κοίτῃ) εἰσὶν et pueri mei mecum sunt in cubili. Xenoph. de Mag. Equit. VII. 12. ἐκ κοίτης ἀνισταμένοις. 2 Sam. XI. 2. Ies. LVI. 10. 2) speciatim et κατ' ἐξοχὴν notat *torum genialem, lectum conjugalem,* et ex adjuncto: *matrimonium.* Hebr. XIII. 4. ἡ κοίτη ἀμίαντος torus conjugalis ne polluatur, seu, ne violate leges matrimonii. Ita etiam apud Græcos κοίτη (v. c. Plutarch. T. II. p. 1153. Chariton. II. 1. Lucian. Pseudomant. T. I. Opp. pag. 779. Conf. Stosch. Archæol. Œconom. N. T. pag. 17.) et εὐνὴ, et apud Latinos (v. c. Lactant. de Mort. Persec. c. 38.) *cubile* usurpatur, observante El. Palairet. in Obss. Philol. p. 495 seq. Hinc 3) *concubitus, congressus venereus, maxime illegitimus,* i. q. συνουσία. Rom. XIII. 13. μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις. Numer. XXXI. 17. ἥτις ἔγνω κοίτην (Hebr. מִשְׁכַּב) ἄρσενος. ib. v. 18, 35. Lev. XV. 16, 18. κοίτη σπέρματος est concubitus, cum emissione et immissione seminis conjunctus. Lev. XVIII. 23. πρὸς πᾶν τετράπουν οὐ δώσεις τὴν κοίτην σου. Gloss. Vett. κοίτη, concu*bitus.* Euripid. Hippolyt. v. 154. χρυσῇ γε κοίτᾳ τῶν σῶν λεχέων. Eodem sensu εὐνὴ apud Hom. Odyss. ι', v. 126. Conf. El. Palairet. l. l. p. 377. 4) per metalepsin: *ipsa proles ex concubitu.* Rom. IX. 10. ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα κ. τ. λ. quum ex uno Isaaco gravida facta gemellos, Esavum et Jacobum, peperisset. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΟΙΤΩ'Ν, ῶνος, ὁ, *cubiculum, locus domus, ubi sunt cubilia,* a κοίτη *lectus, cubile.* Semel occurrit in N. T. Act. XII. 20. τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, scil. τεταγμένον, qui præest cubiculo regis, cubicularius regis. Alexand. pro חֶדֶר, חֲדַר *cubiculum, conclave,* 2 Sam. IV. 7. XIII. 10. Joël II. 16. etiam pro מִשְׁכָּב Exod. VIII. 3. 2 Reg. VI. 12. Hesych. et Phavor. κοιτὼν· τὸ δωμάτιον.

ΚΟ'ΚΚΙΝΟΣ, η, ον, *coccineus, cocco tinctus, colore imbutus,* a κόκκος *coccus.* *Coccus* autem, quo infectores utuntur, secundum Dioscoridem IV. c. 48. tinctorius, frutex est parvus sarmentosus, cui grana velut lentes adhærent. Hæc delecta componuntur. Optimus est Galatiaticus et Armeniacus, deinde Asiaticus et Cilicius, postremus omnium est Hispanicus. Plin. H. N. IX. 41. XVI. 8. XXII. 2. Hesych. κόκκος· ἐξ οὗ φοινικοῦν βάπτεται τὸ χρῶμα. Legitur in N. T. Matth. XXVII. 28. περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην circumdederunt ei chlamydem coccineam. Hebr. IX. 19. μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου cum aqua et lana coccinea. Apoc. XVII. 3, 4. πορφυροῦν καὶ κόκκινον, scil. ἱμάτιον, coll. 2 Sam. I. 24. ibid. XVIII. 12, 16. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro תּוֹלָע aut תּוֹלַעַת, h. e. *coccus vermiculus,* (nam in cocco vermis inest, ad tingendum præstantior cocco ipso) Ies. I. 18. Exod. XXV. 4. Levit. XIV. 4, 6, 49. etc. pro כַּרְמִיל 2 Chron. II. 7, 14. III. 14. et שָׁנִי *dibaphum coccineum,* Jos. II. 18. 2 Sam. I. 24. Confer Braun. de Vestitu Sacerdot. Hebr. I. cap. 15. § 200. Bochart. Hieroz. P. II. Lib. IV. c. 27. pag. 624 seq. et Salmasii Exercit. Plin. p. 192 seq. et 213.

ΚΟ'ΚΚΟΣ, ου, ὁ, *granum cujuscunque generis, bacca.* Matth. XIII. 31. κόκκος σινάπεως. XVII. 20. ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκος σινάπεως si vel tantulum fidei, seu, vel minimam fidei (miraculosæ) partem haberetis. Formula proverbialis, de qua infra ad σίναπι uberius exponetur. Marc. IV. 31. Luc. XIII. 19. XVII. 6. Joh. XII. 24. ὁ κόκκος τοῦ σίτου granum tritici. 1 Cor. XV. 37. γυμνὸν κόκκον. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΟΛΑ'ΖΩ, fut. άσω, *punio, castigo, pœnis compesco atque cohibeo petulantiam alicujus,* (unde ἀκόλαστος *qui nullis pœnis compesci ac coërceri se patitur,* Prov. XIX. 29. XX. 1. XXI. 11. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 5. 25.) etiam, ut τιμωρέω, *vexo durius insontem.* Isocrat. Panegyr. c. 34. pag. 90. οὐδεὶς ἡμῶν οὕτω αἰκίζεται τοὺς οἰκέτας, ὡς ἐκεῖνοι τοὺς ἐλευθέρους κολάζουσι. Bis tantum legitur in N. T. Act. IV. 21. μηδὲν εὑρίσκοντες πῶς κολάσωνται αὐτοὺς quum nullam in eos animadvertendi caussam exquirere possent. 2 Petr. II. 9. ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν impios in diem judicii puniendos servare. Thucyd. II. c. 87. κολασθήσεται τῇ πρεπούσῃ ζημίᾳ. Phavor. κολάζω· ἀμύνομαι, εὐθύνω, τίνω, τιμωροῦμαι. Idem: κολάζω· καὶ τὸ παιδεύω, ἀφ' οὗ τὸ κεκολασμένον ἦθος, τὸ πεπαιδευμένον. καὶ ἀκόλαστον· τὸ ἀπαίδευτον.

ΚΟΛΑΚΕΙ'Α, ας, ἡ, *adulatio, adsentatio,* a κολακεύω *adulor,* quod a κόλαξ, ακος, ὁ, *adulator, parasitus.* In N. T. tantum reperitur 1 Thess. II. 5. οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν nec unquam adulatione, s. adsentatione usus sum: nam λόγος κολακείας est idem, quod κολακεία. Conf. Alberti Obss. Philol. p. 475. Phavor. κολακεία ἐστὶν ὁμιλία πρὸς ἡδονὴν ἄνευ βελτίστου· ἢ ἕξις ὁμιλητικὴ πρὸς ἡδονὴν ὑπερβάλλουσα τὸ μέτριον· ἢ ἔπαινος ὑπὲρ τὸ πρέπον, καὶ ἀπάτη.

ΚΟ'ΛΑΣΙΣ, εως, ἡ, *pœna, supplicium, cruciatus,* a κολάζω *punio.* Bis tantum legitur in N. T. Mat. XXV. 46. ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον hi abibunt ad supplicia æterna. Ælian. V. H. VII. 15. 1 Joh. IV. 18. ὁ φόβος κόλασιν ἔχει metus mentem humanam adfligit. Alii vertunt: *metus est impedimento amori,* ut κόλασις h. l. sit *obstaculum, impedimentum.* Cf. L. Bos. in Exerc. p. 290. et Alberti in Obss. Philol. ad h. l. et in Periculo Critico pag. 36. Hesych. κόλασις· τιμωρία.

ΚΟΛΑΦΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *pugnis,* seu *convolutis manibus percutio, cædo et tundo, colaphum alicui infligo, colaphis cædo,* (quod Attici auctore Thoma M. κονδυλίζειν dixere) et ita differt a ῥαπίζω, quod significat *os palma cædere, faciem plana palma contundere,* πατάξαι τὴν γνάθον

ἀπλῇ τῇ χειρὶ, interprete Suida. (a *κόλαφος compressa in pugnum manus.*) Matth. XXVI. 67. καὶ ἐκολάφισαν αὐτὸν et colaphos inflixerunt ei. Marc. XIV. 65. Confer Fischeri Prolus. III. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 5 seq. 2) metaphorice, et per synecdochen speciei pro genere: *contumeliis acerbis aliquem vexo et afficio, ignominiose tracto, gravissime affligo, pœnis afficio.* 1 Cor. IV. 11. 2 Cor. XII. 7. ubi sermo est de gravissima afflictione Pauli. 1 Petr. II. 20. εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε si heri vestri malefactorum vestrorum pœnas a vobis sumunt. In nonnullis codicibus pro κολαφιζόμενοι legitur κολαζόμενοι, quæ lectio ex interpretamento orta videtur. Similis formula est εἰς πρόσωπον δέρειν, quæ 1 Cor. XI. 20. legitur. — Hesych. κολαφιζόμενος· ῥαπιζόμενος. Rectius Theophyl. ad Mat. XXVI. 67. κολαφίζειν ἐστὶ τὸ διὰ χειρῶν πλήττειν συγκαμπτομένων τῶν δακτύλων, καὶ ἵνα ἀφελέστερον εἴπω, διὰ τοῦ γρόνθου κονδυλίζειν.

ΚΟΛΛΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *glutino, conglutino, agglutino, glutine jungo,* a κόλλα *gluten, glutinum.* Pindar. Olymp. V. 29. κολλᾷ δὲ σταδίων θαλάμων ταχέως ὑψίγυιον ἄλσος. Medium κολλάομαι 2) metaphorice, tralatione facta ab iis, quæ visco aut glutine juncta sunt, ut Hebraicum דָּבַק significat: *adhærere, conjungere se cum aliquo, adjungi, associari, familiariter aliquo uti, sequi, studere, sectari,* et de omni arctiore conjunctione cum re aut persona usurpatur. Luc. X. 11. τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν pulverem adhærentem calceis et vestimentis. ibid. XV. 15. ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν applicuit se civi illius regionis. Act. V. 13. τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς nullus autem procerum audebat se associare iis. ibid. VIII. 29. κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ sequere, seu comitare hunc currum. ibid. IX. 26. ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς conabatur familiariter cum christianis versari. ibid. X. 28. κολλᾶσθαι ἀλλοφύλῳ familiariter uti gentilibus. ibid. XVII. 34. κολληθέντες αὐτῷ sequentes eum. Rom. XII. 9. κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ studete aliorum commodis inservire. 1 Cor. VI. 16. ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ κ. τ. λ. qui cum meretrice rem habet, unam quasi cum ea constituit personam. ib. v. 17. ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστι qui addictus est cultui Domini, arctissime cum eo conjunctus est quoad animum. Sæpius non legitur in N. T. Eodem sensu דָּבַק quod ut Arabicum دبق proprie *agglutinari* notat, in V. T. usurpatur, v. c. Jer. XIII. 11. Deut. XXVIII. 6. κολληθήσονται ἐν σοί. Ruth. II. 8. κολλήθητι μετὰ τῶν κορασίων μου. 2 Reg. XVIII. 6. ἐκολλήθη τῷ Κυρίῳ. Sirac. XIX. 12. ὁ κολλώμενος πόρναις. Plutarch. de Polyphil. T. II. p. 94. διὸ δεῖ μὴ ῥαδίως προσδέχεσθαι μηδὲ κολλᾶσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσι.

ΚΟΛΛΟΥ'ΡΙΟΝ, s. ΚΟΛΛΥ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *collyrium,* 1) proprie: *parvus panis, pastillus, panis cinericius,* a κολλύρα *panis, qui pueris datur, frustulum panis, panis cinere coctus.* Phavor. κολλύρα· τὸ ἔλαττον τοῦ ἄρτου. τινὲς δὲ τὴν κολλύραν εἶδος ἄρτου, ὃ τοῖς παιδίοις διδόασι. Idem: κολλούριον ἀπὸ τοῦ κολοβόν. κόλλιξ γὰρ ὁ ἄρτος.— κολλούρια· τὰ κολοβὰς ἔχοντα τὰς οὐράς. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄρτων δύναται λέγεσθαι, καὶ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν φαρμάκων. 2) *medicamenti genus, quod in oculorum affectibus sumebatur.* Parabatur in oblonga, nonnunquam orbiculari forma ex spodio, et coloris cinerei erat. Dissolutum vehiculo convenienti fecibus et lippitudini oculorum opponebatur. Nomen suum accepit aut a forma et colore, quem cum κολλύρᾳ communem habebat, aut, ex aliorum sententia, ab effectu, quia fluxiones oculorum inhibebat, a κωλύω *inhibeo* et ῥοῦς *fluxio.* Multa vero hujus medicamenti (quod oculis male affectis illinebatur) genera commemorantur apud veteres, v. c. Celsum de Med. VI. § 2 seq. et Lib. VII. § 4. Paulum Æginet. III. c. 22. Hippocrat. de Victu Acut. c. 68. Dioscor. I. c. 2. p. 130. Plin. H. N. XXI. c. 20. Cf. etiam St. Blancard. Lex. Med. p. 75. Salmas. Exercitt. Plin. p. 182 et 936. et Clericum in Hist. Med. Lib. II. c. 1. p. 612 seq. Semel tantum legitur in N. T. Apoc. III. 18. καὶ κολλούριον ἔγχρισον (supple κατὰ) τοὺς ὀφθαλμούς σου collyrio inunge oculos tuos, h. e. ad sanam mentem redi, ad idoneam cognitionem adspira. Judæi, qui etiam κολλούριον civitate sua donarunt, eodem sensu voce קולורין et קולורית usi sunt, teste Schœttgenio in Hor. Hebr. et Talm. p. 1103.

ΚΟΛΛΥΒΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *trapezita, numularius, mensarius, qui numos numis permutat cum quodam lucro pro navata opera,* a κόλλυβος. (*collybus* Cic. ad Att. II. 6. Verr. III. 78.) quod non solum *numum minutum,* (Schol. Aristoph. ad Pacem v. 1199. οὐδὲ κολλύβου· εἶδος εὐτελοῦς νομίσματος ἀντὶ τοῦ· οὐδὲ ὀβολοῦ) sed etiam *cambium, pecuniæ permutationem* (τὴν ἀργυρίου ἀλλαγὴν, teste Polluce Onom. III. c. 9. VII. 30.) significat. Damnarunt hanc vocem grammatici, v. c. Mœris, Thomas Mag. p. 108. et Phrynichus p. 82. qui Atticos voce ἀργυραμοιβὸς in hac re tantum usos esse docuerunt. Κολλυβιστὴς dicitur apud Græcos etiam κερματιστὴς respectu nummorum minutorum, quos permutabant, et τραπεζίτης respectu mensarum, quibus assidebant. Confer Salmasium de Usuris p. 494 seq. Qui in N. T. commemorantur κολλυβισταὶ, Matth. XXI. 12. Marc. XI. 15. et Joh. II. 15. in porticibus templi Hierosolymitani sedebant et permutatione numorum viliorum didrachmis, aut semisiclis quæstum faciebant. Quilibet enim Judæorum annuatim vicesimo quinto die mensis Adar dimidium sicli ad templi cultum persolvere tenebatur, pro legis Mosaicæ vi Exod. XXX. 13—15. Vide Lightfootum ad Matth. XXI. 12. Thom. M. p. 539. κολλυβιστὴς ἐπὶ τοῦ ἀργυραμοιβοῦ φησὶν ὁ Μένανδρος κ. τ. λ. Vide ad h. l. interpretes.

ΚΟΛΛΥ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, vide ΚΟΛΛΟΥ'ΡΙΟΝ.

ΚΟΛΟΒΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *mutilo, detrunco, amputo,* a κολοβὸς *mutilus, mancus, truncatus,* (Xenoph. Cyrop. I. 4. 11.) hocque a κολούω *amputo, decurto.* Sic legitur in vers. Alex. 2 Sam. IV. 12. καὶ κολοβοῦσι (Hebr. וַיְקַצְּצוּ) τὰς χεῖρας αὐτῶν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, et apud Symmach. et Theodot. Ies. XXVIII. 20. pro קָצַר. Arrian. Diss. in Epict. II. c. 10. κεκολόβωται τὸ σῶμα. Polyb. I. 80. 13. Hinc κολοβότης *decurtatio* in fragmentis Aquilæ Exod. VI. 9. κολοβόχειρ *mutilus manu,* Levit. XXI. 17. κολοβόῤῥιν *mutilatus naso,* ibid. κολοβόκερκος *cauda mutilatus,* Levit. XXII. 23. Lex. Cyrilli MS. Brem. κολοβοῖ· ἐπικόπτει, ἀκρωτηριάζει. 2) *decurto, contraho, abbrevio.* Matt. XXIV. 22. καὶ εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι nisi abbreviarentur aut contraherentur dies illi, sc. excidii Hierosolymitani, aut: nisi miseriæ illæ brevitate mitigarentur. (Conf. supra s. v. ἡμέρα n. 7. Pro ἐκολοβώθησαν Dan. IX. 24. legitur συνετμήθησαν.) nemo superstes maneret. ibid. διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι sed propter electos con-

trahentur, seu breviores reddentur dies illi. Marc. XIII. 20. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΟΛΟΣΣΑΙ', ῶν, αἱ, *Colossæ*, sive *Colosse* aut *Colossis*. Urbs celeberrima (Plin. H. N. V. cap. 41.) Phrygiæ majoris, regionis Asiæ minoris, sita ad Lycum et Mæandrum fluvium, haud procul a Laodicea et Hierapoli: quam ob rem Paulus Laodicenses per Colossenses salutari jussit et epistolas invicem communicari. Coloss. IV. 15. In antiquissimis et optimis codicibus scribitur urbis hujus nomen Κολασσαί, quam scripturam Millius quoque in N. T. suo secutus est. Cf. Cellarii Geogr. Antiq. T. II. p. 133. Cæterum hæc urbs magna (πόλιν μεγάλην vocat Herodotus) et populosa, quæ, teste Theophylacto, etiam *Chonæ* dicta est, destructa est terræ motu cum Laodicea et Hierapoli, teste Orosio, (Lib. VII. c. 7.) tempore Neronis, anno Christi 66. adeoque Paulo apostolo adhuc vivente, unde apud Ptolemæum non reperitur. Semel legitur in N. T. Coloss. I. 2.

ΚΟΛΟΣΣΕΥ'Σ, vel potius ΚΟΛΑΣΣΕΥ'Σ, ἑως, ὁ. *Colossensis*. In subscriptione epistolæ ad Colossenses legitur: πρὸς Κολοσσαεῖς ἐγράφη κ. τ. λ.

ΚΟ'ΛΠΟΣ, ου, ὁ, respondet Hebraico חֵיק et est 1) proprie: *gremium*, seu *pars inferior corporis inter femorum complexum*, ab umbilico non procul distans, 1 Reg. III. 20. ita dicta secundum grammaticos veteres, vel a κοῖλος *cavus*, quia cavus est, vel a καλύπτω *occulto*, quia vestibus tegitur et occultatur. Hinc apud Græcos etiam *uterus* κόλπος dicebatur. Conf. interpretes ad Callim. Hymn. in Jov. v. 15. et Spanhem. ad Callim. Hymn. in Delum. v. 214. 2) *sinus*, *pectus*, *anterior corporis pars, quæ est inter duo brachia*. Ruth. IV. 16. 1 Reg. XVII. 19. Joh. XIII. 23. ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ recumbebat autem unus discipulorum Jesu in ejus sinu, h. e. proximus Jesu accumbebat. Scilicet veteres in conviviis accumbebant, ita, ut caput alterius sinum quasi et pectus alterius sibi quam proximi occuparet et expleret; et apud Romanos etiam illi, qui erant carissimi, in sinu domini accumbebant. Xiphil. in Dion. p. 352. (Cf. P. Zornii Biblioth. Antiq. Exeg. T. I. p. 536 seq.) Huc pertinent etiam formulæ loquendi sequentes: α) ἀποφέρεσθαι εἰς τὸν κόλπον τοῦ Ἀβραὰμ *duci in sinum Abrahæ*, h. e. *deferri in locum, ubi cum Abrahamo cœnare* seu *felicitate æterna frui possis*. Luc. XVI. 22. β) ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Ἀβραὰμ εἶναι *in sinu Abrahæ esse*, seu *proximum Abrahamo accumbere*, h. e. *una cum Abrahamo frui felicitate æterna*. Luc. XVI. 23. καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ, pro ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ. Nam etiam apud Græcos κόλπους de unius hominis sinu dici, demonstravit Reitz. ad Lucian. Opp. T. II. p. 246. Adde Diog. Laërt. I. c. 85. Confer Joh. Floderi κόλπος τοῦ Ἀβραάμ. Luc. XVI. 22, 23. Upsal. 1764. γ) εἶναι εἰς τὸν κόλπον τινὸς metaphorice notat: *cum aliquo arctissime conjunctum esse, alicujus familiaritate uti*, ducta metaphora ex more convivandi Hebræorum. Joh. I. 18. ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς qui eandem cum Deo habet naturam et majestatem, seu, qui cum Deo est conjunctissimus, i. q. v. 2. ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. Fortasse tamen h. l. metaphora petita esse potest a parentibus, liberos parvulos blande in sinu reponentibus, ut sit: *qui est filius Dei patris dilectissimus*. Conf. Elsneri Obss. Sacr. p. 299. Certe apud Latinos *in sinu* aut *gremio esse* dicebantur *ii*, *qui admodum diligebantur et familiaritate alicujus intima fruebantur*, v. c. Cic. XIV. Ep. 4. "Tu vero sis in sinu semper et complexu meo." Id. pro Cluentio c. 5. et pro Cælio c. 24. 3) per metonymiam, ut *sinus* (apud Horat. II. Serm. III. 172. Virgil. Æn. I. 234.), *pars anterior vestis laxioris, quæ sinum, vel gremium tegebat et rebus excipiendis et portandis apta erat*. Ita et חֵיק usurpatur. Ruth. III. 15. Exod. IV. 6, 7. Prov. VI. 27. XVI. 23. Luc. VI. 38. μέτρον καλὸν δώσουσι εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν mensuram bonam dabunt in sinum vestrum; ubi formula διδόναι εἰς τὸν κόλπον τινὸς metaphorice de *quavis retributione et remuneratione*, de præmiis (2 Sam. XII. 8.) pariter ac pœnis usurpatur. Ies. LXV. 6. ἀνταποδώσω εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας. Jer. XXXII. 18. Psalm. LXXIX. 12. Polyb. III. 33. 2. et XXII. 21. 10. Apollon. Rhod. Argon. IV. 949. κόλπον ἐπ' ἰξύας εἰλξασα, sinum colligens et constringens usque ad ilia. Hinc κολπωτοὶ χιτῶνες apud Plutarchum T. VI. p. 661. ed. Reisk. 4) *sinus maris, littorum curvitate conclusus*, **ein meerbusen**, *a gulf*, quem Itali hodie *golfo* vocant. Act. XXVII. 39. κόλπον δέ τινα κατενόουν sinum quendam in litore animadverterunt. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. Hist. Gr. I. 4. 4. IV. 8. 10. Demosthen. Opp. p. 1237. l. 9. ed. Reisk. περὶ τὸν Ἀργολικὸν κόλπον. Eodem modo *sinus* adhibetur apud Virgilium Æn. II. 23. Hesychius: κόλπος, κοῖλος τόπος παραθαλάσσιος. Phavor. Κόλπος· — — εἴληπται δὲ ἐξ ὁμοιότητος τινὸς ἀπὸ θαλασσίου κόλπου, ὅς ἐστι θάλασσα δύο ἀκρωτηρίων. Idem: κόλπος· κατὰ τοὺς παλαιοὺς κυρίως θάλασσα ὑπὸ ἀκρωτηρίων περιεχομένη. Copiose de hac voce disputavit Fesselius in Adverss. SS. IV. c. 9.

ΚΟΛΥΜΒΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *nato*. Semel in N. T. legitur Act. XXVII. 43. ἐκέλευσε δὲ τοὺς δυναμένους κολυμβᾷν jussit, ut, qui natare possent, etc. Conf. Symmach. Ies. XXV. 11. Phavor. κολυμβᾷν· οἱ Δωριεῖς κολυφᾷν λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ κόλους, ὅ ἐστι κολοβοὺς φαίνεσθαι τοὺς ἐν ὕδατι, καὶ μὴ ὁλοτελεῖς. Conf. Thom. M. sub νῆ p. 624. ed. Bernard.

ΚΟΛΥΜΒΗ'ΘΡΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *locus, ubi natare possumus*, a κολυμβάω *nato*. Joseph. A. J. XV. 3. 3. 2) *piscina*, *fossa fovendis piscibus destinata et apta*. Respondet Hebraico בְּרֵכָה in versione Alex. 2 Reg. XVIII. 17. Nehem. III. 15, 16. Ies. VII. 3. et apud Symmachum Cant. VII. 4. ubi in Alexandrina versione est λίμνη. Joh. IX. 7, 11. ἡ κολυμβήθρα τοῦ Σιλωάμ piscina, in quam se fons Siloam effundebat. 3) *locus, arte structus, ad aquas recipiendas, ubi lavatur*, *balneum*, et speciatim: *ædificium super thermas*, seu *aquas medicatas*, *exstructum, ubi homines se lavant*. Joh. V. 2. Syrus: ܥܡܕܝܬܐ ܕܡܝܐ. ib. v. 4, 7. Sæpius non legitur in N. T. Suid. κολυμβήθρα· ὁ κόλυμβος· ὁ κόλυμβος δὲ, ὁ τοῦ λουτροῦ. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 108. κολυμβήθρα, *piscina*, *natura*. Lege: *natatura*. Eædem: κολυμβῶ, *nato*. κολυμβητής, ὁ δύτης, *urinator*, *natator*. Pausan. IV. 35.

ΚΟΛΩΝΙ'Α, ας, ἡ, *colonia*. Nomen Latinum, civitate Græca donatum, cujusmodi multa in N. T. leguntur. Ita dicta est a Latinis urbs, quæ a civibus, aliunde adductis, habitabatur, v. c. colonia Agrippinensis, seu, ut vulgo dicitur, colonia Agrippina, a colonia Agrippinæ Juliæ, Claudii imperatoris uxoris, auspiciis ducta, nomen

κολωνία. Semel legitur hæc vox in N. T. Act. XVI. 12. ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις, κολωνία primæ partis Macedoniæ urbs, colonia Romana. Non erat autem Philippi proprie colonia Romana, sed urbs juris Italici. Conf. Schwarz. Monumenta Ingeniorum T. II. p. 65. et Spanhemium de Usu et Præst. Numism. Diss. IX. § 14.

ΚΟΜΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *comatus sum*, (Xenoph. de Republ. Laced. XI. 3. Id. de Re Equestri V. 8.) *comam alo, more mulierum*, Plutarch. T. VI. p. 717 et 718. ed. Reisk. a κόμη *coma*. In N. T. tantum legitur 1 Cor. XI. 14, 15. ἢ οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν, ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι, γυνὴ δὲ, ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν; annon ipsa rei natura vos hoc docet, quod viro, si comam alat, dedecori sit, contra vero mulieri, si comata incedat, decorum sit? Conf. Salmasii Epistolam de Cæsarie Virorum et Coma Mulierum, L. B. 1644. 8. Suid. κομᾷ· γαυριᾷ, μέγα φρονεῖ. (Etym. M. κομᾷν σημαίνει ὑπερηφανεύειν. Confer Valckenar. ad Ammonium p. 128.) στεφανοῦται, χλοηφορεῖ, τριχῶν ὑπερβολῇ κοσμεῖται, ἢ περιουσίᾳ χρημάτων μεγαλαυχεῖ.

ΚΟ'ΜΗ, ης, ἡ, *coma, comta cæsaries et curiosius culta hominis*, a κομέω *orno*. Semel in N. T. legitur 1 Cor. XI. 15. ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ coma enim loco velaminis ipsi data est. Alexandrini posuerunt pro פֶּרַע *coma*, Num VI. 5. Ezech. XLIV. 20. et pro פְּאֵר *tiara, capitis ornamentum*, Ezech. XXIV. 23. Suid. κόμη· ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς, coll. Lev. XIX. 27. Joh. I. 20. Polyb. II. 56. 7. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 109. κόμη, *coma, cæsaries, capillatim*. Lege: *capillatio* seu: *capillamentum*.

ΚΟΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *porto, fero, veho, apporto, adveho, adduco*. Luc. VII. 37. κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου afferens vasculum unguentarium. Arrian. Exped. Alex. VII. 22. ὅτι τὸ διάδημα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐκόμισεν. Pindar. Nem. VI. 52. 3 Esdr. IV. 5. τῷ βασιλεῖ κομίζουσι πάντα. ibid. v. 39. Sapient. XVIII. 21. Eurip. Phœn. v. 1655. Hesych. κομίζων· ἐπιφέρων. Medium Κομίζομαι, fut. κομίσομαι, attice κομιοῦμαι, *porto, fero aliquid, quod meum est*, seu, *in meum usum affero mihi*, et speciatim 1) *recipio, quod antea meum fuit, recupero, redditum accipio*. Matth. XXV. 27. καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ et reversus ego recepissem pecuniam meam cum fœnore a mensariis. Hebr. XI. 19. de Abrahamo, qui filium suum ἐκομίσατο ἐν παραβολῇ præter omnem exspectationem recepit. Gen. XXXVIII. 20. κομίσασθαι (Hebr. לָקַחַת) παρὰ τῆς γυναικὸς τὸν ἀῤῥαβῶνα. Hos. II. 9. κομιοῦμαι τὸν σῖτόν μου καθ' ὥραν αὐτοῦ. Inc. Int. 1 Sam. XXX. 18. hac voce usus est in notione *recuperandi* pro Hebr. נָצַל. 2 Macc. X. 1. Cebes Tab. c. 21. ἐπὶ τούτῳ ἔλαβον τὰ θέματα, ἐφ' ᾧ οὐδὲν κωλύει τὸν θέμενον πάλιν κομίσασθαι. Polyb. X. 34. 3. Alia loca dedit Kypke in Obss. Sacr. T. I. p. 127. et Krebs. in Obss. Flav. p. 385. 2) *accipio, reporto, consequor, obtineo*. Hebr. X. 36. κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν consequamini, quod vobis promissum est. ibid. XI. 40. οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν non acceperunt illud, quod promissum ipsis erat. 1 Petr. I. 9. κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως reportantes præmia fidei vestræ. ibid. V. 4. κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον præmii loco reportabitis immarcescibilem felicitatis coronam. (Dixit quoque in Activo κομιεῖ pro κομίσει Herodotus in Euterpe c. 121.) 2 Petr. II. 13. κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας justas impietatis pœnas luent. 2 Macc. VIII. 33. τὸν ἄξιον τῆς δυσσεβείας ἐκομίσατο μισθόν. 1 Macc. XIII. 37. τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν κεκομίσμεθα. Tob. VII. 14. Arrian. Exped. Alex. V. 27. τὰ ἆθλα τῶν πόνων οἱ πολλοὶ ἤδη κεκομισμένοι. 3) *mercedem*, seu *remunerationem accipio*, in utramque partem, ac de pœnis æque ac virtutis et recte factorum præmiis usurpatur. 2 Cor. V. 10. ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακὸν ut quilibet reportet mercedem eorum, quæ in hac vita fecit, sive recte, sive male factorum. Ephes. VI. 8. ὃ ἐάν τι ἕκαστος ποιήσῃ ἀγαθὸν, τοῦτο κομιεῖται παρὰ τοῦ Κυρίου quilibet recte factorum præmia a Domino accipiet. Coloss. III. 25. ὁ ἀδικῶν κομιεῖται, ὃ ἠδίκησε injuste agens hujus injustitiæ suæ pœnas dabit Deo. Sæpius non legitur in N. T. Levit. XX. 17. ἁμαρτίαν κομιοῦνται peccati pœnam sustinebunt.

ΚΟΜΨΟ'Σ, ή, όν, proprie de vestitu et habitu corporis usurpatur et significat: *venustum, bellum, elegantem;* Polyb. XXX. 20. 3. Aristoph. Ran. v. 997. ad animum vero translatum *hominem ingeniosum, callidum* notat. Vide Phavorinum sub h. v. Hinc adverbium κομψῶς *belle, bene, eleganter, venuste, lepide*, et in comparativo κομψότερον *melius*, quod semel in N. T. legitur Joh. IV. 52. ἐπύθετο οὖν παρ' αὐτῶν τὴν ὥραν ἐν ᾗ κομψότερον ἔσχε sciscitatus est ab iis horam, qua se melius habere (h. e. convalescere, Cic. ad Familiar. XVI. Ep. 22.) cœpisset. Syrus habet ܐܬܚܠܡ h. e. *convaluit, sanitati restitutus est*. Κομψῶς ἔχειν dixit quoque Arrianus Diss. Epictet. III. c. 10. Hesych. κομψότερον· βελτιώτερον, ἐλαφρότερον.

ΚΟΝΙΑ'Ω, et ΚΟΝΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *pulvere conspergo, pulvere impleo*, a κονία *pulvis*. Job. XXXVIII. 38. Alex. pro עָפָר et *cinis*, τέφρα, σποδὸς, interprete Hesychio. Themist. Orat. VII. p. 91. τοὺς ἀγγέλους τοὺς ἐκ τῶν προαστείων κεκονιαμένους. Symmach. 2 Sam. I. 2. אֲדָמָה עַל רֹאשׁוֹ κεκονιασμένος. Jam, quia κονία, κονίαμα (Joseph. A. J. IV. 8. 3. Diod. Sic. XX. p. 411. edit. Wesseling.) et κόνις non solum *pulverem*, sed etiam *calcem* notat, (cf. Deut. XXVII. 2. Amos II. 1. Lex. Cyrilli MS. κονία· ἡ λευκασία.) etiam κονιᾷν 2) *dealbare, calce obducere* notat et respondet Hebraico שִׂיד *linivit, calce dealbavit*, Deut. XXVII. 2, 4. Sic bis legitur in N. T. Matth. XXIII. 27. παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις similes estis sepulcris dealbatis, h. e. vos specie tantum pii estis, seu pietatis specie alios fallitis. Solebant scilicet Judæi, quibus interdictum erat loca immunda adire, ne polluerentur, sepulcra calce, aqua temperata, obducere et ita signare. Confer Pocock. Nott. Miscell. c. 5. Act. XXIII. 3. τοῖχε κεκονιαμένε paries, calce obductus, metaphorice is dicitur, qui aliis mendacio pietatis imponit, hypocrita, quem Seneca vocat hominem, ad similitudinem parietum extrinsecus cultum. Phavor. κονιᾷν λέγεται τὸ διὰ τιτάνεως χρίειν τινὰ τοῖχον, τίτανις δὲ λέγεται ἡ κονία ἄσβεστος, et κεκονιασμένος τοῖχος, ὁ ἀσβέστῳ κεχρισμένος. Cf. etiam Thom. M. p. 521. ed. Bernard.

ΚΟΝΙΟΡΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, *pulvis, pulvis excitatus pedum motu et in aërem elevatus* (i. q. κόνις ὀρτή. Componitur enim ex κόνις *pulvis* et ὄρω *excito, concito*. Νέορτος dicitur Sophocli Œd. Col. 1576.) Legitur in N. T. Matth. X. 14. ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν excutite pulverem pedum vestrorum, et hoc modo sig-

nificate iis, vos nihil amplius commercii cum iis habituros esse. Luc. IX. 5. X. 11. Act. XIII. 51. XXII. 23. κονιορτὸν βαλλόντων εἰς τὸν ἀέρα pulverem in aërem jacientibus; qua actione symbolica, apud Judæos recepta, summa alicujus abominatio et desiderium eum e medio tollendi significabatur. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebr. אָבָק Exod. IX. 9. Ies. V. 24. et עָפָר Deut. IX. 21. Thucyd. IV. 34. Xenoph. Cyrop. VI. 3. 3. Polyb. V. 8. 1. Phavor. κονιορτός· ὁ χοῦς, παρὰ τὸ ὄρω, τὸ διεγείρω κ. τ. λ.

ΚΟΠΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *quiesco gravi defatigatus labore*, a κόπος *labor*. Hesych. κόπασον· ἡσύχασον. Idem: ἐκόπασεν· ἐπαύσατο. 2) *cesso, sedor*, de quiete rerum inanimatarum, quæ vehementem aliquam commotionem sequitur. Sic ter tantum legitur in N. T. de vento. Matth. XIV. 32. Marc. IV. 39. et VI. 51. ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος sedata est tempestas. Vulgatus: *cessavit ventus*. Genes. VIII. 1. καὶ ἐκόπασε τὸ ὕδωρ, pro Hebr. שָׁכַךְ Jon. I. 11, 12. ἡ θάλασσα κοπάσει, pro Hebr. שָׁתַק *siluit, quievit, tranquillus fuit*. Sirac. XLIII. 28. Herodot. VII. 191. Adde Longinum de Sublim. XLIII. 1. ac Aristot. Problem. XXIII. 34.

ΚΟΠΕΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, *planctus, mœror et luctus, qui pectus tundendo indicatur*, a κόπτομαι *plango*, hocque a κόπτω *ferio, cædo, percutio*, eo quod plangentes pectus ferire et percutere solebant. Semel in N. T. legitur Act. VIII. 2. καὶ ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ eumque vehementer luxerunt. Mich. I. 8. ποιήσεται κοπετόν. Zach. XII. 10. κόψονται ἐπ' αὐτῷ κοπετόν. In versione Alexandrina respondet Hebraico מִסְפֵּד Genes. L. 10. ἐκόψαντο αὐτὸν κοπετὸν μέγαν. Esther. IV. 3. Ies. XXII. 12. Dionys. Hal. Ant. II. p. 90. κοπετοὺς ἔχουσα καὶ θρήνους γυναικῶν. Macarius Homil. XV. p. 184. πλούσιος ἀνὴρ ἐὰν ἀποθάνῃ, μετὰ μελῳδιῶν καὶ θρήνου καὶ κοπετοῦ ἐκκομίζεται κ. τ. λ. Hesych. κοπετός· κομμός, θρῆνος μετὰ ψόφου χειρῶν. Confer Geierum de Luctu Hebr. c. 14. § 4.

ΚΟΠΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *sectio, incisio*, a præt. med. κέκοπα, verbi κόπτω, *cædo, scindo*. 2) *cædes, strages*. In N. T. tantum legitur Hebr. VII. 1. ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων cæsis, victis et profligatis regibus, coll. Genes. XIV. 17. ubi Hebraico הַכּוֹת respondet.

ΚΟΠΙΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, 1) proprie de *opera manuum* dicitur estque *laboro, molestos labores tracto, quibus corpus defatigatur ac vires exhauriuntur*, a κόπος *labor gravis, molestia*. Sic v. c. speciatim ut *labor* apud Latinos (v. c. Virgil. Georg. I. 150.) de agricolis usurpatur Joh. IV. 35. ἐγὼ ἀπέστειλα ὑμᾶς θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε ego vos misi ad metendos fructus, quos non consevistis. ibid. ἄλλοι κεκοπιάκασι alii coluerunt arva. 2 Tim. II. 6. τὸν κοπιῶντα γεωργὸν qui tellurem exercendo victum sibi parat. Conf. Pollucis Onom. I. 12. III. c. 5. Adde Act. XX. 35. 1 Cor. IV. 12. Ephes. IV. 28. Luc. V. 5. XII. 27. 2) *operam impendo*, et speciatim de doctoribus religionis christianæ adhibetur. Rom. XVI. 6. ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς quæ nos omnibus modis adjuvit. ibid. v. 12. τὰς κοπιώσας ἐν Κυρίῳ quæ multum religionis christianæ causa laborem curamque susceperunt. 1 Cor. XV. 10. περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα majorem operam impendi tradendæ et propagandæ religioni christianæ, seu, plus studio meo propagandi religionem christianam effeci. ibid. XVI. 16. τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι. Galat. IV. 11. μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς me frustra vos instituisse in religione christiana. Phil. II. 16. Coloss. I. 29. 1 Thess. V. 12. 1 Tim. IV. 10. V. 17. ideo enim nullam molestiam subterfugimus. 3) *fatigor, defatigor, labori cedo, in ipso labore defetiscor*, et ex adjuncto: *miser sum*. Athenæus L. X. p. 416. Aristoph. Aves v. 735. Matth. XI. 28. οἱ κοπιῶντες dicuntur homines pressi et fracti peccatorum et legum Mosaicarum onere. Joh. IV. 6. κεκοπιακὼς ἐπὶ τῇ ὁδοιπορίᾳ ex itinere fessus. Apoc. II. 3. 2 Sam. XVII. 2. αὐτὸς κοπιῶν καὶ ἐκλελυμένος. Job. III. 9. coll. XX. 22. Jer. XVII. 16. Ies. XL. 28, 30, 31. XLVI. 1. Phavor. κοπιῶ· μοχθῶ, ἱδρῶ.

ΚΟ'ΠΟΣ, ου, ὁ, 1) *labor gravis, qui defatigationem et molestiam comitem habet, opera manuum, ad lassitudinem usque molesta*, speciatim *labor operarius, quo pauperes sibi victum quæritant*. 2 Cor. VI. 5. ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις. ibid. XI. 23, 27. ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ. 1 Thess. II. 9. 2 Thess. III. 8. 2) *opera, quæ impenditur alicui negotio, studium, ardor*. Sic v. c. de doctoribus religionis christianæ usurpatur 1 Cor. III. 8. ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον quilibet autem pro opera, quam impendit muneri suo, reportabit justa præmia. ibid. XV. 58. ὁ κόπος ὑμῶν ἐν Κυρίῳ vestrum religionis christianæ studium. 1 Thess. I. 3. ὁ κόπος τῆς ἀγάπης ardentissimum mutuæ benevolentiæ studium. ibid. III. 9. ὁ κόπος opera Pauli in instituendis Thessalonicensibus. Apoc. II. 2. 3) per metonymiam: *fructus laboris, labore partum et acquisitum*. Huc pertinet formula εἰσέρχεσθαι εἰς κόπον τινὸς fructum laboris aliorum percipere, quæ legitur Joh. IV. 38. et locus 2 Cor. X. 15. ubi verba ἐν ἀλλοτρίοις κόποις de iis explicanda sunt, qui aliorum institutione ad religionem christianam accesserunt. Sirac. XIV. 15. οὐχὶ ἑτέρῳ καταλείψεις τοὺς πόνους σου, καὶ τοὺς κόπους σου εἰς διαίρεσιν κλήρου, ubi κόποι et πόνοι *divitias, opes, labore partas*, significat, ut jam vidit Syrus interpres, qui verba τοὺς κόπους σου expressit per ܢܟܣܝܟ, h. e. *opes, facultates tuas*. Eodem sensu Hebraicum יְגִיעַ usurpatur Psal. CIX. 11. alii diripuerunt יְגִיעוֹ, et Psalm. CXXVII. 2. ubi Aquila, Symm. et Theod. κόποι habent. Jam quemadmodum κόπος apud Græcos interdum *defatigationem, quæ laborem gravem sequitur*, significat, v. c. apud Xenoph. de Re Equestri IV. 2. ita in N. T. κόπος generatim 4) *molestiam omnis generis, qua partim alios afficimus* (v. c. apud Inc. Ps. LIV. 12.), *partim nos ipsi afficimur, incommodum, ærumnam* notat, ad imitationem Hebr. עָמָל Ps. LXXIII. 16. Job. V. 7. XVI. 2. etc. Matth. XXVI. 10. τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; cur negotium facessitis mulieri? Marc. XIV. 6. Luc. XI. 7. μή μοι κόπους πάρεχε noli mihi molestias creare. ibid. XVIII. 5. Gal. VI. 17. Hebr. VI. 10. ὁ κόπος τῆς ἀγάπης molestia in exercenda benevolentia erga alios. Apoc. XIV. 13. οἱ κόποι sunt omnes molestiæ hujus vitæ. Sæpius non legitur in N. T. Eodem sensu reperitur quoque formula πόνον παρέχειν Sirac. XXIX. 4. et κάματον παρέχειν apud Longum Pastoral. Lib. III. p. 72.

ΚΟΠΡΙ'Α, ας, ἡ, *fimus, stercus, fimetum*, a κόπρος, idem. Luc. XIII. 8. καὶ βάλω κοπρίαν et stercus injiciam. Pro κοπρίαν habent codices nonnulli κόπρια, quod est a κόπριον

sterquilinium, stercus. ibid. XIV. 35. οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστιν neque fimo accommodatum est. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro אַשְׁפֹּת 1 Sam. II. 8. Nehem. II. 12. pro דֹּמֶן 2 Reg. IX. 37. et pro סוּחָה *purgamentum, sordes.* Ies. V. 25.

ΚΟ'ΠΡΙΟΝ, ου, τὸ, *stercus, fimetum.* Vide ΚΟΠΡΙ'Α.

ΚΟ'ΠΤΩ, fut. ψω, 1) proprie: *scindo, seco, findo, amputo, cædo, succido.* Passivum κόπτομαι *cædor,* etc. Herodian. IV. 11. 10. Matth XXI. 8. ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων alii vero cædebant ramos de arboribus. Callim. Hymn. in Cererem v. 41 et 46. Marc. XI. 8. Hinc apud Græcos κόπτειν etiam *vulnerare, sauciare* notat, v. c. apud Homerum Odyss. η', v. 528. interdum adeo latius patet ac generatim *vexare, molestia afficere* significat, v. c. 1 Macc. XII. 44. ἵνα τί ἔκοψας πάντα τὸν λαὸν τοῦτον; Vulgatus: ut quid vexasti universum populum? Conf. Duker. ad Thucyd. VIII. 13. 2) *tundo, pulso.* Passivum κόπτομαι *pulsor, tundor.* Theocrit. Idyll. XXII. 15. 16. θάλασσα κοπτομένη πνοιαῖς τε καὶ ἀῤῥήκτοισι χαλάζαις. Medium κόπτομαι *me ipsum tundo, ferio, percutio,* etc. (Herodot. VI. 58. κόπτεσθαι τὰ μέτωπα) et ex adjuncto, quia plangentes pectus suum, aut caput (Ezech. XX. 43. Homer. Iliad. ί, v. 34.) percutere ac ferire solent, *plango, lugeo, admodum doleo.* Hesych. κόπτων· τύπτων, ἐλαύνων. Schol. ad Aristoph. Lysistrat. v. 397. p. 545. ed. Küsteri: Κόπτειν κοινῶς μὲν τὸ διαιρεῖν, παρ' Ἀττικοῖς δὲ τὸ κρούειν καὶ πλήττειν, οἷον κόπτειν τὴν θύραν. Καὶ κόπτειν τὸ ἐλαύνειν καὶ σφυροκοπεῖν. Κόπτεσθαι δὲ κεφαλὴν χερσὶν, ὅτι ἐντελῶς λέγεται, κόπτεσθαι κατὰ μόνας ἐντελῶς, καὶ κόπτεσθαι τὸ πενθεῖν, ὅθεν κοπετὸς, τὸ πένθος, ὁ θρῆνος. Eadem fere tradit Eustathius p. 899. lin. 62. et 1256. lin. 6. Matth. XI. 17. καὶ οὐκ ἐκόψασθε et non luxistis. ibid. XXIV. 30. καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς et, tunc plangent omnes tribus terræ. Cohel. XII. 7. Construitur etiam cum accusativo. Lucian. de Sacrif. T. I. Opp. p. 369. ed. Grævii: πενθοῦσι τὸ ἱερεῖον, καὶ κόπτονται περιστάντες ἤδη πεφονευμένον. Luc. VIII. 52. ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτὴν flebant autem omnes et plangebant illam. ibid. XXIII. 27. Gen. XXIII. 2. κόψασθαι Σάῤῥαν. ib. L. 10. Dicitur etiam cum præpositione ἐπὶ, ad imitationem Hebraici סָפַד עַל פְּלֹנִי Ies. XXXII. 12. Apoc. I. 7. καὶ κόψονται ἐπ' αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς et plangent pœnis ab eo affectæ omnes tribus terræ, h. e. Judæi. ib. XVIII. 9. κόψονται ἐπ' αὐτῇ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. 2 Sam. XI. 28. ἐκόψατο ἐπὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς. Zach. XII. 10. κόψονται ἐπ' αὐτῷ κοπετὸν, ὡς ἐπ' ἀγαπητῷ.

ΚΟ'ΡΑΞ, κος, ὁ, *corvus,* ita dictus vel a voce et sono, quem edit, vel a κόρος *niger,* quia colore niger est. Hebraice dicitur עֹרֵב Genes. VIII. 7. Prov. XXX. 17. Semel in N. T. legitur Luc. XII. 24. κατανοήσατε τοὺς κόρακας considerate corvos; ubi tamen species pro genere posita esse videtur, coll. Matth. VI. 26. ubi τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ commemorantur. Vide tamen Grotium ad h. l.

ΚΟΡΑ'ΣΙΟΝ, ίου, τὸ, *puella, virgo, quæ nondum nupsit,* a κόρος *puer* et κόρη *puella.* Conf. Foësii Œconom. Hipp. p. 212. Matth. IX. 24, 25. XIV. 11. Marc. V. 41, 42. VI. 22, 28. Respondet in versione Alex. Hebraico נַעֲרָה 1 Sam. IX. 11. XXV. 42. Ruth. III. 2. Damnarunt hanc vocem grammatici veteres, qui monent, antiquos et probos Græcorum scriptores pro ea usos esse his: κόριον, κορίσκη, κόρη, κορίδιον, κορίσκιον. Pollux Onom. II. 17. κόριον, κόρη, κορίσκιον· τὸ δὲ κοράσιον εὐτελές. Phrynichus p. 24. κόριον, ἢ κορίδιον, ἢ κορίσκη λέγουσιν· τὸ δὲ κοράσιον παράλογον. Idem fere Thomas M. tradit et Croius Obss. SS. p. 267. Reperitur tamen hæc vox apud Arrianum (Diss. Epict. III. c. 2. 8. p. 266.), Lucianum (Asino c. 6. p. 116.), Laërtium (VI. 61.) et alios, quorum loca collegit Schwarzius in Comment. Ling. Gr. N. T. p. 804. et Georgius in Hierocrit. P. I. p. 127. Arrianus κορασίδιον quoque adamavit in Diss. Epictet. I. c. 18. 22 et 28. 24.

ΚΟΡΒΑ'Ν, ΚΟΡΒΑΝΑ'Σ, ᾶ, ὁ, *Corbanan.* Hebraice dicitur קָרְבָּן, h. e. *munus, res oblata,* a radice קָרַב *accessit, appropinquavit,* in Hiphil: *obtulit,* et Syriace ܩܘܪܒܢܐ. Generatim notat 1) *omne donum, munus, quod alicui offertur.* 2) speciatim, ut Græcum δῶρον, *munus, Deo oblatum,* seu *offerendum, res, Deo sacrata et dicata, ita, ut nihil utilitatis inde ad quenquam redundet.* Sic in N. T. legitur Marc. VII. 11. κορβᾶν, ὅ ἐστι δῶρον (scil. ἔστω, seu ἔσται) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς Corban, h. e. Deo dicata sint a me, quibus a me utilitatem percipere queas. Eodem modo hanc vocem interpretatus est Josephus A. J. IV. c. 4. § 4. et Libro I. contra Appionem p. 1047. Gloss. Gr. N. T. p. 14. κορβὰν, προσφορὰ, ἢ δῶρον. 3) collective sumitur pro *ipso thesauro sacro, ex multorum donis collecto.* Suidas et Phavor. κορβανᾶς· παρὰ Ἰουδαίοις ὁ ἱερὸς θησαυρός. Josephus de B. J. II. 9. 4. 4) est i. q. γαζοφυλάκιον et *reconditorium* tum *vasorum sacrorum,* tum *numorum oblatorum ad templi conservationem* et *comparationem rerum, ad cultum divinum necessariarum,* significat. Sic in N. T. legitur Matth. XXVII. 6. οὐκ ἔξεστι βαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸν κορβανᾶν non licet illa conjicere in thesaurum sacrum. Syrus: ܒܝܬ ܩܘܪܒܢܐ *locus oblationis.* Vocantur autem h. l. κορβανᾶς tredecim arculæ, seu cistæ, numorum receptacula, in quæ sicli immittebantur, quæ in atrio mulierum erant, et a forma sua *tubæ,* שׁוֹפָרוֹת vocabantur, de quibus legi meretur Hadr. Reland. de Spoliis Templi Hierosolymitani in arcu Titiano, (Traj. ad Rhen. 1716. 8.) cap. 12. Theophyl. ad locum Matthæi: κορβανᾶν ἔλεγον τὸν ἐν τῷ ἱερῷ θησαυρὸν, εἰς ὃν ἔβαλλον τὰ προσφερόμενα τῷ Θεῷ δῶρα. Confer Stolberg. Exercitt. Ling. Gr. X. p. 382. ac Josephum de Bell. Jud. II. 9. 4.

ΚΟΡΕ', ὁ, *Core.* Nomen proprium viri indeclinabile, Hebraice קֹרַח a קָרַח *glabrare se, calvitium sibi inducere.* Fuit hic filius Iizhar, nepos Caathi, fratruelis Mosis ac Aaronis, auctor et concitator illorum conjuratorum, qui contra Mosen rebellarunt et a terra absorpti sunt. Num. XVI. Semel memoratur in N. T. Jud. v. 11.

ΚΟΡΕ'ΝΝΥΜΙ, ΚΟΡΕΝΝΥ'Ω, vel ΚΟΡΕ'Ω, fut. έσω, vel ήσω, 1) *saturo, satio, exsatio.* Act. XXVII. 30. κορεσθέντες δὲ τροφῆς cibo deinde expleti. Ælian. V. H. I. 4. ἐκ διαλειμμάτων ἐκορέσθησαν. Homer. Odyss. XVIII. 371. Symmach. Psal. XXI. 26. Hesych. κορέσαι· πληρῶσαι, χορτάσαι. Hinc κόρος *satietas,* Esther. XVI. 3. πλησμονὴ, χορτασία, τρυφὴ, Hesychio interprete. 2) ex adjuncto: *abundo, affluo omnibus copiis, ita, ut nihil amplius restet expetendum.* 1 Cor. IV. 8. ἤδη κεκορεσμένοι ἐστὲ jam ex opinione vestra abundatis omni bonorum gene-

re. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. cap. 13. § 10. p. 553.

ΚΟΡΙ'ΝΘΙΟΣ, *ία*, *ιον*, *Corinthius*, a Κόρινθος. Bis tantum legitur in N. T. Act. XVIII. 8. 2 Cor. VI. 11.

ΚΟ'ΡΙΝΘΟΣ, *ου*, *ἡ*, *Corinthus*. Urbs Græcorum antiquissima, quam *Hellen* condidisse fertur. Confer Apollodor. Bibl. I. cap. 7. § 2. et Schol. Apollon. Rhod. Argonaut. I. v. 118. Fuit metropolis et caput Achaiæ, et emporium Græciæ celeberrimum et opulentissimum, sita in isthmo Peloponnesi inter duo maria, Ægæum nempe et Ionium, unde poëtis Græcis ἀμφιθάλασσος et διθάλασσος, et Latinis *bimaris* dicitur, v. c. Horat. Od. I. 7. v. 2. Instructa erat duobus portubus, ad navium stationes aptissimis, Cenchreo et Lechæo; priore utebantur ad negotiationes Asianas, posteriore vero ad Italicas, teste Strabone Lib. VIII. pag. 582. Nomen accepit a *Corintho*, Marathonis, vel Pelopis filio, ejus conditore, vel potius instauratore. Bello Achaico a Lucio Mummio funditus vastata et deleta fuit, sed a Julio Cæsare postmodum restituta. Hodie vulgo dicitur *Corantho*, *Turcæ* eam *Gernen* vocant. Legitur in N. T. Act. XVIII. 1. XIX. 1. 1 Cor. I. 2. 2 Cor. I. 1. 23. 2 Tim. IV. 20. Conf. Cellarii Geogr. Plen. L. II. c. 13. s. 13. p. 949.

ΚΟΡΝΗ'ΛΙΟΣ, *ίου*, *ὁ*, *Cornelius*. Nomen proprium viri Latinum a *cornu*. Fuit *centurio* ex cohorte, quæ dicebatur Italica. Act. X. 1, 3, 7, 17, 21, 22, 24, 25, 30, 31.

ΚΟ'ΡΟΣ, *ου*, *ὁ*, *corus*. Est nomen maximæ mensuræ aridorum, ut farinæ tritici (1 Reg. IV. 22.), conveniens cum כֹּר Hebræorum, quæ continet decem ephas, (aut secundum Josephum A. J. XV. c. 9. § 2. decem medimnos Atticos) seu modios triginta, h. e. 4320 ova. Semel in N. T. legitur Luc. XVI. 7. ἑκατὸν κόρους σίτου centum coros tritici. In versione Alex. respondet Hebr. כֹּר 2 Chron. II. 10. XXVII. 5. et חֹמֶר quæ est eadem mensura cum coro. Levit. XXVII. 16. Num. XI. 31. Hesych. κόρος· μέτρον τι σιτικόν. Confer Epiphanius de Mensur. et Ponder. p. 540. edit. Basil. et le Moyne in Variis Sacris pag. 471. εἴληπται ὁ κόρος ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου, ὃς καλεῖται χόρ. εἰσὶ δὲ μόδιοι λ'.

ΚΟΣΜΕ'Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, 1) proprie: *ordine dispono, in ordinem redigo, compono*, a κόσμος *ordo*. Hom. Odyss. VII. 13. Hinc κοσμήτης, *qui in ordinem redigit*, apud eundem Iliad. I. 16. III. 8. Hesych. κεκόσμηται· τέτακται. — κοσμῆσαι· διατάξαι, στῆσαι. Suid. κοσμεῖ· διατάττει. Alexandrini pro עָרַךְ *ordinavit, digessit, disposuit*, Ezech. XXIII. 41. Speciatim 2) *orno*, quia ornatus debet esse compositus et ordinatus et de rebus æque ac hominibus usurpatur. Mat. XII. 44. οἶκος κεκοσμημένος habitaculum, seu domicilium ornatum. Luc. XI. 25. XXI. 5. de templo Hierosolymitano, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται. 1 Tim. II. 9. μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς ita, ut verecundiæ et modestiæ rationem habeant, ornent se. Apoc. XXI. 2, 19. Ælian. V. H. VIII. 10. πόλιν ἐκόσμησε. ibid. XI. 9. εὖ κεκοσμημένη ἀσπίς. 3) *adorno, paro, instruo, præparo*, i. q. κατασκευάζω. Mat. XXV. 7. καὶ ἐκόσμησαν τὰς λαμπάδας αὐτῶν adornarunt lucernas suas. Hebr. הֵטִיב Exod. XXX. 8. ubi Alex. ἐπισκευάζειν, alias κοσμεῖν. Exempla luculenta e Diod. Sic. dedit Munthe in Observatt. in N. T. e Diod. Sic. p. 88. 4) *exstruo*. Mat. XXIII. 29. κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων et exstruitis monumenta insontibus. Sed alii reddunt: *exornate* monumenta prophetarum occisorum a Judæis; (Xenoph. Mem. II. 2. 13. ἐάν τις τῶν γονέων τελευτησάντων τάφους μὴ κοσμῇ. Euripid. Orest. v. 611.) alii vero: honores sepulcrales exhibetis prophetis, qui sunt insontes occisi. Nam, ut probare conatus est Kypke in Obss. Sacr. T. I. p. 117. κοσμεῖν τὰ μνημεῖα significat: *ritus observare, qui in honorem mortuorum, vel in ipsa sepultura, vel post eandem, solemnes sunt*. Sed prior explicandi ratio magis placet ob præcedens οἰκοδομεῖν, cum quo h. l. permutatur. 5) metaphorice: *ornamentum, decus quæro*. 1 Tim. II. 10. ἀλλὰ δι' ἔργων ἀγαθῶν, scil. κοσμεῖν ἑαυτὰς, potius in recte factis ornamentum suum quærant. 1 Petr. III. 5. 6) *cohonesto, decori sum, honorem concilio*. Tit. II. 9. ἵνα τὴν διδασκαλίαν τοῦ Θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσιν ut viam instituant, quæ religioni christianæ sit decori. Sæpius non legitur in N. T. Thucyd. II. c. 42. αἱ τῶνδε καὶ τῶν τοιῶνδε ἀρεταὶ ἐκόσμησαν. Xenoph. Hist. Gr. V. 4. 33. Symp. 8. 38.

ΚΟΣΜΙΚΟ'Σ, *ἡ*, *ὸν*, 1) *mundanus, ad mundum pertinens, terrestris*, a κόσμος *mundus*. Sic legitur in N. T. Hebr. IX. 1. ἅγιον κοσμικὸν templum, ab hominibus exstructum, τὸ χειροποίητον, ut v. 11 et 24. vocatur. Plutarch. T. VI. pag. 455. edit. Reisk. κοσμικὴ διάταξις. 2) *vitiosus, perversus*. Tit. II. 11. ἐπιθυμίαι κοσμικαὶ pravæ cupiditates, quibus homines vulgo oblectantur. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 111. κοσμικὸς, *secularis, mundanus*.

ΚΟ'ΣΜΙΟΣ, *ου*, *ὁ*, *ἡ*, vel ΚΟ'ΣΜΙΟΣ, *ία*, *ον*, 1) proprie, si de rebus dicitur: *bene compositus, elegans, ornatus*, et si de personis adhibetur: *ordinis studiosus*, a κόσμος *ordo, ornatus*. Sic in N. T. legitur 1 Tim. III. 2. ubi Paulus episcopum vult præter alia esse κόσμιον, h. e. ordinis studiosum et christianos subditos gravi disciplina regentem. Xenoph. Anab. VI. 6. 17. 2) *decore vivens, decoro conveniens, moderatus, modestus, honestus*. Herodot. I. 65. Aristoph. Plut. v. 565. 1 Tim. II. 9. ἐν καταστολῇ κοσμίῳ vestitus earum sit decorus, modestus nec luxurians. ibid. III. 2. ubi κόσμιον nonnulli interpretes reddunt per: *decore viventem*, h. e. qui decorum observat, in omnibus factis et dictis, in corporis denique motu et statu; qui facit, quod decet, et quod aptum est personis, temporibus, ætatibus, ut nempe κόσμιος describitur a Cicerone Lib. I. de Offic. c. 34. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. Hier. V. 1. Confer Perizon. ad Ælian. V. H. XIV. c. 7. Gottleber. ad Platonis Phæd. p. 30. Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 2. 3. p. 788. Hesych. κοσμίους· ἀνεπιλήπτους. Idem: ἐν κόσμῳ, ἐν σεμνότητι.

ΚΟΣΜΟΚΡΑ'ΤΩΡ, *ορος*, *ὁ*, *mundi dominus, princeps mundi*. Gloss. Vett. κοσμοκράτωρ· *mundi rector*. ex κόσμος *mundus* et κράτος *potentia, robur, imperium*. Semel in N. T. legitur Ephes. VI. 12. πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου adversus principes hominum perversorum hujus ætatis; qui locus ab aliis de doctoribus aut principibus Judæorum, ab aliis vero de geniis malis explicatur, a quibus hæc sublunaria gubernari credebant Judæi superstitiosi. Utrique explicationi favet usus loquendi. Nam Judæi, qui hanc vocem civitate sua donarunt, vocem קוזמוקרטור partim de Satana, (qui Judæis etiam שַׂר שֶׁל עוֹלָם dicitur, ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, Joh. XII. 31.) et geniis malis, (cf. Wetsten. ad h. l.) partim vero de regibus et principi-

bus generatim usurparunt. Confer Buxtorf. Talmud. et Rabbin. fol. 1206.

ΚΟ'ΣΜΟΣ, *ου*, *ὁ*, 1) proprie: *ordo, concinna coagmentatio et digestio.* Hesych. κόσμος· κατάστασις, τάξις. Suid. κόσμος· σημαίνει τὴν τάξιν. Thucyd. III. c. 77. ἦν δὲ οὐδεὶς κόσμος τῶν ποιουμένων. 2) *ornatus, ornamentum*, καλλωπισμὸς, ut Hesychius interpretatur. 1 Petr. III. 3. ubi sermo est de ornatu muliebri. ibid. v. 4. post ἀλλ' e v. 3. supplendum est ὁ κόσμος αὐτῶν ἔστω verum ipsis sit ornamentum, coll. 1 Tim. II. 10. Ies. LXI. 10. ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ. Sirac. XXXII. 6. Diog. Laërt. I. s. 85. Hinc 3) *tota hujus universi machina, cœlum et terram complectens et quidquid utriusque ambitu continetur*, κόσμος dicitur, quod nihil ea est mundius, pulcrius et ornatius. (Plin. H. N. II. c. 3. *nam quem* κόσμον *Græci nomine ornamenti appellaverunt, cum nos a perfecta absolutaque elegantia mundum.*) Etym. M. κόσμος· σημαίνει τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ σύστημα καὶ σύγκριμα. Æque late apud Latinos *mundus* patet, teste Festo. Matth. XIII. 35. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου inde a mundo condito. ib. XXIV. 21. ἀπ' ἀρχῆς κόσμου. XXV. 34. Luc. XI. 50. Joh. I. 10. XVII. 5. πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι ante initia mundi, h. e. ab æterno. ib. v. 24. Act. XVII. 24. Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος ὑπάρχων. Rom. I. 20. Ephes. I. 4. Hebr. IV. 3. 1 Petr. I. 20. Apoc. XVII. 8. 4) per synecdochen: *terra, orbis terrarum*, i. q. γῆ, seu οἰκουμένη. Ælian. V. H. III. 18. 2 Petr. III. 6. ubi sermo est de diluvio Noachico: ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο. Huc etiam pertinet formula ἔρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, h. e. γεννᾶσθαι *nasci*. Joh. XI. 27. ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος homo factus. ibid. I. 9. ubi verba ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον cum φῶς, non cum ἄνθρωπον jungenda sunt. ibid. VI. 14. ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον quem nasciturum prophetæ prædixerunt. ibid. IX. 39. XII. 46. Rabbini etiam omnes homines vocant כָּל־בָּאֵי עוֹלָם. Conf. Drusii Præterita Lib. IV. init. Eodem sensu gaudet formula εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν κόσμον, quæ legitur Hebr. X. 5. quam tamen multi *de ipsa muneris auspicatione in his terris* interpretari malunt. Formula ἐκ τοῦ κόσμου εἶναι significat: *hominem natum esse, terrenæ originis esse*, et ex adjuncto: *humana tantum sapere, sentire et agere, ut solent homines, glebæ addicti.* Joh. VIII. 23. 5) Speciatim: *certus terræ habitatæ ambitus.* Sic v. c. terra Canaan, patriarchis eorumque posteris promissa, κόσμος dicitur Rom. IV. 13. ubi Abrahamus et posteri ejus dicuntur κληρονόμοι τοῦ κόσμου. Matth. IV. 8. ubi pro κόσμου in loco parallelo Luc. IV. 5. οἰκουμένης legitur. Rom. I. 8. ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ sat multis in locis, seu, in universa Græcia. 2 Cor. I. 12. ὁ κόσμος omnes regiones et terras significat, in quas itinera susceperat Paulus, religionis christianæ propagandæ causa. 6) per metonymiam continentis pro contento significat *incolas orbis terrarum*, seu *homines*, et quidem ita, ut α) generatim *universum genus humanum* denotet, sine ullo respectu ad nationem, religionem, aut indolem internam ac externam. Joh. III. 16, 17. VI. 33. XIV. 31. XVII. 21. Coran Sur. XXV. 1. XXIX. 6 et 10. β) speciatim vero, ut *mundus* apud Latinos, (v. c. Lucan. II. 383. IX. 443.) *magnam hominum multitudinem*, ex contexta oratione definiendam. Nominatim autem ita dicuntur *homines, quibus traditur religio christiana;* Matth. XIII. 38. ὁ δὲ ἀγρὸς, ἔστιν ὁ κόσμος. Huc etiam referunt nonnulli loca Joh. III. 16, 17. et alia ejusdem generis; — *plebs, turba promiscua*, i. q. ὁ ὄχλος. Joh. XII. 19. ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν. ib. XVIII. 20. — *populus Judaicus*. Joh. XIV. 22. καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ neque reliquis Judæis. *omnes, alieni a religione christiana ejusque adversarii, Judæi pariter ac gentiles, impii.* 1 Cor. I. 21. XI. 31. ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Rom. XI. 12. πλοῦτος κόσμου, i. q. πλοῦτος ἐθνῶν in sequentibus. ibid. v. 15. καταλλαγὴ κόσμου. Luc. XII. 30. τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου gentes paganæ, quæ etiam a Judæis אֻמּוֹת הָעוֹלָם vocantur. Joh. XII. 31. ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, h. e. diabolus, qui, quia auctor impietatis omnis et impiorum princeps a Judæis credebatur, etiam Hebr. רַב עוֹלָם dicebatur, et 2 Cor. IV. 4. ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου. Jam, quia diabolo etiam imperium in mortem tribuebatur et auctor habebatur omnium impedimentorum propagationis religionis christianæ, verba: ἔρχεται γὰρ ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων Joh. XIV. 30. reddenda erunt: brevi moriendum mihi erit. ibid. XV. 18. εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ si adversarii religionis meæ vos oderint. ibid. v. 19. XVI. 33. ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον ego adimam omnibus adversariis doctrinæ meæ vim ac potestatem vobis nocendi. ibid. I. 10. ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω Judæi eum respuebant. ibid. VII. 7. vos Judæorum odio et insidiis non obnoxii estis. ibid. XII. 17. cujus Judæi non participes fieri, seu, quam non experiri possunt. 1 Cor. VI. 2. οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι christiani gentilium judices sedebunt. Galat. IV. 3. στοιχεῖα τοῦ κόσμου prima religionis elementa, quæ Judæis tradebantur. ibid. VI. 14. ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, etc. nulla amplius Judæorum et religionis Mosaicæ mecum est conjunctio. Coloss. II. 8, 20. ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ tanquam viventes adhuc inter Judæos. Interdum speciatim *multitudinem impiorum* notat, v. c. 1 Joh. III. 1, 13. IV. 5. Etym. M. κόσμος· σημαίνει καὶ τὸν πρὸς πλάνην καὶ ἡδονὰς ἄγοντα — — τὸν κόσμον ἐνταῦθα τοὺς πονηροὺς λέγει. (Conf. Ernesti ad Ammian. Marcell. XIV. 8. Gesner. ad Claudianum Lib. I. in Rufin. III. v. 87.) Zonaras Lexic. col. 1235. et ex eo Phavor. κόσμον· τοὺς ἐν ἀπιστίᾳ καὶ ἐν ἁμαρτίᾳ ἀνθρώπους λέγει ὁ ἀπόστολος, (1 Cor. XI. 32.) ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. 7) *res externæ et humanæ, commoda et bona terrena*, opes v. c. et honores, etc. Matth. XVI. 26. ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ si vel omnia bona terrena lucratus fuerit. 1 Cor. VII. 31. οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ qui utuntur bonis terrenis. 1 Joh. II. 15. Jacob. IV. 4. φιλία τοῦ κόσμου nimius rerum terrenarum amor. Abulpharag. p. 457. Harir. Consess. I. p. 28. 8) *magna copia, abundantia, multitudo.* Jacob. III. 6. κόσμος τῆς ἀδικίας multitudo impiorum. alii, v. c. Wetstenius, Semlerus et Brochmannus, vertere malunt: impietatem exornans et defendens. 2 Petr. II. 5. κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας. Proverb. XVII. 6. ὁ κόσμος τῶν χρημάτων. Suidas: σημαίνει δὲ ὁ κόσμος τέσσαρα· εὐπρέπειαν, τόδε τὸ πᾶν, τὴν τάξιν καὶ τὸ πλῆθος παρὰ τῇ γραφῇ. Cæterum bene de voce κόσμος universe exposuit Joh. Floderus in Diss. de Homonymia vocabuli κόσμος in scriptis N. T. Upsal. 1770. 4. 9) interdum abundat, v. c. Luc. XII. 30. τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου, coll. Matth. VI. 32. ubi τὰ ἔθνη simpliciter legitur.

ΚΟΥΑ'ΡΤΟΣ, *ου*, *ὁ*, *Quartus*. Nomen viri Latinum. Rom. XVI. 23.

ΚΟΥ'ΜΙ, *surge*, Hebraicum קוּמִי. Est imperativi secunda pers. sing. num. fœmin. generis a radice קום *surgere*. Marc. V. 41.

ΚΟΥΣΤΩΔΙ'Α, ας, ἡ, *custodia*, a κοῦστος, φύλαξ, interprete Etymol. M. 534. 12. Vox origine Latina, quæ sumitur vel pro *loco, ubi aliquis custoditur*, vel per metonymiam abstracti pro concreto pro *ipsis custodibus*, quo sensu et *custodia* apud Virgil. Æn. IX. 166. ubi vid. la Cerda. Seneca Epist. 70. Ter reperitur in N. T. Matth. XXVII. 65, 66. et XXVIII. 12. in quibus locis milites Romani intelligendi sunt, quorum præsidium erat in arce Antonia dispositum, et qui custodiam agentes munire jubebantur sepulcrum Christi, ne discipuli corpus Christi noctu subducerent. Suid. κουστωδία· τὸ τῷ δεσμωτηρίῳ ἐπικείμενον στράτευμα, σύστημα στρατιωτικὸν, στῖφος. Hesych. κουστωδία· βοήθεια στρατιωτική. Idem: κουστωδίας· τοῦ τῷ δεσμωτηρίῳ ἐπικειμένου στρατεύματος, ἢ συναγωγῆς.

ΚΟΥΦΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *levo, allevo, sublevo, tollo, attollo*, a κοῦφος *levis*. Gloss. Philoxen. apud Labbæum p. 110. κουφίζω· *allevio*. Semel legitur in N. T. Act. XXVII. 38. ἐκούφιζον τὴν ναῦν alleviabant navem ejectis frumentis et aliis oneribus. Achilles Tatius Lib. III. p. 153. ὅπως τὸ μὲν βαπτιζόμενον τῆς νηὸς ἀνακουφίσαιμεν. Polyb. I. 39. ἐκρίψαντες ἐκ τῶν πλοίων πάντα τὰ βάρη, μόλις ἐκούφισαν τὰς ναῦς. In versione Alex. respondet Hebraico הֵקַל 1 Sam. VI. 5. Jon. I. 5. 1 Reg. XII. 4, 9, 10.

ΚΟ'ΦΙΝΟΣ, ου, ὁ, *cophinus*, (Juv. III. 14. VI. 542.) *canistrum, corbis*, seu *omne vas vimineum, alimentis recipiendis et condendis aptum*, ita dictum sine dubio ἀπὸ τῆς κουφότητος a levitate, vel a κόπτω *seco, scindo*, quia fit ex sectis viminibus. In versione Alex. respondet Hebraico סַל *canistrum*, Jud. VI. 19. et דוד quod idem notat, Ps. LXXXI. 7. coll. Jer. XXIV. 1. ubi pro eadem voce in Symmachi reliquiis est κόφινος, sed in versione Alex. κάλαθος. Legitur in N. T. Matth. XIV. 20. δώδεκα κοφίνους πλήρεις duodecim cophinos implerunt. Scilicet Judæi, itinera facientes per gentilium aut Samaritanorum regiones, utebantur his cophinis, large alimentis instructis, ne gentilium cibis polluerentur. ibid. XVI. 9. πόσους κοφίνους scil. πλήρεις τῶν κλασμάτων, coll. XV. 37. Marc. VI. 43. VIII. 19. Luc. IX. 17. Joh. VI. 13. Suid. κόφινος· ἀγγεῖον πλεκτόν. Etym. M. κόφινος σημαίνει τὸ βαθὺ καὶ κοῖλον χώρημα. Conf. Duport. ad Theophr. Char. IV. 3. p. 282. Est et κόφινος nomen cujusdam mensuræ, tam aridorum, quam liquidorum, quæ capiebat tres choas, teste Hesychio: κόφινος· μέτρον χωροῦν χόας τρεῖς. Adde Pollucem IV. 168. Confer Lexicon Xenoph. s. h. v. Gloss. κόφινος, *corbes, corbula, quallus*.

ΚΡΑ'ΒΒΑΤΟΣ, ου, ὁ, *grabbatus, lectus humilior et vilior, loris subtentus, unum hominem tantum capiens*, qui Græcis σκίμπους, (Phrynichus p. 20. σκίμπους λέγε, ἀλλὰ μὴ κράββατος. Mœris: σκίμπους, Ἀττικῶς· κράββατος, Ἑλληνικῶς. Hesych. σκίμπους· κράββατος.) etiam σκιμπόδιον (h. e. interprete Hesychio, εὐτελὲς κλινίδιον μονοκοίτιον) dicitur. Confer Kühn. ad Pollucis Onom. p. 1182. et interpretes ad Thom. M. p. 799. Legitur in N. T. Marc. II. 4, 9, 11, 12. VI. 55. Joh. V. 8—12. Act. V. 15. IX. 33. Interdum omittitur, v. c. Act. IX. 34. στρῶσον σεαυτῷ, sc. κράββατον, ipse tibi lectum sterne. Confer etiam Schwarzii Notas ad Olearium de Stilo N. T. p. 284. Cæterum teste Hieronymo voce hac in Thesauro Bieliano omissa usus quoque est Aqu. Amos III. 12. pro Hebr. עֶרֶשׂ *stratum*, ubi videndus Montf.

ΚΡΑ'ΖΩ, fut. κράξω, 1) *clamo, vociferor, vocem intentam et elatam edo*. Usurpatur de *lugentibus* et *plangentibus*. Apoc. XVIII. 18, 19. de *ingente metu perculsis*, Matth. XIV. 26, 30. de *parturientibus*, Apoc. XII. 2. de *supplicantibus et opem aliorum expetentibus*, Matth. IX. 27. XV. 23. (κράζει ὄπισθεν ἡμῶν, clamoribus nos prosequitur.) XX. 30, 31. de *lætantibus* et *celebrantibus*, Matth. XXI. 9, 15. Marc. XI. 9. Joh. XII. 13. de *tumultuantibus*, Act. XIX. 28, 32, 34. de *indignantibus* et *commotis animo*, Act. VII. 57. XIV. 14. XXI. 36. etc. His adde locum Luc. XIX. 40. λίθοι κεκράξονται lapides clamabunt; formula proverbialis, (vide Drusii Proverb. Cl. II. Lib. III. 85. Nonnus in Dionysiac. Lib. XVI. 224. εἴπατε πέτραι. Eurip. Hippol. v. 980. φήσουσι πέτραι.) dicta de *re, quæ celari et negari nullo modo potest*. De forma κεκράξονται vide Fischeri Anim. ad Welleri Gramm. Gr. p. 172. 2) *preces facio, precibus adeo Deum*. Sic usus est hac voce Jacobus V. 4. ubi merces operariorum retenta, aut decurtata dicitur κράζειν, seu clamare ad Deum, h. e. auxilium et vindictam Dei postulare; ubi μισθὸς pro *ipsis operariis, mercede conductis*, positum est. Rom. VIII. 15. ἐν ᾧ κράζομεν· ἀββᾶ ὁ πατὴρ quibus sensibus præditi Deum libere et animo, fiducia pleno, filiorum more, precibus adire possumus. Galat. IV. 6. Suid. κεκράξομαι· οὐκ ἐπὶ φωνῆς, ἀλλ' ἐπὶ προθυμίας καὶ συντόνου καὶ σπουδαίας εὐχῆς. Ps. XXVII. 1. XXIX. 8. 3) *palam dico, libere profiteor*. Joh. I. 15. VII. 28. Rom. IX. 27. Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ Iesaias vero libere hæcce de Israëlitis pronuntiat. Hesych. κέκραγε· φανερῶς διαμαρτύρεται. 4) transitive sumitur: *facio, ut aliquis clamet*, seu *preces faciat*. Galat. IV. 6. κρᾶζον κ. τ. λ. h. e. qui facit, ut instar filiorum, seu fiducia ea, quam filii in parentibus habent, ad Deum clamemus Abba, h. e. Pater.

ΚΡΑΙΠΑ'ΛΗ, ης, ἡ, 1) *crapula, omnis capitis ex vino largiter sumto et comessatione offensio et dolor*, i. q. μέθη. Grammatici veteres, ut Ammonius et Thom. M. distinguunt quidem inter κραιπάλην et μέθην, ut illud sit ἡ χθεσινὴ μέθη, aut ἡ ἐκ τῆς χθὲς γινομένης οἰνοποσίας κάρωσις, aut, ut Hesychius interpretatus est, ἡ ἀπὸ χθιζῆς μέθης κεφαλαλγία, sed κραιπάλη, ut μέθη, etiam de recenti crapula usurpatur apud veteres. Suid. κραιπάλη· ὁ ἐκ πολλῆς οἰνώσεως παλμός. Etym. M. κραιπάλη· ὃ σημαίνει τὴν μέθην. et Eustathius: ὁ ἐκ μέθης παλμὸς, ὅ ἐστι κίνησις καὶ δίνησις τοῦ κάρα, ἤγουν τῆς κεφαλῆς. 2) per metonymiam: *comessatio*, seu *nimia cibi potusque inebriantis ingurgitatio, qua crapula contrahitur*. Sic semel legitur in N. T. Luc. XXI. 34. Eodem modo reperitur apud Alciphron. III. 24. ἡ γαστὴρ τῆς κραιπάλης ἐμπίμπλαται. Herodian. I. 17. 7. προελθόντος τοῦ Κομμόδου ἐπὶ τὰ συνήθη λουτρά τε καὶ κραιπάλας. Conferendus quoque Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 3. 3. p. 817. Verbum κραιπαλάω cum μέθη conjunctum eodem sensu legitur apud Plutarchum de Puer. Educ. c. 18. § 8. δούλων πολλάκις κραιπαλώντων μέθην οὐκ ἐξηλέγξαμεν.

ΚΡΑΝΙ'ΟΝ, ίου, τὸ, *cranium, calvaria*, a κάρηνον *caput*, quod per syncopen κράνον et per apocopen κάρα dicitur. Hebraice גֻּלְגֹּלֶת dicitur, cui voci respondet quoque κρανίον in versione Alex. Jud. IX. 53. 2 Reg.

IX. 35. Legitur in N. T. Matth. XXVII. 33. κρανίου τόπος locus calvariæ, ubi Christus cruci adfixus est. Marc. XV. 22. Luc. XXIII. 33. τὸν καλούμενον κρανίον: ubi videndus Grotius. Joh. XIX. 17. Sæpius non reperitur in N. T. Suid. κρανίον· ἡ κεφαλή. Confer etiam Thom. M. sub κεφαλή p. 526. edit. Bernard.

ΚΡΑ'ΣΠΕΔΟΝ, ου, τὸ, 1) ut Latinum *fimbria*, generatim *omnem prominentem alicujus rei partem* significat. Sic v. c. apud Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 13. et Eurip. Supplic. v. 660. de latere, seu cornu aciei, et Xen. l. l. IV. 6. 8. de prominente montis parte usurpatur. Suid. κράσπεδα· οἱ πρόποδες, h. e. τὰ προῦχοντα τῶν ὀρῶν, interprete Hesychio. 2) *fimbria, lacinia infimarum partium vestimenti*, quasi κρεμάμενον εἰς πέδον *in terram dependens*, Hebr. כָּנָף Deut. XXII. 11. Hesychius et Lex. Cyrilli MS. Brem. κράσπεδον· τὸ ἄκρον τοῦ ἱματίου. Conf. Barnes. ad Eurip. Ion. v. 1423. Gloss. Vet. κράσπεδον, *fimbria, lacinia*. 3) Speciatim ita dicitur *pannulus, ex ora vestis apud Judæos dependens, lacinia, quæ est in pallio*. Hic pannus, qui Hebraice צִיצִת dicitur (Num. XV. 38, 39.) et quo utebantur Judæi, ut se a gentilibus distinguerent, erat coccineus. Hesych. κράσπεδα· τὰ ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ ἱματίου κεκλωσμένα ῥάμματα. Legitur tantum in N. T. Matth. IX. 20. XIV. 36. XXIII. 5. μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν. Marc. VI. 56. Luc. VIII. 44. Vide Braun. de vestitu Sacerd. Hebr. I. c. 3. p. 55. et Jac. Elsneri Comm. in Evang. Matthæi T. II. p. 166.

ΚΡΑΤΑΙΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) proprie: *robustus, validus*, a κράτος *robur*. Hesych. κραταιᾶς· ἰσχυρᾶς. 2) *potens, fortis*. Sic legitur semel in N. T. 1 Petr. V. 6. ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ submittite vos potenti et validæ Dei manui, h. e. permittite vos totos summæ Dei potestati. *Omne* enim, *quod summum est in suo genere*, κραταιὸν dicitur, v. c. Sirac. XII. 6. ἡμέρα ἐκδικήσεως κραταιὰ tempus ultionis terribile et valde grave. Conf. Prov. XXIV. 5.

ΚΡΑΤΑΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie est corporis et notat: *roboro, corroboro, viribus potentem ac validum reddo*, a κραταιὸς *robustus, validus*. 2) ad animum translatum κραταιοῦσθαι significat: *fortem et constantem se præstare*, etiam *incrementa capere, proficere*. Luc. I. 80. ἐκραταιοῦτο πνεύματι proficiebat sapientia et cognitione. ibid. II. 40. 1 Cor. XVI. 13. κραταιοῦσθε fortes vos et constantes præstate. Passivum h. l. positum est pro reciproco, coll. 1 Sam. IV. 9. Dresigius in libro de Verbis Mediis N. T. I. 75. p. 320. κραταιοῦσθαι h. l. verbum medium esse existimat, ut sit: *se firmum et constantem reddere*. Ephes. III. 16. κραταιωθῆναι εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον ut indies majora scientiæ, intelligentiæ et virtutis christianæ incrementa capiatis. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΑΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *prehendo aliquid manu, apprehendo, tango*. Matth. IX. 25. ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς ejus manum prehendit. Marc. I. 31. V. 41. IX. 27. κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρός. Luc. VIII. 54. Genes. XIX. 16. Jud. XVI. 27. 2) *manu prehensum aliquid teneo*. Apoc. II. 1. ὁ κρατῶν τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ. 3) *amplector*. Matth. XXVIII. 9. ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας pedes ejus amplexæ sunt. 2 Reg. IV. 27. וַתַּחֲזֵק בְּרַגְלָיו. 4) *comprehendo, capio, prehendo, violenter manibus injectis, aut dolo*. Matth. XIV. 3. XVIII. 28. XXI. 46. XXII. 6. XXVI. 4. ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ. ibid. v. 48, 50, 55, 57. Marc. III. 21. VI. 17. ἀποστείλας ἐκράτησε τὸν Ἰωάννην missis ministris, vel satellitibus, prehendi Johannem curaverat. ibid. XII. 12. XIV. 1, 44, 46, 49, 51. Act. XXIV. 6. Apoc. XX. 2. 5) *captum teneo, retineo, cohibeo, impedio*. Luc. XXIV. 16. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο oculi eorum capti tenebantur, h. e. non videbant, quod tamen ante oculos erat. Act. II. 24. καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ quia non poterat morte captus teneri in perpetuum. Nec tamen plane aliena est ab h. l. notio *vincendi* et *superandi*, quam verbo κρατεῖν vindicavit Perizon. ad Ælian. V. H. II. 4. Suid. κρατεῖν· νικᾶν. Huc etiam pertinet formula κρατεῖν τι πρὸς ἑαυτὸν, quæ significat: *reticere aliquid, continere et coërcere linguam*. Marc. IX. 10. καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτοὺς et reticuerunt hoc factum. Æschyl. Choëph. v. 78. πικρὸν φρενῶν στύγος κρατεῖ. Schol. καλύπτει. Hesych. κρατεῖ· κρύπτει. — Formula κρατεῖν τὴν ἁμαρτίαν, quæ ad eandem significationem referenda est, significat: *non remittere, non condonare peccata*, et opponitur τῷ ἀφιέναι. Joh. XX. 23. ἄν τινων κρατῆτε, (scil. τὰς ἁμαρτίας) κεκράτηνται si cui veniam peccatorum denegaveritis, etiam a Deo denegata erit. 6) *custodio, conservare studeo*. Apoc. II. 25. πλὴν ὃ ἔχετε κρατήσατε. ibid. III. 11. κράτει ὃ ἔχεις. 7) *observo, obsequium præsto*. Marc. VII. 3. κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων. ibid. v. 4 et 8. coll. 1 Cor. XI. 2. 2 Thess. II. 15. κρατεῖτε τὰς παραδόσεις obsequium præstate doctrinæ. Apoc. II. 14, 15 et 25. ὃ ἔχετε κρατήσατε præcepta mea vobis jam cognita sequamini. 8) *adeo præ affectu teneo aliquem, ut non dimittam, sector aliquem, applico me ad aliquem, ab alicujus latere non discedo*, i. q. κατέχω Luc. IV. 42. Act. III. 11. κρατοῦντος δὲ αὐτοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην claudo autem sanato a latere Petri et Johannis non discedente. Coloss. II. 19. καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν et deserit Christum, ecclesiæ caput. Apoc. II. 13. κρατεῖς τὸ ὄνομά μου, ubi explicationis causa additur καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου. 2 Sam. III. 6. Sirac. I. 16. 9) *obtineo, consequor, assequor*. Act. XXVII. 13. τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι se propositum assequuturos esse. Hebr. IV. 14. κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας studeamus, ut consequamur illam promissam felicitatem. ibid. VI. 18. κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος ut compotes fiamus promissæ futuræ felicitatis. 1 Macc. I. 2. X. 52. 2 Macc. IV. 10. V. 7. 10) *impero, dominor, imperium obtineo*, i. q. ἄρχω. Apoc. VII. 1. ἀγγέλους κρατοῦντας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τῆς γῆς angelos imperium habentes in quatuor ventos cardinales. Potest quoque h. l. verti: retinentes, aut carcere et vinclis frenantes (Virgil. Æn. I. 54.) etc. Aristoph. Plut. v. 7. Xenoph. de Rep. Laced. II. 2. Conf. Thom. M. sub ἄρχειν et βασιλεύς. Hesych. κρατεῖ· κυριεύει, ἄρχει. 11) pleonastice ponitur Matth. XII. 11. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΑ'ΤΙΣΤΟΣ, η, ον, *validissimus*, (2 Macc. IV. 12.) *potentissimus*, (Symmach. Psal. XLIV. 14.) *præstantissimus*, (Psalm. XV. 6. 2 Macc. IV. 12.) *optimus*, (1 Sam. XV. 15.) a κράτος *robur, potentia, imperium*. Hesych. κράτιστος· ἰσχυρότατος, δυνατώτατος. Vide et Schol. Aristoph. ad Plut. v. 230. Legitur in N. T. Luc. I. 3. κράτιστε Θεόφιλε optime Theophile. Nam κράτιστος, ut Latinum *optimus*, virorum illustrium et nobilium, principum adeo nomen dignitatis erat. Theophyl. ad h. l.

κράτιστος, ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων. Vide Horrei Miscell. Critt. Lib. I. c. 4. et Cannegieteri Diss. ad Flavii Aviani Fabulas cap. VI. Hinc Felici et Festo tribuitur Act. XXIII. 26. XXIV. 3. XXVI. 25. Sæpius non legitur in N. T. Adde Xenoph. de Rep. Laced. c. VIII. 1. 2. 5. et Lexicon Xenoph. s. h. v. Transiisse quoque hanc vocem in linguam Palmyreno-Syriacam docuit Michaëlis in Introd. in N. T. p. 143.

ΚΡΑ'ΤΟΣ, εος, contracte ους, τὸ, 1) proprie notat *robur corporis*, et est i. q. ἰσχὺς, teste Hesychio. 2) *vis, potentia*, et de Deo æque ac de hominibus usurpatur. Act. XIX. 20. κατὰ κράτος (scil. Θεοῦ) ὁ λόγος τοῦ Κυρίου ηὔξανεν juvante Deo in dies magis augebatur christianorum numerus: nisi κατὰ κράτος adverbialiter sumere velis, ut sit *admodum, valde, vehementer*. Coloss. I. 11. κατὰ τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ pro summa Dei virtute. Aliis substantivis additum, quibus vis ac potentiæ notio inest, superlativi locum tenet. Ephes. I. 19. κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἰσχύος αὐτοῦ ad similitudinem summæ illius vis divinæ. Ephes. VI. 10. ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ potentissimo ejus auxilio adjuti. Symmach. Prov. XXIV. 5. Alex. Ies. XL. 26. ἐν κράτει ἰσχύος. Job. XXI. 23. Hesych. κράτος· δύναμις. 3) per metonymiam: *opus potentiæ, factum, potentiam demonstrans*. Luc. I. 51. ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ. Formula ποιεῖν κράτος, ut Hebraica עֹשָׂה חָיִל Psalm. CXVIII. 16. significat: *insignia facta, miracula patrare, potentiam suam exserere*. 4) *potestas, imperium*. Hebr. II. 14. ὁ τὸ κράτος ἔχων θανάτου rex, seu dominus mortis. Ita vocatur Satanas, quia potestatem homines interficiendi a Deo accepisse a Judæis credebatur. Cf. Schœttgen. Hor. Hebr. et Talmud. p. 935. Formula κράτος ἔχειν *imperium* seu *principatum tenere alicujus rei* legitur apud Sophocl. Antig. v. 179. et Æschyl. Suppl. v. 432. Alberti Obss. Philol. p. 419. Gloss. Gr. Alberti p. 171. et Hesych. κράτος· ἐξουσία, βασιλεία. Adde Apollodor. Bibl. III. 14. 6. 5) ut δύναμις, *laus, celebratio*, i. q. αἶνος et τιμή. 1 Tim. VI. 16. ᾧ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον qui semper ab hominibus laudetur; seu, ut etiam commode reddi posset: cujus summa potentia ac omnibus semper agnoscatur et celebretur. 1 Petr. IV. 11. V. 11. Jud. v. 25. Apoc. I. 6. V. 13. coll. IV. 11. et V. 12. Sæpius non legitur in N. T. Ita עֹז sumitur Psalm. VIII. 3. LXXXIX 14. Κραταιοῦν in notione *laudibus celebrandi* legitur apud Symm. Ies. XXIX. 23. ubi Vulg. habet *prædicabunt*.

ΚΡΑΥΓΑ'ΖΩ, fut. άσω, *clamo, clamito, vociferor, clamorem inconditum edo*, a κραυγὴ *clamor*. Matth. XII. 19. οὐδὲ κραυγάσει non strepitum edet. Pricæus ad h. l. clamorem intelligit, qui nota est animi commoti et effervescentis. ibid. XV. 22. Joh. XI. 43. φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε. Sic etiam Esr. III. 13. ὁ λαὸς ἐκραύγασε φωνῇ μεγάλῃ, Hebr. הָעָם מְרִיעִים תְּרוּעָה גְדוֹלָה. Joh. XVIII. 40. XIX. 6, 15. Act. XXII. 23. Hesych. κραυγάζειν· βοᾷ.

ΚΡΑΥΓΗ', ῆς, ἡ, 1) *vociferatio, clamor*. Matth. XXV. 6. κραυγὴ ἐγένετο clamor audiebatur. Act. XXIII. 9. ἐγένετο δὲ κραυγὴ μεγάλη, Hebr. וַתְּהִי צְעָקָה גְּדוֹלָה Exod. XII. 30. Apoc. XIV. 18. καὶ ἐφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ. De clamore plangentium et lugentium legitur Apoc. XXI. 4. Ephes. IV. 31. κραυγὴ significat strepitum et clamores, quos edunt homines iracundi, asperam et minacem orationem. Syrus bene reddidit per ܚܪܝܢܐ *contentio, lis*. 2) *intensæ et valde enixæ preces*. Hebr. V. 7. coll. Ps. V. 2. Suid. κραυγὴ ἐπὶ τῶν εὐχομένων· ἡ μετὰ προθυμίας καὶ σπουδαίας διανοίας ἱκετεία.

ΚΡΕ'ΑΣ, έατος, et per syncopen κρέαος, et contracte κρέως, τὸ, *caro*, et speciatim de *carne animalium* dicitur. Pluralis κρέατα, per syncopen κρέαα, et contracte κρέα, (Xenoph. Anab. VII. 3. 11. Aristoph. Ran. 512.) bis tantum legitur in N. T. Rom. XIV. 21. καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα. 1 Cor. VIII. 13. In versione Alex. legitur pro Hebr. בָּשָׂר Prov. XXIII. 20. Ies. XXII. 13. Demosthen. p. 1078. l. 23. ed. Reisk. Cæterum subintelligitur ad εἰδωλόθυτον 1 Cor. IX. 1.

ΚΡΕΙ'ΣΣΩΝ, Attice ΚΡΕΙ'ΤΤΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *melior, præstantior, excellentior, utilior*. Comparativus ab ἀγαθὸς *bonus*. 1 Cor. VII. 9, 38. κρεῖσσον ποιεῖ magis utilitati suæ consulit. ibid. XI. 17. εἰς τὸ κρεῖττον ut faciatis majores in pietate et cognitione progressus. ibid. XII. 31. χαρίσματα τὰ κρείττονα dona, quæ magis aliorum utilitati inserviunt. Phil. I. 23. πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον hoc enim multo beatius esset. Hebr. I. 4. κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων eo præstantior factus est angelis. Hebr VII. 7. τὸ ἔλαττον opponitur τῷ κρείττονι. ibid. v. 19, 22. X. 34. XI. 16, 35, 40. XII. 24. 1 Petr. III. 17. 2 Petr. II. 21. Conf. Valcken. ad Eurip. Phœn. p. 332. et ad Hippolyt. p. 294. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΕΜΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, *suspendo*. Act. V. 30. κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου in cruce suspensum. ib. X. 39. In versione Alex. respondet Hebr. תָּלָה Genes. XL. 19, 22. XLI. 13. Jos. VIII. 29. et apud Symm. 2 Sam. XXI. 6. Hebr. הוֹקִיעַ ubi Vulg. *crucifigamus eos* habet. Homer. Odyss. η', v. 67. Passivum Κρεμάομαι, ῶμαι, *suspendor*. Matth. XVIII. 6. ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ ut suspenderetur in collo ejus mola asinaria. Luc. XXIII. 39. εἷς δὲ τῶν κρεμασθέντων κακούργων unus autem maleficorum, qui una cum Jesu erant suspensi, sc. ἐπὶ τοῦ ξύλου, quod additur Act. V. 30. X. 39. Medium κρέμαμαι, 1) *pendeo*. Act. XXVIII. 4. κρεμάμενον τὸ θηρίον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ viperam de ejus manu pendentem. Galat. III. 13. 2) κρέμασθαι ἐν τινι metaphorice *pendere ab aliqua re, positum esse in aliqua re, contineri in aliqua re*, et de rebus usurpatur, quæ ex aliis, tanquam fonte, defluunt, et in quibus caput omnis rei est. Sic legitur in N. T. Matth. XXII. 40. ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται his duobus præceptis omnis religio Judaica continetur. Philo T. II. ed. Mangey p. 420. ὧν αἱ τοῦ ἔθνους ἐλπίδες ἐκρέμαντο. Pindar. Olymp. Od. VI. 125. Anacr. Od. XXIX. 17. Cic. in Pison. c. 41. " in sententiis omnium civium famam nostram fortunamque *pendere*." Maimonides de Fundamento Legis c. I. § 3. quicunque sibi imaginatur, quod alius sit Deus præter hunc, abnegat maximum fundamentum, שהכל תלוי בו a quo omnia pendent.

ΚΡΗΜΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, *locus omnis præruptus, præcipitium*, speciatim *rupes prærupta, præcipitium montis*, quasi ὁ τόπος κρεμάμενος *locus pendens* aut *per præceps* (Ovid. Art. II. v. 245.), ut Vulgatus interpretatus est. Mat. VIII. 32. κατὰ τοῦ κρημνοῦ de præcipitio montis. Marc. V. 13. Luc. VIII. 33. Alexandrini usi sunt hac voce pro סֶלַע 2 Chron. XXV. 12. Polyb. III. 55. 6. Aristoph. Plut. v. 69. Apud Pindar. Olymp. Od.

III. 39. *κρημνοὶ* sunt prærupti margines littorum et riparum. Eurip. Phœn. v. 1336. Hesych. *κρημνός· ἐξοχὴ πέτρας καὶ ὄρους.*

ΚΡΗ'Σ, *ητὸς, ὁ, Cretensis, Cretæ incola,* vel *ex Creta oriundus,* a Κρήτη, quod vide. Act. II. 11. ubi tamen Lightfootus in Disquisit. Chorogr. ad Evang. Johannis c. IV. § 1. n. 5. p. 935. Cheretæos, gentem Philistæam, כְּרֵתִים Ezech. XXV. 16. Zephan. II. 5, 6. intelligit. Cf. etiam Lakemacherum in Obss. Philol. P. II. n. 2. § 13. Tit. I. 12. *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται* Cretenses semper sunt mendaces. Hesych. *κρητίζειν· ἐπὶ τοῦ ψεύδεσθαι καὶ ἀπατᾷν. ἔταττον δὲ τὴν λέξιν ἀπὸ τοῦ τοὺς Κρῆτας ψεύστας εἶναι.* Cretenses autem ut omnino olim male audiebant, ita fides eorum pro suspecta habita, quia in insula Creta sepulcrum Jovis ostendebatur, quem tamen universa Græcia tanquam reliquorum deorum suorum patrem colebat. Cf. interpretes ad Callim. Hymn. in Jovem v. 8. Thesaur. Diss. Theol. Philol. T. II. p. 723. Cæterum differt Κρὴς a *κρῆς,* contracte pro *κρέας caro,* accentu.

ΚΡΗ'ΣΚΗΣ, *ηντος, ὁ, Crescens.* Nomen viri Latinum. 2 Tim. IV. 10.

ΚΡΗ'ΤΗ, *ης, ἡ, Creta.* Nomen insulæ, sitæ in mari Mediterraneo, speciatim in Archipelago et quidem in medio hujus. Insula hæc fertilissima et celeberrima, de qua peculiarem libellum scripsit Meursius, (Amstelod. 1675. 4.) hodie dicitur *Candia,* vel ab urbe hujus nominis, vel a montibus suis occiduis, qui jam olim, Strabone teste, *λευκοὶ,* seu *candidi* appellati fuerunt. Olim vocata fuit *Hecatompolis,* i. e. centum oppidis instructa. Postea dicta est Creta, aut a *Crete* nympha, Hesperidis filia, aut a *Curetibus,* incolis, auctore Strabone. Memoratur in N. T. Act. XXVII. 7, 12, 13, 21. Tit. I. 5.

ΚΡΙΘΗ`, *ῆς, ἡ, hordeum.* Apoc. VI. 6. Hebr. שְׂעֹרָה Exod. IX. 31. Ruth. I. 21. Xenoph. Anab. I. 2. 22. Conf. Ol. Celsii Hierobot. T. II. p. 239. Hinc adjectivum

ΚΡΙ'ΘΙΝΟΣ, *η, ον, hordeaceus,* quod legitur Joh. VI. 9, 13. coll. 2 Reg. IV. 42. Num. V. 15. Judd. VII. 13. Ezech. IV. 12. Xenoph. Anab. IV. 5. 21. *ἄρτοις κριθίνοις.*

ΚΡΙ'ΜΑ, seu ΚΡΙ͂ΜΑ, *τος, τὸ,* 1) proprie: *discretio,* a *κρίνω discerno, secerno.* 2) *judicium, quod de aliquo fertur, aut pronunciatur,* in utramque partem. Speciatim: *judicium sinistrum et rigidum de aliquo, criminatio et vituperium.* Matth. VII. 2. *ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε* quod enim de aliis fertis sinistrum et iniquum judicium, in vos recidet. 1 Tim. III. 6. *ἵνα μὴ εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου* ne in criminationem et vituperium calumniatorum incurrat. 3) *sententia judicis ultima,* in utramque partem, speciatim *sententia judicis condemnatoria.* Rom. V. 16. *τὸ μὲν γὰρ κρίμα, ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα* nam sententia condemnatoria, ob unius hominis peccatum lata, hunc effectum habuit, ut homines pœnas subirent. Act. XXIV. 25. *καὶ τοῦ μέλλοντος κρίματος* et de judicio extremo super omnes æquo ac rato, olim a Christo publice ferendo. 4) *facultas et potestas judicandi.* Apoc. XX. 4. *καὶ κρίμα ἐδόθη αὐτοῖς.* 5) *pœna, supplicium,* quod sequitur sententiam judicis condemnatoriam. Matth. XXIII. 14. *διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα* ideo eo gravior olim erit vestra pœna. Marc. XII. 40. Luc. XX. 47. XXIII. 40. *ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ* qui tamen easdem pœnas das, seu sustines. ibid. XXIV. 20. *παραδιδόναι τινὰ εἰς κρίμα θανάτου* supplicio mortis afficiendum aliquem tradere. Rom. II. 2, 3. III. 8. XIII. 2. *ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται* pœnas dabunt Deo. 1 Cor. XI. 29. *κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει* is edendo et bibendo contrahit sibi gravissimas pœnas. ib. v. 34. Galat. V. 10. *βαστάζειν τὸ κρίμα* i. e. quod *λαμβάνειν κρίμα.* Hebr. VI. 2. Jacob. III. 1. 1 Petr. IV. 17. 2 Petr. II. 3. *οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ* quorum pœna jam dudum destinata non cessabit, coll. Jud. v. 4. Apoc. XVII. 1. XVIII. 20. *ὅτι ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρίμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς* nam Deus ob injurias, vobis illatas, pœnas gravissimas ab ea sumsit. Ita מִשְׁפָּט sumitur Exod. VI. 6. et *κρίσις* 2 Macc. VII. 35, 36. et IX. 18. 6) *crimen,* seu *omnis res, quæ criminationem affert, reatus judicis, animadversione dignus.* 1 Tim. V. 12. *ἔχουσαι κρίμα* criminis reæ. 7) *lis, vel causa, in judicium deducta aut deducenda.* 1 Cor. VI. 7. *ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν* quod controversias habetis invicem. Job. XXX. 13. 8) *decretum.* *Τὰ κρίματα Θεοῦ* decreta Dei, quibus fata humana reguntur, i. q. *αἱ ὁδοὶ τοῦ Θεοῦ,* cum qua formula permutatur Rom. XI. 33. *ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ* quam imperscrutabilia sunt ejus decreta! Eodem modo *κρίσις Θεοῦ rationem* notat, *qua Deus in regenda et gubernanda hac rerum universitate utitur.* Sapient. XVII. 1. *μεγάλαι γάρ σου αἱ κρίσεις καὶ δυσδιήγητοι,* coll. Ps. LXXII. 1. 9) *εἰς κρίμα, ideo, hoc consilio.* Joh. IX. 39. Sæpius non legitur in N. T. Etym. M. *κρίμα σημαίνει τῇ μὲν τὸ κατάκριμα καὶ τὴν καταδίκην, ὡς τὸ, κρίμα δίκαιον κρίνατε.* (Zachar. VII. 9.) *σημαίνει καὶ τοὺς ἐξητασμένους τοῦ Θεοῦ λόγους.* Phavor. *κρίμα· τὸ κατάκριμα, ἢ ἡ καταδίκη, ὡς τὸ, εἰς κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει.* Suid. *κρίματα· αἱ οἰκονομίαι.* Δαβὶδ (Ps. IX. 17.)· *γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν.* Conf. eundem in voce *δικαίωμα.* Hesych. *κρίματα· οἰκονομίαι, ψῆφοι, δίκαι, κρίμα· ἀνταπόδοσις Θεοῦ.*

ΚΡΙ'ΝΟΝ, *ου, τὸ, lilium,* maxime *album,* in agris crescens, cujus tanta apud veteres erat dignitas, ut *κατ' ἐξοχὴν ἄνθος* diceretur. Hebraice dicitur שׁוּשַׁן vel שׁוֹשַׁן et שׁוֹשַׁנָּה a שֵׁשׁ *sex,* quod sex foliis constat. Cant. II. 1, 2, 16. IV. 5. V. 13. Plin. H. N. XXI. 1. Bis tantum legitur in N. T. Matth. VI. 28. *καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ.* Luc. XII. 27. In utroque loco species liliorum synecdochice pro *floribus quibusvis* ponuntur. Et videtur etiam olim *κρίνον* commune nomen *florum omnis generis* fuisse, ut vel e versione Alex. colligi potest, in qua Exod. XXV. 31, 33, 34. Num. VIII. 4. *κρίνον* pro Hebraico פֶּרַח *flos* ponitur. Hesych. *κρίνα· ἄνθη καλλίπνοα, εὐωδιάζοντα.* Gloss. in Octateuch. *κρίνα· ἄνθη εὐωδιάζοντα, κρίνοις ὅμοια.* Conf. Ol. Celsii Hierobot. T. I. p. 383 seq. Scacchi Elæochrism. Myrothec. I. p. 209. et Cl. Salmasii Exercitationes de Homonymis Hyles Iatricæ p. 23.

ΚΡΙ'ΝΩ, fut. *ινῶ,* 1) proprie: *secerno, discerno.* Homer. Iliad. β', v. 362. *κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα,* ubi Schol. *κρῖνε· διάκρινε, διαχώρισον.* Hesych. *κρίναι· χωρίσαι, τάξαι.* (Ezech. VII. 14.) — *κρίνειν· ἀριθμεῖν, χωρίζειν.* 2) *judico, judicium fero, dico, quid mihi de re quapiam videatur, sive judicium illud rectum sit, sive temerarium et præposterum.* Luc. VII. 43. *ὀρθῶς ἔκρινας* recte judicasti. Joh. VII. 24. *μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε* ne judicium ferte secundum speciem externam, sed veritati convenienter (re ab omni parte bene examinata) judi-

cate. ib. VIII. 15, 16. 1 Cor. IV. 5. μὴ κρίνετε nolite sententiam vestram dicere. Sed sæpius in N. T. in malam partem usurpatur, ut sit: *sinistre judicare, rigidum morum alicujus censorem esse, condemnare, reum et pœna dignum aliquem judicare*, ut sit idem, quod κατακρίνειν. Sic Matth. VII. 1, 2. coll. Luc. VI. 37. Rom. II. 1. ubi cum κατακρίνειν permutatur. ibid. v. 3. Rom. XIV. 3, 4, 10, 13. 1 Cor. V. 12. X. 29. Coloss. II. 16. (ubi Syrus vocem κρινέτω non male quoad sensum per ܢܥܝܩ h. e. *molestiam exhibeat* interpretatus est. Confer eundem Rom. XIV. 3.) Jacob. IV. 11. κρίνειν et καταλαλεῖν invicem permutantur. Interdum κρίνειν Latine reddendum est *exprobrare, conqueri de aliquo*. Joh. VIII. 26. πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν multa possem de vobis conqueri et vobis exprobrare. Rom. XIV. 22. ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν qui sibi nihil exprobrat. Huc etiam referrem loca Luc. XIX. 22. Rom. II. 27. 3) *judico, dijudico*. Luc. XII. 57. τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; cur vero non ipsi dijudicatis, quid verum sit, exemplum petentes ab eo, quod inter vos vulgo fieri solet? Joh. VII. 24. VIII. 15, 16. Act. IV. 19. κρίνατε, sc. αὐτοί, judicate ipsi. 1 Cor. X. 15. κρίνατε ὑμεῖς ὅ φημι vos ipsi judicetis, an recte scribam. ibid. XI. 13. 4) *statuo, censeo*, (Diphilus apud Athen. VI. p. 241. μετὰ τὸν κιθαρῳδὸν ὁ παράσιτος κρίνεται.) *existimo, habeo*, vel *æstimo*. Act. XIII. 46. οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, h. e. vos salute æterna plane indignos redditis. ibid. XV. 19. διὸ ἐγὼ κρίνω quapropter ego statuo. ibid. XVI. 15. εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ Κυρίῳ εἶναι si me vere christianam esse existimatis. ibid. XXVI. 8. ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν; num vobis incredibile videtur? 2 Cor. V. 14. 5) *judex sedeo, judicium exerceo, sententiam ultimam pronuncio in utramque partem*, maxime autem de *judice* dicitur, *qui sententiam condemnatoriam contra aliquem profert*. Joh. VII. 51. μὴ ὁ νόμος ὑμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον; num per leges vestras licet aliquem condemnare indicta causa? Joh. XVI. 11. ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου κέκριται principem hujus mundi condemnatum, h. e. imperio suo deturbatum, seu vim ejus et potestatem fractam esse. Act. XIII. 28. κρίναντες capite eum damnantes; omissum est θανάτου, quod additur apud Ælian. V. H. XIII. c. 42. ἔκρινάν με θανάτου. Hinc in haud paucis N. T. locis κρίνειν de *extremo judicio, super omnes olim a Christo publice ferendo*, adhibetur, quo, ut vitæ rationis, quam quisque gessit, justam mercedem quilibet accipiat, efficietur. Joh. V. 22, 30. Act. XVII. 31. Rom. II. 16. 1 Tim. IV. 1. Jacob. II. 12. 1 Petr. IV. 5. Huc etiam pertinent loca 1 Petr. I. 17. ubi τὸν κρίνοντα positum est pro ὃς κρίνει, scil. ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, h. e. aliquando integris vitæ jus vindicabit et præmia addicet, (Psalm. LXXII. 4.) impios vero gravissime puniet. ibid. II. 23. Apoc. XI. 18. XX. 12, 13. — Sunt præterea alia loca, in quibus formula κρίνειν τινάς, metaphorice sumta, et ex adjuncto, notat: *superiorem et præstantiorem aliis esse, præcipua præ aliis felicitate, auctoritate et dignitate frui*. Matth. XIX. 28. κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ præcipua præ reliquis Judæis omnibus felicitate et dignitate fruemini. Luc. XXII. 30. 1 Cor. VI. 2. ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι; num ignoratis, christianos præ gentilibus præcipua dignitate et præstantia gaudere? coll. v. 3. (ubi ἀγγέλους positum arbitror ad universalitatem indicandam: κόσμος καὶ ἄγγελοι, coll. cap. IV. 9.) et Sirac. IV. 16. His addi poterit locus Apoc. II. 26. ubi verba δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν *in imperii consortium eum recipiam*, descriptionem felicitatis vitæ futuræ continent. ubi vid. Eichhornius. nec non Sapient. III. 8. Simili modo κρίνειν apud Græcos (uti שָׁפַט 1 Sam. IV. 18. Dan. IX. 12.) *imperare*, ἄρχειν notat, teste Artemidoro II. c. 12. 6) *punio, pœnas promeritas infligo*, et ex adjuncto: *miserum, infelicem reddo*. Joh. III. 17. ubi τῷ κρίνειν opponitur σώζειν. ibid. v. 18. VIII. 50. καὶ κρίνων et vindicaturus est injurias vestras. ibid. XII. 47, 48. XVIII. 31. κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτὸν secundum legem vestram eum punite. Act. VII. 7. XXIV. 6. Rom. II. 12. διὰ νόμου κριθήσονται pro hac sua voluntatis divinæ cognitione punientur. 1 Cor. V. 13. XI. 31. 2 Thess. II. 12. Hebr. X. 30. XIII. 4. 1 Petr. IV. 6. Apoc. VI. 10. XVI. 5. XVIII. 8, 20. Interdum vero κρίνεσθαι a κατακρίνεσθαι ita differt, ut illud de pœnis tantum et malis hujus vitæ, hoc verbo de pœnis post hanc vitam æternis usurpetur, v. c. 1. Cor. XI. 32. coll. v. 30. Ita שָׁפַט sumitur quoque 2 Chron. XX. 12. Ps. IX. 20. Ies. LXVI. 16. Ezech. VII. 8. XXXVIII. 22. Hesych. κρινομένους· ἀναιρουμένους, ἀποθνήσκοντας. 7) ut *judicare* apud Latinos (v. c. Liv. XXVI. 3. XLIII. 16.) *diem alicui dico, in judicium voco ad causam dicendam, accuso*. Act. XXIII. 6. περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κρίνομαι ob doctrinam de resurrectione mortuorum in judicium vocor. ib. XXIV. 21. XXV. 9. ἐκεῖ περὶ τούτων κρίνεσθαι ἐπ' ἐμοῦ ut Hierosolymis tua causa me præside disceptetur. ibid. v. 10 et 20. XXVI. 6. Rom. III. 4. Cf. El. Palairet. Obss. Philol. p. 334. et Mureti Var. Lectt. XIX. 16. 8) *κρίνεσθαί τινι judicio contendere cum aliquo, jus sibi dicere jubere, litem movere, litigare*. Matth. V. 40. καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι et si quis velit tecum litigare, aut: litem intendere. 1 Cor. VI. 1, 6. in vers. Alex. κρίνεσθαι ad imitationem Hebr. נִשְׁפַּט (Jer. XXV. 31. et Joël. III. 7.) respondet τῷ הָרִיב Gen. XXVI. 21. Job. IX. 3. XIII. 19. Joël. III. 2. Hos. II. 2. Aristoph. Nub. v. 66. Hesych. κρινώμεθα· ἀντὶ τοῦ μαχώμεθα ἢ διαλεγώμεθα. Conf. Dresig. de Verbis Mediis N. T. II. 11. p. 518. Eodem modo κρίνειν usurpatur Prov. XXVIII. 25. κρίνειν εἰκῇ, *temere litigare*. 9) *æstimo, pretium statuo alicui rei*. Rom. XIV. 5. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν sunt, qui dies diebus præferat, aliis omnes dies eundem habent honorem. 10) κρίνειν τὸν νόμον *despicere, contemnere*, et ex adjuncto: *violare legem*. Jacob. IV. 11. ubi cum καταλαλεῖν permutatur. Œcumenius ad h. l. κρίνει· κατακρίνει, καταφρονεῖ. 11) *decerno, propono mihi aliquid, volo*. Act. III. 13. XVI. 4. τὰ κεκριμένα ὑπὸ τῶν ἀποστόλων decreta ab apostolis. ibid. XX. 16. XXI. 25. XXVII. 1. ὡς δὲ ἐκρίθη. Vulgatus: *ut autem judicatum est*. Hesychius ex hoc loco: ἐκρίθη, ὡρίσθη. 1 Cor. II. 2. οὐ γὰρ ἔκρινα εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν volebam ita me gerere, ut nihil aliud scire viderer. ibid. V. 3. VII. 37. καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. 2 Cor. II. 1. Tit. III. 12. Sic etiam legitur Judith II. 3. 3 Macc. I. 7. ἔκρινε (Syrus bene: ܐܬܚܫܒ) τὰς πλησίον πόλεις ἐπελθεῖν παρακαλέσαι. Polybius IV. c. 66. κεκρικότας ἐμβαλεῖν εἰς Μακεδονίαν. Ælian. V. H. I. 34. Plura exempla e Josepho collegit Krebsius in Notis ad Decreta

Romanorum pro Judæis e Josepho collecta p. 171 seq. Hinc etiam substantivum κρίσις notionem *voluntatis* et *beneplaciti* habet. Sirac. XXXIII. 15. Tob. VII. 12. Cic. ad Fam. VII. 33. mihi judicatum, h. e. constitutum est, interprete Manutio.

ΚΡΙ'ΣΙΣ, εως, ἡ, proprie: *discretio, separatio*, a κρίνω *secerno, separo*. 2) *judicium, quod de aliquo fertur*, in utramque partem. Joh. VII. 24. τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε justum judicium facite. (Similis est formula apud Aristoph. Plut. v. 10. μέμψιν δικαίαν μέμφεσθαι.) ibid. VIII. 16. ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής ἐστιν judicium, quod de me ferrem, verum ac certum esset, i. q. v. 14. ἡ μαρτυρία μου περὶ ἐμαυτοῦ ἀληθής ἐστιν. 1 Tim. V. 24. Jacob. V. 12. ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε ne in vituperia aliorum incurratis. Alii fortasse rectius vertunt: ne incurratis in pœnas divinas. 2 Petr. II. 11. οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν βλάσφημον κρίσιν, coll. Jud. v. 9. 3) *ultima sententia, quæ pronunciatur in utramque partem, judicium, quo de re aliqua decernitur, discrimen sortis*. Joh. XII. 31. νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου jam sors hominum decernitur. ibid. XVI. 8, 11. περὶ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται argumentis demonstrabit, venisse discrimen, quo Satanæ vis ac potestas plane frangetur et imminuetur. Hinc κατ' ἐξοχὴν κρίσις in N. T. de *judicio extremo, a Christo olim super omnes homines publice ferendo*, usurpatur, v. c. Matth. X. 15. ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. ibid. XI. 22, 24. XII. 41, 42. ἐν τῇ κρίσει pro ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, coll. v. 36. Marc. VI. 11. Luc. X. 14. ἐν τῇ κρίσει in nonnullis codicibus et versionibus legitur ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. ibid. XI. 31, 32. Joh. V. 22. ubi κρίσις judicandi provinciam ac potestatem notat, coll. v. 27. ibid. 27, 30. 2 Thess. I. 5. Hebr. XI. 27. 1 Joh. IV. 17. 4) *ipsum judicium, judicandi actio*. Matth. V. 21, 22. ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει, ubi per κρίσιν, quia diserte distinguitur a συνέδριον, plerique (conf. Rhenferdii Diss. de decem Otiosis p. 34. et Possini Spicileg. Evang. p. 45.) intelligendum esse existimant *illud VII virorum judicium minus, in unaquaque civitate constitutum*, in quo nonnisi privatæ et levioris momenti causæ disceptabantur, de cujus institutione et ratione vide Deut. XVI. 18. et Joseph. A. J. IV. 8. 14 et 38. de B. J. II. cap. 20. § 5. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 19 seq. 5) *pœna, supplicium, sententiæ judicialis exsecutio*. Phavor. κρίσις· ἡ κόλασις· ὡς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται, τουτέστιν οὐ κολάζεται. Mat. XXIII. 33. ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης. Marc. III. 29. αἰωνίου κρίσεως. Joh. III. 19. αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις hæc vero est causa pœnarum et infelicitatis vitæ futuræ, seu, ut nunc interpretari mallem, perniciei populo Judaico imminentis, quæ erat in rejectione a regno Messiæ, in eversione templi, urbis, totiusque reipublicæ, etc. Joh. V. 24, 29. ἀνάστασις κρίσεως pro ἀνάστασις εἰς κρίσιν. Act. VIII. 33. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη in maxima sua miseria liberatus tandem est a pœna; ubi κρίσις pœnas significat, quas Christus hominum causa ex voluntate Dei perferendas habuit. Hebr. X. 27. Jacob. II. 13. (V. 12.) 2 Pet. II. 4. κρίσις κατ' ἐξοχὴν pœnas vitæ futuræ significat. Jud. ver. 6, 15. Apoc. XIV. 7. XVI. 7. XVIII. 10. XIX. 2. Ælian. V. H. XIV. 43. 6) *æquitas, justitiæ studium*. Matth. XXIII. 23. τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν. Luc. XI. 42. LXX Ies. XXXII. 1. μετὰ κρίσεως. (לְמִשְׁפָּט) ἄρχειν. Jer. XVII. 11. ποιῶν πλοῦτον αὐτοῦ οὐ μετὰ κρίσεως. Sirac. XXXIII. 34. ἄνευ κρίσεως μὴ ποιήσῃς μηδέν. 1 Macc. VII. 18. οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια καὶ κρίσις. Ita quoque κρίμα Mich. VI. 7. 7) *doctrina, præcepta divina*, ad imitationem Hebraici מִשְׁפָּט quod sæpe idem est, quod תּוֹרָה cum quo permutatur Ies. XLII. 1, 4. LI. 4. Adde Exod. XV. 25. Deut. XI. 1. Matth. XII. 18. καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσι ἀπαγγελεῖ ut gentes doctrina mea imbuat. ibid. v. 20. ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν et ita longe lateque propagabit doctrinam divinam, aut: usque dum doctrinæ suæ victoriam paraverit. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΙ'ΣΠΟΣ, ου, ὁ, *Crispus*. Nomen viri Latinum. Fuit Archisynagogus Corinthi, Act. XVIII. 8. baptizatus a Paulo, 1 Cor. I. 14.

ΚΡΙΤΗ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) *dicasterium, tribunal, locus, ubi judicium exercetur*, i. q. δικαστήριον (nam vocabula, in ήριον desinentia, plerumque *locum* notant, v. c. ἀκροατήριον, δεσμωτήριον, etc.) a κρίνω *judico*. Jacob. II. 6. ἕλκουσιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια trahunt vos ad tribunalia, seu ad *judices*; utramque enim notionem κριτήριον habet in vers. Alex. Jud. V. 10. יֹשְׁבֵי עַל־מִדִּין Alex. καθήμενοι ἐπὶ κριτηρίου. Exod. XXI. 6. אֶל־הָאֱלֹהִים coram judicibus: Alex. πρὸς τὸ κριτήριον. Dan. VII. 10 et 26. κριτήριον ἐκάθισε. Hist. Susan. v. 49. ἀναστρέψατε εἰς τὸ κριτήριον. Pausan. Corinth. II. 156. Polyb. IX. 33. 12. et XVI. 27. 2. Hesych. κριτήριον δοκιμαστήριον, δικαστήριον. 2) *causa forensis, controversia, in judicio disceptanda, lis, de qua judicatur*. 1 Cor. VI. 2. ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; num indigni estis, qui dirimatis causas minutissimas? Sed possent hæc verba etiam commode ita reddi: nunc indigni estis, qui in minimis subselliis judicium exerceatis. Nam *subsellia* dicuntur, in quibus minutiora judicia exercentur. ibid. v. 4. βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε si quas causas judicandas habetis de rebus, ad hujus vitæ usum spectantibus. Syrus: ܕܝܢ̈ܐ. Ita etiam Arabs. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΙΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *qui rem aliquam dijudicat*, aut *judicium de ea fert*, a κρίνω. Jacob. II. 4. ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν, h. e. judicatis secundum prava principia, dignitatem sc. hominum externo splendore metientes. 2) *judex, qui ultimam sententiam pronunciat in utramque partem*, et insontes absolvit et præmiis ornat et sontes condemnat ac punit. Sic autem in N. T. usurpatur partim de hominibus. Matth. V. 25. Luc. XII. 58. XVIII. 2, 6. ubi ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας positum est pro ὁ κριτὴς ἄδικος. Act. XVIII. 15. partim de Christo, futuro hominum omnium judice, qui Act. X. 42. ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν dicitur. 2 Tim. IV. 8. Jacob. V. 9. et de Deo. Hebr. XII. 23. Huc etiam pertinent loca Matth. XII. 27. Luc. XI. 19. διὰ τοῦτο αὐτοὶ ὑμῶν ἔσονται κριταὶ hi vos convincant calumniæ vestræ et improbitatis vosque condemnent. 3) *magistratus omnis, præses*. Sic v. c. Procurator Romanus κριτὴς dicitur Act. XIV. 10. et ibid. principes Judæorum, qui a Deo ipso excitati populum Israëliticum contra hostes tuebantur, legibus gubernabant et ejus lites dirimebant, κατ' ἐξοχὴν שֹׁפְטִים *suffetes* (Liv. XXX. 7. § 5. "Carthaginienses senatum *suffetes* vocaverunt") dicti, κριταὶ appellantur Act. XIII. 20. 4) κριτὴς νόμου is, qui legem violat et despicit. Jacob. IV. 11. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΙΤΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) proprie est *discernendi, separandi*, aut *judicandi et dijudicandi peritus*, a κρίνω *secerno*,

judico. Nam adjectiva, in ικὸς desinentia, *sollertiam* et *peritiam alicujus rei* indicant, v. c. τεχνικὸς, μουσικὸς, etc. Polyb. XXXII. 4. 5. coll. 6. 5. Alberti Gloss. Gr. p. 172. κριτικός· διακριτικὸς, χωριστικός. 2) *qui dijudicat, judicat, condemnat et punit.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. IV. 12. ubi comminationes divinæ dicuntur esse κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, h. e. condemnare adeo consilia et cogitata humana. Hesychius ad h. l. respiciens: κριτικὸς ἐνθυμήσεων· διακρίνων λογισμούς.

ΚΡΟΥ'Ω, futur. ούσω, 1) *pulso,* de *ostio,* atque ut κόπτειν de introituro adhibetur, qui fores pulsat, ut intromittatur, cum ψοφεῖν, seu Latinum *crepare,* de exituro usurpetur, qui fores ferit et percutit, ut illo strepitu admoneantur, qui foris sunt, cavere sibi atque absistere, ne lædantur. Apud veteres enim fores non introrsum trahendo, sed in viam publicam pellendo, aperiebantur. Mœris: κόπτει τὴν θύραν ὁ ἔξωθεν, ψοφεῖ δὲ ὁ ἔνδοθεν. Conf. Grævium ad Lucian. Solœc. T. II. pag. 758. et Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. v. 1098. p. 414. Sic etiam legitur in N. T. Luc. XII. 36. ἵνα ἐλθόντος καὶ κρούσαντος, sc. τὴν θύραν, quod additur ibid. XIII. 25. et Act. XII. 13. coll. v. 16. Jud. XIX. 22. ἔκρουσαν ἐπὶ τὴν θύραν. Cant. V. 2. Judith XIV. 14. ἔκρουσε τὴν αὐλὴν τῆς σκηνῆς. Xenoph. Symp. I. 11. κρούσας τὴν θύραν, εἶπε τῷ ὑπακούσαντι εἰσαγγεῖλαι, ubi vid. Bach. Aristid. T. II. p. 524. Confer et Pierson. ad Mœrin pag. 211. 2) metaphorice designat *flagrantissimum alicujus rei desiderium,* et speciatim: *precandi ardorem, constantiam* et *perseverantiam.* Matth. VII. 7. κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν, i. q. αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν. ibid. v. 8. Luc. XI. 9, 10. Apoc. III. 20. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΥ'ΠΤΗ, ης, ἡ, *crypta, locus abditus et cameratus,* a κρύπτω *abscondo, tego.* Vox hæc, quæ teste Schneidero in Lexico Critico Gr. L. apud Athenæum V. pag. 205. reperitur, reddenda esse videtur Lucæ XI. 33. ubi loco εἰς κρυπτὴν, quod editio Griesbachiana exhibet, mihi legendum videtur εἰς τὴν κρύπτην, cum recepta lectio nullam ellipsin admittat. Quam conjecturam si quis admittere nolit, statuendum erit, fœmininum h. l. ex usu loquendi Hebræorum ac Græcorum (de quo vide ad vocem θαυμαστὸς a me monita) pro neutro positum esse.

ΚΡΥΠΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, *occultus, absconditus, abditus,* etiam *ignotus, incognitus, internus,* a κρύπτω *occulto.* Mat. VI. 4. ἐν τῷ κρυπτῷ, ita, ut alios lateat. — ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ quem ne occultissima quidem latent, aut: qui occulta tua cernit, ut sit pro: τὰ σοῦ ἐν τῷ κρυπτῷ πεπραγμένα. ib. v. 6. ἐν τῷ κρυπτῷ, h. e. ἐν τῷ ταμιείῳ. ver. 68. κεκλεισμένῳ. ibid. v. 18. X. 26. οὐδέν ἐστι κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται nihil tam ignotum est, quod non aliquando in lucem protrahatur. Marc. IV. 22. Luc. VIII. 17. XI. 33. εἰς κρυπτὴν, pro εἰς κρυπτὸν τόπον, in occulto. ibid. XII. 2. Joh. VII. 4. ἐν κρυπτῷ ita, ut se subducat oculis hominum. ibid. ver. 10. ὡς ἐν κρυπτῷ sine comitatu magno. ibid. XVIII. 20. ἐν κρυπτῷ intra privatos parietes. Rom. II. 16. τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων cogitata hominum, consilia et occulte ab iis facta. ibid. ver. 29. ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος qui animi pietate se Judæum præstat. 1 Cor. IV. 5. τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους abscondita in tenebris, h. e. internam hominum indolem, quæ alios fere semper latet, τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, ut in sequentibus explicatur, seu τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, coll. cap. XIV. 25. Sirac. I. 28. IV. 21. 2 Cor. IV. 2. τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης quæ homines propter pudorem celare solent, turpiter facta. 1 Petr. III. 4. ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος interna animi indoles. Sed suspicor, loco ἄνθρωπος h. l. esse κόσμος legendum, coll. v. 3. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 206. κλυπτὸς (lege: κρυπτὸς), *latens.*

ΚΡΥ'ΠΤΩ, fut. ύψω, *abscondo, occulto, abdo, aliorum conspectui, vel scientiæ, vel insultibus subduco ullo aliquo modo.* Matth. V. 14. οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι non potest urbs esse inconspicua. ib. XIII. 35. κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου quæ inde a mundo condito ignota fuerunt. ib. v. 44. ὃν εὑρὼν ἄνθρωπος ἔκρυψε quem thesaurum inventum absconditum reliquit, aut, magis adhuc occultavit. ibid. XXV. 25. Luc. XVIII. 34. καὶ ἦν τὸ ῥῆμα τοῦτο κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν, h. e. non videbant, quomodo hæc dicta a Jesu cum vulgari Judæorum de Messia opinione et V. T. oraculis conciliari possent. Nam κεκρυμμένος dicitur res aut sententia, cujus natura, causa, sensus, modus, aut ratio non satis intelligitur et capitur ab aliis. Luc. XIX. 42. νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν σου sed ne nunc quidem ea curas et consideras. Joh. VIII. 59. Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ Jesus vero subduxit se eorum furori templum egressus. (coll. Herodian. III. 4. 14. V. 4. 21. VII. 2. 10.) ibid. XII. 36. καὶ ἀπελθὼν ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν et discedens abscondidit se ab illis, coll. Deut. VII. 20. ib. XIX. 38. κεκρυμμένος clam. Coloss. III. 3. καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ et nondum satis cognitam habetis futuram felicitatem vestram cum Christo in cœlis, coll. 1 Joh. III. 2. 1 Tim. V. 25. Hebr. XI. 23. Apoc. II. 17. τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου mannæ cœlestis, seu in futuros usus magna copia repositæ ac reconditæ: non sine allusione partim ad vasculum, in quo manna erat recondita, et quod in arca fœderis asservabatur, partim ad traditionem, qua ducti Judæi credebant, arcam fœderis, una cum urna, quæ mannam continebat, imminente urbis expugnatione per Nebucadnezarem, a Jeremia propheta fuisse absconditam, fore tamen, ut ea aliquando tempore Messiæ denuo in lucem protrahatur. Vide Joma fol. 52. 2. Tanchuma p. 83. 2. et Eichhornii Comment. ad h. l. Vol. I. p. 101 seq. Apoc. VI. 15, 16. (coll. Ies. II. 10. Jerem. XIII. 5.) Præterea hæc vox reperitur in nonnullis codd. Luc. XIII. 20. pro ἐγκρύπτειν, coll. Matth. XIII. 33. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΡΥΣΤΑΛΛΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *instar crystalli splendeo, crystalli splendorem et pelluciditatem refero et imitor,* a κρύσταλλος *crystallus.* Semel legitur in N. T. Apoc. XXI. 11. ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι, i. q. κρυσταλλοειδεῖ, coll. Sap. XIX. 20.

ΚΡΥ'ΣΤΑΛΛΟΣ, ου, ὁ. Scribitur quoque κρύσταλος. Vide Intt. ad Pollucis Onom. II. 71. 1) proprie: *glacies,* et respondet Hebraico קֶרַח *glacies.* Job. VI. 16. κρύσταλλος πεπηγώς. Hesych. κρύσταλλος· τὸ πεπηγὸς ὕδωρ ὑπὸ κρύους. Etym. M. 541. 56. τὸ διὰ τοῦ κρύους ἠλλοιωμένον ὕδωρ. Compositum enim est ex κρύος *frigus, gelu,* et στέλλομαι *concresco.* 2) *crystallus,* seu *crystallum,* genus gemmæ, sic dictæ, quod instar glaciei sit perlucida, aut, quia frigore et longæva nive densari a veteribus credebatur. Conf. Plin. H. N. XXXVII. cap. 2. Statium Lib. I. Sylv. 2. v. 126. Adde Salmasium ad Solinum p. 205 seq. et p. 1092. Bis memoratur in N. T. Apoc. IV. 6. et XXII. 1.

ΚΡΥΦΑΙ῀ΟΣ, αία, αῖον, *clandestinus, abditus, occultus*, a κρύπτω *abscondo, occulto.* Reperitur hæc vox in nonnullis codicibus Matth. VI. 18. τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυφαίῳ. ubi editi libri κρυπτῷ habent. In versione Alexandrina legitur pro Hebraico מִסְתָּר Jer. XXIII. 24. ἐν κρυφαίοις, sc. τόποις. Cf. Griesbachii Commentarium Criticum in Textum Gr. N. T. P. I. p. 73 seq.

ΚΡΥΦΗ῀, *occulte, clam, in tenebris*, i. q. κρύφα ap. Xenoph. Symp. V. 9. Adverbium a κρυφὸς *occultus*, quod est a κρύπτω. Legitur in N. T. tantum Ephes. V. 12. τὰ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν de flagitiis, quæ clam patrant, vel loqui turpe videri potest. Conf. Sophocl. Œdip. Tyr. v. 1423. et Herodot. I. c. 137. In vers. Alex. respondet Hebraicis בַּסֵּתֶר Deut. XXVIII. 57. Job. XIII. 10. לְסַתֵּר *ad abscondendum*, Ies. XXIX. 15. בַּלָּאט seu בַּלָּט *abscondite, clam*, Jud. IV. 21. Ruth. III. 7. Hesych. κρυφῇ· λάθρα, ἀδήλως, κρυπτῶς. Xenoph. Sympos. V. 8.

ΚΤΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. κτήσομαι, 1) *comparo, acquiro mihi aliquid, meum facio quocunque modo.* Matth. X. 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν ne comparetis vobis aurum. Luc. XVIII. 12. ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι omnium proventuum terræ, quos colligo, decimas reddo. Act. VIII. 20. διὰ χρημάτων κτᾶσθαι pecunia sibi comparare. Thucyd. I. c. 71. p. 47. ἀπολαύουσιν ἐλάχιστα τῶν ὑπαρχόντων, διὰ τὸ ἀεὶ κτᾶσθαι. Aristoph. Concion. v. 597. Κτᾶσθαι etiam nude positum *emere* notat apud Græcos, v. c. apud Xenoph. de Rep. Athen. II. 9. Act. XXII. 28. τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην jus civitatis Romanæ mihi comparavi. Genes. XXXIII. 19. 2) *possideo, habeo*, et ex adjuncto: *præditus, instructus sum, utor aliqua re.* 1 Thess. IV. 4. τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ corpore suo uti ad virtutis et honestatis studium. Luc. XXI. 19. κτᾶσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἐν ὑπομονῇ sitis toleranti et tranquillo animo instructi. Hesych. κτησάμενος· ἔχων. 3) *occasionem præbeo alicujus rei emendæ et possidendæ.* Act. I. 8. οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ μισθοῦ τῆς ἀδικίας sceleris sui mercede agri emendi auctor exstitit, coll. Matth. XXVII. 7 seq. Sæpe enim in libris N. T. non solum, sed etiam ab exteris scriptoribus aliquis ipse fecisse quid dicitur, cujus tantum causa fuit et occasionem dedit. Sic apud Josephum A. J. IX. 8. 3. de Jodao: τῷ Δαυΐδου γίνει τὴν βασιλείαν ἐκτήσατο occasio, seu causa fuerat regni Davidis stirpi restituendi: et apud Lysiam p. 324. de accusatore, ἐζημίωσε, h. e. causa fuit, ut reus puniretur. Confer Glassii Philol. Sacr. p. 204. ed. Dathii. 4) *conservo, tueor, salvum et incolumem præsto.* Luc. XXI. 19. κτᾶσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἐν ὑπομονῇ patientia vestram vitam conservabitis, coll. Matth. XXIV. 13. Alii vertunt: constantia animum vestrum virilem demonstrate. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΤΗ῀ΜΑ, τος, τὸ, *omne, quod aliquis sibi comparavit ac possidet, bona, opes, facultates.* Speciatim et maxime, si distinguitur ab ὕπαρξις, *bona immobilia*, qualia sunt *fundi, agri, vineta, prædia, domus*, etc. a κτάομαι, quod vide. Hesych. κτήματα· πάντα τὰ ὑπάρχοντα. Eustath. ad Il. η', p. 685. κτήματα οἱ μὲν μεθ' Ὅμηρον ἰδίως ἐπὶ ἀγρῶν καὶ οἴκων φασίν· Ὅμηρος δὲ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ὑπαρχόντων. Hinc in vers. Alex. respondet Hebraico נַחֲלָה *possessio*, Job. XX. 29. הוֹן *opes*, Prov. XII. 27. שָׂדֶה *ager*, Prov. XXIII. 10. et כֶּרֶם *vinea*, Prov. XXXI. 16. Hos. II. 15. Adde Sirac. XXVIII. 28. et XXXVI. 25. In N. T. legitur Matth. XIX. 22. ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλὰ valde dives erat. Marc. X. 22. Act. II. 45. καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον. ibid. V. 1. coll. v. 3. et 8. ubi cum voce χωρίον permutatur. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΚΤΗ῀ΝΟΣ, εος, τὸ, *quodvis jumentum, pecus*, quod nonnulli a κτείνω *occido* derivant, eo quod quædam pecudum occidi et mactari soleant, alii vero rectius, ut opinor, a κτάομαι *possideo* deducunt, quod veterum opes præcipue in pecorum possessione constiterint. Certe κτῆνος, seu poëtice κτέανος, etiam generatim olim *opes, facultates, possessionem* significasse et fuisse i. q. κτῆμα, ex Hesychio colligo, qui κτήνεα per χρήματα interpretatus est. Unde etiam Alexandrini hac voce usi sunt pro מִקְנֶה *possessio*, Genes. XXVI. 14. Deut. III. 19. Jos. I. 14. et קִנְיָן idem Jos. XIV. 4. Adde Æschyl. Agam. 132. In N. T. legitur Luc. X. 34. ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος et impositum eum jumento. Syrus: ܥܠ ܚܡܪܗ *super asinum suum.* Act. XXIII. 24. κτήνη τε παραστῆσαι parare jumenta. 1 Cor. XV. 39. ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν alio vero corpore pecora sunt instructa. Apoc. XVIII. 13. In versione Alex. æque late patet, nam respondet Hebraico בְּהֵמָה Genes. III. 14. VI. 7. XI. 5. חַיָּה Genes. I. 28. Ps. LXXVIII. 50. בְּעִיר *jumentum*, Num. XX. 4, 8, 11. צֹאן Genesis XXX. 43. Ezech. XXIV. 5. et רֶמֶשׂ *reptile*, Genes. VIII. 19. Hesych. κτήνη· βοσκήματα. Suid. κτῆνος· τὸ ζῶον, κ. τ. λ. Gloss. Vet. κτῆνος· *jumentum, pecus.* Etym. M. κτήνη· κυρίως ἐπὶ τῶν σφαζομένων εἰς βρῶσιν — καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

ΚΤΗ'ΤΩΡ, ορος, ὁ, *possessor, dominus.* Est nomen verbale a tertia persona perf. pass. κέκτηται, verbi κτάομαι *possideo.* Semel legitur in N. T. Act. IV. 34. ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον quotquot enim prædita aut domos habebant. Hesych. κτήτορες· οἰκοδεσπόται, κτίσται. Gloss. Vet. apud Labbæum: κτήτωρ, *possessor, bonorum possessor.*

ΚΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) *creo, condo, ex nihilo produco*, item *ex materia præexistente formo et fabricor.* Sic de Deo usurpatur Marc. XIII. 19. ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, ἧς ἔκτισεν ὁ Θεὸς inde a mundo condito, seu ex quo homines fuerunt. Rom. I. 25. παρὰ τὸν κτίσαντα magis, quam Deum creatorem. 1 Cor. XI. 9. 1 Tim. IV. 3. Apoc. IV. 11. X. 6.— de Christo Coloss. I. 16. Respondet in hac significatione apud Alex. Hebraico בָּרָא quod, uti *quamlibet rei productionem* significat, ita speciatim notat: *solo nutu et imperio rem aliquam novam producere.* Deut. IV. 32. Psal. LXXXIX. 13, 48. etc. 2) metaphorice: *mirabili virtute aliquid efficio, muto, corrigo ac emendo, auctor sum, efformo*, i. q. ποιέω, ad imitationem Hebraici בָּרָא Ps. LI. 12. Ies. XLV. 7, 8. LIV. 16. Ephes. II. 10. κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ qui sunt per religionem christianam emendati, quasi facti καινὴ κτίσις. Confer infra sub κτίσις. ibid. v. 15. ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ut Judæos et paganos dissentientes invicem in unam novam societatem cogeret; ubi κτίζειν εἰς ἕνα est i. q. ποιεῖν ἕνα, seu ἑνοῦν. Ephes. III. 9. τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ

qui omnes totos immutavit per Christum. ibid. IV. 24. τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα quæ efformata est ad similitudinem Dei, seu a Deo. Coloss. III. 10. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΤΙ'ΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *creatio, qua Deus hoc universum, et quæ in eo sunt, produxit, actus condendi mundum*, i. q. κοσμοποιΐα, a 2 pers. perf. pass. ἔκτισαι, verbi κτίζω *creo*. Rom. I. 20. ἀπὸ κτίσεως κόσμου inde a mundo condito. 2) per metonymiam: *omnes res, a Deo creatæ et productæ, omnis rerum natura, universum*, i. q. κόσμος. Marc. X. 6. ἀπὸ δὲ ἀρχῆς τῆς κτίσεως. ibid. XIII. 19. 2 Petr. III. 4. — Rom. I. 25. ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, coll. v. 23. Rom. VIII. 39. Sapient. V. 18. et XVI. 24. 3) *singulæ hujus universi, seu rerum creatarum partes*, v. c. *homo, homines*, (vid. Casaub. Epist. 382. et Cartwrighti Mellificium Hebr. II. 5.) *genus humanum*. Marc. XVI. 15. κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει tradite doctrinam christianam omnibus omnium gentium ac nationum hominibus. Sed plerique interpretes h. l. pariter ac in loco Coloss. I. 23. coll. v. 27. κτίσιν de *gentilibus* tantum interpretari malunt, quos Judæos κατ' ἐξοχὴν בְּרִיּוֹת *creaturas* vocasse, idoneis exemplis comprobavit Lightfootus ad locum Marci T. II. Opp. p. 468. Commendat hanc interpretationem locus parallelus Matth. XXVIII. 19. Coloss. I. 15. πρωτότοκος πάσης κτίσεως princeps omnium hominum, coll. Apoc. III. 14. ubi Christus etiam dicitur ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ caput ecclesiæ a Deo conditæ. Hebr. IV. 13. καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ nullus hominum Deum latet. Sed fortasse κτίσις habet h. l. rariorem significationem *consiliorum animi*, quæ etiam Hebraice יֵצֶר לֵב Gen. VI. 5. VIII. 21. vocantur, ut sit i. q. v. 12. ἐνθυμήσεις καὶ ἐννοίας καρδίας. Huc etiam pertinet formula καινὴ κτίσις 2 Cor. V. 17. Galat. VI. 15. quæ eadem est cum formula καινὸς ἄνθρωπος, Ephes. IV. 24. et significat *hominem emendatum, et plane immutatum per religionem christianam*, partim ad imitationem formulæ Judaicæ בְּרִיָּה חֲדָשָׁה quam non solum de *eo, qui est in nova plane et immutata conditione*, sed etiam speciatim de *eo* usurpant, *qui ab idololatria ad veram religionem* transiit; partim vero respectu habito ad κτίσμα Θεοῦ, populi Israëlitici nomen, Deut. XXXII. 6. Ies. XLIII. 21. XLIV. 21. quatenus peculiaris Dei populus habebatur. Vide supra sub καινός. Κατ' ἐξοχὴν vero κτίσις de *Judæis et gentilibus, ad christianam religionem conversis*, usurpatur, v. c. Rom. VIII. 19. ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται christiani enim, variis et gravissimis calamitatibus pressi, avide exspectant futuram christianorum in cœlis felicitatem. ibid. v. 20, 21, 22. πᾶσα ἡ κτίσις omnes per omnem terrarum orbem dispersi christiani. Conf. Nœsselt. Opuscula ad Interpret. Scripturæ Sacræ Vol. I. p. 124 seq. et G. C. Grimm Comment. de vi vocabuli κτίσις Rom. VIII. 19 seq. Lips. 1812. octon. 4) *structura*. Hebr. IX. 11. οὐ ταύτης τῆς κτίσεως non hujus structuræ, non ab hominibus fabricatum, i. q. ἀχειροποιήτου. Nam κτίζειν etiam *exstruere, ædificare* notat in versione Alex. Levit. XVI. 16. οὕτω ποιήσεις τῇ σκηνῇ τῇ ἐκτισμένῃ αὐτοῖς. 3 Esr. IV. 53. κτίσαι τὴν πόλιν. Hesych. κτίσμα· οἰκοδόμημα. 5) *ordinatio, statutum, institutum*. 1 Petr. II. 13. ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει subjicite igitur vos omnibus ordinationibus et institutis, quæ inter homines locum habere debent, h. e. magistratibus, regibus, ut in seq. explicatur. Sic h. l. jam interpretati sunt Œcumenius, Lutherus, Grotius, Wolfius, alii, et recte ac convenienter usui loquendi. Nam κτίζω notat etiam *instituere, ordinare*. Sirac. VII. 16. γεωργίαν ὑπὸ ὑψίστου ἐκτισμένην. ibid. XXXVIII. 1, 12. Sæpius non legitur in N T.

ΚΤΙ'ΣΜΑ, τος, τὸ, *creatura, omne a Deo productum et effectum*, speciatim: *homo*, ab eodem. Legitur in N. T. tantum 1 Tim. IV. 4. πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν omnibus a Deo in usus hominum creatis uti licet. Jacob. I. 18. ἀπαρχήν τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. Apoc. V. 13. VIII. 9. Legitur præterea Sapient. IX. 2. XIII. 4, 5. Hesych. κτίσμα· ποίημα.

ΚΤΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, et ΚΤΙ'ΣΤΗΣ, ου, ὁ, *creator, conditor*, a κτίζω *creo*. Semel in N. T. legitur 1 Petr. IV. 19. ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς αὑτῶν commendent atque totos se tradant Deo, fideli creatori. Legitur præterea in versione Symmachi Ies. XLIII. 15. pro Hebraico בּוֹרֵא. Judith. IX. 13. 2 Macc. I. 24. Hesych. κτίστης· ποιητής, πλάστης.

ΚΥΒΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *alea, lusus aleæ, ludus tesserarum*, a κύβος, quod proprie est *cubus*, corpus mathematicum, πᾶν τετράγωνον ut Hesychius interpretatus est, deinde *tessera in ludo aleæ*, quæ formam quadratam habet. Pollux VII. 95. Lex. Cyrilli MS. Brem. κύβος· πᾶς τετράγωνος ψῆφος. Hinc κυβεύω *in alea tesseris ludo, aleam jacio*, διὰ ψήφων ἢ ἀστραγάλων παίζω, secundum Ammonium; et κυβευτὴς *aleator, qui alea ludit*. Confer Menagium ad Diog. Laërt. de Vit. Philos. Proœm. n. 2. p. 8. ed. Meibom. Jam, quia aleatores nonnunquam artibus pravis utuntur in tesseris jaciendis, ut collusores circumveniant, (Ælian. V. H. VII. 12.) factum est, ut κυβεία 2) significaret *fallaciam et astutiam in ludo tesserarum*, et per synecdochen: *omnem fraudulentiam et versutiam*, qua utuntur homines, alios decepturi. Suid. κυβεία· πανουργία. Sic semel legitur in N. T. Ephes. IV. 14. ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων per fraudulentiam doctorum. (cf. Gataker. ad Marc. Antonin. I. 8. p. 9. et Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 215.) Salmas. κυβείαν interpretatus est de *actionibus temerariis et fortuitis, quæ nullo certo consilio explorantur*. Schol. apud Matthæi: ἐν τῇ ἀστάτῳ περιφορᾷ, ὡς νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο διδάσκειν. Nam κυβεύειν (ut ἐκκυβεύειν Polyb. I. 87. III. 95. ἀποκυβεύειν Diod. Sic. XVII. 30. et ἐναποκυβεύειν Diod. Sic. XVI. 78. ubi vid. Wesseling.) etiam apud Græcos *is* dicitur, *qui præceps in periculum ruit, et qui incerto casui rem exponit*, (Arrian. Diss. Epictet. p. 443.) teste Suida, (κυβεύειν εἰς κίνδυνον προπηδᾶν) et apud Horat. Od. II. I. 6. legitur: "periculosæ plenum opus aleæ tractas." Copiose de voce κυβεία exposuit post Senftlebium (in Opusculo de alea veterum Lips. 1677. 8.) Morus in Diss. Poster. ad Ephes. IV. 11—17. (Lips. 1792.) et P. A. Boysen in Diss. Philol. Crit. de κυβείᾳ ἀνθρώπων ad Ephes. IV. 13. quæ reperitur in libro: Tempe Helvetica T. III. p. 412.

ΚΥΒΕ'ΡΝΗΣΙΣ, εως, ἡ, *gubernatio*, a κυβερνάω *guberno*. Semel in N. T. legitur 1 Cor. XII. 28. ubi κυβερνήσεις, quia inter χαρίσματα referuntur, mihi quidem *munus presbyteri et antistitis ecclesiæ et facultatem, bene, prudenter hoc munere fungendi*, significare videtur. In versione Alex. respondet Hebraico תַּחְבֻּלוֹת *intelligentia, consilia, prudentia*. Prov.

I. 5. XI. 14. XX. 21. XXIV. 16. Hesych. κυβερνήσεις· προνοητικαὶ ἐπιστῆμαι (h. e. intelligentia et prudentia, qua aliorum saluti et commodis prospicimus) καὶ φρονήσεις. Priorem interpretationem etiam profert Alberti Gloss. Gr. N. T. p. 132. posteriorem vero Lex. Cyrilli MS. Brem. Glossæ in Prov. Salom. κυβέρνησιν· ἐπιστήμην τῶν πραττομένων. Plutarch. T. VI. p. 616. ed. Reisk. κυβέρνησις Θεοῦ. ibid. T. IV. p. 298 et 300.

ΚΥΒΕΡΝΗ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *gubernator navis, qui ad clavum sedet et navis cursum dirigit*, a κυβερνάω, quod proprie est *rego navem*. Hebraice dicitur חֹבֵל Ezech. XXVII. 8, 27, 28. Bis tantum legitur in N. T. Act. XXVII. 11. ubi κυβερνήτης a ναυκλήρῳ diserte distinguitur, quanquam apud Græcos κυβερνήτης interdum etiam *dominum navis, qui sua pecunia navem instruit*, significat. Vide Aristoph. Equit. v. 541. Apoc. XVIII. 17. Xenoph. Œcon. VIII. 14. Phavorinus p. 1120. ex Suida explicat per: ὁ τοῦ πλοίου ἡγεμών. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 112. κυβερνήτης, *gubernator, magister navis, rector*.

ΚΥΚΛΟ'ΘΕΝ, *in circuitu*. Adverbium, regens genitivum, a κύκλος *circulus, orbis*. Legitur in N. T. tantum Apoc. IV. 3. κυκλόθεν τοῦ θρόνου in circuitu throni. ibid. v. 4, 8. κυκλόθεν καὶ ἔσωθεν. ibid. V. 11. Alexandrini usi sunt pro סָבִיב 1 Reg. III. 1. VI. 5, 6. et מְסָבִיב Jos. XXI. 44. Jud. II. 14.

ΚΥΚΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *cingo, circumcingo, circumdo, circulo includo*, a præced. Joh. X. 24. ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι cinxerunt ergo eum Judæi. Act. XIV. 20. Polyb. Hist. XI. 27. οἱ κυκλοῦντες αὐτὴν (sc. τὴν θάλασσαν) ἄνεμοι. Diod. Sic. XVIII. 59. 2) *obsidione cingo, obsideo urbem*. Luc. XXI. 20. ὅταν ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ quando videritis Romanorum exercitum non procul ab urbe castra metari, ac prope jam adesse, ut ea obsidione cingatur. Est enim h. l. vox κυκλουμένη, ut recte monuit C. F. Krumbholz Opp. Subseciv. I. p. 16., non participium præteriti, sed præsentis, quod per enallagen pro participio futuri temporis sumi debet. Hebr. XI. 30. τὰ τείχη Ἱεριχὼ κυκλωθέντα. Apoc. XX. 6. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΥ'ΚΛΩ, pro ἐν κύκλῳ, (quod plene dixit Xenophon Cyrop. VIII. 5. 5. ac Arrianus Dissert. Epictet. I. 8. 3.) *in circuitu, circumcirca, undique*, a κύκλος *orbis, circuitus*. Mat. III. 34. καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ et cum circumspexisset undique. ibid. VI. 6. τὰς κώμας κύκλῳ vicos finitimos, seu circumjacentes. Vide ad h. l. Heupelium. ibid. v. 36. εἰς τοὺς κύκλῳ (Cod. Cantabr. ἔγγιστα) ἀγροὺς καὶ κώμας in agros et vicos vicinos. Luc. IX. 12. Rom. XV. 19. Apoc. IV. 6. VII. 11. Sæpius non reperitur in N. T. Adde Gen. XXXV. 5. XLI. 48. Xenoph. Cyrop. VII. 1. 19. et quæ Elsnerus habet in Obss. Sacr. T. I. p. 148.

ΚΥΛΙ'Ω, fut. ίσω, *volvo*. Medium Κυλίομαι *me volvo, me voluto*. Semel in N. T. legitur Marc. IX. 20. ἐκυλίετο ἀφρίζων spumans se volutabat. Polyb. XXVI. 10. 16.

ΚΥ'ΛΙΣΜΑ, τος, τὸ, *volutabrum*, pro quo et κυλίστρα (vid. Pollux I. 183.) dici solet, a κυλίω *volvo*. In N. T. tantum legitur 2 Petr. II. 22. ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου, sc. ἐπιστρέψει, sus lota ad volutabrum cœni revertitur. Formula proverbialis, apud Judæos recepta, dicta in eos, qui pristinis sceleribus denuo assuescunt, et in impietatem relabuntur. Cf. Schœttgen. Hor. Hebr. et Talmud. ad h. l. et Vorstium de Adagiis N. T. cap. IV. p. 776. ed. Fischeri. Cæterum substantivum κύλισμα (quo caret Thesaurus Bielianus) legitur apud Symm. secundum MS. Ies. Ezech. X. 13. pro Hebr. גַּלְגַּל *rota*, ubi Hieron. et Vulg. habent *volubiles*.

ΚΥ'ΛΛΟΣ, ου, ὁ, et ΚΥΛΛΟ'Σ, ἡ, ὀν, *mutilatus corpore, qui vitio aliquo impeditur, quo minus omnibus membris corporis sui uti possit*, quem Latini *debilem* dicunt: unde Cicero (Fin. V. 28. et Tusc. III. 34.) debilitatem et integritatem corporis opponit. Speciatim usurpatur de *eo, qui unam manum debilem habet*, et de *claudo*. Hesych. κύλλος· χωλὸς, καμπύλος. Suid. ὁ πεπηρωμένος οὐ μόνον πόδα, ἀλλὰ καὶ χεῖρα. Conf. Suidam sub voce βούλυτος, Festum in voce Cyllenius et Foësii Œcon. Hipp. p. 220. Legitur in N. T. tantum Matth. XV. 30, 31. κυλλοὺς ὑγιεῖς mutilos jam sanos. ibid. XVIII. 8. κυλλὸς opponitur τῷ δύο χεῖρας ἔχοντι. Marc. IX. 43. Sæpius non legitur in N. T. Confer Elsneri Comment. in Matth. T. II. p. 51. Schol. Aristoph. ad Equit. v. 1083. κυλλοὺς δὲ Ἀττικοὶ λέγουσι ἐπὶ ποδῶν καὶ χειρῶν ὁμοίως. καὶ χωλοὺς τοὺς τὴν χεῖρα πεπηρωμένους. ex quo sua hauserunt Suidas et Phavorinus. Confer Beckii Comment. in Aristoph. Vol. III. p. 593 seq.

ΚΥ'ΜΑ, τος, τὸ, 1) *fluctus, impetus aquæ profluentis*. Matth. VIII. 24. ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ἀπὸ τῶν κυμάτων ut navis fere fluctibus operiretur et submergeretur. ib. XIV. 24. Marc. IV. 37. Act. XXVII. 41. Polyb. X. 10. 3. Hesych. κῦμα· ὕδατος ἐπιδρομὴ βιαία. Alexandrini pro גַּל Psal. XLII. 8. Ies. LI. 15. Jerem. V. 22. 2) metaphorice Judæ v. 13. κύματα ἄγρια θαλάσσης fluctus sævi, seu æstuantis maris dicuntur *homines impetuosi, inquieti, turbarum amantes et pravarum cupiditatum furore agitati*, ἀκατάπαυστοι ἁμαρτίας. (2 Petr. II. 14.) Conf. Ies. LVII. 20. et quæ de metaphorica significatione verbi κυμαίνω scripsit Cel. Irmisch. ad Herodian. I. 4. 1. p. 89.

ΚΥ'ΜΒΑΛΟΝ, ου, τὸ, *cymbalum*, seu *pelvis concava ænea, quæ, collisa alii pelvi, sonum fundebat musicum*, a κύμβος *cavus*. Josephus A. J. VII. c. 12. s. 3. κύμβαλα ἦν πλατέα καὶ μεγάλα χάλκεα. Hesych. κύμβαλον εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ. Confer Lampe de Cymbalis Vet. Ultraj. 1703. 12. et Ellisii C. de Cymbalis, ad calcem Ejusdem Fortuitorum Sacrorum. Rotterod. 1727. 8. Semel legitur in N. T. 1 Cor. XIII. 1. γέγονα κύμβαλον ἀλαλάζον similis essem cymbalo tinnienti, h. e. nihil proficerem omni eloquentia mea et facundia. Psalm. CL. 5. κύμβαλον ἀλαλαγμοῦ. Conf. Plinii H. N. Lib. I. p. 8. ed. Bipont. Xenoph. de re Equ. I. 3.

ΚΥ'ΜΙΝΟΝ, ου, τὸ, *cuminum sativum Romanum*, seu *cuminum semine longiore*, ut a botanicis vocatur, et de herba pariter ac semine usurpatur. Vide Ol. Celsii Hierobot. P. I. p. 516 seq. Hebraice dicitur כַּמֹּן pro quo Alexandrini hoc Græco usi sunt Ies. XXVIII. 25, 27. Hanc vocem de *re exigua et nullius plane momenti* adhibuerunt scriptores Græci, teste Hesychio (κύμινον· [ita enim loco κύμβινον ex Photii Lex. reponendum est] τοῦτο ἐπὶ μικρολόγου ἔταττον) et cumini nimia cura in proverbium abiit et pro indicio hominis illiberalis et sordide parci habita fuit; (conf. Theophyr. Char. c. 10. Schol. Aristoph. ad Vesp. v. 1348. et Spanhem. ad Julian. Cæs. p. 74.) unde κυμινοπρίστης i. q. φειδωλὸς, ut docuit Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 193. Hinc lucem fœnera-

tur locus Matth. XXIII. 23. ἀποδεκατοῦτε τὸ κύμινον decimatis cuminum. Sæpius non legitur in N. T. Dioscor. III. 68.

ΚΥΝΑ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie: *catellus*, qui in deliciis est, et a canibus magnis ac molossis distinguitur. Deminutivum a κύων *canis*. Phrynichus p. 76. κυνίδιον λέγε· (Ælian. V. H. XIII. 42.) Θεόπομπος δὲ ὁ κωμῳδὸς ἅπαξ που κυνάριον εἶπεν. Xenoph. Cyrop. VIII. 4. 9. 2) *canis*. Nam deminutiva apud Græcos sæpe vi omni carent. Theophrast. Char. XXI. 1. Quater tantum legitur in N. T. Matth. XV. 26, 27. et Marc. VII. 27, 28. quæ loca explicanda sunt e consuetudine veterum, canis vocabulo designandi hominem abjectum et contemtibilem. Bochartus Hieroz. P. I. lib. 2. c. 56. vocem κυναρίων ipsam ad contemtum ibi pertinere asserit, ac si pro *homine* dicas *homuncionem* et pro *muliere mulierculam*.

ΚΥ'ΠΡΙΟΣ, ου, ὁ, *Cyprius, ex Cypro oriundus*, vel *Cypri incola*, a Κύπρος, quod vide. Legitur in N. T. Act. IV. 36. XI. 20. et XXI. 16.

ΚΥ'ΠΡΟΣ, ου, ἡ, *Cyprus*. Insula insignis maris Mediterranei, inter Ciliciam et Syriam sita, quæ ob cœli clementiam et soli fertilitatem olim dicta est *Macaria*. Abundat non solum frumento, oleo et vino generosissimo, sed est etiam ære et gemmis, crystallo maxime atque achate, clara. Olim proprios reges habuit, deinde Venetis paruit, hodie Turcis. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 7. § 4. p. 225. et Meursii Librum de Cypro. Memoratur in N. T. Act. XI. 19. XIII. 4. XV. 39. XXI. 3. XXVII. 4. Est etiam κύπρος nomen arboris odoriferæ, botrum ferentis, et a qua unguentum cyprinum originem et nomen trahit, cujus mentionem faciunt Alexandrini Cantic. I. 14. IV. 13.

ΚΥ'ΠΤΩ, fut. ύψω, *incurvo me, inclino me, inclinatus et pronus sum*. Legitur in N. T. Marc. I. 7. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ non sum dignus, qui incurvatus solvam corrigiam calceamentorum ejus. Joh. VIII. 6. ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας Jesus autem deorsum se incurvans. ibid. v. 8. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro שָׁחָה Exod. IV. 31. XII. 27. קָדַד *incurvavit verticem*, 1 Reg. I. 16, 31. Nehem. VIII. 6. et גָּהַר *procubuit toto corpore*, 1 Reg. XVIII. 42. Hesych. κύπτει· κάμπτει, ἑαυτὸν κλίνει.

ΚΥΡΗΝΑΙ'ΟΣ, αία, ον, *Cyrenæus, Cyrene ortus*, vel *Cyrenes incola*, a Κυρήνη, quod vide. Legitur in N. T. Matth. XXVII. 32. εὗρον ἄνθρωπον Κυρηναῖον invenerunt hominem Cyrenaicum. Marc. XV. 21. Luc. XXIII. 26. Act. VI. 9. τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Κυρηναίων. Scilicet Judæi, qui Cyrenes et in Libyæ Cyrenaicæ, seu Pentapolitanæ regionis urbibus sedes suas fixerant, peculiarem synagogam, seu collegium, Hierosolymis habebant, in quam ablegabantur studiorum causa. ibid. XI. 20. Κυρηναῖοι Judæi Cyrenaici. ibid. XIII. 1. Sæpius non legitur in N. T. Cf. Josephum A. J. XVI. 6. 1.

ΚΥΡΗ'ΝΗ, ης, ἡ, *Cyrene*. 1) Urbs Africæ celeberrima, metropolis Libyæ Cyrenaicæ, sita inter Ægyptum et Libyam Marmaricam. Scilicet Libya, regio Africæ, dividitur in Libyam superiorem et inferiorem, seu in Libyam *Cyrenaicam* et *Marmaricam*. Libya Cyrenaica dicta est etiam *Pentapolis*, seu *regio Pentapolitana*, (conf. Pomponium Melam de Situ Orbis I. c. 4 et 8. et ibi Notas Vossii. Ammian. Marcell. Lib. XXII. c. 16.) a quinque urbibus scilicet, *Ptolemaide, Arsinoë, Berenice, Apollonia* et *Cyrene*, a qua Cyrenaica dicta est. Urbs Cyrene, cujus etiam Herodotus IV. c. 156. 164. et multis aliis in locis mentionem injecit, sic dicta est a *Cyra*, ejusdem regionis fonte, et exstructa est a Batto, Polymnesti filio. Conf. Schlichthorst. Geographia Africæ Herodotea p. 139. Semel tantum in N. T. memoratur Act. II. 10. καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην et Libya Cyrenaica, coll. Josepho A. J. XIV. 7. 2. et contra Appionem II. 4. e quibus locis apparet, magnum Judæorum numerum a Ptolemæo in Libyam Cyrenaicam per vim abductum fuisse. 2) Fuerunt et aliæ ejusdem nominis urbes: una in Media, cujus mentio fit 2 Reg. XVI. 9. et Amos I. 5. altera in Palæstina, patria Simonis, qui Christi crucem portavit, Matth. XXVII. 32. quam Sagittarius in Historia Passionis inter Decapoleos civitates recenset.

ΚΥΡΗ'ΝΙΟΣ, ίου, ὁ. Nomen viri Latinum. Plenum ejus nomen fuit *P. Sulpicius Quirinus*, ut in inscriptione apud Muratorium Thes. Nov. p. DCLXXI. et apud Sueton. Tiber. c. 49. commemoratur. Teste Josepho A. J. XVIII. c. 1. s. 1. fuit senator Romanus, qui, per omnes honorum gradus ad consulatum usque provectus, cum paucis militibus et comite Coponio, viro equestris ordinis, in Syriam missus est a Cæsare, ut jus redderet populo et ut census facultatum ageret. Factus autem est Syriæ præses eo tempore, quo Archelaus ab Augusto in exilium relegatus et Judæa in provinciam Syriæ redacta erat, anno sc. 759. post Romam conditam et 50. imperii Augusti; primus, qui post mortem Agrippæ a. p. U. C. 745. præses Syriæ factus fuit, *Titus*, seu *Titius*. Joseph. A. J. XVI. 8. 6. Hunc secuti sunt anno 746. *Saturninus* et *Volumnius*. Joseph. A. J. XVI. 9. 1. *Saturnino* successit *Quintilius Varus* anno 750. ib. XVII. 5. 2. Huic vero *Quirinus*, qui semel commemoratur in N. T. Luc. II. 2. de quo adeundus est P. Horreus in Prooemio ad Miscellanea Critica. Leovard. 1738. 8. ac Perizonius in Diss. de Augustea Orbis Terrarum Descriptione ad calcem Diss. de Prætorio p. 944 seq.

ΚΥΡΙ'Α, ας, ἡ, *Cyria*. Nomen proprium fœminæ christianæ, ad quam Johannes epistolam, quæ in nostris libris secunda est, exaravit. 2 Joh. v. 1. ἐκλεκτῇ Κυρίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς Cyriæ christianæ et liberis ejus. ib. v. 5. Epictet. Enchir. 40. αἱ γυναῖκες κυρίαι καλοῦνται. Non inusitatum autem est hoc nomen proprium, quod in Gruteri Inscriptionibus et Martyrologiis, ut Latinum *Cyria* in Gorii Inscriptionibus, occurrit. Sed alii, quia κυρία apud Græcos *dominam* significat, fœminam, ad quam Johannes epistolam suam exaravit, honoris causa ita vocatam esse existimant. Cf. Schmidii Histor. Canonis p. 567 seq. C. A. Kriegelii Comment. Philol. de Κυρίᾳ Johannis. Lips. 1758. 4.

ΚΥΡΙΑΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) *dominicus, ad dominum pertinens, a domino originem trahens, domini jussu*, vel *in domini memoriam peragendus*, seu *celebrandus*, a κύριος *dominus*. Quia vero in N. T. Christus κατ' ἐξοχὴν Κύριος vocatur, hinc κυριακὸν est 2) *omne, quod ad Dominum nostrum J. C. pertinet, ab eo originem trahit, aut jussu et in memoriam ejus peragitur*. Sic bis legitur in N. T. 1 Cor. XI. 20. ubi κυριακὸν δεῖπνον cœna dominica est *sacra cœna*, ita dicta, quia in memoriam et jussu et instituto Christi celebratur. Alberti Glossar. N. T. p. 131. κυριακόν· τὸ ἐν ἐκκλησίαις ἄριστον. Apoc. I. 10. ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ die

solis, in memoriam resurrectionis J. C. cultui divino loco diei septimi ab apostolis consecrato, qui etiam nunc κατ' ἐξοχὴν *dies dominica* dicitur. Euseb. Orat. περὶ τῆς ἡμέρας κυριακῆς p. 2. edit. Jani: κυριακὴ ἐκλήθη, ὡς κυρία τῶν ἡμερῶν. πρὸ γὰρ τοῦ δεσποτικοῦ πάθους οὐκ ἐλέγετο κυριακὴ, ἀλλὰ πρώτη ἡμέρα. Vide Suiceri Thesaur. Eccles. sub vocibus κυριακὴ, πάσχα, ἡμέρα. Eichhornius in Commentario ad h. l. Vol. I. p. 39. ex articulo τῇ conjicit, cogitandum esse h. l. in specie de die dominico paschali.

ΚΥΡΙΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *dominor, auctoritatem et potestatem in aliquem, vel in aliquid habeo et exerceo,* aut *affecto et arrogo,* a κύριος, quod vide. Luc. XXII. 25. οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν κυριεύουσιν αὐτῶν gentium reges dominantur iis. Rom. XIV. 9. ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. 2 Cor. I. 24. οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως non dico, quod mihi imperium in vos arrogem, quod per me adducti estis ad religionem christianam. ubi κυριεύειν est sensu malo *tyrannidem exercere,* i. q. κατακυριεύειν, cum qua voce permutatur in codd. apud LXX. Jos. XXIV. 33. 1 Tim. VI. 15. Κύριος τῶν κυριευόντων Dominus dominorum. 2) metaphorice: *valeo in aliquem, vim meam et potestatem exerceo, valeo, vigeo, obligo.* Rom. VI. 9. θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύει mors in eum non amplius valet, seu immortalis vivit et in æternum sedet ad dextram Dei. (Conf. Dan. III. 28. VI. 24.) ibid. v. 14. ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει vitiositas in vos nullam potestatem exercebit, seu vos ad peccandum coget. ibid. VII. 1. ὅτι ὁ νόμος κυριεύει leges matrimonii vim obligandi habere. Hinc νόμοι κύριοι *leges* dicuntur, *quæ adhuc in valore sunt.* Conf. Elsner. Obss. Sacr. T. II. p. 33 seq. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΥ'ΡΙΟΣ, ίου, ὁ, a κύρειν, quod notat *esse, existere,* ὑπάρχειν, ut explicatur a Schol. Æschyli Pers. v. 503. 1) generatim *omnem* notat, *qui auctoritatem,* vel *potestatem habet,* sive sit summa et illimitata, sive inferior et limitata, sive sit ratione dignitatis et honoris, sive respectu juris, dominii ac possessionis, a κῦρος *auctoritas.* Discrimen enim, quod Ammonius et Julius Pollux Onom. I. 1. 1. inter κύριος et δεσπότης posuerunt, nihili est, ut vel exempla docent, a Reiskio in Indice Græcitatis Demostheneæ p. 476. copiose collecta. Sic v. c. apud Xenoph. de Rep. Laced. IV. 6. occurrit κύριος διαλύειν, h. e. qui habet potestatem dirimendi. ibid. VIII. 4. κύριοι ἐκπράττειν καὶ καταπαῦσαι. ibid. X. 2. κύριοι ἀγῶνος. Idem de Mag. Equit. I. 11. κύριοι τῶν νέων, h. e. parentes, tutores ac curatores. Idem Hist. Gr. II. 2. 7 et 11. κύριος εἰρήνης καὶ πολέμου. ibid. VII. 3. 6 et 7. etc. Hinc in N. T. speciatim 2) Κύριος, vel nude positum, vel addita voce Θεὸς, dicitur *Deus Optimus Maximus,* penes quem summa omnium rerum potestas est, et qui summa gaudet auctoritate et potestate, ad imitationem Hebraici אֲדֹנָי *Dominus,* quod etiam Deo tribuitur Genes. XVIII. 3, 12. XIX. 2, 18. et centum aliis in locis. Matth. IV. 7. οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. ibid. v. 10. XI. 25. Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. XXII. 37, 44. εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου. Marc. XII. 36. Luc. XX. 42. Rom. IX. 27. XII. 19. 1 Cor. IV. 19. X. 26. τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ephes. VI. 4. etc. Huc etiam pertinet formula: ἐνώπιον Κυρίου, quæ, substantivis vel adjectivis addita, vim superlativi habet, ad imitationem Hebraicæ לִפְנֵי יְהוָה Genes. X. 9. Luc. I. 15. μέγας ἐνώπιον Κυρίου, h. e. valde insignis, maximopere præstans. Idem valet de genitivo Κυρίου, aliis substantivis adjecto, v. c. Luc. II. 9. δόξα Κυρίου splendor insignis. Pertinet huc etiam locus Act. XVIII. 25. οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου hic bene institutus erat in doctrina divina. In versione Alexandrina permultis in locis respondet Hebraico יְהוָה Genes. XX. 18. XXI. 1. XXX. 30. XXXII. 9. אֱלוֹהַ et אֱלֹהִים Job. XIX. 21. XXXIII. 26. אֵל Job. V. 8. IX. 2. XII. 6. etc. et יָהּ Psalm. CXV. 17. CL. 6. Etiam apud Græcos ὁ κύριος pro *deo* dicitur. Vide Wesseling. ad Diodor. Sic. I. 65. et Palairet. Obss. Philol. p. 68. Item *deæ* vocabantur *dominæ,* v. c. *Isis* apud Juvenal. Sat. VI. v. 530. et *Cybele* apud Valerium Flacc. III. 23. 3) Speciatim in N. T. dicitur sic *Christus,* partim ob divinam ejus naturam ac legationem, partim quatenus est *Dominus* ecclesiæ christianæ, et per metonymiam *religio christiana.* Matth. III. 3. XXVIII. 6. ubi ὁ Κύριος corpus Domini exanime significat æque ac Joh. XX. 13. Luc. I. 43, 76. II. 11. ὅς ἐστι Χριστὸς Κύριος. Hebr. II. 10. Act. IX. 17, 35. οἵτινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Κύριον christiani. 1 Cor. VII. 22. ὁ γὰρ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δοῦλος qui beneficio Christi servus ad religionem christianam adductus est. ib. v. 39. μόνον ἐν Κυρίῳ modo christiano nubat, convenienter præceptis religionis christianæ. 2 Cor. III. 16. ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον cum accesserint Israëlitæ ad religionem christianam. ibid. v. 17. ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι, h. e. per Κύριος intelligendum est τὸ πνεῦμα, religio Christi præstantissima, quæ in sequentibus πνεῦμα Κυρίου vocatur. ibid. v. 18. τὴν δόξαν Κυρίου præstantiam doctrinæ christianæ. Ephes. VI. 10. 1 Thess. III. 8. ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ, etc. Confer Ernesti Opuscula Philol. Crit. p. 336 seq. 4) *possessor, dominus, herus,* ratione juris, dominii ac possessionis. Sic κύριος opponitur τοῖς δούλοις, seu οἰκέταις. Matth. VI. 24. X. 24. Ephes. VI. 5. Coloss. IV. 1. Luc. XIX. 33. οἱ κύριοι τοῦ πώλου. Galat. IV. 1. κύριος πάντων ὢν quanquam est futurus possessor opum paternarum. Pertinet huc interpretatio κύριος, *hæres,* quæ in Gloss. Vet. apud Labbæum reperitur. Luc. XVI. 8. ubi tamen rectius Christus ipse intelligitur. Cf. Palairet. Obss. Philol. p. 432. et 1 Reg. XVI. 24. 5) *pater.* Matth. XXI. 30. coll. 28. Ita אָדוֹן Genes. XXXI. 35. Fortasse huc etiam pertinet formula ὁ κύριος τῆς οἰκίας *paterfamilias.* Marc. XIII. 35. quæ respondet Hebraicæ בַּעַל־הַבַּיִת Exod. XXII. 7. Jud. XIX. 22. Conf. Menag. ad Diog. Laërt. VI. 39. p. 240. et Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 162. 6) *dominus,* ratione honoris ac reverentiæ. Sic maritus dicitur dominus uxoris. 1 Petr. III. 6. Conf. Genes. XVIII. 12. et Ies. LIV. 5. ubi κύριος in versione Alexandrina Hebraico בוֹעֵל respondet. Etiam apud Latinos scriptores *mariti* appellantur *domini,* v. c. Virg. Æn. IV. 213. Ovid. Amor. II. 2. 32. Vide Fesselii Adversaria SS. V. c. 2. p. 427. et Wolfium ad fragm. Græc. Mulier. Pros. p. 144. 7) est *nomen honoris,* quo olim aliquando ignoti, nulla conditionis ratione habita, appellati sunt in congressibus. Joh. IV. 19. XII. 21. XX. 15. Act. XVI. 30. coll. Genes. XIX. 2. Seneca Ep. 3. quomodo obvios, si nomen non succurrit, *dominos* salutamus. ubi vid. Intt. 8) *Imperator Romanus, Cæsar Augustus.* Act. XXV. 26. coll. v. 12 et 21. Confer Spanhem. de Usu ac Præstantia Numismatum p. 729. 9) *magister,*

doctor, i. q. διδάσκαλος et καθηγητὴς, ad imitationem Hebraici רַב, quod dominum et doctorem notat, quemadmodum e contrario discipuli servorum nomine veniebant: aut etiam, quia κύριος quandoque *patrem* notat, v. c. Sirac. III. 7. coll. v. 8. ubi vid. Vulg. Matth. VII. 21. οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι Κύριε, Κύριε non omnes, qui se meos sectatores et discipulos profitentur. ibid. v. 22. VIII. 25. coll. Marc. IV. 38. Matth. XXI. 3. XXVIII. 6. Joh. XIII. 13, 14. ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος. ibid. v. 16. XV. 15, 20. XX. 28. XXI. 7. 2 Reg. II. 3, 5, 16. VI. 5. 10) *qui aliqua re pro lubitu utendi jus habet*. Matth. XII. 8. κύριος γάρ ἐστι τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου filius hominis (h. e. vel Christus vel homo. Confer Grotium ad h. l.) non est subditus sabbathi legibus. — Confer Plutarch. T. VI. p. 659. ed. Reisk. Interdum reticetur, v. c. Jac. II. 1. ubi ante τῆς δόξης supplendum est Κυρίου, auctoritate Cyrilli Alex. XII. 13. T. I. p. 218. non autem ἀνδρὸς, ut visum est Schœttgenio ad L. Bos. de Ellips. Gr. p. 20.

ΚΥΡΙΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1) proprie in abstracto: *dominatio, dominatus, summa auctoritas et potestas*, a κύριος. 2) in concreto i. q. κύριος, *qui est insigni potestate præditus*, et *in magna dignitate ac honore constitutus*. Sic legitur in N. T. Ephes. I. 21. ubi Christus esse dicitur ὑπεράνω πάσης κυριότητος, ubi κυριότης, æque ac præcedentia vocabula, ἀρχὴ, ἐξουσία, δύναμις pro concreto κύριος positum est, ita, ut ostendatur, nullum eorum, qui in hac rerum natura potentes, illustres et auctoritate insignes sunt et habentur, exclusum esse imperio Christi. Idem valet de loco Coloss. I. 16. 2 Petr. II. 10. commemorantur κυριότητος καταφρονοῦντες, h. e. homines, angelos contemnere haud dubitantes. Eorum enim opinio, qui gnosticos h. l. intelligendos esse arbitrantur, qui obsequium denegabant magistratibus, nec commate 11. nec loco parallelo Jud. v. 8. coll. v. 9 seq. adjuvatur. An vero in utroque loco de principibus geniis malis, aut de angelis generatim sermo sit, historia duce destitutus equidem definire non audeo. Nec satis mihi constat, ad quemnam locorum N. T. hucusque allatorum pertineat glossa Phavorini hæc: Κυριότητές εἰσι δυνάμεις ἅγιαι λειτουργικαὶ Κυρίου.

ΚΥΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie, sensu physico: *roboro, firmum, robustum facio*, a κῦρος *robur*. Jam cum κῦρος etiam *auctoritatem, ratam fidem, edictum* adeo significet, v. c. Herodot. VI. 109. Thucyd. V. 38. etiam κυρόω 2) notat: *auctoritatem do, ratum facio* vel *habeo, sancio*. Sic legitur in N. T. Galat. III. 15. ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην· οὐδεὶς ἀθετεῖ, ubi διαθήκη κεκυρωμένη vel est testamentum confirmatum et lege ratificatum, vel promissio jurata et solemnis, certa et rata. Etiam apud Græcos κυροῦσθαι dicuntur *res, quæ lege confirmantur, aut ullo aliquo modo auctoritate publica muniuntur*, v. c. apud Thucyd. VIII. c. 69. Ælian. V. H. II. 9. XIII. 24. Hesych. κυρῶ· βεβαιῶ. Phavor. κυροῖ· βεβαιοῖ, πιστοῖ. Confer etiam Alex. Genes. XXIII. 20. Levit. XXV. 30. et Aquilæ reliquias Genes. XXIII. 17. et 1 Sam. XV. 13. 3) *idoneis argumentis aliquid probo*. 2 Cor. II. 8. διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην quapropter rogo vos, ut publicum ipsi amoris vestri documentum detis, ut certior reddatur de amore vestro. Sæpius non legitur in N. T. Confer interpretes ad Thom. Mag. p. 561.

ΚΥ'ΩΝ, κυνὸς, ὁ, ἡ, 1) *canis*, sine dubio a κύω *in utero gesto, pario*; est enim animal πολυτόκον. Luc. XVI. 21. ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ canes tantum ulcera ejus lingebant. Huc pertinet locus Æliani Hist. Anim. VIII. 9. τρωθέντες δὲ ἔχουσι τὴν γλῶτταν φάρμακον, ἥπερ οὖν περιλιχμώμενοι τὸ τρωθὲν μέρος, εἰς ὑγιείαν ἐπανάγουσι. 2 Petr. II. 22. κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα canis reversus ad vomitum suum, h. e. canis, quod ipse vomuit, resorbet. Formula proverbialis apud Judæos, de hominibus, ad pristinas sordes ac flagitia redeuntibus, solemnis. Conf. Prov. XXVI. 11. et Vorstii Diatriben de Adagiis N. T. c. 4. p. 774 seq. Jam, quia canes inter animalia impura apud Judæos referebantur, etiam κύων metaphorice 2) *hominem profanum et impium* notat. Matth. VII. 6. μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, h. e. ne doctrinam divinam et longe sanctissimam tradite hominibus profanis ac impiis. Apoc. XXII. 15. ἔξω οἱ κύνες, ubi per κύνες intelligendi sunt partim *omnes, a religione christiana alieni*, (quemadmodum etiam Judæis כְּלָבִים canes omnes illi erant, qui extra ecclesiam Judaicam vivebant. Confer Schœttgen. Hor. Hebr. et Talmud. p. 1145.) partim *peccatorum ac vitiorum sordibus polluti et contaminati*. Non tamen repugnarem, si quis per κύνας *pueros molles, scorta virilia*, qui etiam Hebraice כְּלָבִים (Confer Deut. XXIII. 18.) dicuntur, intelligere h. l. mallet. Speciatim κύων in N. T. dicitur 3) *impudens*. Hinc Philipp. III. 2. doctores judaizantes, impudenter doctrinam suam christianis obtrudentes, κύνες vocantur. Ies. LVI. 11. Hesiod. Ἔργ. v. 67. κύνεον νόον, ubi Moschopul. τὴν κυνὸς δηλονότι ἀναίδειαν ἔχοντα. Adde Callim. Hymn. in Cerer. v. 64. Homer. Iliad α', v. 225. ibique Scholion, λ', 362. Odyss. ρ', v. 248. Hesych. κύνες· ἀναιδεῖς. Sæpius non legitur in N. T.

ΚΩ'ΛΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *artus corporis, quodvis membrum corporis humani*, speciatim vero *pedes, ossa, crura*. (Eurip. Phœn. 1192. ubi. vid. Schol. Apollod. III. 5. 8.) Hesych. κῶλα· πόδες, σκέλη, ὀστᾶ, μέλη, κερκίδες. Confer Barnes. ad Eurip. Iphig. in Aulid. v. 614. et Kuster. ad Aristoph. Ran. v. 1400. 2) per synecdochen: *corpus integrum*, etiam *cadaver*, quod Græcis τὸ πτῶμα et σῶμα dicitur. Sic semel legitur in N. T. Hebr. III. 17. ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ quorum corpora conciderunt in desertis, seu, quorum cadavera prociderunt in deserto. Num. XIV. 29. ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ πεσεῖται τὰ κῶλα ὑμῶν, ubi Hebraico פֶּגֶר respondet. Adde Levit. XXVI. 30. 1 Sam. XVII. 46. Ies. LXVI. 24.

ΚΩΛΥ'Ω, fut. ύσω, generatim est: *impedio quovis modo, et factis et verbis, quo minus aliquid fiat*, ita, ut mox per *prohibere, inhibere*, mox vero per *vetare, interdicere* et *dissuadere* sit reddendum. Mat. XIX. 14. Marc. IX. 38, 39. X. 14. Luc. VI. 29. καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς ne tunicam quidem denega. ibid. IX. 49, 50. XI. 52. XVIII. 16. XXIII. 2. κωλύοντα dissuadentem. Act. VIII. 36. X. 47. τὸ ὕδωρ κωλῦσαι aquam recusare seu negare. ibid. XI. 17. κωλῦσαι τὸν Θεὸν Deo repugnare. ibid. XVI. 6. XXIV. 23. XXVII. 43. ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος prohibuit eos ab isto consilio. (Cum genitivo construitur quoque apud Xenoph. Anab. I. 6. 2.) Rom. I. 13. ἐκωλύθην variis obstaculis impeditus sum. 1 Cor. XIV. 39. καὶ τὸ λαλεῖν γλώσσαις μὴ κωλύετε et dono linguarum quavis opportunitate oblata bene utamini. Fortasse tamen τὸ κωλύειν rectius per *repudiare, sper-*

nere reddideris. 1 Thess. II. 16. κωλύειν de persecutionibus intelligendum est, quibus Judæi propagationem religionis christianæ inter gentiles impedire conabantur. 1 Tim. IV. 3. κωλυόντων interdicentium. cum quo loco conferri meretur Phædr. IV. fab. 17, 31. *non veto dimitti, verum cruciari fame*, scilicet *jubeo*. Hebr. VII. 23. 2 Petr. II. 16. 3 Joh. v. 10. Sæpius non legitur in N. T. 3 Esdr. VI. 6. Chald. בַּטֵּל Pah. *cessare fecit, impedivit.* et ibid. v. 33. Chald. שְׂנָא *odio persequi.*

ΚΩ'ΜΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *vicus, pagus.* Matth. IX. 35. περιῆγεν τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας. ibid. X. 11. XIV. 15. XXI. 2. Marc. VI. 6, 36, 56. VIII. 27. XI. 2. Luc. V. 17. VIII. 1. κατὰ πόλιν καὶ κώμην oppidatim et vicatim. ibid. IX. 6, 12, 52, 56. XIII. 22. XVII. 12. XIX. 30. XXIV. 13, 28. 2) *urbs, oppidum minus, sed mœnibus cinctum*, i. q. πόλις. Marc. VIII. 23 et 26. coll. v. 22. Luc. X. 38. εἰς κώμην τινά. Vulgatus: *in castellum quoddam.* Gloss. κώμη, *villa, vicus, castellum.* Onom. *Castellani*, κωμῖται. Joh. VII. 42. ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαβίδ. ibid. XI. 1. ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας ex urbe Mariæ ac Marthæ. Syrus: ܩܘܪܝܬܐ. ibid. v. 30. et Luc. X. 38. Alexandrini hac voce usi sunt pro עִיר *urbs, civitas*, 1 Chron. XXVII. 25. Ies. XLII. 11. et קִרְיָה idem. Jerem. XLIX. 25. 3) per metonymiam: *incolæ vicorum et pagorum.* Act. VIII. 25. πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο et incolas multorum Samaritanorum vicorum doctrina christiana imbuerunt. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. κῶμαι· ἀγυιαί, ῥύμαι. Idem: κώμη· ἄμφοδον, χωρίον.

ΚΩΜΟ'ΠΟΛΙΣ, εως, ἡ, *oppidum rusticanum*, seu *paganum*, h. e. *oppidum, inter urbes ac vicos medium, mœnibus non cinctum*, i. q. nos dicimus: ein flecken, *a burgh.* In N. T. tantum legitur Marc. I. 38. Multos tales vicos, qui ob amplitudinem et incolarum multitudinem urbibus similes erant et oppida appellabantur, in Galilæa fuisse, tradit Joseph. de B. J. III. 3. 2. Glossarium vetus: κωμόπολις, *oppidum, conciliabulum.*

ΚΩ῀ΜΟΣ, ου, ὁ, *comessatio*, h. e. *convivium luxuriosum, in quo nimio potu ac ciborum usu, jocis ac gestibus impudicis, saltationibus et cantilenis fœdis et ab honestate omni remotis, pudori et sanitati nuntius remittebatur.* Sine dubio nomen habet a κώμη *vicus*, unde κωμάζω *ebrius per vicum discurro.* Solebant enim sodales horum conviviorum luxuriosorum ebrii, coronis redimiti, cum facibus et instrumentis musicis per plateas discursitare et inter lascivas cantilenas et obscœnas saltationes ad amicarum fores concurrere. Suid. κῶμοι· ᾠδαί, ὀρχήσεις μετὰ μέθης. Hesych. κῶμοι· τὰ ἀσελγῆ καὶ πορνικὰ ᾄσματα, συμπόσια, ᾠδαί. Etym. M. κῶμός ἐστι μεθυστικὸς αὐλὸς ἐγχρονίζων οἴνοις καὶ κυμβάλοις καὶ αὐλοῖς καταθέλγων τοὺς δαιτυμόνας. Plura de hac voce vide apud Chr. Gottl. Schwarz. in Diss. de Comessationibus Veterum. Alterf. 1744. 4. Lamb. Bos. in Obss. Philol. in N. T. p. 117. et Alberti in Obss. Philol. in N. T. p. 330. et ad Glossar. Gr. N. T. p. 112. Ter tantum legitur in N. T. Rom. XIII. 13. μὴ κώμοις καὶ μέθαις. Μέθας et κώμους conjunxit quoque Dio Cassius L. LXV. p. 734. Galat. V. 21. 1 Petr. IV. 3. οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις. Præterea reperitur Sapient. XIV. 23. 2 Macc. VI. 4. et apud Aristænetum I. Ep. 27. II. 20. Aristoph. Thesmophor. v. 997. ad quem locum vide Bourdinum. Κῶμον bonum olim habuisse significatum contendit Henr. a Seelen in annotatt. in N. T. ex Plutarcho p. 15. et Spanhemius ad Aristoph. Plutum v. 1041.

ΚΩ'ΝΩΨ, ωπος, ὁ, ἡ, *culex vinarius*, seu *muscæ parvæ, aut vermiculi alati species, qui, in vino acescente natus, eodem alitur et nutritur*, teste Aristotele Hist. Anim. V. 19. οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἳ γίνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. ibid. IV. 8. A scriptoribus Talmudicis יַבְחוּשִׁים vocatur, etiam בַּקָּא. Confer Buxtorf. Lex. Talm. p. 342 et 927. et Vorstium de Adagiis N. T. cap. III. p. 771 seq. Semel legitur in N. T. Matth. XXIII. 24. οἱ διϋλίζοντες τὸν κώνωπα vos culicem vinarium percolatis. De hujus formulæ proverbialis sensu vide dicta ad διϋλίζω. Convenit illud proverbium Arabicum apud Meidanium 117. يأكل بالفيل ويغتص لبقة *edit elephantem, et suffocatur culice.* De alia vocabuli κώνωψ notione exposui in Spicilegio II. Lexici Bieliani p. 114. Suid. κώνωψ· εἶδος μυίας. Confer Schneiderum ad Eclogas Physic. p. 54.

ΚΩ῀Σ, ῶ, ἡ, vel, ut etiam in libris veterum scribitur, Κόως et Κέως, *Cos, Coos, Cous.* Insula maris Ægæi, sive maris Icarii, inter Cycladas celeberrima, quæ nunc *Stancora* appellatur. Pertinet ad Ioniam Asiæ ac vicinæ Cariæ objacet. Celebrata erat apud veteres non solum Æsculapii cultu et Junonis æde, sed etiam Hippocratis (qui hinc *Cous* dicitur,) et Apellis natalibus. Frumento et vino abundat et aëre gaudere dicitur adeo salubri, ut incolæ, nimia senectute confecti, mortem sibi olim cicuta et aliis modis accelerarent. Dicta etiam olim fuit Meropis, teste Suida: Κῶς· ἡ νῆσος, ὅθεν Ἱπποκράτης ὁ ἰατρός, ἥτις καὶ Μεροπὶς λέγεται. Memoratur semel in N. T. Act. XXI. 1. εἰς τὴν Κῶν. Pro accusativo Κῶν habent nonnulli codices Κῶ. Utroque enim modo pronuntiatur, observante Stephano et Erasmo ad h. l. Cf. Plin. H. N. XI. 22. et Cellarii Geogr. Antiq. T. II. Lib. 3. c. 2. p. 22.

ΚΩΣΑ'Μ, ὁ. *Cosam.* Nomen proprium viri Hebraicum ἄκλιτον, significans *divinantem*, a קָסַם *divinavit* Semel memoratur in N. T. Luc. III. 28.

ΚΩΦΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, etiam κωφός, ή, όν, 1) proprie: *obtusus, hebes*, a κόπτω. Sic legitur apud Homerum Iliad. λ', v. 390. κωφὸν βέλος telum obtusum. 2) *qui sensum amisit, nihil sentiens*, et de homine: *viliatus facultate aliqua corporis, debilis, mutilus.* Hesych. κωφάν· κωφήν, ἀναίσθητον. — κωφεῦσαι· ἀναισθητῆσαι· κωφός· ἀσθενής. Homer. Il. ω', v. 54. κωφὴν γαῖαν terram, nihil sentientem. Cf. Valckenar. Animadvv. ad Ammon. Lib. II. c. 14. et Segaar Obss. Philol. in Capita XI. priora Evangelii Lucæ p. 38. Hinc speciatim 3) *surdus, qui auditu destituitur*, ita, ut omissum sit τὰ ὦτα. Matth. XI. 5. κωφοὶ ἀκούουσι. Marc. VII. 32. κωφὸν μογιλάλον. ib. v. 37. Luc. VII. 22. Alex. pro חֵרֵשׁ *surdus* Exod. IV. 11. et Levit. XIX. 14. adhibuerunt. Homer. Hymn. in Mercur. v. 92. 4) *mutus, qui loquela destituitur*, ita, ut omissum sit τὴν γλῶσσαν; nam, qui surdi nascuntur, etiam muti sunt. Conf. Jensii Ferculum Litterar. p. 32. Hesych. κωφός· οὔτε λαλῶν, οὔτε ἀκούων, ἐννεός. Matth. IX. 32, 33. XII. 22. XV. 30, 31. Luc. I. 22. XI. 14. Sic Alex. Habac. II. 18. εἴδωλα κωφά, Hebr. אֱלִילִים

אֱלֹהִים, ubi Symmachus habet ἄλαλα. 5) *mutum faciens*. Luc. XI. 14. καὶ αὐτὸ (scil. δαιμόνιον) ἦν κωφὸν et illud dæmonium mutum reddiderat hominem. Sequitur enim: τοῦ δαιμονίου ἐξελθόντος ἐλάλησεν ὁ κωφός. Sic apud Virgil. Georg. III. 458. *arida febris* dicta, quæ arida facit corpora, interprete Servio. Vide supra s. ἄλαλος. 6) *surdum reddens*. Marc. IX. 25. τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφόν. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum: κωφὸς, *surdus, mutus*.

Λ

ΛΑΓΧΑ'ΝΩ, aor. 2. ἔλαχον, 1) *sortior, sortem jacio, sortem duco*, i. q. κληρόω. Hesych. λαγχάνειν· κληροῦν. Sic in N. T. legitur Joh. XIX. 24. ἀλλὰ λάχωμεν περὶ αὐτοῦ, τίνος ἔσται sed sortiamur de ea, cujus futura sit; ubi λαγχάνειν in sequentibus cum formula βάλλειν κλῆρον permutatur, coll. Matth. XXVII. 35. Thucyd. III. c. 50. 2) *sorte aliquid accipio et consequor*. Luc. I. 9. ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι sorte illi obtigit officium suffitum adolendi. Omnia enim, quæ in cotidiano sacrificio et ministerio Levitico fiebant, solita fuisse distribui sorte tum sacerdotibus, tum Levitis, liquet ex Misna in Massechet תָמִיד cap. 3. init. Phavor. λαγχάνω· τὸ κληροῦμαι, αἰτιατικῇ. De constructione hujus vocis cum genit. et accus. vide Eustath. in Iliad. ό, p. 1023. 17. 3) generatim: *nanciscor, consequor, obtineo*. Act. I. 17. ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης, de Juda, cui ab ipso Christo demandatum erat apostoli munus, coll. Matth. X. 1 et 2. 2 Petr. I. 1. τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν iis, quibus nobiscum contigit cognitio religionis æque præstantis. Sæpius non legitur in N. T. Alex. 1 Sam. XIV. 47. Σαοὺλ ἔλαχεν τοῦ βασιλεύειν ἐπὶ Ἰσραὴλ, ubi Hebraico לָכַד *accepit* respondet. Sap. VIII. 20. 3 Macc. VI. 1. ἐν πρεσβείῳ τὴν ἡλικίαν ἤδη λελογχώς. Hesych. λελογχώς· τυχών. Adde quoque Æschin. Socr. Dial. III. 19. et Eurip. Phœn. v. 1505. σκοτίαν αἰῶνα λαχόντων. Thucyd. II. c. 44. Alia loca dedit Reisk. in Indice Græcitatis Demostheneæ p. 478 seq.

ΛΑ'ΖΑΡΟΣ, ου, ὁ, *Lazarus*. Nomen proprium viri, a Christo valde amati. Joh. XI. 1, 2, 5, 11, 14, 43. XII. 1, 2, 9, 10, 17. De etymologia vocis multa habet Fullerus in Miscell. Sacr. I. c. 10. et Wetstenius N. T. T. I. p. 767. Nonnullis veterum, v. c. Hieronymo, Tertulliano et Prudentio, idem, quod Hebraicum אֱלִיעֶזֶר (quod sonat: *Deus meum auxilium*), esse visum est, pro quo per aphæresin Judæi in Talmude Hierosolymitano לְעָזָר *Leser* dixerint. Sed quia lingua Hebraica non patitur, ut vox אֵל deperdat litteram א, malim conjicere, hanc vocem compositam esse ex לֹא *non* et עֵזֶר *auxilium*, ut significet *hominem, auxilio destitutum, inopem*, qui Græcis ἀβοήθητος dicitur, quam etymologiam, loco Lucæ XVI. 20, 23, 24, 25. (ubi Lazarus est nomen, a Christo in parabola fictum) et versione Syriaca confirmatam, calculo suo etiam probat Lud. de Dieu in Critica Sacra ad Lucæ c. XVI. Alberti Gloss. Gr. p. 44. Λάζαρος· προσβοηθούμενος. Ita enim loco impressi πατρὸς βοηθούμενος e MS. Voss. reponendum esse, recte censet Alberti.

ΛΑ'ΘΡΑ, Adverbium, *clam, latenter, furtim*, pro quo apud Homerum et alios etiam λάθρη ponitur, a λήθω, Dorice λάθω, *lateo*. Legitur in N. T. Matth. I. 19. λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν clam (h. e. ita, ne publica ignominia afficeretur) dimittere illam. ibid. II. 7. Joh. XI. 28. λάθρα εἰποῦσα. Huic enim verbo λάθρα h. l. jungendum est, non præcedenti, ἐφώνησε. Act. XVI. 37. λάθρα opponitur τῷ δημοσίᾳ. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt pro בַּסֵּתֶר *in occulto, clam*, Deut. XIII. 6. Ps. CI. 5. pro בַּמִּסְתָּר quod idem notat, Habac. III. 14. et pro בַּלָּט *abscondite, clam*, 1 Sam. XVIII. 22. Hesych. λάθρα· κρυφίως, ἠρέμα, ἡσύχως.

ΛΑΙ ΛΑΨ, πος, ἡ, *turbo, ventus procellosus, turbo nimbosus et fulmineus*, τὸ κατ' ἐμπυρισμὸν γινόμενον κεραύνιον πνεῦμα, qui alias etiam ἐκνεφίας *strobilus* dicitur, et ab Aristotele (de Mundo cap. 4. 15.) describitur τὸ πνεῦμα βίαιον καὶ εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω se torquens, seu convolvens ab infra sursum. Hesych. λαῖλαψ· καταιγίς, ἀνέμου συστροφὴ μετὰ ὑετοῦ. Suid. ὁ μετ' ἀνέμων ὄμβρος (idem tradit Schol. min. ad Homer. Iliad. δ', 278.) καὶ σκότος. In N. T. tantum legitur Marc. IV. 37. καὶ γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη et exorta est vehemens venti procella. Luc. VIII. 23. κατέβη λαῖλαψ ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην delapsa est in lacum venti procella. 2 Petr. II. 17. νεφέλαι ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι nubes, a vento procelloso agitatæ. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro סַעַר et סְעָרָה *turbo, procella*, Job. XXXVIII. 1. Jer. XXV. 32. et pro סוּפָה idem, Job. XXI. 18. posuerunt. Aristid. Serm. IV. p. 584. θάλαττα ἠλαύνετο λαίλαπι ἀγρίᾳ. Lucian. Halcyon. p. 100. Plutarch. Timoleon p. 249. Plura vide apud Wetstenium N. T. T. I. p. 571. et T. II. p. 708. et Hemsterhus. ad Thomam p. 565.

ΛΑΚΕ'Ω, ῶ, et ΛΗΚΕ'Ω, fut. ήσω, 1) proprie: *sono, credo*. Hesych. λακεῖν· ψοφῆσαι. Gloss. Vet. λακῶ, *crepo*. 2) *dissilio, disrumpor cum crepitu quodam*. In N. T. tantum legitur Act. I. 18. καὶ πρηνὴς ἐλάκησε μέσος et præcipitatus medius disruptus est, i. q. ἐσχίσθη (qua voce explicatum est a Suida) vel διεῤῥάγη. Plaut. Curcul. II. 1. 7. metuo, ne medius disrumpar. Idem in Casina II. 5. 18. Schol. Aristoph. ad Nubes v. 409. διαλακήσασα· (διαλακίσασα metrum ibi respuit.) διαῤῥαγεῖσα. λακὶς (quod proprie *sonum* notat, *qui inter rumpendum editur*) γὰρ τὸ σχίσμα. Zonaras Lex. c. 691. ἐλάκησε μέσος· ἀντὶ τοῦ ἐσχίσθη. ubi conf. Tittmannus. Vide Casauboni Exercit. Antibar. p. 527. Barnes. ad Eurip. Electr. v. 1213. Wetstenii N. T. T. II. p. 459. et Boisii Collat. p. 353.

ΛΑΚΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *calcitro, calces remitto, calce peto, ferio, pulso,* a λὰξ, adverbium, *calce, calcibus, extremo pede.* Xenoph. de Re Equ. I. 4. Legitur in N. T. modo Act. IX. 5. XXVI. 14. πρὸς κέντρα λακτίζειν adversus stimulos calcitrare: de cujus formulæ proverbialis sensu dictum est supra in κέντρον. Respondet Hebraico בָּעַט Deut. XXII. 15. 1 Sam. II. 29. Hos. IV. 29. quanquam hoc *recalcitrare* magis, quam *calcitrare* notat. Conf. Joh. Georg. Hageri D. crit. phil. de Græcorum Proverbio πρὸς κέντρα λακτίζειν. Lips. 1738. 4. et Wetstenii N. T. T. II. p. 633. Adde quoque Schol. Æschyli ad Prometh. v. 307 sequ. Eurip. Bacch. v. 794.

ΛΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *loquor, eloquor, pronuncio, loquendo animi sensa aperio,* et non solum de iis usurpatur, qui familiariter et in vita communi cum aliis colloquuntur, sed etiam de iis, qui palam ad alios verba faciunt, adeoque a λέγειν minime differt in N. T. quanquam apud exteros scriptores λαλεῖν et λέγειν ita interdum differre concedendum est, ut illud sit: *imprudenter et minus præmeditate loqui,* (Phavor. λαλεῖν ἐστὶ, τὸ ἀτάκτως ἐκφέρειν τὰ ῥήματα.) hoc vero significet, *præmeditate et prudenter loqui.* Unde apud Gellium I. 15. λαλεῖν ἄριστος, λέγειν ἀδυνατώτατος de eo dicitur, qui multum quidem garrit, sed ad bene disserendum ineptus est. Matth. IX. 18. ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος hæc illo disserente. ibid. X. 19. τί λαλήσητε quid loquamini, scilicet ad vestram defensionem; et v. 20. τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν qui per vos causam vestram aget. ibid. XII. 34, 36, 46. XVII. 5. XXVI. 47. Marc. I. 34. II. 7. VII. 35. καὶ ἐλάλει ὀρθῶς. ibid. XIII. 11. XVI. 17. Luc. I. 20. VII. 15. VIII. 49. Joh. I. 37. VII. 13. Act. II. 4, 6. VI. 11. XXI. 39. 1 Cor. XIV. 18. λαλεῖν γλώσσῃ significat: facultatem, lingua peregrina loquendi, habere a Deo concessam. 2 Cor. XII. 4. Polyb. II. 47. IV. 80. Huc etiam pertinet formula λαλεῖν τινὶ, quæ non solum significat: *verba facere ad aliquem, disserere ad aliquem,* ut sit i. q. λαλεῖν πρός τινα, v. c. Matth. XII. 46. ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι conventum ipsum volentes. XIV. 27. XXIII. 1. coll. Exod. XX. 19. sed etiam *colloqui cum aliquo,* ut sit idem, quod λαλεῖν μετά τινος (Joh. IV. 27. IX. 37. XIV. 30.), v. c. Matth. XII. 47. ζητοῦντές σοι λαλῆσαι cupientes tecum colloqui, seu: eum conventuri. Marc. XVI. 19. Luc. XXIV. 32. Joh. IV. 26. Gen. XXIX. 9. Polyb. V. 40. Eodem modo λαλεῖν μετά τινος non solum *colloqui cum aliquo,* Joh. IV. 27. sed etiam *alloqui aliquem* notat, v. c. Marc. VI. 50. 2) *vocem,* seu *vocis usum recipio.* Matth. IX. 33. ἐλάλησεν ὁ κωφός. ibid. XII. 22. XV. 31. Marc. VII. 37. Luc. XI. 14. 3) *respondeo, rationem reddo.* Joh. XIX. 10. ἐμοὶ οὐ λαλεῖς mihi non respondes, coll. v. 9. ibid. IX. 21. αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λαλήσει. Huc etiam referrem locum Jacob. I. 19. ubi βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι mihi quidem is dici videtur, qui non illico ad convicia, probra et maledicta aliorum respondet, sed ea æquo animo et tranquille perfert. Alex. pro עָנָה *respondit* posuerunt Job. XIX. 7. 4) *præcipio, jubeo.* Act. IX. 6. καὶ λαληθήσεταί σοι, τί σε δεῖ ποιεῖν ubi tibi, quid faciendum sit, præcipietur. ib. X. 6. III. 22. αὐτοῦ —— ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς et omnibus præceptis ejus morem gerite. Pro צָוָה legitur in versione Alex. Num. XV. 34. et in eadem significatione pro דָּבַר Exod. XXXIV. 32. 5) *narro, indico, annuncio, refero ad aliquem,* i. q. ἀπαγγέλλω. Marc. V. 36. ἀκούσας τὸν λόγον λαλούμενον, coll. ver. 35. Luc. I. 19. λαλῆσαι πρός σε καὶ εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα. ibid. II. 17, 18, 20. XXIV. 36. coll. v. 35. ubi λαλεῖν cum ἐξηγεῖσθαι permutatur. Act. XXIII. 18. ἔχοντά τι λαλῆσαί σοι habet, quod tibi annunciet, coll. v. 17 et 19. In vers. Alex. respondet τῷ הִגִּיד Esther. IV. 9. (8.) 6) *prædico, vaticinor, oraculum edo.* Luc. XXIV. 6. μνήσθητε, ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν in memoriam vobis revocate, hoc præditum esse ab eo. ibid. ver. 25. οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται quæ vaticinati sunt prophetæ. Joh. XVI. 1. ταῦτα λελάληκα ὑμῖν hæc vobis prædicere placuit. ibid. v. 4. Act. III. 21, 24. ὅσοι ἐλάλησαν quotquot oracula ediderunt. ibid. XXVI. 22. 2 Petr. I. 21. Eodem modo דָּבַר usurpatur 1 Reg. XXII. 13. דִּבְּרַת טוֹב ibid. ver. 8. et *loqui* apud Statium Theb. L. IV. v. 627. ubi vid. Barthius. 7) *promitto, prædicendo in futurum promitto.* Luc. I. 45. ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου nam promissa divina, tibi data, eventu suo non carebunt. ibid. v. 55. καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν quemadmodum promisit majoribus nostris. ibid. v. 70. Act. III. 21. ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ στόματος τῶν προφητῶν quæ promisit Deus per prophetas. ibid. VII. 6. coll. v. 5 et 7. Hebr. XI. 18. πρὸς ὃν ἐλαλήθη cui hæc promissio data erat. Conf. El. Palairet. Obss. Philol. in N. T. pag. 154. 8) *doceo, instituo, trado, explico,* i. q. διδάσκω, et speciatim de iis usurpatur, qui tradunt religionem christianam. Matth. XIII. 3. καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς et multum eos per parabolas edocuit. Non male autem quoque ἐλάλησεν h. l. redderetur per *collocutus est,* in qua significatione ad imitationem Hebr. דָּבַר sequ. אֵת legitur apud LXX Exod. XXXIV. 35. ubi in codd. cum συλλαλεῖν permutatur. ib. ver. 10, 13, 34. Marc. II. 2. ἐλάλει αὐτοῖς τὸν λόγον tradebat illis religionem christianam. ibid. IV 34. VIII. 32. Luc. V. 4. coll. v. 3. ubi λαλεῖν cum διδάσκειν permutatur. ibid. IX. 11. XII. 3. Joh. III. 11, 31, 34. VI. 63. VII. 17, 18, 26, 46. VIII. 28, 38. XVI. 13. οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ non a se inventam doctrinam tradet. Act. IV. 17. coll. v. 18. ibid. v. 20, 29, 31. V. 20, 40. VIII. 25. λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ Κυρίου. ibid. IX. 29. XI. 19. XIII. 42, 46. XVI. 13. ἐλαλοῦμεν tradebamus religionem christianam. ibid. XVIII. 9. 1 Cor. II. 6. XIV. 34, 35. 1 Thess. II. 16. Tit. II. 1, 15. Hebr. III. 5. 1 Petr. IV. 11. εἴ τις λαλεῖ si quis munere doctoris christiani fungitur. 1 Joh. IV. 5. ἐκ τοῦ κόσμου λαλοῦσιν doctrinam, ab hominibus inventam, tradunt. 9) *sancio, constituo.* Hebr. VII. 14. εἰς ἣν φυλὴν οὐδὲν περὶ ἱερωσύνης Μωσῆς ἐλάλησε quæ tribus nullo decreto Mosaico ad sacerdotium adspirare poterat. 10) *hortor, moneo.* Sic in N. T. legitur Hebr. XI. 4. ubi, si lectio λαλεῖ, quæ in textu Græco editionis Griesbachianæ reperitur, alteri λαλεῖται præferenda est, λαλεῖ necessario vertendum erit: *hortatur ad pietatem erga Deum.* 11) *promulgo, prælego, palam recito* Hebr. II. 2. ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος lex Mosaica, angelorum ministerio, aut præsentibus angelis, promulgata. ibid. IX. 19. λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς ὑπὸ Μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ nam postquam Moses recitaverat populo omnia præcepta legis, coll. Exod. XXIV. 7. וַיִּקְרָא בְּאָזְנֵי הָעָם Alexand. ἀνέγνω εἰς τὰ ὦτα τοῦ λαοῦ. 12) *celebro, laudo, prædico, cano.* Matth. XXVI. 13. λαληθήσεται

καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη εἰς μνημόσυνον αὐτῆς celebrabitur etiam hoc illius factum ad ejus memoriam. Marc. XIV. 9. Ephes. V. 19. λαλοῦντες ἑαυτοῖς canite Deo in conventibus vestris. Hebr. XI. 4. *καὶ ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται* et post mortem floret grata ejus memoria, seu in ore omnium est. Apud Aristoph. Thesmophor. v. 585. λαλούμενον est, quod in omnium ore est. Aliam, sed admodum contortam hujus loci explicationem dedit G. Wakefield in Silva Critica P. I. p. 30 seq. Act. II. 11. λαλούντων τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. 13) *sonum et strepitum edo.* Apoc. IV. 1. X. 3. ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὰς ἑαυτῶν φωνάς. ibid. v. 4. 14) *conqueror.* Joh. VIII. 26. πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν multa habeo, quæ de vobis conqueri possem. 15) per metonymiam: *operor, efficio, ago.* Nam verba dicendi apud Hebræos haud raro etiam ad actum transferri solent. Joh. VIII. 44. ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ si impie agit, non aliene ab animi ejus indole agit. Hebr. XII. 24. κρεῖττον λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ melius quid efficienti, quam sanguis Abelis, cum ille Deum nobis placatum reddat, hic vero vindictam divinam efflagitaret et provocaret. Alexandrini pro עָשָׂה posuerunt 2 Sam. XIV. 20. Esth. II. 1. 16) per ἀνθρωποπάθειαν tribuitur non solum *Deo, quocunque modo hominibus voluntatem suam significanti,* v. c. Joh. IX. 29. ὅτι Μωσῇ λελάληκεν ὁ Θεὸς Mosen fuisse divinum legatum. Exod. IV. 30. Act. VII. 38, 44. Hebr. I. 1. πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας olim Deus voluntatem suam significavit. ibid. v. 2. — sed etiam *angelis,* v. c. Act. VIII. 26. X. 7. XXIII. 9. 17) omittitur interdum, v. c. Act. XXI. 37. post γινώσκεις.

ΛΑΛΙΑ', ᾶς, ἡ, quod apud Græcos scriptores fere semper de *loquacitate* et *garrulitate* usurpatur, (Theophr. Char. VII. 1. Sirac. XIX. 5.) in N. T. 1) *enunciationem, dialectum, idioma linguæ* notat, v. c. Matth. XXVI. 73. ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ dialectus tua (nempe Galilæa, de qua vide Buxtorf. Lex. Talmud. p. 434.) manifestum te reddit. Marc. XIV. 70. ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. Sic λαλιὰ quoque sumitur apud LXX Cant. IV. 3. ubi in textu Hebr. legitur מִדְבָּר, et Symmachus διάλεξιν habet. 2) *sermonem, narrationem, doctrinam* significat et est idem, quod λόγος. Joh. IV. 42. οὐκέτι διὰ τὴν σὴν λαλιὰν πιστεύομεν non amplius ob tuam narrationem (μαρτυρίαν, ut in nonnullis codicibus e glossemate legitur, coll. v. 39. et 28, 29.) fidem habemus. Diog. Laërt. IV. s. 33. Joh. VIII. 43. διατί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γινώσκετε; quare doctrinam meam pro divina non agnoscitis? Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini hoc nomine exposuerunt Hebraicum דָּבָר *verbum, sermo,* Job. XXXIII. 1. מִדְבָּר quod idem notat, Cant. IV. 3. et אֹמֶר *sermo, dictum.* Psalm. XIX. 4. Adde Sirac. V. 15. 2 Macc. V. 5. ubi *rumoris* notionem habet æque ac c. VIII. 7. et Polyb. I. 32. Suid. λαλιά· ἡ δημηγορία. Vide et Pollucis Onom. V. 90. et Sexti Empir. adv. Logic. I. 178. Gloss. Vet. apud Labbæum: λαλιὰ, *loquela, elocutio.*

ΛΑΜΑ', vel ΛΑΜΜΑ˜, *cur? quare? ad quid?* Est Hebraica particula לָמָה vel לָמָּה idem significans, et composita ex præfixo ל et pronomine interrogativo de re מָה. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXVII. 46. et Marc. XV. 34. Ἠλὶ, Ἠλὶ, λαμὰ σαβαχθανὶ mi Deus, mi Deus, quare me reliquisti? ex Psal. XXII. 1.

ΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. λήψομαι, præt. εἴληφα, Attice pro λέληφα, aor. 2. ἔλαβον, infinit. λαβεῖν, 1) proprie: *manu aliquid capio,* vel *accipio, manu prehendo, apprehendo.* Matth. XIII. 31, 33. XIV. 19. λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους. ibid. XV. 36. XVII. 27. XXVI. 26, 27. Marc. VI. 41. Act. XXVII. 35. etc. Herodian. II. c. 3. § 8. λαβόμενος τῆς χειρὸς Γλαβρίωνος. 2) per synecdochen: *alia quacunque ratione accipio, sequor, nanciscor, particeps fio, impetro.* In *impetrandi* notione legitur Matth. VII. 8. πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει quilibet enim rogans impetrabit. ibid. XXI. 22. πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε λήψεσθε. Marc. XI. 24. Luc. XI. 10. Jacob. I. 7. coll. v. 5. De iis, qui aliquid *consequuntur et nanciscuntur,* aut omnino *alicujus rei participes fiunt,* usurpatur Joh. VII. 23. εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος si infans circumciditur. ibid. XIV. 17. ὃ (scil. τὸ Πνεῦμα) ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν quam vim divinam Judæi non experiri possunt. Act. I. 20. τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος munus ejus ad alium transferatur. ibid. X. 43. λαβεῖν esse consequuturos. ibid. XX. 24. διακονίαν ἣν ἔλαβον παρὰ τοῦ Κυρίου munus, mihi a Domino demandatum. ibid. XXIV. 27. XXV. 16. XXVI. 10, 18. Rom. V. 11. δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. ibid. v. 17. VII. 8, 11. 1 Cor. IX. 24, 25. λαμβάνει τὸ βραβεῖον accipit præmium. Est autem λαμβάνειν verbum hac in re proprium. Vide Ælian. V. H. IX. 31. et Pollucis Onom. III. 3. Phil. III. 12. οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον non quod jam teneam illud præmium, hæcce dico. Hebr. VII. 5. X. 26. Apoc. XVII. 12. — Huc etiam pertinent formulæ nonnullæ, in N. T. haud raro obviæ, v. c. κρίμα λαμβάνειν *puniri, pœnas dare.* Matth. XXIII. 14. Marc. XII. 40. Luc. XX. 47. Jacob. III. 1. — δύναμιν λαμβάνειν *instrui viribus et facultatibus.* Act. I. 8. Ælian. H. A. X. 1. Aristoph. Equit. v. 55 et 84. — ἐντολὴν λαβεῖν *juberi, habere aliquid in mandatis.* Joh. X. 18. Act. XVII. 15. Similis formula est παραγγελίαν λαβεῖν, Act. XVI. 24. et νόμον λαβεῖν, Act. VII. 53. Æschin. Socr. Dial. II. 19 et 20. ἐπιστήμην λαμβάνειν. — 3) *rursum accipio, recipio, recupero, resumo,* i. q. πάλιν λαμβάνειν. (Joh. X. 17.) Matth. XIX. 29. ἑκατονταπλασίονα λήψεται is largo cum fructu recipiet. ibid. XXVII. 6. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς λαβόντες τὰ ἀργύρια pontifices autem resumserunt nummos. Joh. XIII. 12. Hebr. XI. 35. ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς ἑαυτῶν. 4) *sumo, mecum sumo, assumo,* et de personis: *duco, abduco, adscisco.* Matth. XVI. 5. ἐπελάθοντο ἄρτους λαμβάνειν obliti fuerunt cibum secum sumere. ib. v. 7 et 8. XXV. 3, 4. Marc. VIII. 14. Joh. XVIII. 3. λαβὼν τὴν σπεῖραν secum sumta cohorte. ibid. XIX. 27. Act. IX. 25. XVI. 3. Apud LXX Genes. XIX. 15. et Jud. XI. 5. λαμβάνειν et παραλαμβάνειν invicem in codd. permutantur. Huc etiam pertinent illa: *συμβούλιον λαμβάνειν consilium capere,* Matth. XII. 14. XXII. 15. XXVII. 1. de qua formula bene præcepit Schwarzius ad Olearium de Stilo N. T. et in Comment. Crit. Ling. Gr. N. T. p. 1264. — λαβεῖν θάρσος *animum sumere, animum non despondere,* Act. XXVIII. 50. — λαβεῖν ὑπόμνησιν *recordari, meminisse, memorem esse,* 2 Tim. I. 5. — ἀρχὴν λαβεῖν *initium sumere, orsum esse, inchoatum esse,* Hebr. II. 3. Ælian. V. H. II. 28. XII. 58. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 391. — πεῖραν λαμβάνειν *experiri, tentare quid, periculum alicujus rei facere,* Hebr. XI. 29. Ælian. V. H. XII. 22. Cf. Palairet. Obss. Critt. p. 491. — λήθην λαβεῖν *oblivisci,* 2 Petr. I. 9.

Ælian. V. H. III. 18. 5) *acquiro, comparo, concilio.* Luc. XIX. 12. λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν ut sibi dignitatem regiam Romæ compararet. ibid. v. 15. Rom. XIII. 2. ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται, ubi jam Vet. Lat. recte reddidit: *ipsi sibi damnationem acquirent,* h. e. pœnas sibi conciliabunt. Apoc. XI. 17. εἴληφας τὴν δύναμίν σου τὴν μεγάλην καὶ ἐβασίλευσας h. e. tuæ virtuti soli debes regnum, quo potitus es. Apud. Inc. Int. 2 Reg. V. 17. λαμβάνω est i. q. κτάομαι apud LXX, h. e. *acquiro, emo,* et Levit. XX. 17. pro ἁμαρτίαν κομιοῦνται in Compl. et Ald. λήψεται et λήψονται legitur. Eodem sensu apud Isocrat. Evagor. c. 12. formula δόξαν λαμβάνειν usurpatur. 6) *capio, comprehendo, corripio vel vi vel dolo, in potestatem meam redigo vel accipio.* Sic v. c. de captura piscium usurpatur non solum apud Ælian. V. H. I. 30. Aristoph. Equit. v. 861. sed etiam in N. T. v. c. Luc. V. 5. οὐδὲν ἐλάβομεν nihil cepimus, coll. v. 9. ubi cum συλλαμβάνειν permutatur. De hominibus, qui violenta ratione comprehenduntur, legitur apud Matth. XXI. 35, 39. Marc. XII. 3, 8. Joh. XVIII. 31. XIX. 6, 23. Adde Luc. IX. 39. Xenoph. Hist. Gr. V. 2. 21. coll. § 22. ubi cum ξυλλαμβάνειν permutatur. De iis vero, qui alios circumveniunt et decipiunt, reperitur 2 Cor. XII. 16. δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον fraudulenter vos cepi. Cf. Æschyl. S. c. Theb. v. 28. 7) *capio, occupo.* Luc. V. 26. καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας et omnes obstupefacti sunt. Herodian. I. c. 4. § 17. οἶκτος δὲ πάντας ἐλάμβανε τοὺς παρόντας. Herodot. I. c. 165. Alia loca, huc pertinentia, collegit Cel. Irmisch. ad Herodian. l. l. p. 124. Luc. VII. 16. ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας omnes metus occupavit. Vulgatus: *accepit.* Videtur *cepit* legendum. Homer. Il. XI. 402. φόβος ἔλλαβε πάντας. Eodem sensu usurpatur Hebraicum אָחַז Exod. XV. 15. ἔλαβεν αὐτοὺς τρόμος. Psalm. XLVIII. 7. Joh. XXX. 18. Ies. XXI. 3. Jer. XIII. 21. Nescio an huc etiam referendus sit locus 1 Cor. X. 13. πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος nonnisi leves afflictiones experti estis; ubi λαμβάνειν τινὰ res dicitur, *quæ alicui evenit, accidit et contingit,* plane ut apud Arabes نزلت بنا *malum mihi accidit.* 8) *aufero, eripio,* Mat. V. 40. εἴ τις θέλει τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν si quis velit tunicam tibi eripere. coll. loco parallelo Luc. VI. 29. ubi αἴρειν legitur. ibid. XV. 26. οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων non decet liberis adimere panem. 2 Cor. XI. 20. εἴ τις λαμβάνει si quis vobis bona vestra eripiat. Alii reddere malunt: si quis quæstum faciat, aut, vos pecunia emungat. Esse autem λαμβάνειν vocem usurariam et de mutuum sumente proprie dici, docuit Taylor. ad Lysiæ Oratt. p. 338. Gataker. in Miscell. c. 27. p. 721. et Elsner. in Obss. Sacr. T. II. p. 163. Apoc. III. 11. ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου. ibid. VI. 4. λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς γῆς. Xenoph. Symp. IV. 30. μή τίς μου τὴν οἰκίαν διορύξας καὶ τὰ χρήματα λάβοι. Polyb. IV. c. 3. μερίτης γινόμενος τῶν λαμβανομένων. Eodem modo etiam לָקַח cui λαμβάνειν in versione Alex. respondet, usurpatur Genes. XXVII. 36. Job. I. 21. 9) *utor, fruor aliqua re,* et κατ' ἐξοχὴν de cibum vel potum sumentibus usurpatur. Marc. XV. 23. ὁ δὲ οὐκ ἔλαβε, scil. τὸν οἶνον ἐσμυρνισμένον. Joh. XIX. 30. ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ ὄξος ὁ Ἰησοῦς Jesus sumto vino illo viliore. Act. IX. 19. λαβὼν τροφήν. Hippocrat. Sect. II. Aphor. 8. 1 Tim. IV. 4. 10) *suscipio in me, fero, porto.* Matth. VIII. 17. αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε infirmitates nostras suscepit; sequuntur enim verba: καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν. Syrus usus est h. l. voce ܢܣܒ. ibid. X. 38. ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ qui non portat crucem suam, coll. XVI. 24. ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, et Luc. XIV. 27. ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ. 11) ut Lat. *accipio,* (vide Ernesti Clav. Cicer. s. h. v.) *excipio, recipio, admitto;* et metaphorice: *assentior, fidem habeo, probo.* Joh. VI. 21. λαβεῖν τινὰ εἰς πλοῖον recipere quem in navem. Matth. XIII. 20. μετὰ χαρᾶς λαμβάνων τὸν λόγον facile fidem habet illi doctrinæ, coll. Luc. VIII. 13. μετὰ χαρᾶς δέχονται τὸν λόγον. Joh. I. 12. ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ubi λαμβάνειν est i. q. παραλαμβάνειν v. 11. et καταλαμβάνειν v. 5. ib. III. 11. τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε non admittitis doctrinam meam. ib. v. 32 et 33. V. 43, 44. 2 Joh. v. 10. μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν ne eum in domum recipite, coll. Schol. Sophocl. ad Electram v. 1134. 1 Joh. V. 9. 12) *arrogo mihi aliquid, præter fas sumo.* Joh. III. 27. οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν nemo debet sibi aliquid arrogare. Hebr. V. 4. οὐχ αὐτῷ τὶς λαμβάνει τὴν τιμὴν neque vero sibi quis dignitatem (sacerdotii) vindicare debet. 13) *ambitiose quæro, postulo,* et ex adjuncto: *indigeo aliqua re.* Joh. V. 34. οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω non opus mihi est testimonio humano. ibid. v. 41 et 44. 14) *exigo.* Matth. XVII. 24. οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες qui didrachma, annuum censum, exigere solebant. ibid. v. 25. XXI. 34. Ita etiam לָקַח sumitur Exod. XXX. 16. et *accipio* apud Cic. Verr. III. 30. jubet magistratus Siculos accipere decumas. 15) *eligo, deligo,* i. q. αἱρέομαι. Act. XV. 14. λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν eligere sibi e gentilibus populum. Hebr. V. 1. πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος omnis pontifex Leviticus ex hominibus eligitur. Zonaras Lex. col. 1292. λαμβανόμενος, προβαλλόμενος. ἀποστολικὴ ἡ λέξις. πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς κ. τ. λ. 16) *veneror, colo.* Huc referenda est formula πρόσωπον λαμβάνειν *personas respicere, personarum respectum habere.* Luc. XX. 21. Galat. II. 6. pro qua etiam formula θαυμάζειν πρόσωπον apud Alexandrinos usurpatur. Conf. infra sub πρόσωπον. 17) *in matrimonium,* seu *uxorem duco,* i. q. λαμβάνω γυναῖκα apud Isocratem Evagor. c. 9. Marc. XII. 19. ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. ibid. v. 20, 21, 22. Luc. XX. 28—31. Philostrat. Vit. Soph. II. c. 25. s. 4. τοιαύτην (sc. γυναῖκα) λαμβάνων. Conf. Alex. Deut. XXVIII. 30. 2 Sam. III. 14. ubi τῷ אֵרַשׂ *desponsavit* respondet. Adde Genes. XX. 2. 18) *edoceor, instituor, disco,* i. q. παραλαμβάνω. 1 Cor. XI. 23. 1 Thess. II. 13. Sic legitur in N. T. Apoc. III. 3. μνημόνευε πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας memento qua ratione doctrinam traditam acceperis et audiveris. Eodem modo לָקַח usurpatur Num. XXIII. 20. unde לֶקַח sæpissime *doctrinam, institutionem* notat, v. c. Deuteron. XXXII. 2. Prov. IV. 12. et *accipio,* omisso *auribus,* apud Cicer. Or. I. 25. Vide Servium ad Virgil. Æn. II. 65. et Drakenb. ad Livium III. c. 69. 19) Formula λαμβάνειν μάχαιραν, quæ Matth. XXVI. 52. legitur, significat: *gladium e vagina ducere eoque contra aliquem injuste et impie uti,* et respondet Hebraicæ נָשָׂא חֶרֶב Ies. II. 4. 20) abundat interdum, maxime post verba petendi, ut apud Græcos τυχεῖν, πορεῖν, λαχεῖν. Act. III. 3. ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν stipem petebat; ubi videndus

est Priceus in annotationibus. (Nisi quis statuere malit, λαβεῖν h. l. pro διδόναι ad imitationem Hebraici לָקַח (Ps. LXVIII. 19. Vide Pocockium ad portam Mosis c. II. p. 24.) positum esse. Certe Syrus h. l. transtulit: ܢܬܠܘܢ ܠܗ ܙܕܩܬܐ *ut darent sibi eleemosynam.*) Sophocl. Ajax v. 836. αἰτήσομαι δέ σ', οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν. Eurip. Hec. v. 40. Aristoph. Plut. 240. Conf. Valckenar. ad Eurip. Phœn. v. 1324. et Heisenii Novas Hypotheses ad Epistolam Jacobi p. 707. Etiam in aliis formulis abundat, ad imitationem Hebraici לָקַח (1 Reg. XVII. 23. Jer. XXXVIII. 6. LII. 17.), v. c. Luc. XIII. 19. Act. XVI. 3. λαβὼν περιέτεμεν αὐτὸν circumcidit eum. Eurip. Phœn. v. 1422. λαβὼν ἀφῆκε. Eodem modo etiam *habere* pleonastice ponitur a Virgil. Æn. V. 262. *loricam donat habere viro.*

ΛΑ'ΜΕΧ, ὁ, *Lamech.* Nomen proprium viri indeclinabile Luc. III. 36. Hebraice dicitur לֶמֶךְ, cujus vocis origo est dubia. Gloss. Gr. Alberti p. 41. Λάμεχ, ταπείνωσις, ἢ πλήξαντος.

ΛΑΜΜΑ'. Vide supra ΛΑΜΑ'.

ΛΑΜΠΑ'Σ, άδος, ἡ, generatim *omne, quod lucet,* notat. Speciatim vero *facem, funale, lampadem, lucernam* significat, et in vers. Alex. respondet Hebraico לַפִּיד *lampas, fax, tæda,* Genes. XV. 17. Judd. VII. 16, 20. Zach. XII. 6. et Chaldaico נֶבְרַשְׁתָּא *lucerna,* Dan. V. 5. De lucerna, quæ, vasculo imposito ellychnio, fovetur oleo, ut luceat, legitur in N. T. Matth. XXV. 1, 3, 4, 7, 8. ubi de lampadibus adhibetur, quæ, uti faces, (Heliodor. II. p. 112. IV. p. 198.) sponsæ præferri antiquo ritu solebant, et quæ propterea vocabantur νυμφικαὶ λαμπάδες. Eurip. Med. 1027. Iphig. in Aul. 732. Valer. Flacc. Argonaut. VIII. 243 et 277. Confer Valckenar. ad Eurip. Phœn. p. 124 seq. et Schraderum ad Musæum cap. 20. p. 352. Joh. XVIII. 3. μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων cum facibus et lucernis. Act. XX. 8. De facibus ardentibus hæc vox intelligenda est Apoc. IV. 5. VIII. 10. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. λαμπάς· παρὰ τὸ λάμπω, τὸ φαίνω, γίνεται λαμπάς. Conf. etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 507.

ΛΑΜΠΡΟ'Σ, ά, όν, generatim *omne, quod est splendidum, lucidum et fulgidum,* notat, a λάμπω *luceo,* unde λαμπρύνω *clarum, splendidum reddo.* Apoc. XXII. 16. ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς πρωϊνὸς stella lucida et matutina. Homer. Iliad. δ', v. 77. ἀστέρα λαμπρόν. Epist. Jerem. v. 51. ἄστρα ὄντα λαμπρά. Apud Diod. Sic. I. c. 90. ἐσθὴς λαμπρὰ vesti atræ, qua mortuos lugebant veteres, opponitur. Speciatim vero in N. T. hæc vox 2) *candidum* notat, quia, quod lucidum est ac splendidum, albicantem colorem refert. Act. X. 30. ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ (Cod. Petav. λευκῇ) veste candida indutum. Apoc. XV. 6. λίνον καθαρὸν λαμπρόν. Cant. V. 11. Symm. λαμπρὸς (Hebr. צַח), Alex. λευκός. Theoph. Char. 21. et ibi Casaub. Polyb. X. 4. Thom. M. λαμπρὰ ἐσθὴς κάλλιον λέγειν ἢ λευκή. 3) de *colore rubro, coccino aut purpureo* (de quo etiam *candere* apud Horat. Sat. II. 6. 102. adhibetur) usurpatur Luc. XXIII. 11. περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν indutum eum veste purpurea, coll. Marc. XV. 17. ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν. Syrus: ܠܒܘܫܐ ܕܙܚܘܪܝܬܐ *vestibus coccineis.* Eodem modo Arabs et Persa. Male Vulgatus et Æthiops: *stola candida.* Conf. Casaub. Exerc. Antibar. XVI. 73. p. 534. Salmas. Exerc. Plin. p. 244. et ad Tertullianum de Pallio p. 134. 4) *pellucidus, perspicuus, clarus.* Apoc. XXII. 1. ποταμὸν λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον fluvium, crystalli instar pellucidum. Sic etiam Hippocrates in Lib. de Aëre, Locis et Aquis, et alibi commemorat τὰ ὕδατα λαμπρὰ καὶ λευκά. Sic etiam teste Suida et Thoma M. λαμπρὰ ἡμέρα dies serenus et clarus a Græcis dicitur. Cf. Ez. Spanhem. ad Jul. Cæs. p. 42. 5) *præclarus, eximius, ornatus, magnificus.* Jacob. II. 2 et 3. ubi ἐσθὴς λαμπρὰ vestis magnifica et splendida opponitur τῇ ἐσθῆτι ῥυπαρᾷ. Huc etiam referrem locum Apoc. XVIII. 14. ubi per τὰ λαμπρὰ *res pretiosas, ornamenta* intelligenda esse existimo. Eichhornius in Comment. ad h. l. de *splendido mensæ apparatu* explicavit. Sæpius non legitur in N. T. Sap. VI. 12. λαμπρὰ καὶ ἀμάραντός ἐστιν ἡ σοφία. Sirac. XXIX. 25. ἐδέσματα λαμπρά. ibid. XXXI. 27. λαμπρὸν ἐπ' ἄρτοις εὐλογήσει χεῖλη.

ΛΑΜΠΡΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *splendor, fulgor, lux.* (ab eodem.) Semel tantum legitur in N. T. Act. XXVI. 13. ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου splendorem solis superans. Alexandrini hac voce usi sunt pro נֹגַהּ *splendor,* Ies. LX. 3. et pro זְהַר, quod idem significat, Dan. XII. 3. Pro יִצְהָר in fragmentis Theodotionis Zach. IV. 14. Xenoph. Anab. I. 2. 18. Glossæ: λαμπρότης· *claritas, claritudo, splendor, candor.*

ΛΑΜΠΡΩ'Σ. Adverbium. 1) proprie: *splendide, clare, aperte, manifeste.* (ab eodem.) Suid. λαμπρῶς λαμβάνεται ἀντὶ τοῦ περιφανῶς. λαμβάνεται καὶ ἀντὶ τοῦ φανερῶς καὶ ἐναργῶς. Idem fere tradit Schol. Thucyd. II. 7. 2) ut Latinum *splendide, magnifice, laute.* Sic semel tantum in N. T. legitur Luc. XVI. 19. εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς laute cotidie epulabatur et splendide.

ΛΑ'ΜΠΩ, fut. λάμψω, *luceo, splendeo, fulgeo, mico, niteo,* quasi λάμφω, ex λίαν et φῶ, pro φάω, *luceo, appareo.* Matth. V. 15, 16. οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων vos (doctrina et exemplo vestro) lucem præbeatis hominibus. ibid. XVII. 2. ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος et vultus ejus resplenduit solis more. Luc. XVII. 24. Act. XII. 7. καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι et lux splendebat per carcerem. 2 Cor. IV. 6. ὁ Θεὸς, ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι Deus, qui jussit lucem discussis tenebris splendescere, h. e. Deus, cujus benigna et maxime efficaci voluntate religio christiana præstantissima luce sua dispulit pristinas ignorantiæ et vitiositatis tenebras. Conf. infra sub φῶς et φωτίζω. Alexandrini pro הִזְהִיר *splenduit, fulsit, refulsit,* Dan. XII. 3. pro נָגַהּ idem, Prov. IV. 18. Ies. IX. 2. et pro צָחַח *splendidus, clarus, nitidus fuit,* Thren. IV. 7.

ΛΑΝΘΑ'ΝΩ, fut. λήσω, aor. 2. ἔλαθον. Sumit tempora a λήθω, Dor. λάθω, et construitur cum accusativo personæ et rei. 1) *lateo, in loco obscuro sum abstrusus et incognitus.* Marc. VII. 24. καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν non potuit latere. 2) metaphorice: *lateo, ignoror, in obscuro quasi sum.* Λανθάνει *latet, ignotum est.* Luc. VIII. 47. ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνὴ ὅτι οὐκ ἔλαθε intelligens mulier, sese non latere. Act. XXVI. 26. λανθάνειν γὰρ αὐτὸν τι τούτων, οὐ πείθομαι οὐδὲν latere enim eum quicquam horum mihi non persuadeo. 2 Petr. III. 5. λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας illud enim volentes nesciunt. ubi vid. Wetstenius. ibid. v. 8. ἓν δὲ τοῦτο μὴ λανθανέτω ὑμᾶς unum autem hoc ne lateat vos. Xenoph. Mem. III. 5. 23. ὅπως μὴ λάθῃς σεαυτὸν ἀγνοῶν. Ælian. V. H.

XIV. 13. 3) cum participio alterius verbi jungi solet ita, ut Latine per adverbium *clam, imprudens*, vel *inscius* reddendum sit. Hebr. XIII. 2. ἔλαθόν (scil. ἑαυτοὺς, coll. Ælian. V. H. I. 7.) τινες ξενίσαντες ἀγγέλους inscii angelos hospitio exceperunt. Confer Glassii Philol. S. p. 359. ed. Dathii. Exempla similia e Græcis scriptoribus copiose collegit Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 1. 1. p. 751. Zeunius ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 252. et Alberti Obss. Philol. p. 441 seq. Xenoph. Hist. Gr. III. 5. 2. λαθόντες ἐπέπεσον αὐτῷ. Longin. de Sublim. XXII. 1.

ΛΑΞΕΥΤΟ'Σ, ἡ, ὀν, *excisus ex lapide, saxo, incisus in lapide, saxo*, a λαξεύω *lapides incido, polio*, hocque ex λᾶς, λᾶος, idem quod λᾶας, λάαος, *lapis, saxum*, et ξέω *polio, sculpo*. In N. T. tantum occurrit Luc. XXIII. 53. καὶ ἔθηκεν αὐτὸν ἐν μνήματι λαξευτῷ posuitque illud in monumento, exciso e solido lapide, seu, quod saxo incisum erat. Reperitur præterea hæc vox in versione Alex. Deut. IV. 49. ὑπὸ Ἀσηδὼθ τὴν λαξευτὴν, ubi in Hebraico est פִּסְגָּה *collis*. Conf. Salmasii Exercitt. ad Solinum p. 851. et Thom. M. Eclog. sub voce λατόμος.

ΛΑΟΔΙ'ΚΕΙΑ, είας, ἡ, *Laodicea*. Est nomen plurium urbium. Fuit enim Laodicea Cariæ, Phrygiæ, Mediæ et Mesopotamiæ. Quæ in N. T. libris commemoratur Laodicea, (v. c. Coloss. II. 1. IV. 13, 15, 16. Apoc. I. 11.) fuit urbs Asiæ minoris, metropolis Phrygiæ Pacatianæ, ad flumen Lycum sita, haud procul a Colossis, condita ab Antiocho, filio Stratonices, et in gratiam suæ uxoris Laodices Laodicea dicta. Ex hac civitate opulentissima Paulus priorem suam ad Timotheum scripsit epistolam. Anno Christi 66. terræ motu vastata est cum Hierapoli et Colossis. Vide Plin. H. N. V. c. 29. Cellarii Geogr. Ant. III. c. 4. § 59. p. 131 seq. Wetstenii N. T. T. II. p. 284. et Stosch. Syntagma Diss. VII. de totidem urbibus Asiæ in Apocalypsi p. 165 seq.

ΛΑΟΔΙΚΕΥ'Σ, έως, ὁ, *Laodicensis*, a Λαοδίκεια, quod vide. Legitur bis tantum in N. T. Coloss. IV. 16. Apoc. III. 14.

ΛΑΟ'Σ, οῦ, ὁ, Attice ΛΕΩ'Σ, ὠ, ὁ, 1) *populus, gens, natio*, seu multitudo hominum, quæ sub uno capite, seu principe uno degit. Luc. II. 31. Act. IV. 25. VII. 17, 34. Apoc. V. 9. καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους. ibid. VII. 9. ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ φυλῶν καὶ λαῶν καὶ γλωσσῶν. ibid. X. 11. XI. 9. XIV. 6. Speciatim ita dicitur *populus Israëliticus, natio*, s. *gens Judaica*. Luc. II. 10. ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ qui pertinet ad omnem populum Israëliticum. ibid. v. 32. Joh. XI. 50. coll. v. 51 et 52. Act. IV. 25. ubi λαοὶ positum est pro λαός. ibid. XXVI. 17. ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐθνῶν. 2) *multitudo*, vel *cœtus hominum, ex primoribus et plebe constans, quæ est de aliqua gente vel natione*. Matth. XXVII. 25. Luc. I. 10, 21. III. 21. VII. 1. VIII. 47. Act. III. 9, 12. IV. 2. V. 12, etc. Sic עָם Psalm. LXXIII. 10. 3) *plebs, vulgus, fæx populi*, quatenus a primoribus distinguitur. Marc. XI. 32. Luc. VII. 29. coll. v. 30. Act. II. 45. V. 26. 4) λαὸς Θεοῦ dicuntur in N. T. *qui sunt veri sectatores et cultores Dei*, speciatim autem *veri christiani*. Luc. I. 17. Act. XV. 14. XVIII. 10. διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ nam multi sunt in hac urbe, doctrinam meam amplexuri. Tit. II. 14. Hebr. II. 17. εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ad expianda peccata omnium, qui vera fide religionem christianam amplexi sunt. ibid. IV. 9.

ΛΑ'ΡΥΓΞ, υγγος, ὁ, *guttur, gula*, a λαρύσσω, h. e. ἀπολαύω, unde λαρύζειν, h. e. βοᾷν, et λαρυγγίζειν, h. e. τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν, descendit, Phavorino teste. Non videtur differre hæc vox a vocabulo φάρυγξ, nam partim grammatici veteres in discrimine harum vocum constituendo ipsi dissentiunt, (Thom. M. ἐστὶ δὲ φάρυγξ μὲν ἡ τῆς φωνῆς διέξοδος. λάρυγξ δὲ ἡ τῶν σιτίων εἴσοδος. Etym. M. λάρυγξ μὲν, δι' οὗ λαλοῦμεν καὶ ἀναπνέομεν, φάρυγξ δὲ, δι' οὗ ἐσθίομεν καὶ πίνομεν.) partim utramque vocem idem significare in glossariis veterum (v. c. Hesych. φάρυγξ· λάρυγξ, στόμα. Phavor. λάρυγξ καὶ φάρυγξ ταὐτό.) diserte traditur. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 38. 2) *os*, (Hesych. λάρυγξ· στόμα.) et per metonymiam: *sermo*, qui ex ore et faucibus prodit, ad imitationem Hebraici גָּרוֹן Psal. V. 10. et חֵךְ Prov. V. 3. et Cant. V. 16. ac VII. 10. ubi חֵךְ sponsæ comparatur vino optimo. Sic in N. T. legitur Rom. III. 13. τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν sepulcrum apertum est os eorum, h. e. calumniando et obtrectando alios lædunt, seu, sermones eorum sunt detestabiles et maxime perniciosi. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. VI. 5. λάρυγξ γλυκὺς πληθυνεῖ φίλους. Vulgatus: *verbum dulce* (sermo blandus et humanus) *multiplicat* (multos conciliat) *amicos*.

ΛΑΣΑΙ'Α, ας, ἡ, *Lasæa*. Nomen proprium urbis cujusdam maritimæ, insulæ Cretæ, quæ semel in N. T. commemoratur Act. XXVII. 8. ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λασαία. Sed corruptum plerisque hujus urbis nomen visum est, quia urbis Lasææ nuspiam fit mentio apud geographos, nisi *Lason* Plinii et *Lisson* Ptolemæi huc referre velis. Versio Vulgata pro Λασαία *Lasæa* habet *Thalassa*, quod improbatur ab Hieronymo, qui hujus loco ponit *Larea*. Beza vero pro *Lasæa* legendum putat *Elea*, quæ inter primarias Cretæ urbes a Plinio numeratur. Alii lectionem Ἄλασσα, quam unus codex et Syrus habent, præferunt.

ΛΑΤΟΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *lapides exscindo, excido ex lapicidina*, (quæ apud Græcos λατομία dicitur) etiam *lapides polio et quadro ad ædificandum*, (Antigon. c. 177.) a λατόμος *lapicida, qui lapides quadrat et polit ad ædificandum*, λιθοξόος, interprete Hesychio.) ex λᾶς *lapis* et τόμος *frustum abscissum*, hocque a præt. med. τέτομα, verbi τέμνω *incido, cædo, seco*.) Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXVII. 60. ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ posuitque in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Marc. XV. 46. ἐν μνημείῳ ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας in monumento, quod erat excisum ex petra. In versione Alex. respondet Hebraico חָצַב *exscidit, incidit, sculpsit*. Deut. VI. 11. Ies. XXII. 16. ὅτι ἐλατόμησας σεαυτῷ ὧδε μνημεῖον, et pro כָּרָה *fodit, effodit*, Exod. XXI. 33. Joseph. A. J. XII. 7. 6. Dion. Halic. Antiqu. p. 831. edit. Reisk. Thom. M. p. 571. et Phavor. λατομῶ· λίθον ξέω. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 542.

ΛΑΤΡΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *servitus, servitium*, cujuscunque sit generis et cuicunque præstetur, a λατρεύω *servio, famulor*. Hesych. δουλεία. Suid. ἡ ἐπὶ μισθῷ δουλεία. Sophocl. Ajac. 503. 2) *cultus religiosus, qui præstatur Deo O. M. isque Leviticus et externus*, ἡ νομικὴ ἱερουργία, ut a Theodoreto ad Rom. IX. 4. explicatur, quæ etiam Hebr. עֲבוֹדָה (quod *servitutem* et *ministe-*

rium proprie significat) vocatur, Exod. XII. 25, 26. XIII. 5. ubi Alexandrini voce λατρεία usi sunt. Sic legitur quoque in N. T. v. c. Rom. IX. 4. ὧν ἡ νομοθεσία καὶ ἡ λατρεία. Hebr. IX. 1. εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη δικαιώματα λατρείας. ib. v. 6. οἱ ἱερεῖς τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες. 1 Macc. I. 45. II. 19, 22. Etiam apud Græcos λατρεία de *cultu religioso* adhibetur, v. c. Platon. Phædr. 49. θεῶν εὐχὰς καὶ λατρείας. 3) *sacrificium, cujus oblatione cultus Deo præstatur*. Joh. XVI. 2. δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ credent, se Deo gratum sacrificium offerre. Syrus recte h. l. voce ܩܘܪܒܢܐ *oblatio* usus est. Alii vertunt: cultum Deo gratum se præstare existimet. Sensus parum mutatur. Rom. XII. 1. τὴν λογικὴν λατρείαν sacrificium spirituale, animo offerendum, quod Petrus 1 Ep. II. 5. πνευματικὴν θυσίαν vocat. Sæpius non legitur in N. T. Apud Græcos patres latissime patet λατρείας vocabulum, quippe quo designatur, *quidquid fit in honorem et cultum Dei*. Confer Suiceri Thes. Eccles. T. II. p. 215 seq. et Stolbergii Exercitt. Ling. Gr. p. 313 seq.

ΛΑΤΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *servio, famulor*, a λάτρις, ιος, ὁ, ἡ, *servus, famulus, qui mercede conductus alteri inservit*, quæ vox secundum nonnullos componitur ex λα, particula intensiva, quæ idem valet ac λίαν *valde*, et τρεῖν, i. e. φοβεῖσθαι, *timere, tremere*. Phavor. λατρεύειν Κυρίῳ· τὸ δουλεύειν. Λάτρις· ὁ ἐπὶ μισθῷ δουλεύων. Λάτρον (unde Latinis dicti sunt *latrones*, mercenarii milites, auctoribus Varrone, Festo et Servio.) γὰρ ὁ μισθός. Idem fere tradit Etym. M. Hesych. λατρεύει· ἐλεύθερος ὢν δουλεύει. — λατρεύω· δουλεύω. Xen. Cyrop. III. 1. 20. ἐγὼ μὲν κἂν τῆς ψυχῆς πριαίμην ὥστε μήποτε λατρεῦσαι ταύτην. Sophocl. Trachin. v. 35. (40.) ubi scholiastes λατρεύοντα interpretatur ὑπηρετοῦντα. 2) *colo religiose, cultu prosequor divino*, et speciatim ac κατ' ἐξοχὴν de *cultu divino externo eoque legali ac Levitico* usurpatur, ut adeo haud raro per *sacra facere, munere sacerdotali fungi, sacrificia offerre* reddendum sit, interdum vero de *vero Dei cultu interno* adhibeatur. Sic autem legitur in sequentibus locis: Matth. IV. 10. ubi cum voce προσκυνεῖν permutatur et λατρεύσεις vertendum est: religiose colito. Luc. I. 74. ἀφόβως λατρεύειν Θεῷ ita, ut libero usu sacrorum fruamur. ibid. II. 37. IV. 8. Act. VII. 7, 42. λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ ἱεροῦ. ibid. XXIV. 14. XXVI. 7. Rom. I. 25. καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα ac cultum religiosum præstiterunt rebus creatis, neglecto creatore. Philip. III. 3. οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες qui pura mente et integerrimo animo Deum colimus. 2 Tim. I. 3. ᾧ λατρεύω ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. Hebr. VIII. 5. οἵτινες λατρεύουσι qui munere sacerdotali funguntur. ibid. IX. 9. τὸν λατρεύοντα qui per sacerdotes sacrificia expiatoria offerebat, i. q. τὸν προσφέροντα τὰς θυσίας, seu τὸν προσερχόμενον, coll. X. 1. ibid. IX. 14. X. 2. XII. 28. δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ. ibid. XIII. 10. οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες sacerdotes et Levitæ. Apoc. VII. 15. XXII. 3. Eodem modo עָבַד *servivit* usurpatur partim de *cultu Dei religioso externo* et *sacrificiorum oblatione*, Exod. VIII. 16. coll. v. 21. ubi cum זָבַח permutatur, ibid. X. 24 et 7. ubi in codicibus versionis Alexandrinæ voces θύειν et λατρεύειν invicem permutantur; partim vero de *cultu Dei interno*. Deut. VI. 13. Malach. III. 18. Hesych. λατρεύειν· σέβω. Suid. λατρεύω· τὸ τιμῶ, αἰτιατικῇ, δοτικῇ δὲ ἐπὶ τοῦ θύω. Eurip. Electr. 131. et Iphig. Taur. 1115. 3) *exsequor alicujus voluntatem et mandata, voluntati alicujus satisfacio*. Act. XXVII. 23. ᾧ καὶ λατρεύω cujus minister sum et apostolus. Rom. I. 9. ᾧ λατρεύω ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ cujus voluntatem et mandata de propaganda inter homines doctrina christiana exsequor. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΑ'ΧΑΝΟΝ, ου, τὸ, *olus*, a λαχαίνω *fodio*. Legitur in N. T. Matth. XIII. 32. μεῖζον τῶν λαχάνων πάντων ἐστὶ maximum est omnium olerum. Marc. IV. 32. Luc. XI. 42. Rom. XIV. 2. λάχανα ἐσθίει ab omnis generis carnibus abstinet: ubi vid. Wetstenius. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini hac voce usi sunt pro יָרָק *olus*, 1 Reg. XXI. 2. Prov. XV. 17. et pro יֶרֶק *olus viride*, Gen. IX. 3. Ps. XXXVII. 2.

ΛΕΒΒΑΙ῀ΟΣ, ου, ὁ, *Lebbæus*. Est nomen apostoli J. C. qui etiam Θαδδαῖος vocabatur. Matth. X. 3. Nomen ipsum est incertæ originis. Hieronymus *corculum* interpretatus est, a לֵב *cor* illud derivans, cum Alberti Gloss. Gr. p. 15. Λεββαῖος· καρδία. At Lightfootus eum ita dictum putat a patria, oppido sc. *Lebba*, Galilææ maritimo, de quo Plinius in H. N. V. c. 19. videndus est.

ΛΕΓΕΩ'Ν, ῶνος, ὁ, ἡ, *legio*. Vox originis Latinæ, civitate Græca donata, a legendo, seu deligendo, quæ *turmam militum selectam* apud Romanos notabat. Legio apud Romanos non semper numero eosdem habuit milites, sed pro diversitate temporis illa mutata fuit et aucta, ut docuit Lipsius in libro de Milit. Roman. p. 60. et Marcellus Donatus ad Tacit. Annal. I. 31. Romulus legionem tribus peditum millibus et ducentis equitibus circumscripsit. Vide Plutarchum in Romulo. Crescente Romanorum potentia, maxime Servii Tullii temporibus, legio ad quater mille milites crevit, ut auctor est Dionysius Halicarnassensis. Polybii ævo quinquies mille milites continebat. Postea autem et maxime circa tempora Christi sex mille et duceni pedites, ac treceni equites legionem conficiebant. Confer Liv. XXIX. 24. Veget. II. 2. Hesych. λεγεών· πλῆθος στρατεύματος ἢ τάγματος ἐξ χιλιάδων ἑξακοσίων ἑξήκοντα ἕξ. Suid. λεγεών· ἑξακισχίλιοι στρατιῶται. Deinde vero generatim de *insigni multitudine, et magna copia* usurpatur. Matth. XXVI. 53. καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων ut sisteret mihi plus quam duodecim legiones angelorum: ubi vid. Wetstenius. 2) *dux, princeps*, ex usu Hebraici לִגְיוֹן quod est Latinum nomen *legio*, et in libris Talmudistarum haud raro de *uno homine* ita usurpatum exstat, ut *ducem, magistrum, principem* significet, auctore Buxtorfio in Lex. Talmud. sub h. v. Κατ' ἐξοχὴν ita dicitur in N. T. *dux, princeps geniorum malorum*, qui alio vocabulo Βεελζεβοὺλ, h. e. ἄρχων τῶν δαιμονίων appellatur. Ad hanc notionem referenda sunt loca Marc. V. 9, 15. Luc. VIII. 30. ubi sermo est de obsesso, qui se ducem et principem geniorum malorum profitebatur. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΕ'ΓΩ, fut. ἕξω, 1) proprie: *dico, loquor, dissero*, nec differt a voce λαλέω, ut supra jam ad hanc vocem observatum est. Matth. XI. 7. ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς λέγειν τοῖς ὄχλοις περὶ Ἰωάννου. ib. v. 17. Luc. I. 66, 67. III. 11. VII. 32, 33. etc. Joh. XVIII. 34. ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ λέγεις ταῦτα; tuane sponte tu hæcce dicis? ibid. XI. 56. ἔλεγον μετ' ἀλλήλων ita inter se dictitantes. ibid. XIII. 22, 24. λέγει

περί τινος innuere aliquem, seu, in mente habere aliquem. Act. XXVI. 1. λέγειν ὑπὲρ ἑαυτοῦ pro se dicere, oratione se defendere. Huc etiam referendæ sunt formulæ: a) λέγετέ μοι *dicite mihi*, h. e. *quæso vos! amabo vos!* Gal. IV. 21. formula eliciendi sententiam alicujus. b) σὺ λέγεις, formula concedentis et affirmantis, *recte, veritatem protulisti.* Matth. XXVII. 11. Marc. XV. 2. Luc. XXII. 70. ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐγώ εἰμι. ib. XXIII. 3. Joh. XVIII. 37. Confer Lightfooti Cent. Chorogr. Matthæo præfixa c. 82. qui attulit locum ex Talm. Hieros. Tract. Kilaim fol. 32. 2. *Dixerunt ipsi: num mortuus est Rabbi? respondet ille: vos dixistis.* c) ἀλλὰ λέγω pro ἀλλὰ λέγει τις (Conf. Pasor. in Gramm. Sacr. p. 229 seq.) *sed dicat aliquis;* formula objiciendi, persona prima pro tertia posita. Rom. X. 18, 19. Idem valet de formula λέγω οὖν Rom. XI. 1. d) λέγω δὲ *tenendum autem est, scitote autem;* formula connectendi et argumenti proferendi. Rom. XV. 8. Galat. IV. 1. V. 16. Eadem formula connectendi Herodotum aliquoties usum esse, docuit Raphelius in Annott. Herodoteis p. 516. Idem valet de formula τοῦτο δὲ λέγω Galat. III. 17. e) λέγειν ἐν ἑαυτῷ *cogitare, mente versare, animo secum reputare.* Luc. VII. 49. ἤρξαντο οἱ συνανακείμενοι λέγειν ἐν ἑαυτοῖς convivæ apud se ita cogitabant. Matth. III. 9. IX. 21. Luc. III. 8. Græci scriptores formulis λέγειν ἑαυτῷ, Antonin. VIII. c. 25. et λέγειν πρὸς ἑαυτὸν, ibid. c. 9. Epictet. c. 73. eodem sensu uti solent. Idem valet de formula λέγειν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Apoc. XVIII. 7. ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς λέγει. Respondet autem formulæ Hebraicæ אָמַר בְּלֵב Ps. X. 6 et 13. Confer J. Alberti Obss. Philol. p. 494. 2) *jubeo, ut aliquid dicatur, nuntio.* Matth. VIII. 6. coll. Luc. VII. 3 seq. Matth. XXVI. 18. ὁ διδάσκαλος λέγει magister tibi per nos nunciat. ibid. XXVII. 19. ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λέγουσα. Luc. VII. 6, 19, 20. XIX. 14. Joh. XI. 3. Act. XVI. 35. Apoc. II. 1. Ita quoque usurpatur אָמַר Jud. XI. 14, 15, 19. et 2 Sam. X. 5. Judith. III. 1. καὶ ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν ἀγγέλους λόγοις εἰρηνικοῖς, λέγοντες. 3) *clamo, voce intenta et elata utor, acclamo*, i. q. κράζω. Matth. XXVII. 29. λέγοντες, χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων acclamantes ei, salve rex Judæorum! coll. XXI. 9. Sic *dicere* apud Latinos pro *clamare*, v. c. apud Ovid. in Fast. IV. v. 456. "Me miseram! filia *dixit*, ubi es?" ubi codices nonnulli pro *dixit* habent *clamat*. Luc. XIX. 38. 4) per synecdochen: *narro.* Marc. I. 30. καὶ εὐθέως λέγουσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς. Luc. X. 17. Herodian. Lib. VII. extr. τὰ δὲ ἑπόμενα ἐν τοῖς ἑξῆς λεχθήσεται. Eurip. Phœn. v. 726 et 768. 5) *interrogo, quæstionem alteri propono, quæro*, i. q. ἐρωτάω et ἐπερωτάω, quibus verbis etiam Alexandrini Hebraicum אָמַר expresserunt, Exod. III. 13. et Genes. XXIV. 23. Matth. II. 1. coll. v. 2. ibid. IX. 28. λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς interrogabat eos Jesus. ibid. XIX. 3. λέγοντες αὐτῷ, coll. Marc. X. 2. ἐπηρώτησαν αὐτόν. Marc. XII. 14. λέγουσιν αὐτῷ. Syrus: ܘܫܐܠܘܗܝ *interrogabant eum.* Joh. V. 6. VI. 6. XIX. 9. 6) *respondeo.* Matth. IV. 10. IX. 28. Marc. VIII. 19. Joh. XXI. 15, 16, 22. Interdum notionem *fiduciæ* adjunctam habet, v. c. Matth. XIX. 20. ad imitationem Hebraici אָמַר quod Alexandrini per καυχᾶσθαι et παῤῥησιάζεσθαι reddiderunt Prov. XX. 9. 7) *rogo, oro*, i. q. ἐρωτάω. Hanc significationem inveniunt haud pauci interpretes in loco Marc. I. 30. καὶ εὐθέως λέγουσιν αὐτῷ περὶ αὐτῆς et statim deprecati sunt pro ea, coll. Luc. IV. 38. καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς. 8) *nomino, voco, appello*, i. q. ὀνομάζω. Matth. XXVI. 3. τοῦ ἀρχιερέως, τοῦ λεγομένου Καϊάφα pontificis, cujus cognomen Caiphas. ibid. v. 14 et 36. XXVII. 16, 33. Marc. XII. 37. XV. 7. Joh. XIX. 13, 17. Ephes. II. 11. Act. III. 2. Sic נֶאֱמַר pro נִקְרָא haud raro ponitur in V. T. v. c. Ies. IV. 3. Appian. Alex. de Bello Civ. Lib. I. p. 650. ἐς τὴν λεγομένην ἱερὰν ὁδὸν παρῆλθε. Xenoph. Anab. I. 8. 7. ubi pro λεγόμενα cod. Paris. habet καλούμενα. Hesych. λέγειν· ὀνομάζειν, Ἀττικοί. 9) *jubeo, præcipio.* Matth. XV. 5. ὑμεῖς δὲ λέγετε, vos contra præcipitis. Marc. VIII. 26. XI. 2. καὶ λέγει αὐτοῖς hisque mandatis eos instruxit. Joh. II. 5. Act. XV. 24. λέγοντες περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον. Rom. III. 19. ὅσα ὁ νόμος λέγει omnia, quæ præcipit lex Mosaica. ibid. VII. 7. Sequente particula negandi *interdicere, vetare* reddendum est, v. c. Matth. V. 34, 39. Rom. XII. 3. Huc etiam pertinet formula οὐδὲν τινὶ λέγειν. Joh. VII. 26. καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι nemine eum prohibente. Esther. III. 3. τί παρακούεις τὰ ὑπὸ τοῦ βασιλέως λεγόμενα; ubi in Hebraico est מִצְוַת. ibid. VIII. 14. Ælian. V. H. XIV. c. 38. ἔλεγε πρὸς Πελοπίδαν μὴ πρότερον ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἀγορᾶς ἡμέρᾳ, ubi vid. Perizon. Philostrat. Vita Apollon. III. c. 24. p. 114. extr. ὀμνύναι ἔφην αὐτοὺς δεῖν. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 310. 10) *doceo, trado.* Matth. X. 27. ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ doctrina a me vobis privatim tradita. ibid. XV. 5. XXIII. 16. Marc. VII. 11. XII. 18. οἵτινες λέγουσιν ἀνάστασιν μὴ εἶναι qui negant futuram mortuorum resurrectionem. Joh. XVI. 12. Act. I. 3. λέγων, accuratius eos edocendo. XIX. 4. Rom. III. 8. 11) *hortor, admoneo, moneo.* Matth. XXIII. 3. λέγουσι γὰρ καὶ οὐ ποιοῦσι hortantur alios, quæ facere ipsi detrectant. Galat. V. 16. 12) *promitto.* Matth. XIX. 28. ἀμὴν λέγω ὑμῖν certissime vobis spondeo et promitto. Ita אָמַר quoque usurpatur 1 Chron. XXVII. 23. Psalm. CXIX. 116. 13) *prædico, vaticinor, præsignifico.* Matth. II. 17. III. 3. IV. 14. Marc. X. 32. ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν. ibid. XV. 28. Luc. IX. 31. Joh. II. 22. ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς eum hoc prædixisse. 1 Tim. IV. 1. Apollod. III. c. 6. μάντεως λέγοντος. Confer Palairet. Obss. Philol. p. 265. et Arntzenium ad Sedulium p. 103. 14) *prædico, cum laude aliquid commemoro et extollo*, et ex adjuncto: *jacto.* Act. V. 36. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν qui se magnum hominem jactabat. Xenoph. Cyrop. I. 3. 9. Eurip. Æol. v. 46. τὴν δ' εὐγένειαν μή μοι λέγε ne mihi nobilitatem generis jacta. Ephes. II. 11. ἡ λεγομένη ἀκροβυστία Judæi, qui se appellant quidem circumcisos, quanquam non vere sunt. 15) *affirmo, assevero, pro certo dico.* Mat. V. 20. VI. 29. XI. 22, 24. Marc. XIV. 31. 16) *suadeo, consilium do.* Act. V. 38. καὶ τὰ νῦν λέγω ὑμῖν quod igitur attinet ad rem præsentem, auctor vobis sum. ib. XXVII. 11. τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις, coll. v. 9. παρῄνει ὁ Παῦλος. 17) *explico, interpretor*, i. q. ἑρμηνεύω. Matth. XXVII. 33. ὅ ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος quod verbum Græce locum calvariæ significat. Joh. IV. 25. XI. 16. Θωμᾶς, ὁ λεγόμενος Δίδυμος Thomas, quod est, si interpreteris, Didymus, s. gemellus, i. q. μεθερμηνευόμενος Ἑλληνιστὶ Δίδυμος λέγεται. ibid. XX. 16, 24. Hebr. V. 11. 18) *innuo, dictis significo, oratione aliquem designo, respicio*, mit worten auf jemanden

deuten oder zielen, *to describe in words or point out any one.* Joh. VI. 71. ἔλεγε δὲ τὸν Ἰούδαν Σίμωνος Ἰσκαριώτην innuit autem Judam Iscariotem. 1 Cor. I. 12. λέγω δὲ τοῦτο hoc volo, seu, scilicet. (Longin. de Sublim. IX. 1.) Joh. VIII. 27. 1 Cor. X. 29. XIV. 16. 2 Tim. II. 7. νόει ἃ λέγω. Sic *dicere* apud Latinos, v. c. Cic. de Fin. V. 3. Ælian. V. H. III. 36. τοὺς συκοφάντας λέγων. Conf. etiam Valckenar. ad Herodot. VII. 144. 19) non semper de viva voce usurpatur, sed de omni ratione aliquid *declarandi, significandi* et *testandi*, et inprimis de *litteris scriptis* adhibetur. Matth. IV. 17. φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα κ. τ. λ. tonitru, quod e cœlo audiebatur, eum filium Dei declarabat. ibid. XXVIII. 18. Luc. I. 63. ἔγραψε λέγων scripsit hunc in modum. ibid. III. 4. 1 Cor. X. 15. ὡς φρονίμοις λέγω intelligentibus hæc scripsi. Phil. IV. 11. Huc etiam pertinent formulæ: διὸ λέγει, λέγει γάρ, scil. ἡ γραφή, aut ὁ Θεός, *ita enim traditum legitur in litteris sacris, testatur scriptura sacra.* 2 Cor. VI. 2. Gal. III. 16. Ephes. IV. 8. V. 14. Hebr. I. 6. Prætermissum autem esse nomen τῆς γραφῆς, constat ex 1 Tim. V. 18. ubi additur ἡ γραφή. — Joseph. A. J. XIII. 4. 1. Πτολεμαῖος ἀντιγράφει λέγων. Alex. 2 Reg. X. 1 et 6. Theoph. Char. XXIII. 2. γράμματα λέγοντα. Eurip. Hippolyt. v. 865. ἰδοὺ τί λέξαι δέλτος ἥδε μοι θέλει. Conf. Kuhnium ad Pausan. II. 27. p. 173. 20) *cogito*, ita, ut omissa sint verba ἐν ἐμαυτῷ, vel ἐν τῇ καρδίᾳ μου. Luc. I. 24. λέγουσα ita enim secum cogitabat. Matth. VI. 31. XII. 44. Marc. V. 28. Luc. V. 39. XVII. 10. Ita quoque adhibetur אָמַר 2 Sam. XXI. 16. 2 Chron. XXVIII. 10. 21) *puto, existimo, sentio, statuo.* Matth. XIV. 26. λέγοντες ὅτι φάντασμά ἐστι opinantes, spectrum esse. Joh. IX. 17. σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ; quid tu vero de eo sentis et statuis? ibid. XI. 31. Act. X. 28. μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον. ibid. IV. 32. Jacob. I. 13. Formula τὸ αὐτὸ λέγειν, quæ 1 Cor. I. 10. legitur, significat: *concordem esse, consentire.* Verba sunt: ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, h. e. ut sit inter vos summus animorum consensus; nam sequitur: καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 298. 22) *eligo, constituo, præficio.* Hebr. VII. 11. καὶ οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν λέγεσθαι ut eligeretur alius sacerdos, Aaroni non similis. Hesych. λέγεσθαι· ἐκλέγεσθαι. 23) λέγομαι *sum*, per metonymiam consequentis. Hebr. XI. 24. ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραὼ noluit esse filius filiæ Pharaonis. 24) cum aliis verbis conjunctum haud raro plane abundat, interdum tamen commode verti potest: *hisce verbis usus, additis verbis, hoc modo,* v. c. Matth. IX. 29. ἔκραξαν λέγοντες. ibid. v. 31. παρεκάλουν αὐτὸν λέγοντες. ibid. XII. 38. XXV. 37, 44, 45. ἀπεκρίθησαν λέγοντες. 25) interdum omittitur, v. c. Matth. II. 18. ubi ante ὅτι οὐκ εἰσὶ supplendum est λέγουσι, coll. Genes. XXXVII. 35. Marc. X. 7. Act. III. 6. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζαραίου, scil. λέγω σοι. ibid. VIII. 34. post δέομαί σου supple λέγε μοι. Rom. III. 8. καὶ μή, scil. λέξωμεν. Similem hujus verbi ellipsin reperimus apud Anton. Liberal. c. 11. ubi ante verba ὅτι πλέον ἀλλήλους Ἥρας καὶ Διὸς φιλοῦσιν supplendum est λέγοντες. Diog. Laërt. I. c. 10. VI. c. 2. Exempla e Latinis scriptoribus collegit Perizon. ad Sanctii Minervam IV. c. 5.

ΛΕῙΜΜΑ, τος, τό, *residuum, reliquiæ,* (Plutarch. T. VI. p. 289. ed. Reisk.) et ex adjuncto: *pars exigua,* i. q. κατάλειμμα, a prima pers. perf. pass. λέλειμμαι, verbi λείπω *desum, deficio, linquo.* In N. T. tantum legitur Rom. XI. 5. οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν ita nunc pauci quidam Judæorum pro benignitate Dei amplectentur religionem christianam, coll. cap. IX. 27. τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. Plutarch. T. X. p. 227. ed. Reisk. Hesych. λεῖμμα· ὑστέρημα. Suid. λεῖμμα· κατάλειμμα. Alexandrini usi sunt hac voce pro שְׁאֵרִית *residuum, reliquiæ,* 2 Reg. XIX. 4. Pro Hebraico שָׂרִיד idem est apud Aquilam Deut. II. 34. III. 3. Adde Sam. Petiti Varias Lectt. c. 6.

ΛΕῙΟΣ, λεία, λεῖον, *lævis, planus, æquus, æquabilem habens superficiem,* et opponitur τῷ τραχύς. In N. T. tantum legitur Luc. III. 5. καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας et aspera loca redigantur in plana, coll. Ies. XL. 4. Hebr. לְבִקְעָה. Ælian. V. H. III. 1. Xenoph. Anab. IV. 1. Homer. Od. κ', 103. λείην ὁδόν. Aristot. H. A. IX. 37. de polypo: πορεύεται δὲ ἐπὶ τοῦ τραχέος, τὸ δὲ λεῖον φεύγει. Hesych. λείας· ὁμαλάς, εὐθείας. Suid. λεῖον· τὸ ὁμαλόν, τὸ πρᾷον.

ΛΕῙΠΩ, fut. λείψω, 1) *linquo, relinquo, desero.* Xenoph. de Mag. Equit. II. 8. ὅτι αἰσχρὸν λιπεῖν τὴν τάξιν turpe est deserere aciem. 2) *desum, deficio, absum.* Luc. XVIII. 22. ἔτι ἕν σοι λείπει adhuc unum tibi deest. Tit. I. 5. ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ ut, quæ desint, corrigeres. Sap. XIX. 4. ἵνα τὴν λείπουσαν ταῖς βασάνοις προσαναπληρώσωσι κόλασιν. Tim. III. 13. ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ ne quid illis desit. Passivum λείπομαι *destituor, egeo, indigeo,* construitur cum genitivo rei, vel cum dativo, interveniente præpositione ἐν. Jacob. I. 4. ἐν μηδενὶ λειπόμενοι nulla re destituti. ibid. v. 5. εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας si vero quis vestrum destituitur sapientia. ibid. II. 15. λειπόμενοι τῆς ἐφημέρου τροφῆς quotidiano victu destituti, qui etiam a Justino M. Dial. c. Thryph. Jud. p. 98. ed. Paris. οἱ λειπόμενοι dicuntur. Sæpius non legitur in N. T. Conf. de hac voce (quam etiam illustravit Heisenius in Novis Hypothesibus ad Epistolam Jacobi p. 363 seq.) Krebs. in Obss. Flav. p. 394. qui bene monuit, proprie λείπεσθαι et ἀπολείπεσθαι de *cursoribus* dici, *qui, in stadio certaturi, corporis viribus pedumque celeritate destituti, ab adversariis relinquuntur et superantur,* (conf. Faber in Agonist. III. 16.) interdum etiam apud Græcos ad *eos* transferri, *qui in judiciis causa cadunt.* Suid. λειπόμεθα· ἡττήμεθα.

ΛΕΙΤΟΥΡΓΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, generatim: *reipublicæ vel operam vel pecuniam præsto, publicum munus administro, ministro, publicam præsto operam.* Nam descendit a λεῖτος, vel λειτός, quod est idem, quod λήϊτος, *publicus,* i. q. δημόσιος (Schol. Demosthen. ad Orat. contra Leptinem p. 143. λεῖτον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι ἐκάλουν.) et ἔργον *opus.* Conf. Wetstenius N. T. T. I. p. 650 seq. Hinc tribuitur in N. T. sacerdotibus Leviticis, qui Hebr. X. 11. dicuntur καθ' ἡμέραν λειτουργοῦντες cotidie cultu ecclesiastico et sacro fungentes. De cultu divino externo nonnullorum ecclesiæ christianæ doctorum adhibetur Act. XIII. 2. λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ καὶ νηστευόντων qui cum Deum colerent (Syrus ܡܫܡܫܝܢ *precarentur*) et jejunarent. Etiam in V. T. vox λειτουργεῖν frequenter de Levitis et sacerdotibus Judæo-

rum eorumque ministerio sacro ad imitationem Hebraici שָׁרֵת adhibetur, v. c. Deut. X. 8. παρεστάναι ἔναντι Κυρίου λειτουργεῖν. ibid. XVII. 12. 2 Paral. V. 12. Joël. I. 9. οἱ λειτουργοῦντες τῷ θυσιαστηρίῳ. Sirac. XLV. 20. λειτουργεῖν αὐτῷ ἅμα καὶ ἱερατεύειν. Synecdochice et speciatim hæc vox de *iis* in N. T. usurpatur, *qui reipublicæ prosunt suis opibus*, inprimis eleemosynis exhibendis. Sic legitur in N. T. Rom. XV. 27. ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς debent etiam hi in rebus externis illorum commodis inservire suis opibus, coll. 2 Cor. IX. 12. Hoc sensu λειτουργεῖν ταῖς οὐσίαις apud Aristotelem Polit. Lib. IV. occurrit (quem locum inter alia observavit Suicer. in Thesaur. Eccles. T. II. p. 219.) et λειτουργεῖν nude positum de *iis*, *qui levant publicam inopiam*, adhibetur a Xenoph. Mem. II. 7. 6. Docta est de hoc verbo disputatiuncula apud Casaub. in Exercitt. Antibar. XVI. § 41. et Deylingium Obss. Sacr. P. I. p. 144. Hesych. λειτουργεῖν· μοχθεῖν, δουλεύειν. Nonnulli volunt scribi per η, sed vide Pierson. ad Mœrin p. 252. et Valckenar. ad Ammonium p. 144.

ΛΕΙΤΟΥΡΓΙ'Α, seu, ut etiam scribitur, ληιτουργία, (conf. de orthographia hujus vocis Piersonum ad Mœrin Atticistam sub λειτουργεῖν et Valckenarii Lectt. Ammon. p. 144 seq.) ας, ἡ, apud Græcos generatim *omne munus et negotium publicum* notat, *quod suscipitur reipublicæ causa*, inprimis vero *sumtus*, *quibus respublica adjuvatur*, *pecuniam*, *quæ ad usus publicos adhibetur*, v. c. instruendis navibus, alendis militibus, sustentandis pauperibus, etc. Hinc in N. T. libris transfertur a) ad *munus publicum Levitarum et sacerdotum Judæorum*. Luc. I. 23. ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ peracto tempore ministerii sui. Hebr. IX. 21. πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας omnia vasa, quæ in cultu Dei Levitico adhibebantur. b) ad *munus sacerdotale Christi*. Hebr. VIII. 6. νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτευχε λειτουργίας nunc vero eo præstantius munus sacerdotale consecutus est. c) ad *munus religionem christianam tradendi*, *munus apostolicum*, cujus administratio Philip. II. 17. λειτουργία τῆς πίστεως vocatur. d) ad *pecuniam collectam in usus pauperum christianorum*. 2 Cor. IX. 12. ἡ διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης. Conf. supra sub διακονία. e) ad *officium* denique *humanitatis et beneficentiæ*, quod ab Epaphrodito Paulo, Philippensium nomine, præstabatur. Phil. II. 30. ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας ut vestras partes ageret in officiis humanitatis et beneficentiæ mihi præstandis. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico עֲבוֹדָה *ministerium*, Exod. XXXVIII. 21. 2 Chron. VIII. 14. XXXI. 2. מְלָאכָה *opus*, *functio*, 1 Chron. XXVI. 30. et Chald. פָּלְחָן *ministerium*, *cultus*, *opus*, Esr. VII. 19. Adde 2 Chron. XXXI. 4. ὅπως κατισχύσωσιν ἐν τῇ λειτουργίᾳ οἴκου Κυρίου. Suid. λειτουργίας· ὑπηρεσίας. Idem: λειτουργία· κυρίως ἡ δημοσία ὑπηρεσία.

ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΚΟ'Σ, ἡ, ὀν, *ad publicum ministerium pertinens*, *muneri et negotio publico destinatus*, *utilitati reipublicæ inserviens*. Ex eodem themate. Semel legitur in N. T. Hebr. I. 14. οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα; nonne omnes angeli sunt ministri Dei? Sequitur: εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. In versione Alex. reperitur pro שָׁרֵת *ministerium*, Num. IV. 12. 2 Chron. XXIV. 14. עֲבוֹדָה Num. IV. 26. VII. 5. et omne notat, quod ad ministerium Leviticum et cultum Dei publicum apud Judæos pertinebat. Hesych. λειτουργικάς· ἱερατικάς. Phavor. et Lex. MS. Brem. λειτουργική· κυρίως μὲν ἡ ἱερατική, καταχρηστικῶς δὲ ἡ δουλικὴ καὶ ὑπηρετική.

ΛΕΙΤΟΥΡΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, vi etymologiæ generatim *omnem* notat, *qui munere publico fungitur et reipublicæ commodis inservit ullo aliquo modo*. Speciatim autem apud Græcos λειτουργοὶ dicebantur homines, qui vel a propria tribu vel universo populo publicos quosdam cultus peragere, vel propriis sumtibus reipublicæ necessaria suppeditare, et necessitate ita postulante omnia onerosissima et molestissima officia in republica subire, facultates suas, immo et vitam ac sanguinem, ad remp. augendam, ornandam, juvandam subministrare cogebantur. Quia autem hoc munus erat gravissimum et onerosissimum, λειτουργοὶ non solum ex ditissimis civibus eligebantur, sed etiam institutum erat, ut plures et singulis annis alii eligerentur, qui humeros huic oneri gravissimo supponerent. Vide Pot. Archæol. Gr. I. c. 15. p. 82. ed. Venet. et Polluc. Onom. VIII. 10. s. 117. Hinc in N. T. tribuitur a) *apostolis et præconibus doctrinæ christianæ*, v. c. Paulo, Rom. XV. 16. εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τὰ ἔθνη. b) *magistratibus politicis*, qui ministeria publica obeunt et salutem reipublicæ tuentur. Rom. XIII. 6. λειτουργοὶ Θεοῦ εἰσὶ magistratus sunt, a Deo constituti, coll. v. 2 et 4. ubi Θεοῦ διάκονοι dicuntur. c) *iis*, *qui aliorum commodis inserviunt*, *beneficentiæ et pietatis officiis præstandis*, v. c. Epaphrodito. Phil. II. 25. λειτουργὸν τῆς χρείας μου meisque vitæ necessitatibus servientem, seu sublevantem me in captivitate. d) *angelis*, quatenus mandata Dei exsequuntur et hominum utilitati inserviunt. Hebr. I. 7. coll. v. 14. Hebræi similiter angelos frequenter מלאכי השרת appellant. Vide Jac. Cappelli Notas p. 117. et Hottinger. ad Discursum Gemaricum de Incestu p. 35. e) *Christo* denique, ob munus sacerdotale, quo fungitur. Hebr. VIII. 2. ubi τῶν ἁγίων λειτουργὸς, h. e. sacerdos summus templi cœlestis vocatur. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. λειτουργός· ὑπηρέτης.

ΛΕ'ΝΤΙΟΝ, ου, τό. Vocabulum Hellenistarum, quod natales suos Latio debet et generatim *linteum* notat. Receptum etiam est in Hebræorum linguam, ubi לינטית et לונטית vocatur. Κατ' ἐξοχὴν ita dicebatur *genus vestis durioris*, *e lino factæ*, *quo servi apud veteres cincti erant*, *opus manuarium perfecturi*, aut *linteum*, *quo se servi præcingebant*. Sueton. Calig. c. 26. In N. T. bis tantum legitur Joh. XIII. 4, 5. de linteo, quo succinctus Christus discipulorum pedes lavabat, (quod σάβανον vocatur a Clemente Alex. Pædag. II. 3. ubi vid. Potterus, et Herma Pastore Lib. III. Simil. 8. c. 4. ubi conf. Cotelerium.) servos in hac re imitatus, qui, sine pallio, aut alia veste exteriori linteo succincti, dominis suis ministrabant. Syrus reddidit ܡܫܘܢ, et recte, nam Græci quoque ejusmodi lintea vocabant σινδόνας, quia ex lino Pelusiaco solebant esse contexta. Cf. Phædr. II. 5. Casauboni Exercitt. Antibar. p. 437. Ol. Celsii Hierobotan. T. II. p. 93 seq. et Saubertum de Sacrificiis p. 168. Hesych. λέντιον· περίζωμα ἱερατικόν. Etymol. M. 560, 36.

ΛΕΠΙ'Σ, ίδος, ἡ, *squama, cortex, putamen*, etiam *lamina*, et generatim *omne extremum rei, quod detrahitur, aut detrahi potest, omne, quo quid inductum est*, a λέπω, quod Græcis est *cutem, corticem, putamen*, vel *squamam detraho, decortico*. Herodot. VII. c. 61. λεπίδος σιδηρέης ὄψιν ἰχθυοειδέος, ubi vid. Valckenar. Polyb. X. 27. 10. λεπὶς χρυσῆ lamina aurea, qua quid obductum est. Adde Num. XVI. 38. Levit. XI. 9, 10. Deut. XIV. 9. In N. T. semel tantum de oculorum morbo et vitio (quod a Græcis λεύκωμα *albugo* vocatur Tob. II. 9. VI. 10.) usurpatur Act. IX. 18. καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες et statim deciderunt ab oculis ejus quasi squamæ. Tob. XI. 13. καὶ ἐλεπίσθη ἀπὸ τῶν κανθῶν τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τὰ λευκώματα. Conf. Foësii Œcon. Hipp. p. 230. Mœris: λοπίδες, Ἀττικῶς· λεπίδες, Ἑλληνικῶς. Idem tradit Schol. Aristoph. ad Vesp. 785. Gloss. Vet. apud Labbæum: λεπὶς, ὄφεως ἢ ἰχθύος, *squama*. Id. λεπὶς, ἀργύρου ἢ χαλκοῦ, *lamina*.

ΛΕ'ΠΡΑ, ας, ἡ, *lepra*, scabierum maxima lues, quæ cutem maximo pruritu exasperat, depascit et in quasdam quasi squamas resolvit. Est idem illud cutis vitium, quod a Græcis ἐλεφαντίασις, ab Hebræis צָרַעַת Levit. XIII. 2 seq. XIV. 3 seq. Deut. XXIV. 8. et ab Arnobio, Seneca aliisque Latinis scriptoribus *vitiligo* vocatur. Nomen habet aut a λεπὶς *squama*, aut a λεπρόω *scabrum reddo*. Cf. præter Celsum III. 25. et V. 19. Murray Historiam Lepræ, quæ adjuncta est ejus libello de Vermibus in lepra obviis. Gœt. 1749. 8. et Schilling. Commentationem de Lepra. Lugd. B. 1778. 8. Matth. VIII. 3. καὶ εὐθέως ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα et statim ille mundatus fuit a sua lepra, per hypallagen. Marc. I. 42. εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέπρα. Luc. V. 12. ἀνὴρ πλήρης λέπρας. ibid. v. 13. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. λέπρα· πάγος τῆς ἐπιφανείας τοῦ σώματος. Gloss. λέπρα, *lepra, depetigo*.

ΛΕΠΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *scaber, asper*. A λέπος, εος, τὸ, *cortex, liber:* item *squama*. Hinc λεπρὸς quasi λεπιρὸς *cujus cutis in scabras quasdam squamulas resolvitur*. 2) *leprosus, qui fœda scabie, cutem depascente, laborat*, qui Hebr. צָרוּעַ Levit. XIII. 44, 45. XIV. 3. et מְצֹרָע 2 Sam. III. 29. 2 Reg. V. 5. vocatur. Matth. VIII. 2. X. 8. XI. 5. Marc. I. 40. XIV. 3. Luc. IV. 27. VII. 22. XVII. 12. 3) *qui a lepra sanatus est, qui quondam leprosus fuit*. Matth. XXVI. 6. Σίμωνος τοῦ λεπροῦ Simonis, a lepra curati. Gloss. vetus: λεπρὸς, *leprosus, depetiginosus*.

ΛΕΠΤΟ'Σ, ἡ, ὀν, *tenuis, subtilis, exiguus, parvus*. Thucyd. II. c. 49. τῶν πάνυ λεπτῶν ἱματίων καὶ σινδόνων. ibid. c. 83. τὰ λεπτὰ πλοῖα. — Λεπτὸν, οῦ, τὸ, subintellige νόμισμα, vel νομισμάτιον, (quod addit Pollux Onom. IX. s. 92.) vel κέρμα, (quod addit Alciphron. I. Ep. 9.) est minutum quoddam numi ærei genus, quorum octo valebant assem; nam λεπτὸν erat dimidia pars quadrantis; quadrans quarta pars oboli; obolus vero sexta pars drachmæ, et drachma octava pars imperialis thaleri. Conf. Pollucis Onom. IX. 6. Eisenschmid. de Ponderibus et Mensuris p. 50. J. H. Maii Obss. SS. Lib. IV. pag. 134. Gronov. de Pecunia Vetere p. 437. et Salmasium de Fœnore Trapezitico pag. 481. Marc. XII. 42. ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. Luc. XII. 59. τὸ ἔσχατον λεπτὸν ultima minimi portio numi, ubi in loco parallelo Matth. V. 26. τὸν ἔσχατον κοδράντην legitur. ibid. XXI. 2. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΕΥΙ', vel ΛΕΥΙ'Σ, ὁ, accus. Λευΐν. *Levi*. Nomen viri Hebraicum לֵוִי, a לָוָה *adhærere, adjungi, copulari*. 1) *Primus*, qui ita dictus est, fuit *tertius filius patriarchæ Jacobi ex Lea uxore*. Hæc enim, cum hunc filium peperisset, dixit Gen. XXIX. 34. in posterum suaviter mihi adhærebit (יִלָּוֶה) maritus meus, quia jam tres filios ei enixa sum. Propterea vocavit nomen ejus Levi. Hebr. VII. 5, 9. Apoc. VII. 7. Postea etiam aliis tribui cœpit, v. c. 2) *filio Melchi*. Luc. III. 24. 3) *filio Simeonis*. ibid. ver. 29. 4) *filio Alphæi*, cognomine *Matthæo*, qui postea ad apostolatum vocatus fuerat. Luc. V. 27, 29. Marc. II. 14. Alberti Gloss. Gr. pag. 41. Λευεί· προσκείμενος. In Bibliotheca Bremensi Cl. V. Fasc. III. p. 475 seq. extat: *Disquisitio, qua ostenditur, Levi, a Christo ad apostolatum vocatum, non, ut vulgo putatur, Matthæum, sed Judam Thaddæum esse*. Conf. et J. F. Frischii D. Epist. de Levi cum Matthæo non confundendo. Lips. 1746. 4.

ΛΕΥΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *Levita*, ex tribu Levi natus, a Λευὶ *Levi*. Synecdochice Levitæ, seu filii et posteri Levi accipiuntur modo pro sacerdotibus, qui oriundi erant e tribu Levi, modo et quidem frequentius pro reliquis, ex hac tribu oriundis, qui erant sacerdotum socii et ministri in cultu Dei publico obeundo et viliora in templo ministeria, qualia erant vigiliæ, purgatio vasorum sacrorum et templi et alia hujusmodi, peragebant. Ab ἱερεῦσι distinguuntur Luc. X. 32. coll. v. 31. Joh. I. 19. Act. IV. 36. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΕΥΙΤΙΚΟ'Σ, ἡ, ὀν, *Leviticus, Levitis conveniens, tributus et concessus, ad Levitas pertinens*. Semel legitur in N. T. Hebr. VII. 11. διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης per Leviticum sacerdotium.

ΛΕΥΚΑΙ'ΝΩ, futur. ανῶ, *dealbo, candidum reddo*, a λευκὸς *albus, candidus, serenus*. Bis tantum legitur in N. T. Marc. IX. 3. οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι ita, ut fullonum nullus ita album colorem inducere potuisset. Apoc. VII. 14. ἔπλυναν καὶ ἐλεύκαναν τὰς στολὰς αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου lavarunt et dealbarunt stolas suas per sanguinem agni, h. e. ita lavarunt, ut jam totæ candicent. In versione Alex. respondet Hebraico הִלְבִּין *dealbavit, candidum reddidit*. Psal. LI. 9. Ies. I. 18. Joël I. 7. Hom. Odyss. XII. 72. Eur. Iph. Aul. 157.

ΛΕΥΚΟ'Σ, ἡ, ὀν, 1) *albus, candidus, nitens*. Matth. V. 36. οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι non potes vel unicum capillum album aut nigrum facere, aut: cum non possis unum capillum ex albo nigrum facere. Admodum enim vero simile est, conjunctionem ἢ præter fas et æquum irrepsisse, et auctoritate codicis unius, (quem laudat Wetstenius) Chrysostomi et versionis Persicæ expungendam esse. Vide Wakefield. Silvam Criticam P. II. p. 9 seq. ibid. XVII. 2. τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς et vestitus ejus candidus ac fulgurans erat sicut sol. ibid. XXVIII. 3. λευκὸν ὡσεὶ χιὼν candorem nivis habebat. Marc. IX. 3. XVI. 5. στολὴν λευκὴν, coll. Luc. XXIV. 4. ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις. Luc. IX. 29. Joh. XX. 12. ἐν λευκοῖς, scil. ἱματίοις. Act. I. 10. Apoc. I. 14. II. 17. III. 4, 5, 18. IV. 4. VI. 2. ἵππος λευκὸς (erant equi albi ducum in prœlio, (Herodot. IX. 62.) utebantur iis quoque imperatores in pompa triumphali. Vide Servium ad Æn. III. 537. et Wetstenii N. T. T. II. p. 770.) ib. v. 11. VII. 9, 13. XIV. 14. XIX.

11, 14. XX. 11. Dan. VII. 9. τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν (חִוָּר) ὡσεὶ χιών. Gen. XLIX. 12. Ælian. V. H. XII. 1. Hesych. λευκόν· τὸ λαμπρόν. Idem: λευκά· φαιδρά, λαμπρά. De fluviis limpidis et pellucidis usus quoque est hac voce Callim. Hymn. in Jov. v. 19. 2) *albicans, flavescens, e flavo albus*, et usurpatur de colore albo, qui ad aliquam flavedinem accedit. Sic de segetibus maturis legitur Joh. IV. 35. λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν segetes jam flavescunt ad messem. Virgil. Eclog. IV. 25. flavescet campus arista. Idem Georg. I. 396. Theophr. Hist. Plant. VIII. 4. Homer. Od. δ', 104. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΕ'ΩΝ, όντος, ὁ, 1) *leo*, a λάω, vel λεύω *video*, quia est acutissimi visus, quam ob causam etiam ab Hebræis אַרְיֵה dicitur, a רָאָה *vidit*. Hebr. XI. 33. ἔφραξαν στόματα λεόντων obturarunt ora leonum. 1 Petr. V. 8. ὡς λέων ὠρυόμενος tanquam leo rugiens. Confer Suicer. Thesaur. Eccles. T. II. p. 232. Apoc. IV. 7. IX. 8, 17. ὡς κεφαλαὶ λεόντων, h. e. jubam horrendam effundebant, leonum instar. ibid. X. 3. ὥσπερ λέων μυκᾶται. ibid. XIII. 2. 2) metaphorice: *truculentus et sævus hostis*. 2 Tim. IV. 17. ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος, ubi ex plerorumque interpretum (Theodoreti, Œcumenii, Theophylacti, Chrysostomi Homil. X. in hanc Epistolam, Eusebii H. E. II. c. 22. Hieronymi in Jerem. c. XVI. p. 303.) sententia *Nero* voce leonis indicatur, ex usu loquendi Græcorum, qui homines, leonina crudelitate præditos, leones appellare consueverunt. Conf. Eurip. Orest. v. 1403. et Josephum A. J. Lib. XVIII. c. 10. § 4. p. 499. Etiam in sacris litteris tyranni *leones* vocantur, v. c. Nahum. II. 12. Prov. XXVIII. 15. Esth. XIV. 9. Conf. Wetstenii N. T. T. II. pag. 366. 3) *potentissimus, rex*. Leo enim est rex animalium. Hinc Apoc. V. 5. Messias ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ φυλῆς Ἰούδα dicitur, ob summam scil. ejus dignitatem ac potentiam, qua de omnibus suis adversariis victoriam reportavit. Jacobus in vaticinio Genes. XLIX. 9. ipsum Judam, tribus progenitorem, cum leone comparaverat, et leonis symbolum tribus Judæ vexillo intextum erat. Aliam hujus appellationis causam tradit Chrysostomus Homil. 97. T. V. pag. 644. καλεῖ ἡ γραφὴ τὸν Σωτῆρα, λέοντα διὰ τὸ ἐκ βασιλικῆς εἶναι φυλῆς· ὥσπερ γὰρ τῶν τετραπόδων ὑπάρχει βασιλεὺς ὁ λέων, οὕτω καὶ τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσεν ἡ Ἰούδα φυλή, ἐξ ἧς ὁ Σωτὴρ ἀνέτειλε, κ. τ. λ. Isidorus Pelusiota Lib. II. Ep. 175. pag. 208. dicit, Christum vocari leonem ob regiam dignitatem et invictum robur, κατὰ τὸ βασιλικὸν καὶ ἄμαχον.

ΛΗ'ΘΗ, ης, ἡ, *oblivio*, a λήθω *lateo*, λήθομαι *obliviscor*. Formula λήθην λαμβάνειν *oblivisci, oblivione capi*, et ex adjuncto: *negligere, contemnere, perdere, amittere*, i. q. ἀμελεῖν, (Hesych. λήθη· ἀμέλεια.) semel legitur in N. T. 2 Petr. I. 9. λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ (ἀπὸ) τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν oblitus est liberationem a peccatis, quæ olim commisit, h. e. repetit pravitatem priorem. Alii reddunt: *vim baptismi amisit*, seu, nihil ei prodest baptismo lavatum et a peccatis ablutum esse, et in auxilium vocant locum Gen. XLI. 30. ἐπιλήσονται τῆς πλησμονῆς τῆς ἐσομένης ἐν Αἰγύπτῳ, h. e. nihil iis proderit fertilitas, quæ in tota Ægypto erit. Aliis vero interpretibus sententia hæc inesse videtur: *non amplius baptismo ad sanctam vitæ rationem se commotum sentit*. De ipsa formula λήθην λαβεῖν, (Ælian. V. H. III. 18. H. A. IV. 35. Joseph. A. J. II. 9. 1.) pro qua alias λήθην ποιεῖσθαι, (Herodot. I. 127.) λήθην ἔχειν, μνήμην οὐ λαμβάνειν, λήθεσθαι, ἐπιλανθάνεσθαι ponitur, lectu digna habet Krebsius in Obss. Flav. p. 404.

ΛΗΚΕ'Ω, vide ΛΑΚΕ'Ω.

ΛΗΝΟ'Σ, οῦ, ὁ et ἡ, 1) proprie: *torcular, calcatorium, lacus*, seu *vas amplum, quod habet prelum, in quo uvæ, a vilibus desectæ, conjiciuntur, ut calcentur*, unde Bacchi cognomen Ληναῖος. Respondet in versione Alex. Hebraico גַּת Jud. VI. 11. Nehem. XIII. 15. Apoc. XIV. 19. εἰς τὴν ληνὸν τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ in torcular iræ divinæ. coll. Joël. IV. 13. et Ies. LXIII. 3. Ibid. 20. XIX. 15. Hesych. ληνός· ὅπου σταφυλὴ πατεῖται. Conf. Pollucis Onom. VII. c. 32. segm. 151. Theocrit. Idyll. XIV. 16. 2) per synecdochen: *fossa ante prelum*, seu *lacus torcularis, in quem vinum, ex uvis expressum, e prelo defluit, qui olim terræ infodi consuevit*, quem Latini *lacum vinarium*, (Columella R. R. XII. 18. 3.) vel simpliciter *lacum* (Ovid. Fastt. IV. 888.) aut *vinarium* vocant. Hinc Alexandrini hoc vocabulo expresserunt quoque Hebraicum יֶקֶב *sublorculare*, Deut. XVI. 13. Prov. III. 10. Hos. IX. 2. quod aliis in locis προλήνιον, Ies. V. 2. et ὑπολήνιον Ies. XVI. 10. reddiderunt. Sic legitur in N. T. Matth. XXI. 33. καὶ ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν foditque in ea lacum torcularem, coll. Marc. XII. 1. καὶ ὤρυξεν ὑπολήνιον. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum: ληνός, *torcularium, torcular, calcatorium, lacus*.

ΛΗ͂ΡΟΣ, ου, ὁ, seu plur. ΛΗ͂ΡΟΙ, ων, οἱ, *nugæ, ineptiæ, deliramentum, res nullius momenti, nulla attentione dignæ*. Semel legitur in N. T. Luc. XXIV. 11. καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν et nugas proferre arbitrabantur. Apud Græcos scriptores tam de rebus, quam de verbis usurpatum reperitur. Aristoph. Plut. v. 589. λήρους ἀναδῶν τοὺς νικῶντας. Xenoph. Anab. VII. c. 7. § 24. Hinc substantivum ληρώδης *nugatorius* 2 Macc. XII. 44. Hesych. λῆρος· μάταιος, φλύαρος, ψεύστης. Etymolog. M. 475. 28. λῆρος, ἡ φλυαρία.

ΛΗΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, per synæresin pro ΛΗΪΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, generatim 1) *omnem* notat, *qui aliena vi rapit et prædatur*, tam *latronem* quam *prædonem*, a 3. pers. perf. pass. λελήϊσται, verbi ληΐζω *prædor*, quod a λητς, ΐδος, ἡ, vel λεία, ας, ἡ, *præda, spolium*. Etym. M. ληΐζω· τὸ πραιδεύω. ληϊστὴς ἐκεῖθεν, καὶ συναιρέσει ληστής. Certe in scriptoribus Græcis de militibus grassantibus, omnia vastantibus et diripientibus, et de imperatoribus et ducibus, impetum hostilem facientibus, usurpatur, v. c. apud Procopium de B. V. II. 18. qui tradit, in Africa, et quidem in Carthaginiensium finibus statuam repertam esse, in qua litteris Punicis expressa extiterint verba hæc: ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ, ubi λῃστὴς aperte *imperatorem* vel *bellatorem* denotat. Hinc in versione Alex. respondet Hebraico גְּדוּד *turma militum grassantium*. Jer. XVIII. 22. Conf. Lex. Xenophonteum s. h. v. 2) speciatim ita dicitur et per synecdochen *latro*, qui itinera facientibus, quæ secum portant, vi aufert eosque male tractat. Xenoph. de Mag. Equit. VII. 8. Matth. XXVI. 55. XXVII. 38, 44. τὸ δ' αὐτὸ καὶ λῃσταὶ οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ ὠνείδιζον αὐτόν, ubi evangelista ponit more loquendi Hebraico numerum pluralem pro singulari: nam Lucas c. XXIII. 39. unum tantum latronem Christum blasphemasse tradit. Marc. XIV. 41. XV. 27. Luc. X. 30, 36. XXII. 52. Joh. XVIII. 40. 2 Cor. XI. 26. 3) metaphorice: *homo impius*, inprimis, *qui turpis lucri studio*

se duci patitur. Matth. XXI. 13. σπήλαιον λῃστῶν domicilium pessimorum hominum et sordidorum. Fortasse tamen λῃστὴς h. l. *propolam, qui minutatim vendit,* significat, ut σπήλαιον λῃστῶν h. l. idem sit, quod οἶκος ἐμπορίου, Joh. II. 16. Placuit hæc explicatio Fischero, qui in editione sua Pasoris Lexici N. T. scribit: λῃσταὶ sunt *mercatores, qui turpe lucrum quæstumque captant ac corradunt.* Confer etiam Buxtorf. Lex. Talmud. et Chald. s. voce לִסְטִין Marc. XI. 17. Luc. XIX. 46. Joh. X. 1, 8. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΗ͂ΨΙΣ, εως, ἡ, *acceptio, ipsa accipiendi actio, acceptum,* a 2. pers. præt. pass. λέληψαι, verbi λαμβάνω *accipio.* Semel legitur in N. T. Phil. IV. 15. οὐδεμία ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως cum nulla ecclesia habui rationes expensi et accepti, h. e. cum nulla ecclesia fuerunt mihi rationes pecuniariæ, seu, a nulla ecclesia pecuniam accepi. Vide δόσις. Sirac. XLII. 7. καὶ δόσις καὶ λῆψις παντὶ ἐν γραφῇ. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 115. λῆψις, *captura.*

ΛΙ'ΑΝ, *valde, admodum, vehementer.* Adverbium, quod intendit significationem vocis, cui apponitur. Matth. II. 16. ἐθυμώθη λίαν valde excanduit. ibid. VIII. 28. χαλεποὶ λίαν admodum sævi. ibid. XXVII. 14. Marc. I. 35. πρωῒ ἔννυχον λίαν. Vide sub ἔννυχος. ibid. VI. 51. λίαν ἐκ περισσοῦ. ib. IX. 3. XVI. 2. λίαν πρωΐ. (Appian. in Parth. p. 222.) Luc. XXIII. 8. 2 Tim. IV. 15. 2 Joh. v. 4. 3 Joh. v. 3. — Adjectivis additum, ut σφόδρα, interdum superlativum exprimit, v. c. Matth. IV. 8. εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν in montem altissimum. — — Interdum, præmissa præpositione, nominascit, v. c. 2 Cor. XI. 5. et XII. 11. τῶν ὑπὲρ λίαν ἀποστόλων summis apostolis. Alexandrini usi sunt hoc adverbio pro בְּאֹד quod idem significat. Genes. I. 31. IV. 5. 1 Sam. XI. 15. Hesych. λίαν σφόδρα, πολὺ, πάνυ, ἄγαν.

ΛΙ'ΒΑΝΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *arbor thurifera.* Derivatur vel ab Hebraico לְבֹנָה, sic dicta a *candore;* est enim a radice לָבַן in Hiphil הִלְבִּין *albuit, albus evasit,* vel, quod minus placet, a Græco λίβω *stillo,* eo quod thus destillet. Veteres grammatici, Hesychius, (λίβανος· τὸ δένδρον καὶ τὸ ὄρος. λιβανωτὸς δὲ ὁ καρπὸς αὐτοῦ, εἶδος θυμιάματος.) Suidas, Phavorinus Phrynichus, Schol. Arist. ad Plut. v. 703. (ἄλλο λίβανος, καὶ ἄλλο λιβανωτός· λίβανος μὲν γάρ αὐτὸ τὸ δένδρον, λιβανωτὸς δὲ ὁ καρπὸς τοῦ λιβάνου) aliique tradunt quidem, λίβανος nunquam de thure, semper de arbore thurifera apud Græcos adhiberi, (Cf. Bod. a Stapel ad Theophr. Hist. Plant. p. 976.) sed a recentioribus Græcis et N. T. scriptoribus λίβανος haud raro sic usurpatur, ut sit 2) *thus, ex arboribus destillans,* et speciatim *thus album,* cujus patria est Arabiæ provincia *Saba,* ut partim idoneis argumentis demonstrarunt Foësius in Œcon. Hipp. p. 233. Celsius in Hierobotan. T. I. p. 231. et Alberti in Obss. Philol. p. 9. adstipulante Thoma Mag. (λίβανος καὶ τὸ δένδρον, καὶ τὸ θυμιώμενον) partim apparet e locis N. T. in quibus hæc vox legitur. Matth. II. 11. προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν. Apoc. XVIII. 13. καὶ θυμιάματα καὶ μῦρον καὶ λίβανον. Sæpius non reperitur hæc vox in N. T. de qua copiose exposuit Wetstenius in N. T. T. I. p. 248.

ΛΙΒΑΝΩΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, et ΛΙΒΑΝΩΤΟ'Ν, οῦ, τὸ, 1) proprie: *thus,* a λίβανος, quod idem significat. Thom. M. p. 577. λιβανωτὸς δὲ μόνον τὸ θυμιώμενον. Josephus A. J. III. 6. 6. p. 136. Philo περὶ ζώων εἰς θυσίας p. 574. Alex. posuerunt pro לְבֹנָה *thus,* 1 Chron. IX. 29. Interdum tamen ita *ipsa arbor thurifera* dicitur. Confer Foësii Œcon. Hipp. p. 233. et interpretes ad Thom. M. p. 577. 2) per metonymiam: *thuribulum,* quod alias θυμιατήριον dicitur. Ita legitur in N. T. tantum Apoc. VIII. 3. ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν. ibid. v. 5. εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸν λιβανωτὸν καὶ ἐγέμισεν αὐτόν.

ΛΙΒΕΡΤΙ'ΝΟΣ, ου, ὁ, *libertinus.* Vox Latina est, qua proprie significatur, vel, *qui parente liberto ortus,* vel, *qui servus natus, aut factus, sed libertate donatus erat,* qui alias etiam λίβερτος et ἐλευθερωθεὶς dicitur. Unde plurimi suspicati sunt, *libertinos,* quorum mentio fit Act. VI. 9. fuisse aut servos manumissos, Romanæ quidem originis, sed religioni Judaicæ addictos, qui synagogam Hierosolymis exstrui curaverint, aut posteros Judæorum, a Pompeio, aut Ptolemæo I. bello captorum et a Romanis in servitutem redactorum, sed deinde in libertatem vindicatorum, qui apostolorum tempore Hierosolymæ propriam synagogam habuerint. Utraque opinio, etsi auctoritate Taciti, (qui Annal. Lib. II. c. 85. quatuor millia libertini generis, superstitione Judaica infecta, in Sardiniam missa esse scribit.) Philonis, (in Legat. ad Caium T. II. p. 568. ubi Pompeius, capta Hierosolyma, multos Judæos captivos Romam duxisse narratur, quorum posteri libertate donati sunt.) Josephi, (qui Antiq. Jud. XII. 1. et contra Apion. II. 4. multos Judæos, a Ptolemæo I. per vim e patria abductos et in Libyæ urbibus hinc inde collocatos esse, tradit; unde quidam (v. c. Beza, Clericus, Jac. Gothofredus et Fr. Spanhemius Misc. III. 2. 17. Tom. II. p. 320.) h. l. pro λιβερτίνων legi volunt Λιβυστινῶν. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 492.) et aliorum satis confirmatur et magnam veri speciem habet, tamen palmam cedit eorum sententiæ, qui ob orationis seriem (nam *Alexandrinorum, Asianorum, Cyrenæorum* et *Cilicum* scholis et cœtibus proxime junguntur) per *Libertinos* intelligunt *Judæos, incolas et cives Liberti* Africæ propriæ, sive Carthaginiensis, quæ et proconsularis dicebatur, sive oppidi, (secundum Pearcium in Commentario ad h. l.) sive regionis. Conf. Miscellanea Groningana T. I. Fasc. III. p. 529. Suid. Λιβερτῖνοι· ὄνομα ἔθνους. Lectu digna de synagoga Libertinorum habet Deylingius Obss. Sacr. P. II. Obs. 35. et Joh. Floderus in Diss. de Synagoga Libertinorum Act. VI. 9. Upsal. 1767. 4.

ΛΙΒΥ'Α, ας, ἡ, vel ΛΙΒΥ'Η, ης, ἡ, *Libya* et *Libye.* Regio Africæ est, Ægypto contermina, sic dicta ex nonnullorum sententia a Libya, Epaphi, filii Jovis, filia, vel, ut aliis placet, a quodam Mauritaniæ rege, Libe, qui hanc regionem sibi subjecit, vel potius a primis incolis לְהָבִים (a לָהַב *æstus,* quia positi sunt sub cœlo torrido et æstuante) posteris Mizraim, filii Chami, Genes. X. 6, 13. qui ab Hebræis vocantur לוּבִים 2 Chron. XII. 3. Dan. XI. 43. Nahum III. 9. ubi Alex. habent Λίβυες. Ejus partes fuerunt tres, nempe *Libya,* stricte sumta, *Marmarica* et *Cyrenaica.* Quæ Act. II. 10. memoratur Libya, est pars tantum ejus, Cyrenaica, *Pentapolis* dicta, a quinque urbibus illustribus, in ea sitis, *Berenice, Arsinoë, Ptolemaide, Apollonia,* et ipsa metropoli *Cyrene.* Poëtæ et scriptorum Græ-

eorum plurimi sub Libyæ nomine universam Africam et ipsum Carthaginiensem agrum comprehendunt. Confer. Strabo Lib. XVII. p. 1180 seq. et Cellarii Geogr. Antiq. Lib. VI. c. 1. p. 1 seq. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 115. Λιβύη, *Africa*.

ΛΙΘΑ´ΖΩ, fut. άσω, *lapido, lapidibus peto*, vel *obruo*, a λίθος *lapis*. Joh. X. 31, 32, 33. οὐ λιθάζομέν σε te lapidare nolumus. ibid. XI. 8. νῦν ἐζήτουν σε λιθάσαι οἱ Ἰουδαῖοι nuper te lapidare conabantur Judæi. Act. V. 26. ἵνα μὴ λιθασθῶσιν ne lapidibus obruerentur. ib. XIV. 19. 2 Cor. XI. 25. Hebr. XI. 37. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro סָקַל 2 Sam. XVI. 6, 13. Polyb. X. 29.

ΛΙ´ΘΙΝΟΣ, ίνη, ινον, *lapideus, saxeus*. (ab eodem themate.) Ter tantum legitur in N. T. Joh. II. 6. ὑδρίαι λίθιναι hydriæ lapideæ. 2 Cor. III. 3. ἐν πλαξὶ λιθίναις in tabulis lapideis. Apoc. IX. 20.

ΛΙΘΟΒΟΛΕ´Ω, ῶ, fut. ήσω, *lapido, lapides jacio, lapidibus obruo et peto*, a λίθος *lapis*, et βάλλω *jacio*. Matth. XXI. 35. ἐλιθοβόλησαν lapidibus e vinea ejecerunt. XXIII. 37. Marc. XII. 4. Luc. XIII. 34. Joh. VIII. 5. Act. VII. 58, 59. XIV. 5. Hebr. XII. 20. Alexandrini pro סָקַל *lapidavit*, Exod. XIX. 13. Jos. VII. 25. et pro רָגַם idem, Num. XV. 35, 36. Ezech XVI. 40.

ΛΙ´ΘΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *lapis, saxum*, et quidem omnis generis, sive grandioris, sive minoris, etiam *lapis pretiosus*, v. c. *marmor*, apud Xenoph. de Vectigal. I. 4. Confer Fischeri Prolusiones de Versionibus Græcis Literarum Hebraicarum Magistris p. 86. et Fesselii Adversaria Sacra VI. c. 5. p. 53 seq. Matth. III. 9. δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ potest Deus veluti ex hisce lapidibus (alii: hisce lapidibus copiosiores, quod minus probabile est.) alios meliores conciliare Abrahamo natos; ubi videndus Wetstenius. ib. IV. 3, 6. VII. 9. XXI. 42. XXIV. 2. οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς μὴ οὐ καταλυθήσεται non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non sit destruendus, h. e. prorsus destruetur totum hoc ædificium. ib. XXVII. 60, 66. XXVIII. 2. Marc. V. 5. IX. 42. λίθος μυλικὸς lapis molaris. XIII. 1, 2. XV. 46. XVI. 3, 4. Luc. III. 8. IV. 3, 11. μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου ne impingas lapidi, h. e. ne quid mali tibi accidat. ib. XI. 11. XIX. 40, 44. ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται si hi conticescerent, ipsi lapides clamaturi essent. Formula proverbialis, rem apertam, quæ nullo modo celari potest, significans. coll. Habac. II. 11. Simile quid habet Pisides apud Suidam s. v. ἀπεῤῥήξαι. Οὓς εἰ σιωπήσωμεν, οἱ λίθοι τάχα φωνὰς ἀποῤῥήξωσι τῶν πεπραγμένων. Confer Pricæum ad Lucæ l. l. (Non opus itaque esse videtur, cum Altmanno in Bibl. Brem. Cl. VII. p. 261 seq. statuere, λίθους h. l. metaphorice dici *homines plebeios, indoctos atque rudes*, quos non solum Græci, v. c. Aristoph. Nub. 1205. sed et Latini, v. c. Plautus Mercat. III. 4. Terent. Heaut. IV. 7. lapides dicere consueverunt.) ib. XXI. 5. λίθοις καλοῖς. ib. v. 6. XXII. 41. ὡσεὶ λίθου βολὴν fere ad lapidis jactum, h. e. μικρὸν, ut legitur in locis parallelis Matth. XXVI. 39. et Marc. XIV. 35. ib. XXIV. 2. Joh. VIII. 7, 59. X. 31. XI. 38, 39, 41. XX. 1. Apoc. IV. 3. λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίῳ. (Job. XXVIII. 6. Exod. XXVIII. 12.) ib. XVII. 4. λίθῳ τιμίῳ lapidibus pretiosis. ibid. XVIII. 12, 16, 21. XXI. 11, 19. 2) per metonymiam: *quidquid ex lapidibus factum est*. Act. XVII. 29. λίθῳ imagini lapideæ. 2 Cor. III. 7. λίθοι sunt tabulæ lapideæ, quibus insculptæ fuerunt leges Mosaicæ. 3) metaphorice: λίθος ἀκρογωνιαῖος, etiam λίθος simpliciter, Christus dicitur, cui, veluti lapidi pretioso et angulari, omnis ecclesia christiana, tanquam ædificium, innititur, et qui Judæos et gentiles in unam societatem coëgit. Matth. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. Ephes. II. 20. 1 Petr. II. 6, 7. Idem 1 Petr. II. 4. dicitur quoque λίθος ζῶν, h. e. lapis præstantissimus, illustriori sensu sic dictus. ib. v. 7. et Rom. IX. 33. Christus dicitur λίθος προσκόμματος lapis offensionis, ob miseriam scilicet et pœnas, quas sibimet ipsi contrahent omnes, qui Christum spernunt ejusque doctrinam rejiciunt. 4) per metaphoram: *veri christiani*. 1 Pet. II. 5. λίθοι ζῶντες, h. e. lapides præstantes dicuntur ob comparationem nempe ecclesiæ christianæ cum ædificio, in honorem Dei exstructo, apostolis admodum familiarem. 5) 1 Cor. III. 12. λίθους τιμίους dogmata præstantia, utilia, necessaria et a religione christiana minime aliena, intelligenda sunt. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΙΘΟ´ΣΤΡΩΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, Latine *lithostrotus*, seu *lithostratus, lapidibus stratus*, ex λίθος *lapis* et στρωτὸς *stratus*, quod est a στρώννυμι *sterno*. Hesiod. Theog. v. 798. Λιθόστρωτον, ου, τὸ, (omissum est ἔδαφος. Integre ponunt LXX 2 Paral. VII. 3. Etymol. M. c. 538. et Pollux VII. 121.) *pavimentum, lapidibus quadratis, tabellis, seu tesserulis stratum*, et respondet in versione Alexandrina Hebr. רִצְפָה *pavimentum*, 2 Chron. VII. 3. Esther. I. 6. et רָצוּף *stratum*, Cant. III. 10. Confer Plinii H. N. XXXVI. 64. et Wetstenii N. T. T. I. p. 953. Semel legitur in N. T. Joh. XIX. 13. ubi intelligitur *pavimentum editius, parvulis sectis et varii coloris tabulis marmoreis constratum, quod erat ante Pilati prætorium, cui βῆμα, seu tribunal Pilati impositum erat*. (Confer Appian. de Bello Civili Lib. III. cap. 26.) Solebant enim de more Romano præsides in provinciis jurisdictionem et judicia habere sub dio. Confer Casaub. et Ernesti ad Sueton. Cæs. c. 46. Salmasium ad Solinum T. I. p. 854. et ad Spartian. Pescen. Nigr. T. I. p. 657 seq. ed. Hack. et Krebs. Libell. de Usu et Præstantia Rom. Hist. in Interpr. N. T. p. 43 seq. Quibus addendus est J. H. a Seelen in Meditatt. Exeg. P. I. p. 643 seq. et Conr. Ikenius in D. de λιθοστρώτῳ ad Joh. XIX. 13. quæ extat in Ej. Diss. Philol. Theol. ed. Schacht. Vol. II. p. 573. Λιθόστρωτον, scil. οἴκημα, seu *conclave, cujus pavimentum opere tessulato constat*, reperitur apud Arrian. Diss. Epict. IV. 7. 34.

ΛΙΚΜΑ´Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *ventilo triticum, ita, ut minutæ partes in auras dispergantur, frumentum purgo, cribro, glumas et paleas a frumento ventilando separo*, a λικμὸς, οῦ, ὁ, *ventilabrum, vannus*. In hac significatione respondet apud Alexandrinos Hebr. זָרָה *ventilavit frumentum*. Ruth. III. 2. Homer. Il. V. v. 500 seq. Xenoph. Œconom. XVIII. 2. Suid. λικμᾷν τὸν σῖτον καθαίρειν. — λικμῶ· τὸ κοσκινίω, διασκορπίζω, πτυάζω. Hesych. λελικμημένη· κοσκινευθεῖσα, πτυασθεῖσα ὑπ' ἀνέμου. Idem: λικμῶντες· ἀλοῶντες, ἢ τὰ ἄχυρα ἀπὸ τοῦ σίτου διαχωρίζοντες. Confer etiam Phavorinum et Pollucis Onom. L. X. p. 128. 2) metaphorice: *contero, comminuo et instar palearum dissipo, disjicio*, et ex adjuncto

penitus perdo, deleo. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXI. 44. ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτὸν et in quem lapis inciderit, eum conteret. Luc. XX. 18. In utroque loco sermo est de interitu ac pœnis adversariorum religionis christianæ, maxime Judæorum. Dan. II. 44. λεπτυνεῖ καὶ λικμήσει πάσας τὰς βασιλείας, ubi Chald. הָסֵף a סוּף *consumo*, respondet. Job. XXVII. 21. λικμήσει αὐτὸν ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Eodem modo etiam Syriacum ܢܣܦ usurpatur.

ΛΙΜΗ'Ν, ένος, ὁ, *portus*. In N. T. tantum legitur Act. XXVII. 8. ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ, καλούμενον Καλοὺς λιμένας pervenimus in locum quendam, cui nomen *Pulchri portus*; de quo vide Langbænium ad Longin. de Sublim. cap. 1. ibid. v. 12. ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος ὑπάρχοντος πρὸς παραχειμασίαν quoniam autem ille portus ad hybernandum non erat idoneus. ib. λιμένα τῆς Κρήτης. Alexandrini pro מָחוֹז quod idem notat, Ps. CVII. 30. Phavor. λιμένες· νηῶν ὄχοι, οἱ φυλακτικοὶ τῶν νηῶν ὡς συνέχοντες αὐτὰς, ἢ ἐφ' ὧν νῆες ὀχοῦνται καὶ ἀναπαύονται. Idem: λιμήν· παρὰ τὸ λίαν μένειν γίνεται. Homer. Il. I. 432.

ΛΙ'ΜΝΗ, ης, ἡ, *collectio aquarum stantium in uno loco, stagnum, lacus.* Sæpe etiam de *mari* usurpatur, quemadmodum e contrario θάλασσα de lacu dicitur. Etym. M. λίμνη· τὰ συνεστῶτα ὕδατα. Hesych. λίμνη· ἡ θάλασσα καὶ ὁ ὠκεανός. Oppian. Halieut. I. v. 47. δείματα λίμνης, ubi Schol. Gr. λίμνη· ἀντὶ τῆς θαλάσσης. Idem tradit Schol. Aristoph. ad Aves v. 1339. et Sophocl. Trach. v. 644. Confer Bod. a Stapel ad Theophrasti H. Plant. p. 408. In N. T. legitur Luc. V. 1. παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ, coll. Matth. IV. 18. ubi ἡ θάλασσα τῆς Γαλιλαίας, et Joh. XXI. 1. ubi ἡ θάλασσα τῆς Τιβεριάδος dicitur. Idem lacus Luc. V. 2. VIII. 22, 23, 33. ἡ λίμνη simpliciter vocatur. Præterea reperitur hoc vocabulum Apoc. XIX. 20. εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν τῷ θείῳ. ubi intelligendum esse videtur mare mortuum. Cf. Eichhornii Comment. in Apoc. T. II. p. 149. ibid. XX. 10. εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ θείου. ibid. v. 14, 15. XXI. 8. τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ. In omnibus his locis depingitur pœnarum et cruciatuum impiorum in vita futura tum perpetuitas, tum atrocitas. Alexandrini hac voce usi sunt pro אֲגַם *stagnum*, Ps. CVII. 35. CXIV. 8. et pro בְּרֵכָה *piscina*, Cant. VII. 4. (5.)

ΛΙΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, generatim 1) *fames quæcunque*, a λείπω *deficio*, quia ex defectu nutrimentorum solidorum oritur fames. Ælian. V. H. IV. 7. Λακεδαιμόνιοι Παυσανίαν λιμῷ ἀπέκτειναν. Id. IX. 41. XII. 51. Lycurg. Orat. contra Leocratem c. 32. Quoniam autem fames annonæ inopiam fere sequi solet, factum est, ut μετωνυμικῶς vocabulum hoc a veteribus usurparetur. 2) ad *caritatem annonæ inopiamque frumenti* significandam, quacunque demum ex causa ea oriatur, sive ex agrorum sterilitate, sive quod civibus, fame laborantibus, nullum frumentum advehi potest. (Diod. Sic. I. 84. T. I. p. 94. ed. Wesseling. et IV. c. 84. p. 327. Aristoph. Aves v. 186. p. 387. ed. Küsteri, ubi videndus est scholiastes.) Legitur in N. T. Mat. XXIV. 7. ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ, ubi notetur elegans paronomasia, Græcis frequentissima, v. c. Hesiod. Ἔργ. v. 142. Triclin. ad Œd. Tyr. 24. Vide Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 207 et 386. Marc. XIII. 8. Luc. IV. 25. XIV. 17. ἐγένετο λιμὸς ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην. Ita quidem habent libri impressi: sed rectius, ut jam bene judicavit Valckenarius in Specim. Annotatt. Critt. in locos quosdam N. T. p. 383 seq. in codd. nonnullis legitur λιμὸς ἰσχυρά. Præceperunt enim Phrynichus et Auctor Etym. M. Atticos ὁ λιμὸς dixisse, Dorienses autem ἡ λιμός. Jam, cum multa e Doriensium sermone in linguam Græcorum communem profecta esse constet, et cum in multis codicibus versionis Alexandrinæ (Ies. VIII. 21. 1 Reg. XVIII. 2. Jer. XVII. 18. 1 Macc. IX. 24.) ἡ λιμὸς reperiatur, etiam in loco Lucæ laudato adjectivum fœmininum pro masculino restituendum erit. Conf. Fischeri Prolus. XXX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 15 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 681. Idem valet de loco Act. XI. 28. ubi loco impressi λιμὸν μέγαν reponendum erit λιμὸν μεγάλην. Legitur præterea Luc. XV. 17. Act. VII. 11. Rom. VIII. 35. 2 Cor. XI. 27. Apoc. VI. 8. XVIII. 8. Alexandrini usi sunt hac voce pro רָעָב *fames*, Gen. XII. 10. XVI. 1. pro רְעָבוֹן idem, Ps. XXXVII. 19. et pro כָּפָן idem, Job. XXX. 3. Phavor. λιμός· ἐκ τοῦ λείπω παράγουσιν οἱ παλαιοί.

ΛΙ'ΝΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *linum*, seu *frutex, unde est linum, ex quo fila et tegumenta fieri solent*. Alexandrini usi sunt hac voce pro פִּשְׁתָּה Exod. IX. 31. τὸ δὲ λίνον σπερματίζον. Prov. XXXI. 13. Xenoph. de Rep. Athen. II. 11 et 12. 2) per metonymiam: *omne, quod ex lino conficitur et texitur*, v. c. *filum*, (Plutarch. Vit. Thesei c. 19. παρὰ τῆς Ἀριάδνης τὸ λίνον λαβών.) *ellychnium, vestimentum*, etc. De filo lineo candelæ, seu ellychnio, usurpatur Matth. XII. 20. λίνον τυφόμενον ellychnium fumigans, in quo fumus aliquod flammæ vestigium refert. Symbolum hominum infirmiorum et timidiorum; ex Ies. XLII. 3. פִּשְׁתָּה כֵהָה. Adde c. XLIII. 17. De vestimento lineo usurpatum reperitur Apoc. XV. 6. ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν καὶ λαμπρὸν induti vestitu mundo et candido. Homer. Odyss. ε', 73 et 117. ubi Schol. Min. λεπτὸν ἱμάτιον, Eustathius p. 508. 51. ὅρα δὲ, ὅτι τὸ λίνον οὐ δίκτυον ἐνταῦθα λέγει, ἀλλ' ὕφασμά τι ἐκ λίνου. Sæpius non legitur in N. T. Confer Schneideri Lex. Crit. l. Gr. s. h. v.

ΛΙ~ΝΟΣ, ου, ὁ, *Linus*. Nomen proprium viri, qui in N. T. semel commemoratur, 2 Tim. IV. 21.

ΛΙΠΑΡΟ'Σ, ά, όν, 1) proprie: *pinguis, obesus, nitidus ob pinguedinem*, vel *ob unguentum*, a λίπος, εος, τὸ, *pinguedo, adeps, sebum*. Xenoph. Mem. II. 1. 31. Idem de Rep. Laced. IX. 5. Reperitur præterea hæc vox non solum in vers. Alex. pro שָׁמֵן, in fœm. שְׁמֵנָה Judd. I. 29. Nehem. IX. 35. sed etiam in Aquilæ reliquiis pro דָּשֵׁן Ps. XXI. 13. et pro דֶּשֶׁן ibid. v. 30. 2) *præclarus, præstans*. Vide Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v. Sic semel legitur in N. T. Apoc. XVIII. 14. πάντα τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ λαμπρὰ omnia præclara tua et præstantia. Eichhornio in Comment. ad h. l. τὰ λιπαρὰ sunt fercula exquisita et delicata, quæ a Ies. XXV. 6. שְׁמָנִים *pinguia* dicuntur. Homer. Odys. ο', 331. Horat. I. Epist. IV. 15. Hesych. λιπαρόν· καλὸν, ἐλαφρὸν, λευκὸν, στίλβον, εὔοδμον. Suid. λιπαρός· ἀνθηρός.

ΛΙ'ΤΡΑ, ας, ἡ. Vox origine Græca, ut recte jam judicavit Julius Pollux in Onom. L. IV. c. 24. s. 2. et L. IX. c. 6. quam transtulerunt Hebræi in linguam suam, (לִטְרָא) respondens Latino *libra*, mutata littera b in r. Significat 1) proprie:

pondus duodecim unciarum, quod etiam a Latinis *libra,* et a nostris Germanice ein pfund, *a pound* vocatur. Sic legitur in N. T. Joh. XII. 3. ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου Maria autem assumens libram unguenti. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 921. 2) *genus numi æreì gravis ponderis, quod obolus Æginelicus dicitur, et apud Siculos et Tarentinos,* teste Polluce l. l.; *usitatum fuit.* Ita vulgo capitur hæc vox Joh. XIX. 39. φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡς λίτρας ἑκατὸν afferens mixturam myrrhæ et aloës ad centum libras. Confer Er. Schmidium in notis ad h. l. Sed dubium adhuc est, num pretium mixturæ hujus unguenti h. l. indicetur, an copia ipsa. Suid. λίτρα· ὁ σταθμός. Hesych. λίτρα· ὀβολὸς, οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελοῖς, οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῶν, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ β λίβρα. Conf. Salmasium de Usuris p. 577 seq. et de modo Usurarum p. 242 seq. et Bynæum de Morte Christi T. I. p. 249. Adde J. D. Michaëlis historiam resurrectionis J. C. illustratam p. 68 seq. Gloss. Vet. λίτρα, *libra pondo.*

ΛΙ'Ψ, λιβὸς, ὁ, 1) proprie: *Africus,* nomen venti, *qui inter Favonium et Libonotum flat, si omnem cœli ambitum in duodecim partes dividas,* vel, *qui inter Favonium et Notum interjectus est, si cœlum omne in octo partes dividas.* Vide Cellarii Geogr. Lib. I. c. 8. § 4. et Salmasii Exerc. Plin. p. 879 seq. Psal. LXXVIII. 26. ἐπήγαγε ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ λίβα. Anthol. III. 22. 53. ὑβριστής τ' ὤλεσε λὶψ ἄνεμος. Polyb. X. 10. 1 et 3. 2) *ipsa cœli plaga meridionalis, unde ventus Africus flat, plaga australis.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXII. 12. λιμένα τῆς Κρήτης βλέποντα κατὰ λίβα portum Cretæ, spectantem ad meridionalem cœli plagam. Alexandrini hac voce usi sunt pro נֶגֶב *auster, meridies, tractus meridianus.* Genes. XIII. 14. XX. 1. XXIV. 62. pro תֵּימָן idem, Num. II. 10. III. 29. et דָּרוֹם Deuteron. XXXIII. 23. Alberti Gloss. Gr. N. T. p. 86. κατὰ λίβα· κατὰ ζέφυρον, κατὰ δύσιν.

ΛΟΓΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *collectio,* i. q. συλλογὴ, a perf. med. λέλογα, verbi λέγω *colligo.* 2) speciatim: *collectio,* seu *collatio pecuniæ, collecta,* seu *id, quod colligebatur ad sustentandos pauperes.* 1 Cor. XVI. 1. περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους quod attinet ad pecunias colligendas in usus pauperum christianorum. ubi Theodoretus λογίαν τὴν συλλογὴν τῶν χρημάτων καλεῖ. ibid. v. 2. τότε λογίαι γίνωνται. Sæpius non legitur in N. T. Suid. λογίαν· τὴν συλλογήν. Hesych. λογίαι· ἐκλογαὶ, καρποφορίαι, ἐπιλογαί. Zonaras Lex. col. 1317. et ex eo Phavor. λογία· ἡ συλλογὴ παρὰ τῷ ἀποστόλῳ καὶ τὸ ἐκ πολλῶν συνεισφερόμενον· λέγει δὲ τὴν ἐλεημοσύνην. Vide de hac voce Albertum Gloss. Gr. N. T. p. 137. (ubi legitur λογίαι, καρποφορίαι) et Suicerum in Thesauro Eccles. s. h. v.

ΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, 1) proprie tribuitur arithmeticis, qui multas summas in unam colligunt et reducunt, et notat: *computare rationes imposito calculo, subducto calculo conficere rationes, supputare,* a λόγος *ratio.* Ita in exterorum quidem scriptorum monumentis legitur, (v. c. Xenoph. Cyrop. VIII. 2. 10. Theophr. Char. XIV.) sed non in libris N. T. 2) *adnumero.* Formula: λογίζεσθαι μετά τινος *alicui annumerari,* significat: *eandem cum aliquo sortem subire, tractari ut aliquis.* Marc. XV. 28. Luc. XXII. 37. μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη cum flagitiosis numeratus est, h. e. relatus est inter sceleratos, tractatus est ut maleficus, coll. Ies. LIII. 12. 3) metaphorice: *ratiocinor, collatis utrinque rationibus et argumentando aliquid certi concludo, ex certis ac firmis rationibus colligo,* et ex adjuncto: *scio, firmiter mihi persuasum habeo.* Rom. III. 28. λογιζόμεθα γὰρ colligimus itaque recte exinde. ibid. VIII. 18. 2 Cor. X. 11. τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος sciat vero ille et persuasum sibi habeat. Hebr. XI. 19. Adde Marc. XI. 31. 2 Cor. X. 7. λογιζέσθω ἀφ' ἑαυτοῦ concludat, se ipsum in exemplum adhibens. 4) *existimo, arbitror, in opinione versor, censeo, judico.* Act. XIX. 27. εἰς οὐδὲν λογισθῆναι *pro nihilo haberi, vilipendi,* i. q. εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν. Rom. II. 26. οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; nonne homo paganus pro Judæo habendus erit? ibid. VIII. 36. ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς tractamur ut oves mactandæ. ibid. XIV. 14. 1 Cor. XIV. 1. οὕτως ἡμᾶς λογιζέσθω ἄνθρωπος sic quilibet de nobis statuat. Phil. III. 13. ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι. 2 Cor. XI. 5. De iis, *qui in opinione falsa et temeraria versantur,* legitur Rom. II. 3. λογίζῃ δὲ τοῦτο; quo jure opinaris? seu, et tamen tu opinaris? 2 Cor. X. 2. τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας qui opinantur, me ita agere, ut vulgo homines agere solent. 5) *cogitando invenio, excogito.* Huc pertinet formula ἀφ' ἑαυτοῦ λογίζεσθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτοῦ ex ingenio suo aliquid proferre, ab aliis non acceptum, quæ legitur 2 Cor. III. 5. οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν non quod ipsi essemus idonei ad aliquid excogitandum, quod vere nostrum dicatur. 6) dicitur, ut Latina verba: *cogito, meditor,* et Græcum: μελετάω, *molior aliquid, alicui rei studeo et operam do.* Phil. IV. 8. ταῦτα λογίζεσθε huc animum intendite, seu, his studete et operam date. Eodem modo חָשַׁב usurpatur Ps. XXXV. 4. XLI. 8. LII. 4. Prov. XVI. 30. Micha II. 1. Zach. VIII. 17. Huc etiam referunt nonnulli interpretes locum 1 Cor. XIII. 5. οὐ λογίζεται τὸ κακὸν non molitur malum. 7) *imputo alicui aliquid,* et ex adjuncto: *tribuo, attribuo.* Rom. IV. 3. ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην et favore præmiisque divinis ornatus est. ibid. v. 4. ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται merces non tribuitur. ibid. v. 5. et 6. λογίζεται δικαιοσύνην peccata remittit. ibid. v. 8. ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν cui Deus pœnas peccatorum remittit. 1 Cor. XIII. 5. οὐ λογίζεται τὸ κακὸν non imputat alteri injurias, h. e. non ulciscitur, seu, non in rationes refert aliorum illatas injurias. 2 Tim. IV. 16. μὴ αὐτοῖς λογισθείη ne imputetur ipsis in culpam. Galat. III. 6. Num. XVIII. 27. λογισθήσεται ὑμῖν τὰ ἀφαιρέματα ὑμῶν. Psal. CV. 31. καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Genes. XV. 6. Job. XXXIV. 37. τοῦτό μοι ἄρα ἀνομία ἡ μεγίστη λογισθείη. Gloss. Vet. λογίσασθαι, *imputare.* 8) *cogito, volo, in mente habeo.* 2 Cor. X. 2. ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας qua uti volo, seu decrevi contra eos. 1 Macc. III. 53. ἃ λογίζονται ἐφ' ἡμᾶς quæ consilia adversus nos ineunt. 9) interdum omittitur, v. c. Phil. III. 12. οὐχ (scil. λογίζομαι) ὅτι ἤδη ἔλαβον, coll. v. 13. — Lex. Cyrilli MS. Brem. λογιεῖται· διαλογισθήσεται, ἐνθυμηθήσεται. Hesych. λογίζομαι· ἐνθυμοῦμαι, ψηφίζω. Ita enim reponendum est loco impressi φημίζω. Schol. Luciani T. I. p. 20. λογίζεσθαι· ἀριθμεῖν, μετρεῖν.

ΛΟΓΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *rationalis, ratione præditus et utens etiam, ad animum pertinens,* i. q. πνευματικὸς, a λόγος *sermo, ratio.* Conf. Ludov. de Dieu Criticam Sacram p. 688. Bis tan-

tum legitur in N. T. Rom. XII. 1. τὴν λογικὴν λατρείαν sacrificium, mente animoque offerendum, τὴν νοερὰν θυσίαν, ut vocatur a Porphyrio de Abstin. L. II. § 45. Chrysostomus ad h. l. τὴν πνευματικὴν διακονίαν interpretatus est. Confer Engelbr. Laur. Halenii λατρεία λογικὴ seu expositio dicti Paulini Rom. XII. 1. Ups. 1748. 4. Pollux Onomast. IV. 40. λογικὸς βίος. 1 Petr. II. 2. λογικὸν γάλα prima religionis christianæ elementa, quæ sunt quasi nutrimenta animi Phavor. λογικός. ὁ τις μετὰ λόγου πράττει.

ΛΟ'ΓΙΟΝ, ου, τὸ, *oraculum, responsum et effatum divinum, eloquium.* Videtur deminutivum esse a λόγος *sermo, oratio,* quia oracula fere erant breviuscula. Glossar. Vet. λόγιον, ὁ χρησμὸς, *oraculum.* Hesych. λόγια· θέσφατα, μαντεύματα, — φῆμαι, χρησμοί. Suid. et Schol. Thucyd. II. 8. λόγιά ἐστι τὰ παρὰ θεοῦ λεγόμενα καταλογάδην. Ælian. V. H. II. 41. Aristoph. Equit. 120. In N. T. legitur tantum in plurali et quidem usurpatur 1) de *Scriptura Sacra V. T. et quæ in ea continentur, dogmatibus et mandatis divinis.* Rom. III. 2. ubi formula τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ speciatim *promissiones divinas, Judæis datas,* coll. Sirac. XXXVI. 16. mihi significare videtur. 2) synecdochice de *lege, a Deo Mosi data,* quæ Act. VII. 38. λόγια ζῶντα, h. e. doctrina salutaris vocatur. 3) de *doctrina christiana,* quatenus est divinæ originis. Hebr. V. 12. τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ prima elementa doctrinæ christianæ, olim vobis traditæ. 1 Petr. IV. 11. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 248. et Wetstenii N. T. T. II. p. 36.

ΛΟ'ΓΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *eloquens, disertus, dicendi facultate præditus,* (Athenæus I. 9.) etiam *doctus, eruditus,* (Herodian. I. 5. 4.) a λόγος *oratio, sermo,* etiam *doctrina.* Cf. Gronov ad Herodot. II. 3. et Wesseling ad Diod. Sic. II. 4. Semel tantum legitur in N. T. Act. XVI I. 24. ἀνὴρ λόγιος, h. e. vel vir, facundia dicendique ubertate et vi pollens, (Syrus: ܘܡܗܝܪ ܗܘܐ ܒܡܠܬܐ *et eruditus in eloquentia.* Vulg. *eloquens*) vel vir, subtili et erudita cognitione religionis Judaicæ præditus. Lex. Constant. λόγιος· *eloquens, prudens, doctus, verbosus.* Hesych. λόγιος· ὁ τῆς ἱστορίας ἔμπειρος, πεπαιδευμένος. Thom. M. λογίους· τοὺς πολυΐστορας, οἱ ἀρχαῖοι ἀττικίζοντες, ὡς καὶ Ἡρόδοτος. λογίους δὲ τοὺς διαλεκτικοὺς οἱ ὕστερον. ἔστι δὲ καὶ λόγιος ὁ λόγου εὔπορος. Cf. ad h. l. interpretes, et Wetstenii N. T. T. II. p. 578.

ΛΟΓΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *ratiocinatio,* seu etiam *ars numerandi,* vel *computandi,* a λόγος *ratio.* Esse hoc vocabulum ex arithmetica repetitum, partim ex testimoniis Lexicographorum veterum, v. c. Suidæ, (λογισμός· ἡ λογιστικὴ τέχνη.) Hesychii (λογισμός· — τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ ψήφου.) et Phavorini, (λογισμὸς γὰρ ἡ ἀπαρίθμησις· οἱ δὲ λογισμὸν τοῦ πλήθους ἐποιήσαντο.) partim ex locis scriptorum Græcorum, v. c. Thucyd. V. c. 68. Philostrat. Vit. Soph. I. c. 25. s. 7. Xenoph. Mem. IV. 7. 8. satis apparet. In N. T. vero ad animum transfertur ita, ut 2) *cogitationem, sententiam, opinionem, sensum veri et honesti* significet. Rom. II. 15. καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων, ubi λογισμοὶ sensum veri et falsi, honesti et turpis, cuique a natura insitum, significat, ut sensus sit: et ipsæ eorum de honesto et turpi sententiæ eos aliquando au (cum scilicet dictamen rectæ rationis negligunt,) accusabunt, aut (quando dictamini sanæ rationis conformiter vivunt, excusabunt. De opinione falsa et temeraria legitur 2 Cor. X. 4. καθαιροῦντες λογισμοὺς refutantes vanas de nobis opiniones. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini hac voce usi sunt pro מַחֲשָׁבָה *cogitatio.* Psalm. XXXIII. 10, 11. Prov. VI. 18. XII. 5. De ipsa facultate intelligendi et judicandi legitur apud Xenophontis Memorabilia IV. 3. § 11. Hesychius. λογισμός· φροντίς, κίνησις ψυχῆς πρός τι, ἐπιθύμησις.

ΛΟΓΟΜΑΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *de verbis pugno, de meris altercor vocabulis,* et ex adjuncto: *acriter disputo de rebus levibus et nullius momenti, quibus nec veritas promovetur, nec veræ utilitati aliorum consulitur,* ex λόγος *sermo, verbum* et μάχομαι *pugno.* Semel legitur in N. T. 2 Tim. II. 14. μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων ne de rebus levibus pugnam moveant, quæ nihil faciunt ad aliorum utilitatem, potius audientibus perniciem afferunt.

ΛΟΓΟΜΑΧΙ'Α, ας, ἡ, *logomachia, concertatio de verbis,* (quam Plautus Asin. II. 2. 41. *verbi velitationem* vocat.) *cavillatio,* et ex adjuncto: *pugna, quæ fit de rebus levibus et nullius momenti;* ex eodem themate. In N. T. tantum extat 1 Tim. VI. 4. νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας morbo *veluti* correptus, solis quæstionibus et de verbis disputationibus occupatur. Vide ad h. l. Wetstenium.

ΛΟ'ΓΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *verbum,* a λέγω, *dico.* Matth. VIII. 8. ἀλλὰ μόνον εἰπὲ λόγῳ sed verbo modo impera: i. q. λόγῳ ἐνὶ Conon. cap. 11. Luc. VII. 7. 2) *sermo, oratio, vel brevior, vel longior,* cujus pars est verbum. Act. XV. 27. διὰ λόγου coram, seu præsens, mündlich, *verbally.* ibid. v. 32. διὰ λόγου πολλοῦ multa oratione. ibid XX. 7. παρέτεινε τὸν λόγον produxit sermonem. 1 Thess. II. 5. οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν neque etiam unquam oratione adulatoris usi sumus. Matth. V. 37. XII. 37. Coloss. IV. 6. etc. De sermone artificioso et ad eloquentiæ leges conformato per synecdochen accipiendum est 1 Cor. IV. 19 et 20. 3) *sermo scriptus, scriptura, liber, maxime historici argumenti.* Act. I. τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην primum quidem historiarum volumen composui. Syrus h. l. habet ܟܬܒܐ Alex. Jer. XXIX. 29. καὶ ἀνέγνω Σοφονίας τοὺς λόγους τούτους (ita Ald. in reliquis τὸ βιβλίον legitur ex correctione ad Hebraicum אֶת הַסֵּפֶר) εἰς τὰ ὦτα Ἱερεμίου. 1 Paral. XXIX. 29. Herodot. I. c. 184. Xenoph. Cyrop. VIII. 1. 2. Idem Anab. II. 1. 1. ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ δεδήλωται. Idem de Re Equestri XII. 15. ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δεδήλωται. Confer Fesselii Advers. Sacra IV. c. 10. § 1. 4) *narratio rei gestæ, historia, sive vera, sive ficta.* Joh. IV. 39. διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς, coll. v. 28 et 29. Act. V. 24. coll. v. 22 et 23. Polyb. II. 50. ἐνδεχόμενοι λόγοι narrationes, probabiliter fictæ. Hinc non solum historici, sed etiam fabularum conditores λογοποιοὶ a Græcis dicuntur. Ælian. L. III. p. 236. Ἡρόδοτος ὁ λογοποιός. Herodot. I. 141. II. 134. Conf. Maii Obss. Sacr. Lib. III. p. 120. Adde 1 Reg. XVI. 5. Gloss. Vet. apud Labbæum: λόγος, *fabula.* 5) *fama, rumor.* Joh. XXI. 23. ἐξῆλθεν οὖν ὁ λόγος οὗτος εἰς τοὺς ἀδελφοὺς divulgatus est igitur hic rumor inter christianos. Matth. XXVIII. 15. διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος increbuit rumor ille, nempe illam fraudem synedrii intercessisse. Alii intelligere malunt de narratione ex-

cubitorum, qui a synedrio instructi erant. Luc. V. 15. διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ sed transit ad plures fama de ipso. Marc. I. 45. καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον. Luc. VII. 17. καὶ ἐξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ. Act. XII. 22. ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος περὶ αὐτῶν εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας. Theophr. Char. VIII. 2. M. Antonin. ad se ips. V. c. 3. Cf. Valckenar. ad Herodot. VII. c. 198. 6) *præceptum, mandatum*, i. q. ἐντολή. Joh. VIII. 55. καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ et mandata ejus exsequor. ibid. X. 35. πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο quibus demandata divinitus est provincia magistratus. (Alii minus commode vertunt: adversus quos dirigitur Dei comminatio.) Rom. XIII. 9. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται hoc præcepto continentur, coll. Galat. V. 14. ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται. 1 Thess. IV. 15. ἐν λόγῳ Κυρίου diserto Christi mandato. 2 Thess. III. 14. Exod. XXIV. 28. τοὺς δέκα λόγους decem præcepta. Esther. IX. 2. 1 Macc. II. 33. 7) *testimonium*, i. q. μαρτυρία. Joh. V. 38. καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν et non admittitis ejus de me testimonium, coll. v. 36 et 37. 8) *oraculum, vaticinium, prophetia*. Luc. III. 4. ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου ut prædictum est in volumine oraculorum Iesaiæ prophetæ. Joh. II. 22. XII. 38. ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πληρωθῇ ita eventum habuit vaticinium Iesaiæ prophetæ. ib. XV. 25. Act. XV. 15. τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν. 1 Cor. XV. 54. Apoc. I. 3. XIX. 9. Huc etiam referrem locum Matth. XXIV. 35. οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι hæc vero prædicta a me de fatis reipublicæ Judaicæ eventu suo non carebunt. Hinc quoque Alexandrini hac voce usi sunt pro נְבוּאָה *prophetia*. 2 Chron. IX. 29. 9) *promissio*. Luc. I. 20. ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας τοῖς λόγοις μου, coll. v. 19. Rom. IX. 6. οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ non fieri autem potest, ut eventu suo priventur promissiones divinæ, coll. v. 9 et 28. Hebr. IV. 2. ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς promissio ipsis data. ib. VII. 28. ὁ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας promissio, jurejurando confirmata. Sirac. XIII. 14, 15. ἀνελεήμων ὁ μὴ συντηρῶν λόγους immisericors est, qui fidem datam fallit. Ita etiam דָּבָר usurpatur Ps. CVI. 12. וַיַּאֲמִינוּ בִדְבָרָיו. ibid. CXIX. 25.

10) *minæ, comminatio*. Hebr. IV. 12. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ certissimæ enim sunt comminationes divinæ. 3 Esdr. I. 47. οὐκ ἐνετράπη ἀπὸ τῶν ῥηθέντων λόγων κ. τ. λ. neglexit minas, quas jussu divino ipsi denuntiaverat Jeremias propheta. Sic sumitur quoque דָּבָר Ies. IX. 8.

11) *proverbium, adagium, sententia, quæ in ore hominum fertur*. Joh. IV. 37. ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς hic valet, quod vulgo dici solet. Sic quoque apud Latinos *verbum* sumitur, v. c. apud Terentium Adelph. Act. V. Sc. III. v. 17. "vetus *verbum* hoc quidem est, communia amicorum esse inter se omnia." 12) *quæstio, res controversa, materia, disceptationi subjecta*. Matth. XXI. 24. ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ λόγον ἕνα et ego vobis quæstionem aliquam solvendam proponam. Act. XV. 6. ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου, coll. v. 2. περὶ τοῦ ζητήματος τούτου. 12) *lis, controversia, causa, coram judice agenda*. Act. XIX. 38. ubi λόγον ἔχειν πρός τινα significat, causam habere contra aliquem, seu, causam habere, cur aliquem accuses. Demosthenes p. 972. l. 17. ed. Reisk. ἐμοὶ πρὸς τούτους λόγος ἐστὶ, τούτοις δὲ ὁ λόγος ἔστω πρὸς τὸν ναύκληρον. Alia Græcorum loca dedit Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 103. Eodem modo πρᾶγμα usurpatur 1 Cor. VI. 1. 14) sequente præpositione κατὰ, *calumnia, maledictio, blasphemia*. Matth. XII. 32. ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου filio hominis si quis maledixerit. ibid. ὃς δ' ἂν εἴπῃ (sc. λόγον) κατὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, coll. Luc. XII. 10. τῷ δὲ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημήσαντι. Apud LXX Ps. CXXXVIII. 4. λόγος *sermonem dolosum, iniquum* seu *mendacem* notat et est i. q. ἑτερολογία, ac Prov. XXX. 30. λόγοι simpliciter positum *sermones contumeliosos et iracundos* significat. 15) *doctrina quæ traditur*. Joh. IV. 41. ἐπίστευσαν διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ ad fidem adducti sunt per ipsius Christi doctrinam. Act. XVIII. 15. Hebr. II. 2. ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος doctrina, angelorum ministerio Mosi tradita. Speciatim vero de *doctrina christiana* usurpatur Luc. I. 2. Marc. II. 2. Act. IV. 4. quæ in aliis locis vocatur ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, Act. VI. 2, 7. VIII. 14. ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, Act. XIII. 48, 49. ὁ λόγος τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου, seu τοῦ Θεοῦ, Act. XIV. 3. ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, Ephes. I. 13. ὁ λόγος τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου, Coloss. I. 5. ὁ λόγος ζωῆς, Phil. II. 16. et ὁ λόγος τῆς σωτηρίας, Act. XIII. 26. 16) *institutio, modus et ratio docendi*. Joh. XVII. 20. διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμὲ πιστευόντων qui per eorum institutionem religionem christianam amplectentur. 1 Cor. I. 17. σοφία λόγου institutio erudita et subtilis. ibid. II. 4. XV. 2. τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν qua ratione et quo ordine vobis exposuerim hanc doctrinam. 2 Cor. X. 6. λόγῳ opponitur γνῶσις scientia et cognitio religionis christianæ. 1 Thess. I. 5. τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη εἰς ὑμᾶς ἐν λόγῳ μόνον non tam mea opera edocti estis religionem christianam. 2 Thess. II. 2 et 15. διὰ λόγου institutione coram. 17) *facultas dicendi et docendi*. Luc. XXIV. 19. δυνατὸς ἐν λόγῳ excellens facultate docendi. 1 Cor. XII. 8. ubi λόγος σοφίας esse videtur facultas, docte et subtiliter instituendi peritiores christianos; λόγος γνώσεως autem erit facultas, populariter tradendi elementa religionis christianæ rudioribus. Ephes. VI. 19. ἵνα μοι δοθῇ λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου ut mihi Deus facultatem largiatur, libere tradendi religionem christianam. Adde 1 Cor. II. 1, 14. 2 Cor. XI. 6. Simili modo λόγος de *dicendi facultate* usurpatur apud Philonem de Mundi Opificio Vol. I. p. 4. ed. Pfeifer. καὶ γὰρ λόγον καὶ ἀκοὴν ὑπερβάλλει, et Sirac. XVII. 5. λόγον ἑρμηνείας (vel ἑρμηνείαν, alterutrum enim reponendum est loco impressi ἑρμηνεία) τῶν ἐνεργημάτων αὐτοῦ, scil. ἐδωρήσατο. 18) *doctor*, abstracto posito pro concreto, ex usu loquendi Hebræorum. Gen. XLII. 38. et 2 Sam. XXIII. 23. Luc. IV. 36. τίς ὁ λόγος οὗτος; qualis et hic doctor? Huc etiam fortasse referenda essent loca N. T. Joh. I. 1. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος κ. τ. λ. ibid. v. 14. ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο, et 1 Joh. V. 7. quæ haud incommode de Christo, doctore generis humani summo et unico, explicari possunt, salva tamen eorum sententia, qui formulis *verbum substantiale, hypostaticum ac æternum*, in hac re uti malunt. Sic quoque Apoc. XIX. 14. ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ est interpres seu doctor divinus. Aliæ horum locorum interpretationes, quæ probabilitate certe commendantur, inveniuntur in Crameri Symbolis Kiloniensibus P. I. p. 213. S. V. Tittmanni Tr. de Vestigiis Gnosticorum in N. T. libris frustra quæsitis p. 163 seq. et in aliis libris, quorum Catalogum

exhibent Wolfius in Curis Exegeticis ad h. l. et Deylingius Obss. Sacr. P. I. Obss. 49. 19) per metonymiam: *professio religionis christianæ.* Matth. XIII. 21. γενομένης θλίψεως καὶ διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον orta calamitate et vexatione ob professionem doctrinæ christianæ. Marc. IV. 17. Joh. VIII. 31. Apoc. I. 9. XX. 4. 20) *argumentum sermonis,* quo alicui aliquid persuadetur. Act. II. 40. ἑτέροις δὲ λόγοις πλείοσι διεμαρτύρετο καὶ παρεκάλει aliis insuper multis argumentis docuit eos atque hortatus est. ibid. XV. 32. διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν. ib. XX. 2. Eph. V. 6. κενοῖς λόγοις. 21) *ratio,* nempe *alicujus facti, quæ verbis, vel oratione reddenda est.* Matth. XII. 36. ἀποδώσουσι περὶ αὐτοῦ λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ejus rationem reddent die judicii ultimi. Act. XIX. 40. περὶ οὗ δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης qua excusare et defendere possimus hunc concursum. Rom. XIV. 12. quilibet nostrum vitæ suæ rationem Deo aliquando reddet. Hebr. XIII. 17. 1 Petr. III. 15. πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον ad defensionem doctrinæ christianæ coram omnibus, rationem a vobis repetentibus. ibid. IV. 5. Plato l. XII. de Legg. p. 994. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 46. Fortasse huc etiam referendus est locus Hebr. IV. 13. πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος cui aliquando a nobis ratio reddenda erit: quemadmodum hæc verba (quæ alii, ut Beza: *quocum nobis est negotium;* alii: *ad quem nobis est sermo,* sc. in precibus nostris directus; nonnulli denique: *de quo nobis hic sermo est institutus* explicarunt,) præeunte Syro et Chrysostomo, Gomarus, Altingius et alii interpretati sunt. 22) *ratio accepti et dati,* berechnung, *calculation.* Mat. XVIII. 23. ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ qui volebat conferre rationes cum servis suis. ibid. XXV. 19. καὶ συναίρει μετ' αὐτῶν λόγον. Philip. IV. 15. εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως. Vide supra sub δόσις. ib. v. 17. τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν. Huc etiam referri potest locus Luc. XVI. 2. ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου, nisi vocem λόγος h. l. de *rationario* (Sueton. Aug. 28.) interpretari et ita vertere aliquis malit: redde libros rationarios dispensationis tuæ. Gloss. Vet. apud Labbæum: λόγος, *calculatio.* 23) *causa, ratio.* Act. X. 29. πυνθάνομαι οὖν, τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ με; quæro igitur e vobis, quam ob causam me arcessiveritis? Syrus ܡܛܠ ܡܢܐ *propter quid?* Euripides Androm. v. 548. ἐκ τίνος λόγου νοσεῖ δόμος. Polyb. XVII. cap. 31 et 32. κατὰ τίνα λόγον ἀμφισβητοῦσιν. Alia loca dedit Kypke Obss. Sacr. T. II. pag. 51. Eodem modo usurpatur quoque דָּבָר Deut. XXII. 24. Adde Matth. V. 32. παρεκτὸς λόγου πορνείας nisi ob fornicationem; ubi tamen λόγος plerisque interpretibus redundare videtur. Vide Vorstii Philol. Sacr. cap. 14. 24) *ratio, quæ alicujus rei habetur,* rücksicht, *respect paid to any thing.* Hinc λόγον ποιεῖσθαι τινὸς, *curare aliquid, rationem habere alicujus rei.* Act. XX. 24. ἀλλ' οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι sed hæc me revocare a proposito non valent. Suid. οὐδενὸς λόγον ἔχω· ἀντὶ τοῦ φροντίζω. Et sic λόγος in Josephi libris aliquoties reperitur. Adde Job. XIV. 3. XXII. 4. Similis formula loquendi est ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεσθαι, adhibita Tyrtæo apud Platon. Lib. I. de Legg. pag. 629. A. 25) *res, de qua agitur, factum, negotium,* quatenus est materia sermonis, ad imitationem Hebr. דָּבָר Jerem. XLIV. 4. 2 Sam. XI. 18. XVIII. 13. Matth. XIX. 11. οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον non omnes huic rei (sc. vitæ cælibi) pares sunt. Marc. I. 45. διαφημίζειν λόγον evulgare rem. ibid. IX. 10. καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτοὺς reticuerunt hanc apparitionem; ubi τὸν λόγον positum est pro τοῦτο τὸ ὅραμα, de quo in antecedentibus sermo erat. Luc. I. 4. XXIII. 9. ἐπηρώτα δὲ αὐτὸν ἐν λόγοις ἱκανοῖς de variis rebus (criminibus scil. quorum ipsum reum agebant,) eum percontabatur. Act. VII. 29. ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ ob hoc factum, scil. homicidium. ibid. VIII. 21. ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ istius facultatis, coll. ver. 19. ibid. XI. 22. ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος fama hujus rei perlata est. Rom. IX. 28. Æschyl. Pers. v. 313. ubi nuntius quidam, expeditione navali descripta, addit: ὧδ' ἔχει λόγος sic se res habet: ubi videndus Stanleius. Palæphat. de Incredib. c. 13. ἀτελῶς τὸν λόγον ἀπολιπὼν infecta re. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 61. ac Brunckium ad Sophocl. Œd. Col. ver. 1150. et ad Œdip. Tyrann. v. 1144. Sic quoque ἔπος adhibetur apud Euripid. Hecub. v. 277. coll. Rhes. v. 86. Huc etiam pertinent loca N. T. ubi λόγος loco pronominis indefiniti τὶς positum est, v. c. Matth. XXII. 46. οὐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον, h. e. οὐδὲν, vel τὶ, nemo poterat ei respondere quicquam. Sic Ies. XXXVI. 21. וְלֹא־עָנוּ אֹתוֹ דָּבָר Alex. καὶ οὐδεὶς ἀπεκρίθη αὐτῷ λόγον. Matth. XXI. 24. ἐρωτήσω κἀγὼ ὑμᾶς λόγον ἕνα interrogabo vos ego quoque aliquid. 2 Sam. III. 13. דָּבָר אֶחָד אָנֹכִי שֹׁאֵל מֵאִתְּךָ. Jerem. XXXVIII. 14. שֹׁאֵל אֲנִי אֹתְךָ דָּבָר. 26) *negotium, commercium.* Hebr. IV. 13. πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος cum quo nobis res est. Ita דָּבָר sumitur Jud. XVIII. 28. 2 Reg. IX. 5. 27) *species apparens et externa alicujus rei, quæ rei ipsi et veritati opponitur.* Coloss. II. 23. ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας quæ speciem quidem sapientiæ habent. Chrysost. ad h. l. λόγον φησὶ, οὐ δύναμιν, οὐκ ἀλήθειαν. Schol. Sophocl. ad Electram v. 225. οὐκ ἔχει λόγον· ἀντὶ τοῦ παρέχει πρόφασιν. Dionys. Halic. IX. 20. τῷ λόγῳ *simulate,* ubi videndus Sylburgius. Sic *verbum* quoque apud Latinos usurpatur, v. c. Cic. Verr. III. 13. Nep. Phocion. c. 3. 28) κατὰ λόγον *jure meritoque, uti par est.* Act. XVIII. 14. κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν pro muneris officiique mei ratione vos audirem. Confer ad h. l. Pricæum et Abresch. ad Æschylum p. 616. nec non Wetstenii N. T. T. II. pag. 576. Syrus: ܟܕܐܡܠܐ h. e. *ut par est, convenienter.* Polyb. I. 20. X. 92. Exc. Leg. LIII. pag. 1207. LXXX. p. 1257. Kypkio in Obss. Sacr. T. II. pag. 93. κατὰ λόγον est: *ex voto, ex animi sententia.* 29) interdum *abundare* videtur, maxime post verba dicendi, interrogandi, etc. Act. XIII. 15. εἰ ἔστι λόγος ἐν ὑμῖν παρακλήσεως πρὸς τὸν λαὸν, pro εἰ ἔστι ἐν ὑμῖν παράκλησις si otium vobis est et potestas docendi populum. Matth. XV. 23. ὁ δὲ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῇ λόγον. ibid. XXI. 24. XXII. 46. Confer 2 Reg. XVIII. 36. Sirac. XXIII. 17. ἐστὶ γὰρ ἐν αὐτῇ (sc. ἀκολασίᾳ) λόγος ἁμαρτίας. 2 Macc. III. 6. πρὸς τὸν τῶν θυσιῶν λόγον, loco πρὸς τὰς θυσίας. Confer Vorstii Philol. Sacr. c. 14. p. 372 seq. ed. Fischeri. 30) interdum deficit, v. c. Joh. VI. 66. ἐκ τούτου, sc. λόγου, propter hunc sermonem. Syrus: ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܠܬܐ. Alii supplent χρόνου. 1 Petr. V. 12. δι' ὀλίγων, scil. λόγων, *paucis verbis.* Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 509. — De voce λόγος lectu digna habent Vigerus de Idiotismis Gr. L. p. 101

seq. ed. Zeunii, Suicerus in Thesauro Eccles. T. II. p. 250. et Reisk. in Indice Græcitatis Demostheneæ p. 489 seq.

ΛΟ'ΓΧΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *hastæ ferrum, cuspis, spiculum, ὁ τοῦ δόρατος σίδηρος,* seu *αἰχμὴ ἐπιδορατίς* secundum Pollucem Onom. L. X. c. 3. (a præt. med. λέλογχα, verbi λαγχάνω *sortior* et *assequor.*) Vide Strabonem Lib. 3. p. 168. Herodot. I. 52. et Xenoph. Anab. IV. 7. 11. et V. 4. 6. Hinc per metonymiam 2) *lancea, hasta militaris, quæ in extremitate cuspide ferrea munita est,* unde λογχάριον *hastula* et λογχοφόρος *lancearius, spiculator, lanceas portare solitus.* Sic semel legitur in N. T. Joh. XIX. 34. εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε aliquis militum lancea ejus latus perfodit. Xenoph. Cyrop. VI. 2. 11. Alexandrini hac voce usi sunt pro רֹמַח quod *spiculum, lanceam, hastam* et *genus aliquod gladii, habentis formam lanceæ,* significat, Jud. V. 8. Ezech. XXXIX. 9. et pro חֲנִית *hasta, lancea.* 1 Sam. XVII. 7. Job. XLI. 26. Hesych. λόγχη· λῆξις, μερίς, καὶ ὁ τοῦ δόρατος σίδηρος. Suid. λόγχη· σιδήριον, ἀκόντιον. Vide et Polluc. Onom. V. 20. Gloss. Vet. λόγχη, *lancea, spiculum, hasta.*

ΛΟΙΔΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *convicior, maledico, conviciis ac maledictis aliquem incesso, probris insector, criminor, objurgo,* a λοίδορος *conviciator, maledicus.* Joh. IX. 28. ἐλοιδόρησαν αὐτὸν tunc graviter invehentes in eum. Act. XXIII. 4. τὸν ἀρχιερέα τοῦ Θεοῦ λοιδορεῖς, coll. v. 5. ubi λοιδορεῖν cum ἐρεῖν κακῶς permutatur. 1 Cor. IV. 12. λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν. 1 Pet. II. 23. Sæpius non legitur in N. T. in quo hoc verbum semper cum accusativo construitur ex usu linguæ Græcæ, quem multis exemplis comprobavit Reitz. ad Lucian. Opp. T. II. pag. 787. et Sallier. ad Thom. Mag. in voce διαλοιδορεῖται. De constructione hujus verbi cum dativo vide loca laudata a Wetstenio N. T. T. I. p. 906. et Hemsterhusium ad Aristoph. Plut. p. 131.

ΛΟΙΔΟΡΙ'Α, ας, ἡ, *convicium, maledictum, objurgatio, maledictio, obtrectatio.* (ab eodem themate.) 1 Tim. V. 14. μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν nullam adversario maledicendi et obtrectandi præbere materiam. 1 Petr. III. 9. μὴ ἀποδιδόντες λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. Hier. I. 14. ubi opponitur ἐπαίνῳ. Apud Græcos scriptores etiam de *controversia, lite et contentione* usurpatur, quia hanc convicia et maledicta comitari solent. Vide Æschin. Socr. Dial. II. 16. Alexandrini hac voce usi sunt pro רִיב *contentio,* Exod. XVII. 2. Prov. XX. 3. et pro דִּבָּה *infamia,* Prov. X. 18.

ΛΟΙ'ΔΟΡΟΣ, ου, ὁ, *conviciator, maledicus, objurgator, qui maledictis et conviciis aliquem proscindit.* Legitur in N. T. 1 Cor. V. 11. ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος. ibid. VI. 10. οὔτε μέθυσοι, οὐ λοίδοροι. Sæpius non reperitur in N. T. Prov. XXVI. 21. אִישׁ מִדְוָנִים *contentiosus,* Alex. ἀνὴρ λοίδορος. Theodot. γογγυστής. Symmach. δόλιος. ibid. XXV. 24. et XXVII. 15. Hesych. λοίδορος· κακολόγος, ὑβριστής. Alberti Gloss. Gr. p. 125. λοίδορος· ὑβριστής.

ΛΟΙΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *pestis, contagio, contagium, lues contagiosa,* a λύμη *lues,* vel a λείπω *deficio.* Hesych. λοιμός· πάθος τὸ ἀθρῶες φθοροποιὸν ζώων ἐκ τῶν τῆς γῆς φασὶν ἀναθυμιάσεων καὶ τῆς τοῦ ἀέρος ἀταξίας γινόμενον. Matth. XXIV. 7. καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ λοιμοὶ et fames erit et pestilentia. Luc. XXI. 11. 2) metaphorice, ut Latinum *pestis:* (Cicero Or. II. in Catil. c. 1. Pro Domo c. 27. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 619 seq.) *res,* (Polyb. XXXVIII. 2. 8. λοιμῶν αἴτιοι *malorum auctores.*) *seu persona quæcunque noxia et perniciosa,* speciatim: *homo scelestus et impostor, qui alios vitiis et erroribus inficit et mores aliorum corrumpit.* Sic legitur in N. T. Act. XXIV. 5. εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν comperimus hunc virum pestiferum. Sæpius non reperitur in N. T. Hinc in versione Alexandrina reperitur pro רָשָׁע *impius, scelestus,* Ezech. VII. 21. בְּלִיַּעַל *nequam,* 1 Sam. II. 12. X. 27. לֵץ *derisor, religionis contemtor,* Psal. I. 1. Prov. XXI. 24. XXII. 10. et פָּרִיץ *effractor, violentus, sceleratus,* Ezech. XVIII. 10. Adde 1 Macc. X. 61. XV. 3, 21. Ælian. V. H. XIV. 11. μὴ ἔσο λοιμός. Conf. Trilleri Obss. Critt. p. 375. interpretes ad Thom. M. p. 582. Palairet. Obss. Philol. p. 336. et H. W. van Marle in Obss. SS. ad Act. l. l. Hesych. λοιμῶν· φθοροποιῶν, ἢ ἁμαρτωλῶν τῶν τοῦ κόσμου ἐμπαίκτων. Suid. λοιμοί· οἱ μὴ μόνον σφᾶς αὐτοὺς λυμαινόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τῆς λύμης μεταδιδόντες.

ΛΟΙΠΟ'Σ, ἡ, όν, 1) *reliquus, residuus ejusdem generis vel naturæ.* Est verbale a perf. med. λέλοιπα, verbi λείπω *linquo.* Matth. XXII. 6. XXV. 11. XXVII. 49. etc. Marc. IV. 19. τὰ λοιπὰ reliquæ res terrenæ. 2) *reliquus, qui non est ejusdem generis, naturæ, pretii et dignitatis, alius.* Luc. XII. 26. τί περὶ τῶν λοιπῶν μεριμνᾶτε; quid de reliquis (effectu scilicet longe difficilioribus, nam opponitur τοῖς ἐλαχίστοις) discruciamini? ibid. XVIII. 9. ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιποὺς aliosque (qui sibi scilicet non pii videbantur) contemnentes. Act. V. 13. οἱ λοιποί, quia opponuntur τῷ λαῷ, sunt proceres civitatis Hierosolymitanæ. ubi videndus Pricæus. Rom. XI. 7. οἱ λοιποὶ Judæi, qui christianam religionem repudiabant. Ephes. II. 3. οἱ λοιποὶ omnes, a religione christiana alieni, gentiles et Judæi, coll. Ephes. IV. 17. et 1 Thess. IV. 13. 3) *futurus, qui posterum tempus spectat.* Hebr. X. 13. τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, ἕως τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ κ. τ. λ. Galat. VI. 17. τοῦ λοιποῦ, scil. χρόνου, *posthac, futuro tempore.* Herodot. I. 11. III. 61. Aristoph. Ran. 594. Alia loca de hac significatione formulæ τοῦ λοιποῦ dedit Wetstenius N. T. T. II. p. 236 seq. — — Neutrum τὸ λοιπὸν adverbiascit et significat a) *in futurum, in posterum, postea, quod reliquum est temporis.* Subintellige κατὰ μέρος χρόνου. 2 Tim. IV. 8. λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος. Aristoph. Plut. v. 780. ubi Schol. Cod. Dorvill. εἰς τὸ ἑξῆς. Adde 1 Cor. VII. 29. Dio Or. XLVI. p. 522. Pindar. Pyth. V. 154. τὸ λοιπόν. Schol. εἰς τὸ μέλλον. Eurip. Hippol. 33. Schol. εἰς τὸ μετὰ ταῦτα. b) *tandem, ad extremum.* Act. XXVII. 20. λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς tandem omnis spes salutis sublata est. Ælian. V. H. VIII. 14. ὅτι λοιπὸν ἐνόσει ἐπὶ θανάτῳ. Epictet. cap. 39. c) *jam, in præsenti,* i. q. ἤδη. Matth. XXVI. 45. καθεύδετε τὸ λοιπόν; num jam dormitis et quiescitis? cum omnium minime tempus dormiendi sit. alii vertunt: dormite deinceps. Marc. XIV. 41. Diog. Laërt. VI. 2. § 11. βουλόμενον λοιπὸν ὑπεξελθεῖν τοῦ βίου. Joseph. Antiq. Jud. XI. 6. 11 et 12. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 58. d) *ceterum.* 1 Thess. IV. 1. ad quem lo-

cum Zonaras Lex. col. 1738. hæcce habet: Τὸ λοιπὸν, ἀντὶ τοῦ ἐπίλοιπον. καὶ παρὰ τῷ ἀποστόλῳ τὸ λοιπὸν ἀντὶ τοῦ ἀποχρώντως· τὸ λοιπὸν οὖν, ἀδελφοί, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρακαλοῦμεν ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ· τὸ ἐρωτῶμεν ἀντὶ τοῦ παρακαλοῦμεν. — Ὁ δὲ λοιπὸν, pro λοιπὸν, aut τὸ λοιπὸν, est Latinum *cæterum*, et orationem connectit.

ΛΟΥΚΑ῀Σ, ᾶ, ὁ, *Lucas*. Est nomen proprium evangelistæ, contractum ex *Lucano*, (ut *Silas* ex Silvanus. Plenum Lucani nomen in codd. aliquot Evangelio legitur præfixum teste Mabillonio in Museo Italico. Grotius ex *Lucilio* contractum esse judicat. Aliis contractum videtur ex Λουκιανὸς vel Λεύκανδρος.) origine Latinum. Fuit hic patria Syrus, Antiochensis, ante conversionem ad religionem christianam proselytus et unus ex 70 discipulis, quos Christus ad Judæos præter apostolos emiserat Luc. X. 1. Auctor est commentariorum de rebus et vita J. C. et apostolorum, et utrumque opus Theophilo inscripsit. In prædicatione evangelii fuit Pauli συνεργὸς 2 Tim. IV. 11. Philem. v. 24. et idem fortasse cum eo, qui Coloss. IV. 14. ὁ ἰατρὸς dicitur, quæ etiam Hieronymi et Eusebii sententia fuit. Vide Hieronymum in Scriptoribus Eccles. c. 7. p. 29. et Tillemontium in Memoriis Eccles. T. II. P. II. p. 256 seq. Nicephorus H. E. VI. cap. 16. ait, eum fuisse insignem pictorem eumque Mariam, matrem Christi, pinxisse. Sed hæc incerta sunt. Confer Montfauconii Palæogr. p. 21. et Sixti Senensis Bibliothecam Lib. II. nec non C. L. Schlichteri Eclog. Histor. qua fabula pontificia de Luca pictore exploditur. Hal. 1734. 4.

ΛΟΥ΄ΚΙΟΣ, ίου, ὁ, *Lucius*. Est nomen proprium Latinum viri, qui fuit propheta et doctor insignis ecclesiæ Antiochenæ. Act. XIII. 1. Rom. XVI. 21. Sæpius non memoratur in N. T.

ΛΟΥΤΡΟ΄Ν, οῦ, τὸ, 1) proprie: *balneum*, seu *locus in balneo, lotioni destinatus*, a λούω *lavo*. Pollux VII. c. 33. s. 2. προσήκοι δ' ἂν βαλανίῳ λουτρὸν καὶ λοῦσθαι καὶ λουτρῶνες. καὶ τὸ ὕδωρ τοῦ λουτροῦ λουτρεῖον. Xenoph. de Rep. Athen. II. 10. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 256. 2) *lotio, lotura* (Xenoph. Cyrop. VII. 5. 26.) et per metonymiam subjecti: *lavacrum, ipsa aqua in balneo*. Differt accentu a λοῦτρον, ου, τὸ, *aqua sordida*. Bis tantum legitur in N. T. de baptismo, qui Ephes. V. 26. λουτρὸν τοῦ ὕδατος lavacrum aquæ, et Tit. III. 5. λουτρὸν παλιγγενεσίας lavacrum, quo homines se obstringunt meliori vitæ, dicitur. Alexandrini hac voce usi sunt pro רַחְצָה *lavacrum, ablutio*. Cant. IV. 2. VI. 6. Xenoph. Œcon. V. 9.

ΛΟΥ΄Ω, fut. ούσω, 1) *lavo, abluo, mundo a sordibus physicis, quibus aliqua res commaculata est*. Λούομαι *abluor*, item *lavo me*. In N. T. legitur Joh. XIII. 10. ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει, ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι qui jam suas manus lavavit, (aut: lotus reliquo corpore) is nulla præterea lotione indiget, nisi pedum. Act. IX. 37. λούσαντες (pro λούσασαι, fœminæ enim, non viri, fœminas mortuas lavabant, ut recte monuit Markl. ad calcem Eurip. Suppl. p. 281. Atticos autem de fœminis participia generis adhibere solere masculini docet Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 205 sequ.) δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν ὑπερῴῳ lotum ejus corpus in œco quodam repositum fuerat: ubi vid. Wetstenius. ibid. XVI. 33. ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν abluebat eorum vulnera. Ante ἀπὸ τῶν πληγῶν omissum esse videtur καθαρίζων, abstergens a plagis eorum concretum sanguinem. Hebr. X. 22. λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ abluti corpus aqua pura, nempe baptismi. 2 Petr. II. 22. ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου sus lota reversa ad volutabrum cœni. In vers. Alex. respondet Hebraico רָחַץ *lavit, abluit*, Exod. II. 5. XL. 12. כִּבֵּס idem, Levit. XI. 40. et pro הִשְׂחָה *natare fecit, humectavit, lavit*. Ps. VI. 7. Conf. Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 79. p. 323 seq. 2) metaphorice: *tollo, aufero, libero ab aliqua re*. Apoc. I. 5. καὶ λούσαντι (codices multi habent λύσαντι) ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ qui nos liberavit a culpa ac pœna peccatorum morte sua cruenta. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΥ΄ΔΔΑ, ης, ἡ, *Lydda*. Vicus Palæstinæ (Joseph. A. J. XX. 6. 2. Λύδδα κώμη, πόλεως τοῦ μεγέθους οὐκ ἀποδέουσα) situs in tribu Ephraim, non procul a mari Mediterraneo in confinio tribus Dan ac civitatis Joppe, quæ nunc *Japha* passim dicitur, ab Hierosolymis autem quinque ferme milliaribus distans. Fuit autem una e tribus toparchiis, quæ Samaritanis ereptæ, Judææ fuerunt adjectæ. (1 Macc. XI. 34. Joseph. A. J. XIII. 4. 9.) Vicus Lydda vero deinde *Diospolis* nuncupatus est, teste Hieronymo, Plinio (H. N. V. 14.) et Cod. Coisl. XXV. apud Albertum Append. Gloss. Gr. N. T. p. 214. Λύδδα· ἐστὶν ἡ νῦν καλουμένη Διόσπολις. Exusta et devastata est hæc urbs a *Cestio*, auctore Josepho de B. J. II. 19. 1. Ibi Petrus Æneam paralyticum sanavit et Tabitham a mortuis excitavit. Act. IX. 32, 35, 38. De schola, seu academia, quam Judæi in hoc vico habuisse perhibentur, vide Lightfooti Centur. Chorogr. cap. XVI. et Hadr. Relandi Palæstina Lib. III. p. 878. quibus adde Wetstenii N. T. T. II. p. 514.

ΛΥΔΙ΄Α, ας, ἡ, *Lydia*. 1) provincia Asiæ minoris est, sita ad mare Ægæum, inter Cariam et Phrygiam, teste Strabone Lib. XIII. Hebraice dicitur לוּד a variis flexionibus fluvii Mæandri, admodum flexuosi. Vide Plinii H. N. V. c. 29. לוּד enim Phœnicibus et Arabibus notat *flexuosum*, quemadmodum Hebraicum לָוָה *declinare, torquere, obliquare* significat. 2) nomen proprium mulieris, purpurarum venditricis, quæ ex civitate Thyatirorum oriunda per Pauli institutionem ad fidem christianam conversa est, de qua bene exposuit Altmannus in Biblioth. Brem. Cl. V. p. 670. Conf. et Wetstenii N. T. T. II. p. 554. Act. XVI. 14. τὶς γυνὴ, ὀνόματι Λυδία, πορφυρόπωλις, πόλεως Θυατείρων, σεβομένη τὸν Θεόν. ibid. v. 40. εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν ingressi sunt domum Lydiæ. Eodem modo apud Herodotum II. c. 121. legitur: εἰσελθόντα δὲ ἐς τοῦ βασιλῆος τὴν θυγατέρα ingressum domum regis, ubi filia versabatur. Possessor pro re possessa ponitur in hac formula. Lysias Orat. XVIII. p. 303. εἰσελθὼν εἰς τὸν πατέρα τὸν ἐμόν. Aristoph. Plut. 237. ἢν μὲν γὰρ εἰς φειδωλὸν εἰσελθὼν τύχω. ibid. v. 242. Athen. XIII. p. 584. E. Schol. Soph. Œd. Tyr. v. 114. Virgil. Æn. II. v. 12. Ucalegon, i. e. domus Ucalegonis. Conf. J. H. Maii Obss. SS. Lib. II. p. 6 seq. Alii εἰς pro πρὸς h. l. positum existimant. Vide Glassii Philol. S. p. 459.

ΛΥΚΑΟΝΙ΄Α, ίας, ἡ, *Lycaonia*. Regio Natoliæ, sive Asiæ minoris inter Pamphyliam, Cappadociam et Pisidiam, magna ex parte campestris, cujus præcipuæ urbes fuerunt *Lystra, Derbe* et *Iconium*. Act. XIV. 6. Stephanus etiam Arcadiam regionem Peloponnesi in Europa olim Lycaoniam dictam fuisse putat.

Vide Cellarii Geogr. Plen. c. 4. p. 172. Ejus incolæ perinde ac incolæ Cappadociæ peculiari dialecto barbarica utebantur, (teste Strabone Lib. VI.) quæ non fuit genere distincta a Græca, sed ejus tantum dialectus, ut Ionica. De lingua Lycaonica peculiaris exstat Pauli Ernesti Jablonskii Dissertatio, (Berol. 1714. 4.) qui eam statuit dialectum Assyriacæ proximam atque hinc deductam, et eandem cum lingua Cappadocum fuisse.

ΛΥΚΑΟΝΙΣΤΙ', *Lycaonice, lingua*, seu *dialecto Lycaonica*. Adverbium a Λυκαονία, quod vide. Semel legitur in N. T. Act. XIV. 11. Λυκαονιστὶ λέγοντες Lycaonica dialecto dicentes. Conf. Paul. Ern. Jablonskii Lib. laud.

ΛΥΚΙ'Α, ας, ἡ, *Lycia*. Est regio Natoliæ, seu Asiæ minoris, quæ ab ortu habet Pamphyliam, ab occidente Cariam, a meridie inter mare suum, quod Lycium, et a septentrione inter Phrygiam et Lydiam conclusa est. Nomen accepit, ut quibusdam videtur, a rege quodam Lyco, Pandionis filio. Semel tantum memoratur in N. T. Act. XXVII. 5. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 3. sect. 8. § 153. p. 93. et Wetstenii N. T. T. II. p. 637 seq.

ΛΥ'ΚΟΣ, ου, ὁ, 1) *lupus, animal sævum, rapax et ovibus infestum*. Joh. X. 12. θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον videt lupum irruere — καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει τὰ πρόβατα. Hebraice dicitur זְאֵב Genes. XLIX. 27. Jerem. V. 6. 2) metaphorice: *homo immanis, ferox, hostis violentus et callidus, omnis, qui perniciem et exitium molitur*. Dio Cass. LV. p. 389. ἐπὶ γὰρ τὰς ἀγέλας ὑμῶν φύλακας, οὐ κύνας, οὐδὲ νομέας, ἀλλὰ λύκους πέμπετε. Hinc in N. T. libris speciatim ita dicuntur a *falsi doctores, qui noxios errores spargunt*, qui quidem speciem habent pietatis et veritatis studii, sed tamen sunt (Matth. VII. 15.) ἔσωθεν λύκοι ἅρπαγες animo lupino præditi. Act. XX. 29. iidem λύκοι βαρεῖς dicuntur. b) omnes adversarii religionis christianæ, maxime Judæi, ob persecutiones gravissimas in christianos. Matth. X. 16. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων, coll. v. 17, 18 seq. Luc. X. 13. Sæpius non legitur in N. T. Eadem a lupis metaphora deducta ad homines fortes, feroces et crudeles est Genes. XLIX. 27. Jer. V. 6. Zeph. III. 3. Conf. Glassii Philol. Sacr. p. 1137. ed. Dathii. Etiam apud exteros scriptores homines analogice a lupis et aliis bestiis, quarum naturam referunt, denominantur, v. c. Homer. Iliad. δ', 471. Ælian. V. H. V. 19. VIII. 6. Plin. H. N. VIII. c. 22.

ΛΥΜΑΙ'ΝΩ, et frequentius ΛΥΜΑΙ'ΝΟΜΑΙ, 1) *vasto, everto, diruo, corrumpo*, et est verbum proprium de feris, nominatim leonibus, apris, lupis, suibus aliisque similibus, quæ agrum, hortum, regionem et arbores devastant et oves rapiunt, a λύμη, ης, ἡ, *exitium, noxa*, maxime, *quæ infertur a feris bestiis, arva segetesque devastantibus et oves rapientibus*. (Xenoph. Œcon. V. 6. αἱ δὲ κύνες τά τε θηρία ἀπερύκουσαι ἀπὸ λύμης καρπῶν καὶ προβάτων.) Sic legitur Callim. Hymn. in Dianam v. 155. σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται. Ælian. V. H. IV. 5. λυμαινόμενον αὐτῶν τὰ ἔργα ἐχειρώσατο λέοντα. Ps. LXXX. 14. ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ. Hebr. יְכַרְסְמֶנָּה חֲזִיר מִיָּעַר. Conf. Alberti Obss. Philol. p. 235. et Wetstenii N. T. T. II. p. 504. 2) metaphorice: *vim infero, violenter tracto, lædo, affligo, noceo, quacunque ratione hoc fiat*. Sic semel tantum legitur in N. T. Act. VIII. 3. Σαῦλος δὲ ἐλυμαίνετο τὴν ἐκκλησίαν Saulus vero graviter christianos persequebatur eorumque numerum minuere conabatur. Syrus bene vertit: ܪܕܦ ܗܘܐ *persequebatur*. Vulg. *devastabat*. Gloss. λυμαίνομαι, *devasto, labefacto*. Apud Polyb. IV. 87. λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας iis tribuitur, qui non obtrectando, sed laudando aliis nocere student. Adde Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 16. et VII. 5. 18. ubi λυμαίνεσθαι in notione *nocendi* cum dativo construitur. Idem in Anab. I. 3. 16. ᾧ λυμαινόμεθα τὴν πρᾶξιν cujus incepta irrita reddimus, scilicet non adjuvando. Alia loca larga manu collegit Dresigius de Verbis Mediis N. T. III. 41. p. 566. Suid. ἐλυμήνατο· ἔβλαψεν. Hesych. λυμαίνεσθαι· καθαίρειν, φθείρειν. — λυμαίνεται· διαφθείρεται.

ΛΥΠΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *contristo, tristem reddo, mærorem affero, dolore afficio*. Λυπέομαι *contristor, ægre fero, doleo*, a λύπη *tristitia, dolor*. Matth. XIV. 9. καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεύς. ibid. XVII. 23. ἐλυπήθησαν σφόδρα. ibid. XIX. 22. ἀπῆλθε λυπούμενος tristis discessit. (coll. Esther. VI. 12.) ibid. XXVI. 22, 37. λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Marc. X. 22. XIV. 19. Joh. XVI. 20. XXI. 17. 2 Cor. II. 2, 4. VII. 8 et 9. ἐλυπήθητε κατὰ Θεὸν tristitia affecti estis, ita, uti Deus vult et præscribit. ibid. v. 11. 1 Thess. IV. 13. 1 Pet. I. 6. λυπηθέντες ἐν ποικίλοις πειρασμοῖς. 2) *ad iram et indignationem provoco*. Λυπέομαι *irascor, indignor, ægre fero*. Matth. XVIII. 31. ἐλυπήθησαν σφόδρα valde indignabantur. Herodian. II. 3. 18. τὸ γὰρ λυπῆσαν δυσεξάλειπτον. Ælian. V. H. XII. 16. Ἀντιγόνου τὸ φιλότιμον ἐλύπει αὐτόν. Aristoph. Plut. v. 22. In versione Alex. respondet Hebraico חָרָה *ira accensus fuit, exarsit ira*. Genes. IV. 5. Nehem. V. 6. est pro קָצַף *spumavit, efferbuit ira, indignatus est*. 1 Sam. XXIX. 4. Esther. I. 12. II. 21. Sic etiam ἄχος *mœror, tristitia* de *ira* et *indignatione* adhibetur ab Homer. Iliad. α', v. 188. Apud Inc. Int. Job. VI. 25. λυπηρὸς notat *ad iram ac indignationem provocantem, offendentem*. 3) *noceo, molestiam* (Sic apud Platonem Apol. c. 33. ac Hesiod. Ἔργ. 401.) *et damnum creo, lædo, offendo*. Rom. XIV. 15. εἰ διὰ βρώματος ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται si promiscuo tuo ciborum usu frater tuus offendatur, h. e. inducatur ad peccandum, ut scilicet edat, de quo dubitet, an edere liceat; ubi λυπεῖται est idem, quod v. 21. σκανδαλίζεται et ibidem explicatur per ἀπολλύεσθαι. Nec ignorant Græci scriptores hanc *nocendi* et *damnum dandi* notionem verbi λυπεῖν. Sic v. c. legitur apud Ælian. Hist. Anim. IV. 23. Var. Hist. I. 8. ἐλύπησεν αὐτοὺς τὸ δῆγμα οὐδέν. Xenoph. Mem. I. 6. 6. τὰ λυποῦντα τοὺς πόδας. ib. III. 13. 1. Hinc λυπηρός τινι *molestus, noxius*, apud Xenoph. Anab. II. 5. 2. et τὰ λυπήσοντα *mala, incommoda*, apud Æschin. Socr. Dial. III. 16. Non male etiam huc retuleris locum 2 Cor. VI. 10. ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες persequuntur nos et multis malis afficiunt, semper tamen sumus animo hilari et tranquillo. 4) per metonymiam consequentis: *impugno alicujus consilia, infringo alicujus instituta et optata*. Ephes. IV. 30. μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον quæ verba vulgo reddunt: *nolite ad iram provocare Spiritum Sanctum*, sed rectius vertuntur: *nolite repugnare Deo, cui debetis beneficia, quæ vobis per religionem christianam contigerunt*, seu, *nolite negligere illa bona iisque temere abuti*. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. λυποῦμαι· ἀδημονῶ, ἀλγῶ, ἀλύω, ἀνιῶμαι, ἀσχαλ-

λω, ἄχθομαι, ὀδυνῶμαι, στυγνάζω, δυσχεραίνω, ἀθυμῶ.

ΛΥ'ΠΗ, ης, ἡ, 1) *dolor, tristitia, et mœror animi, ægritudo animi*, ita, ut sumatur non solum *passive* de mœrore, quo aliquis afficitur, sed etiam *active* adhibeatur de tristitia, qua quis alterum afficit. Luc. XXII. 45. ἀπὸ τῆς λύπης præ tristitia. Joh. XVI. 6. ἡ λύπη πεπλήρωκεν τὴν καρδίαν ὑμῶν summa animus vester affectus est tristitia. ibid. v. 20. ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται tristitia illa vestra vertetur in lætitiam. ibid. v. 22. 2 Cor. II. 1. ἐν λύπῃ ita, ut opus mihi sit vos tristitia afficere, coll. 1 Cor. IV. 21. 2 Cor. II. 3, 7. μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος ne nimia tristitia ille conficiatur. 2 Cor. VII. 10. ἡ λυπὴ κατὰ Θεὸν tristitia, quæ Deo probatur, quam Deus vult et præscribit, ita, ut quis iis de causis, eo modo, iis cum effectibus dolorem sentiat, quibus Deus vult et delectatur. Huic ibidem opponitur ἡ τοῦ κόσμου λύπη, h. e. tristitia, qualis vulgo esse solet inter homines, non emendatos per religionem christianam, ob jacturam scilicet rerum terrenarum. Phil. II. 27. ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπην σχῶ ne tristitiam super tristitiam haberem, h. e. ne continuo mihi cum tristitia conflictandum esset. Sic ἔργον ἐπὶ ἔργῳ dixit Hesiodus Opp. et DD. 380. et κέρδος ἐπὶ κέρδει ibid. v. 642. Vide et LXX Psalm. LXIX. 28. Ezech. VII. 27. Hebr. XII. 11. οὐ δοκεῖ χαρᾶς, ἀλλὰ λύπης, sc. πρᾶγμα, non videtur esse res, de qua gaudendum, de qua potius dolendum sit. 2) ex adjuncto: *aversatio, aversio animi*, Abneigung, Widerwillen, *aversion, repugnance*. 2 Cor. IX. 7. μὴ ἐκ λύπης non invitus, non reluctans. 3) per metonymiam: *res, tristitiam et dolorem afferens*. Sic v. c. in N. T. *injuria, qua aliquis afficitur*, sive *verbalis illa sit*, sive *realis*, λύπη dicitur, 1 Petr. II. 19. (ubi sermo est de tristitia ex malis, quæ servis christianis ex morositate dominorum gentilium oriebantur) quia exinde animi ægritudo et tristitia enascitur. Per eandem metonymiam de *doloribus vehementibus*, speciatim *partus doloribus* usurpatur Joh. XVI. 21. ἡ γυνὴ, ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει mulier parturiens dolores partus sentit. Conf. Sophocl. Electra v. 534. Hinc etiam λύπη apud Alexandrinos respondet Hebr. עֶצֶב *dolor*, Prov. X. 22. Genes. III. 16. עַצֶּבֶת idem, Prov. X. 10. et מַעֲצֵבָה idem, Ies. L. 11. Adde Alex. Prov. XXXI. 6. Hesych. λύπη· πόνος, ὕβρις, φθορὰ, ἀπώλεια, βλάβη.

ΛΥΣΑΝΙ'ΑΣ, ου, ὁ, *Lysanias*. Nomen proprium procuratoris Romani, seu tetrarchæ regionis Abilenæ, origine Græcum, compositum, ut videtur, ex λύω *solvo* et ἀνία *tristitia*, q. d. *dissolvens tristitiam*. Lysaniæ tetrarchiam, Abilenen, anno LIII. p. C. n. Claudius imperator Agrippæ contulit, teste Josepho A. J. XX. 7. 1. Semel tantum memoratur in N. T. Luc. III. 1. Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος Lysania, Abilenes tetrarcha, seu principe.

ΛΥΣΙ'ΑΣ, ου, ὁ, *Lysias*. Nomen proprium cujusdam chiliarchi Romanorum Hierosolymis, Græcum origine, significans *solventem*, seu *dissolventem*, a λύω *solvo*. Ter tantum memoratur in N. T. Act. XXIII. 26. Κλαύδιος Λυσίας. ibid. XXIV. 7. Λυσίας ὁ χιλίαρχος. ib. v. 22.

ΛΥ'ΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) *solutio, dissolutio ejus, quod vinculo quodam ligatum, seu colligatum est*, a 2. pers. perf. pass. λέλυσαι, verbi λύω *solvo*. 2) metaphorice: *liberatio ab aliqua re*, et speciatim per synecdochen generis: *divortium, status liber et immunis a conjugio*, quod in omnibus fere linguis cum vinculis comparari solet. Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. VII. 27. δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν alligatus es uxori? ne quæras solutionem, h. e. divortium, seu, noli quærere causam divortii: ubi λύσις aperte est i. q. χωρισμός. Eodem modo apud Latinos scriptores formula: *solvere matrimonium* usurpatur. Thucyd. Hist. II. c. 102. οὐκ εἶναι λύσιν τῶν δειμάτων. Apud Polyb. XXXVIII. 2. 11. λύσις τοῦ πολέμου *finis belli* et XV. 15. 4. λύσις κακῶν *finis malorum* est. Hesych. λύσις· λύτρωσις. Gloss. Vet. apud Labbæum: λύσις, *solutio*. λύσις γάμου ἢ μνηστείας, *repudium*.

ΛΥΣΙΤΕΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *vectigalia pendo et pensionem debitam solvo*, ex λύω *solvo* et τέλος *vectigal, sumtus*. Photii Lex. laudatum quoque ab Alberto ad Hesych. T. II. p. 506. λύειν τέλη· λυσιτελεῖν. 2) metonymice: *prosum, conduco, utilis sum*. Inde impersonale λυσιτελεῖ *conducit, expedit*. In N. T. tantum exstat Luc. XVII. 2. λυσιτελεῖ αὐτῷ, ubi ob sequens ἢ subintelligendum est μᾶλλον: *magis enim expediret illi*. Conf. Marc. IX. 42. Theophr. Char. X. 2. Æschin. Socr. Dial. II. 14. coll. 15. Thucyd. Hist. VI. c. 85. πρὸς τὸ λυσιτελοῦν. Tob. III. 6. διότι λυσιτελές μοι (μᾶλλον) ἀποθανεῖν ἢ ζῆν. Sirac. XXIX. 14. λυσιτελήσει σοι μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον. Conf. Alberti Obss. Philol. p. 197. et Palairet. Obss. Critt. p. 197. Hesych. λυσιτελεῖ· συμφέρει, ἐπωφελεῖ. et Lex. Cyrilli MS. Brem. λυσιτελές· καλὸν, ὠφέλιμον, συμφέρον. Etym. M. λυσιτελεῖ· συμφέρον ἐστίν· παρὰ τὸ λύειν τὰ τέλη, λύειν γὰρ τὰ τέλη συμφέρει ταῖς πόλεσι.

ΛΥ'ΣΤΡΑ, ας, ἡ, plur. ΛΥ'ΣΤΡΑ, ων, τὰ, *Lystra, orum*, (vid. Wesseling. ad M. Antonini Itiner. p. 675.) urbs Lycaoniæ in Asia minori, (quam alii Isauriæ tribuunt) ubi Paulus doctrinam christianam tradidit et hominem a nativitate claudum miraculose sanavit. Act. XIV. 6. κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας Λύστραν καὶ Δέρβην. ibid. v. 8. ἐν Λύστροις. ibid. v. 21. εἰς τὴν Λύστραν. ibid. XVI. 1, 2. 2 Tim. III. 11. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Cellarii Geogr. Plen. T. II. Lib. 3. c. 4. § 160. p. 173. et J. E. J. Walchii Spicilegium antiquitatum Lystrensium Act. XIV. Jen. 1759. 4.

ΛΥ'ΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *pretium*, non solum, *quod solutum est, aut penditur pro redimendis captivis*, quod Latini simpliciter *pretium* vocant; sed etiam *quod solvitur pro re deperdita, aut furto abrepta*, a λύω *solvo, redimo*. Vide Diog. Laërt. II. s. 105. Ælian. V. H. XIII. 14. Thucyd. VI. cap. 5. λύτρα ἀνδρῶν αἰχμαλώτων λαβών. Hesych. λύτρον· τίμημα. — λύτρα· καθάρματα, λυτήρια καὶ πάντα τὰ διδόμενα εἰς ἀνάκτησιν ἀνθρώπων. Lex. Cyrilli MS. λύτρα· δῶρα ἐπ' ἐλευθερίᾳ αἰχμαλώτων γινόμενα, ἤτοι διδόμενα. In versione Alex. respondet Hebraico פִּדְיוֹן *redemtionis pretium*, Exod. XXI. 30. et כֹּפֶר idem, Numer. XXXV. 31, 32. Prov. VI. 35. Cf. interpretes ad Thom. M. p. 785. et Wetstenii N. T. T. I. p. 458. 2) metaphorice: *omnis modus et ratio aliquem liberandi ex misero statu et deteriore conditione*. Sic bis legitur in N. T. Matth. XX. 28. ubi Christus dicitur eo consilio homo factus esse, ut daret τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν, h. e. ut morte sua homines a peccati vi et pœnis liberaret. Sensus hic a quæstione, utrum h. l. λύτρον pecuniam pro aliis redimendis solvendam, an victimam piacularem significet, minime pen-

det. Eadem sententia legitur quoque Marc. X. 45.

ΛΥΤΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, et ΛΥΤΡΟ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) *redimo, dato pretio ex alterius tyrannide, servitute vel captivitate libero*, a λύτρον *redemtionis pretium*. Hesych. λυτρώμενον· ἐξ αἰχμαλωσίας ἄνθρωπον λυτρούμενον. Polyb. XVII. 16. 1. 2) metaphorice: *libero aliquem ex miseria et ærumnis, a conditione servili et humili.* Sic legitur in N. T. Luc. XXIV. 21. ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραὴλ nos autem sperabamus, eum Judæos a Romanorum potestate liberaturum esse. Exod. VI. 6. Tit. II. 14. ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας qui se ipsum nostrum causa morti tradidit, ut nos a peccati vi et pœnis liberaret. 1 Petr. I. 18. εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε et scitote, quod non caducis rebus, velut argento et auro, redemti sitis. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΥ'ΤΡΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *omnis redemtio rei in aliena potestate sitæ soluto pretio*, et speciatim: *redemtio hominis e conditione servili vel captivitate soluto pretio*, a λυτρόω *redimo*. Jam, quia servitute et captivitate nihil tristius homini accidere potest, (unde *captivitas* de *quacunque conditione humili et misera* usurpatur in V. T. v. c. Ps. XIV. 7. Job. XLII. 10.) et captivo nihil exoptatius est, quam vindicari in libertatem, etiam λύτρωσις, neglecta vi etymi, in N. T. transfertur 2) ad *quamvis ex miseria et ærumnis, a conditione servili et humili, liberationem, etiam sine soluto pretio.* Sic legitur in N. T. Luc. I. 68. ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, h. e. liberavit populum suum a tyrannide et jugo hostium. Hebr. IX. 12. αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος, ubi λύτρωσις liberationem a scelere delictorumque pœna significat. Psal. XXV. 22. λυτροῦν ἐκ θλίψεως. Psalm. CXXX. 8. λυτροῦσθαι ἐξ ἀνομιῶν. Conf. Dœderlein. Institutionem Theologi christiani § 260. p. 844. 3) per metonymiam: *liberator, redemtor*, i. q. λυτρωτής. Luc. II. 38. ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ et locuta est de eo cum omnibus, qui Hierosolymis servatorem exspectarent. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΥΤΡΩΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *redemtor, liberator, vindex*, a 3. pers. præt. pass. λελύτρωται, verbi λυτρόω *redimo, libero.* In N. T. semel tantum occurrit de Mose, qui Judæos in libertatem vindicavit, Act. VII. 35. τοῦτον ὁ Θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλεν hunc Deus ducem et vindicem misit. In versione Alex. respondet Hebr. גֹּאֵל *redemtor, vindex*, Psal. XIX. 15. LXXVIII. 35. sed Levit. XXV. 31, 32. ponitur pro גְּאֻלָּה, quod *redemtionem* significat.

ΛΥΧΝΙ'Α, ας, ἡ, 1) *candelabrum, lychnuchus, instrumentum, quo sustinetur lucerna*, quod a Græcis vulgo λυχνίον, vel λυχνεῖον dicitur, secundum Pollucem Onom. X. c. 26. p. 1294. ed. Hemsterhus. καὶ λυχνίον μὲν, ἐφ' οὗ ἐντίθεται ὁ λύχνος, ἡ καλουμένη λυχνία. Τοῦ δὲ λυχνίου τὸ ἀπευρυνόμενον, ᾧ ἐπιτίθεται ὁ λύχνος, πινάκιον ἢ πινακίσκιον. Τὸ δὲ ἐντιθέμενον τῷ λύχνῳ, θρυαλλὶς, ἐλλύχνιον, φλογμὸς, ubi conf. Jungermanni notas. (a λύχνος *candela.*) Matth. V. 15. οὐδὲ καίουσι λύχνον καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λάμπει πᾶσιν ἐν τῇ οἰκίᾳ neque solent homines accendere candelam eamque ponere sub modium, sed imponere candelabro, ut luceat omnibus, qui sunt in domo. Marc. IV. 21. Luc. VIII. 16. XI. 33. Hebr. IX. 2. ubi λυχνία κατ' ἐξοχὴν de candelabro dicitur, quod repositum erat in sancto templi Hierosolymitani, seu tabernaculi fœderis, ex auro fuso intusque cavo, centum minarum pondo, (ἐκ χρυσοῦ κεχωνευμένη, διάκενος, σταθμὸν ἔχουσα μνᾶς ἑκατὸν, teste Josepho A. J. III. 6. 7.) cujus sex erant rami et unus in medio scapus. Exod. XXV. 31 seq. Hebraice dicitur מְנוֹרָה Exod. XXVI. 35. XXX. 27. Jerem. LII. 19. 2) metaphorice in N. T. designat *cœtum christianum*, quia doctrina christiana, quam profitetur et vita exprimere conatur, haud raro cum luce comparatur in N. T. Conf. infra φῶς. Sic legitur in N. T. Apoc. I. 12, 13, 20. καὶ αἱ ἑπτὰ λυχνίαι ἑπτὰ ἐκκλησίαι εἰσί. ibid. II. 1. Eadem de causa 3) *munus tradendi religionem christianam* λυχνία vocatur Apoc. II. 5. κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς munere doctoris christiani te amovebo, et 4) *ipse doctor religionis christianæ* λυχνία dicitur Apoc. XI. 5. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 292.

ΛΥ'ΧΝΟΣ, ου, ὁ, 1) *lychnus, candela, lucerna, oleo et funiculo ardente in oleo* (qui ἐλλύχνιον Græcis dicitur) *instructa*, etiam *fax, tæda*, ex λύω *solvo* et νύχος, idem notans, quod νὺξ *nox*, quoniam pellat et discutiat noctis tenebras. Matth. V. 15. οὐδὲ καίουσι λύχνον, ubi λύχνος de candela, ex sebo, vel cera facta, intelligendum est, quæ candelabro imponitur. Luc. VIII. 16. οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας nemo vero candelam accensam. (Arrian. Diss. Epict. II. 17. λύχνους ἅψω.) ibid. XI. 33, 36. XV. 8. 2 Petr. I. 19. ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ. Apoc. XVIII. 23. καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι neque lucernæ lumen apparebit amplius in mœnibus tuis. Jerem. XXV. 10. Descriptio summæ miseriæ, quam Hebræi cum densissimis tenebris et loco tenebricoso comparare solent. ibid. XXII. 5. Alexandrini hac voce usi sunt pro נֵר, נִיר *lucerna, lumen*, Exod. XXV. 37. XXVII. 20. Num. IV. 9. Hesych. λύχνος· ἡ λαμπὰς, ἡ δᾳς παρ' Ὁμήρῳ. 2) per metaphoram; *res, ita comparata, ut præstat alicui officium lucernæ, aut facis.* Sic v. c. oculus ὁ λύχνος τοῦ σώματος vocatur Matth. VI. 22. Luc. XI. 34. quia, quam utilitatem candela accensa noctis tempore laborantibus, aut itinera facientibus præstat, eandem oculus sanus et integer etiam corpori præstat, ut omnia membra corporis ejus beneficio suum facere negotium valeant. Hinc 3) metaphorice λύχνος *doctor insignis* dicitur, qui doctrina sua et vitæ exemplis aliis prælucet, animosque eorum veritatis luce collustrat, et ita auctor summæ eorum felicitatis existit. Sic legitur in N. T. Joh. V. 35. de Johanne baptista, ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων erat insignis et celeberrimus doctor, coll. Sirac. XLVIII. 1. καὶ ἀνέστη Ἡλίας ὡς πῦρ καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ ὡς λαμπὰς ἐκαίετο. Adde Psalm. XIX. 9. et CXIX. 105. Apoc. XXI. 23. καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον et Christus erit eorum doctor et felicitatis eorum auctor. 4) symbolum *vigilantiæ et sinceri pietatis studii.* Luc. XII. 35. Sæpius non legitur in N. T.

ΛΥ'Ω, fut. λύσω, præt. λέλυκα, 1) proprie: *solvo, laxo, remitto, dissolvo id, quod ligatum, alligatum, vel connexum est.* Matth. XXI. 2. λύσαντες, scil. ὄνον δεδεμένην. Marc. I. 7. λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ solvere corrigias, seu relaxare vincula, solearum ejus, h. e. servitia, ministeria præstare. Scilicet veteres soleis, calceorum loco, utebantur, quæ loris artificiose pedibus alligabantur, et a servis solveban-

tur. Vide Balduinum de Calceo antiquo cap. 11. p. 97 seq. et 100. Marc. XI. 2, 4, 5. Luc. III. 16. XIII. 15. λύει ἀπὸ τῆς φάτνης solvit a præsepi. ibid. XIX. 30, 31, 33. Joh. I. 27. XI. 44. Act. VII. 33. λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου exue calceos tuos. Antecedens pro consequente, coll. Jos. V. 15. Act. XXVII. 41. ἡ δὲ πρύμνα ἐλύετο ὑπὸ τῆς βίας τῶν κυμάτων puppis autem a fluctibus magna cum vi solvebatur. *Solvi* vero apud Latinos navis dicitur, cum asseres et tabulæ, quæ commissæ erant, laxantur et rimas agunt. Conf. Intt. ad Valer. Flacci Argonaut. Lib. I. 640 et 829. et Virgil. Æn. X. 302. In eadem re λύειν adhibetur ab Eustathio in Iliad. α', p. 98. 14. et διαλύειν ab Luciano V. H. 47. uti *solvere* ac *dissolvere* a Virgilio Æn. X. 303. et Cic. Att. XV. 11. Apoc. V. 2. καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας τοῦ βιβλίου. Aristoph. Lysistr. v. 930. Callim. Hymn. in Del. v. 208. 2) *solvo aliquem a vinculis et vinculis solutum dimitto e captivitate.* Ps. CI. 21. τοῦ λῦσαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων. Act. XXII. 30. ἔλυσεν αὐτὸν eum a vinculis solvit. ibid. XXIV. 26. ὅπως λύσῃ αὐτὸν ut eum e captivitate dimitteret. Hinc medium λύομαι *facio mihi solvi captivum, redimo,* apud Homer. Iliad. ω', 118 et 195. Odyss. ι', v. 385. Adde Demosthen. p. 764. 11. edit. Reisk. ἔλυσαν εἰρκτῆς τοὺς ταύτην τὴν δίκην ὑπέχοντας. Conf. Küsterum de Verbis Mediis II. 12. et Reiskii Indicem Græcitatis Demostheneæ p. 493. Hesych. λυσόμενος· λυτρωσάμενος. Idem Schol. Homer. ad Iliad. α', v. 13. 3) metaphorice: *libero, liberum et immunem reddo ab aliqua re.* Luc. XIII. 16. οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου; nonne oportuit liberari ab isto morbo diuturno, quo quasi ligata fuit fœmina συγκύπτουσα a Satana? Vide supra sub δέω. Act. II. 24. λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου. Conf. infra ad ὠδὶν dicenda et Wetstenii N. T. T. II. p. 467. 1 Cor. VII. 27. λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα si adhuc in cœlibatu vivis, ne quære conjugem. Eodem sensu λύεσθαι legitur apud Xenoph. de Venat. I. 17. ubi vid. Zeunius. Adde Jer. XL. 4. Hesych. ἔλυσεν· ἀπελύτρωσεν. 4) *destruo, demolior, dissolvo,* i. q. καταλύω. Joh. II. 19. λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον destruite hoc templum, aut potius: destruetis hoc templum, ut non sit verbum mandati, sed prædictionis. (coll. Matth. XXI. 61. et XXVII. 40.) Est autem in hoc sermone Christi elegans ambiguitas. Voces enim λύειν et λύσις etiam de *morte* usurpantur apud Græcos, quia corpus ut carcerem considerabant, cujus vinculis eximebatur anima morientis in libertatem asserta, teste Artemidoro Oneirocrit. III. 61. Ælian. V. H. V. 6. ἀπολῦσαι αὐτὸν ἐκ τῶν τοῦ σώματος δεσμῶν. Virgil. Æn. IV. 703. teque isto corpore solvo. Conf. Gataker. ad M. Antonin. II. § 17. et Barthium ad Claudianum p. 1263. Ergo Christus hoc voluit: solvetis me aliquando hoc corpore meo. Ephes. II. 14. καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας et parietem intergerinum sepimenti destruens. Wetstenii N. T. T. II. p. 244. illud λύσας etiam cum τὴν ἔχθραν conjunxisse videtur. Est autem Græcis scriptoribus formula λύειν τὴν ἔχθραν (Plutarch. Coriol. p. 235. Eurip. Troad. 50.) æque ac καταλύειν (Herodot. VII. 141. Dionys. Hal. V. 323.) et διαλύειν (Ælian. V. H. I. 24. Dionys. Hal. I. 65. II. 76.) τὰς ἔχθρας haud inusitata. 2 Petr. III. 10, 11, (λυομένων pro λυσομένων cum destruenda sint) 12. οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται cœli igne accensi dissolventur. 1 Joh. III. 8. 3 Esr. I. 57. ἔλυσαν τὴν γέφυραν pontem funditus demolientes. Homer. Iliad. ο', v. 100. Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα λύοιμεν. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 225. 5) *libero a pœna peccatorum, remitto peccata, veniam delictorum facio.* Matth. XVI. 19. ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς quibuscunque veniam peccatorum feceritis, id quoque ratum erit apud Deum. Ita vulgo ex consensu veterum ecclesiæ doctorum (confer Launoium in Epist. VIII. Part. V. p. 658 seq.) redditur hic locus, ut sermo sit de potestate peccata vel retinendi, vel remittendi, apostolis (Joh. XX. 22, 23.) vere concessa, non repugnante usu loquendi Græcorum, (Aristoph. Ran. v. 703. λῦσαι τὰς πρότερον ἁμαρτίας) Alexandrinorum (Ies. XL. 2. λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία. Job. XLII. 9. Adde Sirac. XXVIII. 2. αἱ ἁμαρτίαι σου λυθήσονται.) et doctorum Talmudicorum. Conf. Seb. Schmid. in Fascic. Disputt. Theol. p. 676. et Hackspanium de Usu Scriptorum Judaicorum, p. 458. Sed haud pauci, repudiata hac explicatione, malunt hunc locum interpretari ex notione, *licitum pronuntiandi, concedendi, præcipiendi, permittendi,* quam vox λύειν habere creditur ex usu Hebr. verborum שְׁרָה et הַתִּיר, (conf. Buxtorfii Lex. Talmud. p. 1410. et 2524 seq. et Lightfoot in Hor. Hebr. ad h. l.) ut sensus sit: *quidquid licitum declaraveritis et præceperitis, ratum erit apud Deum.* Idem valet de loco Matth. XVIII. 19. Vide supra sub δέω et Wetstenii N. T. T. I. p. 431. 6) *finio, ad finem perduco.* Act. XIII. 43. λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς, Vulgatus: *cumque dimissa esset synagoga.* (In *dimittendi* notione λύειν quoque reperitur apud Homer. Iliad. α', 305. λῦσαν δ' ἀγορὴν παρὰ νηυσὶν Ἀχαιῶν.) 3 Esr. IX. 13. Diog. Laërt. I. § 111. λυθῆναι τὴν συμφορὰν desiisse calamitatem. Homer. Od. β', v. 69. ἥτ' ἀνδρῶν ἀγορὰς ἠμὲν λύει, ἠδὲ καθίζει. Eurip. Phœn. v. 81 et 1293. 7) *violo, transgredior,* etiam *abrogo, aboleo,* pro quo etiam καταλύω interdum usurpatur. Joh. V. 18. ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον quod non modo sabbati leges violasset et quasi abrogasset. ibid. VII. 23. ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως ne contra legem Mosis peccetur. Palæph. de Incred. c. 53. διὰ τὴν νομοθεσίαν, ἵνα μὴ λυθῇ. Herodot. I. c. 29. τοὺς νόμους — βλάπτοντας ὑμᾶς λύσατε. Polyæn. Strateg. II. 33. Conf. Krebsii Obss. Flav. p. 16 seq. et Palairet. Obss. Philol. p. 16. Eodem modo *solvere* apud Liv. VIII. 7. usurpatur. 8) *contradico, nego, in dubium voco,* et ex adjuncto: *irritum reddo.* Joh. X. 35. καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφὴ et quod in litteris sacris scriptum exstat, perpetuo verum manet, seu, extra omne dubium positum est. 9) *explico, interpretor,* quasi interpretando solvo difficultates alicujus libri, i. q. ἐπιλύω, (Marc. IV. 34. Act. XIX. 39.) et διαλύω (Arrian. Epict. III. 21. 7.). Matth. V. 19. ὃς ἐὰν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων ἐλαχίστων quicunque recte explicaverit unum ex his præceptis minimis. Alii huic voci notionem *violandi* h. l. subjicere malunt, quia τῷ ποιῇ opponatur. 3 Esr. IX. 46. ἐν τῷ λῦσαι τὸν νόμον cum explicaret legem. Liban. Ep. 34. p. 19. σὺ λύσεις τὸ αἴνιγμα. Joseph. A. J. VIII. 6. 5. Hinc λύσις interpretationis notionem habet apud Alexandrinos Cohel. VII. 30. Sapient. VIII. 9. Sic etiam *solvere* pro *explicare* occurrit apud Manil. Astron. I. v. 102. Cf. etiam Buxtorf. Lex. Talmud. f. 1410.

ΛΩΐΣ, ίδος, ἡ, *Lois.* Nomen proprium piæ matronæ, quæ fuit Timothei avia, quæ semel commemo-

ratur in N. T. 2 Tim. I. 5. *ἐν τῇ μάμμῃ σου Λωΐδι.*

ΛΩ'Τ, ὁ, *Lot.* Nomen proprium viri indeclinabile, Hebraice לוֹט a לוּט *abscondit, operuit.* Fuit hic filius Haran, fratris Abrahami, qui cum Abrahamo ejusdemque patre Tharacho profectus est ex Ur Chaldæorum in regionem Canaan. Luc. XVII. 28, 29. 2 Petr. II. 7.

M

ΜΑΑ'Θ, ὁ, *Maath.* Nomen viri *ἀκλίτου*, originis Hebraicæ, significans *parvum*, a קָטָן *parvum esse et fieri.* Semel commemoratur in N. T. in genealogia Christi. Luc. III. 26.

ΜΑΓΑΔΑ'Ν. Vide vocem sequentem et confer Grotium ad Matth. XV. 39.

ΜΑΓΔΑΛΑ', ἡ, *Magdala.* Est nomen loci in tribu Isaschar, non procul a Gamala et Capernaum, ad littus occidentale maris Galilæi, siti trans Jordanem, in regione Gadarenorum, unde מגדל גדר *Magdala Gadaræ* vocatur. Nomen Hebraicum est, idem notans, quod מִגְדָּל *turris*, a radice גָּדַל *magnus fuit.* Forma Chaldaica est מַגְדְּלָא. Vide J. Sauberti Varias Lectiones Evang. Matthæi p. 145. Mariæ Magdalenæ patria fuisse a quibusdam perhibetur. Semel commemoratur in N. T. Matth. XV. 39. *καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλά*, ubi pro *Μαγδαλὰ* legunt alii *Μαγαδὰν*, alii (uti Hieronymus cum vetere interprete, ut Erasmus observavit) *Μαγεδάν*. Cf. Lud. de Dieu Crit. Sacr. p. 350. Reland. Palæst. p. 884. Casauboni Exerc. XVI. Wetstenii N. T. T. I. p. 417. et Cellarii Geogr. T. II. Lib. 3. c. 13. § 249. p. 549.

ΜΑΓΔΑΛΗΝΗ', ῆς, ἡ, *Magdalena, Magdalensis, ex urbe Magdala oriunda*, a *Μαγδαλά*, quod vide. Fuit nomen patronymicum mulieris, quæ alias Maria dicta fuit, e Magdala oriundæ. Matth. XXVII. 56, 61. XXVIII. 1. Marc. XV. 40, 47. XVI. 1, 9. Luc. VIII. 2. XXIV. 10. Joh. XIX. 25. XX. 1, 18. Suidas et ex eo Phavor. *Μαγδαληνή· ἀπὸ τόπου.* Alberti Gloss. Gr. p. 17. *Μαγδαληνή· ἐκ πύργου*, non sine respectu ad Chaldaicum מִגְדָּל *turris.* Aliis non est nomen gentile, sed nomen proprium.

ΜΑΓΕΙ'Α, ας, ἡ, *magia, ars magica, scientia magica,* quæ occupata esse olim credebatur circa incantationes et præstigias maleficas et divinationes. Nomen habet a magis, de quibus plura dicentur infra ad vocem *μάγος*. Semel tantum occurrit in N. T. Act. VIII. 11. *διὰ τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις ἐξεστακέναι αὐτοὺς* quia eos aliquamdiu præstigiis suis attonitos reddiderat. Phavorinus ex Suida: *μαγεία· ἐπίκλησις δαιμόνων.*

ΜΑΓΕΥ'Ω, fut. *εύσω, magus sum, magicas artes exerceo et calleo, magicis artibus utor*, a *μάγος*, quod vide. Semel legitur in N. T. Act. VIII. 9. *ἀνὴρ τις, ὀνόματι Σίμων, προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων* vir quidam, nomine Simon, antea fuerat in urbe, artes magicas exercens. Recte Anton. Van Dalen (de Vera et Falsa Prophetia cap. 2.) et alii negarunt, hunc Simonem veram exercuisse magiam, h. e. divinationibus, præstigiis, incantationibus, malorum dæmonum auxilio adjutum, studuisse et operam dedisse, sed tantum astrorum cognitione et rerum naturalium notitia præcellentem fuisse, qua autem abusus fuerit ad decipiendos et pecunia emungendos æquales suos, ad omnia credenda promptos. Hesych. *μαγεύειν· γοητεύειν, θεραπεύειν θεούς*, de qua posteriore notione cf. Alberti Notas ad h. l. Glossarium Vetus apud Labbæum p. 118. *circulo, μαγεύω.*

ΜΑ'ΓΟΣ, ου, ὁ, *magus.* Est vocabulum Persicæ originis, quod proprie usurpatur 1) de *philosophis, sapientibus et sacerdotibus Persarum,* qui, quia præ cæteris rerum divinarum et naturalium, maxime autem astrognosiæ et artis medicæ periti erant, non solum popularibus suis religionis præcepta tradebant et explicabant, et cultum divinum administrabant, sed etiam in tanto honore et dignitate constituti erant, ut semper fere essent ex amicis et consiliariis regum (Justin. I. 9. s. 7.) eorumque castra sequerentur, (Justin. XII. 13. 4. s. 5. Curtius V. c. 1.) nec publica sine eorum consilio administrarentur, nec legitime factum videretur, quod horum sententia non approbasset. Hæc prima et propria notio vocabuli *μάγος* satis cognosci potest partim e locis scriptorum veterum, v. c. Xenophontis, (Cyrop. IV. 5. 16. et 6. 6.) Ciceronis, (de Div. I. c. 23. "quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis.") Diog. Laërtii, (Lib. I. sect. 1—9. ad quem locum vide notas interpretum, maxime Menagii.) Æliani, (V. H. II. 17. IV. 20. ubi vid. Perizonius.) Porphyrii, (de Abstinent. Anim. IV. c. 16. p. 165. *παρά γε μὴν τοῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ καὶ τούτου θεράποντες, ΜΑ'ΓΟΙ μὲν προσαγορεύονται. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ Μάγος.*) Strabonis, (Lib. I. p. 43. Lib. XV. p. 1045.) et aliorum; — partim vero e glossariis veterum, v. c. Suidæ, (*παρὰ Πέρσαις μάγοι ἐγένοντο φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι.*) Hesychii, (*μάγον τὸν θεοσεβῆ, καὶ θεολόγον, καὶ ἱερέα οἱ Πέρσαι οὕτως λέγουσιν.*) Ammonii, (*μάγοι τὸν περὶ τοὺς θεοὺς ἱερουργόν.*) quorum testimoniis addi potest Scholion in exempl. Lond. Alex. ad Dan. IV. 7. *μάγους ἐκάλουν τοὺς τοῦ πυρὸς μέχρι καὶ νῦν θεραπευτὰς παρ' αὐτοῖς* (scil. *Πέρσαις*, a مبخش *ignem accendere*) *καὶ τοὺς ἁγνισμοὺς ἐπιτελοῦντας, καὶ περὶ τὴν τῶν ἄστρων κατασκοπὴν, ὡς δοκοῦσιν, ἐπιστημόνως ἔχοντας.* Confer Brissonium de R. Pers. Lib. II. p. 179. Hyde de Religione Vett. Persarum p. 369. et 378. et Wetstenii N. T. T. I. p. 240. Matth. II. 1, (ubi *ἀπ' ἀνατολῶν* construendum esse cum voce *μάγοι*, non vero cum voce *παρεγένοντο*, monet J. Camero Myrothec. in cap. 2. Matth.) 7, 16. Postea vero in malam sumi cœpit partem hoc vocabulum, ut significaret 2) *præstigiatorem, veneficum, incan-*

tationibus et diabolicis divinationibus operam dantem, ex vulgi nempe opinione, quod magos illos vere a dæmonibus agitari et adjuvari persuasum sibi habebat. Hesych. μάγον· τὸν ἀπατεῶνα, φαρμακευτήν. Ammon. μάγον· φάρμακον. Sic legitur in N. T. Act. XIII. 6. εὗρόν τινα μάγον, ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον. ibid. v. 8. Æschin. Orat. c. Ctesiph. p. 293 fin. Sæpius non occurrit in N. T. Usi sunt Alexandrini hac voce pro אַשָּׁף Dan. I. 20. II. 2, 10, 27. etc.

ΜΑΓΩ'Γ, ὁ, *Magog*. Nomen proprium Hebraicum indeclinabile filii secundi Japheti, (Genes. X. 2.) patris Scythicæ gentis. Commemoratur semel in N. T. Apoc. XX. 8. ubi posteri ejus, aut potius *omnes feri et barbari populi* intelligendi sunt. Cod. Coisl. CCII. et CXCIX. apud Albertum p. 219. τὸν Γὼγ καὶ τὸν Μαγώγ· τινὲς δὲ τὸν Γὼγ, ἀθροίζοντα, ἢ ἄθροισμα, καὶ τὸν Μαγὼγ ἑρμηνεύουσιν ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς γλώσσης (sine dubio enim compositum est ex גַּג *tectum*, et מ littera heemantica.) ἑρμηνεύουσιν Σκυθικὰ ἔθνη, ὑπερβόρεια, ἤτοι Οὐννικά. Ez. XXXVIII. 2. XXXIX. 1.

ΜΑΔΙΑ'Ν, ἡ, seu ΜΑΔΙΑ'Μ, ἡ, *Madian*, seu *Madiam*. Nomen proprium urbis et regionis juxta Arnon torrentem in Arabia petræa, ubi Jethro, Mosis socer, habitavit, ab oriente maris rubri, in Saracenorum deserto. Legitur in N. T. tantum Act. VII. 29. Hebraice dicitur מִדְיָן Exod. II. 15. id est, *judicium*, vel *judicans*, aut *disceptans*, a radice דִּין *judicavit, disceptavit*. מ in principio vocis heemantica littera est. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 14. § 7. p. 577. et Hieronymum de locis Hebr. p. 461. Opp. T. II. ed. Martian.

ΜΑΘΗΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, et transitive, et intransitive sumitur in N. T. libris. Intransitive construitur cum dativo personæ et significat 1) *discipulum et auditorem esse, doceri, institui*, a μαθητὴς *discipulus*. Sic legitur in N. T. Matth. XXVII. 57. de Josepho Arimathæo, ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ qui etiam Jesu doctrinam secutus erat, coll. Joh. XIX. 38. ὢν μαθητὴς τοῦ Ἰησοῦ. Syrus: ܐܦ ܗܘ ܐܬܬܠܡܕ ܗܘܐ ܠܝܫܘܥ, qui etiam ipse discipulus fuerat factus Jesu. Plutarch. Vit. X. Orator. pag. 837. ἐμαθήτευσε δ' αὐτῷ καὶ Θεόπομπος. ibid. p. 840. Jamblichus in Vita Pythagoræ c. 23. p. 103. μαθητεύσαντες τῷ Πυθαγόρᾳ πρεσβύτῃ νέοι. Conf. Kypke Obss. Sacr. pag. 141. Transitive construitur cum accusativo personæ, et notat 2) *docere, instituere, discipulum facere*, et speciatim in N. T. *adducere aliquem ad religionem christianam, primis christianæ religionis elementis imbuere aliquem*, et μαθητεύεσθαι *institui, edoceri, discipulum alicujus esse*. Matth. XIII. 52. πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν omnis doctor, qui bene doctrinam meam callet, seu, bene instructus doctrinæ meæ copiis; ubi conf. versionem Syriacam. Matth. XXVIII. 19. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη docete, sive doctrinæ meæ sectatores reddite omnes gentes, i. q. μαθητὰς ποιεῖτε, Joh. IV. 1. Act. XIV. 21. καὶ μαθητεύσαντες ἱκανοὺς et multos ad fidem christianam adduxerunt. Sæpius non legitur in N. T. — Phavor. μαθητεύω· ἀντὶ τοῦ μαθητὴς εἰμί. Conf. Wetstenii N. T. T. I. pag. 546. et Joh. Dav. Michaëlis Historiam Resurrectionis J. C. illustratam p. 329 seq.

ΜΑΘΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *discipulus, sectator doctrinæ alicujus*, a μανθάνω *disco*. Matth. X. 24. οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον non est discipulus supra magistrum. Demosthenes p. 928. 7. edit. Reisk. μαθητὴς Ἰσοκράτους. ibid. p. 938. l. 8. μαθητὰς συλλέγει. Phavor. μαθητής· ὁ τοῦ διδασκάλου τὰ μαθήματα ἐπιποθῶν, παρὰ τὸ μήθω, τὸ μανθάνω. 2) speciatim: *Christi sectans et profitens doctrinam, christianus*. Matth. X. 42. εἰς ὄνομα μαθητοῦ quia est sectator doctrinæ meæ. Joh. VII. 3. οἱ μαθηταί σου discipuli tui, qui in Judæa sunt. Act. VI. 1. πληθυνόντων τῶν μαθητῶν crescente christianorum numero. ibid. v. 2, 7. IX. 10. XIV. 22. Hinc κατ' ἐξοχὴν in N. T. hoc nomine appellabantur non solum illi, qui *apostolorum* nomine alias veniunt, duodecim numero, Matth. X. 1. XI. 1. coll. Luc. VI. 13. IX. 1. sed etiam *septuaginta alii*, (Luc. X. 1.) a Christo ad tradendam doctrinam suam electi et missi, qui speciatim *LXX discipuli* vocari solent, Luc. X. 1, 17, 23.

ΜΑΘΗ'ΤΡΙΑ, ας, ἡ, 1) *discipula*, i. q. μαθητρὶς, a μανθάνω *disco*. Legitur hæc vox, a Thom. M. (μαθητρίς· ὡς αὐλητρίς, οὐ μαθήτρια.) damnata, etiam apud Diog. Laërt. Lib. IV. c. 2. Lib. VIII. 42. 2) *christiana, Christi amplexa et profitens doctrinam*. Act. IX. 36. ἐν Ἰόππῃ δέ τις ἦν μαθήτρια. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΑΘΟΥΣΑ'ΛΑ, ὁ, *Methusala*. Nomen filii Henochi Hebraicum indeclinabile. Hebraice dicitur מְתוּשֶׁלַח forte ex מָוֶת *mors* et שָׁלַח *misit*, quod in Piel est *expulit, ejecit*, quasi *pellens mortem*. Semel commemoratur in N. T. Luc. III. 37.

ΜΑΙ¨ΝΑ'Ν, ὁ, *Mainan*. Nomen proprium viri indeclinabile, quod semel commemoratur in N. T. Luc. III. 31.

ΜΑΙ'ΝΟΜΑΙ, futur. μανοῦμαι, 1) *insanio, furo, furiosus sum, sana ratione non utor*, unde μανία *insania, furor*. Joh. X. 20. δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται dæmonem habet et insanit; ubi, ut jam L. Bos. in Exercitt. Philologg. ad Joh. VII. 20. et Alberti in Obss. Philol. ad Matth. XI. 18. recte monuerunt, verbum μαίνεσθαι interpretamentum quasi est formulæ δαιμόνιον ἔχειν, quæ haud raro *furiosum esse, furere* notat. Act. XII. 15. μαίνῃ insana loqueris. 1 Cor. XIV. 23. Alexandrini pro מְשֻׁגָּע *amens, demens*, Jerem. XXIX. 26. habent μαινόμενος. 2) *aliquid dico, aut facio, quod aliorum fidem, cogitationem et captum superat et excedit*, et inprimis de iis usurpatur, *qui vehementiore animi motu feruntur*, aut *afflatu divino, numine, aut dæmone loquuntur et agunt*. Sic verbi causa cum ἐνθουσιᾷν permutatur apud Ælian. V. H. II. 44. εἶπες ἂν αὐτὸν ἐνθουσιᾷν, ὥσπερ ἐξ Ἄρεος μανέντα, coll. III. 9 et 52. Porphyr. Vit. Platon. cap. 15. ἐμοῦ δὲ ἐν Πλατωνείοις ποίημα ἀναγνόντος τὸν ἱερὸν γάμον, καί τινος, διὰ τὸ μυστικῶς πολλὰ μετ' ἐνθουσιασμοῦ ἐπικεκρυμμένως εἰρῆσθαι, εἰπόντος μαίνεσθαι τὸν Πορφύριον κ. τ. λ. Isocrates in Epistola ad Dionysium p. 427. sapientiæ studium σώφρονα μανίαν vocat. Apud Xenophontem in Cyrop. VIII. 3. 13. μαινόμενος is dicitur, qui ardet studio mandati exsequendi, et apud Diog. Laërt. I. s. 104. ἐπιμαίνεσθαι dicuntur athletæ, qui ardenti animo congrediuntur, victoria potituri. Thucyd. VIII. 1. Etym. M. c. 449. l. 45. Thom. M. p. 593 et seq. μαίνομαι· καὶ τὸ ἐνθουσιῶ, ubi vide interpretes. Hesych. μαινομένοιο· ἐνθουσιωδῶς κινουμένου, ἢ μανίας παρασκευαστικοῦ, μανιποιοῦ. Conf. Wolfii Casauboniana (Hamb. 1710.) p. 90. Lexicon Xenophonteum s. h. v. et J. H. Maii Obss. SS. Lib. IV. p. 11. Hinc lucem fœnerantur loca N. T. Act. XXVI. 24. ubi Festus Paulo,

qui, pro excellenti, qua pollebat, eruditione, cum insigni quadam δυνάμει verba fecerat, ad commovendum idonea, dicit: μαίνῃ, Παῦλε tu mihi, O Paule, a dæmone quodam actus videris, aut afflatus divino quodam numine loqui, **Du redest wie ein begeisterter**; *you talk like one possessed;* et Paulus ibid. v. 25. Festo respondet οὐ μαίνομαι, h. e. non impetu fanatico agor. Sæpius non legitur in N. T. Photius Lex. c. 65. θειαζόντων, μαινομένων. Idem: θειάσαντες, θεόληπτοι γεγονότες.

ΜΑΚΑΡΙ'ΖΩ, futur. ίσω, *beatum prædico, celebro, laudo,* a μάκαρ, αρος, ὁ, ἡ, *beatus, felix,* (Demosthen. pag. 1400. 1. ed. Reisk. ἐν μακάρων νήσοις) quasi μὴ κηρὶ, i. e. fato et morti, non subjectus. Bis tantum legitur in N. T. Luc. I. 48. μακαριοῦσί (fut. 1. Attic.) με πᾶσαι αἱ γενεαὶ beatam prædicabunt me omnes generationes. Sic Psalm. LXXI. 18. πάντα τὰ ἔθνη μακαριοῦσιν αὐτόν. Adde Mal. III. 12. Symmach. Psal. XVII. 11. ubi Hebraico אִשֵּׁר *felicem prædicavit,* respondet. Jacob. V. 11. μακαρίζομεν τοὺς ὑπομένοντας laudamus et prædicamus constantiam majorum in perferendis malis et adversis. Thucyd. II. 52. Herodot. I. 31. VII. 45. Sirac. XI. 28. XXXVII. 27. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 653.

ΜΑΚΑ'ΡΙΟΣ, α, ον, 1) *beatus, felix, qui habet, quidquid ad commoditatem et suavitatem vitæ valet et cui nihil ad animi tranquillitatem deest.* Hesych. ὁ πάντοτε ἐν ἀγαθῷ ὢν εὐδαίμων. Xen. Mem. I. 6. 14. Œconom. V. 1. Cicero de Fin. II. c. 20. Luc. I. 45. μακαρία ἡ πιστεύσασα beata es, quæ fidem habuisti promissionibus divinis. Matth. V. 7. μακάριοι οἱ ἐλεήμονες beati misericordes. Act. XXVI. 2. ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον mihi gratulor, seu, contigit mihi. Luc. XXIII. 29. 1 Cor. VII. 40. μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτω μείνῃ minus adversam fortunam experietur, si cœlebs manserit. Confer interpretes ad Thom. M. sub ὄλβιος. 2) *qui futura æterna felicitate fruitur.* Matth. V. 3, 4, 5. etc. Luc. XIV. 14. μακάριος ἔσῃ ita tibi conciliabis felicitatem æternam. 3) *auctor felicitatis, id, quod felicitatem affert.* Act. XX. 35. μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν felicitatem æternam affert, dare lubentius, quam accipere. Ita etiam nos dicere solemus: **es ist ein seliges geschäft,** *it is a blessed business.* Similis sententia legitur apud Artemidorum Lib. IV. c. 3. δωρεῖσθαι καὶ διδόναι κρεῖττον, ἢ λαμβάνειν. Eodem sensu 1 Tim. I. 11. VI. 15. μακάριος dicitur Deus ipse, qui, ut est beatissimus et nullius boni indigens, ita etiam est omnis felicitatis humanæ fons, atque origo et auctor religionis christianæ omniumque bonorum, per Christum partorum. 4) *beatus prædicandus.* Luc. XI. 27. μακαρία ἡ κοιλία κ. τ. λ. Simili modo Musæus Her. v. 139. γαστὴρ, ἥ σ' ἐλόχευσε, μακαρτάτη. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. pag. 290. Vide etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 319.

ΜΑΚΑΡΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, non est *ipsa felicitas et beatitudo,* seu *prosper et optatissimus cum corporis, tum animi, status,* ut vulgo vertitur, nam *beatitatem* Græci μακαριότητα vocant, teste Hesychio (quanquam in Gloss. Vet. apud Labbæum μακαρισμὸς *beatitudo* redditur): μακαριότης· εὐδαιμονία, sed *prædicatio felicitatis, laudationis genus, quo nimirum aliquem beatum prædicamus,* i. q. εὐδαιμονισμὸς, a 1. pers. præt. pass. μεμακάρισμαι, verbi μακαρίζω *beatum prædico.* Ter tantum legitur in N. T. Rom. IV. 6. Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου Davides felicem prædicat hominem: ubi λέγειν μακαρισμόν τινος est i. q. μακαρίζειν τινά. ibid. ver. 9. Galat. IV. 15. τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; felicissimos vos tunc prædicabatis me doctorem nacti? In liturgiis Græcorum μακαρισμοὶ vocantur hymni, commemorandæ sanctorum beatitati sacri. Vide Meursii Glossarium et Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 291.

ΜΑΚΕΔΟΝΙ'Α, ας, ἡ, *Macedonia.* Regio fertilissima et amplissima Græciæ, sita inter Thraciam, Epirum, Thessaliam et Illyridem Græcam, a mari Ægæo usque ad Adriaticum sinum extensa, ita dicta a Macedone, Deucalionis materno nepote, aut secundum alios ab antiquo nomine hujus regionis *Macetia.* In litteris sacris V. T. sæpe ejus mentio injicitur et vocatur כִּתִּים a filio Javan, nepote Japhet, qui hoc nomine appellabatur Genes. X. 4. atque primus istam regionem incoluisse creditur. Incolæ ejus sub rege Philippo ejusque filio Alexandro M. fortitudine bellica maxime celebres erant, sed hæc gloria, post mortem Alexandri sensim decrescens, sub ultimo rege, Perseo, a Romanis in triumphum ducto, penitus interiit. Conf. Cellarii Geogr. II. c. 13. s. 2. § 20. pag. 828 seq. Frequens ejus in N. T. mentio fit. Act. XVI. 9, 10, 12. εἰς Φιλίππους, ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις Philippos, quæ est metropolis provinciæ proconsularis Macedoniæ. Scilicet apostolorum ætate Macedonia in duas partes distributa erat, in *augustalem,* seu provinciam Cæsaris, in quam procurator ab Augusto mittebatur, et *proconsularem,* quæ erat populi Romani, et in quam proconsul mittebatur. Conf. P. Wesseling. ad Antonin. Imper. Itinerarium p. 638. Act. XVIII. 5. XIX. 21. τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν. In has enim duas provincias (quarum nomine omne comprehenditur, quicquid mari Ionio Ægæoque, Pangæo et Nesto amne continetur) divisere totam Græciam Romani, unde Μακεδονία interdum cum Ἀχαΐα conjungitur in N. T. (v. c. Rom. XV. 26. 1 Thess. I. 7, 8.) Act. XIX. 22. XX. 1, 3. 1 Cor. XVI. 5. 2 Cor. I. 16. II. 13. VII. 5. VIII. 1. XI. 9. Philip. IV. 15. 1 Thess. IV. 10. 1 Tim. I. 3. Sæpius non commemoratur in N. T.

ΜΑΚΕΔΩ'Ν, όνος, ὁ, *Macedo, incola Macedoniæ.* Vide vocem præcedentem. Legitur in N. T. Act. XVI. 9. XIX. 29. XXVII. 2. 2 Cor. II. 4.

ΜΑ'ΚΕΛΛΟΝ, ου, τὸ, (scribitur etiam ὁ μάκελλος, et ἡ μακέλλη, immo etiam τὸ μακέλλιον apud Plutarch. T. IX. p. 14. edit. Reisk. et μακελλεῖον.) *macellum.* Vox, origine Latina, (a *mactando,* conf. Donat. in Terent. Eunuch. Act. II. Sc. II. v. 91.) non Græca, quæ tamen apostolorum ætate ob consuetudinem, quæ erat Romanis cum Judæis et Græcis, in linguam Syro-Chaldaicam et Græcam venit. Significat autem *forum rerum promercalium,* seu *locum, ubi omnia, quæ ad victum humanum pertinebant, maxime carnes, etiam carnes victimales ab avaris,* (vide Theophr. Char. X. et Servium ad Virgil. Æn. VIII. 183.) *et aliæ cupediæ vendebantur,* ut satis apparet ex Terent. Eunuch. II. 2. 24. Varrone de lingua Latina IV. c. 12. Senec. Epist. 95. Græce idem, quod ὀψοπώλιον et κρεωπώλιον. Semel legitur in N. T. 1 Cor. X. 25. πᾶν τὸ ἐν τῷ μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε omne, quod in macello venditur, edite. Confer Stolbergii Exercitt. Ling. Gr. p. 89.

ΜΑΚΡΑ'Ν. Adverbium, quod notat 1) *procul, longe, eminus,* de loco, ubi quid fit, aut est, a μακρὸς *longus.* Omissum est τὴν ὁδόν. Luc. VII. 6. ἤδη δὲ αὐτοῦ οὐ μακρὰν ἀπέχον-

τος ἀπὸ τῆς οἰκίας cumque haud procul abesset ab ejus domo. ibid. XV. 20. Joh. XXI. 8. οὐ γὰρ ἦσαν μακρὰν ἀπὸ τῆς γῆς. Act. XXII. 21. εἰς ἔθνη μακρὰν ἐξαποστελῶ σε ad populos remotissimos te mittam. Arrian. Exped. Alex. IV. 3. 6. V. 3. 25. 2) interdum de re, non adeo longe distante, de quolibet intervallo, etiam propiore, dicitur et significat: *prope, juxta.* Matth. VIII. 30. ἦν δὲ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν, ubi Vulgatus μακρὰν recte reddidit *non longe,* coll. Marc. V. 11. et Luc. VIII. 32. ubi legitur ἐκεῖ. Non opus itaque est cum Noldio (in Concord. Part. Hebr. pag. 425.) statuere ellipsin particulæ οὐ ante μακρὰν, quanquam negari nequit, לֹא quandoque deficere, v. c Job. XXX. 20. et Ies. XLI. 22 Thucyd. I. 13. Hesychius apposite: ἐκεῖ μακρὰν, πόῤῥω. Ita etiam usurpatur רָחוֹק Exod. II. 4. XXXIII. 7. Jos. III. 4. Ps. XXXVIII. 12. et *procul* apud Latinos, v. c. Livium XL. 8. Virgil. Eclog. VI. 15. Æn. VI. 10. et X. 864. ubi Servius *procul* reddit per: *non longe.* Confer Observatt. Miscell. Vol. I. pag. 386. 3) Formula μακρὰν εἶναι interdum metaphorice usurpatur, ut Latina, *remotum esse,* de *eo, qui aliqua re caret et destituitur,* et speciatim de *gentilibus* adhibetur, *qui remoti erant a civitate Judaica.* Huc referrem loca N. T. Act. II. 39. πᾶσι τοῖς εἰς μακρὰν et omnibus gentilibus, maxime longinquas regiones incolentibus et adhuc alienis a civitate Judaica, coll. Ies. LVII. 19. ubi obiter notandum, εἰς pro ἐκ positum esse, quemadmodum ל adhibetur Job. XXXVI. 27. et Nehem. XII. 44. Ephes. II. 13. ὑμεῖς οἱ ποτὲ ὄντες μακρὰν vos, qui quondam gentiles et alieni a republica et religione Judaica eratis, i. q. ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας Ἰσραὴλ v. 12. ibid. v. 17. τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγὺς gentilibus æque ac Judæis. Etiam Judaicos scriptores gentiles רחוקים κατ' ἐξοχὴν vocasse, satis docuit Wetstenius ad h. l. et Schœttgenius in Hor. Hebr. T. I. p. 761 seq. — Præterea notanda sunt loca: Marc. XII. 34. οὐ μακρὰν εἶ ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ jam eo deductus es, ut facili negotio capere possis doctrinam meam; et Act. XVII. 27. καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα facillime enim natura divina ex operibus ejus et efficientia cognosci et intelligi potest. Conf. Joseph. A. J. VIII. 4. 2. p. 428. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Bielii Novum Thes. Phil. s. h. v.

ΜΑΚΡΟ'ΘΕΝ. Adverbium, *procul, eminus, ex longo intervallo, e loco remoto,* i. q. πόῤῥωθεν, a μακρὸς *longus.* Interdum etiam ἀπὸ μακρόθεν dicitur, ad imitationem Hebr. מֵרָחוֹק. 2 Reg. XIX. 25. Psalm. XXXVII. 12. CXXXVIII. 2. Matth. XXVI. 58. ἠκολούθει αὐτῷ ἀπὸ μακρόθεν. ibid. XXVII. 55. ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι. Marc. V. 6. VIII. 3. μακρόθεν ἥκουσι. ib. XI. 13. XIV. 54. XV. 40. Luc. XVI. 23. XVIII. 13. ubi tamen commode *prope, juxta* reddi posset. Conf. supra ad μακρὰν notata. Luc. XXII. 54. XXIII. 49. Apoc. XVIII. 10, 15, 17. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΑΚΡΟΘΥΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *differo ultionem, iram cohibeo, longanimis sum, indulgeo,* a μακρόθυμος, ου, ὁ, ἡ, *longanimis,* ex μακρὸς et θυμὸς *animus.* Construitur cum præpositionibus εἰς, ἐπὶ, et πρός. Matth. XVIII. 26, 29. μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ indulge mihi. 1 Cor. XIII. 4. ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ qui alios amat, etiam longanimis est. 1 Thess. V. 14. μακροθυμεῖτε εἰς πάντας erga omnes leni estote et indulgente animo. 2 Petr. III. 9. ἀλλὰ μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς. Alex. Proverb. XIX. 11. ἐλεήμων ἀνὴρ μακροθυμεῖ, ubi in Hebraico est: שֵׂכֶל אָדָם הֶאֱרִיךְ אַפּוֹ Job. VI. 11. pro Hebr. אַאֲרִיךְ נַפְשִׁי Aquila habet: μακροθυμήσω, sed Alexandrini verterunt ἀνέχεταί μου ἡ ψυχή. Sirac. XXXV. 22. Adde Artemid. IV. 12. Anthol. II. 17. 3. 2) *differo.* Luc. XVIII. 7. καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς etiamsi differat auxilium, aut: etsi in iis vindicandis tardior videatur. 3) *patienter exspecto.* Hebr. VI. 15. καὶ οὕτω μακροθυμήσας ἐπέτυχε τῆς ἐπαγγελίας et cum hoc modo patienter exspectasset, obtinuit promissam felicitatem. Jacob. V. 7 et 8. Gloss. Vet. apud Labbæum: μακροθυμῶ, *duro.* Plutarch. T. VIII. p. 345. Sæpius non legitur in N. T. Job. VII. 16. οὐ γὰρ εἰς τὸν αἰῶνα ζήσομαι, ἵνα μακροθυμήσω.

ΜΑΚΡΟΘΥΜΙ'Α, ας, ἡ, 1) *longanimitas, indulgentia erga eos, qui nos ad iram provocant, lenitas in ferendis aliorum vitiis et erroribus, maxime, si cum injuria erga nos ipsos fuerint conjuncti.* Ex iisdem. Rom. II. 4. τῆς μακροθυμίας Θεοῦ καταφρονεῖς, h. e. abuteris lenitate Dei, pœnas, quas promeruerunt peccatores, interdum differentis, ut ipsi ad sanam mentem redeant. Conjungitur h. l. cum χρηστότης et ἀνοχή. ibid. IX. 22. Deus ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς. 2 Cor. VI. 6. ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι. Galat. V. 22. Ephes. IV. 2. μετὰ μακροθυμίας ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ. Coloss. III. 12. 1 Tim. I. 16. 1 Petr. III. 20. 2 Petr. III. 15. Alexandrini usi sunt hac voce pro אֹרֶךְ אַפַּיִם *prolongatio iræ, longanimitas,* Prov. XXV. 15. et pro אֹרֶךְ אַף idem, Jerem. XV. 15. Adde Aquil. et Theodot. Prov. XIX. 11. 2) *patientia, perseverantia in perferendis afflictionibus, patiens futuri temporis exspectatio.* Coloss. I. 11. εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ μακροθυμίαν. 2 Tim. III. 10. IV. 2. παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ, h. e. ita, ut ne fatigeris, aut animum despondeas. Hebr. VI. 12. τῶν διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας κληρονομούντων τὰς ἐπαγγελίας qui per fiduciam et patientem exspectationem obtinuerunt promissam felicitatem. Jacob. V. 10. τῆς κακοπαθείας καὶ μακροθυμίας. Sæpius non legitur in N. T. Alex. Ies. LVII. 15. καὶ ὀλιγοψύχοις διδοὺς μακροθυμίαν. Plutarch. in Lucullo p. 514. μακροθυμίαν ἐμβάλλεσθαι ταῖς ψυχαῖς.

ΜΑΚΡΟΘΥ'ΜΩΣ. Adverbium, *longanimiter, patienter,* a μακρόθυμος. Semel tantum legitur in N. T. Act. XXVI. 3. δέομαί σου, μακροθύμως ἀκοῦσαί μου rogo te, ut patienter me audias.

ΜΑΚΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) proprie de distantia loci usurpatur et significat: *longinquum, longe dissitum et remotum.* Luc. XV. 13. ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακρὰν profectus est in regionem procul dissitam. ibid. XIX. 12. In versione Alexandrina respondet Hebraico רָחוֹק *longinquus.* 1 Chron. XVII. 17. 2 Chron. VI. 36. et interdum etiam de *tempore remoto* usurpatur, v. c. Ezech. XII. 27. εἰς καιροὺς μακροὺς οὗτος προφητεύει. 2) *multus, longus, magnus.* Matth. XXIII. 14. μακρὰ προσευχόμενοι multum precantes, seu multis et longis orationibus utentes. Marc. XII. 40. Luc XX. 47. Sæpius non legitur in N. T. Theophr. Char. III. 1. λόγοι μακροὶ prolixi sermones. ib. XII. 2. μακρὰ ὁδός. Callim. Epigr. 56. οὐκ ἔτι μακρὰ λέγω. Joseph. A. J. VI. 11. 10. Aristoph. Plut. 612. μακρὰ κλαίειν. Hom. Il. γ', 22. μακρά. Schol.

μεγάλως. Adde Alex. Proverb. XXVIII. 16. et Pollucis Onom. VI. c. 1. sect. 12. I. 9. ubi videndus Seberus nota 84. Hesych. *μακρά· μεγάλα.*

ΜΑΚΡΟΧΡΟ'ΝΙΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, longævus, diu durans, vitæ diuturnæ*, i. q. *μακρόβιος*, ex *μακρὸς longus* et *χρόνος tempus*. Tantum legitur in N. T. Ephes. VI. 3. *ἵνα ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς* ut diu vitam tranquillam et felicem agas in Palæstina, coll. Deut. XXII. 7. Alexandrini pro verbis Hebraicis לְמַעַן יַאֲרִכוּן יָמֶיךָ ut prolongentur dies tui, Exod. XX. 12. et Deut. V. 16. habent: *καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ*. Hinc *μακροχρονέω longævus sum*, apud Symmach. Job. XII. 12. et *μακροχρονίζω*, idem significans Deut. XVII. 20. Gloss. Vet. *μακροχρόνιος, longævus, μακροχρονιότης, longævitas*. Adde Pollucis Onomast. II. 15.

ΜΑΛΑΚΙ'Α, *ας, ἡ*, 1) proprie: *mollities, inprimis animi, laborum impatientia, ignavia*, a *μαλακὸς mollis*. Polyb. III. c. 79. *μάλιστα τῆς τῶν Κελτῶν μαλακίας καὶ φυγοπονίας χάριν*. Joseph. A. J. II. 10. 1. Xenoph. de Venat. III. 8. Suid. *μαλακία· ῥᾳθυμία*. 2) *languor corporis, morbus diuturnus et chronicus*, ita, ut videtur, dictus ob ignaviam atque imbecillitatem naturæ ad depellendos morbos. Matth. IV. 23. *θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν*. (Photius in Lex. et Suid. notant, *μαλακίζεσθαι* de *fœminis*, de *viris* autem *ἀσθενεῖν* dici. Sic *gravidarum malaciæ* apud Plin. XXIII. 6. Confer Bourdelot. ad Heliod. Lib. I. p. 19.) ib. IX. 35. et X. 1. Sæpius non reperitur in N. T. In versione Alex. respondet *τῷ* חֳלִי *quivis languor corporis et infirmitas*, Deut. VII. 15. Ies. XXXVIII. 9. מַחֲלָה idem, Exod. XXIII. 25. et מַחֲלֻיִים *morbi*, 2 Chron. XXIV. 25. Heliodor. L. III. p. 140. *τίς ἡ προσπεσοῦσα τῷ θυγατρίῳ μαλακία.* Suidas et Hesychius: *μαλακία· νόσος*. Pollux Onom. III. c. 21. Eodem modo verba derivata *μαλακιᾷν* et *μαλακίζεσθαι ægrotare, morbo laborare* significant. Vide Ælian. V. H. III. 19. Xenoph. de Venat. V. 2. et Arrian. de Venat. VIII. 4. Vide Duportum ad Theophr. Char. c. 1. p. 189. et Wetstenii N. T. T. I. p. 279. Hesych. *μαλακίζεσθαι· ἀσθενῶς διακεῖσθαι, νοσηλεύεσθαι.* Male itaque Salmasius in Ossilegio Hellen. p. 291. hoc vocabulum ad *ἰδιωτικὸν* scribendi genus detrudit.

ΜΑΛΑΚΟ'Σ, *ή, όν*, 1) proprie: *mollis tactu, lenis tractando*, et opponitur *ei, quod durum est*, a *μαλάσσω mollio*. Sic v. c. apud Xenoph. de Re Equestri VIII. 6. *μαλακὸν χωρίον* est *locus mollis, non durus*. Apud Demosthen. p. 1155. 4. ed. Reisk. *πρόβατα μαλακὰ* oves lanuginosæ adeoque molles tactu dicuntur. Ex hac notione explicandus est locus Matth. XI. 8. ubi commemorantur *οἱ τὰ μαλακὰ*, scil. *ἱμάτια, φοροῦντες*, ut *μαλακὰ ἱμάτια* sint vestes quælibet teneriores, pretiosæ et delicatiores, e molli lana, serico, (sic mollem lanam pro serico dixit Virgil. Georg. II. 121. ubi vid. Intt.) aut alia materia tenera confectæ, quales homines molles, divites et effœminati gestare solent, coll. Luc. VII. 25. ubi formula *ἱματισμὸς ἔνδοξος* explicationis causa additur. Conf. J. C. Biel C. de vestimentis *μαλακοῖς* non sericis sed purpureis et byssinis, quæ extat in Berg. Symb. Liter. Duisburg. T. I. P. I. p. 77. Homer. Odyss. α', v. 437. *μαλακὸν δ' ἔκδυνε χιτῶνα*. Artemid. Oneirocrit. I. c. 80. p. 69. *ἱματίων πολυτελῶν καὶ μαλακῶν*. Ib. L. II. c. 3. p. 85. *μαλακῇ ἐσθῆτι*. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 57. Alberti Obss. Philol. p. 82. Forster. de Bysso p. 79. Wetstenii N. T. T. I. p. 381. et Olearium ad Philostrat. Vit. Apollon. c. 27. p. 167. 2) metaphorice, ut Latinum *mollis, effœminatus, delicatulus, qui laute, molliter et splendide vivit, dura et laboriosa fugit et suavia tantum sectatur, voluptatibus unice deditus*. Xenoph. Mem. III. 7. 1. Demosthen. p. 106. 22. edit. Reisk. *μαλακὸς καὶ ἄτολμος*. Speciatim ita dicitur: *masculus, qui suum corpus aliis scortandum præbet, pathicus, cinædus, muliebria pati assuetus*; quem etiam Latini *malacum* (v. c. Plautus in Mil. Glorioso III. 1. 73.) et *mollem* (v. c. Ovidius Fast. IV. 342. Martial. III. 73.) vocare solebant. Sic legitur in N. T. 1 Cor. VI. 9. *οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται*. Vide ad h. l. Grotium et Wetstenium. Dionys. Halic. Ant. L. VII. pag. 418. *Aristodemum* narrat a civibus suis *μαλακὸν* vocatum esse, *ὅτι τὰ γυναιξὶν ἁρμόττοντα ἔπασχεν*. Adde Diog. Laërt. VII. c. 5. § 4. et Tacit. Annal. XI. c. 2. Hesych. *μαλακός· μαλθακὸς, ἔκλυτος, γυναικοήθης*. — Idem: *μαλακόν· ἡδὺ, προσηνὲς, τρυφερὸν, ἀσθενές*.

ΜΑΛΑΛΕΗ'Λ et ΜΑΛΕΛΕΗ'Λ, *ὁ*. *Malaleel*. Nomen proprium viri indeclinabile. Hebraice מַהֲלַלְאֵל i. e. *laudans Deum*, ex מְהַלֵּל particip. Piel, ab הִלֵּל *laudavit*, et nomine אֵל *Deus*. Fuit filius Cenani et semel commemoratur in N. T. Luc. III. 37.

ΜΑ'ΛΙΣΤΑ, *maxime, inprimis, præcipuè, potissimum*. Adverbium superlat. grad. a *μάλα valde*. Act. XX. 38. *ὀδυνώμενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ* inprimis dolentes ob sermonem. ib. XXV. 26. *καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ* et maxime ad te. Præterea legitur in N. T. Act. XXXI. 3. Galat. VI. 10. Phil. IV. 22. 1 Tim. IV. 10. V. 8, 17. 2 Tim. IV. 13. Tit. I. 10. Philem. v. 16. 2 Petr. II. 10. Hesych. *μάλιστα· λίαν, πάνυ, πλέον, σφόδρα, μᾶλλον.*

ΜΑ͂ΛΛΟΝ. Adverbium comparat. a *μάλα valde*, quod cum genitivo rei constructum, aut cum *πολλῷ multo*, aut *πόσῳ quanto* conjunctum 1) designat *auctionem*, seu *intensionem alicujus rei*, reddique debet *magis*. Matth. VI. 26. *οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν*; nonne iis estis longe excellentiores? ibid. v. 30. *οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς*; quanto magis idem faciet vobis? ib. VII. 11. *πόσῳ μᾶλλον*; quanto magis? ib. X. 25. XVIII. 13. *χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον, ἢ* magis de ea gaudebit, quam etc. Marc. IX. 42. *καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον, εἰ περίκειται, κ. τ. λ.* ib. XIV. 31. *ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγεν μᾶλλον*. Luc. V. 15. *διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ*. ib. XI. 13. Marc. X. 48. *πολλῷ μᾶλλον ἔκραζον eo, seu tanto magis* clamabant, aut: *multo validius clamare cœperunt*. coll. Luc. XVIII. 39. et Joh. V. 18. Philip. I. 9. *ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον* magis etiam magisque. Eadem formula usus quoque est Diog. Laërt. IX. c. 10. 2. Græcos Latini sunt imitati, v. c. Cicer. II. ep. 18. "mihi cotidie magis magisque cogitanti." Cf. Tursellinum de Particulis Linguæ Latinæ p. 491. 2) *potius*, ut designet *electionem*. Matth. X. 6. *πορεύεσθε δὲ μᾶλλον* abite potius. ibid. v. 28. XXV. 9. Marc. XV. 11. *ἵνα μᾶλλον τὸν Βαραββᾶν ἀπολύσῃ αὐτοῖς*. Luc. X. 20. Rom. XIV. 13. *ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον*. 1 Cor. V. 2. *καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε*. 3) interdum et *intensionem* et *electionem* simul indicat, ubi exprimitur per *magis* et *potius*. Matth. XXVII. 24. *ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνηται* sed potius ma-

jorem tumultum oriri. Joh. III. 19. XII. 43. Act. IV. 19. V. 29. XXVII. 11. 1 Cor. IX. 12. XIV. 1, 5. 2 Cor. V. 8. XII. 9. 2 Tim. III. 4. 4) μᾶλλον δὲ est formula, qua utuntur scriptores sacri, ut corrigant, quod modo dixerunt, et Latine reddenda, *immo vero.* Rom. VIII. 34. ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθεὶς qui mortuus est, immo vero, qui etiam in vitam rediit. Galat. IV. 9. μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ immo vero, ut rectius dicam, a Deo ad religionem christianam adducti. Exempla Græcorum habet Raphelius in Obss. Polyb. ad Gal. IV. 9. et Palairet. in Obss. Philol. p. 432. 5) interdum μᾶλλον, ut cœteræ voculæ comparativæ, comparativis et superlativis, etiam verbis (v. c. Matth. VI. 26. μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν, iis præstantiores estis.) otiose jungi solet, v. c. Marc. VII. 36. μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον eo magis prædicabant. Phil. I. 23. πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον. 2 Cor. VII. 13. περισσοτέρως μᾶλλον. ib. XII. 9. ἥδιστα οὖν μᾶλλον. Eodem modo μᾶλλον legitur apud Eurip. Hecub. 377. Aristoph. Concion. 1131. Herodot. I. 23. Ælian. V. H. X. 9. Idem Hist. Anim. IV. 34. ἀπολμότερος δοκεῖ μᾶλλον, et *magis* apud Latinos, v. c. apud Hirtium P. de Bello Africano c. 54. *magis studiosiores.* Plaut. Menæchm. Prolog. 55. Cf. Vechneri Hellenolexiam p. 76. Berglerum ad Alciphron. p. 228. Abresch. Anim. ad Æschylum L. I. c. 20. et interpretes ad Thom. M. p. 596. 6) interdum omittitur, ut Lat. *magis* (Vide Vechneri Hellenol. L. I. P. II. c. 5. p. 138.), v. c. Matth. XVIII. 8. καλόν σοί ἐστιν —— ἢ, pro μᾶλλον καλόν σοί ἐστιν —— ἤ. Tob. III. 6. διότι λυσιτελὲς (sc. μᾶλλον) ἀποθανεῖν ἢ ζῆν. Luc. XV. 7. ante ἔσται deest μᾶλλον, et ibid. XVII. 2. post λυσιτελεῖ, et 1 Cor. XIV. 19. post πέντε λόγους. Eadem ellipsis reperitur etiam apud Homerum Iliad. α', v. 117. βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, ubi videndus est Scholiast. et in versione Alex. Gen. XLIX. 12. 2 Macc. XIV. 42. Vide Wesselingium ad Diod. Sic. XI. p. 412. et Dukerum ad Thucyd. VI. p. 436. — Hesych. μᾶλλον πλεῖον, μάλιστα.

ΜΑ'ΛΧΟΣ, ου, ὁ. *Malchus.* Est nomen proprium cujusdam servi pontificis, cui Petrus aurem dextram amputavit. Joh. XVIII. 10. Nomen est Chaldaicum מַלְכָּא *rex* et Judæis (etiam Syris et Arabibus) usitatum, qui pro eo scribebant מָלוּךְ. Vide Nehem. X. 4, 27. XII. 2. 1 Chron. VI. 44.

ΜΑ'ΜΜΗ, vel ΜΑ'ΜΜΑ, ης, ἡ, 1) proprie: *mater*, et est vox puerulorum ad matrem, seu sonus, quem edunt infantes, lac maternum, aut alium cibum expetentes. Conf. Athenæum Lib. IV. p. 430. ed. Casaubon. 2) ut Hebr. אֵם (1 Reg. XV. 10, 13. ubi vid. Syr.) *avia.* Sic semel legitur in N. T. 2 Tim. I. 5. ubi, quia τῇ μητρὶ opponitur, intelligenda est *avia* et quidem *avia ex matre.* Hunc significatum voci vindicat Schol. Aristoph. ad Acharn. v. 39. Conf. Ez. Spanhem. ad Aristoph. Nubes v. 1386. et Wetstenii N. T. T. II. p. 354. Phavor. μάμμην τὴν τῆς μητρὸς ἢ πατρὸς μητέρα οὐ λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι, ἀλλὰ τίθην· μάμμην δὲ καὶ μάμμιον τὴν μητέρα. ἀμαθὲς οὖν τὸ τὴν μάμμην ἐπὶ τῆς τίθης λέγειν. Idem: Μαμμίαν Ἀττικοὶ τὴν μητέρα, ἀπὸ τοῦ τὰ παιδία μαμμᾷν τὸ φάγειν λέγειν. Gloss. Vet.: μάμμη, *avia, abavia.*

ΜΑΜΜΩΝΑ͂Σ, seu, ut rectius scribitur, (conf. I. I. Griesbach. Comment. Crit. in Textum Gr. N. T. P. I. p. 74.) ΜΑΜΩΝΑ͂Σ, ᾶ, ὁ, *mammona*, seu *mammonas.* Vocabulum origine Syriacum ܡܡܘܢܐ (conf. Laur. Fabricii Reliquias Syras pag. 296. Th. Crenii Analectorum Philolog. Crit. Historicorum) quod 1) in *Syrorum* et *Pœnorum* lingua (ex qua in linguam Hebraicam transiit, ubi מָמוֹן dicitur. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 333. et Buxtorf. Lex. Talmud. et Rabbin. fol. 1216 seq.) proprie *idolum* significat, quod *divitiis præesse credebatur* (a Græcis Πλοῦτος dicebatur) *et a Syris religiose colebatur*, teste Tertulliano. Confer Wetstenium ad Dialogum Origeni adscriptum contra Marcionitas p. 36. et Barthii Adversar. Lib. LV. c. 4. et Lib. LX. p. 2978. Ad hanc propriam vocis μαμμωνᾶς notionem respexit sine dubio Christus in loco Matth. VI. 24. (Luc. XVI. 13.) ubi μαμωνᾶς instar *numinis* opponitur *Deo vero*, verbis: οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ, ut jam recte ad h. l. observavit Er. Schmidius. 2) *divitiæ, opes.* Luc. XVI. 9. ubi ὁ μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας est i. q. v. 11. ὁ ἄδικος μαμωνᾶς, h. e. divitiæ fluxæ et facile perituræ, non, ut vulgo vertitur, opes, injusto modo acquisitæ et partæ. Sæpius non legitur in N. T. Eandem significationem habet quoque מָמוֹן et מָמוֹנָא (quarum vocum origo varie traditur. Alii enim deducunt ab אָמַן in Niphal *firmus fuit*, quod homines vulgo in iis confidere solent. Aliis a verbo מון ortum videtur, quod in lingua Arab. significat *prospexit sibi de rebus, ad vitam sustentandam necessariis.* Rectius fortasse derivatur a voce הָמוֹן quæ *multitudinem, abundantiam* et *copiam* significat.) ut docuit Buxtorfius l. l. Hesych. μαμωνᾶν θησαυρόν. Suid. μαμμωνᾶς· πλοῦτος γήϊνος, χρυσός.

ΜΑΝΑΗ'Ν, ὁ. *Manahen.* Nomen proprium viri ἄκλιτον, respondens sine dubio Hebraico מְנַחֵם *consolator*, part. Piel rad. נָחַם *consolatus est.* Fuit propheta N. T. qui semel tantum commemoratur Act. XIII. 1. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 532.

ΜΑΝΑΣΣΗ͂Σ, ῆ, ὁ. *Manasses.* Nomen proprium viri Hebraicum, מְנַשֶּׁה h. e. *oblivisci faciens*, a נָשָׁה *oblitus est.* Hoc nomen imposuit Josephus filio suo primogenito ex Asnath uxore, filia Potipharis, principis Heliopolitani, ideo, quod Deus eum fecerit oblivisci omnis ærumnæ et omnis familiæ patris sui. Gen. XLI. 51. *Posteri Manasse* semel tantum commemorantur in N. T. Apoc. VII. 6. ἐκ φυλῆς Μανασσῆ. ubi tamen loco Μανασσῆ rescribendum esse Δὰν recte observavit Eichhornius ad h. l. Hoc nomine etiam appellatus fuit filius Ezechiæ regis 2 Reg. XXI. 1. Matth. I. 10.

ΜΑΝΘΑ'ΝΩ, fut. μαθήσομαι, p. μεμάθηκα, aor. 2. ἔμαθον. 1) *disco*, h. e. *memoriæ mando, edoceor, instituor, intelligo, cognosco, comperio, certior fio*, a μαθέω *intelligo, cognosco.* Matth. IX. 13. πορευθέντες δὲ μάθετε τί ἐστι discite vero, quid hoc sibi velit, ubi videndus Wetstenius. ibid. XI. 29. μάθετε ἀπ' ἐμοῦ committite vos disciplinæ meæ. ibid. XXIV. 32. ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολὴν, h. e. memori pectore condite simile rei exemplum, quod hæc ficus vobis præbet, seu, quæ illustrandæ rei causa de hac ficu vobis proponam. Marc. XIII. 28. Joh. VI. 45. μανθάνειν diserte distinguitur ab ἀκούειν; ergo est *intelligere ac recte percipere.* Joh. VII. 15. μανθάνειν κατ' ἐξοχὴν de eo dicitur, *qui scholas doctorum Ju-*

daicorum frequentat μὴ μεμαθηκὼς non usus disciplina Rabbinorum, **da er doch keinen gelehrten unterricht genossen,** *while however he had enjoyed no learned instruction.* Act. XXIII. 27. μαθὼν cum comperisset, **da er es in erfahrung gebracht hatte,** *as he had proved or experienced it.* Rom. XVI. 17. 1 Cor. IV. 6. ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε ut nostro exemplo edocti. ibid. XIV. 31, 35. Galat. III. 2. Ephes. IV. 20. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χριστὸν meliora edocti estis per religionem christianam. Philip. IV. 9. Coloss. I. 7. 1 Tim. II. 11. ubi μανθάνειν est *audire publicos sermones, orationibus sacris interesse,* coll. 1 Cor. XIV. 34. 2 Tim. III. 7. πάντοτε μανθάνοντα semper quidem instituuntur. ib. v. 14. Apoc. XIV. 3. 2) ut nostrum: **lernen,** *to learn, soleo, consuevi, adsuesco, adsuefacio me.* Ita לָמַד adhibetur Jerem. XXXI. 18. quam significationem etiam apud Æthiopes obtinet. Phil. IV. 11. ἐγὼ γὰρ ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμί, αὐτάρκης εἶναι ego enim didici mea sorte et conditione contentus esse. 1 Tim. V. 4, 13. ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι simul etiam otiosæ solent etc. nisi cum Koppiersio in Obss. Philol. p. 80. statuere aliquis malit, ἀργαὶ μανθάνουσι positum esse pro ἀργίαν μανθάνουσι. Tit. III. 14. Hebr. V. 8. ἔμαθεν τὴν ὑπακοὴν obedientiæ erga Deum se assuefecit. Virgil. Æn. I. 630. non ignara mali miseris succurrere disco. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. Anab. III. 2. 16. μάθωμεν ἀργοὶ ζῆν. Id. de Re Equestri 8. 13. In versione Alex. respondet Hebraico לָמַד *didicit,* Deut. IV. 19. V. 1. Ies. I. 17. אָלַף *studuit, didicit,* Prov. XXII. 25. et יָדַע *scivit, cognovit, intellexit,* Exod. II. 4. Esther. IV. 5. et aliis in locis.

ΜΑΝΙ'Α, ας, ἡ, 1) *insania, furor, vesania,* a μαίνομαι *insanio, furo.* Phavor. μανία· ἡ ἄνευ πυρετοῦ παραφροσύνη. 2) *enthusiasmus, status mentis a numine afflatæ,* **begeisterung,** *inspiration.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXVI. 24. τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει insignis tua eruditio te tui non compotem reddit. Confer dicta supra ad μαίνομαι et Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΜΑ'ΝΝΑ, vel ΜΑ'Ν, τό. *Manna.* Vocabulum Hebraicum (מָן) ἄκλιτον, quod 1) proprie: *cibum illum notat, quo Israëlitæ a Deo XL annorum spatio in deserto alebantur,* qui an vere miraculo divino procreatus fuerit, aut non diversus fuerit a manna, adhuc in oriente inprimisque desertis Arabiæ decidua, (quæ hodie adhuc teste Niebuhrio in Descript. Arabiæ p. 146. apud Arabes من السما, ut Psalm CV. 40. לֶחֶם שָׁמַיִם et Ps. LXXVIII. 24. דְּגַן שָׁמַיִם vocatur.) quæ est humor roscidus, ex rore in superficie terræ et plantarum residuus instar pruinæ, qui mane, antequam solis æstu colliquescit, colligitur, siccatur et torretur et ad placentarum genus conficiendum vulgo adhibetur, quæ fuit sententia Van der Hardt in Ephem. Philol. c. 7. (cf. etiam Foësii Œcon. Hipp. p. 240.), impugnata tamen a Deylingio (in Obss. Sacr. P. III. p. 58.), certo evinci vix poterit. Etiam origo hujus vocis varie traditur. Nonnulli derivant ab Hebraico מָנָה *numeravit, definivit,* et in Piel *præparavit,* ut proprie significet vel portionem numeratam et dimensam, (nam dimensa portio mannæ Israëlitis dabatur,) vel cibum, præparatum a Deo et comparatum sine ullo labore, coll. Sapient. XVI. 20. Alii Israëlitis, qui, cum manna conspicerent, nec, quid esset, scirent, interrogabant מָן הוּא *quid hoc est?* (Alex. recte τί ἐστι τοῦτο; nam מָן fuit vocula, Hebræis olim usitata et adhuc in lingua Chaldaica et Syriaca superstes, notans *quid,* item quod מָה) hunc cibum nomen suum debere existimant. Confer Drusium ad Joh. VI. 31. et Ottii Obss. Flavian. p. 198. Suid. μάννα· ἡ ἄνωθεν χορηγουμένη τροφή, — — — παρὰ πολλοῖς δὲ λέγεται τὸ μάννα ἀμβλίσιον. Legitur in hac significatione apud Johannem VI. 31, 49, 58. Hebr. IX. 4. ubi mannæ reliquiæ quædam intelligendæ sunt. 2) metaphorice de *præmiis virtutis christianæ in futura vita* usurpatur. Apoc. II. 17. δώσω αὐτῷ (φαγεῖν ἀπὸ) τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, h. e. in religionis meæ puritate perseverantiam vitæ alterius felicitate remunerabor. ubi videndus Wetstenius. Cæterum confer Cl. Salmasii tr. de Manna et Saccharo ad calcem Ej. Exercitatt. de Homonymis Hyles Iatricæ p. 245.

ΜΑΝΤΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, apud Græcos non solum est *consulo Deum, exquiro oraculum et sententiam Dei,* (teste Luciano in Solœcista p. 755.) sed etiam *vaticinor, oracula edo, prædico,* (v. c. apud Ælian. V. H. I. 29. II. 17. Apollodor. III. c. 6. § 7. οὗτος οὖν Θηβαίοις μαντευόμενος εἶπε νικήσειν κ. τ. λ. Confer Grævium ad Luciani Solœc. c. 9. p. 755.) interdum etiam passive adhibetur, (v. c. apud Ælian. V. H. III. 25. τὸν μαντευόμενον αὐτοῖς θάνατον) a μάντις, εως, ὁ, ἡ, *vates, hariolus.* Semel legitur tantum in N. T. in participio, Act. XVI. 16. de ancilla Thyatirensi, ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις αὐτῆς μαντευομένη quæ vaticinando et oracula edendo multum quæstum attulit dominis suis. In versione Alex. respondet Hebraico קָסַם *vaticinatus est, divinavit,* Deut. XVIII. 10. 1 Sam. XXVIII. 8. Ezech. XII. 24. Hesych. μαντευόμενος· χρησμολογῶν.

ΜΑΡΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, *marcescere facio, flaccidum et marcidum reddo.* Passivum μαραίνομαι, fut. 1. μαρανθήσομαι, *marcesco, flaccesco, elanguesco, contabesco,* et metaphorice: *intereo, pereo.* Semel legitur in N. T. Jacob. I. 11. ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται dives in viis suis instar floris, aut graminis flaccescentis marcescet, h. e. peribit, seu, divitiæ ejus nullæ erunt. Reperitur præterea hæc vox in versione Alex. pro יָבֵשׁ *exaruit, exsiccatus fuit,* Job. XV. 38. Sapient. II. 8. στεψώμεθα ῥόδων κάλυξι πρὶν ἢ μαρανθῆναι. ibid. XIX. 20. Phavor. μαραίνομαι ἀπανθῶ, ταβεφίω Λατινιστί. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 661.

ΜΑΡΑΝΑΘΑ', *maranatha.* Verba sunt Syro-Chaldaica, (Syriace: ܡܪܢ ܐܬܐ. Chaldaice: מָרָנָא אֱתָה) quæ Latine sonant *Dominus noster venit,* seu *veniet.* Ergo composita vox est ex Syriaco ܡܪܢ, Chald. מָרֵא *dominus* et נ finali, quod est affixum 1 person. ex pronomine אֲנִי et ܐܬܐ אֲתָה *venit.* Semel legitur in N. T. 1 Cor. XVI. 22. μαραναθὰ Dominus certissime veniet ad judicium et pœnas sumet ab omnibus, qui non sunt veri ejus cultores. Conf. Cheitomæum in Græcobarbaris N. T. p. 104 seq. μαραναθά· τοῦτο οὐ τῆς Ἑβραίων τινὲς ὑπέλαβον, ἀλλὰ τῆς Σύρων εἶναι φωνῆς, ἑρμηνεύεται δὲ ὁ Κύριος ἦλθε. τέθεικε δὲ τὴν λέξιν ὁ ἀπόστολος, καταστέλλων τὴν ὀφρὺν τῶν Κορινθίων, καὶ διδάσκων, ὡς οὐ παιδεύσεως,

ἀλλὰ πίστεως αὐτοῖς χρεία. Zonaras Lex. col. 1329. *μαραναθά· ὁ Κύριος ἥκει, ἢ ἦλθεν, ἢ ἥξει, ἢ ἔρχεται.* Hesych. *μαραναθά· ὁ Κύριος ἦλθεν, ἢ εἶδον τὸν Κύριον.* Vide etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 176.

ΜΑΡΓΑΡΙ΄ΤΗΣ, *ου, ὁ*, scil. *λίθος*, 1) *margarita, unio*, seu lapis pellucidus, qui nascitur in conchis maris, maxime Indici, cujus dos est in candore, magnitudine, orbe, levore, pondere. In lingua Arabica et Persica vocatur مرجان. Plin. H. N. IX. 35. a *μάργαρον, ου, τὸ*, idem, quod secundum Camerarium a *μαρμαίρειν nitide splendere* nomen habet. Mat. XIII. 45. *ζητοῦντι καλοὺς μαργαρίτας* perquirenti bonas margaritas. ib. v. 46. *πολύτιμον μαργαρίτην* pretiosam margaritam. 1 Tim. II. 9. ubi videndus Wetstenius. Apoc. XVII. 4. *λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις.* XVIII. 12, 16. XXI. 21. ubi tamen *μαργαρίτης* latius patere, et omnino *lapides pretiosos*, ut Chaldaicum מַרְגְלִי et Arabicum جوهر, significare mihi videtur. 2) metaphorice: *omnis res maxime pretiosa.* Hinc Matth. VII. 6. *doctrina christiana præstantissima* ita dicitur: *μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων* neque projiciatis margaritas vestras coram porcis, h. e. ne sanctissimam et præstantissimam doctrinam christianam (coll. cap. XIII. 45 seq.) tradite profanis ejus contemtoribus. Conf. Vorstium de Adagiis N. T. c. 4. p. 779 seq. ed. Fischeri. Etiam in lingua Arabica *uniones* et *margaritæ* de dictis sapientum adhibentur, v. c. apud Haririum Consess. I. p. 12. II. p. 102. (ubi videndus Schultensius.) et in Histor. Timur. c. 52. Confer etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 341.

ΜΑ΄ΡΘΑ, *ης, ἡ, Martha.* Nomen proprium Syro-Chaldaicum (מַרְתָא *domina*, fœmininum a מַר *dominus.*) mulieris, quæ fuit soror Lazari, quem Christus e mortuis excitavit. Luc. X. 38, 40, 41. Joh. XI. 1, 5, 19, 20, 21, 24, 30, 39. XII. 2. Alb. Gloss. Gr. pag. 45. *Μάρθα· προσερίζουσα.*

ΜΑΡΙ΄Α, *ας, ἡ*, legitur etiam ΜΑΡΙΑ΄Μ, *ἡ, ἄκλιτον.* Nomen proprium mulieris Hebraicum מִרְיָם, h. e. *amara*, seu *tristis*, (Ruth. I. 20.) a מָרַר *amarus fuit*, aut secundum alios a רוּם *altum esse, exaltari, eminere*, ו in י mobile transeunte, ac præmisso מ heemantico, ut significet *excelsam, sublimem, eminentem.* Fuit autem nomen 1) *matris filii Dei*, quæ interdum etiam Μαριὰμ dicitur, Matth. I. 16, 18, 20. II. 11. XIII. 55. Luc. I. 27 seq. Act. I. 14, etc. 2) *mulieris, e vico Magdala oriundæ*, quæ vulgo dicitur *Maria Magdalena.* Matth. XXVII. 56, 61. XXVIII. 1. Marc. XV. 40, 47. XVI. 1. 3) *sororis Lazari*, quem Christus e mortuis excitavit, *et Marthæ.* Luc. X. 39, 42. Joh. XI. 1 seq. 4) *matris Jacobi minoris* et *Johannis* et *sororis matris Jesu.* Matth. XXVII. 56, 61. XXVIII. 1. Marc. XV. 40, 47. XVI. 1. 5) *Cleophæ uxoris.* Joh. XIX. 25. 6) *matris Johannis*, cui cognomen *Marcus* erat. Act. XII. 12. 7) *alius mulieris*, quæ a Paulo salutatur. Rom. XVI. 6. Alberti Gloss. Gr. p. 15. *Μαριάμ· φωτίζουσα.* et p. 430. *Μαρία· κυριεύουσα.*

ΜΑ΄ΡΚΟΣ, *ου, ὁ, Marcus.* Nomen proprium viri Latinum, quo 1) *unus e quatuor evangelistis* appellatus fuit 2) *Johannes, filius Mariæ, quæ erat soror matris Domini, Pauli perpetuus comes et minister.* Act. XII. 12, 25. XV. 37, 39. Coloss. IV. 10. 2 Tim. IV. 11. Philem. v. 24. Plerique putant, hunc Johannem, quem Acta Apostolorum et Epistolæ Paulinæ memorant, eundem esse cum auctore Evangelii. Sed Grotius satis ostendit, vetustissimos historiæ ecclesiasticæ scriptores nunquam Johannis nomen Marco Evangelistæ tribuisse, et constanter eum Petri apostoli comitem et discipulum, non vero Pauli fecisse. 3) *filii Petri apostoli.* 1 Petr. V. 13.

ΜΑ΄ΡΜΑΡΟΝ, *ου, τό.* Latissime patet hæc vox apud Græcos et *omnem* omnino *lapidem, saxum* notat, v. c. apud Eurip. Phœn. v. 677. Speciatim vero ita dicitur *marmor*, de cujus variis generibus et summo pretio apud veteres vide Plinii H. N. XXXV. 2. XXXVI. 5. 6. 7. a *μάρμαρος candidus, albus*, (Eurip. Phœn. v. 1422. *μάρμαρον πέτρον.* Homer. Iliad. *ο'*, v. 735. ubi Schol. *μάρμαρον* exponit *λευκόν.*) quod est a *μαρμαίρω nitide splendeo, resplendeo.* Semel legitur in N. T. Apoc. XVIII. 12. *σκεῦος ἐκ μαρμάρου.* Pro *μάρμαρον* reperitur etiam *μάρμαρος* in Epist. Jerem. v. 61. Hesych. *μάρμαρος· λευκὴ λίθος.* Invenitur etiam adjectivum *μαρμάρινος marmoreus*, quod usurpatur ab Alexandrinis Cant. V. 15. pro שֵׁשׁ *marmor.*

ΜΑ΄ΡΤΥΡ, *ος, ὁ*, 1) proprie: *testis, qui rem factumque, quod vidit et audivit, enarrat et enarrare potest, maxime in judicio.* Matth. XVIII. 16. *ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα* ut per duos tresve testes de veritate rei constet. ibid. XXVI. 65. Marc. XIV. 63. Luc. XXIV. 48. Act. I. 8. *καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες* et eritis testes ac præcones rerum a me gestarum. ibid. v. 22. II. 32. III. 15. V. 32. VI. 13. *ἔστησαν δὲ μάρτυρας ψευδεῖς* falsos testes subornarunt. VII. 58. X. 39. XIII. 31. XXVI. 16. 2 Cor. XIII. 1. 1 Thess. II. 10. 1 Tim. V. 19. VI. 12. 2) omnino *is, qui aliquid satis cognitum et exploratum habet.* Sic v. c. Deo tribuitur in N. T. 2 Cor. I. 23. *ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι* ego vero Deum testem obtestor, h. e. ad Dei auctoritatem provoco, qui, ut omnia mea consilia bene cognita habet ita veritatem rei ipso declarat opere et mendaciter loquentibus pœnas debitas infert. 1 Thess. II. 10. *ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ Θεός.* Thucyd. I. 78. *θεοὺς τοὺς ὁρκίους μάρτυρας ποιούμενοι.* ibid. II. 71. 3) *μάρτυρ τινὸς qui alicujus doctrinam profitetur*, et speciatim: *qui palam profitetur doctrinam christianam*, ita, ut paratus sit ad eam ubique et omni tempore contra adversarios tuendam ac defendendam, etiam ob professionem ejus gravissima supplicia sustinenda. Sic v. c. Act. XXII. 20. Stephanus ob constantem professionem religionis christianæ morte affectus *μάρτυρ Ἰησοῦ* dicitur. Hebr. XII. 1. *νέφος μαρτύρων* multitudo hominum, qui ob verum Dei cultum gravissima mala passi sunt, coll. cap. XI. Apoc. XVII. 6. *ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων Ἰησοῦ.* Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 310. 4) per metonymiam concreti pro abstracto: *testimonium, argumentum, quod pro alicujus rei veritate affertur.* 2 Tim. II. 2. *ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων* doctrina, quam tibi multis et idoneis argumentis comprobatam tradidi. Sed alii hunc locum aliter interpretantur. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΑΡΤΥΡΕ΄Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, 1) *testor, testis sum, testimonium edo*, speciatim *coram judice*, a *μάρτυρ testis*, quod vide. Joh. V. 33. *μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ* verum professus est. Hebr. XI. 5. *μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ* testimonio pietatis erga Deum ornatus est. Joh. III. 28. 2 Cor. VIII. 3. Joh. XII. 16.

Act. XXII. 5. XXVI. 5. etc. In versione Alex. respondet τῷ הֵעִיד *testatus, testificatus est.* Gen. XLIII. 3. Deut. XIX. 18. Thren. II. 13. 2) *libere profiteor, confiteor, manifesto, declaro, notum facio.* Joh. IV. 44. αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν quamquam Jesus dicere solebat, aut: libere professus fuerat. 1 Tim. VI. 13. τοῦ μαρτυρήσαντος ὁμολογίαν qui libere et palam edidit professionem. Joh. VII. 7. ὅτι ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ αὐτοῦ, ὅτι τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρά ἐστιν quia ego palam eos impios declaro. Sic *testari* apud Livium II. c. 16. Curtium V. 13. 16. 3) *doceo, instituo, idoneis argumentis demonstro aliquid,* (Xenoph. Symp. 8. 12.) et ex adjuncto: *confirmo, evinco, comprobo.* Joh. I. 7. ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς ut homines de proxime instante adventu et persona hujus summi doctoris edoceret. ibid. XV. 26. ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ ille vos uberius de mea persona et dignitate edocebit. ib. v. 27. καὶ ὑμεῖς μαρτυρεῖτε et vos alios instituetis. ibid. XVIII. 23. μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ proba, me contumeliose locutum esse. Act. X. 43. XIV. 3. τῷ μαρτυροῦντι τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ munienti et confirmanti doctrinam christianam eique idoneam auctoritatem concilianti. Hebr. X. 15. μαρτυρεῖ δὲ ἡμῖν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον confirmat hæc a me dicta ipse Deus. ibid. XI. 4. δι᾽ ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος quem favorem demonstravit Deus in sacrificio ejus. Conf. Theodot. Genes. IV. 4. Hebr. VII. 8. μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ de quo satis constat, eum vivere. 4) per synecdochen, inprimis cum dativo constructum: *testimonio meo aliquem orno, laudo et commendo, laudibus extollo,* et ex adjuncto: *assentior, probo,* ut scilicet omissum sit εὖ, seu καλῶς. Luc. IV. 22. πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ omnes prædicabant et laudibus efferebant Christum ejusque dicta approbabant. Joh. III. 26. ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας de quo tam honorifice prædicabas. Chrysostomus ad h. l. ὃν σὺ λαμπρὸν ἔδειξας, καὶ περίβλεπτον ἐποίησας. Luc. XI. 48. ἄρα μαρτυρεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν nihilominus probatis facta majorum vestrorum. Rom. X. 2. Xenoph. Mem. I. 2. 21. κἀγὼ δὲ μαρτυρῶ τούτοις et ego hæc laudo proboque. Æschin. Socr. Dial. III. 6. οὐκ ἔτυμά μοι μαρτυρεῖς tribuis mihi laudem falsam; vana de me prædicas. Joseph. A. J. VI. c. 14. § 4. Cf. Krebsii Comment. ad Decretum Atheniensium p. 72. Eodem modo passivum μαρτυρεῖσθαι de eo usurpatur, *qui est laudatus et probatus, cujus est honesta fama et existimatio apud omnes.* Act. VI. 3. ἄνδρας ἐξ ὑμῶν μαρτυρουμένους ἑπτὰ septem viros probatos inter vos. ibid. X. 22. μαρτυρούμενος ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων probatus universo populo Judæorum. ib. XVI. 2. 1 Tim. V. 10. ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμένη. Hebr. XI. 2. 1 Joh. III. 6, 12. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 198. 5) *prædico, vaticinor, promitto.* Joh. XIII. 21. ἐμαρτύρησε καὶ εἶπε prædixit. Alii: sanctissime affirmavit. Act. X. 43. τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν de hoc omnes prophetæ prædixerunt. Rom. III. 21. μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν quam prædixerunt et promiserunt Moses cæterique prophetæ. 6) μαρτυρέομαι *obtestor aliquem, graviter admoneo, cohortor et rogo,* i. q. διαμαρτύρομαι. Deut. XXXII. 46. Sic in N. T. legitur 1 Thess. II. 12. καὶ μαρτυρούμενοι εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ Θεοῦ, ubi cum παρακαλεῖν et παραμυθεῖσθαι conjungitur. Eodem modo μαρτύρομαι usurpatur apud Thucyd. VI. c. 80.

ΜΑΡΤΥΡΊΑ, ας, ἡ, 1) *testimonium, quod exhibet, qui rem factumque, quod vidit et audivit, enarrat,* inprimis *coram judice,* sive *verum sit,* sive *falsum,* a μάρτυρ *testis.* Marc. XIV. 56, 59. καὶ οὐδὲ οὕτως ἴση ἦν ἡ μαρτυρία αὐτῶν sed ne sic quidem conciliari poterant eorum testimonia. Luc. XXII. 71. Joh. VIII. 17. ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστι per duos testes veritas alicujus rei stabiliatur, coll. Matth. XVIII. 16. Joh. XIX. 35. XXI. 24. 1 Tim. III. 7. δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν oportet autem eum etiam testimoniis honorificis a christiana religione alienorum laudari et commendari. Tit. I. 13. 1 Joh. V. 9. Alex. pro עֵד *testis,* interdum *testimonium.* Exod. XX. 16. Deut. V. 20. Prov. XXV. 18. 2) *ipse testis, qui rem, quam vidit et audivit, enarrat et enarrare potest,* abstracto posito pro concreto. Marc. XIV. 55. ἐζήτουν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ μαρτυρίαν εἰς τὸ θανατῶσαι αὐτόν. 3) *quævis confirmatio alicujus rei, aut facti,* etiam *illud ipsum, quo alicujus rei veritas comprobatur.* Joh. V. 32 et 36. 1 Joh. V. 9. ubi ἡ μαρτυρία τοῦ Θεοῦ, ἣν μεμαρτύρηκε περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, quæ v. 10. ἡ μαρτυρία simpliciter vocatur, *omnia argumenta* complectitur, *quibus Deus Jesum verum esse Messiam, hominibus demonstravit.* 4) *professio libera.* Joh. I. 19. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου Johannis autem de Messia professio ita se habebat. Apoc. I. 9. διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ ob professionem doctrinæ J. C. Apoc. XII. 11. διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν per doctrinam christianam, quam profitebantur. 5) *laus, prædicatio,* seu *omne, quod alicujus commendandi causa profertur.* Joh. V. 31. ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθὴς tunc testimonium meum honorificum de me ipso in dubium vocari posset. ibid. v. 34. ἐγὼ οὐ παρὰ ἀνθρώπων τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω non opus est mihi hominum commendatione. ibid. VIII. 13, 14. 3 Joh. v. 12. Conf. supra ad μαρτυρέω dicta. 6) *institutio.* Joh. I. 7. ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν venit eo consilio, ut homines edoceret de adventu et persona Messiæ eorumque animos ad ejus adventum præpararet. Act. XXII. 18. οὐ παραδέξονταί σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ non admittent tuam de me institutionem. 7) *doctrina ipsa, quæ traditur,* speciatim: *doctrina christiana.* Joh. III. 11. τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε non admittitis hanc doctrinam meam vere divinam. ib. v. 32, 33. ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν qui vera fide amplectitur doctrinam, ab eo traditam. Apoc. VI. 9. διὰ τὴν μαρτυρίαν ἣν εἶχον ob religionem christianam, quam profitebantur, i. q. διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ in proxime antecedente oratione. ibid. XII. 17. ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ. 8) i. q. ἀποκάλυψις *revelatio et ea, quæ alicui revelantur,* etiam *prædictio,* עֵדוּת a rad. יָעַד وعد *prædixit.* Apoc. I. 2. coll. v. 1. et XIX. 10. ubi tamen μαρτυρίαν ἔχειν τοῦ Ἰησοῦ quoque significare potest: testimonium de Jesu perhibere, aut, secundum alios interpretes: Jesu doctrinam profiteri. Ibid. XI. 7. μαρτυρία non differt a προφητείᾳ, coll. v. 3. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΑΡΤΎΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) *testimonium, quod testis exhibit, vel exhibere potest de re, aut facto, quod vidit, vel audivit,* i. q. μαρτυρία. Ab eodem themate. Act. IV. 33. καὶ μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι τῆς ἀναστάσεως τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ et magna cum vi in animis audientium apostoli testabantur de resurrectione Domini J. C. 2) *testimonium laudis, qui alicui imperti-*

tur testimonium bonum, commendatio. 2 Cor. I. 12. τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως testimonium bonum, quo me ornat conscientia. 3) *libera professio, defensio, apologia.* Marc. XIII. 9. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς evenient hæc vobis ideo, ut religionem meam libere profiteamini et tueamini, coll. Luc. XXI. 13. ἀποβήσεται δὲ ὑμῖν εἰς μαρτύριον. Matth. X. 18. 4) *omne argumentum, quo aut veritas alicujus rei comprobatur, aut de futuro aliquis edocetur, omnis res, qua alteri aliquid significo et declaro.* Marc. VI. 11. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς quo ritu edoceantur certissime, vos nihil cum illis commercii esse habituros. Mat. VIII. 4. et Marc. I. 44. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς ut etiam illi (nempe oblatione sacrificii a Mose imperati) certi fiant, te esse sanum. Luc. V. 14. IX. 5. 1 Tim. II. 6. (εἰς) τὸ μαρτύριον quo omnes certiores redderentur de Dei favore et animo propitio; seu, quo comprobavit doctrinam suam. Jacob. V. 3. εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται quod improbitatem vestram arguet, aut manifestum futurarum vestrarum pœnarum signum erit. Xenoph. Anab. III. 2. 8. Memor. I. 2. 56. 5) *præconium, prædicatio,* i. q. κήρυγμα. Hebr. III. 5. εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων ut traderet et promulgaret doctrinam, quæ in posterum populo Judaico tradenda et observanda erat. 6) *doctrina,* speciatim: *doctrina christiana,* quæ 1 Cor. I. 6. τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ, ibid. II. 1. τὸ μαρτύριον (in haud paucis codd. legitur h. l. μυστήριον, e glossemate.) τοῦ Θεοῦ, et 2 Tim. I. 8. τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου dicitur. Adde 2 Thess. I. 10. τὸ μαρτύριον ἡμῶν doctrina mea de futuri illius judicii tempore, vobis tradita. Causa hujus significationis est e lingua Hebraica repetenda, ubi עֵדָה et עֵדוּת de *legibus divinis* et de *doctrina Judaica* haud raro adhibetur, v. c. 2 Reg. XI. 12. Ps. CXXXII. 12. Ies. VIII. 20. Huc etiam referenda nonnullis videtur formula ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου, Act. VII. 44. et Apoc. XV. 5. (ubi tamen recte monuit Eichhornius σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου positam esse pro κιβωτὸν τῆς διαθήκης, quæ in tabernaculo illo recondita erat.) obvia, qua *tabernaculum illud,* seu *tentorium sacrum* significatur, *quod conventibus religiosis Judæorum ante Salomonis tempora destinatum erat,* et Hebraice mox מִשְׁכַּן־הָעֵדֻת Num. I. 50. mox אֹהֶל־מוֹעֵד Num. XVIII. 6. interdum etiam עֵדוּת simpliciter vocatur, v. c. Exod. XVI. 34. ut nempe nomen acceperit a *duabus tabulis legum Mosaicarum,* (שְׁנֵי לֻחֹת הָעֵדֻת Exod. XXXI. 18.) quæ in eo asservabantur. Sed fortasse hæc formula ortum suum debet Alexandrinis interpretibus, qui formulam אֹהֶל־מוֹעֵד Exod. XXIX. 42, 44. XXXIII. 7. etc. σκηνὴν μαρτυρίου transtulerunt מוֹעֵד non a יָעַד *condixit,* sed ab עוּד aut עֵדָה *testatus est,* derivantes. Suid. μαρτυρίου σκηνή· ὡς ἔχουσα τὰς πλάκας τοῦ νόμου. τὸν γὰρ νόμον ἐντολὰς ἐκάλουν, καὶ μαρτύρια, καὶ δικαιώματα.—Phavorinus: μαρτύριον· ὁ ἔλεγχος, ἡ κατηγορία, ἡ κατάκρισις. ὡς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. οἱ γὰρ πιστεύσαντες καταμαρτυροῦσι τῶν μὴ πιστευσάντων.

ΜΑΡΤΥ´ΡΟΜΑΙ, 1) *testor, testificor, testatum facio,* a μάρτυρ *testis.* Alex. pro הֵעִיד *testatus, testificatus est.* Jerem. VI. 10. 2) *palam declaro, significo, notum facio.* Act. XX. 26. μαρτύρομαι ὑμῖν significo igitur vobis et palam nunc declaro. Galat. V. 3. 3) *obtestor, graviter admoneo, hortor,* i. q. διαμαρτύρομαι. Ephes. IV. 17. μαρτύρομαι ἐν Κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν obtestor igitur vos per Dominum, ut non amplius vivatis, etc. Sæpius non legitur in N. T. Polyb. Excerpt. de Virtut. et Vit. Lib. XIII. p. 50. ed. Ernesti: μαρτυρομένων τοὺς ἄνδρας ἐπανάγειν ἐπὶ τὴν ἀρχήν.

ΜΑ´ΡΤΥΣ, υρος, ὁ, ἡ, i. q. ὁ μάρτυρ. Phavor. μάρτυρ· μάρτυς. 1) proprie: *testis, qui rem factumque, quod vidit et audivit, enarrat et enarrare potest, maxime in judicio.* Act. X. 41. μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ quos Deus voluit testes esse dictorum, factorum et fatorum J. C. ibid. XXII. 15. ὅτι ἔσῃ μάρτυς αὐτῷ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὧν ἑώρακας καὶ ἤκουσας quoniam apud omnes homines testis futurus es eorum, quæ vidisti et audivisti. Hebr. X. 28. ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει testimoniis duorum, aut trium testium convictus interficitur. 1 Petr. V. 1. μάρτυς τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων testis et præco passionum Christi. 2) omnino *is, qui aliquid satis scit et cognitum habet.* Sic v. c. Deo tribuitur in N. T. qui, ut omnia consilia et cogitata humana bene cognita habet, ita veritatem rei ipso declarat opere et mendaciter loquentibus pœnas debitas infert, Rom. I. 9. μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ Θεὸς. per Dei fidem, per Deum testor. Formula vehementius asseverandi et jurandi, respondens Hebraicæ עֵד יְהוָה. Phil. I. 8. 1 Thess. II. 5. 3) *qui alicujus doctrinam profitetur,* et speciatim: *qui palam profitetur doctrinam christianam,* ita, ut paratus sit ad eam ubique et omni tempore contra adversarios tuendam ac defendendam et adeo ob professionem ejus gravissima mala et supplicia sustinenda. Sic legitur in N. T. Apoc. II. 13. Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου ὁ πιστός. ibid. XI. 3. coll. v. 7.—Quoniam sensu Christus ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς a Johanne Apoc. I. 5. III. 14. dictus fuerit, me ignorare fateor. Fortasse hoc respectu, quia fuit interpres voluntatis divinæ fide dignissimus, et hominum summus et unicus doctor. Confer Joh. I. 9. et XIV. 6. Sic עֵד legitur Ies. LV. 4. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΑΣΑ´ΟΜΑΙ, vel ΜΑΣΣΑ´ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ήσομαι, *mando, comedo, ore jacto et dentibus confringo,* a μάσσω *subigo.* In N. T. tantum reperitur Apoc. XVI. 10. ubi verba: καὶ ἐμασσῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου, vulgo quidem redduntur: et mandebant linguas suas præ dolore; quæ ego reddere mallem: *et dentes infigebant linguis suis,* ut facere solent irati et furiosi, coll. v. 11. Cæterum vox ipsa haud raro reperitur in libris comicorum veterum, v. c. Aristoph. in Plut. v. 320. χρέας μασσώμενος τὸ λοιπὸν, et in Equit. v. 713. ubi Schol. μασσώμενος· ἐσθίων ἢ διαμασσώμενος. Schol. Pindar. Nem. I. 64. ἀντὶ τοῦ μασσᾶσθαι, τουτέστι καταφαγεῖν. Conf. et Schol. Aristoph. in Vespis v. 1078. Adde Alex. Job. XXX. 4. et quæ Wetstenius collegit N. T. T. II. p. 816.

ΜΑΣΤΙΓΟ´Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *flagello, flagellis, vel virga cædo, loris verbero,* a μάστιξ *flagrum, flagellum, scutica.* Matth. X. 17. καὶ ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς et in synagogis suis vos flagris cædent: ubi vid. Wetstenius. ib. XX. 19. XXIII. 34. Marc. X. 34. Luc. XVIII. 33. καὶ μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν et flagellatus occidetur. Joh. XIX. 1. τότε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν καὶ ἐμαστίγωσε tunc Pilatus Jesum flagellis cædendum dedit. Scilicet flagellatio apud Romanos vel virgis, vel flagellis fiebat; hæc gravior erat et solum pœna servorum,

seu crucis supplicio afficiendorum. Vide Joseph. B. J. II. 14. 9. Lipsium de Cruce Lib. II. c. 3. Hanc etiam sustinuit Christus a Pilato. Alex. hac voce usi sunt pro הִכָּה *verberavit, feriit.* Exod. V. 14, 16. Jer. V. 3. Herodot. III. c. 16. Polyb. I. 7. 2) metaphorice: *castigo, dolore afficio,* et partim in litteris sacris de *eo* usurpatur, *cui Deus mala et calamitates immittit,* partim de *eo, quem. Deus animo paterno et amoris pleno punit.* Job. XV. 11. *ὀλίγα ὧν ἡμάρτηκας μεμαστίγωσαι.* Ps. LXXII. 5. *μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσονται* ab incommodis et malis hujus vitæ liberi manent. ibid. v. 14. Tob. XIII. 4. Eodem modo etiam usurpatur Hebr. XII. 6. *μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται* castigat omnem filium, quem amat, h. e. quos Deus amat, hos interdum in mala et calamitates incidere jubet. Desumta sunt hæc verba e versione Alexandrina Proverb. III. 12. In textu Hebraico leguntur verba: וּכְאָב אֶת־בֵּן יִרְצֶה quæ Alexandrini transtulerunt: *μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται,* pro וּכְאָב *et sicut pater* legentes יַכְאִיב. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΑΣΤΙ'ΖΩ, fut. *ίσω,* idem, quod *μαστιγόω, flagello, flagris cædo, loris verbero,* a *μάστιξ flagellum.* In N. T. tantum legitur Act. XXII. 25. *εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν;* licetne civem Romanum indicta causa cædere? Alexandrini usi sunt hac voce pro הִכָּה (Hiphil ex נָכָה) *percussit, feriit, verberavit.* Num. XXII. 25. Sapient. V. 12. Plutarch. T. IV. p. 101. et T. VI. p. 632. ed. Reisk. Hesych. *μαστίζει· πληγαῖς τύπτει.* Phavor. *μαστίζω κοινῶς, μαστίω δὲ ποιητικῶς.*

ΜΑ'ΣΤΙΞ, *γος, ἡ.* Non enim masculinum est, sed fœmininum, ut vel ex Homer. Iliad. *μ',* v. 812. *Διὸς μάστιγι κακῇ,* Odyss. *ζ',* v. 316. *μάστιγι φαεινῇ,* et Marc. V. 29, 34. satis apparet. Notat autem 1) *flagellum, scuticam, flagrum, quo et homines et animalia cæduntur, improbitatis et ferociæ coërcendæ causa.* Vide Pollucis Onom. III. 8. 1. Polyb. XV. 26. Philostrat. Vit. Apollon. II. c. 11. Act. XXII. 24. *εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν* jubens eum flagellis torqueri. Hebr. XI. 36. *μαστίγων πεῖραν ἔλαβον* flagella experti sunt, h. e. flagellis cæsi sunt: nisi statuere velimus, *μάστιξ* h. l. per metonymiam causæ efficientis *dolores, ex ictibus flagrorum ortos,* significare. Alexandrini hac voce usi sunt pro שׁוֹט *flagellum,* Prov. XXVI. 3. *μάστιξ ἵππῳ.* 1 Reg. XII. 11, 14. Sirac. XXVIII. 18. Hesych. *μάστιξ· φραγέλλιον.* 2) *omnis dolor, incommodum et molestia, qua quis afficitur,* et partim de *calamitatibus et miseriis hujus vitæ,* partim de *pœnis, quæ a Deo impiis infliguntur,* usurpatur. Alex. Psal. XXXI. 10. *πολλαὶ αἱ μάστιγες* (Hebr. מַכְאוֹבִים *dolores*) *τοῦ ἁμαρτωλοῦ.* Psal. XXXIV. 15. *συνήχθησαν ἐπ' ἐμὲ μάστιγες.* ibid. XXXVII. 17. *ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος.* Jer. VI. 7. Nec desunt hujus significationis exempla apud reliquos Græcos scriptores, qui etiam deos (æque ac furias) flagellis armabant, ut significarent, eos esse omnium malorum et pœnarum auctores, v. c. apud Homer. Iliad. *μ',* v. 812. *Διὸς μάστιγι κακῇ.* Conf. Schwarz. Comment. Crit. Ling. Gr. pag. 879. et Potter. ad Lycophr. Cassandr. ver. 436. Coran Sur. LXXXIX. 13. quamobrem super eos, scil. hostes tuos. effudit Dominus tuus سوط عذاي flagellum pœnæ. Hinc 3) speciatim ita dicebatur *morbus gravior et atrocior,* partim, quia instar flagelli corpus affligit, partim, quia inter pœnas divinas a Judæis superstitiosis referri solebat. Sic legitur in N. T. Marc. III. 10. *ὅσοι εἶχον μάστιγας* omnes quicunque morbis laborarent gravioribus. Syrus hæc verba cum sequentibus *καὶ τὰ πνεύματα ἀκάθαρτα* connectit ita: *et quibus erant plagæ spirituum immundorum.* ibid. V. 29. *ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος,* et v. 34. *ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου.* in quibus locis *μάστιξ* est i. q. in antecedentibus *πηγὴ τοῦ αἵματος,* collato Levit. XII. 7. ubi pro *πηγὴ* in aliis libris legitur *πληγὴ,* cui voci necessario morbi notio ibi subjicienda est. Luc. VII. 29. *ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων καὶ μαστίγων.* Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XXX. 14. *ὑγιὴς καὶ ἰσχύων τῇ ἕξει* opponitur *τῷ μεμαστιγωμένῳ εἰς σῶμα αὐτοῦ,* coll. XL. 9. 2 Macc. IX. 11. *θείᾳ μάστιγι,* coll. v. 9. Euseb. H. E. I. 8. Simili modo apud Assemannum in Bibl. Orient. T. I. p. 215. aliquis narrat, se scripsisse aliquid ܒܡܚܘܬܐ ܕܚܛܗܐ ܡܚܐ ܗܘܐ plagis ictum ob peccata, h. e. morbo gravi affectum. Non autem prorsus alienum est a locis N. T. supra laudatis notare, apud LXX Psalm. XXXIV. 15. *μάστιγας* per metonymiam dictos esse *illos ipsos, qui alios flagellis cædunt, percutientes,* ubi in textu Hebraico legitur נֵכִים et Symmachus voce *πλῆκται* usus est, ut adeo etiam in N. T. locis nonnullis *μάστιξ* et *μάστιγες* de spiritibus malis morbis gravioribus afficientibus explicari possent.

ΜΑΣΤΟ'Σ, *οῦ, ὁ, mamma, mammilla, uber,* a *μαζὸς, οῦ, ὁ, mamma, nutrix,* et proprie quidem de muliere, Luc. XI. 27. de *viro* tamen legitur Apoc. I. 13. Xenoph. Anab. IV. 3. 5. Vid. et Pollux II. 162 seq. In plurali tantum legitur in N. T. Apoc. I. 13. *περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν* præcinctus ad mammillas (fortasse ad *umbilicum,* aut *lumbos.* Certe Ezech. XVI. 4. Hebr. שֹׁרֵךְ in vers. Alex. respondet. Adde Dan. X. 5. Sed melius est statuere, positum esse pro *περὶ τὰ στήθη* Apoc. XV. 6.) zona aurea. Luc. XI. 27. *μακάριοι οἱ μαστοὶ, οὓς ἐθήλασας* O beatam matrem, cujus ubera suxisti! Solet enim in litteris sacris pars corporis humani pro toto homine poni. Confer Glassii Philol. Sacr. pag. 1270 seq. edit. Dathii. Eodem modo explicandus etiam est locus Luc. XXIII. 29. *μακάριοι μαστοὶ, οἳ οὐκ ἐθήλασαν* beatæ prædicabuntur mulieres, quæ nunquam lactaverunt. Sæpius non reperitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico שַׁד *mamma,* Cant. VIII. 1, 9, 10. Job. III. 12. Joël. II. 16. Thom. M. *μαστὸς ἐπὶ γυναικὸς, μαζὸς δὲ ἐπὶ ἀνδρὸς,* ubi conferantur interpretes et notata a Wetstenio in N. T. T. II. p. 751. Proprie *μαστὸς* significasse videtur *tumulum, locum eminentem, cacumen.* Suid. *μαστός· ἀκρώρεια, ἐξοχὴ ὄρους.* Conf. Spanhem. ad Callim. p. 359. Lexicon Xenophonteum s. h. v. et L. Bos. Anim. ad Scriptt. Græcos p. 108.

ΜΑΤΑΙΟΛΟΓΙ'Α, *ας, ἡ, vaniloquentia, verba vana, inanes sermones, quæstiones et disputationes inutiles et infrugiferæ,* a *ματαιολόγος.* In N. T. tantum legitur 1 Tim. I. 6. *ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν* deflexerunt ad inanes disputationes. Vulgatus: *vaniloquium.* Gloss. Vet. *ματαιολογία, vaniloquium.* Porphyr. de Abstinent. IV. 16. Strabo II. pag. 179. C. Plutarch. T. VI. p. 21. ed. Reisk.

ΜΑΤΑΙΟΛΟ'ΓΟΣ, *ου, ὁ, vaniloquus, inania et inutilia loquens,* et speciatim: *qui quæstiones, subtiles quidem, sed vanas et nullius pretii tractat,* ex

μάταιος vanus et *λόγος sermo*. Semel tantum legitur in N. T. Tit. I. 10. Gloss. Vet. *ματαιολόγος, vaniloquus, blato.* nisi forte legendum: *blatero.*

ΜΑ'ΤΑΙΟΣ, *αία, ον,* 1) *vanus, inanis, qui frustra fit et utilitate caret, irritus, inutilis.* 1 Cor. III. 20. *διαλογισμοὶ μάταιοι* cogitationes vanæ, quibus eventus non respondet. 1 Cor. XV. 17. *ματαία ἡ πίστις ὑμῶν* frustra amplexi estis religionem christianam, i. q. v. 14. *κενὴ ἡ πίστις ὑμῶν.* Tit. III. 9. *εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι.* Jacob. I. 26. *τούτου μάταιος ἡ θρησκεία* talis cultus sui religiosi nulla exspectet præmia. Eodem modo *μάταιον* de *omni, quod fructu caret,* legitur apud Xenoph. de Re Equestri V. 5. et de Vectigal. IV. 41. *μὴ ματαία ἂν γένοιτο αὕτη ἡ κατασκευή.* Job. XX. 18. *εἰς κενὰ καὶ μάταια ἐκοπίασε.* 2) *falsus, mendax, a veritate abhorrens.* Non male convenit hæc notio loco Jacob. I. 26. *τούτου μάταιος ἡ θρησκεία* is non vere Deum colit, seu, ejus cultus divinus speciem tantum habet et nomen. Speciatim vero hæc vox ex usu linguæ Hebraicæ (in qua v. c. הֶבֶל non solum *vanitatem,* sed etiam *idola* notat, Jerem. II. 5. Psal. XXXI. 7. שָׁוְא *vanum,* ad *idola, deos nihili et temere creditos* transfertur Jerem. XVIII. 15. Jon. II. 9.) de *cultu idololatrico gentilium* in N. T. adhibetur, et *τὰ μάταια idola ipsa* dicuntur, *quorum cultus vanus est et inanis.* Act. XIV. 15. *ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα* ut a falsis istis diis ad Deum verum vos convertatis. Eodem modo Alexandrini hac voce usi sunt Lev. XVII. 7. *οὐ θύσουσιν ἔτι θυσίας αὐτῶν τοῖς ματαίοις.* Ies. II. 20. *προσκυνεῖν τοῖς ματαίοις.* Hos. V. 11. *πορεύεσθαι ὀπίσω τῶν ματαίων.* Apud eosdem *τὰ μάταια* interdum *ipsum cultum idolorum* significat, v. c. 1 Reg. XVI. 2. *τοῦ παροργίσαι με ἐν τοῖς ματαίοις αὐτῶν,* ubi bene expresserunt Hebraicum חַטָּאָה. Huc etiam a plerisque interpretibus refertur locus 1 Petr. I. 18. ubi verba: *ἐλυτρώθητε ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς* vulgo vertuntur: liberati estis ab idololatrica vestra vivendi ratione, quam a majoribus traditam accepistis. Sed constat, vocabula Hebraica, quæ *vanum* et *nihilum* significant, de *improbitate* et *perversitate* omnino apud Hebræos usurpari, v. c. Psal. LVII. 2. Prov. XIII. 11. (ubi vide Alex.). Igitur verba *ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς* reddere mallem, *a pristina vestra perversa vivendi ratione.* Sæpius non legitur in N. T.

ΜΑΤΑΙΟ'ΤΗΣ, *τος, ἡ,* 1) proprie: *vanitas,* et de *rebus* usurpatur, *quarum fructus nullus est, quæ sunt irritæ, fluxæ et caducæ, speciemque tantum habent ac nomen,* a *μάταιος.* Respondet Hebraico הֶבֶל Cohel. I. 2, 14. II. 1, 11, 15. etc. et רִיק *inanitas,* Ps. IV. 3. in versione Alex. Phavor. *ματαιότης· πρᾶγμα ἀνόητον, ἢ βουλὴ ἀνυπόστατος, ἢ σπουδὴ, πέρας οὐκ ἔχουσα, ἢ καθόλου τὸ ἐπὶ παντὶ λυσιτελοῦντι ἀνύπαρχον.* Eadem fere leguntur in Lex. Cyrilli MS. et Gregorii Nysseni Homil. in Eccles. T. I. p. 376. Sic legitur in N. T. 2 Petr. II. 18. *ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι* utentes tumidis et vanis sermonibus. 2) *perversitas, improbitas.* Ephes. IV. 17. *καθὼς τὰ ἔθνη περιπατεῖ ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν* convenienter vivere perversis opinionibus gentilium more. Haud pauci hunc locum de *idololatria* interpretantur; nostram vero explicandi rationem commendant loca Ps. XXXI. 7. Prov. XIII. 11. et alia, quæ jam supra ad vocem *μάταιος* collecta sunt. Quibus adde locum Job. IV. 18. ubi *ματαιότης* apud Symmachum respondet Hebr. תָּהֳלָה et Vulg. *pravitatem* habet. 3) *calamitas, miseria,* ad imitationem Hebraici הֶבֶל Job. VII. 16. et שָׁוְא Job. VII. 3. Sic legitur in N. T. Rom. VIII. 20. *τῇ γὰρ ματαιότητι* (unus codex Lambecii habet *φθορᾷ.* Zonaras Lex. c. 1333. adducto hoc loco *μ.* etiam *φθορὰν* interpretatus est. Vide infra sub *φθορά.*) *ἡ κτίσις ὑπετάγη* multis enim et variis malis ac calamitatibus premuntur christiani his in terris. Theodoretus ad h. l. *ματαιότητα καλεῖ τὴν φθοράν.* Idem Phavorinus tradit. Ps. XXXVII. 12. *οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι ἐλάλησαν ματαιότητας,* Hebr. דִּבְּרוּ הַוּוֹת. Theodot. Job. XV. 20. מִתְחוֹלֵל *ματαιοῦται.* Bene de hac voce disputavit Bochart. in Hierozoico P. I. p. 648.

ΜΑΤΑΙΟ'Ω, fut. *ώσω, vanum, inane reddo, irritum facio, frustror, utilitate et effectu suo privo.* Passivum *ματαιόομαι, οῦμαι, vanus et irritus reddor,* seu, *fio, inepte et stulte ago,* etiam *impie ago,* a *μάταιος vanus, stultus.* Semel tantum legitur in N. T. Rom. I. 21. *ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν* impias ac perversas opiniones sequuti ad idololatriam delapsi sunt. Respondet Hebr. הִסְכִּיל *stulte egit* apud Alexandrinos 1 Sam. XIII. 13. XXVI. 21. et בָּעַר *stultus, fatuus fuit,* Jer. LI. 17. Zonaras Lex. c. 712. *ἐματαιώθησαν, ἐπλανήθησαν, τοῦ παντὸς ἐξέπεσον. καὶ ὁ ἀπόστολος· ἀλλ' ἐ. ἐ. τ. δ. α.*

ΜΑ'ΤΗΝ. Adverbium *frustra, in vanum,* etiam *sine causa, temere,* ut sit i. q. *εἰκῆ.* Aristoph. Plut. v. 1128. (Videtur aliis proprie nomen esse *μάτη,* subintellecto *κατὰ* vel *εἰς,* coll. LXX Jer. VIII. 8.) Bis tantum legitur in N. T. Matth. XV. 9. *μάτην δὲ σέβονταί με* frustra mihi hunc honorem præstant. Eadem sententia reperitur quoque Marc. VII. 7. Thom. M. *μάτην λέγε, μὴ ματαίως. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις* (v. 1438.)· *μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται. καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἠλέκτρᾳ* (v. 772.)· *μάτην ἄρ' ἡμεῖς, ὡς ἔοικεν, ἥκομεν.* Alexandrini hoc adverbio transtulerunt Hebraica חִנָּם *frustra, absque causa, gratis, immerito,* Prov. III. 20. Ps. XXXV. 7. הֶבֶל adverb. *vane,* Ps. XXXIX. 7, 12. et שָׁוְא *vane,* Jer. II. 30. Ps. XLI. 7.

ΜΑΤΘΑΙ'ΟΣ, *ου, ὁ, Matthæus.* Nomen proprium apostoli et evangelistæ, filii Alphæi, (Marc. II. 14.) qui etiam vocatus fuit Levi (Marc. II. 14. Luc. V. 27.) et ante conversionem suam vectigalium exactor erat. Matth. IX. 9. Nomen ejus deducitur a נָתַן *dedit.* Hinc מַתָּן *donum* et מַתְּיָה *donum Dei.* Alberti Gloss. Gr. p. 16. *Ματθαῖον δοματισθέντα,* ubi vide notam Alberti. Hesych. *Ματθαῖος· δεδωρημένος. Ματθίας δὲ δόμα Θεοῦ.* Syriace scribitur ܡܬܝ. Idem Matthæus etiam auctor est Commentarii de vita et rebus gestis Jesu Christi, qui sub ejus nomine in Volumine librorum N. T. reperitur. Legitur ejus nomen Matth. IX. 9. X. 3. Marc. III. 18. Luc. VI. 15. Act. I. 13. De vita ejus, rebus gestis ac morte vide Heideggeri Enchiridion Lib. III. c. 2. et Leusden. Philol. Gr. Diss. XVII.

ΜΑΤΘΑ'Ν, *ὁ, Matthan.* Est nomen proprium viri indeclinabile, origine Hebraicum, descendens a נָתַן *dedit,* unde מַתָּן *donum* significat. Semel commemoratur in N. T. Matth. I. 15.

ΜΑΤΘΑ'Τ, *ὁ, Matthat.* Est no-

men proprium viri ἄκλιτον, Hebraice מַתָּת, ejusdem originis et significationis cum præcedente. Commemoratur in N. T. Luc. III. 24, 29.

ΜΑΤΘΙ'ΑΣ, α, ὁ, *Matthias*. Nomen proprium apostoli, qui in locum Judæ proditoris electus est. Act. I. 23, 26. Syriace dicitur ܡܬܝܐ, Hebraice מַתִּיָה i. e. *donum Dei*, ex מַתָּן *donum* et יָהּ nomine divino. Idem est ac Græcum Θεόδωρος.

ΜΑΤΤΑΘΑ', ὁ, *Mattatha*. Nomen proprium viri indeclinabile, idem cum præcedente. Legitur in N. T. Luc. III. 31.

ΜΑΤΤΑΘΙ'ΑΣ, ου, ὁ, *Mattathias*. Nomen proprium viri ejusdem originis et significationis cum præcedente. Luc. III. 25, 26.

ΜΑ'ΧΑΙΡΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *culter, sica, pugio, gladius, ensis*, a *μάχομαι pugno*. In cultri notione reperitur non solum in versione Alex. Genes. XXII. 6, 10. pro Hebraico מַאֲכֶלֶת *culter cibarius et sacrificalis*, sed etiam apud Herodot. Lib. II. c. 41. Pro *cultro majore* vox hæc occurrit apud Ælian. V. H. VIII. c. 3. et Homer. Iliad. γ', v. 271. *Gladium* autem significat apud Xenoph. de Re Equestr. c. 12. § 11. et in N. T. passim, v. c. Matth. XXVI. 47, 51. ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ gladium suum evaginavit, seu nudavit. ibid. v. 52. πάντες γὰρ οἱ λαβόντες μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται quicunque enim gladio necant alios, et ipsi gladio necandi sunt. Similis locus est in versione Alex. Ezech. XXVI. 15. ἐν τῷ σπᾶσαι μάχαιραν ἐν μέσῳ σου, ubi in textu Hebraico legitur: בַּהֲרֹג. חֶרֶב בְּתוֹכֵךְ. Matth. XXVI. 55. μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων. Marc. XIV. 43, 47, 48. Luc. XXI. 24. πεσοῦνται στόματι μαχαίρας gladio peribunt: ubi tamen μάχαιρα, æque ac Hebraicum חֶרֶב (Psalm. XLIV. 7.) latius patere, ac synecdochice *quælibet arma bellica*, seu *universum apparatum bellicum* significare videtur. ib. XXII. 36, 38, 49, 52. Joh. XVIII. 10, 11. βάλε τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην refer gladium tuum in vaginam. Act. XII. 2. ἀνεῖλε μαχαίρᾳ gladio peremit. Hebr. IV. 12. XI. 34. Apoc. VI. 4. XIII. 10, 14. In versione Alex. respondet τῷ חֶרֶב idem, Genes. XXVII. 40. XXXI. 26. Exod. XV. 9.—Formula μάχαιραν φορεῖν *gladium gerere*, seu *gladio accinctum esse*, quæ Rom. XIII. 4. legitur, significat: *summum imperium habere, summa potestate vitæ et necis præditum esse*. Gladio enim, seu pugione, Cæsares, præfecti prætorio et summi magistratus apud Romanos accingi et donari solebant, et gladius æque ac fasces insigne erat summi imperii et juris vitæ et necis. Seneca de Clementia I. c. 11. Conf. Commentatores ad Aurelii Victor. Vit. Trajani c. 13. et Schwarz. in Comment. Crit. Ling. Gr. p. 881. 2) metonymice ut חֶרֶב (Psalm. CXLIV. 10. Ies. I. 20.) *supplicium, gladio sumi solitum, cædes, mors violenta*, etiam *mortis violentæ periculum*. Rom. VIII. 35. ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα. Conf. Ezech. XXVI. 15. ubi Hebraico הֶרֶג *occisio, interfectio* in versione Alex. respondet. 3) *discordia, dissensio, dissidium, inimicitia, turbæ, bellum*. Sic legitur in N. T. Matth. X. 34. οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν, non tranquillitas et concordia per meum adventum futura est, sed turbæ potius et dissidia existent, coll. Luc. XII. 51. ubi loco μάχαιραν legitur διαμερισμόν. Eodem modo חֶרֶב de *bello* et *turbis bellicis* usurpatur Genes. XXXI. 26. Jer. XIV. 13. et ab Alexandrinis πόλεμος transfertur Levit. XXVI. 6. Adde 1 Macc. IX. 73. καὶ κατέπαυσε ῥομφαία ἐξ Ἰσραὴλ et cessarunt bella in Israël. 4) metaphorice: *omnis res, qua nos tueri ac defendere ac impetus hostiles propulsare valemus*. Ephes. VI. 17. τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, pro τὴν πνευματικήν. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΑ'ΧΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *pugna, prœlium, conflictus bellicus, dimicatio*, a μάχομαι *pugno*. Ita in exterorum scriptis tantum legitur, v. c. apud Thucyd. II. 97. ἰσχύϊ δὲ μάχης, καὶ στρατοῦ πλήθει. ibid. III. 97. et IV. 126. 2) *lis, controversia, contentio, rixa, altercatio*, ex usu loquendi Alexandrinorum interpretum, qui hac voce usi sunt pro רִיב *contentio, lis*, Gen. XIII. 7. 2 Sam. XXII. 44. מְרִיבָה *contentio*, Genes. XIII. 8. מָדוֹן idem, Prov. XV. 18. XXVI. 20. et מַצָּה *jurgium*, Prov. XVII. 19. Ies. LVIII. 4. Sic legitur quoque in N. T. 2 Tim. II. 23. εἰδώς, ὅτι γεννῶσι μάχας nosti enim, eas contentiones ac lites efficere. Jac. IV. 1. πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; Xenoph. Cyrop. VII. 5. 15. Gloss. Vet. μάχη, *lis, jurgium, litigium*. 3) *quæstio controversa, quæ ad disceptandum proponitur, et causa fit contentionum ac litium, tum privatarum, tum publicarum*. Tit. III. 9. μάχας νομικάς, h. e. ζητήσεις περὶ νόμου, quæstio controversa de observanda lege Mosaica et aliis rebus, ad leges Mosis rituales pertinentibus. 4) per metonymiam: *afflictio, quam quis perpetitur ab adversario, concertatio et contentio quasi cum malis et calamitatibus*. Ita adhibetur 2 Cor. VII. 5. ἔξωθεν μάχαι quoad corpus conflictandum mihi fuit cum variis calamitatibus et afflictionibus. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΑ'ΧΟΜΑΙ, fut. 1. ἥσομαι et έσομαι. Verbum hoc, ut omnia verba pugnandi, contendendi et certandi ob actionem et passionem ab utraque parte reciprocam, *Medium* est et significat 1) proprie: *pugno, prælior, bellum gero*, et non solum de *conflictu bellico* usurpatur, sed etiam de *iis, qui manibus contendunt, aut digladiantur*. Act. VII. 26. ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις supervenit iis, manus conserentibus et depugnantibus, coll. Exod. II. 13. Hinc quoque in vers. Alex. Hebraico נִלְחַם *pugnavit, impugnavit*, 2 Chron. XXVII. 5. Judd. XI. 25. הִכָּה *feriit, verberavit*, Jos. IX. 18. et נֶחֱרַב *digladiatus est*, 2 Reg. III. 23. respondet. 2) *contendo lite, altercor, rixor, discepto*. Joh. VI. 52. ἐμάχοντο οὖν πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἰουδαῖοι Judæi autem disceptabant inter se. Alexandrini posuerunt hanc vocem pro נָצָה *litigavit, rixatus est*, Exod. XXI. 12. 2 Sam. XIV. 6. Adde Genes. XXXI. 36. Nehem. XIII. 11. ubi Hebraico רִיב respondet. Diog. Laërt. I. 92. Theophr. Char. XIII. Xenoph. Anab. IV. 5. 10. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 238. Gloss. Vett. μάχομαι· *jurgo*. μάχη, ἡ διὰ χειρῶν, μάχη, ἡ διὰ λόγων, μάχη, ἡ ἐν πολέμῳ. 3) *pugnax sum et contentiosus, litium amans*. 2 Tim. II. 24. δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι doctor vero religionis christianæ alienus esse debet ab omni rixandi studio et contentionum amore. 4) *litigo, judicio decerto*. Jacob. IV. 2. μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. μάχομαι· πολεμῶ, διαφέρομαι, ἐναντιοῦμαι, ἀνθίσταμαι, διατείνομαι, ταυτοδύναμαι.

ΜΕΓΑΛΑΥΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *magna jacto, glorior, magnifice me effero, superbio, jactabunde loquor,* unde μεγαλαυχία *jactantia, gloriatio,* a μεγαλαυχής et μεγάλαυχος *qui valde gloriatur, ostentator, jactator,* ex μεγάλα *magna* et αὐχέω *glorior, jacto,* (unde αὐχὴ *gloriatio*) hoc ab αὐχὴν *cervix,* quam homines superbi et jactabunde loquentes efferre solent. Sic legitur in V. T. Sirac. XLVIII. 20. de Sanheribo ἐμεγαλαύχησεν ὑπερηφανίᾳ αὐτοῦ. 2 Macc. XV. 32. et in vers. Alex. pro Hebraico גָּבַהּ *extulit se, suberbivit,* Ezech. XVI. 50. Soph. III. 12. Diod. Sic. XV. 16. Heliodor. VII. 19. Porphyr. de Abstinent. I. 39. Hesych. μεγαλαυχεῖ· σεμνύνεται, καυχᾶται. Idem: μεγάλαυχος· μεγαλόφρων, μεγαλόψυχος. Cf. etiam interpretes ad Thom. M. p. 601. et Wetstenii N. T. T. II. p. 670. Sed quia verba, quæ *dicere, loqui* significant, apud Hebræos haud raro pro ipsa rei productione usurpantur, (conf. Glassii Philol. Sacr. p. 222 seq. ed. Dathii) factum esse videtur, ut μεγαλαυχεῖν etiam 2) significaret *magna quævis efficere, magnum effectum producere.* Sic semel tantum legitur in N. T. Jacob. III. 5. ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ καὶ μεγαλαυχεῖ lingua pusillum membrum est et tamen magnarum rerum causa esse solet.

ΜΕΓΑΛΕΙ'ΟΣ, εία, ον, *magnificus, venerandus, præclarus, qui valet ad nomen alicujus celebre faciendum, magnus, insignis,* a μέγας *magnus.* Sic v. c. apud Xenoph. de Rep. Laced. I. 3. legitur formula: μεγαλεῖον γεννῆσαι, h. e. subolem procreare, animo et corpore præstantem. Apud eundem in Mem. Socratis IV. 5. 2. κτῆμα καλὸν καὶ μεγαλεῖον est res pulchra et magnifica. ibid. II. 1. 34. ῥήματα μεγαλεῖα sunt verba, quæ declarant rei magnitudinem et præstantiam. Polyb. VIII. 3. τὸ μεγαλεῖον τῶν πράξεων. ibid. III. 8. 8. μεγαλείως ἐχάρησαν valde gavisi sunt. Xenoph. de Rep. Laced. IV. § 6. ζημιοῦσι μεγαλείως graviter castigant. Adde Sirac. XVII. 10. μεγαλεῖον δόξης. ibid. XLIII. 16. 2 Macc. VII. 17. Suid. μεγαλεῖον· μεγαλοπρεπές. (Adhibetur quoque in malam partem apud Menandrum Fragm. p. 148. ubi μεγαλεῖον est *magnum facinus.*) Hinc τὰ μεγαλεῖα, scil. ἔργα, seu πράγματα, quod apud Græcos *magna et præclara gesta* significat, in litteris sacris *magna et insignia beneficia* notat, *quibus Deus homines afficere solet,* ad imitationem Hebraici גְּדֹלוֹת et גְּדוּלָּה cui τὰ μεγαλεῖα in versione Alex. respondet Ps. LXXI. 19. 1 Chron. XVIII. 19. Sirac. XVIII. 3. Sic in N. T. bis tantum legitur Luc. I. 49. ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ Θεὸς quoniam magna et insignia beneficia mihi exhibuit Deus. Act. II. 11. λαλούντων τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ enarrare ingentia Dei beneficia. Syrus bene: ܬܕܡܪ̈ܬܗ ܕܐܠܗܐ *mirabilia Dei,* h. e. beneficia, quæ omnem hominum captum excedunt et vel invitos in admirationem rapiunt. Cf. Kirchmeierum de Parallelismo N. T. et Polybii p. 32. Wetstenii N. T. T. I. p. 653. et Barthium in Adversariis Lib. V. c. 2. Gloss. Vet. μεγαλεῖα, *magnalia.*

ΜΕΓΑΛΕΙΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *magnificentia, majestas, magnitudo,* ut quoque explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 120. Ab eodem themate. Luc. IX. 43. ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ μεγαλειότητι τοῦ Θεοῦ omnes vero obstupefacti admirabantur vim et virtutem divinam, in Christo conspicuam. In sequentibus enim legitur ἐπὶ πάντων οἷς ἐποίει ὁ Ἰησοῦς. Act. XIX. 27. μέλλειν τε καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς et ut in contemtum abeat majestas Dianæ, quam omnis Asia veneratur. 2 Petr. I. 16. ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος sed testes oculares fuimus majestatis divinæ, quæ in Christo eluxit, illo nempe tempore, quo cum apostolis in terris versatus est. Sæpius non legitur in N. T. Reperitur præterea in fragmentis Symmachi pro גְּדוּלָּה Ps. LXX. 21. et CXXX. 1. et in versione Alex. pro תִּפְאֶרֶת *ornatus, ornamentum.* Jerem. XXXIII. 9. Adde 3 Esr. I. 4. κατὰ τὴν μεγαλειότητα Σολομῶν.

ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, ές, τὸ, 1) proprie: *magnum virum decens,* Xenoph. Mem. III. 10. 5. ex μέγας *magnus* et πρέπει *decet, convenit.* Amant autem Græci adjectiva ex μέγας composita, v. c. μεγαλόδοξος *summa dignitate et majestate præditus,* 3 Macc. VI. 18. μεγαλοκράτωρ *summa potestate præditus,* ibid. v. 12. μεγαλομερής, μεγαλόπλουτος, μεγαλοσθενής, μεγαλόψυχος, et alia. 2) *magnificus, præstantissimus summus, maxime insignis.* Sic semel legitur in N. T. 2 Petr. I. 17. ubi verba ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, vel cum Ven. Pottio vertenda sunt: ad declarandam summam Christi majestatem, ut nempe posita sint pro περὶ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, vel, quod magis placet, de *summo splendore, quem exhibuit Christus,* explicanda, *cum transfiguraretur in monte.* Matth. XVII. 1 seq. Grotius et plerique interpretes δόξ. μεγαλ. de *Deo ipso* intelligi volunt. Fortasse ὑπὸ τ. μ. δ. est i. q. ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Sed nihil definire audeo. Deut. XXXIII. 26. 2 Macc. VIII. 15. Hesych. μεγαλοπρεπής· μεγαλοφανής. Gloss. Vet. μεγαλοπρεπής, *magnificus.* Adverbium μεγαλοπρεπῶς *impense, eximie,* legitur apud Æschin. Socr. Dial. I. 13. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 702.

ΜΕΓΑΛΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, 1) proprie: *magnum facio, majus efficio, amplum reddo, dilato, augeo,* (Thucyd. V. 98.) *diduco,* a μέγας *magnus.* Matth. XXIII. 5. μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν producunt fimbrias palliorum suorum. Luc. I. 58. ἐμεγάλυνε ὁ Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς insigni enim Deus eam ornavit beneficio. Similis locus est Gen. XIX. 19. וַתַּגְדֵּל חַסְדְּךָ Alex. καὶ ἐμεγάλυνας τὴν δικαιοσύνην σου. 1 Sam. XII. 24. 2 Sam. XXII. 51. Gloss. Vet. μεγαλύνω, *amplifico, magnifico.* μεγαλύνομαι, *grandesco, ingrandesco.* 2) *prædico, celebro, laudibus et præconiis extollo,* ad imitationem Hebraici הִגְדִּיל 2 Sam. VIII. 26. μεγαλυνθείη τὸ ὄνομά σου ἕως αἰῶνος. Ps. LXIX. 30. μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει. Luc. I. 46. μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον laudat animus meus Dominum. Act. X. 46. μεγαλυνόντων τὸν Θεὸν canere laudes divinas. ibid. XIX. 17. καὶ ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ celebratur majestas Domini Jesu. 2 Cor. X. 15. ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισσείαν ut inter vos abunde intra terminos meos celebrer, seu laudatus sim. Phil. I. 20. μεγαλυνθήσεται Χριστὸς celebrabitur Christus, h. e. religio christiana in dies latius per me propagabitur. Sirac. XLIII. 37. Xenoph. Hist. Gr. VII. 1. 13. καὶ ἐκ τῶν συμβαινόντων δὲ ἔργων ἐμεγαλύνοντο οἱ Ἀρκάδες. Diod. Sic. I. 20. μεγαλύναντας τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν. Thucyd. VIII. 81. Conf. Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 173. 3) *veneror, colo, suspicio.* Act. V. 13. ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαὸς

sed populus tantum eos suspiciebat. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΕΓΑ'ΛΩΣ. Adverbium, *valde, vehementer, magnopere*, a μέγας *magnus*. Occurrit in N. T. tantum Philip. IV. 10. ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως magnopere autem gavisus sum in Domino. Pro הַמֶּלֶךְ שָׂמַח שִׂמְחָה גְדוֹלָה 1 Chron. XXIX. 9. habent Alexandrini ὁ βασιλεὺς εὐφράνθη μεγάλως.

ΜΕΓΑΛΩΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, 1) *majestas, magnificentia, vis magna præstandi*, i. q. μεγαλειότης, a μέγας. In hac significatione respondet in versione Alex. τῷ גֹּדֶל *magnitudo*, Ps. LXXIX. 11. CL. 2. גְּדֻלָּה idem, 2 Sam. VII. 21, 23. אַדֶּרֶת *magnificentia*, Zachar. XI. 3. Sed in N. T. libris ita dicitur 2) *qui est majestate præditus*, abstracto posito pro concreto, et speciatim ob summam ejus et infinitam majestatem. Hebr. I. 3. ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς sedet ad dextram Dei majestatici in cœlo, coll. Marc. XVI. 19. Ephes. I. 20. Hebr. VIII. 1. τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης, pro τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ. Conf. dicta supra ad vocem δύναμις. 3) *laus, celebratio majestatis et præstantiæ alicujus.* Jud. v. 25. τῷ Θεῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη Dei majestas semper a nobis celebretur et laudibus extollatur. Deut. XXXII. 3. הָבוּ גֹדֶל לֵאלֹהֵינוּ Alex. δότε μεγαλωσύνην τῷ Θεῷ ἡμῶν. Eodem modo Hebraicum גְּדֻלָּה in doxologia usurpatur 1 Par. XXIX. 11. et Ps. CXLV. 6. Conf. supra ad voces δόξα, δύναμις, κράτος, a me prolata.

ΜΕ'ΓΑΣ, μεγάλη, μέγα, Genit. μεγάλου, ης, ου. Comparativus μείζων. Superlat. μέγιστος. 1) *magnus*, scil. *mole et extensione*, ut adeo interdum per *longus, latus, profundus, amplus, spatiosus*, et alia adjectiva, quæ magnitudinem extensionis significant, reddi possit. Matth. XXVII. 60. λίθον μέγαν saxum magnæ molis. 1 Sam. XIV. 33. Marc. XVI. 4. Apoc. XVIII. 21. ὡς μύλον μέγαν tanquam lapidem molarem magnum. Apoc. VI. 4. μάχαιρα μεγάλη. 2 Tim. II. 20. ἐν μεγάλῃ οἰκίᾳ in amplo et spatioso ædificio. Joh. XXI. 11. μεγάλων ἰχθύων. Marc. IV. 32. κλάδους μεγάλους. Apoc. XX. 1. ἅλυσιν μεγάλην longam catenam. Etym. M. μέγα· σημαίνει καὶ τὸ ἐπίμηκες. Homer. Iliad. δ', v. 124. Act. X. 11. et XI. 5. ὀθόνην μεγάλην. Marc. XIV. 15. ἀνώγαιον μέγα cœnaculum amplum et spatiosum. Alex. Ezech. XVII. 8. Luc. XVI. 26. χάσμα μέγα. 2) *magnus*, scil. *numero et multitudine, numerosus, copiosus, multus*, i. q. πολύς. Ita dicitur de grege Marc. V. 11. ἀγέλη χοίρων μεγάλη. Hinc in versione Alex. τῷ רַב *multus* respondet, v. c. Exod. I. 9. μέγα πλῆθος, ubi Compl. μέγα πολὺ πλῆθος, et al. πολὺ πλῆθος habet. 2 Chron. XXIV. 25. Etym. M. μέγα· σημαίνει τὸ πολύ. 3) *magnus, ætate et statura.* Act. VIII. 10. ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου tam provectiores ætate, quam in prima ætate constituti, h. e. ad unum omnes. Sic etiam Hebræi, cum universalitatem hominum designare volunt, dicunt כֹּל מִקָּטֹן וְעַד גָּדוֹל omnes a parvo ad magnum. 1 Sam. V. 9. Esther. I. 20. Jer. XXXI. 34. et Latini *a minimo ad maximum*, v. c. Plautus in Pseudolo III. 1. 10. Conf. Vorstium de Hebraismis N. T. cap. 25. p. 512 seq. ed. Fischeri, qui tamen adjectiva μικρὸς et μέγας in hac formula ad staturam et ætatem hominum pertinere negat, sed de *plebeiis* et *illustribus* explicanda esse argumentis evincere conatus est. Eadem ambiguitas est etiam in formula μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ, quæ Act. XXVI. 22. reperitur. Hebr. VIII. 11. XI. 24. Μωσῆς μέγας γενόμενος Moses, cum ad virilem ætatem pervenisset, h. e. τεσσαρακονταετής, coll. Act. VII. 23. Apoc. XI. 18. XIII. 16. XIX. 5, 18. XX. 12. Eodem modo etiam Hebraicum גָּדוֹל (Gen. XXVII. 1.) et גָּדַל de *ætate* usurpatur, v. c. Exod. II. 10, 11. et μέγας de *provectioribus ætate* adhibetur apud Homer. Odyss. β', v. 314. et ut Latinum *magnus*, (vide Obss. Critt. Amstelod. Vol. III. p. 135.) de *iis, qui ad adultam ætatem pervenerunt.* ibid. σ', v. 216. ὅτι δὴ μέγας ἐσσὶ, καὶ ἥβης μέτρον ἱκάνεις. Vide Abresch. ad Æschyl. p. 287. 4) *magnus*, ratione *intensionis*, ut Latine reddi possit per *vehemens, gravis, ingens, intensus, atrox, valde efficax, violentus*, etc. Sic v. c. in N. T. de *gaudio vehemente* usurpatur, Matth. II. 10. ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα vehementer lætati sunt. ib. XXVIII. 8. Luc. II. 10. XXIV. 52. — de *mœrore ingente*, Rom. IX. 2. λύπη μοί ἐστι μεγάλη admodum doleo. — de *voce intensa et clamore intenso*, Matth. XXVII. 50. κράξας φωνῇ μεγάλῃ. 2 Paral. XV. 14. Act. XXIII. 9. κραυγὴ μεγάλη. Apoc. XIV. 18. — de *gratia*, Act. IV. 33. χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτοὺς carique erant omnibus. — de *ira vehemente*, Apoc. XII. 12. ἔχων θυμὸν μέγαν admodum iratus est. Prov. XIX. 19. — de *planctu*, Act. VIII. 2. ἐποιήσαντο κοπετὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ eum vehementer luxerunt. — de *fame sæva*, Luc. IV. 25. ὡς ἐγένετο λιμὸς μέγας cum existeret fames magna. Act. XI. 28. — de *febre ardente et gravi*, Luc. IV. 38. ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ laborabat gravi febri. — de *timore et terrore ingente et modum excedente*, Luc. II. 9. καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν magnoque terrore percutiebantur. Luc. VIII. 37. Act. V. 5, 11. — de *larga remuneratione*, Hebr. X. 35. ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην quæ aliquando multis præmiis ornabitur. — de *fiducia magna et constante*, Matth. XV. 28. ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις O mulier, magna est fiducia tua. — de *procella venti valde impetuosa*, Marc. IV. 37. γίνεται λαῖλαψ ἀνέμου μεγάλη. Thucyd. II. 21. Homer. Odyss. ξ', 458. H. in Apoll. 433. — de *afflictione ingente et gravi*, Matth. XXIV. 21. θλίψις μεγάλη. Act. VII. 11. Apoc. II. 22. VII. 14. — de *atroci blasphemia*, Apoc. XIII. 5. στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασφημίας, pro μεγάλας βλασφημίας, coll. Dan. VII. 8. — de *potentia magna*, Apoc. XI. 17. Exod. XIV. 31 — de *virtute valde efficaci*, Act. IV. 33. μεγάλῃ δυνάμει. ibid. VIII. 10, 13. — de *lautis epulis*, Luc. V. 29. ἐποίησε δοχὴν μεγάλην lautis epulis excepit. Gloss. Vet. μέγας, *lautus.* 5) *gravis, magni momenti*, etiam *solemnis*, si sermo est de diebus festis. Ephes. V. 32. τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶ hæc doctrina de Christi cum sectatoribus suis conjunctione est maxime memorabilis, seu maximi momenti. Confer Schœttgenii Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 783. 1 Tim. III. 16. ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ μυστήριον omnium consensu maxime gravis est hæc doctrina. Eodem modo גָּדוֹל usurpatur 1 Sam. XXVI. 24. Cohel. IX. 13. Joh. VII. 37. ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς ultimo autem die festi tabernaculorum, qui erat maxime solemnis. ibid. XIX. 31. ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου erat enim sabbatum illud maxime solemne et religiosum, quia nempe primus paschatis dies simul incidebat, quo totus populus convenire cogebatur.

Eodem modo ἡμέρα μεγάλη usurpatur in vers. Alex. Ies. I. 13. Novilunia et sabbata vestra καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι, ubi in Hebraico legitur קְרָא מִקְרָא h. e. convocatio universi populi ad celebrandos festos dies. 6) *insignis, illustris, eximius, præstans, summus, honorabilis,* et non solum de *personis* usurpatur, *qui magna potentia, auctoritate et dignitate pollent,* sed etiam de *rebus* et *factis, quæ sunt præclara, insignia et magnifica.* Matth. XX. 25. οἱ μεγάλοι *magnates, principes,* i. q. ἄρχοντες, cum qua voce h. l. permutatur. Hebraice גְּדוֹלִים dicuntur, v. c. Prov. XVIII. 16. (Alex. h. l. δυνάσται) et Nahum. III. 10. ubi Alex. μεγιστᾶνες interpretati sunt. Matth. XX. 26. Marc. X. 42, 43. Luc. IX. 48. Act. VIII. 9. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν magnum quippe hominem se jactitans. Apoc. XV. 3. μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου magna sunt et mirabilia opera tua. Sic גְּדוֹלִים Ps. CXI. 2. Polyb. III. 98. πεισθεὶς γὰρ, διότι δύναται μέγας γενέσθαι. Herodian. I. 6. § 17. μεγάλοι καὶ ἔνδοξοι. (Alex. Ies. V. 14.) Confer ad h. l. Irmisch. p. 216. et Vorstii Philol. Sacr. c. 25. p. 514 seq. ed. Fischeri.— Huc etiam pertinere videtur formula ἡμέρα ἡ μεγάλη, *dies illustris, tempus maxime memorabile,* qua partim denotatur *dies judicii extremi,* Jud. v. 6. partim *tempus excidii Hierosolymitani.* Act. II. 20. Vide supra ad ἡμέρα. 7) interdum pro superlativo μέγιστος ponitur et notat *summum, gravissimum, maximum, præstantissimum in suo genere.* Matth. V. 19. οὗτος μέγας κληθήσεται hic maximus erit. ibid. XX. 26. coll. v. 27. ibid. XXII. 36, 38. αὕτη ἐστὶ πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολὴ hoc est præstantissimum et gravissimum præceptum. Marc. X. 43. Luc. IX. 48. Act. VIII. 10. Huc etiam refer Hebr. IV. 15. ubi Christus dicitur ἀρχιερεὺς μέγας, h. e. τοῦ μεγίστου cognomine insigniendus. Positivus pro superlativo sæpe adhibetur etiam apud Alexandrinos, v. c. Genes. VI. 9. τέλειος ὢν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ, pro τελειότατος. Cant. I. 8. ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν. Confer Vorstii Philol. Sac. p. 421. Vechneri Hellenolex. p. 59. et Sanctii Minervam p. 240 seq. Hinc speciatim μέγας in N. T. adhibetur a) de *Deo,* ad innuendam summam ejus majestatem. Apoc. XIX. 17. τοῦ μεγάλου Θεοῦ Dei optimi maximi. Deut. VII. 21. coll. Exod. XVIII. 11. Etiam in Tobiæ Historia III. 16. ὁ μέγας pro *Deo* legitur. b) de *Christo,* ad designandam summam ejus majestatem et dignitatem. Matth. V. 35. Luc. I. 32. ibid. VII. 16. Tit. II. 13. Hebr. IV. 14. XIII. 20. c) de *diis et deabus gentilium,* quæ vulgo vocantur *majorum gentium* et quorum nomina dedit Ennius in Fragmentis p. 164. ubi vid. Columna. Act. XIX. 27. τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμιδος. ibid. v. 34. μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων. Xenoph. Ephesii Ephesiaca p. 15. ὀμνύω τὴν πάτριον ἡμῖν θεὸν, τὴν μεγάλην Ἐφεσίων Ἄρτεμιν. Loca alia scriptorum veterum, huc pertinentia, dedit Alberti in Obss. Philol. p. 258. et Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 460. 8) μέγα interdum etiam notat: *mirum, mirandum est,* v. c. 1 Cor. IX. 11. μέγα, εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν; num mirum esset, si postularemus a vobis, quæ ad necessitatem hujus vitæ pertinent? pro μήτι μέγα ἔργον ἐστί; num id est aliquid magnæ rei? Nos diceremus: ist es denn etwas so grosses? *is it then so great?* 2 Cor. XI. 15. οὐ μέγα οὖν non igitur mirandum est. Sophocl. Antigon. v. 847. Confer Hemsterhus. ad Luciani Nigrin. c. 1. T. I. ed. Reitz. p. 39. Cæterum de voce μέγας peculiaris exstat Dissertatio Havercampi, Præs. Jac. Gronovio, Lugd. Bat. 1694. habita.

ΜΕ'ΓΕΘΟΣ, εος, ους, τὸ, 1) proprie: *magnitudo, quæ in longitudine, latitudine et profunditate spectatur,* interdum vero *longitudo sola, proceritas corporis, longa statura,* a μέγας *magnus.* Confer Foësii Œcon. Hipp. p. 243. Alexandrini adhibuerunt pro קוֹמָה *statura, altitudo,* 1 Sam. XVI. 7. 1 Reg. VI. 23. et גֹּבַהּ *altitudo,* Ezech. XIX. 11. 2) metaphorice: *magnitudo,* h. e. *præstantia, majestas, vis, efficacia et ambitus alicujus rei.* Sic legitur in N. T. Ephes. I. 19. τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς quænam sit summa ejus et omnem captum humanum excedens potentia divina, quam exseruit nostro commodo. Exod. XV. 16. μεγέθει βραχίονός σου. 2 Macc. XV. 24. Gloss. MS. in Cant. μεγέθει μεγαλωσύνῃ. Hesych. μέγεθος· μεγαλεῖον.

ΜΕΓΙΣΤΑ'ΝΕΣ, ων, οἱ. Vocabulum, ut videtur, e lingua *Persica,* (in qua de *amicis regis Persarum, magnatibus, principibus et copiarum ducibus in Persia* usurpatur, teste Josepho A. J. IX. 3. 2. τοὺς μεγιστᾶνας καὶ σατράπας καὶ τοπάρχας τῆς Περσίδος καὶ Μηδικῆς. ibid. XX. 2. 3. et Suetonio Calig. c. 5. Confer Brissonium de Regno Persar. Lib. I. n. 209. p. 282. et Freinshem. ad Curtium V. 13. 3.) non solum in linguam Latinam (Senec. Epist. XXI. Tacit. Annal. XV. 27.), sed etiam, inprimis post tempora Alexandri M. in dialectum Macedonicam vel Alexandrinam ita translatum, ut Græca terminatione ac forma donaretur et de *omnibus omnino magnatibus et proceribus regni cujuscunque,* non solum Persici, inprimis autem de *amicis regum* (qui a Græcis οἱ φίλοι τῶν βασιλέων dicuntur) et *omnibus, in auctoritate et dignitate constitutis,* adhiberetur, ut bene observavit Sturzius V. Cl. in Disput. II. de Dialecto Alexandrina p. 11 seq. et Salmasius de Lingua Hellenistica p. 110. Suid. μεγιστᾶνες· οἱ τοῦ βασιλέως περίβλεπτοι, ὑπεξούσιοι. Hesych. μεγιστᾶνες· οἱ ἐν ὑπεροχῇ ὄντες. Phrynichus p. 84. μεγιστᾶνες· οἱ μέγα δυνάμενοι. In versione Alexandrina frequenter usurpatur pro גְּדוֹלִים *magnates,* Jon. III. 7. Nah. III. 10. שָׂרִים *principes,* 2 Chron. XXXVI. 8. Prov. VIII. 16. אַדִּירִים *magnifici,* Jerem. XIV. 3. Zach. XI. 2. pro Chaldaico הַדָּבְרַיָּא *gubernatores, ductores,* Dan. III. 34. et רַבְרְבָנִין *principes, magnates,* Dan. V. 1, 2, 3, 9, 23. In N. T. ter tantum legitur. Marc. VI. 21. ubi sermo est de imperii proceribus, (Vulgat. *principibus*) quorum in regendis Herodis ditionibus aliquæ partes erant. Apoc. VI. 15. VIII. 23. Artemid. Oneirocrit. I. c. 2. III. 9 et 13.

ΜΕ'ΓΙΣΤΟΣ, ίστη, ον, *maximus, summus, præstantissimus, gravissimus.* Superlativus a μέγας, quod vide. Semel tantum legitur in N. T. 2 Petr. I. 4. τὰ μέγιστα καὶ τίμια ἐπαγγέλματα summæ et præstantissimæ promissiones, scil. felicitatis, olim post mortem obtinendæ.

ΜΕΘΕΡΜΗΝΕΥ'Ω, fut. εύσω, *interpretor, explico, ex lingua ignota in notiorem transfero, interpretando reddo,* ex μεθ' pro μετὰ et ἑρμηνεύω *interpretor,* quod vide supra. Matth. I. 23. ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον quod est, si interpretaris, seu in linguam Græcam transferas. Marc. V. 41. XV. 22, 34. Joh. I. 42. Act. IV. 36. XIII. 8. Sæpius non legitur in N. T. Polyb. II. 15. VI. 24. τοὺς

καλουμένους ἐξτραορδιναρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον ἐπιλέκτους δηλοῖ.

ΜΕ'ΘΗ, ης, ἡ, *vinolentia, ebrietas, temulentia*, a μέθυ *vinum et omnis potus inebrians*. Ter tantum in N. T. legitur. Luc. XXI. 34. ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ. Rom. XIII. 13. κώμοις καὶ μέθαις. Galat. V. 21. μέθαι, κῶμοι. Polyb. II. 14. πρὸς μέθας, καί τινας τοιαύτας ἄλλας εὐωχίας, τραπείς. Athenæus X. p. 434. B. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 802. Hesych. μέθη· κραιπάλη, σκότωσις οἴνου. Sed Clemens Alex. Pædag. Lib. II. c. 2. μέθην a κραιπάλῃ distinguit hoc modo: μέθη μὲν οὖν ἐστιν ἀκράτου χρῆσις σφοδροτέρα· παροινία δὲ, ἡ ἐκ τῆς χρήσεως ἀκοσμία· κραιπάλη δὲ, ἡ ἐπὶ τῇ μέθῃ δυσαρέστησις καὶ ἀηδία, ἀπὸ τοῦ τὸ κάρα πάλλειν ὠνομασμένη. Idem quoque tradit Phavorinus. In versione Alexandrina respondet Hebraico שִׁכָּרוֹן *ebrietas*, Ezech. XXIII. 32. XXXIX. 19. et τῷ שִׁכְרָה, infinit. kal cum ה paragog. verbi שָׁכַר *inebriatus est*. Hagg. I. 16.

ΜΕΘΙ'ΣΤΗΜΙ et **ΜΕΘΙΣΤΑ'ΝΩ**, fut. μεταστήσω, 1) proprie motum localem indicat: *statuo aliud pro alio, transfero, transloco, moveo de loco*, ex μετὰ *trans* et ἱστάω vel ἵστημι *statuo*. 1 Cor. XIII. 2. ὥστε ὄρη μεθιστάνειν adeo, ut montes transferre valerem, h. e. ut difficillima quævis præstare et efficere possem, coll. Ies. LIV. 10. ubi Hebraico מוּשׁ in versione Alex. respondet. Xenoph. Anab. II. 3. 5. μεταστησάμενος αὐτοὺς cum eos discedere jussisset. ibid. § 12. μεταστάντες cum discessissent. Id. in Hist. Gr. IV. 1. 3. Joseph. A. J. IX. 11. 1. καὶ τοὺς οἰκήτορας αἰχμαλωτίσας μετέστησεν εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν. Hesych. μεθίσταται· μεταίρει, μεταίρεται. 2) *removeo ab officio et munere, amoveo, submoveo*, nostrum: **absetzen**, *to displace*. Luc. XVI. 4. ὅταν μετασταθῶ (ἀπὸ) τῆς οἰκονομίας cum submotus fuero administratione. Act. XIII. 22. καὶ μεταστήσας αὐτὸν, scil. ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, vel βασιλείας, quo a regia dignitate remoto. Alia æque probabilis hujus loci interpretatio infra a me dabitur. 1 Reg. XV. 13. καὶ τὴν Ἀνὰ τὴν μητέρα ἑαυτοῦ μετέστησε τοῦ μὴ εἶναι ἡγουμένην. 2 Reg. XXIII. 33. Dan. II. 21. Polyb. IV. c. 87. τὸν Ἀλέξανδρον μεταστησάμενος ἀπὸ τῆς χρείας. Et sic apud Josephum in Arch. Jud. passim occurrit. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 763. 3) metaphorice: *transfero, traduco*, de mutatione status et conditionis. Coloss. I. 13. μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ adscripsit nos in civitatem carissimi filii sui. Etiam apud Græcos hæc vox de *omni mutatione alicujus rei* usurpatur, v. c. apud Xenoph. Hist. Gr. II. c. 3. 17. πολιτεῖαι μεθίστανται. ibid. v. 4. 64. οὐδὲ νόμους μετέστησεν. 4) *averto, alienum reddo*, quasi *ad alias cogitationes et animi sensus traduco, dimoveo in aliam sententiam*. Act. XIX. 26. πείσας μετέστησεν ὄχλον ἱκανὸν doctrina sua sat multos avertit ab idolorum cultu. Deut. XVII. 17. ἵνα μὴ μεταστῇ αὐτοῦ ἡ καρδία. ibid. XXX. 17. ἐὰν μεταστῇ ἡ καρδία σου. 5) μεθίστημι, scil. ἐκ τοῦ ζῆν, *perimo, amoveo e rebus humanis, mori jubeo*. Act. XIII. 22. καὶ μεταστήσας αὐτὸν quo peremto, seu, quo mortuo. 2 Macc. XI. 23. τοῦ πατρὸς ἡμῶν εἰς θεοὺς μεταστάντος. 3 Macc. II. 34. χειρίστῳ μόρῳ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι. ibid. III. 1. Conf. infra sub μετατίθημι et μετάθεσις. Sæpius non legitur in N. T. — Phavor. μεθίστασθαι· μεταβαίνειν, καὶ ἀμείβειν στάσιν ἐκ στάσεως. καὶ μεθίσταται· ἀντὶ τοῦ μετατίθεται, κ. τ. λ.

ΜΕΘΟΔΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie *conventio*, ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 120. a μεθοδεύω, quod ibidem *convenio* explicatur. 2) i. q. μέθοδος, *methodus, ratio alicujus rei artificiosa et excogitata, ars et solertia, qua quis aliquid machinatur et efficit*, a μεθοδεύω, quod de *solerti et ingeniosa alicujus rei inventione* (Diod. Sic. I. 15. μεθοδεύουσί τι τῶν χρησίμων.) dicitur, *machinor*. Conf. Munthe Obss. Philol. in N. T. e Diodoro Siculo p. 367. Sic legitur in N. T. Ephes. IV. 14. μεθοδεία τῆς πλάνης excogitata ratio alios decipiendi et in errores inducendi, i. q. nos: **ein ausstudirter überlegter Betrug**, *a studied and intentional deception*. 3) usurpatur in deteriorem partem de *arte callida, qua alterum insidiose decipere et in perniciem detrudere studemus insidiis, occulta et fraudulenta circumventione*, a μεθοδεύω, quod etiam notat *aliquem in via ex insidiis aggredi, adoriri, invadere, subdole et astute agere, decipere*. Confer Polyb. Excerpt. Legat. 144. p. 1358. Alex. 2 Sam. XIX. 27. Aquil. Exod. XXI. 13. Suid. μεθοδεύει· τεχνάζεται, μετέρχεται, ἀπατᾷ. Hesych. μεθοδείας· τέχνας. Sic legitur in N. T. Ephes. VI. 11. πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου ut possitis resistere insidiis diaboli, h. e. peccati et vitiositatis illecebris, calamitatibus et persecutionibus et aliis hujusmodi, quibus Satanas ad deserendam religionem christianam sollicitare homines vulgo credebatur. Respexit hunc locum Phavorinus seu potius Zonaras Lex. col. 1346. glossa: μεθοδείας· ἐπιβουλὰς, ἐνέδρας, δόλους· ὡς ὁ ἀπόστολος, πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. Adde Schol. Aristoph. ad Plut. v. 109. et Artemidorum III. 25. Confer et Wetstenii N. T. T. II. p. 250.

ΜΕΘΟ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, scil. μέρος, *confinium*, seu *spatium, quod juxta utramque finium partem est, quod fines et extrema utrinque circumstat, intermedium* (Plato de Leg. Lib. IX. p. 602.). Μεθόρια, ων, τὰ, nempe μέρη, *confinia*, a μεθόριος, ία, ον, vel μεθόριος, ου, ὁ, ἡ, *conterminus, confinis*, ex μετὰ et ὅρος *terminus, finis*. Semel tantum legitur in N. T. in plurali. Marc. VII. 24. ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια (nonnulli codices habent ὅρια. Vulgatus: *fines*.) Τύρου καὶ Σιδῶνος abiit in regionem inter Tyrum et Sidonem interjectam. Reperitur præterea hoc vocabulum in Dionis Cassii Lib. 47. Thucyd. II. 18. 27. apud Herodianum V. 4. 11. Φοινίκης τε καὶ Συρίας ἐν μεθορίοις, apud Xenoph. Cyrop. V. 4. 21. ἀφικνεῖται πρὸς τὰ μεθόρια τῶν Ἀσσυρίων καὶ Μήδων, et in Symmachi reliquiis pro Hebraico גְּלִילָה Ezech. XLVII. 8. Hesych. μεθόριον· τὸ μεταξὺ τῶν ὁρίων, τὸ διαχωρίζον τοὺς δύο τινῶν ὅρους. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 589. et D'Arnaud Var. Conject. Lib. I. c. 2. p. 16. Gloss. Vet. μεθόρια, *interfines*.

ΜΕΘΥ'ΣΚΩ, fut. ύσω, 1) *inebrio, ebrium reddo*. **ΜΕΘΥ'ΣΚΟΜΑΙ**, *inebrior, vino obruor, vino me obruo*, a μέθυ, τὸ, *vinum, temetum*. Luc. XII. 45. ἐσθίειν τε καὶ πίνειν καὶ μεθύσκεσθαι. Ephes. V. 18. καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ ne nimia vini ingurgitatione inebriemini, seu, ne vinolenti sitis, coll. Prov. XXIII. 30. Alexandrini pro שָׁכַר *inebriatus est, largiter bibit*, in Piel et Hiphil *inebriavit, ebrium reddidit*. 1 Sam. I. 14. 2 Sam. XI. 13. Philo de Vita Mosis T. II. p. 110. 44. et de temulentia p. 380. 7. Hesych. μεθύσκομαι· πληροῦμαι, scilicet οἴνῳ. 2) μεθύσκομαι *ebriosus, vinolentus sum*, et ex adjuncto: *vitam inordinatam et dissolutam ago*. 1 Thess. V. 7. καὶ οἱ μεθυσκόμενοι νυκτὸς μεθύουσιν et potatores ac dissoluti noctu ebrii sunt: pudet enim eos plena die hujusmodi vitia exercere. 3) metaphorice μεθύσκεσθαι (ut Lati-

num *ebrius*, pro *mentis inops*. Lucret. III. 106. Horat. I. Od. 37. 10.) de *eo* usurpatur, *qui mente capitur et furore quasi quodam conturbatur, ita, ut recto sensu et sano mentis judicio uti haud valeat.* Sic legitur in N. T. Apoc. XVII. 2. καὶ ἐμεθύσθησαν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς. Confer infra sub πορνεία. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΕ'ΘΥΣΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *ebrius, ebriosus, temulentus, ebrietati deditus, vinolentus*, a μέθυ *vinum, temetum*. Legitur tantum bis in N. T. 1 Cor. V. 11. ἢ λοίδορος, ἢ μέθυσος. ibid. VI. 6. οὔτε μέθυσοι, οὔτε λοίδοροι. Alexandrini hac voce usi sunt pro סֹבֵא *ebriosus, potator*, Prov. XXIII. 21. et pro שִׁכֹּר *ebrius*. Prov. XXVI. 9. Sirac. XIX. 1. XXVI. 8. Ælian. V. H. III. 14. Confer Pollucis Onom. VI. 3. Grævium ad Luciani Solœcistam p. 738. Wetstenii N. T. T. II. p. 119. et interpretes ad Thom. M. p. 602.

ΜΕΘΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *inebrio alterum*, sed haud raro passive quoque usurpatur, ut sit: *ebrius sum, inebrior nimio vino, aliove potu*, a præcedente. Conf. Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 82. p. 330. qui originem hujus vocis derivat ex more veterum, peractis sacris vino epulisque indulgendi, præeunte Athenæo (Deipnosoph. II. 3. p. 401. τὸ δὲ μεθύειν φησὶ τὸ μετὰ τὸ θύειν αὐτῷ χρῆσθαι.) et Eustathio ad Homer. Iliad. p. 890. lin. 50. Matth. XXIV. 49. ἐσθίῃ δὲ καὶ πίνῃ μετὰ τῶν μεθυόντων epulans atque potans cum vinolentis. Act. II. 15. 1 Thess. V. 7. Ælian. V. H. II. 40. ὅσα σταφυλῆς ἢ γιγάρτων ὑπερπλησθέντα μεθύει. 2) sensu honestiori: *ad satietatem usque bibo et edo*, (Hos. XIV. 7. μεθυσθήσονται σίτῳ) *bene poto*, de *potu sufficienti et liberali vini usu, sed modum non excedente*. Joh. II. 10. καὶ ὅταν μεθυσθῶσι et ubi ad satietatem biberunt, seu postquam affatim biberunt. 1 Cor. XI. 21. καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει alius quidem esurit et sitit, alius vero saturatur. Eodem modo שָׁכַר, cui μεθύω respondet in versione Alexandrina, usurpatur Genes. XLIII. 34. ἔπιον δὲ καὶ ἐμεθύσθησαν μετ' αὐτοῦ. Cant. V. 1. Hagg. I. 6. Adde Theophr. Char. XII. et 1 Macc. XVI. 16. 3) metaphorice: *uberrime expleor, satis et abunde aliquid facio, aut accipio.* Sic occurrit in N. T. Apoc. XVII. 6. μεθύουσαν ἐκ (de constructione vocis μεθύειν cum præpositione ἐκ vide Wesseling. ad Diod. Sic. XVI. 19.) τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων ebriam ex sanguine sanctorum, h. e. quæ multorum christianorum sanguinem profuderat et ita quasi sanguinis sitim restinxerat. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo Hebraicum רָוָה, pro quo μεθύειν interdum ponitur in versione Alex. usurpatur, v. c. de *irrigatione terræ*, Psal. LXIV. 11. Ies. LVIII. 11. de *beneficiorum copia*, Ps. XXXVI. 9. et de *nimia sanguinis profusione*. Ies. XXXIV. 7. Inprimis autem huc pertinere videtur locus Deut. XXXII. 42. μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ' αἵματος. Copiose de hac voce exposuit Fesselius in Adversariis SS. T. I. p. 24.

ΜΕΙ'ΖΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, (accusativus μείζονα, pro quo dicitur μείζω,) μεῖζον, τό. Est comparativus irregularis a μέγας *magnus*, quod vide. Ad quantitatem relatus, est 1) *major*, tum magnitudine molis, seu extensionis, tum magnitudine intensionis. Marc. IV. 32. γίνεται πάντων τῶν λαχάνων μείζων maximum est omnium olerum. Luc. XII. 18. καὶ μείζονας ἀποθήκας οἰκοδομήσω ampliora horrea ædificabo. Joh. I. 51. V. 20. XIV. 12. XV. 13. μείζονα ἀγάπην. XIX. 11. μείζονα ἁμαρτίαν. Jacob. III. 1. μεῖζον κρίμα gravior pœna. ibid. IV. 6. 2) *major*, numero, seu multitudine, *copiosior, numerosior*. Hebr. XI. 26. 3) *major natu*. Rom. IX. 12. ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. Gen. XXIX. 16. ἡ μείζων opponitur τῇ νεωτέρᾳ. 4) ad qualitatem relatus, est *major, dignitate, præstantia, auctoritate, existimatione et potentia*, reddique potest *præstantior, excellentior, potentior*. Matth. XII. 6. ὅτι τοῦ ἱεροῦ μείζων ἐστὶν ὧδε hic adesse longe præstantiorem templo. ibid. XXIII. 17, 19. Joh. III. 16. οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ discipulus inferior est conditione et dignitate præceptore suo, seu, non potest ad meliorem conditionem adspirare, coll. XV. 20. 1 Cor. XIII. 13. XIV. 5. Hebr. VI. 13. etc. 5) pro superlativo μέγιστος *maximus, summus, princeps, primus dignitate et auctoritate*. Luc. XXII. 24, 26. Joh. X. 29. Matth. XVIII. 1, 4. 6) Neutrum μεῖζον adverbialiter occurrit Matth. XX. 31. οἱ δὲ μεῖζον ἔκραζον illi vero eo intensius clamabant.

ΜΕΙΖΟ'ΤΕΡΟΣ, έρα, ον. Comparativus a μείζων, sed ejusdem significationis, *major*. Semel legitur in N. T. 3 Joh. v. 4. μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔχω χαρὰν majus istis non habeo gaudium. Confer de hoc aliisque ejusdem generis comparativis, in quibus haud pauci emphasin nescio quam viderunt, Fischeri Animadvv. ad Grammat. Gr. Welleri p. 143 seq. et Blackwallum in Critica N. T. p. 37.

ΜΕ'ΛΑΝ, ανος, τό. Neutrum a μέλας *niger*, substantive sumitur, subintellecta voce χρῶμα, et significat *atramentum scriptorium*, seu *librarium, pigmentum atrum, quod parabatur fuligine fornacum.* Confer Mabillon. de Re Diplomatica X. p. 42. Hebraice dicitur דְּיוֹ Jerem. XXXVI. 18. ab Arabico دوي *niger fuit*, unde دواة *atramentum*. Ter tantum legitur in N. T. 2 Cor. III. 3. ἐπιστολὴ ἐγγεγραμμένη, οὐ μέλανι epistola, non scripta atramento, h. e. epistola, non proprie sic dicta. 2 Joh. v. 12. διὰ χάρτου καὶ μέλανος. 3 Joh. v. 13. διὰ μέλανος καὶ καλάμου. Præterea reperitur apud Demosthen. p. 313. l. 11. Opp. ed. Reisk. et alios, quos laudat Wetstenius N. T. T. II. p. 183 et 732.

ΜΕ'ΛΑΣ, μέλαινα, μέλαν, genit. ανος, αίνης, ανος, *niger, ater*, quasi ex μὴ et λάω *non video*. Legitur in N. T. Matth. V. 8. οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι non potes unum capillum album, aut nigrum facere. Apoc. VI. 5. ἵππος μέλας equus niger. ibid. v. 12. ἥλιος ἐγένετο μέλας sol obscuratus est, h. e. solem spissæ et atræ nubes obsidebant. coll. Joël. II. 10. Sæpius non reperitur in N. T. Alexandrini hac voce usi sunt pro שָׁחֹר *nigricans, niger*. Cant. I. 1. V. 11. Zach. VI. 2, 6.

ΜΕΛΕΑ͂Σ, ᾶ, ὁ. *Melea*. Nomen proprium viri ἄκλιτον Hebraicum, forte ab Hebraico מָלֵא *plenus fuit*. Semel commemoratur in N. T. Luc. III. 31.

ΜΕ'ΛΕΙ, fut. μελήσει, præt. μεμέληκε, perf. med. μέμηλε, unde μέλω, vel μέλομαι *curo*. Est impersonale, quod semper notat *curæ est*, et variis modis construitur in N. T. æque ac scriptoribus Græcis exteris, ut inter alios docuit Wetstenius N. T. T. I. p. 472. Construitur fere cum genitivo rei et dativo personæ. 1 Cor. IX. 9. μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; num unice boum cura Deo est?

Ælian. V. H. XII. 50. ἔμελε γὰρ αὐτοῖς γυμνασίων. Interdum construitur cum nominativo rei et dativo personæ, v. c. Act. XVIII. 17. καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν sed Gallion ea nihil curavit. Arrian. Indic. II. 15. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 576.—Interdum construitur cum dativo personæ et genitivo rei, intercedente præpositione περί. Mat. XXII. 16. καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενὸς teque nullius rationem habere. Cf. Hemsterhusium ad Lucian. Dial. mort. p. 425. Marc. XII. 14. Joh. X. 13. οὐ μέλει αὐτῷ περὶ προβάτων non ipsi cura est de ovibus. ibid. XII. 6. 1 Petr. V. 7. Sapient. XII. 13. ᾧ μέλει περὶ πάντων. 1 Macc. XIV. 34. Alciphr. Lib. I. Ep. 33. Joseph. A. J. XII. 4. 2. Cum præpositione ὑπὲρ construitur apud Ælian. V. H. XIV. 1. Interdum in N. T. conjunctionem assumit, v. c. ὅτι. Marc. IV. 38. οὐ μέλει σοι, ὅτι ἀπολλύμεθα. Luc. X. 40. Interdum cum solo dativo personæ construitur, v. c. 1 Cor. VII. 21. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. μέλει· φροντίζει. Idem impersonale supplendum videtur 1 Cor. V. 12. post verba τί γάρ μοι.

ΜΕΛΕΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, respondet Latino *meditor*, ita, ut non solum *cogitare, secum reputare* significet, sed etiam *consilia inire, curare, curam gerere, operam dare, exercere se* significet, a μελέτη *cura, meditatio.* Proprie apud Græcos μελετᾷν dicebantur *rhetores, meditate loquentes et ad dicendum præparati* (Vide loca, quæ collegit Wetstenius N. T. T. I. p. 620.) etiam *milites, et certantes in ludis publicis,* qui varii generis exercitationes instituebant, eo consilio, ut se peritos suæ artis præstare possent. Unde orationes ipsæ, magna cura elaboratæ, μελέται dicuntur. Confer Demosthen. Opp. p. 328. l. 15. ed. Reisk. et p. 1414. 12. Apud Xenoph. Hist. Gr. III. c. 4. § 16. μελετᾷν de militibus usurpatur, qui exercendo se parant prœliis. Apud Diod. Sic. Lib. V. pag. 298. μελέτη exercitatio puerorum funda jaculandi dicitur. Adde Thucyd. I. 142. et II. 86. Hesych. μελετᾷ· ἀσκεῖ, ἐπιμελεῖται, γυμνάζεται· μελέτη γὰρ ἄσκησις, καὶ τὸ μελετάζεσθαι· γυμνάζεσθαι, ἐπιμελεῖσθαι καὶ τὰ ὅμοια. Ter tantum legitur in N. T. Marc. XIII. 11. μηδὲ μελετᾶτε nec præmeditamini, aut præparati ad dicendum prodite, coll. Luc. XXI. 14. Act. IV. 25. τί λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; cur populi vana et irrita ineunt consilia? Ex Psal. II. 1. וּלְאֻמִּים יֶהְגּוּ־רִיק. 1 Tim. IV. 15. ταῦτα μελέτα hæc cura, his operam da, coll. Psal. I. 2. Diogen. Laërt. Epicur. X. 123. ταῦτα πράττε καὶ μελέτα. Arrian. Diss. Epictet. IV. 1. ταῦτα μελέτα. (Seneca Epist. 69. meditare, exerce te.) In versione Alexand. respondet Hebraico הָגָה *meditatus est,* Prov. VIII. 7. XV. 28. Ies. LIX. 3, 13. et שׂוּחַ idem, Ps. CXIX. 148. CXLIII. 5.

ΜΕ'ΛΙ, ιτος, τὸ, *mel apum.* Matth. III. 4. μέλι ἄγριον mel agreste et sylvestre, quo Johannes baptista, in desertis degens, vescebatur. Marc. I. 6. Hoc autem sylvestre mel apes vel in nudo solo ponunt, 1 Sam. XIV. 25 seq. vel in cavitatibus arborum, vel in fissuris petrarum, coll. Deut. XXXII. 13. Psalm. LXXXI. 17. Coran. XVI. 70. Conf. Bochart. Hieroz. P. II. Lib. IV. c. 11 et 12. Sed alii intelligere malunt mel sylvestre, quod in Arabia aliisque Asiæ locis in arborum folia depluit et concretum colligitur, in quam rem multa lectu digna collegit Wesseling. ad Diod. Sic. XIX. 94. Conf. et Heyne ad Virgil. Eclog. IV. 30. qui *mel roscidum* intelligit, quod nomine mannæ ex Suida complexus est Salmasius in Diss. de Manna, et Wetstenii N. T. T. I. p. 258. Præterea legitur in N. T. Apoc. X. 9, 10. γλυκὺ ὡς μέλι dulcis sicut mel. Alexandrini usi sunt hac voce pro דְּבַשׁ idem, Gen. XLIII. 11. Prov. XVI. 24. XXIV. 13.

ΜΕΛΙ'ΣΣΙΟΣ, ίου, ὁ, *apiarius, ad apes pertinens, ab apibus proveniens,* a μέλισσα, ης, ἡ, *apis,* hocque a μέλι *mel.* Legitur semel tantum in N. T. Luc. XXIV. 42. ἀπὸ μελισσίου κηρίου ex favo apiario; ubi μελισσίου nonnullis quidem redundare videtur, sed ideo sine dubio additum est, quoniam in oriente varia genera mellis erant in usu, v. c. mel e dactylis et uvis, etc. Vide Harmari Obss. in Orient. P. I. p. 288. edit. Faberi. Suid. μελισσίου· κηρίου. Conf. ad h. l. Ernesti in Glossis Sacris Suidæ et Phavorini pag. 170 seq. Phavor. μελίσσειον κηρίον, ἀπὸ μελισσείου κηρίου.

ΜΕΛΙ'ΤΗ, ης, ἡ. *Melita,* nomen insulæ. Sed duæ fuerunt insulæ, hoc nomine insignitæ. Una in mari Adriatico, ad Illyricum pertinens, (conf. supra sub Ἀδρίας.) quæ *Meleda* hodie appellatur, etiam *Melite Illyrica.* Altera inter Africæ littora et insulam Siciliam, (Diod. Sic. V. 12.) sita in mari Mediterraneo, quæ hodie *Malta* (etiam *Melite Africana,* seu *Sicula*) vocatur, et a cruciferis equitibus obtinetur, qui olim Rhodii dicebantur. Ad quam duarum istarum insularum Paulus proprie applicuerit, Act. XVIII. 1. non satis exploratum est. Posteriorem in h. l. intelligendam esse, plerique judicarunt interpretes, præeunte Cellario in Geogr. Plen. II. c. 12. § 130. p. 819. Vide Scaliger. de Emendatione Temporum p. 535. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 650. Origo hujus nominis diversimode traditur. Alii hanc insulam nomen traxisse censent ἀπὸ τοῦ μέλιτος a proventu mellis, quæ melle fuit fertilissima; alii vero, ut Bochartus in Geographia Sacra Lib. V. c. 26. potius derivant a מָלַט in Niphal *evasit, effugit,* ut מְלִיטָה sit *insula refugii,* quia auctore Diodoro Phœnices eam pro refugio habuerunt. Cæterum confer D. Ignatii Giorgi D. Paulum apostolum in mari, quod nunc Venetus Sinus dicitur, naufragum, et Melitæ Dalmatensis insulæ post naufragium hospitem. Venet. 1730. et, qui eum refutavit, Joh. Anton. de Ciantar de beato Apostolo in Melitam, Siculo-Adriatici maris insulam, naufragio ejecto. Venet. 1739.

ΜΕ'ΛΛΩ, futur. μελλήσω, 1) *cunctor, moror, differo, cesso.* Act. XXII. 16. καὶ νῦν τί μέλλεις; et jam quid moraris? ibid. VII. 33. Aristoph. Plut. v. 606. Theophr. I. 84. Thucyd. VIII. 78. Aristoph. Nub. 1301. ὕπαγε, τί μέλλεις; Scholiastes Eurip. ad Hecub. v. 726. μέλλειν· τὸ βραδύνειν. Hesychius: μελλήσας· βραδύνας. Hinc etiam substantiva μέλλησις et μέλλημα, inde deducta, *cunctationis* significationem obtinent, v. c. apud Thucyd. III. 4 et 69. et μελλητὴς est *cunctator.* Conf. Hoogeveen. ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 259. edit. Zeunii. 2) *futurus sum.* Adjungitur vero omnibus temporibus infinitivi, sive præsentis, sive aoristi utriusque, sive futuri temporis, sive, sed rarissime, præteriti, et servit periphrasi futuri, ut multis exemplis docuit Zeunius ad Vigerum de Idiotismis L. Gr. p. 254. et Fischerus ad Welleri Gramm. Græc. p. 335. Matth. XI. 14. Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι Elias, qui venturus erat. ibid. XVII. 12. Luc. XXII. 23. Act. V. 35. etc. Ælian. V. H. II. 33. Act. XXIV. 15. ἀνάστασιν μέλλειν ἔσεσθαι νεκρῶν resurrectionem fore

mortuorum. ibid. v. 25. Plato Apol. c. 4 et 6. Conf. interpretes ad Thom. M. h. v. et Taylor. ad Lysiam pag. 120. Hinc participium μέλλων, μέλλουσα, μέλλον, *futurus, a, um*. Matth. III. 7. ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς a pœnis futuris. Luc. XIII. 9. εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις postea (aut potius, omissa voce ἔτος, *proximo anno*, ut legitur hæc formula apud Joseph. A. J. I. 11. 2. et Plutarch. Cæs. pag. 714. A.) illam exscindas. 1 Tim. VI. 19. De formula ὁ αἰὼν ὁ μέλλων vide supra sub αἰών. Polyb. Hist. I. 27. Ælian. V. H. II. 31. Apollodor. I. c. 9. § 21. προὔλεγε τοῖς ἀνθρώποις τὰ μέλλοντα. 3) *volo, in animo habeo, in eo sum ut, paro*. Matth. II. 13. μέλλει γὰρ Ἡρώδης ζητεῖν τὸ παιδίον vult Herodes insidias struere huic puero. Luc. XXII. 23. Joh. VI. 15, 71. XII. 4. Act. III. 3. μέλλοντας εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν templum intraturos. ibid. XII. 6. XVI. 27. ἔμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν parabat sibi necem consciscere. ibid. XVIII. 14. XX. 3. Confer Viger. l. l. p. 257. 4) *videor*. Joh. IV. 47. ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν videbatur enim morti proximus esse. Μέλλει pro *videtur* apud Græcos quandoque poni, notat scholiastes Homeri ad Iliad. β', 316. cum quo facit scholiastes Euripidis ad Hecubam 726. μέλλειν· τὸ βραδύνειν, τὸ ἀποκεῖσθαι καὶ τὸ φαίνεσθαι. Hesych. μέλλει, φαίνεται, ἔοικε, δοκεῖ, ἢ μένει.

ΜΕ'ΛΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie: *pars, seu membrum corporis animati*, μέρος τοῦ σώματος, interprete Hesychio, ita dictum, quia harmonia insigni gaudet et quanquam quodlibet sibi propriam functionem habet, tamen ad corporis perfectionem et integritatem concurrit. *Omne* enim, *quod est congruum, aptum ac consonum et harmonia aliqua gaudet*, μέλος a Græcis dicitur, unde μέλος alias etiam est *carmen, aptis membris*, seu *pedibus constans*, (Hesych. μέλος· μέλημα, ἢ ἦχος ἡδὺς, ᾆσμα, ῥυθμὸς, ἀλαλαγμός.) et μελίζειν non solum *membratim concidere*, sed etiam *modulari* notat. De membro corporis vero in N. T. usurpatur Mat. V. 29, 30. ubi ἓν τῶν μελῶν opponitur ὅλῳ τῷ σώματι. Rom. XII. 4. 1 Cor. XII. 12, 14, 18, 19, 20, 22, 25, 26. Jacob. III. 5. ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ lingua parvum membrum est corporis humani. ibid. v. 6. ἡ γλῶσσα καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν lingua locum habet inter membra corporis nostri. Longin. de sublim. XL. 1. 2) τὰ μέλη *totum corpus animatum*, seu *humanum*, in quo, inprimisque in sensibus ejus, naturalem aliquem et legibus divinis plane contrarium impetum ad peccandum latere, sæpe docent apostoli. Rom. VI. 19. μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ nolite tradere corpus vestrum vitiositati ejusque membris pariter ac viribus abuti ad impie facta. ibid. παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ bene utamini corpore vestro ad exercendam omnem virtutem, Deo probatam. ib. v. 19. VII. 5. ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν in corpore vestro et singulis ejus partibus viribusque, quibus abuti potest homo ad peccandum. ib. v. 22. βλέπω γὰρ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσίν μου sentio enim et experior alium impetum, seu aliud dictamen in corpore meo, ἐν τῇ σαρκί μου, coll. v. 18. 1 Cor. VI. 15. πόρνης μέλη, pro μέλη πορνίας corpus, quo ad scortationem abutimur. Coloss. III. 5. νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν interficite corpus vestrum, h. e. impetum ad peccandum, qui in corpore vestro latet, reprimite. Jacob. IV. 1. 3) metaphorice: *pars*, de *iis, qui sunt adscripti numero, aut societati, aut ullo aliquo modo in consortium alicujus rei veniunt*, i. q. μέρος, cum quo vocabulo etiam haud raro permutatur in codicibus, v. c. Ephes. IV. 16. Sic legitur in N. T. Rom. XII. 5. ὁ δὲ καθ' εἷς ἀλλήλων μέλη nos autem invicem sumus partes corporis illius, Christo, capiti suo, juncti. 1 Cor. VI. 15. ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστιν corpora nostra sunt membra Christi, h. e. nos sumus adscripti societati, cui Christus præest. ib. τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, h. e. corpus christianorum; nisi vertere malis: *membra et vires corporis, quibus e voluntate Christi uti debemus*. ib. XII. 27. 4) omittitur interdum, v. c. Hebr. XII. 13. ἵνα μὴ τὸ χωλὸν, scil. μέλος, ἐκτραπῇ ne pes tuus claudicans luxetur. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΕΛΧΙ', ὁ, *Melchi*. Nomen proprium viri indeclinabile, Hebraice מַלְכִּי *rex meus*, ex מֶלֶךְ *rex* et י affixo primæ personæ ex אֲנִי *ego*. Commemoratur in N. T. Luc. III. 24, 28.

ΜΕΛΧΙΣΕΔΕ'Κ, ὁ, *Melchisedecus*. Nomen appellativum (ut אֲדֹנִי־צֶדֶק Joh. X. 1, 3.) viri, cujus verum nomen nos latet, (uti omnes interpretes Judæi ad Genes. XIV. 18. observarunt.) sub quo alii Semum, alii Jobum latere, vana conjectura ducti, judicarunt. Fuit autem dynasta Cananæorum, rex Salem, Abrahami tempore, qui simul pro ratione illorum temporum sacerdotis munere functus fuisse traditur, veræ religioni patriarchali addictus et primus Hierosolymorum conditor, observante Theodoreto Quæst. LXIV. in Genes. Hebraice dicitur מַלְכִּי־צֶדֶק i. e. *rex justitiæ*, ex מֶלֶךְ *rex* et Jod paragogico et צֶדֶק *justitia*. Genes. XIV. 18. Hebr. V. 6, 10. VI. 20. VII. 1, 10, 11, 15, 17, 21.

ΜΕΜΒΡΑ'ΝΑ; ης, ἡ, *membrana*. Vocabulum Latinum, civitate Græca donatum, ut μάκελλον, κουστωδία, etc. 1) proprie: *pellis exterior, quæ artus et singula corporis membra tegit et jungit*. Plinius H. N. IX. 29. XVI. 14. Speciatim *tenuior animalium pellis, quæ, derasis pilis, chartæ usum præbet*. Hinc 2) *charta pergamena, e pellibus animalium* (ovium) *concinnata*, quæ *pergamena charta* dicta est, a Pergamo urbe, ubi inventa esse dicitur. *Pergamena*, Plin. H. N. XIII. c. 11. Semel tantum legitur in N. T. 2 Tim. IV. 13. μάλιστα τὰς μεμβράνας. Syrus transtulit [illegible] [illegible] *fasciculum voluminum*. Scilicet veteres solebant charta pergamena loco involucri membranarum uti. Videatur Tibull. L. III. Eleg. I. v. 9. Vide etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 367.

ΜΕ'ΜΦΟΜΑΙ, fut. ψομαι, *queror, conqueror, accuso, reprehendo, culpo, vitupero*, et ex adjuncto: *judico aliquid imperfectum et inutile*. Verbum medium, (quanquam etiam passive dicitur apud Xenoph. Hist. Gr. I. 4. 2.) compositum, ut nonnullis videtur, ex μῶμος *vituperium, convicium*, et φάω *dico*, quod sæpius cum accusativo, rarius cum dativo constructum reperitur in veterum monimentis. Arrian. Diss. Epictet. II. 23. μεμφόμεθ' ἀλλήλοις, εὐαρεστοῦμεν. Epictet. Enchirid. c. 28. Alia loca dedit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 83. p. 332. et Raphelius in Animadvv. Herodot. p. 625. Ter tantum legitur in N. T. Marc. VII. 2. ἐμέμψαντο reprehendebant eos. Rom. IX. 19. τί ἔτι μέμφεται; quo jure vituperaverit Deus homines? Hebr. VIII. 8. μεμφόμενος γὰρ αὐτοῖς λέγει declaraturus, se in priori fœdere, utpote imperfectiore, acquiescere nolle. Hesych. μέμ-

φεται· αἰτιᾶται, ἐξουδενεῖ, καταγινώσκει. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 412.

ΜΕΜΨΙ´ΜΟΙΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *querulus, tristis, omnia deplorans, cui nulla non causa in querelas placet,* ut Seneca loquitur, quem prolixius describit Theophr. Char. XVII. ubi videndus Casaubonus. Compositum est ex μέμψις *querela*, a præcedenti μέμφομαι, et μοῖρα *portio, fatum*, id quod homini contingit secundum eam, quam sustinet, conditionem. Semel legitur in N. T. in plurali, in Ep. Judæ v. 16. μεμψίμοιροι homines, qui temere suam sortem deplorant et accusant et nunquam sua sorte contenti vivunt. Hesych. μεμψίμοιρος. ὁ μεμφόμενος τὸ ἀγαθὸν, ἢ φιλεγκλήμων, ἢ φιλαίτιος. Verbum μεμψιμοιρέω, inde ductum, legitur apud Demosthen. p. 249. 25. ed. Reisk. μεμψιμοιρεῖ ὁ δῆμος οὐδὲν αὐτῷ. Polyb. XVIII. 31. 7. et XXIII. 13. 8. Adde Elsneri Observv. Sacr. T. II. p. 430. et Wetstenii N. T. T. II. p. 737. Gloss. Vet. μεμψίμοιρος, *querulus, queribundus.*

ΜΕ´Ν. Conjunctio discretiva, seu concessiva, significans *quidem*, et interdum quidem simpliciter ponitur nec adjunctam habet aliam particulam, sæpius autem adhibetur sequente conjunctione adversativa δὲ, *vero, autem, sed,* etc. Si simpliciter ponitur, ut Latinum *quidem*, vel vim quandam addit nomini, cui adhæret, vel, maxime in initiis periodorum, πλεονάζει, v. c. Act. I. 1. τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων primum historiarum librum conscripsi de omnibus. Eodem modo superfluum est, si γὰρ additur, v. c. Act. XIII. 36. et XXVIII. 22. περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης quod enim ad istam sectam attinet. Thucyd. VII. 27 et 55. Homer. Odyss. σ´, 131. Adde Rom. I. 8. III. 2. VII. 12. X. 1. Si vero δὲ sequitur, tunc semper per *quidem* reddi potest, v. c. Matth. III. 11. ἐγὼ μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι, ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ego quidem vos baptizo aqua, sed qui venturus est post me, etc. ibid. IX. 37. XVI. 3. XVII. 11. Interdum conjunctio adversativa δὲ sæpius repetitur post μὲν, v. c. Matth. XIII. 4. ἃ μὲν, v. 5. ἄλλα δὲ, v. 7. ἄλλα δὲ, v. 8. ἄλλα δέ. ibid. XVI. 14. XXI. 35. XXII. 5, 6. Marc. IV. 4 seq. ὃ μὲν — ἄλλο δὲ — καὶ ἄλλο — καὶ ἄλλο. Interdum post μὲν aliæ particulæ adversativæ v. c. καὶ *at*, Act. XXVII. 21, 22. et ἀλλὰ, 1 Cor. XIV. 17. 2) aliquando est conjunctio adversativa, *tamen*. Ep. Jud. v. 20. 3) aliquando etiam causalem conjunctionem *enim, nam* indicare videtur, v. c. Rom. XIV. 20. ubi Syrus habet ܡܕܝܢ, quod respondet τῷ γὰρ Græcorum. Conf. de hac conjunctione Glassii Philol. Sacr. p. 531 seq. et Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 516 seq. edit. Zeunii.

ΜΕΝΟΥ͂Ν, et ΜΕ`Ν ΟΥ͂Ν, *igitur, autem, vero,* Luc. III. 8. Diog. Laërt. II. 5. 119.

ΜΕ`Ν ΟΥ͂ΝΓΕ et ΜΕΝΟΥ͂ΝΓΕ. 1) *immo vero, quin potius, quin immo.* Est particula fortiter negandi et contrarium affirmandi, ex μὲν *quidem*, οὖν *igitur* et γε, particula enclitica. Luc. XI. 28. Rom. X. 20. Confer Salmasium in Funere Ling. Hellen. p. 152. qui μενοῦνγε ab initio positum pro solœcismo habet, contrarium docente Georgio in Hierocrit. N. T. P. I. p. 130. Certe etiam Aristoteles Poëtic. c. 22. μενοῦν ab initio posuit. 2) *autem, vero.* Rom. IX. 20. Philipp. III. 8. ubi tamen otiosum esse videtur. Conf. de hac particula Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 2. 9. p. 804. T. I. et Wetstenii N. T. T. I. p. 730. Suid. μενοῦνγε· ἐκ συνδέσμων τριῶν, τὸ ἀληθές, μᾶλλον μὲν οὖν. Gloss. Vet. Μενοῦνγε, *imo quidem.*

ΜΕ´ΝΤΟΙ, pro quo etiam μέντοιγε poni solet. (Conf. Alex. Prov. V. 4. Psalm. XXXIX. 7.) Conjunctio discretiva, significans *tamen, vero, modo.* Composita est ex μὲν *quidem* et τοι particula enclitica, quæ adverbiis et conjunctionibus annecti solet. Legitur in N. T. Joh. IV. 27. VII. 13. XII. 42. XX. 5. XXI. 4. 2 Tim. II. 19. Jacob. II. 8. Ep. Jud. v. 8. Hesych. καὶ μέντοι, καὶ ἔτι, καὶ μήν.

ΜΕ´ΝΩ, fut. μενῶ, præt. μεμένηκα, 1) *maneo, in loco certo ad aliquod tempus moror, commoror, habito, versor, sum.* Joh. XIV. 25. παρ' ὑμῖν μένων cum inter vos versarer. Matth. X. 11. κἀκεῖ μείνατε, ἕως ἂν ἐξέλθητε ibi manete usque ad discessum. Marc. VI. 10. XIV. 34. Luc. I. 56. ἔμεινε δὲ Μαριὰμ σὺν αὐτῇ Maria autem commorata est apud illam. Luc. VIII. 27. καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν et domi contineri non poterat. ibid. IX. 4. X. 7. Joh. II. 12. IV. 40. Act. IX. 43. XX. 15. Alexandrini usi sunt hac voce pro יָשַׁב *habitavit, commoratus fuit.* Genes. XXIV. 55. Psalm. IX. 8. CII. 13. 2) *diverto, aliquorsum me recipio, in hospitio tantisper moror, dum quievero, ut cœptum iter persequar,* i. q. καταλύω. Luc. XIX. 5. σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι hodie enim apud te divertere decrevi. ibid. XXIV. 29. μεῖνον μεθ' ἡμῶν diverte apud nos. Joh. I. 39, 40. Act. XVIII. 3. XXI. 8. ἐμείναμεν παρ' αὐτῷ, coll. v. 16. Alexandrini Hebraicum לִין *pernoctavit* mox per καταλύειν, Gen. XIX. 2. XXIV. 23, 25. mox per αὐλίζεσθαι, Jos. VI. 11. VIII. 9. mox denique per μένειν, Jud. XIX. 9. transtulerunt. Lucian. Ver. Hist. I. 21. Oper. T. II. p. 87. ἠξίου μεῖναι παρ' αὐτῷ. Apud Latinos quoque *mansio* pro *hospitio* et *diversorio* haud raro ponitur, v. c. Plinium H. N. XII. 14. Sueton. in Tit. Vespas. c. 10. Confer Salmas. Exerc. Plin. p. 495. Per metaphoram 3) *superstes sum, supersum,* et speciatim, subintellecto ἐν βίῳ, *maneo in vivis, vivo,* ἀντὶ τοῦ ζῆν, observante Schol. ad Sophocl. Trachin. v. 175. Matth. XI. 23. ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον adhuc florerent et superstites essent. Apoc. XVII. 10. Joh. XII. 34. ὅτι ὁ Χριστὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα Messiam immortalem esse. ibid. XXI. 22. ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχομαι si vel ego vellem, ut viveret, donec redirem, coll. v. 23. ubi μένειν per οὐκ ἀποθνήσκειν explicatur. 1 Cor. XV. 6. μένειν τῷ κοιμηθῆναι opponitur. Phil. I. 25. coll. v. 24. Hebr. VII. 24. Psalm. LXXXIX. 36. τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μενεῖ. Cohel. VII. 16. καὶ ἔστιν ἀσεβὴς μένων (diu vivens, multo vivens tempore) ἐν κακίᾳ αὐτοῦ. Eodem modo παραμένει legitur apud Herodot. I. c. 30. Conf. Abresch. ad Æschylum p. 602. et Palairet. Obss. Philol. p. 267. 4) *perennis sum ac perpetuus, duro, firmus ac stabilis sum.* 1 Cor. III. 14. εἴ τινος ἔργον μένει si alicujus ædificium superstructum ætatem fert nec collabitur. ibid. XIII. 13. 2 Cor. III. 11. τὸ μένον religio christiana, quæ est perpetua, h. e. semper valebit. Hebr. X. 34. ὕπαρξιν μένουσαν bona perennia. ibid. XIII. 14. μένουσαν πόλιν domicilium s. mansionem perpetuam. ibid. XII. 27. Xenoph. Anab. II. 3. 13. 5) *constans sum, persevero in aliqua re.* Joh. VIII. 31. ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ si constanter tuemini et observatis doctrinam meam. 1 Tim. II. 15. ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ si perseverent in observatione religionis christianæ et mutui amoris stu-

dio. 2 Tim. III. 14. σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες tu vero a pura illa doctrina christiana, tibi tradita, recedere noli. Hebr. XIII. 1. ἡ φιλαδελφία μένετω, pro: μένετε ἐν τῇ φιλαδελφίᾳ, constans sit amor vester erga christianos. Joh. XV. 9. μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ μου ita agite, ut semper vos amore meo complecti possim. ibid. v. 10. 1 Joh. IV. 16. ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ. 2 Macc. VIII. 1. τοὺς μεμενηκότας ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ qui non defecerant a religione Judaica. 6) ut *maneo* apud Latinos (v. c. Tibull. l. El. 8. v. 77. Conf. Servium ad Virgil. Georg. I. v. 168. Æn. VI. 71.) *exspecto, præstolor,* quia, qui exspectat alterum, in certo loco maneat necesse est, donec veniat, quem exspectat. Act. XX. 5. οὗτοι προελθόντες ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι hi antegressi exspectarunt nos Troade. ibid. v. 23. ὅτι δεσμά με καὶ θλίψεις μένουσιν vincula et calamitates me manere. Eurip. Andromache v. 378. 569 et 964. Helena v. 656. Homer. Iliad. α', v. 535. Xenoph. Anab. IV. 4. 12. Conf. Jensii Lectiones Lucian. p. 275. Alexandrini usi sunt hac voce pro יחל *exspectavit,* 2 Sam. XVIII. 14. pro קוה idem, Ies. V. 2, 3, 7. pro חכה idem, Ies. VIII. 17. XXX. 18. 2 Macc. VII. 30. Schol. ad Theocrit. Idyll. XIII. 68. μένοντες· περιμένοντες. 7) μένειν ἐν τινί, seu μετά τινος, *arctissime conjunctum cum aliquo esse et manere.* 1 Joh. IV. 12. ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει nos habemus Deum nobis faventem et propitium. ibid. v. 13. ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν nos esse arctissime cum Deo conjunctos. ibid. v. 15. Joh. VI. 56. ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ is me amat et a me vicissim amatur. ibid. XIV. 10. ὁ δὲ πατὴρ, ὁ ἐν ἐμοὶ μένων Deus pater meus, qui mecum est conjunctissimus et mihi semper adest auxilio suo. Et v. 16. ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα ut nos per omnem vitam vestram auxilio suo adjuvet, coll. v. 17. XV. 4. 1 Joh. II. 6. coll. v. 5. III. 15, 17. 8) *maneo in statu et conditione mea, non muto statum.* Sic v. c. χωρίον μένον est prædium, nondum venditum, in cujus possessione aliquis adhuc est, quod dominum quasi suum non mutavit. Act. V. 4. οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε, scil. τὸ χωρίον; nonne, cum haberes fundum, tibi illum retinere potuisses? seu, nonne retinere potuisses tibi fundum tuum, antequam venderetur?

ΜΕΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *totum in singulas partes divido inter alios.* Medium μερίζομαι *divido, sed ita, ut ad me pars eorum, quæ divido, redeat,* a μείρω *divido.* Hesych. μερίζειν· διανέμειν μερικῶς. Marc. VI. 41. καὶ τοὺς δύο ἰχθύας ἐμέρισε πᾶσι et duos pisces inter omnes divisit. Luc. XII. 13. εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν dic fratri meo, ut partiatur hæreditatem mecum æquis conditionibus. Herodian. I. 17. 3. μερίσαι τε (scil. τὰς οὐσίας) εἰς τοὺς στρατιώτας καὶ τοὺς μονομαχοῦντας. ibid. III. 10. 13. μερισάμενος πρὸς αὐτὸν τὴν ἀρχήν. Alexandrini adhibuerunt pro חלק *divisit in partes.* Exod. XV. 9. Jos. XIII. 7. XIV. 5. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 735. 2) *partem do, distribuo, quod in partes fuit divisum,* etiam simpliciter: *do, largior, concedo, tribuo,* i. q. δίδωμι. Hebr. VII. 2. ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραὰμ cui etiam Abrahamus decimam prædæ partem dedit, coll. v. 4. ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων. Sic etiam in versione Alexandrina usurpatur, ubi respondet Hebraico הנחיל *possidendum tradidit,* Prov. VIII. 21. ἵνα μερίσω τοῖς ἐμὲ ἀγαπῶσιν ὕπαρξιν. ibid. XIV. 18. μεριοῦνται ἄφρονες κακίαν. Speciatim vero in N. T. Deus dicitur μερίζειν τοῖς ἀνθρώποις, cum alicui sortem aliquam assignat et conditionem, v. c. natalium, fortunæ, conjugii, muneris, et sic porro, aut beneficia inter homines distribuit, pro summa sua et sapientissima benignitate, v. c. Rom. XII. 3. ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε (unus codex habet ἐχάρισε) μέτρον πίστεως pro ratione bonorum, quæ quisque a Deo accepit. 1 Cor. VII. 17. ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεὸς prout cuique Deus sortem et vitæ genus assignavit. 2 Cor. X. 13. κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου sed intra certos terminos, a Deo ita mihi præfinitos et descriptos, ut adeo ad vos quoque progrederer. 3) *discerno, discrimen facio.* Passivum μερίζομαι neutraliter sumitur et notat: *differre, dissimilem esse, discrepare.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. VII. 34. μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος, h. e. eadem diversa conditio (seu diversis sunt studiis) est nuptæ et virginis. Chrysostomus bene μεμέρισται reddidit: διεστήκασι. Alii, (v. c. Wetstenius in N. T. T. II. p. 129. et Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 206.) repugnante contexta oratione, reddunt hunc locum: distrahitur, seu curis implicita est et uxor et virgo. 4) *divido, discordiarum semina spargo;* et passivum μερίζομαι *in varias factiones,* seu, *studia in contraria scindor, dissideo, dissentio.* Matth. XII. 25. πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς omne regnum, in quo factiones ortæ fuerint. ibid. v. 26. ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη ipse sibi adversatur. Marc. III. 24, 25, 26. 1 Cor. I. 13. μεμέρισται ὁ Χριστός; num factiones et dissidia locum habere possunt et debent in religione christiana? Sæpius non legitur in N. T.

ΜΕ'ΡΙΜΝΑ, ης, ἡ, 1) *cura,* παρὰ τὸ μερίζειν τὸν νοῦν, quia cura dividit et distrahit animum et in partes rapit varias, ut cum Virgilio (Æn. IV. 285 seq.) loquar. Adde Terent. Andr. I. 5. 25. 2 Cor. XI. 28. ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν cura omnium ecclesiarum, quam ego sustineo. 2) *anxia et nimia cura, sollicitudo animi.* Matth. XIII. 22. ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου nimia cura rerum corporalium et hujus vitæ. Marc. IV. 19. Luc. VIII. 14. ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου a nimiis divitiarum curis. ib. XXI. 34. μερίμναις βιωτικαῖς. 1 Petr. V. 7. πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτὸν omnem curam vestram projicientes in eum, h. e. omnium rerum vestrarum curam demandate Deo. Sic prorsus Ps. LIV. 23. ἐπίῤῥιψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, Hebraico הַשְׁלֵךְ עַל־יְהוָה יְהָבְךָ h. e. projice super Dominum onus tuum, ex interpretatione Rabbinorum. Eodem sensu μέριμνα legitur quoque in Theodotionis reliquiis Prov. XII. 25. pro דְּאָגָה et pro יָגוֹן Ps. XIII. 3. in Symmachi fragmentis.

ΜΕΡΙΜΝΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *curo, curam alicujus rei gero, prospicio alicujus utilitati et felicitati, operam do, studeo,* i. q. φροντίζω, πραγματεύομαι, ζητῶ: unde philosophi veteres, quorum providæ curæ juvenes crediti erant, μεριμνηταὶ olim dicebantur, teste Hesych. (Xenoph. Mem. I. 1. 4.) Adde Exod. V. 9. Construitur mox cum accusativo, mox cum dativo rei objectæ: interdum vero post se habet præpositionem εἰς et περί. 1 Cor. VII. 32. ὁ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ qui matrimonium non iniit, unice religioni et pietati studere potest. ibid. v. 33. ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου qui vero matrimonium iniit, quæ ad vitam, in conjugio transigendam, requiruntur, curet necesse est. ibid. v. 34. XII. 25. ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλή-

λοι μεριμνῶσι τὰ μέλη sed, ut membra se invicem adjuvarent. Phil. II. 20. ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει. Conf. supra sub γνησίως. Huc etiam referrem locum Matth. VI. 34. ἡ γὰρ αὔριον μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς nam crastinus dies sibimet ipsi satis prospiciet, seu, provida Dei cura futuro satis prospiciet; quanquam μεριμνᾷν h. l. figurate quoque *sollicitudinis et curarum causam præbere*, vel *afferre* significare potest. 2) *anxie et nimium curo, sollicitus sum*. Matth. VI. 25. μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν ne nimium de sustentanda vita vestra solliciti sitis. ibid. v. 27, 28, 31, 34. μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον ne igitur solliciti sitis de crastino die. ibid. X. 19. ubi videndus Wetstenius. Luc. X. 41. XII. 11, 22, 25, 26. Philip. IV. 6. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini hac voce usi sunt pro דָּאַג *sollicitus fuit, metuit*, Psalm. XXXVIII. 19. et pro רָגַז *commotus fuit animo*. 2 Sam. VII. 10. 1 Chron. XVII. 9.—Gloss. Vet. apud Labbæum p. 121. μεριμνῶ, *cogito, sollicito* (scribe *sollicitus sum*) —— *angor*.

ΜΕΡΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) *pars, portio, quæ alicui jure debetur*, v. c. ex hæreditate, dono, vel rei familiaris cura, antheil, *a portion*, a μείρω *partior, divido*. Luc. X. 42. Μαρία τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο Maria elegit sibi negotium longe gravius et præstantius. Cf. ad h. l. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 225. qui ex Juliano ad Themistium p. 253. et 266. recte docuit, μερίδα etiam apud Græcos interdum *munus, negotium omnemque curam alicujus rei alicui competentem* significare. Non enim audiendi sunt interpretes, (v. c. Maius Obss. Sacr. II. p. 36.) qui h. l. respici judicant ad morem quendam Judæorum, amicis præstantiores in convivio portiones proponendi. Gen. XLVIII. 33. 1 Sam. I. 5. Confer etiam Wetstenium N. T. T. I. p. 726. Act. VIII. 21. οὐκ ἔστι σοὶ μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ non potes particeps fieri hujus facultatis miraculosæ. Coloss. I. 12. ubi ἱκανοῦν τινὰ εἰς τὴν μερίδα significat: aliquem participem reddere. In versione Alex. respondet Hebr. חֵלֶק *pars, portio*, Genes. XIV. 24. Num. XVIII. 20. Deut. XII. 12. ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῷ μερὶς οὐδὲ κλῆρος μετὰ σοῦ. חֶלְקָה quod idem notat, Ruth. II. 3. IV. 3. 2 Sam. II. 16. et מָנָה *pars constituta, portio definita*. Neh. VIII. 12. ἀποστεῖλαι μερίδας τοῖς μὴ ἔχουσιν. Esther. II. 9. 2) *communio, conjunctio, consortium, societas*, i. q. κοινωνία et συμφώνησις, cum quibus vocabulis permutatur 2 Cor. VI. 15. τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; quid commune habent christiani cum paganis? 1 Reg. XII. 16. τίς ἡμῖν μερὶς Δαβίδ; nolumus stare a partibus Davidis? Dan. IV. 20. καὶ μετὰ θηρίων ἀγρίων ἡ μερὶς αὐτοῦ. 2 Sam. XX. 1. Ps. L. 18. 3) *pars alicujus terræ et regionis definita, provincia*, i. q. ἐπαρχία. Act. XVI. 12. ἡ μερὶς τῆς Μακεδονίας Macedoniæ provincia proconsularis, cujus præses μεριδάρχης vocabatur. Confer Joseph. A. J. XII. 5. 5. p. 611. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΕΡΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *divisio in partes, partitio, distributio*, a 1 pers. præt. pass. μεμέρισμαι, verbi μερίζω *divido, partior, distribuo*. Hebr. II. 4. καὶ Πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς et distributione donorum Sp. S. miraculosorum, coll. 1 Cor. XII. 11. Alexandrini usurparunt pro מַחֲלֹקֶת quod idem significat. Jos. XI. 23. Esr. VI. 18. Polyb. XXXI. 18. 1. 2) metaphorice: *medium, intimum, intimi recessus*, quia, ubi est medium alicujus rei, ibi fere divisio fieri solet. Hebr. IV. 12. διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος penetrant ad intimos animi recessus: ubi sermo est de summa vi et efficacia comminationum divinarum. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΕΡΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *partitor*, (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 121.) *qui aliquid in singulas partes dividit et divisa distribuit*. Speciatim ita dicitur *arbiter*, h. e. *qui familiæ herciscundæ, communi dividundo, aut finibus regundis arbiter sumitur*, ut verbis Grotii utar in Commentario ad Luc. XII. 14. τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς; quis me vobis constituit judicem et arbitrum communi dividundo? coll. v. 13. Sæpius non legitur in N. T. Distinguenda autem est hæc vox ab alia ejusdem originis, μερίτης, quæ *eum* notat, *qui particeps est alicujus rei*, συμμεριστής, ut Phavorinus recte explicavit. Cf. tamen Pollucis Onom. IV. 176. et VIII. 136.

ΜΕ'ΡΟΣ, εος, ους, τὸ, Plural. μέρεα, η, έων, ῶν, τὰ, 1) *pars, portio*, v. c. *hæreditatis, doni*, a μείρω *divido, partior*. Luc. XI. 36. μὴ ἔχον τι μέρος σκοτεινὸν non habens aliquam partem tenebricosam. ibid. XV. 12. δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας da mihi partem patrimonii, quæ mihi competit. (Apud Græcos μέρος simpliciter dicitur *pars quæ alicui debetur, pars virilis*. Vide Theophr. Char. II. 4. IX. 2.) ibid. XXIV. 42. ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος piscis tosti partem. Joh. XIX. 23. XXI. 6. εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου ad dextram navis partem. Act. V. 2. μέρος τι, scil. τῆς τιμῆς. Ephes. IV. 9. εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς. Cf. supra ad κατώτερος. Apoc. XVI. 19. ἐγένετο εἰς τρία μέρη in plures putres partes terræ motu discissa est. XXII. 19. 2) *membrum*, i. q. μέλος. Ephes. IV. 16. ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους pro viribus uniuscujusque membri; ubi in nonnullis codicibus pro μέρους e glossemate legitur μέλους. 3) τὰ μέρη, ut Lat. *partes* (Cic. III. Att. 2.), *partes regionis, tractus, plaga, ditio, fines alicujus regionis*. Matth. II. 22. εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας in provinciam, seu ditionem Galilææ. ibid. XV. 21. εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος, coll. Marc. VII. 24. εἰς τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος. Matth. XVI. 13. Marc. VIII. 10. Act. II. 10. XIX. 1. τὰ ἀνωτερικὰ μέρη. Vide supra ad ἀνωτερικός. ibid. XX. 2. Alexandrini hac voce usi sunt interdum pro קָצֶה *finis, extremitas*. Exod. XVI. 35. εἰς μέρος τῆς Φοινίκης ad fines Palæstinæ. Cf. Spicilegium meum I. Lex. Bieliani p. 78. 4) ut μερὶς 2 Cor. VI. 15. metaphorice: *conjunctio, societas, communio, consortium*. Ἔχειν μέρος μετά τινος, *cum aliquo conjunctum esse, habere cum aliquo aliquid commune*. Joh. XIII. 8. οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ non eris in discipulorum meorum numero, seu cessabit illa societas, quæ nos invicem hucusque conjunxit. 5) *participatio, communicatio*. Apoc. XX. 6. ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ qui particeps futurus erit resurrectionis primæ. 6) *sors, conditio, quam aliquis meruit, in utramque partem*. Formula τιθέναι μέρος τινὸς μετά τινος significat: *aliquem eodem, quo alterum, tractare modo*. Matth. XXIV. 51. καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει eodem modo eum tractabit, ut hypocritas. Luc. XII. 46. καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει eumque tractabit tanquam perfidum servum. Alii vertunt: annumerabit eum hypocritis, coll. Demosth. pro Corona p. 354. et Plutarch. Solon. 79. Apoc. XXI. 8. τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ

τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ pœnas luent in collectione ignis infernalis sulphure ardentis. Eodem modo in vers. Alex. usurpatur μερὶς, Ies. XVII. 14. αὕτη ἡ μερὶς τῶν προνομευσάντων ἡμᾶς. Jer. XIII. 25. Job. XXVII. 13. Coran. Sur. IV. 84. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 111. 7) *pars, secta, factio,* eine partbey, *a party.* Act. XXXIII. 6. γνοὺς δὲ ὁ Παῦλος, ὅτι τὸ ἓν μέρος ἐστὶ σαδδουκαίων, τὸ δὲ ἕτερον φαρισαίων Paulus vero, non ignorans, assessores synedrii magni in duas partes, pharisæos et sadducæos, esse divisos. ibid. v. 9. οἱ γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν φαρισαίων doctores Judæorum sectæ pharisaicæ addicti. 8) *res,* i. q. τὸ πρᾶγμα, τὸ μέρος τινὸς *omne, quod ad aliquem pertinet, res alicujus, negotium, officium,* etc. plane, ut nos in lingua vernacula dicere solemus: ich für mein theil, *I for my part.* Act. XIX. 27. τοῦτο τὸ μέρος ἡμῶν quod hucusque tractavimus opificium. Syrus bene: ܗܳܕܶܐ ܨܒܽܘܬܳܐ *hoc negotium.* Eodem modo Arabs. 2 Cor. III. 10. IX. 3. ἐν τῷ μέρει τούτῳ hac in re. 1 Petr. IV. 16. ἐν τῷ μέρει τούτῳ propterea. Xenoph. Cyrop. III. 3. 5. et Sympos. IV. 29. 9) interdum τὸ μέρος, alteri substantivo junctum, e Græcorum loquendi more abundat, v. c. Col. II. 16. nemo vos judicet ἐν μέρει ἑορτῆς ob festum; ubi vid. Wetstenius. Ælian. V. H. VIII. 3. ἐν τῷ μέρει τοῦ φόνου. Eurip. Phœn. v. 604. μέρη χθονὸς, h. e. χθὼν, ager Thebanus. Cf. Krebs. Obss. Flav. p. 337. et Palairet. Obss. Philol. p. 454. 10) haud raro etiam omittitur, v. c. Matth. XXVII. 51. ἕως κάτω, scil. μέρη. Marc. VII. 24. εἰς τὰ μεθόρια, scil. μέρη. 1 Cor. I. 12. ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, scil. μέρους, κ. τ. λ. ego sum Pauli sectator, ego sto a partibus Apollinis, etc. Galat. III. 20. ἑνὸς, scil. μέρους. 11) μέρος τι, pro κατὰ τὶ μέρος, *aliqua ex parte.* 1 Cor. XI. 18. καὶ μέρος τι πιστεύω et aliqua ex parte, seu de quibusdam vestrum credo. 2 Reg. XIX. 23. coll. Ezech. XLVIII. 1. Dan. II. 33. Herodot. II. 173. Thucyd. II. 64. et IV. 30. Conf. L. Bos Ellips. Gr. p. 287 seq. 12) ἀνὰ μέρος *vicissim, per partes, alter post alterum, divisis temporum spatiis.* 1 Cor. XIV. 27. καὶ ἀνὰ μέρος et suo quisque ordine. 13) ἀπὸ μέρους *ex parte, aliquatenus, quodammodo.* 2 Cor. I. 14. II. 4. ἀλλ' ἀπὸ μέρους πάντας ὑμᾶς sed quodammodo vos omnes. Rom. XI. 25. ἀπὸ μέρους ex parte, tantum non omnibus. ibid. XV. 24. Arrian. Diss. Epict. I. 27. 17. 14) ἐκ μέρους imperfecte, *ex parte.* 1 Cor. XII. 27. καὶ μέλη ἐκ μέρους et ex parte etiam membra. ibid. XIII. 9. ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν imperfecta est nostra scientia religionis, imperfectum est donum vaticinandi, quo præditi sumus. ibid. v. 10. τὸ ἐκ μέρους opponitur τῷ τελείῳ. ibid. v. 12. 15) κατὰ μέρος scil. ἕκαστον, *sigillatim.* Hebr. IX. 5. περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος de quibus nunc sigillatim exponere non licet, seu, non opus est. Heraclides Alleg. Homer. p. 425. κατὰ μέρος εἰρημένα περὶ τῆς νόσου διασκεψώμεθα. Thucyd. IV. 26. κατὰ μέρος. Schol. κατὰ τὴν διαδοχήν. Sæpius non legitur in N. T. Conf. de hac voce Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 105 seq. ed. Zeunii.

ΜΕΣΗΜΒΡΙ'Α, ας, ἡ, *meridies,* etiam *plaga meridionalis,* ex μεσημερία per syncopen, adjecto β per pleonasmum, quod est ex μέση *media* et ἡμέρα *dies,* q. d. medius dies, vel medium diei. Bis tantum legitur in N. T. Act. VIII. 26. πορεύου κατὰ μεσημβρίαν vade versus plagam meridionalem. ibid. XXII. 6. περὶ μεσημβρίαν circa meridiem. Alexandrini usi sunt hac voce pro צָהֳרַיִם *meridies,* Genes. XLIII. 16, 25. 2 Sam. IV. 5. Jerem. VI. 4. In Symmachi fragmentis 1 Sam. XX. 41. legitur pro נֶגֶב. Xenoph. Hist. Gr. V. 3. 1. Cyrop. I. 1. 1. Hesych. μεσημβρία· τὰ τοῦ νότου μέρη, καὶ τὸ τῆς ἡμέρας μέσον. Gloss. Vet. μεσημβρία, *meridies, media dies.* Id. μεσημβρία, τὸ κλῖμα. Adde Etymol. M. 581. 24.

ΜΕΣΙ'ΑΣ, ου, ὁ, *Messias,* i. q. ΜΕΣΣΙ'ΑΣ, quod vide infra. Bis tantum, ni fallor, reperitur hæc forma in nonnullis N. T. codicibus, Joh. I. 42. et IV. 25. quæ etiam magis quam altera Hebraico מָשִׁיחַ respondere videtur. Simili ratione apud Joh. XIX. 13. pro γαββαθᾶ multi codices γαβαθᾶ habent.

ΜΕΣΙΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *medius inter duo sum,* ἀναμέσον κεῖμαι, ut Suidas recte interpretatus est, a μέσος *medius,* unde μεσίτης, quod vide. 2) *intervenio, intercedo, mediatorem ago, concilio duas partes dissentientes, interpretem, conciliatorem, deprecatorem ago.* Joseph. A. J. VII. 8. 5. XVI. 4. 3. Polyb. XI. c. 32. 3) *interpono, adhibeo subsidium alicujus rei.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. VI. 17. de Deo ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ, quæ verba Vulgatus bene reddidit: *interposuit jusjurandum,* seu, jurejurando tanquam subsidio usus est. Nec tamen abhorret ab hoc Pauli loco *spondendi* et *fidejubendi* notio, quam habuisse, certe habere posse vocem μεσιτεύειν, colligi potest ex substantivo derivato μεσίτης, quod etiam *sponsorem, testem* notat, v. c. apud Josephum A. J. IV. 6. 7. ταῦτα δὲ ὀμνύντες ἔλεγον καὶ Θεὸν μεσίτην ὧν ὑπισχνοῦντο ποιούμενοι. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 121. μεσιτεύω, *sequestro, intervenio.*

ΜΕΣΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *qui medius inter duo stat, aut est,* i. q. ὁ μεσάζων et ὁ μεσαῖος, quibus verbis Aquila et Alexandrini usi sunt. 1 Sam. XVII. 4. pro Hebraico אִישׁ־הַבֵּנַיִם, quod de provocatoribus usurpatur, qui stant et procedunt inter utramque aciem et suorum, et hostium, et bellum componere et dirimere certamine singulari volunt. Conf. Fischerum de Versionibus Græcis V. T. p. 58 seq. 2) omnino *is, qui se interponit inter duas partes, qui duarum partium lites componit et discordias,* removendo scilicet, quæ hactenus discordiarum ansam dederant. Suid. μεσίτης· ὁ εἰρηνοποιός, (Idem: μεσέγγυος· μεσίτης, ἐγγυητής, μέσος δύο μερῶν.) quæ glossa respexit sine dubio locum 1 Tim. II. 5. ubi Christus dicitur μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, quatenus doctrina, vita et morte sua effecit, ut homines, satis edocti et emendati, in gratiam Dei redirent; coll. Coloss. I. 20. Theodoretus ad h. l. τῆς εἰρήνης πρύτανις. Confer Theophyl. ad Galat. II. 20. 3) *internuntius, interpres voluntatis alterius.* Galat. III. 19. ubi Moses dicitur μεσίτης, quia Deus opera ejus usus fuit in perferendis legibus suis ad Israëlitas, coll. Deut. V. 5. Eandem ob causam, quia scilicet Moses internuntius et interpres oraculorum divinorum apud populum Judaicum erat, Philo de Vita Mosis III. p. 628. eum μεσίτην καὶ διαιτητὴν vocat. Galat. III. 20. ὁ δὲ μεσίτης ἑνὸς οὐκ ἔστιν ὁ δὲ Θεὸς εἷς ἐστιν internuntius non est unius partis, sed plurium. Deus est una pars. Hebr. IX. 15. coll. VIII. 6. XII. 24. Christus dicitur διαθήκης καινῆς μεσίτης, quia per eum divino nomine nova religio instituta et morte ejus cruenta in cruce confirmata est; quam ob cau-

sam ibid. VII. 22. ἔγγυος διαθήκης dicitur. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vett. Μεσίτης· *sequester, arbitrator, mediator, arbiter.* Etymologicum ineditum, a Bielio laudatum: *μεσίτης· ὁ μεταξὺ δύο ὤν, καὶ σημαίνει τὸν μεσάζοντα.* Semel tantum legitur in vers. Alex. Job. IX. 33. in qua verba Hebraica: לֹא יֵשׁ־בֵּינֵינוּ מוֹכִיחַ vertuntur: *εἴθε ἦν ὁ μεσίτης ἡμῶν, καὶ ἐλέγχων.* Conf. Wesseling. ad Diod. Sic. IV. 54. Wetstenii N. T. T. II. p. 224. J. W. Schmid. Comment. in qua *μεσίτου* notio indagatur. P. I—III. Jen. 1785—87. 4. et Heinrich. Exc. II. in Ep. ad Hebr. p. 230 seq.

ΜΕΣΟΝΥ'ΚΤΙΟΝ, *ίου, τὸ,* sc. *μέρος χρόνου, media nox.* Est neutrum adjectivi *μεσονύκτιος,* (Anacr. Od. III. v. 1. *μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις*) quod non solum in poëtis Græcis, (observante Thoma M.) sed etiam in scriptoribus prosaicis occurrit (ut docuit multis exemplis Reitzius ad Lucian. Opp. T. II. p. 133. et Wetstenius N. T. T. I. p. 624. Confer etiam interpretes ad Thom. M. p. 609.) et interdum substantive, interdum adverbialiter sumitur. Marc. XIII. 35. ubi *μεσονύκτιον* vigiliam secundam Judæorum significat, quæ hora noctis sexta, seu nocte media terminatur, quam Hebræi אַשְׁמֹרֶת תִּיכוֹנָה *φυλακὴν μέσην,* seu *μεσοῦσαν,* appellant. Judd. VII. 19. Luc. XI. 5. *καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου* quem media nocte adeat. Act. XVI. 25. *κατὰ τὸ μεσονύκτιον* media nocte, i. q. *περὶ μέσας νύκτας,* ut Dionys. Halic. Ant. XI. p. 701. loquitur. ibid. XX. 7. *μέχρι μεσονυκτίου.* Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet τῷ חֲצִי הַלַּיְלָה *media nox,* Ruth. III. 8. Judd. XVI. 3. et נֶשֶׁף *obscuritas, tenebræ,* Ies. LIX. 10. Lucian. Merced. Conduct. T. I. p. 467. Idem Hist. Ver. Lib. II. p. 680 et 687. Vide Hœschelii Not. ad Phrynichum p. 16. et Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr. p. 896.

ΜΕΣΟΠΟΤΑΜΙ'Α, *ας, ἡ, Mesopotamia.* Regio Asiæ majoris, Syriæ contermina, sic dicta, quod fuit *μέση τῶν δύο ποταμῶν,* h. e. media inter duos fluvios, seu interamnis. Sita enim hæc regio est inter amnes Tigridem et Euphratem, hunc habens ad occasum, illum ad ortum, Taurum montem ad septentrionem et mare Persicum ad meridiem. Metropolis ejus fuit *Amida,* quæ hodie Amed dicitur, et regio ipsa *Diarbecha* vocatur. Act. II. 9. *καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν* et habitantes Mesopotamiam. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 15. p. 547. Antiquitus autem latius sumebatur hæc vox et non tantum loca, Euphratem atque Tigridem interjacentia, designabat, sed etiam regiones quasdam transfluviales et speciatim Babyloniam significabat, cujus pars Chaldæa fuit. Conf. Plin. H. N. VI. 30. Genes. XX. 11. Sic sumitur hæc vox Act. VII. 2. *Ἀβραὰμ ὄντι ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ.* Sæpius non legitur in N. T.

ΜΕ'ΣΟΣ, *η, ον, medius, intermedius, dimidius,* et de *loco* non solum, sed etiam de *tempore* usurpatur, nec semper præcise *ipsum medium alicujus rei,* sed *omne, quod rei prope est,* seu *præsentiam* significat. Neutrum *τὸ μέσον* substantive sumitur, et *medium, medietatem* notat. Legitur autem in N. T. Matth. X. 16. *ἐν μέσῳ λύκων* inter lupos. ibid. XIII. 25. *ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου* inter triticum, seu frumentum. ibid. v. 49. XIV 6. *ὠρχήσατο ἐν τῷ μέσῳ,* coll. Anacr. Od. XXXVIII. *ἐν μέσοισι χορεύσω.* ib. XIV. 24. *τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν,* pro *ἐν μέσῳ,* seu *κατὰ μέσον τῆς θαλάσσης ἦν,* navis jam in medio maris erat, seu jactabatur fluctibus, coll. Mare. VI. 47. Elegans hoc est loquendi genus, quo adjectivum *μέσος,* relatum ad præcedens substantivum, post se regit genitivum ejus rei, in cujus medio versatur; de quo Græcismo vide Krebsium in Obss. Flav. pag. 39. Matth. XVIII. 2. *ἐν μέσῳ αὐτῶν* inter eos. ibid. v. 20. *ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν* ibi ego *præsens* ero et adero auxilio meo. ibid. XXV. 6. *μέσης δὲ νυκτὸς media nocte.* Dictio Attica, ut observavit Thomas M. sub v. *μεσονύκτιον,* ubi vide interpretes. Marc. III. 3. *ἔγειρε εἰς τὸ μέσον* surge in medium, pro *ἔγειρε καὶ στῆθι εἰς τὸ μέσον,* coll. Luc. VI. 8. Marc. VI. 47. VII. 31. IX. 36. XIV. 60. Luc. II. 46. IV. 30, 35. V. 19. VI. 8. VIII. 7. X. 3. XVII. 11. *διὰ μέσου Σαμαρίας* per Samariam et Galilæam. *Μέσος* enim sæpe pleonastice ponitur in N. T. ad imitationem vocum Hebraicarum קֶרֶב *medium* et תָּוֶךְ quod idem significat, Ies. X. 23. coll. Rom. IX. 28. Gen. XLV. 6. 2 Reg. IV. 13. Ps. XXII. 15. Plura habet Vorstius in Philol. Sacr. p. 369 seq. edit. Fischeri. Joh. VIII. 9. *γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα* et mulier adstans. Conf. Schwarzium ad Olearium de Stilo N. T. pag. 79 seq. Act. XXVI. 13. *ἡμέρας μέσης meridie.* Conf. de hac formula Abresch. ad Æschylum p. 622. Act. XXVII. 27. *κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς,* i. q. *μεσονυκτίου* Luc. XI. 5. aut *κατὰ τὸ μεσονύκτιον* Act. XVI. 25. Homer. Iliad. φ', 111. Od. η', 288. *μέσον ἦμαρ.* Herodian. VIII. 5. 23. *ἡμέραν μέσην.* 1 Cor. V. 2. *ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν* e cœtu vestro excludatur, coll. Matth. XIII. 49. et Deut. XV. 11. Coloss. II. 14. *ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου* sustulit. 2 Thess. II. 7. *ἐκ μέσου γίνεσθαι e medio tolli,* de morte violenta, coll. Ies. LVII. 2. 2 Cor. VI. 15. *ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν* separate vos ab iis, etc. Conf. de hoc adjectivo interpretes, inprimis Zeunium ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. pag. 107 seq. et Bielii Thesaur. Philol. T. II. p. 334 seq.

ΜΕΣΟ'ΤΟΙΧΟΝ, *ου, τὸ,* 1) *paries intergerinus,* seu *intermedius,* a *μέσος medius* et *τοῖχος paries.* Rarissime hæc vox in scriptoribus Græcis reperitur; exstat tamen apud Hesychium sub voce Κατῆλιψ, Athenæum Lib. VII. p. 281. ed. Casaub. Eusebium in Cant. Cant. p. 27. ed. Meursii. Vid. Alberti ad Hesychii l. l. 2) *omne, quod est intermedium,* et metaphorice: *omne, quod causa existit dissidii et separationis, aut arcet ab aliqua re.* Sic semel legitur in N. T. Ephes. II. 14. *καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας* et intergerinum parietem sepimenti solvit, seu destruxit, h. e. sustulit discrimen illud, quo Judæi ac gentiles invicem dirimebantur; removit impedimentum, quominus Judæi ac gentiles in societatem cultus divini venirent, abroganda nempe lege et œconomia Mosaica, coll. v. 15. Miror, Krebsium in Obss. Flav. pag. 327. et alios interpretes vel suspicari potuisse, respexisse Paulum hac formula ad cancellos illos templi Hierosolymitani, quibus alienigenæ a populo Judaico secernebantur. Zonaras Lexic. col. 1350. et ex eo Phavor. *μεσότοιχον· τὸ διάφραγμα, ὡς ὁ ἀπόστολος, τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ὑμῶν τε καὶ Ἰουδαίων λέγει. ποῖον δὲ μεσότοιχον ἔλυσε τὴν ἔχθραν; ἡ σὰρξ τοῦ Χριστοῦ.*

ΜΕΣΟΥΡΑ'ΝΗΜΑ, *τος, τὸ, medium cœli,* a *μεσουρανέω sum in medio cœlo,* ex *μέσος medius* et *οὐρανὸς cœlum.* Ter tantum legitur in N. T. Apoc. VIII. 13. *πετωμένου ἐν μεσουρανήματι* volantis per medium cœlum. Syrus reddidit: *caudam sanguinis habentem,* quasi legeretur *ἐν μέσῳ οὐρὰν αἵματι.* Conf. Bochart. Hierozoic. P. II. Lib. II. cap. 1. pag. 169. Apoc.

XIV. 6. XIX. 17. Lege de voce μεσουράνημα Salmasium de Annis Climactericis p. 199. et Wetstenii N. T. T. II. p. 781. Verbum μεσουρανῆν *mediam cœli regionem occupare* reperitur apud Plutarch. T. VII. p. 147 et 467. ed. Reisk.

ΜΕΣΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *sum medius, in medio versor,* et de loco æque ac de tempore usurpatur; a μέσος *medius,* quod vide. Semel legitur in N. T. Joh. VII. 14. τῆς ἑορτῆς μεσούσης medio festo, seu inter medios festos dies. Conf. Pocock. ad Portam Mosis pag. 82. Exod. XII. 29. בַּחֲצִי הַלַּיְלָה Alex. μεσούσης τῆς νυκτός. ibid. XXIV. 22. μεσοῦντος τοῦ ἐνιαυτοῦ. Jerem. XV. 9. μεσούσης τῆς ἡμέρας. Legitur etiam apud Thucyd. V. c. 57. τοῦ δὲ ἐπιγιγνομένου θέρους μεσοῦντος, et Herodot. III. 104. μεσοῦσα ἡ ἡμέρη.

ΜΕΣΣΙ'ΑΣ, ου, ὁ, *Messias.* Cognomen Domini nostri Jesu Christi, originis Hebraicæ, significans *unctum,* seu *regem,* מָשִׁיחַ, a מָשַׁח *unxit.* Bis tantum in N. T. occurrit, Joh. I. 42. IV. 25.

ΜΕΣΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, *plenus, refertus,* et metaphorice: (uti ἔμπλεος apud Moschum Idyll. IV. 6. ἔμπλεος φόνοιο, et Lat. *plenus* apud Livium L. VI. 18.) *satis instructus et præditus aliqua re.* Hesych. μεστή· γέμουσα. Idem: μεστόν· πλῆρες. Matth. XXIII. 28. ἔσωθεν δὲ μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως καὶ ἀνομίας intus simulationis atque improbitatis pleni estis. Joh. XIX. 29. σκεῦος ὄξους μεστόν. ibid. XXI. 11. Rom. I. 29. μεστοὺς φθόνου, ubi cum voce πεπληρωμένος permutatur. ibid. XV. 14. μεστοὶ ἀγαθωσύνης. Jacob. III. 8, 17. 2 Petr. II. 14. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro מָלֵא *plenus,* Ezech. XXXVII. 1. Nahum. I. 10. Iidem Prov. VI. 34. habent μεστὸς γὰρ ζήλου θυμὸς ἀνδρὸς αὐτῆς. Conf. Reiskii Indicem Græcitatis Demostheneæ p. 504. et Wetstenii N. T. T. II. p. 27.

ΜΕΣΤΟ'Ω, ῶ, futur. ώσω, *impleo, repleo, expleo, refercio.* Μεστόομαι, οῦμαι, *plenus sum, impleor,* a μεστὸς *plenus.* Semel tantum in N. T. legitur Act. II. 13. ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσὶ vino dulci pleni, seu inebriati sunt.

ΜΕΤΑ'. Præpositio, quæ extra compositionem jungitur

I. Genitivo et denotat

1) *cum, una cum,* ita, ut significet *comitatum, conjunctionem cum aliqua re et persona, præsentiam, auxilium, modum,* interdum etiam *similitudinem et convenientiam cum aliqua re.* De *comitatu* usurpatur Matth. XII. 3. καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ et comites ejus. ibid. XXVI. 51. Luc. XXII. 59. καὶ οὗτος μετ' αὐτοῦ ἦν etiam hic cum illo erat. Matth. XVI. 27. μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ stipatus choro angelorum suorum. De *præsentia efficaci,* vel *auxilio* dicitur Matth. XXVIII. 20. ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας et ego semper vobis auxilio meo adero. Luc. I. 66. καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ Deus enim illi aderat singulari favore. Joh. III. 2. ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ nisi a Deo ipso adjuvetur. Act. XVIII. 9, 10. 1 Paral. XVII. 2. De *re et circumstantia* adhibetur Matth. XIV. 7. μεθ' ὅρκου jurejurando interposito. Luc. XVII. 20. μετὰ παρατηρήσεως ita, ut oculis observari possit. ibid. XXII. 52. μετὰ μαχαιρῶν. Joh. XVIII. 3. μετὰ φανῶν. ibid. XIX. 40. μετὰ ἀρωμάτων. *Similitudinem et convenientiam* designat Hebr. XI. 9. μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ æque ac Isaacus et Jacobus. De *societate et conjunctione cum aliqua persona* reperitur Matth. XII. 30. ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστιν qui non stat a meis partibus, is mihi adversatur. Haud raro etiam in N. T. cum infinitis nominibus ita copulatur, ut formam et affectum significet et Latine per adverbia commode reddi possit, v. c. Matth. XIII. 20. μετὰ χαρᾶς *libenter, animo promto et læto.* Marc. VI. 25. μετὰ σπουδῆς *studiose, diligenter.* Polyb. I. c. 30. IV. c. 66. Act. V. 26. μετὰ βίας *violenter.* ib. XVII. 11. μετὰ πάσης προθυμίας *lubentissime.* ibid. XXIV. 3. μετὰ πάσης εὐχαριστίας *gratissimo animo.* Ephes. VI. 7. μετ' εὐνοίας *benevole, libenter.* 2 Cor. VII. 15. μετὰ φόβου καὶ τρόμου *timide et trepide,* i. q. Hebr. XII. 28. μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας *reverenter, caute et circumspecte.* Tit. II. 15. μετὰ πάσης ἐπιταγῆς *severissime, pro imperio.* Simili modo apud Alciphron. III. Ep. 38. legitur μετὰ περιχαρίας *læte.* 1b) *a, ab.* Act. II. 28. μετὰ προσώπου σου a facie tua. Sic legitur עִם־אֵל Job. XXVII. 13. 2) *apud, prope, juxta.* Matth. IX. 15. ἐφ' ὅσον (χρόνον) μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος dum apud eos est sponsus. ib. XVII. 17. XXI. 2. καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς et juxta eam pullum. Luc. XXII. 28. διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ. ibid. XXIV. 29. Joh. XXII. 7. Act. IX. 19. erat vero Saulus dies aliquot μετὰ τῶν ἐν Δαμασκῷ μαθητῶν apud discipulos Damascenos. Conf. Alex. Genes. XXXIX. 10. Dan. X. 13. 3) ut עִם Psalm. XCIV. 16. 2 Par. XIII. 3. *contra, adversus.* Matth. XII. 41 et 42. ἐγερθήσεται μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης assurget contra hanc nationem. 1 Cor. VI. 7. κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. Apoc. II. 16. πολεμήσω μετ' αὐτῶν. ib. XI. 7. XVII. 14. XIX. 19. etc. Xenophont. de Rep. Laced. XI. 7. LXX Num. V. 13. καὶ μάρτυς μὴ ἦν μετ' αὐτῆς, ubi in Alex. Ald. et Compl. legitur κατ' αὐτῆς. 4) *coram.* Act. II. 28. μετὰ τοῦ προσώπου σου coram facie tua, seu coram te, apud te. Conf. El. Palairet. Obss. Philol. p. 309. Sic עִם 1 Sam. II. 21. Ps. LXXVIII. 37. 5) *erga.* Luc. I. 58. ἐμεγάλυνεν ὁ Κύριος ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς insigni eam Deus ornavit beneficio. ibid. v. 72. X. 37. ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ qui tam benignum et misericordem se erga illum præstitit. 1 Cor. XVI. 24. Sic עִם Jos. II. 12. Ps. CXIX. 65. 6) *inter,* i. q. μεταξύ. Luc. XXIV. 5. τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; cur quæritis inter mortuos vivum? Joh. VI. 43. μὴ γογγύζετε μετ' ἀλλήλων ne disputetis inter vos. ibid. XVI. 19. μετ' ἀλλήλων invicem. Act. VII. 38. μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ, καὶ τῶν πατέρων ὑμῶν medius inter angelum, qui ad eum in monte Sinaitico loqueretur, et majores nostros. Exempla hujus significationis e Græcis scriptoribus collegit Palairet. in Obss. Phil. p. 213. Sic עִם Ies. XXXVIII. 11. et Ps. LXIX. 29. 7) *per,* ut *instrumentum* designet, i. q. διά. Act. XIV. 27. ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν quæ per ipsos effecisset Deus. Matth. XXVII. 66. μετὰ τῆς κουστωδίας muniverunt sepulcrum per custodes. Act. XV. 4. 1 Tim. IV. 14. μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν per manuum impositionem. Apoc. XIV. 4. Tob. II. 14. μετὰ σου, *per* te. Non insolens esse Græcis, (v. c. Xenophonti Mem. III. 5. 8. Cyrop. IV. 6. 2.) μετὰ loco διὰ ponere et in eorum scriptis μετὰ τινὸς *aliquid fieri* dici, quod *per aliquem* efficitur, docuit Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 130. 8) *super,* i. q. ἐπί. Marc. XIV. 62. μετὰ τῶν νεφελῶν. Syrus bene: ܥܠ ܥܢܢܐ *super nubes.* Apoc. I. 7. ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν descendet nubibus insidens et vectus, coll. Matth. XXIV. 30. ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, et Dan. VII. 13.

9) interdum deficit, v. c. 1 Cor. III. 4. ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, pro μετὰ Παύλου, ego sto a partibus Pauli, coll. Matth. XII. 30. Diog. Laërt. VI. c. 3. καὶ εὐθέως Διογένους ἦν et statim cum Diogene erat. Sed potest etiam in priore loco commode suppleri τοῦ μέρους. Confer supra sub μέρος.

II. Accusativum, et tunc denotat

1) *post*, de *loco*, hinter, *behind*. Hebr. IX. 3. μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα σκηνὴ κ. τ. λ. post secundum velamen erat pars tabernaculi, quæ sanctum sanctorum vocatur. Sic etiam reperitur apud Æschin. Socr. Dial. III. 19. 2) *post*, de *tempore*. Matth. XVII. 1. μεθ' ἡμέρας ἓξ post sex dies. ibid. XXV. 19. μετὰ δὲ χρόνον πολὺν post longum temporis spatium. ibid. XXVI. 2, 73. μετὰ μικρὸν, scil. χρόνου μέρος, paulo post. ibid. XXVII. 53, 62. etc. Æschin. Socr. Dial. III. 4. 10. Hesych. μετά· ἔπειτα, μετὰ τοῦτο. 3) præpositum infinitivo infinitivum in tempus finitum resolvit et redditur *postquam*. Matth. XXVI. 32. μετὰ τὸ ἐγερθῆναί με postquam resurrexero. Marc. I. 14. XIV. 28. XVI. 19. Luc. XII. 5. Act. I. 3. 1 Cor. XI. 25. Hebr. X. 15, 26. Ælian. V. H. XII. 1. 4) ut Hebraicum מִן (Deut. XIV. 28. Jer. XXXIV. 14.) usurpatur ita, ut significet ipsum tempus, quo quid dicitur accidisse, non consequens, sed interjectum tempus, tempus non finitum, sed adhuc durans, et Latine reddi debet per *intra*. Matth. XXIV. 29. μετὰ δὲ τὴν θλίψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων. ibid. XXVII. 63. μετὰ τρεῖς ἡμέρας intra trium dierum spatium. Marc. VIII. 31. XIII. 24. Luc. II. 46. Act. XIX. 21. Sic quoque Jos. III. 2. מִקְצֵה שְׁלֹשֶׁת יָמִים est *tertio die*, et apud Alex. μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Deut. XIV. 28. XXXI. 10. Conf. Fischerum de Verss. Græc. V. T. p. 98. Krebs. Obss. Flav. p. 87 seq. et ad Decreta Romanorum, etc. p. 75. In *compositione* μετὰ significat *trans*, *post*, *ad*, *cum*, *una cum*. Cf. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 620 seq. ed. Zeunii.

ΜΕΤΑΒΑΙ'ΝΩ, fut. ήσομαι, præt. μεταβέβηκα, aor. 2. μετέβην, part. μεταβὰς, imp. μετάβηθι, *transeo de loco ad alium, muto locum, statum et conditionem, migro, abeo, discedo*, ex μετὰ *trans* et βαίνω *vado*, *eo*. Matth. VIII. 34. ὅπως μεταβῇ ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν ut de regione sua discederet, coll. Marc. V. 17. ἀπελθεῖν ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν. ibid. XI. 1. μετέβη ἐκεῖθεν illinc discessit. ib. XII. 9. XV. 29. XVII. 20. μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ καὶ μεταβήσεται dimoveas te illuc et dimovebitur. Luc. X. 7. μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν ne ex aliis ædibus in alias demigretis. Joh. V. 24. μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν e conditione misera in spem et possessionem summæ felicitatis, seu, in statum felicissimum translatus est. Joh. VII. 3. μετάβηθι ἐντεῦθεν migra hinc e Judæa. ibid. XIII. 1. ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα ut e rebus humanis ad cœlestia gaudia transferretur. Act. XVIII. 7. 1 Joh. III. 14. Sæpius non legitur in N. T. Respondet hæc vox Hebraico עָבַר quam Alexandrini jam 1 Reg. XIX. 19. per ἀπέρχεσθαι reddiderunt. 2 Macc. VI. 1. μεταβαίνειν ἐκ τῶν πατρῴων νόμων a patriis legibus recedere. ibid. v. 9. μεταβαίνειν εἰς τὰ Ἑλληνικά. ibid. v. 29. Hesych. μεταβαίνει· στρέφει, παρέρχεται, ἀναχωρεῖ.

ΜΕΤΑΒΑ'ΛΛΩ, fut. αλῶ, *muto, transmuto, inverto, obverto*. Μεταβάλλομαι, voce media, *me muto*, ex μετὰ et βάλλω *jacio*. Semel tantum legitur in N. T. Act. XXVIII. 6. μεταβαλλόμενοι (scilicet τὴν γνώμην) ἔλεγον, θεὸν αὐτὸν εἶναι mutata sententia sua dixerunt, deum eum esse. Syrus reddidit eodem fere sensu: ܘܫܚܠܦܘ ܡܠܝܗܘܢ *mutarunt verba sua*. Polyæn. VIII. 60. αἰδεσθέντες τὴν γνώμην μετεβάλλοντο. Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 17. et IV. 3. 7. Activum μεταβάλλειν, ita, ut omissum sit ἑαυτὸν, sæpe *transire, mutari* apud scriptores Græcos notat, v. c. apud Æschin. Socr. Dial. III. 3. 4. 17. Hesych. μεταβαλών· μεταβὰς, στραφείς. Homer. Iliad. θ', 94. Job. X. 8, 16. Suid. μεταβαλὼν· στραφείς. Μεταβάλλεσθαι pro *convertere se, terga dare* reperitur apud Xenoph. Anab. VI. 5. 9. et de agmine, quod se aliorsum convertit, apud eundem Cyrop. VII. 5. 3. Plura de hac voce habet Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. p. 180. 574. 620. edit. Zeunii et Wetstenius N. T. T. II. p. 651. Gloss. Vet. apud Labbæum: μεταβάλλω, *transfero, transmitto, muto*.

ΜΕΤΑ'ΓΩ, fut. άξω, *circumago, dimoveo, transfero, traduco*, ex μετὰ et ἄγω *duco*. Bis legitur in N. T. nempe de equis, qui freno in eorum ora injecto circumaguntur et reguntur, Jacob. III. 3. et de navibus, quæ a gubernatore per parvum gubernaculum reguntur et diriguntur, ibid. v. 4. ubi est i. q. κυβερνᾷν. Hesych. μετάγειν· μεταδιώκειν, μετακινεῖται.

ΜΕΤΑΔΙ'ΔΩΜΙ, fut. δώσω, *impertior, communico, distribuo*. Speciatim vero de *erogatione eleemosynarum* dicitur, ex μετὰ et δίδωμι *do*. Legitur in N. T. Luc. III. 11. μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι impertiat non habenti; ubi vid. Wetstenius. Rom. I. 11. ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν ut impertiar vobis dona spiritualia. ibid. XII. 8. ὁ μεταδιδοὺς non tam est, *qui eleemosynas erogat*, quam, *qui munere diaconi eleemosynarii in ecclesia christiana fungitur*. Etiam in synagogis Judaicis distributores eleemosynarum erant, qui פַּרְנָסִים vocabantur. Conf. Lightfootus in Hor. Hebr. ad Matth. IV. 23. Ephes. IV. 28. ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι ut habeat, unde impertiri possit egentibus. Marc. Antonin. Lib. I. § 3 et 14. 1 Thess. II. 8. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Alex. Job. XXXI. 17. καὶ οὐχὶ ὀρφανῷ μετέδωκα; Prov. XI. 26. εὐλογία εἰς κεφαλὴν τοῦ μεταδιδόντος. Apud Ælian. V. H. II. 21. Xenoph. Mem. II. 7. 1. universe notat: *in communionem alicujus rei vocare quem, participem reddere*. Confer Wetstenium N. T. T. II. p. 235.

ΜΕΤΑ'ΘΕΣΙΣ, εως, ἡ, *omnis mutatio, qua res vel loco suo movetur, vel aboletur et abrogatur, vel alia ejus loco substituitur, transpositio, translatio* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 122.), *abrogatio, immutatio status et conditionis, destructio*. Est verbale a secunda pers. perf. pass. μετατέθεισαι verbi μετατίθημι *transpono, transfero*. Hebr. VII. 12. ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται necessario etiam omnis œconomia Mosaica abrogata est, coll. Rom. X. 4. Hebr. XII. 27. τὴν μετάθεσιν τῶν σαλευομένων abolitionem legis Mosaicæ, quæ lata erat sub terræ motu et concussione. Speciatim vero in N. T. et κατ' ἐξοχὴν μετάθεσις *subitam et placidam piorum mortem, translationem ad beatiores sedes* significat. Hebr. XI. 5. πρὸ γὰρ τῆς μεταθέσεως αὐτοῦ μεμαρτύρηται εὐηρεστηκέναι τῷ Θεῷ quod ad vitam ejus ante mortem placidam attinet, commendatur ejus pietas, Deo probata. Sæpius non legitur in N. T. Reperitur præterea hæc vox 2 Macc. XI. 24. ἡ μετάθεσις ἐπὶ τὰ Ἑλληνικά, coll. VI.

1 et 9. apud Thucyd. V. 29. ubi *μετάθεσις* est facultas conditionum immutandarum. Demosthen. p. 727. 10. ed. Reisk. *μετάθεσις τῶν ῥημάτων.* Conf. etiam Phavorinum s. h. v.

ΜΕΤΑΙ'ΡΩ, fut. *αρῶ*, aor. 1. *ῆρα*, 1) transitive: *transfero e loco in locum, transporto, transloco*, ex *μετὰ* et *αἴρω tollo.* Sic aliquoties legitur in versione Alex. v. c. 2 Reg. XXIV. 31. Jer. XXXIX. 9. *καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λαοῦ μετῆρεν Ναβουζαρδὰν*, ubi Hebraico הִגְלָה *captivum abduxit*, respondet. Ps. LXXIX. 9. ubi ponitur pro הִסִּיעַ *transtulit, proficisci fecit*, et Prov. XXII. 8. *μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια*, ubi est in Hebraico הַסֵּג *amovit.* Demosthen. p. 395. fin. ed. Reisk. *τὸ ψήφισμα ἐπεχείρησαν κινεῖν καὶ μεταίρειν.* 2) intransitive: *transeo, abeo, migro, discedo*, ita, ut omissum sit vel *τὸν δρόμον*, vel *τοὺς πόδας.* Sic bis tantum legitur in N. T. Matth. XIII. 53. *μετῆρεν ἐκεῖθεν* illinc discessit. ib. XIX. 1. *μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας* contulit se e Galilæa in Judææ regionem. Genes. XII. 8. וַיַּעְתֵּק מִשָּׁם. Aquila *καὶ μετῆρεν ἐκεῖθεν.* Phavor. *μεταίρω· ἀμεταβάτως τίθεται, τὸ μετοικῶ καὶ ἀποδημῶ. αἰτιατικῇ συντάσσεται· μεταίρω τὴν οὐσίαν, ἀντὶ τοῦ μετατίθεμαι. μετατίθεμαι καὶ μετακομίζω καὶ μεταίρω ἐπὶ μεταθέσεως.*

ΜΕΤΑΚΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. *έσω*, *ex uno loco ad alium voco*, et medium *μετακαλέομαι, οῦμαι, advoco, mihi advocandum curo aliquem, arcesso, accieo*, ex *μετὰ* et *καλέω voco.* Confer Dresigium de Verbis Mediis sect. II. § 12. et Wetstenii N. T. T. II. p. 495. Act. VII. 14. *ἀποστείλας δὲ ὁ Ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰακὼβ* misso autem nuncio arcessivit Joseph Jacobum patrem suum. ibid. X. 32. *μετακάλεσαι Σίμωνα* arcesse Simonem. ibid. XX. 17. *πέμψας εἰς Ἔφεσον μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας* missis Ephesum nunciis arcessivit presbyteros ecclesiæ. ibid. XXIV. 25. Sæpius non legitur in N. T. 3 Esr. I. 52. *διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ μετακαλέσαι αὐτούς.* Xenoph. Ages. II. 29. Achilles Tatius Lib. IV. p. 243. *καὶ δεῖται τὸν τοῦ στρατοπέδου ἰατρὸν μετακαλέσασθαι.* Phavor. *μετακαλοῦμαι· ταὐτὸν τῷ μεταπέμπομαι, ἀντὶ τοῦ διά τινος εἰς ἐμαυτόν τινα ἄγω, αἰτιατικῇ συντάσσεται.* Activum bis legitur in vers. Alex. pro קָרָא *advocavit*, Hos. XI. 1, 2.

ΜΕΤΑΚΙΝΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω*, 1) proprie de *dimotione locali: dimoveo, transmoveo, loco moveo, fugo*, ex *μετὰ* et *κινέω moveo.* Alex. Deut. XIX. 14. *οὐ μετακινήσεις ὅρια τοῦ πλησίον σου*, ubi in Hebraico est הַסִּיג *amovit.* ibid. XXXII. 30. *μετακινήσουσι μυριάδας*, pro הֵנִיס *in fugam convertit.* 2) metaphorice: *muto, labefacio*, de *dimotione animi.* Sic semel legitur in N. T. Coloss. I. 23. *καὶ μὴ μετακινούμενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος*, et ne dimoveamini a spe. Apud Theodot. 1 Sam. XX. 30. *μετακινούμενοι* de iis adhibetur, *qui facile huc et illuc vel vi vel persuasionibus duci trahique se patiuntur, ac aura sunt leviores.* Demosthen. p. 688. lin. 26. edit. Reisk. *τὴν πάτριον πολιτείαν μετεκίνησεν ἐφ' ἑαυτοῦ.* Xenoph. de Rep. Laced. XV. 1. *πολιτείας μετακεκινημένας.* Thucyd. V. 21. *ὁμολογία μετακινητή.*

ΜΕΤΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. *λήψομαι*, aor. 2. *μετέλαβον, manu capio, percipio, accipio, nanciscor, particeps sum, utor, fruor*, ex *μετὰ* et *λαμβάνω capio.* Act. II. 46. *μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει* capiebant cibum hilari animo. (Joseph. de Bell. Jud. II. c. 8. § 8. ed. Haverc.) ib. XXIV. 25. *καιρὸν δὲ μεταλαβὼν μετακαλέσομαί σε* opportunitatem nactus te accersam. Polyb. II. 16. ad fin. *μεταλαβόντες δὲ καιρὸν ἁρμόττοντα.* Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 624. Act. XXVII. 32. *μεταλαβεῖν τροφῆς.* 2 Tim. II. 6. *δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν* (scil. *τῆς γῆς*) *μεταλαβεῖν.* Hebr. VI. 7. *μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ Θεοῦ.* Vide supra sub *εὐλογία.* ib. XII. 10. *εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ* ut sancti fiamus et tales, quales Deus postulat. Sæpius non legitur in N. T. Sapient. XVIII. 9. *καὶ ἀγαθῶν καὶ κινδύνων μεταλήψεσθαι τοὺς ἁγίους.* Xenoph. Cyrop. VII. 5. 18. Ælian. V. H. IX. 5. *μεταλαμβάνειν τῶν κινδύνων.* Hesych. *μεταλαβεῖν· μεταλαχεῖν, μετασχεῖν.* Confer etiam Phavorini Gloss.

ΜΕΤΑ'ΛΗΨΙΣ, *εως, ἡ, participatio, perceptio, usus, fruitio*, a *μεταλαμβάνω particeps sum.* In N. T. tantum legitur 1 Tim. IV. 3. *ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας* quæ tamen alimenta Deus ideo creavit, ut homines iis fruerentur cum gratiarum actione. Plutarch. T. IX. p. 285. ed. Reisk. Polyb. XXXI. 21. 3.

ΜΕΤΑΛΛΑ'ΤΤΩ, vel ΜΕΤΑΛΛΑ'ΣΣΩ, fut. *άξω*, idem quod simplex *ἀλλάττω, muto, permuto, commuto, transmuto*, ex *μετὰ* et *ἀλλάσσω*, quod idem notat. Bis tantum legitur in N. T. Rom. I. 25. *οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει* qui verum Deum idolorum vanitate permutarunt. ibid. v. 26. *μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν* mutarunt naturalem usum in præternaturalem. Hesych. *μετήλλαξαν· μετήμειψαν.* Esther. II. 20. *καὶ Ἐσθὴρ οὐ μετήλλαξε τὴν ἀγωγὴν αὐτῆς.*

ΜΕΤΑΜΕ'ΛΟΜΑΙ et ΜΕΤΑΜΕΛΕ'ΟΜΑΙ, fut. *μεταμελήσομαι*, aor. 1. *μετεμελήθην, pœnitet me, pœnitentiam ago, pœnitentia ducor, resipisco*, unde derivatur *μεταμέλεια pœnitentia.* Componitur ex *μετὰ post* et *μέλομαι curo*, a *μέλει curæ est*, ut adeo proprie significet: *post rem aliquam, perperam patratam, anxius et sollicitus sum*, et pœnitentia nihil aliud est, quam cura et ægritudo post rem factam. Plutarch. T. VI. p. 680. ed. Reisk. *ἐφ' οἷς ἐγὼ πεπραγμένοις μεταμέλομαι.* Legitur in N. T. apud Matth. XXI. 29. *ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς* tandem vero resipiscens. ibid. v. 32. *ὑμεῖς δὲ ἰδόντες οὐ μετεμελήθητε ὕστερον* vos tamen ad hoc exemplum non resipuistis. ib. XXVII. 3. *μεταμεληθεὶς* pœnitebat eum facti. 2 Cor. VII. 8. *οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην* non pœnitet me, etiamsi pœnituerit. Ἀνθρωποπαθῶς Deo tribuitur *pœnitentia*, et significatur *rerum, in ejus potestate constitutarum, immutatio*, ut verbis utar Augustini de Civit. Dei XVII. 7. Sic v. c. legitur in N. T. Hebr. VII. 21. *ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται* jurejurando interposito promisit Deus, nec eum hujus juratæ promissionis unquam pœnitebit. Quibus verbis designatur immutabilitas et fides promissionum divinarum. Conf. Glassii Philol. Sacr. p. 944. ed. Dathii. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro נִחַם et נָחַם *doluit, pœnituit*, Exod. XIII. 17. 1 Sam. XV. 33. Jerem. XX. 16. Adde Prov. V. 11. et XXV. 8. Impersonale *μεταμέλει* legitur apud Xenoph. Mem. I. 1. 4. Ælian. V. H. II. 11. Suid. *μεταμέλει· μετανοεῖ, μετάμελος γίνεται.* Hesych. *μεταμέλειαν· μετάνοιαν.*

ΜΕΤΑΜΟΡΦΟ'Ω, ῶ, fut. *ώσω*, 1) *formam alicujus rei et speciem muto et aliam reddo, transformo.* Μεταμορφόομαι, οῦμαι, *novam formam sumo, personam plane aliam induo, transfiguror, transformor*, ex *μετὰ trans* et *μορφόω formo*, a *μορφὴ forma.* Sic legitur in N. T. de Christo Matth. XVII. 2. *καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθε*

αὐτῶν et transformavit se illis spectantibus. Marc. IX. 2. In utroque loco non est de mutatione substantiæ corporis Christi sermo, sed de mera mutatione formæ ejus externæ. Ælian. V. H. I. c. 1. Polypodes sub scopulis latentes sedent καὶ ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐκείνων μεταμορφοῦσι χροιὰν et eorum colorem induunt. Symmach. Psalm. XXXIV. 1. ὅτι μετεμόρφωσε τὸν τρόπον αὐτοῦ, ubi Alexandrini voce ἀλλοιοῦν usi sunt. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 434. et T. II. p. 185. Gloss. Vet.: μεταμορφῶ, *deformo, transformo, transfiguro.* 2) metaphorice: *muto, immuto,* v. c. de emendatione animi, de immutatione status ac conditionis. Sic legitur in N. T. Rom. XII. 2. ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν sed immutate pristinam vivendi rationem et emendatos per religionem christianam sensus sumite. 2 Cor. III. 18. μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν mutamur ab alia præstantia in aliam, h. e. indies magis magisque reddimur præstantiores, crescit scilicet nostra scientia, augetur virtutis studium, etc. Sæpius non legitur in N. T. Æliani V. H. XIV. 8. Philo de Vita Mosis T. II. p. 89. 40. μεταμορφούμενος εἰς προφήτην. Eodem modo *transfigurari* sumitur apud Latinos, v. c. Senecam Ep. 6. sentio, non emendari me tantum, sed transfigurari. Quinctilian. VI. 1. movendi judicum animos atque in eum, quem volumus, habitum formandi ac veluti transfigurandi. — Phavor. μεταμόρφωσίς ἐστι μόρφωσις, μεταχαρακτηρισμὸς καὶ μετατύπωσις σώματος εἰς ἕτερον χαρακτῆρα. καὶ μεταμορφοῦται.

ΜΕΤΑΝΟΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *post factum sapio, post cogito et intelligo, resipisco, pœnitet me,* et de iis usurpatur, qui, postquam admissum fuit factum, tum demum cogitant et reputant, quale illud sit, suam de eo sententiam mutant et de errore admisso dolent, i. q. μεταμέλομαι, ex μετὰ *post* et νοέω *intelligo.* Confer Joseph. A. J. VI. 6. 4. VII. 13. 8. ἐπεὶ τοῖς τετολμημένοις μετανοεῖ. Paulo ante erat μεταμελόμενος. Prov. XX. 25. Luc. XVII. 3. ἐὰν μετανοήσῃ si a te monitum pœnituerit ipsum facti. ibid. v. 4. μετανοῶ pœnitet me injuriæ illatæ. Oppositum est προνοεῖν *prius rem considerare, providere.* 2) *muto sententiam et opinionem.* Xenoph. Cyrop. I. 1. 3. ἐκ τούτου δὴ ἠναγκαζόμεθα μετανοεῖν. Diod. Sic. XV. 47. μετενόησεν ὁ δῆμος sententiam populus mutavit. Alexandrini Prov. XXIV. 32. ὕστερον ἐγὼ μετενόησα pro Hebraicis אָנֹכִי אָשִׁית לִבִּי. 3) Speciatim vero in N. T. hoc verbum partim de iis usurpatur, *qui a superstitioso idolorum cultu ad verum unius Dei cultum redeunt,* partim vero de iis adhibetur, *qui a vitiositate redeunt ad virtutem, maxime christianam.* Matth. III. 2. μετανοεῖτε immutate mentem vestram, novos et emendatos sensus sumite, ubi vid. Wetstenius. ibid. IV. 17. XI. 20. ὅτι οὐ μετενόησαν quod se non emendari passi erant per religionem christianam. ibid. v. 21. πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν jam olim ad virtutem rediissent pulvere et sacco tristitiam luctumque præ se ferentes. ibid. XII. 41. μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ, pro ἐπὶ τῷ κηρύγματι, resipuissent, simulac Jonam prædicantem audivissent. Marc. I. 15. μετανοεῖτε καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. ibid. VI. 12. ἵνα μετανοήσωσι ut se emendari paterentur per religionem christianam. Luc. X. 13. XI. 32. XIII. 3, 5. XV. 7. et 10. ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. ibid. XVI. 30. μετανοήσουσι vitiositati valedicturi essent. Act. II. 38. III. 19. VIII. 22. μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης ergo descisce ab ista malitia tua, coll. Jerem. VIII. 6. Act. XVII. 30. μετανοεῖν a superstitioso idolorum cultu redire ad verum unius Dei cultum. ibid. XXVI. 20. μετανοεῖν amplecti religionem christianam. 2 Cor. XII. 21. Apoc. II. 5, 16, 21, 22. μετανοήσωσιν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν. ibid. III. 3, 19. IX. 20, 21. XVI. 9, 11. Sæpius non legitur in N. T. Adde Sap. V. 3. Sirac. XVII. 18. XLVIII. 16.

ΜΕΤΑ'ΝΟΙΑ, ας, ἡ, 1) *pœnitentia, resipiscentia, dolor ex facto, antea perpetrato,* i. q. μεταμέλεια, quæ voces indifferenter apud auctores præstantissimos ponuntur, ut vel ex Hesychii et Suidæ Glossariis apparet; ex μετανοέω, quod vide. 2) *quæcunque mentis, consiliorum, sententiarum ac factorum immutatio, aut retractatio.* Sic Hebr. XII. 17. ubi Esavus dicitur repulsam tulisse nec, quamvis cum lacrymis petierit, invenisse μετανοίας τόπον, h. e. efficere potuisse, ut Isaacus sententiam ac factum mutaret. 2 Cor. VII. 9, 10. Hebr. VI. 1. μετάνοια ἀπὸ νεκρῶν ἔργων. Eodem sensu usi sunt hac voce Alexandrini Prov. XIV. 15. πανοῦργος δὲ ἔρχεται εἰς μετάνοιαν. Polyb. IV. 66. Φίλιππος πυθόμενος τὴν τῶν Δαρδανίων μετάνοιαν cum intellexisset, Dardanios consilium mutasse. Synecdochice et κατ' ἐξοχὴν μετάνοια 3) significat *rationem salutis petendæ ac sperandæ a Deo præscriptam,* et de *iis* usurpatur, *qui vel a vitiis ad virtutem redeunt, vel relicta religione Judaica, aut superstitione gentili doctrinamque christianam amplexi novam ac meliorem mentis ac vitæ rationem, doctrinæ J. C. convenientem, sectantur,* ut recte monuit S. V. Tittmann. in Prol. II. de Vocabulis Œconomiæ Salutis p. 4 seq. Matth. III. 8. ποιήσατε καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας edite fructus mente emendata dignos, h. e. factis declarate, vos vere rediisse ad sanam mentem et virtutis studium. ibid. v. 11. εἰς μετανοίαν eo consilio, ut vitam emendetis. IX. 13. Marc. I. 4. βάπτισμα μετανοίας baptismus, quo suscepto homines se obstringunt meliori vitæ. ibid. II. 17. Luc. III. 3, 8. V. 32. XV. 7. XXIV. 47. jubet Christus apostolos, ut doceant τὴν μετάνοιαν, h. e. ut recte exposuit Tittmannus l. l. p. 6. ut totum consilium Dei de parta per Christum salute et modum, quo homines unice eam consequi possunt, explicarent gentilibus æque ac Judæis eosque adducerent eo, ut, rationem illam ingressi, remissionem peccatorum consequerentur. Idem valet quoque de loco Act. V. 31. ibid. XI. 18. ἄρα γε καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωὴν Deus decrevit, ut etiam gentiles per Christum ad felicitatem pervenirent. Act. XIII. 24. XIX. 4. XX. 21. διαμαρτυρόμενος Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι τὴν εἰς Θεὸν μετάνοιαν summa cum fide Judæis pariter ac gentilibus tradens totam œconomiam salutis, a Deo constitutam, quæ v. 27. πᾶσα ἡ βουλὴ τοῦ Θεοῦ dicitur. ibid. XXVI. 20. Rom. II. 4. 2 Tim. II. 25. Hebr. VI. 6. 2 Petr. III. 9. Sæpius non legitur in N. T. In Symmachi reliquiis Ies. XXX. 15. ἐν μετανοίᾳ usurpatur pro Hebraico בְּשׁוּבָה, coll. Job. XXXVI. 15. Adde Sap. XI. 24. XII. 10, 19. Sirac. XLIV. 16. in quo posteriori loco μετάνοια *pietatem, integritatem vitæ* notat. Plura de hac voce bene monita reperiuntur in Morini libro de Sacramento Pœnitentiæ, I. 2. et Dœderleinii Institutione Theol. Christ. § 320. Phavor. μετάνοια· γνησία ἀπὸ πταισμάτων ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἀγαθὸν ἐπιστροφή. Idem: μετάνοιαν καὶ μεταμέλειαν λέγομεν καὶ μετάγνωσιν. Idem: μετάνοιά ἐστι συναίσθησις ψυχῆς, ἐφ' οἷς ἔπραξεν ἀτόποις,

ἡ πρὸς τὸ κρεῖσσον ἐπιστροφή. Vide Joh. Floderi D. de Differ. vocum *μετανοίας καὶ μεταμελείας*. Upsal. 1774. 4.

ΜΕΤΑΞΥ'. Adverbium temporis et loci, quod cum genitivo construitur. Significat 1) *inter, intra*, de *loco*. Matth. XXIII. 35. *μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου* inter ædem et aram. Luc. XI. 51. XVI. 26. Act. XII. 6. *μεταξὺ δύο στρατιωτῶν*. Ælian. V. H. III. 36. Hesiod. Ἔργ. v. 394. 2) *inter, interea, interim*, de *tempore*. Hinc ὁ *μεταξὺ* (scil. ὢν) *medius, intermedius*. Joh. IV. 31. *ἐν δὲ τῷ μεταξὺ* (ὄντι χρόνῳ) *ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ* interea discipuli eum rogarunt. Huc etiam in Parergis Sacris ad N. T. p. 41. refertur locus Act. XIII. 42. ita, ut *μεταξὺ* a verbo suo *παρεκάλουν* in alium locum transpositum sit hoc sensu: egredientibus Judæis ex synagoga rogarunt interim gentiles apostolos, ut, etc. sed similis trajectionis exemplum equidem reperire non potui. Apud Græcos scriptores *μεταξὺ* interdum absolute pro *interea* ponitur, v. c. apud Herodot. I. 76. Thucyd. I. 118. Theophr. Char. XII. *καὶ μεταξὺ, οἱ μὲν προσίασιν, οἱ δὲ ἀπίασι*. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 539. 3) *post, postea*, i. q. *μετέπειτα*, seu *καθεξῆς*. Herodot. IV. 155. Act. XIII. 42. *εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον* in sabbatum proxime sequens, seu, quod post insecuturum erat, i. q. v. 44. *εἰς τὸ ἐρχόμενον σάββατον*. Conf. Varias Lectiones ad h. l. notatas a Wetstenio, Griesbachio, et Lud. de Dieu Crit. Sac. p. 586. Negarunt quidem haud pauci viri docti, adverbium *μεταξὺ* unquam significare *post*, sed exempla idonea dedit post Kypkium (Obss. Sacr. T. II. p. 67.) Krebsius partim ad Decreta Rom. p. 223. partim in Obss. Flav. p, 220. Lysias contra Eratosth. p. 207. ed. Taylor. ὁ *μεταξὺ βίος* vitæ ratio, quæ insecuta est. Josephus B. J. VI. c. 5. § 2. *τῶν μεταξὺ τούτων* (scil. *Δαβίδου καὶ Σολομῶνος*) *βασιλέων*. Vide tamen infra sub voce Μεταξυσάββατον notata. 4) per translationem: *inter*, de omni mutua conjunctione, aut in diversitate status, v. c. Matth. XVIII. 15. *ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου* argue illum et quidem privatim. Act. XV. 9. *καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν* nec ullum inter nos et ipsos discrimen habuit. 5) *μεταξὺ ἀλλήλων invicem* Rom. II. 15. ubi Syrus ܠܚܕܕ̈ܐ *mutuo*. Vulgatus: inter se invicem. Vide ad h. l. S. V. Ammonium. Sæpius non legitur in N. T. — Hesych. *μεταξύ· ἐξαίφνης, μετ' ὀλίγον, ἀνὰ μέσον*. Thom. M. *μεταξύ· ἀντὶ τοῦ διὰ μέσου, καὶ μεταξύ· ἀντὶ τοῦ ἐν ἴσῳ κ. τ. λ.*

ΜΕΤΑΞΥΣΑ'ΒΒΑΤΟΝ, ου, τὸ, *dies sabbata intercedentes*, ex *μεταξὺ* et *σάββατον*. Sic enim fortasse Act. XIII. 42. pro impresso *μεταξὺ σάββατον*, quod non satis Græcum esse jam Casaubonus judicavit, reponendum erit. Habent autem Græci similia vocabula, v. c. *μεταξυλογία*, *interlocutio, parenthesis*, apud Theonem progymn. cap. 4. et Suidam, *μεταξυλογέω* (vide Suiceri Thesaurum Eccles. s. h. v.) et, quod maxime huc pertinet, *μεταξυτριγλύφιον*, *intercolumnium*, seu *spatium epistylii inter triglyphum et proximam partem*. Nec ab hac sententia prorsus alienus fuit Scaliger Lib. VI. de emend. temp. p. 559.

ΜΕΤΑΠΕ'ΜΠΩ, fut. ψω, *mitto post aliquem*, h. e. *mitto, qui aliquem arcessat, arcesso, advoco alteri aliquem*. Medium *μεταπέμπομαι*, (fut. *μεταπέμψομαι*, aor. 1. *μετεπεμψάμην*, aor. 1. pass. *μετεπέμφθην*, part. *μεταπεμφθείς*.) *mihi advocandum*, seu *ad me deducendum curo aliquem, arcesso*, ex *μετὰ post* et *πέμπω mitto*. Act. X. 5. *μετάπεμψαι Σίμωνα* arcesse Simonem, coll. v. 32. *μετακάλεσαι Σίμωνα*. ibid. v. 22 et 29. XI. 13. XXIV. 24, 26. *πυκνότερον αὐτὸν μεταπεμπόμενος*. ibid. XXV. 3. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro הִנְחָה *adducere jussit*, Num. XXIII. 7. Adde 2 Macc. XV. 31. Xenoph. Mem. III. 9. 11. Ælian. V. H. IX. 8 et 25. XII. 17. Aristoph. Eccles. v. 525. Hesych. *μεταπέμπεται· μετακαλεῖται, μεταστέλλεται*. Cf. interpretes ad Thom. M. p. 610. Wets. N. T. T. II. p. 517. et Irm. ad Herodian. I. c. 13. sect. 8. p. 547.

ΜΕΤΑΣΤΡΕ'ΦΩ, fut. έψω, 1) proprie: *converto, retorqueo, inverto*, ex *μετὰ* et *στρέφω verto*. Respondet Hebraico הָפַךְ in versione Alex. v. c. Hos. VII. 8. *ἐγκρυφίας οὐ μεταστρεφόμενος*. 2) ut Latinum *converto, muto, commuto, immuto*. Act. II. 20. *ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα* sol obscurabitur et luna convertetur in sanguinem. Joël. II. 31. *ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος*. Psal. LXV. 5. LXXVII. 49. CIV. 28. Jacob. IV. 9. *ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μεταστραφήτω* risus vester in luctum convertatur. 1 Macc. IX. 41. *μετεστράφη ὁ γάμος εἰς πένθος*. Amos VIII. 10. 3) *perverto, corrumpo*. Galat. I. 7. *θέλοντες μεταστρέψαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ* et doctrinam christianam pervertere student. Aristoteles Rhet. I. 15. *καὶ τὸ τοῦ Ξενοφάνους μεταστρέψαντα φατέον οὕτως*. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΕΤΑΣΧΗΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, 1) proprie: *transformo, transfiguro, in aliam formam, aut figuram converto, alia forma induo*. Μετασχηματίζομαι *alium habitum, aut formam induo, aliam figuram assumo*, ex *μετὰ* et *σχηματίζω sumo formam et habitum aliquem*, quod est a *σχῆμα habitus et forma*. Sic legitur apud Josephum A. J. VII. 10. 5. *μετασχηματίσας γὰρ αὑτὸν Δαυΐδης καὶ ποιήσας ἐπιτήδειον εἰς τὴν τοῦ πλήθους θέαν πρὸς ταῖς πύλαις ἐκάθισεν*, h. e. Davides, mutata veste quum se composuisset ad conspectum multitudinis, portis assedit. De eadem re hac voce usus est Symmachus 1 Sam. XXVIII. 8. pro Hebraico יִתְחַפֵּשׂ *mutavit habitum suum*. Phavor. et Lex. Cyrilli MS. Brem. *μετασχηματίσει· μεταλλάξει, μεταμορφώσει*. Adde Pollucis Onom. V. 170. 2) *immuto rei non solum formam et habitum, sed etiam naturam et indolem*. Sic legitur in N. T. Philip. III. 21. de Deo, *ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως* qui plane naturam corporis nostri vilis et tenuis immutabit, h. e. mutabit mortale hoc corpus nostrum in immortale. Bene Theodoretus ad h. l. *τὸ δὲ μετασχηματίσει οὐκ ἐπὶ τῆς μεταποιήσεως τοῦ σχήματος τέθεικεν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀπαλλαγῆς τῆς φθορᾶς*. Zonaras Lex. col. 1355. *μετασχηματίσει, μεταβαλεῖ. Ἀπόστολος· μετασχηματίσει τὸ σῶμα τ. τ. ἡ.* 3) Medium *μετασχηματίζομαι* metaphorice: *personam alicujus induo, simulo mores quosdam, sumo speciem*. 2 Cor. XI. 13. *μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ* sumunt speciem apostolorum Christi. ibid. v. 14. *αὐτὸς γὰρ ὁ Σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτὸς* ipse enim Satanas sæpe personam angeli Dei induit. 2 Cor. XI. 15. 4) per metaphoram: *accommodo, transfero*, et de *eo* usurpatur, *qui de se dicit, quæ de aliis dicenda erant*; unde *μετασχηματισμὸς* figura orationis dicitur, cum aliquid transfertur in alium, ad quem proprie non pertinet. Sic legitur in N. T. 1 Cor. IV. 6. *ταῦτα δὲ μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλὼ* dixi hæc de me et Apolline, quæ de aliis doctoribus intelligenda sunt, ubi vid. Wetstenius. Sæpius non legitur in N. T. Confer de hac

voce Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 85. p. 334. et Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr. p. 906.

ΜΕΤΑΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. θήσω, 1) proprie: *transpono, in alium locum transfero*, ex μετὰ et τίθημι *pono, colloco*. Act. VII. 16. καὶ μετετέθησαν (Cod. Cantabr. μετήχθησαι habet) εἰς Συχὲμ, sc. οἱ πατέρες ἡμῶν, et corpora eorum translata sunt Sichemum. Conf. Lightfootum ad h. l. et Hieronymi Epistolam 27. quæ inscribitur Epitaphium Paullæ. In versione Alex. respondet Hebraico הִגְלָה *abduxit, deportavit*, Jer. LII. 28, 29. הֵסִיג *amovit*, Deut. XXVII. 17. Hos. V. 10. et מוֹט *moveri loco*. Ps. XLVI. 3. Sed, quemadmodum ἀνατίθεσθαι, quod proprie de iis adhibetur, qui in ludis calculum reducunt, eumque, ut errorem admissum corrigant, alio loco ponunt, (cf. Ernesti ad Xenoph. Mem. II. 4. 4.) eleganter ad alia transfertur, quæ perperam facta retractamus et emendamus; (Xenoph. Mem. I. 2. 44. Vide Fischeri Anim. ad Welleri Grammat. Gr. p. 366.) ita etiam μετατίθημι de quavis mutatione et immutatione rei, status et conditionis (Ælian. V. H. XIV. 8. Xenoph. Mem. IV. 2. 18.) usurpatur, et speciatim in N. T. 2) metaphorice notat: *transferre aliquam rem a persona in personam, rem alicui adimere, ut alteri tradatur*. Hebr. VII. 12. μετατιθεμένης τῆς ἱερωσύνης translato sacerdotio in aliam tribum, coll. v. 13 et 14. Joseph. A. J. XII. 9. 7. μεταθεῖναι τὴν τιμὴν ἀπὸ ταύτης τῆς οἰκίας εἰς ἕτερον οἶκον. 3) *in aliam sententiam traduco, persuadeo, ut quis aliud institutum, alias partes sequatur*, et μετατίθεμαι *traduci me patior in aliam sententiam, animum, consilia et sententiam immuto*. Galat. I. 6. θαυμάζω ὅτι οὕτω ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ miror, vos tam derepente mentem vestram mutasse et recessisse a doctrina illa christiana, quam vobis tradidi. Joseph. A. J. V. 5. 2. IX. 13. 2. 1 Reg. XXI. 25. ὡς μετέθηκεν αὐτὸν Ἰεζάβελ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. Sirac. VI. 10. 2 Macc. VII. 24. Cf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 273. Wetst. N. T. T. II. p. 216. et Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 86. p. 334 seq. 4) *converto, adhibeo, abutor aliqua re*. Jud. v. 4. τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν qui gratia Dei nostri abutuntur ad lasciviam. 5) *aliquem in cœlum suscipio, transfero ad beatiores sedes, mori jubeo*. Μετατίθεμαι *morior, discedo ex hac vita, oculis humanis eripior*. Hebr. XI. 5. πίστει Ἐνὼχ μετετέθη τοῦ μὴ ἰδεῖν τὸν θάνατον, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, διότι μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεὸς ob pietatem suam Henochus oculis humanis ereptus est sine morte et disparuit, nam Deus eum justo ocyus in cœlum transtulerat. Sapient. IV. 10. καὶ ζῶν μεταξὺ ἁμαρτωλῶν μετετέθη et vivus ex turba peccatorum inter cœlestes translatus est, coll. v. 11. Sirac. XLIV. 16. μετετέθη, Vulgatus: *translatus est in paradisum*. Sæpius non legitur in N. T. Diog. Laërt. V. 78. ubi μ. τὸν βίον pro *mori* ponitur.—Phavor. μετατίθημι· τὸ μεθίστημι, οἷον τὴν αἰτίαν τοῦ φόνου ἐφ' ἕτερον ἄγω. μετατίθεμαι· τὸ μεταβάλλομαι καὶ μετανοῶ καὶ μεταμέλομαι τὴν πρώτην πεῖραν καὶ ἐπιχείρησιν, καὶ οἷον μεταβουλεύομαι.

ΜΕΤΕ'ΠΕΙΤΑ. Adverbium, *deinde, postea*, i. q. μετὰ ταῦτα, interprete Hesychio. Ex μετὰ et ἔπειτα *post*. Semel legitur in N. T. Hebr. XII. 17. ὅτι καὶ μετέπειτα θέλων κληρονομῆσαι τὴν εὐλογίαν, ἀπεδοκιμάσθη. Judith. IX. 7. Gloss. Vet. Μετ' ἔπειτα, *postmodum*.

ΜΕΤΕ'ΧΩ, fut. μεθέξω, aor. 2. μετέσχον, perf. μετέσχηκα, *particeps sum*, vel *fio, participo, fruor, utor, habeo, possideo aliquid*, seu *fruendi jus habeo*, ex μετὰ (quod in compositis haud raro *communicationem, participationem, societatem* indicat, uti μεταδιδόναι, μεταλαμβάνειν, μεταποιεῖσθαι, etc.) et ἔχω *habeo*. Construitur in N. T. cum genitivo, omissa præpositione ἐκ. Polyb. Exc. Leg. 25. p. 1141. Diod. Sic. IV. 74. Apud exteros scriptores constructum legitur quoque cum dativo et accusativo. Confer Fischeri Anim. ad Welleri Gramm. Gr. p. 322. et Brunck. ad Theogn. 905. 1 Cor. IX. 10. ὁ ἀλοῶν ὀφείλει τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν qui ministerio boum triturationem perficit, mercedem accipere debet. ibid. v. 12. εἰ ἄλλοι τῆς ἐξουσίας ὑμῶν μετέχουσιν si alii a vobis sustentantur et aluntur. ibid. X. 17. ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν omnes uno eodemque pane in sacra cœna fruimur. ibid. v. 21, 30. εἰ ἐγὼ χάριτι μετέχω, scil. τῆς τροφῆς, si ego grato et pio animo cibum capio. Hebr. II. 14. καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν et ipse eodem modo instructus fuit corpore humano. Permutatur h. l. cum κοινωνέω. ibid. V. 13. πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος omnis enim, qui adhuc lac sugit, seu, qui adhuc in primis elementis doctrinæ christianæ versatur. ibid. VII. 13. φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν erat ex alia tribu oriundus. Sæpius non legitur in N. T. Adde Alex. Prov. I. 18. Sapient. XVI. 3. 2 Macc. IV. 14. V. 10, 27. Lex. Cyrilli MS. Brem. μετέσχεν· ἐκοινώνησεν, μετέλαβεν. Idem tradit Phavor.

ΜΕΤΕΩΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω. Vox ἅπαξ λεγομένη in N. T. nec parum controversa, quæ ab auctore Etym. M. derivatur ab ἀείρω, h. e. κουφίζω *attollo*, ab aliis vero composita existimatur ex μετὰ et substantivo ἐώρα, quod valet *elevatio, sublimitas*, κρέμασις, ὕψωσις, μέταρσις, ut hoc nomen interpretatus est Schol. Sophocl. ad Œdip. Tyrann. v. 1272 seq. Jam cum præpositio μετὰ in hac voce vel plane nihil significet, (ut in μεθερμηνεύω) vel augeat vim nominis ἐώρα, (quemadmodum in μεταστρέπω, μεταμαίομαι aliisque id genus compositis) verbum μετεωρίζω proprie sonabit 1) *elevare, humo tollere, attollere*, plane, ut μετέωρος proprie *sublimem, elevatum* notat. Sic apud Thucyd. IV. c. 90. ἐμετεώριζον τὸ ἔρυμα munitionem excitare et ad justam altitudinem erigere conabantur. Ælian. Hist. Anim. XI. c. 22. de delphino, qui, ὕπνου δεόμενος, μετεωρίσας τὸ σῶμα καὶ ἀναπλεύσας ἐπ' ἄκρον τὸ ὕδωρ, dormit. De *avibus, quæ alarum beneficio se in sublime tollunt et per aërem feruntur*, legitur apud Ælian. Hist. Anim. III. 20. VII. 30. XI. 33. Adde Alex. Abd. v. 4. Ezech. X. 16, 17, 19. Reperitur quoque μετεωρίζεσθαι de *navibus*, partim *in alto navigantibus*, (vide Thucyd. I. 48. ibique Schol. Longi Pastor. II. p. 71. Philostrat. Apoll. VI. 12. Heroic. cap. 8. et Pollucis Onom. I. 103. p. 72.) partim *ventis procellosis in mari turbido gravissime jactatis*, apud Lucian. Hist. Ver. Lib. I. p. 645. Arrian. Exped. Alex. VI. 19. p. 257. Ipsi marini fluctus μετεωρισμοὶ dicuntur Alexandrinis Ps. XLII. 7. XCIII. 4. Jon. II. 3. Alia loca dedit Dresigius partim in Diatribe de Vera Notione Verbi μετεωρίζεσθαι, (Lips. 1734. 4.) partim in libro de Verbis Mediis N. T. I. 87. p. 336 seq. quibus addi possunt, quæ Pricæus in annotatt. ad Luc. XII. 29. Lœsnerus in Obss. Philonn. p. 116. et Munthe in Obss. Philol. e Diodoro Siculo p. 157. de hac voce notarunt. Metaphorice vero et ad animum translatum μετεωρίζεσθαι 2) non solum de *iis* usurpatur, *qui sunt elato ac superbo animo*, 2 Macc. V.

17. VII. 34. (vid. Suidas T. II. p. 542. ed. Küsteri. Pollux Onom. IX. 145. p. 1129.) aut *nimium et anxie res curant, quæ sunt extra se positæ*, (τὰ μετέωρα) (conf. Raphelii Obss. Polyb. ad Luc. XII. 29. et Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 233.) sed etiam de *iis, qui sunt fluctuanti, jactato, inquieto, sollicito animo, et inter spem metumque dubii et suspensi hærent*, petita metaphora de navibus, quæ ventis et fluctibus in alto jactantur. Vide Schol. Sophocl. ad Œdip. T. 924. et Bergler. ad Alciphr. Ep. p. 251. Posteriorem significationem exigit consilium Christi in loco Lucæ XII. 29. ubi verba μὴ μετεωρίζεσθε hunc sensum mihi cum Krebsio (Obss. Flav. p. 123.) habere videntur: nolite animo, ob curam futuri victus anxio divinæque providentiæ diffiso, fluctuare. Eadem metaphora Oppian. Halieut. IV. 200. μετήορον ἦτορ ἔχειν suspensum animum habere, dixit. Satis probavit hanc notionem J. A. Fabricius ad Sextum Empiricum adv. Mathem. c. 5. p. 221. Adde Spicilegium meum Lexici Bieliani T. II. p. 127. et Wetstenii N. T. T. I. p. 737 seq. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 123. μετέωρος, ὁ μὴ σταθερὸς τὸν νοῦν, *jactans, vacuus.* Lege: *jactans animum, vagus.*

ΜΕΤΟΙΚΕΣΙ'Α, ας, ἡ, *migratio e sedibus domesticis in sedes alienas, commoratio in regionibus peregrinis, amissa libertate, exilium, transportatio, transmigratio*, interdum etiam *sedis et habitationis mutatio, quæ fit sponte*, a μετοικέω *sedem permuto, mutata patria in alium locum migro* (Isocr. Panegyr. 30.), *apud exteros, aut in exilio dego.* De transportatione, quæ vi facta est, quater tantum in N. T. legitur de Judæis, qui, patriis sedibus deturbati, in Babylonia vicinisque provinciis per multos annos incolebant. Matth. I. 11. ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ante tempora exilii Babylonici. ibid. v. 12. μετὰ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος post exilium Babylonicum. ibid. v. 17. bis. Jensius in Ferculo Litterario p. 4. observavit, vocem μετοικεσίας in nullo quidem scriptorum Græcorum reperiri, (legitur tamen, monente Schneidero, in Anal. I. p. 241.) sed Matthæo et Alexandrinis interpretibus (apud quos pro גּוֹלָה *exilium, migratio, deportatio*, 1 Paral. V. 22. Ezech. XII. 11. ubi cum αἰχμαλωσία conjungitur, et pro גָּלוּת quod idem notat Abd. v. 20. reperitur. Adde Thren. I. 8.) propriam, nihilominus tamen rei designandæ idoneam esse, cum μέτοικος apud Græcos *is* dicatur, *qui extorris et patria carens*, seu *pulsus*, in peregrino solo, certe ad tempus, habitat. Conf. Menagium ad Diog. Laërt. p. 171. Wetstenii N. T. T. I. p. 230. et Munthe Obss. Philol. e Diodoro Sic. p. 1 seq. Hesych. μέτοικοι· οἱ ἐνοικοῦντες ξένοι ἐν τῇ πόλει. Idem: μετοικέσιον, τὸ ἐκ τόπου εἰς τόπον οἰκῆσαι. Vide Wesseling. ad Diod. Sic. I. p. 437.

ΜΕΤΟΙΚΙ'ΖΩ, fut. ίσω, et Attice ιῶ, *facio, ut quis migret et sedem suam mutet, incolas in aliam terram habitandi caussa transfero*, etiam *relego, in exilium ago.* Μετοικίζομαι *sedes migro, transmigro, habito extra patriam, in exilio dego*, ex μετὰ et οἰκίζω *coloniam in aliquem locum mitto, habitare facio.* Bis tantum legitur in N. T. Act. VII. 4. μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην inde migrare eum jussit in hanc terram. ibid. v. 43. καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος et ultra Babylonem vos relegabo. Alexandrini hac voce usi sunt pro הִגְלָה *migrare*, vel *abduci jussit, deportavit.* 1 Chron. V. 26. VIII. 6. Hos. X. 5. Ælian. V. H. I. 11. μύες μετοικίζονται. Herodian. I. 15. 17. μετοικισθῆναι ἐβούλετο εἰς τὸ μονομάχων καταγώγιον. Thucyd. I. 12. ἡ Ἑλλὰς μετανίστατο καὶ μετῳκίζετο.

ΜΕΤΟΧΗ', ῆς, ἡ, *communio, consortium, societas, communicatio, participatio*, a μέτοχος, quod vide. Semel tantum legitur in N. T. 2 Cor. VI. 14. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀδικίᾳ; quænam est conjunctio probitati cum impietate, seu, veræ religioni christianæ cum religione gentilium. Permutatur h. l. μετοχὴ cum vocibus κοινωνία, συμφώνησις. Hesych. μετοχή· κοινωνία, σχέσις.

ΜΕ'ΤΟΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *socius, consors, particeps*, a μετέχω *particeps sum, habeo cum alio partem.* Construitur cum genitivo. Luc. V. 7. κατένευσαν τοῖς μετόχοις innuerunt sociis, qui scilicet una cum ipsis piscatum egressi et de piscibus captis participaturi erant. Hebr. I. 9. παρὰ τοὺς μετόχους σου ut superes omnes socios tuos, seu reliquos reges, coll. Ps. XLV. 8. Hebr. III. 1. κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι. ib. v. 14. μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ hac enim tantum lege participes Christi, h. e. veri ejus sectatores sumus, pertinemus ad familiam Christi, coll. v. 6. ib. VI. 4. μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου participes factos bonorum et commodorum, quæ religioni christianæ debentur. ibid. XII. 8. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet τῷ חָבוּר *conjunctus*, Hos. IV. 17. et חָבֵר *socius, sodalis, consors.* Ps. CXIX. 63. Cohel. IV. 10. Demosthen. p. 1411. 4. ed. Reisk. τοὺς μὲν γὰρ ἡ τύχη σοι μετόχους (scil. τῶν σῶν ἀγαθῶν) κατέστησε. Phavorin. μέτοχος· κοινός. Lex. Cyrilli MS. Brem. μέτοχοι· κοινωνοί.

ΜΕΤΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *metior, mensuro*, et non solum de mensura aridorum et liquidorum, sed etiam de omni dimensione longitudinis, latitudinis et altitudinis alicujus rei dicitur. Μετρέομαι *mensuror*, et *certa mensura aliquid utendum accipio*, a μέτρον, τὸ, *mensura*, quod vide. Phavor. μετρεῖν ἐπὶ μεδίμνου λέγεται. Id. μετρεῖσθαι ἔλεγον οἱ παλαιοὶ μέτρῳ λαμβάνειν πυρὸν ἤ τι τοιοῦτον ἐν δάνει, ἵνα ἀποδῷ. Ἡσίοδος· (Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. v. 349.) εὖ μὲν μετρεῖσθαι, εὖ δ' ἀποδοῦναι. Apoc. XI. 1. μέτρησον τὸν ναὸν Θεοῦ dimetire templum Dei. ib. v. 2. ib. XXI. 15, 16, 17. καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς. Alex. pro מָדַד *mensus est, mensuravit* adhibuerunt. Exod. XVI. 18. καὶ ἐμέτρησαν τὸ γομόρ. Num. XXXV. 5. Ruth. III. 15. 2) metaphorice: *præbeo me alicui, tracto, habeo aliquem*, in utramque partem. Matth. VII. 2. ἐν ᾧ μετρεῖτε, μετρηθήσεται (pro ἀντιμετρηθήσεται, coll. Luc. VI. 38.) ὑμῖν qua mensura mensi fueritis aliis, eadem vobis remetietur, h. e. ab altero exspectetis, alteri quod feceritis, seu, par pari vobis referetur. Formula proverbialis, quæ in versione Chaldaica Genes. XXXVIII. 25, 26. ita expressa est: במכילא דאינש מכיל בה מתכיל ליה בין מכילא טבא בין מכילא בישא *qua mensura homo metitur, mensuratur ei, sive sit mensura bona, sive mala.* Conf. Vorstium de Adagiis N. T. cap. 8. p. 800. et Andr. Schotti Adagialia Sacra N. T. p. 16. Marc. IV. 24. Luc. VI. 38. 3) *æstimo, dijudico.* 2 Cor. X. 12. μετρεῖν ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς *metiri se suo modulo ac pede* (Horat. I. Ep. 7. v. 98.) h. e. intra suam conditionem et fortunam se continere, non plus sibi arrogare, quam fas est, nec temere suscipere aliud præstandum, quod præstare non possis. Cf. Lamb. Bos. Obss. ad N. T. ad h. l. Wetstenii N. T. T. II. p. 204. et

Reitz. ad Lucian. pro imaginibus c. 21. T. II. p. 502. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΕΤΡΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *mensor, qui aliquid emetitur,* a μετρέω *metior, demetior, mensuro.* 2) *genus mensuræ liquidorum, quod amphora vulgo dicitur.* Duplex autem fuit *amphora. Romana,* quæ etiam *quadrantal* dicitur, et octo ac quadraginta sextarios Romanos cepit. *Attica,* quæ ejusdem quantitatis erat cum Cado, seu בַּת *Batho* Hebræorum (qui tantundem in liquidis continebat, quam Epha in aridis, nempe 432 ova) et duo et septuaginta sextarios, seu congios duodecim Atticos continuit. Μετρητὴς autem fuit amphora Attica, quæ teste Polluce Onom. X. 70. μετρητὴς et ab Hebræis בַּת vocabatur, cui voci nostra respondet in versione Alex. 2 Paral. IV. 5. Adde 3 Esdr. VIII. 22. Conf. Lud. de Dieu Critica Sacra p. 493. Wetstenii N. T. T. I. p. 846. Eisenschmid. de Ponderibus et Mensuris Sect. II. c. 4. Semel legitur in N. T. Joh. II. 6. χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο καὶ τρεῖς quarum singulæ caperent duos, vel tres sextarios. Præterea reperitur apud Polybium II. 15. Ælian. Hist. Anim. VIII. c. 9. Demosthen. p. 1045. 6. edit. Reisk. Conf. Pollucis Onom. IV. 167. Thom. M. ἀμφορεὺς λέγε, μὴ στάμνος, μηδὲ μετρητὴς, εἰ καί τινες.

ΜΕΤΡΙΟΠΑΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie et generatim: *affectus meos vehementiores moderor, domo et coërceo, moderate animo afficior, moderatione utor, moderate me gero,* a μετριοπαθὴς *moderate affectibus indulgens, moderationem in affectibus servans,* quod est compositum ex μέτριος *modicus* et πάθος *affectus.* Peircio hæc vox deberi videtur Platonicorum et Peripateticorum scholis, qui animi affectuum moderationem et continentiam commendabant. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 400. Speciatim vero in N. T. 2) *moderate injurias, errores et vitia aliorum fero, indulgeo aliis, ignosco,* nostrum: nachsichtsvoll seyn, *to be indulgent.* Sic semel tantum legitur in N. T. Hebr. V. 2. μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις qui possit ignoscere et leni animo ferre aliorum errores et peccata. Alii, sed contra omnem loquendi usum, reddunt: qui possit, quantum satis est, misereri vicem ignorantium et aberrantium, ut sit i. q. cap. IV. 15. δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις. Vide Carpzovium in Obss. Philonn. ad h. l. Joseph. A. J. XII. 3. 2. Μετριοπαθῶς *clementer. benigne* legitur apud Appianum bell. Hispan. p. 524. Hesych. μετριοπαθής· μικρὰ πάσχων ἢ συγγινώσκων ἐπιεικῶς. Photius Lex. μετριοπαθεῖν· ἐκ μέρους τὰ πάθη καταδέχεσθαι, συγγινώσκειν. Idem Suidas et Etym. M. Alb. Gloss. Gr. p. 173. μετριοπαθεῖν· συγγινώσκειν. Gloss. Vet. apud Labbæum: μετριοπαθῶ, *moderor.*

ΜΕ'ΤΡΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, et de rebus et de personis usurpatur. De rebus si adhibetur, significat: *mediocre, mensuram,* seu *modum non excedens, quantum satis est et sufficit,* a μέτρον *mensura, modus.* Gloss. Vet. μέτριος, *mediocris, modicus.* Thucyd. I. 6. μετρίᾳ ἐσθῆτι. Xenoph. de Mag. Equit. III. 7. IV. 1. De personis vero si usurpatur, notat *eum, qui modum omnibus in rebus tenet, moderatum, modestum.* Diog. Laërt. II. Sect. 34. Conf. Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr. p. 910. et Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 2. 5. p. 792 seq. Hinc τὰ μέτρια apud Græcos dicuntur, *quæcunque recta et honesta sunt et decent viros bonos.* Æschin. Socr. Dial. III. 2. Conf. Grævium et Heinsium ad Hesiod. Ἔργ. v. 306. ac Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v. Æque late patet adverbium

ΜΕΤΡΙ'ΩΣ, quod partim *moderate, modeste,* (Plato Menexen. c. 1. μετρίως εἰπεῖν modum in dicendo servare. ibid. c. 21. φέρειν τὰς ξυμφορὰς κούφως καὶ μετρίως, h. e. animo moderato. Xenoph. Anab. II. 3. 12.) partim *modice, parum, mediocriter,* significat, ut semel legitur in N. T. Act. XX. 12. παρεκλήθησαν οὐ μετρίως solatium acceperunt non mediocre. Demosthen. p. 70. 21. edit. Reisk. σωφρονοῦσί γε οὐ μετρίως. Vide et Wetstenii N. T. T. II. p. 592. Gloss. Vet. μετρίως, *mediocriter, modice.*

ΜΕ'ΤΡΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *mensura, vel fluidorum, vel solidorum, unde determinata rei quantitas cognosci potest,* et respondet Hebraico מִדָּה in versione Alex. Levit. XIX. 35. Job. XXVIII. 26. Ezech. XL. 3, 5 seq. Interdum etiam ibidem legitur pro אֵיפָה *Epha,* Levit. XIX. 36. Deut. XXV. 14, 15. בַּת *bathus,* 2 Paral. II. 10. סְאָה *satum,* 2 Reg. VII. 1, 16, 18. et קָו *amussis.* Ezech. XLVII. 3. Zach. I. 16. Apoc. XXI. 17. Huc referrem formulam ἐκ μέτρου διδόναι, quæ respondet Latinæ *admetiri alicui aliquid,* seu *annumerare,* h. e. *parce dare, non copiose et abundanter,* cui opponitur οὐκ ἐκ μέτρου διδόναι *copiose, largiter dare et concedere.* Joh. III. 34. οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα nam Deus eum largiter facultate docendi instruxit. Sic ἐξ ἑτοίμου *promte, facile.* Xenoph. Mem. II. 6. 16. ἐκ παντὸς, *omni modo.* Ælian. V. H. II. 4. 2) metaphorice: *omne, quod est demensum, certum, definitum et justum, modus et ratio, proportio.* Hesych. μέτρον· πέρας ἢ ἄλλο τι ὡρισμένον. Longinus prol. in Hephæst. Enchir. λέγεται δὲ μέτρον καὶ αὐτὸ τὸ μέτρον καὶ τὸ μετρούμενον, ὡς ὅταν εἴπωμεν τὶ μέδιμνον μέτρον, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ μετρηθὲν μέτρον. Rom. XII. 3. ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως unusquisque pro ratione bonorum, quæ sibi sunt a Deo concessa. 2 Cor. X. 13. κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου sed intra certos terminos, a Deo mihi præfinitos. Ephes. IV. 7. κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ pro diverso gradu et modo benignitatis Christi, seu pro libera Christi benignitate. ibid. v. 13. μέτρον τῆς ἡλικίας ætas justa, h. e. virilis, et perfecta, i. q. τελειότης. Apud Inc. Int. Job. XXXVI. 20. μέτρον *certum ac demensum tempus* notat, estque i. q. ὥρα apud LXX. Philostrat. de Vit. Sophist. I. p. 543. μέτρον τῆς ἡλικίας — γήρως ἀρχή. Hesiod. Opp. 132 et 436. ἥβης μέτρον ἵκοιτο. (ubi videndus Grævius in Lectt. Hesiod. c. IV.) Bion Idyll. II. 14. μέτρον ἀνέρος. Confer Wakefield. Silvam Criticam P. III. p. 97 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 249. Ephes. IV. 16. ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους pro modulo virium et facultatum, quas unumquodque membrum habet. 3) *ratio, qua aliquem,* seu *aliquid excipio et tracto, me gero et habeo.* Matth. VII. 2. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν quales vos alii experientur, tales et vobis erunt, seu par pari vobis referent alii. Confer Lightfootum ad h. l. qui satis ostendit, nihil vulgatius esse in scriptis Judæorum illo proverbio. Adde Vorstium de Adagiis N. T. c. 8. Similis dictio proverbialis, Judæis solemnis, est מִדָּה כְּנֶגֶד מִדָּה mensura pro mensura. Vide Haririi Consess. IV. p. 38. Marc. IV. 24. ἐν ᾧ γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν quali vos eritis erga doctrinam christianam animo, talis et erit vestra religionis scientia, quam Deus suppeditabit. Luc. VI. 38. 4) *remuneratio, com-*

pensatio. Sic legitur in N. T. Luc. VI. 38. *μέτρον καλὸν πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν* mensura bona, pressa, concussa ac superfluens dabitur vobis, h. e. largissime compensabitur vobis. Conf. Vorstium de Adagiis N. T. cap. 8. p. 803. 5) *πληροῦν τὸ μέτρον τινὸς præstare, quod alter non præstitit.* Matth. XXIII. 32. *καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν* et vos majores adeo vestros improbitate vincitis. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum: *μέτρον, mensura, linea, temperamentum, modus.*

ΜΕ'ΤΩΠΟΝ, *ου, τὸ, frons, pars capitis, supra oculos sita et ad tempora usque protensa,* ex *μετὰ* et *ὤψ, oculus, vultus,* quod ab *ὄπτομαι video.* Legitur in N. T. Apoc. VII. 3. IX. 4. XIII. 16. XIV. 1, 9. XVII. 5. XX. 4. XXII. 4. Alexandrini hac voce usi sunt pro Hebraico מֵצַח, quod idem notat. 1 Sam. XVII. 29. Ezech. IX. 4.

ΜΕ'ΧΡΙ, vel sequente vocali *μέχρις usque ad, donec.* Adverbium, quod plerumque construitur cum genitivo, qui vero a subintellecto ipsi cognato nomine regitur. Usurpatur de termino *intervalli localis,* vel *temporis interjecti,* (termino ad quem modo excluso, modo incluso) vel *modi,* ad quem quid pertinere, aut perdurare statuitur. Matth. XI. 23. *μέχρι τῆς σήμερον,* pro *μέχρι πρὸς χρόνον τῆς σήμερον οὔσης ἡμέρας* usque ad diem hodiernum. ibid. XIII. 30. *μέχρι τοῦ θερισμοῦ* usque ad tempus messis. ibid. XXVIII. 15. Marc. XIII. 30. *μέχρις οὗ* usque dum. Act. X. 30. XX. 7. Rom. V. 14. *ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως* inde ab Adamo usque ad Mosen. In h. l. *μέχρι* tempus interjectum ita notat, ut consequens non excludatur. ib. XV. 19. Ephes. IV. 13. *μέχρι καταντήσωμεν* donec perveniamus. Phil. II. 8 et 30. *μέχρι θανάτου* ad mortem usque, coll. 2 Macc. XIII. 14. 1 Tim. VI. 14. 2 Tim. II. 9. *μέχρι δεσμῶν* ita, ut etiam in vincula conjectus sim. Hebr. III. 6, 14. IX. 10. XII. 4. *μέχρις αἵματος* cum vitæ discrimine. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. *μέχρι· ἕως τινός.* Confer Zeunium ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 409 seq.

ΜΗ'. Adverbium, quod 1) negative sumitur, significans *non.* Matth. III. 10. *μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν* nullum fructum bonum edens. ibid. IX. 36. *μὴ ἔχοντα ποιμένα* pastore destitutæ. b. XII. 30. *ὁ μὴ συνάγων.* Hebr. XI. 3. *εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων,* pro *ἐκ μὴ φαινομένων,* ex non apparentibus, etc. 2) *ne,* et est *interdicentis, impedientis, dehortantis, dissuadentis, deprecantis et detestantis.* Sic si adhibetur, construitur cum imperativo, subjunctivo, futuro indicativi, modo optativo vel infinitivo. Prohibitive cum imperativo legitur in N. T. Matth. VI. 19. *μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν.* ibid. v. 25. *μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ* ne anxie solliciti sitis de vita sustentanda. ibid. VII. 1. *μὴ κρίνετε* ne sinistre et rigide de aliis judicetis. XIX. 14. *μὴ κωλύετε αὐτά.* Marc. XIII. 11. *μὴ προμεριμνᾶτε.* Cum subjunctivo legitur in N. T. Matth. VI. 7. *μὴ βαττολογήσητε* ne blaterate, et v. 31. *μὴ οὖν μεριμνήσητε* ne igitur anxie solliciti sitis. ibid. X. 5, 9, 19, 34. *μὴ νομίσητε* ne opinemini. Marc. X. 19. *μὴ μοιχεύσῃς· μὴ φονεύσῃς· μὴ κλέψῃς· μὴ ψευδομαρτυρήσῃς* ne mœcheris, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimonium perhibeas. Luc. VI. 29. *χιτῶνα μὴ κωλύσῃς.* Apoc. X. 4. ubi videndus Wetstenius. Cum optativo Luc. XX. 16. *μὴ γένοιτο,* sc. *οὕτω κακῶς,* ne eveniat sic male, h. e. ut Latine dicimus, *Deus avertat.* Conf. supra sub *γίνομαι.* Cum infinitivo 1 Cor. V. 9, 11. *μὴ συναναμίγνυσθαι.* Detestative et abominative sumitur Rom. IX. 14. *μὴ γένοιτο* absit! nullo modo! Galat. II. 17. Deprecative, quando deprecamur malum, ne nobis obveniat, Matth. VI. 13. *μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς τὸν πειρασμὸν* ne inducas nos in tentationem. Luc. XI. 4. Dissuadentis et dehortantis est Mat. XXIV. 17. *μὴ καταβαινέτω* ne descendat. ibid. v. 18. *μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω.* Marc. XV. 16. Luc. XVII. 31. 1 Cor. IV. 5. Galat. V. 13. 3) interrogative sumitur, *an? num?* ita, ut id, quod interrogatur, negetur, vel absolute, vel conditionate et restricte. Matth. VII. 9. *μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;* num ejus loco lapidem ei dabit? h. e. minime lapidem dabit ei. Luc. XVII. 9. *μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ;* num gratiam habebit illi servo? Rom. III. 3. 1 Cor. IX. 9. *μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ;* num boves tantum et inprimis Deo curæ sunt. 1 Cor. XI. 22. *μὴ γὰρ* num enim. Libanius D. XVI. p. 467. B. Act. VII. 42. ubi *μὴ* expostulative sumitur, æque ac Rom. IX. 20. Ælian. V. H. XII. 22. 4) sequente *μᾶλλον, ἀλλά, non tam.* Matth. X. 28. *καὶ μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα* — — — *φοβήθητε δὲ μᾶλλον* non tam eos timete, qui corpus vestrum interimere possunt, — — sed formidate potius eum. Luc. XIV. 12. *μὴ φώνει τοὺς φίλους σου* non tam invita amicos tuos, *ἀλλὰ κάλει πτωχούς.* v. 13. Joh. VI. 27. Eodem modo לֹא sequente כִּי usurpatur Genes. XLV. 8. Exod. XVI. 8. 1 Sam. VIII. 7. Cf. El. Palairet. Obss. Phil. p. 236. 5) *omittitur* interdum, v. c. Matth. XI. 3. (*μὴ*) *σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος;* num es ille, qui venturus est? ibid. XVIII. 21. ante *ἕως ἑπτάκις* insere *μή.* Confer Genes. XXVII. 24. 6) interdum *redundat,* maxime post verba negandi, contradicendi, etc. v. c. Luc. XX. 27. *οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι* qui resurrectionem esse negant. Luc. XXII. 34. *πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με* ter negabis me nosse. Ita quoque לֹא Hebræorum otiose quandoque ponitur, v. c. 1 Reg. XX. 21. 2 Paral. IX. 20. Eurip. Hippolyt. v. 1266. *τὸν τἄμ' ἀπαρνηθέντα μὴ χρᾶναι λέχη.* — Cæterum de vario hujus adverbii usu et structura vide Vigerum de Præcipuis Græcæ Dictionis Idiotismis p. 429—446. ed. Zeunii et interpretes ad Thom. Mag. p. 611 seq. ed. Bernard. — Ἐὰν μὴ adfuit in *ἐάν.* Ἵνα μὴ *ne, ut non,* vide in *ἵνα,* et *οὐ μὴ non* in *οὐ,* et *ὅρα μὴ* sub *ὁράω.*

ΜΗ'ΓΕ, *alioquin.* Adverbium, ex *μὴ* et *γε,* dictione enclitica. Matth. VI. 1. *εἰ δὲ μήγε* alioquin nullum præmium habebitis. ibid. IX. 17. Luc. V. 36, 37. X. 6. XIII. 9. XIV. 32. 2 Cor. XI. 16. Vide supra *εἰ δὲ μή* et *εἰ δὲ μήγε.*

ΜΗΔΑΜΩ͂Σ, *nequaquam, minime, nullatenus.* Adverbium, a *μηδαμὸς nullus,* quod est ex *μὴ non, δὲ* et *ἀμὸς aliquis.* Bis tantum legitur in N. T. Act. X. 14. et XI. 8. *μηδαμῶς Κύριε* neutiquam Domine, seu, absit hoc a me! Alexandrini usi sunt hac voce pro חָלִילָה *absit,* voce abominantis aliquid, tanquam profanum. Genes. XVIII. 25. 1 Sam. XX. 2. 2 Sam. II. 30. Hesych. *μηδαμῶς· μὴ δῆτα.*

ΜΗΔΕ'. Conjunctio disjunctiva, habens vim negandi, prohibendi et dissuadendi, *non, haud, neque, ne, ne quidem,* ex *μὴ* et *δὲ* dictione enclitica. Sequitur fere particulam *μή,* v. c. Matth. VI. 25. VII. 6. *μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων* ne rem sacram offerte canibus, neque margaritas vestras porcis objicite. — Interdum *μηδὲ* post *μὴ* bis

et ter repetitur, v. c. Matth. X. 9, 10. Luc. XIV. 12. 1 Cor. X. 7—10. — Post μηκέτι si μηδὲ ponitur, πλεονάζει, v. c. Marc. II. 2. — Semel tantum in N. T. Act. XXIII. 8. reperitur μὴ — μηδὲ — μήτε. — Μηδείς — μηδὲ Luc. III. 14. 1 Tim. V. 22. — Post μήπω semel μηδὲ reperitur Rom. IX. 11. — Ephes. V. 13. μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν *ne quidem* nominetur inter vos. Alexandrini usi sunt pro וְלֹא Exod. IV. 1, 8. Levit. XXV. 20. אַל *ne, non*, Psal. CXXI. 3. Prov. XXIV. 19. et pro וְאַל Deut. I. 21. II. 19. XX. 3. Jos. VIII. 10. De vario usu hujus conjunctionis vide Cel. Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 1. 5. p. 772 seq.

ΜΗΔΕΙ'Σ, ὁ, μηδεμία, ἡ, μηδὲν, τὸ, genitivus μηδενὸς, μηδεμιᾶς, μηδενὸς, 1) *nemo, nullus*, ex μὴ *non* et εἷς, μία, ἓν *unus*. Matth. VIII. 4. ὅρα, (ἵνα) μηδενὶ εἴπῃς cave, ne cui narres. ubi tamen μηδεὶς æque ac IX. 30. de *paucis* explicandum est. ibid. XIII. 8. μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε nemini aliquid debete. Act. XXIV. 25. καταλαβόμενος μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι cum comperissem, eum nihil morte dignum fecisse. ibid. XXV. 17. ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος nullam faciens dilationem. Ephes. V. 6. μηδεὶς ὑμᾶς ἀπατάτω a nemine vos seduci patiamini. 2 Thess. II. 3. κατὰ μηδένα τρόπον nullo modo. Haud raro vero μηδεὶς ita ponitur in N. T. ut unum aut alterum vocabulum et verbum supplendum sit, v. c. Matth. XXVII. 19. μηδέν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, scil. πρᾶγμα κοινὸν ᾖ. 2 Cor. VI. 3. μηδεμίαν ἐν μηδενὶ (scil. πράγματι, vel μέρει) διδόντες προσκοπὴν nullam in aliqua parte, sive in aliqua re dantes aliis offensionem. Accusativus casus neutrius generis per ellipsin præpositionis κατὰ adverbii loco adhibetur, v. c. Marc. V. 26. καὶ μηδὲν (pro κατὰ μηδὲν) ὠφεληθεῖσα. Luc. IV. 35. μηδὲν (κατὰ μηδὲν) βλάψαν αὐτὸν nihilque eum læsit. Act. X. 20. μηδὲν (κατὰ μηδὲν) διακρινόμενος nil hæsitans. Alexandrini usi sunt hac voce pro אֵין *nullus, nemo*. Exod. XXII. 10. Prov. V. 17. XXVIII. 1. אֵין כֹּל *non omnis*, Prov. XIII. 7. אִישׁ אַל et אַל אִישׁ *non vir*, Exod. XVI. 29. 1 Sam. XXI. 2. 1 Reg. XVIII. 40. et לֹא אִישׁ, seu אִישׁ לֹא idem, Exod. XXXIV. 3. Num. XVI. 40. Jerem. XL. 15. 2) *parum, exiguum, perparum*. Act. XXVII. 33. μηδὲν προσλαβόμενοι, scil. βρῶμα, nec cibo justo usi estis. Sic quoque כְּאַיִן Job. XXXV. 15. et כְּאַיִן Psalm. LXXIII. 2. 3) *qui est vilis, contemtus, nullius pretii ac momenti*, et opponitur τῷ τὶς, h. e. *ei, qui est in honore, dignitate et auctoritate constitutus*. Galat. VI. 3. μηδὲν ὢν cum tamen proclivis sis ad errores et vitia. Stobæus Serm. XLIII. p. 150. ἂν δ' εὐτυχῆτε, μηδὲν ὄντες, εὐθέως ἴσ' οὐρανῷ φρονεῖτε. Demosthen. p. 562. l. 23. ed. Reisk. βίαιον καὶ ὑβριστὴν ἄνθρωπον, καὶ μηδένα μηδαμόθεν.

ΜΗΔΕ'ΠΟΤΕ, *nunquam, haud unquam*. Adverbium ex μηδὲ *neque* et ποτὲ *aliquando, unquam*. Tantum legitur in N. T. 2 Tim. III. 7. καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα nunquam vero ad certam et idoneam cognitionem religionis christianæ pervenientes.

ΜΗΔΕ'ΠΩ, *necdum, nondum*. Adverbium, compositum ex μὴ, δὲ et πω dictione enclitica. Semel legitur in N. T. Hebr. XI. 7. περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων de iis, quæ nondum aderant.

ΜΗ'ΔΟΣ, ου, ὁ, *Medus, oriundus ex Media*. Nomen gentile a Μηδία *Media*. Media autem est provincia Asiæ, non a Medo, Medeæ filio, sed a מָדַי *Madai*, tertio Japheti filio, nomen sortita, cujus posteri post diluvium hanc regionem incoluerunt. Genes. X. 2. Fines ejus erant a septentrione mare Caspium, seu Hyrcanum, ab oriente Hyrcania et Parthia, a meridie Persis regio et ab occidente Assyria cum Armenia majore. Hodie *Schirwan* vulgo appellatur et Persarum regibus paret. Medi, qui olim admodum celebres ac potentes erant et amplissimum aliquamdiu in gentes vicinas exercuerunt imperium, semel tantum in N. T. commemorantur Act. II. 9. Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται. Cf. Cellarii Geogr. Lib. III. c. 18. p. 664. Vide etiam Thom. M. sub Πέρσας.

ΜΗΚΕ'ΤΙ. Adverbium 1) *non amplius, ne amplius, ne posthac*, ex μὴ *non* et κ et ἔτι *adhuc*. Mat. XXI. 19. μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα ne amplius ex te fructus nascitor. Marc. IX. 25. μηκέτι εἰσέλθῃς nec posthac redeas. ib. XI. 14. Joh. V. 14. μηκέτι ἁμάρτανε. ibid. VIII. 11. Act. IV. 17. XXV. 24. Rom. VI. 6. XIV. 13. XV. 23. 2 Cor. V. 15. Ephes. IV. 14, 17, 28. 1 Thess. III. 5. 1 Tim. V. 23. μηκέτι ὑδροπότει nec porro aquam tantum bibe. 1 Petr. IV. 2. 2) *ne quidem*. Marc. II. 2. ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν ut ne loca quidem ante januam omnes illos homines capere potuerint. 3) *non*, nam ἔτι elegantiæ causa additur negationi. Marc. I. 45. ὥστε μηκέτι δύνασθαι αὐτὸν φανερῶς εἰς πόλιν εἰσελθεῖν. Act. XIII. 23. μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν ita, ut non rediturus sit ad interitum. Ælian. V. H. XII. 52. ἐνοικῆσαι ἀσφαλῆ μηκέτι εἶναι. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt pro אַל *ne*, Exod. XXXVI. 6. Joh. XLI. 8. et pro לֹא *non*, Jos. XXII. 33. Adde 2 Chron. XVI. 5. et Sirac. XXI. 1.

ΜΗ'ΚΟΣ, εος, contracte ους, τὸ, 1) *longitudo*. Apoc. XXI. 16. καὶ τὸ μῆκος τῆς πόλεως ὅσον καὶ τὸ πλάτος — τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστι. Alexandrini pro אֹרֶךְ idem, Gen. VI. 15. Jud. III. 1. Zach. II. 2. et pro קוֹמָה *altitudo*, Jer. LII. 19. 2) metaphorice: *modus, magnitudo, ambitus alicujus rei*. Ephes. III. 18. τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος, καὶ βάθος καὶ ὕψος, scil. τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, ut cognoscere possitis, quanta sit Christi erga nos benignitas, seu omnem ambitum amoris Christi erga nos. Sæpius non reperitur in N. T. Simili ratione de modo et prolixitate orationis legitur apud Demosthenem p. 1390. 20. ed. Reisk. μὴ μῆκος ἄκαιρον ἐγγένηται τῷ λόγῳ.

ΜΗΚΥ'ΝΩ, fut. ῶ, *prolongo, produco in longitudinem, efficio, ut aliquid succrescat*. Μηκύνομαι, *prolongor, assurgo, in longitudinem succresco*, a μῆκος *longitudo*. Semel legitur in N. T. Marc. IV. 27. καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ, καὶ μηκύνηται, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτὸς et semen germinet et assurgat, ita, ut ipse non animadvertat. Ies. XLIV. 14. ὃ ἐφύτευσεν ὁ Κύριος καὶ ἐμήκυνεν, Hebraice יְגַדֵּל. Apud Græcos scriptores de prolixitate orationis haud raro usurpatur, v. c. Herodot. II. 35. Sophocl. Œdip. v. 1180. Æschin. Socr. Dial. III. 10. Hesych. μήκυνον αὔξανον, μάκρυνον. Conf. quoque interpretes ad Thom. M. p. 614.

ΜΗΛΩΤΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *pellis ovina, pellis, ovi detracta una cum lana*. Subintelligitur enim δορὰ, a μῆλον, ου, τὸ, quod teste Hesychio de *quadrupedibus quibusvis*, speciatim vero de *ovibus* et *capris* (Schol. Callim. in H. in Apollin. v.

50. καὶ γὰρ αἶγας μῆλα λέγουσι. Vide Spanhemium ad l. l.) dicitur. Jul. Pollux Onom. X. c. 45. p. 1366. ed. Hemsterhus. εἴπῃς δ' ἂν καὶ μηλωτὴν τὴν τοῦ προβάτου δορὰν, Φιλήμονος εἰπόντος ἐν Εὐρίπῳ· Στρῶμα, μηλωτήν τ' ἔχει. Etym. M. μηλωτή· προβάτειος δορά. Interdum generaliter *de quavis pelle lanata*, v. c. caprina, usurpatur, teste Hesychio, μηλωτή· διφθέρα. Gloss. Vet. μηλωτή, *pellis, pellis lanata*. 2) omisso substantivo ἐσθὴς, *vestis vilis, ex pellibus ovinis confecta*, alias ἔνδυμα τῶν προβάτων (Matth. VII. 15.) et apud Hebræos שֵׂעָר 2 Reg. I. 8. אַדֶּרֶת שֵׂעָר Zach. XIII. 4. etiam אַדֶּרֶת 2 Reg. II. 8, 13, 14. 1 Reg. XIX. 13, 19. dicta, qua non solum prophetæ veteres, sed etiam patria pulsi et tempore persecutionis in speluncis et sylvis latentes uti solebant. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 431. Sic semel in N. T. Hebr. XI. 37. ἐν μηλωταῖς induti vestibus, ex pellibus ovinis confectis. Hic enim est elegantissimus præpositionis ἐν usus, ut id significet, *quo quis indutus, aut instructus est*. Ita Josephus A. J. XVIII. c. 6. § 7. ὁ ἐν τῇ πορφυρίδι purpurea veste indutus. Virgil. Æn. V. 37.

ΜΗ'Ν. Particula subjunctiva, quæ ut plurimum adversativa est, si vero subjicitur τῷ ἤ et τῷ ναί, particulis affirmandi, ipsa quoque affirmandi vim habet, *tamen, quidem, certe*. Semel legitur in N. T. Hebr. VI. 14. ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε sane, profecto vos beabo. Aristoph. Plut. v. 608. Demosthen. adv. Timocrat. p. 712. ed. Reisk. Confer Devarium de Græcæ Linguæ Particulis p. 171 et 221. ed. Reusmanni. —Interdum μὴν omittitur, v. c. Joh. XII. 37. οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν, ubi οὐκ elliptice ponitur pro οὐ μὴν non tamen. Confer El. Palairet. Obss. Philol. p. 255.

ΜΗ'Ν, μηνὸς, ὁ, 1) *mensis*, a μήνη *luna* descendere putatur a Platone, quia secundum certum lunæ cursum mensis mensuratur, vel a מָנָה *numeravit*. Sic legitur in N. T. Luc. I. 24, 26, 36, 56. ὡσεὶ μῆνας τρεῖς. ibid. IV. 25. Act. VII. 20. XVIII. 11. XIX. 8. XX. 3. XXVIII. 11. Jacob. V. 17. Apoc. IX. 5, 10, 15. XI. 2. μῆνας τεσσαράκοντα δύο per tres annos cum dimidio. XIII. 5. XXII. 2. Alexandrini posuerunt pro חֹדֶשׁ *mensis*, Genes. VII. 11. VIII. 4, 5, 13, 14. et pro יֶרַח *luna*, *mensis*, Exod. II. 2. Deut. XXI. 13. 2) ut Hebraicum חֹדֶשׁ *novilunium, primus dies mensis, quo luna nova conspicitur, qui festus erat Judæis*, Num. XXVIII. 11. XXIX. 1. Levit. XXIII. 24, 25. Psalm. LXXXI. 4. Sic legitur in N. T. Galat. IV. 10. μῆνας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς. Sæpius non occurrit in N. T.

ΜΗΝΥ'Ω, fut. ύσω, *indico, significo, nuncio, patefacio, manifesto, notum facio*. Luc. XX. 37. καὶ Μωσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου etiam Moses indicavit in rubo. Joh. XI. 57. ἵνα, ἐάν τις γνῷ, ποῦ ἐστι, μηνύσῃ ut, si quis nosset, ubi esset, indicaret. Act. XXIII. 30. μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ubi fuisset mihi indicatum de insidiis, quas illi paraverant Judæi. 1 Cor. X. 28. δι' ἐκεῖνον τὸν μηνύσαντα. Sæpius non legitur in N. T. Adde 2 Macc. III. 7. VI. 11. XIV. 37. Symmach. Job. XII. 8. Thucyd. IV. 89. μηνυθέντος τοῦ ἐπιβουλεύματος. Hinc μηνυτὴς *delator, accusator*, apud Demosthen. p. 320. 19. ed. Reisk. Hesych. μηνύειν· κηρύσσειν. Vide etiam Phavorinum s. h. v. et Wetstenii N. T. T. I. p. 795. et T. II. p. 617.

ΜΗ' ΟΥ', vel ΜΗ' ΟΥ'Κ, *annon? nonne?* Rom. X. 18. μὴ οὐκ ἤκουσαν; nonne edocti sunt? ibid. v. 19. μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; 1 Cor. IX. 4, 5. Vide supra sub μή.

ΜΗ'ΠΟΤΕ. Particula, composita ex μὴ et ποτὲ *aliquando*, dictione enclitica, quæ construitur cum subjunctivo, vel futuro indicativi. Quum autem duplex sit τὸ μὴ, alterum negativum, interrogativum alterum, etiam μήποτε 1) significat: *ne, ne quando, ne forte*. Matth. IV. 6. μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου ne offendas ad lapidem pedem tuum. ibid. V. 25. VII. 6. XIII. 15, 29. XV. 32. XXVII. 64. Marc. XIV. 2. Luc. IV. 11. XII. 58. XIV. 8, 12, 29. XXI. 34. Hebr. III. 12. IV. 1. Huc etiam referri possunt loca Matth. XXV. 9. et Act. V. 36. quæ mihi tamen ambiguitate aliqua laborare videntur. In priore enim loco μήποτε commode per *fortasse* (Schol. Apoll. Rhod. IV. 14.) reddi possit, hoc sensu: sic fortasse neque nobis sufficeret, neque vobis, coll. Genes. XXIV. 5. Posteriorem locum ita verterem: nam tunc, seu *quoniam* contra Deum ipsum pugnaretis. Certe in versione Alex. μήποτε non solum Hebraico פֶּן *ne forte, ne, ut ne* respondet, v. c. Exod. I. 10. V. 3. Jos. VI. 18. Ruth. IV. 6. sed etiam τῷ אוּלַי *fortasse*, Genes. XXV. 39. XXVII. 12. Job. I. 5. et כִּי *quia, quoniam*, Prov. XXIII. 9. Homer. Odyss. χ', v. 287. Epictet. Enchir. c. 26. 2) *num, num fortasse, num forte*, i. q. εἴποτε. Luc. III. 15. μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς num fortasse ipse esset Messias. Joh. VII. 26. 2 Tim. II. 25. μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν an fortasse beneficio divino ad sanam mentem redeant. Ita legitur quoque פֶּן 2 Reg. II. 16. X. 23. Jer. XXXVIII. 19. Adde Sirac. XIX. 13, 14. Vide Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 195. 3) *non*. Hebr. IX. 17. ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει nam non, seu nondum valet. Homer. Iliad. ύ, v. 315. Alexandrini μήποτε habent pro לֹא *non*, Gen. XLVII. 18. 4) *ita, ut ne*, de effectu, non de consilio. Matth. XIII. 15. Marc. IV. 12. Act. XXVIII. 27. Conf. Noldii Concordantias Partic. Hebr. p. 443. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΗ'ΠΩ, *nondum*. Adverbium, ex μὴ *non* et πω, dictione enclitica. Bis tantum legitur in N. T. Rom. IX. 11. μήπω γὰρ γεννηθέντων nondum enim natis. Hebr. IX. 8. μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν nondum patere omnibus aditum ad sanctum sanctorum.

ΜΗ'ΠΩΣ, *ne, ne quo modo, ne forte*, ex μὴ *non* et πῶς *quomodo*. Construitur cum conjunctivo, interdum etiam cum indicativo, in re præterita. Act. XXVII. 29. μήπως εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωμεν ne inciderent in loca aspera. Rom. XI. 21. μήπως οὐδὲ σοῦ φείσηται ne tibi quoque non parcat: ubi omissum est verbum φοβοῦμαι aut βλέπε. Posterius verbum additur 1 Cor. VIII. 9. Prius vero adjicitur 2 Cor. XI. 3. 1 Cor. IX. 27. 2 Cor. II. 7. IX. 4. XII. 20. Galat. II. 2. ubi ante τὸ μήπως supplendum est σκεψόμενος, aut εἰδόμενος. ibid. IV. 11. 1 Thess. III. 5. Hesych. μήπως· μήποτε. Hom. Odyss. δ', v. 774 seq. et ς', v. 305 et 306. Etiam apud Hebræos פֶּן elliptice ponitur, omisso יָרֵא v. c. Genes. XIX. 19. coll. XXII. 11. et XXVI. 7. Conf. Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 172.

ΜΗΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, *femur*, seu *superior pars pedis a natibus usque ad genu, crus, coxa*, q. a μείρω *divido*. Legitur in N. T. tantum Apoc. XIX. 16.

καὶ ἔχει ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ὄνομα γεγραμμένον et in femore ejus erat nomen inscriptum, non tam in ipso femore, quam in gladio, qui ad femur pendebat, *ἀνὴρ ῥομφαίαν ἐπὶ μηρὸν αὐτοῦ*, ut legitur Cant. III. 8. Cf. Mart. de Roa Singularia Scripturæ loca T. II. Lib. 3. c. 12. Vestibus in iis partibus, ubi femur est, nomina inscripta fuisse, tradit Montfaucon Palæogr. Gr. I. 2. Vide etiam Zornii Opuscula SS. T. II. p. 759. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 843. Exponitur hoc nomine Hebraicum יָרֵךְ *femur*, ab Alex. Genes. XXIV. 2, 9. Numer. V. 21, 22, 27. יַרְכָה idem, Dan. II. 32. בֶּרֶךְ *genu*, Gen. L. 23. Ezech. VII. 17. et רֶגֶל *pes*, Genes. XLIX. 10. Deut. XXVIII. 57. Phavor. *μηρός· παρὰ τὸ μέρω, τὸ μερίζω, μερὸς καὶ μηρός.*

ΜΗ'ΤΕ, 1) *neque, nec*, ex *μὴ ne, non*, et *τε* particula enclitica. *Μήτε — μήτε neque, neque.* Matth. XI. 18. *Μὴ — μήτε — μήτε*, etc. *ne — neque, neque, neque.* Matth. V. 34, 35, 36. Apoc. VII. 3. *Μηδὲν — μήτε — μήτε κ. τ. λ. nihil — neque — neque*, cet. Luc. IX. 3. *Μὴ — μηδὲ — μήτε non — neque — nec.* Act. XXIII. 8. *Μὴ — μήτε — μήτε non — nec — nec.* 2 Thess. II. 2. 1 Tim. I. 7. Apoc. VII. 1. *Μήτε — μήτε — τε neque — neque — et.* Act. XXVII. 20. *Μήτε — μήτε — δὲ neque — neque — vero.* Hebr. VII. 3. Conf. Alex. Genes. XXXI. 52. 1 Reg. III. 26. *μήτε ἐμοὶ μήτε αὐτῇ ἔστω.* Hos. IV. 4. 2) *ne quidem.* Marc. III. 20. *ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν* adeo, ut ne quidem cibum capere possent.

ΜΗ'ΤΗΡ, *ἡ*, genit. *μητέρος* et per syncopen *μητρὸς*, dativus *μητρί*, sed in accusativo singulari, nec non in genitivo et accusativo plurali respuit syncopen, ne ambiguitas enascatur inter hanc vocem et inter vocem *μήτρα*, quæ *uterum* significat. 1) *mater.* Matth. I. 18. II. 11, 13, 14, 20, 21. Luc. I. 43. Galat. I. 15. Ephes. V. 31. 2 Tim. I. 5. etc. Hebr. אֵם Genes. II. 24. III. 20. XXI. 21. 2) *fœmina, quæ matris loco amatur*, seu *instar matris colenda, persona, æque jucunda et amata ac mater est filio.* Matth. XII. 49. *ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου* hic mater mea, seu, hos matris instar amo. et v. 50. Quisquis enim mandatis patris mei cœlestis paruerit, *αὐτός μου μήτηρ ἐστὶν* illum pro matre mea habeo, h. e. tanti æstimo, quam matrem. Marc. III. 34, 35. Joh. XIX. 27. *ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου* en matrem tuam, h. e. en fœminam, a te instar matris colendam! Simili modo apud Homerum Il. ζ, 429. Andromache Hectori: *σὺ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ, ἠδὲ κασίγνητος.* 3) *quæ matris amorem et fidem præstat.* Rom. XVI. 13. *καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ* quæ etiam erga me animo fuit vere materno. Alia similia exempla, in scriptoribus veteribus obvia, collegit Gisb. Cuperus in Obss. Lib. I. cap. 8. et de Rhœr in Otio Daventr. p. 276. 4) metaphorice *urbs* varias ob causas *μήτηρ* dicebatur apud veteres, vel quia *metropolis* erat (conf. Callim. fragm. 112. D'Orvill. Sicula pag. 200. Pindar. Olymp. Od. IX. 30. Achill. Tat. Lib. I. init. Ezech. Spanhem. ad Julian. Imp. p. 31.) vel respectu ad alias civitates, in quas colonos emittebat, (Achill. Tat. Lib. I. p. 3. Flor. III. 7. n. 4. Confer Ezech. Spanhem. Diss. XI. de Usu et Præstant. Numism. T. II. p. 318.) vel respectu ad cives, qui in ea nati erant, ut sit i. q. *patria.* Sic legitur in N. T. Galat. IV. 26. de Hierosolyma cœlesti, *ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν*, hæc est nostra communis mater, seu hujus cives nos sumus. Conf. Elsner. Obss. Sacr. T. II. pag. 192. Huc etiam referendus est locus Apoc. XVII. 5. ubi *Βαβυλὼν ἡ μεγάλη* dicitur *ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν* (seu, ut etiam legi potest, *πόρνων*) *καὶ τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς*, scortum omnium impudicissimum, h. e. cujus cives idololatriæ et summæ vitiositati sunt dediti. Sed latet h. l. dilogia quædam in voce *μήτηρ*, quæ etiam *auctorem* h. l. significare potest, ut apud Ciceronem de Orat. II. c. 40. luxuries avaritiæ mater dicitur. 5) omittitur interdum, v. c. Marc. XV. 47. post *Ἰωσῆ*, ubi vide Varr. Lectt. ib. XVI. 1. *Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου*, scil. *μήτηρ*, coll. XV. 40. Luc. XXIV. 10. Ælian. V. H. XIII. 30.

ΜΗ'ΤΙ, *num quid? num qua re? num? an? nonne?* Adverbium, quod modo affirmationem, modo negationem involvit, modo simpliciter responsionem elicere intendit, ex *μὴ non* et *τὶς, τὶ, aliquis, aliquid*, dictione enclitica. Matth. VII. 16. *μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλήν;* possuntne e spinis colligi uvæ? ib. XII. 23. *μήτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Δαβίδ;* num est hic vere Davidis nepos? ibid. XXVI. 22, 25. *μήτι ἐγώ εἰμι, Κύριε;* egone ille sum, Domine? Hesychius hunc locum respiciens, ut videtur, habet: *μήτι ἐγώ. ἄραγε ἐγώ·* Marc. IV. 21. XIV. 19. Luc. VI. 39. num cœcus cœcum ducere potest? Luc. IX. 13. *εἰ μήτι* nisi velis, ut, etc. Joh. IV. 29. *μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός;* annon Christus sit? ibid. VII. 31. VIII. 22. XVIII. 35. XXI. 5. Act. X. 47. 2 Cor. I. 17. XII. 18. XIII. 5. Jacob. III. 11. Alexandrini pro הֲ *num? an?* Malach. III. 8. pro מָה *quid?* Gen. XX. 9. et אִם לֹא Proverb. III. 30. adhibuerunt.

ΜΗ'ΤΙΓΕ, *nedum*, seu *multo minus*, seu *multo magis*, prout orationis series postulat, ex *μὴ, τὶ*, et *γε* dictione enclitica. Semel legitur in N. T. 1 Cor. VI. 3. *μήτιγε* multo magis, seu, quanto magis. Eodem modo *μήτιγοῦν* usurpatur. Ælian. V. H. XII. 9. XIII. 1. Conf. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 443. edit. Zeunii et Wetstenii N. T. T. II. p. 121.

ΜΗ'ΤΙΣ, *num quis? an quisquam?* Vocabulum ex *μὴ num? an?* et *τίς quis?* compositum. Joh. IV. 33. *μήτις αὐτῷ ἤνεγκεν φαγεῖν;* num quis illi cibum attulit? ibid. VII. 48. Inde est *μήτι*, quod vide supra.

ΜΗ'ΤΡΑ, *ας, ἡ, matrix, vulva, uterus*, a *μήτηρ mater.* Bis tantum legitur in N. T. Luc. II. 23. *πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν* omne masculum, quod aperit uterum, h. e. omnis, qui primus nascitur, primogenitus, coll. Exod. XIII. 2. קַדֶּשׁ־לִי כָל־בְּכוֹר פֶּטֶר כָּל־רֶחֶם. ibid v. 12. Rom. IV. 19. *νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας* enectionem uteri Saræ, qui partui non amplius aptus erat. Vide infra sub *νέκρωσις*. Alexandrini usurparunt pro רֶחֶם quod idem notat, Num. III. 12. VIII. 16. Jerem. I. 5. et pro רַחַם idem, 1 Sam. I. 5, 6. Ezech. XX. 26. Suid. *μήτρα· ἡ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἔνθα καταβάλλεται τὸ σπέρμα.*

ΜΗΤΡΑΛΟΙ'ΑΣ, *ου, ὁ*, Attice *μητραλῴας* et *μητραλῴης, ου, ὁ, matricida, matris percussor*, (i. q. *μητροφόνος* apud Plutarch. T. I. p. 155. edit. Reisk.) q. d. *μητέξα ἀλοιῶν*, pro *ἀλοιάων, matrem percutiens*, ex *μήτηρ mater*, et *ἀλοιάω*, seu *ἀλοάω*, proprie *trituro*, metaphorice *percutio*, i. q. *τύπτω*, teste Ammonio. Semel legitur in N. T. 1 Tim. I. 9. *μητραλῴαις*, ubi alii *μητραλοίαις* habent. Hesych. *μητραλοίας· ὁ τύπτων τὴν μητέρα αὐτοῦ.* Idem Suidas, qui addit: *καὶ μητραλῴας ὁ αὐτίς.* Pollux Onom. Lib. VI. § 152. Lucian. T. III. Opp. p. 534.

ed. Reitzii. Aristoph. Nub. v. 1328. Confer infra sub πατραλοίας et Wetstenii N. T. T. II. pag. 318. Gloss. Vet. μητρολῴας, *matricida*. Scribendum μητραλῴας aut μητραλοίας.

ΜΙ'Α. Vid. supra sub εἷς.

ΜΙΑΙ'ΝΩ, futur. ανῶ, 1) proprie: *ungo, tingo*, i. q. χρίω, βάπτω, ut Schol. ad Hom. Iliad. δ', 141. recte observavit, qui μιήνῃ exposuit χρίσῃ, βάψῃ. Plutarch. Lib. VIII. Conviv. Quæst. 5. τὸ βάψαι κέκληκε μιῆναι ὁ ποιητής. Conf. Küsterum ad Aristoph. Plut. v. 530. 2) *polluo, contamino, inquino, conspurco*, de pollutione physica illa et corporali, quæ oritur ex contactu rerum sordidarum. 3) de *pollutione et contaminatione legali*, quæ fiebat per varia, præceptis Mosaicis ceremonialibus prohibita, et a sacris Judæos arcebat. Sic legitur in N. T. Joh. XVIII. 28. ubi Judæi leguntur noluisse prætorium ingredi, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα ne polluerentur, et ut possent agna paschali vesci; quod factum esset, si palatium Pilati, hominis gentilis, ingressi essent, in quo capitale judicium habebatur et mortis sententia dicenda erat. In hac significatione μιαίνω ad imitationem Hebraici טִמֵּא sæpissime legitur in Pentateucho, v. c. Levit. V. 3. XI. 23, 43, 44. XVIII. 24. etc. 4) de *pollutione et contaminatione morali, quæ fit peccatorum sordibus*. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 371. Tit. I. 15. ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις sed polluta est ipsorum et mens et conscientia, h. e. habent animum perversum et mentem male sibi consciam. ibid. οἱ μεμιασμένοι sunt flagitiis inquinati. (Dionys. Hal. T. VI. Opp. p. 825. ed. Reisk. κράτιστον δὲ πάντων τὸ μηδὲν ἑκουσίως ψεύδεσθαι, μηδὲ μιαίνειν τὴν αὐτοῦ συνείδησιν.) Hebr. XII. 15. καὶ διὰ ταύτης μιανθῶσι πολλοὶ et per eum multi corrumpantur et ad vitiositatem seducantur. Jud. v. 8. σάρκα μιαίνουσι corpus polluunt libidinem exercentes. Sæpius non legitur in N. T. — Hesych. μιαίνει· μολύνει. Gloss. Vet. μιαίνω, *contamino, inquino, scelero, impio*.

ΜΙ'ΑΣΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *tinctura*, βαφὴ, interprete Suida, a μιαίνω, quod vide. 2) *inquinamentum, pollutio*, tam physica, quæ fit contactu rei sordidæ ac spurcæ, quam legalis, quæ fiebat violatione legum Mosaicarum ritualium. Lev. VII. 8. ubi Hebraico פִּגּוּל apud Alexandrinos respondet. 3) *profanatio, violatio*, v. c. templi et cujusque rei, Deo sacræ. Alex. Jer. XXXII. 34. 1 Macc. XIII. 50. Demosthen. p. 1374. 11. ed. Reisk. ἵνα μὴ μιάσματα, μήτ' ἀσεβήματα γίνηται ἐν τοῖς ἱεροῖς. 4) *pollutio moralis*, quæ est animi, et fit per sordes peccatorum et errorum. Sic semel legitur in N. T. 2 Petr. II. 20. ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου qui effugerunt inquinamenta mundi, h. e. vitia effugerunt et summo studio evitarunt, quibus homines se polluere solent. Polyb. XXXVII. 3. 6. Plutarch. T. VI. p. 605. ed. Reisk. Gloss. Vet. μίασμα, *contagium, inquinamentum, piaculum, stuprum*.

ΜΙΑΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, i. q. μίασμα et ab eodem themate, *tinctura, pollutio, inquinatio, tam corporis, quam animi*. Tantum in N. T. legitur 2 Petr. II. 10. ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ fœda et turpi libidine ducti. Κατ' ἐξοχὴν enim μιαίνειν et vocabula inde ducta de iis usurpantur, qui libidine turpi fœdantur. Conf. Alex. Gen. XXXIV. 13. ὅτι ἐμίαναν Δείναν. Job. XXXI. 11. μιᾶναι ἀνδρὸς γυναῖκα. Hesych. ἐμίηνεν, ἐκ μίξεως διέφθειρεν. Judith. IX. 2. Hesychius: μίασμα ἢ μιασμὸς — — μολυσμὸς, ἀκαθαρσία, μιαρότης.

ΜΙ'ΓΜΑ, ατος, τὸ, *mixtura*, a 1 pers. præt. pass. μέμιγμαι, verbi μίγνυμι, vel μιγνύω, *misceo*. Est hoc vocabulum pharmacopolarum proprium et dicitur de medicamentorum mixturis, unde apud Galenum μιγματοπώλης dicitur, qui medicamentorum mixturas vendit. In N. T. semel tantum legitur Joh. XIX. 39. μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης mixtura myrrhæ et aloes. Sirac. XXXVIII. 8. μυρεψὸς ἐν τούτοις ποιήσει μίγμα. Vide et Wetstenii N. T. T. I. p. 957.

ΜΙ'ΓΝΥΜΙ et ΜΙΓΝΥ'Ω, fut. μίξω, ab inusitato μίγω, aor. 1. ἔμιξα, *misceo, permisceo, conjungo*. Matth. XXVII. 34. ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον acetum cum felle mixtum. Luc. XIII. 1. ὧν τὸ αἷμα Πιλάτος ἔμιξε μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum victimis eorum, h. e. quos Pilatus eo ipso tempore, quo sacrificia mactaverunt, ergo ad aram, interfici jusserat. Nam μιγνύειν respondet Hebraico עָרַב quod notat etiam duas diversas res conjungere et eodem tempore peragere. Conf. Gen. XXX. 40. καὶ οὐκ ἔμιξεν αὐτὰ εἰς τὰ πρόβατα Λάβαν, pro Hebr. וְלֹא שָׁתָם עַל־צֹאן לָבָן. Psalm. CV. 34. καὶ ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, ubi in Hebraico est הִתְעָרֵב Ies. XXXVI. 8. Demosthen. p. 1465. 22. ed. Reisk. Plato Phileb. p. 93. ταύτας μιγνύντας δ' αἰεὶ μετ' ἀφροσύνης. Apoc. VIII. 7. καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ μεμιγμένα αἵματι et facta est grando et ignis, mixta sanguine. ibid. XV. 2. εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγμένην πυρὶ vidi tanquam mare vitreum mixtum igne. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΙΚΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, comparativus μικρότερος, έρα, ερον, superlativus μικρότατος, 1) *parvus*, ratione *quantitatis, molis*, sive *magnitudinis et staturæ, exiguus*. Luc. XIX. 3. ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν quia statura parvus erat. Matth. XIII. 32. ὃ μικρότερον μέν ἐστι πάντων τῶν σπερμάτων quod minimum quidem est omnium seminum. Ponitur enim comparativus haud raro pro superlativo. Ita et Marc. IV. 31. 1 Cor. V. 6. μικρὰ ζύμη. Jacob. III. 5. ἡ γλῶσσα μικρὸν μέλος ἐστὶ lingua pusillum membrum est. 2) ut Latinum *minor* (Senec. ep. 63 et 88.) et Hebraicum קָטֹן Gen. XLII. 13, 15., ad ætatem et tempus refertur, ita, ut, si de hominibus dicitur, sit *parvus ætate, junior, minor natu*, de rebus vero si adhibetur, sit *paucus, exiguus, brevis temporis, non diuturnus*. Marc. XV. 40. Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ Maria, mater Jacobi minoris. Diogen. Laërt. Lib. I. c. 79. Cicero ad Attic. Lib. II. Ep. 9. Potest quoque notio hæc subjici huic adjectivo in loco Matth. XI. 11. Huc etiam pertinet formula ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν a minimo usque ad maximum, h. e. *ad unum omnes, omnes, nullo excepto*. Act. VIII. 10. πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, ubi verba posteriora ex Hebraismo redundant, nam sufficiebat dixisse πάντες. Act. XXVI. 22. μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ instituens omnis generis homines. Hebr. VIII. 11. πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν omnes omnino ad veram mei cognitionem adducentur. Apoc. XI. 18. XIII. 16. XIX. 5, 18. XX. 12. Respondet autem formulæ Hebraicæ לְמִקְּטַנָּם וְעַד־גְּדוֹלָם Jer. VI. 13. XXXI. 34. XLII. 1. Esther. I. 20. Conf. supra sub μέγας. Similes loquendi formulas e Græcis scriptoribus notavit Bergler. ad Al-

πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς omnium nationum hostilium. ibid. VI. 22, 27. XIX. 14. οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτὸν ejus autem cives, quibus non placebat rerum status, seu, qui res novas cupiebant. ibid. XXI. 17. Joh. VII. 7. οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς non sunt vobis metuendæ Judæorum insidiæ; mox: ἐμὲ δὲ μισεῖ meæ autem vitæ insidias struit. ibid. XV. 18, 19, 23. ὁ ἐμὲ μισῶν, καὶ τὸν πατέρα μου μισεῖ qui meam doctrinam repudiat, repudiat doctrinam divinam. ibid. v. 24, 25. XVII. 14. Rom. VII. 15. ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ sæpe obrepere mihi solet peccatum, quod detestor. Tit. III. 3. Hebr. I. 9. ἐμίσησας ἀνομίαν abominaris impietatem eamque exercentes gravissime punis. 1 Joh. II. 9, 11. III. 13, 15. IV. 20. Jud. v. 23. μισοῦντες abominantes. Apoc. II. 6. μισεῖς τὰ ἔργα improbas facta Nicolaitarum. ibid. v. 15. XVII. 16. XVIII. 3. φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου custodia omnis avis impuræ et exosæ. Alex. hac voce usi sunt pro שָׂנֵא *odit, odio prosecutus est.* Genes. XXVI. 27. Exod. XVIII. 21. μισοῦντας ὑπερηφανίαν. Deut. XII. 31. τὰ βδελύγματα ἃ ὁ Κύριος ἐμίσησεν. Sirac. XII. 7. XIX. 9. XXI. 7. Sermo ibi est de prudentia in loquendo et revelatione arcanorum adhibenda: ἀκήκοε (sc. ὁ ἐχθρὸς) γάρ σου καὶ ἐφυλάξατό σε καὶ ἐν καιρῷ μισεῖ σε, h. e. data opportunitate nocebit tibi et abutetur tua in loquendo temeritate. 2) per μείωσιν: *minus diligo*, (pro ἧττον ἀγαπῶ. Eurip. Alcest. v. 338.) *minus curo, postpono, vilipendo*, etiam *duriter tracto, negligo, curam alicujus abjicio.* Matth. VI. 24. ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει alterum enim pluris faciet eique magis studebit quam alteri. Luc. XIV. 26. καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ καὶ τὴν μητέρα κ. τ. λ. neque paratus sit posthabere et negligere parentes suos. ibid. XVI. 13. Joh. XII. 25. ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ qui vitam suam neglexerit et profuderit religionis causa. Rom. IX. 13. τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα Esavum vero postposui. Ephes. V. 29. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν nemo facile duriter tractare solet corpus suum ejusque curam plane abjicere. Opponitur μισεῖν h. l. τῷ ἐκτρέφειν et θάλπειν. Ita שָׂנֵא pro *minus amare*, etc. ponitur Genes. XXIX. 31. coll. v. 30. Deut. XXI. 15. Prov. XXV. 17. Sic etiam ἀτιμάζειν pro *non curare* usurpatur apud Philostrat. Vit. Apollon. VI. c. 24. extr. et *contemnere* pro *posthabere, non excolere* apud Cic. Off. I. 1. Adde Horat. Epp. I. 14. 11. *cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.* Confer Vorstium de Hebraismis N. T. c. V. p. 150 seq. ed. Fischeri. 3) ex adjuncto: *fugio aliquid, me subduco, nolo* (Hom. Il. XVII. 272.) Joh. III. 20. μισεῖ τὸ φῶς lucem fugit; sequitur enim: καὶ οὐκ ἔρχεται εἰς τὸ φῶς. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. μισῶ· ἀπεχθάνομαι, βδελύσσομαι, ἐχθαίρω, ἀποτροπιάζομαι, ζηλοτυπῶ, ἀποστρέφομαι.

ΜΙΣΘΑΠΟΔΟΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *retributio*, seu *solutio mercedis promeritæ*, seu *stipendii*, ex μισθὸς *merces* et ἀποδίδωμι *reddo, solvo, tribuo.* Est i. q. μισθοδοσία apud Thucyd. VIII. c. 83. 2) *remuneratio*, in utramque partem, h. e. et *præmiorum largitio ac distributio* et *pœnæ immissio.* Ter tantum legitur in N. T. Hebr. II. 2. πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν omnis transgressio et inobedientia retulit justissimam mercedis retributionem. ibid. X. 35. παῤῥησία, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην fiducia, cui sunt a Deo promissa et destinata insignia præmia. ibid. XI. 26. ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν respexit enim remunerationem. Gloss. Vet. apud Labbæum: μισθαποδοσία, *mercedis retributio.*

ΜΙΣΘΑΠΟΔΟ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *qui mercedem*, seu *stipendium persolvit*, ex iisdem. 2) *remunerator*, in utramque partem, et *qui pœnas debitas infligit*, et *præmiorum largitor.* Semel legitur in N. T. Hebr. XI. 6. ὅτι τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται Deum veris suis cultoribus pietatis præmia largiri.

ΜΙ'ΣΘΙΟΣ, ία, ον, vel ΜΙ'ΣΘΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, (subintellige ἄνθρωπος, vel δοῦλος) *mercenarius, mercede conductus*, i. q. μισθωτὸς, a μισθὸς *merces.* Bis tantum legitur in N. T. Luc. XV. 17. πόσοι μίσθιοι (scil. δοῦλοι) τοῦ πατρός μου περισσεύουσιν ἄρτων; quot mercenarii patris mei cibo abundant? ibid. v. 19. ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου tracta me ut aliquem mercenariorum tuorum. Alexandrini hac voce usi sunt pro שָׂכִיר, quod idem notat. Levit. XXV. 50. Job. VII. 1. Vide et Tob. V. 1. Sirac. VII. 21. Gloss. Vet. apud Labbæum: μίσθιος, *mercenarius, meritorius, metellus.*

ΜΙΣΘΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *merces*, h. e. *quicquid pro opera paciscimur, quicquid datur ei, cujus operam conduximus,* — etiam *donum, quod honoris causa datur*, v. c. doctoribus religionis, *honorarium, salarium.* Matth. XX. 8. Luc. X. 7. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστιν dignus enim est doctor doctrinæ meæ honorario suo. Sed fortasse continent hæc verba locum communem: Dignus est operarius mercede sua. Idem valet quoque de loco 1 Tim. V. 18. Act. I. 18. μισθὸς τῆς ἀδικίας merces injusta, coll. Mat. XXVI. 15. Justinus Hist. Lib. II. c. 15. *præmium proditionis* dixit. Rom. IV. 4. Jacob. V. 4. ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν merces operariorum, qui messuerunt agros vestros, retenta a vobis, aut decurtata, clamat ad Deum. 2 Petr. II. 15. In hac significatione respondet apud Alexandrinos Hebr. מַשְׂכֹּרֶת *merces*, Genes. XXXI. 7, 41. פֹּעַל *operis merces*, Job. VII. 2. פְּעֻלָּה idem, Levit. XIX. 13. et שָׂכָר *merces*, Malach. III. 5. Deut. XV. 18. XXIV. 15. Hinc apud Græcos de *stipendio militum* et *naulo* dicitur, v. c. Thucyd. VIII. c. 29. et 48. Xenoph. Anab. I. 1. 10. et 2. 11. 2) metaphorice et per synecdochen: *quodvis præmium, quod post facta egregia attribuitur, præmium omnis generis promissum et persolvendum*, et speciatim de *præmiis gratuitis* usurpatur, *quibus Deus in hac pariter ac in futura vita pietatem hominum remunerare promisit.* Matth. V. 12. ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς (ἔσται) ἐν τοῖς οὐρανοῖς larga enim vos in cœlo manent præmia. ibid. v. 46. τίνα μισθὸν ἔχετε; nulla a Deo præmia exspectare potestis, i. q. VI. 1. μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ Θεῷ. ibid. VI. 2, 5, 16. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν nullum ultra eos præmium manet. ibid. X. 41. μισθὸν προφήτου λήψεται præmium legati divini accipiet, h. e. summis ornabitur præmiis. ibid. v. 42. Marc. IX. 41. Luc. VI. 23, 35. Joh. IV. 36. ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει messor mercedem accipit. (Conf. supra sub θερίζω et 1 Cor. III. 8.) 1 Cor. III. 14. IX. 17. μισθὸν ἔχω præmia jure meo sperare possum. ibid. v. 18. τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός; unde ergo spes eximii præmii? 2 Joh. v. 8. μισθὸν πλήρη. Apoc. XI. 18. Alex. Prov. XI. 21. ὁ δὲ σπείρων δικαιοσύνην λήψεται μισθὸν πιστόν. Eodem modo שָׂכָר usurpa-

ciphron. Epp. II. p. 260. — De tempore vero haud raro adhibetur in neutro, ita, ut subintelligatur vocabulum *χρόνος*, aut aliud simile, v. c. Matth. XXVI. 73. *μετὰ μικρὸν*, sc. *χρόνον*, paulo post. Marc. XIV. 70. Joh. XIII. 33. *ἔτι μικρὸν* (sc. *χρόνον*) *μεθ' ὑμῶν εἰμι*, coll. VII. 33. XII. 35. et Job. XXXVI. 2. Joh. XIV. 19. *ἔτι μικρὸν* (supple *διάστημα χρόνου ἐστὶ*) *καὶ ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ* post breve tempus homines me non amplius videbunt. ibid. XVI. 16. *μικρὸν* (pro *κατὰ μικρὸν χρόνον*) *καὶ οὐ θεωρεῖτέ με κ. τ. λ.* brevi tempore me videbitis et iterum brevi tempore me non videbitis. ib. v. 17 et 19. Formula *ἔτι μικρὸν καὶ* respondet Hebraicæ עוֹד כְּמְעַט ךְ Hag. II. 7. 2 Cor. XI. 1, 16. Hebr. X. 37. *ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει* nam perexiguum temporis restat et veniet, qui venturus est. Sic Ies. XXVI. 20. *ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον ὅσον*, Hebr. כִּמְעַט רֶגַע. 3) *exiguus, paucus*, relate ad *locum*. Matth. XXVI. 39. *καὶ προσελθὼν μικρὸν*, pro *κατὰ μικρὸν μέρος τοῦ τόπου*, et progressus paululum. 4) *parvus numero, non numerosus.* Luc. XII. 32. *τὸ μικρὸν ποίμνιον* parve grex: ubi sermo est de apostolis, quorum non adeo magnus numerus erat. Gen. XLVII. 9. *μικραὶ καὶ πονηραὶ γεγόνασιν αἱ ἡμέραι.* 5) *parvus*, ratione *dignitatis et pretii, qui est conditione humili et abjecta, contemptus, vilis, parvi momenti et pretii.* Matth. X. 42. *ἕνα τῶν μικρῶν τούτων*, ubi per *μικροὺς* Christi sectatores intelligendi sunt, qui erant conditione externa humili et abjecta. ibid. XI. 11. *ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν* qui infimum locum inter cultores meos obtinet. ibid. XVIII. 6. Marc. IX. 42. Luc. VII. 28. XVII. 2. Jud. VI. 15. *καὶ ἐγώ εἰμι μικρότερος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου.* Eodem modo צֹעֲרִים parvuli, sunt contemti, humiles. Zachar. XIII. 7. coll. Job. XIV. 21. Sic etiam קָטוֹן usurpatur Deut. I. 17. Adde Num. XVI. 13. Ezech. VIII. 17. Ælian. V. H. II. c. 27. Confer Vorstii Philol. Sacr. c. XXV. p. 512 seq. ed. Fischeri.

ΜΙ'ΛΗΤΟΣ, *ου, ἡ*, et ΜΙ'ΛΗΤΟΝ, *ου, τὸ*, *Miletus*, vel *Miletum*. Est nomen urbis maritimæ præclaræ et primariæ Cariæ, seu Ioniæ, regionis Asiæ minoris, prope Mæandri fluminis ostia, non procul ab Epheso sita, et quæ hodie vulgo *Melasso* dicitur, parens multarum coloniarum et oraculo Apollinis celebris. Commemoratur in N. T. Act. XX. 15, 17. 2 Tim. IV. 20. Vide Cellarii Geogr. Plen. Lib. III. c. 3. § 108. p. 76 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 593. Hesych. *Μίλητος· δύο πόλεις Μίλητοι, ἡ μὲν Κρήτης, ἡ δὲ Ἀσίας.* Steph. Byzant. *Μίλητος· πόλις ἐπιφανὴς ἐν Καρίᾳ τῶν Ἰώνων.*

ΜΙ'ΛΙΟΝ, *ίου, τὸ*, *miliare*, spatium mille, seu secundum alios bis mille passuum. Cf. Schweigh. ad Polyb. T. V. p. 576. et Mannert Geogr. I. 196. Est vox, origine Latina, (a mille, secundum alios vero descendit a מִיל quod in libris Talmudicis occurrit) sed Strabonis ætate jam civitate Græca donata. Strabo Geogr. Lib. V. p. 332. *τίκινος λς' μιλίοις πόλις*, et mox *μιλίων ἐστὶ περὶ ἑξήκοντα.* Idem Lib. VI. p. 425. *δέκα μίλια.* Lib. VII. p. 497. In N. T. semel tantum legitur Matth. V. 41. *καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἓν* si quis te cogat ad currendum, aut ferendum aliquid per unum milliare. Vide plura apud Bergier de Viis Publicis Lib. III. c. 11. et Everard. Ottonem de Tutela Viarum Publicarum Lib. II. c. 4. Hesych. *μίλιον· μέτρον ὁδοῦ σταδίων ἑπτά. οἱ δὲ ποδῶν δ'.* Suid. *μίλιον· μέτρον γῆς κ. τ. λ.*

ΜΙΜΕ'ΟΜΑΙ, *οῦμαι*, fut. *ήσομαι*, *imitor, imitatione exprimo, ad alterius exemplum me compono, vestigiis alicujus insisto*, et de personis æque ac rebus usurpatur. Inde dicitur *μῖμος mimus, histrio*, qui alterius personam repræsentat ejusque mores et gestus imitatur et exprimit. Construitur cum accusativo rei vel personæ. Legitur autem in N. T. 2 Thess. III. 7. *αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς* vos enim haud ignoratis, quale exemplum vobis sit a nobis ad imitandum propositum. ibid. v. 9. *ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς* ita, ut nosmet vobis exemplum exhibeamus, quod imitemini. Hebr. XIII. 7. *μιμεῖσθε τὴν πίστιν.* 3 Joh. v. 11. *μὴ μιμοῦ τὸ κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν* aversare malum et imitare bonum. Sæpius non legitur in N. T. Sapient. IV. 2. XV. 9. Thucyd. II. c. 37. *παράδειγμα δὲ αὐτοὶ μᾶλλον ὄντες τισὶν, ἢ μιμούμενοι ἑτέρους.* Thom. M. p. 616. *μιμοῦμαι τὸν δεῖνα, ἀντὶ τοῦ μιμητής εἰμι τούτου. καὶ μιμοῦμαι ὑπὸ τοῦ δεῖνος, ἀντὶ τοῦ μιμητὴν ἐμοῦ τοῦτον ἔχω.* Πλάτων ἐν Γοργίᾳ· (p. 551.) *οὐκ οἶσθα, ὅτι οὗτος ὁ μιμούμενος τὸν μιμούμενον ἐκεῖνον ἀποκτενεῖ, ἐὰν βούληται.*

ΜΙΜΗΤΗ'Σ, *οῦ, ὁ*, *imitator*, sive personæ, sive rei, a 3 pers. præt. pass. *μεμίμηται* verbi *μιμέομαι*, quod vide. Legitur in N. T. 1 Cor. IV. 16. *μιμηταί μου γίνεσθε* imitatores mei estote, h. e. sectamini doctrinam meam, non vero falsorum doctorum, coll. v. 17. ibid. XI. 1. *μιμηταί μου γίνεσθε* meo exemplo edocti et incitati aliorum utilitati inservire studete. Ephes. V. 1. *γίνεσθε οὖν μιμηταὶ Θεοῦ*, i. q. Matth. V. 8. *ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι.* 1 Thess. I. 6. II. 14. Hebr. VI. 12. 1 Petr. III. 13. *μιμηταὶ*, ubi in aliis codicibus est *ζηλωταί*. Herodian. VI. 8. 6. *ὡς μὴ μαθητὰς εἶναι μόνον, ἀλλὰ ζηλωτὰς, καὶ μιμητὰς τῆς ἐκείνου ἀνδρείας.* Sæpius non legitur in N. T.

ΜΙΜΝΗ'ΣΚΩ, fut. *μνήσω*, præt. *μέμνηκα*, *alteri in animum et memoriam revoco aliquid.* Medium *Μιμνήσκομαι* (fut. *μνήσομαι*, perf. *μέμνημαι*, aor. 1. *ἐμνήσθην*) *mihi aliquid in memoriam revoco, memor sum, recordor*, et ex adjuncto, maxime si de Deo usurpatur: *curam alicujus habeo, faveo, beneficiis aliquem afficio*, a *μνάομαι memoro, recordor*, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. Hebr. II. 6. *τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ;* quid est homo, quod memor es ejus, h. e. tantis eum beneficiis, tanta dignitate et auctoritate ornas? Hebr. מָה־אֱנוֹשׁ כִּי־תִזְכְּרֶנּוּ Psalm. VIII. 5. Hebr. XIII. 3. *μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι* memores estote vinctorum, (h. e. succurrite captivis) tanquam una cum illis vincti. Ita *μιμνήσκεσθαι* (omissum in Thesauro Bielii et Trommii Concordantiis) pro Hebraico זָכַר legitur quoque in versione Alexandrina Genes. VIII. 1. XXX. 22. Adde Ies. XII. 4. XLVIII. 1. LXII. 6. Thucyd. II. 8. *ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται.* ibid. cap. 21. Hesychius: *μιμνήσκεται, μνημονεύει.*

ΜΙΣΕ'Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, 1) *odi, odio habeo, non delector, improbo, abominor*, et per metonymiam: *re et factis odium declaro, repudio, malis afficio, insidias struo alicui, persequor aliquem.* Passivum *μισέομαι, οῦμαι*, *odio sum, odio habeor, insidiis aliorum obnoxius sum, persecutiones patior*, a *μῖσος, εος, τὸ*, *odium*, quod ex *μὴ* et *ἴσος non æqualis.* Matth. V. 43, 44. ubi *οἱ μισοῦντες* sunt iidem, qui in eadem oratione dicuntur *ἐχθροὶ, ἐπηρεάζοντες καὶ διώκοντες.* ibid. X. 22. coll. v. 23. ibid. XXIV. 9, 10. Marc. XIII. 13. Luc. I. 71.

πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς omnium nationum hostilium. ibid. VI. 22, 27. XIX. 14. οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτὸν ejus autem cives, quibus non placebat rerum status, seu, qui res novas cupiebant. ibid. XXI. 17. Joh. VII. 7. οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς non sunt vobis metuendæ Judæorum insidiæ; mox: ἐμὲ δὲ μισεῖ meæ autem vitæ insidias struit. ibid. XV. 18, 19, 23. ὁ ἐμὲ μισῶν, καὶ τὸν πατέρα μου μισεῖ qui meam doctrinam repudiat, repudiat doctrinam divinam. ibid. v. 24, 25. XVII. 14. Rom. VII. 15. ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ sæpe obrepere mihi solet peccatum, quod detestor. Tit. III. 3. Hebr. I. 9. ἐμίσησας ἀνομίαν abominaris impietatem eamque exercentes gravissime punis. 1 Joh. II. 9, 11. III. 13, 15. IV. 20. Jud. v. 23. μισοῦντες abominantes. Apoc. II. 6. μισεῖς τὰ ἔργα improbas facta Nicolaitarum. ibid. v. 15. XVII. 16. XVIII. 3. φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου custodia omnis avis impuræ et exosæ. Alex. hac voce usi sunt pro שָׂנֵא *odit, odio prosecutus est.* Genes. XXVI. 27. Exod. XVIII. 21. μισοῦντας ὑπερηφανίαν. Deut. XII. 31. τὰ βδελύγματα ἃ ὁ Κύριος ἐμίσησεν. Sirac. XII. 7. XIX. 9. XXI. 7. Sermo ibi est de prudentia in loquendo et revelatione arcanorum adhibenda: ἀκήκοε (sc. ὁ ἐχθρὸς) γάρ σου καὶ ἐφυλάξατό σε καὶ ἐν καιρῷ μισεῖ σε, h. e. data opportunitate nocebit tibi et abutetur tua in loquendo temeritate. 2) per μείωσιν: *minus diligo,* (pro ἧττον ἀγαπῶ. Eurip. Alcest. v. 338.) *minus curo, postpono, vilipendo,* etiam *duriter tracto, negligo, curam alicujus abjicio.* Matth. VI. 24. ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει alterum enim pluris faciet eique magis studebit quam alteri. Luc. XIV. 26. καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ καὶ τὴν μητέρα κ. τ. λ. neque paratus sit posthabere et negligere parentes suos. ibid. XVI. 13. Joh. XII. 25. ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ qui vitam suam neglexerit et profuderit religionis causa. Rom. IX. 13. τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα Esavum vero postposui. Ephes. V. 29. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν nemo facile duriter tractare solet corpus suum ejusque curam plane abjicere. Opponitur μισεῖν h. l. τῷ ἐκτρέφειν et θάλπειν. Ita שָׂנֵא pro *minus amare,* etc. ponitur Genes. XXIX. 31. coll. v. 30. Deut. XXI. 15. Prov. XXV. 17. Sic etiam ἀτιμάζειν pro *non curare* usurpatur apud Philostrat. Vit. Apollon. VI. c. 24. extr. et *contemnere* pro *posthabere, non excolere* apud Cic. Off. I. 1. Adde Horat. Epp. I. 14. 11. *cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.* Confer Vorstium de Hebraismis N. T. c. V. p. 150 seq. ed. Fischeri. 3) ex adjuncto: *fugio aliquid, me subduco, nolo* (Hom. Il. XVII. 272.) Joh. III. 20. μισεῖ τὸ φῶς lucem fugit; sequitur enim: καὶ οὐκ ἔρχεται εἰς τὸ φῶς. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. μισῶ· ἀπεχθάνομαι, βδελύσσομαι, ἐχθαίρω, ἀποτροπιάζομαι, ζηλοτυπῶ, ἀποστρέφομαι.

ΜΙΣΘΑΠΟΔΟΣΙ΄Α, ας, ἡ, 1) proprie: *retributio,* seu *solutio mercedis promeritæ,* seu *stipendii,* ex μισθὸς *merces* et ἀποδίδωμι *reddo, solvo, tribuo.* Est i. q. μισθοδοσία apud Thucyd. VIII. c. 83. 2) *remuneratio,* in utramque partem, h. e. et *præmiorum largitio ac distributio* et *pœnæ immissio.* Ter tantum legitur in N. T. Hebr. II. 2. πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν omnis transgressio et inobedientia retulit justissimam mercedis retributionem. ibid. X. 35. παῤῥησία, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην fiducia, cui sunt a Deo promissa et destinata insignia præmia. ibid. XI. 26. ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν respexit enim remunerationem. Gloss. Vet. apud Labbæum: μισθαποδοσία, *mercedis retributio.*

ΜΙΣΘΑΠΟΔΟ΄ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *qui mercedem,* seu *stipendium persolvit,* ex iisdem. 2) *remunerator,* in utramque partem, et *qui pœnas debitas infligit,* et *præmiorum largitor.* Semel legitur in N. T. Hebr. XI. 6. ὅτι τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται Deum veris suis cultoribus pietatis præmia largiri.

ΜΙ΄ΣΘΙΟΣ, ία, ον, vel ΜΙ΄ΣΘΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ, (subintellige ἄνθρωπος, vel δοῦλος) *mercenarius, mercede conductus,* i. q. μισθωτὸς, a μισθὸς *merces.* Bis tantum legitur in N. T. Luc. XV. 17. πόσοι μίσθιοι (scil. δοῦλοι) τοῦ πατρός μου περισσεύουσιν ἄρτων; quot mercenarii patris mei cibo abundant? ibid. v. 19. ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου tracta me ut aliquem mercenariorum tuorum. Alexandrini hac voce usi sunt pro שָׂכִיר, quod idem notat. Levit. XXV. 50. Job. VII. 1. Vide et Tob. V. 1. Sirac. VII. 21. Gloss. Vet. apud Labbæum: μίσθιος, *mercenarius, meritorius, metellus.*

ΜΙΣΘΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *merces,* h. e. *quicquid pro opera paciscimur, quicquid datur ei, cujus operam conduximus,* — etiam *donum, quod honoris causa datur,* v. c. doctoribus religionis, *honorarium, salarium.* Matth. XX. 8. Luc. X. 7. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστιν dignus enim est doctor doctrinæ meæ honorario suo. Sed fortasse continent hæc verba locum communem: Dignus est operarius mercede sua. Idem valet quoque de loco 1 Tim. V. 18. Act. I. 18. μισθὸς τῆς ἀδικίας merces injusta, coll. Mat. XXVI. 15. Justinus Hist. Lib. II. c. 15. *præmium proditionis* dixit. Rom. IV. 4. Jacob. V. 4. ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν merces operariorum, qui messuerunt agros vestros, retenta a vobis, aut decurtata, clamat ad Deum. 2 Petr. II. 15. In hac significatione respondet apud Alexandrinos Hebr. מַשְׂכֹּרֶת *merces,* Genes. XXXI. 7, 41. פֹּעַל *operis merces,* Job. VII. 2. פְּעֻלָּה idem, Levit. XIX. 13. et שָׂכָר *merces,* Malach. III. 5. Deut. XV. 18. XXIV. 15. Hinc apud Græcos de *stipendio militum* et *naulo* dicitur, v. c. Thucyd. VIII. c. 29. et 48. Xenoph. Anab. I. 1. 10. et 2. 11. 2) metaphorice et per synecdochen: *quodvis præmium, quod post facta egregia attribuitur, præmium omnis generis promissum et persolvendum,* et speciatim de *præmiis gratuitis* usurpatur, *quibus Deus in hac pariter ac in futura vita pietatem hominum remunerare promisit.* Matth. V. 12. ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς (ἔσται) ἐν τοῖς οὐρανοῖς larga enim vos in cœlo manent præmia. ibid. v. 46. τίνα μισθὸν ἔχετε; nulla a Deo præmia exspectare potestis, i. q. VI. 1. μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ Θεῷ. ibid. VI. 2, 5, 16. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν nullum ultra eos præmium manet. ibid. X. 41. μισθὸν προφήτου λήψεται præmium legati divini accipiet, h. e. summis ornabitur præmiis. ibid. v. 42. Marc. IX. 41. Luc. VI. 23, 35. Joh. IV. 36. ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει messor mercedem accipit. (Conf. supra sub θερίζω et 1 Cor. III. 8.) 1 Cor. III. 14. IX. 17. μισθὸν ἔχω præmia jure meo sperare possum. ibid. v. 18. τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός; unde ergo spes eximii præmii? 2 Joh. v. 8. μισθὸν πλήρη. Apoc. XI. 18. Alex. Prov. XI. 21. ὁ δὲ σπείρων δικαιοσύνην λήψεται μισθὸν πιστόν. Eodem modo שָׂכָר usurpa-

ciphron. Epp. II. p. 260. — De tempore vero haud raro adhibetur in neutro, ita, ut subintelligatur vocabulum χρόνος, aut aliud simile, v. c. Matth. XXVI. 73. *μετὰ μικρὸν*, sc. *χρόνον*, paulo post. Marc. XIV. 70. Joh. XIII. 33. *ἔτι μικρὸν* (sc. *χρόνον*) *μεθ' ὑμῶν εἰμί*, coll. VII. 33. XII. 35. et Job. XXXVI. 2. Joh. XIV. 19. *ἔτι μικρὸν* (supple *διάστημα χρόνου ἐστί*) *καὶ ὁ κόσμος με οὐκ ἔτι θεωρεῖ* post breve tempus homines me non amplius videbunt. ibid. XVI. 16. *μικρὸν* (pro *κατὰ μικρὸν χρόνον*) *καὶ οὐ θεωρεῖτέ με κ. τ. λ.* brevi tempore me videbitis et iterum brevi tempore me non videbitis. ib. v. 17 et 19. Formula *ἔτι μικρὸν καὶ* respondet Hebraicæ עוֹד מְעַט ְ Hag. II. 7. 2 Cor. XI. 1, 16. Hebr. X. 37. *ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει* nam perexiguum temporis restat et veniet, qui venturus est. Sic Ies. XXVI. 20. *ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον ὅσον*, Hebr. כִּמְעַט רֶגַע. 3) *exiguus, paucus*, relate ad *locum*. Matth. XXVI. 39. *καὶ προσελθὼν μικρὸν*, pro *κατὰ μικρὸν μέρος τοῦ τόπου*, et progressus paululum. 4) *parvus numero, non numerosus*. Luc. XII. 32. *τὸ μικρὸν ποίμνιον* parve grex: ubi sermo est de apostolis, quorum non adeo magnus numerus erat. Gen. XLVII. 9. *μικραὶ καὶ πονηραὶ γεγόνασιν αἱ ἡμέραι*. 5) *parvus*, ratione *dignitatis et pretii, qui est conditione humili et abjecta, contemptus, vilis, parvi momenti et pretii*. Matth. X. 42. *ἕνα τῶν μικρῶν τούτων*, ubi per *μικροὺς* Christi sectatores intelligendi sunt, qui erant conditione externa humili et abjecta. ibid. XI. 11. *ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν* qui infimum locum inter cultores meos obtinet. ibid. XVIII. 6. Marc. IX. 42. Luc. VII. 28. XVII. 2. Jud. VI. 15. *καὶ ἐγώ εἰμι μικρότερος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου*. Eodem modo צְעָרִים parvuli, sunt contemti, humiles. Zachar. XIII. 7. coll. Job. XIV. 21. Sic etiam קָטוֹן usurpatur Deut. I. 17. Adde Num. XVI. 13. Ezech. VIII. 17. Ælian. V. H. II. c. 27. Confer Vorstii Philol. Sacr. c. XXV. p. 512 seq. ed. Fischeri.

ΜΙ'ΛΗΤΟΣ, ου, ἡ, et ΜΙ'ΛΗΤΟΝ, ου, τὸ, *Miletus*, vel *Miletum*. Est nomen urbis maritimæ præclaræ et primariæ Cariæ, seu Ioniæ, regionis Asiæ minoris, prope Mæandri fluminis ostia, non procul ab Epheso sita, et quæ hodie vulgo *Melasso* dicitur, parens multarum coloniarum et oraculo Apollinis celebris. Commemoratur in N. T. Act. XX. 15, 17. 2 Tim. IV. 20. Vide Cellarii Geogr. Plen. Lib. III. c. 3. § 108. p. 76 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 593. Hesych. Μίλητος· δύο πόλεις Μίλητοι, ἡ μὲν Κρήτης, ἡ δὲ Ἀσίας. Steph. Byzant. Μίλητος· πόλις ἐπιφανὴς ἐν Καρίᾳ τῶν Ἰώνων.

ΜΙ'ΛΙΟΝ, *ίου, τὸ, miliare*, spatium mille, seu secundum alios bis mille passuum. Cf. Schweigh. ad Polyb. T. V. p. 576. et Mannert Geogr. I. 196. Est vox, origine Latina, (a mille, secundum alios vero descendit a מִיל quod in libris Talmudicis occurrit) sed Strabonis ætate jam civitate Græca donata. Strabo Geogr. Lib. V. p. 332. *τίκινος λς' μιλίοις πόλις*, et mox *μιλίων ἐστὶ περὶ ἑξήκοντα*. Idem Lib. VI. p. 425. *δέκα μίλια*. Lib. VII. p. 497. In N. T. semel tantum legitur Matth. V. 41. *καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν* si quis te cogat ad currendum, aut ferendum aliquid per unum milliare. Vide plura apud Bergier de Viis Publicis Lib. III. c. 11. et Everard. Ottonem de Tutela Viarum Publicarum Lib. II. c. 4. Hesych. *μίλιον· μέτρον ὁδοῦ σταδίων ἑπτά. οἱ δὲ ποδῶν δ'*. Suid. *μίλιον· μέτρον γῆς κ. τ. λ.*

ΜΙΜΕ'ΟΜΑΙ, *οῦμαι*, fut. *ήσομαι*, *imitor, imitatione exprimo, ad alterius exemplum me compono, vestigiis alicujus insisto*, et de personis æque ac rebus usurpatur. Inde dicitur *μῖμος mimus, histrio*, qui alterius personam repræsentat ejusque mores et gestus imitatur et exprimit. Construitur cum accusativo rei vel personæ. Legitur autem in N. T. 2 Thess. III. 7. *αὐτοὶ γὰρ οἴδατε πῶς δεῖ μιμεῖσθαι ἡμᾶς* vos enim haud ignoratis, quale exemplum vobis sit a nobis ad imitandum propositum. ibid. v. 9. *ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς* ita, ut nosmet vobis exemplum exhibeamus, quod imitemini. Hebr. XIII. 7. *μιμεῖσθε τὴν πίστιν*. 3 Joh. v. 11. *μὴ μιμοῦ τὸ κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν* aversare malum et imitare bonum. Sæpius non legitur in N. T. Sapient. IV. 2. XV. 9. Thucyd. II. c. 37. *παράδειγμα δὲ αὐτοὶ μᾶλλον ὄντες τισὶν, ἢ μιμούμενοι ἑτέρους*. Thom. M. p. 616. *μιμοῦμαι τὸν δεῖνα, ἀντὶ τοῦ μιμητής εἰμι τούτου. καὶ μιμοῦμαι ὑπὸ τοῦ δεῖνος, ἀντὶ τοῦ μιμητὴν ἐμοῦ τοῦτον ἔχω*. Πλάτων ἐν Γοργίᾳ· (p. 551.) *οὐκ οἶσθα, ὅτι οὗτος ὁ μιμούμενος τὸν μιμούμενον ἐκεῖνον ἀποκτενεῖ, ἐὰν βούληται*.

ΜΙΜΗΤΗ'Σ, *οῦ, ὁ, imitator*, sive personæ, sive rei, a 3 pers. præt. pass. *μεμίμηται* verbi *μιμέομαι*, quod vide. Legitur in N. T. 1 Cor. IV. 16. *μιμηταί μου γίνεσθε* imitatores mei estote, h. e. sectamini doctrinam meam, non vero falsorum doctorum, coll. v. 17. ibid. XI. 1. *μιμηταί μου γίνεσθε* meo exemplo edocti et incitati aliorum utilitati inservire studete. Ephes. V. 1. *γίνεσθε οὖν μιμηταὶ Θεοῦ*, i. q. Matth. V. 8. *ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι*. 1 Thess. I. 6. II. 14. Hebr. VI. 12. 1 Petr. III. 13. *μιμηταί*, ubi in aliis codicibus est *ζηλωταί*. Herodian. VI. 8. 6. *ὡς μὴ μαθητὰς εἶναι μόνον, ἀλλὰ ζηλωτὰς, καὶ μιμητὰς τῆς ἐκείνου ἀνδρείας*. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΙΜΝΗ'ΣΚΩ, fut. *μνήσω*, præt. *μέμνηκα, alteri in animum et memoriam revoco aliquid*. Medium *Μιμνήσκομαι* (fut. *μνήσομαι*, perf. *μέμνημαι*, aor. 1. *ἐμνήσθην*) *mihi aliquid in memoriam revoco, memor sum, recordor*, et ex adjuncto, maxime si de Deo usurpatur: *curam alicujus habeo, faveo, beneficiis aliquem afficio*, a *μνάομαι memoro, recordor*, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. Hebr. II. 6. *τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ*; quid est homo, quod memor es ejus, h. e. tantis eum beneficiis, tanta dignitate et auctoritate ornas? Hebr. מָה־אֱנוֹשׁ כִּי־תִזְכְּרֶנּוּ Psalm. VIII. 5. Hebr. XIII. 3. *μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι* memores estote vinctorum, (h. e. succurrite captivis) tanquam una cum illis vincti. Ita *μιμνήσκεσθαι* (omissum in Thesauro Bielii et Trommii Concordantiis) pro Hebraico זָכַר legitur quoque in versione Alexandrina Genes. VIII. 1. XXX. 22. Adde Ies. XII. 4. XLVIII. 1. LXII. 6. Thucyd. II. 8. *ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται*. ibid. cap. 21. Hesychius: *μιμνήσκεται, μνημονεύει*.

ΜΙΣΕ'Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, 1) *odi, odio habeo, non delector, improbo, abominor*, et per metonymiam: *re et factis odium declaro, repudio, malis afficio, insidias struo alicui, persequor aliquem*. Passivum *μισέομαι, οῦμαι, odio sum, odio habeor, insidiis aliorum obnoxius sum, persecutiones patior*, a *μῖσος, εος, τὸ, odium*, quod ex *μὴ* et *ἴσος non æqualis*. Matth. V. 43, 44. ubi *οἱ μισοῦντες* sunt iidem, qui in eadem oratione dicuntur *ἐχθροί, ἐπηρεάζοντες καὶ διώκοντες*. ibid. X. 22. coll. v. 23. ibid. XXIV. 9, 10. Marc. XIII. 13. Luc. I. 71.

πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς omnium nationum hostilium. ibid. VI. 22, 27. XIX. 14. *οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτὸν* ejus autem cives, quibus non placebat rerum status, seu, qui res novas cupiebant. ibid. XXI. 17. Joh. VII. 7. *οὐ δύναται ὁ κόσμος μισεῖν ὑμᾶς* non sunt vobis metuendæ Judæorum insidiæ; mox: *ἐμὲ δὲ μισεῖ* meæ autem vitæ insidias struit. ibid. XV. 18, 19, 23. *ὁ ἐμὲ μισῶν, καὶ τὸν πατέρα μου μισεῖ* qui meam doctrinam repudiat, repudiat doctrinam divinam. ibid. v. 24, 25. XVII. 14. Rom. VII. 15. *ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ* sæpe obrepere mihi solet peccatum, quod detestor. Tit. III. 3. Hebr. I. 9. *ἐμίσησας ἀνομίαν* abominaris impietatem eamque exercentes gravissime punis. 1 Joh. II. 9, 11. III. 13, 15. IV. 20. Jud. v. 23. *μισοῦντες* abominantes. Apoc. II. 6. *μισεῖς τὰ ἔργα* improbas facta Nicolaitarum. ibid. v. 15. XVII. 16. XVIII. 3. *φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου* custodia omnis avis impuræ et exosæ. Alex. hac voce usi sunt pro שָׂנֵא *odit, odio prosecutus est.* Genes. XXVI. 27. Exod. XVIII. 21. *μισοῦντας ὑπερηφανίαν.* Deut. XII. 31. *τὰ βδελύγματα ἃ ὁ Κύριος ἐμίσησεν.* Sirac. XII. 7. XIX. 9. XXI. 7. Sermo ibi est de prudentia in loquendo et revelatione arcanorum adhibenda: *ἀκήκοε (sc. ὁ ἐχθρὸς) γάρ σου καὶ ἐφυλάξατό σε καὶ ἐν καιρῷ μισεῖ σε*, h. e. data opportunitate nocebit tibi et abutetur tua in loquendo temeritate. 2) per *μείωσιν*: *minus diligo,* (pro *ἧττον ἀγαπῶ.* Eurip. Alcest. v. 338.) *minus curo, postpono, vilipendo,* etiam *duriter tracto, negligo, curam alicujus abjicio.* Matth. VI. 24. *ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει* alterum enim pluris faciet eique magis studebit quam alteri. Luc. XIV. 26. *καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα ἑαυτοῦ καὶ τὴν μητέρα κ. τ. λ.* neque paratus sit posthabere et negligere parentes suos. ibid. XVI. 13. Joh. XII. 25. *ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ* qui vitam suam neglexerit et profuderit religionis causa. Rom. IX. 13. *τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα* Esavum vero postposui. Ephes. V. 29. *οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν* nemo facile duriter tractare solet corpus suum ejusque curam plane abjicere. Opponitur *μισεῖν* h. l. *τῷ ἐκτρέφειν* et *θάλπειν.* Ita שָׂנֵא pro *minus amare,* etc. ponitur Genes. XXIX. 31. coll. v. 30. Deut. XXI. 15. Prov. XXV. 17. Sic etiam *ἀτιμάζειν* pro *non curare* usurpatur apud Philostrat. Vit. Apollon. VI. c. 24. extr. et *contemnere* pro *posthabere, non excolere* apud Cic. Off. I. 1. Adde Horat. Epp. I. 14. 11. *cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.* Confer Vorstium de Hebraismis N. T. c. V. p. 150 seq. ed. Fischeri. 3) ex adjuncto: *fugio aliquid, me subduco, nolo* (Hom. Il. XVII. 272.) Joh. III. 20. *μισεῖ τὸ φῶς* lucem fugit; sequitur enim: *καὶ οὐκ ἔρχεται εἰς τὸ φῶς.* Sæpius non legitur in N. T. Phavor. *μισῶ· ἀπεχθάνομαι, βδελύσσομαι, ἐχθαίρω, ἀποτροπιάζομαι, ζηλοτυπῶ, ἀποστρέφομαι.*

ΜΙΣΘΑΠΟΔΟΣΙ'Α, *ας, ἡ,* 1) proprie: *retributio,* seu *solutio mercedis promeritæ,* seu *stipendii,* ex *μισθὸς merces* et *ἀποδίδωμι reddo, solvo, tribuo.* Est i. q. *μισθοδοσία* apud Thucyd. VIII. c. 83. 2) *remuneratio,* in utramque partem, h. e. et *præmiorum largitio ac distributio* et *pœnæ immissio.* Ter tantum legitur in N. T. Hebr. II. 2. *πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν* omnis transgressio et inobedientia retulit justissimam mercedis retributionem. ibid. X. 35. *παῤῥησία, ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην* fiducia, cui sunt a Deo promissa et destinata insignia præmia. ibid. XI. 26. *ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν* respexit enim remunerationem. Gloss. Vet. apud Labbæum: *μισθαποδοσία, mercedis retributio.*

ΜΙΣΘΑΠΟΔΟ'ΤΗΣ, *ου, ὁ,* 1) proprie: *qui mercedem,* seu *stipendium persolvit,* ex iisdem. 2) *remunerator,* in utramque partem, et *qui pœnas debitas infligit,* et *præmiorum largitor.* Semel legitur in N. T. Hebr. XI. 6. *ὅτι τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται* Deum veris suis cultoribus pietatis præmia largiri.

ΜΙ'ΣΘΙΟΣ, *ία, ον,* vel ΜΙ'ΣΘΙΟΣ, *ίου, ὁ, ἡ,* (subintellige *ἄνθρωπος,* vel *δοῦλος*) *mercenarius, mercede conductus,* i. q. *μισθωτὸς,* a *μισθὸς merces.* Bis tantum legitur in N. T. Luc. XV. 17. *πόσοι μίσθιοι (scil. δοῦλοι) τοῦ πατρός μου περισσεύουσιν ἄρτων;* quot mercenarii patris mei cibo abundant? ibid. v. 19. *ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου* tracta me ut aliquem mercenariorum tuorum. Alexandrini hac voce usi sunt pro שָׂכִיר, quod idem notat. Levit. XXV. 50. Job. VII. 1. Vide et Tob. V. 1. Sirac. VII. 21. Gloss. Vet. apud Labbæum: *μίσθιος, mercenarius, meritorius, metellus.*

ΜΙΣΘΟ'Σ, *οῦ, ὁ,* 1) proprie: *merces,* h. e. *quicquid pro opera paciscimur, quicquid datur ei, cujus operam conduximus,* — etiam *donum, quod honoris causa datur,* v. c. doctoribus religionis, *honorarium, salarium.* Matth. XX. 8. Luc. X. 7. *ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστιν* dignus enim est doctor doctrinæ meæ honorario suo. Sed fortasse continent hæc verba locum communem: Dignus est operarius mercede sua. Idem valet quoque de loco 1 Tim. V. 18. Act. I. 18. *μισθὸς τῆς ἀδικίας* merces injusta, coll. Mat. XXVI. 15. Justinus Hist. Lib. II. c. 15. *præmium proditionis* dixit. Rom. IV. 4. Jacob. V. 4. *ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπεστερημένος ἀφ' ὑμῶν* merces operariorum, qui messuerunt agros vestros, retenta a vobis, aut decurtata, clamat ad Deum. 2 Petr. II. 15. In hac significatione respondet apud Alexandrinos Hebr. מַשְׂכֹּרֶת *merces,* Genes. XXXI. 7, 41. פֹּעַל *operis merces,* Job. VII. 2. פְּעֻלָּה idem, Levit. XIX. 13. et שָׂכָר *merces,* Malach. III. 5. Deut. XV. 18. XXIV. 15. Hinc apud Græcos de *stipendio militum* et *naulo* dicitur, v. c. Thucyd. VIII. c. 29. et 48. Xenoph. Anab. I. 1. 10. et 2. 11. 2) metaphorice et per synecdochen: *quodvis præmium, quod post facta egregia attribuitur, præmium omnis generis promissum et persolvendum,* et speciatim de *præmiis gratuitis* usurpatur, *quibus Deus in hac pariter ac in futura vita pietatem hominum remunerare promisit.* Matth. V. 12. *ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς (ἔσται) ἐν τοῖς οὐρανοῖς* larga enim vos in cœlo manent præmia. ibid. v. 46. *τίνα μισθὸν ἔχετε;* nulla a Deo præmia exspectare potestis, i. q. VI. 1. *μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ Θεῷ.* ibid. VI. 2, 5, 16. *ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν* nullum ultra eos præmium manet. ibid. X. 41. *μισθὸν προφήτου λήψεται* præmium legati divini accipiet, h. e. summis ornabitur præmiis. ibid. v. 42. Marc. IX. 41. Luc. VI. 23, 35. Joh. IV. 36. *ὁ θερίζων μισθὸν λαμβάνει* messor mercedem accipit. (Conf. supra sub *θερίζω* et 1 Cor. III. 8.) 1 Cor. III. 14. IX. 17. *μισθὸν ἔχω* præmia jure meo sperare possum. ibid. v. 18. *τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός;* unde ergo spes eximii præmii? 2 Joh. v. 8. *μισθὸν πλήρη.* Apoc. XI. 18. Alex. Prov. XI. 21. *ὁ δὲ σπείρων δικαιοσύνην λήψεται μισθὸν πιστόν.* Eodem modo שָׂכָר usurpa-

tur Genes. XV. 1. ubi Deus se Abrahami מָגֵן *tutorem* et שָׂכָר, h. e. pietatis ejus remuneratorem vocat. Psalm. CXXVII. 3. vates liberos שָׂכָר, h. e. beneficium divinum vocat, cui parallelum est נַחֲלַת יְהוָה donum divinum, in priori membro. Hunc usum loquendi, ut recte monuit S. Ven. Dœderlein. in Institut. Theol. Christ. § 329. et habet Latinorum *meritum*, quod et de præmio et de mercede usurpatur, ut *mereri* Latinis sæpe nihil aliud est, quam *accipere, impetrare, consequi*, v. c. Plin. Epp. I. 8. Plaut. Mostell. IV. 2. 71. Confer Ernesti Clav. Cic. s. h. v. et Casaub. ad Æl. Spartian. Adrian. Cæs. 40. His adde Herodian. I. 3. s. 5. καινὰς ἡδονὰς ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐθηρᾶτο. 3) *pœna, male agendo promerita.* 2 Petr. II. 13. κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας reportabunt pœnas, impietati ipsorum debitas. Callim. Hymn. in Dian. v. 264. οὐδὲ γὰρ Ἀτρείδης ὀλίγῳ ἐπεκόμπασε μισθῷ, ubi vide sis, quæ Ez. Spanhem. p. 361. ed. Ernesti notavit. Ælian. V. H. Fragm. p. 937. de quodam, ob sacrilegium interfecto, ait, τὸν μισθὸν ἠνέγκατο τοῦτον πικρότατον. Adde Lactant. de Mort. Persecut. cap. 5. dignam scelere suo recipere mercedem. 4) interdum utroque capitur modo, ita, ut tum *præmium gratuitum*, quod Deus piis largitur, tum *justam pœnam*, quam immittit impiis, significet, *remunerationem, compensationem*, in utramque partem. Sic legitur in N. T. Apoc. XXII. 12. καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ (mercedem, quam distribuam, mecum ferens. coll. Ies. XL. 10. et LXII. 11.) ἀποδοῦναι ἑκάστῳ, ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται. 5) *utilitas, commodum*, speciatim: *turpe lucrum.* Jud. v. 11. μισθοῦ, scil. χάριν, turpis lucri studio commoti. Ies. XXIII. 18. apud Aqu. μίσθωμα ac apud LXX. μισθὸς de *quæstu* ac *lucro e mercatura* adhibetur, ac respondet Hebr. אֶתְנַנָּה. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Thom. M. et Phavor. s. h. v.

ΜΙΣΘΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *loco mercede alteri.* Medium μισθόομαι, οῦμαι, *facio mihi aliquid locari*, seu *locatum accipio*, quod est uno verbo *conduco.* Passivum μισθόομαι *mercede locor, conducor.* Medium bis tantum legitur in N. T. Matth. XX. 1. ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας exivit primo mane, vel prima luce, ut conduceret operarios. ibid. v. 7. οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο nemo nos conduxit. Ælian. V. H. XIV. 17. Ζεῦξιν μισθωσάμενον τὸν Ἡρακλεώτην. Xenoph. de Vectig. IV. 19. 20. 22. Isocrat. Epp. II. p. 982. τὰ μὲν τῶν ξενιτευομένων στρατόπεδα μισθοῦνται peregrinos milites conducunt. Diog. Laërt. I. sect. 26. Activum reperitur apud Lysiam Orat. XXXIII. p. 544. μισθῶσαι τὸν οἶκον *domum locare.* Ælian. V. H. VI. 1. ἐμίσθωσαν τὴν λοιπὴν γῆν. Passivum legitur apud Symmachum et Alexandrinos Ies. VII. 20. ἐν τῷ ξυρῷ τῷ μεμισθωμένῳ, pro שָׂכִיר *mercede conductus.* Cæterum in versione Alex. respondet Hebraico כָּרָה *emit, conduxit*, Hos. III. 2. et שָׂכַר *mercede conduxit*, Genes. XXX. 16. 2 Paral. XXIV. 12. XXV. 6. Pollux Onom. I. Segm. 75. εἴποις δ' ἂν μισθώσασθαι καὶ μισθῶσαι οἶκον. Gloss. Vet. apud Labbæum: μισθῶ, *loco, conduco.*

ΜΙ'ΣΘΩΜΑ, ατος, τὸ, 1) proprie: *merces, qua aliquid utendum locatur, vel conducitur*, et ita differt a μίσθωσις, quod, quanquam interdum *ipsam mercedem et pecuniam pro re conducta pendendam et solvendam* significat, (v. c. apud Isocratt. Orat. Areopagit. p. 146. edit. Stephan. ἐπὶ μετρίαις μισθώσεσι παραδιδόντες) tamen proprie notat partim *locationem*, partim *conductionem* s. *redempturam*, v. c. apud Ælian. V. H. VI. 1. a μισθὸς *merces.* Sic v. c. μίσθωμα (quod interdum etiam *locationem* notare, Valesius me docuit ad Harpocrat. voc. ἀπὸ μισθωμάτων) de *reditibus, profectis ex agris locatis*, usurpatur apud Isocratem in Orat. Areopagit. p. 145. edit. Steph. ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον. De *mercede meretricia* reperitur apud Alexandrinos pro אֶתְנַן et אֶתְנָה *merces meretricia* Hos. II. 12. Deut. XXIII. 19. Ezech. XVI. 30, 33, 40. Micha I. 7. et pro נְדָנִים Ezech. XVI. 32. καὶ σὺ δέδωκας μισθώματα πᾶσι τοῖς ἐρασταῖς σου. Suid. μίσθωμα· ὁ μισθὸς ὁ ἑταιρικός. Αἰλιανὸς (in fragmento T. II. p. 356. edit. Perizonii, a Kühnio repetitæ), ἡ δὲ οὐ προσεῖτο τὴν δόσιν, ἑταιρικὸν φάσκουσα εἶναι μίσθωμα, τὸ ἑαυτὴν παραβαλεῖν ἀνδρὶ ἀγνῶτι κ. τ. λ. De *mercede pictoris* exstat apud Ælian. V. H. IV. 12. Legitur etiam de pretio conducti ædificii. 2) per metonymiam: *illud ipsum, quod mercede soluta conductum est*, v. c. ædificium conductum, deversorium. Sic semel legitur in N. T. Act. XXVIII. 30. ἔμεινε δὲ διετίαν ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι mansit autem Paulus totum biennium in conducto quodam ædificio, seu deversorio. Vulgat. bene: *in suo conducto:* ubi est i. q. ἡ μισθωτὴ οἰκία. Simili modo nos etiam vocabulo **miethe**, *wages, hire*, uti solemus. Conf. de hac voce interpretes ad Thomam M. p. 617. et Wetstenii N. T. T. II. p. 656.

ΜΙΣΘΩΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, *mercede conductus, mercenarius, conductitius*, i. q. μίσθιος et μισθοφόρος, a 3 pers. præt. pass. μεμίσθωται verbi μισθόω *mercede loco.* Marc. I. 20. μετὰ τῶν μισθωτῶν una cum mercenariis. Joh. X. 12, 13. ὁ μισθωτὸς pastor ovium, mercede conductus; nam sequitur καὶ οὐκ ὢν ποιμήν. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini hac voce usi sunt pro שָׂכִיר, quod idem notat Exod. XII. 45. XXII. 15. Demosthen. p. 1199. 21. edit. Reisk. μισθωτοὶ ἢ οἰκέται. Aristoph. Avib. v. 1152. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 125. μισθωτὸς, *mernarius.* Lege *mercenarius.* Sic enim alio loco Cyrillus: *Mercenarius*, μισθωτὸς, μισθοφόρος.

ΜΙΤΥΛΗ'ΝΗ, ης, ἡ, (pro quo et Μυτιλήνη in libris vett. legitur. Cf. Duker. ad Thucyd. III. 25. p. 182.) *Mitylene.* Nomen proprium urbis præcipuæ et litoralis insulæ Lesbi, quæ insula sita est in mari Ægæo et ab hac urbe idem nomen sortita est. (Hodie *Metelino* vocatur.) Nonnulli urbem hanc sic dictam volunt a Mitylene, filia Macari, urbis hujus primi fundatoris. Alii a quodam Mityla, ejus restauratore. Conf. Cellar. Geogr. Plen. III. c. 2. p. 13 seq. Semel commemoratur in N. T. Act. XX. 14. ἀναλαβόντες αὐτὸν ἤλθομεν εἰς Μιτυλήνην recepto ipso, Mitylenen veniebamus. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 592.

ΜΙΧΑΗ'Λ, ὁ, *Michaël.* Nomen Hebraicum (מִיכָאֵל *quis est sicut Deus?* ex מִי *quis?* כְּ præfixo, *sicut*, et אֵל *Deus*) indeclinabile *archangeli cujusdam*, (h. e. reliquis cohortibus cœlestibus majoris ac potentioris. Dan. X. 13.) cujus curæ et tutelæ tradita fuisse credebatur gens Judaica, (Dan. XII. 1. Chrysost. T. V. p. 522. ὁ Μιχαὴλ τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐνεχειρίσθη. Targum Cant. VIII. 9. מִיכָאֵל רַבְּהוֹן דְיִשְׂרָאֵל Michaël princeps Israëlis) unde frequens apud Judæos mentio disceptationum ejus cum Satana,

maxime in rebus gentis Judaicæ ejusque majorum curandis. Commemoratur in N. T. Judæ v. 9. ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, de cujus disceptatione cum Satana de corpore Mosis vid. Jonath. in Targum Deut. XXXIV. 6. Mentio fit quoque ejus Apoc. XII. 7. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 734.

ΜΝΑ'Α, contr. ᾶ, άας contracte ᾶς, ἡ, *mina, libra*. Nomen certi ponderis, nec non nummi species apud Athenienses ab Hebraico מָנֶה (seu Syriaco ܡܢܝܐ quod nomen in omni fere Oriente usitatum est. Nam et Arabes et Persæ hoc habent eodem significatu.) *mina, libra, pondo*, cui etiam respondet in versione Alex. 1 Reg. X. 37. Esra II. 69. Ezech. XLV. 12. Mina Attica (nam varii valoris fuit apud diversas gentes) idem fuit, quod *libra* et pondo apud Romanos, h. e. continebat centum drachmas (drachma autem denario pene respondebat Romano, et tribus circiter grossis nostris) seu centum denarios Romanos, ut adeo XIII. thaleris nostris exæquaret, seu contineret XXV. siclos sacros. Suid. Μνᾶ. ἑκατὸν δραχμαὶ ποιοῦσι μνᾶν μίαν. Vid. Eisenschmidt de Ponderibus et Mensur. p. 48. Wetstenii N. T. T. I. p. 438. et Salmas. de Usuris p. 566. Legitur tantum in N. T. Luc. XIX. 13, 16, 18, 20, 24, 25.

ΜΝΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. μνήσομαι, aor. 1. ἐμνήσθην, 1) *memoro, commemoro, mentionem facio*, (Xenoph. Mem. III. 11. 6.) *memini, memor sum, recordor, reminiscor;* etiam significatione passiva: *in memoriam venio, commemoror, memoriæ alicujus obversor;* a μνάω vel μενάω *meminisse facio*, hoc a μένος, εος, τὸ, *mens, animus*. Legitur in N. T. Matth. V. 23. κἀκεῖ μνησθῇς ibique recorderis. ibid. XXVI. 75. καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος τοῦ Ἰησοῦ Petrus autem recordatus sermonis Christi. ibid. XXVII. 63. Luc. XVI. 25. μνήσθητι cogita et perpende. ib. XXIV. 6, 8. Joh. II. 17, 22. XII. 16. Act. X. 31. αἱ ἐλεημοσύναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ eleemosynæ tuæ in memoriam Dei venerunt, h. e. beneficentia tua cognita et probata est Deo. ibid. XI. 16. 1 Cor. XI. 2. ὅτι πάντα μου μέμνησθε vos semper mei bene memores esse, h. e. quod in omni re dubia me consulitis. 2 Tim. I. 4. μεμνημένος σοῦ τῶν δακρύων recordatus tuarum lacrymarum. 2 Petr. III. 2. Jud. v. 17. 2) *memoriam et cognitionem alicujus rei re ipsa et factis declaro*. In hac significatione maxime ἀνθρωποπαθῶς Deo tribuitur in N. T. vel in bonam, vel in malam partem. Luc. I. 54. μνησθῆναι ἐλέους ut ostenderet, se esse perpetuo memorem promissorum benignissimorum. ib. v. 72. μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ et memorem se præstet sancti promissi. Cf. Gen. IX. 15, 16. Exod. VI. 5. Ps. XXV. 6. CXIX. 49. et Hieronym. Comment. in Thren. V. 1. Luc. XXIII. 42. μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου me tecum recipias in sedes beatas, coll. v. 43. Hebr. VIII. 12. τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν οὐ μὴ μνησθῶ ἔτι iniquitatum eorum non amplius recordabor, h. e. condonabo et remittam ipsis omnia peccata nec eos puniam. Ita enim Deus recordari dicitur peccatorum hominum, cum eos punit. Psalm. XXV. 7. LXXVIII. 8. Ies. XLIII. 25. Adde Alex. Jer. XXXIII. 8. Hebr. X. 17. Apoc. XVI. 19. Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ Babylon magna in memoriam venit coram Deo, h. e. justissimas et gravissimas de ea sumet pœnas. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Spicilegium meum I. Lexici Bieliani p. 80.

ΜΝΑ'ΣΩΝ, ωνος, ὁ, *Mnason*. Nomen proprium viri Græcum (a μνάω *in memoriam revoco*, fut. μνήσω, quod Dorice μνάσω, et in participio μνάσων) i. q. *reminiscens*. Semel commemoratur in N. T. Act. XXI. 16. ubi vid. Wetstenius.

ΜΝΕΙ'Α, ας, ἡ, *mentio, memoria, recordatio, commemoratio*, a μνάομαι *memoro, mentionem facio*. Construitur cum variis verbis. Rom. I. 9. ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι me semper vestrum mentionem facere. Ephes. I. 16. Eodem modo formula μνείαν ποιεῖσθαί τινος pro μεμνῆσθαί τινος usi quoque sunt Alexandrini Ps. CX. 4. Job. XIV. 13. Adde Diogen. Laërt. VIII. c. 2. Isocrat. Panathen. p. 399. Phil. I. 3. ἐπὶ πάσῃ τῇ μνείᾳ ὑμῶν quotiescunque vestrum recordor. 1 Thess. I. 2. III. 6. ὅτι ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε quod semper mei bene memores estis. Aristoph. Eccles. 1154. αἱ μόνον μνήμην ἔχουσιν τῶν τελευταίων ἀεί. 2 Tim. I. 3. ἔχω περὶ σοῦ μνείαν ἀδιάλειπτον semper animo meo obversaris. Philem. v. 4. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΝΗ͂ΜΑ, τος, τὸ, 1) *monumentum, memoriale*, seu *omne, quod alicujus rei memoriam in nobis excitat, aut revocat*, i. q. μνημεῖον, a μνήμη *memoria*, aut a 1 pers. præt. pass. μέμνημαι verbi μνάομαι *recordor*. Hesych. μνῆμα· μνημόσυνον, ἀνάθημα. 2) per metonymiam adjuncti: *sepulcrum*. Sepulcra enim veterum aliqua monumenta adjuncta habuerunt, quibus imagines variarum rerum et nomina personarum, ibi reconditarum, insculpta erant. Sic legitur in N. T. Marc. V. 5. ἐν τοῖς μνήμασιν καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἦν in sepulcris et montium cavernis, seu montanis regionibus versabatur. Admodum enim ampla et spatiosa fuerunt sepulcra veterum, ut commode ingredi et ibi versari liceret. Vide Joseph. A. J. XVI. 7. 1. et Perizon. ad Ælian. V. H. XII. 21. Luc. VIII. 27. XXIII. 53. ἔθηκεν αὐτὸ ἐν μνήματι λαξευτῷ et recondidit illud in sepulcro, quod erat in saxo incisum. ibid. XXIV. 1. Act. II. 29. καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ejusque sepulcrum adhuc apud nos exstat. (De sepulcro Davidis videndus Josephus A. J. VII. 15. 3.) ibid. VII. 16. Apoc. XI. 9. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt pro קֶבֶר *sepulcrum*, Exod. XIV. 11. Ies. LXV. 4. Job. X. 19. et pro קְבוּרָה idem, Ezech. XXXII. 23, 24. Adde Alex. additam. ad Jos. XXIV. v. 30. Herodot. II. 167. Vide etiam Reiskii Indic. Græcit. Demosth. p. 515. Hesych. μνῆμα· τάφος. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 125. μνῆμα, *sepulcrum, bustum*. — De sepulcris Hebræorum libros IV. scripsit Joh. Nicolai, qui Lugd. Bat. 1706. 4. cum multis tabulis æneis prodierunt.

ΜΝΗΜΕΙ͂ΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie æque late patet ac Latinorum *monumentum* et *omne* notat, *quod alicujus rei memoriam conservat, vel renovat*, v. c. cippus, columella, quæ est in sepulcro et in qua titulus est, στήλη, στηλίδιον, etc. Suid. μνημεῖον· ὁ τάφος. ἐχρήσαντο δὲ οἱ ῥήτορες τῷ ὀνόματι καὶ ἐπὶ τάφου καὶ τοῦ ἔργου καὶ τοῦ πράγματος, οὗ μνημονεύοιτο ἄν τις. Phavor. μνημεῖα· τὰ οἴκαδε πεμπόμενα ὑπὸ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότων τοῖς οἰκείοις. Thucyd. II. 41. πανταχοῦ δὲ μνημεῖα κακῶν τε κἀγαθῶν ἀΐδια ξυγκατοικίσαντες. Demosthen. p. 1125. 6. ed. Reisk. οὐκ ᾔσθάνετο, ὅτι οὐ τοῦ τάφου μνημεῖόν ἐστι τὸ οἰκοδόμημα, ἀλλὰ τῆς ἀδικίας. Sic etiam usurpatur in N. T. de cenotaphiis et monumentis, quæ in honorem

prophetarum, olim occisorum, exstruebantur a Judæis, Christo coævis, v. c. Luc. XI. 47. οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν vatibus monumenta splendida exstruitis. 2) ut *monumentum* apud Latinos, (v. c. Cic. pro Arch. c. 27. Varr. de L. Lat. Lib. IV. c. 6. Vide Bynkershœk. Obss. Jur. Rom. I. c. 5.) *sepulcrum*. Vide supra μνῆμα. Matth. VIII. 28. ἐκ τῶν μνημείων ἐξερχόμενοι e sepulcris prodeuntes. Sepulcra apud Judæos esse solebant speluncæ in rupibus excavatæ vel ad latera montium factæ, ut e Josepho constat, qui etiam observat, latrones ibi haud raro latibula quæsivisse sua. Haud raro etiam sepulcris Judæorum ædificia superstruebantur, quibus etiam se tueri poterant ab injuriis tempestatum hi dæmoniaci. Confer 1 Macc. XIII. 27. Joseph. A. J. XIII. 6. 5. et Wetstenii N. T. T. I. p. 355. — Matth. XXIII. 29. XXVII. 52. καὶ τὰ μνημεῖα ἀνεῴχθησαν et sepulcra aperta sunt. ibid. v. 53, 60. XXVIII. 8. Marc. V. 2, 3. VI. 29. XV. 46. XVI. 2, 3, 5, 8. Luc. XI. 47, 48. etc. Alexandrini pro קֶבֶר *sepulcrum*, Genes. XXIII. 6, 9. L. 5, 13. Nehem. II. 3, 5. et pro קְבוּרָה *sepultura, sepulcrum*, Gen. XXXV. 20. Ælian. V. H. XII. 7. Bene de hac voce exposuit Duker. ad Thucyd. I. 138. p. 405. T. I. Opp. ed. Bipont. et Salmasius ad Solinum p. 859.

ΜΝΗ´ΜΗ, ης, ἡ, *mentio, memoria*, ut quoque explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum. Est verbale a prima persona perf. pass. μέμνημαι, verbi μνάομαι *recordor*. Semel tantum legitur in N. T. 2 Petr. I. 15. τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι horum mentionem facere. Alexandrini pro זֵכֶר vel זֶכֶר *memoria*, Psalm. XXX. 5. XCVII. 12. pro זִכְרוֹן idem, Cohel. I. 11. II. 16. Polyb. Hist. V. c. 67. μνήμην ποιεῖσθαι περί τινος τῶν τοιούτων. Herodot. VI. 19 et 55. Ælian. H. A. IV. 46. Thucyd. II. 54. μνήμη δὲ ἐγένετο καὶ τοῦ Λακεδαιμονίων χρηστηρίου τοῖς εἰδόσιν. ibid. c. 87. φόβος μνήμην ἐκπλήσσει. Hesych. μνήμη· μνημόσυνον. Phavor. μνήμη ἐστὶ διάθεσις ψυχῆς φυλακτικὴ τῆς ἐν αὐτῇ ὑπαρχούσης ἀληθείας. Idem: μνήμη· γενικῶς τύπωσις ψυχῆς· μνεία δὲ, λόγος φασὶ κατὰ ἀνανέωσιν λεγόμενος. Conf. etiam interpretes ad Thom. M. p. 618.

ΜΝΗΜΟΝΕΥ´Ω, fut. εύσω, 1) *memini, recordor, animo recondo* et *revolvo, memoria teneo*, a μνάομαι, quod vide. Ponitur partim absolute et sine casu, partim, ut reliqua verba memoriæ, cum casu secundo construitur, vel ita, ut addatur περὶ, vel ut περὶ supplendum sit. Interdum tamen etiam accusativum admittit. Matth. XVI. 9. οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων neque meministis, quinque panibus quinque mille homines esse cibatos. Marc. VIII. 18. Luc. XVII. 32. μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ, pro περὶ τῆς γυναικὸς Λώτ, mementote, quid acciderit uxori Loti. Joh. XV. 20. XVI. 4, 21. Act. XX. 31. μνημονεύοντες ὅτι. ibid. v. 35. Ephes. II. 11. 1 Thess. I. 3. II. 9. μνημονεύετε τὸν κόπον ἡμῶν. 2 Thess. II. 5. Hebr. XIII. 7. Apoc. II. 5. III. 3. Alexandrini pro זָכַר *recordatus est, memor fuit*, Exod. XIII. 3. 1 Paral. XVI. 12, 15. Ies. XLIII. 18. Adde Tob. IV. 5, 27. Sapient. II. 4. Demosthen. p. 12. 15. et 1468. 26. ed. Reiskii, τῶν ἐν ἅπαντι τῷ αἰῶνι μνημονευομένων ἀνθρώπων. ibid. p. 1478. 13. μνημονεύειν τὰς χάριτας. 2) *memoro, enarro, alicujus mentionem facio, seu injicio*. 2 Tim. II. 8. μνημόνευε Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, h. e. in institutione tua maxime respicias doctrinam de resurrectione Christi. Hebr. XI. 15. εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον, ἀφ᾽ ἧς ἐξῆλθον si mentionem injecissent patriæ, quam reliquerant. Sed fortasse rectius vertitur hic locus: si desiderio terræ, quam reliquerant, flagrassent; ut μνημονεύειν h. l. sit idem, quod ὀρέγεσθαι v. 16. ibid. v. 22. περὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐμνημόνευσε mentionem fecit exitus Israëlitarum ex Ægypto. 3) ex adjuncto: *curam alicujus gero benevolam*, ad imitationem Hebraici זָכַר Ps. VIII. 4. CVI. 4. Galat. II. 20. τῶν πτωχῶν ἵνα μνημονεύωμεν ut pauperum curam haberemus colligendis eleemosynis. Coloss. IV. 19. μνημονεύετέ μου τῶν δεσμῶν. 4) *memoriam et cognitionem alicujus rei factis et re ipsa declaro*. Cf. supra dicta ad μνάομαι. Sic legitur in N. T. de Deo, Apoc. XVIII. 5. καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ Θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς et recordatus est Deus omnium, quæ impie fecit, h. e. justissimas de ea sumturus est pœnas. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΝΗΜΟ´ΣΥΝΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *monumentum, memoriale*, seu *omne, quo memoria alicujus rei vel personæ conservatur*, seu, *quod vim habet alicujus rei in memoriam reducendæ*, a μνήμη *memoria*, quod etiam μνῆμα et μνημεῖον appellatur. Herodot. II. 121. de Rhampsinito, rege Ægypti, μνημόσυνα ἐλίπετο τὰ προπύλαια τὰ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένα τοῦ Ἡφαιστίου. Anthol. III. 12. Hesych. et ex eo Phavor. Μνῆμα· μνημεῖον, μνημόσυνον. Hinc apud Alexandrinos hæc vox speciatim adhibetur de *sacrificiis Leviticis, Deo oblatis*, quasi ad memoriam sui commendandam, aut gratam beneficiorum Dei recolendam memoriam, pro אַזְכָּרָה *memoriale*, Levit. II. 2, 16. V. 12. VI. 15. (Adde Ies. LXVI. 3. Sir. XXXVIII. 11. et XLV. 20.) ex usu loquendi Hebræorum, quibus הִזְכִּיר est interdum *sacrificia offerre*, v. c. Ps. XXXVIII. 1. et LXX 1. 2) *memoria, recordatio*, i. q. μνήμη. Sic legitur in N. T. Matth. XXVI. 13. λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη εἰς μνημόσυνον αὐτῆς etiam hoc illius beneficium ad honorificam ejus commemorationem collaudabitur. Idem legitur quoque Marc. XIV. 9. Act. X. 4. αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ preces tuæ et eleemosynæ non latent Deum, h. e. Deo gratæ sunt et acceptæ. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebr. זֵכֶר vel זֶכֶר *memoria*, Exod. XVII. 14. Deut. XXXII. 26. Ps. XXXIII. 16. Adde Sirac. X. 18. κατέπαυσεν ἀπὸ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. ibid. XXIII. 33. XXXV. 6. καὶ τὸ μνημόσυνον αὐτῆς οὐκ ἐπιλησθήσεται. Cf. J. F. Fischeri Supplementorum Comment. Joh. Vorstii de Hebraismis N. T. Spec. III. p. 17 seq.

ΜΝΗΣΤΕΥ´Ω, futur. εύσω, præt. μεμνήστευκα, *eloco alicui puellam, nuptum do*, non, ut vulgo vertitur, *ambio nuptias, sum procus:* nam, qui puellam in matrimonium poscit, μνᾶσθαι dicitur apud Græcos. Vide Homer. Odyss. α', v. 248. τόσσοι μητέρ᾽ ἐμὴν μνῶνται. Μνηστεύομαι (præt. μεμνήστευμαι, aor. 1. ἐμνηστεύθην.) *despondeor, sponsione promittor*, et de puella usurpatur, quæ despondetur viro. (Confer Grævium ad Lucian. Solœc. c. 9. T. III. Opp. p. 577.) Eurip. Electr. 313. et Iphig. in Aul. v. 847. Quanquam interdum quoque de viris, virginem ambientibus et desponderi sibi cupientibus adhibetur; v. c. Eurip. Iphig. in Aul. v. 841.

Alcest. 723. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 232. Ortum est hoc verbum a μνηστὸς, ὁ, *sponsus*, et μνηστὴ, ἡ, *sponsa*. Hoc autem descendit a 3 pers. præt. pass. μέμνησται, verbi μνάομαι *ambio*. Ter tantum legitur in N. T. Matth. I. 18. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ cum desponsata scilicet esset mater ejus Maria Josepho. Luc. I. 27. πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ κ. τ. λ. ad virginem, desponsatam Josepho. ibid. II. 5. τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ desponsata sibi uxore. Alexandrini usurparunt hanc vocem pro אֵרֵשׂ *desponsavit*, Deut. XXII. 23, 25, 27, 28. Hos. II. 19, 20. Phavor. μνηστεύω· ἐπὶ συμφωνίας γάμου. ὅθεν μνηστεία ἡ περὶ γάμου συμφωνία. καὶ μνηστήρ· ὁ μεμνηστευμένος. καὶ μνηστή· ἡ μεμνηστευμένη.

ΜΟΓΓΙΛΑ'ΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui ægre et difficulter loquitur, cui impedita est lingua*, etiam, *mutus*, a μόγγις (quod est idem quod μόγις, *ægre, vix, difficulter.*) vel etiam a μογγὸς (*qui voce est obtusa* seu secundum Philoxenum *atubus*) et λάλος, *loquens*. Legitur hæc vox, quæ in omnibus Lexicis Græcis desideratur, Marc. VII. 32. ubi pro μογιλάλον codices plures a Griesbachio laudati μογγιλάλον exhibent, de qua voce vide Griesbachii Comment. Critic. in Textum Gr. N. T. P. II. p. 124 seq. Reperitur quoque apud Auctorem Etymol. M. p. 191. 31.

ΜΟΓΙΛΑ'ΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *difficulter loquens, balbus, balbutiens, qui est impeditæ linguæ* et a Latinis *attubus* vocatur, ab Hebræis vero כְּבַד פֶּה et כְּבַד לָשׁוֹן Exod. IV. 10. Est enim ex μόγις *vix, ægre, magno cum labore*, et λάλος *loquens*. Aëtius VIII. c. 38. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 590. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 19. *Atubus*, μογιλάλος, μόγγος. ubi Scaliger in Lectt. Auson. II. 9. e glossis profert: *Attubus*, μ. μ. ἄτυπος. 2) *mutus, linguæ usu plane destitutus*, nam partim respondet Hebraico אִלֵּם (ἄλαλος Alex. Ps. XXXVIII. 13.) *mutus*. Exod. IV. 11. in fragmentis Aquilæ, Symmachi et Theodot. et Ies. XXXV. 6. in versione Alex. partim in loco N. T. Marc. VII. 32. non solum qui μογιλάλος vocatur, ibid. v. 37. τοῖς ἀλάλοις annumeratur, sed etiam ipsa vox a Vulgato, Arabe, Luthero, etc. *mutus* vertitur. — Phavor. μογιλάλος· ὁ ἰσχνόφωνος, καὶ μόλις τὸ φθέγμα διορθοῦν δυνάμενος. Voce μογιλαλεῖν usus est Theodorus Prodromus in epistolis suis fol. 53. teste Bastio in Epist. Crit. p. 94.

ΜΟ'ΓΙΣ. Adverbium, notans 1) *vix, ægre*, a μόγος, ου, ὁ, *labor, ærumna, molestia*, q. d. *magno cum labore, difficulter*. Est i. q. μόλις, ut recte observavit Phavorinus. Μόγις καὶ μόλις τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ τὸ μόλις μόνον τοῖς ῥήτορσι χρήσιμον· ἀναλογώτερον δὲ τὸ μόγις ἀπὸ τοῦ μογῶ, τὸ κακοπαθῶ. Conf. de hac voce Wassium ad Thucyd. I. 12. T. I. p. 306. ed. Bipont. et Wetstenii N. T. T. I. p. 716. 2) *non, nunquam*. Sic semel legitur in N. T. Luc. IX. 39. καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ et nunquam deserit eum. Conf. supra μογιλάλος.

ΜΟ'ΔΙΟΣ, ου, ὁ. Vox hæc, quæ nonnullis e Græcia in Latium migrasse videtur, est vel origine Latina, (sic dicta a modo et mensura, [vide Interpretes ad Petronium c. 37.] ut jam Erasmus suspicatus est) vel a מָדַד *mensuravit* derivanda, unde מִדָּה *mensura*. Nam omne mensurarum genus ex oriente in occidentem venisse videtur. Est autem μόδιος, si *modio Romano*, seu *Italico*, respondet, mensura aridorum, capiens sextarios sedecim, aut si Hebraico סְאָה (Syrus certe voce ܣܐܬܐ usus est pro μόδιος Matth. V. 15.) respondet, mensura aridorum, capiens sextarios XXIV. Vide Eisenschmidt. de Ponderibus et Mensuris p. 164 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 293. Ter tantum legitur in N. T. Matth. V. 15. καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον et ponunt lucernam sub modium. Marc. IV. 21. ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ. Luc. XI. 33. Fulgent. Mythol. Lib. III. c. 6. p. 115. lucernamque modio tegit. Phavor. μόδιον· μέτρον τι.

ΜΟΙΧΑΛΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) *mœcha, adultera, mulier, quæ fidem conjugalem mittit*, a μοιχὸς, quod vide. Rom. VII. 3. ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ fœmina, quæ, vivente adhuc marito, illicitos alterius viri amplexus amat, adultera vocatur. Mox: τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα. Alexandrini pro מְנָאֶפֶת *adultera*, Prov. XXX. 20. Hos. III. 1. 2) concreto posito pro abstracto: *adulterium, adulterandi studium*, i. q. μοιχαλία. Sic legitur in N. T. 2 Pet. II. 14. ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος, Vulgatus: *habentes oculos, adulterii plenos*, h. e. oculos, ex quibus nihil nisi voluptas illicita elucet. Codex Alex. habet h. l. e glossemate μοιχαλίας, loco μοιχαλίδος. Conf. ad h. l. Pottium et Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr. N. T. p. 923. 3) metaphorice: *impius, scelestus, qui a vero cultu Dei deficit*. Matth. XII. 39. γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς improba hæc et impia gens. Sed fortasse μοιχαλὶς γενεὰ rectius h. l. redditur *gens spuria et adulterina*, coll. Joh. VIII. 39. Commode enim μοιχαλὶς etiam is dici potest, qui est suppositius, spurius, degener, et falso parentes suos jactat. Idem valet quoque de locis Matth. XVI. 4. et Marc. VIII. 38. in quo posteriore loco μοιχαλὶς τῷ ἁμαρτωλὸς additur. Jacob. IV. 4. μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες O vos pessimos et maxime impios! Summa enim impietas a scriptoribus V. T. adulterium vocatur. Ps. VII. 3, 27. Ies. LVII. 7, 8, 9. Ezech. XVI. 15 seq.

ΜΟΙΧΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ήσομαι, *mœchor, adulterium committo*, a μοιχὸς, quod vide. Matth. V. 32. καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται et quicunque repudiatam duxerit, adulterium committit. ibid. ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι efficit, ut adulterii rea fiat, nempe, secundis nuptiis. Vide sequentia: aut: ad vagos delapsa concubitus. ibid. XIX. 9. Marc. X. 11. μοιχᾶται ἐπ' αὐτὴν adulterium contra eam, quam dimisit, committit. ibid. v. 12. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro נָאַף *adulteravit*, Jer. III. 8. V. 7. etc. adhibuerunt. Thom. M. μοιχᾶται ὁ ἀνὴρ, μοιχεύεται δὲ ἡ γυνή.

ΜΟΙΧΕΙ'Α, ας, ἡ, *adulterium*, ab eodem. Matth. XV. 19. Marc. VII. 21. μοιχεῖαι, πορνεῖαι. Joh. VIII. 3. γυναῖκα ἐν πορνείᾳ κατειλημμένην mulierem, in adulterio comprehensam. Galat. V. 19. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro נִאֻפִים *adulteria*, Jerem. XIII. 27. et נַאֲפוּפִים idem, Hos. II. 2. (4.)

ΜΟΙΧΕΥ'Ω, fut. εύσω, et Medium μοιχεύομαι, fut. εύσομαι, 1) *adulter sum, mœchor, adulteror, adulterium committo*. Dicitur de omnis generis impuritate venerea, sive sit cordis, sive oris, sive operis, tam in matrimonio, quam extra matrimonium commissa, ut adeo scortationem, concubinatum et alias impuritates venereas comprehendat. Legitur in N. T. Matth. V. 27, 28. ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ jam adul-

terium cum ea commisit in corde suo. Construitur h. l. cum accusativo, ut apud Alexandrinos Levit. XX. 10. et Æschin. Socr. Dial. II. 14. εἰ μοιχεύει τὰς τῶν πέλας γυναῖκας ἐπ' ἀργυρίῳ. ibid. XIX. 18. οὐ μοιχεύσεις non mœchaberis, pro: μὴ μοιχεύσῃς. Marc. X. 19. coll. Exod. XX. 13. Luc. XVI. 18. XVIII. 20. Joh. VIII. 4. αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη, i. q. v. 3. κατειλήφθη ἐν μοιχείᾳ. Rom. II. 22. XIII. 9. Jac. II. 11. Alexandrini pro נָאַף Deut. V. 17. etc. 2) metaphorice: *falsam religionem amplector et idololatriam colo.* Sic legitur in N. T. Apoc. II. 22. καὶ τοὺς μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς, coll. Jerem. III. 9. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. μοιχεύει καὶ μοιχᾶται ὁ ἀνὴρ, μοιχεύεται δὲ ἡ γυνὴ, ὅτε, ἄνδρα ἔχουσα, ἑτέρῳ ἀνδρὶ μίγνυται.

ΜΟΙΧΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *mœchus, adulter,* et generatim: *qui omnis generis impuritatem veneream, tam in matrimonio, quam extra matrimonium committit.* Vide supra μοιχεύω. Sic ter tantum legitur in N. T. Luc. XVIII. 11. ubi Pharisæus se eximit a numero adulterorum. 1 Cor. VI. 9. ubi μοιχοὶ æque ac πόρνοι et εἰδωλολάτραι excluduntur a futura felicitate christiana. Hebr. XIII. 4. πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεὸς fornicatores æque ac adulteri gravissimas Deo pœnas dabunt. Alexandrini pro נֹאֵף *adulterans,* Job. XXIV. 15. Prov. VI. 32. et מְנָאֵף idem, Ps. L. 18. 2) metaphorice non solum *idolorum cultorem,* sed etiam *omnem impium et scelestum* notat. Jacob. IV. 4. μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες O vos pessimos! Vide supra μοιχαλίς. Sæpius non legitur in N. T. Hesychius: μοιχοῖς, πόρνοις.

ΜΌΛΙΣ. Adverbium, *vix, ægre, difficulter,* a μόλος *labor, pugna,* q. d. *non sine pugna, non sine labore.* Act. XIV. 18. μόλις κατέπαυσαν τοὺς ὄχλους vix compescuerunt populum. ibid. XXVII. 7. μόλις γενόμενοι κατὰ τὴν Κνίδον vix devenimus contra Cnidum. ibid. v. 8. μόλις παραλεγόμενοι αὐτὴν eam ægre prætervecti. ibid. v. 16. Rom. V. 7. 1 Petr. IV. 18. καὶ εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται et si veri Dei cultores vix evadent hæc pericula et calamitates. Confer Alex. Prov. XI. 31. Sæpius non legitur in N. T. Reperitur præterea Sap. IX. 16. Sirac. XXI. 22. XXVI. 24. Æschin. Socr. Dial. III. 11. Libanius X. 236. τῶν μόλις σεσωσμένων Diod. Sic. XVII. 55. μόλις διασωθέντων. Thom. M. μόλις· ἀντὶ τοῦ βραδέως. μόγις δὲ ἀντὶ τοῦ μετὰ βίας. Idem tradit Phavorinus. Cæterum μόγις et μόλις in libris veterum haud raro permutari, docuit Wassius ad Thucyd. I. 12.

ΜΟΛΟ'Χ, ὁ, *Moloch.* Nomen Hebraicum indeclinabile idoli Ammonitarum, (quod Hebraice מֹלֶךְ 2 Reg. XXIII. 10. 1 Reg. XI. 7. מִלְכֹּם 1 Reg. XI. 5. et מַלְכָּם *rex eorum,* Sophon. I. 5. vocatur, et ab Alexandrinis fere semper vertitur βασιλεὺς, semel autem Jer. XXXII. 35. Μολὸχ redditur) quod etiam ab Israëlitis colebatur et cui filios filiasque rite cremasse leguntur. Levit. XX. 2, 3, 4. Ad solem (qui et Hebræis *regina cœli* dicitur) repræsentandum hoc idolum fictum esse, ex Theophylacti Comment. ad Act. VII. 43. apparere arbitror, qui ex Cyrillo in Amosum, Molocho fuisse, ait, λίθον διαφανῆ ἐπὶ μετώποις ἄκροις εἰς ἑωσφόρου τύπον. Idem traditur in Cod. Coislin. XXVI. apud Albertum Gloss. Gr. p. 212. Μολὸχ βασιλέως ὑμῶν· ἤτοι Μολχόμ. εἴδωλον δὲ τοῦτο Μοαβιτῶν, λίθον ἔχον διαφανῆ καὶ ἐξαίρετον εἰς ἑωσφόρου τύπον ἐπὶ μετώπου ἄκρου. A Jalkut in Comment. in Jer. VII. figura hujus idoli ita describitur, quod fuerit imago ærea, erecta in valle Hinnom, extra Hierosolymam, habens faciem vituli, manus expansas, instar hominis, manus aperientis, intrinsecus excavata. Septem ei exstructa fuerunt sacella, ante quæ imago ista fuerat collocata. Avem, seu pullum columbinum offerens, primum sacellum ingrediebatur; ovem, aut agnum, secundum: arietem, tertium; vitulum, quartum; juvencum, quintum; bovem, sextum; qui denique filium proprium offerret, septimum occupabat sacellum. Vid. Buxtorf. Lex. Rab. sub גיא. Sed alio modo descripsit hoc idolum Nic. de Lyra in Levit. XVIII. Imaginem hujus dei Moabitarum exhibet Braunius in Selectis Sacris IV. 8. p. 476. Conf. etiam Seldenum de Diis Syris Syntagm. I. c. 6. et Beyeri Additam. p. 242. Nonnullis Μολὸχ, ut Baal, olim nomen fuisse videtur omnibus diis gentilium commune, qui vetustiore sermone *reges* appellari solebant. (Ies. VIII. 31. Jer. XLVI. 25.) Ubi autem deus alicujus gentis, aut urbis hoc nomine designabatur, fiebat hoc addito epitheto, petito vel ab ipsa gente, vel ab urbe, in qua colebatur. Ies. XXXVI. 19. 2 Reg. XVIII. 34. Cæterum vocabulum Μολὸχ in N. T. semel tantum reperitur Act. VII. 43.

ΜΟΛΥ'ΝΩ, fut. νῶ, aor. 1. ἐμόλυνα, 1) ut verba μιαίνω et σπιλόω, quæ vide, proprie notat: *tingo, inficio,* et respondet Hebraico טָבַל *tinxit, intinxit,* in versione Alex. Genes. XXXVII. 31. 2) *inquino, contamino, polluo, fœdo, conspurco.* Μολύνομαι polluor, sc. corporaliter, per rerum immundarum, vel sordidarum contactum. Apoc. III. 4. ἃ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν qui non inquinaverunt vestimenta sua, h. e. qui se vitiorum sordibus non contaminarunt. (Conf. Zachar. III. 3, 4. Targum Cohel. IX. 8. Theocrit. Idyll. V. 84. 85.) Extat ad h. l. Dissertatio Jac. Hasæi Bibl. Brem. Class. III. p. 253. ubi observat post ἐμόλυναν subaudiendam vocem πορφύρᾳ, φοίνικι, φοινικῷ χρώματι, ut intelligas, hic tincturæ vestimentorum purpureæ significationem intendi. Sic μολύνειν de *tinctura* intelligitur apud Porphyr. de Abstin. Animal. Lib. IV. § 20. et apud LXX Ies. LXIII. 4. 3) metaphorice: *vitio, corrumpo, vitiis inquino aliquem.* 1 Cor. VIII. 7. καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται et conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur, h. e. homines eo perducuntur, ut aliquid contra conscientiam committant. Apud Ammian. Marcell. XV. 2. polluere conscientiam is dicitur, qui mente, male sibi conscia, turbatur, quem conscientia mordet. Adde Sirac. XXI. 30. Confer et Wetstenii N. T. T. II. p. 133. 4) *rem habeo cum muliere.* Apoc. XIV. 4. οὗτοί εἰσιν, οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν hi sunt, qui cum mulieribus non sunt inquinati, seu, usu mulierum se non inquinarunt. Nam aoristus passivus haud raro significatione media usurpatur, ut docuit multis Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 24. p. 203. ed. Fischer. Theocr. V. 87. Hesych. μολύνει· μιαίνει, ἀναφύρει.—Vide supra μιαίνω, μίασμα, μιασμός. Conf. etiam Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 89. p. 349.

ΜΟΛΥΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *inquinatio, contaminatio, inquinamentum, pollutio corporalis, quæ fit per rerum immundarum vel sordidarum contactum.* Est verbale a prima pers. perf. pass. μεμόλυσμαι verbi μολύνω *polluo, contamino.* 2) metaphorice: *pollutio et contaminatio moralis, quæ*

fit peccatorum sordibus, i. q. μίασμα et μιασμός. Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. VII. 1. καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος purificemus nos ab omni pollutione et inquinamento corporis et animi, h. e. deponamus omnes sensus pravos et abstineamus ab omnibus malefactis. Alexandrini pro חֲנֻפָּה *hypocrisis, profanitas*. Jerem. XXIII. 15. Præterea legitur 3 Esdr. VIII. 85. 2 Macc. V. 27. Hesych. μολυσμός· ἀκαθαρσία, μίασμα, ἁμαρτία δυσέκπλυτος. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 194.

ΜΟΜΦΗ', ῆς, ἡ, *querela, causa querendi*, i. q. μέμψις. Descendit a præt. med. μέμομφα, verbi μέμφομαι *conqueror, expostulo, incuso*. In N. T. tantum legitur Coloss. III. 13. χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφὴν (alii codices habent μέμψιν, alii libri ὀργὴν) condonantes vobis invicem, si quis materiam habet de aliquo conquerendi. Eurip. Orest. 1069. μομφὴν ἔχω. Schol. μέμφομαι. Sophocl. Ajax 180. Æschyl. Prometh. 444. Thucyd. II. 41. Hesych. μομφή. μέμψις, κατάγνωσις. Gloss. Vet. μομφὴ, *querela, rimonia*. Lege: *querimonia*.

ΜΟΝΗ', ῆς, ἡ, non solum *habitandi actum*, sed etiam *habitationis locum* significat, *mansio, habitatio, inhabitatio, domicilium, locus, ubi aliquis commorari et manere potest*, a præt. med. μέμονα, verbi μένω *maneo, habito*. In N. T. bis tantum legitur. Joh. XIV. 2. ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν in domo patris mei (h. e. in cœlo) multa sunt habitacula, h. e. summa vobis jam est parata in cœlis felicitas. ib. v. 23. μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν, h. e. nos eum semper insignibus beneficiis ornabimus et semper ei præsto erimus auxilio nostro. Formula enim μονὴν ποιεῖν παρά τινι metaphorice significat: *familiariter aliquo uti, semper alicui præsto esse auxilio*. Sic שָׁכַן de Deo adhibetur Exod. XXIX. 46, 48. Ezech. XLIII. 9. Thucyd. I. cap. 131. καὶ οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν μονὴν ποιούμενος nec publici boni causa diutius illic manere. ib. VII. 47. καὶ τοὺς στρατιώτας ἀχθομένους τῇ μονῇ et milites mansione gravari. Chariton I. c. 11. ἐκέλευσε μονὴν ποιεῖν τῇ καλῤῥόῃ. Joseph. Ant. VIII. c. 13. § 7. ποιούμενος ἐν αὐτῷ (scil. σπηλαίῳ) μονήν. Apud Græcos scriptores μονὴ etiam haud raro *stationes*, σταθμοὺς, significat, in quibus milites, in itinere constituti, aut alii, itinera facientes, quietem capere solent. Conf. Amelii Illustrationem difficilium N. T. locorum T. II. p. 404. qui ostendit, *diversoria* quoque *mansionum* nomine veteribus, maxime Suetonio, appellari consuevisse. Græcis recentioribus monasteria μονὰς appellare solemne est, notante Cangio Gloss. Gr. h. v. Hesych. μονή· παραμονή. Phavor. ἡ κατοικία.

ΜΟΝΟΓΕΝΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, 1) *unigenitus, quem pater unicum genuit, qui solus est e conjugio prognatus*, et ita differt ab *unicus*, et *primogenitus*, observante Hieronymo ad Helvid. c. 5. ex μόνος *solus* et γένος *familia, genus*, quod a γίνομαι *nascor*. Luc. VII. 12. υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ filius unigenitus matris suæ. Observandum est h. l. eleganter apud Græcos dativum pro genitivo poni, subintellecto τῷ ὢν vel γενόμενος, ut docuit Krebs. in Obss. Flavian. p. 180. ibid. VIII. 42. ὅτι θυγάτηρ μονογενὴς ἦν αὐτῷ filia ipsi erat unigenita, coll. Tob. III. 15. μονογενής εἰμι τῷ πατρί μου. ibid. VI. 9. Luc. IX. 38. ὅτι μονογενής ἐστί μοι. Hebr. IX. 17. καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν, ubi Isaacus dicitur μονογενὴς, respectu conjugii Abrahami cum Sara. 2) Speciatim et metaphorice *Christus* dicitur in N. T. ὁ μονογενὴς παρὰ πατρὸς, Joh. I. 14. ὁ μονογενὴς υἱὸς, Joh. I. 18. ὁ μονογενὴς υἱὸς Θεοῦ, Joh. III. 16, 18. 1 Joh. IV. 9. partim, ad indicandam sublimiorem ejus naturam, quæ nulli creaturæ competit, partim, quia est *dilectissimus et Deo maxime carus*; nam μονογενὴς ad imitationem Hebraici יָחִיד significat *præ cæteris dilectum, maxime carum*. Confer Gen. XXII. 2, 12, 16. Amos VIII. 10. Zach. XII. 10. Prov. IV. 3. ubi Alexandrini יָחִיד ἀγαπητὸς et ἀγαπώμενος reddiderunt. Confer Tittmann. de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 175 seq.

MO'NON, *solum, tantum, solummodo*, etiam *tantummodo, dummodo, duntaxat*, a μόνος *solus*. Est adverbium excludendi et adhortandi, cujus constructionem declarabunt exempla sequentia. Matth. V. 47. ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον si populares vestros tantum salutatis. Galat. V. 13. μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ, scilicet ἔχετε, tantum ne libertate hac vestra ad vitiositatem abutamini. — Eleganter quoque additur imperativis in N. T. Matth. VIII. 8. μόνον εἰπὲ λόγῳ tantum verbo jube. Marc. V. 36. μόνον πίστευε tantum sis animo, fiducia pleno. Philipp. I. 27. μόνον πολιτεύεσθε κ. τ. λ. modo vitam agite, doctrina christiana dignam. Galat. V. 13. ubi μόνον per *tamen, attamen* reddendum est. Sic רַק Deut. II. 37. Jos. VI. 17. — — Sæpe μόνον ita ponitur, ut aliquid ex contexta oratione supplendum sit. Sic 1 Cor. VII. 39. μόνον ἐν Κυρίῳ, scilicet γαμηθῇ, modo nubat christiano, seu, modo hoc faciat ratione religioni christianæ conveniente. Galat. II. 10. μόνον (scilicet παρεκάλουν, seu παρεκάλεσαν) τῶν πτωχῶν, ἵνα μνημονεύωμεν tantum monuerunt et injunxerunt nobis, ut pauperum christianorum in Judæa curam haberemus. ibid. VI. 12. 2 Thess. II. 7. μόνον, scilicet nunc non palam operatur, οὐκ ἀποκαλύπτεται νῦν. Idem valet quoque de formula οὐ μόνον δὲ, in epistolis Paulinis sæpe obvia, v. c. Rom. V. 11. οὐ μόνον δὲ, scilicet σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ τοῦ Χριστοῦ, seu τοῦτο, ὅτι καυχώμεθα ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ζωῇ. ibid. VIII. 23. οὐ μόνον δὲ, scilicet πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει. ibid. IX. 10. οὐ μόνον δὲ, scil. Σάῤῥα ἔπαθεν τοῦτο. 2 Cor. VII. 7. supple παρεκάλεσεν ἡμᾶς, e v. 6. ibid. VIII. 19. scilicet ὁ ἔπαινος αὐτοῦ ἐστὶν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. Philipp. II. 27. οὐκ αὐτὸν δὲ μόνον, scilicet ἠλέησεν. 2 Tim. IV. 8. supple ἀποδώσει. Simili modo in Tabula Cebetis c. 21. legitur οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰ προϋπάρχοντα, sc. ἀφέληται ἃ δέδωκεν. — — Μόνον post εἰ μὴ otiose quandoque ponitur, v. c. Matth. XXI. 19. εἰ μὴ φύλλα μόνον, coll. Marc. XI. 13. Marc. VI. 8. εἰ μὴ ῥάβδον μόνον. — Μόνον — οὐχὶ καί. Rom. III. 29. — Οὐ, seu μὴ μόνον — ἀλλὰ *non modo* — *sed*. Act. XIX. 26. Phil. II. 12. — — Οὐ μόνον — ἀλλὰ καὶ *non modo* — *sed etiam*. Matth. XXI. 21. Joh. V. 18. XI. 52. — Οὔπω — μόνον δὲ *nondum* — *sed tantum*. Act. VIII. 16. — Interdum μόνον omittitur, inprimis post οὐκ, μή. Matth. V. 46. coll. v. 47. Marc. IX. 36. οὐκ ἐμὲ δέχεται, scilicet μόνον. Luc. XIV. 12. μὴ φώνει, scilicet μόνον. Joh. XIV. 24. post οὐκ ἔστιν ἐμός. Act. V. 4. post ἀνθρώποις. Rom. IV. 9. post περιτομήν. 1 Thess. IV. 8. Eodem modo apud Hebræos רַק cui respondet μόνον in versione Alex. haud raro omittitur, v. c. Genes. XLV. 8. Exod. XVI. 8. Ps. XXXIV.

[illegible] Wolfii [illegible] Fesselii Advers. [illegible] Dukerum ad Thuc. [illegible] et Davisium ad Cicer. II. de Nat. Deor. 64.

ΜΟΝΟΣ, η, ον, 1) *solus, unicus, unus, separatus, sejunctus,* pronomen adjectivum, significans exclusionem aliorum et quandoque remotionem aliorum, aut separationem ab aliis. Interdum quoque pro adverbio μόνον ponitur. Matth. IV. 4. οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ non pane solum alitur homo. ibid. v. 10. αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις eumque solum, seu tanquam unicum verum Deum colito. ibid. XII. 4. εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι μόνοις. (abundat h. l. μόνος post εἰ μὴ, ut XVII. 8. XXIV. 36. Luc. V. 21. Marc. IX. 8.) ibid. XVIII. 15. Marc. VI. 47. αὐτὸς μόνος et ipse solus, h. e. sine comitatu discipulorum. coll. Joh. VI. 15. ibid. IX. 2. κατ' ἰδίαν μόνους. Etiam h. l. μόνος πλεονάζειν videtur. Luc. IV. 4, 8. VI. 4. IX. 36. coll. v. 30. X. 40. XXIV. 12, 18. Joh. V. 44. παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ ab unico vero Deo, i. q. XVII. 3. παρὰ τοῦ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ, coll. 1 Tim. I. 17. Etiam apud Græcos μόνος *unum, unicum* notat, v. c. Aristoph. Acharn. v. 814. Hesych. μόνον· τὸ ἕν. Joh. VI. 22. VIII. 9, 16. XVI. 32. καὶ ἐμὲ μόνον ἀφῆτε et me solum relinquetis. Rom. XI. 3. XVI. 4. οὐκ ἐγὼ μόνος — ἀλλὰ καί. (coll. 2 Joh. v. 1.) ibid. ver. 27. μόνῳ σοφῷ Θεῷ Deo sapientissimo. (Jud. v. 25.) 1 Cor. IX. 6. XIV. 36. μόνους pro μόνον. Phil. IV. 15. Col. IV. 11. 1 Thess. III. 1. 1 Tim. VI. 15, 16. 2 Tim. IV. 11. Hebr. IX. 7. Jud. v. 4. Apoc. IX. 4. XV. 4. 2) *destitutus auxilio.* Joh. VIII. 29. οὐκ ἀφῆκέ με μόνον ὁ πατὴρ non me destituit auxilio suo Deus, i. q. in antecedentibus ὁ πέμψας με μετ' ἐμοῦ ἐστιν. ibid. XVI. 32. καὶ οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστιν sed non sum omni auxilio plane destitutus, nam Deus mihi semper aderit. Ita etiam בָּדָד *solus* usurpatur Thren. III. 28. 3) *sterilis.* Joh. XII. 24. nisi granum frumenti, cadens in terram, mortuum fuerit, αὐτὸς μόνος μένει, manet sterile, nullum fructum profert: ubi μόνον μένειν opponitur τῷ πολὺν καρπὸν φέρειν. Sæpius non legitur in N. T. Conf. de hac voce Fesselii Adversaria Sacra IV. c. 2. p. 311.

ΜΟΝΟΦΘΑΛΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *altero oculorum casu quodam privatus et captus, luscus, unioculus,* ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum, ex μόνος *solus, unus,* et ὀφθαλμὸς *oculus.* Est i. q. μονόμματος et ἑτερόφθαλμος. Non enim semper a Græcis scriptoribus discrimen observatur, quod inter μονόφθαλμος et ἑτερόφθαλμος grammatici veteres, Thom. M. Pollux (Onom. II. 62.) et Ammonius (p. 60. ed. Valcken. ἑτερόφθαλμος μὲν γὰρ ὁ κατὰ περίπτωσιν πηρωθεὶς τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν, μονόφθαλμος δὲ ὁ μόνον ὀφθαλμὸν ἔχων, ὡς ὁ Κύκλωψ.) reperisse sibi videntur, ut satis docuerunt Valckenarius Anim. ad Ammon. II. 1. p. 84. Perizonius ad Ælian. V. H. XII. 43. et Alberti ad Hesychium T. I. p. 1484. Adde Apollodori Bibl. II. c. 8. p. 145. et Diogen. Laërt. IX. § 112. p. 600. In N. T. tantum extat Mat. XVIII. 9. Marc. IX. 47.

ΜΟΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *solum relinquo, destituo auxilio, desero,* etiam *ad unum redigo.* Μονόομαι, οῦμαι, *deseror, solus relinquor, destituor auxilio,* ex μόνος *solus.* Semel tantum in N. T. legitur 1 Tim. V. 5. ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη quæ vero est vere vidua et desolata; ubi χήρα μεμονωμένη est vel vidua, μεμονωμένη πάσης βοηθείας (ut legitur apud Diod. Sic. XIX. 39.), vel, quod eodem redit, quæ nullos amplius cognatos habet, μὴ ἔχουσα τέκνα καὶ ἔκγονα, coll. v. 4. Sic Psal. LXVIII. 7. יְחִידִים sunt conjuges, prole destituti, et Ies. XLIX. 21. גַלְמוּדָה ab Alex. redditur χήρα, coll. Job. III. 7. Confer etiam Perizonium ad Ælian. V. H. IX. 40. et Wetstenii N. T. T. II. p. 340. Pollux Onom. III. 3. 46. ἡ δὲ μονωθεῖσα ἀπ' ἀνδρὸς, χήρα. Gloss. μεμονωμένος, *solitarius, destitutus.* Id. μονόω, *solo.*

ΜΟΡΦΗ', ῆς, ἡ, 1) *forma, externus habitus, omne, quod in oculos occurrit, imago, similitudo.* Hesych. ἰδέα, εἶδος. Marc. XVI. 12. ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ in alia forma, seu, mutato habitu. Philip. II. 7. μορφὴν δούλου λαβὼν similis factus est servis, h. e. tenuis et misera fuit ejus conditio his in terris; ubi videndus Wetstenius. In hac significatione respondet apud Alexandrinos Chaldaico זִיו *splendor.* Dan. V. 6, 9, 10. VII. 28. Adde Sapient. XVIII. 1. Ies. XLIV. 13. Job. IV. 16. 2) per metonymiam: *ipsa natura et essentia alicujus rei,* i. q. φύσις et οὐσία. Ælian. Hist. Anim. III. 24. Eurip. Bacch. v. 54. Plato de Republ. II. pag. 431. de Deo: κάλλιστος καὶ ἄριστος ὢν εἰς τὸ δυνατὸν ἕκαστος αὐτῶν μένει ἀεὶ ἁπλῶς ἐν τῇ αὐτοῦ μορφῇ manet semper simpliciter in natura sua. Sic quoque legitur in N. T. Philip. II. 6. ubi Christus dicitur ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, ad designandam sublimiorem ipsius naturam. Vide Theodoret. Dial. I. pag. 29. Sed alii reddere malunt, *Christus, Deum referens in his terris.* Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 268. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΟΡΦΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *formo, figuro, delineo.* Μορφόομαι, οῦμαι, *formor, figuror,* a μορφὴ *forma.* Respondet in versione Alex. Hebraico תָאַר *formavit, figuravit, depinxit, delineavit.* Ies. XLIV. 13. 2) metaphorice: *sensum alicujus animo ingenero, imbuo aliquem scientia et cognitione alicujus rei.* Sic in N. T. legitur Galat. IV. 19. ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν usque dum sensus Christi animis vestris ingenerentur. Koppius ad h. l. quidem observavit, μορφοῦσθαι proprium esse verbum apud Græcos de *formatione infantis in utero,* sed nullum testimonium ad confirmandam hanc sententiam adduxit. Si hic usus loquendi comprobari posset idoneis argumentis, μορφοῦσθαι h. l. metaphorice significaret: *ad perfectionem venire,* hoc sensu: usque dum ad perfectam religionis christianæ cognitionem perveniatis. Suadent autem hanc explicationem verba, quæ præcedunt, τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Casaubon. in Annotatt. ad Gregorii Nysseni Epistolam ad Eustathiam p. 61 seq.

ΜΟ'ΡΦΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *formatio, figuratio, delineatio,* seu *ipsa actio formandi,* et ita differt a μόρφωμα, quod *ipsam formam, imaginem,* τὴν μορφὴν, interprete Hesychio, significat, (Aquil. Genes. XXXI. 19, 30.) a 2 pers. præt. pass. μεμόρφωσαι, verbi μορφόω *formo.* 2) *forma, species rei, quæ conspicitur,* i. q. μόρφωμα. Hesychius, Suidas et Alb. Gloss. Gr. pag. 95. μόρφωσις· σχηματισμὸς, εἰκών. 3) *species vana et inanis.* Sic legitur in N. T. 2 Tim. III. 5. ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας habentes speciem pietatis. Philo de plantat. p. 340. 14. ἐπιμορφαζόντων εὐσέβειαν. 4) *cognitio, scientia certa,* nam ea, quæ discimus et animis infigimus, in nobis μορφοῦσθαι dicuntur, Galat. IV.

19. quia eorum velut figuræ animo imprimuntur. Sic legitur in N. T. Rom. II. 20. ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας τῆς ἐν νόμῳ habentes et jactantes cognitionem profundam et subtilem doctrinæ veræ, in libris divinis exhibitæ. Confer ad h. l. Grotium. Aliter hunc locum explicavit Zonaras Lex. c. 1372. s. v. μόρφωμα. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΟΣΧΟΠΟΙΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω. Verbum effictum a Luca, ut videtur, pro ποιέω μόσχον, seu εἰκόνα μόσχου, quod non reddendum est *vitulum facere*, sed *fingere et conflare imaginem bovis*, ex μόσχος *vitulus, bos*, et ποιέω *facio*. Semel legitur in N. T. Act. VII. 41. καὶ ἐμοσχοποίησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις et bovem sibi conflari curarunt illo tempore, coll. ver. 40. Sermo autem est in hoc loco de *vitulo aureo*, quem Israëlitæ in desertis coluerunt, Ægyptios sine dubio in cultu *Apis*, bovis deaurati, imitati. Confer Exod. XXXII. 1 seq. et Seldenum de Diis Syris Syntagm. I. cap. 4. et Beyeri Additamenta p. 218 seq.

ΜΟ'ΣΧΟΣ, ου, ὁ, *vitulus, bos, taurus*, etiam *juvenca*. Thom. M. δαμάλη· ὁ ἄῤῥην μόσχος· δάμαλις δὲ ἡ θήλεια· μόσχος δὲ, κοινὸν, ἐπ' ἀμφοτέρων. Adde Schol. Eurip. ad Hecub. v. 240. Hesych. μόσχος· ὁ ἁπαλὸς βοῦς. Phavor. μόσχος· τὸ τῆς βοὸς ἔκγονον. Alexandrini hac voce usi sunt pro עֵגֶל idem, Exod. XXXII. 4, 8, 19. Nehem. IX. 18. Jerem. XLVI. 21. עֶגְלָה *vitula*, Hos. X. 5. פַּר *juvencus*, Levit. IV. 3, 4, 5. Job. XLII. 8. Ezech. XXXIX. 18. שׁוֹר *bos cujusvis ætatis et sexus*, Prov. XV. 17. Ies. LXVI. 3. Ezech. I. 10. בָּקָר idem, Genes. XII. 16. 2 Sam. VI. 6. בֶּן־בָּקָר *filius bovis*, i. e. *juvencus*, Levit. I. 5. Num. XV. 9. תּוֹר *taurus*, Esr. VI. 17. VII. 17. et כַּר *agnus*, Ezech. XXXIX. 18. In N. T. legitur tantum Luc. XV. 23, 27, 30. μόσχον σιτευτὸν vitulum saginatum. Hebr. IX. 12, 19. τὸ αἷμα τράγων καὶ μόσχων. Apoc. IV. 7. μόσχος taurum significat.

ΜΟΥΣΙΚΟ'Σ, ἡ, ὀν, *musicus, qui scit modos facere, et canere, canendi peritus*, etiam *ad musicam pertinens*. Hinc μουσικὴ, scil. τέχνη, *ars canendi, musica*, (Ælian. V. H. VII. 15.) etiam *ipse cantus*, a μοῦσα *musa, canticum*. Semel legitur in N. T. Apoc. XVIII. 22. φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. Æschin. Socr. Dial. II. 18. 19. III. 1. Alexandrini pro שִׁיר *canticum*, Ezech. XXVI. 13. et pro זְמָרָא *psalmodia, musica, cantus*. Dan. III. 5, 7, 10, 15. Hesych. μουσικός· ψάλτης, τεχνίτης. Late enim patet hoc vocabulum apud Græcos, et non solum de omni concentu musico, qui fit assa voce et instrumentis, usurpatur, teste eodem Hesychio, (μουσικά· τερπνὰ τὰ δι' αὐλῶν καὶ κινύρας καὶ τὰ ὅμοια.) sed etiam *omnem* designat, *qui est doctus et alicujus rei peritus*, ita, ut partim infinitivus, partim genitivus rei addatur, in qua quis excellit, (v. c. Maxim. Tyr. Diss. XVI. p. 305. edit. Sheldon. μουσικὸς εἰπεῖν. Ælian. V. H. IV. 15.) quemadmodum μοῦσαι pro *litteris* (Eurip. Hippol. v. 452. Ælian. V. H. XII. 2.) et μουσικὴ pro *omni arte liberali, et litteris* (Ælian. V. H. XII. 50.) in scriptoribus Græcis haud raro usurpata reperiuntur.

ΜΟ'ΧΘΟΣ, ου, ὁ, *labor difficilis, qui cum summa defatigatione et tædio subitur*, etiam *molestia, ærumna quævis*, a μόγος *labor, ærumna*. Ter tantum legitur in N. T. 2 Cor. IX. 27. ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ. (Μόχθος, quod gravius aliquid significat quam κόπος ac πόνος, jungitur haud raro cum his vocabulis, v. c. Numer. XXIII. 21. Sap. X. 10. et apud Euripidem. Vide Horrei Obss. in Herodot. p. 61.) 1 Thess. II. 9. τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον. 2 Thess. III. 8. In omnibus vero his locis dubium est, an μόχθος *laborem gravem ac molestum*, aut potius *molestias, ærumnas, calamitates* significet, cum quibus Paulo conflictandum fuit. Hesych. μόχθος· πόνος, κακοπάθεια. Alexandrini hac voce usi sunt pro עָמָל idem, Deut. XXVI. 7. Cohel. II. 10, 11, 18, 19 seq. תְּלָאָה *labor, defatigatio, molestia*, Num. XX. 14. Neh. IX. 32. et pro יְגִיעַ *labor*, Ies. LV. 2. Jer. III. 24. A vocabulo μόχθος descendit μοχθέω, quod, ut μογέω, significat: *cum labore et molestia perferre, tolerare et perpeti*, etiam *cum labore parare effectumque reddere aliquid*, et in passivo: *affligi, vexari, affici molestiis*. Confer Schütz. ad Æschyli Prometh. Vinct. v. 831.

ΜΥΕΛΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *medulla, quæ in ossibus est*. Confer Alex. Job. XXXIII. 24. τὰ δὲ ὀστᾶ αὐτοῦ ἐμπλήσει μυελοῦ. Hesych. μυελός· τροφὴ, ἴδισμα, τὸ ἐντὸς τῶν ὀστῶν. 2) metaphorice: *omne, quod intimum est*, speciatim *intima animi, interior hominis sensus*. Sic de intimis, scil. animi recessibus, semel legitur in N. T. Hebr. IV. 12. ubi comminationes divinæ dicuntur penetrare ἄχρι μυελῶν, h. e. altissime, seu admodum afficere animum, i. q. nos dicimus, in mark und bein dringen, *to pierce through marrow and bone*. Simili modo Eurip. Hippolyt. v. 255. πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς, ubi videndus Valckenarius. Alciphron I. 23. Heliodorus III. 7. ἄχρις ἐπ' ὀστέα καὶ μυελοὺς αὐτοὺς εἰσδύεται.

ΜΥΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *initio aliquem sacris et mysteriis*, h. e. *doceo aliquem ea, quæ ad religionem et mysteria pertinent*. Μυέομαι, οῦμαι, *ab alio sacris initior et instituor*, a μύω *claudo*, vel quia initiationes fere fiebant in abditis et abstrusis templorum partibus, vel quia μύσταις necesse erat μύειν τὸ στόμα καὶ μὴ ἐκφαίνειν, ἃ μεμύηνται, ut originem vocis hujus tradidit Eustathius ad Homer. Iliad. pag. 1356. lin. 51. Fuisse vero verbum μυεῖν sacris rebus dicatum, satis apparet ex Pollucis Onom. I. c. 1. s. 31. Plut. T. II. p. 477. Alcibiad. p. 300. τοὺς δὲ ἄλλους ἑταίρους παρεῖναι καὶ μυεῖσθαι μύστας προσαγορευομένους. Isocrat. Panegyr. p. 106. ἃς οὐχ οἷόν τ' ἄλλοις ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκούειν. Hesych. μυεῖται. μυσταγωγεῖται. 2) generatim: *doceo, instituo, assuefacio aliquem*, et μυέομαι, οῦμαι, *instituor, assuefio alicui rei*. Hesych. μυεῖται· διδάσκεται. Sic semel legitur in N. T. Phil. IV. 12. ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι μεμύημαι omnibus omnino rebus omni tempore assuefactus sum, ubi permutatur cum μανθάνειν v. 11. et εἰδέναι v. 12. Theodoret. et Theophylact. ad h. l. πεῖραν ἔλαβον. Vulgatus: *institutus sum*. Hesychius, fortasse h. l. respiciens, μεμύημαι· πεπείραμαι. Conf. etiam Irmisch. ad Herodian. I. 13. 16. p. 577. et Wetstenii N. T. T. II. p. 279.

ΜΥ͂ΘΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *verbum, sive complexum, sive incomplexum, dictum, oratio, sermo, disputatio*, a μυέω *doceo*, vel a μύω *claudo*. Eustathius ad Homer. Iliad. α', p. 29. σημειῶσαι δὲ, ὅτι μῦθον ἀεὶ ὁ ποιητὴς ἁπλῶς τὸν λόγον φησί· τὸ δὲ ἐπὶ ψευδοῦς λόγου τεθῆναι αὐτὸν τῶν ὑστέρων ἐστί. Etym. M. μῦθος σημαίνει δύο, τόν τε σκοτεινὸν λόγον, — καὶ τὸν ἁπλῶς λόγον. Diod. Sic. I. 93. μύθους πεπλασμένους. Xenoph. Mem. I. 2. 58. Conf. etiam

Valesium ad Maussac. Annotatt. ad Harpocr. p. 122. Sic quoque legitur in N. T. 2 Petr. I. 16. σεσοφισμένοι μῦθοι oratio, ad alios decipiendos artificiose excogitata et exornata, seu ratiunculæ subtiles et artificiosæ. 2) *fabula, figmentum, doctrina falsa et spuria*, et ex adjuncto: *omnis res levis et nullius momenti*. Sic legitur in N. T. 1 Tim. I. 4. μηδὲ προσέχειν μύθοις neque operam dent Judaicis fabulis et traditionibus, coll. Tit. I. 14. 1 Tim. IV. 7. τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ abstine autem ab omnibus quæstionibus vanis et inanibus, profanis æque ac anilibus. 2 Tim. IV. 4. οἱ μῦθοι opponuntur τῇ ἀληθείᾳ veræ religioni christianæ, ergo doctrinam falsam significant. Sæpius non legitur in N. T. Sirac. XX. 19. Xenoph. Ep. I. 6. Suid. μῦθος· λόγος ψευδής, εἰκονίζων τὴν ἀλήθειαν. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 701.

ΜΥΚΑ'Ω, ῶ, et ΜΥΚΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, *rugio*. Proprie quidem μυκᾶσθαι non de rugitu leonum frequentatur, sed de mugitu taurorum. Ortum enim suum traxit a μῦ, sono boum. Phavorinus: βρυχᾶσθαι ἐπὶ λέοντος. μυκᾶσθαι ἐπὶ βοός. Sed haud raro utraque vox ita permutatur, ut μυκᾶσθαι etiam de rugitu leonum adhibeatur, quibus etiam Theocrit. XXVI. 20. μύκημα, et Seneca in Hercule Œtæo 13. *immugire* tribuit. Sic legitur in N. T. Apoc. X. 3. ὥσπερ λέων μυκᾶται sicut leo rugit. Hesych. μυκᾶσθαι· ὄνοις καὶ καμήλοις ὁμοίως βρύχεσθαι καὶ βουσί. Confer Valckenar. ad Ammon. III. 18. p. 230. et Wetstenii N. T. T. II. p. 789.

ΜΥΚΤΗΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *nares attraho*, quod irridentis est, a μυκτὴρ *nares, nasus*, etiam, quia nasum irrisionis sedem esse veteres credebant, *irrisio*. Jam, quia deridentes nasum solent attrahere, hinc μυκτηρίζειν 2) est: *naso aliquem suspendere adunco*, (Horat. I. Serm. VI. 5. et II. Serm. VIII. 64.) *naribus suspensis aliquem deridere, irridere, illudere*, et μυκτηρίζεσθαι notat partim: *subsannari, derideri, contemni, gestibus illudi*, partim, *pati se derideri, derisionem sustinere*. Sic semel legitur in N. T. Galat. VI. 7. Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται Deus se irrideri non patitur, h. e. non impune peccari potest erga Deum, seu, Deus graviter puniet hunc vestrum ingratum erga doctores vestros animum. Verbum hoc, de quo copiose egit Elsnerus Obss. Sacr. T. II. p. 199. Alexandrini interpretes sæpissime adhibent pro לָעַג *irrisit, contemsit*, Job. XXII. 19. Ps. LXXX. 7. הִלְעִיג idem, 2 Chron. XXXVI. 16. נָאַץ *sprevit, contemsit*, Prov. I. 30. XV. 5. et בָּזָה idem, Prov. XV. 20. Hesych. μυκτηρίζειν· χλευάζειν, καταγελᾶν, ἀπὸ τοῦ μύζειν τοῖς μυκτῆρσι.

ΜΥΛΙΚΟ'Σ, ή, όν, *molaris, molendinarius, ad molam pertinens*, a μύλη *mola*. Legitur semel in N. T. Marc. IX. 42. λίθος μυλικὸς lapis molaris, seu lapis, quo moluntur fruges, aut quivis alius, mensuram ejusmodi lapidum æquans vel accedens. Cf. Goetzium de Pistrinis Veterum (1730. 8.) p. 127 seq.

ΜΥ'ΛΟΣ, ου, ὁ, i. q. μύλη, *mola eaque major, quæ non manu, sed asinorum opera versari solebat et constabat ex duabus partibus, quas constituebant duo lapides, superior, mobilis* (τὸ ἐπιμύλιον *catillus*, רֶכֶב 2 Sam. XI. 21.) et *inferior, immobilis*, (Joh. XLI. 15. רֵחַיִם Deut. XXIV. 6.) *quorum alter alteri quasi inequitabat*; item per synecdochen: *lapis molaris*, et quidem *superior*, qui etiam ὄνος dicitur, inferior vero μύλη, (conf. Meursium ad Lycophr. Cassandr. v. 233. Hesych. ὄνος· ὁ ἀνώτερος λίθος τοῦ μύλου.) quanquam non semper hoc discrimen observatum esse docuit Goetzius de Pistrinis Veterum p. 123 seq. Vide etiam Strodtmanni Syllog. I. Differentt. Græc. § 19. in Novis Miscell. Lips. VII. p. 769. et Wetstenii N. T. T. I. p. 441. Matth. XVIII. 6. ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ ut suspendatur in collo ejus lapis molæ asinariæ. In loco parallelo Marc. IX. 42. legitur λίθος μυλικός. Vulgatus male: *mola asinaria*: nec rectius Syrus, qui verba illa vertit ܪܚܝܐ ܕܚܡܪܐ. Idem valet de loco Luc. XVII. 2. coll. Marc. IX. 42. Apoc. XVIII. 21. λίθον ὡς μύλον μέγαν. ibid. v. 22. φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι vox molæ non amplius in te audiatur, coll. Jerem. XXV. 10. *Vox illa molæ* nonnullis interpretibus est strepitus, quem edunt molæ multæ in magna civitate, ut adeo indicetur tanta terræ vastitas rerumque omnium penuria, ut molæ omnes quiescant. Sed rectius per *vocem molæ* cum Grotio cantica intelligo molentium, vel servorum, vel puellarum, molam trusantium. Vide Ies. XXIV. 8. et Ezech. XXVI. 13. In molis autem cantare solitos esse molentes, apparet ex Pollucis Onom. VII. c. 33. s. 8. Adde Goetzium in libro laudato p. 382.

ΜΥ'ΛΩΝ, ωνος, et ΜΥΛΩ'Ν, ῶνος, ὁ, *molendinum, in quo sunt plures molæ, moletrina, pistrinum, locus, in quo est et versatur mola*, quem Alexandrini Jer. LII. 11. οἰκίαν μύλωνος vocant, a μύλη *mola*. Semel legitur in N. T. Matth. XXIV. 41. δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι duæ servæ molent in pistrino. Non solum enim servos, sed etiam servas olim molitorum officio defunctas esse, apparet vel ex loco Exod. XI. 5. ubi commemoratur ἡ θεράπαινα ἡ παρὰ τὸ μύλον. Hom. Od. VII. 103. Theophr. Char. c. 7. Alia loca veterum adduxit Goetzius in libro de Pistrinis Veterum p. 189 seq. et Wetstenius N. T. T. I. p. 505. Demosthen. p. 1111. 27. ed. Reisk. ἐν τῷ μυλῶνι προσῆκεν αὐτῷ εἶναι μᾶλλον ἢ κ. τ. λ. Vulgo quidem scribitur μύλων, sed rectius scribi acute μυλών, observat Jungermannus ad Pollucis Onom. III. 5. 78.

ΜΥ'ΡΑ, ων, τά. *Myra, orum*. Urbs littoralis, quam Strabo numerat inter præcipuas Lyciæ (quæ erat Asiæ regio littoralis inter Pamphyliam et Cariam) urbes. In N. T. semel legitur Act. XXVII. 5. εἰς Μύρα τῆς Λυκίας. Hanc enim veram h. l. esse lectionem, nec loco Μύρα, Σμύρναν, aut Λύστρα, quæ est quorumdam codicum lectio, legendum esse, nec cum Grotio *Limyra*, urbis in Lycia, ad Limyrum amnem sitæ, nomen reponendum esse, jam dudum viderunt interpretes N. T. artis criticæ periti. Nomen suum habere videtur non a μύρον *unguentum*, sed a μύρω *fluo, fundo*. Confer Cellarii Geogr. Plen. III. c. 3. p. 97.

ΜΥΡΙΑ'Σ, άδος, ἡ, 1) *myrias*. Numerus decem millium, a μυρίος *infinitus, innumerus, summus, extremus, maximus*. Act. XIX. 19. καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε et invenerunt, pretio computato, quinquaginta millia denariorum, aut drachmarum. Alexandrini pro רִבּוֹא vel רִבּוֹ idem, Esr. II. 64, 69. Neh. VII. 71, 72. et רְבָבָה et in plurali רְבָבוֹת idem, Deut. XXXIII. 17. 2) ut Hebraicum רְבָבָה Deuter. XXXII. 30. Ps. III. 6. XC. 7. ponitur etiam per synecdochen speciei pro *quocunque numero indefinito et*

indeterminato, qui est admodum magnus, immensus ac infinitus. Judith. XVI. 3. Sirac. XLVII. 6. Sic legitur in N. T. Luc. XII. 1. ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου cum congregata esset ingens populi multitudo. ibid. XXI. 20. πόσαι μυριάδες εἰσὶν Ἰουδαίων τῶν πεπιστευκότων quam multi Judæorum ad fidem christianam adducti sint. Hebr. XII. 22. καὶ μυριάσιν ἀγγέλων et multitudine immensa ac innumera angelorum. Jud. v. 12. Apoc. V. 11. μυριάδες μυριάδων. ibid. IX. 16. δύο μυριάδες μυριάδων. Confer Ps. LXVIII. 18. et Dan. VII. 10. Sæpius non legitur in N. T.

ΜΥΡΙ´ΖΩ, fut. ίσω, *ungo, inungo, unguentis aromaticis et odoratis imbuo*, a μύρον *unguentum aromaticum et odoriferum.* Semel tantum legitur in N. T. Marc. XIV. 8. προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν, coll. Matth. XXVI. 12. Aristoph. Plut. v. 529. Lysistr. 937. Athenæus XV. p. 691. A. Hinc μυρισμὸς *inunctio, unguentum.* Judith. XVI. 6. ἠλείψατο τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν μυρισμῷ.

ΜΥΡΙ´ΟΣ, ία, ίον, paroxytonon, *infinitus, innumerus*, etiam *summus, maximus.* (Euripid. Alcest. v. 544. καί σοι μυρίαν ἕξω χάριν.) In plurali μυρίοι *innumeri.* Μύριοι, αι, α, proparoxytonon, 1) *decies mille*, vel *decem millia.* Matth. XVIII. 24. ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων debitor decies mille talentorum. Alexandrini posuerunt pro עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים Esth. III. 9. רִבּוֹ 1 Chron. XXIX. 7. Dan. VII. 10. et רְבָבָה Jud. XX. 10. Suid. μυρία· πολλὰ καὶ ἀναρίθμητα. — μύρια δὲ ὁ ἀριθμός. 2) ut Latinum *sexcenti, sexcenta*, (Cic. de Divinat. II. 14. Vide Terent. Phorm. IV. 3. 63.) *multi, quamplurimi, infiniti, innumeri*, ita, ut per synecdochen speciei numerus certus pro incerto ponatur. Conf. supra μυριάς. Sic legitur in N. T. 1 Cor. IV. 15. ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε si enim innumeros pædagogos haberetis. ibid. XIV. 19. ἢ μυρίους λόγους ἐν γλώσσῃ. Sæpius non legitur in N. T. Confer Æschin. Socr. Dial. III. 12. μυρίων θανάτων χείρων ἀπότευξις. Eurip. Phœn. v. 113. 315 et 592. Homer. Iliad. λ΄, 326. Ælian. V. H. IX. 37. Confer Alberti Obss. Philol. p. 352. Tzetzes ad Hesiod. Ἔργ. v. 252. μύριοι δὲ οἱ πολλοὶ, ἐκ τοῦ μύρω, τὸ πλημμύρω.

ΜΥ˜ΡΟΝ, ου, τὸ, *unguentum et quidem aromaticum et odoriferum, e variis odoribus mixtum*, χρίσμα μικτὸν, interdum etiam *oleum*, (conf. Foësii Œcon. Hipp. p. 254. Plinii H. N. XIII. 2.) a μύρω *fluo, stillo*, vel potius a מֹר *myrrha*, unde unguenta fiebant. Legitur in N. T. apud Matth. XXVI. 7. ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα βαρυτίμου habens alabastrum unguenti pretiosi. ibid. v. 9, 12. βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον τοῦτο ἐπὶ τοῦ σώματός μου quod vero hoc unguentum corpori meo affudit. Marc. XIV. 3, 4. Luc. VII. 3, 38. καὶ ἤλειφε τῷ μύρῳ. ibid. v. 46. XXIII. 56. Joh. XI. 2. XII. 3, 5. Apoc. XVIII. 13. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro רֹקַח *unguentum*, Exod. XXX. 25. שֶׁמֶן *oleum, unguentum*, Prov. XXVII. 9. Cant. I. 3. et pro בֶּשֶׂם *aroma odoratum.* Cant. IV. 14, 16. V. 1. Cæterum conf. Perizonium ad Ælian. V. H. XII. c. 31.

ΜΥΣΙ´Α, ας, ἡ, *Mysia.* Provincia Asiæ minoris, quæ dividitur in majorem et minorem. *Mysia major* sita est inter Mysiam minorem, Phrygiam majorem, Bithyniam et mare *Ægeum*: *Mysia minor* inter Hellespontum et Propontidem. Cf. Cellarii Geogr. III. c. 3. s. 1. p. 29 seq. Bis tantum commemoratur in N. T. Act. XVI. 7, 8.

ΜΥΣΤΗ´ΡΙΟΝ, ίου, τό. Vox hæc, quam alii (v. c. Casaubon. de Rom. Sat. L. I. c. 2.) ab Hebraico מִסְתָּר *res abscondita* deducunt, alii vero Græco μύειν *claudere, occludere, abscondere*, aut μύεσθαι *sacris initiari*, originem debere existimant, in N. T. generatim significat *quamvis rem et doctrinam occultam et olim, seu adhuc, hominibus ignotam, omne, quod est novum et inauditum, aut ita profundum, obscurum et sublime, ut non sentiri et intelligi facile possit, aut captum ingenii humani plane superet*, etiam *emblema*, i. q. τύπος, σύμβολον (sic ܐܪܙܐ apud Ephraëm. Syr. Opp. Syr. T. I. p. 60. 110.) et respondet Chaldaico רָז (quod etiam *secretum, arcanum et omne, quod ignoratur, aut aliquamdiu ignoratum est*, significat) in versione Alex. Dan. II. 18, 19, 27—30, 47. IV. 9. Ad hanc notionem communem referri commode possunt omnia N. T. loca, in quibus hæc vox legitur, quæ jam, ut, quomodo sensus hujus vocis in singulis locis ex contexta oratione constituendus et definiendus sit, appareat, integra apponam. Matth. XIII. 11. ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν vobis datum est cognoscere et intelligere *doctrinam absconditam et obscure propositam de variis religionis meæ fatis*, coll. v. 3—9. Eodem sensu legitur quoque hæc vox Marc. IV. 11. et Luc. VIII. 10. Rom. XI. 25. οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν τὸ μυστήριον τοῦτο, ubi intelligitur *doctrina de futura Judæorum conversione ad religionem christianam*, a Paulo primum tradita Romanis. Rom. XVI. 25. ubi μυστήριον *religionem christianam* significat, *ignotam hominibus ante Christi adventum.* 1 Cor. II. 7. λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ tradimus doctrinam divinam, sapientiæ plenam, quæ antea ignota hominibus erat; ubi explicationis causa additur τὴν ἀποκεκρυμμένην, quemadmodum Rom. XVI. 25. de μυστηρίῳ χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένῳ vocabulum ἀποκάλυψις adhibetur. 1 Cor. IV. 1. οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ viros, quorum ministerio Deus utitur in tradenda religione christiana. ibid. XIII. 2. ἐὰν εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα si ego cognitas haberem *omnes res, quæ fugiunt intelligentiam humanam.* ibid. XIV. 2. λαλεῖ μυστήρια loquitur *ea, quæ alii* (qui has peregrinas linguas non callent) *non intelligunt.* ib. XV. 51. ἰδοὺ μυστήριον λέγω scitote igitur, quod vobis occultum nunc patefacio. Tradit autem Paulus in sequentibus *doctrinam de futura resurrectione mortuorum.* Ephes. I. 9. γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ notum nobis faciens decretum, seu consilium suum, hominibus adhuc ignotum. ibid. III. 3, 4 et 9. μυστήριον est doctrina de conjunctione gentilium et Judæorum, per religionem christianam efficienda, nova illa et antea inaudita, coll. v. 6. ibid. V. 32. μυστήριον usurpatur de *eo, quod habet sensum mysticum et allegoricum*, seu *explicatione allegorica*, τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστί· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν hic locus (v. 31.) si allegorice explicetur, de Christi cum ecclesia conjunctione, est maxime memorabilis. ibid. VI. 19. μυστήριον τοῦ εὐαγγελίου doctrina christiana, quæ Coloss. I. 26 et 27. simpliciter μυστήριον dicitur, et ibid. II. 2. μυστήριον Θεοῦ et IV. 3. μυστήριον Χριστοῦ et 1 Tim. III. 9. μυστήριον τῆς πίστεως vocatur. 2 Thess. II. 7. τὸ γὰρ μυστήριον τῆς ἀνομίας ἤδη ἐνεργεῖται clam se jam exserit defectio a reli-

gione christiana, clam multi deficiunt a religione; ubi μυστήριον *omne* notat, *quod clam et in abscondito fit*, coll. v. 8. 1 Tim. III. 16. τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον doctrina, pietatis magistra. Apoc. I. 20. τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, res arcana, septem stellarum symbolo adumbrata. et XVII. 7. τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς sunt ea, quæ mystice per septem stellas et mulierem innuuntur. ibid. X. 7. μυστήριον τοῦ Θεοῦ mihi significare videtur decretum et consilium divinum de restitutione generis humani per Christum. Ibid. XVII. 5. μυστήριον res alte recondita, aut plane inaudita. Ibid. v. 7. τὸ μυστήριον, quod mystice significet. Sæpius non legitur in N. T. Marc. Antonin. IV. c. 5. ὁ θάνατος τοιοῦτον οἷον γένεσις φύσεως μυστήριον. Cic. de Orat. I. c. 47. — " explicet nobis et illa *dicendi mysteria* enunciet." Tob. XII. 12. μυστήριον βασιλέως κρύψαι secreta regis non efferre. Judith. II. 2. ἔθετο μετ' αὐτῶν τὸ μυστήριον τῆς βουλῆς αὐτοῦ communicavit cum iis secreta sua consilia. Sap. II. 22. μυστήρια τοῦ Θεοῦ consilia divina. ibid. VI. 24. doctrina de vera sapientia ejusque origine μυστήριον dicitur. Sirac. XXII. 27. μυστηρίου ἀποκάλυψις arcanorum revelatio. ib. XXVII. 16, 17, 21. 2 Macc. XIII. 21. Eodem sensu ܪܐܙܐ venit apud Ephraëmum Syrum Opp. Syr. T. I. p. 60. 110. et רָזָא in Sohar. Genes. Fol. 9. col. 36. Cæterum copiose de vario hujus vocis usu cum apud profanos, tum sacros et ecclesiasticos scriptores, disputavit Joh. Sam. Kühn D. de voce μυστήριον (Quedlinb. 1771. 4.), Wetstenius N. T. T. I. p. 400. T. II. p. 311 et 257. et Casaubonus in Exercitatt. Antibaronianis XVI. N. 43. qui recte observavit, apud Græcos scriptores μυστήριον significare *sacra arcana*, quæ Latini *seclusa* vocant, confer Polluc. Onom. I. c. 1. 31. et Reisk. Indicem Græcit. Demosthen. pag. 518.) ad quem loquendi usum mihi etiam respexisse videntur scriptores N. T. Phavorin. μυστήριόν ἐστιν ἄῤῥητον σέβας, ἢ τὸ ἀπόῤῥητον.

ΜΥΩΠΑΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *claudo oculos, nicto, conniveo*, q. d. μύω τοὺς ὦπας, ex μύω *claudo* et ὤψ, ὠπὸς *oculus*. Hesych. μυστιζόμενος· μυωπάζων, παρακαμμύων. Suid. ἐμυωπίασιν ἄκροις τοῖς ὀφθαλμοῖς προσέσχε. μυωπάζω γὰρ τὸ καμμύω. Jam, quia oculis connivere solent, qui nihil a longinquo vident, hinc μυωπάζειν etiam notat 2) *proxima tantum videre, nihil e longinquo, seu procul cernere, cæcutire*, unde μύωψ, *qui minus valet acie oculi, qui est obtusa acie*, nec adeo interdum differt a τυφλὸς *cæcutiens*. Hesych. μυωπάζων· ὀφθαλμιῶν, h. e. oculorum morbo, seu dolore laborans. Suid. μυωπάζειν· τοὺς ὀφθαλμοὺς πάσχειν. Semel tantum legitur in N. T. 2 Petr. I. 9. ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων, qui his virtutibus destituitur, cœcus est et cæcutiens, seu sponte claudit oculos, ut ne videat, quod invitus videt, h. e. destituitur vera et salutari religionis christianæ cognitione. Cf. Bocharti Hierozoicon Lib. I. c. 4. p. 31. et Wetstenii N. T. T. II. p. 700.

ΜΩΛΩΨ, ωπος, ὁ, *vibex, livor, vestigium verberum in cute*, ex μῶλος *pugna* et ὤψ *species*, quasi *nota ex pugna*. Vide Pollucis Onom. Lib. III. c. 8. s. 3. Hesych. μώλωψ· τραῦμα καὶ ὁ ἐκ πληγῆς αἱματώδης τόπος, ἢ καὶ τὰ ἐξερχόμενα τῶν πληγῶν ὕδατα. Suid. μώλωψ· ἔναιμον ἄλγος. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 688. 2) per metonymiam *quivis dolor et cruciatus*. Hinc dicitur de omnibus cruciatibus atque miseriis Christi pro salute hominum exantlatis. Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. II. 24. οὗ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε, pro: διὰ τοῦ μώλωπος αὐτοῦ ἰάθητε, cujus vulneribus sanati estis, h. e. cujus morti cruentæ beneficium remissionis peccatorum debebitis. Conf. Ies. LIII. 5. ubi Hebraico חַבּוּרָה *vibex, tumor livens* respondet, pro quo etiam legitur Genes. IV. 22. Exod. XXI. 25. Psalm. XXXVII. 5. Ies. I. 6. Adde Judith. IX. 13. Sirac. XXIII. 9. XXVIII. 18. Hinc μωλωπίω *vibicem verberando efficio* apud Aquilam Cantic. V. 8.

ΜΩΜΕΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, etiam ΜΩΜΑΟΜΑΙ, ῶμαι. Medium: *vitupero, reprehendo, carpo, irrideo*. Passivum: *reprehendor, vituperor, in reprehensionem incurro*, a μῶμος *macula, vituperium*, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. 2 Cor. VI. 3. μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπὴν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία ἡμῶν nullam ulla in re præbentes offensionem, ne jure munus nostrum apostolicum vituperari possit. ibid. VIII. 20. στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ὑμᾶς μωμήσηται vitantes hoc, ne quis vos vituperet, seu potius jure suo vituperare et carpere possit. Alexandrini Prov. IX. 7. pro מוּמוֹ *macula ejus est*, habent μωμήσεται ἑαυτόν. Sap. X. 14. ψευδεῖς τε ἔδειξεν τοὺς μωμησαμένους αὐτόν. Hesych. μωμήσεται· ψέξει, μέμψεται. Alberti Gloss. Gr. p. 142. μωμηθῇ· ψεχθῇ, ἀποδοκιμασθῇ.

ΜΩΜΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *macula, vitium, labes*, et respondet Hebraico מוּם quod de hominibus pariter ac animalibus, vitio corporis laborantibus, in N. T. usurpatur et pro quo Alexandrini hoc Græco usi sunt Levit. XXI. 16, 17, 21, 23. XXII. 20, 21, 25. Deut. XV. 21. ἐὰν δὲ ᾖ ἐν αὐτῷ μῶμος, χωλὸν ἢ τυφλὸν, ἢ πᾶς μῶμος πονηρὸς, οὐ θήσεις αὐτὸ Κυρίῳ. 2) metaphorice: *macula moralis, dedecus, vitium, actio, quæ vituperium et reprehensionem incurrit*, aut *digna est, quæ reprehendatur*. Sirac. XX. 26. μῶμος πονηρὸς ἐν ἀνθρώπῳ ψεῦδος. ibid. XLVII. 22. Sic מוּם legitur Deut. XXXII. 5. et Job. X. 15. 3) metonymice: *vituperium, reprehensio, probrum, irrisio*, unde *Momus* deus quidam gentilium, reliquorum deorum irrisor. Lex. Cyrilli MS. Brem. μῶμος· μέμψις, ψόγος. Hesych. μῶμος· ψόγος. Sirac. XI. 32, 34. Interdum etiam *querelam* notat, nam, cum conqueror, vitupero. Sirac. XVIII. 16. ἐν ἀγαθοῖς μὴ δῷς μῶμον. Vulgatus: In bonis tuis ne des querelam. 4) *homo turpis, vituperatione dignus, impius, sceleratus*. Sic semel legitur in N. T. 2 Petr. II. 13. σπῖλοι καὶ μῶμοι maculosi et dedecora hominum, i. q. nos: **Schandflecke der menschlichen Gesellschaft**, *stain of the human race*. Eodem modo σπῖλος usurpatur, ut infra docebitur. Vide Burmann. ad Ovid. IX. Her. 20.

ΜΩΡΑΙΝΩ, fut. ανῶ, 1) proprie de *rebus* usurpatur et significat: *fatuum, insipidum reddo, corrumpo*. Passivum μωραίνομαι *fatuus et insipidus fio, corrumpor, vim et vigorem amitto*, a μωρὸς *fatuus, insipidus*. Ita dicitur de sale, Matth. V. 13. ἐὰν τὸ ἅλας μωρανθῇ quodsi sal vim et saporem amiserit. Luc. XIV. 34. Cf. Wedelii Exercitatt. Medico-Philol. Decad. V. Exerc. 4. p. 15. J. H. Maii Obss. SS. Lib. III. p. 105 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 291. 2) *stolidum reddo et declaro, infatuo*, μωραίνομαι *stultus fio, stultitiam prodo et factis declaro*. Rom. I. 22. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν dum jactabant se præ cæteris sapientes esse, cognita est eorum stultitia, seu

ignorantia veræ religionis. 1 Cor. I. 20. οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; nonne Deus demonstravit, stultitiam esse sapientiam humanam? Chrysostomus ad h. l. bene: ἔδειξεν αὐτὴν μωράν. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro סִכֵּל Pihel *stultum reddidit.* 2 Sam. XXIV. 10. Ies. XLIV. 25. καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν μωραίνων, et pro נִבְעַר *obbrutesco,* Ies. XIX. 11. Jer. X. 13. Hesych. μωραίνει· ἀφραίνει, παρακόπτει, μαίνεται.

ΜΩΡΙ'Α, ας, ἡ, *stultitia, stoliditas, inscitia, imperitia,* a μωρὸς, quod vide. 1 Cor. I. 18. ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ doctrina de morte cruenta Christi in cruce iis, qui religionem christianam repudiant, stulta videtur, seu, ut absona ridetur et repudiatur. ibid. v. 21. διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος, pro: διὰ τοῦ κηρύγματος τοῦ μωροῦ per indoctum et ab omni subtilitate ac eruditionis specie alienum modum disserendi. Opponitur enim h. l. μωρία τοῦ κηρύγματος, τῇ σοφίᾳ λόγου v. 17. ibid. v. 24. Ἕλλησι, seu ἔθνεσι, δὲ μωρίαν quam ut absurdam spernunt et rident pagani. ibid. II. 14. μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι absurda ipsi videtur. ibid. III. 19. ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι eruditio humana, quæ nunc laudatur et commendatur, mera inscitia est, judice Deo, h. e. Deus eam inutilem judicat et declarat ad addiscendam et amplectendam religionem christianam. Sæpius non legitur in N. T. Thucyd. IV. 64. et V. 41. πρῶτον ἐδόκει μωρία εἶναι ταῦτα.

ΜΩΡΟΛΟΓΙ'Α, ας, ἡ, *stultiloquium,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum.) *nugacitas, dicacitas, ineptiæ, nugæ scurriles, studium ineptorum et impudicorum sermonum,* quale est morionum et parasitorum, i. q. εὐτραπελία, a μωρολόγος (quod vocabulum etiam in Latinam linguam transiit et legitur apud Plautum Pers. Act. I. Sc. I. 50. "amoris vitio, non meo, nunc tibi *morologus fio.*") *stulta, inepta et impudica loquens,* a μωρὸς, quod vide, et λόγος *sermo.* Athen. VI. p. 270. F. Antigon. de Mirab. 126. Semel legitur in N. T. Ephes. V. 4. ubi μωρολογία non solum *nugas scurriles* et *omnes omnino sermones, christiano indecentes,* sed speciatim etiam *impudicos sermones* comprehendere recte docuit Heinsius ad h. l. et Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 221. ex usu vocum ἀφροσύνη, (*amor turpis, impudicitia.* Deut. XXII. 21. Judd. XIX. 23, 24. 2 Reg. XIII. 12.) μωρία, (Schol. Eurip. ad Hippolyt. v. 642. μωρίαν ἤτοι τὴν πορνείαν.) ἄνοια (*turpis amor.* Eurip. Hippolyt. v. 398.) et μωραίνω. Eurip. Hippolyt. v. 674. μωραίνουσα γυνὴ *impudica mulier;* ubi vid. Schol.

ΜΩΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) ut *fatuus,* (Martial. XIII. 13.) *insipidus, qui saporem, vim et vigorem amisit.* Hippocr. de Diæta Lib. II. c. 27. text. 2. Dioscor. IV. 18. p. 122. Deinde, ut Hebraicum תָּפֵל (quod pr. *insulsum, insipidum,* Job. VI. 6. deinde vero *stultum* notat, v. c. Thren. II. 14.) Latinum *fatuus,* Gallicum *fade,* et nostrum abgeschmackt, *insipid, tasteless.* Respondet Latinorum *stultus,* et 2) non solum *imprudentem, improvidum, qui sine consilio vult et agit, nec de eventibus est sollicitus,* aut *insanum, sanæ mentis plane expertem,* sed etiam *imperitum, alienum ab omni eruditione humana* significat, q. μήωρος, ex μὴ *non* et ὤρα *cura, qui nullius rei cura tangitur,* vel quasi μὴ ὁρῶν *non videns,* scil. *animo, non intelligens.* Legitur in N. T. Matth. V. 22. ὃς δ' ἂν εἴπῃ (scil. τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ) μωρὲ quicunque vero alium appellaverit insanum, h. e. summa contumelia affecerit. Sed videtur μωρὸς h. l. potius *hominem, a vero cultu alienum, improbum, sceleratum et flagitiosum* significare, ut sensus sit: qui alium hominem improbum criminatus fuerit. Certe suadet et commendat hanc interpretandi rationem usus loquendi Hebræorum. Conf. Jos. VII. 15. ubi נְבָלָה *gravissimum scelus et flagitium* significat. 2 Sam. III. 33. ubi pro נָבָל Chaldæus רשיעין posuit. Psalm. XIV. 1. Matth. VII. 26. ἀνδρὶ μωρῷ homini, qui temerarie agit nec videt, quid faciendum sit. Opponitur ἀνδρὶ φρονίμῳ v. 24. ibid. XXIII. 17 et 19. ubi μωροὶ sunt homines, perperam ratiocinantes et judicantes. ibid. XXV. 2, 3, 8. αἱ μωραὶ imprudentes et incautæ, coll. v. 13. 1 Cor. I. 25. τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ quod in rebus divinis, in doctrina christiana stultum homines credunt, h. e. absurdum et incongruum. Neutrum τὸ μωρὸν substantive h. l. sumitur; ut τὸ σοφὸν, pro σοφία, legitur apud Ælian. V. H. I. 4. ibid. v. 27. τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου, pro: τοὺς μωροὺς τοῦ κόσμου, qui stulti et ab omni eruditione humana plane alieni hominibus videntur. 1 Cor. III. 18. μωρὸς γενέσθω is deponat omnem suam eruditionem et sapientiam humanam. ib. IV. 10. ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστὸν nos ob religionem christianam pro stultis habemur. 3) per metonymiam de *rebus et actionibus* usurpatur, *quæ stultitiam hominis produnt.* 2 Tim. II. 23. τὰς μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ fuge et vita stultas et insulsas quæstiones, quæ non ad cognitionem spectant, nec ad mores et felicitatem aliorum quidquam conferunt. Tit. III. 9. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. μωρός· ὁ ἄφρων. εἴρηται καὶ ἐπὶ τοῦ ἀθέου καὶ ἀπίστου. ὡς τὸ, οὗτος λαὸς μωρὸς καὶ οὐχὶ σοφός. Deut. XXXII. 6. Idem: μωρός· ὁ ἄνους. et μωρούς· τοὺς τοῦ κόσμου σοφοὺς καλεῖ μωρούς. Hesych. μωρός· ἄφρων, μάταιος.

ΜΩΣΗ͂Σ, ου, ὁ, vel ΜΩΫΣΗ͂Σ, οῦ, ΜΩΣΕΥ͂Σ, έως, ΜΩΫΣΕΥ͂Σ, έως, *Moses,* insignis propheta divinus et legislator Judæorum eorumque dux in exitu ex Ægypto, miraculis maximis clarus. Hebraice dicitur מֹשֶׁה et nomen suum accepit vel a מָשָׁה *extraxit,* quia a filia Pharaonis ex aquis extractus et servatus fuit, (Exod. II. 10.) vel a voce Coptica Μωου, quæ *aquam* significat, secundum Suidam, (Μῶυ, τὸ ὕδωρ παρ' Αἰγυπτίοις, ἐξ οὗ καὶ Μωϋσῆς.) Joseph. (contra Appionem I. 31. et A. J. II. 9. 6.) et Philonem (in libris de Vita Mosis et de *nominum mutatione*). Vide et Hesych. in Μωὺ, et Wakefield. in Silva Critica P. I. p. 7. Matth. VIII. 4. τὸ δῶρον, ὃ προσέταξε Μωσῆς sacrificium, quod Moses jussu divino præscripsit. ibid. XVII. 3. XIX. 7, 8. Act. VII. 40. ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος quod enim ad hunc Mosen attinet. Respondent hæc verba Hebraicis זֶה מֹשֶׁה הָאִישׁ Exod. XXXII. 2. Sed nec desunt apud Græcos scriptores exempla nominativi, absolute positi. Vide Kühn. ad Pausan. VIII. 33. et ad Ælian. V. H. II. 13. Act. VI. 14. etc. 2) metonymice: *libri Mosis,* seu *complexus legum divinarum, per Mosen latarum.* Luc. XVI. 29. ἔχουσι Μωσέα habent scripta Mosis. ibid. v. 31. XXIV. 27. Joh. V. 45, 46. Rom. V. 14. μέχρι Μωσέως, i. q. v. 13. ἄχρι νόμου. Theodoret. ad h. l. Μωσέα τὸν νόμον καλεῖ. Alii vertunt: usque ad Mosis tempora; sensu eodem. 2 Cor. III. 12. ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς.

N

ΝΑΑΣΣΩ'Ν, ὁ, Naasson. Nomen proprium viri ἄκλιτον, origine Hebraicum, sine dubio a radice נָחַשׁ *[illegible] est, conjectavit, expertus est.* Fuit filius Aminadabi, frater Elisabethæ, uxoris Aaronis, pontificis, Exod. VI. 22. princeps filiorum Judæ. Num. II. 3. Commemoratur in N. T. Matth. I. 4. Luc. III. 32. Lectu digna de ejus persona habet Wetstenius N. T. T. I. p. 228.

ΝΑΓΓΑΙ', ὁ, *Naggai, Nangæ.* Nomen proprium viri ἄκλιτον Hebraicum, i. q. *illuminans, illustrans,* a נָגַהּ *splenduit.* Fuit filius Maathi. Luc. III. 25. Sæpius non reperitur in N. T.

ΝΑΖΑΡΕ'Θ, vel ΝΑΖΑΡΕ'Τ, ἡ, *Nazareth.* Nomen Hebraicum ἄκλιτον urbis, sitæ in Galilæa inferiori, (unde Matth. XXI. 11. vocatur urbs Galilææ) in tribu Sabulonis prope Capernaumum et quidem in monte (e cujus vertice cives hujus urbis Christum præcipitare conati sunt, Luc. IV. 29.) duabus leucis circiter a monte Thabore, occidentem versus, in qua Jesus conceptus et educatus est. Nonnulli sic dictam volunt a נָצַר *custodivit,* q. d. *custodita;* alii a נֵצֶר *surculus, virgultum,* quia florida erat et virgultis abundabat. Matth. II. 23. IV. 13. XXI. 11. Marc. I. 9. ἀπὸ Ναζαρὲτ e Nazaretho profectus, aut, quod minus placet, Nazaretho oriundus. Luc. I. 26. II. 4. IV. 16. Joh. I. 46, 47. Act. X. 18. Fabric. Gloss. N. T. p. 17. Ναζαρὲθ· ἀκρέμονος, ἢ καθαρός. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 254.

ΝΑΖΑΡΗΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, et ΝΑΖΩΡΑΙ'ΟΣ, ου, ὁ, *Nazarenus* et *Nazaræus.* Nomen gentile, quo Christus a Judæis insigniebatur, non, quod נָזִיר *Nasiræus, separatus,* fuerit, sed a Nazareth, oppido, loco conceptionis et educationis ejus. (a Ναζαρέθ.) Sic legitur in N. T. Matth. II. 23. ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται, ubi vid. Wetstenius. ibid. XXVI. 71. ubi Jesus per contemtum Ναζωραῖος dictus fuisse videtur, quia Nazareth locus obscurus, nec adeo celeber erat; Judæique opinabantur, Jesum Nazarethi quoque natum esse, ut adeo vel exinde se tuto colligere posse putarent, eum non esse Messiam. Conf. Joh. I. 47. et supra a me dicta sub voce Γαλιλαία et Γαλιλαῖος. Marc. I. 24. X. 47. XIV. 67. XVI. 6. Luc. XVIII. 37. XXIV. 19. Joh. XVIII. 5, 7. XIX. 19. Act. II. 22. III. 6. IV. 10. VI. 14. XXII. 8. XXVI. 9. Postmodum vero etiam christiani, quia Jesu Nazaræi, quem Nazarethi natum existimabant, doctrinam amplectebantur, per contemtum et ludibrium Ναζωραῖοι fuerunt appellati a Judæis, nominis Jesu hostibus infensissimis, teste Luca Act. XXIV. 5. πρωτοστάτην τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως principem Nazaræorum, i. e. christianorum sectæ. Sæpius non legitur in N. T. Alberti Gloss. Gr. N. T. p. 18. Ναζωραῖος· καθαρός, ubi vid. nota Alberti, ac quæ habet Deylingius Obss. SS. P. I. obs. 40. p. 197 sequ.

ΝΑΘΑ'Ν, ὁ, *Nathan.* Nomen viri ἄκλιτον, origine Hebraicum, a radice נָתַן *dedit,* unde *donum* significat. Alberti Gloss. Gr. p. 45. Ναθὰν ἔδωκεν, ἢ δόσις, ἢ διδόντος. Duo autem hujus nominis viri in libris sacris commemorantur. Unus fuit propheta Judæorum insignis, Davide regnante. 2 Sam. VII. 2. Alter vero filius, cujus mentio fit 2 Sam. V. 14. et Luc. III. 31.

ΝΑΘΑΝΑΗ'Λ, ὁ, *Nathanaël.* Est nomen viri ἄκλιτον Hebraicum, נְתַנְאֵל i. q. Θεόδωρος *donum Dei,* vel *Deus dedit,* ex נָתַן *dedit* et אֵל *Deus.* Fuit autem discipulus Christi Joh. I. 46—50. XXI. 2. Hunc vulgo eundem esse credunt cum Bartholomæo, qui in Catalogo Apostolorum recensetur. Vide J. Macknighti Comment. Harmon. in IV. Evang. ed. Ruckersfelder. T. II. p. 313.

ΝΑΙ'. Adverbium, 1) *affirmandi, asseverandi et assentiendi,* et significat: *profecto, sane, utique, certe, imo, ita, etiam.* Matth. V. 37. ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναί, οὒ οὔ esto sermo vester affirmans, vere affirmans, et negans, vere negans, h. e. veritati studete in omni sermone vestro. ibid. IX. 28. ναὶ Κύριε, pro: πιστεύομεν Κύριε. ibid. XI. 9. ναὶ λέγω ὑμῖν affirmo vobis hoc, et v. 26. ναὶ est Latinum *profecto.* ibid. XIII. 51. XVII. 24. XXI. 16. Luc. VII. 26. X. 21. XI. 51. XII. 5. Joh. XI. 27. XXI. 15, 16. Act. V. 8. XXII. 27. Rom. III. 29. 2 Cor. I. 17. ubi loco ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναί, ναί, καὶ τὸ οὔ, οὔ, sine duibo reponendum est ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ καὶ τὸ οὔ, ut apud me sit, ita est, et mox, non ita est, h. e. ut ego fallax sim et mendax, ut consilia mea facile mutem, ut sim inconstans. ibid. v. 18. ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν doctrina, a me vobis tradita, non fuit varia et mutabilis, seu sibi ipsi contradicens, non idem affirmans et idem negans, sed semper eadem. ibid. v. 19. doctrina christiana non est idem affirmans et idem negans, sed constans et immutabilis, seu, in ea omnia sunt vera. ibid. v. 20. ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ καὶ ἐν αὐτῷ ἀμήν quidquid Deus per doctrinam christianam promittit, est verum, ratum et certum. Jacob. V. 12. Apoc. I. 7. ναὶ ἀμήν. ibid. XIV. 13. XVI. 7. XXII. 20. Eodem modo ναὶ etiam apud Græcos non solum in interrogationibus, sed etiam sine interrogatione usurpari, idoneis exemplis docuit Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. p. 411 seq. ed. Zeunii. 2) sequente ἀλλά, aut καί, habet *vim, aut plene, aut certe ad tempus concedendi,* et respondet Latinis *recte, esto, concedo,* sed ἀλλὰ aut καὶ *vim objiciendi.* Matth. XV. 27. ναὶ Κύριε, καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων κ. τ. λ. sit sane, ut dicis, Domine, sed tamen et canibus micæ, de mensa dominorum suorum decidentes, dari solent. Marc. VII. 28. (Plutarch. Themist. p. 117. et de Virt. Mulier. p. 258. Arrian. Epict. Lib. IV. c. 6. p. 396. Vide et Wesseling. ad Diod. Sic. XIII. p. 561.) Sunt tamen interpretes, qui ναὶ in utroque loco *quiritantis, exclamantis auxiliumque implorantis* esse existiment, adducti loco Phil.

Vit. Soph. II. c. 5. sect. 3. p. 574. τὸ θρυλλούμενον ἐκεῖνο ἱκέτευσεν ἐπιτείξας τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύοις, ναὶ Νικία, ναὶ πάτερ, οὕτως Ἀθήνας οἶδας. Sed ναὶ vim quoque concedendi habere, apparet vel e loco Demosth. p. 310. ed. Reisk. Ναί, φησὶν, ἀλλὰ τὸ τοῦ κεφάλου καλὸν, τὸ μηδεμίαν γραφὴν φυγεῖν. 3) particula *obsecrantis et obtestantis*, et notat: *obsecro, quæso.* Phil. v. 20. ναὶ, ἀδελφὲ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν Κυρίῳ. Apoc. XXII. 20. ναὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ veni obsecro Domine Jesu! Huc etiam a Scaligero et Casaubono aliisque refertur locus Matth. XV. 27. Sæpius non legitur in N. T. Aristoph. Nub. v. 782. Eurip. Medea v. 1277.

ΝΑΙ'Ν, ἡ, *Nain.* Est nomen urbis ἄκλιτον Hebraicum ab נָעִים *pulcer, elegans, amœnus,* sic dictæ vel ab amœnitate situs, vel, ut aliis placet, a pulcritudine ædificiorum. Conf. Lightfoot. Chorogr. Lucæ præmissam cap. 3. in Hor. Hebr. et Talmud. Reland. Palæst. Lib. III. p. 804. et Cellarii Geogr. Plen. III. cap. 13. p. 423. Fuit autem Nain civitas Galilææ, sita in extremis limitibus Ischaritidis, juxta torrentem Cison, circa montem Thabor non procul a Capernaum, et duabus circiter leucis ab urbe Nazareth. Syriace dicitur ܢܐܝܢ plur. q. d. *amœni,* sc. *agri.* Semel commemoratur in N. T. Luc. VII. 11.

ΝΑΟ'Σ, οῦ, ὁ, Attice νεώς, 1) proprie: *habitatio, habitaculum,* a ναίω *habito.* 2) *templum, ædes, divino cultui, sive veri Dei, sive idolorum, dicata,* speciatim: *templum Hierosolymitanum.* Matth. XXIII. 16, 17, 21. ναὸς, pro ναὸς Θεοῦ, ut legitur ibid. XXVI. 61. ibid. XXVII. 40. Marc. XIV. 58. XV. 29. Joh. II. 20. Act. VII. 48. οὐχ ὁ ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ non habitat summum numen in templis, manu factis. ibid. XVII. 24. 2 Thess. II. 4. ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι κ. τ. λ. ita, ut in templo summi Dei sedens se ipsum pro Deo habeat. Descriptio hominis, admodum impii et inflati, qui Deum adeo ipsum omnemque cultum divinum superbus contemnit. Apoc. VII. 15. XI. 1, 2, 19. XIV. 15, 17. XV. 5, 6, 8. XVI. 1, 17. XXI. 22. Respondet in versione Alex. Hebraico הֵיכָל *templum,* 1 Sam. I. 9. III. 3. 2 Sam. XXII. 7. etc. Jam, quia in hoc ναῷ seu templo Hierosolymitano erat τὸ ἅγιον, solis sacerdotibus patens, τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων, seu ἄδυτον, quod soli pontifici uno modo anni die semel ingredi fas erat, et atrium exterius, quod populo patebat, hinc factum est, ut ναὸς in N. T. interdum non totum templum Hierosolymitanum, sed tantum aliquam ejus partem, per synecdochen totius pro parte, significaret et quidem speciatim: 2) *atrium exterius templi Hierosolymitani, in quo consistebat populus.* Mat. XXIII. 35. ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου usque ad cædem Zachariæ, Barachiæ filii, quem interfecistis inter atrium et altare; quod erat spatium XXII. cubitorum. Conf. 2 Chron. XXIV. 21. ubi facta cædes esse dicitur בַּחֲצַר בֵּית יְהוָה h. e. in subdiali parte templi, in qua erat altare holocaustorum, quam Græci αὐλὴν, Josephus ὕπαιθρον vocat. Cf. ad h. l. Grotium. Matth. XXVII. 5. ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ projectis siclis in atrium, seu potius eam templi Hierosolymitani partem, in qua considere solebant assessores synedrii magni, quam לשכת הגזית vocabant, monente hic Grotio. In versione Alex. respondet Hebraico אוּלָם *vestibulum, porticus,* quem ante templum struxit Salomo. 1 Chron. XXVIII. 11. 2 Chron. VIII. 12. XV. 8. 4) *ea pars templi Hierosolymitani,* quæ *sanctum* dicebatur, et solis sacerdotibus patebat, sive templum proprie sic dictum. Luc. I. 9. εἰσελθὼν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου ingressusque est sanctum, coll. Exod. XXX. 7. ibid. v. 21, 22. Apoc. XI. 1. ubi atrio opponitur v. 2. Ita הֵיכָל 1 Reg. VI. 5. 5) *ea pars templi Hierosolymitani, quæ Sanctum Sanctorum,* seu ἄδυτον, Hebraice דְּבִיר (1 Reg. VI. 5. Huic voci respondet etiam in versione Alex. Psalm. XXVIII. 2.) vocatur. Matth. XXVII. 51. καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο. Vide supra sub καταπέτασμα. Marc. XV. 38. Luc. XXIII. 45. Apoc. XI. 19. Sic etiam legitur 3 Macc. I. 10. ἐνεθυμήθη βουλεύσασθαι εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, coll. v. 11. Syrus bene ܠܓܘ ܗܘ ܕܗܝܟܠܐ in intimas templi partes. ibid. II. 1. 6) *delubrum minus et mobile, dei, deæve icunculæ asservandæ accommodum, majoris templi formam repræsentans, templum portatile.* Sic legitur in N. T. Act. XIX. 24. ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος faciens templa argentea Dianæ, h. e. ædiculas parvas portatiles ex argento, figuram templi Dianæ Ephesinæ referentes, in quibus reponebatur statua, seu imago Dianæ et quæ tanquam sacraria a cultoribus hujus deæ asservabantur. (Conf. J. H. Lederlini Meletema Philol. de templis argenteis Dianæ Ephesiæ. Argentor. 1714. 4.) Sermo autem ibi est de Demetrio, qui horum templorum portatilium monopolium Ephesi habebat. De templis portatilibus veterum gentilium vid. Herodot. II. 63. Theophr. Char. c. 16. Wesseling. ad Diod. Sic. XX. 14. Salmasius ad Solinum cap. 53. p. 803. et Joh. Henr. a Seelen Meditatt. Exeg. P. I. p. 507 seq. Schol. ad Aristot. Rhet. I. 15. ναοί, inquit, sunt εἰκονοστάσια, capellulæ cum imaginibus inclusis. Sed ex sententia Bezæ Scaligero quoque probata Actt. l. l. numi potius intelligendi argentei, quibus templi erat Ephesini figura incisa. Sic βοῦς dicebatur Athenis numus, in quo bovis erat figura impressa. 7) metaphorice: *omne, quod est vero cultui divino destinatum et dicatum.* Hinc Jesus, digito in suum corpus monstrans, Joh. II. 19. Judæis dixit λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον destruite hoc templum corporis mei, ut a Johanne v. 21. explicatur verbis: ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Quonam vero sensu et respectu Christus corpus suum templum dixerit, (nempe quatenus Christus omnibus, quæ his in terris peregit, verum cultum divinum promovere studuit,) apparet ex aliis locis N. T. magis perspicuis, v. c. 1 Cor. III. 16. οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε; num ignoratis, vos esse cœtum Deo sacrum veroque ejus cultui dicatum? ibid. v. 17. ubi videndus Grotius. ibid. VI. 19. τὸ σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν. Dicitur autem h. l. *corpus humanum templum Dei,* quatenus actionibus omnibus, quæ corpore producuntur, verum Dei cultum demonstrare et propagare debemus, (quo sensu etiam a Philone de Somniis T. I. p. 654. ed. Mang. ἡ λογικὴ ψυχὴ vocatur τὸ ἱερὸν Θεοῦ. Conf. et Wetstenii N. T. T. II. p. 111.) coll. v. 20. δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν. (Hierocl. Aur. Carm. p. 24. ed. Needham. καὶ ναὸν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θείου φωτὸς τὸν ἑαυτοῦ παρασκευάζων νοῦν.) 2 Cor. VI. 16. Ephes II. 21. Sæpius non legitur in N. T. Phavor.

ναός· παρὰ τὸ ἐνναίειν ἐν αὐτῷ Θεόν. Idem: Ναός ἐστι νοητὸς νοῦς καθαρὸς, τὴν πολυποίκιλον τίως σοφίαν τοῦ Θεοῦ καθιδρυμένην ἔχων ἐν ἑαυτῷ. ναὸς δὲ Θεοῦ· ὁ τῆς ἁγίας Μονάδος θεατής. Cæterum de differentia inter ἱερὸν et ναὸν vide Strodtmanni Syllogen I. differentiarum Græcarum § 11. in Novis Miscell. Lips. Vol. VII. p. 654. qui docuit, ἱερὸν apud Græcos totum templum, ναὸν vero ipsum penetrale significasse, in quo Dei constitutum erat simulácrum.

ΝΑΟΥ'Μ, ὁ, *Naum*. Nomen proprium viri ἄκλιτον, vel Hebraicum (נָחוּם) significans *consolationem*, seu *consolatorem*, a נָחַם *consolatus est*, vel נְאֻם *dictus*, a radice נָאַם *dixit*. Semel commemoratur in N. T. Luc. III. 25.

ΝΑ'ΡΔΟΣ, ου, ὁ, *nardus*. Dioscorid. I. 6. Originem suam hæc vox Orienti debet, Hebraico נֵרְדְּ (Cant. I. 12. IV. 13, 14.) Chaldaico נִרְדָּא et Syriaco ܢܶܪܕܺܝܢ. 1) proprie ita dicitur *nardus*, herba, seu, teste Plinio H. N. XII. 12. frutex gravi et crassa radice, sed brevi ac nigra fragilique, sed pingui, situm redolente, ut cyperi, aspero sapore, folio parvo densoque; cacumina in aristas se spargunt. Ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. Cf. Salmasii Exercitt. Plin. p. 746. c. 52. Ol. Celsii Hierobot. T. II. p. 1 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 624. Optima nardus non frutex, neque herba, sed tantum radix est. Ab Indis advecta in Syriæ emporia et e Syria delata in Europam est. In nardo succus quidam est, ex quo, sive e foliis, sive e spicis, sive e radice expresso, oleum et unguentum pretiosissimum confecerunt veteres. Hinc νάρδος 2) *oleum nardinum, unguentum, quod ex liquore, seu succo νάρδου confectum fuit*, i. q. μύρον, seu ἔλαιον νάρδινον. Suid. νάρδος· μυρεψικὸν ἔλαιον, θηλυκῶς. Sic bis tantum legitur in N. T. Marc. XIV. 3. μύρον νάρδου πιστικῆς, quæ verba vulgo vertuntur: unguentum ex nardo vera, non adulterata; sed vide, quæ infra ad vocem πιστικὸς dicentur. Joh. XII. 3. Ita etiam Latinum *nardus* interdum pro *unguento nardino* ponitur, v. c. apud Tibull. II. 2. 7. Horat. Epod. V. 59. *nardo perunctum*. Confer Foësii Œcon. Hipp. p. 257. ac Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

ΝΑ'ΡΚΙΣΣΟΣ, ου, ὁ, *Narcissus*. Nomen proprium viri, origine Græcum. Fuit Claudii libertus potentissimus, cujus mentionem quoque facit Tacitus Annal. XIII. c. 1 et 4. Semel commemoratur in N. T. Rom. XVI. 11. ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου, subintellige οἰκείων, salutate eos, qui sunt ex familiaribus, seu domesticis Narcissi.

ΝΑΥΑΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie i. q. τὴν ναῦν ἄγνυμι *navem frango, naufragium facio*, ex ναῦς *navis*, et ἄγνυμι *frango*. Hinc ναυηγὸς Ionice pro ναυαγὸς *naufragus*, ὁ ἐν θαλάττῃ ἀπολλύμενος, interprete Hesychio, et ναυαγία *naufragium*, ἡ συντριβὴ τῆς νεώς, interprete Thoma M. ubi vide interpretes. Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. XI. 25. τρὶς ἐναυάγησα ter naufragium feci. Diog. Laërt. I. 31. Xenoph. Cyrop. III. 1. 14. 2) metaphorice: *jacturam facio, amitto, damnum perpetior*. Sic legitur in N. T. 1 Tim. I. 19. περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν fidei naufragium, seu jacturam fecerunt, h. e. aberrarunt a vera religione christiana, et ad errores delapsi sunt. Sæpius non legitur in N. T. Simili modo apud Latinos *naufragium* frequenter pro *bonorum* vel *famæ amissione* ponitur, v. c. apud Cic. de Invent. I. 5. de Div. I. 24. Idem in Or. p. Sulla 14. *patrimonio naufragus*. Adde Galenum de Rat. Med. 19. et Philonem de Somniis T. I. p. 678. 26.

ΝΑΥ'ΚΛΗΡΟΣ, ου, ὁ, *navicularius, nauclerus, navis dominus ac magister, qui eam locat mercatori, ad merces imponendas et vehendas, qui hominibus, vel mercibus, navi trajiciendis, lucrum quærit*, seu *naviculariam facit*, ut Cicero loquitur Verr. V. 17. ex ναῦς *navis* et κλῆρος *sors, hæreditas, possessio*. Semel legitur in N. T. Act. XXVII. 11. τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ ναυκλήρῳ. Xenoph. Anab. VII. 2. 7. Idem de Vectig. III. 4. 12. V. 3. Ammonius: ναύκληροι μὲν γάρ εἰσιν οἱ ναῦς κεκτημένοι. Hesych. ναύκληρος· ὁ δεσπότης τοῦ πλοίου. Hinc ναυκληρεῖν *naviculariam facere*. Xen. de Rep. Laced. VII. 1. et ναυκληρία *navicularia*. Xenoph. de Mag. Equit. IX. 2. Conf. Abresch. ad Æschyl. III. 145. et Wetstenii N. T. T. II. p. 640.

ΝΑΥ͂Σ, αὸς, ἡ, Ionice νηῦς, νηὸς, a νάω *fluo*, *navis*. In N. T. tantum legitur Act. XXVII. 41. ἐπώκειλαν τὴν ναῦν impegerant navem. Hesych. ναῦς· πλοῖον ὀρθῆς πτώσεως. In versione Alex. respondet Hebraico אֳנִי et in fœmin. אֳנִיָּה *navis*. 1 Reg. IX. 26, 27. X. 11, 22. — Interdum quoque deficit hoc vocabulum, v. c. Act. XXVII. 41. κατεῖχον (scil. ναῦν) εἰς τὸν αἰγιαλόν. Simili modo Philostrat. Vit. Apoll. L. IV. c. 13. ἐκέλευσέ τε κυβερνήτην κατασχεῖν ἐς τὴν Αἰολίαν jussit gubernatorem dirigere navem in Æoliam. Confer L. Bos Ellips. Gr. p. 315. ed. Schæferi.

ΝΑΥ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *nauta*, pro quo Latini poetæ scribunt *navita, qui navi agenda occupatur*, a ναῦς *navis*. Ter tantum legitur in N. T. Act. XXVII. 27. ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν intellexerunt nautæ, se appropinquare terræ cuidam continenti. ibid. v. 30. Apoc. XVIII. 17.

ΝΑΧΩ'Ρ, ὁ, *Nachor*. Nomen proprium viri ἄκλιτον, origine Hebraicum, נָחוֹר i. e. *aridus*, a rad. חָרַר *exarsit, exustus est*, in Niphal. נִחַר *exaruit*. Duo autem in libb. s. commemorantur, hoc nomine insigniti. Unus fuit filius Tharachi, frater Abrahami. Genes. XI. 27. Alter fuit filius Serug, avus Abrahami. Genes. XI. 22. qui etiam commemoratur Luc. III. 34.

ΝΕΑΝΙ'ΑΣ, ου, ὁ, *juvenis, adolescens*, a νέαν, νεᾶνος, quod idem significat, hocque a νέος *novus*. Vid. Pollux Onomast. II. c. 1. Sic legitur in N. T. Act. XX. 9. XXIII. 17, 18, 22. Alexandrini posuerunt pro נַעַר *puer, adolescens*, Jud. XVI. 26. XVII. 7, 11. Prov. VII. 7. Herodian. III. 11. 1. 2) e more loquendi Græcorum νεανίαι, νεανίσκοι et νέοι etiam ii dicuntur, *qui annum tricesimum egressi sunt, viri, qui adhuc sunt annis florentibus*. Sic Davides, cum Goliatho certamen ingressurus, a Josepho A. J. VII. 9. § 2. νεανίσκος vocatur, cum esset triginta fere annos natus. Exempla alia e Græcis habet Casaubonus in Exercitatt. Antibaron. I. 15. 34. Sic quoque Jos. VI. 22 et 23. homines iidem mox אֲנָשִׁים, mox נְעָרִים vocantur; utrumque vero vocabulum Alexandrini reddunt per νεανίσκοι. Eodem modo Latinis *adolescens* et *adolescentulus* dicitur, v. c. apud Cicer. Orat. II. Philip. cap. 21. Senecam Ep. 30. *senectus adolescentiam sequitur*, et Sallustium Bell. Catil. cap. 49. ad quem locum vid. Cortius. Confer etiam Manutius in Anim. ad Cic. Lib. II. ad Famil. Ep. 1. et Norisius in Cenotaph. Pisan. Diss. II. c. 6. p. 160. Lucem hinc fœneratur

locus Act. VII. 58. ubi Paulus, qui tamen jam ad ætatem virilem progressus erat, νεανίας vocatur. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΕΑΝΙ'ΣΚΟΣ, ου, ὁ, 1) *juvenis, adolescens, adolescentulus*, a νεανίας, quod vide. Marc. XIV. 51. XVI. 5. ubi tamen νεανίσκος designat *angelum*, qui formam juvenis induerat. Luc. VII. 14. Act. II. 17. νεανίσκοι opponuntur τοῖς πρεσβυτέροις. ibid. V. 10. coll. v. 6. ubi οἱ νεώτεροι vocantur. 1 Joh. III. 13, 14. In versione Alex. respondet Hebraico נַעַר Exod. X. 9. XXIV. 5. et עֶלֶם *adolescens*, 1 Sam. XX. 22. 2) *vir, qui adhuc est annis florentibus*, et permutatur cum ἀνὴρ apud Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 12. 13. coll. § 11. Anab. VII. 7. 3. coll. § 1. Diog. Laërt. VIII. 10. Phavor. νεανίσκος ἀπὸ ἐτῶν εἰκοσιτριῶν ἕως ἐτῶν τριακοντατεσσάρων, ἢ τεσσαράκοντα ἑνός. Matth. XIX. 20, 22. coll. Luc. XVIII. 18. ubi ἄρχων vocatur. Ita נַעַר Genes. XLI. 12. et 2 Chron. XIII. 7. et *adolescens* apud Latinos. Vid. Cort. ad Sallust. Catil. 38. 1. 3) *milites* κατ' ἐξοχὴν dicuntur in N. T. νεανίσκοι, qui etiam a Romanis sæpe *juvenes, juniores* et *juventus* vocantur. Sic occurrit Marc. XIV. 51. καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι et comprehendebant eum milites Romani. Confer Alexandrinos Jos. II. 1. 2 Sam. II. 14. יָקוּמוּ נָא הַנְּעָרִים surgant jam pueri, h. e. milites. ibid. v. 15, 16. Genes. XIV. 24. armati servi Abrahami נְעָרִים vocantur Ies. XIII. 18. Adde 1 Sam. XXI. 2, 5. et 2 Chron. XIII. 3. ubi LXX habent πολεμιστής. Polyb. Hist. IV. 16. ἤδη ἐπιλελεγμένων τῶν Ἀχαϊκῶν νεανίσκων. ibid. III. 62. V. 25. X. 11. Ælian. V. H. II. c. 44. Eodem modo vox *adolescens* usurpatur apud Cicer. pro Milon. c. 4. Confer Casauboni Exercitt. Antibaron. I. 34. XVI. 65. et Liv. de Re Militari I. c. 4.

ΝΕΑ'ΠΟΛΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, *Neapolis*, urbs Thraciæ in finibus Macedoniæ, in sinu Strymonico, e regione Thasi, insulæ, Chalcidensium colonia. Olim dicta fuit Parthenope; cum autem, jubente id Apollinis oraculo, a Cumanis ob ingruentem immanissimam pestem esset destructa, ab iisdem reædificata est et ad differentiam veteris urbis Neapolis, i. e. nova urbs appellata. Componitur enim ex νέα *nova* et πόλις *civitas*. Semel commemoratur in N. T. Act. XVI. 11. Conf. Cellarii Geograph. Plen. II. c. 13. pag. 849. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 554.

ΝΕΕΜΑ'Ν, ὁ, *Naaman*. Nomen proprium viri indeclinabile, Hebr. נַעֲמָן *pulcher, amœnus*, a rad. נָעַם *amœnus fuit*. Fuit princeps militiæ regis Syriæ. 2 Reg. V. 1. Commemoratur semel in N. T. Luc. IV. 27.

ΝΕΚΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) proprie: *mortuus, vita destitutus, defunctus, cadaver mortui*, q. a νὴ et κῆρ sine corde, in quo cor exstinctum est. Matth. XX. 11, 32. οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων non est Deus, Deus mortuorum, (h. e. hominum, qui post mortem nulli sunt. Confer s. v. ἀποθνήσκειν.) sed viventium. ad quem locum confer Alexandri Mori notas p. 49. ed. Fabricii. ibid. XI. 5. νεκροὶ ἐγείρονται mortui in vitam revocantur. Joh. XX. 9. ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι a mortuis resurgere. Rom. VI. 9. ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν resuscitatus a mortuis. Matth. XXIII. 27. ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν intus autem plena sunt ossibus *cadaverum*. Etiam Græci scriptores, si de *cadavere* loquuntur, et neutrum, τὸ νεκρὸν, et masculinum ponere solent, v. c. Ælian. V. H. IV. 6. καὶ τὸν νεκρὸν ἐξέβαλον αὐτοῦ ἐκτὸς τῶν ὅρων. Palæph. de Incredib. c. 12. Apud Alexandrinos autem νεκρὸς respondet Hebraico נְבֵלָה *cadaver*, Deuteron. XXVIII. 26. Jerem. VII. 33. et פֶּגֶר idem. 2 Chron. XX. 24. Ies. XXXIV. 3. 1 b) *interfectus, occisus*. Apocal. XVI. 3. αἷμα ὡς νεκροῦ pro νεκρῶν, h. e. ἀποκτανθέντων, ac si multorum hominum occisorum sanguine tinctum esset. 2) *qui fuit mortuus, qui vitæ est restitutus*. Luc. VII. 15. καὶ ἀνεκάθισεν ὁ νεκρὸς καὶ ἤρξατο λαλεῖν statimque erecto corpore sedit, qui fuerat mortuus, loquique cœpit. 2 Tim. IV. 1. τοῦ μέλλοντος κρίνειν τοὺς ζῶντας καὶ τοὺς νεκρούς. 1 Petr. IV. 5. Apoc. XI. 18. ἦλθεν ὁ καιρὸς τῶν νεκρῶν, κριθῆναι. ibid. XX. 12. 3) *mortuo similis, pro mortuo habitus*, i. q. ὡς νεκρός. Matth. XXVIII. 4. καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροὶ et pæne exanimati sunt præ metu. Apoc. I. 17. Luc. XV. 24. ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν καὶ ἀνέζησεν credebam hunc fratrem tuum jam dudum esse mortuum; jam mihi redditus est. ibid. v. 32. (Fortasse autem in utroque loco νεκρὸς sensu morali sumi potest. Antiphan. Epigr. III. v. 5. T. II. Anthol. Gr. p. 188. edit. Jacobs. οὗτος ἐμοὶ τέθνηκε de homine perdito et desperato. Adde Sophocl. Antigon. 1284. et Jamblich. Vit. Pythag. 17. pag. 62.) Act. XX. 9. καὶ ἤρθη νεκρὸς et sublatus est tanquam mortuus. 4) οἱ νεκροὶ pro θάνατος *mors*. Hebr. IX. 17. διαθήκη γὰρ ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, h. e. ἐπὶ θανάτῳ, testamentum enim morte testatoris ratum fit, coll. v. 16. ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου. Ita etiam in V. T. מֵתִים usurpatur Cohel. IX. 3. Conf. etiam Ephes. V. 14. ubi quidem οἱ νεκροὶ etiam pro θάνατος, sed sensu metaphorico, sumitur, et *vitam pravam et scelestam* notat, ut infra docebitur. 5) *debilis, sine viribus, impotens, qui nullas vires ad aliquam rem peragendam habet, aut exserit*, etiam *inutilis*. Rom. VI. 11. νεκρὸν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ renuntiare, valedicere vitiositati nec amplius ei indulgere. Sic etiam apud Latinos *mortuus alicui esse is* dicitur, *qui nullam cum aliquo communionem habet*, apud Plautum Cistell. III. 1. 16. *nihil mecum tibi, mortuus tibi sum*. Rom. VII. 8. χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρὰ vitiositas nisi lege irritetur, non facile in actiones erumpit, seu vim suam non omnino prodit. ibid. VIII. 10. τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν corpus vi et efficacia caret, quod ad peccata attinet. Nisi quis vertere malit: corpus quidem *morti obnoxium* est propter labem, ab Adamo tractam. Ipsum vocabulum νεκρὸν præter Arrianum (Diss. Epictet. III. 10. 15. et 22. 41.) etiam Philo (L. II. leg. alleg. p. 74.) adhibet de corpore *morti obnoxio, mortali*. Jac. II. 17. πίστις νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν, h. e. ἐὰν μὴ ἔργα ἔχῃ, cognitio religionis christianæ, si sola spectetur, plane inefficax est et *inutilis*. ibid. v. 20 et 26. Philostrat. Vit. Soph. II. c. 1. pag. 547. ἐκάλει δὲ (Ἡρώδης) τὸν μὲν ἀσύμβολον πλοῦτον καὶ φειδοῖ κεκολασμένον νεκρὸν πλοῦτον. Conf. Schweighæuseri Indic. Arriani s. h. v. 6) metaphorice: *spiritualiter mortuus*, h. e. *impius, scelestus, qui peccandi consuetudine ad omnem virtutem inhabilis est*, etiam *homo, qui, hujus vitæ unice memor, ad altiora non adspirat*. Hominis enim christiani spiritualis vita cernitur in virtute. Matth. VIII. 22. ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς, h. e. permitte curam mortuos sepeliendi iis, qui inepti sunt ad rerum divinarum studium; ubi νεκροὶ sunt homines, qui, nimia rerum terrenarum cura impediti, ad sublimiora et altiora, maxime ad rerum divinarum cognitionem non adspirant.

Alii contra loquendi usum per τοὺς νεκροὺς intelligunt mortuorum aut funerum curatores. Conf. Grotium ad h. l. Rom. VI. 13. ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας tanquam homines, qui pristinæ vitiositati plane renunciarunt seque totos vitæ sanctæ consecrarunt. Apoc. III. 1. νεκρὸς εἶ totus vitiositati deditus, seu in virtute segnis ac ignavus es. Aristoph. Ran. v. 423. ubi Apollonius, Schol. Aristoph. διὰ τὴν κακοπραγίαν νεκροὺς τοὺς Ἀθηναίους καλεῖ. Clemens Alex. Strom. Lib. V. ἐν τῇ βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκροὺς καλοῦσι τοὺς ἐκπεσόντας τῶν δογμάτων, καὶ καθυποτάξαντας τὸν νοῦν τοῖς πάθεσι ψυχικοῖς. Huc etiam pertinet formula νεκρὰ ἔργα, h. e. *malefacta, peccata, quæ mortem, seu infelicitatem hominibus consciscunt.* Hebr. VI. 1. IX. 14. Interdum etiam οἱ νεκροὶ pro abstracto θάνατος ponitur et metaphorice *ipsam vitiositatem, ipsam vitam pravam et scelestam* significat, v. c. Ephes. V. 14. ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν renuntia pristinæ vitiositati tuæ. 7) *infelix, miser,* et speciatim de ea miseria et infelicitate usurpatur, in quam improbitas hominem demergit, quæ etiam, abstracto posito pro concreto, οἱ νεκροὶ, seu θάνατος vocatur. Rom. XI. 15. ζωὴ ἐκ νεκρῶν reditus in vitam, h. e. transitus e statu miserrimo in felicissimam conditionem. Ephes. II. 1. καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ἁμαρτίαις et vos, quondam scelere et impietate infelicissimos. ibid. v. 5. Coloss. II. 13.

ΝΕΚΡΟ'Ω, ῶ, futur. ώσω, 1) *neco, eneco, vita privo, mortifico, interimo,* a νεκρὸς *mortuus.* Sed in hac significatione de privatione vitæ animalis nunquam legitur in N. T. 2) metaphorice: *enervo, debilito, viribus exuo, effœtum reddo,* etiam *inertem, otiosum reddo, infringo et imminuo alicujus vim et potestatem,* et νεκρόομαι, οῦμαι, *privor viribus agendi, debilitor, viribus ac potestate exuor.* Rom. IV. 19. et Hebr. XI. 12. τὸ σῶμα νενεκρωμένον corpus, ad procreandam sobolem et amoris negotium ineptum, seu præmortuum, quod vocabulum in eadem re legitur apud Ovid. Amor. III. 7. v. 651. Conf. etiam Libanii Ethopœiam cap. 20. pag. 733. Præterea semel tantum legitur in N. T. Coloss. III. 5. νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, h. e. nolite corpore vestro, aut singulis ejus membris ad peccata abuti. Bene Theodoretus ad h. l. μηκέτι τὸ σῶμα ἐνεργείτω τὴν ἁμαρτίαν. Apud exteros scriptores reperitur etiam vox composita ἀπονεκρόω, v. c. Arrian. Diss. Epictet. IV. c. 5. p. 391. τούτου δὲ αἴδημον ἀπονενέκρωται hujus verecundia emortua est.

ΝΕ'ΚΡΩΣΙΣ, εως, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *mortificatio,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum.) *privatio vitæ animalis, interfectio, cædes,* a 2 pers. præt. pass. νενέκρωσαι, verbi νεκρόω *vita animali privo, interficio.* 2) *privatio virium et vigoris naturalis, debilitas corporis.* Sic v. c. in N. T. membris genitalibus tribuitur eorumque debilitatem indicat. Rom. IV. 19. τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας præmortuam, h. e. ineptam concipiendo et gerendo fœtui Saræ matricem, non modo natura, sed et ætatis ratione. Sic ἀπονέκρωσις usurpatum reperitur apud Arrianum Diss. Epictet. I. 5. 14. Vide supra νεκρόω. 3) i. q. θάνατος *mors, mortis periculum, gravior afflictio, cui aliquis est expositus.* 2 Cor. IV. 10. πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ semper corpus nostrum ita vexatur, ut ad mortem venturum esse videatur, qua in re, quia similes sumus Christo, etiam aliquando felicitatis ejus in cœlo erimus participes. Confer v. 11. Respondet autem in hac significatione Hebraico תְּמוּתָה Psalm. LXXIX. 11. CII. 21. 1 Sam. XXI. 4. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΕ'ΟΣ, α, ον, 1) *recens, novus, tempore vel ortu, quod nuper accidit, aut factum est,* et opponitur τῷ παλαιός. Matth. IX. 17. οἶνος νέος vinum recens, mustum. Marc. II. 22. Luc. V. 37, 38; 39. καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν, εὐθέως θέλει νέον neque aliquis, veteri vino usus, statim recens aut mustum (Gloss. Vet. νέος, *mustus.*) postulabit. Hesych. νέον· νεωστὶ γενόμενον, θάλλον, πρόσφατον. 2) *juvenis, junior.* Tit. II. 4. ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας ut doceant et hortentur fœminas juniores, seu eas ad sanam mentem reducant. Hesych. νέος· νεώτερος, ἔφηβος. Alexandrini pro נַעַר *puer.* Genes. XXXVII. 2. Prov. XXII. 15. Ies. LXV. 20. Legitur sic etiam aliquoties apud Æschin. Socr. Dial. I. 7. 11. 12. II. 16. μειράκιόν τι σφόδρα νέον. Xenoph. de Venat. IX. 8. 3) in oppositione ad præcedens: *alius, diversus a priori,* et speciatim de eo usurpatur, *qui est emendatus per religionem christianam.* 1 Cor. V. 7. νέον φύραμα *nova massa,* a priori longe diversa. Opponitur ibi τῇ παλαιᾷ ζύμῃ, adeoque metaphorice hominem pium et emendatum per religionem christianam significat. Conf. supra sub ζύμη. Coloss. III. 10. ὁ νέος ἄνθρωπος animus hominis edoctus et emendatus per religionem christianam. Opponitur τῷ παλαιῷ ἀνθρώπῳ v. 9. Vide supra καινὸς et ἄνθρωπος. Hebr. XII. 24. διαθήκη νέα nova œconomia, h. e. alia et a priori diversa. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΕΟΣΣΟ'Σ, οῦ, ὁ, et Attice νεοττὸς, οῦ, ὁ, et per syncopen νοσσὸς *pullus,* et speciatim de *pullis avium* dicitur, a νέος *juvenis.* In N. T. tantum extat Luc. II. 24. δύο νεοσσοὺς περιστερῶν duos pullos columbarum: Hebraice שְׁנֵי בְנֵי־יוֹנָה Levit. V. 7. Respondet in versione Alex. Hebraico בֵּן *filius, pullus,* Job. V. 7. Prov. XXX. 7. אֶפְרֹחִים *pulli avium,* Job. XXXIX. 30. Deuteron. XXII. 6. et יֶלֶד *natus, pullus,* Job. XXXVIII. 41. Adde Æschyl. Theb. v. 509. et Xenoph. Œconom. VII. 34. Thom. M. νεοττός· (Ælian. V. H. I. c. 6.) νεοττίον καὶ νεοττία Ἀττικοὶ, οὐ νεοσσὸς, οὐδὲ νεοσσίον καὶ νεοσσία. Lex. Cyrilli MS. Brem. νεοσσοί· πῶλοι.

ΝΕΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *juventus,* etiam *adolescentia* et *pueritia,* ἡ τῶν νέων ἡλικία, interprete Hesychio, a νέος, quod vide. Proprie, si nempe vita hominis in quatuor partes dividitur, *juventutem* tantum notat, ut vel apparet ex loco M. Antonin. IX. c. 16. μέτιθι νῦν ἐπὶ ἡλικίαν, οἷον τὴν παιδικὴν, τὴν τοῦ μειρακίου, τὴν νεότητα, τὸ γῆρας. Legitur in N. T. Matth. IX. 20. ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου hæc omnia inde a pueris diligenter observavi. Marc. X. 20. Luc. XVIII. 21. Act. XXVI. 4. τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος. 1 Tim. IV. 12. μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω nemo te ob juventutem seu ob pravitatem juvenilem tuam despicere possit. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro נְעוּרִים *pueritia, adolescentia,* Gen. VIII. 21. 1 Sam. XII. 2. XVII. 33. נֹעַר idem, Job. XXXVI. 4. Psalm. LXXXVIII. 16. et pro עֲלוּמִים *adolescentia,* Job. XX. 11. Apud Græcos scriptores νεότης haud raro *illud ipsum* notat, *quod in juventutem cadit,* speciatim, *pravitatem juvenilem, vitia, quibus adolescentes et juvenes dediti*

esse solent, (Vide Hexapla Job. XX. 11. ubi Vulg. *vitia adolescentiæ* habet.) v. c. *temeritatem, audaciam.* Plato Apol. Socr. § 14. plane ut νέος, Hesychio interprete, interdum idem est, quod ὀξὺς, ἀμαθὴς, προπετής.

ΝΕΌΦΥΤΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *nuper plantatus, nuper satus*, vel *recens natus*, ex νέος, quod vide, et φύω *nascor*, unde φυτὸν *planta*. Suid. νεόφυτον· τὸ νεωστὶ φυτευθέν. Hinc in versione Alexandrina respondet Hebraico נָטַע *planta novella*, Ies. V. 7. נֶטַע idem, Job. XIV. 9. et in plurali נְטִעִים Ps. CXLIV. 12. et שְׁתִלִים *plantulæ*. Ps. CXXVII. 4. οἱ υἱοί σου ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν. Gloss. Vet. *Novelletum*, νεόφυτον. Lege νεοφυτῶν. Eodem modo corrigendus Philoxenus s. νεόφυτον. Pollux Onom. I. 231. Etym. M. 105. 31. 2) metaphorice: *qui recens ad sacra christianorum admissus est, novitius, nuper ex Gentilismo vel Judaismo ad religionem christianam conversus.* Sic semel legitur in N. T. 1 Tim. III. 6. ubi Paulus non vult episcopum esse νεόφυτον, h. e. eum, qui non multo ante religionis christianæ præcepta didicit et ad ea adductus est, μὴ νεοκατήχητον, ut Chrysostomus ad h. l. interpretatus est, aut μὴ νεοπροσήλυτον, ut νεόφυτον explicatum reperitur in Alberti Gloss. N. T. p. 157. Syrus bene transtulit: ܠܐ ܢܗܘܐ ܫܒܪܐ ܒܝܘܠܦܢܗ *nec sit infans doctrinæ suæ.* Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 395 seq.

ΝΕΎΩ, fut. νεύσω, *nuo, innuo, nutum do, nutu significo, jubeo, aut promitto aliquid*, unde νεῦμα *nutus*, et ἐκνεύω, quod eandem quam νεύω significationem habet apud Eurip. Iphig. in Taur. 1330. Bis tantum legitur in N. T. Joh. XIII. 24. νεύει οὖν αὐτῷ Σίμων huic Simon Petrus innuit, ut sciscitaretur e Jesu, quisnam ille esset. Act. XXIV. 10. νεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἡγεμόνος ubi præses nutu ei potestatem dicendi fecisset. Homer. Il. α', 223. In versione Alexandrina semel tantum legitur Prov. IV. 25. τὰ δὲ βλέφαρά σου νευέτω δίκαια. et apud Aquil. ac Symm. Mal. II. 13. pro Hebr. פָּנָה in notione *probandi* ac *delectandi.* Hesych. νεῦσαι· ἐπένευσεν, ἐπέκλινεν, συνεχώρησεν. Idem: νεῦσαι· ἐπινεῦσαι.

ΝΕΦΈΛΗ, ης, ἡ, 1) *nubes, nebula*, a νέφος, εος, τὸ, *nubes, nubecula.* Matth. XVII. 5. νεφέλη φωτὸς, seu φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτοὺς lucida nubes eos obumbravit. ibid. XXIV. 30. ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ in nubibus adventantem. Describitur his verbis adventus Christi, majestate plenus. Vox autem οὐρανοῦ h. l. πλεονάζει. Vide Vorstii Philol. S. cap. 21. pag. 432. edit. Fischeri. ibid. XXVI. 64. Marc. IX. 7. XIII. 26. XIV. 62. Luc. IX. 34, 35. XII. 54. ὅταν ἴδητε τὴν νεφέλην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν si videritis nubem ab occasu exorientem. ibid. XXI. 27. Act. I. 9. καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν nubes enim suscepit eum. 1 Thess. IV. 17. 2 Petr. II. 17. εἰσὶ νεφέλαι (alii habent ὁμίχλαι) ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι similes sunt nubibus, a vento huc illuc agitatis, quæ adeo rusticum, pluviam exspectantem, vana spe ducunt. Confer Jud. v. 12. ubi iidem νεφέλαι ἄνυδροι vocantur. Apoc. I. 7. ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, pro ἐπὶ τῶν νεφελῶν ἐλεύσεται, veniet nubibus vectus, ut bene Arethas. Confer Dan. VII. 13. et Matth. XXIV. 30. ibid. X. 1. XI. 12. XIV. 14, 15, 16. In versione Alexandrina respondet Hebraico עָנָן, quod idem significat, Genes. IX. 13, 14, 16. שַׁחַק *nubes superiores*, Psalm. XXXVI. 6. Ies. XLV. 8. עָב *nubes densa*, Jud. V. 4. Ies. V. 6. אֵד *vapor*, Job. XXXVI. 27. et pro נְשִׂיא *vapores, nubes.* Jer. X. 13. LI. 16. 2) Speciatim et κατ' ἐξοχὴν in N. T. νεφέλη dicitur *nubes illa flammea et nebulosa, quæ, teste Mose*, (Exod. XIII. 21. et 22. ubi עַמּוּד הֶעָנָן וְעַמּוּד הָאֵשׁ vocatur) *Israëlitarum, ex Ægypto exeuntium, agmina præire solebat*, quam tamen plerique, et, ut opinor, recte, pro *igne castrensi* habent. Confer Curtium III. 3. Fabri Archæol. Hebr. p. 244. et 265. et Repertorium Eichhornianum T. X. p. 132. Sic legitur in N. T. 1 Cor. X. 1. οἱ πατέρες ὑμῶν πάντες ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν omnes majores nostri nubem ducem sequuti sunt. Positum autem est ὑπὸ τὴν νεφέλην h. l. pro ὑπὸ τῇ νεφέλῃ. Eleganter autem ὑπό τινι εἶναι dicuntur, *qui sub alicujus ductu sunt*, ut idoneis exemplis probavit Hemsterhus. ad Lucian. T. I. pag. 355. ibid. v. 2. πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ omnes, nubem ducem sequentes et mare rubrum transeuntes, professi sunt, se esse sectatores Mosis. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΕΦΘΑΛΕΙ΄Μ, ὁ. *Nephthalim*, seu *Naphthali.* Nomen proprium sexti filii Jacobi, patriarchæ, ex Bilha, ancilla Rachelis. Hebraice נַפְתָּלִי a radice פָּתַל in Niphal נִפְתַּל *luctari, contorqueri, intorqueri*, coll. Genes. XXX. 8. Alberti Gloss. Græc. p. 19. Νεφθαλίμ, συναναστρέψας με. ibid. p. 221. in codice Coislin. CXCIX. exponitur per προσευχή. Deinde per metonymiam significat *tribum*, seu *posteros Naphthali.* Apoc. VII. 6. ἐκ φυλῆς Νεφθαλείμ. Interdum etiam *regionem*, seu *partem illam Palæstinæ* significat, *quam tribus hæc sortita fuit*, v. c. Matth. IV. 13, 15. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΈΦΟΣ, εος, τὸ, 1) *nubes, nebula*, i. q. νεφέλη, a νὲ, particula, quæ in compositione negat, et φῶς lux, q. d. *sine luce.* Respondet in versione Alexandrina Hebraico עָנָן quod idem notat, Job. VII. 9. XXVI. 8, 9. שַׁחַק Prov. III. 20. VIII. 28. et עָב. Job. XX. 6. XXX. 15. 2) metaphorice: *ingens et conferta multitudo*, tralatione facta a densitate et multitudine particularum aquearum in nebulis. Sic semel legitur in N. T. Hebr. XI. 1. νέφος μαρτύρων nubes testium, i. e. ingens multitudo testium. Confer Ies. LX. 8. Ezech. XXX. 8. ubi vid. Chald. Eurip. Phœn. v. 1332. ἦν πέριξ ἔχει νέφος τοσοῦτον. Schol. νέφος· πλῆθος τῶν πολεμίων. Homer. Iliad. ψ', 133. μετὰ δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν. Porphyr. de Abstin. Anim. I. § 25. νέφος ἀκρίδων et Diog. Laërt. VII. 1. πιναστάων νέφος. Conf. Menagium ad Diog. Laërt. p. 372. Potter. ad Lycophr. Cassandr. p. 569. Eodem modo *nubes* usurpatur, v. c. apud Manil. Astron. V. v. 676. Conf. Burmann. ad Valer. Flacc. II. 521. — Alberti Gloss. Gr. p. 179. νέφος· πλῆθος. Hesych. νέφος· σκότος, ἀχλὺς, ἄθροισμα, πλῆθος, ἀὴρ πεπυκνωμένος. Adde Zonaræ Lex. col. 1393.

ΝΕΦΡΌΣ, οῦ, ὁ, 1) *ren*, νεφροί, οἱ, *renes*, h. e. intestinum illud nigrum geminum, quod lumbis ad summas coxas inhæret. Hebraice כְּלָיוֹת Ex. XXIX. 13, 25. Lev. III. 4, 10, 15. IV. 9. Jam quia renes, ut cor, cupiditatum et affectuum sedes statuebantur ab antiquissimis populis, factum est, ut νεφροὶ etiam 2) metaphorice, ut *cor*, pro *intimis cogi-*

tationibus, cupiditatibus, desideriis, et affectibus poneretur. Sic semel legitur in N. T. Apoc. II. 23. ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας, h. e. καρδιογνώστης, Act. I. 24. exactissime scit et cognitas habet intimas cogitationes, cupiditates et affectus hominum. Est modus loquendi Hebraicus בֹּחֵן לִבּוֹת וּכְלָיוֹת Ps. VII. 10. XXVI. 2. Jer. XI. 20. XVII. 10. XX. 11. Conf. Glassii Philol. Sacr. p. 850. ed. Dathii.

ΝΕΩΚΌΡΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie et per se: *minister, cui munus everrendi templi et purgandorum vasorum sacrorum impositum erat.* Compositum enim est ex νεὼς pro ναὸς *templum* et κορέω *purgo, verro.* 2) *æditmus, templi custos.* Sed apud gentiles functio æditui non ita humilis, uti apud nos, erat, sed eadem fere dignitate, qua sacerdos, gaudebat. Functio autem ejus erat pandere templa, ea ornare floribus, stare ad fores templi cum aspergillo, etc. et omnino ea curare, quæ ad externum templorum splendorem aliquid faciebant. Xenoph. Anab. V. 3. 7. παρὰ μεγαβύζῳ τῷ τῆς Ἀρτέμιδος νεωκόρῳ. Suid. Νεωκόρος· ὁ τὸν ναὸν κοσμῶν καὶ εὐτρεπίζων, ἀλλ' οὐχ ὁ σαρῶν. Hesych. ὁ τὸν ναὸν κοσμῶν. Κορεῖν γὰρ τὸ σαίρειν ἔλεγον. Etym. M. νεωκόρος· παρὰ τὸ κορῶ, τὸ καθαίρω καὶ ἐπιμελείας ἀξιῶ, καὶ τὸ νεὼς Ἀττικῶς, ὁ τοῦ νεὼ ἐπιμελούμενος. Alberti Gloss. Gr. νεωκόρον· κοσμήτορα, ὑπηρέτην. Confer etiam interpretes ad Thom. M. sub Ζάκορος p. 404. 3) Speciatim apud veteres *urbes singulæ νεωκόροι vocabantur eorum deorum dearumque, qui in illis præcipuo cultu religioso afficiebantur, quosque præ cæteris numina tutelaria sibi elegerant iisque splendidum templum exstruxerant,* ita, ut Latine *patronus, patrona, cultor,* seu *cultrix* reddendum sit. Sic semel legitur in N. T. Act. XIX. 35. ubi Ephesus dicitur νεωκόρος τῆς μεγάλης Ἀρτέμιδος, h. e. patrona, seu cultrix (quo vocabulo Vulgatus h. l. usus est) magnæ Dianæ; quia scilicet Diana ibi præcipue religiose colebatur in templo splendidissimo. De urbibus νεωκόροις exstat peculiaris libellus Phil. Rubenii ad calcem Commentarii de re Vestiaria Veterum p. 229 seq. in Grævii Thesaur. Antiqq. Gr. et Lat. T. XI. Vide etiam Seldenum ad Marmora Arundeliana p. 170 seq. Wetstenius N. T. T. II. p. 588. (R. Ellis) Fortuita Sacra p. 122. et quos laudat J. H. a Seelen in Meditatt. Exeg. P. I. pag. 522 seq.

ΝΕΩΤΕΡΙΚΌΣ, ἡ, ὸν, 1) *juvenilis, juveni et juvenili ætati conveniens,* a νεωτερίζω *juniorum mores imitor,* etiam *res novas molior* (Thucyd. IV. c. 51. et 108.) quod a νεώτερος, comparativo a νέος *novus.* Polyb. in Exc. de Vit. et Virtutt. p. 33. ed. Ernesti aut X. 24. 7. ed. Schweighæuser. νεωτερικοὶ ζῆλοι juvenilia studia. Jam quia juvenes solent fere esse vehementes, audaces et temerarii, factum est, ut νεωτερικὸς æque ac νεανικὸς 2) non solum *audacem, temerarie agentem* (conf. supra ad νέος et νεότης dicta), sed etiam *omne* significaret, *quod magnum est, acre atque vehemens.* Sic semel legitur in N. T. 2 Tim. II. 22. τὰς νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε, h. e. fuge vehementes et effrenes cupiditates, ad quas juvenilis ætas inprimis proclivis reperitur, (*cupiditates adolescentiæ* vocantur a Tacito Hist. I. 15. et Cicerone p. Cœlio 18. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 360.) et quarum catalogum Theodoretus ad h. l. exhibuit. Vide Joh. Floderi νεωτερικαὶ ἐπιθυμίαι 2 Tim. II. 22. explicatæ. Upsal. 1764. 4. et Theod. Frid. Stange in Specimine Animadverss. Critt. ad loca SS. p. 130. Class. IV. Bibl. Haganæ. De *libidine res novas moliendi* hoc verbum explicat Wandalinus apud Grævium in Syntagm. Variar. Diss. rariorum p. 239. Joseph. A. J. XVI. 11. 7. ὑπὸ αὐθαδείας νεωτερικῆς ex vehementi et petulanti arrogantia. Cf. Fischeri Prol. in Palæph. p. 47. Indic. Palæph. h. v. et Irmisch. ad Herodian. I. 7. 3. ubi νεανικὴ σπουδὴ est acre studium. Suidas: νεανικόν· μέγα.

ΝΕΏΤΕΡΟΣ, α, ον, 1) *junior ætate, natu minor,* (Plut. in Lyc. p. 40. et in P. Æm. p. 252.) interdum etiam i. q. νεανίσκος *juvenis.* Gloss. *Juvenis,* νεώτερος. Comparativus a νέος *novus.* Luc. XV. 11. καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ πατρὶ et junior ex his duobus filiis patrem adiit his dictis. ibid. v. 13. Joh. XXI. 18. ὅτε ἦς νεώτερος cum esses juvenis. Act. V. 6. οἱ νεώτεροι, qui v. 10. οἱ νεανίσκοι vocantur. 1 Tim. V. 1. οἱ νεώτεροι opponuntur τοῖς πρεσβυτέροις. ibid. v. 2. νεωτέρας christianas, juniores ætate, aut: juniores viduas, ita ut ex v. 11. suppleatur χήρας, quod codices nonnulli adjiciunt. ibid. v. 11, 14. Tit. II. 6. 1 Petr. V. 5. Alexandrini hac voce usi sunt non solum pro קָטֹן *parvus, minor, minimus,* Genes. XLII. 13, 15, 20, 34. Jud. I. 13. III. 9. et צָעִיר *minor natu,* Genes. XIX. 31, 34, 35, 38. Job. XXXII. 6. sed etiam pro נַעַר *puer, juvenis,* Jud. VIII. 20. Ies. XL. 30. Jerem. I. 6, 7. et pro יֶלֶד *puer,* 2 Chron. X. 14. Hesych. νεώτερον· οὐ μόνον συγκριτικῶς, ἀλλὰ· καὶ νέον Ἀττικοί. Eodem modo κουρότερος *juvenem* notat apud Apollon. Argon. L. II. v. 261. ubi videndus scholiastes. 2) metaphorice: *auctoritate minor, humilior, inferior.* Interdum etiam ponitur pro superlativo νεώτατος *infimus, minimus, qui minimæ est auctoritatis et dignitatis.* Sic reperitur in N. T. Luc. XXII. 26. ὁ μείζων ἐν ὑμῖν γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος maximus inter vos gerat se ut minimum. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΗ', *per.* Adverbium, quod vim affirmandi habet et in juramentis fere adhibetur, regens accusativum. In compositione aliquando auget, interdum negat, vel privat. Semel legitur in N. T. 1 Cor. XV. 31. νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν quod vobis certissime affirmo per gloriam, quam e vobis capio, seu per vos consequor. Genes. XLII. 15, 16. pro חֵי פַרְעֹה *vivat Pharao!* habent Alexandrini νὴ τὴν ὑγιείαν Φαραώ. Pro חֵי legitur in fragmentis Symmachi 2 Sam. XV. 21. Adde interpretes Græcos ad 1 Sam. I. 26. Aristoph. Acharn. v. 751. νὴ τὸν Δία. Aristænet. Ep. XI. νὴ τὴν Ἄρτεμιν. Suid. Νὴ τὴν ἱερὰν κεφαλήν. τὸ νὴ κατωμοτικόν ἐστιν ἐπίῤῥημα, τουτέστι μεθ' ὅρκου βεβαιωτικόν· ὥσπερ τὸ μὰ ἀπωμοτικὸν, μεθ' ὅρκου ἀρνητικόν. Conf. Devarium de L. Græcæ Particulis p. 263. seq. ed. Reusmann. et Wetstenii N. T. T. II. p. 168.

ΝΗ'ΘΩ, fut. νήσω, *neo, filum e colo duco,* a νέω, quod idem notat. Confer Pollux Onom. VII. § 32. Bis tantum legitur in N. T. Matth. VI. 28. οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει quamvis nec laborent, neque neant. Luc. XII. 27. Alexandrini pro טָוָה *nevit,* Exod. XXXV. 25. et pro מָשְׁזָר *conduplicatum, contortum,* Exod. XXVI. 31. XXXVI. 8. Hinc νῆμα *filum* apud Symm. Genes. XIV. 23.

ΝΗΠΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, *infans sum, infanti similis sum, pueriliter me gero, puerasco,* etiam *infantum simplicitatem et integritatem moribus*

exprimo, a νήπιος, quod vide. Semel legitur in N. T. 1 Cor. XIV. 20. μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε ne sitis pueri intelligentia, sed innocentia imitamini pueros. Zonaras Lex. col. 1400. νηπιάζειν. τὸ μὴ εἰδέναι κακοποιεῖν ἢ ἁμαρτάνειν. καὶ ὁ ἀπόστολος· ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε. Prov. I. 4. in Alexandrina versione legitur νήπιος, sed Symmachus habet ἄκακος.

ΝΗ'ΠΙΟΣ, ου, ὁ, etiam νήπιος, ία, ον, 1) proprie: *infans, natura et ætate, parvulus, puer*, quasi a νὴ et ἔπω *loquor*, ut infans sit, qui fari non potest. Matth. XXI. 16. ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον ex ore infantum et lactantium parasti tibi laudem; ex Psal. VIII. 3. ubi pro νηπίων, quod Hebraico עוֹלְלִים respondet, Aquila habet βρεφῶν. 1 Cor. XIII. 11. ὅτε ἤμην νήπιος, ὡς νήπιος ἐλάλουν, ἐφρόνουν καὶ ἐλογιζόμην cum puer eram, loquebar, sentiebam et judicabam pueriliter. Ibidem κατήργηκα τὰ τοῦ νηπίου deposui sensus et opiniones pueriles. Alexandrini posuerunt pro עוֹלֵל seu עוֹלָל *parvulus, puerulus*, 1 Sam. XV. 3. XXII. 19. ἀπὸ νηπίου ἕως θηλάζοντος. Job. III. 16. ἢ ὥσπερ νήπιοι, οἳ οὐκ εἶδον φῶς. Psal. CXXXVI. 12. Thren. I. 6. טַף *parvulus*, Jer. XLIII. 6. Ezech. IX. 6. נַעַר *puer*, Prov. XXIII. 13. Hos. XI. 1. et pro יוֹנֵק *lactens*, Ies. XI. 8. Hesych. νήπιον νεογνὸν, νεώτερον, μικρόν. 2) *minorennis, impubes, pupillus, qui in tutela est*, qui infanti in foro fere æquiparatur. Sic legitur in N. T. Galat. IV. 1. ἐφ' ὅσον χρόνον ὁ κληρονόμος νήπιός ἐστι quamdiu futurus hæres opum paternarum nondum adultus, sed impubes est. 3) metaphorice; *rudis, inscius, indoctus instar infantis, qui institutione eget, tiro, qui in elementis versatur*, et speciatim partim de *iis* usurpatur, *qui non sunt litteris et eruditione humana imbuti et subtilis eruditionis laude carent*, partim de *iis, qui imperfectam religionis, maxime christianæ, cognitionem habent.* Matth. XI. 25. ubi νήπιοι non sunt *homines, humiliter et modeste de se sentientes*, ut nonnulli interpretati sunt, sed *litteris et eruditione humana non imbuti*, nam opponuntur τοῖς σοφοῖς καὶ συνετοῖς, h. e. theologis et philosophis Judæorum. Idem valet de loco Luc. X. 21. Rom. II. 20. διδάσκαλον νηπίων doctorem imperitorum, h. e. alienorum a perfecta religionis Judaicæ cognitione. 1 Cor. III. 1. ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ tanquam hominibus, idonea religionis christianæ cognitione destitutis. Opponuntur ibi τοῖς πνευματικοῖς perfectioribus christianis. Conf. v. 2. Galat. IV. 3. ὅτε ἦμεν νήπιοι nondum idonei perfectiori doctrinæ, nempe christianæ. Eph. IV. 14. coll. v. 13. Hebr. V. 13. νήπιος γάρ ἐστι tiro enim est. In hac significatione respondet Hebraico פֶּתִי *simplex, imperitus*, in versione Alex. Psalm. XVIII. 8. σοφίζουσα νήπια, pro νηπίους, et CXIX. 129. συνετιεῖ νηπίους. Apud Judæos *novitii, sacrarum et aliarum litterarum discipuli*, vocantur תִּינוֹקוֹת *lactentes*, a יָנַק *suxit*. Vide Buxtorfii Lexic. Talmud. col. 926. Sæpius non legitur in N. T. Apud Græcos scriptores νήπιος quandoque etiam *stultum, fatuum* notat, ἀνόητον, ἄφρονα, ἢ ἀφρονέστερον, interprete Hesychio. Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 131. Theognid. Sent. v. 439. Pindar. Pyth. Od. III. v. 148. Hom. Odyss. Θ', v. 419 et 442.

ΝΗΡΕΥ'Σ, έως et ῆος, ὁ. *Nereus.* Nomen proprium viri vel Hebraicum, ortum a נֵר *lucerna*, aut a נִיר *novale*, vel Græcum a νηρὸς *humilis.* Semel legitur in N. T. Rom. XVI. 15.

ΝΗΡΙ', ὁ, *Neri.* Nomen viri ἄκλιτον Hebraicum, idem, quod *lucerna mea, lumen meum*, a נֵר *lucerna, lumen*, et affixo י, ab אֲנִי *ego*. Semel commemoratur in N. T. Luc. III. 27.

ΝΗΣΙ'ΟΝ, ίου, τὸ, *parva insula.* Deminutivum a νῆσος *insula.* Semel legitur in N. T. Act. XXVII. 16. νησίον δέ τι ὑποδραμόντες καλούμενον Κλαύδην in insulam parvam vero delati, nomine Claudam. A Suida (sub voce Καυδώ. Ita etiam *Clauda* quandoque vocatur, etiam a Latinis, v. c. Mela II. 7. et Plinio H. N. IV. 22. *Gaudos.*) et Ptolemæo (III. 7.) νῆσος appellatur, et juxta Cretam sita fuisse traditur.

ΝΗ῀ΣΟΣ, ου, ἡ, 1) *insula*, τόπος ἐν μέσῳ θαλάσσης, interprete Hesychio, a νέω *no*, quia insula mari videtur innatare. Apud exteros scriptores hoc vocabulum quandoque latius patet, ac *quidquid e mari eminet terræ, sive coli possit, sive minus*, νῆσος appellatur, ut adeo interdum scopuli, e mari prominentes, inculti et deserti, νῆσοι dicti reperiantur. Act. XIII. 6. XXVII. 26. XXVIII. 1, 7, 9, 11. Apoc. I. 9. (De more veterum, honestiores in insulam aliquam relegandi, conf. loca, quæ excitavit Wetstenius N. T. T. II. p. 749.) Ibid. VI. 14. Alexandrini usi sunt hac voce pro אִי *insula, regio, provincia*, Genes. X. 5. Psalm. LXXII. 10. Ies. XX. 6. LI. 5. 2) ut Latinum *insula*, (Sueton. Ner. 38. Cæs. 41. Tacit. A. XV. 43.) *ædificium, quod non jungitur communibus parietibus cum vicinis.* Apoc. XVI. 20. Confer præter Grævium in Præfat. Tom. IV. Thesauri Antiquitat. Roman. et Gesneri Thesaurum Ling. Lat. s. v. *insula*, Abresch. ad Æschyl. p. 169. ac Wesseling. ad Vet. Itiner. pag. 523 et 686. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΗΣΤΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) *jejunium, inedia, abstinentia a cibo, tam coacta, et quæ urgente necessitate sustinetur, quam quæ sponte, religionis causa, vel ex alia ratione, suscipitur*, a νῆστις *jejunus.* De jejunio spontaneo et pio legitur Matth. XVII. 21. ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ per preces, cum jejuniis conjunctas. Marc. IX. 29. Luc. II. 37. νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν jejuniis et precibus Deum diligenter colebat. Act. XIV. 23. προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν. 1 Cor. VII. 5. De coacta abstinentia a cibo legitur 2 Cor. VI. 5. ἐν νηστείαις cum inopia victus laboramus. ibid. XI. 27. In versione Alexandrina respondet Hebraico צוֹם 2 Sam. XII. 16. Nehem. IX. 1. Esra VIII. 21. Adde Tob. XII. 8. et 2 Macc. XIII. 12. 2) κατ' ἐξοχὴν ita dicitur *jejunium magnum et publicum Judæorum*, (צוֹם הַגָּדוֹל et צומא רבא· Confer Bibl. Histor. Philol. Theol. Bremensem Cl. I. Fasc. I. p. 23.) *quod die magno expiationis* (יוֹם הַכִּפּוּר et יום סליחה ומחילה), *qui in decimum mensis Tisri* s. *Octobris* (Levit. XVI. 23, 27.) *incidebat, religiose agebatur et celebrabatur.* Sic legitur in N. T. Act. XXVII. 9. διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι præterlapso jam die magni jejunii Judæorum, h. e. tempore auctumnali, quo tempestas turbida et procellosa esse solet. Syrus bene h. l. νηστείαν transtulit: ܨܘܡܐ ܕܝܗܘܕܝܐ *dies jejunii Judæorum.* Confer Wolfii Curas Philologicas in N. T. T. I. p. 1364 seq. et Joh. Henr. Lederlini D.

Phil. de νηστείᾳ ad Act. XXVII. 9. in Tempe Helvet. T. IV. p. 399 seq. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΗΣΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) *jejuno, cibo et potu aliquamdiu abstineo, jejunus maneo,* sive ob cibi defectum, sive ob metum imminentis periculi, sive ex nimio luctu, sive religionis impulsu etc. a νῆστις *jejunus.* Matth. VI. 16. ὅταν δὲ νηστεύητε, μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ quando vero jejunatis, ne simulatorum mores imitemini. ibid. 17, 18. IX. 14. οὐ νηστεύουσι, scil. πολλὰ, non solent frequenter jejunare. Sic XV. 6. ἀπέλυε solebat dimittere. Marc. II. 18, (νηστεύοντες qui sæpe jejunabant.) 19. Luc. V. 33, 34. XVIII. 12. νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου. Act. X. 30. XIII. 2, 3. Alexandrini pro צוּם *cibo abstinere, jejunare.* Jud. XX. 26. 1 Sam. VII. 6. Esther IV. 16. 2) *parum edo et cibis minus delicatis utor, cibo solito abstineo,* v. c. pane. Matth. IV. 2. καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, coll. v. 4. et Luc. VII. 33. 3) per metonymiam: *lugeo,* quia jejunium est signum luctus, aut periculi præsentissimi. Matth. IX. 15. Marc. II. 20. Luc. V. 35. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΗ῀ΣΤΙΣ, ιως, ὁ, ἡ, neutrum τὸ νῆστι, pluralis νήστεις, Attice νήστις, *jejunus, impastus, non cibatus,* ex νὴ, particula privativa, et ἐσθίω *edo;* vel ex νὴ et σῖτος *frumentum, panis.* Bis tantum legitur in N. T. et quidem in accusativo pluralis νήστεις. Matth. XV. 32. καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω et jejunos eos dimittere nolo. Marc. VIII. 3. ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς νήστεις quos si non satiatos dimittere vellem. Suid. νῆστις· ὁ ἄσιτος. Hesych. νῆστις, ἄσιτος, νηστεύων. Anthol. II. 40. 10.— καὶ νήστιας οἴκαδε πέμπῃ.

ΝΗΦΑ'ΛΕΟΣ, etiam ΝΗΦΑ'ΛΙΟΣ, ίου, ὁ, ἡ. 1) proprie: *sobrius, ab immoderato potu abstinens, qui vino et omni potu inebriante modice utitur,* a νήφω, quod vide. Hesych. νηφάλιοι· νήφοντες, μὴ πεπωκότες. Ita enim reponendum est pro impresso πεπτωκότες. 2) metaphorice ad animum transfertur et significat *cautum, vigilantem, circumspectum, prudentem in munere suo administrando.* Sic ter legitur in N. T. 1 Tim. III. 2. δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον εἶναι νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον. Syrus bene νηφάλιον reddidit: ܐܝܟܐ ܕܥܝܪ ܒܪܥܝܢܗ *qui mente sit vigilanti.* Præterea legitur ibidem v. 11. et Tit. II. 2. Phavorinus vel potius Zonaras Lex. col. 1398. νηφάλεος· ἄγρυπνος, διεγερτικὸς, ζέων τῷ πνεύματι. ὁ ἀπόστολος· νηφάλεον, σώφρονα, κόσμιον. Idem: νηφάλιός ἐστιν ὁ ἀεὶ νήφων καὶ σύνεσιν ἔχων τῇ ἡλικίᾳ κατάλληλον.

ΝΗ'ΦΩ, fut. ήψω, 1) proprie: *sobrius, non ebrius sum, abstineo ab omni* (Soph. Œd. Col. 200.) *aut immoderato vini et omnis potus inebriantis usu;* quasi ex νὴ et πίνω. Philostrat. Vit. Sophist. II. c. II. § 2. Opponitur τῷ μεθύω. Thom. M. Νήφει τις, ὅταν ἐκτὸς μέθης ἐστὶ κ. τ. λ. 2) metaphorice, ad animum translatum, significat: *vigilans, cautus et providus sum, mentis sobrietatem colo, omnem diligentiam et attentionem in aliquid confero.* 1 Thess. V. 6. ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν potius vigilantes et diligentes simus in devitandis vitiis et sceleribus quibusvis. ibid. v. 8. 2 Tim. IV. 5. σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι tu vero cautus et providus sis in omnibus partibus muneris, tibi demandati: seu, sobriis vigilatisque consiliis provide omnia. Confer M. Antonin. I. 6. 1 Petri I. 13. et IV. 7. νήψατε εἰς τὰς προσευχὰς, i. q. Coloss. IV. 2. τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε. ibid. V. 8. νήψατε, γρηγορήσατε. Sæpius non legitur in N. T. Epicharmus, poëta Siculus, apud Ciceronem (ad Attic. Lib. I. Ep. 19.) et Lucianum (in Hermotimo p. 541.) νῆφε καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν. Hesych. νῆφε· γρηγόρει, σωφρόνει βίῳ.

ΝΙ'ΓΕΡ, ὁ, *Niger.* Cognomen Simeonis, prophetæ, origine Latinum. Semel commemoratur in N. T. Act. XIII. 1.

ΝΙΚΑ'ΝΩΡ, ορος, ὁ. *Nicanor.* Fuit unus ex septem illis diaconis ecclesiæ apostolicæ. Nomen ipsum est origine Græcum, i q. *vir victoriæ,* seu *victoriosus,* ex νίκη, vel νῖκος *victoria,* et ἀνὴρ *vir.* Semel legitur in N. T. Actor. VI. 5.

ΝΙΚΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *vinco, supero hostem, victor sum et evado,* παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, *a non cedendo,* secundum Plutarchum, quia vincit, qui non cedit hosti. Sic legitur in N. T. Luc. XI. 22. ἐπὰν δὲ ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν νικήσῃ αὐτὸν sed si quis potentior adortus eum vicerit. Apoc. VI. 2. ἐξῆλθε νικῶν καὶ ἵνα νικήσῃ exiit unam victoriam post alteram reportaturus. 2) metaphorice: *coërceo, reprimo, impedio, resisto, vim et potestatem nocendi alicui adimo.* Joh. XVI. 33. ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον ego adversariis meis omnem vim vobis nocendi et religionis meæ propagationem impediendi ademi. 1 Joh. II. 13, 14. νενικήκατε τὸν πονηρὸν repressistis vim vitiositatis. ibid. IV. 4. νενικήκατε αὐτοὺς, scil. ψευδοπροφήτας, vicistis falsos illos doctores, h. e. non vos ab iis decipi et ad errores seduci passi estis. ibid. V. 4 et 5. ubi νικᾷν τὸν κόσμον vel est: resistere vitiositati omnesque pravas cupiditates reprimere et coercere, vel, quod magis placet: non pati se a falsis doctoribus decipi et corrumpi, coll. IV. 4. Hinc speciatim Apoc. II. 7, 11, 26. III. 5, 12, 21. XV. 3. (ubi νικῶντας positum est pro νενικηκότας) XXI. 7. ὁ νικῶν dicitur, qui constans est et manet in observandis præceptis religionis christianæ et omnis vitiositatis et peccati blandimentis et illecebris fortiter resistit nec se ab iis vinci patitur. Eichhornio in Comm. in Apoc. Vol. I. p. 80. ὁ νικῶν *homo pius* per Syriasmum dici videtur. Nimirum ܙܟܐ est *purus fuit,* ac *vicit,* et ܙܟܝܐ *purus, justus* et *vincens,* per metonymiam effecti et synecdochen speciei. Qui enim, dicta in foro causa, purus declaratur a culpa, causam obtinet, adeoque adversarium vincit. Conf. etiam Joh. D'Outreinii Diatr. de phrasi ὁ νικῶν in Epistolis Apocalypticis, quæ exstat in Bibl. Brem. Cl. IV. p. 605. Apoc. XI. 7. XII. 11. ἐνίκησαν αὐτὸν (sc. τὸν κατηγοροῦντα αὐτοὺς) διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου virtute sanguinis Christi vicerunt diabolum, h. e. effecerunt, ut non amplius possit diabolus eos accusare coram Deo; coll. v. 10. ibid. XVII. 14. —Huc pertinet etiam locus Rom. XII. 21. ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν vince in bono malum, h. e. effice benevolentia et beneficiis, ut desinat alter te injuriis provocare. 3) *seduco aliquem ad vitiositatem, corrumpo, perverto;* νικάομαι *succumbo, cedo, turpiter locum do seducentibus ad peccata.* Rom. XII. 21. μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ ne injuriis, tibi ab aliis illatis, ad peccata seducaris. Apoc. XIII. 7. καὶ νικῆσαι αὐτοὺς, scil. ἁγίους, et eos ad defectionem a religione christiana sollicitare. Prov. VI. 25. υἱὲ, μή σε νικήσῃ κάλλους ἐπιθυμία. Etiam apud exteros scriptores νικᾷν haud raro *movere, impellere* notat, v. c. Thucyd. I. 76. νικηθέντες ὑπὸ τιμῆς καὶ δέους καὶ ὠφελείας. ibid. II. 60. 4) ut Latinum *vinco,* omisso substantivo δίκην, sensu forensi, eleganter de *eo* usurpatur, *qui absolvitur in judicio et contra adversarium suum causam obtinet.* Conferendum

Wetstenii N. T. T. II. p. 36. Sic legitur in N. T. Rom. III. 4. ἵνα νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε ut in judicio causam vincas superiorque evadas. Presse autem h. l. secutus est Paulus interpretationem Alex. Ps. LI. 6. In Hebraico textu enim est: לְמַעַן תִּזְכֶּה שָׁפְטֶךָ ut purus sis in judicando te, h. e. ut omnia effata et judicia tua sint irreprehensibilia. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 247 seq. et Fulleri Miscell. Sacra L. I. c. 7. — Singulari ratione hæc vox adhibetur Apoc. V. 5. ubi ἐνίκησε alternat cum ἄξιος ἐστὶ v. 2. et 4. adeoque notat: jus et potestatem habet. Vide Eichhornii Comment. ad h. l. T. I. p. 177.

ΝΙ'ΚΗ, ης, ἡ, 1) *victoria, quæ de hoste superato reportatur*, a νικάω *vinco*. 1 Macc. III. 19. 2 Macc. X. 28. XIII. 15. XV. 8, 21. 2) per metonymiam: *instrumentum, quo victoria ex aliquo reportatur, quo aliquis vincitur et superatur*, aut metaphorice: *illud ipsum, quo aliquis coercetur et reprimitur, aut vis et potestas nocendi alicui adimitur.* Sic semel legitur in N. T. 1 Joh. V. 4. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ νίκη, ἡ νικήσασα τὸν κόσμον, ἡ πίστις ἡμῶν vera autem et præsens cognitio religionis christianæ comparat nobis hanc victoriam, h. e. efficit, ut nos a falsis doctoribus decipi et ad errores seduci haud patiamur; coll. v. 5.

ΝΙΚΟ'ΔΗΜΟΣ, ου, ὁ. *Nicodemus.* Nomen proprium Pharisæi, Judæorum principis, seu *Synedrii M.* assessoris, vel origine Græcum, ex νῖκος *victoria* et δῆμος *populus*, i. q. *victor*, seu *victoria populi*, vel Hebraicum, compositum ex נָקִי *innocens*, et דָּם *sanguis*, ut indicet *virum*, integrum vitæ scelerisque purum. Fuit clandestinus Christi discipulus. Joh. III. 1, 4, 9. VII. 50. XIX. 30. Hebraice dicitur נַקְדִּימוֹן Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 850.

ΝΙΚΟΛΑΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ. *Nicolaita, Nicolai sectator*, a Νικόλαος, quod vide. Bis tantum Nicolaitæ in N. T. commemorantur, nempe Apoc. II. 6, 15. et a plerisque interpretibus antiquioribus annumerantur hæresiarchis ævi apostolici, qui, ut ex Irenæi L. I. c. 27. III. 11. August. Hæres. c. 5. Epiphanii Hæres. c. 25. Eusebii H. E. III. 26. et Auctoris Constitutt. Apostolicarum VI. c. 8. aliorumque testimoniis liquet, Jesum atque Christum tanquam duos ab invicem distinxerunt, quorum hic in illum de cœlo descenderit, tempore autem passionis in cœlum revolaverit. Feruntur præterea omni verecundia et pudore sublato scortati esse, nec ab idolothytis abhorruisse. Nicolaum autem, a quo Nicolaitæ (qui successu temporis Gnosticis annumerati sunt) cognominantur, non fuisse proselytum illum Antiochenum et unum e septem diaconis primitivæ ecclesiæ, cujus in Actis apostolicis fit mentio, inter omnes nunc convenit. Conf. Ittigium de Hæres. Ævi Apostol. I. c. 9. p. 87. Cotelerium ad Constitutt. Apostol. VI. c. 8. et in Monumentis Ecclesiæ Græcæ T. I. p. 763 seq. et Millii Prolegg. in N. T. n. 126 et 127. Alii contra noluerunt Nicolaitarum nomen in hæreticorum catalogum referre, inter quos eminent J. G. Janus in Comment. de Nicolaitis ex hæreticorum catalogo expungendis (Viteb. 1723. 4. recusa in Thesauri Disputt. Ikeniani T. II. p. 1016 seq.) et Heumannus in Actis Eruditorum an. 1712. pag. 179. Confer Ejusdem Pœcile T. II. p. 391. — Eichhornio in Comm. in Apocal. Vol. I. p. 74. Nicolaitæ Græco nomine sunt iidem, qui Hebraico *Bileamitæ* dicuntur, et utrumque est nomen falsorum doctorum mere symbolicum, qui Bileamo in eo similes sunt, quod alios fraudibus decipiant. Certe Apoc. II. 6. Arabs Erpenii ἔργα Νικολαϊτῶν transtulit: شعيب (confer Coran. Sur. VII. 86.) اعمال *facta Bileami.* Vide supra sub Βαλαάμ.

ΝΙΚΟ'ΛΑΟΣ, ου, ὁ. *Nicolaus.* Nomen proprium viri, origine Græcum, i. q. ὁ νικῶν τὸν λαὸν *victor populi.* Compositum enim est ex νῖκος *victoria* et λαὸς *populus.* Fuit proselytus Antiochenus et unus ex septem diaconis primitivæ ecclesiæ, quorum mentio fit Act. VI. 5. Ab hoc diacono Nicolaitarum secta originem suam traxisse vulgo creditur; sed abunde hoc refutatur et tanquam fabula rejicitur a Clemente Alexandrino Stromm. Lib. II. p. 411. III. p. 436. Theodoreto, Ignatio aliisque. Vid. Vitringa Obss. Sacr. Lib. IV. c. 9. Unde nomen Nicolaitarum, qui in Apocalypsi commemorantur, videtur fictum et figuratum esse.

ΝΙΚΟ'ΠΟΛΙΣ, εος, Attice εως, ἡ. *Nicopolis.* Nomen urbis Græcum, q. d. *victoriæ urbs*, ex νίκη vel νῖκος *victoria* et πόλις *urbs.* Variæ sunt hujus nominis urbes. Est Nicopolis in Cilicia, quæ antea Issus vocata, sed a victoria, qua Alexander M. Darium, Persarum regem, devicit, Nicopolis dicta. Alia in Armenia, ubi Pompeius Mithridatem et Tigranem, Armeniæ regem, vicit. Alia in Ponto; alia in Bithynia; alia in Epiro, condita ab Augusto; alia in Ægypto, quæ etiam condita est ab Augusto, cum reginam Cleopatram superasset; alia in Palæstina, ante Emaus dicta. Nicephor. H. E. X. c. 31. Alia in Thracia, ad Nestum flumen, prope montem Æmum, condita a Trajano; alia denique in Macedonia. Nicopolis, quæ semel in N. T. commemoratur, (Tit. III. 12.) Macedoniæne, an Thraciæ urbs sit, nondum inter doctos convenit. In subscriptione hujus epistolæ autem diserte Νικόπολις τῆς Μακεδονίας commemoratur.

ΝΙ'ΚΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie: *victoria, quæ de hostibus reportatur*, i. q. νίκη, a νικάω *vinco.* 2) metaphorice *iis* tribuitur, *qui alicui resistunt et vim ac potestatem nocendi adimunt, qui coercent ac reprimunt aliquem, aut ullo aliquo modo aliquid impediunt.* Conf. supra νικάω, Sic legitur in N. T. Matth. XII. 20. εἰς νῖκος victoriose superatis et frustra renitentibus omnibus adversariis religionis christianæ. 1 Cor. XV. 57. τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος qui nobis victoriam concessit, h. e. effecit, ut jam alieni simus ab omni formidine mortis. 3) metaphorice et per metonymiam: *vis ac potestas aliquem terrendi, aut nocendi alicui.* 1 Cor. XV. 55. ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; ubi est vis tua nocendi et terrendi, O mors, ubi imperium tuum? Conf. Alex. Ps. XIII. 14. et supra a me ad ᾅδης dicta. 4) εἰς νῖκος *in æternum, in perpetuum*, ex usu loquendi Alexandrinorum interpretum, qui Hebraicum לָנֶצַח *in perpetuum, semper*, εἰς κρίσιν reddiderunt, sine dubio, quia נֵצַח non solum *perpetuitatem*, sed etiam *victoriam* (conf. Alex. 1 Chron. XXIX. 11. Thren. III. 18.) notat. Vide 2 Sam. II. 26. μὴ εἰς νῖκος καταφάγεται ἡ ῥομφαία; Job. XXXVI. 7. Thren. V. 20. ubi εἰς νῖκος et εἰς μακρότητα ἡμερῶν tanquam synonyma invicem permutantur. Amos VIII. 7. 1 Cor. XV. 54. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος mors in perpetuum sublata est. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΙΝΕΥΐ, vel ΝΙΝΕΥἨ, vel ΝΙΝΕΥἘ, ἡ. *Ninive.* Est nomen proprium urbis ἄκλιτον, Hebr. נִינְוֵה quasi dicas *urbs*, vel *sedes et domicilium Nini*, a נִין *Ninus* et נָוֶה, in regimine נְוֵה *habitaculum.* Fuit autem metropolis Assyriæ, trans Tigrim sita, quam sibi condidit Assur et a filio Nino sic vocasse censetur. Vide Bocharti Geogr. Sacr. L. IV. c. 20. et Cellarii Geogr. Plen. III. 17. p. 659 seq. Semel legitur in N. T. Luc. XI. 32. Alberti Gloss. Gr. p. 46. Νινευΐ· γονῆς ὡραιότητος. Inde

ΝΙΝΕΥΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ. *Ninivita, Ninives incola*, s. *civis.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XII. 41. ἄνδρες Νινευῖται. Luc. XI. 30.

ΝΙΠΤΗ'Ρ, ῆρος, ὁ, *vas, lavandis manibus pedibusque aptum, pelvis, malluvium.* Pelvis enim est vas, in quo lavantur pedes, sed malluvium, in quo manus abluuntur, quod Græcis etiam dicitur χειρόνιπτρον, seu χέρνιψ, item χερνίβιον, a νίπτω *lavo.* In N. T. tantum exstat Joh. XIII. 5. ubi de pelvi tantum usurpatur: εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν deinde, immissa in pelvim aqua, incepit lavare pedes discipulorum. Pelvis, in qua lavantur pedes, alias ποδανιπτὴρ dicitur, teste Polluce Onom. X. 78.

ΝΙ'ΠΤΩ, fut. ψω, *lavo, abluo manus aut pedes alterius*, τὸ δι' ὑγροῦ καθαίρω, ut Phavorinus interpretatus est. Medium νίπτομαι, fut. νίψομαι, *me ipse lavo, meas manus et pedes lavo.* Ita enim proprie differt νίπτειν a λούειν et πλύνειν, ut hoc de pannis, illud de toto corpore, istud vero de manibus pedibusque adhibeatur, quanquam non semper hoc discrimen in N. T. observatum esse video. Matth. VI. 17. τὸ πρόσωπόν σου νίψαι caput tuum laves. Jejunantes enim apud Hebræos et omnino lugentes illoto capite incedere solebant, ut Geierus docuit in libro de Luctu Hebræorum. ibid. XV. 2. οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν illotis enim manibus cibum capiunt. Judæi enim, pariter ac Græci et Romani, munditiei et elegantiæ admodum studiosi, ad prandium, cœnam, convivium accessuri, vel a convivio redeuntes, manus lavabant, vel etiam balneum ingrediebantur. Cæterum accurate hic locutus est Matthæus. Secundum Pollucem enim in Onom. VI. 14. et Aristophanem Grammaticum apud Athenæum L. IX. c. 18. νίπτεσθαι pr. est *lavare manus ante cœnam*, quemadmodum ἀπονίπτεσθαι *cœna peracta*, quanquam distinctio illa perpetua non sit. Marc. VII. 3. ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας. Vide infra sub πυγμή. Joh. IX. 7. νίψαι, scil. τὸ πρόσωπόν σου. ibid. v. 11 et 15. XIII. 5. ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν. ibid. ver. 6, 8, 10, 12, 14. καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας ita enim vos debetis ad infima ministeria, aliis præstanda, vos demittere; quale fere dicitur Philip. II. 3. τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. Servis enim proprie demandatum erat apud veteres negotium lavandi pedes. 1 Tim. V. 10. εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν si vel vilissima quævis ministeria præstiterit christianis, hospitalitatis studio ducta. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro רָחַץ *lavit, abluit.* Exod. XXX. 18, 19, 20. νίψωνται τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ὕδατι. Deut. XXI. 6. Jud. XIX. 21. etiam pro שָׁטַף *immersit.* Levit. XV. 11, 12. Adde Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. II. v. 357. Conf. quoque Dresig. de Verbis Mediis N. T. I. 91 p. 352.

ΝΟΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) proprie: *animum adverto, attendo, mente agito, in animo verso, cogito, expendo, considero*, a νόος, νοῦς, ὁ, *mens.* Matth. XXIV. 15. ὁ ἀναγινώσκων νοείτω qui hæc legit, animum advertat. Marc. XIII. 14. 2 Tim. II. 7. νόει ἃ λέγω diligenter perpende et considera, quæ dixi. Proverb. XXIII. 1. νοητῶς νόει τὰ παρατιθέμενά σοι. Hesych. νόει· συλλογίζου, σκόπει. Idem: νοῆσαι· ἐνθυμεῖται. Homer. Iliad. Ϙ', v. 596. ἀλλὰ σὺ μή μοι ταῦτα νόει φρεσί. 2) *intelligo, cognosco, scio, cognitum et perspectum aliquid habeo.* Matth. XV. 17. οὔπω νοεῖτε; nondum intelligetis? ibid. XVI. 9, 11. Marc. VII. 18. VIII. 17. οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε. Joh. XII. 40. Rom. I. 20. τὰ γὰρ ἀόρατα Θεοῦ τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται invisibilis Dei natura ex creatione mundi per res factas intelligitur et cognoscitur. Ephes. III. 4, 20. 1 Tim. I. 7. Hebr. XI. 3. πίστει νοοῦμεν narrationi Mosaicæ fidem habentes, scimus et persuasum nobis habemus. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo νοέω usurpatur quoque in versione Alexand. pro Hebraico בִּין in Hiphil et Hithpaël. 2 Sam. XII. 59. Prov. I. 2, 6. Hinc apud Græcos νοεῖν interdum *sapere* notat, v. c. apud Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. v. 12. et 293.

ΝΟ'ΗΜΑ, τος, τὸ, 1) *mens, animus* (Theognid. Sent. v. 435 et 979.) et speciatim: *ea mentis facultas, qua aliquid cognoscimus et intelligimus*, uno verbo *intellectus*, a νοέω *intelligo, cognosco.* 2 Cor. III. 14. ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν sed callo obductus, seu occæcatus et tenebris oppletus est intellectus eorum, coll. IV. 4. ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων deus hujus sæculi occæcavit intellectum incredulorum. ibid. XI. 3. οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστὸν sic etiam corrumpatur et deflectat animus vester a vera illa et haud fucata integritate et probitate, quam postulat religio christiana. Hesych. Νόημα· σύνεσις. 2) *cogitatio, sensus animi.* Philip. IV. 7. φρουρήσει τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ omnes animi vestri sensus religioni christianæ congruos servet. Baruch. II. 8. τοῦ ἀποστρέψαι ἕκαστον ἀπὸ τῶν νοημάτων τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς πονηρᾶς. Quemadmodum vero νοεῖν apud Græcos (v. c. Stobæum Serm. XXX. p. 96.) improprie etiam *consulere, machinari, moliri aliquid* notat, ita etiam νόημα non solum apud exteros scriptores (v. c. Homer. Odyss. β', 127. ubi Eustathius νοήματα per κέρδεα, h. e. ἐπινοίας, μηχανὰς, πανουργεύματα explicat. Adde Odyss. ψ', v. 31.) sed etiam in N. T. 3) *consilium, decretum animi*, et in partem deteriorem *insidias, machinationes, artes malas, consilia prava* significat. 2 Cor. II. 11. οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν non enim ignota nobis sunt prava diaboli consilia. Chrysostomus ad h. l. τὰ νοήματα, τὸ ποικίλον, τὸ δολερὸν, τὸ κακομήχανον, τὸ κακοῦργον, κ. τ. λ. ibid. X. 5. αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα irrita reddimus omnia prava consilia adversariorum religionis christianæ. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Bibliothecam Bremens. Class. II. p. 438. et Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 137.

ΝΟ'ΘΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *nothus, spurius, suppositilius, non legitimus*, (Aristoph. Aves 1694. νόθος γὰρ εἶ καὶ οὐ γνήσιος.) et ex adjuncto: *parentibus dissimilis, non verus, non sincerus, falsus.* Semel legitur in N. T. Hebr. XII. 8. ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ υἱοί igitur spurii estis, non veri Dei filii. Syrus transtulit: ܗܘܝܬܘܢ ܠܗܘܢ ܢܘܟܪ̈ܝܐ ܘܠܐ ܒܢ̈ܝܐ facti estis alieni, seu peregrini et

non filii. Græci scilicet et inprimis Athenienses solebant tantum liberos, quorum parentes natu Athenienses erant, *γνησίους* appellare, eos vero, qui altero parente usi erant non cive Atheniensi, sed peregrino, *νόθους* vocare. Ælian. V. H. XIII. 24. Hinc Suidas quoque *νόθος* per *ξένος* interpretatus est, hac ratione addita: *θεῖόν τι τὸ γνήσιον ἐν τοῖς κατ' ἀνθρώπων τόκοις. Διόπερ ὁ μὴ τοῦτο ἔχων νόθος, οἷα ἐστερημένος τοῦ θείου. παρὰ τὸ νὸ στερητικόν. ἐντεῦθεν δὲ νόθα καὶ τὰ ἁπλῶς ξένα μεταφορικῶς.* Propriam hujus vocis notionem tradidit Phavor. *νόθος· ὁ μὴ γνήσιος υἱὸς, ἀλλ' ἐκ παλλακίδος.* A *νόθος* derivatur *νόθως* adverbium, *spurie, non vere et sincere, falso*, *ψευδῶς*, interprete Hesychio, cui opponitur *ἀνόθως, γνησίως*, *genuine*, teste eodem, 3 Macc. III. 17. et *νοθεύω adultero, corrumpo*, *τὸ κιβδηλεύω*, ut Phavorinus interpretatus est.

NOMH', ῆς, ἡ, 1) proprie: *pabulum, pascuum, pastus*, et est *pecudum*, a præt. med. *νένομα*, verbi *νέμω pasco*, quod in N. T. non reperitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro מִרְעֶה *pascuum*, Genes. XLVII. 5. 1 Paral. IV. 39, 40. מַרְעִית idem, Psal. LXXIV. 1. Hos. XIII. 6. et pro נָוֶה. Prov. XXIV. 15. Jerem. X. 25. Hesych. *νομή· τροφή, βοσκή.* Idem: *νομαί· βοσκήματα, βοσκαί.* Thom. M. *νομή· ἡ βοσκὴ, ἀπὸ τοῦ νέμομαι, τὸ βόσκω κ. τ. λ.* 2) metaphorice *νομὴν ἔχειν*, seu *εὑρίσκειν*, *is dicitur, qui nulla re indiget, qui nihil habet, quod requirat aut desideret.* Sic legitur in N. T. Joh. X. 9. *νομὴν εὑρήσει* nulla re indigebit, quæ ad salutem et tranquillitatem animi faciat; er wird die volle Befriedigung aller seiner geistigen Bedürfnisse erhalten, *he will receive full satisfaction of all his spiritual wants.* Conf. Ezech. XXXIV. 14. Psalm. LXXIII. 1. LXXVIII. 14. XCIV. 7. 3) metaphorice: *progressio, propagatio alicujus rei in deteriorem partem, incrementum.* 2 Tim. II. 17. *ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει* doctrina eorum gangrænæ instar latius serpit ac dimanat. Metaphora ducta est vel a feris depascentibus, (*νομὴ* enim non solum *pabulum*, sed etiam *ipsam depastionem* notat apud Græcos, ut vel ex loco Æliani V. H. XIII. cap. 1. apparet, ubi hæc verba leguntur: *ἀπελθούσης κατὰ συνήθειαν κατά γε ἄγραν καὶ νομὴν τῆς ἄρκτου*) vel ab ulceribus et vulneribus, latius indies serpentibus et late carnem depascentibus, (Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 359.) de quibus apud Hebræos verbum פָּשָׂה (Arab. فشا *progredi, serpere*) usurpatur. Levit. XIII. 22 et 32. Sic v. c. apud Hippocratem de Ulceribus p. 516. ed. Froben. *νομαὶ* sunt *ulcera serpentia*, ut Plinius loquitur in H. N. XXXIV. 15. *Νομὴν ποιεῖσθαι* de *ulceribus*, et *νομὴν λαμβάνειν* de *incendio* dici apud Polybium, (Lib. I. c. 48.) observavit Raphelius in Animm. ad N. T. ex Polybio ad h. l. Eodem sensu autem verba *διανέμειν, κατανέμεσθαι, νέμεσθαι, ἐπινέμεσθαι* scriptores Græcos adhibere, demonstravit Alberti in Obss. Philol. in N. T. p. 403. Sæpius non legitur in N. T.

NOMI'ZΩ, fut. *ίσω*, 1) proprie: *lege sancio, leges fero*, a *νόμος lex.* Ælian. V. H. III. c. 18. *νόμους αὐτοῖς τετάχθαι ἐναντίως κειμένους τοῖς παρ' ἡμῖν νομιζομένοις.* Hesych. *νομιζόμενα· νόμιμα, ἔννομα.* Adde Xenoph. Hier. III. 3. 2) *ritu antiquo sancitum, ratum et usitatum aliquid habeo, in more habeo, consuetudine recipio. Νομίζεσθαι solere, usu recipi, in consuetudinem abire*, unde *τὸ νομιζόμενον quod fieri solitum est*, et *νόμος* et *νόμισμα consuetudo, mos, συνήθεια*, interprete Hesychio. Herodot. II. 4. III. 38. IV. 191. VI. 138. Ælian. V. H. VI. 12. *ταφῆς τῆς νομιζομένης οὐδεὶς ἔτυχε* nemo sepulturam obtinuit usitatam. Aristoph. Plut. v. 62. 2 Macc. XIV. 4. Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 1. Confer Salmasium de Usuris p. 435 seq. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 431. Wetstenium N. T. T. II. p. 554. et Wolfium ad Casauboniana p. 323. Sic legitur etiam in N. T. Act. XVI. 13. *οὗ* (sc. *τόπου*) *ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι* quo loco solebat proseucha, seu locus precum esse; seu, ubi ex more antiquo proseucha erat. Joseph. A. J. XIV. 10. 23. *δεδόχθαι ἡμῖν Ἰουδαίων τοὺς βουλομένους — τὰς προσευχὰς ποιεῖσθαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατὰ τὸ πάτριον ἔθος.* Sed Palairetus in Obss. Philol. in N. T. p. 312. *νομίζεσθαι* (quod quandoque etiam pro *εἶναι* ponitur apud Græcos, v. c. Philostrat. Vit. Apoll. L. I. p. 35. *οἱ δὴ νομίζονται βασιλέως ὦτα*) ob sequens *εἶναι* h. l. plane redundare ex usu loquendi Græcorum (Anton. Lib. Metam. c. 4. *ἐνομίζετο δίκαιος εἶναι καὶ φρόνιμος*) cum L. Bosio et Maio (Obss. Sacr. L. III. p. 14.) statuit. 3) *puto, existimo, arbitror, in opinione versor, suspicor, censeo, statuo.* Matth. V. 17. *μὴ νομίσητε* ne in opinione versemini. ibid. X. 34. XX. 10. *ἐνόμισαν* sperabant. Luc. II. 44. *νομίσαντες δὲ αὐτὸν ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι* rati, eum in comitatu esse. ibid. III. 22. *ὡς ἐνομίζετο* ut putabatur. Pearce in Commentario ad h. l. vertere mavult: *ut lege definitum erat*, seu: *ex præscripto legis*, et provocat ad 2 Macc. XIV. 4. et Josephum. de B. J. VII. 5. 4. Act. VII. 25. VIII. 20. XIV. 19. XVI. 27. XVII. 29. *οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν* mittamus errorem. ibid. XXI. 29. 1 Cor. VII. 26. *νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν* censeo autem, hoc utile esse. ibid. v. 36. 1 Tim. VI. 5. Sæpius non legitur in N. T. Confer Symmachum Psal. XVI. 13 et XLIX. 21. Sap. XIII. 2. 2 Macc. IV. 32. VII. 19. *σὺ δὲ μὴ νομίσῃς ἀθῷος ἔσεσθαι.* Jamblichus Vit. Pythagor. c. 2. p. 9. *δι' ἃ σοφὸς παρὰ τοῖς πολλοῖς νομίζεται.* Dionys. Hal. A. I. 80. Herodot. IV. 180. Hesych. *νομίζειν· οἴεσθαι, λέγειν. — νομιζόμεθα· νόμιμα οἰόμεθα.* Confer Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 261. ed. Zeunii, et Wetstenii N. T. T. I. p. 675.

NOMIKO'Σ, οῦ, ὁ, 1) *legalis, ad legem*, speciatim *Mosaicam, pertinens*, a *νόμος lex*, quod vide. Tit. III. 9. *μάχας νομικὰς περιΐστασο* quæstiones controversas, ad legem Mosaicam ritualem pertinentes, vita. Syrus ita transtulit, quasi in textu Græco legeretur: *νομικῶν.* 2) *legis interpres, jureconsultus, legis peritus.* Diog. Laërt. VI. 54. *δυοῖν ποτὲ νομικοῖν ἀκούσας, τοὺς δύο κατέκρινεν.* Epictet. I. c. 13. *νομικὸν* dicit *ἐξηγούμενον τὰ νόμιμα.* Sic legitur in N. T. Tit. III. 13. *Ζηνᾶν τὸν νομικόν.* Speciatim autem in N. T. *νομικοὶ* dicuntur *periti et interpretes legis Mosaicæ, doctores legis Mosaicæ traditionarii, qui sacras litteras ac traditiones Judaicas non solum scrutabantur et interpretabantur, sed etiam in difficilioribus legis Mosaicæ quæstionibus responsa dabant;* qui alias *γραμματεῖς* et *νομοδιδάσκαλοι*, et a Judæis *Karæi*, בעלים מקרא vocabantur. Certe Matth. XXII. 35. *νομικὸς* dicitur, qui apud Marcum XII. 28. *γραμματεὺς* vocatur. Luc. VII. 30. X. 25. XI. 45, 46, 52. coll. v. 53. XIV. 3. Vide Relandi Diss. Miscell. P. II. p. 90. Triglandium de Karæis p. 66. Sed Camero *νομικοὺς* et *γραμματεῖς* ita differre putat, ut hi publice in synagogis legem sint interpretati, illi in scholis privatim. — Phavor. *νομικός· ὁ τῷ*

[illegible], ἢ ὁ τοῦ νόμου ἐξηγητής. Pollux Onom. IV. 34. νομικὸς, ῥήτωρ. — Extat etiam peculiaris Commentatio auctore Theod. Christ. Lilienthalio de νομικοῖς, juris utriusque apud Hebræos doctoribus privatis. Hal. 1740. 4.

ΝΟΜΙ΄ΜΩΣ. Adv. *legitime, legibus consentanee, ita, ut postulat natura legis*, a νόμιμος *legalis, legitimus, legibus obtemperans*. Xenoph. Hist. Gr. IV. 4. 3. μηδὲν νόμιμον φρονοῦντες. paulo post: νομίμων δὲ ὄντων ἀνθρώπων. In N. T. bis tantum legitur 1 Tim. I. 8. οἴδαμεν δὲ, ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται scimus autem, bonam esse legem, si quis ea legitime, seu recte utitur, ita, ut ei justum pretium statuat. 2 Tim. II. 5. ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ quodsi enim certet aliquis, non coronatur, nisi certaverit legitime, h. e. ita, ut omnes agonisticæ professionis leges diligenter observarit, i. q. ἀθλητικῷ νόμῳ. Confer Epictet. Enchiridion c. 29. Plato Symp. IX. 7. Arrian. Diss. Epictet. III. 10. 8. εἰ νομίμως ἤθλησας. Pollux Onom. VIII. 7. et Jac. Lydii Agonistica Sacra c. 2. p. 5.

ΝΟ΄ΜΙΣΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *mos receptus, consuetudo, quidquid legibus sancitum est*, a νομίζομαι *lege sancior, moris sum, constitutus sum*. Suid. νόμισμα δύο σημαίνει, τὸ νόμιμον ἔθος, κ. τ. λ. 2) *numisma, numus, moneta, pecunia, æs signatum*, quia valor numorum et usus νενόμισται, h. e. legibus sancitus est. Suid. τὸ κόμμα (Phavorinus habet τύμμα) τοῦ τετυπωμένου χαλκοῦ ἢ χρυσοῦ. Semel tantum legitur in N. T. Matth. XXII. 19. τὸ νόμισμα τοῦ κήνσου numus census, h. e. numus ejus monetæ, qua tributum, Cæsari pendi solitum, exigebatur. Fuit autem teste Luca XX. 24. denarius, qui censoris imaginem exhibebat et solus in numerando tributo pendendus erat. Vide Wedelii Exercitt. Medico-Philol. Cent. II. Dec. I. exerc. 7. Demosthen. p. 508. 14. ed. Reisk. τοῖς τὸ νόμισμα διαφθείρουσι θάνατός ἐστιν ἡ ζημία.

ΝΟΜΟΔΙΔΑ΄ΣΚΑΛΟΣ, ου, ὁ, *legis*, et speciatim *Mosaicæ, doctor et interpres traditionarius, legis peritus*, i. q. νομικὸς et γραμματεὺς, quæ vide. Conf. Lightfoot. Hor. Hebr. et Talmud. ad Luc. XI. 45. Compositum est ex νόμος *lex* et διδάσκαλος *doctor*. Luc. V. 17. νομοδιδάσκαλοι, coll. v. 21. ubi γραμματεῖς vocantur. Act. V. 34. 1 Tim. I. 7. θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι jactant se legis Mosaicæ peritos ac defensores. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΟΜΟΘΕΣΙ΄Α, ας, ἡ, *legislatio, legis constitutio et promulgatio*. Natum est hoc vocabulum ex formula νόμον τιθέναι *legem ferre et promulgare*, de qua infra ad voces νόμος et τίθημι exponetur. Suid. νομοθεσίαν· θέσιν τοῦ νόμου. Gloss. Vett. νομοθεσίαν· *jurisdictionem, legislationem, promulgationem*. Confer Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 415. Semel legitur in N. T. Rom. IX. 4. ὧν ἡ νομοθεσία quorum Israëlitarum prærogativa est legislatio Mosaica, quod scilicet lex divina ipsis de cœlo est promulgata. Ita vulgo vertitur et explicatur hic locus. Sed fortasse rectius statuunt, νομοθεσίαν h. l. *de ipsa lege Mosaica*, seu *de omni complexu legum moralium* V. T. exponentes, non repugnante usu loquendi. Nam νομοθεσία est sæpe i. q. νόμος. Vide 2 Macc. VI. 23. ubi lex divina ἁγία καὶ θεόκτιστος νομοθεσία appellatur. Joseph. de Maccab. c. 5. fin. νομοθεσίας ἐπιστήμη. Philo Lib. I. de Vita Mosis p. 657. E. τὸ δὲ τῆς νομοθεσίας ἱεροπρεπές. et Joh. Damascen. de Fide Orthodoxa Lib. I. c. 5. qui decalogum νομοθεσίαν vocat. Polyb. IV. 81. 12. Exempla alia e Græcis scriptoribus dedit Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 173.

ΝΟΜΟΘΕΤΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *legem fero, promulgo, sancio, constituo, instruo*, interdum etiam *jubeo, præscribo, præcipio, doceo*, ex νόμος *lex* et τίθημι *pono*. Νομοθετέομαι, οῦμαι, *lege sancior, legis vim obtineo, legem latam accipio*, etiam *per leges regor et administror*. In versione Alexandrina respondet τῷ הוֹרָה *docuit, instituit*. Exod. XXIV. 12. τὰς ἐντολὰς, ἃς ἔγραψα νομοθετῆσαι αὐτοῖς. Psalm. CXVIII. 33. νομοθέτησόν με, Κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου. Isocrat. ad Nicoclen p. 21. edit. Wolfii dicit se νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις, h. e. regibus certam agendi normam exhibere. Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 18. p. 83. edit. Mori, ubi νομοθετῶν est *jubens, præscribens*. Hesych. νομοθετεῖ· νομοποιεῖ. Hebr. VII. 11. ὁ λαὸς γὰρ ἐπ' αὐτῇ νενομοθέτητο (pro ἐνενομοθέτητο, more poëtico. Confer Wyssii Dialectologiam Sacram p. 291.) quanquam omnis Judæorum respublica sacerdotio Levitico regebatur, seu, quanquam eo nitebatur omnis reipublicæ Judaicæ administratio. Conf. Wolfii Curas Philol. in N. T. T. III. p. 679. 2) *sancio, confirmo, ratum facio*. Hebr. VIII. 6. ἥτις ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις νενομοθέτηται fœdus, quod præstantioribus promissionibus sancitum est. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΟΜΟΘΕ΄ΤΗΣ, ου, ὁ, *legislator*, ex iisdem. Semel legitur in N. T. Jacob. IV. 12. εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης unus est legislator. Xenoph. Mem. I. 2. 31. et IV. 4. 24. Plutarch. T. I. p. 55. edit. Reisk. Alexandrini Psalm. IX. 21. ubi tamen pro מוֹרָה legerunt מוֹרֶה *docens, doctor*. Phavor. νομοθέτης ἐστὶν ὁ τεθεικὼς τὸν νόμον.

ΝΟ΄ΜΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *lex*. Est enim verbale a perf. med. νένομα, verbi νέμω *tribuo, distribuo*, quia suum cuique tribuit, aut, quia quasi distribuit cuique observanda et agenda. Herodot. I. 147. Thucyd. IV. 133. ἄλλην ἱέρειαν ἐκ τοῦ νόμου τοῦ προκειμένου κατεστήσαντο. ibid. V. 49. Ὀλυμπιακῷ νόμῳ. c. 63. νόμον δὲ ἔθεντο ἐν τῷ παρόντι, etc. 105. καὶ ἡμεῖς οὔτε θέντες τὸν νόμον, οὔτε κειμένῳ πρῶτοι χρησάμενοι. Sed interpretes Græci V. T., relicto hoc elegantioris Græciæ usu, voce νόμος ita usi sunt, ut responderet Hebraico תּוֹרָה, quod primum de *singulis legibus Mosaicis* in V. T. frequentabatur, v. c. de agno paschali edendo, Exod. XII. 49. XIII. 9. de mannæ sexto hebdomadis die dupla parte colligenda, Exod. XVI. 4. etc. deinde vero cum legum Mosaicarum mox integrum corpus compositum esset, *totum σύστημα religionis, quod Moses jussu divino civibus suis tradiderat*, significabat, cum nullum vocabulum Græcum adesset, quod ei ex asse responderet. Confer Num. XV. 15. Deut. I. 5. IV. 8, 44. et Koppii Excursum III. ad Epist. Pauli ad Galatas. Hos interpretes Græcos V. T. pro more suo sequuti N. T. scriptores, vocem νόμος, quæ Græcis de *legibus in universum omnibus* veniebat, ita adhibuerunt, ut 2) significaret partim *complexum legum omnium, populo Judaico per Mosen paullatim traditarum, omnem doctrinam Mosaicam et religionem Judaicam divinam*, et quæ de ritibus sacris præscribit, et de officiis exponit, aut leges civiles et forenses complectitur; partim vero *quamlibet doctrinæ Mosaicæ et religionis Judaicæ divinæ partem* ex cujusque loci indole et contexta oratione definiendam et dijudicandam. Matth. V. 17. καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας abrogare *doctrinam divinam, de officiis humanis expo-*

nentem, per Mosen ac prophetas traditam. ib. v. 18. ib. VII. 12. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται hæc est summa *doctrinæ Mosis* ac prophetarum de officiis. ibid. XXII. 36. ἐν τῷ νόμῳ in *decalogo*. ibid. v. 40. ὅλος ὁ νόμος *omnis doctrina Mosaica*. XXIII. 23. τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου graviora *doctrinæ Mosaicæ* præcepta. Joh. I. 17. ὁ νόμος *doctrina Mosaica* opponitur τῇ χάριτι, *doctrinæ christianæ*. ibid. VII. 19, 49. ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον alienus ab idonea religionis Mosaicæ cognitione. ibid. v. 51. ὁ νόμος *leges forenses et civiles*, per Mosen latas, significat. Eodem modo ὁ νόμος ibid. XVIII. 31. et XIX. 7. usurpatur. Act. VI. 13. κατὰ τοῦ νόμου contra *religionem Judaicam*. ibid. VII. 53. XV. 5. τὸν νόμον Μωσέως *doctrinam Mosaicam, quæ de ritibus sacris exponit*. Eodem modo νόμος legitur quoque ibid. v. 24. Act. XVIII. 13. παρὰ τὸν νόμον σέβεσθαι τὸν Θεόν. ibid. v. 15. XXI. 20. ζηλωταὶ τοῦ νόμου acerrimi defensores *legis Mosaicæ ceremonialis*, coll. v. 21 et 24. ibid. v. 28. XXII. 3, 12. XXIII. 3, 29. XXIV. 6. XXV. 8. Rom. II. 12. ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται qui autem cognitas leges Mosaicas contemsit, pro hac neglecta religionis Mosaicæ cognitione Deo pœnas dabit. ibid. v. 13, 14, 17, 18, 20, 23, 25. III. 19. τοῖς ἐν τῷ νόμῳ religioni Judaicæ addictis. ibid. v. 20. ἐξ ἔργων νόμου per obedientiam, quæ præstatur doctrinæ Mosaicæ. ibid. v. 28, 31. IV. 13, 14. οἱ ἐκ νόμου Judæi. ibid. v. 15 et 16. ubi νόμος opponitur τῇ πίστει. ibid. V. 20. VI. 14 et 15. νόμος opponitur τῇ χάριτι. VII. 1, 5. τὰ διὰ τοῦ νόμου quæ per leges Mosaicas magis irritabantur. ibid. v. 6, 7, 9. χωρὶς νόμου sine cognitione religionis Mosaicæ. ibid. v. 12, 14, 16, 22, 25. VIII. 3, 4. IX. 31. διώκων νόμον δικαιοσύνης studens observatione religionis Mosaicæ remissionem peccatorum obtinere. ibid. v. 32. X. 4. τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς Christus œconomiæ Mosaicæ finem imposuit. ibid. v. 5. XIII. 8, 10. 1 Cor. IX. 20. XV. 56. Galat. II. 16, 19, 21. In omnibus his locis τὰ ἔργα τοῦ νόμου observationem legis Mosaicæ ceremonialis mihi significare videtur. Galat. III. 2, 5, 10, 12, 13, 17, 19, 21, 23, 24. IV. 4, 5, 21. V. 3, 14, 18. VI. 13. Ephes. II. 15. Phil. III. 6. 1 Tim. I. 8. Hebr. VII. 12, 19, 28. VIII. 4. IX. 22. κατὰ τὸν νόμον secundum legem Mosaicam ceremonialem. ibid. X. 1, 8, 28. Jacob. II. 9, 10, 11. Æque late etiam in libris apocryphis V. T. vis vocabuli νόμος patet, v. c. Sirac. XLV. 5. ubi doctrina Mosaica νόμος ζωῆς, h. e. *doctrina præstantissima* vocatur. Baruch. II. 28. IV. 1. coll. v. 4. 1 Macc. I. 48, 49. ubi, quod νόμος dicitur v. 15. est διαθήκη ἁγία, cap. II. 19. λατρεία πατέρων, v. 20. διαθήκη πατέρων, v. 21. νόμος καὶ δικαιώματα, v. 22. λατρεία, v. 27. νόμος καὶ διαθήκη. Qui vero religionem Mosaicam non amplius habebant, dicuntur 1 Macc. III. 5. ἄνομοι. Jam quia תּוֹרָה quandoque etiam *singula præcepta, interdicta et leges singulas in* βιβλίῳ νόμου, (סֵפֶר תּוֹרַת הָאֱלֹהִים Nehem. VIII. 18.) *aut in* βιβλίῳ διαθήκης (1 Macc. III. 5.) *propositas*, significat, v. c. Exod. XII. 49. Neh. XIII. 3. factum est, ut etiam νόμος in N. T. libris 3) mox *singula præcepta et interdicta doctrinæ Mosaicæ*, mox *quamvis legem divinam et quodvis singulare præceptum* significaret, ut sit idem, quod ἐντολή, cum qua voce etiam haud raro permutari solet. Luc. II. 22. κατὰ τὸν νόμον Μωσέως secundum legem Mosis. Levit. XII. 2. ibid. v. 27 et 39. Joh. VII. 23. ubi ὁ νόμος Μωσέως est lex Mosis de circumcidendo puero die octavo. ibid. XIX. 7. ubi per νόμον legem de blasphemia (Levit. XXIV. 16.) intelligebant. Rom. IV. 15. οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις ubi enim nulla lex est, ibi etiam nulla transgressio legis. Rom. VII. 1. νόμος τοῦ ἀνθρώπου lex matrimonii, quæ v. 2. νόμος ἀνδρὸς et paulo post et v. 3. et 1 Cor. VII. 39. ὁ νόμος simpliciter vocatur. Etiam apud Græcos ὁ νόμος sæpe de *matrimonii lege* usurpatur, v. c. apud Artemid. Oneirocr. Lib. I. cap. 76. Ælian. V. H. X. 2. νόμῳ γαμετῇ. Idem Hist. Anim. X. 48. Eurip. Med. v. 238. συνοικοῦσαι τοῖς γεγαμηκόσι φρουρούμεναι τῷ νόμῳ. Rom. VII. 8. χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρὰ, i. q. ibidem ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς κατειργάζεται ἐν ἀνθρώποις πᾶσαν ἐπιθυμίαν. Confer etiam v. 9. 1 Tim. I. 9. Hebr. VII. 5. κατὰ τὸν νόμον. Deuteron. XIV. 28, 29. ibid. v. 16 et 28. VIII. 10. X. 16. Jacob. II. 8. νόμος βασιλικὸς lex præstantissima. Adde 2 Macc. II. 1. Jam cum religio Judæorum revelata, quæ Hebr. תּוֹרָה et Græce νόμος vocatur, quibusdam contineretur libris, illi etiam libri sub hoc nomine venire cœperunt, atque sic orta est significatio duplex, qua 4) νόμος partim generatim denotat *omnes libros Judæorum sacros, volumen omnium librorum V. T.*, partim vero speciatim significat *quinque libros Mosis*, seu *Pentateuchum*, maxime tum, si opponantur ψαλμοὶ καὶ προφῆται, vel etiam προφῆται simpliciter. Judæi enim libros suos sacros dividere solebant in תּוֹרָה, נְבִיאִים, et כְּתוּבִים, ita; ut תּוֹרָה indicaret *monumenta* in specie *Mosaica*. In priori notione universa de *litteris sacris V. T.* legitur Joh. X. 34. ubi affertur locus Ps. LXXXII. 6. Cf. Surenhusii Βίβλος Καταλλαγῆς pag. 43. Joh. XII. 34. ubi quæ dicuntur, habentur Ps. CX. 4. Joh. XV. 25. ubi quæ citantur, reperiuntur Psal. XXXV. 19. LXIX. 5. 1 Cor. XIV. 21. ubi quæ laudantur, leguntur Ies. XXVIII. 11. Adde 2 Macc. II. 18. et X. 26. In posteriore vero significatione, magis speciali, reperitur Matth. XI. 13. πάντες γὰρ οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος προεφήτευσαν. ibid. XII. 5. Luc. II. 23, 24. X. 26. XVI. 16, 17. XXIV. 44. Joh. I. 46. VIII. 5, 17. Act. XIII. 15. XXIV. 14. et XXVIII. 23. Rom. III. 21. 1 Cor. IX. 8, 9. Gal. IV. 21. Sic etiam legitur apud Josephum de B. J. VII. 5. § 7. et Philonem de Vita Mosis Lib. II. p. 657. de Decal. p. 765. et in Legatione ad Caium p. 1022. 5) *obsequium, quod præstatur doctrinæ Mosaicæ universæ et observatio singularum ejus legum ac præceptorum*. Act. XIII. 39. ἀπὸ πάντων, ὧν οὐκ ἠδυνήθητε ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως δικαιωθῆναι omnium delictorum, quorum veniam per observationem legis Mosaicæ non poteratis impetrare. Rom. III. 21. χωρὶς νόμου, i. q. χωρὶς ἔργων νόμου, coll. v. 20. Galat. III. 11. coll. v. 2, 5 et 10. ibid. v. 18 et 21. V. 4. Phil. III. 9. 6) *promulgatio legis Mosaicæ solemnis*. Rom. V. 13. ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν τῷ κόσμῳ. 7) *leges Judæorum orales*, seu *traditiones Judæorum*. Judæi enim duplicem statuerunt legem, תּוֹרָה שֶׁבִּכְתָב *legem scriptam* et תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה *legem oralem*. 1 Cor. XIV. 34. οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει non enim mulieribus permissum est, ut palam doceant, sed ut maritis subjectæ sint, quemadmodum etiam lex docet. In V. T. nullum de hac re

præceptum exstat, sed vetitum esse traditionibus rabbinorum mulieribus in synagoga verba facere, docuit Vitringa de Synagoga Vetere Lib. III. P. I. cap. 8. et Braunius in Selectis Sacris p. 64 seq. 8) metonymice: *certa vivendi ratio, certis legibus adstricta, certumque institutum aut morem, sive sponte electum, sive præscriptum, sequens et observans,* et speciatim: *secta legalis,* seu *Judaica.* Scilicet Judæi non solum in doctrina legis, sed etiam in methodo legis explicandæ valde variabant, et in varias sectas divisi erant. Talis secta νόμος vocabatur. Phil. III. 5. κατὰ νόμον φαρισαῖος sectæ pharisæorum addictus. Theodoretus et Theophylactus ad h. l. νόμον interpretati sunt per αἵρεσιν. Confer Witsii Meletemata Sect. I. p. 14. 9) ut תּוֹרָה et Chaldaicum דָּת (Dan. VI. 6. coll. VII. 25.) *quamcunque doctrinam divinam,* sive *naturalem illam,* sive *divinitus propositam,* notat. Rom. III. 27. διὰ ποίου νόμου, τῶν ἔργων; οὐχί, ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως. Rom. II. 14, 15, 26, 27. VIII. 7. 10) Speciatim νόμος in N. T. dicitur *religio christiana,* Judæorum maxime causa, quibus, voci νόμος adsuetis, eo facilius commendari posse religionem christianam arbitrabantur apostoli. Vocatur autem religio christiana ab apostolis ὁ νόμος τῆς πίστεως, Rom. III. 27. ὁ νόμος τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ibid. VIII. 2. νόμος δικαιοσύνης, ibid. IX. 31. ὁ νόμος, Galat. II. 19. (ἐγὼ γὰρ διὰ νόμου νόμῳ ἀπέθανον ego enim, amplexus religionem christianam, palam renuntiavi legi Mosaicæ.) V. 23. Jacob. IV. 11. ὁ νόμος τοῦ Χριστοῦ. Galat. VI. 2. ὁ νόμος τέλειος, ὁ τῆς ἐλευθερίας. Jacob. I. 25. II. 12. 11) *jussum, mandatum.* Hebr. IX. 19. κατὰ νόμον jussu divino. 12) metaphorice: *jus, dominium, imperium, tyrannis, vis et potestas, quam quis in aliquem habet et exercet, quod vim obstringendi habet, dictamen.* Rom. VII. 21. εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον sentio ergo vim et potestatem vitiositatis. ibid. v. 23. βλέπω δὲ ἕτερον νόμον κ. τ. λ. sed experior aliam vim in corpore meo, quæ contraria est voluntati (scil. ὁ νόμος τοῦ νοὸς significat h. l. ipsum animi humani impetum, spiritu divino excitatum et ad honesta quævis impellentem, ut jam recte plerique interpretes ad h. l. viderunt) animi mei et me obstringit dictamini, seu tyrannidi vitiositatis, quæ est in corpore meo. ibid. v. 25. τῷ νόμῳ ἁμαρτίας dictamini vitiositatis. ib. VIII. 2. ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ θανάτου. Theodoretus ad h. l. νόμον recte per τὴν δυναστείαν et τὴν τυραννίδα explicavit. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. et Suid. νόμος· θεσμὸς, συνήθεια (Hesiod. Opp. II. 5. Ælian. V. H. I. c. 31. 32.) καὶ λόγος. Etym. M. νόμος ἐστὶ ὁ νόμος ὁ γραπτὸς, ὃν ἔχομεν καὶ ὃν ἔδηκεν ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ. — σημαίνει καὶ τὸ εὐαγγέλιον. Lectu digna de hac voce habet Koppius in Exc. III. ad Epistolam Pauli ad Galatas et Reinhardus in Diss. de vi Vocabulorum νόμου et ἔργων ex sermone Paulino, inprimis in Epistola ad Romanos rite constituenda. Vit. 1785. 4. Quibus addendi sunt: C. F. Bahrdt in Progr. quæ vera notio vocabulis νόμος, γράμμα, πνεῦμα, ἔργα in N. T. libris subjecta sit. Giess. 1771. 4. S. T. Wald in Diss. de vera vi vocabulorum νόμος et πίστις in Ep. ad Rom. Regiom. 1788. 4. et P. N. Jochims Diss. de variis τοῦ νόμου significationibus in Epistolis Paulinis obviis. Meldorp. 1788. 8. 13) Per ellipsin νόμος quandoque deficit, v. c. 2 Joh. v. 9. post παραβαίνων.

ΝΟΣΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *ægroto, æger sum, male me habeo,* a νόσος *morbus.* 2) metaphorice autem refertur ad mentem, ita, ut vel generatim significet: *studere, operam dare alicui rei,* vel speciatim: *prava cupiditate laborare, rebus malis et perdite operam dare.* Sic semel legitur in N. T. 1 Tim. VI. 4. νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας qui nimis deditus est et delectatur frivolis et inanibus quæstionibus. ubi videndus Pricæus. Ælian. V. H. III. 47. νοσεῖν τὰ Περσικὰ Persarum rebus studere. Julius Pollux Onom. X. 3. νοσῶν εἰς ὀνομάτων χρῆσιν nimium laborans circa usum vocabulorum. Hinc νόσος, ut Latinorum *morbus,* omne studium insanum, corruptum et perversum dicitur. Lucian. Nigrin. T. I. p. 45. Callim. Epigr. 49. 6. Gellius N. A. I. 15. "nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi." Cic. de Fin. I. cap. 18. Alia loca dedit Wetstenius N. T. T. II. p. 347. et Valcken. ad Eurip. Fragm. p. 80.

ΝΟ'ΣΗΜΑ, ατος, τὸ, *morbus, ægritudo,* a 1 pers. perf. pass. νενόσημαι, verbi νοσέω *ægroto.* Semel legitur in N. T. Joh. V. 4. ὑγιὴς ἐγίνετο ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι sanus fiebat, quocunque teneretur morbo. Xenoph. Cyrop. VI. 2. 10. Vide et Polluc. Onom. I. 209.

ΝΟ'ΣΟΣ, ου, ἡ, *morbus, ægritudo, imbecillitas corporis,* a νὸ pro νὲ, particula privativa, et σόος *sanus.* Matth. IV. 23. θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν sanans omne genus morborum. ibid. v. 24. ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους diversis morbis et cruciatibus vexatos. ibid. VIII. 17. τὰς νόσους ἡμῶν ἐβάστασεν morbis nostris medelam attulit, ex Ies. LIII. 4. ubi de vitiis, peccatis et erroribus sermo est. (νοσεῖν *flagitiosum esse* significare docuit Trillerus Obss. Critt. p. 377.) ibid. IX. 35. X. 1. Marc. I. 34. κακῶς ἔχοντας ποικίλαις νόσοις variis morbis laborantes. ibid. III. 15. Luc. IV. 40. VI. 17. ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν νόσων αὐτῶν ut a morbis suis sanarentur. ib. VII. 21. ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων καὶ μαστίγων. ib. IX. 1. Act. XIX. 12. ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους morbis liberarentur. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro חֳלִי *morbus, infirmitas,* Deut. XXVIII. 59. Hos. V. 13. מַחֲלָה idem, Exod. XV. 26. מַחֲלָה idem, 2 Chron. XXI. 15. et מַדְוֶה *languor,* Deut. VII. 15.

ΝΟΣΣΙΑ', ᾶς, ἡ, Attice ΝΟΤΤΙΑ', ᾶς, ἡ, per syncopen pro νεοσσιά, 1) proprie: *nidus avium,* qui alias καλιὰ dicitur, a νεοσσὸς, per syncopen νοσσὸς *pullus,* quod a νέος *novus.* Pausanias IX. c. 30. p. 769. λέγουσι δὲ οἱ Θρᾷκες, αἳ τῶν ἀηδόνων ἔχουσι νοσσιὰς ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Ὀρφέως, ταύτας ἥδιον καὶ μεῖζόν τι ᾄδειν. Alex. pro קֵן *nidus,* Genes. VI. 14. Deut. XXII. 6. Ies. X. 14. Hinc verbum νοσσεύω *nidulor, nidifico,* apud Alex. Jer. XLVIII. 28. et Joseph. A. J. V. 8. 6. Suid. νοσσιά· ἡ καλιὰ τῶν στρουθίων. Josephus in libro de Maccabæis c. 14. apibus adeo νοσσιὰν tribuit. 2) per metonymiam: *pullities, pulli avium, qui sunt in nidis.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XIII. 34. ὃν τρόπον ὄρνις τὴν ἑαυτῆς νοσσιὰν (scil. συνάγει) ὑπὸ τὰς πτέρυγας quemadmodum gallina pullos sub alis colligit. Deut. XXXII. 11. ὡς ἀετὸς σκεπάσαι τὴν νοσσιὰν αὐτοῦ. Eodem modo *nidus* pro *fœtu avium* metonymice ponitur apud Virg. Georg. IV. 17. Æn. XII. v. 475. ac Gellium Noct. Att. II. 29.

ΝΟΣΣΙ'ΟΝ, ίου, τὸ, per syncopen pro νεοσσίον, quæ forma, Phrynicho auctore, præstat alteri illi νοσσίον. Vide Fischeri Prolus. XXX. de Vi-

tiis Lexicorum N. T. p. 19 seq. Significat *pullum*, seu *parvum pullum* et de *avibus* (vide Ælian. H. A. VII. 47. Aristot. H. A. IX. 29. Eurip. Herc. Fur. 71.) speciatim et κατ' ἐξοχὴν adhibetur, a νεοσσὸς, contracte νοσσὸς, idem. Semel legitur in N. T. Matth. XXIII. 37. ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas. In loco parallelo Luc. XIII. 34. legitur τὴν νοσσιὰν ἑαυτῆς. Apud Alexandrinos et νοσσίον et νοσσὸς respondet Hebraico אֶפְרֹחִים *pulli avium*, Ps. LXXXIV. 4. et Deut. XXII. 6.

ΝΟΣΣΟ'Σ, οῦ, ὁ, *pullus*, per syncopen pro νεοσσός. Reperitur hæc vox in nonnullis codicibus Luc. II. 24. ubi nunc libri impressi νεοσσοὺς habent pro νοσσούς. Confer Alex. Levit. XII. 8. XIV. 22. et XV. 14.

ΝΟΣΦΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *separo, scopono, segrego, sejungo.* (Phavor. νοσφίζω· τὸ στερίσκω καὶ χωρίζω. Vide Odyss. λ', v. 73. Sophocl. Philoctet. v. 685.) Medium νοσφίζομαι *mihi aliquid separo et sepono*, et ex adjuncto: *surripio, suffuror, interverto, clam subduco et in usus meos converto, de integra summa in usus meos detraho*, nostrum: unterschlagen, *to separate*, ex νόσφι vel νόσφιν *seorsim, separatim.* Hesych. νοσφίζεται· ἰδιοποιεῖ, κλέπτει, ἀποστερεῖ, ἀφαιρεῖ, χωρίζει. Idem: ἐνοσφίσατο· ἔκλεψε, μετέσχεν. Idem: ἐνοσφίσθησαν· ἀπεστράφησαν, ἀπεχωρίσθησαν. (Theogn. v. 94. Sophocl. Œdip. Tyr. v. 702.) Idem: νοσφίζεσθαι· λανθάνειν, πλεονεκτεῖν. Speciatim de iis adhibetur, qui de pecunia publica communi plurium usui destinata aliquid subripiunt, et sibi vindicant. Sic ter legitur in N. T. Act. V. 2. ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς et interverterat aliquid de pretio. ibid. v. 3. Tit. II. 10. μὴ νοσφιζομένους nihil intervertentes, seu, in usus suos convertentes. Alex. Jos. VII. 1. ἐνοσφίσαντο ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος. 2 Macc. IV. 32. Polyb. Hist. X. c. 16. περὶ δὲ τοῦ μηδένα νοσφίζεσθαι μηδὲν τῶν ἐκ τῆς ἁρπαγῆς. Bene de hac voce disputavit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 92. p. 354. ac Schneiderus Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

ΝΟ'ΤΟΣ, ου, ὁ, 1) *notus, auster.* Nomen venti, a meridie ad partes septentrionales spirantis, a νοτὶς, ἴδος, ἡ, *humor, humiditas*, quia notus est nebulosus et humectans. Sic etiam *auster* sic dictus censetur, quasi *hauster*, ab haurienda aqua, quia fere est pluvialis, unde ab Ovidio Metam. I. 66. *pluvius auster* vocatur. Sic legitur in N. T. Luc. XII. 55. ὅταν νότον πνέοντα, scil. ἴδητε, cum austrum flantem animadvertitis Act. XXVII. 13. ὑποπνεύσαντος δὲ νότου adspirante austro. ib. XXVIII. 13. ἐπιγενομένου νότου orto austro. Xenoph. Anab. V. 7. 4. ὁπόταν νότος πνέῃ. Conf. Eustath. in Odyss. κ', p. 378. 15. 2) per metonymiam: *plaga australis*, seu *meridionalis*, a qua auster flare solet. Apoc. XXI. 13. καὶ ἀπὸ νότου πυλῶνες τρεῖς, ubi pro ἀπὸ νότου legunt alii ἀπὸ μεσημβρίας. 3) metonymice: *terra australis et versus meridiem sita, unde auster spirare solet*, et speciatim: *regio aëris, tractibus meridionalibus subjecta, respectu Palæstinæ.* Sic v. c. Matth. XII. 42. ubi βασίλισσα νότου commemoratur, per νότον *Arabia felix*, μεγάλη καὶ εὐδαίμων Ἀραβία, intelligenda est, cujus metropolis Saba erat. Quæ enim apud Matthæum et Lucam (XI. 31.) βασίλισσα νότου vocatur, 1 Reg. X. 1. מַלְכַּת־שְׁבָא dicitur. Eandem ob causam Arabia felix ab Hebræis תֵּימָן et יָמִין Job. II. 11. vocatur, quia Judæis, orientem intuentibus, est a dextro latere versus meridiem. Confer Vorstii Philol. Sacr. cap. XXIII. p. 453. ed. Fischeri. Luc. XIII. 29. ἥξουσιν ἀπὸ βοῤῥᾶ καὶ νότου. Sæpius non legitur in N. T. Apud Alex. respondet Hebr. דָּרוֹם *meridies, auster*, Cohel. I. 5. XI. 3. Ezech. XL. 25, 28, 29, 46, 47. נֶגֶב *auster, meridies, plaga et regio australis*, Jos. XV. 2, 7, 19. Judd. I. 9, 15, 16. et תֵּימָן idem, Num. II. 10. Jos. XV. 1. Job. IX. 9. Zach. VI. 6. Adde Sirac. XLIII. 19.

ΝΟΥΘΕΣΙ'Α, ας, ἡ, et active, et passive usurpatur in N. T. Active est *admonitio, institutio, disciplina, qua alterum ad meliorem mentem revocare studemus.* Passive vero significat *informationem animi ad honesta quævis*, seu *admonitionem, qua alter ad meliorem mentem revocatur*, i. q. νουθέτημα (quod Alexandrini Job. V. 17. pro מוּסָר adhibent, quod *castigationem, eruditionem et disciplinam* significat) et νουθέτησις, quod tamen rarius (Eurip. Herc. Fur. 1247.) occurrit in Græcis scriptoribus. Conf. Pierson. ad Mœridem p. 270. Compositum est ex νοῦς *mens* et θέσις *positio*, quasi *positio in animo*, quia admonitione in mentem alterius quasi ponitur et ingeritur, quod bonum est et salutare. Ter tantum legitur in N. T. 1 Cor. X. 11. ταῦτα ἐγράφη πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν hæc scripta sunt eo consilio, ut ad meliorem mentem revocaremur. Ephes. VI. 4. νουθεσία Κυρίου emendatio animi, sensus et studiorum, qualem religio christiana postulat. Tit. III. 10. αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ hæreticum hominem post unam et alteram admonitionem fuge. Judith. VIII. 23. εἰς νουθεσίαν μαστιγοῖ Κύριος. Sapient. XVI. 6. εἰς νουθεσίαν δὲ πρὸς ὀλίγον ἐταράχθησαν. Aristoph. Ran. v. 1036. Plutarch. T. VI. p. 168. ed. Reisk. Philo de Vita Mosis T. II. p. 99. 28. εἰς νουθεσίαν τῶν ὁρώντων. Gloss. Brem. νουθεσία· ἡ τὸν νοῦν διαιτῶσα.

ΝΟΥΘΕΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *admoneo, moneo, leniter, comiter et blandis verbis aliquem cohortor, ad sanam mentem revoco*, a νοῦς *mens, animus* et τίθημι *pono*, quasi *menti indo, in mente repono.* Legitur in N. T. Act. XX. 31. Rom. XV. 14. δυνάμενοι καὶ ἄλλους νουθετεῖν qui possunt etiam alios admonere. 1 Cor. IV. 14. ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ, ubi νουθετεῖν opponitur τῷ ἐντρέπειν. Pertinet huc locus Themist. Orat. XXII. p. 277. πάμπολυ γὰρ διαφέρει νουθεσία μὲν λοιδορίας, ἐπίπληξις δὲ ὀνείδους. Coloss. I. 28. III. 16. διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες. 1 Thess. V. 12, 14. νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους cohortamini et ad meliorem mentem revocare studete, qui contra ordinem, divinitus præscriptum, agunt. 2 Thess. III. 15. νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν. Sæpius non legitur in N. T. Aristoph. Vesp. 731. Joseph. A. J. XVI. 4. 3 et 4. Polyb. XXVI. 1. 9. Apud Joseph. de B. J. I. 24. 4. τῷ ἀπειλεῖν opponitur. Alexandrini hac voce usi sunt pro יָסַר *corripuit, increpavit, reprehendit*, Job. IV. 3. et הֵבִין *intelligentem et prudentem reddidit*, Job. XXXVII. 14. XXXVIII. 18. Conf. etiam Reiskii Indicem Græcit. Demosth. p. 525. — Phavorin. νουθετῶ· τὸ παραινῶ, δογτικῇ, καὶ ὑφηγοῦμαι, εἰσηγοῦμαι, συμβουλεύω, ὑποτίθεμαι.

ΝΟΥΜΗΝΙ'Α, ας, ἡ, *novilunium*, ἡ τοῦ μηνὸς ἀρχὴ, interprete Suida, (Aristoph. Nub. ver. 1193.) etiam *dies festus, qui quovis novilunio apud Judæos agebatur, neomenia*, i. q. νεομηνία, (ἡ πρώτη τῆς σελήνης ἡμέρα, ut Hesychius interpretatus est.) quod

tamen, tanquam Ionicæ dialecto proprium et minus Atticum, repudiavit Phrynichus in Ecl. p. 24. et Thom. M. p. 626. νεομηνία μὴ λέγε, τοῦτο γὰρ Ἰώνων, ἀλλὰ νουμηνία. Compositum est ex νέος *novus* et μὴν *mensis*, vel μήνη *luna*. Semel legitur in N. T. Coloss. II. 16. μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν μέρει νουμηνίας. Alexandrini adhibuerunt pro חֹדֶשׁ idem, Exod. XL. 2, 17. Num. X. 10. Esr. III. 5. Xenoph. Anab. V. 6. 12. Plutarch. T. V. p. 365. ed. Reisk.

ΝΟΥΝΕΧΩ͂Σ. Adverbium, *sapienter, prudenter, ut hominem decet, qui est intelligentia præditus*, a νουνεχὴς *intelligens, prudens*, q. d. νοῦν ἔχων, (Eurip. Danaë v. 48.) ex νοῦς *mens, intellectus* et ἔχω *habeo*. Semel legitur in N. T. Marc. XII. 34. καὶ ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν αὐτὸν, ὅτι νουνεχῶς ἀπεκρίθη videns igitur Jesus, hunc hominem non insulse respondisse. Syrus: ܚܟܝܡܐܝܬ *sapienter*. Reperitur etiam apud Polyb. Hist. V. 88. 2. νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς, ibid. XVII. 29. εὐλαβῶς καὶ νουνεχῶς, et Planudem in Vita Æsopi pag. 2. ὡς πολλὰ τῶν ἀλόγων — — — νουνεχῶς προσεσχηκότα μυθεύεται. Cæterum pro νουνεχῶς, quod Phavorinus per πεφροντισμένως interpretatus est, apud Græcos etiam reperitur νουνεχόντως, a νουνέχω, quam vocem, in nullo Græco scriptore obviam, servavit nobis Phavorinus sub Νουνέχοντας· Νουνέχω ὑφ' ἓν, ἀπὸ τοῦ νοῦν ἔχω σύνθετον ῥῆμα. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 616 seq.

ΝΟΥ͂Σ, (vocabulum contractum ex νόος), νοῦ, ὁ, et νοῦς, νοὸς, νοΐ, 1) generatim: *animus cum omni sensu, cogitatione et affectu et omnibus suis facultatibus*. Æschin. Socr. Dial. III. 3. 9 et 15. Rom. XII. 2. μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν prorsus immutate vos quoad animum vestrum, coll. Coloss. III. 10. 1 Cor. I. 10. ἦτε δὲ κατηρτισμένοι ἐν τῷ αὐτῷ νοΐ ut summus sit animorum vestrorum consensus. Ephes. IV. 17. ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν, coll. ver. 18. ubi perspicue docetur, in quonam sit ἡ ματαιότης τοῦ νοός. ibid. ver. 23. ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν, coll. v. 24. 1 Tim. VI. 5. ἀνθρώπων διεφθαρμένων τὸν νοῦν. 2 Tim. III. 8. ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι νοῦν. Tit. I. 15. 2) speciatim: *intellectus, seu ea animi facultas, qua aliquid cognoscimus et intelligimus*, i. q. νόημα. Luc. XXIV. 45. τότε διήνοιξεν αὐτοῖς τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς tum eos docuit intelligere oracula V. T. de Messia. Alia interpretes νοῦν de *sensu* librorum sacrorum explicant. Rom. XIV. 5. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοΐ πληροφορείσθω quilibet modo certo judicio agat, seu sequatur judicium animi. 1 Cor. XIV. 14. ὁ νοῦς μου ἄκαρπός ἐστι facultas mea intelligendi et cogitandi non profert et excogitat, quæ ore emitto. ibid. ver. 15. προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ precabor et laudes divinas celebrabo, ita, ut facultate mea cogitandi et intelligendi utar. Menander fragm. p. 22. ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων Θεῷ. Aliis interpretibus, ut Lightfooto, Lockio, Clerico, τῷ νοΐ est dativus commodi: ita, ut intelligar ab aliis. ibid. ver. 19. διὰ τοῦ νοός μου e meo pectore, ex mentis meæ sensu, aut: ita, ut intelligi possim. Philip. IV. 7. ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν omni cogitatione humana major, quæ omnem captum humanum excedit, coll. Ephes. III. 20. Apoc. XIII. 18. ὁ ἔχων νοῦν ψηφισάτω τὸν ἀριθμὸν τοῦ θηρίου qui est facultate intelligendi præditus, computet numerum animantis. Conf. El. Palairet. Obss. Philol. pag. 526. Apoc. XVII. 9. ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων (seu εἴ τις ἔχει σοφίαν) hic opus est facultate intelligendi, si quis ea præditus est. Nam νοῦς h. l. per metonymiam significare mihi videtur omne id, quod intellectus est, vel intellectum postulat. Æschin. Socr. Dial. II. 11. 3) *cognitio, scientia alicujus rei*. Col. II. 18. εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ temere inflatus hac vana sua et inani cognitione. 2 Thess. II. 2. εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς ne vos celeriter cognitione vestra deturbari patiamini. Æschin. Socr. Dial. III. 6. Huc etiam referrem locum 1 Cor. II. 16. ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν nos autem per religionem christianam satis edocti sumus de consiliis et decretis divinis. 4) *sensus animi, ingenium, ratio*, die Denkungsart, *the art of thinking*. Rom. I. 28. παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα permisit eos Deus sensibus animi perversis, ut inhonesta quævis patrarent, coll. ver. 29—31. Homer. Odyss. α', 3. 5) *voluntas, decretum, consilium animi*. Rom. XI. 34. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; quis decreta et consilia Dei cognovit? 1 Cor. II. 16. coll. Ies. XL. 13. Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 105. Διὸς νόον ἐξαλέασθαι Jovis decretum evitare. Homer. Iliad. η', ver. 144. οὔτι Διὸς νόον εἰρύσσαιτο. Joseph. A. J. VII. c. 4. s. 4. Simili sensu *mens* reperitur apud Latinos, v. c. Statium Theb. Lib. V. v. 739. et Silium Italicum Lib. V. v. 60. "mentesque deorum explorant super eventu." Confer Wetstenii N. T. T. II. pag. 76 seq. 6) *animus, qui sana ratione regitur, et a pravitate, ad corpus omnia referendi, alienus, animus emendatus per religionem christianam*. Rom. VII. 23, 25. coll. v. 21. ubi ὁ ἔσω ἄνθρωπος vocatur. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro לֵב *cor*, Exod. VII. 23. Job. VII. 17. Ies. XLI. 22. לֵבָב idem, Jos. XIV. 7. Ies. X. 7, 12. רוּחַ *spiritus*, Ies. XL. 13. Adde Alex. Job. VII. 19. Prov. XXXI. 3. Sap. IV. 12. IX. 15. 2 Macc. XV. 8.

ΝΥΜΦΑ͂Σ, ᾶ, ὁ, *Nymphas*. Nomen viri Græcum, idem, quod *sponsus*, a νύμφη *sponsa*. Semel commemoratur in N. T. Coloss. IV. 15.

ΝΥ'ΜΦΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *sponsa* et *nova nupta*, relate ad sponsum, νυμφίον, cui nuptui datur. Eustathius a νέος et φαίνεσθαι derivat, quasi νέα φαινομένη *nova apparens*; magis argute, quam vere. Hesychius et ex eo Phavor. νύμφη· ἡ νεωστὶ γαμηθεῖσα. Suid. v. Νύμφαι καὶ αἱ νεόγαμοι κόραι, νύμφαι. Idem: Νύμφη· καὶ ἡ νεόγαμος γυνή. Add. Pollux Onom. III. 34, 35. et Schol. Euripid. ad Hecub. v. 323. Sic legitur in N. T. Joh. III. 29. ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστι qui sponsam habet, sponsus est. Apoc. XVIII. 23. καὶ φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι et vox sponsi sponsæque ne audiatur in te amplius. Apoc. XXI. 2. Xenoph. Hist. Gr. IV. 1. 4. Sympos. 9. 3. In versione Alex. respondet Hebraico בְּתוּלָה *virgo*, Joël. I. 8. Eandem quoque notionem habet Chaldaicum נִמְפֵי vel בְּנְפֵי (quod est e Græca lingua receptum) Cant. IV. 8 — 12. 2) *marita, conjux, uxor*. Hesych. νυμφίον καὶ νύμφην· πάντα τὸν γήμαντα καὶ παιδοποιησάμενον, κἂν πολυχρόνιος ᾖ. Vide Eurip. Alcest. 746. Phœn. v. 138. Theocr. Id. XVII. 129. 3) *nurus*, cum opponitur τῇ πενθερᾷ, i. q. νυὸς et ἔννυος, ad imitationem Hebraici כַּלָּה quod proprie quidem *sponsam* notat, *quod os velata ad sponsum accederet*, deinde vero ad nomina חָם et חָמוֹת ita refertur, ut *nurum* significet. Genes. XXXVIII. 11. coll. v. 13. 1 Sam. IV. 19. Ruth. II. 20. coll. v. 19. Sic legitur in N. T. Matth. X. 35. διχάσαι νύμφην κατὰ

τῆς πενθερᾶς αὐτῆς ut nurus socrui adversetur. Luc. XII. 53. ubi opponitur πενθερὰ socrus. Joseph. A. J. X. 5. 11. Pollux Onom. III. 32. ἡ μὲν οὖν γεγαμημένη νύμφη καλεῖται τῇ τοῦ γήμαντος μητρὶ καὶ τῷ πατρὶ καὶ ἔννος· οὗτοι δὲ τῇ νύμφῃ ἑκυρὸς καὶ ἑκυρά. 4) metaphorice: *ecclesia christiana* in N. T. dicitur *sponsa Christi*, ut exprimatur *suavissima unio et conjunctio, quæ inter Christum et veros cultores suos intercedit.* Cf. Glas. Phil. Sacr. p. 1178. edit. Dathii. Apoc. XXI. 9. τὴν νύμφην τοῦ ἀρνίου. ibid. XXII. 17. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum: νύμφη, *nurus, marita, nova nupta.*

ΝΥΜΦΙ'ΟΣ, ου, ὁ, *sponsus* et *novus nuptus*, a νύμφη *sponsa*. Matth. IX. 15. ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος dum iis adest sponsus. ibid. XXV. 1, 5, 6, 10. Marc. II. 19, 20. Luc. V. 34, 35. Joh. II. 9. III. 29. Apoc. XVIII. 23. nec nuptiæ in mœnibus tuis amplius celebrentur. Jer. XXV. 10. Sæpius non legitur in N. T. In vers. Alex. respondet Hebraico חָתָן idem, Jud. XV. 6. XIX. 5. Nehem. XIII. 28. Xen. Cyrop. IV. 6. 2. Gloss. Vet. νυμφίος *nurus, sponsus, maritus.*

ΝΥΜΦΩ'Ν, ῶνος, ὁ, *thalamus, conclave sponsi et sponsæ, cubiculum, in quo est lectus conjugalis*, a νύμφη *sponsa*. Ter tantum legitur in N. T. Matth. IX. 15. Marc. II. 19. Luc. V. 34. In omnibus his locis commemorantur οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος *filii thalami*, qua formula primo notantur amici sponsi et sponsæ, qu intimæ sunt admissionis, quales cognati et agnati, deinde qui Græcis dicuntur παρανύμφιοι, et ὁμήλικες, Latinis *æquales*, Chald. שׁוֹשְׁבִינִין et a Johanne III. 29. οἱ φίλοι τοῦ νυμφίου, qui sponsum cum gaudio ad cubiculum deducebant et peculiariter addicti erant, ut adessent intra thalamum sponsæ sponsique, eumque custodirent; tertio denique reliqui hospites nuptiales, et omnino omnes, quibus negotium est, et qui versantur circa thalamum et quæ ad illum pertinent, qui Jud. XIV. 11. רֵעִים appellantur. Vide Vorstii Philol. Sacr. cap. XXIV. Lightfootum ad Joh. II. 1. Grotium ad Matth. l. l. et Seldeni Uxorem Hebr. II. 16. Præterea legitur quoque Tob. VI. 13. καὶ πάντας ἐν τῷ νυμφῶνι ἀπολωλότας. ibid. v. 16. καὶ ἐὰν εἰσέλθῃς εἰς τὸν κοιτῶνα. Joël. II. 16. יֵצֵא חָתָן מֵחֶדְרוֹ, Alex. ἐξελθέτω νυμφίος ἐκ τοῦ κοιτῶνος (al. νυμφῶνος αὐτοῦ. Heliodor. VII. p. 313. Suid. νυμφῶνος· κοιτῶνος.

ΝΥ͂Ν, et per paragogen Atticam νυνί. Est adverbium temporis, significans 1) *nunc, jam, hoc tempore, in hac vita, jam nunc, hoc rerum statu.* Cum articulo præpositivo, præpositione, aut particula, præpositionis vicem sustinente, constructum usurpatur etiam adjective et substantive et tunc idem significat, ac *præsens, tempus præsens*, item *res, jam nunc existentes.* Matth. XXIV. 21. ἕως τοῦ νῦν, scil. ὄντος καιροῦ, seu μέρους τοῦ χρόνου usque ad hoc tempus. ibid. XXVI. 65. νῦν ἠκούσατε nunc audivistis. ib. XXVII. 42, 43. Marc. XIII. 19. XV. 32. Luc. I. 48. ἀπὸ τοῦ νῦν, scil. καιροῦ, ab hoc tempore. ibid. V. 10. VI. 21. νῦν in hac vita. ibid. v. 25. XII. 52. XVI. 25. XIX. 42. XXII. 69. Joh. II. 8. IV. 18, 23. V. 25. ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστιν. ibid. VIII. 52. IX. 21. XI. 22. XII. 27. XIII. 31, 36. XIV. 29. XXI. 6. Act. IV. 29. καὶ τὰ νῦν, pro κατὰ τὰ νῦν ὄντα, seu ἔχοντα πράγματα, et nunc, seu, quod attinet eorum minas. Eodem modo legitur quoque ibid. V. 38. VII. 34. καὶ νῦν δεῦρο. ibid. XIII. 11. καὶ νῦν ἰδού. ibid. XX. 22, 25. XXII. 1. ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν ἀπολογίας; audite hanc meam ad vos defensionem. ibid. XXIII. 21. καὶ νῦν etiam. ibid. XXIV. 25. τὸ νῦν ἔχον πορεύου in præsenti, seu prout res se jam habet: pro κατὰ τὸ νῦν ἔχον πρᾶγμα. Rom. III. 21. νυνὶ δὲ nunc autem. ibid. v. 26. ἐν τῷ νῦν καιρῷ, scil. ὄντι, tempore præsente. ibid. VI. 6. νυνὶ δὲ nunc autem, scil. postquam christiani facti sumus. ibid. VIII. 18. τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ afflictiones præsentis temporis. Galat. IV. 25. ἡ νῦν (scil. οὖσα) Ἰερουσαλήμ. 1 Tim. IV. 8. ζωὴ ἡ νῦν vita præsens. 2) *nunc*, cum aliqua propagatione temporis, *ab hoc tempore*, i. q. ἀπὸ τοῦ νῦν, *nunc et in futurum.* Luc. XXII. 36. Rom. V. 11. δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. ibid. VI. 19. Ephes. III. 10. Phil. I. 20. II. 12. Hebr. IX. 24. 1 Petr. III. 21. 3) *nuper, modo, non ita pridem*, i. q. ἀρτίως. Joh. XI. 8. νῦν ἐζήτουν σε λιθάσαι οἱ Ἰουδαῖοι modo conabantur Judæi te lapidibus obruere. Act. VII. 52. οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε cujus nuper traditores et occisores facti estis. Sic legitur quoque apud Aristophanem in Pace v. 5. ποῦ γὰρ ἣν νῦν δ' ἤφερες; οὐ κατέφαγε; ubi Schol. ad νῦν· οὕτως Ἀττικοί, ἀντὶ τοῦ ἀρτίως. Xenoph. de Vectig. IV. 40. ἐν τῷ νῦν πολέμῳ in nupero bello. Id. Cyrop. IV. 5. 15. Timæus Lex. Platon. νῦν δή, πρὸ ὀλίγου χρόνου. 4) *mox.* Luc. II. 29. νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου ἐν εἰρήνῃ mox lubens ac lætus moriar. Joh. XII. 31. νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω mox decernetur de hominibus, moxque Satanæ vis ac potestas frangetur. ibid. XVI. 5. νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με nunc in eo sum, ut ad Deum redeam, qui me misit. ibid. XVII. 5, 13. νῦν δὲ πρὸς σὲ ἔρχομαι. Act. XXVI. 17. 5) *in hoc tempus*, i. q. εἰς τὸ νῦν. Hebr. XII. 26. νῦν δὲ ἐπήγγελται in hoc vero tempus promissum est. 6) *ita demum, hac ratione.* 1 Thess. III. 8. νῦν ζῶμεν ita demum nobis vivere videmur. 7) est interdum *affirmantis*, i. q. ναί. Luc. XI. 39. νῦν ὑμεῖς οἱ φαρισαῖοι τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καθαρίζετε profecto vos pharisæi exteriora quidem calicis et patinæ purgatis. Sed alii interpretes ναὶ loco νῦν reponendum esse, alii vero νῦν esse h. l. vocem mere encliticam judicarunt. Si vero νῦν est vox enclitica, seu conjunctio mere expletiva, brevis est (νὺν) nec habet circumflexum. Vide Aristoph. Plut. v. 414. σπεῦδέ νυν, ubi vid. Schol. 8) assumtioni syllogisticæ inservit, seu in assumtione, argumenti locum obtinente, usurpatur, ut idem sit, ac *jam, atqui, sed.* Joh. VIII. 40. νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι jam vero quæritis me interficere. ibid. IX. 41. XVIII. 36. νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν jam vero regnum meum non est terrenum. Act. XV. 10. 1 Cor. XII. 20. Æschin. Socr. Dial. II. 6. 18. 31. Eodem modo *nunc* pro *sed* ponitur, v. c. apud Cic. Div. I. 29. Tusc. III. procem. Sic quoque עַתָּה usurpatur 2 Reg. XVIII. 20. Jer. XIV. 10. 9) est *conjunctio connectentis duas materias, aut ratiocinando concludentis*, et significat: *igitur, ergo, proinde, jam vero.* Jacob. IV. 13. ἄγε νῦν οἱ λέγοντες age igitur vos, qui dicere soletis. ibid. V. 1. Act. XIII. 11. XXII. 16. καὶ νῦν τί μέλλεις; quæ cum ita sint, quid cunctaris? 1 Joh. II. 28. καὶ νῦν igitur. Sic Hebr. וְעַתָּה usurpatur Gen. XXVII. 8. et Prov. VII. 8. Etiam apud Græcos scriptores νῦν est argumentandi et transeundi particula, v. c. apud Æschin. Dial. II. 3. 13. Plutarch. de Pueror. Educat. VII. 8. Apollon. Rhod. II. v. 311. κλῦτε νῦν audite igitur. Ubi

Schol. τὸ νῦν ἀντὶ τοῦ οὖν. 10) interdum abundare videtur, v. c. Marc. X. 30. νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. Hebr. IX. 26. νῦν—ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων. — Eustathius ad Homer. Iliad. β', p. 164. τὸ νῦν κατὰ τοὺς παλαιοὺς τοὺς τρεῖς χρόνους δηλοῖ, τὸν ἐνεστῶτα, τὸν παρῳχημένον, καὶ τὸν μέλλοντα. Hesych. νῦν· ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἐνίοτε δὲ ἀντὶ τοῦ δὴ παραπληρωματικοῦ, καὶ ἐπίῤῥημα χρόνου ἐνεστῶτος. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἀρτίως. Confer etiam Phavor. p. 529 seq. ed. Venet. Thom. M. p. 633 seq. ed. Bernard. et Westenii N. T. T. II. p. 152. 166 et 264.

ΝΥ'Ξ, νυκτὸς, ἡ, 1) *nox*, ita dicta secundum Eustathium a νύσσω *pungo, stimulo*, quia ad somnum nos pungit et stimulat. Matth. II. 14. νυκτὸς *noctu*, adverbialiter pro ἐν χρόνῳ νυκτός. Eodem modo legitur in N. T. Matth. XXVII. 64. XXVIII. 13. Marc. V. 5. νυκτὸς καὶ ἡμέρας *assidue*. Eadem formula reperitur quoque 1 Thess. II. 9. III. 10. Sed 2 Thess. III. 8. legitur νύκτα καὶ ἡμέραν dies noctesque, h. e. omni tempore opportuno. Utraque formula respondet Hebr. יוֹמָם וָלַיְלָה. Matth. XII. 40. τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας per tres dies totidemque noctes in sepulcro manebit. Confer 1 Sam. XXX. 12. coll. v. 13. Esth. IV. 16. coll. V. 1. Nox apud Judæos, Christi et apostolorum ætate, in quatuor dividebatur vigilias. Matth. XIV. 25. Marc. VI. 48. nempe ὀψὲ, μεσονύκτιον, ἀλεκτοροφωνίαν et πρωΐ. Marc. XIII. 35. Confer Kypke in Obss. Sacr. T. I. p. 187. In versione Alex. ponitur pro לַיִל et cum ה paragogico לַיְלָה idem. Genes. I. 5, 14, 16. XXVI. 24. Exod. XII. 42. 2) non semper *noctem*, proprie sic dictam, sed interdum etiam *crepusculum, tempus vespertinum* notat. Joh. III. 2. οὗτος ἦλθε πρὸς τὸν Ἰησοῦν νυκτὸς hic cœlo vesperascente adiit Jesum. ibidem XIII. 30. Alexandrini quoque hac voce usi sunt pro נֶשֶׁף *crepusculum*, Job. III. 9. 3) per metonymiam: *lumen nocturnum, luna*. Apoc. VIII. 12. καὶ ἡ νὺξ ὁμοίως, nempe μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς, nec lumen nocturnum nisi tertiam luminis sui partem haberet. In antecedentibus enim legitur ἐπλήγη τὸ τρίτον τῆς σελήνης. 4) metaphorice, ut Lat. *nox* (vide Lambin. ad Horat. I. Od. IV. 16.), *mors* et *tempus post mortem*. Joh. IX. 4. ἔρχεται νὺξ, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι brevi morte impediar mandata divina his in terris exsequi. Homer. Iliad. X. 466. Virg. Georg. IV. 497. Æn. X. 746. Conf. Bogani Homer. Hebraiz. p. 46 seq. Vriemœt Dicta Class. V. T. T. II. p. 134. et quæ supra a me scripta sunt ad vocem ἡμέρα. 5) metaphorice, uti σκότος, (quod vide) *ignorantia et vitiositas, et quæ utramque sequitur, summa miseria et infelicitas*, et speciatim: *omnis conditio hominis ante conversionem ad religionem christianam quoad cultum divinum*. Rom. XIII. 12. ἡ νὺξ προέκοψεν nox ignorantiæ et vitiositatis pristinæ profligata est. Theodoretus ad h. l. νύκτα καλεῖ τὸν τῆς ἀγνοίας καιρὸν, coll. Act. XVII. 30. et Ephes. IV. 18. 1 Thess. V. 5. οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους, scil. υἱοὶ, non sumus filii noctis, aut tenebrarum, h. e. non sumus homines, vitiositati et sceleribus dediti. Potest enim νὺξ commode h. l. peccata et scelera, in tenebris committi et studiose obscurari solita, per metonymiam subjecti significare. Certe apud Græcos omne, *quod non apparet et diligenter absconditur*, metonymice νὺξ vocari solet. Vide Herodot. II. 150. τὸν δὲ χοῦν τὸν ἐκφερόμενον ἐκ τοῦ ὀρύγματος, ὅπως γένοιτο νὺξ, ἐς τὸν Τίγριν ποταμὸν ἐξεφόρεον.

ΝΥ'ΣΣΩ, vide Νύττω.

ΝΥΣΤΑ'ΖΩ, fut. άξω, 1) proprie: *dormito capite nutans, nicto, oculis somno gravatis conniveo, ad somnum proclivis sum*, a νεύω *annuo, capite nuto*, quasi νευστάζω. Matth. XXV. 5. ἐνύσταξαν πᾶσαι καὶ ἐκάθευδον dormitarunt omnes somnoque tandem sepultæ sunt. Ita enim differt νυστάζειν a καθεύδειν, ut illud *somnum leviorem* designet, hoc autem de eo dicatur, qui somno libere indulget gravique consopitur somno. Eodem modo נוּם apud Ies. V. 27. opponitur τῷ יָשֵׁן quod de somno graviori dicitur. Cf. Foësii Œcon. Hippocr. p. 264. Sed interdum νυστάζειν idem est quod καθεύδειν, v. c. apud Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 17. Aristoph. Av. 639. et apud Alexandrinos, in quorum versione respondet non solum Hebraico נוּם *dormitavit*, Ps. CXXI. 3, 4. Ies. V. 27. sed etiam נִרְדַּם *profundo somno obrutus est*, Psalm. LXXVI. 7. Adde Prov. VI. 10. XXIV. 33. Hinc νυσταγμὸς ὕπνος, teste Hesychio. — Phavor. νυστάζω· ἀπὸ τοῦ νεύω καὶ τὸ στάζω, οἷον νευστάζων κόρυθα βριαρήν. ἐπειδὴ ἐπινεύουσιν οἱ κοιμώμενοι. ἢ παρὰ τὸ νευστάζειν, ἀποβολῇ τοῦ ε. τὸ δὲ νευστάζειν παρὰ τὸ νεύειν τὴν κάραν. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 508. 2) metaphorice et de rebus et de personis usurpatur. Si de *personis* adhibetur, significat: *negligentem esse, oscitanter aliquid facere;* de *rebus* autem usurpatur ita, ut sit *morari, lente procedere*, i. q. ἀργεῖν, cum qua voce permutatur 2 Petri II. 3. καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει et exitium eorum non morabitur, sed opinione citius eos opprimet, ubi vid. Wetstenius. Sæpius non legitur in N. T.

ΝΥ'ΤΤΩ vel ΝΥ'ΣΣΩ, *pungo, punctim cædo, vulnero, fodico*, ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 129. Semel legitur in N. T. Joh. XIX. 34. λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε lancea latus ejus pupugit. Phavor. νύσσω· τὸ τιτρώσκω. Idem: νύττεται· ἤτοι κεντεῖται. Plutarch. T. II. p. 287. ed. Reisk. Sirac. XXII. 20. ὁ νύσσων ὀφθαλμὸν, κατάξει δάκρυα. In vers. Alex. non reperitur. Conf. Wetstenius N. T. T. I. p. 956.

ΝΥΧΘΗ'ΜΕΡΟΝ, ου, τὸ, *nox et dies, noctis dieique spatium, justus dies viginti et quatuor horarum*, ex νὺξ *nox* et ἡμέρα *dies*. In N. T. tantum exstat 2 Cor. XI. 25. νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα interdiu et noctu in tabula huc et illuc a fluctibus agitatus in alto mari natavi. Bene Syrus hunc locum ita transtulit: ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ ܕܠܐ ܡܫܘܛܐ ܒܝܡܐ ܗܘܝܬ *die ac nocte sine navi in mari fui*. Conf. supra sub βυθὸς et Wetstenii N. T. T. II. p. 206. Adde Geopon. V. 8. 8. et XII. 19. 18.

ΝΩ'Ε, ὁ, *Noachus*. Nomen proprium ἄκλιτον viri, filii Lamechi, filii Methusalachi, (Genes. V. 28, 29.) Hebr. נֹחַ i. e. *requies*, a נוּחַ *quievit, requievit*. Hoc nomen Lamechus filio suo indidit, addita hac ratione: זֶה יְנַחֲמֵנוּ h. e. hic consolabitur nos. Genes. V. 29. Alexandrini hæc verba bene reddiderunt: οὗτος διαναπαύσει ἡμᾶς: nam verba זֶה יְנַחֲמֵנוּ quoad sensum admodum similia sunt verbis זֶה יְנִיחֵנוּ hic faciet nos quiescere, quæ Alexandrini, etymologiam nominis prementes, expressisse videntu Hesych. et Alberti Gloss. Gr. p. 45. Νῶε· ἀνάπαυσις. Legitur in N. T. Matth. XXIV. 37, 38.

Luc. III. 36. XVII. 26, 27. Hebr. XI. 7. 1 Petr. III. 20. 2 Petr. II. 5.

ΝΩΘΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, et νωθρὸς, ὰ, ὸν *tardus, piger, segnis, ignavus,* tam ratione motus corporis ejusque membrorum, quam ratione animi ejusque actionum, a νωθὴς, έος, ὁ, ἡ, idem; hocque ex νῶ, pro νὴ, particula negativa, et θέω *curro.* Bis tantum legitur in N. T. Hebr. V. 11. νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς segnes facti estis auribus, seu, ad audiendum, h. e. animi hebetudine laboratis, hebetes estis ad intelligendum et cognoscendum, i. q. γεγόνατε νωθροκάρδιοι. Prov. XII. 8. Vulgat. reddidit: *imbecilles facti estis ad audiendum.* Apud Græcos scriptores νωθρὸς, nude positum, *stupidum et animi hebetudine laborantem* significat, v. c. apud Plutarch. de Audiendis Poëtis cap. 1. διὰ τὸ μηδαμοῦ νωθρὸν quia non habet ingenium stupidum et ad perspiciendum aliquid tardum: ubi vid. est Krebsius. Hebr. VI. 12. ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε ne segnes fiatis, h. e. ut nunquam hanc spem alere et fovere desinatis, aut animum abjiciatis vestrum. Sirac. IV. 32. νωθρὸς καὶ παρειμένος ἐν τοῖς ἔργοις σου. ibid. XI. 13. Plutarch. T. I. p. 204. ed. Reisk. Hesych. νωθρόν· βραδὺ, νωχελὲς, ἀσθενές. Alberti Gloss. N. T. p. 174. νωθρός· νῶ καὶ νὴ στερητικὰ μόρια. Νωθρὸς οὖν, ὁ τοῦ θορεῖν ἐστερημένος, ὅ ἐστιν ὀξέως κινεῖσθαι. Confer quoque Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 344. et Wetstenii N. T. T. II. p. 402.

ΝΩ'ΤΟΣ, ου, ὁ, *dorsum, tergum.* Est vocabulum, linguæ Macedonicæ et, Alexandrinæ proprium. Nam Attici *dorsum hominis* τὸ νῶτον, et τὰ νῶτα semper vocarunt, nunquam τὸν νῶτον et τοὺς νώτους, observante Phrynicho, Phavorino, Mœride et Thoma M. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 73. Sed Alexandrini intt. V. T. masculino hujus nominis genere usi sunt Ies. L. 6. Psalm. CXXVIII. 3. quam eorum rationem præter Aquilam, Symmachum et Theodotionem (Prov. XXXI. 17. Ies. LI. 23.) etiam Paulus secutus reperitur Rom. XI. 10. τὸν νῶτον αὐτῶν σύγκαμψον dorsum eorum semper incurva, seu effice, ut incurvato tergo ac corpore incedant, h. e. statum eorum redde miserum te depressum; ubi vid. Wetstenius. Desumta sunt hæc verba ex Psalm. LXIX. 23. Sæpius non legitur in N. T. Cæterum de consuetudine Alexandrinorum et Macedonum, nonnullorum nominum Græcorum genera immutandi, vide Fischeri Prolus. XXX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 13 seq.

Ξ

ΞΕΝΙ'Α, ας, ἡ, *hospitium,* h. e. *domus, quæ gratis liberaliterque venienti hospiti patet,* interdum etiam *conductum deversorium* a ξένος *hospes,* seu potius ξένιος, ία, ιον, *hospitalis,* ita, ut subaudiatur τράπεζα, quod addit Homer. Odyss. XIV. 158. XVII. 155. XX. 230. Sed ξένια, τὰ, pluralis est a ξένιον *munus,* seu *donum, quod datur hospiti.* Alex. 2 Sam. VIII. 2, 6. Hos. X. 6. Illud, non hoc, legitur in N. T. Act. XXVIII. 23. ἧκον πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ξενίαν πλείονες complures ad eum venerunt in hospitium, seu potius, in conductum deversorium, coll. v. 30. ubi τὸ μίσθωμα vocatur. Philem. v. 22. ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν para mihi hospitium. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ξενία· ὑποδοχὴ — κατάλυμα, καταγώγιον. Idem Suidas tradit. De *mensa hospitali* legitur ξενία apud Ælian. V. H. IX. 15. ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν τὸν Ἀπόλλωνα καὶ Ὅμηρον ad hospitalem mensam invitabant Apollinem et Homerum. Vide Perizon. ad Ælian. V. H. III. c. 37. — Interdum ξενία subintelligitur, v. c. Luc. IX. 42. ὥστε ἑτοιμάσαι αὐτῷ, scil. ξενίαν, ut sibi hospitium pararent, coll. Philem. v. 22.

ΞΕΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) *hospitio excipio peregre advenientem,* vel *aliquem hospitem habeo,* i. q. ξενόω. Medium ξενίζομαι *me hospitio excipi curo, curo, rogo, ut hospitio excipiar,* et ex consequente: *hospitor, diversor, hospitium habeo,* a ξένος *hospes.* Act. X. 6. οὗτος ξενίζεται παρά τινι Σίμωνι βυρσεῖ hic diversatur apud Simonem quendam coriarium. (Appian. Bell. Civ. L. V. p. 1125. ἐξενίζετο παρ' αὐτῷ.) Vulgatus: *hospitatur.* Gloss. Vet. *hospitatur,* ξενίζεται. Ibidem: ξενίζομαι, *divertor, hospitor.* ibid. v. 18. εἰ ὁ Σίμων ὁ ἐπικαλούμενος Πέτρος ἐνθάδε ξενίζεται an Simon, qui cognominaretur Petrus, illic haberet hospitium. ibid. v. 23. εἰσκαλεσάμενος οὖν αὐτοὺς ἐξένισε intro vocatos igitur eos excepit. ib. v. 32. XXI. 16. παρ' ᾧ ξενισθῶμεν. ibid. XXVIII. 7. Hebr. XIII. 2. διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους per hanc enim (hospitalitatem) quidam inscientes exceperunt angelos hospitio. Ælian. V. H. XIII. 26. καὶ οὔτε τινὰ δι' ἀπορίαν ὑπεδέχετο, οὔτε τις αὐτὸν ἐξένισε τὸν ἄνδρα. Hesych. ξενίζεται· ξενοδοχεῖται. Etym. M. ξενίζειν· τὸ ἐπὶ ξένης εἶναι (Suid. ἐξένιζεν· ἀντὶ τοῦ ξένος ἦν) καὶ τὸ ὑποδέχεσθαι ξένον, 2) *peregrina sapio et loquor, peregrina lingua utor, peregrina instituta imitor.* Hesych. ξενίζειν· τὸ ξένῃ χρήσασθαι φωνῇ. Etym. M. ξενίζειν· τὸ ξενικῇ χρήσασθαι φωνῇ καὶ μὴ ἐπιχωρίῳ, ἢ τὸ ξενικοῖς χρῆσθαι ἐπιτηδεύμασι καὶ ἐκδεδιῃτῆσθαι τῶν πατρίων ἐθῶν. Inde τὰ ξενίζοντα *peregrina, insolita.* Hesych. ξενίζουσα· ἀλλόφυλος, ἀήθης, καινή. Sic legitur in N. T. Act. XVII. 20. ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν nam ignotum et peregrinum numen nobis narras, seu annuncias. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 566. 3) Hinc ξενίζω quoque *rei novitate in admirationem adduco aliquem, novitatis admiratione aliquem repleo, obstupefacio.* (Thom. M. ξενίζω· οὐ μόνον τὸ ξένον ὑποδέχομαι, ἀλλὰ καὶ ἐκπλήττω.) Passivum ξενίζομαι *novitate rei alicujus insolitæ perturbor, admiror,* i. q. θαυμάζω, ut auctor Etym. M. interpretatus est. Sic legitur in N. T. 1 Petr. IV. 4. ἐν ᾧ ξενίζονται cujus rei novitate in admirationem adducuntur, scil. μὴ συντρεχόντων ὑμῶν κ. τ. λ. ibid. v. 12. μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ ne perturbemini calamitatibus, quæ vobis ad explorandam constantiam vestram in religione christiana immittuntur. Lutherus voci Græcæ convenientissime reddidit: lasset euch die Hitze, die euch wiederfährt,

nicht befremden, *let not the fiery trial that awaits you, alarm or surprise you.* Sæpius non legitur in N. T. Polyb. II. 27. ὁ δὲ ξενισθεὶς ἐπὶ τοῖς προσπίπτουσι. M. Antonin. VII. 58. et VIII. 11. αἰσχρὸν ξενίζεσθαι, εἰ ἡ συκῆ συκᾶ φέρει. Joseph. A. J. I. 1. 2. Adde Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 410. et Wetstenii N. T. T. II. p. 694.

ΞΕΝΟΔΟΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *hospites excipio, hospitio excipio, hospitalis sum,* a ξενοδόχος, ου, ὁ, ἡ, *hospes, qui peregrinos hospitio excipit,* Homer. Odyss. ο΄, 55. hoc vero ex ξένος *hospes* et δέχομαι *excipio.* Semel legitur in N. T. 1 Tim. V. 10. εἰ ἐξενοδόχησεν si hospitalis fuit. Herodot. VI. 127. A ξενοδοχέω oritur ξενοδοχεῖον xenodochium. Phavorin. ξενοδοχῶ· προξενῶ. ξενοδοχεῖον· οἴκημα ὑποδεχόμενον τοὺς ξένους. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 342.

ΞΕ'ΝΟΣ, ου, ὁ, et ΞΕ'ΝΟΣ, η, ον, 1) proprie: *peregrinus, alienigena, extraneus, qui extra patriam versatur et commoratur apud alios, qui hospitio excipitur.* Matth. XXV. 35. ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με peregrinus eram et hospitio me excepistis. ibid. v. 38, 43 et 44. XXVII. 7. εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις ad sepulturam peregrinorum. Act. XVII. 18. ξένα δαιμόνια peregrina numina. ibid. v. 21. οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι inquilini. Hebr. XI. 13. ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς se peregrinos tantum et hospites esse in hac terra. 3 Joh. v. 5. Alexandrini usi sunt hac voce pro נָכְרִי *alienigena, extraneus,* in foem. נָכְרִיָּה Ruth. II. 10. 2 Sam. XV. 19. et גֵּר *peregrinus,* Job. XXXI. 32. Homer. Odyss. η΄, 272 et 274. Æschin. Socr. Dial. I. 2. refertur ad πολίτην, ut apud Plat. Apol. 17. ad ἀστόν. ibid. Dial. I. 9. et apud Platon. Phædon. c. 2. refertur ad ἐπιχώριον. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 566. Sed quemadmodum Latinorum *hospes* non solum *peregrinum, qui hospitio excipitur,* notat, sed etiam *eum, qui peregrinos hospitio excipit,* (Ovid. Met. I. 144. Cicero pro Dejotaro 8. cap. 3.) ita etiam in N. T. ξένος dicitur 2) *qui peregrinos domum recipit, qui peregre advenientes hospitio excipit, hospes,* i. q. ξενοδόχος, ut explicatur a Theodoreto ad Rom. XVI. 23. Γάϊος ὁ ξένος μου Gaius hospes meus. Etym. M. ξένος· διχῶς, καὶ ὁ ὑποδεχόμενος τὸν ξένον, καὶ ὁ ἀπὸ τῆς ἀλλοδαπῆς ἥκων. Suid. ξένος· καὶ ὁ ξενοδόχος· ὁ ἀπόστολος· ἀσπάζεται ὑμᾶς ξένος ὁ φίλος μου. Hesych. ξένος· ὁ ἐπιξενούμενος καὶ ξενοδοκῶν, καὶ ξενοδόχος. Adde Aristoph. Ran. v. 109. Diod. Sic. XVII. 47. Maxim. Tyr. XXXI. 1. Conf. Eustath. in Od. α΄, p. 31. 12. et in Iliad. δ΄, p. 365. 51. et Wetstenii N. T. T. II. p. 101. 3) metaphorice: *expers, qui est alienus ac remotus ab aliqua re.* Ephes. II. 12. ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας expertes promissionum, Judæis certissime datarum. ibid. v. 19. ἄρα οὖν οὐκέτι ἐστὲ ξένοι, ubi ξένοι dicuntur pagani, qui non pertinent ad populum Dei sanctum. Hebr. XIII. 9. διδαχαὶ ξέναι doctrinæ, a vera doctrina christiana alienæ. 4) *novum, insolitum, inusitatum, inauditum.* 1 Petr. IV. 12. ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος quasi accideret vobis novum aliquid et plane insolitum. Sæpius non legitur in N. T. Diod. Sic. III. 52. ἀνήκοος φανεῖται καὶ ξένη ἡ περὶ τούτων ἱστορία. Polyb. II. c. 29. Themist. Orat. II. p. 29. ξένον τι καὶ ἄπιστον πάθος. — Thom. M. ξένον· τὸ ἀλλότριον καὶ τὸ παρηλλαγμένον. Vide etiam Phavor. p. 532. ed. Venet. et Ph. Th. Verpoortennii Diss. de Græco verbo ξένος in Eiud. Dissertationibus tribus (a Fischero Lips. 1779. 8. editis) p. 33—199.

ΞΕ'ΣΤΗΣ, ου, ὁ. Vox Latina, corrupta, ut videtur, respondens Latino *sextarius,* a Latino *sextus.* Conf. Galen. Comp. Medic. Sec. Gen. p. 325. Fuit genus mensuræ liquidorum, quæ ejusdem quantitatis est cum לֹג Hebræorum, quæ sex ova, seu tantum continebat, quantum in sex ovis contineri potest. Apud Atticos ξέστης duas cotylas continebat, uti apud Romanos Sextarius duas heminas. Vide Goodwin. Mos. et Aar. VI. c. 9. et Eisenschmidt de Ponderibus et Mensuris, Sect. II. c. 3. p. 80. 2) uti *Sextarius* apud Latinos: *vas, sextarii capax.* 3) *vas omnis generis ligneum, cotidianis usibus destinatum, e quo funditur aqua vinumque, sive sextarium caperet, sive plus, aut minus.* Sic legitur bis tantum in N. T. Marc. VII. 4, 8. ubi Vulgatus per *urceum* reddidit, Syrus autem per ܩܣܛܐ quod *urceum,* vel *urnam* notat. Non male tamen Erasmus in utroque loco ξέστης derivat a ξεστὸς *rasus, scalptus, radendo politus,* quod est a ξέω *scalpo, polio, dolo,* ut adeo ξέστης sit *urceus,* seu *poculum ligneum, torno elaboratum, rasum et politum.* Copiose de hac voce egit Pocockius ad Portam Mosis cap. 9. p. 404 seq. Epiphanius de Mensuris et Ponder. apud Le Moyne Varr. Sacr. p. 484. ξέστης ὁ Ἀλεξανδρινὸς δύο λιτρῶν φέρει ὁλκὴν ἐν τῷ ἐλαίῳ, et Wetstenius N. T. T. I. p. 586.

ΞΗΡΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, *exsicco, arefacio, omni omnino succo privo,* et *exhaurio aliqua parte humoris,* a ξηρὸς *siccus, aridus.* Usurpatur autem in N. T. non solum de plantis et arboribus, quæ succo privantur, sed etiam de aqua et sanguine, qui exsiccatur, et corpore, quod tabescit et consumitur. Matth. XIII. 6. διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν, ἐξηράνθη quia non radices agere poterat, tandem exaruit. ib. XXI. 19, 20. ἐξηράνθη ἡ συκῆ exaruit ficus. Marc. III. 1. ἐξηραμμένην ἔχων τὴν χεῖρα habens manum emortuam, cui succus vitalis, seu humidum radicale et naturale deficiebat. Ita יָבֵשׁ usurpatur 1 Reg. XIII. 4. וַתִּיבַשׁ יָדוֹ· Zach. XI. 17. זְרֹעוֹ יָבוֹשׁ תִּיבָשׁ· Marc. IV. 6. V. 29. ἐξηράνθη ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος αὐτῆς suppressa sunt menstrua ejus, seu desiit menstrua pati, coll. Hos. XIII. 15. Marc. IX. 18. ξηραίνεται corpus ejus tabescit; ubi tamen Boisio ξηραίνεσθαι videtur esse *vehementissime sudare:* non inepte. Alii per *obrigescere* vertere malunt. ibid. XI. 20, 21. Luc. VIII. 7. Joh. XV. 6. καὶ ἐξηράνθη pro ὃ ἐξηράνθη quod exaruit. Male h. l. nonnulli interpretes ξηραίνεσθαι in sensu metaphorico accipiunt pro *gratia divina et vita spirituali destitui,* palmitis instar, a vite abscissi. Jacob. I. 11. ἐξήρανε τὸν χόρτον, coll. 1 Petr. I. 24. Apoc. XVI. 12. ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ αὐτοῦ exsiccata fuit aqua ipsius. Alexandrini usi sunt hac voce pro יָבֵשׁ *exaruit, exsiccatus fuit,* in Piel יִבֵּשׁ *arefecit, exsiccavit,* Gen. IX. 7, 14. Jos. IX. 12. et pro חָרֵב idem, Ps. CVI. 9. Ies. XIX. 6. Theophr. de Causis Plant. III. c. 25. ἐν Συρίᾳ κατὰ βάθος ἀρώσας ἐξήρανε τὸν σῖτον κ. τ. λ. 2) per metonymiam: ξηραίνομαι *maturesco, ad maturitatem pervenio,* quoniam culmi aridi flavedinem sibi contrahunt. Conf. supra s. v. λευκὸς, n. 2. Apoc. XIV. 15. ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς nam ad maturitatem pervenit messis terræ; ubi tamen ex multorum interpretum sententia per metaphoram innuitur, *ad pœnam maturuisse* adversarios religionis christianæ, mensura peccatorum impleta; quod eo magis constat, ξηραίνεσθαι in versione Alex. de *pernicie, interitu et*

pœnis divinis haud raro usurpari. Zach. X. 2. Ies. XLI. 17. XLII. 14. Amos II. 9. Sirac. XIX. 3. Sæpius non legitur in N. T.

ΞΗΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, *aridus, siccus, qui humore naturali, vitali et radicali, vel omnino, vel ex parte tantum, destituitur*, et ut ξηραίνεσθαι non solum de plantis et arboribus, quæ humore naturali et nativo privantur, sed etiam de corpore ejusque membris tabescentibus et tabidis usurpatur. Sic legitur in N. T. Matth. XII. 10. καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος ἦν τὴν χεῖρα ἔχων ξηρὰν et ibi erat homo habens manum aridam, h. e. tabidam, spiritu vitali, vitam et motum conferente, destitutam. Luc. VI. 6, 8. ib. XXIII. 31. εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ (scil. ξύλῳ) τί γένηται; si viridi arbori hæc fiunt, aridæ quid accidet, h. e. si hoc fit in innocente et pio homine, quænam sors impiorum erit? Formula proverbialis, petita ab arboribus, quæ, quamdiu virent et vigent, coluntur, quando autem aridæ esse cœperunt, inclementius tractantur. Conf. Schott. Adagialia Sacra p. 85. et infra a me ad ὑγρὸς dicta. Joh. V. 2. χωλῶν, ξηρῶν claudorum et tabescentium. Scilicet ξηρὸς Græcis medicis dicitur ea pars corporis, quæ est emortua, cujusque succi ita sunt vitiosi, ut nutritio in ea locum nullum habeat; quem morbum Græci ἀτροφίαν vocant. Conf. Cels. III. 22. et Bartholin. de Morbis Biblicis. — Inde ἡ ξηρὰ, scil. γῆ, est *terra continens*, ad imitationem Hebraici יַבָּשָׁה Jon. I. 9. Deus, qui fecit אֶת־הַיָּם וְאֶת־הַיַּבָּשָׁה. Sic legitur in N. T. Matth. XXIII. 15. περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, scil. γῆν, circumitis mare et terram. Hebr. XI. 29. διέβησαν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ὡς διὰ ξηρᾶς. Sirac. XXVII. 3. 1 Maccab. VIII. 32. Ælian. Hist. Anim. V. 33. Pari modo *siccum* usurpatur apud Virgil. Georg. Lib. I. ver. 363. pro *siccum solum*. E contrario apud Græcos ὑγρὸν et ὑγρὰ pro *aqua* vel *mari* ponitur. Vid. Strabo Lib. I. pag. 12. Homer. Iliad. ν', 308. οἵ μ' οἴσουσιν ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν. Odyss. ι', 45. Conf. Palairet. Obss. Philol. in N. T. p. 74. Wetstenii N. T. T. I. p. 483. et Vorstius de Hebraismis N. T. p. 20 seq. edit. Fischeri. Sæpius non legitur in N. T.

ΞΥ'ΛΙΝΟΣ, ίνη, ον, *ligneus, ex ligno confectus*, a ξύλον *lignum*. Bis tantum legitur in N. T. 2 Tim. II. 20. σκεύη ξύλινα vasa lignea. Apoc. IX. 20. εἴδωλα ξύλινα. Alexandrini habent pro עֵץ *lignum*, Levit. XI. 32. XV. 12. Deut. X. 1. et pro Chaldaico אָע et אָעָא *lignum*, Esra VI. 4. Dan. V. 4, 23.

ΞΥ'ΛΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie et generatim: *lignum*, cujuscunque sit generis, sive sit viride, sive aridum. 1 Cor. III. 12. Apoc. XVIII. 12. πᾶν ξύλον θύϊνον et omne lignum thyinum. 2) ut Latinum *lignum* (v. c. apud Horatium L. II. Od. XIII. v. 11.), per synecdochen: *arbor*. Luc. XXIII. 31. ubi ξύλον ὑγρὸν arbor viridis et succo plena metaphorice *insontem, probum et pium*, ξύλον ξηρὸν vero *sontem* et *impium* significat. Cf. ξηρὸς et ὑγρός. Apoc. II. 7. ξύλον τῆς ζωῆς arbor vitæ, h. e. metaphorice *futura christianorum in cœlis felicitas*. Confer Gen. III. 24. Prov. III. 18. Apoc. XXII. 2 et 14. Videntur autem N. T. scriptores sequuti esse usum loquendi Hebræorum, apud quos עֵץ quod proprie *lignum* significat, etiam de *arbore* dicitur, v. c. Genes. I. 11. Ezech. XVII. 24. Ies. LVII. 5. quanquam etiam apud Græcos scriptores ξύλον quandoque *arborem* notat, v. c. apud Theophrast. Hist. Plantar. V. c. 9. Eurip. Cyclop. v. 596. Callim. H. in Cerer. v. 40. Confer Schwarz. ad Olear. de Stilo N. T. p. 476. — Deinde vero per metonymiam ξύλον *omne* notat, *quod ex ligno conficitur*, ad imitationem Hebraici עֵץ Hos. IV. 12. Sic legitur Apoc. XVIII. 12. πᾶν ξύλον θύϊνον, vasa et instrumenta varia ex thya arbore confecta. Hinc in N. T. speciatim ita dicitur 3) ut *lignum* apud Latinos (v. c. Plautum Aulul. Act. III. Sc. 1. 6.), *fustis, baculus*. Matth. XXVI. 47. ὄχλος πολὺς μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων gladiis ac fustibus armata turba. Syrus usus est voce ܫܒܛܐ *fustis, baculus*. ibid. v. 55. Marc. XIV. 43, 48. Luc. XXII. 52. Demosthen. p. 645. 16. ed. Reisk. Appian. B. C. I. p. 613. A Plutarcho Lyc. p. 58. C. Herculis clava ξύλον vocatur. Joseph. B. J. V. 3. 1. Lucian. Fugitiv. p. 598. Alexandrini quoque עֵץ per ῥάβδος reddiderunt Ezech. XXXVII. 16, 17, 19, 20. Gloss. Vet. apud Labbæum: ξύλον *fustis*. 4) est Latinum *nervus*, h. e. *trabs crassior, multa habens foramina, quibus pedes, manus, interdum etiam cervices vinctorum immittebantur et nervis* (ita enim teste Festo p. 333. Gothofr. et Isidoro Origg. V. 37. p. 935. interdum vincula ferrea appellantur, quibus pedes impediuntur, quæ alias *compedes* dicuntur,) *vinciebantur*, quæ ab aliis Græcis scriptoribus κᾶλον, (vide Hesych. sub ἐγκαλοσκελίς) ξυλοπέδη, (Gloss. Vett. ξυλοπέδη· *nervus*. Conf. Aquilæ Fragmenta Job. XIII. 27.) ποδοκάκη, ποδοστράβη, (Phavor. ξύλον εἶδος δεσμωτηρίου, ἣν ποδοκάκην λέγουσι καὶ ποδοστράβην. Pollux VIII. 72. εἰρχθῆναι ἐν ξύλῳ· ἐν τῇ ποδοκάκῃ, ubi vid. Kühn. et Hemsterhus. Idem tradit Lysias Orat. IX. p. 128.) et πεντεσύριγγον ξύλον, (Aristoph. Equit. v. 366. h. e. interprete scholiaste, πέντε ὀπὰς ἔχον, δι' ὧν οἱ πόδες καὶ αἱ χεῖρες καὶ ὁ τράχηλος ἐνεβάλλετο) ab Hebræis סַד (Job. III. 27. XXXIII. 11. ubi videndi interpretes Græci,) a Chaldæis denique כִּיפְּתָא (Jer. XX. 2. XXIX. 26.) vocatur. Act. XVI. 24. καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον pedesque eorum nervo constrinxit. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 439. Wetstenii N. T. T. II. p. 557. et Fischeri Prol. XIX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 21. 5) *omne lignum, e quo aliquis suspenditur*, et speciatim *crux, cui Christus affixus fuit*. Act. V. 30. κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου in cruce suspensum. ibid. X. 39. XIII. 29. καθελόντες ἀπὸ ξύλου detractum de cruce. Syrus habet: ܙܩܝܦܐ h. e. crux, patibulum. Galat. III. 13. ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, ubi ξύλον arbor dicitur, e qua apud Judæos supplicio jam affectus suspendebatur. Conferenda Christ. Ben. Michaëlis Diss. de Pœnis Capitalibus Hebræorum p. 22 seq. 1 Petr. II. 24. Sic quoque עֵץ sumitur Esther V. 14. Sæpius non legitur in N. T.

ΞΥΡΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *rado, novacula rado, tondeo*, i. q. κείρω. Medium ξυράομαι, ῶμαι, *me radendum vel tondendum præbeo, seu curo*, a ξυρὸς, οῦ, ὁ, *novacula, culter tonsorius*, quod a ξύω vel ξέω *rado, scalpo, polio*. Activum legitur apud Herodot. II. 65. ξυρῶντες τῶν παιδίων ἢ πᾶσαν τὴν κεφαλὴν κ. τ. λ. ibid. cap. 121. et Alexandrinos Genes. XLI. 14. pro Hebraico גִּלַּח *rasit, abrasit*. Medium ξυράομαι tantum ter in N. T. reperitur. Act. XXI. 24. ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλὴν ut capita sua radenda curarent. Sermo autem est h. l. de Judæis, quorum vota absoluta e-

rant, et qui jam in eo erant, ut victimas, legibus præscriptas, Deo offerrent. Quamdiu enim in castimonia erant, et voto suo obstringebantur, non debebant caput radere. Num. VI. 9 et 19. Deut. XXI. 12. Ezech. XLIV. 20. 1 Cor. XI. 5. ἓν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ idem foret ac si mulier illa raso esset capite. Olim adulteris et impudicis fœminis crines deradebantur. Confer Barthium ad Claudianum p. 1186. Hinc explicanda sunt verba v. 6. εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι, ἢ ξυρᾶσθαι si vero turpe est mulieri tonderi, aut radi, obvelator. Confer Diogen. Laërt. IX. 87. Herodot. II. c. 36. III. c. 12. Vide etiam Thom. M. p. 642. ed. Bernard. et Wetstenii N. T. T. II. p. 145.

O

'Ο, ἡ, τό. Articulus præpositivus, Germanorum articulo der, die, das, *the*, fere respondens, qui vario usu nomini aliisque orationis partibus præmitti solet. Præmittitur autem *infinitivis* verborum, loco substantivorum positis, aut gerundiorum vicem sustinentibus, *participiis* inprimis nominascentibus, *adverbiis*, naturam nominum induentibus, *præpositionibus*, cum nominibus, vel pronominibus conjunctis, et *vocibus*, quæ materialiter et pro se ipso ponuntur. Cum nominativis interdum vocativi partes agit. Usus ejus varius est. Adhibetur autem 1) *definite et demonstrative*, ut sit: *hic, is, ille, iste*, et respondet הַ demonstrativo apud Hebræos et tunc sæpe emphasin habet. Matth. III. 17. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς hic est ille filius meus, quem præ cæteris amo. Marc. IX. 23. τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι hoc si potes credere, scilicet me posse filio tuo opem ferre, tunc eum sanabo. Joh. VI. 10. ἦν δὲ χόρτος πολὺς ἐν τῷ τόπῳ erat autem gramen multum in illo loco. ibid. X. 11. ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ego sum pastor ille, muneri suo omni ex parte satisfaciens, a Deo scilicet promissus et a prophetis prædictus. 1 Joh. II. 18. ὁ ἀντίχριστος antichristus ille, scilicet præ cæteris insignis. Matth. II. 5. οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου ita enim prædictum est per prophetam. ibid. v. 11. ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν venientes in eam domum, quam scilicet petebant. Joh. I. 21. ὁ προφήτης εἶ σύ; num tu es propheta ille promissus? Confer infra προφήτης. ibid. VI. 14. οὗτος ἀληθῶς ἐστιν ὁ προφήτης, ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον. 2 Thess. II. 3. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας. 2 Joh. v. 7. Act. XVII. 28. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν ad Deum enim genus referimus nostrum. Joh. XVII. 12. ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, etc. Etiam apud Græcos scriptores articulus ὁ interdum emphasin habet. Sic v. c. Ælian. V. H. I. c. 24. ὁ μὲν τοῦ Διὸς παῖς εἰς Καύκωνας ἀφίκετο. Præterea de articulo præpositivo ὁ, ἡ, τὸ, observandum est, eum a) proprie quidem *subjectum* indicare solere, haud raro tamen, ut הַ demonstrativum Hebræorum, promiscue *prædicato et subjecto* præfigi. Joh. I. 4. Jac. III. 6. b) ante genitivum positum haud raro excludere nomen, v. c. παῖς, υἱὸς, ἀδελφὸς, πατὴρ, μήτηρ, γυνὴ, etc. Mat. I. 6. ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, scilicet γυναικὸς, ex ea, quæ fuerat Uriæ uxor. Alia exempla vide supra ad ἀδελφὸς, γυνὴ, μήτηρ, et infra sub παῖς, πατὴρ, υἱός. c) Si jungitur casui secundo, vel significat *rem ipsam*, ut apud Demosthenem p. 8. τὰ τῆς εἰρήνης pax ipsa. Ælian. V. H. XII. 1. τὰ τῆς ὥρας ipsa pulcritudo, ipsa venustas. vel *ea, quæ rei accidunt*, ea, quæ ad rem pertinent quocunque modo, v. c. apud Platonem Apol. c. 7. τὰ τοῦ Θεοῦ oraculum divinum. Luc. II. 49. ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς, sc. τόποις, seu οἰκήμασι in locis, quæ sunt patris mei, h. e. in templo Hierosolymitano. Joseph. Lib. I. c. Apion. § 18. T. II. p. 449. ἐν τοῖς τοῦ Διὸς *in templo Jovis*. d) interdum excludit participium ὤν, οὖσα, ὄν. Matth. VI. 9. πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, scilicet ὤν. ibid. v. 34. ἡ αὔριον, scilicet οὖσα ἡμέρα crastinus dies. Matth. XI. 23. XXVII. 8. ἡ σήμερον, scilicet οὖσα ἡμέρα hodiernus dies. Joh. I. 29. τῇ ἐπαύριον. Philip. IV. 22. οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας, scilicet ὄντες. Col. III. 2. τὰ ἄνω, scil. ὄντα πράγματα, seu μέρη φρονεῖτε. Hebr. II. 17. τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, pro κατὰ τὰ πρὸς τὸν Θεὸν ὄντα πράγματα, in iis rebus, quæ ad Deum spectant. e) Accusativus τὸν et τὸ, τοὺς et τὰ facit nominativum, ita, ut subintelligatur κατὰ, quod reddendum *quod attinet ad*, v. c. Act. X. 36. τὸν λόγον, quod attinet ad doctrinam, pro: κατὰ τὸν λόγον. ibid. IV. 29. καὶ τὰ νῦν nunc ergo, pro: κατὰ τὸ νῦν ἔχον πρᾶγμα. Tob. VII. 11. Act. XXIV. 25. τὸ νῦν ἔχον. 1 Cor. X. 16. τὸν ἄρτον, ὃν κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; panis, quem frangimus, nonne ille est communio corporis Christi? f) τὸ non solum interrogationibus, sed etiam unicuique sententiæ præponitur, ita, ut sequentem sententiam indicet. Luc. I. 62. ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖν αὐτὸν nutu postularunt a patre, ut significaret, quo nomine eum vellet vocari: ubi τὸ aperte illud indicat, quod significari sibi cupiebant. ibid. IX. 46. εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν; disputarunt autem invicem de eo, quisnam futurus esset inter illos maximus? Luc. XXII. 2, 4, 23, 24, 37. Act. XXII. 30. 1 Cor. IV. 6. Rom. VIII. 26. Act. IV. 21. Joseph. de B. J. Lib. VII. c. 5. § 2. ἐπ' ἀδήλῳ δὲ, τὸ τί φρονεῖ. Diodor. Sic. p. 83. σεμνότατα διείληπται παρ' Αἰγυπτίοις, τὸ τοὺς γονεῖς ἢ τοὺς προγόνους φανῆναι κ. τ. λ. g) neutrum τὸ ponitur pro masculino. Joh. III. 6. τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς qui natus est ex hominibus. Ephes. I. 10. τὰ πάντα, pro τοὺς πάντας. Hebr. VII. 7. τὸ ἔλαττον, pro ὁ ἐλάττων. 1 Joh. I. 4. V. 4. τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος. Adde Joh. VI. 37, 39. XVII. 2. Galat. III. 22. Coloss. I. 20. h) τὸ præponitur infinitivis et illos in gerundia et supina permutat. Matth. XIII. 5, 6. διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν quia non habebat radicem. Luc. V. 1. ἐν τῷ ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ cum populus ipsum urgeret. Act. III. 12. τοῦ περιπατεῖν αὐτὸν ut ambulet. Rom. I. 20. εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους ut nullam amplius habeant excusationem. i) interdum τὸ absolute ponitur et vertendum est: *quantum ad, ad illud quod attinet, nempe*. Rom. IX. 5. τὸ κατὰ σάρκα nempe quoad humanam ejus naturam. k) cum nominativis interdum *vocativi* partes agit,

ad imitationem τοῦ ה articuli apud Hebræos. Num. XV. 15. Deut. XXXII. 1. Apoc. XV. 3. Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ — ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων. Matth. XXVII. 29. ὁ βασιλεῦ O rex! Marc. X. 47. ὁ υἱὸς O fili! Luc. XII. 32. τὸ μικρὸν ποίμνιον O parve grex! Ephes. VI. 1. τὰ τέκνα O filii! Adde Marc. XV. 34. Luc. XVIII. 11 et 13. Joh. VIII. 10. Act. XIII. 41. Ephes. V. 14, 22, 25. VI. 3, 5, 9. Apoc. XVIII. 4. Sic quoque scriptores exteri loquuntur, v. c. Aristophanes Acharn. v. 154. οἱ Θρᾶκες ἴτε δεῦρ' vos Thraces prodite huc. Ib. v. 241 et 864. οἱ σφῆκες· οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν O vos vespæ non ibitis ab ostio. Arrian. Epict. II. 16. Hinc lucem fœneratur locus Joh. XX. 28. l) interdum redundat, maxime si adverbiis præponitur. Marc. XV. 1. τὸ πρωΐ mane. Luc. XI. 3. τὸ καθ' ἡμέραν cotidie. Act. IV. 18. τὸ καθ' ὅλου prorsus, omnino. Rom. XII. 18. XVI. 19. χαίρω οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν gaudeo itaque de vobis. Ælian. V. H. I. 30. τὸ μειράκιον. ib. II. 40. III. 37. Eodem modo ה articuli usurpatur Lev. XVIII. 5. Deut. VIII. 3. m) Nominibus propriis personarum præmissum *nomen* notat. Gal. IV. 25. τὸ γὰρ Ἄγαρ nomen Hagar. Sic ὁ Σωκράτης nomen Socratis apud Xenoph. Œcon. 8. 14. Plato Alcib. I. p. 435. ed. Francof. 2) *indefinite* usurpatur, *quidam, aliquis*, i. q. τίς. Matth. XII. 29. τοῦ ἰσχυροῦ pro ἰσχυροῦ τινος alicujus fortis. ibid. XIII. 2. εἰς τὸ πλοῖον in navim quandam. Luc. VIII. 5. ὁ σπείρων, loco σπείρων τις. Joh. VII. 24. 1 Cor. V. 9. ἐν τῇ ἐπιστολῇ, pro ἔν τινι ἐπιστολῇ. Sed alii vertunt *in hac epistola*. Conf. Fabricii Codicem Apocryph. N. T. p. 918. et Millium in Prolegg. N. T. § 8. ibid. XV. 8. ἐμοὶ ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι etiam mihi, tanquam cuidam abortivo, apparuit. Matth. XXVIII. 17. οἱ δὲ ἐδίστασαν quidam autem, seu nonnulli dubitarunt. Ita οἱ δὲ pro τινὲς δὲ legitur apud Lucian. in Timone T. I. Opp. p. 207. ed. Reitz. ubi Schol. ἀντὶ γὰρ τινὲς τὸ οἱ δὲ κεῖται. 1 Thess. IV. 6. ἐν τῷ πράγματι pro ἔν τινι πράγματι. Joh. XVIII. 15. ὁ ἄλλος alius quidam. Act. VIII. 4. οἱ μὲν οὖν aliqui tamen. 2 Cor. XI. 4. ὁ ἐρχόμενος, aliquis veniens. Ita ה articuli usurpatur Gen. VIII. 8. Exod. II. 15. 1 Reg. XXII. 21. 2 Sam. XIV. 10. Ies. VII. 16. Diogen. Laërt. VI. cap. 5. παρακαλῶν περὶ τοῦ (τινὸς) τὸν γυμνασίαρχον intercedens pro aliquo apud gymnasiarcham. Ælian. V. H. VIII. 1. ἐάν τις τῶν φίλων ἀνακοινῶται ὑπὲρ τῶν. Vide Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 346. Storr. Obss. p. 125. Heindorf. ad Charmid. p. 62. et Fischeri Animadvv. ad Welleri Gramm. Gr. p. 112. 3) usurpatur *distributive*, ut idem sit, ac *quicunque, quilibet, unusquisque*. Rom. I. 17. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται quilibet autem justus ob fidem felix evadet. ibid. X. 5. ὁ ποιήσας αὐτά. Galat. III. 12. Sic etiam ה apud Hebræos distributivum est et universale. 1 Paral. IX. 25. Exod. IX. 20. 4) divisioni interdum inservit, adjunctis voculis μὲν, δὲ, ita, ut vertendum sit *alius — alius, ille — hic*, etc. Philip. I. 16, 17. οἱ μὲν — οἱ δὲ alii quidem — alii vero. Rom. XIV. 2. ὃς μὲν — ὁ δέ. Etiam apud Græcos in hac loquendi ratione solet pro articulo præpositivo postpositivus adhiberi. Vide Ælian. V. H. VI. 1. et XIII. 46. Sed damnat hunc postpositivi usum Thom. Magist. 5) relative pro ὅς, ἥ, ὅ *qui, quæ, quod, ille, qui*. Eurip. Hippolyt. v. 525. Act. XIII. 9. Σαῦλος ὁ καὶ Παῦλος Saulus qui et Paulus dicitur. Ita sumitur sæpissime, quando participio præponitur, aut participium, maxime participium, ὤν, οὖσα, ὄν, intelligi debet, v. c. Matth. XVI. 23. τὰ τοῦ Θεοῦ ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων, scilicet ὄντα. Luc. XI. 10. ὁ ζητῶν qui quærit, etc. Ita מִסְפֵּד בֵּית הָאֵצֶל ה Mich. I. 11. luctus erit in domo, quæ propinqua est. 6) *explanative*, pro: *id est, nimirum, nempe, videlicet*. Act. II. 36. τοῦτον τὸν Ἰησοῦν hunc scilicet Jesum. Rom. I. 20. VIII. 15. ἀββᾶ ὁ πατήρ. ibid. v. 23. τὴν ἀπολύτρωσιν. 7) facit elegantem periphrasin, per ellipsin verbi substantivi. Matth. XV. 1. οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς scribæ Hierosolymitani. ibid. XXI. 11. Rom. II. 8. οἱ ἐξ ἐριθείας contentiosi. ib. IV. 14. οἱ ἐκ νόμου legis Mosaicæ observandæ studiosi. Hebr. XIII. 24. Act. X. 23. XVII. 13. Marc. III. 21. οἱ παρ' αὐτοῦ, scilicet ὄντες, qui una cum Christo in domo erant. Vide infra ad παρὰ dicenda. De formula οἱ περί τινα infra ad περὶ dicendi locus erit. Ælian. V. H. I. 34. οἱ κατὰ γένος cognati. ibid. XIII. 2. οἱ κατ' οἰκίαν *domestici*. 8) *tantus*. Luc. XVIII. 8. εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς tantam in præsenti Dei auxilio inveniet fiduciam. Confer Markland. ad Max. Tyr. p. 700. Lysiam p. 554. et Eurip. Suppl. p. 189. 9) adverbialiter, *quia, eo quod*. Luc. I. 45. ἡ πιστεύσασα quia credidisti. Sic אֲשֶׁר Deut. XXIII. 5. Jerem. XIII. 25. Cæterum de variis hujus articuli præpositivi significatibus expositum est in Adr. Kluit Vindiciis articuli ὁ, ἡ, τὸ, in N. T. (P. 1. et 2. Traj. ad Rhen. 1768. 8. mai.) et in Lexico Xenophonteo s. h. v. Lectu digna quoque habet C. A. G. Emmerlingius in Keilii et Tzschirneri Analectis, etc. P. II. p. 147—177.

'ΟΓΔΟΗ'ΚΟΝΤΑ, οἱ, αἱ, τὰ, *octoginta*. Est numerale cardinale, indeclinabile, ab ὄγδοος *octavus*. Bis tantum legitur in N. T. Luc. II. 37. et XVI. 7. Alexandrini pro שְׁמֹנִים idem, Gen. V. 28. XVI. 16. Num. II. 9.

"ΟΓΔΟΟΣ, η, ον, 1) *octavus*, ab ὀκτὼ *octo*. Luc. I. 59. ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ die octavo, quo scilicet e lege Mosaica puer circumcidendus erat. Act. VII. 8. Apoc. XVII. 11. XXI. 20. Alexandrini usurparunt pro שְׁמִינִי quod idem notat. Exod. XXII. 30. Levit. IX. 1. XII. 3. 2) *qui cum septem aliis est, qui septem comites habet*. Solent nempe Græci ordinali numero pro principali uti, seu potius ex pluribus unius tantum mentionem facere, cæterorum numero in adjectivo ordinali implicite latente, ut recte observavit Hoogeven. ad Vigerum de Idiotismis L. Gr. p. 11 seq. ed. Zeunii. Sic legitur in N. T. 2 Petr. II. 5. ὄγδοον Νῶε Noachum una cum septem aliis, qui cum ipso in arca erant, coll. 1 Petr. III. 20. Homer. Il. ή, v. 223. — ἐπὶ δ' ὄγδοον ἤλασε χαλκόν. Athen. X. 5. 2 Macc. V. 27. δέκατος novem comites habens. Thucyd. I. 61. πέμπτον αὐτὸν στρατηγὸν præfectum cum quatuor collegis. ibid. II. 13. δέκατος αὐτὸς ipse cum novem collegis. Alia exempla habet Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 442. et D'Orville ad Chariton. Lib. I. c. 10. p. 262. ed. Lips.

"ΟΓΚΟΣ, ου, ὁ, 1) *pondus, onus, moles, qua aliquis premitur*, i. q. βάρος, ut Suid. interpretatus est. Vett. Gloss. *moles*. Ælian. V. H. IX. 13. ὁ περὶ τὰς σάρκας ὄγκος carnis moles. ibid. XIV. 7. ὁ ὄγκος τοῦ σώματος. Xenoph. de Venat. VIII. 8. Hinc εὔογκον *quod facile ferri potest*, i. q. εὐβάστακτον. 2) metaphorice: *omne, quod aliquem impedire, detinere et morari valet*, (Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 432.) et speciatim in N. T. *omne, quod*

verum religionis christianæ studium et constantiam in ea impedire potest. Sic semel legitur in N. T. Hebr. XII. 1. ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα omnia deponamus et caveamus, quæ nos impedire valeant, quo minus patienter perferamus mala ob religionem christianam et constanter in ea maneamus. Metaphora videtur a Paulo desumta esse a cursoribus gymnicis, aut iis, qui in ludis publicis luctari, aut alio modo certare solent. Illi enim omnia fugiunt, quibus eorum agilitas vel in currendo, vel in luctando impediri posset. Cavent corporis nimiam molem, (Ælian. V. H. XIV. 7.) abstinent ciborum copia, fugiunt crapulam et omnia, quibus oneratur corpus, rejiciunt etiam reliqua, quæ impedimento esse possent. Confer Fabri Agonist. Lib. II. c. 3. et Lydii Agonist. S. c. 19. p. 71. Nonnulli interpretes ὄγκος h. l. de *fastu, arrogantia et superbia* accipiunt, quam notionem haud raro habet apud scriptores Græcos, v. c. Isocrat. ad Demonicum p. 8. Hesych. ὄγκος· φύσημα, ὑπερηφανία, ἔπαρσις, μέγεθος. Alberti Gloss. Gr. N. T. p. 179. ὄγκον· ὑπερηφανίαν, μέγεθος. Hinc ὀγκοῦσθαι *superbire.* Confer Ezech. Spanhem. ad Aristoph. Ranas v. 715. et Joh. H. Maii Obss. SS. Lib. IV. p. 56 seq.

῝ΟΔΕ, ἥδε, τόδε, *hic, ille, ipse.* Est articulus præpositivus, compositus ex ὁ et δέ. Legitur in N. T. Luc. X. 39. καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ καλουμένη Μαρία huic soror erat Maria. ibid. XVI. 25. νῦν δὲ ὅδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι nunc ille fruitur felicitate, tu vero merito cruciaris. Act. XV. 23. et XXI. 11. τάδε hæcce. Jacob. IV. 13. εἰς τήνδε τὴν πόλιν in hanc, vel illam urbem. Apoc. II. 1, 8, 12, 18. III. 1, 7, 14. Sæpius non legitur in N. T.

Ὁ ΔΕΥΏ, fut. εύσω, *iter facio, proficiscor, ambulo, eo,* ab ὁδὸς *via.* Semel legitur in N. T. Luc. X. 33. Σαμαρείτης δέ τις ὁδεύων Samaritanus vero quidam illuc iter faciens. Herodian. VII. 3. 9. Joseph. B. J. III. 6. 3. et A. J. XIX. 4. 2. Hesych. ὁδεύει· περιπατεῖ, ἀπέρχεται. Verbum compositum περιοδεύω legitur in versione Alexandrina Zach. I. 10, 11. VI. 7. pro הָלַךְ *ambulavit, ivit, incessit.*

Ὁ ΔΗΓΕΏ, ῶ, fut. ήσω, 1) *duco aliquem, dux sum itineris, præeo, viam monstro,* ex ὁδὸς *via* et ἄγω *duco.* Matth. XV. 14. τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται cœcus cœcum, si velit ducere, ambo in foveam cadent. Luc. VI. 39. μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; num potest cœcus cœcum per viam ducere? Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 423. Alexandrini usi sunt pro נָחָה *duxit, deduxit,* Exod. XIII. 17. ubi sermo est de deductione Israëlitarum ex Ægypto. ibid. XV. 13. Nehem. IX. 12. נָהַג idem, Ps. LXXX. 2. Cohel. II. 3. הוֹלִיךְ idem, Jos. XXIV. 3. Psalm. CVI. 9. et הוֹצִיא Num. XXIV. 8. 2) metaphorice: *perduco, efficio, ut aliquis consequatur aliquid et particeps fiat alicujus rei.* Sic legitur in N. T. Apoc. VII. 17. καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζωῆς πηγὰς ὑδάτος et docet eos ad fontes aquarum vivarum, h. e. perducet eos ad summam et perennem felicitatem. Hinc 3) speciatim: *doceo, instituo, erudio, explico,* quasi *perduco aliquem ad cognitionem.* Act. VIII. 31. πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με; quomodo vero possum, cum omni institutione caream, seu, cum nullum habeam interpretem? Joh. XVI. 13. τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Vulgatus bene: docebit vos omnem veritatem. Hoc sensu ὁδηγεῖν sæpius in versione Alexandrina legitur, v. c. Ps. XXIV. 5. ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου καὶ δίδαξόν με. ibid. v. 9. LXXXV. 11. CXIX. 35. et Ps. XLIV. 4. ubi Hebraico הוֹרָה *docuit* respondet. Sæpius non legitur in N. T.

Ὁ ΔΗΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *dux viæ, qui aliis præit et viam monstrat, qui alios per viam ignotam ducit,* ex ὁδὸς *via* et ἀγὸς *dux,* quod est ab ἄγω *duco.* Polyb. V. 5. 15. 2) metaphorice simul *eum* notat, *qui consilia et actiones aliorum regit, dux, auctor, princeps.* Sic Act. I. 16. Judas dicitur fuisse ὁδηγὸς τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν, h. e. non solum præivisse iis, qui comprehenderant Jesum, sed etiam eorum consilia et actiones gubernasse, et quasi facem iis prætulisse. 3) metaphorice: *doctor, qui alios instituit, emendat et meliora docet.* Sic v. c. Matth. XV. 14. Pharisæi dicuntur ὁδηγοὶ τυφλοὶ τυφλῶν cœci duces sunt cœcorum, h. e. sunt doctores, qui æque ac ab ipsis instituendi mentis caligine premuntur. ibid. XXIII. 16 et 24. Rom. II. 19. ubi ὁδηγὸς cum φῶς et v. 20. cum παιδευτὴς et διδάσκαλος permutatur. Sæpius non legitur in N. T. Dion. Halic. T. VI. p. 746. ed. Reisk. ὁδηγαῖς χρησάμενος τέχναις. Alberti Glossar. N. T. p. 95. ὁδηγόν· διδάσκαλον. Cyrill. in Lex. MS. ὁδηγῶν· διδασκάλων.

Ὁ ΔΟΙΠΟΡΕΏ, ῶ, fut. ήσω, *iter facio, viam emetior,* ex ὁδὸς *via* et πείρω *transeo.* Semel legitur in N. T. Act. X. 9. ὁδοιπορούντων ἐκείνων illis iter facientibus. Nuspiam hoc verbo (quod etiam reperitur apud Ælian. V. H. X. 4. XIV. 12.) usi sunt Alexandrini interpretes. Sed substantivum ὁδοιπόρος *viator* usurpatur a dictis interpretibus 2 Sam. XII. 4. pro אֹרֵחַ *viator* et Prov. VI. 11. pro מְהַלֵּךְ *iter faciens.* Hesych. ὁδοιπόρος· ὁδίτης.

Ὁ ΔΟΙΠΟΡΙ'Α, (pro quo etiam ὁδοιπορεία, Sapient. XIX. 5. dicitur) ας, ἡ, *iter, profectio,* ab ὁδοιπόρος, de quo vide sub ὁδοιπορέω. Bis tantum legitur in N. T. Joh. IV. 6. κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας fessus ex itinere. Syrus: ܡܢ ܠܡܢܐ ܕܐܘܪܚܐ ex *labore* seu *molestia viæ.* Confer de hac formula Pfochenii Diatriben de Linguæ Græcæ N. T. puritate § 84. et Gataker. de Stilo N. T. cap. 30. p. 229. Præterea legitur 2 Corinth. XI. 26. ὁδοιπορίαις πολλάκις, ubi sermo est de itineribus, religionis christianæ inter gentiles propagandæ causa susceptis a Paulo. Herodian. II. 15. 11. III. 6. 21. Xenoph. Cyrop. I. 2. 7. Legitur etiam apud *incertum interpretem* Job. VI. 19. pro Hebraico הֲלִיכוֹת. Sapient. XIII. 19. XVIII. 3. 1 Macc. VI. 41.

Ὁ ΔΟ'Σ, οῦ, ἡ, 1) proprie: *via, iter, semita, spatium istud terræ, in quo iter fit, et de loco ad locum tenditur,* weg, strasse, *way, road.* Mat. II. 12. δι᾽ ἄλλης ὁδοῦ per aliud iter. ibid. IV. 15. ὁδὸς θαλάσσης via, quæ ducit ad mare, seu ora maritima. (Potest tamen ὁδὸς h. l. in notione *terræ* accipi, quam habet apud Symm. pro Hebr. אֶרֶץ 2 Sam. XXIV. 6. ubi vid. Montfauc.) Simili modo apud Alexandrinos Gen. III. 24. ἡ ὁδὸς τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς est via ad arborem vitæ. Prov. VII. 27. ὁδοὶ ᾅδου viæ ad infernum. Jer. II. 18. τῇ ὁδῷ Αἰγύπτου via in Ægyptum. ibid. τῇ ὁδῷ Ἀσσυρίων via ad Assyrios. Matth. V. 25. ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ᾽ αὐτοῦ dum adhuc cum illo in via es, ad quærendum scilicet judicem: (in qua notione ὁδὸς sumendum videtur apud Symm.

Job. XXIV. 4. ubi legitur: περιέτρεψαν γὰρ πενήτων ὁδὸν, h. e. impediunt pauperes, quo minus jus suum consequi ac in foro vincere possint.) ubi male nonnulli interpretes cogitarunt de *via hujus vitæ, ubi ad extremum judicium tendimus.* ibid. VIII. 28. ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης ut nemo illa via posset transire. ibid. X. 5. εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε ad gentiles ne abeatis. ibid. XIII. 4, 19. XX. 30. καθήμενοι παρὰ τὴν ὁδὸν sedentes ad viam. ibid. XXI. 8, 19. XXII. 9. ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν ad bivia. ibid. v. 10. Marc. IV. 4, 15. X. 17, 32, 46. XI. 8. Luc. III. 5. ὁδοὺς λείας vias planas. ibid. VIII. 5, 12. IX. 57. πορευομένων αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ in hoc itinere. Verba enim ἐν τῇ ὁδῷ h. l. πλεονάζειν videntur. ibid. X. 31. XII. 58. XIV. 23. XVIII. 35. XIX. 36. Joh. XIV. 5. Act. VIII. 26. ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν ad viam, quæ ab Hierosolyma ad Gazam ducit. ibid. v. 36. ὡς δὲ ἐπορεύοντο κατὰ τὴν ὁδὸν, pro ἐπορεύοντο. ibid. v. 39. ubi etiam ὁδὸς post πορεύεσθαι superfluum est. Jac. II. 25. Huc etiam pertinet formula ἑτοιμάζειν ὁδὸν, quæ proprie notat: *viam munire, sternere et removere omnia impedimenta itineris.* Scilicet quia olim viæ publicæ non bene constitutæ et compositæ erant, solebant reges et principes, iter facientes ad locum aliquem, ministros suos et apparitores præmittere, qui vias idoneas redderent ad vehendum, semitas planas redderent, valles implerent, montes et juga deprimerent, distorta exæquarent et aspera loca redigerent in plana. Conf. Nic. Bergierium de Publicis Viis Populi Romani in Thesauro Antiquitt. Roman. T. X. et Schwarzii Commentar. L. Gr. N. T. p. 959. Hinc formula ἑτοιμάζειν ὁδὸν omnino et metaphorice significat: *parare necessaria ad adventum alicujus* et speciatim in N. T. de Johanne baptista usurpatur, qui missus erat a Deo, ut præpararet Judæorum animos ad rite excipiendum Messiam. Matth. III. 3. ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. Marc. I. 3. Luc. I. 76. III. 4. Idem valet quoque de formula κατασκευάζειν τὴν ὁδόν τινος ἔμπροσθέν τινος, *metatorem alicujus esse* (Conf. Suidam s. v. μετάτωρ), quæ legitur de eadem re Luc. VII. 27. Marc. I. 2. Matth. XI. 10. et εὐθύνειν τὴν ὁδὸν Κυρίου, Joh. I. 23. Similis formula est פַּנּוּ דֶּרֶךְ Ies. XL. 3. coll. LVII. 14. 2) per metonymiam: *iter, profectio, quæ in via fieri solet, proficiscendi actus,* die Reise, *a journey.* Xenoph. Mem. III. 13. 5. Matth. X. 10. μὴ πήραν εἰς ὁδὸν neque peram ad iter faciendum. ibid. XV. 32. μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ ne in itinere plane viribus deficiant. ibid. XX. 17. Marc. II. 23. καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας, pro: ὁδὸν ποιοῦντες τίλλειν τοὺς στάχυας et incipiebant discipuli ejus iter facientes, seu prætereuntes, (coll. Luc. VI. 1.) aut: inter ambulandum vellere spicas. Exempla hujus permutatæ verborum collocationis multa sunt cum apud sacros, tum apud exteros scriptores. Vide Glassii Philol. Sacr. Lib. IV. Tract. II. p. 1241. et Vossii Institutt. Oratt. P. II. p. 254. Quod vero ad formulam ὁδὸν ποιεῖν æque ac formulam ὁδὸν ὁδοποιεῖν attinet, satis constat, jam apud Græcos scriptores significare *viam munire, parare, sternere et aperire,* v. c. apud Xenophontem Anab. IV. 8. 6. V. 1. 7. V. 3. 3. pro quo etiam contracte ὁδοποιεῖν dicitur, ibid. III. 2. 15. unde ἔξοδος ὡδοποιημένη apud Xenoph. Hist. Gr. V. 4. 39. via trita et frequens dicitur, ut adeo, cum a Marco l. l. ita usurpata sit, ut significet *iter facere, proficisci,* quod Græci semper voce media ποιεῖσθαι ὁδὸν exprimunt, a Latinismi suspicione vix liberari possit. Conf. Krebsii Obss. Flav. p. 80 seq. Marc. VI. 8. εἰς ὁδὸν in usum itineris. ibid. VIII. 3, 27. IX. 33, 34. X. 52. ἠκολούθει αὐτῷ ἐν τῇ ὁδῷ et eum, itinera facientem, secutus est. Luc. IX. 3. X. 4. XI. 6. ἐξ ὁδοῦ *ex itinere:* nocturnus subito me oppressit hospes, ut loquitur Horatius Serm. II. 4. 17. Sed fortasse ἐξ ὁδοῦ respondet h. l. Latino *e vestigio* et significat *modo, hoc ipso temporis momento.* Conf. Abresch. ad Æschylum p. 582. Luc. XXIV. 32, 35. τὰ ἐν τῇ ὁδῷ quæ in itinere acciderunt. Act. IX. 17, 27. XXV. 3. κατὰ τὴν ὁδὸν in itinere. ibid. XXVI. 13. 1 Thess. III. 11. κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. Vide supra sub κατευθύνω. 3) *distantia locorum, quæ itinere mensuratur.* Sic legitur in N. T. Luc. II. 44. ἦλθον ἡμέρας ὁδὸν iter unius diei (eine Tagereise, *a day's journey*) faciebant. Act. I. 12. ὁδὸς σαββάτου iter, seu intervallum et spatium, quod sabbatis emetiri licebat Judæis, quod alii bis mille passibus, seu octo stadiis, (nam tam longe aberat ædes in desertis a castris Judæorum, Jos. III. 4. in quam debebant convenire sabbatis.) alii septem tantum stadiis definiunt. 4) metaphorice: *introitus, aditus.* Hebr. IX. 8. μήπω πεφανερῶσθαι τὴν ὁδὸν τῶν ἁγίων non patere introitum in sanctum sanctorum. 5) per metonymiam: *is, qui aditum,* seu *introitum parat.* Joh. XIV. 6. ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωὴ ego sum is, qui vere hominibus aditum parat ad illam salutem! et statim explicationis causa additur: οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. 6) *reditus.* Act. II. 28. ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς me in vitam revocabis. 7) metaphorice: *vitæ ratio, actiones et instituta vitæ, mores, consuetudo, conatus.* Act. XIV. 16. dicitur Deus permisisse πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν omnes gentes suis ipsarum viis incedere, h. e. suo more et arbitrio vivere, suis indulgere voluptatibus et opinionibus, etc. Rom. III. 6. σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, h. e. impii actionibus, studiis, conatibus et consiliis suis aliis noxas inferre conantur, seu, tendunt ad aliorum perditionem. 2 Petr. II. 15. ἐξακολουθεῖν τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ imitari vivendi rationem Bileami et sequi vitæ ejus instituta. Jac. I. 8. ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ inconstans in omnibus cogitationibus, consiliis, conatibus et actionibus suis. ibid. V. 20. ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ ex erronea ipsius vivendi ratione. Jud. v. 11. τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν Cainum imitati sunt, seu, ut etiam verti posset: perierunt, sicut Cain periit, uti 1 Reg. II. 2. *ire viam terræ universæ,* est mori, ut reliqui homines omnes. Certe sequentia ἐξεχύθησαν, ἀπώλοντο divina judicia in Baleamum et Korachum, interitumque respiciunt. Eandem significationem habet etiam ὁδὸς in versione Alexandrina ad imitationem Hebr. אֹרַח, דֶּרֶךְ Ps. CXIX. 1, 9, 101. ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου. Gen. VI. 12. κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Joh. XXIII. 10. Ps. I. 1. Apud Symm. Job. XXXIV. 11. Hebr. פֹּעַל respondet. Hesych. ἐν ὁδῷ· ἐν ἔργοις, ἐν πίστει, ἐν βίῳ. Xenoph. Cyrop. I. 3. 4. Mem. I. 7. 1. Æschin. Socr. Dial. III. 8. ἡ τοῦ βίου ὁδὸς vivendi via. Cic. Paradox. V. 1. Vide Alberti ad Hesychium Tom. I. p. 1252. 2) *ratio consequendi aliquid, modus perveniendi ad aliquid.* Joh. XIV. 4. καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε nec ignoratis modum, quo felicitatem æternam consequi

potestis. ibid. v. 6. ego sum vera via ad salutem, h. e. mea doctrina vos unice et certissime ducet ad illam felicitatem. Luc. I. 79. εἰς ὁδὸν εἰρήνης ut modo a Deo præscripto consequi possint felicitatem. Matth. VII. 13 et 14. 1 Cor. XII. 31. Alexandrini Ies. LIX. 8. ὁδὸν εἰρήνης οὐκ οἴδασι. Prov. IV. 11. ὁδοὺς γὰρ σοφίας διδάσκω σε. 9) *doctrina quæcunque, quæ modum et rationem vivendi et consequendi felicitatem ostendit, religio, præcepta divina* et speciatim *religio christiana.* Matth. XXI. 32. ἦλθεν ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης tradidit religionem vere divinam: sequitur enim: καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ. Male itaque alii vertunt: venit vir probus. Act. XVIII. 25. οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου hic bene erat institutus in doctrina christiana: quæ ibidem v. 26. ἡ τοῦ Θεοῦ ὁδὸς dicitur. ibid. XVI. 17. ὁδὸς σωτηρίας doctrina salutaris, coll. Rom. I. 16. 2 Petr. II. 15. εὐθεῖαν ὁδὸν religionem veram, nempe christianam. Adde Matth. XXII. 16. Marc. XII. 14. Luc. XX. 21. Act. XIX. 9, 23. περὶ τῆς ὁδοῦ de religione christiana. In lingua quoque Arabica سبيل haud raro *doctrinam* notat. Vide Cor. Sur. IV. 83. XII. 108. XLVII. 32 et 34. Etiam hac significatione nihil frequentius est in versione Alexandrina, v. c. Ps. XXIV. 4. τὰς ὁδούς σου γνώρισόν μοι. Job. XXIII. 11. ὁδοὺς γὰρ αὐτοῦ ἐφύλαξα. Psalm. CXIX. 150. πᾶσαι αἱ ὁδοί σου ἀλήθεια omnia præcepta tua sunt vera: ubi Hebraico מִצְוָה respondet. Sirac. II. 19. ὁδοὶ et ῥήματα permutantur invicem. Sic apud philosophos ὁδὸς est *philosophia,* ut p. 148. Protrept. Jamblich. ὁδὸς pro γνώμη vel λόγος ponitur apud Eurip. Heraclid. v. 237. Cf. etiam Georgii Vindicias N. T. Lib. II. c. 1 § 29 seq. et Stephan. le Moyne Obss. ad Varia Sacra p. 922. 10) *secta, qui alicujus doctrinam et religionem profitentur.* Act. IX. 2. ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας si quos istius sectæ seu isti religioni addictos inveniret. ibid. XXII. 4. ταύτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου sectatores hujus doctrinæ ad mortem usque persequutus sum. ibid. XXIV. 14. κατὰ τὴν ὁδὸν ἣν λέγουσιν αἵρεσιν adscriptus numero christianorum, quos sectam vocant. Eodem sensu ὁδὸς sumi videtur apud Lucian. Hermotim. c. 56. T. I. p. 787. ubi videndus Reitzius. Conf. etiam Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 400. 11) *methodus docendi* et speciatim *tradendi religionem christianam.* 1 Cor. IV. 17. τὰς ὁδούς μου τὰς ἐν Χριστῷ methodum, quam in religione christiana tradenda hucusque sequutus sum et adhuc sequor. 12) Si Deo tribuitur, interdum *rationem* notat, *quam Deus in moderandis fatis humanis sequitur, providentiam divinam, decreta et consilia divina, judicia divina in distribuendis præmiis ac pœnis.* Rom. XI. 33. ὡς ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ; quam impervestigabilia sunt Dei decreta et consilia? coll. v. 34. Act. XIII. 10. οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου semper irrita reddere conaris consilia et instituta divina de restituendo genere humano per Christum, seu ad emendandos et beandos homines ope religionis christianæ. Hebr. III. 10. αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου non recordantur miraculorum, quibus eos hucusque tutos præstiti. Significare autem ὁδοὺς Θεοῦ h. l. varia illa miracula, quæ Deus in deserto Israëlitarum causa patraverat, e commate nono h. cap. luculenter apparet. Apoc. XV. 3. 13) interdum ὁδὸς omittitur, v. c. Luc. V. 19. ποίας, sc. ὁδοῦ, qua via, pro διὰ ποίας ὁδοῦ, ut in codicibus nonnullis h. l. e glossemate legitur. Vulgatus: *qua parte,* sc. domus. Luc. XIX. 4. δι' ἐκείνης, sc. ὁδοῦ. Post πεζῇ Matth. XIV. 13. Marc. VI. 33. et ad εὐθεῖα ac τραχεῖα Luc. III. 5. Xenoph. Ages. II. 5. τὴν λοιπὴν, scil. ὁδόν. Æschin. Socr. Dial. III. 3. τὴν παρὰ τὸ τεῖχος, scil. ὁδόν. Conf. Kühnium ad Diog. Laërt. X. 96.

ʼΟΔΟΥ͂Σ, όντος, ὁ, *dens.* Matth. V. 38. ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος dens pro dente detur. coll. Exod. XXI. 24. et Lev. XXIV. 20. ibid. VIII. 12. ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων stridor dentium. Eadem formula legitur quoque ib. XIII. 42, 50. XXII. 13. XXIV. 51. XXV. 30. et Luc. XIII. 28. Præterea legitur quoque Marc. IX. 18. τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ stridet dentibus suis. Act. VII. 54. ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτὸν stridebant dentibus in eum. Apoc. IX. 8. καὶ ὀδόντες αὐτῶν (nempe τῶν ἀκρίδων) ὡς λεόντων ἦσαν dentibus valebant sicut leones. שִׁנָּיו שִׁנֵּי אַרְיֵה Joël. I. 6. Morsu enim omnia erodunt locustæ, et fores quoque tectorum, ut ait Plinius H. N. XI. 29. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt pro שֵׁן idem. Gen. XLIX. 12. 1 Sam. XIV. 4.

ʼΟΔΥΝΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *afficio ingente dolore, sive corporis, sive animi, crucio, vexo, ango,* ab ὀδύνη *dolor, cruciatus.* Passivum ὀδυνάομαι, ῶμαι, *dolore afficior, crucior, vexor, anxius et sollicitus sum, ingente mœrore affligor,* ab ὀδύνη *dolor, cruciatus.* Passivum tantum legitur in N. T. Luc. II. 48. ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε sollicito animo te quæsivimus. ibid. XVI. 24. ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ crucior in hac flamma. ibid. v. 25. σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι tu vero jam cruciaris; ubi ὀδυνᾶσαι Dorice est pro ὀδυνᾷ. Scilicet σ, quod alias in hac persona eliditur, retinetur perinde, ut in καυχᾶσαι gloriaris, pro καυχάεσαι. Act. XX. 38. ὀδυνώμενοι μάλιστα ἐπὶ τῷ λόγῳ dolentes maxime propter ea quæ dixerat. Sæpius non legitur in N. T. Æschin. Socr. Dial. III. 7. Lucian. Lexiph. 13. ἴστε γὰρ, ὡς ὀδυνῶμαι. Cf. etiam Alexandrinos Prov. XXIX. 21. Ies. XXI. 10. LIII. 4. Hesych. ὀδυνᾷ· λυπεῖ, καταπονεῖ.

ʼΟΔΥ'ΝΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *dolor vehemens et cruciatus, quo afficitur corpus,* quasi ab ἔδω *edo, arrodo,* quia dolor corporis et animi corpus et animum gravissime affligit et afficit, quemadmodum ὀδοὺς *dens* est ab ἔδω *edo,* i. q. ἐδούς. Æschin. Dial. III. 5. Sic v. c. speciatim de doloribus mulieris parturientis legitur Genes. XXXV. 18. et Jer. XXII. 23. apud Alexandrinos. 2) metaphorice: *dolor animi, angor, mœror, qui vehementer afficit animum.* Sic bis tantum in N. T. legitur. Rom. IX. 2. ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου, scil. ἐστὶ, et semper summo mœrore animus meus afficitur. 1 Tim. VI. 10. ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς se ipsos confecerunt multis doloribus, aut, multis doloribus sese implicuerunt et affecerunt. Chrysostomus Homil. XVII. ad h. l. τὴν ψυχὴν ἀλγηδόσι περιβαλοῦσι. Hesych. ὀδύνη· λύπη, πόνος, ταπείνωσις παρὰ ἀλλοτρίων, ἢ ἀλγηδών.

ʼΟΔΥΡΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *ejulatus, lamentatio, acer fletus, ploratus,* ab ὀδύρομαι *lamentor, ploro, gemo, defleo,* et apud Græcos mox permutatur cum ἀνακλαίω, (vide Pausaniam VIII. 12. p. 624.) mox de avibus usurpatur, jacturam pullorum lugentibus, circa nidos volitantibus et voces edentibus quærulas et lugubres. Homer. Iliad. β', 315. Adde Æschin. Socr. Dial. III. § 4. ὅτι ἅμα μὲν ὀδύρῃ τὴν ἀναισθησίαν. ibid. § 14. Matth. II. 18. κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολὺς, scil. ἠκούσθη, fletus et questus magnus auditur. Hesych. ὀδυρμός·

κλαυθμός. In vers. Alex. legitur pro תַּמְרוּרִים *amaritudines.* Jerem. XXXI. 15. et apud Symmachum Ps. XXI. 1. Vide 2 Maccab. XI. 6. Themistius X. 133. et XX. 233. 2) *mœror, tristitia,* consequens pro antecedente. 2 Cor. VII. 7. τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν vestrum mœrorem ob meam indignationem. Sæpius non legitur in N. T.

'ΟΖΙ'ΑΣ, ου, ὁ, *Ozias.* Nomen filii Amasiæ, regis Juda, (2 Chron. XXVI. 1.) origine Hebraicum עֻזִּיָּהוּ i. e. *robur Domini,* vel *robur meum est Dominus,* ab עֹז *robur,* cum affixo primæ personæ עֻזִּי *robur meum,* et nomine divino יָהּ. Bis tantum commemoratur in N. T. in genealogia Christi. Matth. I. 8 et 9. In priore loco Matthæus Oziam a Joramo genitum asserit, cujus tamen non nisi abnepos fuerat, ut ex Regum et Chronicorum libris apparet, quibus edocti scimus, Jorami filium, Ahasiam, hujus Joasum, hujus Amaziam et hujus demum *Usiam,* aut secundum Alexandrinos 'Οζίαν fuisse. Tres itaque reges inter Joramum et Oziam omisit Matthæus.

"ΟΖΩ, fut. ὀζήσω, et ὀζέσω, quasi ab ὀζέω, perf. ὤζηκα et ωκα, perf. med. ὦδα et Attice ὄδωδα, *oleo.* Verbum hoc pariter, ut Latinum *olere,* mediæ est significationis (sicut et ὀσμὴ *odor* et reliqua inde derivata. Unde apud Græcos haud raro εὐ et δυς additur, v. c. εὐωδία, δυσωδία, εὐώδης, δυσώδης) et notat: *odorem spargere et bonum et malum.* Suid. ὄζουσιν· εὐωδίας πλήρεις εἰσίν. 'Αριστοφάνης· αὐταὶ μὲν ὄζουσ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος. Ælian. V. H. XIII. 16. θείου καὶ στυπτηρίας ὄζειν. Pro *male olere* et *fœtere,* ut *olere,* (apud Lucan. VII. 821. et Lucretium VI. 1153.) semel legitur in N. T. Joh. XI. 39. de Lazari cadavere, quod, quia quatriduanum erat, ὄζειν, *fœtere* dicebat Martha. Arrian. Diss. Epictet. IV. 11. 15 et 18. Alexandrini hac voce æque ac composita προσόζειν usi sunt pro בָּאַשׁ *putruit, male oluit.* Exod. VIII. 14. (20.) et Ps. XXXVIII. 6. Hinc ὄζη *fœtor oris* dicitur, observante Celso III. 11. et *fœtor narium* ὄζαινα, eodem teste, VI. 8. Gloss. Vet. apud Labbæum: ὄζω, *olido.* ὄζω καλὸν, *oleo.* ὄζω σαπρὸν, *fœteo, puteo.*

"ΟΘΕΝ. Adverbium, quod etiam interdum *conjunctionis* vicem sustinet, significat 1) *unde, ex quo loco, a quo termino.* Matth. XII. 44. ἐπιστρέψω εἰς τὸν οἶκόν μου, ὅθεν ἐξῆλθον redibo in habitaculum, e quo exieram. Luc. XI. 24. Act. XXVIII. 13. ὅθεν περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς 'Ρήγιον inde devenimus Rhegium. Thucyd. III. 69. ἀπέπλευσαν ἐς τὴν ἤπειρον, ὅθεν περ ἀνηγάγοντο. ibid. IV. 8 et 67. Alex. pro מֵאַיִן Ps. CXXI. 1. אֲשֶׁר Deut. IX. 28. XI. 10. et מ Gen. XIII. 3. 2) *unde, ex quo,* ita, ut *principium cognoscendi* significet, unde aliquid cognoscitur, seu innotescit. 1 Joh. II. 18. ὅθεν γινώσκομεν, ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ unde cognoscimus, adesse jam illud tempus, olim prædictum. 3) *ubi, quo,* pro ὅπου, seu ὅποι. Matth. XXV. 24. συνάγων ὅθεν οὐ διεσκόρπισας colligens, ubi non impendisti. ib. v. 26. Act. XIV. 26. ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι Θεοῦ ubi demandati erant gratiæ divinæ. Exod. XXX. 36. ὅθεν γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖθεν. In Hebraico textu est אֲשֶׁר *quo.* 4) est conjunctio illativa et conclusiva: *quare, quapropter, quamobrem, inde, ideo.* Matth. XIV. 7. ὅθεν μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν quare (sc. quoniam se illi admodum probavit, coll. v. 6.) jurejurando interposito illi promisit. Act. XXVI. 19. Hebr. II. 17. ὅθεν quam ob causam, quia scilicet auxilium ferre volebat generi humano. ibid. III. 1. VII. 25. ὅθεν, scil. ἀπαράβατον ἔχων τὴν ἱερωσύνην, coll. v. 24. ibid. VIII. 3. IX. 18. XI. 19. ὅθεν, sc. quia credebat, Deum posse ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν. Xenoph. Mem. I. 1. 2. Sæpius non legitur in N. T.

'ΟΘΟ'ΝΗ, ης, ἡ, *linteum, lintaneum, mappa,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum,) etiam *velum nauticum.* Bis tantum legitur in N. T. Act. X. 11. ὡς ὀθόνην μεγάλην tanquam linteum magnum. ibidem XI. 5. Suid. ὀθόνη· πᾶν τὸ λεπτὸν ὕφασμα. Hesych. ὀθόνη· σινδὼν, ζώνη, τελαμὼν, (quam vocem Hesychius δεσμὸν et φασκίαν interpretatus est) γυναικεῖον ὀθόνιον λεπτὸν, καὶ πᾶν τὸ ἰσχνὸν, κἂν μὴ λινοῦν ᾖ. Idem: ὀθόναι· τὰ περιβόλαια πάντα.

'ΟΘΟ'ΝΙΟΝ, ου, τὸ, *linteum minus, linteolum.* Diminutivum ab ὀθόνη *linteum,* quod Hebraico אֵטוּן (Prov. VII. 16.) aut voci Ægyptiacæ *Athiounian* (Vide Forsterum de Bysso p. 75.) originem suam debere videtur. De linteo velis conficiendis legitur apud Polyb. V. 89. 2. Speciatim ita dicta est *fascia sepulcralis, qua corpus defuncti involvebatur, alias κειρία dicta.* Luc. XXIV. 12. παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα introspiciens nonnisi lintea sepulcralia vidit. Job. XIX. 40. ἔδησαν τὸ σῶμα ἐν ὀθονίοις involvebant corpus Christi fasciis sepulcralibus. ibidem XX. 5, 6, 7. Sæpius non legitur in N. T. Confer de hoc Judæorum more, cadavera fasciis involvendi et vinculis linteis vinciendi et constringendi, præter Joh. Jacob. Chifletii Crisin Historicam de Linteis Sepulcralibus Christi cap. 6. Deylingii Obss. Sacr. P. II. Obs. XXXVII. Cæterum Alexandrini usi sunt hac voce pro סָדִין *sindon, linteum, amictus linteus,* Jud. XIV. 13. (Hesych. ὀθόνια· λινᾶ ἱμάτια.) et פִּשְׁתָּה *linum.* Hos. II. 5, (7,) 9, (11.) Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 823. et Ol. Celsii Hierobotan. T. II. p. 90.

ΟΙ'ΔΑ, *scio, novi.* Perfectum medii ab εἴδω, quod vide.

ΟΙ'ΚΕΙΑΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *domesticus, familiaris,* ab οἰκεῖος. Reperitur hæc vox secundum lectionem codicum nonnullorum ac patrum Græcorum Matth. X. 25 et 36. ubi impressi libri οἰκιακὸς habent. Gloss. Vett. οἰκειακὸς, *honoratus, domesticus, familiaris.* Zonaras Lex. c. 1430. οἰκειακὸς, ὁ οἰκεῖος. οἰκιακὸς δὲ, ὁ ἐν τῷ οἴκῳ. Hinc corrigendus est fortasse Suidas, apud quem nunc legitur Οἰκεῖος, καὶ οἰκιακός. Mallem scribere οἰκειακός.

ΟΙ'ΚΕΙ˜ΟΣ, εία, εῖον, 1) proprie: *domesticus, qui ad domum spectat, habitatione domestica cum aliis conjunctus, qui ad familiam alicujus pertinet, familiaris,* ab οἶκος *domus, familia.* Sic legitur in N. T. 1 Tim. V. 8. εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ si vero quis suorum, maxime vero domesticorum et familiarium, curam non habet. Syrus h. l. intellexit τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Hesych. οἰκεῖοι· οἱ κατ' ἐπιγαμίαν ἀλλήλοις προσήκοντες, ἢ ἴδιοι, καὶ κατὰ τὴν οἰκίαν πάντες. Lex. Cyrilli MS. Brem. οἰκεῖος· ὁ συγγενής. Alexandrini habent pro בַּיִת *domus, familia,* Ies. III. 6. דּוֹד *patruus,* 1 Sam. X. 14, 15, 16. et שְׁאֵר *caro, propinquus.* Levit. XVIII. 6, 12, 13, 17. Adde Ælian. V. H. XIV. 32. Herodian. III. 6. 11. IV. 6. 1. 2) metaphorice: *qui est ullo aliquo modo alteri conjunctus, consors.* Gal. VI. 10. πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως erga eos, qui unam eandemque nobiscum profitentur religionem, nempe christianam. Vide Wesseling. ad Diod. Sic. XIII. 91. et Strabon. I. p. 13. b. Diod. Sic. XXX. 70. Athen. XII. p. 530. B. Præterea

legitur in N. T. Ephes. II. 19. ubi *οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ* sunt, qui ad familiam Dei pertinent, cœtui christianorum (qui sæpe *οἶκος Θεοῦ* vocatur in N. T.) adscripti, i. q. *συμπολῖται τῶν ἁγίων.* Conf. Reiskii Indicem Græcitatis Demostheneæ p. 529. 3) interdum quoque reticetur, v. c. Rom. XVI. 10. *ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου,* scil. *οἰκείων,* domesticorum Aristobuli. ib. v. 11. *τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου.* 1 Cor. I. 11. *ὑπὸ τῶν τῆς Χλόης,* scil. *οἰκείων,* nunciatum mihi est a familiaribus Chloes; ubi videndus Syrus interpres. Act. XVI. 33. *καὶ οἱ αὐτοῦ* (sc. *οἰκεῖοι*) *πάντες.*

ΟἸΚΕ΄ΤΗΣ, *ου, ὁ,* 1) generatim *domesticum* notat, *qui cum aliquo est et vivit in una eademque domo, qui pertinet ad eandem domum,* ab *οἶκος domus.* Athenæus VI. p. 261. ed. Casaubon. *ὅτι δὲ οἰκέτης ἐστὶν ὁ κατὰ τὴν οἰκίαν διατρίβων, κᾂν ἐλεύθερος ᾖ, κοινόν.* Herodot. VIII. c. 106. Hesych. *οἰκέται· οἱ κατὰ τὸν οἶκον πάντες.* Suid. *οἰκέται· οὐ μόνον οἱ θεράποντες, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ κατ' οἰκίαν.* Thom. M. p. 644. *οἰκέται οὐ μόνον οἱ δοῦλοι, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ, γυνὴ καὶ τέκνα.* Conf. Jungermann. ad Pollucis Onom. III. 82. Speciatim vero ita 2) dicitur *servus, famulus,* et ita differt a *δοῦλος,* ut *vernam,* h. e. *servum domi alicujus natum ex ancilla aut servo* (qui alias etiam *οἰκογενὴς* dicitur, etiam *οἰκοτραφὴς,* Hebraicum יְלִיד בַּיִת. Genes. XVII. 13. Jerem. II. 14. Alexandrini Cohel. II. 7.) significet. Hinc lucem fœneratur locus Luc. XVI. 13. *οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν* nullus verna potest duobus dominis servire. Act. X. 7. *δύο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ* duos ministrorum suorum. Rom. XIV. 4. 1 Petr. II. 18. Huc etiam referrem locum Hebr. III. 3. ubi, ut jam judicavit S. V. Morus in Versione Germanica h. Epistolæ, loco *οἴκου,* aut *οἰκέτου,* aut *οἰκείου* reponendum est, hoc sensu: quantum administratori (œconomo, servo, rei domesticæ administro,) præstat is, qui eum constituit. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro עֶבֶד *servus.* Gen. IX. 25, 26. Exod. V. 15, 16. Xenoph. Mem. II. 1. 9. 12. Conf. etiam Irmisch. ad Herodian. I. 6. 2. p. 182 seq. 3) interdum *οἰκέτης* reticetur, v. c. Matth. VI. 24. post *οὐδεὶς,* coll. Luc. XVI. 13.

ΟἸΚΕ΄Ω, *ῶ,* fut. *ήσω,* I) proprie: *domum habeo, habito, in loco aliquo commoror, vel dego,* ab *οἶκος domus.* Sed ita legitur tantum apud exteros scriptores, v. c. Philostrat. Heroic. c. II. sect. 8. *ὅσοι Θετταλίαν οἰκοῦσι.* ibid. sect. 13 et 18. In N. T. 2) metaphorice significat: *esse, versari, vivere, societatis vinculo cum aliquo contineri, conjunctum esse cum aliquo, admodum familiarem esse.* Construitur in hac significatione cum præpositione *ἐν.* Rom. VII. 17. *ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία* vitiositas, mihi admodum familiaris, quæ se semper in me exserit. ibid. v. 18. *οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ ἀγαθὸν* aliena est a me virtus. ibid. v. 20. VIII. 9. *Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν* sensus christiani sunt vobis familiares, et animum vestrum et omnes actiones regunt et moderantur. Sic Deus habitare in templo dicitur, 2 Sam. VII. 5, 6. quia ibi maxime vim et virtutes suas exserere credebatur. Conf. infra sub *πνεῦμα.* ibid. 11. 1 Cor. III. 16. VII. 12. *οἰκεῖν μετὰ ἀνδρὸς,* et ibid. v. 13. *οἰκεῖν μετὰ γυναικός.* In utroque loco sermo est de cohabitatione et conversatione conjugali. 1 Tim. VI. 16. Deus dicitur *φῶς οἰκεῖν ἀπρόσιτον* inhabitare lucem inaccessibilem, h. e. nullum hominum, vel acutissima mentis acie instructum, in majestatis divinæ penetralia pertingere posse, coll. Joh. I. 17. Sæpius non legitur in N. T. versione Alexandrina respondet *τῷ* יָשַׁב Gen. IV. 16, 20. XVI. 3. דּוּר *habitavit, incoluit,* Psalm. LXXXIV. 11. et שָׁכַן quod idem significat. Prov. X. 30. Ies. XXXIII. 16. Hesych. *οἰκεῖ· μένει.*

ΟἾΚΗΜΑ, *τος, τὸ,* 1) proprie: *domicilium, habitaculum, locus habitandi, conclave,* i. q. *οἴκησις,* ab *οἶκος domus.* Alex. Ezech. XVI. 24. *καὶ ᾠκοδόμησας σεαυτῇ οἴκημα πορνικόν.* Incert. Exod. XII. 20. pro Hebraico מוֹשָׁב *habitaculum.* Sap. XIII. 15. Thucyd. IV. cap. 115. 2) *carcer.* Hoc enim honestiore vocabulo, Solone auctore, carcerem Athenis dictum esse, Plutarchus in illius vita testatur. Sic semel legitur in N. T. Act. XII. 7. *φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι* lux splenduit in carcere. Athenæus XIII. cap. 3. Ælian. V. H. VI. 1. ubi videndus Gronovius. Thucyd. IV. c. 48. Hesych. *οἴκημα· τὸ δεσμωτήριον.* Idem tradit quoque Harpocration. Helladius Chrestom. pag. 22. *ὅτι τὸ μὴ λέγειν δύσφημα πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις· διὸ καὶ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα ἐκάλουν.* Conf. Valckenar. ad Ammonium Lib. III. c. 4. Wetstenii N. T. T. II. p. 526. et Küster. ad Suidam T. II. p. 285. Ita etiam בַּיִת legitur Genes. XL. 14. 3) interdum omittitur, v. c. Luc. II. 49. *οὐκ ᾔδειτε, ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου* (scil. *οἰκήμασι*) *δεῖ με εἶναι;* num ignoratis, me in domo patris mei versari debere? sed potest etiam *πράγμασι* suppleri, hoc sensu: nonne scitis, mihi agenda esse negotia, a patre demandata? Confer Markland. ad Lysiam Orat. XII. p. 559. *Οἰκήματα* etiam subintelligendum est ad *τὰ ἴδια* Joh. I. 11. et Act. XXI. 6. Confer Pricæum ad Luc. II. 49.

ΟἸΚΗΤΗ΄ΡΙΟΝ, *ου, τὸ,* 1) *domicilium, locus, in quo habitatur,* ab *οἰκέω habito.* Alexandrini usi sunt hac voce pro מָעוֹן *habitatio, domicilium,* Jerem. XXV. 30. Vide et 2 Macc. XI. 2. 2) metaphorice: *corpus,* in quo animus velut domo sua habitat. 2 Cor. V. 2. *τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐν τοῖς οὐρανοῖς* domicilium nostrum, quod e cœlo est, h. e. corpus nostrum immortale et maxime præstans, quo a Deo post hanc vitam instruemur. Cic. Tusc. I. 11. "posse animos, quum e corporibus excesserint in cœlum, quasi in domicilium suum pervenire." 3) *omnis status et conditio, in qua aliquis est.* Jud. v. 6. ubi dæmones dicuntur *ἀπολιπόντες τὸ ἴδιον κατοικητήριον* deseruisse domicilium suum, h. e. in statu primævo non permanserunt, i. q. *μὴ τηρήσαντες τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν.* Sæpius non legitur in N. T.

ΟἸΚΙ΄Α, *ας, ἡ,* 1) proprie: *domus, ædificium, quod homines inhabitant,* etiam *arx, palatium, ædificium sublime,* et generatim: *omnis locus, ubi aliquis est et commoratur,* ab *οἰκέω habito.* Matth. II. 11. coll. Luc. II. 12 et 16. ibid. V. 15. VII. 24—27. VIII. 6, 14. XII. 29. *τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ* arcem potentis. Phil. IV. 22. *οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας,* h. e. ministri et domestici Cæsaris, qui sunt et versantur in ejus palatio. Confer Krebs. Obss. Flav. p. 332. Alexandrini usi sunt hac voce non solum pro בַּיִת *domus,* Genes. XVII. 3. Exod. I. 21. sed etiam pro הֵיכָל *palatium,* Ies. XIII. 22. et חָצֵר *atrium,* Jerem. XXXVII. 21. 2) interdum per metonymiam *partem domus* notat, v. c. *cœnaculum, triclinium.* Joh. XII. 3. *ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου* et hujus unguenti odor totum cœnaculum penetravit. Eodem modo *οἶκος* in N. T. usurpatur, ut infra sub h. v. docebitur. 3) *familia, domestici, qui versantur in domo,* per metonymiam

continentis pro contento. Sic legitur in N. T. Matth. X. 13. *ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία* si familia fuerit digna piis votis vestris. ib. XII. 25. *πᾶσα οἰκία μερισθεῖσα καθ' ἑαυτῆς* omnis familia, in qua factiones ortæ fuerint. Joh. IV. 53. *καὶ ἐπίστευσεν αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη*. 1 Cor. XVI. 15. Fortasse etiam huc pertinet locus Phil. IV. 22. Alexandrini Genes. L. 8. *πᾶσα ἡ οἰκία ἡ πατρική* omnis familia ejus paterna. 1 Paral. XII. 28. Genes. L. 21. Xenoph. Memor. II. 7. 6. *τὴν οἰκίαν πᾶσαν διατρέφει*. Diog. Laërt. I. s. 60. *μανθάνειν τῆς αὐτοῦ οἰκίας καλῶς προστατεῖν*. Sic et Latinis *domus* pro *familia* passim usurpatur. Vide v. c. Sueton. August. cap. 25. 4) per metonymiam continentis pro contento: *supellex, opes, facultas, omnia bona, quæ quis habet et possidet*. Matth. XII. 29. *καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει*, coll. Luc. XI. 22. In antecedentibus *τὰ σκεύη* posuerat. Matth. XXIII. 14. *κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν* viduarum bona surripitis. Marc. XII. 40. Luc. XX. 47. Ælian. V. H. IV. 2. Heraclitus *περὶ ἀπίστων* c. 8. p. 72. *καταφαγεῖν οἰκίαν*. Xenoph. Mem. IV. 1. 2. Homer. Odyss. β', 237. *κατέδουσι βιαίως οἶκον Ὀδυσσῆος*. ibid. δ', 318. *ἐσθίεταί μου οἶκος*. Eodem modo usurpatur apud Latinos *domus*, (v. c. Claudian. Epigr. in Curet. v. 8. " consumens luxu flagitiis domum." Conf. Taubmann. ad Plauti Mostell. Act. I. Sc. I. v. 11 seq.) et בַּיִת quod Alexandrini *ὑπάρχοντα* reddiderunt. Gen. XLV. 18. Esth. VIII. 7. Confer Ammonium et Valckenar. ad Herodot. VII. pag. 611. 5) metaphorice: *corpus humanum, in quo animus tanquam in domicilio habitat et commoratur*, et usurpatur in N. T. non solum de corpore, quo in præsenti utimur, sed etiam de futuro nostro immortali, quod speramus. 2 Cor. V. 1. *οἴδαμεν γάρ, ὅτι, ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, ἔχομεν οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς* scimus enim, fore, ut, quando corpus hoc nostrum fragile et terrestre intereat, corpus immortale et cœleste accipiamus. Conf. supra *οἰκητήριον*. 6) *οἰκία Θεοῦ cœlum*. Joh. XIV. 2. *ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν* in cœlo multa sunt habitacula. Confer Callimachi Hymn. in Dianam ver. 140. et Artemidor. Lib. II. c. 73.

ΟἸΚΙΑΚΌΣ, οῦ, ὁ, etiam ΟἸΚΕΙΑΚΌΣ, ή, όν, (Plutarch. Cicer. 20.) 1) proprie: *domesticus, eandem domum inhabitans*, ab *οἶκος domus*. Sic legitur in N. T. Matth. X. 36. *ἐχθροὶ τοῦ ἀνδρὸς οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ* patrifamilias domestici ejus adversabuntur. 2) metaphorice: *discipulus*. Matth. X. 25. *πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ*; quanto magis ejus discipulos, sc. criminabuntur? Sæpius non legitur in N. T.

ΟἸΚΟΔΕΣΠΟΤΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *sum dominus domus, sum paterfamilias*, ab *οἰκοδεσπότης paterfamilias, dominus domus*. 2) ex adjuncto: *domum*, seu *familiam administro, rem familiarem curo*. Sic semel legitur in N. T. 1 Tim. V. 14. *οἰκοδεσποτεῖν* das Hauswesen besorgen, wirthschaft treiben, *to take care of the household* or *domestic affairs*. Usus est etiam hoc vocabulo Plutarch. de Placitis Philosophorum Lib. V. c. 18. p. 908. Confer Tom. III. Thesauri Gruteriani p. 201.

ΟἸΚΟΔΕΣΠΌΤΗΣ, ου, ὁ, 1) *herus, dominus domus, paterfamilias*, ab *οἶκος domus* et *δεσπότης dominus*, quod est a 3 pers. præt. pass. *δεδέσποται*, verbi *δεσπόζω dominor*. Sic legitur in N. T. Matth. XIII. 27, 52. XX. 1, 11. XXI. 33. XXIV. 43. Marc. XIV. 14. Luc. XII. 39. XIV. 21. XXII. 11. *τῷ οἰκοδεσπότῃ τῆς οἰκίας*, ubi aut *τῆς οἰκίας* superfluum est, aut *οἰκοδεσπότῃ* positum est pro *δεσπότῃ*. Pollux Onom. X. 21. Phrynichus p. 162. et Wetstenius N. T. T. I. p. 373. 2) metaphorice: *summus ac præstantissimus doctor*. Hinc Christus ita speciatim dicitur partim *respectu ecclesiæ*, quæ dicitur *οἶκος Θεοῦ*, partim respectu apostolorum ejus, qui *οἰκιακοὶ* Christi vocantur. Matth. X. 25. *εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλουν, πόσῳ μᾶλλον τοὺς οἰκιακοὺς αὐτοῦ*; cum me doctorem vestrum Beelzebul criminantur, quanto magis vos, discipulos meos, eadem afficient ignominia? Luc. XIII. 25. Sæpius non legitur in N. T. Phrynichus: *οἰκίας δεσπότης λεκτέον, οὐχ, ὡς Ἄλεξις, οἰκοδεσπότης*. Sed *οἰκοδεσπότης* pariter ac *οἰκοδέσποινα* reperitur apud Plutarch. Quæst. Rom. XXX.

ΟἸΚΟΔΟΜΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *ædifico, domum exstruo*, ab *οἶκος domus*, et inusitato *δομέω*, pro quo et *δέμω* dicitur, *struo, exstruo, ædifico*. Matth. VII. 24. *ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν*. ibid. v. 26. XXI. 33, 42. *οἱ οἰκοδομοῦντες architecti*. Marc. XII. 1, 10. XIV. 58. Luc. IV. 29. VI. 48, 49. VII. 5. XI. 47, 48. XII. 18. XIV. 28, 30. XVII. 28. XX. 17. Act. IV. 11. VII. 47, 49. 1 Petr. II. 7. Respondet in versione Alex. Hebraico בָּנָה Genes. II. 22. IV. 17. VIII. 20. X. 11. Apud Græcos scriptores, maxime recentiores, ut Latinum *ædificare* (Virgil. Æn. II. 15.), de *quavis structura* ac *compositione* adhibetur. Vide Eustath. in Iliad. α', p. 12. 5. Libanius Orat. X. p. 313. D. *τὴν ἐν Ἀρμενίᾳ χιόνα, τοῦ χειμῶνος οἰκοδομηθεῖσαν*. 2) i. q. *ἀνοικοδομέω reædifico, instauro, exorno ædificium*. Matth. XXIII. 29. *οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν* vatum sepulcra instauratis, aut, ut quoque verti potest: exstruitis. ibid. XXVI. 61. *καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι αὐτόν*, coll. Marc. XIV. 58. *διὰ τριῶν ἡμερῶν ἄλλον ἀχειροποίητον οἰκοδομήσω*. Matth. XXVII. 40. Marc. XV. 29. Joh. II. 20. *τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος*, ubi sermo est de templo secundo, prout non solum ab ipso Sorobabele exstructum est, sed etiam ab Herode ornatum et amplificatum est. Conf. scriptores, qui a Fabricio in Bibliographia Antiquaria p. 286. laudantur. Eodem modo בָּנָה *ædificare* usurpatur Jerem. XXXI. 38. pro quo Alexandrini haud raro voce *ἀνοικοδομέω* usi sunt, v. c. Deut. XIII. 16. Prov. XXIV. 17. Malach. I. 4. III. 15. et apud LXX simplex *οἰκοδομέω* Jos. VI. 26. ubi de restitutione urbis dirutæ sermo est. 3) metaphorice: *constituo, formo, ordino, instituo*. Matth. XVI. 18. *ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν* super hac petra exstruam ecclesiam meam, h. e. tu eris præcipuus christianorum doctor, per te maxime augebitur in dies cœtus christianorum. Conf. Ephes. II. 20. Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. Vid. D'Orville ad Charit. p. 653. 4) *doceo, admoneo, instituo, doctrina et exemplo informo*, etiam *defendo et stabilio, vim et auctoritatem alicujus rei tueor*. Rom. XV. 20. *ἵνα μὴ ἐπ' ἀλλότριον θεμέλιον οἰκοδομῶ* ne continuem institutionem, ab aliis jam inchoatam. Confer supra sub *θεμέλιον*. Galat. II. 18. *εἰ γὰρ ἃ κατέλυσα, ταῦτα πάλιν οἰκοδομῶ* si enim iterum defendo et tueor, quæ olim abroganda esse judicavi. Conf. supra sub *καταλύω*. 5) *confero aliquid ad utilitatem aliorum quocunque modo, maxime docendo, cohortando, castigando, conso-*

lando, etc. *efficio, ut alter melior, sapientior et felicior evadat*, et speciatim: *inservio usibus rei christianæ*, ita, ut nempe *augeam numerum christianorum, sensus pios in christianis alam et studium pietatis christianæ omni modo adjuvem.* Hinc οἰκοδομεῖσθαι *crescere, augeri quocunque modo, utilitatem veram ex aliquo percipere, emendari, ad virtutis studium incendi, feliciorem evadere*, et speciatim: *in cœtum christianorum recipi et indies magis non solum augeri cognitione religionis christianæ, sed etiam confirmari in studio virtutis christianæ.* Act. IX. 31. αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι οἰκοδομούμεναι et numerus christianorum augebatur. 1 Cor. VIII. 1. ἡ ἀγάπη οἰκοδομεῖ amor spectat utilitatem aliorum, seu, impellit nos, ut aliorum utilitati prospiciamus. ibid. X. 23. ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ sed non omnia prosunt, seu, multa, quæ per se licita sunt, noxas aliis inferunt: pro quo ibidem legitur ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. ibid. XIV. 4. ὁ λαλῶν γλώσσῃ, ἑαυτὸν οἰκοδομεῖ, ὁ δὲ προφητεύων, ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖ qui linguis peregrinis loquitur, suæ utilitati tantum prospicit, sed, qui litteras sacras interpretatur, promovet utilitatem aliorum. ibid. v. 17. ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται sed alter nullam inde percipit utilitatem. 1 Thess. V. 11. οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα. 1 Petr. II. 5. αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε et vos tanquam lapides, illustriori sensu sic dicti, membra facti estis cœtus christianorum, coll. v. 4. Simili ratione usurpatur οἰκίζω Sirac. X. 3. et συνοικίζω Sirac. XVI. 5. 6) *ad aliquid faciendum induco, permoveo, incito, impello, allicio*, etiam *seduco.* Οἰκοδομέομαι *excitor et confirmor alicujus exemplo*, maxime in deteriorem partem. Sic legitur in N. T. 1 Cor. VIII. 10. οἰκοδομηθήσεται εἰς τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν allicietur et impelletur ad comedendas carnes residuas victimarum. Conf. Chrysost. ad h. l. et Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 211. Sæpius non legitur in N. T.

ΟἸΚΟΔΟΜΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *ædificatio, ædificandi actio*, et per metonymiam: *ipsum ædificium exstructum, structura*, ab οἰκοδομέω, quod vide. In priore significatione legitur apud Alexandrinos 1 Chron. XXVI. 27. τοῦ μὴ καθυστερῆσαι τὴν οἰκοδομὴν τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. Ezech. XVII. 17. XL. 2. 3 Esr. IV. 51. Sirac. XXII. 17. 1 Macc. XVI. 23. In posteriore vero significatione reperitur apud Alex. Aquilam et Symmachum pro Hebraico בִּנְיָן 1 Paral. XXIX. 1. Matth. XXIV. 1. ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ ut ostenderent ipsi structuram templi; ubi vid. Wetstenius. Marc. XIII. 1, 2. 2) metaphorice ita dicitur *cœtus christianorum*, qui sæpe in N. T. comparatur cum *templo, Deo sacro*, in dies altius exstruendo et magis exornando, ob verum sc. cultum, Deo a christianis præstandum. 1 Cor. III. 9. Θεοῦ οἰκοδομή ἐστε vos estis cœtus, Deo sacer. Ephes. II. 21. ad quem locum Koppius bene observavit, differre h. l. οἰκοδομὴν ab οἶκος hoc modo, ut illud ædificium, nondum usque ad fastigium exstructum atque perfectum, significet. 3) metaphorice ita dicitur *corpus, in quo animus velut domo sua habitat*, quo sensu etiam οἰκητήριον et οἰκίαν in N. T. reperiri, supra jam docui. Sic legitur in N. T. 2 Cor. V. 1. οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, h. e. accipiemus a Deo aliud corpus immortale, πνευματικὸν et ἐπουράνιον. 4) *augmentum, incrementum, promotio veræ aliorum utilitatis*, etiam *ea, quæ conferre aliquid possunt ad promovendam aliorum utilitatem.* Cf. supra ad οἰκοδομέω dicta. Rom. XIV. 19. διώκωμεν τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους quidquid christianorum utilitati inservire valeat, hoc diligenter curabimus. Theodor. τὴν ὠφέλειαν. ibid. XV. 2. εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομὴν in omnibus, quæ honesta sunt et ecclesiæ christianæ utilia. 1 Cor. XIV. 3. λαλεῖ οἰκοδομὴν loquitur ea, quæ aliis prodesse, h. e. alios sapientiores, prudentiores, meliores et feliciores reddere valent. ibid. v. 5. ἵνα ἡ ἐκκλησία οἰκοδομὴν λάβῃ ut et reliqui christiani aliquam inde percipiant utilitatem. ibid. v. 12, 26. 2 Cor. X. 8. εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν ita, ut vobis prosim, non vero detrimentum afferam. ibid. XII. 19. XIII. 10. Ephes. IV. 12. εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ut numerus christianorum indies magis augeatur. Hanc enim explicationem non tam suadent, quam jubent verba, quæ præcedunt. ibid. v. 29. εἰς οἰκοδομὴν τῆς χρείας ad promovendam felicitatem et utilitatem aliorum. Sæpius non legitur in N. T.

ΟἸΚΟΔΟΜΙ'Α, ας, ἡ, 1) *ædificatio, structura ædium*, ab οἰκοδομέω *ædifico*, quod vide. Thucyd. II. 65. καλὰ κτήματα οἰκοδομίαις ἀπολωλεκότες. Polyb. X. 22. 7. et IX. 21. 8. 2) metaphorice: *promotio et incrementum veræ aliorum felicitatis*, i. q. οἰκοδομή, quod vide. Semel tantum in N. T. legitur 1 Tim. I. 4. ἢ οἰκοδομίαν Θεοῦ τὴν ἐν πίστει quam, ut promoveant veram christianorum utilitatem. Pro οἰκοδομίαν habent alii codices οἰκοδομήν, alii οἰκονομίαν, de qua lectionis varietate bene disputavit Wolfius in Curis Philologicis et Criticis in N. T. T. III. p. 414 seq. qui ex loco Diog. Laërt. VII. 90. (ubi vid. Kühnius) demonstravit, voces οἰκονομίαν et οἰκοδομίαν haud raro in codicibus invicem permutari. Sic v. c. apud Longinum de Sublim. XI. 2. pro ἐποικονομία judice Weiskio legendum est ἐποικοδομία, et ibid. X. 7. loco συνοικονομούμενα reponendum est συνοικοδομούμενα. — Gloss. Vet. οἰκοδομία, *ædificium.*

ΟἸΚΟΔΟ'ΜΟΣ, ου, ὁ, *ædificator, architectus*, ex οἶκος et δέμω. Semel, quantum equidem scio, reperitur hæc vox Actor. IV. 11. ubi loco impressi τῶν οἰκοδομούντων codices nonnulli τῶν οἰκοδόμων habent. 2 Reg. XII. 11. et XXII. 6. Adde Pollucis Onom. I. 12. VII. 116 et 119.

ΟἸΚΟΝΟΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *administro rem familiarem, sum dispensator rei domesticæ*, seu *familiaris, pecuniæ exigendæ ac dispensandæ præsum*, ex οἶκος *domus* et *res familiaris* et νέμω *tribuo, rego, parco.* Semel tantum in N. T. legitur Luc. XVI. 2. οὐ γὰρ δυνήσῃ ἔτι οἰκονομεῖν non enim poteris amplius dispensator esse. Vulgat. *villicare.* Gloss. οἰκονομῶ, *villico.*

ΟἸΚΟΝΟΜΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *administratio et dispensatio rei domesticæ ac familiaris, munus et officium rei familiaris curandæ ac tuendæ*, ab οἰκονόμος, quod vide. Luc. XVI. 2. ἀπόδος λόγον τῆς οἰκονομίας σου redde rationem dispensationis tuæ. Vide supra sub λόγος. ibid. v. 3. ὁ κύριος ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμοῦ dominus abrogat mihi officium rei familiaris tuendæ. ibid. v. 4. μεθίστασθαι τῆς οἰκονομίας procuratione rei familiaris privari, aut *ab actu summoveri*, ut pereleganter loquitur Tertullianus Lib. IV. adv. Marcionem cap. 33. Alexandrini usi sunt hac voce pro מַצָּב *statio*, Ies. XXII. 19. ἀφαιρεθήσῃ ἐκ τῆς οἰκονομίας σου καὶ τῆς στάσεώς σου. et pro מֶמְשָׁלָה *dominatio, præfectura*, Ies. XXII. 21. Hesych. οἰκονομία· βράβευσις, διοίκησις. 2) *omnis modus et ratio agendi, ali-*

quid tractandi et rem novam instituendi, einrichtung, anstalt, *ordinance*, *preparation*. Polyb. II. 37. V. 34 et 40. Cic. ad Attic. VI. 1. Ephes. I. 10. εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, pro τοῦ ποιεῖσθαι ἐν τῷ πληρώματι τῶν καιρῶν τὴν οἰκονομίαν. Significat autem οἰκονομία Θεοῦ institutum, quo Deus curam veræ religionis et pietatis per Christum conservandæ et promovendæ demonstravit. (Zonaras Lex. col. 1434. οἰκονομίαν· χρηστὴν καὶ ἐπωφελῆ διοίκησιν. οὕτως ὁ ἀπόστολος· εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. οἰκονομία καὶ ἡ πρόῤῥησις καὶ ἡ ἀποκάλυψις. οἰκονομία τῆς χάριτος.) ibid. III. 2. ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς audivistis, quo modo mihi demandatum fuerit munus apostolicum, quo etiam inter vos functus sum. ibid. v. 9. τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου, ubi aut οἰκονομία, ut Latinum *ratio*, redundat, aut ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου est modus et institutio, natura et indoles, causæ et nexus doctrinæ christianæ. 3) *munus doctoris christiani, munus apostolicum*. 1 Cor. IX. 17. οἰκονομίαν πεπίστευμαι tamen mihi demandatum est munus apostolicum, coll. IV. 1. Coloss. I. 25. κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς pro munere, quod Deus mihi demandavit inter vos gerendum. Sæpius in N. T. non legitur. Cæterum de variis hujus vocabuli significationibus bene exposuit Th. Gataker. ad Marc. Antonin. Lib. XI. c. 15. Wetstenius N. T. T. II. p. 246. et Suicerus in Obss. Sacr. p. 25 seq.

ΟἸΚΟΝΌΜΟΣ, ου, ὁ, 1) *œconomus, dispensator et administrator rei familiaris et domesticæ, curator bonorum, tutor pupilli, quæstor*, et omnino, *qui pecuniæ domini tum exigendæ, tum dispensandæ præest*, quem Latini *actorem* vocant, ex οἶκος *domus, res familiaris*, et νέμω *distribuo*. Luc. XII. 42. τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος, ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ κ. τ. λ. felix est fidelis ac prudens dispensator, quem præfecerit herus familiæ suæ. Dicitur autem h. l. οἰκονόμος servus, qui præfectus est rei familiari et reliquo famulitio, qui Hebraice מֶשֶׁק בַּיִת Genes. XV. 2. vocatur, qualis fuit Elieser. ibid. XVI. 1. (ubi Vulgatus per *villicum* interpretatus est. In Glossis Isidori: *Villicus. actor, exactor pensionum villæ, insularius.*) 3, 8. τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας injustum illum dispensatorem. De variis multisque parabolæ hujus explicationibus vide Schreiteri historico-criticam explicationum parabolæ de improbo œconomo descriptionem. Lips. 1803. 8. Rom. XVI. 23. ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως quæstor ærarii publici, pecuniæ publicæ præfectus, qui curam redituum et impensarum publicarum in civitate sustinebat. Vulgatus reddidit: *arcarius civitatis*, der stadt-kämmerer, *the city treasurer*, qui alias ταμίας dicitur, v. c. ab Alexandrinis Ies. XXII. 15. et οἰκονόμος simpliciter, v. c. apud Joseph. A. J. XI. 6. 12. Conf. Elsner. Obss. Sacr. T. II. p. 68. Wetstenii N. T. T. I. p. 739. et Wesseling. ad Diodor. Sic. Excerpt. T. II. p. 534. 1 Cor. IV. 2. Galat. IV. 2. ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους sed procuratorum et tutorum curæ et tutelæ commissus est pupillus; ubi ἐπίτροπος ita differre videtur ab οἰκονόμῳ, ut hoc *tutorem ex testamento*, illud vero *tutorem legitimum*, seu *a magistratu constitutum*, significet. Alexandrini hac voce usi sunt pro עַל־הַבַּיִת *qui domui præest, administrator domus*, 1 Reg. IV. 6. XVI. 9. XVIII. 3. Ies. XXXVI. 3, 22. et pro רַב בַּיִת *magister domus*, Esther. I. 8. Adde 1 Paral. XXIX. 6. ubi loco impressi οἱ οἰκοδόμοι τοῦ βασιλέως reponendum est οἱ οἰκονόμοι τ. β. Hesych. οἰκονόμος· ὁ τὸν οἶκον νεμόμενος, φύλαξ. 2) *omnis, cujus ministerio utimur in aliqua re, minister, cui alicujus rei curandæ et administrandæ officium demandatum est*, etiam *qui rite versatur in aliquo negotio peragendo*. 1 Cor. IV. 1. οἰκονόμους μυστηρίων Θεοῦ ministri Christi in tradenda religione christiana, i. q. ὑπηρέτας Χριστοῦ. Tit. I. 7. ὡς Θεοῦ οἰκονόμον tanquam Dei ministrum, h. e. tanquam doctorem religionis christianæ, qui curam gerit cœtus christianorum, qui sæpe cum domo Dei comparatur. 1 Petr. IV. 10. ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος Θεοῦ ut ita bene utamur variis beneficiis divinis. Sæpius non legitur in N. T.

ΟἾΚΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *domus, ædes, ædificium, in quo habitamus*, etiam *palatium magnificum et regium*, i. q. οἰκία. Matth. IX. 6. ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου domum abi. ibid. v. 7. XI. 8. ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσὶ in palatiis regiis reperiuntur, coll. Luc. VII. 25. ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν. Etiam apud Hebræos palatium regium בַּיִת 2 Sam. XVI. 21. et בֵּית הַמֶּלֶךְ Esther. II. 13. vocatur. Matth. XXI. 13. οἶκος προσευχῆς ædificium, cultui divino dicatum. Marc. II. 1, 11. III. 20. V. 19, 38. VII. 17, 30. VIII. 3. εἰς οἶκον αὐτῶν, pro εἰς οἴκους αὐτῶν. ibid. v. 26. IX. 28. Marc. XI. 17. Luc. I. 40. V. 24, 25. VII. 10. VIII. 39, 41. XI. 61. ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου valedicere meis domesticis. ibid. XII. 39. XIV. 1. XV. 6. XVI. 4. δέξωνταί με εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν sint, qui mihi victum præbeant. ibid. v. 27. XVIII. 14. XIX. 5. σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι divertere enim apud te hodie decrevi. ibid. v. 46. XXII. 54. εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀρχιερέως in palatium summi sacerdotis. Joh. II. 16. Paulo post οἶκος ἐμπορίου domus negotiationis. ibid. VII. 33. XI. 20. Act. II. 2. ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον, οὗ ἦσαν καθήμενοι replevit totum ædificium, in quo convenerant. Sed alii interpretes, inter quos est etiam Krebsius in Obss. Flav. p. 165. τὸν οἶκον h. l. non de *domo aliqua privata* interpretantur, sed de *œco*, seu *conclavi, quod in templo fuerit*. Fuerunt autem, teste Josepho A. J. VIII. 3. 2., triginta tales œci templo Hierosolymitano in circuitu adstructi, in quibus et doctores legis de rebus sacris scholas habebant hominesque precandi causa convenire solebant. Act. II. 46. κλῶντές κατ' οἶκον ἄρτον celebrantes privatim cœnam dominicam. Vulgatus: *circa domos*. Hesychius: κατ' οἶκον, κατὰ τοὺς οἴκους. Ita enim ex sententia Pricæi legendum est loco κατὰ τὸν οἶκον. ibid. V. 42. ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκον in templo et privatim. ibid. VII. 10. ὅλον τὸν οἶκον αὐτοῦ regio palatio constituit eum præfectum. ib. ver. 20. VIII. 3. κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος domos intrans. ibid. X. 22. XI. 12. XVI. 15, 34. XIX. 16. XX. 20. δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους publice et privatim. ib. XXI. 8. Rom. XVI. 5. καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίαν et christianos, qui in illorum domo convenire solent. Solebant enim christiani apostolorum ætate in ædibus hominum privatorum conventus sacros agere. 1 Cor. XI. 34. XIV. 35. XVI. 19. σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίᾳ. Eadem formula reperitur quoque Coloss. IV. 15. Philem. v. 2. Alexandrini usi sunt hac voce pro בַּיִת *domus*, Ex. VII. 23. VIII. 3, 21, 24. אֹהֶל *tentorium*, Genes. IX. 21, 27. Levit. XIV. 8. et הֵיכָל *palatium*. 2 Sam. XX. 18. Dan. I. 4. Hesych. οἶκος· ὀλίγη οἰκία. 2) per metonymiam, ut Hebr. בַּיִת (Esther. V. 1. 1 Chron.

XXVIII. 11.), *pars ædificii*, seu *domus*. Sic v. c. usurpatur de cœnaculo. Xenoph. Symp. II. 18. (Pollux I. 79. et VI. 7.) Luc. XIV. 23. ἵνα γεμισθῇ ὁ οἶκός μου ut cœnaculum meum compleatur. Eodem modo οἰκία usurpatur Joh. XIII. 3. et בַּיִת Cant. II. 4. Esther. VII. 8. De superiore conclavi domus, quod vulgo τὸ ὑπερῷον dicitur, reperitur Act. X. 30. ἤμην προσευχόμενος ἐν τῷ οἴκῳ μου. ib. XI. 13. Cf. infra sub ὑπερῷον. Hes. οἶκος· καὶ μέρος τι τῆς οἰκίας. Homer. Odyss. α΄, 356. Iliad. ζ΄, 490. Hinc in versione Alex. Hebraico לִשְׁכָּה *cubiculum, cella*, respondet Jerem. XXXV. 4, 10, 12, 21. 3) *templum, Deo sacrum, ædes Dei, tabernaculum, a Mose exstructum*, et interdum per metonymiam: *singulæ partes templi Hierosolymitani*. Matth. XII. 4. πῶς εἰσῆλθε εἰς τὸν οἶκον Θεοῦ eum ingressum esse Dei ædem; Hebr. בֵּית יְהוָה Exod. XXIII. 19. Mat. XXI. 13. ὁ οἶκός μου templum mihi sacrum. Marc. II. 26. XI. 17. Luc. VI. 4. XI. 51. ubi οἶκος partem templi Hierosolymitani significat, quæ *sanctum* vocatur. ibid. XIX. 46. Joh. II. 17. coll. v. 16. Act. VII. 47. Σολομῶν δὲ ᾠκοδόμησε αὐτῷ οἶκον. ibid. v. 49. 1 Petr. II. 5. οἶκος πνευματικὸς templum spirituale. Sic בַּיִת non solum in V. T. v. c. 1 Sam. I. 7. V. 2, 5. sed etiam in Mischna de Siclis cap. 4. sect. 7 et 8. pro *templo* ponitur. Eandem significationem habet quoque הֵיכָל 2 Paral. XXIX. 16. Esr. III. 6, 10. Ies. VI. 1. Alexandrini quoque usi sunt voce οἶκος pro קֹדֶשׁ *sanctuarium*, 2 Paral. XXXV. 5. Cf. Vriemœt Annotatt. ad dicta classica V. T. T. II. p. 25. 4) generatim: *omnis locus, ubi aliquis est et versatur, urbs, in qua aliquis habitat, patria, domicilium, sedes, habitaculum*; unde in versione Alex. respondet Hebraicis מָעוֹן *habitaculum*, Deut. XXVI. 15. מִשְׁכָּן idem, Job. XVIII. 21. et זְבוּל idem, Ies. XLIII. 15. Matth. XXIII. 38. ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος domus vestra deserta relinquetur; ubi *domus Judæorum* Hierosolymam et totam regionem Judææ designat. (Posset οἶκος h. l. etiam in *patriæ* notione accipi, sicut legitur apud Xenoph. Ages. II. 11. Cyrop. VII. 2. 1.) Luc. I. 23. ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ domum rediit. Οἶκος autem h. l. significat urbem Hebron, in qua Zacharias degebat. ibid. v. 56. ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς Nazarethum reversa est. ibid. XIII. 35. Matth. XII. 44. homo, a dæmone obsessus, οἶκος τοῦ ἀκαθάρτου πνεύματος vocatur, coll. v. 43. Luc. XI. 24. (Xenoph. Cyrop. IV. 6. 4. Ages. I. 15.) — Confer Palairet. Obss. Philol. et Crit. p. 76. 5) per metonymiam, ut Latinum quoque *domus*, (apud Sueton. Aug. 25. domus majestas. Tacitus Ann. I. 4. 7.) *personæ, in domo degentes, familia, liberi, domestici*. Hesych. οἶκος· καὶ τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ. Luc. X. 5. πρῶτον λέγετε, εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ primum fausta quævis personis, in domo ista viventibus, apprecamini. ibid. XI. 17. οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει et familiæ collabuntur. ibid. XII. 52. XIX. 9. ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο hodie tibi et tuæ familiæ salus contigit. Act. X. 2. φοβούμενος τὸν Θεὸν σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. ibid. XI. 14. ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου. ibid. XVI. 31. XVIII. 8. 1 Cor. I. 16. ἐβάπτισα καὶ τὸν Στεφανᾶ οἶκον. 1 Tim. III. 4. τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον qui familiæ suæ (et *omni rei familiari*, nam etiam hanc significationem habet οἶκος apud Ælian. V. H. X. 14. et apud Xenoph. Mem. I. 5. 3. οἶκος *omnes facultates, quas aliquis habet*, significat, ut בַּיִת Exod. I. 21. 2 Sam. VII. 11.) bene præsit. ibid. v. 5, 12. V. 4. 2 Tim. I. 16. IV. 19. Tit. I. 11. Hebr. XI. 7. Eandem significationem habet οἶκος apud Xenoph. Mem. III. 6. 14. Thucyd. I. 22. Ælian. V. H. IV. 27. Xenoph. de Rep. Laced. I. 9. Eurip. Iphig. in Taur. v. 57. Conf. Krebs. Obss. Flav. p. 206. et Palairet. Obss. Philol. p. 297. Eodem modo בַּיִת usurpatur Genes. VII. 1. εἴσελθε σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου εἰς τὴν κιβωτόν. 2 Sam. III. 1, 6, 8, 9. 6) *posteri alicujus, omnes, ex familia alicujus oriundi, genus, s. prosapia*, ad imitationem Hebraici בַּיִת 1 Reg. XII. 16, 19, 20, 26. XIII. 2. Ies. VII. 2, 13. Luc. I. 27. ἐξ οἴκου Δαβὶδ ex familia, quæ a Davide ducit originem. ibid. v. 69. ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ e familia Davidis, ministri, seu dilecti sui. ibid. II. 4. διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ e familia quippe Davidica oriundus. Apud Inc. Int. 2 Sam. IX. 10. οἶκος Hebr. בֵּן respondet, ac *familiam* notat. Hinc 7) denotat *integram gentem et nationem, ex alicujus familia oriundam*. Sic capitur, quando in N. T. memoratur οἶκος Ἰσραὴλ *gens Judæorum, natio Israëlitica*, Matth. X. 6. XV. 24. Act. II. 36. VII. 42. Hebr. VIII. 8, 10. — οἶκος Ἰακὼβ, Luc. I. 33. et οἶκος Ἰούδα, Hebr. VIII. 8. Eodem modo δῶμα apud Sophoclem Œdip. Tyr. v. 27. δῶμα Καδμεῖον domus Cadmi, h. e. gens Thebana, a Cadmo originem ducens. Senec. Œdip. v. 625. „ O Cadmi — domus." Statius Sylv. L. I. Carm. I. v. 7. *domus Daci*, pro tota gente. 8) *verus cœtus Dei*, quasi *familia Dei*, et usurpatur partim de populo Judaico, partim de cœtu christianorum, qui in locum Judæorum successerunt. 1 Tim. III. 15. πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι quomodo versari debeas in cœtu christianorum regendo, gubernando et curando. Hebr. III. 2. ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ in regendo populo Judaico, ipsius curæ commisso. ibid. v. 6. X. 21. ἱερέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ summum sacerdotem familiæ divinæ, h. e. cœtui christianorum, præfectum. 1 Petr. IV. 17. Sæpius non legitur in N. T. 9) quandoque deficit, v. c. Apoc. III. 7. ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβὶδ, qui habet clavem domus David. Ies. XXII. 22.

ΟἸΚΟΥΜΈΝΗ, ης, ἡ, subintellige γῆ, 1) *orbis terrarum habitatus, universus terræ habitatæ ambitus.* Est enim proprie particip. præs. pass. fœm. gen. contr. pro οἰκεομένη, a verbo οἰκέω *habito, inhabito, incolo.* Sed quanquam proprie eam tantum terræ partem notat, quæ incolitur, tamen interdum etiam tam late sumitur, quam vocabulum אֶרֶץ (cui etiam respondet in versione Alex. Ies. X. 23. XIII. 5, 9. XIV. 26.) adeoque totum orbem terrarum, tam habitatum ab hominibus, aut habitabilem, quam desertum, significat. Matth. XXIV. 14. κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ prædicabitur autem doctrina christiana in toto orbe terrarum. Vide quæ infra ad ὅλος dicentur. Rom. X. 18. εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, i. q. in antecedentibus, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. Hebr. I. 6. Apoc. XVI. 14. ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς οἰκουμένης ὅλης. Exponitur hoc vocabulo ab Alexandrinis נוֹשֶׁבֶת *habitata*, Exod. XVI. 35. et תֵּבֵל *orbis, terra habitata*, 2 Sam. XXII. 16. Ps. IX. 9. XVIII. 16. XIX. 5. 2) *incolæ universi terrarum orbis*, seu *omnes*

omnino homines. Act. XVII. 31. ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ quo ex æquo judicaturus est omnes omnino homines. ibid. XIX. 27. ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται quam omnes Asiæ incolæ, immo omnes homines, venerantur. Apoc. III. 10. ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, h. e. ut in sequentibus explicatur, ἐπὶ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς. ibid. XII. 9. πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην decipiens omnes homines. Ps. IX. 8. καὶ αὐτὸς κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. ibid. XCV. 13. XCVII. 10. Ies. XXXIV. 1. ἀκουσάτω ἡ γῆ ἡ οἰκουμένη καὶ ὁ λαὸς, coll. Ps. XLVIII. 1. 3) per synecdochen interdum *certam terræ habitabilis partem, certam regionem,* aut *provinciam* significat, ex orationis serie et historia in singulis locis cognoscendam. Sic v. c. cum magna orbis terrarum pars Alexandro pareret, omnes reges ac provinciæ, imperio ejus subjectæ, ἡ οἰκουμένη dicebantur. Ælian. V. H. III. 29. Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῇ τῆς οἰκουμένης ἀρχῇ. Cum Græci rerum potiti essent, Græcia omnis ἡ οἰκουμένη vocabatur, v. c. apud Demosthenem Orat. de Coron. cap. 15 et 19. Eadem ratione in N. T. οἰκουμένη nunc orbis Romanus, seu *imperium Romanum* dicitur, (confer Wetstenii N. T. T. I. p. 497 et 658. et G. E. Zeibichii Obss. ex Numis Antiquis Sacras p. 9.) nunc Judæa universa, quæ tunc Romanorum imperio subjecta et in quatuor divisa partes erat, nempe Judæam, stricte sic dictam, Galilæam, regionem transjordanensem et Samariam. Luc. II. 1. ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην censeri totam Judæam. Nam historia illorum temporum satis docet, illum censum non ad universum orbem Romanum pertinuisse, sed ad solam Judæam. Vide Keuchenium ad h. l. Syrus πᾶσαν τὴν οἰκουμένην reddidit: ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܘܚܕܢܗ omnis populus possessionis, seu ditionis ejus, nempe Augusti. Hunc secutus est etiam Krebs. in Obss. Flav. p. 99. qui multis docere conatus est, per τὴν οἰκουμένην omnes regiones, Romanorum imperio subjectas, intelligendas esse. ibid. IV. 5. ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης; ubi οἰκουμένην æque ac κόσμον apud Matthæum IV. 8. universam Palæstinam, aut singulas partes et regiones Palæstinæ significare, ipsa orationis series quemque docet. Cincta autem erant Hierosolymorum mœnia multis altissimis montibus, quorum e verticibus prospici poterat magna pars Palæstinæ. Similis locus est Deut. XXXIV. 1 seq. De Judæa, aut incolis ejus accipienda quoque erit vox οἰκουμένη apud Luc. XXI. 26. coll. v. 20, 21 seq. Idem valet de loco Act. XI. 28. ubi Agabus, propheta quidam, prædixisse memoratur λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην futurum esse, ut ingens fames Claudii imperatoris ætate adfligat omnem orbem terrarum, h. e. Judæorum. Constat enim ex Josephi A. J. XX. 5. 2. T. I. p. 965. ed. Haverc. Palæstinam, imperatore Claudio regnante, misere vexatam esse annonæ caritatis injuria. Sed Act. XVII. 6. οἰκουμένη omnes provincias, Romano imperio subjectas, significat, coll. v. 7. Eodem modo sumitur ibid. XXIV. 5. πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην inter omnes in imperio Romano Judæos. Nec desunt utriusque loquendi usus idonea exempla apud scriptores sacros ac profanos. Sic v. c. Judæa in V. T. vel simpliciter הָאָרֶץ vel כָּל־הָאָרֶץ vocatur, v. c. Ruth. I. 1. 2 Sam. XXIV. 8. et ἡ οἰκουμένη, vel πᾶσα ἡ οἰκουμένη, a Josepho A. J. VIII. 13. 4. XIV. 7. 2. Imperium Romanum autem non solum a Latinis *orbis terræ* et *orbis terrarum* κατ' ἐξοχὴν dicebatur, v. c. a Cic. III. Ep. 8. s. 13. IV. Ep. 1. s. 8. Fam. II. Ep. 16. s. 13. sed etiam a Græcis mox ἡ οἰκουμένη, mox ἡ ὑπὸ Ῥωμαίους οἰκουμένη, v. c. Herodian. V. 2. 4. Polyb. III. 3. 37. 58. IV. 38. VI. 48. Pæanio VIII. c. 2. s. 12. Confer Krebsii Obss. Flav. p. 101. Bynæum de Natali J. C. p. 297 seq. et Fischeri Prolus. III et IV. de Vitiis Lexicorum N. T. 4) ἡ οἰκουμένη ἡ μέλλουσα, i. q. ὁ αἰὼν ὁ μέλλων, *œconomia christiana, nova illa institutio, quam Deus per Christum fecit,* quæ etiam a Judæis עוֹלָם הַבָּא vocatur. Hebr. II. 5. οὐ γὰρ ἀγγέλοις ὑπέταξεν τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, περὶ ἧς λαλοῦμεν noluit Deus angelos esse auctores et instauratores novæ illius œconomiæ, de qua nunc loquimur. Conf. Wolfii Curas Philol. T. III. p. 618. Sæpius non legitur in N. T.

ΟἸΚΟΥΡΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, *qui opus domesticum facit, qui rem familiarem tractat,* ex οἶκος et ἔργον. Vocem hanc, qua omnia Lexica carent, exhibent codices nonnulli Tit. II. 11. loco impressi οἰκουρός.

ΟἸΚΟΥΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, 1) proprie: *custos domus,* ex οἶκος *domus* et οὖρος *custos.* Hesych. οἰκουρός· φυλάττων τὰ τοῦ οἴκου. Οὖρος γὰρ ὁ φύλαξ λέγεται. Suid. οἰκουρός· οἰκοφύλαξ. 2) ex adjuncto: *qui rem domesticam et familiarem curat et administrat,* ὁ φροντίζων τὰ τοῦ οἴκου (interprete Hesychio) et οἰκονομικὸς, (Suida interprete) etiam *domi manens et se continens,* ab οἰκουρεῖν, quod est *domi se continere, pedem raro domo efferre,* apud Lucianum Nigrin. c. 18. T. I. p. 57. ed. Reitzii et Libanium in Oreste p. 293. qui Agamemnonem inducit, ita alloquentem Clytæmnestram: οἰκούρει καὶ φύλαξ ἴσο τῆς οἰκίας πιστή. Confer Bibl. Brem. Class. I. Fasc. III. p. 317. Semel legitur in N. T. Tit. II. 5. ubi Paulus uxores esse vult οἰκουροὺς, h. e. rem familiarem administrantes et domisedas. Vulgatus: *domus curam habentes.* Euripid. Hecub. 1261. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 324. Fesselii Adverss. SS. II. c. 17. Wetstenii N. T. T. II. p. 372. et Rigaltium ad Artemid. I. 52. p. 21. Vocabulum οἰκουρία, *cum quis domi manet,* eingezogenheit, *discretion, modesty,* legitur apud Plutarch. T. VI. p. 538. et T. V. p. 119. edit. Reisk.

ΟἸΚΤΕΙΡΕ'Ω, ῶ, vel ΟἸΚΤΕΙ'ΡΩ, fut. οἰκτειρήσω, vel οἰκτερῶ, 1) proprie: *misereor, miseror, commiseror,* i. q. ἐλεέω, qua voce etiam Hesychius interpretatus est, ab οἶκτος, ου, ὁ, *misericordia, commiseratio.* Respondet in versione Alex. רִחַם *misertus est,* Ies. XXVII. 11. Thren. III. 32. Micha VII. 19. et חָנַן *misertus est,* Ies. XXX. 8. Psal. IV. 2. LIX. 6. Adde Ælian. V. H. III. 22. XIII. 30. Lucian. Abdicat. 6. 2) *faveo alicui, beneficia confero, benigne facio.* Sic semel legitur in N. T. Rom. IX. 15. καὶ οἰκτειρήσω, ὃν ἂν οἰκτείρω, h. e. libere unicuique et pro arbitrio benigne facio. Conferenda Exod. XXXIII. 19. et supra dicta ad ἐλεέω.

ΟἸΚΤΙΡΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, proprie: *commiseratio, misericordia,* i. q. οἰκτείρημα, ab οἰκτείρω *commiseror.* Deinde etiam ita dicitur *benignitas, quæ se in sublevatione miseriæ alterius exserit.* Rom. XII. 1. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς διὰ τῶν οἰκτιρμῶν Θεοῦ per summam Dei benignitatem (cui christianæ doctrinæ cognitionem debetis) vos obtestor. 2 Cor. I. 3. ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν pater clementissimus et maxime misericors. Possent etiam hæc verba reddi: *auctor omnium beneficiorum et bonorum,* ut οἰκτιρμὸς

æque ac χάρις *ipsa beneficia* significaret, *quæ alicujus benignitati debentur*. Phil. II. 1. εἴ τινα σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοὶ si quæ inter vos est misericordia et benignitas. Coloss. III. 12. σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ intimum misericordiæ affectum. Hebr. X. 28. χωρὶς οἰκτιρμῶν sine ulla misericordia. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro רַחֲם *misericordia*, 2 Sam. XXIV. 14. Ies. LXIII. 15. Zach. I. 16. Hesych. οἰκτείρημα· ἔλεος.

ΟΙ'ΚΤΙ'ΡΜΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *misericors, qui pronus est et propensus ad sublevandam aliorum miseriam, benignus.* Ab eodem themate. Bis tantum legitur in N. T. Luc. VI. 36. γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστὶ estote igitur misericordes et benigni, sicut etiam pater vester cœlestis misericors et benignus est. Jacob. V. 11. ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν ὁ Κύριος καὶ οἰκτίρμων. Alexandrini usi sunt pro רַחוּם idem, Exod. XXXIV. 6. Nehem. IX. 17, 31. Joël. II. 13.

ΟΙ'ΜΑΙ, *puto, arbitror*, νομίζω, ὑπολαμβάνω, Hesychio interprete. Vide in οἴομαι.

ΟΙ'ΝΟΠΟ'ΤΗΣ, ου, ὁ, ἡ, *nimius vini potor, nimium vini appetens, vinosus, bibaculus, vinarius, temulentus*, ex οἶνος *vinum* et πότης *potor*, quod est a πίνω *bibo*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XI. 19. ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης est homo edax ac vini appetens. Luc. VII. 34. Polyb. XX. 8. 2. Reperitur præterea in versione Alex. pro סֹבְאֵי יַיִן *vini potor, qui frequentius vinum haurit*, Prov. XXIII. 20. et verbum οἰνοποτεῖν de nimio vini usu ibidem Prov. XXXI. 4. pro שְׁתֹה יָיִן *bibere vinum* legitur. Adde Psal. LXIX. 12. Amos VI. 6. ac Pollucis Onom. VI. 22.

ΟΙ'ΝΟΣ, ου, ὁ, 1) generatim: *vinum, liquor, ex uvis expressus, sive sit vinum novum et recens, sive vetus*, etiam *omnis potus inebrians.* Nonnulli ab Hebraico יַיִן ortum putant, pro quo Alexandrini intt. hoc Græco sæpe usi sunt, v. c. Genes. IX. 21, 24. XIV. 18. Levit. X. 9. etc. Matth. IX. 17. οἶνος νέος *vinum novum*, h. e. *mustum*, quod alias γλεῦκος dicitur. Confer Job. XXXII. 19. Alexandrini γλεῦκος. Symmach. οἶνος νέος. Ies. XLIX. 26. οἶνος νέος respondet in versione Alex. τῷ עָסִיס. Opponitur οἶνος παλαιὸς *temetum*. Marc. II. 22. XV. 23. Luc. I. 15. οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ ab omni vino et potu inebriante abstinebit. ib. V. 37, 38. VII. 33. μήτε ἄρτον ἐσθίων, μήτε οἶνον πίνων severam vitam agens. ib. X. 34. Joh. II. 3. οἶνον οὐκ ἔχουσι deficit vinum, seu non adest justa vini copia. ib. v. 9 et 10. τὸν καλὸν οἶνον melius et præstantius vinum. ib. IV. 46. Rom. XIV. 21. Ephes. V. 18. καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ ne inebriemini vino, aut alio potu inebriante. Prov. IV. 17. οἴνῳ δὲ παρανόμῳ μεθύσκονται. et cap. XXIII. 13. μὴ μεθύσκεσθε οἴνον. 1 Tim. III. 8. μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας non multo vino deditos. ibid. V. 23. Tit. II. 3. μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας non vitiositati deditas. Apoc. XVIII. 13. Alexandrini usi sunt pro תִּירוֹשׁ *mustum*, Deut. VII. 13. XI. 14. XII. 17. סֹבֶא *merum, vinum*, Ies. I. 22. חֶמֶר *merum, vinum meracum, rubens*, Deut. XXXII. 14. et שֵׁכָר *potus inebrians*, Ps. LXIX. 13. 2) per metonymiam: *vitis, ex cujus uvis vinum exprimitur.* Apoc. VI. 6. καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς. 3) metaphorice: *omne, quod vim habet rationis usu aliquem privandi et animum corrumpendi*, quemadmodum vinum, nimis largiter sumtum, hominum mentes quasi inebriat et dementat. Sic legitur in N. T. Apoc. XIV. 8. de Babylone mystica, ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πεπότικε πάντα τὰ ἔθνη, quæ verba intelligenda sunt de idololatrica et falsa doctrina, quæ recte comparatur cum vino venenato, quod reliquis gentibus propinaverat Babylon. Apoc. XVII. 2. et XVIII. 3. 4) metaphorice est symbolum *pœnarum divinarum et gravissimarum afflictionum*, quibus impii affecti temulentorum more confunduntur, quo se vertant nescientes. Apoc. XIV. 10. καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ. ib. XVI. 19. XIX. 15. Ejusdem metaphoræ vestigia etiam in V. T. reperiuntur, v. c. Ps. LX. 5. LXXV. 9. Suid. οἶνος ἐπὶ Θεοῦ· ἡ τιμωρία. Δαβίδ· ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου, οἴνου ἀκράτου πλῆρες κεράσματος. Sæpius non legitur in N. T.

ΟΙ'ΝΟΦΛΥΓΙ'Α, ας, ἡ, *vinolentia, ebrietas, immodica vini cupiditas et immoderatus vini usus*, (ab οἰνόφλυξ *vinosus, ebriosus, vino deditus et devotus*. Hesych. μέθυσος· ὁ κατεπίθυμος οἴνου. Etym. M. 618. 34. ὁ εἰς τὸν οἶνον ὁρμῶν. Æschin. Socr. Dial. II. 40. Ælian. V. H. III. 14.) ex οἶνος *vinum* et φλύω, vel φλύζω, *ferveo, bullio, ebullio, fervendo seu bulliendo strido*, etiam *impetu ad aliquid feror*, ὁρμὴν ἔχω πρός τι, ut in Etym. M. explicatur. Vid. Schol. ad Apollod. Rhod. I. 115. Ab οἰνόφλυξ derivatur οἰνοφλυγέω *vino me ingurgito, vinolentus sum*, quod Alexandrini interpretes adhibuerunt Deut. XXI. 20. et Ies. LVI. 12. pro Hebraico סָבָא *mero se obruit*. Substantivum οἰνοφλυγία semel tantum legitur in N. T. 1 Petr. IV. 3. οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις. Ælian. V. H. III. 14. Xenoph. de Rep. Laced. V. 4. Œcon. I. 22. Polyæn. p. 145. Hesych. οἰνοφλυγίαν· μέθαι. Pollux Onomast. VI. 21. Conf. etiam Eustath. ad Iliad. φ', p. 1330. 26. et Wetstenii N. T. T. II. p. 693.

ΟΙ'ΟΜΑΙ, vel contracte οἶμαι, *opinor, arbitror, existimo, puto*, ab οἴω *puto*. Hesych. οἴομαι· νομίζω, ὑπολαμβάνω. — Idem: οἴεσθαι· ὑπονοεῖν, ὑπολαμβάνειν. Thom. M. p. 645. grammaticos accuratiores secutus, vult, verbum οἶμαι tunc locum habere, cum de rebus compertis sermo sit, οἴομαι vero, cum de iis rebus sermo sit, quæ dubiæ quodammodo videri possent. Satis autem refutatus est a Sallierio et Oudendorpio. Conf. etiam Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 264. ed. Zeunii. Ter tantum legitur in N. T. Joh. XXI. 25. οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία ne ipsum quidem, opinor, mundum capturum esse eos, qui de illis scriberentur, libros. Philipp. I. 16. οἰόμενοι θλίψιν ἐπιφέρειν τοῖς δεσμοῖς μου existimantes, se afflictionem addere vinculis meis. Jacob. I. 7. μὴ γὰρ οἰέσθω ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος neque enim existimet homo ille. Confer etiam Alexandrinos Genes. XLI. 1, 17. Job. XI. 2. et Aristot. Rhet. II. 13.

ΟΙ'ΟΣ, οἵα, οἷον, 1) *qualis*, ἀόριστον, ab ὅς *qui*, et differt ab οἶος *solus*, spiritu. Matth. XXIV. 21. οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν qualis afflictio non fuit a principio mundi usque ad hoc tempus. Marc. IX. 3. XIII. 19. Luc. IX. 55. οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς quinam sensus animi vos deceant. 1 Cor. XV. 48. οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί. 2 Cor. X. 11. XII. 20. Philipp. I. 30. 1 Thess. I. 5. οἷοι ἐγενήθημεν ἐν

ὑμῶν δι' ὑμᾶς. 2 Tim. III. 11. Apoc. XVI. 18. Æschin. Socr. Dial. II. 2. Sirac. XLIX. 16. Alex. Genes. XLIV. 15. 2) i. q. ὅς *qui*. 2 Tim. III. 11. τοῖς παθήμασι, οἷά μοι ἐγένετο ἐν Ἀντιοχείᾳ afflictionibus, quas perpessus sum Antiochiæ. Alexandrini usi sunt pro אֲשֶׁר Esther II. 1. Dan. XII. 1. 2) οἷον, omisso ἐστὶ, sumitur potentialiter pro δυνατόν ἐστι *fieri potest*. Sic legitur in N. T. Rom. IX. 6. οὐχ οἷον δὲ, ὅτι non fieri autem potest, ut. Hesych. et Suid. οὐχ οἷον δ' ἐστίν· οὐ δυνατόν ἐστιν. Xenoph. Mem. II. 6. 14. Æschin. Dial. II. 35. Exempla alia scriptorum Græcorum habet Wetstenius ad h. l. Alberti Obss. Phil. p. 315. et Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. p. 116. ed. Zeunii. Οἷός τε εἰμὶ pro δύναμαι reperitur apud Eurip. Orest. v. 680. Troad. v. 727. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. οἷον· ὁποῖον, μόνον, (pertinet ad οἷον,) τρόπον τινὰ, δυνατὸν, καθάπερ, ἢ ποῖον.

ΟΙ'Ω. Anomalum, *fero*. Vide quæ huc pertinent sub φέρω.

ʼΟΚΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *piger et segnis sum, cunctor, moras necto*, et ex adjuncto: *recuso, dubito aliquid facere, aliquid detrecto*, etiam *timeo*, ab ὄκνος, ου, ὁ, *pigritia, ignavia, metus laboris*, hoc quasi ab οὐ κινεῖν, *a non movendo*. Semel legitur in N. T. Act. IX. 38. μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν ne ad ipsos venire recusaret, aut cunctaretur. Diog. Laërt. I. 99. μὴ ὄκνει καὶ παρ' ἐμὲ φοιτῆν. Alexandrini usi sunt hac voce pro נֶעֱצַל *pigrum esse*, Judd. XVIII. 9. et pro מָנַע *recusavit, denegavit*, Num. XXII. 16. μὴ ὀκνήσῃς ἐλθεῖν πρός με. Vid. et Tob. XII. 5, 14. Sirac. VII. 37. Suid. ὀκνῶν· ἀναδυόμενος. Hesych. ὀκνεῖ· δέδοικε,· δειλιᾷ, εὐλαβεῖται, οὐ βούλεται. Etym. M. sub ὀκνέω· καὶ Δημοσθένης ἐν δευτέρῳ Φιλιππικῶν τὸ ὀκνεῖν ἀντὶ τοῦ φοβοῦμαι εἶπε. Adde Schol. ad Sophocl. Ajacem v. 81.

ʼΟΚΝΗΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) proprie: *piger, segnis, qui gravatim aliquid facit, qui promptitudine et alacritate animi ad agendum destituitur*, ab ὀκνέω, quod vide. Matth. XXV. 16. πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ servus malus et ad officium piger; quem Latini *cessatorem* vocant. Rom. XII. 11. τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροὶ in quovis officio ne sitis segnes. Alexandrini usi sunt pro עָצֵל *piger*. Prov. VI. 6, 9. XX. 4. XXI. 25. etc. Etym. M. sub ὀκνέω· Ὀκνηροί· φοβούμενοι καὶ δεδιότες. (Thucyd. IV. 55.) — τάττεται καὶ ἐπὶ ἀργίας καὶ ῥᾳθυμίας καὶ ἀμελείας. Lexicon Cyrilli MS. Brem. ὀκνηρός· ἀργός. 2) sensu passivo ὀκνηρὸν est *molestum, tædiosum, cujus aliquem piget, quo aliquis gravatur*. Philipp. III. 1. ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν me non piget, seu mihi quidem non est tædiosum. ubi vid. Wetstenius. Sæpius non legitur in N. T.

ʼΟΚΤΑΗ'ΜΕΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *octiduanus, qui octavi diei est*, h. e. vel *octo dies durans*, vel *quod fit octavo die*, ab ὀκτὼ *octo* et ἡμέρα *dies*. Semel legitur in N. T. Phil. III. 5. περιτομῇ (ita enim legendum est loco impressi περιτομῆ) ὀκταήμερος circumcisio mihi contigit octavo die, aut circumcisus sum die octavo; ita, ut abstractum positum sit pro concreto per metonymiam.

ʼΟΚΤΩ', οἱ, αἱ, τὰ, *octo*. Nomen numerale pluralis numeri tantum ἄκλιτον. Luc. II. 21. IX. 28. XIII. 4, 11, 16. Joh. V. 5. XX. 26. Act. IX. 33. 1 Petr. III. 20. Hebraice שְׁמֹנָה Genes. XIV. 14. XVII. 12.

ʼΟΛΕΘΡΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *perditor, homo perniciosus*. Hesych. ὄλεθρος, πονηρός. Confer Valckenarii Animadvv. ad Ammonium c. 10. 2) *pernicies, exitium, interitus, pœna*, ab ὀλλύω vel ὄλλυμι *perdo*. Sic de pœnis divinis legitur in N. T. 1 Thess. V. 3. τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος tunc derepente ipsis imminebit exitium. 2 Thess. I. 9. ὄλεθρον αἰώνιον perniciem æternam, aut, non nisi cum vita eorum finem habituram. 1 Tim. V. 9. εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν. Hesychius: εἰς ὄλεθρον, εἰς ᾅδην. Alexandrini pro אֵיד *interitus, calamitas, exitium*, Abd. v. 13. et שֹׁד *vastatio*, Prov. XXI. 7. Jer. XLVIII. 3. 3) *dolor, vexatio, cruciatus*. 1 Cor. V. 5. εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς ut corpus crucietur et doloribus afficiatur. Sæpius non legitur in N. T.

ʼΟΛΙ'ΓΟΝ, *parum, paululum, propemodum*. Adverbium quantitatis temporis et loci, ab ὀλίγος, quod vide. De *parvo intervallo* seu *spatio loci* legitur in N. T. Marc. I. 19. καὶ προβὰς ἐκεῖθεν ὀλίγον, pro κατὰ ὀλίγον μέρος τοῦ τόπου et cum progressus esset illinc paululum. Luc. V. 3. ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλίγον eumque rogavit, ut paululum a litore submoveret navigium. De *exiguo temporis spatio* reperitur Marc. VI. 31. ἀναπαύεσθε ὀλίγον, pro κατὰ ὀλίγον μέρος τοῦ χρόνου requiescite paululum. 1 Petr. I. 6. ὀλίγον ἄρτι λυπηθέντες. ibid. V. 10. ὀλίγον παθόντας. Apoc. XVII. 10. ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι. De quantitate et qualitate usurpatum extat Luc. VII. 47. ὀλίγον ἀγαπᾷ parum amat. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro מְעַט Ps. XXXVII. 10. καὶ ἔτι ὀλίγον, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξῃ ὁ ἁμαρτωλός. Prov. VI. 10. ὀλίγον μὲν ὑπνοῖς, ὀλίγον δὲ κάθησαι. ibid. XXIV. 33.

ʼΟΛΙΓΟ'ΠΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *parum fidens, exigua fide præditus, qui animum et fiduciam temere abjicit, qui parum Deo confidit*. Compositum est ex ὀλίγος *paucus, exiguus* et πίστις *fides, fiducia*. Matth. VI. 30. ὀλιγόπιστοι quibus tam parva est fiducia. VIII. 26. τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι; cur adeo timidi estis, O parum fidentes? ibid. XIV. 31. ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; O timide, quid dubitas? ibid. XVI. 8. Luc. XII. 28. Sæpius non legitur in N. T. Hebraice dicitur מחוסר אמנה et קטון אמונה. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 336.

ʼΟΛΙ'ΓΟΣ, η, ον, 1) proprie: *exiguus numero*, (ὀλίγος ἀριθμῷ. Alex. Deut. IV. 27.) *paucus, non multus*, et opponitur *multitudini*. Mat. VII. 14. ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτὴν, coll. v. 13. ibid. IX. 37. ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι. ibid. XV. 34. XX. 16. XXII. 14. XXV. 21, 23. Luc. VII. 47. ὀλίγον, h. e. οὐ πολλαὶ ἁμαρτίαι. ibid. X. 2. XII. 48. δαρήσεται ὀλίγας, sc. πληγὰς, vapulabit paucis plagis. ib. XIII. 23. Act. XVII. 4. οὐκ ὀλίγαι admodum multæ, per litotita. ibid. v. 12. 2 Cor. VIII. 15. ὁ τὸ ὀλίγον qui parum collegerat. Hebr. XII. 10. πρὸς ὀλίγας ἡμέρας· 1 Petr. III. 20. V. 12. δι' ὀλίγων, scilicet λόγων, paucis verbis, *breviter*. Thucyd. IV. cap. 95. δι' ὀλίγου μὲν ἡ παραίνεσις γιγνέται. Apoc. II. 14, 20. III. 4. ὀλίγα ὀνόματα paucos homines. Adde Marc. VI. 5. VIII. 7. Act. XIV. 28. Ephes. III. 3. ἐν ὀλίγῳ (scil. χρόνῳ) paulo ante. Joseph. A. J. VIII. c. 13. s. 6. μετ' ὀλίγον paulo post. 1 Tim. V. 23. οἴνῳ ὀλίγῳ, quod alii vero de *vino exili ac tenui* (cf. Trallian. Lib I. c. 13.) explicant. Jacob. IV. 14. Apoc. XII. 12. Thucyd. I. cap. 50. III. c. 112. 2) *exiguus magnitudine*, vel etiam *mole, parvus, modicus, minutus, non magnus*, et opponitur *magnitudini*, quacunque ratione aliquid magnum dicatur. Quanquam enim veteres grammatici, v. c. Ammonius, ὀλίγον a μικρῷ

ita differre statuerunt, ut hoc de magnitudine, illud de numero rei tantum dicatur, tamen ὀλίγον et μικρὸν sæpe promiscue usurpari apud Græcos constat. Vide Theocrit. Idyll. I. 47. ὀλίγος τις χῶρος. Homer. Hymn. in Mercur. v. 245. Confer Eustathium ad Homeri Iliad. ε', p. 464. 46. Wetstenii N. T. T. II. p. 670. et Valckenar. ad Eurip. Hippolytum v. 530. Hesych. ὀλίγον μικρὸν ἢ οὐδέν. Act. XII. 18. ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος erat perturbatio haud mediocris. ibid. XV. 2. ζητήσεως οὐκ ὀλίγης acri controversia. ibid. XIX. 23, 24. XXVI. 28. ἐν ὀλίγῳ με πείθεις χριστιανὸν γενέσθαι parum abest, quin a te persuasus christianus fiam, seu propemodum mihi persuades, ut christianus fiam. Strabo V. p. 372. Ita usurpatur etiam παρ' ὀλίγον apud Alexandrinos Prov. V. 14. (Hebr. כִּמְעַט. Aquila habet ὡς ὀλίγον, Psal. LXXII. 2. Hebr. כְּאַיִן) et ὀλίγῳ, etiam ὀλίγου. Confer Pausan. I. 13. Thucyd. IV. 129. Ælian. V. H. IV. 8. Abresch. Dilucidatt. Thucyd. pag. 483. et Wetstenii N. T. T. II. p. 635. Act. XXVI. 29. καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ non propemodum modo, sed omnino, prorsus. ibid. XXVII. 20. χειμῶνός τε οὐκ ὀλίγου vehemente tempestate. 1 Tim. IV. 8. πρὸς ὀλίγον (scil. πρᾶγμα) ἐστὶν ὠφέλιμος parum est utilis. Confer Diogen. Laërt. VI. c. 70. Sed potest etiam χρόνον suppleri post πρὸς ὀλίγον, præeunte Syro, qui habet: ܘܩܠܝܠ ܙܒܢܐ. Jacob. III. 5. ὀλίγον πῦρ exiguus ignis. Sæpius non legitur in N. T. Joseph. A. J. VII. c. 17. 5. ἐξ ὀλίγου φρέατος ex puteo exiguo.

ʼΟΛΙΓΟ'ΨΥΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *pusillanimus, qui est maxime in calamitatibus inopis et pusilli animi*, i. q. μικρόψυχος et opponitur τῷ μεγαλόψυχος, ex ὀλίγος *exiguus, paucus, pusillus*, et ψυχὴ *animus*. In N. T. tantum extat 1 Thess. V. 14. παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους consolamini illos, quibus animi robur deest. Alexandrini usi sunt hac voce pro קְצַר רוּחַ *brevis*, seu *angustus spiritu*, Proverb. XIV. 29. pro דַּכָּא וּשְׁפַל־רוּחַ *attritus et humilis spiritu*, Ies. LVII. 15. pro עֲצוּבַת רוּחַ *dolens animo*, Ies. LIV. 6. et pro רוּחַ נְכֵאָה *spiritus attritus*, Prov. XVIII. 14. Verbum ὀλιγοψυχέω *pusillo sum animo* usurpatur ab Alexandrinis Psalm. LXXVII. 4. pro עָטַף *involutus, tectus fuit* et metaphorice: *anxius, animi deliquium passus fuit*. Judith VII. 19. Sirac. IV. 9. Hesych. ὀλιγοψύχησα, μικροψύχησα. Ὀλιγοψυχία *pusillanimitas*, seu *animi angustia*, ut Cicero eam appellat, observante Drusio in Fragment. Vet. Int. Gr. p. 134. reperitur etiam apud Alexandrinos Exod. VI. 9. et Psalm. LIV. 8. nec non Hippocrat. de morb. mul. p. 594. 6. ed. Foësii.

ʼΟΛΙΓΩΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *negligo, contemno, parvifacio et pendo, parum curo*, ex ὀλίγον *parum* et ὡρέω *curo*. Sic usurpatur apud Græcos de iis, qui negligenter versantur in aliqua re tractanda, v. c. in imperio administrando, apud Isocratem in Evagora c. 8. Ælian. V. H. II. 23. ὀλιγωρεῖν τῶν ὄντως θαυμάζεσθαι δικαίων. Thucyd. II. cap. 62. Suid. ὀλιγωρήσας· ἀμελήσας. Harpocrat. ὀλιγωρήσετε· ἀντὶ τοῦ ἀμελήσετε. Hesych. ὀλιγωρεῖ· ῥᾳθυμεῖ, ἀμελεῖ, ἢ ὀλίγην ἔχων φροντίδα. idem: πολυωρεῖ· πολλὴν φροντίδα ποιεῖται. ἐναντίον δέ ἐστιν τὸ ὀλιγωρεῖν, ὀλίγον φροντίζειν. διὸ καὶ τὸν ὀλίγωρον ἀμελῆ λέγουσιν. Conf. Alberti ad Gloss. Gr. N. T. p. 183. et Wetstenii N. T. T. II. p. 434. 2) ex adjuncto: *respuo, repudio*. Sic semel in N. T. cum genitivo (cum quo more verborum curandi construitur, qui vero a præpositione περὶ subaudita regitur) constructum reperitur Hebr. XII. 5. μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου noli respuere disciplinam Dei, nempe ita, ut eam ægre feras et detrectare coneris. Verba ipsa desumta sunt ex Prov. III. 11. ubi in Hebraico legitur אַל־תִּמְאָס *ne abjicias*, seu *rejicias*. Aquila vertit: ἀποδοκίμασον, et Symm. ἀπωθῇς.

ʼΟΛΟΘΡΕΥΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *perditor, qui aliis perniciem et interitum affert, res perniciosa et noxia*, a 3 pers. præt. pass. ὠλόθρευται, verbi ὀλοθρεύω *perdo*. Respondet Hebraico מַשְׁחִית Ezech. IX. 1. כְּלִי מַשְׁחִית Alex. σκεύη τῆς ἐξολοθρεύσεως. Jer. LI. 5. רוּחַ מַשְׁחִית Alex. ἄνεμον καύσωνα διαφθείροντα. 2) κατ' ἐξοχὴν ita dicitur *angelus, mortis minister, angelus, mortem subitam hominibus inferens jussu divino, Judæis Sammael dictus*. Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. X. 10. καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ, ubi sine dubio *pestis* intelligenda est. Zonaras Lex. col. 1443. et ex eo Phavor. hunc locum respiciens habet: ὀλοθρευτοῦ δύναμίν τινα λέγει ὁ ἀπόστολος τιμωρὸν καὶ ἀπώλοντο ὑπὸ τοῦ ὀλοθρευτοῦ. Conf. Exod. XII. 23. coll. v. 29. 1 Chron. XXI. 12. et Psalm. LXXVII. 49.

ʼΟΛΟΘΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, *perdo, perimo, everto, exitium et perniciem affero*, quasi ὀλεθρεύω, ab ὄλεθρος *pernicies, exitium, strages*. Semel legitur in N. T. Hebr. XI. 28. ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα angelus, mortis minister, perdens primogenita. Conf. dicta supra ad ὀλοθρευτὴς et Sapient. XVIII. 25. In versione Alex. respondet Hebraico שִׁחֵת *perdidit, peremit, interfecit*. Exod. XII. 23. Deut. XX. 20. Jer. II. 30. שָׁדַד *vastavit, perdidit*. Jer. V. 6. XXV. 36. כָּרַת *exscidit*, Num. IV. 18. Judd. VI. 25, 28, 30. הוֹרִישׁ *exterminavit*, Jos. III. 10. et עָכַר *perturbavit*, Jos. VII. 25. Hinc ὀλόθρευσις *perditio, pernicies*. Jos. XVII. 13.

ʼΟΛΟΚΑΥ'ΤΩΜΑ, τος, τὸ, *holocaustum, holocautoma*, proprie et generatim *omne, quod totum comburitur*, speciatim vero *victima*, seu *hostia, quæ tota igne consumebatur et Deo adolebatur in altari, præter pellem*, a 1 pers. præt. pass. ὠλοκαύτωμαι verbi ὁλοκαυτόω *totum comburo*, (Plutarch. T. VIII. p. 772. ed. Reisk.) pro ὁλοκαυστόω ab ὁλόκαυστον, hoc est ὅλος *totus* et καίω *uro*. Matth. XII. 33. πλεῖόν ἐστι πάντων τῶν ὁλοκαυτωμάτων καὶ τῶν θυσιῶν præstantius est omnibus holocaustis et victimis. Hebr. X. 6. ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας holocausta et sacrificia pro peccatis. ibid. v. 8. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alexandrina respondet Hebraico עֹלָה *holocaustum*, a rad. עָלָה *ascendit*, quia totum in fumum ascendebat. Exod. X. 25. XXIV. 5. XXXII. 6. et אִשֶּׁה *ignitum, igne absumendum sacrificium*. Levit. IV. 35. V. 12. XXIII. 8, 25, 36. Hesych. ὁλοκαύτωμα· ὅλον πυρὶ καθαγιαζόμενον, ὁλόκληρον. Suid. ὁλοκαύτωμα· θυσία. Gloss. in Octat. ὁλοκαυτώματα· ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου καιόμενα. Verbum ὁλοκαυτέω reperitur etiam apud Xenophontem in Anab. Cyri VII. c. 8. § 2. θύεσθαι καὶ ὁλοκαυτεῖν· et § 3. ὡλοκαύτει χοίρους τῷ πατρίῳ νόμῳ.

ʼΟΛΟΚΛΗΡΙ'Α, ας, ἡ, generatim *integritatem omnium partium alicujus rei* significat, *incolumitatem, qua nulla pars vel minimo vitio laborat, conditionem rei perfectam et omnis vitii expertem*, ab ὁλόκληρος, quod vide.

Speciatim vero notat *integritatem corporis, sanitatem.* Sic semel legitur in N. T. Act. III. 16. ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι πάντων ὑμῶν dedit huic incolumitatem, seu effecit, ut hic sanaretur in conspectu omnium. Sermo autem est de homine, ab utero claudo, a Petro et Johanne sanato. Vulg. ὁλοκληρίαν *integram sanitatem*, et Syrus ܚܠܝܡܘܬܐ *sanitatem* interpretatus est. Apud Ciceronem de Finibus Lib. IV. *integritas corporis* pro *valetudine* dicitur. In versione Alexandrina respondet Hebraico מְתֹם *perfectio, integritas,* Ies. I. 6. ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία. Symm. ὑγιές. Gloss. Vet. *Integratio* (ita enim loco impressi *intergratio* legendum est), ὁλοκληρία. Aliud Glossarium: ὁλόκληρον σωῷ, *integro.*

ʼΟΛΌΚΛΗΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *hæres ex asse, qui omnia possidet, quæ sortito ei obtigerunt, tota sorte constans, cui totum inest, quod sorte obtigit,* ex ὅλος *totus* et κλῆρος *sors, hæreditas.* 2) *integer, qui omnes suas partes habet integras, qui omnibus suis partibus constat.* Sic usurpatur v. c. de victimis et sacerdotibus Judæorum, qui habere aptas et integras partes omnes corporis nulloque corporis vitio deformes esse ex lege Mosaica debebant. Joseph. A. J. III. 12. 2. τὰ ἱερεῖα θύουσιν ὁλόκληρα, καὶ κατὰ μηδὲν λελωβημένα. ibid. τὸν δὲ μὴ ὁλόκληρον τῶν ἱερέων. Hinc Hesych. ὁλόκληρον interpretatur σῶον et apud Pollucem Lib. I. Onom. Sect. 29. ὁλόκληρος conjungitur cum voce ὑγιής. Adde Plutarch. T. VI. p. 660. ed. Reisk. Deut. XXVII. 6. Jos. VIII. 31. et 1 Macc. IV. 47. de lapidibus rudibus, ferro non tactis et nulla parte imminutis, usurpatur, ita, ut respondeat Hebraico שְׁלֵם. De ligno, non amputato, pro Hebraico תָּמִים legitur Ezech. XV. 5. in versione Alexandrina. Alciphron Lib. III. Ep. 22. καὶ ὁλοκλήρους ἀπέτεμνον τῶν οἰνάρων τοὺς βότρυς. Arrian. Diss. Epictet. III. c. 26. τὸ σῶμα ὁλόκληρον. Dioscorid. I. c. 11. 3) *totus, universus,* i. q. ὅλος. 1 Thess. V. 23. καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα vos totos et mente ac animo et corpore. Levit. XXIII. 15. ἑπτὰ ἑβδομάδας ὁλοκλήρους ἀριθμήσεις. 4) *perfectus, non vitiosus,* sensu morali. Jacob. I. 4. ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι ut sitis perfecti et integri ac omnibus numeris absoluti. Sapient. XV. 3. ὁλόκληρος δικαιοσύνη. Vide Luciani Amores c. 24. T. II. p. 425. ed. Reitzii: ὁλόκληρον εἶχε τὸν λογισμόν. Conf. etiam Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 17. Sæpius non legitur in N. T. De variis hujus vocis significationibus bene disputavit Joh. Ad. Emmrich. in Pr. de voce ὁλόκληρος. Meining. 1777. 8. Wetstenius N. T. T. II. p. 307. et Heisenius in Novis Hypothesibus ad Epistolam Jacobi p. 329 seq.

ʼΟΛΟΛΥ'ΖΩ, fut. ύξω. Hoc verbo ὀνοματοποιητικῷ elegantiores Græci maxime in re læta usi sunt de faustis acclamationibus et ululatibus, quos mulieres ad sacra vel furore divino percitæ ingeminabant. Conf. Pollucis Onom. I. 28. Casaubon. ad Theophr. Char. c. 21. Ez. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Delum v. 258. et præ cæteris Hemsterhus. ad Lucian. Somn. c. 4. T. I. Opp. ed. Reitz. p. 6. Sed apud Alexandrinos et in N. T. libris, etiam ap. optimos Græcos scriptores (v. c. Sophocl. Electr. v. 751. Homer. Batrachom. v. 100. Æschyl. Choephor. v. 384.) *ululare, ejulare, lamentari, cum ululatu vociferari* significat et respondet Hebraico הֵילִיל quod idem notat. Ies. XIII. 6. XV. 3. ὀλολύζετε μετὰ κλαυθμῶν. Ezech. XXI. 12. Jer. IV. 8. Sic semel legitur in N. T. Jac. V. 1. κλαύσατε ὀλολύζοντες. Suid. ὀλολυζέτω· θρηνείτω, κυρίως ἐπὶ γυναικῶν. Idem: ὀλολύζειν τὸ μετὰ κραυγῆς εὔχεσθαι. Adde Schol. ad Homer. Iliad. γ', v. 450. et Eustath. ad Homer. Iliad. ζ', v. 301. Hinc ὀλολυγμὸς *ejulatus,* θρῆνος, κλαυθμὸς, interprete Hesychio, et ὀλολυγή· φωνὴ λυπηρὰ, eodem interprete. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 677.

ʼΟΛΟΣ, η, ον, significat *quantitatem,* tam *continuam, ut sit totus, universus, integer secundum omnes partes, quibus constat,* quam *discretam,* ubi idem est, ac *omnis,* πᾶς. Matth. I. 22. τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν hoc vere omne factum est. IV. 23. περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν et peragravit Jesus totam Galilæam. ibid. v. 24. V. 29, 30. ὅλον τὸ σῶμα, pro τὸ σῶμα ὁλόκληρον, corpus, habens omnia ac integra membra. ibid. VI. 22, 23. IX. 26, 31. XIII. 33. XIV. 35. XVI. 26. τὸν κόσμον ὅλον omnia hujus mundi bona. ibid. XX. 6. XXI. 4. XXII. 37, 40. XXIV. 14. XXVI. 13, 56, 59. Marc. I. 33. πόλις ὅλη omnes fere cives et incolæ urbis. Ὅλος enim, ut πᾶς, non semper absolute ponitur, sed sæpe tantum *magnum numerum, insignem multitudinem, multos, varios, plurimos* significat. Idem valet de formulis ὅλος ὁ κόσμος, ὅλη ἡ γῆ. Marc. XIV. 9. XV. 33. Luc. XXIII. 5, 45. etc. Joh. IX. 34. ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης ὅλος tu, quantus es, vitiosus es. Ὅλην τὴν ἡμέραν *toto die,* h. e. *omni die, continuo, semper, sæpe, assidue.* Rom. VIII. 36. X. 21. Jacob. II. 10. ὅλον τὸν νόμον omnem legem, omnia ac singula legis præcepta, etc. Alexandrini usi sunt hac voce pro כֹּל *omnis,* Genes. XXV. 25. XLI. 19. Levit. IV. 12. et pro כָּלִיל *perfectum, absolutum, totum, integrum.* Exod. XXVIII. 31. Æschin. Socr. Dial. II. 13. παρ' ὅλον τὸν βίον. ibid. III. 11. ὅλον ἕλκος; proverbium, quo significatur *res tota, quanta est, molestiis innumeris plena.* Herodian. Lib. VII. p. 330. οὐσίαι τε ὅλαι πλουσίων ἀνδρῶν διηρπάγησαν et bona omnia divitum direpta fuerunt. Conf. Schraderum ad Musæum p. 336.

ʼΟΛΟΤΕΛΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, *integer, perfectus, totus, omnibus partibus absolutus,* i. q. ὅλος et ὁλόκληρος, ex ὅλος *totus, omnis,* et τελέω *perficio, absolvo.* Semel tantum legitur in N. T. 1 Thess. V. 23. αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς ipse autem Deus, omnis felicitatis christianæ auctor, vos totos sanctos reddat, h. e. animo et corpore, ut in sequentibus explicatur. Adverbium ὁλοτελῶς *integre, penitus,* pro Hebr. כָּלִיל legitur in Aquilæ fragmentis Deut. XIII. 17.

ʼΟΛΥΜΠΑ˜Σ, ᾶ, ὁ. *Olympas.* Nomen viri Græcum, a monte celsissimo Ὄλυμπος dicti. Nonnulli hoc nomen contractum volunt ex Ὀλυμπιόδωρος. Semel in N. T. memoratur Rom. XVI. 15.

ʼΟΛΥΝΘΟΣ, ου, ὁ, *grossus, ficus immatura.* In N. T. tantum legitur Apoc. VI. 13. ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, ὑπὸ μεγάλου ἀνέμου σειομένη sicut ficus, a vehemente vento agitata, abjicit grossos suos. In versione Alexandrina respondet Hebraico פַּגִּים idem, Cant. II. 13. et בִּכּוּרִים *primitiæ.* Nahum III. 12. Theophr. Hist. Plant. II. 9. Hesych. ὄλυνθος· τὰ μὴ πεπεμμένα σῦκα ficus, ad maturitatem non perducta. Phavor. ὄλυνθοι λέγονται τὰ ἄωρα σῦκα. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 775.

ὍΛΩΣ, *omnino, prorsus.* Adverbium confirmandi, ab ὅλος *totus.* Matth. V. 34. μὴ ὀμόσαι ὅλως· plane non esse jurandum. Sed rectius colon post ὅλως tolletur, ut cum sequentibus jungatur. 1 Cor. V. 1. ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία. Sed potest ὅλως h. l. etiam per *immo vero* reddi. Cf. Epicteti Enchirid. c. 12. ibid. VI. 7. ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν. ibid. XV. 29. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ὅλως· παντελῶς, ἢ ἄρα, ὁμοῦ. Confer Wetstenium N. T. T. II. p. 116.

ὌΜΒΡΟΣ, ου, ὁ, *imber, pluvia vehemens* (Aristotel. de Mundo IV. 6.) *et continua,* q. ab ὁμοῦ ῥέειν *simul fluere,* i. q. ὄμβρημα. In N. T. tantum extat Luc. XII. 54. ὄμβρος ἔρχεται futura imminet tempestas pluvia. Xenoph. Œcon. V. 18. Alexandrini usi sunt hac voce pro שְׂעִירִם *imbres tenues,* Deuter. XXXII. 2. Sapient. XVI. 16. Sir. XLIX. 10. Reperitur etiam in versione Aquilæ pro גֶּשֶׁם *imber, pluvia,* Prov. XXV. 24. et pro מָטָר in Symmachi reliquiis Job. XXXVII. 6. Hesych. ὄμβρον· βρόχον, ὑετόν. Etym. M. ὁ ὁμοῦ ῥέων καὶ κατερχόμενος, ὁ βαρέως φερόμενος.

ὉΜΕΙ'ΡΟΜΑΙ, i. q. ἱμείρομαι, *cupio, desidero, desiderio alicujus rei flagro* et ex adjuncto *amo.* Reperitur hæc vox, quam omnes Lexicographi recentiores intactam reliquerunt, in nonnullis codicibus 1 Thess. II. 8. οὕτως ὁμειρόμενοι (in editis extat ἱμειρόμενοι) ὑμῶν. Hesychius et ex eo Phavorinus: Ὁμειρόμενοι (excidit ἐπιθυμοῦντες), ὁμείρονται, ἐπιθυμοῦσιν. Glossar. Gr. in N. T. p. 146. ὁμειρόμενοι, ἐπιθυμοῦντες, ubi videndus Alberti. Schol. Matthæi: ὁμειρόμενοι, ἀγαπῶντες καὶ ἀντεχόμενοι.

ὉΜΙΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *in cœtu aliquo versor, conversor, commercium habeo,* ab ὅμιλος *cœtus, turba,* ἄθροισμα, ὄχλος, θόρυβος, δῆμος, πλῆθος, σύνοδος, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ εἰλεῖσθαι κατ' αὐτὸν ὄχλον, interprete Hesychio. In versione Alexandrina respondet τῷ הִתְהַלֵּךְ *continenter ambulare,* Prov. XXIII. 30. יָלַךְ *ivit, ambulavit,* Prov. XV. 13. Hesych. ὁμιλεῖ· συναναστρέφεται. Hinc *colloquor cum aliquo, familiariter confabulor, sermonem misceo,* i. q. συλλαλέω. Luc. XXIV. 14. καὶ αὐτοὶ ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων et inter eundum colloquebantur de omnibus, quæ acciderant, scilicet per istos dies. ibid. v. 15. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς καὶ συζητεῖν illis autem ita sermones miscentibus ac disceptantibus. Act. XX. 11. ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας et multum cum iis familiariter collocutus. Ita enim hæc verba ob sequentia ἄχρις αὐγῆς reddere mallem, quam ex nonnullorum interpretum sententia: longa ad eos oratione habita. ibid. XXIV. 26. Sæpius non legitur in N. T. Respondet autem in hac significatione Hebraico שׂוּחַ quod Gen. XXIX. 63. Aquila per ὁμιλῆσαι, Alexandrini ἀδολεσχῆσαι et Symmach. λαλῆσαι expresserunt. Joseph. A. J. X. 5. 6. XI. 6. 11. τούτων ἔτι πρὸς ἀλλήλους ὁμιλούντων. Cf. etiam Abreschii Lectt. Aristænet. p. 50. Hesych. ὁμιλεῖν· ἐπακολουθῆσαι, ἀναστρέφεσθαι, λαλεῖν. τίθεται καὶ ἀντὶ φιλίας καὶ διαλέξεως.

ὉΜΙΛΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *ipsa actio versandi in cœtu hominum, conversatio, congressus, consuetudo, commercium, familiaritas,* ab ὅμιλος. Ælian. V. H. XIII. 1. Æschin. Socr. Dial. I. 2. 2) *colloquium familiare.* Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. XV. 33. φθείρουσι ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ bene moratos corrumpunt colloquia, vel etiam conversationes, cum impiis et scelestis. ubi videndus Wetstenius. Aquila vocem שִׂיחַ Psalm. LV. 3. reddidit ὁμιλίαν, Alexandrini autem per ἀδολεσχίαν, et ibid. CIV. 35. Alex. διαλογὴ habent, Aquila autem ὁμιλία. Joseph. A. J. XI. 3. 2. εἰς ὁμιλίαν τρέπεται μετὰ τριῶν σωματοφυλάκων. Sapient. VIII. 18. et apud Ælian. V. H. II. 19. ὁμιλία de dissertatione philosophica usurpatur. Mœris Atticista: ὁμιλία· διάλεξις.

ὍΜΙΛΟΣ, ου, ὁ, *turba, cœtus, multitudo hominum,* q. ab ὁμοῦ *simul* et ἴλη *agmen, turba,* vel ab ὁμοῦ εἰλεῖσθαι. In N. T. tantum legitur Apoc. XVIII. 17. καὶ πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος. Sed in nonnullis codicibus legitur ὁ ἐπὶ τῶν πλοίων πλέων. Thucyd. IV. c. 112. ὁ ἄλλος ὅμιλος κατὰ πάντα διεσκεδάννυτο. Homer. Iliad. ρ', v. 603. Apud Herodotum III. 127. ita *milites* dicuntur. Symmachus hac voce usus est pro עֵדָה Ps. I. 5. Hesych. ὅμιλος· συστροφὴ ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ἴλας εἶναι, καὶ πλῆθος ὄχλου. Idem: ἄθροισμα, ὄχλος, θόρυβος, δῆμος, πλῆθος, μάχη, σύνοδος, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ εἰλεῖσθαι κατ' αὐτὸν ὄχλον. Idem fere Suidas tradit.

ὉΜΙ'ΧΛΗ, Ionice ὉΜΙ'ΧΛΗ, ης, ἡ, *nebula, caligo,* ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum: unde ὁμιχλώδης, ες, *nebulosus, caliginosus.* Ita semel legitur in textu N. T. Græco, a Griesbachio edito, 2 Petr. II. 17. καὶ ὁμίχλαι (al. νεφέλαι) ὑπὸ λαίλαπος ἐλαυνόμεναι, et nebulæ, a vento procelloso agitatæ. Confer etiam Bengelium et Matthæi ad h. l. In versione Alexandrina respondet Hebr. אֵיפָה *obscuritas,* Amos IV. 13. עֲרָפֶל *caligo,* Job. XXXVIII. 9. Joël. II. 2. et עָנָן Deut. IV. 11. Vide et Sapient. II. 4. Sirac. XXIV. 3. XLIII. 27. Xenoph. Anab. IV. 2. 5. Hesych. ὁμίχλη ἢ ὁμίχλα· ἀὴρ παχὺς, σκοτεινὸς, ἀχλὺς ὑδατώδης, σκοτία. Suid. ὁμίχλη· ἀορασία, ἢ παχὺς ἀήρ. Idem: ὁμίχλη· ὁ τεθολωμένος ἀὴρ, καὶ μὴ διαυγὴς, μηδὲ λαμπρός. Lex. Cyrilli MS. Brem. ὁμίχλη· ὁ παχὺς καὶ ὑγρότατος ἀήρ.

ὌΜΜΑ, τος, τὸ, *oculus,* i. q. ὀφθαλμὸς, proprie: *visum, spectaculum,* etiam *adspectus, facies.* Est verbale a prima persona perf. pass. ὦμμαι, verbi ὄπτομαι *video.* Semel legitur in N. T. Marc. VIII. 23. καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, scilicet τυφλοῦ. Alexandrini pro עַיִן *oculus.* Prov. VI. 4. VII. 2. X. 26. XXIII. 5. Demosthen. p. 1405. 5. ed. Reisk. Interdum omittitur ὄμμα, v. c. post ἀτενίζειν. Act. I. 10. ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν (scilicet τοῖς ὄμμασιν) εἰς οὐρανόν. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 270.

ὈΜΝΥ'Ω, vel ὌΜΝΥΜΙ, fut. ὀμόσω, præt. ὤμοκα, aor. 1. ὤμοσα: tempora enim mutuo petit ab ὀμόω. 1) *juro, religiose aliquid assevero, jurejurando confirmo aliquid, polliceor, aut minor,* et proprie usurpatur de hominibus, Deum, veritatis testem, invocantibus et vindictam divinam sibi deposcentibus, nisi verum dicant. Varie autem construitur hæc vox in N. T. libris. Matth. V. 34, 35 et 36. μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ — μήτε ἐν τῇ γῇ — μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα — μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς omnino non jurandum esse, neque per cœlum — neque per terram — neque per Hierosolymam — neque per caput tuum jurabis. Jer. V. 7. וַיִּשָּׁבְעוּ בְּלֹא אֱלֹהִים Alexandrini καὶ ὤμνυον ἐν τοῖς μὴ οὖσι θεοῖς. 1 Reg. II. 42. Cf. Syrum Jac. V. 12. Eadem constructio verbi ὀμνύω cum ἐν reperitur etiam Matth. XXIII. 16, 18, 20, 21, 22. ibid. XXVI. 74. et Marc. XIV. 71. Eurip. Hippolyt. v. 1025. Aristoph. Pace v. 138. Confer Spanhemium ad Aristoph. Plutum v. 129. et Drakenborch. ad Silium Italic. L.

VIII. v. 105. Absolute et sine omni casu ponitur: ἤρξατο καταθεματίζειν καὶ ὀμνύειν — ἤρξατο ἀναθεματίζειν καὶ ὀμνύναι male sibi precatus juravit. Marc. VI. 23. καὶ ὤμοσεν αὐτῇ jurejurando interposito ei promisit. Cum accusativo construitur Jac. V. 12. μὴ ὀμνύετε, μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε ἄλλον τινὰ ὅρκον ne juretis per cœlum et per terram, aut ulla alia simili jurandi formula utamini. Constructio hæc verbi ὀμνύειν cum casu quarto apud Græcos scriptores haud raro invenitur. Confer Demosthen. pag. 622. l. 22. edit. Reisk. ὀμνύω τοὺς θεοὺς ἅπαντας. Joseph. A. J. V. 1. 1. XIII. 3. 4. Diog. Laërt. L. VIII. p. 881. Apollon. Rhod. L. III. v. 669. Simili modo Cicero ad Famil. VII. Ep. 12. s. 5. "quomodo autem tibi placebit *Jovem lapidem jurare.*" Cum præpositione κατὰ legitur Hebr. VI. 16. ἄνθρωποι μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι nam homines quidem per maximum (nempe *Deum;* nam comparativus h. l. ponitur pro superlativo.) jurant, coll. v. 13. Eadem constructione plurimum quoque usi sunt non solum Alexandrini interpretes, v. c. 1 Sam. XXVIII. 10. Ies. LXII. 8. Amos VI. 8. sed etiam Græci scriptores, v. c. Æsopus Fabula 68. ἡ μὲν σῦς ὤμνυε κατὰ τῆς Ἀφροδίτης. Demosthen. p. 852. l. 19. et 1306. l. 21. edit. Reisk. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 405. — Apoc. X. 6. ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι κ. τ. λ. 2) ἀνθρωποπαθῶς tribuitur Deo, ad indicandam summam promissionum et comminationum ejus veritatem, firmitatem et certitudinem. In promissionibus adhibetur Luc. I. 73. ὅρκον ὃν ὤμοσεν πρὸς Ἀβραὰμ, pro τῷ Ἀβραὰμ, promissionis, quam, interposita sua majestate, dedit Abrahamo. Formula ὅρκον ὀμνύειν reperitur etiam apud Demosthen. p. 679. 69. edit. Reisk. Act. II. 30. ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεός. ibid. VII. 17. ἐπαγγελίας ἧς ὤμοσεν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ. Hebr. VI. 13. Θεὸς ἐπεὶ — — ὤμοσε καθ' ἑαυτοῦ Deus, quia non habet majorem et superiorem, interposita sua majestate, sancte et cum juramento promisit. ibid. VII. 21. In comminationibus divinis adhibetur Hebr. III. 11. ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου. ibid. v. 18. IV. 3. Sæpius non legitur in N. T. Confer Vorstii Philologiam Sacram c. 36. p. 663. edit. Fischeri et Georgii Vindicias N. T. Lib. III. c. 4. p. 336. De ritibus in jurando apud Hebræos et Græcos exstat Valckenarii Diss. in Ej. Opuscc. Philoll. (L. 1808.) T. I. p. 3 seq.

ὉΜΟΘΥΜΑΔΟ'Ν. Adverbium, *concorditer, unanimiter, uno animo, summo animorum consensu, simul, conjunctim, una,* ita, ut partim animorum consensum innuat, partim ad locum et tempus referatur, ab ὁμόθυμος *unanimis,* quod ex ὁμὸς *similis* et θυμὸς *animus.* Act. I. 14. οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ hi omnes una assidue preces faciebant. ibid. II. 1. ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸ omnes pariter erant in uno eodemque loco. ibid. v. 46. IV. 24. ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν omnes una ad Deum precati sunt. ibid. V. 12. VII. 57. ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτὸν omnes unum impetum in eum fecerunt. ibid. VIII. 6. XII. 20. XV. 25. γενομένοις ὁμοθυμαδὸν in consessu. Alii vertunt: ex sententia totius ecclesiæ. ibid. XVIII. 12. XIX. 29. ὥρμησαν δὲ ὁμοθυμαδὸν εἰς θέατρον omnes irruerunt in theatrum. Rom. XV. 6. ἵνα ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν Θεὸν ut unanimiter et uno ore Deum celebretis. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hoc adverbio pro יַחַד *una, simul, pariter,* et יַחְדָּיו, vel יַחְדָּו idem, Exod. XIX. 8. Job. XVI. 10. XVII. 16. XXI. 26. Thren. II. 8. et pro אִתּוֹ *cum eo,* Num. XXVII. 21. Adde Num. XXIV. 24. καὶ αὐτοὶ ὁμοθυμαδὸν ἀπολοῦνται. Herodian. II. 3. 6. Aristoph. Av. v. 1016. Joseph. A. J. XV. 8. 2. ὁμοθυμαδὸν ἐξεβόων una omnes vociferabantur. ibid. XIX. 9. 1. Suid. ὁμοθυμαδόν· ὁμοφρόνως, ὁμοψύχως. Hesych. ὁμοθυμαδόν· ὁμοῦ, ὁμοψύχως. Gloss. Vett. ὁμοθυμαδόν *universi, una, pariter, gregatim, simul.* Conf. Wetstenium N. T. T. II. p. 93.

ὉΜΟΙΆΖΩ, fut. άσω, *similis sum,* ab ὅμοιος *similis.* Semel legitur in N. T. Marc. XIV. 70. καὶ γὰρ Γαλιλαῖος εἶ, καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει nam et Galilæus es, et dialectus tua similis est, nempe: Galilæorum dialecto, adeoque te Galilæum arguit. coll. Matth. XXVI. 73.

ὉΜΟΙΟΠΑΘΗ'Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, *similibus vel iisdem affectibus præditus, similiter affectus, iisdem, aut similibus affectionibus malis et imbecillitatibus obnoxius, similis,* ab ὅμοιος *similis* et πάθος *affectus.* Bis tantum legitur in N. T. Act. XIV. 15. καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι nos quoque sumus homines, vobis plane similes, humanæ imbecillitati ac vos obnoxii. Jacob. V. 17. Ἡλίας ἄνθρωπος ἦν ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν Elias erat homo, nobis non dissimilis. Aristot. Ethic. VIII. 13. Theophrast. Hist. Plant. V. 8. Themist. XXVI. p. 318. Sapient. VII. 3. ἐπὶ τὴν ὁμοιοπαθῆ κατέπεσον γῆν. Macrob. Saturnal. Lib. IV. c. 6. Oratores ὁμοιοπάθειαν vocant, quoties de similitudine passionis πάθος nascitur. Max. Tyrius Diss. XXVII. p. 261. ὁμοπαθὲς habet. Vid. Alberti Obss. Philol. in N. T. p. 454. et Wetsten. N. T. T. II. p. 454.

ὍΜΟΙΟΣ, οία, οιον, *similis, sive quoad naturam, sive quoad proprietates, animi affectus, mores, actiones, figuram externam, dignitatem,* etc. ab ὁμὸς idem. Construitur cum dativo, interdum etiam cum genitivo. Mat. XI. 16. ὁμοία ἐστὶ παιδίοις comparari possunt cum pueris. ibid. XIII. 31. ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως comparari potest religio christiana cum grano sinapis. Joh. VIII. 55. ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν ψεύστης similis vobis essem mendax. Act. XVII. 29. τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον, numen divinum posse comparari. Ad mores et actiones etiam refertur Luc. VI. 47, 48, 49. VII. 31, 32. XII. 36. — Joh. IX. 9. ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν similis ipsi est facie et forma externa. Simili modo de externa specie et figura adhibetur Apoc. IV. 3, 6, 7. IX. 7, 10, 19. XI. 1. XIII. 2. Galat. V. 21. καὶ τὰ ὅμοια τούτοις et his similia vitia. 1 Joh. III. 2. Jud. v. 7. 2) *æqualis, par,* i. q. ἴσος. Matth. XXII. 39. δευτέρα δὲ (ἐντολὴ) ὁμοία αὐτῇ (sc. ἐντολῇ) alterum præceptum est æquale, aut illo non inferius, h. e. æque primum ac maximum præceptum. Marc. XII. 31. Hesych. ὅμοια· ἴσα. Idem: ὅμοιος· ἐν ταυτῷ συνεστώς. Æschin. Socr. Dial. I. 2. ubi ὅμοιος significat *ejusdem artis, æque gnarum.* Homer. Iliad. δ, v. 410. — Alexandrini usi sunt hac voce pro דוֹמֶה, Chald. דָּמְיָה, דָּמֵה idem, Cant. II. 9. Dan. III. 25. VII. 5. דְּמוּת *similitudo,* Ies. XIII. 3. et כְּמוֹ *sicut, secundum.* Exod. XVII. 7. 1 Sam. X. 24. 2 Sam. IX. 8. etc.

ὉΜΟΙΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *similitudo, convenientia unius cum altero eaque tam essentialis, quam accidentalis, tam ex natura, quam ex aliis relationibus fluens,* etiam *æqualitas, pari-*

tas, ab ὅμοιος *similis, par*, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. Hebr. IV. 15. πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα, ubi sermo est de Christo, qui easdem nobiscum sustinuit infirmitates, ut adeo ὁμοιότης h. l. similitudinem perfectam, ad adjuncta relatam, significet. ibid. VII. 15. κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδὲκ Melchisedecho similis. Alexandrini pro לְמִינוֹ, vel לְמִינֵהוּ *in speciem*, vel *secundum speciem suam*, Genes. I. 11, 12. habent κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα. Gloss. Vet. ὁμοιότης, ἡ ἰσότης, *parilitas, æqualitas*.

'ΟΜΟΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *assimilo, conformo, similem reddo et facio*, sive quoad naturam, sive quoad mores et actiones, sive quoad figuram externam, sive quoad alia adjuncta. Ὁμοιόομαι, οῦμαι, *actu similis fio, vel sum, imitor, me conformo*, ab ὅμοιος *similis*, quod vide. Matth. VI. 8. μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς ne eorum mores imitemini, aut eodem modo vos geratis. ibid. VII. 26. ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ similis est stulto. ibid. XIII. 24. XVIII. 23. XXII. 2. XXV. 1. Act. XIV. 11. οἱ Θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις Dei formam humanam sumserunt, aut specie mortalium (Ovid. Metam. VIII. 629.) aut humana sub imagine ibid. I. 212. Apollodor. III. c. 10. § 7. Διὸς δὲ Λήδᾳ συνελθόντος ὁμοιωθέντος κύκνῳ. Rom. IX. 29. ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν incolarum Gomorrhæ fata experti fuissemus. Hebr. II. 17. ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι quare debebat Christus nobis similis fieri in omnibus infirmitatibus, excepto peccato. Hesych. ὁμοιοῦσθαι· ἐξισοῦσθαι. In eadem significatione respondet Hebraico דָּמָה *similis fuit*, in Kal, Niphal et Pihel, apud Alexandr. Psal. XLVIII. 12. Cant. VII. 7. ὡμοιώθης τῷ φοίνικι. Ies. I. 9. καὶ ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν. Ezech. XXXI. 18. et XXXII. 2. נִמְשַׁל *similis fit*. Psalm. XXVII. 1. CXLII. 8. Adde Sirac. XIII. 1. ὁ κοινωνῶν ὑπερηφάνῳ ὁμοιωθήσεται αὐτῷ. ibid. XXV. 14. 1 Macc. III. 4. 2) *comparo, comparationem instituo verbis*. Matth. VII. 24. ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ comparo eum cum sapienti homine. ibid. XI. 16. τίνι δὲ ὁμοιώσω τὴν γενεὰν ταύτην; cui vero similem dicam hanc nationem? Marc. IV. 30. Luc. VII. 21. XIII. 18, 20. Sæpius non legitur in N. T. Philostr. Vit. Soph. II. c. 27. s. 3. καί που τῷ Πολέμωνι ὁμοιοῦνται αὐτόν. Adde Alexandrinos Cantic. I. 8. Ies. XL. 18, 25. Thren. II. 13. ἢ τί ὁμοιώσω σοι, θύγατερ Ἱερουσαλήμ; Ezech. XXXI. 2. Sapient. VII. 10. XIII. 14.

'ΟΜΟΙ'ΩΜΑ, τος, τὸ, *similitudo, conformitas, convenientia, tam naturæ, quam actionum, proprietatum, figuræ aliorumque adjunctorum*, etiam per metonymiam: *simulacrum, figura, expressa ad alicujus similitudinem, forma, quæ habet et refert similitudinem*, seu *unius cum altero convenientiam*. Est nomen verbale a prima pers. perf. pass. ὡμοίωμαι, verbi ὁμοιόω *assimilo*, item *comparo*. Rom. I. 23. καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι (pro ὁμοίωμα) εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου Deum summum et æternum numen mutarunt cum imagine, seu figura, similitudinem hominis mortalis referente. Ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος positum est h. l. pro ἐν ὁμοιώματι εἰκονικῷ simulacro iconico, ut ait Suetonius Vit. Calig. c. 22. Apud Athenæum Deipnosoph. V. 8. p. 205. legitur ἐν ἀγάλματι εἰκονικῷ. Ib. V. 14. ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ super eos, qui non peccarunt ad similitudinem transgressionis Adami, h. e. qui non violarunt legem revelatam. ib. VI. 5. εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ si enim ad similitudinem mortis Christi mortui sumus, seu renuntiavimus peccato. ibid. VIII. 3. ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας corpore indutum, simili ei, quo instructi sunt homines vitiosi. Phil. II. 7. ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος verus homo factus, vera humana natura et proprietatibus adjunctisque humanis gaudens. Apoc. IX. 7. καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις et figuræ locustarum similes erant equis.— כְּמַרְאֵה סוּסִים מַרְאֵהוּ Joël II. 4. partim quod locustæ equinum quodammodo caput habent, ut ait Aldrovandus de locustis, partim quod saltibus equos imitantur. Vide Bocharti Hieroz. T. II. p. 474. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alexandr. respondet Hebraico תְּמוּנָה *imago, similitudo*, Exod. XX. 4. Deuter. IV. 12, 15, 16. תַּבְנִית *similitudo, exemplar, forma*, Deut. IV. 16, 17, 18. Jos. XXII. 28. דְּמוּת *similitudo*, 2 Reg. XVI. 10. 2 Chron. IV. 3. Ies. XL. 18. צֶלֶם *imago*, 1 Sam. VI. 5. et תֹּאַר *forma, species*. Jud. VIII. 18.

'ΟΜΟΙ'ΩΣ. Adverbium, *similiter, simili modo, eodem modo*, ab ὅμοιος *similis, par, æqualis*. Matth. XXII. 26. XXVI. 35. ὁμοίως καὶ πάντες οἱ μαθηταὶ εἶπον hoc similiter omnes reliqui discipuli professi sunt. ib. XXVII. 41. Marc. IV. 16. ὁμοίως, sc. ὡς οἱ παρὰ τὴν ὁδὸν σπειρόμενοι. ibid. XV. 31. Luc. III. 11. ὁμοίως ποιείτω eodem modo se gerat. ibid. V. 10, 33. VI. 31. X. 32, 37. XIII. 5. XVI. 25. καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακὰ ἀπέλαβεν et Lazarum eodem modo (scil. quo tu læta. Sed rectius fortasse ὁμοίως h. l. *contra* vertitur.) mala recepisse. ibid. XVII. 28, 31. XXII. 36. Joh. V. 19. VI. 11. XXI. 23. Rom. I. 27. 1 Cor. VII. 3, 4, 22. Hebr. IX. 21. Jacob. II. 25. 1 Petr. III. 1, 7. V. 7. Jud. v. 8. Apoc. VIII. 12. Adde Æschin. Dial. II. 32. 36. III. 10. Alexandrini usi sunt pro כְּ *ut, secundum, juxta*. Prov. I. 27. IV. 18. Adde Ezech. XIV. 10. XLV. 11.

'ΟΜΟΙ'ΩΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, *ipsa assimilatio, similitudo, convenientia, conformitas, figura similis, simulacrum, effigies*, i. q. ὁμοίωμα et ὁμοιότης, qua posteriore voce Suidas quoque in interpretatione vocis ὁμοίωσις usus est. Est verbale a secunda pers. perf. pass. ὡμοίωσαι, verbi ὁμοιόω *assimilo*. Semel legitur hæc vox in N. T. Jacob. III. 9. τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας homines, qui secundum similitudinem, seu ad imaginem Dei facti sunt. Observandum autem est, (quod jam cum Pythagora et Socrate recte statuit Plato. Vide ejus Theætet. Vol. II. p. 121. ed. Bip.) imaginem Dei ea tantum complecti, in quibus aliqua hominum cum Deo conformitas et convenientia datur, perfectionem nempe internam animi, tam intellectus, quam voluntatis. Repetita autem sunt hæc verba a Jacobo ex Genes. I. 26, 27. ubi homo creatus esse dicitur בִּדְמוּת וּבְצֶלֶם אֱלֹהִים. Respondet ὁμοίωσις in vers. Alex. Hebraico דְּמוּת *similitudo*. Ps. LVIII. 5. Ezech. I. 10. X. 22. et תַּבְנִית *figura, similitudo*. Ezech. XXVIII. 12.

'ΟΜΟΛΟΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie et vi etymologiæ: *unum idemque dico cum altero, adsentio, consentio*, ab ὁμοῦ *simul*, quod ab ὁμὸς *similis*, et λόγος *verbum, sermo*, quod a λέγω *dico*. Strabo VIII. p. 524. οὐχ ὁμολογοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν αὐτῶν non consentiunt antiqui scriptores inter se de rebus iisdem. Æschin. Socr. Dial. II. 13. 38. Thu-

cyd. IV. c. 69. ὁμολογήσαντες ἐπὶ τούτοις ἐξῆλθον. Hinc ὁμολογεῖσθαι et ὁμολογούμενα de iis rebus dicuntur, de quibus inter eos, qui quærunt et disputant de aliqua re, constat et convenit. Æschin. Socr. Dial. II. 23. 26 et 31. ἐκ τοῦ νῦν ὡμολογημένου de quo nunc inter nos convenit. Hesych. ὁμολογῶ· συμφωνῶ. Confer etiam de hac notione Foësii Œcon. Hipp. p. 274. 2) *confiteor, quod factum est, profiteor, palam agnosco, assero, affirmo, testor,* (Ælian. V. H. I. 26. IV. 15.) *agnosco profitendo, declaro.* Matth. VII. 23. καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς et tunc ego iis respondebo, seu palam profitebor. ib. X. 32. πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς omnis, qui se palam professus fuerit in his terris sectatorem meum, hunc et ego palam meum sectatorem agnoscam et declarabo coram patre meo in vita futura. Construitur h. l. sequente ἐν cum dativo, ad imitationem Hebraici הוֹדָה quod non solum cum אֶת 1 Reg. VIII. 33, 35. Genes. XXIX. 35. sed etiam mox cum בְּ Job. XL. 14. mox cum לְ, 1 Chron. XVI. 35. Ps. LXXV. 2. mox denique cum עַל Nehem. I. 6, 9, 12. Ps. XXXII. 5. construitur. Confer Vorstii Philol. Sacr. cap. 36. p. 662. ed. Fischeri et Gataker. de Stilo N. T. p. 183. cap. 18. Luc. XII. 8. Joh. I. 20. καὶ ὡμολόγησε et libere ac palam professus est. ibid. IX. 22. ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν si quis auderet Jesum profiteri Messiam. ibid. XII. 42. διὰ τοὺς φαρισαίους οὐχ ὡμολόγουν sed pharisæos metuentes non palam se professi sunt sectatores Christi. Act. XXIII. 8. φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι τὰ ἀμφότερα pharisæi autem hæc omnia pro vero habent. ibidem XXIV. 14. Rom. X. 9, 10. στόματι δὲ ὁμολογεῖται ore vero professio editur. Titus I. 16. Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι jactant quidem verum Dei cultum. Hebr. XI. 13. 1 Joh. I. 9. ἐὰν ὁμολογῶμεν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν si confitemur Deo peccata nostra. ibid. IV. 2. πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, pro Ἰησοῦν, ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα Χριστὸν, omnis doctor, qui profitendo agnoscit, Jesum, verum hominem, etiam esse Messiam. ib. v. 3 et 15. 2 Joh. v. 7. Adde Sirac. IV. 29. μὴ αἰσχυνθῇς ὁμολογῆσαι ἐφ' ἁμαρτίαις σου. Sap. XVIII. 13. 2 Macc. VI. 6. Theophr. Char. I. 2. 3) *promitto, polliceor, spondeo,* quia, qui promittit aliquid, palam aliquid profitetur, aut consentit ei, qui petens aliquid postulat. Matth. XIV. 7. ὅθεν μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ, δοῦναι ὃ ἐὰν αἰτήσηται quare jurejurando interposito ipsi pollicitus est, daturum, quæcunque postulatura esset. 1 Tim. VI. 12. ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων, pro ποίησον τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἣν ὡμολόγησας ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων, præsta id, quod sancte promisisti, multis testibus præsentibus. In eadem significatione reperitur apud Platonem § 64. Dionys. Halic. Lib. III. p. 181. τοὺς ἐνόχους αὐταῖς ἐπὶ δίκην παρέξειν ὁμολογούντων. ib. p. 189. Τυῤῥηνοὶ δὲ συμμαχίαν ἀποστελεῖν ὡμολόγησαν. Conf. Salmasium de Modo Usurarum p. 707 seq. Wetstenii N. T. T. I. p. 412. et Indicem Reiskii ad Lysiam s. h. v. Hinc etiam in versione Alex. respondet Hebraico נָדַר *vovit, promisit Deo,* Jerem. XLIV. 25. ποιήσομεν τὰς ὁμολογίας, ὡς ὡμολογήκαμεν, et נִשְׁבַּע *juravit.* ibid. v. 26. 4) *cum laudibus celebro, gratias ago,* nam, qui gratias agit, animum gratum et pium ob accepta beneficia palam profitetur et alteri gratum animum spondet. Hebr. XIII. 15. καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ munera oris, quo ejus benignitatem et majestatem grati celebramus. Aqu. Psalm. XLI. 6. ὅτι διηνεκῶς ὁμολογήσομαι αὐτῷ, ubi LXX habent ἐξομολογήσομαι. Hæc significatio est ab Hebraico יָדָה *confessus est,* quod in Hiphil, הוֹדָה significat: *celebrare laudibus et gratiarum actione,* v. c. Job. XL. 9. ὁμολογήσω ὅτι δύναται ἡ δεξιά σου σῶσαι. Ps. XLIII. 4, 5. XLIV. 8. Conf. supra ἐξομολογέω, et Glassii Philol. Sacr. p. 1283. ed. Dathii. Lucianus pro lapso inter salut. verb. p. 502. χάριν ὁμολογῶν μεγάλῃ τῇ φωνῇ, χάριν οἶδά σοι, ἔφη, ὁ αὐτοκράτωρ. Sic etiam ὁμολογία pro *laude* et *celebratione* ponitur 3 Esr. IX. 8. δότε ὁμολογίαν καὶ δόξαν Κυρίῳ. Sæpius non legitur in N. T.

'ΟΜΟΛΟΓΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *assensus, consensus, adstipulatio,* et per metonymiam: *res ipsa, de qua inter plures convenit et constat,* etiam *fœdus,* ab ὁμολογέω *consentio, assentio.* Thucyd. III. 90. ἠνάγκασαν ὁμολογίᾳ τὴν ἀκρόπολιν παραδοῦναι. ib. VI. c. 94. ὁμολογίᾳ certis conditionibus. De fœdere pacis legitur apud Isocratem in Panegyr. c. 47. p. 126. ed. Mori. Adde Ælian. V. H. XIV. 15. παρὰ τὰς ὁμολογίας contra, quam inter ipsos convenerat. Polyb. III. 15 et 18. 2) *confessio, professio.* 2 Cor. IX. 13. ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, pro εἰς τὸ εὐαγγέλιον τῆς ὁμολογίας ὑμῶν, ob obedientiam, quam præstatis religioni christianæ, quam profitemini. 1 Tim. VI. 13. τοῦ μαρτυρήσαντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τὴν καλὴν ὁμολογίαν qui ipse aliquando coram Pontio Pilato libere veritatem professus est. Hebr. III. 1. κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν considerate legatum ac summum sacerdotem, quem profitemur. Chrysostomus bene: τῆς ὁμολογίας, τουτέστι τῆς πίστεως ἡμῶν. Male alii: qui redemtionis pretium pro genere humano offerre pollicitus est. Vide Deylingii Obss. SS. P. I. p. 371. Hebr. X. 23. κατέχωμεν τὴν ὁμολογίαν τῆς ἐλπίδος ἀκλινῆ firmi maneamus in spe, quam profitemur. 3) *promissio, sponsio.* 1 Tim. VI. 12. ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων præsta id, quod sancte promisisti, multis testibus præsentibus. Conf. supra ὁμολογέω. Hebr. IV. 14. κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας omni studio hoc agamus, ut compotes fiamus promissionis, seu promissæ felicitatis, de qua v. 9. Paulus locutus erat. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini hac voce usi sunt pro נֶדֶר *votum,* Levit. XXII. 18. Jerem. XLIV. 25. et pro נְדָבָה *voluntarium et promissum sacrificium.* Deut. XII. 16, 17. Ezech. XLVI. 13. Amos IV. 5. Ælian. V. H. VI. 1. X. 2 et 18.

'ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕ'ΝΩΣ, *sine controversia, ex confesso, citra omnem dubitationem et controversiam, omnium consensu et confessione.* Adverbium a participio præs. pass. ὁμολογούμενον (*concessum, apertum, de quo nemo dubitat et inter omnes constat ac convenit.* Theophr. Char. XIII. 1. ὁμολογουμένου τοῦ πράγματος δικαίου εἶναι. Xenoph. Cyrop. I. 2. 1. et Mem. IV. 6. 15.) verbi ὁμολογέω *confiteor, fateor, profiteor.* Semel tantum legitur in N. T. 1 Tim. III. 16. ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον omnium consensu gravissima est hæc doctrina, pietatis magistra. Reperitur præterea hoc adverbium in eadem significatione apud Platonem in Menex. c. 14 et 16. Polyb. I. 40.

ὁμολογουμένως αἴτιος. ib. c. 55. *ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατον.* Lysias Orat. XVIII. n. 13. *ὁμολογουμένως πένητές εἰσι.* et Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 18. Conf. etiam Cel. Irmisch. ad Herodian. T. II. p. 252. et Wetstenii N. T. T. II. p. 331. Gloss. Vet. apud Labbæum: *ὁμολογουμένως, sane, vero,* (lege: *vere.*) *confesso,* etc.

ʽΟΜΟ'ΤΕΧΝΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, qui est ejusdem artis et artificii, qui eandem artem manuariam exercet, profitetur et callet,* ex *ὁμὸς similis* et *τέχνη ars.* Semel legitur in N. T. Act. XVIII. 3. *διὰ τὸ ὁμότεχνον εἶναι* quia eandem artem aut idem opificium exercebat. Demosthen. p. 611. 4. ed. Reisk. *εἰς τὰς ὁμοτέχνους σοι πόρνας.* Herodot. II. 89. Lucianus Demonact. 23. Thom. M. *ὁμότεχνος· οὐ σύντεχνος.* Pollux Onom. VII. § 7. *καὶ ὁμότεχνοι· καὶ σύντεχνοι.* Gloss. Vet. *ὁμότεχνος, ejusdem artis.* Similia adjectiva sunt: *ὁμόφυλος, ὁμόψηφος, ὁμόσπονδος, ὁμοπάτωρ,* etc. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 574.

ʽΟΜΟΥ῀. Adverbium, notans 1) *simul, pariter, una,* ratione temporis et societatis, ab *ὁμὸς similis, par.* Joh. IV. 36. *ὁ σπείρων ὁμοῦ χαίρει καὶ ὁ θερίζων* pariter gaudet et qui sementem fecit et qui metit. ibid. XX. 7. *ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ,* pro *ἐπὶ τοῦ ὁμοῦ χρόνου,* ambo vero simul accurrebant. Xenoph. Cyrop. III. 1. 1. VI. 3. 10. *ὁμοῦ γὰρ τοῦ ἀγῶνος ὄντος.* In versione Alex. respondet *τῷ* כְּאֶחָד *ut unus,* Esr. II. 64. et יַחַד *una, simul, pariter,* Job. XXXIV. 29. Adde Sirac. XXII. 25. 2 Macc. VIII. 14. X. 15. XI. 8. 2) *in uno eodemque loco et contubernio,* i. q. *ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ.* Joh. XXI. 2. *ἦσαν ὁμοῦ* (pro *ἐπὶ τοῦ ὁμοῦ τόπου*) *Σίμων Πέτρος καὶ Θωμᾶς* convenerant, aut erant in uno eodemque loco et contubernio Simon Petrus et Thomas. Æschin. Socr. Dial. III. 1. *ὅπως ῥᾷστα ὁμοῦ γενοίμεθα* ut eo facilius conveniremus. Homer. Odyss. ξ', v. 364. *ὁμοῦ ἐτρεφόμην.* Hesych. *ὁμοῦ, ἐγγὺς, τοπικόν.* Idem fere Suidas tradit. 3) interdum omittitur, v. c. Joh. XVIII. 40. *ἐκραύγησαν οὖν πάλιν πάντες,* pro *ὁμοῦ πάντες.* Sophocl. Œdip. Colon. v. 1662. *αὐδὴν ἔκλαιον πάντες,* ubi Schol. *πάντες· ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ πάντες.*

ʽΟΜΟ'ΦΡΩΝ, *ονος, ὁ, ἡ, concors, unanimis, idem sentiens,* ex *ὁμὸς similis, par,* et *φρὴν mens.* Semel legitur in N. T. 1 Petr. III. 8. *πάντες ὁμόφρονες* omnes sitis concordes, i. q. *τὸ αὐτὸ φρονοῦντες.* Rom. XII. 16. XV. 5. et *τὸ ἓν φρονοῦντες.* Phil. II. 2. Hesiod. Theog. v. 60. Verbum *ὁμοφρονεῖν consentire, concordem esse* legitur apud Plutarch. T. IX. p. 84 et 240. et *ὁμοφροσύνη concordia* ib. T. VI. p. 259 et 593. ed. Reisk. Gloss. Vet. apud Labbæum: *ὁμόφρων, consensus,* (num *consentiens?*) *unanimus.*

ʼΟΜΟ'Ω. Vide supra *ὀμνύω,* vel *ὄμνυμι.*

ʼΟΜΩΣ, *tamen, veruntamen, quin et, atqui.* Conjunctio, quæ differt ab *ὁμῶς simul, similiter, æque, pariter,* i. q. *ὁμοίως,* (Homer. Iliad. θ', 312. Hesych. *ὁμῶς· ὁμοίως.* Phavor. *ὁμῶς· ἀντὶ τοῦ ὁμοίως, περισπᾶται.*) accentu. Joh. XII. 42. *ὅμως μέντοι* (Herodot. I. 189.) *καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν* attamen etiam e primariis multi ipsi fidem habuerunt. 1 Cor. XIV. 7. ubi tamen loco *ὅμως* Wetstenio et aliis videtur scribendum esse *ὁμῶς.* Galat. III. 15. Sæpius non legitur in N. T. Æschin. Dial. II. 33. 34. Xenoph. de Venat. I. 3. Cf. Zeunium ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 416. Interdum *ὅμως* omittitur, v. c. 1 Cor. IV. 4. *ἀλλ'* (*ὅμως*) *οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι.* Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 386. Hesych. *ὅμως· πλήν.*

ʼΟΝΑΡ, *τό.* Vocabulum *ἄκλιτον,* seu defectivum, casibus nonnisi nominativo, accusativo et vocativo gaudens. Significat: *somnium, insomnium, imaginem, quæ in somniis apparet et per ea menti objicitur.* (Demosthen. p. 429. l. 18. edit. Reisk. Herodian. II. c. 9. § 5.) Opponitur huic apud Græcos *ὕπαρ, τὸ, ἄκλιτον, visio vera, quæ eventu comprobatur.* Conf. Valckenar. ad Ammonium III. 15. p. 217. et Irmisch. ad Herodian. T. II. pag. 275. Hesych. *ὄναρ· καθ' ὕπνον φαντασία.* Suid. *ὄναρ· ὄνειρος.* Matth. I. 20. *ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ* angelus Dei in somnio apparuit ei. Grammatici veteres, v. c. Suidas, Phrynichus et Thomas M. (p. 650. *οὐ χρὴ κατ' ὄναρ λέγειν, ὥσπερ οὐδὲ καθ' ὕπαρ, ἀλλὰ ὄναρ καὶ ὕπαρ. οἷον, ὄναρ εἶδον τὸν δεῖνα, ἢ ἐξ ὄψεως ὀνείρου τόδε λέγει τις.* Vide ad h. l. Oudendorpium.) et alii observarunt, probos scriptores Græcos fere præcise dicere solere *ὄναρ,* omissa præpositione *κατά.* Vide Platonem in Philebo p. 76. Diog. Laërt. I. s. 117. Sed plene tamen hæc formula legitur apud Ælian. V. H. Lib. I. cap. 13. *ὁ Συρακούσιος Γέλων κατ' ὄναρ ἐβέβλητο κεραυνῷ* Gelo, Syracusius ille, per somnium fulmine tangi sibi videbatur. Adde Jamblichum de Myster. Ægypt. sect. III. c. 3. p. 63. Cæterum pro *κατ' ὄναρ* Alexandrini interpretes formula *καθ' ὕπνον* uti solent, v. c. Genes. XX. 16. et XXXI. 11. Conf. Abreschii Lectiones Aristænet. p. 299 seq. qui docuit, formulam *κατ' ὄναρ* usurpatam a Græcis fuisse, quando indicare voluissent, aliquid factum esse *somnii monitu,* vel *ex somnii præcepto,* aut *convenienter somno.* Matth. II. 12. *χρηματισθέντες κατ' ὄναρ* moniti divinitus in somnio. ibid. v. 13, 19, 22. XXVII. 19. Sæpius non legitur in N. T.

ʼΟΝΑ'ΡΙΟΝ, *ίου, τὸ, asellus, asinus.* Deminutivum ab *ὄνος asinus.* Semel legitur in N. T. Joh. XII. 14. *εὑρὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς ὀνάριον,* coll. v. 15. *πῶλον ὄνου.* Athenæus XIII. p. 582. C. Suid. *ὀνίδιον, ὀνάριον.*

ʼΟΝΕΙΔΙ'ΖΩ, fut. *ίσω,* 1) proprie: *probris incesso, injuste aliquem conviciis et probris afficio ac proscindo, præter meritum et improbo ore virulentaque lingua probra ac convicia in aliquem exonero, probrose objicio, convicior insontem,* i. q. *λέγω ὀνείδια,* ut loquitur Homer. Iliad. β', 222. Passivum *ὀνειδίζομαι conviciis laceror, proscindor.* Est ab *ὄνειδος probrum.* Matth. V. 11. *μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι,* sc. *οἱ ἄνθρωποι,* O beatos vos, quando probris vos incessunt homines et persequuntur. ibid. XXVII. 44. Marc. XV. 32. Luc. VI. 22. Rom. XV. 3. *οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμὲ* conviciis hominum te lacerantium urgeor. 1 Tim. IV. 10. Jacob. I. 5. *παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ διδόντος πᾶσιν ἁπλῶς καὶ μὴ ὀνειδίζοντος* a Deo, qui omnibus sincere dat, nec beneficia, in homines collata, exprobrat, aut hominibus probrose objicit. *Ὀνειδίζειν* respondet h. l. nostro: **aufrücken, vorrücken,** *to reproach,* et eodem sensu legitur apud Sirac. XVIII. 18. XX. 15. *ὀλίγα δώσει καὶ πολλὰ ὀνειδίσει.* ibid. XLI. 22. *μετὰ τὸ δοῦναι μὴ ὀνείδιζε.* Eustathius p. 66. 10. *ὀνειδίζειν τὸ εὐεργεσίας ἀναφέρειν τοῖς εὐεργετημένοις.* 1 Petr. IV. 14. *εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι Χριστοῦ, μακάριοί ἐστε* si probris incessimini ob professionem religionis christianæ, beati estis. Alexandrini usi sunt hac voce pro חֵרֵף *exprobravit, probro affecit,* Judd. VIII.

15. Nehem. VI. 13. Ps. LV. 13. חֶסֶד idem, Prov. XXV. 10. הִכְלִים *pudore, ignominia affecit*, ibid. v. 8. et נִדֵּף *conviciatus est verbis*, Ies. XXXVII. 6. 2) *juste increpo et exprobro, vitupero, reprehendo, cum exprobratione criminis arguo de actione indigna, redarguo*, etiam *accuso*. Matth. XI. 20. τότε ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις tunc incepit reprehendere incolas urbium. Marc. XVI. 14. ὠνείδισε τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν reprehendit incredulitatem eorum. In eadem significatione reperitur apud Xenoph. Mem. II. 9. 8. Ælian. V. H. XIV. 28. et in vers. Alex. Prov. XX. 4. ac ἐξονειδίζειν apud Josephum B. J. VI. c. 2. § 4. Sæpius non legitur in N. T.

'ΟΝΕΙΔΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, i. q. ὀνείδισμα, et tam *active*, quam *passive* usurpatur. Active si sumitur, notat: *convicium, probrum, opprobrium, vituperium, sive verum, sive falsum, quod quis in alios, sontes ac innocentes, conjicit, et omnis generis afflictionem, qua alios afficimus.* Passive vero si adhibetur, significat: *opprobrium, convicium, vituperium, quod quis vel ex merito, vel innocens ipse sustinet*, etiam *omnis generis afflictionem, qua aliquis afficitur*, ab ὄνειδος *probrum*. Æque late patet ac Hebr. חֶרְפָּה cui etiam respondet in vers. Alex. v. c. Jos. V. 9. Ps. LXVIII. 10, 12, 13, 23, 24. LXXIII. 23. LXXVIII. 13. LXXXVIII. 49. Legitur autem in N. T. Rom. XV. 3. οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμὲ opprobria eorum, qui te probris incesserunt, sustineo. 1 Tim. III. 7. ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου, i. q. v. 6. ἵνα μὴ εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου ne sinistra judicia adversariorum religionis christianæ experiatur, aut, ne vita ante acta ei exprobrari possit. Hebr. X. 33. ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι conviciis et calamitatibus palam affecti et vexati. ibid. XI. 26. τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ calamitates ob veram religionem divinam ad exemplum quasi Christi perferendas. Chrysost. τὸν ὀνειδισμόν, ὃν ὁ Χριστὸς ὑπέμεινε. Est autem ambiguitas quædam in formula ὀνειδισμὸς τοῦ Χριστοῦ, quæ vel *contumeliam et afflictionem* significat, *qua quis afficitur ob religionem christianam*, vel *contumeliam et afflictionem eandem* notat, *qua etiam Christus effectus est.* Utraque notio locum habet in loco Hebr. XIII. 13. τὸν ὀνειδισμὸν Χριστοῦ φέροντες ita, ut parati simus, ob religionem christianam easdem contumelias et afflictiones sustinere, quibus etiam Christus affectus est. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. non solum Hebraico חֶרְפָּה respondet, ut supra jam docui, sed etiam גִּדּוּפִים *contumeliæ, convicia*, Ies. XLIII. 28. et כְּלִמָּה *ignominia*, Ezech. XXVI. 6. XXXIV. 29. Adde Sirac. XXVII. 29. XXXI. 37. XLVII. 4.

"ΟΝΕΙΔΟΣ, εος, τὸ, *probrum, dedecus, tam quo alios afficimus, quam quo ipsi afficimur*, vel ab ὀνόω *vitupero*, vel secundum Etym. M. ab ὀνῶ et εἴδω *video*, ut ὄνειδος idem sit, quod ὁ μεμπτὸν εἶδος ἔχων. Hesych. ὄνειδος· αἶσχος, μέμψις. et ὀνείδη· ὕβρεις, χλευάσματα, κατηγορίαι, αἰσχύναι. Semel tantum in N. T. legitur Luc. I. 25. ἀφελεῖν τὸ ὄνειδός μου ἐν ἀνθρώποις ut auferret opprobrium meum (h. e. sterilitatem meam. Conf. Genes. XXX. 23.) apud homines. In versione Alex. respondet Hebraico חֶרְפָּה *probrum, opprobrium*, 1 Sam. XI. 2. Nehem. II. 17. חֶסֶד *probrum*, ex Chaldaicæ linguæ usu, Levit. XX. 17. et כְּלִמָּה *ignominia*, Prov. XVIII. 13. Ies. XXX. 3. Micha II. 6. etc.

"ΟΝΗΜΙ et 'ΟΝΙ'ΝΗΜΙ, fut. ὀνήσω, perf. ὤνηκα, *juvo, prosum, utilitatem affero*, ab ὀνέω. Ælian. V. H. III. 17. ὤνησαν Ἰωνίαν πολλὰ multum utilitatis attulerunt Ioniæ. Xenoph. Anab. III. 1. 27. et VII. 1. 14. Præs. pass. ὄνημαι, seu ὄναμαι, aor. 1. ὠνησάμην, optat. ὀνησαίμην et per syncopen ὀναίμην, *utilitatem et fructum percipio ex aliqua re, juvor, fruor.* Hesych. ὀναίμην· τύχοιμι, ἀπολαύσαιμι, ὠφεληθείην. Suid. ὀναίμην· ἐπιτύχοιμι, ἀπολαύσω. Add. Zonaras Lex. col. 1455. Semel tantum legitur in N. T. Philem. v. 20. ναὶ ἀδελφέ, ἐγώ σου (pro ἐκ, seu ἐπί σου) ὀναίμην ἐν Κυρίῳ obsecro, frater, fac, ut ego hunc ex te fructum et utilitatem percipiam, quia christianam religionem profiteris. Usus vero Paulus esse hac voce videtur ob vocem Ὀνήσιμος, per elegantem paronomasiam. Sir. XXX. 2. ὁ παιδεύων τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὀνήσεται ἐπ' αὐτῷ. Ælian. V. H. XII. 25. ὤνατο Ἀλκίνου Ὀδυσσεύς. ib. XIV. 24. Plura exempla dedit Bergler. ad Alciphron. II. Ep. 19. p. 316 seq. Wetstenius N. T. T. II. pag. 382. et Schwarzius in Comment. Crit. Ling. Gr. pag. 979. Hinc ὄνησις *fructus, utilitas.* Alex. Micha IV. 13. Ad matrem filia illa apud poëtam Philemonem: γένοιτό σοι τέκνων ὄνησις, ὥσπερ καὶ δίκαιόν ἐστιν gaudio et emolumento tibi sint liberi, uti etiam æquum est. Confer de hac voce Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. pag. 362. ac Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

'ΟΝΗ'ΣΙΜΟΣ, ου, ὁ, *Onesimus.* Nomen proprium viri Græcum, (vide Wetstenii N. T. T. II. pag. 295 et 380.) qui fuit christianus et servus Philemonis. Philem. ver. 10. Coloss. IV. 9. Ὀνήσιμος, ου, ὁ, ἡ, *utilis, qui fructum et utilitatem afferre potest*; est ab ὄνημι *juvo*, quod vide.

'ΟΝΗΣΙ'ΦΟΡΟΣ, ου, ὁ, *Onesiphorus.* Nomen viri Græcum, i. q. *utilitatem et auxilium afferens*, ex ὄνησις, εως, ἡ, *fructus, utilitas, auxilium*, et φέρω *fero, affero.* Hesych. Ὀνησίφορος· ὠφέλειαν φέρων. Bis tantum commemoratur in N. T. 2 Tim. I. 16. IV. 19.

'ΟΝΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *asinarius.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XVIII. 6. μύλος ὀνικὸς mola asinaria, (Syrus vertit: ܪܚܝܐ ܕܚܡܪܐ) h. e. quæ ab asinis circumagebatur, de qua vide pluribus Bocharti Hieroz. P. I. Lib. II. c. 13. Ovid. Fast. VI. 318. et de A. A. III. 290. Lucian. Asino 28. et Anthol. I. 33. 21. Conf. supra sub μύλος. Luc. XVII. 2. Aliis interpretibus μύλος ὀνικὸς est lapis molaris inferior, qui est crassior et major, ac figurate ὀνικὸς vocatur: nam ὄνος est, ut Hesychius interpretatur, ὁ ἀνώτερος λίθος τοῦ μύλου.

"ΟΝΟΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *nomen, quo vel persona, vel res insignitur.* Dicitur ὄνομα secundum alios ab ὄνημι *juvo*, quia nomine juvamur ad rem cognoscendam; secundum alios vero a νέμω *tribuo*, quia unicuique proprium nomen tribuitur, ut ab alio distinguatur. Matth. I. 23, 25. X. 2. τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα. ibid. XXVII. 32, 57. τοὔνομα Ἰωσήφ Josephus nomine. Marc. III. 16, 17. V. 9. τί σοι ὄνομα; ibid. v. 22. XIV. 32. οὗ τὸ ὄνομα Γεθσημανῆ. Luc. I. 5, 13, 26, 27, 31, 59. (ubi ἐπὶ ὀνόματι vertendum est: e nomine.) etc. Κατ' ὄνομα *nominatim.* 3 Joh. v. 15. Joh. X. 3. πρόβατα καλεῖ κατ' ὄνομα oves, suo quamque nomine vocat. (Longus Pastoral. IV. p. 136. τοὺς τράγους ἐκάλεσεν ὀνομαστί. ibid. p. 147. ed. P. Mollii. 1660. 4.) Huc etiam pertinet formula ὄνομά τινος ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quæ de *eo* usurpatur, *cui parata et*

destinata sunt multa virtutis præmia in cœlo. Luc. X. 20. Eundem sensum habent etiam formulæ τὸ ὄνομά τινός ἐστι ἐν βίβλῳ ζωῆς, Phil. IV. 3. et τὸ ὄνομά τινος γέγραπται ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς, Apoc. XVII. 8. nomen alicujus libro vitæ inscriptum est. Fingitur scilicet Deus quasi librum quendam habere, in quo suorum nomina sint consignata, ut beneficiis afficiantur, quemadmodum Romani imperatores suos libros rationum, et Persarum reges suos annales habebant, in quibus annotati et memorati erant, qui egregiam reipublicæ et salutarem operam navarant. Cf. supra sub βίβλος. 2) per metonymiam: *ipsa persona et res, quæ aliquo nomine insignitur,* et speciatim: *homo.* Act. I. 15. ἦν δὲ ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσιν una autem aderat turba hominum centum et viginti. Syrus: ܟܢܫܐ ܕܐܢܫܐ *turba hominum.* ibid. IV. 12. οὔτε γὰρ ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις nec alius unquam hominibus datus est. Ibid. XVIII. 15. ex opinione nonnullorum interpretum. Conf. infra n. 9. Apoc. III. 4. ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα paucos habes. Ephes. I. 21. ὑπεράνω παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου et super omne, quod est in dignitate. Sic etiam apud Latinos *nomen* usurpatur pro hominibus, et populo, v. c. *Nomen Latinum, Etruscum.* Liv. I. 10. „ *nomen Cæninum* (h. e. Cæninenses) in agrum Romanum impetum facit." Vide plura ejus generis apud Vechnerum in Hellenolexia II. 8. p. 338. Num. I. 2. בְּמִסְפַּר שֵׁמוֹת Alex. κατ' ἀριθμὸν ὀνομάτων. Conf. Raphelii Obss. Polybianas p. 297. Cotelerium ad T. I. Monumm. Græc. p. 814. Canterum Nov. Lectt. VIII. 10. et Suiceri Thes. Eccles. T. II. pag. 492. In hac vero significatione si adhibetur in N. T. haud raro abundare solet, v. c. Matth. XXVIII. 19. βαπτίζοντες εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, pro εἰς τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, coll. Rom. VI. 3. et Galat. III. 27. Adde 1 Cor. I. 13 et 15. Mat. I. 21. καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ (pro αὐτὸν) Ἰησοῦν et eum Jesum vocabis, coll. Gen. XLI. 51. וַיִּקְרָא אֶת־שֵׁם הַבְּכוֹר מְנַשֶּׁה. ibid. v. 52. Luc. I. 13. Act. III. 16. ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, pro εἰς αὐτὸν, propter fiduciam in se positam. Malach. I. 14. שְׁמִי ego. Matth. VI. 9. ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου sanctissime tu ab hominibus colaris. 1 Cor. I. 2. τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου, h. e. qui profitentur religionem Christi, coll. Act. IX. 21. Similis formula legitur 2 Tim. II. 19. ὀνομάζειν τὸ ὄνομα Χριστοῦ doctrinam Christi profiteri et ejus sectatorem ac discipulum esse. 1 Cor. I. 10. per Christum vos obtestor. Phil. II. 10. ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ut coram Jesu omne genu flectatur. Apoc. XI. 13. ἀπεκτάνθησαν ἐν τῷ σεισμῷ ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτὰ occisi sunt in terræ motu homines septem mille. Sic etiam שֵׁם haud raro otiose ponitur, v. c. Ps. XX. 2. Lev. XXIV. 11. Conf. Fesselii Adversaria Sacra I. c. 18. Sic etiam ὄνομα (ut *nomen* apud Latinos. Conf. Drakenborch. ad Silium Italicum XIV. 70.) apud Græcos scriptores usurpatum reperitur, v. c. apud Ælian. V. H. XIII. c. 28. de Mane, Diogenis servo, aufugiente, qui, cum Delphos pervenisset, a canibus discerptus est τῷ ὀνόματι τοῦ δεσπότου δίκας ἐκτίσας. Lysias Orat. XIX. pag. 324. τῷ ὀνόματι τῶν τετρακοσίων quadringentis. Conf. Causaub. ad Athenæum I. c. 14. et Wetstenii N. T. T. II. p. 458. 3) *fama, qua quis innotescit, nominis celebritas,* per metonymiam adjuncti, ad imitationem Hebraici שֵׁם Genes. XI. 4. 1 Paral. XI. 24. et Psalm. XLVIII. 11. Confer etiam Syrum 1 Macc. III. 41. et VIII. 1. Marc. VI. 14. φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ, coll. Matth. XIV. 1. ἤκουσεν Ἡρώδης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ. Hinc in versione Alexand. respondet τῷ שֵׁמַע *rumor, fama.* Num. XIV. 15. 2 Paral. IX. 1. et שֶׁמַע idem, Jos. VI. 28. IX. 9. Ælian. V. H. II. 13. πολὺ γὰρ ἦν τὸ τοῦ Σωκράτους ὄνομα magna enim erat Socratis fama. Latini etiam *nomen* pro *fama* habent, v. c. Virg. Æn. II. 89. „ et nos aliquod nomenque decusque gessimus." Conf. Schwarz. ad Olearium de Stilo N. T. p. 316. 4) *majestas, dignitas, qua aliquis gaudet, auctoritas, potestas,* et speciatim: *majestas summa Dei O. M.* Luc. I. 49. ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ summa ejus est et maxime venerabilis majestas. Joh. XII. 28. δόξασόν σου τὸ ὄνομα illustra jam per me majestatem tuam. Act. III. 16. ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ miraculosa hominis, quem videtis, sanatione probavit vim et majestatem suam divinam. ibid. ἡ πίστις διὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ fiducia apostolorum, in summam potestatem et majestatem Christi posita. Rom. IX. 17. ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ ut majestas mea per omnem terrarum orbem celebretur. Philip. II. 9. ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα ὑπὲρ πᾶν ὄνομα summam ei dignitatem, celebritatem et potestatem (ita שֵׁם usurpatur 1 Sam. XVII. 45. Psal. XX. 2 et 8.) tribuit et concessit. Hebr. I. 4. ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα quo majorem præ illis consecutus est dignitatem. ibid. XIII. 15. ubi tamen ὄνομα Θεοῦ speciatim summam Dei benignitatem, ad imitationem Hebraici שֵׁם (Psalm. XVIII. 2 et 10. et LXIX. 31.) significat. Æque late autem etiam apud Hebræos vox שֵׁם patet 1 Chron. XVII. 8. Nehem. IX. 10. Psalm. LXXII. 17. Ies. XLVIII. 9. Achmet Oneirocr. c. 172. εὑρήσει ὕψος καὶ ὄνομα πλέον τῶν ἄλλων βασιλέων. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 271. 5) *jussus, mandatum, auctoritas et potestas, quæ alteri conceditur, ut aliquid efficiat,* seu, *qua quis aliquid agendum suscipit.* Mat. XVIII. 20. εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, h. e. vel mea auctoritate vel mei et doctrinæ meæ causa. XXI. 9. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου laudandus, qui adest jussu Domini. ib. XXIII. 39. Marc. XI. 9, 10. XVI. 17. ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι jussu meo et meo potentissimo auxilio adjuti dæmoniacos sanabunt. Act. III. 6. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ pro potestate et auctoritate, mihi a J. C. concessa. ibid. IV. 7. ἐν ποίᾳ δυνάμει ἢ ἐν ποίῳ ὀνόματι; qua potestate et cujus auctoritate? ibid. v. 10. XVI. 18, 23. ubi ἐν τῷ ὀνόματί μου est i. q. κατὰ τὸ θέλημά μου, coll. 1 Joh. V. 14. Joseph. A. J. IV. 1. 1. ἐπ' ὀνόματι τοῦ Θεοῦ κωλύειν. ibid. VII. 1. 5. ἐκ τοῦ Δαυΐδου ὀνόματος jussu et auctoritate Davidis. ibid. VIII. 13. 8 et XI. 6. 12. Ita etiam legitur בְּשֵׁם Exod. V. 23. 2 Paral. XIV. 11. Dan. IX. 6. Esther. VIII. 9. Alexandrini בְּשֵׁם הַמֶּלֶךְ reddunt τοῦ βασιλέως ἐπιτάξαντος. Adde Joh. V. 43. X. 25. 6) ut Latinum *nomen, falsa species, titulus obtentus, prætextus nominis, auctoritatis et mandati alterius.* Matth. VII. 22. οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν; nonne docuimus ita, ut diceremus, nos tuo jussu docere? ibid. XXIV. 5. πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου multi nomen meum usurpabunt,

seu se venditabunt Christum. Sequitur enim: λέγοντες· ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός. Marc. IX. 38, 39. XIII. 6. Luc. XXI. 8. Apoc. III. 1. ὄνομα ἔχεις, ὅτι ζῇς titulum habes, quod vivas. Sic etiam ὄνομα (ut Latinorum *nomen*, Virgil. Æneid. IV. 172. Ovid. Heroid. V. 131.) usurpatur apud Aristoph. in Pluto v. 159. Herodot. VII. 138. ἡ δὲ στρατηλασίη ἡ βασιλέως ὄνομα μὲν εἶχε, ὡς ἐπ' Ἀθήνας ἐλαύνει, κατίετο δὲ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Chariton V. 7. σὺ δὲ ὀνόματι τοῦ νεκροῦ τὴν γυναῖκά μου διέφθειρας. Joseph. A. J. VIII. 13. s. 6. 7) *causa impulsiva, motivum, cujus intuitu aliquid fit et suscipitur.* Hinc εἰς ὄνομα, ἐν, ἐπὶ τῷ ὀνόματι *propter, gratia, causa, quatenus, qua, quia*, et idem est quod ἕνεκεν et ל. Matth. X. 41. εἰς ὄνομα προφήτου qua prophetam. — εἰς ὄνομα δικαίου quia est pius et probus. ibid. v. 42. εἰς ὄνομα μαθητοῦ quia est discipulus meus, pro ל μαθητήν. In בִּרְקֵי אָבוֹת cap. VI. sect. 1. ait Rabbi Meir: כָּל הָעוֹסֵק בַּתּוֹרָה לִשְׁמָהּ זוֹכֶה לִדְבָרִים הַרְבֵּה quicunque operam dat legi in nomen ejus, i. q. qua, vel quia lex est, dignus est multis rebus. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 40. p. 739. et Buxtorf. Lex. Talmud. s. voce שֵׁם. Matth. XVIII. 5. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου quia meus sectator est. Marc. IX. 37, 41. ἐν ὀνόματι ὅτι Χριστοῦ ἐστε ideo, quia Christi cultores estis. Luc. IX. 48. Joh. XIV. 13, 14. ἐν τῷ ὀνόματί μου mei causa, h. e. meæ religionis propagandæ causa. ibid. v. 26. ὃ πέμψει ὁ πατὴρ — ἐν τῷ ὀνόματί μου quem mei causa, meo loco, aut meo rogatu pater vobis mittet. 8) *doctrina, religio*, speciatim: *religio christiana ejusque professio.* Matth. X. 22. καὶ ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ πάντων διὰ τὸ ὄνομά μου et omnes vos odio habebunt ob religionem meam. ib. XII. 21. καὶ (ἐν) τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι et religionem ejus etiam gentiles amplectentur, coll. Ies. XLII. 4. וּלְתוֹרָתוֹ אִיִּים יְיַחֵלוּ. Matth. XIX. 29. ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου ob professionem religionis meæ. ibid. XXIV. 9. Marc. XIII. 13. Joh. XVII. 6. ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις perspicue tradidi tuam doctrinam hominibus, quos e Judæis selectos cultores mihi destinasti. Paulo post ὁ λόγος Θεοῦ vocatur. Act. V. 41. IX. 15. τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν ut proferas doctrinam meam ad gentes extraneas. ibid. XXI. 13. 9) *verbum.* Act. XVIII. 15. ζήτημα περὶ ὀνομάτων quæstiunculæ scholæ, quæstiones de verbis. In versione Alex. 2 Chron. I. 9. respondet Hebraico דָּבָר *verbum.* 10) interdum subintelligendum est, v. c. Joh. X. 8. ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον (scil. ἐν τῷ ὀνόματί μου), κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί quicunque ante me venerunt et se Christum jactarunt, furibus et latronibus similes erant. Luc. I. 62. τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτό; ubi in pronomine τί subintelligendum est ὄνομα. Vide Joseph. A. J. IX. 7. § 1. coll. X. 11. 4. Conf. etiam Jensii Lectt. Lucian. Lib. I. cap. VIII. p. 87. Post ἀπογράφεσθαι Luc. II. 1. etiam substantivum ὄνομα supplendum esse observavit Palairet. Obss. Philol. p. 156.

ʼΟΝΟΜΑ΄ΖΩ, fut. άσω, 1) *nomino, nomen impono, appello, cognomino.* Ὀνομάζομαι *nominor, nomen gero.* Luc. VI. 13. οὓς καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε quos etiam apostolos nominavit. ibid. v. 14. Σίμωνα, ὃν καὶ ὠνόμασε Πέτρον, coll. Marc. III. 16. καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον. 1 Cor. V. 6. ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος qui christiani nomen gerit. Apud Xenoph. Sympos. VI. 1. ὀνομάζειν significat: nomine suo aliquem compellare. 2) per metonymiam: *nomine*, seu *jussu et auctoritate alicujus utor ad aliquam rem efficiendam*, aut *sub prætextu nominis, auctoritatis et mandati alicujus ago.* Act. XIX. 13. ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς ἔχοντας τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ τὸ ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ uti, seu potius abuti, nomine Jesu ad ejiciendos spiritus pravos. Sequitur: λέγοντες· ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει. Conf. Alex. Jer. XX. 9. 3) *colo, in honore habeo, religiose colo et veneror, celebro*, i. q. σέβομαι. Rom. XV. 20. οὐχ ὅπου ὠνομάσθη ὁ Χριστὸς non tam in illis locis, ubi Christus jam religiose colitur. Ephes. I. 21. ὑπεράνω παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου et super omne, quod est in dignitate, seu titulum habet. 2 Tim. II. 19. πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Χριστοῦ omnis, qui profitetur religionem christianam, seu, qui Christum religiose colit. Alexandrini Jos. XXIII. 7. καὶ τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν αὐτῶν οὐκ ὀνομασθήσεται ἐν ὑμῖν, οὐδὲ μὴ λατρεύσητε, οὐδὲ μὴ προσκυνήσητε αὐτοῖς. Ruth. IV. 14. Hinc ὀνομαστὸς et ὀνομαζόμενος, *laudatus, nobilis, celeber*, ἔνδοξος, περιβόητος, Hesychio interprete, apud Alexandr. Genes. VI. 4. οἱ γίγαντες οἱ ἀπ' αἰῶνος οἱ ἄνθρωποι οἱ ὀνομαστοί· Theophrast. Hist. Plant. I. cap. ult. τῶν δὲ ἡμερῶν καὶ ὠνομασμένων πλείω. Adde Xenoph. de Rep. Laced. I. 1. et de Vectigal. V. 2. 4) ὀνομάζομαι *nomine tenus innotesco, notus, cognitus sum, vel fio*, etiam *sum, reperior*, i. q. εἰμί. 1 Cor. V. 1. πορνεία ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται incestus genus, quod ne quidem inter gentiles sermone notum est, vel, si minus id placeat, (quanquam hyperbole nec Paulo, nec aliis scriptoribus, v. c. Ciceroni pro Cluentio c. 5. insueta est) incestus genus, cujus ne quidem inter gentiles mentio fit, cum laude et approbatione conjuncta. Vide ad h. l. Wetstenium. Ephes. III. 15. ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, h. e. ἐστί, cui ortum suum debet omnis familia in cœlo et terra, seu, qui est auctor et conditor omnis familiæ in cœlo et terra. Ephes. V. 3. μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν ne reperiantur inter vos, seu, ne nomine quidem audiantur inter vos. Confer Heliodori Æthiop. Lib. II. c. 17. Eodem modo καλεῖσθαι quoque haud raro in N. T. usurpatur, ut supra demonstravi. Sæpius non legitur in N. T.

ʼΟΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *asinus, asina*, quasi ab ὄνημι *juvo*, unde *jumentum*, quod proprie apud Latinos de asino usurpatur. Matth. XXI. 2, 5 et 7. ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον insidens asino. Nobiles et magnates in Oriente asino insidere consuevisse, ex multis V. T. exemplis apparet, v. c. Exod. IV. 20. Num. XXII. 21. Jud. V. 10. X. 4. XII. 14. XV. 18. 2 Sam. XVI. 2. XIX. 26. ἐπίσαξόν μοι τὴν ὄνον, καὶ ἐπιβῶ ἐπ' αὐτήν. Conf. Warnekros Antiquitates Hebraicæ p. 36 seq. Præterea legitur Luc. XIII. 15. XIV. 5. et Joh. XII. 15. Sæpius in N. T. non reperitur. Alexandrini hac voce usi sunt pro חֲמוֹר idem, Genes. XII. 16. XXII. 3, 5. Exod. XIII. 13. אָמוֹן Jud. V. 10. Job. I. 14. et עַיִר *pullus asini, asellus*, Ies. XXX. 6.

ʼΟΝΤΩΣ, *vere, plane, certo, profecto.* Est adverbium ab ὤν, ὄντος, præs. particip. verbi εἰμὶ *sum.* Matt. XI. 32. ὅτι ὄντως προφήτης ἦν eum verum prophetam, seu doctorem divinum esse. Luc. XXIII. 47. ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν vere hic homo innocens erat. ibid. XXIV. 34. 1 Cor. XIV. 25. Galat. III. 21. 1

Tim. V. 3, 5, 16. 2 Petr. II. 18. Sæpius non legitur in N. T. Adde Æschin. Socr. Dial. III. 17. Hesych. et Suid. ὄντως· ἀληθῶς. Gloss. ὄντως, *sane, plane, certo, profecto.* Confer Irmisch. ad Herodian. I. 10. 12. p. 408. Alexandrini habent pro אָמְנָם *vere, revera, sane,* Num. XXII. 37. אָכֵן *vere, profecto, utique, sane,* Jer. III. 23. et pro אַךְ *profecto, certe, utique, omnino,* Jer. X. 19.

ὌΞΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie: *acetum,* ab ὀξὺς *acutus,* et respondet Hebraico חֹמֶץ Num. VI. 3. Ruth. II. 14. Prov. XXV. 25. Jam, quia acetum nihil est, nisi vinum acidum, factum est, ut ὄξος quoque diceretur 2) *vinum vilius et herbis amaris conditum,* quo fere milites Romani in castris uti solebant, et quod vulgo *posca* dicebatur. Sic sumendum est in N. T. Mat. XXVII. 34. ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον porrigebant ipsi vinum myrrhatum, coll. Marc. XV. 23. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον. Vulgatus et Æthiopicus *vinum* reddiderunt. Evangel. Hebr. ויתנו לו לשתות יין מהול בראש et dederunt ei bibere vinum, mixtum felle. Matth. XXVII. 48. Marc. XV. 36. γεμίσας σπόγγον ὄξους spongiam, vino repletam. Luc. XXIII. 36. Joh. XIX. 29, 30. Sæpius non legitur in N. T. Confer Ludov. de Dieu Criticam Sacr. p. 385. et Bartholinum de Cruce p. 140 seq. Contrariam sententiam defendere conatus est Wets. N. T. T. I. p. 535.

ὈΞΥ'Σ, εῖα, ὺ, genit. έος, είας, έος, 1) proprie: *acutus, aciem,* vel *cuspidem,* vel *mucronem habens,* unde ὀξύνω *acuo, acutum reddo,* ab ἀκὴ *acies, cuspis.* Apoc. I. 16. ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα gladius anceps acutus. ib. II. 12. XIV. 14. δρέπανον ὀξὺ falcem acutam. ib. v. 17 et 18. XIV. 15. Alexandrini pro שָׁנוּן in fœmin. שְׁנוּנָה *acutus, dentatus.* Ies. V. 28. ὧν τὰ βέλη ὀξέα ἐστὶ καὶ τὰ τόξα αὐτῶν, pro חַדָּה *acutus,* Ps. LVI. 6. Ies. XLIX. 2. μάχαιρα ὀξεῖα, Ezech. V. 1. חַדּוּדִים *acumina.* Job. XLI. 30. (21.) 2) *velox, celer,* et ex adjuncto: *pronus, promptus.* Rom. III. 15. ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα veloces sunt pedes eorum, h. e. prompti sunt ad effundendum sanguinem. Alexandrini usi sunt hac voce pro קַל *levis, velox, celer,* Amos II. 15. ὀξὺς τοῖς ποσὶν, et pro מָהִיר *festinus, promptus.* Prov. XXII. 28. ὀξὺν ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. ib. XXVII. 4. pro וְשֶׁטֶף אַף *exundatio iræ* habent dicti interpretes ὀξεῖα ὀργή. Herodian. I. c. 9. § 20. ἐκπέμπει τοὺς πορευομένους ὀξυτέρῳ δρόμῳ. ibid. c. 15. § 11 et 12. ὀξύτατα φερομέναις. Anacreon Od. VII. 4. ubi vide Fischerum. Homer. Il. ε', v. 312. Confer Irmisch. ad Herodian. T. I. p. 369. Hesych. ὀξύς· ταχὺς, δριμὺς, φρόνιμος. (Apud Græcos enim scriptores ὀξὺς metaphorice de *acumine sensuum et judicii,* ac de *prudentia* quandoque adhibetur, v. c. apud Demosthen. p. 32. l. 22. ed. Reisk.) Idem: ὀξύ· ταχὺ, μέγα, ἰσχυρόν. Thom. M. p. 651. τὸ ὀξὺ ἐπὶ τῆς μαχαίρας καὶ ὀφθαλμῶν (Ælian. V. H. XI. 13. ὀξὺ βλέπειν de oculorum acie usurpavit. Vide etiam Alex. Habac. I. 8.) λεγόμενον, ἐναντίον ἔχει τὸ ἀμβλύ· ἐπὶ δὲ τῶν μετεχόντων ὀξώδους ποιότητος, ἔνθα δὴ τὸ ἀρσενικὸν οὐκ ὀξὺς, ἀλλὰ ὀξώδης καὶ ὀξίνης, ἐναντίον ἔχει τὸ γλυκύ. ἐπὶ δὲ φωνῆς τὸ βαρύ. τὸ δὲ ὀξέως ἐμηνύθη καὶ ὀξέως ἀφῖκτο, ἐναντίον ἔχει τὸ βραδέως. ubi confer interpretes.

ὈΠΗ', ῆς, ἡ, generatim: *quævis apertura et fissura, quodvis foramen,* speciatim: *caverna, specus,* i. q. τρύπημα, ab ὄπτομαι *video,* quia per foramen videri potest. Differt accentu ab ὅπη, *ubi? quo? quomodo?* Bis tantum legitur in N. T. Hebr. XI. 38. ἐν σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς in speluncis et cavernis terræ, seu specubus subterraneis, sepulcris, etc. Jacob. III. 11. μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν; num fons ex eodem foramine aquam emittere valet dulcem et amaram? Alexandrini hac voce usi sunt pro נְקָרָה *foramen, caverna,* Exod. XXXIII. 22. pro חֹר idem, Cant. V. 4. pro חֲגָוִים *fissuræ,* Abd. v. 3. pro אֲרֻבּוֹת *cataractæ, speculæ, fenestræ,* Cohel. XII. 3. Athenæus XIII. p. 569. B. μηδὲ δι' ὀπῆς κάτωθεν ἐκδῦναι στέγης. Pollux Onom. II. 53. ὀπὴ, δι' ἧς ἔστιν ἰδεῖν. Etym. M. ὀπὴ κυρίως τόπος τετρημένος, ἀφ' οὗ τις δύναται ὀπήσασθαι καὶ περιβλέψασθαι. Hesych. ὀπή· θυρίς. Suid. ὀπή· ἡ διάτρησις. Exempla e Græcis scriptoribus dedit Piersonus ad Mœridem p. 289. Gloss. Vet. ὀπὴ, ἀπὸ τοῦ ὄπωπα, *specus.*

ὈΠΙΣΘΕΝ, Ion. et Dor. ὄπιθεν, 1) *a tergo, post, retro.* Adverbium loci ab ὀπίσω, secundum Eustathium, quasi ὀπίσωθεν *pone, a tergo.* Construitur perinde ac ὀπίσω cum genitivo. Matth. IX. 20. προσελθοῦσα ὄπισθεν a tergo accedens. ibid. XV. 23. ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν clamat post nos, seu clamitando pone nos sequitur. Marc. XV. 27. Luc. VIII. 44. XXIII. 26. φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ ut post tergum Jesu crucem ferret. Apoc. IV. 6. ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν ante et retro. In vers. Alex. legitur pro אַחַר et אַחֲרֵי *post,* Genes. XVIII. 10. Jos. VI. 13. Ies. LIX. 13. Ruth. II. 7. et אָחוֹר *retro,* Jer. VII. 25. 2 Paral. XIII. 14. ἐκ τῶν ἔμπροσθεν καὶ ἐκ τῶν ὄπισθεν. 2) *ab exteriore parte,* i. q. ἔξωθεν. Apoc. V. 1. βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν libellus, scriptus interius et exterius, (ex utraque parte membranæ, literis ita obsitus, ut ob fugam spatii nihil adjici posset.) qui alias vocatur ὀπισθόγραφον, et quem veteres raro habebant. De quibus opisthographis veterum vide Plinium Epp. III. 5. et ibi interpretes, et Lucian. in Vit. Auction. c. 9. Nonnulli codices h. l. pro ὄπισθεν habent ἔξωθεν, e glossemate. Ezech. II. 10. וְהִיא כְתוּבָה פָּנִים וְאָחוֹר Alex. γεγραμμένα τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ ὄπισθεν. Sæpius non legitur in N. T.

ὈΠΙ'ΣΩ, poëtice ὀπίσσω, 1) *post, a tergo, pone.* Adverbium loci, quod cum genitivo construitur, nominis autem naturam induit, si præmittitur ei articulus, notans: *posteriora, quæ a tergo sunt.* Matth. IV. 19. δεῦτε ὀπίσω μου venite post me, h. e. sequimini me, seu, fiatis mei discipuli et sectatores. Nam discipuli Judæorum magistros suos ubique comitari et sequi solebant. Eadem observatio valet de formula ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινὸς, seu ἔρχεσθαι ὀπίσω τινὸς *sequi aliquem,* quæ haud raro in N. T. metaphorice de eo usurpatur, *qui alicujus doctrinam profitetur, qui est alicujus cultor, discipulus et sectator.* Matth. X. 38. ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος qui non paratus est perferre calamitates ob doctrinæ meæ professionem, illum pro meo non agnosco. ibid. XVI. 24. Marc. I. 20. VIII. 34. Luc. IX. 23. XIV. 27. XXI. 8.—Matth. XVI. 23. ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ facesse hinc, Satana! Marc. I. 17. VIII. 33. XIII. 16. μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω, scil. ὄντα μέρη τοῦ τόπου, ne revertatur retrorsum, i. q. εἰς τὴν οἰκίαν, coll. v. 15. Luc. IV. 8. VII. 38. στᾶσα ὀπίσω παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ adstitit ei a tergo ad pedes. ibid. IX. 62. βλέπων

εἰς τὰ ὀπίσω revertens. Confer suprà ad βλέπω. Luc. XVII. 31. XIX. 14. ὀπίσω αὐτοῦ eo jam profecto. Joh. VI. 66. πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω multi discipuli eum deseruerunt, seu defecerunt ab eo: statim enim explicationis causa additur: καὶ οὐκέτι μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν. ib. XII. 19. ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν omnes fere eum sectantur. ibid. XVIII. 6. ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω καὶ ἔπεσον χαμαὶ aggressi sunt discipulos Christi, qui eum a tergo sequebantur, qui, fugientes, ceciderunt humi: τὰ ὀπίσω enim positum est pro οἱ ὀπίσω, qui a tergo sequuntur, coll. v. 8. ibid. XX. 14. ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω ad tergum se vertens. Act. V. 37. ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ multos homines ad se traduxit, seu, ingentem sectatorum numerum sibi comparavit. ib. XX. 30. τοῦ ἀποσπᾷν τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν ut christianos sibi faciant sectatores. Philip. III. 14. τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος ea, quæ a tergo sunt, (bona scilicet et commoda hujus vitæ) non curans. 1 Tim. V. 15. 2 Petr. II. 10. τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους qui libidinibus pravis ardent. Jud. v. 7. ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας vagis indulgentes libidinibus. Apoc. I. 10. XII. 15. βάλλειν ὀπίσω τινὸς ὕδωρ fugientem aliquem aquis impetere et obruere conari. In versione Alex. respondet Hebraico אַחַר et אַחֲרֵי *post*, Num. XXV. 8. Cant. II. 9. Zach. I. 8. אָחוֹר *retro*, Exod. XXXIII. 23. Ps. IX. 3. LV. 9. et pro אַחֲרוֹן *posterior*, Gen. XXXIII. 2. Etiam formulæ ἀκολουθεῖν, πορεύεσθαι, ἔρχεσθαι ὀπίσω τινός, ex Hebr. הָלַךְ אַחֲרֵי פְלֹנִי expressæ, eodemque sensu haud raro in versione Alex. leguntur, v. c. Jerem. II. 5. καὶ ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ματαίων et deastros religiose coluerunt, coll. v. 8, 23, 25. Deut. IV. 3. Sirac. XLVI. 10. ὅτι καλὸν τὸ πορεύεσθαι ὀπίσω Κυρίου. Confer supra ad ἀκολουθέω dicta. 2) *post*, ratione *temporis*. Hesych. ὀπίσω· πάλιν, ὕστερον, μετὰ ταῦτα, καὶ τὸ μέλλον. Matth. III. 11. ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος qui autem me sequetur, seu excipiet. Joh. I. 15. ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν qui post me venturus est, ante me fuit, quippe qui me prior fuit. ibid. v. 27, 30. Apoc. XIII. 3. καὶ ἐθαύμασεν ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ θηρίου et postea omnes homines mirati sunt bestiam. Marc. I. 7. Nehem. XIII. 19. ὀπίσω τοῦ σαββάτου, Hebr. אַחַר. Dan. II. 39. καὶ ὀπίσω σου ἀναστήσεται βασιλεία ἑτέρα, ubi in Chald. est בָּתַר *post*. 3) interdum abundat, v. c. Matt. XXIV. 18. μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω ne revertatur, coll. Marc. XIII. 16. Otiose etiam ponitur in formula ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινός, pro qua apud Græcos fere ἀκολουθεῖν τινι ponitur. Cf. Vorstii Phil. Sacr. c. 36. p. 655. ed. Fischer. Sæpius non legitur in N. T.

ὉΠΛΙ´ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *armo, armis instruo, munio et induo alterum*, ab ὅπλον vel ὅπλα *arma*. Herodian. I. 13. 5. Κλέανδρος ἐπί σε τόν τε δῆμον καὶ τὸ στρατιωτικὸν ὥπλισεν. Medium ὁπλίζομαι *me ipsum armo, armis instruo et munio, arma mihi induo*. Herodian. VI. 9. 5. πάντας δὲ εἰς οἶκτον καὶ ἔλεον προσκαλούμενος ἐκέλευεν ὁπλίζεσθαι καὶ ἐξελθόντας ἀντιτάττεσθαι. Ælian. V. H. IX. 4. Passivum ὁπλίζομαι *armor, armis instruor et munior*. 2) metaphorice: *aliis aliquid paro et concilio, alios instruo aliqua re*. Medium ὁπλίζομαι *me aliqua re instruo, mihi aliquid paro et concilio, aliqua re tanquam armis utor*. Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. IV. 1. Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί, καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε quum igitur Christus passus sit pro nobis carne, vos quoque eadem mente instruite vos et eundem animum suscipite, seu sumite. Solent autem apostoli in talibus rebus similitudinem ab armatura militari repetere, v. c. Rom. XIII. 12. Ephes. IV. 25. Coloss. III. 10. 1 Thess. V. 8. Josephus de Macc. cap. 13. καθοπλισώμεθα τοιγαροῦν τὴν τοῦ θείου λογισμοῦ ἐγκράτειαν. Idem A. J. VI. 9. 4. Davides ad Goliathum dicit: Ego, te invadens, τὸν Θεὸν ὥπλισμαι instructus sum potentia et auxilio divino. Liban. Ep. 551. p. 268. ἐπειδὴ καλῶς εὕρισκεν ὡπλισμένην τῇ σωφροσύνῃ. Soph. Electr. v. 991. θράσος ὁπλίζεσθαι. Hom. Od. β', 289. ὅπλισσόν τ' ἤϊα, ubi Schol. ἑτοίμασον ἐφόδια. ibid. v. 20. ὁπλίσσατο δόρπον paravit cœnam. Schol. ad Homer. Il. ω', v. 190. ὁπλίσαι· κατασκευάσαι, ἑτοιμάσαι. Hesych. ὁπλίζεσθαι· ἑτοιμάζεσθαι. — ὁπλίσαι· παρασκευάσαι. — ὁπλίσατε· παρασκευάσατε. Ita Eustathius quoque ad Iliad. δ', v. 325. ὁπλίζεσθαι interpretatur παρασκευάζεσθαι. Ὅπλα γάρ, inquit, πάσης τέχνης τὰ ἐργαλεῖα, καὶ ὁπλίζεσθαι τὸ εἰς ἔργον ἑτοιμάζεσθαι. Confer Wakefield. Silvam Criticam P. III. p. 47. et Wetstenii N. T. T. II. p. 692.

ὍΠΛΟΝ, ου, τό, vel ὍΠΛΑ, τά, 1) proprie: *arma, instrumenta bellica omnis generis, quibus milites utuntur*, speciatim: *telum, clypeus et scutum*. Joh. XVIII. 3. μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων καὶ ὅπλων cum facibus et funalibus et armis. In vers. Alex. reperitur pro נֶשֶׁק *armatura, arma*, 2 Reg. X. 2. Ezech. XXXIX. 9, 10. מָגֵן *clypeus, scutum*, 1 Reg. X. 17. XIV. 26, 27. צִנָּה idem, 1 Sam. XVII. 7. Ps. V. 13. שֶׁלַח *missile, missilia arma, gladius*, 2 Chron. XXIII. 10. XXXII. 5. חֲנִית *hasta, lancea*, Nahum. III. 3. Hab. III. 11. et סִרְיוֹן *lorica*, Jerem. LI. 3. Hesych. ὅπλον· ἔνδυμα πολεμικόν. Gloss. ὅπλον· *telum, scutum*. De *castris* legitur apud Xenoph. de Rep. Laced. XII. 2. 4. ubi vid. Zeunius, et Hist. Gr. II. 4. 4. 2) *omnis generis instrumenta, quibus ad aliquid utimur, omne, quo instruimur et utimur armorum instar, auxilium, præsidium, remedium*, i. q. σκεῦος; unde etiam Hebraico כְּלִי *vas, instrumentum* respondet in vers. Alex. Jerem. XXI. 4. Ez. XXXII. 27. Hesych. ὅπλα· ποτὲ μὲν τὰ πολεμικὰ σκεύη, ποτὲ δὲ τὰ τῆς νεὼς σχοινία (cf. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Delum v. 325.) καὶ τὰ χαλκευτικά. Æque late vocabulum *arma* patet apud Latinos, v. c. Virgil. Æn. I. 160. et Cicer. Or. pro Milone c. 27. Conf. Cuperi Obss. I. 7. In N. T. metaphorice usurpatur Rom. VI. 13. μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ ne sint corpora vestra impietatis et vitiositatis instrumenta, seu, ne abutamini membris corporis vestri ad impietatem. Ibidem: παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ corpore vestro utamini ad virtutem verê christianam exercendam. ibid. XIII. 12. ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτὸς induamus vestitum, seu habitum (nam ὅπλα ad imitationem Hebraici כְּלִי σκεύη (Deut. XXII. 5.), cui respondet, non solum *arma*, sed etiam *vestimenta* notat, ut jam observavit Drusius in Præteritis et Deyling. in Obss. Sacr. P. III. p. 328.) lucis, seu luci convenientem, h. e. christianæ virtutis ornamenta induamus, seu sumamus sensus animi ac mores, religionis christianæ præceptis convenientes. Alberti Gloss. Gr. p. 111. τὰ ὅπλα τοῦ φωτός· τὴν τῶν ἐντολῶν ἐργασίαν, ubi vid. nota Alberti. Conf. infra sub φῶς, le Moyne An-

notatt. ad Varia Sacra p. 354. et Suiceri Thes. Eccles. s. h. v. 2 Cor. VI. 7. διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ τῶν ἀριστερῶν ab omnibus partibus bene munitus sum contra omnia mala et instructus ad quælibet negotia, auxilio illo, quod Deus mihi præstat, et viribus, quibus me benigne instruit potentia divina. In verbis enim ὅπλα δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ, (h. e. *arma, quæ miles gestat manu dextra et sinistra*) latet descriptio militis gravis armaturæ, qui Græcis ἀμφιδέξιος dicitur, cum quo eleganter a Paulo comparatur, qui est bene munitus ac benigne instructus. 2 Cor. X. 4. τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ præsidia enim illa, quibus uti possumus contra adversarios, non sunt humana, adeoque parum tuta, sed divina adeoque certissima. Sæpius non legitur in N. T. Thom. M. ὅπλα οὐ μόνον τὰ κοινῶς ἅρματα, ἀλλὰ καὶ τὰ εἰς ἑτέραν τινὰ κατασκευὴν συντελοῦντα. 'Ηρόδοτος ἐν τῇ ὀγδόῃ· (immo ἑβδόμῃ cap. 36.) καὶ ὕπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου. καὶ αὖθις ἐν τῇ αὐτῇ· (cap. 25.) παρεσκευάζοντο δὲ καὶ ὅπλα εἰς τὰς γεφύρας.

'ΟΠΟΓ̃ΟΣ, οία, οἶον, *qualis, cujas*, i. q. ποδαπὸς, interprete Suida, ex ὅπως et οἷος. Interdum in interrogationibus usurpatur, interdum etiam, idque frequentius, citra interrogationem. Legitur in N. T. Act. XXVI. 29. ὁποῖος κἀγώ εἰμι qualis et ego sum. 1 Cor. III. 13. ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει uniuscujusque ædificium superstructum quale sit, igne patefiet. Galat. II. 6. ὁποῖοί ποτε ἦσαν quacunque tandem illi sint dignitate. 1 Thess. I. 9. ὁποίαν ἔσχομεν εἴσοδον εἰς ὑμᾶς quomodo me apud vos receperitis. Jacob. I. 24. ἐπελάθετο ὁποῖος ἦν obliviscebatur, qualis esset, scilicet ejus species et forma. Sæpius non legitur in N. T. Thucyd. III. 28. ὁποῖον ἄν τι βούλοιντο pro arbitratu suo. ib. VII. 38. ὁποῖόν τι τὸ μέλλον ποιήσουσιν. Apud Græcos, v. c. Homer. Odyss. ν', 188. interdum etiam pro τίς ponitur. Apud Inc. Int. Jud. IX. 2. ὁποῖον, (quod adjectivum prorsus neglectum est a Bielio in Thesauro Philol.) Hebr. מָה respondet.

'ΟΠΟ'ΤΕ, *cum, quando*, citra interrogationem. Adverbium, idem notans, quod ὅτε. Semel legitur in N. T. Luc. VI. 3. ὁπότε ἐπείνασεν αὐτὸς cum esuriret ipse, coll. Matth. XII. 3. et Marc. II. 24. Alexandrini pro בְּ Ps. III. 1. LIX. 1. LX. 1. et pro מֵאָז *a tunc, ab illo tempore*, Ies. XVI. 13. ὁπότε ἐλάλησε. Æschin. Socr. Dial. III. 14. init. Homer. Iliad. α', 399. ὁππότε μιν ξυνδῆσαι 'Ολύμπιοι ἤθελον ἄλλοι.

"ΟΠΟΥ, 1) *ubi, quo, quorsum, in quo*. Adverbium loci, idem, quod οὗ. Matth. VI. 19. ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι ubi a tineis ac ærugine consumuntur et a furibus effodiuntur ac auferuntur. ib. XX. 21. ὅπου — ἐκεῖ. VIII. 19. ὅπου ἐὰν (pro ὅπου ἂν) ἀπέρχῃ *quocunque* perrexeris, coll. Ruth. I. 16. ὅπου ἐὰν (Hebr. אֶל־אֲשֶׁר) πορευθῇς, πορεύσομαι, et 1 Sam. XXIII. 13. Eodem sensu ὅπου ἐὰν, vel ὅπου ἂν, pro *quocunque* legitur Marc. XIV. 14. Jacob. III. 4. Apoc. XIV. 4. Interdum ὅπου ἐὰν, vel ὅπου ἂν etiam significat *ubicunque*, v. c. Matth. XXIV. 28. ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα ubicunque autem erit cadaver. Mat. XXVIII. 6. ὁ τόπος ὅπου locus, in quo. Marc. XVI. 16. Joh. IV. 20. — Marc. II. 4. τὴν στέγην (scil. τῆς οἰκίας,) ὅπου ἦν. ib. XIV. 14. — Interdum ante ὅπου substantivum τόπος omissum est, v. c. Marc. V. 40. Joh. VI. 62. XX. 12, 19. — 'Ὅπου sæpe quidem sequitur ἐκεῖ, v. c. Luc. XVII. 37. Joh. XII. 26, 36. XIV. 3. interdum tamen præmittitur ἐκεῖ, vel ἐκεῖσε. Joh. VI. 62. VII. 34, 36. XI. 32. Sic אֲשֶׁר שָׁם 2 Sam. XV. 21 — Interdum ὅπου per pleonasmum quendam adjunctum habet ἐκεῖ, v. c. Apoc. XII. 14. ὅπου τρέφεται ἐκεῖ. Idem valet de loco Apoc. XVII. 9. ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ' αὐτῶν. — Joh. XIV. 4. καὶ ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, οἴδατε et quo ego vadam, scitis, etc. 2) per metaphoram: *quo in statu, qua in conditione*. Col. III. 11. ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, ubi ὅπου positum et pro ἐν Χριστῷ, coll. Galat. V. 6. 3) *quoniam, quia*. Marc. VI. 55. ὅπου ἤκουον, ὅτι ἐκεῖ ἐστιν quoniam audiverant, eum ibi esse. Ita legitur etiam apud Dionem Cass. Lib. XXXIX. ὅπου μὲν γὰρ κρείττων αὐτῶν ἦν quoniam ipsis superior erat. Simili ratione *ubi* pro *quoniam* reperitur apud Lucret. III. 165. 4) *cum, quando, quandoquidem, quum tamen*. 1 Cor. III. 3. ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος. Hebr. IX. 16. ὅπου γὰρ διαθήκη. ibid. X. 18. ὅπου δὲ ἄφεσις τούτων. 2 Petr. II. 11. ὅπου ἄγγελοι cum tamen angeli. Conf. Blackwall. Auct. Class. N. T. p. 121. ed. Woll. et Thucyd. Lib. VIII. p. 482. ed. Dukeri. — Alexandrini usi sunt hoc adverbio pro בְּ *in*, Prov. XXVI. 20. מָקוֹם *locus*, Job. VI. 17. אֲשֶׁר Jud. XVIII. 10. Esther. I. 9. Cohel. IX. 10. et pro דִּי idem, quod אֲשֶׁר Est. VI. 1.

'ΟΠΤΑ'ΝΩ, fut. ανῶ, *video, conspicio*. 'Οπτάνομαι *conspicior, appareo, conspiciendum me præbeo*, ab ὄπτομαι, quod vide. Participium ὀπτανόμενος legitur in N. T. tantum Act. I. 3. δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς per quadraginta dies se iis conspiciendum præbuit. Lectio φαινόμενος est e glossemate orta. Alex. 1 Reg. VIII. 8. καὶ οὐκ ὠπτάνοντο ἔξω. Hebr. וְלֹא יֵרָאוּ הַחוּצָה. Tob. XII. 19. πάσας τὰς ἡμέρας ὠπτανόμην ὑμῖν. Alberti Gloss. Gr. p. 61. ὀπτανόμενος· ὁρώμενος, φαινόμενος. Hesych. ὀπτανόμενος· ὁρώμενος, ἐμφανιζόμενος.

'ΟΠΤΑΣΙ'Α, ας, ἡ, *apparitio, visio*, seu *quælibet species visibilis, quæ objicitur vigilanti et somnianti* (i. q. ὅρασις) et *quidquid divinitus objicitur menti cernendum, sive oculis, sive auribus percipiatur*, etiam *omne, quod insolitum est et inopinato accidit*, ab ὀπτάνω *video*, aut potius ab ὀπτάζομαι *videor*. Legitur in N. T. Luc. I. 22. ὅτι ὀπτασίαν ἑώρακεν ἐν τῷ ναῷ contigisse ipsi insolitam apparitionem divinam. ibid. XXIV. 23. ἦλθον λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι venerunt narrantes, se etiam vidisse apparitionem angelorum, seu angelos, ut Syrus h. l. expressit. Act. XXVI. 19. non fui inobediens τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ cœlesti visioni, quæ scilicet Paulo statim post conversionem contigerat; coll. VIII. 4. ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ. 2 Cor. XII. 1. ἐλεύσομαι γὰρ εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις Κυρίου progrediar tamen nunc ad visiones, seu apparitiones et revelationes Domini. Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo usi sunt hac voce Alexandrini pro מַרְאָה et מַרְאֶה *visio, apparitio*, Dan. IX. 23. X. 1, 7, 8, 16. — Hesych. ὀπτασία· θεωρία, φαντασία, θέαμα. Glossar. ὀπτασία, *visio*. Adde Sirac. XLIII. 2, 18.

"ΟΠΤΟΜΑΙ, fut. ὄψομαι, in forma media proprie: *video, conspicio aliquem*; in forma passiva autem *conspicior, videor, appareo, conspiciendum me præbeo*, (i. q. φανερόομαι. Vid. Schol. Thucyd. IV. 74.) et de visione oculari usurpatur, ita

tamen, ut fere adjuncta sit *admirationis et obstupefactionis* non solum, sed etiam *splendoris, majestatis* et *præstantiæ* notio, ab ὄπτω *video*, quod autem inusitatum est et in forma passiva ac media tantum occurrit. Matth. XVII. 3. ὤφθησαν αὐτοῖς Μωσῆς καὶ Ἠλίας visi sunt ab ipsis Moses et Elias. ibid. XXIV. 30. ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ admirabundi et obstupefacti videbunt filium hominis, in nubibus adventantem. ibid. XXVI. 64. ἀπ᾿ ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως ab hoc tempore, seu aliquando, conspicietis me sedentem ad dextram Dei. ib. XXVIII. 7, 10. Marc. IX. 4. XIII. 26. XIV. 62. XVI. 7. Luc. I. 11. ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος apparuit autem ei angelus. ibid. III. 6. ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ et omnes videbunt salvatorem, a Deo missum. ibid. IX. 31. οἱ ὀφθέντες ἐν δόξῃ qui ei splendore circumfusi apparuerunt. ibid. XIII. 28. XXI. 27. XXII. 43. XXIV. 34. Joh. I. 51. μείζω τούτων ὄψει majora miracula videbis. ibid. v. 52. XI. 40. ὄψει τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ videbis documentum omnipotentiæ divinæ. ibid. XVI. 16, 17, 19, 22. XIX. 37. ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν obstupefacti videbunt, quem pupugerunt. Act. II. 3. ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι et videbantur linguæ inter ipsos divisæ. ibid. v. 17. ὁράσεις ὄψονται visiones habebunt. ib. VII. 2, 30, 35. IX. 17. XIII. 31. XVI. 9. XX. 25. οὐκέτι ὄψεσθε τὸ πρόσωπόν μου non posthac me visuri estis. ib. XXVI. 10. 1 Cor. XV. 5—8. 1 Tim. III. 16. Vide supra ad vocem ἄγγελος dicta. Hebr. IX. 28. XIII. 23. Apoc. I. 7. XI. 19. XII. 1. σημεῖον μέγα ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ. ibid. v. 3. XXII. 4. Alexandrini usi sunt hac voce pro גָּלָה *revelavit*, Ies. XL. 5. καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα Κυρίου. חָזָה *vidit*, Cant. VII. 1. Ies. XXXIII. 17. βασιλέα μετὰ δόξης ὄψεσθε. פָּנָה *aspexit*, Job. V. 1. et רָאָה *vidit*, 2 Paral. I. 7. Exod. III. 2, 16. 2) *supervenio alicui, inopinato venio.* Act. VII. 26. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὤφθη αὐτοῖς μαχομένοις postero die supervenit certantibus. Ita jam Lutherus hunc locum vertit, coll. Exod. II. 13. In vers. Alex. ὄπτομαι etiam Hebraico בּוֹא *venit* respondet. 1 Reg. III. 16. τότε ὤφθησαν δύο γυναῖκες πόρναι τῷ βασιλεῖ. 3) *ostendo, monstro, facio aliquem videre*, i. q. δείκνυμι. Act. XXVI. 16. ὧν τε εἶδες, ὧν τε ὀφθήσομαί σοι et eorum, quorum tu jam spectator fuisti, et omnium, quæ in posterum te videre faciam. 4) ut omnia verba *videndi* ad mentem transferuntur, ita etiam ὄπτεσθαι interdum idem est ac *cognoscere, intelligere.* Rom. XV. 21. οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται qui olim ab omni ejus cognitione alieni fuerunt, (gentiles) ad eam adducentur. Conf. Ies. LII. 15. 5) ut θεωρέω, Joh. VIII. 51. *experior, particeps fio, usu cognosco, consequor, fruor.* Joh. VIII. 36. οὐκ ὄψεται ζωὴν, pro οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον, non consequetur felicitatem æternam. Ps. LXXXVIII. 47. οὐκ ὄψεται θάνατον. 2 Paral. XXXIV. 28. Eodem sensu ὄπτεσθαι βίον dixit Lycophron in Cass. v. 1019. Zonaras Lex. c. 1496. ὄψονται ἀντὶ τοῦ σχῶσιν ἢ καὶ ἀπολαύσωσιν. 6) *curo, provideo mihi, dispicio de rebus meis, circumspicio vias rationibus meis consulendi ac providendi.* Respondet in hac significatione nostro vernaculo zusehen, *to see or regard.* Matth. XXVII. 4. σὺ ὄψει tuum hoc est: quid ad nos? Ὄψει Attice ponitur pro ὄψῃ. Nam Attici in præsentibus et futuris indicativi passivæ ac mediæ vocis pro ῃ in secunda pers. sing. adhibere solent ει, et quidem inprimis in iis verbis, quæ in forma activa non sunt usitata. ibid. v. 24. ὑμεῖς ὄψεσθε vestrum hoc erit negotium. Act. XVIII. 15. ὄψεσθε αὐτοὶ vobis has quæstiones examinandas et dijudicandas relinquo. Hic quidem est sensus verbi ὄπτεσθαι h. l., ut verba sequentia, κριτὴς γὰρ ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι, satis docent, nullo tamen modo probari potest usus loquendi, ὄπτεσθαι significare *judicare, controversiam dirimere*, ut quidam interpretes ex simili usu loquendi verbi εἰδέναι (apud Theophrast. Procem. ad Char. σὸν δὲ εἰδῆσαι, εἰ ὀρθῶς λέγω) probare conati sunt. Conf. Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr. p. 988. et Krebs. Obss. Flav. p. 66. Non solum autem Græcis ὄπτομαι, (v. c. Sophocl. Philoct. v. 839. τάδε μὲν θεὸς ὄψεται. Arrian. Epictet. IV. 6. 11 et 22. p. 395. ὄψονται οἱ ἄλλοι viderint alii. Marc. Antonin. V. 17. IX. 24. XI. 12. XII. 1. Vide J. C. Schwarzium in Monumentis Ingeniorum T. I. p. 125.) sed etiam Latinis *videre* in significatione *curandi* frequens. Terent. Andr. II. 6. 25. "ego isthæc recte ut fiant videro." Cic. ad Brutum Ep. II. "de hoc tu videris." Idem ad Atticum V. 1. "quo magis erit tibi videndum, ne quid novi decernatur." ibid. XIV. Ep. 11. Conf. Georgii Hierocrit. P. II. p. 30. 62 et 93. 7) ὄπτεσθαι Θεὸν *videre Deum* metaphorice significat non solum *idoneam de Deo rebusque divinis habere cognitionem*, sed etiam *arcte cum Deo conjunctum esse, Dei familiaritate uti* et *libere aditum ad eum habere*, ita, ut imago desumta sit ab amicis et familiaribus regis. Conf. Wetstenii N. T. T. I. pag. 290. Matth. V. 8. ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται illi enim cum Deo sunt conjunctissimi. Hebr. XII. 14. οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον qua qui caret, Deum sibi non habet propitium, seu, non frui poterit felicitate æterna. 1 Joh. III. 2. ὀψόμεθα αὐτὸν, καθώς ἐστι. 8) ὄπτεσθαι τὴν ἡμέραν τινὸς *vivendo attingere tempora alicujus, una cum aliquo vivere*, i. q. ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τινὸς, Joh. VIII. 56. Reperitur hæc formula in N. T. Luc. XVII. 22. ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν, καὶ οὐκ ὄψεσθε desiderabitis vel uno die conspectu filii hominis frui, sed frustra desiderabitis. Vide supra sub εἴδω. Sæpius non legitur in N. T.

ʼΟΠΤΟ`Σ, ἡ, ὸν, *assus, assatus, tostus*, i. q. ὀπτητὸς, quod magis usitatum est, ab ὀπτάω *asso, torreo, coquo.* Legitur in N. T. tantum Luc. XXIV. 42. ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος piscis assati partem. Alexandrini pro צְלִי *assum, assatura*, Exod. XII. 8, 9. Plutarch. T. VI. p. 481. ed. Reisk. Apud Xenophontem Anab. II. 4. 6. *coctum* significat. Hesych. ὀπτός· ἑψημένος πυρί.

ʼΟΠΩ΄ΡΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *auctumnus, pars æstatis ultima, qua fructus arborum maturescere solent*, ex ὀπὸς *succus* et ὥρα *tempus*, q. d. *succi* vel *succorum tempus, quo fructus maturi decerpuntur.* Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 8. 2) per metonymiam et ad imitationem Hebraici קַיִץ (quod non solum *æstatem* et *auctumnum*, sed etiam *æstivos et auctumnales fructus* significat, v. c. Jerem. XL. 10, 12. XLVIII. 32. ubi in versione Alexandrina legitur ὀπώρα) significat *fructus auctumnales*, aut *fructus, tempore illo maturos*, τὸν τῆς ὀπώρας καρπὸν: unde ὀπωροφύλαξ *custos fructuum* et ὀπωροφυλάκιον *tu-*

gurium, seu *locus* dicitur, *ubi fructus maturi custodiuntur et asservantur*, v. c. apud Alexandrinos Ies. I. 8. et XXIV. 20. Sic legitur apud Herodian. I. c. 6. 3. διαβάλλοντες πᾶσαν τὴν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου ὥραν μήτι ὀπώρας εὔφορον, ubi vide Irmisch. Xenoph. Hist. Gr. II. c. 4. 16. λαμβάνοντες ξύλα καὶ ὀπώραν. Conf. Foësii Œconom. Hippocr. p. 277. Hesych. ὀπώρα· τὸ θέρος καὶ τὸ μετόπωρον, κυρίως δὲ ἡ σταφυλή, (Anacr. Od. L. 8. ubi vid. Fischer.) καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων. Confer etiam Thom. M. sub ὀπωρῶν ὠνήτωρ p. 653. In N. T. semel legitur Apoc. XVIII. 14. καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας (Vulg. *poma desiderii*) τῆς ψυχῆς σου παρῆλθεν et fructus maturi, ab anima tua desiderati, perierunt. Grotius de amore explicat: non ultra poteris deliciis venereis frui. Alii reddunt: *maturior ætas* concupiscentiæ animæ tuæ abiit.

: ὍΠΩΣ. Conjunctio 1) *causalis*, significans *ut, ita ut*, et innuit *causam finalem*. Matth. II. 8. ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτῷ renunciate mihi, ut et ego veniam et adorem eum. ibid. V. 16, 45. VI. 2. ὅπως δοξασθῶσιν eo consilio, ut celebrentur. ibid. v. 4, 5, 18. etc. Hesych. ὅπως· ἵνα. Æschin. Socr. Dial. III. 1. 2. 13. Voculæ ὅπως subjunguntur subjunctivus et indicativus apud Palæph. c. 17. Vide Abresch. ad Æschyl. p. 104. et Segaar Obss. ad Daniel. cod. Chis. p. 17. 2) *ut*, post verba *petendi*. Matth. VIII. 34. παρεκάλεσαν, ὅπως μεταβῇ ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν rogantes eum, ut e regione sua discederet. ibid. IX. 38. δεήθητε, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας. Luc. VII. 3. X. 2. XI. 37. XXIII. 20. 3) interdum ἐκβατικῶς ponitur, ita, ut eventum et factum significet, maxime quod olim prædictum fuit, ubi reddi potest: *ut, adeo ut, atque sic, inde, tunc, tum, adeoque*. Matth. II. 23. V. 16. ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα inde eveniet, ut videant homines opera vestra bona, coll. VI. 1. ibid. XIII. 35. ὅπως πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ προφήτου atque sic fieret simile ei, quod dictum fuerat per prophetam. Matth. XXIII. 34, 35. ὅπως ἔλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον et ita eveniet, ut vos pœnas luatis ob omnem sanguinem innocentem profusum. Luc. II. 35. ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοὶ tunc multorum cogitationes patefient. Philemon. v. 6. 1 Petri II. 9. Respondet in hac significatione Hebraico לְמַעַן. Amos II. 7. Ezech. XII. 16. Ies. XLI. 20. Suid. Ὅπως· καὶ ὁπωσοῦν. Δαβίδ· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου. οὐκ ἔστιν αἰτίας δηλωτικὸν, ἀλλ' ἐκβάσεως. 4) adverbium *qualitatis*, notans: *quomodo*, i. q. πῶς, a quo descendit. Matth. XXII. 15. συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ consilium ceperunt, seu deliberarunt, quomodo eum illaqueare possent in sermone. Syrus: ܐܝܟܢܐ *quomodo*. ibid. XXVI. 59. ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι quomodo eum interficerent. Luc. XXIV. 20. 2 Macc. VII. 22. Xenoph. Hist. Gr. I. 4. 5. IV. 1. 14. Æschin. Socr. Dial. II. 1. 5. III. 3. Triclin. ad Sophocl. Aj. Flagell. v. 1065. ὅπως· ἀντὶ τοῦ πῶς. 5) *cum, quando, postquam*, temporis particula. Act. III. 19. resipiscite et convertimini, ut deleantur peccata vestra, ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως cum, seu postquam venerint tempora recreationis a Domino. Ponitur ὅπως ἂν pro ἐπειδὰν, quam significationem ex Herodoto et Sophocle Beza ad h. l. confirmavit, quibus addendus est Homer. Iliad. μ', v. 208. Odyss. γ', 373. δ', 109. χ', 22. Conf. etiam Glassii Philologiam S. p. 375. ed. Dathii et Devarium de particulis G. L. p. 250. Fortasse ad hanc significationem quoque referendus est locus Hebr. II. 9. ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου postquam gratia Dei pro nobis mortem gustavit, coll. Luc. XXIV. 16. 1 Petri I. 11. — Thom. M. p. 654. τὸ ὅπως καὶ ἀντὶ τοῦ ἵνα, καὶ ἀντὶ τοῦ πῶς. οἷον, ὅπως ἔχει σοι τὸ σῶμα. καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ καὶ ἀντὶ τοῦ οὕτως καὶ ἀντὶ τοῦ ὥσπερ.

ὍΡΑΜΑ, τος, τὸ, *visio, visus*, seu *actio videndi, visum quodcunque, sive vigilanti, sive per quietem somni oblatum fuerit, portentum, ostentum*, **eine jede ausserordentliche und wunderbare erscheinung**, *every extraordinary and wonderful appearance*, et speciatim: *res, divinitus menti tam clare objecta, quam sunt ea, quæ oculis cernuntur*, ab ὁράω *video*, i. q. ὀπτασία. De re, oculis percepta, legitur Matth. XVII. 9. μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα ne evulgate hoc, quod statim vidistis, coll. Marc. IX. 9. ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον. Act. VII. 31. ὁ δὲ Μωσῆς ἰδὼν ἐθαύμασε τὸ ὅραμα Moses autem, hoc videns, miratus est hoc portentum. Act. IX. 10, 12. ἐν ὁράματι per visionem, seu visum, h. e. speciem, Sauli vigilantis menti a Deo ita objectam, ut plane cessaverit externorum sensuum usus. ibid. X. 3, 17, 19. περὶ τοῦ ὁράματος de sensu et significatione hujus portenti. ibid. XI. 5. εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα. XII. 9. ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν *spectrum* se videre opinabatur. ibid. XVI. 9. ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη τῷ Παύλῳ et visum obtigit Paulo per quietem somni. ibid. v. 10. XVIII. 9. δι' ὁράματος ἐν νυκτί. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. de Re Equestri IX. 4. ταράττει τὰ ἐξαπίναια καὶ ὁράματα καὶ ἀκούσματα. Ælian. V. H. II. 13. In versione Alexandrina respondet τῷ מַרְאֶה et מַרְאָה *visum*, Genes. XLVI. 2. ἐν ὁράματι τῆς νυκτός. Exod. III. 3. חָזוֹן Dan. VIII. 2. חִזָּיוֹן Job. VII. 14. מַחֲזֶה Gen. XV. 1. et Chaldaico חֱזוּ et חֶזְוָא. Dan. II. 19. IV. 10. VII. 2. Hesych. ὅραμα· θέαμα, ὀπτασία, ὅρασις, εἶδος, φαντασία, θέα. Phavor. ὁράματά εἰσι προφητῶν, ὅσα ἐγρηγορότες βλέπουσιν οἱ προφῆται, εἴτε ἐν νυκτὶ, εἴτε ἐν ἡμέρᾳ. ἐνύπνια δὲ, ὅσα καθεύδοντες φαντάζονται. Confer etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 436.

ὍΡΑΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) *visio, visus*, seu *actio et facultas videndi*, ab ὁράω *video*. Arrian. Diss. Epict. I. 6. 8. 2) *aspectus, species rei*, per metonymiam causæ. Apoc. IV. 3. καὶ ὁ καθήμενος ἦν ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίνῳ, καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου ὁμοία ὁράσει τῷ σμαραγδίνῳ et qui sedebat, erat similis aspectu lapidi jaspidi et sardio et iris erat in circuitu throni, aspectu similis smaragdo. Ezech. XLIII. 10. Judd. XIII. 6. 3) *visum, species*, et speciatim de *visis* usurpatur, *quæ Deus olim hominibus, sive vigilantibus, sive per quietem somni, eos edocendi et admonendi causa, offerebat*, i. q. ὀπτασία et ὅραμα, de quibus supra expositum est. Act. II. 17. οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται juvenes vestri visiones videbunt. Joseph. A. J. II. 2. 1. αἱ δὲ ὄψεις, ἃς κατὰ τοὺς ὕπνους εἶδεν Ἰώσηπος, τοιαίδε ἦσαν. ibid. cap. 5. 4. ὄψεις ἐνυπνίων θεάσασθαι occurrit. Apoc. IX. 17. εἶδον τοὺς ἵππους ἐν τῇ ὁράσει vidi equos in visione. Adde Zach. X. 2. Dan. II. 28. IV. 6, 7. VII. 1, 15, 20.

ὉΡΑΤΌΣ, ἡ, ὸν, *visibilis, qui oculis cernitur et cerni potest, spectabilis*. Est verbale a tertia persona perf. pass. ὥραται, verbi ὁράω *video*. Semel legitur in N. T. Coloss. I. 16.

ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα visibilia et invisibilia. Alex. Job. XXXIV. 26. ὁρατοὶ δὲ ἐναντίον αὐτοῦ. ibid. XXXII. 21. πᾶσι δὲ οὐχ ὁρατὸν τὸ φῶς. Xenoph. Cyrop. I. 6. 2. Memor. III. 10. 3. Hesych. ὁρατόν· αἰσθητὸν, θεωρητικὸν καὶ θεωρητόν.

'ΟΡΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, 1) *video, cerno oculis corporis.* Luc. I. 22. ὀπτασίαν ἑώρακεν visum ei obtigit. ibid. XXIV. 23. ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι apparitionem angelorum vidisse. Joh. VI. 46. οὐχ ὅτι τὸν πατέρα τις ἑώρακεν non quod quis Deum coram docentem videre possit. ibid. VIII. 57. XIV. 9. ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα qui me his in terris docentem et miracula patrantem videt, is videt Deum. ibid. XX. 18, 25, 29. Act. VII. 44. Coloss. II. 1. ὅσοι οὐχ ἑωράκασι τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκὶ quibus non de facie notus sum, etc. 2) metaphorice: *perpendo, cogito, considero.* Sic רָאָה adhibetur Gen. XLIX. 13. et Ies. V. 12. Act. XXII. 26. ὅρα, τί μέλλεις ποιεῖν perpende, quid velis facere. Suid. ὁρᾶτε· ἀντὶ τοῦ ἐνθυμεῖσθε. 3) *intelligo, percipio, mente perspicio.* Sic רָאָה Gen. XLII. 1. Jerem. II. 31. Act. VIII. 23. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σὲ ὄντα te enim esse hominem improbissimum et vitiosissimum, bene intelligo. Coloss. II. 8. ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων assiduum studium rebus impendens, quas non intelligit. Jacob. II. 24. ὁρᾶτε τοίνυν animadvertite, seu intelligitis igitur. Eurip. Phœn. v. 762. εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ. 4) *scio, cognitum habeo, perfectam et ab omni parte absolutam cognitionem habeo, perfecte cognosco.* Hebr. II. 8. νῦν δὲ οὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα jam vero constat nobis, seu experientia nos docet, ei nondum omnia subjecta esse. Joh. I. 18. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε Deum nemo vidit unquam, h. e. nemo unquam perfectam de Deo ejusque consiliis habuit cognitionem. Huc pertinet glossa Suidæ: ὅρασις· γνῶσις. καὶ ὁ εὐαγγελιστής· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, ἀντὶ τοῦ ἔγνω τρανῶς. Conf. supra ad θεάομαι dicta. Joh. III. 11. ὃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν res, bene a nobis cognitas, testimonio nostro comprobamus. ibid. v. 32. VI. 46. οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα is perfectam de Deo rebusque divinis habet cognitionem. ibid. XIV. 7. cum γινώσκειν conjungitur. 1 Joh. I. 1, 2, 3. Non semper vero formula ὁρᾷν τὸν Θεὸν, quæ Johanni familiaris est, de *perfecta et ab omni parte absoluta cognitione Dei rerumque divinarum* usurpatur, sed interdum etiam notionem *sensuum animi, cum cognitione Dei conjunctorum,* seu *veri cultus divini* habet adjunctam et æque late patet ac formula ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν, de qua supra expositum est. Sic legitur in N. T. 1 Joh. III. 6. πᾶς ὁ ἁμαρτάνων, οὐχ ἑώρακεν αὐτὸν, οὐδὲ ἔγνωκεν αὐτὸν omnis, qui vitiositati deditus est, ad dignitatem et nomen veri Dei cultoris adspirare nullo modo potest, seu, is non habet veram et vivam Dei cognitionem. 3 Joh. v. 11. ὁ ἀγαθοποιῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστὶν, ὁ κακοποιῶν οὐχ ἑώρακε τὸν Θεόν. 5) *curo, curam gero, provideo, prospicio in re aliqua facienda.* Hebr. VIII. 5. ὅρα γὰρ, φησὶ, (ὅπως) ποιήσῃς cura, inquit, ut omnia efficias. Ita etiam רָאָה usurpatur Exod. XXV. 40. ὅρα ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τὸν δεδειγμένον σοι ἐν τῷ ὄρει. ibid. IV. 21. ὅρα πάντα τὰ τέρατα, ἃ δέδωκα ἐν ταῖς χερσί σου, ποιήσεις αὐτὰ ἐναντίον Φαραώ. Tob. XII. 1. 6) *provideo in re fugienda et cavenda, caveo, prospicio mihi.* Matth. IX. 30. ὁρᾶτε μηδεὶς γινωσκέτω cavete, ne quis resciscat. ibid. XVI. 6. ὁρᾶτε καὶ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων cavete vobis diligenter a perversa Pharisæorum doctrina, coll. ver. 12. ibid. XVIII. 10. XXIV. 6. ὁρᾶτε μὴ θροεῖσθε. Marc. I. 44. ὅρα (ἵνα) μηδενὶ μηδὲν εἴπῃς, coll. Matth. VIII. 4. Marc. VIII. 15. ὁρᾶτε βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης. Luc. XII. 15. ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας. 1 Thess. V. 15. Apoc. XIX. 10. ὅρα μὴ, pro ἵνα μὴ ποιήσῃς. ibid. XXII. 9. Epictet. Enchir. c. 26. ὅρα μήποτε — μακαρίσῃς ὑπὸ φαντασίας συναρπασθείς. 7) omittitur interdum ὅρα inprimis ante ὅπως, ἵνα, aut μήποτε. Matth. XXV. 9. (ὁρᾶτε) μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν. Act. V. 39. Ephes. V. 33. ante ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα supplendum est ὁράτω. Act. XXII. 26. ante τί μέλλεις ποιεῖν in quibusdam codicibus ὅρα omissum est. Ὅρα vel σκόπει omissum quoque esse videtur ante μηδείς καταφρονείτω 1 Tim. IV. 12. noli committere, ut ætatem tuam quisquam possit contemnere. Similis locus est apud LXX Proverb. I. 10. Homer. Odyss. χ', v. 287. ante μήποτε supple ὅρα. Epictet. Enchirid. c. 23. ἵνα (pro ὅρα ἵνα) καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ, coll. cap. 26. Apud Latinos quoque eadem ellipsis obtinet, v. c. apud Plautum Curcul. Act. II. Sc. 2. v. 7. "operam ut det." pro: vide, ut operam det. Idem in Captiv. Act. II. Sc. 3. v. 75. ne me ignores, sc. vide. Conf. Wollium ad Blackwall. Class. SS. p. 60. Eadem ellipsis est etiam apud Hebræos, quibus אַל pro רְאֵה אַל ponitur, v. c. Exod. XX. 9. Jos. VIII. 4.

'ΟΡΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie et generatim *omne studium et vehementem appetitionem cujusque rei* significat. Recte enim deducitur ab ὀρέγομαι *appeto.* Aliis autem ab ὀργᾷν *fervere* natum, aut ex ὄρω *incito* et ἄγω *impello* compositum esse videtur. Conf. Theognid. Sentent. v. 214. 215. 312. 959. Hinc 2) per metonymiam est *ira, libido ulciscendi injuriam illatam, appetitio mali aliis inferendi,* ἐπιθυμία τιμωρίας τῶν ἠδικηκέναι δοκούντων, uti Schol. Vett. (v. c. Schol. Aristoph. ad Ranas v. 252.) explicant. Nam ira est impulsus quidam animi, qui sanguinem fervescere facit et hominem impellit, ut appetat vindictam in eum, a quo se injuria affectum sentit. Ephes. IV. 31. θυμὸς καὶ ὀργή. Coloss. III. 8. ὀργὴν, θυμόν. 1 Tim. II. 8. χωρὶς ὀργῆς. Jacob. I. 19. βραδὺς εἰς ὀργὴν lentus ad ulciscendam injuriam illatam. ibid. v. 20. ὀργὴ ἀνδρὸς δικαιοσύνην Θεοῦ οὐ κατεργάζεται. Conf. interpretes ad Diogen. Laërt. VII. 114. L. Bos. Exercitatt. pag. 97. et Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 14. In versione Alexandrina respondet אַף *ira.* Num. XI. 1, 10. XII. 9. זַעַם *indignatio, ira,* Ies. X. 5, 25. Jer. L. 25. חָרוֹן *æstus iræ, ira ardens,* Ex. XV. 7. Jerem. XXX. 24. Hos. XI. 9. חֳרִי *æstus,* 1 Sam. XX. 34. 2 Chron. XXV. 10. קֶצֶף *ira fervens et quasi spumans, fervor,* Jos. IX. 20. Dan. II. 12. Zach. I. 1, 15. חֵמָה *æstus iræ, excandescentia,* 2 Reg. XXII. 13. Psal. VI. 2. Ies. XLII. 25. עֶבְרָה *indignatio, excandescentia.* Job. XXXI. 30. Psalm. XC. 9. etc. 2) *indignatio, quæ cum nulla se ulciscendi libidine est conjuncta,* et speciatim de *Dei aversione a peccatis et peccatoribus* usurpatur. Marc. III. 5. περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς. Rom. IX. 22. ἐνδείξασθαι τὴν ὀργήν. Hebr. III. 11. IV. 3. 3) per metonymiam: *pœna, supplicium.* Matth. III. 7. φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς evadere pœnas futuras, seu imminentes. Luc. III. 7. XXI. 23. ἔσται γὰρ ὀργὴ τῷ λαῷ τούτῳ atrox pœna divina corripiet hunc populum. Certe magis mihi arridet hæc interpretatio, quam altera: atrox alia-

rum gentium odium hic populus experietur. Joh. III. 36. *ἡ ὀργὴ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτὸν*, i. q. *οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον*. Rom. I. 18. *ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ* declarabuntur autem olim pœnæ divinæ. ibid. II. 5, 8. III. 5. *ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργὴν* ab hominibus pœnas sumens. ibid. IV. 15. *ὁ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται* lex denunciat pœnas divinas, seu causa est, ut homines puniantur. Haud tamen repugnarem, si quis *ὀργὴν* de *peccatis, quibus ira Dei provocatur*, explicare mallet, in qua notione legitur apud Symm. et LXX Job. VI. 2. pro Hebr. כַּעַס et Vulgatus habet: utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui. Suadent hoc verba sequentia: *οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις*, coll. III. 20. V. 13. et VII. 8. Theodoret. ad h. l. *ὀργὴν γὰρ τὴν τιμωρίαν ἐκάλεσε*. Rom. V. 9. IX. 22. *σκεύη ὀργῆς* homines, pœnis divinis dignos. ibid. XII. 19. *δότε τόπον τῇ ὀργῇ* Deo facultatem puniendi integram relinquite. ibid. XIII. 4, 5. Ephes. II. 3. *τέκνα ὀργῆς* pœnis digni. ibid. V. 6. Coloss. III. 6. 1 Thess. I. 10. *ἡ ὀργὴ ἡ ἐρχομένη* pœnæ, quæ scelestos in vita futura manent. ib. II. 16. V. 9. *οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ὀργὴν* non cupit Deus nos punire, non delectatur infelicitate nostra. Apoc. VI. 16, 17. XI. 18. XIV. 10. XVI. 19. XIX. 15. Sæpius non legitur in N. T. LXX Num. XXV. 8. ubi in Cod. Oxon. *ὀργὴ* legitur pro Hebr. מַגֵּפָה *plaga*, et reliqui libri *πληγὴν* habent. Pausan. VIII. 2. Lysiæ Orat. Adv. Theomn. p. 371. *ὀργῆς ἄξιοί εἰσι* h. e. int. Reiskio, digni sunt animadversione, Vol. VI. p. 445 seq. Joseph. A. J. I. 3. 7. *καὶ μηδεμίαν ὀργὴν ἔτι τὴν γῆν ὁμοίαν λαβεῖν*. Sirac. I. 27. V. 7. ubi *ἔλεος καὶ ὀργὴ* sibi invicem opponuntur. ibid. VII. 18. *μνήσθητι ὅτι ὀργὴ οὐ χρονιεῖ*. Theod. in Ps. XXIX. T. I. p. 788. edit. Halensis hæc habet: *ὀργὴν γὰρ τὴν παιδείαν καλεῖ*. Basil. M. *ὀργὴ ἐστὶν ἡ κόλασις ἡ ἀπὸ τοῦ δικαίου κριτοῦ κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀδικίας ἐπαγομένη*. Specimen Scholiorum in Psalmos apud Matthæi in Lectt. Mosquensibus Vol. II. p. 47. *ὀργήν φησι τὴν τιμωρίαν καὶ κόλασιν*. Conf. Raphelii Annotatt. Polyb. p. 425. et Suiceri Thesaur. Eccles. s. h. v.

'ΟΡΓΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, *irrito, iram concito, ad iram et indignationem provoco alterum*. Aristoph. Vesp. v. 223. et 404. et Æschin. Socr. Dial. II. 1. Medium *ὀργίζομαι irascor, irritor, infestus sum, succenseo*, quasi *me ipse irrito* et *ad iram provoco*, ab *ὀργὴ ira*. Construitur cum dativo. Matth. V. 22. *πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ* quisquis irascitur fratri suo temere. ibid. XVIII. 34. *ὀργισθεὶς ὁ κύριος* iratus est dominus. ib. XXII. 7. *ὁ βασιλεὺς ὠργίσθη* rex iratus est. Luc. XIV. 21. XV. 28. Ephes. IV. 26. *ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε* irascendo ne peccetis. Apoc. XI. 18. *τὰ ἔθνη ὠργίσθησαν* gentes iratæ se tibi opponere volebant, coll. Ps. II. 1. Apoc. XII. 17. Sæpius non legitur in N. T. Adde Lysiæ Oratt. I. p. 7. et Herodian. V. 8. 15. *τοῖς στρατιώταις ὠργίζετο*. In versione Alexandrina respondet אָנַף *animo commotus, iratus fuit*, 1 Reg. XI. 9. Ies. XII. 1. חָרָה *exarsit ira*, Jud. II. 14, 20. III. 8. כָּעַס *indignatus fuit*, Nehem. IV. 1. Psalm. CXII. 10. קָצַף *efferbuit ira*, Genes. XL. 2. XLI. 10. et aliis. LXX Intt. voce hac quoque sensu latissimo de *quavis vehementiore animi commotione ac perturbatione* usi sunt Exod. XV. 14. ubi Hebr. רָגַן respondet.

'ΟΡΓΙ'ΛΟΣ, *ίλη, ον*, *iracundus, ad iram præceps et ad ulciscendum proclivis, qui levi ex offensione exasperatur et implacabiliter commovetur*, i. q. *ὀξύθυμος*, ab *ὀργὴ ira*. Semel tantum legitur in N. T. Tit. I. 7. *μὴ ὀργίλον* non esse præcipitis iræ et acerbæ. Aristotel. Ethic. IV. 5. *οἱ ὀργίλοι ταχέως ὀργίζονται*. Xenoph. de re Equ. 9. 7. Plutarch. T. VI. p. 207. ed. Reisk. Hesych. *ὀργίλος· θυμώδης*. Hebraice dicitur אִישׁ חֵמוֹת Prov. XXII. 24. Alexandrini *φίλος ὀργίλος*, et בַּעַל חֵמָה Proverb. XXIX. 22. Alex. *ἀνὴρ ὀργίλος*. Adde Alex. Ps. XVIII. 49. Prov. XXI. 19. Gloss. Vet. *ὀργίλος, infestus, iracundus, stomachosus*.

'ΟΡΓΥΙΑ', *ᾶς, ἡ*, *orgyia, passus, ulna, cubitus, mensura sex pedum, seu spatium, quantum expansis brachiis ab extremo medii digiti ad alterum extremum comprehenditur, medio pectore interjecto, sex aut quinque pedibus definiendum*, quod Germanice dicitur **eine Klafter**, *a fathom*, ab *ὀρέγεσθαι expandi, extendi*, secundum Eustathium in Odyss. ί, 325. quod etiam ad pedes transfertur, et *γυῖον pes, manus*. Hesych. *ὀργυιά· ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις, καὶ τὸ μέτρον, ἀπὸ τοῦ τὰ γυῖα μετρεῖν, καὶ πήχεις τρεῖς*. Suid. interpretatur *τὸ μετὰ τῶν ἰδίων μέτρον*. Etym. M. *ὀργυιά· σημαίνει τὴν ἔκτασιν τῶν χειρῶν σὺν τῷ πλάτει τοῦ στήθους, παρὰ τὸ ὀρέγειν καὶ ἐκτείνειν τὰ γυῖα, ὅ ἐστι τὰς χεῖρας*. Cf. etiam Scholiast. Homer. ad Iliad. ε', 33. ψ', 327. et ad Lycophron. v. 26. In N. T. tantum extat Act. XXVII. 28. *εὗρον ὀργυιὰς δεκαπέντε* invenerunt quindecim passus. Syrus usus est h. l. voce ܩܘܡܬܐ quæ *staturam, erecti hominis longitudinem* significat, quæ etiam Hebr. קוֹמָה dicitur. Herodot. II. 5. Xenoph. Mem. II. 3. 19. Multis de hac voce exposuit Perizon. ad Ælian. V. H. XII. 22. Wetstenius N. T. T. I. p. 645. ac Schneiderus in Lex. Crit. L. Gr. s. h. v.

'ΟΡΕ'ΓΩ, fut. *ὀρέξω*, perf. *ὤρεχα*, *præbeo, porrigo, extendo*. Hesych. *ὀρέγει· παρέχει*. Lucian. Timon. § 102. *ὀρέγειν τὰς χεῖρας*. Maxim. Tyrius Diss. XX. init. *ὀρέγειν τὴν δεξιάν*. Euripid. Phœn. v. 103. *ὄρεγε νῦν, ὄρεγε γεραιὰν κ. τ. λ.* Sophocl. Œdip. Colon. v. 839. Ælian. V. H. XII. 46. Medium *ὀρέγομαι*, fut. *ξομαι*, *me porrigo, me extendo*, i. e. *manus meas extendo ad aliquid accipiendum*. Hesiod. Scut. Herc. v. 456. *ὀρεξαμένη ἀπὸ δίφρου* manum extendens e biga. Eurip. Orest. v. 303. Alia loca ex Homero dedit Küsterus in libro de Verbis Mediis I. 17. Vide quoque Lennep. Etym. L. Gr. a Scheidio ed. p. 683. Hinc 2) metaphorice: *concupisco, appeto, desidero*, adjuncta interdum *aviditatis* notione, quia, quæ expetimus, ad ea manus extendimus. Hebr. XI. 16. *νυνὶ δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν ἐπουρανίου* nunc vero meliorem patriam appetunt, nempe cœlestem. Suid. et Hesych. *ὀρέγεται· ἐπιθυμεῖ*. Xenoph. Mem. I. 2. 15. *ὀρέξασθαι τῆς ὁμιλίας αὐτοῦ*. Idem de Rep. Laced. II. 14. Isocrat. Ep. II. p. 980. 3) *ambio munus, adspiro ad dignitatem*. 1 Tim. III. 1. *εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ ἔργου ὀρέγεται* si quis ad munus doctoris christiani adspirat, ad præclarum munus adspirat. Conf. Salmas. de Fœn. Trapezic. p. 411. et Wetstenii N. T. T. II. p. 327. 4) *deditus, studiosus sum alicujus rei*. 1 Tim. VI. 10. *ἧς τινες ὀρεγόμενοι, ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως* cui quidam studentes et operam dantes aberrarunt a fide. Sæpius non legitur in N. T.

'ΟΡΕΙΝΟ'Σ, *ή, όν*, *montanus, montosus*, **bergicht**, *hilly*, et differt ab *ὄρειος*, quod *cum* significat, *qui solet*

morari in montibus, seu *montanis regionibus*, (Xenoph. de Venat. V. 17. ποδωκέστατοι μὲν οὖν εἰσὶν οἱ ὄρειοι.) ab ὄρος *mons*. Bis tantum legitur in N. T. Luc. I. 39. ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν, scil. χώραν, profecta est in montanam regionem. ibid. v. 65. ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας in tota montana regione Judææ. Nam et hic intelligenda est vox χώρα. In versione Alexandrina respondet Hebraico הַר *mons, loca montana*. Gen. XIV. 10. Deut. XI. 11. Jos. II. 16, 22. Xenoph. Cyrop. I. 3. 3. ὀρεινῇ οὔσῃ τῇ χώρᾳ. Id. Hist. Gr. VI. 4. 3.

ὈΡΕΞΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) *concupiscentia, appetitus, appetentia, desiderium vehemens*, ab ὀρέγομαι *appeto, desidero*, quod vide supra. Plutarch. T. VI. p. 175. 347 (πολυφιλίας ὄρεξις) et 481. ed. Reisk. ubi de desiderio cibi adhibetur. De pravis cupiditatibus legitur, et cum ἐπιθυμία permutatur apud Sir. XIX. 30. ὀπίσω τῶν ἐπιθυμιῶν σου μὴ πορεύου καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου κωλύου. ibid. XXIII. 6. κοιλίας ὄρεξις. Sapient. XIV. 2. ὄρεξις πορισμῶν. ibid. XVI. 2, 3. Suid. et Hesych. ὄρεξις· ἐπιθυμία. 2) speciatim: *cupiditas venerea, libido*, i. q. πάθος et ἐπιθυμία. Sic semel tantum legitur in N. T. Rom. I. 27. ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν ἐν ἀλλήλοις incensi sunt libidine in semet invicem. Herodian. III. 13. 14. et VI. 1. 12. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 25.

ὈΡΘΟΠΟΔΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *recto pede incedo, non nuto, non claudico*, ab ὀρθόπους, ὁ, ἡ, *recto pede incedens*, vel *rectos pedes habens*, ex ὀρθὸς *rectus* et πούς *pes*. 2) *recto tramite incedo*, i. q. ὀρθῶς περιπατέω, et opponitur τῷ οὐκ ὀρθοποδεῖν *aberrare a recto tramite*. 3) metaphorice: *instituo res meas rite*, et transfertur partim ad vitam, ut sit *pie et sancte vivere, convenienter præceptis divinis vitam instituere*, partim ad animum, ut sit *veritatem sequi, a vero non aberrare*. Sic semel legitur in N. T. Galat. II. 14. ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου eos aberrare a vera doctrina christiana et errores spargere, ubi videndus Syrus interpres. Conf. de hac voce Tanaqu. Faber Lib. II. Ep. 29. Schott. Adagialia N. T. p. 125. et Zornii Biblioth. Antiquar. Exeg. T. I. p. 243.

ὈΡΘΌΣ, ἡ, ὀν, *rectus, erectus, arrectus, in rectum tendens, non curvus*, et opponitur τῷ σκολιὸς, ab ὄρω *excito*. Bis tantum legitur in N. T. Act. XIV. 10. ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου ὀρθὸς erige te in pedes, aut surge in pedes tuos erectus. Æschin. Socr. Dial. I. 4. Xenoph. de Venat. IV. 1. Idem de Mag. Equit. III. 14. V. 7. Hebr. XII. 13. καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν semitas rectas facite pedibus vestris, h. e. vos ad errores et vitia abduci ne patiamini, a recto veritatis et virtutis christianæ tramite ne aberrate. Prov. IV. 26. Hinc etiam in versione Alexandrina ὀρθὸς ad imitationem Hebraici יָשָׁר *omne, quod est virtuti conveniens et consentaneum, virtutis studiosum* significat, v. c. Prov. XXI. 8. ubi Hebraico זַךְ *sceleris purus* respondet. ibid. XV. 15. XI. 6. ἀνδρῶν ὀρθῶν. XVI. 14.— Etym. M. ὀρθός· ὁ διεγειρόμενος, καὶ πρὸς τὰ ἄνω βλέπων.

ὈΡΘΟΤΟΜΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *rem recte seco, et secando in æquales partes distribuo, recte divido*, ab ὀθοτόμος *recte secans*, quod est ex ὀρθῶς *recte* et τέμνω *seco*. 2) neglecta *dissecandi* et *distribuendi* notione metaphorice notat *rem aliquam recte tractare et dirigere secundum legem et normam præscriptam*, metaphora, ut videtur, desumta ab incedentibus itinere recto, relictis viis distortis et flexuosis. Græci enim *recta incidere* τέμνειν ὁδὸν aut κέλευθον εὐθεῖαν dicunt et Latini *viam secare*, ut post Budæum et Servium ad Virgil. Æn. VI. 899. Elsnerus docuit in Obss. Sacr. T. II. p. 311. et Wetstenius N. T. T. II. p. 358. Glossæ: ὀρθοτομῶ· *recte facio, recte tracto*. In hac significatione respondet apud Alexandrinos Hebraico יִשֵּׁר, Prov. III. 6. ἵνα ὀρθοτομῇ τὰς ὁδούς σου, h. e. ut recte omnia facias. ibid. XI. 5. Sic etiam semel in N. T. legitur de doctore, recte et ad veritatem christianam accommodate docente, 2 Tim. II. 15. ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας qui recte tradit doctrinam christianam, qui munere doctoris christiani rite fungitur. Vulg. recte tractantem verbum veritatis. Syrus: ܕܡܟܪܙ ܒܬܪܝܨܐܝܬ ܠܡܠܬܐ ܕܫܪܪܐ recte prædicantem verbum veritatis. Apud Eurip. Rhes. v. 422. διπλοῦς ἀνὴρ opponitur τῷ εὐθεῖαν λόγων τέμνοντι κέλευθον. Hebræis הַפּוֹסְקִים בַּתּוֹרָה οἱ τέμνοντες τὸν νόμον dicuntur, qui in lege tractanda versantur, (Confer Schœtgen. Hor. Hebr. et Talmud. p. 888. et Fulleri Miscell. Sacra III. 16.) et ὀρθοτομία scriptoribus ecclesiasticis est i. q. ὀρθοδοξία et ὀρθοδιδασκαλία. Vide Euseb. H. E. IV. 3. Similis vox est καινοτομέω *novo, immuto*, obvia apud Plutarchum Lycurg. c. 5.

ὈΡΘΡΊΖΩ, fut. ίσω, proprie: *diluculo, vel summo mane surgo*, deinde *primo mane aliquid ago, curo, venio, accedo*, i. q. ὀρθρεύω, (Theocrit. Idyll. X. 58. ubi videndus Scholiastes.) factum, ut nonnullis, v. c. Hackspanio, visum est, ad imitationem Hebraici הִשְׁכִּים, cui etiam in versione Alexandrina respondet, v. c. Genes. XIX. 2, 27. XX. 8. Jos. III. 1. VII. 16. Jud. VI. 28, 38. 1 Macc. VI. 33. XI. 67. Sirac. XXXIX. 6. Mœris: ὀρθρεύει Ἀττικῶς, ὀρθρίζει Ἑλληνικῶς. Vid. Salmas. de Lingua Hellenistica p. 101. et Schwarz. ad Olear. de Stilo N. T. p. 314. Semel tantum legitur in N. T. Luc. XXI. 38. πᾶς ὁ λαὸς ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν omnis populus summo mane confluebat ad eum.' Vulgatus: *manicabat ad eum*. Vox *manicare* reperitur apud P. Chrysologum Serm. 161. (82.) et Schol. Juvenalis Sat. V. Conf. Thom. M. p. 655 seq. et Phavor. Gloss. Vet. ὀρθρίζω, *luce vigilo, vigilo*.

ὈΡΘΡΙΝΌΣ, ἡ, ὀν, *matutinus*, i. q. πρωϊνὸς, ab ὄρθρος vel ὄρθρον *diluculum, mane*. Semel legitur in N. T. Apoc. XXII. 16. ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινὸς stella splendida et matutina. Pro καὶ ὀρθρινὸς habent quædam exemplaria καὶ πρωϊνός. Damnant hanc vocem Thom. M. (p. 656. ὄρθριος· οὐκ ὀρθρινός.) Phrynich. (p. 16. ὀρθρινὸς οὐκ, ἀλλ' ὄρθριος.) et alii grammatici veteres et pro eo dici jubent ὄρθριος: sed ὀρθρινὸς est apud Posidippum, (ap. Athen. XIII. p. 596.) Antipatrum Sidonium, (ap. Brunck. T. II. p. 12. n. XXVI. v. 1.) Meleagrum et Phædimum, ut docuit Sturz. in Diss. II. de Dialecto Alex. p. 13 seq. Reperitur etiam in versione Alex. Hos. VI. 4. XIII. 3. pro Hebraico מַשְׁכִּים *matutinus*, et in Aquilæ fragmentis Psalm. XXI. 1. pro שַׁחַר. Vide etiam Sapient. XI. 23. Gloss. Vet. ὀρθρινὸς, *matutinus crespulus*, forte *crepusculus*.

ὌΡΘΡΙΟΣ, ία, ον, *matutinus, dilucularis, qui primo mane, summo diluculo surgit, venit, aut aliquid facit*, ab ὄρθρος vel ὄρθρον *diluculum, mane*. Interdum, ut sæpe nomina

* ορθοτόμος

pro adverbiis ponuntur, adverbialiter exponi potest: *summo mane, primo diluculo.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XXIV. 22. γενόμεναι ὄρθριαι ἐπὶ τὸ μνημεῖον quæ ante solis ortum ad sepulcrum venerunt. Alex. Job. XXIX. 7. ὅτε ἐξεπορευόμην ὄρθριος (pro ὄρθρου *mane*) ἐν πόλει. Theognis v. 861. ὀρθρίη αὖθις ἴσειμι. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 214. et Wetstenii N. T. T. I. p. 826.

ὌΡΘΡΟΣ, ου, ὁ, scil. χρόνος, *diluculum, mane, tempus antelucanum, seu matutinum,* ὅτι ἡμᾶς ὀρθοῖ ἐπὶ τὸ ἔργον, h. e. quod nos ad opera erigat et excitet. Ter tantum legitur in N. T. Luc. XXIV. 1. ὄρθρου βαθέος, scilicet ὄντος, primo mane. Joh. VIII. 2. ὄρθρου δὲ πάλιν, scilicet γινομένου, diluculo. Act. V. 21. ὑπὸ τὸν ὄρθρον primo mane. Hanc vocem apud veteres et bonos scriptores non reperiri, ait Salmas. de Lingua Hellenistica p. 101 seq. Inveni tamen eam apud Platonem in Critone cap. 1. init. ὄρθρος βαθύς, h. e. ultima pars noctis, Polyb. III. 73. 3. et XII. 26. 1. Xen. Venat. VI. 6. Heraclid. Pontic. Allegor. Homer. p. 430. πρός γε μὴν βαθὺν τὸν ὄρθρον ἀναχθέντων, et alios, quorum loca adduxit Palairet. in Obss. Philol. p. 241. Alexandrini hac voce usi sunt pro בֹּקֶר *mane, diluculum,* Esther V. 14. Prov. VII. 18. שַׁחַר *aurora,* 1 Sam. IX. 26. Joël. II. 2. Amos IV. 13. הַשְׁכֵּם *diluculo, mane surgendo,* Ies. VII. 25. XXV. 4. et אַשְׁמוּרָה *vigilia.* Psalm. LXIII. 7. CXIX. 148. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 822. Thom. M. ὄρθρος, ὁ πρὸ τοῦ λυκαυγοῦς καιρὸς, ἐν ᾧ ἔτι λύχνῳ δύναταί τις χρᾶσθαι.

ὈΡΘΩ͂Σ, 1) *recte,* h. e. *non prave, et tortuose, sine inflexione.* Adverbium ab ὀρθὸς *rectus,* quod vide. Xenoph. de Re Equ. VII. 5. 2) *recte, ita, ut rei natura postulat, naturæ non depravatæ convenienter, haud corrupte et impedite.* Marc. VII. 35. ἐλάλει ὀρθῶς loquebatur expedite, ita, ut non hæsitaret lingua, τρανῶς, ut Græci loquuntur. 3) *bene, veritati convenienter, naturæ et rationi convenienter, recte.* Luc. VII. 43. ὀρθῶς ἔκρινας recte judicasti. ibid. X. 28. ὀρθῶς ἀπεκρίθης recte respondisti. ibid. XX. 21. ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις vero convenienter loqueris et doces, coll. Mat. XXII. 16. οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις. Sæpius non legitur in N. T. Alex. Deut. V. 28. ὀρθῶς πάντα ἐλάλησαν. Num. XXVII. 7. Sapient. II. 1. λογισάμενοι οὐκ ὀρθῶς. ibid. VI. 4. οὐκ ἐκρίνατε ὀρθῶς. Adde Æschin. Socr. Dial. II. 16. ὀρθῶς δοξάζειν *recte sentire.* ibid. III. 3. ὀρθῶς μοι φαίνῃ λέγειν. Dio Chrysost. X. pag. 144. B. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 793.

ὉΡΙ´ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *limites et fines alicujus loci et rei constituo, limito, terminis ac limitibus aliquid describo, definio, termino,* ab ὅρος vel ὅριον *terminus, limes.* Hesych. ὁρίζει· ἵστησιν, ὅρον δίδωσι. Alexandrini pro גָּבַל *terminavit, terminum constituit.* Num. XXXIV. 6. Jos. XIII. 27. XV. 11. XVIII. 20. Sic legitur quoque in N. T. Act. XVII. 26. ὁρίσας τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν definiens certos fines regionum, quas scilicet quæque incoleret natio. Xenoph. Cyrop. VIII. 6. 10. et 8. 1. 2) *præfinio, constituo, decerno,* quia, quæ decernuntur et constituuntur, definiuntur et certis terminis circumscribuntur. Luc. XXII. 22. ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον filius hominis morietur quidem ex decreto divino. Act. II. 23. τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ immutabili Dei consilio. ibid. X. 42. ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν constitutus a Deo judex omnium hominum. ibid. XI. 29. XVII. 26. ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς decernens, seu constituens istis certa tempora. (Diod. Sic. I. 41. ὡρισμένοις καιροῖς. Ibid. XVI. 29. κατὰ τὸν ὡρισμένον ἐκ τῶν νόμων καιρόν. Aristot. H. A. X. 8.) ibid. v. 31. ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε per virum, quem huic negotio destinavit. Hebr. IV. 7. Alex. Prov. XVI. 30. ὁρίζει πάντα τὰ κακὰ, ubi Hebraico כָּלָה *decrevit* respondet. In eadem versione usurpatur etiam de votis, quibus se aliquis obstringit, et respondet Hebraico אָסַר *obligavit, obstrinxit.* Num. XXX. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 11. 3) *declaro, demonstro* et *confirmo, ita certo demonstro, ut in controversiam vocari non amplius possit.* Rom. I. 4. τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν declarati (Syrus ܐܬܝܕܥ *cognitus.* Chrysost. δειχθέντος, ἀποφανθέντος, κριθέντος.) filii Dei per resurrectionem mortuorum. Zonaras Lex. c. 1473. Ὁρισθέντος, ἀποδειχθέντος, ἀποφανθέντος. καὶ ὁ ἀπόστολος· τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει. Sæpius non legitur in N. T.

ὍΡΙΟΝ, ου, τὸ, i. q. simplex ὅρος, et proprie est *terminus et limes regionis, vel agri alicujus, finis, extremum,* ἐπὶ τῶν χωρίων, οἷς περιγράφουσι αὐτὰ καὶ τῶν ἄλλων χωρίζουσι, (Alex. Aphrod. ad I. Topic. ὁρίζειν est *separare, secernere,* teste Hesychio: ὁρίζει· διαιρεῖ, ἀφορίζει.) deinde vero etiam per synecdochen (ut ὅροι Eurip. Hec. v. 963. Suppl. 147. et ὅρισμα Androm. v. 968.) *regionem, agrum, certis finibus circumscriptum, territorium,* significat. Matth. II. 16. τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς omnes Bethlehemi ejusque territorii, seu et in omni confinio ejus pueros. ibid. IV. 13. ἐν ὁρίοις Ζαβουλὼν καὶ Νεφθαλεὶμ in confiniis Sabulon et Nephthalim. ibid. VIII. 34. ὅπως μεταβῇ ἀπὸ τῶν ὁρίων αὐτῶν ut e regione sua discederet. ibid. XV. 22. γυνὴ Χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων ἐξελθοῦσα mulier quædam Cananæa ex ista regione. ibid. v. 39. ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια Μαγδαλὰ in tractum Magdalensem trajecit. ibid. XIX. 1. εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας in Judææ regionem, quæ est trans Jordanem. Marc. V. 17. VII. 31. ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος, coll. v. 24. ubi τὰ μεθόρια Τύρου καὶ Σιδῶνος vocantur, et Matth. XV. 21. ubi τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος dicuntur. Marc. X. 1. Act. XIII. 50. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro גְּבוּל *terminus,* quod æque late patet ac ὅριον in N. T. Exod. VIII. 2. X. 4, 14. XIII. 7. XXIII. 31. XXXIV. 24. גְּלִילָה *terminus,* Jos. XIII. 2. קֵץ *finis,* Ies. IX. 7. (6.) גּוֹרָל *regio, sorte divisa,* Jos. XV. 1. XVI. 1. XVII. 1. יַד *tractus, locus,* 1 Chron. VII. 29. בַּת in plur. בָּנוֹת *oppida, pagi, villæ,* Jud. XI. 26. et שָׂדֶה *ager.* Jud. XX. 6. Thucyd. II. 12. Pollux IX. 8.

ὉΡΚΙ´ΖΩ, fut. ίσω, *jusjurandum exigo ab altero, jurejurando obstringo et adigo, adjuro, obtestor aliquem per Deum jurejurando adhibito,* i. q. ὁρκόω, (Xenoph. Hist. Gr. VI. 5. 3.) ab ὅρκος *juramentum, jusjurandum.* Construitur cum gemino accusativo et personæ, et rei, per quam adjuramus. Legitur in N. T. Marc. V. 7. ὁρκίζω σε (supple διὰ) τὸν Θεὸν, μή με βασανίσῃς adjuro te per Deum, ne me vexes. Act. XIX. 13. ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει adjuramus vos per Jesum, quem

Paulus prædicat. 1 Thess. V. 27. ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Κύριον per Dominum vos obtestor. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini habent hanc vocem pro הִשְׁבִּיעַ adjuravit. Gen. XXIV. 37. L. 5, 6, 25. 1 Reg. II. 43. ὥρκισά σε κατὰ τοῦ Κυρίου. 2 Reg. XI. 4. ὥρκισεν αὐτοὺς ἐνώπιον Κυρίου. Nehem. XIII. 25. ὥρκισα αὐτοὺς ἐν τῷ Θεῷ. Adde 3 Esdra VIII. 98. Demosthen. p. 235. pen. et 678. 5. ed. Reisk. Xenophont. Sympos. IV. 10. Confer Valesium ad Harpocrat. p. 303.

ὍΡΚΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *juramentum, jusjurandum*, seu *assertio religiosa hominis, Deum veritatis testem invocantis et vindictam divinam sibi deposcentis, nisi verum dicat*, i. q. ὁρκισμός. (Alex. Gen. XXIV. 41. Levit. V. 1.) Deduci solet ab εἴργω *coërceo, prohibeo*, quia juramentum coërcet et impedit transgressionem. Matth. XIV. 7. μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν αὐτῇ jurejurando interposito ei promisit. ibid. v. 9. διὰ δὲ τοὺς ὅρκους, pro διὰ τὸν ὅρκον (Polyb. XV. 1. Herodian. IV. 11.) ob promissionem juratam. ibid. XXVI. 72. καὶ πάλιν ἠρνήσατο μεθ' ὅρκου at ille jurejurando interposito iterum negavit. Marc. VI. 26. Hebr. VI. 16. πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὅρκος juramento in confirmationem rei edito omnis lis et controversia finitur. Jacob. V. 12. Alexandrini pro שְׁבוּעָה *juramentum, adjuratio.* Genesis XXIV. 8. XXVI. 3. Levit. V. 4. Num. V. 21. 2) per metonymiam: *res, juramento promissa et firmata.* Matth. V. 33. ἀποδώσεις τῷ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου Domino, quod juratum est, persolvito. 3) ἀνθρωποπαθῶς Deo tribuitur ad designandam summam certitudinem promissionum et comminationum divinarum. Confer supra ad ὀμνύω. Luc. I. 73. ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ promissionis certissimæ, quam Abrahamo dedit. Ὅρκον enim in illo loco ad vocem μνησθῆναι commatis antecedentis recte refertur, quæ non solum genitivo, sed etiam accusativo apud Alexandrinos intt. (v. c. Exod. XX. 8.) recte jungi solet. Act. II. 30. Hebr. VI. 17. ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ jusjurandum interposuit. Sæpius non legitur in N. T. Thucyd. II. c. 73. πρὸς τῶν ὅρκων, οὓς οἱ πατέρες ὤμοσαν. ibid. III. c. 83. et V. 18. ὅρκους ποιήσασθαι. Antonin. Lib. Metam. cap. 1.

ὉΡΚΩΜΟΣΙ'Α, ας, ἡ, *juramentum, jusjurandum*, quasi ὅρκου ὄμοσις *juramenti juratio*, ab ὅρκος *juramentum* et ὀμνύω vel ὄμνυμι *juro.* Est i. q. ὅρκος. Hebr. VII. 20. καθ' ὅσον οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας et quatenus jurejurando interposito summus sacerdos factus est: et paulo post: οἱ μὲν γὰρ χωρὶς ὁρκωμοσίας εἰσὶν ἱερεῖς γεγονότες. ibid. v. 21 et 28. ὁ λόγος τῆς ὁρκωμοσίας promissio, jurejurando interposito confirmata. Zonaras Lex. col. 1467. Ὁρκωμοσίαν τὸ ἀμετάθετον λέγει ὁ ἀπόστολος· ὁ δὲ μετὰ ὁρκωμοσίας κ. τ. λ. ubi vid. Tittmannus. Sæpius non legitur in N. T. Admodum raro hæc vox in scriptoribus Græcis occurrit, v. c. Aristoph. Lysistr. v. 212. Schol. Biset. Græci ponere solent ὁρκωμόσιον et in plurali ὁρκωμόσια non solum de jurejurando, quo fœdus, adhibitis etiam sacrificiis, obsignari solet, sed etiam de ipsis sacrificiis. Hesych. ὁρκωμόσια· θύματα, ἐφ' ὧν οἱ ὅρκοι γίνονται. Confer Jul. Pollucis Onom. I. 1. p. 26. ed. Hemsterhus. Sed ὁρκωμοσία æque Græce dici potest ac ἀπωμοσία, ἐπωμοσία, κατωμοσία et συνωμοσία, quæ exemplis veterum constant. Reperitur autem in versione Alex. pro Hebraico אָלָה *exsecratio* et *jusjurandum*, quia jusjurandum cum exsecratione conjunctum erat. Ezech. XVII. 18, 19. et 3 Esr. VIII. 95. Gloss. Vet. ὁρκωμοσία, *juratio.* ὁρκωμόσιον, *juramentum.*

ὉΡΜΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie transitive usurpatur pro *incitare, impellere, movere*, deinde, ut *medium*, intransitive: *impello*, h. e. *ruo, irruo, impetum facio, in aliquem cum impetu feror*, ab ὁρμὴ *impetus.* Matth. VIII. 32. ἰδοὺ ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν ecce totus grex porcorum cum impetu ferebatur e præcipitio in mare. Marc. V. 13. Luc. VIII. 33. Act. VII. 57. ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτὸν et una impetum fecerunt in eum. ibid. XIX. 29. ὥρμησάν ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον irruerunt unanimiter in theatrum. Sæpius non legitur in N. T. Xenoph. Cyrop. VII. 1. 9. ὅρμα εἰς τοὺς ἄνδρας. Ælian. V. H. II. 4. VI. 3. Apud Alexandrinos Jerem. XLVIII. 40. de aquilæ volatu usurpatur et Hebr. דָּאָה *volitavit* respondet. Adde Habac. I. 8. et 2 Macc. IX. 2. X. 16. XII. 20.— Apud Græcos scriptores ὁρμᾷν et ὁρμᾶσθαι etiam significat *proficisci, iter facere, abire*, abjecta omni impetus notione. Ælian. V. H. V. 9. XIII. 38. Xenoph. Cyrop. I. 6. 1. et Hist. Gr. I. 3. 2. interdum etiam notat *desiderio ferri*, v. c. apud Homer. Odyss. ξ', v. 376. Vide Olearium ad Philostrat. Vit. Apoll. II. c. 30. pag. 82. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 136. ὁρμᾷ, *pergit, proficiscitur.*

ὉΡΜΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *impetus, impetuosus quidam motus et aggressio*, ab ὄρω *excito, incito, impello.* Alex. Prov. III. 25. ὁρμὰς ἀσεβῶν. Jerem. XLVII. 3. Xenoph. Ages. II. 29. et Anab. III. 1. 8. 2) metaphorice: *impetus animi, voluntas, consilium, decretum, animus cupiditate flagrans.* Sic bis tantum legitur in N. T. Act. XIV. 5. ὡς δὲ ἐγένετο ὁρμὴ τῶν ἐθνῶν cum consilium cepissent gentiles. Alii vertunt: cum turbæ gentilium ruerent ad eos lapidibus impetendos; quæ explicatio etiam locum habere potest. Jacob. III. 4. ὅπου ἂν ἡ ὁρμὴ τοῦ εὐθύνοντος βούληται quorsumcunque voluerit gubernator. Hesych. ὁρμή· βουλή, ἐπιθυμία. Thucyd. IV. c. 4. τοῖς στρατιώταις ὁρμὴ ἐπέπεσε ἐκτειχίσαι τὸ χωρίον. Xenoph. Mem. IV. 4. 2. et Anab. III. 2. 5. Ælian. V. H. II. 41. III. 27. Confer supra ad ὁρμάω dicta.

ὉΡΜΗΜΑ, τος, τὸ, *impetus, impetuosus quidam motus et aggressio*, ab ὁρμὴ, quod vide. Semel legitur in N. T. Apoc. XVIII. 21. ὁρμήματι βληθήσεται cum impetu projicietur, seu violenter dejicietur. Etymol. M. 618. 10. et 631. 46.

ὌΡΝΕΟΝ, ου, τὸ, *avis, volucris*, et speciatim de *avibus carnivoris* usurpatur. Deminutivum ab ὄρνις *avis.* Ter tantum legitur in N. T. Apoc. XVIII. 2. φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου habitaculum omnium avium impurarum. ibid. XIX. 17. πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετομένοις omnibus avibus volantibus. ibid. v. 21. Alexandrini usi sunt pro צִפּוֹר Genes. XV. 10. Deut. IV. 17. παντὸς ὀρνέου πτερωτοῦ, ὃ πέταται. עוֹף *avis, volucris*, Genes. VI. 20. XL. 19. καὶ φάγεται τὰ ὄρνεα τοῦ οὐρανοῦ τὰς σάρκας, et pro עַיִט idem. Genes. XV. 11. 2 Maccab. XV. 33.

ὌΡΝΙΣ, ιθος, ὁ, ἡ, 1) *avis, volucris, ales*, ab ὀρνύω, vel ὀρύω, quod avis volando sese impetuose moveat. 1 Reg. IV. 23. Ies. XLVI. 11. 2) speciatim et per synecdochen: *gallina.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXIII. 37. ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας quemadmodum gallina suos pullos sub alas suas congregat. Eadem sententia legitur quoque IV Esdr. I. 30. et Luc. XIII. 34. (Syrus in

utroque loco ܬܪܢܓܘܠܬܐ h. e. *gallina* habet.) ubi Vulgatus vertit *avis*, sed apud Matthæum l. l. *gallina*, e quo satis apparet, eum *avis* nomine *gallinam* h. l. indicare voluisse, quo sensu etiam *avis* haud raro apud scriptores Latinos occurrit, v. c. apud Martialem Lib. XIII. Epigr. 73. et Silium Ital. XIV. 22. ubi vid. Drakenborch. Conf. Haseum in Bibl. Brem. Class. IV. p. 343. Ὄρνις pro *gallina* legitur quoque apud Aristoph. in Vesp. v. 811. Eurip. Herc. Fur. v. 71. Xenoph. Anab. IV. 5. 19. et ibid. sect. 21. ὀρνίθεια κρέατα carnes gallinaceæ. Confer Palairet. Obss. Philol. p. 75 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 492. — Thom. M. ὄρνιθες· ἁπλῶς μὲν πάντα τὰ πετόμενα, ἰδίως δὲ, οἱ εἰς μαντείαν συντελοῦντες ὄρνιθες. ἀφ' οὗ καὶ πᾶν τὸ εἰς μαντείαν συντεῖνον ὄρνιν ἔλεγον. καὶ τὴν ἁπλῶς δὲ μαντείαν ὄρνιν ἐκάλουν.

'ΟΡΟΘΕΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) *positio*, seu *designatio, descriptio, constitutio terminorum et limitum*, q. d. θέσις τοῦ ὅρου, ab ὅρος *terminus* (Thom. M. p. 658. καὶ ὅρος καὶ ὅριον. Xenoph. de Venat. VI. 22.) et τίθημι *pono*, unde θέσις *positio*. 'Ὀροθετέω *terminos pono*, pro הִגְבִּיל, apud *incertum* legitur Exod. XIX. 12. Forma ὀροθέσιον reperitur in Etymol. M. p. 632. 39. 2) *ipse terminus positus, finis*, i. q. ὅρος. Sic semel legitur in N. T. Act. XVII. 26. ὁρίσας τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν definivit certos terminos et limites regionum, ubi quisque populus habitaturus esset. Gloss. Vet. ὁροθεσία, *terminalia, pagus, limites*.

"ΟΡΟΣ, εος, τὸ, *mons, clivus* et *regio montana, tractus montium*, sine dubio ab Hebraico הַר idem. Differt spiritu et genere ab ὅρος, ου, ὁ, *finis, terminus, limes*. Matth. V. 1. ἀναβαίνειν εἰς τὸ ὄρος montem ascendere. ibid. v. 14. ἐπάνω ὄρους κεῖσθαι monti impositum esse. ibid. VIII. 1. καταβαίνειν ἀπὸ τοῦ ὄρους descendere de monte. Matth. XVIII. 12. ἐπὶ τὰ ὄρη πορευθεὶς (ita enim interpungendum est) per montes vagabitur. ibid. XXIV. 16. φεύγειν εἰς τὰ ὄρη regionem montanam perfugium habere, fuga, in montes conversa, salutem petere. Per τὰ ὄρη vero h. l. pariter ac Marc. XIII. 14. intelligenda esse videtur regio Judææ trans Jordanem, quæ communi vocabulo *Peræa* dicitur. Luc. XIX. 29. πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον τῶν ἐλαιῶν ad tractum montium, qui dicitur Olivarius. Joh. VI. 15. εἰς τὸ ὄρος in regionem montanam. Matth. XVII. 1, 9. ὄρος ὑψηλὸν mons altissimus, qui vulgo censetur esse mons *Tabor* seu *Itabyrius* (vide Drusium ac Grotium ad h. l.), sed potius intelligendus est mons Cæsareæ Philippi vicinus, qui ob colloquia et comitia Christi cum Mose et Elia ibi habita et miraculosam apparitionem Dei a Petro 2 Ep. I. 18. ὄρος ἅγιον dicitur. Mons enim Tabor plus quam viginti leucarum intervallo a Cæsarea Philippi distat, in cujus vicis Jesus tunc temporis versabatur. Conf. Lamium in Harmon. Evang. p. 365. et Maium in Harm. cap. 10. § 5. Hebr. VIII. 5. et XII. 18. ὄρος κατ' ἐξοχὴν *montem Sinai*, legislatione Mosaica illustrem, notat, coll. Exod. XXIV. 18. — Apoc. VI. 15. ὀρέων pro ὀρῶν. Eadem forma vocis, quam ex Ionismo nonnulli repetunt, reperitur etiam apud Aristotelem Sect. XXVI. Problem. 55. et Sophoclem in Œdip. R. v. 1116. Matth. XVII. 20. et XXI. 21. ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ, μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ dicetis monti huic, abi hinc istuc, h. e. res, quamvis maximas, vestro jussu efficere poteritis. 1 Cor. XIII. 2. ὄρη μεθιστάνειν transferre montes. Formula proverbialis, (Coran. Sur. XIV. 46. al. 45.) quæ significat: rem maxime arduam ac difficilem moliri ac efficere, respondens Hebraicæ עֹקֵר הָרִים, de qua bene exposuit Vorstius de Adagiis N. T. cap. XI. p. 814. ed. Fischeri. Sic *montes moliri* apud Livium IX. c. 3. Lucianus Navig. p. 514. de homine, mira efficiente: ὄρη ὅλα κινεῖν ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ δυνάμενον. Huc etiam refer locum Apoc. VI. 14. — Apoc. VIII. 8. ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον mons ingens igne ardens, coll. Jerem. LI. 25. הַר שְׂרֵפָה.

'ΟΡΥ'ΣΣΩ, vel Attice 'ΟΡΥ'ΤΤΩ, fut. ὑξω, *fodio*. Matth. XXI. 33. ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν et in ea torcular foderet. ibid. XXV. 18. ὤρυξεν ἐν τῇ γῇ καὶ ἀπέκρυψεν in terra defossum abscondidit. Marc. XII. 1. ὤρυξεν ὑπολήνιον. Sæpius non legitur in N. T. Apud Alexandrinos reperitur pro חָפַר *fodit, effodit, perfodit*, Genes. XXI. 30. XXVI. 15, 18, 19. Exod. VII. 24. כָּרָה *fodit, effodit, excidit*, Genes. XXVI. 25. L. 5. Prov. VI. 27. et חָצַב *excidit*. Ies. V. 2. καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ. Adde Xenoph. de Vectigal. I. 5. IV. 2.

'ΟΡΦΑΝΟ'Σ, οῦ, ὁ. Vox hæc, quæ etiam civitate Latina donata est, latissime patet apud Græcos et non solum *liberos, parente*, seu *parentibus orbos et destitutos, pupillos*, (Xenoph. de Rep. Athen. III. 4. Hinc ὀρφανοφύλαξ *tutor pupillorum* apud Xenoph. de Vectig. II. 7. Ita quoque legitur יָתוֹם Exod. XXII. 22, 24. Sirac. XXXV. 14. 2 Macc. III. 10. VIII. 28.) *et parentes, liberis carentes, vel destitutos*, (Dionys. Halic. Lib. I. p. 69. de Amulio, Numitorem liberis privante, ὀρφανὸν τέκνων ἔθηκε. Hesych. ὀρφανός· ὁ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων.) sed etiam *omnes, desolatos ac privatos amicis, consanguineis et rebus caris*, (conf. D'Orville ad Charitonem Lib. II. cap. 5. p. 314. ed. Lips.) omnemque adeo *auxilio aliorum plane destitutum*, (Etym. M. ὀρφανός· ὁ μὴ ἔχων τινὰ βοηθόν. Hinc in versione Alexandrina Psalm. LXXXI. 3. Hebr. דַּל *tenuis, miser* respondet. Adde Job. XXIX. 12. Psalm. IX. 38, 42.) *miserum et infelicem* significat. In N. T. bis legitur. Jacob. I. 27. ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας visitare orphanos et viduas, h. e. opem ferre omnibus, qui sunt miseri et aliorum auxilio destituti. Ponuntur enim ὀρφανοὶ καὶ χῆραι, ut Hebraicum יְתוֹמִים וְאַלְמָנוֹת Psalm. LXVIII. 6. Jerem. VII. 5. XXII. 13. omnino pro hominibus infelicissimis et miserrimis. Præterea reperitur quoque Joh. XIV. 18. οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανοὺς non relinquam vos orbos, h. e. non deseram vos, omni plane doctore destitutos. Dicebantur autem a Judæis (quibus solemne erat præceptores vocare patres, et discipulos filios,) orphani discipuli, quando a magistris relicti erant. Confer supra sub ἀπορφανίζω, et Wetstenii N. T. T. II. p. 934. Adde Pindar. Isthm. IV. 14.

'ΟΡΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *saltare facio, moveo*. Medium ὀρχέομαι, οῦμαι, fut. ήσομαι, *salto, tripudio* et *omnem saltationem, quæ fit in numerum et cum arte quadam*, comprehendit, et ita differt a σκιρτᾷν *saltare absque arte, ut pueri et vituli lascivientes solent*, et χορεύειν, quod est *in orbem saltare, veluti circa aram et quidem connexis manibus*. Matth. XI. 17. ηὐλήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ὠρχήσασθε tibiis cecinimus vobis et non saltastis ad eas; ubi vid. Wetstenius. ibid. XIV. 6. ὠρχήσατο ἡ θυγάτηρ τῆς 'Ηρωδιάδος saltabat filia Herodiadis; ubi

quoque consulendus est Wetstenius. Marc. VI. 22. Luc. VII. 32. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alexandrina respondet Hebraicis פִּזֵּז *subsiliit, saltavit,* 2 Sam. VI. 16. et רָקַד *saliit, subsiliit.* 1 Chron. XV. 29. Cohel. III. 4. Cæterum verbum ὀρχέομαι a Phavorino deducitur ab ὄρχος, *vinearum ordinibus,* in quibus antiquissimis temporibus vindemiantes choreas agebant. Vid. Phavorinus in Ὀρχηθμοῖς. Τὴν τάξιν τῆς φυτείας ὄρχους εἰώθασι λέγειν οἱ ποιηταί, καὶ οἱ ὀρχησταὶ ἐντεῦθεν, ὅτι κατὰ τὴν τῶν βοτρύων συγκομιδὴν ἐν τοῖς τόποις τούτοις, ἐπειδὰν ἔτυχον τρυγῶντες, ἀπήρχοντο θεῷ χορεύοντες, καθάπερ κωμῳδοί, ἐξ οὗ καὶ τὸ ὀρχῶ, ὀρχήσω, ὀρχήσασθαι.

῝ΟΣ, ἥ, ὅ. Articulus postpositivus et relativus, qui 1) et ordinarie respondet pronomini relativo Latinorum *qui, quæ, quod* et Hebraico אֲשֶׁר in versione Alexandrina centum in locis. De ejus vero usu, et constructione, admodum varia, hæcce notanda sunt: a) genere et numero convenire debet cum antecedente nomine, v. c. 1 Cor. XV. 1. τὸ εὐαγγέλιον ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν doctrina christiana, quam vobis tradidi. Joh. VI. 51. ἡ σάρξ μού ἐστιν ἣν ἐγὼ δώσω. ibid. v. 63. Ephes. I. 13, 14, etc. b) interdum genere et numero concordat cum substantivo sequente, cum proprie deberet respondere antecedenti, v. c. Galat. III. 16. σπέρματί σου ὅς ἐστι Χριστὸς pro ὅ ἐστι Χριστός. c) casu respondet quidem communiter voci sequenti, a qua regitur, sed haud raro ex Attico loquendi genere non respondet verbo sequenti, sed in eo casu ponitur, in quo fuit antecedens nomen. Sic Luc. XXIV. 25. τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν, οἷς (pro ἃ) ἐλάλησαν οἱ προφῆται ut fidem habeant omnibus, quæ prædixerunt prophetæ. Joh. IV. 14. ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ ex aqua illa perenni, quam ego dabo ipsi. Act. I. 1. περὶ πάντων ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν. 2 Thess. I. 4. ταῖς θλίψεσιν αἷς (pro ἃς) ἀνέχεσθε afflictionibus, quas sustinetis. 1 Cor. VI. 19. d) ὃ interdum pleonastice ponitur, ut Hebraicum אֲשֶׁר, v. c. Matth. III. 12. οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ manu tenet ventilabrum. Cf. Storr. Obss. ad Synt. Hebr. p. 298. e) ὃ pro καθ' ὅ, *quatenus, quoad.* Rom. VI. 10. ὃ γὰρ ἀπέθανε — ὃ δὲ ζῇ quod attinet ad mortem Christi, — quod vero ad ejus vitam attinet. f) ὃ *quo consilio, in quem finem.* Joh. XIII. 7. ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι nunc quidem consilium hujus facti non perspicis. g) Deficit nonnunquam, v. c. 2 Cor. VIII. 23. ante κοινωνὸς ἐμὸς supple ὅς ἐστι, et ibidem οἵ εἰσι, ante ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν. 2 Petri II. 10. (οἵ εἰσι) τολμηταί. 1 Joh. III. 12. (ὅς) ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν. Adde Apoc. I. 4, 5. 2) *qualis.* Rom. IX. 24. οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, coll. v. 23. Galat. I. 7. ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο quale non datur aliud, seu neque tamen est ulla alia doctrina de J. C. vera. 3) repetitus inservit divisioni, reddendus: *alius — alius, hic — ille.* Matth. XIII. 8. ὃ μὲν (scil. σπέρμα) ἑκατόν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα aliud quidem centies, aliud sexagies, aliud denique trigesies. 1 Cor. XI. 21. ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει, alius quidem esurit, alius saturatur. Rom. IX. 21. XIV. 5. Polyb. Hist. I. c. 7. οὓς μὲν ἐξέβαλον τῶν πολιτῶν, οὓς δὲ ἀπέσφαξαν. 4) interdum cum præpositione constructum, vel etiam combinatum, induit naturam particularum. Luc. XII. 1. ἐν οἷς, scil. χρόνοις, *interea.* Conf. Ælian. Hist. Anim. IX. 4. 1 Petr. III. 16. ἐν ᾧ *cum, quando.* Matth. XXVII. 10. καθὰ sicut. Rom. VIII. 26. καθὸ idem. 5) quandoque deficit, v. c. Marc. IV. 15. ante τὸν λόγον σπείρει.

῾ΟΣΑ΄ΚΙ, vel ῾ΟΣΑ΄ΚΙΣ, *quotiescunque, quoties.* Adverbium citra interrogationem (quanquam interdum, observante Hesychio, pro ποσάκις *quoties?* ponitur;) ab ὅσος *quantus.* Prius adhibetur sequente consona, posterius sequente vocali. Ter tantum legitur in N. T. 1 Cor. XI. 25. ὁσάκις γὰρ ἂν πίνητε, et v. 26. ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον. Apoc. XI. 6. ὁσάκις ἐὰν θελήσωσι.

῞ΟΣΓΕ, ἥγε, ὅγε, *qui quidem, quæ quidem, quod quidem,* ab ὅς *qui* et γε, dictione enclitica. Semel tantum legitur in N. T. Rom. VIII. 32. ὅσγε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο qui ne quidem filio suo carissimo pepercit.

῞ΟΣΙΟΣ, ία, ον, 1) si de personis adhibetur, significat *sanctum, pium erga Deum, integrum vitæ, verum Dei cultorem, purum a vitiositate;* de rebus vero si adhibetur, notat *omne, quod convenit officiis hominum in Deum,* seu *pium,* aut *omne, quod pertinet ad religionem, Deum et res divinas,* adeoque est *inviolate et religiose observandum.* Act. II. 27. οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν τὴν διαφθορὰν neque permittes corpus cultoris tui in putredinem abire. Sermo ibi est de Christo, qui ab omni peccati labe ac inquinamento etiam secundum humanam naturam immunis fuit, et ideo etiam Ps. XVI. 10. חָסִיד vocatur. Act. XIII. 35. 1 Tim. II. 8. ἐπαίροντας χεῖρας ὁσίας animo pio erga Deum et puro a sorde vitiositatis ad Deum preces facientes. Tit. I. 8. δίκαιον, ὅσιον. (Porphyr. de Abstinent. II. 60. καὶ δίκαιος, καὶ ὅσιος.) Hebr. VII. 26. ὅσιος, ἄκακος. Speciatim vero *Deo* tribuitur in N. T. partim *quatenus est sancte et religiose omni cultu prosequendus ab hominibus et summe venerabilis,* quo respectu etiam ἅγιος et קָדוֹשׁ dicitur Ies. VI. 9. Hos. XI. 9. Joh. XVII. 11. Apoc. XV. 4. τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε Κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου, ὅτι μόνος ὅσιος (alii legunt ἅγιος) εἶ; cf. sequentia; — partim, *quatenus amore boni et recti unice ductus recte facta hominum probat, et quæ male agunt aversatur, et hunc animum suum factis demonstrat,* ut adeo idem sit, quod δίκαιος. Sic legitur in N. T. Apoc. XVI. 5. δίκαιος εἶ, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, ὁ ὅσιος, ὅτι ταῦτα ἔκρινας. Æque late patet hæc vox in versione Alexandrina, ubi legitur pro יָשָׁר *rectus, pius, integer vitæ.* Deuter. XXXII. 4. יֹשֶׁר *rectitudo,* Prov. XVII. 26. זַךְ *mundus, a scelere purus,* Prov. XX. 11. טָהוֹר idem, Prov. XXII. 11. תָּם *integer, perfectus,* Prov. XXIX. 10. תָּמִים idem, Prov. II. 21. Amos V. 10. et pro תֹּם *integritas, integer.* Prov. X. 29. — Æschin. Socr. Dial. III. 2. ὅσια *officia pia.* Josephus A. J. VIII. 9. s. 1. καὶ τῶν δικαίων καὶ ὁσίων ἔργων. ibid. c. 4. s. 3. τοὺς παραβάντας τι τῶν ὁσίων. Conf. Perizonium ad Ælian. V. H. VIII. 1. Reisk. ad Dionem Cassium p. 56. D'Orville ad Charit. Aphrod. I. c. 10. p. 267. ed. Lips. et Valckenar. ad Ammonium p. 184. Hesych. ὅσιος· καθαρός, δίκαιος, εὐσεβής, εἰρηνικός, ἁγνός. Schol. Eurip. Hecub. 788. τὸ πρὸς θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων γινόμενον δίκαιον ὅσιον καλοῦμεν. 2) τὸ ὅσιον *beneficium, sive sit promissum, sive vere exhibitum a Deo;* nam etiam apud Græcos ὅσιον notat *omne, quod a Deo in homines est profectum, ortum, missum.* Vide Ælian. V. H. VIII. 1. Sic legitur in N. T. Act. XIII. 34. ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστὰ beneficia, Davidi promissa, certo exhibebo.

Respexisse videtur Paulus usum vocis Hebraicæ חֲסָדִים in Reg. חַסְדֵי, a חָסַד *beneficum esse*, 2 Par. VI. 42. זָכְרָה לְחַסְדֵי דָּוִיד עַבְדֶּךָ Alex. μνήσθητι τὰ ἐλέη Δαυὶδ τοῦ δούλου σου, et Ies. LV. 3. ubi Alexandrini pro Hebr. חַסְדֵי דָוִד הַנֶּאֱמָנִים habent τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Quemadmodum enim חֶסֶד non solum *benignitatem, benevolentiam*, sed etiam *pietatem erga Deum* significat, ut vel tironibus notum est, ita Hebraica חָסִיד *benignus, beneficus*, ὅσιος in versione Alex. respondet multis in locis, v. c. Deut. XXXIII. 8. Ps. XII. 2. XVI. 10. XXX. 5. etc. Clemens Alex. Ep. ad Corinth. cap. 1. πόσα δὲ αὐτῷ ὀφείλομεν ὅσια; quot Christo debemus beneficia? Sæpius non legitur in N. T.

'ΟΣΙΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *sanctitas, pietas erga Deum, et vitæ integritas*, ab ὅσιος, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. Luc. I. 75. ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ, sc. λατρεύειν Θεῷ, ut Deum colamus pia mente et vitæ integritate. Differt enim h. l. ὁσιότης a δικαιοσύνη ita, ut hoc *exercitationem officiorum omnium erga alios homines* significet, illud vero de *diligentia in colendo omni officiorum genere erga Deum* usurpetur. Confer supra ad δικαιοσύνη dicta. Eadem observatio valet quoque de loco altero, ubi hoc substantivum legitur, Ephes. IV. 24. ubi Paulus christianos hortatur, ut novum animum induant, efformatum ad exemplum divinum (κατὰ Θεὸν, qui est ab omni labe immunis et animi puritatem certissimam præit.) ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας justitia et sanctitate vera et haud fucata. Alexandrini usi sunt hac voce pro יֹשֶׁר *rectitudo*, Deut. IX. 5. διὰ τὴν ὁσιότητα τῆς καρδίας σου, et תֹּם *integritas, perfectio*. 1 Reg. IX. 4. Adde Sapient. II. 22. V. 20. IX. 3. ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ. Apud Græcos scriptores ὁσιότης interdum etiam *pietatem erga beneficos*, et speciatim *reverentiam* significat, *quæ parentibus debetur*, v. c. apud Xenoph. de Venat. I. 11.

'ΟΣΙ'ΩΣ, *sancte, rite, decenter, animo pio erga Deum*. Adverbium ab ὅσιος *sanctus*, quod vide. Semel legitur in N. T. 1 Thess. II. 10. ὡς ὁσίως καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενήθημεν, ubi ὁσίως ad officia pietatis erga Deum et animi castitatem, δικαίως ad officia, quæ aliis hominibus debentur, ἀμέμπτως vero ad utrumque officiorum genus referendum est. Alio sensu hoc adverbium legitur in Symmachi reliquiis Psalm. XVII. 28. πρὸς ὅσιον ὁσίως πράξεις erga pium *benigne* te geres, et Sapient. VI. 10. οἱ δὲ φυλάξαντες ὁσίως τὰ ὅσια ὁσιωθήσονται, ubi ὁσίως, ut Latinum *sancte*, est *reverenter, religiose, uti par est ac decet*. Conf. Perizonium ad Ælian. V. H. II. c. 32. — Hesych. ὁσίως· πρεπόντως, δικαίως.

'ΟΣΜΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *odor quicunque, fragrantia*, et de *fœtore* æque ac *odore suavi* usurpatur, maxime vero de *odore suaveolente*, unde a Suida εὐωδία explicatur. Interdum vero additur apud Græcos scriptores nomen, unde sciatur, de quonam odore sermo sit. Descendit ab ὄζω *oleo*, quod etiam verbum medium est, ut supra dictum est. Sic legitur in N. T. Joh. XII. 3. ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου et unguenti hujus odor totum cœnaculum penetravit. Ælian. V. H. III. 1. X. 9. XIII. 1. ἑαυτὸν εἱστία τῇ ὀσμῇ odoribus ciborum sese pascebat. In versione Alexandrina legitur pro רֵיחַ *odor*, Genes. XXVII. 27. Cant. I. 3, 11. II. 13. IV. 10. et pro בְּאֹשׁ *fœtor*. Ies. XXXIV. 3. καὶ οἱ νεκροὶ, καὶ ἀναβήσεται αὐτῶν ἡ ὀσμή. Adde Ies. III. 24. ubi pro תַּחַת בֹּשֶׂם *loco aromatis* Græci habent ἀντὶ ὀσμῆς ἡδείας, et 2 Macc. IX. 9, 10, 12. Gloss. Vet. ὀσμή, *olor, odor*. ὀσμὴ σαπρὰ, *putor, fœtor*. 2) metaphorice: *omnis res jucunda et utilis, quæ longe lateque spargitur et propagatur*, metaphora desumta ab aromatibus, quæ late suum spargunt odorem. Sic legitur in N. T. 2 Cor. II. 14. καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ qui effecit, ut per nos præstantissima doctrina christiana ubique ut odor suavis propagaretur. ibid. v. 16. οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωὴν doctrina hæc christiana (quæ odoris suavis ad instar longe lateque propagatur,) perniciem affert iis, qui eam repudiant, admodum vero salutaris est iis, qui eam vera fide amplectuntur; sicut odores dantur, qui alios reficiunt et recreant, alios ex adverso enecant. Ludov. Cappellus vero monuit, esse in formulis ὀσμὴ θανάτου et ὀσμὴ ζωῆς Chaldaismum et notari φάρμακον, sive salubre, sive lethiferum. Congessit quoque Wetstenius ad h. l. et Buxtorfius in Lexico Talmudico col. 1494. plura Rabbinorum loca, in quibus formulæ סַם חַיִּים (סַם *medicamentum, pharmacum*, sed proprie, ut Syriacum ܣܡܡ *odorem* notat, ut Arabicum شَمَّ *olfecit* satis docet) *medicamentum salutiferum* et סַם מָוֶת *medicamentum mortiferum* occurrunt. Conf. etiam Assemann. Catal. Bibl. Medico-Laurentianæ Cod. LXII. et Bibl. Orient. T. I. p. 49. Sed solent etiam Syri *doctrinam salutiferam* cum *odore vitæ* comparare. Vide Assemanni Bibl. Orient. T. III. P. II. p. 31. 3) est symbolum *rei suavis, gratæ et acceptæ*, maxime *Deo*. Sic v. c. Philipp. IV. 16. munus Philippensium, Paulo per Epaphroditum missum, ὀσμὴ εὐωδίας odor bonæ fragrantiæ dicitur, h. e. θυσία δεκτὴ, εὐάρεστος τῷ Θεῷ, ut statim in sequentibus a Paulo explicatur, coll. Hebr. XIII. 16. Ephes. V. 2. formula ὀσμὴ εὐωδίας transfertur ad sacrificium Christi, pro peccatis Deo oblatum, quemadmodum Hebraica רֵיחַ נִיחוֹחַ Genes. VIII. 21. Levit. II. 12. III. 5. propria olim erat de sacrificiis, Deo gratis et acceptis. Conf. supra ad εὐωδία dicta. Sæpius non legitur in N. T.

"ΟΣΟΣ, η, ον. Generatim quantitatem exprimit eamque modo continuam, modo discretam, modo utramque simul. Speciatim vero 1) *quantitatem continuam* exprimit, et idem est ac *quantus*, ὁπόσος, ut Hesychius interpretatus est. Marc. II. 19. ὅσον χρόνον, pro καθ' ὅσον χρόνον quamdiu. Joh. VI. 11. ὅσον ἤθελεν quantum quisque volebat. Rom. VII. 1. ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ, sc. ἀνὴρ, quamdiu maritus vivit, coll. 1 Cor. VII. 39. Galat. IV. 1. Apoc. XXI. 16. ὅσον καὶ τὸ πλάτος, sc. ἐστὶ, quanta etiam latitudo est. Confer Alexandrinos Deut. XV. 8. 1 Reg. XVII. 12. 2) *quantitatem discretam* in numero plurali adhibitum exprimit, et idem est ac *quotquot*, vel *quicunque, quotcunque*. Interdum additur vocabulum πᾶς, interdum quoque omittitur. Matth. VII. 12. πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε quæcunque igitur vultis. ib. XIII. 44, 46. πάντα ὅσα εἶχε quæcunque possidebat, seu omnia sua. ibid. XVIII. 18, 25. XXI. 22. Marc.

XII. 44. Luc. XVIII. 12, 22. Joh. IV. 29, 39. Act. II. 39. Rom. III. 19. 2 Cor. I. 20. Galat. III. 10, 27. Phil. III. 15. Coloss. II. 1. 1 Tim. VI. 1. etc. Marc. III. 28. *καὶ αἱ βλασφημίαι, ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν.* ib. X. 21. *ὅσα ἔχεις πώλησον.* 3) *quantitatem continuam et discretam simul* indicat, ut idem sit, ac *quam magnus et quam multus, quot et quanta, quæ ac quanta.* Marc. III. 8. *ἀκούσαντες ὅσα ἐποίει* audientes, quam multa et insignia miracula Christus patraverit. Marc. V. 19. *ἀνάγγειλον αὐτοῖς, ὅσα σοι ὁ Κύριος ἐποίησε* renuncia iis, quæ ac quanta tibi fecerit Dominus. Sic Esther IX. 29. *ἔγραψεν Ἐσθὴρ ὅσα ἐποίησαν τότε.* Marc. V. 20. Luc. IV. 23. *ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα εἰς Καπερναοὺμ, ποίησον καὶ ὧδε* quæ et quanta miracula audivimus a te patrata esse Capernaumi, et hic pátra. ibid. IX. 10. Act. IX. 13. *ὅσα κακὰ ἐποίησεν* quot et quanta mala intulerit. ibid. v. 16. *ὅσα δεῖ αὐτὸν παθεῖν.* ibid. XIV. 27. XV. 4, 12. 2 Tim. I. 18. 4) pro *ὅς*, *qui.* Galat. VI. 12. *ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ* illi vero, qui Judæis placere student. Joh. XXI. 25. *ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς* alia vero adhuc extant multa, quæ Jesus peregit. Act. IX. 39. *ἱμάτια, ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκὰς* vestimenta, quæ, dum adhuc in vivis esset, fecerat Dorcas. Apoc. I. 2. *ὅσα εἶδε.* Conf. Alexandrinos Cohel. VIII. 15. Æschin. Socr. Dial. I. 4. 11. III. 10. 20. 21. 5) cum præpositionibus *ἐπὶ* et *κατὰ* in particulam abit. Sic v. c. *ἐφ' ὅσον*, scil. *χρόνον*, *in quantum tempus*, h. e. *quamdiu.* Matth. IX. 15. *ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος* quamdiu sponsus cum iis versatur, coll. Marc. II. 19. 2 Petri I. 13. *ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι.* Appian. Mithridat. p. 388. *Ἐφ' ὅσον* vero etiam significat: *in quantum, quatenus.* Matth. XXV. 40. *ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου* quatenus vel uni e minimis meorum sectatorum tribuistis beneficia. ib. v. 45. — *Καθ' ὅσον quatenus, quanto.* Hebr. III. 3. *καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει* quanto majorem dignitatem habet. ibid. VII. 20. *καθ' ὅσον οὐ χωρὶς ὁρκωμοσίας*, v. 22. *κατὰ τοσοῦτον* quatenus non sine jurejurando — hactenus. *Καθ' ὅσον*, si sequitur *οὕτως*, significat: *sicuti, quemadmodum*, et est idem, quod *καθώς.* Hebr. IX. 27. *καὶ καθ' ὅσον ἀπόκειται κ. τ. λ.* — v. 28. *οὕτως κ. τ. λ.* Hesychius: *καθ' ὅσον οἷόν τε· καθόσον δυνατόν ἐστι.* Idem: *καθ' ὅσον· ὅσον.* 6) *ὅσον* sæpe pro *καθ' ὅσον* ponitur et significat: *quanto, quanto magis.* Marc. VII. 36. *ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον* quo gravius autem iis interdixit, eo magis rem divulgarunt. Exempla multa habet Heupelius in Animadversionibus ad h. l. 7) *ὅσῳ* sine præpositione cum comparativo nomine, vel subintelligenda vocula *μᾶλλον*, significat: *quanto.* Hebr. I. 4. *ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα* quanto præstantiorem præ illis consecutus est dignitatem. ibid. VIII. 6. *ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης* quanto præstantioris fœderis est mediator. ibid. X. 25. *καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ (μᾶλλον) βλέπετε ἐγγίζουσαν ἡμέραν.* Æschin. Socr. Dial. II. 2. *ὅσῳ πλουσιώτατος.* Plato Euthyphron. 13. *ὅσῳ σοφώτερος.* Confer Irmisch. ad Herodian. II. 3. 17. T. II. Opp. p. 85 seq. 8) *ὅσα*, adverbialiter usurpatum, significat: *quantum*, v. c. Apoc. XVIII. 7. *ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν — τοσοῦτον* quantum glorificavit se ipsam, — tantum. 9) *ὅσα μὲν, ὅσα δὲ alia quidem — alia vero.* Jud. v. 10. 10) *ὅσον ὅσον minimum.* Hebr. X. 37. *ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον*, mox, seu brevissimum adhuc temporis spatium superest. Alex. Ies. XXVI. 20. *ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον ὅσον.* Heliodor. V. 18. *ὀλίγον ὅσον.* Aristoph. Vesp. v. 213. *ὅσον ὅσον στίλην*, h. e. *τὸ ἐλάχιστον*, ut scholiastes interpretatur. Hesych. *ὅσον· ὀλίγον.* (*Ὅσον* pro Hebr. קָט *pauxillum* legitur apud Inc. Int. Ezech. XVI. 47. *κατὰ μικρὸν ὅσον.* Lex. Seguier. in Bekkeri Anecd. Græcc. T. I. p. 3. *ἀργύριον ἔχει οὐδ' ὅσον· οἷον, οὐδὲ τὸ βραχύτατον.*) — *ὅσον ὅσον δέ· ὀλίγον ὀλίγον.* Confer etiam Vorstii Philol. Sacr. cap. 12. p. 324. ed. Fischeri, Wakefield. Silvam Crit. T. V. p. 146. et Wetstenii N. T. T. II. p. 423.

ὍΣΠΕΡ, *ἥπερ, ὅπερ, qui, quæ, quod, quicunque, quæcunque, quodcunque*, ab *ὅς qui* et *περ*, dictione enclitica. Semel legitur in N. T. Marc. XV. 6. *ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον, ὅνπερ ᾐτοῦντο* vinctum aliquem populo condonare solebat, quemcunque sibi expetiissent, coll. Matth. XXVII. 15. *ὃν ἤθελον.* Thucyd. II. c. 10. *ὅσπερ ἡγεῖτο τῆς ἐξόδου ταύτης.* ibid. VI. c. 103. et VII. c. 56.

ὈΣΤΈΟΝ, *ου, τὸ*, contracte **ὈΣΤΟΥ͂Ν**, *οῦ, τὸ, os, ossis.* Legitur in N. T. Matth. XXIII. 27. *γέμουσιν ὀστέων νεκρῶν* pleni sunt ossibus mortuorum. Luc. XXIV. 39. *πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει* spectrum carnem et ossa non habet. Joh. XIX. 36. *ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται* os non conteretur, seu confringetur, coll. Exod. XII. 46. *καὶ ὀστοῦν οὐ συντρίψετε ἐπ' αὐτῶν.* Conf. Surenhus. *Βίβλος Καταλλαγῆς* p. 380. Ephes. V. 30. *ἐσμὲν ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ*, h. e. sumus ejusdem, cujus ille, naturæ humanæ, seu, arctissime sumus cum eo conjuncti. Respexisse videtur Paulus locum Genes. II. 23. ubi Adamus, Evam conspiciens, in verba: זֹאת הַפַּעַם עֶצֶם מֵעֲצָמַי וּבָשָׂר מִבְּשָׂרִי erupisse narratur; quæ apostolus eleganter ad arctissimam conjunctionem ecclesiæ christianæ cum Christo retulit. Hebr. XI. 22. *περὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ἐνετείλατο* de deportandis et condendis ossibus suis mandavit. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini hac voce usi sunt pro עֶצֶם *os*, Genes. II. 23. L. 25. Exod. XII. 46. et גֶּרֶם idem. Prov. XVII. 22. XXV. 15. Dan. VI. 25.

ὍΣΤΙΣ, *ἥτις, ὅ, τι*, (ita enim per distinctionem recte scribitur pro *ὅτι*, ad differentiam conjunctionis *ὅτι quod, quia*, quam vide suo loco.) genit. *οὗτινος, ἧστινος, οὗτινος*, 1) *quicunque, quæcunque, quodcunque, quisquis, quilibet.* Est articulus postpositivus, compositus ex *ὅς* et *τὶς quis, aliquis*, et fere universaliter sumitur, præcipue in initio sententiæ et præmisso vocabulo *πᾶς*. Matth. X. 32. *πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων* quicunque igitur me coram hominibus profitetur. ibid. v. 33. *ὅστις δ' ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων.* ibid. XII. 50. III. 12. *ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ.* XVIII. 4. *ὅστις —— οὗτος.* ibid. XXIII. 12. Marc. VIII. 34. Luc. XIV. 27. Joh. II. 5. *ὅ, τι ἂν λέγῃ ὑμῖν, ποιήσατε.* XIV. 13. XV. 16. 1 Cor. XVI. 2. 2) sumitur interdum relative: *qui, quæ, quod*, i. q. simplex *ὅς*. Matth. II. 6. *ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου Ἰσραήλ* qui reget populum meum, Israëlitas. ibid. VII. 15. *ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς* a falsis prophetis, qui ad vos venient. ibid. v. 24, 26. XIII. 52. Act. IX. 27. Rom. XVI. 6, 7, 12, etc. Alex. usi fere sunt hac voce pro אֲשֶׁר, Genes. XXXVIII. 25. Exod. IX. 18, 24. XI. 6. Deut. I. 39. et

pro Chaldaico יְהִי idem quod אֲשֶׁר. Esr. VII. 16. Dan. II. 10, 25. VI. 27. Adde Æschin. Socr. Dial. I. 2. 3. 9. 12. II. 3. 4. 26. 3) *quantus.* Luc. X. 35. ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς et quantum insuper impenderis. Mat. XVIII. 28. ἀπόδος μοι, ὅ, τι ὀφείλεις redde mihi quantum mihi debes. 4) *qualis.* 1 Cor. V. 1. πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται incestus genus, quale ne quidem inter gentiles cum laude et approbatione commemoratur. Galat. V. 19. ἅτινά ἐστι qualia sunt.

ὈΣΤΡΑ'ΚΙΝΟΣ, *ἵνη*, *ον*, 1) proprie: *testaceus*, **mit einer Schale überzogen, eine Schale habend**, *covered with a shell, having a shell*, ab ὄστρακον, ου, τὸ, *testa nativa et dura illa, cui cochleæ, ostreæ, conchæ, testudines et similes belluæ maritimæ adhærent*, **die Schale der Schalthiere**, *the cover of shelled animals*, etiam *testa ovorum*, i. q. ὄστραξ, quod non solum *testam nativam*, sed interdum etiam *animal ipsum, testæ adhærens*, significat. Sed quemadmodum ὄστρακον, ut Latinum *testa* (Horat. Od. I. 20. 2. Ep. I. 2. extr.) etiam de *testa fictili* usurpatur, ita etiam ὀστράκινος, ut Latinum *testaceus*, 2) *argillaceum, fictile, figulinum* significat, et est i. q. κεράμιος, **aus gebrannter Erde, oder vom Töpfer gemacht, irden**, *made of burnt earth, earthenware.* 2 Tim. II. 20. σκεύη ξύλινα καὶ ὀστράκινα vasa lignea et testacea. Thom. M. p. 526. κεραμεοῦν σκεῦος βέλτιον λέγειν, ἢ ὀστράκινον. Confer Trilleri Obss. Critt. Lib. IV. c. 6. p. 328. qui docuit, ὀστράκινον etiam probis auctoribus tritum esse, v. c. Theophrasto in libris de Plantarum Historia, Dioscoridi Lib. IV. c. 89. p. 279. Athenæo, Plutarcho et aliis. In versione Alex. legitur pro חֶרֶשׂ *testa*, Levit. VI. 28. σκεῦος ὀστράκινον. ibid. XI. 33. πᾶν ἄγγος ὀστράκινον. Num. V. 17. יוֹצֵר *figulus*, Ies. XXX. 14. Jerem. XIX. 11. et pro Chaldaico חֲסַף, הַסְפָּא *lutum, argilla.* Dan. II. 33, 34, 41, 42. 3) metaphorice: *vile, tenue, quod facile frangi et debilitari potest, multis calamitatibus et incommodis obnoxium.* 2 Cor. IV. 7. ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν gestamus hunc thesaurum in vasis argillaceis, h. e. munus tradendi religionem christianam demandatum est hominibus, multis malis et calamitatibus obnoxiis. Sæpius non legitur in N. T. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 187.

ὌΣΦΡΗΣΙΣ, *εος*, Attice *εως*, ἡ, 1) *odoratus, olfactus, odorandi sensus*, a 2 pers. præt. pass. ὤσφρησαι, verbi ὀσφράομαι, vel ὀσφραίνομαι *odoror, olfacio*, (quod Hebraico הֵרִיחַ *odoratus est* respondet apud Alexandrinos Jud. XVI. 9. 1 Sam. XXVI. 19.) hoc ex ὀσμὴ *odor* et ῥὶν, ῥινὸς, ἡ, *nares;* per nâres enim olfacimus. Ὄσφρησις nuspiam usurpatur ab Alexandrinis, sed ὀσφρασία, quod idem notat, semel Hos. XIV. 6. (7.) pro רֵיחַ *odor.* 2) *organon illud, quo odor percipitur, nares.* Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. XII. 17. εἰ ὅλον τὸ σῶμα ὀφθαλμὸς, ποῦ ἡ ἀκοή; εἰ ὅλον ἀκοὴ, ποῦ ἡ ὄσφρησις; Herodian. I. 12. 4. μύρου εὐωδεστάτου τάς τε ὀσφρήσεις καὶ τὰ ὦτα ἐνεπίμπλασαν. Conf. quæ supra ad ἀκοὴ dicta sunt.

ὈΣΦΥ'Σ, *ύος*, ἡ, et in singulari et in plurali 1) *lumbum* notat, seu, ut verbis utar Foësii in Œcon. Hipp. p. 281. proprie: *carnosam totius spinæ partem, quæ quinque vertebris crassissimis et maximis constat, inter dorsum et os sacrum mediam, quæ alias ἰξὺς nominatur.* Sed interdum latius patet et pro *tota spina, coxis, iliis* ponitur, quemadmodum etiam Latini *lumborum* nomine designant partem, qua cingimur. In versione Alexandrina respondet Hebraico חֲלָצַיִם *lumbi*, Job. XXXVIII. 3. XL. 2. Ies. V. 27. et מָתְנַיִם idem, Exod. XII. 11. Genes. XXXVII. 33. Job. XII. 18. XL. 11. Hesych. ὀσφύς· ὁ παρὰ πλευρὰν διάκενος τόπος. Lex. Cyrilli MS. Brem. ὀσφύς· τὸ πλησίον τῶν γλουτῶν, ῥάχις, ψύα. Matth. III. 4. ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ habebat cingulum coriaceum circa lumbos suos. Marc. I. 6. 2 Regg. I. 8. ζώνην δερματίνην περιεζωσμένος τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. Ezech. IX. 2, 3, 11. 2) per synecdochen et tropice, quia vasa seminaria lumbis sunt vicina, seu propter adjunctos renes, etiam *receptaculum seminis humani*, seu potius *virilis*, etiam *semen virile ipsum, virtutem generativam, principium procreationis et nativitatis* significat, ad imitationem Hebraicorum vocabulorum חֲלָצַיִם et מָתְנַיִם. Hinc Christus v. c. Act. II. 30. dicitur ὁ καρπὸς τῆς ὀσφύος Δαβὶδ fructus lumborum Davidis, quia secundum humanam naturam ex posteris Davidis prognatus fuit. Verba sunt: ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν fore, ut ex posteris ejus Christus nascatur. Nam liberi, nepotes et omnino posteri alicujus ὁ καρπὸς τῆς ὀσφύος τινὸς dicuntur, ad imitationem Hebr. פְּרִי חֲלָצַיִם. Hebr. VII. 5. καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ quamvis et ipsi originem trahant ab Abrahamo. Etiam apud Alexandrinos ἐξέρχεσθαι ἐκ τῆς ὀσφύος τινὸς est i. q. apud vulgares Græcos legitur γεννᾶσθαι ὑπό τινος, *nasci, gigni ab aliquo.* Conf. Genes. XXXV. 11. καὶ βασιλεῖς ἐκ τῆς ὀσφύος σου ἐξελεύσονται. 2 Paral. VI. 9. 1 Regg. VIII. 11. ubi formula Hebraica יָצוֹא מֵחֲלָצֵי פְלוֹנִי reperitur, e qua hæc Græca nostra expressa est. Legitur etiam formula cognata יָצוֹא מִיֶּרֶךְ פְּלוֹנִי *exire ex femore alicujus.* Gen. XLVI. 26. Exod. I. 5. Jud. VIII. 30. Dicitur quoque יָצוֹא מִמְּעֵי פְּלוֹנִי *exire ex visceribus alicujus*, Genes. XV. 4. et 2 Sam. XVI. 11. et denique יָצוֹא מִפְּלוֹנִי *exire ex aliquo.* Gen. XVII. 6 et 16. Cf. Vorst. Phil. Sacr. cap. 39. p. 714 seq. ed. Fischeri. — Eadem quoque ratione vox ὀσφὺς usurpatur in formula εἶναι ἐν τῇ ὀσφύϊ τινὸς *esse in lumbis alicujus*, h. e. *nondum natum esse*, quasi *latere adhuc in semine virili alicujus*, quæ legitur Hebr. VII. 10. ἔτι γὰρ ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν latebat enim adhuc in semine patris, seu, nondum natus erat. Confer Schwarzium ad Olearium de Stilo N. T. p. 254. Alberti Gloss. Gr. p. 175. ἐκ τῆς ὀσφύος· ἐκ τοῦ σπέρματος, ubi vid. Alberti. Idem quoque Hesychius tradit. Lex. Cyrilli MS. ἐκ τῆς ὀσφύος· ἐκ τοῦ σπέρματος, ἐκ τῶν ψυῶν, ἐκ τῶν μυελῶν. 3) formula περιζώννυσθαι, vel ἀναζώννυσθαι τὴν ὀσφὺν, ut Latinorum *accingere se*, metaphorice de eo usurpatur, *qui se præparat et idoneum reddit ad opus aliquod peragendum*, metaphora desumta a servis, militibus et iter facientibus, qui vestes demissiores et laxiores cingulo adstringebant et colligabant, ut expediores redderentur ad currendum, ad laborandum ac pugnandum. Luc. XII. 35. ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι sitis perpetuo parati ac vigilantes, coll. v. 36 seq. Ephes. VI. 14. στῆτε οὖν περιζωσάμενοι (περὶ vel κατὰ) τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν τῇ ἀληθείᾳ state igitur et forti animo exspectate hostem, instructi virtute chris-

tiana, aut sustentati religione christiana. Fuit autem ζωστὴρ, seu περίζωμα, pars armaturæ veteris. 2 Petr. I. 13. ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν præparate et idoneum reddite animum vestrum. Confer 1 Sam. II. 4. Job. XXXVIII. 3. Prov. XXXI. 17. Jer. I. 17. Sæpius non legitur in N. T.

ὍΤΑΝ. Adverbium, quod, quia compositum est ex particulis ὅτε et ἄν, 1) proprie notare videtur *quandoque, quandocunque, quocunque tempore*. Sed in N. T. libris pariter ac in Græcis scriptoribus 2) est adverbium temporis, significans *cum, quando, si, quoties*, et construitur plerumque cum conjunctivo, interdum etiam cum indicativo. Matth. V. 11. ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσιν quando vos probris afficient et persequentur. ibid. VI. 2. ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην quando igitur eleemosynas distribuis. ibid. v. 5, 6, 16. X. 19. Marc. III. 11. ὅταν αὐτὸν ἐθεώρει quando eum conspiciebat. Apoc. IV. 9. καὶ ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν. Joh. XVI. 4. etc. Etiam apud Græcos ὅταν cum subjunctivo pariter ac cum indicativo construitur, v. c. apud Platonem Sympos. c. 11. ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν. ibid. c. 13. ὅταν δὲ ἐγκρατέστερος γίνηται. ibid. c. 21. ἀλλ' ὅταν τις λέγῃ. Cebetis Tab. p. 229. ὅταν μὴ ἐπίστανται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι. 3) *postquam*. Matth. IX. 15. ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος postquam ablatus fuerit ab ipsis sponsus. ibid. XXIII. 15. Alex. Jerem. XXIX. 10. ὅταν μέλλῃ πληροῦσθαι ἑβδομήκοντα ἔτη, ubi pro ὅταν in Hebraico legitur כִּי. ib. XXXIV. 14. pro מִקֵּץ שֶׁבַע שָׁנִים Alexandrini habent ὅταν πληρωθῇ ἓξ ἔτη. 4) *quamdiu*. Joh. IX. 5. ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ quamdiu fuero in mundo; ubi ὅταν est i. q. ἕως, coll. v. 4. 5) interdum est particula mere conditionalis, *si*, i. q. ἐάν. Marc. XIV. 7. καὶ ὅταν θέλητε et si vultis. Luc. XVII. 10. ὅταν ποιήσητε πάντα τὰ διαταχθέντα ὑμῖν si vel satisfeceritis omnibus officiis vestris. 2 Cor. X. 6. etc. Ælian. V. H. II. 2. ὅταν γε μὴν τεχνικόν τι θέλεις εἰπεῖν, καταφρονεῖ σου. 6) *quandoquidem, quia*. Rom. II. 14. ὅταν γὰρ ἔθνη, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, κ. τ. λ. 1 Cor. III. 4. Aristoteles de Mundo cap. 4. μάλιστα ὅταν τὸ μὲν τάχιστον ᾖ τῶν ὄντων.

ὍΤΕ. Adverbium, significans tempus certum ac definitum, quod jam est transactum, et ita differt ab ὅταν et ὁπόταν, quibus particulis vagum tempus indicatur. Construitur fere cum indicativo præteriti, vel aoristorum, vim præteriti habentium. 1) *quum, postquam*. Matth. VII. 28. ὅτε συνετέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους quum finiisset Jesus hanc orationem suam. ibid. IX. 25. ὅτε δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος quum ejectus esset populus. ibid. XI. 1. καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων τοῖς δώδεκα μαθηταῖς αὐτοῦ, μετέβη ἐκεῖθεν postquam Jesus hæc mandata dederat discipulis suis, illinc discessit. Marc. IV. 10. Rom. XIII. 11. Adde Alex. 1 Reg. XIV. 29. 2) *quum, dum*, als, *whilst*. Marc. I. 32. ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος cum occideret sol. ibid. II. 25. τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε χρείαν ἔσχε καὶ ἐπείνασεν αὐτὸς quid fecerit Davides, cum aliquando vitæ necessitatibus destitutus esuriret, coll. Luc. VI. 3. ubi legitur ὁπότε ἐπείνασεν αὐτός. ibid. IV. 10. VI. 21. VIII. 19. XIV. 12. XV. 41. Luc. IV. 25. 3) *quamdiu*. Joh. XVII. 12. ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν ἐν τῷ κόσμῳ quamdiu apud eos in mundo eram. Hebr. IX. 17. ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος quamdiu vivit, qui testamentum condidit. 4) quum temporis, vel certi, vel indefiniti, mentio præcedit, saltem nomen χρόνος, aut καιρὸς subauditur, ponitur loco pronominis relativi. Luc. XIII. 35. ἕως ἂν ἥξῃ (sc. καιρὸς, seu ὥρα) ὅτε εἴπητε non prius, quam tempus veniat, quo me ita alloquamini. ibid. XVII. 22. ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅτε ἐπιθυμήσετε erit tempus, ubi desiderabitis. Joh. IV. 21, 23. V. 25. XII. 41. XVI. 25. XX. 24. XXI. 18. 2 Tim. IV. 3. ἔσται καιρὸς ὅτε erit tempus, quo. — In versione Alexandrina legitur pro בְּ *in, propter, cum, quando*, Genes. II. 4. XII. 4. XXIV. 30. Exod. V. 13. pro בַּאֲשֶׁר *cum, quando*, 1 Sam. VI. 6. 2 Reg. XIV. 5. pro כְּדֵי *cum*, Dan. V. 20. pro אָז *tunc*, Jud. V. 22. et pro וְ Genes. XI. 10. Hesych. ὅτε· ἐπειδή.

Ὅ, ΤΕ, ἥ, τε, τό, τε, *hic, hæc, hoc*. Articulus præpositivus, compositus cum particula enclitica τε, ob quam etiam accentu notatur in iis casibus, in quibus alias ordinarie eo destituitur. Masculinum ejus in nominativo et neutrum in accusativo interjecto commate ab ista particula disterminantur, ad distinctionem particularum ὅτε *quando* et τότε *tunc*. Legitur in N. T. Luc. XXIII. 12. ἐγένοντο δὲ φίλοι ὅ, τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρώδης in gratiam rediere illo ipso die Pilatus et Herodes. Act. I. 13. V. 24. XIII. 1, 2. XVII. 10. ἐξέπεμψαν τόν, τε Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν. ibid. v. 14. XVIII. 5. Rom. I. 20. ἥ, τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις æterna ipsius potentia. ibid. v. 26. αἵ, τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν fœmellæ enim eorum. Ephes. I. 10. τά, τε ἐν οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς cum quæ in cœlis sunt, tum quæ in terra. Hebr. IX. 1, 2. etc.

ὍΤΙ. Conjunctio, quæ cum indicativo, conjunctivo et infinitivo construitur in N. T. ac varii usus et significationis est. Nam 1) est *conjunctio causalis*, significans: *quia, quod, eo quod*. Matth. II. 18. ὅτι οὐκ εἰσὶ quia mortui sunt. ibid. c. VIII. 27. XI. 20, 25. ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα gratias ago tibi, pater, quod hæc abscondisti. ibid. XIII. 16. Joh. VIII. 44. etc. Quum autem ὅτι conjunctio causalis est, sæpe Latine commodius 2) per *nam, enim*, vel *etenim* vertitur. Mat. V. 3, 4. ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται nam solatio afficientur. ibid. ver. 5, 10. VI. 5. ὅτι φιλοῦσιν solent enim. ibid. ver. 13. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις nam tu es rex et laude ac celebratione hominum dignissimus. ibid. VII. 13. IX. 36. XI. 27. Luc. X. 13. XVI. 3. Joh. XVI. 32. Eodem modo כִּי cui ὅτι respondet in versione Alexandrina, usurpatur Num. XI. 13. Deut. II. 9. Psalm. LIX. 8. 1 Paral. V. 20. Adde Philostrat. Vit. Apollon. L. III. p. 102. ὅτι καὶ βασιλεὺς αὐτὸς ἐρωτᾷ τούσδε τοὺς ἄνδρας. 3) *ideo, propterea*, i. q. διότι et διὸ, et est *particula syllogistica*, notans rationem conclusionis, quæ desumitur ab effectu consequente, vel signo, etc. Luc. VII. 47. ὅτι ἠγάπησε πολὺ ideo amavit multum, seu ideo multum me amat. Ita enim vertenda esse hæc verba, omnis orationis series, in primis v. 41 et 42. satis docet. Male autem vulgo redduntur: *quia multum amavit*, unde pontificii ex hoc ipso loco, amorem esse causam meritoriam remissionis peccatorum, torquere conati sunt. Conf. Schwarz. ad Olear. de Stilo N. T. p. 323. 1 Joh. III. 14. μεταβεβήκαμεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν, ὅτι ἀγαπῶμεν τοὺς ἀδελφοὺς translati sumus ex morte in vitam, ideo diligimus fratres. Joh. VIII. 44. ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ ideo non est in eo veritas. ibid. ὅτι ψεύστης ἐστὶ ideo mendax est et auctor omnis mendacii. Ita כִּי usurpatur 1 Sam. II. 25. καὶ οὐκ ἤκουον τῆς φωνῆς τοῦ πατρὸς

αὐτῶν, ὅτι βουλόμενος ἐβούλετο ὁ Κύριος διαφθεῖραι αὐτούς. Psal. XVII. 6. ego invoco te, ideo, כִּי exaudis me. Ps. CXVI. 10. ubi Alexandrini כִּי per διὸ reddiderunt. Reperitur etiam in versione Alexandrina pro עַל־דְּבַר *propter*, Deut. XXII. 24. עַל־אֲשֶׁר *propterea quod*, Esther VIII. 7. et יַעַן idem, Ies. XXX. 12. LXV. 12. Conf. Glassii Philol. Sacr. pag. 535. edit. Dathii. 4) *quandoquidem, siquidem, quoniam*. Joh. II. 18. τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς; quodnam miraculum patras, quandoquidem hæc facis, h. e. quonam miraculo nobis demonstrare poteris, tibi hæc faciendi potestatem competere? ibid. VIII. 22. μή τι ἀποκτενεῖ αὐτὸν, ὅτι λέγει; num occidet se ipsum, siquidem dicit? ibid. IX. 17. σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; quid autem tu de eo statuis, quandoquidem tibi facultatem videndi reddidit? 1 Cor. XI. 15. Adde Marc. VI. 35. Ita כִּי quoque legitur Ruth. II. 13. Jos. III. 4. 2 Sam. VII. 6. Ies. XXXVI. 5. 5) habet *vim restringendi* et *specificandi*, ac notat: *quatenus*. Joh. V. 27. ὅτι υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ quatenus filius hominis est. 1 Joh. III. 9. Omnis, qui ex Deo natus est, peccatum non committit, ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει quatenus doctrina divina in illo manet. Hebraicum כִּי hoc usu non invenitur. 6) vim *interrogandi habet* et notat: *quare? quam ob rem? cur?* Marc. IX. 11. καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες· ὅτι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; et interrogarunt eum discipuli, quare vero dicunt legis periti, primum venturum esse Eliam? coll. Matth. XVII. 10. Ὅτι positum est h. l. pro τί γέγονεν, ὅτι; vel τί ἐστιν, ὅτι; coll. Joh. XIV. 22. Marc. IX. 28. ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; quare (ita etiam Vulgat. h. l. reddidit) nos non potuimus sanare illum dæmoniacum? coll. Matth. XVII. 19. διατί ἡμεῖς οὐκ ἠ. ἐ. α.; Act. XI. 3. ὅτι πρὸς ἄνδρας, ἀκροβυστίαν ἔχοντας, εἰσῆλθες; quare adiisti gentiles? Scriptores N. T. videntur in mente habuisse Hebraicam particulam כִּי quæ ita legitur 1 Sam. XXIX. 8. Jerem. XXXVII. 16. 2 Paral. XXX. 18. Conf. etiam Alexandrinos 1 Paral. XVII. 6. qui pro Hebraico לָמָּה לֹא בְנִיתֶם habent ὅτι (edit. Complut. διατί) οὐκ ᾠκοδομήσατε. Pro לָמָּה *quare* legitur etiam ὅτι in versione Alexandrina Genes. XII. 18. et pro מַדּוּעַ idem, Jerem. XXVI. 9. Sed reperitur ὅτι in hac significatione etiam in aliis scriptoribus Græcis, non solum poëtis, v. c. Euripide in Rheso v. 135. ubi senes censent mittendum, qui exploret, ὅτι ποτ' ἄρα δαΐοις πυρὰ κατ' ἀντίπρωρα ναυστάθμων δαίεται; curnam ab hostibus ignes accendantur in stationibus navalibus adversarum navium? Aristoph. Plut. v. 19 et 967. Homer. Iliad. α', v. 64. Odyss. 463. sed etiam prosaicis, v. c. Luciano Asin. T. II. p. 99. edit. Grævii. Joseph. A. J. VI. 11. 9. VIII. 4. 2. XII. 4. 9. ἐρομένου τοῦ βασιλέως, ὅτι τοσαῦτα αὐτῷ παράκειται ὀστᾶ. Latinum *ita* pro *cur* ponitur apud Cicer. pro Milone c. 13. erat ut odisset. 7) *quod*, daß, *that*. Hanc significationem si obtinet conjunctio ὅτι, fere semper per accusativum cum infinitivo reddendum est. Mat. II. 16. τότε Ἡρώδης ἰδὼν, ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων tunc Herodes, intelligens, se a magis esse delusum. ibid. v. 22. XXIII. 31. vos testamini, ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας vos esse filios eorum, qui prophetas occiderunt. ibid. XXVI. 53. Luc. XV. 7. XVIII. 9. Act. VIII. 14. etc. Ita כִּי reperitur 1 Sam. XIV. 3. Ies. XXXVII. 8. Job. II. 13. Nehem. VI. 16. 8) est *adverbium interrogandi*, significans: *an? num? utrum?* Ita ex opinione nonnullorum interpretum usurpatur Luc. XXIV. 34. λέγοντας· ὅτι ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄντως καὶ ὤφθη Σίμωνι; interrogantes: num Dominus vere resurrexerit atque Simoni visus fuerit? Joh. XI. 56. ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν; utrum ad festum paschatos celebrandum Hierosolymam non sit venturus. Hebraicum כִּי hoc usu invenitur Genes. XLII. 33. 1 Sam. XXIV. 20. Ies. XXIX. 16. Prov. XXX. 4. Pro הֲ *num, an?* reperitur ὅτι in versione Alexandrina Esra IX. 14. 8b) *annon, nonne*. Joh. VIII. 25. τὴν ἀρχὴν ὅτι de principio annon jam ante dixi vobis? Sic כִּי legitur Mich. VI. 4. Job. XXXI. 18. 9) est *conjunctio concessiva*, notans: *quanquam, quamvis, etsi, etiamsi*. Luc. XI. 48. ὅτι αὐτοὶ μὲν ἀπέκτειναν αὐτοὺς, ὑμεῖς δὲ οἰκοδομεῖτε αὐτῶν τὰ μνημεῖα quanquam prophetis, quos majores vestri interfecerunt, exstruitis monumenta. ibid. XXIII. 40. ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ quanquam eandem pœnam subis. Joh. VIII. 45. ἐγὼ δὲ, ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι ego vero, quanquam verum loquor, tamen fidem non reperio. Act. I. 17. ὅτι κατηριθμημένος ἦν ἐν ἡμῖν quamvis in nostrum collegium et numerum esset adoptatus, adeoque æque ac reliqui apostoli maximis beneficiis a Christo esset ornatus, tamen ejus proditor factus est: conf. v. 16. Huc etiam referri potest locus Luc. XVII. 10. ὅτι ὃ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν quanquam omnibus officiis nostris satisfecimus, et 1 Tim. I. 13. — Est etiam ὅτι interdum *quod, quamvis* in N. T. v. c. Joh. III. 19. ὅτι τὸ φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον quod quanquam doctor ille præstantissimus in mundo erat. Rom. VI. 17. Hebraicum כִּי in eadem significatione legitur Genes. VIII. 21. Jos. XVII. 18. 2 Sam. II. 7. Psalm. XLI. 5. Jerem. IV. 30. 10) est *conjunctio adversativa*, notans: *sed, at*. Sic legitur in N. T. Matth. VII. 14. ὅτι στενὴ ἡ πύλη sed angusta est porta. Conf. Keuchenium ad h. l. Sic etiam ὅτι secundum quosdam capitur Marc. IX. 11. non repugnante usu loquendi Hebraico. Nam כִּי ita legitur 1 Reg. XXI. 15. 2 Reg. I. 4. Amos VII. 14. Job. XIII. 16. 11) exprimit *adverbia asseverandi*, et tum significat: *profecto, utique, revera, certe*, et est i. q. ὄντως. Matth. XXVI. 74. τότε ἤρξατο καταθεματίζειν, καὶ ὀμνύειν, ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον tunc cœpit execrari se et jurare: profecto non novi hominem istum. Joh. VII. 12. ὅτι ἀγαθός ἐστιν profecto est verus legatus divinus. Rom. XIV. 11. ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ per meam vitam, inquit Dominus, profecto mihi flectet se omne genu. ibid. IX. 28. 1 Joh. III. 20. ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν. Marc. XII. 6. ὅτι ἐντραπήσονται certe reverebuntur filium meum. Alii vertunt: *fortasse* reverebuntur filium meum, ut ὅτι h. l. positum sit pro ἴσως *forte*, quod etiam codices nonnulli substituerunt. כִּי pro *fortassis* legitur Ies. XXII. 13. Jos. II. 5. Deut. VII. 17. adverbia autem asseverandi exprimit Ruth. I. 10. Jos. II. 24. Jer. XXII. 22. 1 Sam. X. 19. Respondet etiam ὅτι in versione Alexandrina τῷ אָכֵן *certe, vere, profecto, utique, sane*. Genes. XXVIII. 16. Confer etiam Georgii Vindic. p.

256 et 287. 12) *quomodo, qua ratione,* i. q. πῶς. Marc. VI. 2. ὅτι δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται quomodo tot ac tanta miracula ab eo patrantur, coll. Matth. XIII. 54. Ita etiam כִּי usurpatur Ies. XXIX. 16. Exod. XVIII. 1. Deut. IV. 3. 1 Sam. X. 1. 1 Reg. XX. 7. 13) exprimit *conjunctiones explanativas* et *declarativas,* ut sit: *nempe, videlicet, scilicet, nimirum, quod scilicet.* 2 Cor. V. 14. ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν nempe si unus pro omnibus mortuus est. Rom. X. 9. Phil. I. 27. II. 22. Coloss. I. 19. 1 Thess. I. 5. II. 14. In omnibus his locis ὅτι superiora vel obscurius dicta latius declarat. 14) exprimit *adverbium temporis,* atque nunc notat: *si, quum, quando.* Luc. X. 20. ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Vide Wolfburg. in Obss. Sacr. p. 440. Joh. XII. 18. Luc. XVII. 10. 1 Joh. III. 9. Sic כִּי Num. V. 20. Prov. XXIII. 13. 15) *tamen, attamen,* ad imitationem Hebraici כִּי 2 Sam. XXIII. 5. Ies. LXVI. 8. Jer. II. 20. Sic legitur in N. T. Luc. I. 61. ὅτι οὐδείς ἐστιν ἐν τῇ συγγενείᾳ σου nemo tamen est in cognatione tua. 16) *et quidem.* Marc. VIII. 24. ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας et quidem ut arbores conspicio ambulantes. Etiam כִּי Hebræorum pro ו quandoque ponitur. Esra X. 1. Levit. IX. 4. Exod. XXII. 22. 17) *ut, ita ut,* i. q. ἵνα, cum quo permutatur Matth. XXIII. 13. coll. Marc. IV. 12. Luc. VIII. 10. Joh. VII. 35. ποῦ οὗτος μέλλει πορεύεσθαι, ὅτι ἡμεῖς οὐχ εὑρήσομεν αὐτόν; quonam hic abiturus est, ut eum non simus reperturi? 1 Joh IV. 17. ὅτι καθὼς ἐκεῖνός ἐστι, καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ et ut, sicut ille vixit, etiam nos vitam nostram instituamus in hoc mundo. Confer Genes. XXXVIII. 16. Judd. IX. 28. Exod. III. 11. ubi כִּי eadem significatione legitur. 18) perinde ut Hebræorum כִּי (Gen. IV. 25. ubi Alex. ὅς reddiderunt, 1 Sam. XXII. 22. 2 Sam. XXIV. 10. Psalm. XC. 4. ubi Alexandrini ὅστις habent,) exprimit *pronomen relativum* et positum est pro ὅς, *qui, quis.* Matth. V. 45. ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει qui solem suum affulgere jubet. ibid. VI. 26. ubi ὅτι οὐ σπείρουσιν positum est pro ἃ οὐ σπείρουσιν κ. τ. λ. Luc. XII. 24. Matth. XXIII. 24. ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν qui devoratis domos viduarum. ibid. v. 15, 23, 25, 27, 29. Joh. XII. 39. ὅτι πάλιν εἶπεν Ἡσαΐας quod iterum dixit Iesaias. In versione Alexandrina ponitur pro אֲשֶׁר Jos. IV. 7. Gen. XLII. 21. et pro Chaldaico דִּי, i. q. אֲשֶׁר Esra IV. 12. Dan. II. 8, 20. 19) *εἰ,* et præcedente ὡς, notat: *ac si, quasi.* 2 Cor. XI. 21. ὡς ὅτι ἡμεῖς ἠσθενήσαμεν ac si nos imbecilles facti essemus. 2 Thess. II. 2. ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου ac si instaret dies Christi. Etiam sine ὡς interdum *ac si* notat, v. c. Phil. III. 12. οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον. כִּי *si* significat Deut. VI. 25. 1 Reg. XVIII. 27. Ies. VII. 9. Proverb. XXIII. 13. — Interdum ὡς ὅτι potest commode *scilicet, quippe cum, utpote cum,* reddi, v. c. 2 Cor. V. 19. ubi alium sensum vix habere potest. 20) τί ὅτι *cur? quare?* pro τί γέγονεν ὅτι, ut plene legitur Joh. XIV. 22. Marc. II. 16. τί ὅτι (unus codex habet διατί e glossemate) μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει; Luc. II. 49. τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; cur quæsivistis me? Act. V. 4, 9. 21) ὅτι εἰ *utinam!* Luc. XIX. 42. ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ utinam etiam tu cognosceres! Etiam Hebraicum כִּי *utinam* notat Num. XI. 29. Ies. XXXIX. 8. 22) haud raro, maxime post verba dicendi et post verba sensuum, infinitivo junctum, abundare solet. Act. XXVII. 10. θεωρῶ ὅτι μέλλειν ἔσεσθαι πλοῦν perspicio, nostram navigationem futuram esse valde periculosam: ad quem locum vide Raphelium in Obss. Polyb. Conf. etiam Wesseling. ad Diod. Sic. IV. 26. et Zeunium ad Vigerum de Idiotismis L. Gr. p. 530. Matth. II. 23. ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. ibid. VII. 23. IX. 18. λέγων ὅτι θυγάτηρ μου ἔτι ἐτελεύτησεν. ibid. v. 33. ubi ὅτι etiam in nonnullis codicibus male omittitur. Marc. I. 15. Matth. V. 20, 31. etc. Ita non solum כִּי haud raro redundare et omitti adeo solet ab Alexandrinis, v. c. Jer. II. 25. Exod. IV. 26. XVIII. 15. Jos. II. 24. 2 Sam. XIX. 43. et דִּי Chald. Dan. II. 25. ubi etiam Theodot. non expressit; sed etiam Græcorum scriptores elegantiores ὅτι post dicendi verba pleonastice usurpare solent. Vide v. c. Ælian. V. H. I. c. 34. εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας, ὅτι ὁ περὶ τῶν ἰδίων παίδων οὕτω δικαίως ἀποφαινόμενος. Maxim. Tyr. Diss. XXVIII. p. 271. εἶπεν οὖν ὅτι γνωρίζω τὴν ἀσπίδα. Æschin. Socr. Dial. I. 13. II. 13. 33. Plura habet Joh. Vorstius in cogitatis quibusdam de Stylo N. T. p. 21. Fasc. I. Exercitatt. Philol. Histor. Th. Crenii. 23) interdum reticetur, v. c. 1 Cor. IX. 13. οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ κ. τ. λ. et quod altari assidentes. Conf. Cohel. XI. 8.

ὍΤΟΥ. Est genitivus Atticus articuli postpositivi compositi ὅστις *qui, quæ, quod,* pro οὗτινος. Combinatur autem cum particula ἕως, subintellecto nomine χρόνος *tempus.* Ἕως ὅτου elliptice pro ἕως ὅτου, seu οὗτινος, χρόνου significat, *dum, usque dum, donec, quousque.* Legitur in N. T. Matth. V. 25. ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ dum es in via cum eo. Luc. XIII. 8. ἕως ὅτου σκάψω περὶ αὐτὴν donec fodiam circa illam. ib. XV. 8. ἕως ὅτου εὕρῃ donec invenerit. ib. XXII. 16, 18. ἕως ὅτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ donec advenerit regnum Christi. Joh. IX. 18. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. legitur pro עַד־אֲשֶׁר 1 Sam. XXX. 4. Vide et 1 Macc. XIV. 10.

ΟΥ̂. Est proprie genitivus articuli ὅς *qui,* qui tamen haud raro adverbialiter sumitur, ita, ut exprimat adverbia loci et quidem 1) *in loco,* notans: *ubi, ubicunque.* Subaudiri autem debet substantivum τόπος cum præpositione ἐπί, ut integra sit locutio ἐφ' οὗ τόπου *in quo loco.* Matth. II. 9. ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον et conspiciendum se præbebat illo in loco, ubi erat puer. Mat. XVIII. 20. οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι. Luc. IV. 16. οὗ ἦν τεθραμμένος ubi educatus fuerat. ibid. v. 17. εὗρε τὸν τόπον οὗ ἦν γεγραμμένον offendit locum, in quo scriptum erat. Joh. XI. 41. Act. I. 13. etc. Conf. Alex. Ezech. XXI. 16. Esth. IV. 3. et L. Bos. Ellips. p. 201. 2) *ad locum,* significans: *quo, quocunque.* Luc. X. 1. οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι quo ipse iter facturus erat. ibid. XXIV. 28. ἤγγισαν εἰς τὴν κώμην, οὗ ἐπορεύοντο veniebant ad vicum, quo tetenderant. 1 Cor. XVI. 6. ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε, οὗ ἐὰν πορεύωμαι. 3) interdum οὗ exprimit adverbia temporis et subaudiri debet χρόνος cum præpositione ἐπί, ut integra sit locutio ἐφ' οὗ χρόνου, et significet: *quum, quando, quo tempore, postquam.* Sic legitur in N. T. Rom. V. 20. οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία quum autem numerus peccatorum auctus esset. Hebr. III. 9.

ΟΥ̓. Adverbium negandi, quod

ponitur, si sequitur consonans; sed si sequitur vox, incipiens a vocali, aut diphthongo levigata, usurpatur *οὐκ*; sin vero sequitur vox, quæ incipit a vocali, aut diphthongo aspirata, adhibetur *οὐχ*. Οὐ in fine periodi notatur cum accentu acuto, etiam ante vocales. Construitur cum omnibus temporibus et modis, etiam cum imperativo, et significat: 1) *non, haud,* ita, ut absolute neget; conjunctum autem cum alia negatione, v. c. *μὴ*, apud Græcos negationem intendit et vertitur *minime, nequaquam.* Idem valet de triplici negatione, quæ etiam fortius negat apud Græcos. Matth. XXIII. 37. *οὐκ ἠθελήσατε* non voluistis. ibid. V. 37. *ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναί, ναί, οὔ, οὔ,* esto vero sermo vester, ita, ita, non, non. ibid. XII. 42. *οὐχ εὑρίσκει* non invenit. Matth. V. 18. *οὐ μὴ παρέλθῃ* nequaquam peribit. ib. V. 20, 26. *οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν* minime egredieris exinde. ibid. X. 23, 42. *οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ* suo præmio minime destituetur, h. e. insignibus præmiis ornabitur. ib. XXVI. 35. *οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι* nequaquam te abnegabo. ibid. v. 21. *οὐδ' οὐ μὴ γένηται* neque unquam futura est. Luc. X. 19. *οὐδὲν οὐ μὴ ἀδικήσῃ* ut plane nihil horum possit vobis nocere. Hebr. XIII. 5. *οὐ μή σε ἀνῶ, οὐδ' οὐ μή σε ἐγκαταλίπω.* — Conjungitur *οὐ* cum nominibus quoque ita, ut subaudiendum videatur participium *ὤν*, v. c. Rom. IX. 25. *καλέσω τὸν οὐ λαόν μου* (scil. *ὄντα*) *λαόν μου* improbatum mihi adhuc populum amore meo amplectar, seu efficiam, ut homines, olim a vero Dei cultu alieni, veram religionem divinam amplectantur. Verba sunt desumta ex Hos. II. 25. ubi in textu Hebraico hæc leguntur: וְאָמַרְתִּי לְלֹא־עַמִּי עַמִּי אָתָּה. Rom. X. 19. *ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει*, coll. Deut. XXXII. 21. Sic etiam Themist. Orat. XXI. p. 262. *ἀλλ' ὅτι πονηρὸν ἀνθρώπιον ἦν, καὶ ἐπὶ οὐκ ἔργῳ εἰς τὰς οἰκίας παρερχόμενον κ. τ. λ.* — Οὐ vel *οὐκ* — *οὐκέτι non amplius.* Act. VIII. 39. *καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι ὁ εὐνοῦχος* nec amplius eum vidit eunuchus. Apoc. XVIII. 14. *καὶ οὐκέτι οὐ μὴ εὑρήσῃς αὐτὰ* nec amplius ea habebis. — Οὐ vel *οὐκ οὐδεὶς nemo, nullus.* Marc. III. 27. *οὐ δύναται οὐδεὶς* nemo potest. ibid. V. 37. *καὶ οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι.* ibid. XV. 4. Luc. IV. 2. X. 19. — Οὐκ — *οὐδὲ ne quidem.* Luc. XVIII. 13. *οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι* ne oculos quidem in cœlum attollere audebat. Act. VII. 5. Rom. III. 10. *οὐκ ἔστι δίκαιος οὐδὲ εἷς* ne unus quidem est justus. — Οὐκ — *οὐδέπω nondum.* Luc. XXIII. 53. *οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος* in quo nullus adhuc sepultus erat. — Οὐ — *οὔτε*, vel *οὐ* — *οὔτε* — *οὔτε non — neque*, vel *non — neque — neque.* Apoc. IX. 20, 21. XII. 8. XX. 4. XXI. 3. — — Οὐ — *οὐδὲ non — neque.* Luc. XII. 27. *οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει.* ibid. v. 33. Joh. XIV. 17. XVI. 3. Act. II. 31. IX. 9. — Interdum, sed admodum raro, *οὐ* post *οὔτε* ponitur, v. c. 1 Cor. VI. 10. — Οὐ *πᾶς nemo omnino.* Matth. VII. 21. — Οὐ vel *οὐκ* — *ἀλλὰ non — sed.* Matth. IX. 12, 13. X. 20. XV. 11, 24. — Οὐκ — *εἰ μὴ — non — nisi.* Matth. XIII. 57. XIV. 17. XVII. 21. Rom. VII. 7. — — Οὐ — *ἐὰν μὴ non — sed*, vel *nisi.* Joh. V. 29. Galat. II. 16. — Οὐ — *δὲ non — sed.* Joh. VII. 7. 1 Cor. XIII. 6. 2 Cor. X. 15. Galat. II. 20. Hebr. IV. 13, 15. — Οὐ *μόνον*, vel *οὐ μόνον δὲ* — *ἀλλὰ*, vel *ἀλλὰ καὶ non modo*, vel *non solum autem, sed,* vel *sed etiam.* Joh. XI. 52. Act. XIX. 26 et 27. Joh. V. 18. XII. 9. Rom. V. 3, 11. 2 Cor. VIII. 19. Etiam apud Græcos *οὐ μόνον* sequitur *ἀλλὰ καί*, v. c. Ælian. V. H. II. 25. Diogen. Proœm. I. s. 12 et 49. et *ἀλλὰ καὶ γάρ.* Ælian. V. H. II. 13. — Οὐ *μόνον* postponitur interdum, uti apud Latinos *non modo, non solum.* Jac. II. 24. — aliquando plane omittitur, ut Galat. I. 8. et apud Ælian. V. H. IV. 8. — *Οὐχ ὅτι* — *ἀλλ' ὅτι non quod, sed quod.* Joh. VI. 26. XII. 6. 1 Cor. V. 9. 1 Joh. IV. 10. Interdum posterius *ὅτι* omittitur. 2 Cor. I. 24. et Phil. IV. 17. ubi etiam prius *ὅτι* abundare videtur. Quandoque *οὐχ ὅτι* sequitur *ἀλλ' ἵνα*, v. c. 2 Thess. III. 9. — Οὐ *γὰρ neutiquam vero, nullo modo,* indignantis est, Act. XVI. 37. Conf. Wetsten. N. T. T. II. p. 559. — Οὐ *πάντως haudquaquam.* Rom. III. 9. 1 Cor. V. 10. XVI. 12. — Οὐ, vel *οὐκ* — *δὲ non — sed.* Act. XII. 9. *καὶ οὐκ ᾔδει ὅτι — — ἐδόκει δὲ*, ubi *δὲ* est i. q. *ἀλλὰ*, vel *γὰρ*, quod etiam codices nonnulli h. l. habent. — 2) In prohibitionibus et dissuasionibus significat *ne* et positum est pro *μή*, quemadmodum etiam לֹא apud Hebræos interdum pro אַל ponitur. Matth. V. 21. *οὐ φονεύσεις*, sed Marcus X. 19. et Lucas XVIII. 20. et Jacobus II. 11. scripserunt *μὴ φονεύσῃς.* Matth. XIX. 18. Rom. XIII. 9. Confer Vorstii Philol. S. pag. 222. ed. Fischeri. 3) *non tamen, tamen non.* Joh. XII. 37. *τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν αὐτῶν, οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν* quamvis autem tot ac tanta miracula inter eos patraret, tamen haud pauci ipsi fidem denegarunt. Confer Palairet. Obss. Philol. p. 255. 4) *nondum*, i. q. *οὔπω*, seu *οὔποτε.* Joh. VII. 8. *ἐγὼ οὐκ ἀναβαίνω* nondum Hierosolymam proficiscor, coll. v. 10. In codicibus nonnullis et apud Nonnum pro *οὐκ* legitur h. l. *οὔπω*, e glossemate. Syrus bene: ܐܢܐ ܠܐ ܣܠܩ ܐܢܐ ܗܫܐ ܠܥܐܕܐ ܗܢܐ *ego non ascendam nunc ad festum hoc.* Ita לֹא sumitur Gen. II. 5. Ezech. V. 9. Esra III. 6. et *non* apud Ovid. Metam. I. 654. 5) *neque.* 1 Cor. XIII. 4, 5. Ita לֹא usurpatur Deut. VIII. 9. Ps. V. 5. et *μή*, Marc. VIII. 6. 6) interrogative sumitur, reddendum: *nonne? annon?* ita, ut id, quod interrogatur, affirmetur. Matth. VI. 30. *οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς;* annon multo magis vos, scil. vestiet? ibid. VII. 22. *οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν;* nonne nomine tuo docuimus? ibid. XII. 3, 5. Hebr. III. 26. *ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως;* nonne omnes omnino Judæi, qui duce Mose ex Ægypto egressi sunt? Ita לֹא quoque *nonne? annon?* significat, ita, ut affirmative sumatur. Genes. XI. 6. Thren. III. 36. Ps. CV. 28. Jon. IV. 11. Interdum vero *οὐ* in eadem significatione est negativum. Luc. XVII. 18. Act. XIII. 10. 7) *num? an?* ita, ut id, quod interrogatur, modo affirmetur, modo negetur fortius. Affirmative sumitur 1 Cor. XII. 15. *οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος;* num propterea non est pars corporis? ibid. v. 16. Negative autem usurpatum reperitur Rom. II. 21. — Huc pertinet etiam *οὐ μὴ annon? num non?* Joh. XVIII. 11. *οὐ μὴ πίω αὐτό;* annon bibam illud? et *μὴ οὐκ* Rom. X. 18. *μὴ οὐκ ἤκουσαν;* num non audiverunt? 1 Cor. IX. 4, 5. *μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν;* ibid. cap. XI. 22. 8) *non tam,* maxime si sequitur *ἀλλά.* Matth. IX. 13. *ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν* pietate delector, non tam victimis, seu pietate magis delector,

quam victimis. ibid. X. 20. οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε λαλοῦντες, ἀλλὰ κ. τ. λ. non tam enim vos verba facitis, quam ipse Deus. Joh. VII. 16. doctrina mea οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με non tam est mea, quam illius, qui me misit. 1 Cor. I. 17. XV. 10. 1 Thess. IV. 8. 1 Petri III. 3. Ita לֹא ponitur Genes. XLV. 8. Exod. XVI. 8. 1 Sam. VIII. 7. 9) *non tantum*, ad imitationem Hebraici לֹא Genes. XXXII. 29. Ezech. XVI. 47. Joh. XII. 44. qui credit in me, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με non tantum in me credit, sed etiam in illum, qui me misit. Marc. IX. 37. 2 Cor. VIII. 5. Joh. VIII. 50. 10) Interdum perinde ac Hebræorum לֹא (Ezech. XXI. 32. Job. VI. 21. XXXI. 23.) nominaliter accipiendum est, et significat: *nihil*. Rom. XV. 21. οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ quibus nihil de Deo annunciatum est. Confer Palairet. Obss. Philol. p. 380. — Jac. V. 6. pro οὐκ ante ἀντιτάσσεται reponendum videtur ὁ Κύριος ex ὁ κς, coll. IV. 6.

ΟΥ'Α', seu, ut etiam scribitur, οὐᾶ, ab Arrian. Diss. Epictet. III. c. 23. respondet Hebraico הֶאָח et Latinorum *vah!* et est vox, seu interjectio *insultantis, exprobrantis et lætantis de alieno infortunio*. Semel legitur in N. T. Marc. XV. 29. οὐὰ ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν vah, qui destruis templum et in tribus diebus exstruis! Verba sunt Judæorum, qui exprobrant illi falsitatem suarum prædictionum et de infortunio ejus summo lætantur. Confer Psalm. XXXV. 21 et 25. et Wetstenii N. T. T. I. p. 636.

ΟΥ'ΑΙ'. Est interjectio, respondens Latino *væ!* et Hebraico אוֹי, vel הוֹי, et cum dativo construitur. Est vero 1) *vox exclamantis, comminantis, prædicentis et simul imprecantis varia mala, quæ certo eventura sunt*. Matth. XI. 21. οὐαί σοι Χοραζὶν, οὐαί σοι Βηθσαϊδὰν væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaida! ibid. XVIII. 7. XXIII. 13—16. Marc. XII. 21. Luc. XXII. 22. Judæ v. 11. Singulare quiddam habet illud οὐαὶ 1 Cor. IX. 16. οὐαὶ δέ μοι ἐστὶν væ vero mihi est: h. e. certissimæ pœnæ mihi metuendæ sunt. Ita הוֹי usurpatur Ies. I. 4. V. 8, 11. 2) est particula *dolentis, lugentis* et *commiserantis*, ut אוֹי Ies. VI. 5. Jer. XXII. 18. οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις væ autem prægnantibus et lactantibus in illis diebus, h. e. miseret me mulierum gravidarum et lactantium, quarum conditio præ aliis miserrima tunc temporis est futura. Marc. XIII. 17. Luc. XXI. 23. Apoc. XVIII. 10 et 16. 3) Sumitur etiam nominaliter pro *tempore* et *duratione afflictionum* et *calamitatum* et *misero statu*. Apoc. IX. 12. ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν, ἰδοὺ ἔρχονται ἔτι δύο οὐαὶ μετὰ ταῦτα. ibid. XI. 14. — Conf. de hac interjectione Glassii Philol. S. p. 551 seq. edit. Dathii.

ΟΥ'ΔΑΜΩ˜Σ. *Nequaquam, neutiquam*. Adverbium ab οὐδαμὸς *nullus*, hoc ex οὐδὲ *neque* et ἀμὸς, οὖ, ὁ, *unus, aliquis*, q. d. οὐδ' ἀμὸς, *ne unus quidem*. Semel legitur in N. T. Matth. II. 6. οὐδαμῶς ἐλαχίστη nequaquam minima es. In versione Alexandrina non reperitur hoc adverbium, sed οὐδαμοῦ *nequaquam, nusquam*. 1 Reg. I. 37. Job. XIX. 7. Prov. XXIII. 5. Hesych. οὐδαμῶς· οὐδέποτε.

ΟΥ'ΔΕ'. Conjunctio ex οὐ *non* et δὲ *vero*, quæ fere particulam οὐ, οὐδεὶς, οὔπω subsequitur. Significat 1) *neque, nec, et non*. Matth. V. 15. VI. 20, 26, 28. VII. 18. IX. 17. Joh. VIII. 42. οὐδὲ γὰρ non enim. Rom. VIII. 17. — Οὐκ — οὐδὲ *nequidem*. Luc. XVIII. 13. οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι nequidem oculos in cœlum attollere audebat. Act. VII. 5. Rom. III. 10. — — Ἀλλ' οὐδὲ *sed neque* sæpe ponitur pro simplici οὐδέ. Luc. XXIII. 15. ἀλλ' οὐδὲ Ἡρώδης, scilicet εὗρεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ αἴτιον. Act. XIX. 2. ἀλλ' οὐδὲ εἰ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν ἠκούσαμεν nequidem audivimus, quæ sint illa Spiritus Sancti dona. 1 Cor. IV. 3. — — Οὐδὲ — οὐδεὶς *neque* — *quisquam*. Joh. V. 22. οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα neque vero pater quemquam judicabit. Κρίνει enim h. l. positum est pro κρινεῖ. — — Ἐὰν μὴ — οὐδὲ *nisi* — *neque*. Matth. VI. 15. — Οὐδὲ — εἰ μὴ *neque* — *nisi*. Matth. XI. 27. — Εἰ οὐκ, vel εἰ μὴ — οὐδὲ *nisi* — *nec*. Marc. XI. 26. Rom. XI. 2. 1 Cor. XV. 13, 16. Sic etiam post εἰ solitarium. Hebr. VIII. 4. — Οὐκ — οὐδὲ — ἀλλὰ, vel δὲ *non* — *neque* — *sed*. Galat. I. 1, 17. IV. 14. 2 Thess. III. 7, 8. 1 Tim. II. 12. Hebr. IX. 11, 12. — Οὐ — οὐδὲ — οὐδὲ *non* — *neque* — *neque*. Apoc. VII. 16. — Οὐκ — οὐδὲ — οὔτε *non* — *neque* — *nec*. Οὐδεὶς — οὐδὲ *nemo* — *nec*. 1 Tim. VI. 16. Apoc. V. 3. 2) *ne quidem*. Matth. VI. 29. ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ne Salomonem quidem. ibid. VIII. 10. οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον ne inter Israëlitas quidem tantam fidem reperi. Marc. VI. 31. καὶ οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν. ibid. XIV. 59. οὐδὲ οὕτως ne sic quidem. Luc. VII. 9. Respondet autem οὐδὲ in hac significatione Hebraico וְלֹא 1 Sam. XX. 15. — Huc etiam pertinet formula οὐδὲ εἷς *ne unus quidem*, h. e. *omnino nullus, nemo plane*. Matth. XXVII. 14. καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα ne ad unum quidem ipsi verbum respondit. Joh. I. 3. χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν nec sine eo quicquam factum est. Act. IV. 32. καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι nec quisquam suarum facultatum aliquid suum esse dicebat. Rom. III. 10. 1 Cor. VI. 5. Respondet hæc formula formulis Hebr. לֹא־אֶחָד 2 Sam. XIII. 30. Job. XIV. 4. Jos. XXIII. 14. לֹא אִישׁ Num. XXXI. 49. Jer. II. 6. et אֶחָד לֹא Psalm. CVI. 11. Syrus etiam pro οὐδεὶς, Luc. XIV. 24. et XVIII. 34. habet ܐܦܠܐ ܚܕ. Exempla e Græcis scriptoribus dedit Schwarzius in Commentariis Crit. L. Gr. p. 1003. 3) in ratiocinationibus notat: *igitur nec, ergo ne quidem*. Matth. XXI. 27. οὐδὲ ἐγὼ λέγω ὑμῖν igitur nec ego dicam vobis. Luc. XX. 8. Joh. VIII. 11. οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω ergo nec ego te condemno. 4) *nedum*, pro μήτιγε. Matth. VI. 26. οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας nedum metunt, nedum in cellas congerunt. Matth. XXV. 13. οὐδὲ τὴν ὥραν nedum horam. Vide Boisii Collationem p. 78. Ita etiam לֹא sumi videtur Deuteron. XXVIII. 39. 5) interdum, ut Hebraicum וְלֹא (Exod. XL. 37. Jer. IV. 1. Job. IX. 11. Nehem. IX. 17.) et Latinum *nec*, (Cic. ad Famil. L. X. Ep. 1. "Furnium nostrum tanti a te fieri — — nec miror.") simpliciter est *non*. Joh. VIII. 42. οὐδὲ γὰρ ἀπ' ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα non enim meum negotium ago. Act. IV. 34. οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς non enim inter illos quisquam erat egenus. Galat. VI. 13. Conf. Libanii Epist. 39. Homer. Odyss. δ', 492. οὐδέ τί σε χρὴ ἴδμεναι, οὐδὲ δαῆναι ἐμὸν νόον. 6) inservit interrogationi: *an? num? nonne?* Marc. XII. 10. οὐδὲ τὴν γραφὴν ταύτην ἀνέγνωτε; an scripturam hanc non legistis? Luc. VI. 3. οὐδὲ τοῦτο

ἀνέγνωτε; nonne legistis? ib. XXIII. 40. οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν; 1 Cor. XI. 14.

ΟΥ'ΔΕΙ'Σ, οὐδεμία, οὐδὲν, genitivus οὐδενὸς, οὐδεμιᾶς, οὐδενὸς, *nullus, nemo, nihil*, ex οὐδὲ *neque* et εἷς, μία, ἓν *unus*, q. d. *neque unus, ne unus*. Ejusdem significationis est οὐθεὶς, οὐτεμία, οὐθὲν, quod in quibusdam codicibus legitur 1 Cor. XIII. 2. componitur ex οὔτε *neque* et εἷς *unus*. In compositione abjicitur ε, et τ mutatur in θ ob sequentem vocalem aspiratam. Matth. VI. 24. οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν nullus verna duobus dominis servire potest. Marc. IX. 29. τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ (scil. πράγματι) δύναται ἐξελθεῖν. Matth. XIX. 17. οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς nemo perfectus, nisi unus Deus. Joh. I. 18. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε Deum nemo vidit unquam. ibid. VII. 13. οὐδεὶς nullus amicorum Jesu. Act. XXVII. 34. Rom. XIV. 14. οὐδὲν κοινὸν δι' ἑαυτοῦ nihil impurum per se. Matth. V. 13. εἰς οὐδὲν ἰσχύει ad nihil amplius valet. ibid. XXVII. 24. ὅτι οὐδὲν (pro κατ' οὐδὲν) ὠφελεῖ quod nihil proficeret. Joh. VII. 19. οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν *nemo vestrum*, vel, omissa præpositione ἐκ, οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων *nemo illorum*. Luc. XIV. 24. — Οὐδεὶς οὔτε, vel οὐδὲ, *nemo nec*. Matth. XXIV. 36. et Marc. V. 3. — Οὐδεὶς οὐκέτι *nemo amplius*. Marc. IX. 8. οὐκέτι οὐδένα εἶδον neminem amplius viderunt. ibid. XII. 34. οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα αὐτὸν ἐπερωτῆσαι et nemo amplius ei quæstionem proponere audebat. ibid. XV. 5. — Οὐδεὶς οὐδέπω *nemo unquam*. Luc. XXIII. 53. οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος in quo nullus adhuc sepultus fuerat. Sic οὐδεὶς πώποτε *nemo unquam*. Joh. I. 18. 1 Joh. IV. 12. — Οὐδεὶς — εἰ μὴ *nemo*, vel *nullus — nisi*. Matth. XI. 27. XVII. 8. XIX. 17. Marc. V. 37. IX. 29. Joh. XVII. 12. Interdum οὐδεὶς — εἰ μὴ est *nullus — sed*. Rom. XIV. 14. 1 Cor. II. 11. — Post οὐδεὶς reperitur etiam ἐὰν μὴ *sed*. Joh. III. 27. V. 19. VI. 44, 65. ἤ, Act. XXVII. 21. ἀλλὰ, Joh. X. 18. 1 Cor. IV. 4. VII. 19. 2 Cor. VII. 5. Tit. I. 15. et δὲ *sed*. Act. VIII. 16. 1 Cor. XIV. 2. Hebr. VII. 19. Οὐδὲν ἐκτὸς ὢν *nihil præter ea, quæ*. Act. XXVI. 22. Οὐδεὶς — πλὴν *nullus præter, nullus præterquam*. Act. XXVII. 22. Οὐδὲν quandoque substantive adhibetur et idem est ac *nulla res*, v. c. Rom. XIV. 14. οὐδὲν nulla res a Deo creata et usibus humanis destinata. Galat. IV. 12. Tit. I. 15. 2) præmissa particula negativa est idem ac *ullus, quisquam*. Marc. III. 27. οὐ δύναται οὐδεὶς non potest quisquam. ibid. V. 37. οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι non permisit quenquam se una sequi. ibid. XVI. 8. οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον nemini quicquam dixerunt. Luc. IV. 2. XXIII. 53. Joh. VI. 63. IX. 33. οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδὲν non valuisset efficere quidquam h. e. tale edere miraculum. XIX. 41. etc. 3) οὐδεὶς non semper universe et absolute negat, sed etiam interdum sumendum est particulariter, ut reddendum sit: *pauci, vix quisquam*. Sic legitur in N. T. Joh. III. 32. τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει testimonium ejus pauci admittunt, coll. v. 33. Chrysost. οὐδεὶς· ὀλίγοι. Huc etiam referri potest locus 1 Cor. XIV. 2. οὐδεὶς γὰρ ἀκούει perpauci enim auscultant et intelligunt. Sic quoque Latini dicere amant. Conf. Horat. Art. Poët. v. 460. 4) οὐδεὶς *qui nullo loco habetur, qui est contemtus, vilis, nullius pretii et sine effectu*. 1 Cor. VII. 19. ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδέν ἐστιν in christiana religione non quæritur, utrum tu fueris Judæus, aut paganus, coll. Galat. V. 6. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία κ. τ. λ. 1 Cor. XIII. 2. ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι amore vero destitutus essem, nulli hoc mihi et aliis utilitati esset, i. q. v. 3. οὐδὲν ὠφελοῦμαι. 2 Cor. XII. 11. εἰ καὶ οὐδέν εἰμι quanquam me nihil esse (Cicer. ad Div. L. VII. ep. 27. hæc tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te *nihil esse* cognosceres.) bene intelligo. Joh. VIII. 54. ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν nullius pretii esset istud magnificum de me judicium. Huc etiam pertinere videtur formula γίνεσθαι εἰς οὐδὲν *ad nihilum redigi*, (pro qua Græci etiam ponere solent ἥκειν εἰς μηδέν. Vide Euripid. Hecub. v. 622.) quæ legitur Act. V. 36. διελύθησαν καὶ ἐγένοντο εἰς οὐδὲν deleti sunt et ad nihilum redacti. Eurip. Iphig. in Aul. v. 968. Aristoph. Equit. v. 158. ὦ νῦν μὲν οὐδεὶς, αὔριον δ' ὑπερμέγας, ubi vide Casaubonum et Kusterum. Arrian. Diss. Epictet. L. IV. c. 8. p. 491. εἰ ἄλλον περιμένω, ἵνα με ὠφελήσῃ, ἐγὼ οὐδέν εἰμι. et Wetstenii N. T. T. II. p. 155. Conf. Olear. ad Philostrat. Vit. Apoll. III. c. 30. p. 121. et Locellam ad Xenoph. Ephes. p. 143. Eodem quoque sensu τὸ *nihil* usurpavit Juvenalis Sat. V. v. 132 seq. "homuncio quantus ex nihilo fieres." 5) οὐδὲν *quod non habet vim obstringendi et obligandi*. Sic de juramento usurpatur apud Matthæum XXIII. 16. ὃς ἂν ὀμόσῃ ἐν τῷ ναῷ, οὐδέν ἐστιν si quis per templum jurat, non obstringitur, seu tenetur hoc juramento suo: ubi τῷ οὐδέν ἐστιν opponitur τὸ ὀφείλει, h. e. obstringitur, tenetur. ibid. v. 18. 6) οὐδὲν *falsum, commentitium, vanum*. Sic legitur in N. T. Act. XXI. 24. ὅτι ὧν κατήχηνται περὶ σοῦ, οὐδέν ἐστιν relationes de te acceptas esse calumnias. Syrus pro οὐδὲν habet ܕܓܠ *falsum, mendacium*. ib. XXV. 11. εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν, ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί μου sin vero vana et falsa sunt ea omnia, quæ mihi isti objecerunt. 1 Cor. VIII. 4. ὅτι οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ Deos gentilium esse commentitios et vera phantasmata. Confer ad h. l. Wolfii Curas Philol. T. II. p. 420. et Ies. XLI. 24. Vide etiam Raphelii Obss. Polyb. p. 386. et Casaubonum ad Theophrasti Charactt. c. 28. 7) οὐδὲν pro οὐδὲν κακὸν *nullum scelus, vitium et peccatum*. 1 Cor. IV. 4. οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα nihil mali quidem mihi sum conscius. Conf. 1 Sam. XX. 27. ubi pro οὐδὲν in vers. Symmachi LXX δόλον posuerunt, et Vulgatus *nihil mali* habet. Horat. I. Ep. 1. v. 61. "nil conscire sibi, nulla pallescere culpa." Plato in Apolog. οὐδὲ μέγα οὐδὲ σμικρὸν ἐμαυτῷ σύνοιδα. Confer Pfochenium de Stilo N. T. § 130.

ΟΥ'ΔΕ'ΠΟΤΕ. Adverbium, quod 1) extra interrogationem absolute et simpliciter negat id, de quo sermo est, et significat: *nunquam, non unquam*, ex οὐδὲ *neque* et ποτὲ *aliquando*. Matth. IX. 33. οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραὴλ nunquam tale quicquam inter Judæos accidit. ib. VII. 23. οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς nunquam vos habui veros meos sectatores. ibid. XXVI. 33. ἐγὼ οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι. Marc. II. 12. Luc. XV. 29. Joh. VII. 46. Act. X. 14. XI. 8. XIV. 8. Hebr. X. 1. Confer Alex. Exod. X. 6. ubi pro לֹא ponitur, et 1 Reg. I. 6. Thucyd. IV. c. 61. V. c. 45. 2) in interrogationibus reddendum est: *nunquamne? an nunquam?* et usurpatur ita, ut id, quod interrogatur, non tam negetur, quam affirmetur. Matth. XXI. 16. οὐδέποτε ἀνέγνωτε; nunquamne legistis? ibid. v. 42. Marc. II. 25. — Thom. M. τὸ οὐδέποτε ἐπὶ τῶν τριῶν χρόνων. τὸ δὲ οὐδεπώποτε ἐπὶ παρῳχημένου μόνον κ. τ. λ. ubi vide interpretes.

ΟΥ'ΔΕ'ΠΩ. *Nondum, nunquam.*

Adverbium ex οὐδὲ *neque* et πω *particula enclitica*. Luc. XXIII. 53. οὗ οὐκ ἦν οὐδέπω οὐδεὶς κείμενος in quo nullus adhuc sepultus fuerat. Joh. VII. 39. οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον nondum enim erant dona Sp. S. extraordinaria. ibid. XIX. 41. XX. 9. οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν γραφὴν nondum enim intelligebant plane oracula V. T. de Messia. 1 Cor. VIII. 2. οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε nihil plane scit. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini habent pro טֶרֶם *necdum, nondum*. Exod. IX. 30.

ΟΥ'ΘΕΙ'Σ, οὐθεμία, οὐθὲν *nullus, nemo, nihil*, quod legitur in nonnullis codicibus 1 Cor. XIII. 2. Vide supra οὐδείς.

ΟΥ'Κ, vide οὐ.

ΟΥ'ΚΕ'ΤΙ, vel ΟΥ'Κ "ΕΤΙ. 1) proprie: *non amplius, non adhuc*, ex οὐ, vel οὐκ *non* et ἔτι *adhuc, amplius*. Marc. IX. 8. οὐκέτι οὐδένα εἶδον neminem amplius videbant. ibid. X. 8. ὥστε οὐκέτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ μία σάρξ. ibid. XV. 5. οὐκέτι οὐδὲν ἀπεκρίθη nihil amplius respondit. Luc. XV. 19, 21. οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου non amplius dignus sum filii tui nomine. Joh. VI. 66. Act. XX. 25. ubi in quibusdam libris divisim legitur οὐκ ἔτι. ibid. v. 31. Rom. VI. 9. Ephes. II. 19. Philem. v. 16. 2) post et ante verba negandi est i. q. ἔτι *amplius, adhuc*. Matth. XXII. 46. οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι et nemo amplius ab hoc ipso die ei quæstiones proponere audebat. Marc. XII. 34. XIV. 25. οὐκέτι οὐ μὴ πίω non amplius bibam. Luc. XXII. 16. οὐκέτι οὐ μὴ φάγω. Act. VIII. 39. καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι ὁ εὐνοῦχος nec amplius eum vidit eunuchus. Apoc. XVIII. 11, 14. Alexandrini habent etiam pro עוֹד *adhuc, amplius, deinceps*. Ezech. XVI. 41, 42. XX. 39. XXIII. 27. XLV. 8. Hos. II. 19. 3) interdum simpliciter pro negativo οὐ *non* ponitur, v. c. Marc. VII. 12. καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ. Joh. XV. 15. οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δούλους. Cf. supra sub δοῦλος et Glass. Philol. Sacr. p. 379. ed. Dathii. 2 Cor. I. 23. ὅτι φειδόμενος ὑμῶν οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον me vobis parcendi causa non venisse Corinthum. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini οὐκέτι habent quoque pro לֹא *non*. Exod. V. 7. IX. 28. Jos. V. 12. X. 20. et pro אַיִן *idem*. Exod. V. 10. Eodem modo μηκέτι sumitur apud Ælian. V. H. Lib. XII. c. 52.

ΟΥ'ΚΟΥ~Ν. *Num? igitur? nonne igitur?* Adverbium, compositum ex οὐκ et οὖν *ergo, igitur*. Semel legitur in N. T. Joh. XVIII. 37. οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ; an igitur rex es? Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 950.

ΟΥ' ΜΗ', *ne*. Matth. XV. 5. καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ et ne honores. Οὐ μὴ etiam imperativum est apud Aristoph. Nub. v. 505. οὐ μὴ λαλήσῃς, ἀλλ' ἀκολουθήσῃς ne obloquaris, sed sequere me. Vide etiam Bezam ad Matth. XIII. 41. 2) simpliciter *non*. Matth. XXVI. 29. ubi videndus Wetstenius.

ΟΥ~Ν, 1) *ergo, igitur, itaque, his de causis*. Est *conjunctio ratiocinativa et illativa*, quæ colligit et quasi elicit e superioribus dictis novi quiddam, aut allegat lectoris animum ad superiorem orationem, vel materiam. Matth. I. 17. VII. 11. εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες si igitur vos, qui mali estis. ibid. XII. 26. XXII. 45. Luc. XI. 13. XVI. 11. XX. 44. etc. 2) *conjunctio subsumtiva*, notans: *jam vero*. Matth. XII. 12. πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; jam vero quantum præstat homo ovi? ib. XXVIII. 19. πορευθέντες οὖν. 3) *resumtiva et continuativa*, quæ interseritur orationi post parenthesin, Latine reddenda: *inquam, quippe, cæterum, porro*. Ephes. IV. 1. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἐγὼ hortor, inquam, vos. Absoluta enim longa parenthesi per epanalepsin redit apostolus ad ea, quæ cap. III. 1. inceperat et ad studium concordiæ eos adhortatur. 1 Cor. VIII. 4. περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων. Vide ad h. l. Palairet. Obss. Philol. p. 393. 4) interdum est *particula transeundi* ad novam saltem cognatam materiam et respondet Latinæ formulæ *jam vero*. Rom. X. 14. Matth. X. 32. Marc. III. 31. XVI. 19. Joh. XVIII. 28. 5) *particula adversativa*, notans: *sed, vero, autem*, quoties nempe reperitur ante orationem, præcedenti contrariam. Matth. XXVI. 54. πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαί; quomodo autem implerentur oracula V. T. de Messia? ibidem XVII. 10. τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν; cur vero legis periti dicunt? Joh. XVIII. 40. Act. VIII. 4. οἱ μὲν οὖν aliqui tamen. Cf. Noldii Concordantt. Partic. Hebr. p. 331. 6) *si*. Luc. XX. 44. 7) *nam*. Rom. VI. 4. 1 Cor. III. 5. VII. 26. XI. 20. Huc etiam refer locum Joh. XVIII. 24. ἀπέστειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα miserat enim Annas Jesum vinctum ad Caïpham pontificem. Inserit enim h. l. Johannes ea, quæ supra ad v. 13. adducenda erant. 8) interdum abundat, v. c. Matth. V. 23. ubi vide Er. Schmidium. ibid. VII. 12. Ælian. V. H. III. c. 17. ἐπολιτεύσαντο οὖν καὶ φιλόσοφοι rempublicam administrarunt quoque philosophi. Æschyl. Agamemn. v. 533. καὶ γὰρ οὖν πρέπει. Eustath. οὐκ ἀεὶ αἰτιολογεῖ ὁ οὖν σύνδεσμος, ἀλλ' ἐν μυρίοις καὶ παραπληροῖ. Ita etiam *igitur* πλεονάζει apud Latinos, v. c. apud Plaut. Captiv. Act. IV. Sc. II. v. 91.

ΟΥ"ΠΩ, 1) *nondum, necdum*. Adverbium ex οὐ *non* et πω, dictione enclitica inseparabili. Matth. XXIV. 6. ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος sed nondum finis adest. Marc. XIII. 7. Joh. II. 4. οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου nondum adest tempus meum. ibid. III. 24. 1 Cor. III. 2. etc. Hesych. οὔπω· οὐδέπω. Thom. M. p. 664. τὸ οὔπω ἀναιρεῖ τὸ ἐνεστὸς καὶ τὸ παρεληλυθὸς καὶ ἐπαγγέλλεται τὸ μέλλον, οἷον οὔπω ἐστὶ καιρός. καί, οὔπω γέγονεν, ἀλλ' ἔσται δηλονότι. Τὸ δὲ οὐκέτι ἀναιρεῖ τὸ μέλλον, οἷον οὐκέτι ἔσται καιρός. ἤγουν, ἀπὸ τοῦ νῦν οὐκ ἔσται, ἀλλὰ παρῆλθε δηλονότι. Conf. Alex. Genes. XVIII. 12. XV. 16. XXIX. 7. Cohel. IV. 3. 2) *interrogative* sumitur: *an? seu num? nondum?* Matth. XV. 17. οὔπω νοεῖτε; num nondum intelligitis? ibidem XVI. 9. Marc. VIII. 17.

ΟΥ'ΡΑ', ᾶς, ἡ, *cauda*. Deduci solet ab ὅρος, ου, ὁ, *terminus, extremum*, quia cauda est quasi terminus et extrema pars animalis. Apoc. IV. 10. καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις καὶ κέντρα ἦν ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν et habent caudas, similes caudis scorpionum, et stimulis instructas. Habere locustas caudas, similes caudis serpentum, probavit Bochartus Hieroz. T. II. p. 475.—ibid. IX. 19. αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν ὅμοιαι ὄφεσιν ἔχουσαι κεφαλὰς caudæ earum serpentibus erant similes et capita habebant: compositæ ad amphisbænarum naturam, de quibus vide Hesychium s. v. ἀμφισβαίνα, Lucan. IX. 179. et Plin. H. N. VIII. 35. Apoc. XII. 4. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini pro זָנָב idem. Job. XL. 17. Ies. XIX. 15. Xenoph. de Re Equ. 5, 7. Hesych. οὐρά· ἡ κέρκος καὶ τὸ αἰδοῖον. Confer etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 784.

ΟΥ'ΡΑ'ΝΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *cælestis*, h. e. *cælo proprius, cælum inhabitans, cælitus ortus, e cælo derivatus*, etc. ab οὐρανὸς *cælum*. Legitur in N. T. Matth. VI. 14. ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος pater vester cælestis, h. e. Deus,

qui ita dicitur, quia in cœlis habitare et inde suam majestatem manifestare et beneficia hominibus paterne conferre a Judæis credebatur. ibid. v. 26 et 32. XV. 13. *ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος* pater meus cœlestis, h. e. Deus, a quo missus sum. Luc. II. 13. *πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου* multitudo angelorum, qui h. l. nomine cœlestis exercitus veniunt. Act. XXVI. 16. *οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ* non inobediens fui visioni, quæ mihi cœlitus obtigit. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini habent pro שְׁמַיָּא Chald. *cœlum, cœli, Deus*. Dan. IV. 23. (26.) Adde 3 Esdra VI. 15. 2 Macc. VII. 34. IX. 10. Hesych. *οὐράνιοι· οἱ τὸν οὐρανὸν κατοικοῦντες*.

ΟΥ'ΡΑΝΟ'ΘΕΝ. Adverbium de loco, notans: *cœlitus, de cœlo*, ab *οὐρανὸς cœlum*. Bis tantum legitur in N. T. Act. XIV. 17. *οὐρανόθεν ἡμῖν ὑετοὺς διδοὺς* de cœlo nobis pluviam dando. ibid. XXVI. 13.

ΟΥ'ΡΑΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) generatim: *cœlum*, h. e. *universitas rerum, quæ terram nostram undique cingit*, *παρὰ τὸ ὁράω*, ut quibusdam placet, quasi *ὁρανὸς*, quia cœlum pellucidum et visui pervium est. Alii, ut Aristoteles, (qui ait: *οὐρανὸν ἐτύμως καλοῦμεν ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν ἄνω*) *ἀπὸ τοῦ ὅρου a termino* derivant, quod terminus sit totius mundi. Alii a verbo *ὄρω excito, moveo*, vel, quod cœlum moveatur, vel, quod inferiora moveat. Vide Fulleri Miscell. Sacr. Lib. I. c. 13. Judæi, Christi et apostolorum ætate viventes, tres cœlos distinguere solebant. *Primum* et *aëreum*, cujus tres sunt regiones, suprema, media et infima, et quod non solum atmosphæram, sed etiam nubes complectebatur. *Secundum cœlum* est *sidereum*, in quo sol, luna et stellæ, seu immensum illud expansum רָקִיעַ quod omnem mundum ambit, *cœlum stellarum*. *Tertium cœlum*, quod *ὁ τρίτος οὐρανὸς* 2 Cor. XII. 2. *κατ' ἐξοχὴν* vocatur, erat sedes Dei, angelorum et beatorum in vita futura. Judæi recentioris ætatis septem cœlos distinguere solebant, quorum nomina ex sc iptis rabbinicis recenset Wetstenius ad 2 Cor. XII. 2. Atque hæc maxime causa mihi quidem esse videtur, cur cœlum in N. T. libris non solum *οὐρανὸς*, sed etiam *οὐρανοὶ* dicatur, quanquam non nego, numerum pluralem etiam ideo adhibitum fuisse, cum, quia ab Hebræis nomine ejusdem numeri שָׁמַיִם signatum legitur, tum, quoniam iste numerus naturæ Dei et præstantiæ reliquorum ejus incolarum et habitatorum aptior et convenientior videbatur, ut recte observavit Fischerus in Prol. VI. de Vitiis Lex. N. T. p. 161. ed. rec. Matth. V. 34. *ὀμνύειν ἐν τῷ οὐρανῷ*. De hoc jurejurando etiam apud gentiles recepto vide Beckii Comment. in Aristoph. Vol. I. p. 72 seq. XI. 27. *Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς* Domine cœli et terræ. Act. IV. 24. *σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν* tu, O Deus, es conditor cœli et terræ et maris omniumque, quæ iis continentur, h. e. totius universi. Hæc enim rerum universitas apud Hebræos pariter ac Græcos modo duobus nominibus, ut cœli et terræ, modo tribus, ut cœli, terræ marisque exprimitur. Hesiod. Theog. v. 427. *καὶ γέρας ἐν γαίῃ τε καὶ οὐρανῷ ἠδὲ θαλάσσῃ*. Hom. Il. XVIII. v. 483. Hebr. I. 10. *ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοὶ* tu es creator et conditor cœlorum, h. e. omnis rerum universitatis. Act. II. 5. *ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν*, sc. *ὄντων*, ab omnibus nationibus, quæ hanc terram incolunt. ibid. IV. 12. *ὑπὸ τὸν οὐρανὸν* quam late patet terra. Coloss. I. 16. *ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*. ibid. v. 23. Ephes. IV. 10. etc. Speciatim vero, ut Latinorum *cœlum* (v. c. Cicer. Divin. II. 28. Virgil. Æn. I. 150. Vide Arntzen. ad Aurelium Victorem c. 14. p. 129.), ita dicitur 2) *cœlum aëreum*, seu *cœlum, in quo nubes, imbres ventique coguntur*, (ut Cic. loquitur in Tusc. Quæst. I. 60.) *aër et ima pars aëris, atmosphæra*. Matth. III. 16. *ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ* discessit cœlum, seu findebantur nubes fulguribus. ibid. v. 17. XVI. 1. *σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ* miraculosum visum aërium. ibid. v. 2. *πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανὸς* nam rubet cœlum. ibid. v. 3. *πυῤῥάζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανὸς* nam rubet triste cœlum. Unus codex h. l. habet *ἀὴρ* loco *οὐρανός*. Marc. I. 10. Luc. IV. 15. *ὅτε ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς* quum clausum fuit cœlum, h. e. pluvia non descendit. Jacob. V. 18. *ὁ οὐρανὸς ὑετὸν ἔδωκε*, pro *καὶ ἔβρεξεν ἐκ τῶν νεφελῶν*, coll. v. 17. Apoc. XII. 1. Hanc vero significationem si obtinet et aliis substantivis junctum, haud raro abundat. Valet hoc inprimis de formula *τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ volucres*, Matth. VI. 26. Marc. IV. 4. Luc. VIII. 5. IX. 58. XIII. 19. Act. X. 12. quæ respondet Hebraicæ עוֹף הַשָּׁמַיִם et צִפּוֹר הַשָּׁמַיִם Genes. I. 26. Ps. VIII. 9. Adde Thren. IV. 19. Daniel. II. 38. Solent enim Hebræi, cum volucres, aut alia animantia nominant, ipsum quoque locum, ubi degunt, adjicere adeoque vocibus עוֹף et צִפּוֹר addere שָׁמַיִם cœlum, h. e. eam partem aëris, in qua aves versantur. Luc. XVII. 24. ubi vid. Wetstenius. Vox *οὐρανοῦ* etiam otiose adjecta reperitur vocabulo *νεφέλη*, v. c. Matth. XXIV. 30. *αἱ νεφέλαι τοῦ οὐρανοῦ nubes*. Marc. XIV. 62. Xenoph. Cyrop. IV. 2. 8. Memor. IV. 3. 8. 3) *cœlum sidereum, cœlum stellatum*, seu *stelliferum, in quo sol, luna et omnia corpora cœlestia sunt, et quod omnia elementa claudit et ambit*. Matth. V. 18. *ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ* citius periturum cœlum et terram. ibid. v. 34. ego dico vobis *μὴ ὀμόσαι ὅλως μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ* prorsus non jurare debere neque per cœlum. coll. Jacob. V. 12. Marc. XIII. 25. (Apoc. VI. 1. XII. 4.) *οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ* stellæ cœli, sue *stellæ*, nam *τοῦ οὐρανοῦ* h. l. abundat ex usu linguæ Hebraicæ. Respondet enim formulæ Hebraicæ כּוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם Deut. I. 10. X. 22. Ies. XIII. 10. XIV. 13. *Stellæ* et *sidera* in N. T. etiam dicuntur *αἱ δυνάμεις αἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Marc. XIII. 25. — *ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ* exercitus cœli, h. e. multitudo stellarum, quæ in cœlo est, Hebraice צְבָא הַשָּׁמַיִם (Jerem. VIII. 2. XIX. 13. XXXIII. 22. Soph. I. 5.) Act. VII. 42. et *τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ*. Heb. XI. 12. 4) *cœlum tertium, οὐρανὸς τρίτος*, (ut vocatur a Paulo 2 Cor. XII. 2.) seu *locus ille, qui hominibus videtur esse sedes quasi et domicilium Dei ejusque ministrorum et satellitum et receptaculum futurum beatorum*, et ex adjuncto: *vita beata cœlestis et æterna*. Matth. V. 45. *ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς* (seu *τοῦ οὐρανίου*, coll. VI. 14, 32.) ut fiatis filii et imitatores patris vestri cœlestis. ibid. v. 48. VI. 1, 9. *πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Respondet formulæ, in scriptis Hebræorum frequenti, אָבִינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם. Confer Vorstii Philol. S. cap. 21. p. 431. edit. Fischeri. Matth. VI. 10. *ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς* sicut in cœlo ab angelorum et beatorum choro, ita etiam in terra ab hominibus. ibid. v. 20. *θησαυρίζετε ὑμῖν*

θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ acquirendis bonis cœlestibus studete. ibid. X. 32, 33. XII. 50. XVI. 17. XVIII. 10. οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς. ibid. v. 14. XVIII. 19. XIX. 21. XXII. 30. ἀλλ' ὡς ἄγγελοι Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. ibid. XXIII. 9. XXIV. 36. XXVIII. 2, 18. Rom. I. 18. 2 Cor. V. 1. Galat. I. 8. Ephes. VI. 9. Phil. III. 20. Coloss. I. 5. Hebr. IV. 14. X. 34. Formula τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς *generatim* quidem *omnem rerum intelligentium naturam* significat, *speciatim* vero *homines*, inprimis *Judæos ac gentiles, ad religionem christianam conversos*. Ephes. I. 10. III. 15. Coloss. I. 16, 23. De sensu formulæ ὀνομά τινος ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quæ legitur Luc. X. 20. nec differt a formula ἀπογράφεσθαι ἐν οὐρανοῖς, Hebr. XII. 23. supra jam exposui ad vocem ὄνομα. 5) per metonymiam: *incolæ cœli*. Hebr. VII. 26. ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος et superior omnibus incolis cœlestibus (angelis) factus. coll. I. 4 seq. Huc etiam refertur a nonnullis locus Hebr. XII. 26. ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν adhuc semel concutiam non solum terram, sed etiam cœlum, quem ita vertunt: adhuc semel homines pariter ac angelos in admirationem sanctam conjiciam. Sed rectius fortasse hæc verba interpreteris de magna rerum in orbe terrarum conversione, efficienda per propagationem religionis christianæ inter gentiles, coll. Hagg. II. 7 seq. Apoc. XVIII. 20. εὐφραίνου ἐπ' αὐτήν, οὐρανὲ lætemini de ea, vos cœlicolæ. 6) per metonymiam: *ipse Deus*, auctor et conditor cœlorum ac terræ et omnis rerum universitatis, quem in cœlo maxime sedem suam habere et inde infinitam majestatem conspicuam reddere Judæi opinabantur. Matth. XXI. 25. τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν; ἐξ οὐρανοῦ ἢ ἐξ ἀνθρώπων; baptismus Johannis unde originem duxit? ex Deone an ex hominibus? Marc. XI. 30, 31. Luc. XV. 18, 21. ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου peccavi contra Deum et te. ibid. XX. 4, 5. Joh. III. 13. ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ qui a Deo missus est et olim fuit apud Deum, coll. I. 1, 2. Conf. J. C. Dœderlein de vi et usu formulæ, Christum e cœlo venisse, in Ej. Opusc. Theol. p. 61. Joh. III. 27. ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ nisi ipsi datum sit a Deo, coll. VI. 44. Hebr. XII. 25. τὸν ἀπ' οὐρανῶν, h. e. Christum, qui ita vocatur ob divinam suam legationem. 1 Petr. I. 12. Adde Joh. III. 31. VI. 38, 41, 42, 50, 51, 58. 1 Cor. XV. 47. Matth. XVI. 19. XXI. 25. Huc etiam pertinet formula ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, in N. T. admodum frequens, (v. c. Matth. XI. 11. XVI. 19. etc.) quæ non uno loco (vide Matth. VIII. 11. coll. Luc. XIII. 29. Mat. XIX. 23, 24. Act. XIV. 22. 2 Thess. I. 15.) cum formula ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ permutatur, de cujus variis in N. T. libris notionibus copiose supra exposui ad vocem βασιλεία, T. I. p. 435 seq. In apocryphis V. T. manifesta sunt ejusdem significationis exempla, v. c. 1 Macc. III. 18. οὐκ ἔστι διαφορὰ ἐναντίον τοῦ οὐρανοῦ σώζειν ἐν πολλοῖς ἢ ἐν ὀλίγοις Deus facile nos liberare potest per paucos et multos, coll. v. 19, 50, 60. ὡς δ' ἂν ᾖ θέλημα ἐν οὐρανῷ, οὕτω ποιήσει. Lutherus bene: aber was Gott im Himmel will, das geschehe, *but the will of God shall be done*. ibid. IV. 10. coll. v. 11. IX. 46. Sic etiam Hebraicum שָׁמַיִם usurpatur Psal. LXXIII. 9. et Job. I. 16. ubi Inc. Θεὸς habet, et Chaldaicum שְׁמַיָּא Dan. IV. 23. coll. v. 22. Vide et plura, a Buxtorfio congesta in Lexico Chald. et Talmudico sub שָׁמַיִם et Wetstenio N. T. T. I. p. 465 et 760. 7) interdum hyperbolice usurpatur, *quando aliquid ad cœlum usque pertingere vel pervenire* dicitur, quo significatur *maxima altitudo*, (Deut. IV. 11.) *insignis magnitudo ac præstantia alicujus rei*. Matth. XI. 23. ubi Capernaum, ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα usque ad cœlum exaltata, dicitur ἕως τοῦ ᾅδου detrusum iri; quo significatur, admodum abjectam et miseram fore conditionem civium Capernaumi, qui a Deo summis beneficiis Christi præsentia ornati fuerant. Eadem sententia legitur quoque Luc. X. 15. Hinc ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πίπτειν *de cœlo labi* metaphorice et eleganter de eo usurpatur, *qui dejicitur de pristino suo statu fortunato, cujus vis et potestas infringitur*. Luc. X. 18. ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα scio, per vos repente imminutam esse diaboli potestatem. Similis locus reperitur Ies. XIV. 12. אֵיךְ נָפַלְתָּ מִשָּׁמַיִם הֵילֵל coll. v. 13. Apud Ciceronem ad Attic. Epp. III. 21. *ex astris decidere* de iis dicitur, *qui potestatem amiserunt desieruntque florere*. Alii tamen interpretes sensu eodem verba ἐκ τοῦ οὐρανοῦ cum ἀστραπὴν conjungere malunt. Apoc. XVIII. 5. ὅτι ἐκολλήθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ ejus peccata usque ad cœlum pervenerunt, h. e. insignis est eorum magnitudo, coll. Homer. Odyss. ό, 328. Huc etiam referri potest locus Hebr. VII. 26. ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος post mortem ad summam dignitatem pervenit, coll. Ies. XIV. 13. 8) οὐρανὸς ἀνοίγεται *cœlum aperitur, quando se exserit divina majestas et hominibus conspicua fit*. Joh. I. 52. ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα futurum est ab hoc tempore, ut cœlum videatis adapertum, h. e. ut cognoscatis præsentiam Dei, vim et virtutem suam extraordinariis modis declarantis: sequitur enim: καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, h. e. videbitis me peculiari modo a Deo adjutum, summa patrantem miracula. Confer Glassii Philol. Sacr. p. 1041. edit. Dathii. 9) ἀναβαίνειν εἰς τὸν οὐρανὸν is dicitur, *qui perfectissimam et omnibus numeris absolutam cognitionem de Deo rebusque divinis habet*, seu, *arctissime est cum Deo et ita conjunctus, ut omnia ejus consilia et decreta, omnem adeo ejus naturam cognitam habeat et perspectam*. Joh. III. 13. καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς nemo res divinas satis cognitas habere potest præter eum, qui originem cœlestem habet. Similis locus est Prov. XXX. 4. מִי עָלָה־שָׁמַיִם וַיֵּרַד, h. e. quis satis cognitas habet res cœlestes, ut eas hominibus annunciare possit? ubi docere vult auctor libri, opera Dei et consilia esse impervestigabilia hominibus et plane ignota. Longe diverso ab hoc sensu reperitur hæc formula usurpata a Paulo Rom. X. 6. μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν, h. e. noli putare, insuperabilibus difficultatibus obsitam esse doctrinam de origine J. C. cœlesti: ubi *in cœlum ascendere* est formula loquendi mere proverbialis, qua usi sunt scriptores sacri, ut indicarent, tantam esse alicujus rei difficultatem, ut omnes vires humanas superet. Respexisse autem videtur Paulus locum Deut. XXX. 12. מִי יַעֲלֶה־לָּנוּ הַשָּׁמַיְמָה, ubi docere vult Moses, non esse adeo difficilem hominibus legum divinarum cognitionem.

ΟΥ'ΡΒΑΝΟ'Σ, οῦ, ὁ. *Urbanus*. No-

men proprium viri Latinum. Semel memoratur in N. T. Rom. XVI. 9.

ΟΥ'ΡΙ'ΑΣ, ου, ὁ. *Urias.* Nomen proprium viri Hebraicum אוּרִיָּה i. q. *lux Domini*, ex אוֹר *lux* et nomine divino יָהּ. Semel legitur in N. T. Matth. I. 6.

ΟΥ'Σ, ὠτὸς (pro οὐτὸς), τό. Pluralis τὰ ὦτα. 1) *auris, organon auditus.* Matth. X. 27. ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ δωμάτων quod tanquam arcanum creditum vobis et commissum accepistis, seu, quæ ego vobis hucusque privatim dixi, in tectis, seu palam et in publicis conventibus prædicate. Etiam apud Hebraicos scriptores לָחַשׁ *in aurem insusurrare* de Rabbinis usurpatur, qui doctrinam suam sublimiorem et privatam discipulis esotericis privatim tantum tradebant. Marc. VII. 33. ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ. Luc. I. 44. ὡς ἐγένετο ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὰ ὦτά μου audita salutatione tua. ibid. IV. 21. σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν hæc, quæ audivistis oracula, in me jam habent eventum. ibid. XII. 3. ὃ πρὸς τὸ οὖς ἐλαλήσατε, ἐν τοῖς ταμείοις κηρυχθήσεται ἐπὶ τῶν δωμάτων quæ privatim et familiari sermone disseruistis in conclavibus, olim in tectis, seu palam prædicabuntur. Formula enim πρὸς τὸ οὖς λαλεῖν, *in aurem insusurrare,* h. e. *arcana alicui credere et committere, familiariter alicui edisserere,* opponitur h. l. formulæ εἰς τὸ οὖς ἀκούειν, Matth. X. 27. *arcanum creditum sibi et commissum accipere.* Luc. XXII. 50. καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ οὖς τὸ δεξιόν. Act. VII. 57. συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν continebant aures ipsorum. ibid. XI. 22. ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ αὐτῶν fama hujus rei perlata ad christianos Hierosolymitanos. 1 Cor. XII. 16. 2) *auditus, audiendi sensus et facultas,* et metaphorice: *vis et facultas aliquid intelligendi, percipiendi et cum attentione considerandi.* Matth. XI. 15. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω cui datum est penetrare in sensum hujus orationis, is utatur hac facultate sua. Eadem sententia legitur quoque Matth. XIII. 9, 43. Marc. IV. 9, 23. VII. 16. VIII. 18. Luc. VIII. 8. XIV. 35. Apoc. II. 7, (ubi tamen nonnulli interpretes formulam: ὁ ἔχων οὖς vertere malunt: quicunque hæc audierit.) 11, 17, 29. III. 6, 13, 22. XIII. 9. — Matth. XIII. 15. τοῖς ὠσὶν βαρέως ἤκουσαν obstruunt aures, h. e. avertunt animum a veritate. (Cicero p. Planc. c. 27. "aures hebetes populus Romanus habet.") ibid. μήποτε τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι ne capiant, seu percipiant. Act. XXVIII. 27. Rom. XI. 8. καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν ut facultate quidem intelligendi instructi sint, nec tamen ea utantur. Eodem sensu אָזְנַיִם sumitur Ies. XLIII. 8. Huc etiam pertinet formula ἀπερίτμητοι τοῖς ὠσὶν, Act. VII. 51. qua Judæi indicantur, qui immorigeri sunt præceptis religionis Mosaicæ et quorum aures quasi occlusæ sunt præceptis divinis, tota expressa ad Hebraicam עֲרֵלֵי־אָזְנַיִם, quæ legitur Jerem. VI. 10. 3) per synecdochen: *ipse homo, qui est facultate audiendi et cognoscendi præditus et instructus.* Matth. XIII. 16. μακάρια τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούει vos beati, qui auditis et intelligitis, quæ vobis traduntur. Job. XXIX. 11. כִּי אֹזֶן שָׁמְעָה וַתְּאַשְּׁרֵנִי. Ita etiam ὀφθαλμὸς, ut Hebraicum עַיִן Deut. III. 21. de homine, videndi facultate instructo, synecdochice usurpatur. 1 Cor. II. 9. ἃ οὖς οὐκ ἤκουσε quæ nemo audivit. 4) τιθέναι εἰς τὰ ὦτα *animo suo aliquid infigere, memoriæ aliquid mandare.* Luc. IX. 44. θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους memori audita mente teneatis. 5) per ἀνθρωποπάθειαν Deo in N. T. aures tribuuntur, quo significatur in genere *exactissima Dei cognitio omnium rerum, quæ in his terris geruntur,* et speciatim: *quod non solum cognoscat et ratas habeat verorum suorum cultorum preces, sed etiam cognoscat exacte peccata hominum eaque graviter vindicet et puniat.* Jacob. V. 4. αἱ βοαὶ τῶν θερισάντων εἰς τὰ ὦτα Κυρίου σαβαὼθ εἰσεληλύθασιν et clamores metentium pervenerunt ad aures Domini sebaoth, h. e. ulciscetur injuriam, metentibus illatam, coll. Ies. V. 9. 1 Petri III. 12. καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν precesque eorum exaudit et ratas habet. Conf. Psalm. X. 17. XXXI. 3. LV. 2. LXXI. 2. CXXX. 1. Sæpius non legitur in N. T.

ΟΥ'ΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *essentia, natura, substantia,* ab οὖσα, participio verbi εἰμὶ *sum.* 2) *res familiaris, facultates, opes.* Bis tantum legitur in N. T. Luc. XV. 12. δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας da mihi ratam partem patrimonii. ibid. v. 13. διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώτως dissipavit facultates suas, profuse et luxuriose vivens. Tob. XIV. 13. ἐκληρονόμησε τὴν οὐσίαν αὐτῶν. Aristoph. Plut. 754. Ælian. V. H. X. 17. Theophr. Char. XVII. 2. Xenoph. de Rep. Athen. II. 16. Vulgatus voce *substantia* usus est pro Hebraicis הוֹן et מִקְנֶה Genes. XXXIV. 23. XXXVI. 6. Prov. I. 13. X. 15. et Aquila Cohel. II. 8. Hebraicum סְגֻלָּה *peculium* vertit οὐσία. Hesych. οὐσία· πλοῦτος, ὕπαρξις, εἶδος ὑφεστὸς, βίος, κτῆσις. Suid. οὐσία· τῆς οὐσίας τὴν κλῆσιν καὶ τὴν προσηγορίαν οὐδόλως ἐμφερομένην εὑρίσκομεν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. Ἡ δὲ τῶν πολλῶν συνήθεια κέχρηται τῷ προσρήματι ἐπὶ τῶν σημαινομένων κτήσεων, ὧν τις κέκτηται, οἷον οἰκημάτων, βοσκημάτων καὶ λοιπῶν ὑλῶν. Ταῦτα γὰρ οὐσίαν καλοῦσι τοῦ κεκτημένου. Καθ' ἣν ἔννοιαν καὶ τὸν ταῦτα κεκτημένον πλούσιον καλοῦμεν ἀντὶ τοῦ πολυούσιον, καὶ περιούσιον λαὸν τὸν ἔγκτητον. καὶ Ἰσραὴλ περιουσιασμὸν ἑαυτῷ ἀντὶ τοῦ κτῆμα καὶ εἰς κτῆσιν. Confer Alberti Obss. Philol. p. 51 seq.

ΟΥ'ΤΕ, 1) *nec, neque, non.* Conjunctio ex οὐ *non* et τε *que,* particula enclitica. Luc. XX. 36. οὔτε γὰρ ἀποθανεῖν ἔτι δύνανται non enim amplius mori possunt. Apoc. V. 4. Sæpe iteratur, v. c. Matth. XXII. 30. οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίζονται. Luc. XIV. 25. Joh. V. 37. — Οὔτε — οὔτε — οὔτε *nec — nec — nec.* Act. XXIV. 12. XXV. 8. Apoc. IX. 20. Interdum sæpius repetitur, v. c. Rom. VIII. 38, 39. 1 Cor. VI. 9, 10. — Οὐκ — — οὔτε *non — neque.* Apoc. XII. 8. Οὐκ — οὔτε — οὔτε *non — neque — neque.* Joh. I. 25. Apoc. XXI. 4. — Οὐκ — οὐδὲ — οὔτε *non — nec — nec.* 1 Thess. II. 3. — Οὔτε — καὶ *neque — et.* Joh. IV. 11. 3 Joh. v. 10. — Οὔτε — οὔτε — ἀλλὰ *nec — nec — sed.* 1 Cor. III. 7. — Οὐδὲ — οὔτε *nec — neque.* Galat. I. 12. Alexandrini usi sunt pro גַּם לֹא Num. XXIII. 25. Jer. XLVIII. 8. pro וְלֹא Deut. V. 21. (18.) Job. III. 26. XV. 29. et לֹא Job. XV. 29. 2) *nequidem.* Marc. V. 3. οὔτε ἁλύσεσιν οὐδεὶς αὐτὸν ἴσχυε δαμάσαι nequidem catenis coërceri poterat. Luc. XII. 26. εἰ οὖν οὔτε ἐλάχιστον δύνασθε quodsi igitur ne minimum quidem potestis efficere. 1 Cor. III. 2. ἀλλ' οὔτε ἔτι νῦν δύνασθε sed ne quidem nunc potestis.

ΟΥ'ΤΟΣ, αὕτη, τοῦτο. Pronomen demonstrativum, significans 1) *hic, hæc, hoc,* et usurpatur partim, si quid est ita ante nostros oculos, ut digitis ostendere queamus, aut si-

digito in aliquam rem monstramus, partim, si de aliqua re sermo est, et ad hanc iterum refertur oratio. De rebus, quæ sunt ita ante oculos positæ, ut digitis monstrare queamus et vere aliis ostendamus, usurpatur apud Matthæum III. 9. δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ potest Deus vel ex his lapidibus Abrahamo posteros excitare. ibid. v. 17. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. ibid. IV. 3. εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται. ibid. X. 42. ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων quicunque horum minimo vel poculum frigidæ obtulerit; ubi verosimile est, Christum, cum hoc diceret, in ipsum circumstantem populum ostendisse. Joh. II. 19. λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον destruite hoc templum, sc. corporis mei, quod digito monstraverit Christus necesse est. ibid. VI. 50. coll. v. 48, 51, 58. Act. XX. 34. αἱ χεῖρες αὗται hæ manus. Eandem significationem obtinet quoque, si explicandum est de substrata materia, de qua agitur. Matth. III. 3. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου hic enim (sc. Johannes baptista, de quo sermo erat v. 1.) erat a Iesaia propheta ita prædictus. ibid. IV. 9. V. 19. μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, sc. ἐν τῷ νόμῳ καὶ ἐν τοῖς προφήταις. ib. VII. 28. ὅτι συνετέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους. Marc. IV. 13. Joh. I. 51. μείζω τούτων ὄψει. Act. X. 43. τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν. — Præterea variæ constructiones ejus sunt annotandæ, v. c. ὅσοι — οὗτοι *quicunque — hi.* Galat. VI. 12. Jud. v. 10. — ὃς — οὗτος *qui — hic.* Mat. V. 19. XVIII. 4. Marc. III. 35. VI. 16. VIII. 35. — εἴ τις — οὗτος *si quis — hic.* Rom. VIII. 9. 1 Cor. VIII. 3. Jacob. I. 23. III. 2. Huc etiam pertinent formulæ sequentes. a) αὐτὸ τοῦτο *illud ipsum,* 2 Cor. VII. 11. quæ formula ita ponitur, ut interdum plane otiosa sit, v. c. Galat. II. 10. ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι. Phil. I. 6. πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο, ὅτι; interdum αὐτὸ ante τοῦτο superfluum sit, v. c. 2 Cor. II. 3. καὶ ἔγραψα ὑμῖν τοῦτο αὐτὸ et scripsi vobis hæcce; interdum vero reddendum sit: *et ad illud ipsum quod attinet,* ita, ut præpositio κατὰ suppleatur. 2 Petr. I. 5. καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες et illud ipsum quod attinet, (coll. v. 3 et 4.) omne studium impendentes. Sed potest etiam ante αὐτὸ τοῦτο suppleri διὰ, ut sit *propterea, quapropter,* (quo sensu reperitur apud Ælian. V. H. IV. 9.) vel εἰς, coll. Ephes. VI. 18, 22. Coloss. IV. 8. 2 Cor. V. 5. b) ἀντὶ τούτου *propterea, ideo,* i. q. ἕνεκεν τούτου. Ephes. V. 31. ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα propterea solet maritus relinquere ipsos parentes et sequi uxorem, coll. Genes. II. 23. ubi Alexandrini Hebraicum עַל־כֵּן reddiderunt ἕνεκεν τούτου. Conf. supra ad ἀντὶ dicta. c) διὰ τοῦτο, sc. πρᾶγμα, vel χρῆμα, *propterea.* Matth. VI. 5. διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν propterea hortor vos. ib. XII. 27, 31. Hebr. I. 9. διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς propterea, quia scilicet amavisti justitiam et odisti iniquitatem, unxit te Deus: ubi διὰ τοῦτο male a Noldio *quia, quandoquidem* redditur. Idem valet de formula διὰ ταῦτα, quæ legitur Ephes. V. 6. d) εἰς αὐτὸ τοῦτο et εἰς τοῦτο *ad hoc ipsum,* partim significat *hujus rei causa,* ita, ut non solum αἰτιολογικῶς, sed etiam ἐκβατικῶς accipiatur, partim pro αὐτὸ τοῦτο ponitur. Eventualiter usurpatur Rom. IX. 17. εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε. Pro αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες hoc ipsum curantes. Αἰτιολογικῶς legitur εἰς τοῦτο Marc. I. 38. εἰς τοῦτο γὰρ ἐλήλυθα hanc enim ob causam a Deo missus sum. Luc. IV. 43. ὅτι εἰς τοῦτο ἀπέσταλμαι. Joh. XVIII. 37. εἰς τοῦτο γεγέννημαι καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον ideo natus sum et in hunc mundum veni. 1 Joh. III. 8. εἰς τοῦτο ἐφανερώθη ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. e) ἐκ τούτου, sc. χρόνου, *ab hoc tempore.* Joh. VI. 66. ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω ab illo tempore multi discipuli defecerunt ab illo. Sed fortasse rectius post ἐκ τούτου suppletur ex antecedentibus τοῦ λόγου, ob hanc orationem, coll. v. 60 et 61. Conf. supra sub ἐκ. Idem valet de loco Joh. XIX. 12. ἐκ τούτου ἐζήτει ὁ Πιλᾶτος ἀπολῦσαι αὐτὸν ex hoc tempore (vel propter ea, quæ Jesus dixerat v. 11. Pilatum excusandi causa) Pilatus magis studebat eum absolvere. Ἐκ τούτου etiam significat: *ex hoc.* 1 Joh. IV. 6. ἐκ τούτου (sc. χρήματος) γινώσκομεν ex hoc cognoscimus. f) ἐν τούτῳ, sc. μέρει, *in hac parte, hactenus.* Joh. IV. 37. ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς, h. e. in vobis proverbium illud comprobatur. 2 Cor. III. 10. ἐν τούτῳ τῷ μέρει hac in parte. ibid. IX. 3. 1 Petr. IV. 16. ἐν τῷ μέρει τούτῳ quod attinet ad hanc rem, nempe calamitates, ob religionis christianæ professionem perferendas. Coloss. II. 16. ubi videndus Wetstenius. Joseph. A. J. XV. 3. 4. ὡς — — παραμυθήσασθαι τούτῳ τῷ μέρει. g) ἕνεκεν τούτου *ideo, propterea.* Matth. XIX. 5. ἕνεκεν τούτου (unus codex habet ἐν τούτῳ) καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ μητέρα propterea solet maritus relinquere ipsos parentes et sequi uxorem. h) ἐπὶ τούτῳ, scil. χρόνῳ, *hoc tempore, interea.* Joh. IV. 27. καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ interea supervenerunt discipuli ejus. Ἐπὶ τούτῳ, sc. χρήματι, seu πράγματι, *propter hoc,* seu *de hoc.* Act. III. 12. τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ; quid ea res vobis mira videtur? Conf. Alex. 2 Paral. XXIX. 9, 10. i) καὶ οὗτος *et hic,* pro *qui.* Luc. XVI. 1. καὶ οὗτος διεβλήθη αὐτῷ qui apud eum delatus est. ibid. XIX. 2. καὶ οὗτος ἦν πλούσιος qui valde dives erat. Eodem modo καὶ αὐτὸς ibidem et cap. XVII. 16. usurpatur καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης. Sic quoque sine καὶ adhibetur οὗτος pro ὃς Act. VIII. 26. et X. 36. ad imitationem Hebraici זֶה Psalm. LXXIV. 2. Prov. XXIII. 22. Ælian. Hist. Anim. IX. c. 24. ἦν δὲ ἄρα τι βατράχου γένος, καὶ καλεῖται τοῦτο ἁλιεύς. Ælian. V. H. XII. 18. καὶ εἶχεν αὕτη μύρον quo unguentum continebatur. Philostrat. Vit. Soph. I. 25. s. 5. p. 536. Sic etiam Latini, v. c. Cic. Brut. c. 74. Nepos Miltiad. c. 4 et 5. Themistocl. c. 7. Cf. Stolberg. de Solœcismis c. 9. p. 64. Schwarz. ad Olearium de Stilo N. T. p. 122 et 463. et eundem de Solœcismis discip. Christi antiquatis cap. 12. p. 77 seq. k) καὶ τοῦτο *et maxime, et inprimis, et quidem.* Rom. XIII. 11. καὶ τοῦτο hisque virtutibus eo magis studete. Theodoretus ad h. l. καὶ τοῦτο ἀντὶ τοῦ καὶ μάλιστα. 1 Cor. II. 2. non existimavi, me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον et hunc quidem cruci affixum. ibid. VI. 6. καὶ τοῦτο ἐπὶ ἀπίστων et quidem coram gentilibus. Ephes. II. 8. καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν et quidem non ob merita vestra. Philipp. I. 28. Sic etiam καὶ ταῦτα usurpatur 1 Cor. VI. 8. καὶ ταῦτα ἀδελφούς. l) Μετὰ τοῦτο, sc. μέρος χρόνου, *postea, posthæc.* Joh. II. 12. XI. 7. ἔπειτα μετὰ τοῦτο. ibid. v. 11. XIX. 28. Hebr. IX. 27. μετὰ δὲ τοῦτο κρίσις post mortem autem judicium. Eodem sensu μετὰ ταῦτα legitur Marc. XVI. 12. Luc. V. 27. X. 1. XII. 4. XXI. 1. Act. VII. 7. XV. 16. XVIII. 1. Hebr. IV. 8.

1 Petr. I. 11. Confer Alex. 1 Regg. XVII. 17. Esther III. 1. m) τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ *cum — tum — partim quidem — partim vero*. Hebr. X. 33. n) ὑπὲρ τούτου *propterea*. 2 Cor. XII. 8. ὑπὲρ τούτου τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα. o) τούτου χάριν *propterea*. Eph. III. 14. Tit. I. 5. — Præterea observandum est tironum causa, fœmininum αὕτη interdum pro neutro τοῦτο poni, v. c. Matth. XXI. 42. παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη a Domino hoc factum est, coll. Ps. CXVIII. 22. מֵאֵת יְהוָה הָיְתָה זֹּאת. 2) *ille, talis, hujusmodi, tantus*. Matth. V. 19. IX. 26. ἡ φήμη αὕτη fama illius rei. ibid. X. 22. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος οὗτος σωθήσεται qui vero constans est usque ad finem, ille, vel talis servabitur. Rom. VII. 24. τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; utinam liberer tandem a tanta miseria! Cf. Ex. X. 17. 1 Cor. VI. 13. ὁ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει Deus et hunc et illos cessare faciet. Luc. IX. 48. 2 Tim. III. 5. 2 Joh. v. 7. Sic זֶה Deut. V. 26. Dan. X. 17. 3) *idem*, et ἐμφάσεως causa additur. Joh. IX. 9. ubi οὗτος opponitur τῷ ὁμοίῳ. Rom. IX. 6. οὗτοι Ἰσραὴλ iidem etiam sunt veri Israëlitæ. Galat. III. 7. Act. XVII. 6. 4) *præsens, qui jam adest*. Matth. XXIV. 34. αὕτη ἡ γενεὰ hæc ætas. ibid. XXVI. 34. ἐν ταύτῃ τῇ νυκτί. Luc. I. 29. XII. 56. XXII. 51. ἕως τούτου, sc. χρόνου. Huc etiam pertinent formulæ ὁ αἰὼν οὗτος et ὁ κόσμος οὗτος, de quibus supra expositum est. 5) *sequens*. Matth. X. 2. τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων ὀνόματά ἐστι ταῦτα duodecim vero apostolorum nomina sunt sequentia. Marc. XVI. 17. Luc. II. 12. 6) interdum idem est ac relativum ὅς *qui*. Act. VIII. 26. αὕτη ἐστὶν ἔρημος quæ est deserta. ibid. X. 32, 36. οὗτός ἐστι πάντων Κύριος qui est omnium Dominus. 1 Joh. V. 20. Judith. I. 5. 7) *quidam*. Matth. VIII. 9. καὶ λέγω τούτῳ et si dico cuidam. Luc. XVII. 6. 8) cum ἐστὶν conjunctum, *in eo consistit, sic comparatus est, hic causa est, hic modus est perveniendi ad aliquam rem*. Matth. VII. 12. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται hæc enim summa est doctrinæ Mosis et prophetarum. Marc. XII. 30. Joh. III. 19. αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις et hæc causa est condemnationis. ib. XVII. 3. αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ hæc vero est ratio perveniendi ad felicitatem æternam. 9) ut Hebraicum זֶה (Exod. XXXII. 1. et 1 Reg. XX. 7.) contemtim nonnunquam usurpatur de personis, vel ignobilibus, vel, quorum nomina ignoramus, vel appellare nolumus. Matth. XIII. 55. οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; ibid. XXVII. 47. Marc. II. 7. VI. 2, 3. XIV. 69. Luc. VII. 39. XIV. 30. XV. 2, 30. XXIII. 22. Joh. XI. 47. οὗτος ὁ ἄνθρωπος, אוֹתוֹ הָאִישׁ ut etiam hodie Judæi Christum per contemtum vocant. Juchasin Fol. 16. 2. f. Cartwrightus Mellif. Hebr. II. 7. Eisenmengerus im entdeckten Judenthum I. 2. p. 147. Act. IV. 17. V. 28. VI. 14. Sic etiam οὗτος apud exteros scriptores in contemtum interdum adhibetur. Vide Marklandum ad Lysiam p. 601. Adde Sirac. XIII. 27. πτωχὸς ἐλάλησεν, καὶ εἶπεν, τίς οὗτος; 10) *in laude* quoque adhibetur. Matth. XXVII. 54. Luc. VIII. 25. Act. IX. 22. 11) Nominativus οὗτος absolute ponitur et reddendus est: *quod attinet ad hunc*. Act. VII. 34. ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος — — οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ ad hunc enim Mosen quod attinet, nescimus, quid acciderit ipsi. Luc. XXI. 6. ταῦτα ἃ θεωρεῖτε quod attinet ad hæc, quæ videtis. Confer Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 492. 12) Aliquoties neutrum in singulari et plurali pro masculino ponitur. 1 Cor. VI. 11. καὶ ταῦτά τινες ἦτε et tales quidem eratis. ibid. X. 6. ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν hi vero exemplorum loco propositi nobis sunt. Galat. V. 17. ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις hi vero adversantur sibi invicem. Simili modo apud Alexandrinos τοῦτο usurpatum reperitur, v. c. Genes. XXVIII. 17. ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος, οὐκ ἔστι τοῦτο ἀλλ' ἢ οἶκος Θεοῦ. Lev. XXV. 34. 13) Neutrum pro fœminino quandoque adhibetur. Rom. XIV. 18. ἐν τούτοις, pro ἐν ταύταις, coll. v. 17. Hebr. X. 18. ὅπου δὲ ἄφεσις τούτων, sc. ἀνομιῶν. 3 Joh. v. 4. μειζοτέραν τούτων (pro ταύτης) οὐκ ἔχω χαρὰν majorem hac non habeo lætitiam. 14) nonnunquam abundat. Luc. XX. 28. καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ. ibid. XXIII. 35. Jacob. I. 25. οὗτος οὐκ ἀκροατὴς κ. τ. λ. Apoc. III. 5. Herodot. I. c. 23. 34. 96. 132. III. c. 130. Ælian. V. H. XII. 1. Cic. Philipp. II. c. 39. 15) interdum suppleri debet, v. c. Rom. XV. 18. λαλεῖν τὶ ὧν, pro τούτων, ὧν. Cf. Hombergii Parerga Sacra p. 242.

ΟΥ῞ΤΩ et ΟΥ῞ΤΩΣ. Illud legitur sequente consona, hoc sequente vocali, aut diphthongo. Est adverbium similitudinis et particula indigitativa, quod admodum varie in N. T. adhibetur. Est autem 1) *declarativum*, significans: *hoc modo, similiter, ad hunc modum, hac ratione*. Matth. I. 18. τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ γέννησις οὕτως ἦν Jesu Christi autem nativitas sic se habebat. Videtur scilicet adverbium οὕτως hic pro adjectivo αὕτη positum esse, ut infra VII. 12. οὕτω pro ταῦτα. IX. 33. οὕτως, pro τοῦτο, et XIX. 10. οὕτως pro αὕτη legitur. Conf. Hombergii Parerga Sacra p. 2. Jensii Lectt. Lucian. p. 213. Abresch. Dilucidd. Thucyd. p. 221. et Cortium ad Sallustium p. 925. Matth. III. 15. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην ita enim decet nos omnia jussa Dei exsequi. ibid. V. 12. οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας eundem in modum persecuti quoque sunt prophetas. Luc. I. 25. XIX. 31. οὕτως ἐρεῖτε αὐτῷ. Joh. XXI. 1. Act. III. 18. XXII. 24. etc. 2) est *comparativum*, notans: *ita, sic*, et tunc præcedit particula, πρότασιν denotans. Καθάπερ — οὕτως *uti — ita*. Matth. XII. 4, 5. 1 Cor. XII. 12. — Καθάπερ καὶ — οὕτω καί. Hebr. V. 5. — καθάπερ — οὕτω καὶ *uti — ita etiam*. 2 Cor. VIII. 11. — Ὃν τρόπον — οὕτω *uti — ita*. 2 Tim. III. 8. — Καθὼς — οὕτω *ut — ita*. Joh. XII. 50. XIV. 31. — Καθὼς — οὕτως καὶ *uti — ita etiam*. Luc. XVII. 26. Joh. III. 14. 2 Cor. X. 7. Coloss. III. 11. Καθὼς — οὕτω οὐδὲ *uti — ita nec*. Joh. XV. 4. 2 Cor. I. 5. 1 Thess. II. 4. — Ὡς — οὕτω *uti — ita*. Act. VIII. 33. 1 Cor. VII. 14. — Ὡς — οὕτω καὶ *uti — sic etiam*. Act. XXIII. 11. Rom. V. 15, 18. 2 Cor. VII. 14. — Ὥσπερ — οὕτως *uti — ita*. Matth. XII. 40. XXIV. 27, 37. Joh. V. 21. — Ὥσπερ — οὕτω καὶ *uti — sic etiam*. Luc. XVII. 24. Joh. V. 26. Rom. V. 19, 21. 1 Cor. IX. 12. — Κατὰ τὴν ὁδὸν — οὕτω *eum in modum — quo*. Act. XXIV. 14. — Οὕτως — ὃν τρόπον, seu καθ' ὃν τρόπον *ita — uti*. Act. I. 12. XXVII. 25. — Οὕτω — ὡς *ita — uti*. 1 Cor. IV. 1. IX. 26. 2 Cor. IX. 5. Ephes. V. 28, 33. — Οὕτω — καθὼς *sic — uti*. Luc. XXIV. 24. Philipp. III. 17. Οὕτω — ὡς ἐὰν *ita — tanquam si*. Marc. IV. 26. Interdum vocula, προτάσεως index, deest, in interpretatione supplenda. Matth. XXIV. 33, 39. XXVI. 54. ὅτι οὕτω δεῖ γενέσθαι supple: *uti fit jam*. Luc. XVII. 10. XXI. 31. Rom. VI. 11. XI. 5. 1

Cor. IX. 14. XIV. 9. XV. 42. 2 Petr. III. 4. 3) est *affirmativum,* notans: *sic, ita.* Act. VII. 1. εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει; itane se res vere habet? ibid. XII. 15. ἡ δὲ διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν illa vero constanter asseverabat, rem sic se habere. Æschin. Socr. Dial. I. 3. II. 31. 32. 4) *in hoc statu, in hac conditione et sorte.* 1 Cor. VII. 26. καλὸν ἀνθρώπῳ τὸ οὕτως εἶναι magis convenit homini in cœlibatu esse, matrimonium non contrahere. ibid. v. 36. οὕτως γίνεσθαι manere in ea status conditione, qua versatur, nempe innupta. ibid. v. 40. ἐὰν οὕτω μείνῃ. (Martyr. Theclæ apud Grabium in Spicilegio Patrum Tom. I. p. 100. πλανῶν ψυχὰς ἀνθρώπων, νέων καὶ παρθένων, ἵνα γάμοι μὴ γίνωνται, ἀλλὰ οὕτως μένωσι.) Luc. XII. 21. οὕτως talis etiam sors ejus erit. 2 Petri III. 4. πάντα οὕτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως omnia manent in eo statu, quo fuerunt a mundo condito. 5) *similiter,* ut sit particula transeundi. Rom. I. 15. 5b) *nam.* Matth. VII. 17. Sic כֵּן Psalm. CXXVII. 2. 6) *itane? ergone? siccine?* ita, ut exprimat admirationem cum exprobratione quadam, i. q. εἰ οὕτω, vel εἰ οὕτως apud Alexandrinos Exod. II. 4. 1 Sam. XV. 32. Matth. XXVI. 40. οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγορῆσαι μετ' ἐμοῦ; itane ne potestis quidem per unam horam mecum vigilare? Marc. VII. 18. οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; ergone et vos tardi hebetesque estis? Joh. XVIII. 32. οὕτως ἀποκρίνῃ τῷ ἀρχιερεῖ; siccine respondes pontifici? Galat. III. 3. οὕτως ἀνόητοί ἐστε; 1 Cor. VI. 5. οὕτως οὐκ ἔστιν ἐν ὑμῖν σοφὸς οὐδὲ εἷς; adeone non est inter vos prudens ac peritus, ne unus quidem? Job. XXVII. 3. οὕτω με κέκρικε tam male et inique me judicavit. Homer. Odyss. ι', v. 204. οὕτω δὴ οἶκόνδε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν αὐτίκα νῦν ἐθέλεις ἰέναι; ubi vide Clarkii Notas. Callim. Hymn. in Delum v. 239 seq. 7) est *consecutivum,* sive *in modo: ita demum, sic tandem;* sive *in tempore: tum demum, deinceps etiam.* Prioris significationis exempla inveni Act. XVII. 33. καὶ οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν atque ita demum Paulus ab iis discessit. Ibid. XXVII. 17. οὕτως ἐφέροντο. ib. v. 44. οὕτως ἐγένετο πάντας διασωθῆναι ἐπὶ τὴν γῆν et sic tandem factum est, ut omnes salvi in terram evaderent. Ibid. XXVIII. 14. καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν. 1 Cor. XI. 28. XIV. 25. Hebr. VI. 15. 2 Petri I. 11. De *tempore* usurpatur Act. VII. 8. καὶ οὕτως ἐγέννησε τὸν Ἰσαὰκ et tum demum Isaacum genuit, postquam scilicet Deus ei promissa dederat, quæ v. 6 et 7. leguntur. ibid. XX. 11. ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, οὕτως ἐξῆλθεν et multum cum iis collocutus usque ad diluculum tandem profectus est. Rom. XI. 26. καὶ οὕτω πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται et tum demum haud pauci Israëlitarum ad religionem christianam adducentur. 1 Thess. IV. 17. Apoc. XI. 5. Ita כֵּן de tempore quoque usurpatur Ps. LXI. 9. Conf. Perizon. ad Ælian. V. H. I. 16. et Diogenem Laërt. VII. s. 5. Cebetis Tab. c. 14. 8) *continuativas* et *ordinis* conjunctiones exprimit: *præterea, insuper.* Apoc. II. 15. οὕτως ἔχεις καὶ σὺ præterea habes tu quoque. 9) est *intensivum,* et significat: *adeo, ita, tam, tantopere,* in utramque partem. Marc. IV. 40. τί δειλοί ἐστε οὕτω; cur adeo timidi estis? Marc. XV. 39. ὅτι οὕτως κράξας ἐξέπνευσεν eum cum tanto clamore exspirasse. Joh. III. 16. οὕτω ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον tantopere Deus amavit homines. Matth. VI. 30. οὕτως ἀμφιέννυσιν tam præclare et splendide vestit. ibid. IX. 33. οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραὴλ nunquam tale quicquam inter Judæos accidit, coll. Marc. II. 12. Luc. I. 25. ὅτι οὕτω μοι πεποίηκεν ὁ Κύριος tantopere se Deus benignum præbuit erga me. Joh. VII. 46. οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος nunquam tam præclare aliquis docuit. Luc. II. 48. τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; cur ita nos anxios et de te sollicitos reddidisti? Marc. II. 7. οὕτω tam præfracte. Æschin. Socr. Dial. II. 13. 16. 22. III. 22. 9 b) pro τοῦτο, *hoc, illud.* Luc. II. 48. et VI. 10. Sic כֵּן 1 Sam. XXIII. 17. Jerem. V. 31. Matth. IX. 33. mallem per *talis* reddere, ut כֵּן legitur Exod. X. 14. 2 Sam. XIII. 5. 10) exprimit *conjunctiones causales,* notans: *propterea, quia sic se habet, ideo, eam ob causam.* Matth. V. 16. οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν propterea etiam vos lucem præbeatis hominibus. Rom. I. 15. VI. 11. 1 Cor. XV. 45. Apoc. III. 16. οὕτως, ὅτι propterea, quod. ibid. XI. 5. Alexandrini habent pro לָכֵן Ezech. XXI. 4. Eodem modo legitur etiam apud Theognidem Sent. v. 191. 11) οὐχ οὕτως *longe diverso modo.* Matth. XX. 26. οὐχ οὕτως ἔσται ἐν ὑμῖν vos autem non ita decet. Respondet Hebraicæ formulæ לֹא כֵן Deut. XVIII. 14. Ps. I. 4. 12) Sæpe est *particula mere expletiva.* Sic reperitur in N. T. Joh. IV. 6. ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ Jesus vero, fessus ex itinere, sedebat ad fontem; ubi etiam Syrus omisit. Ita quoque h. l. interpretatus est Elsnerus (Obss. Sacr. T. I. p. 303. qui in exemplum adducit Arrian. Exped. Lib. II. c. 10.) et Krebsius in Obss. Flav. p. 143. qui laudat loca Josephi A. J. V. 1. 26. VIII. 11. 1. B. J. II. 8. 5. Alii οὕτως h. l. pro illativa habent, ut sit idem quod *itaque.* Cf. Wopkens. Lectiones Tullianas Lib. III. cap. 5. p. 270. Alii denique idem esse volunt, quod *postea, eo facto.* Ita cum Perizonio ad Ælian. V. H. I. 16. Alberti in Obss. Philol. p. 211. et Kypke in Obss. Sacr. T. I. p. 359. Rectius fortasse statuitur, οὕτως h. l. esse i. q. ὡς ἔτυχεν *forte.* Confer Abresch. ad Æschyl. p. 597. 1 Thess. IV. 14. 13) interdum elliptice deest, v. c. Rom. I. 28. ubi antecedens καθὼς indicat, ante verba παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν esse οὕτω omissum. Matth. XV. 6. ante ἠκυρώσατε. Ib. XXVII. 64. ante ἔσται. Rom. V. 16. ante τὸ δώρημα. Col. II. 6. 1 Petr. IV. 10, 13. 1 Joh. II. 27. Adde Gen. IX. 3. Nehem. V. 5. Frequentem vero esse hanc ellipsin, ostendit L. Bos. de Ellips. Gr. Ling. p. 380. et Noldius in Concordantiis Particularum Hebraicarum p. 437.

ΟΥ'Χ, vide supra ΟΥ'.

ΟΥ'ΧΙ'. Adverbium 1) *interrogandi,* notans: *annon? nonne?* ab οὐ, οὐκ *non.* Ita autem interrogat, ut id, quod interrogatur, haud negetur, sed affirmetur. Matth. V. 46, 47. οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτως ποιοῦσιν; nonne etiam portitores idem faciunt? Ib. XIII. 27. οὐχὶ καλὸν — — ἀγρῷ certe tu probum semen in agro severas. Luc. VI. 39. οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται; nonne ambo in foveam cadent? h. e. utique ambo in foveam cadent. Sic quoque legitur Matth. VI. 25. XX. 13. Luc. XII. 6. Joh. VII. 42. XI. 9. Act. V. 4. Rom. II. 26. III. 29. 1 Cor. I. 20. III. 3. etc. Alexandrini usi sunt pro הֲלֹא idem. Genes. XL. 8. Judd. IV. 6. XI. 7. 1 Sam. VI. 6. 2) neglecta interrogatione,

vel simpliciter negat, perinde ut οὐ, reddendum: *non, haud*; vel fortius negat, vertendum: *nequaquam, minime, nulla ratione.* Joh. XIII. 10, 11. οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε non vos omnes puri estis. ibid. XIV. 22. καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ non vero mundo. 1 Cor. V. 2. VI. 1. καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων. ibid. X. 29. 2 Cor. X. 13. Pro לֹא reperitur οὐχὶ apud Alexandrinos Genes. XVIII. 15. XIX. 2. XLII. 10, 12. Deut. IX. 5. Fortius vero negat in locis sequentibus: Luc. I. 60. οὐχὶ, ἀλλὰ κληθήσεται Ἰωάννης nequaquam, sed vocabitur Johannes. ibid. XII. 51. οὐχὶ minime. ibid. XIII. 3, 5. XVI. 30. Rom. III. 27. ποῦ οὖν ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη. Διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; οὐχὶ, ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως ubi igitur est gloriandi materia? erepta est. Per quamnam legem? num per legem Mosaicam? minime, sed per doctrinam christianam. Hesych. οὐχί. οὐδαμῶς, οὐ δῆτα. 3) interdum deest et est ex serie orationis supplendum, v. c. Rom. II. 27. ante κρινεῖ et Jac. II. 6. ante αὐτοί. 1 Cor. X. 19. post τί ἐστιν. Sic quoque הֲלוֹא quandoque deficit, v. c. 2 Sam. XIX. 13 et 30. ac 1 Reg. XXI. 7. Confer Arrian. Diss. Lib. I. c. 29. et in aliis locis, quæ recitat Raphelius in Notis Polybianis p. 409.

'ΟΦΕΙΛΕ'ΤΗΣ, [pro ὀφειλήτης] ου, ὁ, 1) *debitor, qui ære alieno premitur, obæratus*, a 3 pers. præt. pass. ὠφείληται, verbi ὀφείλω *debeo*. Matth. XVIII. 24. προσηνέχθη αὐτῷ εἷς ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων offertur illi aliquis debitor decies mille talentorum. Hesych. ὀφειλέτης· χρεώστης. 2) metaphorice: *is, qui tenetur aliquid præstare et agere ex officio, obedientia et naturali æquitate, qui obstrictus est, qui alteri officia debet.* Rom. I. 14. Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμὶ obstrictus sum tradendo religionem christianam Græcis et barbaris, doctis pariter ac indoctis. Syrus: ܚܝܒ ܐܢܐ ܠܡܟܪܙܘ teneor prædicare. ibid. VIII. 12. ὀφειλέται ἐσμὲν οὐ τῇ σαρκὶ, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν non tenemur amplius vitiositati servire. Rom. XV. 27. καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσιν id quod etiam officii ratio postulabat. Gal. V. 3. ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι obstrictus est, seu tenetur omnem legem Mosaicam observare. Sophocles in Ajace Flagellif. v. 590 seqq. οὐ κάτοισθ', ἐγὼ θεοῖς ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἴμ' ὀφειλέτης ἔτι; num nescis, me diis nihil amplius debere, qui scilicet mori decreverim? ubi vide scholiasten. 3) metaphorice: *impius, scelestus*, et partim de eo dicitur, qui Deum impietate violat, partim vero de eo adhibetur, qui alios homines injuriis lædit. Matth. VI. 12. ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν quemadmodum et nos condonamus et condonare parati sumus iis, a quibus læsi sumus injuria. Luc. XIII. 4. an putatis, ὅτι οὗτοι ὀφειλέται ἐγένοντο παρὰ πάντας κ. τ. λ. quod hi peccatores (Syrus bene: ܚܝ̈ܒܐ) fuerint præ reliquis Hierosolymæ incolis? Sæpius non legitur in N. T. Eodem modo חַיָּב in Chaldaicis paraphrasibus et apud Rabbinos frequenter adhibetur, v. c. Ps. I. 1 et 5. ubi in Hebraico est חַטָּאִים Targum habet חַיָּבִין. Genes. XVIII. 23. pro Hebr. צַדִּיק עִם־רָשָׁע Targum habet זַכָּאָה עִם חַיָּבָא. Plura huc pertinentia habet Vorstius de Hebraismis N. T. c. III. p. 75. ed. Fischeri.

'ΟΦΕΙΛΗ', ῆς, ἡ, 1) *debitum, æs alienum, res debita*, ab eodem verbo ὀφείλω. Matth. XVIII. 32. πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι totum debitum illud remisi tibi. Hesych. ὀφειλή. χρέος, δάνειον. 2) metaphorice: *debitum, officium, le devoir.* Rom. XIII. 7. ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλὰς præstate unicuique debita officia, sc. φόβον, τιμὴν, φόρον, τέλος. 1 Cor. VII. 3. τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλὴν (nonnulli codices habent τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν, e glossemate, ut videtur,) ἀποδιδότω maritus uxori debita jura tori, seu debitum conjugale præstet; ubi ὀφειλή, ut e v. 4 et 5. apparet, officium mariti cum uxore concumbendi significat. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. ὀφειλή. ἀνάγκη.

'ΟΦΕΙ'ΛΗΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *debitum, id, quod alteri debetur, æs alienum*, a 1 pers. præt. pass. ὠφείλημαι, verbi ὀφείλω *debeo*. Alexandrini in hac significatione habent pro מַשָּׁא *debitum, mutuum*, Deut. XXIV. 10. et ibidem pro כִּי תַשֶּׁה בְרֵעֲךָ *cum mutuaveris proximo tuo*, habent: ἐὰν ὀφείλημα ᾖ ἐν τῷ πλησίον σου. 1 Macc. XV. 8. πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν ἀφιέσθω σοι. Thom. M. p. 666. ὄφλημα· τὸ ἐκ καταδίκης κυρίως. ὀφείλημα τὸ ἐκ δανείου, καὶ τὸ ἁπλῶς χρέος, κ. τ. λ. ubi vide interpretes. 2) metaphorice: *delictum, peccatum omnis generis*, i. q. ἁμαρτία. Matth. VI. 12. καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν et remitte nobis peccata nostra, coll. Luc. XI. 4. ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. Eodem modo Hebraicum חוֹב, Chald. חוֹבָא et Syriacum ܚܘܒܐ quo proprie debitum indicatur, ad peccata et malas actiones transfertur, quia is, qui peccat, pœnas debet. Genes. XX. 9. ubi in Hebraico est חֲטָאָה גְדוֹלָה, Targum habet חוֹבָא רַבָּא. In Psalmo XXV. 18. verba Hebraica וְשָׂא לְכָל חַטֹּאותָי sic versa sunt Chaldaice וּשְׁבוֹק לְכוּלְהוֹן חוֹבַי et *remitte omnia peccata mea.* Adde Targum Genes. XVIII. 20. Exod. XXXII. 32. Confer Vorstii Philol. Sacr. cap. 3. p. 74 seq. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 530. et Lamb. Bos. in Exercitt. p. 8. 3) *id, quod alteri jure debetur.* Rom. IV. 4. τῷ δὲ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα mercenario vero merces datur non ex gratia, sed ex debito. Thucyd. II. c. 40. εἰδὼς οὐκ ἐς χάριν, ἀλλ' ἐς ὀφείλημα τὴν ἀρετὴν ἀποδώσων. Sæpius non legitur in N. T.

'ΟΦΕΙ'ΛΩ, fut. ὀφειλήσω, quasi ab ὀφειλέω, ῶ, aor. 2. ὤφελον, 1) proprie: *debeo, ære alieno pressus teneor, obæratus sum.* Thom. M. p. 666. sub ὄφλημα· ὀφείλω δὲ, ὀφειλήσω, ὃ ἐδανεισάμην. Αἰσχίνης· (in Timarchum p. 275.) ὃς ὠφείλησεν ἐκείνῳ πλείους ἢ τριάκοντα μνᾶς. Matth. XVIII. 28. ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια qui illi debebat centum denarios. ibid. ἀπόδος μοι, εἴ τι ὀφείλεις redde mihi debitum. ib. v. 30. ἕως οὗ ἀποδῷ τὸ ὀφειλόμενον donec sese debito exsolveret. ibid. v. 34. Luc. VII. 41. XVI. 5. πόσον ὀφείλεις τῷ κυρίῳ μου; quantum debes hero meo? ibid. ver. 7. Philem. v. 18. Alexandrini habent pro נָשָׁה *mutuum accepit.* Deut. XV. 2. Ies. XXIV. 2. Confer Reiskii Indicem Græcit. Demosth. p. 550. et Wetstenii N. T. T. I. pag. 703. 2) metaphorice: *teneor aliqua re, obstringor, obligatus sum ad aliquid præstandum, vel agendum, debeo, officium debeo.* Matth. XXIII. 16 et 18. ὀφείλει obstrictus tenetur hoc juramento suo. Luc. XVII. 10. ὅτι ὃ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν nam, quod facere debebamus, fecimus. Joh. XIII. 14. Rom. XIII. 8. μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾷν omnia officiorum genera aliis præstate,

maxime officium mutui amoris. ibid. XV. 1, 27. 1 Cor. VII. 3. τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν debitam benevolentiam, seu debitum conjugale. Sed sine dubio hæc lectio spuria est et τὴν ὀφειλὴν reponendum. ibid. XI. 10. 2 Cor. XII. 14. Ephes. V. 28. 2 Thess. I. 3. II. 13. 1 Joh. II. 6. III. 16. IV. 11. 3 Joh. v. 8. Xenoph. Cyr. IV. 5. 12. et VII. 2. 8. Thucyd. I. cap. 137. καί μοι εὐεργεσία ὀφείλεται. ibid. IV. 19. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 84. 3) *oportet me, necessitas mihi imposita est, cogor.* Joh. XIX. 7. καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν et ex lege nostra morte plectendus est. Syrus ܚܝܒ ܗܘ ܡܘܬܐ *reus est mortis.* 1 Cor. V. 10. ἐπεὶ ὠφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν alioquin ex hoc mundo discedendum esset. ibid. VII. 36. Hebr. II. 17. ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι unde opus erat, ut Christus in omnibus fratribus similis fieret. ibid. V. 3. ubi sermo est de pontifice summo V. T. cui necessitas imposita erat, pro se ipso victimam offerendi. Dionys. Halic. 348. 25. ὀφείλεται πᾶσιν ἀποθανεῖν. Confer Raphelii Obss. Polyb. pag. 460. 4) *permissum mihi est, licet,* ich darf, *I dare.* Act. XVII. 29. οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν, non licet, seu non debemus existimare. 1 Cor. XI. 7. ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει viro non permissum est. 5) *debeo, decet me, convenit mihi,* ich soll, *I ought.* 2 Cor. XII. 11. ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑμῶν συνίστασθαι ego quidem a vobis laudari et commendari debebam. Hebr. XI. 12. ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον. Sap. XII. 15. 6) *injuria aliquem afficio, in aliquem pecco.* Luc. XI. 4. καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν nam etiam nos condonamus et condonare parati sumus, qui nos læserunt. Vide supra dicta ad ὀφειλέτης et ὀφείλημα. 7) ὀφείλει *solet.* Sic sumendum esse videtur 1 Cor. IX. 10. ἐπ' ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷν arator solet spe messis arare. Sæpius non legitur in N. T.

ὌΦΕΛΟΝ. Proprie aoristus secundus est verbi ὀφείλω *debeo;* sed sumitur etiam adverbialiter et denotat *utinam!* et est adverbium optandi, quod construitur mox cum indicativo, (qui tamen non ab ὄφελον pendere videtur, sed a subintellecta particula εἰ, vel εἴθε, quæ cum ὄφελον sæpe conjuncta reperitur. Vide Alex. Job. XIV. 13. et XXX. 24.) mox cum optativo. 1 Cor. IV. 8. καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε et utinam vere regnaretis! 2 Cor. XI. 1. ὄφελον ἀνείχεσθέ μου utinam toleraretis me! Gal. V. 12. ὄφελον καὶ ἀποκόψονται. Vide supra ἀποκόπτω. Apoc. III. 15. ὄφελον ψυχρὸς εἴης, vel ἦς, ut alii codices habent. Sæpius non legitur in N. T. libris. Alexandrini habent pro אַחֲלַי *utinam!* 2 Reg. V. 3. Ps. CXIX. 5. pro לוּ, quod idem notat. Numer. XIV. 2. XX. 3. et pro מִי־יִתֵּן *quis dabit? utinam!* Ex. XVI. 3. Thom. M. p. 665. ὄφελον· ἀντὶ τοῦ εἴθε, ὅπερ ἀεὶ τῷ εὐκτικῷ μὲν συντάσσεται, ἢ παρεληλυθότι. ὡς τὸ, ὄφελον κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου· (Psalm. CXIX. 5.) παρεληλυθότι δὲ, ὡς παρὰ τῷ θεολόγῳ, (sc. Gregorio Orat. XXVIII. T. I. pag. 484.) ὡς ὄφελόν γε μηδὲ ἦν προεδρία. καὶ ἀπαρεμφάτῳ δὲ, ὅτι ἀντὶ τοῦ εἴθε ἔμελλον τίθεται. Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ (c. 111.) τὸ μήτε ἰδεῖν ὄφελον. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 114. De varia constructione hujus adverbii, maxime cum futuro indicativi, vide Grævium ad Luciani Solœcistam T. II. Opp. pag. 750. et Schwarzium de Solœcismis Discipulorum J. C. antiquatis pag. 115. qui affert locum Aristæneti I. Ep. 6. extr. εἴθε σοι γάμον ταχὺ συνεπινεύσουσιν οἱ θεοί. Lex. Cyrill. MS. Brem. ὄφελον· εἴθε.

ὌΦΕΛΟΣ, εος, τὸ, *utilitas, emolumentum, usus,* ab ὀφέλλω *augeo, adjuvo.* Ter tantum legitur in N. T. 1 Cor. XV. 32. τί μοι τὸ ὄφελος; quod est mihi emolumentum? Jacob. II. 14. τί τὸ ὄφελος, scil. ἐστιν; quid prodest? quæ utilitas inde redundat? h. e. utilitas nulla inde redundat, omni fructu caret, i. q. τί συμφέρει; Hebr. מַה־בֶּצַע Psalm. XXX. 10. Genes. XXXVII. 25. Jacob. II. 16. Æschin. Socr. Dial. II. 7. τί ἂν ὄφελος εἴη τῷ ἀνθρώπῳ; Demosthenes p. 1262. 1. 1267. 17. 1283. 12. edit. Reisk. Alexandrini habent pro הוֹעִיל Joh. XV. 3. Hesych. ὄφελος· αὔξησις, ὄνησις, ἐπικούρημα, κέρδος.

ὈΦΘΑΛΜΟΔΟΥΛΕΊΑ, ας, ἡ. Vocabulum novum et fictitium, significans: *obsequium, ad oculos exhibitum, externam, aspectabilem servitutem,* ab ὀφθαλμόδουλος *ad oculum,* seu *ad speciem serviens,* hoc ex ὀφθαλμὸς *oculus* et δοῦλος *servus.* Bis tantum legitur in N. T. Ephes. VI. 6. Col. III. 22. In utroque loco servis tribuitur, qui heris tum tantum ministeria præstant et se gnavos præstant, cum ab ipsis, aut ab aliis conspiciuntur, sed iis absentibus sua oscitanter agunt, quod etiam Latini dicunt *oculis servire.* Theophylactus ad Ephes. VI. 6. μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν, τουτέστι μὴ μόνον παρόντων τῶν δεσποτῶν καὶ ὁρώντων, ἀλλὰ καὶ ἀπόντων.

ὈΦΘΑΛΜΌΣ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *oculus corporis,* seu *organon visus externum, quo res, nobis objectas, videmus ac cognoscimus,* ab ὄπτομαι *video.* Matth. V. 29. εἰ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε si oculus tuus dexter te offendit: ubi æque ac cap. XVIII. 9. ὀφθαλμὸς metonymice *quamvis libidinum occasionem* significat, *quæ per oculos excitatur.* ibid. v. 38. ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ oculus pro oculo, scil. *detur,* h. e. par esto criminis ac pœnæ ratio, facinori pœna exæquanda est. ibid. VI. 21. ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμὸς corpori lucem præbet oculus. ibid. ἐὰν οὖν ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ si oculus tuus fuerit sanus et integer; et v. 23. ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ sin vitiosus et ægrotus fuerit oculus tuus. Continet enim uterque locus observationem, e vita communi desumtam, et ideo a Christo prolatam, ut, quanta animi cura habenda sit, ostenderetur, ut vel e verbis, proxime sequentibus, εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ κ. τ. λ. satis apparet. Male itaque a plerisque interpretibus ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς, עַיִן טוֹב de sereno vultu et fronte accipitur, quo liberalis in erogandis eleemosynis gaudet, coll. Sirac. XXXV. 8, 9, 10. contra vero ὀφθαλμὸς πονηρὸς, עַיִן רָע homini avaro et sordido, qui eleemosynas non libenter erogat, a Christo tribui statuitur Matth. VII. 3, 4, 5. Conf. supra sub δοκὸς et κάρφος dicta. ibid. IX. 29, 30. καὶ ἀνεῴχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ et visum receperunt. Nam formula ἀνοίγειν τοὺς ὀφθαλμούς τινος, quæ apud Græcos significat: *cilia alicujus diducere, ut videat,* sæpe (Matth. XX. 33. Joh. IX. 10, 14, 17, 21, 26, 30, 32. X. 21. XI. 37.) in N. T. significat: *facultatem videndi alicui dare,* seu *reddere, reddere alicui visum,* seu *oculos restituere,* ut Suetonius loquitur in Vespas. cap. 7. pro quo Græci vulgo dicere solent ποιεῖν βλέψαι πάλιν, v. c. Aristophanis Plut. v. 401, 451 et 460. et in hoc significatu merito in Hebraismis habenda videtur. Confer Ies. XXXV. 5. אָז תִּפָּקַחְנָה עֵינֵי עִוְרִים coll. Ps. CXLVI. 8. ubi Deus dicitur פֹּקֵחַ עִוְרִים aperiens cœcos. Vide etiam Vorstii Philol. Sacr. c. 37. 6. p. 698. ed. Fischeri. Matth. XVII. 8. ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν attollentes oculos

suos. ibid. XX. 34. εὐθέως ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ et statim visum receperunt. ibid. XXVI. 43. ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι oculi enim eorum erant gravati. Marc. VIII. 25. IX. 47. XIV. 40. Luc. II. 30. ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου viderunt oculi mei servatorem a te missum. ibid. IV. 20. καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ omniumque in synagoga oculi in eum intenti erant: ibid. VI. 20. ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ oculis in discipulos suos directis. ibid. v. 41, 42. XI. 34. XVI. 23. XVIII. 13. XXIV. 16. οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο oculi vero eorum capti tenebantur. ibid. v. 31. αὐτῶν δὲ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοί, h. e. agnoscebant eum, i. q. in sequentibus ἐπέγνωσαν α'τόν. Joh. IV. 35. VI. 5. ubi verba, ἐπαίρειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, verbo videndi præmissa, ex usu loquendi Hebræorum abundant. Conf. Gen. XIII. 10. XXII. 4. Joh. IX. 6, 11, 15. XI. 41. ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω sublatis ad cœlum oculis. ibid. XVII. 1. Act. I. 9. νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν nubes enim eum susceptum subduxit eorum oculis. ibid. IX. 8, 18, 40. ἡ δὲ ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς illa vero oculos aperuit. 1 Cor. II. 9. ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε nunquam visa. ibid. XII. 16, 17, 21. XV. 52. ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ in ictu oculi, h. e. uno puncto temporis. Galat. III. 1. οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη quibus Jesus Christus crucifixus ante oculos propositus est, (Cicero pro P. Syll. c. 26.) h. e. quibus clarissime et maxime perspicue tradita est doctrina christiana, qui de J. C. ejusque vita, fatis et doctrina rite omnia edocti estis. Gal. IV. 15. τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες (Poll. Onom. IV. 188.) ἂν ἐδώκατέ μοι oculos effodissetis et dedissetis mihi, h. e. tenerrimo mei amore tenebamini, durissima quævis meo commodo perferre parati eratis, plane ut nos: einem das herz aus dem leibe geben, *to give one's heart out of one's body*. Quia enim oculis hominibus nihil carius, hinc ὀφθαλμὸς metaphorice *rem carissimam ac præstantissimam*, ut Lat. *oculus* (Cic. ad Attic. L. XVI. Ep. 6. Id. de Natura Deor. III. 38. Vide P. Victor. Varr. Lect. IX. 9. et Scaliger. ad Catull. c. 29.) significat, et veteres per oculos, utpote per rem carissimam, jurare solebant. Confer Elsner. ad h. l. 2 Petri II. 14. ὀφθαλμοὺς ἔχοντας μεστοὺς μοιχαλίδος oculos habentes plenos adulterii, h. e. oculos, ex quibus nihil nisi voluptas illicita elucet. 1 Joh. I. 1. II. 16. ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν prava et illicita libido, quæ per oculos excitatur, aut, quæ oculis prodi solet. Confer Perizonium ad Ælian. V. H. XIV. c. 42. Apoc. I. 14. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρὸς et oculi ejus similes erant flammæ ignis. ib. II. 18. IV. 6, 8. V. 6. VII. 17. καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, h. e. Deus satis eos consolabitur. ibid. XIX. 12. XXI. 4. 2) metaphorice: *mens, animus, facultate intelligendi, cognoscendi et judicandi præditus, intellectus, cognitio, judicium.* Eodem modo Latini formula *oculi mentis* pro *mentis acumine, quo omnia nobis obvia recte considerare possumus*, usi sunt, v. c. Cic. Orat. c. 29. Quinctil. Lib. VIII. Institutt. Oratt. c. 3. Matth. XIII. 15. καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν oculos occludunt, h. e. respuunt rerum divinarum cognitionem. ibid. XXI. 42. καὶ ἔστι θαυμαστὴ (pro θαυμαστὸν) ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν et mirum est in oculis nostris, h. e. mirum nobis videtur, i. q. θαυμαστόν ἐστι, seu δοκεῖ ἡμῖν. Nam εἶναι ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς Latinorum *videri* et *existimari* respondet et est idem, quod νομίζεσθαι, ὑπολαμβάνεσθαι. Eodem modo usurpatur quoque formula loquendi Hebr. הָיוֹת בְּעֵינֵי פְלוֹנִי Psalm. CXVIII. 23. הִיא נִפְלָאת בְּעֵינֵינוּ Zach. VIII. 6. 2 Sam. VI. 22. Vid. etiam Marc. XII. 11. Confer Vorstii Philol. Sacr. c. 36. § 3. p. 642. ed. Fischeri. Marc. VIII. 18. ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπετε facultate intelligendi præditi tamen ea non recte utimini. Luc. XIX. 42. νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου sed nunc ea ignoras, seu non curas. Joh. XII. 40. τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς permisit Deus, ut mentis caligine premerentur et a veri cognitione alieni manerent. Act. XXVI. 18. ἀνοῖξαι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ad imbuendos eorum animos doctrina, antea iis plane ignota. Nam ἀνοίγειν τοὺς ὀφθαλμούς τινος relate ad animum et intellectum significat: *aliquem intelligentem reddere, alicujus animum illustrare.* Confer Genes. III. 5. Ies. XLII. 7. Act. XXVIII. 27. Rom. XI. 8, 10. σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, τοῦ μὴ βλέπειν non liberentur errore, sed caligo offundatur menti eorum. Ephes. I. 18. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας, seu καρδίας ὑμῶν animum, veri sensu et cognitione satis imbutum. 1 Joh. II. 11. Apoc. III. 18. κολλούριον ἔγχρισαι τοὺς ὀφθαλμούς σου. Confer supra κολλούριον. Huc etiam pertinet formula ὁ ὀφθαλμὸς πονηρὸς *oculus malus*, quo *animus invidus, mens maligna et malevola* describitur, quia oculus fere invidiæ et malevolentiæ index esse solet. Matth. XX. 15. εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; an tu invidus es, quod ego liberalis sum? Marc. VII. 22. ὀφθαλμὸς πονηρὸς invidia. Conf. Deut. XXVIII. 54 et 56. Sirac. XIV. 10. ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ' ἄρτῳ. 3) per synecdochen: *ipse homo, qui est oculis*, h. e. *facultate videndi, cognoscendi, intelligendi et judicandi instructus et præditus*, v. c. Matth. XIII. 16. ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοί, ὅτι βλέπουσι vos autem beati, qui videtis! Luc. X. 23. Apoc. I. 7. καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς et videbunt eum omnes homines. Ita quoque usurpatur עַיִן Deut. III. 21. Job. XXIX. 11. 4) ἀνθρωποπαθῶς Deo oculi tribuuntur, ita, ut partim *ejus cognitio perfectissima* innuatur, qua exactissime omnia perspicit et cognoscit, partim *favor ejus et benigna ac provida cura* significetur, qua pios tuetur, sustentat eorumque salutem promovet. Hebr. IV. 13. πάντα δὲ γυμνὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ omnia oculis Dei sunt nuda, h. e. aperta et manifesta, nihil eum latet, omnia exactissime perspicit et cognoscit. Huc quoque referri potest locus Apoc. IV. 6. ubi videndus Eichhornius. adde V. 6. Confer Psalm. XI. 4. Job. XXXIV. 21. Ies. I. 16. Sirac. XXIII. 25, 26. et Palairet. Obss. Philol. p. 481. 1 Petri III. 12. ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους h. e. gratia sua et tutela dignatur Deus pios. Deut. XI. 12. Ps. XXXIV. 16. Conf. Glassii Philol. Sacr. p. 929. ed. Dath. 5) interdum abundat, v. c. Rom. III. 18. οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Sæpius non legitur in N. T.

ΟΦΙΣ, εος, et Attice εως, ὁ, 1) *serpens naturalis, anguis*, sine dubio ita dictus ab ὄπτομαι *video*, quia serpentes acute cernunt, unde ortum est proverbium: *serpentis oculus.* Legitur in N. T. Matth. VII. 10. μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ det anguem. ibid. X. 16. γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις estote ergo prudentes more serpentum. Marc. XVI. 18. ὄφεις ἀροῦσι serpentes tollent. Luc. X. 19. ἰδοὺ

δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων ego vobis concedo potestatem calcandi serpentes et scorpiones. (ubi est manifesta allusio ad Psalm. XCI. 13.) ibid. XI. 11. 1 Cor. X. 9. καὶ ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο. Apoc. IX. 19. αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν ὅμοιαι ὄφεσιν. In versione Alexandrina respondet Hebraicis נָחָשׁ idem, Exod. IV. 3. VII. 15. Deut. VIII. 15. שָׂרָף *serpens ignitus, prester*, Num. XXI. 8. Ies. XIV. 29. et אֶפְעֶה *vipera*. Job. XX. 16. 2) per metonymiam: *serpens, arte factus, figura, seu imago serpentis*. Joh. III. 14. καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ et quemadmodum Moses serpentem æneum extulit in deserto. 3) metaphorice: *diabolus, malus genius instar serpentis infinitis fraudibus et tortuoso ingenio, malignus et nocendi cupidus*, qui a Judæis etiam in serpente, primorum parentum seductore, (Genesis III.) fuisse credebatur. 2 Cor. XI. 3. ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ quemadmodum serpens ille versutia sua Evam decepit. Apoc. XII. 9. ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλούμενος διάβολος καὶ ὁ Σατανᾶς, ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην. ibid. v. 14, 15. XX. 2. τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον. Etiam a Judæis diabolus dictus est נָחָשׁ הַקַּדְמֹנִי, ut ad h. l. docuerunt interpretes. 4) per metaphoram *homines perversi, scelesti et impii, nocendi et decipiendi libidine flagrantes*, ὄφεις dicuntur. Sic pharisæi et legisperiti a Christo vocantur Mat. XXIII. 33. ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν. Confer supra ἔχιδνα. Sæpius non legitur in N. T.

ʼΟΦΡΥ͂Σ, ύος, ἡ, 1) proprie: *supercilium*, seu *ea frontis pars, quæ habet cacumen*. Alexandrini habent pro גַּב *altitudo, prominentia, eminentia, supercilia, caro prominens, in qua sunt supercilia*. Levit. XIV. 9. Demosthen. Oratt. p. 442. 11. ed. Reisk. τὰς ὀφρῦς ἀνέσπακας. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 683. 2) metaphorice: *omne, quod prominet et editius est, locus eminens et excelsus*, v. c. *collis*, ap. Polyb. Hist. VII. c. 1. et 6. et *ripa sublimior* apud eundem II. c. 33. Sic semel legitur in N. T. Luc. IV. 29. ἕως τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους usque ad cacumen montis, seu locum præruptum montis, ex quo facile præceps agi poterat. Eodem modo hac voce usus quoque est Moschus Idyll. II. 48. Philostrat. Vit. Apollon. Lib. VI. cap. 26. Homer. Iliad. υ', v. 151. κάθιζον ἐπ' ὀφρύσι καλλικολώνης. Similiter vocem *supercilium* usurpavit Virgil. Georg. I. 108. ubi Servius eam per *altitudinem, summitatem* interpretatus est. Hirtius de Bello Africano c. 58. Hesych. ὄφρυα· τὰ ὑψηλὰ καὶ ὑπερκείμενα χωρία, τινὲς αἱμασιάς. — Idem: ὀφρῦς· τὰ κρημνώδη καὶ τραχέα τῶν ὀρῶν, καὶ ἔπαρσις, ὑπερηφανία.

ʼΟΧΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *turbo, vexo, molestia afficio, torqueo*. ʼΟχλέομαι, οῦμαι, *vexor, molestia afficior, turbor* et inprimis de iis usurpatur, qui morbis laborant gravioribus et atrocioribus, ab ὄχλος *turba, molestia*. Bis tantum legitur in N. T. Luc. VI. 18. οἱ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων vexati morbis, a spiritibus malis effectis. Act. V. 16. ὀχλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων. Tob. VI. 7. ἐάν τινα ὀχλῇ δαιμόνιον, καὶ πνεῦμα πονηρὸν, ταῦτα δεῖ καπνίσαι, καὶ οὐ μὴ ἔτι ὀχληθῇ. Confer Alberti Obss. Philol. p. 192. et Salmas. de Modo Usur. p. 788. Eodem modo ἐνοχλεῖσθαι usurpatur 1 Sam. XIX. 15. ubi pro Hebraicis כִּי חֹלֶה הוּא *quoniam ægrotus ille*, Alexandrini habent λέγουσιν ἐνοχλεῖσθαι αὐτὸν ipsum vexari, scil. a morbo. Herodian. II. 15. 7. et III. 11. 1. ὑπὸ νόσου ἐνοχλούμενον. Diod. Sic. V. 10. Hesych. ὀχλεῖ· στένει, λυπεῖ κ. τ. λ. Glossæ Philoxeni: *Vexare*, ὀχλεῖν, σκύλλειν, χειμάζειν.

ʼΟΧΛΟΠΟΙΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *facio, ut conveniat multitudo, congrego populum*, et in deteriorem partem: *tumultum, concursum populi excito, seditionem moveo, concito plebem*, ab ὄχλος *turba* et ποιέω *facio*. Semel legitur in N. T. Act. XVII. 5. ὀχλοποιήσαντες ἐθορύβουν τὴν πόλιν turba concita tumultum excitarunt in urbe. Si loco ὀχλοποιήσαντες legitur ὀχλοποιήσαντας, intelligendi sunt homines, apti ad concitandum populum, turbulenti. Gloss. Vet. *Tumultuator*, ὀχλοποιός.

ʼΟΧΛΟΣ, ου, ὁ, 1) *turba, multitudo hominum temere collecta, homines, multis ex locis catervatim confluentes, populus, homines multi*. Est nomen collectivum. Sæpissime tamen ὄχλοι eadem significatione singularis numeri ponitur, ut apud scriptores exteros, (v. c. Herodian. V. 6. VII. 10. et Liv. XXXV. c. 49. ubi vide Intt.) ita etiam in N. T. v. c. Matth. IV. 25. καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας et secuta eum est magna hominum turba e Galilæa. ibid. V. 1. ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους conspecta tanta hominum multitudine. ibid. VII. 28. ἐξεπλήσσοντο οἱ ὄχλοι ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ admirata est turba adstans disciplinæ ejus rationem. ibid. VIII. 1. ὄχλοι πολλοὶ magna hominum turba. IX. 23. τὸν ὄχλον θορυβούμενον turbam hominum ejulantium. ibid. XIII. 2. XIV. 22. XXVI. 47. καὶ μετ' αὐτοῦ ὄχλος πολύς. Marc. IX. 14. Act. XXI. 34, 35. coll. v. 30. etc. Alexandrini usi sunt hac voce pro עַם *populus*, Num. XX. 20. Jer. XLVIII. 2. הָמוֹן *multitudo, turba, exercitus*, 1 Reg. XX. 13. 2 Paral. XX. 17. Dan. X. 6. XI. 10, 13. חֲיָלִים *exercitus, copiæ*, Ies. XLIII. 7. קָהָל *congregatio, cœtus*, Jerem. XXXI. 8. Ezech. XVI. 39. XVII. 17. XXIII. 44, 46. et רַבִּים *multi*. Esdra III. 12. Adde Sirac. VII. 8. 1 Macc. IX. 47. Ælian. Var. Hist. XIV. 8. ὄχλοις χαριζόμενος multitudini obsecutus. Xenoph. de Re Equestri II. 5. 2) per synecdochen: *quidam e turba, populo, multitudine*. Luc. III. 10. καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ ὄχλοι et interrogarunt eum quidam e turba. Joh. VII. 20. ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος, pro ἀπεκρίθησάν τινες ἐκ τοῦ ὄχλου. ibid. XII. 34. etc. 3) *multitudo*, i. q. τὸ πλῆθος, ut Photius in Lex. ab Albertio quoque ad Hesych. T. II. p. 830. excitatus et Thom. M. p. 667. interpretati sunt. Recte itaque cum voce πλῆθος permutatur apud Lucam VI. 17. καὶ ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ. ibid. V. 29. ὄχλος τελωνῶν πολύς. Act. I. 15. ἦν δὲ ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσιν. ibid. VI. 7. πολύς δὲ ὄχλος τῶν ἱερέων sacerdotum multi. ib. XI. 4. καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ Κυρίῳ et multi amplexi sunt christianam religionem. ibid. XIX. 26. etc. Eurip. Phœn. v. 150. et 206. ὄχλος γυναικῶν. Joseph. A. J. III. c. 4. s. 1. θεασάμενος ὁ ʽΡαγουῆλος τὸν Μωυσῆν ἐν ὄχλῳ πραγμάτων ὄντα videns Raguel Mosen multitudine negotiorum oppressum. 4) *plebs, vulgus*, et opponitur honoratioribus et eruditis. Marc. XII. 37. coll. v. 38. Luc. XXIII. 4. ubi οἱ ὄχλοι opponuntur τοῖς ἀρχιερεῦσι. Joh. VII. 12, 32, 49. coll. v. 48. etc. Ælian. V. H. II. 6. Xenoph. de Rep. Atheniensium II. 10. Hinc ὄχλος interdum *nihili hominem* notat. Vide Ruhnken. ad Timæi Lex. Platon. p. 283. 5) *tumultus, strepitus, per-*

turbatio, i. q. θόρυβος et ὄχλησις. Luc. XXII. 6. ἄτερ ὄχλου sine tumultu. Act. XXIV. 18. οὐ μετὰ ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου nullo cum tumultu, nullo cum strepitu. Dion. Hal. Ant. p. 1071. ed. Reisk. Suid. ὄχλου· ταραχῆς. Gloss. Vet. ὄχλος, *turba, vulgus, populus, plebs.*

ʼΟΧΥ'ΡΩΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *munitio, munimentum, munimen, omnis locus munitus, castellum, arx, castrum, murus, vallum*, etc. ab ὀχυρόω *munio, firmo, fulcio*, hoc ab ὀχυρὸς, i. q. ἐχυρὸς, *munitus, firmus, tutus.* Alexandrini pro מִבְצָר idem, Jos. XIX. 29. 2 Reg. VIII. 12. Thren. II. 2, 5. מָצַד *arx, propugnaculum, munitio.* Jer. XLVIII. 41. Judd. VI. 2. מְצוּדָה idem, 2 Sam. XXII. 2. מָצוֹר *munitio, propugnaculum.* Zach. IX. 3. etc. Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 3. Hesych. ὀχύρωμα· τεῖχος ἀσφαλὲς, ὀχυρὸν, κάστρον, φρούριον. Suid. ὀχύρωμα· ἡ κλεισοῦρα παρὰ ʽΡωμαίοις. 2) metaphorice, vel *omnis res, cui aliquis confidit*, (Prov. X. 30. ὀχύρωμα ὁσίου φόβος Κυρίου. 2 Sam. XXII. 2. Κύριος πέτρα μου καὶ ὀχύρωμά μου.) vel *impedimentum quodvis.* Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. X. 4. πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων ad removenda omnia, etiam gravissima, impedimenta propagationis religionis christianæ. Nonnulli interpretes per ὀχυρώματα apostolum intelligere putant ratiocinationes doctas falsorum apostolorum, quibus contra veram doctrinam christianam insurgebant. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 203. Gloss. Vet. ὀχύρωμα, *munimentum, præsidium.*

ʼΟΨΑ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, 1) *obsonium*, (non, ut vulgo vertitur, *parvum obsonium, obsoniolum*, nam deminutiva nomina apud Græcos sæpe habent vim nominum primitivorum, ut recte docuit Fischerus Prol. I. de Vitiis Lexicorum N. T. § 5. et X. § 2.) h. e. *omnis cibus, qui pani adjicitur*, præsertim *coctus et assatus*, i. q. τὸ ὄψον, ab ὀπτάω *asso*, unde *obsonare* lautius vivere. Hesych. ὄψον· προσφάγιον. Phavor. ὄψον ἁπλῶς φασὶν οἱ παλαιοὶ πᾶν τὸ σύναμα σιτίοις ἐσθιόμενον, καὶ γίνεται, φασὶν, ἡ λέξις παρὰ τὸ ὀψέ· διότι οὐχὶ ἕωθεν, ἀλλ' ὀψὲ τοιαύτας τροφὰς προσεφέροντο. Speciatim vero ὀψάριον, ut ὄψον et *obsonium* apud Latinos, 2) per synecdochen generis *piscem* notat, vel quia moris erat assare pisces et assatos divendere, vel quia accolis maris pisces erant vulgares ac vilis pretii et proinde facile cœnis addebantur. Conf. Athenæi Deipnos. IX. c. 8. p. 385. ed. Casaub. Ælian. V. H. I. 28. ubi ὀψοφάγος dicitur, *qui piscibus delectatur*, et Eustath. ad Homer. Iliad. λ', p. 876 seq. Num. XI. 12. כָּל־דְּגֵי הַיָּם Alexandrini πᾶν τὸ ὄψον τῆς θαλάσσης. Joh. VI. 9. καὶ δύο ὀψάρια, Vulg. *et duos pisces*, coll. Matth. XIV. 17. Marc. VI. 38. Luc. IX. 13. καὶ δύο ἰχθύας. Joh. VI. 11. ibid. XXI. 9, 10, 13. ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν ὀψαρίων ὧν ἐπιάσατε νῦν, coll. v. 6. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. sub ὄψον· ἰστέον δὲ καὶ ὡς οἱ ὕστερον ἐπὶ μόνου ἰχθύος τὴν λέξιν ὥρισαν, ὡς καὶ ʼΑθήναιος παρασημαίνεται. ὅθεν καὶ ὀψάριον κ. τ. λ. ὀψαρίου δὲ πολλαὶ χρήσεις ἐπὶ ἰχθύος παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Adde Bocharti Hieroz. I. 1. 6. et Wetstenii N. T. T. I. p. 877.

ʼΟΨΕ'. Adverbium, quod, absolute positum, 1) *tempus vespertinum* notat et est vel nominaliter reddendum *vespera*, vel adverbialiter *vesperi.* ʼΟψὲ pro ὀψία ὥρα vel ὀψία δείλη, *vespera, tempus vespertinum*, legitur apud Marcum XI. 19. ὅτε ὀψὲ ἐγένετο cum advesperasceret. Xenoph. de Venat. VI. 25. καὶ ᾖ ὀψὲ ἤδη τῆς ἡμέρας. Thucyd. III. 108. καὶ ἡ μὲν μάχη ἐτελεύτα ἕως ὀψέ. ibid. IV. c. 93. Demosthen. adv. Midiam p. 541. ult. ed. Reisk. ὡς τῆς ὥρας ἐγίγνετο ὀψέ. Confer Heupelii Obss. Philol. in Marcum l. l. qui plura loca e Thucydide excitavit. Adverbialiter pro *vesperi* legitur apud Marc. XIII. 35. οὐκ οἴδατε γὰρ, πότε ὁ Κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται, ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ. Scilicet nox in N. T. libris dividitur in quatuor partes, seu vigilias, ὀψὲ, μεσονύκτιον, ἀλεκτοροφωνίαν et τὸ πρωΐ, ubi ὀψὲ est prima vigilia, ita dicta ab ὀψίᾳ, quia partem diei extremam sequitur et initia capit a crepusculo, quam antiqui *luminibus accensis* et *prima face* vocabant, sicut τὸ πρωΐ prima diei pars est. Vide Heinsium in Silium Italicum p. 409. 2) *sero*, ita, ut de quolibet tempore propemodum, sed nondum penitus finito, adhibeatur, *post.* Sic legitur in N. T. Matth. XXVIII. 1. ὀψὲ δὲ σαββάτων sabbato propemodum, sed nondum tamen plane finito. Alii vertunt: exacto die sabbati, post sabbatum. In loco parallelo Marc. XVI. 1. legitur διαγενομένου τοῦ σαββάτου. Alii: exacta autem hebdomade. Philostrat. Vit. Apoll. IV. c. 18. ὀψὲ μυστηρίων exactis mysteriis. Ælian. V. H. II. 23. ὀψὲ τῆς ἡλικίας extremo ætatis suæ tempore. Confer D'Orville ad Charit. I. cap. 14. p. 287. ed. Lips. Walæum ad Libros Historicos N. T. p. 341. et Casaub. Exercitt. Antibar. p. 673. Sæpius non legitur in N. T. — Alexandrini ὀψὲ habent pro לְעֵת עֶרֶב *tempore vespertino*, Genes. XXIV. 11. et pro בְּנֶשֶׁף *in crepusculo.* Ies. V. 11. Adde Jer. II. 23, 24. Hesych. ὀψέ· μετὰ πολὺν χρόνον, βραδέως. Thom. M. p. 668. ὀψέ· οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ μόλις, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ ἐν ὑστέρῳ, μετὰ προσθήκης ὀνόματος χρονικοῦ, οἷον, ὀψὲ τῆς ἡμέρας. χωρὶς δὲ προσθήκης, ἀντὶ τοῦ ἑσπέρας καθαρῶς κ. τ. λ. Ammonius: ἑσπέρα καὶ ὀψὲ διαφέρει. ἑσπέρα μὲν γάρ ἐστι δυομένου τοῦ ἡλίου· ὀψὲ δὲ, βραδέως καὶ μεθ' ὁντινοῦν χρόνον. διὰ τοῦτο καὶ προστιθέασιν, ὀψὲ τῆς ἡμέρας. Confer quoque eundem sub ὀψὲ et ad utrumque locum Interpretes. Vide etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 543.

ʼΟΨΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *serotinus, serus*, ab ὀψὲ *sero.* Hesych. ὄψιμον· ὀψιτέλεστον, ὀψὲ γεννώμενον, ἢ ὀψὲ ἀρξάμενον, καὶ ὀψὲ τελεσθησόμενον. — Idem: ὄψιμον· χρόνιον, ὕστερον. — ὄψιμος· χρόνιος, βραδύς. Semel tantum legitur in N. T. de *anni tempore* (uti apud Xenoph. Œcon. 17. 4. 5.) Jacob. V. 7. ubi ὑετὸς ὄψιμος est pluvia serotina, seu verna, Hebraice dicta מְטַר מַלְקוֹשׁ et מַלְקוֹשׁ simpliciter, (h. e. *pluvia collectionis*, seu *messis*, Deut. XI. 14. Prov. XVI. 15. Hos. VI. 3. Joël. II. 23.) quæ mense Nisan, vel Abib, qui est noster Martius, cadit, frugibus jam maturescentibus, messemque præcedit et ipsas aristas plenas et grana turgida reddit. Conf. Harmari Obss. in Orientem ex Itinerariis T. I. p. 32. et Buhlii ac Walchii Calendaria Palæstinæ Œconomica. Vocatur vero pluvia verna (a qua pariter ac ab auctumnali omnis in Palæstina atque Ægypto pendet fertilitas) ὄψιμος, quia Judæi a mense Octobris, seu ab auctumno annum incipiebant. Conf. infra ad πρώϊμος et Wetstenii N. T. T. II. p. 678.

ʼΟΨΙΟΣ, ία, ον, *serus, serotinus, vespertinus*, ab ὀψὲ *sero, vesperi.* Hesych. ὄψιοι· δειλινοὶ, ὕστεροι. Thom. M. p. 668. ὄψιος· οὐκ ὀψινός. Marc. XI. 11. ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας serotina, seu vespertina cum jam esset

hora, vel tempus. Substantive sumitur *ὀψία, ἡ,* subintellecta voce *ὥρα,* vel *δείλη,* ut L. Bos. vult, quanquam *δείλη* quoque est proprie adjectivum, ut satis notum est. Matth. VIII. 16. *ὀψίας δὲ γενομένης* ibid. XIV. 16. et 23. Ad quæ loca recte intelligenda tenendum est, duas fuisse vesperas Hebræis Conf. Exod. XII. 6. בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas vesperas. ibid. XXX. 8. Levit. XXIII. 5. Una fuit ab hora diei nona, nostra tertia pomeridiana, usque ad solis occasum, altera ab hora diei ultima, cum sol occidit, usque ad noctis principium, quæ a Thucydide VIII. 26. *δείλη ὀψία* vocatur. Conf. Grotium ad Matth. l. l. Præterea legitur in N. T. Matth. XVI. 2. XX. 8. XXVI. 20. XXVII. 57. Marc. I. 32. IV. 35. VI. 47. XIV. 17. XV. 42. Joh. VI. 16. XX. 19. Polyb. VII. 16. 4. et X. 8. 7.

ὌΨΙΣ, *ιος,* Attice *εως, ἡ,* 1) proprie: *id, quo cernimus, pupilla, tota oculorum pars, quæ genis, aut palpebris tegitur,* a 2 pers. præt. pass. *ὦψαι* verbi *ὄπτομαι* *video.* Ælian. V. H. VI. c. 12. *ὑπὸ τῆς ἀκρατοποσίας τῆς ἄγαν αὐτὸν διαφθαρῆναι τὰς ὄψεις, ὡς ἀμυδρὸν βλέπειν.* Longin. de sublim. X. 3. et XVII. 3. Conf. Foësii Œconom. Hippocr. p. 287. 2) *visus, visio.* Aristoteles Meteor. III. c. 2. *ὅτι μὲν οὖν ἡ ὄψις ἀνακλᾶται ὥσπερ καὶ ἀπὸ ὕδατος, οὕτω καὶ ἀπὸ ἀέρος καὶ πάντων τῶν ἐχόντων τὴν ἐπιφάνειαν λείαν κ. τ. λ.* 3) per metonymiam: *facies, vultus, os, frons.* Joh. XI. 44. *καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο* et facies ejus sudario obvelata erat. Apoc. I. 16. *καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ* et facies ejus ut sol in splendore suo apparebat. Alexandrini usi sunt hac voce pro מַרְאֶה *visio, visus, aspectus, vultus, species,* Gen. XXIV. 16. XXVI. 7. XLI. 21. תֹּאַר 1 Reg. I. 6. et מֵצַח *frons,* Jer. III. 3, 4. 4) *externa species,* etiam *superficies* (v. c. apud LXX Num. XXII. 11. *ἐκάλυψεν τὴν ὄψιν τῆς γῆς,* ubi Cod. Oxon. *τὸ πρόσωπον* habet) *alicujus rei.* Joh. VII. 24. ubi *κρίνειν κατὰ ὄψιν* judicare secundum externam rei speciem, seu rem dijudicare, ut primum se videnti offert et secundum externa, einseitig und blos nach dem äussern schein eine sache beurtheilen, *to judge partially of a thing and solely by its external appearance,* opponitur *τῷ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνειν* judicare secundum rei veritatem, et est idem, quod *προσωποληπτεῖν,* vel *πρόσωπον λαμβάνειν.* Recte itaque Syrus verba Græca; *μὴ κρίνετε κατὰ ὄψιν* transtulit: ܠܐ ܬܕܘܢܘܢ ܒܡܣܒ ܒܐܦܐ! *ne judicetis in acceptione facierum.* Longin. de Sublim. XV. 7. Thucyd. VI. c. 46. *πολλῷ πλείω τὴν ὄψιν ἀπ᾽ ὀλίγης δυνάμεως χρημάτων παρείχετο.* Confer Kypke Obss. T. I. p. 374. Sæpius non legitur in N. T. — Hesych. *ὄψις· θεωρία, ὅρασις.* (Idem. Suid.) Idem: *ὄψεις· ὄνειροι, ὀφθαλμοί, ὁράσεις.* Thom. M. p. 668. *ὄψις· καὶ ὁ ὀφθαλμὸς καὶ αὐτὴ ἡ θεωρία. Φιλόστρατος· τὰς ὄψεις ἀνακοπείς.* Confer Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ὈΨΩ´ΝΙΟΝ, *ου, τὸ, obsonium,* 1) proprie: *quidquid emitur, ut edatur cum pane,* ut pisces, carnes, olera, i. q. *προσόψιον* et *προσφάγιον,* ab *ὄψον* *edulium, quidquid cibi additur pani,* et *ὠνέομαι* *emo.* Vide Kirchmaierum ad Cornel. Nepotis Agesilaum p. 637. 2) per synecdochen: *stipendium militare,* ita vocatum, quod olim, maxime apud Romanos, consuetudo esset, ut frumentum, carnes et aliæ res et fructus darentur stipendii loco. Vide Jul. Cæs. de Bell. Gall. I. c. 23. 1. Polyb. I. c. 66 et 67. III. c. 13. extr. XI. c. 26. Sic legitur in N. T. Luc. III. 14. *ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν* contenti sitis stipendiis vestris. 1 Cor. IX. 7. *τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ;* quis unquam militat suis stipendiis, suo ære et sumtu? 1 Macc. III. 28. XIV. 32. 3 Esdr. IV. 59. Confer de hac significatione scriptores laudatos a Wolfio in Curis Philologicis T. I. p. 601. Wetstenii N. T. T. I. p. 673. et Jac. Lydii Syntagma de Re Militari p. 23. 3) *omne id, quod laboranti datur, stipendium quodvis, merces,* et *honorarium* et speciatim *didactrum, pecunia, quæ datur pro docendi opera.* 2 Cor. XI. 8. *λαβὼν ὀψώνιον* cum mercedem sumerem. 4) metaphorice: *fructus, pœna, præmium,* i. q. *καρπὸς* et *τέλος,* cum quibus vocabulis permutatur. Rom. VI. 23. *τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος* merces, seu pœna peccati est mors. Theodoret. ad h. l. *τὸν μισθὸν ὀψώνιον κέκληκεν. ὀνομάζειν γὰρ οὕτω φίλον αὐτῷ τὸ στρατιωτικὸν σιτηρέσιον.* Sæpius non legitur in N. T. — Hesych. *ὀψώνιον· δαπάνη, κέρδος.* Suid. *ὀψώνια· κέρδη, χαρίσματα κ. τ. λ.* Eadem quoque habet Zonaras Lex. c. 1495.

Π

ΠΑΓΙΔΕΥ´Ω, fut. *εύσω,* 1) proprie: *illaqueo, irretio,* estque *avium et ferarum,* quibus tenduntur laquei et retia, ut implicatæ et captæ trucidentur, a *παγὶς laqueus.* 2) metaphorice ad homines transfertur et significat: *insidiari, decipere, insidiose quærere alicujus perniciem,* quod Latini *laqueos alicui tendere* et *irretire* (Cic. Acad. IV. 29.) dicunt, et nos einem eine falle legen, *to lay a snare for one,* dicere solemus. Sic semel legitur in N. T. Matth. XXII. 15. *ἵνα αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ* ut illum illaquearent sermone, h. e. ut ex ejus sermonibus aliquid elicerent, cujus obtentu accusari posset. Symmachus Prov. VI. 1. *ἐπαγιδεύθης ἐν ῥήμασι στόματός σου,* ubi in Hebr. legitur נוֹקַשְׁתָּ בְאִמְרֵי־פִיךָ Confer etiam Alexandrinos 1 Sam. XXVIII. 9. Cohel. IX. 12.

ΠΑΓΙ`Σ, *ίδος, ἡ,* 1) *laqueus, tendicula, decipula.* Est verbale ab aor. 2. *ἔπαγον,* verbi *πηγνύω,* vel *πήγνυμι* *figo, defigo, depango,* quod laqueus humi figatur et depangatur ad capiendas aves et feras. Hebraice dicitur מוֹקֵשׁ Amos III. 5. Alex. Prov. VI. 5. *ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος,* Hebr. מִיַּד יָקוּשׁ ex manu aucupis. Jerem. V. 27. *ὡς παγὶς ἐφεσταμένη πλήρης ὀρνέων.* Sir. XXVII. 20. *ἐξέφυγεν ὡς δορκὰς ἐκ παγίδος.*

Etym. M. παγίς· παρὰ τὸ πηγνύω πηγὶς καὶ παγίς. λέγεται δὲ πάγη δίκτυον ἢ θηρατικὸν ὄργανον πετράγωνον. Confer etiam Eustathium p. 742. 39. 2) metaphorice: *omne id, quod perniciem, damnum et exitium affert, insidiæ, quæ struuntur vel vitæ, vel pietati alicujus,* etiam *omnis res inopinata et improvisa, malum, quo aliquis incautus et nihil tale metuens opprimitur et obruitur,* quemadmodum fera improviso in rete incidit. Conf. Agath. Epigr. XCIII. v. 5. T. IV. Anthol. Gr. p. 38. edit. Jacobs. Athen. L. XIII. p. 567. F. et Batrachom. v. 115. Luc. XXI. 35. ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς sicut decipula (fortasse etiam reddi posset: *sicut fulgur,* coll. Matth. XXIV. 27. ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ, et Psalm. XI. 6. יַמְטֵר עַל־רְשָׁעִים פַּחִים אֵשׁ, Alexandrini ἐπιβρέξει ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς παγίδας πυρὸς. [Ita enim reponendum videtur loco impressi παγίδας, πῦρ.] h. e. fulgura, ut recte transtulit Lutherus) dies ille inopinatus opprimet omnes hujus orbis incolas. Rom. XI. 9. γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα fiat mensa eorum in laqueum, vel laqueus, h. e. in medio felicissimo statu pereant, inter cœnam quasi improvisa opprimat eos miseria et calamitas. Verba sunt desumta ex Psalm. LXIX. 23. 1 Timoth. III. 7. ἵνα μὴ ἐμπέσῃ εἰς παγίδα τοῦ διαβόλου ne incidat in insidias, quæ struuntur ab adversariis religionis christianæ. ibidem VI. 9. ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα facile in discrimen conjiciuntur et ita sibi damnum et exitium parant. 2 Tim. II. 26. καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος et liberentur ex potestate diaboli. Sæpius non legitur in N. T. Confer Alex. Jer. V. 26. Prov. XI. 9. ἐν στόματι ἀσεβῶν παγὶς πολίταις. ibid. XII. 14. XIV. 29. ἐκ παγίδος θανάτου. Jos. XXIII. 13. καὶ ἔσονται ὑμῖν εἰς παγίδας καὶ εἰς σκάνδαλον. Etiam in libris Apocryphis παγὶς metaphorice partim de *eo* usurpatur, *qui alteri insidiatur,* 1 Macc. I. 37. partim de *eo* adhibetur *qui alteri occasionem peccandi suppeditat,* 1 Macc. V. 4.

ΠΑ'ΘΗΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *perpessio, toleratio, omne, quod quis patitur et passus est, afflictio, mala et calamitates omnis generis,* speciatim: *afflictiones et calamitates, quas aliquis perfert ob religionem christianam,* a πάσχω *patior, afficior.* Rom. VIII. 18. τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ mala hujus vitæ ob Christum perpetienda, quæ 2 Cor. I. 5. τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ (h. e. mala, ob Christi professionem et cultum illata, ut apud Lysiam p. 110. τιμωρίαι τῶν θεῶν pœnæ ob violatos deos et apud Ciceronem pro Rosc. Amer. c. 24. *pœnæ parentum,* pœnæ ob parentes dicuntur: aut etiam perpessiones, quas quis suscepit ad exemplum Christi.) et v. 6. et 7. παθήματα simpliciter vocantur. Phil. III. 10. τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ ut particeps fiam eorundem malorum, quæ et Christus perpessus est. Coloss. II. 24. νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασί μου ὑπὲρ ὑμῶν nunc lætor de calamitatibus, quas vestrum causa, h. e. ob propagationem religionis christianæ sustineo. 2 Tim. III. 11. τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασι. Hebr. II. 9. διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου ob et post exantlatam mortem, seu toleratos summos dolores. ibid. v. 10. διὰ παθημάτων per adversam fortunam. ibid. X. 32. πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων multas et gravissimas sustinuistis calamitates. 1 Petr. I. 11. τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, pro τὰ τοῦ Χριστοῦ παθήματα, uti vocantur ibid. IV. 13. et V. 1. ibid. v. 9. Eodem sensu πάθημα de *malo et infortunio, quod quis patitur,* reperitur apud Xenoph. in Hierone V. 1. et 3. Euripid. Phœn. v. 60. ὁ πάντ' ἀνατλὰς Οἰδίπους παθήματα. Hesych. παθήματα· συμφοραί. 2) *affectus et propensio animi, sensus et studium,* i. q. ἐπιθυμία et πάθος, et speciatim: *pravus et vitiosus animi affectus et motus, concupiscentia reproba, morbus animi.* Rom. VII. 5. τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν cupiditates pravæ, sensus et affectus animi perversi. Galat. V. 24. τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις renuntiarunt vitiositati et deposuerunt omnes pravas cupiditates et affectiones animi. Sæpius non legitur in N. T. Apud Æschin. Socr. Dial. III. 15. παθήματα *animi morbi,* v. c. *mœror, ægritudo,* dicuntur. Xenoph. Cyrop. III. 1. 10. πάθημα σὺ λέγεις τῆς ψυχῆς εἶναι τὴν σωφροσύνην, ὥσπερ λύπην — οὐ μάθημα.

ΠΑΘΗΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, 1) proprie et e reliquorum scriptorum Græcorum usu *eum* notat, *qui pati et perferre mala potest ac debet, qui habet qualitatem patibilem, patibilis,* (Cicer. de Nat. Deor. III. 12.) *passibilis, passurus,* a πάσχω *patior.* Plutarch. T. IX. p. 65. et 501. ed. Reisk. παθητὰ σώματα. Sed in N. T. libris 2) ita dicitur *is, qui passus est et sustinuit mala, calamitates* et *mortem.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXVI. 23. εἰ παθητὸς (Vulgat. habet *passibilis*) ὁ Χριστὸς nempe Christum pertulisse gravissima mala mortemque valde ignominiosam. Confer Justini Mart. Apol. I. 66. et Abresch. ad Æschyl. p. 622. Alii tamen vertere hunc locum malunt: Christum, assumta humana natura, et hominum expiandorum causa et pati potuisse et ex decreto divino etiam pati debuisse. Gloss. Vet. παθητὸς (ita enim legendum est loco impressi παθηκὸς), *morbosus.*

ΠΑ'ΘΟΣ, εος, contr. ους, τὸ, 1) *passio, perpessio, cujuscunque generis malum* et *infortunium, quod quis patitur,* a πάσχω *patior.* Euripid. Phœn. v. 1361. μεγάλα μοι θροεῖς πάθεα καὶ πόλει, coll. v. 1358. ibid. v. 1576. et 1762. Ælian. V. H. III. 32. τὸ τοῦ Λίνου πάθος. Alexandrini Prov. XXV. 20. οὕτως προσπεσὸν πάθος ἐν σώματι καρδίαν λυπεῖ. 2) *omnis,* inprimis *vehementior commotio animi et affectus,* (Ælian. V. H. XII. 1. τὸ ἐκ τῆς λύπης πάθος animi ex tristitia commotio, seu affectus tristitiæ.) speciatim vero: *omnis cupiditas prava et perversa,* et specialissime: *cupiditates fœdæ, obscœnæ et venereæ, lascivia,* unde *pathici* etiam Latinis dicuntur *fœdæ libidini dediti.* Sic ter tantum legitur in N. T. Rom. I. 26. παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς πάθη ἀτιμίας permisit Deus, ut cupiditatibus fœdis et probrosis traherentur et ferrentur, quibus sc. ducti deseruerunt et immutarunt usum naturalem. Coloss. III. 5. πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος. 1 Thess. IV. 5. μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, coll. v. 3. et 4. Xenoph. Cyrop. V. 5. 10. Memor. III. 10. 8.

ΠΑΙΔΑΓΩΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, *pædagogus, puerorum dux et custos, rector juventutis, præfectus moribus puerorum,* a παῖς *puer* et ἀγωγὸς *dux,* quod a præterito med. Attico verbi ἄγω, quod non solum *ducere,* sed etiam *instituere* (1 Macc. VI. 15. τοῦ ἀγαγεῖν καὶ ἐκθρέψαι αὐτὸν τοῦ βασιλεύειν. Ælian. V. H. Lib. XIV. c. 20. τοῦ παιδὸς, ὃν ἦγε.) significat. Erant autem *pædagogi* vel liberi, vel servi honestiores apud veteres Græcos et Romanos, qui puerorum ingenuorum (interdum etiam, sed extra ordinem, puellarum ingenuarum) vitam atque mores præscribendo, reprehendendo et castigando regebant, moderabantur et ad honestatem conformabant,

eos in ludos ducebant et inde domum reducebant, (hinc a διδασκάλοις distinguuntur a Plutarcho de Puerorum Educatione X. 9.) eos ita ubique comitabantur, ut ne digitum quidem longe ab iis efferre possent pedem, (hinc *custodes* dicti a Cornelio Nepote X. 4. 6.) et ubi pueri vel ephebi facti essent, vel ex ephebis excessissent, removebantur. Cic. ad Attic. Epp. VIII. 4. Terent. Andr. I. 1. 27. Plaut. Bacchid. III. 3. 18. Diog. Laërt. VI. sect. 30 seq. Xenoph. de Rep. Laced. cap. II. § 1. ἐπειδὰν τάχιστα αὐτοῖς οἱ παῖδες τὰ λεγόμενα ξυνιῶσιν, εὐθὺς μὲν ἐπ' αὐτοῖς παιδαγωγοὺς θεράποντας ἐφιστᾶσιν, εὐθὺς δὲ πέμπουσιν εἰς διδασκάλων, μαθησομένους καὶ γράμματα καὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ. ibid. cap. III. § 2. ὅταν γε μὴν ἐκ παίδων εἰς τὸ μειρακιοῦσθαι ἐκβαίνωσι, τηνικαῦτα οἱ μὲν ἄλλοι παύουσι μὲν ἀπὸ παιδαγωγῶν, παύουσι δὲ καὶ ἀπὸ διδασκάλων. Confer Perizonium ad Ælian. V. H. III. 21. Pignorium de Servis p. 233. et inprimis Claudii libellum de Pædagogis ad calcem libri ejus de Salutationibus Veterum. Ultraj. 1702. 12. Jam, quia pædagogi fere severiores et rigidiores erant, hinc παιδαγωγὸς in N. T. libris 2) metaphorice *quemlibet severiorem et duriorem magistrum et rigidum morum doctorem* significat. Sic v. c. 1 Cor. IV. 15. tribuitur ecclesiæ Corinthiacæ doctoribus, qui instar pædagogorum Corinthios, jam ad fidem christianam conversos, durius tractabant. Verba sunt: ἐὰν γὰρ μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ quid enim prodesset vobis, si vel sexcentos doctores haberetis, qui vos durius tractarent. Galat. III. 24. et 25. lex Mosaica παιδαγωγὸς dicitur, quia destinata quasi puerili ætati hominum, molesta magis, quam jucunda, severius et rigidius mores Judæorum moderabatur et castigabat, eosque metu ac pœnis ad meliorem vitam instituendam compellebat. Sæpius non legitur in N. T. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 115. et 225. Gloss. Vet. παιδαγωγὸς, *pædagogus, pedisequus.*

ΠΑΙΔΑ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, non tam est *puerulus* et *puellula*, quam *puer* et *puella*, (nam deminutiva apud Græcos haud raro induunt significationem primitivorum), sive sit ætate tenera et minori, sive majori et adultiori. De puero XV annorum usus est hac voce Galenus de Composit. Medicam. per genera V. Xen. Cyrop. I. 4. 12. Hist. Gr. IV. 4. 17. Est deminutivum a παῖς *puer*, et respondet in versione Alexandrina Hebraicis נַעַר *puer, infans*, Gen. XXII. 5, 12. Judd. VII. 10. IX. 54. 1 Sam. IX. 3. et יֶלֶד *natus, puer*. 2 Chron. X. 10. Joël. III. 3. Zach. VIII. 5. Bis tantum legitur in N. T. libris. Matth. XI. 16. ὁμοία ἐστὶ παιδαρίοις (in haud paucis codicibus legitur παιδίοις) ἐν ἀγοραῖς καθημένοις similes sunt pueris, in foro versantibus. Joh. VI. 9. ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε puer (fortasse rectius h. l. vertitur *servus*. Conf. Alex. 1 Sam. XXI. 7. ubi Hebraico עֶבֶד *servus* respondet, et Xenoph. Ages. I. 21. ac Ælian. V. H. II. cap. 2.) in vicinia est. Hesych. παιδάρια· τὰ μείζονα (Tob. VI. 2, 3. Susann. v. 44.) καὶ τὰ ἀρτίως γεγονότα. (1 Macc. II. 46.) Suid. παιδάριον· οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων κέχρηνται τῷ ὀνόματι οἱ ῥήτορες, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παρθένων. Phavor. sub v. παιδίσκη· παιδάριον δὲ Ἀττικῶς μὲν τὸ θυγάτριον, Ἑλληνικῶς δὲ τὸ ἄῤῥεν. Idem tradit Thom. M. p. 672. ed. Bernard.

ΠΑΙΔΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *omnis institutio et disciplina puerilis*, sive illa fiat institutione in litteris, sive morum et animi informatione ad honesta quævis, exemplo, admonitionibus, beneficiis et pœnis, a παιδεύω *erudio, doceo, castigo,* quod vide. Sic legitur in N. T. Ephes. VI. 4. ubi parentes jubentur τὰ τέκνα ἐκτρέφειν ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου educare liberos in institutione et admonitione Domini, h. e. educare eos, instituere et ad bonos mores conformare, accommodate ad præcepta religionis christianæ. 2) per synecdochen: *quævis alia institutio et disciplina, qua quis utitur ad formandos et imbuendos animos non solum puerorum, sed etiam adultiorum, institutio, amoris pariter ac severitatis plena.* Hesych. παιδεία· νουθεσία. Suid. παιδεία· παίδευσις. Sic legitur in N. T. 2 Tim. III. 16. ubi litteræ sacræ dicuntur esse πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, h. e. ad imbuendos homines et assuefaciendos bonis sensibus, moribus et studiis. (Conf. Alex. Ps. II. 12. XLIX. 18. Prov. I. 2, 7. ubi Hebraico מוּסָר respondet.) VI. 23. XVII. 23. etc. 3) per metonymiam et synecdochen: *castigatio quævis, quæ correctionis causa irrogatur,* quia institutio et informatio puerorum sine castigatione vix locum obtinere potest; (Sic legitur apud LXX Prov. XV. 10. ubi παιδεία necessario est *correctio per flagra seu virgas, quæ fit in concione.)* et speciatim usurpatur de *pœnis, malis et calamitatibus, quæ a Deo hominibus pro summa ejus sapientia pariter ac benignitate immittuntur, ut sapientiores, meliores et feliciores evadant.* Hebr. XII. 5. μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου noli respuere disciplinam Dei, nempe ita, ut eam ægre feras et detrectare coneris. Verba sunt desumta ex Prov. III. 11. Hebr. XII. 7. εἰ παιδείαν ὑπομένετε si pœnæ vobis et calamitates a Deo correctionis causa immittuntur. ibid. v. 8. et 11. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΠΑΙΔΕΥΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *præceptor, magister, doctor, qui pueros et omnino rudes et ignaros litteris et moribus instituit et informat,* a παιδεύω *erudio, doceo, informo.* Rom. II. 20. παιδευτὴν ἀφρόνων magistrum amentium, seu insipientium. Sirac. XXXVII. 22. ἔστιν ἀνὴρ πανοῦργος καὶ πολλῶν παιδευτής. Gloss. Vet. παιδευτής, *doctor, eruditor.* 2) per metonymiam: *castigator, qui puerum instituit castigando.* Hebr. XII. 9. εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς, καὶ ἐνετρεπόμεθα quodsi jam parentes nostros naturales, quum nos castigarent, veriti sumus. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alexandrina semel reperitur de Deo, pœnas immittente Israëlitis, Hos. V. 2. וַאֲנִי מוּסָר לְכֻלָּם ἐγὼ δὲ παιδευτὴς ὑμῶν. Hinc in Theodotionis Ps. LXVII. 29. ad *principes* et in Symmachi fragmentis Deut. XVII. 18. ad *judices* et *magistratus* transfertur.

ΠΑΙΔΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *educo pueros, instituo, doceo pueros eorumque mores ad salubrem disciplinam conformo,* a παῖς *puer.* Sic legitur in N. T. Act. VII. 22. καὶ ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων et institutus est Moses omni sapientia Ægyptiorum. ibid. XXII. 3. παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου a Gamaliele doctus patriam legem ad exactam disciplinæ pharisaicæ normam. Eleganter etiam apud optimos Græcorum scriptores participia, ascito casu secundo, pro adjectivis ponuntur. Conf. interpretes ad Thom. M. p. 183 seq. ed. Bernard. Suid. παιδεύειν· παιδοτροφεῖν. Diog. Laërt. I. sect. 91. et 92. τέκνα παιδεύειν. Philostrat. Vit. Soph. II. c. 18. princip. Æschin. Socr. Dial. I. 5. τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν παιδεῦσαι. ibid.

§ 8. 2) generatim: *rudes et ignaros litteris vel moribus informo, instituo, doceo, admoneo, emendo et corrigo.* 2 Tim. II. 25. debet doctor religionis christianæ ἐν πραότητι παιδεύειν τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, h. e. humaniter corrigere et edocere foventes sententias, religioni christianæ contrarias. Tit. II. 12. παιδεύουσα ἡμᾶς, sc. ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος, gratia Dei salutaris, seu religio christiana, instituit nos, monet et hortatur. Sic etiam apud Græcos scriptores παιδεύειν de *quacunque institutione* et *disciplina etiam adultiorum* adhibetur. Vide Æschin. Socr. Dial. II. § 31. Ælian. V. H. I. 34. et XIII. 1. πεπαιδευμένη αἰδεῖσθαι, et apud Xenoph. in Hist. Gr. VI. 3. 6. παιδεύεσθαι de eo usurpatur, *qui usu et experientia edocetur.* 4) per synecdochen speciei: *castigo, punio,* quia educatio puerorum sine castigatione et disciplina vix locum habere potest. De variis autem castigationis generibus in N. T. adhibetur: a) de *castigatione paterna* et *animadversione acriore in liberos, disciplinæ negligentes, correctionis et emendationis causa.* Hebr. XII. 7. τίς γάρ ἐστιν υἱὸς, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ; ubi enim est filius, qui a patre non castigatur? ibid. v. 10. οἱ μὲν γὰρ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαίδευον. Prov. XIX. 18. παίδευε υἱόν σου, οὕτως γὰρ ἔσται εὔελπις. ibid. XXIX. 17. παίδευε υἱόν σου καὶ ἀναπαύσει σε. b) de *castigatione civili, quæ fit per flagella.* Luc. XXIII. 16. παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω flagellis castigatum igitur dimittam. Solebant scilicet præsides Romani castigatione per flagella in iis uti, qui delictum commiserant, quod pœna capitali non erat dignum. ibid. v. 22. παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω cum igitur illum flagellis subjecero, dimittam eum. c) de *pœnis, malis et calamitatibus, quæ a Deo et Christo hominibus immittuntur, emendationis et correctionis causa.* 1 Cor. XI. 32. κρινόμενοι δὲ ὑπὸ Κυρίου, παιδευόμεθα pœnis a Christo, seu Deo inflictis nos emendari patiamur, ubi παιδεύειν significat disciplina et castigatione aliquem meliorem et sapientiorem reddere. 2 Cor. VI. 9. ὡς παιδευόμενοι multis calamitatibus pressi, i. q. πειραζόμενοι, quod verbum etiam h. l. in nonnullis codicibus e glossemate legitur. Nonnulli interpretes παιδεύεσθαι h. l. de castigationibus civilibus tantum interpretantur, quibus magistratus gentiles apostolos coërcere conabantur, ne traderent amplius religionem christianam. Hebr. XII. 6. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει. Verba desumta sunt ex Prov. III. 12. Apoc. III. 19. ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. Sap. III. 5. καὶ ὀλίγα παιδευθέντες, μεγάλα εὐεργετηθήσονται. Sirac. X. 28. ἀνὴρ ἐπιστήμων οὐ γογγύσει παιδευόμενος. 2 Macc. VI. 15. παιδεύων μετὰ συμφορᾶς. ibid. X. 4. μετ' ἐπιεικείας παιδεύεσθαι. Adde Alex. Ps. CXVII. 18. d) de *pœnis ecclesiasticis, quæ ab apostolis immorigeris et improbis correctionis causa irrogabantur.* 1 Tim. I. 20. οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν. Vide quæ infra ad vocem Σατανᾶς dicta sunt. Sæpius non legitur in N. T. Phavor. παιδεύειν· ἀντὶ τοῦ κολάζειν οὐδεὶς τῶν ῥητόρων εἶπεν, ἀλλὰ παρὰ μόνῃ τῇ θείᾳ γραφῇ τοῦτο εὑρίσκεται. Idem tradit Thom. M. s. v. πολλάκις. Plura de hac voce ex veterum patrum commentariis collegit Suicerus in Thesaur. Eccles.

ΠΑΙΔΙΟ'ΘΕΝ, *a prima pueritia, a puerili ætate, ab infantia, ab ineunte ætate,* i. q. ἐκ παιδίου. Adverbium a παῖς *puer.* Semel tantum legitur in N. T. Marc. IX. 21. ὁ δὲ εἶπε· παιδιόθεν ille autem respondit: ab incunabulis. Gloss. Vet. παιδιόθεν, *a pueritia.*

ΠΑΙΔΙ'ΟΝ, ου, τὸ, 1) *puer, puella, sive sit infans et adhuc lactens,* (conf. Foësii Œcon. Hipp. p. 288.) *sive adultior,* et ut παιδάριον de prima ætate usque ad virilem dicitur. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 248. Est proprie diminutivum a παῖς *puer,* quod tamen significationem primitivi induit. Matth. II. 8. ἐξετάσατε περὶ τοῦ παιδίου diligenter exquirite puerum, nempe Christum, recens natum. ibid. v. 9, 11, 13, 14, 20, 21. XIV. 21. χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων præter fœminas et parvulos. ibid. XV. 38. XVIII. 2, 3. ἐὰν μὴ γένησθε ὡς τὰ παιδία nisi animum puerorum bene educatorum indueritis. ibid. v. 4. ὅστις οὖν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τοῦτο quisquis se tam submiserit, ut hic puer. ibid. XIX. 13, 14. coll. Luc. XVIII. 15. ubi παιδία cum voce βρέφη permutatur. Marc. V. 39, 40, 41. ubi τὸ παιδίον *puellam* significat, coll. v. 23 et 35. ibid. VII. 28. IX. 24, 36. X. 13, 14, 15. Luc. I. 59. ἦλθον περιτεμεῖν τὸ παιδίον. ibid. v. 76, 80. II. 17, 21, 27, 40. VII. 32. IX. 47. XI. 7. XVIII. 16, 17. Joh. IV. 49. XVI. 21. ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον sed postquam infantem edidit. Hebr. XI. 23. 1 Joh. II. 13. Alexandrini usi sunt hac voce pro יֶלֶד *puer, natus,* Genes. XXI. 14, 15, 16. XXX. 26. Exod. II. 3, 6, 9. נַעַר *puer, infans,* Judd. XIII. 8, 12. Job. I. 19. Ies. III. 5. VII. 16. יִלּוֹד *genitus, natus,* 1 Reg. III. 27. יוֹנֵק *sugens, lactens,* Ies. LIII. 2. עוֹל *infans lactens,* Ies. XLIX. 15. טַף *parvulus,* Genes. XLV. 19. Deut. I. 39. III. 6. Jos. I. 14. בֵּן *filius,* Genes. XVII. 12. XXI. 7, 8. Deut. XI. 2. et Ies. XLVI. 3. pro מִנִּי־רָחַם *ab utero, a prima infantia* habent Alexandrini ἐκ παιδίου, coll. Xenoph. Mem. II. 2. 8. 2) metaphorice: *qui pueris bonæ indolis similis est eorumque sensus et animum habet.* Matth. XVIII. 5. παιδίον τοιοῦτον ἓν vel unum sectatorum meorum, qui animum puerorum liberalium induerunt, coll. v. 3, 4 et 6. Marc. IX. 37. Luc. IX. 48. 3) *qui puerorum more agit, pueris similis est,* in deteriorem partem, h. e. *nondum maturus, nondum firmatus* et *minus firmo judicio,* etc. i. q. νήπιος. 1 Cor. XIV. 20. μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, h. e. ne sitis minus firmo judicio, ne puerorum more sentiatis et judicetis. Confer 1 Cor. XIII. 11. Ephes. IV. 14. 4) per metonymiam: *dilectus, carus,* ut liberi parentibus solent esse maxime cari. Joh. XXI. 5. παιδία O mei! ubi amica et blanda compellatio est index amoris, quo Jesus suos prosequebatur. 1 Joh. II. 18. Conf. Kirchmaierum de Parallelismo Dictionis N. T. et Polybii p. 59. 5) *qui curæ alicujus et fidei filii loco commissus et traditus est, discipulus, sectator, cultor.* Hebr. II. 13. ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεὸς ecce ego et sectatores mei, quos Jehovah mihi destinaverat. Verba desumta sunt ex Ies. VIII. 18. ibid. v. 14. ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος quemadmodum sectatores ejus corpore humano præditi sunt. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΙΔΙ'ΣΚΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *puella, libera, adolescentula.* Diminutivum a παῖς. In hoc sensu maxime apud veteres Græcos scriptores occurrere, Phrynichus testatur in Eclogis Dictionum Atticarum p. 102. παιδίσκη· τοῦτο ἐπὶ τῆς θεραπαίνης οἱ νῦν τιθέασιν, οἱ δὲ ἀρχαῖοι ἐπὶ τῆς νεάνιδος, ὡς ἀκολουθητέον. Sed Mœris contra monet: παιδίσκην καὶ τὴν ἐλευθέραν καὶ τὴν δούλην Ἀττικῶς· τὴν δούλην

μόνην Ἑλληνικῶς. Adstipulatur Thom. M. p. 671. et Phavor. παιδίσκη· ἡ ἐλευθέρα καὶ ἡ δούλη καὶ παιδισκάριον, h. e. τὸ κοράσιον, ut idem Phavorinus interpretatur. Gloss. Vet. παιδίσκη, ἡ θεράπαινα, *ancilla, ancillula, puera, puellula.* Alexandrini Gen. XXXIV. 4. λάβε μοι τὴν παιδίσκην (Hebr. אֶת־הַיַּלְדָּה) ταύτην εἰς γυναῖκα. Ruth. IV. 12. Amos II. 7. ubi Hebraico נַעֲרָה *puella, adolescentula* respondet. Ælian. V. H. XII. 58. Confer Alberti Obss. Philol. p. 248. Menagium ad Diog. Laërt. p. 215. et Henr. Stephanum de Idiom. Dial. Attic. p. 229. 2) *serva, ancilla,* θεράπαινα, ut a Suida explicatur. Confer etiam Pollucis Onom. III. 76. et ibi Comment. Sic legitur in N. T. Matth. XXVI. 69. Marc. XIV. 66. ἔρχεται μία τῶν παιδισκῶν τοῦ ἀρχιερέως. ibid. v. 69. Luc. XII. 45. τοὺς παῖδας καὶ τὰς παιδίσκας servos et servas. ibid. XXII. 56. Joh. XVIII. 17. Act. XII. 13. XVI. 16. Galat. IV. 22, 30, 31. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alexandrina respondet Hebraico אָמָה *ancilla,* Genes. XX. 17. Deut. V. 14. Judd. IX. 18. שִׁפְחָה *ancilla, famula.* Genes. XII. 16. 1 Sam. XXV. 41. Cohel. II. 7. Loca Græcorum scriptorum, huc pertinentia, larga manu dederunt interpretes ad Thom. M. p. 671 seq.

ΠΑΙ'ΖΩ, (contracte pro παιδίζω,) fut. παίξω, 1) proprie: *ludo puerorum more, jocor,* et omnino *non serio et severe, sed more puerorum aliquid ago,* a παῖς *puer.* Alex. 2 Sam. II. 14. τὰ παιδάρια καὶ παιξάτωσαν ἐνώπιον ἡμῶν. Prov. XXVI. 19. παίζων ἔπραξα. Sirac. XLVII. 3. ἐν λέουσιν ἔπαιζεν, ὡς ἐν ἐρίφοις. Theophr. Char. cap. 27. Transferri autem ad omne genus ludicrorum factorum, gestuum, sermonum, Pollux testatur in Onom. V. cap. 45. ῥήματα δὲ παίζειν, τωθάζειν, στωμύλλεσθαι, σκώπτειν, γελᾶν, γελοιάζειν, κομψεύεσθαι, χαριεντίζεσθαι. 2) *salto, choreas ago,* vel *duco, choreis me oblecto.* Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. X. 7. καὶ ἀνέστησαν παίζειν, pro τοῦ παίζειν χάριν, et surrexerunt choreas agendi causa. Sermo ibi est de saltationibus religiosis, quæ in sacris gentilium in deorum honorem post sacra et epulas sacrificales fiebant. Exod. XXXII. 6. Homer. Odyss. ψ', v. 146 seq. τοῖσιν δὲ μέγα δῶμα περιστοναχίζετο ποσσὶν ἀνδρῶν παιζόντων, καλλιζώνων τε γυναικῶν. Hesiodus in Scuto Herculis v. 276. τοῖσιν δὲ χοροὶ παίζοντες ἕποντο, et ibi Grævius. παίζειν et χορεύειν conjunguntur ab Aristophane Ran. v. 410. Conf. Küster. ad Aristoph. Thesmoph. v. 954. et Wetstenii N. T. T. II. p. 140. Ita etiam *ludere* pro *saltare* ponitur, v. c. apud Virgilium Eclog. VI. v. 27. Horat. III. Od. XV. v. 12.

ΠΑΙ͂Σ, δὸς, ὁ, ἡ, 1) *puer, puella, adolescens, juvenis,* et æque ac Hebraicum נַעַר *totam hominis ætatem, a nativitate usque ad annos viriles,* complectitur. Matth. II. 16. ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεὲμ, scil. ὄντας, misit, qui occiderent omnes Bethlehemi pueros, qui erant scilicet biennes et bimatu inferiores. ibid. XXI. 15. καὶ τοὺς παῖδας κράζοντας ἐν τῷ ἱερῷ et pueros in templo clamantes. Luc. II. 43. ὑπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ remansit Jesus puer Hierosolymis. ib. VIII. 51. τὸν πατέρα τῆς παιδὸς καὶ τὴν μητέρα parentes puellæ. ibid. IX. 42. Act. XX. 12. ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα, qui v. 9. νεανίας vocabatur. Hesych. παῖς· ὁ τῇ ἡλικίᾳ νέος, καὶ ἀντὶ παρθένου. — Thom. M. παῖς· ὁ ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ. ἀρτίπαις δὲ ὁ ἐκβεβηκὼς τὴν παιδικὴν ἡλικίαν. βούπαις δὲ ὁ μέγας παῖς. Alex. Genes. XLVI. 55. ἐκ παιδὸς a pueritia. ibid. XXXIV. 12. δώσετέ μοι τὴν παῖδα ταύτην εἰς γυναῖκα. Ælian. V. H. VI. 4. XII. 38. XIII. 1. 2) *filius, filia,* i. q. υἱός. Hesych. παῖς· πᾶς ὁ φύσει υἱὸς ὤν. Matth. XVII. 18. καὶ ἐθεραπεύθη ὁ παῖς (scil. αὐτοῦ, coll. v. 15.) ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης et convaluit filius ejus illo ipso tempore. Joh. IV. 51. ὅτι ὁ παῖς σου ζῇ, ubi haud pauci codices e glossemate habent υἱός σου, coll. v. 46, 47. Ælian. V. H. VII. 5. Æschin. Socr. Dial. I. 19. ταῦτα μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτοῦ. ibid. III. 19. Homer. Od. X. 5. Eurip. Phœn. v. 1030. 832. μὴ νόμιμοι παῖδες, et 109. πότνια παῖ Λατοῦς veneranda Latonæ filia. Ita etiam נַעַר usurpatur Ies. LXV. 20. הַנַּעַר בֶּן־מֵאָה שָׁנָה filius centum annorum morietur: et *puer* pro *filius* ponitur apud Plautum Mil. Glorios. Act. IV. Sc. II. v. 85. et Tibullum Lib. III. Amor. El. 9. v. 7. Huc etiam referenda sunt loca N. T. in quibus Jesus Christus ὁ παῖς τοῦ Θεοῦ, h. e. *Dei filius* eminentiore vocis significatione (de qua infra ad vocem υἱὸς exponetur) dicitur. Matth. XII. 18. ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα hunc filium meum dilectissimum. Act. III. 13. ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν illustravit filium suum Jesum. ibid. v. 26. ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ. ibid. IV. 27 et 30. Hinc 3) ex adjuncto: *dilectus, præ cæteris charus.* Luc. I. 54. ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ suscepit curam Israëlitarum suorum, seu populi Israëlitici, maxime chari. ibid. v. 69. ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ e familia Davidis dilecti (alii reddunt: *ministri*) sui. Act. IV. 25. διὰ στόματος Δαβὶδ τοῦ παιδός σου. 4) *servus, minister servus.* Pollux Onom. III. c. 8. s. 78. καλοῦνται δὲ καὶ παῖδες οἱ δοῦλοι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, κἂν ὦσι πρεσβύτεροι. Hesych. παῖς· τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ δούλου, ἄρτι ἀκμάζων. Conf. Pierson. ad Mœrid. p. 297 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 348. Matth. VIII. 6. ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς servus meus domi decumbit paralyticus, coll. Luc. VII. 2. ibid. v. 8 et 13. Luc. VII. 7. XII. 45. τύπτειν τοὺς παῖδας καὶ τὰς παιδίσκας verberare, seu male tractare servos servasque. ibid. XV. 26. προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν παίδων aliquem e servis advocavit. Aristoph. Ran. v. 192. In versione Alexandrina respondet Hebraico עֶבֶד *servus.* Genes. IX. 25, 26, 27. XII. 16. XIV. 15. Eodem modo apud Latinos *puer* usurpatur, teste Servio ad Virgil. Eclog. VI. 14. Vide Burmann. ad Propert. p. 275. Causam hujus significationis recte mihi tradidisse videtur Eustathius ad Homer. Iliad. δ', p. 438. 38. ed. Rom. φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ, παρθένων ἔργον εἶναι τὸ οἰνοχοεῖν, καὶ ἀνδρῶν δὲ νέων, ὧν καὶ τὸ ὑπηρετεῖν. ὅθεν καὶ παῖδες οἱ δοῦλοι, καὶ παιδίσκαι, διὰ τὸ τῆς παιδικῆς ἡλικίας ὑπηρετητικόν. 5) *is, cujus consilio, auctoritate et opera reges aliique principes utuntur in administrandis negotiis, vel publicis, vel privatis omnis generis,* quem Latini *amicum* et *familiarem,* Græci φίλον (Xenoph. Cyrop. I. 3. 9. VII. 2. 8.) vocant. Sic apud Matthæum XIV. 2. amici Herodis Antipæ, tetrarchæ Galilææ et Peræræ, παῖδες dicti leguntur ex usu loquendi Hebræorum, Chaldæorum et Syrorum, apud quos amici regum et principum עֲבָדִים (1 Sam. XVIII. 22, 26. 2 Sam III. 38. XIII. 24.) et עַבְדִין (Dan. II. 7.) nominantur. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΙ'Ω, fut. παίσω, 1) *percutio, sive hoc fiat pugnis, sive baculis.* Legitur in N. T. Matth. XXVI. 68. προφήτευσον ἡμῖν, Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ

παίσας σε; dic nobis, Christe, quis est, qui te percussit? coll. v. 67. Luc. XXII. 64. In eadem significatione respondet in versione Alex. Hebraico הִכָּה *percussit, verberavit*. Num. XXII. 28. Ies. XIV. 29. Thren. III. 29. Thom. M. παίω· τὸ τύπτω. Phavor. ἔπαισεν· ἔτυψεν, ἐπάταξεν, ἔπληξεν. Hesych. ἔπαισας· ἔτυψας, ἐπάταξας, ἔπληξας, ἔδειξας. Idem: παίει· τύπτει, πλήττει, δέρει. Vide Hemsterhusium ad Aristoph. Plut. p. 271. 2) *ferio gladio*. Marc. XIV. 47. σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ἔπαισε τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως districto gladio feriit servum pontificis. Joh. XVIII. 10. 3) *pungo, infigo aculeum, stimulo*. Apoc. IX. 5. ὡς βασανισμὸς σκορπίου, ὅταν παίσῃ ἄνθρωπον ut cruciatus, factus a scorpione, pungente hominem. De scorpiis vulnerando seu pungendo lædentibus apud Græcos vox ἐγχρίω adhibetur. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑ'ΛΑΙ. Adverbium, *olim, dudum, antea, jam dudum, jam pridem, jam antea*, et ut *dudum* apud Latinos de quovis spatio temporis præteriti eoque nonnunquam admodum brevi et exiguo usurpatur, ut recte observavit post Valckenarium ad Euripidis Hippolytum v. 1085. Fischerus ad Platonis Phædon. § 27. p. 330. ed. recent. Schol. Aristoph. ad Plutum v. 1040. πάλαι, πρὸ ὀλίγου. Eustath. in Il. η', pag. 677. 23. ἴσμεν γὰρ, ὅτι ἡ ἀτθὶς πάλαι οἶδε λέγειν, οὐ μόνον τὸ ἀφ' ἱκανοῦ χρόνου, ἀλλὰ καὶ τὸ πρὸ ὥρας ἢ καὶ στιγμῆς. Photius Lex. πάλαι· τὸ ἤδη λέγειν εἰώθασι. Hesych. πάλαι· ποτέ. Lex. Cyrilli MS. Brem. πάλαι· ποτὲ, ἀρχῆθεν. Matth. XI. 21. πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν olim certe saccis induti et cinere conspersi pœnitentiam egissent. Marc. XV. 44. εἰ πάλαι ἀπέθανεν; interrogavit eum, an jam dudum, h. e. ante aliquot horas (aut: *solito prius*. Vide Syrum.) mortuus esset? coll. v. 34, 42. Potest quoque verti: *modo, nuper*, quam notionem τῷ πάλαι vindicavit Valcken. ad Eurip. Hippol. 1085. Luc. X. 13. Hebr. I. 1. πάλαι olim, nempe ante Christum natum, coll. v. 2. 2 Petr. I. 9. τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτημάτων pristinorum suorum peccatorum. Jud. v. 4. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro מֵרָחוֹק *a longinquo tempore*, Ies. XXXVII. 26. et pro מֵאָז *a tunc*. Ies. XLVIII. 5 et 7. Adde Eurip. Phœniss. v. 451 et 1350. Ælian. V. H. II. 4. Lucianus Philopat. 28.

ΠΑΛΑΙΟ'Σ, ά, όν, 1) *antiquus, vetus*, ratione *temporis*, et dicitur de personis et rebus, a πάλαι *olim, dudum*. Matth. XIII. 52. ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιὰ qui e promptuario suo omnis generis fruges depromit. Luc. V. 39. ὁ παλαιὸς (sc. οἶνος) χρηστότερός ἐστι vetus vinum præstantius est. 1 Joh. II. 7. ἐντολὴν παλαιὰν præceptum, olim jam datum et omnibus notissimum. Hesych. παλαιόν· ἀρχαῖον. Alexandrini usi sunt hac voce pro יָשָׁן *vetus*, Levit. XXV. 22. Cant. VII. 13, 14. pro נוֹשָׁן *inveteratum*, Levit. XXVI. 10. pro בָּלֶה *vetus, tritum*, Jos. IX. 4, 5. pro Chald. עַתִּיק *antiquus*, Dan. VII. 9, 13, 22. et pro יָשִׁישׁ *decrepitus, antiquus*. Job. XV. 10. 2) *vetustate corruptus, situ vitiatus*, vel *diuturno usu attritus*. Hesych. παλαιόν· σαθρὸν, h. e. *marcidum, vitio aliquo occulto laborans*. Matth. IX. 16. ἱμάτιον παλαιὸν vestimentum, vetustate corruptum. ib. v. 17. ἀσκοὶ παλαιοὶ utres, diuturno usu attriti. Marc. II. 21, 22. Luc. V. 36, 37. 3) *prior, pristinus*. Rom. VI. 6. ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος prior homo, h. e. perversa sentiendi et agendi ratio, qualis olim in Judæis et gentilibus erat, cum nondum facti essent christiani — seu pravitas prioris temporis et vitæ. Vide supra ad ἄνθρωπος. 1 Cor. V. 7. παλαιὰ ζύμη fermentum pristinum. Conf. supra ad ζύμη. ibid. v. 8. 2 Cor. III. 8. τῆς παλαιᾶς διαθήκης librorum V. T. Ephes. IV. 22. Coloss. III. 9. ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. παλαιός· ὁ ταῖς φρεσὶν ἐξεφθαρμένος ἤδη, ἄφρων, ὁ καὶ ἠλίθιος. Conf. Schwarz. in Comment. Ling. Gr. N. T. pag. 1023. Gloss. Vet. παλαιὸς, *vetus, vetustus, priscus, pristinus*.

ΠΑΛΑΙΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, *vetustas*, a παλαιὸς *vetus, antiquus*. Semel legitur in N. T. Rom. VII. 6. παλαιότης γράμματος vetustas litteræ, h. e. vel vetus testamentum, vel lex Mosaica antiquata et abrogata, i. q. τὸ παλαιὸν γράμμα.

ΠΑΛΑΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *antiquo, antiquum reddo*. Παλαιόομαι, οῦμαι, *veterasco, vetus fio*, (Athenæus I. p. 33. A. οἶνος πεπαλαιωμένος καὶ κεχρονικώς.) et ex adjuncto non solum *vetustate consumor et atteror*, sed etiam simpliciter: *consumor, deleor, pereo, intereo*, a παλαιὸς, quod non solum *antiquum, vetus*, sed etiam *vetustate corruptum* et *diuturno usu attritum* significat. Sic legitur in N. T. Luc. XII. 33. ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα comparate vobis crumenas, non veterascentes, h. e. divitias perennes, bona æterna. Hebr. I. 11. πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται et omnes tanquam vestes deterentur et consumentur. In versione Alexandrina respondet Hebraico בָּלָה *antiquo, veterem reddo*. Deuter. XXIX. 5. οὐκ ἐπαλαιώθη τὰ ἱμάτια ὑμῶν. Psal. CI. 27. καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται. Ies. L. 9. LI. 6. ἡ δὲ γῆ ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεται. Sirac. XIV. 17. 2) *abrogo, aboleo, obsoletum et abolendum declaro*. Hebr. VIII. 13. πεπαλαίωκε τὴν πρώτην antiquavit vetus, seu declaravit, priorem œconomiam abrogandam esse. Sic etiam *antiquare* apud Latinos pro *abrogare, abolere*, seu, ut Nonius interpretatur, II. 67. *obsolefacere, et e memoria tollere*, usurpatur, ut vel formula *antiquare legem*, apud Livium V. 30. VIII. 37. Ciceronem de Legibus III. 17. Offic. II. 21. et alibi obvia quemque docere potest.

ΠΑ'ΛΗ, ης, ἡ, *lucta, pugna*, i. q. μάχη, a πάλλω *vibro, quatio*, qua voce usi sunt Alexandrini Esr. IX. 3. Semel tantum in N. T. sed metaphorice reperitur Ephes. VI. 12. ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα non enim lucta nobis est cum hominibus, nobis similibus. Xenoph. de Venat. X. 12. Plutarch. Symp. II. p. 638. D. τεχνικώτατον καὶ πανουργότατον τῶν ἀθλημάτων τὴν πάλην οὖσαν. A πάλη oritur παλαίω *luctor, certo*, παλαιστὴς *luctator* et παλαίστρα *palæstra, luctæ locus*.

ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *regeneratio*, ex πάλιν *rursus* et γένεσις *generatio, origo*. Hesych. et Phavor. παλιγγενεσία· τὸ ἐκ δευτέρου γεννηθῆναι ἢ ἀναπλασθῆναι, seu ἀνακαινισθῆναι. Gloss. Vet. παλιγγενεσία, *regeneratio, recreatio, renatio*. 2) metaphorice: *omnis magna et insignis pristini alicujus rei status instauratio et institutio* in utramque partem, speciatim *ille rerum humanarum status, quo tristia tempora alia ac lætiora excipiunt fata*. Sic v. c. apud Græcos scriptores παλιγγενεσία tribuebatur terræ, veris tempore formam suam mutanti, et apud Stoicos

mundi in statum meliorem restitutio παλιγγενεσία dicebatur. Cicero ad Atticum VI. 6. statum et dignitatem, quam ab exilio revocatus recuperarat, appellat παλιγγενεσίαν. Joseph. A. J. XI. 3. 9. παλιγγενεσίαν τῆς πατρίδος ἑορτάσαντες ob patriam receptam et instauratam festa celebrantes. Antonin. XI. c. 1. Clem. Alex. Strom. V. p. 552. edit. Colon. 1688. Nec dubitarunt viri doctissimi, quin ita capienda sit hæc vox apud Matth. XIX. 28. ubi παλιγγενεσία vel, ad *Christum* relatum, *reditum in vitam et, quæ hanc secuta est, recuperationem et instaurationem pristinæ gloriæ*, vel, ad apostolos relatum, *resurrectionem mortuorum et statum feliciorem post mortem* significare mihi quidem videtur. Certe hanc explicationem non solum postulat omnis orationis series, (nam Christus ipse ita explicat: ὅταν καθίσῃ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ) sed etiam suadet et commendat ipse usus loquendi Græcorum. Philo de Cherubin. p. 127. ubi vid. Mangeius, hac voce de *reditu in vitam* usus est. Lucianus in Encomio Muscæ T. VII. Opp. p. 329. edit. Bipont. ἀποθανοῦσα γὰρ μυῖα τέφρας ἐπιχυθείσης ἀνίσταται, καὶ παλιγγενεσία τις αὐτῇ καὶ βίος ἄλλος ἐξ ὑπαρχῆς γίγνεται. Adde Euseb. H. E. V. 1. et Alexandrinos Job. XIV. 14. Cel. Fischero in Prol. XX. de Vitiis Lexicorum N. T. pag. 17. probatur sententia Hammondi aliorumque Anglorum, qui παλιγγενεσίαν in loco Matthæi esse existimant *emendationem animorum hominum Judæorum et barbarorum ope evangelii et instituendam et peragendam*, ut adeo verborum ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ hæc sententia sit: *quo tempore emendatio universi generis humani ope evangelii instituetur*, h. e. *ineuntibus N. T. temporibus*. Syrus transtulit: ܒܥܠܡܐ ܚܕܬܐ *in sæculo novo*. 3) metaphorice: *totius hominis immutatio et emendatio, abjectio veterum studiorum et consiliorum ope religionis christianæ*. Sic legitur in N. T. Tit. III. 5. ubi λουτρὸν παλιγγενεσίας baptismus dicitur, quo non solum in novam societatem cooptamur, sed etiam obstringimur vitæ meliori. Respexit hunc locum Phavor. παλιγγενεσία — — ἢ τὸ ἅγιον βάπτισμα λέγεται. Sæpius non reperitur in N. T. Conf. Joh. Floderi homonymia vocis παλιγγενεσίας in scriptis sacris et profanis obvia. Upsal. 764. 4.

ΠΑ'ΛΙΝ. Adverbium, quod admodum varie in N. T. usurpatur et nunc iterationem, nunc renovationem, nunc continuationem, nunc vicissitudinem, nunc reversionem, nunc oppositionem exprimit. Significat autem 1) *iterationem rei*, vel *actionis* et est: *iterum, rursus, denuo, de novo, de integro*. Matth. IV. 8. πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος rursus abiit cum ipso diabolus. (Alii vertunt: *alia vice*, aut: *denique*.) ibid. XIX. 24. XX. 5. πάλιν ἐξελθὼν rursus. ibid. XXI. 36. πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλους. ibid. XXII. 1 et 4. XXVI. 42, 43, 44, 72. XXVII. 50. coll. v. 46. Marc. III. 1, 20. etc. 2 Cor. XIII. 2. ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, pro εἰς τὸ πάλιν ὃν μέρος χρόνου, seu ἐν τῷ πάλιν ὄντι μέρει χρόνου, si rediero. Joh. X. 17. πάλιν λαμβάνειν recipere. Philip. I. 26. διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν (scil. οὔσης) πρὸς ὑμᾶς. Confer Alex. Jerem. XVIII. 4. Euripid. Phœn. v. 687. 742. 936. Etym. M. πάλιν σημαίνει — καὶ τὸ ἐκ δευτέρου. 2) *continuationem* et *ordinem* significat: *præterea, porro*. Matth. V. 33. πάλιν ἠκούσατε porro traditum vobis est. ibid. XIII. 44, 45, 47. XVIII. 19. πάλιν λέγω ὑμῖν porro scitote. Joh. XII. 22. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 20 seq. Wesseling. ad Diodor. Sic. XIII. p. 561. et Alexand. Exod. IV. 6. 3) *vicissitudinem: vicissim, vice versa, itidem*. Matth. IV. 7. πάλιν γέγραπται vicissim scriptum est, ubi πάλιν quidem collationem quandam oppositivam, non tamen contrariantem, sed quasi subalternam, vel limitantem indicat. 2 Cor. X. 7. τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἀφ' ἑαυτοῦ. 1 Joh. II. 8. πάλιν ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν. Ælian. V. H. III. 19. καὶ αὖ πάλιν ὁ Ξενοκράτης ἐκεῖνον ὁμοίως, scil. ἠσπάσατο. ibid. IV. 3 et 8. Conf. Taylor. ad Lysiam p. 34. 4) *contrariationem factorum*, vel *eventuum, quorum unum alterum tollit*, vel *unum alteri opponitur: contra, e contrario*. Galat. V. 3. μαρτύρομαι δὲ πάλιν παντὶ ἀνθρώπῳ contestor autem contra omni homini. Hebr. V. 12. πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς contra opus habetis, ut vos doceamus. Jac. V. 18. 1 Joh. II. 8. Ita etiam legitur apud Theophr. Char. I. 4. ubi vid. Casaubonus. Homer. Iliad. Ψ, 56. οὐδὲ πάλιν ἐρέει. Schol. τὰ ἐναντία σοι ἐρεῖ. ibid. δ', v. 357. ubi Schol. πάλιν interpretatus est εἰς τὸ ἐναντίον. Hinc παλιλλογία *dicta, ante dictis contraria*, significat. Sic etiam *rursus* usurpatur apud Valerium Flaccum L. VII. 560 seq. Conf. Taylor. ad Lysiæ Orationes pag. 80. Etym. M. πάλιν σημαίνει — — καὶ τὸ ἐξ ἐναντίας. 5) *reversionem, retroactionem*, vel *regressionem: retro, rursus*, i. q. εἰς τὰ ὀπίσω. Marc. II. 13. καὶ ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν et egressus est rursus ad mare, Galilææ scilicet. ib. VII. 31. καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος tunc regressus e finibus Tyri et Sidonis. Joh. XIV. 3. πάλιν ἔρχομαι redibo. ib. IV. 3. ἀπῆλθε πάλιν rediit. ibid. XX. 10. ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταὶ abierunt igitur retro domum suam discipuli. Homer. Iliad. ε', v. 836. χειρὶ πάλιν ἐρύσας manu retrorsum trahens, ubi vid. Schol. Etym. M. πάλιν σημαίνει τρία, τὸ εἰς τοὐπίσω κ. τ. λ. Hesych. πάλιν· εἰς τοὐπίσω. Ἀρίσταρχος τὸ πλέον πάλιν τοπικῶς χρῆσθαί φησι τὸν ποιητὴν, καὶ οὐχ, ὡς ἡμεῖς, χρονικῶς. Vide Valcken. ad Eurip. Phœn. 1410. et Markland. ad Euripid. Suppl. 460. 6) *alio tempore*. Act. XVII. 32. ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου alio tempore te audiemus de hac re. 7) *alibi, alio loco, ibidem*. Hebr. I. 5. καὶ πάλιν et alio loco V. T. ibid. v. 6. II. 13. Plutarchus de Audiendis Poëtis c. 5. πάλιν δὲ ὁ μὲν Εὐριπίδης εἰπὼν ἐν ὅρκῳ. Interdum etiam notat *alio tempore*, v. c. Act. XVII. 32. 8) interdum pleonastice additur, v. c. Act. X. 15. πάλιν ἐκ δευτέρου, coll. XI. 9. Joh. XXI. 16. πάλιν δεύτερον. Act. XVIII. 21. πάλιν ἀνακάμψω. Galat. IV. 9. πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν; Hebr. VI. 6. πάλιν ἀνακαινίζειν. Heraclid. Ponticus Allegor. Homer. p. 452. ἐκ δευτέρου δὲ πάλιν ὁμοίας ταραχῆς ἀναφθείσης. Cebes Tab. p. 211. πρὸς τὴν καρτερίαν πάλιν ἀνακάμπτουσι. Florus I. c. 3. § 9. "in suum corpus *rediisse rursus* videtur." 9) interdum πάλιν supplendum est, v. c. Matth. V. 24. ubi ἐλθὼν positum est pro πάλιν ἐλθών. Act. I. 11. οὕτως ἐλεύσεται, ubi codices nonnulli πάλιν addunt, quæ mera est ellipseos restitutio, a librario facta. Tob. V. 23. ὑγιαίνων ἐλεύσεται, sc. πάλιν. Homer. Odyss. α', v. 167. ε', v. 24. Conf. Alberti Obss. Philol. p. 240.

ΠΑΜΠΛΗΘΕΙ', *ab universa multitudine, a toto populo, ad unum omnes, cuncti*. Adverbium, compositum ex πᾶν et πλῆθος *omnis multitudo*. Semel legitur in N. T. Luc. XXIII. 18. ἀνέκραξαν παμπληθεὶ clamarunt ad unum omnes, una voce quasi. Suid. παμπληθεί· καὶ παμπληθὲς, ἀντὶ τοῦ πολύ. Adjectivum παμπληθὴς *multus, numerosus* legitur apud Xenoph. in Anab. III. 2. 7.

παμπληθὴς στόλος exercitus numerosissimus. 2 Macc. X. 24. συναγαγὼν ξένας δυνάμεις παμπληθεῖς. Conf. etiam Reiskii Indicem Græcitatis Demosthen. p. 554. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 140. παμπληθεῖς, *complures*.

ΠΑ'ΜΠΟΛΥΣ, παμπόλλη, πάμπολυ, *permultus, omnino multus, admodum multus*, ex πολὺς *multus*, et πᾶν *omne*, quod in compositis vim superlativi habet, v. c. πανεύφημος *celebratissimus*, πανάγιος *sanctissimus*, παμπόνηρος *pessimus*, apud Demosthenem p. 267. 7. et 794. 21. ed. Reisk. Semel legitur in N. T. Marc. VIII. 1. παμπόλλου ὄχλου ὄντος cum admodum multa turba hominum adesset. Occurrit etiam hæc vox, a Bielio omissa, apud Symmach. Job. XXXVI. 31. pro מַכְבִּיר quod h. l. *copiam* significat, ac haud raro apud Platonem et Xenophontem et alios scriptores, quos excitavit Wetstenius N. T. T. I. p. 591. Vide et Lexicon Xenophonteum s. h. v. Similis est compositio in vocabulo παμπληθὴς Ps. CXXXVIII. 16. Non opus itaque erit Marci l. l. legere πάλιν πολλοῦ. Conf. Valckenær. Diatr. de Euripid. perditorum Dram. reliquiis p. 272.

ΠΑΜΦΥΛΙ'Α, ας, ἡ, *Pamphylia.* Regio Natoliæ (quæ est regio Asiæ minoris) est, quæ ab ortu habet Ciliciam, ab occasu Lyciam et Phrygiam minorem, a septentrione Galatiam et Cappadociam, a meridie mare Pamphylium, quod Mediterranei maris pars est. Nomen Græcum est, designans: *variis incolis habitatam*, ex πᾶν et φῦλον *tribus, natio*. Hodie vocatur *Menteseli*. Vide Cellarii Geograph. Antiq. III. c. 6. sect. 1. p. 185 seq. Commemoratur in N. T. Act. II. 10. XIII. 13. XIV. 24. XV. 38. et XXVII. 5.

ΠΑΝΔΟΧΕΙ̃ΟΝ, είου, τὸ, *deversorium, commune* seu *publicum hospitium*, ex πᾶν *omne* et δοχεῖον *receptaculum*, (quod est a præterito mediæ vocis δέχομαι *recipio*) quia omnes peregre advenientes recipit. Scribitur etiam apud Græcos πανδοκεῖον, ut docuit Hemsterhusius ad Aristophanis Plutum p. 122. Semel legitur in N. T. Luc. X. 34. ἤγαγεν αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον duxit ipsum in deversorium. Bene Vulgatus: *stabulum:* nam *stabulum* est quo recipiuntur viatores. Lucian. Philopat. 9. Polyb. II. 15. 5. Plutarch. T. VI. p. 495. ed. Reisk. Vulgatus habet *stabulum* ex usu linguæ Latinæ; nam etiam in jure *stabulum, quo recipiuntur viatores*, l. 1. in ff. D. furti adv. nautas, et apud scriptores ecclesiasticos stabulum pro deversorio ponitur, v. c. apud Hieronymum Apol. III. adv. Rufinum et Fulgentium Ep. 7. ad Venantium p. 568. Gloss. Vett. πανδοχεῖον. *cauponium, deversorium, stabulum.* Etym. M. s. v. πάλης·—ἀφ' οὗ καὶ τὰ τῶν ξένων καταγώγια πανδοκεῖα λέγουσιν. Phrynichus p. 134. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 724.

ΠΑΝΔΟΧΕΥ'Σ, (Scribitur etiam πανδοκεὺς, vid. Eustath. ad Odyss. Ϡ', p. 300. 36.) έος, ὁ, *hospes publicus, caupo, stabularius, qui excipit omnes peregre advenientes.* Est ejusdem cum præcedente originis et semel tantum legitur in N. T. Luc. X. 35. ἐκβαλὼν δύο δηνάρια ἔδωκε τῷ πανδοχεῖ hospiti repræsentavit duos denarios. Polyb. II. 13. 6. Plutarch. T. VI. p. 495. ed. Reisk. Gloss. Steph. πανδοχεύς· *diversorianus, cauponarius, stabularius.* Hesych. πανδοχεύς· ἐπιδέξιος, ὁ πάντας δεχόμενος. Pollux Onom. IX. 50. et VII. 16. οἱ μὲν δὴ πάντα πωλοῦντες καλοῦνται ἂν πανδοκεῖς καὶ πανδοκεύτριαι, καὶ τὸ πρᾶγμα πανδοκεύειν καὶ πανδοκεία.

ΠΑΝΗ'ΓΥΡΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, est proprie *conventus festivus ac solemnis totius populi, qui ludis et omni genere publicæ lætitiæ celebrari solebat*, v. c. ad celebrandos festos dies, ad ludos publicos et spectacula alia. Habebant enim civitates olim, vel quotannis, vel quarto quoque anno certos dies et tempora, quibus omnes omnino cives in eundem locum convenire debebant. Vid. Pollux Onom. I. c. 1. s. 30. Deinde vero ita dicuntur *ipsi ludi publici*, (v. c. *Olympici* apud Ælian. V. H. IX. 5 et 34.) *dies festi* (Ezech. XLVI. 11. ubi Hebraico מוֹעֲדִים *tempora statuta* respondet. Hos. II. 11. coll. IX. 5. Amos V. 21. Symmach. Levit. XXIII. 41. Etym. M. et Hesych. πανήγυρις· ἑορτή.) *solemnitas quævis, spectaculum*, (Hesych. πανήγυρις· θέατρον.) *nundinæ, mercatus publicus.* (qui Sapient. XV. 12. πανηγυρισμὸς dicitur.) Usurpatur etiam apud Græcos non solum de *alicujus laude, in conventibus publicis decantata*, (unde πανηγυριστὴς *qui aliquem publice laudat.* Hesych. πανήγυρις· ἔπαινος.) sed etiam de *ipsa oblectatione et voluptate*, v. c. apud Ælian. V. H. III. 1. 7. πανήγυρις ὀφθαλμῶν de *re, adspectu jucunda*, et Julianum Orat. I. p. 38. ubi πανήγυρις et τρυφὴ tanquam synonyma conjunguntur, unde πανηγυρίζειν *se oblectare, gaudere*, apud Alexandrinos Ies. LXVI. 10. et Ælian. V. H. XIII. 1. In N. T. semel legitur Hebr. XII. 23. πανηγύρει καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων ad cœtum et ecclesiam primogenitorum, qui in cœlis conscripti sunt. (Potest tamen h. l., quia ἐκκλησία sequitur, πανήγυρις *magnum numerum* significare. Sic certe legitur apud Xenoph. Hier. XI. 10. et Cyrop. VI. 1. 7.) Simili modo Cicero in Catone Maj. c. 85. cum ad illud divinum animorum *concilium cœtum*que proficiscar. Descendit hoc vocabulum a πᾶν *omne* et ἄγυρις *cœtus, congregata et collecta multitudo, conventus*, quod est ab ἀγυρέω, ῶ, *congrego, in unum cogo et colligo*. Etym. M. πανήγυρις· συνάθροισις ἀπὸ τοῦ ἄγυρις, εἰς ἣν πάντες ἀγείρονται. Conf. de hac voce J. Alberti Obss. Philol. p. 441. Wetstenii N. T. T. II. p. 438. Ez. Spanhem. ad Juliani Orationes p. 258. et Irmisch. ad Herodian. I. 9. 4. p. 342.

ΠΑΝΟΙΚΙ'. Adverbium, (pro quo in antiquioribus scriptoribus partim πανοικεσίᾳ, vel πανοικησίᾳ [Thucyd. II. 16. III. 57. ubi videndus Dukerus.] legitur, quæ adverbii forma etiam præfertur alteri, a Thom. M. p. 676. [πανοικὶ οὐδεὶς τῶν δοκίμων ἢ πανοικεσίᾳ δὲ καὶ πανοικησίᾳ.] et Mœride p. 320. prolata, partim πανοικεὶ, reperitur, v. c. apud Philonem de Josepho p. 562. ed. Paris. Vid. Wesseling. ad Diod. Sic. XIV. 115. T. I. p. 729. et Lœsner. Obss. Philon. ad Act. XVI. 34.) significans: *cum tota domo, cum tota familia (sua)*. Compositum est ex πᾶς *omnis* et οἶκος *domus*, quod per metonymiam continentis pro contento etiam *eos, qui sunt in domo, familiam, domesticos* significat. Semel legitur in N. T. Act. XVI. 34. ubi custos carceris, in quem magistratus Philippensium jussu inclusi fuerant Paulus et Silas, πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ dicitur, h. e. cum tota familia sua accepisse et probasse doctrinam christianam; ubi codex Bezæ e glossemate habet σὺν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Reperitur præterea hoc adverbium apud Alexandrinos, (Exod. I. 1. pro בַּיִת *domus, familia*) Eryxiæ auctorem, (cap. 1.) Joseph. A. J. IV. 4. 4. Æschin. Socr. (Dial. II.

cap. 1. ἕως τις αὐτοὺς ἐπιθέμενος πανοικὶ ἐξέλῃ.) et 3 Macc. III. 27. ubi tamen in cod. Alex. pro πανοικὶ legitur πανοικίᾳ, quæ vox etiam reperitur in Additam. Esther XVI. 12. et apud Alexandrinos Genes. L. 8. Phavor. πανοικεί· σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ. Suid. πανοικί· ὅλῳ οἴκῳ.

ΠΑΝΟΠΛΙ'Α, ας, ἡ, 1) *universa armatura*, seu *complexus et apparatus omnis generis armorum, quibus corpus militis tegitur, et militantes utuntur ad se defendendos et hostes feriendos*, ὅλη ἡ ἁρματωσία: ex πᾶν *omne* et ὅπλον, ου, τὸ, *arma*. Sic legitur in N. T. Luc. XI. 22. τὴν πανοπλίαν αὐτοῦ αἴρει aufert illi armaturam totam. Thucyd. III. cap. 114. τριακόσιαι πανοπλίαι. Polyb. Hist. VI. 21. Aristoph. Plut. v. 952. (ubi in margine Cod. Dorvillii legitur glossa hæc: πανοπλία· κυρίως ἡ τῶν ὅπλων πάντων διασκευή.) Joseph. A. J. IV. 5. 2. XX. 5. 7. Alexandr. 2 Sam. II. 21. Job. XXXIX. 20. Add. ex libris Apocryphis Judith. XIV. 3. 2 Macc. III. 25. X. 30. XI. 8. XV. 28. Hinc πάνοπλος *armatus, omni armorum apparatu instructus*, apud Euripid. Phœn. v. 151. 2) metaphorice: *omne subsidium, omnes vires, quæ alicui suppeditantur.* Sic legitur in N. T. Ephes. VI. 11 et 13. ubi ἡ πανοπλία τοῦ Θεοῦ metaphorice omnis generis vires significat, quas excitat, alit et auget Deus in homine christiano, ut constans sit in religione christiana et resistere possit illecebris ac calamitatibus iis, quibus ad deserendam religionem Christi sollicitatur. Respexit autem Paulus in l. l. ad armaturam militis Romani, cujus caput galea, pectus lorica, pedes ocreis et totum corpus scuto tectum, manus autem hasta, pilis et gladio instructæ erant. Vide Montfaucon. Antiqu. Illustr. T. IV. c. 8. p. 21 seq. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΝΟΥΡΓΙ'Α, ας, ἡ. Vocabulum μέσον, (vide Wetstenii N. T. T. I. p. 793.) ut Latinum *calliditas*, et non solum in deteriorem partem de *astutia, versutia, solertia ad male agendum, multo usu comparata*, sed etiam in bonam partem pro *prudentia, solertia et circumspectione*, (ut Hebraicum עָרְמָה Prov. I. 4. VIII. 5. Vide Symmachum Prov. VIII. 12. ubi Alex. habent βουλήν. Adde Ælian. V. H. c. 40.) sumitur, a πανοῦργος, quod vide. In deteriorem partem tantum in N. T. accipitur Luc. XX. 23. κατανοήσας δὲ αὐτῶν τὴν πανουργίαν intelligens autem eorum versutiam. 1 Cor. III. 19. ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. Vide supra sub δράσσω. 2 Cor. IV. 2. μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ non dolose et fraudulenter agentes. ibid. XI. 3. ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ quemadmodum serpens ille Evam decepit calliditate sua. Ephes. IV. 14. Sæpius non legitur in N. T. Vide Theophr. Char. Mor. c. 1 et 6. Alexandrinos Jos. IX. 4. et Sirac. XIX. 21. XXI. 15. XXXIV. 10.

ΠΑΝΟΥ'ΡΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ut substantivum πανουργία, et Latinum *callidus*, cum in bonam, tum in malam partem dicitur, et partim de eo adhibetur, *qui est callidus, astutus, versutus* et *veterator*, partim vero de eo usurpatur, *qui est prudens, cautus, circumspectus, omnibus rebus suscipiendis aptus, qui nulla in re non est versatus et omnia aggreditur*, q. d. παντόεργος, per syncopen τοῦ τ, πανόεργος et, facta crasi, πανοῦργος, ex πᾶν *omne* et ἔργον *opus*. Hesych. πανοῦργος· μανθάνων πάντα, δόλιος, πάντα ἐν πονηρίᾳ ἐργαζόμενος. Suid. πανοῦργος· ὁ πάντα ἐν πονηρίᾳ ἐργαζόμενος. λέγεται δὲ καὶ ὁ πάντων φρόνιμος, καὶ ὁ πάντα ἐπιστάμενος. Etym. M. πανοῦργος· παρὰ τὸ εἰς πᾶν ἐνεργεῖν, σημαίνει καὶ τὸν φρόνιμον καὶ νοήμονα ἐπὶ καλοῖς, σημαίνει καὶ τὸν κακοποιεῖν δυνάμενον διὰ τῆς ἑαυτοῦ σοφιστικῆς κακίας. Phavor. πανοῦργος· κυρίως ὁ πᾶσιν ἔργοις ἐπιβάλλων, καὶ ὁ δραστήριος, καὶ ἐνεργής· καταχρηστικῶς δὲ, καὶ ὁ ἐπὶ κακοῖς νοήμασιν εὐεπίβολον ἔχων γνώμην. ὡς καὶ παντοῦργος, ὁ πάντα ἐργαζόμενος, καὶ ὁ μηχανικός. Vide etiam Thom. M. p. 677. ed. Bernard. In N. T. semel tantum legitur et quidem in bonam partem, 2 Cor. XII. 16. ubi Paulus de se dicit: ὑπάρχων πανοῦργος δόλῳ ὑμᾶς ἔλαβον existens callidus prudentia vos cepi. Vide supra δόλος. Alexandrini quoque hoc adjectivo in bonam partem usi sunt pro חָכָם Prov. XIII. 1. (ubi Aqu. Symmach. et Theodot. σοφὸς habent.) pro יוֹדֵעַ, מֵבִין *intelligens, sciens*, Proverb. XXVIII. 2. et עָרוּם *astutus, callidus*. Prov. XIV. 8, 15, 18. XXII. 3. Aquila Prov. XII. 23. habet πανοῦργος, ubi Alexandrini συνετός. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 213.

ΠΑΝΤΑΧΟ'ΘΕΝ. Adverbium, significans: *undique, ex omnibus partibus*, a πᾶς *omnis*. Semel tantum in N. T. legitur Marc. I. 45. καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν πανταχόθεν et venerunt ad eum ex omnibus regionibus. In nonnullis codicibus legitur πάντοθεν. Thom. M. p. 678. καὶ πανταχόθεν καὶ πάντοθεν. Herodian. I. 15. 8 et 12. 1. II. 7. 1. καλέσας τοὺς πανταχόθεν στρατιώτας εἰς ῥητὴν ἡμέραν. Thucyd. I. 17.

ΠΑΝΤΑΧΟΥ͂. Adverbium, significans: 1) *ubique, ubivis terrarum, omnibus sine discrimine locis*, et est idem, quod πανταχῇ, quas voces sæpe invicem permutari, ut ἀλλαχῇ et ἀλλαχοῦ, docuit Valckenarius ad Euripidis Hippolytum v. 431. Descendit a πᾶς *omnis*. Act. XVII. 30. τὰ νῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν nunc hortatur omnes ubique locorum homines, ut resipiscant. Photius Lex. πανταχοῦ· ἐν παντὶ τόπῳ. 2) per synecdochen non universalitatem locorum innuit, et tantum idem est ac *passim, multis in locis*. Marc. XVI. 20. ἐκήρυξαν πανταχοῦ passim prædicarunt religionem christianam. Luc. XI. 6. εὐαγγελιζόμενοι καὶ θεραπεύοντες πανταχοῦ. Act. XXI. 28. πάντας πανταχοῦ διδάσκων. ib. XXIV. 3. πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα semper et ubique gratissimo animo agnoscimus. ibid. XXVIII. 22. ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται et ubique fere reclamari. 1 Cor. IV. 17. Sæpius non legitur in N. T. Adde Alex. Ies. XLII. 22. et Thucyd. IV. c. 108.

ΠΑΝΤΕΛΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, *plenus, ad finem perductus, perfectus, absolutus*, q. d. πᾶν τέλος ἔχων *omnem adeptus finem*. Æschin. Socr. Dial. III. 4. εἰς παντελῆ μεταβάλλων ἀναισθησίαν. Herodot. IV. c. 95. Bis tantum legitur in N. T. et quidem in neutro genere cum præpositione εἰς, adverbii induens naturam et significationem, reddendum: *prorsus, perfecte, plene, consummate, omnino.* Luc. XIII. 11. καὶ ἦν συγκύπτουσα, καὶ μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελὲς et erat in curvitatem contracta, ita, ut plane non se erigere valeret. Hebr. VII. 25. ὅθεν καὶ σώζειν εἰς τὸ παντελὲς δύναται τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ unde etiam perfecte felices reddere potest omnes, qui per ipsum Deum adeunt. Zonaras Lex. col. 1513. adducto h. l. παντελὲς, τὸ τέλειον. Sic εἰς τὸ παντελὲς pro παντελῶς (3 Macc. III. 12, 31. VII. 40. XI. 30.) ponitur quoque apud Ælian. V. H. VII. 2. et XII. 20. Alia loca dedit Wetstenius N. T. T. I. p. 745. Hesych. παντελές· παντελῶς, ὁλοτελῶς.

ΠΑ'ΝΤῌ. Adverbium, significans: *semper, omni tempore*, etiam *omnino, plane, prorsus*, (Ælian. V. H. III. c. 46. Xenoph. Cyrop. I. 1. 1.) a πᾶς *omnis* et differt a πανταχοῦ, quod significat *ubique, ubivis terrarum*, quanquam interdum quoque et hujus significationem induit. Semel tantum extat in N. T. Act. XXIV. 3. πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ et semper et ubique. Sirac. L. 25. εὐλογήσατε τῷ Θεῷ πάντες τῷ μεγαλοποιοῦντι πάντῃ. Hesych. πάντῃ· πάντως, πανταχοῦ, πάντοθεν. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 619.

ΠΑ'ΝΤΟΘΕΝ. Adverbium, significans: *undique, undequaque*, a πᾶς *omnis*. Luc. XIX. 43. συνέξουσί σε πάντοθεν obsidione te prement undequaque. Joh. XVIII. 20. ὅπου πάντοθεν οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται quo convenire solent undique Judæi. Sed lectio hæc recepta merito suspecta est, et pro πάντοθεν, ex auctoritate codicum optimæ notæ, vel πάντοτε, vel, quod magis placet, πάντες reponendum erit. Hebr. IX. 4. περικεκαλυμμένην πάντοθεν (in nonnullis codicibus legitur πανταχόθεν) χρυσίῳ undique obductam auro. Sæpius non reperitur in N. T. Vide quoque Demosthen. p. 219. 25. ed. Reisk. et Alexandrinos 2 Sam. XXIV. 14. Jerem. XX. 9. XLVIII. 31. Add. Sirac. LI. 10. περιέσχόν με πάντοθεν, et Hist. Susann. v. 21. Hesych. πάντοθεν· πανταχόθεν, ἐξ ἑκάστου τόπου.

ΠΑΝΤΟΚΡΑ'ΤΩΡ, ορος, ὁ, *omnipotens, in cujus potentia sunt omnia, a cujus nutu omnes res creatæ pendent.* Est nomen, soli Deo proprium, q. πᾶν κράτος ἔχων, seu πᾶν κράτος εἰς πάντα ἔχων, ex πᾶν *omne* et κρατέω *teneo, impero, imperium habeo.* Legitur in N. T. 2 Cor. VI. 18. λέγει Κύριος παντοκράτωρ hæc promittit Deus omnipotens. Apoc. I. 8. IV. 8. Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. ibid. XI. 17. XV. 3. XVI. 7, 14. XIX. 6, 15. XXI. 22. Sæpius non reperitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro שַׁדַּי *omnipotens*, Job. V. 17. VIII. 5. (sed v. 3. vertitur ὁ τὰ πάντα ποιήσας) XI. 7. XV. 25. et pro צְבָאוֹת, a צָבָא *exercitus*, in formula יְהוָה צְבָאוֹת Κύριος παντοκράτωρ, 2 Sam. V. 10. VII. 8, 26, 27. Micha IV. 4. Add. Sirac. XLII. 23. L. 16, 20. 2 Macc. I. 25. Hesych. παντοκράτωρ· ὁ Θεὸς πάντων κρατῶν. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 140. παντοκράτωρ, *universipotens, omnitenens, omnipotens.* Confer Steph. le Moyne in Obss. ad Varia Sacra p. 119 seq. et Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 562. Hinc ortum est substantivum παντοκρατορία *omnipotentia, summa majestas*, i. q. παναρχία, interprete Suida et Phavorino, quod, omissum in Bielii Thesauro, reperitur in editione Complutensi Sirac. XIX. 20. γνῶσις τῆς παντοκρατορίας αὐτοῦ cognitio majestatis divinæ.

ΠΑ'ΝΤΟΤΕ. Adverbium significans: 1) tempus continuum et idem est ac *semper*, q. κατὰ πᾶν τότε *per omne tunc*, h. e. *quovis tempore*, ex πᾶς *omnis* et τότε *tunc*. Matth. XXVI. 11. πάντοτε τοὺς πτωχοὺς ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάντοτε ἔχετε semper pauperes habetis vobiscum, me vero non semper habebitis. Marc. XIV. 7. Luc. XV. 31. Joh. VI. 34. πάντοτε δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον da nobis perpetuo panem istum. ibid. VII. 6. VIII. 29. XI. 42. XII. 8. etc. 2) significatione restrictiori: *sæpe, frequenter, omni tempore opportuno*, i. q. πολλάκις. Luc. XVIII. 1. πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι quavis oblata occasione orandum esse. Rom. I. 10. 1 Cor. I. 4. εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν sæpissime pro vobis Deo meo gratias ago. 2 Cor. IV. 10. Joh. XVIII. 20. ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα ἐν τῇ συναγωγῇ καὶ τῷ ἱερῷ ego quam sæpissime docui in synagoga et in templo. Coloss. I. 3. 1 Thess. I. 2. 2 Thess. I. 3, 11. Philem. v. 4. Eodem modo διαπαντὸς usurpatur Luc. XXIV. 53. et תָּמִיד Exod. XXVIII. 30. 1 Reg. X. 8. Phrynichus p. 38. πάντοτε μὴ λέγε, ἀλλ' ἑκάστοτε, καὶ διὰ παντὸς, quæ ipsa verba apud Phavorinum quoque leguntur.

ΠΑ'ΝΤΩΣ, *omnino, prorsus, omnibus modis, utique, profecto, inprimis, maxime.* Est adverbium affirmantis et confirmantis, a πᾶς *omnis*. Luc. IV. 23. πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην utique objicietis mihi proverbium illud. Conf. Abresch. ad Æschylum p. 88. Act. XVIII. 21. δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα oportet omnino festum diem, qui instat, agere Hierosolymis. ibid. XXI. 22. πάντως δεῖ πλῆθος συνελθεῖν aliter fieri non potest, quam ut multitudo confluat. ibid. XXVIII. 4. πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος profecto hic homo est homicida. Rom. III. 9. οὐ πάντως nequaquam, nullo modo, i. q. οὐδαμῶς. (Theophr. de Caus. Plant. VI. 25. ποιεῖ γὰρ οὐ πάντως.) 1 Cor. V. 10. ἢ δι' ἡμᾶς πάντως λέγει aut nostrum causa inprimis hoc præceptum datum est. ibid. v. 22. XVI. 12. Sæpius non legitur in N. T. Vide etiam Tob. XIV. 11. 2 Macc. III. 13. Hesych. πάντως· ἴσως, δυνάμει, ἀληθείᾳ, κυρίως. Glossarium Vetus: πάντως, *utique*, etc.

ΠΑΡΑ'. Præpositio, quæ, extra compositionem regens

I. *Genitivum*, significat:

1) *a, ab, ex*, ita, ut significet *causam et originem* et jungatur cum verbis interrogandi, cognoscendi, petendi, accipiendi et omnibus denique, quæ causam et originem qualemcunque significant. In hac significatione respondet מִן Hebræorum. Thren. II. 9. Hos. VII. 4. Matth. II. 4. ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν quæsivit ab iis. ibid. v. 7. ἠκρίβωσε παρ' αὐτῶν ab illis percontatus est. ibid. v. 16. Marc. VIII. 11. ζητοῦντες παρ' αὐτοῦ σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. ibid. XII. 2. ἵνα παρὰ τῶν γεωργῶν λάβῃ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος. Luc. VI. 34. παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν e quibus recepturos speratis. Act. XXIV. 8. παρ' οὗ δυνήσῃ αὐτὸς, ἀνακρίνας, περὶ πάντων τούτων ἐπιγνῶναι ex quo poteris ipse, quæstione habita, cognoscere omnia. Matth. XXI. 42. παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη a Deo hoc effectum est. Marc. XIV. 43. παρὰ τῶν ἀρχιερέων missi a summis sacerdotibus. Luc. I. 45. ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου nam promissa divina eventu suo non carebunt. ibid. II. 1. ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου. ibid. VI. 19. δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο. Joh. I. 6, 14, 41. Act. XXII. 30. τὸ τί κατηγορεῖται παρὰ τῶν Ἰουδαίων qua de causa accusaretur a Judæis. Eurip. Phœn. v. 8. et 1603. Æschin. Socr. Dial. II. 20. III. 10. Confer Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 117. 2) *apud, juxta, circum*, i. q. περὶ, (cum quo etiam sæpe permutatur in codd. ut docuit Cotelerius ad Tom. II. Monum. Eccles. Gr. p. 655. et Tom. III. p. 531 seq.) ita, ut non solum *præsentiam*, sed etiam *facultatem*, seu *possessionem et quamvis aliam conjunctionem* denotet. Sic v. c. οἱ παρά τινος dicuntur *omnes, quocunque modo cum aliquo conjuncti*, v. c. comites, legati, nuntii, propinqui, necessarii et familiares alicujus. Marc. III. 21. οἱ παρ' αὐτοῦ, sc. ὄντες, qui apud ipsum erant, h. e. necessarii et familiares Jesu. Confer 3 Esr. I. 15. 1 Macc. II. 15, 17. VII. 32, 41. XVI. 16. et quæ attulit loca Wetstenius N. T. T. I. p. 565. Τὰ παρά τινος dicuntur *omnia, quæ aliquis habet ac*

possidet, opes, facultates alicujus. Marc. V. 26. δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, sc. ὑπάρχοντα χρήματα, insumens omnes facultates suas, coll. Luc. VIII. 43. προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον. Vulgatus bene: *et erogaverat omnia sua.* Luc. X. 7. ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν, scil. ὄντα, edentes ac bibentes, quæ apud ipsos adsunt, seu, quæ suppetunt. Huc etiam vulgo refertur locus Phil. IV. 18. ubi tamen τὰ παρ' ὑμῶν rectius vertitur: a vobis missa. Magis huc pertinet locus Act. VII. 16. ubi verba, παρὰ τῶν υἱῶν 'Εμμὸρ τοῦ Συχὲμ, ne contradicant locis Genes. XXIII. 16, 17. et L. 13. (ubi dicitur Ephron venditor sepulcri fuisse, haud vero filii Hemoris id Abrahamo vendidisse traduntur) vertenda sunt: juxta terram Hemoritarum, ad Sichemum nempe. Confer L. Bos. de Ellips. Gr. p. 242.

II. *Dativum* regens denotat:

1) *a, ab.* 2 Petr. II. 11. οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρὰ Κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν non ferunt contra eos a Deo sententiam criminatricem, h. e. non eos conviciis proscindunt, missi quasi a Deo cum his mandatis, seu auctoritate, a Deo data et concessa. Pottius ad h. l. παρὰ Κυρίῳ vertere mavult: *coram Deo.* 2) *ad, apud, juxta.* Matth. XXII. 25. ἦσαν παρ' ἡμῖν ἑπτὰ ἀδελφοί apud nos extitere septem fratres. ibid. XIX. 26. παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστι, παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά ἐστι apud (per) homines fieri hoc non potest, sed apud (per) Deum fieri possunt omnia. Luc. I. 30. εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ Deum tibi benignum habes. Act. IX. 43. ἔμεινε παρά τινι Σίμωνι divertit apud Simonem quendam. Xenoph. Cyrop. I. 3. 15. et 4. 18. 3) *coram*, ad imitationem Hebraici מ Num. XXXII. 22. Ps. XXXVIII. 10. Job. XV. 11. 1 Cor. VII. 24. ἐν τούτῳ μενέτω παρὰ τῷ Θεῷ in hoc maneat coram Deo. Luc. II. 52. παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις coram Deo et hominibus. Rom. II. 11. οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ non est coram Deo personarum respectus. 1 Cor. III. 19. 4) *in*, cum ablativo. Matth. XXI. 25. διελογίζοντο παρ' ἑαυτοῖς ratiocinabantur in semet ipsis, seu, ita volvebant animo. Joh. XIV. 23. μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν ut in eo maneamus. Rom. XI. 25. ἵνα μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι. ibid. XII. 16. μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς ne opinione sapientiæ arrogantes sitis. Conf. Prov. III. 7. אַל־תְּהִי חָכָם בְּעֵינֶיךָ. 5) *inter.* Apoc. II. 13. ὃς ἀπεκτάνθη παρ' ὑμῖν qui inter vos occisus est. 6) *si spectes, ratione habita*, in rücksicht, *with respect to.* 2 Petr. III. 8. μία ἡμέρα παρὰ Κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα μία unus dies, si Deum spectes, ad mille annos extendi potest et vice versa mille anni ad unum diem revocari possunt. 7) παρ' ἑαυτῷ *in domo sua.* 1 Cor. XVI. 2. κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω singulis diebus dominicis quisque de suis aliquid facultatibus in domo sua seponat. Vide Hemsterhusium ad Aristoph. Plutum v. 424.

III. *Accusativum* regens, denotat:

1) *ad.* Matth. XV. 30. καὶ ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ 'Ιησοῦ et collocarunt illos ad pedes Jesu. Marc. II. 13. ἐξῆλθε πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν. Act. XVI. 13. Ita מ Hebraicum quoque usurpatur 2 Sam. VI. 2. Psal. LXVIII. 30. Æschin. Socr. Dial. I. 1. III. 3. 2) *apud, juxta, prope,* i. q. ἐγγὺς, ut ab Hesychio exponitur. Conf. Muncker. ad Antonin. Liberal. Metam. c. 23. pag. 195. Matth. IV. 18. περιπατῶν παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας iter faciens juxta mare Galilææ. ibid. XIII. 1. ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν, et ver. 4. παρὰ τὴν ὁδὸν juxta viam. Luc. V. 1. ἑστὼς παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ. Bene Vulgatus: *stabat secus stagnum.* Onom. Vet. *Secus*, παρά. Hebr. XI. 12. ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, etc. Eodem modo מ apud Hebræos usurpatur Exod. XXXIII. 6. Psal. XXXI. 12. Vide etiam Eurip. Phœn. v. 101. Xenoph. de Rep. Athen. II. 13. de Rep. Laced. XI. 8 et 10. 3) *contra, aliter ac.* Act. XVIII. 13. παρὰ τὸν νόμον contra legem Mosaicam. Rom. I. 26. παρὰ φύσιν contra naturæ leges. ibid. XI. 24. XVI. 17. παρὰ τὴν διδαχὴν, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε contra doctrinam, vobis traditam. Galat. I. 8. Hebr. XI. 11. παρὰ καιρὸν ἡλικίας. Nec alio sensu מ legitur Deuter. XXXIII. 7. Jerem. III. 20. Psalm. XLIII. 1. Vide etiam Xenoph. de Mag. Equit. VI. 6. et Ælian. V. H. XIV. 15. Plutarch. de vitios. pud. p. 534. E. 3 b) *in.* Luc. VIII. 5. παρὰ τὴν ὁδὸν, in viam. Sic מ Cant. IV. 1. מֵהַר in montem. Ies. XVII. 13. מִמֶּרְחָק in longinquum. 4) *infra.* Hebr. II. 7, 9. ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους angelis eum paululum inferiorem reddidisti. Sic quoque מ legitur Ps. VIII. 6. Job. XI. 6. 5) *plus quam, magis quam, præ quam,* i. q. ὑπὲρ, et uti מִן Hebræorum exprimit comparativum. Luc. XIII. 2. ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους peccatores graviores, quam omnes Galilæi. ibid. ver. 4. III. 13. μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον non plus quam legibus constitutum et sancitum est. Rom. I. 25. παρὰ τὸν κτίσαντα longe magis quam creatorem. ibid. XIV. 5. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν alius alium diem alteri præfert. Hebr. I. 4, 9. παρὰ τοὺς μετόχους σου magis quam socii tui. ibid. III. 3. XII. 24. Aquila 2 Sam. XXIII. 18. Sic *præter* apud Latinos usurpatur, v. c. apud Plautum Amphitr. II. 10. " quem ego amo præter omnes." Hesych. παρὰ πάντας· ὑπὲρ πάντας. Vid. de hoc usu hujus præpositionis L. Bos. apud Albertum ad Glossar. Gr. N. T. p. 167. et Noldii Concordant. Particul. Hebr. p. 466. 6) *præter.* 1 Cor. III. 11. Aliud fundamentum nemo potest ponere παρὰ τὸν κείμενον præter id, quod jactum est. 2 Cor. XI. 24. τεσσαράκοντα παρὰ μίαν quadraginta præter unam, seu excepta una. Gal. I. 8, 9. Huc etiam referri potest locus Act. VII. 16. παρὰ (scil. τὸ) τῶν υἱῶν 'Εμμὸρ τοῦ Συχὲμ præter (illud) filiorum Emmoris, (patris) Sichem. Nempe quod postea Jacobus emerat (Gen. XXXIII. 19.) et in quo postea Josephus conditus est (Jos. XXIV. 32.). Sic quoque מ in V. T. reperitur Num. XV. 24. 2 Sam. XIII. 16. et παρὰ apud Æschin. Socr. Dial. III. 10. Ælian. V. H. IX. 21. XIV. 7. 7) ut מ Hebræorum (Deut. VII. 7. Cant. III. 8. Prov. XX. 4.), *propter.* 1 Cor. XII. 15, 16. οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; num propterea non est pars corporis? Æschin. Socr. Dial. III. 4. παρὰ τὴν ἀνεπιστασίαν ob inconsiderantiam; ubi vide notas Cel. Fischeri. Xen. de Magistro Equit. I. 5. παρὰ τοῦτο *propterea.* Alexand. Thren. I. 4. ὁδοὶ Σιὼν πενθοῦσι παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἐρχομένους ἐν ἑορτῇ. 8) *ultra.* Hebr. XI. 11. παρὰ καιρὸν ἡλικίας jam ætate provecta. Ita מ quoque Jos. XIX. 47. Jud. VII. 3. 1 Sam. XIV. 1. 9) interdum quoque omitti solet, v. c. Act. I. 4. ἣν ἠκούσατέ μου, pro παρ' ἐμοῦ, quam audivistis a me.

ΠΑΡΑΒΑΙ'ΝΩ, fut. παραβήσομαι, aor. 2. παρέβην, 1) proprie: *transgredior, transeo, discedo, de loco in locum abeo,* ex παρὰ et βαίνω *eo.* In hac significatione frequenter in exteris scriptoribus reperitur, ut do-

cuit Alberti ad Matth. XV. 3. et p. 503. et κατ' ἐξοχὴν de curribus, orbitam transeuntibus, et de aratoribus usurpatur, qui non rectos sulcos in arando ducunt, quod *prævaricari* Latini dicunt. 2) metaphorice: *stationem desero, functionem negligo.* Sic legitur in N. T. Act. I. 25. de munere apostolico, ἐξ ἧς παρέβη Ἰούδας ex quo decessit Judas, seu, a qua functione, sibi demandata, discessit Judas. 3) si de legibus, præceptis, jurejurando, etc. usurpatur: *negligo, violo, aberro, prævaricor, migro legem.* Sic legitur in N. T. Matth. XV. 2. διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; quare discipuli tui negligunt traditam a majoribus consuetudinem? ibid. v. 3. διατί καὶ ὑμεῖς παραβαίνετε τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ; sed cur vos violatis præcepta divina? 2 Joh. v. 9. πᾶς ὁ παραβαίνων — καὶ μὴ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ. Sæpius in N. T. non legitur. Alexand. Num. XIV. 41. ἱνατί ὑμεῖς παραβαίνετε τὸ ῥῆμα τοῦ Θεοῦ; Jos. VII. 11. παρέβη τὴν διαθήκην μου. Ies. XXIV. 5. τὸν νόμον παρέβησαν. Etiam apud exteros Græcos scriptores formulæ παραβαίνειν νόμον, (v. c. apud Lysiam Orat. I. pro cæde Eratosthenis pag. 13. Cicero ad Attic. Lib. V. Ep. 21. " Julia lege transita.") τὰ νόμιμα, (Thucyd. IV. cap. 97.) τὰ πάτρια, (Thucyd. III. c. 61.) τὰ προσταττόμενα, (Xenoph. de Rep. Laced. V. 2.) τὰς ἐντολὰς, (Arrian. Diss. Epictet. III. 5. et IV. c. 3. 10.) συνθήκας, (Ælian. V. H. X. 2.) et ὅρκον (Aristænet. L. II. Ep. 9. 1 Maccab. VII. 18.) frequentes sunt. Vide Schwarz. Comment. Crit. Gr. Ling. pag. 1027. et Wetstenii N. T. T. I. p. 420. Phavorinus: παραβαίνειν τοὺς νόμους καὶ τὰς σπονδὰς, καὶ τὰ συντεθειμένα, ὡς Ξενοφῶν.

ΠΑΡΑΒΑ'ΛΛΩ, fut. αλῶ, aor. 2. παρέβαλον, 1) proprie: *adjicio, objicio, trajicio, trado, exhibeo, applico,* ex παρὰ et βάλλω *jacio.* Xenoph. de Venat. XI. 2. Alex. Ruth. II. 16. παραβαλόντες παραβαλεῖτε αὐτῇ ἐκ τῶν βεβουνισμένων projicientes projicite illi e manipulis, scil. spicas. Hinc 2) *appello navem in portum, trajicio,* etiam simpliciter: *accedo, iter facio, proficiscor.* Act. XX. 15. τῇ δὲ ἑτέρᾳ (scil. ἡμέρᾳ) παρεβάλομεν εἰς Σάμον postridie autem appulimus ad Samum. Aristoph. Ran. ver. 128. ubi Schol. παραβάλου· ἀντὶ τοῦ ὅρμισον τῇ γῇ τὴν ναῦν. Diodor. Sic. I. c. 12. εἰς Αἴγυπτον παραβαλόντα. Polyb. Hist. XII. 3. παραβεβληκέναι πλεονάκις εἰς τὴν τῶν Λοκρῶν πόλιν. Confer Raphelii Obss. Polyb. pag 383. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 593. 3) *confero, comparo, assimilo, utor parabola.* Sic legitur in N. T. Marc. IV. 30. ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν; aut quanam parabola de ea utar? coll. Luc. XIII. 18. καὶ τίνι ὁμοιώσω αὐτήν; Xen. Mem. II. 4. 5. καί τοι πρὸς ποῖον κτῆμα τῶν ἄλλων παραβαλλόμενος φίλος ἀγαθὸς κ. τ. λ. ibid. IV. 8. 11. παραβάλλων τὸ ἄλλου ἦθος πρὸς ταῦτα. Æschin. Socr. Dial. II. § 39. Thom. M. παραβάλλω· τὸ πλησιάζω, τὸ ἔρχομαι καὶ τὸ παρεξετάζω, ὃ καὶ παραθεωρῶ, παρὰ Λουκιανῷ εὕρηται κ. τ. λ. ubi vide interpretes. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΡΑ'ΒΑΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *transitus,* seu motus localis, connotato termino a quo, unde fit; a παραβαίνω *transeo, transgredior.* Plutarch. T. VI. p. 466. edit. Reisk. παράβασις ὅρων. Sed ita in N. T. non legitur. 2) *violatio, negligentia legis, prævaricatio, peccatum, delictum.* Sic legitur in N. T. Rom. II. 23. διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου violatione legum Mosaicarum. ibid. IV. 15. οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις ubi enim nulla lex lata est, ibi etiam nulla culpa, seu delictum nullum cogitari potest, quod imputetur. ibid. V. 14. ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ eodem modo, quo Adamus peccavit. Galat. III. 19. τῶν παραβάσεων χάριν ἐτέθη vitiositatis Judæorum coërcendæ causa lata est lex Mosaica. 1 Tim. II. 14. ἐν παραβάσει γέγονε transgressa est (conjux Adami), nempe præceptum Dei de non comedendo fructu arboris vetitæ. Hebr. II. 2. παράβασις καὶ παρακοή. ibid. IX. 15. τῶν ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαθήκῃ παραβάσεων. Sæpius non reperitur in N. T. Alex. Psal. CI. 3. ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα. Sapient. XIV. 31. δίκη ἀεὶ ἐπεξέρχεται τὴν τῶν ἀδίκων παράβασιν. 2 Macc. XV. 10. Porphyr. de Abstinent. II. extr. ἡ τοῦ νόμου παράβασις. Plutarch. T. VI. p. 785. ed. Reisk.

ΠΑΡΑΒΑ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *is, qui transit,* aut *exorbitat a via, quam calcare tenebatur,* a παραβαίνω, quod vide. 2) metaphorice: *violator legis, impius, scelestus, prævaricator, temerator,* ut explicatur in Gloss. Vet. Sic legitur in N. T. Rom. II. 25, 27. παραβάτης νόμου qui violat præcepta legis Mosaicæ. Galat. II. 18. παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι ipse me reum confiterer impietatis erga Deum. Jacob. II. 9 et 11. ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου ὡς παραβάται. Sæpius non legitur in N. T. Symmach. Ps. XVI. 4. ὁδοὶ παραβάτου facta et instituta impiorum. Idem Ezech. XVIII. 10. παραβάτης habet, ubi in Aquilæ versione est ἁμαρτωλὸς et apud Alex. λοιμός. Adde Macr. V. 19.

ΠΑΡΑΒΙΑ'ΖΟΜΑΙ, futur. άσομαι, 1) proprie: *adigo, vi compello et detorqueo, invitum et reluctantem cogo,* ex παρὰ et βιάζω, seu βιάζομαι, *vim affero, vi adigo, cogo,* hocque a βία *vis.* Ita passim adhibetur a profanis, v. c. Polyb. XXII. 10. 7. παραβιάζεσθαι τὸν χάρακα τῶν πολεμίων, etiam a Josepho A. J. XIII. cap. 4. § 9. p. 643. edit. Haverc. 2) *precibus multis et instantibus adhibitis urgeo, verbis gravibus et ad persuadendum accommodatis adduco aliquem ad aliquid, amice adigo.* Sic bis tantum legitur in N. T. Luc. XXIV. 29. καὶ παρεβιάσαντο αὐτὸν et amice adegerunt ipsum. Act. XVI. 15. καὶ παρεβιάσατο ἡμᾶς et vincebat nos precibus. De precibus et persuasionibus, quibus aliquis cogitur et impellitur, παραβιάζεσθαι etiam adhibetur apud Alexandrinos, v. c. 1 Sam. XXVIII. 23. παρεβιάζοντο αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτοῦ, ubi in Hebraico legitur verbum פָּרַץ *coëgit, ursit, institit.* Confer Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 435. Eodem sensu usurpatur verbum simplex βιάζεσθαι ab Alexandrinis Genes. XXXIII. 12. Jud. XIII. 15, 16. Eurip. Alcest. v. 1116. et Ælian. V. H. III. 17. ubi videndus Perizonius. (Confer Pollucis Onom. IV. c. 3. s. 25.) καταβιάζεσθαι in versione Alexandrina Genes. XIX. 3. (nempe secundum codicem Vaticanum; in Codice enim Alexandrino παραβιάζεσθαι legitur.) et 2 Sam. XIII. 25. ἐκβιάζεσθαι apud Ælian. V. H. I. c. 13. προσβιάζεσθαι Aristoph. Plut. v. 16. et ἀναγκάζειν Luc. XIV. 23. Vide supra ἀναγκάζω et *cogo* in Gesneri Thesauro Ling. Lat.

ΠΑΡΑΒΟΛΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, *periculo me expono, pericula adeo,* ut Philoxenus recte exposuit, a παράβολος. Reperitur hæc vox Philip. II. 30. ubi Griesbachius loco παραβουλευσάμενος, quod antea libri editi habebant, lectionem παραβολευσάμενος in textum recepit. Confer infra s. v. Παραβουλεύομαι ac Intt. ad Hesychium s. v. παραβουλευσάμενος.

ΠΑΡΑΒΟΛΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie et generatim: *comparatio et collatio unius rei cum altera ob similitudinem, vel dissimilitudinem quandam,* a πα-

ραβάλλειν *conferre, comparare, duas diversas res simul collocare.* Confer Ælian. V. H. VII. 2. XII. 14. In hac significatione παραβολή, ut παραβάλλειν, fere construitur cum præpositione πρὸς, v. c. apud Ælian. V. H. III. c. 33. παραβολῇ τῇ πρὸς φιλοσοφίαν comparatione cum philosophia instituta. Adde Polyb. I. 2. 12. Hinc in N. T. libris 2) denotat *parabolam*, h. e. *illustrationem alicujus rei e vita communi et analogia, fabulam fictam, sed a rebus obviis sumtam, narrationem, ad alios edocendos et persuadendos aptam, et cujus ad alium rem fit accommodatio, aut saltem innuitur.* Aristoteles in Rhet. Lib. II. c. 20. et Quinctil. Instt. Orat. Lib. V. c. 11. et alii rhetores antiqui distinxerunt quidem παραβολὴν a μύθῳ et αἴνῳ, seu fabula, et latius pro quovis similitudinis et comparationis exemplo acceperunt; sed exempla, mox afferenda, satis docent, παραβολὴν in N. T. libris ad imitationem Hebraici מָשָׁל (Ezech. XVII. 2. XXIV. 3.) etiam apologum, seu fabulam significare. Conf. Grotium ad Matth. XIII. 3. Glassii Philol. Sacr. p. 1305. ed. Dathii et Vorstii Philol. Sacr. p. 136. edit. Fischeri, ubi etiam de usu parabolarum apud veteres uberius expositum est. Matth. XIII. 3. καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς et multum eos edocuit per parabolas. ibid. v. 13, 24. ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς λέγων· ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ σπείροντι aliam hanc similitudinem iis proposuit; i. e. ita se res habet doctrinæ christianæ, tanquam si quis semen spargeret, etc. ibid. v. 33—36. φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν explica nobis hanc parabolam. ibidem v. 53. XXI. 33, 45. XXII. 1. coll. v. 2. XXIV. 32. ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολὴν accipite jam illustrationem hujus rei, ab hac ficu desumtam. Marc. III. 23. IV. 2, 15, 30, 33, 34. XII. 1, 12. ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν εἶπε de se hanc fabulam narratam esse. ibid. XIII. 28. Luc. V. 36. VI. 39. VIII. 4, 9, 10, 11. XII. 16, 41. XIII. 6. XV. 3. XVIII. 1, 9. XIX. 11. XX. 9, 19. XXI. 29. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 398. 3) interdum *quodvis scite, sententiose et graviter dictum, sermonem obscurum et ænigmaticum, sive vere sit, sive auditoribus tantum videatur, præceptum morale,* ad imitationem Hebr. מָשָׁל Prov. I. 1. significat. Matth. XV. 15. φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν ταύτην explica nobis hanc prolatam sententiam obscuram. Marc. VII. 17. ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τῆς παραβολῆς interrogabant eum discipuli ejus de sensu hujus dicti obscuri: ubi Theophylactus παραβολὴν bene per σκοτεινὸν λόγον explicavit. ibid. IV. 10. Luc. XIV. 7. ἔλεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολὴν commendavit convivis hæc præcepta vitæ. 4) *adagium, proverbium, sententia pervulgata.* Luc. IV. 23. πάντως ἐρεῖτέ μοι τὴν παραβολὴν ταύτην· ἰατρὲ, θεράπευσον σεαυτὸν utique objicietis mihi proverbium illud: Medice, tibi ipsi medelam affer. 1 Sam. X. 12. Hinc est לְמָשָׁל illud proverbium: an etiam Saulus inter prophetas? ibid. XXIV. 14. Sic etiam Arabibus مَثَل significat *proverbium* et מְתָלָא de *adagio* usurpatur in Vajikra rabba. 5) *ipsa explicatio alicujus similitudinis, fabulæ et sententiæ obscuræ.* Matth. XIII. 18. ὑμεῖς οὖν ἀκούσατε τὴν παραβολὴν τοῦ σπείροντος audiatis igitur ipsam explicationem parabolæ, de satore propositæ, coll. Luc. VIII. 11. ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολὴ parabola autem, a me proposita, hunc sensum habet. Marc. IV. 13. οὐκ οἴδατε τὴν παραβολὴν ταύτην num ignoratis sensum hujus parabolæ, admodum facilis intellectu? πῶς πάσας τὰς παραβολὰς γνώσεσθε; qua ratione sensum reliquarum parabolarum, intellectu difficiliorum, percipietis? ibid. VII. 17. ἐπηρώτων αὐτὸν περὶ τῆς παραβολῆς interrogarunt eum de sensu hujus sermonis figurati. 6) *typus, exemplar, figura et effigies alicujus rei.* Hebr. IX. 9. παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν τὸν ἐνεστηκότα nam œconomia Mosaica repræsentabat tantum hæc nostra tempora, i. q. ὑπόδειγμα καὶ σκιὰ, cap. VIII. 5. Theophyl. ad h. l. τύπος καὶ σκιαγραφία. Hesych. παραβολή· πραγμάτων ὁμοίωσις. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 567. 7) *discrimen, præsentissimum vitæ periculum,* a παραβάλλεσθαι, quod interdum est *periculo se objicere et exponere,* (Polyb. Hist. Lib. IV. c. 57. Xenoph. Cyrop. II. 3. 5. 2 Macc. XIV. 38.) et inprimis de *eo* usurpatur, *qui, audax et temerarius, periculo se objicit,* unde παράβολος *audax, temerarius, periclitator* (Hesych. ῥιψοκίνδυνος· παράβολος, τολμηρὸς, ἐπικίνδυνος) et παράβολα sunt *maxime periculosa.* Vide Plinium Lib. IX. Ep. 26. Suid. παραβαλλόμενος· ἀντὶ τοῦ ἀδεῶς ἐπερχόμενος. Idem: παραβάλλεσθαι· πρὸς κίνδυνον ῥίπτειν ἑαυτόν. Hesych. παραβαλλόμενος· ἐναποκινδυνεύων, ὅ ἐστι παράβολος μαχόμενος. Conf. Budæi Comment. Ling. Gr. p. 625. Hinc lucem fœneratur locus Hebr. XI. 19. ubi Abrahamus filium suum vivum recepisse dicitur ἐν παραβολῇ, h. e. in ipso præsentissimo vitæ periculo, seu, quod eodem redit, præter omnem spem et exspectationem. (Cf. Plutarch. in Lucull. cap. 13. edit. Reisk. ubi ἀνελπίστως et παραβόλως conjunguntur.) Confer Parerga Sacra p. 1 seq. et Krebsii Obss. Flav. p. 384 seq. ubi recte refutatur eorum sententia, qui ἐν παραβολῇ vertunt: ut esset Isaacus typus Christi. Scaliger ad h. l. in imagine quadam resurrectionis, quia, qui immolationi addictus erat, et postea liberatus, videtur tanquam resurrexisse. Hesych. ἐκ παραβολῆς· ἐκ παρακινδυνεύματος. Schol. Thucyd. I. 131. Sæpius non legitur in N. T. — Suid. παραβολή· λόγος αἰνιγματώδης καὶ κεκρυμμένος, πρὸς ὠφέλειαν φέρων. (Confer Theodoret. ad Psalm. LXXVII. 2.) Idem: παραβολή· διήγημα. (2 Paral. VII. 20.) Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου. (Psalm. LXXVII. 2.) ἀντὶ τοῦ, ἐν διηγήσει ἀρχαίων λόγων· καὶ ἡ ὁμοίωσις, καὶ τὸ λάλημα, καὶ ὑπόδειγμα. Ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσι. Etym. M. παραβολή. αἰνιγματώδης λόγος, ὃ πολλοὶ λέγουσι ζήτημα, ἐμφαίνων μέν τι, οὐκ αὐτόθεν δὲ πάντως, δῆλον ὂν ἀπὸ τῶν ῥημάτων, ἀλλ' ἔχον ἐντὸς διάνοιαν κεκρυμμένην, ὡς ὁ Σαμψὼν ἔλεγεν, (Jud. XIV. 14.) ἐξῆλθεν ἀπὸ στόματος πικροῦ γλυκύ· καὶ Σαλομῶν, (Prov. I. 6.) τότε νοήσεις παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον. — παραβολὴ καὶ ὁμοίωσις. Ἄλλην γὰρ παραβολήν φησι, (Matth. XIII. 24.) παρέθηκεν αὐτοῖς λέγων· ὁμοία ἐστὶν (ὡμοιώθη lege) ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σπείροντι. Adde Schol. Homeri ad Iliad. β', v. 144.

ΠΑΡΑΒΟΥΛΕΥ´ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, *perperam, male consulo, rei rationem non habeo,* i. q. κακῶς βουλεύομαι apud Lysiam, ex παρὰ (quod in compositis fere in deteriorem partem usurpatur et *perperam, male* significat, ut vel composita παρορᾷν *male videre,* παραθεωρεῖν *obiter observare,* παρακούειν *negligenter audire,* (Polyb. Hist. II. 8.) παραλογίζεσθαι et alia quemque docere possunt) et βουλεύω *delibero.* Sic semel legitur in N. T. Philipp. II. 30. παραβουλευσάμενος τῇ ψυχῇ perperam consulens vitæ suæ, h. e. non veritus adire vitæ discrimen. Pertinere

huc videtur glossa Hesychii et Phavorini: παραβουλευσάμενος· εἰς θάνατον ἑαυτὸν ἐκδούς. Displicuit hæc vox Salmasio, Scaligero, L. Cappello, Casaubono, Grotio, Albertio, et aliis, qui pro verbo παραβουλευσάμενος, Græcis plane inaudito, ingeniis suis magis indulgentes, quam codicum auctoritate nixi, posuerunt παραβολευσάμενος, quod verbum apud Græcos de *iis* usurpatur, *qui omnia periclitantur, præsentissimis se exponunt periculis et vitam suam profundunt,* Polyb. I. 20. Diod. Sic. XX. 7. et speciatim de *iis* dicitur, *qui in morbis contagiosis cum vitæ periculo ægrotis adsunt.* Conf. Wolfii Curas Crit. et Philol. in N. T. T. III. p. 231 seq. Ej. Casaub. p. 83. et Wetstenii N. T. T. II. p. 273. Gloss. Vet. παραβολεύσασθαι, *periculum facere.*

ΠΑΡΑΓΓΕΛΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *denunciatio, qua aliquid alteri notificatur,* a præt. med. παρήγγειλα, verbi παραγγέλλω, *denuncio, notum facio aliquid alteri.* 2) *præceptum, mandatum, quo aliquid alteri agendum, vel omittendum denunciatur, interdictum.* Sic legitur in N. T. Act. V. 28. οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν; nonne interdictione interdiximus vobis? h. e. nonne graviter vobis interdiximus? Act. XVI. 24. παραγγελίαν τοιαύτην εἰληφὼς postquam mandatum tale accepit. 1 Thess. IV. 2. οἴδατε γὰρ, τίνας παραγγελίας ἐδώκαμεν ὑμῖν διὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. 1 Tim. I. 5. τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας summa vero omnium præceptorum doctrinæ christianæ. ibid. v. 18. Xenoph. Hist. Gr. II. 1. 3. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. apud Labbæum: *denunciatio, condictio, interdictum.*

ΠΑΡΑΓΓΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, aor. 1. ειλα, 1) proprie: *denuncio, notum facio aliquid alteri, rumorem spargo,* ex παρὰ et ἀγγέλλω *nuncio.* Herodian. I. 5. 3. παρηγγέλθη τε δὴ πᾶσιν, ἐλθεῖν εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι. Vide ad h. l. Irmisch. p. 865. Xenoph. Hist. Gr. II. 1. 3. Conf. Alex. 1 Sam. XV. 4. XXIII. 8. 2) *præcipio, mando, jubeo, graviter aliquem moneo et obtestor,* ac, negatione sequente, *veto, interdico.* Matth. X. 5. παραγγείλας αὐτοῖς his mandatis. Marc. VI. 8. καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν κ. τ. λ. et interdixit iis, ne quid, etc. ibid. VIII. 6. Luc. V. 14. καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν injunxit autem illi, ut neminem de hac re certiorem redderet. ibid. VIII. 29, 56. IX. 21. coll. Matth. VI. 20. et Marc. VIII. 30. Act. I. 4. V. 28. οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν; nonne gravissime vobis interdiximus? Act. XVI. 23. παραγγείλαντες τῷ δεσμοφύλακι mandantes præfecto carceris. 1 Tim. VI. 13. παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ per Deum te obtestor. Xenoph. Anab. I. 8. 11. εἴ τι παραγγέλλοι; an juberet aliquid? Idem Hist. Gr. II. 4. 5. IV. 6. 10. De imperio et jussu magistratuum et imperatorum usus est hac voce Lysias Orat. XI. c. 5. Theophr. Char. Mor. c. 13. Conf. etiam Thom. M. Eclog. sub ἐπαγγέλλω p. 329. edit. Bernard. 3) interdum per ellipsin reticetur, v. c. Matth. XVI. 11. ubi post τὸ εἶπον subintelligo participium παραγγείλας, *quum præcepi,* vel aliud quoddam ejusdem significationis. Gloss. Vet. παραγγέλλω, *denuncio, edico, præcipio, veto, interdico.*

ΠΑΡΑΓΙ'ΝΟΜΑΙ, vel ΠΑΡΑΓΙ'ΓΝΟΜΑΙ, fut. παραγενήσομαι, *adsum, advenio, accedo, venio, prodeo, progredior,* etiam *redeo, revertor,* ex παρὰ, quod in compositione interdum accessionem denotat, ut in παρακομίζειν *advehere,* παρέρχεσθαι *accedere,* et γίνομαι *sum, fio.* Construitur interveniente præpositione πρὸς, vel εἰς, quandoque etiam absolute ponitur. In notione *adveniendi, veniendi* et *accedendi* legitur Matth. II. 1. μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν παρεγίνοντο εἰς Ἱεροσόλυμα magi ab oriente venerunt Hierosolymam. ibid. III. 13. Luc. VII. 4. οἱ δὲ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν. ibid. VIII. 19. παρεγίνοντο δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ. Joh. VIII. 2. Act. IX. 26. etc. Apollodor. III. c. 14. § 5. Polyb. IV. c. 6. — De *prodeuntibus et progredientibus* usurpatur Matth. III. 1. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς temporibus autem illis prodiit Johannes baptista. — Significationem autem *revertendi et redeundi* habet Luc. XIV. 21. καὶ παραγενόμενος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ἀπήγγειλε τῷ κυρίῳ αὐτοῦ ταῦτα et reversus servus ille annunciavit domino suo ista. In versione Alexandrina respondet Hebraico שׁוּב *redire, reverti.* Num. XIV. 36. Jos. XVIII. 8. — Usurpatur quoque hoc verbum de Christi natalibus Hebr. IX. 11. Χριστὸς δὲ παραγενόμενος. — Interdum quoque ex usu linguæ Hebraicæ superfluum est, v. c. Act. V. 21. XXIII. 16. παραγενόμενος καὶ εἰσελθών. ibid. XXIV. 24. Si παραγίνεσθαι cum ἐπὶ construitur, *invadendi et aggrediendi* notionem habet, v. c. Luc. XXII. 52. εἶπε δὲ ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς παραγενομένους ἐπ' αὐτὸν ἀρχιερεῖς καὶ στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ καὶ πρεσβυτέρους deinde Jesus dixit ad eos, qui se aggressi fuerant, missos a pontificibus, antistitibus templi et senioribus, coll. v. 48. et Matth. XXVI. 47. Marc. XIV. 43. Thucyd. II. c. 95. ναυσί τε καὶ στρατιᾷ ὡς πλείστῃ ἐπὶ τοὺς Χαλκιδέας παραγενέσθαι.

ΠΑΡΑ'ΓΩ, fut. άξω, aor. 2. παρήγον, 1) proprie transitive: *circumduco, transduco, traduco,* quandoque *seorsim abduco,* (v. c. apud Symm. 2 Sam. III. 21. pro נָטָה ubi LXX ἐκκλίνειν habent.) etiam *produco,* ex παρὰ et ἄγω *duco.* Xenoph. Hist. Gr. III. c. 1. § 8. παρήγαγε τὸ στράτευμα διὰ τῆς φιλίας χώρας. ibid. VII. c. 5. § 22. Idem de Mag. Equit. IV. 9. et V. 6. Demosthen. p. 805. 14. ed. Reisk. παραγαγὼν *(producens reum)* εἰς τὸ δικαστήριον. 3 Esr. V. 78. εἰς τὸ παράγειν αὐτοὺς ἐκ τοῦ Λιβάνου ξύλα. 2) intransitive, ita, ut subintelligendum videatur ἑαυτὸν, *prætereo, prætergredior, transeo.* Sic legitur in N. T. Matth. XX. 30. ἀκούσαντες, ὅτι Ἰησοῦς παράγει ut cognoverunt, Jesum præterire, coll. Luc. XVIII. 36. ἀπήγγειλαν δὲ αὐτῷ, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος παρέρχεται. Marc. XV. 21. καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα Σίμωνα Κυρηναῖον. Respondet in versione Alex. Hebraico עָבַר *transiit, præteriit.* Psalm. CXXIX. 8. 3) *discedo, abeo, digredior.* Matth. IX. 9. καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖθεν illinc digressus Jesus, vel e Capernaumo, vel domo (coll. v. 7.), quod præferendum videtur. ibid. v. 27. καὶ παράγοντι ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ et illinc discedentem Jesum. Marc. II. 14. Joh. VIII. 59. καὶ παρῆγεν οὕτως et ita evasit. Eodem modo עָבַר quoque usurpatur in V. T. quod Alexandrini mox per παράγειν, 1 Sam. XVI. 9, 10. mox vero per ἀπέρχεσθαι reddiderunt, v. c. Jos. X. 29, 31. 4) *ulterius progredior et proficiscor, continuo iter meum,* i. q. προάγω. Joh. IX. 1. καὶ παράγων et ulterius progressus. 5) metaphorice: *evanesco, desino, mutor, pereo, intereo.* 1 Cor. VII. 31. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου præsens enim rerum status plane mutabitur. Eandem significationem habet quoque medium παράγεσθαι. 1 Joh. II. 8. ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, (coll. Rom. XIII. 12.) et v. 17. ὁ κόσμος παράγεται, ubi pro παράγεται H. Stephanus male legi vult παράγει. Ps. CXLIII.

5. Sæpius non legitur in N. T.— Hesych. παράγει· παρέρχεται, παραπέμπεται, φυλάσσεται, εἰσπορεύεται.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie et generatim: *exempli loco aliquid propono, aliquem, vel aliquid exemplum facio*, ex παρὰ et δειγματίζω *specimen exhibeo, aliquid monstro et in publicum produco*, hocque a δεῖγμα, quod, teste Harpocratione, proprie est *specimen rerum venalium, quod emtoribus monstrari, proponi et circumferri solet*, (Vide supra T. I. p. 489.) unde παράδειγμα (a παραδείκνυμι *juxta ostendo, invicem confero*) est *exemplum, exemplar*. Cf. Bielii Thesaur. Philol. P. III. p. 18. Sic legitur apud Alexandrinos Ezech. XXVIII. 17. ἔδωκά σε παραδειγματισθῆναι, pro נְתַתִּיךָ לְרַאֲוָה בָךְ exposui te, ut omnes te aspiciant. Adde Jerem. XIII. 22. Hesych. παραδειγματίσαι· φανερῶσαι. Jam, quia παρὰ in compositis, ut supra demonstratum est, fere in deteriorem partem usurpatur, et δεῖγμα quoque interdum *exemplum, aliis ad deterrendum propositum*, significat, παραδειγματίζειν 2) etiam notat: *publicare ad exemplum alienum* (Polyb. Exc. Legat. c. 88.) et speciatim *publicæ aliquem ignominiæ exponere, puniendo infamare et exemplo aliis facere, infamiam alicui inurere, ludibrio exponere, ignominia notare*, quasi exemplum in aliquem edere et statuere, et παράδειγμα is dicitur, *qui punitur pœnisque, quæ ab eo sumuntur, publice infamatur*. Cf. Alex. Nah. III. 6. Jerem. VIII. 2. Sic bis tantum legitur in N. T. Matth. I. 19. ubi Josephus dicitur voluisse clam abdicare Mariam virginem, sibi desponsatam, μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι quum nollet eam publicæ ignominiæ, vel publico supplicio, lapidationis nempe, exponere. Vulgatus bene reddidit: *traducere*. Nam sontes, antequam suppliciis afficerentur, duci per plateas et vicos solebant exempli et ignominiæ causa. Syrus: ܠܡܦܪܣܘܗ̇ *publicare*. Huc etiam pertinet glossa Cod. Coislin. XXIV. apud Alberti Gloss. Gr. N. T. p. 200. παραδειγματίσαι· ἀνεπίγραφον, καταισχῦναι, ἢ κινδυνεῦσαι· ἐπὶ κακῷ φανερῶσαι καὶ παραδοῦναι εἰς θάνατον ὡς μοιχαλίδα. Conf. Heinsii Exercitt. ad Matth. l. l. J. H. a Seelen Meditatt. Exeg. P. I. p. 185. Grotium ad Matth. I. 19. Wetstenii N. T. T. I. p. 234. et Deyling. Obss. Sacr. P. IV. p. 611 seq. Polyb. Hist. II. c. 60. περιαγόμενον εἰς τὴν Πελοπόννησον καὶ μετὰ τιμωρίας παραδειγματιζόμενον οὕτως ἐκλιπεῖν τοῦ ζῆν. Sic etiam non solum παραδειγματισμὸς (apud Polybium VI. 36. et XV. 20.) invenitur, sed etiam *exemplum* apud Latinos usurpatur de *pœnis gravissimis et maxime ignominiosis, quæ possunt cæteris documento esse*. Plaut. Mostell. V. 1. 67. Terent. Adelph. V. 1. 10. Tacit. Annal. XII. 20. 4. "sontes et novissima exempla meriti." Adde Gellii N. A. VI. 14. Speciatim vero παραδειγματίζεσθαι olim de *iis* usurpabatur, *qui cruci offigebantur et e ligno pendebant*, quia hoc genus supplicii maxime ignominiosum erat. Alexandrini Num. XX. 4. pro Hebraico הוֹקַע אוֹתָם לַיהוָה נֶגֶד הַשָּׁמֶשׁ suspende eos Jehovæ coram sole, habent: παραδειγμάτισον αὐτοὺς Κυρίῳ κατέναντι τοῦ ἡλίου. Hinc lucem fœneratur locus Hebr. VI. 6. ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας nam quasi ipsum filium Dei in crucem agunt et publicæ ignominiæ exponunt. Confer etiam Esther I. 11.

ΠΑΡΑ'ΔΕΙΣΟΣ, ου, ὁ, 1) *paradisus*, h. e. *hortus amœnissimus, locus amœnus, irriguus et omnis generis fructiferis arboribus consitus*. Respondet enim in versione Alexandrina Hebraico גַּן *hortus, regio amœna*, Ies. LI. 3. Ezech. XXVIII. 13. Joël. II. 3. גַּנָּה idem, Ies. I. 30. Jerem. XXIX. 5. et עֵדֶן *locus amœnus*, Ies. LI. 3. (Adde 2 Chron. XXXIII. 20.) et speciatim usurpatur de amœnissima illa regione, quam Deus primum habitandam assignaverat Adamo. Genes. II. 8. De origine hujus vocis dissentiunt viri docti et grammatici veteres. Suidas Græcum nomen esse censet, compositum ex παρὰ et δεύω *irrigo*; dicit enim: παράδεισος, εἴρηται παρὰ τὸ δεύσω, τὸ βρέχω, ῥηματικὸν ὄνομα δεῦσος, παράδεισος τροπῇ τοῦ υ εἰς ι. οἱ δέ φασι, παρὰ τὸ τὴν δεῖσαν ποιεῖσθαι. ὅ ἐστι βοτανῶν συλλογήν. Hesych. παράδεισος· τόπος ἔνυδρος, ἢ εὔυδρος, ἐν ᾧ περίπατοι. Conf. Num. XXIV. 6. Sirac. XXIV. 30. Hist. Susann. v. 15. Aliis Hebraicum nomen esse videtur, sumtum ex פַּרְדֵּס quod *locum irriguum et arboribus consitum* notat, et ter legitur in V. T. Nehem. II. 8. Cohel. II. 5. et Cant. IV. 13. Alii ex Arabica lingua vocis hujus originem repetunt. Sed originem hujus vocis Persicam esse, recte jam monuit Jul. Pollux Onom. IX. c. 3. s. 3. scribens: οἱ δὲ παράδεισοι, βαρβαρικὸν εἶναι δοκοῦν τοὔνομα, ἥκει καὶ κατὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν Ἑλληνικήν, ὡς καὶ πολλὰ ἄλλα τῶν Περσικῶν. Id quod etiam intelligitur ex Herodoti et Xenophontis scriptis, qui tradunt, regum Persarum hortos παραδείσους vocatos esse. Vide Xenoph. Œcon. IV. 13. ubi de rege Persarum sermo est: ἐπιμελεῖται τούτων, ὅπως κῆποί τε ἔσονται, οἱ παράδεισοι καλούμενοι, πάντων καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν μεστοί, ὁπόσα ἡ γῆ φύειν ἐθέλει. Idem Cyrop. I. c. 3. 12. Anab. I. 2. 7. Conf. Brissonium de Regno Persarum p. 208. H. Reland. Diss. Miscell. P. II. p. 210. Wetstenii N. T. T. I. p. 818. et Olearium de Stilo N. T. p. 333. Hinc 2) metaphorice usurpatur de *sede Dei, angelorum et beatorum*, seu *cœlo tertio*, uti a Judæis vocabatur, ob bona eximia et gaudia ineffabilia, quæ ibi piis parata sunt, non solum in Judæorum scriptis, (Conf. Bynæum de Morte Christi, Lib. III. p. 379.) sed etiam in N. T. libris, v. c. Luc. XXIII. 43. σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ hodie mecum frueris futura illa felicitate in sedibus beatorum. Vide quæ ad h. l. docte scripsit Grotius. 2 Cor. XII. 4. ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον abreptus est in paradisum, coll. v. 3. ubi dicitur ἁρπαγεὶς ἕως τρίτου οὐρανοῦ. Vide supra οὐρανός. Apoc. II. 7. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΡΑΔΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. έξομαι, 1) proprie: *accipio aliquid, quocunque hoc fiat modo, excipio, recipio, suscipio*, ex παρὰ et δέχομαι *capio*. Demosthen. p. 1008. ult. ed. Reisk. παραδέχεσθαι εἰς οἰκίαν. Xenoph. de Re Equestri VII. 1. ὅταν γε μὴν παραδέξηται τὸν ἵππεα ὡς ἀναβησόμενον. 2) metaphorice: *admitto, amplector, fidem habeo*. Marc. IV. 20. παραδέχονται τὸν λόγον assensu et obsequio amplexantur et recipiunt doctrinam christianam. Act. XVI. 26. ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν παραδέχεσθαι ritus, quos observare nobis non licet. ibid. XXII. 18. οὐ παραδέξονταί σου τὴν μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ non amplectentur tuam de me doctrinam. 1 Tim. V. 19. κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου accusationem contra presbyterum ne admitte, seu audias: aut, ne fidem habe accusationi, contra presbyterum prolatæ. Similis locus est apud Alexandrinos Exod. XXIII. 1. οὐ παραδέξῃ ἀκοὴν ματαίαν ne fidem habeas rumori vano. Ar-

rian. Diss. Epictet. I. 7. p. 130. num quis cogere te poterit παραδέξασθαι τὸ ψευδές; ita etiam προσδέχεσθαι adhibetur apud Philostrat. Vit. Apoll. Lib. VIII. c. 26. τῶν μήπω προσδεχομένων τὸν λόγον. Eodem modo δέχεσθαι quoque usurpatur, ut docuit Schwarzius in Comment. Ling. Gr. p. 318 seq. 3) *amo, diligo, delector.* Hebr. XII. 6. μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται castigat autem omnem filium, quem diligit. Verba sunt desumta ex Prov. III. 12. ubi in textu Hebraico leguntur hæc verba: וּכְאָב אֶת־בֵּן יִרְצֶה et sicut pater filium, cui bene vult. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΡΑΔΙΑΤΡΙΒΗ', ῆς, ἡ, *præpostera et perversa exercitatio, vana, inepta et curiosa disputatio,* seu *concertatio, in qua tempus male teritur,* ex παρὰ, quod hic in malam accipitur partem, ut sæpe fit in compositis, et διατριβὴ *opera, quæ alicui rei impenditur, exercitium,* et speciatim: *philosophorum,* seu *sophistarum disputatio et concertatio;* hoc vero a διατρίβω *tempus tero, versor in aliqua re.* Sic semel legitur in N. T. 1 Tim. VI. 5. παραδιατριβαὶ διεφθαρμένων ἀνθρώπων τὸν νοῦν disputationes et exercitationes vanæ, curiosæ et inutiles et noxiæ magis, quam utiles hominum, qui non sunt sana mente præditi, quæ v. 4. λογομαχίαι vocantur, qua voce etiam Suidas in explicatione vocabuli παραδιατριβὴ usus est. Theophyl. ad h. l. per ματαίας σχολὰς exposuit. Sed videndum est, an lectio παραδιατριβαὶ in Pauli l. l. sana sit et genuina, nec potius διαπαρατριβαὶ, ut quidam codices habent, reponi debeat, de qua voce supra pluribus expositum est. Conf. Suicerus in Thesaur. Eccles. T. II. p. 573 seq.

ΠΑΡΑΔΙ'ΔΩΜΙ, fut. δώσω, 1) proprie: *trado, de manu in manum do, exhibeo, porrigo,* ex παρὰ et δίδωμι *do.* Matth. XXV. 14. παρέδωκεν αὐτοῖς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ iisque tradidit facultates suas, coll. v. 15. ubi cum διδόναι permutatur. ibid. v. 20. Sed in utroque loco παρέδωκεν etiam commode reddi potest: *curæ eorum mandavit.* 2 Macc. XV. 15. παραδοῦναι τῷ Ἰούδᾳ ῥομφαίαν χρυσῆν. 2) *trado,* vel *relinquo aliquem alterius potestati,* v. c. reum ad judicium, in carcerem, ad mortem. Matth. V. 25. μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ ne tradat te adversarius judici (ad judicium scilicet) et judex ministro, nempe ad supplicium. Matth. IV. 12. ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη Johannem *in custodiam traditum esse,* (Cicer. Div. I. 2. 4. et Catil. III. 6.) coll. Marc. I. 14. et Luc. III. 20. κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ. Matth. XVII. 22. μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων futurum est, ut filius hominis potestati hostium suorum tradatur, coll. Levit. XXVI. 25. ibid. XX. 18. XXIV. 9. XXVI. 2, 45. XXVII. 18, 26. Marc. XV. 10, 15. Act. VIII. 3. παρεδίδου εἰς φυλακήν. ibid. XII. 4. XXII. 4. 2 Cor. IV. 11. εἰς θάνατον παραδιδόμεθα. Act. III. 13. ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, scil. εἰς θάνατον. Rom. IV. 25. ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν qui morti traditus, seu mortuus est ad expianda peccata nostra, coll. Matth. X. 21. Rom. VIII. 32. παρέδωκεν αὐτὸν in miseriam et mortem eum tradidit, coll. Ies. LIII. 6 et 12. Ephes. V. 25. Matth. X. 19. ὅταν δὲ παραδιδῶσιν ὑμᾶς quando autem vos in jus rapient, coll. Luc. XII. 11. Confer Alex. Prov. XXX. 11. 1 Sam. XI. 12. Herodot. IV. c. 2. et V. 15. οἱ δὲ Παίονες παρεδίδοσαν σφέας αὐτοὺς τοῖσι Πέρσῃσι. Herodian. V. 4. 18. Demosth. Orat. III. in Aphobum p. 562. 3) *prodo, injuste trado,* quia, qui proditur, in manus alterius traditur. Sic legitur de Juda, proditore Jesu, Matth. X. 4. ὁ καὶ παραδοὺς αὐτὸν qui Christum proditurus erat. Præsens enim pro futuro positum est. ibid. XXVI. 15, 23, 25. XXVII. 3, 4. παραδοὺς αἷμα ἀθῷον prodens hominem innocentem. Marc. XIV. 10, 11, 18, 42. 1 Cor. XI. 23. 4) *aliquem, vel aliquid alterius arbitrio permitto et libere concedo, rei copiam facio, rem possidendam, vel utendam communico, committo.* Matth. XI. 27. πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου omnia mihi tradita sunt a patre meo, h. e. demandatum mihi est a Deo summum in res christianorum imperium, seu, constituit me Deus principem ecclesiæ suæ, doctorem et defensorem. ibid. XXV. 14, 20, 22. Luc. IV. 6. ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται mea enim sunt. ibid. X. 22. Deut. I. 8. παραδέδωκα ἐνώπιον ὑμῶν τὴν γῆν. 5) *periculo præsentissimo, vel morti expono.* Act. XV. 26. ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Barnaba et Paulo, qui pro religione Domini nostri J. C. vitam suam periculo præsentissimo exposuerunt. 6) *me, vel aliquid alicui commendo, et committo.* Act. XIV. 26. ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ unde commissi erant et commendati gratiæ atque tutelæ divinæ, seu unde cum piis votis ac precibus dimissi erant. ibid. XV. 40. 1 Petr. II. 23. παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως commisit autem res suas Deo, justissimo judici. 7) *reddo.* Joh. XIX. 30. παρέδωκε τὸ πνεῦμα reddidit animam suam, scilicet Deo, seu, exhalavit spiritum. 1 Cor. XV. 24. ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ quando Deo imperium reddet. 8) *permitto, sino, trado permissive.* Hoc sensu in litteris sacris de Deo usurpatur, cum homines improbos in errores, cupiditates pravas et scelera gravissima labi et ruere pro summa sua sapientia et justitia permittit, v. c. Act. VII. 42. παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ permisit eos corporibus cœlestibus cultum præstare divinum. Rom. I. 24. παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀκαθαρσίαν, h. e. permisit Deus, eos labi in fœdissimas libidines. Chrysostomus ad h. l. παρέδωκε· εἴασε. Suid. παρέδωκεν· συνεχώρησεν, ex Theodoreto ad h. l. Rom. I. 28. παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, h. e. permisit Deus, ut magis magisque procederent in perversa sua cogitandi ratione. Vide ad h. l. Wolfium, Alexandrinos Job. XVI. 11. ac Zonaræ Lex. c. 1517. 9) *studeo, indulgeo, dedo me, deditus et studiosus sum.* Ephes. IV. 19. ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ se ipsos dederunt lasciviæ. 10) *trado docendo, doceo, instituo, præcipio, narro.* Marc. VII. 13. τῇ παραδόσει ὑμῶν, ᾗ παρεδώκατε traditionibus vestris, quas tradere et docere soletis. Luc. I. 2. καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται quemadmodum narrarunt nobis et tradiderunt, qui inde ab initio muneris Christi testes oculares fuerunt. (Longin. de Sublim. IX. 7.) Act. VI. 14. τὰ ἔθη ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς ritus a Mose constitutos et præceptos. ibid. XVI. 4. Rom. VI. 17. εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς pro τῷ τύπῳ διδαχῆς εἰς ὃν παρεδόθητε. Vide Stockii Int. Græc. c. 1. § 12. 1 Cor. XI. 2, 23. XV. 3. παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ὃ καὶ παρέλαβον. 2 Petr. II. 21. ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς a tradita ipsis sanctissima doctrina. Jud. v. 3. τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. Eodem modo δίδωμι (vide supra ad h. v. dicta) et נָתַן usurpatur Prov. IV. 2. IX.

9. Diogen. I. s. 9. Herodian. I. 1. 3. Æschin. Socr. Dial. II. 32. ἐπιστήμην παραδιδούς τινα τῷ ἀνθρώπῳ. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 146 et 400. 11) *absolvor, ad finem perducor, compleor, ad maturitatem pervenio, maturesco,* ad imitationem τοῦ שָׁלַם, quod in lingua Hebraica, Chald. Syr. et Arab. non solum *tradere,* sed etiam *integrari, absolvi, finiri, compleri* notat. Marc. IV. 29. ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς quum fructus maturuerit. Arabs reddidit انتهت *completus est, ad finem pertigit.* Syrus bene: ܡܐ ܕܐܬܦܛܡ ܕܝܢ ܦܐܪܐ *postquam autem impinguatus fuerit fructus,* h. e. ad maturitatem pervenerit. Nonnulli interpretes post παραδῷ supplent ἑαυτὸν, ut sensus sit: *cum se* succidendum quasi seu decerpendum *tradiderit, ostenderit,* seu *exhibuerit fructus.* Ellipseos hujus exempla dedit L. Bos. in Exercitt. Philol. ad h. l. p. 15 seq. neglecto tamen loco, qui nostro est maxime similis, apud Hippocratem Aphor. L. III. 8. ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν. Pertinet huc etiam locus Virgilii Georg. I. 287. *multa adeo gelida melius se nocte dederunt.* Formula παραδιδόναι τὸν καρπὸν legitur quoque apud Inc. Int. Hab. III. 17. pro Hebr. פָּרַח *florere.* Conf. etiam Fesselii Adverss. Sacr. p. 77.

ΠΑΡΑ´ΔΟΞΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *inopinatus, admirabilis, incredibilis, mirus, excellens, extraordinarius.* Neutrum, quod sæpe substantivi vicem sustinet, τὸ παράδοξον, notat *omne, quod est inusitatum et inopinatum adeoque in admirationem homines rapit,* ex παρὰ *contra* et δόξα *opinio.* Semel legitur in N. T. Luc. V. 26. εἴδομεν παράδοξα stupenda (Vulgatus vertit: *mirabilia*) vidimus hodie. Symmachus Psalm. CXXXVIII. 14. παράδοξα τὰ ἔργα σου, pro Hebraicis נִפְלָאִים מַעֲשֶׂיךָ, ubi Alexandrini habent θαυμάσια. Sic et Aquila et Theodotion. In Aquilæ fragmentis Psalm. CXVIII. 23. παράδοξον respondet Hebraico נִפְלָאוֹת, ubi in Alexandrina versione et Symmachi fragmentis est θαυμαστή. Sirac. XLIII. 25. παράδοξα et θαυμάσια ἔργα tanquam synonyma conjunguntur. Judith. XIII. 14. 2 Macc. IX. 24. Ælian. V. H. IX. 21. συνήδοντο ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῇ παραδόξῳ. Herodian. I. 1. 5. βίους βασιλέων παραδόξους, ubi videndus Irmisch. Gloss. Vett. παράδοξος· *mirus, excellens.* παράδοξον *mirabile.* παράδοξος· *mirabiliter.* Hesych. παράδοξον· θαυμαστὸν, ἀπροσδόκητον. Idem tradit quoque Suidas. Adverbium παραδόξως legitur apud Diodorum Sic. I. c. 57. σωθεὶς δὲ παραδόξως non sine miraculo flammis ereptus. Verbum παραδοξάζειν *mirabile reddere, inopinato aliquid facere,* reperitur Sirac. X. 16. et 2 Macc. III. 30. Confer Ottii Obss. Flav. p. 144. Wetstenii N. T. T. I. p. 688. et Gisb. Cuperi Obss. Lib. I. c. 4.

ΠΑΡΑ´ΔΟΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *traditio, actus tradendi,* etiam per metonymiam: *ipsa res, quæ traditur,* a 2 pers. præt. pass. παραδέδοσαι verbi παραδίδωμι *per manus in manus trado.* Hinc in versione Alexandrina respondet Hebraico הִנָּתֵן *tradendo, dando* infin. Niph. a נָתַן *dedit.* Jer. XXXII. 4. Conf. ibid. XXXIV. 2. et Esr. VII. 26. Thucyd. I. c. 9. ἐν τοῦ σκήπτρου τῇ παραδόσει. Gloss. Vet. παράδοσις, *mancipatio, traditio.* 2) metaphorice, ut Latinum: *traditio, omnis institutio, quæ fit vel viva voce, vel scriptis et exemplis, doctrina, præceptum, mandatum,* speciatim vero *præceptum, cultum Dei externum spectans et ore tantum propagatum,* quod Judæi תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה *legem, in ore positam,* vocare solebant, et legi adeo divinæ præferebant. Confer Hieros. Berachot. Fol. III. 2. Grotium ad Matth. XV. 2. et Lightfoot. in Hor. Hebr. et Talmud. ad Mat. XV. 2. Sic sæpius vox legitur in N. T. libris, v. c. Matth. XV. 2. διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; quare discipuli tui non observant consuetudinem, a majoribus propagatam? ibid. v. 3 et 6. Marc. VII. 3. κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων observantes majorum de hac re præcepta. ibid. v. 5, 8, 9, 13. 1 Cor. XI. 2. καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε, ubi sermo est de institutione, quæ ad ritus et cultum Dei externum spectat. Galat. I. 14. πατρικῶν παραδόσεων doctrinæ, a majoribus et litteris traditæ, et ore tantum propagatæ, seu legis Mosaicæ ritualis, innumeris majorum commentis auctæ. Coloss. II. 8. κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων quæ hominum præcepta sequitur. 2 Thess. II. 15. κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε, εἴτε διὰ λόγου, εἴτε διὰ ἐπιστολῆς obsequium præstate doctrinæ meæ, vobis et coram et per litteras traditæ. ibid. III. 6. Sæpius non legitur in N. T. Arrian. Diss. Epict. II. 23. 40. Hesych. παραδόσεων· διδασκαλιῶν. Idem: παράδοσις· διδασκαλία ἄγραφος. Alberti Gloss. Gr. p. 130. παραδόσεις· ἀγράφους διδασκαλίας.

ΠΑΡΑΖΗΛΟ´Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *ad æmulationem,* seu *æmulandi studium provoco, æmulationem excito,* ex παρὰ et ζηλόω *æmulor,* hoc a ζῆλος *zelus, æmulatio.* Rom. X. 19. ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει ego vos ad æmulandi studium provocabo erga, seu per populum, quem vos populum meum esse non putatis. Verba hæc sumta sunt ex Deut. XXXIII. 21. ubi in Hebraico legitur: אֲנִי אַקְנִיאֵם בְּלֹא־עָם Rom. XI. 11. εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. Theodoretus: εἰς ζῆλον ἐρεθίσαι καὶ προξενῆσαι τῆς σωτηρίας τὴν μετουσίαν. ibid. v. 14. εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα ut æmulationem in popularibus meis excitem. 2) *ad iram et indignationem aliquem provoco,* i. q. παροξύνω. 1 Cor. X. 22. ἢ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; num ad iram provocabimus aut provocare voluerimus Deum? Alex. Deut. XXXII. 21. παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, παρώξυνάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. Lex. Cyrilli MS. παραζηλοῦν· τὸ ἐρεθίζειν καὶ παραθήγειν εἰς ζηλοτυπίαν, ὁποῖον τό· αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, τουτέστιν, ἐκίνησαν ἐν ἐμοὶ ζῆλον, καὶ οἷον εἰς ὀργήν με ἠρέθισαν εἰδωλολατροῦντες. Adde Sirac. XXX. 3. Hesych. παραζηλῶν· παροξύνων.

ΠΑΡΑΘΑΛΑ´ΣΣΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, et ος, α, ον, *maritimus, ad mare situs, mari adjacens,* q. d. παρὰ τῇ θαλάσσῃ ὢν *qui,* vel *quæ prope mare est,* ex παρὰ, quod in compositis sæpe *propinquitatem* notat, et *juxta* significat, v. c. in παραπέμπειν, παρακολουθεῖν, παρακαθῆσθαι, etc. et θάλασσα *mare.* Semel legitur in N. T. Matth. IV. 13. ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καπερναοὺμ τὴν παραθαλασσίαν profectus habitatum concessit in Capernaum urbem, ad lacum Genesareth, seu mare Galilææ situm. In versione Alexandrina legitur pro עַל־שְׂפַת הַיָּם *ad littus maris.* 2 Paral. VIII. 17. Cf. etiam Alex. Jer. XLVII. 7. et Ezech. XXV. 9, 16. 1 Macc. VII. 11. XI. 8. 2 Macc. VIII. 11. Thucyd. I. 5. καὶ τῶν βαρβάρων οἱ τε ἐν τῇ ἠπείρῳ παραθαλάσσιοι. Appian. de B. C. III. p. 901. Polyb. I. 20. 6. Xenoph. Hist. Gr. IV. 8. 7.

ΠΑΡΑΘΕΩΡΕ´Ω, ῶ, fut. ήσω, perf. παρατεθεώρηκα, *despicio, negligo, con-*

temno, cum despectu prætereo, postpono, posthabeo, rationem alicujus non habeo, ex παρὰ, quod in compositis interdum significat *oscitantiam, negligentiam, obiter, negligenter* (Conf. Hemsterhusium ad Aristoph. Plutum v. 2. et Zeunium ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 632.) *aspicio, video.* Semel tantum in N. T. legitur Act. VI. 1. ὅτι παρεθεωροῦντο αἱ χῆραι αὐτῶν quod negligerentur et posthaberentur eorum viduæ in dispensatione quotidiana. Hesych. ſc Glossarium Gr. N. T. p. 67. ed. Alberti: παρεθεωροῦντο· κατεφρονοῦντο. Demosthenes p. 1414. 22. ed. Reisk. παραθεωρήσας τοὺς πρὸ σοῦ γεγενημένους ἐνδόξους ἄνδρας. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 491. Apud Gr. παραθεωρεῖν mox *considerare, contemplari* (Plutarch. T. VI. p. 117. ed. Reisk.), mox *comparare* (Xenoph. Mem. IV. 8. 7. coll. § 11. et Intt. ad Lucian. T. I. p. 839.) notat.

ΠΑΡΑΘΗ'ΚΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *depositum, res deposita, quæ fidei alicujus est commissa, ut fideliter servetur et suo reddatur tempore*, a παρατίθημι *appono, depono.* Vocabulum hoc in hac significatione in optimis Græcorum libris reperitur, v. c. apud Herodot. VI. c. 73. Polybium de Virtutibus p. 1470. ἀπαιτῶν τὴν ἀλλοτρίαν παραθήκην. ibid. p. 1471. 2 Maccab. III. 10, 15. Conf. Schwarzii notas ad Olearium de Stilo N. T. p. 284. Thom. M. p. 682. ed. Bernard. καὶ παραθήκη λέγε καὶ παρακαταθήκη, καὶ παρατίθεται καὶ παρακατατίθεται. οὕτω γὰρ οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν, κ. τ. λ. Mœris: παρακαταθήκην Ἀττικῶς. παραθήκην Ἑλληνικῶς. In versione Alexandrina eodem sensu respondet Hebraico פִּקָּדוֹן Levit. VI. 2, 4. 2) metaphorice notat *omne, quod alicujus curæ est demandatum*, v. c. officium et munus, alicui impositum et injunctum, doctrina tradenda et propaganda. Sic ter tantum in N. T. legitur 1 Tim. VI. 20. τὴν παραθήκην φύλαξον constans mane in doctrina, tibi tradita. 2 Tim. I. 12. ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παραθήκην μου φυλάξαι Deum posse potenter tueri et conservare hanc doctrinam, fidei meæ commissam. ibid. v. 14. (Doctrinam hoc vocabulo indicari, docent etiam loca, ubi παρατίθημι de *docendo* adhibetur, 1 Tim. I. 18. 2 Tim. I. 2.) In omnibus his locis pro παραθήκην in haud paucis codd. reperitur παρακαταθήκην, quæ vocabula sæpe invicem permutata esse, docuit Wassius ad Thucyd. II. cap. 72. et Suicer. in Thesaur. Eccles. T. II. p. 581. Cf. Wetst. N. T. T. II. p. 353. et 355.

ΠΑΡΑΙΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *adhortor, admoneo, suadeo, præcipio*, ex παρὰ et αἰνέω *laudo.* Bis tantum legitur in N. T. Act. XXVII. 9. παρῄνει ὁ Παῦλος, λέγων αὐτοῖς admonebat eos Paulus his verbis. ibid. v. 22. καὶ ταννῦν παραινῶ ὑμᾶς εὐθυμεῖν jam vero moneo vos, ut bono animo sitis. Palæph. Incred. 5. παρῄνεσαν αἰτεῖν ὅ τι ἂν βούλοιτο. Ælian. V. H. XII. 62. Æschin. Socr. Dial. II. 12 et 13. Eurip. Phœn. v. 473. Hesych. παραινεῖ· συμβουλεύει. — παραίνεσις· συμβουλὴ, νουθεσία, σωφρονισμός.

ΠΑΡΑΙΤΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, 1) *deprecor, recuso, detrecto, declino*, nostrum: **verbitten**, *to ask pardon*, ex παρὰ et αἰτέομαι *peto.* Act. XXV. 11. οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν non recuso mori: ubi videndus Wetstenius. Confer quoque Pollucis Onom. V. 112. Hebr. XII. 19. ἧς οἱ ἀκούσαντες παρῃτήσαντο quam qui audiverunt, deprecati sunt. Sequitur h. l. μὴ, quod etiam additur apud Thucyd. V. 67. et Plutarch. Galb. pag. 1060. D. Luc. XIV. 18. καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες et cœperunt ad unum omnes recusare, scil. cœnam. Diogen. Laërt. VII. 1. τὰ πλεῖστα αὐτὸν δεῖπνα παραιτεῖσθαι. Apud eundem Lib. VIII. βασιλείαν παραιτεῖσθαι est regnum recusare. 2) *excuso, purgo me ob aliquod factum, veniam peto.* Suid. παραιτεῖσθαι· παρακαλεῖν, συγγνώμην αἰτεῖν. Luc. XIV. 18, 19. ἔχε με παρῃτημένον habe me excusatum. Est hic merus Latinismus, quem Kypkius in Obss. Sacr. T. I. pag. 286. frustra amovere studuit. Euripid. Iphig. in Aul. v. 685. σὲ δὲ παραιτοῦμαι τάδε. Xenoph. Anab. VI. 6. 16. Herodot. VI. 86. Pollux Onom. IV. sect. 27. Phavor. παραιτοῦμαι· τὸ συγγνώμην αἰτῶ καὶ ἀπολογοῦμαι. 3) *aversor*, (Diog. Laërt. VI. 82.) et ex adjuncto: *vito, devito*, (Diog. Laërt. IV. 42. et VI. 6.) *rejicio, repudio, sperno, non admitto.* 1 Tim. IV. 7. τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ profanas et aniles fabulas vita, seu iis ne operam da. ibid. V. 11. νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ viduas juvenes ne referas in catalogum viduarum, quæ publicis sumtibus aluntur. 2 Tim. II. 23. μωρὰς ζητήσεις παραιτοῦ. Tit. III. 10. αἱρετικὸν ἄνθρωπον παραιτοῦ hominem, sectarum auctorem, post unam et alteram admonitionem fuge. Hebr. XII. 25. μὴ παραιτήσησθε τὸν λαλοῦντα cavete, ne respuatis, qui jam ad vos loquitur. ibid. τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα qui Mosen repudiabant; ubi cum ἀποστρέφεσθαι permutatur. Sæpius non legitur in N. T. — Etym. M. παραιτεῖσθαι· οὐχ εὕρηται ἐν χρήσει ἐπὶ τοῦ σημαινομένου τοῦ ἀρνεῖσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι καὶ μὴ δέχεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αἰτεῖν, (Confer Abresch. ad Æschylum p. 479.) — σπανίως δὲ εὑρίσκεται ἐπὶ τοῦ παρακαλεῖν, συγγνώμην αἰτεῖν. Gloss. Vet. παραιτοῦμαι, *excuso, recuso, deprecor, evito.* Confer etiam interpretes ad Thom. M. p. 683. ed. Bern. et Westenii N. T. T. I. p. 753.

ΠΑΡΑΚΑΘΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *juxta me colloco, assidere jubeo*, ex παρὰ et καθίζω *sedere facio.* 2) subintellecto ἑμαυτὸν, *assideo, sedeo.* In N. T. tantum legitur Luc. X. 39. παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ ad latus Jesu sedens. In versione Alexandrina respondet Hebraico יָשַׁב *sedit, consedit.* Job. II. 13. Xenoph. Cyrop. V. 5. 3.

ΠΑΡΑΚΑΛΕ'Ω, ῶ, futur. έσω, 1) proprie: *voco, advoco, accerso, evoco, convoco, provoco, invito*, ex παρὰ *ad* et καλέω *voco.* Suid. παρακαλεῖν· τὸ καλεῖν. Act. XXVIII. 20. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν παρεκάλεσα ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι propterea igitur convocavi vos, ut vos viderem et vobiscum colloquerer, coll. ver. 17. ubi συγκαλέσασθαι legitur. Thucyd. I. c. 119. V. cap. 27. Xenoph. de Rep. Laced. VI. 3. παρακαλοῦσιν ἐπὶ θήραν. Euripid. Phœn. ver. 1270. παρακαλοῦντες εἰς μάχην. Confer quoque Alex. Exod. XV. 13. 2) *hortor, exhortor, adhortor, admoneo.* Sic legitur in N. T. Luc. III. 18. πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα παρακαλῶν εὐηγγελίζετο τὸν λαὸν aliis præterea multis populum admonuit et instituit. Act. II. 40. ἑτέροις δὲ λόγοις πλείοσι διεμαρτύρετο καὶ παρεκάλει aliis insuper multis verbis obtestatus atque hortatus est. ibid. XI. 23. XIV. 22. Rom. XII. 1. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ obtestor igitur vos per Dei amorem. ibid. ver. 8. 1 Cor. I. 10. παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα κ. τ. λ. 2 Cor. VI. 1. Ephes. IV. 1. Phil. IV. 2. 1 Thess. II. 12. Tit. II. 6. τοὺς νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν adolescentes similiter adhortare, ut sobrii sint. Et sic sæpius legitur. Suid. παρακαλεῖν· προτρέπεσθαι. Arrian. Diss. Epict. I. 16. 18. 21. 3) ut Latinum *advocare* (vide Bünemannum ad Lactant.

I. D. II. 2. 2) *oro, precor, obsecro, rogo, patrocinium alicujus et auxilium imploro.* Matth. VIII. 5. προσῆλθεν αὐτῷ ὁ ἑκατόνταρχος, παρακαλῶν αὐτὸν accessit ad eum centurio, rogans ipsum, ἐρωτῶν αὐτὸν, ut legitur in loco parallelo Luc. VII. 3. ibid. ver. 31. XVIII. 29, 32. ἐπεὶ παρεκάλεσάς με quoniam rogavisti me. Marc. I. 40. παρακαλῶν αὐτὸν, Vulgatus: *deprecans eum.* Gloss. Vet. παρακαλῶ, *deprecor.* Luc. VII. 4. παρεκάλουν αὐτὸν σπουδαίως. ibid. VIII. 31. καὶ παρεκάλει αὐτόν. Syrus bene: ܘܡܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢܗ *et petebant ab eo.* Act. XXI. 12. XXV. 2. καὶ παρεκάλουν αὐτὸν instabant precibus. 2 Cor. XII. 8. τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα sæpius Dominum precibus adii, etc. Suid. παρακαλεῖν· — — — ἄκυρον γὰρ τὸ δέεσθαι. Thom. M. παρακαλῶ· τὸ προτρέπω, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ παράκλησις· ἡ προτροπή. ἅπαξ δὲ καὶ (h. e. *nonnunquam*, v. c. apud Æschinem, Xenophontem, (Hist. Gr. II. 4. 10.) Demosthenem et alios. Conf. Budæi Comment. L. Gr. p. 994. Wetstenii N. T. T. I. pag. 348. Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 145. et interpretes ad h. l. p. 684.) τὸ δέομαι. Vide etiam Fischeri Prolus. XXXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 22. 4) *blandis, humanis et amicis verbis aliquem compello.* Act. XVI. 39. καὶ ἐλθόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς καὶ ἐξαγαγόντες ἠρώτων ἐξελθεῖν τῆς πόλεως venientes blandis verbis eos compellarunt atque deducentes rogarunt, ut ex urbe exirent. 1 Cor. IV. 13. βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν cum blasphemiis proscindimur, leni oratione et bonis verbis utimur. Nonnulli interpretes παρακαλοῦμεν vertere malunt: *precamur pro iis.* Sed quia τῷ βλασφημεῖσθαι h. l. opponitur, assentior Theophylacto, qui παράκαλοῦμεν interpretatus est πρᾳοτέροις καὶ μαλακωτέροις λόγοις ἀμειβόμεθα. 5) i. q. παραμυθέω et παρηγορέω *consolor aliquem, vel oratione, consiliis et argumentis, quibus solemus animum afflicti erigere et confirmare, vel auxilio, quod ei fero, animum alicujus recreo et confirmo,* et ex adjuncto: *felicem aliquem reddo, recreo post mala et afflictiones et ita animum ejus voluptate perfundo.* Passivum παρακαλέομαι *solatio reficior, solatium percipio, consolatione fruor,* etiam *solatium admitto,* et ex adjuncto: *liberor a malis, felicitate fruor, ad feliciorem statum pervenio.* Act. XVI. 40. 2 Cor. I. 4. ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν qui animum nostrum erigit et confirmat in omnibus afflictionibus nostris. ibid. II. 7. VII. 6. παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς solatio afficiens afflictos. Ephes. VI. 22. καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν. Coloss. IV. 8. 2 Thess. II. 17. — 2 Cor. XIII. 11. παρακαλεῖσθε vos invicem consolamini. — Matth. II. 18. καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι et solatium admittere (seu *luctum deponere*) nolebat, aut: nec ullas admisit voces, salutare quid afferentes, ut Seneca loquitur. — Matth. V. 4. ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται recreabuntur enim aliquando (nempe in vita futura) post hæc mala et afflictiones. Luc. XVI. 25. νῦν δὲ ὅδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι nunc vero hic fruitur felicitate æterna, tu vero merito cruciaris. Act. XX. 12. παρεκλήθησαν οὐ μετρίως summa voluptate perfundebatur eorum animus. 1 Cor. XIV. 31. 2 Cor. I. 6. VII. 7. ἐν τῇ παρακλήσει, ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν gaudio, quo per vos affectus est, coll. v. 13. Coloss. II. 2. 1 Thess. III. 7. Conf. Alex. Deut. III. 28. Genes. XXIV. 67. Ies. LXVI. 12. Hesych. παρακεκλημένοι· παραμυθηθέντες, παρακληθέντες. 6) interdum per metalepsin significat: *hortando precor*, vel versa vice *precando hortor*, Rom. XV. 30. 1 Petr. II. 11. vel *consolor admonendo.* Hebr. X. 25.

ΠΑΡΑΚΑΛΥ'ΠΤΩ, fut. ψω, 1) *obtego, occulto, abscondo, velo, obnubo,* ex παρὰ et καλύπτω *tego.* Respondet in versione Alex. Hebraico הֶעְלִים *abscondit, celavit.* Ezech. XXII. 26. 2) metaphorice: *ignotum reddo, facio, ut aliquem lateat aliquid.* Sic semel legitur in N. T. Luc. IX. 45. καὶ ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτὸ eratque ipsis occultum, seu abstrusum, ut ne intelligerent illud. Conf. Wetstenium ad h. l. Plutarch. T. III. p. 831. ed. Reisk.

ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗ'ΚΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *depositum, res deposita, quæ fidei alicujus est commissa, ut fideliter servetur et suo reddatur tempore, pignus,* a παρακατατίθημι *alicui aliquid tanquam depositum trado, fidei alicujus aliquid committo,* v. c. apud Xenoph. Mem. IV. 4. 17. παρακαταθέσθαι τινὶ ἢ χρήματα, ἢ υἱοὺς, ἢ θυγατέρας. Xenoph. de Re Equestri IV. 1. Diod. Sic. XV. c. 76. παραλαβόντες ἐν παρακαταθήκῃ τὴν πόλιν. Ælian. V. H. IV. 1. διὸ οὐδὲ ποιοῦνται συγγραφὴν ἢ παρακαταθήκην, ubi videndus Perizonius. Porphyrius de vita Pythagoræ pag. 40. ed. Küsteri, ad quem locum legi merentur notæ C. Rittershusii ad calcem libelli citati p. 55. Conf. etiam Palairet. Obss. Philol. p. 469. Hesychius et Suid. παρακαταθήκη· ἐνέχυρον. Est idem, quod παραθήκη, teste Thoma M. p. 682. edit. Bern. cum quo etiam sæpissime permutatum reperitur a librariis, ut supra ad παραθήκη dictum est. Gloss. Vet. παρακαταθήκη, *commendatio, depositum.* 2) metaphorice notat *omne, quod alicujus curæ est demandatum,* v. c. *munus et officium alicui impositum et injunctum, doctrina tradenda et propaganda.* Sic legitur in N. T. 1 Tim. VI. 20. τὴν παρακαταθήκην φύλαξον constans mane in doctrina tibi tradita. 2 Tim. I. 12. ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παρακαταθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν Deum posse potenter tueri et conservare hanc doctrinam, fidei meæ commissam. ibid. v. 14. τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου. In omnibus vero his locis (sæpius enim non reperitur in N. T.) pro παρακαταθήκην in multis codicibus reperitur παραθήκην. Mœris: παρακαταθήκην Ἀττικῶς. παραθήκην Ἑλληνικῶς. Phavorin. vel potius Zonaras Lexic. col. 1510. ubi vid. Tittmannus: παρακαταθήκην· τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγει ὁ ἀπόστολος, ἣν διὰ τῆς χειροτονίας ἐδέξατο ὁ Τιμόθεος. ὦ Τιμόθεε, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον, ἤγουν τὴν ἐντολὴν, ἥν σοι δι' ἐμοῦ ὁ Θεὸς παρέθετο.

ΠΑΡΑ'ΚΕΙΜΑΙ, 1) proprie in passivo: *appono*r, in medio: *adjaceo, accumbo, a latere adhæreo, vicinus sum, adsum,* ex παρὰ et κεῖμαι *jaceo.* Conf. Symmach. Zach. XIV. 5. Sirac. XXX. 17. θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ. ibid. XXXI. 18. φάγε ὡς ἄνθρωπος τὰ παρακείμενά σοι, coll. Ælian. V. H. II. 17. et Theophr. Char. XX. 2. 2 Macc. IV. 41. τῆς παρακειμένης σποδοῦ. ibid. IX. 25. XII. 16. τὴν παρακειμένην λίμνην. 2) metaphorice: *adsum, in promptu sum,* i. q. πάρειμι. Sic bis legitur in N. T. Rom. VII. 18. τὸ γὰρ θέλειν (scil. τὸ καλὸν, quod ex sequenti κατεργάζομαι τὸ καλὸν huc est transferendum) παράκειταί μοι voluntas recte agendi mihi adest, fertur animus et movetur ad bona, seu video meliora proboque, i. q. 2 Cor. VIII. 12. ἡ προθυμία πρόκειται. ibid. ver. 21. ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται intelligo, seu experior, vitiositatem mihi adhærere, seu me non omnino liberum esse a sensuum dictamine. Dubito enim, an παρακεῖσθαι *adversandi* notionem habeat, quam nonnulli in-

terpretes loco Paulino aptissimam judicarunt. Adde Longin. de Sublim. XXXVI. 3. et XLIII. 4.

ΠΑΡΑ'ΚΛΗΣΙΣ, εως, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *advocatio, accersitio, cum aliquis accersitur et advocatur*, a 2. pers. præt. pass. παρακέκλησαι, verbi παρακαλέω *advoco, accerso, evoco.* Ita in profanorum tantum legitur monumentis, v. c. apud Demosthenem p. 275. 20. ed. Reisk. οἱ μὲν ἐκ παρακλήσεως συγκαθήμενοι. 2) metaphorice: *cohortatio, adhortatio, exhortatio ad aliquid agendum, admonitio, obtestatio*, et ex adjuncto: *institutio, inprimis in religione christiana.* Harpocration: παράκλησις· ἀντὶ τοῦ προτροπή. Idem Suidas et Thom. M. sub παρακαλῶ. Rom. XII. 8. παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει, scil. μενέτω, qui adflatu Sp. S. incitatus populum (nempe post prælectam in conventibus sacris sectionem Scripturæ S.) admonet et hortatur, omni studio et fide in hoc munere suo et officio versetur. Post prælectam enim in conventibus sacris sectionem Scripturæ S. quisquis christianorum, sapientia et eloquentia insignis, in medium prodibat et populum admonebat. Act. XIII. 15. εἰ ἔστι λόγος παρακλήσεως ἐν ὑμῖν si qua est vobis oratio ad cohortandum et instituendum populum, nempe μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ut in antecedentibus traditur. 1 Cor. XIV. 3. ἀνθρώποις λαλεῖ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν loquitur, quæ valent ad homines cohortandos, instituendos et consolandos; ubi παράκλησις, quia a παραμυθία diserte distinguitur, illud ipsum notat, quod vim habet alios hortandi et instituendi in religione christiana. Phil. II. 1. εἴ τις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ si quid apud vos valet cohortatio per Christum. 1 Thess. II. 3. ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν cum enim traderem vobis religionem christianam. 1 Tim. IV. 13. πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ. Hebr. XII. 5. καὶ ἐκλέλησθε τῆς παρακλήσεως; fierine potest, ut vos obliviscamini exhortationis? ibid. XIII. 22. Adde Act. XV. 31. ἀναγνόντες δὲ ἐχάρησαν ἐπὶ τῇ παρακλήσει perlecta hac epistola lætati sunt hac institutione. Thucyd. VIII. c. 92. 3) *petitio, preces.* 2 Cor. VIII. 4. μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν cum multis precibus nos rogantes. ibid. v. 17. τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέξατο admisit preces meas, petitioni meæ locum dedit. 1 Macc. X. 24. λόγοι παρακλήσεως litteræ petitoriæ. Alex. Jer. XXXI. 9. καὶ ἐν παρακλήσει ἀνάξω ὑμᾶς, ubi in Hebraico legitur תַּחֲנוּנִים *deprecationes, preces.* 1 Macc. X. 24. Joseph. A. J. III. c. 1. s. 5. ἔγνω δεῖν ἐφ' ἱκετείαν τοῦ Θεοῦ καὶ παράκλησιν ἐλθεῖν. Vide Harpocrat. p. 279. et ibi Valesium. 4) *solatium, consolatio*, quæ cernitur non tam in oratione et argumentis, quibus aliorum miseria lenitur, quam in auxilio, quod fertur afflictis. 2 Cor. I. 3. ὁ Θεὸς πάσης παρακλήσεως Deus auctor et fons omnis solatii veri. ibid. v. 4—7. Rom. XV. 4. διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν per patientiæ exempla, in Scriptura S. proposita, et solatia, quæ nobis præstant litteræ sacræ. ibid. v. 5. 2 Cor. VII. 13. ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν solatio, quod ex vobis percipimus. Act. IV. 36. υἱὸς παρακλήσεως. 2 Cor. VII. 4. In versione Alexandrina respondet Hebraico תַּנְחוּמִים *consolationes*, Job. XXI. 2. Psalm. XCIV. 19. Ies. LXVI. 11. Jerem. XVI. 7. נִחֻמִים idem. Ies. LVII. 18. Adde Jerem. XVI. 6. et Hos. XIII. 14. 1 Macc. XII. 9. 5) *gaudium, lætitia, qua animus alicujus perfunditur.* 2 Cor. VII. 7. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει, ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν sed etiam gaudio, quo a vobis affectus erat, coll. v. 13. ἐπὶ τῇ χαρᾷ τοῦ Τίτου. Philem. v. 7. χαρὰν γὰρ ἔχομεν πολλὴν καὶ παράκλησιν. 6) *felicitas, prosper rerum status, illa ipsa bona, quæ solatium, lætitiam et gaudium afferunt, vel afferre videntur.* Sic v. c. Luc. VI. 24. de divitibus, qui in opum copia omnem suam felicitatem ponunt, dicitur ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν, h. e. fruamini hoc summo bono vestro, nullum aliud vobis exspectandum erit. Act. IX. 31. τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπληθύνοντο abunde fruebantur bonis religionis christianæ. Hebr. VI. 18. ἰσχυρὰ παράκλησις spes et fiducia certissima, quæ solatium et animi tranquillitatem affert. 2 Thess. II. 16. δοὺς παράκλησιν αἰωνίαν qui paravit et promisit nobis felicitatem æternam. Alberti Glossar. N. T. p. 114. παρακλήσεως· θεραπείας, σωτηρίας. 7) abstracto posito pro concreto: *consolator, is, qui gaudium, lætitiam, solatium et felicitatem affert.* Luc. II. 25. προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραὴλ exspectans tempora Messiæ. Conf. Jonath. in Targum Ies. IV. 3. Wetstenii N. T. T. I. p. 665. et le Moyne Diss. ad Jerem. XXIII. 6. p. 32. Alexandrini quoque Nahum III. 7. hac voce usi sunt pro מְנַחֵם *consolator.* Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΡΑ'ΚΛΗΤΟΣ, ου, ὁ, *paracletus.* Est verbale a 3. pers. præt. pass. παρακέκληται, verbi παρακαλεῖν, quod non solum *patrocinium alicujus implorare*, sed etiam *adhortari, admonere, consolari, solatio reficere, docere et instituere* significat, unde varias ei significationes in singulis N. T. locis, ubi occurrit, obtruserunt interpretes. Generatim notat *advocatum, arcessitum*, cui opponitur ἀπαράκλητος *qui non advocatus seu arcessitus venit, qui ultro se offert, v. c. ad opem et salutem ferendam.* Speciatim autem significat 1) *consolatorem, qui aliorum animos solatio erigit et confirmat.* Occurrit autem in hac significatione in Aquilæ et Theodotionis fragmentis Job. XVI. 2. pro Hebraico מְנַחֵם *consolator*, vel *consolans*, ubi Alexandrini voce παρακλήτωρ usi sunt. Hesych. παρακλήτορες· παραμυθηταί. 2) *doctor, magister, interpres alienæ orationis et sententiæ*, non solum ex usu substantivi παράκλησις, quod interdum *institutionem* significare supra demonstratum est, sed etiam ex usu vocis פְּרַקְלִיט, vel פְּרַקְלִיטָא, quam Christi et apostolorum usu frequentatam fuisse, ita certum est, ut nullum dubium sit, quin Christus ipse hoc verbo forma Hebraica usus sit idque inde in Græcum transtulerit Johannes, ut recte monuit Ernesti in Opusculis Philologico-Criticis p. 567. Respondet autem illa vox Hebraicæ מֵלִיץ (h. e. *interpres alienæ orationis et sententiæ, legatus, orator voluntatis alicujus perferendæ*, qui Alexandrinis Genes. XLII. 23. est ἑρμηνευτὴς et πρεσβευτὴς 2 Chron. XXXII. 31.) in versione Chaldaica Job. XVI. 20. XXXIII. 29. Hinc etiam (ut jam recte vidit Tertullianus de Velandis Virginibus cap. 1.) Spiritus sanctus, seu vis illa divina, quæ apostolos adjuvabat in munere, ipsis a Christo demandato, feliciter gerendo, Joh. XIV. 16, 26. XV. 26. XVI. 7. παράκλητος vocatur, quatenus fuit voluntatis divinæ ad apostolos interpres, eorum doctor iisque consilia suggerebat saluberrima, quod etiam intelligitur ex attributis et actionibus, huic παρακλήτῳ adscriptis in l. l. ubi v. c. τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας Spiritus, divinæ verita-

tis interpres, dicitur, et v. 26. ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα. Hoc sensu παράκλητος est etiam apud Philonem de Mundi Opificio T. I. p. 5. ed. Mangey. 3) *patronus, advocatus, accersitus et rogatus, ut faveat et adsit alicui in judicio*, et generatim *omnis, qui alicujus causam agit et eum tuetur, qui in periculo, aut re difficili arcessitur, ut alicui adsit consilio et ope, etiamsi non litiget in foro ejus nomine*, quemadmodum etiam *advocatus* apud Latinos latissime patet et interdum adeo *eum* notat, *qui alios monet, docet et consilio juvat, defensorem, deprecatorem, patronum*, a παρακαλεῖν *alicujus consilium et auxilium requirere in re difficili et periculosa*. In sensu forensi legitur apud Demosthen. de Falsa Legatione p. 343. 10. ed. Reisk. αἱ τῶν παρακλήτων αὗται αἱ δεήσεις καὶ σπουδαὶ τῶν ἰδίων πλεονεξιῶν ἕνεκα γίγνονται. Dionys. Halic. Antiq. Rom. XI. p. 717. Adde Heracl. Alleg. 59. Etiam Targumistæ et Talmudistæ vocibus פרקליטא et פרקליט Græce παράκλητος, vocem קטיגור Græce κατήγορος, opponunt, quæ vox cum *accusatorem* designet, priores illæ *patronum* vel *advocatum* significent necesse est. Confer Buxtorfii Lex. Talmud. et Rabbin. p. 1843. Drusii Præterita L. IV. p. 144. et J. Cameronis Myrothec. Evangel. p. 352. In posteriore vero latiore significatione reperitur 1 Joh. II. 1. ἐάν τις ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα, Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν δίκαιον si quis peccet, causæ nostræ actorem, defensorem et deprecatorem habemus apud patrem, nempe Jesum Christum, justum. Sæpius non legitur in N. T. Confer præter Wetstenii N. T. T. I. p. 934. G. C. Knappii Comment. de Spiritu sancto et Christo Paracletis, itemque de varia potestate vocabulorum παρακαλεῖν, παράκλησις et παράκλητος. Hal. 1790. 4.

ΠΑΡΑΚΟΗ', ῆς, ἡ, 1) *inobedientia, contumacia, negligentia et violatio legis*, a παρακούω *audire nolo, dicto audiens non sum, non obtempero*. Sic legitur in N. T. Rom. V. 19. διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου per inobedientiam unius hominis. Opponitur ibi τῇ ὑπακοῇ. Hebr. II. 2. πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ omnis transgressio et violatio legis Mosaicæ. 2) per metonymiam: *inobediens, immoriger*. Sic legitur in N. T. 2 Cor. X. 6. ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν et parati sumus gravissimas pœnas sumere ab omnibus adversariis religionis christianæ. Sæpius non reperitur in N. T.

ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *æquis passibus incedo cum alio, nec a latere discedo unquam, pone sequor aliquem, subsequor aliquem, comitor, comitem me adjungo*, ex παρὰ et ἀκολουθέω *sequor*. Euseb. H. E. IV. 39. Diodor. Sic. XX. 29. Apud Xenoph. Apol. 22. opponitur τῷ παραλείπεσθαι. Confer Reiskii Indicem Græcitatis Demosthen. p. 566. Ita vero in N. T. non usurpatur, in cujus libris potius significat 2) *in promtu esse, adesse*, v. c. Marc. XVI. 17. σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει illis autem, qui crediderunt, facultas semper aderit hæc miracula patrandi. Attice neutrum plurale h. l. junctum est verbo singulari, quod tamen tanquam plurale verti debet. 3) *inquiro in aliquid, diligenter examino et considero, perscrutor, accurate cognoscere studeo*. Sic legitur in N. T. Luc. I. 3. παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς qui omnia inde ab initio diligenter examinaverim. Παρακολουθῆσαι τοῖς πράγμασιν apud Græcos dicitur, qui singula examinando, seriemque rerum, ut quæque nota fuerit, inspiciendo propius, adeo omnia assequitur, ut nihil prorsus insciens prætermiserit. Polyb. I. 12. Platon. Phæd. § 38. Demosthenes de Corona c. 53. παρηκολουθηκὼς τοῖς πράγμασιν ἀπ' ἀρχῆς. Theophrast. Char. Procem. 4. σὸν δὲ παρακολουθῆσαί τε καὶ εἰδῆσαι, εἰ ὀρθῶς λέγω. Philo Vol. I. p. 10. ed. Pfeifer. Confer Gataker. ad M. Antonin. V. 5. p. 114. (Rob. Ellis) Fortuita Sacra p. 72. Wetstenii N. T. T. I. p. 644 seq. Nonnulli tamen interpretes, v. c. Kypkius in Obss. Sacr. T. I. p. 206. notionem *intelligendi aliquid et cognoscendo assequendi* loco Lucæ laudato magis convenire judicarunt, ut sensus esset: *qui omnia inde a principio accurate didicissem*: et habet profecto παρακολουθεῖν hanc notionem apud Porphyrium de Abstinent. I. 117. et Strabonem I. 5. ed. Casaub. Vide Abreschii Auctar. Dilucidd. Thucyd. p. 361. 4) *sequor aliquem, imitor, me conformo et compono ad alicujus exemplum*. 2 Tim. III. 10. σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ tu conformasti te ad meum exemplum, quod attinet ad doctrinam et docendi rationem. 5) *sector, amplector, profiteor*, si sermo est de doctrina. 1 Tim. IV. 6. καὶ τῆς καλῆς διδασκαλίας, ᾗ παρηκολούθηκας doctrinæque præstantissimæ, quam professus es, aut cui obsequium hucusque præstitisti, ut παρακολουθεῖν legitur 2 Macc. IX. 27. Sæpius non reperitur in N. T.

ΠΑΡΑΚΟΥ'Ω, futur. ούσω, 1) proprie: *perperam et negligenter audio, non perfecte et plene, sed obiter et eminus audio*, ex παρὰ, quod in compositione *negligentiam* et *oscitantiam* notat, et *obiter, male* significat, et ἀκούω *audio*. Aristotel. Ethic. VI. 7. Polyb. II. 8. Ælian. V. H. V. 9. Plato in Protagora p. 330. E. τῷ παρακούειν opponit ὀρθῶς ἀκούειν. Athen. L. XI. p. 468. E. Ὁμήρου παρήκουσε Homeri locum perperam intellexit. Confer Olearium ad Philostratum in Heroic. c. 3. p. 674. 2) *audire nolo, non pareo dictis, non obtempero, inobediens et immoriger sum*. Sic in N. T. tantum legitur Matth. XVIII. 17. ἐὰν δὲ παρακούσῃ (i. q. μὴ ἀκούσῃ, coll. v. 16.) αὐτῶν si monitis eorum non paruerit. ibid. ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ si etiam correctionem ecclesiæ non admiserit. Respondet in versione Alexandrina Hebraico לֹא שָׁמַע *non audivit, non obedivit*. Ies. LXV. 12. ἐκάλεσα ὑμᾶς καὶ οὐχ ὑπηκούσατε, ἐκάλεσα καὶ παρηκούσατε, אֵין עֹשָׂה Esther III. 6. τῶν δὲ νόμων τοῦ βασιλέως παρακούουσι. ibid. v. 3. Adde Epictet. Enchirid. c. 17. et Cebetis Tabul. c. 21. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 142. παρακούω, *obaudio*. Forte: *non obaudio*. Sed vide idem Gloss. s. v. *obaudio*.

ΠΑΡΑΚΥ'ΠΤΩ, futur. ύψω, 1) proprie: *incurvo me, incurvato et inclinato corpore aliquid facio*, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui inclinato, vel incurvato corpore aliquid aspiciunt et diligenter introspiciunt*, ex παρὰ et κύπτω, quod vide supra. Latet vero in hoc verbo ellipsis, ita, ut plene dicatur παρακύπτειν ἑαυτόν. Gloss. Vet. παρακύπτω, *despicio*. Huic opponitur ἀνακύπτω, quod *oculis et capite sursum erectis suspicere* notat. Luc. XXIV. 12. παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα et inclinato corpore introspiciens nonnisi lintea offendit. Sed fortasse παρακύψας h. l. rectius vertitur: *cum intrasset sepulcrum*, coll. Marc. XVI. 5. Confer quæ supra ad vocem βλέπω dicta sunt. Idem valet de loco Joh. XX. 5. et 11. In versione Alexandrina respondet Hebraico הִשְׁקִיף *prospexit, contemplatus est*,

Cant. II. 9. et נִשְׁקַף *prospectavit*, Genes. XXVI. 8. Jud. V. 28. Prov. VII. 6. Adde Sirac. XIV. 24. XXI. 25. Arriani Diss. Epictet. I. 1. 16. Lucian. Dial. Meretr. 12. 2) metaphorice: *diligenter considero, cum admiratione et reverentia aliquid cognoscere et intelligere studeo, intentus sum, operam do alicui rei.* Sic legitur in N. T. Jacob. I. 25. ὁ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας qui vero satis cognitam habet, et diligenter inquirit in hanc doctrinam præstantissimam, quæ homines in veram libertatem vindicat. 1 Petr. I. 12. εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι quæ etiam angeli cognoscere et perspicere desiderant. Eodem sensu legitur quoque apud Lucianum Reviviscent. T. I. p. 598. Confer etiam Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 401. Wetstenii N. T. T. I. p. 823. et Wakefield. Silvam Criticam P. III. p. 171. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΡΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. λήψομαι, aor. 2. παρέλαβον, 1) proprie notat: *aliquid manu*, vel *in manus accipio, quod traditur*, ex παρὰ et λαμβάνω *capio.* Xenoph. Mem. Lib. IV. c. 7. § 2. γῆν μέτρῳ ὀρθῶς ἢ παραλαβεῖν ἢ παραδοῦναι. 2) per synecdochen: *accipio, consequor, obtineo, particeps fio, quocunque modo hoc fiat.* Hebr. XII. 28. βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες quum ad regnum immutabile pervenerimus, h. e. cives facti cœtus christianorum, qui in perpetuum durabit et augebitur. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 440. Coloss. IV. 17. τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες munus, quod tibi est demandatum. Ita legitur quoque apud Palæphatum de Incredib. c. 7. τὴν βασιλείαν παρέλαβε. Ælian. V. H. XII. 47. ubi *occupandi* notionem habet. Herodian. I. c. 3. 5. ubi videndus Irmisch. p. 66. Adde 2 Macc. X. 11. et Dan. VII. 18. 3) *disco, instituor, edoceor.* Hesych. παρέλαβες· ἐπαιδεύθης. Marc. VII. 4. καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν ἃ παρέλαβον κρατεῖν et alia multa sunt, quæ observanda in mandatis habent. 1 Cor. XI. 23. ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ Κυρίου ego trado jam vobis, quæ ab ipso Domino edoctus sum. ibid. XV. 3. παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον præcipue enim vobis tradidi, quod etiam ipse edoctus sum a Christo per revelationem. Galat. I. 9, 12. Phil. IV. 9. ἃ καὶ ἐμάθετε καὶ παρελάβετε καὶ ἠκούσατε. Coloss. II. 6. ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν ut instituti estis in religione christiana. 1 Thess. II. 13. IV. 1. 2 Thess. III. 6. Ita etiam לָקַח sumitur Prov. I. 3. IV. 10. Job. XXII. 22. Cf. supra dicta ad vocem λαμβάνω, Wetstenii N. T. T. II. p. 148. et Palairet. Obss. Philol. p. 400. 4) ut λαμβάνω, *bello capio, captivum abripio, vel abstraho.* Matth. XXIV. 40, 41. Luc. XVII. 34. εἷς παραληφθήσεται alterum hostes capient et captivum abducent. ibid. v. 35. Thucyd. I. c. 19. Ἀθηναῖοι δὲ ναῦς τε τῶν πολεμίων τῷ χρόνῳ παραλαβόντες. Confer Munthe Obss. in N. T. e Diodoro Sic. p. 175. 5) *sumo, assumo, mecum sumo, mihi adjungo comitem, duco.* Matth. II. 13. παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ sume tecum puerum ejusque matrem. ibid. v. 14, 20, 21. IV. 5, 8. παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διάβολος comitem illum sibi jungit diabolus. (In loco parallelo Luc. IV. 9. legitur ἤγαγεν. Simili ratione Num. XXIII. 28. לָקַח habet notionem *ducendi* sibi adjunctam, unde in Cod. Oxon. pro παρέλαβε — ἐπὶ κορυφὴν non male legitur παραλαβὼν — ἀνεβίβασε αὐτὸν ἐπὶ τὴν κορυφήν, ubi τῷ ἀνεβίβασε nihil respondet in textu Hebraico.) ibid. VII. 45. παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ assumit. ibid. XVII. 1. XVIII. 16. XX. 17. XXVI. 37. XXVII. 27. Marc. V. 40. IX. 2. X. 32. παραλαβὼν seorsum ducens apostolos. ibid. XIV. 33. Luc. IX. 10, 28. XI. 26. XVIII. 31. Joh. XIV. 3. παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν. ibid. XIX. 16. Act. XV. 39. παραλαβόντα τὸν Μάρκον socium itineris assumentem sibi Marcum. ibid. XVI. 33. παραλαβὼν αὐτοὺς eosque domum deducens. ib. XXI. 24. τούτους παραλαβὼν his te adjunge, mache mit ihnen gemeinschaftliche Sache, *make common cause with them.* ibid. v. 26 et 32. XXIII. 18. Ælian. V. H. I. 18. παραληφθεὶς ὑπὸ Πλάτωνος εἰς τὸ ἐν Ἀκαδημίᾳ συμπόσιον. Isocr. Panegyr. c. 9. παραλαβόντες τοὺς μάλιστα βίου δεομένους. Ælian. V. H. II. 4. παραλαμβάνειν τινὰ κοινωνόν. Cebes c. 16. Ita etiam לָקַח sumitur Genes. XII. 13. XXII. 3. Num. XXIII. 27, 28. 8) omissa formula εἰς οἰκίαν (ut plene dixit Lucianus in Timone p. 69.) *sponsam domum duco, in matrimonium sumo, uxorem duco.* Matth. I. 20. μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν τὴν γυναῖκά σου ne timeas domum deducere uxorem tuam. ibid. v. 24. Ita לָקַח Genes. IV. 19. Hos. I. 2. Arrian. de Expedit. Alex. L. VII. c. 4. Lucian. Toxari 24. Joseph. A. J. I. 19. 7. Conf. Raphelii Obss. Polyb. p. 8. et Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 3. 9) *admitto, benigne et humaniter excipio, probo, assensum præbeo.* Joh. I. 11. καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον et populares ejus repudiabant eum. 1 Cor. XV. 1. ὃ καὶ παρελάβετε quam etiam, tanquam vere divinam, accepistis. Sæpius non reperitur in N. T.

ΠΑΡΑΛΕ'ΓΟΜΑΙ, *prætérnavigo, lego littus*, vel *oram, prælerlego, prope littus navigo, prætervelo*, ex παρὰ et λέγω *dico, colligo.* Est vox nautica, cui apud Latinos verbum *legere* respondet, v. c. apud Virgilium Æn. III. v. 127. ubi Servius: "*legimus*, præterimus, ut Littoraque Epiri legimus." Tractus autem sermo a nautis, quod funem legendo, i. e. colligendo, aspera loca prætereunt. Bis tantum legitur in N. T. Act. XXVII. 8. μόλις δὲ παραλεγόμενοι αὐτὴν vix autem eam legentes. ibid. v. 13. ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην propius præterlegerunt Cretam. Diodor. Sic. XIII. p. 135. χάκεῖθεν ἤδη παρελέγοντο τὴν Ἰταλίαν. Confer Abresch. ad Æschylum p. 625. Hesych. παρελέγετο· παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἔπλεεν. Græci alias dicunt παρὰ γῆν πλέειν, v. c. Xenoph. Anab. VI. 2. 1. et παραπλέειν, v. c. Herodot. IV. 43. VII. 123. Gloss. Vet. παραλέγομαι, *delego.*

ΠΑΡΑ'ΛΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *maritimus, mari adjacens, ad mare situs*, i. q. παραθαλάσσιος, quod vide supra, ex παρὰ *juxta, prope*, et ἅλς *mare*, quasi παρὰ τῇ ἁλὶ *prope mare.* Semel tantum legitur in N. T. Luc. VI. 17. καὶ τῆς παραλίου (subintellige χώρας) Τύρου καὶ Σιδῶνος et maritima regione Tyri et Sidonis. Legitur etiam apud Alexandrinos Jos. IX. 1. XI. 2, 3. Genes. XLIX. 13. Deut. I. 7. Hesych. παραλία· καὶ πάραλος καὶ παράλιος, παραθαλάσσιος. Conf. interpretes ad Thom. M. p. 685. ed. Bernardi. Hinc παραλία, ἡ, supple χώρα, seu γῆ, quod additur Judith. V. 25. *regio maritima.* Judith. I. 7. II. 16. 1 Macc. XI. 8. Polyb. II. 5. Thucyd. II. 56. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 693.

ΠΑΡΑΛΛΑΓΗ', ῆς, ἡ, *mutatio, transmutatio*, a præt. med. παρήλλαγα, verbi παραλλάττω *transmuto.* Vox hæc, ex astronomorum scholis petita, ubi siderum mutationem notat, ad omnem rei mutationem translata videtur nonnullis interpretibus a Jacobo I. 17. ubi de

Deo dicitur παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, h. e. qui est immutabilis. Conf. ad h. l. Wolfium in Curis Philologicis Vol. IV. p. 18. et Wetstenium. Hesych. παραλλαγῆς· ἐναλλαγῆς, ἀλλοιώσεως. Polyb. VI. 7. 5. XXIII. 3. 9. Plutarch. T. VIII. p. 214. ed. Reisk.

ΠΑΡΑΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, 1) proprie: *male supputo, falsis rationibus utor*, ex παρὰ, quod in compositis fere in deteriorem partem usurpatur, et λογίζομαι, quod verbum est proprie arithmeticorum, qui multas summas in unum colligunt ac reducunt, notans: *rationes conficere, supputare*. Vide supra. Sic legitur aliquoties apud Demosthenem, v. c. p. 822. 25. et 1037. 15. ed. Reisk. et apud Lucianum T. I. p. 268. ed. Grævii. Jam quia ii, qui falsis rationibus utuntur, subdola supputatione alios fallere conantur, factum est, ut παραλογίζεσθαι 2) generatim significaret, *quacunque fraude aliquem decipere, circumvenire, fallere*, et speciatim de *iis* diceretur, *qui dolis ac lenociniis verborum et ratiociniorum, speciosa oratione et falsis rationibus, sed quæ colorem habent probabilitatis, imperitos circumveniunt et fallaciis persuadent*. Sic bis tantum legitur in N. T. libris. Coloss. II. 4. μή τις παραλογίζηται ὑμᾶς ne quis vos decipiat et ad errores seducat, falsa sc. ratiocinatione. Jacob. I. 22. παραλογιζόμενοι ἑαυτοὺς ne vos ipsos decipiatis, ne erretis, i. q. v. 26. ἀπατῶν τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ, aut 1 Joh. I. 8. πλανῶν ἑαυτόν. Polyb. XVI. 10. 3. et XXXI. 9. 1. Respondet in vers. Alex. Hebraico הָתֵל Jud. XVI. 10, 13, 16. ubi pro παρελογίσω reliqui interpretes habent ἐπλάνησας. Ponitur etiam ab Alexandrinis pro רִמָּה *decepit, defraudavit*. Genes. XXIX. 25. Jos. IX. 22. 1 Sam. XIX. 17. Arrian. Diss. Epictet. II. 20. 7. ubi legitur: παραλογίζεσθαι καὶ ἐξαπατᾶν τινα. Hesych. παρελογίσασθε· ἠπατήσατε, ἐψεύσασθε, ἐχλευάσατε. Idem: παραλογισμός· (2 Macc. I. 13. Esther XVI. 6.) ἀπάτη λογισμοῦ. Confer etiam Munthe Obss. Philol. in N. T. e Diodoro Siculo p. 385. Wetstenii N. T. T. II. p. 285. et 663. et Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 261.

ΠΑΡΑΛΥΤΙΚΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, *paralyticus*, passive accipitur pro παραλυθεὶς, et *eum* notat, *qui resolutione, vel laxatione nervorum laborat, membris captus*. Morbus ipse, qui nunc totum corpus infestat, nunc ejus membra tantum capit, παράλυσις dicitur, a παραλύω *dissolvo, resolvo, enervo*, (quod vide.) de quo bene egit post Cels. de Medic. II. c. I. III. c. 27. Aurelianum Morb. Chron. II. 1. p. 342 seq. et Paulum Æginet. III. c. 28. Wedelius in Exercitatt. Medico-Philol. Cent. I. Decad. V. Exerc. II. G. G. Richter in Diss. IV. Medicis Gœtt. 1775. 4. coll. J. D. Michaëlis in Biblioth. Orient. T. VIII. p. 99. et Bartholinus de Morbis Biblicis Fasc. V. Opusc. Philol. p. 357. et 414 seq. Legitur autem Matth. IV. 24. VIII. 6. παραλυτικὸς δεινῶς βασανιζόμενος. ibid. IX. 2, 6. Marc. II. 3, 4, 5, 9, 10. Sæpius non reperitur in N. T.

ΠΑΡΑΛΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *dissolvo, solvo ea, qua ligata, colligata et connexa sunt*, ex παρὰ et λύω *solvo*. Alex. Levit. XIII. 45. ἱμάτια αὐτοῦ ἔστι παραλελυμένα, ubi in Hebraico est פָּרֻם *scidit, discidit*. 2 Sam. VIII. 4. Xenoph. Venat. VI. 14. 2) *enervo, debilito*. Hinc παραλύεσθαι non solum is dicitur, cujus vires plane sunt defectæ et conciderunt, (Vide Wesseling. ad Diod. Sic. III. 26. De *fatigatis* legitur apud Alexandrinos Genes. XIX. 11. pro Hebraico לָאָה *labore fatigatus, defessus fuit*.) sed etiam speciatim, qui nervorum resolutione, laxatione et debilitatione laborant et sensu et motu privati sunt, vel in toto corpore, vel in parte quadam; qui morbus nunc παράλυσις, nunc πάρεσις et παραπληγία dicitur, ut jam monuit Foësius in Œcon. Hippocr. p. 291. De nervorum resolutione παραλύσιν etiam legitur apud Æschin. Socr. Dial. III. 9. Luc. V. 18. ὃς ἦν παραλελυμένος, h. e. παραλυτικὸς, (coll. Matth. IX. 2. et Marc. II. 3.) qui nervorum resolutione laborat. ibid. v. 24. Act. VIII. 7. παραλελυμένοι καὶ χωλοί. ibid. IX. 33. Hebr. XII. 12. παραλελυμένα γόνατα genua labantia, lassa et debilitata, quæ aut senio, aut morbo, aut labore fessa concidunt; ubi tamen metaphorice *infirmitas fidei, inclinatio ad defectionem a religione christiana* intelligenda est. Sirac. XXV. 26. χεῖρες παρειμέναι καὶ γόνατα παραλελυμένα. Ies. XXXV. 3. γόνατα παραλελυμένα παρακαλέσατε. Jerem. VI. 24. L. 43. 1 Macc. IX. 55. Hesych. παρελύθησαν· ἠσθένησαν. Eodem sensu ὑπολύεσθαι usurpatum reperitur ab Aristophane Lysistr. v. 216. ὑπολύεταί μου τὰ γόνατα, et λύεσθαι ab Homero Odyss. ι', v. 297. Hesych. παρελύθησαν· ἠσθένησαν. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΡΑΜΕ'ΝΩ, fut. ενῶ, 1) proprie: *permaneo, maneo apud aliquem, commoror*, ex παρὰ et μένω *maneo*. 1 Cor. XVI. 6. πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ, ἢ καὶ παραχειμάσω apud vos forte permanebo et hiemis tempus transigam. Alex. Genes. XLIV. 33. νῦν οὖν παραμενῶ σοι παῖς ἀντὶ παιδίου, ubi in Hebraico legitur יֵשֶׁב *mansit, permansit, habitavit*. Judith. XII. 3. καὶ παρέμεινεν ἐν τῇ παρεμβολῇ. Thucyd. I. 65. παραμένων ἐν Χαλκιδεῦσι. 2) *vivo, maneo in vita*. Hebr. VII. 23. διὰ τὸ θανάτῳ κωλύεσθαι παραμένειν ideo, quia morti obnoxii erant, i. q. διὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτούς. Artemidorus Lib. II. c. 27. p. 117. γυναῖκά τε καὶ παῖδας μὴ παραμένειν μαντεύεται. ib. c. 72. p. 153. ἀπόθεσιν τέκνων σημαίνει γενέσθαι οὐ παραμενόντων. Apud Græcos interdum etiam notat: *superstitem esse alicui, vivendo vincere aliquem, diutius vivere*, einen überleben, *to outlive one*, v. c. apud Herodotum Lib. I. p. 12. 3) *constans sum, persevero*. Jacob. I. 25. καὶ παραμείνας et constans est in doctrina divina cognoscenda et observanda, coll. v. 24. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. παραμένω, *persevero, permaneo*.

ΠΑΡΑΜΥΘΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, 1) generatim notat: *verba ad aliquem facio, alloquor*, ex παρὰ et μυθέομαι *loquor, dico*. Sic legitur apud Thucydidem VIII. c. 72. παραμυθησομένους τὸ στρατόπεδον, καὶ διδάξοντας κ. τ. λ. 2) speciatim, ut *alloquor* apud Latinos, (v. c. Senec. in Troad. 620. Valer. Max. II. 7. IV. 6.) *amanter alloquor*, quod Hebræis est דִּבֶּר עַל לֵב *loqui ad*, vel *secundum cor alicujus*. Genes. L. 21. Hos. II. 14. ubi confer Vers. Chald. Xenoph. de Venat. VI. 10. Hinc 3) *consolor aliquem, alloquio juvo, bono animo esse jubeo*. Joh. XI. 19. ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν ut eas de fratris morte consolarentur; ubi conf. versionem Syriacam, quæ habet ܢܡܠܠܘܢ ܥܠ ܠܒܗܝܢ *ut loquerentur ad cor eorum*. Joh. XI. 31. ubi Syrus voce ܒܝܐ *consolari* usus est. 1 Thess. V. 14. παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους consolamini pusillanimos. Syrus habet ܠܒܒܘ *mentem addere*, ut loquitur Horatius II. Ep. 2. v.

36. Xenoph. Cyrop. III. 1. 13. Thucyd. II. cap. 44. οὐκ ὀλοφύρομαι μᾶλλον, ἢ παραμυθήσομαι. ibid. III. c. 75. Conf. etiam Cohel. IV. 1. ubi incertus quidam interpres Græcus habet παραμυθεῖσθαι, sed Alexandrini παρακαλεῖν et Symmachus παρηγορεῖν. 2 Macc. XV. 9. 4) *excito verbis*, (Xenoph. de Venat. VI. 25.) *cohortor, admoneo.* 1 Thess. II. 11. παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι, coll. v. 12. Sæpius non legitur in N. T. Apud Græcos etiam interdum *suadere, consiliis juvare* notat, v. c. apud Homerum Iliad. Ψ', v. 417 et 680. Hesych. παραμυθήσασθαι· συμβουλεῦσαι.

ΠΑΡΑΜΥΘΙ'Α, ας, ἡ, *suave colloquium, amica allocutio, exhortatio, adhortatio,* (Xenoph. Ages. V. 3.) *consolatio,* a παραμυθέομαι, quod vide. Semel legitur in N. T. 1 Cor. XIV. 3. ἀνθρώποις λαλεῖ παραμυθίαν loquitur ea, quæ aliorum animos solatio replere possunt, i. q. nos dicere solemus: trost in eines Seele sprechen, *to speak comfort to one's soul.* Æschin. Socr. Dial. III. 3. ἀσθενῆ δὲ τὴν ψυχὴν, πάνυ ἐνδεᾶ παραμυθίας. Ælian. V. H. XII. 1. Sapient. XIX. 12. Hesych. παραμυθίαν· παράκλησιν. Vox *allocutio* pro *consolatione* adhibetur a Suetonio Tib. c. 23. ubi vid. Muretus. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 171. *Solatium,* παραμυθία, παρηγορία. Hinc emendari potest glossa, quæ paulo post sequitur: *Solarium* — — παραμυθία.

ΠΑΡΑΜΥ'ΘΙΟΝ, ου, τὸ, *alloquium, blandimentum, mitis et blandus sermo ad alliciendos et captandos animos,* a παραμυθέομαι, quod vide. Legitur in N. T. tantum Phil. II. 1. εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης si qua sunt amoris blandimenta, si quid amor blandi habet ad flectendos animos, (Theodoretus ad h. l. ἀγάπης ψυχαγωγίαν. Nam παραμυθεῖσθαι est: *mitius, mollius, blandius loqui, ut alterum capias, neque eum offendas.* Conf. Ven. Mori Obss. ad Longinum de Sublim. c. 4.) wenn die liebe etwas einnehmendes hat, *when love has something agreeable.* Alii reddunt: si quæ est *cohortatio* ad amorem, aut ex amore profecta. Alii vero, v. c. Wetstenius, si quod est *solatium* (Thucyd. V. 103. Sophocl. Electra v. 129.) amoris. Gloss. Vet. παραμύθιον, *solamen, solatium.*

ΠΑΡΑΝΟΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *contra legem ago, legem transgredior, violo,* ex παρὰ *contra* et νόμος *lex,* unde παράνομος, ου, ὁ, ἡ, *legum violator, contra leges agens,* etiam *legibus repugnans,* v. c. apud Xenoph. Hist. Gr. I. 7. 8. ubi παράνομα sunt decreta, repugnantia legibus jam latis. Semel legitur in N. T. Act. XXIII. 3. σὺ κάθῃ κρίνων με κατὰ τὸν νόμον, καὶ παρανομῶν κελεύεις με τύπτεσθαι tu sedes judicaturus me secundum legem et contra leges Mosaicas verberari me jubes. Xenoph. de Rep. Laced. VIII. 4. Ælian. V. H. XIV. 29. Thucyd. III. 65. Pollux Onom. VIII. 9. 14.

ΠΑΡΑΝΟΜΙ'Α, ας, ἡ, *transgressio, violatio legis, iniquitas,* a παράνομος *qui legem violat, improbus.* Occurrit in N. T. tantum 2 Petr. II. 16. ἔλεγξιν δὲ ἔσχεν ἰδίας παρανομίας arguebatur de sua impietate, aut vesania, uti Vulgatus h. l. reddidit. Reperitur præterea hæc vox non solum in versione Alexandrina, ubi Hebraico עָוֺן *perversitas, iniquitas,* Prov. V. 22. et מְזִמָּה *scelus* respondet, sed etiam in exteris scriptoribus, v. c. apud Thucydidem IV. c. 98. VI. 15 et 28. Gloss. Vet. παρανομία, *injuria.*

ΠΑΡΑΠΙΚΡΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, aor. 1. παρεπίκρανα, 1) proprie: *valde acerbum et amarulentum reddo,* ex παρὰ, quod in compositis interdum vim augendi habet, (v. c. in παραθερμαίνεσθαι *ultra modum incalescere.* Æschin. de Fals. Legat. p. 322.) et πικραίνω *amarum reddo, exacerbo,* hocque a πικρὸς *amarus.* 2) metaphorice: *ad iram concito, irrito, exacerbo.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. III. 16. τίνες γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν; quinam autem, cum audivissent, Dei iram provocarunt? aut, ut etiam commode reddi posset: quinam autem erant illi, qui contra Mosen seditionem moverunt et dictis divinis non obedientes fuerunt? Nam apud Alexandrinos παραπικραίνειν non solum notionem *irritandi, ad iram concitandi* habet (Hesych. παραπικραίνων· παροργίζων.) et Hebraico הִכְעִיס *ad iram provocavit,* Deut. XXXII. 16. Jerem. XXXII. 29. XLIV. 3, 8. respondet, sed etiam pro סֹרֵר *refractarius fuit,* Ps. LXVI. 7. LXVIII. 7. מָרַר *rebellavit,* Ezech. II. 3. מָרָה *rebellis fuit,* 1 Reg. XIII. 21, 26. Ps. CVI. 7, 33, 34. et pro nomine adeo מְרִי *rebellio,* Ezech. II. 5, 6, 7, 8. XII. 2. adhibitum reperitur. Conf. Fulleri Miscellanea Sacra Lib. III. c. 10. Gloss. Vet. παραπικραίνω, *exacerbo, ad iram provoco.* Idem valet quoque de substantivo

ΠΑΡΑΠΙΚΡΑΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, quod 1) ut Latinum *exacerbatio* significat *irritationem, provocationem ad iram et indignationem,* et idem est quod παροργισμός. Deinde vero 2) *rixam, contentionem, rebellionem, seditionem* notat, et apud Alexandrinos Ps. XCV. 8. respondet Hebraico מְרִיבָה *contentio,* quod Alex. Genes. XXX. 8. per μάχην reddiderunt. Suidas ex Theodoreto: παραπικρασμός· ἡ ἐν ἐρήμῳ πολλάκις γινομένη ἀντιλογία τῶν Ἰσραηλιτῶν. Bis tantum legitur in N. T. Hebr. III. 8. ὡς ἐν παραπικρασμῷ ut Judæi, rebellantes olim contra Mosen, seu: ut illo tempore, quo Judæi in deserto seditionem contra Mosen moverunt. Fortasse tamen παραπικρασμὸς h. l. et מְרִיבָה Ps. XCV. 8. non ipsam rebellionem, contra Mosen excitatam, significat, sed nomen loci est, ita dicti a seditione Israëlitarum. Cf. Ex. XVII. 7. Præterea legitur Hebr. III. 15.

ΠΑΡΑΠΙ'ΠΤΩ, aor. 2. παρέπεσον, 1) proprie non solum *incido, obviam fio,* (Xenoph. Cyrop. I. 2. 10.) sed etiam *excido,* et apud Græcos ita, ut omissum sit ὁδοῦ, sæpe de *iis* usurpatur, *qui exorbitant, delabuntur et deflectunt a via,* ex παρὰ et πίπτω *cado.* Hinc 2) metaphorice: *deflecto a veritatis et virtutis tramite, erro,* (Xenoph. Hist. Gr. I. 6. 4.) *pecco,* et speciatim: *deficio a religione christiana.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. VI. 6. παραπεσόντας qui defecerunt a religione christiana. Respondet in versione Alex. Hebraico אָשַׁם *deliquit, reus fuit,* Ezech. XXII. 4. et מָעַל *prævaricatus est,* Ezech. XIV. 13. XV. 8. XVIII. 24. XX. 27. coll. 2 Chron. XXIX. 19. ubi Hebraicum בְּמַעֲלוֹ Alexandrini ἐν τῇ ἀποστασίᾳ αὐτοῦ reddiderunt. Adde Sapient. VI. 9. XII. 2. Cæterum non plane a re præsenti alienum erit, observare, παραπίπτειν etiam apud Græcos in foro usitatum fuisse et notasse: *partes mutare, causam priorem deserere et factis prævaricari.* Vide Marklandum ad Lysiam p. 595.

ΠΑΡΑΠΛΕ'Ω, fut. παραπλεύσω, aor. 1. παρέπλευσα, *prælernavigo, prætervehor, oram lego,* ex παρὰ *prope, juxta,* et πλέω *navigo.* Semel tantum legitur in N. T. Act. XX. 16. ἔκρινε γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι τὴν

Ἔφεσον decreverat enim Paulus præternavigare Ephesum. Xenoph. Hist. Gr. I. c. 3. 2. τὰς ναῦς παραπλεῖν κελεύσας. Idem de Republ. Athen. II. 5. Thucyd. I. 111. II. 24. Ammonius: παραπλεῖν τὸν τόπον τινὰ διὰ πλοίου διέρχεσθαι. Idem tradit Thom. M. p. 687. ubi vide interpretes.

ΠΑΡΑΠΛΗ´ΣΙΟΝ. Adverbium, significans *proxime*, et non solum de *loci adfinitate* usurpatur, sed etiam de *omni, quod imminet.* Polyb. IV. 40. 10. Est neutrum a παραπλήσιος *proxime ad aliquem accedens, adfinis, similis,* (Arrian. Exped. Alex. VII. 1. 9.) quod ex usu linguæ Græcæ adverbialiter quandoque sumitur. Construitur cum dativo et in N. T. tantum legitur Phil. II. 26. καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ et certe ægrotavit proxime ad mortem, seu morbo mortifero correptus fuit. Ies. XXXVIII. 1. חָלָה לָמוּת.

ΠΑΡΑΠΛΗΣΙ´ΩΣ. Adverbium, significans non solum *proxime,* sed etiam *similiter, consimiliter, eodem fere modo,* a παραπλήσιος *qui proximus alicui est, proxime accedens, adfines,* etiam *similis* (Xenoph. Mem. III. 4. 12. Thucyd. III. c. 89. VII. c. 71. παραπλήσιά τι ἐπεπόνθεσαν, καὶ ἔδρασαν αὐτοὶ ἐν Πύλῳ. Hesych. παραπλήσιος· ἐμφερής, ὅμοιος.) et *par,* (Xenoph. de Mag. Equit. VIII. 17. τοὺς παραπλησίους, scil. τὸν ἀριθμὸν, ἱππίας equites, numero pares. Vide Zeunium ad h. l.) quod est a πέλας *prope.* Semel legitur in N. T. Hebr. II. 14. καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν etiam Christus eodem modo corpore vere humano vestitus fuit, coll. v. 17. Chrysostom. ad h. l. οὐ φαντασίᾳ οὐδὲ εἰκόνι, ἀλλ' ἀληθείᾳ. Diodor. Sic. V. c. 45. παραπλησίως τοῖς Πέρσαις æque ac Persæ. Xenoph. Œcon. III. 5. Demosthen. p. 36. ed. Reisk. ὁμοίως καὶ παραπλησίως. Eodem sensu etiam παραπλήσιον sumitur apud Thucyd. VII. c. 19. Gloss. Vet. παραπλησίως, *perinde, itidem, similiter.* Id. παραπλήσιος, *similis, adsimilis.*

ΠΑΡΑΠΟΡΕΥ´ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, 1) proprie: *ad latus incedo, deambulo,* ex παρὰ et πορεύομαι *proficiscor, eo.* Polyb. II. 27. 5. 2) *prætereo.* Matth. XXVII. 39. οἱ δὲ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν αὐτὸν prætereuntes autem conviciis eum proscindebant. Marc. XI. 20. et XV. 29. 3) *eo, proficiscor, iter facio.* Marc. II. 23. ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων factum autem est, ut iret ipse sabbato per sata, seu per agros, maturo hordeo lætos, coll. Matth. XII. 1. ἐπορεύθη διὰ τῶν σπορίμων. Marc. IX. 30. παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας iter faciebant per Galilæam. Arrian. Ind. III. 14. Polyb. VI. p. 674. Eodem modo עָבַר sequente בְּ et אֶת *transivit, præteriit* usurpatur Deut. II. 4, 18. Verbum vero παραπορεύομαι respondet in versione Alex. Hebraico הָלַךְ *ambulavit, ivit, incessit.* Exod. II. 5. Deut. II. 14. Jos. VI. 9. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΡΑ´ΠΤΩΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *lapsus, offensio,* cum ad rem, in via jacentem, pedem impingentes prolabimur. Est verbale a prima pers. perf. pass. παραπέπτωμαι, verbi παραπίπτω, vel potius παραπτόω. 2) metaphorice: *peccatum, delictum, erratum,* i. q. ἁμάρτημα, qua voce etiam explicatur in Glossario Alberti p. 100. et de omni genere peccatorum, etiam gravissimorum, usurpatur. Matth. VI. 14, 15. XVIII. 35. ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν si non sincero animo aliis peccata condonaveritis. Marc. XI. 25, 26. Rom. IV. 25. ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν qui mortuus est ad expianda peccata nostra. ib. V. 15—18, 20. 2 Cor. V. 19. μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν remittens ipsis peccata eorum. Galat. VI. 1. Ephes. I. 7. II. 1. νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις scelere et vitiositate infelicissimos, coll. v. 5. Coloss. II. 13. Jacob. V. 16. Respondet in versione Alexandrina Hebraico פֶּשַׁע *defectio, prævaricatio,* Ez. XIV. 11. XVIII. 22. (coll. Prov. X. 19. ubi Alex. ἁμαρτία et Symmachus παράπτωμα.) עָוֶל *iniquitas,* Ezech. III. 20. XVIII. 26. מַעַל *prævaricatio,* Ezech. XV. 8. XX. 27. et שְׁגִיאוֹת *errores.* Ps. XIX. 13. 3) *pœna peccatorum, miseria, infelicitas.* Rom. XI. 11. ubi (quia πταίειν et πεσεῖν præcesserat, quæ verba, uti omnes concedunt, *miserum fieri, perire* notant,) παράπτωμα nihil aliud significare potest, quam *miseriam, ex incredulitate Judæorum, doctrinam de Messia rejicientium, oriundam,* quæ effecit, ut eo facilius ethnicis salus contingeret christiana. ibid. v. 12. παράπτωμα Judæorum τὸ ἥττημα αὐτῶν, h. e. conditio eorum deterior vocatur, et v. 15. voce ἀποβολὴ explicatur. Cf. quæ supra sunt a me ad vocem ἁμαρτία p. 120. dicta. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΡΑῬῬΥ´Ω, aor. 2. pass. conj. παραῤῥυῶ, 1) proprie: *perfluo* instar aquæ effusæ in colum, seu cribrum, *præterfluo,* ut fluvius et amnis præterfluens locum quendam, *præterlabor,* i. q. παραῤῥέω, (apud Alexandrinos Ies. XLIV. 4. עַל־יִבְלֵי־מָיִם ἐπὶ παραῤῥέον ὕδωρ) ex παρὰ *præter* et ῥέω *fluo.* Xenoph. Cyr. IV. 5. 2. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 337. et Vitringa Obss. Sacr. Lib. I. Diss. III. cap. 7. § 3. 2) metaphorice: *recedo, discedo, deflecto, a recta via aberro.* Sic legitur semel in N. T. Hebr. II. 1. μήποτε παραῤῥυῶμεν ne ab ea deficiamus. Chrysost. ad h. l. interpretatur: ἀπολώμεθα, ἐκπέσωμεν. Alexandrini hoc verbo usi sunt Prov. III. 21. pro Hebraico לוּז, quod *recedere, discedere, deflectere, a recta via aberrare* significat; habent enim pro verbis בְּנִי אַל־יָלֻזוּ υἱὲ μὴ παραῤῥυῇς. Sed Prov. IV. 21. vertunt ἐκλείπειν *deficere,* et Prov. XIV. 2. σκολιάζειν *tortuose incedere.* Hesych. παραῤῥυῇς· μετεωρισθῇς, παραπέσῃς. Idem: παραῤῥυῶμεν· ἐξολισθῶμεν. Idem: παραῤῥυόμενον· παραπεσούμενον· παραῤῥυεὶν. Suid. παραῤῥυῶμεν· παραπέσωμεν. Conf. etiam Bielii Thesaur. Philol. s. h. v. Rhœr. Fer. Daventr. p. 244 seq. Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr. p. 69. et Wetstenii N. T. T. II. p. 390.

ΠΑΡΑ´ΣΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, *signatus, insignis, notatus,* ex παρὰ et σῆμα, τος, τὸ, *signum;* et quia παρὰ in compositione fere in deteriorem partem sumitur, παράσημος speciatim de *eo* usurpatur, *quod est malæ notæ,* v. c. apud Demosthenem p. 307. 26. ed. Reisk. παράσημος ῥήτωρ orator malæ notæ, ibid. p. 766. 6. παράσημον νόμισμα æs mali commatis. Hesych. παράσημα· τεράστια. — παράσημον· ἀδόκιμον, κίβδηλον. ἀπὸ τούτου καὶ τῶν νομισμάτων τὰ κίβδηλα παράσημα λέγεται. Τὸ παράσημον *insigne,* seu *imago, effigies, qua aliqua res insignitur.* Semel hæc vox de insigni navis legitur in N. T. Act. XXVIII. 11. ἐν πλοίῳ παρασήμῳ Διοσκούροις in navi insigni Dioscurorum, seu in navi, quæ Castoris et Pollucis imagine insignata, seu signata erat. Vulgatus recte: *cui erat insigne Castorum.* (De hoc loco præter auctores a Wolfio in Curis Philolog. T. II. p. 1388. adductos conferri

potest August. Esmarchius, qui in Quatuor Disquisitionibus Hamb. 713. 4. editis Diss. IV. p. 40 seq. etiam de insigni Dioscurorum egit, et P. Kunzius in Obss. mythologicis de vexillo navis Alexandrinæ, qua Paulus gentium doctor in Italiam vectus est, ad illustrand. Actt. l. l. ex antiquitate nautica erutis. Jen. 1734. 4. Vide etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 651.) Moris autem erat apud veteres in prora navis pingere effigiem ejus rei, (dei, herois, bestiæ, aut alius cujusdam rei,) unde navis nomen habebat; puppis autem imaginem numinis pictam gerebat, in cujus tutela erat navis. Talis effigies ac imago *παράσημον* navis dicebatur. Sic v. c. navis, quæ Ovidium in Pontum vexit, Minervam pictam pro tutela in puppi gerebat, ejusdem vero Minervæ galeam pro parasemo in rostro proræ. In nave, qua Europe vecta est, tutela Jupiter, taurus parasemon fuit. Interdum vero una eademque res tutela et parasemon navis, quemadmodum navis Pauli *τοὺς Διοσκόρους παράσημον* habuit simulque tutelam. Vide Salmasium in Solinum p. 571 seq. Scaliger. ad Eusebium p. 40. Burmannum ad Valer. Flacc. I. 301. Scheffer. de Milit. Nav. Vett. III. c. 1. Mureti Varr. Lectt. X. c. 19. Schützium ad Æschyl. Septem adv. Theb. v. 210. ac præ reliquis D. Ruhnkenii D. de tutelis et insignibus navium in Ej. Opusculis p. 257 seq. Vide etiam interpretes ad Act. l. l. Legitur præterea hæc vox 3 Macc. II. 29. jussit quoque *χαράσσεσθαι καὶ διὰ πυρὸς εἰς τὸ σῶμα παρασήμῳ Διονύσου κισσοφύλλῳ* insigniri etiam per ignem in corpore, insigni Bacchi, folio hederæ; et apud Antigon. Caryst. in Histor. Mirabil. c. 15. *τὸ παράσημον τῆς πόλεως.* Gloss. Vet. *παράσημον τοῦ πλοίου, tutela.*

ΠΑΡΑΣΚΕΥΑ'ΖΩ, fut, *άσω, præparo alteri aliquid, apparo, instruo, aptum et idoneum aliquem reddo.* Medium *παρασκευάζομαι me paro, præparo, instruo necessariis, aptum et idoneum reddo,* ex *παρὰ* et *σκευάζω paro,* quod est a *σκεῦος vas.* Activum, quod speciatim apud Græcos de *iis* usurpatur, *qui cibum parant* et *convivium instruunt,* legitur in N. T. Act. X. 10. *παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων* parantibus illis cibum. Subintelligitur autem vel *δεῖπνον,* quod etiam omittitur apud Herodot. IX. c. 15. sed additur apud Athenæum IV. p. 183. *τοῖς ἑαυτοῦ διακόνοις παρασκευάσαι Λακωνικὸν δεῖπνον ἐκέλευσε;* vel *συμπόσιον,* ut plene legitur 2 Macc. II. 28. Confer Elsner. Obss. Sacr. T. I. p. 408. Transfertur vero activum apud Græcos etiam ad alias res. Sic v. c. usurpatur de præfectis militum, milites ad militiæ munera exercentibus et ad bellum idoneos reddentibus, apud Herodian. VI. 8. 4. *ἐς τὸ πολεμεῖν ἐπιτηδείους παρασκευάζοι;* de assuefacientibus animum alicujus, apud Xenoph. Hist. Gr. VII. 5. 19. Adde Dionys. Halic. XI. 2. Thom. M. s. v. *κατασκευάζω. παρασκευάζω· τὸ εὐτρεπίζω καὶ οἰκονομῶ. ὅθεν καὶ παρασκευή.* Passivum *παρασκευάζεσθαι paratum et instructum esse,* seu *idoneum reddi,* legitur apud Xenoph. de Re Equestri VI. 6. ubi *παρεσκευασμένον* est paratum, seu id, quo quis statim et commode uti potest. Hesych. *παρασκευάζεται· εὐτρεπίζεται, ἑτοιμάζεται.* — Medium vero reperitur 1 Cor. XIV. 8. *τίς παρασκευάζεται εἰς πόλεμον;* quis parabit se ad pugnam ineundam? Vulgatus: *quis parabit se ad bellum?* Ita etiam Lutherus. 1 Cor. IX. 2. *ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι* incolas Achaiæ jam anno superiore paratam habuisse collectam pecuniam. Thucyd. IV. 114. *τοὺς δὲ πάντας παρασκευάζεσθαι ἐκέλευεν, ὡς βεβαίους τε ἐσομένους ξυμμάχους.* Herodian. II. 14. 12. *τοὺς δὲ οὖν στρατιώτας ἐκέλευσε παρασκευάζεσθαι εἰς ἔξοδον.* Idem V. 4. 13. Herodot. I. 71. Hæc loca, quibus multa addi possent, debeo Dresigio, qui in libro de Verbis Mediis N. T. I. 99. p. 365. copiose de hoc verbo exposuit.

ΠΑΡΑΣΚΕΥΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *præparatio, apparatus,* a *παρασκευάζω præparo, instruo.* Sic v. c. Judith. II. 8. et apud Thucyd. I. 1. II. 17. IV. 75. *παρασκευὴ* dicitur omnis apparatus bellicus, munitio, seu omnia ea, quæ militibus in castris necessaria sunt. In versione Alex. respondet Hebraico עֲבוֹדָה *opus, cultus, apparatus.* Ex. XXXV. 24. XXXIX. 43. 2 Macc. XV. 21. *καὶ τῶν ὅπλων τὴν ποικίλην παρασκευήν.* Conf. Stephani Thesaur. Ling. Gr. T. III. p. 874. et Lexicon Xenophonteum et Polybianum s. h. v. Lex. Cyrilli MS. Brem. *παρασκευή· εὐτρεπισμός.* Hinc 2) *κατ' ἐξοχὴν παρασκευὴ* in N. T. dicitur *dies, proxime sabbatum, aut festum aliquod præcedens, quo ad hujus diei solemnia rite transigenda præparatio a Judæis fieri solebat,* qui alias Græce *προσάββατον,* (Judith. VIII. 16.) vel *προεόρτιον,* (Philo de Vit. Contempl. p. 616.) Hebraice ערב שבת, aut ערב הג, et in lingua Chaldaica ערובתא appellabatur. Legitur in N. T. tantum in his locis. Matth. XXVII. 67. ubi *παρασκευὴ* diem significat, quo se ad sacra paschalia pie celebranda parabant Judæi. Marc. XV. 42. *ἐπεὶ ἦν παρασκευή, ὅ ἐστι προσάββατον.* Luc. XXIII. 54. *καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευή,* pridie erat sabbati. Joh. XIX. 14, 31, 42. In omnibus fere his locis Syrus voce ܥܪܘܒܬܐ usus est, quæ *vesperam, diem sabbato præcedentem,* significat. Confer Joseph. A. J. XVI. 6. 2. Deyling. Obss. Sacr. P. I. Lib. II. p. 261 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 543.

ΠΑΡΑΤΕΙ'ΝΩ, fut. *ενῶ,* aor. 1. *παρέτεινα,* perf. *παρατέτακα, produco, protendo, extendo, prolongo,* ex *παρὰ* et *τείνω tendo.* Semel tantum legitur in N. T. Act. XX. 7. *παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι μεσονυκτίου* et produxit sermonem usque in mediam noctem. (Sophocl. Ajac. 1040 et 302. *λόγους ἀνίστα.* Eurip. Hecub. 1177. LXX 1 Sam. I. 16. ubi post *ἐκτέτακα* supplendum est *λόγον* aut *δέησιν* sensu eodem. Adde ea quæ ad h. l. scripsit Wetstenius N. T. T. II. p. 591.) Confer interpretes ad Thom. M. p. 614. In versione Alexandrina respondet Hebraico מָשַׁךְ *protraxit, protendit.* Psalm. XXXVI. 11. De regionibus, se protendentibus, et terræ tractibus legitur apud Alex. Num. XXIII. 28. 2 Sam. II. 29. et apud Thucydidem IV. c. 8. *ἡ γὰρ νῆσος, ἡ Σφακτηρία καλουμένη, τὸν δὲ λιμένα παρατείνουσα.* Hesych. *παρατείνει· παρέλκει, πλατύνει.* Hinc passivum *παρατείνεσθαι extendi, procurrere,* (Xenoph. Anab. I. 7. 12.) etiam *defatigari* notat, et speciatim de *longo itinere defessis* usurpatur, Xenoph. Mem. III. 3. 5. estque idem quod *ἐκτρυχοῦσθαι, καταπονεῖσθαι,* ut a scholiaste Aristoph. ad Nubes v. 212. explicatur. Cf. Casaubonum ad Athenæum p. 285. Eadem vox in passivo etiam *torqueri* et *quoquo modo cruciari* notat, quoniam corpora tormentis extenduntur. Confer Xenoph. Cyrop. I. c. 3. § 10. et Ruhnkenium ad Timæi Lex. Platon. p. 149.

ΠΑΡΑΤΗΡΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω,* generatim notat: *oculos intendo in aliquid, diligenter aliquid observo et*

intueor, sive id bono, sive malo animo et consilio fiat. Notio enim *insidiose observandi* non per se ipsi verbo inhæret, sed ex cujusque loci indole cognoscenda et dijudicanda est. Compositum enim est ex παρὰ et τηρέω *servo*. De *observantibus bono animo* reperitur apud Theophrastum Char. Mor. VII. 2. Xenoph. Mem. III. c. 14. § 4. Hinc ad omne intentum studium et curam circa aliquid transfertur, et speciatim in N. T. libris 2) *sollicite, circumspecte et intentis oculis custodire aliquid* significat, v. c. Act. IX. 24. παρετήρουν τὰς πύλας custodiebant portas die nocteque ejus necandi causa. 3) ut Latinum *observare* (apud Terent. Andr. Act. II. Sc. V.) et διαπαρατηρεῖν (apud Alex. 2 Sam. III. 30.) *insidiose aliquem observare, insidiari, insidias alicui struere.* Polyb. XVII. 3. 2. et IX. 25. 6. ubi vid. Schweighæuser. Marc. III. 2. καὶ παρετήρουν αὐτὸν, εἰ τοῖς σάββασιν θεραπεύσει αὐτὸν, ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ et observabant eum insidiose, an sabbati die curaret illum, ut haberent accusandi materiam. Luc. VI. 7. XIV. 1. καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτὸν et ipsi eum insidiose observabant. ibid. XX. 20. καὶ παρατηρήσαντες jam ut ei insidias struerent. Eodem modo usurpatur שָׁמַר Psalm. LVI. 7. παρατηρεῖν apud Alex. Psalm. X. 8. (ubi Hebr. צָפַן respondet) XXXVI. 12. παρατηρήσεται ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον. (ibi in Hebraico est זָמַם *excogitavit, machinatus est.*) Cebetem c. 8. et φυλάττειν apud Lysiam p. 19. edit. Taylor. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 562. 4) *superstitiose observare.* Sic v. c. ἡμέρας παρατηρεῖσθαι is dicitur, qui singulos dies, fausti sint an infausti, festi an infesti, diligenter dignoscit, quidque quovis die agendum sit, anxie quærit. Galat. IV. 10. ἡμέρας παρατηρεῖσθε vos superstitiose observatis, agitis et celebratis dies. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *sollicita ac attenta observatio alicujus rei, quæ fit oculis, notatio, animadversio.* Est verbale a secunda persona perf. pass. παρατετήρησαι, verbi παρατηρέω *observo*, quod vide. Usurpatur apud Græcos in utramque partem. Polyb. XVI. 22. 8. Plutarch. Quæst. Rom. p. 266. ἐνέδρᾳ καὶ παρατηρήσει. M. Antonin. de Rebus Suis III. § 4. ἀπορρέμβεσθαι τῆς τοῦ ἰδίου ἡγεμονικοῦ παρατηρήσεως. Longin. de Sublim. c. 23. p. 145. παρατηρήσεως ἄξια. Arrian. Diss. Epictet. L. III. c. 16. 15. Tom. I. p. 425. edit. Upton. 2) per metonymiam: *illud ipsum, quod in oculos incurrit et observari potest,* aut *specie sua externa oculos in se dirigit,* v. c. *splendor, pompa.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XVII. 20. οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία Θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως non venit regnum Dei cum externo aliquo majestatis splendore et pompa insigni; quæ fuit Judæorum Christi et apostolorum ætate opinio, qui Messiam in adventu suo in has terras quasi pompa quadam regis magni appariturum esse falso sibi persuadebant. Nec sensus loci nostri mutatur, si, quæ fuit nonnullorum interpretum sententia, παρατήρησις h. l. in significatione passiva accipitur, ut μετὰ παρατηρήσεως vertatur: *ut oculis corporis observari et cognosci queat.* Vulgatus: *cum observatione.* Onomast. vetus: *Observatio,* παρατήρησις.

ΠΑΡΑΤΙ´ΘΗΜΙ, fut. θήσω, aor. 1. παρέθηκα, aor. 2. παρέθην, 1) proprie: *juxta aliquem aliquid pono,* (Ælian. V. H. VIII. 16. παραθέμενος ἀσπίδα juxta se ponens humi clypeum. Xenoph. Anab. VI. 1. 4.) *appono, propono,* et est verbum proprium de *iis, qui apponunt alicui cibum aut potum,* ut Lat. *appono* (apud Horat. Sat. II. 8. 16.), ut apud nos: einem etwas vorsetzen, oder vorlegen, *to set or lay any thing before one,* ex παρὰ *ad, juxta,* et τίθημι *pono, colloco.* Act. XVI. 34. παρέθηκε τράπεζαν apposuit mensam. Ælian. V. H. II. 17. τράπεζα παρατεθεῖσα, i. q. apud Latinos: *mensa apposita.* Thucyd. I. cap. 130. τράπεζάν τε Περσικὴν παρετίθετο mensam quoque Persicam sibi apponi curabat, vel jubebat, Marc. VI. 41. ἵνα παραθῶσιν αὐτοῖς ut illis apponerent, ubi videndus Wetstenius. Eodem modo נָתַן לִפְנֵי פְּלוֹנִי Genes. XVIII. 8. et שׂוּם לִפְנֵי וגו Genes. XXIV. 33. et sequente לְ ib. XLIII. 32. 2 Sam. XII. 20. usurpatur. Confer etiam Drakenborch. ad Livium XL. cap. 59. Marc. VIII. 6. bis et 7. Luc. IX. 16. X. 8. ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν edite, quæ vobis apponuntur. ibid. XI. 6. καὶ οὐκ ἔχω ὃ παραθήσω αὐτῷ non habeo, quod ei apponam. 1 Cor. X. 27. πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. 2) metaphorice: *docendo propono, trado, doceo, expono, demonstro aliquid idoneis argumentis et quasi ante oculos pono.* Speciatim adhibetur de locis veterum, quæ grammatici afferunt ad hoc vel illud stabiliendum. Vide Schol. Pind. ad Olymp. Od. X. 83. Athen. VI. p. 269. et IX. p. 375. Matth. XIII. 24, 31. ἄλλην παραβολὴν παρέθηκεν αὐτοῖς aliam parabolam proposuit ipsis. Exod. XIX. 7. וַיָּשֶׂם לִפְנֵיהֶם אֵת כָּל־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה אֲשֶׁר צִוָּהוּ יְהוָה. Act. XVII. 3. διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν exponens et justa vaticiniorum Messianorum explicatione ipsis demonstrans, seu locis e V. T. testimoniisque prolatis affirmans. Xenoph. Cyrop. I. 6. 12. Conf. Hemsterhusium ad Aristoph. Plutum v. 720. p. 244. et Wetstenii N. T. T. I. p. 566. 2 Tim. II. 2. ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις hæc trade viris idoneis. 3) *trado aliquid alteri ut depositum servandum ac suo tempore restituendum,* (Xenoph. de Rep. Athen. II. § 16. Conf. Valesii Notas ad Harpocrat. p. 16. Alex. Levit. VI. 4.) *commendo aliquid alicujus curæ, tutelæ, custodiæ ac patrocinio, fidei alicujus concredo ac committo.* Hinc παραθήκη *depositum* et *omne, curæ alicujus demandatum et fidei ejus concreditum.* Luc. XII. 48. ᾧ παρέθεντο πολὺ, περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτὸν et apud quem multum depositum fuerit, ab eo multum reposcetur. Tob. IV. 1, 28. Luc. XXIII. 46. πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου commendo tibi, pater, animum meum: ubi in nonnullis codicibus παρατίθημι legitur e glossemate. Conf. Ps. XXX. 6. ubi Alex. Hebraica בְּיָדְךָ אַפְקִיד רוּחִי translulerunt: εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου. Act. XIV. 23. παρέθεντο αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ tutulæ commendabant divinæ. ibid. XX. 32. παρατίθεμαι ὑμᾶς τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ commendo vos Deo et doctrinæ, quam ejus beneficio debemus. 1 Tim. I. 18. ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι hanc doctrinam commendo tibi aliis tradendam, seu fidei tuæ concredo. 1 Petr. IV. 19. ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν Deo, tanquam fido suo creatori, commendent animas suas. Gloss. Vet. παρατίθημι, *mando.* Confer Palairet. Obss. Philol. p. 308. et Wetstenii N. T. T. II. p. 599. Sæpius non legitur in N. T. 5) quandoque reticetur, v. c. Luc. X. 7. ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ παρ' αὐτῶν, deest παρατιθέμενα, edentes et

bibentes ea, quæ ab ipsis apponuntur. coll. v. 8.

ΠΑΡΑΤΥΓΧΑ´ΝΩ, aor. 2. παρέτυχον, fut. 2. παρατυχῶ, *obvius fio, forte adsum, intervenio, intersum* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum.), ex παρὰ et τυγχάνω *adipiscor, sum.* Hinc παρατυγχάνων *obvius.* Semel legitur in N. T. Act. XVII. 17. διελέγετο πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας ad obvios in foro concionabatur, seu disserebat cum iis, qui aderant. Hesychius: παρατυχών· παρών, coll. Xenoph. Apol. c. 11. De hoste, qui subito aliquem aggreditur, usus est hac voce Xenoph. de Rep. Laced. XI. 7. De eo, quod alicui præter spem accidit, reperitur apud eundem de Mag. Equit. IX. 1. Cf. etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 564.

ΠΑΡΑΥΤΙ´ΚΑ, *cito, illico, subito, confestim, ad momentum,* etiam *in præsenti.* Adverbium ex παρὰ, quod in compositis interdum significationem intendit, et αὐτίκα *statim, in præsentia.* Semel legitur in N. T. 2 Cor. IV. 17. τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν, h. e. vel: afflictio nostra, quæ ad momentum durat et cito transit ac admodum levis est, ut dictum sit pro ἡ θλῖψις ἡμῶν, ἡ παραυτίκα (momentanea) καὶ ἐλαφρά. vel: afflictiones nostræ præsentes, quæ admodum leves sunt, ut scite reddidit Syr. ܐܠܘܨܢܢ ܓܝܪ ܕܙܒܢܐ ܗܢܐ ܟܕ ܩܠܝܠ ܘܙܥܘܪ ܗܘܐ *afflictio enim ipsa temporis hujus, admodum existens parva et exigua;* quod magis placet, quia ei in sequentibus opponitur αἰώνιον βάρος δόξης. Utramque etiam explicationem admittit usus loquendi. Nam παραυτίκα, ut simplex αὐτίκα, non solum *confestim, statim, subito* significat, v. c. apud Alexandrinos Ps. LXIX. 4. Tob. IV. 18. Xenoph. Mem. IV. 7. 2. et Œcon. XIX. 18. Platon. de Rep. VIII. p. 497. sed etiam *in præsenti,* v. c. apud Polybium II. c. 32. παραυτίκα μὲν ἔμειναν, μετὰ δὲ ταῦτα σπεισάμενοι καθ' ὁμολογίαν ἔλυσαν ἐκ τῶν τόπων. Thucyd. II. 64. ἡ δὲ παραυτίκα λαμπρότης præsens splendor. ibid. IV. c. 54. τό τε παραυτίκα καὶ τὸ ἔπειτα. ibid. VIII. c. 82. Alia exempla dedit Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. p. 382 seq. ubi videndus Zeunius, et Wetstenius N. T. T. II. p. 188.

ΠΑΡΑΦΕ´ΡΩ, aor. 2. παρήνεγκον, imper. aor. 2. παρένεγκε, 1) proprie: *affero, appono,* ex παρὰ et φέρω *fero.* Sic sæpius legitur in Græcorum libris, quorum loca collegit Athenæus in Deipnosoph. Lib. IX. cap. 7. p. 380. edit. Casaubon. Eurip. Phœn. v. 1157. Hesych. παραφέρειν· παραθεῖναι, παραβαλεῖν. 2) *transfero, aufero, removeo, declino.* Sic legitur in N. T. Marc. XIV. 36. παρένεγκε τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ τοῦτο declina a me hæc mala. Luc. XXII. 46. εἰ βούλει παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ utinam velles a me declinare hæc mala! In versione Alexandrina respondet Hebraico הֶעֱבִיר *transire fecit, transtulit, traduxit,* Esr. X. 7. et in Symmachi reliquiis 2 Reg. XXIII. 10. Jerem. XLVI. 14. 3) *abripio, huc et illuc agito,* in sensu et proprio et metaphorico, i. q. περιφέρομαι, cum quo etiam a librariis sæpissime permutatum reperitur. Sic legitur in N. T. Hebr. XIII. 9. διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε, (ita enim recte, ut videtur, edidit S. Vener. Griesbachius loco περιφέρεσθε,) h. e. ne vos variis et alienis a religione christiana doctrinis abripi, perturbari et in errores induci patiamini. Confer Wesseling. ad Diod. Sic. XVIII. p. 285. Jud. v. 12. νεφέλαι ἄνυδροι ὑπὸ ἀνέμων παραφερόμεναι, pro quo in nonnullis codicibus legitur περιφερόμεναι. De torrente legitur apud Herodot. V. 23. Hinc παραφέρεσθαι metaphorice de *iis* usurpatur, *qui insano impetu feruntur,* aut *dæmoniacos agunt,* (Hesych. παρεφέρετο· ἐδαιμονίζετο. Alex. 1 Sam. XXI. 13.) unde παραφορὰ *furor, insania,* (Confer interpretes Græcos ad Cohel. I. 17. II. 2, 12.) et παράφορος est ὁ ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν (ut interpretatus est M. Antoninus I. 15. ubi videndus Gatakerus), *insanus, de statu mentis dejectus,* ἐξεστηκὼς, interprete Hesychio. Sæpius non legitur in N. T. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 443 seq.

ΠΑΡΑΦΡΟΝΕ´Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *desipio, demens sum, insanio, deliro,* ex παρὰ et φρόνεω *sapio.* Est hæc vox Atticis scriptoribus admodum familiaris. Demosthenes p. 1183. 1. ed. Reisk. μαίνεται καὶ παραφρονεῖ. ibid. l. 11. παραφρονῶν, ὡς οὐδεὶς πώποτε παρεφρόνησε γυναικὶ πειθόμενος τόργη. Isocrates de Pace p. 396. μαίνεσθαι καὶ παραφρονεῖν. Aristoph. Plut. v. 2. ubi videndus scholiastes. Thom. M. p. 691. παραφρονῶ καὶ τὸ μαίνομαι καὶ τὸ ἀνοηταίνω ἁπλῶς. 2) *jactabunde loquor;* nam ostentatio et jactantia, quam etiam Latini *stultitiam* vocant, est insipientiæ certissimum signum et παραφρονεῖν, ut recte observavit scholiastes Aristoph. ad Plutum v. 2., est οὐκ εἰδέναι τί δεῖ ποιεῖν ἤτοι ἀνοηταίνειν καὶ μωρὸν εἶναι, παρὰ τὸ εἰκὸς φρονεῖν. ἡ γὰρ παρὰ ἐνταῦθα τὴν ἔξω σχέσιν δηλοῖ. Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. XI. 23. παραφρονῶν λαλῶ jactabunde loquor. Confer supra a me dicta ad voces ἀφροσύνη et ἄφρων.

ΠΑΡΑΦΡΟΝΙ´Α, ας, ἡ, *amentia, dementia, insipientia, insania,* sive se verbis exserat, sive factis, a παράφρων *amens, insipiens.* Etymol. M. 652. 2. Semel legitur in N. T. 2 Petr. II. 16. ἐκώλυσε τὴν τοῦ προφήτου παραφρονίαν prohibuit prophetæ dementiam et vesaniam, quæ v. 15. ἀδικία, et hoc commate 16. παρανομία dicitur. Cæterum vox παραφρονία inusitatior est, quam παραφρόνησις (Alex. Zach. XII. 7.) et παραφροσύνη, quæ vox etiam h. l. in nonnullis codicibus reperitur.

ΠΑΡΑΧΕΙΜΑ´ΖΩ, fut. άσω, aor. 1. παρεχείμασα, perf. παρακεχείμακα, particip. παρακεχειμακὼς, υῖα, ὸς, *hiberno, hiemo, tempus hiemis transigo, hiemem ago,* ex παρὰ et χειμάζω *hiberno,* et hoc a χεῖμα, vel χειμὼν *hiems.* Act. XXVII. 12. εἴπως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα παραχειμάσαι si forte possent in Phœnice hibernare. ib. XXVIII. 11. ἐν πλοίῳ παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ in navi, quæ in insula hibernaverat. 1 Cor. XVI. 6. πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ, ἢ καὶ παραχειμάσω. Tit. III. 12. Sæpius non legitur in N. T. Reperitur autem hæc vox etiam apud Demosthenem p. 909. 14. et 1292. 4. ed. Reisk. Plutarch. T. III. p. 511. ed. Reisk. Polyb. II. 64. 1.

ΠΑΡΑΧΕΙΜΑΣΙ´Α, ας, ἡ, *hiematio, hibernatio,* a præcedente παραχειμάζω, quod vide. In N. T. tantum extat Act. XXVII. 12. cum non aptus esset portus πρὸς παραχειμασίαν ad hiemandum. Polybius III. 95. κατηργτικῶς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ. Gloss. Vett. παραχειμασία, *hiematio, hibernium, hibernatio.* παραχειμάζω, *hiberno.* παραχειμάζει, *hiemat.*

ΠΑΡΑΧΡΗ͂ΜΑ. Adverbium, significans proprie: *in ipsa re,* seu *dum ipsa res agitur,* deinde *extemplo, statim, continuo, illico, confestim,* ex παρὰ et χρῆμα *res, negotium.* Hesych. παραχρῆμα· παραυτίκα, ἀθρόως, εὐθέως. Legitur in N. T. Matth. XXI. 19, 20. Luc. I. 64. ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα et statim usum linguæ recepit. ibid. IV. 39. V. 25. VIII. 44, 47, 55. XIII. 13. XVIII.

43. παραχρῆμα ἀνέβλεψε illico visum recepit. ibid. XIX. 11. XXII. 60. καὶ παραχρῆμα, ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ, ἐφώνησεν ἀλέκτωρ et dicto citius cantavit gallus. Act. III. 7. V. 10. IX. 18. XII. 23. XIII. 11. XVI. 26, 33. In versione Alexandrina legitur pro פִּתְאֹם *subito, repente,* Num. VI. 9. XII. 4. et pro פִּתְאֹם לְפֶתַע Ies. XXX. 13. Adde Thucyd. I. cap. 22. II. cap. 17.

ΠΑ'ΡΔΑΛΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, *pardalis, panthera,* pardi fœmella, quæ sævitia adeo pardum superat (Aristot. H. A. IX. 1. Plin. H. N. XI. 49.) et a Græcis etiam πόρδαλις dicitur, teste Eustathio in Il. φ', p. 1345. 30. Est animal Asiaticum, magnitudine vituli, quoad mares, vel canis venatici mediocris, quoad fœminam, ferocissimum, astutum, habens pellem multis maculis distinctam. Conf. Franzii Historiam Animalium P. I. c. 8. Hemsterhusii Obss. ad Aristoph. Plut. p. 232. et Rentdorf. ad Anatol. ap. Fabric. Bibl. Græc. Lib. IV. cap. 29. p. 315. Nonnulli παρδάλεις et πάνθηρας diversa esse animalium genera opinantur, satis refutati a Bocharto in Hierozoici Tom. I. l. 3. cap. 8. Nomen ipsum ab aliis derivatur a פָּרַד *separavit*, ab aliis a πέρθω *vasto,* melius vero a παρὰ et ἅλλομαι *salio:* maxima enim celeritate præditum est hoc animal et non invadit, sed cum saltu ruit in prædam. Semel tantum legitur hæc vox in N. T. Apoc. XIII. 2. ἦν ὅμοιον παρδάλει erat simile pardali. Ælian. V. H. XII. 39. XIV. 4. Alexandrini pro נָמֵר Chald. נְמַר (sic enim dicitur hoc animal a variis maculis, quibus pellis ejus picta est. Nam Arabibus نَمَرَ significat: *maculosum esse.* Confer Castelli Lexicon Heptaglotton Fol. 2322.) posuerunt Ies. XI. 6. Jerem. V. 6. XIII. 23. Xenoph. Cyrop. I. 4. 7.

ΠΑΡΕΔΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *adsideo, in vicinia adsideo,* a πάρεδρος. 2) metaphorice: *assiduus* seu *semper occupatus sum in aliqua re.* Semel tantum legitur in nonnullis codicibus 1 Cor. IX. 13. οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ παρεδρεύοντες, ubi libri impressi προσεδρεύοντες habent. Conf. Etymol. M. 699. 25.

ΠΑ'ΡΕΙΜΙ, πάρει et πάρεις, πάρεστι, fut. ἔσομαι, *adsum, advenio, præsens sum, intersum, prodeo, progredior.* De rebus: *contingo, evenio, communicor,* ex παρὰ et εἰμὶ *sum.* Matth. XXVI. 50. ἐφ' ᾧ πάρει; quo consilio ades? seu, quare advenisti? Hesych. πάρει· ἦλθες. (Eurip. Cycl. v. 106. Schol. Phœn. v. 607. πάρει per παρεγένου explicat.) Luc. XIII. 1. παρῆσαν δέ τινες ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ advenerunt autem quidam eodem tempore, ei renunciantes. (Thucyd. VI. 62. Diodor. Sic. XVII. 8.) Joh. VII. 6. ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πάρεστι tempus meum nondum adest. ibid. XI. 28. ὁ διδάσκαλος πάρεστι καὶ φωνεῖ σε magister adest teque vocat. Act. X. 21. τίς ἡ αἰτία δι' ἣν πάρεστε; quam ob rem huc venistis? ibid. v. 33. ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πάρεσμεν coram Deo congregati sumus. ibid. XII. 20. παρῆσαν πρὸς αὐτὸν convenerunt eum. ibid. XVII. 6. οὗτοι καὶ ἐνθάδε πάρεισιν hi et hic adsunt. ibid. XXIV. 19. οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι quos oportebat coram te comparere. 1 Cor. V. 3. παρὼν δὲ τῷ πνεύματι animo vero præsens. 2 Cor. X. 2, 11. XI. 8. παρὼν πρὸς ὑμᾶς. ibid. XIII. 2, 10. Galat. IV. 18, 20. Coloss. I. 6. τοῦ εὐαγγελίου τοῦ παρόντος εἰς ὑμᾶς doctrinæ christianæ, quæ ad vos pervenit, h. e. quæ vobis tradita est, quam edocti estis. Etiam apud Græcos sæpe res aliqua dicitur παρεῖναι εἴς τινα pervenire ad aliquem, quæ alicui innotescit et *contingit.* Herodot. VI. cap. 24. Conf. Valckenarium ad Herodot. I. c. 21. Eodem modo אָתָה legitur Prov. I. 27. Hebr. XII. 11. πρὸς μὲν τὸ παρὸν, sc. μέρος τοῦ χρόνου, ad tempus præsens. (Eurip. Phœn. v. 1214. παροῦσα ἡμέρα. Æschin. Socr. Dial. I. 1.) ibid. XIII. 5. ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν, scil. χρήμασιν, contenti bonis præsentibus, seu *sorte vestra,* coll. Æschin. Socr. Dial. III. 11. 2 Petr. I. 9. ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι ταῦτα qui his destituitur. Sapient. XIII. 1. οἷς παρῆν Θεοῦ ἀγνωσία. Sext. Empir. Adv. Ethic. 118. Plutarch. Anton. p. 928. D. 2 Petr. I. 12. ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ in religione, quam hucusque professi estis. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑΡΕΙΣΑ'ΓΩ, fut. άξω, *introduco, subintroduco, præter aliud quid induco, clam, subdole et furtim aliquid introduco,* ex παρὰ, (quod in compositis interdum *clanculum* significat, v. c. in παραδηλοῦν *tecte significare,* παραδῦναι *clam subire*) εἰς et ἄγω *duco.* Semel tantum legitur in N. T. 2 Pet. II. 1. ubi de falsis doctoribus dicitur, παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας clam et subdole introducent sectas perniciosas, seu falsa et perniciosa dogmata clam docebunt: quo sensu etiam nos voce einführen, *to introduce* utimur. Verbum παρεισάγειν frequens esse Polybio, (v. c. VI. p. 693.) ostendit Raphelius in Observv. Polybianis p. 704. et Wetsten. N. T. T. II. p. 703. Vide quoque supra εἰσάγω.

ΠΑΡΕΙ'ΣΑΚΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *irreptitius, subintroductus, qui se clam insinuavit, alienus,* et usurpatur in primis de mercium prohibitarum importatione, a παρεισάγω, quod vide. Legitur in N. T. tantum Galat. II. 4. de falsis apostolis, seu doctoribus, ubi παρείσακτοι ψευδάδελφοι dicuntur, h. e. falsi doctores, qui clam et subdole se in christianorum cœtus insinuarunt. Hesych. παρείσακτον· ἀλλότριον. Cyrillus Lex. MS. παρεισάκτους· ἀλλοτρίους, νόθους. Græcos eodem modo voce ἐπείσακτος usos fuisse, docuit Wetstenius N. T. T. II. p. 218. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 143. παρείσακτος, *obinductus.*

ΠΑΡΕΙΣΔΥ'Ω, vel ΠΑΡΕΙΣΔΥ'ΝΩ, fut. ύσω, *irrepo, subirrepo, latenter ac velut aliud agendo irrepo, furtim intro,* ex παρὰ (de cujus vi in compositis vide ad παρεισάγω) εἰς et δύνω, vel δύω *subeo.* Reperitur tantum in N. T. Jud. v. 4. παρεισέδυσαν γάρ τινες ἄνθρωποι irrepserunt enim quidam homines, h. e. clam et subdole se in christianorum cœtus insinuarunt. Herodian. VII. c. 9. s. 18. παρεισδῦναι σπουδάζοντες ἑκάστου. Idem I. c. 6. 2. παρεισδύντες δέ τινες τῶν ἐπὶ τῆς αὐλῆς οἰκετῶν, ubi videndus Irmischius p. 181 seq. Plutarch. T. VI. p. 809 et 891. ed. Reisk. Conf. etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 733.

ΠΑΡΕΙΣΕ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. ελεύσομαι, aor. 2. παρεισήλυθον, et per syncopen παρεισῆλθον, 1) proprie: *irrepo, me ingero, juxta ingredior, præterea seu insuper introeo, vel accedo,* ex παρὰ *insuper, præterea,* εἰς et ἔρχομαι *venio.* Sed in N. T. libris hæc præpositionis παρὰ in compositis vis non urgenda videtur, sed simpliciter notat 2) *ingredi, accedere, adesse,* quemadmodum apud Dionys. Halic. I. 31. ὑπεξελθεῖν, neglecta significatione præpositionis ὑπὸ, *migrare* notat. Sic legitur in N. T. Rom. V. 20. νόμος δὲ παρεισῆλθεν lex Mosaica vero accessit, seu lata et promulgata est, i. q. ἐτέθη. Ita παρεισέρχεσθαι pro

intrare positum reperitur apud Philonem de Ebrietate Vol. III. Opp. p. 240. ed. Pfeifer. ἄγνοια μήτε φῶς μήτε λόγον παρεισελθεῖν ἐῶσα. Idem de Mundi Opificio Vol. I. p. 104. μηδενὸς ἀῤῥωστήματος ἢ νοσήματος ἢ πάθους παρεισεληλυθότος. 3) *malo animo et furtim irrepo, subdole me insinuo.* Galat. II. 4. οἵτινες παρεισῆλθον (παρεδύνοντο Joseph. de B. J. I. c. 24. § 1.) κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν qui clam subdole se in christianorum cœtus insinuarunt, dolose exploraturi libertatem nostram; pro quo Judæ v. 4. legitur οἵτινες παρεισέδυσαν. Chrysostomus ad h. l. οὐ τῷ τῶν κατασκόπων ὀνόματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ τῆς λαθραίας εἰσόδου καὶ παρεισδύσεως τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῶν ἐνδεικνύμενος. Polyænus II. 55. παρεισῆλθε — λάθρα νυκτὸς διὰ τοῦ τείχους. Plutarch. Pelopid. p. 282. A. Exempla, e Polybio huc pertinentia, collegit Raphelius in Obss. Polyb. p. 511 seq. Sæpius non legitur in N. T. — Phavor. et Suid. παρεισελθεῖν· τὸ μετ' ἄλλου πλαγιάσαντος συνεισελθεῖν. ἐλθεῖν δὲ τὸ γυμνῇ τῇ παῤῥησίᾳ χρήσασθαι.

ΠΑΡΕΙΣΦΕ'ΡΩ, aor. 1. παρεισήνεγκα, fut. παρεισοίσω, 1) proprie: *præter* vel *præterea infero, insuper affero, et introduco, confero,* ex παρὰ *insuper, præterea,* εἰς et φέρω *fero.* Apud Demosthenem p. 484. 1 et 12. 487. 13 et 20. ed. Reisk. παρεισφέρειν νόμον est: aliam legem ferre, alii abrogandæ oppositam. 2) *conjunctim* (nam παρὰ in compositis etiam conjunctionem et societatem innuit.) *confero in, vel ad aliquid, confero, adhibeo.* Sic semel legitur in N. T. 2 Petr. I. 5. καὶ (εἰς) αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες et in hoc ipsum omne studium (conjunctim) conferentes, seu omnem industriam adhibentes. Παρεισφέρειν σπουδὴν est i. q. v. 10. σπουδάζειν. Sic εἰσφέρειν σπουδὴν pro *studium in aliquam rem conferre,* legitur apud Joseph. A. J. XX. 9. 2. πᾶσαν εἰσηνέγκατο σπουδὴν καὶ πρόνοιαν ὑπὲρ τοῦ τὴν χώραν εἰρηνεύεσθαι.

ΠΑΡΕΚΤΟ'Σ. Adverbium, significans: *extrinsecus, extra, præter, præterquam, excepto,* ex παρὰ et ἐκτὸς *extra.* Matth. V. 32. παρεκτὸς λόγου πορνείας præter crimen adulterii, seu adulterii crimine excepto. Act. XXIV. 29. παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων exceptis his vinculis. 2 Cor. XI. 28. χωρὶς τῶν παρεκτὸς, scil. γενομένων, præter ea, quæ extrinsecus accidere solent. Intelliguntur autem ea, quæ præter ordinariam officii, vel laborum rationem aliunde accidebant. Chrysostomus τὰ παρεκτὸς interpretatur τὰ παραλειφθέντα prætermissa, ea, quæ hic non sunt enumerata. Sæpius non legitur in N. T. libris. Usus est hoc adverbio Aquila Deut. I. 36. pro זוּלָתִי. In Græcorum libris reperire mihi non contingit.

ΠΑΡΕΜΒΟΛΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *immissio, inductio, interjectio,* a præt. med. παρεμβέβολα, verbi παρεμβάλλω, *immitto, interjicio, clam immisceo.* Demosthenes pag. 1026. 20. edit. Reisk. παρεμβάλλειν λόγους ἑτέρους. Æschines contra Ctesiphontem p. 403. παρεμβολὴ ἑτέρων πραγμάτων. Jam, quia παρεμβάλλειν apud Græcos, maxime Polybium, etiam notat *tentoria collocare, ordinibus cer. . destinata, castra locare et ponere,* (conf. Alexandrinos Ps. XXXIV. 8. ubi pro חָנָה *castra metatus est,* legitur.) etiam παρεμβολὴ notat 2) *castra,* h. e. *locum, in quo milites tentoria fixerunt,* etiam *ipsa tentoria, in quibus milites degunt,* etiam *domicilia militum juncta, castra stativa* in urbibus, arcibus, etc. Act. XXI. 34. ἐκέλευσεν αὐτὸν ἄγεσθαι εἰς τὴν παρεμβολὴν jussit eum duci in castra, seu in domicilia militum juncta, quæ erant in arce Antonia, in qua chiliarchus agebat præsidium urbis. ibid. v. 37. XXII. 24. XXIII. 10, 16, 32. In versione Alexandrina respondet Hebraico מַחֲנֶה *castra.* Judd. VII. 9, 10, 11, 13, 15, 21, 22. Adde Polyb. Hist. I. 74 et 78. XIV. 2. Joseph. A. J. VI. c. 6. s. 2. 3) *omnis locus, in quo fixa sunt tentoria,* aut *omnis locus, muris munitus.* Sic v. c. de castris Judæorum in deserto legitur Hebr. XIII. 11. κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς extra castra, h. e. extra locum, in quo fixa erant Israëlitarum in deserto tentoria, comburebantur. ibid. v. 13. ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς exeamus ad eum extra urbem Hierosolymam, (quæ erat Judæis, quod olim in deserto castra fuerant.) ubi Christus crucis supplicio affectus est, h. e. eum etiam ad mortem sequamur. Hinc Hierosolyma, ἡ πόλις ἡ ἠγαπημένη, Apoc. XX. 9. ἡ παρεμβολὴ τῶν ἁγίων vocatur. Eodem modo *castrum* apud Latinos usurpari, notissimum est. 4) per metonymiam subjecti: *milites, qui in castris degunt, exercitus, acies,* i. q. στρατόπεδον. Hebr. XI. 34. παρεμβολὰς ἔκλιναν ἀλλοτρίων exercitus exterorum, seu hostiles, in fugam verterunt. Diod. Sic. XIX. p. 832. Ælian. V. H. XIV. cap. 46. οἱ μὲν κύνες προπηδῶντες ἐτάραττον τὴν παρεμβολήν. Conf. Pollucis Onom. IX. c. 4. Eodem modo מַחֲנֶה usurpatur Judd. VIII. 11. 2 Sam. III. 9. Ezech. I. 24. Hesych. παρεμβολή· στρατόπεδον, παράταξις, στίφος στρατιᾶς ἢ πλῆθος, (1 Macc. V. 45. Alex. 1 Sam. XIV. 16. ubi Hebraico הָמוֹן *multitudo* respondet) ἡ οἴκησις, ἡ κάστρον. Suid. et Lex. Cyrilli MS. Brem. παρεμβολή· σκηνή, κάστρον, στρατόπεδον. Glossar. παρεμβολή· *phalanx, castrum.* Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 607.

ΠΑΡΕΝΟΧΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *obturbo, perturbo, inquieto, turbas do, molestias facio, negotium facesso,* ex παρὰ et ἐνοχλέω *turbo, fatigo, molestia afficio,* ab ὄχλος *turba.* Construitur, ut ἐνοχλεῖν, cum dativo vi præpositionis ἐν et semel tantum in N. T. legitur in infinitivo, Act. XV. 19. διὸ ἐγὼ κρίνω, μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεὸν censeo igitur, non molestias creandas esse gentilibus, ad christianam religionem adductis et adducendis; seu, ut παρὰ etiam exprimatur: non esse gentiles molestiis afficiendos haud ita necessariis. In versione Alexandrina sæpius legitur, ubi Hebraico אָלַץ *molestias fecit,* Judd. XVI. 16. הֶלְאָה *fatigavit, molestiam creavit,* Micha VI. 3. et הִרְגִּיז *inquietavit,* 1 Sam. XXVIII. 15. respondet. Adde 1 Macc. X. 63. XII. 14. Demosthen. p. 242. l. 16. ed. Reisk. Arrian. Diss. Epictet. I. 9. Plutarch. Rom. p. 31. E. — Phavor. παρενοχλεῖν· παροξύνειν. In Gloss. Vet. apud Labbæum p. 144. παρενοχλῶ sine explicatione legitur.

ΠΑΡΕΠΙ'ΔΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *hospes, advena, peregrinus, qui ad alium populum accedit et inter illum versatur,* i. q. πάροικος, ex παρὰ et ἐπίδημος *versans in populo,* hocque ex ἐπὶ et δῆμος *populus.* Differre vulgo creditur παρεπίδημος a ξένος ita, ut hic peregrinetur, non vero in loco moretur, ille vero peregrinus et alienus quidem sit, sed tamen ad tempus in loco moretur. Hebr. XI. 13. ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς se esse peregrinos et advenas his in terris, seu se extra veram patriam, nempe cœlum, peregrinari, coll. v. 14, 15, 16. Eodem sensu παρεπιδημία *peregrinatio* de vita hominum his in terris ac-

cipitur apud Æschin. Socr. Dial. III. 3. παρεπιδημία τίς ἐστιν ὁ βίος. Apud Antoninum II. 7. ὁ βίος — — ξένου ἐπιδημία, ubi videndus Gatakerus. 1 Petr. I. 1. ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις christianis, extra Palæstinam viventibus. ibid. II. 11. παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους hortor vos tanquam extra Palæstinam inter gentiles viventes. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt hac voce pro תּוֹשָׁב *incola*. Genes. XXIII. 4. Psalm. XXXIX. 13. Hesych. παρεπίδημος· πάροικος. Verbum ipsum παρεπιδημέω legitur apud Polybium Hist. IV. c. 4. ἔτι αὐτοῦ παρεπιδημοῦντος ἐν τῇ Μεσσήνῃ, et Ælian. V. H. VIII. 7.

ΠΑΡΕ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. παρελεύσομαι, aor. 2. παρήλυθον, et per syncopen παρῆλθον, 1) proprie: *transeo, prætereo*, i. q. παραπορεύομαι, ex παρὰ et ἔρχομαι *venio*. Marc. VI. 48. καὶ ἤθελε παρελθεῖν αὐτοὺς et volebat præterire ipsos. Sed fortasse παρέρχεσθαι h. l. notat: *prætereundo antevertere*, uti legitur apud Xenoph. Anab. IV. 7. 7. Luc. XVIII. 37. ἀπήγγειλαν δὲ αὐτῷ, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος παρέρχεται et narrabatur ei, Jesum Nazarenum transire, coll. v. 36. Act. XVI. 8. παρελθόντες δὲ τὴν Μυσίαν præterita igitur Mysia. Ælian. V. H. II. c. 30. παρελθὼν ἤκουσε Σωκράτους præteriens, h. e. obiter audivit Socratem. Idem II. 35. ἐπεί τις αὐτὸν παρῆλθε cum aliquis illum præteriret. 2) *eo per locum aliquem, iter facio, proficiscor*, i. q. πορεύομαι. Matth. VIII. 28. ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης ut nemo per illam regionem iter suscipere auderet. Ita non solum עָבַר usurpatur Num. XX. 17. sed etiam παραπορεύομαι sæpe pro simplici πορεύομαι usurpatur, ut supra jam observatum est. 3) *venio, accedo, advenio, intro, intervenio, supervenio, prodeo*. Luc. XII. 37. ἀνακλινεῖ αὐτοὺς καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς eos discumbere jubebit atque (accedens) iis ministrabit; ubi tamen παρελθὼν ex usu linguæ Hebraicæ abundat. ibid. XVII. 7. παρελθὼν ἀνάπεσαι accede et discumbe, seu, intra cœnaculum et ede. Act. XXIV. 7. παρελθὼν δὲ Λυσίας ὁ χιλίαρχος sed superveniens, seu interveniens Lysias, chiliarchus. In *prodeundi* notione et speciatim de oratoribus, qui verba ad populum facturi prodeunt, usurpatur ab Ælian. V. H. II. 1 et 16. VII. 20. et Xenoph. in Hist. Gr. VII. 1. 3. *Intrandi* significatio huic voci subjicitur ab Ælian. V. H. IV. c. 1. καὶ παρελθεῖν ἐθελήσῃ εἰς στέγην τινός. Apollod. II. 4. § 3. Antonin. Lib. Metam. c. 13. Hesych. παρελθόντων, εἰσελθόντων. Conf. etiam Abreschii Animadvv. ad Æschylum p. 585. et Wetstenii N. T. T. I. p. 739. 4) *abeo, discedo* (Ælian. V. H. XIII. 38.) et metaphorice: *amoveor, removeor, avertor*. Matth. XXVI. 39. παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο discedat a me hoc poculum, h. e. aufer a me hunc calicem, declina a me hæc mala. (coll. Marc. XIV. 36. et Luc. XXII. 42.) ibid. ver. 42. εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ si non vis declinare a me mala imminentia. Marc. XIV. 35. εἰ δυνατόν ἐστιν, παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα ut, si fieri posset, non incideret in hæc tempora calamitosa. Hinc 5) de tempore usurpatum *præterlabi, præterire* significat. Mat. XIV. 15. καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν et tempus jam præteriit, h. e. dies jam inclinat. Act. XXVII. 9. διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι præterlapso jam magni jejunii tempore. 2 Cor. V. 17. τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν vetera præterierunt, h. e. pristina vitæ ratio non amplius locum habere potest. 1 Petr. IV. 3. ὁ παρεληλυθὼς χρόνος tempora præterita. Sic etiam legitur apud Ælian. V. H. Lib. XIV. cap. 6. μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικάμνειν (neque ob res præteritas male se habere) μήτε τῶν ἐπιόντων προκάμνειν neque se ob futura male habere. Herodian. III. c. 8. ult. παρελθούσης ἑορτῆς. Alex. Dan. II. 9. Job. XVII. 11. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 414. 6) *aboleor, intereo, cesso, pereo, morior*. Matth. V. 18. ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ citius periturum esse cœlum et terram: ubi vid. Grotius: ibid. XXIV. 34. οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη viventibus adhuc hujus ætatis hominibus. ibid. v. 35. ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται si vel cœlum et terra ruat. Marc. XIII. 30, 31. Luc. XVI. 17. XXI. 32, 33. Jacob. I. 10. ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται nam ut gramen peribit, coll. Psal. LXXXIX. 6. 2 Petr. III. 10. Apoc. XXI. 1. ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς, καὶ ἡ πρώτη γῆ παρῆλθε prius enim cœlum, et antiquior terra evanuerat. Ita עָבַר usurpatur Psal. XXXVII. 36. Aristænet. II. 1. γυναικὸς — εἰ τὸ εἶδος παρέλθῃ. Theocrit. XVII. 8. παρέρχεται ὡς ὄναρ ἥβη. Homer. Od. ϑ', 230. Conf. Alberti Obss. Philol. p. 35. 7) si de vaticiniis sermo est, *irritum fieri, eventu carere, effectu suo destitui* significat. Matth. V. 18. Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται Iota, vel apex e lege non peribit, (h. e. nullum vaticinium de me eventu suo carebit) sed omnia implebuntur. ibid. XXIV. 35. οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι hæc tamen a me prædicta eventu suo non carebunt. Marc. XIII. 31. Luc. XXI. 33. 8) *legem transgredior, violo, pecco, delinquo, negligo*. Luc. XI. 42. παρέρχεσθε τὴν κρίσιν negligitis æquitatem, aut violatis præcepta de æquitate et amore erga Deum, coll. Matth. XXIII. 23. Luc. XV. 29. οὐδέποτε τὴν ἐντολήν σου παρῆλθον et omnibus tuis præceptis obedientiam præstiti. 2 Paral. VIII. 15. οὐ παρῆλθον τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου. Jerem. XXXIV. 18. τοὺς παρεληλυθότας τὴν διαθήκην μου. Dan. VI. 12. Dionys. Hal. Ant. I. 58. παρελθὼν τὴν ἁπάντων ἀνθρώπων δικαίωσιν κ. τ. λ. Sæpius non legitur in N. T. libris.

ΠΑ'ΡΕΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *prætermissio, præteritio, transmissio, remissio*, a παρίημι *transmitto, prætermitto, remitto*, i. q. παραλιμπάνω, ut explicatur a scholiaste Sophoclis ad Antigon. v. 1311. 2) metaphorice partim de *eo* usurpatur, *qui aliquid negligit, nec satis curat*, unde Suidas per τὴν ἀμέλειαν καὶ τὴν καταφρόνησιν interpretatus est; partim vero in specie ad *remissionem* et *condonationem peccatorum* transfertur. Sic semel legitur in N. T. Rom. III. 25. διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων per remissionem peccatorum, ante commissorum. Eodem modo עָבַר de remissione peccatorum usurpatur 2 Sam. XXIV. 10. Micha VII. 18. Hesych. et Alberti Glossar. Gr. p. 97. πάρεσιν· συγχώρησιν, ἄφεσιν, ubi videndus Alberti. Errant itaque, qui inter πάρεσιν et ἄφεσιν differentiam nescio quam statuerunt. Adde Dionys. Halic. Antiqq. VII. pag. 446. et Philostrat. Heroic. c. 19. s. 15.

ΠΑΡΕ'ΧΩ, fut. ἕξω, vel σχήσω, p. παρέσχηκα, aor. 2. παρέσχον, 1) proprie: *præbeo, porrigo, obverto*, ex παρὰ et ἔχω *habeo*. Luc. VI. 29. τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην percutienti te in maxillam unam, præbe, vel obverte etiam alteram. Athenæus VI. c. 13. παρεῖχον τὰ πρόσωπα καταπτύεσθαι. Achill. Tat. L. VII. p. 453. Ita et *os præbere* apud Cicer. ad Att. I. 18. Liv. IV. c. 35. 2) metaphorice: *suppedito*,

exhibeo, tribuo, adhibeo, præsto, facesso, efficio, creo, auctor sum, præbeo, affero. Ita enim invicem sunt arctissime conjunctæ hæ notiones, ut separari vix possint. Matth. XXVI. 10. τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; cur negotium facessitis huic mulieri? Eadem formula reperitur quoque Marc. XIV. 6. Luc. XI. 7. XVIII. 5. Galat. VI. 17. et ap. Aristotelem Problem. Sect. V. Quæst. 38. Vide supra ad κόπος dicta. Luc. VII. 4. ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξει (Attice pro παρέξῃ. Toupius ad Suidam T. I. p. 59. edit. Lond. correxit παρέξεις.) τοῦτο dignus est, quem hoc beneficio afficias. Joseph. A. J. I. 4. 2. Act. XVI. 16. ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυρίοις multum lucrum afferebat dominis. ibid. XVII. 31. πίστιν παρασχὼν πᾶσιν. (Polyb. IV. 33.) Conf. de h. l. quæ infra ad vocem πίστις dicta sunt. ibid. XIX. 24. παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην multum quæstum præstabat artificibus. (Παρέχεσθαι pro παρέχειν sæpe legitur apud Græcos, ut apud Herodot. II. 35.) ibid. XXII. 2. μᾶλλον παρέσχον ἡσυχίαν eo magis silentium præstiterunt. ibid. XXVIII. 2. παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν non mediocrem nobis exhibuerunt humanitatem. Hesiod. Scut. Herc. v. 84. ἄρμενα πάντα παρεῖχον. Coloss. IV. 1. τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε justitiam et æquitatem servis vestris præstate. 1 Tim. I. 4. αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον quæ altercationes et rixas magis efficiunt. ibid. VI. 17. τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλουσίως πάντα εἰς ἀπόλαυσιν qui præbet, vel exhibet nobis largiter omnia ad fruitionem. Hesych. παρέχει· δίδωσι, χορηγεῖ. Tit. II. 7. περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων ante omnia te ipsum aliis præbe exemplum virtutis. Sæpius non legitur in N. T. Copiose de hac voce exposuit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 100. p. 368 seq. et Küsterus de Verbis Med. I. 49. p. 59. nec non Wetstenius N. T. T. II. p. 352.

ΠΑΡΗΓΟΡΙ'Α, ας, ἡ, *solatium, levamen, auxilium, recreatio,* a παρηγορέω *alloquor,* (Confer Spanhem. ad Julian. Opera p. 148.) *hortor, admoneo, alloquio juvo; solor allocutione,* (Æschin. Socr. Dial. III. 2.) *mitigo oratione,* (Euripid. Phœn. v. 1470.) hocque a παρὰ et ἀγορὰ *forum.* Tantummodo reperitur in N. T. Coloss. IV. 11. οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία qui mihi fuerunt solatio. Plutarch. de Exilio pag. 599. B. δεῖ δὲ τὸν παρὰ τῶν φίλων καὶ τῶν βοηθούντων λόγον παρηγορίαν εἶναι, μὴ συνηγορίαν τοῦ λυποῦντος. Ibid. T. I. p. 48. et T. VI. p. 205. edit. Reisk. Gloss. Vet. παρηγορία, *delectatio, oblectamentum, solatium, oblectatio, lenimen.*

ΠΑΡΘΕΝΙ'Α, ας, ἡ, *virginitas, status, in quo virgines sunt,* a παρθένος *virgo.* Semel legitur in N. T. Luc. II. 36. ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς quæ septem annos vixerat cum marito, cui virgo nupserat; ut idem sit, quod Sirac. XV. 2. γυνὴ παρθενίας dicitur. Legitur præterea hæc vox in versione Alex. Deut. XXII. 14, 17, 22. pro בְּתוּלִים *virginitas,* et Jerem. III. 4. pro נְעוּרִים *pueritia, adolescentia.* Adde Sirac. XLII. 14. Euripid. Phœn. ver. 1508. Apollon. Rhod. II. 504. παρθενίη καὶ λέκτρον ἀκήρατον. Herodian. IV. 6. 9. ὡς μὴ φυλαττούσας τὴν παρθενίαν. Hinc παρθένιος et παρθενικὸς *virgineus* apud Euripid. Phœn. v. 233 et 823.

ΠΑΡΘΕ'ΝΟΣ, ου, ἡ, *virgo, puella pura, intacta, inviolata, virum, vel nuptias nondum experta,* quæ Hebraice mox בְּתוּלָה Gen. XXIV. 16. 2 Sam. XIII. 2, 18. נַעֲרָה Gen. XXIV. 14, 55. et עַלְמָה Gen. XXIV. 43. Exod. II. 8. dicitur. Ita legitur quoque in N. T. de Maria, matre Jesu. Matth. I. 23. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. coll. Ies. VII. 14. ubi tamen nonnulli Intt. *mulierem recens nuptam,* nempe uxorem Iesaiæ, intelligunt. Sic עַלְמָה legitur Prov. XXX. 19. Conf. Grotium ad Matth. l. l. ibid. XXV. 1. δέκα παρθένοις decem virginibus, sponsam comitantibus et sponso adducentibus eique lampadas (λαμπάδας νυμφικὰς vocari solitas) præferentibus. De quo antiquarum nuptiarum ritu vide Martin. de Roa Singular. Scr. loca Vol. I. Lib. II. c. 21. p. 215. et Ramiresium in Pentecontarcho c. 14. Psalm. XLV. 15. vocantur בְּתוּלוֹת רֵעוֹת Pindaro Pyth. Od. III. v. 31. παρθένοι ἑταῖραι. Luc. I. 27. πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρί. Act. XXI. 9. τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες προφητεύουσαι. 1 Cor. VII. 28, 33. μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. 2) *filia virgo.* 1 Cor. VII. 36. εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει si vero quis existimat, se subiturum esse aliquid dedecoris propter filiam suam virginem. ibid. v. 37. τοῦ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον ut filia sua virgo innupta maneat. Eodem modo παρθένος usurpatur quoque apud Eurip. Phœn. v. 1564. Iphig. in Aulide v. 714. et *virgo* a Cornelio Nepote in Epaminonda cap. 3. 3) de utroque sexu dicitur et notat *matrimonii* et *conjugii expertem,* estque idem, quod ἄγαμος. Sic legitur in N. T. 1 Cor. VII. 25. περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω innuptis et matrimonii expertibus nihil præscribere possum ex mandato Christi. Confer v. 26, 27. et 32—34. Suid. sub voce Παρθένος· παρὰ δὲ Γοργίᾳ παρθένος ἐπὶ παντὸς ἀμετόχου τέτακται. Idem sub voc. Ἀβέλ· οὗτος παρθένος καὶ δίκαιος ὑπῆρχε. Confer ad h. l. Æmilium Portum T. I. p. 5. edit. Küster. et le Moyne ad Varia Sacra p. 589. In Photii Amphilochiis Quæst. 188. p. 785. ed. Wolfii τοῦ παρθένου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου. Etiam apud Latinos virgo (ut עַלְמָה ab עָלַם quod apud Chaldæos, Syros et Arabes omnino *adolescere* significat. Conf. Vriemœt Obss. Philol. ad Dicta Classica V. T. P. II. p. 84.) sæpe tantum ætatis nomen est, (Vide Horat. Od. III. 17. 36. et Servium ad Virgil. Eclog. VI. 47.) et ad omne, quod recens est, ut παρθένος (apud Joseph. A. J. I. 1. 2. παρθένος γῆ) transfertur, quemadmodum etiam παρθενία non semper *virginitatem,* sed *florem ætatis, juventutem,* ex adjuncto, nulla sexus ratione habita, notat, ut apparet e Sirac. XV. 2. coll. Prov. V. 18. Confer. quoque Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 456 seq. 4) metaphorice: *ab omni prava consuetudine alienus, integer vitæ scelerisque purus, immaculatus, Deum sancte et pie colens.* Sic ad animi rectitudinem et puritatem tam in doctrina et cultu divino, quam in vita et moribus transfertur. Apoc. XIV. 4. et 2 Cor. XI. 2. παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Θεῷ. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑ'ΡΘΟΣ, ου, ὁ. *Parthus,* incola Parthiæ, quæ est regio Asiæ perampla, ab occasu Media, ab aquilone Hyrcania, ab ortu Ariana, a meridie Carmaniæ desertis terminata. Cf. Cellarii Geograph. Plen. III. c. 20. s. 2. § 8. p. 700 seq. Est nomen gentile Scythicum. Parthi enim origine Scythæ fuerunt, qui ad Mediæ transmigrarunt confinia. In lingua Scythica vero Parthus *exulem* notat, observante Justino Lib. XLI. procem. "Parthi, inquit, Scytharum exules fuerunt. Hoc etiam ipsorum vocabulo mani-

festatur: nam Scythico sermone Parthi *exules* dicuntur." Semel legitur in N. T. Act. II. 9. Πάρθοι καὶ Μῆδοι. Adde Josephi Ant. Jud. X. cap. 11. § 7.

ΠΑΡΙ'ΗΜΙ, fut. ήσω, *prætermitto*, (Menander fragm. p. 148. κύλικα παρῆκεν) *omitto, dimitto, trado*, (Eurip. Phœn. v. 521. 527. et 536.) *remitto, relaxo, solvo*, et ex adjuncto: *debilito, infirmum reddo, frango, fatigo*. Passivum παρίεμαι, perf. παρεῖμαι, partic. παρειμένος, *remittor, remissus fio, debilitor, frangor*, ex παρὰ et ἵημι *mitto*. Legitur in N. T. semel Hebr. XII. 12. τὰς παρειμένας χεῖρας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε remissas manus et genua labantia confortate. Παρειμέναι χεῖρες manus remissæ, h. e. *debilitatæ, languore laborantes, fatigatæ*, aut *nervorum resolutione laborantes*, eleganter h. l. metaphorice *ad animum, ad defectionem a religione christiana inclinantem*, transfertur. Verbum παρίεμαι respondet in versione Alexandrina Hebraico רָפָה *defecit, debilis et remissus fuit*, Zeph. III. 16. נִלְאָה *fatigatus est*, Jerem. XX. 9. et נִבְהַל *perturbatus est*. 2 Sam. IV. 1. Adde Sirac. II. 13. οὐαὶ καρδίαις δειλαῖς καὶ χερσὶν παρειμέναις. ibid. XXV. 23. χεῖρες παρειμέναι καὶ γόνατα παραλελυμένα. Eurip. Phœniss. v. 869. κόπῳ παρεῖμαι. Ælian. V. H. I. c. 7. παρειμένως ἔχοντες ἑαυτῶν paralytici. Hesychius; παρεῖμαι· παραλέλυμαι, ἐκλέλυμαι. παρειέσθωσαν· παραλυέσθωσαν. Alberti Glossar. Gr. p. 184. παρειμένας· παραλελυμένας. — Suid. πάρες· ὑποχώρησον. Conf. Alex. Exod. XIV. 12. Hesych. παρίημι· ἐῶ, καταλιμπάνω, συγχωρῶ, ἀφίημι, coll. Sirac. XXIII. 2. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 436.

ΠΑΡΙ'ΣΤΗΜΙ, vel ΠΑΡΙΣΤΑ'ΝΩ, fut. παραστήσω, perf. παρέστηκα et Dorice παρέστακα, aor. 1. παρέστησα, partic. παρεστηκώς, et contracte παρεστώς, 1) proprie transitive: *stare facio, statuo, sisto*, ex παρὰ et ἵστημι *statuo, colloco*. Rom. XIV. 10. πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ omnes enim aliquando sistemur coram tribunali Christi, aut stabimus judicandi a Christo, coll. Act. XVII. 31. In subscriptione posterioris Epistolæ ad Timotheum legitur: ὅτε ἐκ δευτέρου παρέστη Παῦλος τῷ Καίσαρι Νέρωνι. Herodian. I. 4. 1. ubi videndus Irmisch. p. 91. Suidas T. III. p. 36. ed. Küsteri: παραστησόμενος αὐτὸν εἰς κρίσιν. 2) *sisto alicui*, h. e. *præbeo, trado, exhibeo*. Matth. XXVI. 53. καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων ut servitio meo sistat plures quam duodecim legiones angelorum. Ita ἵστημι Dan. XI. 11. Act. IX. 41. παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν vivam illam tradidit. ibid. XXIII. 33. παρέστησαν καὶ τὸν Παῦλον αὐτῷ Paulum quoque illi tradiderunt. 2 Cor. IV. 14. καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν et sistet coram se vobiscum. Genes. XL. 4. καὶ παρέστησεν αὐτοὺς αὐτῷ, sec. Ald. 3) *paro, in promptu habeo, ut alteri aliquid sistam*, aut *exhibeam, paratum sisto*. Act. XXIII. 24. κτήνη τε παραστῆσαι parata etiam jumenta, v. 23. ubi cum ἑτοιμάζειν permutatur. Conf. ad h. l. Palairet. Obss. Philol. p. 353. Lucianus D. Mar. VI. 2. σὺ δὲ δελφῖνά τινα τῶν ὠκέων παράστησον, ἐφιππάσομαι γὰρ ἐπ' αὐτοῦ τάχιστα. 4) *adjungo, socio, matrimonio jungo*. Παραστῆσαι παρθένον *deducere sponsam ad sponsum*. 2 Cor. XI. 2. παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ ut vos virginem puram et immaculatam Christo, tanquam sponso, adducam, coll. Ephes. V. 27. Vide Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 156. et Alberti Obss. Philol. p. 314. 5) *exhibeo, præsto, efficio, reddo, comparo*. Coloss. I. 22 et 28. Ephes. V. 27. ἵνα παραστήσῃ αὐτὸς ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν ἐκκλησίαν κ. τ. λ. Sensus est: ut sibi ecclesiam redderet, seu compararet et acquireret liberam ab omni vitiositate, puram, castam et immaculatam. Sirac. XXIII. 32. παριστῶσα κληρονομίαν ἐξ ἄλλου ex alio marito sibi posteritatem comparat. Syrus: ܡܩܝܡܐ *excitans, suscitans*. ibid. v. 33. Phavorin. παριστάνετε· ποιεῖτε, ἀποδεικνύετε, παρασκευάζετε. 2 Tim. II. 15. σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ omni studio hoc age, ut exhibeas, seu præstes te Deo probatum. 2 Macc. VIII. 21. εὐθαρσεῖς αὐτοὺς παραστήσας. 9) *offero, consecro*, et ut Latinum *admovere* (Conf. Taubmann. ad Virgil. Æn. XII. 170.) et Hebraicum הִקְרִיב κατ' ἐξοχὴν de hostiis, quæ aris admoventur et sistuntur, et de oblationibus, quæ Deo consecrantur, adhibetur. Luc. II. 22. παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ ut Deo consecraretur sacrificio. Rom. VI. 13. μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν τῇ ἁμαρτίᾳ neque corpus vestrum vitiositati consecrate, aut nolite vires et facultates vestras convertere in usus pravos. (Zonaras Lex. col. 1525. adducto hoc loco π. interpretatus est: ποιεῖτε, ἀποδείκνυτε, παρασκευάζετε.) ibid. παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, κ. τ. λ. vitam vestram conconsecrate Deo et virtuti. ibid. v. 16. Rom. XII. 1. παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ. Diod. Sic. III. pag. 240. θυσίαν τε παραστῆσαι. Ælian. Hist. Anim. Lib. VII. c. 44. τέτταρας ἐλέφαντας μεγέθει μεγάλους παρέστησεν ἱερεῖα. Vide plura apud Wetstenium N. T. T. II. p. 77. Ita quoque הֶעֱמִיד legitur Levit. XVI. 20. Eodem *consecrandi* sensu occurrit verbum *sisti* apud Latinos, v. c. Statium Thebaid. Lib. IV. v. 445. 7) *re ipsa demonstro, probo, liquido aliquid demonstro et quasi ante oculos pono*. Act. I. 3. παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις multis argumentis se vivum iis demonstravit. Act. XXIV. 13. οὔτε παραστῆσαι δύνανται, περὶ ὧν νῦν κατηγοροῦσί μου neque probare possunt idoneis argumentis, de quibus me nunc accusant, seu quod intendunt, ubi παραστῆσαι est i. q. ἀποδεῖξαι cap. XXV. 7. Sic legitur etiam apud Marc. Antonin. VI. 21. Lysiam p. 210. edit. Taylor. Plutarchum de Puerorum Educatione XV. 6. et Heraclid. Pontic. Allegor. Homer. p. 467. σαφέσι τεκμηρίοις παρέστησε. Conf. Wetstenii N. T. T. II. pag. 621. 8) *commendo, gratum et acceptum reddo, probatum et commendabilem sisto*, i. q. συνίστημι, quo sensu etiam *tradere* apud Latinos reperitur, v. c. apud Ciceronem ad Divers. V. 2. Verr. III. 12. Sic legitur in N. T. 1 Cor. VIII. 8. βρῶμα δὲ ἡμᾶς οὐ παρίστησι τῷ Θεῷ ciborum usus non potest nos Deo magis gratos et acceptos reddere, seu, ciborum usus nos non commendat Deo. Arrian. Diss. Epictet. I. c. 16. αὐτὰ ἐπαινέσαι ἢ παραστῆσαι. Josephus A. J. XV. 7. 3. ἐξιόντι δὲ Μαριάμνη παραστησαμένη τὸν Σόεμον. — — Intransitive si sumitur, significat: 9) *me sisto*, et est vox forensis de *iis, qui se in judicio sistunt*. Act. XXVII. 24. Καίσαρί σε δεῖ παραστῆναι oportet te Cæsari sisti. 10) *adsto, adsum*. Joh. XVIII. 22. XIX. 26. Act. IV. 10. ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν ὑγιὴς ejus beneficio hic jam sanus adstat coram vobis. Act. IX. 39. Marc. XIV. 47. εἷς δέ τις τῶν παρεστηκότων. ibid. v. 69, 70. οἱ παρεστῶτες ἔλεγον qui adstabant, dicebant. ibid. XV. 35, 39. ὁ παρ-

ἑστηκὼς ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ. Ælian. V. H. II. 17. τῶν εὐνούχων τινὶ τῶν πλησίον παρεστώτων. 11) *appareo*, et est, ut ἐφίστημι, verbum proprium de visis nocturnis et speciebus, quæ animo hominis modo extraordinario offeruntur. Act. I. 10. ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ apparebant ipsis duo viri, vestibus candidis induti. ibid. XXVII. 23. παρέστη γάρ μοι τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ adstitit (ita enim *adstare* legitur apud Plinium Ep. VII. 5.) enim mihi hac nocte angelus Domini. Conf. Philostrat. Vit. Soph. I. c. 10. Strabo IV. p. 271. παραστῆναι κατ' ὄναρ τὴν Θεὸν κ. τ. λ. Dionys. Halic. VIII. p. 511. 12) Formula παραστῆναι τινί, seu ἐνώπιόν τινος de eo usurpatur, *qui alicui præsto et semper ad manus est tanquam minister et famulus, et famulatur instar apparitoris*. Luc. I. 19. ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ego sum Gabriel, qui exsequor mandata divina. ibid. XIX. 24. Act. XXIII. 2. ἐπέταξε τοῖς παρεστῶσι αὐτῷ præcepit ministris suis. ibid. v. 4. Eodem modo עָמַד לִפְנֵי הַפְּלוֹנִי de ministris et apparitoribus usurpatur. 1 Reg. X. 8. Esther IV. 5. coll. 2 Reg. XXV. 8. ubi pro עֶבֶד הַמֶּלֶךְ Alexandrini habent ἑστὼς ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, et Exod. XXIV. 13. מְשָׁרְתוֹ Alex. ὁ παρεστηκὼς αὐτῷ. 13) *præsto sum alicui ad auxilium ferendum, adjuvo, auxilior, opem fero*. Rom. XVI. 2. καὶ παραστῆτε αὐτῇ et omnibus modis ei succurrite. 2 Tim. IV. 17. ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη sed Deus mihi adfuit auxilio suo. Alex. Jerem. XV. 11. Usurpatur hæc vox apud Græcos maxime sensu forensi de patronis et advocatis, qui reos defendunt eorumque causam tuentur, etiam de testibus, qui fide sua adjuvant controversias habentes, qui παρίστασθαι et παραστάται dicuntur. Vide Demosthenem de Falsa Legat. p. 366. 20. et de Corona p. 1120. 26. ed. Reisk. Epictet. Enchirid. cap. 32. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 644. Olim etiam Dii præsides, vel statores malorum παραστάται vocabantur. Conf. Ælian. V. H. I. c. 30. et ad h. l. Perizonium ac Beckii comment. in Aristoph. Vol. I. p. 175. 14) *assisto, societatem ineo, convenio*. Act. IV. 26. παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς convenerunt deliberandi causa reges terræ: ubi est i. q. συνήχθησαν v. 27. 15) *præsens sum, adsum*. Marc. IV. 29. ὅτι παρέστηκεν ὁ θερισμὸς nam adest messis. Demosthen. p. 255. 25. edit. Reisk. παρεστηκὼς καιρός. Xenoph. de Mag. Equit. IX. 1. τὸ παριστάμενον status rerum præsens. Eurip. Phœniss. v. 1330. παρεστῶτες γόοι præsentes querelæ. ib. v. 1430. παρεστὼς πόνος præsens labor, seu occupatio. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 268 seq. edit. Zeunii. Thom. M. παρίσταται ἁπλῶς, ἀντὶ τοῦ πλησίον ἵσταται, καὶ παρίσταται ἀντὶ τοῦ ὡς δοῦλος ἵσταται. — Hesych. παρέστησεν· παρεγένετο. Idem: παριστῶ· ἀποδείκνυμι. 16) interdum omittitur, v. c. Matth. V. 22, ubi post τῇ κρίσει et τῷ συνεδρίῳ verbum παρασταθῆναι subaudiendum est.

ΠΑΡΜΕΝΑ͂Σ, ᾶ, ὁ, *Parmenas*, seu *Parmenodorus*. Nomen proprium unius ex septem illis diaconis primitivæ ecclesiæ christianæ, origine Græcum, notans idem, quod *permanens*. Semel reperitur in N. T. Act. VI. 5.

ΠΆΡΟΔΟΣ, ου, ἡ, 1) proprie: *via, quæ ad aliquem locum ducit, aditus*, ex παρὰ et ὁδὸς *via, iter*. Hinc in versione Alexandrina respondet Hebraico דֶּרֶךְ *via*. Gen. XXXVIII. 14. ἥ ἐστιν ἐν παρόδῳ Θαμνά. Thucyd. III. c. 21. ὥστε πάροδον μὴ εἶναι παρὰ πύργον, ἀλλὰ δι' αὐτῶν μέσων διῄεσαν. Xenoph. Anab. IV. 7. 3. et 1. 2. 2) *transitus, transcursus*. Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. XVI. 7. οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἐν παρόδῳ ἰδεῖν nolo enim vos in transitu, seu obiter videre. Thucyd. Lib. I. c. 126. ἐν τῇ παρόδῳ διεχρήσαντο obiter interemerunt. Xenoph. Anab. IV. 2. 15. Lysias pag. 94. Sapient. XVII. 9. κνωδάλων παρόδοις. ibid. II. 5. σκιᾶς γὰρ πάροδος καιρὸς ἡμῶν. Hesych. παρόδους· διαβάσεις. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 597. Hinc παροδεύω *transeo, prætereo* apud Alex. Ezech. XXXVI. 34. — Interdum vero πάροδος est idem, quod παροδίτης *viator*, v. c. apud Alex. 2 Sam. XII. 4. Ezech. XVI. 15, 24.

ΠΑΡΟΙΚΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *alienigena, accola sum, peregre advenio habitandi causa, peregrinus sum, peregre habito, ad tempus apud alios commoror, extra patriam vivo*, ex παρὰ et οἰκέω *habito*. Huic opponitur ἐνοικέω et κατοικέω. Bis tantum legitur in N. T. Luc. XXIV. 18. σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλήμ; tune solus es inter peregrinos, qui Hierosolymam venerunt festi agendi causa? (Versio Vulg. *peregrinus es*. Codex D. *advena es*. Confer Cicer. Or. pro Milone 12. An vero, judices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini? Dio O. III. p. 42. C. Dio Chrysost. XLVI. p. 521. D.) Nimis enim argutantur, qui παροικεῖν h. l. metaphorice *ignarum esse alicujus rei* significare existimant, ut sensus sit: num tu solus eorum, quæ Hierosolymis acciderunt, ignarus es? plane ut Latini: *hospes est in ea re*, vel: *aures ejus in urbe peregrinantur*. Hebr. XI. 9. πίστει παρῴκησεν (i. q. ξένος, παρεπίδημος ἦν) εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὡς ἀλλοτρίαν fide ut peregrinus, seu advena, habitavit in terra promissionis tanquam aliena. Respondet Hebraico גּוּר *peregrinatus est, peregrinus ac hospes fuit*. Genes. XII. 10. XVII. 8. XX. 1. Exod. VI. 4. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 598. qui docuit, παροικεῖν etiam simpliciter *incolam esse, habitare et commorari in aliquo loco*, significare, unde παροικία apud scriptores ecclesiasticos de cœtibus christianorum in singulis civitatibus et regionibus usurpatur.

ΠΑΡΟΙΚΊΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *accolatus, cum quis juxta*, vel *prope aliquem habitat*, a παροικέω *accola sum*. 2) *peregrinatio, commoratio alicujus, tanquam advenæ, alicubi, commoratio in terra peregrina et extra patriam*, et opponitur τῇ κατοικίᾳ. Act. XIII. 17. ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ cum peregrinaretur in terra Ægypti. In hac significatione apud Alexandrinos respondet Hebraico גּוֹלָה *migratio, deportatio, captivitas*. Esr. VIII. 34. οἱ ἐλθόντες ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας οἱ υἱοὶ τῆς παροικίας. Adde Zach. IX. 12. Sapient. XIX. 10. In aliis versionis Alexandrinæ locis παροικία, abjecta peregrini et advenæ notione, significat *incolatum, commorationem*, Habac. III. 15. Ps. LIV. 17. interdum etiam *ipsam familiam alicujus, alicubi commorantem*, v. c. Genes. L. 8, 22. Exod. I. 1. ubi Hebraico בַּיִת respondet. 3) metaphorice: *vita humana, status præsens hominum*, qui velut advenæ et peregrini in hoc mundo versantur, in vitam futuram, tanquam in domicilium fixum atque duraturum, transituri. Sic legitur in N. T. 1 Petr. I. 17. ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε pie et sancte vitæ vestræ in his terris tempus transigite.

Solent autem scriptores sacri vitam humanam cum peregrinatione, seu potius prisca Nomadum vivendi ratione comparare, tum ad brevitatem ejus exprimendam, tum ad spem futuræ vitæ significandam. Conf. Genes. XLVII. 9. Hebr. XI. 13. Suid. παροικία· ἡ παροῦσα ζωή· ὅτι πάροικος ἐγὼ καὶ παρεπίδημος: ex Theodoreto ad Ps. LIV. 16. ubi ille παροικίαν καλεῖ τὴν παροῦσαν ζωὴν, ἐν ᾗ παροικοῦμεν, οὐ κατοικοῦμεν. Phavor. παροικία ἐστὶ βίος πρόσκαιρος, οὐχ ἱδρυμένη ζωὴ, ἀλλὰ παροδικὴ, ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταστάσεως ὑποφέρουσα. Vide supra ξένος et παρεπίδημος. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑ'ΡΟΙΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *accola, qui juxta, vel apud aliquem habitat*, ex παρὰ *apud* et οἶκος *domus*. Ita legitur apud exteros scriptores. 2) *advena, hospes, peregrinus, qui extra patriam sedem habet, aut certum ac firmum domicilium non habet, exul*, i. q. ξένος et παρεπίδημος, quibus vocabulis ab Hesychio quoque explicatur. Act. VII. 6. ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ posteri tui hospites versabuntur et advenæ aliena in terra. ibid. v. 29. καὶ ἐγένετο πάροικος ἐν γῇ Μαδιὰμ et in terra Midianitica exul commoratus est. 1 Petr. II. 11. πάροικοι καὶ παρεπίδημοι christiani, extra Palæstinam inter gentiles viventes, coll. I. 1. Sic etiam πάροικος et παρεπίδημος conjunguntur Gen. XXIII. 4. ut adeo erret Grotius, qui παροίκους esse dicit *sedem habentes extra patriam*; παρεπιδήμους autem *extra patriam peregrinantes*. Alexandrini usi sunt hac voce pro גֵּר *peregrinus, advena*, Genes. XV. 13. Exod. II. 22. XVIII. 3. et pro תּוֹשָׁב *inquilinus, advena*. Levit. XXV. 6, 23, 35. Num. XXXV. 15. 3) *civium numero non adscriptus, qui non pertinet ad familiam*. Ephes. II. 19. ἄρα οὖν οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ jam igitur non amplius estis peregrini et hospites, sed in civium reipublicæ christianæ numerum recepti familiæque Dei sodales. Sunt ergo πάροικοι h. l. pagani, qui olim non pertinebant ad familiam Dei nec christianorum numero adscripti erant. Videtur autem Paulus his verbis respexisse ad triplicem hominum classem, quæ in Græciæ civitatibus obtinebat, e qua alii erant πολῖται, h. e. jure civitatis ut indigenæ utebantur, alii πάροικοι et ξένοι, h. e. peregrini, qui vel jure civitatis non utebantur, magna tamen parte commodorum, civibus concessorum, gaudebant et προστάτας, h. e. præsides suos Athenis habebant, teste Harpocratione, vel quorum majores jure civitatis non donati fuerant. Diogen. Laërt. I. s. 82. alii denique erant δοῦλοι, vel infimæ sortis homines.

ΠΑΡΟΙΜΙ'Α, ας, ἡ, *parœmia*, 1) proprie: *proverbium, adagium, sententia, inter vulgus recepta, crebro multorumque usu trita, audirique in viis ac itineribus solita*, quæ Græcis παρόδιος λόγος et παρόδιον ῥῆμα dicitur, a παρὰ et οἶμος *via*. Hesych. παροιμία· βιωφελὴς λόγος παρὰ τὴν ὁδὸν λεγόμενος, οἷον παροδία. οἶμος γὰρ ἡ ὁδός. Phavorin. et Suid. παροιμία —— καταχρηστικῶς δὲ πᾶν παροδικὸν διήγημα. οἶμος γὰρ ἡ ὁδός. Sic legitur in N. T. 2 Petr. II. 22. συμβέβηκε αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας et contigit illis, quod est in proverbio vero: canis ad vomitum et sus ad luti volutabrum redit. Donatus in Terent. Andr. III. 3. παροιμία est sine auctore sententia. Lucianus de Mort. VIII. 1. τοῦτο ἐκεῖνο τὸ τῆς παροιμίας, ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα. Sophocl. Ajac. 673. ἀλλ' ἔστ' ἀληθὴς ἡ βροτῶν παροιμία· ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κ' οὐκ ὀνήσιμα. Eandem significationem Hebraicum מָשָׁל, 1 Sam. XXIV. 14. מַתְלָא apud Rabbinos et παραβολὴν in N. T. libris habere, supra jam vidimus ad vocem παραβολή. Jam, quia proverbia et adagia subinde aliquam obscuritatem habent, hinc notat 2) *quamvis sententiam gravem, obscuram, abstrusam et per figuras propositam, sermone notiori et clariori explanandam, sermonem obscuriorem et intellectu difficiliorem, qui explicatione eget*. Etym. M. ἐστὶ δὲ παροιμία λόγος ὠφέλιμος μετ' ἐπικρύψεως μετρίας αὐτόθεν ἔχων τὸ χρήσιμον καὶ πολλὴν τὴν ἐν τῷ βάθει διάνοιαν. ὅθεν ὁ Κύριος ταῦτά φησιν. Ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν. Joh. XVI. 25. Phavor. et Suid. παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος —— λόγος ἀπόκρυφος, δι' ἑτέρου προδήλου σημαινόμενος. Hesych. et Gloss. in Prov. παροιμίαι· παραινέσεις ἢ παραμυθίαι, παρηγορίαι, νουθεσίαι ὠφελίμοι τῷ βίῳ, ἠθῶν ἔχουσαι καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν. Ita capitur Joh. XVI. 25. ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν hæc visus vobis sum in proverbiis loqui, cum mea verba non recte intellexeritis. Ita recte interpretatus est hunc locum Glassius in Philos. S. p. 229. Sermo enim est de iis, quæ Christus de suo ad patrem abitu ejusque fructu dixerat, quæ discipulis obscuriora visa erant, ut apparet ex cap. XIV. 5, 9. XVI. 18. ibid. v. 25. ἔρχεται ὥρα, ὅτι οὐκ ἔτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν, ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν erit tempus, quo non amplius obscure ad vos loquar, sed clare et perspicue tradam vobis voluntatem patris mei. ibid. v. 29. ἴδε νῦν παῤῥησίᾳ λαλεῖς καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις nunc tu aperte loqueris nec sermonem involvis. In omnibus his locis Syrus voce ܦܠܐܬܐ usus est, quæ descendit a ܦܠܐ in Aphel ܐܦܠܝ *investigavit*, פְּלָא, *mirabilis fuit, a cognitione et intelligentia remotus fuit*. Alexandrini usi sunt hac voce pro מָשָׁל Prov. I. 1. XXV. 1. XXVI. 7. Adde Sirac. VI. 37. et XLVII. 18. 3) *parabola*, h. e. *illustratio alicujus rei e vita communi et analogia, fabula ficta, sed a rebus obviis sumta, narratio, ad alios edocendos et persuadendos apta et cujus ad aliam rem fit accommodatio, aut saltem innuitur*, i. q. παραβολή. Sic legitur in N. T. Joh. X. 6. ubi exemplum vitæ communis, propositum eo consilio, ut per Christum unice hominibus veram felicitatem patere appareat, παροιμία vocatur, pro qua voce reliqui evangelistæ voce παραβολὴ usi fuissent. Sæpius in N. T. non legitur. Cf. Vorstii Philol. Sacr. cap. IV. p. 148 seq. ed. Fischeri et de Adagiis N. T. cap. 6.

ΠΑ'ΡΟΙΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *vinosus, vinolentus, in quem cadit vinositatis culpa et omnium illorum vitiorum, quæ ex illa evenire solent*, ut adeo interdum etiam *contumeliis, jurgiis et clamoribus deditum, contumeliose et insolenter alios tractantem, scelestum et impium, hominem ferocis ingenii et asperum* significet, ex παρὰ *ad, apud*, et οἶνος *vinum*, q. d. *qui assidet vino*. Bis tantum legitur in N. T. 1 Tim. III. 3. ecclesiæ doctorem et antistitem non decet esse πάροινον καὶ πλήκτην. Vide ad h. l. Chrysostom. et Theophylactum. Tit. I. 7. Aristoph. Acharn. v. 978. Schol. πάροινος· μέθυσος, ὑβριστὴς, et apud eundem in Vespis v. 1291. παροινικώτατος is dicitur, qui v. 1294. ὑβριστότατος vocatur. Hesych. πάροινος· ἁμαρτωλὸς, μεθυστὴς, ὑβριστὴς, λοίδορος, ἔκλυτος. Æque late substantivum παροινία *vinositas* patet, ut vel apparet ex Phi-

lostrato de Vit. Sophist. c. 11. s. 2. p. 591. ubi de *Chresto*, sophista: οἴνου δὲ ἡττώμενος παροινίας ἐκράτει καὶ εὐχερίας καὶ ἀγερωχίας, ἣν ὁ οἶνος ἐπὶ τὰς γνώμας τῶν ἀνθρώπων ἄγει. Hesych. παροινία· ἡ ἐκ τοῦ οἴνου ὕβρις, καὶ οἷα δήποτε ἁμαρτία. Thom. M. p. 693. παροινία καὶ ἡ ἁπλῶς ὕβρις, καὶ ἡ ἐκ μέθης ἀσχημοσύνη. καὶ Αἰσχίνης· ἀναστῆναι λέγοντες, ὅτι τὸ ὅλον πρᾶγμα παροινία γέγονεν. ubi vide interpretes. Conf. etiam Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 295. et Wetstenii N. T. T. II. p. 328. Idem valet quoque de verbo παροινέω, ut S. V. Morus in Indice Græcitatis ad Xenophontis Anabasin s. h. v. docuit.

ΠΑΡΟΙ'ΧΟΜΑΙ, perf. παρῴχημαι, fut. παροιχήσομαι, *prætereo*, ex παρὰ *præter* et οἴχομαι *eo, abeo, discedo.* Semel tantum legitur in N. T. Act. XIV. 16. ἐν ταῖς παρῳχημέναις γενεαῖς præteritis ætatibus, seu, superioribus sæculis. Hesych. παρῳχημένας· παρελθούσας. Homer. Il. κ', 252. παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ κ. τ. λ. Plutarch. Camill. p. 135. D. ἐν τῇ παρῳχημένῃ νυκτί. Joseph. A. J. VIII. 12. 3. περὶ τῶν παρῳχημένων καιρῶν. Confer Alberti ad Gloss. Gr. N. T. p. 74.

ΠΑΡΟΜΟΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, *assimilis sum, similis sum*, a παρόμοιος, quod vide. In N. T tantum extat Matth. XXIII. 27. παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις similes estis sepulcris dealbatis. Non differt a simplici verbo ὁμοιάζω, quod vide supra.

ΠΑΡΟ'ΜΟΙΟΣ, οία, οιον, et ου, ὁ, ἡ, *adsimilis*, (ut explicatur in Gloss. Vet.) *pæne similis*, (nam παρὰ in compositis interdum *minuit* et *decrementum* significat. Vide Zeunium ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 632.) interdum etiam i. q. ὅμοιος *similis*, ex παρὰ et ὅμοιος. Bis tantum legitur in N. T. Marc. VII. 8. καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα (pro τούτοις) πολλὰ ποιεῖτε et talia his similia multa alia facitis. ibid. v. 13. καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε. Legitur præterea apud Polyb. VI. 3. 11. Xenoph. Hist. Gr. III. 4. 13. Demosthenem p. 12. 8. ed. Reisk. et Thucyd. Lib. I. c. 80. πρὸς μὲν γὰρ τοὺς Πελοποννησίους καὶ τοὺς ἀστυγείτονας παρόμοιος ἡμῶν ἡ ἀλκή. Alia loca collegit Wetstenius N. T. T. I. p. 587. Pollux IX. 130. εἴποις ἂν ἐπὶ τοῦ ὅμοιος, ἐοικώς, προσόμοιος. ὁ γὰρ παρόμοιος, παρ' ὀλίγον ὅμοιος.

ΠΑΡΟΞΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, 1) proprie: *acuo, acutum reddo*, ex παρὰ et ὀξύνω *acuo*, ab ὀξὺς *acutus*. In hac significatione respondet Hebr. שָׁנַן *acuit*. Deut. XXXII. 41. ὅτι παροξυνῶ ὡς ἀστραπὴν τὴν μάχαιράν. 2) *excito, incito, concito, impello, instigo*. Xenoph. Mem. III. c. 3. 13. φιλοτιμίᾳ, ἥπερ μάλιστα παροξύνει πρὸς τὰ καλὰ καὶ ἔντιμα. Diod. Sic. XI. p. 41. παροξύνοντες αὐτοὺς πρὸς τὴν κατηγορίαν. Polyb. Hist. I. c. 14. init. παρωξύνθην ἐπιστῆσαι τούτῳ τῷ πολέμῳ. Thucyd. I. c. 84. et VI. cap. 88. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 156 seq. 3) metaphorice: *ad quamcunque graviorem et vehementiorem animi commotionem et perturbationem* transfertur, et speciatim *ad iram incitare, irritare, exacerbare* notat. 1 Cor. XIII. 5. ἡ ἀγάπη οὐ παροξύνεται qui est hominum amans et omnibus æquus, non sinit se ad iram facile incitari et modum servat in ira. Act. XVII. 16. παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ θεωροῦντι κατείδωλον εἶναι τὴν πόλιν vehementer animo commovebatur et perturbabatur, videns, urbem illam valde deditam esse superstitioni. In posteriori loco παροξύνεσθαι generatim vehementer animo affici notat, ita, ut non tam ad indignationem, quam ad dolorem referatur. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alexandrina respondet נָאַץ *contemptim irritavit*, Num. XIV. 11, 23. Psalm. X. 13. Ies. V. 24. הִכְעִיס *ad iram provocavit*, Deut. IX. 18. Ies. LXV. 3. הִרְגִּיז idem, Ies. V. 25. XIV. 6. XXIII. 1. et aliis verbis, idem significantibus. Confer etiam Reiskii Indicem Græcitatis Demostheneæ p. 580. Gloss. Vet. παροξύνω, *acerbo, irrito, instigo, incito, stimulo, concito, exacuo*, etc.

ΠΑΡΟΞΥΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *incitatio, excitatio, exhortatio*, a παροξύνω *incito, impello ad aliquid*. Et sic in bonam partem accipitur Hebr. X. 24. εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ καλῶν ἔργων ita, ut excitemur ad studium benevolentiæ et amoris. Gloss. Vet. παροξυσμός· *irritatio, stimulatio, concitatio, incitamentum*. Hesych. παροξυμᾷ explicat per προτρέπεται, διεγείρει, παροξύνει. Confer eundem sub voce παρώξυνται et Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 602. 2) *exacerbatio, irritatio iræ, concitatio ad indignationem*, etiam *ipsa indignatio, commotio et dissensus animorum, contentio, dissidium*. Act. XV. 39. ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς suborta autem inter eos est concertatio, seu dissensio. Ita etiam legitur apud Demosthenem p. 1105. 24. ed. Reisk. et in vers. Alexandrina, ubi Deut. XXIX. 28. Jerem. XXXII. 37. Hebraico קֶצֶף *ira fervens et quasi spumans* respondet, quod alias vertitur θυμὸς, ὀργὴ et χόλος. Adde Pollucis Onom. IV. 22.

ΠΑΡΟΡΓΙ'ΖΩ, fut. ίσω, et Attice ιῶ, 1) proprie: *ad iram et indignationem provoco, concito, irrito, exacerbo*, ex παρὰ et ὀργίζω idem. Respondet in versione Alexandrina Hebraico הִכְעִיס *ad iram provocavit*, Judd. II. 12. 1 Reg. XV. 30. Jer. VII. 18. נִאֵץ *contemtim irritavit, provocavit*, 2 Sam. XII. 14. Ies. I. 4. הִרְגִּיז *ad iram provocavit*, Esr. V. 12. Job. XII. 6. הִקְצִיף idem, Psalm. CVI. 32. Zach. VIII. 14. et aliis, idem significantibus verbis. Demosthenes p. 805. 19. ed. Reisk. παροργισθέντας τε ὑμᾶς ἤδη πρός τινας. Sed ita in N. T. libris non legitur. 2) ex adjuncto, effectu posito pro caussa: *male et inique aliquem tracto, duriter tracto*. Sic legitur Ephes. VI. 4. μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν nolite nimis duriter tractare liberos vestros. Eodem modo ἐρεθίζειν sumitur Coloss. III. 21. Adde Sirac. III. 16. In versione Theodotionis 1 Sam. XXVIII. 15. παροργίζειν *inquietare, perturbare* notat, ubi LXX παρενοχλεῖν habent. 3) est i. q. παραζηλόω *ad æmulationem*, seu *æmulandi studium provoco, æmulationem excito*. Sic legitur in N. T. Rom. X. 19. ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς ad æmulandi studium vos provocabo erga, seu per populum, quem vos populum meum esse non putabatis; æmulationem excitabo in vobis per gentem, olim a vero Dei cultu alienam. Locus desumtus est ex Deut. XXXII. 21. 2 Sam. XII. 13. tam apud Theodot. quam apud LXX παροργίζειν Hebr. נָאַץ respondens, in universum *provocare, irritare* notat, et est i. q. παροξύνειν. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. παροργίζω, *in iram per*. Lege *perduco* seu *produco*.

ΠΑΡΟΡΓΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *exacerbatio, irritatio et provocatio ad iram*, etiam, ut παρόργισμα, *illud ipsum, quo quis ad iram provocatur*. 1 Reg. XVI. 33. XXI. 22. Est verbale a prima pers. perf. pass. παρώργισμαι, verbi παροργίζω *irrito, exacerbo*. In hac significatione respondet in vers. Alexandrina Hebraico נְאָצָה *irritatio contumeliosa*. 2 Regg. XIX. 3. Nehem. IX. 18, 22. 2) *ipsa ira et indignatio, sive*

juste, sive temere et contra jus fasque suscepta, et plane nihil differt a voce ὀργή. Sic semel tantum legitur in N. T. Ephes. IV. 26. ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν nolite diu iram fovere, sed proclives estote ad reconciliandum. Respondet apud Alexandrinos quoque Hebr. כעס *indignatio*, 1 Reg. XV. 30. 2 Reg. XXIII. 26. et קֶצֶף *fervor iræ*. Jer. XXI. 5. μετὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς καὶ παροργισμοῦ μεγάλου.

ΠΑΡΟΤΡΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, aor. 1. παρώτρυνα, *exstimulo, instigo, incito, urgeo, adhortor*, ex παρὰ et ὀτρύνω idem. Semel tantum legitur in N. T. Act. XIII. 50. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι παρώτρυναν τὰς σεβομένας γυναῖκας Judæi vero concitarunt mulieres religiosas ac honestas. Suidas et Hesych. παρώτρυναν· παρώξυναν. Plutarch. T. VIII. p. 153. edit. Reisk. Lucian. Deor. Concil. p. 1096. A. Gloss. Vet. παρατουνω (Lege παροτρύνω), *acerbo, incito, concito, stimulo.*

ΠΑΡΟΥΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *præsentia*, ex παρὼν, οὖσα, ὂν, part. præs. verbi πάρειμι *adsum, præsens sum*. 2 Cor. X. 10. ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς præsens facilis est. Conf. supra ad ἀσθενὴς dicta. Philip. I. 26. διὰ τῆς ἐμῆς παρουσίας πάλιν πρὸς ὑμᾶς. ibid. II. 12. μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου. 2 Thess. II. 9. 2) *adventus*. 1 Cor. XVI. 17. χαίρω δὲ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ Στεφανᾶ. 2 Cor. VII. 6, 7. Frequens autem est in libris N. T. adventus, sive apparitionis Dei et Christi mentio, quæ modo dicitur παρουσία τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου, seu τοῦ Κυρίου, modo παρουσία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, modo ἐπιφάνεια τῆς παρουσίας αὐτοῦ, pro quibus interdum nuda vocabula ponuntur, ἐπιφάνεια et ἀποκάλυψις. Dicitur autem in N. T. παρουσία Christi a) *adventus Christi in hunc mundum ejusque in his terris mortali specie commoratio*, quæ vulgo *adventus Christi in carnem* dicitur. 2 Petr. I. 16. ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν tradidimus vobis vitam Christi in his terris peractam et miraculorum splendore atque majestate insignem comprobatam et illustratam. In eundem sensum est ἐπιφάνεια 2 Tim. I. 10. b) *adventus Christi ad pœnas repetendas a Judæis, eversa urbe et exstincto regno Judaico*, vel generatim *tempus, quo Deus et Christus majestatem suam et potentiam exserit puniendis hominibus*. Matth. XXIV. 3. τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος; ex quibusnam signis adventus tuus ad judicium de Hierosolymis et terra Judaica interitusque mundi dignoscendi sunt? ibid. v. 27, 37 et 39. ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου dicitur. 2 Thess. II. 8. ὃν ὁ Κύριος καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ quem Christus penitus perdet in adventu suo, splendore ac majestate insigni. Jacob. V. 7, 8. per παρουσίαν τοῦ Κυρίου unice adventum Christi ad puniendos Judæos intelligendum esse arbitror. c) *adventus Christi ad judicium extremum, de universo genere humano habendum, et mortuorum resuscitationem*, quæ 1 Cor. XV. 23. 2 Petr. III. 4. 1 Joh. II. 28. ἡ παρουσία Χριστοῦ, 1 Thess. II. 19. III. 13. V. 23. 2 Thess. II. 1. ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, 1 Thess. IV. 15. ἡ παρουσία τοῦ Κυρίου, et 2 Petr. III. 12. ἡ παρουσία τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας dicitur. Paulum hunc adventum Christi ad judicium extremum haud procul abesse existimasse, et christianos apostolorum ætate Christum exspectasse, mox adfuturum et solenni cum pompa regnum quoddam suorum cultorum esse conditurum, in cujus regni societatem vivi adhuc et superstites perventuri essent, multis argumentis comprobare conatus est Celeb. Tychsenius in Comment. de Παρουσίᾳ Christi et notionibus, de adventu Christi in N. T. obviis. Gœtting. 1785. 4. Adde: I. G. Süskind D. de παρουσίᾳ Christi quid statuerit Paulus? Tub. 1795. 4. — Interdum autem formula παρουσία Χριστοῦ reticetur, v. c. Matth. XXV. v. 13. post τὴν ὥραν.

ΠΑΡΟΨΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) proprie apud Atticos *obsonia* significat, *quæ apponuntur in patinis*, ex παρὰ et ὄψον *obsonium*. 2) a reliquis Græcis de *ipso vase, in quo obsonia apponuntur*, et per synecdochen de *quacunque patina* dicitur. Sic bis tantum legitur in N. T. Matth. XXIII. 25. καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, coll. Luc. XI. 39. τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος καθαρίζετε. ibid. v. 26. Arrian. Diss. Epictet. II. 20. Artemid. I. 76. Phrynichus p. 74. παροψίς· τὸ ὄψον, οὐχὶ δὲ τὸ ἀγγεῖον, ὥς τινες· τοῦτο δὲ τρύβλιον ἢ λεκάριον λέγουσι, ubi videndus Nunnesius atque Hœschelius. Mœris: παροψίδα· τὴν ποιὰν μάζαν Ἀττικῶς. παροψίδα· τὸ σκεῦος. Ἑλληνικῶς. Thom. M. παροψίδα· τὴν ποιὰν μάζαν καὶ τὸ ὄψον. Ἀττικοί. ἐπὶ δὲ κύλικος, ἢ τρυβλίου, μὴ λέγε, ὥς τινες, ubi vide interpretes. Hesych. παροψίς· ὀξυβάφιον ἢ ἐμβάφιον. Idem Suidas tradit, qui addit: παροψίδας· σκεύη ὑπηρετικὰ τραπέζης. Phavor. παροψίς· τὸ τρύβλιον λέγεται. παρὰ μέντοι τῷ Πλάτωνι ποικίλον ὄψον ἡ παροψίς, ὥστε καὶ σκεῦος ἡ παροψίς, καὶ ποιὸν ὄψον. Gloss. Vet. παροψίδος, *lances*. Confer Hutchinsonum ad Xenoph. Cyrop. I. c. 3. § 4. Athenæum Deipnosoph. IX. cap. 1. p. 367. edit. Casaub. Alberti Obss. Philol. p. 133 seq. Lexicon Xenophonteum s. h. v. et Wetstenii N. T. T. I. p. 487. Cæterum transiit quoque hæc vox in Latinam linguam. Vide interpretes ad Petronium c. 34.

ΠΑΡ'Ρ'ΗΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *libertas in dicendo, quum quis palam sine hæsitatione et trepidatione et imperterritus verba facit et sententiam suam profert*. Compositum est vel ex παρὰ et ῥῆσις *dictio*, vel ex πᾶν, seu πᾶσα, et ῥῆσις. Hinc παῤῥησίᾳ adverbialiter sumitur et notat: *libere, palam, aperte*. Joh. VII. 13. οὐδεὶς μέντοι παῤῥησίᾳ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων nemo libere et palam de eo loquebatur, aut judicium tulit, omnes quippe metuebant assessores synedrii magni. ib. v. 26. παῤῥησίᾳ λαλεῖ libere ac palam in templo docet. Act. II. 9. ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαβὶδ licet libere ad vos loqui de patriarcha Davide. ibid. IV. 13, 29, 31. καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μετὰ πάσης παῤῥησίας et tradiderunt doctrinam christianam cum omni libertate dicendi. ib. XXVIII. 31. Ephes. VI. 19. Philip. I. 20. In hac significatione vel centies reperitur apud Demosthenem, v. c. p. 97. 23. edit. Reisk. ibid. p. 95. fin. λέξω δὲ μετὰ παῤῥησίας. Alia exempla habet Reisk. in Indice Græcitatis Demostheneæ p. 581. Polyb. XI. 4. ῥηθήσεται γὰρ τὸ δοκοῦν μετὰ παῤῥησίας. Conf. etiam Alex. Prov. I. 20. Job. XXVII. 10. Hesych. παῤῥησία· ἐξουσία, ἄδεια. Jam, quia libertatis in dicendo causa est animus, fiducia plenus et confidentia, hinc παῤῥησία 2) notat: *spem, fiduciam, quam in alicujus erga nos studio collocamus, confidentiam, animum, fiducia plenum*. 2 Cor. VII. 4. πολλή μοι παῤῥησία πρὸς ὑμᾶς in vobis magnam fiduciam pono, seu optima quævis de vobis spero. Ephes. III. 12. ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν per quem habemus fiduciam. 1 Tim. III. 13. Hebr. III. 6. τὴν παῤῥησίαν ἐλπίδος spem confidentissimam. ibid. IV.

16. *μετὰ παῤῥησίας* animo, fiducia pleno. ibid. IX. 16. *ἔχοντες οὖν παῤῥησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων* quum spem introitus in cœlum habeamus certissimam. ibid. v. 35. *μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν* ne abjiciatis vestram spem et fiduciam. 1 Joh. II. 28. III. 21. *παῤῥησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν* summa fiducia et sine ullo timore Deum adorare lætaque omnia exspectare ab eo possumus. ibid. IV. 17. *ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως.* ibid. V. 14. Josephus A. J. V. cap. 1. s. 13. *βλέπων ὁ Ἰησοῦς τὴν στρατιὰν καταπεπληγυῖαν —— παῤῥησίαν λαμβάνει πρὸς τὸν Θεόν.* Sapient. V. 1. *στήσεται ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ ὁ δίκαιος.* 1 Macc. IV. 18. Levit. XXVI. 13. 3) *licentia dicendi et agendi.* Philem. v. 8. *διὸ πολλὴν ἐν Χριστῷ παῤῥησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον,* coll. v. 9. Dio XXXVII. pag. 41. Judaica gens ita invaluit, *ὥστε καὶ εἰς παῤῥησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι.* Zosimus III. cap. 7. pag. 255. *οὐκ ἔχειν δὲ παῤῥησίαν, οἷα νόμου μηδενὸς αὐτῷ τοῦτο ποιεῖν ἐπιτρέψαντος.* Jam, quia is, qui libertate et licentia in loquendo utitur, *aperte, perspicue et sine verborum involucris et ambagibus loquitur,* hinc 4) *παῤῥησίᾳ* significat: *aperte, perspicue, clare et sine verborum ambagibus et involucris,* et *παῤῥησία* 2 Cor. III. 12. *ipsa orationis perspicuitas et evidentia* dicitur. Marc. VIII. 32. *καὶ παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει* et palam ac aperte iis hoc declaravit nullis verborum involucris et figuris adhibitis. Opponitur *παῤῥησίᾳ* h. l. orationi parabolicæ et ænigmaticæ, qua Christus interdum usus erat mortis suæ mentionem injiciens, v. c. Joh. II. 19. III. 14. Joh. X. 24. *εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ* dic nobis aperte, h. e. sine ambagibus, parabolis et verborum involucris. ibid. XI. 14. *παῤῥησίᾳ* verbis propriis, coll. v. 11. ibid. XVI. 25 et 29. *παῤῥησίᾳ* opponitur *ταῖς παροιμίαις.* Eodem sensu in Judæorum scriptis vox בְּפַּרְהֶסְיָא frequens est. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 885. — Quia denique, qui libertate in dicendo et licentia utitur, palam loquitur, hinc 5) *παῤῥησίᾳ aperte, palam, in publico* significat, et opponitur *occulto et abdito, τῷ κρυπτῷ,* Joh. VII. 4. *οὐδεὶς γάρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ, καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι* nemo enim facile res magnas in occulto facit, sed in conspectu omnium esse cupit. Syrus h. l. habet ܒܓܠܐ. ibid. XI. 54. *Ἰησοῦς οὖν οὐκ ἔτι παῤῥησίᾳ περιεπάτει* Jesus vero non amplius palam inter Judæos versatus est. Syrus h. l. habet ܒܓܠܐ ܗܠܟ. Coloss. II. 15. *ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ* publica ignominia affecit. Sic monente Elia in Thisbi בפרהסיא est בפרסום *in propatulo,* et opponitur *τῷ* בצנעה *clanculum.* Sæpius non legitur in N. T. — Gloss. Vet. *παῤῥησία, licentia, fiducia, confidentia, copia. παῤῥησίαν, libertatem.*

ΠΑῤῬΗΣΙΑ'ΖΟΜΑΙ, fut. *άσομαι, libere loquor, libertate in dicendo utor, cum libertate ac fiducia ago,* a *παῤῥησία,* quod vide. Act. IX. 27. *πῶς ἐν Δαμασκῷ ἐπαῤῥησιάσατο ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ* quanta cum libertate ac fiducia Damasci doctrinam Jesu sit professus. ib. v. 28. XIII. 46. *παῤῥησιασάμενοι δὲ ὁ Παῦλος καὶ ὁ Βαρνάβας εἶπον* Paulus autem et Barnabas libere et sine metu eos ita sunt allocuti. ib. XIV. 3. *παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ* libere tradentes doctrinam christianam; pro quo ib. XVIII. 26. *παῤῥησιάζεσθαι* nude ponitur, coll. XIX. 8. ib. XXVI. 26. *πρὸς ὃν καὶ παῤῥησιαζόμενος λαλῶ* apud quem libere loquor. Ephes. VI. 20. 1 Thess. II. 2. Sæpius non legitur in N. T. Æque late hæc vox patet in vers. Alexandrina Psalm. XI. 6. (Vulgatus vertit: *fiducialiter agere,* ut sæpe in N. T. Gloss. Vet. *παῤῥησιάζομαι, fiducialiter ago.*) XCIII. 1. Job. XXII. 26. Prov. XX. 9. Sirac. VI. 12. Adde Demosthenem p. 287. 13. ed. Reisk.

ΠΑ͂Σ, *πᾶσα, πᾶν,* genit. *παντὸς, πάσης, παντὸς,* sine negatione, vocculam hanc præcedente, aut sequente, adhibetur 1) *universaliter* ac *distributive,* ita, ut sit: *omnis, universus, sine ulla exceptione, nullo plane excluso.* Ex multis locis N. T. in quibus hæc significatio locum obtinet, et *πᾶς* præmittitur nomini, speciem designanti, sive expresso, sive subintelligendo, potiora tantum adduxisse juvabit. Matth. IX. 33. *πάντα* sc. *τὰ συμβεβηκότα,* quod additur 1 Macc. IV. 26. Act. XVII. 25. *καὶ τὰ πάντα* et alia omnia, quæ nempe vobis sunt ad vitam sustentandam necessaria. Joh. I. 3. *πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν* omnia per eum facta sunt nec sine eo quicquam factum est. Significat *πάντα* h. l. *omnes res creatas, visibiles et invisibiles,* quas Græci fere *τὸ πᾶν universum* dicere solent, scriptores N. T. autem *τὰ πάντα* vocare amant, ut h. l. et Hebr. I. 3. 2 Petr. III. 4. Apoc. IV. 11. Matth. XIII. 41. *πάντα τὰ σκάνδαλα* omnes homines impios et aliis perniciosos. ibid. XV. 13. Act. XV. 18. *γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ* cara enim sunt Deo semper omnia ejus opera. Rom. III. 9. IX. 5. *ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός.* ibid. XIV. 10. *πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ* nos omnes enim aliquando a Christo judicabimur. Huc etiam a theologis nostris referuntur loca N. T. ubi de restitutione generis humani per Christum et insigni mortis Christi virtute, ad universum genus humanum pertinente, sermo est, v. c. 1 Tim. II. 4. *ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐλθεῖν* qui vult omnes ac singulos homines salvos fieri et ad cognitionem veræ doctrinæ christianæ pervenire, coll. IV. 10. Tit. II. 11. *ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις* illuxit salutaris doctrina christiana omnibus ac singulis hominibus, nullo excepto. Rom. V. 18. 1 Tim. II. 6. *ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων,* scil. *ἀνθρώπων,* cujus mortis satisfactoriæ fructus ad universitatem generis humani pertinet. Sed in his et reliquis, eadem tradentibus locis N. T. multi viri docti, nostræ maxime ætatis, universalitatem restitutionis generis humani per Christum agnoscere nolunt et hoc maxime urgent, quod partim in Scriptura S. multa dicantur universe, quæ intelligenda sint particulariter, partim vero fructus mortis ac redemtionis Christi vere non ad omnes, ipsa historia teste, pervenerit. — Præterea observandum est, a) neutrum *πᾶν* in N. T. quandoque poni pro masculino pluralis numeri *πάντες omnes,* ad imitationem Hebraici כֹּל, cui respondet, v. c. Joh. VI. 37. *πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ πατὴρ* omnes, quos Deus mihi sectatores destinavit. ibid. XVII. 2. *ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον* ut omnibus, quotquot tu ei destinasti cultores, auctor sit felicitatis æternæ. 1 Joh. V. 4. *πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Θεοῦ,* pro: *πάντες οἱ γεγεννημένοι ἐκ τοῦ Θεοῦ.* b) pluralem *πάντες* valere interdum idem, quod *cuncti, omnes conjunctim, omnes simul.* Act. XIX. 7. *ἦσαν δὲ οἱ πάντες ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο* erant autem cuncti duodecim. ibid. XXVII. 37. *ἦμεν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ διακόσιαι ἑβδομηκονταέξ* erant autem in nave omnino ducenti septuaginta sex, seu non minus quam CCLXXVI. Homer. Il. η', 161. Od. ι', 244. Callim. H. in Dian,

105. Herodot. VI. 89. Thucyd. II. 101. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 647. c) πάντες *omnes, alius post alium, singuli separatis temporibus.* Matth. XXII. 28. πάντες γὰρ ἔσχον αὐτὴν omnes enim eam habuerunt uxorem, coll. v. 25 seq. ib. XXVI. 27. ubi sermo est de calice, qui circumferebatur, ex quo omnes bibere jubebantur. 2) *omnis*, ita, ut *restricte sumatur,* ratione subjectæ materiæ, aut aliarum circumstantiarum, et Latine reddi possit *multus, varius, omnis generis, magnus numerus, plerique*, etc. Matth. I. 17. πᾶσαι αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαβὶδ omnes generationes ab Abrahamo usque ad Davidem (quæ nempe in genealogia Christi enumeratæ fuerunt,) sunt quatuordecim generationes. ibid. III. 15. πᾶσαν δικαιοσύνην omne officium nostrum. ibid. IV. 8. πάσας τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου omnes provincias Palæstinæ, quæ scilicet attingebantur jugis illis montium. ibid. XXVII. 45. ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν per totum illum terræ tractum. — Indefinite pro *generibus singulorum,* ita, ut respondeat Latino *varius, omnis*, seu *diversi generis,* ponitur maxime in illis N. T. locis, ubi præponitur nomini, quod genus significat, et sub se continet species, v. c. Matth. IV. 23. θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν sanans varia, aut omnis generis morborum genera. ibid. IX. 35. X. 1. Luc. XV. 1. πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ scelesti varii generis. Act. X. 12. πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς varii generis quadrupedes. ibid. IX. 32. XIII. 10. διερχόμενον διὰ πάντων varia loca peragrantem. 1 Corinth. X. 25, 27. Ephes. IV. 19. V. 3. Ita etiam כֹּל usurpatur Genes. XL. 17. (ubi jam Lutherus habet allerley, *diverse.*) Deut. XXVIII. 61. 2 Reg. VIII. 9. Nahum. II. 10. Xenoph. de Rep. Athen. II. 8. φωνὴ πᾶσα sermo omnis, seu varii generis hominum. Confer Alex. Cohel. II. 5. 2 Paral. XXXI. 5. — Interdum quoque de *magno numero* usurpatur et Latine reddendum est: *multi, plurimi, plerique.* Matth. II. 3. πᾶσα Ἱεροσόλυμα maxima pars incolarum Hierosolymæ. ibid. III. 5. πᾶσα ἡ Ἰουδαία καὶ πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου maxima pars incolarum Judææ et regionis vicinæ. Marc. I. 5. 1 Cor. VIII. 1. πάντες γνῶσιν ἔχομεν plerique nostrum scientiam habemus rerum divinarum, coll. ver. 7. ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις. Act. II. 5. ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ex multis partibus orbis terrarum. Marc. XVI. 15. κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει. Rom. XI. 26. πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται multi Israëlitæ adducentur ad religionem christianam. 1 Cor. I. 5. VII. 7. coll. v. 9. Col. I. 6. Luc. V. 17. XVI. 16. Apollod. III. 5. Xenoph. Ephes. L. II. p. 36. Οἱ πάντες *multi.* Marc. I. 37. VI. 33. Joh. III. 26. Galat. II. 14. ἔμπροσθεν πάντων in magno consessu. Joseph. A. J. XIII. 5. 7. καὶ οἱ μὲν πάντες τὸν Ἰωνάθην κατέλιπον, ὀλίγοι δέ τινες — — ὑπέμειναν κ. τ. λ. — Οἱ πάντες *plerique, plerique omnes.* Matth. XXI. 26. Marc. IV. 11. Luc. VIII. 45. coll. Joh. II. 10. — Οἱ πάντες *reliqui, reliqui omnes.* Marc. IV. 14. πάσας reliquas omnes parabolas. 1 Thess. II. 15. III. 12. εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας. ibid. V. 15. 2 Tim. IV. 8. — Ita כֹּל sumitur Jerem. XLIV. 11. et πᾶς apud Alexandrinos Jerem. XXX. 14. ubi Hebraico רֹב *multitudo* respondet. — Sunt præterea alia multa N. T. loca, ubi, prout in communi usu loquendi, multa dicuntur *universe* et *absolute de toto* (ut sit i. q. ὅλος. Matth. VIII. 32. XXVII. 45. coll. Marc. XV. 33. Luc. XXIII. 44. — 2 Reg. XXIII. 3. ubi πᾶς cum ὅλος in codd. vers. Alex. permutatur. Ælian. V. H. XI. 9. Suidas ex Homero Il. β', 809. πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι· παρ' Ὁμήρῳ· ἀντὶ τοῦ ὅλαι· μία γὰρ ἦν) et *genere,* quæ intelligenda sunt πρός τι *particulariter,* de *specie* et de *parte,* v. c. Matth. XVII. 11. Act. III. 21. 1 Cor. VI. 12. quorum sensus ex contexta oratione, subjecta materia, aut aliis circumstantiis facile cognosci poterit. 3) *quilibet, quicunque, quisque.* Mat. XIX. 3. num licet uxorem repudiare κατὰ πᾶσαν αἰτίαν; ob quamcunque causam? 1 Tim. II. 8. ἐν παντὶ τόπῳ ubique. Act. III. 23. πᾶσα ψυχὴ quivis homo. Jacob. I. 19. πᾶς ἄνθρωπος quisque. 4) *totus,* vel *universus,* i. q. ὅλος. Matth. VI. 29. ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ in, vel cum omni, seu universo splendore suo. ibid. VIII. 32. πᾶσα ἡ ἀγέλη totus grex. ibid. XIII. 2. πᾶς ὁ ὄχλος universus populus. ibid. XVIII. 16, 32. πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι. Act. V. 21. VII. 14. VIII. 27. 2 Tim. III. 13. Ita כָּל usurpatur Ies. I. 5. כָּל־רֹאשׁ לָחֳלִי וְכָל־לֵבָב דַּוָּי et πᾶς apud Æschin. Socr. Dial. III. § 11. πᾶς ἐπὶ τῇ τύχῃ γενόμενος totus a fortuna pendens. Adde ibid. § 5. Sic etiam *omnis* et *cunctus* apud Latinos scriptores (v. c. Horat. Od. III. 30. 6. 1 Epist. I. 11. Jul. Cæsar. de Bello Gallico I. 1.) adhibetur. Utriusque usus loquendi exempla vide apud Schraderum in Animm. ad Musæum p. 336. Eustath. ad Homeri Iliad. χ', ἔστι σύνηθες Ὁμήρῳ νοεῖν τὸ πᾶς ἀντὶ τοῦ ὅλος. Hesych. πᾶς· ὅλος, ἕκαστος. 5) *summus, maximus,* ut *omnis* apud Latinos, v. c. Ciceronem de Nat. Deor. II. 21. Sic legitur in N. T. Act. XIII. 10. ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας O tu, qui plenus es summa fraude ac omni dolo. 1 Tim. I. 16. ἵνα — ἐνδείξηται — τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν ut summam suam declaret lenitatem. Jacob. I. 2. πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε summo gaudio vobis ducite, seu impense lætandi materiam suppeditatam vobis existimate. Wetstenius N. T. T. II. p. 659. πᾶσαν χαρὰν vertere mavult: *merum gaudium,* et provocat ad loca Arriani Exped. Alex. III. 10. 7. Diss. Epictet. III. 5 et 22. Eurip. Med. 454. Sed in omnibus his locis πᾶς rectius *summus* vertitur. Coloss. I. 9, 11. 1 Tim. I. 15. πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος summa approbatione digna doctrina. 2 Tim. II. 2, 11. IV. 2. Tit. II. 15. III. 2. Polyb. pag. 1357. πᾶσαν ἐνδεικνύμενοι φιλοτιμίαν. Idem p. 1391. τῆς πάσης ἀλογιστίας ἐστὶ σημεῖον summæ dementiæ argumentum est. Conf. Raphelium in Obss. Polyb. p. 595. et in Annotatt. Herodoteis p. 568. Xenoph. Hist. Gr. V. 4. 29. ἐν παντὶ ἦσαν in summo metu versabantur. ibid. VI. 1. 4. εἰς πᾶν ἀφίκετο ὁ βασιλεὺς in summum discrimen rex veniebat. Confer etiam Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 326. 6) πάντα, pro κατὰ πάντα, (Coloss. III. 20.) vel εἰς πάντα (quod legitur 2 Cor. II. 9.) *omnino* (i. q. πάντως,) *in omnibus, quoad omnia.* Act. XX. 35. πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν omnino vobis demonstravi. 1 Cor. IX. 25. πάντα ἐγκρατεύεται in omnibus continens est. Ephes. IV. 15. τὰ πάντα, pro κατὰ τὰ πάντα, in omnibus. Hesiod. Theog. v. 157. Philip. III. 8. τὰ πάντα ἐζημιώθην quod omnia jacturam feci. Coloss. III. 8. τὰ πάντα, pro πάντως, omnino, ut πάντα quoque reperitur apud Homer. Odyss. ρ', v. 166. Conf. Sam. Battierium in Museo Bremensi Vol. II. P. II. p. 183 seq. 7) διὰ παντὸς, scil. χρόνου, *semper, omni tempore.* Matth. XVIII. 10. διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου semper vident faciem patris mei. Act. II. 25. προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς confisus sum in Domino semper. Verba sunt desumta ex Ps. XVI. 8.

[illegible] ... [illegible] reperitur [illegible] ... [illegible] frequen- ... [illegible] 2 Thess. ... Hebr. II. 13. διὰ παντὸς τοῦ ... [illegible] Socr. Dial. III. 6. διὰ ... [illegible] αὐτῷ παντὶ τὸ Ἐπι- ... [illegible] Confer supra διαπαντός. 8) ἐν παντί, ubi subintelligendum est pro re nata et ex contexta oratione τρόπῳ, seu μέρει, *omni modo, omni ex parte*, vel καιρῷ, *omni tempore*, vel τόπῳ, *omni in loco, ubique*. 1 Cor. I. 5. ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ omnis generis bonis ab eo aucti estis: additur ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει. 2 Cor. IV. 8. ἐν παντὶ subaudi τρόπῳ, καιρῷ et τόπῳ. Æque late hæc formula patet ibid. VI. 4. Ephes. V. 24. Phil. IV. 6. 2 Cor. VII. 5, 11, 16. ἐν παντί, sc. τρόπῳ, seu μέρει. ibid. VIII. 7. IX. 8 et 11. ἐν παντὶ πάντοτε semper et ubique. ibid. XI. 6, 9. Phil. IV. 12. 1 Thess. V. 18. ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε omni in re, tempore, modo et loco gratias agite. Ἐν πᾶσιν, sc. πράγμασιν, *in rebus omnibus*, seu *per res omnes*. Matth. XXIII. 20. καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐπάνω αὐτοῦ et simul etiam per ea jurat, quæ aræ imponuntur. 1 Cor. XV. 28. 2 Cor. XI. 6. 1 Petr. IV. 11. ἵνα ἐν πᾶσι, scil. χαρίσμασιν, δοξάζηται ὁ Θεὸς ut Deus ob omnia hæc summa beneficia ab hominibus laudetur et celebretur. 9) ἐπὶ πᾶσιν notat a) *propter omnia, de omnibus*. Luc. II. 20. αἰνοῦντες τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἤκουσαν laudantes Deum propter omnia, quæ audiverant. ibid. IX. 43. πάντων δὲ θαυμαζόντων ἐπὶ πᾶσιν, οἷς ἐποίει ὁ Ἰησοῦς hæc a Jesu acta admirantibus omnibus. ibid. XIII. 17. b) *insuper, adhæc, prœterea, ante omnia*. Luc. III. 20. XVI. 26. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις et præterea. Ephes. VI. 16. ἐπὶ πᾶσιν. Vulgo pro ἐπὶ πάντων accipitur et vertitur: *prœter ista omnia*, scilicet armorum genera; sed malim vertere *ante omnia*, vor allen Dingen, *before all things*. Coloss. III. 14. 10) μὴ πᾶς; *non ullus, nemo*. 1 Cor. I. 28. ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ut nemo gloriandi materiam habeat. Apoc. VII. 1. Significat autem πᾶς in hac oratione *ullum, quenquam*, ut כָּל Exod. XX. 10. XXXIV. 10. Ps. CXLVII. 20. Ezech. XVIII. 11, 13. 11) οὐ πᾶς, a) *nemo, non ullus, non omnis, pauci*. Matth. VII. 21. XI. 19. In utroque loco κατὰ λιτότητα *paucos* significat. Marc. XIII. 20. Rom. III. 20. οὐ πᾶσα σὰρξ nemo. Galat. III. 16. Ita לֹא־כָל Exod. XX. 9. Ps. CXLIII. 2. quoque sumitur. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 25. p. 529. edit. Fischeri. Galat. II. 16. Conf. Cicero pro Roscio Amerin. cap. 27. Epist. II. 12. s. 4. b) *non totus, non universus*. Act. X. 41. οὐ παντὶ τῷ λαῷ non omni, seu universo populo Judaico. 12) οὐδὲ πᾶς *neque ullus*. Apoc. VII. 16. IX. 4. Sic οὐδέποτε πᾶν *nunquam ullum*. Act. X. 14. XI. 8. Vide notam superiorem ad n. 10. 13) πᾶς μὴ *nullus, nemo*, et πᾶν μὴ *nihil*. Ephes. IV. 29. Joh. VI. 39. 14) πᾶς οὐ *nullus*. Ephes. V. 5. 2 Petr. I. 20. 1 Joh. II. 21. III. 6. Apoc. XXII. 3. καὶ πᾶν κατανάθεμα οὐκ ἔσται ἔτι et nullum maledictum amplius erit. 15) πᾶς οὐδέποτε *nemo unquam* et πᾶν οὐδέποτε *nihil unquam*. Act. X. 4. XI. 8. 16) πᾶς οὐ μὴ *nullus prorsus*. Apoc. XVIII. 22. et οὐ μὴ πᾶς ibid. XXI. 27. 17) περὶ πάντων a) *de omnibus*. Luc. III. 19. VII. 18. XXIV. 14. b) *præ omnibus, ante omnia*. 3 Joh. v. 2. περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι καὶ ὑγιαίνειν. Eodem sensu πρῶτον πάντων legitur 1 Tim. II. 1. et πρὸ πάντων, Jacob. V. 12. 1 Petr. IV. 8. 18) τὰ πάντα, vel τὸ πᾶν, *is* dicitur, *qui omnia efficere valet, penes quem est summa imperii, adeo, ut unus omnia possit*. 1 Cor. XV. 28. ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι ut Deus habeat summum imperium abolito omni principatu, v. 24. omnibusque ipsi subjectis. Similia loca reperiuntur etiam in exteris scriptoribus, v. c. apud Lucianum Abdicat. p. 722. σωτὴρ καὶ εὐεργέτης καὶ πάντα ἦν ἐγώ. Polybius Hist. Lib. V. c. 26. de Apelle, regis Philippi præfecto: τὸ δὲ ὅλον αὐτοῖς ἦν καὶ τὸ πᾶν Ἀπελλῆς. Confer Raphelium in Animadvv. Polybianis et Herodoteis ad h. l. Deum speciatim τὸ πᾶν, vel τὰ πάντα a gentilibus dictum esse, docuit Alberti in Obss. Philol. p. 354. et Jac. Elsner. in Obss. Sacr. T. II. p. 126. Longe alio sensu reperitur τὰ πάντα 1 Cor. IX. 22. τοῖς πᾶσιν γέγονα τὰ πάντα ad omnium me accommodavi mores et ingenia.

ΠΑ'ΣΧΑ, τὸ, *pascha*. Vox ἄκλιτος, non Græca, ut quidam patrum (v. c. Justinus in Dialogo cum Tryphone, Judæo, Tertullianus adv. Jud. cap. 10. Ambrosius Lib. 40. de Mysterio Pasch. cap. 1.) voluerunt, qui eam a voce πάσχειν *pati* derivarunt, eo quod tunc temporis, quo celebratum fuit, Christus mortem subiit et acerbissima quævis passus fuit, et passionis Christi memoria circa hoc tempus celebratur, sed origine Hebraica, פֶּסַח *transitus*, a radice פָּסַח *transiit*, quia angelus mortis, Ægyptiorum primogenitos percutiens, Israëlitarum domos, sanguine agni paschalis conspersas et quasi signatas, præteriens, Israëlitis pepercit. Vide Exod. XII. 13. Significat ergo 1) proprie: *transitum*, seu motum localem, cum quis locum aliquem præterit et transit. 2) *ipsum agnum paschalem*, qui quotannis a Judæis in memoriam transitus angeli, (Exod. XII. 13, 26, 27.) primogenitos Ægyptiorum percutientis, sed Israëlitarum domos, sanguine agni conspersas, prætereuntis et liberationis Israëlitarum e servitute Ægyptiaca per Mosen, mactabatur. Sic legitur in N. T. Matth. XXVI. 17. ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; ubinam vis ut tibi cœnam paschalem paremus? Marc. XIV. 12. ὅτι τὸ πάσχα ἔθυον cum mactarent agnum paschalem. ibid. et v. 14. formula φαγεῖν τὸ πάσχα quoque occurrit. Luc. XXII. 7, 8, 11, 15. Joh. XVIII. 28. 1 Cor. V. 7. ubi Christus vocatur metaphorice πάσχα, h. e. agnus paschalis, quia innocens se immolavit pro peccatis hominum et morte sua nos redemit a pœnis peccatorum. Nonnulli agnum paschalem typum realem Christi crucifixi fuisse statuunt. Cf. Hottinger. ad Goodwini Mosen et Aaronem III. 4. 3. et Edzardum ad Avoda Sara c. 2. 234. Hebr. XI. 28. πίστει πεποίηκε τὸ πάσχα fide mactavit agnum paschalem. Πάσχα autem h. l. ipsum agnum notat, cujus sanguine jussu divino adspergebantur et signabantur ædificia Israëlitarum, ut angelus, mortis minister, eorum domus præteriret. Eodem sensu פֶּסַח usurpatur Exod. XII. 43. Num. IX. 10 et 11. ubi sunt formulæ עָשָׂה פֶּסַח et אָכַל פֶּסַח quibus respondent Græcæ ποιεῖν et φαγεῖν πάσχα 2 Chron. XXX. 18. Ipsæ adeo victimæ, quas paschalibus feriis per septem dies in pacifica sacrificia mactare moris erat apud Judæos, פֶּסַח vocabantur. Deut. XVI. 2 seq. 3) *festum paschale, sacra paschalia, quæ septem diebus absolvebantur*, et speciatim: *dies solemnis, quo agnus paschalis mactari et edi solebat*, qui erat decimus quartus mensis Nisan. Matth. XXVI. 2. μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται post biduum pascha celebrandum est. Marc. XIV.

1. Luc. II. 41. ἡ ἑορτὴ τοῦ πάσχα vocatur, coll. Joh. XIII. 1. Joh. II. 13. τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων, et v. 23. τὸ πάσχα ἡ ἑορτή, scil. τῶν Ἰουδαίων, quod additur c. VI. 4. ibid. XI. 55. XII. 1. XVIII. 39. XIX. 14. Act. XII. 4. 2 Reg. XXIII. 22. 4) *cœna paschalis.* Matth. XXVI. 18, 19. καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα et pararunt cœnam paschalem. Marc. XIV. 16. Luc. XXII. 13. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑ'ΣΧΩ, fut. πείσομαι, perf. πέπονθα, aor. 2. ἔπαθον, partic. παθὼν, 1) generatim notat: *afficior aliqua re male vel bene, patior.* Est verbum μέσον, et non tantum de *eo, cui mali aliquid accidit,* usurpatur, sed etiam de *eo* adhibetur, *qui beneficiis ornatur,* unde apud Græcos formulæ εὖ et κακῶς, καλῶς, ἀγαθὰ (Theogn. v. 342.) et κακὰ πάσχειν frequentissimæ sunt. Εὖ πάσχειν *bene esse alicui, beneficiis affici,* reperitur apud Ælian. V. H. I. c. 34. XIII. 42. extr. Xenoph. Anab. I. 3. 4. Ei opponitur κακῶς πάσχειν, apud Ælian. V. H. XIII. 17. Πάσχειν ἀγαθὸν *amice et benevole tractari,* legitur apud Xenoph. Anab. V. 5. 7. cui ex opposito respondet κακὸν πάσχειν *malis affici, detrimentum capere,* apud Euripid. Phœn. v. 493 et 1621. Interdum apud Græcos πάσχειν, nude positum, de *eo* generatim adhibetur, *cui aliquid accidit,* v. c. apud Ælian. V. H. XIV. 47. τί παθὼν οὕτω θαυμάζει τὴν τέχνην quid ipsi accidisset, ut tantopere admiraretur artem. Eurip. Phœn. v. 253. Soph. Ajac. Flagell. 508. τερπνὸν εἴ τί που πάθοι. et alios, aut, *qui aliquo statu et conditione utitur.* Vide scholiasten et Küsterum ad Aristoph. Nubes v. 234. Hinc quoque lucem fœnerantur loca nonnulla N. T. v. c. Marc. V. 26. καὶ πολλὰ παθοῦσα ὑπὸ πολλῶν ἰατρῶν multis variisque medicamentis usa, variisque modis a multis medicis tractata. Matth. XVII. 15. κακῶς πάσχει male vexatur, aut graviter ægrotat, ut sit idem, quod κακῶς ἔχει, quod habet h. l. Codex Cotton. et Origenes. Act. XXVIII. 5. ἔπαθεν οὐδὲν κακὸν nihil inde incommodi ei accidit. Hebr. II. 18. ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς quum enim ipse varia mala perpessus sit. Conf. Parerga Sacra ad N. T. p. 5 seq. Speciatim vero πάσχειν 2) in N. T. *mala et adversa pati, pœnis affici, dolere, ægrotare, mortem subire* significat. Matth. XVI. 21. πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ut multis modis vexetur a senioribus. ibid. XVII. 12. μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν multum ab illis vexabitur. ibid. XXVII. 19. πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτοῦ multum enim ejus causa hodie perturbata sum in somnio. Marc. VIII. 31. IX. 12. Luc. IX. 22. XIII. 2. ὅτι τοιαῦτα πεπόνθασιν quod talia mala passi sint. ib. XVII. 25. XXII. 15. πρὸ τοῦ με παθεῖν ante mortem meam. Erat autem πάσχειν verbum proprium in jure Attico de *mortis supplicio,* quo reus afficiebatur, uti e contrario ἀποτῖσαι de *pecuniæ mulcta* adhibebatur. Confer Platon. Apol. 26. Luc. XXIV. 26, 46. πάσχειν, de Christo usurpatum, omnia mala, quæ hominum causa toleravit, mortemque adeo ejus cruentam in cruce indicat. Act. I. 3. III. 18. IX. 16. XVII. 3. 1 Cor. XII. 26. εἴτε πάσχει ἓν μέλος si unum membrum dolet et ægrotat. Conf. Alex. Amos VI. 6. ubi Hebraico נֶחְלָה *morbo affici, infirmari,* respondet. 2 Cor. I. 6. Phil. I. 29. 1 Thess. II. 14. 2 Thess. I. 5. 2 Tim. I. 12. δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω propter quam causam et ego nunc in vincula conjectus sum. Hebr. V. 8. ἀφ' ὧν ἔπαθεν multis malis, quæ expertus est. ibid. IX. 26. ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν tunc enim Christo sæpius moriendum fuisset. In nonnullis codicibus legitur h. l. e glossemate ἀποθανεῖν. Πάσχειν τι vero pro ἀποθνήσκειν sæpe reperitur apud scriptores Græcos, v. c. Diogenem Laërt. V. 61. ἐάν τι πάσχω si moriar. Vide ad h. l. Menagium et Casaubonum. Æschin. Socr. Dial. III. 14. εἴ τι πάθοις si quid tibi acciderit, si mortuus fueris. Confer Cicer. Tuscul. Quæst. I. 43. Hebr. XIII. 12. ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε extra urbem Hierosolymam mortem subiit. 1 Petr. II. 19, 20, 21, 23. III. 14, 17, 18. ἔπαθε. Sed in multis codicibus legitur ἀπέθανε. ibid. IV. 1, (ubi confer versionem Syriacam.) 15, 19. πάσχειν est: *persecutiones pati.* ibid. V. 10. Apoc. II. 10. Etiam apud Græcos πάσχειν, nude positum, non solum de *iis, qui pœnam subeunt,* (Conf. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 273. ed. Zeunii.) sed etiam de *iis, qui malis afficiuntur et vexantur,* adhibetur. Vide Eurip. Phœn. v. 640. 3) *beneficiis afficior et ornor.* Galat. III. 4. τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; tantane bona, per religionem christianam parta, vobis frustra contigerunt? Aristoph. Plut. v. 551. Confer Hombergium in Parergis Sacris p. 278. et Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 183. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΑ'ΤΑΡΑ, άρων, τά. *Patara.* Nomen proprium urbis Lyciæ maritimæ, in Asia minore, quæ Pamphyliæ contermina et una ex sex præcipuis est, ubi colebatur Apollo, qui ibidem *Patareus* dicitur, et quondam celebre oraculum fuit. Sic dicta est, ut Strabo (XIV. p. 980. B. p. 981. C. 984. A.) censet, a *Pataro,* ejus conditore. Confer Cellarii Geographiam Plen. Lib. III. c. 3. § 156. p. 95 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 601. Semel tantum in N. T. commemoratur Act. XXI. 1. κἀκεῖθεν εἰς Πάταρα atque inde Patara.

ΠΑΤΑ'ΣΣΩ, fut. άξω, 1) proprie: *percutio, ferio, vulnero,* aut secundum alios, *cum strepitu,* vel *sonitu palpito et pulso.* Matth. XXVI. 51. καὶ πατάξας τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως et (gladio) percutiens ministrum summi sacerdotis. Luc. XXII. 49. εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ; visne feriamus gladio? ibid. v. 50. In versione Alexandrina respondet Hebraico הִכָּה *feriit, percussit.* Gen. VIII. 21. Num. III. 13. Ps. III. 8. מָחַץ *percussit, transfodit, vulneravit.* Deut. XXXII. 39. Judd. V. 26. Adde Xenoph. de Rep. Athen. I. 10. et de Re Equestri VII. 5. In *vulnerandi* notione legitur apud Thucyd. VIII. c. 92. 2) *interficio, neco.* Matth. XXVI. 31. πατάξω τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης interfecto pastore dispergentur oves. Marc. XIV. 27. Act. VII. 24. πατάξας τὸν Αἰγύπτιον occiso Ægyptio. Eodem modo הִכָּה *percussit, feriit, verberavit,* legitur Exod. II. 11. Num. III. 13. VIII. 17. Jos. X. 33, 39. In versione Alexandrina respondet πατάσσειν Hebraico הֵמִית *interfecit* 2 Paral. XXXIII. 24. Jerem. XLI. 4. 3) *afficio aliquem malis,* et speciatim: *morbo affligo, gravissimum morbum infligo.* Apoc. XI. 6. πατάξαι τὴν γῆν ἐν πάσῃ πληγῇ percutere, vel afficere terram omnis generis plaga. ibid. XIX. 15. Act. XII. 23. παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος Κυρίου illico a Deo gravissimo morbo affligebatur. Confer supra a me ad vocem μάστιξ dicta. Sic quoque הִכָּה sumitur Ies. XXX. 13. XLIX. 10. Hagg. II. 18. Adde Alex. 1 Sam. XXV. 38. καὶ ἐπάταξε ὁ Κύριος τὸν Ναβὰλ καὶ ἀπέθανε. 2

Paral. XIII. 20. XXI. 14. *Κύριος πατάξει σε πληγὴν μεγάλην.* Deut. XXXII. 39. *πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι.* 1 Macc. II. 44. *καὶ ἐπάταξαν ἁμαρτωλοὺς ἐν ὀργῇ.* ibid. V. 3. *ἐπάταξεν αὐτοὺς πληγὴν μεγάλην.* 2 Macc. IX. 5. *ἐπάταξεν αὐτὸν ἀνιάτῳ καὶ ἀοράτῳ πληγῇ.* 4) interdum, omni violentiæ notione abjecta: *leniter et molliter aliquem tango, moneo ictu, latus percutio,* nostrum: **einen anstossen,** *to strike one gently.* Sic legitur in N. T. Act. XII. 7. *πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου, ἤγειρεν αὐτὸν* molliter tacto latere Petri eum excitavit. Sæpius non legitur in N. T. Hesych. *πατάσσει· πλήσσει, κρούει, τρέμει, πηδᾷ, φοβεῖται, ἅλλεται.* Idem: *πατάσσω· ἠχῶ, δέρω, πλήσσω.*

ΠΑΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *calco, conculco,* et ex adjuncto: *sub potestatem meam redigo.* Luc. X. 19. *ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων* ecce do et concedo vobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones, h. e. infringendi et coërcendi vim ac impetum omnium hostium eosque potestati vestræ subjiciendi. Apoc. XIV. 20. *καὶ ἐπατήθη ἡ ληνὸς,* sc. *τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ,* et calcatum est torcular, sc. iræ divinæ, quibus verbis metaphorice designantur gravissimæ pœnæ divinæ, ab impiis sumendæ. Confer Thren. I. 15. Apoc. XIX. 15. *καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος* et Christus calcavit torcular iræ divinæ, impios gravissimis pœnis afficiens. Alexandrini usi sunt hac voce pro בּוּס *calcare,* Zach. X. 5. דּוּשׁ *calcare, triturare,* Ies. XXV. 10. דָּרַךְ *calcavit, incessit, ambulavit,* Deut. XI. 24. Neh. XIII. 15. *πατοῦντας ληνούς.* Jerem. XLVIII. 33. et רָמַס *calcavit.* Ies. I. 12. Hesych. *πατεῖν· πορεύεσθαι.* 2) metaphorice: *vasto, perdo, contumeliose tracto, insulto,* i. q. *καταπατέω.* Luc. XXI. 24. *Ἱερουσαλὴμ ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν,* h. e. partim: Hierosolyma vastabitur a gentibus; partim: Hierosolymitani a gentilibus omnis generis ignominia afficientur. Apoc. XI. 2. *καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν πατήσουσι* et vastabunt urbem sanctam. Adde 1 Macc. III. 45. et IV. 60. Grotio tamen *πατεῖν* in utroque hoc N. T. loco est: *tenere jure victoriæ.* Sæpius non legitur in N. T. Suid. *πατήσας· καταφρονήσας.* — *πατούμενοι· ὑβριζόμενοι.* Hesych. *πατέουσι· καταπατοῦσι.* Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 525. et Irmisch. ad Herodian. I. 12. 14. p. 512.

ΠΑΤΗ'Ρ, τέρος, per syncopen *πατρὸς,* ὁ, 1) proprie: *pater, genitor, a quo quis proxime et immediate prognatus est,* etiam, *qui tantum est pater nomine, loco patris.* Matth. II. 22. *ἀντὶ Ἡρώδου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ* loco Herodis patris. ibid. IV. 21, 22. VIII. 21. X. 21, 37. XV. 4, 5. Luc. II. 48. *ἰδοὺ ὁ πατήρ σου κἀγώ.* Joh. VI. 42. *οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα* cujus patrem nos novimus. Constat autem ex litteris sacris, Josephum, maritum Mariæ, matris Jesu, non vere fuisse Jesu patrem et genitorem. Marc. V. 40. VII. 10, 11. IX. 21. X. 19. Luc. I. 62, 67. etc. Pluralis *πατέρες,* ut Latinum *patres* (Ovid. Metam. IV. 60. Statius Thebaid. VI. 464.) et Græcum *γονεῖς* (Antonin. Liber. 39.), *utrumque parentem* seu *parentes* notat. Ephes. VI. 4. *οἱ πατέρες μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν,* coll. v. 2. Hebr. XI. 23. Moses absconditus est per tres menses *ὑπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ* a parentibus suis, scilicet a patre, Amramo, et Jochabeda, matre. Parthenius Erot. 10. *παρὰ τῶν πατέρων αἰτησάμενος.* Conferend. Schraderus ad Musæum p. 215. 2) *auctor stirpis, princeps alicujus familiæ ac gentis, a quo familia, gens et natio originem ducit.* Matth. III. 9. *πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ* generis nostri auctorem Abrahamum veneramur. Marc. XI. 10. Davides *ὁ πατὴρ* vocatur, quia fuit auctor familiæ regiæ, quo nomine Act. II. 29. *ὁ πατριάρχης* vocatur. Luc. I. 73. III. 8. Joh. VIII. 56. Act. VII. 2. Rom. IV. 1, 17. et 18. Abrahamus *πατὴρ πολλῶν ἐθνῶν* dicitur, h. e. a quo multæ nationes originem ducent. Huc etiam referendus est locus Rom. IX. 5. ubi *οἱ πατέρες* sunt patriarchæ Israëlitarum, qui etiam Exod. III. 13, 15, 16. אֲבוֹת dicuntur. Adde Gen. IX. 8. X. 21. Ies. XLIII. 27. Hinc 3) *πατέρες* sunt per synecdochen *majores,* in linea adscendente, etiam remotiores, ad imitationem Hebr. אֲבוֹת quod sic legitur 1 Reg. VIII. 21. XIII. 22. et XV. 12. Matth. XXIII. 30. *εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν* si majorum nostrorum ætate vixissemus. ibid. v. 32. *ὑμεῖς ἐπληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν* vos suppletis, quod majorum vestrorum improbitati deerat. Luc. I. 55, 72. VI. 23, 26. XI. 47, 48. Joh. VI. 31, 49, 58. IV. 20. Eadem notio voci *πατέρες* subjecta etiam est apud Græcos scriptores, v. c. Thucyd. I. 4. Pindarum Olymp. II. 13. Euripidem in Oreste v. 512. *καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι.* Hesych. *πατέρες· οἱ πλούσιοι ἢ πρόγονοι.* Eustathius ad Homeri Odyss. η', v. 54. *Ὅμηρος τὸ τῶν αὐτῶν τοκήων ἀντὶ προγόνων ἔλαβεν.* Idem tradit Pollux Onom. III. 8. 4) *unus e majoribus.* Luc. I. 32. *δώσει αὐτῷ Κύριος ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ* ei concedet Deus regnum Davidis, unius e majoribus suis. Rom. IX. 10. *Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν.* Etiam *οἱ πατέρες* in N. T. interdum sunt *aliqui e majoribus.* Act. VII. 11, 12, 19, 38, 39, 45, 51, 52. 1 Cor. X. 1 seq. 5) metaphorice et per metonymiam: *qui affectu paterno præditus est et parentum benevolorum more alios tractat.* Sic v. c. 1 Cor. IV. 15. *πατὴρ* dicitur doctor religionis christianæ, qui parentum more blandis verbis alios hortatur et subditis humanitatem præstat, eique opponitur *παιδαγωγὸς,* h. e. doctor severus et rigidus. 2 Cor. VI. 18. *ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα* parentis loco vobis ero, h. e. summis beneficiis vos ornabo. Hebr. I. 5. ubi verba desumta sunt ex 2 Sam. VII. 14. ubi אָב eodem modo usurpatum reperitur. Adde Psalm. LXXXIX. 27. XXVII. 10. Job. XXIX. 16. Thren. V. 3. et 1 Petr. I. 17. 6) *instar patris colendus et venerandus,* et tribuitur *ei, qui sive ætate, sive dignitate præstans est.* Sic v. c. tribuitur senioribus Judæorum, et assessoribus synedrii magni Hierosolymitani Act. VII. 2. ubi Stephanus synedrii assessores ita alloquitur: *ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε* fratres et patres, audite me! ibid. XXII. 1. 1 Tim. V. 1. *ἀλλὰ παρακάλει ὡς πατέρα* sed mone et cohortare eum summa cum modestia et humanitate. Loco 1 Joh. II. 13, 14. hæc notio non convenire videtur. Conf. de hac notione Palairet. Obss. Philol. p. 331. 7) *πατὴρ* est nomen honoris, quod olim a Judæis *prophetis* et *doctoribus* tribuebatur, non solum a discipulis eorum, (qui ideo בְּנֵי־הַנְּבִיאִים dicuntur, 2 Reg. VI. 1.) 2 Reg. II. 12. sed etiam ab aliis, regibus adeo Israëlitarum, 2 Reg. VI. 21. XIII. 14. et quo non cupide uti apostolos Christus jubet Matth. XXIII. 9. *καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς* neve *patrem* quemquam vestrum appellate in his terris. Frequens

est in libris Talmudicis formula אָבָא שָׁאוּל. Solemne enim erat Judæis, doctores suos patris nomine vocare, quia, sicut patres liberos educare, nutrire et bonis sensibus ac moribus imbuere tenentur, ita etiam doctores ingenium, pectus et sensus discipulorum suorum acuere, subigere, formare et excolere solent. Conf. Schœttgenii Hor. Hebr. et Talmud. T. I. p. 745. Bibl. Br. Cl. IV. p. 92. et quæ supra ad vocem γεννάω dicta sunt et infra ad voces τεκνίον et ὠδίνω a me dicentur. Adde Horat. Lib. I. Sat. 3. v. 126. et Palairet. Obss. Philol. p. 69. 8) *auctor, causa, qui aliquam rem primus invenit.* Joh. VIII. 44. diabolus dicitur ὁ πατὴρ τοῦ ψεύδους pater mendacii, h. e. auctor omnis vitiositatis, qui primum exemplum vitiositatis dedit. Hebr. XII. 9. πατὴρ πνευμάτων, h. e. auctor omnium spirituum, ut vulgo hic locus explicatur. Jacob. I. 17. ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων a Deo, omnis veræ felicitatis humanæ auctore et fonte. Rom. IV. 12. Abrahamus dicitur ex nonnullorum interpretum sententia ὁ πατὴρ τῆς περιτομῆς, quatenus auctor est et causa, ut Judæi aspirare valeant ad favorem Dei. Eandem significationem obtinet quoque hæc vox in Græcorum libris. Plato Menexen. c. 10. πατέρες τῆς ἐλευθερίας. Ita *parens* apud Cicer. pro Redit. ad Quirit. c. 5. et אָב Job. XXXVIII. 28. Ies. IX. 6. Gen. IV. 19. Plutarch. de Audiend. Poëtis c. 2. ubi videndus Krebsius p. 130. De *eo, qui aliquam rem primus invenit* usurpari docuit Olearius ad Philostrat. Vitt. Sophist. I. n. 8. p. 490. ibid. I. c. 25. s. 6. p. 536. πατέρα καλῶν αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ γλώττης. 9) *dux, princeps in aliqua re, antesignanus, cujus vestigia alii sequuntur,* et generatim *omnis, cujus exemplum sequimur.* Sic v. c. Joh. VIII. 38. diabolus dicitur pater Judæorum, quia ad ejus exemplum se conformaverant. coll. v. 41. ἡμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν, h. e. vos ingenium ac facta diaboli exprimitis. ibid. v. 42. εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν si Deum imitaremini. ib. v. 44. Rom. IV. 11, 12. Abrahamus dicitur πατὴρ πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας καὶ περιτομῆς, h. e. quem omnes, nondum circumcisi, omnesque Judæi ducem sibi et exemplum venerantur ac habent. Conf. ibid. v. 16. Ezech. XVI. 3, 45. 1 Macc. II. 54. Φινεὲς ὁ πατὴρ ἡμῶν ἐν τῷ ζηλῶσαι ζῆλον.

Eodem sensu apud Kessæum in libro de Vitis Patriarcharum p. 45. Abrahamus dicitur ابو الانبيا كلهم *pater prophetarum omnium*, h. e. princeps, non, primus: nam etiam Adamus نبى الله vocatur. 10) Κατ' ἐξοχὴν et per metaphoram Deus in N. T. libris dicitur a) *pater*, respectu ad homines, quatenus rerum omnium, quæ existunt, et hominum speciatim origines a Deo derivandæ sunt et Deus res a se creatas, et speciatim homines nunquam deserit, sed incredibili sapientia et benignitate fovet, conservat et moderatur, ut adeo simul amor et officium nostrum erga Deum significetur. Matth. V. 6, 45, 48. VI. 1, 4, 6, 8, 9, 14, 15, 18, 26, 32. VII. 11. Luc. XI. 2. Joh. VIII. 27. ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν Jesum de Deo tanquam patre suo ad eos loqui. coll. v. 54. 1 Joh. V. 7. 2 Cor. VI. 18. Rom. VIII. 15. Gal. IV. 6. Etiam *Deos* Patris nomine a Gentilibus nuncupatos esse, tradit Lactantius Institutt. Divin. L. IV. et confirmat Lucilii versibus. Præcipue hoc nomine amabant in suis precibus seu adorationibus uti. Vide Æschyl. Sept. Theb. 120. Homer. Odyss. δ', 341. ν', 128. Callim. H. in Jov. v. 7. et 34. Confer etiam Brissonium de Formulis p. 43 seq. b) *pater domini nostri Jesu Christi*, quatenus, ut tradunt libri symbolici nostræ ecclesiæ, de sua substantia ab æterno genuit filium, sibi ὁμοούσιον, aut, quatenus Deus per Jesum, verum Messiam, et insignibus virtutibus divinis instructum, genus humanum restituit. Matth. VII. 21. X. 32, 33. Marc. XIV. 36. Joh. I. 14, 18. II. 16. V. 17, 20 etc. Cf. Pott. Progr. Pentec. Formulæ dicendi: Θεὸς ὁ πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ brevis expositio. Gœtt. 1810. 4. 11) quandoque per ellipsin deficit, v. c. Act. VII. 16. Ἐμμὸρ τοῦ Συχὲμ pro Ἐμμὸρ πατρὸς τοῦ Συχὲμ, coll. LXX Gen. XXXIII. 19. — De variis vocum אָב et πατὴρ in SS. notionibus copiose disputavit Fesselius in Adverss. SS. IV. c. 6.

ΠΑ'ΤΜΟΣ, ου, ἡ, seu, ut etiam in numis scribitur, Πάϑμος. (Vide Ezech. Spanhem. de Usu et Præstantia Numismatum p. 902.) *Patmus.* Vide Strabon. X. p. 747. B. et Eustathium ad Dionys. Perieg. v. 350. Nomen proprium insulæ, obscuræ ac sterilis et parum habita-

tæ (Tourneforti Itinerar. T. II. p. 148.) maris Icarii, seu Ægæi, inter Sporadas numeratæ, (teste Plinio H. N. IV. 12.) inter Asiam minorem et Græciam, quæ antea (teste Appiano) dicta fuit *Positum.* In eam Johannes, evangelista, a Domitiano Cæsare relegatus, ac deportatus, revelationes ibi divinas de futuro ecclesiæ christianæ statu habuit, quas in Apocalypseos libro descriptas legimus. Vide Eusebium in H. E. III. c. 14. Hodie *Palmosa* vocatur seu *Patino,* ex auctoritate Tourneforti in Itinerar. T. I. p. 168. Semel commemoratur in N. T. Apoc. I. 9. Confer Cellarii Geogr. Plen. III. c. 2. § 70. p. 20. ac Eichhornii Comment. in Apoc. Vol. I. p. 30 seq.

ΠΑΤΡΑΛΟΙ'ΑΣ, vel, in penultima ο in ω mutato, et Iota subscripto, ΠΑΤΡΑΛΩ'ΗΣ, ου, ὁ, *patris percussor,* vel *interfector, patricida,* etiam *is, qui contumeliose tractat patrem nec ei debita officia præstat,* ex πατὴρ *pater* et ἀλοιάω, seu ἀλοιέω, pr. *trituro,* deinde *multis ictibus contundo, verbero, percutio.* Semel legitur in N. T. 1 Tim. I. 9. Hesych. πατραλοίας· ὁ τὸν πατέρα ἀτιμάζων, πατροτύπτης. Idem: πατραλοίας· ὁ τὸν πατέρα τύπτων ἢ κτείνων. Pollux Onom. III. c. 2. sect. 13. οἱ περὶ τοὺς γονέας ἐξαμαρτάνοντες, πατραλοίας, ἢ μητραλοίας ἑκάτερος αὐτῶν καλεῖται. Confer etiam interpretes ad Thom. M. p. 695. Wetstenii N. T. T. II. p. 318. et Alberti Obss. Philol. p. 393 seq.

ΠΑΤΡΙΑ', ᾶς, ἡ, 1) proprie: *paternitas,* quo vocabulo usus est Vulgatus interpres Ephes. III. 15. Descendit a πατὴρ *pater.* Jam quemadmodum Arabicum ابو quod proprie *p.:ternitatem* notat, sæpe in Historia Elmacini et alibi pro *familia* ponitur, ita etiam πατριὰ 2) *familiam,* seu *cœtum eorum* notat, *qui communem patremfamilias habent,* etiam *omnes, qui ab aliquo originem ducunt, tribum, genus, populum, nationem, gentem.* Ter tantum legitur in N. T. Luc. II. 4. ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ e familia quippe et tribu Davidica oriundus. (Herodot. III. 75. ἐγενεηλόγησε τὴν πατριὴν τοῦ Κύρου. Joseph. A. J. VI. 4. 1. VII. 14. 7. διεμέρισε δὲ αὐτοὺς κατὰ πατριάς.) Act. III. 25. ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηϑήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ (in duobus codicibus legitur φυλαὶ) τῆς γῆς per tuam sobolem benefaciet Deus omnibus gentibus ac nationibus.

Gen. XII. 3. coll. XVIII. 18. Eph. III. 15. ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται qui est familiæ suæ in universo mundo auctor et conditor. In versione Alexandrina legitur pro מִשְׁפָּחָה *familia, genus,* Exod. VI. 15, 17, 19. 2 Sam. XIV. 7. 1 Chron. II. 55. etiam pro בֵּית אָב *domus patris.* Exod. VI. 25. Num. I. 18. Adde Joseph. Ant. VII. cap. 14. § 7. Hesych. πατρία· φυλή. Suidas et Lex. Cyrilli MS. Brem. πατριαί· χῶραι, φυλαί, τοπαρχίαι. Cf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 213.

ΠΑΤΡΙΑ'ΡΧΗΣ, ου, ὁ, *patriarcha, tribus,* seu *familiæ alicujus princeps, auctor stirpis et gentis, a quo familia, gens ac natio originem ducit,* quasi τῆς πατριᾶς ἄρχων. Vide Heideggerum in Historia Patriarcharum T. I. Exc. 1. § 2 seq. et Suicerum in Thes. Eccles. s. h. v. Hoc nomine venit in N. T. *Abrahamus,* Hebr. VII. 4. quem Judæi gentis suæ auctorem et conditorem venerabantur, et qui ideo sæpe in N. T. ὁ πατὴρ τῶν Ἰουδαίων vocatur. Act. II. 29. Davides patriarcha vocatur, quia fuit auctor et caput regiæ familiæ Judæorum. Act. VII. 8 et 9. duodecim filii Jacobi patriarchæ appellantur, quia principes duodecim tribuum erant, in quas omnis populus Judaicus divisus erat. Sæpius non legitur in N. T. Ab Alexandrinis exprimitur hoc nomine Hebraicum רֹאשׁ הָאָבוֹת *caput patrum,* seu *majorum,* 1 Chron. XXIV. 31. 2 Chron. XIX. 8. XXVI. 12. quod Exod. VI. 25. Num. XXXI. 26. XXXVI. 1. ἀρχήν, seu ἄρχοντα πατριᾶς vertunt; etiam שַׂר *princeps,* 1 Chron. XXVII. 22. et שָׂרֵי שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל πατριάρχαι τῶν φυλῶν Ἰσραήλ. Tertullianus Lib. II. ad Nationes cap. 12. Saturnum *patriarcham Deorum* vocat. Vox πατριαρχεῖον reperitur in Etym. M. 187. 16.

ΠΑΤΡΙΚΟ'Σ, ή, όν, *patrius,* a πατὴρ *pater.* Significat *omne, quod a majoribus traditum, acceptum et constitutum est et fit ex instituto majorum, quod patriis moribus receptum est iisque convenit,* τὸ πατροπαράδοτον, et differt proprie, monente Ammonio p. 111. et Krebsio ad Decreta Romanorum pro Judæis p. 218. a πατρῷον, quo significatur *paternum,* h. e. *quod a patre et majoribus omnino quasi hæreditatis jure ad liberos et posteros pervenit et transit.* Sed sæpe permutari invicem hæc vocabula, docuit Jensius in Lectionibus Lucianeis p. 381. Semel tantum legitur in N. T. Galat. I. 14. περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων defensor acerrimis religionis Judaicæ, a majoribus acceptæ et traditæ. Alexandrini habent pro אָב *pater,* Levit. XXV. 14. Jos. VI. 25. et אֵם *mater.* Ruth. I. 8. Vide etiam Sirac. XLII. 14. Reiskii Indicem Græcitatis Demosthen. p. 583. et Wetstenii N. T. T. II. p. 217 seq. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 145. πατρικός, *paternus.*

ΠΑΤΡΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) *patria, locus, unde quis ortum traxit,* et partim de *terra patria,* seu *regione natali,* (Euripid. Phœn. v. 401 et 986. Hesych. πατρίδα· γαῖαν, πατρῴαν γῆν.) partim de *urbe patria,* (Achilles Tatius Lib. I. p. 11. ἐμοὶ Φοινίκη γένος, Τύρος ἡ πατρὶς mihi Phœnicia natale solum, urbs vero patria Tyrus est. Philo de Virtutibus T. II. p. 587. ed. Mangey, ἔστι δέ μοι Ἱεροσόλυμα πατρίς. Et sic apud Josephum centies.) quæ alias πατρὶς πόλις (v. c. Eurip. Phœn. v. 1656.) dicitur, usurpatur. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 409. Matth. XIII. 54. καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ et profectus est in patriam suam. ibid. v. 57. Marc. VI. 1, 4. Luc. IV. 22, 24. Joh. IV. 44. Alexandrini usi sunt hac voce pro מִשְׁפָּחָה *familia, genus,* 1 Chron. V. 7. מוֹלֶדֶת *nativitas, progenies, cognatio,* Esther II. 10, 20. VIII. 6. Ezech. XXIII. 15. et pro אֶרֶץ מוֹלֶדֶת *terra nativitatis.* Jerem. XLVI. 16. Omissum autem esse post πατρὶς vocabulum γῆ, vel πόλις, partim ex Hesychii glossa, supra laudata, partim ex Schœttgenii Obss. ad L. Bos. Ellips. Gr. p. 37. luculenter apparet. 2) metaphorice: *omnis sedes perpetua et beata.* Sic legitur in N. T. Hebr. XI. 14. ubi per πατρίδα intelligendæ sunt *sedes beatorum cœlitum,* quo tendunt homines, hospites ac peregrini his in terris, æterna ibi quiete fruituri. Conf. v. 15 et 16. Sæpius non reperitur in N. T.

ΠΑΤΡΟ'ΒΑΣ, α, ὁ. *Patrobas.* Nomen viri Græcum, designans *eum, qui paternis insistit vestigiis,* ex πατὴρ *pater* et βὰς *incedens,* part. aor. 2. verbi βαίνω *eo, incedo.* Semel tantum legitur in N. T. Rom. XVI. 14.

ΠΑΤΡΟΠΑΡΑ'ΔΟΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *a patre traditus, a patribus,* vel *majoribus traditus,* ex πατὴρ *pater* et παραδίδωμι *trado.* Semel legitur in N. T. 1 Petr. I. 18. ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν ἀναστροφῆς πατροπαραδότου a vana vivendi ratione, quam a majoribus traditam accepistis: quæ verba meram periphrasin *rituum,* lege Mosaica præscriptorum, continent. Vox ipsa πατροπαράδοτος admodum frequens est in Græcorum libris. Dionys. Halic. V. 48. p. 314. extr. ἐπὶ τῇ μικρᾷ καὶ πατροπαραδότῳ διέμειναν οὐσίᾳ. Thucyd. I. 85. Diodor. Sic. XVII. 4. Dionys. Halic. A. IV. 8. Alia loca dedit L. Bos. in Exercitatt. p. 276. et Alberti in Obss. Philol. p. 455.

ΠΑΤΡΩ͂ΟΣ, ῴα, ῷον, *patrius, paternus,* et non solum *quod a parentibus venit et transit ad liberos* significat, sed etiam *a majoribus constitutum, patriis moribus receptum iisque conveniens* significat, nec semper a voce πάτριος differt, de qua supra jam copiose expositum est. Usurpatur autem in N. T. partim de *personis,* partim de *rebus.* Act. XXII. 3. πατρῴου νόμου legis, a majoribus observatæ et acceptæ. ibid. XXIV. 14. λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ colo Deum, quem etiam majores nostri cultu divino prosequuti sunt. ibid. XXVIII. 17. de moribus et ritibus, a majoribus traditis, acceptis et observatis, adhibetur. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro אָב *pater.* Prov. XXVII. 10. πατρῷον φίλον. 2 Macc. IV. 15. πατρῴους τιμάς. ib. V. 10. πατρῴου τάφου, coll. XII. 39. ib. VI. 1. πατρῴων νόμων. Thucyd. VII. c. 69. θεοὺς πατρῴους. Apud Eurip. in Phœn. v. 330, 379, 917 et 1471. est idem, quod πατρίς. Thom. M. p. 695. πατρῷα· τὰ ἐκ πατέρων εἰς υἱοὺς χωροῦντα. καὶ πατρῷοι φίλοι· πάτρια δέ, τὰ τῆς πόλεως ἔθη. ubi vide interpretes. Cf. etiam Suidam sub πατρῴων et Wetstenii N. T. T. II. p. 621.

ΠΑΥ͂ΛΟΣ, ου, ὁ. *Paulus.* Nomen proprium originis nec Græcæ, nec Hebraicæ, sed Latinæ, valens idem, quod *pusillus, qui est corpore parvo.* Legitur in N. T. 1) de *Sergio Paulo, proprætore.* Act. XIII. 7. 2) de *apostolo* J. C. qui ante conversionem suam ad religionem christianam dictus est *Saulus,* aut *Saul,* Hebr. *desideratus,* vel *desiderabilis,* quod nomen ipsi sine dubio in ipsa circumcisione a parentibus inditum est; illud vero post conversionem assumsit, cum religionem christia-

nam inter Græcos ac Romanos traderet, apud quos Pauli nomen vulgatum, Sauli vero christianis, quos persequutus fuerat, odiosum erat. Solebant vero Judæi illorum temporum, inter Græcos et Romanos versantes, nominibus Judaicis vel plane abstinere, vel ea saltem immutare, ut docuit Barthius in Advers. VII. 4. et Noldius in Histor. Idumæa p. 209. Alii Saulum hoc nomen accepisse existimant, quia civitate Romana donatus erat. Erat enim Tarsensis; Tarsus autem fuit colonia Romanorum. Alii, originem vocis nimis prementes, apostolum seipsum ita appellasse opinantur, quia pusillus fuit statura, teste Nicephoro in H. E. II. c. 37. Nomen ipsius quam sæpissime occurrit in Actis Apostolorum, v. c. cap. XIII. 7. XIV. 9. XVI. 3. XVII. 2. et in epistolis, non solum in inscriptionibus, sed etiam alibi, v. c. 1 Cor. I. 12, 13. III. 4, 5, 22. XVI. 21. 2 Cor. X. 1. Ephes. III. 1. Coloss. I. 23. IV. 18. 1 Thess. II. 18. 2 Thess. III. 17. Philem. v. 9, 19. 2 Petr. III. 15. Hesych. Παῦλος· θαυμαστὸς (derivavit ab Hebraico פֶּלֶא *admirabilis,*) ἢ ἐκλεκτὸς σύμβουλος.

ΠΑΥ΄Ω, fut. παύσω, 1) *cessare facio alium, finio, finem impono alicui rei, avoco ab aliqua re, libero.* Xenoph. Mem. I. 2. 2 et 5. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐπιθυμιῶν ἔπαυε, h. e. *avocavit.* Idem Cyrop. V. 5. 9. Æschin. Socr. Dial. II. 13. παύειν τῆς διαφορᾶς. ib. § 36. παύειν τὸν νοσοῦντα ægrotantem morbo *liberare.* Ælian. V. H. VII. 3. VIII. 18. Eurip. Phœn. v. 1330. παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους *finem imponam* præsentibus querelis. ibid. v. 450. παῦσαι πόνων ærumna liberare. 2) *coërceo, sedo, reprimo.* 1 Petr. III. 10. qui ad felicem et beatam vitam adspirat, παυσάτω τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ ἀπὸ κακοῦ coërceat linguam suam a malo, h. e. temperet sibi a conviciis et calumniis contra alios. — Passivum Παύομαι *cesso, desisto, desino, finior, coërceor, liberor.* 2 Petr. IV. 1. ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας quemadmodum, qui mortuus est (Syrus: ܙܟܐ) liber et immunis est a peccato, seu, corpore ad peccatum non amplius abuti potest. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 436. et Palairet. Obss. Philol. p. 508. — Medium Παύομαι *me cessare facio, desisto, cesso, desino, quiesco.* Dicitur etiam absolute pro *quiescere, cessare.* In hac significatione plerumque loco infinitivi cum participio construitur et sæpe adverbialiter ponitur. Luc. V. 4. ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν postquam vero loqui desierat. ibid. VIII. 24. καὶ ἐπαύσαντο et quiescebant, aut sedabantur. ibid. XI. 1. Act. V. 42. οὐκ ἐπαύσαντο διδάσκοντες indesinenter, seu sine intermissione docebant. ibid. VI. 13. οὐ παύεται ῥήματα λαλῶν semper impie et blaspheme loquitur. (Aristoph. Plut. 360. παῦσαι φλυαρῶν.) ibid. XIII. 10. XX. 1. μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον postquam autem cessavit tumultus. ibid. v. 31. XXI. 32. ἐπαύσαντο τύπτοντες τὸν Παῦλον destitere Paulum verberare. 1 Cor. XIII. 8. γλῶσσαι παύσονται cessabit olim facultas linguis peregrinis loquendi. Ephes. I. 16. οὐ παύομαι εὐχαριστῶν ὑπὲρ ὑμῶν non desino gratias pro vobis agere. Coloss. I. 9. Hebr. X. 2. Sæpius non legitur in N. T. Æschin. Socr. Dial. III. c. 10. Ælian. V. H. VIII. 10. ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι τοῖς Δράκοντος νόμοις. Xenoph. de Re Equestri X. 12. οὐ παυόμεθα λέγοντες. Alia exempla dedit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 101. p. 370 seq. et Bielius in Thesauro Philol. h. v. Thom. M. παύω ἕτερον, παύομαι δ' ἐγώ. Hesych. παύεται· ἡσύχως γίνεται.

ΠΑ΄ΦΟΣ, ου, ἡ. *Paphus.* Urbs insulæ Cypri celeberrima, Veneri quondam sacra et inclyta templo Veneris splendidissimo, quæ ob hunc cultum religiosum mox Paphia Venus, mox Paphi regina appellata est, v. c. ab Horatio I. Od. 30. v. 1. Nomen accepit a Papho, conditore; deinde ab Augusto Augusta dicta fuit. Hieronymi ætate nonnisi quædam ejus vestigia supererant. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 7. § 22. p. 232. Memoratur in N. T. tantum Act. XIII. 6, 13. Vide etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 533.

ΠΑΧΥ΄ΝΩ, fut. υνῶ, 1) proprie: *pinguefacio, obesum reddo, crassum facio,* a παχὺς *crassus, pinguis, obesus,* et speciatim de animalibus usurpatur, quæ pabulo copiosius sumto pinguescunt. Confer Psalm. CXLIV. 16. Ezech. XXXIV. 3. Apud Alex. Cohel. XII. 5. respondet in hac significatione Hebraico הִסְתַּבֵּל *onustum se reddidit pinguedine.* Jam, quia nimia pinguedo et obesitas animalia sensus expertia nec satis idonea ad se movendum reddit, et quia παχὺς, ut Hebr. אֱוִיל et טָפַשׁ, Psalm. LXIX. 70. absolute positum, ut Latinorum *pinguis* (Persius S. III. 32. Horat. Serm. II. 6. 14. Ovid. Metam. XI. 148.) apud Græcos metaphorice *stolidum, obtusum, stultum, hebetem* notat et pro παχὺς τὴν διάνοιαν vel τὴν καρδίαν ponitur, (v. c. apud Aristoph. in Nub. Act. III. Sc. I. v. 840. ubi ἀμαθὴς καὶ παχὺς conjunguntur, coll. Ælian. V. H. XIII. 15. φασὶ παχύτατον γενέσθαι τὴν διάνοιαν, et Herodian. II. 9. Cic. de Amic. c. 5. Cf. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 67.) etiam παχύνω 2) metaphorice ita adhibetur, ut *inidoneum, ineptum, aliquem reddo, sensus alicujus hebeto, aliquem quoad intellectum et voluntatem corrumpo* significet, et παχύνεσθαι *pinguefieri, obesum esse,* sit: *tardum, hebetem, stupidum et ineptum esse, omnique sensu veri, honesti et pulcri destitui.* Sic tantum bis in N. T. legitur. Matth. XIII. 15. ἐπαχύνθη ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου stupida mens hujus populi facta est, coll. Deut. XXXII. 15. Act. XXVIII. 27. Verba desumta sunt ex Ies. VI. 10. ubi in Hebraico legitur הַשְׁמֵן לֵב־הָעָם הַזֶּה cor eorum pingue et obesum redde. h. e. denuncia iis, animum ipsorum stupidum, hebetem et induratum esse. Verba enim activa apud Hebræos, maxime prophetas, sæpe declarative accipienda sunt. Philostrat. L. I. Vit. Apollon. c. 8. p. 10. νοῦν παχύνειν. Cæterum, conf. Irmisch. ad Herodian. II. 9. 15. Vol. II. Opp. p. 293. et Casaubonum ad Persii Sat. III. p. 351.

ΠΕ΄ΔΗ, ης, ἡ, *pedica, compes, vinculum, quo pedes constringuntur,* i. q. περισκελὶς, qua voce reliqui Græci uti solent, teste Mœride, ubi vide Piersonum. Descendit a ποὺς *pes* et δέω *vincio.* Ter tantum legitur in N. T. Marc. V. 4. διὰ τὸ αὐτὸν πολλάκις πέδαις καὶ ἁλύσεσι δεδέσθαι, καὶ διεσπᾶσθαι ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις, καὶ τὰς πέδας συντετρῖφθαι quia sæpe pedicis et catenis vinctus fuerat, sed disruptæ erant catenæ ab eo et pedicæ contritæ. Luc. VIII. 29. καὶ πέδαις φυλασσόμενος et compedibus custodiebatur. De pedicis, quibus equorum pedes vinciuntur, ne aufugere possint, legitur apud Homerum Iliad. μ', v. 36. ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδας ἔβαλε χρυσείας. Demosthen. p. 420 ult. et 614. 22. edit. Reisk. Herodot. III. 23. Alexandrini

adhibuerunt hanc vocem pro נְחֹשֶׁת *æs, compes ærea*, Jud. XVI. 21. 2 Reg. XXV. 7. 2 Chron. XXXIII. 11. כֶּבֶל *compes*, Psalm. CV. 18. et pro זִקִּים *catenæ, compedes*. Psalm. CXLIX. 8 Hesychius: πέδαι· δεσμὰ, περισκελίδες. Et: πέδη· περισκελὶς, δεσμός. Suidas: πέδαι· δεσμὰ, παρὰ τὸ ποῦς καὶ τὸ δέω, τὸ δεσμεύω. ἢ παρὰ τὸ πιέζειν τοὺς πόδας. Idem tradit Schol. min. in Iliad. μ', v. 36. Gloss. Vet. πέδη, ὁ δεσμὸς, *compes*. πέδη, *pedica*. Conf. Salmasium de Modo Usurarum p. 812. Hinc descendit verbum πεδάω *vincio pedicis*, quo usi sunt Alexandrini Psalm. LXVIII. 7. CII. 20. CVII. 10. pro אָסַר *vinxit, ligavit*; sed Dan. III. 20, 21, 23, 24. pro Chald. כְּפַת, quod idem significat.

ΠΕΔΙΝΟ'Σ, ὴ, ὸν, *campestris, planus*, a πεδίον *planities, campus*, quod est a πέδον *solum, terra*, et hoc quasi a ποῦς, ποδὸς, *pes*, quia pede calcatur. Semel tantum legitur in N. T. Luc. VI. 17. ἐπὶ τόπου πεδινοῦ in loco campestri. Xenoph. Anab. V. 5. 2. ἡ δὲ τῶν Τιβαρηνῶν χώρα πολὺ ἦν πεδινωτέρα. Diodor. Sic. II. 38. ἐκ τῶν πεδινῶν τόπων εἰς τὴν ὀρεινήν. Alexandrini habent pro מִישׁוֹר *planities, planum*, Deut. IV. 43. Jerem. XXI. 13. שְׁפֵלָה *planities, locus humilis et depressus*, qui opponitur locis montosis, 2 Chron. I. 15. IX. 27. Jer. XVII. 26. et pro בִּקְעָה *vallis*. Deut. XI. 11. Suid. πεδινός· ὁ ὁμαλὸς τόπος. Gloss. Vet. apud Labbæum: πεδινὰ, *campestria*.

ΠΕΖΕΥ'Ω, fut. εύσω, *iter facio pedibus, iter facio terra*, (Cicero ad Atticum V. 9.) et opponitur τῷ πλεῖν, a πεζὸς *pedestris, qui pedibus iter facit*. Tantum extat in N. T. Act. XX. 13. μέλλων πεζεύειν pedibus iter facturus. Xenoph. Anab. V. 5. 4. Polyb. XVI. 29. 11. X. 48. 6. Gloss. Vet. πεζεύω, *pedito*.

ΠΕΖΗ͂, non est adverbium, ut vulgo grammatici statuunt, sed est nomen adjectivum dativi casus, subintellecta ὁδῷ, significans: *pedestri*, seu *terrestri itinere, pedibus*. Descendit enim ab adjectivo πεζὸς, ὴ, ὸν, *pedestris, pedibus iter faciens*, quod est vel a πεζὸς, οῦ, ὁ, *pedes*, vel a πέζα, ης, ἡ, *malleolus, planta pedis*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XIV. 13. ἠκολούθησαν αὐτῷ πεζῇ (alii habent πεζοὶ) ἀπὸ τῶν πόλεων insecuti eum sunt ex urbibus istis pedestri itinere. Opponitur πεζῇ h. l. τῷ ἐν πλοίῳ, ut apud Homerum Iliad. ω', v. 438. ἐνδυκέως ἐν νηῒ θοῇ ἢ πεζὸς ὁμαρτέων. Marc. VI. 33. καὶ πεζῇ (habent alii πεζοὶ) ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον ἐκεῖ et terrestri itinere ab omnibus civitatibus concurrebant ibi. Diodor. Sic. I. c. 30. Thucyd. Lib. IV. c. 132. στρατιὰν μέλλων πεζῇ πορεύσειν εἰς Βρασίδαν. Demosthenes p. 1046. 13. ed. Reisk. ἵνα μὴ πεζῇ πορεύηται. Xenoph. de Rep. Athen. II. 4. 5. ubi opponitur κατὰ θάλατταν. Etiam in vers. Alexandrina reperitur 2 Sam. XV. 17. pro בְּרַגְלָיו *pedibus suis*. Loco πεζῇ rescribendum esse πεζοὶ in N. T. evincere nuper conatus est Celeb. Fischerus in Prolus. XXII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 513 seq. qui lectu digna de hac voce habet. Conf. etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 414.

ΠΕΙΘΑΡΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *obedio principi, obedientiam superioribus præsto, pareo imperio*, q. d. πείθομαι τῷ ἄρχοντι, ex πείθω et ἄρχων *princeps*, seu ἀρχὴ *principatus*. Hanc propriam notionem huic voci subjicerem in loco Act. V. 29. πειθαρχεῖν δεῖ (scil. ἡμᾶς) Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις parendum Deo, summo numini, magis est, quam hominibus, etiam in summa dignitate et auctoritate constitutis, coll. v. 27. ib. v. 32. ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ quo Deus veros suos cultores instruxit. Tit. III. 1. πειθαρχεῖν est i. q. in antecedentibus ταῖς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι magistratibus et principibus morem gerere. Xenoph. de Mag. Equit. c. 1. § 24. Demosthenes p. 802. 10. ed. Reisk. ὥσπερ γὰρ, ὅταν ἄρχωσι, τοὺς ἰδιώτας οἴονται δεῖν αὐτοῖς πειθαρχεῖν· Conf. Abreschium ad Æschylum p. 94. Ammonius: πειθαρχεῖν. τῷ κελεύοντι πεισθῆναι. Sic substantivum πειθαρχία usurpatum legitur apud Josephum A. J. VI. 7. 2. et B. J. VII. 1. 2. 2) *obtempero, pareo, morem gero suadenti meliora*. Act. XXVII. 21. ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες, πειθαρχήσαντάς μοι, μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης oportebat, O mei, obtemperare consilio meo, nec a Creta solvere, coll. v. 9. Sæpius non legitur in N. T. Adde 3 Esr. VIII. 96. Sirac. XXXIII. 33.

ΠΕΙΘΟ'Σ, ὴ, ὸν, *persuasorius, persuadendi vim habens*, i. q. πειθανὸς et πιθανὸς, ὴ, ὸν, *persuadendo aptus*, a πείθω *persuadeo*, vel a πειθὼ, όος, contracte οῦς, ἡ, *suada, suadela*. Semel legitur in N. T. 1 Cor. II. 4. καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις non usus sum in docendo et in tradenda religione christiana oratione, humano more artificiosa et ad persuadendum accommodata. Vocabulum hoc, in nullo antiquæ Græciæ monumento repertum, (nam loca, quæ sunt a Salmasio de Lingua Hellenistica p. 86. et Kypkio in Obss. Sacr. P. II. p. 193. prolata, aut omnino nihil probant, aut corrupta sunt, saltem incertæ lectionis,) multis conjecturis criticorum occasionem præbuit. Grotius ad h. l. πιστοῖς pro πειθοῖς legi suasit; aliis (ut Albertio in Obss. Philol. ad h. l.) vera lectio videtur esse ἐν πειθοῖ (conf. Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 3. 12. p. 827. et Wetstenii N. T. T. II. p. 106.) λόγων, ut est apud Euseb. Præpar. Evang. I. 3. p. 6. et in Alberti Glossar. Gr. p. 119. Alii legunt πειθοῦς, quæ est Junii, a Wetstenio laudati, conjectura. Aliis denique in mentem veniebat, annon compendio scribendi lectio hujus loci depravari potuerit et ΠΙΘΟΙΣ pro ΠΙΘΑΝΟΙΣ olim scriptum fuerit, quæ fuit ingeniosa conjectura J. C. Kühnii in Comment. Exeget. et Critica ad locum 1 Cor. II. 1—5. Lips. 1784. 4. qui docte et eleganter de omni hoc loco exposuit.

ΠΕΙΘΩ', όος, contr. οῦς, ἡ, 1) *suada, suadela, persuadendi vis*, a πείθω *persuadeo*. 2) *oratio ad persuadendum apta et composita*. 3) *persuasio*. Longin. de Sublim. I. 4. et XXXIX. 1. Sic legitur 1 Cor. II. 4. ubi loco impressi ἐν πειθοῖς λόγοις plures codices habent ἐν πειθοῖ λόγων, ut quoque est apud Eusebium Præp. Evang. I. 3. p. 6. Zonaras Lex. c. 1530. πειθοῖ· τῇ πεισμονῇ. ubi vide quos laudat Tittmannus, nec non Alberti ad Glossar. Gr. N. T. p. 119. Hesychius: Πειθὼ (ita enim reponendum est loco impressi Πειθὴ), πεισμονὴ, πίστις. Gloss. Vet. apud Labbæum: πειθὼ, ὄνομα, *suadela, obtemperantia, obsequium*. Πειθὼ, ἡ θεὸς, *Suadela*. Pollux IV. 22. et 142. Etym. M. 141. 15.

ΠΕΙ'ΘΩ, fut. είσω, aor. 1. ἔπεισα, perf. πέπεικα, 1) *suadeo alicui aliquid, perduco aliquem, ut credat aliquid verumque esse et certum putet, persuadere conor, auctor alicui et suasor existo*. Matth. XXVII. 20. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαραβ-

βᾶν pontifices vero et seniores suaserunt populo, ut Barabbam sibi expeterent. Diod. Sic. XIII. 95. Heliod. X. 14. Simplicius in Epictet. p. 276. Hinc 2) *doceo, trado et quidem argumentis idoneis.* Act. XIX. 8. πείθων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ tradens illis doctrinam de Jesu Christo, coll. XVIII. 25 et 26. ibid. XIX. 26. πείσας doctrina sua. ibid. XXVIII. 23. πείθων αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν tradens iis doctrinam de Jesu, argumentis e libris Mosis et prophetarum oraculis petitis. 2 Cor. V. 11. εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ Κυρίου ἀνθρώπους πείθομεν summa cum diligentia tradimus hominibus religionem christianam. 3) *hortor, incito, concito, sollicito.* Act. XIII. 43. ἔπειθον αὐτοὺς προσμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ad constantiam in religione christiana eos hortabantur. In malam partem usurpatur Act. XIV. 19. πείσαντες τοὺς ὄχλους concitantes plebem, aut in partes suas trahere allaborantes. Notionem *incitandi, alliciendi,* et *invitandi* habet πείθειν etiam apud Xenoph. Mem. I. 3. 6. Herodian. II. 4. 4. et VIII. 8. 9. *Hortandi* significatione verbo hoc utitur Palæphatus de Incred. c. 7. et Herodian. III. 5. 4. Confer Bibl. Brem. Nov. Vol. I. p. 275 seq. 4) *persuadeo rationibus, convinco aliquem rationibus, vel veris et certis, vel falsis et fictis.* Πείθομαι *persuadeor, persuadeo mihi aliquid, persuaderi mihi aliquid patior,* atque adeo *assentior,* etiam *credo, assentio, persuasus sum, fidem habeo.* Luc. XVI. 31. οὐδὲ, ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, πεισθήσονται neque, si quis e mortuis redierit, fidem habebunt. Similis sententia legitur in Corano Sur. VI. 111. — ibid. XVIII. 9. τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅτι εἰσὶ δίκαιοι qui sibi persuaserant, se pios esse, aut qui sibi admodum pii videbantur. ib. XX. 6. πεπεισμένος γάρ ἐστι, Ἰωάννην προφήτην εἶναι persuasum enim ei est, Johannem prophetam esse. Act. V. 39. ἐπείσθησαν αὐτῷ amplectebantur ejus sententiam. ibid. XVII. 4. pro ἐπείσθησαν *fidem habuerunt ejus orationi,* in codicibus nonnullis legitur ἐπίστευσαν, e glossemate. ibid. XXI. 14. μὴ πειθομένου δὲ αὐτοῦ cum nullo modo persuaderi posset, i. q. nos dicimus: da er sich durchaus nicht wollte abrathen oder zureden lassen, *as he would not be dissuaded from it.* Act. XXIII. 21. σὺ οὖν μὴ πεισθῇς αὐτοῖς ne hanc veram eorum sententiam esse crede, coll. Prov. XXVI. 25. ibid. XXVI. 28. ἐν ὀλίγῳ με πείθεις χριστιανὸν γενέσθαι parum abest, quin mihi persuadeas, ut christianus fiam. ibid. XXVII. 11. XXVIII. 24. καὶ οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν. Rom. II. 19. πέποιθάς σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν tibi esse persuades ducem cœcorum. ibid. VIII. 38. πέπεισμαι certus sum. ibid. XIV. 14. οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ certus sum et persuasum habeo, ipsa religione christiana edoctus. ibid. XV. 14. 2 Cor. X. 7. εἴ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι si quis sibi persuasum habeat, se esse Christi legatum. 2 Tim. I. 12. Philem. v. 21. πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι de tua obedientia certissime persuasus, scripsi tibi hæc. Eurip. Phœn. v. 464. Herodot. IX. 16. Herodian. IV. 11. 1. Æschin. Socr. Dial. II. 30 et 33. III. 22. Euseb. Hist. Eccles. VI. 41. 5) πείθομαι interdum est simpliciter *arbitror, existimo, opinor,* i. q. λογίζομαι. Act. XXVI. 26. λανθάνειν γὰρ αὐτόν τι τούτων οὐ πείθομαι οὐδὲν horum enim nihil eum latere existimo: seu *arbitror,* uti Vulgatus reddidit. Rom. II. 19. Zonaras Lex. col. 1544. πέποιθας ἀντὶ τοῦ λογίζῃ. τοῦ ἀποστόλου Π. πέποιθας σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν. 6) πείθομαί τινι ex adjuncto est: *alicujus sectator sum.* Act. V. 36. καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ et omnes ejus sectatores, qui vanis ejus promissionibus fidem habebant. Sermo enim est de impostore Theuda, ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν κ. τ. λ. ibid. v. 37. 7) πείθομαι *spero, confido, spem et fiduciam meam in aliquo pono,* et ex adjuncto: *fidenter glorior de aliquo.* In hac significatione construitur in N. T. mox cum præpositione ἐπὶ, mox cum εἰς et ἐν, etiam cum dativo, ut reliqui Græci dicere solent, in quo scriptores N. T. usum loquendi Hebraicum expresserunt, ex quo חָסָה et בָּטַח cum ב construitur. Confer Jud. IX. 15. Ies. VIII. 17. X. 20. Ps. XXIV. 1. CXVIII. 8. et Vorstii Philol. Sacr. cap. 36. p. 678 seq. edit. Fischeri. Matth. XXVII. 43. πέποιθεν ἐπὶ Θεὸν spem et fiduciam suam in Deo posuit; hic liberet eum. Marc. X. 24. τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν qui fiduciam suam collocant in divitiis. (Sensu malo πεποιθὼς legitur quoque apud Symm. Prov. III. 5. pro Hebr. נִשְׁעַן *inniti.*) Luc. XI. 22. ἐφ' ᾗ ἐπεποίθει armaturam, cui confidebat. 2 Cor. I. 9. II. 3. Galat. V. 10. ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς spero de vobis. Phil. I. 14. πεποιθότας τοῖς δεσμοῖς μου capta ex vinculis meis fiducia. ibid. v. 6 et 25. II. 24. πέποιθα δὲ ἐν Κυρίῳ. Phil. III. 3 et 4. πεποιθέναι ἐν σαρκὶ, ubi cum καυχᾶσθαι permutatur. 2 Thess. III. 4. 2 Tim. I. 5. Hebr. II. 13. VI. 9. XI. 13. XIII. 18. *Gloriandi* notio commode etiam locis Rom. II. 18. et 2 Cor. X. 7. subjici posset. — Eurip. Phœn. v. 613. σπονδαῖς πεποιθώς. In vers. Alex. respondet Hebraico בָּטַח *confisus est, speravit,* Prov. III. 5. XI. 28. Job. XI. 18. Ies. XII. 2. חָסָה *confugit, recepit se ad aliquem, fisus est, speravit,* Ps. II. 12. XI. 1. Ies. XXX. 3. et Chaldaico רְחַץ *confisus fuit.* Dan. III. 28. Hesych. πέποιθας· θαῤῥεῖς. Idem: πεποιθώς· ἐλπίσας, πιστεύσας. 8) πείθομαι *obedio, pareo, obsequor, morem gero.* Rom. II. 8. ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ inobedientibus præceptis virtutis, dictamini autem vitiositatis morem gerentibus. Galat. III. 1. τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι veræ evangelii doctrinæ non obedire. ibid. V. 7. Hebr. XIII. 17. πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε. Jacob. III. 3. πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν; ubi de equis sermo est, qui freno reguntur et coërcentur. Eurip. Phœn. v. 902. εἰ μὴ λόγοισι τοῖς ἐμοῖς τις πείσεται. Ælian. V. H. III. 23. Ἰνδοὶ Ἀλεξάνδρῳ πειθόμενοι Indi, Alexandro subjecti. Xenoph. Cyrop. IV. 3. 3. πείθεται ὁ ἵππος χαλινῷ. Hinc πειθὼ *obedientia* apud Xenoph. Cyrop. II. 3. 8. III. 3. 6. 9) πείθω *alicujus gratiam mihi concilio, capto alicujus benevolentiam, aliquem in meas partes perduco.* Act. XII. 20. πείσαντες Βλάστον Blasto ad partes suas pertracto; pecunia, ut videtur, corrupto. Galat. I. 10. ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν Θεόν; utrum hominum, an Dei gratiam mihi conciliare conor? ubi πείθειν et ζητεῖν ἀρέσκειν ut synonyma ponuntur. 1 Sam. XXIV. 7. καὶ ἔπεισε Δαβὶδ τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ ἐν λόγοις. Xenoph. Hist. Gr. II. c. 4. § 20. πείσας τῶν Ἐφόρων τρεῖς. Plato de Legib. L. X. p. 960. θεοὺς πείθειν θυσίαις καὶ εὐχαῖς *deos mulcere sacrificiis ac votis* dixit. 10) *placo aliquem, lenio et mitigo iram.* Matth. XXVIII. 14. ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν nos placabimus procuratorem, sc. ἀργυρίῳ. 2 Macc. IV. 45. ἐπηγγείλατο χρήματα ἱκανὰ τῷ Πτολεμαίῳ πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν βασιλέα, coll. v. 47.

ibid. X. 20. ἐπείνησαν ἀργυρίῳ. Conf. Lysiam p. 140. 142. 360. et multis aliis locis, Wetstenii N. T. T. I. p. 546. et Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 172 seq. 11) *tranquillum reddo.* 1 Joh. III. 19. καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν et coram ipso tranquillos ac omni metu liberos reddamus animos nostros. Sæpius non legitur in N. T. Conferri merentur, quæ de hac voce scripsit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 102. p. 371.

ΠΕΙΝΆΩ, ῶ, fut. άσω, 1) proprie: *esurio, famem sentio,* et ex adjuncto: *inopia victus laboro, indigeo alimentis,* a πεῖνα, ης, ἡ, *fames,* hoc vero a πένομαι *pauper sum.* Matth. IV. 2. ὕστερον ἐπείνασε ultimum *gravius* esurivit. ibid. XII. 1, 3. XXI. 18. XXV. 35. ἐπείνασα victus inopia laboravi. (Conf. Genes. XLI. 56.) ibid. v. 37, 42, 44. Marc. II. 25. XI. 12. Luc. IV. 2. VI. 3. Rom. XII. 20. 1 Cor. IV. 11. πεινῶμεν alimentis necessariis indigemus. ibid. XI. 21, 34. εἴ τις πεινᾷ, ἐν οἴκῳ ἐσθιέτω si quis putat, se, nisi solus de cibo allato edat, non saturatum fore, is domi edat. Phil. IV. 12. χορτάζεσθαι καὶ πεινᾷν. Apoc. VII. 16. 2) per synecdochen: *pauper sum et egenus, ad inopiam redactus sum, rebus, ad vitam sustentandam necessariis, destituor.* Luc. I. 54. πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν pauperes ditat. Opponitur ibi sententia πλουτοῦντας ἐξαπέστειλεν κενοὺς divites bonis exuit. ibid. VI. 25. οὐαὶ ὑμῖν οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε væ vobis repletis (seu satiatis, h. e. divitibus, coll. v. 24.), nam aliquando inopia laborabitis. Commode huc etiam referri possunt loca 1 Cor. IV. 11. Phil. IV. 12. et Apoc. VII. 16. Aristoph. Plutus v. 595. Eodem modo רָעֵב *esurivit, fame laboravit* sumitur Ps. XXXIV. 11. כְּפִירִים רָשׁוּ וְרָעֵבוּ. Ps. CVII. 36. Confer etiam Alex. Jer. XXXI. 25. καὶ πᾶσαν ψυχὴν πεινῶσαν ἐνέπλησα. Prov. VI. 30. XIX. 15. Sirac. IV. 2. 3) metaphorice: *cupio, vehementi desiderio alicujus rei feror.* Matth. V. 6. μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην. Confer supra ad διψάω dicta. Luc. VI. 21. Joh. VI. 35. ὁ ἐρχόμενος πρός με οὐ μὴ πεινάσῃ qui me doctorem sectatus fuerit, ejus desideriis perfecte satisfactum erit. Huc etiam a nonnullis refertur Luc. I. 53. Sirac. XXIV. 28. οἱ ἐσθίοντές με (sc. τὴν σοφίαν) ἔτι πεινάσωσι. Xenoph. Œconom. XIII. 9. πεινῶσι μὲν τοῦ ἐπαίνου οὐχ ἧττον ἔνιαι τῶν φύσεων, ἢ ἄλλαι τῶν σίτων τε καὶ ποτῶν. Idem Cyrop. VII. 5. 18. καὶ μάλα πεινῶσι συμμάχων. ibid. VIII. 3. 16. ὅτι πεινάσας χρημάτων πεπλούτηκας. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 21. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΙ͂ΡΑ, ας, ἡ, *conatus, inceptum, tentatio, experimentum, experientia, periculum.* Πεῖραν λαμβάνειν *alicujus rei periculum facere, perferre, audere, conari aliquid.* Bis tantum legitur in N. T. Hebr. XI. 29. ἧς (sc. θαλάσσης) πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι κατεπόθησαν idem (sc. transire per mare sicco pede) tentantes, seu conantes Ægyptii, fluctibus absorpti fuerunt. ib. v. 36. ἐμπαιγμῶν καὶ μαστίγων πεῖραν ἔλαβον alii ludibria et flagella experti sunt, seu patienter pertulerunt. Alex. Deut. XXVIII. 56. ἧς οὐχὶ πεῖραν ἔλαβεν ὁ ποῦς αὐτῆς, ubi in Hebraico est נִסְּתָה *tentavit.* In Græcis scriptoribus πεῖρα habet a) notionem *experientiæ.* Æschin. Socr. Dial. III. 13. οἱ διὰ πείρας ἰόντες experti. Xenoph. Anab. I. 9. 1. ubi ἐν πείρᾳ γενέσθαι τινὸς est: aliquem usu satis cognitum habere et expertum esse. b) significat: *periculum, conatum,* einen Versuch *an experiment,* in formula πεῖραν λαμβάνειν *periculum facere* apud Ælian. V. H. XII. 22. Xenoph. Mem. I. 4. 18. ἐπιθέσθαι τῇ πείρᾳ. Thucyd. VII. 42. — καταθεῖναι πεῖραν. Ælian. V. H. II. 13. ἰέναι εἰς τὴν πεῖραν. Thucyd. VII. c. 21. ibid. III. 3. in notione *conatus* legitur. c) *specimen, documentum,* in formula πεῖραν ἔχειν. Thucyd. I. cap. 140. ἔχει τὴν βεβαίωσιν καὶ πεῖραν τῆς γνώμης. — πεῖραν διδόναι *specimen, documentum dare.* Thucyd. I. c. 138. VI. c. 11. Xenoph. Mem. II. 6. 36. d) *experientiam.* 2 Macc. VIII. 9. καὶ ἐν ταῖς πολεμικαῖς χρείαις πεῖραν ἔχοντα. e) *explorationem, tentationem.* Herodian. I. 8. 10. πεῖραν τῆς γνώμης λαμβάνουσα. Alex. Deut. XXXIII. 8. ubi Hebraico מַסָּה *tentatio, probatio* respondet. f) *dolum, fraudem, artes callidas.* Suid. πεῖρα· ὁ δόλος καὶ ἡ ἀπάτη καὶ ἡ τέχνη. et g) *tale machinamentum, quod ad dolo capiendum alios excogitatur et adhibetur.* Joseph. A. J. XVI. 8. p. 801. l. 6. Thom. M. πεῖρα· ἡ ἐπιστήμη, ἡ ἐμπειρία, καὶ ἡ μετοχὴ καὶ ἀπόλαυσις. Conf. de hac voce Irmisch. ad Herodian. I. 8. 10. pag. 299. et Heisenii Novas Hypotheses ad Epistolam Jacobi p. 253. Gloss. Vet. πεῖρα, *experimentum, documentum, peritia.*

ΠΕΙΡΆΖΩ, fut. άσω, 1) *tento, conor, nitor, periculum facio rei, an effici queat,* a πεῖρα *tentatio, experimentum, periculum,* quod vide. Sic legitur in N. T. Act. XVI. 7. ἐπείραζον εἰς τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι periculum faciebant per Bithyniam proficiscendi. Sed rectius fortasse voci πειράζειν a nonnullis interpretibus notio *volendi* et *consilium capiendi* subjicitur, ut locus vertatur: volebant per Bithyniam proficisci. Certe in codice Cantabrig. pro ἐπείραζον legitur e glossemate ἤθελον. Adde Sirac. XXXIV. 10. et XXXIX. 5. 2 Macc. X. 12. 2) *audeo, temerario ausu aliquid agendum suscipio.* Act. XXIV. 6. ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι qui adeo templum profanare ausus est. 3) *exploro, qualitates et vires alicujus rei experiri conor, experimentum de aliquo facio, probo, examino, pertento,* prüfen, auf die Probe stellen, *to prove, to put to the test.* Usurpatur autem in N. T. in utramque partem, ita, ut semper ex orationis serie videndum sit, quis sit, qui tentari dicitur, quæ ejus virtus tentetur et quo animo ac consilio? Matth. IV. 1. πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου ut, quanta sit in eo præceptorum divinorum reverentia, exploraretur. ibid. XVI. 1. πειράζοντες ut explorarent ejus virtutem divinam. Grotius vertit: quærentes calumniæ occasionem ibid. XIX. 3. πειράζοντες αὐτὸν ejus sententiam explorandi causa: aut, quod nonnullis interpretibus h. l. magis placet: *insidias ei struentes.* Hesych. πειράζων· ἐνεδρεύων, λῃστεύων. Idem fere tradit schol. Homeri ad Odyss. Θ', v. 281. Matth. XXII. 18. verba τί με πειράζετε; quid me exploratis? hunc sensum habent: cur ancipitem et captiosam quæstionem mihi proponitis? ibid. v. 35. πειράζειν bono sensu usurpatur, ut sit: *explorare alicujus sententiam,* coll. Marc. XII. 28. et 1 Reg. X. 1. Locus Marc. I. 13. eumdem sensum habet, quem Matth. VI. 1. Marc. VIII. 11. πειράζοντες αὐτὸν ut explorarent ejus virtutem divinam. ibid. X. 2. XII. 15. Luc. IV. 2. XI. 16. XX. 23. πανουργία tribuitur τοῖς πειράζουσι. Joh. VI. 6. πειράζων αὐτὸν ejus fiduciam et fidem explorandi causa. (Ps. XXVI. 2.) ibid. VIII. 6. πειράζοντες αὐτὸν, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ. Act. V. 9. πειράσαι τὸ πνεῦμα Κυρίου explorare, an sit in apostolis vis divina, coll. v. 3 et 4. 1 Reg. X. 1. 2 Paral. IX. 1. 2 Cor.

XIII. 5. ἑαυτοὺς πειράζετε, εἰ ἐστὲ ἐν τῇ πίστει ipsi explorate profectus vestros vestramque constantiam in religione christiana, i. q. δοκιμάζετε ἑαυτοὺς, ut in sequentibus explicationis causa additur. Hebr. XI. 17. πειραζόμενος cum Deus ejus pietatem et fiduciam explorare vellet, coll. Genes. XXII. 1. Apoc. II. 2. καὶ ἐπείρασας τοὺς λέγοντας ἑαυτοὺς ἀποστόλους eosque, qui se veros Christi legatos jactarunt, diligenter examinasti. 4) ex adjuncto: *renitor, resisto, rebello.* Sic legitur in N. T. Act. XV. 10. ubi formula πειράζειν τὸν Θεὸν, quæ alias (ut Hebraica formula יְהוָה seu נִסָּה אֱלֹהִים Exod. XVII. 2, 7. Ps. LXXVIII. 46.) de eo usurpatur, qui veritatem, omniscientiam, omnipotentiam, veracitatem, justitiam et providentiam divinam in dubium vocat, aut non recte de ea sentit, (conf. Judith. VIII. 12.) et *Deo resistere, reniti* significat: τί πειράζετε τὸν Θεόν; quid conamini resistere voluntati divinæ? 1 Cor. X. 9. καθὼς καί τινες αὐτῶν ἐπείρασαν ut quidam illorum olim contra Deum rebellarunt, coll. Num. XXI. 5. 6 seq. Hebr. III. 9. οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ubi desperarunt majores vestri de auxilio meo, et contra Mosen rebellarunt, coll. Exod. XVII. 7. Adde Num. XIV. 22. 5) *malis et calamitatibus afficio,* quoniam calamitates explorandi probitatem et constantiam hominum vim habent. 1 Cor. X. 13. ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε qui non immittet vobis calamitates, vires vestras superantes. Hebr. II. 18. ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι quo plures enim et graviores ipse perpessus est calamitates, eo facilius opem ferre potest miseria pressis. ibid. IV. 15. Christus dicitur πεπειρασμένος κατὰ πάντα, h. e. omnia tulit nostrum causa, omnibus malis, incommodis et molestiis exercitatus et fatigatus est. Hebr. XI. 37. ἐπειράσθησαν calamitatibus et afflictionibus exercitati patientiæ periculum fecerunt. Pro ἐπειράσθησαν putat Beza legendum esse ἐπυρώθησαν *ustulati sunt.* Franciscus Junius, Piscator aliique ἐπυράσθησαν *cremati sunt* legere suadent. Gatakerus Miscell. c. 44. ἐπρήσθησαν, a πίμπρημι *incendo,* legendum esse conjicit. Tanaquillus Faber ἐπηρώθησαν *truncati, mutilati sunt* legit. Knatchbullus ἐπείρθησαν (a πείρω *transfigo*) *transfossi, transfixi sunt* rescribendum judicat. Steph. le Moyne in Ep. ad Jac. Gronov. de Dodon. Orac. inserta Thesauro Ant. Græc. T. VII. p. 299. legendum existimat ἐπράθησαν *venditi sunt.* Gratiano de S. Bavone denique scribendum videtur ἐσπειράθησαν vel ἐσπειράθησαν *rota contusi* vel *strangulati sunt.* Alii vero, qui receptam lectionem defendunt, ἐπειράσθησαν vertunt: *insultarunt mihi,* vel *contumeliis me prosciderunt,* adducto loco Ps. XXXV. 16. ἐπείρασάν με, ἐξεμυκτήρισάν με μυκτηρισμόν. Sed non opus est in h. l. a recepta notione recedere, quam confirmant loca Judith. VIII. 22, 23. Sapient. III. 5. XI. 10. Conf. Fischeri Proluss. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 536. 6) *ad peccatum sollicito, irrito, incito;* et πειράζεσθαι etiam *is* dicitur, *qui irritamentis ad peccatum vinci se patitur, tentatur, succumbit et ad peccandum abripitur.* 1 Cor. VII. 5. ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς ne Satanas vos ad impudicitiam sollicitet. 1 Thess. III. 5. μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων an fortasse Satanas vestram constantiam labefactaverit. Galat. VI. 1. μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς ne aliorum vitiis ferendis ipse iisdem irretiaris. Jacob. I. 13. μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω, ὅτι ἀπὸ Θεοῦ πειράζομαι κ. τ. λ. nemo, qui irritamentis ad peccatum vinci se patitur, dicat: Deus impulsor mihi fuit. Deus enim, ut ipse est omnis vitiositatis expers, ita neminem ad peccandum sollicitat. ibid. v. 14. Apoc. II. 10. ἵνα πειρασθῆτε ut ad defectionem a religione christiana sollicitemini. ibid. III. 10. Hinc etiam in N. T. diabolus, a quo omnis vitiositatis et omnium peccatorum origines repeti solent, et ad quem a scriptoribus N. T. inprimis defectio a religione christiana refertur, κατ' ἐξοχὴν dicitur in N. T. ὁ πειράζων. Matth. IV. 3. coll. v. 1. 5 et 8. 1 Thess. III. 5. coll. 1 Petr. V. 8. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΙΡΑΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie et generatim: *periculum alicujus rei faciendæ, tentamentum, tentatio, experimentum, exploratio virium, qualitatum et virtutum alicujus rei.* Est enim nomen verbale a prima pers. perf. pass. πεπείρασμαι, verbi πειράζω, quod vide. 1 Petr. IV. 12. τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ calamitatibus, probandæ virtutis vestræ causa vobis immissis. Sirac. VI. 8. ἐν πειρασμῷ κτῆσαι φίλον καὶ μὴ ταχὺ ἐμπιστεύσῃς αὐτῷ. ibid. XXVII. 5, 7. XLIV. 21. 1 Macc. II. 52. Hinc in N. T. libris ita dicitur 2) *irritatio et sollicitatio ad peccandum, tentatio ad mala perpetranda, irritamentum malorum,* quia vim habet probitatem et constantiam hominum explorandi. Sic legitur in N. T. Matth. VI. 13. μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν ne sinas nos immergi et succumbere nimis periculosis irritamentis malorum, seu: noli permittere, ut peccandi periculo succumbamus, seu: ne ita spectemur, ut probati non reperiamur, coll. Luc. XXII. 31, 32. ibid. XXVI. 44. ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμὸν ne tentatio vos opprimat, seu ne succumbatis tentationi. Marc. XIV. 38. Luc. IV. 13. καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος tum diabolus, peracta omni tentatione. ibid. XI. 4. XXII. 40, 46. 1 Tim. VI. 9. ἐμπίπτουσι εἰς πειρασμὸν facillime se ad peccata irritari patiuntur. 3) *calamitas, afflictio omnis generis, inprimis dura et gravis.* Speciatim vero usurpatur de *calamitatibus, ob religionem christianam subeundis,* quæ ita dicuntur, partim, quia vim habent homines ad peccata et defectionem a religione christiana incitandi, partim vero, quia Deus iis utitur in experiunda constantia christianorum et exploranda eorum probitate. Luc. VIII. 13. ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται ingruentibus autem calamitatibus desciscunt a religione. ibid. XXII. 28. ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου vos mecum perdurastis in meis afflictionibus. Act. XX. 19. πειρασμῶν τῶν συμβάντων μοι ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων. 1 Cor. X. 13. πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος leves hucusque vos tetigerunt afflictiones. ibid. ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν afflictionibus talem exitum dabit. Galat. IV. 14. τὸν πειρασμόν μου τὸν ἐν τῇ σαρκί μου οὐκ ἐξουθενήσατε me, multis afflictionibus et calamitatibus pressum, non contemsistis et repudiastis. Jacob. I. 12. ὑπομένειν πειρασμὸν constanter perferre mala quævis, ita, ut nos ad peccandum, aut ad deserendam religionem christianam irritari et seduci non patiamur. 1 Petr. I. 6. 2 Petr. II. 9. Apoc. III. 10. In vers. Alex. respondet Hebraico עִנְיָן *occupatio, molestia,* Cohel. V. 2. Sirac. II. 1. ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμὸν, coll. v. 4 et 5. XXXIII. 1. Etiam נִסָּה de *calamitatibus* usurpatur Deut. IV. 34. VII. 19. et XXIX. 3. 4) *re-*

bellio, seditio. Hebr. III. 8. κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ tempore illo, quo Judæi, de meo auxilio desperantes, seditionem movebant contra Mosen. In hac significatione respondet apud Alexandrinos Hebraico מַסָּה *tentatio, exploratio,* Exod. XVII. 7. Deut. VI. 16. IX. 22. Ps. XCIV. 9. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΙΡΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, *conor, nitor, tento, periculum facio, audeo,* i. q. πειράζω, a πεῖρα, quod vide supra. Medium πειράομαι, ῶμαι, idem notat. Act. IX. 26. ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς tentavit, seu volebat familiariter versari cum christianis. ib. XXIV. 6. ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι qui etiam templum ausus est profanare. Sed formæ hujus verbi activæ potius ad πειράζω pertinent, sub quo etiam exstant. ibid. XXVI. 21. ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι conabantur interficere. Sæpius non legitur in N. T. 1 Macc. XII. 10. 2 Macc. X. 12. XI. 19. Eurip. Phœn. v. 503. πειράσομαι δρᾶν. Æschin. Socr. Dial. II. 13. αὐτὸς ἂν ὑμᾶς ἐπειρώμην παύειν τῆς διαφορᾶς. Hesych. ἐπειρῶντο· ἐσπούδαζον, ἐβούλοντο. Cf. etiam Thom. M. Eclog. p. 700 seq. ed. Bernard.

ΠΕΙΣΜΟΝΗ', ῆς, ἡ, vel est *persuasio,* ut vulgo in Lexicis redditur, vel *credulitas, credendi facilitas, facilitas aliis assentiendi et obtemperandi.* Est verbale a 1 pers. perf. pass. πέπεισμαι, verbi πείθω *suadeo, persuadeo.* Semel legitur in N. T. Galat. V. 8. ἡ πεισμονὴ οὐκ ἐκ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς hæc facilitas vestra, falsis doctoribus assentiendi iisque obtemperandi, (εὐπείθεια) displicet Deo. Sermo enim est h. l. de Galatis, qui studiis malignis falsorum doctorum jugum religionis Mosaicæ cervicibus suis iterum imponi passi fuerant, et quos paulo ante ita allocutus erat: ἐτρέχετε καλῶς, τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; Sed alii interpretes, v. c. Koppius, vocabulum πεισμονὴ non ad Galatas, sed ad ipsos doctores judaizantes referunt, ut sit: *sedulitas et calliditas in persuadendo aliis, quæ nobis placent,* Ueberredungskunst, *the art of persuasion,* hoc sensu: ista in sollicitandis flectendisque vobis Judæorum doctorum sedulitas non proficiscitur a Deo. Cæterum vocabulum πεισμονὴ tantum in Eustathii Commentariis in Homerum (Iliad. α', p. 21. 46. et β'. p. 637. 5. et Odyss. χ', p. 785. 22.) occurrit, quæ loca post Wetstenium adduxit Koppius ad h. l.

ΠΕ'ΛΑΓΟΣ, εος, τὸ, *pelagus,* 1) proprie: *profundum,* et speciatim: *profunditas maris, altum mare,* vel *altitudo maris, medium maris.* Matth. XVIII. 6. ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης in profundo maris. Apollon. Rhod. II. 608. III. 349. Similis formula loquendi πελάγη θαλάσσης etiam reperitur apud Coluthum de Raptu Helenæ 337. et πόντος ἁλὸς apud Theognid. v. 10 et 106. Confer G. D'Arnaud Lectt. Græc. p. 153. Diod. Sic. XIV. 54. p. 685. ed. Wesseling. τὸ πλεῖν διὰ πελάγους opponitur τῷ παραλέγεσθαι τὴν γῆν *oram legere.* Æschin. Socr. Dial. III. 11. Nicet. in Manuel. Comnen. VI. c. 7. p. 126. τοῦ ποταμοῦ διαπλέων τὸ πέλαγος. Pindar. Pyth. IV. 13. ἐν ὠκεανοῦ πελάγεσσι. Longin. de Sublim. sect. 34. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 442. Hesych. πέλαγος· μέγεθος, πλῆθος, βυθὸς, πλάτος θαλάσσης. Idem tradit Alberti Gloss. Gr. p. 85. 2) aliquando *ipsum mare,* vel *tractus maris.* Act. XXVII. 5. τὸ πέλαγος τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν καὶ Παμφυλίαν διαπλεύσαντες maris tractum, qui est inter Ciliciam et Pamphyliam, emensi. Sæpius non legitur in N. T. 2 Macc. V. 21. τὸ πέλαγος πορευτὸν θέσθαι. Æschin. Socr. Dial. III. 17. διαπεραιώσασθαι δὲ πελάγη. Hinc vox πελάγιος, quæ legitur apud Thucyd. VIII. 39. αἱ νῆες πελάγιαι et cap. 44. ἐφάνησαν πελάγιοι.

ΠΕΛΕΚΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *securi ferio, percutio,* etiam *dolo, sculpo.* Πελεκίζομαι *securi percutior,* a πέλεκυς, εως, *securis, bipennis, dolabra,* quod apud Alexandrinos pro כַּשִּׁיל quod idem significat, Psal. LXXIV. 6. et גַּרְזֶן *securis,* Jer. XXII. 7. ponitur. In N. T. semel tantum reperitur Apoc. XX. 4. τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων animas securi percussorum, h. e. morte ignominiosa affectorum; ubi tamen alii codices habent πεπολεμημένων, alii vero πεπελεκισμένων. Hoc sensu verbum πελεκίζω, observante Raphelio ad h. l. adhibet Polyb. Lib. I. 7. 12. et XI. 30. 2. μαστιγώσαντες ἅπαντας κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἐπελέκισαν. Adde Pollucis Onom. VII. 114. Nuspiam usi sunt hoc verbo Alexandrini, sed verbum πελεκέω *dolo* adhibent 1 Regg. V. 18. (32.) pro פָּסַל *dolavit, sculpsit.* Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 873.

ΠΕ'ΜΠΤΟΣ, η, ον, *quintus,* a πέντε, *Æolice* πέμπτε *quinque,* unde πέμπτος pro πέντος. Legitur in N. T. Apoc. VI. 9. IX. 1. XVI. 10. XXI. 20. Alex. pro חֲמִישִׁי in fœm. חֲמִישִׁית *quintus,* Gen. I. 23. Jer. I. 3. Zach. VII. 3.

ΠΕ'ΜΠΩ, fut. ψω, aor. 1. ἔπεμψα, *mitto aliquid,* vel *aliquem ad aliquid agendum, vel expediendum, sive inferiorem, sive æqualem, lego, ablego, amando, dimitto, remitto, veho, trajicio, immitto, impertior, permitto,* vel *sino abire.* Passivum Πέμπομαι *mittor,* etc. aor. 1. ἐπέμφθην, perf. πέπεμμαι, perf. med. πέπομπα, unde πομπὴ *missio,* item *pompa.* Matth. II. 8. XI. 2. πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ablegavit duos discipulorum suorum. ibid. XIV. 10. καὶ πέμψας, scil. τινὰ, et misit carnificem. ibid. XXII. 7. Marc. V. 12. πέμψον ἡμᾶς εἰς τοὺς χοίρους *permitte nobis,* ut in porcos irruamus. Conf. Luc. VIII. 32. Luc. IV. 26. VII. 6, 10, 19. XV. 15. XVI. 24, 27. XX. 11, 12, 13. Joh. I. 22, 23. ὁ πέμψας με βαπτίζειν qui mihi *munus* baptizandi *demandavit.* ibid. IV. 34. τοῦ πέμψαντός με Dei, qui me *jussit adire munus* Messiæ. Eodem sensu legitur ibid. V. 23, 24, 30, 37. VI. 38, 39, 40, 44. VII. 16, 18, 28, 33. VIII. 18, 26, 29. IX. 4. XII. 44, 45, 49. XIII. 16, 20. ib. XIV. 26. τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου Spiritus sanctus, quem vobis pater meo nomine *impertietur.* Eandem *impertiendi* notionem habet quoque hæc vox ibid. XV. (21.) 26. et XVI. (5.) 7. Joh. XX. 21. κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς ita et vos legatos meos constituo. Act X. 5, 32, 33. XI. 29. decreverunt unusquisque eorum εἰς διακονίαν πέμψαι, scil. τι, eleemosynas mittere. ibid. XV. 22, 25. XIX. 31. XX. 17. XXIII. 30. XXV. 21. ubi pro πέμψω habent codices nonnulli ἀναπέμψω. ibid. v. 25 et 27. πέμπειν est *curare aliquem ducendum,* vel *deducendum eo, quo pervenire cupit,* ut legitur apud Homer. Odyss. ι', 37 et 140. Hinc Πέμπομαι in Medio notat: *curo aliquem deducendum ad me,* i. e. *arcesso.* Eurip. Hecub. v. 377. Orest. v. 107 et 111. Sophocl. Œd. Col. 602. Rom. VIII. 3. 1 Cor. IV. 17. XVI. 3. 2 Cor. IX. 3. Ephes. VI. 22. Phil. II. 19, 23, 25. ubi πέμψαι est *remittere,* æque ac v. 28. IV. 16. Coloss. IV. 8. 1 Thess. III. 2, 5. 2 Thess. II. 11. πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, h. e. *permittet* Deus, ut falsorum doctorum fraudibus efficacissimis decipiantur, seu: non obstabit speciosæ erroris confirmationi. Conf. Storrii Obss. ad Syn-

taxin Hebr. p. 28. Tit. III. 12. 1 Petr. II. 14. *πεμπομένοις* vel *quibus Deus hoc muneris dedit*, vel *ablegatis* ab imperatoribus in provincias. Apoc. I. 11. XI. 10. XIV. 15, 18. *πέμψον τὸ δρέπανον immitte falcem.* Apollodor. II. c. 7. § 1. *πλέοντος δὲ ἀπὸ Τροίας Ἡρακλέους Ἥρα χαλεποὺς ἔπεμψε χειμῶνας* graves immittit tempestates. Ælian. H. A. XII. 5. Vit. Hom. p. 149. ed. Ern. Ita quoque *mittere* apud Latinos, v. c. Hygin. c. 30. Apoc. XXII. 16. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕ´ΝΗΣ, *ητος, ὁ, ἡ,* proprie differt a *πτωχὸς*, ita, ut hoc *eum, cui nihil prorsus est et qui stipem petere cogitur*, illud vero *egenum, pauperem, qui pauca habet et labore victum quærit, cui nihil deest, nihil superest,* significet, a *πένομαι facio, ago, laboro, egeo.* Etymol. M. *πένης σημαίνει τὸν ἐκ πόνου καὶ ἐνεργείας τὸ ζῆν ἔχοντα.* Ammonius: *πένης καὶ πτωχὸς διαφέρει. πένης μὲν γὰρ ὁ ἀπὸ τοῦ ἐργάζεσθαι καὶ πονεῖν πορίζόμενος τὸν βίον· πτωχὸς δὲ ὁ ἐπαίτης, ὁ τοῦ ἔχειν ἐκπεπτωκώς.* Insignis locus hanc in rem extat apud Aristoph. Plut. v. 552 seq. Conf. etiam Stolberg. Exercitatt. Ling. Gr. p. 42. Sed quemadmodum *πτωχὸς* in N. T. sæpe non ad mendicitatem redactum, sed re tenuem significat, ita etiam *πένης* pro *πτωχὸς* ponitur 2 Cor. IX. 9. *ἔδωκεν τοῖς πένησιν* dedit pauperibus, et in versione Alex. ubi Hebraicis אֶבְיוֹן *pauper*, Amos II. 6. IV. 1. V. 12. Prov. XXX. 14. דַּל idem, Prov. XIV. 31. XXII. 16, 22. XXVIII. 11. et רָשׁ 2 Sam. XII. 1, 3, 4. Cohel. IV. 14. V. 8. respondet. Confundit etiam *πτωχὸν* et *πένητα* Pollux Onom. Lib. III. c. 22. et VI. 7. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΝΘΕΡΑ`, *ᾶς, ἡ, socrus, uxoris mater*, et differt ab *ἑκυρὰ socrus, mariti mater*, quanquam non semper hoc discrimen observatur. Legitur in N. T. Matth. VIII. 14. *εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ*, sc. *Πέτρου*, vidit socrum ipsius. ibid. X. 35. *καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς.* Marc. I. 30. Luc. IV. 38. XII. 53. bis. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro חָמוֹת *socrus*, Ruth. I. 14. II. 11, 18. III. 1, 5, 16, 17. Micha VII. 6. Hesych. *πενθερὰ τῷ νυμφίῳ ἡ τῆς κόρης μήτηρ, καὶ πενθερὸς ὁ πατὴρ, τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ γαμβροῦ.* Phavor. *πενθερός· ὁ τῆς γυναικὸς πατὴρ τῷ νυμφίῳ, καὶ πενθερὰ ἡ μήτηρ. ἑκυρὸς δὲ, ὁ τοῦ ἀνδρὸς πατὴρ τῇ νύμφῃ. καὶ ἑκυρὰ, ἡ μήτηρ.*

ΠΕΝΘΕΡΟ`Σ, *οῦ, ὁ, socer, uxoris pater*, et opponitur *τῷ γαμβρῷ genero*, quanquam hæc nomina haud raro a poëtis confundi et permutari solent, observante Valckenario ad Eurip. Phœn. p. 160. Pollux III. c. 3. 2. *πενθεροὶ δὲ ἀνάπαλιν, οἱ τῇ γεγαμημένῃ προσήκοντες, εἰ καὶ συγκεχύκασιν οἱ ποιηταὶ τὰ ὀνόματα, τὴν χρῆσιν μεταβαλόντες.* Semel tantum legitur in N. T. Joh. XVIII. 13. *ἦν γὰρ πενθερὸς τοῦ Καϊάφα.* In versione Alexandrina respondet Hebraico חָם quod idem significat. Genes. XXXVIII. 13, 25. 1 Sam. IV. 19, 20.

ΠΕΝΘΕ´Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, 1) proprie notat: *lugere obitum propinquorum et amicorum carissimorum, mortem alicujus deplorare;* sed deinde per synecdochen generatim: *dolere, mœrere, contristari*, et ad *omnem luctum* et *dolorem* transfertur, a *πένθος luctus.* In propria significatione de *mortem alicujus deplorantibus* legitur Marc. XVI. 10. *πενθοῦσι καὶ κλαίουσι* mortem Christi deplorantibus. Pro *contristari, animum dejicere ac demittere* legitur 1 Cor. V. 2. *καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἀρθῇ ἐκ μέσου;* nec potius animo demisso curastis, (seu: cum luctu id serio egistis. Cf. Glassii Philol. S. p. 186 seq.) ut e medio tolleretur? Jacob. IV. 9. *ταλαιπωρήσατε καὶ πενθήσατε καὶ κλαύσατε* aliquando miseri eritis et lugebitis et flebitis. Apoc. XVIII. 11, 15, 19. de luctu mercatorum adhibetur ob lucrum cessans et damnum gravissimum emergens. In versione Alex. respondet Hebraico אָבַל quod in Kal et Hithpaël *lugere, lugubrem induere vestem* notat, Genes. XXXVII. 34, 35. 2 Sam. XIII. 37. XIX. 2. Thren. I. 4. II. 8. אָנָה *mœstus fuit, luxit*, Ies. III. 26. et בָּכָה *flevit, ploravit*, Genes. XXIII. 2. L. 3. Thom. M. *πενθεῖν ἐπὶ τοῦ λυπεῖσθαι καὶ μελανειμονεῖν, θρηνεῖν δὲ ἐπὶ τοῦ κλαίειν*, ubi vide interpretes. 2) *reddo aliquem tristem, efficio, ut aliquis mœreat et contristetur*, et ex adjuncto: *gravissime punio.* 2 Cor. XII. 21. *μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων* ne fortasse mihi, ad vos redeunti, Deus magnum hoc malum immittat, ut opus mihi sit punire et castigare multos eorum, qui antea peccarunt, coll. v. 22. Nonnullis interpretibus *πενθεῖν* h. l. significare videtur *cogi vicem alicujus lugere et cum luctu castigare*, quod fere eodem redit. 3) per metonymiam signati pro signo: *jejuno*, ut sit i. q. *νηστεύω*, nam, qui in luctu erant, cibo abstinere solebant apud Judæos. Matth. IX. 15. *μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος πενθεῖν, ἐφ' ὅσον μετ' αὐτῶν ἐστιν ὁ νυμφίος;* num decet sponsi ministros, amicos et propinquos jejunare, dum iis adest sponsus? additur statim in sequentibus: *ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν*: et in nonnullis codicibus et in versione Syriaca et Persica *νηστεύειν* pro *πενθεῖν* legitur e glossemate. Conf. etiam Marc. II. 19. Luc. XV. 34. et Joël. II. 12. 4) per metonymiam effectus pro causa: *vexor, incommoda, mala, calamitates perpetior, miser sum.* Matth. V. 4. *μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται* beati, qui multis modis vexantur et calamitatibus premuntur, aliquando enim a me afficientur solatio, ubi videndus Wetstenius. Luc. VI. 25. væ vobis gaudentibus, nam aliquando *πενθήσετε καὶ κλαύσετε* lugebitis et ejulabitis, h. e. miserrima et infelicissima erit vestra conditio. Sic etiam in V. T. *terra sterilis* et *desolata lugere* dicitur, tum ratione externæ apparentiæ, tum propter effectum, quia ansam lugendi hominibus præbet. Ies. XXXIII. 9. Jer. IX. 28. XII. 4. Conf. Fesselii Advers. Sacr. Lib. III. c. 4. p. 244. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕ´ΝΘΟΣ, *εος, τὸ*, 1) *luctus, mœror, dolor*, speciatim: *deploratio obitus propinquorum et amicorum conjunctissimorum*, quasi *πόνθος*, a præt. med. *πέπονθα*, verbi *πάσχω patior.* Respondet apud Alexandrinos Hebraico אֵבֶל quod idem notat, Thren. V. 15. Amos V. 16. VIII. 10. Micha I. 8. יָגוֹן *mœror, mœstitia*, Esther IX. 22. תּוּגָה idem, Prov. XIV. 13. אוֹן *planctus, mœror, luctus*, Hos. IX. 4. et בְּכִי *fletus*, Genes. L. 4. Deut. XXXIV. 8. Hesych. *πένθος· θρῆνος, λύπη.* 2) per metonymiam effectus pro causa: *miseria, calamitas, afflictio omnis generis, quæ ansam lugendi præbet*, i. q. *συμφορὰ*, qua voce ab Hesychio explicatur. Sic legitur in N. T. Jacob. IV. 9. *ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μεταστραφήτω* ex prosperrimo rerum statu in miseriam et calamitates incidetis. Apoc. XVIII. 7. *τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν καὶ πένθος*, ac

paulo post: *καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω*, ubi *πένθος* esse videtur *orbitas* aut luctus ex orbitate, שְׁכוֹל, *ὀρφανία*, Ies. XLVII. 8. quem locum Johannes expressit. ibid v. 8. *ἥξουσιν θάνατος καὶ πένθος καὶ λιμὸς* omnia malorum genera ei ingruent. ibid. XXI. 4. Sæpius non legitur in N. T. In Gloss. Vet. apud Labbæum p. 146. *πένθος* quoque per *funus* explicatur.

ΠΕΝΙΧΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, *pauper, inops*, i. q. *πένης*, a *πένομαι laboro, inops sum et pauper*. Semel legitur in N. T. Luc. XXI. 2. *χήραν πενιχρὰν* viduam pauperem, quæ una voce *χερῆτις* dicitur. Hesychius: *χερῆτις, ἡ ἀπὸ τῶν χειρῶν ζῶσα, πενιχρὰ χήρα*. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro עָנִי *afflictus, pauper*, Exod. XXII. 25. et pro דַּל *tenuis, attenuatus, exhaustus viribus vel facultatibus*, Prov. XXVIII. 15. XXIX. 7. Reperitur etiam apud Polyb. VI. 21. 7. Demosthenem p. 422. 19. edit. Reisk. *τῶν δὲ πενιχρῶν ἐκνῶνται πολλοὶ γαῖαν ἐς ἀλλοδαπήν*, Aristoph. Plut. 977. et apud Phavor. sub voce Πενιχραλέον. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 796. Ejusdem formæ adjectivum est *μελιχρὸς, mellitus*.

ΠΕΝΤΑ'ΚΙΣ, *quinquies*. Est adverbium numeri a *πέντε quinque*, quod in N. T. semel legitur 2 Cor. XI. 24. Alex. habent pro חָמֵשׁ פְּעָמִים *quinque vicibus*, 2 Reg. XIII. 19.

ΠΕΝΤΑΚΙΣΧΙ'ΛΙΟΙ, *ιαι, ια, quinquies mille*, vel *quinque millia*, a *πεντάκις quinquies* et *χίλιοι mille*. Matth. XIV. 21. *ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι* erant homines ferme quinquies mille. ibid. XVI. 9. *τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων* quinque panes quinque millibus hominum suffecisse. Marc. VI. 44. VIII. 19. Luc. IX. 14. Joh. VI. 10. Alex. adhibuerunt pro חֲמֵשֶׁת אֲלָפִים Jud. XX. 45. et pro חֲמִשָּׁה וָאֶלֶף *quinque et mille*, 1 Reg. IV. 32. (V. 12.)

ΠΕΝΤΑΚΟ'ΣΙΟΙ, *αι, α, quingenti*. Est numerale cardinale plurale tantum, ex *πέντε quinque* et *κόσιοι*, quod est finis numeri post centum usque ad mille, et videtur *κόσιοι* dici q. *ἑκατόσιοι*, ab *ἑκατὸν centum*. Legitur in N. T. tantum Luc. VII. 41. *ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια* debebat denarios quingentos. 1 Cor. XV. 6. Alexandrini habent pro חֲמֵשׁ מֵאוֹת Num. I. 21, 33, 41. Exod. XXX. 23, 24.

ΠΕ'ΝΤΕ, *οἱ, αἱ, τὰ*, 1) *quinque*. Est nomen numerale cardinale indeclinabile, Hebr. חָמֵשׁ et חֲמִשָּׁה respondens apud Alexandrinos Gen. XVIII. 28. XLV. 6, 11, 22. et alibi. Matth. XIV. 17, 19. XVI. 9. XXV. 2, 15, 16, 20. Marc. VI. 38, 41. VIII. 19. Luc. I. 24. IX. 13, 16. XII. 6, 52. XIV. 19. XVI. 28. XIX. 18, 19. Joh. IV. 18. V. 2. VI. 9, 13. Act. IV. 4. VII. 14. XIX. 19. XX. 6. XXIV. 1. Apoc. IX. 5, 10. XVII. 10. 2) *pauci, paucissimi*. 1 Cor. XIV. 19. *ἀλλ' ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους διὰ τοῦ νοός μου λαλῆσαι, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω* malo in conventibus publicis paucissima verba facere e meo pectore, seu e meæ mentis sensu. Opponuntur *πέντε λόγοις* e sequentibus *μύριοι λόγοι*. Reliqui Græci pro *πέντε, τρεῖς* ponere solent, ita, ut *numerus quivis admodum exiguus* significetur. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 405 seq.

ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕ'ΚΑΤΟΣ, *η, ον, decimus quintus*, ex *πέντε quinque, καὶ* et *δέκατος decimus*. Extat in N. T. tantum Luc. III. 1. *ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ* anno decimo quinto. Alex. adhibuerunt pro חֲמִשָּׁה עָשָׂר 1 Reg. XII. 32, 33. 1 Chron. XXIV. 14. XXV. 22. Πεντεκαίδεκα reperitur apud Thucyd. V. 56. Herodot. II. 7.

ΠΕΝΤΗ'ΚΟΝΤΑ, *οἱ, αἱ, τὰ, quinquaginta*. Est numerale cardinale indeclinabile, a *πέντε quinque* et *ηκοντα*, quæ est terminatio numerorum crescentium per *decem*, ut in lingua Latina *ginta*. Vide supra *ἐνενηκονταεννέα*. Legitur in N. T. Marc. VI. 40. Luc. VII. 41. IX. 14. XVI. 6. Joh. VIII. 57. *πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις* quinquaginta annos nondum habes. ibid. XXI. 11. Act. XIII. 20. Alexandrini pro חֲמִשִּׁים posuerunt, quod idem significat. Genes. VI. 15. VII. 24. Exod. XXVI. 5.

ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟ'Σ, *ἡ, ὸν, quinquagesimus*, a *πεντήκοντα quinquaginta*. Alex. Levit. XXV. 10, 11. Ejus fœmininum

ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗ', *ῆς, ἡ*, apud Græcos scriptores est *quinquagesima pars alicujus rei*, vel simpliciter *quinquagesima*, interdum etiam *tributum quinquagesimæ bonorum partis*. Demosthen. p. 738. 5. et 1353. 21. edit. Reisk. Phavor. Πεντηκοστή· τέλος τι. *πεντηκοστεύεσθαι δὲ ἀντὶ τοῦ πράττεσθαι τὴν πεντηκοστήν. καὶ πεντηκοστολόγοι, οἱ τοῦτο τὸ τέλος ἐκλέγοντες*. Sed in N. T. *πεντηκοστὴ, ἡ, pentecoste*, ita, ut non subintelligatur *ἡμέρα*, quod nonnullis placuisse video, sed *ἑορτὴ festum* suppleatur, significat *festum illud anniversarium, quod die quinquagesimo a festo paschatis*, seu potius *a secundo die festi paschatis*, seu 16 *die mensis Nisan apud Judæos celebrabatur*, de quo vide, quos affert Fabricius in Bibliographia Antiquaria p. 313. Tob. II. 1. *ἐν τῇ πεντηκοστῇ ἑορτῇ*. 2 Macc. XII. 32. *μετὰ τὴν λεγομένην* (scil. *ἑορτὴν*) *πεντηκοστήν*. In N. T. ter tantum legitur. Act. II. 1. *καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς*, scil. *ἑορτῆς*, et cum venisset dies pentecostes. ibid. XX. 16. et 1 Cor. XVI. 8. Ad festum pentecostes infinitam undequaque multitudinem Judæorum Hierosolymis confluxisse testatur Josephus Bell. Jud. II. c. 3. sect. 1.

ΠΕ'ΠΟΙΘΑ, vide ΠΕΙ'ΘΩ.

ΠΕΠΟΙ'ΘΗΣΙΣ, *εος*, Attice *εως, ἡ*, 1) proprie: *fiducia, confidentia, quam quis in aliquo reponit, vel de aliquo habet*, a præt. med. *πέποιθα confido*, verbi *πείθω*, quod vide. 2 Cor. I. 15. *καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν* et cum hac fiducia et certissima persuasione (quam in superioribus declaraverat,) volui ad vos venire. ibid. III. 4. *πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ τοῦ Χριστοῦ* hanc vero fiduciam habemus per Christum. ibid. VIII. 22. *πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς* optima quævis de vobis sperantem. Ephes. III. 12. Josephus A. J. I. 3. 1. *διὰ τὴν ἐπὶ τῇ δυνάμει πεποίθησιν*. ibid. III. c. 2. s. 2. *ὧν παρόντων ἐκ πεποιθήσεως πολεμοῦσιν ἄνθρωποι*. Idem X. c. 1. s. 4. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 179. 2) *gloriatio, ex fiducia et confidentia nata*. Sic Paulus 2 Cor. III. 4. hac voce ex nonnullorum interpretum opinione usus est. 3) per metonymiam: *id, de quo*, vel *in quo quis confidit et gloriatur*. Philip. III. 4. *καίπερ ἐγὼ ἔχων πεποίθησιν καὶ ἐν σαρκὶ* sed et ego habeo, in quo confidere et de quo gloriari possem, quod attinet ad externam meam conditionem. Ita quoque בִּטָּחוֹן sumitur 2 Reg. XVIII. 19. ubi Alex. habent *τίς ἡ πεποίθησις αὕτη, ἣν πέποιθας*; 4) *severitas, rigor, quo alii ab his tractantur, qui confidentius agunt et conscii sibi sunt potestatis suæ*. 2 Cor. X. 2. ubi *τῇ πεποιθήσει* est i. q. *θαῤῥῆσαι*. Sensus est: et severitate illa, quæ mihi objicitur, uti contra eos. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡ. Particula, seu conjunctio expletiva et enclitica, quæ aliis orationis partibus annecti solet et plerumque notat: *quanquam, tametsi;* interdum *omnino, penitus* significat, interdum respondet Latinæ particulæ *cunque,* interdum nihil significat. Exempla separatim non annotabimus. Vide ἐάνπεϱ, εἴπεϱ, ἐπείπεϱ, ἐπειδήπεϱ, ἤπεϱ, καθάπεϱ, καίπεϱ, ὅσπεϱ, ὥσπεϱ. Conf. etiam Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 428 seq. edit. Zeunii et Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 1. 5. p. 768.

ΠΕ'ΡΑΝ. Adverbium, quod cum genitivo construitur et non solum *trans, ultra,* sed etiam *cis,* interdum adeo *juxta, circa, ad, secus* significat et tum in loco, tum ad locum notat. Præmissa præpositione et articulo nominis naturam induit et significat *littus ulterius,* vel *regionem ulteriorem, trans fluvium vel mare sitam.* Matth. IV. 15. γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλεὶμ, πέϱαν τοῦ Ἰοϱδάνου incolæ Sabulon et Nephtalim cis Jordanem, aut ad Jordanem, ut sit i. q. παϱὰ τὸν Ἰοϱδάνην. Nam istæ terræ respectu Iesaiæ, in Palæstina scribentis, non trans, sed cis Jordanem jacuerunt. Πέϱαν autem interdum significat: *juxta, circa, ad,* ad imitationem Hebraici עֵבֶר, quod sic legitur Deut. I. 1. IV. 46. Matth. IV. 25. πέϱαν τοῦ Ἰοϱδάνου ad Jordanem, coll. LXX Intt. Num. XXXII. 19. ibid. VIII. 18. ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέϱαν trajicere, et v. 28. καὶ ἐλθόντι αὐτῷ εἰς τὸ πέϱαν et trajecto, etc. ibid. XIV. 22. εἰς τὸ πέϱαν in ulterius maris littus. ibid. XVI. 5. XIX. 1. πέϱαν τοῦ Ἰοϱδάνου cis Jordanem. Marc. III. 8. ἀπὸ τῆς Ἰδουμαίας καὶ πέϱαν (pro ἀπὸ τοῦ πέϱαν ὄντος τόπου Ἰοϱδάνου) ab Idumæa et a regione Jordanis ulteriore. ibid. IV. 35. V. 1, 21. ubi tamen εἰς τὸ πέϱαν otiosum videtur ob vocem præcedentem διαπεϱάσαντες. ibid. VI. 45. VIII. 13. X. 1. διὰ τοῦ πέϱαν τοῦ Ἰοϱδάνου per illam partem regionis, quæ est trans Jordanem. Luc. VIII. 22. διέλθωμεν εἰς τὸ πέϱαν τῆς θαλάσσης proficiscamur in partem maris ulteriorem. Joh. I. 28. πέϱαν τοῦ Ἰοϱδάνου cis, aut ad Jordanem. ibid. III. 26. VI. 1, 17, 22, 25. X. 40. XVIII. 1. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraicis עֵבֶר *transitus, cis, ultra, trans,* מֵעֵבֶר et בְּעֵבֶר, quæ idem notant, et Chaldaico עֲבַר, cui eadem est potestas. Gen. L. 10, 11. Num. XXI. 11, 13. Deut. III. 8, 20, 25. Jos. I. 15. II. 10. V. 1. Nehem. II. 7, 9. Esr. VI. 13. VIII. 36. Confer etiam Georgii Vindicias N. T. ab Hebraismis II. c. 3. p. 177. et Wolfii Curas Philol. ad Matth. IV. 15.

ΠΕ'ΡΑΣ, τος, τὸ, 1) *terminus, extremitas.* Nom. plur. πέϱατα, των, τὰ, *termini, fines,* unde πεϱατόω *termino, finio.* Matth. XII. 42. ἦλθεν ἐκ τῶν πεϱάτων τῆς γῆς venit e terris remotis. Observandum est tironum causa, formulam τὰ πέϱατα τῆς γῆς, seu οἰκουμένης, *terminos atque extremitates terræ,* seu *orbis terrarum,* ad imitationem formularum Hebraicarum קְצֵה הָאָרֶץ vel קַצְוֵי et קְצֵה תֵבֵל Psalm. XIX. 5. XLVI. 9. XLVIII. 10. LXI. 3. pro quibus etiam interdum אַפְסֵי אֶרֶץ Psalm. II. 8. Jer. XVI. 19. ponitur, non semper *terras longinquas et procul remotas,* (ut apud Græcos, v. c. Xenoph. Ages. IX. 4. Homer. Iliad. θ', v. 200. 301. Confer Rhœr. Fer. Daventr. p. 62. et Eustathium ad Homer. Odyss. δ', v. 563 seqq.) sed generatim *omnes regiones, extra Palæstinam sitas,* significare. Nam in Matthæi l. l. et Lucæ XI. 31. per τὰ πέϱατα τῆς γῆς Sabæorum regionem, in Arabia felici sitam, intelligendam esse, multis docuit Vorstius de Hebraismis N. T. cap. 23. p. 450 seq. ed. Fischeri. Rom. X. 18. εἰς τὰ πέϱατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν, coll. Psalm. XIX. 5. Vide Georgii Vindic. N. T. ab Hebraismis Lib. III. cap. 4. § 3. p. 302. et Wetstenii N. T. T. I. p. 396. 2) *finis.* Hebr. VI. 16. καὶ πάσης αὐτοῖς ἀντιλογίας πέϱας ὁ ὅϱκος et jusjurandum omnes lites componit et dirimit. Sæpius non legitur in N. T. Hinc πέϱας apud Græcos, absolute positum, adverbialiter sumitur pro *tandem, denique,* v. c. apud Æschinem in Timarchum p. 119. 29. πέϱας πείθουσιν ἀναστῆναι τὸν ἄνθϱωπον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ tandem persuadent homini, ut ab ara surgat. — Hesych. πέϱας· τὸ τέλος καὶ ἡ δύσις (ita enim rescribendum est loco impressi λύσις) καὶ τὸ τῆς γῆς πέϱας.

ΠΕ'ΡΓΑΜΟΣ, ου, ἡ, *Pergamus,* vel *Pergamum.* Urbs Mysiæ majoris in Asia minori insignis, (Hesych. ἡ ἀκϱόπολις τοῦ Ἰλίου. Confer etiam scholiasten Homeri ad Iliad. δ', v. 508.) Attalorum regum sedes quondam nobilis, quam Silenus intermeat fluvius. Joseph. B. J. I. 12. 11. Sic dicta videtur, quod in rupe sita esset: (Strabo XIII. p. 925. A.) loca enim editiora olim *Pergama* vocabantur. Primum enim fuit castellum, postea autem, pomœriis prolatis, cœpit esse urbs Troadis clarissima. Diu sub regibus Attalicæ familiæ floruit; postea Romanorum imperio paruit. *Pergamenum,* vulgo dictum, in eadem vel Eumenes, vel Attalus primus invenisse dicitur. Celebris etiam fuit Æsculapii fano, quemadmodum omnino templis et sacris inter Asiæ oppida eminebat. Vid. Ez. Spanhemium de præstant. numism. Diss. IX. c. 4. Cœtum christianorum ibi fuisse, liquet ex Apocalypsi Joh. I. 11. II. 12. τῆς ἐν Πεϱγάμῳ ἐκκλησίας ecclesiæ, quæ est Pergami. Confer Cellarii Geogr. Plenior. III. c. 3. p. 35. Eichhornii Comm. in Apocal. Vol. I. p. 94. et F. Stosch Syntagma Diss. VII. de totidem urbibus Asiæ in Apocalypsi p. 56.

ΠΕ'ΡΓΗ, ης, ἡ, *Perga* vel *Perge.* Metropolis Pamphyliæ, regionis Asiæ minoris, sitæ inter Lyciam et Ciliciam, quæ etiam *Mopsopia* dicta fuit, teste Pomponio Mela, celebris templo Dianæ. Strabo Geogr. I. 24. Ter tantum in N. T. memoratur. Act. XIII. 13. ubi Πέϱγη τῆς Παμφυλίας vocatur. ibid. v. 14. et XIV. 25. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 6. p. 190. et Wetstenii N. T. II. p. 535.

ΠΕΡΙ'. Præpositio, regens

I. *Genitivum,* et denotat:

1) *adversus, contra.* Mat. XX. 24. ἠγανάκτησαν πεϱὶ τῶν δύο ἀδελφῶν indignati sunt contra hos duos fratres. Marc. VII. 6. καλῶς πϱοεφήτευσεν Ἡσαΐας πεϱὶ ὑμῶν τῶν ὑποκϱιτῶν recte contra vos hypocritas vaticinatus est Iesaias, coll. Matth. XV. 7. ibid. X. 41. ἤϱξαντο ἀγανακτεῖν πεϱὶ Ἰακώβου καὶ Ἰωάννου. Joh. VI. 41. ἐγόγγυζον οἱ Ἰουδαῖοι πεϱὶ αὐτοῦ. Act. XXV. 16. τόπον δὲ ἀπολογίας λάβοι πεϱὶ τοῦ ἐγκλήματος locum vero sui defendendi contra criminationem obtinuerit. Hanc significationem præpositio πεϱὶ si obtinet, fere cum accusativo construitur, v. c. apud Æschin. Socr. Dial. II. 6. ἐξαμαϱτάνειν πεϱὶ τοὺς ἀνθϱώπους. Xenoph. Anab. I. 6. 8. ἄδικος πεϱί τινα. ibid. III. 2. 12. Idem Hist. Gr. II. 3. 21. VI. 5. 38. Herodian. I. c. 13. § 13. 2) *de,* ita, ut objectum significet. Matth. II. 8. ἀκϱιβῶς ἐξετάσατε πεϱὶ τοῦ παιδίου diligenter exquirite puerum. Joh. I. 7. ἵνα μαϱτυϱήσῃ πεϱὶ τοῦ φωτὸς ut homines

de illo doctore divino edoceret. ibid. v. 22. τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ; quem te profiteris? Matth. XI. 10. περὶ οὗ γέγραπται de quo prædictum est. ibid. XVI. 11. ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν me non de pane, proprie sic dicto, vobiscum locutum esse. ibid. XVII. 13. Luc. XXII. 37. τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει omnia de me in V. T. prædicta eventum suum habent. Alex. 1 Sam. XIX. 3. λαλήσω περὶ σοῦ πρὸς τὸν πατέρα μου. Æschin. Socr. Dial. II. 29. ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τῶν ἄλλων idem valet etiam de cæteris. ibid. III. 17. Eurip. Phœn. v. 1100. εἴτι Πολυνείκους περὶ οἶσθα. 3) *erga*. Matth. IX. 36. ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν misericordia motus est erga illos. Ita עַל sumitur Genes. XIX. 16. 1 Sam. XX. 8. 1 Reg. III. 26. Psalm. CIII. 13. Esr. VI. 22. Eandem significationem habet περὶ apud Græcos cum accusativo constructum, v. c. apud Xenoph. Cyrop. VI. 1. 24. πειρώμενος ὅμοιος περὶ ἐκεῖνον εἶναι, οἷός περ καὶ ἐκεῖνος περὶ σέ. 4) *in*, vel *circa*. 1 Cor. VII. 37. ἐξουσίαν δὲ ἔχει περὶ τοῦ ἰδίου θελήματος et suo jure vivit. 5) *pro, in commodum alicujus*, i. q. ὑπέρ. Luc. IV. 38. ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς rogarunt ipsum pro illa. Joh. XVII. 9. περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ, οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ ego pro illis deprecor, non vero pro contumacibus Judæis. Eph. VI. 18. δεήσει περὶ πάντων τῶν ἁγίων. Coloss. I. 3. et IV. 3. Mat. XXVI. 28. τὸ αἷμα τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν sanguis, qui pro multis effundetur ad remissionem peccatorum. Luc. XXII. 32. Joh. XVI. 26. XVII. 20. Act. VIII. 15. προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, ὅπως λάβωσι τὸ πνεῦμα ἅγιον. Hebr. V. 3. Ps. LXXI. 15. προσεύξονται περὶ αὐτοῦ. Ies. VIII. 19. Jer. VII. 16. Gen. XXV. 21. ἐδεῖτο δὲ Ἰσαὰκ Κυρίου περὶ Ῥεβέκκας. Nehem. IV. 14. παρατάξασθε περὶ τῶν ἀδελφῶν. Esth. IV. 8. Sirac. XVI. 9. Antonin. Lib. c. 7. μαχομένη περὶ τοῦ παιδὸς pugnans pro filio. Ælian. V. H. IX. 20. σπουδὴ περὶ βίου studium vitæ servandæ. Porphyrius de Styge p. 284. ἵνα οἱ λοιποὶ εὔξωνται περὶ αὐτῶν. 6) *pro*. Rom. XIV. 12. περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει pro se rationem Deo reddet. 7) *præ, ante*. 3 Joh. v. 2. περὶ πάντων, i. q. πρὸ πάντων, (Jacob. V. 12. 1 Petr. IV. 8.) ante omnia. Eodem sensu πρῶτον πάντων legitur 1 Tim. II. 1. Suid. περὶ πάντων· πρὸ πάντων. Idem: περί· περισσῶς. Conf. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 634. edit. Zeunii.

8) *propter*, ita, ut connotet nunc *commodum alicujus*, nunc *finem* et *causam impulsivam*, nunc *expiationem*. Matth. IV. 6. ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ angelis suis propter te mandata dabit. Marc. I. 44. προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, ἃ προσέταξε Μωσῆς offer propter purgationem tuam ex lege a Mose præceptum munus. Luc. II. 27. V. 14. Hebr. X. 18. προσφορὰ περὶ ἁμαρτίας oblatio, seu sacrificium ad expianda peccata. Luc. XIX. 37. αἰνεῖν τὸν Θεὸν περὶ πασῶν ὧν εἶδον δυνάμεων alta voce laudare Deum propter omnia, quæ viderant miracula. Περὶ h. l. objectum et causam impulsivam simul indicat. Joh. X. 33. περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας propter miraculum beneficum te lapidibus obruere non decrevimus, sed ob blasphemiam; ubi particula ὅτι αἰτιολογικὴ sequitur, per particulam καὶ præcedentibus connexa. Luc. III. 19. 1 Thess. IV. 6. ἔκδικος ἐστὶ ὁ Θεὸς περὶ πάντων τούτων Deus est vindex harum rerum omnium. Huc etiam pertinet formula περὶ ἁμαρτίας, scil. θυσία, piaculum. Rom. VIII. 3. Hebr. X. 6, 8. In hac significatione respondet περὶ apud Alexandrinos Hebr. עַל־דְּבַר Genes. XII. 17. Exod. VIII. 12. Jer. VII. 21. ל præfixo, 1 Reg. XX. 7. et על Genes. XX. 3. Jerem. XV. 4, 15. ac apud Symm. Job. XLI. 3. τῷ ב. Euripid. Phœniss. ver. 434. στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν οὕνεκ' ἤλθομεν περὶ quoniam propter cubile inter nos depugnaveramus. ibid. v. 537. τυραννίδος περὶ ob imperium, seu, regnandi gratia; hæc verba ita reddente Cicerone, ut Torrentius vult ad Sueton. Cæs. c. 30. Lysias Areopag. p. 264. περὶ τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων κινδυνεύειν. Idem adv. Alcibiad. pag. 519. περὶ πάντων τῶν πεπραγμένων μεθ' ὑμῶν αὐτὸν τιμωρήσασθαι. 9) *quoad, quatenus, quod attinet ad, quantum ad*. Matth. XXIV. 36. περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης quod vero ad diem illum attinet. Marc. V. 16. καὶ περὶ τῶν χοίρων etiam ea, quæ porcis acciderant. Act. XXI. 25. περὶ δὲ τῶν πεπιστευκότων ἐθνῶν quod vero ad gentiles attinet, qui ad religionem christianam adducti sunt. 1 Cor. VII. 1. et 25. VIII. 1. Matth. XXII. 31. Act. XXVI. 2. et XXVIII. 22. Ita על sumitur Ruth. IV. 7. Etiam præpositio *de* apud Latinos eundem habet significatum, v. c. apud Ciceronem Lib. II. Epp. ad Famil. 17. "de rationibus referendis non erat incommodum, te nullam referre." ibid. Lib. III. Ep. 12.

II. Regit *Accusativum*, et notat: 1) *circa, circum;* de loco. Matth. III. 4. περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ circa femur suum, seu lumbos suos. Marc. VIII. 34. ὄχλος περὶ αὐτὸν turba, qua circumdatus erat. Luc. XIII. 8. σκάψω περὶ αὐτὴν fodiam circa illam, seu ablaqueabo illam. Apoc. XV. 6. περὶ τὰ στήθη circa pectora. Marc. III. 8. οἱ περὶ Τύρον καὶ Σιδῶνα agrum Tyri et Sidonis incolentes. Act. XXVIII. 7. ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον in illis autem locis. In hac significatione περὶ respondet in versione Alex. Hebraico עַל־שְׂפַת *ad ripam*, Exod. II. 3. περὶ τὸν ποταμὸν, et סָבִיב apud Theodotionem Job. XLI. 6. Ælian. V. H. XII. cap. 44. αἱ ἐν Σικελίᾳ λιθοτομίαι περὶ τὰς Ἐπιπολὰς ἦσαν. 2) *circa, de re,* connotans subjectum, vel objectum, et est idem ac *quod attinet*. 1 Tim. I. 19. περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν a fide defecerunt, proprie: circa fidem naufragium fecerunt. 1 Tim. VI. 4. νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας. Vide supra νοσέω. ibid. v. 21. περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν. 2 Tim. II. 8. ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν. ibid. v. 18. Ælian. V. H. III. 42. εἶχον περὶ τοὺς ἱστοὺς καὶ ἐπονοῦντο περὶ Ἐργάνην. Xen. de Re Equestri VI. 3. ὁ περὶ τὸν ἵππον *equiso*. Idem de Vectig. IV. 28. οἱ περὶ τὰ μέταλλα qui operam dant metallis effodiendis. Alia loca collegit Hoogevenus ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 636. ed. Zeunii. 3) *circa, circiter;* de tempore. Mat. XX. 3. περὶ τὴν τρίτην ὥραν circa horam tertiam. ibid. ver. 5, 6 et 9. XXVII. 46. περὶ δὲ τὴν ἐννάτην ὥραν. Marc. VI. 48. περὶ τετάρτην φυλακὴν circa quartam vigiliam. Act. XXII. 6. περὶ μεσημβρίαν circa meridiem. Alexandrini τὸ כ, quod eodem sensu de tempore usurpatur, reddiderunt περὶ, Ex. XI. 4. sed Gen. XVIII. 10. coll. Rom. IX. 9. κατὰ transtulerunt. Æschin. Socr. Dial. III. 14. περὶ τὴν τελευτὴν mortis tempore. Ælian. V. H. V. 13. περὶ τῶν τριάκοντα κατάστασιν tempore triginta tyrannorum constitutorum. ibid. XII. 30. Conf. etiam Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 636. et Noldii Concordantt. Particc. Hebr. p. 550. 4) *in*, vel *per*. Tit. II. 7. περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος in omnibus, vel per omnia te exhibe. 5) οἱ περί τινα *qui sunt alicujus comites, socii, discipuli et familiares, qui stant a parte*

alicujus. Marc. IV. 10. οἱ περὶ αὐτὸν discipuli ejus. Luc. XXII. 49. οἱ περὶ αὐτὸν apostoli, seu discipuli Christi, coll. v. 39. Act. XIII. 13. οἱ περὶ τὸν Παῦλον Paulus cum suis comitibus. ibid. XXI. 8. Herodian. I. c. 9. s. 15. οἱ περὶ τὸν Κόμμοδον, ὅσοι τε εὔνοιαν προσεποιοῦντο qui circa Commodum erant (h. e. ejus socii, comites, familiares,) et quicunque studium erga eum præ se ferebant. Ezech. XXXVIII. 6. Γομὲρ καὶ πάντες οἱ περὶ αὐτὸν Gomer et omnes, qui cum illo militant. ibid. ver. 9. XXXIX. 4. coll. v. 22. 2 Macc. I. 33. οἱ περὶ τὸν Νεεμίαν. ibid. ver. 36. ubi Lutherus bene vertit: des Nehemiä gesellen, *the companions of Nehemiah*. Eodem modo præpositio ἀμφὶ usurpatur apud Dionys. Halic. I. 97. οἱ ἀμφὶ τὸν Αἰνείαν Æneas cum sociis. Conf. Ernestium ad Xenoph. Mem. I. 1. 18. Fischeri Animadverss. ad Welleri Grammat. Gr. pag. 381. et Indicem ad Axiochum sub περί. 6) οἱ περὶ τινὰ, ut οἱ ἀμφὶ τινὰ (conf. Grævii Lectt. Hesiod. c. 9.) sæpe de *personis singulis* apud Græcos dicuntur. Æschin. Socr. Dial. III. 12. οἱ περὶ Θηραμένην Theramenes, et § 20. οἱ περὶ Ἡρακλέα τε καὶ Διόνυσον et Hercules et Bacchus. Xenoph. Anab. II. cap. 4. § 1. οἱ περὶ τὸν Ἀριαῖον Ariæus. Hom. Iliad. γ', 146. οἱ ἀμφὶ Πρίαμον Priamus. Longinus de Sublim. XIII. 3. οἱ περὶ Ἀμμώνιον Ammonius. Theodoretus in Commentario ad Malach. I. 7. οἱ περὶ τὸν Ἀκύλαν καὶ Σύμμαχον Aquila et Symmachus. Hinc lucem fœnerātur locus Joh. XI. 19. ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν venerant ad Mariam et Martham; ut jam Syrus h. l. recte interpretatus est. Conf. Krebsii Obss. Flav. pag. 151. Mori Animadverss. ad Longinum pag. 89. et Drakenborch. ad Livium XXI. 49. § 7. 7) τὰ περὶ τινὰ *res alicujus, status et conditio rerum alicujus*. Phil. II. 23. 8) interdum *deficit*, v. c. Act. XX. 24. ἀλλ' (περὶ) οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 325. Rom. I. 9. μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι, ubi ὑμῶν positum est pro περὶ ὑμῶν, ut plene legitur apud Isocrat. Panath. pag. 399. Conf. etiam Diog. Laërt. VIII. c. 2. Sic etiam apud Græcos περὶ cum genitivo prætermittitur; v. c. apud Xenoph. de Vectig. IV. 14. et de Mag. Equit. IV. 7. Conf. etiam Vigerum p. 635. edit. Zeunii.

ΠΕΡΙΑ'ΓΩ, fut. άξω, 1) usurpatur transitive et active: *circumduco, circumago, mecum duco*, ex περὶ, quod in compositis sæpe *circuitum, circum, in orbem* notat, v. c. in περιβλέπειν *circumspicere*, περιελαύνειν *circumagere*, etc. et ἄγω *duco*. Sic legitur in N. T. 1 Cor. IX. 5. μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν; nonne et ego mecum circumducere possem uxorem christianam? Demosthenes pag. 958. 15. edit. Reisk. τρεῖς παῖδας ἀκολούθους περιάγεις. In versione Alexandrina respondet Hebraico הֶעֱבִיר *transtulit, transmisit, traduxit*, Ezech. XXXVII. 2. XLVI. 21. הוֹלִיךְ *abduxit, deduxit*, Amos II. 10. 2 Macc. IV. 38. VI. 10. Hesych. περιάγει περιφέρει ἢ κάμπτει. 2) intransitive, omissa voce ἐμαυτὸν, *circumeo, obambulo, peragro*. Matth. IV. 23. καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν ὁ Ἰησοῦς et peragravit Jesus totam Galilæam. Matth. IX. 35. περιῆγεν τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας obiit omnes urbes ac vicos. ibid. XXIII. 10. περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν peragratis mare ac terram. Conf. sub ξηρός. Marc. VI. 6. Act. XIII. 11. περιάγων ἐζήτει χειραγωγοὺς circumiens, aut potius oberrans, quærebat manuductores. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, aor. 2. περιεῖλον, 1) proprie: *undique*, vel *undiquaque tollo et aufero, aufero, plane tollo, removeo, privo*, ex περὶ et αἱρέω *capio*. De bonis æque ac de malis usurpatur. Legitur in N. T. Act. XXVII. 20. περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς tandem omnis spes salutis penitus sublata est. (Sic *abscindere spem* apud Livium XXXV. c. 45. et XLV. c. 3. 5.) ibid. v. 40. ἀγκύρας περιελόντες cum ancoras undique sustulissent. 2 Cor. III. 16. περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα removebitur velamen. Sed pro περιαιρεῖται, quod est 3 sing. præs. indicat. passiv. legunt alii περιαρεῖται, ablato Iota, estque 3 sing. fut. 2. med. ejusdem verbi. Alexandrini usi sunt hac voce pro הֵסִיר *removet, avertit*, Deut. VII. 15. Jos. XXIV. 14, 23. 1 Sam. I. 14. Prov. IV. 24. et pro הֶעֱבִיר *transtulit, traduxit*, Jon. III. 6. Ps. CXIX. 39. 1 Chron. XXI. 8. Ælian. V. H. I. 20. 21. XIV. 13. 2) si de peccatis et delictis usurpatur, ut ἀφαιρεῖν, significat: *expiare, liberare a pœna et culpa peccatorum, remittere, condonare*. Hebr. X. 11. θυσίας, αἵτινες οὐδέποτε δύνανται περιελεῖν ἁμαρτίας sacrificia, quæ nullo modo peccata expiare poterant, coll. v. 4. ἀφαιρεῖν ἁμαρτίας. Alex. Sophon. III. 16. περιεῖλε Κύριος τὰ ἀδικήματά σου. Sæpius non legitur in N. T. Schol. Aristoph. ad Equit. 290. περιαιρεῖν λέγονται καὶ οἱ τέκτονες τὸ τῶν ξύλων περιττὸν, ἵνα καλὸν ἔργον ἀποδείξωσι. λέγεται καὶ τοῦτο περὶ τῶν περιτεμνόντων τὸν φλοιὸν, ἢ τοὺς κλάδους τῶν δένδρων. καὶ οἱ βυρσοδέψαι καὶ οἱ σκυτοτόμοι περιαιροῦσι τὰς βύρσας καὶ περιτέμνουσι τὰ δέρματα, ἵνα τὸ περιττὸν καὶ ἀνωφελὲς ἅπαν ἀφέλωσιν.

ΠΕΡΙΑΣΤΡΑ'ΠΤΩ, fut. άψω, *fulguris instar circumfulgeo, circumfulguro, splendore circumdo, illumino*, ex περὶ *circum* et ἀστράπτω *fulguro*. Bis tantum in N. T. legitur. Act. IX. 3. ἐξαίφνης περιήστραψεν αὐτὸν φῶς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ repente eum circumfulsit lux cœlestis. ibid. XXII. 6. ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ περιαστράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμὲ ut subito de cœlo instar fulguris circumfulgeret me lux ingens. In versionibus Græcis V. T. non reperitur.

ΠΕΡΙΒΑ'ΛΛΩ, fut. αλῶ, 1) proprie: *circumjicio, circumdo, cingo, ambio, munio*, ex περὶ *circum* et βάλλω *jacio*. Luc. XIX. 43. περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι circumjicient, vel circumdabunt hostes tui vallum tibi. Conf. Arriani Diss. Epict. III. 24. Apoc. X. 1. περιβεβλημένον νεφέλην. ibid. XII. 1. περιβεβλημένη τὸν ἥλιον. Alex. Ps. CXLVI. 8. Sapient. XIX. 16. Apud Xenoph. in Cyrop. III. 3. 14. formula περιβάλλεσθαι τάφρον de eo usurpatur, qui fossa cingit castra sua. Idem de Rep. Laced. c. XI. 19. Ælian. V. H. VI. 12. τεῖχος αὐτῇ περιεβέβλητο ὑψηλότατον. Dionys. Halic. Ant. I. 45. II. 2. III. 42. Alex. Ezech. IV. 2. καὶ περιβαλεῖς ἐπ' αὐτὴν χάρακα, et Prov. XXVIII. 4. περιβάλλουσιν ἑαυτοῖς τεῖχος. Hesychius: Περίβαλλον, (scribe περίβαλον) ἐκύκλωσαν. Hinc περίβολοι, teste Hesychio, sunt τείχη πόλεων, ἢ περίδρομοι. 2) *induo alteri vestes, vestio, amicio*. Medium περιβάλλομαι *mihi ipse induo vestes*, quia vestes corpori circumjiciuntur. Passivum περιβάλλομαι *vestior, amicior*. Matth. VI. 29. ὅτι οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ne Salomonem quidem cum splendore suo ita amictum fuisse. ibid. v. 31. τί περιβαλώμεθα; quid induamus, aut quomodo comparabimus nobis vestimenta? seu, unde comparabimus nobis ad vitam sustentandam necessaria? Habet enim περιβάλλεσθαι interdum apud Græcos notionem *sibi aliquid*

comparandi et in suam potestatem redigendi, v. c. apud Xenoph. Hist. Gr. IV. 8. 17. Cyrop. I. 4. 17. III. 3. 12. Anab. VI. 3. 1. unde περιβολὴ *conatus et studium alicujus rei acquirendæ* apud eundem Cyrop. VII. 1. 28. Vide Wesseling. ad Diodor. Sic. XIV. 99. Marc. XIV. 51. περιβεβλημένος σινδόνα amictus sindone. ibid. XVI. 5. Luc. XII. 27. XXIII. 11. περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν alba veste eum indui jussit. Joh. XIX. 2. ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτὸν veste purpurea circumdederunt eum. Adsciscit scilicet περιβάλλειν in N. T. accusativum geminum personæ et rei, sed Græci scriptores loco accusativi rei dativum ponere solent. Herodian. VII. 5. 7. χλαμύδι πορφυρᾷ περιβάλλουσι. Act. XII. 8. περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου circumda tibi vestimentum tuum. Apoc. III. 5. περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς. ibid. v. 18. IV. 4. VII. 9. περιβεβλημένον στολὰς λευκὰς vestimentis albis indutos. Ælian. V. H. XII. 1. οὔτε περίβλημα περιβαλέσθαι ποικίλον ἠξίου. Cum accusativo rei περιβάλλεσθαι etiam construitur apud Diog. Laërt. III. 86. VI. 90. Apoc. VII. 13. XI. 3. XVII. 4. περιβεβλημένη πορφυροῦν καὶ κόκκινον pro quo in aliis codicibus legitur πορφύρᾳ καὶ κοκκίνῳ. ibid. XIX. 8, 13. In versione Alex. περιβάλλεσθαι construitur nunc cum accusativo rei, 2 Reg. XIX. 1, 2. 1 Paral. XXI. 16. nunc cum dativo rei, 1 Reg. I. 1. XI. 29. Ezech. XVI. 10. nunc cum dativo rei, intercedente præpositione ἐν, Psalm. XLIV. 11 et 15. Gloss. περιβάλλω ἱματίῳ, *amicio, cooperio.* Confer interpretes ad Thom. M. p. 705. ed. Bernard. 3) *vestes alicui suppedito, vestimenta largior.* Matth. XXV. 36. γυμνὸς ἤμην καὶ περιεβάλετέ με mihi, idoneis vestimentis destituto, vestes suppeditastis. ibid. v. 38 et 43. Ies. LVIII. 7. ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε. Ezech. XVIII. 7, 16. 2 Paral. XXVIII. 15. 4) *abundo, locuples, instructus sum aliqua re.* Apoc. XVIII. 16. πόλις ἡ περιβεβλημένη βύσσινον κ. τ. λ. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΒΛΕ'ΠΩ, fut. έψω, et ΠΕΡΙΒΛΕ'ΠΟΜΑΙ, 1) *circumspicio, circumcirca respicio*, ex περὶ et βλέπω *video.* Marc. III. 34. περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους et cum circumspexisset undique circa se sedentes. Sed h. l. partim ob præpositionem περὶ, partim ob sequens κύκλῳ, περιβλέπειν pro simplici βλέπειν positum videtur. Marc. V. 32. καὶ περιεβλέπετο ἰδεῖν τὴν τοῦτο ποιήσασαν et circumspiciebat, ut videret eam, quæ hoc fecerat. ibid. IX. 8. περιβλεψάμενοι attente circumspicientes. ibid X. 23. Sed Luc. VI. 10. περιβλέπειν metaphorice significat *circumspiciendo advertere*, vel *attendere, num quis responsurus sit.* In versione Alex. respondet τῷ פָּנָה *respexit*, Exod. II. 12. Jos. VIII. 20. Æschin. Socr. Dial. II. 11. περιβλέψας δὲ πρὸς τοὺς παρόντας. Hesych. περιβλέπεται· περισκοπεῖ. 2) i. q. simplex βλέπω, vel ἐμβλέπω, seu ἐπιβλέπω, *intueor, aspicio.* Marc. III. 5. καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς et tristius, seu immitius eos contuens. ibid. v. 34. Hinc περίβλεπτος Græcis est: *in quem omnium oculi sunt conversi.* Conf. Valckenarium ad Eurip. Phœn. v. 554. In versione Alex. respondet etiam τῷ שׁוּר *contemplatus est.* Job. VII. 8. οὐκ ἔτι περιβλέψεταί με ὀφθαλμὸς ὁρῶντός με. 3) *circumeo, circumcursito, obeo.* Marc. XI. 11. καὶ περιβλεψάμενος πάντα et cum varia Hierosolymæ loca obiisset. *Discursitandi, huc et illuc vagandi* notionem tribuerem etiam huic verbo in loco Sirac. IX. 7. μὴ περιβλέπου ἐν ῥύμαις πόλεως καὶ ἐν τοῖς ἐρήμοις αὐτῆς μὴ πλανῶ ne discursita per plateas urbis et in locis ejus desertis ne oberra; ubi partim verbum πλανᾶσθαι, partim orationis series (nam sermo est de prostitutis, quorum consuetudo vitanda,) hanc explicationem suadet et confirmat. Cæterum constat, verba vivendi et aspiciendi in omnibus linguis orientalibus ita quoque usurpari, ut *ire, iter facere in aliquem locum* significent. Ita שׁוּר proprie significat: *aspicere, videre;* deinde vero *ire, incedere, venire,* (Arab. سار *profectus est.*) Ies. LVII. 9. Cantic. IV. 8. Sic נָבַט usurpatur Genes. XIX. 26. coll. Luc. XVII. 31, 32. et βλέπειν Luc. IX. 62. Ipsum adeo verbum περιβλέπειν hanc notionem habet Genes. XIX. 27. μὴ περιβλέψῃ εἰς τὰ ὀπίσω, et 1 Reg. XX. 40. ὡς περιεβλέψατο ὁ δοῦλός σου ὧδε καὶ ὧδε, ubi in Hebraico est עַבְדְּךָ עֹשֶׂה הֵנָּה וְהֵנָּה· Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΒΟ'ΛΑΙΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie et generatim: *omne, quod circumjicitur, circumdatur et quo aliquid cingitur et munitur*, a voce περιβολὴ, idem notante, nomine verbali a περιβέβολα, perfecto med. verbi περιβάλλω *circumjicio*, augmento abjecto et terminatione verbi in terminationem nominis mutata. Sic legitur in versione Alexandrina Ps. CIII. 7. ἄβυσσος ὡς ἱμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. Job. XXVI. 6. καὶ οὐκ ἔστι περιβόλαιον τῇ ἀπωλείᾳ, Hebr. וְאֵין כְּסוּת לָאֲבַדּוֹן· Æque late vox περιβολὴ patet apud Græcos, v. c. apud Thucyd. VIII. c. 104. χωρίου ὀξεῖαν καὶ γωνιώδη τὴν περιβολὴν ἔχοντος. Speciatim vero in N. T. περιβόλαιον dicitur 2) *omne, quod circumdatur capiti, fascia, mitra, velum, velamen*, a περιβάλλεσθαι, quod est in versione Alexandrina verbum proprium de *velis* et *velamentis capitis.* Genes. XXIV. 65. XXXVIII. 14. 1 Cor. XI. 15. ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ coma velaminis loco data est mulieri, seu indicat, caput ejus velamine indigere. 3) *vestis, vestimentum, amictus, amiculum.* Hebr. I. 12. καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς et sicut amictum convolves eos. In versione Alex. respondet Hebraico בֶּגֶד *vestis*, Jud. VIII. 26. כְּסוּת *tegmen*, Exod. XXII. 27. Ies. L. 3. לְבוּשׁ *vestis*, Ps. CI. 28. מְכַסֶּה *tegmen*, Ezech. XXVII. 7. מַלְבּוּשׁ idem, Ezech. XVI. 13. et תִּלְבֹּשֶׁת Ies. LIX. 17. Alberti Gloss. N. T. p. 131. περιβολαίου· ἱματίου. Suid. περιβόλαιον· περιβολὴ, ἔνδυμα. Ἄβυσσον δὲ καλεῖ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἡ θεία γραφή· ἐπεὶ οὖν ἡ γῆ πανταχόθεν ὕδασι περιέχεται, μεγάλοις καὶ μικροῖς πελάγεσι, εἰκότως περιβόλαιον αὐτῆς εἴρηκεν ὁ Δαβίδ. Ps. CIII. 7. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΔΕ'Ω, fut. ήσω, *circumligo, obvincio, obligo*, ex περὶ *circum* et δέω *ligo.* Semel tantum legitur in N. T. Joh. XI. 44. δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο pedes manusque vinctus fasciis sepulcralibus et facies ejus sudario erat obvoluta. Pro אָסַר *ligavit, alligavit, vincivit, constrinxit* legitur apud Alex. Job. XII. 18. ubi usus est Symmachus voce περιζωννύειν. Suidas interpretatur περιδεσμεῖν, περιάπτειν, et laudat locum Xenoph. Anab. IV. 5. 24.

ΠΕΡΙΔΡΕ'ΜΩ, vide in ΠΕΡΙΤΡΕ'ΧΩ.

ΠΕΡΙΕΡΓΑ'ΖΟΜΑΙ, fut. άσομαι, 1) proprie: *cum cura laboro, summa et pæne immodica cura et diligentia aliquid facio, immodicam et ad res exiguas se extendentem adhibeo curam*, a περὶ, quod sæpe in compositis vim habet augendi et intendendi in

utramque partem, (Vide Zeunium ad Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 637.) et ἐργάζομαι *operor*. Sic legitur apud Ælian. V. H. IV. 11. περιειργάσθαι τῷ οἰκιδίῳ immodicam adhibuisse curam domunculæ suæ. ibid. II. 44. καὶ πλέον οὐδὲν περιείργασται τῷ Θέωνι et nihil amplius (cum cura) elaboratum est a Theone: ubi videndus Perizonius. Hinc vero, quia omne nimium vertit plerumque in vitium, etiam περιεργάζομαι 2) notat: *supervacuum aliquid facere* (Herodot. III. 46. Ælian. V. H. IV. 41.), *curare non sua, sed aliena, curiosum esse et curiose agere.* Sic semel legitur in N. T. 2 Thess. III. 11. ἀλλὰ περιεργαζομένους immo male sedulos, non id agentes, quod agere officii est, i. q. πάρεργα ποιοῦντας. Symmach. Cohel. VII. 30. et 2 Sam. XI. 4. Sirac. III. 22. ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου μὴ περιεργάζου. Cf. Reiskii Indicem Græcitatis Demostheneæ p. 592. Wetstenii N. T. T. II. p. 314. et Wolfii Curas Philol. in N. T. P. III. p. 401. Hesych. περιεργάσεται· πράξει περισσά. Hinc substantivum περιέργεια, vel περιεργία, de qua videndus est Bielius in Thesauro Philol. s. h. v. ac Theophr. Char. Eth. c. 13. ubi confer Intt. Gloss. Vet. περιεργάζομαι, *sciscitor, otiose ago.*

ΠΕΡΙ'ΕΡΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *cum cura aliquid elaborans, nimis occupatus, nimiam et immodicam curam et diligentiam adhibens.* Vide vocem præcedentem. 2) *ineptus, inepte et ambitiose industrius, qui facit, quæ poterat omittere, et negotia inutilia et supervacua tractat,* quem Latini *hominem male sedulum et curiosum,* etiam *ardelionem* (Phædr. Fab. II. 6. Senec. de Tranquill. An. c. 12.) vocant. Sic in N. T. legitur 1 Tim. V. 13. ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, ubi sermo est de viduis junioribus otiosis et luxuriantibus, quæ curiosæ sunt in rebus, ad se non pertinentibus. Xenoph. Mem. I. 3. 1. περιέργους καὶ ματαίους ἐνόμιζεν εἶναι. Arrian. Diss. Epict. III. 1. 21. περίεργος καὶ πολυπράγμων. Hinc neutrum τὸ περίεργον est i. q. πάρεργον *supervacuum, vanum, inutile.* Isæus Orat. I. περίεργον εἶναι τοὺς ἄλλους λέγειν λόγους. Demosthen. Philip. IV. p. 145. 17. ed. Reisk. περίεργον καὶ μάταιον ἀνάλωμα. Hesych. περίεργον· περιττὸν ἢ στρεβλόν. 3) ut Latinum *curiosus,* (Horat. Epod. XVII. v. 77.) speciatim: *magicus, qui magicarum artium studio tenetur,* et τὰ περίεργα, ut omnino *negotia inutilia,* ita maxime *artes magicas* notat, τὰ γοητικὰ, ut in Alberti Glossar. N. T. p. 80. explicatur. Sic legitur in N. T. Act. XIX. 19. ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων multi autem eorum, qui magicas artes exercuerant. Vulgatus reddidit: *qui fuerant curiosa sectati.* Ephesus vero magicis artibus erat percelebris, unde Ἐφέσια γράμματα apud Hesychium. Vide Ursini Analecta Sacr. II. 2. 5. p. 48 seq. Etiam apud Græcos scriptores περίεργος *superstitiosum* et *magicas artes exercentem* significat, v. c. apud Aristænetum Lib. II. Ep. 18. et apud Irenæum Lib. I. adv. Hæreses c. 20. artes magicæ *perierga* dicuntur. Confer Deylingii Obss. Sacr. Lib. III. p. 277 seq. C. A. Siberi Dissertat. de Περιεργίᾳ Ephesiorum Viteb. 1685. recusam in Tom. II. Thesauri Disputatt. in N. T. p. 326. Wetstenii N. T. T. II. p. 582. Wakefield. Silvam Criticam P. II. p. 143 seq. et alios scriptores, quos laudat Wolfius in Curis Philol. in N. T. Vol. I. p. 1291. Gloss. Vet. περίεργος, *curiosus, vesanus, perspicax, operosus.*

ΠΕΡΙΕ'ΡΧΟΜΑΙ, futur. ἐλεύσομαι, 1) proprie: *circumeo, obambulo, oberro, circumforaneus sum, pervagor varias regiones,* ex περὶ et ἔρχομαι *venio.* Act. XIX. 13. ἀπὸ τῶν περιερχομένων Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν e circumforaneis Judæorum exorcistis, qui quæstus causa huc illuc cursitabant. Ἀγύρται dicuntur Platoni Lib. II. de Rep. 1 Tim. V. 13. περιερχόμεναι τὰς οἰκίας discursitantes per domos vagantur. Hebr. XI. 37. περιῆλθον incertis sedibus errarunt. Dionys. Halic. Ant. VI. 86. ὡς ἐξεβλήθητε τῆς πατρίδος, ὡς ἀλῆται καὶ πτωχοὶ περιέρχεσθε. Apud Alexandrinos respondet Hebraico סָבַב *circuivit, circumdedit, cinxit, ambivit,* Jos. VI. 15. XVIII. 14. עָבַר *transivit,* Jos. VI. 7. et שׁוּט *discurrere, circuire, obambulare.* Job. I. 7. 2) *circumlego,* qua ipsa voce usus est Vulgatus interpres Act. XXVIII. 13. ὅθεν περιελθόντες κατηντήσαμεν εἰς Ῥήγιον inde circumlegentes venimus Rhegium. 3) ut Latinum *circumvenio* est etiam *decipio, fallo, insidior,* i. q. ἐνεδρεύω, ἐξαπατάω, σοφίζομαι, ut Suidas interpretatus est, qui etiam locum in Aristophanis Equit. v. 1139. p. 353. adducit, ubi hæc notio locum habet. Verba sunt: σκέψασθε δέ μ', εἰ σοφῶς αὐτοὺς περιέρχομαι τοὺς οἰομένους φρονεῖν, καί μ' ἐξαπατύλλειν. ubi scholiastes: ἐνεδρεύω, ἐξαπατῶ, σοφίζομαι, καὶ ὑπέρχομαι. Cf. quoque Aqu. 1 Sam. XXII. 2. ubi legit נָשָׁא quod in Hiphil *decipere, imponere* notat. An hæc notio loco Act. XIX. 13. conveniat, videant me peritiores. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΕ'ΧΩ, fut. ἕξω, vel σχήσω, 1) proprie: *cingo, circumdo, ambio,* ex περὶ et ἔχω *habeo.* Thucyd. III. c. 22. τὴν τάφρον διέβησαν, ἣ περιεῖχον αὐτούς. Demosthenes p. 1274. 15. ed. Reisk. περιέχοντος ὄρους κύκλῳ. Sic etiam sæpe legitur in versione Alexandrina, v. c. Ezech. XVI. 56. Jerem. XLVI. 5. καὶ οὐκ ἀνέστρεψαν περιεχόμενοι κύκλῳ. Psal. XXII. 12. ταῦροι πίονες περιέσχον με. Adde Sirac. LI. 10. 2) metaphorice: *occupo, teneo.* Luc. V. 9. θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν καὶ πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ stupor enim occupaverat eum, seu obstupefactus erat cum omnibus comitibus suis. Alex. Psal. XXXI. 9. ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με. ib. XXXIX. 16. 2 Macc. XIV. 16. περιέσχεν αὐτοὺς χαλεπὴ περίστασις. 3) i. q. ἔχω *comprehendo, contineo.* Act. XXIII. 25. γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον scripsit epistolam, quæ hanc formam continebat, seu hæc continentem, ut Vulgatus recte transtulit, seu: in hanc sententiam. 1 Macc. XV. 2. καὶ ἦσαν (scil. αἱ ἐπιστολαὶ) περιέχουσαι τὸν τρόπον τοῦτον. 2 Macc. XI. 16, 22. ἡ δὲ τοῦ βασιλέως ἐπιστολὴ περιεῖχεν οὕτως. ib. IX. 18. 4) interdum passive sumitur, ut sit: *contineri, comprehendi.* 1 Petr. II. 6. διότι περιέχει ἐν τῇ γραφῇ ideo continetur, seu exstat in litteris sacris. Syrus etiam passive exposuit: ܐܬܐܡܪ ܒܟܬܒܐ *dicitur in scriptura.* Non inusitatum vero est, verba activa assumere quandoque apud Græcos significationem passivam, vel neutralem. Locus, huic simillimus, est apud Josephum A. J. XI. 4. 7. ubi Darius dicitur litteras ad præfectos suos misisse, his additis: βούλομαι γίνεσθαι πάντα καθὼς ἐν αὐτῇ περιέχει. Conf. Krebsii Obss. Flav. p. 398. Apud Thucyd. III. 42. ubi vid. Schol. φράσαι positum est ἀντὶ τοῦ φράζεσθαι. Non itaque opus est, post περιέχει cum nonnullis interpretibus supplere verba ὁ Θεὸς vel ὁ προφήτης τὴν ῥῆσιν ἐκείνην, vel γνώμην, aut, quæ est nonnullorum codicum lectio, pro ἐν τῇ γραφῇ reponere ἡ γραφή. Cf. Wolfii Curas Philol. in N. T. Vol. IV. p. 110.

ΠΕΡΙΖΩΝΝΥ'Ω, vel ΠΕΡΙΖΩ'ΝΝΥΜΙ, fut. ζώσω, 1) proprie: *præcingo, succingo, accingo, circumcingo,* et speciatim in N. T. adhibetur de *vestibus,* apud orientales ad imos usque pedes demissis, quas succingere et circa lumbos subligaculo arcte ac firmiter constringere moris erat, ne currentibus, laborantibus, aut etiam pugnantibus impedimento essent. Medium Περιζώννυμαι *me ipse accingo, succingo,* ex περὶ et ζωννύω, vel ζώννυμι *cingo.* Luc. XII. 37. ὅτι περιζώσεται καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς quod præcinget se illosque discumbere jubebit. ibid. XVII. 8. περιζωσάμενος διακόνει μοι, ἕως ἂν φάγω καὶ πίω præcinctus ministra mihi cibum et potum. In utroque loco de servis, aut servorum more agentibus, sermo est, qui cingulo vestem laxiorem constringebant, ne difflueret et laborantes impediret. Act. XII. 8. περίζωσαι præcinge te. Apoc. I. 13. περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν. ibid. XV. 6. περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς cincti circa pectora zonis aureis. In versione Alexandrina respondet Hebraico חָגַר *accinxit, præcinxit, constrinxit,* Exod. XII. 11. 2 Regg. III. 21. et אָסַר idem. 2 Reg. I. 8. Jer. I. 17. καὶ σὺ περίζωσαι τὴν ὀσφύν σου, καὶ ἀνάστηθι. Hinc περίζωμα *cingulum.* Jerem. XIII. 1, 2, 4, 6, 7. etc. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 738. 2) περιζώννυμαι *armo me, paro me ad pugnam,* nam περίζωμα et ζωστὴρ erat pars armaturæ veteris, propter vestes laxiores et demissiores militum apud veteres necessaria. 1 Macc. III. 58. Sic ζώννυσθαι est i. q. ὁπλίζεσθαι accingere se certamini, teste scholiaste Homeri ad Iliad. κ', v. 15. Adde Homer. Od. ω', v. 89. ubi ζώννυσθαι est: *arma capere,* et Theocrit. Idyll. XVI. 80 seq. Vide Pollucis Onom. L. II. c. 4. s. 166. p. 234. edit. Hemsterhusii, Wetstenii N. T. T. II. p. 260. et Ungerum de Cingulis c. 6. p. 207 seq. 3) metaphorice περιζώννυσθαι notat: *præparare se, promptum, paratum et satis instructum esse ad negotium aliquod rite peragendum.* Sic legitur in N. T. Luc. XII. 35. ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι sint lumbi vestri præcincti, h. e. semper parati et prompti estote ad peragenda ea, quæ in mandatis divinis habetis. Ephes. VI. 14. στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν (coll. Ies. XXXII. 11.) ἐν ἀληθείᾳ armate lumbos vestros subligaculo veritatis, h. e. integritas et sanctitas mentis et vitæ constantes vos reddat in religione christiana viresque vobis largiatur idoneas, cum advenerit tempus illud, fidei et virtuti vestræ periculosum. Sæpius non legitur in N. T. Conf. supra ad ἀναζωννύω dicta. Adde 1 Sam. II. 4. καὶ οἱ ἀσθενοῦντες περιεζώσαντο δύναμιν. Ps. XVII. 35, 43. καὶ περιέζωσάς με δύναμιν εἰς πόλεμον. In quibus locis περιζωννύειν aperte notionem *instruendi* et *aliquem idoneum ac aptum reddendi* habet. — Gloss. Vet. περιζωννύω, *accingo, circumcingo, præcingo.*

ΠΕΡΙ'ΘΕΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, *circumposito, actio circumponendi et circumdandi sibi aliquid.* Est verbale a secunda persona perf. pass. περιτέθεισαι, penultima correpta, verbi περιτίθημι *circumpono.* Semel legitur in N. T. 1 Petr. III. 3. ubi occurrit κόσμος περιθέσεως χρυσίων mundus circumponendi sibi aurea ornamenta, vel corporis, vel capitis. Est autem περιτιθέναι et περίθεσις verbum proprium apud Græcos de corpore, vestibus et aliis ornamentis amiciendo et exornando. Cf. 1 Cor. XII. 23. Diodor. Sic. XII. p. 85. Zaleucus interdixit mulieribus μὴ περιτίθεσθαι χρυσία. Vox ipsa περίθεσις in versione Alexandrina non reperitur. Legitur tamen in Ed. Complut. 1 Macc. VI. 53. ubi aut *repositionem, depositionem* notat, aut loco περιθέσεως reponendum est παραθέσεως. Vide Spicilegium meum secundum in Bielium p. 144.

ΠΕΡΙΙ'ΣΤΗΜΙ, fut. στήσω, perf. περιέστηκα et Dorice περιέστακα, imperat. περιΐστασο, 1) proprie: *circumquaque circumstare facio, circumdo et circumfundo aliquem aliqua multitudine,* ex περὶ et ἵστημι, quod vide. De iis, qui alios consistere jubent circa aliquem vel locum, vel hominem, περιΐστασθαι legitur apud Theophr. Char. VII. Xenophont. Cyrop. VII. 5. 16. et Ælian. V. H. III. 19. περιστησάμενος χορόν τινα τῶν ἑαυτοῦ ὁμιλητῶν circumdans ipsi cœtum discipulorum suorum. Confer Irmisch. ad Herodian. I. 5. 4. pag. 143. 2) *circumsto, cingo, circumdo locum aliquem, vel hominem.* Joh. XI. 42. διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα propter turbam circumstantem. Forma hæc participii est Ionica. Proprie enim participium est περιεστηκὼς et Dorice περιεστακὼς, sed per syncop. Ion. περιεσταὼς et contracte περιεστὼς, ῶσα, ός. Act. XXV. 7. περιέστησαν οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων circumsteterunt Hierosolymitani. Apud Græcos speciatim de exercitu, hostes, aut urbem cingente et circumcirca impugnante, adhibetur, v. c. apud Xenoph. Cyrop. III. 1. 3. περιΐσταται τὸν λόφον τῷ παρόντι στρατεύματι. Æneam Poliorcet. c. 40. p. 1714. περιΐστασθαι ἐν κύκλῳ πόλιν. Josephum A. J. V. c. 6. s. 5. Hinc περίστασις apud Polybium X. c. 14. est *oppugnatio ab omni parte.* Adde Jos. VI. 13. et 2 Sam. XIII. 31. Judith. VI. 1. Hesych. περιΐστασο κύκλευσον, σκόπησον. 3) περιΐσταμαι *vito, devito, caveo, fugio.* 2 Tim. II. 16. τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο ab omnibus inanibus et profanis quæstionibus et disputationibus abstine; ubi est i. q. παραιτοῦ, 1 Tim. IV. 4. Tit. III. 9. μάχας νομικὰς περιΐστασο controversias legales devita. Sæpius non legitur in N. T. Joseph. A. J. IV. 6. 12. περιΐστατο γὰρ, μὴ πολλοὶ τῆς τῶν λόγων ἀσελγείας αὐτοῦ μιμηταὶ γενόμενοι, παράξωσι τὸ πλῆθος. Alia loca suggeret Casaubonus ad Athenæum XV. 5. p. 955. et in Casaubonianis p. 90 et 290. Wetstenii N. T. T. II. p. 358. Grævius ad Luciani Solœcistam T. III. p. 566. et Gatakerus ad M. Antonin. Lib. III. 4. pag. 92. Hesych. περιΐστασο· περίτρεπε, ἀνάφευγε.

ΠΕΡΙΚΑ'ΘΑΡΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie est idem, quod simplex κάθαρμα, et Latino *purgamentum* respondens significat *quisquilias, sordes, undique verrendo collectas, vel a rebus purgatis detersas, quæ solent e domo ejici et expurgari,* a περικαθαίρω *circumquaque purgo, perpurgo, lustro,* etiam *reseco, circumcido,* i. q. καθαίρω. Conf. Alex. Deut. XVIII. 10. Jos. V. 4. Vide etiam Columellam de Re Rustica II. c. 15. Hinc metaphorice apud Græcos ad omnia transferebatur, quibus impuritas quædam et abominanda spurcitia inesse, seu inhærere credebatur, (Vide Schwarz. ad Theophr. Char. c. 16.) et speciatim 2) ad *hominem, pro patriæ expiatione et lustratione devotum atque in lustrale sacrificium destinatum,* maxime pestis, aut alius morbi grassantis tempore, qui etiam κάθαρμα alias vocari solet. Scholiast. Aristoph. ad Plutum v. 454. καθάρματα ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ καθάρσει λοιμοῦ τινὸς ἢ τινὸς ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς. Conf. Munthe Obss. Philol. in N. T. e Diodoro Sic. p. 321. et quæ supra a me ad vocem κάθαρμα dicta sunt. Hunc vocis significatum sine dubio respexerunt Alexandrini Prov. XXI. 18. ubi verba Hebraica

כֹּפֶר לַצַּדִּיק רָשָׁע *redemtionis pretium pro justo est improbus*, reddiderunt: περικάθαρμα (In Aquilæ, Symmachi ac Theodotionis fragmentis est ἐξίλασμα.) δὲ δικαίου ἄνομος; quæ verba a nonnullis, repugnante parallelismo sententiarum, vertuntur: impius a justo, utpote homo sceleratissimus, evitatur. Jam, quia apud veteres aut homines viles et contempti, qui se vendiderant, aut scelerati et malefici, aut captivi et hospites deorum expiandorum et placandorum gratia ad aras mactabantur, aut alio quocunque modo interficiebantur, etiam περικάθαρμα 3) de *quovis homine scelerato et nequissimo*, aut *homine vilissimæ et contemtissimæ sortis* usurpari cœpit. Et sic semel tantum legitur in N. T. 1 Cor. IV. 13. ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν nos pro omnium hominum nequissimis et contemtissimis habemur: ubi tamen haud pauci codices καθάρματα habent, de qua voce adeundus est Wetstenius N. T. T. II. p. 114. Confer Wolfii Curas Philol. P. II. p. 358. Sed magis arridet mihi lectio περικαθάρματα, etiam a Griesbachio in textum recepta, ob loca Diogen. Laërt. VI. s. 32. extr. et Arriani Diss. Epictet. III. c. 22. 78. p. 318. ubi περικαθάρματα, ut *purgamenta* apud Curtium X. c. 2. s. 7. homines, sceleribus inquinatos, impuros et abominandos tralate significat. Confer Joh. Floderi περικαθάρματα κόσμου καὶ πάντων περίψημα. Upsal. 1764. 4. Gloss. Vet. περικάθαρμα, *purgamentum, lustramentum.*

ΠΕΡΙΚΑΛΥ'ΠΤΩ, fut. ύψω, præt. κεκάλυφα, *obtego, circumvelo* (Ovid. Metam. XIV. 263.), *obvelo, obvolvo, obduco*, ex περὶ et καλύπτω *tego*. Ter tantum in N. T. legitur. Marc. XIV. 65. περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ obvelare faciem ejus. Luc. XXII. 64. καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν et obvelato capite ejus. Scilicet ultimo supplicio damnati obvelate capite apud veteres rapi solebant. Vide de hoc more Dougtæum in Analectis V. T. Exc. CXXII. et Adami Observv. p. 59 seq. Hebr. IX. 4. τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ et arcam fœderis, quæ intus et extus obducta erat auro, seu laminis aureis obtecta. Alexandrini hanc vocem adhibuerunt pro כָּסָה *texit, operuit*, 1 Reg. VII. 42. et סָכַךְ, quod idem significat, 1 Reg. VIII. 7. Adde Exod. XXVIII. 20. Xenoph. Cyrop. VII. 3. 5. Gloss. Vet. apud Labbæum: περικαλύπτω, *cooperio, obnubo.*

ΠΕΡΙ'ΚΕΙΜΑΙ, fut. είσομαι, 1) proprie: *circumjaceo, circumponor, circumdor, cingor*, et de quacunque circumpositione alicujus rei locali dicitur, ex περὶ et κεῖμαι *jaceo*. Marc. IX. 42. εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ si appenderetur collo ejus saxum molare. Eadem sententia etiam reperitur Luc. XVII. 2. ubi unus codex habet περιτεθῇ, e glossemate. Act. XXVIII. 20. ἕνεκεν γὰρ τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἅλυσιν ταύτην περίκειμαι nam propter spem Israëlis hac catena circumdatus sum. Apud Græcos scriptores (nam in versione Alexandrina non reperitur. Legitur tamen apud Symm. Ies. XLI. 10. ubi Hebr. עֶדָה *ornare* respondet, ac apud Inc. Int. Jerem. XXV. 23. ubi tamen loco περικειμένου fortasse reponendum περικειρόμενον.) hæc vox non solum sæpius legitur pro *vestitum, cinctum esse*, et cum accusativo (Vide Eustathium in Iliad. τ', p. 1229. 41.) construitur, v. c. apud Charitonem Aphrod. I. c. 6. κατέκειτο μὲν Καλλιῤῥόη νυμφικὴν ἐσθῆτα περικειμένη. Athen. Lib. XV. 8. περικειμένους κεφαλῇ τὸν στέφανον; sed etiam de *catenis et vinculis constrictis* usurpatur apud Josephum de Maccab. c. 12. init. ὁρῶν ἤδη τὰ δεσμὰ περικείμενον. 2) metaphorice: *præsto sum, adsum*. Hebr. XII. 1. τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων tot itaque testibus et quasi spectatoribus incitati. 3) *undequaque insto, urgeo, premo.* Hebr. V. 2. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν quandoquidem et ipsi vitiositas adhæret. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΚΕΦΑΛΑΙ'Α, ας, ἡ, 1) generatim notat *omne, quod circa caput est, omne, quo caput cingitur, ornatur et munitur*, quasi περὶ τὴν κεφαλὴν ὄν, vel κείμενον, ex περὶ *circum* et κεφαλὴ *caput*. 2) speciatim: *galea, cassis, quæ cingit et munit caput*, (Pollux Onom. II. s. 42. I. c. 10. s. 135.) cui interdum *crista* imponitur, unde *galea cristata* et *terribilis cristis galea* (Æneid. VII. 620.) dicitur. Lex. Cyrilli MS. Brem. περικεφαλαία· κάσις, κράνος. Polyb. VI. p. 653. περικεφαλαία χαλκῆ. In hac significatione respondet Hebraico כּוֹבַע idem, 1 Sam. XVII. 5. 2 Chron. XXVI. 14. קוֹבַע idem, 1 Sam. XVII. 38. 3) metaphorice: *omne, quod christianos constantes reddere potest in calamitatibus ob religionem christianam sustinendis et tranquillo animo perferendis.* Sic legitur in N. T. Ephes. VI. 17. καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε. Conf. infra σωτήριον. 1 Thess. V. 8. περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας galeæ instar vobis sit spes futuræ felicitatis in cœlo. Similis formula extat apud Alexandrinos Ies. LIX. 17. Κύριος περιέθετο περικεφαλαίαν σωτηρίου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΚΡΑΤΗ'Σ, έος, contracte οῦς, ὁ, ἡ, *qui compos est, aut fit alicujus rei, qui aliquid obtinet et consequitur, aut firmiter tenet*, ex περὶ, quod hic significationem auget, et κρατέω *teneo, obtineo.* Semel tantum in N. T. legitur Act. XXVII. 16. μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης ægre valuimus compotes fieri scaphæ, h. e. vel ægre scapham exposuimus, vel ægre valuimus retinere et attrahere scapham ob venti impetum et fluctuum vehementiam. Verbum περικρατεῖν *imperium obtinere* legitur apud Plutarch. T. VIII. p. 89 edit. Reisk.

ΠΕΡΙΚΡΥ'ΠΤΩ, fut. ύψω, *occulto, abscondo*, ex περὶ, quod h. l. otiosum esse videtur, et κρύπτω *abscondo.* Semel tantum in N. T. legitur Luc. I. 24. καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε et occultavit se mensibus quinque, h. e. domi mansit, seu abstinuit publico per quinque menses. Eodem modo κρύπτω usurpatur, quod vide. Eustath. in Iliad. A. p. 98. 35. et Lucian. Dial. Mort. p. 125. D.

ΠΕΡΙΚΥΚΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *circumdo, circumcingo*, et speciatim de *militibus* usurpatur, *qui urbem obsidione cingunt*, ex περὶ *circum* et κυκλόω *cingo*, quod est a κύκλος *circulus, circuitus.* Semel tantum in N. T. reperitur Luc. XIX. 43. καὶ περικυκλώσουσί σε et te obsidione cingent. Xenoph. Anab. VI. 3. 7. Aristoph. Av. 345. In hac significatione respondet etiam in versione Alexandrina Hebr. הִקִּיף *cinxit, circumdedit.* 2 Reg. VI. 14. καὶ ἦλθον νυκτὸς καὶ περιεκύκλωσαν τὴν πόλιν, et סָבַב idem. Jos. VII. 9. Conf. D'Orville ad Charit. p. 174. Gloss. Vet. apud Labbæum: περικυκλόω, *contineo, circumdo.*

ΠΕΡΙΛΑ'ΜΠΩ, fut. ψω, *circumfulgeo, splendore ac fulgore undique circumfundo, collustro, undique il-*

lustro, ex περὶ *circum* et λάμπω *luceo*. Bis tantum legitur in N. T. Luc. II. 9. δόξα Κυρίου περιέλαμψεν αὐτοὺς gloria Domini circumfulsit ipsos. Act. XXVI. 13. περιλάμψαν με φῶς circumfulgens me lumen. Plutarch. T. VIII. p. 233. et T. I. p. 531. edit. Reisk. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 661. Gloss. Vet. περιλάμπω, *conluceo.*

ΠΕΡΙΛΕΙ'ΠΩ, fut. λείψω, 1) *relinquo, reliquum facio.* Περιλείπομαι *relinquor, reliquus sum*, ex περὶ et λείπω *linquo.* Polyb. I. 37. 2. III. 79. 12. 2 Macc. I. 31. τὸ περιλειπόμενον ὕδωρ. ibid. VIII. 14. οἱ δὲ τὰ περιλελειμμένα πάντα ἐπώλουν. Cf. etiam Symmachum Psalm. XX. 13. et Aquilam Levit. XXVI. 39. 2) περιλείπομαι *superstes sum in vita*, i. q. περιγίνομαι. Sic bis tantum in N. T. legitur. 1 Thess. IV. 15. ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου nos, quos adhuc viventes et superstites in vita deprehensurus sit dies iste sollennis reditus Christi ad judicium extremum. ibid. v. 17. ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι. Herodianus II. 1. 16. μόνος τε τῶν πατρῴων περιλειπόμενος φίλος ἔτι. Homer. Iliad. XIX. 230. ὅσσοι δ᾽ ἂν πολέμοιο περιλίπωνται.

ΠΕΡΙ'ΛΥΠΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *valde tristis et mœstus, summopere dolens*, ex περὶ, quod in compositione sæpe significationem intendit, et *summe, valde* notat, (Confer Homer. Iliad. α', v. 603. περικαλλῆ, Eustathius καλὴν λίαν.) et λύπη *dolor, tristitia.* Matth. XXVI. 38. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου admodum tristis sum. Psalm. XLII. 6, 12. XLIII. 5. מָה תִּשְׁתּוֹחֲחִי נַפְשִׁי *quare dejicis te, anima mea?* Alex. ἱνατί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου. Adde 3 Esr. VIII. 73, 74. Marc. VI. 26. καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς rex autem maximopere contristatus. ibid. XIV. 34. Luc. XVIII. 23, 24. Sæpius non legitur in N. T. Opponitur τῷ περίλυπος apud Græcos περιχαρὴς *valde lætus, supra modum lætus*, v. c. apud Isocr. ad Demonicum. p. 20. et Aristot. Ethic. IV. c. 3. καὶ οὔτε εὐτυχῶν περιχαρὴς ἔσται, οὔτε ἀτυχῶν περίλυπος. Alia exempla collegit Foësius in Œcon. Hippocr. p. 300. Elsnerus in Obss. Sacr. T. I. p. 120. et Wetstenius N. T. T. I. p. 521.

ΠΕΡΙΜΕ'ΝΩ, fut. νῶ, *exspecto, maneo*, ex περὶ, in quo nulla emphasis in hac voce quærenda est, et μένω *maneo, exspecto.* Tantum legitur in N. T. in infinitivo. Act. I. 4. apostoli Hierosolymis debebant περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς exspectare promissa a Deo dona Sp. S. Thucyd. II. 8. οὐ περιμείνας τὸ ἀπὸ Κορίνθου ναυτικόν. Synesius Ep. 104. Aristoph. Plut. 643. εἶδον κάθημαι περιμένουσα τουτονί. In versione Alexandrina respondet Hebraico קִוָּה *exspectavit.* Genes. XLIX. 18. τὴν σωτηρίαν περιμένων Κυρίου. Sapient. VIII. 13. σιγῶντά με περιμενοῦσι. Conf. etiam Aquilæ reliquias 1 Sam. XIII. 8. Psalm. LXVIII. 4. Lexicon Xenophonteum s. h. v. et Reiskii Indicem Græcitatis Demostheneæ p. 594.

ΠΕ'ΡΙΞ. Adverbium, *circum, circa, circumquaque, circumcirca, undique*, a præpositione περὶ *circum.* Semel tantum legitur in N. T. Act. V. 16. συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων εἰς Ἱερουσαλὴμ confluebat etiam multitudo hominum ex oppidis, Hierosolymæ vicinis. Eadem formula reperitur quoque apud Antonin. Lib. Met. c. 30. Hesych. πέριξ· κύκλῳ, et sic etiam in Alberti Glossar. Gr. p. 66. explicatur. Sæpius hæc vox reperitur in carminibus Græcorum, v. c. apud Euripid. in Phœn. v. 715. πέριξ δὲ Καδμείων πύλας. ibid. v. 750 et 1332. Conf. Valckenarium ad Eurip. Phœn. v. 717. et Ez. Spanhemii Comment. in Callimachi Hymn. in Apoll. v. 63. p. 118. ed. Ernesti. Quanquam et in prosaicis scriptoribus occurrit, v. c. Polyb. I. 45. 8. Xenoph. Anab. IV. 4. 4. Cyrop. I. 5. 2.

ΠΕΡΙΟΙΚΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *circumhabito, accolo, accola sum*, ex περὶ et οἰκέω *habito.* Tantum exstat in N. T. Luc. I. 65. καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτοὺς magna vero hujus rei admiratio fuit apud vicinos omnes. Xenoph. Anab. V. 6. 7. Hinc

ΠΕΡΙ'ΟΙΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *circumhabitans, accola, vicinus*, q. d. ὁ περὶ ἡμᾶς οἰκῶν *qui circa nos habitat et nobis vicinus est*, ex περὶ et οἰκέω, ut antecedens verbum. Legitur in N. T. tantum Luc. I. 58. καὶ ἤκουσαν οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς et audiverant vicini ejus et cognati. Xenoph. de Republ. Laced. XV. 3. περίοικοι πόλεις urbes vicinæ. Thucyd. I. 101. VIII. 6. ἄνδρα περίοικον. Aristot. Polit. II. 8. Herodian. VI. 2. 3. Alexandrini habent pro שָׁכֵן *vicinus*, Deut. I. 7. Jerem. XLIX. 18. pro סָבִיב *circuitus, ambitus*, adverbialiter *circumquaque*, Jerem. XLIX. 5. et pro כִּכָּר *planities, circuitus.* Genes. XIX. 29. Glossar. περίοικοι, *circumhabitatores.*

ΠΕΡΙΟΥ'ΣΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *superabundans, multus, copiosus, præcipuus, eximius, præstans*, a περιών, οὖσα, ὄν, particip. præs. verbi περίειμι *abundo, excello, superior sum, præsto*, etiam *supersum, superstes sum*, hoc ex περὶ et εἰμὶ *sum.* Hesych. περιούσιον· πολὺ, περιττόν. Hinc περιουσία *abundantia, copia*, maxime *bonorum.* Hesych. περιουσία· πλῆθος. Suid. ἡ περιττὴ οὐσία. Posterius vocabulum sæpe legitur apud Græcos scriptores, v. c. apud Ælian. V. H. IV. 19. V. 5. Thucyd. II. 13. χρημάτων περιουσίᾳ. V. c. 71. περιουσίαν militum copiam. VIII. c. 45. ἐκ περιουσίας propter affluentiam. Zosimum II. 14. ubi homines, inprimis divites et opulenti, dicuntur περιουσίας εὖ ἔχοντες. Alia loca suppeditat Reisk. in Indice Græcitatis Demosthen. p. 595. Idem significat apud Græcos vocabulum περιουσιασμὸς, quod Suidas πλῆθος interpretatus est. Sed quanquam hæc omnia indubitata sunt et οὐσία apud Græcos significat, *quicquid aliquis possidet*, quemadmodum etiam vox *substantia* sumitur, περὶ autem in compositis haud raro *abundantiam*, vel *redundantiam* notat, tamen, an adjectivum περιούσιος in hac significatione, ut sit i. q. πλούσιος *dives, opibus abundans*, profanis sit uspiam usurpatum, dubito. Potius περιούσιος in N. T. 2) *omne, quod est acquisitum, alicui peculiare et proprium*, et ex adjuncto *carum* significat, ex usu loquendi Alexandrinorum, qui hoc vocabulum finxisse videntur. Exod. XIX. 5. Deut. VII. 6. XIV. 2. et XXVI. 8. ubi in Hebraico סְגֻלָּה legitur, quod *peculium, proprium, eximium et pretiosum* significat. Sic autem semel in N. T. adhibetur Tit. II. 14. λαὸς περιούσιος populus peculiaris, a reliquis segregatus, studiose collectus et maxime gratus. Suidas: περιούσιος λαός· ὁ ἔγκτητος, coll. Exod. XIX. 5. ubi Theodotion habet ἐξαίρετος. Hesychius: περιούσιον· πολὺ, περισσὸν, περιποίητον. Eandem significationem περιουσία habet in Aquilæ reliquiis Psalm. XVII. 14. καὶ ἀφήσουσιν αὐτὰ περιουσίαν τοῖς βρέφεσιν αὐτῶν (ubi περιουσία, ut suadet orationis series, aut *peculium*, aut *mancipium* notat, non vero *copiam* et *abundantiam*, quæ fuit sententia Fischeri in

Clavis Verss. Gr. V. T. Specim. p. 73.) et περιουσιασμὸς apud Alexandrinos Psalm. CXXXV. 4. Cohel. II. 8. ubi *possessionem* notat, τὴν ὕπαρξιν φυσικὴν, κτῆμα, κτῆσιν, Suida interprete. Confer Wolfii Curas Philol. in N. T. Vol. III. p. 565. et Wetstenii N. T. T. II. p. 375.

ΠΕΡΙΟΧΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *omne, quod aliquid complectitur et continet, comprehensio, complexio, ambitus*, a περιέχω *contineo, complector, obsideo*. Hinc ab Alexandrinis hoc nomine exponitur מָצָר *arx, propugnaculum, munitio*, 1 Chron. XI. 7. Jerem. LI. 30. מְצוּדָה idem, Ezech. XII. 13. XVII. 20. et מָצוֹר idem, 2 Reg. XIX. 24. XXV. 2. 2 Chron. XXXII. 10. Hesych. περιοχή· — — φυλακὴ καὶ ἡ περὶ πόλεων πολιορκία. Gloss. Vet. περιοχὴ πόλεως ἢ τόπου, *periocha, circuitus*. Hinc 2) metaphorice: *argumentum, summa alicujus scripti, orationis vel libri*, (Hesych. περιοχή· καὶ ὑπόθεσις.) et speciatim: *textus scripti alicujus, sectio*, quem Latini *locum*, Græci χωρίον et τμῆμα, Galli *passage* vocant. Sic semel legitur in N. T. Act. VIII. 32. ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς, ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη locus autem Scripturæ sacræ, quem legebat, hic erat. Nonnulli per περιοχὴν intelligunt sectionem, quam Hebræi פָּרָשָׁה vocant. Syrus h. l. usus est voce ܦܣܘܩܐ quæ *sectionem minorem* notat, non modo, quæ unum versum finit, sed et quæ integram sententiam, ubi certæ cujusdam materiæ complexio continetur et ab aliis abscinditur, a ܦܣܩ *amputavit, abscidit*, ut monuit Ludov. de Dieu in h. l. Conf. Wolfii Curas Philol. Vol. I. pag. 1133. Cicero ad Attic. XIII. 25. et ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς persequi solet, sed Spintheri *syllabatim*. Dionys. Halic. de Thucyd. 25. et Artemidor. I. 58. Gloss. Vet. περιοχὴ βιβλίου, *argumentum*.

ΠΕΡΙΠΑΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *eo, ambulo, incedo, obambulo, iter facio*, ex περὶ et πατέω *calco*. Matth. IV. 18. περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας cum autem obiret mare Galilææ. ibid. XIV. 25. περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης in mari incedens, seu: per undas ambulans, (Artemidor. Lib. III. c. 16.) et v. 26. 29. περιεπάτησεν ἐπὶ τὰ ὕδατα. Nonnulli interpretes de ambulatione juxta mare explicant. Alii vero *natare* reddere malunt. Marc. I. 16. V. 42. VI. 48, 49. VIII. 24. XI. 27. XII. 38. XVI. 12. περιπατοῦσιν iter facientibus. Luc. XI. 44. οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω super ea ambulantes. ibid. XX. 46. τῶν θελόντων περιπατεῖν ἐν στολαῖς qui libenter stolati incedunt. ibid. XXIV. 17. Joh. I. 36. VI. 19. X. 23. XI. 9, 10. XII. 35. XXI. 18. περιεπάτεις, ὅπου ἤθελες, h. e. e tuo arbitrio vivebas. Act. XIV. 8. ὃς οὐδέποτε περιπεπατήκει qui nunquam pedibus ingredi valuerat. ibid. v. 10. καὶ περιεπάτει et libere incedebat. Apoc. III. 4. IX. 20. XVI. 15. 2) *abeo, discedo*. Joh. V. 8. ἆρον τὸ κράββατόν σου καὶ περιπάτει tolle lectum tuum et abi, coll. Matth. IX. 6 ἆρόν σου τὴν κλίνην, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Joh. V. 9, 11, 12. 3) *usum pedum recipio*, ut ἀκούειν in N. T. sæpe de *eo* usurpatur, *qui facultatem audiendi recipit*, et βλέπειν pro ἀναβλέπειν quandoque ponitur. Matth. IX. 5. ἔγειραι καὶ περιπάτει surge et sis integer ac valens pedibus, δυνατὸς τοῖς ποσίν. ibid. XI. 5. χωλοὶ περιπατοῦσι claudi usum pedum recipiunt. ibid. XV. 31. Luc. V. 23. VII. 22. Act. III. 6, 8, 9, 12. An etiam locus Marc. II. 9. ad hanc notionem referri possit, equidem dubitarem. 4) *sum, vivo et versor in aliquo loco, commoror*. Joh. VI. 66. οὐκέτι μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν non amplius cum eo versabantur, h. e. non amplius se palam ejus sectatores professi sunt. ibid. VII. 1. postea Jesus περιεπάτει ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ in Galilæa versabatur, οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν in Judæa enim degere noluit. ibid. XI. 54. 5) *ago vitam, instituo, ago et compono, convenienter ago, vivo*. Marc. VII. 5. οὐ περιπατοῦσι κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων non observant traditiones, a majoribus acceptas. Act. XXI. 21. μήτε τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν nec observare reliquos ritus, a Mose præscriptos. Rom. VI. 4. οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν sic etiam nobis incumbit plane novam et per religionem christianam emendatam vitam agere. Rom. VIII. 1, 4. τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα qui non pravis cupiditatibus indulgent, sed religioni christianæ convenienter vivunt. ib. XIII. 13. εὐσχημόνως περιπατήσωμεν honeste et decore vivamus. ib. XIV. 15. οὐκ ἔτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς non tu facis id, quod mutui amoris officia oscunt. 1 Cor. III. 3. Vide ἄνθρωπος. 2 Cor. IV. 2. μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ non fraudulenter agentes. ib. X. 2. Vide σάρξ. ibid. XII. 18. οὐ τῷ αὐτῷ πνεύματι περιεπατήσαμεν; nonne eosdem animi sensus sequuti sumus? Galat. V. 16. πνεύματι περιπατεῖτε vitam agite e præscriptis religionis christianæ. Eph. II. 2, 10. ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν ut iis studeamus, aut, ut iis convenienter agamus. ibid. IV. 1, 17. V. 2, 8, 15. Phil. III. 17, 18. Coloss. I. 10. II. 6. III. 7. IV. 5. ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε prudenter vos gerite. 1 Thess. II. 12. IV. 1. πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν Θεῷ quomodo debeatis vitam vestram instituere, ita, ut Deo placeat. ibid. v. 12. 2 Thess. III. 6, 11. Hebr. XIII. 9. περιπατήσαντες qui has leges rituales observabant. 1 Joh. I. 6, 7. II. 6, 11. 2 Joh. v. 4 et 6. 3 Joh. v. 3 et 4. In hac significatione etiam aliquoties legitur apud Arrianum Diss. Epictet. I. c. 18. III. c. 14. et c. 26. Conf. Schwarzii Comment. Ling. Gr. p. 1081. et Vitringæ Animadvv. ad Vorstii Philol. Sacr. p. 217. Sed scriptores N. T. morem loquendi, Hebræis familiarem, sequuti esse videntur, e quo הָלַךְ et הִתְהַלֵּךְ haud raro *vitam suam instituere* et *componere, convenienter agere* notat, v. c. Levit. XXVI. 3. ubi הָלַךְ cum שָׁמַר et עָשָׂה permutatur. 2 Regg. XX. 3. Conf. Pfochenium de Stilo N. T. § 42. 6) *vivo, sum in aliquo statu et conditione*. Joh. VIII. 12. οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ non infelix erit. 2 Cor. V. 7. διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους nunc tantum speramus futuram illam felicitatem, non autem vere ea fruimur. ibid. X. 3. ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες quanquam enim adhuc corpore humano instructi sumus. 7) *utor statu meo, fruor aliqua conditione*. Joh. XII. 35. περιπατεῖτε, ἕως τὸ φῶς ἔχετε bene utamini hac felicitate vestra, dum lux illa vobis affulget. 8) *permaneo in aliquo vitæ genere, insisto vitæ genus et institutum*. 1 Cor. VII. 17. ἕκαστος, ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος, οὕτως περιπατείτω quilibet permaneat in externa illa conditione, qua eum Deus ad religionem christianam perduxit. 9) *præsens sum*. Sic de præsentia efficacissima et providentia Christi adhibetur Apoc. II. 1. ubi ὁ περιπατῶν ἐν μέσῳ κ. τ. λ. est Eichhornio interprete is, qui de ecclesiis earum-

que antistitibus sollicitus admodum suo iis numine semper adest. 2 Cor. VI. 16. coll. Exod. XXIV. 9. 10) *oberro, discursito,* et metaphorice *studeo, in aliquid intentus sum.* 1 Petr. V. 8. Satanas dicitur περιπατεῖ ὡς λέων ὠρυόμενος discursitare tanquam leo rugiens; quo indefessum ejus studium, homines ad peccata incitandi et in perniciem præcipitandi, innuitur. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΠΕΙ'ΡΩ, fut. περῶ, 1) proprie: *transfigo, transfodio gladio, lance* etc. seu *undiquaque infigo et perforo,* ex περὶ *undiquaque* et πείρω *transfigo.* Suidas et Hesych. περιπείρειν per περικεντεῖν exposuerunt. Hesych. περιέπειραν· ἔπηξαν. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 308. 2) metaphorice, ad animum translatum: *ango, crucio, summopere contristo, afficio,* in deteriorem partem. Sic semel legitur in N.T. 1 Tim. VI. 10. καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς et semet ipsos doloribus multis affecerunt, seu cruciarunt. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 680. Wakefield. in Silva Critica P. III. p. 150 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 350.

ΠΕΡΙΠΙ'ΠΤΩ, fut. med. περιπεσοῦμαι, aor. 2. περιέπεσον, *incido,* et est i. q. ἐμπίπτω ex περὶ (præpositione, quæ h. l. significationem non auget, ut tamen nonnullis visum est, qui, emphasium nimis studiosi, περιπίπτειν proprie notare docent, *incidere in aliquid illoque quasi undique et circumcirca obrui ac tegi*) et πίπτω *cado.* Ter tantum legitur in N. T. Luc. X. 30. λῃσταῖς περιέπεσεν incidit in latrones, seu decidit latronum in turbam, ut verbis utar Horatii Serm. I. 2. v. 42. Idem v. 36. dicitur ὁ ἐμπεσὼν εἰς τοὺς λῃστάς. (Diogen. Laërt. IV. 50. λῃσταῖς περιέπεσε. Simplicius in Epictetum p. 258. et 259. Artemidor. III. 5. 66. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 722.) Act. XXVII. 41. περιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον quum incidissent autem in locum bimarem. Jacob. I. 2. ὅταν πειρασμοῖς περιπέσητε ποικίλοις cum in varias incideritis calamitates. Apud LXX. Gen. XLIV. 14. voces πίπτειν et περιπίπτειν in Codd. permutantur, et Hebr. נָפַל respondent. Epictet. Enchirid. II. 1. ὁ δὲ ἐν ἐκκλίσει περιπίπτων, ubi videndus Heyne. Thucyd. II. c. 54. τοιούτῳ μὲν πάθει οἱ Ἀθηναῖοι περιπεσόντες. Herodot. II. p. 386. οὗτοι μὲν νῦν τοιαύτῃσι περιέπιπτον τύχῃσι. Confer Wesseling. ad Diodor. Sic. I. 92. T. I. p. 103. Wetstenii N. T. T. II. p. 659. et Palairet. Obss. Philol. p. 184. Adde 2 Macc. VI. 13. IX. 21. X. 4. Apud Græcos quoque περιπίπτειν, simpliciter positum, notat: *in adversam fortunam incidere,* v. c. Polyb. I. c. 71. Herodot. I. 108. Cæterum de variis hujus vocis significationibus copiose pro more suo exposuit Heisenius in Novis Hypothesibus ad Epistolam Jacobi p. 258 seq. Gloss. Vet. apud Labbæum: περιπίπτω, *incido, irruo.*

ΠΕΡΙΠΟΙΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *alteri aliquid acquiro,* vel *comparo.* Medium περιποιοῦμαι *mihi aliquid acquiro, vindico, et meum facio,* ex περὶ et ποιέω *facio.* Bis tantum legitur in N. T. Act. XX. 28. ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος quam morte sua sibi comparavit, seu acquisivit. 1 Tim. III. 13. οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται nam, qui bene diaconorum munere functi fuerint, gradum sibi bonum acquirunt. Xenoph. Mem. II. 7. 3. Ælian. V. H. IX. 9. προσόδους ἑαυτῷ περιεποιήσατο. Diogen. Laërt. VII. s. 177. προκοπὴν ἱκανὴν περιποιησάμενος. 1 Macc. VI. 44. Activum legitur apud Herodian. VIII. 8, 11. Conf. Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 106. p. 378. et Wetstenii N. T. T. II. p. 596 seq. Etiam Græci interpretes V. T. hoc verbo quam sæpissime usi sunt, v. c. Alexandrini pro רָכַשׁ *acquisivit, comparavit.* Gen. XXXI. 18. XXXVI. 6. Adde 1 Chron. XXIX. 3. et Prov. VII. 4. Hesych. περιποιεῖται· προξενεῖ, ζωοποιεῖ, h. e. *comparat, in vita conservat.* Habet autem περιποιεῖσθαι notionem *conservandi* et *in vita conservandi* non solum in versione Alex. Genes. XII. 12. Exod. I. 16. XXII. 18. Jos. VI. 17. IX. 20. sed etiam apud Herodot. III. 36. Xenoph. Cyrop. IV. 4. 3. Suid. περιποιήσει· κτήσεται.

ΠΕΡΙΠΟΙ'ΗΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) *acquisitio, vindicatio et adsertio,* a περιποιέω, quod vide. Legitur in N. T. 1 Thess. V. 9. ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς περιποίησιν σωτηρίας vult Deus, ut felicitatem christianam consequamur. 2 Thess. II. 14. ἐκάλεσεν ὑμᾶς εἰς περιποίησιν δόξης τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ vocavit vos, ut aliquando participes reddamini dignitatis illius et felicitatis, qua J. C. Dominus noster nunc fruitur. Hebr. X. 39. εἰς περιποίησιν ψυχῆς ut consequamur felicitatem æternam: ubi videndus Wetstenius. 1 Petr. II. 9. λαὸς εἰς περιποίησιν, i. q. λαὸς περιούσιος, Tit. II. 14. seu λαὸς ὃν περιεποιήσατο Ἰησοῦς διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, Act. XX. 28. h. e. *populus, Deo peculiaris,* quem Deus sibi in peculium adscivit et Christus morte sua sibi quasi acquisivit. Ita vocantur h. l. *christiani,* quemadmodum olim Judæi עַם סְגֻלָּה dicebantur. Conf. Malach. III. 17. Deut. VII. 6. coll. Exod. XIX. 6. In versione Alex. respondet hæc vox Malach. III. 17. Hebraico סְגֻלָּה *peculium, proprium,* pro quo etiam verbum περιποιέω adhibuerunt 1 Chron. XXIX. 3. Suid. περιποίησιν· κτῆσιν. 2) per metonymiam: *res emta, acquisitus, comparatus.* Ephes. I. 14. εἰς ἀπολύτρωσιν τῆς περιποιήσεως, h. e. τῶν περιποιηθέντων, usque ad tempus, quo Christus cultores suos (quos sibi morte sua acquisivit Act. XX. 28.) ab hoc corpore liberabit. Koppius ad h. l. ἀπολύτρωσιν de felicitate, in regno Messiæ olim exspectanda, intellexit, et περιποιήσεως positum h. l. esse existimat pro περιποιηθεῖσαν ἡμῖν, quæ nobis parata et comparata est. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΡ'Ρ'Η'ΓΝΥΜΙ, vel ΠΕΡΙΡ'Ρ'ΗΓΝΥ'Ω, fut. ῥήξω, 1) *disrumpo, dilacero, diffringo,* ex περὶ et ῥήγνυμι, vel ῥήσσω *frango.* Josephus A. J. VI. c. 14. § 6. de Davide, Ziclagum incensum reperiente, περιῤῥήγνυται εὐθὺς τὴν ἐσθῆτα dilacerat statim vestimentum. Demosthenes p. 403. 3. edit. Reisk. περιῤῥήξας τὸν χιτωνίσκον ὁ οἰκέτης, Plutarchi et Athenæi loca habet Berglerus ad Alciphron. Epist. p. 130 seq. 2) *detraho, exuo,* nostrum: abreissen, *to strip off,* pro quo Livio verbum *spoliare* sollenne est. Semel legitur in N. T. Act. XVI. 22. περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια exutis, vel detractis eorum vestibus. Sic etiam legitur 2 Maccab. IV. 38. τὴν τοῦ Ἀνδρονίκου πορφύραν περιελόμενος, καὶ τοὺς χιτῶνας περιῤῥήξας. Diod. Sic. XVII. 35. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 556.

ΠΕΡΙΣΠΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, 1) proprie: *circumcirca detraho, avello, destringo, ad me traho, mihi aliquid vindico,* ex περὶ et σπάω *traho.* Suid. περισπᾷν καὶ τὸ μετὰ βίας ἀφαιρεῖσθαί τι. Hesych. περισπάσασθαι· περιποιήσασθαι. 2) *distraho,* h. e. *in diversum,* vel *contrarium traho, circumflecto,* vel proprie, vel metaphorice. Alex. 2 Sam. VI. 6. ὅτι περιέσπασεν αὐτὸν ὁ μόσχος, ubi in Hebraico est

שָׁמַט *deturbavit, dimovit.* De fluviis, qui a consueto cursu derivantur et avocantur, usurpavit vocem Plutarchus in Camillo p. 130. De animis vero, qui ad honestatis studium revocantur, legitur apud eundem T. II. p. 21. *περιέσπασεν πρὸς τὸ καλὸν ἡμᾶς.* Adde Diog. Laërt. III. 126. VI. 57. et Arrianum Diss. Epictet. IV. 10. p. 417. 3) *περισπᾶσθαι*; ut apud Latinos *distrahi*, eleganter dicuntur vel *ii, qui nimia curarum et negotiorum multitudine impliciti sunt, qui in multis negotiis curam occupant, nunc huc nunc illuc animum dividentibus, ac laboribus distrahuntur*, vel *ii, qui distinentur curis anxiis et sollicitudinibus nimis animo in eas defixi.* Hinc *περισπασμὸς* partim *occupationes* notat, *mentem distrahentes*, partim *anxias curas et sollicitudines, quibus animus nimis afficitur*, et respondet Hebraico עִנְיָן *negotium molestum* apud Alex. Cohel. I. 13. II. 23, 26. III. 10. IV. 8. etc. Sic semel legitur in N. T. apud Lucam X. 40. *ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν* Martha autem multa sollicitudine distrahebat se ipsam in ministerio Jesu præstando. Arrian. Diss. Epictet. III. 26. p. 371. Diodor. Sic. I. cap. 74. *ἰδεῖν ἐστι τοὺς τεχνίτας περὶ πολλὰ τῇ διακονίᾳ περισπωμένους.* Alex. Cohel. I. 13. III. 10. Sirac. XLI. 4. *περισπωμένῳ περὶ πάντων.* Conf. Wesseling. ad Diodor. Sic. XII. 35. Wetstenii N. T. T. I. pag. 725. Krebsii Obss. Flav. p. 122. qui bonitatem hujus vocis contra Thom. M. (p. 707. ed. Bern. ubi videndi interpretes,) qui eam improbat, vindicavit, et Fischerum in Prolus. XXXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 706 seq. Gloss. Vet. *Destinat*, *περισπᾷ.* Vereor, ne *Distinet* legendum sit.

ΠΕΡΙΣΣΕΙ´Α, *ας*, *ἡ*, 1) proprie: *redundantia, exuberantia*, et ex adjuncto: *omne, quod est superfluum adeoque resecandum, et amputandum, egerendum et removendum.* a *περισσὸς redundans, superfluus.* Jacob. I. 21. *ἀποθέμενοι πᾶσαν περισσείαν τῆς κακίας* deponatis omnem vitiositatem, hominibus christianis plane indignam. Metaphora desumta est a ramis, in vite, vel arbore inutilibus et luxuriantibus et falce resecandis, ut recte observavit Lœsnerus in Obss. Philonianis ad h. l. 2) *abundantia, copia, omne, quod summum est in aliquo rerum genere.* Rom. V. 17. *τὴν περισσείαν τῆς χάριτος*, pro *τὴν χάριν τὴν περισσοτέραν* summum, gravissimum et luculentissimum Dei beneficium. Zonaras Lex. cap. 1535. adducto hoc loco *περισσείαν* interpretatus est *τὴν δαψίλειαν.* 2 Cor. VIII. 2. *ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν* summum gaudium. ibid. X. 15. *εἰς περισσείαν* in abundantiam, h. e. admodum. Sæpius non legitur in N. T. Alexandri usi sunt hac voce pro יִתְרוֹן *præstantia, emolumentum*, Cohel. I. 3. II. 11, 13. III. 9. V. 9. pro יֹתֵר *excellentia, emolumentum, residuum*, Cohel. VI. 8. VII. 11. et pro מוֹתָר idem. Cohel. III. 19. Vide Heisenii Novas Hypotheses ad Epistolam Jacobi p. 621 seq.

ΠΕΡΙ´ΣΣΕΥΜΑ, *τος*, *τὸ*, 1) proprie: *redundantia, residuum, superfluum, reliquiæ, fragmentum.* Est verbale a prima pers. perf. passivi *πεπερίσσευμαι*, verbi *περισσεύω redundo.* Marc. VIII. 8. *ἦραν περισσεύματα κλασμάτων ἑπτὰ σπυρίδας* et sustulerunt residua ciborum fragmenta septem sportas. 2) *abundantia, copiæ, divitiæ.* 2 Cor. VIII. 14. *ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα, ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα* ut in præsenti abundantia vestra subleveture illorum inopia, utque etiam illorum abundantia aliquando subveniat vestræ inopiæ. 3) formula *περίσσευμα τῆς καρδίας*, seu *illud, quo cor impletur*, significat *omne, quod est in cordis penu reconditum, sensus animi, cogitationes, propensiones, desideria, plenum pectus*, etc. Matth. XII. 34. *ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ* intimos animi sensus prodit oratio, coll. v. 35. ubi *ὁ θησαυρὸς τῆς καρδίας* vocatur. Luc. VI. 45. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΣΣΕΥ´Ω, fut. *εύσω*, et transitive et intransitive in N. T. usurpatur. Intransitive si sumitur, notat: 1) *abundo, exubero, dives sum*, et proprie de liquidis usurpatur, quæ magna copia effunduntur, a *περισσὸς*, quod vide. Marc. XII. 44. *πάντες γὰρ ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς ἔβαλον* siquidem illi omnes ex eo, quod supererat, seu ex opum suarum copia misere in fiscum sacrum. Pro *περισσεύοντος αὐτοῖς* habent nonnulli codices *περισσεύματος αὐτῶν.* Luc. XII. 15. *οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ* non enim abundantia bonorum facit ad felicitatem, aut, non enim in eo felicitas hominis sita est, si bonis abundet. ibid. XV. 17. *πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύουσιν ἄρτου*; quot mercenarii patris mei abundant rebus, ad vitam sustentandam necessariis? ib. XXI. 4. 2 Cor. IX. 8. *ἵνα περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν* ut abundetis ad summam beneficentiam, erga pauperes exercendam. Philip. IV. 12. *οἶδα καὶ περισσεύειν ἐν παντὶ* didici etiam, seu scio divitiis bene uti. ibid. ver. 18. *ἀπέχω δὲ πάντα καὶ περισσεύω.* ib. v. 12. *τῷ περισσεύειν* opponitur *ὑστερεῖσθαι.* Conf. Alex. Jerem. XXX. 10. Tob. IV. 22. Sirac. XI. 12. 2) *supersum, residuus sum, superfluo, reliquus sum.* Matth. XIV. 20. *καὶ ἦραν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων* et sustulerunt residua ciborum fragmenta, ubi *τὸ περισσεῦον* est i. q. *τὸ περίσσευμα* Marc. VIII. 8. Matth. XV. 37. ubi etiam participium *τὸ περισσεῦον* substantive sumitur et *reliquias, residuum* notat. Sic etiam in aor. 1. *τὸ περισσεῦσαν illud, quod superest*, apud Lucam IX. 17. Joh. VI. 12. *συναγάγετε τὰ περισσεύσαντα κλάσματα* colligite fragmenta residua. ibid. v. 13. *ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσιν* quæ supererant illis, qui comederant. 3) *augeor, magis magisque cresco, proficio, profectus facio.* Act. XVI. 5. *καὶ ἐπερίσσευον τῷ ἀριθμῷ καθ' ἡμέραν* et augebatur in dies christianorum numerus. Rom. XV. 13. *εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι*, pro *εἰς τὸ περισσοτέρως ὑμᾶς ἐλπίζειν* ut magis confirmemini in spe atque fiducia. 1 Cor. XIV. 12. *ἵνα περισσεύητε* ut pro viribus vestris aliorum utilitati inserviatis, aut, ut officio vestro omni ex parte satisfaciatis. ibid. XV. 58. *περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε* exacte præstate, quæ Deus a vobis postulat. Philipp. I. 9. et 26. Coloss. II. 7. 1 Thess. IV. 1, 10. *περισσεύειν μᾶλλον* ut magis in hoc benevolentiæ studio proficiatis. 4) *præsto, excello, supero aliquem, insignis, egregius et eximius sum in aliqua re, præstantiam præ aliquo habeo.* Matth. V. 20. *ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων* nisi pietate vestra et virtutis studio vincatis Pharisæos atque scribas. Rom. III. 7. *ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ*, pro *περισσοτέρως ἔνδοξος ἐγένετο*, h. e. magis illustratur et conspicua fit. 1 Cor. VIII. 8. *περισσεύομεν* meliores sumus, aut aliquid præcipui habemus. 2 Cor. III. 9. *πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ*; quanto majorem dignitatem et præstantiam habebit munus doctoris christiani? ibid. VIII. 7. *ἀλλ' ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε — — ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι περισσεύητε* sed ut, quemad-

modum excellitis in omnibus, — — ita etiam in liberalitate erga pauperes alios superetis. Cohel. III. 19. καὶ τί ἐπερίσσευσεν (in Hebraico est מוֹתַר *præstantia*) ὁ ἄνθρωπος παρὰ τὸ κτῆνος; Sirac. XIX. 20. περισσεύων ἐν φρονήσει. 1 Macc. III. 30. ἐπερίσσευσεν ὑπὲρ τοὺς βασιλεῖς τοὺς πρώτους. Xenoph. Anab. IV. 8. 9. περιττεύουσιν ἡμῶν οἱ πολέμιοι superabunt nos hostes multitudine. Thucyd. II. 65. Dionys. Halic. Antiqu. III. 11. — Transitive si accipitur, significat 5) *cumulatiorem reddo, facio, ut quis abundet, augeo, largiter do et in aliquem confero.* Passivum περισσεύομαι *abundantior reddor, locupletor, satis instruor.* Matth. XIII. 12. δοθήσεται αὐτῷ καὶ περισσευθήσεται ei dabitur et plura accipiet. ibid. XXV. 29. 2 Cor. IX. 8. δυνατὸς δὲ ὁ Θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς potest Deus omni genere bonorum vos instruere. Ephes. I. 8. ἧς ἐπερίσσευσεν εἰς ὑμᾶς quam liberalissime vobis exhibuit. 1 Thess. III. 12. ὑμᾶς δὲ ὁ Θεὸς πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας Deus vero efficiat, ut in dies proficiatis et perfectiores reddamini in amore non solum mutuo, sed etiam erga omnes homines. Περισσεύειν in notione Hiphilica legitur apud Aquil. Prov. XII. 26. περισσεύων τὸν πλησίον δίκαιος. 6) sequente εἰς, cum accusativo personæ, notat: *abunde contingo.* Rom. V. 15. εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε abundantissime contigit omnibus. 2 Cor. I. 5. καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς, οὕτω διὰ Χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν nam sicut permultas calamitates perferimus propter Christum, ita etiam solatio per eundem satis erigimur. 7) sequente præpositione εἰς, *redundo, exitum habeo, cedo, efficio,* nostrum: gereichen, *to reach out.* 2 Cor. IV. 15. διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν περισσεύσῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ redundet in honorem Dei, multis nempe Deo pro hoc beneficio gratias agentibus. ibid. VIII. 2. ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν summa eorum paupertas hunc eventum habuit, ut eo majorem liberalitatem præstiterint. ibid. IX. 12. ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν τῷ Θεῷ sed etiam multos impellit ad Deo gratias agendas. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΣΣΟ'Σ, Attice ΠΕΡΙΤΤΟ'Σ, ἡ, ὀν, 1) proprie: *abundans, copiosus.* Comparativus περισσότερος, έρα, ον, *copiosior, abundantior.* Hesych. περισσόν· πολύ. Luc. XII. 48. περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτὸν eo plura ab eo reposcentur. 1 Cor. XV. 10. περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα et plus quam illi omnes laboravi. Ita περιττὸς legitur apud Xenoph. de Mag. Equit. VII. 7. VIII. 14. 2) *superfluus, supervacaneus, modum excedens, nimius.* Matth. V. 37. τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν quod his citra necessitatem additur, e malo est. (Ælian. V. H. XIV. 32. τὰ γὰρ περιττὰ τούτων.) 2 Cor. IX. 1. περισσόν μοί ἐστι τὸ γράφειν ὑμῖν superfluum duco vobis copiosius scribere. Hinc περισσότερον adverbialiter sumitur et *præterea, insuper* notat. Luc. XII. 4. μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι præterea autem non habent, quo noceant. 2 Cor. X. 8. ἐάν τε γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυχήσωμαι περὶ τῆς ἐξουσίας ἡμῶν. Huc etiam pertinet formula ἐκ περισσοῦ, quæ significat: *nimis, supra modum, insuper, præterea.* Marc. VI. 51. καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο et valde ac supra modum obstupuerunt et admirati sunt, coll. v. 52. ibid. XIV. 31. ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγε ille vero insuper, seu ex abundanti addebat. Respondet h. l. nostro vernaculo: zum ueberfluss, *over and above.* Cohel. VII. 17. μὴ γίνου δίκαιος, μηδὲ σοφίζου περισσά. 3) *magnus, gravis, vehemens.* Hesych. περισσόν· μέγα. Matth. XXIII. 14. διὰ τοῦτο λήψεσθε περισσότερον κρίμα propterea eo major et gravior vestra pœna erit. Marc. XII. 40. Luc. XX. 47. 2 Cor. II. 7. μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Περισσότερον, adverbialiter sumtum, *eo magis* significat. Marc. VII. 36. μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον eo magis rem divulgarunt. Hebr. VI. 17. ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδεῖξαι quare cum Deus magis demonstrare vellet, etc. Sed nonnullis interpretibus περισσότερον h. l. est *ex abundanti, etsi neutiquam opus erat.* Hebr. VII. 15. Eandem significationem habet formula ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ Ephes. III. 20. 1 Thess. V. 13. de qua infra dicendi locus erit. 4) *præstans, excellens, eximius, præcipuus.* Matth. V. 47. τί περισσὸν ποιεῖτε; quid eximii præstatis? ibid. XI. 9. καὶ περισσότερον προφήτου longe præstantior est propheta, coll. v. 11. Luc. VII. 26. coll. v. 28. 1 Cor. XII. 23, 24. Τὸ περισσὸν *præstantia alicujus rei.* Joh. X. 10. ἵνα ζωὴν ἔχωσι καὶ περισσὸν ἔχωσιν, pro ἵνα ζωὴν περισσὴν ἔχωσιν ut summam et præstantissimam felicitatem consequantur; sed fortasse τὸ περισσὸν h. l. *abundantiam* notat. Rom. III. 1. τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου; quæ igitur est præstantia Judæi? aut: quidnam prodest esse Judæum? Æschin. Socr. Dial. III. 6. τὰ περιττὰ opponuntur τοῖς κοινοῖς. ibid. II. 24. III. 18. Longus II. p. 44. δικαιοσύνη περιττή. Alciphron Epist. I. p. 80. puella περιττὴ τὴν ὥραν eximiæ pulcritudinis. Isocrates Paneg. c. 1. ubi videndus Morus. Conf. de hac significatione præter Valckenarium ad Eurip. Hippolytum v. 948. et Rittershusium in Porphyr. de Vita Pythagoræ § 18. ed. Küster. Wetstenii N. T. T. II. p. 36. et Palairet. Obss. Philol. p. 23. In versione Alex. ac Symmachi respondet in hac significatione Hebraico יוֹתֵר Cohel. II. 15. VI. 8. יִתְרוֹן ibid. II. 13. מוֹתַר ibid. III. 19. et Chald. יַתִּירָא Dan. V. 13. VI. 3, 15. καὶ σοφία περισσὴ εὑρέθη ἐν σοί. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΣΣΟΤΕ'ΡΩΣ. Adverbium a περισσότερος, compar. a περισσὸς *abundans,* etc. Significat 1) proprie: *abundantius, copiosius, sæpius.* 2 Cor. XI. 23. 2) *magis, vehementius,* i. q. μᾶλλον. Marc. XV. 14. περισσοτέρως ἔκραξαν vehementius clamarunt. Sed præferenda videtur h. l. lectio περισσῶς. 2 Cor. II. 4. τὴν ἀγάπην, ἣν ἔχω περισσοτέρως πρὸς ὑμᾶς amorem summum, quo vos complector. Περισσοτέρως positum h. l. est pro περισσῶς. ibid. VII. 13, 15. XII. 15. περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν impensius vos amans. Galat. I. 14. περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων. Philipp. I. 14. 1 Thess. II. 17. Hebr. II. 1. διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς propterea eo magis tenemur. 3) *præcipue, inprimis, potissimum.* 2 Cor. I. 12. περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς præcipue vero apud vos. Hebr. XIII. 19. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. περισσότερος, *abundantior.*

ΠΕΡΙΣΣΩ͂Σ. Adverbium, significans: *abunde, copiose, valde, vehementer, supra modum, vehementius, intensius, amplius, eo magis, potissimum,* a περισσὸς, quod vide. Matth. XXVII. 23. οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον λέγοντες tum illi vehementius clamitabant, coll. Luc. XXIII. 23. οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις. Marc. X. 26. οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο. ibid. XV. 14. οἱ δὲ περισσῶς ἔκραζον; sed plerique libri editi et haud pauci codices habent h. l. περισσοτέρως. Act. XXVI. 11. περισσῶς τε ἐμμαινόμενος αὐτοῖς vehe-

menter in eos furens. Sæpius non legitur in N. T. Præterea reperitur in vers. Alex. Dan. VIII. 9. Ies. LVI. 12. περισσῶς σφόδρα. Dan. VII. 7, 19. 2 Macc. VIII. 27.

ΠΕΡΙΣΤΕΡΑ', ᾶς, ἡ, *columba*, ita dicta secundum auctorem Etym. M. παρὰ τὸ πέτεσθαι στεῤῥῶς *quod volitet impetuose:* nonnullis vero παρὰ τὸ περισσῶς ἐρᾶν, parit enim sæpius anno; unde antiquitus Veneri sacra fuit. Matth. III. 16. εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν et vidit spiritum Dei descendentem tanquam columbam. Volatus columbarum symbolum est vehementis celeritatis. Confer Psalm. LV. 7. Ies. LX. 8. Matth. X. 16. ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραὶ innocentes sicut columbæ. ibid. XXI. 12. Marc. I. 10. XI. 15. Luc. II. 24. δύο νεοσσοὺς περιστερῶν duos pullos columbarum. ibid. III. 22. Joh. I. 32. II. 14, 16. Sæpius non reperitur in N. T. Hebraice יוֹנָה vocatur Ies. XXXVIII. 14. LIX. 11.

ΠΕΡΙΤΕ'ΜΝΩ, fut. τεμῶ, perf. περιτέτμηκα, aor. 2. περιέτεμον, 1) generatim: *circumcido, amputo,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 149.) ex περὶ et τέμνω *seco.* 2) speciatim: *amputo,* seu *præcido alteri præputium, circumcido,* et de ritu illo sacro adhibetur, per quem Judæi in populum Deo sacrum initiabantur. Medium περιτέμνομαι *me circumcidendum præbeo,* vel *curo.* Luc. I. 59. ἦλθον περιτεμεῖν τὸ παιδίον venerunt, ut circumciderent puerum. ibid. II. 21. Joh. VII. 22. ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον die sabbati circumcidere interdum soletis pueros. Act. VII. 8. XV. 1. ἐὰν μὴ περιτέμνησθε τῷ ἔθει Μωϋσέως si non observaveritis ritum circumcisionis, a Mose præscriptum. ibid. v. 5. ὅτι δεῖ περιτέμνειν αὐτοὺς oportere eos circumcidi, et v. 24. λέγοντες περιτέμνεσθαι, scil. δεῖν. ibid. XVI. 3. περιέτεμεν αὐτὸν eum circumcidendum curavit. ibid. XXI. 21. 1 Cor. VII. 18. περιτετμημένος τις ἐκλήθη e Judæo aliquis christianus factus est. Paulo post μὴ περιτεμνέσθω ne curet, ut circumcidatur. Galat. II. 3. V. 2, 3. περιτεμνομένῳ qui, postquam jam amplexus est religionem christianam, se circumcidendum curat. ibid. VI. 12, 13. οἱ περιτεμνόμενοι doctores Judæi, qui circumcisionem urgent et christianis suadent ac commendant; qui in sequentibus dicuntur οἱ θέλουσιν περιτέμνεσθαι, et v. 12. οἳ ἀναγκάζουσι περιτέμνεσθαι dicti erant. 3) metaphorice adhibetur de *circumcisione spirituali,* et vulgo vocatur, quæ est et consistit in depositione omnis vitiositatis et perversitatis et remotione omnium, quæ Deo displicent et christiano indigna reperiuntur. Coloss. II. 12. περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ circumcisi estis circumcisione, non manu facta. Jerem. IV. 4. καὶ περιτέμνεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, ubi in Hebraico est הֵסִיר *removit,* Deut. X. 16. Conf. infra περιτομή. Sæpius in N. T. non legitur. In vers. Alex. respondet τῷ כָּרַת *abscidit, præscidit,* Exod. IV. 25. et מוּל quod idem notat, Jos. V. 2, 3, 4, 7, 8. Exod. XII. 44, 48.

ΠΕΡΙΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. θήσω, aor. 2. περιέθην, participium περιθείς, 1) proprie generatim: *circumpono, circumdo, impono,* et speciatim: *induo, vestio, amicio, orno,* ex περὶ et τίθημι *pono.* Matth. XXI. 33. φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκεν sepem ipsi circumdedit. ibid. XXVII. 28. περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην circumdederunt ei chlamydem coccineam, seu induerunt eum chlamyde coccinea, coll. Marc. XV. 17. ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν. ibid. v. 48. περιθεὶς καλάμῳ, sc. σπόγγον, adfixit, seu imposuit arundini spongiam. Marc. XII. 1. XV. 17. καὶ περιτιθέασιν αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον et imposuerunt ei plexam coronam spineam: (Polyb. II. 2. περιθεῖναι τοῦτον τὸν στέφανον. Herodian. VI. 2. 19. περιθέμενος τὸ διάδημα. Arrian. Epictet. I. 19.) ubi περιτιθέασιν Ionice ponitur pro περιτιθεῖσιν. Suid. περίθου· ὅπερ ἡμῖν σύνηθες ἐπίθου λέγειν. Sic Sirac. VI. 33. στέφανον ἀγαλλιάματος περιθήσεις αὐτῷ. Marc. XV. 36. Joh. XIX. 29. In vers. Alex. respondet Hebr. הִלְבִּישׁ *induit, vestivit alium,* Genes. XXVII. 16. חָבַשׁ *alligavit, imposuit,* Exod. XXIX. 9. Levit. VIII. 13. καὶ περιέθηκεν αὐτοῖς κιδάρεις, et עָדָה *ornavit,* Hos. II. 13. Adde Ruth. III. 3. καὶ περιθήσῃ τὸν ἱματισμόν μου ἐπὶ σεαυτῇ. Ælian. V. H. VII. 19. τὰ τῶν πολεμίων ὅπλα τοῖς οἰκείοις περιθείς. Aristoph. Eccl. v. 131. 2) *do, exhibeo, tribuo, afficio.* 1 Cor. XII. 23. καὶ ἃ δοκοῦμεν ἀτιμότερα τοῦ σώματος, τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν et quæ vulgo inhonestiora membra corporis appellare solemus, iis eo majorem honorem exhibemus, dum scilicet ea tegimus et ornamus vestibus splendidis. Sic Polybius XV. 8. formula περιτιθέναι κράτος, h. e. *victoriam dare,* usus est. Thucyd. VI. c. 89. ἐμοὶ δὲ ἀτιμίαν περιέθετε. Demosthenes pag. 1417. 3. ed. Reisk. περιτιθέναι δόξαν τοῖς εὖ ποιοῦσιν. Julian. Or. II. p. 168. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 152. Adde Alex. Num. XXVII. 7, 8. Esther I. 20. Job. XXXIX. 19. ubi Hebraico נָתַן *dedit, exhibuit,* respondet. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. περιτίθημι, *circumpono, tribuo.*

ΠΕΡΙΤΟΜΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie generatim: *circumcisio, amputatio,* qualiscunque ea sit, a præt. med. περιτέτομα, verbi περιτέμνω *circumcido, amputo, præcido,* quod vide. 2) per synecdochen generis: *præcisio cuticulæ membri virilis,* seu *præputii, octavo die Judæis divinitus per Mosen injuncta,* ut hoc ritu masculi Israëlitici in populum Deo sacrum initiarentur et Judæi a reliquis populis secernerentur: *circumcisio Judaica.* Joh. VII. 22. Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν Moses vobis præscripsit circumcisionem. ibid. v. 23. περιτομὴν λαμβάνειν circumcidi. (Conf. E. A. Schulze Exerc. de Circumcisione Judæorum medica ad Joh. VII. 21—23. in Ejusd. Exercitatt. Philol. Fasc. I. p. 75.) Act. VII. 8. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην περιτομῆς præcepit autem ei circumcisionem, aut, dedit ei promissionem sub conditione circumcisionis. Rom. II. 28. οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκὶ, περιτομὴ neque circumcisio, quæ est in præcisione partis externæ corporis, vera circumcisio dici meretur, h. e. certum signum est, e quo, an quis ad populum, Deo carum, pertineat, liquido cognosci potest. ibid. IV. 10. ἐν περιτομῇ ὄντι; num jam circumcisus erat? οὐκ ἐν περιτομῇ, pro οὐκ ἦν περιτμηθείς, nondum circumcisionem susceperat. ibid. v. 11. σημεῖον ἔλαβε τῆς περιτομῆς, pro τὴν περιτομὴν, et circumcisionem suscepit, ut in ipso corpore suo haberet signum quasi et pignus gratiæ divinæ. Etiam scriptores Judæi solent circumcisionem signum et sigillum fœderis divini dicere. Vide Jalkut Rubeni fol. 65. 4. Targum Cant. III. 8. Plura loca collegit Schœttgenius in Horis Hebr. ad h. l. et Buxtorfius Catalect. c. 7. Galat. V. 11. εἰ περιτομὴν ἔτι κηρύσσω quodsi circumcisionem adhuc commendarem, nempe christianis e gentilibus. Phil. III 5. περιτομῇ ὀκταήμερος octavo die circumcisus sum. Conf. supra ὀκταήμερος. Respondet apud Alexandrinos Hebraico מוּלָה Exod. IV.

26. et הִמּוֹל infinitivo a מוּל *circumcidere*, Genes. XVII. 13. 3) per metonymiam abstracti pro concreto: *circumcisus, Judæus*. Rom. III. 30. IV. 9. ἐπὶ τὴν περιτομὴν ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; num ad circumcisos tantum pertinet, an vero etiam ad non circumcisos? ibid. v. 12. Abrahamus vocatur πατὴρ περιτομῆς τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον pater Judæorum, non vero eorum tantum, qui ipsis natalibus et circumcisione suscepta sunt Abrahami posteri. ib. XV. 8. Ἰησοῦν Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι τῆς περιτομῆς. Cf. supra διάκονος. Gal. II. 7, 8. εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς ut esset apostolus inter Judæos. ibid. v. 9. ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν. Ephes. II. 11. ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ab iis, qui ipsi quidem se appellant circumcisos, etsi vere non sunt. Conf. Vorstii Philol. Sacr. c. VIII. p. 240. edit. Fischeri. Jam, quia Judæi ob hunc ipsum circumcisionis ritum, quem receperant, se ad verum Dei populum pertinere Deoque præ reliquis populis ac gentibus caros esse opinabantur, hinc apud Paulum 4) περιτομὴ *omnis* dicitur, *qui pertinet ad populum Dei, Deoque probatur et verus ejus cultor est*. Philipp. III. 3. ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομὴ nos enim sumus *vere circumcisi*, h. e. pertinemus ad populum, Deo sacrum, probatum et in vero ejus cultu occupatum: unde statim additur: οἱ πνεύματι Θεῷ λατρεύοντες. Adde Rom. IV. 12. 5) per metonymiam: *status et conditio hominis circumcisi, professio religionis Judaicæ, Judaismus*, i. q. Ἰουδαϊσμὸς, et hinc per synecdochen quandam *status hominis circumcisi, Deo gratus*. Act. X. 45. οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ christiani, qui antea Judæi fuerant. ibid. XI. 2. Rom. II. 25. περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ status et conditio hominis circumcisi prodest: et paulo post ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν eadem es conditione, ac si præputium haberes. ibid. v. 26. ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται quanquam est præputiatus, tamen Deo placet et ad verum Dei populum pertinet. ibid. v. 27. διὰ περιτομῆς quanquam Judæus est. ibid. v. 28. περιτομὴ est vera circumcisio, seu reddit homines Deo gratos et probatos. ibid. III. 1. τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς; quid juvat igitur esse Judæum? 1 Cor. VII. 19. ἡ περιτομὴ οὐδέν ἐστι conditio hominis circumcisi sola nos Deo gratos reddere non valet. Galat. II. 12. τοὺς ἐκ περιτομῆς christianos ex Judæis. ib. V. 6. VI. 15. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει in christiana religione nihil refert, sive circumcisus fueris, etc. Coloss. III. 11. IV. 11. Tit. I. 10. 6) metaphorice transfertur ad *circumcisionem spiritualem*, ut vulgo vocatur, *quæ est et consistit in extirpatione vitiositatis, emendatione vitæ et remotione omnium, quæ Deo displicent, aut homine christiano sunt indigna*, quæ Rom. II. 29. περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, h. e. emendatio vitæ per spiritum divinum, omnis virtutis divinæ auctorem, effecta, et Coloss. II. 11. partim περιτομὴ ἀχειροποίητος circumcisio spiritualis, partim vero περιτομὴ τοῦ Χριστοῦ circumcisio vere christiana vocatur et consistere dicitur ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς in depositione corporis vitiosi, h. e. in puritate a vitiis et in exstirpatione omnium pravorum affectuum, cujus symbolum fuit circumcisio σαρκικὴ, teste Philone de Migrat. Abrah. T. I. p. 450. τὸ περιτέμνεσθαι ἡδονῶν καὶ παθῶν πάντων ἐκτομὴν, καὶ δόξης ἀναίρεσιν ἀσεβοῦς σημαίνει. Eandem vocis περιτομὴ ad animum translationem ipsis etiam V. T. prophetis sollennem fuisse, ex Deut. X. 16. et Jerem. IV. 5. satis constat. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΤΡΕ'ΠΩ, fut. έψω, 1) proprie: *circumverto, circumago, converto*, ex περὶ et τρέπω *verto*. Plutarch. T. II. p. 412. ed. Reisk. De navibus hac voce usus est Pollux Onom. I. 114. 2) *incito, impello, adigo, induco*. Sic semel legitur in N. T. Act. XXVI. 24. τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει magna eruditio tua ad hunc enthusiasmum te impellit. Cf. Bielii Thesaur. Philol. s. h. v.

ΠΕΡΙΤΡΕ'ΧΩ, fut. θρέξω, proprie: *in orbem circumcursito, circumcurro, currendo circumeo*, (Xenoph. Œcon. XIII. 8.) deinde: *huc illuc curso, undique percurro* (Xenoph. Hist. Gr. VII. 2. 15.) ex περὶ et τρέχω *curro*. Semel legitur in N. T. Marc. VI. 55. περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, scil. χώραν, cum percurrissent totam regionem illam circumjacentem; aut: obierunt totam illam regionem. In loco enim parallelo Matth. XIV. 35. legitur ἀπέστειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην. Quanquam et verti potest: *incolæ et cives omnis regionis illius circumjacentis*, (in loco enim parallelo laudato οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου dicuntur,) quemadmodum etiam ἐξέρχεσθαι καὶ εἰσέρχεσθαι ii dicuntur, qui sunt et versantur in aliquo loco. Cæterum respondet περιτρέχω in versione Alex. Hebraico שׁוּט *circuivit, discurrit, percurrit*. Jerem. V. 1. Amos VIII. 12. Aristoph. Ran. 195. Athenæus V. p. 208. B. Ἄτλαντες δὲ περιέτρεχον τὴν ναῦν κ. τ. λ.

ΠΕΡΙΦΕ'ΡΩ, fut. περιοίσω, 1) proprie: *circumfero, huc atque illuc fero, circumporto, circumago in orbem*, (Xenoph. de Mag. Equit. III. 9.) ex περὶ et φέρω *fero*. Sic legitur in N. T. Marc. VI. 55. τοὺς κακῶς ἔχοντας περιφέρειν male affectos circumferre lectis. 2 Macc. VII. 27. τὴν ἐν γαστρὶ περιενέγκασάν σε. Hinc περιφερὴς *rotundus, vertibilis, qui facile circumagi potest*. 2 Macc. XIII. 5. Hesych. περιφερές· στρογγύλον, et περιφορά: ἡ κατὰ κύκλον κίνησις, eodem Hesychio interprete. Hinc 2) metaphorice: *ubique mecum habeo, præsentem ubique experior*. 2 Cor. IV. 10. πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ubi describitur conditio ac sors apostolorum, qui, quo se vertebant, paratas et præsentissimas habebant calamitates et afflictiones, ut adeo sensus sit: iisdem afflictionibus vitæque periculis, qualia Jesus quoque subiit, obnoxii sumus. Vide supra ad vocem νέκρωσις a me dicta. 3) *huc et illuc agito, circumagito*. Jud. v. 12. νεφέλαι ἄνυδροι, ὑπὸ ἀνέμων περιφερόμεναι nubes, aquis carentes, a ventis huc et illuc agitatæ. Sed in nonnullis codicibus legitur παραφερόμεναι loco περιφερόμεναι. Confer etiam 2 Petr. II. 17. Apud Græcos περιφέρεσθαι etiam frequenter de navibus usurpatur, quæ in mari ventorum vi et fluctuum impetu agitantur et circumferuntur, et est idem, quod κλυδωνίζεσθαι. Maximus Tyr. Diss. XXXI. p. 306. ἡ δὲ κακοδαίμων ἐκείνη ναῦς περιεφέρετο. Confer Gatakerum ad M. Antonin. I. 15. p. 19. Hinc 4) ad animum transfertur et significat: *perturbare, inconstantem reddere, in errorem inducere, circumvenire, decipere*. Ephes. IV. 14. περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας qui se facile perturbari et in errores induci patiuntur quavis doctrina inani, a veritate plane aliena, omni adeo veri specie carente. Sic etiam legitur Hebr. XIII. 9. διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ περιφέρεσθε; ubi tamen videtur potius παραφέρεσθε legendum esse. Hinc Alexandrini hac voce usi sunt pro Hebraico הֵילֵל

insanum reddidit, decepit, Cohel. VII. 7. ὅτι ἡ συκοφαντία περιφέρει σοφὸν, et apud eosdem περιφέρεια et περιφορὰ *errorem* notat. Cohel. II. 12. VII. 26. IX. 3. Hesych. περιφέρεται· πλανᾶται. Idem: περιφορᾶς· πλάνης. Conf. Schwarzii Comment. Ling. Gr. p. 1088. et Palairet. Obss. Philol. p. 440 seq. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΕΡΙΦΡΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *circumquaque mentem verto, contemplor, inquiro, in aliqua re contemplanda occupatus sum,* a περίφρων *valde prudens,* (Hesiod. Theogon. v. 894.) ex περὶ et φρὴν *mens.* Sic legitur in illo Aristoph. versiculo ex Nubibus v. 1505. ἀεροβατῶ, καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον, h. e. in contemplando sole occupor, ubi vid. Schol. Conf. Perizonium ad Ælian. V. H. XII. c. 52. et Fischerum ad Æschin. Socr. Dial. III. 3. p. 103. 2) *contemno, despicio, supra aliquem cogito,* aut *sapio.* Construitur cum genitivo, v. c. apud Æschin. Socr. Dial. III. 22. et cum accusativo apud Thucyd. I. 25. Hesych. περιφρονεῖς· περισσοφρονεῖς, ὑπερφρονεῖς. Idem fere tradit Suidas. 3) per metonymiam consequentis: *facultatem et materiam habeo contemnendi, causam nanciscor despiciendi aliquem et parvi habendi.* Sic semel legitur in N. T. Tit. II. 15. μηδείς σου περιφρονείτω cave, ne quis te despicere debeat. Simili modo καταφρονεῖν usurpatum legitur 1 Tim. IV. 12. μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω.

ΠΕΡΙ'ΧΩΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *circumjacens, finitimus, vicinus,* ex περὶ et χῶρος *locus.* Deut. III. 4. πάντα τὰ περίχωρα Ἀργόβ. ibid. XXXIV. 3. 1 Paral. V. 16. In N. T. fœminino tantum genere et instar substantivi ponitur, ut adeo 2) ἡ περίχωρος, sc. γῆ, (quod additur Genes. XIX. 28.) vel χώρα, sit *circumjacens,* vel *confinis regio, tractus terræ, terra, quaqua versum extenditur,* quæ apud Alexandrinos quoque τὸ περίχωρον dicitur, v. c. Nehem. III. 9, 12, 14, 16, 17, 18. ubi Hebraico פֶּלֶךְ *tractus* respondet, sed sæpius ἡ περίχωρος Deut. III. 13, 14. Gen. XIII. 10, 11, 12. pro (כִּכָּר *planities*) Nehem. XII. 28. ut in N. T. Matth. XIV. 35. ἀπέστειλαν εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην nuntios miserunt per omnem finitimam regionem. Marc. VI. 55. Luc. III. 3. IV. 27. καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου ejus fama pervasit omnia loca finitima. ibid. VIII. 32. ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν omnes incolæ regionis finitimæ, seu agri Gadarenorum. Act. XIV. 6. 3) per metonymiam: *homines, confinem regionem incolentes.* Matth. III. 5. ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου confluxit ad eum magna copia ad Jordanem degentium. Marc. I. 28. Luc. IV. 14. VII. 17. Sæpius non legitur in N. T. Gloss. Vet. περίχωρος, *territorium.*

ΠΕΡΙ'ΨΗΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie et generatim: *omne, quod est abrasum et detersum,* a περιψάω *circumquaque abstergo, detergo, defrico, abrado,* hoc ex περὶ et ψάω *tergo, abstergo.* Speciatim vero περίψημα apud Græcos dicuntur *sordes* et *purgamenta, detergendo et frictione detracta,* (Hesych. περίψημα· περικατάμαγμα.) *quisquiliæ, rejectamentum,* (Phavor. τὸ ἀποῤῥιπτόμενον σκύβαλον ὡς περιττόν.) *ramenta, scobs* (ut explicatur in Gloss. Vet.) *et quicquid limando deteritur,* ut idem sit ac περίψηγμα, etiam, *quod omnium pedibus conculcatur.* Hesych. περίψημα· — τὸ ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων, scil. πατούμενον, quod additur in Alberti Glossario Gr. Idem Suidas tradit. Interdum etiam *ipsum instrumentum* notat, *quo sordes et quisquiliæ deradi et abstergi solent,* v. c., ut Græca scholia diserte tradunt, *pannus, quo sudantes se abstergunt,* unde Phavorinus exponit per σόβανον, ὃ τοὺς ἱδρῶτας τοῦ κάμνοντος ἀποψύχει. 2) ut κάθαρμα et περικάθαρμα, *piaculum, hostia piacularis* et *omne, quo ad expiandum utimur,* etiam ex more veterum gentilium, civitatem, aut regionem sanguine humano lustrandi, *homo ignobilis, aut sceleratus, qui publice alebatur et grassante peste, aut in aliis calamitatibus publicis ad expiandam urbem, aut regionem deorumque iram avertendam, aut in mare præcipitabatur, aut ad aram mactabatur, his additis verbis:* περίψημα ἡμῶν γένου *esto piaculum nostrum!* Suid. περίψημα κάταγμα (lege vel καταμάγμα, e Lex. Cyrilli MS. Brem. vel κατατάγμα) ἢ (quod fortasse delendum est) ὑπὸ τὰ ἴχνη, ἀπολύτρωσις. Οὕτως ἐπέλεγον (Ἀθηναῖοι) τῷ κατ᾽ ἐνιαυτὸν συνέχοντι πάντων κακά· (ita enim legendum est loco impressi τῶν κακῶν) περίψημα ἡμῶν γένου, ἤτοι σωτηρία καὶ ἀπολύτρωσις. Καὶ οὕτως ἐνέβαλλον τῇ θαλάσσῃ, ὡσανεὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν ἀποτιννύντες. Hesych. περίψημα· ἀντίλυτρον, ἀντίψυχον. Conf. Jul. Cæs. de Bello Gallico VI. 16. Livium VII. 6. Lactantium Opp. Lib. I. c. 21. Alberti Gloss. N. T. p. 222. Schlägeri Diss. de Atheniensibus, civitatem suam sanguine humano lustrantibus. Helmst. 1739. et L. Bos. in Exercitatt. ad N. T. p. 131. Pertinet huc etiam locus Tob. V. 18. ubi Hanna de abitu filii sui, argentum a Gabele repetituri, conquerens, ad maritum ait: ἀργύριον περίψημα τοῦ παιδίου γένοιτο argentum fiat piaculum filii nostri, h. e. argentum neglectum oportuisset modo, ut filius noster maneret salvus tutusque. Conf. Steph. le Moyne in Notis ad Varia Sacra p. 579 seq. Hinc 3) *hominem humilem, vilem, objectum, miserum, omnibus malis obnoxium, sceleratum* significat, quia nempe homines viles et contemti, qui se vendiderant, aut scelerati et malefici deorum expiandorum causa interficiebantur. Ita semel in N. T. usurpatur 1 Cor. IV. 13. ubi apostolus conqueritur, se cæterosque apostolos esse πάντων περιψήματα, h. e. adeo contemni et despectui haberi adeoque detestabiles et sceleratos videri, ut digni habeantur, qui pro piaculo offerantur, eorumque conditionem esse admodum miseram. Vulgatus h. l. Græcam vocem retinuit. Lutherus voce Fegopfer, *victim,* non male usus est. Syrus reddidit: ܘܟܘܦܪܐ ܕܟܠܢܫ *et piaculum omnis hominis.* Symmachus Jerem. XXII. 28. μὴ περίψημα φαῦλον καὶ ἀπόβλητον ὁ ἄνθρωπος.

ΠΕΡΠΕΡΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι. In hoc verbo facile observatur, non esse Græcum, sed Latinum, a *perperam,* aut a voce obsoleta *perperus,* (quæ legitur apud Accium in Pragmatico: "Describere in theatro perperos populares,") a quo factum primum adjectivum πέρπερος, sæpius apud Græcos obvium, deinde substantivum περπερία, denique verbum περπερεύω. Salmasius in Funere Linguæ Hellenisticæ p. 152. propriam hanc vocem *Cilicum* dialecto esse existimat. Erasmo vero hæc vox a *Perperis* fratribus conficta videtur, qui et *Cercopes* dicti sunt. Auctor. Etym. M. a περιφέρεσθαι hoc vocabulum derivat, cui assentitur Stephanus in Thesauro Ling. Gr. T. III. f. 1635. Alii aliter. Eadem dissensione, qua origo hujus vocis, a viris doctis traditur, etiam explicari ab interpretibus; quod eo minus mireris, quo rarior hujus vocis usus est in monumentis veterum, e quibus tamen æque ac Glossariis Vett. et adjectivi πέρπερος usu intelli-

gitur, hanc vocem olim has habuisse significationes et 1) notasse: *efferre se, insolenter ac stolide efferri animo, jactationi aut vanæ ostentationi deditum esse*, et idem esse ac ἀλαζονεύεσθαι et ἐπαίρεσθαι. Hesych. πέρπερος· ὁ μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος. Idem: περπερεύεται· κατεπαίρεται. Idem fere Suidas tradit. Marc. Antonin. V. c. 5. p. 143. edit. Gatakeri: καὶ τὸ σωμάτιον καταιτιᾶσθαι, καὶ ἀρέσκεσθαι καὶ περπερεύεσθαι. ubi videndus Gatakerus. Polyb. de Virtutt. pag. 1482. κατὰ δὲ τὴν ἰδίαν φύσιν στωμύλος καὶ λάλος καὶ πέρπερος διαφερόντως. Idem in Excerptt. Legat. CXXII. p. 1323. ed. Gronov. φύσει δὲ ὢν λάλος καὶ πέρπερος καὶ κατακορής. Conf. Stolberg. de Solœcismis c. 25. pag. 122 seq. Hinc ex sententia Heinsii, (in Exercitt. Sacr. Lib. VII. c. 10.) Mureti, (Varr. Lectt. XIV. 7.) Gatakeri, Suiceri, Fesselii, (in Adverss. Sacr. Lib. III. c. 10.) Fabricii (ad Sextum Empir. p. 227.) et aliorum verba 1 Cor. XIII. 4. (ubi semel tantum hæc vox reperitur) ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται, vertenda sunt: *amor se non jactat et effert, non est vanæ ostentationi deditus;* quam explicationem vero vox sequens φυσιοῦται admittere mihi non videtur. Sic quoque ἐμπερπερεύεσθαι pro *inaniter se efferre* legitur apud Arrian. Diss. Epict. II. 1. 34. 2) *adulari, assentatorem esse*, ut sit idem, quod κολακεύεσθαι. Sic verbo composito ἐμπερπερεύεσθαι usus est Cic. ad Atticum Lib. I. Ep. 11. "ego autem ipse, dii boni, quomodo ἐνεπερπερευσάμην novo auditori Pompeio," h. e. eum omnibus modis laudavi, ut ejus benevolentiam consequerer. Confer Ernesti Clav. Cic. s. h. voce. In eadem significatione adjectivo πέρπερος usus esse videtur Arrianus in Diss. Epictet. Lib. II. c. 2. p. 267. 3) *præcipitanter facere, temere agere, temerarium esse*, ut sit i. q. προπετεύειν, qua voce Suidas interpretatus est. Hæc notio omnium optime mihi quidem convenire videtur loco 1 Cor. XIII. 4. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται, h. e. qui vere alios amat, is non præcipitanter agere solet, ne aliis noceat. Confer Casauboni Casauboniana p. 180 seq. et ibi notas Wolfii p. 346. Vulgatus reddidit: *non agit perperam*. Syrus: ܠܐ ܡܫܬܓܫܐ *non tumultuatur*. Arabs: *non se barbare gerit*. Zonaræ Lex. col. 1544. Περπερεύεται, προπετὴς ποιεῖ. ἀτακτεῖ. κατεπαίρεται. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται. Cf. Lud. de Dieu Crit. Sacr. p. 706. Cæterum copiose præter alios de hac voce exposuit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 108. p. 381 seq. et Wetstenius N. T. T. II. p. 156.

ΠΕΡΣΙ'Σ, ίδος, ἡ, *Persis*. Nomen mulieris christianæ, quam Grotius putat libertinam fuisse, e Perside oriundam et nomen a patria habuisse. Semel memoratur in N. T. Rom. XVI. 12. ἀσπάσασθε Περσίδα salutate Persida.

ΠΕ'ΡΥΣΙ. Adverbium temporis, significans: 1) *anno superiore, anno proxime elapso*, q. a περάω *transeo, prætereo*, quia annus superior transiit. Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 6. ἡμεῖς μὲν ἐσμὲν οἱ αὐτοὶ νῦν τε καὶ πέρυσιν. Pollux Onom. I. 56. 2) *antehac, ante hoc tempus, abhinc, jampridem*. Hesych. πέρυσι· ὁ παρεληλυθὼς χρόνος. Bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. VIII. 10. et IX. 2. ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι christianos in Achaia paratam habuisse pecuniam collectam jam anno superiore, vel abhinc jam pridem. Hinc ortum suum traxit adjectivum περυσινὸν *ex superiore anno reliquum, proximo anno factum*. Xen. Anab. V. 4. 16. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 198.

ΠΕΤΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. ήσομαι, vel ΠΕ'ΤΑΜΑΙ, vel ΠΕ'ΤΟΜΑΙ, 1) *volo, volito*, et proprie est avium, quæ alis expansis volant, a πετάω *expando*. Apoc. IV. 7. ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ simile aquilæ volanti. ibid. XII. 14. XIX. 17. πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετομένοις ἐν μεσουρανήματι. In versione Alex. respondet עוף et עוֹפֵף *volavit*, Prov. XXVI. 2. pro טוּשׂ idem, Job. IX. 26. Adde Prov. XXX. 19. ἴχνη ἀετοῦ πετομένου. Lucianus in Pseudologist. p. 448. πέταμαι inter antiqua vocabula reponit. 2) metaphorice: *celeriter eo, velociter abeo et fugio, cum impetu feror*. Apoc. VIII. 13. ἀγγέλου πετομένου ἐν μεσουρανήματι. ibid. XII. 14. ἵνα πέτηται (sc. ἡ γυνὴ) εἰς τὴν ἔρημον. ibid. XIV. 6. Sæpius non legitur in N. T. Etiam in V. T. *volatus* est symbolum *velocitatis et alacritatis*. Certe עוף de quocunque vehementiore motu adhibetur. Ps. XVIII. 11. Ies. LX. 8. Ezech. XXXII. 10. Habac. I. 8. Adde Ies. XI. 14. πετασθήσονται ἐν πλοίοις ἀλλοφύλων; qui locus ex analogia linguarum bene illustratus est in Bibl. Brem. Class. VI. p. 305 seq.

ΠΕΤΕΙΝΟ'Ν, οῦ, τὸ, *volatile, avis, volucris*, ita, ut suppleatur ὄρνεον, vel etiam ζῶον, a πέτομαι *volo*. Matth. VI. 26. ubi videndus Wetstenius. ibid. VIII. 20. τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ volatilia cœli. Nomen οὐρανὸς h. l. redundat ex Hebraismo (Genes. I. 26. עוֹף הַשָּׁמַיִם Ps. VIII. 9.), de quo copiose exposuit Vorstius de Hebraismis N. T. cap. 21. p. 430 seq. ed. Fischeri. Matth. XIII. 4, 32. Marc. IV. 4, 32. Luc. VIII. 5. IX. 58. XII. 24. XIII. 19. Act. X. 12. XI. 6. Rom. I. 23. Jacob. III. 7. πᾶσα φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν. Sæpius non legitur in N. T. Homer. Iliad. θ', 247. et ρ', 675. ὑπουρανίων πετεηνῶν. Alexandrini hanc vocem adhibuerunt pro עוף idem, Deut. XIV. 19, 20. XXVIII. 26. עַיִט *avis, volucris rapax*, Job. XXVIII. 7. Ies. XVIII. 6. צִפֹּר *avis, passer*, Ps. VIII. 9. CXLVIII. 10. et כָּנָף *ala*, Ezech. XVII. 23. XXXIX. 17.

ΠΕ'ΤΡΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *lapis, saxum*, i. q. λίθος, ut liquet ex Hesiod. Theogon. v. 675. et Jos. V. 2. Ad hanc notionem retulit Salmasius ad Solinum p. 851. locum Marc. XIV. 46. ἐν μνημείῳ, ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας, quem ita interpretatus est: in monumento, ex lapide cæso atque polito exstructo. 2) *petra, rupes, e terra aut mari prominens*, interdum etiam *mons*, v. c. apud Eurip. Hercul. Fur. v. 790. ubi videndus Barnesius. Matth. XXVII. 60. ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ, ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ in suo novo sepulcro, in rupe exciso. Marc. XIV. 46. ἐν μνημείῳ, ὃ ἦν λελατομημένον ἐκ πέτρας in monumento, ex petra, aut rupe exciso. Mat. XXVII. 51. καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν et rupes findebantur. 3) *solum lapidosum, terra petrosa, solum saxosum*. Luc. VIII. 6. καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν aliud incidit in solum lapidosum et petricosum, coll. Marc. IV. 5. ubi leguntur hæc verba: ἄλλο δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ πετρῶδες. ibid. v. 13. οἱ δὲ ἐπὶ πέτρας in solo saxoso consiti. Talia loca saxosa ac petrosa Attice φελλοὶ et φελλεῖς dicta sunt. Confer Hesychium et Jul. Pollucem. 4) *fundamentum, saxo solido constans, congeries saxorum, cui tanquam fundamento superstruitur ædificium*. Mat. VII. 24. ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν qui domum superstruxit fundamento, ex lapidibus jacto. ibid. v. 25. XVI. 18. ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν tibi, veluti fundamento, saxo solido constanti, superstruam ecclesiam christianam. h. e. tu eris summus et

maxime insignis doctor religionis christianæ. Luc. VI. 48. 5) per metonymiam: *cavernæ et latibula, in rupibus patentia, latibula intra petrarum cavernas.* Jerem. XLVIII. 28. Apoc. VI. 15. καὶ πᾶς ἐλεύθερος ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς πέτρας τῶν ὀρέων. ibid. v. 16. καὶ λέγουσι — — ταῖς πέτραις — — κρύψατε ἡμᾶς. Idem de hominibus metu perculsis, et de salute sua desperantibus legitur Ies. II. 10. 6) metaphorice et modo plane singulari hæc vox usurpatur Rom. IX. 33. ubi πέτρα σκανδάλου ipse Messias dicitur, quatenus ejus vita et doctrina multos offendebat et in causa erat, ut Judæi ob contumaciam suam et pertinaciam, qua ducti religioni Messiæ fidem negabant, gravissime punirentur. Verba ipsa sunt desumta ex Ies. VIII. 14. et XXVIII. 16. quæ loca etiam Petrus 1 Epist. II. 7. de miseria et pœnis interpretatus est, quas sibimet ipsi Judæi contraxerant eo, quod divinam Christi doctrinam rejecerant. 1 Cor. X. 4. πέτρα πνευματικὴ ἀκολουθοῦσα non est ipsa petra, quæ a Mose percussa aquam emisit, sed aqua, ebulliens ex rupe, a Mose percussa, quæ Judæos sequebatur, h. e. per castra Israëlitarum derivabatur. Ibidem additur ἡ δὲ πέτρα ἦν Χριστὸς, h. e. hæc aqua, miraculoso modo ex petra, a Mose percussa, ebulliens, signum erat et documentum præsentiæ Messiæ inter Israëlitas. Sed hæc posteriora verba plerique etiam ita interpretantur: hæc petra fuit typus Christi, in cruce aquas vitæ effundentis. Copiose de hoc loco exposuit Wetstenius N. T. T. II. p. 139. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini hac voce usi sunt pro צוּר *rupes*, Exod. XVII. 6. Deut. VIII. 15. סֶלַע *petra*, 1 Sam. XIII. 6. XIV. 4. et pro כֵּיפָא idem, Job. XXX. 6. Jer. IV. 29.

ΠΕ'ΤΡΟΣ, ου, ὁ, 1) significat proprie: *lapidem, qui projici vel provolvi, vel quacunque ratione e loco in locum moveri potest*, i. q. πέτρα et λίθος. Hesych. πέτρον λίθον. Aquila Ps. LXXVIII. 15. ἔσχισε πέτρους ἐν ἐρήμῳ. Idem Exod. IV. 21. Alex. Job. XLI. 20. πέτρας σφενδόνης. 2 Macc. I. 16. βάλλοντες πέτρους. ibid. IV. 41. συναρπάσαντες πέτρους. Homer. Iliad. ς', v. 270. βαλὼν μυλοειδεῖ πέτρῳ. Eurip. Medea v. 28. Xenoph. Anab. IV. 5. 8. Cf. Alberti Obss. Philol. p. 111. et Palairet. Obss. Philol. p. 65. qui docuerunt, πέτρον et πέτραν in libris Græcorum sæpe promiscue dici, ut vel ex voce πετροβολία *jactus lapidum* apparet, quæ legitur apud Xenoph. in Anab. VI. 6. 9. 2) *Petrus.* Nomen primi inter discipulos Christi et præcipui apostoli, qui natione fuit Galilæus, ex vico Bethsaida oriundus et patrem habuit Jonam, piscatorem, et fratrem Andream. In circumcisione fuit vocatus Σίμων Simon, sed illud nomen ipse Jesus ei mutavit in Κηφᾶς, seu Πέτρος, quod lapidem significat. Vide supra Κηφᾶς. Matth. IV. 18. VIII. 14. X. 2. XIV. 28, 29. XV. 15. XVI. 16, 18, 22, 23. XVII. 1, 4, 24, 26. etc. Hesych. Πέτρος· ἐπιλύων, ἐπιγινώσκων οὗτος καὶ Κηφᾶς καὶ Συμεὼν ἐλέγετο. — Alberti Glossar. Gr. p. 24. Πέτρος· ἐπιλύων ἢ διαλύων. Ex mente horum grammaticorum nomen illud ab Hebraico פָּתַר *interpretari* derivandum esset, quod Alexandrini Gen. XLI. 12. ἐπιλύειν vertunt, ut jam recte monuit Alberti ad h. l.

ΠΕΤΡΩ'ΔΗΣ, εος, ὁ, ἡ, *petrosus, saxosus, lapidosus, petricosus*, a πέτρος *lapis.* Nam adjectiva, in ώδης desinentia, respondent Latinis, in *osus* desinentibus, v. c. μυθώδης *fabulosus*, στασιώδης *seditiosus*, etc. Matth. XIII. 5. ἔπεσεν ἐπὶ τὰ πετρώδη, sc. χωρία, seu μέρη τοῦ τόπου, cecidit in solum petricosum et lapidosum. ibid. v. 20. Marc. IV. 5. ἐπὶ τὸ πετρῶδες, sc. χωρίον, seu μέρος τοῦ τόπου. ibid. v. 16. Sæpius non legitur in N. T. Plutarch. T. III. p. 110. ed. Reisk. πετρώδης καὶ περίκρημνος λόφος.

ΠΗ'ΓΑΝΟΝ, ου, τὸ, Latinis dicitur *ruta* (quod nomen et ipsum, teste Varrone de Lingua Lat. Lib. IV. a Græco ῥύτη et ῥυτὴ deductum est, quod servavit Nicandri Scholiastes in Theriacis.) *ruta graveolens* Linn. et est genus herbæ minoris suaveolentis notissimæ, quæ apud nos Rautt, *rue* dicitur, de qua vide Plinium in H. N. XX. 13. Beckmannum ad Antigoni Carystii Hist. Memor. c. 41. p. 69 seq. Ol. Celsii Hierobotan. T. II. p. 251. et Cl. Salmasii Exercitatt. de Homonymis Hyles Iatricæ p. 43. a πήγνυμι *figo, compingo, concrescere facio:* est enim calida et exsiccando condensat et compingit. Semel legitur in N. T. Luc. XI. 42. ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ πήγανον decimatis mentham et rutam. Adde Plutarch. T. VIII. p. 565. et T. X. p. 764. ed. Reisk. ac Bod. a Stapel ad Theophrasti Hist. Plant. p. 797.

ΠΗΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *fons* (sive foramen, ex quo aqua prosilit, sive aquam scaturientem ipsam spectaveris,) *scaturigo, scatebra,* unde perennes emanant aquæ et in rivulos se extendunt, ὕδωρ ἀθροισθὲν ἤδη, καὶ ῥεῖθρον γινόμενον, ut loquitur Gregor. Nyssenus Lib. in Hexæm. T. I. p. 35. a πηδάω *salio*, quia πηδᾷ ἐκ γῆς. Jacob. III. 11, 12. οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ sic idem fons non potest aquam salsam et potui idoneam emittere. Apoc. VIII. 10. ἐπὶ τὰς πηγὰς ὑδάτων. Eadem formula legitur ibid. XIV. 7. XVI. 4. Æschin. Socr. Dial. III. 20. πηγαὶ ὑδάτων καθαρῶν. Thom. M. πηγαὶ λέγονται πληθυντικῶς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τῶν ποταμῶν, οὐ πηγή. Vide ad h. l. interpretes. Alexandrini usi sunt hac voce pro עַיִן *fons*, Exod. XV. 20. Num. XXXIII. 9. מָקוֹר *scaturigo*, Lev. XX. 18. מַעְיָן idem, Levit. XI. 36. Jos. XV. 19. XVIII. 15. et aliis idem significantibus vocabulis. 2) *puteus aquarum, qui foditur*, i. q. φρέαρ. Joh. IV. 6. πηγὴ τοῦ Ἰακὼβ, h. e. puteus s. fons, quem Jacobus foderat et aperuerat, quoque usus fuerat cum sua familia, (de quo vid. Büsching. Prolegom. ad Harm. Ev. 48.) coll. v. 11. ubi φρέαρ vocatur. Cf. tamen Rhœr. Fer. Daventr. p. 171. 2 Petr. II. 17. πηγαὶ ἄνυδροι putei, aqua carentes adeoque spem sitientis fallentes. 3) *qualiscunque humoris eruptio copiosa.* Sic legitur in N. T. Marc. V. 29. ἡ πηγὴ τοῦ αἵματος profluvium sanguinis, menstrua, (ubi in loco parallelo Luc. VIII. 44. ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος legitur) quæ Hebraice quoque מְקוֹר דָּם dicuntur. Lev. XII. 7. Etiam apud Græcos scriptores πηγὴ metaphorice ad omnes res transfertur, quæ copiose aliquem humorem emittunt. Sophocl. Electra v. 888. πηγὰς γάλακτος, h. e. πολὺ γάλα, interprete Scholiaste, qui addit: ὡς τὸ δακρύων πηγὰς, (Achilles Tat. Lib. VI. p. 375. Alex. Jer. IX. 1.) ἀντὶ τοῦ πολλὰ δάκρυα. Conf. Stanley ad Æschyl. Prometh. v. 401. et D'Orville ad Chariton. p. 427. 4) metaphorice de aliarum rerum primordiis dicitur, et, ut Latinum *fons, causam, originem, auctorem* notat. Joh. IV. 14. γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον et erit in eo fons aquæ salientis ad vitam æternam, h. e. fons veræ ac æternæ felicitatis. Similis locus est in Apoc. VII. 17. ubi gaudia beatorum πη-

γαὶ ζωῆς dicuntur, coll. XXI. 6. Æschyl. Prometh. v. 745. κακῶν πηγαί. Ies. XII. 3. ἀντλήσατε ὕδωρ ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. Ps. XXX. 10. ὅτι παρὰ σοῦ πηγὴ ζωῆς. Prov. X. 12. XIII. 14. XIV. 29. Jer. II. 13. ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζωῆς. Sirac. I. 5. XXI. 14. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΗ'ΓΝΥΜΙ, seu ΠΗΓΝΥ'Ω, (pro quo etiam ΠΗ'ΣΣΩ, vel ΠΗ'ΤΤΩ dicitur, a quo verbo πήγνυμι etiam tempora quædam mutuo petit) fut. πήξω, *figo, infigo*, (cf. Theodot. Cohel. XII. 11. ἧλοι πεπηγότες. Alex. 2 Sam. XVIII. 4.) *constringo*, (Xenophont. Anab. IV. 5. 3 et 11.) *compingo, concrescere facio, coagulo*, (Xenoph. Anab. VII. 4. 2. Arrian. de Venat. XIV. 5. Exod. XV. 8.) *compingendo struo et fabricor, ædifico, exstruo*, ab obsoleto πήγω. Usurpatur hæc vox generatim de omnibus rebus, quibus clavi incutiuntur et infiguntur, ut hoc modo stabiliantur et firmentur, et speciatim de tentoriis et tabernaculis, quæ clavis terræ infingebantur. Cf. Alex. Gen. XXVI. 25. Exod. XXXIII. 7. Hinc venit notio *exstruendi, ædificandi*, quam habet vox in loco Hebr. VIII. 2. ἣν (scil. σκηνὴν) ἔπηξεν ὁ Κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος quod templum a Deo ipso, non vero ab hominibus exstructum est. Ita etiam legitur apud Joseph. A. J. III. 6. 9. Herodot. VI. 12. VII. 119. et Polyb. Hist. VI. 25. De navibus, compingendo exstructis, legitur apud Herodot. V. 82. Hesych. ἐπάγη· ἐστερεώθη, ἐπήχθη, ἐνεφυτεύθη, συνεπλάσθη, ἐγένετο, ὅθεν καὶ ἁρματοπηγὸς λέγεται. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 411.

ΠΗΔΑ'ΛΙΟΝ, ίου, τὸ, *gubernaculum, clavus*, seu *temo navis*, a πῆδος, ου, ὁ, vel πῆδον, τὸ, *ligni species*, item *remus ex eo præsertim ligno*. Bis tantum legitur in N. T. Jacob. III. 4. τὰ πλοῖα ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου μετάγεται naves circumferuntur et reguntur parvo admodum admoto clavo, seu gubernaculo. Hinc verbum πηδαλιουχεῖν *gubernaculum tenere, sedere ad clavum navis*, quod est officium τοῦ κυβερνήτου, de quo Homerus Odyss. γ', v. 281. et λ', v. 152. Act. XXVII. 40. ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων laxantes vincula gubernaculorum. Scilicet antiquitus duo fere gubernacula habebant singulæ naves, inprimis majores; unum ad puppim, alterum ad proram, ut docuit Perizonius ad Ælian. V. H. IX. 40. et Grævius ad Hesiod. Ἔργ. v. 45. s. in Lectt. Hesiod. c. 2. Male itaque Beza et Ludov. de Dieu pluralem numerum pro singulari in loco Lucæ positum esse judicarunt. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 648.

ΠΗΛΙ'ΚΟΣ, η, ον, 1) *quantus? qualis? quam insignis? quam præstans?* Particula interrogativa, ab ἡλίκος idem. Hebr. VII. 4. θεωρεῖτε δὲ, πηλίκος οὗτος intelligitis igitur, aut considerate, quam insignis et quali dignitate præditus fuerit hic. Alexandrini pro כַּמָּה Zachar. II. 2. (6.) Hesych. πηλίκον· οἷον, ὁποῖον, ποταπὸν, διάφορον. Sed quia vocabula, rei magnitudini exprimendæ propria, etiam de numero et multitudine usurpantur, v. c. τόσοι *tot*, ὅσοι *quot*, etiam πηλίκος 2) est: *quam multus, quam prolixus, quam copiosus*. Gal. VI. 11. πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ quam multis litteris, seu quam copiose ad vos scripserim mea manu. Magis enim mihi arridet eorum opinio, qui hæc verba ad longitudinem epistolæ, ipsa Pauli (qui plerasque litteras dictare solebat, ab aliis excipiendas) manu scriptæ, referunt, quam eorum sententia, qui partim Paulum his verbis litterarum, sua manu pictarum, deformitatem (Chrysostomus: τὴν γραμμάτων ἀμορφίαν.) excusare voluisse existimant, partim vero statuunt, verba Græca ita reddenda esse: *quales, quam graves et vehementes vobis scripserim litteras*. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 236. Zonaras Lex. col. 1547. πηλίκον τὸ μεγέθους δηλωτικὸν καὶ τὸ ἐν ἀμορφίᾳ ὂν ὡς παρὰ τῷ ἀποστόλῳ· ἴδετε, πηλίκοις ὑμῖν γράμμασιν ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί· ὥσπερ ἔλεγε· καὶ ταῦτα μὴ εἰδὼς γράφειν καλῶς.

ΠΗΛΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *lutum, cœnum, limus*. Hesychius a παλάσσω *coinquino, polluo*, derivat. Joh. IX. 6. ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ saliva lutum coëgit et collyrium illud manu infricavit in oculos cœci. Ita enim *lutum cogitur*, quando pulvis arida et arena sicca admixtione aquæ *lutum, cœnum* fit. Charit. Aphrod. Lib. I. c. 3. οἴνου πηλὸν ἐποίησαν. Conf. D'Orville ad Chariton. p. 222. ed. Lips. Joh. IX. 11, 14, 15. In vers. Alex. respondet Hebraico חֹמֶר *lutum, cæmentum*, Job. XXX. 19. XXXVIII. 14. טִיט *cœnum, lutum*, Nah. III. 14. Zachar. IX. 3. X. 5. et עָפָר *pulvis*, Job. IV. 19. Thom. M. ὁ πηλὸς Ἀττικοί. 2) *argilla, massa argillacea*, (ἄργιλος) *qua figuli utuntur*. Rom. IX. 21. aut nonne habet ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ potestatem argillam tractandi et fingendi pro arbitrio suo? Ita etiam usurpatur חֹמֶר Ies. XXIX. 16. XLI. 25. XLV. 9. Jer. XVIII. 6. et טִיט Ies. XLI. 25. καὶ ὡς κεραμεὺς καταπατῶν τὸν πηλόν. Adde Sirac. XXXIII. 14. ὡς πηλὸς κεραμέως ἐν χειρὶ αὐτοῦ. Sæpius non legitur in N. T. — Gloss. Vet. πηλὸς, *argilla, lutum*.

ΠΗ'ΡΑ, ας, ἡ, *pera viatorum et pastorum, quæ fere erat coriacea, saccus, in quo commeatus et alia necessaria recondi solent*, inprimis qualem iter facientes gestare, aut in quem mendici panem, ostiatim collectum, immittere solent; *manticam* et *peram* Latini dixerunt; et ita differt a βαλάντιον, quod *crumenam* significat, *cui immittitur pecunia et in ea asservatur*. Matth. X. 10. μὴ πήραν εἰς ὁδόν. Marc. VI. 8. πήρα a ζώνη, *in qua pecunia asservatur*, distinguitur. Luc. IX. 3. X. 4. μὴ βαστάζετε βαλάντιον, μὴ πήραν. ibid. XXII. 35, 36. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur præterea in Symmachi reliquiis 2 Reg. IV. 42. Judith. X. 5. XIII. 11, 17. ubi ἡ πήρα τῶν βρωμάτων dicitur. Homer. Odyss. π', v. 411. πλῆσαν δ' ἄρα πήρην σίτου καὶ κρειῶν. Suid. πήρα· ἡ θήκη τῶν ἄρτων. Ammonius: πήρα· δέρμα τι ἀρτοφόρον, ὃ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσιν οἱ ποιμένες; ubi vide Valckenarium. Pollux Onom. X. c. 36. γρυμαία ἀγγεῖόν τι εἰς ἀπόθεσιν, ὃ ἔνιοι πήραν ὀνομάζουσι. Gloss. Vet. πήρα, *mantica, follis*. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 369.

ΠΗ'ΡΩΣΙΣ, εως, ἡ, significat *quamvis læsionem corporis, quodvis læsi corporis vitium*, v. c. claudicatio, speciatim vero est *cæcitas, excæcatio*, ἡ τύφλωσις, Suida interprete, a πηρόω *lædo corpus*; (Aristoph. Ran. v. 636. πηροῦν παῖδα. Schol. βλάπτειν μέρος τοῦ σώματος τοῦ παιδός.) speciatim: *excæco*. (Job. XVII. 7. πεπήρωνται γὰρ ἀπὸ ὀργῆς οἱ ὀφθαλμοί μου. Conf. Foësii Œcon. Hipp. sub v. πηροῦσθαι.) De *cæcitate* vox πήρωσις speciatim (æque ac πηρός. Vide Eurip. Rhes. v. 924.) adhibita reperitur apud Euseb. H. E. I. 18. Philonem T. II. p. 432. ed. Mang. et Incertum Deut. XXVIII. 28. Legitur etiam hæc vox, sed metaphorice, de animi excœcatione Marc. III. 5. ubi pro ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς

καρδίας nonnulli codices habent ἐπὶ τῇ πηρώσει τῆς καρδίας, sensu eodem. Similis lectionis varietas est Marc. VIII. 17. ubi pro πεπωρωμένην ἔχετε καρδίαν codices nonnulli exhibent πεπηρωμένη ἐστὶν ἡ καρδία ὑμῶν. Adde Rom. XI. 7. Gloss. Vet. πήρωσις σώματος, *mutilatio.*

ΠΗ͂ΧΥΣ, εος, ὁ, 1) proprie: *cubitus, ulna,* seu *ea pars tota corporis, quæ inter manum et cubiti articulum est, et qua aliquem complectimur.* Homer. Odyss. XVII. 38. et XXIV. 346. ἀμφὶ δὲ παιδὶ φίλῳ βάλε πήχει. Ælian. V. H. V. 19. πῆχυς ἔρημος τῆς χειρὸς cubitus, manu truncatus. Hinc inter metrica relatum est, ut sit 2) *mensuræ* nomen, *qua rerum intervalla demetimur,* nempe *longitudo,* seu *intervallum a brachio extremo,* seu *flexura cubiti, pertinens usque ad digitum medium extremum, spatium pedis unius et dimidii,* teste Polluce, seu *mensura digitorum quatuor et viginti.* Confer Foësii Œcon. Hippocr. p. 305. ac Schneideri Lexicon Critic. L. Gr. s. h. v. Suid. πῆχυς· τὸ ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος μέχρι τῶν δακτύλων τῆς χειρὸς ἔκταμα. ὁ πῆχυς ἔχει πόδας β. Sic legitur in N. T. Matth. VI. 27. τίς δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; quis potest addere ad staturam suam cubitum unum? Si vero eorum valet sententia, qui voci ἡλικία h. l. *ætatis* notionem subjicere malunt, etiam πῆχυς de *temporis spatio brevissimo* explicari commode potest. Confer Psalm. XXXIX. 6. Idem valet quoque de loco Luc. XII. 25. Joh. XXI. 8. ὡς ἀπὸ πηχῶν διακοσίων ad ducentos cubitos. Apoc. XXI. 17. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alex. respondet Hebraico אַמָּה *cubitus, mensura cubitalis,* Esr. V. 3. Jerem. LII. 20, 22. Dan. III. 1.

ΠΙΑ´ΖΩ, fut. άσω, 1) *prehendo, apprehendo.* Sic de Petro, claudi manum dextram prehendente eum erecturo, legitur Act. III. 7. καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε et prehendens ejus dextram manum, eum erexit. 2) *comprehendo aliquem inimice et violenter, ex fuga retraho et in captivitatem abduco.* Joh. VII. 30. ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι tentabant igitur eum prehendere. ibid. v. 32, 44. VIII. 20. X. 39. XI. 57. ὅπως πιάσωσιν αὐτὸν ut eum prehendere possent. Act. XII. 4. ὃν καὶ πιάσας ἔθετο εἰς φυλακήν. 2 Cor. XI. 32. 3) *capio,* ut feras, pisces, etc. De captura piscium legitur Joh. XXI. 3. καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐπίασαν οὐδὲν sed per illam noctem nullos pisces ceperunt. ibid. v. 10. ἀπὸ τῶν ὀψαρίων, ὧν ἐπιάσατε νῦν. Apoc. XIX. 20. καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον. Alex. Cant. II. 15. πιάσατε ὑμῖν ἀλώπεκας, ubi in Hebraico legitur אָחַז *cepit, prehendit, fortiter apprehendit et apprehensum detinuit.* Joh. X. 16. Pro צָדָה *venatus est* ibidem reperitur. Hesych. πιαζόμενος· θλιβόμενος. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΙΕ´ΖΩ, fut. έσω, proprie: *premo, pede calco,* (a πέζα *pes*) deinde *premo, comprimo, coarcto, constringo,* etiam *affligo, crucio.* Semel in N. T. invenitur Luc. VI. 38. ubi μέτρον πεπιεσμένον est *mensura pressa et conferta.* In versione Alex. respondet Hebr. דָּרַךְ *calcavit.* Micha VI. 15. οὐ πίσεις ἔλαιον. Hinc πιεστὴρ *prelum, torcular,* et πίεσμα dicitur *retrimentum, expressio* et *id omne, quod remanet ab expresso succo;* item *succus ipse.* Hesych. πιέζειν· κατέχειν, θλίβειν, σφίγγειν, μαλάσσειν, βαρεῖν. Idem: πεπιεσμένος· τεθλιμμένος. Conf. Xenoph. Cyrop. VII. 2. 7. πιεζόμενος συμφοραῖς. Idem Mem. II. 5. 1. πενίᾳ πιεζομένου. De usu hujus vocis in re athletica vide Krebsii Obss. Flav. pag. 300. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΙΘΑΝΟΛΟΓΙ´Α, ας, ἡ, *probabilitas orationis, speciosa oratio, blanditia sermonis, elegantia et suavitas orationis, ad persuadendum apta et ad pelliciendos animos accommodata,* a πιθανὸς, pro πειθανὸς, *gratus, blandus, elegans, probabilis, idoneus et aptus ad persuadendum, verus, fide dignus,* (Æschin. Socr. Dial. III. 15. Cicero ad Attic. III. 19. Conf. Gataker. ad M. Antonin. III. 2. p. 66. Hesych. πιθανόν· ἀληθινὸν, πιστὸν, εὐπειθές.) et λόγος *sermo, oratio.* Adjectivum πιθανολόγος reperitur in Etym. M. 729. 29. Semel tantum legitur in N. T. Coloss. II. 4. μή τις ὑμᾶς παραλογίζεται ἐν πιθανολογίᾳ ne quis vos speciosa oratione decipiat. Vulgatus habet: *sermone blando,* coll. Rom. XVI. 18. ubi χρηστολογία et εὐλογία dicitur. Conf. Wolfii Curas Philol. P. III. p. 304 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 285. — Gloss. Vet. apud Labbæum p. 150. πιθανολογίᾳ, *subtilitate.*

ΠΙΚΡΑΙ´ΝΩ, fut. ανῶ, 1) proprie: *amarico,* (ut redditur in Gloss. Vet. apud Labbæum.) *amarum reddo, amaritudinem affero,* et dicitur proprie de *iis rebus, quarum sapor,* vel *affectus amarus est,* a πικρὸς *amarus.* Apoc. VIII. 11. de aquis πικραίνεσθαι usurpatur, quarum sapor amarus redditus erat, ἃ ἐγένετο εἰς ἄψινθον, ut in antecedentibus narratum erat. Jam, quia *amarum* in omnibus linguis omne dicitur, quod ingratum et molestum est, etiam 2) notat: *molestias facio, incommodum affero, dolore afficio.* Sic legitur in N. T. Apoc. X. 9. καὶ πικρανεῖ σου τὴν κοιλίαν et afferet tibi cardialgiam: aut, tormina patieris, h. e. oraculum hoc funesti simul ac læti argumenti. ib. v. 10. καὶ ὅτε ἔφαγον αὐτὸ, ἐπικράνθη ἡ κοιλία μου et cum devorassem eum, dolorem stomachi mihi movebat. De sapore amaro enim πικραίνειν h. l., quia de stomacho sermo est, commode accipi nullo modo potest. Hinc metaphorice 3) ad animum translatum significat: *acerbo dolore aliquem afficere, irritare, exacerbare, ad iram et indignationem aliquem provocare,* et ex adjuncto: *duriter, indigne et illiberaliter aliquem tractare, acerbum se alicui præbere.* Sic legitur in media voce Coloss. III. 19. οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτὰς mariti, diligite uxores vestras et duriter ac illiberaliter eas tractare et ita ad iram provocare eas nolite; ubi πικραίνεσθε est i. q. Ephes. VI. 4. μὴ παροργίζετε. Nonnulli vero interpretes πικραίνεσθε h. l. passive accipere malunt, ut sensus sit: ne facile ad iram irritemini erga uxores; seu, lenitate et indulgentia erga eas utamini. Confer tamen Kypkium in Obss. Philol. et Lœsnerum in Obss. Philonn. ad h. l. Job. XXVII. 2. ὁ πικράνας μου τὴν ψυχήν. 1 Macc. III. 7. ἐπίκρανε βασιλεῖς πολλούς. Ruth. I. 13, 20. Exod. XVI. 20. ἐπικράνθη Μωϋσῆς ἐπ' αὐτούς. Passivum πικραίνεσθαι in *irascendi* notione legitur etiam apud Theocritum Idyll. V. 120. et Demosthenem p. 1464. 18. ed. Reisk. μήτε πικραίνεσθαι μήτε μνησικακεῖν. Sæpius in N. T. non reperitur.

ΠΙΚΡΙ´Α, ας, ἡ, 1) proprie: *amarities, amarulentia, amaritudo,* de sapore, a πικρὸς *amarus.* Sic legitur apud Alexandrinos pro מְרֹרוֹת *amaritudines.* Deut. XXXII. 32. βότρυς πικρίας αὐτῆς. Jerem. II. 21. Hinc metaphorice *ad omne, quod est ingratum et molestum,* translatum, 2) *vitiositatem, perversitatem, impietatem* notat. Act. VIII. 23. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας ὁρῶ σε ὄντα video enim, te admodum impium esse. Hebr. XII. 15. μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύου-

σα ἐνοχλῇ ne qua radix amarulenta, sursum crescens, turbas faciat, h. e. ne exoriatur homo scelestus, qui suam impietatem disseminet et ita multos ad defectionem a religione christiana seducat. Verba hæc desumta sunt ex Deut. XXIX. 17. (18.) ubi Alexandrini verba Hebr. פֶּן־יֵשׁ בָּכֶם שֹׁרֶשׁ פֹּרֶה רֹאשׁ וְלַעֲנָה reddiderunt: *μή τις ἐν ὑμῖν ῥίζα φύουσα ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ*, ubi etiam de *irritamentis ad defectionem a vero Dei cultu, et idololatriam amplectendam* sermo est. Adde Amos VI. 12. 3) *fraus, fraudulentia, cupiditas aliis nocendi, acerbitas in insectandis aliorum dictis et factis, quæ fere ex invidia oritur*, unde cum *βασκανία* sæpe apud Philonem conjungitur. Rom. III. 14. *ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει* quorum os plenum est imprecationibus et sermonibus acerbis et mordacibus, quibus aliorum dicta et facta insectantur; aut: ore suo nonnisi fraudulenter loquuntur et subdole alios decipere conantur. Nam Psalm. X. 7. e quo hæc verba desumta sunt, legitur Hebraicum מִרְמָה *dolus, fraus*, pro *πικρία*, quod Alexandrini habent. Etiam *fel* apud Plaut. Trucul. I. 2. 76. de *fraude* et *fraudulentia* adhibetur. Magis dubia est significatio vocis *πικρία* in loco Ephes. IV. 31. ubi vel generatim *malitiam, malignitatem animi*, vel *exacerbationem mentis, odium, inimicitiam*, (confer Alex. Jer. XV. 17. ubi Hebraico זַעַם *indignatio* respondet. Thren. III. 19.) vel *offensionem proximi, injuriam tam realem, quam verbalem*, inprimis autem *sermones acerbos et mordaces* (Ies. XXXVII. 29.) significare potest. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 39.

ΠΙΚΡΟ'Σ, ά, όν, 1) proprie de sapore adhibetur: *amarus, acerbus, amarulentus, qui ingratum saporem habet.* Jacob. III. 11. *μήτι ἡ πηγὴ ἐκ τῆς αὐτῆς ὀπῆς βρύει τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν*, scil. *ὕδωρ*; num fons ex eodem foramine simul aquam dulcem (h. e. potui idoneam, *ὕδωρ πότιμον*) et amaram (h. e. salsam, marinam, *τὸ ἁλυκὸν*, ut v. 12. explicatur. Nam amarum et salsum scriptores ob saporem vicinum promiscue adhibent. Isidorus Orig. Lib. XIII. c. 14. proprie mare est appellatum, eo quod aquæ ejus amaræ sint. Homer. Odyss. ι', 322. *ἅλμην πικρήν.* Plato apud Suidam in *φαιὸν χρῶμα*: *ἐγγὺς μὲν τοῦ πικροῦ τὸ ἁλμυρόν.*) emittere solet? Formula *ὕδωρ πικρὸν* eodem sensu legitur Exod. XV. 23. Jer. XXIII. 15. De sapore amore *πικρὸς* adhibetur et *τῷ γλυκὺς* opponitur apud Alex. Ies. V. 20. et XXIV. 9. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 672. 2) metaphorice: *omne, quod nocet aliis, molestum, vehemens ac grave est*, *πικρὸν* dicitur. Jacob. III. 14. *ζῆλον πικρὸν ἔχοντες* foventes odium grave, quod causa est rixarum, sermonum mordacium et injuriarum, quibus alii afficiuntur. Ælian. V. H. XIV. 18. Plutarch. T. VI. p. 666. ed. Reisk. Hesych. *πικρόν· χαλεπὸν, ἀργαλέον.* Cf. Spicilegium meum II. Lexici Bieliani p. 146 seq. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΙΚΡΩ͂Σ. Adverbium, significans 1) proprie: *amare, amarulenter*, de sapore. 2) ut Latinum *acerbe, valde, vehementer.* Sic bis tantum in N. T. legitur. Matth. XXVI. 75. *ἔκλαυσε πικρῶς* acerbe, h. e. effuse flevit, præ nimia scilicet tristitia et acerbo animi dolore, de quo *πικρία* Joh. III. 20. VII. 11. X. 1. XXI. 25. Sirac. VII. 12. XXXI. 34. et *πικρὸς* apud Eurip. Phœn. v. 901. et Alex. Ruth. I. 20. Ezech. XXVII. 30, 31. adhibetur. Luc. XXII. 65. *ἔκλαυσε πικρῶς*, pro quo etiam interdum *πικρὸν* et *πικρὰ* legitur, v. c. Ezech. XXVII. 30. Sirac. XXV. 20. Sed frequentius in tali orationis nexu adverbium *πικρῶς* adhibetur apud Alex. Ies. XXII. 4. XXXIII. 7. et apud Aristænetum Lib. I. Ep. 22. *δεδακρυμένη πικρῶς. Πικρὸν δάκρυον* occurrit apud Homer. Odyss. δ', v. 153. Hesychius: *πικρῶς· κατακόρως, ἀκρατῶς.* Pro *acriter, omnibus viribus* *πικρῶς* legitur apud Menandr. Fragm. p. 4. v. 9. *καὶ συνέπραττον ἀλλήλοις πικρῶς et se invicem acriter adjuvarent.*

ΠΙΛΑ'ΤΟΣ, ου, ὁ, *Pilatus.* Nomen præsidis, vel procuratoris Cæsaris Romani in Judæa, ordine quinti. Primus erat *Coponius*, secundus *Marcus Ambivius*, tertius *Annius Rufus*, quartus *Valerius Gratus*, cui successit *Pilatus*, (Joseph. A. J. XVIII. 2. 2.) missus a Tiberio, anni imperii ipsius tertio decimo. Fuit homo injustus, munerum captator, ferox, crudelis et pertinax, de quo nihil laudabile refertur. Cæsaris effigiem, in signis depictam, in urbem Hierosolymam intulit, ex qua re tumultus est coortus Judæorum. (Joseph. A. J. XVIII. c. 3. s. 1.) Propter innocentes Samaritanos, quos summa tractaverat acerbitate, a *Vitellio*, Syriæ præside, post exactos decem muneris sui annos, est officio motus, alio in ipsius locum substituto, et Romam purgandi sui causa ire jussus. (Joseph. A. J. XVIII. c. 4. s. 1 et 2.) Verum antequam Romam venisset, mortuus erat *Tiberius*, inque illius locum constitutus *Caius*, sub cujus imperio in exilium missus est Viennam, in Gallia, ubi sibi ipsi manus intulisse narratur, circa annum Christi, quem in Judæorum gratiam crucis supplicio adjudicaverat, 41. Vide Eusebii H. E. II. c. 7. 8. Nomen ejus origine Latinum est, notans: *pilo*, seu *telo ornatum*, vel ideo, quod præ aliis armis *pilo* (armorum genere apud Romanos, a cujus usu *pilata cohors* appellabatur apud Martialem X. Epigr. 48.) præsertim usus fuerit, vel quod tali pilo, ob magnas res, in bello gestas, a Cæsare donatus fuerit, uti moris erat apud Romanos, teste Plutarcho in Vita Romuli. Alberti Glossar. Gr. p. 23. *Πιλάτου· στόμα σφυροκόπου.* Sæpius in N. T. memoratur, v. c. Matth. XXVII. 2, 13, 17, 22, 24, 58, 62, 65. Marc. XV. 1, 2. etc. Luc. III. 1. XIII. 1. XXIII. 1, 3, 4, 6. etc. Joh. XVIII. 29 seq. XIX. 1, 4 seq. Act. III. 13. IV. 27. XIII. 28. 1 Tim. VI. 13. Vide etiam de hoc Pilato Taciti Annal. XV. c. 44. s. 4.

ΠΙΜΠΛΑ'Ω, vel ΠΙ'ΜΠΛΗΜΙ, vide *πλήθω.*

ΠΙΜΠΡΑ'Ω, vel ΠΙ'ΜΠΡΗΜΙ, vel ΠΡΗ'ΘΩ, fut. *πρήσω*, 1) *incendo, uro, comburo, inflammo. Πίμπραμαι ardeo, inflammor, incendor, uror.* Hesych. *πιμπρᾶν· ἐμπυρίζειν, φυσᾶν, καίειν.* Suid. *πίμπραται· καίεται, ἐμπυρίζεται.* Ælian. V. H. XII. c. 23. *ἀλλὰ μηδὲ πιμπραμένων αὐτῶν, παραλαμβανομένους ὑπὸ τοῦ πυρός.* 2) *πίμπραμαι* de *tumore, qui ex inflammatione oritur*, adhibetur et significat: *intumescere ex morsu, vel ictu bestiæ venenatæ.* Sic semel tantum legitur in N. T. Act. XXVIII. 6. *οἱ δὲ προσεδόκων, αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι* illi vero futurum existimabant, ut intumesceret e morsu serpentis. Eandem notionem hæc vox habet apud Ælian. in Hist. Anim. I. c. 57. III. 18. Lucianus in Dipsad. p. 482. *ὄφις οὐ πάνυ μέγας, ἐχίδνῃ ὅμοιος* —— — *ἐκκαίει καὶ σήπει καὶ πίμπρασθαι ποιεῖ.* Confer de hac voce Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 715 seq. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 492. Wetstenii N. T. T. II. p. 651. et

Wakefield. Silvam Criticam P. II. p. 154 seq.

ΠΙΝΑΚΙ'ΔΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie: *tabella, e pinu facta et cera illita, cui aliquid inscribi potest*, a πίτυς *pinus*, arboris genus, e cujus ligno tabellæ olim conficiebantur. Conf. Pollucis Onom. Lib. X. s. 83 et 84. 2) generatim: *omnis tabella, cera illita, in qua veteres scribere solebant, libellus pugillaris*, qui apud veteres e varia materia conficiebatur, v. c. ligno, ære, ebore, etc. et a Græcis πινάκιον, πινακὶς, etiam γραμματεῖον, γραμματίδιον et γραμμάτιον dicebatur. Conf. Salmasii Exercitatt. Plin. p. 629. Suid. πινακίδιον· δέλτος, πιτ]λάριον, σχεδάριον. Semel tantum in N. T. legitur Luc. I. 63. αἰτήσας πινακίδιον postulavit libellum pugillarem; ubi male nonnulli interpretes πινακίδιον de instrumento scribendi, seu stilo ferreo interpretati sunt. Reperitur præterea in Symmachi fragmentis Ezech. IX. 2. pro Hebraico קֶסֶת ac apud Arrianum Diss. Epictet. III. 22. 74. Gloss. Vet. *Pugillaris*, πινακίδιον, δέλτος κ. τ. λ.

ΠΙ'ΝΑΞ, ακος, ὁ, 1) *tabula, cui aliquid inscribi potest, libellus pugillaris*, a πίτυς *pinus*, quod ex pineo ligno πίναξ olim conficeretur. Demosthenes p. 1055. 16. ed. Reisk. γράψας ἐν πίνακι πάντας τοὺς συγγενεῖς κ. τ. λ. ibid. v. 1091. 6. Interdum etiam apud Græcos *tabulam pictam* notat, (teste Suida: πίναξ· σανὶς ἐζωγραφημένη.) et *asserem* ac *tabulam quamcunque ligneam*, ut sit i. q. σανὶς, observante auctore Etym. M. πίναξ· ἡ σανίς.—πίνακάς τε νεῶν. Homer. Odyss. λ', v. 67. 2) *patina, lanx* (Petron. c. 59. Schol. Horat. ad Lib. I. Ep. 5. v. 23.) *quadra, in qua cibi apponuntur*. Matth. XIV. 8. δός μοι ὧδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ jube afferri mihi caput Johannis baptistæ in patina. ibid. v. 11. Marc. VI. 25, 28. Luc. XI. 39. τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος καθαρίζετε exteriora calicis et patinæ purgatis. Sæpius non legitur in N. T. Aristoph. Plut. 814 et 996. Etym. M. πίναξ· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ σκεῦος λέγεται, ὡς τό· κρειῶν πίνακας παρέθηκεν. (Homer. Odyss. α', v. 141.) ἐνταῦθα γὰρ τὰ σκεύη λέγει. ἐπειδὴ πάλαι ἐπὶ σανίδων ἴσως τὰ κρέα ἐτίθεσαν ὀπτῶντες, ἢ κατακόπτοντες. Thom. M. Πίνακες· τὰ ἀγγεῖα, ἐν οἷς ἐσθίομεν, καὶ αἱ διὰ σανίδων εἰκόνες κ. τ. λ. Confer etiam Hesychium, Harpocrationem et Pollucis Onom. VIII. § 16. et X. § 82. Patinas apud veteres quoque in usu fuisse, tradit Athenæus L. VI. c. 3. p. 228. ed. Casaub. Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος νεώτερόν φησιν εἶναι τὸ ἐπὶ πινάκων παρατιθέναι τὰ ὄψα, ἀγνοῶν ὅτι κἂν ἄλλοις εἴρηκεν ὁ ποιητής· Δαιτρὸς δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 412 seq.

ΠΙ'ΝΩ, fut. 1. πώσω, ab inusitato πόω, perf. πέπωκα, aor. 2. ἔπιον, a πίω, 1) *bibo, haurio*. Matth. XXVI. 27. πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες bibite omnes ex hoc calice. ibid. v. 29. οὐ μὴ πίω ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου non amplius bibiturus sum ex hoc vino; et paulo post: ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν quando præstantius vinum vobiscum bibam. Verbum πίνειν, cum præpositione ἐκ constructum, reperitur apud Alexandrinos Genes. IX. 21. ἔπιεν ἐκ τοῦ οἴνου; cum accusativo rei vero apud eosdem 1 Sam. I. 15. οἶνον καὶ μέθυσμα οὐ πέπωκα. Matth. XXVII. 34. Marc. XIV. 23, 25. XV. 23. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν ἐσμυρνισμένον οἶνον. ib. XVI. 18. Luc. I. 15. οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ a vino et omni potu inebriante abstinebit. ibid. V. 39. X. 7. XVII. 8. πίεσαι. De hac forma vide Wetstenii N. T. T. I. p. 773 seq. Ibid. XXII. 18. οὐ μὴ πίω ἀπὸ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου non amplius bibiturus sum ex hoc vino. Confer Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 194. ed. Zeunii. Joh. IV. 7. δός μοι πιεῖν præbe mihi potum. ibid. v. 9, 10, 12. καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ (sc. φρέατος) ἔπιε. ibid. v. 13. πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου. Act. XXIII. 12, 21. Rom. XIV. 21. 1 Cor. X. 4, 31. XI. 22, 25—29. Hic vero observandæ sunt formulæ ἐσθίειν καὶ πίνειν, φαγεῖν καὶ πιεῖν, τρώγειν καὶ πίνειν, quæ a) de eo dicuntur, *qui epulatur, epulis interest, hilariter et laute vivit et genio suo indulget*, adjuncta interdum *securitatis* notione, uti e contrario formula μὴ ἐσθίειν καὶ μὴ πίνειν significat: *abstinere a cibis delicatioribus, severam vitam agere*, et speciatim de *jejunantibus* usurpatur. Matth. XI. 18. ἦλθε Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων venit Johannes et vitam severam egit, seu parco et modico victu usus est. ibid. v. 19. ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων filius hominis contra populariter vivit et invitatus ad epulas venit. ib. XXIV. 38. τρώγοντες καὶ πίνοντες secure viventes et res suas agentes. ibid. v. 49. ἐσθίειν καὶ πίνειν hilariter vivere. Luc. V. 33. οἱ δὲ σοὶ ἐσθίουσιν καὶ πίνουσιν tui vero discipuli non jejunant; ubi τῷ νηστεύειν opponitur. ib. VII. 33, 34. XII. 19. φάγε, πίε genio tuo indulge. ib. v. 45. XVII. 27, 28. Act. IX. 9. καὶ οὐκ ἔφαγεν, οὐδὲ ἔπιεν et jejunans. 1 Cor. IX. 4. μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν; nonne et nobis laute vivere licet? ibid. XV. 32. φάγωμεν καὶ πίωμεν voluptatibus indulgeamus. ibid. X. 7. φαγεῖν καὶ πιεῖν cœnam sacrificialem celebrare. b) maxime intercedente præpositione μετὰ, de eo, *qui familiariter cum aliquo vivit*. Marc. II. 16. τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει; quare cum portitoribus et improbissimis hominibus conversatur et familiariter vivit? Luc. V. 30. XIII. 26. ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου καὶ ἐπίομεν familiariter tecum viximus. c) *felicem esse*. Luc. XXII. 30. ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς τραπέζης μου ut participes fiatis felicitatis summæ in regno meo. 2) *potum nanciscor*. Matth. VI. 25. μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε καὶ τί πίνητε ne anxie solliciti sitis de vita vestra sustentanda. Luc. XII. 29. 3) metaphorice: *imbibo, admitto, recipio*. Hebr. VI. 7. γῆ πιοῦσα τὸν ὑετὸν ager, qui pluvia irrigatur. Herodot. III. c. 117. ἐπεὰν δὲ διάκορος ἡ γῆ σφίων γίνηται πίνουσα τὸ ὕδωρ. Anacreon Od. XIX. 1. ἡ γῆ μέλαινα πίνει. Alex. Deut. XI. 11. γῆ ὀρεινὴ καὶ πεδινὴ ἐκ τοῦ ὑετοῦ τοῦ οὐρανοῦ πίεται ὕδωρ. E contrario terra διψῶν dicitur apud Philostratum Vit. Apoll. Lib. III. c. 5. Cf. L. Bos. Animm. ad Scriptt. Græc. p. 79. Eodem modo quoque *bibere* apud Latinos, v. c. apud Virgilium Eclog. III. fin. "sat prata biberunt." 4) *fruor, particeps fio*, in utramque partem, *impleo desiderium meum*. Joh. IV. 14. ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ qui autem ex aqua, quam ego illi dabo, biberit, nunquam sitiet. Conf. infra sub ὕδωρ. ibid. VI. 53, 54, 56. πίνειν τὸ αἷμα τοῦ Ἰησοῦ. Vide supra ad αἷμα dicta. ibid. VII. 37. ἐρχέσθω πρός με καὶ πινέτω me doctorem adeat, ut hoc desiderium suum expleat. Similis est formula loquendi Judaica: Discipuli tui sumus, וּמֵימֶיךָ שׁוֹתִים אָנוּ *et aquas tuas nos bibimus*. Cf. Schœttgenii Hor. Hebr. et Talmud. p. 218. (Hebraicum quoque שָׁתָה metaphorice *rei alicujus consecutionem ejusque cum voluptate usum* designat, v. c. Jerem. II. 18. Num. XXIII. 24.) Huc etiam pertinet formula τὸ ποτήριον πίνειν *calicem bibere*, pro: *varias afflictiones et mala sustinere*,

de qua infra ad vocem ποτήριον copiosius exponetur. Matth. XX. 22, 23. XXVI. 42. Marc. X. 38, 39. Joh. XVIII. 11. — Apoc. XIX. 10. καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ Θεοῦ. XVI. 6. XVIII. 3. ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκε πάντα τὰ ἔθνη. Hesych. πέπωκα· ἔπιον. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΙΟ'ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1) proprie: *pinguedo, adeps, obesitas*, a πίων, ονος, ὁ, ἡ, *pinguis*. In versione Alexandrina respondet Hebraico דֶּשֶׁן *pinguedo, adeps*. 1 Reg. XIII. 3, 5. Ps. LXII. 6. Hinc 2) ut Latinum *pinguedo*, (Virgil. Eclog. V. 68. Horat. Epod. II. 55.) transfertur ad *omnem omnino ubertatem* et *copiam alicujus rei*, et v. c. de *succo arborum* usurpatur Rom. XI. 17. τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας pinguedinis oleæ, coll. Jud. IX. 9. καὶ εἶπεν ἡ ἐλαία, ἀφεῖσα τὴν πιότητά μου. De *fertilitate terræ ejusque proventuum ubertate* legitur apud Alexandrinos Genes. XXVII. 28 et 39. Sæpius non legitur in N. T. Adde Etymol. M. 674. 3 seq.

ΠΙΠΡΑ'ΣΚΩ, per reduplicationem a πράω, quod per syncopen est pro περάω, unde etiam quædam tempora mutuo petit, fut. πράσω, perf. πέπρακα. Passivum Πιπράσκομαι, aor. 1. ἐπράθην, partic. πραθείς. 1) *vendo alteri aliquid certo pretio, venundo, ut in alicujus potestatem veniat*. Sic legitur in N. T. Matth. XIII. 46. πέπρακε πάντα, ὅσα εἶχεν vendidit omnia, quæ habebat. ibid. XVIII. 25. ubi videndus Grotius. XXVI. 9. Marc. XIV. 5. ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων poterat enim illud unguentum vendi pluris quam trecentis denariis. Joh. XII. 5. Act. II. 45. IV. 34. τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων pretium ab emtoribus acceptum (Appianus B. C. V. p. 1088. καὶ τιμὰς τῶν ἔτι πιπρασκομένων.) ibid. V. 4. καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ἦν et venditum in tua potestate erat. Respondet in hac significatione apud Alexandrinos Hebraico מָכַר. Exod. XXII. 3. Deut. XV. 12. XXI. 14. 2 Macc. VIII. 14. Ælian. V. H. XII. 12. et XIV. 32. Hesych. πιπράσκει· πωλεῖ. Jam, quia res, aut persona, quæ venditur, in alterius potestatem venit, hinc πιπράσκειν metaphorice notat 2) *in potestatem alicujus tradere, tanquam mancipium, pretio venditum, efficere, ut alter ab alicujus arbitrio et nutu pendere cogatur*, et πιπράσκεσθαι ὑπό τι de eo dicitur, *qui est alicui deditus, addictus, obnoxius*. Sic legitur in N. T. Rom. VII. 14. ubi πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν est *homo, vitiositati et peccato addictus et obnoxius*. Alex. 1 Reg. XXI. 25. ὃς ἐπράθη ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον Κυρίου. 1 Macc. I. 16. καὶ ἐπράθησαν τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρόν. Adde Ies. L. 1. LII. 3. 1 Sam. XXIII. 7. Baruch IV. 4. Demosthenes Vol. I. Opp. ed. Reisk. p. 215. 6. τοῖς γὰρ πεπρακόσιν ἑαυτοὺς εἰς τἀναντία τοῖς τῇ πατρίδι συμφέρουσιν. Ibid. p. 241. 10. p. 345. 5. διεφθαρμένος καὶ πεπρακὼς ἑαυτόν. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΙ'ΠΤΩ, fut. πεσοῦμαι, perf. πέπτωκα, aor. 2. ἔπεσον, partic. πεσών, 1) *cado, labor, decido, deorsum feror*, sive motu proprio, sive alio projiciente, vel loco movente. Matth. XV. 14. XVII. 15. Luc. VI. 39. XVI. 21. ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου e micis, decidentibus de mensa divitis. Matth. XV. 27. Act. XX. 9. de juvene, qui, somno obrutus, ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω decidit de tertia contignatione. Apoc. VIII. 10. IX. 1. 2) *cadendo obruo*, seu *obruendo cado*. Luc. XXIII. 30. τότε ἄρξονται λέγειν τοῖς ὄρεσι· πέσετε ἐφ' ἡμᾶς tunc dicent montibus: obruite nos, h. e. occultate nos vestris cavernis. Apoc. VI. 16. coll. Hos. X. 8. 3) de semine si usurpatur, est: *spargor, dissеminor, seror, terræ mandor*. Matth. XIII. 4. ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν alia sparsa ceciderunt ad viam. ibid. v. 5, 7, 8. Marc. IV. 4, 5, 7, 8. Luc. VIII. 5, 6, 7, 8, 14. Joh. XII. 24. μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν granum tritici terræ mandatum. Simili ratione voce *cadere* usus est Cic. Tusc. Qu. I. 16. de corporibus humatis. 4) *procido, prolabor, sive ex virium defectu, sive e consternatione, sive ex veneratione, supplex alicujus genibus advolvor, humi me prosterno*. Sic v. c. de dæmoniaco adhibetur Marc. IX. 20. qui πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκυλίετο, ἀφρίζων ex virium defectu in terram prolapsus volutabatur, ita, ut os ejus spumam ageret. Act. V. 10. ἔπεσε δὲ παραχρῆμα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ ἐξέψυξεν, coll. v. 5. Joh. XVIII. 6. καὶ ἔπεσον χαμαὶ et fugientes humi prolapsi sunt. Act. IX. 4. καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν et ex consternatione ad terram prolapsus. ibid. XXII. 7. Apoc. I. 17. Matth. II. 11. καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ et procidentes venerationis et cultus causa. ibid. IV. 9. XVIII. 26, 29. Luc. XVII. 16. Joh. XI. 32. 1 Cor. XIV. 25. Apoc. IV. 10. V. 8, 14. VII. 11. XI. 16. XIX. 4, 10. XXII. 8. Hinc interdum nude positum *supplicem procidere* notat, v. c. Matth. XVII. 6. XXVI. 39. Marc. V. 22. XIV. 35. Luc. V. 12. VIII. 41. Eodem modo etiam נָפַל usurpatur 1 Sam. XXV. 23. וַתִּפֹּל לְאַפֵּי דָוִד עַל־פָּנֶיהָ וַתִּשְׁתַּחוּ אָרֶץ 2 Reg. IV. 37. 2 Chron. XX. 18. Job. I. 20. 5) *eventu cado, obvenio, obtingo, evenio, accido*. Act. I. 26. καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν et missa sors designavit Matthiam, seu, sorte obtigit Matthiæ apostolatus munus. Eleganter apud Græcos πίπτειν ἐπί τινα et ἐκπίπτειν sortes dicuntur, quæ jactatæ urnis excidunt et aliquem designant, vel quibus alicui aliquid contingit. Cf. Wesseling. ad Diodor. Sic. Lib. IV. c. 42. Perizonium ad Ælian. V. H. III. 45. et Palairet. Obss. Philol. p. 272. Simili modo נָפַל de *sortibus* usurpatur Jon. I. 7. καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ἰωνᾶν. Hinc notio *contingendi, accidendi, obveniendi* venit, de qua vide Musgrav. ad Euripid. Iphig. in Taur. v. 1010. 6) *corruo, concido, collabor, cadendo vastor, destruor, subvertor*, sensu proprio; et metaphorice: *in statum miserum venio, ad deterrimam conditionem redigor, perturbor*. Matth. VII. 25. καὶ οὐκ ἔπεσε, scil. ἡ οἰκία, nec collapsum est ædificium. ibid. v. 27. Luc. VI. 49. XIII. 4. XI. 17. καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει et familiæ, in quibus sunt rixæ et dissidia, corruunt, h. e. omnia miscentur et perturbantur, coll. Matth. XII. 25. ubi legitur: οὐ σταθήσεται. Act. XV. 16. καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν et restituam palatium Davidis collapsum, h. e. restituam rempublicam Judaicam pristino splendori. Hebr. XI. 30. τὰ τείχη Ἱεριχὼ ἔπεσε collapsa sunt mœnia Hierichuntis. Apoc. XIV. 8. ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ πόλις ἡ μεγάλη e pristino suo statu fortunatissimo dejecta est Babylonia, coll. Ies. XXI. 9. et Jerem. LI. 8. Apoc. XVI. 19. et XVIII. 2. Eurip. Troad. v. 1160. μὴ Τροίαν ποτὲ πεσοῦσαν ὀρθώσειεν. Sirac. I. 36. Sic quoque נָפַל adhibetur Jud. XVI. 30. Jerem. LI. 44. Etiam apud Latinos *cadere* de *rebus* dicitur, *quæ in deterius mutantur*. 7) de stellis et sideribus si usurpatur, notat: *fulgere cessare, evanescere, occidere*. Matth. XXIV. 19. οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ stellæ cadent de

cœlo, h. e. splendorem suum amittent, non amplius fulgebunt. Apoc. VI. 13. καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσαν εἰς τὴν γῆν, quem tamen locum Eichhornius in Comment. ad h. l. Vol. I. p. 214. ita non male explicat: hominibus, qui inter crebros terræ motus titubabant, stellæ videbantur delabi. Sermo enim ibi est de vehementi terræ concussione. Ies. XXXIV. 4. πάντα τὰ ἄστρα πεσεῖται ὡς φύλλα. Philostrat. Epist. XXXIII. ed. Morelli: τὰ ἄστρα πίπτει, ubi lectio ἀμαυρὰ e codice Vatic. merum glossema est. Homer. Il. Θ', v. 485. Eodem modo non solum ἀποπίπτειν Job. XXIX. 24. sed etiam ἐκπίπτειν usurpatur, ut supra jam dictum est. Etiam *cadere* apud Latinos in astronomicis libris de disparitione et occasu stellarum frequenter occurrit. Vide Manil. Astron. I. v. 910. Virgil. Æn. II. 9. Vid. Duker. ad Flor. II. 17. 12. 8) *privor, jacturam facio, ex statu meo dejicior, deturbor, fortunis vel honoribus excido,* i. q. ἐκπίπτω, cum quo etiam in codicibus nonnunquam permutatur. Apoc. II. 5. μνημόνευε οὖν, πόθεν πέπτωκας perpende, quantam feceris jacturam, seu: ex quo alto humanitatis et amoris gradu cecideris, in quo olim eminebas. Nonnulli codices pro πέπτωκας habent ἐκπέπτωκας, e glossemate, ut opinor. Potest quoque verti: quantopere sis depravatus. Eurip. Phœn. v. 596. κείνων στέρεσθαι, τῶνδέ τ' ἐν μέσῳ πεσεῖν; ubi videndus scholiastes. Cic. ad Atticum IV. 16. non recordor, unde ceciderim, sed unde resurrexerim. Sic quoque ἀποπίπτειν, ut Lat. *excidere,* adhibetur apud Themist. Or. I. p. 11. D. ἀποπίπτειν δικαιοσύνης. 9) *aboleor, irritus fio, abrogor, vim meam perdo.* Luc. XVI. 17. ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν quam legis vel unum apicem cadere, h. e. omnibus omnino prophetarum de me oraculis suus constabit eventus. Conf. Matth. V. 18. Ita נָפַל usurpatur Jos. XXI. 45. XXIII. 14. 1 Sam. III. 19. 2 Reg. X. 10. Judith. VI. 9. Eurip. Hippol. v. 41. ubi scholiastes πεσεῖν per ἀνέργητον γενέσθαι exponit. Idem in Iphig. Taur. 121. πεσεῖν ἄχρηστον θέσφατον. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 766. Vorstii Philol. Sacr. cap. V. p. 163. ed. Fischeri et Palairet. Obss. Philol. p. 196. Etiam *cadere* apud Latinos eodem sensu metaphorico usurpatur, ut docuit Burmannus ad Quinctil. Declam. XV. 1. 10) *pereo, intereo, morior,* et inprimis de *violenta morte* dicitur. Luc. XXI. 24. καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας et gladio peribunt. 1 Cor. X. 8. καὶ ἔπεσον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ εἰκοσιτρεῖς χιλιάδες et perierunt uno die tria et viginti millia. Hebr. III. 17. ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ quorum corpora ceciderunt in deserto. Apoc. XVII. 10. Ita etiam usurpatur נָפַל Num. XIV. 32. 1 Paral. XXI. 14. Ezech. VI. 11. coll. v. 12. *cadere* apud Virgil. Æn. X. 830. Cornel. Nep. Pausan. c. 1. Datam c. 1. et 6. et πίπτειν apud Herodian. I. c. 11. § 5. ubi videndus Irmisch. p. 432. et apud Euripid. Phœn. v. 1166. 1443. et 1449. Hesych. πίπτωσι· φονεύωνται. Homer. Odyss. X. 254. ubi Eustathius: καὶ ὅρα τὸ πέσῃ κοινῶς καὶ ἁπλοϊκῶς λεχθὲν ἀντὶ τοῦ ἀποθάνῃ. — Huc etiam pertinet formula πίπτειν ἐπὶ τὴν γῆν *cadere in terram,* h. e. *perire, interire.* Matth. X. 29. καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν et ne unus quidem ex illis peribit sine patre vestro. Respondet formulæ Hebraicæ נָפַל אַרְצָה 1 Sam. XIV. 45. 2 Reg. XX. 10. Act. XXVII. 34. οὐδενὸς ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται, h. e. nemo vestrum periturus est. Confer supra θρὶξ et 2 Sam. XIV. 11. 1 Reg. I. 52. et Vorstii librum de Adagiis N. T. cap. VI. 11) *impingo, allido,* sequente præpositione ἐπί. Matth. XXI. 44. ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον qui in illum lapidem impegerit, h. e. qui repudiaverit religionem christianam. ibid. ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ et in quem inciderit ipse, h. e. qui ei displicuerit. Luc. XX. 18. Hinc in versione Alexandrina respondet Hebraico כָּשַׁל *offendit.* Ies. XXVIII. 13. LIX. 10. Conf. etiam ibid. VIII. 14, 15. Hinc 12) *peccare, delinquere, deficere a vero Dei cultu,* et speciatim *a religione christiana.* Rom. XI. 22. ἐπὶ τοὺς πεσόντας erga Judæos incredulos. ibid. XIV. 4. ubi τῷ στήκειν opponitur. 1 Cor. X. 12. ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ qui jam se satis confirmatum existimat in religione christiana, is tamen, ne iterum ab ea deficiat, omni modo caveat. In peccandi notione legitur quoque apud Longin. de Sublim. XXXIII. 5. 13) *pœnas peccatorum do et mihi contraho, miser fio.* Rom. XI. 11. μὴ ἔπταισαν ἵνα πέσωσι; num Deo pœnas dederunt, ita, ut spe recuperandæ salutis plane privarentur? Hebr. IV. 11. ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας ne quis per similem inobedientiam pœnas sibi contrahat divinas. 14) *incido, incurro, occupo, invado,* i. q. ἐμπίπτω, de eo, *quod improviso venit.* Jacob. V. 12. ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε ne in pœnas divinas incidatis. Apoc. XI. 11. καὶ φόβος μέγας ἔπεσεν ἐπὶ τοὺς θεωροῦντας αὐτοὺς et ingens timor occupavit eos omnes, qui eos videbant, coll. Job. III. 11. et Psalm. CV. 38. 1 Macc. IV. 45. ἔπεσεν αὐτοῖς βουλὴ ἀγαθὴ, ἀπελεῖν αὐτούς. Ælian. V. H. III. 32. ταῖς γυναιξὶν — — ἔπεσεν ὁ οἶστρος Βακχικός. Eurip. Phœn. v. 21: et 69. Conf. Perizonium ad Ælian. V. H. I. c. 2. 15) De formula ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πίπτειν, quæ Luc. X. 18. reperitur, vide supra ad οὐρανὸς a me dicta. 16) *lædo, noceo, ferio.* Apoc. VII. 16. οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα neque eos sol amplius uret, aut feriet, nec æstus penetrabilis incumbet. Conf. Ies. XLIX. 10. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΙΣΙΔΙ'Α, ίας, ἡ. *Pisidia.* Nomen regionis in Asia minore, sitæ inter Lyciam, Pamphyliam, Phrygiam et Cariam, in montibus majorem partem positæ, et in ipsis Tauri extremitatibus, cujus insignis urbs est Antiochia. Vid. Plinii H. N. V. 27. Strabo Lib. XII. et Cellarii Geograph. Plen. Lib. III. c. 4. s. 4. § 127. Bis tantum in N. T. memoratur Act. XIII. 14. XIV. 24.

ΠΙΣΤΕΥ'Ω, fut. πιστεύσω, 1) *persuadeo mihi aliquid, certus reddor, persuasum habeo, fidem habeo alteri, credo, assentior, assensum præbeo,* i. q. πείθομαι, a πίστις *fides.* Matth. XXI. 25. διατί οὖν οὐκ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; cur ejus de me exhibito testimonio fidem non habuistis? Alii vertunt: cur Johannem non prophetam venerati et sectati estis? ibid. v. 32. XXVII. 42. καὶ πιστεύσομεν ἐπ' αὐτῷ et fidem habebimus illi, profitenti nempe, se verum esse Messiam. Marc. I. 15. πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ doctrinæ meæ assensum vestrum præbete. ibid. XI. 31. XV. 32. XVI. 13. οὐδὲ ἐκείνοις ἐπίστευσαν neque illorum narrationi, de reditu nempe Christi in vitam, fidem habuerunt, coll. v. 14. Luc. I. 20, 45. μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου O beatam te, quod non diffisa es Dei promissis! (Confer Storrii Obss. ad Syntax. Hebr. p.

389.) ibid. XX. 5. XXII. 67. ἐὰν ὑμῖν εἴπω, οὐ μὴ πιστεύσητε si vel dixero vobis, qui sim, non tamen fidem mihi habebitis. ibid. XXIV. 25. Joh. II. 22. III. 12. IV. 21. πίστευσόν μοι crede mihi doctori divino. ibid. v. 50. V. 24. πιστεύων τῷ πέμψαντί με et sibi persuasum habet, me a Deo missum esse. ibid. v. 38. τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε ejus doctrinam non amplectimini. ibid. v. 46 et 47. VIII. 24. ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι quodsi enim non creditis, me vere esse eum, quem me professus sum. ibid. v. 45 et 46. IX. 18. οὐκ ἐπίστευσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι τυφλὸς ἦν at Judæi eum cœcum fuisse non crediderunt. ibid. X. 25, 26, 37, 38. ἵνα γνῶτε καὶ πιστεύσητε ut certissime vobis persuadeatis. Joh. XI. 26, 27, 42. XII. 38. XIII. 19. XIV. 10, 11. XVI. 27, 30. XVII. 8. ubi πιστεύειν cum γινώσκειν ἀληθῶς permutatur. ibid. v. 21. XIX. 35. XX. 8. ἐπίστευσεν persuasit sibi de veritate resurrectionis Christi. ibid. v. 25, 29, 31. Act. VIII. 12, 37. IX. 26. XI. 21. coll. v. 20. XIII. 41. XXIV. 14. XXVI. 27. Rom. X. 9, 10, 16. XIV. 2. ὃς μὲν πιστεύει πάντα φαγεῖν alius quidem credit, seu persuasum sibi habet, licere sibi vesci quibusvis. 1 Cor. XI. 18. XIII. 7. πάντα πιστεύει facile credit aliis. 1 Thess. IV. 14. 2 Thess. II. 11, 12. 1 Joh. IV. 1, 16. V. 1, 5 et 10. Gen. XV. 6. ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ. Exod. IV. 5, 8, 9, 30. Thucyd. I. c. 1. ἐκ δὲ τεκμηρίων ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει. Sapient. XVIII. 6. — Hinc πιστεύων (apud Aqu. Prov. XXVIII. 20. ubi ἀνὴρ πιστεύων Hebr. איש אמונות *fidelis, verax, fide dignus* dicitur. Symmachus habet ἀληθής, LXX. ἀξιόπιστος, Vulg. *vir fidelis*) et πιστεύεσθαι *is* dicitur, *cui fides habetur, qui ab aliis agnoscitur et habetur vere talis, qualis est.* Alex. Gen. XLII. 20. πιστευθήσονται τὰ ῥήματα ὑμῶν verba vestra vera invenientur. 1 Sam. III. 21. ἐπιστεύθη Σαμουήλ. ibid. XXVII. 12. ἐπιστεύθη Δαβὶδ ἐν τῷ Ἀγχοῦς σφόδρα. Æschines contra Ctesiphontem p. 294. ἀνὴρ ἐν Θήβαις πιστευθεὶς ὡς οὐδεὶς ἕτερος. Polyb. Hist. VIII. c. 19. ἐπιστεύοντο παρὰ τοῖς Ταραντίνοις. Xenoph. Cyrop. V. 3. 9. Hinc explicanda sunt loca N. T. 2 Thess. I. 10. ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς, h. e. cujus et vos participes reddemini, quod etiam nostræ doctrinæ fides apud vos est habita. 1 Tim. III. 16. ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ fides illi habita est in mundo. Non tamen repugnarem, si quis in posteriori loco πιστεύειν ita accipere mallet, ut sit i. q. πίστιν τινὸς παρέχειν τινὶ *fidem facere alicui rei apud aliquem*, ut sensus existat: demonstratus, confirmatus est hominibus et multis miraculis comprobatus Messias. Sed partim exemplum hujus loquendi usus adhuc desidero, partim tunc scribendum fuisse ἐπιστεύθη τῷ κόσμῳ existimo. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 281. et Raphelii Obss. Polyb. p. 604. — Hinc 2) *sector aliquem doctorem, amplector alicujus doctrinam*, et speciatim: *amplector religionem christianam, Christum doctorem sequor*, interdum etiam pro diversa locorum, temporum hominumque ratione de *iis* usurpatur in N.T., *qui Jesum, si non Messiam, saltem insignem, divinitus missum prophetam, esse credebant eumque talem venerabantur et sectabantur.* Conf. Koppe Excurs. VI. in Epist. ad Galatas p. 125. De iis, *qui aliquem doctorem et prophetam venerantur et sectantur*, generatim usurpatur, ut mihi videtur, Matth. XXIV. 23, 26. et Marc. XIII. 21. ubi sermo est de falsis Christis et prophetis, quibus ne deciperentur veri sui cultores, cavere voluit his verbis Christus. — Πιστεύειν, vel πιστεύειν εἰς τὸν Ἰησοῦν, vel τῷ Κυρίῳ, vel τῷ Θεῷ simpliciter et sine ulla emphasi, ponitur pro *amplecti et admittere doctrinam Christi, esse vel fieri* μαθητὴν, *sectatorem, discipulum Jesu*, nulla adjuncta notione *constantiæ in sectanda hac doctrina J. C.* aut *virtutis christianæ vero studio*, in locis sequentibus: Luc. VIII. 13. πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται ad tempus Christo nomen dant, ingruentibus autem calamitatibus desciscunt. Joh. I. 7. ἵνα πάντες πιστεύσωσι δι' αὐτοῦ ut ab eo edocti Jesum doctorem sequerentur. ibid. VIII. 30, 31. XII. 11, 44, 46. Act. II. 44. πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες omnes christiani. ibid. IV. 4, 32. τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων inter omnes autem, qui Christi formulam amplexi erant. ibid. V. 14. μᾶλλον δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ indies vero magis augebatur christianorum numerus. ibid. VIII. 13. IX. 42. πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον. ibid. XI. 17. XIII. 12, 48. XIV. 1, 23. εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν cujus doctrinam profitebantur. ibid. XV. 5, 7. XVI. 34. πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ. ibid. XVII. 12, 34. XVIII. 8, 27. XIX. 2. πιστεύσαντες suscepto christianismo. ibid. v. 4, 18. XXI. 20, 25. XXII. 19. τοὺς πιστεύοντας ἐπὶ σὲ omnes, qui tua sacra sequuntur. Rom. X. 14. XIII. 11. ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν quam olim, cum primum Christo fidem dedimus. 1 Cor. III. 5. δι' ὧν ἐπιστεύσατε quorum ministerio christiani facti estis. ibid. XIV. 22. οἱ πιστεύοντες opponuntur τοῖς ἀπίστοις a christiana religione alienis. ibid. XV. 2, 11. Galat. II. 16. in quo tamen loco, nulla plane necessitate urgente, Koppius Excurs. VI. in Epist. ad Galatas p. 126. arctiorem et magis definitam significationem τῷ πιστεύειν tribuit, ut sit: certo sibi persuadere, quidquid beneficiorum hominibus olim continget, id soli benignitati divinæ, per Christum partæ, tribuendum esse. Ephes. I. 13. 1 Thess. I. 7. II. 10. Tit. III. 8. οἱ πεπιστευκότες τῷ Θεῷ qui religionem divinam, a Christo traditam, profitentur. Eo denique sensu, ut significat *judicium hominum de Jesu, quo ducti eum non hominem esse vulgarem credebant, sed, si non Messiam, saltem insignem prophetam venerabantur*, occurrit Joh. I. 51. πιστεύεις me pro vero Messia habes, coll. v. 50. ibid. II. 11. ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ fides discipulorum ejus magis confirmabatur, coll. c. I. 41 seq. ibid. v. 23. πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ multi eum insignem prophetam esse credebant. ib. IV. 39, 41, 42, 48, 53. V. 44, 46. ἐπιστεύετε ἂν ἐμοὶ me Messiam esse crederetis. ibid. VI. 29, 30, 36. VII. 5. οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν nondum enim affines eum pro Messia habebant. ib. v. 31. et 48. VIII 46. IX. 35, 36, 38. X. 42. coll. v. 41. XI. 15. ἵνα πιστεύσητε ut in fide vestra confirmemini. ibid. v. 45. et 48. XII. 37, 39, 42. XIV. 29. ἵνα, ὅταν γένηται, πιστεύσητε ut, si evenerit, in fide vestra confirmemini, seu ex eventu rerum, a me prædictarum, magis intelligatis, me verum esse Messiam. ibid. XVI. 9, 31. coll. v. 30. 3) sensu strictiori πιστεύειν, πιστεύειν εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν significat: *verum Christi cultorem et sectatorem esse*, seu, ut theologi loqui solent, *habere fidem vere salvificam*, quæ non solum idoneam religionis christianæ cognitionem et assensum, omnibus numeris absolutum, sed etiam vivendi et sentiendi rationem, quam religio christiana postulat et præscribit, complectitur. Matth.

XVIII. 6. Marc. IX. 42. XVI. 16. ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται qui baptismo suscepto religionem christianam vera fide amplectitur, is tantum ad felicitatem christianorum et in hac et in futura vita perveniet. Luc. VIII. 12. ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσι. Joh. I. 7. et 12. III. 15, 16, 18, 36. VI. 35, 40, 47, 64. VII. 38. (39.) XI. 25, 26. XII. 36. XVII. 20. XX. 31. In omnibus fere his Johannis locis ζωὴ αἰώνιος promittitur τοῖς πιστεύουσι εἰς τὸν Ἰησοῦν, ut adeo de vera hujus formulæ notione dubitari nullo modo possit. Act. X. 43. ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν —— πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν. ibid. XIII. 39. XVI. 31. πίστευσον καὶ σωθήσῃ. Rom. I. 16. εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. ibid. III. 22. IV. 11, 24. IX. 33. X. 4, 10, 11. XV. 13. 1 Cor. I. 21. Galat. III. 22. Ephes. I. 19. Phil. I. 29. 1 Thess. II. 13. 2 Thess. I. 10. 1 Tim. I. 16. τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Hebr. IV. 3. 1 Petr. I. 8. II. 6, 7. 1 Joh. III. 23. V. 5, 10, 13. 4) *scio, cognitum habeo.* Jacob. II. 19. σὺ πιστεύεις ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι tu cognitum habes, Deum nonnisi unum esse; et paulo post: καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι etiam angeli mali eandem cognitionem habent. Hebr. XI. 6. 5) *spero, spem et fiduciam in aliquo pono, in aliqua re confido.* Matth. VIII. 13. καὶ ὡς ἐπίστευσας, γενηθήτω σοι secundum fiduciam tuam ratæ sint tuæ preces, seu concedam tibi vota, coll. Matth. IX. 28 et 29. Marc. V. 36. μόνον πίστευε modo fiduciam in me pone tuam. ib. IX. 23 et 24. Luc. VIII. 50. Joh. XI. 40. In omnibus his locis sermo est de *fide miraculosa,* quæ vulgo dicitur, quatenus hominibus tribuitur, qui a Christo miraculoso modo ob fiduciam in eum positam sanabantur. Joh. XIV. 1. πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε in Deo fiduciam æque ac in me ponite. Act. XV. 11. πιστεύομεν σωθῆναι certo speramus salvari. ibid. XXVII. 25. πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ, ὅτι οὕτως ἔσται confido enim Deo, ita eventurum esse. Rom. IV. 3, 5, 17, 18. ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν. ibid. VI. 8. 2 Cor. IV. 13. Galat. III. 6. 2 Tim. I. 12. οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα novi etiam eum, in quo omnis mea spes posita est. Jacob. II. 23. 1 Petr. I. 21. Jud. v. 5. Hinc interdum quoque hæc vox in N. T. de *fide miraculosa apostolorum* usurpatur, qui, se, Dei et Christi efficacissimo auxilio adjutos, religionis christianæ propagandæ et confirmandæ causa, omnis generis miracula edituros esse, certissime sperabant, v. c. Matth. XXI. 22. coll. v. 21. Marc. XVI. 17. σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει iis vero, quibus est fides miraculosa, facultas tribuetur et semper præsens erit, hæc miracula patrandi. Joh. XIV. 12. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ quicunque vestrum se meo auxilio adjutum miracula patraturum esse certo sperat. Conf. sequentia et v. 13. Ita etiam הֶאֱמִין usurpatur Psalm. XXVII. 13. LXXVIII. 22. ὅτι οὐκ ἐπίστευσαν ἐν τῷ Θεῷ οὐδὲ ἤλπισαν. ibid. v. 32. CXVI. 10. Ies. XXVIII. 16. Sap. XVIII. 6. Consentiunt vero scriptores N. T. in hac significatione cum vulgari Græce loquendi usu. Polyb. Hist. VIII. c. 10. extr. τῷ Ἀκρολίσσῳ διὰ τὴν ὀχυρότητα πιστεύοντες; et ibid. c. 11. διὰ τὸ πιστεύειν τῇ φύσει τοῦ τόπου. ibid. IV. c. 48. extr. Xenoph. de Rep. Athen. II. 16. Thucyd. II. c. 62. 6) ut *credo* Latinorum, (Cicero pro lege Manil. c. 23. Terentius Phorm. I. 2. 11.) *concredo, curæ ac fidei alicujus committo, demando:* πιστεύομαι *concreditum mihi est, accipio aliquid creditum, commissum et demandatum.* Luc. XVI. 11. τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει; vera bona quis vobis committet? coll. Eustathio in Odyss. ψ', p. 812. 41. Joh. II. 24. αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς Jesus autem se iis non credidit. Rom. III. 2. ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ quod iis oracula divina concredita sunt. 1 Cor. IX. 17. οἰκονομίαν πεπίστευμαι tamen mihi demandatum est munus tradendi religionem christianam. De constructione verbi πιστεύεσθαι in hac significatione cum accusativo rei atque personæ exempla collegit Wesseling. ad Diodor. Sic. XIX. c. 58. quibus addi possunt Diogen. Laërt. VII. 1. 29. πιστευθέντος τὴν ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκην. Polyæn. II. 36. τοῖς πεπιστευμένοις τὰς κλεῖδας τῶν πυλῶν. ibid. VIII. 14. Galat. II. 7. πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας mihi demandatum est munus inter gentiles doctrinam christianam propagandi. 1 Thess. II. 4. 2 Thess. I. 10. 1 Tim. I. 11. Tit. I. 3. In eadem notione πιστεύειν reperitur quoque 2 Macc. III. 22. Sap. XIV. 3. et apud Ælian. V. H. XIII. c. 38. Xenoph. Cyrop. IV. 2. 4. et in Sympos. VIII. 36. Confer Palairet. Obss. Philol. p. 356. et 470. et Krebsii Obss. Flav. p. 272. Sæpius non legitur in N. T. De varia constructione verbi πιστεύειν cum præpositionibus ἐν, εἰς et ἐπὶ cum dativo et accusativo vide Vorstii Phil. Sacr. c. 36. p. 668 seq. ed. Fischeri.

ΠΙΣΤΙΚΟ'Σ, ἡ, όν. Bis tantum hoc adjectivum in N. T. legitur. Marc. XIV. 3. νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς, et Joh. XII. 3. μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου. De hujus adjectivi notione acriter a multis disceptatur. Mihi derivandum videtur a πίω, verbo obsoleto pro πίνω *bibo,* ut adeo πιστικὸν sit i. q. πόσιμον, vel πότιμον *potabile, potui aptum, liquidum, dilutum,* et νάρδος πιστικὴ sit *nardus liquida et diluta.* Oleum enim nardinum tenue maxime laudatur teste Dioscoride I. cap. 75. Conf. Plinii H. N. XIII. 1. Tibull. II. Eleg. 2. ver. 7. et Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apollin. v. 38 seq. Accedit, quod πιστὸν apud Æschylum in Prometheo p. 35. edit. Rob. Venet. 1552. *potulentum* notat, et πιστήριον, teste Hesychio, est i. q. ποτιστήριον, πίσαι γὰρ, addit, τὸ ποτίσαι, καὶ πίστραι, αἱ ποτίστραι. Phavor. πιστήρ· ληνός. Confer Stephani Thesaur. Ling. Gr. Tom. III. p. 141. Sed alii deducunt a πίστις *fides,* ut πιστικὸν sit *purum, sincerum, verum, germanum, et minime adulteratum,* et νάρδος πιστικὴ nardus vera et germana, ἡ ἄδολος καὶ μετὰ πίστεως κατασκευασθεῖσα, (Sæpe enim nardum adulteratam fuisse, ex Plinio H. N. XII. 12. XIII. 1. et Dioscoride I. 6. 7. constat.) ut Theophylactus ad locum Marci l. l. interpretatus est. Conf. Salmasium ad Solinum p. 750. Sed πιστικὸν, a πίστις derivatum, *id, quod fidem facit,* notat et in scriptoribus Sæc. IV. et V. tantum occurrit, et ὁ πιστικὸς apud Diog. Laërt. IV. 6. 12. dictus, qui facultate persuadendi imprimis pollet. Videndum tamen, annon apud Diogenem Laërt. l. l. ac Pollucem IV. 21. ubi πιστικὸς ῥήτωρ occurrit, potius πειστικὸς legendum sit. Conf. Intt. ad Polluc. VII. 210. Aliis non Græcum, sed Latinum vocabulum est, quibus νάρδος πιστικὴ idem valet, quod *nardus spicata,* h. e. *ex spicis expressa,* per metathesin litterarum, sicut φελόνης a Paulo dicitur *penula.* Syrus Marc. XIV. 3. habet ܕܢܪܕܝܢ ܪܫܝܐ *nardi capitatæ,* aut potius *præstantis.* Vulgatus: *nardi spicati.* Conf. Ludov. de Dieu Crit. Sacr. p. 420. Ol. Celsii Hiero-

bot. T. II. p. 4. Wetstenii N. T. T. I. p. 625. et Gust. Sommelii D. de notione vocis πιστικῆς Marc. XIV. 3. Lund. 1776. 4.

ΠΙ'ΣΤΙΣ, εως, ἡ, pro πίθτις, a 3 pers. præt. pass. πέπεισται, verbi πείθω, *persuadeo.* Proprie designat *deam Fidem,* quam μεγάλην θεὸν vocat Theognis ver. 1133. et Romani quoque colebant, fideique præesse credebant. Vide Valer. Max. III. 2. Sil. Ital. II. 479. Hinc 1) *certa animi persuasio, certitudo opinionis et judicii de aliqua re,* maxime de eo, quod licitum et illicitum est. Rom. XIV. 1. τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει christianum, cui deest certa et plenissima persuasio, nempe de immunitate christianorum a lege Mosaica. ibid. v. 22. σὺ πίστιν ἔχεις tu habes certam opinionem de libertate cibos omnis generis comedendi. ibid. v. 23. πᾶν ὃ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστὶ quicquid enim tu egeris, si persuasione certa destituaris, peccas. Conf. Koppium ad h. l. 2) *assensus, qui rebus credendis tribuitur,* speciatim *assensus,* qui *religioni christianæ tribuitur.* Luc. XVIII. 8. ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; num homines habebit doctrinæ suæ assentientes? Act. XIII. 8. ζητῶν ἀποστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως avertere conabatur proconsulem ab assensu, quem præbebat doctrinæ christianæ, ab apostolis traditæ, qui 2 Thess. II. 13. ἡ πίστις ἀληθείας dicitur. Hebr. IV. 2. XI. 3. πίστει fide, quam habemus narrationi Mosaicæ de creatione universi. ibid. v. 7. πίστει fide, quam habebat oraculis et comminationibus divinis. Ælian. V. H. II. 3. καὶ ὑπὲρ τούτων ἰσχυρὰν ἔχοντες τὴν πίστιν θύουσί τε καθαρῶς καὶ ἁγνεύουσιν ὁσίως κ. τ. λ. quibus (nempe somniis, quibus æque ac astris multa hominibus prædici futura antea dixerat,) assensi et fidem habentes sacra faciunt pure et castimonia utuntur sancte. Plato Phæd. T. I. Opp. ed. Bipont. p. 159. οὐκ ὀλίγης παραμυθίας δεῖται καὶ πίστεως κ. τ. λ. Hinc 3) mox *nuda scientia et cognitio religionis christianæ,* mox *accessus et conversio ad religionem christianam, susceptio, professio externa religionis christianæ,* ob assensum, qui ei tribuitur. Luc. XXII. 32. 1 Cor. II. 5. ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων κ. τ. λ. ut omnes sponte intelligant, vestram conversionem ad religionem christianam non eruditione et sapientia humana doctorum vestrorum effectam esse, sed opus esse vere divinum. ibid. XV. 14. κενὴ δὲ καὶ ἡ πίστις ὑμῶν frustra quoque Christi formulam et cultum amplexi et sequuti estis. ibid. v. 17. Act. XIV. 27. θύραν πίστεως occasionem religionis christianæ cognoscendæ et amplectendæ. 1 Cor. XIII. 13. πίστις cognitio religionis christianæ. Jacob. II. 14. πίστις opponitur τοῖς ἔργοις, seu virtutis christianæ studio, adeoque est *nuda cognitio religionis christianæ.* ibid. 17, 18, 20, 22, 24, 26. 2 Petr. I. 5. ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετήν. Joh. V. 4. ubi sermo est de falsis doctoribus, quos πίστις, h. e. idonea et perfecta religionis cognitio vincere dicitur. 4) objective sumitur et *ipsam formulam religionis christianæ,* (quia fidei, seu veræ in Deum fiduciæ præceptione potissimum continebatur,) *doctrinam evangelicam, a Jesu et apostolis traditam, fidem, quæ creditur,* seu *objectivam* notat. Act. VI. 7. ὑπήκουον τῇ πίστει amplexi sunt religionem christianam. ibid. XV. 9. Rom. I. 5. εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ut studium religionis christianæ apud omnes nationes promoveretur. ibid. III. 22. coll. v. 21. ibid. v. 27. νόμος πίστεως dicitur et ver. 31. νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; ergone legem per doctrinam christianam (aut potius: doctrinam de fide, διὰ νόμου τῆς πίστεως, coll. v. 27.) plane tollimus? ibid. X. 8. doctrina christiana τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως vocatur. ib. XVI. 26. εἰς ὑπακοὴν πίστεως εἰς πάντα τὰ ἔθνη γνωρισθέντος. 2 Cor. I. 24. τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε constantes enim fuistis in religione christiana. Galat. I. 23. III. 2, 5, 12. ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστι ἐκ πίστεως in hac re lex Mosaica a religione christiana admodum differt. ibid. v. 23. πρὸ τοῦ δὲ ἐλθεῖν τὴν πίστιν antequam innotuerit doctrina christiana, et paulo post εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι. ibid. v. 25. V. 10. οἰκεῖοι τῆς πίστεως qui sunt eidem formulæ christianæ addicti. Ephes. III. 17. IV. 5. μία πίστις una religio christiana, quam omnes profitemur. ibid. v. 13. Philip. I. 27. Coloss. II. 12. διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ Θεοῦ per religionem christianam, quam beneficio divino debemus. 1 Tim. I. 2, 4, 14, 19. περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν defecerunt a religione christiana. ibid. II. 7. διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ doctor gentilium in vera religione christiana. ibid. ver. 15. III. 9, 13. ἐν πίστει in tradenda religione christiana. ibid. IV. 1. ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, et v. 6. ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως. Vide supra ἐντρέφω. ibid. V. 8. VI. 21. 2 Tim. II. 18. III. 8. Tit. I. 4. κατὰ τὴν κοινὴν πίστιν secundum religionem, quam nos omnes profitemur. ibid. v. 13. II. 2. ὑγιαίνειν ἐν τῇ πίστει. Vide ὑγιαίνω. Philem. ver. 6. ἡ κοινωνία τῆς πίστεως. Jacob. II. 1. 2 Petr. I. 1. Jud. v. 3. τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει disciplina, quæ perfecte tradita est christianis; et v. 20. τῇ ἁγιωτάτῃ πίστει ἐποικοδομεῖν ἑαυτοὺς instruere sese in doctrina sanctissima et notitias christianas adaugere. Apoc. II. 13. XIV. 12. Eodem modo אֱמֶת pro *vera religione divina* usurpatur Ps. LXXXVI. 11. 5) *fides salvifica* et *salutaris,* seu *studium religionis christianæ discendæ, promovendæ et observandæ, obsequium erga Jesu doctrinam, conjunctum illud cum firma animi persuasione, fore, ut bona, per Christi mortem parta, a Deo promittente vere sibi contingant.* Rom. I. 8. ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ vestra in tuenda, cognoscenda et observanda religione christiana constantia ubique fere laudibus celebratur. ibid. ver. 12 et 17. III. 25, 26, 28 et 30. V. 1. δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, pro διὰ πίστεως. ibid. ver. 2. IX. 30. δικαιοσύνην τὴν ἐκ πίστεως. ib. v. 32. X. 6, 17. XI. 20. Act. XIV. 22. XVI. 5. XX. 21. XXIV. 24. coll. v. 25. XXVI. 18. 1 Cor. XVI. 3. στήκετε ἐν τῇ πίστει. 2 Cor. I. 24. VIII. 7. πίστει καὶ λόγῳ καὶ γνώσει. ibid. X. 15. αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν. ibid. XIII. 5. ἑαυτοὺς πειράζετε, εἰ ἔστε ἐν τῇ πίστει. Galat. II. 16, 20. III. 7, 8, 9, 11, 14, 22, 24, 26, V. 5, 6. Ephes. I. 15. II. 8. III. 12. VI. 23. Phil. I. 25. II. 17. III. 9. Coloss. I. 3, 23. II. 5, 7. 1 Thess. I. 3, 8. ἡ πίστις fama de obsequio, quod veræ religioni christianæ præstatis. ibid. III. 2, 5, 6, 7, 10. V. 8. 2 Thess. I. 3, 4, 11. II. 13. III. 2. 1 Tim. I. 5. VI. 10. 2 Tim. I. 5, 13. II. 22. III. 15. Tit. I. 1. III. 14. Philem. v. 5. Hebr. VI. 1. X. 38. XII. 2. XIII. 7. Jacob. I. 3. II. 5. 1 Petr. I. 5, 7, 9. V. 9. 6) πίστις pro ὁ πιστεύων, (per metonymiam, abstracto posito pro concreto, ut περιτομὴ et ἀκροβυστία) *qui habet fidem salvificam et salutarem,* quam theologi vocant. Sic legitur in N. T. Rom. I. 17. εἰς πίστιν, pro εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας, ut ipse III. 22. explicat, ubi ad orationem, longa digressione interruptam, redit. 7) ut Lat. *fides,* (Virgil. Æn. IV. 12.) *argumentum, quod fidem facit alteri, quo alicujus*

rei aut personæ veritas et auctoritas comprobatur, demonstratio, ἀπόδειξις, uti Hesychius interpretatus est. Act. XVII. 31. πίστιν παρασχὼν πᾶσι fide ipsi apud omnes conciliata, nempe per id, quod eum in vitam revocavit, quo, ut in aliis locis apostoli tradunt, Jesus declaratus est et confirmatus filius Dei. Sic πίστις legitur non solum apud Eusebium in H. E. V. 3. sed etiam apud Aristotelem Rhet. I. c. 1. Longin. de Sublim. XXIX. 3. Pindar. Nem. VIII. 75. Isocr. Nicocl. p. 34. L. Xenophontem Cyrop. VIII. 8. 2. ἄλλοι ἄλλαις πίστεσιν ἐξαπατηθέντες, et aliis in locis Græcorum, quæ collegit Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. v. 1321. p. 306. Munthe in Obss. e Diodor. Sic. p. 261. et Schwarzius in Comment. Ling. Gr. p. 1100. Conf. etiam Fischeri Prolusiones de Vitiis Lexicorum N. T. p. 36 seq. Non tamen repugnarem, si quis πίστιν l. l. pro πιστὸν positum esse existimaret, abstracto posito pro concreto, coll. Symmacho et LXX Prov. XII. 17. ἀποδεικνυμένην πίστιν ἀπαγγέλλει δίκαιος, ubi πίστις, Hebr. אֱמוּנָה, est i. q. πιστὸν, *verum, fide dignum.* 8) *fides data, promissio.* 1 Tim. V. 12. ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν quod fidem olim datam fefellerunt. Chrysostomus ad h. l. παρέβησαν τὰς συνθήκας, ἐψεύσαντο τὴν συμφωνίαν. Exigebatur enim, ut videtur, a viduis, quæ sumtibus publicis alebantur, promissio vitæ cœlibis. Polyb. Hist. I. 43. ἐὰν ἐμμένωσι τῇ πρὸς αὐτὸν πίστει. ibid. c. 78. 9) *fiducia, spes læta ac certa,* πεποίθησις, quæ fere ex assensione et persuasione certa promanat et vario modo se prodit. Speciatim vero *fiducia, in Deo et Christo collocata,* πίστις in N. T. dicitur, et æque ac patientia in perferendis malis et calamitatibus, qua se maxime prodit hæc fiducia, inter bona refertur, quæ per religionem christianam hominibus contigerunt. Hinc πίστις quandoque etiam *fidem miraculosam,* ut vulgo vocatur, notat, quæ partim in N. T. apostolis tribuitur, quatenus hi gravi et plena Dei ac Christi fiducia præditi erant, ut plane confiderent, se, ope ac auxilio Dei et Christi adjutos, efficere omnia posse et religionis christianæ promovendæ et confirmandæ causa miracula omnis generis patraturos esse, partim de *hominibus* prædicatur, quorum commodis inserviebant hæc miracula ob fiduciam eorum, in Deo et Christo collocatam. Matth. VIII. 10. οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον ne inter Israëlitas quidem tantam fiduciam reperi, coll. v. 8, 9. ibid. IX. 2, 22. ἡ πίστις σου σέσωκέ σε ob tuam fiduciam sanatio tibi contigit miraculosa. Mat. IX. 29. κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν contingat vobis id, quod speratis aut quo digna est vestra fiducia. XV. 28. XVII. 20. ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως si vel tantulam fiduciæ partem in me poneretis, facile efficeretis, quæ omnes mortalium vires omnemque fidem excederent. ibid. XXI. 21. ἐὰν ἔχητε πίστιν καὶ μὴ διακριθῆτε si præditi essetis idonea fiducia, ita, ut de meo ac divino auxilio minime dubitaretis. Marc. II. 5. IV. 40. V. 34. X. 52. XI. 22. ἔχετε πίστιν Θεοῦ utinam Deum per vos etiam miracula editurum certissime vobis persuaderetis! Luc. V. 20. VII. 9, 50. VIII. 25, 48. XVII. 5. (πρόσθες ἡμῖν πίστιν, auge fiduciam nostram. Alii vertunt: auge nostram inter homines auctoritatem, concedenda nempe majori miraculorum edendorum potestate.) 6, 19. XVIII. 42. Act. III. 16. ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ propter fiduciam nostram in eo collocatam; quæ ibidem ἡ πίστις ἡ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ dicitur. ib. XIV. 9. ἰδὼν ὅτι πίστιν ἔχει τοῦ σωθῆναι. Rom. IV. 5. ἡ πίστις αὐτοῦ fiducia ejus in Deo posita, qui promisit hominibus remissionem peccatorum sub conditione vitæ christianæ; ἡ πίστις ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, ut in antecedentibus dicitur. ibid. v. 9. ἡ πίστις Abrahami commemoratur, quæ erat in spe certa implendæ promissionis divinæ. ibid. v. 11 — 14, 16, 19, 20. 1 Cor. XII. 9. ubi πίστις mihi *fidem miraculosam* significare videtur, *quæ cum ipsa vi ac potestate miracula edendi conjuncta erat;* nam partim inter dona Sp. S. extraordinaria refertur, partim in sequentibus χαρίσματα ἰαμάτων, ἐνεργήματα δυνάμεων tanquam effectus hujus πίστεως commemorantur. Confirmatur præterea hæc explicatio aliis N. T. locis, v. c. Rom. XII. 3, 6. de quibus infra dicendi locus erit, et 1 Cor. XIII. 2. ἐάν ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν. 2 Cor. IV. 13. πνεῦμα τῆς πίστεως sensus animi, fiducia plenos et spe certissima erectos. ibid. V. 7. διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους, ubi πίστις, vi oppositi εἶδος, est spes futuræ felicitatis, in hac vita sensibus nondum usurpatæ. Ephes. VI. 16. Hebr. VI. 12. διὰ πίστεως καὶ μακροθυμίας. ibid. X. 22. πληροφορία πίστεως spes certissima. ibid. v. 38, 39. ibid. XI. 1. ἔστι δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις κ. τ. λ. ibid. v. 4. πίστει quia Deum remuneratorem pietatis esse non dubitabat. ibid. v. 5 et 6, 8, 9, 11, 13. 17. coll. v. 19 — 24, 27 — 31, 33, 39. Jacob. I. 6. αἰτείτω δὲ ἐν πίστει μηδὲν διακρινόμενος. ibid. V. 15. ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως hæ preces, cum fiducia erga Deum, seu fide miraculosa conjunctæ. Apoc. II. 19. καὶ πίστιν καὶ τὴν ὑπομονήν σου. ibid. XIII. 10. Themist. Orat. XIV. pag. 182. καὶ νῦν ἐπὶ τοιαύτῃ πίστει παρακεκλημένος εἰς τὴν βασιλείαν, δίκαιος εἶ μηδὲν ἄλλο ὁρᾷν, ἀλλ' ἐπιδεικνύναι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι ἡ ἀρετή σε ἐποίησεν αὐτοκράτορα. Aristot. Polit. V. c. 11. 10) *omnia bona, quæ hominibus per religionem christianam contingunt,* sive *ordinaria,* sive *dona extraordinaria Sp. S.* seu *facultates et vires extraordinariæ, quæ christianis primitivæ ecclesiæ a Deo interdum contingere solebant.* Rom. XII. 3. ἑκάστῳ ὡς ὁ Θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως pro modo et ratione facultatum et virium, quas quisque a Deo concessas accepit, i. q. Ephes. IV. 7. κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Θεοῦ. Theodoretus ad h. l. τὴν χάριν ἐνταῦθα πίστιν ἐκάλεσε, διὰ γὰρ πίστεως ἡ τῆς χάριτος δόσις, καὶ πρὸς τὸ μέτρον τῆς πίστεως χορηγεῖται τὰ δῶρα τῆς χάριτος. Commendat autem Paulus in omni loco modestiam iis, qui alios ob minorem religionis scientiam et dignitatem in ecclesia, aut ob alia dona extraordinaria contemnebant. Non potest itaque πίστις h. l. fidem, proprie sic dictam, significare, sed sensu latiori *facultates et vires omnis generis, in christianis Divino Spiritu excitatas,* sive *ordinarias,* v. c. rerum divinarum scientiam, fiduciam, tranquillitatem animi, παῤῥησίαν, sive *extraordinarias,* cum afflatu divino loquerentur, prophetiam, donum loquendi linguis barbaris, etc. a quibus pendebat major auctoritas in ecclesia primitiva. Conf. sequentia. v. 6. κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως pro modo donorum, ipsi a Deo concessorum. 11) *veracitas, fides in servandis promissis.* Rom. III. 3. μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει; num incredulitas Judæorum veracitatem Dei in servandis promissis tollere, aut promissa divina ullo modo immutare, aut irrita facere potest? Ita אֱמֶת sumitur Exod. XXXIV. 6. Jer. V. 2. Hos. II. 9, 20. 12) *integritas, probitas, virtus omnis,* rechtschaffenheit, *moral*

rectitude. Matth. XXIII. 23. Galat. V. 22. 1 Tim. VI. 11. 2 Tim. III. 10. Ita quoque אֱמֶת, et אֱמוּנָה usurpatur Ps. CXIX. 137. Jerem. V. 1, 3. Jud. IX. 16, 19. 13) strictiori sensu: *fidelitas, fides in administrandis negotiis, cura et studium integrum in præstandis officiis.* Act. VI. 5 et 8. XI. 24. 1 Tim. IV. 12. 2 Tim. IV. 7. Tit. II. 10. 2 Reg. XII. 15. Sæpius non legitur in N. T. — Conf. de hac voce Reiskii Indicem Græcitatis Demosthen. p. 600 seq. Zachariæ Diss. de Notione Fidei Biblica, Goett. 1768. Cless, Ueber den neutestamentlichen Begriff des Wortes Glaube. Tub. 1779. Lange zur Beförderung des Gebrauchs des Tellerischen Wörterbuchs s. v. Glaube. W. Koolhaas Diss. Philol. I. et II. de vario usu et constructione vocum πίστις, πιστὸς et πιστεύειν in N. T. Traj. ad Rhen. 1733. 4. et S. T. Wald. D. de vera vi vocabulorum νόμος et πίστις in Epistola ad Romanos. Regiom. 1788. 4.

ΠΙΣΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, et active et passive usurpatur ac 1) *eum* significat, *qui fidem habet alteri, qui se facile ab altero persuaderi patitur, qui assensum alteri præbet,* i. q. πιστεύων, a πίστις, quod vide. Joh. XX. 27. μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστὸς desine tandem de veritate resurrectionis meæ dubitare. Hesych. πιστός· εὐπειθής. Vett. Gloss. *Credulus,* εὐπειθὴς, εὔπιστος. Sophocl. Œdip. Col. 1031. Conf. de hac significatione activa adjectivi πιστὸς, quam temere in dubium vocavit H. Stephanus, Fulleri Miscell. Sacr. Lib. I. c. 19. et Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 742. Galat. III. 9. σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραὰμ una cum Abrahamo, qui Deo ejusque promissis fidem habebat, coll. v. 6. Hinc 2) πιστὸς speciatim dicitur, *qui Christi sacra amplexus est et suscepit, qui probat et profitetur religionem christianam, christianus.* Act. X. 45. οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ christiani e Judæis. ibid. XVI. 1. υἱὸς γυναικὸς Ἰουδαίας πιστῆς filius fœminæ cujusdam Judææ, quæ Christi sacra amplexa erat. ibid. v. 15. εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ Κυρίῳ εἶναι si me veram christianam judicatis. 2 Cor. VI. 15. ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; aut quid commune habent christiani cum paganis? Ephes. I. 1. christiani πιστοὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ dicuntur. Coloss. I. 2. 1 Tim. IV. 3. τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι τὴν ἀλήθειαν. ib. v. 10. ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν qui auctor est felicitatis omnium hominum, maxime autem christianorum. ibid. v. 12. V. 16. πιστὸς ἢ πιστή. ibid. VI. 2. Apoc. XVII. 14. 3) *qui vitam christianam agit et, ut dignum est christiano, sentit et agit, pius, probus, integer vitæ,* ὁ εὐσεβὴς, ut Suidas interpretatus est. Tit. I. 6. τέκνα ἔχων πιστὰ liberos habens, e Christi præscripto viventes. Apoc. XVII. 14. Nehem. IX. 8. Ps. C. 8. 2 Macc. I. 2. Hinc τὸ πιστὸν *quod dignum est christiano.* 3 Joh. v. 5. πιστὸν ποιεῖς, sc. ἔργον, agis, ut decet christianum, coll. v. 4. 4) *fidelis, fidus, qui alicujus mandata fideliter exsequitur, qui munere suo diligenter et accurate fungitur.* Matth. XXIV. 45. ὁ πιστὸς δοῦλος servus, qui utilem operam præstat. Matth. XXV. 21. ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς in exiguis fidelis fuisti. ib. v. 23. Luc. XII. 42. XVI. 10. ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι qui in minimo fidelis est, idem est etiam in magno. ibid. v. 11. εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε quod si igitur bonis terrestribus et fluxis male, aut certe non satis recte usi fueritis. ibid. v. 12. et XIX. 17. 1 Cor. IV. 2. ζητεῖται ἐν τοῖς οἰκονόμοις ἵνα πιστός τις εὑρεθῇ postulatur a dispensatoribus, ut muneri suo omni ex parte satisfaciant. ib. v. 17. πιστὸν ἐν Κυρίῳ munere doctoris christiani rite fungentem. Ephes. VI. 21. πιστὸς διάκονος ἐν Κυρίῳ. Coloss. I. 7. πιστὸς διάκονος Χριστοῦ. ib. IV. 7 et 9. 1 Tim. III. 11. πιστὰς ἐν πᾶσι fideliter omni ex parte negotia sua gerentes. Hebr. II. 17. πιστὸς ἀρχιερεύς. ibid. III. 2. πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν qui fidelem se præstitit Deo, cujus legatus erat et qui eum summum sacerdotem constituerat, coll. v. 1. ibid. v. 5. 1 Petr. V. 12. Apoc. II. 10. 1 Sam. II. 37. καὶ ἀναστήσω ἐμαυτῷ ἱερέα πιστόν. ibid. III. 20. XXII. 14. καὶ τίς ἐν πᾶσι τοῖς δούλοις σου ὡς Δαβὶδ πιστός; Num. XII. 7. Prov. XXV. 13. οὕτως ἄγγελος πιστὸς τοὺς ἀποστείλαντας αὐτόν. Dan. VI. 4. 5) *sincerus, verax, cui fides tribui potest ac debet, qui fidem datam non fallit,* in utramque partem, ut adeo partim de *eo, qui servat promissa,* usurpetur, partim vero de *eo* adhibeatur, *qui, ut fides constet suis comminationibus, curat.* 2 Cor. I. 18. πιστὸς δὲ ὁ Θεὸς ita Deus verax est, seu per Dei veracitatem vobis affirmo. Formula jurandi, respondens Hebraicæ נֶאֱמָן יְהֹוָה vel חַי יְהֹוָה. 2 Tim. II. 13. εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει si nos fidem datam fallimus, (defectione nempe a religione christiana, ingruentibus calamitatibus atque persecutionibus, coll. v. 12.) ejus minæ certæ et ratæ manebunt. Hebr. X. 23. πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος verax enim est Deus, qui nobis felicitatem æternam promisit. ibid. XI. 11. ἐπεὶ πιστὸν ἡγήσατο τὸν ἐπαγγειλάμενον. 1 Joh. I. 9. πιστός ἐστι καὶ δίκαιος verax est et benignus. Apoc. I. 5. ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς testis verax. ibid. II. 13. III. 14. XIX. 11. πιστὸς καὶ ἀληθινός. In eadem significatione respondet apud Alexandrinos Hebraico אֵמוּן *fidelis,* Prov. XIV. 5. μάρτυς πιστὸς οὐ ψεύδεται. אֱמוּנָה *fides,* Deut. XXXII. 4. Θεὸς πιστὸς καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. et נֶאֱמָן Ies. VIII. 2. Jerem. XLII. 5. Thucyd. VIII. c. 51. δόξας δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης οὐ πιστὸς εἶναι. Demosthen. p. 1465. 11. ed. Reisk. 6) *benignus, benevolus.* 1 Cor. I. 9. πιστὸς ὁ Θεὸς benignus est Deus. ibid. X. 13. 1 Thess. V. 24. 2 Thess. III. 3. 1 Petr. IV. 19. ὡς πιστῷ κτίστῃ tanquam creatori suo, a quo optima quævis sperare possent. Ies. XLIX. 7. ὅτι πιστός ἐστι ὁ ἅγιος Ἰσραήλ. Conf. etiam Isocratis Panegyr. cap. 46. 6) habet significationem passivam et notat *eum, cui fides habetur, qui dignus et idoneus judicatur, cui aliquid concreditur et demandatur.* 1 Cor. VII. 25. ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι qui beneficio divino dignus judicatus sum et idoneus, cui committeretur munus apostoli, coll. 1 Thess. II. 4. 1 Tim. I. 12. ὅτι πιστόν με ἡγήσατο θέμενος εἰς διακονίαν qui me dignum judicavit, quem doctorem christianum constitueret. 2 Tim. II. 2. πιστοῖς ἀνθρώποις. Polyb. X. 18. συστήσεσθαι δὲ καὶ πρὸς τὴν τούτων ἐπιμέλειαν — πιστοὺς ἄνδρας. Conf. de hac notione Ezech. Spanhem. ad Julian. Imp. Opp. p. 174. 7) *verus, certus, firmus, indubitatus,* quando de re, vel sermone dicitur. Act. XIII. 34. ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ πιστὰ certo dabo vobis et exhibebo Davidi promissa beneficia. Verba sunt desumta ex Ies. LV. 3. Hesych. πιστά· βέβαια. Homer. Il. β', v. 124. ὅρκια πιστά. Æschyl. Suppl. 54. Polyb. III. 9. τῶν εὐθέως ἡγοῦνται τὸ λεγόμενον ὑπὸ τούτου

πιστόν. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 538. Ps. XVIII. 8. ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστή. ibid. LXXXVIII. 28. ἡ διαθήκη πιστή. 1 Tim. I. 15. πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος est doctrina omnium consensu verissima et omnium assensu digna. Hesychius: πιστὴν γνώμην, βεβαίαν. ibid. III. 1. 2 Tim. II. 11. Tit. I. 9. πιστοῦ λόγου doctrinæ verissimæ, h. e. christianæ, quæ κατ' ἐξοχὴν in N. T. ἡ ἀλήθεια vocatur. ibid. III. 8. Apoc. XXI. 5. ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί. ibid. XXII. 6. Sæpius in N. T. non legitur. Thucyd. V. c. 14. οὐκ ἔχοντες τὴν ἐλπίδα τῆς ῥώμης πιστὴν ἔτι. Diog. Laërt. I. s. 60. Herodot. II. c. 73. Apud Aristot. Rhet. II. 1. πιστὸς λόγος est *oratio argumentis nixa*, ἀποδεικτικός.

ΠΙΣΤΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *fidem facio, persuasum reddo, fidem do, confirmo, stabilio*, a πίστις *fides*. 2 Macc. VII. 24. Antiochus δι' ὅρκων ἐπίστου juramento interposito adolescentem persuasum reddere conabatur, fore, ut magnis eum divitiis ornaret, si a religione patria deficeret. Alex. 1 Reg. I. 36. πιστῶσαι τὸ ῥῆμα. Significat πιστόω etiam *fidum efficere*, h. e. *talem, cui credi et fides adhiberi possit*, apud Thucyd. IV. c. 88. πιστώσαντες αὐτὸν τοῖς ὅρκοις. Suid. πιστῶ σε ὅρκῳ· ὅρκον ἐκ σοῦ λαμβάνω. Interdum etiam notat *certiorem aliquem reddere de aliqua re*. Medium Πιστόομαι, οῦμαι, dupliciter usurpatur, partim de *eo, qui aliquid confirmat, fidem alicui conciliat*, (Ælian. V. H. XIII. 12. πιστώσασθαι τὴν τῆς νόσου δόξαν βουλόμενος cum insaniæ opinionem confirmare vellet. Hesych. πιστούμενος· πιστὰ ποιῶν, βεβαιούμενος τὸ λεχθὲν, unde τὰ πιστὰ etiam *ea* notant apud Græcos, *quæ fidem faciunt, pignora*, apud Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 14. et c. 5. 1. Cyrop. III. 1. 15.) partim vero de *eo, qui firmam persuasionem concipit*, aut *persuasus ac certus redditus est*. Hesych. ἐπιστώθη· ἐπείσθη, ἐπληροφορήθη. Sic semel legitur in N. T. 2 Tim. III. 14. σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης tu vero constans mane in doctrina, quam edoctus es cum certitudine et plena persuasione. Male Vulgatus reddidit: *quæ credita sunt tibi*; nam tunc Paulus ἐπιστεύθης scribere debuisset. Ἐπιστώθης in Pauli l. l. potius est i. q. Luc. I. 4. ὧν τὴν ἀσφάλειαν ἐπέγνως, et a Chrysostomo recte per ἐπίστευσας, a Theophylacto μετὰ πληροφορίας ἔμαθες, et a Theodoreto verbis explicatur ἧς τὴν ἀλήθειαν τῇ πείρᾳ μεμάθηκας. Hom. Odyss. XXI. 218. Soph. Œdip. Col. 1039. ubi πιστωθεὶς est i. q. πιστεύων. Conf. etiam Psalm. LXVIII. 8. et Wetstenii N. T. T. II. p. 363.

ΠΛΑΝΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *a via recta deflectere facio, a recto itinere abduco, errare et huc ac illuc vagari facio*. Πλανάομαι, ῶμαι, i. q. ἀποπλανῶμαι, *a via recta discedo, deflecto, aberro;* item *erro, oberro, incerta et trita via huc et illuc vagor*, a πλάνη *error*. Matth. XVIII. 12. καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, scil. προβάτων, et una ex his centum ovibus deerraverit; et paulo post: ζητεῖ τὸ πλανώμενον quæret errantem. ibid. v. 13. 1 Petr. II. 25. ὡς πρόβατα πλανώμενα tanquam oves oberrantes. Hebr. XI. 38. ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι in desertis et montanis regionibus incertis sedibus oberrantes. Ælian. V. H. V. c. 7. οἱ μὲν Σκύθαι περὶ τὴν ἑαυτῶν πλανῶνται, coll. Justin. II. 2. Arrian. Diss. Epictet. II. 12. Eurip. Phœn. v. 429. ἢ φυγὰς πλανώμενος. Alex. Deut. XI. 28. καὶ πλανηθῆτε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ. ibid. XXII. 1. τὸ πρόβατον αὐτοῦ πλανώμενον ἐν τῇ ὁδῷ. Conf. Abreschium ad Æschylum p. 547. Eodem modo *errare* usurpatur apud Virgil. Eclog. I. 9. Horat. Epod. II. 14. 2) metaphorice: *a veritate seduco, in errorem induco, fallo, decipio*. Πλανάομαι, ῶμαι, *a veritate deficio, minus recte sentio, decipior, in errore versor, fidem et religionem veram desero*. Matth. XXII. 29. πλανᾶσθαι, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς in errore versamini, non intelligentes litteras sacras. Matth. XXIV. 4. βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ cavete, ne aliquis pseudo-christus vos decipiat. ibid. v. 5, 11, 24. Marc. XII. 24, 27. XIII. 5, 6. Luc. XXI. 8. Joh. VII. 12. ἄλλοι ἔλεγον· οὔ, ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον alii eum impostorem et seductorem populi habebant. ibid. v. 47. μὴ καὶ ὑμεῖς πεπλάνησθε; num et vos ab eo seducti estis? 2 Tim. III. 13. πλανῶντες καὶ πλανώμενοι decepti alios decipiunt, **betrogene betrüger**, *deceived deceivers*. 1 Joh. I. 8. ἑαυτοὺς πλανῶμεν nos ipsi decipimus. ibid. II. 26. περὶ τῶν πλανώντων ὑμᾶς de falsis doctoribus, qui inter vos reperiuntur. ibid. III. 7. Apoc. II. 20. XIII. 14. XVIII. 23. XIX. 20. 2 Reg. IV. 28. Jud. XVI. 10, 16. Moschus Idyll. I. 25. κἢν ποτ' ἴδῃς κλαίοντα, φυλάσσεο, μή σε πλανήσῃ. Arrian. Diss. Epictet. II. c. 7. ὅπου πάντες ἄνθρωποι πλανώμεθα. Diog. Laërt. VII. c. 32. — Huc etiam pertinet formula μὴ πλανᾶσθε, apostolis solemnis, cum volunt homines absterrere a gravi delicto, quod ipsi tamen admodum leve judicant, quæ reddenda est: *scitote igitur*, aut *ne hoc errore abripi vos patiamini, deponite hunc errorem*, i. q. μὴ ἑαυτοὺς πλανᾶτε. 1 Cor. VI. 9. XV. 33. Galat. VI. 7. Jacob. I. 16. 3) *a virtute abduco*, πλανάομαι, ῶμαι, *a virtute deflecto, vitiosus sum, pecco, impius et immoriger sum erga Deum*. Hebr. III. 10. ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ semper impii sunt et immorigeri. ibid. V. 2. πλανωμένοις peccantibus. Tit. III. 3. Jacob. V. 19. ἐάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ ἀπὸ τῆς ἀληθείας si vestrum quis a virtutis christianæ tramite abducatur, coll. v. 20. 2 Petr. II. 15. Apoc. XII. 9. XX. 3, 8, 10. Ies. XLVI. 8. μετανοήσατε οἱ πεπλανημένοι, ἐπιστρέψατε. Ezech. XXXIII. 12. Prov. I. 10. μή σε πλανήσωσιν ἄνδρες ἀσεβεῖς. Sirac. IX. 9. ἐν κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΑ'ΝΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *aberratio et exorbitantia a recta via, cui insistendum erat, aberratio a scopo* (ἡ τοῦ σκοποῦ ἀπότευξις, ut Suidas recte interpretatus est,) *circumvagatio*, forte a πλάζω *errare facio*, quod positum est per syncopen pro πολάζω, q. d. facio aliquem errare in variis viis, a πολὺς *multus*. Alex. Ezech. XXXIV. 12. ὥσπερ ζητεῖ ποιμὴν ἐν ἡμέρᾳ πλάνης. Metaphorice si usurpatur, habet partim activam, partim passivam significationem. Active si sumitur, est 2) *fraus, quam quis facit alteri, dolus, impostura, seductio, deceptio*, et iis maxime tribuitur, qui alios a veritatis et virtutis tramite abducunt. Hesych. πλάνη· ἀπάτη. Matth. XXVII. 64. καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης et erit ultima fraus pejor priori. Ephes. IV. 14. ἡ πλάνη est fraus, qua falsi doctores utuntur ad alios decipiendos et in errores inducendos. 2 Thess. II. 11. πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης permittet Deus, ut hæ fraudes sint efficacissimæ et inter eos vim suam exserant; additur εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει. 2 Petr. III. 17. 1 Joh. IV. 6. τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης doctorem falsum, impostorem. In versione Alex. respondet Hebraico מִרְמָה *fraus, dolus*. Prov. XIV. 8. ubi in fragmentis Symmachi est δόλος et in Aquila ac Theodot. ἐπίθεσις. 3) passive: *error, quo decipimur ipsi, error mentis*, et spe-

ciatim: *impietas, perversa vivendi ratio.* Rom. I. 27. τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει, τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες et mercedem promeritam erroris (nempe idolorum cultus. Conf. v. 21 seq.) pariter ac vitiositatis (v. 24 seq.) per semet ipsos reportarunt. 1 Thess. II. 3. οὐκ ἐκ πλάνης ita, ut non ipse deceptus fuerim: nam in sequentibus additur οὔτε ἐν δόλῳ. Jacob. V. 20. ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ a perversa sua vivendi ratione. 2 Petr. II. 18. τοὺς ὀλίγως ἀποφυγόντας τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους qui vix sceleratam gentilium vivendi rationem effugerunt. Jud. v. 11. Alex. Ezech. XXXIII. 10. αἱ πλάναι ἡμῶν καὶ αἱ ἀνομίαι ἡμῶν ἐφ' ἡμῖν εἰσί, ubi in Hebraico legitur פֶּשַׁע *defectio, rebellio, prævaricatio.* Jerem. XXIII. 17. παντὶ τῷ πορευομένῳ ἐν πλάνῃ καρδίας αὐτοῦ. De *idolorum cultu* πλάνη speciatim usurpatum reperitur in Ed. VIta Psalm. CXXVI. 2. cujus auctor עֲצָבִים *dolores* ex usu loquendi SS. satis noto de *idolis* explicandum existimavit. Confer ibi Hexapla. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΑΝΗ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) *erro, erraticus, vagabundus, vagus, qui huc illuc vagatur*, a πλάνη *error.* In versione Alex. respondet נֹדֵד quod idem notat. Hos. IX. 20. καὶ ἔσονται πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσι. Xenoph. de Venat. V. 17. Suid. πλανήτης· ξένος. — πλανῆται· οἱ τῇδε κἀκεῖσε περινοστοῦντες. Hesych. πλανῆται· μετανάσται. 2) *seductor, impostor, falsus doctor*, i. q. πλάνος. Hesych. πλάνος· πλανήτης, ἀπατεών. 3) *planeta, stella erratica*, quæ proprio motu agitur, *sidus errans*, ut vocatur a Plinio H. N. II. 6. coll. Cic. de Nat. Deor. II. 20. Sic semel legitur Jud. v. 13. ἀστέρες πλανῆται, (quæ Plato, teste Diogene Laërtio VII. 144. p. 455. τὰ πλανώμενα, sc. ἄστρα, dixit, et κατ' ἰδίας κινεῖσθαι κινήσεις observavit.) h. e. stellæ cœli erraticæ, quæ eundem inter se ordinem et situm non servant, ac mutuatitio lumine tantum splendent, cum quibus a Juda eleganter *falsi doctores* comparantur, leves illi et inconstantes, qui ad varia opinionum commenta deflectunt. Hesych. πλανῆται· ἀστέρες τρέχοντες, ἐπίσημοι. Vide Aristot. Meteor. I. 4. Tom. II. p. 533. Xenoph. Mem. IV. 7. 5. πλανήτας τε καὶ ἀσταθμήτους ἀστέρας γνῶναι. Conf. Deylingii Obss. SS. P. I. Obs. 70. p. 375 seq.

ΠΛΑ'ΝΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *erro, vagus, vagabundus*, i. q. πλανήτης et πλάνης, (apud Ælian. V. H. III. 29.) a πλάνη *error.* Sic sumi videtur apud Alexandrinos Job. XIX. 4. παρ' ἐμοὶ δὲ αὐλίζεται πλάνος. 2) *fraus, quam quis facit alteri*, aut *error, quo decipimur ipsi, aberratio a via*, i. q. πλάνη. Xenoph. de Venat. III. 6. εἰσὶ δὲ (scil. κύνες) αἳ κύκλοις πολλοῖς χρώμεναι καὶ πλάνοις. Jer. XXIII. 32. ἐπλάνησαν τὸν λαόν μου ἐν τοῖς ψεύδεσιν αὐτῶν καὶ ἐν τοῖς πλάνοις αὐτῶν. Confer Pierson. ad Mœrid. p. 315. et interpretes ad Thom. M. p. 717. 3) *impostor, deceptor.* Verbum proprium de *falsis doctoribus, iisque circumforaneis, qui alios erroribus suis corrumpunt*, ein landstreicher, ein herumfahrender betrüger, *a vagabond, an itinerant impostor*, quem etiam Latini *planum* vocant, v. c. Cicero Cluent. 26. Plin. H. N. XXXV. 10. (Vide interpretes ad Petronii c. 82 et 140.) Hesych. πλάνος· πλανήτης, ἀπατεών. Conf. etiam Aristoph. Vesp. v. 868. Wesseling. ad Diod. Sic. Eclogas p. 527. et Wetstenii N. T. T. I. p. 543. Mat. XXVII. 63. ἐμνήσθημεν, ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν meminimus, illum impostorem dicere, cum esset in vivis. 2 Cor. VI. 8. ὡς πλάνοι καὶ ἀληθεῖς etsi impostores habemur, tamen sumus veri doctores et legati divini. 2 Joh. v. 7. πολλοὶ πλάνοι εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον. ibid. οὗτός ἐστιν ὁ πλάνος καὶ ὁ ἀντίχριστος, coll. 1 Joh. II. 18. IV. 1 seq. 1 Tim. IV. 1. πνεύμασι πλάνοις, ubi codices quidam legunt πλάνης; sed nec opus est hanc lectionem recipere, nec πλάνοις h. l. adjective (quanquam ita ponitur apud Menandrum fragm. pag. 102.) sumi statuere, dummodo vertas: doctoribus, qui sunt impostores. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΑ'Ξ, ακός, ἡ, *tabula, tabula lata, cui aliquid inscribi, aut insculpi potest, vel litteris notata, maxime e lapide, aut ex alia materia duriore confecta*, et ita differt a πίναξ, quod *tabellam minorem, cera illitam, libellum pugillarem* significat. Derivatur a πλατὺς *latus*, q. πλάταξ. Bis tantum legitur in N. T. Hebr. IX. 4. αἱ πλάκες τῆς διαθήκης tabulæ fœderis, h. e. tabulæ lapideæ, quibus insculpta erant a Mose jussu divino decem præcepta, et quæ in arca fœderis, in sancto sanctorum posita, religiose asservabantur. Hebr. dicuntur mox לֻחֹת הָעֵדֻת Ex. XXXIII. 15. mox לוּחוֹת הַבְּרִית Deut. IX. 9, 15. 2 Cor. III. 3. οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis, h. e. vos non estis epistola, proprie sic dicta, sed sensu metaphorico sumta, seu, meo ministerio vos adducti estis ad religionem christianam, quæ in animis vestris vim suam exserit. Formula ἐν πλαξὶ λιθίναις respexisse mihi Paulus videtur ad *tabulas lapideas*, in quibus insculpta erant a Mose decem præcepta, aut omnino ad morem veterem, leges tabulis publice propositis inscribendi. (De quo vide interpretes ad Florum I. 24. 5. et Patricium Junium ad Clementis I. Ep. ad Corinthios p. 4.) Altera vero formula ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις sine dubio desumta est e locis Prov. III. 3. VII. 3. (γράψον αὐτὰς ἐπὶ πλακὸς καρδίας σου) et Jer. XVII. 1. XXXI. 34. e quibus satis apparet, *omnia, quæ sunt alte animo infixa et penitus in animum descenderunt*, ab Hebræis *inscripta et insculpta tabulis cordis* dici. Nimis enim verba singula urgere mihi nunc quidem videntur interpretes, qui *tabulas lapideas* de *animo, veritatem repudiante*, (qui Ezech. XI. 19. XXXVI. 26. *cor lapideum* vocatur,) et *tabulas cordis carneas* de *animo prono ad veritatem amplectendam* interpretantur quibus olim accedere nullus dubitavi.

ΠΛΑ'ΣΜΑ, τος, τὸ, *figmentum, vas, a figulo formatum*, etiam *omnis figura, seu res efformata.* Est verbale a prima persona perf. pass. πέπλασμαι, verbi πλάσσω vel πλάττω *fingo.* Semel tantum legitur in N. T. Rom. IX. 20. μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτω; num dicere potest figmentum ei, qui finxit, cur me ita finxisti et formasti? Ies. XXIX. 16. μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα (מַעֲשֶׂה) τῷ πλάσαντι; Confer XLV. 9. et L. Bos. Exercitt. ad h. l. p. 112. Hesych. πλάσμα· σχηματισμὸς, ψεῦσμα, (Demosthenes p. 1110. 18. ed. Reisk. πλάσμα ὅλον ἐστὶν ἡ διαθήκη) ἡ κτίσμα. In notione *creaturæ* legitur apud LXX Job. XL. 14. ubi loco πλάσματος fortasse reponendum est πλασμάτων.

ΠΛΑ'ΣΣΩ, et Attice ΠΛΑ'ΤΤΩ, fut. πλάσω, 1) *fingo, effingo, formo*, et est vocabulum proprium de *figulo, qui ex argilla vasa fingit et format*, q. a πηλὸς *lutum, argilla.* Rom. IX. 20. μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι; num figmentum dicere potest figulo? Confer Alex. Ies. XXIX. 16. ubi Hebraico עֹשֶׂה re-

spondet. Sapient. XV. 7. κεραμεὺς ἁπαλὴν γῆν θλίβων ἐπίμοχθον, πλάσσει πρὸς ὑπηρεσίαν ἡμῶν ἕκαστον. ibid. v. 8. Xenoph. de Mag. Equit. VI. 1. Ælian. V. H. II. 13. 2) *creo.* 1 Tim. II. 13. Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη, εἶτα Εὔα post Adamum creata est Eva. Genes. II. 7. καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβών. ibid. v. 8. Psalm. LXXXIX. 2. πρὸ τοῦ πλασθῆναι τὴν γῆν. Sapient. XV. 11. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΑΣΤΌΣ, ἡ, ὀν, 1) *fictus, fictilis, formatus,* et est verbum proprium de vasis, ex argilla a figulis formatis et fictis. Est verbale a tertia pers. perf. pass. πέπλασται, verbi πλάσσω, vel πλάττω, *fingo, formo.* Jam, quemadmodum πλάσσειν etiam *confingere, simulare, comminisci, mentiri* notat, (conf. Alex. 1 Reg. XII. 33. ubi Hebraico בָּדָא *effinxit, excogitavit, mentitus est* respondet, et Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 602 seq.) et πλάσμα etiam metaphorice de *commento* et *simulatione* adhibetur, (Hesych. πλάσμα· ψεῦσμα.) ita etiam πλαστὸς 2) metaphorice est: *fictus, simulatus, adulterinus, falsus,* uti e contrario ἄπλαστος est *verus, sincerus, non simulatus, simplex,* apud Alex. Gen. XXV. 27. ubi Jacobus dicitur fuisse ἄνθρωπος ἄπλαστος, Hebraice אִישׁ תָּם *vir integer.* Sic semel legitur in N. T. 2 Petr. II. 3. ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται turpis lucri studio ducti fictis sermonibus vos decipere conantur. Codex Coislin. XXVI. apud Albertum in App. Glossar. Gr. N. T. p. 218. πλαστοῖς λόγοις· ταῦτα δὲ οἱ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς Γνωστικοί, ἤτοι Νασσηνοί, οἱ δ' αὐτοὶ καὶ Λαμπετιανοί, καὶ Εὐχῖται, ἐληρῴδουν. — Gloss. Vet. πλαστὸν, *falsum, fictile.*

ΠΛΑΤΕΙ͂Α, ας, ἡ, sc. ὁδὸς, vel χώρα, *platea, via latior, latum spatium,* cui opponitur ῥύμη, h. e. *via angustior,* a πλατὺς *latus.* Matth. VI. 5. ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες in angulis platearum stantes. ib. XII. 19. οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ non audietur ejus vox in plateis, h. e. summa utetur modestia. Luc. X. 10. XIII. 26. XIV. 21. ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως exeas statim in urbis plateas et vicos. Act. V. 15. κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς per plateas portarent ægrotos. Apoc. XI. 8. XXI. 21. ubi πλατεῖα plateas notat. XXII. 2. Sæpius non legitur in N. T. Cf. Alexandrinos Prov. VII. 6. Ies. XV. 3. Ezech. VII. 19. XXVI. 11. ubi Hebraico חוּץ in plurali חוּצוֹת *plateæ,* respondet. Jud. XIX. 15, 17, 20. ubi pro רְחֹב *platea* legitur. Sirac. XXIII. 28. Diodor. Sic. VI. 52.

ΠΛΆΤΟΣ, εος, τὸ, 1) *latitudo,* a πλατὺς *latus.* Apoc. XX. 9. καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, ubi tamen πλάτος mihi abundare videtur ad imitationem Hebraici מֶרְחָב. Habac. I. 6. τὸ ἔθνος τὸ πορευόμενον ἐπὶ τὰ πλάτη τῆς γῆς. Apoc. XXI. 16. τὸ μῆκος αὐτῆς ὅσον καὶ τὸ πλάτος — τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστί. Respondet in hac significatione apud Alexandrinos Hebraico רֹחַב idem, Ezech. XL. 5, 7, 12, 14. etc. et Chald. פְּתָא idem, Esr. VI. 3. Adde 2 Macc. XII. 16. 2) metaphorice: *omnis magnitudo et ambitus alicujus rei.* Sic legitur in N. T. Ephes. III. 18. ubi quatuor rerum corporearum dimensionis species, τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος, pro immenso ambitu Dei aut Christi erga homines benevolentiæ ponuntur. Xenoph. Anab. V. 4. 18. Sæpius non reperitur in N. T.

ΠΛΑΤΎΝΩ, fut. υνῶ, 1) proprie: *dilato, late diduco, latum, amplum et spatiosum reddo, produco,* a πλατὺς *latus.* Matth. XXIII. 5. πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν dilatant autem phylacteria sua, h. e. latis et amplis phylacteriis utuntur. Ies. LIV. 2. πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου. Jer. LI. 58. τεῖχος Βαβυλῶνος ἐπλατύνθη. 1 Macc. XIV. 6. καὶ ἐπλάτυνε τὰ ὅρια τῷ ἔθνει αὐτοῦ. Xenoph. de Mag Equit. IV. 3. Cyrop. V. 5. 10. Phavor. πλατύνω· εὐρύνω. Hesych. πλατύνειν· μηρύειν. 3) metaphorice *dilatari cor alicujus* dicitur, non solum, *cum aliquis liberatur et liber est anxiis curis et sollicitudinibus, exhilaratur et fortunatur,* sed etiam, *quando quis libere locutus est et omnem quasi animum effudit.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. VI. 11. ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται jam pectus meum liberum est curis, recreatum et levatum me sentio hac animi mei effusione: antea enim dixerat: τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς. 1 Sam. II. 1. ἐπλατύνθη ἐπ' ἐχθροὺς μου τὸ στόμα μου. Psalm. IV. 2. εἰσήκουσάς μου, ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μου. Psalm. CXIX. 32. ὅταν ἐπλάτυνας τὴν καρδίαν μου. 1 Reg. IV. 29. Symm. Job. XXXI. 27. ἐπλατύνθη. Vulg. *lætatum est.* Hinc πλατυσμὸς *lætitia, gaudium, status felix et fortunatus, liberatio e periculis.* Psalm. CXVIII. 5. CXIX. 45. 2 Cor. VI. 13. πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς estote etiam vos hilares et bono animo, excutite omnem mœrorem. Coran. Sur. XCIV. 1. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΑΤΥ͂Σ, εῖα, ὑ, *latus, amplus, spatiosus.* Tantum extat in N. T. Matth. VII. 13. ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη nam spatiosa est porta. Alex. Nehem. IX. 35. ἐν τῇ πλατείᾳ. Genes. XXXIV. 21. 1 Paral. IV. 40. Nehem. VII. 40. Hesych. πλατύ· μέγα, εὐρὺ, ἁλμυρόν.

ΠΛΈΓΜΑ, τος, τὸ, 1) generatim *omne, quod nexum,* seu *contextum est ex quacunque materia, textura,* (qua voce explicatur in Gloss. Vet.) a πλέκω *necto, texo, contexo.* Hinc πλεγμάτιον *reticulum.* 2) speciatim et quidem in plurali πλέγματα notat: *cincinnos, crines intortos, capillos, artificiose flexos et inter se nexos,* quos Claudianus in Raptu Proserp. II. insinuatos multiplices in orbes crines vocat. Sic semel legitur in N. T. 1 Tim. II. 9. Similiter mulieres preces facere, seu sacris publicis interesse volo μὴ ἐν πλέγμασιν non in cincinnis, (i. q. μὴ ἐν ἐμπλοκῇ τριχῶν. 1 Petr. III. 3.) qui apud antiquos meretricum potius erant, quam honestarum mulierum, ut docuit Mart. de Roa Singul. S. locis Vol. I. Lib. 3. c. 15. Sed latius πλέγματα h. l. patere judicavit Salmasius in Epistola de Cæsarie Virorum et Mulierum Coma p. 266. 615 et 651. contendens, πλέγματα generatim esse ornaturas capillorum, omnemque eorum implexionem, vel implicationem vitta, vel vinculo nodoque aureo innexorum. Hinc in Aquilæ ac Theodotionis reliquiis Ies. XXXVIII. 5. Hebraico צְפִירָה *cidaris* respondet. Apud Hesychium ac Phavorinum πλεγματεύεσθαι exponitur per ἐμπλέκεσθαι. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 324.

ΠΛΕΙ͂ΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, 1) *major numero, copiosior, abundantior.* Neutrum πλεῖον, vel poëtice πλέον adverbialiter sumtum, *plus, magis, amplius* significat. In plurali οἱ πλείονες, pro quo etiam interdum contracte invenies οἱ πλείους *plures numero, omnes fere, paucis tantum exceptis, plurimi.* Est comparativus a πολὺς *multus.* Matth. XX. 10. ἐνόμισαν ὅτι πλείονα

(scil. θηνάρια) λήψονται sperabant, se plus cæteris accepturos esse. ibid. XXI. 36. πλείονας τῶν πρώτων alios plures prioribus. ibid. XXVI. 53. πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων plures, quam duodecim legiones angelorum. Marc. XII. 43. πλεῖον πάντων βέβληκε plus omnium injecit. Luc. III. 13. VII. 43. IX. 13. πλεῖον (pro πλείονες) ἢ πέντε ἄρτοι. ibid. XI. 53. ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων multas ei quæstiones proponere. Comparativus enim h. l. pro positivo positus est. Sic etiam nos: über mehrere gegenstände, *over a great number of objects.* ibid. XXI. 3. Joh. IV. 1, 44. πολλῷ πλείους longe plures. ibid. XV. 2. ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ ut plures fructus ferat. Act. II. 40. IV. 17. ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ ne hoc latius divulgetur. ibid. v. 22. ἐτῶν γὰρ ἦν πλειόνων τεσσαράκοντα ὁ ἄνθρωπος erat enim quadraginta amplius annos natus iste homo. ibid. XIII. 31. ἐπὶ ἡμέρας πλείους, pro πολλὰς, mehrere tage hindurch, *through a greater number of days.* Act. XV. 28. XVIII. 20. ἐπὶ πλείονα (πολὺν) χρόνον. XIX. 32. οἱ πλείονες plurimi, paucis exceptis. ibid. XX. 9. διαλεγομένου Παύλου ἐπὶ πλεῖον cum Paulus diutius dissereret. ibid. XXI. 10. ἡμέρας πλείους. ibid. XXIII. 13, 21. XXIV. 4. ἐπὶ πλεῖον longius. ibid. v. 11, 17. XXV. 6, 14. XXVII. 12, 20. XXVIII. 23. 1 Cor. IX. 19. ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω ut quam plurimos ad religionem christianam adducam. ibid. X. 5. ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεὸς sed plurimis eorum non delectatus est Deus. ibid. XV. 6. 2 Cor. II. 6. IV. 15. πλειόνων, pro πολλῶν. ibid. IX. 2. Phil. I. 14. 2 Tim. II. 16. III. 9. προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον. Hebr. VII. 22. Josephus A. J. I. 9. 5. Jon. IV. 13. Exod. XXIII. 2. 2) πλέον, vel πλεῖον, *magis, impensius.* Luc. VII. 42. τίς οὖν αὐτῶν πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει; uter igitur horum impensius, vel vehementius eum amare debet? Joh. XXI. 15. ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων. Gen. XLVI. 30. Euripid. Phœn. v. 1667. ὥς σε στενάζω τῶν τεθνηκότων πλέον. 3) *melior, præstantior, excellentior.* Matth. V. 20. ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον nisi præstantior sit virtus vestra. ibid. VI. 25. οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς; nonne vita pluris est, quam victus? ib. XII. 41, 42. πλεῖον Σολομῶντος ὧδε hic autem major aliquis Salomone adest. Marc. XII. 33. Luc. XI. 31, 32. Joh. VII. 31. Hebr. III. 3. XI. 4. πλείονα θυσίαν præstantius sacrificium, quo Deus magis delectabatur. Apoc. II. 19. τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων et ultima præstantiora sunt prioribus. Ezech. XXII. 9. τοῦ μὴ εἶναι αὐτοὺς πλείονας ἐν τοῖς ἔθνεσι. 1 Par. IV. 40. νομὰς πλείονας; ubi male nonnulli reponere malunt πίονας. Psalm. LXXXIX. 11. τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος. Confer etiam Aquilam et Symmachum Cohel. I. 3. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΕ'ΚΩ, fut. ξω, *necto, connecto, texo, contexo, plico, complico.* Ter tantum legitur in N. T. Matth. XXVII. 29. πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν contexentes coronam ex spinis. Marc. XV. 17. Joh. XIX. 2. Alexandrini usi sunt pro nomine עֲבֹת *contortum, contortus funis,* Exod. XXVIII. 14. καὶ ἐπιθήσεις τὰ κροσσωτὰ τὰ πεπλεγμένα; et pro צְפִירָה *cidaris,* Ies. XXVIII. 5. ὁ πλακεὶς τῆς δόξης. Hinc πλέγμα, quod vide supra. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 534.

ΠΛΕΟΝΑ'ΖΩ, futur. άσω, 1) intransitive: *plus habeo, abundo, exubero, affluo,* et sensu neutro: *copiosus sum, magnus et insignis sum, copiosior, aut major sum, quam necesse sit,* etiam per metalepsin: *velut exuberantius cognoscor, illustrius appareo et magis agnoscor,* a πλέον, quod vide sub πλείων. Rom. V. 20. νόμος παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα lege introducta major factus est peccatorum numerus; et ib. οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις quo magis vero vim suam exserebat vitiositas, eo magis se exseruit divina benignitas. ibid. VI. 1. ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ ut eo insigniori modo Deus benignitatem suam exhibere et declarare nobis possit. 2 Cor. IV. 15. ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα ut hoc beneficium Dei perquam insigne. ibid. VIII. 15. ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε qui multum, aut plus, quam alii collegerat, non abundabat, seu, non plus habebat aliis. Prov. XV. 6. ἐν πλεοναζούσῃ δικαιοσύνῃ ἰσχὺς πολλή. Exod. XVI. 18. καὶ οὐκ ἐπλεόνασεν, ᾧ τὸ πολύ. 2 Paral. XXIV. 11. Thucyd. I. cap. 120. ὅ, τε ἐν πολέμῳ εὐτυχίᾳ πλεονάζων. 2) *augeor, incrementa capio.* 2 Thess. I. 3. ὅτι πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν εἰς ἀλλήλους indies majorem fieri et liberaliorem mutuum vestri invicem amorem; ubi πλεονάζειν et ὑπεραυξάνειν sunt mere synonyma. 3 Esr. VIII. 77. αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἐπλεόνασαν ὑπὲρ τὰς κεφαλάς. 2 Petr. I. 8. ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα καὶ πλεονάζοντα his enim virtutibus si præditi fueritis et si hæ virtutes indies majus acceperint incrementum; ut Pottius h. l. recte interpretatus esse videtur. Possunt tamen hæc verba commode etiam ita reddi: *his enim virtutibus si satis et copiose instructi fueritis.* Interdum enim πλεονάζειν, aliis verbis additum, adverbialiter est vertendum, v. c. Sirac. XIII. 9. sec. edit. Complut. μᾶλλόν σε προσκαλέσεται πλεονάζων. 3) transitive: *redundo.* Philip. IV. 17. ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς λόγον ὑμῶν sed requiro fructum insignem, ex hac liberalitate vestra in vos redundantem. 4) *augeo, multiplico, incrementa do.* 1 Thess. III. 12. ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους Dominus vero augeat et incrementa largiatur benevolentiæ vestræ erga vos invicem, etc. Numer. XXVI. 54. τοῖς πλείοσι πλεονάσεις τὴν κληρονομίαν. Psal. LX. 23. ἐπλεόνασας τὴν μεγαλωσύνην μου; ubi Symmachus αὔξησις, et Aquila ac Theodotio πληθυνεῖς habent. Jerem. XXX. 16. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΕΟΝΕΚΤΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) proprie et generatim: *plus habeo altero, ampliorem partem ac portionem habeo, commodum præ cæteris habeo, præsto, prævaleo, supero,* ich habe auf irgend eine art einen vorzug vor andern, *I have in some manner an advantage over others,* i. q. πλέον ἔχω, ex πλέον, poëtice pro πλεῖον *plus,* comparat. a πολὺς *multus,* et ἔχω, *habeo.* Xenoph. Hist. Gr. II. c. 3. 11. τοῖς πλεονεκτεῖν βουλομένοις. Cyrop. I. c. 6. § 19. πλεονεκτεῖν τῶν πόνων. VII. 5. 26. πλεονεκτήσει τῶν ἐνδεεστέρων βίου. Inprimis vero apud Xenophontem in Hierone sæpius legitur formula ἐν τούτῳ πλεονεκτεῖ, ἐν τούτῳ μειονεκτεῖ. Confer Salmasium de Fœnore Trapezitico p. 173 seq. Suid. πλεονεκτῶ· τὸ πλέον ἔχω, γενικῇ. Usurpatur etiam apud Græcos de *iis, qui prævalent in bello et superiores evadunt.* Conf. Spanhem. ad Julian. Imp. Opp. p. 169. et Elsner. Obss. Sacr. T. II. p. 136. Vide etiam, quæ Irmisch. collegit ad Herodian. I. 5. 6. pag. 148. 2) *plus habere cupio, plura habendi cupiditate flagro, avarus sum.* In versione Alex. respondet τῷ בָּצַע *lucri studiosus ac cupidus fuit.* Ezech. XXII. 27. Habac. II. 9. Xenoph. Hist. Gr. II. 4. 6. 3) *quæstus faciundi causa inique ago, lucri causa fraudem facio et inju-*

riam infero, pecunia emungo. 2 Cor. VII. 2. οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν neminem pecunia emunximus. ib. XII. 17. δι' αὐτοῦ ἐπλεονέκτησα ὑμᾶς per eum vobis pecunias eripui, et v. 18. μήτι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τίτος; num vero Titus lucri causa vobis fraudem fecit? 1 Thess. IV. 16. τὸ μὴ ὑπερβαίνειν ἢ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ne quis in ullo negotio quæstus faciundi causa inique agat et alterum violet. Xenoph. Mem. III. 5. 2. Βοιωτῶν μὲν γὰρ πολλοὶ πλεονεκτούμενοι ὑπὸ Θηβαίων. Joseph. A. J. II. 11. 2. 4) *decipio, circumvenio, defraudo aliquem*, quod facere solent, qui superiores aliis evadere conantur, aut fraudibus opes aliorum corradunt. 2 Cor. II. 10. ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανοῦ ne a Satana in fraudem inducamur, nempe ad peccandum. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 181.

ΠΛΕΟΝΕ'ΚΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *qui plus aliis habet ac possidet, qui commoda præ cæteris habet, qui aliis præstat et superior evadit*, ὁ πλέον ἔχων. Vide supra πλεονεκτέω. 2) ὁ πλέον ἔχειν βουλόμενος *qui plura habendi ac possidendi cupiditate flagrat, qui alios superare in ullo aliquo genere rerum cupit et hinc omnem occasionem alios defraudandi ac circumveniendi cupide arripit.* 1 Cor. V. 10. ἢ τοῖς πλεονέκταις ἢ ἅρπαξιν. ibid. v. 11. ἢ πλεονέκτης, ἢ εἰδωλολάτρης. ibid. VI. 10. οὔτε κλέπται, οὔτε πλεονέκται. Ephes. V. 5. ubi vide notata a me ad Coloss. III. 5. s. v. πλεονεξία. Confer ad h. l. Salmasium de Fœnore Trapezitico p. 140. Sæpius in N. T. non legitur. Sirac. XIV. 9. πλεονέκτου ὀφθαλμὸς οὐκ ἐμπίμπλαται μερίδι. Philoxenus in Glossis: *Fraudator*, πλεονέκτης. Ib. Πλεονέκτης, *avidus*.

ΠΛΕΟΝΕΞΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *commodum, quod quis præ cæteris habet, bona, quibus aliquis alteri prævalet, melior conditio*, a πλέον *plus* et ἔχω *habeo*. Xenoph. Mem. I. c. 6. § 12. Dio Lib. XXXIX. p. 123. ὥστε ἐπ' αὐτῷ τὴν πλεονεξίαν εἶναι ἀεὶ ut superior esset semper. Sermo autem est de *Decimo Bruto*, cum Venetis navibus pugnante. Cæsar B. G. III. 17. *opportunitatem* vocat, quando quis in pugna meliori conditione utitur. 2) non tam *avaritia*, quam *inhonestum lucri studium, cupiditas plus aliis acquirendi et possidendi, cum aliorum defraudatione fere conjuncta*, **habsucht, raubsucht**, *a base desire of acquiring*, etiam *omnia scelera ac impie facta, quæ ex avaritia et lucrandi cupiditate oriri solent*, unde apud Symm. Hab. II. 17. Hebr. חָמָס respondet, ubi LXX ἀσέβειαν habent, et LXX Prov. I. 19. τὰ ἄνομα pro בֶּצַע *turpe lucrum* posuerunt. Marc. VII. 22. κλοπαί, πλεονεξίαι cupiditates immodicæ, per *vim* ac per *fraudes* aliorum bona ad se rapiendi. Luc. XII. 15. ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας cavete vobis a nimia et immodica habendi et acquirendi cupiditate. Rom. I. 29. πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ. Coloss. III. 5. τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία, quæ verba vulgo ita explicant: quod est vitium idololatriæ æquiparandum: sed possunt quoque verba ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία pro glossemate ab ipso Paulo voci πλεονεξία addito haberi. Scilicet apud LXX Intt. πλεονεξία interdum *idola* et *idololatriam* notat, v. c. Ps. CXIX. 36. (coll. Ezech. XXXIII. ubi בֶּצַע LXX μιάσματα transtulerunt): scilicet בֶּצַע quod ibi in textu Hebraico legitur, est inversis literis עֶצֶב *idolum*. Anastasius ad h. l. πλεονεξίαν δὲ πολλάκις καλεῖ τὴν εἰδωλολατρείαν, et provocat in sequentibus ad Ephes. V. 5. 1 Thess. II. 5. Vide infra πρόφασις. 2 Petr. II. 14. καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας ἔχοντες animum habent avarum (Sic *avarus* pro nimis cupido rerum legitur apud Virgil. Georg. I. v. 47. seges votis respondet avari agricolæ, coll. v. 49.) et lucri omnis, etiam turpis, cupidum. Ps. CXIX. 36. Jer. XXII. 17. Ezech. XXII. 27. Habac. II. 9. Sap. X. 11. 2 Macc. IV. 50. Ælian. V. H. III. c. 16. Apud Polybium Exc. Legat. 53. p. 1209. τῇ πλεονεξίᾳ opponitur ἡ μετριότης. Hesych. πλεονεξία· τὸ πλέον τοῦ δέοντος ἔκ τινος λαμβάνειν. Suidas: πλεονεξία· ἡ ὑπὲρ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ πλείονος βλάβη παρὰ τῷ ἀποστόλῳ κ. τ. λ. De omni immoderata et nimia cupiditate, etiam de libidine venerea quandoque vocem hanc usurpari, docuit Elsnerus Obss. Sacr. T. II. p. 218. contrarium tradente Salmasio de Fœnore Trapezitico p. 121. 3) *quæstus, lucrum ipsum, cujus studio ducitur* ὁ πλεονέκτης. Ephes. IV. 19. ἐν πλεονεξίᾳ turpis lucri et quæstus causa. 2 Petr. II. 3. Jud. V. 19. πλεονεξίαν ἀργυρίου οὐκ ἔλαβον, ubi alii δῶρον habent. Pertinet huc etiam locus Xenophontis in Hist. Gr. III. 5. 8. ubi πλεονεξία de injuste parto imperio adhibetur. 4) per metonymiam: *ipsa actio, quæ est avaritiæ testis, omne, e quo elucet sordida parsimonia.* Sic v. c. de eleemosyna illiberali et exigua legitur 2 Cor. IX. 5. καὶ μὴ ὡς πλεονεξίαν ut nulla ex munere vestro appareat sordida parsimonia: ubi τῇ πλεονεξίᾳ opponitur εὐλογία, quod vide supra. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΕΥΡΑ', ᾶς, ἡ, *latus corporis universum ab alis non solum ad coxam, sed etiam ea pars, quæ costarum sepimento munitissima est, latus, costa, membrana, succingens costas*, q. πλευρά, ex πίλω *sum* et εὐρὺς *latus*, eo quod sit inter costas latitudo. Joh. XIX. 34. εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε aliquis militum lancea ejus latus perfodit. Sed fortasse πλευρὰ h. l. ob verba, quæ statim sequuntur, καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ et statim sanguis cum aqua profluxit, rectius de *membrana illa* intelligitur, *quæ totum cor cingit et in qua cor hæret ac fluctuat*, quæ etiam *pericardium* vocatur. In illo enim pericardio reperitur liquor, aquæ similis. Πλευρὰν interdum per metonymiam τὰ ἐντὸς τῶν πλευρῶν significare, clare docet locus Homeri Iliad. IV. v. 468. ubi vide Schol. et Intt. Joh. XX. 20. ἔδειξεν αὐτοῖς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ ostendit iis latus suum vulneratum, seu vulnus in latere. ibid. v. 25, 27. Act. XII. 7. πατάξας τὴν πλευρὰν τοῦ Πέτρου tangens latus Petri. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro צֵלָע vel צֶלַע *latus, costa*, Genes. II. 21, 22. 2 Sam. XVI. 13. pro צַד *latus*, 2 Sam. II. 16. XIII. 34. pro יַרְכָה 1 Reg. VI. 16. Ps. XLVIII. 3. pro חֲלָצַיִם *lumbi*, 1 Reg. VIII. 19. Ies. XI. 5. et pro Chald. עִלְעִין *costæ*, Dan. VII. 5.

ΠΛΕ'Ω, fut. εύσω, aor. 1. ἔπλευσα, *navigo, navigando obeo et pervenio.* Luc. VIII. 23. πλεόντων αὐτῶν navigantibus illis. Act. XXI. 3. ἐπλέομεν εἰς Συρίαν navigavimus in Syriam. ibid. XXVII. 2. μέλλοντας πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους navigando obituri (vel *obituræ*, videtur enim mihi lectio μέλλοντι vera esse) varia Asiæ loca. ibid. v. 6 et 24. πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ omnes tecum navigantes. Sæpius non reperitur in N. T. Adde Jon. I. 3. τοῦ πλεῦσαι μετ' αὐτῶν. Apud Alexandrinos et in libris Apocryphis πλεῖν τὴν θάλασσαν, ποταμούς, Ies. XLII. 10. Sirac.

XLIII. 29. 1 Macc. XIII. 29. pro πλεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν καὶ ποταμοὺς 3 Esr. IV. 23. ponitur.

ΠΛΗΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *percussio*, vel *ictus, qui alicui infligitur, plaga, verber.* Est verbale a perf. med. πέπληγα, verbi πλήσσω, vel πλήττω *percutio.* Sic legitur in N. T. Luc. X. 30. πληγὰς ἐπιθέντες ἀπῆλθον sanguinem ictibus elicientes, vel inflictis vulneribus discesserunt. ibid. XII. 48. ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν commisit vero verberibus dignum. Act. XVI. 23. πολλὰς δὲ ἐπιθέντες αὐτοῖς πληγὰς et multum eos virgis cæsos, coll. v. 22. 2 Cor. VI. 5. ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς. ibid. XI. 23. Sirac. XXVIII. 18. πληγὴ μάστιγος ποιεῖ μώλωπας. 2 Macc. III. 26. πολλὰς ἐπιῤῥιπτοῦντες αὐτῷ πληγάς. Æschin. Socr. Dial. III. 7. 2) per metonymiam: *vulnus e verberibus.* Act. XVI. 33. ἔλουσεν ἀπὸ τῶν πληγῶν eluebat vulnera plagarum (ita ut ἀπὸ τῶν πληγῶν positum sit pro τὰς πληγάς. מ enim Hebræorum quandoque facit periphrasin accusativi, v. c. Mich. IV. 2.); sed fortasse supplendum est h. l. substantivum τραύματα, quod verosimilius est. Apoc. XIII. 3. ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου vulnus mortiferum, seu lethale. ib. v. 12. 2 Macc. VI. 30. μέλλων δὲ ταῖς πληγαῖς τελευτᾷν. Æneas Poliorcet. p. 1661. ἐξέδραμον εἰς τὴν ἀγορὰν ὡς πληγὰς ἔχοντες. 3) *omnis gravis afflictio et calamitas, pœnæ loco a Deo hominibus inflicta, pœna,* etiam *quælibet miseria, calamitas.* Apoc. XI. 6. πατάξαι τὴν γῆν ἐν πάσῃ πληγῇ percutere terram variis plagis. ibid. XI. 20. XV. 1, 6, 8. ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων. ib. XVI. 9, 21. ἐπὶ τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης. ibid. XVIII. 4, 8. αἱ πληγαὶ αὐτῆς θάνατος καὶ πένθος καὶ λιμός. ibid. XXI. 9. XXII. 18. Eodem modo sumitur Deut. XXV. 2. καὶ ἔσται ἐὰν ἄξιος ᾖ πληγῶν (Hebr. בִּן־הַכּוֹת) ὁ ἀσεβῶν. Num. XIV. 37. XXV. 8, 9, 17. Ies. X. 24. LIII. 3 et 4. Prov. XXII. 8. XXIX. 15. Sirac. XXI. 4. Polybius Exc. Legat. p. 1295. de populo Rhodio, tum vectigalibus nudato, ait: ἱκανὰς ἔχων πληγὰς satis pœnarum sustinuisse. Confer Blackwall. Auctt. Class. Sacr. p. 437 seq. et Krebs. Obss. Flav. p. 412 seq. 4) interdum vero omittitur, v. c. Luc. XII. 47. δαρήσεται πολλὰς, sc. πληγὰς, ad quem locum vide Grotium. ibid. v. 48. δαρήσεται ὀλίγας, sc. πληγάς. 2 Cor. XI. 24. τεσσαράκοντα παρὰ μίαν, sc. πληγὴν, ἔλαβον. Reticuerunt etiam Aristoph. Nub. v. 968. Sophocl. Antigon. 1315. et Æschylus in Choëphor. v. 638. Vide Abreschii Animadverss. in Æschylum Lib. II. c. 25. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΗ῀ΘΟΣ, εος, τὸ, 1) *multitudo, copia, abundantia,* a πλήθω, *impleo,* vel *compleo,* aut a πλέος *plenus.* Luc. I. 10. καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ ἦν προσευχόμενον et omnis populus interea precibus vacabat. ibid. II. 13. πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου cœlestium copiarum multitudo. ib. V. 6. πλῆθος ἰχθύων πολὺ magnam piscium copiam. ibid. VI. 17. XIX. 37. ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν omnis multitudo discipulorum Christi. ibidem XXIII. 27. Joh. V. 3. XXI. 6. ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων præ piscium captorum copia. Act. IV. 32. τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων. ibid. V. 14. XIV. 1. XVII. 4. XXI. 36. XXVIII. 3. συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων πλῆθος cum Paulus sarmenta multa collegisset. Hebr. XI. 12. Jacob. V. 20. πλῆθος ἁμαρτιῶν. 1 Pet. IV. 8. Adde Genes. XLVIII. 19. Num. XXXII. 1. Æschin. Socr. Dial. II. 34. πλῆθος ἄπειρόν τι, et III. 7. πολὺ πλῆθος δεσποτῶν. Eurip. Phœn. v. 732. Suid. πλῆθος παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ ἐπ' ὀλίγων λέγεται. 2) *frequentia populi, populus, vulgus.* Hesych. πλῆθος· ἀθροισμὸς, ὄχλος. Marc. III. 7. καὶ πολὺ πλῆθος (scil. τοῦ ὄχλου) ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἠκολούθησαν et magna multitudo populi e Galilæa sequebatur eum. Ubi obiter monendum est, solere Græcos nomina collectiva cum plurali verbi construere, v. c. Polyæn. p. 232. πλῆθος ἠθροίζοντο. Vide Perizonium ad Æliani V. H. XIV. 22. Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. p. 333. et D'Orville ad Chariton. p. 298 et 353. Unde etiam judicari potest de varietate lectionis Luc. XXIII. 1. ἀναστάντες ἅπαν τὸ πλῆθος, præferenda utique vulgatæ ἀναστάν. Marc. III. 8. Luc. VIII. 37. ἅπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν omnes incolæ finitimæ regionis Gadarenorum. Act. II. 6. συνῆλθε τὸ πλῆθος confluxit populus, seu turba hominum. ib. V. 16. XIV. 4. ἐσχίσθη τὸ πλῆθος τῆς πόλεως. ibid. XIX. 9. Confer Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 1. 1. p. 753. Apud Inc. 1 Sam. XIV. 11. πλῆθος, Hebr. מַצָּב respondens, *exercitum* notat, *multitudinem militum.* 3) *conventus, cœtus.* Luc. XXIII. 1. ἀναστὰν ἅπαν τὸ πλῆθος αὐτῶν surrexit igitur tota concio, nempe τοῦ πρεσβυτερίου τοῦ λαοῦ, coll. XXII. 66. Act. VI. 2. προσκαλεσάμενοι οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν duodecim apostoli, cœtu christianorum convocato. ibid. v. 5. Act. XV. 12. coll. v. 6 et 30. συναγαγόντες τὸ πλῆθος, ἐπέδωκαν τὴν ἐπιστολὴν congregato cœtu christianorum tradiderunt epistolam. ibid. XXI. 22. XXIII. 7. ἐσχίσθη τὸ πλῆθος in partes concio dividebatur. ib. XXV. 24. πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων omnes assessores synedrii magni. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΗΘΥ'ΝΩ, fut. υνῶ, 1) transitive: *augeo, multiplico, amplifico, incrementa do.* Passivum πληθύνομαι *multiplicor, cresco, augeor,* a πλῆθος *multitudo.* Matth. XXIV. 12. καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν propter ingravescentem autem malitiam. Act. VI. 7. ἐπληθύνετο ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν augebatur christianorum numerus. ibid. VII. 17. ηὔξησεν ὁ λαὸς καὶ ἐπληθύνθη ἐν Αἰγύπτῳ valde adauctus est populus noster in Ægypto. ibid. IX. 31. τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπληθύνοντο solatio Sp. S. confirmati sunt. ibid. XII. 24. ὁ δὲ λόγος τοῦ Θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο et doctrina christiana latius in dies propagabatur. Hebr. VI. 14. πληθύνων πληθυνῶ σε et largiar tibi sobolem copiosissimam. Conf. Genes. XVI. 10. et XXII. 17. 1 Petr. I. 2. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη omnis generis felicitas a Deo vobis largiter contingat. 2 Petr. I. 2. Jud. v. 2. 2 Cor. IX. 10. Adde Gen. XLVIII. 16. Ps. XXXV. 7. CXIX. 69. ὡς ἐπλήθυνας τὸ ἔλεός σου, ὁ Θεός. Jer. XV. 8. XXX. 12. 2) intransitive: *augeor, cresco, incrementa capio, multiplicor,* subintellecto sine dubio pronomine ἐμαυτόν. Act. VI. 1. πληθυνόντων τῶν μαθητῶν crescente christianorum numero. 1 Sam. XIV. 19. ὁ ἦχος ἐπλήθυνε, sc. ἑαυτόν. Exod. I. 20. ἐπλήθυνεν ὁ λαός. 1 Sam. VII. 2. 3) interdum omittitur, v. c. Phil. I. 2. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη, sc. πληθυνθείη, coll. 2 Petr. I. 2. et Jud. v. 2. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΗ'ΘΩ, pro quo etiam dicitur ΠΙΜΠΛΑ'Ω, vel ΠΙ'ΜΠΛΗΜΙ, fut. πλήσω, 1) *impleo, repleo, plenum facio, inundo,* a πλέος *plenus.* Matth. XXII. 10. ἐπλήσθη ὁ γάμος ἀνακειμένων et abundabat triclinium convivis. Mat. XXVII. 48. πλήσας τε ὄξους replens aceto. Luc. V. 7. ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα et impleverunt ambo navigia. Hesych. πλήθουσα· πλεονάζουσα, πλήρης. Alex. Genes. XXI. 19. ἔπλησε τὸν ἀσκὸν ὕδατος. Jer. LI. 34.

ἔπλησε τὴν κοιλίαν αὐτῆς ἀπὸ τῆς τροφῆς μου, e quo loco pariter ac Sirac. XXXVI. 18. apparet, genitivum rei, cum quo fere πλήθειν construitur, a subintellecta præpositione ἀπὸ pendere. 2) metaphorice: *copiose et largiter instruo aliquem, afficio aliquem, me exsero in aliquo.* Luc. I. 15. Πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται. De sensu hujus aliorumque similium locorum vide infra ad vocem πνεῦμα dicta. ibid. v. 41, 67. IV. 28. ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ omnes vehementer irati sunt. ib. V. 26. ἐπλήσθησαν φόβου obstupefacti sunt. ibid. VI. 11. αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας illi vero furore quasi et rabie correpti sunt. Act. II. 4. ἐπλήσθησαν ἅπαντες Πνεύματος ἁγίου et omnes copiose instruebantur donis Sp. S. ibid. III. 10. ἐπλήσθησαν θάμβους καὶ ἐκστάσεως vehementer admirati sunt. ibid. IV. 8, 31. V. 17. ἐπλήσθησαν ζήλου ira commovebantur. ibid. IX. 17. XIII. 9, 45. XIX. 29. ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη τῆς συγχύσεως ortus est per totam urbem tumultus. Genes. VI. 11, 13. ἐπλήσθη ἡ γῆ ἀδικίας. Prov. XII. 22. οἱ δὲ ἀσεβεῖς πλησθήσονται κακῶν. Dan. III. 19. ἐπλήσθη θυμοῦ. Sir. XXXVII. 27. ἀνὴρ σοφὸς πλησθήσεται εὐλογίας. 3) de tempore: *ad finem perduco, absolvo, finio*, et consummationem ac adventum temporis indicat. Vide de hac loquendi ratione Fesselii Adversaria Sacr. Lib. III. p. 192 seq. Luc. I. 23. καὶ ἐγένετο ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ finito tempore ministerii ejus. ib. v. 57. τῇ δὲ Ἐλισαβὲτ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτὴν jam vero aderat Elisabethæ tempus pariendi. ibid. II. 6, 21. ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν αὐτὸν cum adesset dies a partu octavus, quo puer circumcidendus esset. ib. v. 22. ὅτε ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν postquam venisset tempus, quo secundum legem Mosaicam purgarentur. Eodem modo etiam πληροῦσθαι usurpari, infra docebitur. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΛΗ'ΚΤΗΣ, ου, ὁ, 1) *percussor, plagiarius,* (ut explicatur in Gloss. Vet.) *plagosus, ad verbera aliis incutienda promptus, qui ex omni occasione ac levi de causa suæ disciplinæ commissos cædit,* a 3 pers. præt. passivi πέπληκται, verbi πλήσσω *percutio, verbero.* Hinc πλήκτης apud Græcos de militibus sæpe usurpatur et hominem bellicosum, audacem, manu strenuum significat, ut docuit Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 295. Conf. etiam Kuhnium ad Diog. Laërt. VI. 38. 2) opponitur τῷ ἐπιεικής, et *hominem impetuosum, vehementem, litigatorem, pugnacem,* et omnino *eum* denotat, *qui alios contumeliose tractat et verbis in eos invehitur.* Sic bis tantum legitur in N. T. 1 Tim. III. 3. μὴ πλήκτην, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον. Theophyl. ad h. l. μήτε διὰ χειρῶν πλήττοντα, μήτε διὰ πικρῶν λόγων καὶ ἀποτόμων ἀκαίρως. Tit. I. 7. Plutarch. Marcell. p. 298. C. et Pyrrh. p. 403. D. Hesych. πλήκτης· μάχιμος, ὑβριστής. Confer quoque ea, quæ supra ad vocem ἐπιπλήσσω dicta sunt.

ΠΛΗΜΜΥ'ΡΑ, (pro quo etiam πλημύρα, etiam πλημμυρὶς scribitur,) ας, ἡ, 1) proprie: *maris æstuantis accessus, fluxus* **fluth**, *flood*, cui opponitur ἄμπωσις, vel ἄμπωτις (Schol. ad Apoll. Rhod. IV. 1235.) *reciprocatio,* seu *recessus maris æstuantis, refluxus,* **ebbe**, *ebb*, a πλήμη *æstus maris,* hoc q. πλῆσμα *implementum*, a πλήθω *impleo,* ubi littora aquis implentur, et μύρω *fluo.* Suid. πλήμη ἡ πλημύρα τῆς θαλάσσης, ubi Küsterus male πλήσμη reponendum suspicatur. Hesych. πλημμυρίς· τὸ ὅρμημα τῆς θαλάσσης, ἡ ἐπίῤῥυσις. 2) *exundatio aquarum quælibet, flumen aquarum, inundatio.* Sic semel legitur in N. T. Luc. VI. 48. πλημμύρας δὲ γενομένης ingruente s. facta autem inundatione. Alex. Job. XL. 18. ἐὰν γένηται πλημμύρα. Aquila Deuter. XXXIII. 19. pro שֶׁפַע יַמִּים habet πλημμύρα. Hesych. πλημμύρα· ῥεῦσις ὕδατος, πλῆθος, sc. ὑδάτων, quod recte additur in Lex. Cyrilli MS. Brem. Thom. M. p. 719. πλήμας τὰς πλημμυρίδας τῶν ποταμῶν ποιηταί. σὺ δὲ λέγε πλημμύρας καὶ πλημμυρίδας. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ πλημυρῶ, πλημυρίς· ἀπὸ δὲ τοῦ πλημύρω, πλημύρα, οὗ τὸ ἐναντίον ἄμπωτις. Glossar. πλημμύρα, *inundatio.* Vide de hac voce Spanhemium ad Callimachum Hymn. in Delum v. 263. p. 548. ed. Ernesti, Valckenarium ad Ammonium p. 197. Wetstenii N. T. T. I. p. 697. et Alberti in Museo Brem. pag. 109.

ΠΛΗ'Ν. Est particula, exprimens 1) adverbia: *quin, potius, immo vero, quin etiam.* Luc. XII. 31. πλὴν ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ quin potius studete veræ saluti christianæ obtinendæ. (In loco parallelo Mat. VI. 33. pro πλὴν legitur πρῶτον.) ib. XXIII. 28. πλὴν ἐφ' ἑαυτὰς κλαίετε immo vero vestram ipsarum sortem deplorate. Phil. I. 18. τί γάρ; πλὴν πάντα τρόπον κ. τ. λ. sed quid conqueror? quin potius gaudendi materiam habeo, nam omni modo, etc. Huc etiam a nonnullis referuntur loca Luc. VI. 24 et 35. XI. 41. πλὴν potius neglectis illis purgationibus externis. 2) exprimit conjunctiones adversativas: *sed, attamen, veruntamen, tamen, verum.* Mat. XVIII. 7. πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ nihilominus tamen (quanquam nempe non aliter fieri potest, quam ut offensæ existant,) male homini! ib. XXVI. 39. πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω sed non ex mea voluntate, nisi sit tua, coll. Marc. XIV. 36. ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω κ. τ. λ. Luc. VI. 24. πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις sed væ vobis divitibus! ibid. X. 11. πλὴν τοῦτο γινώσκετε hoc tamen sciatis. ibid. v. 20. XVIII. 8. veruntamen cum filius hominis venerit, an reperturus est fidem in terris? ibid. XXII. 22, 42. 2 Paral. XXXIII. 17. πλὴν ἔτι ὁ λαὸς ἐπὶ τῶν ὑψηλῶν ἐθυσίαζε veruntamen adhuc populus in excelsis sacrificabat; ubi in Hebraico legitur אֲבָל *sed, verum, veruntamen.* Hos. XII. 8. πλὴν (אַךְ) πεπλούτηκα veruntamen dives factus sum. Judd. IV. 9. πλὴν γίνωσκε, ὅτι veruntamen scito, quod. Ita אַךְ legitur quoque Gen. XX. 12. ubi Alexandrini ἀλλὰ habent, et רַק Deut. X. 15. Adde Ælian. V. H. XIII. 2. πλὴν οὐκ ἀπήντησε ταῦτα ταύτῃ sed hæc ita non evenerunt. Aristænet. I. 2. p. 8. πλὴν οὐδετέραν ἐρῶ. Hesych. πλήν· ὅμως. 3) *tantummodo.* Act. XX. 23. Phil. III. 16. πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κ. τ. λ. Apoc. II. 25. πλὴν ὃ ἔχετε, κρατήσατε. 2 Reg. XVIII. 20. πλὴν λόγοι χειλέων tantum verba labiorum. Thren. III. 3. πλὴν ἐν ἐμοὶ ἐπέστρεψε χεῖρα αὐτοῦ. Amos IX. 8. 4) *interim.* Luc. XIII. 33. πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι interim oportet me per illud breve tempus munere mihi demandato fungi. Sed potest hic locus etiam ad sequentem significationem referri. 5) *ideo, igitur.* Matth. XI. 22. πλὴν λέγω ὑμῖν ideo dico vobis et confirmo. ibid. v. 24. Luc. X. 14. Haud pauci interpretes πλὴν per *profecto* vertere malunt, quam notionem etiam in omnibus his locis a me laudatis רַק habet; Judd. XIV. 16. contrarium vero docuit Raphelius in Obss. Polybianis p. 202. 6) ut Hebr. אַךְ Job. XXXIII. 8., *cæterum*, et sæpe in principio sermonis transeundi, aut ad propositum redeundi causa ponitur. 1 Cor. XI.

11. Ephes. V. 33. Phil. IV. 14. Luc. XIX. 27. πλὴν τοὺς ἐχθρούς μου cæterum quod inimicos meos attinet. 7) *præterea.* Matth. XXVI. 64. πλὴν λέγω ὑμῖν præterea (alii reddunt: *immo*) significo vobis. Luc. XXII. 21. πλὴν ἰδοὺ præterea sciatis. Conf. Noldii Concord. part. Hebr. p. 32. 8) exprimit conjunctiones exceptivas, *præter, præterquam, nisi, excepto,* et est idem, quod ἐκτὸς, interprete Hesychio. In hac significatione cum genitivo construitur. Marc. XII. 32. οὐκ ἔστιν ἄλλος, πλὴν αὐτοῦ non est alius præter eum. ib. VIII. 10. πλὴν τῆς γυναικὸς excepta muliere. Act. VIII. 1. πλὴν τῶν ἀποστόλων exceptis apostolis. ibid. XV. 28. et XXVII. 22. Ita אַךְ usurpatur Num. XXXI. 22. πλὴν τοῦ ἀργυρίου, et רַק. 2 Reg. XII. 3. In versione Alexandrina πλὴν respondet τῷ אֶפֶס Ies. XLV. 14. זוּלָת *præter, nisi, excepto.* Ies. XLV. 21. 2 Reg. XXIV. 14. Adde Exod. XX. 3. Ælian. V. H. XIII. 7. πάντας πλὴν Ἱερέων. Xenoph. de Venat. I. 12. Homer. Odyss. ή, v. 207. 9) *age.* Luc. XI. 41. XII. 31. Ita אַךְ 1 Sam. XVIII. 17. et Genes. XXIII. 13. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΗ'ΡΗΣ, εος, ους, ὁ, ἡ, πλῆρες, τὸ, 1) *plenus, refertus, repletus,* a πλέος *plenus.* Construitur cum genitivo. Matth. XIV. 20. δώδεκα κοφίνους πλήρεις, sc. κλασμάτων, duodecim cophinos fragmentorum plenos. ib. XV. 37. ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις, scil. κλασμάτων, quod additur Marc. VI. 43. et VIII. 19. 2) *satis ac copiose instructus aliqua re, affectus.* Luc. IV. 1. Ἰησοῦς δὲ Πνεύματος ἁγίου πλήρης Jesus vero instructus donis divinis extraordinariis. ibid. V. 12. ἀνὴρ πλήρης λέπρας vir leprosus. Joh. I. 14. πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας plenus verissima gratia et benignitate; ubi πλήρης non tam passive, quam active intelligendum est, de *eo, qui aliquid secum affert, largitur et communicat.* Sermo enim est in illo loco de Christo, qui, ut erat instructus summa erga homines benignitate, ita etiam summa et præstantissima beneficia hominibus vere exhibuit. Act. VI. 3. ἄνδρας πλήρεις Πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας viros instructos extraordinaria prudentia ac sapientia. ibid. v. 5 et 8. πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως. ibid. VII. 55. XI. 24. XIX. 28. γενόμενοι πλήρεις θυμοῦ ira incensi. Alex. Ezech. XXVIII. 12. πλήρης Σοφίας. Psalm. XLVII. 9. δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξιά σου. Demosthenes p. 1445. 13. ed. Reisk. αἰτιῶν καὶ ἐλπίδων κενῶν ὄντες πλήρεις. Vide Wakefield. Silvam Criticam P. II. p. 78. 3) *rei alicui studens, in aliquid intentus, vel alicui assuetus.* Act. IX. 36. πλήρης ἀγαθῶν ἔργων καὶ ἐλεημοσυνῶν erat maxime virtutis studiosa et benefica erga pauperes. ib. XIII. 9. ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας O tu, qui omni fraude ac dolo plenus es, h. e. totus in fraudem intentus ac præceps, omnis vitiositatis studiosissimus. Esr. I. 4. ἔθνος πλῆρες ἁμαρτιῶν. Nehem. III. 1. πόλις ἀδικίας πλήρης. Sirac. XIX. 22. πλήρης δόλου. 4) *copiosus, largus, perfectus, cui nihil deest, completus, absolutus.* Marc. IV. 28. εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ deinde frumentum plenum in spica: ubi πλήρης σῖτος est, vel frumentum copiosum, vel granum frumenti justæ magnitudinis, quod ita excrevit, ut totam folliculi, quo continetur, cavitatem expleat. Genes. XLI. 7 et 22. στάχυες πλήρεις καὶ καλοὶ καὶ ἐκλεκτοί. Sirac. L. 6. σελήνη πλήρης. Symmach. Prov. XI. 1. στάθμιον πλῆρες. 2 Joh. v. 8. πλήρης μισθὸς præmium dignum, idoneum. Cant. V. 6, 14. σμύρναν πλήρη. Vulgatus habet: *myrrham probatissimam.* Ruth. II. 12. καὶ γένοιτο ὁ μισθός σου πλήρης (Hebr. שְׁלֵמָה) παρὰ Κυρίου. Horat. III. Od. 18. v. 5. *pleno anno,* i. e. *exacto.* Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 730. Hinc καρδία πλήρης est animus integerrimus. 2 Paral. IX. 9. XXV. 2. 2 Reg. XX. 3. (ubi in codd. πλήρης et τέλειος invicem permutantur.) 1 Macc. VIII. 25. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΛΗΡΟΦΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie est: *contento cursu peto locum aliquem,* et πληροφορέομαι *pleno motu in aliquid feror,* et est navium, quæ plenis velis agitantur et in portum feruntur. Vide Verpoortenii Dissertationem de Πληροφορίᾳ Fidei I. 7. Compositum enim est ex πλήρης *plenus* et φορέω, seu φέρω *fero.* 2) est i. q. πληρόω, *impleo, plenum affero ac perfectum reddo, satis instruo aliqua re,* et speciatim de plena mensura et *pondere* (Vide Alberti Obss. Philol. p. 430.) usurpatur, quod etiam Græcis πλήρης φορὰ dicitur, aut de arboribus, plenissimum fructuum proventum proferentibus. Πληροφορεῖσθαι etiam adhibetur de fœtu, qui in matris utero justum tempus exegit. Hinc transfertur ad omnes res, ad quarum perfectionem nihil deest, et 3) est metaphorice: *plenam fidem facio alicui rei, ita, ut alter de ea dubitare nullo modo possit, omnem dubitationem removeo,* unde πληροφορεῖσθαι partim de *eo* usurpatur, *qui certissimus est, certissime aliquid novit ac compertum habet, firmiter ac certo persuasus est de aliqua re,* partim vero de *ipsa re* adhibetur, *cui fides facta est, quæ est certa et indubitata.* Sic legitur in N. T. Luc. I. 1. περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων de rebus, quæ sunt apud nos testimoniis tam certis comprobatæ, ut de iis, ut vere gestis, nullo modo dubitare aliquis possit; seu de rebus, quæ nobis sunt compertissimæ. Syrus: ܕܣܘܥܪ̈ܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܚܢܢ ܡܦܣܝܢ ܒܗܘܢ h. e. rerum gestarum illarum, de quibus nos persuasi sumus. Rom. IV. 21. καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι certissime persuasus de summa Dei potentia, qua omnia, quæ promisit, etiam efficere possit. ib. XIV. 5. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω quisque de sua animi sententia certus fieri cupiat, seu unusquisque agat animo certo et judicio firmo, nempe de eo, quod licitum est, aut illicitum. Huc etiam refertur a nonnullis locus 1 Tim. IV. 17. ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, quem vertunt: ut per me prædicatio evangelii certa fide nitatur, Isocrat. Trapezit. p. 626. L. Ctesiæ Persica 39. Adde Eusebii Hist. Eccl. III. c. 24. Hesych. ἐπιστώθη· ἐπείσθη, ἐπληροφορήθη. 4) transfertur ad *homines, qui vel summo studio ac contentione feruntur ad aliquid,* vel *perfecte aliquid præstant, exacte satisfaciunt alicui rei.* In priore notione legitur apud Grabium in Spicilegio Patrum T. I. p. 219. οὕτως τῇ πλεονεξίᾳ ἐπληροφορήθην τῆς ἀναιρέσεως αὐτοῦ, et apud Alexandrinos Cohel. VIII. 1. ubi Hebraica מָלֵא לֵב בְּנֵי־הָאָדָם בָּהֶם לַעֲשׂוֹת רָע ita interpretati sunt: ἐπληροφορήθη καρδία (Aquila: ἐτόλμησαν) υἱῶν τοῦ ἀνθρώπου ἐν αὐτοῖς τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρόν. In posteriore vero notione legitur 2 Tim. IV. 5. τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον imple ministerium tuum, h. e. omni studio satisfacias muneri tuo et nihil eorum omitte, quæ faciant ad id religiose obeundum. Conf. Pearsonii Obss. ad Epistolas Ignatii p. 9. Phavor. vel

potius Zonaras Lex. col. 1567. πληροφόρησον· πλήρωσον. ὡς ὁ ἀπόστολος· τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. Ita etiam interpretatus est Chrysostomus in Homilia IX. ad h. l. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 753. Gloss. Vet. πληροφορῶ, *morigero, satisfacio.* Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΗΡΟΦΟΡΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie et ex sua origine *plenam lationem* significat, a πληροφορέω *plene fero,* ut vel metaphora desumta sit de navibus, cum ventis implentur vela secundis, vel tralatio petita sit a frugibus, vel herbis et plantis arboribusve, plenissimum fructum ferentibus. Hinc ad animum translatum 2) *certam animi persuasionem, pleniorem certitudinem* ac *insigniorem quandam animi fiduciam* significat, ut sit i. q. βεβαιότης, ut interpretatus quoque est Hesychius. Sic legitur in N. T. 1 Thess. I. 5. ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, h. e. certos vos reddidit et persuasos de præstantia et veritate religionis christianæ. 3) *omnis perfectio alicujus rei,* i. q. τελειότης. Coloss. II. 2. ἡ πληροφορία τῆς συνέσεως perfecta scientia et cognitio religionis christianæ. Hebr. VI. 11. ἡ πληροφορία τῆς ἐλπίδος spes certissima, constans et admodum firma. ib. X. 22. ἡ πληροφορία τῆς πίστεως. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΗΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *impleo, expleo, repleo, plenum facio continens aliquod aliqua materia,* a πλήρης *plenus.* Matth. XIII. 48. ὅτε ἐπληρώθη, sc. ἡ σαγήνη, ubi repletum est rete. Luc. III. 5. πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται exaltate omnes vias excavatas. Joh. XII. 3. ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου et tota domus repleta fuit odore suaveolente unguenti. In eadem significatione usurpatur etiam quandoque metaphorice, v. c. Act. II. 2. καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον, οὗ ἦσαν καθήμενοι qui (scil. sonitus,) replevit totum œcum, in quo convenerant, h. e. ubique per totum œcum audiebatur. ibid. V. 28. πεπληρώκατε τὴν Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν replevistis totam Hierosolymam doctrina vestra. Xenoph. de Vectig. IV. 42. πολλὰς ναῦς πληροῦν multas naves replere nautis. Idem in Hist. Gr. I. 26. 2) *compleo numero, vel mensura, suppleo ea, quæ desunt aut desiderantur.* Matth. XXIII. 32. καὶ ὑμεῖς πληρώσατε (num pro πληρώσετε?) τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν et vos completis mensuram majorum vestrorum, h. e. suppletis, quod majoribus vestris ad improbitatem adhuc deerat; seu, pergitis imitari majores vestros in persequendis veris doctoribus divinis, usque dum ad summam perveniatis impietatem. Dan. VIII. 23. πληρουμένων τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν quando mensura peccatorum illorum erit completa. Apoc. VI. 11. ἕως πληρωθῶσι usque dum compleatur numerus martyrum, a Deo provisus, bis sie vollzählig geworden sind, *till the number be complete.* Sic כָלִי in Bava Bathra fol. 121. 1. Philipp. IV. 19. ὁ δὲ Θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν Deus vero, quem veneror, supplebit omnem defectum vestrum, seu largiter præbebit omne id, quo vobis opus est. Herodian. I. 5. 25. τό τε ἐν ἡμῖν νέον σεμνότητος πληρώσετε τῇ τῶν ὑμετέρων ἔργων ἀνδραγαθίᾳ. Aristoph. Eccles. v. 89. πληρουμένης τῆς ἐκκλησίας. Hinc 3) *copiose aliquem instruo et afficio aliqua re, largior, tribuo, occupo,* et πληρόομαι, οῦμαι, *afficior abunde, habeo aliquid ac possideo, instructus sum.* Luc. II. 40. πληρούμενον σοφίας omni sapientia præditus et instructus. Joh. XVI. 6. ἡ λύπη πεπλήρωκεν τὴν καρδίαν ὑμῶν tristitia occupavit animum vestrum. Act. II. 28. πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου summa me apud te afficies felicitate. ib. XIII. 52. οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπληροῦντο χαρᾶς καὶ Πνεύματος ἁγίου christiani vero afficiebantur gaudio, effecto illo per Sp. S. Rom. XV. 13. πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης repleat animos vestros summo gaudio ac lætitia. ibid. v. 14. πεπληρωμένοι πάσης γνώσεως instructi idonea religionis christianæ cognitione. 2 Cor. VII. 4. πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει plenus sum solatio. Ephes. V. 18. πληροῦσθε ἐν πνεύματι sumite sensus, quos postulat religio christiana. Philipp. I. 11. Coloss. I: 9. ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν, pro κατὰ τὴν ἐπίγνωσιν. Phil. IV. 18. πεπλήρωμαι satis habeo, abundo, i. q. περισσεύω, cum quo verbo h. l. permutatur. 2 Tim. I. 4. ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ. 1 Reg. VII. 14. πεπληρωμένος τῆς τέχνης καὶ συνέσεως. Ps. XV. 11. πληρώσεις με εὐφροσύνης. 2 Macc. VII. 21. γενναίῳ πεπληρωμένη φρονήματι. ibid. X. 30. ταραχῆς πεπληρωμένοι. Plato Conviv. p. 316. D. οἶμαι γάρ με παρὰ σοῦ πολλῆς καὶ καλῆς σοφίας πληρωθήσεσθαι. 4) *trado, doceo, instituo, explico, interpretor.* Matth. V. 17. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι, scil. τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, non veni eo consilio, ut doctrinam Mosaicam plane abrogarem, sed potius, ut eam rectius interpretando confirmarem ejusque auctoritatem magis tuerer. Quanquam enim non nego, πληρῶσαι h. l. ad explicationem et interpretationem legis Mosaicæ perfectiorem, (cujus specimina a Matthæo in sequenti Christi oratione exhibentur,) referendum esse, et lubens Vitringæ assentior, qui (Lib. I. Obss. Sacr. p. 200.) ad Paraphrastas Chaldæos provocavit, apud quos (v. c. Job. XXII. 22.) גְּמַר *implere, perficere,* cui Græcum πληροῦν respondet, *docendi* notionem habet, unde et altera pars Talmudis *Gemara* appellatur, tamen etiam notionem *confirmandi et tuendi alicujus rei auctoritatem* in hac voce h. l. latere, ob vocem καταλύειν, cui diserte opponitur, equidem existimo, in qua opinione me locus 1 Reg. I. 14. ubi מִלֵּא eandem significationem habet, (conf. Josephi A. J. VII. 14. § 4.) mirifice confirmavit. Vide Gust. Sommelii D. de genuina notione vocis πληρῶσαι, Matth. V. 17. occurrentis. Lund. 1772. 4. Rom. XV. 19. ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, ita, ut inde ab Hierosolymis et in circuitu usque ad Illyricum tradiderim religionem christianam. Sic quoque accepisse videtur Syrus. Alii vertere malunt: ut illa loca impleverim evangelio Christi, ut sit hypallage. Coloss. I. 25. πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ut tradam doctrinam christianam. Huc etiam a nonnullis refertur locus Coloss. II. 10. καί ἐστε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι, ut sensus sit: et estis per ipsum edocti. 1 Macc. IV. 19. pro πληροῦντος αὐτοῦ in nonnullis codicibus e glossemate legitur ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ. Conf. Heinsii Exercitt. Sacr. VI. 8. p. 346. 5) *perficio, ad summum perfectionis gradum perduco, perfectum reddo, et* πληροῦσθαι *res* dicitur, *quæ est perfecta et omnibus numeris absoluta, quæ ad summum perfectionis gradum pervenit.* Luc. XXII. 16. ἕως ὅτου πληρωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ donec perfectius vobiscum faciam in regno Dei. Joh. III. 29. αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται hoc gaudium summum mihi nunc contigit. ibid. XV. 11. ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ ut felicitas vestra summa sit et perfecta. ibid. XVI. 24. XVII. 13. ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν τὴν πεπληρωμένην ἐν

αὐτοῖς ut per me semper iis oriretur summum gaudium et solatium. 2 Cor. X. 6. ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή. Phil. II. 2. πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν create mihi hoc permagnum gaudium. 2 Thess. I. 11. καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης velit adjuvare et perfectum reddere vestrum virtutis et religionis studium. Coloss. IV. 12. ἵνα στῆτε τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι. 1 Joh. I. 4. 2 Joh. v. 12. Apoc. III. 2. οὐ γὰρ εὕρηκα τὰ ἔργα σου πεπληρωμένα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ μου. Ælianus V. H. L. II. c. 44. formula πληρῶσαι τὴν τῆς εἰκόνος ἀπαίτησιν usus est. 6) *exacte observo, omni ex parte satisfacio muneri, aut mandato, officium impleo, diligenter præsto, quæ in mandatis habeo,* i. q. τελέω. Matth. III. 15. πρέπον ἐστὶν ἡμῖν, πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην convenit enim nobis omni officio nostro perfungi. ibid. V. 17. πληρῶσαι νόμον, h. e. observare legem eique morem gerere; ut a nonnullis hic locus explicatur: sed meliorem hujus loci explicationem supra dedi n. 4. Act. XII. 25. πληρώσαντες τὴν διακονίαν cum satisfecissent negotio, sibi demandato, nempe eleemosynas collectas perferendi Hierosolymas. ibid. XIV. 26. εἰς τὸ ἔργον, ὃ ἐπλήρωσαν ad munus, quo etiam bene functi erant. ibid. XIX. 21. ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα cum perfecissent hoc negotium. Rom. VIII. 4. ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν ut præcepta legis a nobis exacte observentur. ibid. XIII. 8. νόμον πεπλήρωκε is omnibus legis præceptis satisfecit. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 234. Coloss. IV. 17. ἵνα αὐτὴν (scil. διακονίαν) πληροῖς ut huic muneri, tibi demandato, omni ex parte satisfacias. Sic ἐκπληροῦν legitur apud Epictet. Enchirid. c. 24. ἐκπληροῦν ἔργον, et πληροῦν apud Herodian. III. c. 11. s. 9. φυλάξαι καὶ πληρῶσαι ἐντολάς. Ælian. V. H. II. c. 44. πληρῶσαι τὴν τῆς εἰκόνος ἀπαίτησιν. Zosimum II. c. 41. extr. τὰ ἐπιτάγματα πληροῦντες. Alia exempla collegit Alberti in Obss. Philol. p. 383. 7) *eventu comprobo, impleo eventu, effectu, opere, quod prædictum est et promissum, exsequor, ratum facio.* Passivum Πληρόομαι, οῦμαι, *evenio, eventu comprobor.* Mat. I. 22. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος ut ita eventu comprobaretur, quod olim Deus per prophetam prædixerat. Observandum autem est tironum causa, ex hac formula citandi loca V. T. sæpius in N. T. obvia, quæ plane non differt ab altera τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν, admodum ambiguam eam esse et ex contextu vaticiniorum pariter ac collatione cum N. T. intelligendum esse, utrum a scriptoribus N. T. loca singula V. T. vere argumentandi causa citentur, ita, ut vere de eo agant, in cujus probationem afferunt, an, quod in haud paucis locis factum esse constat, ipsa allegatio sit mera accommodatio et comparatio eventuum similium, ut post Isenbiehlium in Novo Tentamine super Vaticinio de Emmanuele (theodisce scripto 1778.) p. 291. ac Wetstenium N. T. T. I. p. 236. egregie docuit doctissimus Nœblingius in Diatribe de Vera Vi Formulæ ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν, seu ἡ γραφὴ in N. T. recte et accurate constituenda. Susati 1785. Matth. II. 15, 17, 23. IV. 14. VIII. 17. XII. 17. XIII. 35. XXI. 4. XXVI. 54, 56. ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ τῶν προφητῶν ut oracula prophetarum de Messia eventu comprobarentur. ib. XXVII. 9, 35. Marc. XIV. 49. XV. 28. Luc. I. 20. οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν quæ suo tempore eventum habebunt. ibid. IV. 21. XXI. 22. XXIV. 44. Joh. XII. 38. XIII. 18. XV. 25. XVII. 12. XVIII. 9, 32. XIX. 24, 36. Act. I. 16. III. 18. XIII. 27. Jacob. II. 23. 2 Paral. XXXVI. 21. τοῦ πληρωθῆναι τὸν λόγον Κυρίου. 1 Reg. II. 27. Polyæn. Strategem. I. 18. τοῦ λογίου πεπληρωμένου. Julian. Epist. LIX. ὅπως καὶ τὸ τῆς παροιμίας ἐπὶ σοῦ πληρωθῇ. Herodian. II. c. 7. § 9. διότι τὰς ὑποσχέσεις οὐκ ἐπλήρου τῶν χρημάτων. Arrian. Diss. Epictet. III. c. 23. πληροῦμεν αὐτῶν τὴν ἐπαγγελίαν. ibid. IV. c. 8. Eodem modo usurpatur ἀποπληροῦν apud Herodian. II. c. 7. s. 2. et *implere* apud Vopiscum in Numeriano c. XV. Livium I. cap. 7. et Curtium III. 1. 18. 8) *absolvo, ad finem perduco, finio.* Tempus dicitur πληροῦσθαι, partim, cum præterlapsum est, partim, cum adest tempus promissum ac definitum. Marc. I. 15. ὅτι πεπλήρωται ὁ καιρὸς jam adest illud tempus, a prophetis prædictum. Luc. VII. 1. ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ finito hoc ad populum sermone. ibid. IX. 31. τὴν ἔξοδον αὐτοῦ ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλὴμ de morte, quæ ipsi esset obeunda Hierosolymis. Joh. VII. 8. ὅτι ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς οὔπω πεπλήρωται quia tempus opportunum nondum adest. Conf. Josephi A. J. VI. c. 4. s. 1. Luc. XXI. 24. ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν donec tempora gentium finem habuerint. Act. VII. 23. ὡς δὲ ἐπληροῦτο αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος anno ætatis ejus quadragesimo. ibid. v. 30. πληρωθέντων ἐτῶν τεσσαράκοντα peractis annis quadraginta. ibid. IX. 23. ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναὶ præterlapso multo temporis spatio. Act. XIII. 25. ὡς δὲ ἐπλήρου τὸν δρόμον ad finem perducto negotio. ib. XIX. 21. ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα his peractis. ibid. XXIV. 27. Eodem modo מָלֵא usurpatur Levit. XXV. 30. Esther. I. 5. Jerem. XXV. 12. XXIX. 10. Genes. XXV. 24. Lev. VIII. 33. Cf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 6. p. 178 seq. ed. Fischeri. Adde Tob. VIII. 20. Sirac. XXVI. 2. Fesselii Adversaria Sacr. Lib. III. cap. 1. p. 192. Wetstenii N. T. T. I. p. 294. et Abreschii Animm. ad Æschylum p. 573. 9) πληροῦσθαι etiam *is* dicitur, *qui rei alicui studet, in aliquid intentus,* vel *alicui assuetus est,* de quo in N. T. etiam vocabulum πλήρης adhibetur, ut supra docui. Rom. I. 29. πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ κ. τ. λ. 10) *comprehendo, complector,* i. q. ἀνακεφαλαιόω. Sic legitur in N. T. Gal. V. 14. ὁ γὰρ πᾶς νόμος ἐν ἑνὶ λόγῳ πληροῦται summa enim omnium legum divinarum hæc est, seu, omnia præcepta divina hoc uno comprehenduntur. Conf. Rom. XIII. 9. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται. Speciatim vero Christus in N. T. dicitur πληροῦν homines, quatenus eos adscribit cœtui christianorum sodales et omnes, qui ad ecclesiam Christi pertinent, Judæos pariter ac gentiles, communi imperio complectitur. Πληροῦσθαι autem homines dicuntur, qui in cœtum christianorum recipiuntur, aut sunt participes felicitatis in regno Messiæ. Ephes. I. 23. τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου qui omnes communi imperio complectitur et regit, coll. v. 19. Πληροῦσθαι autem h. l. medium est, non passivum. Ephes. III. 19. ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ in eo, quod recepti estis in christianorum numerum. ibid. IV. 10. ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα ut regnum suum sollenne et universum instauraret. Coloss. II. 10. καὶ ἐστὲ ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι et vos etiam ejus imperio subjecti, seu, cœtui christianorum adscripti estis; ubi confer sequentia. 11) Restat formula πληροῦν τὴν καρδίαν τινός, quæ significat: *aliquem sollicitare, impellere, incitare*

ad aliquid, auctorem alicui esse, consilia suppeditare alicui, adjuncta tamen notione *audaciæ*. Act. V. 3. *διατί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον;* cur passus es te a Satana impelli, ut fallere conatus sis Sp. S.? Expressit Petrus formulam Hebraicam מָלֵא לֵב פְּלוֹנִי Esther VII. 6. Cohel. VIII. 11. Reliqui Græci fere utuntur formula *ἐπαίρειν τινά*. Sæpius non legitur in N. T. — Conf. F. G. Dresdii Prolus. 1. et 2. de sensu vocabuli *πληροῦν* in N. T. præsertim tum, cum de scripturis V. T. usurpatur. Viteb. 1786. 4. et G. F. Weber Diss. de voce *πληροῦν* Lips. 1751. 4.

ΠΛΗ'ΡΩΜΑ, *τος, τὸ*, 1) proprie: *impletio continentis aliqua re, vel materia*, a I pers. perf. pass. *πεπλήρωμαι*, verbi *πληρόω impleo*. Nomina enim verbalia, in syllabam *μα* desinentia, non solum passivam significationem habent, sed etiam activam vim induunt, ut idoneis exemplis docuit Vener. Storrius in Dissertatione de Sensu Vocis Πλήρωμα in N. T. (Tubingæ 1780. 4. et in Ej. Opusc. Academ. Vol. I. p. 144.) p. 3 seq. quæ tota conferri meretur. Sed in N. T. libris *πλήρωμα* 2) notat: *plenitudinem, copiam, multitudinem, abundantiam*. Hesych. *πλήρωμα· πλῆθος*. Joh. I. 16. *ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ* ex ejus uberrimo beneficiorum thesauro ac fonte. Rom. XI. 25. *ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ* donec gentilium plurimi ad religionem christianam adducti fuerint. ibid. XV. 29. *πλήρωμα εὐλογίας τοῦ εὐαγγελίου* sunt uberrimi evangelii fructus. Eodem modo Hebraicum מְלֹא *plenitudo*, de *copia et multitudine* usurpatur Gen. XLVIII. 19. ubi Alex. verba Hebr. מְלֹא־הַגּוֹיִם recte transtulerunt *πλῆθος ἐθνῶν*, et Ies. XXXI. 4. Adde Alex. Cantic. V. 3. 3) *id, quo aliquid impletur, id, quod aliquid replet et continetur aliquo*, seu *omne, quod alicui inest et ad illud pertinet*, etiam *summa, id, quo omnia redeunt*. Marc. VIII. 20. *πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων ἤρατε;* h. e. quot sportas fragmentorum plenas sustulistis? Plane ita reddidit Syrus: ܟܡܐ ܩܘܦܝ̈ܢܝܢ ܕܡܠܝ̈ܢ ܗܘܝ ܩܨ̈ܝܐ ܫܩܠܬܘܢ. Rom. XIII. 10. *πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη* amor enim est complementum, seu consummatio legis, h. e. *id, quo omnis lex redit, summa legis*, i. q. *κεφάλαιον τοῦ νόμου*. Conf. v. 9. et Galat. V. 14. Sic apud Tacitum *complementum omnis accusationis* id dicitur, quo omnia crimina redeunt, nempe crimen majestatis. Πληροῦν autem etiam in N. T. interdum *comprehendere, complecti, in brevem summam redigere* significare, supra vidimus. 1 Cor. X. 26 et 28. *τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς* a Deo enim creata est terra et omnes res createæ sunt, quæ sunt in terra. 1 Chron. XVI. 32. *ἡ θάλασσα σὺν τῷ πληρώματι αὐτῆς*. Psal. XXIV. 1. *ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς*. ibid. XCVI. 11. XCVIII. 8. Vide et Jerem. VIII. 16. XLVII. 2. Sic etiam apud Philostratum Heroic. c. X. § 12. *πλήρωμα* dicuntur Græci, in equo Trojano delitescentes. Πληρώματα νηῶν Græcis *omnia* dicuntur, *quæ replent naves et navibus insunt*, v. c. *remiges*, (apud Lysiam p. 702. Vol. V. Oratt. Gr. a Reiskio editorum.) *milites classiarii*, (v. c. apud Demosthenem p. 1217. ed. Reisk. et Ælian. V. H. II. 10. ubi videndus Perizonius.) *omnia, quæ ad navem instruendam faciunt* (Æschines p. 488. Vol. III. Oratt. Gr. ed. Reisk.) et *onera navium*. (*τὸν τῶν νηῶν φόρτον*, observante Suida et ex eo Phavorino.) Vide Casaubonum ad Athenæum VIII. 10. p. 612. et Wesseling. ad Diodor. Sic. XI. c. 3. Tom. I. p. 406. Conf. etiam Philonem de Vita Mosis Lib. II. p. 451. ubi animalia, quæ in arca continebantur, *πλήρωμα* dicuntur. 4) *supplementum, illud ipsum, quo aliquid reficitur et redintegratur*. Sic de particula panni, qua pallium lacerum reficitur, usurpatur apud Matth. IX. 16. Nemo, inquit Jesus, assuit assumentum (*ἐπίβλημα*) panni rudis vesti veteri; nam, si secus faciat, *αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου* supplementum vestis veteris novum aufert aliquid de veste, quæ sarciri debebat, vetere, et pejor fit scissura: ubi videndus Grotius. Marc. II. 21. etiam *πλήρωμα* est, quod paulo ante dicebatur *ἐπίβλημα*. Hesych. *πλήρωμα· ἀναπλήρωμα*. Gloss. Vet. *πλήρωμα, supplementum*. 5) *exacta observatio*. Rom. XIII. 10. *πλήρωμα νόμου ἡ ἀγάπη* qui alios amat, exacte observat omnem legem moralem. Ita hic locus, supra jam tractatus, a nonnullis interpretibus explicatur, nec repugnante usu loquendi. Quemadmodum enim *πληροῦν*, uti Latinum *implere*, interdum *exacte observare, satisfacere muneri ac mandato, implere officium* notat, (vide supra ad vocem *πληρόω*.) ita etiam apud Philonem de Abrahamo p. 387. *πλήρωμα χρηστῶν ἐλπίδων* id dicitur, quod maxime cuique spei satisfacit. Aliis interpretibus *πλήρωμα νόμου* est *consummatio, complementum legis, quo lex omnis redeat*, quemadmodum Tacitus Annal. III. 38. crimen majestatis complementum omnis accusationis dixit, h. e. quo omnia crimina redirent. 6) *felicitas, status rerum prosper et fortunatus, fortunæ abundantia*. Rom. XI. 12. *πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν;* quanto magis ex eorum receptione in cœtum christianorum summa in orbem terrarum redundatura esset felicitas? Opponitur enim *τὸ πλήρωμα* h. l. *τῷ παραπτώματι*, h. e. pœnæ incredulitatis Judæorum, quæ erat *ἐν τῇ ἀποβολῇ* v. 15. in privatione felicitatis christianæ, et *τῷ ἡττήματι*, seu conditioni deteriori, et permutatur cum *σωτηρία* v. 11. et cum *πρόσληψις* v. 15. Sed, ut ingenue fatear, potest hic locus commode etiam ad ea loca N. T. referri, in quibus 7) formula *πλήρωμα Θεοῦ*, vel *Χριστοῦ* de *universa multitudine eorum, qui ad ecclesiam christianam pertinent*, adhibetur et *numerosum christianorum cœtum* significat, *quem Christus communi imperio complectitur, ut capite regitur corpus, et qui ob hanc ipsam arctissimam cum Christo conjunctionem* *σῶμα Χριστοῦ* in N. T. dicitur. Sic legitur in N. T. Ephes. I. 23. *τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου* universa multitudo christianorum, quos Christus communi imperio complectitur et regit, qui in Christo quasi continentur, quos Christus in se complectitur. Confer supra *πληρόω*. ibid. III. 19. *ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ* in eo, quod etiam vos in cœtum christianorum recepti estis. ibid. IV. 13. *εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ* ad perfectam illam ætatem, seu ad perfectionem, ad quam assurgere debet ecclesia christiana. Col. I. 19. *ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι* voluit Deus, ut Christus esset rex et dominus universi cultorum suorum cœtus. Cf. sequentia. Plurimi tamen interpretes volunt hunc locum ita explicandum esse: Voluit Deus, ut in Christo, quidquid inest in ipso, nempe omnis divina ipsius virtus, habitaret. Sed si vere hic locus de *majestate* et *natura divina, qua Christus vere præditus erat*, intelli-

gendus esset, quomodo tunc εὐδόκησις explicandum esset, equidem non video. Idem valet de loco altero Coloss. II. 9. 8) si de tempore πλήρωμα adhibetur, *consummationem, decursum, exitum, finem*, notat. Gal. IV. 4. ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου cum pubertatis nostræ tempus venisset, seu, cum adesset tempus, manifestationi religionis christianæ a Deo destinatum. Eph. I. 10. οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν institutionem, quam Deus certo tempore elapso introducere volebat. Formula enim πλήρωμα τῶν καιρῶν plane non differt a formula πλήρωμα τοῦ χρόνου, utraque enim significatur *elapsum tempus aliquod certum ac destinatum*. Eodem modo πλήρωσις usurpatur Ez. V. 5. et Dan. X. 3. Vide supra ad πληρόω dicta. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΗΣΙ'ΟΝ. Adverbium, significans: *prope, juxta*, propinquitatem loci innuens, ab adverbio πέλας *prope*. Construitur cum genitivo. Sic semel legitur in N. T. Joh. IV. 5. πλησίον τοῦ χωρίου juxta prædium. In versione Alexandrina respondet Hebraico אֵצֶל quod idem notat, Deuter. XI. 30. עַל יַד *ad manum*, Jos. XV. 46. מוּל seu מִלּ *e regione*, Jos. XIX. 45. Deut. I. 1. אֶל מוּל idem, Jos. VIII. 33. מִצַּד *a latere*, Jos. XII. 11. et בִּקְצֵה *in fine*. Num. XXXIII. 37. Adde Æschin. Socr. Dial. III. 3. πλησίον τῶν πυλῶν, Eurip. Phœn. v. 163 et 924. Cf. Irmisch. ad Herodian. I. c. 7. 4. Hesych. πλησίον· ἐγγύς.

ΠΛΗΣΙ'ΟΝ, ὁ, ἡ, scilicet ὤν, i. q. πλησίος, 1) proprie: *proximus, qui prope aliquem est*, vel *juxta aliquem habitat*. 2) ut Hebraicum רֵעַ *quivis alius homo, ulla ratione meum conjunctus*, sive sit amicus, sive inimicus, sive proximus mihi sit, sive a me remotus, sive sit cognatus et propinquus, sanguine, patria et religione, sive alienigena, extraneus et alienus. Matth. XIX. 19. XXII. 39. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Marc. XII. 31, 33. Luc. X. 27, 29, 36. πλησίον γεγονέναι se tanquam proximum gessisse erga eum, etc. Act. VII. 27. ὁ δὲ ἀδικῶν τὸν πλησίον qui alteri injurias inferebat. Rom. XIII. 9, 10. coll. v. 8. ibid. XV. 2. Galat. V. 14. Ephes. IV. 25. Hebr. VIII. 11. Jacob. II. 8. Æque late patet vox רֵעַ quæ interdum quemvis alium significat, v. c. Levit. XIX. 18. 1 Reg. XX. 35. 1 Sam. XV. 28. Confer Vorstii Philol. Sacr. p. 67 seq. et 562 seq. ed. Fischeri. Adde Diog. Laërt. I. s. 69. μὴ κακολογεῖν τοῖς πλησίον. M. Antonin. VIII. c. 47. et XI. c. 1. extr. Polybium Hist. XII. 6. Idem de Virtutibus p. 1369. πικρὸς γὰρ γεγονὼς καὶ ἀπαραίτητος ἐπιτιμητὴς τῶν πέλας, εἰκότως ἂν καὶ ὑπὸ τῶν πλησίον αὐτὸς ἀπαραιτήτου τυγχάνοι κατηγορίας. Sic etiam ὁ πέλας sumitur apud Polybium Hist. III. c. 42. VI. c. 7. 3) aliquando tamen in sensu restrictiori tantum est *amicus, cognatus, vicinus, homo, eadem nobiscum patria ortus*, vel *eandem nobiscum religionem profitens*. Hinc in versione Alexandrina quandoque respondet Hebraico אָב *pater*, Malach. IV. 6. et אָח *frater, popularis*. Gen. XXVI. 31. Levit. XXV. 14. Joël II. 8. Matth. V. 43. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον (Codex Grævii habet φίλον) σου καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. Judæis nullus gentilium nomine proximi veniebat. Aruch in ברית בן: הוציא כל אמות באמרו רעך *excipit omnes gentiles, cum dicit proximum tuum*. Cf. etiam Maimonidem in רוצח cap. 2 et 4. Hoc strictiore sensu etiam רֵעַ in plerisque V. T. locis sumendum erit, et a Judæis accipiebatur, ut docuit Wetstenius N. T. T. I. p. 311. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΗΣΜΟΝΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *plenitudo, copia, multitudo*, a πλῆσμα *impletio, implementum*, quod est a πλήθω *impleo*. Prov. III. 10. ἵνα πιμπλῶνται τὰ ταμιεῖά σου πλησμονῆς σίτου. Ezech. XVI. 48. ὑπερηφανία ἐν πλησμονῇ ἄρτων. Prov. XXVII. 7. Sirac. I. 13. 2) *satietas corporis, quæ est ex nutrimentis, saturitas*, interdum etiam *ipsa nutrimenta, quæ famem sitimque restinguunt et explent, res ad vitam sustentandam necessariæ*. Sic semel legitur in N. T. Coloss. II. 23. πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς ad corpus satiandum ejusque succorum ac virium supplementum. Exod. XVI. 3 et 8. ἠσθίομεν ἄρτους εἰς πλησμονήν. Hag. I. 6. ἐφάγετε καὶ οὐκ εἰς πλησμονήν. Ezech. XXXIX. 19. Xenoph. Mem. III. c. 11. § 14. Ælian. V. H. IX. c. 26. extr. μήποτε διαῤῥαγῇ ὑπὸ πλησμονῆς. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 290. Gloss. Vet. πλησμονή, *abundantia, satietas, saturitas*.

ΠΛΗ'ΣΣΩ et Attice ΠΛΗ'ΤΤΩ, fut. πλήξω, 1) proprie: *percutio, ferio, verbero*. Sic legitur apud Xenophontem de Re Equestri c. 6. § 1. τῇ ὁπλῇ ἐς τὸ πρόσωπον πληγῆναι, et Demosthenem p. 340. 24. edit. Reisk. Herodian. VII. c. 11. s. 8. Hesych. πλήξας· τύψας. 2) non solum *percellere, terrere, consternare* (Hesych. πλήξας· θαυμάσας. Idem: ἐπλήγην· ἐμάνην.) notat, sed etiam *affligere, plagas et calamitates immittere* significat. Ies. I. 5. IX. 13. Exod. XVI. 3. ὄφελον ἀπεθάνομεν πληγέντες ἀπὸ Κυρίου. Sed si de sole, luna stellisque usurpatur, notat: *obscurare, lumine suo privare*, et πλήττεσθαι est idem, quod ἐκλείπειν. Sic semel legitur in N. T. Apoc. VIII. 12. καὶ ἐπλήγη τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου καὶ τὸ τρίτον τῆς σελήνης καὶ τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων et percussa est, seu plaga affecta, tertia pars solis, lunæ et stellarum, h. e. defecit, obscurata est, unde statim explicationis causa additur: ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον αὐτῶν. Eodem modo Hebraicum לְקָה seu לְקָא (Vide Buxtorfii Lex. Talmud. s. h. v.) quod proprie *percuti, vapulare* notat, æque ac substantivum לְקוּת, quod *percussionem* significat, ad eclipsin, seu defectum luminarium transfertur, quod luminaria, cum deficiunt, percuti videantur, ut post Croium in Obss. Sacr. p. 266. docuit Vorstius in Philol. Sacr. c. 5. p. 174 seq. ed. Fischeri. Adde Olearium de Stilo N. T. p. 361. Wetstenii N. T. T. II. p. 780. et Georgium in Hierocritico p. 230.

ΠΛΟΙΑ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *navicula, navigiolum, cymba*. Deminutivum a πλοῖον *navis, navigium*. Legitur in N. T. tantum Marc. III. 9. IV. 36. Joh. VI. 22, 23. XXI. 8. οἱ δὲ ἄλλοι μαθηταὶ (ἐν) τῷ πλοιαρίῳ ἦλθον reliqui vero discipuli navicula venerunt. Aristoph. Ran. v. 139. Hesych. πλοιάρια· πλοῖα μικρά.

ΠΛΟΙ͂ΟΝ, οίου, τὸ, 1) *navis, navigium*, a præt. med. πέπλοα, verbi πλέω *navigo*. Differt autem a ναῦς ita, ut hoc fere *naves majores* indicet, illud autem fere in plerisque locis de *minoribus navigiis*, v. c. cymbis, scaphis piscatoriis adhibeatur. Sic navigia parva, ex corio consuta, διφθέρινα vel δερμάτινα, quæ Lusitanis et Sabæis in usu erant, a Strabone (Lib. III. p. 155. et XVI. p. 778.) πλοῖα vocantur. Cymbulam, quæ portitoris Charontis erat, πλοῖον vocat Aristoph. in Ranis v. 181 et 184. Confer Pollucis Onom. I. c. 9. et Schefferum de Milit. Nav.

Lib. II. c. 2. p. 66. Hinc etiam in N. T. *πλοῖον* multoties de *cymbula piscatoria* adhibetur, v. c. Matth. IV. 21, 22. *ἀφέντες τὸ πλοῖον* relinquentes navem. ibid. XV. 39. *ἐνέβη εἰς τὸ πλοῖον* navem conscendit, coll. VIII. 23. IX. 1. XIV. 22. Pro *ἐμβαίνειν εἰς τὸ πλοῖον* conscendere navem Marc. VI. 51. *ἀναβαίνειν εἰς τὸ πλοῖον* ponitur. Matth. XIV. 29. *καταβαίνειν ἀπὸ τοῦ πλοίου* exire de nave, pro quo Marc. V. 2. et VI. 54. *ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ πλοίου* dicitur. Marc. V. 21. *διαπερᾶν ἐν τῷ πλοίῳ εἰς τὸ πέραν* trajicere navi. ibid. VI. 32. *ἀπελθεῖν εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ* navi devehi in locum desertum. Luc. V. 11. *κατάγειν τὰ πλοῖα ἐπὶ τὴν γῆν* deducere naves in terram, appellere. Sic *ἐξωθεῖν τὸ πλοῖον* Act. XXVII. 39. ibid. XXVIII. 11. *ἀνάγεσθαι ἐν πλοίῳ* abire navi, solvere e portu. In versione Alexandrina respondet Hebraico אֳנִי vel אֳנִיָּה *navis*, Ies. II. 16. XXXIII. 1, 14. LX. 9. et צִי *navis*, Ies. XXXIII. 21. 2) interdum omittitur, v. c. Act. XXVII. 15. ubi post *ἐπιδόντες* verba *πλοῖον ἀνέμῳ* supplenda sunt.

ΠΛΟ´ΟΣ, contracte *πλοῦς, όου*, contracte *οῦ, ὁ, navigatio, cursus navis*, a *πλέω navigo.* Idem *πλοῦς, πλοὸς, πλοΐ.* Ter tantum in N. T. legitur. Act. XXI. 7. *ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες* nos vero postquam navigationem absolveramus. ibid. XXVII. 9. *ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς* cum jam esset periculosa navigatio. ibid. v. 10. Adde Sapient. XIV. 1.

ΠΛΟΥ´ΣΙΟΣ, *ίου, ὁ*, et *πλούσιος, ία, ιον,* 1) *dives, opulentus, locuples, qui abundat et affluit opibus et facultatibus terrenis*, q. *πολυούσιος*, seu *πολλὴν ἔχων οὐσίαν*, a *πλοῦτος divitiæ, opes.* Matth. XXVII. 57. Marc. XII. 41. Luc. XII. 16. *ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα.* ib. XIV. 12. *μηδὲ γείτονας πλουσίους.* ibid. XV. 1, 19, 21, 22. XVIII. 23. XIX. 2. XXI. 1. 1 Tim. VI. 17. *τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.* Jacob. II. 6. *οἱ πλούσιοι* divites, nempe ex gentilibus et Judæis, qui christianam religionem non amplexi erant. Apoc. VI. 15. et XIII. 16. *τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς πτωχούς.* Respondet in versione Alexandrina Hebraico עָשִׁיר Ruth. III. 10. 2 Sam. XII. 1, 4. et כָּבֵד *gravis, dives.* Genes. XIII. 2. *Ἀβρὰμ δὲ ἦν πλούσιος σφόδρα τοῖς κτήνεσι.* Hesych. *πλούσιος· χρημάτων καὶ περιουσίας κύριος.* Thom. M. p. 721. *πλούσιος· ὁ πολυούσιος, ἤγουν ὁ πολλὴν ἔχων οὐσίαν.*

2) speciatim *πλούσιος* dicitur, *qui omnem fiduciam in divitiis suis reponit et iis abutitur, qui nimio divitiarum studio et amore abripi se patitur.* Matth. XIX. 23. *δυσκόλως πλούσιος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν* difficulter dives, qui toto animo inhiat divitiis omnemque in iis reponit fiduciam, amplectetur doctrinam meam. Confer Marc. X. 24. *πῶς δύσκολόν ἐστι, τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν.* Matth. XIX. 24. Marc. X. 25. Luc. VI. 24. *οἱ πλούσιοι* sunt, qui, nimio divitiarum studio et amore abrepti, impediuntur, quo minus animi et veræ felicitatis suæ curam habeant et doctrinam Christi amplectantur. ibidem XVIII. 25. Jacob. I. 10 et 11. V. 1. Ita etiam עָשִׁיר usurpatur Prov. X. 16. XVIII. 11, 24. Sirac. XIII. 4, 22. 3) *abunde instructus aliqua re, sive vere talis, sive ex opinione, copiosus, abundans, immensus.* Ephes. II. 4. *ὁ δὲ Θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει* Deus vero pro summa sua benignitate; quod Hebraice dicitur רַב חֶסֶד. Exod. XXXIV. 6. Apoc. III. 17. *ὅτι λέγεις, ὅτι πλούσιός εἰμι* dicis enim, ego dives sum, h. e. ego satis instructus sum idonea religionis christianæ cognitione, virtutis et sanctitatis studiosus sum et recte ago, etc. Confer v. 18. 4) omnino *is, qui felicissimo et prosperrimo rerum statu utitur.* Sic legitur de Christo 2 Cor. VIII. 9. *ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε, πλούσιος ὢν* qui vestrum causa pauper factus est, cum tamen esset ipsi facultas rebus omnibus pro arbitrio utendi, rerumque omnium dominium; seu, cum tamen esset felicissimus et beatissimus. Intelligitur autem ibi *δόξα* illa, quam Christus ab æterno habuisse apud Deum diserte in N. T. traditur, et verba *πλούσιος ὢν* eundem sensum habent, quem Hebr. XII. 1. verba *ἀντὶ τῆς χαρᾶς προκειμένης.* Jacob. II. 5. *πλουσίους ἐν πίστει* felices sint et beati per religionem christianam. Apoc. II. 9. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΟΥΣΙ´ΩΣ. Adverbium, significans 1) proprie: *opulenter, abundanter*, ita, ut de *copia* et *abundantia opum ac facultatum terrenarum* dicatur; a *πλούσιος dives.* 1 Tim. VI. 15. *τῷ παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν* qui nobis abunde largitur et suppeditat omnia, quæ sunt ad vitam sustentandam et bene vivendum necessaria. 2) *copiose, abunde, large, adfluenter*, ita, ut de copia et abundantia quarumvis rerum adhibeatur. Coloss. III. 16. *ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως.* De sensu hujus loci vide dicta ad vocem *ἐνοικέω.* Tit. III. 6. *οὗ*, scil. *Πνεύματος, ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως.* Vide infra *πνεῦμα.* 2 Petr. I. 11. *οὕτω πλουσίως ἐπιχορηγηθήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν Ἰησοῦ* hoc si feceritis, vos participes reddemini summæ felicitatis, olim in regno Messiæ obtinendæ. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΛΟΥΤΕ´Ω, *ῶ*, fut. *ήσω*, 1) *dives sum, ditesco, abundo opibus, divitias possideo*, a *πλοῦτος divitiæ.* 1 Tim. VI. 9. *οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν* qui inhiant divitiis et opibus colligendis et corradendis. Apoc. XVIII. 3. *ἐπλούτησαν* opulenti facti sunt. ibid. ver. 15. *οἱ πλουτήσαντες ἀπ' αὐτῆς.* ibid. v. 19. Prov. XXVIII. 22. *σπεύδει πλουτεῖν ἀνὴρ βάσκανος.* Exod. XXX. 15. *ὁ πλουτῶν οὐ προσθήσει.* Gen. XXX. 44. Judith. XV. 7. Sirac. XI. 17. 2) *superbio, efferor divitiis, nimio divitiarum studio et amore teneor et abripior, divitiis abutor et omnem in iis fiduciam pono.* Sic legitur in N. T. Luc. I. 35. *πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενοὺς* divites bonis exuit. Hinc *πλοῦτος* pro *fastu* et *insolentia* ponitur apud Græcos. Confer Gronov. ad Arrian. Exped. Al. IV. p. 160. 3) *abunde possideo, abundo aliqua re, largiter instructus sum.* Sic legitur in N. T. Luc. XII. 21. *καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν*, h. e. vel: nec opibus ac copiis veris ac cœlestibus abundat; vel: nec colligens sibi et comparans copias ac opes cœlestes, ut *πλουτεῖν* sit i. q. *θησαυρίζειν*: ut voluit Grotius. Conf. de hac formula Vorstium de Hebraismis N. T. cap. 16. p. 397 seq. ed. Fischeri et Wetstenii N. T. T. I. pag. 736. Fortasse tamen *εἰς Θεὸν πλουτεῖν* in loco Lucæ notat: *divitiis suis ita uti, ut Deus vult et postulat.* Certe *πλουτεῖν* pro *divitiis uti* legitur apud Philostrat. in Vit. Apollon. IV. c. 8. ubi *ἐς τὸ κοινὸν πλουτεῖν* est: divitiis uti ad plebem sustentandam. 1 Cor. IV. 8. *ἤδη ἐπλουτήσατε* jam satis instructi estis, nempe scientia religionis, virtute christiana aliisque animi bonis. Cf. Apoc. III. 17 et 18. et Hos. XII. 9. Xenoph. de Rep. Athen. II. 11. *εἰ γάρ τις πόλις πλουτεῖ ξύλοις.* 4) *felix sum, prospero rerum statu utor.* 2 Cor. VIII. 9. *ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε* ut vos ejus paupertate et humili statu et conditione redderemini participes felicitatis christianorum. Hinc *πλουτεῖν* inter-

cipi ac intelligi possunt, adeoque omnia N. T. loca, in quibus de *flatu, sive leniore, sive graviore,* (Eurip. Phœn. v. 804. λωτοῦ κατὰ πνεύματα tibia adspirante. Pausan. V. 25. VIII. 27. ἀνέμων πνεύματα, h. e. πνοαί. Chariton. Aphrod. III. 6.) *halitu et exhalatione* vox πνεῦμα adhibetur. Quemadmodum enim *spiritus* nomen ductum est a *spirando,* h. e. ab aëre et anima, quam haurire et effundere solemus, (unde etiam *aërem,* quo vegetamur (Plin. H. N. II. 5.) et æthera, qui aërem complectitur (Plin. H. N. II. 6.) spiritum Latinis dictum esse satis constat,) et ipsum verbum, unde רוּחַ derivatur, in lingua Arabica et Syriaca de spiratione et exhalatione omnis generis adhibetur, ita etiam πνεῦμα a πνέω *spiro, flo* derivandum est, ac 1) significat: *halitum, exhalationem.* Thucyd. II. 49. Xenoph. de Venat. VII. 3. In hac significatione legitur 2 Thess. II. 8. ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ quem Dominus perdet solo afflatu, vel uno halitu oris sui. Inest autem his verbis descriptio summæ potentiæ divinæ, quæ vel verbo, vel sola voluntate omnia efficere valet, ad imitationem formularum Hebraicarum בְּרוּחַ פֶּה (Ps. XXXIII. 6. ubi cum formula בִּדְבַר־יְהוָֹה permutatur) et בְּרוּחַ שְׂפָתַיִם, Ies. XI. 4. Apoc. XI. 11. πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ εἰσῆλθεν ἐπ' αὐτοὺς halitus vitæ ex Deo intravit in eos: qui locus explicandus est de *exhalatione* quadam divina, quæ poëtice fingitur, vitæ animalis fonte ac causa. Conf. Genes. II. 7. et Job. XXVII. 3. 2) *spiritus pulmonum,* seu *halitus vitalis et animalis, qui ore et naribus ducitur et emittitur* (Xenoph. Venat. 7. 3. Vid. Pollux V. 50.) *et cujus respiratio causa vitæ est,* πνεῦμα βίου, ut apud Græcos vocatur. Hanc significationem, quam etiam רוּחַ habet Ps. CIV. 29. Job. XXXIV. 14, 15. et *spiritus* apud Ciceronem Verr. V. 117. et de Nat. Deorum II. 138. satis superque comprobant haud pauca N. T. et librorum Apocryphorum V. T. loca, v. c. Matth. XXVII. 50. ἀφῆκε τὸ πνεῦμα exspiravit, exhalavit spiritum; pro quo Marcus XV. 37. et Lucas c. XXIII. 46. magis Græce habent ἐξέπνευσεν, Johannes vero c. XIX. 30. posuit παρέδωκε τὸ πνεῦμα. Luc. VIII. 55. καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς et in vitam rediit. Apoc. XIII. 15. δοῦναι πνεῦμα τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου. Sirac. XXXVIII. 24. ἐν ἐξόδῳ πνεύματος αὐτοῦ. 2 Macc. VII. 22, 23. τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ζωήν. Conf. Clericum de Arte Critica P. II. Sect. I. § 15. qui, Auctorem libri de Mundo (qui τὴν ἐν φυτοῖς καὶ ζώοις καὶ διὰ πάντων διήκουσαν ἔμψυχόν τε καὶ γόνιμον οὐσίαν esse πνεῦμα olim dictum docet,) secutus, non solum *anhelitum animalem in hominibus et animalibus,* sed etiam *vim, a qua plantarum vigor pendet, spiritum* audire demonstravit. Notione *vitæ,* seu *status animalis, cum vivit, movet se et omnem vim suam exserit,* quam πνεῦμα ex adjuncto habere posse, nullo modo negari potest, sed sensu eminentiore et sublimiore adhibita, in auxilium vocata, difficultates, quibus premitur locus Hebr. IX. 14. ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ κ. τ. λ. facillime ita removeri posse arbitror, ut verba διὰ πνεύματος αἰωνίου vertantur: *per vitam suam æternam,* seu *per æternitatem suam,* ut sit i. q. cap. VII. 6. verbis κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου, et ibid. v. 24. formula διὰ τὸ μένειν αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα exprimitur. Quanquam haud ignoro, S. V. Nœsselto in Prolusione ad h. l. Halæ 1768. 4. edita, πνεῦμα hic dictum videri de ipsa victima J. C. quatenus ea erat omnibus quasi numeris absoluta, quæ αἰώνιος dicatur, ob excellentiam sacrificii Christi, a perpetuitate effectisque, sine sacrificii repetitione perpetuo futuris, se commendantem. Suid. πνεῦμα· ἡ ψυχὴ ἀνθρώπου. Hinc πνεῦμα quandoque *animans, animal, corpus animam habens* notat, v. c. apud Athenæum Phœn. p. 530. 3) *aër commotus, ventus,* quia ventus naturalis, nunc leniter, nunc vehementius spirans, maximam similitudinem habet cum halitu oris, inprimis ob materiam ejus æque subtilem. Joh. III. 8. τὸ πνεῦμα, ὅπου θέλει, πνεῖ ventus ubique flat. Hac enim eleganti similitudine, a vento desumta, qui, ob subtilitatem suam oculos nostros fugiens, tamen effectu se prodit et præsens sentitur, Jesus Nicodemo, omnia ad corpus referenti, ostendere conatur, multa alia esse in rerum natura, quæ quidem sensibus non percipiantur, quorumque natura et modus agendi perspici ac describi non possit, revera tamen existant, ut jam recte observavit ad h. l. Grotius et Erasmus. Vide etiam Gust. Sommelii Diss. de sensu vocis πνεῦμα Joh. III. 8. Lund. 1774. 4. Hebr. I. 7. ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα Deus angelos, suos ministros, ut ventos tractat, h. e. celerrime exsequuntur mandata divina. Sirac. XXXIX. 33, 34. XLIII. 18. Xenoph. de Venat. VIII. § 4. Thucyd. II. 77 et 97. κατὰ πρύμναν ἵστηται τὸ πνεῦμα. Æschyl. Prometh. v. 1047. Sophocl. Ajax Flag. v. 559 et 683. Palæph. de Incred. c. 18. Αἴολος ἦν κυριεύων τῶν πνευμάτων, ὅστις ἔδωκεν Ὀδυσσεῖ τοὺς ἀνέμους ἐν ἀσκῷ. Jamblich. de Mysteriis III. 2. Eandem significationem habet quoque *spiritus,* teste Varrone de R. R. I. 57. Seneca Nat. Quæst. V. 13. et Hebraicum רוּחַ Jon. I. 4. Job. XXI. 18. Psalm. XVIII. 43. Etym. M. πνεῦμα σημαίνει καὶ τὸν ἄνεμον ὡς τὸ πνεῦμα βίαιον. Ps. XLVII. 8. — *Secunda classis* omnia loca in N. T. comprehendit, in quibus πνεῦμα de *omnibus rebus ac substantiis simplicibus, quæ corpore carent ac inconcretæ sunt, saltem crassiore corpore non impediuntur, ad quamcunque rerum classem pertineant,* ita adhibetur, ut simul *perfectionis ac præstantiæ internæ* notio adjuncta videatur, ex usu loquendi Hebræorum, qui, cum viderent, corpus animale, sive hominum, sive cæterorum animantium, caducum esse et mortale *quidquid debile, infirmum, fluxum et caducum* describere volebant, בָּשָׂר (Psalm. LXXVIII. 39.) dixerunt, τῷ רוּחַ vero *roboris, perennitatis, perfectionis ac præstantiæ* notionem tribuerunt. Hinc πνεῦμα est 4) *anima,* seu *illa ipsa pars essentialis,* ut vulgo vocatur, *qua vivit, sentit et movetur homo æque ac cætera animantia,* quæ inde nomen habent, quæ a Græcis philosophis ψυχὴ dicitur, et æque diligenter a πνεῦμα distinguitur, ac Latini *animam* et *animum,* certe in plerisque locis, recte distinguere solent: ut exempla docent, allata a Gesnero in Thesauro Ling. Lat. sub utraque voce. Sic πνεῦμα pro ψυχή, ut *animus* pro *anima,* (conf. Servium ad Virgil. Æn. X. v. 487.) usurpatum reperitur a Jacobo II. 26. τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν ἐστι, h. e. dimissa anima, corpus caret undique sensu, ut verbis Lucretii (III. 357.) utar. Hanc animam morte carere et post fata quoque superstitem interdum circa domos et sepulcra errare, persuasum sibi habebant non solum gentiles, (conf. interpretes ad Virgil. Æn.

III. 67.) sed Judæi quoque. Hac superstitione decepti ipsi apostoli, de sæpius prædicta resurrectione J. C. nondum satis persuasi, eo post reditum in vitam aliquando conspecto, metu perculsi, ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν, ut Lucas XXIV. 36. narrat, h. e. *spectrum, speciem meram* (φάντασμα, ut in nonnullis codicibus e glossemate legitur,) seu ipsam Jesu mortui animam videre opinabantur; et ibid. v. 38. populariter a Jesu edocentur, πνεύματα, seu mortuorum animas, quas hominibus interdum apparere vulgo statuatur, σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχειν, plane ut Homerus de animis mortuorum cecinit (Odyss. λ', 218. coll. v. 220.) οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσι. De defunctorum animis πνεῦμα quoque legitur Hebr. XII. 23. et 1 Petr. III. 19. ubi per τὰ ἐν φυλακῇ πνεύματα animæ flagitiosorum, Noachi coævorum, corpore exules, intelligendæ sunt. Huc quoque referrem locum Act. XXIII. 8 et 9. coll. c. XXII. v. 8. *Animæ* notionem etiam multi interpretes Hebraico רוּחַ in locis Cohel. III. 19, 21. XII. 7. subjecerunt. Conf. etiam Psalm. LXXVIII. 39. et Athenæum Deipnosoph. XII. p. 530. ἐγὼ Νῖνος πάλαι ποτ' ἐγενόμην πνεῦμα quondam ego Ninus fui, spiritumque vitalem hausi. 5) *animus, mens,* seu *id, quod in nobis cogitat, intelligit ac vult, et omnes ac singulæ ejus vires et facultates et propensiones,* quod a Græcis rectius ὁ νοῦς appellabatur, ut materiæ notio, quantum fieri posset, removeretur. Matth. V. 3. οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, qui Luc. VI. 20. οἱ πτωχοὶ, sine addito πνεύματι, dicuntur, sunt homines submissi sibique non placentes, qui, tenuitatis et imperfectionis animi sui bene intelligentes et conscii, non solum nihil sibi arrogant, sed etiam ad veram ac idoneam religionis cognitionem animique emendationem adspirant. Matth. XXVI. 48. et Marc. XIV. 38. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής, animus vester quidem promptus est, sed labitur imbecillitas humanæ naturæ. Πνεῦμα enim h. l. speciatim animum incorruptum et sibi relictum significat, qui sana ratione ducitur et alienus est a pravitate, ad corpus omnia referendi. Marc. VIII. 12. ἀναστενάξας τῷ πνεύματι suspiria duxit ab imo pectore. Luc. I. 80. ἐκραταιοῦτο πνεύματι, i. q. προέκοπτε σοφίᾳ, cap. II. 52. coll. v. 40. ibid. XXIII. 46. εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου commendo tibi jam animum meum. Act. VII. 59. δέξαι τὸ πνεῦμά μου recipias me in sedes beatorum. Joh. IV. 23, 24. ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ (pro ἐν πνεύματι ἀληθινῷ) προσκυνεῖν τῷ Θεῷ Deum pura mente, seu animo integerrimo colere, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ, coll. Matth. XXII. 37. Act. XVIII. 25. ζέων τῷ πνεύματι summo flagrans studio doctrinæ christianæ ulterius propagandæ. Rom. XII. 11. Act. XIX. 21. ἔθετο ἐν πνεύματι decrevit, consilium cepit. Rom. I. 9. ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου quem toto animo meo veneror et colo, ἐκ ψυχῆς (Ephes. VI. 16.), mente integra, non ad speciem, sed lubenter. Rom. VIII. 16. συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν edocet, seu certum reddit animum nostrum. ibid. v. 27. 1 Cor. II. 11. V. 4. συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος in conventu vestro, cui et ego, absens quidem corpore, animo saltem interero. Cf. v. 3. et Coloss. II. 5. 1 Cor. VI. 20. VII. 34. XVI. 18. 2 Cor. VII. 13. ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ τὸ ὑμῶν solatio et gaudio meum pariter ac vestrum animum replerunt. ibid. II. 12. οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου admodum sollicitus fui. Galat. VI. 18. coll. 2 Tim. IV. 22. Ephes. VI. 18. προσευχόμενοι ἐν πνεύματι, h. e. ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, ut legitur Joh. IV. 23, 24. seu ἐν τῇ καρδίᾳ. Ephes. V. 19. Phil. III. 3. coll. Rom. VIII. 19. 1 Thess. V. 23. Ambiguitate vero quadam laborare nonnullis visa sunt et sunt præ cæteris obscura et inprimis memoratu digna loca sequentia N. T. quæ ad hanc significationem referre nullus equidem dubito. Act. XX. 22. καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι, πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, h. e. jam videor mihi animo vinctus, seu, jam mente præsentio, Judæos Hierosolymitanos me in vincula conjecturos esse; ut πνεῦμα sit animus, quatenus vim habet et facultatem futura conjecturis probabilibus præsentiendi. Sed alii interpretes πνεῦμα h. l. pro Πνεῦμα ἅγιον, coll. v. 23. positum et de revelatione divina extraordinaria (qualis Paulo contigerat per Agabum Act. XXI. 11. et ad quam in sequentibus ipse provocat,) explicandum esse judicarunt; alii vero omnem formulam (æque ac formulam συνέχεσθαι τῷ πνεύματι, quæ ibid. XVIII. 5. legitur, et quam jam Lutherus de *animi motu interno*, geistesdrang, *mental affliction,* explicandam esse vidit,) de vehementiore vi et impetu animi interpretati sunt, quo scilicet Paulus motus et incitatus a se impetrare non potuerit, ut iter differret aut omitteret. Rom. II. 29. περιτομὴ ἐν πνεύματι circumcisio spiritualis, ad mentem pertinens, seu emendatio animi, studiorum et vitæ omnis. Cf. ad h. l. Koppium, qui se dubium hærere fassus est, utrum πνεῦμα h. l. de Spiritu Sancto, omnis virtutis christianæ auctore, an propter oppositum γράμμα, (quod de *lege Mosaica* haud raro dicitur, de ipsa religione christiana explicandum sit. Rom. VIII. 10. ubi sententia τὸ μὲν πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην respondet dicto τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν, adeoque vel reddenda est: animus vester summa felicitate, sanctitatis præmio, aliquando gaudebit; vel: animus vester sanctitati studet et pietati. Ephes. II. 22. κατοικητήριον Θεοῦ ἐν πνεύματι templum Dei, non vero manibus exstructum, sed spirituale et ad animum referendum, i. q. κατοικητήριον Θεοῦ πνευματικὸν, quemadmodum formula ναὸς ἅγιος ἐν Κυρίῳ, pro ναὸς ἅγιος τῷ Κυρίῳ, seu ναὸς Κυρίου posita significat *templum Deo sacrum.* 1 Thess. V. 23. πνεῦμα καὶ ψυχὴ junctim leguntur, quemadmodum nos in vita communi, herz und sinn, geist und seele, *heart and mind, spirit and soul,* conjungere solemus, et apud Hebræos לֵב et נֶפֶשׁ Deut. VI. 7. et Latinorum *mens* et *animus,* junctim haud rar leguntur. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 308. Eadem observatio valet quoque de loco Hebr. IV. 12. ubi comminationes divinæ efficacissimæ et certissimæ penetrare dicuntur ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, h. e. ad animum usque, ita, ut quasi animum ipsum scindant acutissimoque dolore et terrore summo mentem afficiant. Hebr. XII. 9. Deus vocatur ὁ πατὴρ τῶν πνευμάτων, h. e. πατὴρ πνευματικὸς pater spiritualis, Deus, cui præter corpus et animum etiam religionem christianam et omnia commoda, cum ejus professione et observatione conjuncta, grati debemus. Bene Theodoretus ad h. l. πατέρα τῶν πνευμάτων τὸν πνευματικὸν πατέρα κέκληκεν ὡς τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων πηγήν. 1 Petr. IV. 6. πνεύματι, pro κατὰ τὸ πνεῦμα, quoad animum mortis expers: nam opponitur τῇ σαρκί. Conf. III. 18. et Matth. X. 28. — Huc etiam referenda videtur

formula ἐν πνεύματι, in locis Apoc. I. 10. (ἐγενόμην ἐν πνεύματι, i. q. Act. X. 10. ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμὲ ἔκστασις.) IV. 2. XVII. 3. XXI. 10. obvia, in quibus sermo est de ecstasi prophetica, seu visione, quæ apostolis interdum contigit. Nihilominus tamen incertum manet, utrum πνεῦμα in his locis sit animus ipse, a corpore evocatus et in divinarum rerum cogitatione et contemplatione defixus, an ipsa vis divina, qua aliquis monetur et advertitur ad rem arcanam contuendam et noscendam, an denique visio, quæ fit in animo illius, qui Spiritu Dei abripitur. Æque ambigua est formula בְּרוּחַ יְהוָֹה quæ eodem fere sensu Ezech. XI. 24. XXXVII. 1. occurrit. 6) speciatim et per metonymiam causæ: *sensus animi*, sensu latiore, qui nostra vocabula, gesinnungen, empfindungen, gefühle, denkungsart, *intention, sentiments, feeling, mode of thinking*, complectitur, significat. Sophocl. Œdip. Colon. v. 640. καὶ πνεῦμα ταὐτὸν οὔ ποτ' οὔτ' ἐν ἀνδράσι φίλοις βέβηκεν, οὔτε πρὸς πόλιν πόλει. Luc. IX. 55. οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε; num ignoratis, quinam sensus animi vos deceant? Act. II. 4. apostoli dicuntur locuti esse linguis peregrinis, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι, quæ verba vulgo quidem vertuntur: prout Spiritus sanctus illis facultatem dabat enuntiandi; sed, quia partim in textu Græco non legitur Πνεῦμα ἅγιον, sed πνεῦμα nude positum est, partim vero ex hac vulgari explicatione frigida existit tautologia, mallem equidem πνεῦμα de *pleno pectore et intimis animi sensibus* interpretari. Rom. VIII. 15. πνεῦμα δουλείας sensus animi, qualem servi habent, qui metuunt magis dominos, quam amant, et qui in veteri œconomia Mosaica Judæis proprius erat, et, per religionem christianam remotus, cessit τῷ πνεύματι τῆς υἱοθεσίας, seu sensibus animi, quales filii habent, si sunt ingenui, qui a parentibus, quibus prompto animo morem gerunt, optima quævis sperant et quos imitantur christiani tum obedientia ex sincero erga Deum amore, tum summa in Deo collocata fiducia. ibid. v. 16. atque hic sensus, filiis Dei, seu christianis dignus, edocet et certum reddit animum nostrum, nos esse vere Dei filios. 1 Cor. IV. 21. ἐν πνεύματι πρᾳότητος ita, ut exseram sensus animi lenes ac mites. Conf. Galat. VI. 1. ibid. VI. 17. ἐν πνεῦμά ἐστι ita animatus est, quemadmodum Christus animatus fuit; seu, Christi sensum exprimit. ibid. XII. 13. εἰς ἓν πνεῦμα, i. q. εἰς ἑνότητα τοῦ πνεύματος, Ephes. IV. 3. coll. v. 4. (ubi versio Syriaca conferri meretur,) seu εἰς τὴν κοινωνίαν τοῦ πνεύματος, Phil. II. 1. coll. I. 27. h. e. eo consilio, ut sit summa animorum conjunctio et consensus mutuus. 2 Cor. IV. 13. ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως cum vero habeamus eundem illum fiduciæ sensum. Galat. IV. 6. ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν indidit animis nostris eosdem animi sensus, qui erant in filio suo, coll. Rom. VIII. 15. 2. Tim. I. 17. οὐ γὰρ ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως καὶ ἀγάπης καὶ σωφρονισμοῦ Deus vult, ut doctores religionis christianæ non timide et hæsitanter, sed impavide, humaniter ac prudenter munere sibi demandato fungantur. Ezech. XI. 19. πνεῦμα καινὸν δώσω αὐτοῖς. Suid. πνεῦμα δώσω αὐτοῖς, πνεῦμα καινόν. οὐ τὸ πανάγιον λέγει, ἀλλὰ τοῦ λογικοῦ τὴν ὁρμήν. 7) ad *naturas intelligentes, simplices, indissolubiles, sensibus non expositas, et mentibus humanis longe præstantiores*, cujusmodi apud nos spirituum nomine κατ' ἐξοχὴν veniunt, in genere transfertur. Joh. IV. 24. πνεῦμα ὁ Θεὸς Deus est spiritus, h. e. vi et affectionibus spiritus eminet adeoque non solum est ab omni materia, concretione et dissolutione liber, sed etiam invisibilis et omnipræsens. 1 Cor. XV. 45. ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. Si ad hæc verba e superioribus ἐγένετο repetendum est, quæ fuit plerorumque sententia, πνεῦμα corpus immortale significabit, quod Christus post reditum in vitam, remota omni imbecillitate humana, divina virtute accepit; sin verbum ἐστὶ ex omni orationis serie intelligendum est, πνεῦμα naturam Christi divinam, quam jam ante mundum conditum habuit, quæ ob vim et affectiones spiritus increati et divini, quibus ab æterno Christus eminebat, πνεῦμα h. l. vocatur, significet, necesse est. Hebr. I. 14. 8) speciatim: *angeli boni et mali*, qui ita dicuntur ob naturam incorpoream et perfectionem, qua præditi sunt. Etym. M. πνεῦμα· καὶ ὁ ἄγγελος. Apoc. I. 4. ubi per τὰ ἑπτὰ πνεύματα Drusius recte monuit septem angelos, seu archangelos intelligendos esse, qui coram Dei throno stare tanquam satellites eique apparere a poëtis Hebræorum fingebantur. Confer Tob. XII. 15. et Apoc. XVIII. 2. De angelis bonis, Dei ministris, interpretor quoque loca Apoc. III. 1. IV. 5. et V. 6. Major vero est locorum N. T. numerus, in quibus *spiritus, qui ab integritate ad scelus defecerunt*, mox simpliciter πνευμάτων nomine insigniuntur, mox vero πνεύματα ἀκάθαρτα (h. e. δαιμόνια, Matth. X. 1. coll. Luc. IX. 1.) et πονηρὰ Luc. VIII. 29. Ephes. VI. 12. vocantur. Marc. III. 30. πνεῦμα ἀκάθαρτον ἔχει auxilio Satanæ adjutus miracula patrat. Luc. XIII. 11. πνεῦμα ἀσθενείας morbus, a dæmone effectus, qui a Græcis κύφωσις et ab Hippocrate σύμπτωσις dicitur. Act. XVI. 16. ἔχουσα πνεῦμα Πύθωνος mulier fatidica, fatidico dæmone prædita. Fuit autem communis Judæorum, maxime post exilium Babylonicum, opinio ac sententia, qua Satanæ, et qui ejus imperio subesse credebantur, non solum vim ac potestatem in animos et origines errorum ac scelerum tribuere consueverunt, sed etiam statuerunt, hos ipsos dæmones, quibus totum hoc universum, aërem maxime, plenum esse et singulas ejus partes moveri et gubernari, persuasum sibi habuerunt, in corpora hominum haud raro potestatem exercere et morborum, partim insanabilium, partim vero acutiorum, auctores esse. Huic Judæorum opinioni de dæmonum in omnem hominum naturam vi ac potestate, de qua vide S. Ven. Dœderlein. in Institutione Theol. Christ. Lib. I. c. 2. Exc. 1. debemus, ut 9) non solum per metonymiam *ipsi morbi, qui a dæmonibus effecti dicebantur*, (conf. Lightfoot. Hor. Hebr. et Talmud. p. 827.) sed etiam per enallagen *homines, a dæmone aliquo correpti, obsessi et misere vexati*, πνευμάτων nomine in N. T. haud raro veniant. Prioris generis loca sunt Matth. VIII. 16. καὶ ἐξέβαλε πνεύματα λόγῳ et verbo sanavit dæmoniacos. Matth. XII. 43—45. et Luc. XI. 24—26. Scilicet Judæi, videntes hominem dæmoniacum interdum relinquere morbum, mox vero præter opinionem nova vi et repetito impetu redire, vel fingebant sibi, vel rem ita exprimebant, dæmonem rediise in patriam suam, seu loca deserta, et invenire cum non possit locum habitationis, assumtis septem, seu multis aliis dæmonibus, redire et iterum opprimere hominem istum securum, nec tale quid

opinantem. Marc. I. 23. ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, coll. Luc. IV. 33. ἄνθρωπος ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου, ubi duæ lectiones in unam coaluisse videntur. Marc. I. 26, 27. V. 2. (coll. Matth. VIII. 28. et Luc. VIII. 27.) et 8. (coll. Luc. VIII. 29.) VI. 7. VII. 25. IX. 17, 25. ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον laborabat morbo, a dæmone effecto, qui ipsi omnem loquendi facultatem ademerat. Luc. VI. 18. VII. 21. VIII. 2. IX. 39. coll. v. 42. X. 20. Act. V. 16. VIII. 7. XIX. 12, 13. Jam, quia tanta fuit Judæorum de potestate Satanæ in corpora humana persuasio, ut hominum, gravioribus morbis, maxime furore et insania correptorum, delira dicta et facta attribuerentur obsidenti dæmoni, atque adeo ipsi homines, his morbis affecti, iisdem ægri animi somniis laborasse, seque dæmonis personam vere sustinere opinati esse (conf. Luc. VIII. 27—31.) videantur, factum est, ut etiam in N. T. interdum πνεῦμα ἀκάθαρτον et πονηρὸν commemoretur, ubi tamen proprie *ipse homo, qui a dæmone aliquo obsessus et correptus credebatur*, intelligendus et cogitandus est. Marc. III. 11. ubi Syrus verba τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα bene transtulit: ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܡܚܘܬܐ ܕܪ̈ܘܚܐ ܛܢ̈ܦܬܐ *et ii, quibus erant plagæ spirituum immundorum*. Act. XVI. 18. XIX. 15. coll. v. 16. 10) de *Deo Patre, Filio et Spiritu Sancto* Πνεῦμα et Πνεῦμα ἅγιον in libris N. T. haud raro ita adhibetur, ut non solum invisibilis, vel incorporea natura, sed etiam ipsa divina majestas, his tribus communis, significetur. Vox רוּחַ enim apud Hebræos ad omne transfertur, quod summa perfectione gaudet et augustum quid habet ac magnificum animumque stupore et maxima reverentia percellit, ut docuit Ernesti in Opusculis Philol. et Crit. p. 247. adducto loco Ies. LXI. 3. De Deo patre explicandum esse Πνεῦμα ἅγιον Act. I. 16. (ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύτην, ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τοῦ στόματος Δαβὶδ κ. τ. λ.) omnia loca clarissime docent, ubi prophetæ, legationem suam divinam describentes, non solum se ea tantum scribere, agere et docere fatentur, quæ a Deo jussi erant et acceperant, (v. c. Jerem. I. 7—9. Amos III. 7.) sed etiam formulis בְּרוּחַ יְהוָה, וַיְהִי דְבַר יְהוָה et רוּחַ יְהוָה עָלַי, אֵלַי haud raro ita utuntur, ut, cum in N. T. dicuntur locuti esse, aut scripsisse ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, aut φερόμενοι ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἁγίου, id nullo alio modo intelligi possit, quum *Deum* per eos locutum esse; (Act. III. 21. IV. 25. coll. v. 24. Hebr. I. 1.) id quod etiam ipsa vox θεόπνευστος (2 Tim. III. 16.) clarissime docet. Sed cum litteris sacris edocti sciamus, esse Spiritui Sancto societatem divinitatis omniumque ejus attributorum vindicandam, nec personam Spiritus Sancti ab hoc loco explicatione mea plane excludi, apparet. Idem valet de reliquis N. T. locis adjiciendis. Act. XXVIII. 25. ibid. XV. 18. Deus, qui apostolos in rebus incertis de voluntate sua certiores reddere eorumque animos in rebus ecclesiæ christianæ ordinandis regere solebat, Πνεῦμα ἅγιον vocatur Rom. IX. 1. ἐν Πνεύματι ἁγίῳ per Deum, cui omnia patent. Est enim formula jurandi, ut jam recte ad h. l. Nœsseltus et Koppius observarunt, et verba ipsa ἐν Πν. ἁ. cum οὐ ψεύδομαι conjungenda sunt. 1 Cor. II. 13. διδακτοὶ Πνεύματος, scil. λόγοι, modus tradendi religionem christianam, apostolis ab ipso Deo traditus et commendatus. Ephes. VI. 17. μάχαιρα τοῦ Πνεύματος gladius, quem Deus hominibus præbet, pro ἡ μάχαιρα τοῦ Θεοῦ eodem sensu, quo v. 11. πανοπλία Θεοῦ dicitur. Alii de gladio, sensu spirituali, τῇ μαχαίρᾳ πνευματικῇ, sensu fere eodem, interpretantur. Hebr. III. 7. IX. 8. τοῦτο δηλοῦντος τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου hoc significante Deo, totius œconomiæ Mosaicæ auctore. ib. X. 15. 1 Petr. I. 2. ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος. Plerique interpretes hæc verba ad ἐκλεκτοῖς, quod præcessit v. 1. per trajectionem referenda esse judicant atque adeo Πνεῦμα de vi divina interpretantur, cujus beneficio ex perpetua apostolorum doctrina non solum accessus ad formulam christianam debetur, sed etiam tribuendum est, quidquid christianus bene et sapienter ac feliciter agit; seu, cui christiani debent τὸν ἁγιασμόν. Non minus vero probabilis est eorum sententia, qui verba κατὰ πρόγνωσιν — — Χριστοῦ, uncinis inclusa, cum verbis commatis primi Πέτρος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ jungentes, ἁγιασμὸν Πνεύματος de Deo ipso interpretantur, qui Petrum quasi a reliqua discipulorum Christi turba segregaverat et munus apostoli demandaverat. Etym. M. Πνεῦμα· ὁ Θεός. — Pari ratione, ut Πνεῦμα de Deo, quem patrem J. C. veneramur, in N. T. libris usurpatum esse quandoque vidimus, etiam de *Jesu Christo, Dei filio*, nonnunquam adhiberi, fuit nonnullorum interpretum sententia. Huc refero locum 1 Tim. IV. 1. ubi verba Πνεῦμα ῥητῶς λέγει de prædictionibus Christi, quæ v. c. Matth. XXIV. 11, 24. Marc. XIII. 22. leguntur, intelligo, cum nullus in V. T. locus reperiatur, qui huc cum aliqua veri specie referri possit. Apoc. II. 7, (coll. I. 1, 13, 17, 18. II. 1.) 11, (coll. v. 8.) 17, 29. III. 6, 22, 23. XIV. 13. XXII. 17. Ne unicum tamen (si locum 1 Cor. XV. 45. exceperis, ubi tamen magis de spiritualitate sermo est, quam de omni majestate divina) locum invenire mihi contigit, ex quo Πνεῦμα etiam in N. T. *divinam Christi naturam* (vide Frommanni Disquis. an vocabulum Πνεῦμα in N. T. divinam Christi naturam interdum significet? in Ej. Opusculis Philol. p. 254.) significare, certo et ita demonstrari possit, ut nullum relinquatur dubium. Nihil enim impedit, quo minus in locis Rom. I. 4. et 1 Petr. III. 18. per Πνεῦμα ἁγιωσύνης et Πνεῦμα omnipotentiam divinam, seu vim divinam intelligamus, quæ in Christo fuit, et qua in vitam est resuscitatus. De vi, miracula patrandi, qua Jesus præditus erat, eandem vocem 1 Tim. III. 16. explicandum esse, infra docebitur. A formula vero Πνεῦμα αἰώνιον Hebr. IX. 14. maxime alienam esse hanc significationem, jam supra vidimus. Cæterum constat e locis, quæ collegit Albertus zum Felde in Decade Obss. Sacr. e Patribus Apostolicis, Obss. III. a Clemente, Ignatio et Barnaba Jesum sæpissime appellatum esse *Spiritum Sanctum*. — Inprimis vero adhibetur Πνεῦμα et Πνεῦμα ἅγιον ad designandum tertium illud subjectum, quod præter Patrem et Filium in Deo existit, et κατ' ἐξοχὴν *Spiritus Dei*, vel *Spiritus Sanctus* a nostris vocatur. Et quanquam omnino negari nullo modo potest, multa loca, ubi N. T. libri Spiritus Sancti mentionem injiciunt, per varium vocis usum semper aliquid ambiguitatis habere, nec nimis cumulanda esse, ut Spiritum Sanctum diversum esse a Patre et Filio demonstretur, (nam cum ver-

bis Πνεῦμα ἅγιον notionem divinitatis conjungendam esse dubio omni caret,) tamen in multis et minime ambiguis N. T. locis institutione Christi et apostolorum edocti scimus, Spiritum Sanctum eodem, quo Pater et Filius, dignitatis loco habendum et cum utroque religiose ab hominibus colendum esse. Et quia scriptores sacri, Spiritus Sancti mentionem injicientes, consulto videntur hoc egisse, ut non tam, quæ sit Spiritus Sancti interior relatio ad Patrem et Filium, docerent, et notiones nimis subtiles ac compositas lectorumque captui minime accommodatas menti objicerent, quam potius multa illa et insignia beneficia commemorarent, quæ homines Spiritui Sancto referunt accepta, et quid ab eo quovis tempore christiani exspectare possint, perspicue traderent, omnia etiam, quæ infra commemorabuntur loca, ubi Πνεῦμα de vi Spiritus divini, variis modis in hominum animis se exserente, ejusque beneficiis universe explicanda sunt, ex plerorumque sententia ad classem locorum N. T. referenda sunt, quæ in voce Πνεῦμα, de Sp. S. adhibita, omnem meræ facultatis, vel virtutis divinæ cogitationem excludunt. Illustre autem præ cæteris dictum, e quo solo efficitur, Spiritum Sanctum eodem sensu a Patre et Filio differre, uti illi ipsi inter se differunt, est, quod apud Matthæum XXVIII. 19. legitur, ubi apostoli eodem modo εἰς τὸ ὄνομα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, uti in Patris et Filii nomen, a Christo baptizare jubentur. Conf. Zachariæ Diss. Theol. de Formula Baptismali. Gœtt. 1766. Non minore perspicuitate et evidentia commendantur quoque loca de Paracleto, Spiritu Sancto, ablegato a Patre et in Jesu locum veniente, qui apostolis promittitur a Jesu Joh. XIV. 17, 26. XV. 26. XVI. 13. et a Κυρίῳ et Θεῷ diversus describitur a Paulo 1 Cor. XII. 3, 4.——*Tertia significationum classis*, quæ latissime patet, loca continet, in quibus vox Πνεῦμα, vel nude posita, vel additis vocabulis Θεοῦ et ἅγιον, de *singulis operationibus et donis, quæ Deo et Spiritui Sancto in N. T. attribui solent*, usurpatur, adeoque *omne* notat, *quod est divinum*, sensu Latino, h. e. *præstantissimum et eximium, quod ad Deum pertinet, Deique beneficio debetur*. Luc. XI. 13. δώσει Πνεῦμα ἅγιον, coll. Matth. VII. 11. δώσει ἀγαθά. Joh. VI. 63. τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, Πνεῦμά ἐστι doctrina mea, quam ego vobis trado, est divina, h. e. a Deo profecta et humanum captum superat, adeoque auxilio Dei ad eam cognoscendam opus est. Galat. IV. 29. ὁ κατὰ Πνεῦμα γεννηθεὶς filius, ipsa vi divina progenitus, opponitur τῷ κατὰ σάρκα γεννηθέντι, filio, viribus naturalibus procreato. Speciatim vero ita dicitur 11) *divina virtus, qua interveniente non solum initia vitæ Jesus habuit*, (Matth. I. 18. εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου comperta est gravida per Spiritum Sanctum. ibid. v. 20. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου quod enim concepit, est a Spiritu Sancto. Luc. I. 35. Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι Spiritus Sanctus veniet super te et vis divina te obumbrabit; quibus verbis aperte declaratur, Jesum, interventu virtutis divinæ, vel per miraculum origines cepisse. Spiritus S. enim *venire super homines* dicitur, in quibus majora, quam quæ a naturæ communis vi vel exspectari queant, vel produci, virtutis suæ accessione operatur. Conf. Judd. XV. 14. et 1 Sam. XI. 6. et Dœderlein. Institut. Theol. Lib. II. P. II. § 232.) *sed etiam in baptismo inauguratus fuit ad munus publicum et summæ dignitatis testimoniis ornatus est per visionem, quæ Johanni obtigit.* Matth. III. 16. καὶ εἶδε τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν. Marc. I. 10. Luc. III. 22. Joh. I. 32, 33. 12) *vis divina, qua Christus adjutus miracula in his terris patravit et omnino demandatum sibi a Deo negotium exsequutus est.* Matth. XII. 28. εἰ δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια si autem auxilio divino adjutus dæmones ejicio, i. q. Luc. XI. 20. εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. ibid. v. 31. ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία dicteria adversus vim divinam, qua Christus adjutus miracula in his terris patravit, prolata a Pharisæis, Christum Satanæ auxilio miracula sua edere criminantibus; quæ dicteria etiam formula (quæ v. 32. reperitur) εἰπεῖν λόγον κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου innuuntur. Marc. III. 29. coll. v. 30. Luc. IV. 1. Ἰησοῦς δὲ πνεύματος ἁγίου πλήρης Jesus vero præditus donis illis et virtutibus insignibus, quibus in baptismo (III. 22.) a Deo instructus fuerat. ibid. v. 14. ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος ita, ut se in eo exsereret divina virtus, qua instructus fuit baptismi tempore; i. q. docent verba sequentia, Luc. XII. 10. Act. I. 2. διὰ πνεύματος ἁγίου per vim divinam, quæ in eo erat, et qua instructus apostolis mandata dedit de munere recte gerendo. Conf. Matth. XXVIII. 18 seq. et Act. X. 38. ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει. 1 Tim. III. 16. ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι declaratus est Messias vi illa divina, qua instructus miracula patravit. 1 Joh. V. 6. καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια et facultas miracula patrandi, quæ in Jesu erat, testatur, religionem, a Jesu traditam, esse vere divinam, adeoque omnem fidem humanam mereri. ib. v. 8. 13) *omnes insignes virtutes ac facultates animi, a Deo, s. Spiritu Sancto hominibus concessæ.* Luc. I. 15. καὶ πνεύματος ἁγίου πλησθήσεται ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ qui inde ab utero matris ornatus erit donis Sp. S. eximiis. Sermo est de Johanne baptista, et facultatibus eximiis, quibus instructus erat a Deo, ut munere suo, præparandi animos ad Messiæ adventum hominesque de futuro regno Messiæ edocendi, rite fungeretur. ibid. v. 17. ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει ἠλίου, pro ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως ἠλίου, ita, ut se in eo eædem ingenii dotes ac virtutes exsererent, quibus Elias quoque præditus erat et instructus. Nam δύναμις de facultate miracula patrandi commode explicari non potest, adeoque vel de animi virtutibus, vel de orationis potentia accipiendum erit. Act. VI. 3. ἄνδρας πλήρεις πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας viros, insigni prudentia ac sapientia præditos. Ita enim differre h. l. arbitror πνεῦμα ἅγιον et σοφία, ut illud prudentiam et peritiam in bene gerendis negotiis et recte administrandis muneribus, quæ etiam Exod. XXXV. 31. רוּחַ אֱלֹהִים vocatur; hoc vero interiorem religionis christianæ cognitionem significet. ibid. v. 5. πνεῦμα ἅγιον sensu eodem a πίστις, h. e. *fides, probitas*, distinguitur. ibid. v. 10. et XI. 24. Adde Sirac. XLVIII. 13. De *viribus et facultatibus divinis, quibus adjutus aliquis munere sibi a Deo demandato recte fungi potest*, usurpatum reperitur Matth. XII. 18. Θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, coll. Ies. XLII. 1. Joh. III. 34. οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα satis enim superque Deus eum instruxit facultatibus et viribus, ad munus sibi demandatum bene ge-

rendum necessariis. Hinc speciatim et κατ' ἐξοχὴν de *facultatibus et viribus divinis* adhibetur, *quibus apostoli instructi erant ad religionem Christi recte tradendam et tuendam et idonei reddebantur, ut non solum summa cum animi tranquillitate, constantia ac libertate, sed etiam prudentia orationisque potentia doctrinæ christianæ et vitæ actæ rationem coram imperatoribus, regibus, procuratoribus et magistratibus palam defenderent, et in præsentissimo licet vitæ periculo constituti, tamen bene sperarent et animo imperterrito ac forti manerent.* Matth. X. 20. τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν (scil. ἐστὶ) τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν Spiritus S. per vos loquetur, seu suggeret vobis illo tempore, quid et quomodo loquamini, quando nempe principibus et regibus sistemini mea causa, ut v. 18. dictum erat. Luc. XII. 12. τὸ γὰρ Πνεῦμα ἅγιον διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἃ δεῖ εἰπεῖν. Marc. XIII. 11. coll. Luc. XXI. 15. Act. IV. 8. τότε Πέτρος πλησθεὶς πνεύματος ἁγίου εἶπε πρὸς αὐτοὺς tunc Petrus summa cum libertate animi ita eos est allocutus. ibid. v. 31. ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μετὰ παῤῥησίας. 1 Cor. II. 4. ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως ita, ut declararem, me esse satis instructum donis divinis ad religionem christianam recte tradendam et tuendam. ibid. VII. 40. δοκῶ δὲ κἀγὼ πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν instructus enim sum facultatibus divinis adeoque etiam consilia, a me proposita, probanda sunt. 2 Tim. I. 14. τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ πνεύματος ἁγίου, τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. 1 Petr. I. 12. 14) *dona Spiritus Sancti extraordinaria, ut vulgo vocantur, quæ apostolis post Christi assumtionem die pentecostes contigerunt, et quibus in primæva ecclesia haud pauci christiani et omnes fere doctores religionis christianæ instrui solebant,* v. c. donum linguis peregrinis loquendi, miracula edendi, afflatu divino loquendi, etc. Joh. VII. 39. τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν, οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη hæc vero intellexit de Spiritus Sancti donis, quæ accepturi essent veri ejus cultores; nondum enim aderant dona illa extraordinaria, quia Jesus nondum in cœlum ascenderat. Act. I. 5. ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. ibid. v. 8. ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. ibid. II. 4, 17, 18, 33. V. 32. VIII. 15, 17, 18, 19. IX. 17. X. 44, 45, 47. XI. 15, 16. XIII. 19. ubi πνεῦμα ἅγιον speciatim de vi ac potestate, apostolis concessa, intelligendum erit, homines refractarios et impios illico puniendi et morbis gravissimis, morte adeo, afficiendi. Conf. v. 11. ibid. XV. 8. XIX. 2. ἀλλ' οὐδὲ εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν nobis ne auditum quidem, quæ sint illa Spiritus Sancti dona extraordinaria: ubi alii ἐκχυνόμενον, alii autem ἐπιπεπτωκὸς (coll. VIII. 16.) supplendum esse statuunt. ibid. v. 6. ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτούς, ἐλάλουν τε γλώσσαις καὶ προεφήτευον. 1 Cor. XII. 7. XIV. 12. 2 Cor. VI. 6. XI. 4. ἢ πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ὃ οὐκ ἐλάβετε si quis offerret vobis nova dona Sp. S. qualia ante non accepistis. Hebr. II. 4. Apoc. XIX. 10. ubi vide intepretes. Cf. Eichhornii tractatum: **über die geistes gaben der ersten Christen** in Ej. Bibliotheca Univers. Literat. Biblicæ P. II. p. 757—859. ac Jo. Ph. Kurzmanni Narrat. Crit. de interpretatione locorum N. T. in quibus donorum Sp. S. quæ vulgo extraordinaria vocantur, mentio injicitur. Gœtt. 1793. 4. 15) *omnes modi, quibus Deus animos hominum emendare studet.* Act. VII. 51. ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι ἁγίῳ ἀντιπίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς. Cf. v. 52 et 53. 16) *afflatus divinus, revelatio, oraculum divinum.* Matth. XXII. 43. πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι Κύριον αὐτὸν καλεῖ; quomodo autem Davides, afflatu divino de Messiæ temporibus canens, eum Dominum appellat? Conf. Marc. XII. 36. Luc. I. 41. καὶ ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ oraculo divino de illustri et eminenti Mariæ dignitate et conditione edocta Elisabetha eam ita est allocuta. ibid. v. 67. II. 25. πνεῦμα ἦν ἅγιον ἐπ' αὐτὸν revelatio ipsi interdum contingebat divina. ibid. v. 26. καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου et erat oraculo divino edoctus. ib. v. 27. IV. 1. ἐν τῷ πνεύματι oraculo divino admonitus. Alii non omnino male reddunt, *sua sponte*, seu *mentis impetu quodam.* Nullo autem modo eorum admitti potest sententia, qui ἐν τῷ πνεύματι esse idem contendunt, quod *in ἐκστάσει quadam*, repugnantibus prorsus locis parallelis, Marc. I. 12. et Matth. IV. 1. quæ priorem explicandi rationem commendant. ibid. IV. 18. Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ jussu et mandato divino verba facio. Act. VIII. 29. τὸ πνεῦμα, coll. v. 26. ubi ἄγγελος Κυρίου dicebatur. ibid. v. 39. πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον oraculo divino jussus est Philippus redire, nec amplius esse cum eunucho. ib. X. 19. XI. 12, 28. ἐσήμανε διὰ τοῦ πνεύματος prædixit oraculo divino admonitus. ibid. XIII. 2. εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον unus illorum doctorum et prophetarum ecclesiæ Antiochenæ divino responso admonitus fuit. ibid. v. 4. XVI. 6, 7. XX. 23. XXI. 4, 11. XXIII. 8, 9. 1 Cor. XII. 3. οὐδεὶς ἐν πνεύματι Θεοῦ λαλῶν nemo, qui loquitur instinctu Spiritus divini. 1 Petr. I. 11. 2 Petr. I. 21. Huc quoque pertinet formula γίνεσθαι ἐν πνεύματι fervore prophetico concitatum esse (quemadmodum a Musis correpti Græcis dicebantur ἐν Μούσαις γινόμενοι) in Apocalypsi (I. 10.) obvia, quæ non differt a cognata formula γενέσθαι ἐν ἐκστάσει Act. XXII. 17. Adde Apoc. IV. 2. Josephus A. J. IV. 6. 5. VI. c. 11. s. 5. τοῦ Θεοῦ μεταλαμβάνουσι πνεύματος καὶ προφητεύειν ἤρξαντο. 17) *religio, objective sumta, et speciatim religio christiana, quia est omnium præstantissima et sanctissima.* 1 Cor. II. 12. ubi τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου religio, ab hominibus inventa, opponitur τῷ πνεύματι τῷ ἐκ Θεοῦ religioni vere divinæ. Joh. III. 5. ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐκ πνεύματος nisi quis ope religionis christianæ in melius mutetur et prorsus emendetur. ibid. v. 6 et 8. Act. IX. 31. τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος lætitia, quam percipiebant ex felici religionis christianæ progressu. Eodem modo explicari quoque debent verba cap. XIII. 52. χαρᾶς καὶ πνεύματος ἁγίου. Rom. VII. 6. ubi καινότης πνεύματος, h. e. religio christiana præstantissima, nuper introducta, opponitur τῇ παλαιότητι γράμματος, religioni Mosaicæ, quæ olim valuerat, nunc vero prorsus abrogata est. ibid. VIII. 1. XIV. 17. χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ studium exhilarandi alios, quod per religionem christianam in homine excitatur et alitur. ibid. XV. 13. ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου ope religionis christianæ. ibid. v. 30. διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος per amorem, quem postulat et efficit religio christiana. 1 Cor. II. 10. ἡμῖν δὲ ἀπεκάλυψε ὁ Θεὸς διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. ibid. v. 11. τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ religio a Deo tradita. ibid. v. 14. οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ non assensu suo probat doctrinam divinam. ib XII. 13. ἐν ἑνὶ πνεύματι. 2 Cor. III.

6. πνεῦμα est i. q. καινὴ διαθήκη in antecedentibus et opponitur τῷ πνεύματι. ibid. v. 8. διακονία τοῦ πνεύματος munus tradendi religionem christianam, quod v. 9. ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης dicitur. ibid. v. 17. ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι Dominus significat h. l. religionem christianam: οὗ δὲ τὸ πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία ubi vero est et vim suam exserit religio christiana, ibi est vera libertas. ibid. v. 18. ἀπὸ Κυρίου πνεύματος per Christum, auctorem religionis, quam profitemur. Galat. III. 3. ἐναρξάμενοι πνεύματι vos, qui jam perveneratis ad sublimiorem illam perfectioris religionis christianæ cognitionem, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε; nunc ad imperfectiorem religionem Mosaicam iterum redibitis? Ephes. III. 5. ἐν πνεύματι, pro διὰ πνεύματος. Col. I. 8. ἐν πνεύματι revelatione religionis christianæ. 1 Thess. IV. 8. τὸν δόντα τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ἡμᾶς cui debemus beneficium religionis christianæ, quam profitemur. Hebr. X. 29. τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσας et religionem christianam, summum beneficium divinum, repudians. Jacob. IV. 5. πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκισεν ἐν ἡμῖν invidiæ resistit religio christiana, nobis divinitus concessa. 1 Petr. IV. 14. Describi h. l. verbis τὸ τῆς δόξης καὶ δυνάμεως καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα religionem christianam præstantissimam, quæ, quia a Deo O. M. originem suam repetit, maximam hominibus conciliat dignitatem et ad summa quævis præstanda vires subministrat, clarissime docent verba sequentia κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. 1 Joh. IV. 13. ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. ibid. V. 6. ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια religionem christianam esse vere divinam. Sed potest πνεῦμα h. l. commode etiam de *Christo* ipso intelligi, præeunte Vulgato, sensu fere eodem. 18) *perfectà cognitio religionis christianæ.* Galat. V. 5. ἡμεῖς γὰρ πνεύματι ἐκ πίστεως ἐλπίδα δικαιοσύνης ἀπεκδεχόμεθα nos vero, meliora per Christum edocti, (seu, pro perfectiore nostra religionis christianæ cognitione) per religionis christianæ diligentem observationem obtinere speramus felicitatem christianam, nobis promissam. Eph. V. 9. ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ πνεύματος opera vero, quæ ex perfecta et idonea religionis christianæ scientia proficiscuntur: ubi pro πνεύματος haud pauci codices habent φωτὸς, e glossemate, ut opinor. 19) *omnia bona et commoda, cum perfecta religionis christianæ cognitione et observatione in hac pariter ac futura vita conjuncta, et per Christum hominibus parta.* Matth. III. 11. (Marc. I. 8. Luc. III. 16.) αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Haud ignoro quidem, plerosque interpretes, Grotium secutos, verba hæc de effusione donorum Sp. S. extraordinariorum explicare; sed, quia oratio Johannis directa est ad omnes Judæos, qui ad ejus baptismum confluxerant, ipsa verba ejus αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει, quæ respondent verbis ἐγὼ βαπτίζω ὑμᾶς, postulant, ut sensum horum verborum ita constituamus: ille vos omnibus religionis suæ bonis et commodis abunde instruet. Nec incerta, aut dubia redditur hæc explicatio verbis additis καὶ πυρὶ, (quæ vulgo ἐξηγητικῶς addita esse existimant et omissa sunt non solum a Joh. I. 33. Marc. I. 8. sed etiam in quibusdam codicibus; odio fortasse hæreticorum quorundam, qui pro lotione inustura utebantur, aut ob loca parallela) nam πῦρ significat h. l. *pœnas gravissimas, a contemtoribus religionis sumendas.* Confer v. 12. et Glass. Philol. Sacr. p. 1057. Joh. VII. 39. Act. II. 38. καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Rom. V. 5. nam amor Dei abunde et perspicue nobis declaratus est διὰ πνεύματος ἁγίου, τοῦ δοθέντος ἡμῖν per bona illa, quæ nobis per religionem christianam contigerunt. In sequentibus autem commemoratur remissio peccatorum, quam Christo debemus. ibid. VIII. 23. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες sed etiam, quibus contigerunt præstantissima illa bona, per Christum hominibus parta. Theodoretus ad v. 26. τὸ πνεῦμα· τὴν διδομένην τοῖς πιστεύουσι χάριν. 2 Cor. I. 22. δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν cui debemus bona, per Christum parta, quæ sunt nobis instar pignoris futuræ felicitatis. ib. V. 5. Galat. III. 2, 5, 14. Ephes. I. 13. ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ contigerunt vobis omnia promissa bona, cum religione christiana conjuncta, certissima futuræ felicitatis vestræ argumenta et pignora. 1 Thess. V. 19. τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε bonis, quibus vos christiani gaudetis, bene utamini et ea omnibus modis augere studete. Heb. VI. 4. μετόχους γενηθέντας Πνεύματος ἁγίου. 20) speciatim: *sensus animi, per religionem christianam emendati.* Rom. VIII. 2. ὁ νόμος τοῦ πνεύματος καὶ ζωῆς religio christiana, quæ animos hominum emendat, impellit ad recte agendum et felices reddit: ubi πνεῦμα opponitur τῇ ἁμαρτίᾳ, seu vitiositati, cui homines ante Christi adventum dediti erant; quemadmodum ibid. v. 5, 6, 9. τῇ σαρκὶ opponitur. ibid. v. 11, 13, 14, 16. αὐτὸ τὸ πνεῦμα hi ipsi animi sensus, ope religionis christianæ emendati, certum reddunt animum nostrum. ibid. v. 26. τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν hi ipsi sensus animi, per religionem christianam emendati, nobis, calamitatibus oppressis, succurrunt. 1 Cor. III. 16. VI. 19. ὅτι τὸ σῶμα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν corpus vestrum esse quasi templum, Deo sacrum, quo sensus vestros, vere christianos, aliis declarare debetis. Galat. V. 16. πνεύματι περιπατεῖτε convenienter vivite sensibus animi, quos postulat religio christiana. ibid. ver. 17, 18, 22, 25. VI. 8. Ephes. V. 18. 1 Tim. IV. 12. Jud. v. 19. πνεῦμα μὴ ἔχοντες homines nondum emendati per religionem christianam. 21) *vis divina, qua homines adjuti proni ac faciles redduntur ad amplectendam et observandam religionem christianam.* Joh. VI. 63. τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν Deus est, qui hominibus idoneas concedit vires, ut possint amplecti religionem meam, i. q. v. 65. οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου. Rom. XV. 13. eadem vis divina δύναμις Πνεύματος ἁγίου dicitur. ibid. ver. 16 et 19. 1 Cor. VI. 11. Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ita distinguitur a τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ut appareat, illud de auxilio Spiritus divini intelligendum esse, quo maxime opus est ad amplectendam et observandam religionem christianam. 2 Cor. III. 3. XIII. 13. Ephes. III. 16. δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον ut in dies majora virtutis christianæ incrementa capiamus, adjuti Spiritu divino. ibid. IV. 30. μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ ne resistite Spiritui illi divino, cujus auxilio omne fidei virtutisque incrementum debet christianus. Tit. III. 5. παλιγγενεσία et ἀνακαίνωσις tribuitur Πνεύματι ἁγίῳ. 1 Thess. I. 5, 6. 2 Thess. II. 13. ἐν ἁγιασμῷ Πνεύματος. 1 Petr. I. 22. Jud. v. 20. 22) per metonymiam abstracti pro concreto pro πνευματικὸς ponitur, et pro variis vocis πνεῦμα notionibus diversas quoque admittit significationes, ex orationis serie facile cognoscendas. Joh. III. 6. τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος

πνεῦμά ἐστι qui est per religionem christianam emendatus, is etiam ita sentit, vult et agit, ut postulat religio christiana, seu est πνευματικός. Act. V. 3. ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ut fallere conareris nos apostolos, qui sumus instructi τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, h. e. quibus dona divina extraordinaria contigerunt, quibus Deus semper adest et eos utique adjuvat Spiritu suo, ut adeo facile verum a falso dignoscere valeant. ibid. ver. 9. πειράσαι τὸ Πνεῦμα Κυρίου experiri velle, an falli possint apostoli iisque vere concessa sint dona Sp. S. extraordinaria. Act. XX. 28. τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Paulus, qui constituerat presbyteros ecclesiæ Ephesinæ. 1 Cor. XII. 10. ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων alii data est facultas discernendi falsos prophetas a veris. Chrysostomus: τὸ εἰδέναι, τίς ὁ πνευματικὸς καὶ τίς μή, τίς ὁ προφήτης καὶ τίς ὁ ἀπατεών. ibid. XIV. 32. καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται prophetæ, a Deo afflati, (οἱ προφῆται πνευματικοί) cedere debent sibi invicem. 2 Thess. II. 2. διὰ Πνεύματος per doctorem, qui se divino Spiritu actum profitetur. 1 Tim. IV. 1. προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις. Conf. v. 2. 1 Joh. IV. 1, 2. τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ doctorem vere divinum. ibid. v. 3 et 6. Apoc. XXII. 17. τὸ Πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη sponsa mea (cœtus meus) Spiritu divino acta. Alii per Πνεῦμα doctores a Spiritu actos intelligunt. 28) Interdum plane abundat, v. c. Marc. II. 8. ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι αὐτοῦ, (nisi vertere malis: pro divina sua scientia,) coll. Matth. IX. 4. et Luc. V. 22. Luc. I. 47. ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου, coll. Ps. XXXV. 9. ibid. X. 21. ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησοῦς. Joh. XI. 33. XIII. 21. Act. XVII. 16. XVIII. 5. Eph. I. 17. IV. 23. Philip. I. 19. 3 Esr. III. 2. Confer le Moyne ad Varia Sacra p. 927. Sæpius in N. T. non legitur. Lectu dignissima de hac voce protulerunt Koppius in Excurs. V. in Epistolam ad Galatas p. 101 seq. Tellerus (G. A.) in Vocabulario N. T. lingua vernacula scripto, sub voce geist. Langius in Symbolis ad promovendum rectum Vocabularii Telleriani usum, Vol. II. p. 41 seq. Georgi in Diss. Theol. de Vario Usu Vocis Πνεῦμα in N. T. scriptis. Tubingæ 1776. Griesbachius in Commentatt. duabus de Vera Notione Vocabuli Πνεῦμα in cap. VIII. Ep. ad Romanos, Jenæ editis 4. cum quibus conferri quoque potest Dürrii Comment. de Varia Notione Vocis רוּחַ. Gœtt. 1776. et Commentatio Theologica, anno 1791. a me Gœttingæ edita, de Vocabuli Πνεῦμα in Libris N. T. Vario Usu 4.

ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) *spiritualis, spiritui proprius*, seu *ad spiritum pertinens, spiritibus accensendus, spirituum qualitatibus præditus*, et ex adjuncto: *præstans, perfectus*, a πνεῦμα *spiritus*. 1 Cor. XV. 44. ἐγείρεται σῶμα πνευματικὸν prodibit corpus spirituale, quod habebit naturam spiritus, interitus expers, cui nec cibo, nec potu, nec somno opus erit, ἐν ἀφθαρσίᾳ, ἐν δόξῃ, ἐν δυνάμει, v. 42 et 43. Opponitur σῶμα ψυχικὸν, seu corpus animale, quale habemus, in his terris viventes, ἐν φθορᾷ, ἐν ἀτιμίᾳ, ἐν ἀσθενείᾳ, v. 42, 43. ibid. ἔστι σῶμα ψυχικὸν καὶ ἔστι σῶμα πνευματικὸν si corpus animale est, est etiam spirituale. ibid. v. 46. ἀλλ' οὐ πρῶτον τὸ πνευματικὸν, ἀλλὰ τὸ ψυχικὸν, ἔπειτα τὸ πνευματικὸν enimvero spirituale corpus non est prius, sed animale, huic demum succedit spirituale. Hinc 2) τὰ πνευματικὰ ponitur pro τὰ πνεύματα *spiritus*. Ephes. VI. 12. πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας adversus genios malos, dæmones improbos, i. q. πρὸς τὰ πνεύματα πονηρά. Syrus bene transtulit: ܘܥܡ ܪ̈ܘܚܐ ܒܝ̈ܫܬܐ *et cum spiritibus malis*. Græci sæpe adjectivis utuntur loco substantivorum, v. c. Homer. Odyss. λ', v. 39. παρθενικαί, pro παρθένοι. Conf. etiam formulas has: τὸ ἱππικὸν, στρατιωτικὸν, ναυτικὸν, subint. τάγμα. 3) *ad animum pertinens*. Rom. XV. 27. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς (scil. χαρίσμασι) αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς. Sunt autem h. l. τὰ πνευματικὰ bona, quæ ad animum pertinent et Judæis (in quorum societatem tantum venerunt gentiles,) præ cæteris promissa erant, cognitio religionis christianæ et omnis felicitatis in regno Messiæ, et τὰ σαρκικὰ beneficia, quæ ad corporis necessitatem tantum spectant; ut adeo sensus totius loci sit ita constituendus: quia enim in societatem bonorum, longe præstantiorum, spiritualium nempe et felicitatis christianæ, Judæis proprie promissæ, venerunt gentiles, æquum erat, ut illorum egestati hi quoque subvenirent eleemosynis colligendis.—Conf. ad h. l. Theodoretum. Ephes. I. 3. ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ omnis generis beneficiis, ad animum pertinentibus. Hinc πνευματικὸν quandoque dicitur, *quod habet sensum mysticum et allegoricum*. 1 Petr. II. 5. οἶκος πνευματικὸς templum spirituale, qui animo puro, sincero et haud fucato Deum colunt. ibid. θυσίας πνευματικὰς sacrificia, quæ animo quasi offeruntur, pia animi sensa et morum innocentia. 4) πνευματικὸν dicitur *omne, quod ad religionem christianam pertinet et per religionem christianam hominibus contingit*, vel ob perfectionis, dignitatis et præstantiæ notionem, quæ semper est in hac voce adjuncta, vel, quia beneficia, quæ religioni christianæ debemus, ad animum maxime pertinent, vel denique, quia omnis religio et felicitas christiana Πνεύματι ἁγίῳ tribui constanter ab apostolis solet. Rom. I. 11. χάρισμα πνευματικὸν beneficium, ad religionem et felicitatem christianam spectans. 1 Cor. II. 23. πνευματικοῖς (sc. λόγοις) πνευματικὰ συγκρίνοντες oratione, conveniente religionis christianæ dignitati et præstantiæ, (opponitur enim πνευματικοῖς h. l. διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις,) tradentes religionem christianam. ibid. IX. 11. τὰ πνευματικὰ σπείρειν imbuere animos hominum cognitione perfectissimæ religionis christianæ et ita adducere ad felicitatem christianam. Ephes. V. 19. ᾠδαῖς πνευματικαῖς carminibus, in aliqua religionis christianæ parte occupatis. Coloss. I. 9. ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ. Coloss. III. 16. 6) *illustratus et emendatus per religionem christianam, qui perfectiorem religionis christianæ cognitionem habet, perfectior christianus*. 1 Cor. II. 15. ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα qui usu suo religionem christianam satis cognitam habet, is perfecte eam dijudicare et verum ei pretium statuere valet. Opponitur ὁ πνευματικὸς h. l. τῷ ψυχικῷ v. 14. ibid. III. 1. οὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς non potui vobis tradere doctrinam christianam, tanquam provectis jam in ejus cognitione. Galat. VI. 1. ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ vos, in altiore virtutis christianæ fastigio constituti; qui Rom. XV. 1. οἱ δυνατοὶ vocantur. 6) *qui vult et efficit, ut homines sint pii et veri Dei cultores, qui postulat et reddit hominem πνευματικόν*. Rom. VII. 14. οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστι scimus enim, leges divinas homines sanctos et virtutis studiosos postulare et reddere. Bene Chrysostomus ad h. l. πνευματικὸν γὰρ εἰπὼν διδάσκαλον αὐτὸν ἀρετῆς δείκνυσιν ὄντα καὶ κακίας

πολέμιον. Τοῦτο γάρ ἐστιν εἶναι πνευματικὸν, τὸ πάντων ἁμαρτημάτων ἀπάγειν ὅπερ καὶ οὖν ὁ νόμος ποιεῖ, φοβῶν, νουθετῶν, κολάζων, διορθούμενος· τὰ περὶ ἀρετῆς συμβουλεύων ἅπαντι. Sic etiam in N. T. ἅγιος et δίκαιος dicitur, qui, ut alii sancti sint et virtutis studiosi, postulat et efficit. Rom. VII. 12. 2 Petr. II. 21. 7) *instructus donis Sp. S. extraordinariis, qui divino Spiritu agitur et afflatur.* 1 Cor. XIV. 37. 8) *miraculosus, extraordinarius, modo miraculoso effectus a Deo.* 1 Cor. X. 3. βρῶμα πνευματικὸν manna, *cibus miraculosus*, quem Josephus A. J. III. 1. 6. θεῖον βρῶμα καὶ παράδοξον appellat. ibid. v. 4. πόμα πνευματικὸν potus, qui datus est per miraculum a Deo ex petra percussa, (Exod. XVII.) quæ paulo post πνευματικὴ πέτρα dicitur. ibid. XII. 1. περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν sc. χαρισμάτων, de donis Spiritus Sancti extraordinariis. ibid. XIV. 1. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΩ͂Σ, *spiritualiter.* Est adverbium a πνευματικὸς, quod bis tantum legitur in N. T. 1 Cor. II. 14. ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται non enim dijudicari potest, nisi jam usu tuo cognoveris religionis christianæ præstantiam. Πνευματικῶς h. l. positum est pro ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ, ut sensus sit: præstantiam religionis christianæ is tantum recte dijudicare potest, qui eam usu suo satis cognitam habet. Apoc. XI. 8. ἥτις καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα quæ allegorice, seu sensu spirituali vocatur Sodoma. Ita etiam πνευματικὸν in N. T. dicitur, quod habet sensum mysticum et allegoricum. 1 Petr. II. 5.

ΠΝΕ´Ω, ῶ, fut. πνεύσω, *spiro, flo,* et proprie est *venti*, vel *auræ*. Matth. VII. 25. ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι spirabant, seu potius furebant venti. ibid. v. 27. Luc. XII. 55. ὅταν νότον πνέοντα, scil. ἴδητε, cum austrum flantem animadvertitis. Joh. III. 8. τὸ πνεῦμα, ὅπου θέλει, πνεῖ ventus ubique flat. ibid. VI. 18. ἀνέμου μεγάλου πνέοντος. Act. XXVII. 40. ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ, sc. αὔρᾳ, (Vide L. Bos. Ellips. Gr. p. 49. ed. Schæfer.) sublato velo ad flatum venti. Sic πνέουσα pro πνέουσα αὔρα occurrit apud Lucianum in Hermotimo c. 28. ubi vulgo quidem legitur πλέουσα, sed legendum esse πνέουσα, recte judicarunt Gesnerus et Reitzius. Apoc. VII. 1. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini habent hanc vocem pro נָשַׁב *flavit, spiravit.* Ps. CXLVII. 18. נָשַׁף idem. Ies. XL. 24. Adde Sirac. XLIII. 19. πνεύσεται νότος. ibid. v. 24. Gloss. Vet. *Alat*, πνέω. Scribendum videtur: *Halat.*

ΠΝΙ´ΓΩ, fut. ἴξω, 1) *suffoco, præfoco, strangulo,* quasi πνοὴν ἄγω *spiritum frango.* Marc. V. 13. ἐπνίγοντο ἐν τῇ θαλάσσῃ suffocabantur in aqua. Xenoph. Anab. V. 7. 15. Plutarch. de exilio p. 599. B. Apparet etiam hæc notio e derivatis vocibus πνικτὸς, ἀποπνίγω, συμπνίγω, quæ omnes in N. T. reperiuntur. Hinc πνιγηρὸν omne dicitur, *quod est ita arctum et angustum, ut spiritum præcludat et respirationem exstinguat,* (Thucyd. II. c. 52. ἐν καλύβαις πνιγηραῖς.) et πνῖγος *gravem æstum, spiritum præcludentem,* notat apud Thucyd. VII. c. 87. Adde Apollodor. II. c. 5. s. 1. κατέσχεν ἄγχων, ἕως ἔπνιξε. Conf. etiam Wakefield. Silvam Criticam P. II. p. 75. 2) metaphorice: *perturbo, perterrefacio, cogo, vim facio, urgeo, extorqueo,* et est verbum proprium de duris creditoribus, qui, collo debitorum quasi constricto, eos urgent ad solvendum debitum, aut debitores segnes collo obstricto et quandoque obtorto in jus rapiunt, vel in custodiam. Sic legitur in N. T. Matth. XVIII. 28. κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε tenens eum urgebat ad solvendum debitum, seu acerbe debitum ab eo exigebat. Minus Attice vero in hac re dicitur πνίγειν, cum Attici malint ἄγχειν hac notione usurpare, quam πνίγειν. Aristoph. Equit. p. 334. χρήματα πλεῖστα ἀπέδειξα ἐν τῷ κοινῷ, τοὺς μὲν στρεβλῶν, τοὺς δ' ἄγχων, τοὺς δὲ μεταιτῶν, ad quem locum schol. δηλοῖ διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων τὸ βίαιον τῆς ἀπαιτήσεως. Pollux Onom. Lib. III. c. 23. s. 116. ἄγχων τοὺς χρήστας, ἀποπνίγων τοὺς ὀφείλοντας. Confer Hemsterhusium ad Lucianum Dialog. Mort. 22. c. 1. T. I. p. 423. Pricæi Annotatt. ad Matth. XVIII. 28. Wetstenii N. T. T. I. p. 445. Elsneri Commentarium in Matthæum Tom. II. pag. 99. et interpretes ad Thom. M. sub ἄγχω p. 9. In versione Alexandrina πνίγειν respondet Hebraico בָּעַת *perterruit, perterrefecit.* 1 Sam. XVI. 14. ἔπνιγεν αὐτὸν πνεῦμα πονηρὸν ἀπὸ Κυρίου et perturbabat eum spiritus malus a Jehova. ib. v. 15. Glossar. *Angit*, θλίβω, στενοχωρῶ, ἄγχει, πνίγει.

ΠΝΙΚΤΟ´Σ, ἡ, ὸν, *suffocatus laqueo, aut manu, strangulando enectus,* a 3 pers. præt. pass. πέπνικται, verbi πνίγω *suffoco, præfoco, strangulo.* Πνικτὸν, οῦ, τὸ, *suffocatum, res suffocata,* late patet in N. T. libris et non solum *animal suffocatum laqueo, aut manu venatoris* indicat, sed etiam *omne animal, vita privatum, sine sanguinis emissione,* quod v. c. sponte sua mortuum cecidit morbo et cujus sanguis in arteriis ac venis est retentus. Sic legitur in N. T. Act. XV. 20. ἀπέχεσθαι ἀπὸ τοῦ πνικτοῦ. Vulgatus habet, *a suffocatis.* Male Theophylactus ad h. l. διὰ δὲ πνικτοῦ ἀπέχεσθαι, τὸν φόνον (*homicidium*) ἀπείργει. ib. v. 29. XXI. 25. Athenæus IV. p. 147. D. κεφάλαιον — — πνικτᾶς ἐρίφου παρέθηκε. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΝΟΗ´, ῆς, ἡ, 1) proprie *flatus*, (Thucyd. IV. cap. 100. hanc vocem de flatu usurpavit, qui grandibus follibus applicitis cietur.) *ventus, aura,* a præt. med. πέπνοα, verbi πνέω *flo, spiro.* Sic legitur in N. T. Act. II. 2. ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας tanquam venti vehementis. Job. XXXVII. 10. ἀπὸ πνοῆς ἰσχυροῦ δώσει πάγος a vento vehementi dabit gelu; ubi in Hebraico legitur נְשָׁמָה *flatus.* 2) *halitus, spiritus vitalis, vita animalium, quæ est in respiratione,* quæ alias non solum πνεῦμα, sed etiam ἀναπνοὴ et ἐκπνοὴ dicitur. Conf. Pollucis Onom. Lib. II. n. 77. ubi videndi interpretes. Sic legitur in N. T. Act. XVII. 25. αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ πάντα qui omnibus vitam et spiritum vitalem et omnia confert, quæ ipsis sunt ad vitam sustentandam necessaria. In eadem significatione respondet in versione Alexandrina Hebraico נֶפֶשׁ Prov. XXIV. 12. ubi Aquila et Theodotion ψυχὴν habent; נְשָׁמָה *halitus, anima humana,* Genes. II. 7. (ἐνεφύσησεν αὐτοῖς πνοὴν ζωῆς) et רוּחַ Gen. VII. 22. Adde Sirac. XXXIII. 25. ἕως ἔτι ζῇς καὶ πνοὴ ἐν σοί. 2 Macc. III. 31. VII. 9. ἐν ἐσχάτῃ πνοῇ γενόμενος.

ΠΟΔΗ´ΡΗΣ, εος, ὁ, ἡ. Adjectivum, *ad pedes usque dependens, ad ipsos pedes pertingens,* ex ποὺς, ποδὸς, ὁ, *pes,* et ἄρω *apto, necto,* quod ad pedes usque congruat. Sic apud Xenophontem in Anab. I. 8. 6. ποδήρης ἀσπὶς scutum, ad talos protensum. Apud eundem in Cyrop. VI. c. 2. § 5. σὺν ἀσπίσι ταῖς ποδήρεσι cum clypeis, ad tibias usque descendentibus; ubi videndus Hutchinsonus. Glossæ in Octateuchum, a Fabricio Bibl. Gr. Vol. X. p. 62.

editæ: *ποδήρη· τὸ μέχρι ποδῶν ἐρχόμενον.* Speciatim *ποδήρης*, ita, ut omissum sit *ἐσθὴς*, seu *χιτὼν*, seu *ἔνδυμα*, (quod additur Sapient. XVIII. 24.) seu *ὑποδύτης*, (ut plene legitur apud Alexandrinos Exod. XXXVIII. 31.) est *vestis talaris, ad pedes usque dependens* (qua olim usus est summus sacerdos Judæorum. Vide Joseph. A. J. III 8. 4. p. 142. et XX. 1. 1 p. 954.). Sic semel legitur in N T. Apoc. I. 13. *ἐνδεδυμένος ποδήρη* indutus talari; ubi est accusativus contractus pro *ποδήρεα*. Suid. *ποδήρης· ἕως τῶν ποδῶν χιτών.* Hesych. *ποδήρης· — μέχρι τῶν ποδῶν ἱμάτια*, et *ποδήρης στολὴ, τὸ εἰς κάτω τοῦ ἱματίου κεκλωσμένον.* Vide etiam Alexandrinos Ezech. IX. 2, 3. Ex. XXV. 7. XXVIII. 4. XXXV. 8. (ubi Hebraico מְעִיל *pallium* respondet.) Zach. III. 4. Sirac. XXVII. 8. *καὶ ἐνδύσῃ αὐτὸ ὡς ποδήρη δόξης.* ibid. XLV. 11. Confer Braunium de Vestitu Sacerdotum Hebr. Lib. II. c. 5. et Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 436.

ΠΟ'ΘΕΝ, *unde?* Adverbium interrogandi, ab *ὅθεν unde*, quod autem variis modis in N. T. usurpatur. Significat autem 1) *a quo loco?* et opponitur *τῷ ποῦ; quo? quorsum?* Joh. III. 8. *οὐκ οἶδας, πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει* sed nescis unde veniat (sc. ventus) et quo abeat. ibid. IV. 11. *πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν;* unde, h. e. e quonam fonte habes aquam perennem? ibid. VIII. 14. Joh. XIX. 9. Apoc. VII. 13. Eodem modo usurpatum reperitur apud Alexandrinos Job. XXXVIII. 24. (in Hebraico legitur אֵיזֶה) pro אֵי מִזֶּה Genes. XVI. 8. 2 Sam. I. 3. et pro מֵאַיִן Genes. XLII. 7. Jos. IX. 8. 2) *a quo homine*, vel *a quibus hominibus?* Matth. XV. 33. Joh. I. 49. II. 49. ibid. VI. 5. *πόθεν ἀγοράσομεν ἄρτους;* 3) *a quibus parentibus?* Joh. VII. 27. *τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστὶν* hujus natales scimus; et paullo post: *οὐδεὶς γινώσκει πόθεν ἐστὶν* ejus natales nemo scit. ibid. v. 28. *οἴδατε πόθεν εἰμὶ* nostis parente s meos. 4) *cujus originis?* Matth. XXI. 25. *τὸ βάπτισμα Ἰωάννου πόθεν ἦν, ἐξ οὐρανοῦ ἢ ἐξ ἀνθρώπων;* baptismus Johannis a quonam originem repetebat? a Deo, an ab homin ibus? ibid. XIII. 27, 54 et 56. *πόθεν οὖν τούτῳ ταῦτα πάντα;* cuinam vero debet hic tantam ingenii vim et miracula patrandi facultatem? Marc. VI. 2. Luc. XX. 7. Joh. IX. 29. *τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν, πόθεν ἐστὶν* hic vero a quonam missus sit, ignoramus. ibid. v. 30. *θαυμαστόν ἐστιν ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστὶ* mirum est vos nescire, illum esse vere legatum divinum. Jacob. IV. 1. *πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν;* quæ caussa est rixarum et altercationum, quæ inter vos reperiuntur? 5) *a quanam re?* Apoc. II. 5. *πόθεν πέπτωκας* cujusnam rei jacturam feceris. 6) *quare? quam ob caussam?* Luc. I. 42. *καὶ πόθεν μοι τοῦτο;* et quam ob causam mihi contigit hæc felicitas? aut, quod eodem redit: cuinam vero debeo hanc felicitatem? Utuntur autem Græci hac formula, quoties inexspectatum quid mirantur. Epictet. c. 21. Theophr. Char. 17. 7) *quomodo? qua ratione? quo respectu?* i. q. *πῶς;* Matth. XII. 37. *καὶ πόθεν υἱὸς αὐτοῦ ἐστι;* quomodo, seu quo respectu filius ejus est et vocari potest? coll. Luc. XX. 44. *πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστιν;* Marc. VIII. 4. *πόθεν δυνήσεταί τις;* quomodo posset aliquis? h. e. nullo modo potest aliquis. Alex. 2 Reg. VI. 27. *πόθεν σώσω σε;* Jer. XV. 18. *πόθεν ἰαθήσομαι;* Æschin. Socr. Dial. I. 1 et 2. Arrian. Diss. Epictet. Lib. I. c. 19. p. 105. *πόθεν σύ;* h. e. quomodo tu? Suid. *πόθεν· ἀρνητικὸν, ἴσον τῷ οὐδαμῶς.* Thom. M. p. 726. *τὸ πόθεν, ἐνίοτε μέν ἐστι ἐρωτηματικὸν, καὶ λαμβάνεται ἀντὶ τοῦ ἀπὸ ποίου τόπου ἢ ἀπὸ ποίας αἰτίας. ἐνίοτε καὶ ἀποῤῥηματικόν. ὅτι καὶ ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς λαμβάνεται ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἑκάβῃ,* (v. 613.) *ὡς μὲν ἀξίαν, πόθεν;* Eodem modo *unde* pro *quomodo* usurpatur apud Terentium Andr. III. 2. 31. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΟΙ'Α, *ας, ἡ,* pro quo etiam usurpatur *ποίη*, (apud Hesychium, qui cum Suida *ποίην* per *πόαν, βοτάνην*, plantam, herbam, interpretatus est. Homer. Odyss. *ρ'*, v. 369. Prov. XXVII. 25. secundum Cod. Alex. Phavor. *ποίη· κατὰ τὸ ἔαρ δρεπόμενος, ἢ κειρόμενος χόρτος δοκεῖ.*) *πόα* (Prov. XXVII. 25. Aquila et Symmach. Psalm. XXIII. 1. Aqu. Micha V. 7.) et *ποιὰ* significat *herbam omnis generis, gramen*, uti multis docuit Bielius in Thesauro Philologico s. h. v. Hac voce usus mihi esse videtur Jacobus in Epistola sua cap. IV. 14. *ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν* herbæ enim similis est vita vestra, h. e. æque caduca et fluxa est vita vestra ac herbæ et graminis flos.

ΠΟΙΕ'Ω, *ῶ*, fut. *ήσω.* Generatim *faciendi* notionem quocunque obtinet modo. Speciatim vero 1) proprie significat: *conficere aliquid, condere, struere, fabricari, componere, fingere, exstruere, ædificare, formare*, etwas verfertigen, *to make, to prepare.* Joh. II. 15. *καὶ ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων* et fecit ex loris scuticam. ibid. IX. 6. *ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος* ex sputo lutum fecit. Confer supra *πηλός.* ibid. v. 14. XVIII. 18. *ἀνθρακιὰν πεποιηκότες* pyram fecerant. ibid. XIX. 23. Act. VII. 40. *ποίησον ἡμῖν θεοὺς* finge nobis simulacra deorum. ibid. v. 43, 44. *ποιῆσαι αὐτὴν κατὰ τὸν τύπον, ὃν ἑωράκει* ut conderet illud secundum exemplar, quod in monte viderat. ibid. IX. 39. *ἱμάτια ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκὰς* vestimenta, quæ viva fecerat Dorcas. ibid. XIX. 24. *ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος.* Hebr. VIII. 5. Apoc. XIII. 14. *ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θηρίῳ.* Matth. XVII. 4. *ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς* figamus hic tria tabernacula. Marc. IX. 5. Luc. IX. 33. Rom. IX. 20, *τί με ἐποίησας* (in nonnullis codicibus legitur *ἔπλασας*, e glossemate.) *οὕτως;* cur me ita formasti? ibid. v. 21. *ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν.* Æschin. Socr. Dial. II. 19. *οἰκίαν ποιεῖν.* Ælian. V. H. XIII. c. 43. *καὶ οἱ ζωγράφοι δὲ καθεύδοντα ἐποίουν αὐτόν.* In versione Alexandrina respondet *τῷ* בָּנָה *ædificavit.* Gen. XXXIII. 17. 1 Reg. VI. 19. XXII. 19. et quandoque etiam de iis usurpatur, *qui opus aliquod faciendum curant.* 1 Reg. V. 16. *ἐπιστάται οἱ ποιοῦντες τὸ ἔργον*, nisi fortasse ibi legere malis *τῶν ποιούντων*, ut habet ed. Compl. 2) *conscribo.* Act. I. 1. *τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην* primum quidem commentarium conscripsi. 3) *paro, apparo, instituo.* Matth. XXII. 2. *ὅστις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ* paranti epulas filio suo. Marc. VI. 21. *δεῖπνον ἐποίει τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ.* Luc. V. 29. *καὶ ἐποίησε δοχὴν μεγάλην* et magnum paravit epulum. ibid. XIV. 12. *ὅταν ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον.* ibid. v. 13 et 16. Joh. XII. 2. Dan. V. 1. *ὁ βασιλεὺς ἐποίησε δεῖπνον μέγα.* Genes. XXI. 8. *ἐποίησε Ἀβραὰμ δοχὴν μεγάλην.* Esther I. 5. *ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς πότον τοῖς ἔθνεσι.* ibid. II. 18. 4) *operor, opus facio*, v. c. in agris ac vineis, i. q. *ἐργάζομαι*, tagelöhneroder handarbeit verrichten, *to perform manual labour, to do the work of a day labourer.* Matth. XX. 12. *ὅτι οὗτοι οἱ ἔσχατοι μίαν ὥραν ἐποίησαν* hi postremi

per unam tantum horam operati sunt. Conf. v. 1, 2, 8. Eodem modo עָשָׂה usurpatur Ruth. II. 19. Exod. V. 9. XX. 9, 10. Levit. XXIII. 7. Themist. Orat. XX. p. 237. ἣν δὲ καὶ ἀργὸς αὐτῷ, ὃν αὐτὸς ἐποιήσατο. Sic Columella de Re Rustica II. cap. 2. *facere agrum* dixit. 5) *mundo, purgo.* Luc. XI. 40. οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησε non semper, qui exterius purgavit, etiam interius purgavit: nicht alles, was von aussen rein ist, ist darum auch von innen rein, *not every thing that is clean without, is likewise on that account clean within.* Signum enim interrogationis, quod habent post ἐποίησε libri editi, tollendum est. 2 Sam. XIX. 25. וְלֹא עָשָׂה רַגְלָיו וְלֹא עָשָׂה שְׂפָמוֹ neque pedes, neque barbam suam purgaverat. Aristoph. in Pace v. 287. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 227. 6) *sacrifico, sacrificium offero.* Alex. 1 Reg. XI. 33. ἐποίησε (scil. θυσίαν, quod additur apud Ælian. V. H. IX. 15.) τῇ Ἀστάρτῃ sacrificavit Astartæ. Ies. XIX. 21. Levit. IX. 7. XVI. 9. Luc. II. 27. τοῦ ποιῆσαι αὐτοὺς κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ ut pro eo sacrificium offerrent ex legis ritu. Conf. v. 24. Vetus interpres bene transtulit: *ut facerent pro eo.* Nam *facere* apud Latinos, ut apud Græcos δρᾷν et ῥέζειν (conf. Plutarch. Sympos. VIII. 8.) pro *sacrificare, sacrificii loco offerre* ponitur, v. c. apud Virgilium Eclog. III. 27. "cum faciam vitula." Xenoph. Mem. I. 3. 1. Cf. Vechneri Hellenolexiam p. 501 seq. Casaubonum ad Athenæum XIV. 23. et Fesselium in Adversariis Sacris T. I. p. 303. In plerisque tamen locis, ubi ποιεῖν, ἔρδειν, δρᾷν et ῥέζειν in hac significatione reperitur, non nude ponitur, sed adjunctum est nomen animalis. 7) *macto.* Hebr. XI. 28. πεποίηκε τὸ πάσχα mactari jussit agnum paschalem. Sic Exod. XII. 48. עָשָׂה פֶּסַח sumitur. Sed ne quid dissimulem, potest in utroque loco ποιεῖν commode in notione *celebrandi* accipi, de qua infra pluribus exponetur. 8) *creo.* Matth. XIX. 4. ὅτι ὁ ποιήσας (i. q. ὁ ποιητὴς τοῦδε τοῦ παντὸς, ut Deus vocatur ab Athenagora Apol. 26. 14. Sic ὁ νοήσας apud Hesiod. Opp. v. 12. vir prudens.) ἀπ' ἀρχῆς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς Deum, auctorem hujus universi, ab initio masculum et fœminam creasse: ad quem locum respiciens Zonaras Lex. c. 851. habet: ἐποίησεν ἀντὶ τοῦ ἔπλασεν. Marc. X. 6. Act. IV. 24. Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. ibid. VII. 50. οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα; ibid. XIV. 15. XVII. 24. Hebr. I. 2. δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν per quem etiam universum creavit, seu cujus ministerio etiam in creatione universi usus est. Apoc. XIV. 7. Ita עָשָׂה de *creatione* usurpatur Genes. I. 31. et בָּרָא *creavit* per ποιεῖν ab Alexandrinis redditur Genes. I. 1, 21, 27. 9) *profero, produco, edo.* Usurpatur inprimis de terra, fruges proferente et de arboribus, fructus edentibus et frondescentibus. Matth. III. 8, 10. πᾶν οὖν δένδρον, μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν omnis arbor, quæ non bonos fructus edit. Matth. VII. 17, 18, 19. XIII. 23. καὶ ποιεῖ ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα et alii ex his cum centesimo, alii cum sexagesimo, alii cum trigesimo fructum ferunt. ibid. v. 26. ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος καὶ καρπὸν ἐποίησε ubi vero effloruit gramen et fructum edidit. ib. XXI. 43. Marc. IV. 32. καὶ ποιεῖ κλάδους μεγάλους. Luc. III. 8, 9. VI. 43. VIII. 8. XIII. 9. Joh. XV. 5. Jacob. III. 12. μὴ δύναται συκῆ ἐλαίας ποιῆσαι, ἢ ἄμπελος σῦκα. Apoc. XXII. 2. Artemidor. Oneirocrit. c. 36. ἀναδενδράς μοί ἐστι κατὰ τὸν οἶκον σταφυλὴν ποιοῦσα λευκὴν, καὶ ἰδοὺ ἡ αὐτὴ ἀναδενδρὰς μελαίνας ἐποίησε σταφυλάς. Aristotel. de Plantis II. c. 10. Theophrast. de Causis Plantarum IV. c. 11. p. 311. Genes. I. 11, 12. ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπόν. Ies. V. 4. Vox Hebr. עָשָׂה Hab. III. 17. ab *incerto* interprete per ἐκθάλλειν redditur. Conf. Vorstium de Hebraismis N. T. cap. 5. p. 162. et Georgii Vindic. Lib. II. c. 2. pag. 138. 10) *do, distribuo, erogo.* Matth. VI. 2. ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην quandocunque igitur stipem erogas. ib. v. 3. Act. IX. 36. πλήρης ἐλεημοσυνῶν, ὧν ἐποίει quæ quidem erat beneficentissima. ibid. X. 2. ποιῶν τε ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ. ibid. XXIV. 17. Tob. XII. 9. οἱ ποιοῦντες ἐλεημοσύνας. Sirac. VII. 11. XXXV. 2. Pro ἐλεημοσύνην ποιεῖν Diogenes Laërtius Lib. VIII. s. 17. formula ἐλεημοσύνην διδόναι usus est, observante Elsnero Obss. Sac. T. I. p. 33. 11) *annuo alicujus precibus, preces alicujus ratas esse jubeo.* Joh. XIV. 13. ὅ, τι ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, τοῦτο ποιήσω quodcunque petieritis a Deo, meam doctrinam ulterius propagandi causa, id ut vobis contingat, faciam. ib. v. 14. Ps. XXXVI. 5. ἔλπισον ἐπ' αὐτὸν καὶ αὐτὸς ποιήσει spera in illum, et ipse faciet, scil. quod petiisti. Psalm. LI. 9. 1 Reg. VIII. 30. καὶ ποιήσεις καὶ ἵλεως ἔσῃ, ubi Hebraico שָׁמַע *exaudivit* respondet. Fortasse huc etiam referendus est locus 1 Thess. V. 24. 12) *præsto, exhibeo, infero, exerceo.* Matth. XX. 32. τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν; quid vultis ut ego vobis præstem? Luc. I. 49. ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς nam magna mihi ac mira præstitit O. M. ib. v. 68. ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ liberavit populum suum. ibid. v. 72. ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν ut exhiberet nobis promissa majoribus nostris. ibid. X. 37. ὁ ποιήσας τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ qui tam misericordem ac benignum se illi præstitit. ib. XVIII. 7, 8. ποιεῖν ἐκδίκησιν, ulcisci, vindicare. Act. VII. 24. ἐποίησεν ἐκδίκησιν τῷ καταπονουμένῳ ultus est afflictum. ibid. IX. 13. ὅσα κακὰ ἐποίησε τοῖς ἁγίοις σου ἐν Ἱερουσαλὴμ quanta mala intulerit christianis Hierosolymitanis. Exod. XXXIV. 7. ὁ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας. Genes. XX. 13. ταύτην τὴν δικαιοσύνην ποιήσεις ἐπ' ἐμὲ, coll. Matth. VI. 1. ibid. XXIV. 14. ὅτι ἐποίησας ἔλεος μετὰ τοῦ Κυρίου μου Ἀβραάμ. ib. XXVI. 29. μὴ ποιήσειν μεθ' ἡμῶν κακόν. Prov. XII. 23. Micha V. 15. ποιήσω ἐν ὀργῇ καὶ ἐν θυμῷ ἐκδίκησιν. Zach. VII. 9. 13) *adhibeo.* Sic sumitur in formula σπουδὴν ποιεῖσθαι, quæ legitur Jud. v. 3. πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος omnem adhibui operam. Arrian. I. c. 11. extr. ἐπίσκεψιν τῶν ἑαυτοῦ ποιεῖσθαι. 14) *exerceo, habeo.* Joh. V. 27. ἐξουσίαν δέδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν potestatem adeo judicii exercendi in homines ei concessit. Jud. v. 15. ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων. Ezech. V. 10. ποιήσω ἐν σοὶ κρίματα. Micha VII. 9. 2 Paral. XXIV. 24. Genes. XVIII. 25. ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν οὐ ποιήσεις κρίσιν; 15) *comparo, mihi aut aliis aliquid concilio.* Luc. XII. 33. ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς comparate vobis crumenas, quæ non veterascunt, et thesaurum nunquam deficientem in cœlis. Joh. IV. 1. ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ ἢ Ἰωάννης Jesum plures sibi comparasse, seu habere auditores. Sic etiam apud

Græcos non solum in activo, sed etiam in medio usurpatur, v. c. Thucyd. Lib. I. c. 13. init. χρημάτων κτῆσιν ποιεῖσθαι. Xenoph. Anab. I. 2. 14. et c. 4. § 18. Herodot. L. II. c. 126. Ælian. V. H. XIV. c. 32. Conf. de hac significatione Valckenarium ad Ammonium p. 70. et Ruhnkenium ad Timæum pag. 61. Adde Alex. Genes. XXXI. 1. Deut. VIII. 17. Prov. XXI. 6. 1 Paral. XXIX. 3. ἔστι μοι ὃ πεποίημαι, χρυσίον. Prov. XXXI. 29. πολλαὶ θυγατέρες ἐποίησαν δύναμιν, h. e. ἐκτήσαντο πλοῦτον, ut ibidem ex scholio quodam, vel alia versione legitur. Jerem. XVII. 21. ποιῶν πλοῦτον αὐτοῦ, οὐ μετὰ κρίσεως. Sic quoque *facere* apud Latinos, v. c. Cicer. Verr. II. 6. et III. 90. 16) *lucror, lucrum facio, acquiro pecuniam*, i. q. κερδαίνω. Sic legitur in N. T. Matth. XXV. 16. καὶ ἐποίησεν (in nonnullis codicibus legitur ἐκέρδησεν e v. 17.) ἄλλα πέντε τάλαντα et lucratus est ex illis alia quinque talenta. Conf. v. 20. Syrus recte h. l. usus est voce ܐܬܪ lucrifecit, lucratus est. Luc. XIX. 18. ἡ μνᾶ σου ἐποίησε (h. e. προσειργάσατο, coll. v. 16.) πέντε μνᾶς tua mina peperit quinque alias. Ita enim *parere* apud Latinos eleganter usurpatur de ipsis numis, qui, tanquam parentes, procreant et edunt, veluti fœtus, numos alios. Theophrast. Charact. c. 24. ποιῆσαι δέκα τάλαντα. Cf. Grævii Lectt. Hesiodd. cap. 13. p. 68. et Cuperi Obss. Lib. I. cap. 5. Ita etiam *facere* apud Latinos usurpatur, v. c. Cornel. Nep. V. 1. 3. Terent. Adelph. V. 4. 14. Conf. Grævium ad Florum I. 1. 9. Wetstenii N. T. T. I. p. 509. et Fischeri Prolusiones de Vitiis Lexicorum N. T. XVI. p. 392 seq. 17) *utilitatem, commodum percipio ex aliqua re.* 1 Cor. XV. 29. ἐπεὶ τί ποιήσουσιν; alioquin quid utilitatis redundaret ad eos, qui gravissimis calamitatibus merguntur? Confer Abreschii Dilucidd. Thucyd. p. 19 seq. 18) *celebro, ago.* Matth. XXVI. 18. πρός σε ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου apud te celebrabo, seu habebo epulas paschales cum discipulis meis. Act. XVIII. 21. δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα oportet me omnino festum diem, qui instat, agere Hierosolymis. Esr. VI. 16. ἐποίησαν ἐγκαίνια τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ μετ' εὐφροσύνης. Exod. XII. 48. Jos. V. 10. Conf. Abresch. ad Æschyl. p. 617. Schwarzii Comment. Ling. Gr. p. 1157. et Palairet. Obss. Philol. p. 87. 19) *duco, colloco, statuo, mitto, emitto.* Act. V. 34. ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι jussit apostolos parumper secedere, seu exire foras. Cf. cap. IV. 15. Pro eo una voce ἐκποιεῖν dixit Philostratus VIII. 3. Vide quoque Alberti Periculum Criticum p. 94. Jacob. III. 12. οὕτως οὐδεμία πηγὴ ἁλυκὸν καὶ γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ sic fons non potest simul aquam dulcem et marinam emittere. Job. XI. 14. τὸ ἄνομον πόῤῥω ποίησον ἀπὸ σοῦ. ibid. XXII. 23. πόῤῥω ἐποίησας ἀπὸ διαίτης σου ἄδικον procul removisti a conversatione tua impium. Eodem modo etiam ποιεῖν usurpatum legitur apud Græcos non solum, (v. c. Xenoph. Anab. VI. 5. 4 et 15. VIII. 8. 9. Joseph. A. J. X. 6. 2. οἱ ἡγεμόνες — — κελεύουσιν αὐτόν τε καὶ τὸν γραμματέα Βάρουχον ἐκποδὼν ἑαυτοὺς ποιῆσαι. Conf. Abresch. ad Æschylum p. 606 seq. et Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 385.) sed etiam *facere* apud Latinos, v. c. Terentium, "huc te fac," h. e. accede, exponente Donato. Conf. Casaubonum ad Suetonii Augustum c. 16. 20) *ago, facio,* ich handele, *I do or act.* Matth. V. 46, 47. οὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ οὕτω ποιοῦσιν; nonne etiam gentiles idem faciunt? ibid. XII. 2, 3. οὐκ ἀνέγνωτε, τί ἐποίησε Δαβὶδ, ὅτε ἐπείνασε; nonne legistis, quid fecerit Davides, cum aliquando esuriret? ibid. XIX. 16. τί ἀγαθὸν ποιήσω; quid mihi eximii faciendum est? (Illustrationi hujus loquendi rationis inservit locus Levit. IV. 13. ubi in LXX legitur: ἣ οὐ ποιηθήσεται, h. e., quod non committendum aut faciendum erat, ubi ed. Compl. bene habet: ὧν οὐ δεῖ ποιεῖν.) Matth. XX. 15. XXI. 6, 23, 24, 27. XXIII. 5, 23. XXVI. 12, 13. XXVII. 23. Marc. II. 24, 25. V. 32. VIII. 13. XI. 3, 5, 28, 29, 33. XIV. 8, 9. Luc. V. 6. VI. 2, 3, 10, 33. IX. 15. XVI. 3, 4, 8. XX. 2, 8, 13. XXII. 19. Joh. II. 18. IV. 29, 39. V. 29, 30. VIII. 28, 29, 38—41. XI. 47. XIII. 7. XV. 15. (ubi τί ποιεῖ vertendum est: quid acturus sit, quid in animo agendum conceperit. Schol. Thucyd. I. 134. ἐποιοῦντο interpretatur per ἔμελλον ποιῆσαι.) XIX. 24. Act. X. 33. XII. 8. XIV. 15. XVI. 18, 21. XIX. 14. XXII. 26. XXVI. 10. XXVIII. 17. Rom. I. 28. 1 Cor. VI. 18. VII. 36, 37, 38. IX. 23. X. 31. XVI. 1. 2 Cor. VIII. 10, 11. XI. 12. Galat. V. 17. Phil. IV. 14. 1 Thess. V. 11. 1 Tim. I. 13. Jacob. II. 8, 12, 19. 2 Petr. I. 19. 3 Joh. v. 6. 21) *perago, perficio,* verrichten, *to perform.* Luc. V. 33. καὶ δεήσεις ποιοῦνται ac precibus vacant. Conf. Philipp. I. 4. et 1 Tim. II. 1. Joh. XIII. 27. ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον quæ facturus es, mox perage, aut: fac, si facis, ut loquitur Martialis I. 47. 2. et Seneca Lib. II. de beneficiis c. 5. Arrian. Diss. Epict. III. 23. 1. ποίει ἃ ποιεῖς. Act. XI. 30. XV. 17. λέγει Κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα inquit Deus, qui hæc omnia perficiet. ibid. XXI. 19. Rom. I. 28, 32. II. 3, 14. III. 8. VII. 15, 16, 19, 20, 21. X. 4. XII. 20. XIII. 3, 4. 1 Cor. XI. 25. 2 Cor. XIII. 7. Ephes. VI. 8, 9. Phil. II. 14. Coloss. III. 17, 23. 2 Thess. III. 4. 1 Tim. IV. 16. V. 21. Tit. IV. 5. Philem. v. 14 et 21. Hebr. VI. 3. VII. 27. XIII. 17, 19. Jacob. IV. 15, 17. 1 Joh. III. 22. 3 Joh. v. 5 et 10. Apoc. II. 5. 22) *aggredior, conor, paro, incipio,* vornehmen, *to undertake.* Luc. XII. 17. τί ποιήσω, ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου; quid vero faciendum mihi est, non enim habeo, quo fruges reponam? ibid. v. 18. τοῦτο ποιήσω hoc agam. ibid. XVI. 3. τί ποιήσω quid agam scil. ad victum mihi comparandum. Joh. XIII. 27. ὃ ποιεῖς quod facere decrevisti, seu, quod facturus es. 23) *perago negotium, exsequor officium et impleo.* Matth. I. 24. VII. 21. ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου qui præstiterit obsequium patri meo. ibid. VIII. 9. coll. Luc. VII. 8. XII. 50. XXI. 31. XXIV. 46. ποιοῦντα οὕτως suo officio recte fungentem. ibid. XXVI. 19. XXVIII. 15. Marc. X. 17. Luc. III. 10, 11, 12, 14. X. 25, 28. XI. 42. XII. 43, 47. XVII. 9, 10. XVIII. 18. Joh. VI. 28. XIV. 31. XV. 14. XVII. 4. Act. II. 37. IX. 6. X. 6. XIII. 22. XVI. 30. XXI. 23. XXII. 10. 2 Tim. IV. 5. 24) *perficio, absolvo, ad exitum et finem perduco, exsequor,* ausführen, vollenden, *to accomplish, to finish.* Rom. IV. 21. ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. ibid. IX. 28. λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς quod decrevit, etiam perficiet Deus in hac terra. Ephes. III. 11. secundum decretum æternum, quod ἐποίησεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ per Christum Jesum exsequutus est. 1 Thess. V. 24. Hebr. XII. 27. τὴν μετάθεσιν τῶν σαλευομένων ὡς πεποιημένων abrogationem legis Mosaicæ, cujus jam finis adest: ut adeo non opus sit conjectura, quam

L. Bos. in Exercitatt. Philol. in N. T. p. 261. protulit, qui pro πεποιημένων legere voluit πεπονημένων. Ita עָשָׂה sumitur Genes. II. 2 fin. Ies. XLI. 4. Conf. etiam Abreschium ad Æschylum p. 643. 25) *efficio, ut aliquid sit et fiat, causa sum et auctor, excito, moveo, reddo.* Matth. III. 3. εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ planas reddite ejus semitas. ibid. V. 36. οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποιῆσαι non potes unicum capillum album, aut nigrum reddere. ibid. XII. 16. ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν ne se proderent. ibid. XIII. 28. XXI. 13. ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν vos autem in speluncam latronum commutastis. ibid. XXIII. 15. XXVI. 73. XXVIII. 14. Marc. I. 3, 17. ποιήσω ὑμᾶς γενέσθαι ἁλιεῖς ἀνθρώπων, ibid. III. 12. VII. 37. τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν surdis audiendi facultatem reddit. ibid. VIII. 25. ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι visum ei restituit. (Aristoph. Plut. v. 401.) ibid. XI. 17. Luc. III. 4. IX. 46. Joh. II. 16. IV. 46. ἐποίησε τὸ ὕδωρ οἶνον aquam in vinum commutaverat. ibid. V. 11, 15. ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ. ibid. VI. 10. VII. 23. XVI. 2. ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. In haud paucis locis a me hucusque adductis ποιεῖν notat: *miraculo efficere aliquid*, quæ notio quoque obtinet in loco Joh. XI. 37. et aliis. Act. III. 12, 47. VII. 19. XIV. 27. XV. 3. ἐποίουν χαρὰν μεγάλην excitarunt magnum gaudium. ib. v. 4 et 12. XVI. 26. XXIV. 11. ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου seditionem populi moventem. (Sic est στάσιν ποιεῖν apud Lysiam p. 212.) XXV. 3, 17. ἀναβολὴν μηδεμίαν ποιησάμενος sine ulla cunctatione. ib. XXVII. 18. Rom. XVI. 17. 1 Cor. VI. 15. X. 13. Galat. II. 10. Ephes. II. 14. ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν dissentientes partes invicem concilians. ibid. v. 15. III. 20. Coloss. IV. 16. Hebr. I. 3, 7. XIII. 21. 2 Petr. I. 10. Apoc. III. 9, 12. V. 10. XII. 15. XIII. 12, 13, 15, 16. XVII. 16. XXI. 5. Matth. V. 42. ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι in caussa est, ut alteri nubendo adulterium committat. Ies. XLI. 18. ποιήσω τὴν ἔρημον εἰς ἕλη ὑδάτων. Jer. VI. 8. ποιήσω σε εἰς ἄβατον γῆν. Homer. Odyss. ι', 120. Iliad. ω', v. 537. Thucyd. I. c. 58. τὴν πόλιν ταύτην ἰσχυρὰν ποιήσασθαι. 26) *observo, morem gero, obediens sum.* Matth. V. 19. ὃς δ' ἂν ποιήσῃ quisquis autem et observarit ipse præcepta. ibid. VII. 24, 26. XXIII. 3. λέγουσι γὰρ καὶ οὐ ποιοῦσι jubent enim quod ipsi non observant. Marc. III. 35. VI. 20. Luc. VI. 46, 47, 49. VIII. 21. Joh. II. 5. IV. 34. VI. 38. VII. 17, 19. καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον quam tamen legem nullus vestrum observat. ibid. VIII. 44. IX. 31. XIII. 17. Galat. III. 10, 12. V. 3. ὅτι ὀφειλέτης ἐστὶ ὅλον τὸν νόμον ποιῆσαι eum obstrictum esse legibus Mosaicis omnibus. Ephes. II. 3. VI. 6. Hebr. X. 7, 9, 36. XIII. 21. 1 Joh. II. 17. Apoc. XVII. 17. XXII. 14. Ies. XLIV. 28. πάντα τὰ θελήματά μου ποιήσει. 1 Paral. XXIX. 19. τοῦ ποιεῖν τὰς ἐντολάς σου. 27) vel nude positum, vel additis vocabulis δύναμις, θαυμάσιον, σημεῖον: *patro, edo miraculum.* Matth. VII. 22. δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν multa miracula patravimus. ibid. IX. 28. πιστεύετε, ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι; creditisne, me posse hoc miraculum patrare? ibid. XIII. 58. XXI. 15. τὰ θαυμάσια, ἃ ἐποίησε, et v. 21. τὰ τῆς συκῆς ποιήσετε non solum idem miraculum, in ficu a me editum, patrabitis. Marc. III. 8. ἀκούσαντες ὅσα ἐποίει. ibid. VI. 5, 30. καὶ ὅσα ἐποίησαν καὶ ὅσα ἐδίδαξαν. ibid. IX. 39. X. 51. Luc. I. 51. ἐποίησε κράτος magna patrat. ibid. IV. 23. IX. 10, 43, 54. Joh. II. 11, 23. III. 2. IV. 45, 54. σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς. ibid. V. 16, 19, 20, 36. VI. 2, 6, 14, 30. VII. 3, 4. (εἰ ταῦτα ποιεῖς quodsi tibi inest vis miracula patrandi. Alii vertunt: quodsi hæc moliris h. e. inclarescere cupis.) 27, 31. IX. 16, 33. X. 25, 37, 38, 41. XI. 37, 45, 46, 47. XII. 18, 37. XIV. 10, 12. XV. 24. XX. 30. XXI. 25. Act. I. 1. ποιεῖν καὶ διδάσκειν. ib. II. 22. VI. 8. ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα. VII. 36. VIII. 6. X. 39. XIV. 11. XIX. 11. Apoc. XIII. 13, 14. XVI. 14. XIX. 20. Etiam apud Hebræos עָשָׂה ita usurpatur, ut generatim *insigne facinus patrare* significet, et speciatim de *miraculis* adhibeatur. Ps. XXXVII. 5. CXIX. 126. Genes. XI. 10. Exod. IV. 30. ἐποίησε τὰ σημεῖα ἔναντι τοῦ λαοῦ. Dan. III. 33. 28) *committo, patro flagitium, pecco, criminis reum me facio*, et tunc vel nude ponitur, vel additur substantivum, v. c. κακὸν, aut aliud simile. Matth. XXVII. 23. τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; quid autem mali perpetravit? Marc. XV. 7. φόνον πεποιήκεισαν cædem commiserant. ib. v. 14. Luc. III. 19. ὧν ἐποίησε πονηρῶν scelerum ab eo commissorum. ibid. XII. 48. ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν commisit animadversione dignum. ibid. XXIII. 22, 34. οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν nesciunt enim, quam impie agant. Joh. VII. 51. καὶ γνῷ τί ποιεῖ cognita ejus causa: aut: ejusque delictum cognoverit. ibid. XVIII. 35. τί ἐποίησας; quid peccasti? Act. XXI. 33. καὶ τί ἐστι πεποιηκώς; 1 Cor. V. 2. ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας qui incertus reum se fecit. 2 Cor. V. 21. ἁμαρτίαν ἐποίησεν. ibid. XI. 7. Jacob. V. 15. 1 Petr. II. 22. Dan. VI. 26. παράπτωμα οὐκ ἐποίησα. 1 Sam. XX. 38. τί πεποίηκεν, sc. κακόν; quid mali fecit? 29) *studeo, operam do, in aliqua re elaboro, deditus sum.* Matth. XIII. 41. ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν deditos vitiositati. Joh. III. 21. ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν qui integritati et probitati operam dat. ibid. VIII. 34. Rom. III. 12. ποιῶν χρηστότητα virtuti studens. Galat. VI. 9. 1 Thess. IV. 10. Jacob. II. 13. τῷ μὴ ποιοῦντι ἔλεος. III. 18. τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην concordiæ studiosis. 1 Petr. III. 11, 12. 1 Joh. I. 6. II. 29. III. 4, 7—10. Apoc. XXI. 27. XXII. 15. Exod. XXXV. 31. ποιεῖν ἐν παντὶ ἔργῳ σοφίας. Ps. XXXVI. 1. τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. Job. XXXI. 3. et XXXIV. 8, 22. 30) *declaro.* 1 Joh. I. 10. ψεύστην ποιοῦμεν αὐτὸν declaramus Deum mendacem. ibid. V. 10. ψεύστην πεποίηκεν αὐτόν. 31) *jacto, prædico.* Joh. V. 18. ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ et ita se parem Deo tulit. ibid. VIII. 53. τίνα σεαυτὸν σὺ ποιεῖς; quem te ipsum tu prædicas? ibid. X. 33. ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. ibid. XIX. 7. υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐποίησεν se filium Dei jactitavit. ibid. v. 12. βασιλέα αὐτὸν ποιῶν quicunque regem se venditat. Etiam apud Græcos ποιεῖσθαι *profiteri, sibi aliquid vindicare* notat. Themist. Or. XXI. p. 254. A. ῥητορικὸς ποιούμενος εἶναι. Gregor. Nyss. Vit. Mos. p. 68. ὅς ταῦτα δεινὸς ἐποιεῖτο εἶναι. Hesych. ποιεῖσθαι, προσποιεῖσθαι. 32) *promitto, spondeo aliquid facere.* Marc. X. 35. θέλομεν, ἵνα ὃ ἐὰν αἰτήσωμεν, ποιήσῃς ἡμῖν rogamus te, velis precibus nostris annuere. ibid. v. 36. τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν; quid vultis ut vobis promittam? 33) *pango, sancio,* v. c. *fœdus*, i. q. συντίθημι. Hebr. VIII. 9. οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν ἐποίησα τοῖς πατράσιν αὐτῶν non secundum fœdus, quod pepigi cum majoribus eorum. Hinc respondet quoque in versione Alex. Hebraico בְּרִית verbo in hac re proprio. Jer. XXXIV. 18. Ies. XXVIII. 15. ἐποιησάμην διαθήκην μετὰ τοῦ ᾅδου. Thucyd. II. c. 29. συμμαχίαν ἐποίησε. ibid. I. c.

57. ξυμμαχίαν ἐποιήσατο. ibid. I. 28. σπονδὰς ποιήσασθαι. 34) *postulo.* Luc. V. 34. μὴ δύνασθε ποιῆσαι νηστεύειν; num jure vestro postulare potestis, ut jejunent? 35) *utor aliqua re.* Hebr. I. 7. ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα utitur angelis suis tanquam ventis, h. e. ministri Dei sunt, qui celerrime ejus mandata exsequuntur. 36) *gero.* Apoc. XI. 7. ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν bellum cum iis geret. ibid. XII. 17. XIII. 7. XIX. 19. Genes. XIV. 2. ἐποίησαν πόλεμον μετὰ Βάλλα. Alias ποιεῖν πόλεμον πρός τινα eodem sensu usurpatur. Vide Jos. XI. 18. 1 Paral. V. 10. Confer etiam Raphelii Obss. Polyb. p. 718. 37) *constituo et eligo aliquem, qui curet, rei præficio, curam rei mando.* Matth. IV. 19. ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων constituam vos doctores hominum. Marc. III. 14. καὶ ἐποίησε δώδεκα et elegit duodecim. Syrus: ܓܒܐ *elegit, selegit.* Joh. VI. 15. ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα ut eum regem constituerent. Act. II. 36. Hebr. III. 2. τῷ ποιήσαντι αὐτὸν ei, a quo fuerat in munere constitutus. Wetstenius N. T. T. II. p. 394. putat quidem, hæc verba posse etiam verti: ei, qui ipsum generavit, et provocat ad Schol. Pindari Pyth. IV. 455. et Philonem de Abrahamo·T. II. p. 28. 27. ubi ποιεῖν est i. q. γεννᾷν, sed ipse huic interpretationi dogmaticæ parum tribuere videtur. Apoc. I. 6. καὶ ἐποίησεν ὑμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς. Exod. XVIII. 25. ἐποίησεν αὐτοὺς ἐπ' αὐτῶν χιλιάρχους. Genes. XXVII. 37. XLV. 9. ἐποίησέ με ὁ Θεὸς κύριον πάσης γῆς Αἰγύπτου. 1 Sam. XII. 6. 1 Reg. XII. 31. Confer etiam Grævii Lectt. Hesiod. c. 13. et Palairet. Obss. Philol. p. 108. 38) *judico, puto, existimo, sumo, statuo.* Matth. XII. 33. ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλὸν ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρὸν aut sumendum est, arborem bonam esse, et tunc etiam fructus ejus bonus erit; aut, si ponatis malam arborem, etiam fructus edet malos. Xenoph. Cyrop. V. 3. 10. ποιοῦμαι μέγα præclarum puto. Herodot. II. 86. οὐκ ὅσιον ποιοῦμαι nefas judico. Ποιεῖσθαι περὶ παντὸς, vel περὶ πλείστου *maximi facere.* Xenoph. Cyrop. I. 4. 1. VII. 5. 21. Adde Thucyd. I. c. 118. II. 21. 39) *tracto aliquem, me gero erga aliquem, ago cum aliquo,* in utramque partem. Matth. VII. 12. πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς eodem modo, quo vultis ab aliis tractari, etiam vos gerite erga alios. ibid. XVIII. 35. οὕτω καὶ ὁ πατήρ μου ὁ ἐπουράνιος ποιήσει ὑμῖν eodem vero modo et pater meus cœlestis tractabit vestrum quemlibet. ibid. XXI. 45. τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς ἐκείνοις; quomodo tractabit vinitores istos? ibid. XXVII. 22. τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν; quid igitur mihi faciendum est cum Jesu? (Eadem structura usus est Lucianus Revivisc. p. 617. τί ποιῶμεν αὐτόν; Responsio est: ἀπὸ τῆς πέτρας καὶ οὗτος, nempe præceps detur. Vide Abreschii Dilucid. Thucyd. p. 19. et Glassii Philol. S. p. 269.) Marc. XII. 9. XV. 8, 12. Luc. II. 48. τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; cur ad istum modum tractas nos? ibid. VI. 26, 31. XV. 19. ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου tracta me, ut aliquem mercenariorum tuorum. ibid. XX. 15. Joh. IX. 26. τί ἐποίησέ σοι; quo modo in te sanando usus est? ibid. XII. 16. XIII. 12. τί πεποίηκα ὑμῖν; quonam consilio me ita erga vos gesserim? ibidem v. 15. 2 Cor. V. 21. XIII. 5. Huc etiam pertinet formula καλῶς ποιεῖν *beneficiis aliquem afficere,* seu *bene se erga aliquem gerere, benigne et humane aliquem tractare.* Matth. V. 44. XII. 12. Marc. VII. 37. Luc. VI. 27. Eodem modo εὖ ποιεῖν usurpatur Marc. XIV. 7. Aristoph. Nub. v. 583. τὸν Παφλαγόνα — — ἐποιοῦμεν δεινά. Conf. Bibl. Brem. Nov. T. I. p. 277. Exod. XIV. 11. τί τοῦτο ἐποίησας ἡμῖν; ibid. XXII. 30. Deut. XV. 17. Vide etiam Gisb. Cuperi Obss. L. I. c. 9. 40) speciatim: *bene tracto, benigne me erga aliquem gero, beneficiis afficio.* Matth. XXV. 40. ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε quatenus vel uni e minimis meorum cultorum tribuistis beneficia, in me collata esse ea existimabo. ibid. v. 45. Marc. V. 19. ὅσα σοι ὁ Κύριος πεποίηκεν quantis te Deus beneficiis affecerit: additur explicationis causa: καὶ ἠλέησέ σε. ibid. VII. 12. καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ nec permittitis ei amplius parentibus suis ullum beneficium præstare. Luc. I. 25. ὅτι οὕτω μοι πεποίηκεν ὁ Κύριος ita se benignum præbuit Deus erga me. ibid. VIII. 39. XVIII. 41. Act. XIV. 27. ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν quam benigne ipsis auxilio suo adfuisset Deus. Ita עָשָׂה absolute positum usurpatur quoque Prov. III. 27. Genes. XLVIII. 20. Psalm. CXXV. 4. ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι μεθ' ἡμῶν. 41) *male tracto, punio, noceo, mala machinor, insidias struo.* Matth. XVII. 12. ἐποίησαν αὐτῷ, ὅσα ἠθέλησαν pro lubitu eum male tractarunt. ib. XXI. 36. ἐποίησαν αὐτοῖς ὡσαύτως. Cf. v. 35. Marc. IX. 13. Luc. II. 48. cur hunc nobis terrorem objecisti? Luc. VI. 11. τί ἂν ποιήσειαν (pro ποιήσαιεν. Conf. Fischeri Animadverss. ad Welleri Gramm. Gr. p. 198 seq.) τῷ Ἰησοῦ; coll. Matth. XII. 14. ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. ibid. v. 23. XII. 4. καὶ μετὰ ταῦτα μὴ ἐχόντων περισσότερόν τι ποιῆσαι præterea autem non habent, quo noceant. ibid. XIX. 48. καὶ οὐχ εὕρισκον τὸ τί ποιήσωσιν. ibid. XXIII. 31. Joh. XV. 21. XVI. 3. Act. IV. 16. coll. v. 21 et 28. 2 Cor. V. 21. Hebr. XIII. 6. τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος. Ita quoque עָשָׂה nude positum adhibetur Genes. XXII. 12. Psalm. LVI. 12. CIII. 10. CXVIII. 6. et פָּעַל Job. VII. 20. ubi conf. Verss. GG. 42) *capio.* Marc. III. 6. συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ. ibid. XV. 1. συμβούλιον ποιήσαντες οἱ ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων. 43) *habeo.* Act. XX. 24. ἀλλ' οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι sed nihil istorum curo, seu nullam istorum rationem habeo. 44) *dego, commoror, transigo, consumo.* Act. XV. 33. ποιήσαντες δὲ χρόνον illic aliquamdiu commorati. ibid. XVIII. 23. ποιήσας χρόνον τινὰ commoratus per aliquod tempus. ibid. XX. 3. ποιήσας δὲ μῆνας τρεῖς. 2 Cor. XI. 25. νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. Jacob. IV. 13. καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα et ibi annum transigamus. Ita עָשָׂה sumitur Cohel. VI. 12. et *facere* pro *transigere, morari,* apud Senecam Epist. 66. et Ciceronem ad Atticum V. 20. "Apameæ quinque dies morati. — Iconii decem *fecimus.*" Eandem significationem verbi ποιεῖν esse quoque Græcis usitatam, docuit Abreschius ad Æschylum p. 611. Elsnerus in Obss. Sacr. T. I. p. 430. et Raphelius in Obss. Polyb. ad Act. XV. 33. Adde Herodian. I. c. 2. s. 9. πρὸς τοὺς ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς ποιουμένους τὸν βίον, et Alex. Prov. XIII. 24. δίκαιοι ποιήσουσιν ἐν πλούτῳ ἔτη πολλά. 45) Restant formulæ quædam loquendi, quæ non commode ad ullam aliquam significationum, hucusque allatarum, referri possunt adeoque separatim tractandæ sunt. Huc pertinet formula ὁδὸν ποιεῖν *iter facere, proficisci,* Marc. II. 23. de qua legi meretur Abres-

chius ad Æschylum p. 555. Eandem significationem habet formula πορείαν ποιεῖσθαι, Luc. XIII. 22. Herodian. III. 4. 1. De formula ἱκανὸν ποιεῖν, quæ Marc. XV. 15. legitur, vide dicta supra ad vocem ἱκανός. Solent præterea N. T. scriptores ποιεῖν et medium ποιεῖσθαι cum substantivo cognato ita jungere, ut faciat periphrasin verbi sui cognati, v. c. πρόνοιαν ποιεῖσθαι, Rom. XIII. 14. *providere alicujus rationibus.* — μονὴν ποιεῖν, Joh. XIV. 23. *habitare.* — κοπετὸν ποιεῖσθαι, Act. VIII. 2. *plangere.* Herodot. II. 1. — συνωμοσίαν ποιεῖν *conjurare.* Act. XXIII. 13. Herodian. VII. 4. 7. ποιεῖσθαι συνωμοσίαν. — — μνείαν ποιεῖσθαι *meminisse.* Rom. I. 9. Ephes. I. 16. 1 Thess. I. 2. Philem. v. 4. — — μνήμην ποιεῖσθαι *memorem esse.* 2 Petr. I. 15. Herodot. I. 184. Polyb. Hist. V. c. 67. — αὔξησιν ποιεῖσθαι *augeri, crescere.* Ephes. IV. 16. Eodem modo etiam apud Græcos ποιεῖσθαι ἀπόβασιν pro ἀποβαίνειν. Ælian. V. H. III. 19. Thucyd. II. 33. Herodian. III. 9. s. 17. — ποιεῖσθαι τὴν φειδώ, pro φείδεσθαι *parcere.* Ælian. V. H. II. 5. — ποιεῖσθαι διατριβάς, pro διατρίβειν *versari in aliquo loco, degere.* Aristotel. Hist. Anim. IX. c. 19. — ἀγῶνα ποιεῖν et ποιεῖσθαι, pro ἀγωνίζεσθαι *certare, certamen instituere.* Herodot. VIII. 3. Arrian. VII. 14. Aristoph. Ran. v. 791 et 797. ubi videndus est Spanhemius. — ποιεῖν πόλεμον pro πολεμεῖν respondens Latinæ formulæ *bellum facere* (Cic. pro Mil. 23. Catilin. II. 7. Liv. I. 38.) Apoc. XI. 7. ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν bello infestabit eos, Thucyd. I. 57. ῥᾷον ἂν τὸν πόλεμον μετ' αὐτῶν ποιεῖσθαι, Polyb. p. 39. 46) interdum *pleonastice* ponitur, maxime aliis participiis junctum, v. c. Marc. XI. 5. τί ποιεῖτε λύοντες; coll. Luc. XIX. 33. τί λύετε τὸν πῶλον; Act. XXI. 13. 2 Petr. I. 19. καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες recte, præclare animum advertitis. Simili modo apud Atticos τί μαθὼν et τί παθὼν est *quare, quamobrem,* monente H. Stephano App. de Dial. p. 125. et Bos. Anim. ad Suidam p. 192. 47) quandoque omittitur. Matth. XXVI. 5. μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, sc. ποιεῖτε. Luc. XXII. 26. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως, sc. ποιεῖτε, vos autem ne ita agatis. Philipp. II. 3. μηδὲν κατὰ ἐριθείαν ἢ κενοδοξίαν, sc. ποιοῦντες, ne quid agatis contentiose et ambitiose. Apoc. XIX. 10. ὅρα μή. De frequenti hujus verbi apud Græcos ellipsi videndus est Schützius ad Æschyli Persas v. 207. Sæpius in N. T. non legitur hæc vox, de qua copiose egit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 111. p. 391 — 429.

ΠΟΙ'ΗΜΑ, τος, τὸ, 1) generatim: *opus, factum,* i. q. ἔργον, etiam *actio,* v. c. apud Platon. Soph. 35. Est verbale a prima pers. perf. pass. πεποίημαι, verbi ποιέω *facio, operor.* Respondet in versione Alex. Hebraico מַעֲשֶׂה, quod idem notat, Esr. IX. 13. Nehem. VI. 14. et פֹּעַל *opus,* Psalm. XCII. 5. 2) speciatim vero in N. T. ita dicitur *opus creationis.* Rom. I. 20. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται majestas enim Dei, qui oculis cerni non potest, tamen inde a mundo condito mente animoque cerni potest, si ad res, ab eo creatas, conditas et gestas, attenderis. Latissime autem patet h. l. formula τὰ ποιήματα Θεοῦ, ita, ut non solum opera creationis, quæ vulgo dicuntur, sed etiam omnes visibiles operationes divinas in rerum natura complectatur. Psalm. CXLII. 5. 3) metaphorice ποίημά τινος is dicitur, *qui omnia sua,* aut *insignia beneficia alteri debet.* Sic legitur in N. T. Ephes. II. 10. Θεοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα nos sumus creaturæ Dei, h. e. nos Deo debemus omnia bona, per Christum nobis parta, omnem felicitatem christianam. Cf. v. 8 et 9. Sæpius in N. T. non reperitur.

ΠΟΙ'ΗΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *omnis actio, fabricatio et productio alicujus rei, opus.* Est enim verbale a secunda persona perf. pass. πεποίησαι, verbi ποιέω *facio.* Sic pro Hebraico מַעֲשֶׂה legitur in versione Alex. Psalm. XIX. 1. ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Dan. IX. 14. et pro עָשָׂה *fecit.* Exod. XXXII. 34. περὶ τῆς ποιήσεως τοῦ μόσχου. Thucyd. Lib. III. c. 2. νεῶν ποίησιν. Demosthenes p. 702. 14. ed. Reisk. ποίησις τῶν πομπείων. ibid. p. 755. 9. τὴν καλὴν ποίησιν τῶν φιαλῶν. Gloss. Vet. ποίησις, ἡ κατασκευή, *factura, instructio.* 2) *observatio,* v. c. legum, præceptorum. Sic semel legitur in N. T. Jacob. I. 25. οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται ipse hac exacta et diligenti legem divinarum observatione felix evadet. Conf. ποιητής, et quæ supra ad vocem ποιέω dicta sunt. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΙΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *effector, qui aliquod opus facit, vel rem producit,* a 3 pers. perf. pass. πεποίηται, verbi ποιέω. Sic v. c. ab Athenagora Apol. 26. 14. Deus dicitur ὁ ποιητὴς τοῦδε τοῦ παντός, h. e. ὁ δημιουργός, ut a Justino Mart. Apol. I. 16. vocatur. Apud Theophyl. ad Autolycum III. 7. p. 306. est ὁ κτιστὴς καὶ ποιητὴς καὶ δημιουργός. Arrian. Diss. Epictet. I. 9. Xenoph. Cyrop. I. c. 6. § 19. ποιητὴς μηχανημάτων. Gloss. Vet. ποιητής, ὁ κατασκευαστής, *factor.* Hinc 2) speciatim: *poëta, qui carmina pangit.* Act. XVII. 28. ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν ut quidam etiam poëtarum vestrorum cecinerunt, nempe *Aratus,* poëta decantatissimus, patria Solensis, cujus extant φαινόμενα, in quibus siderum scientiam complectitur, quæ ipsis veteribus in magna laude posita fuere, ut etiam ea Latio donanda censuerint Germanicus Cæsar et Cicero. Locum, quem Paulus l. l. laudat, plenius exhibet Eusebius Præpar. Evang. XIII. 12. Æschin. Socr. Dial. I. 13. Ὅμηρος καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί. ibid. III. 20. Hinc ποίημα *carmen* apud eundem Dial. III. 10. Interdum additur ᾀσμάτων, v. c. apud Demosthenem p. 23. 21. ed. Reisk. et τῶν ᾀδομένων apud eundem p. 1391. 17. Gloss. Vet. ποιηταί, *vates.* 3) *observator, qui legem aliquam, aut mandatum observat.* Rom. II. 13. οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου observatores legis, qui agunt ea, quæ in lege præscribuntur. Jacob. I. 22. γίνεσθε δὲ ποιηταὶ λόγου observate doctrinam christianam eamque vita exprimite; ubi æque ac v. 23. opponitur ὁ ἀκροατὴς λόγου. ibid. v. 25. ποιητὴς ἔργου observator religionis christianæ strenuus, seu qui studium suum observandi religionem christianam factis et rebus demonstrat. ibid. IV. 11. 1 Macc. II. 67. προσάξατε πρὸς ὑμᾶς πάντας τοὺς ποιητὰς τοῦ νόμου. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΙΚΙ'ΛΟΣ, η, ον, 1) proprie: *coloratus, versicolor, pictus, varius.* Hoc nomine exponitur ab Alexandrinis intt. נָקֹד *punctatum, variegatum, punctis respersum,* Gen. XXX. 39. XXXI. 8, 10, 12. רִקְמָה *acu pictum, opus Phrygionicum,* Ezech. XVI. 10, 13, 18. שְׂרֻקִּים *versicolores,* Zachar. I. 8. ἵπποι ποικίλοι. Xenoph. Anab. I. 5. 8. et Mem. III. 10, 14. Hesych. ποικίλα (scil. ἱμάτια s. περιβόλαια) πεποικιλμένα, κεκαλλωπισμένα. Idem: ποικίλον ἱμάτιον ζωγραφητόν. Cf. Braunium de Ves-

titu Sacerdot. Hebr. Lib. I. c. 17. § 267 seq. 2) *varius, diversi generis.* Matth. IV. 24. *ποικίλαις νόσοις* morbis variis. Marc. I. 34. Luc. IV. 40. 2 Tim. III. 6. *ἀγόμενα ἐπιθυμίαις ποικίλαις.* Tit. III. 3. *ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις.* Hebr. II. 4. *ποικίλαις δυνάμεσι.* ibid. XIII. 9. *διδαχαῖς ποικίλαις.* Jacob. I. 2. *πειρασμοῖς ποικίλοις.* 1 Petr. I. 6. IV. 10. *ποικίλης χάριτος τοῦ Θεοῦ.* Xenoph. Œcon. 16. 1. Adde ex libris Apocryphis 2 Macc. XV. 21. *καὶ τῶν ὅπλων τὴν ποικίλην παρασκευήν.* Sæpius in N. T. non reperitur.

ΠΟΙΜΑΙ'ΝΩ, fut. *ανῶ,* 1) proprie: *pastor sum, pasco pecudem, ad pascua duco, de pastu prospicio,* a *ποιμὴν pastor.* Luc. XVII. 7. *δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα* qui habet servum agricolam aut bubulcum, seu arantem aut pascentem. 1 Cor. IX. 7. *τίς ποιμαίνει ποίμνην;* quis pascit gregem? 1 Sam. XXV. 16. *ἦμεν παρ' αὐτοῖς ποιμαίνοντες τὸ ποίμνιον.* Gen. XXX. 31, 36. XXXVII. 1, 12. De discrimine inter *ποιμαίνειν* et *βόσκειν* vide Strodtmanni Syllogen I. Differentt. Græcc. § 23. in Novis Miscell. Lips. Vol. VII. p. 672. et Wetstenium N. T. T. I. p. 963. Hinc 2) metaphorice: *rego, guberno, impero, rex sum, veræ saluti alicujus prospicio,* maxime *docendo, cohortando, consolando, doctoris ecclesiæ munere fungor, regendo in officio contineo.* Gloss. Vet. *ποιμαίνω, ἐπὶ ἀνθρώπων, rego.* Matth. II. 6. *ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ* qui reget populum meum Israëliticum ejusque saluti omni modo prospiciet. 2 Sam. V. 2. VII. 7. 1 Paral. XI. 2. XVII. 6. Micha V. 2. Anacreon Od. 62. v. 7. *οὐ γὰρ ἀνημέρους ποιμαίνεις πολιήτας.* Cf. infra ad *ποιμὴν* a me dicta. Joh. XXI. 16. *ποίμαινε τὰ πρόβατά μου* salutis veræ cultorum meorum curam gere. Act. XX. 28. *ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ* prospicere commodo christianorum, vitam eorum et instituta dirigere, doctrina pariter ac vita. 1 Petr. V. 2. *ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ,* ubi *ποιμαίνειν* in sequentibus per *ἐπισκοπεῖν* explicatur. Apoc. II. 27. *ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ* duro imperio et severa disciplina eos in officio continebit. Conf. XII. 5. XIX. 15. et Psal. II. 9. Apoc. VII. 7. *ποιμανεῖ αὐτοὺς* saluti eorum omni modo prospiciet; ut statim in sequentibus explicatur, *ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζωῆς πηγὰς ὑδάτων.* Psalm. XXIII. 1. *Κύριος ποιμαίνει με καὶ οὐδέν με ὑστερήσει.* ibid. XXVII. 12. XLVII. 13. *αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας.* Hos. XIII. 5. *ἐγὼ ἐποίμαινόν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ.* LXX Ies. XLIV. 28. Hebr. רֹעִי *pastor meus* per *φρονεῖν* h. e. *curam gerere ac habere* bene explicarunt. Lectu digna de hac voce habet Casaubonus in Exercitatt. Antibaron. XVI. § 133. 3) *curo, foveo, curam habeo,* in deteriorem partem. Jud. v. 12. *ποιμαίνοντας ἑαυτοὺς* sui corporis curam unice habentes, suæ utilitati et suis commodis unice prospicientes. Similis formula legitur Ezech. XXXIV. 8. *καὶ ἐβόσκησαν οἱ ποιμένες ἑαυτούς.* Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΙΜΗ'Ν, *ένος, ὁ,* 1) *pastor,* et speciatim: *opilio, qui pastoris ovium officio fungitur,* a *πάω pasco.* Hesych. *ποιμήν ὁ τῶν προβάτων,* scil. *νομεύς.* Scholiastes Theocriti ad Idyll. I. 6. *νομεῖς δὲ οἱ τῶν προβάτων καλοῦνται ποιμένες.* Matth. IX. 36. *ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα* tanquam oves, pastore destitutæ. ibid. XXV. 32. Marc. VI. 34. Luc. II. 8, 15, 18, 20. Joh. X. 2. *ποιμήν ἐστι τῶν προβάτων.* ibid. v. 11, 12. ubi *ποιμὴν,* quia *τῷ μισθωτῷ* opponitur, dominum gregis notat; nam verba *οὐκ ὢν ποιμὴν* statim in sequentibus a Jesu explicantur verbis: *οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια.* Genes. XXXVIII. 12, 20. Job. XXIV. 2. Genes. IV. 2. *ποιμὴν προβάτων.* 2) metaphorice: *omnis, qui præest, regit et imperium habet, qui curam gerit veræ aliorum salutis eorumque commodis omnibus modis prospicit,* (Sophocl. Ajac. 360.) maxime *docendo, cohortando, consolando et vita sua aliis præeundo, qui doctoris ecclesiæ munere fungitur.* De *regibus, imperatoribus et ducibus militum* legitur apud Euripidem in Phœniss. v. 1157. *ποιμέσιν λόχων,* h. e. *τοῖς στρατηγοῖς τῶν ταγμάτων,* interprete scholiaste. Homer. Iliad. α', v. 263. *ποιμένα λαῶν,* Schol. *βασιλέα ὄχλων.* ibid. β', v. 245. Philo de Agricult. p. 416. et de Vita Mosis p. 612. Xenoph. Mem. III. 1. 2. Adde Alexandrinos Ez. XXXIV. 23. XXXVII. 24. Hesych. *ποιμήν: βασιλεύς.* Matth. XXVI. 31. *πατάξω τὸν ποιμένα* percutiam pastorem. Verba hæc, desumta ex Zachar. XIII. 7. ad se ita transfert Jesus, ut discipulis suis prædicat, fore, ut eum omnes hac nocte deserant. Marc. XIV. 27. Joh. X. 11. *ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς* ego sum verus doctor divinus, qui muneri suo omni ex parte satisfacit et discipulorum suorum saluti omni modo prospicit. ibid. v. 14 et 16. *εἷς ποιμὴν* unus communis doctor. Ephes. IV. 11. *ποιμένες* diserte distinguuntur ab apostolis, prophetis, evangelistis et reliquis ecclesiæ christianæ doctoribus, ut adeo verosimile sit, intelligendos esse doctores christianos, qui præerant singulis christianorum cœtibus et disciplinæ ecclesiasticæ inprimis curam agebant, qui alias *ἐπίσκοποι* dicuntur, Act. XX. 28. et *πρεσβύτεροι,* 1 Petr. V. 1, 2. Bene Theodoretus ad h. l. *ποιμένας καὶ διδασκάλους τοὺς κατὰ πόλιν καὶ κώμην ἀφωρισμένους.* Hebr. XIII. 20. Christus *ὁ ποιμὴν τῶν προβάτων ὁ μέγας* dicitur, partim, quia summus est ecclesiæ suæ Dominus, partim, quia saluti ejus in æternum prospicit; quo respectu etiam a Petro 1 Ep. II. 25. *ὁ ποιμὴν καὶ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν* dicitur. Conf. Ezech. XXXIV. 2, 5, 7—10. etc. Jerem. II. 8. III. 15. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΙ'ΜΝΗ, *ης, ἡ,* 1) proprie notat *gregem,* et speciatim: *gregem ovium,* a *ποιμὴν pastor.* Luc. II. 8. *φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν* noctu gregem suum observantes. 1 Cor. IX. 7. *ἢ τίς ποιμαίνει ποίμνην καὶ ἐκ τοῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει;* Alexandrini usi sunt pro עֵדֶר quod idem notat. Genes. XXXII. 17. *διάστημα ποιεῖτε ἀναμέσον ποίμνης καὶ ποίμνης.* Demosthenes p. 1155. 5. ed. Reisk. *λαμβάνει τὸν ποιμένα καὶ πάντα τἀκόλουθα τῇ ποίμνῃ.* Interdum *ποίμνη* apud Græcos etiam *pascuum* notat, v. c. apud Ælian. V. H. I. 29. 2) metaphorice: *omnes, qui sunt alicujus curæ et tutelæ commissi, societas hominum, quæ alicujus imperio subest, discipuli, qui alicujus doctrinam profitentur,* et speciatim: *cœtus christianorum, ecclesia christiana.* Matth. XXVI. 31. *καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης* et dispergentur oves, ad gregem pertinentes. Dicta vero sunt hæc verba undecim apostolis, qui omnes, Petro excepto, Jesum nocte illa, qua hostibus suis tradebatur, deserebant. Joh. X. 16. *καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμὴν* et erit una societas, hominum scilicet, doctrinam christianam profitentium, et unus doctor. Vide dicta ad *ποιμαίνω, ποιμὴν* et sequens *ποίμνιον.* Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΙ'ΜΝΙΟΝ, *ου, τὸ,* 1) proprie: *grex,* generatim *grex ovium,* in qua significatione vel centies in versione Alexandrina reperitur. 2) metaphorice, ut *ποίμνη, omnes, qui*

sunt alicujus curæ et tutelæ commissi, societas hominum, quæ alicujus imperio subjecta est, discipuli, qui alicujus doctrinam profitentur, et speciatim: *cœtus christianorum, ecclesia christiana.* Sic legitur in N. T. Luc. XII. 32. μὴ φοβοῦ τὸ μικρὸν ποίμνιον ne timeatis vos, asseclæ mei, pauci numero. Act. XX. 28. προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ curam agite vestrum et omnis cœtus christianorum, curæ vestræ commissi: ubi partim sequuntur verba: ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, partim προσέχειν τῷ ποιμνίῳ explicatur verbis ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. ib. v. 29. μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου qui cœtui christianorum multas noxas inferent. 1 Petr. V. 2. ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, et v. 3. τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου. Ezech. XXXIV. 31. ὑμεῖς πρόβατά μου καὶ πρόβατα ποιμνίου ἐστί. Jer. XIII. 17. συνετρίβη τὸ ποίμνιον Κυρίου. Zachar. X. 3. Themistius Orat. XXIII. p. 289. ἀλλά φασι ζημιούμενον καὶ ἀριθμοῦντα ἀργύριον, οὕτω προσάγεσθαι καὶ συνέχειν τὸ ποίμνιον, h. e. discipulos.

ΠΟΙ̃ΟΣ, ποία, ποῖον, 1) *qualis*, ab οἷος. Ita enim proprie differt ποῖος a τίς, quanquam sæpe confunduntur, ut vel apparet e loco Polybii Hist. VIII. c. 17. ταχέως ὁ Βῶλις συνῆκε τίς ἐστι καὶ ποῖος αὐτῶν ὁ Ἀχαιός. Sic legitur in N. T. Joh. XII. 33. σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν significans, quo mortis genere usurus esset. ib. XVIII. 32. XXI. 19. 1 Cor. XV. 35. ποίῳ τῷ σώματι ἔρχονται; quali corpore vestiti prodibunt? Jacob. IV. 14. ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; qualis enim, seu quomodo comparata est vita nostra? De alia explicatione, quam hic locus patitur, supra jam exposui ad vocem Ποία, ad quam lectores remitto. 1 Petr. I. 11. 2) i. q. τίς *quis? quisnam?* Matth. XIX. 18. XXI. 23, 24, 27. XXII. 36. ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ; quodnam est præceptum in omni lege Mosaica maximum? Marc. IV. 30. ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτῇ; aut quanam parabola de ea utar? ubi pro ποίᾳ haud pauci codices habent τίνι, quod paulo ante Marcus posuerat. ibid. XI. 28, 29, 33. XII. 28. Luc. V. 19. ποίας, sc. ὁδοῦ; qua via? qua ratione? quo modo? ibid. VI. 32. ποία χάρις ὑμῖν; quodnam præmium exinde vobis exspectandum erit? ibid. v. 33 et 34. XX. 2, 8. XXIV. 19. Joh. X. 32. Act. IV. 7. VII. 49. XXIII. 34. Rom. III. 27. 1 Petr. II. 20. Ita etiam ποῖος usurpatur non solum in versione Alex. 1 Sam. IX. 18. ποῖος ὁ οἶκος τοῦ βλέποντος; 2 Sam. XV. 2. sed etiam in libris Apocryphis V. T. v. c. 1 Macc. II. 10. Sirac. XXXIII. 37. et apud scriptores exteros, v. c. Callimachum Hymn. in Dian. v. 183. Eurip. Phœn. v. 724. Hesych. ποίου· τίνος. 3) *quotus?* Mat. XXIV. 42. nescitis, ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ὑμῶν ἔρχεται; quota hora Dominus vester veniat? ibid. v. 43. Luc. XII. 39. Apoc. III. 3. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΛΕΜΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *bello, bellum gero, pugno, prælior*, a πόλεμος, quod vide. Sed in hac propria significatione, apud Alexandrinos sæpius obvia, (v. c. Jer. XXXII. 5. Jos. XI. 5. XIX. 47.) non reperitur in N. T. libris, in quibus semper metaphorice usurpatur, ut sit 2) *contendere, decertare, rixari, altercari, lites movere.* Jacob. IV. 2. μάχεσθε καὶ πολεμεῖτε rixamini et contenditis, seu lites movetis; ubi prius verbum de lite privata, altercatione, posterius vero de lite coram judice de bonis ac possessionibus intelligendum esse videtur. Apoc. XII. 7. τοῦ πολεμῆσαι sc. ἦσαν pro ἐπολέμησαν. Ibid. ἐπολέμησαν κατὰ τοῦ δράκοντος decertabant cum dracone, nempe de veritate et honestate. ibid. XIII. 4. Sic etiam πολεμεῖν pro *hostiliter insectari aliquem quocunque modo* legitur apud Alex. Job. XI. 19. Ps. XXXIV. 1. LV. 1, 2. LVIII. 2. Ies. XIX. 2. 3) *punire aliquem.* Apoc. II. 16. πολεμήσω μετ' αὐτῶν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου. ib. XIX. 11. ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ. Alex. Jer. XXI. 5. καὶ πολεμήσω ἐγὼ ὑμᾶς ἐν χειρὶ ἐκτεταμένῃ. Esther VIII. 13. πολεμῆσαι αὐτῶν τοὺς ὑπεναντίους, ubi in Hebraico est נקם *vindictam sumsit, punivit.* 4) πολεμεῖν μετά τινος *detrectare imperium alicujus, parere nolle.* Apoc. XVII. 14. οὗτοι μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, ubi aliis intt. πολεμεῖν metaphorice est *multa mala facere*, coll. Jer. I. 19. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΟ΄ΛΕΜΟΣ, ου, ὁ, 1) *bellum*, et per metonymiam subjecti: *pugna, prœlium*, ut sit i. q. μάχη. Origo hujus vocis varie traditur. Alii compositam putant ex πολὺ *multum* et αἷμα *sanguis*, ut sit i. q. πολύαιμος, quia multum sanguinis effunditur in bello. Alii deducunt παρὰ τὸ πολεῖν, a vertendo, quod omnia vertat et turbet. Ab aliis denique derivatur a παλάμη, quia primum bellum erat pugna palmarum. Legitur in hac significatione Matth. XXIV. 6. audietis πολέμους καὶ ἀκοὰς πολέμων bella et prœliorum rumores. Marc. XIII. 7. Luc. XIV. 31. συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον. Vide infra συμβάλλω. ibid. XXI. 9. 1 Cor. XIV. 8. τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον; quis parabit se ad prœlium? Hebr. XI. 34. ἐγενήθησαν ἰσχυροὶ ἐν πολέμῳ. Vide ἰσχυρός. Apoc. IX. 7, 9. Etiam apud Græcos πόλεμος sæpe de *pugna* et *prælio* usurpari, evincunt loca Arrian. Indic. XIV. 4. ἐν πολέμῳ ἀποθανόντες. Diod. Sic. XIII. 79. πολὺς ἐγένετο πόλεμος. Aristoph. Equit. 349. et docuit Raphelius in Obss. Polyb. p. 475 seq. et Palairet. in Obss. Philol. p. 404. 2) metaphorice: *dissidium, rixa, altercatio, lis, contentio, decertatio,* etiam *omnis hostilis insectatio alicujus, pœna.* Jacob. IV. 1. πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι; quo autem invaluerunt inter vos dissidia et rixæ? cum quo loco omnino conferendus est Plato in Phædone sect. XI. Apoc. XI. 7. ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν persequetur eos hostiliter. Conf. Genes. XIV. 2. Apoc. XII. 7, 17. XIII. 5, 7. XVI. 14. ubi πόλεμος *pœnæ, vindictæ* notionem habere mihi videtur. ibid. XIX. 19. XX. 8. Sæpius in N. T. non reperitur. Conf. El. Palairet. Obss. Philol. p. 501. et Wetstenii N. T. T. II. p. 674.

ΠΟ΄ΛΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) *urbs, civitas, oppidum, locus muris cinctus et splendidioribus ædificiis gaudens.* Luc. I. 39. εἰς πόλιν Ἰούδα, in urbem tribus Judæ, scil. Hebronem. ib. II. 4. εἰς πόλιν Δαβὶδ in urbem, in qua natus erat Davides, nempe Bethlehemum, coll. 1 Sam. XVI. 1. Πόλις τινὸς enim Græcis dicitur *urbs patria, urbs, in qua aliquis natus est.* Hinc πόλις etiam nude positum pro *urbe patria* ponitur apud Xenoph. Cyrop. I. 4. 25. Luc. II. 11. VIII. 1. κατὰ πόλιν oppidatim. Sed Act. XXIV. 12. verba οὔτε κατὰ τὴν πόλιν reddenda sunt: neque in civitate, aut, neque in ullo alio oppidi loco. Luc. XIII. 22. κατὰ πόλεις per singulas civitates. Act. VII. 58. et XXVI. 11. etc. Act. VIII. 5. πόλις τῆς Σαμαρείας vel est urbs agri Samaritani, coll. Joh. IV. 5. vel urbs Samaria ipsa, quemadmodum etiam apud Latinos Troja *urbs Trojæ* vocatur.

Vide Vechneri Hellenolexiam Lib. II. c. 8. 2 Cor. XII. 26. *ἐν πόλει* pro *ἐν πόλεσι*, ut recte interpretatus est Syrus. 2) per metonymiam subjecti et continentis: *incolæ urbis*. Sic עִיר adhibetur Jos. VIII. 7. et Mich. VI. 9. Matth. VIII. 34. *πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τοῦ Ἰησοῦ* et omnes incolæ urbis obviam iverunt Jesu. ib. X. 15. XXI. 10. Marc. I. 33. *ἡ πόλις ὅλη* maxima incolarum pars. Act. VIII. 40. Thom. M. *πόλις μὲν καὶ ὁ τόπος καὶ οἱ κατοικοῦντες*, ubi videndi interpretes. Etym. M. *πόλις—σημαίνει καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸν λαὸν, ὡς τό·* (Homer. Iliad. *σ'*, 69.) *Τρώων δὲ πόλις ἐπὶ πᾶσα βέβηκε θάρσυνος*. Confer Valckenarium ad Eurip. Phœn. v. 932. 3) quemadmodum urbs Roma a Latinis Græcisque scriptoribus, (Gloss. Philox. *πόλις, μόνη Ῥώμη*. Confer Perizonium de prætorio § 19. pag. 38.) etiam Paulo Act. XXV. 23. *κατ' ἐξοχὴν* *urbs* et *πόλις* passim appellatur, ut antea apud Ægyptios Græcosque *Alexandria*, ita quoque *κατ' ἐξοχὴν* dicitur *urbs Hierosolyma*, quia metropolis (Conf. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 497. ed. Zeunii.) totius Judææ erat, Luc. XXIII. 19. Matth. XXVIII. 11. Marc. XI. 19. XIV. 13, 16. quæ Matth. IV. 5. *ἡ ἁγία πόλις*, coll. Luc. IV. 9. vocatur. Ies. XLVIII. 2. LII. 1. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 271. 4) *regio*. Luc. VIII. 39. *καθ' ὅλην τὴν πόλιν*, coll. Marc. V. 20. *ἐν τῇ Δεκαπόλει* in regione Decapolitana. Matth. X. 5. *καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε* neque Samaritanorum regionem intretis. Lysias Orat. VI. pag. 106. *διώχλησε πόλεις πολλὰς, Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννησον*, ubi videndus Marklandus. A Pindaro Olymp. VII. v. 64. insula Rhodus *πόλις* dicitur. Apud Symmachum (1 Reg. XX. 14.) et Alex. Dan. XI. 24. *τῷ* מְדִינָה *provincia* respondet. Hesych. *πόλιν τὴν χώραν*, ubi videndus Alberti. Cf. etiam Abreschium ad Æschylum T. I. p. 169. Sic quoque apud Latinos *civitas* usurpatur. Conf. Cortium ad Sallust. B. Catil. cap. 40. p. 246. et Davisium ad Jul. Cæs. de B. Gallico VII. 4. 4. 5) metaphorice: *sedes, perpetuum domicilium*. Hebr. XIII. 14. *οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν* non enim habemus hic perpetuum domicilium. ibid. XII. 22. *πόλις Θεοῦ ζῶντος* urbs, in qua sedem suam et domicilium quasi posuit verus Deus, seu, in qua perpetuo colitur verus Deus et majestatem suam ac benignitatem exserit. ibid. XI. 10, 16. *ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν*, nempe *τὴν πατρίδα τὴν ἐπουράνιον*. Adde Apoc. III. 12. 6) interdum omittitur, v. c. Mat. XXI. 11. *ὁ ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας*, sc. *πόλεως*, coll. Luc. I. 26. Act. XXII. 3. *ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας*, scil. *πόλει*, coll. XXI. 39. Tob. IV. 21. Conf. Raphelium in Annotatt. Xenophonteis p. 180.

ΠΟΛΙΤΑ'ΡΧΗΣ, ου, ὁ, *magistratus civitatis, urbis præfectus, gubernator civium*, q. d. *ἄρχων τῶν πολιτῶν*, ex *ἀρχὴ* vel *ἄρχων* *princeps* et *πόλις* *urbs*. Scribitur quoque *πολίταρχος*, v. c. apud Æneam cap. 26. Bis tantum legitur in N. T. Act. XVII. 6. *ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας*. Vulgatus habet: ad principes civitatis. ibid. v. 8.

ΠΟΛΙΤΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *administratio reipublicæ, reipublicæ forma*, a *πόλις civitas*. 2 Macc. IV. 11. *τὰς μὲν νομίμους καταλύων πολιτείας*. ibid. VIII. 17. *τὴν τῆς προγονικῆς πολιτείας κατάλυσιν*. ibid. XIII. 14. *περὶ νόμων, περὶ ἱεροῦ, πόλεως, πατρίδος, πολιτείας*. Ælian. V. H. II. 13. Æschin. Socrat. Dialog. III. 12. 13. 2) *respublica*. Ephes. II. 12. *ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ* alieni eratis a civitate Israëlis, h. e. non eratis cives reipublicæ Judaicæ. Æschin. Socr. Dial. III. 17. *καταστήσασθαι πολιτείας*. Xenoph. de Vectig. I. 1. Hist. Gr. VI. 3. 5. ubi tamen, quia *τυραννὶς* opponitur, *liberam rempublicam* notat, ut etiam *πολιτεία* et *μοναρχία* in Isocr. Panegyr. cap. 35. opponitur. 3) *jus civitatis*. Act. XXII. 28. *ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην* ego multa pecunia mihi hoc jus civitatis (sc. Romanæ, quæ plene *ἡ τῶν Ῥωμαίων πολιτεία* dicitur. Vide Diod. Sic. XII. cap. 4. XIII. 35.) comparavi. Sic *πολιτεία* quoque occurrit apud Xenophontem in Hist. Gr. I. 2. 7. *Σελινουσίοις δὲ, ἐπεὶ ἡ πόλις ἀπολώλει, καὶ πολιτείαν ἔδοσαν*. Ælian. V. H. XII. 43. *πολιτείας μεταλαγχάνει*. Joseph. A. J. XII. 31. Confer quoque Palairet. Obss. Philol. pag. 332. Confer J. Arntzenii Diss. de Civitate Romana Apostoli Pauli p. 129. Ej. Dissertationum Traj. ad Rhen. 1725. octonis editarum. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. *πολιτεία, civile imperium, respublica, civilitas*. Hesych. *πολιτεία· ἡ πόλις, ἡ βίος, ἡ ὄνομα κύριον, καὶ ἡ ἀναστροφὴ, καὶ ἡ πρᾶξις*. Nam *πολιτεία* apud Græcos interdum transfertur ad uniuscujusque vitæ institutum ac morem et sæpe vitæ modum significat, quem quis sibi privatim sectandum proposuit.

ΠΟΛΙ'ΤΕΥΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *reipublicæ administratio et gubernatio, reipublicæ forma*, a 1 pers. perf. pass. *πεπολίτευμαι*, verbi *πολιτεύω*, quod vide. Demosthenes pag. 107. 25 et 262. 27. edit. Reisk. Confer Raphelii Obss. Polyb. p. 560. 2) *respublica, civitas, incolæ alicujus urbis, societas hominum, uni alicui civitati adscriptorum, iisdemque legibus et juribus utentium, cœtus hominum, jure civitatis sociatus*. Sic semel legitur in N. T. Philip. III. 20. *ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει* nos aliquando cives erimus cœlestes. Sed latet ambiguitas quædam in voce *πολίτευμα*, qua Paulus h. l. usus est, quæ æque commode de *jure civitatis* (ut sit i. q. *πολιτεία*, de quo vide supra) et *vita civili*, seu *conversatione ex jure civitatis* explicari potest, ac de *hominibus, qui, societate inter se inita et jure civitatis donati, in unum quasi reipublicæ corpus coaluerunt*, de quibus hanc vocem interpretatus est post Raphelium in Obss. Polyb. p. 156 seq. Lœsnerus in Obss. Philon. pag. 356 seq. Certe nullam harum significationum respuit contexta oratio et usus loquendi apud Græcos, quanquam sensus fere idem manet. 2 Macc. XII. 7. *τὸ σύμπαν τῶν Ἰοππιτῶν ἐκριζῶσαι πολίτευμα*. Philo de Mundi Opific. pag. 33. *τῷ μεγίστῳ καὶ τελειοτάτῳ πολιτεύματι ἐγγραφέντες*. Hesych. *πολιτεύμασι· ταῖς πολιτείαις ἢ ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι*. Adde quoque, quæ de hac voce disputavit Casaubonus ad Gregorii Nysseni Epist. ad Eustathiam p. 65. et Wetstenii N. T. T. II. p. 277.

ΠΟΛΙΤΕΥ'Ω, futur. εύσω, 1) proprie: *in civium numerum recipio, jure civitatis dono* (Diod. Sic. XI. 72.), etiam *rempublicam gero et administro*, a *πόλις civitas*. Eandem significationem etiam habet medium *πολιτεύομαι*, quod haud raro apud Græcos de *iis* usurpatur, *qui magistratu funguntur*, aut *rempublicam gubernant* et *publica negotia administrant*. Sic sumi videtur Act. XXIII. 1. *ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ* ego functus sum munere meo (nempe apostoli et doctoris christiani) in honorem Dei, ita, ut omni officio meo a me satisfactum esse mihi conscius sim. Sic activum *πολιτεύειν* legitur apud Xenophontem in Hist. Gr. Lib. I. c. 4. § 6. *πρὸς τὸ αὐτῶν ἴδιον κέρδος πολιτευόντων*. Thucyd. II. c. 65. VIII. 53 et 97. Medium vero *πολιτεύεσθαι* in notione *rempub-*

licam gerendi reperitur apud Ælian. V. H. III. 17. Diog. Laërt. V. 35. et X. 119. et Lysiam Orat. XI. p. 169. Conf. Taylor. ad Lysiam pag. 119. Passivum vero *πολιτεύεσθαι* de *iis* usurpatur, *qui aliqua civitatis forma utuntur*, v. c. apud Xenoph. Cyrop. I. 1. 1. et de Rep. Athen. III. 9. 2) *in republica versor ut civis, gero me ut civem, civis sum.* Xenoph. Hist. Gr. I. 5. 11. Thucyd. II. 36. *τοῖς δὲ καὶ ἄνδρες ἄριστοι πολιτεύουσι* in horum etiam civitate viri præstantissimi versantur; ubi Schol. *πολιτεύουσιν· κατὰ πολιτείαν ἐνεργοῦσιν.* Schol. ad Thucyd. IV. 14. *πολιτεύειν πράττειν κατὰ τὸ ἔθος τῆς πολιτείας.* Neque aliter sumitur medium *πολιτεύεσθαι* apud Xenoph. in Hist. Gr. II. 4. 13. et Ælian. V. H. XIV. 28. Hinc 3) generatim: *me gero, vitæ ratione utor, vivo, convenienter ago.* Sic legitur in N. T. Phil. I. 27. *μόνον ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθε* modo convenienter doctrinæ christianæ vitam vestram instituite. Huc etiam a nonnullis refertur locus, supra jam laudatus, sed alio modo explicatus, Act. XXIII. 1. *ἐγὼ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ* ego vitæ rationem institui e voluntate divina. In hac vero significatione aliquoties reperitur in libris Apocryphis V. T. v. c. 2 Macc. VI. 1. qui Judæos cogeret, ut deficerent a patriis institutis *καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις μὴ πολιτεύεσθαι.* ibid. XI. 25. *πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν προγόνων αὐτῶν ἔθη.* 3 Macc. III. 3. Joseph. A. J. III. 5. 8. *τόν τε τρόπον, καθ' ὃν εὐδαιμονήσουσι πολιτευόμενοι.* Justin. Mart. Dial. c. Tryph. Jud. p. 281. ed. Thirlb. *ἐννόμως πολιτεύεσθαι.* Eusebius H. E. III. 31. *ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσαμένη.* ibid. IV. 23. *ἡ κατ' εὐαγγέλιον πολιτεία.* Hesych. *πολιτεύεται· πράττει, ἀναστρέφεται.* — Copiose de hac voce egit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 112. pag. 429 seq. Confer etiam interpretes ad Thom. M. p. 727. ed. Bernard. et Wetstenium N. T. T. II. pag. 266.

ΠΟΛΙ'ΤΗΣ, *ου, ὁ, civis, incola urbis, qui jus civitatis habet, subjectus principis aut regis potestati*, a *πόλις urbs.* Luc. XV. 15. *ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκείνης* civi cuidam illius regionis se adplicuit. ib. XIX. 14. *οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτὸν* subjecti autem ejus imperio oderant eum. Grotio ad h. l. *οἱ πολῖται αὐτοῦ* sunt *οἱ συμπολῖται*, ut Cicero de Fin. I. 10. cives meos pro *concives* dixit. Conf. quoque LXX Zach. XIII. 7. ubi videnda sunt Hexapla. Act. XXI. 39. *τῆς Κιλικίας οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης* Ciliciæ non ignobilis urbis civis. Sæpius in N. T. non legitur. Gen. XXIII. 11. pro לְעֵינֵי בְנֵי־עַמִּי Alexandrini habent *ἐναντίον πάντων τῶν πολιτῶν μου.* Apud eosdem quandoque etiam legitur pro רֵעַ. Prov. XI. 9, 12. XXIV. 28. Jer. XXXI. 34. Æschin. Socr. Dial. I. 2. Eurip. Phœn. v. 93. 904 et 1420. Aristoteles de Rep. III. 1 et 5. Hesych. *πολίτης· ὁ συμπολιτευόμενός τινι καὶ συνών.* Cf. etiam interpretes ad Thom. M. p. 728 seq.

ΠΟΛΛΑ'. Vide infra sub *πολύς.*

ΠΟΛΛΑ'ΚΙΣ. Adverbium numeri, significans: *sæpe, frequenter, multoties*, a *πολλά.* Legitur in N. T. Matth. XVII. 15. *πολλάκις γὰρ πίπτει εἰς τὸ πῦρ καὶ πολλάκις εἰς τὸ ὕδωρ.* Marc. V. 4. IX. 22. Joh. XVIII. 2. Act. XXVI. 11. Rom. I. 13. 2 Cor. VIII. 22. XI. 23, 26, 27. Philip. III. 18. 2 Tim. I. 16. Hebr. VI. 7. IX. 25, 26. X. 11.

ΠΟΛΛΑΠΛΑΣΙ'ΩΝ, *ονος, ὁ, ἡ, multiplex, admodum varius*, item *multo amplior, multo plus*, a *πολὺς multus.* Semel tantum legitur in N. T. Luc. XVIII. 30. *ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ* qui non sit in hac vita multo plura bona recepturus, aut largissimam mercedem consecuturus. Pro *πολλαπλασίων* apud Græcos scriptores in eadem significatione vox *πολλαπλάσιος* adhibetur, v. c. apud Xenophontem de Vectig. I. 5. Thucyd. II. c. 100. et IV. c. 34.

ΠΟΛΥΕΥ'ΣΠΛΑΓΧΝΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, admodum misericors et benignus*, ex *πολὺς* et *εὔσπλαγχνος*, quod vide supra. Reperitur hæc vox, quæ Lexicis addenda est, in nonnullis codicibus Jacob. V. 11. loco impressi *πολύσπλαγχνος.*

ΠΟΛΥΛΟΓΙ'Α, *ας, ἡ, multiloquium, loquacitas, verbositas, inanis multorum verborum strepitus*, ab adjectivo *πολυλόγος multiloquus, loquax*, Maxim. Tyr. XXXIII. 8. Thom. M. s. voce *φλήναφος*, (pro quo etiam *πολύλαλος* legitur apud Symmachum Job. XII. 2.) ex *πολὺς multus* et *λόγος sermo.* Tantum exstat in N. T. Matth. VI. 7. de gentilibus, qui putabant, *ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται* se ob prolixas et sæpius repetitas precum formulas eo facilius et certius exauditum iri. Reperitur etiam apud Alexandrinos Prov. X. 19. pro Hebraica formula רֹב דְּבָרִים *multitudo verborum*, quam Cohel. V. 3. *πλῆθος λόγων* transtulerunt. Plutarch. de Educ. Puer. c. 9. § 10. *χωρὶς δὲ τῶν ἄλλων πλημμελημάτων, οἳ ἂν ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγωσιν, εἰς ἀμετρίαν δεινὴν ἐμπίπτουσι καὶ πολυλογίαν.* Aristot. Polit. IV. 10. Cyrilli Lex. *πολυλογία, multiloquium, verbositas, loquacitas.*

ΠΟΛΥΜΕΡΩ'Σ. Adverbium, significans: *multifariam, multipliciter, multis partibus et vicibus*, etiam *multis et variis modis*, ut sit idem, quod *πολυτρόπως*, a *πολυμερὴς multis partibus constans, multiplex*, (Sapient. VII. 22.) aut *in multas partes divisus*, (Hesych. *πολυμερές· εἰς πολλὰ μεριζόμενον.*) ex *πολὺς multus* et *μέρος pars.* Semel legitur in N. T. Hebr. I. 1. ubi cum *πολυτρόπως* conjungitur, ita, ut vel significet *variis temporibus et vicibus*, quæ fuit nonnullorum sententia, vel a *πολυτρόπως* plane non differat, quemadmodum etiam adjectiva *πολυμερὴς* et *πολύτροπος* tanquam synonyma conjunguntur apud Maximum Tyrium Diss. XXXVII. p. 363. *οὐδὲν δεῖ τῆς πολυμεροῦς ταύτης καὶ πολυτρόπου μούσης τε καὶ ἁρμονίας.* Joseph. A. J. VIII. 3. 9. *πολυμερῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς κατεσκεύασε.* Hesych. *πολυμερῶς· πολυσχεδῶς, δαψιλῶς, πολλὰ σχήματα ἔχων.* Alberti Glossar. Gr. p. 110. *πολυμερῶς· διὰ πλειόνων.* Zonaras Lex. col. 1571. *πολυμερῶς, διαφόρως καὶ ποικίλως κ. τ. λ.* Gloss. Vet. *πολυμερῶς, plurifariam, multifariam.* Conf. Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr. p. 2.

ΠΟΛΥΠΟΙ'ΚΙΛΟΣ, *ου, ὁ, ἡ,* 1) *multiformis, multifarius, admodum varius, multimodus*, a *πολὺς multus* et *ποικίλος varius.* Usurpatur apud Græcos scriptores æque ac *ποικίλος* partim de *homine prudente, qui aliorum utilitati et commodis consiliis suis prospicit*, partim de *homine callido et versuto, qui, mutando se in omnes formas, utilitati suæ tantum prospicit.* Conf. Æschyl. Prometh. Vinct. v. 308. ubi Schol. *ποικίλῳ· συνετῷ.* 2) *immensus, summus.* Sic semel in N. T. legitur Ephes. III. 10. *ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ* immensa et summa Dei sapientia, quæ se variis modis exserit et in primis institutorum varietate ad efformandos homines per religionem conspicua est.

ΠΟΛΥ'Σ, *πολλή*, (a *πολλὸς*, quod legitur apud Hesiodum Opp. et D. v. 118. unde quoque sunt alii casus.): *πολύ*, genit. *πολλοῦ, πολλῆς,*

πολλοῦ, 1) *multus, copiosus, numerosus, abundans, largus,* sive opponatur *uni,* sive *paucioribus.* Matth. III. 7. πολλοὺς τῶν Φαρισαίων multos Pharisæos. Marc. III. 7, 8. πλῆθος πολὺ insignis multitudo. Luc. XII. 47. δαρήσεται πολλάς, scil. πληγάς, vapulabit multis plagis. Joh. XII. 24. πολὺν καρπὸν φέρει multos fructus fert. ibid. XV. 5, 8. Act. XI. 21. πολὺς ἀριθμός. ibid. XVIII. 10. λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Rom. XV. 23. ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν a multis annis. 2 Cor. VIII. 15. ὁ τὸ πολὺ scil. ἔχων. Vid. Interpr. ad Lucian. T. I. p. 365. T. III. p. 381. 2 Joh. v. 12. πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράφειν multa habens, quæ vobis scribam, etc. In hac significatione etiam quandoque de *tempore* usurpatur, v. c. Matth. XXV. 19. μετὰ δὲ χρόνον πολὺν multo post tempore. Marc. VI. 35. καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης et cum jam multum tempus præterlapsum esset. Alex. Genes. XXIX. 7. ἔτι ἐστὶν ἡμέρα πολλή. Interdum in eadem significatione rectius *sufficiens, idoneus* redditur, v. c. Matth. XIII. 5. ὅπου οὐκ εἶχε γῆν πολλήν ubi, quoniam carebant idonea terra, nempe sat lata et profunda. Marc. IV. 5. Hinc Alexandrini רַב Deut. XI. 3. ἱκανὸς reddiderunt. 2) i. q. πᾶς *omnis, totus, universus.* Matth. XX. 28. δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν dare vitam suam pretium redemtionis pro omnibus. Mat. XX. 16. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ omnibus enim, quibus destinata est a Deo felicitas christiana, offertur et traditur religio christiana. ib. XXVI. 28. τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν qui pro omnibus effunditur in remissionem peccatorum. Marc. X. 45. et XIV. 24. Rom. V. 15. οἱ πολλοὶ ἀπέθανον omnes infelices facti sunt et pœnas divinas sibi contraxerunt, coll. v. 12. εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, et ibid. v. 18. Rom. VIII. 29. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς ut esset princeps ac dominus omnium christianorum. ibid. XII. 5. οἱ πολλοὶ universa christianorum multitudo. 1 Cor. X. 17, 33. Hebr. IX. 28. Sic רַב quoque usurpatur per synecdochen speciei Dan. XII. 2. Ps. XCVII. 1. et Job. XXXVI. 18. et πολλὰ pro πάντα ponitur apud Euripidem in Hecuba v. 279. et οἱ πολλοὶ pro πάντες apud Lucianum T. I. Opp. p. 44. μάρτυρα γάρ σε παραστήσασθαι πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐθέλω. Confer Reitzium ad Lucianum T. II. p. 214. et Bibl. Brem. III. p. 207. 3) *magnus, præstans, excellens, insignis, vehemens,* i. q. μέγας. Matth. II. 18. ὀδυρμὸς πολὺς fletus questusque magnus. ibid. V. 12. ὁ μισθὸς πολὺς insignia virtutis præmia. Rom. IX. 22. ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ summa cum longanimitate. 1 Petr. I. 3. κατὰ τὸ πολὺ αὐτοῦ ἔλεος secundum summam ipsius misericordiam. Act. XV. 7. πολλῆς δὲ συζητήσεως γενομένης vehementi vero disputatione facta. Psalm. XXXVI. 6. θυμὸς πολύς. Dan. XI. 44. σοφία πολλή. 2 Paral. XVIII. 1. δόξα πολλή. Ælian. V. H. I. 9. αἰτίαν τῆς ἀπωλείας γενέσθαι τὴν πολλὴν τρυφήν. ibid. II. 13. πολὺ γὰρ ἦν τοῦ Σωκράτους ὄνομα. Æschin. Socr. Dial. I. 11. ἐλπὶς πολλή. Thucyd. II. 51. ὑπὸ τοῦ πολλοῦ κακοῦ morbo vehementissimo. Conf. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. pag. 136. ed. Zeunii. Hesych. πολύ· ἀντὶ τοῦ μέγα. 4) Neutrum pluralis πολλὰ adverbialiter sumitur, ita, ut significet a) *multum, valde, vehementer,* pro κατὰ πολλὰ μέρη, aut κατὰ πολλὰ ῥήματα. Marc. III. 12. καὶ πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς et valde increpabat illos. ibid. V. 23. παρεκάλει αὐτὸν πολλὰ et multis verbis, h. e. admodum eum precabatur. ibid. XV. 3. κατηγόρουν αὐτοῦ πολλὰ graviter eum accusabant. 1 Cor. XVI. 12, 19. Apoc. V. 4. κλαίειν πολλὰ *acerbe flere.* Aquila Psalm. CXXII. 4. Herodian. I. 16. 11. ἱκετεύουσα πολλά. Ælian. V. H. I. c. 23. πολλὰ σφάλλεται. ibid. XII. 54. χαλεπαίνοντα πολλά. Sic *multa* pro *valde,* v. c. apud Virgilium Georg. III. 226. "multa gemens ignominiam." Æneid. I. 469. "multa gemens." ibid. V. 869. et XI. 471. "multaque se incusat." Cicero VI. Ep. 7. § 4. "multa venerari deos." b) *sæpe, frequenter, sæpius, multum, multis modis,* i. q. πολλάκις, πλειστάκις. Matth. IX. 14. cur nos et Pharisæi νηστεύομεν πολλά; frequenter jejunamus? Rom. XV. 22. διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ ideo etiam impeditus fui sæpissime. Jacob. III. 2. πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες sæpe et multis modis labimur omnes. Hesych. πολλά· πολλαχῇ. Alex. Job. XXXV. 6. πολλὰ ἠνόμησας. Cf. Irmisch. ad Herodian. I. 16. 11. p. 698 seq. 5) Neutrum πολὺ etiam adverbialiter usurpatur, ita, ut *multum, valde,* et comparativis præpositum *multo* significet, positumque sit pro κατὰ τὸ πολὺ μέρος. Marc. XII. 27. πολὺ πλανᾶσθε valde erratis, seu fallitis vos ipsos. Luc. VII. 47. ὅτι ἠγάπησε πολὺ ideo amavit valde. Rom. III. 1. πολὺ κατὰ πάντα τρόπον multum sane. 2 Cor. VIII. 22. νυνὶ δὲ πολὺ σπουδαιότερον nunc vero multo strenuiorem. 1 Petr. I. 7. πολὺ τιμιώτερον χρυσίου multo præstantius auro. Homer. Iliad. α', v. 112. ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν οἴκοι ἔχειν. Alex. Dan. VI. 14. πολὺ ἐλυπήθη, et v. 23. πολὺ ἠγαθύνθη valde lætabatur. 6) ἐν πολλῷ *prorsus, plane, omnino.* Act. XXVI. 29. καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ non propemodum, sed plane et omnino. 7) πολλῷ *multo,* pro ἐν πολλῷ μέρει, seu μέτρῳ, si jungitur vel nomini comparativi gradus, vel adverbio μᾶλλον. Matth. VI. 30. οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς non multo magis vos. Marc. X. 48. ὁ δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν ille vero multo magis clamabat. Luc. XVIII. 39. Rom. V. 9. 1 Cor. XII. 22. 2 Cor. III. 9, 11. Phil. I. 23. II. 12. Joh. IV. 41. καὶ πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν et multo plures crediderunt.

ΠΟΛΥΣΠΛΑΓΧΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *admodum misericors et benignus,* ex πολὺς *multus, copiosus, abundans,* et σπλάγχνα *viscera* et *amor* ac *misericordia,* de quo verbo vide quæ infra dicentur. Semel tantum legitur in N. T. Jacob. V. 11. ὅτι πολύσπλαγχνός ἐστιν ὁ Κύριος nam valde misericors est Dominus. In multis codicibus pro πολύσπλαγχνος scriptum legitur πολυεύσπλαγχνος, quod vocabulum Millio Prolegg. S. 1108. p. 110. genuinum et ab ipsius apostoli manu profectum visum est, sed idoneis argumentis refutatus est a Fischero in Proluss. de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. VIII. p. 204. Expressum autem est πολύσπλαγχνος vel e verbis Hebr. רַב חֶסֶד vel גְּדָל־חֶסֶד quæ Alexandrini æquipollente vocabulo πολυέλεος reddiderunt. Psalm. CXLIV. 8. Exod. XXXIV. 6. Joël. II. 13. Jon. IV. 2. quo ipso vocabulo etiam expresserunt Hebraicum חַנּוּן. Substantivum πολυσπλαγχνία reperitur apud Justin. Mart. Dial. p. 248. 17. ed. Thirlb.

ΠΟΛΥΤΕΛΗΣ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, 1) proprie: *pretiosus, sumtuosus, qui multos sumtus requirit,* ex πολὺ *multum* et τέλος *sumtus, impensa, vectigal.* Ita usurpatur de unguento nardi potabilis, super caput Jesu effuso, Marc. XIV. 3. νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς, et de vestitu, 1 Tim. II. 9. ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ aut in vestitu pretioso. In hac significatione sæpius quoque reperitur in versione

Alexandrina, v. c. Prov. I. 18. III. 15. VIII. 12. XXV. 12. Iesaias XXVIII. 16. Sapient. II. 7. *οἴνου πολυτελοῦς*. Sirac. L. 10. *παντὶ λίθῳ πολυτελεῖ.* Ælian. V. H. XIII. 4. *ἑστίασιν πολυτελῆ*. Hesych. *πολυτελῆ· πολυδάπανα.* Hinc substantivum *πολυτέλεια* *magnificentia.* Xenoph. Mem. I. 6. 10. Ælian. V. H. VII. 2. XII. 40. Conf. Ezech. Spanhem. ad Julian. Orat. I. p. 53. 2) per metonymiam: *valde pretiosus, valde gratus et acceptus,* i. q. *τίμιος*. Sic legitur in N. T. 1 Petr. III. 4. *ὅ ἐστι ἐνώπιον Θεοῦ πολυτελὲς* quod est ex ipso Dei judicio magni pretii, seu, quod est Deo admodum gratum et acceptum, welches alles in Gottes augen einen sehr hohen werth hat, *all which is in the sight of God of great price.* Hesych. *πολυτελῆ·* —— *τὰ πολλοῦ ἄξια, ἤγουν τίμια.*

ΠΟΛΥ'ΤΙΜΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, multum vel valde pretiosus, magni pretii,* a *πολὺς* et *τιμὴ pretium.* Bis tantum in N. T. legitur. Marc. XIII. 46. *ὃς εὑρὼν ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην* qui invenit margaritam magni pretii. Joh. XII. 3. *μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου* unguenti nardi liquidi admodum pretiosi. Conf. Marc. XIV. 3. Plutarch. T. III. p. 715. ed. Reisk. *πολύτιμος σφραγίς.* Cæterum quomodo vox *πολύτιμος* ab altera voce ejusdem originis *πολυτίμητος* differat, bene docuit Thom. M. p. 729. ed. Bernard. *πολύτιμον,* inquit, *τὸ πολλοῦ τιμήματος ἠγορασμένον· πολυτίμητον δὲ, τὸ πολλῆς τιμῆς ἢ δόξης ἀξιωθέν. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις·* (v. 268. 292 et 327.) *ὦ πολυτίμητοι νεφέλαι.* Confer quoque Ammonium de Differ. Vocabb. Gr. p. 118. et locum Æschin. Socr. Dial. III. 12. ubi *πολυτίμητος πολιτεία* est administratio publica, quæ magni facienda putatur.

ΠΟΛΥΤΡΟ'ΠΩΣ. Adverbium, significans: *multis et variis modis, multipliciter, diversimode,* a *πολύτροπος, ου, ὁ, ἡ, varius, multiplex, cujus sunt varii modi,* (Thucyd. II. c. 44. *ἐν πολυτρόποις ξυμφοραῖς* variis fortunæ casibus. Idem Lib. III. cap. 83. *ἐκ τοῦ πολυτρόπου αὐτῶν τῆς γνώμης* propter illorum ingenii calliditatem. Apud LXX in libro Esther VIII. 13. adjectivum *πολύτροπος*, omissum illud in Thesauro Bieliano, cum *πολύπλοκος* permutatur.) ex *πολὺς multus* et *τρόπος modus*, seu *τροπὴ conversio*. Sic semel legitur in N. T. Hebr. I. 1. *πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις,* ubi *πολυτρόπως* de variis revelationis divinæ modis explicandum est, quorum quinque nonnulli appellant, nempe בְּמַרְאָה *in visione,* בַּחֲלוֹם *in somnio,* בְּחִידָה *in ænigmate,* cum aliud apparet, aliud innuitur, בִּתְמוּנָה *in figura,* cum rerum imagines apparent, ac denique בְּפֶה s. *allocutione divina.* Conf. Fagii Notas ad Onkelosi Paraphrasin Chaldaicam Num. XII. 8. et Hottingeri Thesaurum Philolog. Lib. II. p. 565 seq. Hesych. *πολυτρόπως· διαφόρως, ποικίλως.* Alberti Glossar. Græc. p. 166. *πολυτρόπως· πολυειδῶς, ποικίλως.* Confer quoque supra a me ad vocem *πολυμερῶς* dicta, et Wetstenii N. T. T. II. p. 387. Gloss. Vet. *πολυτρόπως, plurifariam, omnifariam, multifariam.*

ΠΟ'ΜΑ, *τος, τὸ, potus, potio.* Est verbale a prima pers. præt. pass. *πέπωμαι,* (unde etiam *πῶμα* invenitur apud Apollin. et Esr. III. 7. ed. Francof.) verbi *πίνω bibo.* Bis tantum in N. T. legitur. 1 Cor. X. 4. *πάντες τὸ αὐτὸ πόμα πνευματικὸν ἔπιον* omnes eundem potum spiritualem, h. e. miraculoso modo effectum, biberunt: ubi male nonnulli interpretes existimarunt, formula *πόμα πνευματικὸν* designari beneficia spiritualia, ex fide in Christum et ejus meritis provenientia, quibus anima ad salutem æternam recreatur. Hebr. IX. 10. *μόνον ἐπὶ βρώμασι ἢ πόμασι,* quæ verba intelligenda sunt de *certis ciborum et nutrimentorum generibus, quorum usus interdictus erat lege Mosaica.* Confer supra ad *βρῶμα* dicta. Xenoph. Cyrop. V. 2. 8. Mem. IV. 7. 9. Invenitur præterea hæc vox pro שִׁקּוּי idem, Ps. CII. 10. et pro מִשְׁתֶּה idem, Dan. I. 16. apud Alexandrinos. Hesych. *πόμα· πόσις.*

ΠΟΝΕ'Ω, *ῶ,* fut. *ήσω, laboro,* et ex adjuncto: *viribus frangor, laboribus succumbo, defatigor, lassesco,* etiam *fractus, vitiatus, corruptus sum,* (Diod. Sic. IV. 41. *ἕνεκα τοῦ θεραπεύειν τὰ πονοῦντα μέρη τῆς νεὼς* ut reficerent labefactatas partes navis. ibid. XII. 32. *τὰς δὲ* (*τριήρεις*) *πεπονηκυίας ἐθεράπευον.*) a *πόνος labor.* Passivum *πονέομαι* contracte *πονοῦμαι fio, elaboror,* etiam *quassor, debilitor, vitior, usu conteror.* Legitur hoc verbum Hebr. XII. 27. ex conjectura L. Bosii, qui in Exercitatt. Philol. in N. T. p. 261. loco *ὡς πεποιημένων,* quod habent omnes hucusque collati codices, levi mutatione *ὡς πεπονημένων* reponendum esse judicat. Facilis autem fuit hæc permutatio, cum duæ hæ voces nonnisi unica lineola litteræ *ν* differant. Hinc etiam Gronovius apud Lucianum de Saltatione c. XXI. in verbis *τοῦτο ἔργον πεποιημένων* eodem modo legi jubet *πεπονημένων.* Cæterum multis ingeniosam illam L. Bosii conjecturam locis similibus e scriptoribus Græcis collatis defendit Wakefield in Silva Critica P. III. p. 169 seq.

ΠΟΝΗΡΙ'Α, *ας, ἡ,* 1) proprie: de *omnibus rebus* adhibetur, *quæ sunt morbosæ, mancæ, corruptæ nec integræ,* aut *aliis sunt molestæ,* a *πονηρὸς,* quod vide. Hinc apud Alexandrinos non solum de *acerbitate fructuum corruptorum* usurpatur, Jer. XXIV. 8. *τὰ σῦκα τὰ πονηρὰ, ἃ οὐ βρωθήσεται ἀπὸ πονηρίας αὐτῶν,* sed etiam ad *omnis generis molestias, miserias, ærumnas, calamitates,* Ies. X. 1. Neh. I. 13. Cohel. VI. 1. XI. 11. transfertur. Hesych. *πονηρία· ἐπιπονία.* Etiam verbum *πονεῖσθαι* de *ægrotantibus* usurpatur apud Theodotionem (Jerem. XXIX. 17. Vulg. *eo, quod pessimæ sint*) et Thucyd. II. c. 51. Hinc, ut omnia verba, quæ infirmitatem corporis et imperfectionem physicam significant, ad animum ita transfertur, ut mox *vitiositatem, pravitatem,* latiori sensu sumtam, mox vero speciatim *malitiam,* h. e. *nocendi aliis cupiditatem, malignitatem, versutiam, malum animum* significet. In posteriori notione legitur Matth. XXII. 18. *γνοὺς δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν πονηρίαν αὐτῶν* Jesus vero, malum eorum animum animadvertens, coll. v. 15. Marc. VII. 22. *πονηρίαι, δόλος.* Luc. XI. 39. *ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας.* Rom. I. 29. ubi Vulgatus voce *malitia* usus est. 1 Cor. V. 8. *κακίας καὶ πονηρίας* vitiositatis et malignitatis. In priori vero significatione reperitur Act. III. 26. *ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν* si a sua quisque vitiositate descisceret. Pluralis *πονηρίαι* positus est h. l. pro singulari, ut Marc. VII. 22. Ephes. VI. 12. *πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας,* pro *πρὸς τὰ πνεύματα τὰ πονηρὰ* contra genios malos. Sæpius non legitur in N. T. In versione Alexandrina respondet Hebraico אָוֶן *malitia, iniquitas.* Ies. X. 1. הֵרַע *male et impie agere.* Ies. I. 16. *παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν.* יֵצֶר *figmentum.* Deut. XXXI. 21. רַע et רָעָה *malitia.* Ies. VII. 16. LIX. 7. Jerem. XXIII. 11. XXXIII. 5.

ΠΟΝΗΡΟ'Σ, *ὰ, ὸν,* (quod bene

distinguendum est a πόνηρος, quod significat *laboriosum*, *ærumnosum*, *multum patientem molestiæ*, mutato accentu discriminis causa, quod idem fit in synonymo μοχθηρὸς et μόχθηρος. Confer Eustathium ad Homer. Iliad. II. 765.) 1) proprie: *morbosus*, *ægrotus*, *morbo affectus*, *vitiosus*, *vitio laborans*, *mancus*, *imperfectus*, *corruptus*, et generatim: *a perfectione et bonitate*, *quam natura attingere potest*, *remotus*, a πονῶ, vel πονοῦμαι *ægroto*. Vide supra ad πονηρία dicta. Sic legitur in N. T. Matth. VI. 23. ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ sin oculi tui morbo quodam laborant, seu affecti sunt. Opponitur v. 22. ὁ ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς *oculus sanus*, *integer*. Simili modo etiam nos: **ein böses Auge**, *a bad eye*, pro **ein krankes Auge**, *a diseased eye*, ponere solemus et apud Platonem sæpe σῶμα πονηρὸν de corpore ægroto, et πονηρῶς ἔχειν pro ægrotare ponitur. Justinus Mart. Apol. I. p. 34. ed. Thirlb. ἐκ γενετῆς πονηροὺς ὑγιεῖς πεποιηκέναι. Apud Joh. Chrysostomum Exposit. in Ps. 43. T. III. Opp. p. 164. C. 2. πονηρὸς pro *cæcutiens* ponitur. Confer Foësii Œcon. Hipp. p. 315. et Schwarzium ad Olearium de Stilo N. T. pag. 323. Matth. VII. 17, 18. καρποὺς πονηροὺς fructus malos, h. e. inutiles, corruptos, et nullius pretii. Luc. XI. 34. Jerem. XXIV. 18. τὰ σῦκα τὰ πονηρά. Genes. XLI. 19. βόες πονηραὶ καὶ αἰσχραὶ τῷ εἴδει σφόδρα. 2) metaphorice: *impius*, *scelestus*, *malus*, *improbus*, speciatim: *malignus*, *aliis nocendi cupidus*, et, si de rebus adhibetur: *pravus*, *perversus*, *legibus divinis pariter ac humanis contrarius et repugnans*. Matth. V. 37. τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν quod ultra adjungitur, legibus repugnat divinis. (Alii, sed sensu eodem, vertunt: e malo genio proficiscitur.) ibid. v. 45. ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς. ib. IX. 4. ἱνατί ὑμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; quare tam prave de me judicatis? seu, quomodo me impie locutum esse credatis? Conf. v. 3. ib. XII. 34, 35. ubi ter legitur et ὁ πονηρὸς θησαυρὸς animum, vitiositate depravatum, τὰ πονηρὰ impia dicta et facta significat. ibid. v. 39. γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλίς. ibid. v. 45. XIII. 49. ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων. ib. XV. 19. διαλογισμοὶ πονηροί. ib. XVI. 4. XVIII. 32. Marc. VII. 23. Luc. III. 19. περὶ πάντων ὧν ἐποίησεν πονηρῶν propter omnia scelera, quæ commiserat. ibid. VI. 35 et 45. VII. 21. πνευμάτων πονηρῶν morbis, a geniis malis effectis. Luc. VIII. 2. XI. 26, 29. Joh. III. 19. VII. 7. Act. XVII. 5. XVIII. 14. XIX. 12, 13, 15, 16. XXVIII. 21. ἐλάλησέ τι περὶ σοῦ πονηρὸν locutus est quicquam de te mali. 1 Cor. V. 13. τὸν πονηρὸν incestuosum illum. Galat. I. 4. Coloss. I. 21. 1 Thess. V. 22. 2 Thess. III. 2. 1 Tim. VI. 4. 2 Tim. III. 13. Hebr. III. 12. X. 22. Jacob. II. 4. Vide κριτής. ibid. IV. 16. 1 Joh. III. 12. V. 19. 2 Joh. v. 11. Æschin. Socr. Dial. I. 3. II. 2. Apud Ælianum V. H. II. 11. Thyestæ epulæ dicuntur πονηρὰ δεῖπνα. Hesych. πονηρός· κακὸς, δεινὸς, κακοῦργος. 3) speciatim: *qui injuriam aliis infert*, *alios infestat*, *nulla juris ratione habita*, *auctor cujusvis injuriæ*. Matth. V. 39. ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ ego autem vobis edico: ne illico ulciscamini injuriam vobis illatam. Ita רָשָׁע usurpatur Exod. II. 13. ubi Alexandrini ἀδικῶν reddiderunt; coll. 2 Sam. IV. 11. ubi πονηρὸς transtulerunt. 4) *tenax*, *avarus*, etiam ex adjuncto: *invidus*. Matth. VII. 11. ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες vos, qui tamen estis avari. ibid. XX. 15. ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; aut cur invides aliis meam erga illos benignitatem? Potest quoque verti: aut cur oculus tuus *indignatione plenus est* s. *indignationem prodit*? Ita enim πονηρὸς quandoque sumitur apud LXX, v. c. 1 Sam. XVIII. 8. et Nehem. IV. 7. ubi τῷ חָרָה *exardere ira* respondet. Marc. VII. 22. ὀφθαλμὸς πονηρὸς invidia, quæ se oculis prodit. Theophyl. ad h. l. ὀφθαλμὸν πονηρόν φησιν ἢ τὸν φθόνον, ἢ τὴν ἀκολασίαν. Sic quoque Virgil. Æn. V. 654. invidis tribuit oculos malignos, et invidia malignitas dicitur ab Ovid. Trist. IV. 10. 126. Luc. XI. 13. Sirac. XIV. 10. ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ' ἄρτῳ. ibid. XXXI. 14. μνήσθητι ὅτι κακὸν ὀφθαλμὸς πονηρός. ibid. XIV. 5. ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ sordide avarus, qui durius tractat corpus suum. Ita etiam Prov. רַע עַיִן usurpatur de sordide avaro. Prov. XXIII. 26. coll. XXII. 9. et XXVIII. 22. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 331. 5) *periculosus*, (Xenoph. Anab. VII. 4. 8. ὅτι ἐν πονηροῖς τόποις σκηνῷεν, καὶ πλησίον εἶεν οἱ πολέμιοι.) et speciatim: *periculosus virtuti*. Ephes. V. 16. ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι hac enim nostra ætate multa sunt virtutis christianæ impedimenta et multæ vitiositatis illecebræ. 6) πονηρὸν *molestum*, *noxium*, *quod detrimentum affert*, et opponitur τῷ ἀγαθῷ *utili*, *salutari*. Rom. XII. 9. ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν fugite omnia, quæ sunt aliis molesta et noxia: sequitur enim: κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ veræ aliorum utilitati omnibus modis consulite et prospicite. Cohel. I. 13. περισπασμὸν πονηρὸν occupationem molestam. ibid. IV. 8. V. 13. Aristoph. Plut. v. 352. πονηρὸν τὸ φορτίον onus molestum. Hesych. πονηρόν· ἐπίπονον, κακοπαθῆ. 7) *calamitosus*. τὸ πονηρὸν *calamitas*, *miseria*, *malum*, *maxime ob religionem christianam perferendum*, i. q. πειρασμὸς, cum quo etiam permutatur Matth. VI. 14. et Luc. XI. 4. Joh. XVII. 15. ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ sed ut eos in variis calamitatibus (vide v. 14.) constantes et incolumes præstes. Ephes. VI. 13. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ tempore calamitoso, cum immineant calamitates ob professionem religionis christianæ. Chrysost. in Ps. XLIX. τὴν πονηρὰν ἡμέραν ἡ γραφὴ καλεῖ τὴν τῶν συμφορῶν, τὴν τῶν κολάσεων, τὴν τῶν περιστάσεων. 2 Tim. IV. 18. ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ ex omnibus calamitatibus et malis, seu ex omnibus periculis vitæ. Genes. XLVII. 9. μικραὶ καὶ πονηραὶ γεγόνασιν αἱ ἡμέραι. Ps. XXXVI. 20. ἐν καιρῷ πονηρῷ tempore calamitoso. Amos V. 13. Micha II. 3. Sirac. LI. 16. Conf. quoque Suidam in Ἡμέρα πονηρά. Hinc 8) κατ' ἐξοχὴν Satanas in N. T. dicitur, qui, ut auctor omnis vitiositatis et scelerum omnium, tia etiam princeps et auctor omnium calamitatum et malorum a Judæis credebatur, unde etiam Jesus et apostoli ab eo origines omnis vitiositatis non solum et veræ virtutis christianæ impedimentorum, sed etiam calamitatum et persecutionum, ob religionis christianæ professionem a gentilibus et Judæis christianis perferendarum et omnino omnium, quibus christiani olim ad deserendam religionem christianam sollicitari poterant, per συγκατάβασιν repetere solebant. Matth. XIII. 19. ἔρχεται ὁ πονηρὸς, coll. Marc. IV. 15. ἔρχεται ὁ Σατανᾶς, et Luc. VIII. 12. Matth. XIII. 38. οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ filii diaboli, h. e. vitiosi et scelesti homines. Ephes. VI. 16. coll. v. 11. 2 Thess. III. 3. 1 Joh. II. 13, 14. III. 12. coll. v. 8. V. 18. Non male itaque Fischerus in Prolus. XII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 310. ju-

dicavit, de diabolo etiam explicari commode posse verba orationis dominicæ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, Matth. VI. 13. et Luc. XI. 4. nec huic interpretationi adversari verbum ῥύεσθαι, quod generatim significat: *liberare aliquem et tueri ab insidiis, impetu et vi alicujus*, ut infra s. h. v. pluribus demonstrabitur. 9) *qui officio suo non satisfacit, infidelis, ignavus*, i. q. ἄπιστος. Matth. XXV. 26. πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ, coll. Luc. XIX. 22. πονηρὲ δοῦλε. Aristoph. Ran. 743. Philem. Fragm. p. 368. πονηρὸς ἂν ᾖ δοῦλος, εὑρήσῃ δίκην. Herodian. I. 13. 6. πρὸς τὸν θάνατον ἐκδώσεις πονηρὸν οἰκέτην. Joseph. A. J. II. 4. 5. et XVI. 9. 4. Eodem modo usurpatur רָשָׁע Prov. XIII. 17. ubi מַלְאָךְ רָשָׁע opponitur τῷ צִיר נֶאֱמָן et צִיר אֱמוּנִים c. XXV. 13. Xenoph. Hist. Gr. VI. 4. 10. πονηρὸν ἱππικόν. 10) *homo vilis, de plebe*. Matth. XXII. 10. συνήγαγον πάντας, ὅσους εὗρον, πονηρούς τε καὶ ἀγαθοὺς congregarunt, quotquot repererunt, omnis generis homines, nobiles et ignobiles. 11) *malignus*, bösartig, *malignant*. Apoc. XVI. 2. ἕλκος κακὸν καὶ πονηρὸν ulcus malum et malignum. 2 Paral. XXI. 15. ἐν μαλακίᾳ πονηρᾷ. Job. II. 7. ἕλκει πονηρῷ. Vulg. *ulcere pessimo*. 12) *abominabilis*. Luc. VI. 22. καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν atque improbissimorum hominum nomine vos traduxerint, seu, et vos nonnisi cum exsecratione nominent. Vide supra dicta ad ἐκβάλλω. Syrus, qui transtulit: ܐܝܟ ܒܝܫ̈ܐ tanquam malorum, non videtur legisse ὡς πονηρῶν, sed sensum tantum expressisse. Simili ratione πονηρὸς usurpatum legitur apud Alexandrinos Genesis XXVIII. 8. ὅτι πονηραί εἰσιν αἱ θυγατέρες Χαναὰν ἐναντίον Ἰσαὰκ quod abominaretur Isaacus filias Chanaan. 13) *sinister, iniquus, adversus*, nachtheilig, *hurtful*. Hinc ῥῆμα πονηρὸν est *sinistrum et iniquum de aliis judicium, criminatio omnis generis*, et εἰπεῖν ῥῆμα πονηρὸν κατά τινος notat: *criminari aliquem*. Matth. V. 11. καὶ εἴπωσι πᾶν ῥῆμα πονηρὸν καθ' ὑμῶν et falsas criminationes contra vos attulerint. Hinc in versione Alexandrina τὰ πονηρὰ respondet Hebraicæ formulæ דִּבָּה רָעָה *fama mala*. Num. XIII. 32. XIV. 37. 3 Joh. v. 10. λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς conviciis nos proscindens. Huc etiam commode referri possunt loca, supra jam laudata, sed ad aliam significationem revocata: Act. XXVIII. 21. οὔτε παραγενόμενός τις τῶν ἀδελφῶν ἀπήγγειλεν ἢ ἐλάλησέ τι περὶ σοῦ πονηρὸν neque popularium quisquam advenit, qui de te mali quicquam nunciaverit, aut dixerit. 1 Tim. VI. 4. ὑπόνοιαι πονηραὶ suspiciones iniquæ. Judith. VIII. 7. καὶ οὐκ ἦν ὃς ἐπήνεγκεν ἐπ' αὐτὴν ῥῆμα πονηρὸν, ὅτι ἐφοβεῖτο τὸν Θεὸν σφόδρα tanta erat ejus pietas, ut nemo eum calumniari valeret. ibid. v. 8. καὶ ἤκουσεν τὰ ῥήματα τοῦ λαοῦ τὰ πονηρὰ ἐπὶ τὸν ἄρχοντα κ. τ. λ. Xenoph. Hist. Gr. I. 5. 10. πονηρῶς φερόμενος de quo sinistri rumores feruntur. Diod. Sic. XIII. 74. ubi videndus Wesselingius. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟ'ΝΟΣ, ου, ὁ, 1) *labor*, sive sit *corporis*, sive *animi*, *studium et opera, alicui rei impensa*, a præt. med. πέπονα, verbi πένομαι *facio, ago*. Ita vero tantum in exterorum scriptis legitur, v. c. apud Æschin. Socr. Dial. I. 11. III. 21. Eurip. Phœniss. v. 736. ἀλλὰ τοῦθ' ὁρῶ πολλοῦ πόνου. ibid. v. 1430. παρεστὼς πόνος. Suid. πόνος· σπουδὴ, ἐπίτασις. Jam, quia labores fere molestiam et defatigationem comitem habent viresque adeo corporis ac animi absumunt, hinc πόνος etiam 2) per metonymiam subjecti pro adjuncto *omnem molestiam, fatigationem, ærumnam, miseriam, dolorem*, (v. c. e *vulnere* apud Symm. Job. XVI. 6.) *mærorem, anxietatem, cruciatum* significat. Hesych. πόνος· ἄλγος, ἐνέργημα ὀδύνης. Sic ter tantum in N. T. legitur. Apoc. XVI. 10 et 11. ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν. ibid. XXI. 4. Adde Alexandrinos Genes. XXXIV. 25. Job. IV. 5. 2 Paral. VI. 28. Num. XXIII. 21. Sirac. III. 28. Æschyli Prometh. v. 47. coll. v. 471. Eurip. Phœn. v. 450. Æschin. Socr. Dial. III. 7. Confer Perizonium ad Ælian. V. H. V. 6. Gloss. Vet. πόνος, *dolor*.

ΠΟΝΤΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, vel ΠΟΝΤΙΚΟ'Σ, οῦ, ὁ, *Ponticus*, vel idem, quod *marinus*, a πόντος *mare*, vel *Ponti regionis incola*, seu *ex Ponto oriundus*, a Πόντος *Pontus*, quod vide. Ita dicitur de Aquila, quod genere fuit Ponticus. Act. XVIII. 2. Est et pars Cappadociæ, Ponto Euxino adjacens, quæ *Pontica* appellatur.

ΠΟ'ΝΤΙΟΣ, ου, ὁ. *Pontius*. Prænomen familiæ præsidis, vel procuratoris Judææ, cujus cognomen erat Pilatus, de quo vide supra ad vocem Πιλάτος. Romani communiter tria habebant nomina, prænomen, nomen et cognomen. *Pontius*, nomen Latinum, est usitatum Romanis; unde apud Valerium Maximum legitur de *Pontio*, centurione quodam, Lib. III. c. 8. de *Pontio Aufidiano*, Lib. VI. c. 1. et de *Pontio Lupo*, Lib. VIII. c. 7. Legitur in N. T. tantum Matth. XXVII. 2. Luc. III. 1. Act. IV. 27. 1 Tim. VI. 13. Alberti Glossar. Gr. N. T. p. 22. Ποντίου· κλίναντος βουλήν, ubi videndus Alberti.

ΠΟ'ΝΤΟΣ, ου, ὁ. *Pontus*. Generatim omnis pars Asiæ minoris, seu lata illa regio Natoliæ dicitur, sita ad mare Ponticum, quod et Euxinum appellatur, Asiam et Europam disterminans, 1 Petr. I. 1. per synecdochen vero Cappadocia minor, Act. II. 9. Vide Er. Schmidium in h. l. Sic dicta quibusdam videtur a quodam rege, Ponto, Nerei, s. Neptuni filio. Potius vero ab ipso Ponto Euxino nomen habet. Conf. Cellarii Geogr. Plen. Lib. III. c. 8. s. 3. § 63. p. 271. Πόντος apud Græcos etiam *mare* denotat; unde ποντοπορέω *navigo*, Prov. XXX. 19. Ποντοπόρος est πέλαγος διαπορευομένη, πελαγοδρόμος, interprete Hesychio, et ποντόβροχος *mari submersus* (ὑπὸ θαλάσσης βρεχόμενος, ut Suidas interpretatus est. 3 Macc. VI. 4.) dicitur. Suid. πόντος· κυρίως μὲν ὁ ἔνδον τῆς Χεῤῥονήσου, ὁ καὶ Εὔξεινος (ita enim legendum videtur e Gloss. Brem. loco impressi καὶ τοῦ Εὐξείνου) καλούμενος, καταχρηστικῶς δὲ πᾶσα ἡ θάλασσα. Hesych. Πόντος· θάλασσα, πέλαγος. Conf. Alex. Exod. XV. 5.

ΠΟ'ΠΛΙΟΣ, ίου, ὁ. *Publius*. Est nomen viri Latinum, qui semel memoratur in N. T. Act. XXVIII. 7. *Publius* q. publicus, quod dicitur q. populicus, qui populo gratus est.

ΠΟΡΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *profectio ipsa, ambulatio, incessus*, item *via, iter*, a πορεύομαι *proficiscor*. Luc. XIII. 22. πορείαν ποιούμενος εἰς Ἱερουσαλὴμ iter faciens, seu dirigens Hierosolymam. Æschin. Socr. Dial. III. 20. θάρσος τῆς ἐκεῖσε πορείας animus ad proficiscendum illuc, nempe ad inferos. Plato Ep. 7. Diod. Sic. IV. 19. πορείαν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ποιούμενος. ibid. XIV. 83. Herodian. III. 4. 1. Alexandrini sæpe hac voce usi sunt pro מַהֲלָךְ *iter, profectio*, Jon. III. 3, 4. Neh. II. 6. et מוֹצָא *exitus*. Num. XXXIII. 2. Adde Tob. VII. 10. 2 Macc. III. 8. ἐποιεῖτο τὴν πορείαν. ibid. XII. 10. Hesych. αἱ πορεῖαι αἱ ὁδοί. Hinc τὰ πορεῖα dicuntur Græcis, *quæ sunt ad iter fa-*

ciendum necessaria, τὰ εἰς πορείαν χρήσιμα, interprete Suida. Ita Gen. XLV. 17. ed. Ald. γεμίσατε τὰ πορεῖα ὑμῶν. ubi alii libri φορεῖα et φορτία habent. 2) metaphorice: *vita, vivendi ratio, occupationes, negotium, mores, actiones, studium*. Sic legitur in N. T. Jacob. I. 11. ὁ πλούσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτοῦ μαρανθήσεται dives enim in mediis suis negotiis et occupationibus, recreationibus, etc. lenta quasi labe consumetur et peribit. (Pro πορείαις in uno codice legitur πορίαις, (quod *affluentiis, divitiis* interpretantur) probantibus Erasmo, Wetstenio atque Luthero adeo, recte autem repudiatum a Griesbachio, cum omnis Græcia ignoret vocem πορία, et, si hoc voluisset, a Jacobo εὐπορίαις scribendum fuisset.) Jerem. X. 23. οὐδὲ ἀνὴρ πορεύσεται καὶ κατορθώσει πορείαν αὐτοῦ. Prov. II. 7. Sirac. XLIII. 16. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΡΕΥ´Ω, fut. εύσω, in activo: *transfero, transporto, ire*, vel *venire facio alterum, mitto, adduco, trajicio*, a πόρος *transitus*, hócque a præt. med. πέπορα, verbi πείρω *transeo*. Eurip. Hecub. v. 447. ποῖ με τὰν μελέαν πορεύσεις; ubi scholiastes recte observat, πορεύομαι ἐγὼ, καὶ πορεύω ἕτερον, nec refragante Eustathio p. 1436. lin. 36. Adde Eurip. Med. v. 180. et Hippolyt. v. 755. ac Plat. Phæd. p. 107. At Πορεύομαι, εύσομαι, in medio generatim notat: *me ex uno loco in alterum transfero, me ire*, vel *venire facio*, i. e. 1) *iter facio, proficiscor*. Matth. II. 8, 9. Luc. II. 41. ἐπορεύοντο solebant proficisci. 1 Cor. XVI. 4, 6. ut vos me comitemini, οὗ ἐὰν πορεύωμαι quocunque iter faciam. Luc. I. 39. ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινήν. ibid. IX. 51, 53. Act. XVI. 7. XIX. 21. Rom. XV. 24, 25. 1 Tim. I. 3. 2 Tim. IV. 10. Jacob. IV. 13. etc. 2) *eo, abeo ad aliquem*. Matth. XVII. 27. πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν ad mare abito. ibid. XVIII. 12. XIX. 15. XXI. 6. etc. 3) *abeo, discedo*. Matth. VIII. 9. πορεύθητι καὶ πορεύεται abi et abit. Opponitur τῷ ἔρχεσθαι. ibid. XXV. 41. πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ. ibid. XXIV. 1. ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ. Act. XVI. 36. πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ abeatis in pace. ibid. XXIV. 25. Genes. VIII. 3. πορευόμενον ἀπὸ τῆς γῆς. Judd. V. 10. Hesych. πορεύου· ἄπιθι, ὕπαγε. 4) *adeo, venio ad aliquem*. Luc. XI. 5. καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου eumque media nocte adeat. Cf. Alex. Deut. XX. 3. Jos. VIII. 11. 5) ut הָלַךְ (1 Sam. II. 20. XXIII. 18.) *revertor, redeo*. Matth. II. 20. πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ. redi in terram Israëliticam. Joh. XIV. 28. ὅτι πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα me ad patrem rediturum esse. ibid. XVI. 28. Act. I. 10. πορευομένου αὐτοῦ, scil. εἰς τὸν οὐρανὸν, illum in cœlum, seu ad Deum redeuntem. ibid. v. 11. 1 Petr. III. 22. Hinc Alexandrini usi sunt hac voce pro שׁוּב *redire, reverti*. Genes. XLIII. 2. 1 Sam. I. 19. 6) passive usurpatur: *abripior, abducor*, ut sit i. q. ἀπάγομαι. Luc. VIII. 14. καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται et a nimiis et anxiis curis divitiarum et voluptatibus vitæ illicitis abrepti suffocantur. Conf. Abresch. ad Æschylum p. 575. Varias hujus loci, qui multum exercuit interpretum ingenia, explicationes recensuit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 113. p. 436 seq. 7) *augmentum, incrementum capio, procedo, magis in dies augeor*, in utramque partem. Act. IX. 31. αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι κ. τ. λ. πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου cœtus vero christiani, etc. adaucta eorum pietate in Deum. Sic etiam apud Alexandrinos πορεύεσθαι quandoque reperitur, v. c. 1 Sam. XIV. 19. ἦχος ἐν τῇ παρεμβολῇ τῶν ἀλλοφύλων ἐπορεύετο πορευόμενος. 2 Sam. III. 1. ὁ οἶκος Δαβὶδ ἐπορεύετο καὶ ἐκραταιοῦτο, καὶ ὁ οἶκος Σαοὺλ ἐπορεύετο καὶ ἠσθένει, ubi ἐπορεύετο recte vertendum est: *magis magisque*. Plato in Gorgia p. 281. experientia facit τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορεύεσθαι κατὰ τέχνην ætatem nostram secundum artem procedere. Idem in Alcibiade I. p. 36. ἕως ἂν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴῃς donec in melius proficias. Alia exempla e Græcis scriptoribus collegit Georgius in Vindic. N. T. ab Hebraismis Lib. II. c. 2. § 37. p. 140. et Schwarzius in Comment. Ling. Gr. p. 1140 seq. 8) *ex vivis discedo, morior, fatis concedo*. Luc. XXII. 22. καὶ ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον filius quidem hominis interficietur ex decreto divino. Joh. XIV. 2. πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν morior eo consilio, ut vobis spem certissimam faciam felicitatem æternam consequendi. ibid. v. 3. καὶ ἐὰν πορευθῶ nam, ubi mortuus fuero. Subintelligendum autem est post πορεύομαι, in hac significatione adhibitum, verbum τελευτᾷν, quod additur Gen. XXV. 32. aut supplenda est formula ἐν ὁδῷ πάσης τῆς γῆς, ut plene legitur 1 Reg. II. 2. Job. XVI. 22. et μετὰ τῶν πατέρων. 1 Paral. XVII. 11. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 241. Vechneri Hellenolex. Lib. II. c. 5. pag. 483. et Palairet. Obss. Philol. p. 207. 9) *vivo, vitam meam instituo*, in utramque partem, etiam *ago, negotia mea tracto*. Luc. I. 6. πορευόμενοι ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς convenienter viventes omnibus præceptis divinis. ibid. XIII. 33. πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι igitur per breve illud tempus, quod mihi superest, negotia mea peragam. Syrus post αὔριον verbum ἐργάζεσθαι addidit, hoc sensu: veruntamen oportet me hodie et cras operari, et die alio ibo, h. e. moriendum mihi erit. Conf. n. 8. ibid. XXI. 8. Act. XIV. 16. Deus sivit omnes gentes πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, h. e. vivere suo more, suis institutis uti. 1 Petr. IV. 3. πορευομένους ἐν ἀσελγείαις lasciviæ omnis generis indulgentes. 2 Petr. II. 10. III. 3. Jud. v. 11, 16, 18. Ezech. V. 6. ἐν τοῖς νόμοις μου οὐκ ἐπορεύθησαν ἐν αὐτοῖς. 1 Reg. VIII. 61. ὁσίως πορεύεσθαι ἐν τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ. Sirac. V. 2. 1 Macc. VI. 23, 59. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. VI. p. 194 seq. et Georgii Vindic. Lib. II. c. 2. § 36. p. 139. 10) interdum, aliis verbis additum, pleonastice ponitur, v. c. Matth. IX. 13. Luc. VIII. 14. 1 Petr. III. 19. etc. Solent Hebræi eodem modo verbum הָלַךְ aliis verbis jungere, v. c. 2 Sam. III. 1. Jon. I. 11, 13. — De formula πορεύεσθαι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον, quæ Act. I. 25. de Juda, proditore Christi, adhibetur, vide dicta ad vocem τόπος.

ΠΟΡΘΕ´Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *everto, vasto, diruo, depopulor*, a perf. med. πέπορθα, verbi πέρθω *vasto, depopulor, diruo*. Hesych. πορθεῖν· προνομεύειν, ὀλλύειν. Gloss. N. T. ἐπόρθει· κατέστρεφεν. Demosthenes p. 1157. 11. ed. Reisk. πορθουμένην ὁρῶντες τὴν ἐμὴν οἰκίαν. Eurip. Phœn. v. 505. 524. 583. 617. Hinc metaphorice 2) *oppugnare, infestare, insectari hostiliter, vexare, persequi et omnibus modis aliquid impedire, aut minuere conari* notat. Act. IX. 21. οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν Ἱερουσαλὴμ τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο; nonne hic ille est, qui admodum vexavit et persequutus est Hierosolymis omnes, qui hanc doctrinam profitebantur? Conf. cap. XXII. 4. Galat. I. 13. ἐπόρθουν αὐτὴν, sc. τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, et vexabam eos: ubi conjungitur cum voce διώκειν tanquam ἰσοδύνα-

μον. ibid. v. 23. *νῦν εὐαγγελίζεται τὴν πίστιν, ἥν ποτε ἐπόρθει* nunc tradet religionem christianam, cujus propagationem olim impedire conabatur. Conf. Wesselingium ad Diodor. Sic. Lib. XI. c. 32. Tom. I. p. 429. et Munthe in Observatt. e Diodor. Sic. in N. T. p. 357. Hesychius: *ἐπόρθουν· κατέσκαπτον, ἐδίωκον.* Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΡΙΣΜΟ`Σ, *οῦ, ὁ, ipsa actio acquirendi, acquisitio, lucrum, quæstus,* etiam per metonymiam, ut *χρηματισμὸς,* (apud Dionys. Hal. Ant. III. 5.) *res ipsa, quæ lucrum et quæstum affert, certe afferre videtur.* Est verbale a prima pers. præt. pass. *πεπόρισμαι,* verbi *πορίζω,* quod in activo pariter ac in medio significat: *quæstum et lucrum facere, comparare sibi aliquid.* (Hesych. *πορίζει· κερδαίνει.* Æschin. Socr. Dial. II. 7. 35, 36. III. 11. Xenoph. Mem. II. 8. 1. Conf. Küsterum de Verbis Mediis I. 30. p. 34. et Clericum de Verbis Græcorum Mediis S. XL. p. 145.) Bis tantum in N. T. legitur. 1 Tim. VI. 6. *ἔστι δὲ πορισμὸς μέγας ἡ εὐσέβεια* summam felicitatem et insignia commoda affert vera in Deum pietas. ib. v. 5. *νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν* qui religionem christianam quæstui suo servire existimant. Zonaras Lex. col. 1563. *πορισμὸν, κέρδος. ἀπόστολος· νομιζόντων πορισμὸν εἶναι τὴν εὐσέβειαν. τοῦτο λέγει ὑποκρίνονται τὴν εὐσέβειαν, ἵνα δι' αὐτῆς ἐρανίζωνται πορισμὸν, οἷον χρημάτων καὶ κέρδους.* Legitur præterea in libro Sapientiæ XIII. 19. *περὶ δὲ πορισμοῦ καὶ ἐργασίας.* ib. XIV. 2. et apud Porphyr. de Abstinent. III. 23. Plutarch. Cat. maj. p. 351. D. et de Amor. Divit. p. 524. D. Philon. de Vita Mosis Tom. II. p. 167. 10. Polluc. Onom. IV. 34.

ΠΟ'ΡΚΙΟΣ, *ου, ὁ. Porcius.* Nomen Festi, præsidis Judææ, vel origine Græcum, idem quod *πορκεὺς, έως, ὁ, piscator,* a *πόρκος, ου, ὁ, rete piscatorium,* vel Latinum, ortum a *porco.* Semel tantum reperitur in N. T. Act. XXIV. 27. *Πόρκιον Φῆστον.*

ΠΟΡΝΕΙ'Α, *ας, ἡ.* Vocabulum hoc latissime patet et non solum *scortationem, fornicationem, stuprum, prostitutionem corporis, vel quæstus, vel libidinis causa,* sed etiam *omnis generis impudicitiam, quocunque modo se exserat, incestum, adulterium,* interdum adeo *libidinem procreandi naturalem et omnibus ingeneratam, quatenus ad incestam et illicitam consuetudinem sollicitare homines valet,* significat, ut adeo in singulis locis N. T. vel omnes hæ notiones, aut pleræque conjungendæ sint, aut ex oratione contexta definiendum sit, de quonam impudicitiæ genere *πορνεία* accipiendum sit. Descendit a *πόρνη scortum.* Matth. V. 32. *παρεκτὸς λόγου πορνείας* adulterii crimine tantum excepto. ibid. XV. 19. *πορνεῖαι* a *μοιχεῖαι* ita distinguitur, ut illud de *scortatione* et *fornicatione* tantum et *aliis impudicitiæ generibus,* adulterio tantum excepto, accipiendum sit. ibid. XIX. 9. *μὴ ἐπὶ πορνείᾳ* extra caussam *adulterii.* Conf. de hac significatione Seldenum de Uxore Hebræa Lib. III. c. 23. p. 348. et Salmasium de Fœnore Trapezitico p. 127. Marc. VII. 21. *μοιχεῖαι, πορνεῖαι.* Rom. I. 29. *πορνείᾳ impudicitia omnis generis;* ubi in duobus codicibus ante *πορνείᾳ* additum legitur *ἀκαθαρσίᾳ,* quod merum glossema sapit: nisi *πορνείαν* h. l. de *adulterio,* præeunte Zonara in Can. XIX. Basil. (cujus verba laudat Wetstenius N. T. T. II. p. 27.) interpretari aliquis malit. 1 Cor. V. 1. *ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται,* ubi *πορνεία,* ut e sequentibus apparet, de *incestu* explicandum est; sed ib. VI. 13, 18. latius patere et Paulus de quavis illicita consuetudine, sive fiat libidinis explendæ, sive turpis quæstus causa, sive inter personas solutas, sive matrimonio junctas, cogitasse videtur. Idem valet de locis Ephes. V. 3. Coloss. III. 5. 1 Thess. IV. 3. 1 Cor. VII. 2. *διὰ δὲ τῆς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω* propter *libidinem procreandi naturalem* (ut scilicet hæc licite et sine peccato exerceatur, nec ad illicitam consuetudinem aliquam sollicitet: *ἵνα μὴ πειράζῃ τινὰ ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν αὐτοῦ,* ut v. 5. legitur) unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suo marito utatur. Tob. VIII. 7. *οὐ διὰ πορνείαν ἐγὼ λαμβάνω τὴν ἀδελφήν μου ταύτην.* Sic etiam זָנָה pro *libidinem exercere,* Hos. IV. 10. sumi videtur, nec alio modo accipienda videtur locutio Judaica, qua dicebant, solere quosdam uxores ducere לְשֵׁם זְנוּת nomine, seu titulo fornicationis, h. e. explendæ tantum libidinis causa. 2 Cor. XII. 21. *πορνεία scortationem* et *adulterium* tantum complecti videtur, quia inter *ἀκαθαρσίαν* et *ἀσέλγειαν* medium locum obtinet. Corinthii autem libidini venereæ ita deditі erant, ut *τὸ κορινθιάζειν* in proverbium abierit pro *vagis libidinibus deditum esse.* Gal. V. 19. *πορνεία scortatio.* Apoc. IX. 21. *οὐ μετενόησαν ἐκ τῆς πορνείας αὐτῶν* non desierunt libidinem exercere, aut, ut alii vertere malunt: flagitia patrare. Conf. Mal. III. 5. et Psal. L. 18. Suid. *πορνεία· καὶ ἡ ἀκολασία, παρὰ τὸ πεπυρωμένον ἔχειν τὸν νοῦν.* 2) metaphorice: *idololatria,* vel *quæcunque falsa doctrina et religio, qua verus Dei cultus deseritur.* Joh. VIII. 41. *ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα.* Hæc verba, quæ proprie sonant, *non spurii liberi sumus et ex illegitimo concubitu procreati,* h. l. vertenda esse *non sumus idololatræ,* sed posteri Abrahami, qui unum verum Deum colebat, jubent verba, quæ statim sequuntur: *ἕνα πατέρα ἔχομεν τὸν Θεόν.* Quid *πορνεία* significet in locis Act. XV. 20, 29. et XXI. 25. ubi synodus jubet christianos e gentilibus *ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῆς πορνείας,* in diversas abeunt partes interpretes. J. D. Michaëlis (in Introduct. in N. T. Tom. I. p. 207 seq. ed. 4. et in Annotatt. in N. T. P. II. p. 371.) male provocans ad locum Jul. Pollucis Onom. IX. c. 5. s. 34. statuit, *πορνείαν* hic esse nomen adjectivum, quod, sicut *πόρνη,* a *περνάω* seu *πέρνημι vendo* descendens, nihil aliud significare possit, nisi: *venale quid,* adeoque h. l. ubi de cibis sermo est, *carnem venalem* (*πορνείαν σάρκα*), nempe in macello. Nonnulli interpretes de matrimonio cum paganis contracto cogitarunt. Alii, voci *πορνεία* propriam *scortationis* et *impudicitiæ* significationem vindicantes, multi sunt, ut ostendant, fornicationem *ἀδιάφορον* et publice licitam ac permissam apud gentes fuisse. Alii sacrificia meretricia, seu *θυσίαν πορνικὴν* hic prohiberi, contendunt. Vide Heinsii Exercitatt. Sacr. p. 303. Bentleio placuit lectio *χοιρείας, porcina carne,* quam conjecturam probabilem reddit locus Juliani Epist. 63. Alii denique, quibus ego accedere nullus dubito, de metaphorica vocis *πορνεία* significatione cogitarunt, ita, ut significet *idololatriam,* non quidem crassam illam, sed subtiliorem et illa ætate receptam, quæ ad accubitum in *εἰδωλείῳ* et esum *τῶν εἰδωλοθύτων* spectat, ut recte docuit Joh. Seldenus in Uxore Hebræa p. 493. Confirmatur hæc explicatio

loco Apoc. II. 21. coll. v. 20. ibid. IX. 21. coll. v. 20. XIV. 8. XVII. 2, 4. XVIII. 3. XIX. 2. Solemne autem est etiam scriptoribus V. T. verbis, *adulterium* et *scortationem* significantibus, de *idololatriæ studio* et *exercitio* uti, v. c. Judd. II. 17. 1 Paral. V. 25. Ies. I. 21. LVII. 3, 4. Jerem. III. 1. Ezech. XXIII. 3. Hos. I. 2. IV. 12. Nahum III. 4. quia fides, Deo data a populo Israëlitico, idololatriæ studio eodem modo fallebatur, quo fides conjugalis adulterio violari solet, et populus Israëliticus ob arctissimum vinculum, quo cum Deo per veram religionem et summa beneficia divina jungebatur, sæpe cum uxore, a Deo amata, comparari solebat. Suid. πορνεία· ἡ εἰδωλολατρεία. Confer Dan. Henr. Hering D. de voce πορνεία in decreto Apostolico Act. XV. 20, 29. (Hal. 1742. 4. et in Nova Bibl. Brem. Cl. IV. Fasc. II. pag. 289.), qui post L. C. Miegium ostendere conatus est, πορνείαν intelligendam esse de matrimonio cum gentili seu idololatra. Vide etiam, quæ de hac voce scripsit L. L. Nitzsch. in Pr. de sensu et consilio decreti Apostolici Act. XV. Viteb. 1795. 4. ac præ cæteris Nœsselti Exercitatt. ad SS. interpret. p. 102 seq. Sæpius non legitur in N. T.

ΠΟΡΝΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie denotat: *corpus suum alterius libidini quæstus causa prostituere et quasi vendere, prostitutum esse*, a πόρνη *prostibulum*. Ita legitur apud Demosthenem p. 1381. 26. ed. Reisk. τὴν περιφανῶς ἐν ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι πεπορνευμένην, ubi vide sequentia. Deinde vero latius quoque patet et *omnis generis impudicitiam exercere, vagæ libidini indulgere, scortari, adulterium committere, incestuosum esse* significat. Vide ad πορνεία a me dicta. 1 Cor. VI. 18. ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει qui vagæ libidini indulget, suum corpus insigni quadam contumelia afficit. Humani aliquid passi sunt interpretes, qui Paulum h. l. locutum esse existimant de *cinædo, muliebria passo, puero meritorio, parato ad concubitum*, ob locum Æschinis in Orat. in Timarchum p. 173. ed. Genev. 1606. τοῦτον τὸν νόμον (scil. ἄν τις Ἀθηναῖος ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι) ἔθηκε περὶ τῶν μειρακίων, τῶν προχείρως εἰς τὰ ἑαυτῶν σώματα ἁμαρτανόντων. Nimis enim angusta mihi videtur hæc notio pro consilio Pauli, quanquam non ignoro, πορνεύων pro nomine קָדֵשׁ *cinædus* poni ab Alexandrinis Deut. XXIII. 18. 2) metaphorice: *idololatriam sector, deastros colo, cum idololatris ago et familiaritatem contraho*, ita, ut idololatria et crassior illa et subtilior intelligatur, de qua etiam πορνείαν adhiberi in N. T. supra jam docui. 1 Cor. X. 8. μηδὲ πορνεύωμεν, καθώς τινες αὐτῶν ἐπόρνευσαν, coll. v. 7. Sed ob hunc ipsum locum et tautologiæ removendæ causa mallet fortasse aliquis πορνεύειν de *graviorum peccatorum commissione* interpretari, in qua significatione metaphorica Hebraicum זָנָה Psalm. LXXIII. 27. coll. CVI. 39. reperitur. Apoc. II. 14. φαγεῖν εἰδωλόθυτα καὶ πορνεῦσαι. Eadem verba occurrunt quoque v. 20. ejusdem capitis. ibid. XVII. 20. μεθ' ης ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς cum qua scortati sunt reges terræ, h. e. falsæ religioni se addixerunt et deastros coluerunt reges terræ. ibid. XVIII. 3. (ubi tamen πορνεύειν quoque *mercaturam exercere, commercium habere* ob v. 23. significare potest. Cf. Ies. XXIII. 15.) 9. ubi tamen æque ac in præcedente loco πορνεύειν de *fæderibus cum ea initis* explicari potest usu loquendi Hebraico, de quo insignis locus esse videtur Ezech. XVI. 29. ubi Hebr. תַזְנוּת *fornicationes* LXX ideo per διαθήκας interpretatos esse arbitror, quia fœdera cum populis exteris inita speciem scortationis seu idolorum cultus esse existimarunt. Sic quoque זָנָה usurpatur 1 Paral. V. 25. καὶ ἐπόρνευσαν ὀπίσω τῶν θεῶν τῶν λαῶν τῆς γῆς. Jerem. III. 6. ὑποκάτω παντὸς ξύλου, καὶ ἐπόρνευσεν ἐκεῖ. Hos. IX. 1. ἐπόρνευσας ἀπὸ Κυρίου Θεοῦ σου. Ita ἐκπορνεύειν Sir. XLVI. 13. coll. v. 14. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟ'ΡΝΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *scortatrix, quæ corpus suum alterius libidini quæstus causa prostituit et quasi vendit*, a præt. med. πέπορνα, verbi περνάω, seu πέρνημι *vendo*, quia meretrices venundant corpora sua. Demosthen. p. 1384. 1. ἡ τῶν πορνῶν ἐργασία ἥξει εἰς τὰς τῶν πολιτίδων θυγατέρας δι' ἀπορίαν, ὅσαι ἂν μὴ δύνανται ἐκδοθῆναι. Deinde vero latius patet et quamvis *mulierem scortatricem* significat, *quæ rei venereæ operam dat, sive quæstus, sive libidinis causa, impudicam*. Sic legitur in N. T. Mat. XXI. 31, 32. οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι. Luc. XV. 30. καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν qui tua bona cum meretricibus abligurivit. Prov. XXIX. 3. ὃς δὲ ποιμαίνει πόρνας, ἀπολεῖ πλοῦτον. 1 Cor. VI. 15. ποιήσω πόρνης μέλη, pro πορνείας μέλη, concreto posito pro abstracto. ibid. v. 16. ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ qui rem habet cum meretrice. Sirac. XIX. 2. ὁ κολλώμενος πόρναις τολμηρότερος ἔσται. Respondet in versione Alexandrina Hebr. זוֹנָה Genes. XXXIV. 30. XXXVIII. 15. זָרָה *aliena, extranea, adultera*, Prov. V. 3. et קְדֵשָׁה Genes. XXXVIII. 21, 22. Deut. XXIII. 17. 2) *hospita, xenodocha, cauponaria, mulier, quæ nutrimenta parat et vendit et peregrinantes hospitio excipit*. Causa hujus significationis, in N. T. tantum obviæ, latet in Hebraica voce זוֹנָה, quæ, a זון *pascere, alere*, derivata, *cauponam, hospitam* notat, (conf. Jos. II. 1. ubi Chald. recte transtulit: פּוּנְדְקִיתָא) ab Alexandrinis vero Jos. II. 1. VI. 17, 22, 25. πόρνη reddita reperitur, quod eam vel a זָנָה *scortatus est* male derivarent, vel ad Græcum περνάω, s. περνάσκω *alo, alimentum subministro*, respicerent. Hebr. XI. 31. πίστει Ῥαὰβ ἡ πόρνη οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι. Jacob. II. 25. Ῥαὰβ ἡ πόρνη, h. e. πανδοχεύτρια, uti eam appellat Chrysostomus Serm. II. de Pœnitentia. Conf. Fesselii Advers. Sacr. Tom. I. p. 178. 3) metaphorice: *mulier, quæ defecit a vero cultu divino et ad idololatriam non solum ipsa deflexit, sed etiam alios allicere et seducere conatur*. Apoc. XVII. 1. ἡ πόρνη ἡ μεγάλη. ibid. v. 5, 15, 16. XIX. 2. Ita זוֹנָה Ezech. XVI. 34. Ies. I. 21. πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιών; Fortasse tamen in omnibus his Apocalypseos locis a me laudatis Babylon eodem sensu πόρνη dicitur, quo apud Iesaiam XXIII. 16. Tyrus זוֹנָה vocatur, quia nempe fuit propter mercaturam insignis et sicut meretrix lucri ac quæstus (qui Ies. l. l. v. 17, 18. אֶתְנַנָּה *merces meretricia* dicitur) causa cum aliis negotiabatur. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟ'ΡΝΟΣ, ου, ὁ, proprie: *fornicarius*, (ut recte explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 155.) *cinædus, qui muliebria patitur et lucri causa corpus suum alterius libidini prostituit et quasi vendit, puer meritorius*, qui Hebraice קָדֵשׁ et a Græcis ἡταιρηκώς, (vide Diogen. Laërt. Lib. I. § 55. ubi conferendus Menagius, Pollucis Onom. Lib. VI. c. 30.

et Küster. ad Aristoph. Acharnens. v. 603.) etiam πόρνος (Demosth. p. 1489. 3. ed. Reisk.) dicitur, ut multis docuit Rich. Bentleius in Diss. de Epistolis Phalaridis p. 416. Salmasius de Fœnore Trapezitico p. 141. et Zornius in Biblioth. Antiquario-Exeget. T. I. p. 448. a περνάω, vel πέρνημι *vendo*, quia prostibulum masculum venundat quasi corpus suum. Interdum vero latius quoque patet et *impurum cujuscunque generis*, (Pollux Onom. Lib. VI. cap. 36. § 152.) *scortatorem, qui libidinis causa extra matrimonium veneri studet et aut rem habet cum πόρνῃ, aut adulterium committit*, significat. 1 Cor. V. 9, 10, 11. VI. 9. ubi πόρνοι a μοιχοῖς, μαλακοῖς et ἀρσενοκοίταις diserte distinguuntur. Eph. V. 5. πᾶς πόρνος ἢ ἀκάθαρτος. 1 Tim. I. 10. πόρνοις, ἀρσενοκοίταις fornicariis (prostitutis masculis) et masculorum concubitoribus, coll. 1 Cor. VI. 9. ubi Paulus μαλακοὺς junxit cum ἀρσενοκοίταις. Hebr. XII. 16. XIII. 4. Apoc. XXI. 8. et XXII. 15. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Sirac. XXIII. 21, 22.

ΠΟ'Ρ'Ρ'Ω. Adverbium, significans: *procul, longe, porro*, et de *tempore* (Suid. πόῤῥω· ἐπὶ χρόνου τάσσεται. Æschin. Socr. Dial. I. 8. Xenoph. Hist. Gr. VII. 2. 19. Idem Mem. IV. 8. 1. πόῤῥω τῆς ἡλικίας ἦν ætate processerat.) pariter ac de *loci intervallo*, interdum adeo metaphorice de *eo, quod alienum est*, usurpatur, a πρὸ *ante*. Matth. XV. 8. ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ sed animus eorum a me longe alienus est, h. e. mera verba mihi dant, sine animo. Verba sunt desumta ex Ies. XXIX. 13. Job. V. 4. πόῤῥω γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας. ibid. XXII. 18. βουλὴ δὲ ἀσεβῶν ἀπ' ἐμοῦ πόῤῥω. Ies. LXV. 5. Marc. VII. 6. Luc. XIV. 32. ἔτι δὲ αὐτοῦ πόῤῥω ὄντος priusquam ille propius admoveat exercitum. De loci intervallo etiam legitur apud Xenoph. de Rep. Laced. c. XII. § 5. et apud Alexandrinos Ies. XXII. 3. LXVI. 19. Jer. XXV. 26. XLVIII. 24. Hesych. πόῤῥω· πόῤῥωθεν, μακρόθεν. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟ'Ρ'Ρ'ΩΘΕΝ. Adverbium, significans: *procul, e longinquo, eminus*, a πόῤῥω idem. Bis tantum in N. T. legitur. Luc. XVII. 12. οἳ ἔστησαν πόῤῥωθεν qui procul consistebant. Vulgatus: a longe. Onomast. Vetus *A longe*, πόῤῥωθεν. Præterea metaphorice usurpatum reperitur Hebr. XI. 13. πόῤῥωθεν αὐτὰς (scil. τὰς ἐπαγγελίας) ἰδόντες, h. e. animo, fiducia pleno, nondum participes facti bonorum promissorum, videbant et exspectabant certissime executionem promissionum divinarum. In versione Alex. ponitur pro רָחוֹק et רְחוֹקָה *longe, procul*, 2 Reg. XX. 14. Ies. XXXIII. 13. מֵרָחוֹק *e longinquo*, Job. II. 12. Ies. XLIX. 12. מִמֶּרְחָק idem, Ies. X. 3. Jerem. V. 15. et מֶרְחָק *longinquitas*, Ies. XIII. 5. XXXIII. 17. XLVI. 11.

ΠΟΡ'Ρ'ΩΤΕ'ΡΩ, *longius, ulterius*. Comparativus a πόῤῥω *procul, longe*. Semel legitur in N. T. Luc. XXIV. 28. προσεποιεῖτο ποῤῥωτέρω πορεύεσθαι se longius, se ulterius ire simulavit. Idem comparativus, sed de tempore adhibitus, reperitur apud Xenophontem in Hist. Gr. VII. 5. 13. ποῤῥωτέρω τοῦ καιροῦ, et pro *amplius* apud Æschinem Socr. II. 16. Gloss. Vet. ποῤῥώτερος, *ulterior*.

ΠΟΡΦΥ'ΡΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *purpura*, seu *genus concharum marinarum, quæ in mediis faucibus habent candidam venam, in qua pretiosus ille liquor esse a veteribus credebatur, qui expeditus est vestibus tingendis*, ut utar verbis Plinii in H. N. IX. c. 36. Adde Aristot. in Hist. Anim. Lib. V. c. 35. et Pollucem in Onom. I. c. 4. s. 2. Conf. Schneideri Animadversiones ad Ulloa **Nachrichten von Amerika**. 2) per metonymiam tum *pannus, purpuræ liquore tinctus*, tum *vestimentum purpureum*, interdum etiam *coccineum*. Nam *purpuram* אַרְגָּמָן ab omnibus fere utriusque linguæ scriptoribus confusam esse cum *cocco*, תּוֹלָע quod purpura, maxime Tyria, accessisset quam proxime ad ruborem et nitorem *cocci*, (de quo videndus est Pausanias X. 36. p. 890. ed. Kühn.) docuit Braunius de Vestitu Sacerdot. Hebr. Lib. I. c. 14 seq. Salmasius ad Achill. Tat. p. 567. Gataker. Adverss. Posthum. p. 840 seq. et Bochartus Hieroz. T. II. p. 733. Legitur in N. T. Marc. XV. 17. καὶ ἐνδύουσιν αὐτῷ πορφύραν et induunt ipsi pallium coccineum, seu chlamyda coccineam. Nam Matthæus XXVII. 28, 31. vestem, qua milites Romani, Christum, capitis damnatum, illudentes, ornasse perhibentur, χλαμύδα κοκκίνην vocat. Sic, quam vestem Horatius II. Sat. 6. 102. *rubro cocco tinctam* vocavit, eam v. 106. appellat *purpuream*. Idem valet de loco Marc. XV. 20. Luc. XVI. 19. ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον vestiebat se purpura et bysso. Conferri hic meretur locus Ies. LXI. 6. ubi apud Aquilam aut potius Symmachum formula πορφύρα ἐνδύεσθαι Hebr. הִתְיַמֵּר *efferre se* respondet, et Vulg. habet *superbietis*. Apoc. XVII. 4. πορφύρᾳ καὶ κοκκίνῳ, ubi tamen nonnulli codices habent πορφυροῦν καὶ κόκκινον, quod rectius videtur. ib. XVIII. 12. Sæpius in N. T. non legitur. In vers. Alex. respondet Hebr. אַרְגָּמָן Exod. XXV. 4. XXVI. 1. Proverb. XXXI. 22. אַרְגְּוָן 2 Paral. II. 7. et Chaldaico אַרְגְּוָנָא Dan. V. 7, 16, 29.

ΠΟΡΦΥ'ΡΕΟΣ, έα, vel έη, εον, contr. ΠΟΡΦΥΡΟΥ'Σ, ᾶ, οῦν, *purpureus, purpura tinctus*, etiam *coccineus, rubro cocco tinctus*, a πορφύρα, quod vide. Legitur in N. T. tantum Joh. XIX. 2 et 5. ἱμάτιον πορφυροῦν pallium coccineum, seu chlamyda coccineam, nam Matth. XXVII. 28, 31. χλαμύδα κοκκίνην vocat. Apoc. XVII. 4. πορφυροῦν, ut recte edidit Griesbachius loco πορφύρᾳ. ibid. XVIII. 6. Xenoph. Cyrop. VI. 4. 1. Polyb. VI. 53. 7. Fallitur igitur Thomas Mag. ita præcipiens: ἁλουργὸν, οὐ πορφυροῦν. Et sæpe Pollux habet nomen πορφυροῦς, v. c. VII. 58. ubi vide Interpp. Cæterum vestis purpurea, aut pallium purpureum regum olim ornatus fuit ac principum virorum, ut recte observavit Plinius in H. N. IX. c. 36. Lucianus in Timone p. 100. purpuram signum esse ait hominis magnifice superbientis et ob divitias luxuriantis. In versione Alex. πορφυροῦς pro אַרְגָּמָן *purpura* ponitur Num. IV. 13. Esther. I. 6. Cantic. III. 10. Adde Epist. Jerem. v. 10. Conf. F. E. Boysenii Diss. Philol. de significatione vocis purpureus, πορφύρεος, ad illustranda varia SS. loca. Magdeb. 1742. 4.

ΠΟΡΦΥΡΟ'ΠΩΛΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, fœmininum a πορφυροπώλης, ου, ὁ, *purpuræ*, seu *purpurarum venditrix*, etiam *vestium, purpureo colore tinctarum, venditrix*, ex πορφύρα *purpura* et πωλέω *vendo*. Semel legitur in N. T. Act. XVI. 14. πορφυρόπωλις, Vulgatus habet: *purpuraria*, h. e. quæ vestes purpureas, a servis confectas, vendebat, ut quæstum sibi faceret. Suid. πορφυρόπωλις· ἡ τὰ πορφυρᾶ πωλοῦσα. Gloss. Vet. πορφυροπώλης, *purpurarius*. Vide Bibliothecam Brem. Class. II. Fasc. III. p. 410.

et Class. III. Fasc. II. Diss. IV. p. 276.

ΠΟΣΑ'ΚΙΣ. Adverbium interrogandi, significans: *quoties?* a πόσος *quantus?* Ter tantum in N. T. legitur. Matth. XVIII. 21. ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου καὶ ἀφήσω αὐτῷ; quoties alteri, me injuria afficienti, remittam? ibid. XXIII. 37. ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου; quoties conatus sum incolas tuos ad me congregare? Luc. XIII. 34. Alexandrini hoc adverbium adhibuerunt pro כַּמָּה *quot? quoties?* Psalm. LXXVIII. 40. et pro formula עַד־כַּמֶּה פְעָמִים *ad quot vices*, h. e. *quoties?* 1 Reg. XXII. 16. 2 Chron. XVIII. 15. Adde Sirac. XX. 17.

ΠΟ'ΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *potio, potus, qui facit ad restinguendam et sedandam sitim.* Est verbale a secunda pers. perf. pass. πέποσαι, verbi πίνω, vel potius πόω *bibo.* Rom. XIV. 17. οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ βρῶσις ἢ πόσις non enim in christiana religione hoc inprimis spectatur, utrum discrimen ciborum et nutrimentorum facias, nec ne, accommodate ad præcepta legis Mosaicæ. Coloss. II. 16. μή τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει ne quis vos damnet ob usum nutrimentorum, lege Mosaica prohibitorum. Conf. supra a me ad βρῶμα et βρῶσις dicta. Respondet in versione Alexandrina Hebraico מִשְׁתֶּה quod idem significat. Dan. I. 10. τὸν ἐκτάξαντα τὴν βρῶσιν καὶ τὴν πόσιν ὑμῶν. Plutarch. de Sanit. Tuend. p. 114. C. βρῶσις καὶ πόσις. Homer. Iliad. τ', 21. et Odyss. α', 191. Hesych. πόσις· πόμα, — πότος ἢ οἴνου, ἢ ὕδατος. 2) metaphorice, ut βρῶμα et βρῶσις: *res, quæ animum oblectat et vehementi animi cupiditati et flagranti desiderio omni ex parte satisfacit.* Joh. VI. 55. τὸ αἷμά μου ἀληθῶς ἐστι πόσις religio, quam ego trado, desideriis animi humani omni ex parte satisfacit, omnis generis cognitionem salutarem et felicitatem suppeditat. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟ'ΣΟΣ, η, ον, 1) *quantus?* ita, ut quantitatem continuam indicet, si de rei alicujus magnitudine quæritur, ab ὅσος *quantus.* Suid. πόσον· τοῦτο κατὰ μέγεθος θεωρεῖται. ὥον, μέγα ἢ μικρόν. ποῖον δὲ κατὰ τὴν ὕλην θεωρεῖται. Matth. VI. 23. τὸ σκότος πόσον; tenebræ quantæ sunt? Πόσῳ pro ἐν πόσῳ μέρει; *quanto?* ibid. XII. 12. πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; quanto vero præstat homo ovi? Hebr. X. 29. πόσῳ χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας; quanto graviore pœna afficietur? Huc etiam pertinet formula πόσῳ μᾶλλον *quanto magis?* (2 Sam. IV. 11. Symmach. Job. IV. 19.) quæ legitur Matth. VII. 11. X. 25. Luc. XI. 13. XII. 24, 28. Rom. XI. 12, 24. Philem. v. 16. Hebr. IX. 14. 2 Cor. VII. 11. πόσην κατειργάσατο ἐν ὑμῖν σπουδήν; quantum in vobis effecit studium? Eurip. Phœn. v. 859. πόση τις ὁδός; 2) *quot?* ut significet quantitatem discretam, si de numero rerum quæritur. Matth. XV. 34. πόσους ἄρτους ἔχετε; quot panes habetis? ibid. XVI. 9, 10. Marc. VI. 38. VIII. 5, 19, 20. Luc. XV. 17. XVI. 5, 7. Act. XXI. 20. Hinc in versione Alex. respondet τῷ כַּמָּה quod non solum *quantum?* sed etiam *quot?* significat. Genes. XLVII. 8. 2 Sam. XIX. 34. Job. XIII. 23. Psalm. CXIX. 23. Gloss. Vet. apud Labbæum: πόσοι, *quot.* 3) interdum utramque quantitatem, continuam et discretam simul indicat, notans: *quot et quantum? quanta et quam multa?* Matth. XXVII. 13. οὐκ ἀκούεις πόσα σοῦ καταμαρτυροῦσι; nonne audis, quot et quanta contra te testantur? Marc. XV. 4. Æschin. Socr. Dial. III. 12. πόσα δεινά; quot et quanta mala s. incommoda? 4) interdum quoque de *tempore* adhibetur. Marc. IX. 21. πόσος χρόνος ἐστὶν ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ; quantum tempus (h. e. quamdiu) est, a quo hoc ei accidit? Lectio ἐξ οὗ, vel ἀφ' οὗ, quam h. l. nonnulli codices pro ὡς habent, confirmatur loco Isocratis Panathen. pag. 424. πόσος χρόνος ἐστὶν, ἐξ οὗ οἱ Σπαρτιᾶται τυγχάνουσιν ἐν Πελοποννήσῳ κατοικοῦντες; Sic quoque πόσα *quando* aut *quamdiu* notat apud τοὺς λοιποὺς Psalm. XXXV. 17. pro Hebr. כַּמָּה. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΤΑΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *fluvius, flumen, alveo suo inclusum,* quasi ποτασμὸς *fluentum,* a ποτάζω *fluo,* littera σ per syncopen elisa; vel secundum alios παρὰ τὸ ποτὸς εἶναι, vel παρὰ τὸ πότιμον ὕδωρ ἔχειν, eo quod potabilis sit et aquam potabilem habeat, respectu aquæ marinæ, quæ salsa est. Legitur in hac significatione in N. T. Marc. I. 5. ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ in Jordane fluvio. Act. XVI. 13. παρὰ ποταμὸν ad fluvium. 2 Cor. XI. 26. κινδύνοις ποταμῶν periculis in fluviis, quos scilicet navigaverat Paulus, varias terras, religionis christianæ tradendæ causa, obeundo. Apoc. VIII. 10. IX. 14. ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ. ibid. XII. 15. XVI. 4, 12. XXII. 1, 2. Alexandrini pro נָהָר quod idem notat, Genes. II. 10, 13, 14. XV. 18. XXXI. 21. יְאֹר *rivus, fluvius,* Genes. XLI. 1, 2, 3 seq. et et נַחַל *torrens, flumen,* 1 Reg. VIII. 65. 2) per synecdochen: *aqua exundans, inundatio, omnis aquarum copia,* i. q. πλημμύρα, et χείμαῤῥος aut χείμαῤῥος ποταμὸς apud Homerum Iliad. δ', v. 452. — rapidus montano flumine torrens. Matth. VII. 25, 27. Luc. VI. 48, 49. Apoc. XII. 16. Jon. II. 4. καὶ ποταμοὶ ἐκύκλωσάν με et fluctus marini me circumdederunt. Siracid. XL. 13. Hinc metaphorice 3) ad *omnis generis abundantiam et copiam* transfertur. Joh. VII. 38. ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος ex ejus corpore flumina aquæ fontalis emanabunt, h. e. is in æternum mea doctrina felix erit et omnibus bonis abundabit. (Verba hæc Christi ad plura V. T. effata respiciunt. Ies. LV. 1. LVIII. 11, 12. et Zach. XIV. 8.) Etiam Arabes cum fluvio exundante comparare solent *omne, quod est copiosum.* Sic v. c. in Hist. Timuri pag. 273. Timuri exercitus fuisse dicitur كالسيل الهاصر. ibid. pag. 162. ex editione Golii, جنود كالسيل المنهمر. Confer Glassii Philol. Sacr. p. 1077. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΤΑΜΟΦΟ'ΡΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui, vel quæ a flumine, vel aquarum exundantium vi abripitur et præfocatur,* ex ποταμὸς *fluvius, exundatio aquarum* et φορητὸς *qui ferri et auferri potest,* a φορέω, quod idem est ac φέρω *fero.* In N. T. tantum exstat Apoc. XII. 15. ἵνα ταύτην ποταμοφόρητον ποιήσῃ ut eam hoc flumine abripi et vi torrentis præfocari efficeret. Non male Lutherus: daß er sie ersäufete, *that he might drown her.* Hesych. ἀπόερσεν· ἀπέπνιξε, τουτέστι ποταμοφόρητον ἐποίησεν. Confer Alberti in Obss. Philol. pag. 489. qui docuit, hanc vocem in nullo scriptore Græco occurrere.

ΠΟΤΑΠΟ'Σ, ἡ, ὸν, *qualis? quantus?* Sæpe etiam utraque significatio conjuncta est, et tunc reddendum est: *qualis quantusque?* Est interrogativum, quod nunc de qualitate, nunc de quantitate alicujus

rei dicitur, sive simpliciter adhibeatur, sive interroget, connotata admiratione et stupore, et differt proprie a ποδαπὸς, ita, ut hoc tantum significet *cujas? ex qua regione?* illud vero vel ad mores, vel ad auctoritatem et dignitatem, vel ad qualitatem et patriam referatur, quanquam interdum, Hesychio teste, invicem permutantur. Vox hæc in Thesauro Bieliano omissa (quæ tamen apud LXX sec. cod. Chis. Dan. XIII. 53. occurrit, ubi est i. q. ποῖος, coll. v. 58.) legitur in N. T. Matth. VIII. 27. ποταπός ἐστιν οὗτος; qualis quantusque est hic? h. e. quam insignis propheta et legatus divinus? Marc. XIII. 1. ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί; quales lapides et qualis structura? (conf. Josephi A. J. XV. cap. 11. § 3. p. 771.) Luc. I. 29. ποταπὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος; quid sibi vellet hæc salutatio? ibid. VII. 39. τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνή; quæ et qualis? h. e. qualibus quantisque sceleribus contaminata sit fœmina? Syrus: ܘܡܢܐ ܛܒܗ̇ *et quæ fama ejus.* 2 Petr. III. 11. ποταποὺς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς qui animus, quæ vivendi ratio vos decet, seu, quos sensus animi sumere et quomodo omnem vitam vestram instituere oportet. 1 Joh. III. 1. ποταπὴν ἀγάπην δέδωκεν ὑμῖν ὁ πατήρ; quam insigne summi erga vos amoris exhibuit vobis documentum? Sæpius in N. T. non legitur. Phavor. ποταπός· διὰ τοῦ τ μὴ εἴπῃς, ἀδόκιμον γάρ, διὰ τοῦ δ δὲ λέγων ἐπὶ γένους θέσεις, ποδαπός ἐστι, Θηβαῖος, ἢ Ἀθηναῖος; ἔστι γὰρ οἷον, ἐκ τίνος δαπέδου. ποταπὸς δέ ἐστιν, εἰ εἴποι, ποταπὸς τὸν τρόπον Φρύνιχος; ἐπιεικής. χρὴ οὖν οὕτως ἐρωτᾷν, ποῖός σοί τις δοκεῖ εἶναι; Cf. Wets. N. T. T. I. p. 353.

ΠΟ'ΤΕ; *quando?* Adverbium interrogandi, de tempore. Sed ἕως πότε significat *quousque?* Matth. XVII. 17. ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν; quousque vobiscum degam? quousque vos perferam? ibid. XXIV. 3. πότε ταῦτα ἔσται; quando hæc evenient? ibid. XXV. 37, 38, 39, 44. Marc. IX. 19. XIII. 4. Luc. IX. 41. XVII. 20. XXI. 7. Joh. VI. 25. πότε ὧδε γέγονας; quando huc venisti? ibid. X. 24. Apoc. VI. 10. — Interdum πότε in eadem significatione determinative sumitur, v. c. Marc. XIII. 33. οὐκ οἴδατε γάρ, πότε ὁ καιρός ἐστι nescitis enim, quando tempus illud sit. ibid. v. 35. οὐκ οἴδατε γάρ, πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται. Luc. XII. 36. πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων quando a convivio redeat. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini πότε posuerunt pro מָתַי quod idem notat, 1 Sam. I. 14. 2 Sam. II. 16. Nehem. II. 6. et לְמָתַי Exod. VIII. 5. Ἕως πότε autem apud eosdem reperitur pro עַד־מָתַי *quousque? usque quo?* Psalm. LXXX. 5. XC. 13. XCIV. 3. et pro עַד־מָה. Psal. IV. 3. LXXIX. 5. Suid. πότε λέγεται πρὸς νῦν, κατ' ἄμφω, καὶ κατὰ τὸ παρεληλυθὸς καὶ κατὰ τὸ μέλλον. κατὰ μὲν τὸ παρεληλυθός, οἷον πότε ἐγένετο. κατὰ δὲ τὸ μέλλον, οἷον πότε ἔσται.

ΠΟΤΕ'. Adverbium, quod annumeratur dictionibus encliticis et solo accentu discernitur a πότε *quando?* Usurpatur autem de omnibus temporibus, ita, ut 1) significet: *olim, quondam, antea,* cum usurpatur de tempore præterito. Joh. IX. 13. τόν ποτε τυφλὸν qui antea cœcus fuerat. Rom. VII. 9. ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτὲ ego enim quondam legis cognitione destitutus vixi. ibid. XI. 30. τῷ ποτὲ opponitur νῦν. Galat. I. 13. τὴν ἐμὴν ἀναστροφήν ποτε ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ meam, quam olim sectatus sum, vivendi rationem, cum adhuc Judaicæ religioni addictus essem. ibid. v. 23. Ephes. II. 2, 3, 11, 13. ποτὲ olim, ante conversionem ad religionem christianam. ibid. V. 8. Coloss. I. 21. III. 7. 1 Thess. II. 5. Tit. III. 3. Philem. v. 11. 1 Petr. II. 10. III. 5, 19. 2 Petr. I. 21. Eurip. Phœn. v. 825. Vide Perizonium ad Ælian. V. H. I. 18. 2) *aliquando,* et agit de tempore futuro. Luc. XXII. 32. καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας et tu, si quando resipueris, confirma fratres tuos. Rom. I. 10. ἤδη ποτὲ tandem aliquando. Phil. IV. 10. Æschin. Socr. Dial. II. 29. 35. III. 14. 3) *unquam,* ita, ut de tempore futuro, præterito et præsenti adhibeatur. 1 Cor. IX. 7. τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; quis militat propriis stipendiis unquam? h. e. nemo facile militat propriis stipendiis. Ephes. V. 29. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησε nemo enim unquam suum ipsius corpus durius tractare solet. Hebr. I. 5, 13. πρὸς τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων εἴρηκέ ποτε; cuinam vero angelorum unquam dixit? 2 Petr. I. 10. Eurip. Phœn. v. 629. οὐδὲ τάσδ' ὄψει ποτέ. ibid. v. 646. Æschin. Socr. Dial. II. 1. III. 16. 4) *tandem,* ut habeat vim augendi. Galat. II. 6. ὁποῖοί ποτε ἦσαν in quacunque tandem dignitate et auctoritate erant. Xenoph. de Rep. Laced. I. 1. ὅτῳ ποτὲ τρόπῳ τοῦτ' ἐγένετο. Idem Mem. I. 1. § 1. τίσι ποτὲ λόγοις; quibus tandem argumentis? ibid. § 2 et 20. Eurip. Phœniss. v. 634. ποῦ ποτε; ubi tandem? Æschin. Socr. Dial. II. 24. τί δήποτε; cur tandem? 5) μήποτε *ne forte.* Act. XXVIII. 27. Hebr. II. 1. IV. 1. Æschin. Socr. Dial. III. 10. Vide supra μήποτε. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟ'ΤΕΡΟΣ, ἐρα, ρον, *uter, utra, utrum?* (Æschin. Socr. Dial. I. 12. II. 3. Hesych. πότερον· ὁποῖον ἓν ἐκ τῶν δύο.) Neutrum πότερον adverbialiter sumitur et notat: *utrum? num? an?* Semel tantum legitur in N. T. Joh. VII. 17. cognoscet, πότερον ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἢ κ. τ. λ. utrum mea doctrina sit vere divina an etc. Alexandrini πότερον adhibuerunt pro הֲ *num? an?* Job. VII. 12. XIII. 7, 11. XV. 2. XXI. 22. XXII. 5. In Græcis scriptoribus πότερον mox sequitur ἤ, v. c. apud Æschin. Socr. Dial. I. 3. II. 1. Xenoph. Cyrop. III. 1. 7. mox simpliciter ponitur. ibid. II. 7. 29. 34. 38.

ΠΟΤΗ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie: *poculum, calix, omne vas, e quo aliquis bibit, et quod bibendo inservit,* a 3 pers. perf. pass. πέποται, verbi πίνω, vel πόω *bibo.* Matth. XXIII. 25. καθαρίζετε τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου purgatis externa poculi. ib. v. 26. καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου purga prius, quod est intra poculum. ibid. XXVI. 27. Marc. VII. 4. βαπτισμοὺς ποτηρίων purgationes, seu lotiones poculorum. ibid. v. 8. IX. 41. ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος quicunque enim vobis obtulerit poculum frigidæ. Conf. Matth. X. 42. Marc. XIV. 23. Luc. XI. 39. XXII. 17, 20. 1 Cor. XI. 25. Apoc. XVII. 4. ἔχουσα χρυσοῦν ποτήριον ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς. Alexandrini usi sunt pro כּוֹס Genes. XL. 11, 13, 21. 2 Sam. XII. 3. Cf. Athenæum XI. cap. 4. 2) per metonymiam, ut Hebraicum כּוֹס (Jerem. XLIX. 12. ubi bibere calicem est bibere illud, quod in calice continetur.): *quod inest in poculo, quod calice continetur, potus, potulentum.* 1 Cor. X. 16. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας ὃ εὐλογοῦμεν vinum in calice eucharistico, quem manibus tenentes solemus Deo gratias agere ejusque laudes celebrare. Non enim de ipso calice, vino repleto, cujus usus est

in s. cœna, ποτήριον h. l. intelligendum esse, partim vocabulum ἄρτος, quod sequitur, docere videtur, partim verba κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ satis probant. ibid. v. 21. ποτήριον Κυρίου πίνειν est: bibere vinum eucharisticum; et ποτήριον δαιμονίων πίνειν significat: bibere vinum, libatum diis gentilium, in epulis sacrificalibus. Conf. Joh. Floderi Diss. ποτήριον καὶ τράπεζαν δαιμονίων 1 Cor. X. 21. explanantem. Upsal. 1765. 4. 1 Cor. XI. 25. τοῦτο τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη ἐστὶ ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι hoc vinum est sanguis meus, quo confirmatur nova religio a me introducta. (Conf. Luc. XXII. 20. Marc. XIV. 24. et Matth. XXVI. 28.) ibid. v. 26, 27 et 38. 3) metaphorice adhibetur de *fortuna et sorte hominum*, vel *secunda et læta*, vel *tristi et adversa*, *de bonis et commodis omnis generis, quæ Deus hominibus piis contingere jubet, pariter ac de omnibus generibus malorum et incommodorum, quæ improbis accidere jubet Deus,* qui, quatenus auctor est unicus fortunæ et sortis mortalium, a poëtis Hebræorum fingitur (Ps. LXXV. 6. Ies. LI. 17, 22. Jer. XXV. 17. LI. 7. Habac. II. 16.) manu tenere calicem, potione, vel dulci et salubri, vel pestifera et amara plenum, eumque hominibus exhauriendum tradere. De *sorte hominum secunda ac læta* usurpatum reperitur apud Alexandrinos Ps. XV. 5. Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου μου. CXV. 4. ποτήριον σωτηρίου λήψομαι. De *pœnis, quas Deus impiis infligit, gravissimis,* usus est hac voce Johannes in Apocalypsi cap. XIV. 10. XVI. 19. δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. ib. XVIII. 6. Adde Ies. LI. 17, 22. Ezech. XXIII. 31, 32, 33. Etym. M. ποτήριον σημαίνει καὶ τὴν τιμωρίαν, ὡς τό· (Ps. LXXIV. 7.) ὅτι ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου.—De *calamitatibus* vero *omnis generis gravissimis*, de *sorte hominum dura et adversa*, inprimis vero de *morte cruenta* symbolice adhibetur ab ipso Jesu Matth. XX. 22. δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν; potestisne eandem mecum sortem tristem et adversam subire? ibid. v. 23. XXVI. 39. παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο declina a me hanc calamitatem, scil. mortem cruentam; in cujus præsentissimo periculo tunc versabatur Jesus. ib. v. 42. Marc. X. 38, 39. XIV. 36. Luc. XXII. 42. Joh. XVIII. 11. τὸ ποτήριον, ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ, οὐ μὴ πίω αὐτό; visne prohibere, quo minus mortem cruentam ex decreto divino subeam? Etym. M. ποτήριον —— σημαίνει καὶ τὸν θάνατον. ὡς τὸ, Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. Nec est hæc loquendi ratio (de qua bene exposuit Fischerus in Supplem. II. ad Vorstium de Hebr. N. T. pag. 14 seq.) scriptoribus N. T. et vatibus Hebræorum (conf. Drusii Quæstt. Hebr. I. 63.) tantum solemnis, sed etiam in libris Syriacis, Arabicis et Latinis reperitur. Ephraëm T. I. pag. 46. de Lamecho: antequam hoc fiat, moriendum nobis est et infortunium effugiendum ܥܡ ܟܣܐ ܕܡܘܬܐ *per poculum mortis, quod gustare debemus.* In Hamas. Schultens. p. 440. legitur سقينا كاس حتف هذيلا propinavimus Hudaibitis poculum mortis. Meidan. Proverb. LXI. Hist. Tamerl. p. 320. Monum. Vetust. Arab. Carm. XIII. v. 3. Cf. Schultensium ad Haririi Consessum II. p. 65. Plaut. Casin. V. 2. 42. "ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet," h. e. ut æque male tractaretur ac ego. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΟΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *potum præbeo,* seu *ministro, poculum porrigo, poto, aquatum duco,* interdum etiam ante ποτήριον positum simpliciter per *porrigere, afferre* reddendum est, a πότος *potatio.* Matth. X. 42. ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ quicunque his contemtis meis cultoribus vel poculum frigidæ obtulerit. Matth. XXV. 35. ἐδίψησα καὶ ἐποτίσατέ με sitienti mihi potum ministrastis. ib. v. 37, 42. XXVII. 48. Marc. IX. 41. XV. 36. Luc. XIII. 15. de animalibus usurpatur, quæ aquatum dicuntur: ubi Vulgatus voce *adaquare* usus est, quæ etiam invenitur apud Suetonium (Galb. c. 7.) et in Veteri Onomastico. Gloss. ποτίζω κτῆνος, *adaquo.* Rom. XII. 20. 1 Cor. XII. 13. καὶ πάντες εἰς ἓν πνεῦμα ἐποτίσθημεν nos omnes etiam communi illo usu vini et sanguinis in sacra cœna et ex uno calice bibentes obstringimus nos concordiæ studere, et eosdem animi sensus habere. Quemadmodum enim ποτήριον in N. T. κατ' ἐξοχὴν de *calice, vino repleto, cujus usus est in s. cœna,* in N. T. usurpatur, ut supra jam exemplis idoneis docui, ita etiam ποτίζεσθαι, *potum accipere, potari,* κατ' ἐξοχὴν de *potu vini in s. cœna* adhiberi in loco, ubi etiam *baptismi* mentio facta erat ab apostolo, nec prædicata contrarium suadent, admodum probabile est. Qui lectionem ἓν πνεῦμα alteri εἰς ἓν πνεῦμα præferendam judicant, sensum loci ita constituunt: nos omnes unum eundemque spiritum accepimus: ita, ut ἓν πνεῦμα vel de donis Sp. S. extraordinariis, vel de bonis omnis generis, per religionem christianam hominibus partis, intelligendum sit. In versione Alex. respondet Hebraico הִשְׁקָה *bibendum dedit, potum præbuit.* Genes. XXI. 19. καὶ ἐπότισε τὸ παιδίον. Exod. II. 16. ποτίσαι τὰ πρόβατα. ibid. v. 17, 19. Num. V. 24, 27. ποτιεῖ τὴν γυναῖκα τὸ ὕδωρ. Jud. IV. 19. et הִגְמִיא *sorbendum dedit,* Genes. XXIV. 17. πότισόν με μικρὸν ὕδωρ ἐκ τῆς ὑδρίας σου. 2) *rigo, irrigo,* quia, quod animalibus est potum præbere, id plantis est rigare. Sic הִשְׁקָה et ποτίζειν sumitur Genes. II. 10. ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται, ποτίζειν τὸν παράδεισον. Psal. CIII. 14. Sirac. XXIV. 32. ποτίσω μου τὸν κῆπον. Xenoph. Sympos. II. 25. ὅταν αὐτὰ (sc. ἐκ γῆς φυόμενα) ὁ Θεὸς ἄγαν ἀθρόως ποτίζῃ. Cf. Gataker. Advers. Miscell. Posthuma c. 10. Hinc metaphorice 3) est: *communicare aliquid cum altero, quocunque modo hoc fiat, instruere aliquem copiose,* et speciatim de iis usurpatur, *qui animos docendo imbuunt doctrina, vel salutari et vera, vel impia et erronea.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. III. 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα lacte vos potavi, h. e. prima religionis christianæ elementa vobis tradidi. ibid. v. 6. Ἀπολλῶς ἐπότισεν Apollos irrigavit, h. e. jactis a me fidei seminibus vos ulterius duxit et docuit, continuavit institutionem, a me inceptam. Eodem modo etiam ὁ ποτίζων v. 7 et 8. accipiendum erit. Apoc. XIV. 8. ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πεπότικε πάντα τὰ ἔθνη de vino venenato scortationis suæ potavit omnes gentes, h. e. erroribus idololatriæ suæ eas imbuit. Sæpius in N. T. non legitur. Simili tamen modo ποτίζειν ad imitationem Hebr. הִשְׁקָה adhibitum est ab Alexandrinis Psalm. LIX. 3. ἐπότισας ἡμᾶς οἶνον κατανύξεως. Habac. II. 15. Ies. XXIX. 10. Sirac. XV. 3. ὕδωρ σοφίας ποτίσει αὐτόν. Arabicum سقى *rigare, beneficiis afficere* notat in Hamasa p. 448. unde formula salutandi solemnis سقاك الله ri-

get te Deus! h. e. beneficiis te afficiat!

ΠΟΤΙ´ΟΛΟΙ, ων, οἱ, *Puteoli, orum.* Nomen urbis Campaniæ in Italia, opportuno portu instructæ, quæ olim dicta est Δικαιάρχεια, hodie vero ab Italis *Pozzuolo* vocatur. Fuit quondam magnum ac celeberrimum emporium, a Samiis in loco amœno et sinu ædificatum. Nomen, ut quibusdam videtur, accepit a puteis, vel puteolis thermarum, qui ibi sunt. Vide Cellarii Geogr. Plen. Lib. II. cap. 9. s. 4. § 462. p. 673. et Wetstenii N. T. T. II. p. 654. Semel tantum in N. T. memoratur Act. XXVIII. 13.

ΠΟ´ΤΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *potatio*, et ita differt a ποτὸς, quod *potionem, potum, quod bibitur* (Ælian. V. H. XIII. 1.) significat. Est verbale a tertia pers. perf. pass. πέποται, verbi πίνω, vel potius πόω *bibo.* 2) *compotatio, convivium.* Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. IV. 3. ἐν κώμοις καὶ πότοις in comessationibus et compotationibus luxuriosis, in quibus ad numerum bibitur et potando certatur. Demosth. p. 796. 26. ed. Reisk. Ælian. V. H. III. 23. XII. 1. XIII. 4. Appian. B. C. I. p. 700. Xenoph. de Rep. Laced. V. 4. Eandem significationem habet quoque apud Alexandrinos ad imitationem Hebr. מִשְׁתֶּה Gen. XIX. 3. Jud. XIV. 10. Dan. I. 5, 8. V. 10. Esther I. 8. Proverb. XXIII. 30. Judith VI. 22. XII. 9. 1 Macc. XVI. 15. Hesych. Πότος· εὐωχία, ἄριστον, δεῖπνον, ἢ αὐτὸ τὸ πιεῖν. Suid. ποτός· τὸ πινόμενον. (Job. XV. 16. Lev. XI. 34.) πότος δὲ, τὸ συμπόσιον.

ΠΟΥ, absque accentu, dictionibus encliticis annumeratur et indefinite usurpatur, significans: 1) *alicubi, uspiam, usquam,* et speciatim in N. T. *in aliquo loco librorum sacrorum.* Hebr. II. 6. διεμαρτύρετο δέ που τὶς ita enim in aliquo Psalmorum loco Davides de eo loquitur. ib. IV. 4. εἴρηκε γάρ που περὶ τῆς ἑβδόμης οὕτω. Ælian. V. H. X. 18. ὥς που φησὶ καὶ Ὅμηρος. ibid. XIII. 14. 2) numeralibus additum *circiter, fere, propemodum* notat. Rom. IV. 19. ἑκατονταετής που ὑπάρχων centenarius fere. Ælian. V. H. XIII. c. 4. τεσσαράκοντα ἐτῶν που γεγονότα. Sæpius in N. T. non legitur. Cf. Zeunium ad Vigerum de Idiot. Ling. Gr. p. 433.

ΠΟΥ῀; Adverbium interrogandi, significans: 1) *ubi?* partim in interrogatione de loco, in quo quid fit et est, partim extra veram interrogationem. Matth. II. 2. ποῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ubi est recens natus rex Judæorum? ibid. v. 4. ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται; ab iis quæsivit, ubinam Christus nasciturus esset? ibid. VIII. 20. XXVI. 17. Marc. XIV. 12, 14. XV. 47. Luc. IX. 58. XII. 17. XVII. 17. οἱ δὲ ἐννέα, ποῦ; ubi sunt novem reliqui? ibid. XXII. 9, 11. Joh. I. 39, 40. VII. 11. VIII. 10, 19. IX. 12. XI. 34, 57. XX. 2, 13, 15. Apoc. II. 13. Æschin. Socr. Dial. III. 3. 12. Eurip. Phœniss. v. 561 et 634. 2) *quo? quorsum? quem in locum?* Joh. III. 8. πόθεν ἔρχεται καὶ ποῦ ὑπάγει; unde venit et quo vadit? ibid. VII. 35. ποῦ οὗτος μέλλει πορεύεσθαι; quorsum hic vult abire? ib. VIII. 14. XII. 35. XIII. 36. XIV. 5. XVI. 5. Hebr. XI. 8. 1 Joh. II. 11. Genes. XVI. 8. πόθεν ἔρχῃ, καὶ ποῦ πορεύῃ; ubi in Hebraico est אָנָה *quo?* ibid. XXXII. 17. Jud. XIX. 17. 1 Sam. X. 14. Lucian. Dial. Mort. 3. ποῦ σου τὸ θεοῦ ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπελήλυθε; Confer Irmisch. ad Herodian. I. 4. 8. p. 106. 3) *quando?* Luc. XVII. 37. ποῦ Κύριε; quando Domine, scil. hæc evenient? Hanc explicationem series orationis postulare mihi videtur. Christus enim, ut ad hanc quæstionem respondeat, utitur adagio, cujus hic est sensus: Nunquam desunt, qui opportunitate oblata utantur. Possunt tamen verba ποῦ Κύριε; etiam sic explicari: *quomodo,* seu *qua ratione* (ποῦ pro πῶς quandoque poni, docet locus Demosthenis p. 638. 17. ed. Reisk. ποῦ δὲ γένοιτ' ἂν ταῦτα; LXX Jud. VIII. 18. ποῦ οἱ ἄνδρες; h. e. quænam forma erat virorum? ubi cod. Oxon. habet τίνες *quales,* recte, ut ex responsione apparet.) hoc, quod prædixisti, efficietur? nec tunc incommoda est Christi responsio. Alii tamen vertere malunt: ubinam hæc evenient? 2 Petr. III. 4. ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; quando promissio adventus Christi eventu comprobabitur? 4) interdum in exprobatione ac exhortatione adhibetur, ac negat. Luc. VIII. 25. ποῦ ἐστιν ἡ πίστις ὑμῶν; ubi est fiducia vestra? h. e. nulla est. 1 Cor. XII. 17. ποῦ ἡ ἀκοή; ποῦ ἡ ὄσφρησις; nullus auribus et naribus locus daretur. ib. v. 19. ποῦ τὸ σῶμα; nec corpus locum habere posset. ib. XV. 55. ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον, ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος; nulla jam est tua, O mors, vis et acerbitas; nulla plane est tua vis nocendi et terrendi. 1 Cor. I. 20. ποῦ σοφός; nullo amplius loco, numero et pretio sunt sapientes. 1 Petr. IV. 18. ποῦ φανεῖται; h. e. nusquam apparebit, prorsus peribit. Jerem. VI. 14. ποῦ ἐστιν εἰρήνη; ubi est pax? h. e. neutiquam est pax. Recte itaque Hesychius tradidit: ποῦ ἐν ἴσῳ τῷ οὐδαμῶς. Homer. Il. ε', 171. ποῦ τοι τόξον, ἰδὲ πτερόεντες ὀϊστοὶ, καὶ κλέος; Phædr. I. 9. 4. *ubi pernicitas nota illa est?* ubi vid. Burmann. Sæpius in N. T. non legitur. Thom. M. p. 732. ποῦ καὶ τοπικὸν καὶ ἐρωτηματικόν ἐστι, καὶ ἀντὶ τοῦ ἴσως, (Xenoph. Anab. V. 6. 8. Permutavit Thom. M. ποῦ et που.) καὶ ἀργόν. Cf. Scholia Triclin. ad Sophocl. Ajac. Flagell. v. 176. Vide et Wets. N. T. T. I. p. 852.

ΠΟΥ´ΔΗΣ, εντος, ὁ, *Pudens.* Nomen proprium viri Latinum, a verbo *pudet,* quem semel tantum commemorat Paulus 2 Tim. IV. 21.

ΠΟΥ´Σ, ποδὸς, ὁ, *pes, tam hominis, quam bruti.* In plurimis vero N. T. locis aut plane πλεονάζει, aut pro *toto homine* ponitur, ex more Hebræorum, qui (ut verbis utar Ernesti in Opusc. Philol. et Crit. p. 173 seq.) solent homines exprimere per partes corporis, quarum qualiscunque sit conjunctio cum re ea, quæ iis tribuitur, idque cum faciunt, nihil de istis partibus cogitant, sed totam personam animo contuentur. Nonnunquam tamen negari vix potest, respectum haberi in talibus locis a N. T. scriptoribus ad ritus quosdam, olim receptos, ex antiquitatibus Hebræorum, Græcorum, Romanorum aliorumque populorum cognoscendos. Matth. IV. 6. μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου ne pes tuus lapidi impingat, h. e. ne tibi quidquam mali accidat. Vide προσκόπτω. Matth. V. 35. μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ neque per terram, est enim pedum ejus quasi subsellium, h. e. imperio Dei subjecta est: τῶν ποδῶν h. l. ob præcedens ὑποπόδιον plane superfluum est. ibid. X. 14. ἐκτινάξατε τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν excutite pulverem pedum vestrorum. Videntur πόδες h. l. *calceamenta,* τὰ ὑποδήματα, seu σανδάλια significare. ibid. XV. 30. ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας Ἰησοῦ coram Jesu eos sistebant. ibid. XVIII. 8. Vide ἐκκόπτω. ibid. v. 29. πεσὼν δὲ ὁ σύνδουλος αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ παρεκάλει αὐτὸν commilito autem ejus, ad genua procumbens, seu prolapsus, eum rogabat. Formula hæc innuit

morem supplicantium apud orientales. ibid. XXII. 13, 44. XXVIII. 9. ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας amplexi sunt ejus genua. Formula hæc, quæ apud Homerum (Iliad. α', v. 407 et 500.) et Virgilium (Æn. III. 607.) ad eos pertinet, qui supplicantur et veniam ac misericordiam expetunt, h. l. morem venerantium innuit. Marc. V. 22. VII. 25. προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ supplex eum venerata est. ibid. IX. 45. XII. 36. Luc. I. 79. τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης ut cursum pedum nostrorum dirigeret in viam pacis, h. e. nos duceret ad veram salutem. ibid. IV. 11. VII. 38. στᾶσα ὀπίσω παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ eique a tergo adstitit ad pedes. Respexit sine dubio Lucas hac formula ad ritum veterum accumbendi ad cœnam, qui in tricliniis altis ita jacere solebant, ut, versus mensam cubitis sinistris innixi, dextera manu uterentur pedesque in exteriorem partem protenderent, ubi ministri erant et ubi quoque erecta stetit Maria. Confer Zornii Bibl. Antiquar. Exeget. T. I. p. 536 seq. ibid. v. 44, 45. καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας. Oscula pedum a Persis ad Hebræos transiisse, (Esther III. 2.) affirmat Dietericus in Antiquitatibus Bibl. V. T. p. 395. ibid. v. 46. μύρῳ ἤλειψέ μου τοὺς πόδας. Conf. de unctione pedum Casauboni Exercitt. Antibar. XIV. c. 12. p. 298. et Bynæum Lib. I. de Morte Christi c. 3. p. 257. Luc. VIII. 35, 41. IX. 5. X. 39. παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, h. e. sedebat prope Jesum, seu assidebat Jesu. Errant enim interpretes, qui Martham humi sedisse putant, cum Christus loco editiori sederit. ib. XV. 22. XVII. 16. XX. 43. XXIV. 39, 40. Joh. XI. 2, 32, 44. δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις. Vide ad vocem κειρία a me dicta. ibid. XII. 3. XIII. 5, 6, 8, 9, 10, 12, 14. καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας etiam vos debetis vobis invicem quævis charitatis et humanitatis officia præstare. ibid. XX. 12. ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν, ὅπου ἔκειτο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ alterum sedentem ad pedes, ubi jacuerat corpus Christi, seu in loco, ubi jacuerant pedes corporis Christi. Act. II. 35. ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου usque dum posuero omnes hostes tuos subsellia pedum tuorum, h. e. usque dum omnes hostes tuos subjecero imperio tuo et potestati. Confer Ps. VIII. 7. XVIII. 40. CX. 1. Thren. III. 34. Ratio hujus metaphoræ est in consuetudine victorum apud veteres, victis pedes imponendi. Conf. Jos. X. 24. Ovid. Fast. IV. v. 858. Virgil. Æn. X. v. 490 et 495. Elsnerum in Obss. Sacr. T. I. p. 372. Act. IV. 35. ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων et tradiderunt ac mandarunt curæ et custodiæ apostolorum. Eadem formula reperitur quoque ibid. v. 37. sensu eodem et conferenda est cum loco Genes. XXX. 30. ubi Jacobus Labani dicit: te Deus auxit לְרַגְלִי *ad pedem meum,* h. e. per me, cura mea. ib. V. 2, 9. οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου ἐπὶ τῇ θύρᾳ, h. e. ii, qui sepelivere maritum tuum, stant ante januam. ibid. v. 10. VII. 5. οὐδὲ βῆμα ποδὸς neque passum pedis terræ. Simili modo et nos dicere solemus: nicht ein fuss breit stück landes, *not a foot of land.* Vide supra ad βῆμα dicta. ibid. v. 33. λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου, pro λῦσον τὰ ὑποδήματά σου. ibid. v. 49 et 58. ἀπέθεντο οἱ μάρτυρες τὰ ἱμάτια αὐτῶν παρὰ τοὺς πόδας νεανίου καλουμένου Σαύλου, et testes (a quibus nempe ex lege Mosaica, de qua interpretes ad Deut. XIII. 9. et XVII. 7. conferendi sunt, primi lapides projiciendi erant,) vestes (quas scil. exuerant, ut ad lapidandum se aptiores redderent et expeditiores,) Saulo mandabant custodiendas. Act. X. 25. XIII. 25, 51. XIV. 8. ἀδύνατος τοῖς ποσίν. Vide supra ἀδύνατος. ibid. v. 10. ἀνάστηθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου ὀρθὸς erige te in pedes. ibid. XVI. 24. καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς ξύλῳ et pedes eorum ligneis compedibus constrinxit. ibid. XXI. 11. XXII. 3. παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου ad pedes Gamalielis, seu cura Gamalielis institutus diligenter in patria lege. Apud Hebræos magistros in loco et sede editiori, discipulos vero humi, h. e. in subselliis depressioribus sedisse, docuit Grotius ad h. l. Sic etiam apud Platonem in Protagora p. 195. Hippias in throno sedet, ἐπὶ βάθρων sedebant auditores. Act. XXVI. 16. Rom. III. 15. ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα, quibus verbis festinatio et studium describitur, quo aliis nocere et vim inferre conantur. Conf. Ies. LIX. 7, 8. οἱ δὲ πόδες αὐτῶν ἐπὶ πονηρίαν τρέχουσι, ταχινοὶ ἐκχέαι αἷμα, κ. τ. λ. Prov. I. 16. Rom. X. 15. ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, h. e. quam jucundi sunt nuncii pacis; non pedes nunciorum, qui suaves esse non solent. Confer Ies. LII. 7. Rom. XVI. 20. συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει quam celerrime efficiet, ut vos de Satana triumphetis. 1 Cor. XII. 15, 21. XV. 25, 27. Ephes. I. 22. 1 Tim. V. 10. εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψε si christianorum pedes lavit. Lotio pedum in regionibus orientalibus et calidioribus primum humanitatis officium erat, quod peregrinis, domum ingredientibus, exhibebatur. Necessarium vero erat, partim ob solum in oriente calidius, ut pedes eorum, qui iter fecerant, post nimium calorem iterum refrigerarentur, partim ob formam calceorum, quibus veteres utebantur. Calcei enim veterum soleæ tantum vel ligneæ, vel coriaceæ fuerunt, quæ corrigiis supra pedem nudum firmatæ fuerunt. Confer Bynæum de Calceis Hebr. I. 6. 9. et Salmasium ad Tertullianum de Pallio cap. 5. p. 385. Ephes. VI. 15. ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας calceis induti, vel ocreati. Solebant milites apud Hebræos et Romanos calceamenta, h. e. soleas ligneas, clavis multis et acutis suffixas, gestare. Confer Gronov. Antiquitat. Gr. T. IX. p. 966 seq. Hebr. I. 13. II. 8. X. 13. XII. 13. τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν. Vide supra ὀρθός. Apoc. I. 15, 17. II. 18. III. 9. X. 1, 2. XI. 11. XII. 1. XIII. 2. XIX. 10. XXII. 8. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΑ῀ΓΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie et generatim: *opus, factum, res, negotium cujusque generis, sed præsertim grave, arduum, molestum et contentionis plenum.* Est enim verbale a prima pers. præt. pass. πέπραγμαι, verbi πράσσω *ago, facio,* unde πολυπράγμων est: *qui multis se negotiis immiscet,* et πολυπραγμοσύνη *superflua et vana curiositas, molesta sedulitas.* Matth. XVIII. 19. ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς περὶ παντὸς πράγματος οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ πατρός μου si duo consenserint, quamcunque rem a Deo patre meo expetere, concedetur illis. Luc. I. 1. περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων earum rerum, quæ nobis sunt compertissimæ, factorum nempe et fatorum Christi, quibus Lucas et apostoli interfuerant ipsi tanquam aliqua pars. Rom. XVI. 2. ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρῄζῃ πράγματι quacunque tandem in re vestro auxilio indiguerit. Hebr. VI. 18. ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων ut per duas res, quæ sunt immutabiles. ibid. X. 1. σκιὰ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν opponi-

tur τῇ εἰκόνι τῶν πραγμάτων. ibid. XI. 1. πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων certa persuasio de rebus adhuc futuris. Jacob. III. 16. πᾶν φαῦλον πρᾶγμα et quodvis malum opus. In versione Alex. respondet Hebraico דָּבָר *res, negotium*, Genes. XXIV. 15. Levit. V. 2. Deut. XVII. 5. οἵτινες ἐποίησαν τὸ πρᾶγμα τὸ πονηρὸν τοῦτο. et pro חֵפֶץ *propositum*, Cohel. III. 1. Æschin. Socr. Dial. II. 13. 17. 18. ubi de *rebus* legitur. De *negotiis, quibus aliquis distentus est*, usurpatur a Xenophonte de Rep. Athen. III. 2. et de Mag. Equit. V. 8. VIII. 5. Exempla alia huc pertinentia e Demosthene collegit Reisk. in Indice Græcit. Demosth. p. 620 seq. 2) speciatim: *negotium mercatorium, negotiatio, mercatura*, et est idem, quod πραγματεία. 1 Thess. IV. 6. τὸ μὴ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ne quis in negotiatione (aut, si cui hæc significatio nimis angusta h. l. videatur: *in ullo negotio, in re qualibet, quam cum altero habere possit*,) fratrem suum defraudet eique injuriam faciat. Hanc, ut mihi quidem videtur, facilem et sponte se cuique offerentem hujus loci explicationem repudiarunt tamen plerique interpretes (v. c. Wetstenius N. T. T. II. p. 303.) et maluerunt sequi rationem eam, ut, comma sextum cum tertio et quarto conjungentes, πρᾶγμα de *scortatione, adulterio* et *qualibet nefanda venere* interpretarentur. Quanquam vero satis constat, πρᾶξαι et πρᾶγμα, ut Latinorum *facere* (Martial. Lib. I. Epigr. 47.) et *res* de *negotio et exercitio venereo* adhiberi apud Atticos, teste Polluce Onom. V. c. 15. sect. 93. p. 529. Ælian. Hist. Anim. IV. 8. Theocrit. Idyll. II. 143. ubi schol. πράττειν· τελεῖν γάμον, ἀφροδίτην, κυθήρην, φιλοτήσια ἔργα. Aristænet. Lib. I. Ep. 6. (conf. Petri Moll. ad Longi Pastoral. Lib. II. p. 37. 48. et Lib. III. p. 79. et Wolfii Curas Critt. et Philol. in N. T. T. II. p. 628.) tamen nihil impedit, quominus πρᾶγμα h. l. de *negotio mercatorio*, πραγματείᾳ, פרקמטיא interpretemur, nam Thessalonicensibus hoc commendat apostolus, quorum urbs erat maritima et mercaturæ aptissima, ut jam recte observavit Schœttgenius in Hor. Hebr. p. 829. Conf. eundem ad 2 Tim. II. 4. 3) *facinus, scelus, quod aliquis patrat*. Act. V. 4. τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; quare induxisti animum hoc facinus patrare? nempe ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου, ut v. 3. legitur. 2 Cor. VII. 11. ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι omnibus modis declarastis, vos esse puros ab hoc scelere, nempe *incestus* crimine, quod Corinthius ille cum noverca sua commiserat. Ita πρᾶγμα ad imitationem Hebraici דָּבָר sumitur Judd. VI. 29. 1 Paral. XXI. 7, 8. Genes. XLIV. 15. 4) *negotium forense et judiciale, lis, controversia, causa, coram judice agenda*, πρᾶγμα δικανικὸν, unde *pragmatici* in judiciis dicebantur, qui in foro dicturis oratoribus de legibus ac jure argumenta subministrabant. 1 Cor. VI. 1. πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον litem habens adversus alterum, ubi πρᾶγμα est idem, quod alias dicitur λόγος et ἔγκλημα. Ita πρᾶγμα etiam usurpatur apud Xenoph. in Memor. II. 9. 1. et Lysiam p. 109. 5) omittitur interdum, v. c. Matth. XVI. 23. τὰ τοῦ Θεοῦ, scil. πράγματα, et ibidem post τὰ τῶν ἀνθρώπων. Rom. VIII. 5. τὰ τῆς σαρκὸς, sc. πράγματα, negotia vitiositatis. ibid. τὰ τοῦ πνεύματος, sc. πράγματα, quæ sunt religioni christianæ consentanea. Ex interpretum nonnullorum sententia πρᾶγμα etiam subintelligendum est ad vocem ἀρκετὸν, quæ Matth. VI. 34. legitur, et tunc πρᾶγμα per *incommodum, molestia* vertendum est, quam significationem etiam habet interdum apud scriptores Græcos, v. c. Xenoph. de Rep. Lacæd. II. 10. Confer Taylor. ad Demosthen. T. II. p. 331. Hesych. πράγματα· δυσχέρειαι. schol. Aristoph. Plut. v. 20. Suid. πράγματα· κακοπάθειαι. Matth. XXI. 21. οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς (sc. πρᾶγμα, quod h. l. pro θαῦμα positum est,) ποιήσετε. ibid. VIII. 33. τὰ τῶν δαιμονιζομένων. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΑΓΜΑΤΕΙ'Α, ας, ἡ, generatim: *omne negotium, quod quis tractat, omnis occupatio, qua quis tenetur, studium, quod adhibetur ad efficiendam aliquam rem;* (Xenoph. Mem. IV. 7. 8. et de Re Equ. III. 12. Suid. et Phav. πραγματεία, πολυπραγμοσύνη.) speciatim: *negotium mercatorium, negotiatio, mercatura*, (Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 356 seq.) a πραγματεύομαι, quod vide. Semel tantum in N. T. legitur 2 Tim. II. 4. οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις nemo, qui militat, incumbit in reliqua hujus vitæ negotia, aut implicat se vitæ negotiationibus. Recte Lutherus transtulit: im Handel der Nahrung, *in the business of providing for his life*. Militibus autem ex legibus militiæ non licuisse negotiari, docuit Salmasius de Usuris p. 935. qui omnino huc conferri meretur. Gloss. Vet. *Negotiatio*, πραγματεία. Aliæ Glossæ Græco-Latinæ: πραγματεία· *negotiatio, nundinatio*. Judæorum magistri ipsam vocem πραγματεία civitate sua donarunt, פרקמטיא frequenter mercaturæ significatione adhibentes. Vide Buxtorf. Lex. Talmud. Rabb. rad. פרג et פרק.

ΠΡΑΓΜΑΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, *negotiis implico, distineo, res et negotia per alios gero*, etiam *pecuniam fænore ago*, secundum Salmasium de Usuris p. 564 seq. Medium πραγματεύομαι partim in genere de *eo* usurpatur, *qui occupatus est in aliqua re, res et negotia gerit*, (Æschin. Socr. Dial. II. 18. 20. Xenoph. Cyrop. II. 4. 17. Mem. I. 1. 15. et c. 3. 15.) unde etiam olim philosophis tribuebatur, in verum et rectum inquirentibus et commentantibus; partim vero de *eo* adhibetur, *qui pecuniam fænore, aut mercatura agit*, et *negotiando utiliter collocat pecuniam*, unde πραγματευτὴς est *negotiator, mercator*, μετάβολος, μεταπράτης Græcis et κάπηλος. Sic semel legitùr in N. T. Luc. XIX. 13. πραγματεύσασθε, ἕως ἔρχομαι negotiamini, seu pecuniam fœnore agite, donec redeam. Conf. Matth. XXV. 27. et Wetstenii N. T. T. I. p. 785.

ΠΡΑΙΤΩ'ΡΙΟΝ, ου, τὸ, *prætorium*. Nomen, origine Latinum, quod a præsidibus Romanis ac militibus Romanorum præsidiariis una cum potestate ac jurisdictione in provinciam Judæam et usum fori Judaici delatum erat, ut κῆνσος, κουστωδία, μάκελλον. Est autem proprie *adjectivum*, non *substantivum*, et generatim significat, ut Latinum *prætorium: omne, quod est prætoris et ad prætorem pertinet*, a *prætor*, quo nomine olim appellabantur apud Romanos *belli duces*, quia præibant exercitui, qui postea imperatores dicti sunt, deinde vero omnes magistratus, qui juri dicundo præerant, consules, proconsules, et qui κατ' ἐξοχὴν prætores dicebantur, magistratus urbani, qui privata judicabant, jus in urbe dicebant et collegæ consulum erant. Sed speciatim, subintellecta voce δῶμα vel οἴκημα,

dicebatur πραιτώριον 1) *tentorium*, seu *tabernaculum prætoris*, seu *belli ducis, in castris*, des generals Zelt, *the generals tent.* 2) *locus, in quo prætor jus dicit, domus prætoris*, et quia prætoris nomen etiam ad præsides provinciarum, proprætores et proconsules transferebatur, etiam *domus*, seu *palatium præsidis, aut procuratoris provinciæ Romanæ, in quo ipse prætor, sive præses jus dicebat*, interdum etiam *locus peculiaris in prætorio, militibus septus et munitus et a loco, in quo jus dicebatur, distinctus*, in qua notione legitur apud Matth. XXVII. 27. παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον Jesum deducunt in prætorium, h. e. in locum planum ante palatium Pilati, militibus septum; nam partim in antecedentibus narratum erat, Pilatum in prætorio contra Jesum sententiam dixisse (vide v. 26.); partim sequuntur verba: συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν adversus eum congregabant totam cohortem. Vere autem tunc temporis *exterius atrium prætorii* πραιτώριον dictum esse, diserte tradit Marcus in loco parallelo cap. XV. 16. Verba sunt: οἱ δὲ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον, καὶ συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν, ubi frustra Millius in Prolegg. § 410. lectionem receptam sollicitare conatus est. De ipso palatio procuratoris in provincia πραιτώριον adhibetur apud Johannem XVIII. 28, 33. et XIX. 9. Hesych. πραιτώριον· τόπος, ἔνθα συνάγεται ὁ λαός. Conf. E. A. Schulze Diss. de Prætorio Pilati. Francof. ad Viadr. 1756. 4. et in Ej. Exercitatt. Philol. Fasc. Novo p. 32. 3) in N. T. speciatim ita dicitur *palatium regium Herodis*, ubi Herodes jus dicere et judicium habere solebat. Act. XXIII. 35. ἐκέλευσέ τε αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ τοῦ Ἡρώδου φυλάσσεσθαι et jussit eum in palatio Herodis asservari. Fortasse tamen πραιτώριον τοῦ Ἡρώδου dictum est ipsum procuratoris domicilium, quod olim Herodis palatium fuerat; quanquam negari non potest, *omne ædificium splendidum* et *magnificum, palatium quodvis*, a Latinis (v. c. Suetonio Calig. c. 37. Aug. c. 63 et 72. Tit. c. 8.) dictum esse prætorium. 4) πραιτώριον speciatim dicebatur *cohors prætoria*, h. e. tempore reipublicæ Romanæ *prima in exercitu cohors, cui prætor præire solebat*; tempore vero imperatorum, *custodia corporis imperatoris, cui qui præerat, præfectus prætorio appellabatur*, et hinc, per metonymiam, *castra prætoriana*, ad urbem Romæ posita. Sic legitur in N. T. Philipp. I. 13. ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ ut vincula mea manifesta fierent in castris prætorianis, ad urbem Romæ positis. Postulat hanc explicationem locus Act. XXVIII. 16. ubi narratur, Paulum præfecto prætorio Romæ custodiendum traditum et catena militi prætoriano alligatum fuisse. Conf. Herodian. Lib. II. c. 5. 6. IV. 4. 12. VII. c. 11. s. 12 seq. et Sueton. in Tib. c. 37. Tacit. Hist. IV. c. 46. Zonaras Lex. coll. 1585. Πραιτωρίῳ, παλατίῳ· καὶ ὁ ἀπόστολος, ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ κ. τ. λ. Sæpius in N. T. non legitur. Cæterum omnibus notum est, superiori sæculo de vero vocis πραιτώριον sensu inter Jac. Perizonium et Ulricum Huberum acerbius disputatum esse, cui altercationi debemus Jac. Perizonii Diss. de origine, significatione et usu vocum Prætoris et Prætorii. Franeq. 1690. 8.

ΠΡΑ'ΚΤΩΡ, ορος, ὁ, proprie: *qui aliquid facit et agit* (Sophocl. Trach. 862.), deinde: *exactor, qui æs alienum, aut pecuniam mulctatitiam ab altero exigit*, etiam *lictor*, seu *minister magistratus, qui pœnam a condemnato, judicis auctoritate, exigit*, nonnunquam quoque *vindex, ultor*, v. c. apud Æschylum Eumen. 315. Est verbale a tertia pers. perf. pass. πέπρακται, verbi πράσσω, vel πράττω *facio, exigo*, quod vide. Semel legitur in N. T. Luc. XII. 58. καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ πράκτορι, καὶ ὁ πράκτωρ σε βάλλῃ εἰς φυλακὴν ne judex te tradat exactori, seu lictori, qui te det in custodiam. Πράκτωρ h. l. idem est, quod loco parallelo Matth. V. 25. ὑπηρέτης, h. e. vilis sortis minister magistratus, qui pœnam quamcunque a condemnato, judicis auctoritate, exigit. In qua significatione etiam aliquoties apud Demosthenem (v. c. p. 778. 18 et 1327. ult. μὴ παραδοθῆναι τοῖς πράκτορσι τὸν προσοφείλοντα κατὰ τὸν νόμον, et p. 1337. 26. ed. Reisk.) et alios scriptores Græcos occurrit, ubi *is* dicitur, *qui mulctam pecuniariam, aut tributum exigit*. In versione Alex. respondet Hebraico נֹגֵשׂ *exactor, qui homines exigendo angit*, Ies. III. 12. Suid. πράκτωρ· ὁ τὸν ἐπικείμενον εἰσπραττόμενος φόρον. Hesych. πράκτορες· ἀπαιτηταί. Cod. Coislin. XXIV. apud Alberti Append. Glossar. Gr. N. T. p. 208. τῷ πράκτορι· τοῦτ' ἔστιν τοῖς ἀπαιτηταῖς, ἤτοι τοῖς κολασταῖς. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 741.

ΠΡᾶΞΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, 1) *factum, actio, negotium, officium, res gestæ*. Πράξεις, εων, αἱ, *res gestæ, vita, vivendi ratio*. Est verbale a secunda pers. perf. pass. πέπραξαι, verbi πράσσω, vel πράττω *facio, ago*, quod vide. Matth. XVI. 27. et tunc retribuet unicuique κατὰ τὴν πρᾶξιν (pro τὰς πράξεις) αὐτοῦ secundum actionem ejus, seu vivendi et agendi rationem. Codices nonnulli pro τὴν πρᾶξιν habent τὰ ἔργα, e glossemate. Luc. XXIII. 51. οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν qui nec consilia, nec facta eorum (scil. assessorum synedrii magni) probaverat. Rom. XII. 4. τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν omnia vero membra non eadem habent officia. Alexandrini usi sunt hac voce pro דֶּרֶךְ *via, iter*, et per metaphoram: *vivendi ratio, studium, mos, consuetudo, factum, opus*. 2 Paral. XIII. 22. XXVII. 7. XXVIII. 26. Adde 2 Paral. XII. 15. Sap. IX. 11. Sirac. XI. 10. XXXV. 21. XXXVII. 20. 1 Macc. XIII. 34. Thucyd. Lib. III. cap. 114. ἀπὸ ταύτης τῆς πράξεως ob has *res gestas*. ibid. VI. c. 88. διὰ τὴν περὶ τῶν Μαντινικῶν πρᾶξιν propter *res*, ad Mantineam *gestas*. Alia exempla collegit Reisk. in Indice Græcit. Demosthen. p. 622 seq. Hesych. πράξεις· βίοι ἢ διαθῆκαι. Πρᾶξις· ἀπαίτησις, (i. q. εἴσπραξις. Esr. IV. 13. VII. 23. Demosthen. p. 607. 13. ed. Reisk. περὶ πράξεως εἰσφορῶν.) ἄνυσις, ἢ ἔργου ποίησις, ἢ βίος. 2) *rerum gestarum narratio, commentarii de rebus gestis*. Hinc Acta Apostolorum, Πράξεις τῶν Ἀποστόλων, est inscriptio libri N. T. qui continet commentarium de rebus gestis, factis et fatis apostolorum, τὸ περὶ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων σύνταγμα. 3) speciatim in deteriorem partem adhibetur, et *actiones pravas, legibus divinis non consentaneas, peccata* notat. Sic legitur in N. T. Act. XIX. 18. de Ephesiis, qui, religionem christianam amplexi, confitebantur τὰς πράξεις αὐτῶν pristinam suam perverse sentiendi et vivendi rationem, τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, ut versio Syr. Erpenii et Codex Basileensis habent, e mero interpretamento. Rom. VIII. 13. εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, quod si vero, religionis christianæ adjumento usi, pravas

corporis actiones, pravosque adeo sensus ac cupiditates animi reprimitis et coërcetis. Coloss. III. 9. *ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ.* Vox *πρᾶξις* pravo quoque sensu legitur apud Ælian. V. H. Lib. II. c. 4. ubi de Menalippo, Phalaridis vitæ insidiante, loquens, addit: Alios etiam adolescentes adsciscere studuit, *οὓς μάλιστα ᾔδει περὶ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν θερμοτάτους.* Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΑ῀ΟΣ et ΠΡᾼ῀ΟΣ, *α, ον, lenis, mansuetus, qui est animo miti et humano, qui non indulget iræ, nec ad ulciscendum, sed ad ignoscendum pronus est*, q. *ῥᾷος*, quod, qui instructi sunt hac virtute, omnibus se faciles ac placidos reddant. Nonnulli a *περάω transeo* deducunt, quod talis facile transire sinat omne malum et quamvis injuriam, sibi ab aliis illatam. Aristot. ad Nicom. IV. c. 5. 2 Macc. XV. 12. *πρᾷον δὲ τὸν τρόπον, καὶ λαλιὰν προϊέμενον.* Incert. interpr. Zeph. III. 13. et Symmach. Psalm. XVII. 30. usi sunt pro Hebr. עָנִי. Demosthen. p. 1422. 19. ed. Reisk. *πρᾳότεροι δικασταὶ καὶ κριταὶ γίνεσθε τῶν πεπραγμένων.* In N. T. semel tantum legitur Matth. XI. 29. discite a me, *ὅτι πρᾷός εἰμι* nam ego sum mansuetus, h. e. æqua et humana sunt doctrinæ meæ præcepta, accommodata hominum viribus et felicitati. Demosthen. p. 1485. 9. *οὐ γὰρ ἔχω τούτου πρόσταγμα πρᾳότερον.* — Hesych. *πρᾷος· συνετός, ἥσυχος.* Conf. quoque Phavorinum, et Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΠΡᾼΟ'ΤΗΣ, *ητος, ἡ, lenitas, mansuetudo, quæ iram moderatur et, ne alii offendantur, cavet*, etiam *modestia, contraria fastui et superbiæ*, nec differt a *ταπεινοφροσύνη*, unde utrumque vocabulum Hebraico עֲנָוָה respondet in versione Alexandrina, ut infra ad voces *πραΰς* et *πραΰτης* docebitur, a *πρᾷος lenis, mansuetus, modestus.* 1 Cor. IV. 21. *ἐν ἀγάπῃ, πνεύματί τε πρᾳότητος* animo benevolo, mansueto ac humano. 2 Cor. X. 1. *διὰ τῆς πρᾳότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ* per mansuetudinem et lenitatem, quam postulat religio christiana. Gal. V. 23. *πρᾳότης* modestia. ibid. VI. 1. *ἐν πνεύματι πρᾳότητος* summa cum humanitate ac modestia. Ephes. III. 2. 1 Tim. VI. 11. 2 Tim. II. 25. *ἐν πρᾳότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους.* Tit. III. 2. *πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πρᾳότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους.* Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini habent pro עֲנָוָה. Psalm. XLIV. 6. *ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πρᾳότητος καὶ δικαιοσύνης.* Sirac. I. 24. *εὐδοκία αὐτοῦ πίστις καὶ πρᾳότης.* Demosthen. p. 716. l. 25. *τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν πρᾳότητα τὴν ὑμετέραν.* De mansuetudine et patientia in perferendis molestiis legitur *πρᾳότης* apud Xenophontem in Cyrop. II. 2. 9. et Demosthen. p. 1405. 15. *ἐπὶ πρᾳότητος ταπεινῶν.* Phavor. *πρᾳότης ἐστὶν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν ὑπὸ ὀργῆς γίγνονται δυσκίνητοι. πρᾳότης ἐστὶ τὸ δύνασθαι φέρειν τὰ μέτρια ἐγκλήματα, καὶ ὀλιγωρίας, καὶ ἀγνοίας, καὶ πονηρίας, καὶ μὴ ταχέως ὁρμᾷν καὶ σπεύδειν ἐπὶ τιμωρίας, καὶ τὸ μὴ εὐκίνητον εἶναι πρὸς τὰς ὀργὰς κ. τ. λ. παρέπεται δὲ τῇ ἐπιεικείᾳ, μετριοφροσύνῃ καὶ εὐσταθείᾳ.*

ΠΡΑΣΙΑ`, *ᾶς, ἡ, areola in horto*, seu *locus consitus in hortis figuræ et formæ quadratæ fere et oblongæ.* Theophr. Hist. Plant. IV. 4. Dioscor. IV. 17. Plutarch. T. VII. p. 342. ed. Reisk. Hesych. *πρασιαί· αἱ ἐν τοῖς κήποις τετράγωνοι λαχανίαι, οἷον περασιαί, διὰ τὸ ἐπὶ πέρασι τῶν κήπων.* Phavor. *πρασιαί· τετράγωνά τινα σχήματα ἐν τῇ γῇ.* Suid. *πρασιαί· αἱ τοῦ κήπου λαχανίαι. καὶ πράσιον λάχανον.* Homer. Odyss. *ή*, v. 127. *ἔνθα δὲ κοσμηταὶ πρασιαὶ παρὰ νείατον ὄρχον παντοῖαι πεφύασιν*, ubi Schol. *αἱ λαχανεῖαι ἢ αἱ τῶν φυτειῶν τετράγωνοι σχέσεις, ὡς τὰ πλινθία.* Legitur quoque in fragmentis Aquilæ et Symmach. Cant. V. 14. et VI. 1. pro עֲרוּגָה et Sirac. XXIV. 32. In N. T. semel tantum reperitur Marc. VI. 40. *καὶ ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαὶ* et discubuerunt areolæ areolæ, h. e. areolatim, per ordines, qui haberent formam areolarum, scil. *quadratam*, centeni et quinquageni. Theophyl. ad h. l. *πρασιαὶ λέγονται τὰ ἐν τοῖς κήποις διάφορα κόμματα, ἐν οἷς φυτεύονται διάφορα πολλάκις λάχανα.* Geminatio vero vocis *πρασιαὶ* ad significandam distributionem magnæ istius multitudinis quinque millium fere in multos cœtus minores, qui per areolas, seu in modum arearum discumbebant, Hebraismum sapit. Sic Exod. VIII. 10. legitur: et colligebant ranas חֳמָרִים חֳמָרִים *acervos acervos*, h. e. ita, ut eos in multos acervos distribuerent. Alexandrini: *συνήγαγον αὐτοὺς θημωνίας θημωνίας.* 1 Reg. III. 16. Judd. V. 22. Confer Vorstii Philol. Sacr. cap. 12. p. 305 seq. Wetstenii N. T. T. I. p. 583. et Georgii Vindic. N. T. ab Hebraismis p. 340. Græcus sine dubio scripsisset *ἀνὰ πρασιάς*, vel *κατὰ πρασιάς.* Confer Schwarzii Comment. Gr. Ling. p. 1149. Vide infra *συμπόσιον.* Cæterum hæc vox accentu differt a *πρασία*, quod *humorem, succum* significat et v. c. legitur apud Plutarchum T. X. p. 721. ed. Reisk.

ΠΡΑ'ΣΣΩ, vel Attice ΠΡΑ'ΤΤΩ, futur. *άξω*, 1) *ago, facio, studiosus sum, perficere conor*, et ita differt a *ποιέω*, ut tantum de actionibus et bonis et malis, seu moralibus adhibeatur, cum *ποιεῖν* etiam *fingere, parare, componere, exstruere, ædificare* significet, ut supra vidimus. Joh. III. 20. *πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων* omnis enim, qui impie agit. ibid. V. 29. Act. XVII. 7. *ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράττουσι* adversus decreta Cæsaris agunt. ibid. XIX. 19. *ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων* multi vero eorum, qui artes magicas tractaverant. ibid. v. 36. *καὶ μηδὲν προπετὲς πράττειν* neque quicquam præcipitanter agere. ibid. XXVI. 9, 20. *ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας* ita, ut mentis emendationem factis etiam comprobarent. ibid. v. 26. Rom. I. 32. VII. 15, 19. IX. 11. *μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακόν.* ibid. XIII. 4. 2 Cor. V. 10. *ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακὸν* ut reportet unusquisque mercedem eorum, quæ in hac vita fecit, sive recte, sive male factorum. ibid. XII. 21. *ᾗ ἔπραξαν* cujus studiosi fuerunt. Galat. V. 21. *οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες* qui horum scelerum studiosi sunt. Phil. IV. 9. Xenoph. Hist. Gr. IV. 4. 7. VI. 5. 7. Æschin. Socr. Dial. II. 1. *ὅ, τι πράττουσιν.* ibid. § 20. *πράττειν τὰ τοῦ γραμματιστοῦ ἔργα.* Diog. Laërt. II. cap. 8. *ὁ μέν τοι σπουδαῖος οὐδὲν ἄτοπον πράξει.* Job. XXXIV. 21. *λέληθε δὲ αὐτὸν οὐδὲν ὧν πράσσουσιν.* ib. XXXVI. 21. *φύλαξαι μὴ πράξῃς ἄτοπα.* Prov. XXV. 28. XXVI. 19. 2) *κατ' ἐξοχὴν* in deteriorem partem adhibetur, ut significet: *scelus patrare, crimen committere, peccare.* Luc. XXII. 23. *τὸ τίς ἄρα εἴη ἐξ αὐτῶν, ὃς τοῦτο μέλλει πράσσειν* quisnam ex iis hoc scelus patraturus esset, seu Christum proditurus esset hostibus. Luc. XXIII. 15. *οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ* nullum crimen, morte dignum, patravit. ibid. ver. 41. *ἄξια γὰρ, ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν* nos enim justas malefactorum nostrorum pœnas perferimus. Sequuntur verba: *οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε.* Act. III. 17. *ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε* per imprudentiam vos Christum, auctorem

salutis humanæ, occidisse. ib. XXV. 11. *εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι* si enim contra leges aliquid feci crimenque, morte dignum, commisi. ibid. ver. 25. XXVI. 31. Rom. II. 1. *τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων*. ibid. ver. 2 et 3. (ubi *πράσσει* positum est pro *ἔπραξεν*, nihil patrasse.) Ita עָשָׂה quoque usurpatur 1 Sam. XX. 32. לָמָּה יוּמַת מֶה עָשָׂה· ib. XXVI. 18. מֶה עָשִׂיתִי וּמַה־בְּיָדִי רָעָה· Alexandrini recte transtulerunt *ὅτι τί ἡμάρτηκα ; καὶ τί εὑρέθη ἐν ἐμοὶ ἀδίκημα* ; et *committere* apud Virgilium Æn. I. 235. "quid meus Æneas in te committere tantum, quid Troës potuere?" 3) *observo*, i. q. *φυλάσσω*. Rom. II. 25. *ἐὰν νόμον πράσσῃς* si legem Mosaicam observas, exacte ei satisfaciendo. Codex Claromontanus *φυλάσσῃς* h. l. habet, e glossemate. Opponitur autem *τῷ πράσσειν τὸν νόμον* formula *παραβάτην τοῦ νόμου εἶναι*. Conf. supra ad *ποιέω* dicta. 4) *negotium aliquod tracto, administro, gero.* 1 Cor. IX. 17. *εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω* quodsi enim sponte mea et lubenter munere meo apostolico fungor, præmia a Deo jure meo sperare possum ; *εἰ δὲ ἄκων*, (scil. *πράσσω*,) *οἰκονομίαν πεπίστευμαι* quod si vero invitus eo fungor, nihilominus tamen mihi concreditum ac demandatum manet. Conf. ver. 16. 1 Thess. IV. 11. *πράσσειν τὰ ἴδια* negotia, sibi a Deo demandata, tractare. Similis formula legitur apud Xenophontem in Mem. II. 9. 1. *πράττειν τὰ ἑαυτοῦ* suas res agere ita, ut nihil aliena cures. ib. I. c. 2. 16. *πράττειν πολιτικά*. Herodian. III. c. 2. 10. *τοὺς τῶν ἡγεμόνων, ἢ τῶν ὅ, τι δὴ πραττόντων* omnes ducum, aut etiam quocunque munere fungentium liberos ; ubi videndus Irmischius. 5) *copiam facio alicui alicujus rei, potestati alicujus aliquid trado, dominum alicujus rei constituo aliquem.* Polyb. Hist. XIII. cap. 2. *δόξας τὸν Τάραντα πράττειν Ῥωμαίοις*. Hinc *πράσσω* et *πράσσομαι exigo, extorqueo, exprimo, emungo*, i. q. *ἐκπράσσω* et *ἐκπράσσομαι*. Luc. III. 13. *μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε* ne plus exigatis, quam legibus est vobis constitutum ; quod uno verbo *παρεισπράττειν* apud Græcos dicitur. ibid. XIX. 23. *καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτὸ* et ego redux cum fœnore eam exegissem. Grotius hic præfert lectionem *ἀνέπραξα*, quam habet codex Anglicanus. Xenoph. Hist. Gr. I. 3. 7. Idem de Rep. Athen. I. 11. Anab. VII. 6. 13. Ita *πράττεσθαι* pro exigere, in primis in re pecuniaria, usurpatur apud Xenoph. Mem. I. 2. 5. Hist. Græc. I. 5. 11. Æschin. Socr. Dial. II. 31. *τούτων μισθὸν πραττόμενοι*. Callimach. Hymn. in Lavacr. Pallad. ver. 91. ubi vide interpretes. Batrachom. 184. Alia exempla utriusque loquendi usus vide apud Jensium in Ferculo Litterar. p. 42. Palairet. Obss. Philol. pag. 163 et 200. Wetstenium N. T. T. I. p. 672. Schwarzium in Comment. Ling. Gr. p. 1150. et Salmasium de Fœnore Trapezitico pag. 117. Hinc jus primæ exactionis *πρωτοπραξία* vocatur apud Plinium X. Ep. 109. 6) *tracto aliquem, me gero erga aliquem, afficio.* Construitur cum *ἐπί*. Act. V. 35. *προσέχετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, τί μέλλετε πράσσειν* caute et provide hos homines tractate. ibid. XVI. 28. *μηδὲν πράξῃς σεαυτῷ κακὸν* ne vim tibi inferas. In libris Apocryphis *πράσσειν*, nude positum, notat: *violenter tractare aliquem, vim inferre alicui.* 1 Macc. X. 35. *καὶ οὐχ ἕξει ἐξουσίαν οὐδεὶς πράσσειν καὶ παρενοχλεῖν τινα αὐτῶν περὶ παντὸς πράγματος* et nemo potestatem habebit violenter tractare et perturbare aliquem eorum ullo in negotio. Job. XXXV. 6. apud Symmach. *ἐργάζεσθαι* et apud LXX *πράσσειν* seq. dativo pro Hebr. פָּעַל seq. בְּ notat *alicui nocere et detrimentum afferre*, ubi Vulg. habet: *quid ei nocebis?* Ita quoque עָשָׂה sumitur Cohel. IV. 1. אֲשֶׁר נַעֲשִׂים תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ, qui in his terris injuriam patiuntur ; et *δρᾶν*, sequente *ἐπί*, apud Ælianum Hist. Anim. XI. 11. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 287 seq. ac Beckii Comment. in Aristoph. Vol. I. pag. 246 seq. 7) *fortunam aliquam experior, sum in aliquo statu et conditione, sorte aliqua utor.* In hac significatione vel nude ponitur, vel construitur cum adverbiis *εὖ, κακῶς*, vel cum adjectivis jungitur. Ephes. VI. 21. *ἵνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τί πράσσω* ut vero sciatis etiam vos, qua sim conditione, qua sorte utar. Ælian. V. H. II. c. 35. *καὶ ἤρετο τί πράττοι* ; eumque interrogabat, quid ageret, seu quomodo se haberet? Sermo autem ibi est de Gorgia ægrotante. ibid. III. 18. *ταπεινῶς πράττοντας* humili fortuna utentes. Epictet. Enchirid. cap. 10. *ἐφ' οἷς αὐτὸς πράσσει κακῶς*. Eurip. Orest. v. 659. Conf. Küsterum ad Aristophanis Plutum ver. 341. et Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 234. Ita etiam *agere* usurpatur apud Ovidium Trist. I. 1. 18. Terentium Andr. I. 5. 32. Huc etiam pertinet formula *εὖ πράσσειν*, quæ partim de *iis* usurpatur, *qui recte et bene agunt*, (Æschin. Socr. Dial. II. 6. ubi *τῷ ἐξαμαρτάνειν* opponitur) partim vero de *iis* adhibetur, *qui felices beatique sunt, florent, salvi sunt.* (Æschin. Socr. Dial. I. 13. ubi *τῷ εὖ πρᾶξαι* opponitur *κακῶς πράττειν*. Euripid. Phœniss. v. 416 et 1618.) Sic legitur in N. T. Act. XV. 29. *ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε* a quibus si abstinueritis, felices eritis et beati, coll. v. 1. Ita quoque Syrus hunc locum interpretatus est. Conf. Krebsii Obss. Flav. p. 229. Sæpius in N. T. non legitur. — Thom. M. *πράττω — — — μετὰ μὲν τῆς τοῦ εὖ ἢ κακῶς προσθήκης, ἢ τοῦ βέλτιον, ἢ τοῦ χεῖρον, ἢ τοιούτου τινὸς ἄλλου, πάθος δηλοῦσι. χωρὶς δὲ προσθήκης ἐνέργειαν.* — — *Πράττω οὐ μόνον τὸ ποιῶ καὶ πάσχω, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπαιτῶ, ὃ καὶ εἰσπράττω λέγομεν κ. τ. λ.* Lectu digna etiam de hac voce habet Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. pag. 283 seq. edit. Zeunii.

ΠΡΑΥ'Σ, εῖα, ὺ, genit. έος, είας, έος, *lenis, mitis, mansuetus, humanus, benignus, modestus, qui fert aliorum injurias, nec illico ulciscitur, qui remittit interdum de jure suo et lubenter aliis cedit*, a *πρᾶος*, quod idem notat. Vide supra. Ter tantum in N. T. legitur. Matth. V. 5. *μακάριοι οἱ πραεῖς* beati mansueti, qui æquo animo ferunt aliorum injurias. ubi videndus Wetstenius. ibid. XXI. 5. *ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται πραῢς* rex tuus benignus tibi adest. Pindar. Pyth. III. 124. 1 Petr. III. 4. *ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέος καὶ ἡσυχίου πνεύματος*, ubi *πραῢ πνεῦμα* significat modestiam, facilitatem morum, animi mansuetudinem, quæ iram moderatur et, ne alii offendantur, cavet. Alexandrini hac voce usi sunt pro עָנִי *afflictus, pauper, mansuetus, modestus*, Job. XXIV. 4. Ies. XXVI. 6. Zach. IX. 9. et עָנָו *mansuetus, humilis*, Num. XII. 3. Psal. XXXVII. 11. et CXLVII. 6. Phavor. *πραεῖς· οἱ μὴ ὀξύῤῥοποι πρὸς τὰς ἐμπαθεῖς τῆς ψυχῆς κινήσεις, ἀλλὰ κατεσταλμένοι τῷ λόγῳ, ὡς τό· μακάριοι οἱ πραεῖς.* Conf. etiam Salmasium de Fœnore Trapezitico p. 737.

ΠΡΑΥ"ΠΑ'ΘΕΙΑ, ας, ἡ, *mansuetudo, lenitas animi.* E *πραῢς* et *πάσχω*. 1 Tim. VI. 11. ubi loco im-

pressi πραότητα tres codices πραϋπάθειαν exhibent. Zonaras Lex. c. 1576. πραϋπάθεια, ἡσυχία, πραότης. ubi Tittmannus: Idem quoque habet Photius in Lexico suo. Exemplum e Philone (de Abrahamo p. 379. B. apud quem quoque verbum πραϋπαθεῖν occurrit) notavit Alberti ad Hesychium s. h. v. Confer quoque Wetstenium ad 1 Tim. VI. 11.

ΠΡΑΫ́ΤΗΣ, ητος, ἡ. Dicitur generatim *ea animi virtus, quæ omnes immoderatos animi affectus, et cum primis iram continet atque reprimit;* (Vide Heisenii Novas Hypotheses ad Epistolam Jacobi p. 637.) et speciatim: *lenitas animi, mansuetudo, modestia, humanitas*, a πραῢς *mansuetus, lenis, mitis*, quod vide. Ter tantum in N. T. legitur. Jacob. I. 21. ἐν πραΰτητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον animo obsequioso et modesto accipite doctrinam, vobis traditam. Significat πραΰτης h. l. *animi modestiam, quæ est ab omni contumacia et repugnandi libidine aliena.* ibid. III. 13. πραΰτης est lenitas in ferendis injuriis, quæ iram moderatur et ulciscendi cupiditatem. 1 Petr. III. 15. μετὰ πραΰτητος summa cum modestia ac humanitate. Alexandrini usi sunt hac voce pro עֲנָוָה *mansuetudo, modestia.* Psal. XLV. 5. Conf. Theodot. Prov. XVI. 4. et Symmach. Prov. XXII. 4. Occurrit etiam apud Alexandrinos et Theodotionem Psal. XC. 10. ubi de Deo ita usurpatur, ut ejus in puniendis hominibus clementiam indicet. Suid. πραΰτης· ἐπὶ Θεοῦ, ἡ μικρὰ τιμωρία. Δαβίδ· ὅτι ἐπῆλθε πραΰτης ἐφ' ἡμᾶς καὶ παιδευθησόμεθα. Vide ad h. l. Theodoretum, ex quo sua Suidas hausit.

ΠΡΑ'Ω. Vide ΠΙΠΡΑ'ΣΚΩ.

ΠΡΕ'ΠΩ, *convenio, decorus sum, excello, conspicuus sum, necessarius sum.* Hinc impersonale πρέπει *convenit, decet, necesse est*, et τὸ πρέπον *decorum.* Matth. III. 15. οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν ita enim decet nos. 1 Cor. XI. 13. Ephes. V. 3. καθὼς πρέπει ἁγίοις ut christianis decorum est. 1 Tim. II. 10. Hebr. II. 20. ἔπρεπε γὰρ αὐτῷ necessarium enim erat, Jesum, etc. ib. VII. 26. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini adhibuerunt pro נָאָה *pulcrum, amœnum esse, convenire, decens esse.* Ps. XXXIII. 1. XCIII. 5. Symmach. et Theodot. Prov. XXVI. 1. Hesych. πρέπον· ὅμοιον, μέτριον, συμφέρον, ὡραῖον, ἄριστον. Thom. M. τὸ μὲν πρέπει, ἀεὶ δοτικῇ, τὸ δὲ πρέπον, οὐ δοτικῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ γενικῇ. Θουκυδίδης (Lib. III. c. 59.)· ὡς πρέπον ὑμῶν, καὶ ὡς ἡ χρεία προάγει.

ΠΡΕΣΒΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) *legatio*, a πρέσβυς, υος, Attice εως, ὁ, *senex*, item *legatus.* Demosthen. p. 367. 2. ed. Reisk. πρεσβείας εὐθῦναι. Xenoph. Ages. II. 26. 2) per metonymiam, ut Latinorum *legatio*, (apud Frontinum I. 2. 1. *occasione mittendæ ad Syphacem legationis*) pro *legatis* ponitur. Sic bis tantum in N. T. legitur. Luc. XIV. 32. πρεσβείαν ἀποστείλας mittens ad illum legatos, seu oratores. ibid. XIX. 14. ἀπέστειλαν πρεσβείαν ὀπίσω αὐτοῦ eo jam profecto miserunt legatos, nempe ad senatum Romanum. Eodem modo sumitur quoque apud Xenophontem de Rep. Laced. XIII. 10. πρεσβείας ἀποπέμπεσθαι καὶ φιλίας καὶ πολεμίας. Thucyd. IV. c. 118. καθότι ἂν εἰσίῃ ἡ πρεσβεία. Herodian. VI. 4. 6. Nuspiam usurpatur πρεσβεία ab Alexandrinis interpretibus; reperitur tamen apud Incertum 2 Paral. XXVII. 31. pro Hebraico מְלִיץ, et 2 Macc. IV. 11.

ΠΡΕΣΒΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *senior sum, senesco, gravitatem senis præ me fero, natu major sum*, a πρέσβυς, vel πρεσβεὺς *senex.* Herodot. VII. 2. Sophocl. Œdip. Col. 1418. Jam, quia senes olim magno in honore et pretio erant iisque gravissima negotia committebantur, πρεσβεύειν non solum generatim notat: *in honore et pretio esse*, sed etiam speciatim significat 2) partim *legatos mittere*, (v. c. apud Xenophontem de Vectigal. V. 9.) partim *legatione fungi, legatum mitti;* (Xenoph. Cyrop. V. 1. 1. Anab. VII. 2. 13.) unde etiam πρεσβευτὴς et πρέσβυς *legatus* dicitur, teste Hesychio: πρέσβεις· γέροντες, βασιλεῖς, ἄρχοντες, προτιμώμενοι, καὶ οἱ πρεσβευταὶ, μεσῖται, ἀπόστολοι, ἢ ἕνεκα εἰρήνης, sc. πεμπόμενοι. In posteriori hac notione bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. V. 20. ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν sumus legati Christi ad vos. Zonaras Lex. col. 1589. hoc loco adducto πρεσβεύομεν per μεσιτεύομεν interpretatus est. Ephes. VI. 20. ὑπὲρ οὗ πρεσβεύω ἐν ἁλύσει cujus causa legatione fungor in catenis, h. e. quia sum legatus Christi, in vincula conjectus sum. Ælian. V. H. XIV. c. 39. πρεσβεύοντι ὑπὲρ εἰρήνης πρὸς αὐτόν. Thom. M. p. 737. πρεσβεύονται οἱ τοὺς πρέσβεις χειροτονοῦντες καὶ πέμποντες, καὶ διαπρεσβεύονται. Λιβάνιος ἐν τῇ τοῦ Πατρόκλου προθεωρίᾳ (T. II. p. 256.)· πρεσβεύεται πρὸς αὐτὸν Ἀγαμέμνων. πρεσβεύουσι δὲ καὶ πρεσβεύονται οἱ πεμπόμενοι εἰς πρεσβείαν. Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· (cap. 89.) τοὺς ἐς τὴν Λακεδαίμονα πρεσβευομένους ἔπεμπον. πρεσβεύω· καὶ τὸ παρακαλῶ, δοτικῇ. καὶ πρεσβεύω· τὸ τιμῶ, αἰτιατικῇ. πρεσβεύω· καὶ τὸ πρεσβύτερός εἰμι, γενικῇ. Θουκυδίδης ἐν τῇ ἕκτῃ· διὰ τὸ πρεσβεύειν τι ἀπ' αὐτοῦ καὶ τυραννεῦσαι. καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἑβδόμῃ· τῶν μὲν δὴ προτέρων ἐπρέσβευσεν Ἀρτοβαζάνης; ubi vide interpretes. Gloss. Vet. πρεσβεύω, *legatione fungor, intercedo.* Conf. etiam Phavorinum sub πρεσβεύεται et πρεσβεύω, Hesychium sub πρεσβεύειν, Wetstenii N. T. T. II. p. 192. et Reiskium in Indice Græcit. Demosthen. p. 626.

ΠΡΕΣΒΥΤΕ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *presbyterium, collegium*, seu *ordo seniorum*, aut *presbyterorum, senatus*, a πρεσβύτερος *senior.* Hoc nomine vero in N. T. libris insigniuntur 1) *assessores synedrii magni*, qui una cum pontifice maximo res Judæorum sacras et civiles cognoscebant et judicabant. Luc. XII. 66. συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ congregatus est ordo seniorum populi. Act. XXII. 5. ὡς καὶ ὁ ἀρχιερεὺς μαρτυρεῖ μοι καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον. Habuerunt autem Judæi etiam suos per singula oppida πρεσβυτέρους, qui præfecti erant et gubernatores cœtuum, sacrorum causa coëuntium, quos ipsi זְקֵנִים et Christi et apostolorum ætate Chaldaico verbo קְשִׁישִׁין (conf. Syrum Luc. VII. 3.) appellabant, et qui bene distinguendi sunt a πρεσβυτερίῳ Hierosolymitano. 2) in ecclesia christiana apostolica *collegium presbyterorum ecclesiæ*, quorum munus erat, regere ecclesiam, docere, præesse sacris, sacramenta administrare, decernere de rebus ecclesiasticis, eligere, præficere, inaugurare doctores ecclesiæ. 1 Tim. IV. 13. ὃ ἐδόθη σοι — — μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου quod tibi datum et demandatum est una cum impositione manuum, facta a collegio presbyterorum ecclesiæ. Sic recte hunc locum interpretati sunt patres veteres, ut ostendit Suicerus in Thesauro Ecclesiastico T. II. p. 824. Conf. etiam Vitringam de Synagoga Vetere Lib. II. c. 12. p. 597. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΕΣΒΥ'ΤΕΡΟΣ, έρα, ον, *senior*,

natu major. Est comparativus a πρέσβυς *senex.* Proprie denotat: 1) *seniorem, natu majorem, senem, qui ætate superat viros, provectior ætate,* et respondet in versione Alexandrina Hebraico זָקֵן *senex,* Genes. XVIII. 11, 12. XIX. 4, 31. שָׂב *canus, senex, senior,* Esr. V. 9. VI. 7, 8, 14. יָשֵׁשׁ vel יָשִׁישׁ *decrepitus,* Job. XXXII. 9. רִאשׁוֹן *prior, primus,* 2 Chron. XXII. 1. et בְּכוֹר *primogenitus.* Job. I. 13, 18. Sic legitur in N. T. 1 Tim. V. 1. ubi τῷ πρεσβυτέρῳ opponuntur οἱ νεώτεροι, quemadmodum ibid. v. 2. ταῖς πρεσβυτέραις opponuntur αἱ νεώτεραι. Luc. XV. 25. ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ erat autem filius ejus natu major in agro. 1 Petr. V. 5. ὁμοίως νεώτεροι ὑποτάγητε τοῖς πρεσβυτέροις. Act. II. 17. οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνυπνίοις ἐνυπνιασθήσονται seniores vestri somnia habebunt. Æschin. Socr. Dial. I. 4 et 11. καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ νέων. Ælian. V. H. IX. 42. πρεσβύτερος υἱὸς filius natu major. 2) per synecdochen πρεσβύτεροι vocantur *majores,* et speciatim partim *doctores veteres Judæorum, auctores traditionum,* quas Judæi diligenter observare solebant, partim *majores Judæorum pii, quorum vita in V. T. codice commendatur,* qui etiam πατέρες κατ' ἐξοχὴν vocari solebant. Matth. XV. 2. διατί οἱ μαθηταί σου παραβαίνουσι τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων; cur violant discipuli tui veterum traditiones et instituta? ubi videndus Grotius. Marc. VII. 3, 5. Hebr. XI. 2. ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. Theodoretus ad h. l. οἱ πρεσβύτεροι· οἱ πάλαι γεγενημένοι, οἱ πρὸ τοῦ νόμου καὶ ἐν τῷ νόμῳ διαλάμψαντες ἅγιοι, h. e. majores Judæorum pii, quorum vita commendatur in V. T. libris, qui Sirac. XLIV. 1. οἱ πατέρες vocantur. 3) est nomen dignitatis et significat: *assessores synedrii magni Judæorum Hierosolymitani, collegas Pontificis M. qui e singulis Judæorum tribubus in consessum judicum Hierosolymitanorum cooptabantur, et maxime res Judæorum civiles cognovisse et judicasse videntur.* Matth. XVI. 21. ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων. ibid. XXI. 23. οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ. ibid. XXVI. 3, 47, 57, 59. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ τὸ συνέδριον ὅλον. ibid. XXVII. 1, 3, 12, 20, 41. XXVIII. 12. συναχθέντες (scil. οἱ ἀρχιερεῖς) μετὰ τῶν πρεσβυτέρων. Marc. VIII. 31. XI. 27. XIV. 43 et 53. XV. 1. Luc. IX. 22. XX. 1. XXII. 52. Joh. VIII. 9. Act. IV. 5, 8. πρεσβύτεροι τοῦ Ἰσραήλ. ibid. v. 23. VI. 12. XXIII. 14. XXIV. 1. XXV. 15. οἱ πρεσβύτεροι τῶν Ἰουδαίων. 4) Speciatim apud Judæos πρεσβύτεροι dicebantur, *qui in singulis oppidis præfecti erant et gubernatores cœtuum, sacrorum causa coëuntium,* qui vulgo in N. T. ἀρχισυνάγωγοι appellabantur, quos autem ipsi זְקֵנִים et verbo Chaldaico קַשִּׁישִׁין appellabant. Sic legitur in N. T. Luc. VII. 3. πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων, coll. v. 5. Conf. Philonem in Lib. Resipisc. Noe Tom. I. p. 395. 5) *presbyteri in ecclesia christiana apostolica, ab episcopis minime diversi,* quorum munus erat in universum, regere ecclesiam christianam, non vero docere, speciatim vero præesse sacris, administrare sacramenta, certe eucharistiam, decernere de rebus ecclesiasticis, pauperibus et ægrotis opem ferre, doctrinæ integritatem et morum sanctitatem observare, lites christianorum componere; uti docte et eleganter pro more suo demonstravit Cel. Forbigerus in Diss. de Muneribus Ecclesiasticis Ætate Apostolorum. Lips. 1776. 4. Sic legitur in N. T. Act. XI. 30. XIV. 23. XV. 2, 4, 6, 22, 23. XVI. 4. XX. 17. XXI. 18. Tit. I. 5. Jacob. V. 14. 1 Petr. V. 1. Apoc. IV. 4, 10. V. 5, 6, 8, 11, 14. VII. 11, 13. XI. 16. XIV. 3. XIX. 4. 6) *ipsi apostoli J. C.* πρεσβύτεροι vocabantur 2 Joh. v. 1. coll. 1 Pet. V. 1. 3 Joh. v. 1. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΕΣΒΥ'ΤΗΣ, *ου, ὁ, senex, provectus ætate, grandævus, annis onustus,* a πρέσβυς *grandævus, senex.* Ter tantum legitur in N. T. Luc. I. 18. ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς ego enim consenui et uxor mea jam est provectæ ætatis. Tim. II. 2. Philem. v. 9. Alexandrini adhibent pro זָקֵן *senex,* Jos. VI. 21. Jud. XIX. 16, 17, 20, 22. שָׂב *canus,* Job. XV. 10. et יָשִׁישׁ *decrepitus.* Job. XXIX. 8. Adde Eurip. Phœniss. v. 864. et Xenoph. Cyrop. IV. 6. 1. Thom. M. pag. 736. πρέσβυς δὲ καὶ πρεσβύτης, ὁ γέρων. Idem tradit Hesychius.

ΠΡΕΣΒΥ'ΤΙΣ, *ιδος, ἡ, anus, vetula, mulier provectioris ætatis,* a πρέσβυς *senex.* Semel in N. T. legitur Tit. II. 3. ubi intelligendæ sunt mulieres provectioris ætatis, quæ in ecclesia christiana apostolica gubernandis junioribus præfici solebant. Vide Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. pag. 829. ac Pollucis Onom. II. 18.

ΠΡΗ'ΘΩ, fut. *ήσω, incendo.* Vide supra ΠΙ'ΜΠΡΗΜΙ.

ΠΡΗΝΗ'Σ, *έος, ὁ, ἡ, præceps, pronus in faciem, cernuus,* si de hominibus usurpatur, de locis vero adhibitum *proclivem, declivem* denotat; a πρὸ et νύω, seu νεύω *nuto.* Unde πρηνίζω *præcipito, præcipitem do.* Tantum legitur in N. T. Act. I. 18. de Juda, proditore Jesu, πρηνὴς γενόμενος præceps factus. Ita recte hunc locum interpretatus est Jac. Perizonius in Diss. de Morte Judæ, c. III. p. 16. et Elsnerus in Obss. Sacr. T. I. p. 359. ut indicetur his verbis, Judam rupto laqueo, ex quo se suspenderat, juxta Matthæum XXVII. 5. pronum cecidisse et crepuisse medium. Non enim audiendi sunt interpretes, qui partim Lucam voce πρηνὴς descripsisse existimant cruciatum animi et angorem, cum dolore corporis εἰλεώδει conjunctum, quo ad laqueum sumendum adactus sit; partim vero πρηνὴς commode per *suspensus* verti posse putant. Neutram enim explicationem admittit usus loquendi Græcorum, ex quo πρηνὴς semper *pronum in faciem* aut generatim *dejectum, prostratum* (v. c. Hesiod. Clyp. v. 365.) notat. Vide Homer. Iliad. ω', v. 111. Odyss. ε', v. 374. Apollon. Rhod. Argonaut. III. v. 1393. Eurip. in Rheso v. 795. Sapient. IV. 19. 3 Macc. VI. 23. Joseph. A. J. XVIII. c. 3. § 1. B. J. I. c. 32. § 1. Philo in Agricultura p. 204. de *luctatore:* ὁ καταπαλαίσας τινὰ καὶ ὕπτιον ἢ πρηνῆ τείνας ἐπὶ γῆν. Hesych. πρηνής· ἐπὶ πρόσωπον πεπτωκώς. Phavor. πρηνής· εἰς τοὔμπροσθεν, ἐπὶ στόματος, ἐπὶ προσώπου. Eustathius ad Homer. Iliad. II. v. 424. πρηνὲς λέγεται τὸ πεσὸν ἐπὶ πρόσωπον, ὕπτιον δὲ τὸ ἀνάπαλιν. Conf. etiam Casaubonus in Exercitatt. Antibaron. XVI. sect. 69. et Wetstenii N. T. T. II. p. 459. De lectione πρησθεὶς vel πρηστὴς a Wetstenio commemorata videndus Ernesti in Opusc. Philol. Crit. p. 330 seq.

ΠΡΙ'ΖΩ, fut. *ίσω, disseco, serra divido, findo,* vel *diffindo,* a πρίω *serra seco, divido,* quod a πρίων, *ονος, ὁ, serra.* Apud Alex. legitur pro Hebr. מַשּׂוֹר Ies. X. 15. et pro

מְגֵרָה 2 Sam. XII. 31. 1 Paral. XX. 3. Tantum exstat in N. T. Hebr. XI. 37. ἐπρίσθησαν serra dissecti sunt; quod fuit genus supplicii apud Judæos crudelissimi, quo Judæi narrant Iesaiam prophetam interemtum fuisse. Conf. Fabricii Codicem Pseudepigraphum V. T. p. 1088. et Wetstenii N. T. T. II. p. 431. Alex. Amos I. 3. ἔπριζον πρίοσι σιδηροῖς τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας τῶν ἐν Γαλαάδ: pro Hebraico: עַל־רוּשָׁם בַּחֲרֻצוֹת הַבַּרְזֶל אֶת־הַגִּלְעָד. Hist. Susann. v. 59. (60.) τὴν ῥομφαίαν ἔχων πρίσαι σε μέσον.

ΠΡΙ'Ν et ΠΡΙ'Ν Η", *priusquam, antequam, prius, ante.* Construitur cum accusativo et infinitivo propter subintellectum verbum *γίνεται*, vel *συμβαίνει*, vel simile, vel cum indicativo, vel cum conjunctivo et optativo, vel etiam cum genitivo (Pindar. Pyth. Od. IV. 76. πρὶν ὥρας. Schol. πρὸ τοῦ δέοντος χρόνου.) et tunc est idem, quod πρὸ *prius, ante.* Matth. I. 18. πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς priusquam convenissent. ib. XXVI. 34, 75. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με priusquam gallus cantabit, ter me abnegabis. Marc. XIV. 30 et 72. Luc. II. 26. μὴ ἰδεῖν θάνατον πρὶν ἢ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου se non esse moriturum, antequam vidisset Christum Domini. ibid. XXII. 34. Joh. IV. 49. πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου. Eurip. Phœniss. v. 82. Aristoph. Vesp. v. 1316. ib. VIII. 58. XIV. 29. Act. II. 20. VII. 2. XXV. 16. πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους priusquam, qui accusatur, coram facie habeat accusatores. Aristoph. in Pace v. 1076. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini adhibuerunt pro טֶרֶם et cum præfixo בְּ בְּטֶרֶם *ante, antequam, priusquam,* Exod. I. 19. Jos. II. 8. 1 Sam. II. 15. et pro לִפְנֵי *ad conspectum, coram, ante.* Ezech. XXXIII. 22. Joël II. 31. Confer Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 429. ed. Zeunii.

ΠΡΙ'ΣΚΑ, ης, ἡ. *Prisca.* Nomen proprium mulieris Latinum, idem notans, quod *antiqua.* Fuit hæc uxor Aquilæ, Judæi, ex Ponto oriundi, christiana, comes Pauli, cum Ephesum adiret ejusque in propaganda religione socia, quæ et *Priscilla* Πρίσκιλλα dicitur, quod est deminutivum a *Prisca.* Antiquitus enim nomina fœminarum modo simpliciter, modo in deminutivo enuntiabantur. Hinc, quæ a Tacito vocatur *Claudia*, a Suetonio appellatur *Claudilla.* Sic, quæ *Livia* est Tacito, Suetonio est *Livilla.* Origenes etiam *Priscam*, quæ 2 Tim. IV. 19. commemoratur, eandem cum Priscilla fuisse statuit. Sunt etiam codices, qui in loco statim laudato habent Πρίσκιλλαν, pro Πρίσκαν, quam lectionem quoque versio Syriaca habet et approbant Chrysostomus aliique.

ΠΡΙ'ΣΚΙΛΛΑ, ης, ἡ. *Priscilla.* Nomen deminutivum mulieris a Πρίσκα, quæ eadem fuit cum Πρίσκα, de qua vide vocem præcedentem. Memoratur in N. T. Act. XVIII. 2, 18, 29. Rom. XVI. 3. ubi pro Πρίσκιλλαν multi codices habent Πρίσκαν, quod etiam Griesbachius in textum recepit. 2 Cor. XVI. 19.

ΠΡΙ'Ω, vide supra ΠΡΙ'ΖΩ.

ΠΡΟ'. Præpositio, regens genitivum, et, extra compositionem nominibus et pronominibus juncta, significat: 1) *ante, pro,* innuens prioritatem temporis. Matth. V. 12. τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν, scil. ὄντας, prophetas, qui ante vos fuerunt. ib. VIII. 29. πρὸ καιροῦ ante tempus constitutum. ibid. XXIV. 38. ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ tempore ante diluvium Noachicum. Joh. X. 8. πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον quotquot ante me venerunt et se Christos professi sunt. ib. XII. 1. πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα, pro ἓξ ἡμέρας πρὸ τοῦ πάσχα sex dies ante pascha. Similis constructio reperitur apud Alexandrinos Amos I. 1. πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ duos annos ante motum terræ. Conf. Wetstenii N. T. T. I. pag. 820. Adde Joh. V. 7. XI. 55. XIII. 1. Act. V. 36. XXI. 38. 1 Cor. IV. 5. etc. Æschin. Socr. Dial. III. 4. πρὸ τῆς γενέσεως. Eurip. Phœniss. v. 1297. πρὸ λόγχης ante duellum. 2) infinitivis junctum convertit eos in tempus finitum et reddi debet: *antequam, priusquam,* sed ita, ut in singulis locis prioritatem temporis indicet. Matth. VI. 8. πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι antequam vos petatis. Luc. II. 21. πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν antequam conceptus esset in utero matris. ibid. XXII. 15. πρὸ τοῦ με παθεῖν antequam patiar. Joh. XIII. 19. XVII. 5. Act. XXIII. 15. Galat. II. 12. Respondet in hac significatione Hebraicis לִפְנֵי Genes. XIII. 10. et בְּטֶרֶם. Prov. VIII. 25. 3) *ante*, ita, ut loci vicinitas, aut præsentia significetur. Matth. XI. 10. πρὸ προσώπου σου ante faciem tuam, seu ante te. Luc. I. 76. Act. V. 23. ἑστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν stantes ante fores. ibid. XII. 6. XIV. 13. τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως, etc. Eurip. Phœniss. v. 248. πρὸ τειχέων. ibid. v. 634. πρὸ πύργων. 4) per metaphoram de præstantia: *præ.* Jacob. V. 12. πρὸ πάντων δὲ præ omnibus vero. Est formula transeuntis ad rem gravioris momenti tractandam. 1 Petr. IV. 8. Xenoph. Mem. II. 5. 3. et Apolog. 20. 5) ut Latinum *pro, loco, vice.* Joh. X. 8. πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον omnes, qui loco mei venerunt, h. e. Messiæ nomen sibi arrogarunt. Eurip. Alcest. v. 644. οὐδ' ἐτόλμησαν θανεῖν τοῦ σοῦ πρὸ παιδός. ib. v. 690. Xenoph. Cyrop. I. 6. 19. et IV. 5. 15. 6) aliquando deficit per ellipsin, ut post πρῶτος. Luc. II. 2. Joh. I. 15, 30. coll. Luc. XI. 38.

ΠΡΟΑ'ΓΩ, fut. άξω, 1) proprie transitive sumitur, ut significet: *produco, profero,* ex πρὸ *ante, pro,* et ἄγω *duco.* Act. XII. 6. ὅτι δὲ ἔμελλεν αὐτὸν προάγειν ὁ Ἡρώδης, sc. εἰς δίκην, seu εἰς τὸν δῆμον, ex v. 4. cum vero Herodes vellet eum producere, h. e. cum adesset dies supplicii. Προάγεσθαι enim apud Græcos κατ' ἐξοχὴν *rei* dicuntur, *qui in concionem, aut ad judices ducuntur, partim, ut ad criminationes respondeant, partim, ut pœnas luant,* ita, ut suppleatur formula εἰς ἐκκλησίαν, aut εἰς δίκην. Conf. Josephum A. J. XVI. 11. 6. Ἡρώδης προαγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τριακοσίους τε τῶν ἡγεμόνων τοὺς ἐν αἰτίᾳ γενομένους. Idem de B. J. I. c. 27. 2. Ἡρώδης τοὺς υἱεῖς οὐ προήγαγεν εἰς τὴν δίκην. Arrian. de Expedit. IV. 14. 3. Polyb. I. 7. Conf. Raphelii Obss. Polybianas p. 332. Sic etiam *producere* de *reis* usurpatur apud Ciceronem in Verrem V. c. 6 et 45. "capitibus involutis cives Romanos ad necem producere instituit." Idem Epist. ad Div. XII. 4. "productus in concionem a Canutio, turpissime discessit." Eodem modo προάγειν quoque a Josepho adhiberi, docuit Krebsius in Obss. Flav. p. 213 seq. Act. XVI. 30. καὶ προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω iisque foras productis. ib. XXV. 26. διὸ προήγαγον αὐτὸν ἐφ' ὑμῶν καὶ μάλιστα ἐπὶ σοῦ, βασιλεῦ Ἀγρίππα, ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης, σχῶ τι γράψαι propterea produxi eum ad vos et ad te maxime, rex Agrippa, ut, rei disquisitione facta, habeam,

quod Cæsari rescribam. 2) intransitive: *præeo, præcedo, antecedo,* de loco. Matth. II. 9. ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς stella autem, in oriente illis visa, præibat iis, h. e. versabatur ante oculos, seu antecesserat eos, ex opinione scilicet magorum. Nonnulli interpretes προῆγεν vertunt: *duxit, viæ comes fuit;* ut sit idem, quod simplex ἦγεν, nam πρὸ in multis compositis vi omni caret, ut προΐαψεν Homer. Iliad. α', v. 3. ubi videndus Ernesti. ib. XIV. 22. προάγειν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν ante se trajicere. ib. XXI. 9. οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες et turba præcedens æque ac subsequens. ibid. XXVI. 32. προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν vos præcedam in Galilæam. ib. XXVIII. 7. Marc. VI. 45. X. 32. καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς. ib. XI. 9. XIV. 28. XVI. 7. Luc. XVIII. 39. Arrian. Diss. in Epictet. III. c. 26. Xenoph. de Venat. III. 7. Exod. XXIII. 20. προάγοντά σε, Hebr. לְפָנֶיךָ Alex. Exod. XIV. 10. 3) de tempore: *prætereo, elabor, abeo, dudum contingo, ante evenio.* 1 Tim. I. 18. κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας secundum admonitiones et præcepta, quæ olim tibi dedi. Hebr. VII. 18. ἀθέτησις μὲν γὰρ γίνεται προαγούσης ἐντολῆς abrogata enim est œconomia Mosaica, quæ olim locum habebat, seu superioris temporis. 4) *incito, impello, induco, pronum et promptum reddo.* Hesych. προήχθη· προετιμήθη, προετράπη. Idem: προάγομεν· προφέρομεν, προτρέπομεν. Sapient. XIX. 12. ἐπιθυμίᾳ προαχθέντες concupiscentia incitati. 2 Macc. X. 1. τοῦ Κυρίου προάγοντος αὐτοὺς Domino impellente eos. Ælian. V. H. XIV. 23. προαχθῆναι εἰς ὀργὴν ab ira abripi. Xenoph. Mem. I. 2. 22. ἐς φιλοποσίαν προαχθέντες. Hinc explicarem locum 1 Tim. V. 24. τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι, προάγουσαι εἰς κρίσιν quorundam hominum peccata ita aperta sunt, ut facile sit de iis certum et verum judicium ferre et nos quasi impellant et inducant ad judicium de iis ferendum. Non possunt enim commode hæc verba verti: *præcedunt,* seu *præeunt judicium,* scilicet de illis hominibus ferendum; nam tunc scribendum fuisset προάγουσαι τὴν κρίσιν. Schœttgenius in Hor. Hebr. et Talmud. p. 880. ita sensum hujus loci difficilioris constituit: *Quædam,* inquit, *peccata homines ad pœnam ducunt, ut divina judicio pœna cum ipso quasi peccato conjuncta sit, quædam vero peccata pœnæ longo post intervallo sequuntur.* Conf. supra ad ἐπακολουθέω dicta. 5) *citius et prius pervenio ad aliquid, magis potior, itu, ut alter spe et eventu potiundi excitat.* Matth. XXI. 31. ὅτι οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ portitores ac meretrices multo magis, citius ac prius perventuros esse ad felicitatem christianam, quam vos; seu, improbissimos quosque potius perventuros esse ad felicitatem christianam, vobis plane exclusis. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΑΙΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *constituo.* Medium προαιρέομαι, οῦμαι, *eligo,* (Xenoph. Anab. VI. 6. 11. coll. 10.) *præopto, præ aliis eligo, præfero,* (Ælian. V. H. XIV. cap. 5 et 10. Æschin. Socr. Dial. II. c. 4.) *malo, volo, libere propono mihi aliquid.* Componitur enim ex πρὸ et αἱρέω *eligo.* Semel tantum in N. T. legitur 2 Cor. IX. 7. ἕκαστος, καθὼς προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ quilibet pro arbitrio, quantum quisque vult; seu quilibet pro benigna sua et benefica voluntate. Ælian. V. H. Lib. III. c. 10. XIV. c. 14. Aristotel. Ethic. III. c. 9. Xenoph. Mem. II. 1. 2. τὸ προαιρεῖσθαι animi propositum. Hinc προαίρεσις simpliciter *voluntatem* notat apud Dionysium Hal. II. 57. VII. 54. Josephum A. J. IV. 6. 2. V. 2. 28. XIII. 4. 4. Conf. Krebsium ad Decretum Atheniensium p. 75. Alexandrini usi sunt hac voce pro בָּחַר *elegit,* Deut. VII. 6. X. 15. Prov. I. 29. חָשַׁק *cupiit, desideravit, amavit, dilexit,* Genes. XXXIV. 8. Deut. VII. 7. X. 15. et Prov. XXI. 25. pro כִּי־מֵאֲנוּ יָדָיו לַעֲשׂוֹת habent dicti interpretes οὐ γὰρ προαιροῦνται αἱ χεῖρες αὐτοῦ ποιεῖν τι. Confer 2 Macc. VI. 9.—Hesych. προαιρεῖται· προκέκληται, προτιμᾶται. Idem: προείλετο· ἐπελέξατο, ἠθέλησεν. Suid. προείλοντο· ἠθέλησαν, προέκριναν. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 200.

ΠΡΟΑΙΤΙΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, fut. άσομαι, 1) *ante causam affero, ante arguo, vel accuso, ante criminor et culpabilem judico,* ex πρὸ *ante* et αἰτιάομαι *accuso et causa prolata convinco.* Jam, quia αἰτιάομαι non solum de accusante usurpatur, sed etiam de eo dicitur, qui aliquid firmis et certis argumentis comprobat et evincit, etiam compositum προαιτιάομαι 2) significat: *antea,* vel *supra causis et argumentis idoneis allatis et redditis, ostendere, docere, demonstrare et evincere.* Sic semel legitur in N. T. Rom. III. 9. προῃτιασάμεθα (codices nonnulli habent ᾐτιασάμεθα) γὰρ, Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι jam enim antea (in præcedentibus, in superiori oratione, nempe I. 24—32. et II. 1—24.) idoneis argumentis demonstravimus, Judæos pariter ac Græcos (h. e. omnes homines) impios pœnisque divinis obnoxios esse. Ita Lutherus, Sebast. Schmidius et Erasmus recte hunc locum interpretati sunt, consentiente Syro, ita dicta reddente verba: ܩܕܡܢ ܦܣܩܢ ܥܠ ܝܗܘܕܝܐ ܘܥܠ ܐܪܡܝܐ ܕܟܠܗܘܢ ܬܚܝܬ ܚܛܝܬܐ ܐܝܬܝܗܘܢ *ante pronunciavimus de Judæis et gentibus, quod sub peccato sint omnes.* Non tamen plane a mediæ vocis genio alienum est, si cum nonnullis interpretibus (v. c. Erasmo Schmidio) passive explicetur, hoc modo: jam olim accusati sumus, (per legem nempe divinam, Psalm. XIV. 3. immo et antea per legem Mosaicam,) nos omnes, sive Judæos, sive Græcos, sub peccato esse. Prior tamen explicandi ratio præferenda videtur.

ΠΡΟΑΚΟΥ'Ω, fut. ούσω, *prius,* seu *prior audio, ante audio et cognosco, jam antea institutus et edoctus sum,* (ex πρὸ ex ἀκούω *audio,*) interdum etiam simpliciter *audio,* v. c. apud Xenoph. Cyrop. IV. 3. 4. Mem. II. 4. 7. Polyb. X. 5. 5. Semel legitur in N. T. Coloss. I. 5. διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν προηκούσατε ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου propter spem felicitatis, quæ vos in cœlo manet, quam jam ante edocti estis per veram doctrinam christianam. Voce προακούειν usus quoque est Demosthenes p. 604. 7. 705. 12. γεγήσεσθε γὰρ εὐμαθέστεροι πρὸς τὰ λοιπὰ, ταῦτα προακούσαντες. ib. p. 759. 26. ed. Reisk. Loca Herodoti, qui etiam aliquoties hac voce usus est, notavit Raphelius in Obss. Herodot. ad Coloss. I. 5.

ΠΡΟΑΜΑΡΤΑ'ΝΩ, fut. ήσω, *ante,* vel *prius pecco,* ex πρὸ *ante* et ἁμαρτάνω *aberro, pecco.* Bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. XII. 21. μὴ πάλιν πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων ne iterum opus mihi sit punire eos, qui ante adventum meum peccarunt. ibid. XIII. 2. γράφω τοῖς προημαρτηκόσι scribo iis, qui ante peccarunt. Gloss. Vet. apud Labbæum: προαμαρτάνω, *antepecco.*

ΠΡΟΑΥ'ΛΙΟΝ, ου, τὸ, *aulæ vestibulum, area ante aulam, spatium grande, quod est ante aulam et fores ædium relictum, in quo stabant, qui venissent, priusquam in atrium et domum intromitterentur*, ex πρὸ *ante* et αὐλὴ *aula*. In ædibus scilicet ditiorum et palatiis duplex aula commemoratur, αὐλὴ *atrium*, seu *aula interior ante ædes*, et προαύλιον *vestibulum*, seu *aula exterior*. Suid. προαύλια· τὰ ἔμπροσθεν τῆς αὐλῆς. Hesych. προαύλια· τὰ προαυλήματα. In N. T. tantum reperitur Marc. XIV. 68. καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον· καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε et exiit foras in vestibulum aulæ. Tum gallus cecinit.

ΠΡΟΒΑΙ'ΝΩ, fut. ήσομαι, 1) *progredior, procedo, ulterius eo*, ex πρὸ et βαίνω *eo, incedo*. Matth. IV. 21. καὶ προβὰς ἐκεῖθεν et hinc progressus. Marc. I. 19. προβὰς ἐκεῖθεν ὀλίγον progressus illinc paululum. Xenoph. Anab. IV. 2. 16. προβαίνοντος τῷ ἀριστερῷ ποδὶ sinistro pede projecto. Idem in Agesilao VI. 7. hac voce de *iis* usus est, *qui lente procedunt et cum gravitate aliqua prodeunt*. Eurip. Phœniss. v. 854. Apud Græcos scriptores προβαίνειν etiam generatim *protendere* notat, v. c. Eurip. Phœniss. v. 1433. προβὰς δὲ κῶλον δεξιόν. Schol. προτείνας δὲ τὸν δεξιὸν πόδα κ. τ. λ. 2) *progressus facio, procedo, augeor, cresco, quocunque modo hoc fiat*. Sic legitur non solum apud Alexandrinos interpretes, v. c. Genes. XXVI. 13. καὶ ὑψώθη ὁ ἄνθρωπος καὶ προβαίνων μείζων ἐγένετο. Exod. XIX. 19. et in libris Apocryphis V. T. 3 Esr. II. 29. καὶ μὴ προβῇ ἐπὶ πλεῖον τὰ τῆς κακίας. 2 Macc. IV. 3. τῆς δὲ ἔχθρας ἐπὶ τοσοῦτον προβαινούσης. ibid. VIII. 8. πυκνότερον δὲ ἐν ταῖς εὐημερίαις προβαίνοντα. sed etiam apud scriptores exteros, v. c. Demosthenem p. 162. 2. ed. Reisk. εἰς τοῦτο προβεβήκαμεν ἔχθρας. et ib. p. 1427. 18. προβαίνοντος χρόνου. Huc etiam pertinet formula προβαίνειν ἐν ταῖς ἡμέραις, pro qua apud Græcos etiam προβαίνειν κατὰ τὴν ἡλικίαν, (Polyb. Hist. XV. c. 29.) προβαίνειν τὴν ἡλικίαν, (Herodian. II. c. 7. s. 7. 2 Macc. VI. 18.) προβαίνειν τῇ ἡλικίᾳ, (Lysias Orat. XXIV. p. 412. ed. Taylor.) etiam simpliciter προβαίνειν, (Herodot. II. 27.) et apud Alexandrinos προβαίνειν τῶν ἡμερῶν, (Gen. XVIII. 11. XXIV. 1. Jos. XIII. 1.) etiam ταῖς ἡμέραις, (Jos. XXIII. 1, 2. 1 Reg. I. 1.) reperitur, quæ significat: *ætate provehi, senescere, ad senectutem pervenire*. Luc. I. 7. καὶ ἀμφότεροι προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν ἦσαν et ambo jam senilem ætatem attigerant. ibid. v. 18. ἐγὼ γάρ εἰμι πρεσβύτης, καὶ ἡ γυνή μου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς, pro ἡ γυνή μου προβαινούσης τῆς ἡλικίας ἐστὶ, ut legitur apud Polybium Hist. Lib. XVII. c. 36. extr. Luc. II. 36. αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, pro αὕτη πορρωτάτω γήρως προβεβηκυῖα, ut legitur apud Lucianum de Mort. Peregrin. p. 578. Confer Vorstium de Hebraismis N. T. cap. 3. p. 110 seq. ed. Fischeri, Wetstenii N. T. T. I. p. 646. et Krebsium in Obss. Flav. p. 97. Suid. προβεβηκόσι· παλαιοτέροις. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΒΑ'ΛΛΩ, fut. αλῶ, perf. προβέβληκα, aor. 2. προέβαλον, 1) proprie: *projicio*, (Æschyl. Agam. 1001.) *propello, violenter et per vim profero*, etiam, omnis violentiæ notione abjecta, *produco, protendo, emitto*, a πρὸ et βάλλω *jacio*. Sic v. c. de *proferentibus sermones* legitur apud Alex. Prov. XXVI. 18. Jud. XIV. 12, 13, 16. Prov. XXII. 21. de *exserentibus linguam*, 2 Macc. VII. 10. τὴν γλῶσσαν αἰτηθεὶς ταχέως προέβαλεν. ibid. XIV. 46. προβαλὼν τὰ ἔντερα. Eandem significationem quoque habet medium προβάλλεσθαι, v. c. apud Xenophontem in Mem. III. 8. 4. ubi milites ἀσπίδα προβάλλεσθαι dicuntur, cum *protentis clypeis* in hostem irruunt, aut eorum impetus excipiunt. Confer eundem in Anab. I. 2. 17. VI. 5. 9. Hinc speciatim in N. T. 2) notat: *progerminare, proferre fructus, aut folia*, ita, ut subaudiatur καρπὸν, (ut plene legitur apud Julian. Orat. V. pag. 169.) seu φύλλα, seu κλάδους. Sic legitur in N. T. Luc. XXI. 30. ἴδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα. Ὅταν προβάλωσιν ἤδη exempli loco vobis sit ficus, aut alia arbor: quando eam frondescere, seu folia progerminare videtis: collato loco parallelo Matth. XXIV. 32. ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ. Aquila Cant. II. 13. voce hac in eadem significatione usus est pro Hebr. חָנַט, quod in l. Arab. *maturescere* notat, et a LXX per ἐκφέρειν redditur. Joseph. A. J. IV. 8. § 19. πρὸ ἐτῶν τεσσάρων ἂν καρπὸν προβάλῃ τὰ φυτά. Dioscorid. I. cap. postr. ἄνθος προβάλλειν emittere flores. Confer Schweighæuserum ad Arriani Diss. Epict. I. 15. 7. Eodem modo Hebraicum שָׁלַח de arboribus usurpatur, quando florem protrudunt et ramos ac frondes emittunt. Ezech. XVII. 6, 7. Psalm. LXXIX. 13. Inde שְׁלֻחוֹת *propagines*, προβολαί. 3) *nomino, commendo aliquem*, ich schlage einen vor, *I nominate or appoint a person*. Act. XIX. 33. προβαλλόντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων quem Judæi commendaverant. Ita apud Græcos medium προβάλλεσθαι usurpatur, v. c. apud Xenoph. in Anab. VI. 1. 16 et 2. 4. Demosthenem de Corona c. 88. Cf. Reiskii Indicem Græcitatis Demosthen. p. 632. Wetstenii N. T. T. II. p. 586. et Budæi Comment. Ling. Gr. p. 453. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΒΑΤΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, proprie: *ovilis, ad oves pertinens;* sed per synecdochen speciei: *pecuarius, ad pecus pertinens*, a πρόβατον *ovis, pecus*. Gloss. Vet. apud Labbæum: προβατικὴ, *pecuaria*. Semel tantum legitur in N. T. Joh. V. 2. Est autem Hierosolymis ἐπὶ τῇ προβατικῇ (sc. πύλῃ) κολυμβήθρα juxta portam oviariam piscina. Hanc enim veram lectionem esse, nec προβατικὴ, aut κολυμβήθρᾳ, ut quidam codices et editiones habent, legendum esse, ipsa orationis series quemque docere potest. Erat autem Hierosolymis porta pecuaria ad partem meridionalem, ut videtur, sita, per quam oves et pecudes in urbem et templum ducebantur, et quæ Hebraice שַׁעַר הַצֹּאן Nehem. III. 1, 32. et XII. 38. ab Alexandrinis vero in locis laudatis πύλη προβατικὴ dicebatur. Conf. Relandi Palæstinam p. 855. et Wetstenii N. T. T. I. p. 868. Codex Coislin. XX. et CXLV. apud Albertum in Append. ad Glossar. Gr. N. T. p. 209. προβατικὴ ἐκαλεῖτο, ὅτι ἐκεῖ συνήγετο τὰ πρόβατα, τὰ μέλλοντα σφάζεσθαι εἰς τὴν ἑορτὴν, καὶ τὰ ἔγκατα αὐτῶν ἐπλύνοντο.

ΠΡΟ'ΒΑΤΟΝ, ου, τὸ, 1) generatim de *quovis pecudum genere* dicitur, a προβαίνειν, quia pascendo progredi solet. Suid. πρόβατα· πάντα τὰ τετράποδα. Inedita ad Iliadem Scholia, quæ laudat Ezech. Spanhem. ad Callimachi Hymn. in Apollinem v. 51. p. 78. πάντα γὰρ τοῖς παλαιοῖς κοινῶς τὰ θρέμματα πρόβατα ἐκαλοῦντο. 2) speciatim, ut Hebraicum צֹאן (Genes. IV. 2, 4. XIII. 5. XX. 14.) et שֶׂה *pecus parva*, (Genes. XX. 7, 8. XXX. 32.) *ovis*, etiam *pellis ovina*, unde etiam Hebraico רָחֵל *ovis*, Genes. XXXI. 38. XXXII. 14. et כֶּבֶשׂ *ovis, agnus*, Levit. IV. 32, 35. VII. 23. XIV. 10. in versione Alex-

andrina respondet. Matth. VII. 15. ἔνδυμα προβάτων *vestis*, seu *pallium*, *e pellibus ovinis confectum*. ibid. IX. 36. ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα tanquam oves, pastore destitutæ. ibid. X. 16. ὡς πρόβατα tanquam oves, nempe ob simplicitatem et patientiam vestram, cujus symbolum sunt oves in litteris sacris. ibid. XII. 11, 12. XVIII. 12. XXV. 32. Marc. VI. 34. Luc. XV. 4, 6. Joh. II. 14, 15. X. 1, 2, 3, 4, 11, 12, 13. Act. VIII. 32. Rom. VIII. 36. ὡς πρόβατα σφαγῆς tanquam oves, mactationi destinatæ. 1 Petr. II. 25. Apoc. XVIII. 13. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 964. 3) metaphorice: *membrum alicujus societatis et cœtus, omnes, qui sunt alicujus curæ ac tutelæ commissi et concrediti, cultor, discipulus*. Hinc in N. T. mox de *Judæis*, mox de *apostolis* et *discipulis Christi*, mox vero de *veris Dei et Christi cultoribus et sectatoribus* usurpatur. Matth. X. 6. πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ proficiscamini potius ad oves perditas domus Israëliticæ, h. e. ad Judæos, qui sunt vera religionis divinæ cognitione et idonea doctorum cura destituti. ibid. XV. 24. XXIV. 33. τὰ πρόβατα veros suos ac pios cultores. Confer Ezech. XXXIV. 16, 17. Matth. XXVI. 31. τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Confer ποίμνη. Marc. XIV. 27. Joh. X. 7. ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων, h. e. per me unice accedere aliquis potest ad cœtum verorum Dei cultorum. ibid. v. 8. καὶ τὰ πρόβατα et veri Dei cultores. ibid. v. 15. ὑπὲρ τῶν προβάτων pro veris meis sectatoribus. ibid. v. 16. καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω et alios adhuc cultores, mihi a Deo destinatos, habeo. Intelligit gentiles, ad religionem christianam convertendos. ibid. v. 26. οὐ γάρ ἐστε ἐκ τῶν προβάτων μου non enim estis e numero verorum meorum cultorum. ibid. v. 27. XXI. 16, 17. βόσκε τὰ πρόβατά μου curam habe meorum cultorum. Hebr. XIII. 20. Sæpius in N. T. non legitur. Conf. Psalm. LXXVIII. 13. C. 3. Ies. V. 17.

ΠΡΟΒΙΒΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *facio, ut aliquis progrediatur, prodire jubeo, produco;* (Sic legitur apud Aquilam Psalm. XLI. 5. de eo, qui lenta ac festiva processione alios in templum ducit, vota sc. nuncupandi causa.) interdum adeo, connotata vi et impetu quodam: *protraho, protrudo*, ex πρὸ et βιβάζω *venire facio*. Sic legitur in N. T. Act. XIX. 33. ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον protractus est e populo Alexander. Hesych. προβιβάσαντα· προάξαντα. Idem: προβιβασθείς· προαχθείς. Suid. προβιβάσαντες· προάξαντες. Gloss. Vet. προβιβάζω, *promoveo, proveho*. 2) metaphorice: *prius instruo, informo, edoceo*, et in deteriorem partem: *suborno, instigo, impello*. Matth. XIV. 8. ἡ δὲ προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῆς illa vero prius edocta, instigata et subornata a matre sua. Vulgatus bene reddidit: *at illa præmonita a matre*. Confer locum parallelum Marc. VI. 24. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 412. Hinc in versione Alexandrina respondet Hebraico הוֹרָה *instituit, docuit*, Exod. XXXV. 34. et τῷ שָׁנַן *iteravit*, et per metaphoram in Piel: *sedulo inculcavit, clare et perspicue proposuit*. Deut. VI. 7. προβιβάσεις αὐτὰ τοῖς υἱοῖς σου. Xenoph. Mem. I. 2. 17. καὶ τῷ λόγῳ προβιβάζοντας. ibid. cap. 5. § 1. Plutarch. Catone minore p. 777. Sic etiam ἀναβιβάζειν legitur apud Æschinem contra Ctesiphontem p. 10. ed. Foulk. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΒΛΕ'ΠΩ, fut. έψω, et ΠΡΟΒΛΕ'ΠΟΜΑΙ, *provideo, prospicio, prævideo, præordino*, ex πρὸ et βλέπω *video*. Semel tantum legitur in N. T. Hebr. XI. 40. τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου Deo melius nobis prospiciente. Confer ad h. l. Wolfium in Curis Philol. in N. T. T. III. p. 772. In versione Alex. respondet Hebraico רָאָה *vidit, observavit*, Ps. XXXVII. 13. Legitur etiam in Symmachi reliquiis Cohel. VI. 9.

ΠΡΟΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *ante sum, ante fio, antecedo, præcedo*, ex πρὸ *ante* et γίνομαι *fio, sum*. Semel tantum legitur in N. T. Rom. III. 25. διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων per remissionem peccatorum ante factorum, seu commissorum. Sermo autem est h. l. de peccatis, quibus se Judæi pariter ac gentiles olim, ante conversionem nempe ad religionem christianam, contaminaverant. Reperitur præterea 2 Macc. XIV. 3. ἄλκιμος δέ τις προγενόμενος ἀρχιερεύς, et apud Demosthenem p. 255. 22. ed. Reisk. ἐν τοῖς προγεγενημένοις καιροῖς. Polyb. X. 17. 12. τοῖς προγινομένοις *qui ante fuerunt* opponuntur οἱ ὑπάρχοντες *qui nunc sunt*. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 40.

ΠΡΟΓΙΝΩ'ΣΚΩ, fut. γνώσομαι, 1) *ante cognosco, prænosco, præcognosco, præscio*, ex πρὸ *ante* et γινώσκω *cognosco, scio*. 2 Petr. III. 17. ὑμεῖς οὖν, ἀγαπητοί, προγινώσκοντες, φυλάσσεσθε κ. τ. λ. vos autem, carissimi, hæc præscientes, (h. e. diligenter præmoniti de periculis, vobis imminentibus,) cavete, etc. Sapient. XVIII. 6. ἐκείνη ἡ νὺξ προεγνώσθη πατράσιν ὑμῶν. Plutarch. Fab. 190. F. Joseph. c. Apion. I. 22. 2) i. q. simplex γινώσκω *cognosco, novi, cognitum habeo, nosco*. Act. XXVI. 5. προγινώσκοντές με ἄνωθεν quibus olim notus fui. Sapient. VI. 14. sapientia φθάνει προγνωσθῆναι τοὺς ἐπιθυμοῦντας. ib. VIII. 9. σημεῖα καὶ τέρατα προγινώσκει, ubi cum εἰδέναι et ἐπίστασθαι permutatur. Demosthenes p. 861. 13. ed. Reisk. προεγνωσμένος ἀδικεῖν. 3) *decerno, dudum apud animum statutum habeo*. Xenoph. Cyrop. II. 4. 8. Sic legitur de Christo 1 Petr. I. 20. ubi dicitur προεγνωσμένος πρὸ καταβολῆς κόσμου, h. e. ab æterno decretus a Deo ac constitutus redemtor generis humani. Male h. l. προγινώσκειν a nonnullis interpretibus per *ante decernere* redditur; nulla enim est in hoc verbo, uti nec in multis aliis compositis, præpositionis πρὸ ratio habenda, nec in hac significatione haberi potest; προγινώσκειν autem æque ac simplex γινώσκειν *decernendi* significationem obtinere apud Josephum et alios scriptores, Kypkius ad h. l. observavit. 4) ut simplex γινώσκω, *amo aliquem, alicui bene volo*. Rom. VIII. 29. οὓς προέγνω quos Deus ab æterno amavit, seu, ad quos pertinet benigna illa voluntas divina, (πρόθεσις) cui homines adductionem ad religionem et felicitatem christianam debent, de qua v. 28. locutus fuerat. Koppius tamen in Obss. ad h. l. manere mavult in vulgari verbi προγινώσκειν significatione, ut sensus sit: quos, seu quorum naturam, virtutes, statum et conditionem accurate æternum noverat et præviderat. Priorem vero explicationem suadet non solum usus verbi יָדַע quod *amare, bene velle, beneficiis afficere* notat, Prov. XII. 10. Ps. I. 6. XXXI. 8. Hos. X. 20. sed etiam locus Rom. XI. 2. οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω non plane rejecit et reprobavit Deus universum populum Judaicum, cui semper bene voluit quemque insignibus beneficiis ornavit. Confer v. 28. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟ'ΓΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1) *præscientia, præsensio* (ut explicatur in

Gloss. Vet. apud Labbæum.) *præcognitio*, a προγινώσκω, quod vide. Judith XI. 20. ὅτι ταῦτά μοι ἐλαλήθη κατὰ πρόγνωσίν μου. 2) per metonymiam causæ pro effectu: *consilium, decretum*, quatenus plena rerum futurarum scientia nititur. Sic bis tantum in N. T. de Deo usurpatum reperitur. Act. II. 23. τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες hunc definito illo consilio et decreto divino traditum acceperunt. 1 Petr. I. 2. κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ πατρὸς sapientissimo et benignissimo Dei consilio, scil. christianis factis, ita, ut ad ἐκλεκτοῖς referatur, quod præcesserat. Judith IX. 8. καὶ αἱ κρίσεις σου ἐν προγνώσει. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 370. Ita quoque exteri scriptores γινώσκειν et γνῶσιν pro *decernere* et *decreto* adhibent, ut Dionys. Halic. Lib. VII. p. 459. et X. p. 669. Confer Barnesium ad Euripidis Danaën v. 43.

ΠΡΟ'ΓΟΝΟΙ, ων, οἱ, generatim 1) *omnes* notat, *qui sunt ante alios geniti*, aut *qui posteros ætate antecedunt*, οἱ πρὸ ἡμῶν γενόμενοι, a πρόγονος, ου, ὁ, *ante genitus*, ex πρὸ *ante* et γόνος *generatio*, hocque a præt. med. γέγονα, verbi γίνομαι *sum, nascor*. Homer. Odyss. IX. 221. πρόγονοι ἀμνοί. Sed speciatim ita 2) dicuntur *majores*. 2 Tim. I. 3. ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων quem colo a majoribus meis, h. e. juxta majorum meorum fidem et institutionem, seu eundem Deum colo, quem etiam coluerunt majores mei. Sic Vatablus, Grotius et alii interpretati sunt hunc locum, qui tamen aliam præterea admittit explicationem, quam infra commemorandi locus erit. 2 Macc. VIII. 19. προσαναλεξάμενος δὲ αὐτοῖς καὶ τὰς ἐπὶ τῶν προγόνων γενομένας ἀντιλήψεις. 2 Macc. XI. 25. πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν προγόνων αὐτῶν ἔθη. Xenoph. de Mag. Equit. VII. 3. Thucyd. II. 11. Herodian. II. 8. 3. Hesych. πρόγονος· πρόπαππος, προπάτωρ, συγγενής, ἢ πρεσβύτατος ἀνήρ. Idem: προγόνων· πατέρων. Conf. Schraderum ad Musæum p. 147. et Wesseling. ad Herodot. VII. c. 150. 3) *parentes*. 1 Tim. V. 4. ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις remunerari parentibus beneficia in eos collata. 2 Tim. I. 3. ᾧ λατρεύω ἀπὸ προγόνων quem per totam vitam meam inde a tenera ætate colui; ut ἀπὸ προγόνων h. l. sit i. q. ἐκ παιδὸς, aut ἐκ νεότητός μου. Mat. XIX. 20. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Sirac. VIII. 5. ἵνα μὴ ἀτιμάζωνται οἱ πρόγονοί σου. Ælian. V. H. III. c. 47. ubi videndus Perizonius.

ΠΡΟΓΡΑ'ΦΩ, fut. άψω, 1) proprie: *ante scribo, olim scribo aliquid litterarum characteribus et notis in charta, vel membrana*, ex πρὸ *ante* et γράφω *scribo*. Rom. XV. 4. ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη quæcunque enim scripta sunt in V. T. nos instituendi et cohortandi causa scripta sunt. Quidam codices utrobique male habent verbum simplex ἐγράφη. Sermo enim est de exemplis patientiæ et constantiæ, in litteris Judæorum sacris propositis, ut ex omni orationis serie satis apparet. Ephes. III. 4. καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ de qua paulo ante in hac epistola exposui. 3 Esr. VI. 32. ἵνα ὅσοι ἐὰν παραβῶσί τι τῶν προγεγραμμένων καὶ ἀκυρώσωσι κ. τ. λ. Confer v. 24 seq. Hinc προγραφὴ edictum, ante propositum, apud Xenoph. de Mag. Equit. IV. 9. 2) *publice propono, palam scribo in tabula, publice proposita*, quod etiam apud Latinos *proscribere* dicitur, (confer Cuperi Obss. I. c. 17. et Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 182.) nam πρὸ in compositis haud raro notat: *publice, palam, in publico loco, in vulgus*, ut προκηρύττειν *palam denuntiare*, Ælian. V. H. IV. 1. προειπεῖν, προϊέναι. Galat. III. 1. οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος quibus J. C. vestrum causa cruci affixus, tanquam in tabula quadam propositus est, h. e. qui satis et diligenter de mortis Christi vi et effectu salutari edocti estis. Alii, præeunte Syro, sensu vero eodem, vertunt: quibus Jesus Christus crucifixus a me vivis coloribus ob oculos fuit depictus. Certe negari non potest, γράφειν apud Græcos quoque de *pictoribus*, qui etiam γραφεῖς dicebantur, adhiberi. Sed æque constat, προγράφειν apud Græcos etiam de iis usurpari, quorum nomina scribuntur in tabulis publicis, v. c. de militibus, quorum nomina referuntur in commentarios publicos, quos *album* vocant, v. c. 1 Macc. X. 36. Lucian. in Timon. p. 153. Conf. Schol. Aristoph. in Aves v. 450. 3) *designo, adjudico, destino*. Ita Jud. v. 4. impii dicuntur οἱ πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρίμα qui olim designati sunt ad hanc pœnam, seu, quibus jam olim destinata est a Deo hæc pœna. Conf. ad h. l. Elsnerum in Obss. Sacr. T. II. p. 427. Wolfium in Curis Philologicis in N. T. Vol. III. p. 343. Wetstenii N. T. T. II. p. 733. Abreschium in Lectt. Aristænet. p. 341. et Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 165.

ΠΡΟ'ΔΗΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *ante manifestus, ante notus, prædictus*, (Xenoph. de Re Equestri III. 3. Demosthenes pag. 293. 25. edit. Reisk. εἰ μὲν γὰρ ἦν πρόδηλα τὰ μέλλοντα. ibid. p. 294. 26.) deinde vero, nulla ratione propriæ significationis præpositionis πρὸ habita: *notus, evidens, apertus, plane manifestus*, ut sit i. q. δῆλος. Ter tantum in N. T. legitur. 1 Tim. V. 24. τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσιν quorundam hominum vitia et peccata satis aperta sunt et plane manifesta; ut adeo facile sit judicium certum et verum de talibus hominibus ferre. ibid. v. 25. ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα (scil. τινῶν ἀνθρώπων) πρόδηλά ἐστι similiter etiam quorundam hominum recte facta sunt omnibus satis nota. Hebr. VII. 14. πρόδηλον γὰρ, ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ Κύριος ἡμῶν satis autem constat inter omnes, seu certissimum est, Christum, Dominum nostrum, e tribu Juda ortum esse. Magnam, sed vanam, ut videtur h. l. emphasin quærunt in præpositione πρὸ nonnulli interpretes, e quorum opinione verba πρόδηλόν ἐστι significant: ante manifestum factum est prædictionibus et oraculis V. T. eorumque complemento ac experientia. Nostram explicationem, præter loquendi usum, confirmat partim comma 15. ubi πρόδηλον cum κατάδηλον permutatur, partim Theodoreti ad h. l. auctoritas: τὸ πρόδηλον, inquit, ὡς ἀναντίῤῥητον τέθεικεν. Nuspiam usi sunt hoc nomine Alexandrini interpretes, sed legitur pro simplici δῆλος positum non solum in libris Apocryphis V. T. (v. c. Judith VIII. 25. οὐχ ἡ σοφία σου πρόδηλός ἐστι. 2 Macc. III. 17. δι' ὧν πρόδηλον ἐγένετο τοῖς θεωροῦσι. ibid. XIV. 39. βουλόμενος πρόδηλον ποιῆσαι.) sed etiam in Clementis Epistola I. ad Corinthios pag. 50 et 54. et apud Græcos scriptores optimæ notæ, quorum loca collegit Raphelius in Obss. Herodoteis p. 482. et Wetstenius N. T. T. II. pag. 409. Hesych. πρόδηλος· προφανής, προδιειλαβών. Idem: προῦπτον· πρόδηλον, φανερόν. Gloss. Vet. apud Labbæum: πρόδηλος, *manifestus, perspicuus, evidens*.

ΠΡΟΔΙ'ΔΩΜΙ, futur. δώσω, *prius*, vel *prior do, ante do*, ex πρὸ *ante* et δίδωμι *do*. Tantum legitur in N. T. Rom. XI. 35. τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται; quis prior dedit illi, quod retribuatur ipsi? In eadem fere significatione legitur quoque apud

Xenoph. in Hist. Gr. I. 5. 4. ubi προδιδόναι est: ante diem finitum solvere. Vid. Boyl. Diss. in Epistol. Phalarid. p. 61.

ΠΡΟΔΟ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *proditor, traditor*. Est verbale a 3 sing. præt. passivi προδέδοται, verbi προδίδωμι, quod etiam inter alia *prodere, tradere aliquem alicujus potestati* significat; in qua significatione reperitur apud Alexandrinos 2 Reg. VI. 11. τίς προδίδωσί με βασιλεῖ Ἰσραήλ; 2 Macc. VII. 37. σῶμα καὶ ψυχὴν προδίδωμι περὶ τῶν πατρίων νόμων. Eurip. Phœniss. v. 1020. Schol. Aristoph. ad Pacem ver. 362. Confer etiam Reiskii Indicem Græcit. Demostheneæ p. 634 seq. Substantivum προδότης ter tantum in N. T. legitur. Luc. VI. 16. Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς καὶ ἐγένετο προδότης Judam, Cariotensem, qui postea factus est proditor Christi. Act. VII. 52. τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε cujus postea traditores et occisores facti estis. 2 Tim. III. 4. προδόται sunt, vel generatim: qui, aliorum arcana divulgantes, perniciem ipsis struunt, vel speciatim: qui Judæis et gentilibus christianos prodebant, ut eos cruciarent et omnibus modis vexarent, quos sequiori ætate *traditores* dictos esse, constat. 2 Maccab. V. 15. καὶ τῆς πατρίδος προδότην γεγονότα. ibid. X. 13, 22. Xenoph. Hist. Gr. I. 7. 10. Eurip. Phœn. v. 1013. προδότην γενέσθαι πατρίδος. Thom. M. p. 739. προέδωκεν ὁ δεῖνα τοῖς πολεμίοις τὴν πόλιν, ἀντὶ τοῦ λάθρα καὶ ἐπιβόλως παρέδωκεν. ὅθεν καὶ προδοσία (Æschin. de Falsa Legat. p. 266.) καὶ προδότης.

ΠΡΟΔΡΕ'ΜΩ, *præcurro*. Vide ΠΡΟΤΡΕ'ΧΩ.

ΠΡΟ'ΔΡΟΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, male vertitur in Lexicis N. T. vulgaribus *præcursor, antecursor*, e Gloss. Vet. (quam notionem habet quidem apud Xenoph. de Mag. Equit. I. 25. Eurip. Phœn. ver. 305. Vide Pollucis Onom. III. 148.) nam τρέχειν non semper est *currere*, sed etiam *ire, incedere* significat. Πρόδρομος potius apud Græcos *omnis* dicitur, *qui præit, qui aliquem præcedit et viam monstrat, dux, antesignanus*, etiam, *qui primus aliquid facit, primitiæ*, ex πρὸ et δρόμος *cursus*, quod a præt. med. δέδρομα, verbi τρέχω *curro*. Semel tantum in N. T. legitur Hebr. VI. 20. ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς cœlum primus mortalium Jesus intravit, eo consilio, ut et nobis introitum in cœlum faceret et aperiret. Conf. Joh. XIV. 5. 1 Cor. XV. 20, 23. Alex. Ies. XXVIII. 4. πρόδρομος σύκου ficus præcox, et præ reliquis matura, primitiæ frugum. (Plin. H. N. XVI. 26. " ficus et præcoces habet, quas Athenis prodromos vocant.") Num. XIII. 20. πρόδρομοι σταφυλῆς primitiæ uvarum. Hesych. et Phavor. προδρόμους· τὰ προακμάζοντα σῦκα. Sapient. XII. 8. προδρόμους τοῦ στρατοπέδου. Apud Charit. VIII. cap. 6. naves primæ et ante alias advectæ πρόδρομοι dicuntur, ubi vid. d'Orville p. 698.

ΠΡΟΕΙ'ΔΩ, vel ΠΡΟΕΙΔΕ'Ω, fut. εἴσομαι, *prospicio, prævideo, præscio, prænosco*, ex πρὸ *ante* et εἴδω *video, cognosco*. Bis tantum in N. T. legitur. Act. II. 31. προϊδὼν ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ cum itaque hæc præsciret, (v. 30.) vaticinatus est de resurrectione Christi. Galat. III. 8. προϊδοῦσα δὲ ἡ γραφὴ prævidens vero Deus. Nonnulli vertunt: præsignificans vero scriptura sacra. Sed repugnant usus loquendi, qui notionem *prævidendi* et *præsciendi* tantum tuetur. Vide Ps. CXXXVIII. 3. πάσας τὰς ὁδούς μου προεῖδες. Genes. XXXVII. 17. προεῖδον δὲ αὐτὸν μακρόθεν πρὸ τοῦ ἐγγίσαι. Sap. XIX. 2. προῄδει γὰρ αὐτῶν καὶ τὰ μέλλοντα. Pro יָדַע legitur in Symmacho Psalm. XXXVI. 18. Adde Thucyd. II. cap. 17. προῄδει μὴ ἐπ' ἀγαθῷ ποτὲ αὐτὸ κατοικισθησόμενον. ib. III. c. 22. ἀνὰ τὸ σκοτεινὸν μὲν οὐ προϊδόντων αὐτῶν.

ΠΡΟΕΛΠΙ'ΖΩ, futur. ίσω. Vana est emphasis, quam in hoc verbo quæsiverunt nonnulli viri docti, ut προελπίζειν sit *spem præcipere, sperare rem, antequam illa vere adsit*, nam futura tantum et absentia sperari possunt. Potius προελπίζειν a simplici voce ἐλπίζειν minime differt et non solum generatim *sperare, spem ponere* significat, sed etiam, sequente formula ἔν τινι, notat: *alicujus doctrinam amplecti, alicujus sectatorem fieri*, qui est etiam usus formularum ἐλπίζειν ἔν τινι, seu ἐν τῷ ὀνόματί τινος, Matth. XII. 21. et ἐλπίζειν εἴς τινα, Joh. V. 45. Semel tantum in N. T. legitur Ephes. I. 12. τοὺς προηλπικότας ἐν τῷ Χριστῷ qui amplexi sumus religionem christianam, qui sumus sectatores Christi et in numerum christianorum recepti. Alii vertunt: qui priores in Christum credidimus, antequam vos ad fidem in ipsum perveneritis. Cæterum etiam Polybius Lib. II. c. 4. XIV. 3. verbo decomposito προκατελπίζειν pro simplici ἐλπίζειν usus est, observante Raphelio ad h. l.

ΠΡΟΕΝΑ'ΡΧΟΜΑΙ, futur. ξομαι, non solum significat: *ante incipere*, sed est etiam idem, quod simplex ἄρχεσθαι *incipere, inchoare, initium facere, auspicari*. Est decompositum ex πρὸ, ἐν et ἄρχομαι *incipio*. Bis tantum legitur in N. T. 2 Cor. VIII. 6. ἵνα, καθὼς προενήρξατο, οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην ut, quemadmodum jam inceperat, sic quoque absolveret apud vos hanc ipsam beneficentiam, h. e. ut negotium inter vos colligendi eleemosynas in usus pauperum christianorum, cujus jam initium fecerat, ad finem perduceret. ibid. ver. 10. οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι si quidem superiore anno non solum consilium cepistis colligendi pecuniam in usus pauperum christianorum, sed etiam hoc negotium agere jam cœpistis.

ΠΡΟΕΠΑΓΓΕ'ΛΛΟΜΑΙ, proprie: *ante promitto*, interdum etiam i. q. simplex ἐπαγγέλλομαι *promitto, polliceor, prædico*. Legitur in N. T. Rom. I. 2. εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις doctrinam christianam, quam promisit et annuntiavit olim Deus per prophetas in literis sacris. et in nonnullis codicibus 2 Cor. IX. 5. pro προκαταγγέλλω, quod vide infra. Dio Cass. Hist. pag. 19. A. ed. Hanov. ἐπεὶ δὲ αἵ τε ἀρχαιρεσίαι προεπηγγελμέναι ἦσαν. Ibid. pag. 86. C. occurrit etiam substantivum προεπάγγελσις.

ΠΡΟΕ'ΠΩ, aor. 1. προεῖπα, aor. 2. προεῖπον, 1) *ante dico*, ratione ordinis verborum, ex πρὸ *ante* et ἔπω *dico*. 1 Thess. IV. 6. καθὼς καὶ προείπομεν ὑμῖν, uti jam olim, seu in antecedentibus vobis præcepimus. 2) *prædico, dico, quod futurum est, prænuntio, vaticinor, oraculum edo*. Act. I. 16. ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύτην, ἣν προεῖπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαβὶδ oportuit impleri hoc oraculum, quod Spiritus Sanctus per Davidem edidit. Galat. V. 21. ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον quæ quod attinet, iterum denuncio vobis, quæ jam alio tempore (cum nempe ipse apud vos essem,) denuntiaveram. Sæpius in N. T. non reperitur.

ΠΡΟΕΡΕ'Ω, fut. προερήσω, Ionice προερῶ, perf. προείρηκα, 1) proprie: *ante dico, supra, in antecedentibus aliquid dico, alio, superiore*, vel *præcedente loco aliquid dico*, ratione ordinis verborum et seriei orationis, ex πρὸ *ante* et ἐρέω *dico*. 2 Cor. VII. 3.

προείρηκα γὰρ ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστὲ jam enim vobis declaravi, vos admodum a me amari. Galat. I. 9. ὡς προειρήκαμεν καὶ πάλιν λέγω quæ cum maxime (v. 8.) dixi, repeto; aut, quod præfert Koppius: quæ, cum ipse inter vos versarer, sæpius professus sum, nunc in memoriam vobis revoco. Hebr. X. 15. μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι· αὕτη ἡ διαθήκη κ. τ. λ. nam post verba: hoc est illud fœdus etc. 3 Esr. VI. 32. ὅσοι ἂν παραβῶσί τι τῶν προειρημένων καὶ τῶν προγεγραμμένων. 2 Macc. II. 33. III. 7, 28. IV. 1. ὁ δὲ προειρημένος Σίμων. ib. VI. 29. XIV. 8. Xenoph. Cyrop. I. 2. 9. II. 1. 3. 2) *prædico futurum, ante dico, quam res eveniat, vaticinor, denuntio.* Matth. XXIV. 25. ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν en! vobis prædixi. Marc. XIII. 23. Rom. IX. 29. καθὼς προείρηκεν Ἡσαΐας. 2 Cor. XIII. 2. προείρηκα καὶ προλέγω denuntiavi vobis jam, et iterum denuntio. 2 Petr. III. 2. μνησθῆναι τῶν προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν ut memores sitis prædictionum (de Christo nempe ejusque regno,) prophetarum sanctorum. Jud. v. 17. coll. v. 18. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΕΡΧΟΜΑΙ, fut. προελεύσομαι, 1) proprie: *prævenio, anteverto, præcurro,* cum accusativo, ex πρὸ et ἔρχομαι *venio.* Sic legitur in N. T. Marc. VI. 33. καὶ προῆλθον αὐτοὺς et prævenerunt eos. Thucyd. II. 21. ἀνεχώρησε πάλιν, ἐς τὸ πλέον οὐκέτι προελθών. 2) *maturius proficiscor, prior iter facio.* Act. XX. 5. οὗτοι προελθόντες ἔμειναν ἡμᾶς ἐν Τρωάδι hi antegressi, nos expectarunt Troade. ib. v. 10. 2 Cor. IX. 5. ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς ut maturius ad vos proficiscerentur. 3) *progredior, procedo, prodeo.* Matth. XXVI. 39. καὶ προελθὼν μικρὸν et progressus paululum. (Eadem verba leguntur apud Plutarchum Vit. Thesei c. 11.) Marc. XIV. 35. In utroque loco pro προελθὼν codices nonnulli habent προσελθών. Act. XII. 10. προῆλθον ῥύμην μίαν et progressi cum essent vicum unum: Vulgatus habet: *processerunt vicum unum.* 2 Macc. X. 27. προῆλθον ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ πλεῖον. ibid. IV. 34. ἔπεισεν ἐκ τοῦ ἀσύλου προελθεῖν. Ælian. V. H. III. c. 18. προελθεῖν περαιτέρω. ibid. IX. 21. Herodian. I. 5. 4. ubi vid. Irmischius. 4) *præcedo, præeo aliquem, antecedo,* ita, ut tam temporis, quam loci prioritatem indicet. Construitur cum genitivo, vi præpositionis πρό. Luc. XXII. 47. προήρχετο αὐτῶν (in haud paucis codicibus legitur αὐτοὺς, quod Griesbachius in textum recepit.) dux eorum erat, seu, præibat illos. Sermo ibi est de Juda, proditore Jesu, qui ducebat turmam, gladiis ac fustibus armatam, quam assessores synedrii magni ablegaverant, ut Jesum comprehenderent. Ab hac vero formula προέρχεσθαί τινός, seu τινὰ, quæ significat: *præire aliquem, alicujus ducem esse,* multum differt formula: προέρχεσθαι ἐνώπιον τινὸς *adventum alicujus prævenire,* h. e. *alicujus ministrum esse, aptare omnia alicui excipiendo,* metaphora desumta a regibus Orientis, qui iter facturi apparitores mittebant, vias muniendi et omnia instruendi et aptandi causa. Sic legitur in N. T. Luc. I. 17. de Johanne baptista, nuntio adventus Christi: καὶ αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου. Conf. v. 76. et infra ad vocem προπορεύομαι dicta. In notione *præeundi* προέρχεσθαι etiam legitur in versione Alexandrina Genes. XXXIII. 3. αὐτὸς δὲ προῆλθεν ἔμπροσθεν αὐτῶν, Hebr. וְהוּא עָבַר לִפְנֵיהֶם. ibid. v. 14. Sirac. XXXII. 11. καὶ πρὸ αἰσχυντηροῦ προελεύσεται χάρις. Sæpius in N. T. non legitur. Hesychius: προέρχομαι, προπορεύομαι. Gloss. Vet. προέρχομαι, *procedo, prodeo, antecedo.*

ΠΡΟΕΤΟΙΜΑΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *præparo,* et est idem, quod simplex ἑτοιμάζω, nam præpositio πρὸ in compositis haud raro plane otiosa est; ex πρὸ et ἑτοιμάζω *paro, apparo.* Sic legitur in versione Alex. Ies. XXVIII. 24. ἢ σπόρον προετοιμάσει, πρὶν ἐργάσασθαι τὴν γῆν. Sapient. IX. 18. σκηνῆς ἁγίας, ἣν προητοίμασας ἀπ' ἀρχῆς. 2) ut simplex ἑτοιμάζω, *destino.* Rom. IX. 23. ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν ut declararet immensam suam benignitatem erga homines, sibi caros, quibus destinata est felicitas futura in regno Messiæ. Hinc 3) *volo, jubeo, decerno,* i. q. προορίζω et προτίθημι. Ephes. II. 10. οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν quibus honeste et recte factis ut semper studeamus, est æterna Dei voluntas. Eodem modo ἑτοιμάζειν sumitur apud Alexandrinos 2 Paral. XXXV. 6. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΕΥΑΓΓΕΛΙΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, *annuntio læta et felicia, lætum nuntium affero, jubeo et curo aliquid alteri annuntiari,* ex πρὸ et εὐαγγελίζομαι, quod idem notat. Semel tantum in N. T. legitur Galat. III. 8. προευηγγελίσατο (scil. ἡ γραφή) τῷ Ἀβραὰμ Deus, teste scriptura sacra, Abrahamo hanc promissionem dedit. Soph. Trachin. v. 339. Schol. Philo Jud. de Opif. Mundi p. 7. A. ed. Paris.

ΠΡΟΕΧΩ, fut. ἕξω, 1) proprie: *ante me habeo, obtendo, prætendo,* ex πρὸ *ante* et ἔχω *habeo.* Xenoph. Cyrop. II. 3. 5. Hanc notionem sine dubio respiciens Hesychius, προεχόμεθα per προβαλλόμεθα interpretatus est. 2) *in aliqua re primas teneo,* vel *habeo, antecello, præcello, præsto, prærogativam habeo.* Ita non solum activum usurpatur, (v. c. apud Symmachum Cohel. X. 10. προέχει δὲ ὁ γοργευσάμενος εἰς σοφίαν. Xenoph. Anab. III. 2. 11. Idem de Venat. I. 12. de Rep. Laced. I. 2. Thucyd. Hist. VII. c. 66. ᾧ ἀξιοῦσι προύχειν in ea re, qua se cæteris præstare putant. Hesych. προέχει· ὑπερέχει.) sed etiam medium, προέχομαι, quod semel tantum legitur in N. T. Rom. III. 9. τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως quid igitur? num quid præ gentilibus habemus? seu, num vere præstamus gentilibus? nullo modo. Bene Theodoretus ad h. l. interpretatus est: τί οὖν κατέχομεν περισσόν; quæ interpretatio h. l. etiam in quosdam codices irrepsit. Confer etiam versionem Syriacam Erpenii. Wetstenius ad h. l. T. II. N. T. p. 38. passiva significatione hoc vocabulum accepit, vertens: *an antecellimur? an superamur?* et varia loca scriptorum veterum ad hanc significationem comprobandam collegit. Gloss. Vet. προέχω, *promineo;* προέχει (ita enim legendum loco προσσχέτω), *antecellit.*

ΠΡΟΗΓΕΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, 1) proprie: *cursu aliquem antecello, prævenio, præeo, antecedo, dux sum,* ex πρὸ et ἡγέομαι *duco.* Xenoph. de Rep. Laced. c. XIII. § 2. λαβὼν ὁ πυρφόρος πῦρ ἀπὸ τοῦ βωμοῦ, προηγεῖται ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς χώρας. ibid. § 3. προηγεῖσθαι etiam *præferri* notat. Adde 3 Esr. V. 8, 9. 2 Macc. XI. 8. Hesych. προηγεῖται· προοδηγεῖ, προπέμπει. 2) metaphorice: *præsto, antecello, vinco, supero.* Sic semel tantum in N. T. legitur Rom. XII. 10. τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι humanitate, seu officiis debitis præstandis alter alterum vincat, seu (ut Taciti Agric. c. 6. verbis utar,) per mutuam humanitatem vos invicem anteponite. Bene Lutherus transtulit: einer komme dem an-

vern mit ehrerbietung zuvor, *excelling one another with honour.* Vulgatus habet: *honore invicem prævenientes.* Beza sic: *honore alii alios præeuntes.* Male autem Grotius προηγεῖσθαι per *sibi præponere, potiorem ducere* reddidit, omnemque formulam cum verbis Phil. II. 3. τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν conferendam esse judicavit. Nam προηγεῖσθαι nunquam, quantum equidem scio, *sibi præponere, potiorem ducere* apud Græcos significat, sed semper partim de *iis, qui alios præeunt,* aut *sunt duces et præfecti aliis,* (Alex. Deut. XX. 9.) partim vero de *iis* usurpatur, qui *aliis præstant,* aut *præferuntur.* Alberti Glossar. N. T. p. 108. προηγούμενοι (scil. τῇ τιμῇ) προτιμῶντες, ubi videndus Alberti.

ΠΡΟ´ΘΕΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *propositio, positio rei ante,* seu *in conspectu aliorum, expositio, appositio.* Est enim verbale a secunda persona perf. pass. προτέθεισαι, penultima correpta, verbi προτίθημι *propono.* Sic legitur in N. T. Matth. XII. 4. καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως ἔφαγεν et comedit panes sacros expostitios. Erant autem οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως duodecim panes, Deo sacri, ad numerum duodecim tribuum Israëliticarum singulis sabbatis offerendi, qui jacebant per septem dies in mensa expositi in priore templi parte, et pars redituum sacerdotum erant. Levit. XXIV. 5—9. Hebraice vocantur mox לֶחֶם מַעֲרֶכֶת h. e. *panis ordinis,* vel *dispositionis,* 1 Chron. IX. 32. XXIII. 29. et 2 Chron. XIII. 11. mox לֶחֶם הַפָּנִים *panis facierum.* Exod. XXV. 30. (Alex. ἄρτοι ἐνώπιοι.) Nehem. X. 33. (Alex. ἄρτοι τοῦ προσώπου.) 2 Chron. IV. 19. mox denique עֵרֶךְ לֶחֶם *ordo,* vel *dispositio panis.* Exod. XL. 23. Syrus Matth. XII. 4. vertit: ܠܚܡܐ ܕܦܬܘܪܗ ܕܡܪܝܐ *panis mensæ Domini,* haud dubie ideo, quia in mensa Domini proponebantur. Marc. II. 26. Luc. VI. 4. Hebr. IX. 2. ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων expositio panum; per hypallagen, pro expositi panes, liba sacra ad aram expostitia, ad imitationem Hebraicæ formulæ עֵרֶךְ לֶחֶם Exod. XL. 4, 23. Demosthen. p. 1071. 2. ed. Reisk. τῇ προθέσει τοῦ τετελευτηκότος παρεῖναι. 3) metaphorice: *propositum animi, voluntas, decretum,* et speciatim: *benigna voluntas* et *benefica, benignitas, beneficium.* Act. XI. 23. καὶ παρεκάλει πάντας τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ Κυρίῳ hortatusque est omnes, ut firmum animi propositum, perseverandi in religione christiana, non abjicerent. ibid. XXVII. 13. δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι rati, se propositum assequuturos. Rom. VIII. 28. τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσι quos Deus pro benigna sua voluntate ad religionem christianam adduxit. ibid. IX. 11. ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις τοῦ Θεοῦ μένῃ ut ne dubitaretur, beneficium Dei esse, cui homines adductionem ad religionem et felicitatem christianam unice debeant; seu, ut benignitas Dei salva et indubia maneret. Fusius de hoc loco, in quo explicando se valde torserunt interpretes, exposuit Ernesti in Opusculis Philol. et Crit. p. 248. qui quidem recte monuit, verba κατ' ἐκλογὴν, interjecta inter articulum et substantivum, locum adjectivi obtinere, more Græco, sed voci ἐκλογὴ notionem *libertatis,* quam *amoris* significationem tribuere mavult; nullum vero locum adduxit, e quo appareat, ἐκλογὴν pro ipsa libertate poni, more Hebræorum. Ephes. I. 11. ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν — κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος κατὰ τὴν βουλὴν τοῦ θελήματος αὐτοῦ cujus beneficio etiam nobis contigit felicitas christiana, secundum benignum decretum ejus, qui omnia voluntate liberrima efficit. ibid. III. 11. κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων secundum decretum æternum. 2 Tim. I. 9. κατ' ἰδίαν πρόθεσιν. Opponitur ibi πρόθεσις ἔργοις hominum, quæ non tollunt propositum, sed liberalitatem et integritatem beneficii divini. 2 Macc. III. 8. τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν ἐπιτελέσων. Incertus Ps. CXLV. 4. pro עֶשְׁתֹּנֹתָיו habet αἱ προθέσεις (Alex. διαλογισμοί) αὐτοῦ. Diod. Sic. XX. 102. Δημήτριος εἶχε πρόθεσιν πρὸς μὲν τοὺς περὶ Κάσσανδρον διαπολεμεῖν, τοὺς δ' Ἕλληνας ἐλευθεροῦν. Philo de Vita Mosis Tom. II. p. 178. 12. Hesych. πρόθεσις· προαίρεσις. Suid. πρόθεσις· βουλὴ, γνώμη. Zonaras Lex. col. 1581. et ex eo Phavor. πρόθεσις· ὁ προορισμὸς, κατὰ τὸν ἀπόστολον κατὰ πρόθεσιν οὖσαν ἀπ' αἰώνων, ἢ κατὰ πρόγνωσιν, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις τοῦ Θεοῦ μένῃ. καὶ ἡ γνώμη· κατὰ πρόθεσιν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργοῦντος. Gloss. Vet. πρόθεσις, *propositum, voluntas.* 3) *studium, ardor animi.* 2 Tim. III. 10. τῇ προθέσει studio religionis christianæ omnibus modis promovendæ. Alberti Glossar. Gr. N. T. p. 87. τῆς προθέσεως· τῆς σπουδῆς. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΘΕ´ΣΜΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *ante constitutus et definitus.* Est enim verbale a prima persona perf. pass. προτέθειμαι, verbi προτίθημι *ante constituo, præfinio,* vocali subjunctiva ex ει abjecta et litera σ inserta. Hinc

ΠΡΟΘΕΣΜΙ´Α, ας, ἡ, sc. ἡμέρα, vel ὥρα, *tempus præfinitum ac constitutum, vel legibus, vel propria auctoritate.* Semel legitur in N. T. Galat. IV. 2. ἄχρι τῆς προθεσμίας τοῦ πατρὸς, h. e. vel: usque ad tempus præfinitum a patre, ut genitivus rectus τοῦ πατρὸς causam efficientem denotet, vel: usque ad tempus, e legibus constitutum, quo pro arbitrio paternis opibus uti poterit. Symmachus Job. XXVIII. 3. pro קֵץ *finis* habet προθεσμίαν. Lucian. Ver. Hist. Lib. I. § 36. p. 738. ἤδη τῆς προθεσμίας ἐνεστώσης. Apud eundem in Nigrin. et Basilium Magnum homil. εἰς μάρτ. Μάμαντα p. 419. adhibetur de die fatali, quo mors est subeunda. Lysias Orat. VI. c. 4. p. 89. προθεσμίας δὲ οὐδεμιᾶς οὔσης τῷ κινδύνῳ. Josephus A. J. XII. 4. 7. τῆς προθεσμίας ἐνισταμένης, καθ' ἣν ἔδει τῷ βασιλεῖ τοὺς φόρους ἀπαριθμεῖν. Apud Demosthenem sæpius legitur de *præscriptione,* seu *termino rei, a lege præfinito, ultra quem copia rei negatur,* v. c. p. 269. 4. 993. 3. et 1055. 4. ed. Reisk. Conf. D'Orville ad Chariton. Aphrod. Lib. III. c. 2. p. 348. ed. Lips. Wetstenii N. T. T. II. p. 226. et Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 188. Hesych. προθεσμία· καιρὸς, ὅρισις, διωρία, ὁρισμός. Etym. M. προθεσμία· ἀπὸ τοῦ προθεῖναι τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τόδε γενέσθαι χρήσιμον, ἢ ἀπὸ τοῦ θεσμὸς, ὃ σημαίνει τὸν νόμον. Thom. M. προθεσμία· ῥητορικόν. διωρία, κοινόν. Vide etiam Suidam. Gloss. Vet. προθεσμία, *spatium, dies finitus, statutus dies.*

ΠΡΟΘΥΜΙ´Α, ας, ἡ, *alacritas, animus promtus, promtitudo animi, studium, cupiditas* (Eurip. Phœn. v. 602 et 919.) *desiderium, gaudium,* a πρόθυμος *promtus, alacer.* Act. XVII. 11. οἵτινες ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης προθυμίας qui admiserunt doctrinam christianam promte et alacriter. 2 Cor. VIII. 11. ἡ προθυμία τοῦ θέλειν promtitudo volendi, h. e. parata voluntas. ibid. v. 12. εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται si enim animus promtus benefaciendi adest.

(Sophocl. Trach. 669. Plutarch. T. VI. p. 658. ed. Reisk. ἡ προθυμία τοῦ διδόντος.) ibid. v. 19. καὶ προθυμίαν ὑμῶν, pro εἰς δόξαν τῆς προθυμίας ὑμῶν. ibid. IX. 2. Sæpius in N. T. non legitur. Sirac. XLV. 32. στῆσαι αὐτὸν ἐν ἀγαθότητι προθυμίας ψυχῆς αὐτοῦ. De *benevolentia* et *voluntate prolixa erga alios* legitur apud Xenoph. in Hist. Gr. I. 1. 21. et Eurip. Phœn. v. 1710. Adde Demosthenem p. 11. 13. et 1457. 8. ed. Reisk. et Wetstenii N. T. T. II. p. 562. Hesych. προθυμία· χαρά.

ΠΡΟ'ΘΥΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *promtus, animum alacrem habens, studiosus, cupidus, sedulus*, a πρὸ et θυμὸς *animus*. Matth. XXVI. 41. τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον animus vester promtus quidem est ad constantiam. Marc. XIV. 38. Respondet in versione Alex. Hebraico נָדִיב *voluntarius, spontaneus*, 1 Chron. XXVIII. 21. et XXIX. 30. et חִישׁ *festinans*, Habac. I. 8. 2 Macc. IV. 14. περὶ τὰς τοῦ θυσιαστηρίου λειτουργίας προθύμους εἶναι. ibid. XV. 9. Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 18. πρόθυμος τῇ πόλει studiosissimus patriæ. Thucyd. II. 53. VI. c. 89. Suid. πρόθυμος· ἐπιθυμῶν, ὀρεγόμενος. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 521. — Neutrum τὸ πρόθυμον substantive usurpatur, ita, ut subintelligatur ἦθος, et notat: *promtitudinem et alacritatem animi, desiderium, studium.* Rom. I. 15. οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι itaque, quantum in me est, vehementer cupio et promptus sum, seu semper desideravi, christianam religionem tradere Romæ degentibus. 3 Macc. V. 26. ὑποδεικνύων τὸ πρόθυμον τοῦ βασιλέως ἐν ἑτοίμῳ εἶναι. Eurip. Medea v. 178. et Iphig. in Taur. v. 989. τὸ μὲν πρόθυμον, πρίν σε δεῦρ' ἐλθεῖν, ἔχω, Ἄργει γενέσθαι. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 21. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΘΥ'ΜΩΣ. Adverbium, significans: *promte, alacri ac promto animo, lubenter*, a πρόθυμος, quod vide. Semel tantum legitur in N. T. 1 Petr. V. 2. μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλὰ προθύμως non coacte, sed animo alacri ac promto. 2 Paral. XXIX. 34. Tob. VII. 9. ὑπεδέξαντο αὐτοὺς προθύμως. 2 Macc. VI. 28. XI. 8. Xenoph. de Vectig. III. 7. Thucyd. V. c. 23. ταῦτα δὲ εἶναι δικαίως, καὶ προθύμως, καὶ ἀδόλως. Hesych. προθύμως· ἱλαρῶς. ubi vide Intt.

ΠΡΟΙ'ΣΤΗΜΙ, fut. στήσω, perf. προέστηκα, Dorice προέσταχα, particip. προεστηκὼς, Dorice προεσταχὼς, Ionice προεσταὼς et contracte προεστὼς, ῶσα, ός. Medium προΐσταμαι 1) proprie sumitur localiter, ita, ut partim intransitive significet: *loco stare ante*, partim vero transitive pro *ante collocare* legatur; et πρὸ *ante* et ἵστημι *statuo, colloco*. Xenoph. Cyrop. VI. 2. 6. Hist. Gr. IV. 1. 9. προστησάμενος τὰ ἅρματα. Hinc προστάτης dicitur, *qui ante aram stat supplex*. Cf. Sophocl. Œd. Col. v. 1167 et 1274. Electra v. 1479. Hinc 2) metaphorice: *præficio*, et intransitive: *præsum, præfectus sum, munus ac officium mihi demandatum ac injunctum habeo*, etiam *curam habeo et gero*. Rom. XII. 8. προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ præses ecclesiæ (cujus curæ est demandatus cœtus christianus, qui alias ἐπίσκοπος, πρεσβύτερος, ποιμὴν dicitur,) sedulitatem præstet promtam. 1 Thess. V. 12. προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ qui vobis præsunt, doctores christiani. 1 Tim. III. 4. τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον qui suæ familiæ bene præest. ibid. v. 5 et 12. τέκνων καλῶς προϊστάμενοι καὶ τῶν ἰδίων οἴκων. ibid. V. 17. οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι. Vide sub πρεσβύτερος. Adde Alex. Amos VI. 10. τοῖς προεστηκόσι τῆς οἰκίας. Prov. XXVI. 17. 1 Macc. V. 19. πρόστητε τοῦ λαοῦ τούτου. Polyb. Hist. II. c. 45. Ἀντιγόνῳ προεστῶσι Μακεδόνων. Jamblich. Vit. Pythag. c. 2. § 9. Xenoph. Anab. VI. 6. 9. Hist. Gr. III. 2. 22. Conf. Bielii Thes. Philol. s. h. v. et Krebs. Obss. Flav. p. 346. 3) προΐσταμαι *studeo, operam do alicui rei, facio, ago et tracto aliquid.* Tit. III. 8 et 14. προΐστασθαι καλῶν ἔργων *recte agere, benevolentiam exercere.* Athenæus XIII. p. 612. A. Σόλωνος τοῦ νομοθέτου οὐδ' ἐπιτρέποντος ἀνδρὶ ταύτης προΐστασθαι τέχνης. Plutarch. Pericl. p. 165. C. Lœsneri Obss. Philonn. p. 430. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΚΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, *prius voco*, ex πρὸ et καλέω *voco*. Medium προκαλέομαι, οῦμαι, 1) proprie: *provoco aliquem ad pugnam et certamen.* Ælian. V. H. I. 14. διανιώμενος δὲ ὁ Λεπρέας, λαβὼν ὅπλα εἰς μονομαχίαν προκαλεῖται τὸν Ἡρακλῆ. Thucyd. VII. 18. Herodian. VI. 3. 11. Confer Wesseling. ad Diod. Sic. I. 21. et Wetstenii N. T. T. II. p. 234. Quia vero provocatio ad pugnam et certamen, vel singulare, vel commune, conjuncta fere est cum infirmitatis vituperio, hinc προκαλέομαι 2) ex adjuncto: *conviciis aliquem proscindere, lacessere, exprobrare alteri vitia* significat. Sic semel legitur in N. T. Galat. V. 26. μὴ γινώμεθα κενόδοξοι, ἀλλήλους προκαλούμενοι, ἀλλήλοις φθονοῦντες ne simus vanæ gloriæ cupidi, invicem vitia, infirmitatem, errores nobis exprobrantes (aut invicem nos lacessentes conviciis et proscindentes,) et invicem invidentes. Plutarch. Alcibiad. p. 211. ἅμ' ἡμέρᾳ προκαλούμενοι καὶ πάλιν ἀναστρέφειν ὀπίσω καὶ διημερεύειν ἀτάκτως καὶ ἀμελῶς. Videndus est de hac voce Irmisch. ad Herodian. I. 4. 4. qui docuit, προκαλεῖσθαι sensu latiori apud Græcos etiam de *omnibus* usurpari, *qui aliquem incitant, commovent, invitant et hortantur*, v. c. ad paciscendum, apud Xenoph. Hist. Gr. II. 2. 9. ad benevolentiam, (Herodian. VI. 8. 17.) etc. Vide etiam Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 641.

ΠΡΟΚΑΤΑΓΓΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, *prænuntio, ante denuntio, prædico, promitto*, ex πρὸ, κατὰ et ἀγγέλλω *nuntio*. Act. III. 18. ὁ δὲ Θεὸς, ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν προφητῶν αὐτοῦ, παθεῖν τὸν Χριστὸν, ἐπλήρωσεν Deus autem ita rata fecit ea, quæ variis multorum prophetarum oraculis prædixit, fore scilicet, ut Christus supplicio afficeretur. ibid. v. 24. καὶ προκατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας et prædixerunt de his diebus. Sed loco προκατήγγειλαν sine dubio h. l. est κατήγγειλαν reponendum, quod etiam Griesbachius in textum recepit. ibid. VII. 52. ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου interfecerunt eos, qui de adventu hujus innocentis vaticinati sunt. 2 Cor. IX. 5. τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν munusculum vestrum, seu eleemosynam vestram, quam jam olim promisistis. Codices nonnulli προεπηγγελμένην loco προκατηγγελμένην e glossemate, ut videtur, habent. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΚΑΤΑΡΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *præparo, procuro, prius absolvo, præconcinno*, ex πρὸ et καταρτίζω *paro, dispono, perficio*. Semel legitur in N. T. 2 Cor. IX. 5. ἀναγκαῖον οὖν ἡγησάμην παρακαλέσαι τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν, ἑτοίμην εἶναι necessarium igitur putavi, rogare hos fratres, ut me priores ad vos proficiscerentur et præpararent, seu procurarent eleemosynas, jam olim mihi a vobis promissas, ut paratæ sint.

ΠΡΟ'ΚΕΙΜΑΙ, fut. είσομαι, 1) proprie localiter: *proponor, anteponor, antepositus*, vel *situs sum*, ex πρὸ *ante* et κεῖμαι *jaceo*. Sic legitur apud Xenoph. de Rep. Athen. II. sect.

13. νῆσος προκειμένη insula, quæ sita est ante oram. Homer. Iliad. ι, v. 91. Demosthen. p. 1078. 25. ed. Reisk. προκεῖσθαι ἱκετηρίαν ὑμῖν νομίζετε τὸν παῖδα τοῦτον. Eurip. Phœn. v. 1723. οἰκτρὰ πρόκειται. Alex. Levit. XXIV. 7. οἱ ἄρτοι εἰς ἀνάμνησιν προκείμενοι τῷ Κυρίῳ. Num. IV. 7. καὶ ἐπὶ τὴν τράπεζαν τὴν προκειμένην. Incertus Exod. XXXIX. 36. Hesych. προκείμενα· παρακείμενα. Idem: πρόκειται· παράκειται. 2) *adsum, in promptu sum.* Alex. Exod. X. 10. 2 Cor. VIII. 12. εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται si promtitudo animi ad benefaciendum adest. Possunt tamen hæc verba etiam ita verti: si promto et alacri animo consilium cepimus, benefaciendi aliis. Eleganter enim προκεῖσθαι apud Græcos dicuntur, *quæ animo nobis proposuimus et quorum faciendorum studio tenemur,* ut recte observavit Krebs. in Obss. Flav. pag. 304. qui etiam adduxit locum ex Josephi A. J. XVIII. 8. 4. 2. εἴ σοι πάντως πρόκειται si tibi omnino constitutum est. Subintelligendum est κατὰ νοῦν, quod additur apud eundem VII. 8. 4. Hebr. XII. 2. ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς loco felicioris illius conditionis, qua uti poterat. Eurip. Alcest. v. 833. κακοῦ τοσούτου δώμασι προκειμένου. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 259. 3) *publice proponor, palam exhibeor, ante oculos versor, vel ponor.* Jud. v. 7. πρόκεινται δεῖγμα propositæ sunt omnibus peccatoribus in exemplum, ut nempe in omnium notitiam venirent. 4) προκεῖσθαι eleganter apud Græcos dicuntur, *quæ sunt alicui destinata, promissa, injuncta et demandata.* Hebr. VI. 18. κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος ad obtinendam spem propositam, seu promissam et destinatam (*instantem,* Eurip. Phœn. v. 797.) nobis felicitatem æternam. Metaphora est h. l. e veterum certaminum ratione ducta. Speciatim enim (ut verbis utar Krebsii in Obss. Flav. p. 377.) προκεῖσθαι dicuntur τὰ ἆθλα, seu *præmia certaminis, quæ publice proponuntur in propatulo, ut eorum adspectus certaque eorum adipiscendorum spes certaturos alacriores redderet ad certamen ineundum et victoriam reportandam.* Vide Xenoph. Cyr. II. 3. 2. et VII. 1. 13. Josephi A. J. VIII. 12. 3. XV. 8. 1. et XIX. 1. 16. οἱ ἀθληταὶ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀγωνισμάτων ἀπὸ πάσης γῆς ἐκαλοῦντο κατ' ἐλπίδα τῶν προκειμένων καὶ τῆς νίκης εὐδοξίαν. Philo de Nom. Mutat. p. 591. 44. Unde προκεῖσθαι metaphorice de omnibus rebus adhibetur, quarum consequendarum certissima nos spes tenet quæque nos alacriores in re aliqua suscipienda et perficienda reddere possunt, quo sensu est apud Josephum Procem. Ant. 3. τοῖς Θεοῦ γνώμῃ κατακολουθοῦσι — γέρας εὐδαιμονίας πρόκειται παρὰ Θεοῦ. Hebr. XII. 1. τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα stadium nobis propositum (sc. ad decurrendum) emetiamur, h. e. constantes maneamus in officio nobis injuncto, religionis nempe christianæ studio. Vide ad h. l. Wetstenium. Alex. Esther I. 8. ὁ δὲ πότος οὗτος οὐ κατὰ προκείμενον νόμον ἐγένετο. Josephus A. J. IV. 6. 3. XI. 6. 13. τὴν προκειμένην ὁδὸν ἤνυον. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 493. Huc etiam refertur a nonnullis locus, supra jam tractatus, Hebr. XII. 2. ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ut sensus sit: propter feliciorem illam conditionem, quæ ipsi post mortem præmii loco erat proposita. Conf. supra ad ἀντὶ dicta. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΚΗΡΥ´ΣΣΩ, Attice ΠΡΟΚΗΡΥ´ΤΤΩ, fut. ύξω, 1) proprie: *per præconem antea indico et prius significo,* ex πρὸ et κηρύττω *prædico,* a κῆρυξ *præco.* Xenoph. de Rep. Laced. XI. 1. Ælian. V. H. IV. 1. ἀγορὰν αὐτῶν προκηρύττουσι. Pollux IV. 93. 94. VIII. 103 et 138. 2) *ante prænuntio, ante prædico, promitto.* Bis tantum legitur in N. T. Act. III. 20. καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεκηρυγμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστὸν et mittat olim vobis oraculis prophetarum promissum et prædictum Jesum Messiam. Sed lectio προκεκηρυγμένον sine dubio h. l. spuria est et προκεχειρισμένον reponendum erit, ut jam recte judicavit Griesbachius. ibid. XIII. 24. προκηρύξαντος Ἰωάννου πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ βάπτισμα μετανοίας παντὶ τῷ λαῷ Ἰσραὴλ, ita, ut Johannes, antequam adiret munus suum, ad baptismum, quo ad emendationem prioris vitæ obstringebantur, prius invitaret omnes Israëlitas. Ponitur h. l. προκηρύσσειν pro simplici κηρύσσειν.

ΠΡΟΚΟΠΗ´, ῆς, ἡ, *progressus, profectus, incrementum, successus rei,* a præt. med. προκέκοπα, verbi προκόπτω, quod vide. Ter tantum legitur in N. T. Phil. I. 12. ὅτι τὰ κατ' ἐμὲ μᾶλλον εἰς προκοπὴν τοῦ εὐαγγελίου ἐλήλυθεν res meas quod attinet, propagationem religionis christianæ in dies majores progressus facere. ibid. v. 25. εἰς τὴν ὑμῶν προκοπὴν ut majores progressus faciatis in religione et virtute christiana. 1 Tim. IV. 15. ἵνα σοῦ ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν ut profectus tui in omnibus cognoscantur. Phrynichus, (p. 30. προκόπτειν λέγουσι· τὸ δὲ ὄνομα προκοπὴ οὐκ ἔστι παρ' αὐτοῖς.) Phavor. (προκόπτειν δόκιμον. τὸ δὲ ὄνομα προκοπὴ ἀδόκιμον.) et alii grammatici veteres, v. c. Suidas et Thom. M. vocem προκοπὴ, tanquam minus probatam, rejecerunt. Sed falluntur. Nam προκοπὴ optimis Græcis scriptoribus pro *incremento, profectibus* adhibetur, v. c. Diogen. Laërt. II. 93. προκοπὴ ἐν φιλοσοφίᾳ. Polyb. Hist. III. c. 4. ἥ τε αὔξησις καὶ προκοπὴ τῆς Ῥωμαίων δυναστείας ἐπετελείωτο. Josephus A. J. IV. 4. sect. 1. X. 10. sect. 1. et de B. J. Lib. I. c. 10. sect. 5. Cf. Grævium ad Luciani Solœcistam 33. T. II. p. 746. et interpretes ad Thom. M. p. 740 seq. Hesych. προκοπῆς· αὐξήσεως.

ΠΡΟΚΟ´ΠΤΩ, fut. όψω, 1) proprie: *præseco, præcido, succido, præscindo,* ex πρὸ et κόπτω *scindo.* Hinc per metonymiam causæ: *procedo, progredior,* quia, arboribus aliisque ejusmodi rebus succisis, iter pervium et commodum redditur et iter facienti licet procedere et progredi. Inde 2) metaphorice: *progressus facio in aliqua re, incrementa capio, proficio, procedo, proficiendo* in utramque partem *augeor.* Luc. II. 52. καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις et Jesus profecit et sapientia et ætate ac gratia apud Deum pariter ac homines. Galat. I. 14. καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου in defendenda religione Judaica omnes meos æquales, ordinis Pharisæorum, vincebam. 2 Tim. II. 16. ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας his enim impietas in dies augetur. (Formula ἐπὶ πλεῖον προκόπτειν legitur etiam apud Diod. Sic. XIV. 98.) ibid. III. 9. ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον sed non amplius procedent in ficta sua pietatis specie. ibid. v. 13. προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον in pejus proficient et ad deteriora prolabentur, nullam admittentes correctionem. Hujus verbi, uti et vocis προκοπῆς, bonitatem in dubium vocavit Lucianus in Solœcista c. 33. T. II. p. 746. edit. Græv. et pro eo ἐπιδιδόναι et ἐπίδοσιν λαβεῖν dicendum putavit. Confer supra s. v. προκοπὴ a me dicta. Sed vindicavit utriusque vocis bonitatem contra Lucianum Grævius in Obss. ad l. l. Wetstenius N. T. T. I. pag. 669. et Krebsius in Obss. Flav. p.

106. exemplis optimæ notæ scriptorum Græcorum, quibus adde Xenoph. in Hist. Gr. VII. 1. 2. pag. 352. ed. Mori, οὐδὲν προὔκοπτον εἰς τὸ ἀπολέσαι ὑμᾶς. Marc. Antonin. de Se ipso I. c. 14. τὸ μὴ ἐπὶ πλέον με προκόψαι ἐν ῥητορικῇ. Zosim. I. cap. 71. princ. Josephum B. J. VI. 2. 3. καὶ προὔκοψαν εἰς τοσοῦτον παρανομίας, e quibus locis simul apparet, προκόπτειν non solum in partem bonam adhiberi, sed etiam pro *incremento rei malæ* sumi, uti jam recte observavit scholiastes ad Epictet. Enchiridion cap. 12. Ἰστέον, inquit, ὅτι προκοπὴ, ὡσαύτως καὶ τὸ προκόπτω ῥῆμα, οὐ μόνον ἐπὶ αὐξήσει καλοῦ λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κακοῦ κ. τ. λ. Ἁπλῶς δὲ προκοπὴ, ὡσαύτως καὶ τὸ προκόπτω ῥῆμα, χωρὶς προσθήκης τινὸς κακοῦ, ἢ καλοῦ, ἐπὶ καλοῦ τίθενται κ. τ. λ. 4) de tempore: *prætereo, præterlabor.* Rom. XIII. 12. ἡ νὺξ προέκοψεν nox profligata est. Syrus usus est voce ܥܒܪ *transiit.* Josephus B. J. IV. 4. 6. νὺξ προκόπτουσα. Appian. B. Civ. II. p. 781. ἡμέρα προὔκοπτε. Ib. L. V. p. 1154. θέρους προκόπτοντος. Conf. Cellarii Diss. de Vigiliis et Lucubrationibus Veterum sect. 19 seq. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟ'ΚΡΙΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *præjudicium, opinio, temere capta et præconcepta*, ex προκρίνω *præjudico, antefero, antepono, eligo.* 2) est i. q. προσωποληψία *partium studium, personarum respectus.* Sic semel legitur in N. T. 1 Tim. V. 21. ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος ut hæc observes sine ullo personarum respectu. Chrysostomus ad h. l. χωρὶς προκρίματος, τοῦτ' ἔστι ἵνα κοινὸς ᾖς καὶ ἴσος τοῖς δικαζομένοις, τοῖς ἐπὶ σοῦ κρινομένοις, ἵνα σε μηδεὶς προκαταλάβῃ, μηδὲ προσοικειώσηται. Hesych. πρόκριμα· πρόκρισις, προτίμησις. Idem tradit Suidas. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 158. πρόκριμα, *præjudicium, prærogativa.* Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 344.

ΠΡΟΚΥΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *ante ratum facio et sancio, ante auctoritatem do*, ex πρὸ *ante* et κυρόω *sancio*, quod est a κῦρος, εος, τὸ, *auctoritas.* Tantum legitur in N. T. Galat. III. 17. διαθήκη προκεκυρωμένη promissio a Deo ante legem Mosaicam latam certissime data.

ΠΡΟΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. λήψομαι, aor. 2. προέλαβον, aor. 1. pass. προελήφθην, 1) proprie: *ante capio, anticipo, præoccupo, præsumo, præripio aliis*, ex πρὸ et λαμβάνω *capio.* 1 Cor. XI. 21. ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν nam quilibet portionem ciborum, quam afferri jussit in conventus sacros, præripit aliis in cœna sacra. Conf. supra δεῖπνον, T. I. p. 549. Scilicet Corinthii ditiores, qui conveniebant, s. cœnam celebraturi, afferebant cibos de suo, quos autem non conferebant in commune; sed contra morem, in agapis veterum receptum, suum quisque sibi servabat, ex quo fieri non poterat, quin pauperes esurirent, opulentiores vero largius vescerentur. Cæterum sæpius προλαμβάνειν in hac significatione apud Demosthenem occurrere, multis exemplis docuit Reisk. in Indice Græcit. Demostheneæ p. 644 seq. 2) *anteverto, prævenio, in antecessum aliquid facio.* Marc. XIV. 8. προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν occupavit corpus meum inungere ad pollincturam quasi: seu, antevertit (antevoluit) ungere corpus meum ad pollincturam quasi. Xenoph. Cyr. I. 2. 3. Sæpius autem apud Græcos προλαμβάνειν de iis usurpatur, *qui aliquem præveniunt et antevertunt*, v. c. Xenoph. de Rep. Laced. XIII. 3. de Venat. V. 19. προλαμβάνοντες δὲ τὰς κύνας. ibid. VI. 19. ἐὰν δὲ πολὺ προειληφυῖαι ὦσι. Joseph. A. J. II. c. 7. sect. 5. VII. 11. 5. Confer Krebsium ad Plutarchum de Audiendis Poëtis pag. 102 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 625. Non possum tamen a me impetrare, ut prorsus silentio prætercam ingeniosam explicationem, quam de loco Marci supra laudato Lœsnerus protulit in Obss. Philonianis p. 84 seq. Tribuit nempe τῷ προλαμβάνειν notionem *prævidendi, præsentiendi, quasi mente et cogitatione aliquid occupandi*, et verba προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμὸν ita transfert: præsensit, seu intellexit, corpus meum ungendum esse ad pollincturam. Reperitur autem προλαμβάνειν in hac significatione apud Philonem de Mundi Opificio T. I. p. 8. ed. Pfeiferi, προλαβὼν γὰρ ὁ Θεὸς ἅτε Θεὸς, ubi pro προλαβὼν nonnulli codices e glossemate προϊδὼν habent. Alia loca e Philone congessit Lœsnerus l. l. 3) *occupo præter opinionem, circumvenio, abripio.* Προλαμβάνομαι *præter opinionem incido in aliquid, occupor, circumvenior, abripior*, ut sit i. q. ἀπάγομαι et συναπάγομαι. Galat. VI. 1. ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι si quis invitus et improviso abreptus fuerit vitio quodam, seu ex imbecillitate humana præter opinionem labatur et peccet. Conf. Elsnerum et Kypkium ad h. l. Sed vertunt alii interpretes sic: etiamsi quis deliquisse *deprehendatur;* ut προλαμβάνεσθαι sit i. q. καταλαμβάνεσθαι *deprehendi*, ut legitur Sapient. XVII. 17. Sæpius in N. T. non reperitur. Gloss. Vet. προλαμβάνω, *antecapio, præsumo, præcedo, occupo.*

ΠΡΟΛΕ'ΓΩ, fut. έξω, *prædico, ante dico, prænarro*, ex πρὸ *ante* et λέγω *dico.* 2 Cor. XIII. 2. προείρηκα καὶ προλέγω prædixi jam et repeto prædicta. Galat. V. 21. ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον. 1 Thess. III. 4. Sæpius in N. T. non legitur. Nonnullis interpretibus προλέγειν videtur simpliciter vertendum esse *monere, dicere, nuntiare*, ut sit idem, quod simplex λέγω, quia nempe in versione Alexandrina respondet Hebraico הִגִּיד *nuntiavit, annuntiavit, indicavit.* Ies. XLI. 26. ubi προλέγων et ἀκούων inter se opponuntur. Sed ille ipse locus, ad quem provocatur, contrarium docet, nam sermo ibi est de prædictionibus prophetarum. Cf. Raphelii Obss. Polyb. p. 532. et Herodoteas p. 521.

ΠΡΟΜΑΡΤΥ'ΡΟΜΑΙ, *ante testor, prius testificor, prænuntio*, ex πρὸ *ante* et μαρτύρομαι *testor.* Tantum legitur in N. T. in participio. 1 Petr. I. 11. προμαρτυρόμενον τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας prædixit, seu per prophetas prædici curavit, calamitates omnes, Christo perferendas, et felicitatem, illas mox insecuturam. Pro προμαρτυρόμενον legunt alii προμαρτυρούμενον, tanquam a προμαρτυρέομαι. Quoddam vetus exemplar habet προμαρτυρόμενος, ut ad Χριστοῦ referatur.

ΠΡΟΜΕΛΕΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *præmeditor*, (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 158.) *ad aliquam rem me præparo, ante sollicitus sum*, ex πρὸ *ante* et μελετάω *meditor, curo.* Semel legitur in N. T. Luc. XXI. 14. θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι hoc igitur vestro animo infigite, non opus esse vobis præparatam et præmeditatam defensionem, seu, non debere vos esse sollicitos, quomodo causam vestram sitis acturi. Plutarch. T. X. p. 153. ed. Reisk. Xenoph. de Rep. Athen. c. I. § 20. ἅτε ἐν παντὶ τῷ βίῳ προμεμελετηκότες. Aristoph. Eccles. procem. et v. 116. Apud Polyb. X. 47. 3. *ante* seu *prius exercere* notat.

ΠΡΟΜΕΡΙΜΝΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *ante sum sollicitus, præmeditor*, cum

cura et anxia sollicitudine præmeditor, ex πρὸ *ante* et μεριμνάω *curo, anxie cogito*, hocque a μέριμνα *cura, sollicitudo*. Semel legitur in N. T. Marc. XIII. 11. μὴ προμεριμνήσητε, τί λαλήσητε ne ante anxie solliciti sitis, quid dicturi sitis, seu quomodo vestram causam sitis acturi. Conf. Luc. XXI. 14.

ΠΡΟΝΟΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, et medium ΠΡΟΝΟΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) proprie: *antea mente et cogitatione percipio, mente præcipio, prævideo, futura præsentio et præsagio*, ex πρὸ *ante* et νοέω *cogito*, quod descendit a νόος, νοῦς, *mens*. 2) ut Latinum *providere: prospicio, provideo, procuro, consulo rebus alicujus, præcaveo mala*. Construitur cum genitivo vi præpositionis. Sic legitur in N. T. 1 Tim. V. 8. εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖ quodsi quis suis, maxime vero domesticis, non providet et prospicit. Xenoph. de Mag. Equit. cap. VI. § 2 et 3. ἐπιμελούμενον καὶ προνοοῦντα. Ælian. V. H. II. c. 21. Sapient. VI. 8. ὁμοίως δὲ προνοεῖ περὶ πάντων. 2 Macc. XIV. 9. καὶ τοῦ περιϊσταμένου γένους ἡμῶν προνοήθητι. Hesych. προνοεῖ· ἐπιμελεῖται. 3) προνοοῦμαι, medium, *studeo, operam do, deditus sum*. Construitur in hac significatione cum accusativo et genitivo. Rom. XII. 17. προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων honestati et virtuti studete erga omnes homines. 2 Cor. VIII. 21. προνοούμενοι καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων studemus honestati et virtuti, ita, ut non solum Deo eam probemus, sed etiam hominibus. Josephus A. J. I. 2. 1. ἄβιλος ἀρετῆς προινόει (in aliis est προὐνοεῖτο). ibid. IX. 1. 1. τοῦ δικαίου προνοουμένου. Sext. Empir. adv. Eth. 104. λέγεται ὁ ἄνθρωπος προνοεῖσθαι τοῦ καλοῦ. Adde Alex. Prov. III. 4. Hesych. προνοοῦ· ἐνθυμοῦ, ἐπιμελοῦ. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟ'ΝΟΙΑ, ας, ἡ, *providentia, provida cura, prudentia, procuratio, perceptio et consideratio rei ante mente facta*, a πρόνοος *prudens, providens*, quod est a προνοέω, quod vide. Bis tantum in N. T. legitur. Act. XXIV. 3. διὰ τῆς σῆς προνοίας per tuam prudentiam et providam curam. Ælian. V. H. III. 26. et XII. 56. Idem Hist. Anim. XI. 31. Eurip. Phœn. v. 650. πρόνοια θεία. Sapient. XIV. 3. XVII. 2. 2 Macc. IV. 6. — Rom. XIII. 14. τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας alite et nutrite quidem corpus vestrum, sed sic, ut pravæ cupiditates non excitentur et alantur. Josephus A. J. VIII. 13. 8. τοῦ σώματος πρόνοιαν. Hesych. πρόνοια· προενθύμησις, ἐπιμέλεια, φροντίς. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 6. 23. p. 227. et Wetstenii N. T. T. II. p. 86.

ΠΡΟΟΡΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, 1) proprie: *antea video, prius video, prævideo*, etiam *ante me video, prospicio*, ex πρὸ et ὁράω *video*. Xenoph. Mem. I. 4. 11. ἡ δὲ ὀρθότης καὶ προορᾷν πλεῖον ποιεῖ δύνασθαι καὶ τὰ ὕπερθεν μᾶλλον θεᾶσθαι καὶ ἧττον κακοπαθεῖν. Idem de Re Equestri X. 2. Act. XXI. 29. ἦσαν γὰρ προεωρακότες Τρόφιμον τὸν Ἐφέσιον ἐν τῇ πόλει σὺν αὐτῷ antea enim viderant Trophimum, Ephesium, apud eum in urbe. Jam, quia ii, qui aliquid exspectant, aut in aliquo spem ac fiduciam ponunt, prospicere et intentis oculis aliquem aspicere et intueri solent, factum est, ut 2) medium προορέομαι metaphorice significaret: *fiduciam et spem suam in aliquo ponere et collocare, alicui confidere*. Act. II. 25. προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντὸς spem et fiduciam meam semper et unice in Domino posui. Verba sunt desumta ex Psalm. XVI. 8. ubi in textu Hebraico legitur: שִׁוִּיתִי יְהוָה לְנֶגְדִּי תָמִיד. Sæpius in N. T. non legitur. Thom. M. p. 743. προορῶ· καὶ τὸ προβλέπω καὶ τὸ φροντίζω. Ἡρόδοτος ἐν τῇ τρίτῃ· (cap. 159.) τοῦ σίτου προορέοντες. Confer etiam Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 646.

ΠΡΟΟΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) generatim et vi originis notat: *prius definire et terminis certis circumscribere*, ex πρὸ et ὁρίζω *finio, definio, termino*, hocque ab ὅρος *terminus*. 2) est idem, quod simplex ὁρίζω, et notat metaphorice: *decernere aliquid, constituere, destinare*, usurpaturque in N. T. maxime de decretis divinis, ab æterno conceptis, circa res in tempore futuras. Act. IV. 28. ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι ut efficerent, quod tuo nutu ac voluntate fieri decreveras. Rom. VIII. 29. ὅτι οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ quos enim Deus ab æterno amavit, hos etiam æternum decrevit fieri similes aliquando filio suo. ibid. v. 30. οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε quibus autem destinavit felicitatem, cum Christo olim reportandam, eos etiam per doctrinam christianam, iis traditam, ad illam invitavit. 1 Cor. II. 7. ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων quam debemus æterno ac benevolo Dei decreto. Ephes. I. 5. προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν. ibid. v. 11. προορισθέντες destinati huic beneficio a Deo. Sæpius in N. T. non legitur. Confer supra ad ὁρίζω dicta. Gloss. Vet. προορίζω, *prædestino, præfinio*.

ΠΡΟΠΑ'ΣΧΩ, aor. 2. προέπαθον, partic. προπαθὼν, *ante*, vel *prius patior, ante calamitatibus et malis afficior*, etiam in bonam partem: *ante afficior, ante accipio* (Xenoph. Mem. II. 2. 5. προπεπονθότα οὐδὲν ἀγαθόν.) ex πρὸ et πάσχω *patior*. Semel tantum in N. T. legitur. 1 Thess. II. 2. προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες quantumvis paullo ante atrocissimis et gravissimis malis, calamitatibus ac injuriis adflictus. Thucyd. III. c. 67. παρηνόμησαν, οὐ προπαθόντες ὑφ' ἡμῶν nos contra jus violarunt, non lacessiti. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 298.

ΠΡΟΠΑ'ΤΩΡ, ορος, ὁ, 1) *avus*, a πατήρ. 2) *primus pater, generis auctor*. Semel tantum legitur in nonnullis codicibus Rom. IV. 1. pro πατήρ. Hesychius: προπάτωρ, πατρὸς πατήρ. Lex. Cyrilli MS. Brem. προπάτωρ, πρόγονος, πρόπαππος. Zonaras Lex. c. 1574. προπάτωρ, ὁ πρόγονος. Glossar. Gr. N. T. p. 99. προπάτορα, πρόγονον, πρόπαππον. ubi vid. Alberti. Pollux III. 16.

ΠΡΟΠΕ'ΜΠΩ, fut. ψω, 1) proprie: *mitto ante*, vel *prius, præmitto*, ex πρὸ *ante* et πέμπω *mitto*. 2 Macc. VI. 23. Xenoph. Cyrop. II. 4. 13. 2) *deduco aliquem, prosequor, comitor honoris causa*. Sic legitur in N. T. Act. XX. 38. προέπεμπον δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον comitati eum sunt ad navem. ibid. XXI. 5. προπεμπόντων ἡμᾶς πάντων σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἕως ἔξω τῆς πόλεως deducentibus nos extra urbem omnibus cum mulieribus et liberis. Joseph. A. J. XX. 2. 6. Xenoph. Hist. Græc. IV. 1. 4. ὅσοι τὴν σὴν γυναῖκα ἐς τὸν σὸν οἶκον προπέμψειαν ἄν. ibid. VII. 2. 13. προπέμπειν notat: *a tergo sequi*. Judith X. 16. 3) *delego aliquem, mitto*, adjuncta tamen, ut videtur, deducendi notione. Act. XV. 3. οἱ μὲν οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας hi igitur delegati ab ecclesia et cum honore deducti. Conf. v. 2. 4) *efficio, ut aliquis commode ac secure iter suum continuare possit, instruo necessariis ad iter ulterius prosequendum*, adeoque *curo, ut ulterius profecturi gratis deferantur aliorsum*, et *viatico*,

vestibus, litteris commendatitiis et aliis sibi utilibus et necessariis instruantur. Sic legitur in N. T. Rom. XV. 24. καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι ἐκεῖ. 1 Cor. XVI. 6. ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε, οὗ ἐὰν πορεύωμαι. ibid. v. 11. προπέμψατε αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ, ἵνα ἔλθῃ πρός με deducendum eum curate hospitaliter, ut quam celerrime et tuto ad me veniat. 2 Cor. I. 16. καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Tit. III. 13. σπουδαίως πρόπεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ diligenter cura, ut deducantur, ita, ut nihil ad iter faciendum necessariorum iis desit. 3 Joh. v. 6. οὓς καλῶς ποιήσεις προπέμψας ἀξίως τοῦ Θεοῦ quos si, ut decet christianos, deducendos curabis, bene ages. Sæpius in N. T. non legitur. Adde 3 Esr. IV. 47. ἵνα προπέμψωσιν αὐτὸν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας ἀναβαίνοντας οἰκοδομῆσαι Ἰερουσαλήμ. Sapient. XIX. 2. 1 Macc. XII. 4.

ΠΡΟΠΕΤΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, 1) proprie: *prociduus, qui pronus fertur, inclinatus, in anteriorem partem vergens, præceps, proclivis,* ex πρὸ et obsoleto verbo πέτω, pro quo in usu est *πίπτω cado.* Xenoph. de Re Equestri cap. I. § 8. ὁ μὲν αὐχὴν αὐτοῦ μὴ, ὥσπερ κάπρου, προπετὴς πεφύκοι. ibid. VIII. 8. προπετῶς φέρεσθαι præcipitem ferri. Confer Foësii Œcon. Hippocr. p. 321. et Wetstenii N. T. T. II. p. 367. Suid. προπετής· εἰς τοὔμπροσθεν νενευκώς. 2) metaphorice, ut Latinum *pronus: proclivis, promtus, propensus,* geneigt zu etwas, *inclined to any thing.* Xenoph. Hist. Gr. VI. 5. 24. ἃ δὴ πάντα λογιζόμενοι, οὐ πάνυ προπετεῖς ἦσαν εἰς τὸ ἰέναι εἰς τὴν Λακεδαίμονα. 3) in deteriorem partem: *temerarius, protervus, inconsultus, promtissimus ad aliquid ad proterviam usque.* 2 Tim. III. 4. προπετεῖς homines, qui, affectuum stimulis exagitati, cœco impetu præcipites ad omnia, quæ protervis cupiditatibus conveniunt, feruntur et, legum divinarum pariter ac humanarum repagula infringentes, nihil sibi arduum nec licitum esse opinantur. Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 11. προπετὴς ἦν ἐπὶ τὸ πολλοὺς ἀποκτεῖναι. Alex. Prov. X. 14. XIII. 5. Sirac. IX. 23. Herodian. I. 8. 11. προπετῆ δὲ καὶ θρασὺν, ubi videndus Irmischius p. 307. Suid. προπετής· (scil. ἐν λόγῳ, Sirac. IX. 3. vel χείλεσιν, Prov. XIII. 3.) πρόγλωσσος. Hesych. προπετής· προπίπτων, πρὸ τοῦ λογισμοῦ, sc. πράσσων, vel λέγων τι. Act. XIX. 36. μηδὲν προπετὲς πράσσειν non temere, procaciter et præcipitanter agere. Hinc προπετῶς *incogitanter, temerarie,* apud Xenoph. Cyrop. I. 3. 7. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. προπετής, *protervus, temerarius, procax, petulans, perperus.*

ΠΡΟΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, *præeo, præcedo, antecedo ad viam vel monstrandam, vel parandam et prosperandam, dux sum itineris.* Sic Luc. I. 76. de Johanne, baptista, nuntio adventus Christi, προπορεύσῃ (ubi tamen προπορεύομαι, quia πρὸ sequitur, est i. q. simplex πορεύομαι, cum quo in codd. permutatur apud LXX Exod. XXXIII. 1. pro Hebr. הָלַךְ) γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ præcedes enim ante faciem Domini, ut vias ejus præpares, h. e. præparabis animos hominum ad adventum Messiæ: metaphora desumta a regibus Orientis, qui, iter facturi, apparitores præmittebant, vias muniendi et omnia instruendi et aptandi causa. Confer supra προέρχομαι, ὁδὸς et ἑτοιμάζω. Act. VII. 40. ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν finge nobis deorum simulacra, quæ nobis sint duces itineris. Sæpius in N. T. non legitur. Adde 1 Macc. IX. 11. Alex. Ps. LXXXVIII. 15. Exod. XXXII. 1, 22, 33. Num. X. 33.

ΠΡΟ'Σ. Præpositio, quæ extra compositionem regit

I. *Accusativum,* et significat:

1) *a, ab,* i. q. παρά. 2 Cor. XIII. 7. εὔχομαι δὲ πρὸς τὸν Θεὸν opto vero a Deo. Ita non solum אֶל sumitur Genes. XLI. 57. לִשְׁבֹּר אֶל־יוֹסֵף ad emendum a Josepho. Levit. XIII. 7, 19. sed etiam πρὸς apud optimos Græcos scriptores usurpatur, partim accusativo junctum, v. c. Xen. Mem. I. 3. 2. εὔχετο δὲ πρὸς τοὺς θεούς. ibid. IV. 2. 36. Marc. Anton. II. 15. partim cum genitivo constructum, v. c. Homer. Iliad. α', v. 160. πρὸς Τρώων. Schol. παρὰ τῶν Τρώων a Trojanis. 2) *ad, usque ad,* (1 Reg. X. 19. Jerem. LI. 9.) ita, ut usurpetur de personis et indicet motum et terminum ad quem, aut objectum. Matth. II. 12. μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην ne reverterentur ad Herodem. ibid. III. 5. πρὸς αὐτόν. ibid. v. 13. πρὸς τὸν Ἰωάννην. ibid. v. 14. καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με. ibid. v. 15. εἶπε πρὸς αὐτὸν dixit ad illum. Luc. I. 73. II. 18, 20. καθὼς ἐλαλήθη πρὸς αὐτοὺς sicut dictum fuit illis. Rom. XV. 30. Ephes. II. 18. III. 14. etc. Æschin. Socr. Dial. II. 20. πρὸς τὰς τοῦ γραμματιστοῦ φοιτῶν θύρας. Eurip. Phœn. v. 860 et 1232. 3) *ad,* de re. Matth. III. 10. ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται securis jam posita est ad arboris radices. ibid. IV. 6. μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου. Matth. XXI. 1. πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν ad montem olivarum. ib. XXVII. 14. πρὸς οὐδὲν ad nullam harum criminationum. Marc. III. 7. V. 22. VI. 45. VII. 25. etc. Eurip. Phœn. v. 207. πρὸς δόμους τυραννικούς. 4) *ad,* de tempore. Luc. VIII. 13. οἳ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι qui ad tempus tantum constanter manent in religione christiana. Joh. V. 34. πρὸς ὥραν ad tempus aliquod. 2 Cor. VII. 8. Gal. II. 5. Philem. v. 15. 1 Cor. VII. 5. πρὸς καιρόν. 1 Thess. II. 17. πρὸς καιρὸν ὥρας. Jacob. IV. 14. πρὸς ὀλίγον. Diogen. Laërt. V. c. 2. ἀπεδήμησε πρὸς ὀλίγον, sc. καιρὸν, quod additur a Dionysio Halic. Antiquitt. Rom. Lib. V. p. 303. Cf. Palairet. Obss. Philol. p. 215. 5) *ad,* de fine, effectu, seu consequente. Lucæ XIV. 32. τὰ πρὸς εἰρήνην, sc. ὄντα, seu δέοντα, quæ ad pacem spectant. ibid. XIX. 42. τὰ πρὸς εἰρήνην σου ea, quæ ad salutem tuam conducunt. Joh. IV. 35. λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη jam flavescunt ad messem, seu, ut jam demeti possint. ibid. XI. 4. αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον hic morbus non est lethalis. Act. III. 10. πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην eo consilio, ut stipem peteret et colligeret. ibid. XXVII. 12. πρὸς παραχειμασίαν ad hiemandum. ib. XXVIII. 10. Rom. III. 26. XV. 2. 1 Cor. VI. 5. X. 11. XII. 7. etc. Æschin. Socr. Dial. I. 11. πρὸς ἑκάστους τῶν πόνων χρησταί. ibid. II. 8, 15, 26. Conf. Vigerum de Idiotismis Ling. Græc. p. 643 seq. ed. Zeunii. 6) *ad,* cum infinitivo designans causam finalem, adjunctum et conditionem rei, et tunc infinitivus in tempus finitum resolvendus est. Matth. V. 28. πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς omnis, qui fœminam adspicit, ita, ut turpi ejus amore exardeat. ibid. VI. 1. πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς. ibid. XIII. 30. ligate zizania in vincula πρὸς τὸ κατακαῦσαι αὐτὰ ad comburenda illa. ibid. XXIII. 5. XXVI. 12. Marc. XIII. 22. Luc. XVIII. 1. 2 Cor. III. 13. πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι ita, ut ne intentis oculis intuerentur. Ephes. VI. 11. πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς ut possitis. 1 Thess. II. 9. 2 Thess. III. 8. Jacob. III. 3. 7) *ante.* Marc. II. 2. μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν, sc. μέρη, neque loca, quæ ante os-

tium erant. Marc. XI. 4. πρὸς τὴν θύραν ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου. Luc. XVI. 20. πρὸς τὸν πυλῶνα ante vestibulum. Ita אֶל quoque sumitur Jos. X. 18. volvite lapides magnos אֶל־פִּי הַמְּעָרָה ante os illius speluncæ. Levit. VIII. 3, 4. 2 Paral. VI. 20, 21, 32. 8) *apud, prope, ad.* Matth. XXVI. 55. καθ' ἡμέραν πρὸς ὑμᾶς ἐκαθεζόμην cotidie apud (seu inter) vos sedebam. Marc. IX. 19. ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς; quousque ero apud vos? Joh. I. 1. ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν logus erat apud Deum. Rom. V. 1. εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν pacem habemus apud Deum. Marc. V. 11. Luc. XVI. 20. XXII. 56. Act. III. 2. V. 10. 1 Cor. II. 3. XVI. 6, 7, 10. 2 Cor. V. 8. VII. 12. Galat. I. 18. Coloss. IV. 5. 1 Joh. III. 21. Sic אֶל legitur Genes. XXIV. 11. אֶל־בְּאֵר הַמָּיִם apud puteum aquarum. Exod. XXIX. 12. Jerem. XLI. 12. et πρὸς cum genitivo apud Euripidem Iphigen. v. 646. et cum accusativo apud Polybium Hist. II. c. 12. διαπρεσβευσαμένη πρὸς τοὺς 'Ρωμαίους ποιεῖται συνθήκας. 9) *circa, circiter.* Luc. XXIV. 29. ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ oppetit enim vespera, seu circa tempus vesperæ est, לְעֵת עֶרֶב Gen. VIII. 11. vel לְעֵת בּוֹא הַשֶּׁמֶשׁ. Jos. X. 27. 2 Sam. XI. 2. Joh. V. 35. πρὸς ὥραν circa illud tempus, aut circiter horam. Respondet in hac significatione Hebraico לְ 2 Paral. III. 8, 9. V. 12. Genes. XXIV. 11. Eurip. Rhes. v. 556. Πρὸς cum nominibus temporis notare tempus propinquum, locis variis e Thucydide IV. 135. V. 56. VII. 79. et Achille Tatio V. p. 343. docuit Wetstenius N. T. T. I. p. 826. 10) *contra, adversus,* i. q. κατά. Luc. XXIII. 12. ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτοὺς in inimicitia versantes contra semet invicem. Act. VI. 1. ἐγένετο γογγυσμὸς τῶν 'Ελληνιστῶν πρὸς τοὺς 'Εβραίους exorta est conquestio Hellenistarum adversus Hebræos, seu christianos e Judæis. ibid. IX. 3. πρὸς κέντρα λακτίζειν contra stimulum calcitrare. 1 Cor. VI. 1. πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, coll. Matth. V. 23. Ephes. VI. 11. στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. ibid. v. 12. ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. Coloss. III. 13. Hebr. XII. 4. Jacob. IV. 5. Apoc. XIII. 6. Polyb. Hist. II. c. 57. πρὸς οὓς μικρῷ πρότερον μαχόμενοι πολλοὺς ἐπεῖδον ἀπολλυμένους. Æschin. Socr. Dial. II. 21. ἀντανήγετο πρὸς τὸ μειράκιον se parabat ad disputandum adversus adolescentulum. Ælian. V. H. XII. 1. ἐν τῇ μάχῃ πρὸς ἀδελφόν. Ita quoque אֶל pro עַל ponitur Genes. IV. 8. Jud. XI. 3. Ies. II. 4. Zachar. XIV. 2. 11) *coram,* i. q. ἐνώπιον. Luc. I. 80. ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν 'Ισραὴλ usque ad tempus, quo palam doctor prodiret coram Israëlitis. Act. XIII. 31. οἵτινές εἰσιν μάρτυρες αὐτοῦ πρὸς τὸν λαὸν qui ejus rei testes sunt coram populo. ibid. XXII. 1. ἀκούσατέ μου τῆς πρὸς ὑμᾶς νῦν ἀπολογίας audite nunc meam coram vobis defensionem. ibid. v. 15. XXIV. 16. Philipp. IV. 6. 1 Thess. IV. 12. Sic אֶל legitur Genes. XII. 15. Jud. XI. 36. 2 Sam. II. 12. 12) *cum.* Luc. XXIV. 14. ὡμίλουν πρὸς ἀλλήλους collocuti sunt, seu sermones miscebant. Act. III. 25. διαθήκης, ἧς διέθετο ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν fœderis, quod pepigit Deus cum majoribus nostris. 2 Cor. VI. 14. τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ibid. v. 15. Act. XI. 2. διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν altercati sunt cum eo. Hebr. X. 16. Rom. V. 1. εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν, pro σὺν Θεῷ. Conf. L. Bos. Exercitatt. in N. T. p. 104. Act. XVII. 17. XXIV. 12. Num. XXV. 1. et cœpit populus scortari אֶל־בְּנוֹת מוֹאָב. Jos. XI. 19. 2 Sam. XVIII. 27. Dan. XI. 23. Ælian. V. H. IX. 41. ξένια πρὸς βασιλέα hospitii fœdus cum rege. ibid. II. 7. ῥῆτρα τε πρὸς αὐτὸν καὶ ὁμολογία γίνεται. Æschin. Socr. Dial. II. 39. αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον πρὸς αὐτὸν παραβάλλων. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 155. 13) *de,* de objecto. Luc. XVIII. 1. πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι de eo, quod semper orandum sit. ibid. XX. 19. ὅτι πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην εἶπε de se narrari hanc fabulam. Rom. VIII. 31. τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; quid igitur dicemus de his? Hebr. I. 7. πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει de angelis vero dicit. ibid. v. 8 et 13. IV. 13. πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος de quo nobis sermo est. Rom. X. 21. Etiam אֶל *de* notat, et objectum monstrat, ad quod tendat oratio, v. c. 2 Reg. XIX. 32. Ies. XIX. 11. Ezech. XIII. 16. Psal. LXIX. 27. et ab Alexandrinis per περὶ redditur. Genes. XX. 2, 13. Æschin. Socr. Dial. II. § 38. δυσπίστως εἶχε καὶ πρὸς τούτους τοὺς λόγους. Alia exempla dedit Palairet. in Obss. Philol. p. 481. 14) *e, ex.* Ephes. III. 4. πρὸς ὃ δύνασθε ἀναγινώσκοντες νοῆσαι τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ ex quibus, si legitis, potestis satis intelligere, quanta sit mihi cognitio religionis christianæ. Ita אֶל 1 Reg. VIII. 30. ubi אֶל־הַשָּׁמַיִם est *ex cœlo.* 15) *erga.* Act. XXIV. 16. Galat. VI. 10. ἐργαζώμεθα τὸ ἀγαθὸν πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως benevolentiam exerceamus erga omnes, maxime vero erga eos, qui unam eandemque nobiscum religionem profitentur. Ephes. VI. 9. Phil. II. 30. Coloss. IV. 5. ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω. 1 Thess. IV. 12. V. 14. 2 Tim. II. 24. Tit. III. 2. Philem. v. 5. Respondet in hac significatione Hebraico אֶל. 2 Sam. III. 8. 2 Paral. XVI. 9. Aristotel. Eudemior. VII. c. 4. extr. διὸ καὶ τοὺς ἐμμένοντας τῷ φιλεῖν πρὸς τοὺς τεθνεῶτας ἐπαινοῦμεν. Xenoph. Mem. II. c. 3. 10. Æschin. Socr. Dial. II. 22. quomodo animati sint homines πρὸς τὴν φιλοσοφίαν erga philosophiam. 16) *in,* cum accusativo. Luc. XII. 3. ὃ πρὸς τὸ οὖς ἐλαλήσατε quod in aurem, h. e. privatim locuti estis. Joh. III. 20, 21. ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς in lucem prodit. 1 Thess. I. 8. ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεόν. Sic אֶל legitur Genes. VIII. 9. Ruth. I. 7. Jon. I. 5. Prov. XVI. 3. et *ad* apud Latinos. Vide Casaub. ad Æl. Spartiani Adrian. c. 2. 17) *in,* cum ablativo. 2 Cor. IV. 2. πρὸς τὴν συνείδησιν in conscientia. Hebr. XII. 12. πρὸς τὸ παρὸν in præsenti. Genes. VI. 6. אֶל לִבּוֹ in corde suo. Exod. XXV. 21. אֶל־הָאָרֹן in arca illa. Jos. V. 3. 2 Par. XXXII. 6. 18) *inter.* Marc. I. 27. ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτοὺς ita, ut disputarent inter se ipsos. ibid. IV. 41. καὶ ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους. ibid. VIII. 16. διελογίζοντο πρὸς ἀλλήλους. ibid. IX. 16. X. 26. λέγοντες πρὸς ἑαυτούς. Luc. II. 15. XX. 5, 14. Joh. VII. 35. XII. 19. Act. II. 7. IV. 15. Per *intra* potest quoque verti Act. XIII. 42. coll. Deut. XVII. 5. Æschin. Socr. II. 25. πρὸς ἀλλήλους χρώμεθα inter nos utimur. Confer Palairet. Obss. Philol. p. 168 et 349. Eandem significationem habet quoque particula אֶל Jos. XIII.

22. 1 Sam. X. 22. Ies. VII. 6. Jer. IV. 3. Ezech. II. 6. 19) *ob, propter.* Matth. XIX. 8. πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν propter duritiem cordis vestri. Marc. X. 5. Act. III. 10. πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην stipis rogandæ causa. Luc. XII. 41. πρὸς ὑμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγεις, ἢ καὶ πρὸς πάντας; num nostrum causa tantum parabolam illam protulisti, an etiam propter reliquos? Æschyl. Prometh. Vinct. v. 1042. ubi schol. πρὸς ταῦτ'· διὰ τοῦτο. Herodot. IV. c. 161. Antonin. Lib. Metam. c. 6. p. 42. ubi Periphas dicitur divinis honoribus affectus fuisse πρὸς ὑπερβολὴν αὐτοῦ τῶν ἔργων ob præclare ejus facta. Conf. Georgii Vindic. Lib. II. c. 3. p. 177. et Heisenii Novas Hypotheses ad Epistolam Jacobi p. 897 seq. Hanc significationem si πρὸς obtinet apud Græcos, quandoque etiam cum genitivo construitur, v. c. apud Eurip. Phœn. v. 66. πρὸς δὲ τῆς τύχης, et cum dativo, v. c. apud Xenoph. de Rep. Laced. XV. 6. πρὸς τῇ οἰκίᾳ propter domum. Eodem modo non solum *ad* apud Latinos usurpatur, ut multis exemplis docuit Drakenborch. ad Livium XLV. 39. 8. sed etiam אֶל apud Hebræos, v. c. Jud. XXI. 6. 1 Sam. IV. 21. 2 Sam. XXI. 1. 1 Reg. XIX. 3. 20) *quantum ad, quod attinet ad.* Matth. XXVII. 4. τί πρὸς ἡμᾶς; quid ad nos pertinet? Joh. XXI. 22, 23. τί πρὸς σέ; quid ad te pertinet? Rom. XV. 17. τὰ πρὸς τὸν Θεὸν quod ad Deum attinet, h. e. quod vos adduxerim ad religionem et cum ea conjunctam felicitatem christianam. Hebr. II. 17. et V. 1. τὰ πρὸς τὸν Θεὸν quæ ad Deum pertinent, res divinæ, officia, Deo præstanda, inprimis cultus divinus externus apud Judæos: qui sacrificiis aliisque ritibus absolvebatur. Lysias Orat. XVIII. c. 5. Theophrast. de Caus. Plantarum IV. c. 2. extr. et c. 5. Conf. Schwarzii Notas ad Olearium de Stilo N. T. p. 88 seq. Respondet autem in hac significatione Hebraico לְ Genes. XXXI. 43. Num. XVIII. 7. Jud. XXI. 7. et Syriaco ܠ Matth. XXVI. 11. 21) *secundum, juxta, convenienter rei.* Luc. XII. 47. μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ neque fecit secundum voluntatem ejus. Galat. II. 14. πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου. Æschin. Socr. Dial. III. 12. πρὸς ὄχλον ad nutum et arbitrium populi. ibid. § 17. οὐ πρὸς ὄχλον καὶ θέατρον, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀλήθειαν non ad sensum turbæ et theatri, sed ad normam veritatis. Thucyd. VI. 31. πρὸς τὰ ὑπάρχοντα pro ratione præsentium virium. Vide Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 646. ed. Zeunii, et Abreschium ad Æschylum p. 230. Ita etiam אֶל usurpatum legitur Jos. XV. 13. XVII. 4. 22) denotat comparationem: *relate ad, præ.* Rom. VIII. 18. calamitates hujus vitæ οὐκ ἄξια πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν non dignæ sunt, quæ commemorentur, relate ad felicitatem nostram futuram, seu, si compares eas cum futura felicitate. 2 Cor. V. 10. πρὸς ἃ ἔπραξεν pro ratione et proportione eorum, quæ fecit. Xenoph. Anab. VII. 7. 24. λῆρος πάντα ἐδόκει εἶναι πρὸς τὸ ἀργύριον ἔχειν. Idem Mem. I. 2. 52. Confer Zeunium ad Xen. de Mag. Equit. V. § 13. et Vechneri Hellenolexiam pag. 440. 23) redundat, seu explet dativum ad imitationem Hebraici אֶל Genes. XII. 7. Exod. XIX. 9. Deuter. IX. 10. Joël III. 13. et לְ Genes. XXIV. 9. Marc. X. 7. καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ et adhærebit uxori suæ. Ephes. V. 21. coll. Matth. XIX. 5. Act. V. 36. Luc. I. 73. ὅρκον, ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ juramentum, quod juravit Abrahamo. ibid. II. 18, 20. Hebr. IX. 20. 24) interdum deficit, v. c. 2 Petr. III. 12. ante τὴν παρουσίαν, Joh. I. 15. ante ὃν εἶπον. Conf. Ælian. Hist. Anim. X. c. 46. ἱερὸς ἰχθύς, ὃν εἶπον. Joh. VI. 71. ἔλεγε δὲ τὸν Ἰούδαν, pro ἔλεγε δὲ πρὸς τὸν Ἰούδαν. Cicero Paradox. cap. 6. "ne semper *Curios* et *Luscinos loquar.*" 25) cum quarto casu interdum adverbiascit. Huc a nonnullis interpretibus refertur locus Jacob. IV. 5. πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, quem ita reddunt: cum invidia, seu invidioso modo concupiscit, seu voluptates sectatur, animus, ut πρὸς φθόνον positum sit pro φθονερῶς *invidiose*, seu *invidioso modo.* Simili ratione apud Sophoclem Ajac. Flagell. v. 38. πρὸς καιρὸν est *tempestive*, et apud eundem in Electra v. 372. πρὸς ὀργὴν notat *iracunde*, ὀργίλως, ut explicatur a Scholiaste. Alia exempla habet Heisenius in Novis Hypothes. ad Epist. Jacobi p. 894.

II. *Genitivum*, et significat:

ad, de effectu, fine et consequente. Act. XXVII. 34. τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει hoc enim ad salutem vestram cedet. Æschin. Socr. Dial. III. 5.

III. *Dativum*, et notat:

1) *ad, juxta.* Joh. XVIII. 16. ὁ δὲ Πέτρος εἱστήκει πρὸς τῇ θύρᾳ ἔξω Petrus vero stabat ad januam foris. ib. XX. 12. et vidit duos angelos, albis vestibus indutos, sedentes ἕνα πρὸς τῇ κεφαλῇ καὶ ἕνα πρὸς τοῖς ποσὶν unum ad caput et alterum ad pedes. Ælian. V. H. IX. 39. πρὸς γυμνασίῳ juxta gymnasium. Aristoph. Plut. v. 543. Alex. Genes. XXVIII. 11. Ezech. XXXIX. 11. 2) *usque ad.* Luc. XIX. 37. πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν usque ad descensum montis olearum. Apoc. I. 13. καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν et circumcinctum ad mammillas zona aurea. (sed fortasse πρὸς h. l. est i. q. ὑποκάτω, collato loco Diodor. Sic. Lib. I. c. 8. ubi Ægyptiorum sacerdotes narrat fuisse περιεζωσμένους σινδῶνας ὑποκάτω τῶν μαστῶν.) Sic אֶל legitur Jer. LI. 9. Ezech. XXXII. 6. Hos. IX. 1.

ΠΡΟΣΑ'ΒΒΑΤΟΝ, ου, τὸ, *dies, qui sabbatum antecedit, prosabbatum, antesabbatum, parasceve,* der Vor-Sabbath, *sabbath-eve*, ex πρὸ *ante* et σάββατον *sabbatum.* Semel tantum in N. T. legitur Marc. XV. 42. ἐπεὶ ἦν παρασκευή, ὅ ἐστι προσάββατον quoniam erat parasceve, hoc est dies, qui sabbatum antegreditur. Judith VIII. 6. χωρὶς προσαββάτων ἐνήστευσε. Glossarium: *Cœna pura*, προσάββατον. — Cæterum in haud paucis codicibus hæc vox προσσάββατον, et rectius, ut mihi quidem videtur, scripta reperitur.

ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, *appello, cognomino, nomen impono, saluto, alloquor,* interdum etiam idem, quod κηρύσσω *prædico, annuntio, palam aliquem proclamo et declaro, renuncio, constituo et præficio,* ex πρὸς et ἀγορεύω *dico.* Semel in N. T. legitur Hebr. V. 10. προσαγορευθεὶς ὑπὸ Θεοῦ ἀρχιερεύς, h. e. vel cognominatus, seu nominatus est a Deo summus sacerdos, vel palam declaratus et constitutus est a Deo summus sacerdos. Alex. Deuter. XXIII. 6. οὐ προσαγορεύσεις αὐτοῖς εἰρηνικὰ non annunciabis, seu apprecaberis illis pacem. Sapient. XIV. 22. τοσαῦτα κακὰ εἰρήνην προσαγορεύουσι tanta mala pacem appellant. 1 Macc. XIV. 40. προσαγορεύονται οἱ Ἰουδαῖοι ὑπὸ Ῥωμαίων φίλοι vocantur Judæi a Romanis amici. 2 Macc. IV. 7. X. 19. XIV. 37. Herodian. II. 13. 18. Thucyd. VI. 16. δυστυχοῦντες οὐ προσαγορευόμεθα cum calamitatibus premimur, ab aliis ne salutamur quidem. Hesych. προσαγορεύουσι· καλοῦσι. — προσαγορεύει·

ἀσπάζεται. — προσαγορεύσας· προσειπών.

ΠΡΟΣΑ'ΓΩ, fut. ἄξω, 1) proprie transitive: *adduco, produco, admoveo, appropinquare facio, aut jubeo,* ex πρὸς et ἄγω *duco.* Luc. IX. 41. προσάγαγε ὧδε τὸν υἱόν σου adduc huc filium tuum. Act. XVI. 20. καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς et pertrahentes eos ad magistratus, i. q. ver. 19. εἵλκυσαν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας. Habent quandoque προσάγειν notionem *violentiæ* ac *impetus* sibi adjunctam, v. c. apud LXX 1 Sam. XIII. 6. ubi *adoriri hostem, impetum hostilem facere* notat. Hesych. προσάγειν· προσφέρει. Ælian. V. H. III. 16. μηχανὰς προσάγων. Xenoph. de Mag. Equit. VIII. 12. 13. 2) metaphorice: *aditum ad aliquem paro alicui, facio alicui copiam libere aliquem adeundi.* 1 Petr. III. 18. ubi Christus dicitur mortuus esse ad expianda peccata nostra, ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ ut nobis aditum ad Deum pararet et copiam faceret Deum libere, ut liberi parentes, adeundi, h. e. ut nobis benevolentiam et favorem divinum conciliaret. Cf. infra προσαγωγή. 3) intransitive: *appropinquo, accedo propius,* ita, ut omissum sit ἑαυτόν. Act. XXVII. 27. κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν media nocte intellexerunt nautæ, sibi appropinquare aliquam regionem, h. e. per hypallagen, se appropinquare alicui regioni, coll. Ovid. Metam. VI. 513. Lucret. IV. 388. et Cic. Quæst. Acad. IV. c. 25. Dan. VIII. 7. εἶδον αὐτὸν προσάγοντα (Theodot. φθάνοντα) πρὸς τὸν κριόν. Jos. III. 9. προσαγάγετε (sc. ἑαυτοὺς) ὧδε accedite. Jerem. XLVI. 13. προσαγάγετε (scil. ἑαυτοὺς) εἰς πόλεμον. 1 Sam. IX. 18. Ies. XXXIV. 1. Hesych. προσάγειν· προσέρχεται. Confer Wetstenii N. T. T. II. pag. 645. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΣΑΓΩΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *adductio,* a προσάγω *adduco.* 2) *accessus, accessio, aditus,* etiam *copia ac potestas aliquem adeundi.* Hesych. προσαγωγή· προσέλευσις. Speciatim apud Græcos usurpatur de *aditu ad regem et principes,* (v. c. apud Xenoph. Cyr. VII. 5. 16.) quemadmodum προσάγειν proprie de *iis* adhibetur, *qui copiam ac potestatem reges ac principes adeundi alicui faciunt,* (Xen. Cyrop. I. c. 3. § 7. τιμὴν ἔχων προσάγειν τοὺς δεομένους Ἀστυάγους, καὶ ἀποκωλύειν οὓς μὴ καιρὸς αὐτῷ δοκοίη εἶναι προσάγειν.) et προσαγωγεῖς erant *amici regis intimi ac sequestri, qui legatos ad reges ac principes introducebant.* Confer Lamb. Bos. Obss. c. 17. p. 149 seq. Hinc in N. T. 2) metaphorice non solum *copia alicujus rei consequendæ et opportunitas, quæ alicui datur, facultas et occasio, aliqua re utendi,* προσαγωγὴ dicitur, sed etiam speciatim de *copia* usurpatur, *quæ nobis a Christo facta est, Deum libere precibus adeundi et ab eo optima quævis exspectandi, et conciliatione favoris ac benevolentiæ divinæ, quam Christi beneficio debemus.* Sic ter tantum legitur in N. T. Rom. V. 2. δι' οὗ καὶ προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην cui etiam per religionem debemus libertatem, facultatem et occasionem utendi hoc beneficio divino. Ephes. II. 18. δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν πρὸς τὸν πατέρα per eum copia nobis facta est, Deum libere precibus adeundi et ab eo optima quævis exspectandi. ibid. III. 12. ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν προσαγωγὴν (scil. πρὸς τὸν Θεὸν) ἐν πεποιθήσει, ubi videndus Koppius. Etiam apud exteros scriptores προσαγωγὴ de *conciliatione* et *facultate alicujus rei obtinendæ* usurpatur, v. c. apud Thucyd. I. c. 82. ξυμμάχων τε προσαγωγῇ καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων conciliandis nobis sociis, tam Græcis, quam barbaris. Adde Joseph. A. J. XIV. 11. 2. Κάσσιος — ἀμφοτέρους προσάγεται Cassius utrumque sibi conciliat. Confer etiam Reiskii Indicem Græcit. Demostheneæ p. 654. et Wetstenii N. T. T. II. p. 45.

ΠΡΟΣΑΙΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *super peto, amplius peto, emendico,* ex πρὸς (quod vim addit interdum simplici, v. c. προσαναβαίνειν apud Polybium III. 72. de fluvio, qui auctus est imbribus: προσεπισιτίζεσθαι Polyb. I. 29. commeatum copiosius comparare.) et αἰτέω *peto.* Xenoph. Apol. 9. αἱρήσομαι τελευτᾷν μᾶλλον, ἢ ἀνελευθέρως τὸ ζῆν ἔτι προσαιτῶν. Huc etiam pertinere videtur glossa Suidæ, προσαιτῶν· πολλὰ αἰτῶν. 2) est i. q. simplex αἰτέω et generatim notat: *petere ab aliquo aliquid, postulare;* (Xenophont. de Vectig. IV. 39.) speciatim vero de *iis* usurpatur, *qui stipem petunt, mendicant,* et *ostiatim panem quærunt.* Xenoph. Anab. I. 3. 11. Sic ter tantum legitur in N. T. Marc. IX. 46. ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν sedebat ad viam mendicans. Luc. XVIII. 35. τυφλός τις ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν προσαιτῶν, sc. τὸν βίον. Joh. IX. 8. Legitur præterea semel tantum in versione Alexandrina Job. XXVII. 14. ubi pro צֶאֱצָאָיו לֹא יִשְׂבְּעוּ־לָחֶם *et prognati ejus non saturabuntur pane,* dicti interpretes habent: ἐὰν δὲ καὶ ἀνδρωθῶσι, προσαιτήσουσιν.

ΠΡΟΣΑΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, sicut *rogator* (apud Martialem Lib. IV. Epigr. 30. v. 13.), *mendicus, qui stipem petit,* a προσαιτέω. Semel tantum legitur in N. T. Joh. IX. 8. ὅτι προσαίτης ἦν, ubi tamen plerique codices legunt ὅτι τυφλὸς ἦν. Diog. Laërt. VI. 56. Plutarch. Probl. Hell. p. 294. A. Hesych. προσαίταις· πτωχοῖς. Suid. προσαίτης· ἐπαίτης.

ΠΡΟΣΑΝΑΒΑΙ'ΝΩ, fut. βήσομαι, perf. προσαναβέβηκα, aor. 2. προσανέβην, imper. προσανάβηθι, 1) proprie: *ulterius ascendo, altius et superius ascendo,* aut *de novo ascendo,* aut *accedo.* Est enim decompositum ex πρὸς, ἀνὰ, et βαίνω *eo, vado.* Sic legitur apud Polybium III. 72. de fluvio, qui auctus est imbribus, et apud Xenoph. de Mag. Equit. I. 2. de equitibus, qui de novo accedunt. 2) i. q. ἀναβαίνω *ascendo,* ut semel tantum in N. T. legitur Luc. XIV. 10. φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον amice, ascende superius, h. e. priorem locum occupa. Respondet in versione Alexandrina Hebraico עָלָה *ascendit, conscendit.* Exod. XIX. 23. Jos. XI. 17. XV. 3, 6, 7. Adde Judith XIII. 12. 2 Macc. XVI. 36. Plutarch. T. I. p. 4. ed. Reisk. Hinc προσανάβασις *ascensus,* מַעֲלֵה Jos. XV. 3.

ΠΡΟΣΑΝΑΛΙ'ΣΚΩ, fut. αναλώσω, 1) proprie: *insuper impendo, præterea erogo,* ex πρὸς et ἀναλίσκω *consumo, impendo.* Demosth. p. 1025. l. 20. ed. Reisk. ὥστε πρὸς τοῖς αὐτοῦ καὶ τὰ τῶν ἄλλων προσαναλίσκειν. 2) i. q. simplex ἀναλίσκω *consumo, impendo, insumo, erogo,* i. q. δαπανάω. Semel legitur in N. T. Luc. VIII. 43. de fœmina, ἥτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὅλον τὸν βίον quæ omnes facultates suas in medicos frustra erogaverat. Pro εἰς ἰατροὺς Bengelius, Griesbachius et Matthæi plurimorum codicum auctoritate reposuerunt ἰατροῖς, quod probat Fischerus Prolus. VII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 180. Sed proba est recepta lectio, nam ἀναλίσκειν apud Græcos cum præpositione εἰς construitur. Vide Ælian. V. H. XIV. c. 17. Σωκράτης ἔλεγεν, Ἀρχέλαον εἰς τὴν οἰκίαν τετρακοσίας μνᾶς ἀναλῶσαι. ibid. c. 32. εἰς ἐκείνους ἀναλίσκεσθαι. Cæterum προσαναλίσκειν pro

simplici *ἀναλίσκειν* legitur apud Demosthenem Adv. Leptin. p. 460. 2. ed. Reisk. *τὰς ἰδίας οὐσίας προσαναλίσκοντες διετέλουν.* et Eurip. Electr. 427. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 711.

ΠΡΟΣΑΝΑΠΛΗΡΟ'Ω, ῶ, fut. *ώσω*, *expleo, suppleo.* Est decompositum ex *πρὸς*, *ἀνὰ*, et *πληρόω impleo.* Bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. IX. 12. *οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερήματα τῶν ἁγίων* collecta hæc pecunia non solum explevit defectum christianorum, seu, non solum sublevata est inopia multorum christianorum. ibid. XI. 9. *τὸ γὰρ ὑστέρημά μου προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοὶ* defectum enim meum supplerunt fratres, venientes e Macedonia. Sap. XIX. 4. *ἵνα τὴν λείπουσαν προσαναπληρώσωσι κόλασιν.* Athenæus XIV. pag. 654. D. Libanius D. XXXV. pag. 768. D.

ΠΡΟΣΑΝΑΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. *θήσω*, 1) proprie: *præterea impono*, et *προσανατίθεμαι præterea in me suscipio*, (Xenoph. Mem. II. 1. 8.) *impono*, ex *πρὸς*, *ἀνὰ*, et *τίθημι pono.* 2) metaphorice: *confero et communico cum aliquo quacunque de causa, expono alicui arcanum meum et super eo ipsum consulo, adhibeo aliquem in consilium, sumo aliquem consiliarium.* Galat. I. 16. *οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι* neminem in consilium adhibui. Syrus habet: ܠܐ ܓܠܝܬ *non revelavi.* Diod. Sic. XVII. c. 116. Alexander *τοῖς μάντεσι προσαναθέμενος περὶ τοῦ σημείου*, quod paulo post exprimit per *προσαναφέρων τοῖς μάντεσι.* Lucian. Oper. T. II. p. 246. ed. Reitzii, *ἐμοὶ προσανάθου, λάβε με σύμβουλον πόνων.* Conf. ad h. l. Camerarium et L. Bos. Exercitt. Philol. p. 172. 3) *facta collatione addo aliquid, examine habito corrigo, meliora doceo.* Galat. II. 6. *ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες οὐδὲν προσανέθεντο* me, inquam, apostoli, quorum maxima erat auctoritas, nihil novi docuerunt, aut correxerunt. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΣΑΠΕΙΛΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω*, *minis minas addo, insuper*, vel *denuo minitor, repeto comminationes*, ex *πρὸς* (quod in compositis interdum *additionem* notat, *insuper, porro*, v. c. *προσερωτάω insuper interrogo*, Xenoph. Mem. III. 9. 4. *προσεπιμετρέω addo alicui aliquid*, Polyb. Hist. IV. 51.) et *ἀπειλέω minor, minitor.* Eandem significationem habet etiam medium *προσαπειλέομαι, οῦμαι*, quod semel tantum in N. T. legitur Act. IV. 21. *οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι, ἀπέλυσαν αὐτοὺς* illi igitur, additis novis comminationibus, eos dimiserunt. Legitur præterea apud Demosthenem p. 544. 26. ed. Reisk. et in ed. Compl. Sirac. XIII. 3. ubi loco *προσαπειληθήσεται* reliqui libri habent *προσενεβριμήσατο.* In Thesauro Bieliano vox hæc prorsus desideratur.

ΠΡΟΣΔΑΠΑΝΑ'Ω, ῶ, fut. *ήσω*, *insuper*, seu *præterea insumo, plures sumtus facio, sumtus sumtibus addo*, (i. q. *προστελέω* apud Thucyd. VI. c. 31. ubi vid. Intt.) ex *πρὸς* (vide vocem præcedentem) et *δαπανάω consumo, sumtus facio.* Legitur in N. T. tantum Luc. X. 35. *ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με ἀποδώσω* si quid insuper impenderis et erogaveris, ego, redux factus, reddam tibi. Themist. XXIII. p. 289. *οὐκ ἐπειδὰν λαμβάνω μισθὸν, ἀλλ' ὅτι προσδαπανῶμαι.* Lucian. Ep. Saturnal. c. 39. *καὶ προσδαπανήσομεν* et insuper impendemus.

ΠΡΟΣΔΕ'ΟΜΑΙ, fut. *δεήσομαι*, *insuper vel adhuc egeo, egeo, indigeo adhuc alicujus rei, ad perfectionem pertinentis*, ex *πρὸς* et *δέομαι egeo.* Semel tantum legitur in N. T. Act. XVII. 25. *οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος* neque manibus hominum colitur, quasi adhuc indigeret alicujus rei. Clemens Ep. I. ad Corinthios p. 144. *ἀπροσδεὴς, ἀδελφοὶ, δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἁπάντων.* Alex. Prov. XII. 9. *προσδεόμενος ἄρτου*, pro חֲסַר לָחֶם Sir. IV. 3. XI. 13. XIII. 5. XVIII. 32. XLII. 29. Thucyd. II. c. 41. *οὐδὲν προσδεόμενοι οὔτε Ὁμήρου ἐπαινετοῦ.* ibid. IV. c. 10. Suid. *προσδεῖσθαι καὶ ἐνδεῖσθαι διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ δηλοῖ ὀλίγων τινῶν κτῆσιν· τὸ δὲ παντελῆ ἀπορίαν τοῦ ὅλου δηλοῖ.* Conf. Alberti in Museo Brem. Vol. I. p. 115. et Wetstenii N. T. T. II. p. 568 seq.

ΠΡΟΣΔΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. *έξομαι*, 1) proprie: *excipio, recipio benigne et humaniter*, ex *πρὸς* et *δέχομαι capio.* Luc. XV. 2. *οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται καὶ συνεσθίει αὐτοῖς* hic improbos benevolo vultu et affectu excipit cum iisque cibum capit. Possunt tamen verba *προσδέχεται ἁμαρτωλοὺς* etiam ita reddi: placent ei scelerati et flagitiosi homines, delectatur eorum consuetudine et familiaritate. Nam *προσδέχεσθαί τινα* est: *aliquo delectari, aliquem probare et amare*, et respondet Hebraicæ formulæ רָצָה בִּפְלֹנִי. Malach. I. 8. Ies. XLII. 1. *ὁ ἐκλεκτός μου, προσεδέξατο αὐτὸν ἡ ψυχή μου.* Ezech. XX. 40. XLIII. 27. Amos V. 22. Hesychius, sine dubio e Luca, *προσδέχεται· προσποιεῖται*, h. e. suos reddit, amat, probat. Rom. XVI. 2. *ἵνα αὐτὴν προσδέξησθε ἐν Κυρίῳ* ut eam benigne, Christi causa, hospitio excipiatis. Philipp. II. 29. *προσδέχεσθε οὖν αὐτὸν ἐν Κυρίῳ μετὰ πάσης χαρᾶς.* 1 Paral. XII. 18. *προσεδέξατο αὐτοὺς Δαβίδ.* Eurip. Phœn. v. 1733. Aristoph. Equit. 735. Thucyd. IV. 106. 2) *admitto, accepto.* Hebr. XI. 35. *οὐ προσδεξάμενοι τὴν ἀπολύτρωσιν* qui non admiserunt liberationem, etiamsi ipsis contingere potuisset. Ps. VI. 9. *Κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο* Dominus preces meas acceptavit. Thucyd. II. c. 12. *κήρυκα καὶ πρεσβείαν μὴ προσδέχεσθαι.* 3) *fero, sustineo, tolero.* Heb. X. 34. *τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε* direptionem, seu jacturam facultatum vestrarum æquo tulistis animo. Genes. XXXII. 20. *ἴσως γὰρ προσδέξεται τὸ πρόσωπόν μου.* Exod. X. 17. *προσδέξασθε οὖν μου τὴν ἁμαρτίαν ἔτι νῦν.* Levit. XXVI. 43. *προσδέξονται τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας*, h. e. pœnas peccatorum suorum patienter ferent. 4) *exspecto*, in utramque partem, ita, ut non solum de *spe et exspectatione cum desiderio*, sed etiam de *metu* et *anxia exspectatione* (Xenoph. de Rep. Athen. II. 14. *μηδὲ προσδέχεσθαι τοὺς πολεμίους.* Alex. Ezech. XXXII. 10. *προσδεχόμενοι τὴν πτῶσιν αὐτῶν.* Suid. *προσδεχόμενοι· προσδοκῶντες.*) usurpetur. Marc. XV. 43. *ὃς καὶ αὐτὸς ἦν προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ* qui etiam ipse cum desiderio exspectabat regnum Messiæ. Luc. II. 25. *προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραὴλ* exspectans Israëlitarum consolatorem, nempe Messiam. ib. v. 38. XII. 36. *ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν* servis reditum dominorum suorum exspectantibus. ib. XXIII. 51. Act. XXIII. 21. *προσδεχόμενοι τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν* exspectantes tantum tuam concessionem. ibid. XXIV. 15. *ἐλπίδα, ἣν καὶ αὐτοὶ οὗτοι προσδέχονται* spem, quam etiam illi ipsi fovent et habent. (Similia loca reperiuntur non solum apud Alexandrinos, sed etiam apud Græcos. Job. II. 9. *προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου.* Ies. XXVIII. 10. Eurip. Alcest. v. 129. *νῦν δὲ τίνα βίου ἐλπίδα προσδέχομαι*; Theognis v. 1140. *ἐλπίδα προσμενέτω.* Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 622.) Tit. II. 13. *προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα.* Jud. v. 21. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Ps. LIV. 8.

προσεδεχόμην τὸν σώζοντά μου. ib. CIII. 12. ubi videndus Vulgatus, coll. Ruth. I. 12. Thucyd. VI. c. 46. καὶ τῷ μὲν Νικίᾳ προσδεχομένῳ ἦν τὰ περὶ τῶν Ἐγεσταίων. ibid. VIII. 28.

ΠΡΟΣΔΟΚΑ΄Ω, ῶ, fut ήσω, 1) *opinor, existimo, cogito, arbitror, apud me aliquid perpendo*, ex πρὸς et δοκάω, vel δοκάζω *opinor, exspecto*. Luc. III. 15. προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ cum populus in ea esset opinione, nempe Johannem fortasse ipsum esse Christum: ubi partim Vulgatus προσδοκᾷν per *existimare* reddidit, partim in sequentibus formula διαλογίζεσθαι ἐν ταῖς καρδίαις explicatur. Alii vertunt: jam quum animi hominum essent suspensi. ibid. XII. 46. ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ die, quo non putat: sequuntur verba: ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει, coll. Matth. XXIV. 50. Sed potest etiam τῷ προσδοκᾷν in utroque loco notio *metuendi et timendi* subjici, de qua infra exponetur. Ita Vulgatus, qui habet: *non sperat*, h. e. *metuit*. Vide Servium ad Virg. Æn. I. 547. Cæterum προσδοκᾷν pro *existimare, cogitare*, etiam usurpatum reperitur apud Æschinem in Timarchum p. 185. et Polybium Lib. V. c. 13. quæ loca jam adduxit Elsnerus in Obss. Sacr. T. I. p. 195. 2) *exspecto*, in utramque partem, ita, ut æque ac προσδέχεσθαι partim de *spe et exspectatione cum desiderio*, partim de *metu* et *anxia exspectatione* adhibeatur, v. c. in Menandri Fragm. p. 2. v. 5. Matth. XI. 3. σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; num tu es venturus ille Messias, an alium exspectemus? aut: an alius exspectandus est? Luc. I. 21. καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν τὸν Ζαχαρίαν populus interea exspectabat Zachariam. ib. VII. 19, 20. VIII. 40. ἦσαν γὰρ πάντες προσδοκῶντες αὐτὸν omnes enim magnis desideriis exspectaverant eum. Act. III. 5. προσδοκῶν τι παρ' αὐτῶν λαβεῖν et se aliquid ab iis accepturum sperabat. Act. X. 24. XXVII. 33. προσδοκῶντες inter spem metumque fluctuantes, aut: exspectantes laborum levamen. ibid. XXVIII. 6. οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι, ἢ καταπίπτειν ἄφνω νεκρὸν illi vero metuebant, futurum, ut intumesceret, aut subito mortuus concideret. ib. ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν προσδοκώντων postquam vero diutius exspectantes, etc. 2 Petr. III. 12. προσδοκῶντας sperantes. Eodem sensu legitur quoque ibid. v. 13 et 14. Sæpius autem non reperitur in N. T. Thren. II. 16. ἡ ἡμέρα ἣν προσεδοκῶμεν, ubi in Hebraico est קִוָּה *exspectavit*, Ps. CIII. 28. CXVIII. 165. προσεδόκων τὸ σωτήριόν σου, Κύριε. Sapient. XII. 22. προσδοκῶμεν ἔλεος. 2 Macc. XV. 8, 20. Cæterum προσδοκᾷν, uti et ἐλπίζειν, esse verbum mediæ significationis et de metu æque ac de spe usurpari, observatum jam est a Thoma M. (p. 747. ed. Bernard. προσδοκῶ ἀπαλλαγήσεσθαι τῆς νόσου, καὶ προσδοκῶ ἀπαλλαγὴν τῆς νόσου. καὶ προσδοκῶ δὲ πείσεσθαι κακὰ καὶ προσδοκῶ κακά.) et Suida sub voce Προσδοκία, quam vide.

ΠΡΟΣΔΟΚΙ΄Α, ας, ἡ. Vocabulum est mediæ significationis, ut Latinorum *exspectatio*, cui respondet, et verbum προσδοκάω, a quo descendit, et 1) *metum, timorem, anxiam exspectationem imminentis mali* significat. Sic legitur in N. T. Luc. XXI. 26. ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ præ metu et anxia exspectatione malorum, Judææ imminentium. Polyb. I. 31. προσδοκία τῆς πολιορκίας. 2 Macc. III. 21. τὴν τοῦ μεγάλως διαγωνιῶντος ἀρχιερέως προσδοκίαν, ubi conferendus est Syrus. Josephus A. J. XV. c. 3. § 4. ἐπὶ μείζονος κακοῦ προσδοκίᾳ. Cf. Munthe Obss. Philol. e Diodoro Siculo p. 184. et Wetstenii N. T. T. I. p. 800. Eodem modo *spes* atque *exspectatio* apud Latinos quandoque de *metu* et *timore* usurpatur, (Liv. II. 18. Conf. Heinsium ad Ovid. Metam. VIII. 333. et Cortium ad Sallust. Catil. XX. 13. Jug. XIV. 11.) ut ἐλπὶς apud Zosimum II. 2. ἐλπὶς πονηρὰ, et Josephum A. J. II. c. 15. § 4. ἐν ἐλπίδι τοῦ πάντα ἀπολέσθαι καθέστησαν. Ex his a me dictis pariter ac iis, quæ statim addentur, intelligi satis potest, quæ fides sit Suidæ habenda, ita scribenti: διαφέρει προσδοκία ἐλπίδος. ἐλπὶς μὲν γάρ ἐστι προσδοκία ἀγαθῶν. καὶ ὁ φοβούμενος προσδοκᾷ, ἀλλ' οὐ προσδοκᾷ ἀγαθά. κακῶν γὰρ προσδοκία ἐστὶν ὁ φόβος, ἀγαθῶν δὲ ἡ ἐλπίς. Cf. Thom. M. sub ἐλπίς, et ibi interpretes. 2) *spes, exspectatio cum desiderio*. Alex. Ps. CXIX. 115. καὶ μὴ καταισχύνῃς με ἀπὸ τῆς προσδοκίας μου. Demosthen. p. 319. 19. ed. Reisk. Xenoph. Cyrop. I. 6. 16. προσδοκίας ἀγαθῶν ἐμβαλών. 3) per metonymiam: *illa ipsa res, quæ speratur et exspectatur*. Act. XII. 11. καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Ἡρώδου καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων et liberavit me e potestate Herodis et mortis supplicio, quod omnes fere Judæi cum desiderio exspectabant. Similis locus est Gen. XLIX. 10. ἕως ἂν ἔλθῃ καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. Alia ratione sensum Act. l. l. expressit Syrus, qui vertit: ܘܡܢ ܡܕܡ ܕܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܥܠܝ ܝܗܘܕܝܐ *et ab eo, quod cogitarunt*, seu *machinati sunt contra me Judæi*.

ΠΡΟΣΔΡΕ΄ΜΩ. Vide infra ΠΡΟΣΤΡΕ΄ΧΩ.

ΠΡΟΣΕΑ΄Ω, ῶ, fut. άσω, 1) proprie et vi etymologiæ: *insuper sino, præterea permitto*, ex πρὸς et ἐάω *sino, permitto*. 2) i. q. simplex ἐάω *sino, permitto*. Sic semel tantum in N. T. legitur Act. XXVII. 7. μὴ προσεῶντος ἡμᾶς ἀνέμου non permittente nobis vento, seu, repellente nos vento. Conf. Bowyeri Conject. in N. T. T. II. p. 335.

ΠΡΟΣΕΓΓΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, *appropinquo, accedo*, ex πρὸς et ἐγγίζω, quod idem notat. Semel tantum legitur in N. T. Marc. II. 4. καὶ μὴ δυνάμενοι προσεγγίσαι αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον et cum non possent appropinquare ipsi propter turbam populi. Polyb. XXXIX. 1. 4. Etymol. M. 450. 11. In versione Alex. respondet Hebraico נָגַשׁ *accessit, appropinquavit*, Genes. XXXIII. 6, 7. Deut. XX. 2. Jud. VI. 19. et קָרַב idem, Jos. III. 4. 2 Sam. XX. 17. Ezech. XVIII. 6. Apud Græcos hæc vox etiam *admovere* notat, v. c. Lucian. Amorr. c. 53. χείλη προσεγγίσας χείλεσι, labia admovendo labiis.

ΠΡΟΣΕΔΡΕΥ΄Ω, fut. εύσω, 1) proprie; *assideo*, a πρόσεδρος *assessor, assiduus*, hocque ex πρὸς et ἕδρα *sella*. Sic aliquoties legitur apud Demosthenem, v. c. p. 313. 11. ed. Reisk. ἅμα τῷ πατρὶ τῷ διδασκαλείῳ προσεδρεύων. ibid. p. 914. 28. οἳ συνέπλευσάν σοι, καὶ προσήδρευον, h. e. assidebant tibi, vel, a latere tuo non discedebant. Hinc 2) *semper versor apud aliquem, semper occupatus sum in aliqua re, curo semper aliquid*. Sic semel tantum in N. T. legitur 1 Cor. IX. 13. οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες (παρεδρεύοντες nonnulli codices habent pro προσεδρεύοντες.) qui cotidie versantur ad aram et ministerio suo funguntur, seu, qui perpetuo curant officia ad altare. Sermo est de sacerdotibus Judæorum, qui assiduo sacrorum cultui ita vacabant, ut alio modo victum, ad sustentandam vitam necessarium, quærere non potuerint. Joseph. contra Apionem I. 7. τῇ θεραπείᾳ

τοῦ Θεοῦ προσεδρεύοντας. Hesych. προσεδρεύειν· σχολάζειν, h. e. vacare alicui rei et operam dare. Hinc προσεδρία *assiduitas, perseverantia in aliquo labore.* 3 Macc. IV. 15. ἐγένετο ἡ ἀπογραφὴ μετὰ πικρᾶς σπουδῆς καὶ φιλοτίμου προσεδρίας. Conf. Spicilegium II. Lexici Bieliani p. 154. et Wetstenii N. T. T. I. p. 130. Gloss. Vet. προσεδρεύω, *præstolo, præsto sum.*

ΠΡΟΣΕΡΓΑ'ΖΟΜΑΙ, fut. άσομαι, 1) proprie: *aliquid operis addo, insuper aliquid mihi paro,* (Xenoph. Hist. Gr. III. 1. 25.) ex πρὸς et ἐργάζομαι *operor.* 2) ut simplex ἐργάζομαι (quod vide,) *lucrifacio, acquiro, negotiando lucror, conficio.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XIX. 16. ἡ μνᾶ σου προσειργάσατο δέκα μνᾶς mina tua decem alias negotiando lucri feci. Vide de hoc verbo Olearium de Stilo N. T. p. 127 et 212. qui illud inter elegantiora N. T. verba recenset.

ΠΡΟΣΕ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. προσελεύσομαι, aor. 2. προσῆλθον, 1) proprie: *advenio, accedo, adeo, congredior cum aliquo, afferor, apportor, adducor, supplico, precibus adeo,* ex πρὸς et ἔρχομαι *venio.* Construitur, ut plurimum, cum dativo. Matth. IV. 3. προσελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων. ibid. v. 11. V. 1. VIII. 5. προσῆλθεν αὐτῷ ἑκατόνταρχος παρακαλῶν αὐτὸν adiit eum centurio quidam (nempe per amicos, collato Luc. VII. 3.) atque ita supplicavit. Sic προσέρχεσθαι haud raro est *convenire aliquem per epistolam,* unde προσέλευσις *libellus supplex* apud Græcos dicitur. ibid. v. 19, 25. IX. 14, 20, 28. προσῆλθον αὐτῷ οἱ τυφλοὶ cœci *adducti* sunt ad eum, aut, quod magis placet, *precibus eum adierunt.* ibid. XIII. 10, 27, 36. XIV. 12, 15. XV. 1, 12, 23, 30. XVI. 1. XVII. 7, 14. προσῆλθεν αὐτῷ ἄνθρωπος γονυπετῶν αὐτῷ. ibid. v. 19, 24. XVIII. 1. XIX. 13, 16. XX. 20. XXI. 14. καὶ προσῆλθον αὐτῷ τυφλοὶ καὶ χωλοὶ et oblati ipsi sunt cœci et claudi. ibid. v. 23, 28, 30. XXII. 23. XXIV. 1, 3. XXV. 20, 22, 24. XXVI. 7. προσῆλθεν αὐτῷ γυνὴ accessit mulier. ib. v. 17, 49, 50, 60, 69, 73. XXVII. 58. XXVIII. 2, 9, 18. Marc. I. 31. VI. 35. X. 2. XII. 28. XIV. 35, 45. Luc. VII. 14. VIII. 24, 44. IX. 12, 42. X. 24. XIII. 31. XX. 27. XXIII. 36, 52. Joh. XII. 22. Act. VII. 31. VIII. 29. IX. 1. X. 28. ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ aut accedere ad gentilem. ibid. XII. 13. XVIII. 2. προσῆλθεν αὐτοῖς iis sese adjunxit, seu familiaritatem cum iis contraxit: nam v. 3. additur ἔμενε παρ' αὐτοῖς. ibid. XXII. 26, 27. XXIII. 14. XXIV. 23. XXVIII. 9. προσήρχοντο afferebantur. Hebr. XII. 18, 22. Alex. 1 Reg. XX. 13. προσῆλθε τῷ Ἀχαάβ. ibid. v. 22. προσῆλθε προφήτης πρὸς τὸν βασιλέα. Jerem. VII. 15. μὴ προσέλθῃς μοι περὶ αὐτῶν ne pro his precibus me adeas. Ælian. V. H. II. 13. Æschin. Socr. Dial. II. 1. 5. Conf. etiam Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. pag. 658. 2) metaphorice: *animum applico, assentior, sector alicujus partes,* ut Latinum *accedere,* et nostrum beytreten, *to consent to.* 1 Tim. VI. 3. si quis aliter docet καὶ μὴ προσέρχεται τοῖς ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ nec se suamque doctrinam conformat ad religionem sanctissimam Domini nostri J. C. Cf. Munth. Obss. Philol. e Diodoro Siculo p. 412. 1 Petr. II. 4. πρὸς ὃ προσερχόμενοι cujus partes sectati estis, cujus sectatorum numerum auxistis. 3) προσέρχεσθαι τῷ Θεῷ et προσέρχεσθαι simpliciter positum ac ἐγγίζειν τῷ Θεῷ proprie quidem *ii* dicuntur, *qui ad aram accedunt et Deo sacrificia offerunt, vel suo, vel aliorum nomine.* Hebr. X. 1. οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι non poterat perfecte expiare sacrificia offerentes, τοὺς λατρεύοντας, coll. IX. 9. metaphorice autem in N. T. ad *eos* transfertur, *qui* vel *Deum precibus adeunt et salutis causa ad eum confugiunt atque optima quævis ab eo sperant,* vel *sunt veri Dei cultores et christiani,* qui etiam alias ἱερεῖς et ἱεράτευμα in N. T. dicuntur. Hebr. IV. 16. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος adeamus itaque animo, fiducia pleno, Deum Optimum Maximum. ibid. VII. 25. τοὺς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ qui per eum Deum pie colunt ejusque favorem consequuti sunt. ibid. X. 22. XI. 6. τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ omnis, qui est verus Dei cultor. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΣΕΥΧΗ', ῆς, ἡ. 1) Latissime patet hoc vocabulum in N. T. libris et non solum *omnem piam sensuum animi declarationem, Deo factam, et preces omnis generis,* sed etiam *omnem meditationem rerum divinarum, sacra et cultum divinum, tam externum, quam internum* significat et complectitur; speciatim autem προσευχὴ mox *petitionem, votum, ad Deum directum, quo aliquid optamus,* mox autem *deprecationem,* seu *votum* denotat, *quo aliquid mali a nobis averti petimus,* ex πρὸς et εὐχὴ *votum,* q. εὐχὴ πρὸς τὸν Θεὸν, hocque ab εὔχομαι *preces fundo, vota facio,* seu *nuncupo.* Matth. XVII. 21. τοῦτο τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ hoc autem genus dæmonum non ejici potest, nisi per preces, cum jejunio conjunctas: ubi intelliguntur preces, quibus a discipulis Christi auxilium divinum implorandum erat ad miracula patranda. ibid. XXI. 13. οἶκος προσευχῆς *templum, in quo sacra fiunt et Deus colitur.* ibid. v. 22. πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε ἐν τῇ προσευχῇ omnes facultates miracula patrandi, quascunque precibus contenderitis. Marc. IX. 29. XI. 17. Luc. VI. 12. καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ et per totam noctem *meditationi rerum divinarum* vacabat. ibid. XIX. 46. XXII. 45. προσευχὴ *deprecatio, preces ad Deum, pro avertendis malis factæ,* coll. v. 42. Act. I. 14. προσευχὴ *meditatio rerum divinarum, cultus divinus.* (quo sensu hæc vox etiam legitur ibid. II. 42. III. 1. VI. 4. 1 Cor. VII. 5.) Act. X. 4, 31. εἰσηκούσθη ἡ προσευχή σου exauditæ sunt tuæ preces. ibid. XII. 5. προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ assiduæ interea pro ejus liberatione e periculo mortis præsentissimo ad Deum factæ sunt supplicationes a cœtu christiano. Sic εὐχὴ ὑπὲρ τινὸς sumitur apud Apollodorum Bibl. III. c. 11. sect. 6. ἐὰν Αἰακὸς ὑπὲρ αὐτῆς εὐχὰς ποιήσηται. Rom. I. 10. ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου mentis meæ conditionisque rerum, quæ me spectant, declarationem Deo faciens. (Ita et legitur Ephes. I. 26. Philipp. IV. 6. Coloss. IV. 12. 1 Thess. I. 2. Philem. v. 4.) ibid. XII. 12. de precibus omnis generis adhibetur. (ut Coloss. IV. 2. 1 Petr. III. 7. IV. 7. Apoc. V. 8. VIII. 3, 4.) ibid. XV. 30. coll. v. 31. Ephes. VI. 18. διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως. 1 Tim. II. 1. V. 5. Philem. v. 22. προσευχαὶ deprecationes, ne quid mali et abominandi fiat. Jacob. V. 17. Apoc. VIII. 3. ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων pro σὺν τ. π. ut imponeret cum precibus sanctorum vel inter preces, coll. v. 4. De munere angelorum preces sanctorum Deo offerendi ex opinione Judæorum vide præter Tob. XII. 2. Eichhornii Comment. ad h. l. In versione Alex. respondet Hebraico תְּפִלָּה quod æque late patet ac προσευχὴ, 2 Sam. VII. 27. Nehem. I. 6. Psalm. IV. 2. VI. 10. LIV. 4.

LV. 2. et נֶדֶר *votum*, Psalm. LXI. 6. Adde Ps. LXIV. 2. LXXXVIII. 15. et Ies. LX. 7. 2) per metonymiam significat *proseucham, oratorium, locum, precibus ad Deum fundendis aptum;* speciatim autem *ædificium, quod in iis oppidis, ubi nullæ erant synagogæ, extra urbem ad fluvium,* (quia nempe nemo Judæus, nisi bene lotus, preces recitare debebat. Vide Buxtorf. Synagog. Jud. c. 8. p. 156 seq.) *aut ad mare* (Joseph. A. J. XIV. c. 10. s. 23. τὰς προσευχὰς ποιεῖσθαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατὰ τὸ πάτριον ἔθος) *exstructum erat, in quo Judæi ad sacra facienda, legisque prælectiones ac interpretationes audiendas et preces statas ter singulis diebus faciendas convenire solebant,* quod a Philone (de Mose Lib. III. p. 168.) προσευκτήριον, a Latinis *proseucha* (Juvenal. Sat. III. v. 295 seq.) et ab Hebræis בֵּית תְּפִלָּה vocatur. Sic legitur in N. T. Act. XVI. 13. ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ ποταμὸν, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι egressi sumus ex urbe ad fluvium, ubi ex antiquo instituto proseucha erat. Syrus bene transtulit: ܒܝܬ ܨܠܘܬܐ *domus precationis.* ib. v. 16. Josephus in libro de Vita sua cap. 54. συνάγονται πάντες εἰς τὴν προσευχὴν, μέγιστον οἴκημα, πολὺν ὄχλον ἐπιδέξασθαι δυνάμενον. Lectu digna de proseuchis Judæorum habet le Moyne ad Varia Sacra p. 71. Vossius ad Catullum p. 313. Lyseri van Mullen, Dani, Diss. Critico-Philol. de gemina vocis προσευχῆς significatione Act. XVI. 13. Hafn. 1707. 4. et alii, quos laudat Wolfius in notis ad Casauboniana p. 313. Cf. etiam Barthii Advers. II. 21.

ΠΡΟΣΕΥ'ΧΟΜΑΙ, fut. εύξομαι, *precor, oro, preces omnis generis ad Deum fundo, Deo piam mentem declaro, precando quædam bona et deprecando mala,* etiam *bona apprecor a Deo, benedico, vota nuncupo, votis expeto,* etiam *gratias ago,* et æque late patet ac vocabulum προσευχή, ita, ut interdum etiam *meditari res divinas, in cultu divino occupatum esse* significet, ex πρὸς et εὔχομαι, q. d. εὔχομαι πρὸς τὸν Θεόν. Matth. V. 44. προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς supplicate pro iis, qui vos criminantur et insectantur. ibid. VI. 5, 6, 7, 9. οὕτως οὖν προσεύχεσθε ὑμεῖς hac vero precum formula utamini. Conf. Alex. Ies. XXXVIII. 9. et Luc. XI. 1. ubi δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι ab aliis redditur: doce nos recte precandi modum. Mat. XIV. 23. προσεύξασθαι meditari res divinas; quo sensu etiam hæc vox sumenda est in aliis N. T. locis, v. c. 1 Thess. V. 17. Matth. XIX. 13. καὶ προσεύξηται et bona iis apprecaretur, seu, bona vota pro iis nuncuparet, coll. Marc. X. 16. Matth. XXIII. 14. XXIV. 20. προσεύχεσθε δὲ precibus hoc vobis a Deo expetite. ibid. XXVI. 36, 39. προσευχόμενος καὶ λέγων deprecatus est hoc modo. Luc. XVIII. 11. XXII. 40. ubi προσεύχεσθαι cum μὴ et infinitivo construitur. Philipp. I. 9. προσεύχεσθαι cum ἵνα construitur, ut 1 Cor. XIV. 13. Προσεύχεσθαι ὑπὲρ τινὸς *commodum alicujus expetere precibus.* Coloss. I. 9. pro quo alias (v. c. Act. VIII. 15. Coloss. IV. 3. 1 Thess. V. 25. 2 Thess. III. 1.) formula προσεύχεσθαι περὶ τινὸς usurpatur. Jacob. V. 17. προσευχῇ προσεύχεσθαι *orare.* 1 Cor. XI. 4. et XIV. 14, 15. προσεύχεσθαι de iis usurpatur, qui preces clara voce in conventibus christianorum sacris faciunt et quidem afflatu divino. Interdum etiam cum dativo construitur, v c. Matth. VI. 1. πρόσευξαι τῷ πατρί σου. Xenoph. Cyrop. I. 6. 1. προσευξάμενος Ἑστίᾳ πατρῴᾳ κ. τ. λ. ibid. III. 3. 25. προσευξάμενος τοῖς θεοῖς. In versione Alex. respondet Hebraico הִתְפַּלֵּל *oravit, precatus est,* 1 Sam. I. 10. II. 25. 2 Sam. II. 27. Esr. X. 1. עָתַר *oravit, deprecatus est, supplicavit,* Exod. X. 17. Judd. XIII. 8. et Chald. צְלָא, quod idem notat, Esr. VI. 10. Dan. VI. 11.

ΠΡΟΣΕ'ΧΩ. 1) Proprie quidem significat: *insuper aliquid habere præter alia, quæ jam habeas,* (Demosthen. p. 877. 26. καὶ τὴν οἰκίαν ἐν δισχιλίαις προσέξεις. Plato reip. VII. p. 141.) sed deinde etiam generatim notat: *adhibere, applicare,* quodcunque illud demum sit, quod applicatur, aut adhibetur, ex πρὸς et ἔχω *habeo.* Hoc verbum fere semper elliptice adhibetur in N. T. et significat 2) *appropinquare, accedere,* ita, ut omissum sit ἑαυτόν. Sic sumi videtur in N. T. Hebr. VII. 13. ἀφ' ἧς (sc. φυλῆς) οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ ex qua tribu nemo accessit ad altare, h. e. nemo munere sacerdotali et Levitico functus est. Hesych. προσέσχε· προσῆλθε. Suid. προσέσχε· κατῆρεν, ἐπλησίασεν. In versione Alex. respondet Hebraico קָרַב *appropinquavit,* Ps. XXXVII. 29. XXXIX. 18. LXIX. 19. Hinc interdum apud Græcos *appellere navem* (Demosthen. p. 1285. 25. ed. Reisk. τῇ νηῒ προσέχειν εἰς Ῥόδον.) significat, ut exemplis idoneis docuit Budæus in Commentariis Ling. Gr. p. m. 597. Vide etiam Thom. M. p. 748. ed. Bernard. 3) προσέχω, sc. τὸν νοῦν, *animum adverto et applico, attendo, ausculto, meditor.* Hebr. II. 1. διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι propterea eo magis tenemur attendere doctrinæ, nobis traditæ, nempe partim sedula et recta ejus meditatione, partim vitæ et mentis ad normam ejus conformatione. 2 Petr. I. 19. ᾧ, καλῶς ποιεῖτε, προσέχοντες et si ad hæc prophetarum vaticinia attenderetis, recte agetis, seu saluti vestræ optime consuletis. 1 Tim. I. 4. μηδὲ προσέχειν μύθοις. Tit. I. 14. μὴ προσέχοντες μύθοις Ἰουδαϊκοῖς neque attendentes fabulis Judaicis. Diog. Laërt. III. 6. Sic sæpius quoque apud Alexandrinos legitur, v. c. Prov. I. 25. τοῖς δὲ ἐμοῖς ἐλέγχοις οὐ προσείχετε. Ies. I. 23. καὶ κρίσιν χηρῶν οὐ προσέχοντες. Deut. I. 45. ubi Hebraico הֶאֱזִין *aures præbuit, advertit* respondet. Ies. LV. 3. Cant. VIII. 13. Interdum vero τῷ προσέχειν in hac significatione apud Alexandrinos adduntur voces τὸν νοῦν, v. c. Job. VII. 17. (Aristoph. Equit. v. 1011. ἄκουε δὴ νῦν, καὶ πρόσεχε τὸν νοῦν ἐμοί. Lucian. Dial. Jov. et Jun. ab init. ἔλαττόν μοι προσέχεις τὸν νοῦν. Conf. Lamb. Bos. Ellips. Gr. p. 132. et Wetstenii N. T. T. I. p. 317.) τὸ οὖς, seu τοῖς ὠσὶν, Jer. VII. 23. XXV. 4. Ies. LV. 3. τῇ διανοίᾳ. Exod. IX. 22. Job. I. 8. et τῇ καρδίᾳ. Deut. XXXII. 48. 4) προσέχω, scil. τὴν πίστιν, seu νοῦν, *assentior, assensum meum præbeo, alicui fidem habeo,* i. q. πιστεύω, et ex adjuncto mox *obtempero, morem gero,* mox, inprimis si dativus personæ sequitur, *adhæreo alicui, sectator alicujus sum,* seu *fio, applico me ad aliquem.* Act. VIII. 6. προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις ὑπὸ τοῦ Φιλίππου ὁμοθυμαδὸν et omnis fere turba assensum præbebat doctrinæ, a Philippo traditæ, coll. v. 12. ubi illud προσέχειν per πιστεύειν explicatur. ibid. v. 10. ᾧ προσεῖχον πάντες, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου cui quidem sectatores adhærebant omnes, nobiles et ignobiles. ibid. v. 11. προσεῖχον δὲ αὐτῷ sectabantur autem eum ideo. ib. XVI. 14. προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου ut doctrinæ, a Paulo traditæ, fidem haberet et morem gereret. 1 Tim. IV. 1. προσέχοντες πνεύμασι

πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων assensum præbentes doctoribus falsis et doctrinis vere diabolicis. Josephus A. J. VIII. 9. 1. ὅπως μὴ προσέχοι τοῖς τοῦ Ἰαδῶνος λόγοις Ἱεροβοάμος. Apud eundem de B. J. VI. 5. 3. πιστεύειν et προσέχειν tanquam synonyma junguntur, uti contra ἀπιστεῖν et μὴ προσέχειν conjuncta inveniuntur apud eundem Lib. I. contra Apionem § 1. 1 Macc. VII. 11. οὐ προσέσχον τοῖς λόγοις αὐτῶν. Quod vero ad *obtemperandi* notionem attinet, quam voci προσέχειν ex adjuncto tribuendam esse monui, et quam Krebsius in Obss. Flav. p. 203 seq. contra Raphelium in Obss. Polyb. p. 323. in nullo Græco scriptore reperiri nimis audacter affirmavit, confirmatur ea satis superque multis scriptorum veterum locis, v. c. loco Josephi A. J. VIII. 10. 4. (quem ipse Krebsius, hanc notionem tamen impugnans, jam laudavit l. l.) διὰ τὸ μὴ προσέχειν τοῖς πατρῴοις φίλοις. Ælian. V. H. XII. 1. τῷ προστάγματι οὐ προσεῖχεν. Sirac. XXIII. 34. XXXII. 24. ὁ πιστεύων νόμῳ, προσέχει ἐντολαῖς. ibid. XXXV. 1. Suid. προσέχουσιν ἐπιμελῶς τηροῦσι. 5) *operam do, studeo, deditus sum alicui rei, occupatus sum in aliqua re, versor circa eam*, etiam ex adjuncto: *delector aliqua re, ducor, trahor*, ita, ut omissum sit σπουδήν. 1 Tim. I. 4. μηδὲ προσέχειν μύθοις neque operam dare fabulis. ib. III. 8. μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας non vinosos. Polyæn. Strategem. VIII. c. 56. ὁρῶσα τὸν ἄνδρα τρυφῇ προσέχοντα καὶ μέθῃ. 1 Tim. IV. 13. πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ semper occupatus sis in prælegendis libris sacris, in consolandis et edocendis christianis. Tit. I. 14. Huc etiam a nonnullis refertur locus Hebr. VII. 13. ἀφ' ἧς οὐδεὶς προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ ex qua tribu nemo altari operam dedit, seu, nemo curam gessit altaris. Confer Lœsneri Obss. Philonn. p. 398. 6) *diligentem curam gero et adhibeo, prospicio, provida et diligenti cura observo*. Act. XX. 28. προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, h. e. observate vos et vitam vestram et provida ac diligenti cura prospicite saluti christianorum, qui sunt curæ vestræ demandati. 7) *caute et provide ago, diligenter aliquid perpendo*. Act. V. 35. προσέχετε ἑαυτοῖς, ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, τί μέλλετε πράσσειν bene perpendite, quomodo hos homines tractetis. 8) *sedulo ac sollicite mihi caveo ab aliqua persona, aut re*, i. q. ὁράω, φυλάττομαι. Matth. VI. 1. προσέχετε τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων cavete vobis, ne eleemosynas vestras erogetis spectantibus hominibus. ibid. VII. 15. προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν cavete vero vobis a falsis doctoribus. ibid. X. 17. προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων cavete vobis ab hominibus ejusmodi. ibid. XVI. 6. ὁρᾶτε καὶ προσέχετε diligenter cavete vobis. ib. v. 11 et 12. Luc. XII. 1. XVII. 3. προσέχετε ἑαυτοῖς cavete vero etiam vobismet ipsis. ibid. XX. 46. XXI. 34. προσέχετε ἑαυτοῖς, μήποτε κ. τ. λ. Sæpius in N. T. non legitur. In eadem vero *cavendi* notione reperitur apud Alexandrinos 2 Paral. XXV. 16. πρόσεχε, ἵνα μὴ μαστιγωθῇς. ibid. XXXV. 21. πρόσεχε ἀπὸ Θεοῦ. Lev. XXII. 2. Sirac. VI. 14. XI. 34. XVII. 11. Gloss. in Octateuch. πρόσεχε· ἀσφαλίζου.

ΠΡΟΣΗΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *clavis affigo, clavis transfigo ac perforo*, ex πρὸς et ἠλόω, quod idem notat, hocque ab ἧλος, ου, ὁ, *clavus*. Legitur sic aliquoties apud Demosthenem, v. c. pag. 520. 19 et 549. 1. ed. Reisk. 2) metaphorice: *clavis transfigendo ac perforando aboleo*, ut chirographum, quod transfixione aboletur. Sic semel legitur in N. T. Coloss. II. 14. αὐτὸ (scil. τὸ χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν) ἦρκεν ἐκ τοῦ μέσου, προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ et chirographum, seu legem Mosaicam scriptam, cum omnibus ejus mandatis ac institutis prorsus removit, affigens nempe illam cruci, h. e. dum nempe illam morte sua abrogavit et irritam reddidit. Confer Galat. III. 13.

ΠΡΟΣΗ'ΛΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie notat *advenam, eum, qui aliunde advenit, peregrinum*, etiam *adventitium, accessorium*. Derivatur enim a 3 persona præt. pass. προσήλευται, vel a præt. med. προσελήλυθα, verbi προσέρχομαι *accedo, advenio*, pro quo apud Græcos etiam προσελεύθω ponitur. Sic προσήλυτος vel centies in versione Alex. reperitur, ubi Hebraico גֵּר *peregrinus* respondet, v. c. Ex. XII. 48, 49. XX. 10. XXII. 28. Jer. VII. 6. Ezech. XIV. 4. Hesych. προσήλυτος· πάροικος, ἀλλοεθνής. Lex. Cyrilli MS. Brem. προσήλυτος· ἔποικος, πάροικος, ξένος. Etym. M. προσήλυτος· ἀπὸ τοῦ ἐλεύθω, ἤλευσμαι, ἤλευσται, ἤλυτος καὶ προσήλυτος, ὁ μέτοικος καὶ φυγάς. Adde Schol. Apollon. Rhod. I. 834. Hinc προσηλυτεύω *tanquam advena commoror* apud Aquilam Psal. V. 5. et Alex. Ezech. XIV. 7. et προσηλύτευσις *advenæ commoratio* apud Aquilam Gen. XLVII. 9. 2) *proselytus*, h. e. *qui a gentilium religione ad veram religionem Judaicam transierat eamque sive totam, sive aliquam ejus partem tantum amplexus erat*. Tria autem genera proselytorum apud Judæos fuisse dicuntur, nempe a) גרי צדק, vel גרי בני ברית *proselyti justitiæ*, vel *proselyti filiorum fœderis*, h. e. qui ita amplexi erant religionem Judaicam, ut tria illis adhibita fuerint initiamenta, circumcisio, baptismus et oblatio, et omnia Judæorum dogmata omnesque ritus observarent. b) גרי תושב, vel גרי שער, h. e. proselyti domicilii, vel portæ, qui sine circumcisione et baptismo religionem Judaicam probabant et renuntiaverant gentilium superstitioni, seu secundum alios, qui tantum quosdam ritus Judaicos et præcepta Noachica observabant, quæ numero septem fuisse traduntur et reperiuntur in Gemara Babylonica ad Tit. Sanhedrin. c. 7. fol. 56. et Bereschit Rabba, Parasch. 34. Hos Justinus Mart. et Eusebius γειώρας aut γηόρας appellant. c) *proselyti mercenarii*, qui tantum circumcisi, non vero baptizati erant. Vide Seldenum de Jure N. et G. Lib. II. cap. 2 seq. Sed Buxtorf. in Lexic. Talmud. et Rabbin. voce גר pag. 409. duo tantum ab aliis proselytorum genera statui testatur, nimirum *justitiæ* et *domicilii*. Legitur hæc vox in N. T. tantum Matth. XXIII. 15. circumagitis mare et terram, seu omnes vires vestras intenditis ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον, ut vel unum proselytum faciatis. Confer Lightfoot. in Hor. Hebr. et Talmud. ad h. l. De studio Judæorum, multos e gentibus ad Judaismum pertrahendi, exposuit Wetstenius N. T. T. I. p. 483 seq. Act. II. 11. Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι tum Judæi, tum proselyti. ibid. VI. 5. et XIII. 43. Suid. ex Theodoreto: προσήλυτοι· οἱ ἐξ ἐθνῶν προσεληλυθότες, καὶ κατὰ τοὺς θείους πολιτευόμενοι νόμους. Δαβίδ· (Ps. XCIII. 6.) καὶ προσήλυτον ἐφόνευσαν.

ΠΡΟ'ΣΚΑΙΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *temporarius, momentaneus, ad tempus breve tantum durans, breve vel cito transiens, inconstans, instabilis, mutabilis*, ex πρὸς et καιρὸς *tempus, occasio, opportunitas*. Legitur in N. T. Mat. XIII. 21. non vero habet radicem in semet ipso, ἀλλὰ πρόσκαιρός ἐστι sed temporarius, instabilis ac mutabilis est, h. e. ad breve tempus reli-

gioni adhæret; coll. Luc. VIII. 13. πρὸς καιρὸν πιστεύουσι. Eadem sententia, iisdem verbis expressa, legitur quoque Marc. IV. 17. ubi etiam in sequentibus explicatur verbis: orta calamitate ac persecutione ob professionem religionis christianæ, statim ab ea deficiunt. 2 Cor. IV. 18. τὰ πρόσκαιρα opponuntur τοῖς αἰωνίοις. Hebr. XI. 25. ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν quam temporarium habere idololatriæ fructum. Sæpius in N. T. non legitur. Apud Herodian. I. 1. 6. πρόσκαιρος ἡ δυναστεία opponitur τῇ ἐπιμηκεστέρᾳ ἀρχῇ: et apud Sextum Empir. Lib. IX. pag. 566. πρόσκαιροι φύσεις sunt exigui temporis naturæ. Alia loca qui scire cupiat, is adeat Wetstenii N. T. T. I. p. 402. Gloss. Vet. πρόσκαιρος, *momentaneus*, *temporarius*.

ΠΡΟΣΚΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, et in medio ΠΡΟΣΚΑΛΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) proprie: *advoco, accerso, ad me venire jubeo*, ex πρὸς *ad* et καλέω *voco*. Matth. X. 1. καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ et advocatis duodecim discipulis. ibid. XV. 32. XVIII. 2, 32. τότε προσκαλεσάμενος αὐτὸν ὁ κύριος αὐτοῦ. λέγει αὐτῷ tunc dominus servum accersitum ita objurgat. ibid. XX. 25. Marc. III. 13. VI. 7. VIII. 1, 34. X. 42. XV. 44. προσκαλεσάμενος τὸν κεντυρίωνα arcessito centurione. Luc. VII. 19. XV. 26. XVI. 5. XVIII. 16. Act. V. 40. VI. 2. προσκαλεσάμενοι δὲ οἱ δώδεκα τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν itaque duodecim apostoli convocarunt totum christianorum cœtum. ib. XIII. 7. XX. 1. XXIII. 17, 18, 23. Jac. V. 14. προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας. In versione Alex. respondet Hebraico קָרָא *vocavit, advocavit, accersivit, convocavit*, Gen. XXVIII. 1. Esther IV. 5. 2 Macc. XIV. 5. Loca Demosthenis, huc pertinentia, collegit Reisk. in Indice Græcit. Demosthen. p. 660. Activum legitur apud Xenoph. de Rep. Laced. XIII. 5. ubi significat: *in consilium advocare*, et apud LXX 1 Sam. XXVI. 14. ubi notat: *clamare ad aliquem*, βοᾶν πρός τινα, ut οἱ λοιποὶ transtulerunt. Passivum reperitur apud Alex. Esther VIII. 1. et 2 Macc. IV. 28. 2) metaphorice: *aggrego ad cœtum quendam, in societatem aliquam recipio*. Act. II. 39. ad vos enim pertinet hæc promissio et ad posteros vestros, ad omnes etiam remotissimos, ὅσους ἂν προσκαλέσηται Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν quoscunque in cœtum Christi cultorum recepturus est Dominus Deus vester, seu, ut etiam commode reddi potest, quoscunque destinaverit huic beneficio Dominus Deus vester. Amos V. 8. IX. 6. 3) *alloquor aliquem, invoco*. Matth. XV. 10. καὶ προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον εἶπεν αὐτοῖς et oratione directa ad adstantem turbam, ita eam est allocutus. Marc. III. 23. καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν αὐτοῖς. ibid. VII. 14. et XII. 43. Prov. IX. 15. προσκαλουμένη τοὺς παριόντας ὁδόν. 4) metaphorice: *destino aliquem alicui rei, designo ad aliquod munus, constituo, eligo*. Act. XIII. 2. εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς, pro πρὸς seu εἰς (ut Beza in uno suorum codicum scriptum invenerat. Vide Fischeri anim. ad Welleri gramm. Gr. Spec. III. P. 2. p. 99.) ὃ κέκλημαι αὐτούς, negotio, cui gerendo eos destinavi. ibid. XVI. 10. ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ Κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτοὺς Deum injunxisse nobis hoc munus tradendi illis religionem christianam. Alex. Joël II. 32. καὶ εὐαγγελιζόμενος, οὓς ὁ Κύριος προσκέκληται. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΣΚΑΡΤΕΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, quod in genere de omnis generis perduratione, continuatione ac perseverantia usurpatur in N. T. 1) cum dativo personæ construitur et tunc significat: *semper alicui præsto et ad manum esse, comitari aliquem, a latere alicujus non discedere, adhærere alicui, assidue cum aliquo esse*, ex πρὸς et καρτερέω *fortiter tolero, perduro*, hocque a κάρτος per metathesin pro κράτος *robur*. Sic legitur in N. T. Marc. III. 9. ubi Christus volebat ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ ut navigiolum semper sibi præsto esset. Act. VIII. 13. καὶ βαπτισθεὶς ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ et baptizatus adhæsit Philippo, h. e. semper eum comitatus est, nec discessit ab ejus latere; ex more illorum temporum, ubi discipuli doctores suos ubique comitari solebant. ibid. X. 7. καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ et milite quodam religioso ex numero eorum, qui ipsi apparebant, seu, qui ipsi tum apparebat. Demosthenes p. 1386. 6. ed. Reisk. θεραπαίνας τὰς Νεαίρᾳ τότε προσκαρτερούσας. Polyb. Exc. Legat. 47. p. 1199. προσκαρτέρει τῷ Τίτῳ. 2) *assidue alicui rei operam do et versor in aliquo negotio, perduro, persevero, incumbo, insisto, opus urgeo*. Act. I. 14. οὗτοι πάντες ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει, hi omnes una precibus vacabant et meditationi rerum divinarum. ibid. II. 42. ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων κ. τ. λ. assidue operam dabant apostolorum institutioni. ibid. v. 46. καθ' ἡμέραν δὲ προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ cotidie templum simul frequentarunt. Similis locus est in Hist. Susannæ v. 7. οὗτοι προσεκαρτέρουν ἐν τῇ οἰκίᾳ Ἰωακείμ. Act. VI. 4. ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν nos vero in preces et ministerium verbi incumbemus. Rom. XII. 12. XIII. 6. εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες qui hoc ipsum assidue curant. Coloss. IV. 2. Sæpius in N. T. non legitur. Polyb. I. 55. προσκαρτερεῖν τῇ πολιορκίᾳ in obsidione perseverare. Xenoph. Hist. Gr. VII. 5. 14. Joseph. A. J. V. c. 2. s. 6. τῇ καθέδρᾳ προσεκαρτέρουν. Diodor. Sic. Lib. III. p. 183. πάντες δὲ πληγαῖς ἀναγκάζονται προσκαρτερεῖν τοῖς ἔργοις. Adde Alex. Num. XIII. 20.

ΠΡΟΣΚΑΡΤΕ'ΡΗΣΙΣ, εος, Attice εως, ἡ, *assiduum alicujus rei studium, perduratio, constantia, perseverantia in aliqua re assidua*, cum scilicet nullæ ærumnæ, nec labores nos a re aliqua avellere possunt, a προσκαρτερέω. Semel tantum legitur in N. T. Ephes. VI. 18. εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει περὶ πάντων τῶν ἁγίων atque, ut hanc constantiam Deus non solum vobis, sed etiam aliis christianis largiatur, assidui et solliciti sitis in precando. Verba enim ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει posita sunt, ut jam recte ad h. l. monuit Koppius, pro ἀγρυπνοῦντες καὶ προσκαρτεροῦντες ἐν πάσῃ δεήσει.

ΠΡΟΣΚΕΦΑ'ΛΑΙΟΝ, ου, τὸ, *cervical, pulvinar*, s. *pulvinus*, (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum.) *qui supponitur capiti decumbentis, aut etiam sedentis*, ex πρὸς et κεφαλὴ *caput*, quia in illud caput nostrum imponimus. Est vocabulum in N. T. ἅπαξ λεγόμενον, quod Marc. IV. 38. tantum reperitur: ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον καθεύδων in cervicali dormiens, seu cervicali indormiens. Alexandrini (apud quos etiam vox προσκεφαλὴ, idem significans, legitur, 1 Sam. XXVI. 11 et 12.) usi sunt hac voce pro כְּסָתוֹת quod *pulvillos, cervicalia* denotat, Ezech. XIII. 18, 20. 3 Esr. III. 8. ἔθηκαν ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον Δαρείου. Adde Theophrast. Char. c. 2. Aristoph. Plut. v. 542 seq. ἀντὶ δὲ προσκεφαλαίου λίθον εὐμεγέθη πρὸς τῇ κεφαλῇ.

Conf. etiam Pollucis Onom. VI. 9. Foësii Œcon. Hippocr. p. 323. Wetstenii N. T. T. I. p. 571. et Heinsium ad Ovid. A. A. I. v. 160.

ΠΡΟΣΚΛΗΡΟ´Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie est: *sorte allego, sorte lectum alicui adjungo, sorte addico*, ex πρὸς et κληρόω *sortior, sortem mitto, sorte lego, vel accipio*, hocque a κλῆρος *sors*. Passivum προσκληρόομαι, οῦμαι, *sorte lectus adjungor*. 2) generatim: *adjungo, consocio*, et προσκληρόομαι *adhæreo, me alicui adjungo*. Tantum legitur in N. T. Act. XVII. 4. καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ κ. τ. λ. e quibus quidam ad fidem adducti sunt et Paulo ac Silæ se adjunxerunt, seu, et Pauli ac Silæ perpetui sectatores facti sunt, etc. Elegans hæc verbi προσκληροῦσθαι significatio valde frequens est apud Philonem, ex quo loca multa et idonea collegit Lœsnerus in Obss. Philonianis p. 209 seq. Conf. etiam P. Wesselingii Epistolam ad H. Venemam de Aquilæ in Scriptis Philonis, Judæi, Fragmentis (Traj. ad Rhen. 1748. 8.) p. 12. et Wollium ad Küsterum de Verbis Med. p. 48. Male itaque et audacter Mangey in Notis ad Philonem T. II. p. 689. pro προσεκληρώθησαν in hoc Lucæ loco substituit προσεκολλήθησαν. Plutarch. T. VIII. pag. 945. ed. Reisk. ἡ ἐννεὰς δήπου ταῖς Μούσαις, ἡ δὲ ἑβδομὰς τῷ μουσηγέτῃ προσκεκλήρωται.

ΠΡΟΣΚΛΙ´ΝΩ, fut. ινῶ, *inclino, acclino, propensum reddo*. Medium προσκλίνομαι *assentior alicui, transeo in alicujus partes, sequor partes alicujus*, ex πρὸς et κλίνω *reclino*. Semel legitur in N. T. Act. V. 36. de Theuda, ᾧ προσεκλίθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων cui se adjunxerunt, seu, cujus partibus faverunt numerus fere quadringentorum hominum. Videtur autem mihi cum Wetstenio lectio προσεκλίθη, quam versionis Vulgatæ (quæ habet: *consensit*,) et codicum nonnullorum auctoritas tuetur, et e qua ex mala dictantis pronunciatione lectio προσεκλήθη (quæ in nonnullis codicibus h. l. reperitur,) orta esse videtur, præferenda lectioni receptæ προσεκολλήθη, quum nihil sit usitatius hac voce in N. T. quam adeo nemo facile in προσεκλίθη, vocabulum perrarum ac difficilius, mutaverit. Vide vocem sequentem ac Hemsterhusium ad Plut. p. 374. Plutarch. T. VI. p. 131. ed. Reisk. προσανοίγει καὶ προσκλίνει τὴν τοῦ νέου ψυχὴν τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ λόγοις. Προσκλίνειν τινὶ pro *propendere in alicujus partes* legitur apud Polyb. IV. 51. 5.

ΠΡΟ´ΣΚΛΙΣΙΣ, εως, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *inclinatio ad aliquid, inclinatio in alteram partem*. Est enim verbale a secunda pers. perf. pass. προσκέκλισαι, verbi προσκλίνω *inclino, propensum reddo*. Hom. Od. XXI. 138 et 165. 2) metaphorice: *inclinatio et propensio animi, gratia, favor, studium partium, cupiditas*, die Partheylichkeit, *partiality*, metaphora desumta a libra, cujus lanx inclinatur in alteram partem. Semel tantum legitur in N. T. 1 Tim. V. 21. μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν nihil faciens, partium studio commotus, aut ex favore, in gratiam aut ejus, cujus causa agitur, aut alius commendantis. Exod. XXIII. 2. Quidam codices, editiones, una cum patribus quibusdam, loco πρόσκλισιν habent πρόσκλησιν, (quas voces ob soni fortasse et litterarum similitudinem sæpissime permutatas esse in codicibus, docuit Casaubonus ad Diog. Laërt. Lib. I. c. 20. et Hemsterhusius ad Aristoph. Plutum v. 1027. p. 372 seq. Confer etiam Schweighæuseri Commentarium ad Polyb. V. 51. 8.) quam lectionem Millius in Prolegg. sect. 749. hoc sensu, ut *factio* indicetur, quo sensu etiam προσεκλήθη in nonnullis codicibus Act. V. 36. obvium, occurrere existimat. Sed πρόσκλησιν hanc significationem habere, nullo scriptorum veterum loco demonstrari potest, e quibus potius constat, πρόσκλησιν de *vocatione in jus*, vel *ad senatum per ministros publicos, quos κλητῆρας Græci vocant*, (Suid. προσκλήσεις· πρὸς ἃς καλεῖ τις εἰς δικαστήριον ἢ βουλὴν, κλητῆρας ἔχων.) vulgo (v. c. apud Demosthenem p. 1054. l. 21 et 25. edit. Reisk.) usurpari, ut adeo hæc vox a loco nostro prorsus aliena sit. Vox πρόσκλισις autem, de *partium studio, animi propensione*, et *favore* adhibita, sæpius reperitur in Græcorum libris, v. c. apud Polyb. Hist. V. c. 51. 8. et VI. 10. 10. Clement. Rom. in I. Epist. ad Corinthios c. 21. p. 110. et c. 47. p. 188. ubi videndus Boisius et Cotelerius, et Josephum A. J. XIX. 3. 3. Suid. πρόσκλισις· ἑτερομέρεια. Μὴ διαπράξασθαί τι κατ' ἔχθραν, ἢ κατὰ πρόσκλισιν. Alberti Glossar. N. T. p. 158. κατὰ πρόσκλισιν (ita enim reponendum est loco impressi πρόσκλησιν) κατὰ χάριν καὶ προσπάθειαν, ubi vid. Alberti. Confer etiam Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 856. et Wetstenii N. T. T. II. p. 344 seq.

ΠΡΟΣΚΟΛΛΑ´Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *agglutino, conglutino, glutinamentis adjungo*. Προσκολλάομαι *agglutinor, conglutinor*, ex πρὸς et κολλάω *glutino, conglutino*, hocque a κόλλα *gluten, quo res conjungi solent*. Respondet Hebraico דָּבַק, quod, ut Arabicum دبق proprie *agglutinari* notat, a דֶּבֶק *glutinum, ferrumen, plumbatura, conglutinatio*. Deinde vero, quemadmodum προσκολλᾷν in universum *adjungere, conjungere* notat, (v. c. apud Plutarch. T. IV. p. 223. τὴν βασιλικὴν τῇ ἀγορᾷ προσεκόλλησεν) ita προσκολλᾶσθαι, ut Hebraicum דָּבַק, et Latinum *agglutinare* (v. c. apud Plautum Menæchm. II. 2. 67.), metaphorice usurpatur, et 2) notat: *adhærere alicui, adjungere se alicui, arctissimis vinculis esse cum aliquo conjunctum, constanter sequi aliquem*. Matth. XIX. 5. καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ et adhærebit uxori suæ, seu, nec se ab uxore sua divelli patietur. Sed Marc. X. 7. legitur: καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Eph. V. 31. Act. V. 36. ᾧ προσεκολλήθη ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων cui se adjunxerunt fere quadringenti homines. Vide προσκλίνω. Sæpius in N. T. non legitur. Eodem modo דָּבַק sumitur Genes. II. 24. Deut. XI. 22. Jos. XXIII. 8. Ruth. II. 21, 23. Job. XLI. 8. Prov. XVIII. 25. Adde Sirac. VI. 36. XIII. 18. et Platonem Lib. V. de Legibus p. 839. E. — τοῖς δὲ προσκολλᾶσθαι, διώκοντα κατὰ τὰς ξυνουσίας. Conf. etiam Palairet. Obss. Philol. pag. 288. et Fesselii Adverss. Sacr. Lib. II. c. 25. p. 167.

ΠΡΟ´ΣΚΟΜΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie, ut σκάνδαλον, *offendiculum, lapis, vel obstaculum aliquod, in via positum, in quod si quis impingit, cadere, aut cespitare debet*. Est verbale a προσκέκομμαι, prima pers. perf. pass. verbi προσκόπτω *offendo, impingo*. Conf. Alex. Ies. VIII. 14. et XXIX. 21. 2) metaphorice: *id, quod peccandi, vel errandi occasionem alicui præbet, sive per se, sive per accidens, causa sive propior, sive remotior infelicitatis et infortunii aliorum, omne, quod noxam et detrimentum alicui affert*, quo sensu etiam σκάνδαλον sæpius usurpatur, ut infra s. h. v. docebitur. Sic v. c.

Rom. IX. 32 et 33. Christus dicitur λίθος τοῦ προσκόμματος, quatenus multi Judæi, ejus vita et doctrina offensi et religioni divinæ, ab eo traditæ, fidem negantes, sibi ipsis pœnas divinas gravissimas conciliabant, vimque divinam in perdendis contumacibus et impiis experiebantur. Rom. XIV. 13. τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον ne ad peccandum sollicitetis christianos imbecilliores et ita miseros reddatis. ibid. v. 20. τῷ διὰ προσκόμματος ἐσθίοντι ei, qui vescendo offendit ac ad peccandum seducit alterum. Διὰ προσκόμματος enim, ut v. 21. perspicue docet, et ut jam Koppius ad h. l. bene observavit, ad peritiorem et perfectiorem christianum referendum et positum est pro μετὰ προσκόμματος, h. e. πρόσκομμα διδοὺς ἑτέρῳ. 1 Cor. VIII. 9. μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν ne hæc libertas vestra christiana peccandi occasionem præbeat christianis imbecillioribus. 1 Petr. II. 8. Sæpius non legitur in N. T. In eadem tamen significatione metaphorica respondet apud Alexandrinos Hebraico מוֹקֵשׁ *laqueus, decipula,* Exod. XXIII. 33. XXXIV. 12. Adde Judith VIII. 19. Sirac. XVII. 19. XXXI. 7, 35. XXXIV. 18. XXXIX. 29. Suid. πρόσκομμα· ζημία, βλάβη, σκάνδαλον. Idem Hesychius tradit.

ΠΡΟΣΚΟΠΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *offensio,* seu *ipsa actio offendendi, cum quis impingit in objectam rem, ut casus, vel lapsus, seu læsio sequatur,* a προσκόπτω, quod vide. Suid. προσκοπήν· πρόσκρουσιν. 2) per metonymiam est i. q. πρόσκομμα et σκάνδαλον, *offendiculum, lapis,* vel *obstaculum aliquod, in via positum, in quod incurrens impingit, ut lædatur, corruat, aut cespitet.* Hesych. προσκοπήν· σκάνδαλον. Hinc 2) metaphorice, ut πρόσκομμα et σκάνδαλον, *omne id, quo alii offenduntur, quod alii improbant, quod aliis errorum et peccatorum ansam præbet, felicitatem eorum minuit,* et speciatim *propagationem religionis et virtutis christianæ impedit.* Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. VI. 3. μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία cavemus diligenter, ne quis nostra culpa offendatur et in peccata ac errores incidat, ne jure munus nostrum apostolicum vituperari possit. Syrus bene priora verba ita reddidit: ܠܡܐ ܡܕܡ ܬܬܠܘܢ ܠܐܢܫ ܒܚܕܐ ܬܘܩܠܬܐ *ne ulla in re cuiquam detis occasionem offensionis.* De *indignatione* et *offensione* adhibetur apud Polyb. VI. 7. 8. XXVII. 6. 10.

ΠΡΟΣΚΟ'ΠΤΩ, fut. ὄψω, 1) proprie: *offendo, impingo,* et de eo usurpatur, qui pedem in lapidem impingit, vel aliam in rem objectam, ita, ut cespitet, cadat, lædatur, aut saltem a cursu prohibeatur, ex πρὸς et κόπτω, quod vide supra. Matth. IV. 6. μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου ne forte impingas ad lapidem pedem tuum, h. e. ne tibi quicquam mali accidat. Videtur fuisse dictio proverbialis. Conf. Ps. XCI. 12. et Luc. IV. 11. Joh. XI. 9. ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει, scil. τὸν πόδα, si quis per diem ambulat, non facile offendit. ibid. v. 10. ἐὰν δέ τις περιπατῇ ἐν τῇ νυκτί, προσκόπτει si quis contra noctu iter facit, facile offendit. Xenoph. de Re Equ. VII. 6. σκληρὸν μὲν γὰρ ἔχων τὸ σκέλος, εἰ προσκόψειέ τῳ, προσκεκλασμένος ἂν εἴη. Aristoph. Vesp. v. 275. Vid. Pollux II. 199. Alex. Prov. III. 23. Jerem. XIII. 16. Tob. XI. 7. Sirac. XXXII. 21. Suid. προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου, ἀντὶ τοῦ προσπταίσῃς. τὸ σμικρότατον δὲ διὰ τὸ προσκόψαι τῷ λίθῳ δεδήλωκε. 2) *allido, irruo, impetum facio, impello,* i. q. προσπίπτω. Sic de *ventis et fluctibus* usurpatur Matth. VII. 27. οἱ προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔπεσε qui irruebant in domum istam et collapsa est; ubi codices nonnulli pro προσέκοψαν habent προσέπεσον e v. 25. alii προσέῤῥηξαν, alii denique προσέκρουσαν. 3) metaphorice: *indignor, irascor, offendor alterius dictis et factis eorumque occasione in peccata, vel in errores prolabor, sive scandalum datum sit, sive acceptum.* Rom. IX. 32. προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος offensi enim Messiæ vita et doctrina, oblatam sibi ab eo doctrinam repudiarunt eumque contumaces rejecerunt. (Zonaras Lex. c. 1588. προσέκοψαν per ἠπίστησαν interpretatus est.) ib. XIV. 21. μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει nec agere aliquid, quo alii offendantur, h. e. quod partim aliis vobis indignandi et irascendi ansam præbeat, partim quo peccandi libido in aliis excitetur. Marc. Antonin. VI. 20. 1 Petr. II. 8. οἱ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ ἀπειθοῦντες qui, offensi hac doctrina, ei fidem negant. Etiam Polybius verbo προσκόπτειν sæpius ita usus est, ut significat: *offendi aliqua re,* ut idoneis exemplis docuit Raphelius in Obss. Polyb. p. 701. et Schweighæuser. in Lexico Polybiano. Sext. Empir. adv. Rhet. 74. προσκόπτουσι δὲ οἱ πολλοὶ τῇ τοῦ λόγου περιεργίᾳ. Cf. etiam Wesseling. ad Diod. Sic. XIII. 80. Hesych. προσκόπτειν· ἁμαρτάνειν. Cæterum de varia hujus vocis constructione cum dativo et præpositionibus πρὸς ac ἐν bene exposuit Vorstius de Hebraismis N. T. cap. 36. p. 666. ed. Fischeri.

ΠΡΟΣΚΥΛΙ'Ω, fut. ίσω, *advolvo,* ex πρὸς *ad* et κυλίω *volvo.* Bis tantum in N. T. legitur. Matth. XXVII. 60. καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου, ἀπῆλθεν et postquam advolverat lapidem magnum ad ostium monumenti, discessit. Marc. XV. 46. καὶ προσεκύλισε λίθον ἐπὶ τὴν θύραν τοῦ μνημείου et advolvit lapidem ad ostium monumenti.

ΠΡΟΣΚΥΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie et vi etymologiæ: *more canis projicio et provolvo me humi ad pedes alicujus, prosterno me in pulverem, in signum submissionis,* aut secundum alios, *more canis lambo et lambendo demulceo, osculor,* nam mos antiquus erat apud Persas osculando manus, os, seu genua demississima reverentia aliquem venerandi et quasi adorandi. Compositum enim est ex πρὸς et κυνέω, pro κύω, vel κυέω, per epenthesin τοῦ ν, *osculor,* (conf. Eustath. ad Odyss. δ', v. 522. ρ', v. 35. et Phavorinum.) vel secundum alios ex πρὸς et κυνέω, quod est a κύων *canis.* Jam, quia canes lambendo ac provolvendo se humi ad pedes dominorum suorum abblandiuntur erga heros suos et olim servi, subditi ac victi sese in pulverem prosternere solebant, ad pedes dominorum, regum ac victorum suorum, in signum submississimæ devotionis, factum est, ut προσκυνεῖν in N. T. libris non solum 2) generatim significaret: *corpus demittere, se incurvare et inclinare,* (ita ut subaudiatur, vel ἐπὶ γόνατα, quod addit Theophr. Char. c. 16. vel εἰς τὴν γῆν, ut habet Xiphilinus p. 773.) v. c. Hebr. XI. 21. καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ et inclinavit se (senectute scilicet depressus,) versus cuspidem baculi sui, coll. 1 Reg. I. 47. καὶ προσεκύνησεν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν κοίτην αὐτοῦ. Genes. XLVII. 31. sed etiam 3) speciatim notaret: *capite et corpore inflexo testari alicui reverentiam et cultum civilem exhibere, salutare aliquem ita, ut humi corpus prosternas terramque adeo mento contingas,*

(cf. Cornel. Nepotem in Vita Cononis c. 3.) qui erat ritus salutandi, apud omnes fere Orientis populos receptus, interdum etiam *provolvi in genua, reverentiæ et honoris, aut supplicandi causa.* Respondet in hac significatione Hebraico הִשְׁתַּחֲוָה *incurvavit se, prostravit se ad alicujus pedes, honoris ac reverentiæ causa;* pro quo etiam reperitur apud Alexandrinos Genes. XVIII. 2. XXIII. 7, 12. προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, sc. κύψας. XIX. 1. προσεκύνησε τῷ προσώπῳ ἐπὶ τὴν γῆν, sc. κύψας. Esther III. 2, 5. etc. Construunt προσκυνεῖν N. T. scriptores modo cum quarto casu, ut Græci scriptores, (Aristoph. Plut. v. 771. Herodot. I. c. 134. Herodianus Philetær. p. 445. Piers. τὸ προσκυνεῖν αἰτιατικῇ συντάσσουσιν, οἷον προσκυνῶ τοὺς θεούς, οὐδέποτε δὲ τῇ δοτικῇ, ὥσπερ οἴονταί τινες. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 242.) modo cum tertio casu componunt, ad imitationem Hebraici הִשְׁתַּחֲוֹת quod cum particula ל dativi indice, fere construitur, Gen. XLIX. 8. Ps. XXIX. 2. interdum etiam cum ἐνώπιον, ut etiam Hebræi suum verbum, intercedente voce לִפְנֵי cum nominibus construere solent, v. c. Genes. XXIII. 12. 2 Paral. XXV. 14. Conf. Vorstium de Hebraismis N. T. c. 36. p. 637 seq. edit. Fischeri. Matth. II. 2. καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ et venimus ad illum venerandum. ibid. v. 8, 11. καὶ πεσόντες προσεκύνησαν αὐτῷ et in genua prolapsi venerati sunt eum. ibid. VIII. 2. ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ supplex eum adiit. ibid. XI. 18. ἐλθὼν προσεκύνει αὐτῷ in genua provolutus eum rogavit, coll. Marc. V. 22. πίπτει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, et Luc. V. 12. πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον ἐδεήθη αὐτοῦ. Matth. XV. 25. XVIII. 26. πεσὼν οὖν ὁ δοῦλος προσεκύνει αὐτῷ. ibid. XX. 20. XXVIII. 9. ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ. ibid. v. 17. Marc. V. 6. XV. 19. προσεκύνουν αὐτῷ nempe simulate et ludibrii causa. Joh. IX. 38. Act. X. 25. In eadem significatione προσκυνεῖν aliquoties legitur apud Xenophontem in Cyrop. IV. 4. 3. V. 3. 10. VIII. 3. 7. Athenæum IV. p. 152 seq. τὸν τιμωρησάμενον ὡς εὐεργέτην ἐπὶ τὸ ἔδαφος πρηνὴς προσπεσὼν προσκυνεῖ. Hesych. προσκυνεῖ· προσπίπτει. Pro *venerari* ponitur apud Polyb. Hist. V. c. 86. extr. τῇ γὰρ οἰκίᾳ ταύτῃ μᾶλλον ἀεί πως οἱ κατὰ Κοίλην Συρίαν ὄχλοι προσκυνοῦσι. Vide Casaubonia-na p. 88. et Wolfii notas ad h. l. p. 287. 4) *religiose colo, adoro, cultu religioso aliquem prosequor,* ita, ut de cultu divino interno æque ac externo, et de veri Dei cultu pariter ac cultu idololatrico adhibeatur. Matth. IV. 9, 10. προσκυνήσεις supplex adorato. Ibid. XIV. 33. Luc. IV. 7. ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου. ib. XXIV. 52. προσκυνήσαντες αὐτόν. Joh. IV. 20—24. XII. 20. Act. VII. 43. VIII. 27. XXIV. 11. 1 Cor. XIV. 25. Hebr. I. 6. et sic in Apocalypsi passim. Cf. Symmachi reliquias Ps. II. 12. Hos. XIII. 2. et Alex. Dan. III. 5, 6, 11, 15. Ps. XCVI. 7. Adde Josephi A. J. VI. 7. 5. προσκυνεῖ τῷ Θεῷ. ibid. IX. 13. s. 1 et 2. X. 4. 5. Cæterum vide Joh. Henr. Schulzii D. de verbo προσκυνεῖν. Altorf. 1730. 4.

ΠΡΟΣΚΥΝΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *adorator, cultor Dei,* a προσκυνέω *adoro.* Semel tantum in N. T. legitur Joh. IV. 23. ἀλλ' ἔρχεται ὥρα καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ futurum enim est tempus, immo vero jam adest, quo veri cultores Dei patrem colent animo sincero et integerrimo. Vide Chandleri Inscriptt. Append. 10. 3.

ΠΡΟΣΛΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *alloquor, colloquor cum aliquo, confabulor, sermones misceo,* ex πρὸς et λαλέω *loquor.* Bis tantum legitur in N. T. Act. XIII. 43. οἵτινες προσλαλοῦντες αὐτοῖς qui colloquentes cum illis. ibid. XXVIII. 20. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν παρεκάλεσα ὑμᾶς ἰδεῖν καὶ προσλαλῆσαι, sc. ὑμῖν, propterea vos advocavi, ut vos viderem et vobiscum sermones familiares miscerem. In *alloquendi* notione reperitur apud Alexandrinos Exod. IV. 16. pro Hebraico דִּבֵּר *locutus est.* Cf. etiam Symmachi reliquias Ps. XXVI. 8. et LIV. 5. Apollon. Syntax. IV. 3. προσλαλῶ Τρύφωνι, πρὸς Τρύφωνα λαλῶ. Plutarch. T. VI. p. 541. et Tom. VIII. p. 377. ed. Reisk. Interdum autem προσλαλεῖν etiam significat: *precibus adire, rogare, implorare alicujus opem,* v. c. Sapient. XIII. 18. ubi cum ἐπικαλεῖσθαι in sequentibus permutatur.

ΠΡΟΣΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. λήψομαι, 1) proprie: *manu extensa prehendo, capio, accipio,* ex πρὸς et λαμβάνω *capio, accipio.* Matth. XVI. 22. καὶ προσλαβόμενος αὐτὸν ὁ Πέτρος, ἤρξατο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ et manu prehendens vel arripiens (quod solent, qui asperius aut liberius quid dicturi sunt. Grotio notio *seorsim abducendi* magis huic loco convenire videtur.) eum cœpit objurgare Petrus. Eadem sententia legitur quoque Marc. VIII. 32. Plutarch. T. VI. p. 375. ed. Reisk. 2) *sumo, accipio, percipio.* Construitur cum accusativo et genitivo. Huc pertinent loca N. T. ubi de *iis* accipitur, *qui cibum capiunt,* vel nude positum, ut nostrum: etwas zu sich nehmen, *to take something to one's self,* vel addita voce τροφῆς. Act. XXVII. 33. ἄσιτοι διατελεῖτε μηδὲν προσλαβόμενοι jejuni mansistis nec cibo justo usi estis. ibid. v. 34. διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς προσλαβεῖν τροφῆς quapropter vos moneo, ut cibum capiatis: ubi lectio, μεταλαβεῖν, quæ in codicibus nonnullis loco προσλαβεῖν reperitur et quam Griesbachius in textum recipere non dubitavit, merum interpretamentum continere mihi quidem videtur. ibid. v. 36. καὶ αὐτοὶ προσελάβοντο τροφῆς ipsi quoque cibum sumserunt. Xenoph. Cyrop. III. 3. 20. 3) *assumo aliquem, adjungo mihi socium.* Act. XVII. 5. προσλαβόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς assumentes autem Judæi circumforaneos quosdam homines improbos. ibid. XVIII. 26. προσελάβοντο αὐτὸν sibi eum adjunxerunt. Xenoph. Cyrop. I. 4. 16. Anab. VII. 6. 19. 2 Macc. VIII. 1. τοὺς μεμενηκότας ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ προσλαβόμενοι. Joseph. B. J. II. 21. 1. φροντὶς δ' ἦν αὐτῷ μηδένα προσλαμβάνειν εὐάλωτον, ἀλλὰ τοὺς εὐεξίᾳ σώματος —— διαφέροντας ἐξελέγετο. 4) *benigne et humaniter excipio aliquem, amice recipio.* Act. XXVIII. 2. προσελάβοντο πάντας ἡμᾶς nos omnes humaniter exceperunt. Alii vertunt: nos omnes ad ignem duxerunt. Philem. v. 12. σὺ δὲ αὐτόν, τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, προσλαβοῦ tu vero eum, tanquam hominem mihi carissimum, admodum benigne recipias. ibid. v. 17. προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ. 2 Macc. X. 15. τοὺς φυγαδευθέντας ἀπὸ Ἱεροσολύμων προσλαβόμενοι. Hinc 5) generatim est: *benigne aliquem et humaniter tracto, favore meo dignor, beneficia alicui exhibeo, opem fero,* et speciatim de *beneficio receptionis in cœlum christianorum* usurpatur. Rom. XIV. 1. τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε eum vero, qui est fide infirma et imbecilla, benigne et humaniter quoquo modo tractate, ita nempe, ut eum summa cum humanitate corrigatis et meliora doceatis, nec vestra magis certa ac perfecta cognitione et persuasione

abutamini. Est fere idem, quod Galat. VI. 1. dicitur καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραότητος. ibid. v. 3. ὁ Θεὸς γὰρ αὐτὸν προσελάβετο nam Deus eum amat eumque amore ductus in cœtum christianorum benigne recepit, seu brevius: Dei enim beneficio christianus factus est. ibid. XV. 7. διὸ προσλαμβάνεσθε ἀλλήλους καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο ὑμᾶς εἰς δόξαν Χριστοῦ igitur benigne vos invicem et humaniter tractate, quemadmodum etiam Christus vos benigne in cœtum suorum cultorum recepit, ut verus Dei cultus in dies latius propagaretur. Sæpius in N. T. non legitur. Conf. Alex. Psalm. XXVII. 10. ὁ δὲ Κύριος προσελάβετό με. ibid. LXIV. 4. μακάριος ὃν ἐξελέξω καὶ προσελάβου. ibid. LXXIII. 24. μετὰ δόξης προσελάβου με.

ΠΡΟ'ΣΛΗΨΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *assumtio, receptio, ipsa actio assumendi.* Est nomen verbale a secunda pers. perf. pass. προσλέληψαι, verbi προσλαμβάνω *assumo.* Etymol. M. 413. 44. κατὰ πρόσληψιν συλλαβῆς. 2) *favor, benignitas, beneficium, receptio in pristinum favorem.* Sic semel legitur in N. T. Rom. XI. 15. τίς ἡ πρόσληψις (αὐτῶν) εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν; nonne a receptione Judæorum in pristinum favorem Dei summa felicitas speranda erit? Sive enim ita interpreteris, sive πρόσληψις de receptione Judæorum in cœtum christianorum cum aliis explices, sive denique voci πρόσληψις notionem subjicias *benignitatis* (ut sit i. q. ἔλεος v. 31.) *divinæ*, in futura Judæorum conversione ad religionem christianam, sensus tamen semper idem manet. Nec plane aliena est ab hoc loco nostro notio *adjunctionis et consociationis*, quam hoc vocabulum ex usu verbi προσλαμβάνεσθαι (1 Sam. XII. 2. προσελάβετο ὑμᾶς ἑαυτῷ εἰς λαόν.) habere potest.—Alberti Glossar. N. T. p. 107. Πρόσληψις· τὸ οἰκειωθῆναι, τὸ προσληφθῆναι.

ΠΡΟΣΜΕ'ΝΩ, fut. μενῶ, 1) *maneo, permaneo, apud aliquem commoror, versor in aliquo loco,* ex πρὸς et μένω *maneo.* Sic legitur in N. T. Matth. XV. 32. ὅτι ἤδη ἡμέρας τρεῖς προσμένουσί μοι qui jam triduum mecum sunt, seu mihi præsto sunt. Eadem sententia legitur quoque Marc. VIII. 2. Act. XVIII. 18. ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προσμείνας ἡμέρας ἱκανὰς Paulus autem commoratus adhuc ibi multos dies. Conf. Abreschium ad Æschylum p. 616. 1 Tim. I. 3. καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ quemadmodum rogavi te, ut hoc consilio Ephesi remaneres. 2) metaphorice: *persevero, constans sum et maneo in aliqua re, adhæreo, deditus sum.* Act. XI. 23. προσμένειν τῷ Κυρίῳ ut constanter manerent in religione christiana et tuenda et observanda. ibid. XIII. 43. ἔπειθον αὐτοὺς προσμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ hortati sunt eos, ut in fide christiana constanter perseverarent. In plerisque quidem libris editis ἐπιμένειν loco προσμένειν reperitur, sed Griesbachius, idoneis causis commotus, posteriorem vocem in textum recepit. 1 Tim. V. 5. καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι et assidua est in precibus, cultu divino et meditatione rerum divinarum. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Sapient. III. 9. πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ προσμενοῦσιν αὐτῷ. Josephus A. J. XIV. 2. 1. μόνων τῶν ἱερέων Ἀριστοβούλῳ προσμενόντων cum soli sacerdotes Aristobulo fide constanti adhærerent.

ΠΡΟΣΟΡΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *navem in stationem subduco et nave appello, portum teneo.* Plutarch. T. VII. p. 217. ed. Reisk. Medium προσορμίζομαι, fut. ίσομαι, perf. pass. προσώρμισμαι, aor. 1. προσωρμίσθην, *appello navem in portum, in portum venio, in stationem navem applico,* ex πρὸς et ὁρμίζω *navem in stationem subduco et appello,* hocque ab ὅρμος *statio navium* et ὁρμέω *stationem habeo.* Semel tantum legitur in N. T. Marc. VI. 53. καὶ προσωρμίσθησαν et appulerunt. Conf. Ælian. V. H. VIII. 5. τῇ Νάξῳ δὲ προσωρμίσθη οὐχ ἑκών. Dionys. Halic. A. R. Lib. I. p. 43. Arrian. Exped. Alex. VI. 1. 20 et 54. Conf. Elsnerum in Obss. Sacr. T. I. p. 146. Wetstenii N. T. T. I. p. 584. et Heupelium in Commentario ad Marcum p. 141. In eadem significatione apud GG. v. c. Polyb. X. 42. 7. etiam προσορμεῖν adhibetur.

ΠΡΟΣΟΦΕΙ'ΛΩ, 1) proprie: *insuper* seu *præterea debeo,* ex πρὸς et ὀφείλω *debeo.* Xenoph. Cyrop. III. 2. 7. Hist. Gr. I. 5. 4. 2) idem quod simplex ὀφείλω *debeo, ære alieno teneor, obligatus sum.* Semel legitur in N. T. Philem. v. 19. ne dicam tibi, ὅτι σεαυτόν μοι προσοφείλεις te admodum multa mihi accepta ferre. Aristot. Ethic. IV. 8. Polyb. I. 66. 3. μέρος τι τῶν προσοφειλομένων ὀψωνίων. Utriusque usus loquendi exempla multa et idonea collegit Reisk. in Indice Græcit. Demosth. p. 664.

ΠΡΟΣΟΧΘΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie est idem, quod προσκόπτω et προσκρούω, *impingo, offendo,* et speciatim dicitur de *navibus, ad littus appellentibus,* ἀπὸ τοῦ τὰ ἐπιπηχόμενα ταῖς ὄχθαις προσκρούεσθαι, ut Suidas jam observavit. Hinc etiam *appropinquare* interdum notat. Compositum enim est ex πρὸς et ὀχθίζω, quod est ab ὄχθη *ripa, littus.* 2) metaphorice: *indignor, infensus sum, indigne fero,* et ex adjuncto: *fastidio, aversor, abominor et molestia rei victus eam tandem cum fastidio abjicio.* Bis tantum legitur in N. T. Hebr. III. 10. διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ ideo indignatus illius ætatis hominibus dicebam, coll. Psalm. XCV. 10. ubi Hexapla Origenis videnda sunt. ibid. v. 17. τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; quibus vero per quadraginta fere annos offensus fuit? Videtur autem προσοχθίζειν in hac significatione verbum mere Hellenisticum esse, pro quo Græci simplici voce ὀχθίζω, aut ὀχθέω (Homer. Iliad. α΄, v. 570.) usi reperiuntur. Respondet autem in versione Alexandrina Hebraico קוּץ *fastidire, abominari,* Genes. XXVII. 46. Num. XXI. 5. XXII. 3. גָּעַל *spuit, exspuit, respuit, abominatus est,* Levit. XXVI. 15, 30, 43, 44. קוּט *fastidire,* Psalm. XCV. 10. Ezech. XXXVI. 31. שִׁקֵּץ *abominatus, detestatus est,* Deut. VII. 26. Psalm. XXII. 25. מָאַס *rejecit, repulit, sprevit,* Psalm. XXXVI. 4. denique קוֹא *emovere,* Levit. XVIII. 25, 28. XX. 22. Adde Sirac. VI. 27. XXV. 3. XXXVIII. 4. L. 27. — Hesych. προσώχθισα· ἐμίσησα, προσέκοψα, προσεκάκησα, προσήγγισα. Suid. προσώχθισα· ἐβδελυξάμην, δυσηρεστήθην. Idem: προσώχθικε· προσκέκρουκε, προσκέκοφεν, ἀπὸ τοῦ τὰ ἐπιπηχόμενα ταῖς ὄχθαις προσκρούεσθαι. Lex. Cyrilli MS. Brem. προσώχθισα· ἐβδελυξάμην, ἐμυσάχθην.

ΠΡΟ'ΣΠΕΙΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *famelicus, qui valde esurit,* ex πρὸς, quod interdum in compositis significationem auget, et πεινάω *esurio,* hocque a πεῖνα *fames.* Semel tantum in N. T. legitur Act. X. 10. ἐγένετο δὲ πρόσπεινος Petrus autem esuriens: et alibi non reperitur.

ΠΡΟΣΠΗ'ΓΝΥΜΙ, vel ΠΡΟΣΠΗΓΝΥ'Ω, fut. ήξω, quod est a προσπήττω, aor. 1. προσέπηξα, 1) *affigo, appingo,* ex πρὸς et πηγνύω, vel πήγνυμι *compingo, figo.* 2) speciatim: *cruci affigo.* Sic semel tantum legitur in N. T. Act. II. 23. προσπήξαντες ἀνείλετε cruci affigentes interfecistis.

ΠΡΟΣΠΙ´ΠΤΩ, fut. πεσοῦμαι, aor. 2. ἔπεσον, *impingo*, (Xenoph. de Re Equ. VII. 6. ἡ κνήμη, εἴ τι καὶ προσπίπτοι αὐτῇ, ὑπείκοι ἄν.) 1) *in genua procido* aut *ad genua accido* (Terent. Hecyr. III. 3. 18. ubi videndus Donatus.) *et provolvor, procido, prolabor*, ita ut subaudiendum sit: πρὸς τοὺς πόδας, aut τοῖς γόνασι, quod additur apud Achill. Tat. V. p. 319. et Eurip. Suppl. v. 43. ex πρὸς et πίπτω *cado*. Sic legitur in N. T. Marc. III. 11. προσέπιπτε αὐτῷ prostravit se ad pedes Jesu. ibid. V. 33. ἦλθε καὶ προσέπεσεν αὐτῷ accessit et ad pedes ejus provoluta est. ibid. VII. 5. ἐλθοῦσα προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ accedens supplicavit flexis genibus. Luc. V. 8. προσέπεσεν τοῖς γόνασι τοῦ Ἰησοῦ prosternens se amplexatus est genua Jesu. ibid. VIII. 28, 47. Act. XVI. 29. Psalm. XCV. 6. δεῦτε προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ, ubi in Hebraico est כָּרַע *incurvavit se, procubuit in genua*. Conf. Psalm. XXII. 30. Pro וַתַּגַּע לְרַגְלָיו Exod. IV. 25. habent Alex. καὶ προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ. Conf. Esther VIII. 3. Adde Herodian. I. 16. 9. Polyb. Hist. X. c. 18. προσπεσούσης αὐτῷ καὶ δεομένης. Xenoph. Cyrop. IV. 6. 2. ἱκέτης προσπίπτω. Aristoph. Equit. v. 31. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 563. Hesych. προσπίπτω· λιπαρῶ, ἱκετεύω. Glossar. προσπίπτω, *humilior*. 2) *irruo, impello, impetum facio, adorior aliquem*. Matth. VII. 25. ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι καὶ προσέπεσον τῇ οἰκίᾳ ταύτῃ flaverunt venti et cum impetu irruerunt in domum illam. Demosthen. p. 1259. 8. edit. Reisk. Xenoph. Cyrop. V. 4. 20. Confer. Pollux V. 79. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΣΠΟΙΕ´ΟΜΑΙ, οῦμαι, *simulo, præ me fero*, ex πρὸς et ποιέω *facio*. Tantum extat in N. T. Luc. XXIV. 28. καὶ αὐτὸς προσεποιεῖτο πο῾ῤῥωτέρω πορεύεσθαι et ipse se longius ire simulavit. Frequentissimum est hac notione verbum apud veteres, v. c. Herodotum II. 121. Lysiam Orat. I. p. 7. προστίθησι τὴν θύραν προσποιουμένη παίζειν. Xenoph. Cyrop. II. 2. 1. ἐγὼ μέν τοι προσεποιούμην βήττειν. Eundem Anab. IV. c. 6. § 10. Ælian. V. H. VIII. c. 5. et Alex. 1 Sam. XXI. 14. pro הִתְהֹלֵל *insanum agere, insanum se simulare*, verbo προσποιεῖσθαι usi sunt. Conf. etiam Incertum 2 Sam. XIII. 5. Activum vero προσποιέω proprie de *eo* dicitur, *qui alteri aliquid acquirit et vindicat*, uti e contrario medium προσποιεῖσθαι notat: *sumere, suum aliquid reddere, sibi vindicare et suis rebus adjicere aliquid*. Thucyd. I. c. 8 et 54. II. c. 85. III. c. 70. Aristoph. Eccles. v. 866. Jam, quia illi, qui simulant, aliquid sibi assumunt, tribuunt, vel affingunt, hinc προσποιεῖσθαι interdum etiam *simulare* significat. Hesych. προσποιεῖται· σχηματίζεται. Suid. προσεποιήσαντο· Ἰσαῖος ἀντὶ τοῦ ἀντεποιήσαντο. Thom. M. p. 753. προσποιοῦμαι· τὸ ὑποκρίνομαι κ. τ. λ. ubi vide interpretes.

ΠΡΟΣΠΟΡΕΥ´ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, *proficiscor ad aliquem, accedo*, vel *venio ad aliquem*, ex πρὸς et πορεύομαι *proficiscor*. Construitur cum dativo et tantum legitur in N. T. Marc. X. 35. προσεπορεύοντο αὐτῷ et accedebant ad ipsum Jacobus et Johannes. In loco parallelo Matth. XX. 20. legitur προσέρχεσθαι. In versione Alexandrina respondet Hebraico נָגַשׁ *accessit, appropinquavit*, Exod. XXIV. 14. XXX. 20. Num. IV. 19. קָרַב *appropinquavit, accessit*, Exod. XXXVI. 2. Num. I. 51. XVIII. 7. et τῷ הָלַךְ sequente אֶל *accessit*. Jos. VIII. 35. Apud Græcos scriptores vero προσπορεύεσθαι speciatim et κατ᾽ ἐξοχὴν de *iis* usurpatur, *qui supplices adeunt*, ut jam recte observavit Suid. (προσπορευομένων· προσερχομένων μεθ᾽ ἱκετηρίας.) ex Polybii IV. c. 3. προσπορευομένων δ᾽ αὐτῷ τῶν ἠδικημένων, τοὺς μὲν διέσυρε χλευάζων, τῶν δὲ κατανίστατο, τοὺς δὲ ἐξέπληττε λόγων; ex quo apparet, recte hac voce Marcum l. l. de Johanne et Jacobo usum esse, qui tunc Christum eo consilio adierunt, ut eum rogarent, velit ipsis summam apud se in futuro suo regno dignitatem concedere. Idem valet de verbo προσέρχεσθαι Matth. XX. 20.

ΠΡΟΣΡΗ´ΣΣΩ, vel ΠΡΟΣΡΗ´ΓΝΥΜΙ, vel ΠΡΟΣΡΗΓΝΥ´Ω, fut. ήξω, 1) proprie: *allido, illido, allisione frango, confringo, disrumpo*, ex πρὸς et ῥήγνυμι, vel ῥήσσω *frango*. Sic legitur in versione Aquilæ Psalm. II. 9. תְּנַפְּצֵם προσρήξεις αὐτούς. Alex. συντρίψεις αὐτούς. et Ies. XXVII. 9. προσεῤῥαγμένους. Alex. κατακεκομμένους. 2) *me allido, cum impetu irruo, impetum facio*, ita, ut omissum sit ἐμαυτόν. Sic bis tantum legitur in N. T. Luc. VI. 48. προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ impetum fecit fluvius in domum illam. ibid. v. 49. ᾗ προσέῤῥηξεν ὁ ποταμός. Esse vero προσρήσσειν verbum proprium de fluctibus, cum, littori vel petræ allisi, franguntur, apparet e substantivo πρόσρηξις, quod de *impetu aquarum* et *inundatione* legitur apud Aquil. et Symmach. Habac. III. 9. coll. Ies. XLIII. 2. Suid. προσρῆξαι· προσαράξαι. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 697.

ΠΡΟΣΤΑ´ΤΙΣ, ιδος, ἡ, *patrona, hospita, quæ alios excipit hospitio, auxiliatrix, quæ alicui præsto est, adjutrix*, a προΐσταμαι, quod non solum *præesse, antistitem esse, præsidere* notat, sed etiam *tueri, defendere* et *alicujus curam gerere benevolam* significat, unde apud Harpocrationem s. voce Προστασία προΐστασθαι et ἐπικουρεῖν τῷ ἀδικουμένῳ tanquam synonyma junguntur. Semel legitur in N. T. Rom. XVI. 2. de Phœbe, diaconissa ecclesiæ Cenchreensis, καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ ipsa enim fuit *patrona* multorum christianorum, et mei adeo benigne curam gessit. Theodoretus ad h. l. προστασίαν, ὡς οἶμαι, τὴν φιλοξενίαν καὶ κηδεμονίαν καλεῖ. Egregie hunc locum illustravit Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 66. qui docuit, προστάτας apud Græcos non solum dictos esse *præsides, antistites, magistratus, præfectos populo, moderatores certaminum*, Xenoph. Hist. Gr. II. 3. 20. Anab. VII. 7. 19. (unde προστατεία *præfectura* apud Xenoph. Mem. III. 6. 10.) sed etiam *omnes, qui causam alicujus agunt et aliquem tuentur*, maxime *in foro, patronos causarum*, (Ælian. V. H. XII. 43. προστάται τοῦ δήμου *demagogi*, qui causam populi agunt contra optimates. Dionys. Halic. VIII. 10.) et speciatim: *qui peregrinorum causam ac patrocinium in se suscipiunt eosque hospitio excipiunt*, teste Suida (οἱ τῶν μετοίκων Ἀθήνησι προεστηκότες προστάται ἐκαλοῦντο. ἀναγκαῖον γὰρ ἦν ἑκάστῳ τῶν μετοίκων πολίτην τινὰ Ἀθηναῖον νέμειν προστάτην.) et Harpocratione in Lexico Rhetorico. Lycurg. Orat. in Theodor. c. 8 et 36. Conf. Wesselingii Obss. Lib. II. c. 6. Meursium in Glossario p. 415. et Valesium ad Excerpta Peiresciana p. 305.

ΠΡΟΣΤΑ´ΤΤΩ, vel ΠΡΟΣΤΑ´ΣΣΩ, fut. άξω, 1) proprie: *insuper impono, impero*, (Xen. Œcon. II. 6.) *præficio aliquem, imperium ei aliquod et munus mandans*, ex πρὸς et τάσσω, Attice τάττω, *ordino, statuo, constituo*. 2) generatim: *mando, præcipio, injungo, jubeo*, etiam *suadeo, admoneo, hortor*, ita, ut non semper de imperatore, aut legisla-

tore usurpetur. Construitur cum dativo. Matth. I. 24. ἐποίησεν ὡς προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου fideliter hæc mandata angeli exsecutus est. ibid. VIII. 4. προσένεγκε τὸ δῶρον, ὃ προσέταξε Μωσῆς offer sacrificium, in legibus Mosaicis præscriptum. ibid. XXI. 6. Marc. I. 44. Luc. V. 14. Act. X. 33. ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ut accipiamus omnia, tibi a Deo mandata. ibid. v. 48. προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι et jussit eos baptizari. Ælian. V. H. IX. 41. προσέταξε σοφόν τι εἰπεῖν. Xenoph. Anab. I. c. 7. 10. οἷς προσετάχθη. Eurip. Phœn. v. 755. Thom. M. p. 754. προστάττω οὐ μόνον τὸ κελεύω, κ. τ. λ. In versione Alexandrina respondet Hebraico צִוָּה *jussit, præcepit, mandavit.* Genes. L. 2. Ex. III. 6. Levit. X. 1. 3) *constituo, definio.* Act. XVII. 26. προστεταγμένους καιροὺς tempus vitæ a Deo constitutum et definitum, certum vitæ spatium. Ita enim Griesbachius recte edidisse videtur loco προτεταγμένους, quod in vulgaribus editionibus reperitur. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΣΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. ήσω, *appono, adjicio, addo,* (Apud LXX Genes. XXIX. 33. προστίθημι et προσδίδωμι in codd. permutata reperiuntur, ubi Hebr. נָתַן respondet.) *adjungo, augeo, pergo, continuo, itero,* ex πρὸς et τίθημι *pono.* Legitur in N. T. Matth. VI. 27. τίς δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; quis autem vestrum potest addere staturæ suæ cubitum unum? ibid. v. 33. καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν et hæc omnia appendicis quasi loco dabuntur. προστιθέναι enim apud Græcos notat super mensuram et justum pondus et pretium adjicere aliquid, (Tob. V. 15. XII. 1.) unde προσθήκη *auctarium, mantissa,* de eo usurpatur, qui plura recipit, quam dedit. Marc. IV. 24. καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσι et vobis, quibus hæc dico, major adeo ac perfectior cognitio continget. Sed sunt suspecta hæc verba et sine dubio spuria; desunt enim in plerisque codicibus. Luc. III. 20. προσέθηκε καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι adjecit et hoc super omnia, seu, tot sceleribus et flagitiis addidit et hoc. (Lucian. de Calumn. 17. ἐβουλήθη προσθεῖναι καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ. 1 Sam. XII. 19.) ibid. XII. 25, 31. XVII. 5. πρόσθες ἡμῖν τὴν πίστιν adauge nostram fidem et fiduciam. (Eadem formula reperitur quoque apud Plutarchum Gracch. p. 839. B. et Galb. p. 1054. C.) ibid. XIX. 11. προσθεὶς εἶπε παραβολὴν addidit hanc parabolam, aut, pergens in oratione, proposuit ipsis hanc parabolam. Sæpe enim προστίθημι, si verbum dicendi sequitur, *pergere in oratione* significat, etiam apud Græcos scriptores, v. c. Ælian. V. H. III. 18. τὸ δὲ ἔτι θαυμασιώτερον προσετίθει. Josephum A. J. VI. 11. 7. XVI. 8. 6. Sic etiam *adjicere* usurpatur apud Livium Lib. I. c. 7. Luc. XX. 11. καὶ προσέθετο πέμψαι ἕτερον δοῦλον iterum misit alium servum, coll. Marc. XII. 4. καὶ πάλιν ἀπέστειλεν ἄλλον δοῦλον, unde etiam in codice Cantabrigiensi pro προσέθετο πέμψαι legitur καὶ ἔπεμψεν. Solent scilicet N. T. scriptores verbum προστίθημι aliis verbis addere, ita, ut partim adverbialiter ponatur pro *iterum, deinde, porro, amplius, præterea,* partim vero plane abundet, (Polyb. Exc. Legat. 104. p. 1294. καὶ προσθέμενος ἐξηγεῖτο) imitati hac in re scriptores Hebraicos, qui eadem ratione suum יָסַף aliis verbis addere solent, v. c. Genes. VIII. 10. Deut. III. 26. Dan. X. 18. καὶ προσέθετο καὶ ἥψατό μου. Genes. XXXVIII. 5. προσθεῖσα ἔτεκε υἱόν. Job. XXIX. 1. προσθεὶς Ἰὼβ εἶπε, quæ et alia multa loca diligenter collegit Vorstius de Hebraismis N. T. cap. 31. p. 590 seq. ed. Fischeri. Luc. XX. 12. Act. II. 41. καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι et adjuncti sunt christianorum cœtui illo die ad tria millia hominum. ibid. v. 47. προσετίθει ὁ Κύριος τῇ ἐκκλησίᾳ adjunxit Deus christianorum cœtui. ibid. V. 14. μᾶλλον δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ Κυρίῳ. ibid. XI. 24. Herodian. III. c. 2. s. 18. Νικομηδεῖς Σεβήρῳ προσέθεντο, sc. ἑαυτοὺς, Nicomedenses Severo se adjunxerunt. Conf. Hemsterhusium ad Aristophanis Plutum p. 351. Wetstenii N. T. T. II. p. 470. et Munth. Obss. Philol. e Diodor. Sic. p. 213. — Act. XII. 3. XIII. 36. καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ et appositum est ejus cadaver cadaveribus majorum suorum. Hebr. XII. 19. μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς τὸν λόγον. Sæpius in N. T. non legitur hæc vox, de qua diligenter exposuit Bielius in Thesauro Philol. Dresigius de Verbis Mediis N. T. p. 444. Schwarzius in Commentariis Critt. Ling. Gr. p. 1172 seq. et p. 1180. et Irmisch. ad Herodian. T. II. p. 370. Thom. M. p. 755. προστίθεμαί σοι, ἀντὶ τοῦ μετὰ σοῦ γίνομαι. οἷον, προστίθεμαι τοῖς πολεμίοις. προστιθέμαι δὲ σὲ, ἀντὶ τοῦ μετ' ἐμοῦ σε παραλαμβάνω. Θουκυδίδης· ἵνα δεῦρο ἀντιβοηθῶσι, προσθέμεθα αὐτοὺς, τουτέστι, συμμάχους ἐποιησάμεθα.

ΠΡΟΣΤΡΕ'ΧΩ, *accurro,* etiam *accedo,* ex πρὸς et τρέχω *curro.* Ter legitur in N. T. Marc. IX. 15. καὶ προστρέχοντες ἠσπάζοντο αὐτὸν et accurrentes salutabant eum. ibid. X. 17. προσδραμὼν εἷς accurrebat aliquis. Προσδραμὼν est part. aor. 2. anom. a προσδρέμω, verbo obsoleto, pro quo προστρέχω ponitur. Act. VIII. 30. προσδραμὼν δὲ ὁ Φίλιππος accedens autem Philippus; ubi codex unus e glossemate προσελθὼν habet. Respondet in versione Alexandrina Hebraico רוּץ *currere, accurrere.* Gen. XVIII. 2. XXXIII. 4. Num. XI. 27. Prov. XVIII. 10. Adde Tob. XI. 6, 7. 1 Macc. XVI. 12. Xenoph. Cyrop. 1. 18.

ΠΡΟΣΦΑ'ΓΙΟΝ, ου, τὸ, i. q. ὄψον, ὀψάριον, ὀψώνιον, et προσόψημα, *edulium omne, quod præter panem et una cum pane comedimus, obsonium,* et speciatim: *pisces,* ex πρὸς et φάγω *edo.* Semel legitur in N. T. Joh. XXI. 5. μή τι προσφάγιον ἔχετε; num quid obsonii habetis? seu, num pisces habetis? Vulgatus reddidit: *num quid pulmentarium habetis?* Mœris: Ὄψον Ἀττικῶς, προσφάγιον Ἑλληνικῶς. Conf. Thom. M. Legitur præterea hoc vocabulum in Eustathii Comment. ad Homer. Il. λ', p. 867. 54. ed. Roman. in Glossario Suidæ et Etym. M. s. voce Ὄψον, etiam in schol. ad Homer. Il. λ', v. 629. Conf. Cangii Gloss. s. h. v. Gloss. Vett. προσφάγιον· *pulmentum, pulmentarium.* Confer Laurentium ad Phædri Fab. III. 7. p. 70.

ΠΡΟ'ΣΦΑΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *recens dictus,* vel *interfectus,* ex πρὸς et φάω *dico,* vel *occido, interficio.* Etym. M. πρόσφατον· κυρίως ἐπὶ τοῦ νεωστὶ πεφονευμένου εἴρηται, ἐκ τοῦ φῶ, τὸ φονεύω. Sic πρόσφατος de *recens interfecto* legitur apud Homerum Iliad. ω', v. 757. Conf. etiam Suidam. 2) generatim *omne* notat, *quod est recens, novum et antea inusitatum.* Etym. M. πρόσφατον· καταχρηστικῶς δὲ ὁ πρὸς ὀτιοῦν νεωστὶ ἐληλυθὼς πρᾶγμα. Hesych. πρόσφατον· τὸ ἀρτίως γενόμενον, νέον, νεαρόν. Alberti Glossar. Gr. N. T. p. 176. πρόσφατον· νεαρόν. Sic semel legitur

in N. T. Hebr. X. 20. ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον quam consecravit nobis viam novam, h. e. nondum calcatam. Respondet ita versione Alexandrina Hebraico חָדָשׁ *novus, recens,* Cohel. I. 9. οὐκ ἔστι πᾶν πρόσφατον (Aquila et Symmachus habent καινόν.) ὑπὸ τὸν ἥλιον. Adde Alex. Numer. VI. 3. σταφυλὴν πρόσφατον. Deut. XXXII. 17. καινοὶ καὶ πρόσφατοι ἥκασιν. Sirac. IX. 12. de amico; ubi opponitur ἀρχαῖος. Demosthen. p. 551. 15. et 788. 22. edit. Reisk. Polyb. I. 21. 9. Copiose de hac pariter ac sequenti voce exposuit Wetstenius N. T. T. II. p. 420 seq.

ΠΡΟΣΦΑ'ΤΩΣ, *nuper, nuperrime, recenter.* Adverbium a πρόσφατος, quod vide. Tantum exstat in N. T. Act. XVIII. 2. προσφάτως ἐληλυθότα ἀπὸ τῆς Ἰταλίας qui nuper ex Italia venerat. Deut. XXIV. 5. ἐὰν δέ τις λάβῃ γυναῖκα προσφάτως. In Hebraico est אִשָּׁה חֲדָשָׁה. Ezech. XI. 3. Judith VI. 3, 4. 2 Macc. XIV. 36. Dioscorides Lib. III. 7. Polyb. III. 37. 11. et IV. 2. 9. Suid. προσφάτως· ἀντὶ τοῦ νεωστί. Idem Hesychius. Alberti Gloss. N. T. p. 77. προσφάτως· ἐν τῷ παρόντι. Plura habet Alberti in Obss. Philol. p. 256.

ΠΡΟΣΦΕ'ΡΩ, aor. 1. προσήνεγκα, 1) *affero, apporto, adduco,* ex πρὸς et φέρω *fero.* Matth. IV. 24. καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας et adduxerunt ei ægrotos omnis generis. ibid. VIII. 16. προσήνεγκαν αὐτῷ δαιμονιζομένους πολλοὺς adduxerunt ei multos dæmoniacos. ibid. IX. 2. προσέφερον αὐτῷ παραλυτικὸν ἐπὶ κλίνης βεβλημένον apportarunt ei paralyticum, in lecto decumbentem. ibid. v. 32. XII. 22. προσηνέχθη adductus est. ib. XIV. 35. XVII. 16. XVIII. 24. XIX. 13. τότε προσηνέχθη αὐτῷ παιδία tunc apportabantur ad Christum infantes. Marc. X. 13. Luc. XVIII. 15. 2) *duco, traho, vi abduco, in jus rapio.* Luc. XII. 11. ὅταν οὖν προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας quando vero rapient vos ad synagogas et magistratus et principes. (In loco parallelo Matth. X. 19. legitur: παραδιδῶσιν ὑμᾶς.) ibid. XXIII. 14. προσηνέγκατέ μοι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον, ὡς ἀποστρέφοντα τὸν ὄχλον captivum adduxistis mihi hunc hominem, velut ad seditionem populum incitantem. 3) *promo, profero.* Matth. II. 11. ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα e suis receptaculis depromserunt munera. ibid. XXII. 19. προσήνεγκαν αὐτῷ δηνάριον protulerunt ipsi denarium. ibid. XXV. 20. προσήνεγκεν ἄλλα πέντε τάλαντα. 4) *admoveo.* Luc. XXIII. 36. ὄξος προσφέροντες αὐτῷ poscam ori ejus admoventes. Joh. XIX. 29. προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. Eurip. Phœn. ver. 501. 5) *offero, polliceor, ostendo,* einem etwas anbieten, *to present a thing to any one.* Act. VIII. 18. προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα obtulit ipsis pecuniam. 6) *offerre alicui aliquid,* v. c. munus, sacrificium. Mat. V. 23 et 24. προσφέρειν τὸ δῶρον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον offerre Deo munus aliquod in altari. ubi obiter notandum προσφέρῃς v. 23. vertendum esse: vis vel in animo habes offerre: quemadmodum Gen. XXIV. 58. הֲתֵלְכִי et אֵלֵךְ reddendum est: visne ire? et: volo ire. ibid. VIII. 4. Joh. XVI. 2. δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ se Deo sacrificium offerre, seu, se Deo gratum facere credet. Act. VII. 42. μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι; ibid. XXI. 26. ἕως οὗ προσηνέχθη ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν ἡ προσφορά. Hebr. V. 1, 7. VIII. 3, 4. IX. 7, 9. X. 1, 2, 8, 12. XI. 4. Xenoph. Cyrop. I. 3. 7. Hinc 7) etiam nude positum significat: *sacrificium Deo offerre,* seu *Deo aliquid consecrare,* ad imitationem Hebraici הִקְרִיב *admovit, obtulit.* Marc. I. 44. καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, sc. δῶρα, coll. Luc. V. 14. Hebr. V. 3. προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν. ibid. IX. 14. ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ Θεῷ seipsum Deo obtulit tanquam integram et immaculatam victimam piacularem. ibid. v. 25, 28. ἅπαξ προσενεχθείς. XI. 17. καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν. 8) Medium προσφέρομαι, sequente dativo personæ, significat: *se gerere erga aliquem,* in utramque partem, *agere cum aliquo, se exhibere, tractare aliquem.* Sic legitur in N. T. Hebr. XII. 7. ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεὸς tanquam filios suos vos tractat Deus, seu, exhibet se vobis Deus patrem benignum. Est autem hæc formula loquendi bene Græca. Sic v. c. apud Xen. Mem. III. c. 11. § 11. legitur ὀρθῶς ἀνθρώπῳ προσφέρεσθαι, h. e. homine recte et ita uti, ut eum tibi amicum reddas. ibid. IV. 2. 1. ὡς προσεφέρετο αὐτοῖς. Idem de Re Equestri VI. 13. Ælian. V. H. XII. 27. ἡμερώτατα, φασί, τὸν Ἡρακλῆα προσενεχθῆναι τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις. Herodian. I. 13. 14. ubi videndus Irmischius. Plura vide apud L. Bos. in Exercitatt. Philol. in N. T. p. 254. Reitzium ad Lucianum T. II. Opp. p. 197. Wetstenii N. T. T. II. p. 435. et Wesselingium ad Diodor. Sic. IV. 53. 9) interdum in significatione offerendi omittitur, v. c. Matth. XXIII. 18. ἐν τῷ δώρῳ, τῷ ἐπάνω αὐτοῦ, scil. προσφερομένῳ. ibid. v. 20. post τοῖς ἐπάνω αὐτοῦ supplendum est προσφερομένοις. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΣΦΙΛΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, 1) *gratus, acceptus, carus, amabilis, qui amatur ab aliis,* a φίλος *amicus.* Sic legitur apud Xenoph. de Vectigal. V. 1. VI. 1. de Mag. Equit. I. 1. τῇ πόλει προσφιλέστατα. Thucyd. I. 92. VII. 86. Sirac. IV. 7. XX. 12. ἑαυτὸν προσφιλῆ ποιήσει. Conf. Valckenarium ad Eurip. Hippolytum v. 1398. et Ottii Spicilegium ex Josepho p. 414. Gloss. προσφιλής· *gratus, amans, amabilis.* 2) προσφιλὴς dicitur, *quod hominem gratum et acceptum ac amabilem aliis reddit, certe reddere valet.* Sic semel legitur in N. T. Phil. IV. 8. ὅσα προσφιλῆ quidquid gratiam moribus nostris affert et nos amabiles reddit. Adverbium προσφιλῶς reperitur apud Xenoph. in Hist. Gr. II. 3. 18. Confer Pollucis Onom. III. 63.

ΠΡΟΣΦΟΡΑ', ᾶς, ἡ, 1) proprie: *oblatio,* seu *actus offerendi et sacrificandi.* Est nomen verbale a perf. med. προσπέφορα, verbi προσφέρω, quod vide. Sic legitur in N. T. Hebr. X. 10. διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος Ἰησοῦ Χριστοῦ oblatione corporis Jesu Christi, in cruce interfecti. Confer Alex. 1 Reg. VII. 48. לֶחֶם הַפָּנִים ἄρτοι τῆς προσφορᾶς, h. e. προθέσεως. 2) per metonymiam: *ipsa res, quæ offertur, omne, quod Deo muneris et sacrificii loco offertur,* sive sit sacrificium cruentum, sive non, *res, Deo devota.* Act. XXI. 26. XXIV. 17. προσφορὰς sacrificia, in legibus Mosaicis Nasiræis, voto se solventibus, præscripta. Ephes. V. 2. ubi ante προσφορὰν supplendum est ὡς. Hebr. X. 5. θυσίαν καὶ προσφορὰν sacrificia cruenta et non cruenta. ibid. ver. 8, 14, 18. In versione Alexandrina respondet Hebraico מִנְחָה quod *munus, donum, oblationem, sacrificium* notat. Psalm. XL. 9. Adde Sirac. XIV. 11. XXXIV. 20, 21. L. 15, 16. 3) metaphorice: *consecratio hominum ad verum Dei cultum, receptio in numerum verorum Dei cultorum,* speciatim *christianorum.* Rom. XV. 16. ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος ut conversio gentilium ad Christum esset sacrificium Deo acceptum. Sed potest προσφορὰ h. l. æque commode, et eodem fere

sensu, de *ipsis hominibus, Deo sese consecrantibus et dicantibus*, accipi, quod verba sequentia ἡγιασμένη ἐν Πνεύματι ἁγίῳ postulare mihi videntur. 4) interdum omittitur, v. c. Rom. VIII. 3. post περὶ ἁμαρτίας. Hebr. X. 6. Sæpius in N. T. non legitur. Suid. προσφορά· προσθήκη, πρόσδοσις.

ΠΡΟΣΦΩΝΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) proprie: *acclamo*, ex πρὸς *ad* et φωνέω *clamo*. Sic legitur in N. T. Mat. XI. 16. προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ acclamantibus sociis suis. Luc. VII. 32. 2) *advoco*. Luc. VI. 13. προσεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ advocavit discipulos suos. ibid. XIII. 12. Josephus A. J. VII. c. 7. s. 4. προσφωνήσας ἕνα τῶν οἰκετῶν. 3) *alloquor, loquor ad aliquem, orationem habeo*. Act. XXI. 40. προσεφώνησε τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ allocutus eos est dialecto Syro-Chaldaica. ib. XXII. 2. Conf. Palairet. Obss. Philol. pag. 172. et 331. 4) *compello aliquem, hortor*. Sic legitur in N. T. Luc. XXIII. 20. πάλιν οὖν ὁ Πιλάτος προσεφώνησε, sc. αὐτοῖς, iterum igitur eos compellavit Pilatus, er that ihnen neue Vorstellungen, *he made new representations or remonstrances to them*. Sæpius in N. T. non legitur. De aliis hujus vocis notionibus confer a me dicta in Spicilegio Lexici Bieliani T. I. pag. 97. et T. II. pag. 157.

ΠΡΟ'ΣΧΥΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, *affusio, aspersio*, a προσχύω *affundo, aspergo*, (quod adhibent Alexandrini pro Hebraico זָרַק *sparsit, aspersit*. Exod. XXIV. 6. XXIX. 16. Levit. I. 5, 11. et alibi.) ex πρὸς et χύω *fundo*. Semel legitur in N. T. Hebr. XI. 28. καὶ τὴν πρόσχυσιν τοῦ αἵματος, scil. πεποίηκε, foresque Israëlitarum sanguine aspergi jussit. Gloss. Vet. προσχύτης, *perfusor*.

ΠΡΟΣΨΑΥ'Ω, fut. αύσω, *attingo, attrecto, leviter et in superficie tantum tango*, ex πρὸς et ψαύω, quod idem notat ac ψάω *tango, contingo*. Construitur cum dativo, vi præpositionis. Semel legitur in N. T. Luc. XI. 46. καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις sed ipsi ne uno quidem digitorum vestrorum attingitis illa onera, h. e. ne minimum quidem horum præceptorum et legum severissimarum, quibus alios adstringitis, observatis. In loco parallelo Matth. XXIII. 4. legitur: οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά. Reperitur præterea hæc vox apud Sophocl. Philoctet. v. 1068. Gloss. Vet. προσψαύω, *attingo*.

ΠΡΟΣΩΠΟΛΗΠΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *faciem*, seu *personam respicio, personarum rationem et respectum habeo*, a πρόσωπον *facies* et λαμβάνω *capio, accipio*. Semel legitur in N. T. Jac. II. 9. εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, ubi, in quo sit προσωποληπτεῖν, ex Jacobi sententia, satis ex exemplo apparet, v. 2 seq. ab apostolo proposito. Confer infra προσωποληψία.

ΠΡΟΣΩΠΟΛΗ'ΠΤΗΣ, ου, ὁ, *personarum rationem habens*, seu *discrimen faciens, partium studiosus, qui movetur rebus externis, ut splendore familiæ, divitiis, pulcritudine*, etc. a προσωποληπτέω. Tantum legitur in N. T. Act. X. 34. οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, h. e. Deus in distribuendis beneficiis nec personarum, nec nationum rationem habet. Est vox Hebraico-Græca, quippe apud alios auctores Græcos plane non occurrens et ex formula πρόσωπον λαμβάνειν, (de qua infra dicetur,) mere Hebraica, formata.

ΠΡΟΣΩΠΟΛΗΨΙ'Α, ας, ἡ, *personarum respectus, partium studium*, seu *vitium illud, dum huic magis favemus, quam illi, non idoneis caussis commoti et ob ipsius personæ dignitatem et præstantiam internam, sed propter formæ pulcritudinem, vestium et familiæ splendorem, divitiarum multitudinem et omnino propter externam quandam dignitatem*, aut *amorem præposterum et immodicum, quo eum complectimur, alterum vero, qui hisce destituitur, plane negligimus et vilipendimus*, a προσωποληπτέω. Legitur in N. T. Rom. II. 11. οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ in Deo nulla cupiditas et personarum respectus locum habet. Quonam sensu omnis προσωποληψία a Deo removeatur h. l. apparet ex iis, quæ apostolus v. 12. subjungit. Ephes. VI. 9. καὶ προσωποληψία οὐκ ἔστι παρ' αὐτῷ, h. e. qui, nulla externæ dignitatis et conditionis ratione habita, et recte facta præmiis ornabit et pœnas meritas infliget olim delictis. Conf. v. 8. et Coloss. III. 25. Speciatim Jacob. II. 1. προσωποληψία christianis tribuitur, qui in conventibus suis privatis æque ac sacris divites et nobiles ex gentilibus christianis pauperibus et ignobilibus præferre solebant. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟ'ΣΩΠΟΝ, ου, τὸ, generatim et proprie notat, ut recte observavit Erasm. Schmidius: πᾶν πρὸς τὸν ὦπα *omne, quod oculis et faciei admovetur*, seu *larva*, (Demosthen. p. 433. 22. ed. Reisk.) aut, *quod, ut anterius, est oculis et faciei alterius obversum*, a πρὸς et ὤψ *oculus, vultus*. Sed deinde per metonymiam significat 1) *faciem*, seu *partem anteriorem capitis, calvæ subjectam, quæ larva tegi consuevit et oculos, os et genas, frontem, nares, mentum et auriculas comprehendit*, das Angesicht, *the countenance, the face*. Matth. VI. 16. ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν deformant enim vultum suum. Opponitur enim huic formulæ v. 17. νίψαι τὸ πρόσωπον faciem lavare. Potest tamen etiam per πρόσωπον intelligi *tota externa species*, quoniam fortasse Pharisæi hypocritæ non solum illota facie et tristi vultu incesserunt, sed etiam impexis capillis et veste squalida. Marc. XIV. 65. περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Conf. supra a me dicta ad περικαλύπτω. Luc. XXII. 64. ἔτυπτον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ obtundebant faciem ejus. Matth. XXVI. 67. ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Luc. XXIV. 5. κλινουσῶν τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν vultum ad terram deflectentes. Act. VI. 15. τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου in ejus vultu eminebat summa hilaritas. 2 Cor. III. 7, 13. XI. 20. 2) ut Latinorum *facies, tota species corporis humani externa a capite usque ad pedes, tota persona, totum corpus*. Matth. XVII. 2. ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος fulsit facies ejus solis ad instar. ib. v. 2. ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν ceciderunt in faciem suam, metu scilicet perculsi. ib. XXVI. 39. Luc. V. 12. IX. 29. τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ facies ejus externa. ib. XVII. 16. 1 Cor. XIV. 25. πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον corpore ad terram inclinato. Galat. I. 22. ἀγνοούμενος τῷ προσώπῳ. Coloss. II. 1. οὐχ ἑωράκασι τὸ πρόσωπόν μου. 1 Thess. II. 17. προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ corpore, non vero animo. Jacob. I. 23. τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ. ubi videndus Wetstenius. Apoc. VII. 11. IX. 7. X. 1. XI. 16. 3) ut Hebraicum פָּנִים pro *ipso homine*, pro *ipsa persona* ponitur. 2 Cor. I. 11. ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων ut a multis. Ita פָּנִים sumitur 2 Sam. XVII. 11. Diogen. Laërt. II. s. 66. Ἀρίστιππος ἦν ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ Aristippi ingenium facile se ad locum et tempus et homines accommodabat. Polyb. V. c. 107. ἐζήτουν ἡγεμόνα καὶ πρόσωπον, ὡς ἱκανοὶ βοηθεῖν ὄντες αὐτοῖς. ibid.

XII. 15. Dionys. Halic. Antiquitt. XI. p. 713. *καὶ δι' ἑνὸς ὑπηρετηθῆναι προσώπου δυνάμενοι.* Plura exempla habet Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 237 seq. et Wetstenius N. T. T. II. p. 178. Gloss. Vett. *πρόσωπον· persona, os, vultus.* 4) *externa forma, species et adspectus cujusvis rei, externa figura et dispositio, schema,* i. q. *σχῆμα.* Matth. XVI. 3. *τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν* externam cœli speciem dijudicare valetis. Conf. Gellium XIII. 28. Luc. XII. 56. *τὸ πρόσωπον τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴδατε δοκιμάζειν* terræ et cœli faciem potestis quidem dignoscere. Jacob. I. 11. *καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἀπώλετο* et gratia formæ ejus periit: ubi sermo est de floribus marcescentibus, qui h. l. ad hominis faciei similitudinem revocantur. Apoc. IV. 7. *καὶ τὸ τρίτον ζῶον ἔχον τὸ πρόσωπον ὡς ἄνθρωπος·* ibid. IX. 7. Herodot. II. c. 76. *ἶβις σκέλεα καὶ πρόσωπον ἐμφερὴς τῇ ἑτέρῃ.* Sic etiam פָּנִים ut *πρόσωπον,* de *superficie* adhibetur Genes. II. 6. *πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.* Ies. XLIX. 24. Conf. Schwarzii Spicileg. Observatt. ad Olearium de Stilo N. T. p. 469. 5) *omnis externa conditio, omnes res externæ, ad corpus* et *præsentem rerum nostrarum in his terris statum tantum pertinentes,* v. c. *pulcritudo, robur corporis, divitiæ, dignitas, nobilitas,* et quæ sunt hujus generis reliqua. Sic legitur in N. T. Matth. XXII. 16. *οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον ἀνθρώπων* non enim personarum, seu externæ dignitatis et auctoritatis hominum rationem habes. Eadem formula legitur quoque Marc. XII. 14. coll. Luc. XX. 21. et Job. XIII. 8. 2 Cor. V. 12. *τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους* qui gloriantur rebus externis. Opponitur h. l. *τῷ προσώπῳ ἡ καρδία,* h. e. interna animi præstantia. 2 Cor. X. 7. *τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε;* num spectatis, seu respicitis externam tantum conditionem? Huc etiam pertinet formula *πρόσωπον λαμβάνειν,* quæ est tota expressa ad Hebraicam נָשָׂא פָּנִים Levit. XIX. 15. Deut. X. 17. 2 Paral. XIX. 7. Job. XXXIV. 19. et significat: *rebus externis ad partium studium delabi, respicere externam rei dignitatem et præstantiam, favere alicui ob dignitatem externam, curare auctoritatem et potentiam humanam,* unde *προσωποληψία, προσωποληπτέω, προσωπολήπτης* formata sunt, de quibus vide supra dicta. Confer etiam dicta ad vocem *λαμβάνω.* Legitur in N. T. Luc. XX. 21. *καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον* non habita personarum ratione religionem divinam tradis. Galat. II. 6. *πρόσωπον Θεὸς ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει.* Eundem sensum habet quoque formula *θαυμάζειν πρόσωπον,* quæ Jud. v. 6. legitur, de qua supra jam ad vocem *θαυμάζω* exposui. Vide etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 472. 6) *animus, voluntas, beneplacitum, institutum.* Huc pertinet formula *στηρίζειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ obfirmare faciem suam,* h. e. *animum inducere, constituere, firmiter sibi aliquid proponere,* i. q. *δεδόχθαι τι, δεδογμένον εἶναι τι, κεκρικέναι.* Luc. IX. 51. *καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ* et ipse faciem suam obfirmavit ad proficiscendum Hierosolymas, h. e. decrevit, firmiter sibi proposuit proficisci Hierosolymas. Respondet autem hæc formula in hac significatione Hebraicæ שׂוּם פָּנָיו Jerem. XXI. 10. Ezech. VI. 2. 2 Reg. XII. 18. Jer. XLII. 15. et תֵּת פָּנִים Ezech. XIV. 8. Luc. IX. 53. *τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλὴμ* decreverat Hierosolymas proficisci. Syrus: ܡܛܠ ܕܦܪܨܘܦܗ ܠܐܘܪܫܠܡ ܣܝܡ ܗܘܐ ܠܡܐܙܠ *quia disposita erat facies ejus, ut proficisceretur Hierosolymam.* 2 Paral. XXXII. 2. פָּנָיו לַמִּלְחָמָה facies ejus ad bellum, sc. erat, h. e. statuerat bellum gerere, cogitabat de bello gerendo. Huc etiam fortasse pertinet locus 2 Cor. III. 18. *ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ,* h. e. sine ullis cognitionis impedimentis, ita, ut non jaceat *κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν,* coll. v. 15 et 16. Confer Vorstii Philol. Sacr. c. 39. p. 726 seq. ed. Fischeri, et infra ad *στηρίζω* dicta. 7) interdum abundat, et quidem maxime in notione *personæ,* v. c. Matth. XI. 10. *πρὸ προσώπου σου* ante te. Marc. I. 2. Luc. I. 76. II. 31. *ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν* quem destinasti salvatorem omnibus gentibus; quæ verba vulgo male vertuntur: quod præparasti in conspectu omnium populorum. Respondet autem *κατὰ πρόσωπον* h. l. Hebraico לִפְנֵי Ps. XXIII. 5. Luc. VII. 27. IX. 52. X. 1. XXI. 35. *ἐπὶ πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς* super omnes incolas universæ terræ. *Ἐπὶ πρόσωπον* respondet h. l. Hebraico עַל־פְּנֵי 1 Sam. XIV. 25. Act. II. 28. *μετὰ τοῦ προσώπου σου* tecum. ibid. III. 20. *ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου* a Deo promissa. ib. V. 41. *ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου* læti e synedrio discesserunt. ibid. VII. 45. *ὧν ἔξωσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπου πατέρων ἡμῶν* quos Deus exterminaverat majorum causa. ibid. XIII. 24. *πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ* ante ingressum ejus. ibid. XVII. 26. XX. 25. *τὸ πρόσωπόν μου* pro me. ibid. V. 38. *ὅτι οὐκέτι μέλλουσι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ θεωρεῖν* se posthac non visuros esse. 2 Cor. IV. 6. *ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Vulgatus: *per Jesum.* 1 Thess. II. 17. *τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν,* pro *ὑμᾶς ἰδεῖν.* ibid. III. 10. 2 Thess. I. 9. Hebr. IX. 24. 1 Petr. III. 12. *πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακὰ,* h. e. Deus punit improbos. Pertinet huc glossa Suidæ: *πρόσωπον ἐπὶ Θεοῦ· ἡ ἐπιφάνεια αὐτοῦ. Δαβίδ·* (Ps. XXX. 21.) *πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά. Καὶ ἡ λύσις τῶν πονηρῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν ἡ χορηγία.* Apoc. VI. 16. XII. 14. XX. 11. XXII. 4. Eodem modo פָּנִים sæpe pleonastice ponitur in codice sacro, v. c. Genes. I. 2. 2 Sam. XVIII. 8. Ies. XIV. 21. Judith III. 9. 1 Macc. V. 37. Sirac. XVI. 30. XXXVIII. 8. Euseb. H. E. VII. c. 30. *διαχαράξαντες ἐπιστολὴν εἰς πρόσωπον τοῦ τε Ῥωμαίων ἐπισκόπου.* Idem de Vita Constant. M. Lib. II. c. 45. Sophocl. Œdip. Tyrann. v. 453. *οὐ τὸ σὸν δείσας πρόσωπον.* 8) Formula *βλέπειν τὸ πρόσωπόν τινος* generatim notat: *amicum alicujus esse et familiarem,* etiam *alicui operam dare et apparere.* Formula *πρόσωπον βασιλέως βλέπειν* adhibebatur de proceribus regni et amicis regis, quibus aditus ad regem patebat, unde generatim notat: *ministrum regis esse.* Jer. LII. 25. Esther I. 15. Hinç formula *βλέπειν τὸ πρόσωπον Θεοῦ* significat: *apparere Deo, ministrum Dei esse.* Matth. XVIII. 10. *ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς* angelorum, Dei ministrorum, tutelæ vitam eorum et fata commissa esse. 1 Reg. X. 8. coll. 2 Reg. XXV. 19. 9) *εἰς πρόσωπον coram, in conspectu.* 2 Cor. VIII. 24. *εἰς πρόσωπον τῶν ἐκκλησιῶν* coram aliis ecclesiis, seu, ut etiam patefiat aliis cœtibus christianorum. 10) *ἐν προσώπῳ coram,* ad imitationem Hebraici בִּפְנֵי Deut. XI. 25. et Jos. X. 8. 2 Cor. II. 10. *ἐν προσώπῳ Χριστοῦ Christum testor,*

per Christum juro, hoc ita esse. Formulam jurandi, in his verbis latentem, agnoverunt omnes fere interpretes. 11) κατὰ πρόσωπον *palam, in conspectu.* Act. III. 13. κατὰ πρόσωπον Πιλάτου coram Pilato. Galat. II. 11. κατὰ πρόσωπον palam, i. q. ἔμπροσθεν πάντων, v. 14. Respondet Hebraico לִפְנֵי in versione Alex. 1 Reg. I. 23. Adde Ps. L. 21. Eustathius in Od. γ', p. 117. 17. ἐνυβρίσας τῇ Κασσάνδρᾳ κατὰ πρόσωπον Ἀθηνᾶς. Appian. B. C. II. p. 816. Polybius p. 1190. Alia exempla Græcorum scriptorum affert Raphelius in Obss. Polyb. p. 513. et Elsnerus Obss. Sacr. T. II. p. 179. Interdum κατὰ πρόσωπον rectius *præsens* vertitur, v. c. Act. XXV. 16. et 2 Cor. X. 1. ubi opponitur ἀπών. Quandoque reddendum est per *pro, in commodum.* Luc. II. 31. Sic adhibetur לִפְנֵי Gen. XXXIV. 10. et Prov. XVII. 18. 12) πρόσωπον πρὸς πρόσωπον proprie significat: *coram, ita, ut os ori sit obversum;* deinde vero metaphorice: *clarissime, maxime perspicue, certissime.* 1 Cor. XIII. 12. τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον tunc vero cognitio nostra erit certissima et clarissima. Formata est sine dubio hæc formula ad Hebraicam פָּנִים אֶל־פָּנִים Exod. XXXIII. 11. Deut. V. 4. Genes. XXXII. 31. Jud. VI. 22. Similes loquendi formulas, apud Græcos obvias, collegit Schwarzius in Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1184. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΤΑ'ΣΣΩ, vel ΠΡΟΤΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *præpono, colloco aliquem ante alium,* v. c. milites in acie prima, ex πρὸ et τάσσω, vel τάττω *colloco, statuo.* Sic legitur apud Xenoph. in Hist. Gr. II. 4. 10. VI. 4. 10. et Joseph. A. J. II. 16. 3. 2) i. q. simplex τάσσω et προστάσσω, *constituo, definio,* interdum etiam *præstituo, præfinio, præordino, ante definio.* Sic legitur in plerisque libris editis Act. XXVII. 26. ubi προτεταγμένοι καιροὶ sunt certa et definita vitæ spatia. Respondet in versione Symmachi Ps. LIX. 8. Hebraico חָקַק. 2 Macc. VIII. 36. προτεταγμένοι νόμοι.

ΠΡΟΤΕΙ'ΝΩ, fut. προτενῶ, 1) proprie est: *prætendo mihi aliquid,* ut clypeum, aut *præ me fero aliquid,* ut lumen, facem, ex πρὸ et τείνω *tendo.* Xenoph. de Re Equestri VI. 11. Idem de Venat. X. 16. 2) *extendo, expando, distendo.* 2 Macc. II. 30. VII. 10. XIV. 32, 45. XV. 12, 15, 21. προτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανόν. 3) *trado, porrigo, offero, admoveo, do.* Semel legitur in N. T. Act. XXII. 25. ὡς δὲ προέτεινεν (alii legunt προέτειναν) αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν et vero tradiderat eum flagellis, seu flagellandum, seu, cum ipsi flagra intentarent. Syrus: *et quum extendissent eum loris.* Legit προέτεινον. Vulgo vertunt: cum autem loris adstrinxisset cædendum. Male; nam nunquam προτείνειν *adstringere* notat. Conf. Wolfii Curas Philol. in N. T. Vol. I. p. 1327 seq. Stephani Schediasmata II. 28. pag. 85. et Scaligerii, Filii, Epistolas II. Epist. 146. Est vero hic loquendi modus Græcis plane inauditus, apud quos *flagris cædere aliquem* aliis formulis exprimitur. Sic v. c. Lucian. Timon. p. 147. πληγὰς ὁ γενναῖος προσενέτεινε. Idem Catapl. p. 431. πληγάς μοι πολλάκις οὐδὲν ἀδικοῦντι ἐνέτεινας. Polybius Hist. XV. c. 26. τὰς μάστιγας παρέστησαν. Hesych. προτείνει· δίδωσι. Idem: προτείνεται· δίδωσιν, ὑπισχνεῖται. Suid. προτείνειν· δωρεῖσθαι, χαρίζεσθαι. Polyb. Exc. Legat. 30. p. 597. T. II. edit. Ernesti, προὔτεινε τὸν στέφανον. Confer etiam Reiskii indicem Græcit. Demostheneæ p. 670 seq.

ΠΡΟ'ΤΕΡΟΣ, έρα, ον, *prior, superior.* Neutrum τὸ πρότερον adverbialiter sumitur et significat nunc: *antea, olim, tempore præterito;* nunc: *prius, citius, facilius.* Est comparativus a πρὸ *ante.* Πρότερος semel tantum legitur in N. T. Ephes. IV. 22. κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν secundum priorem vitæ rationem, nempe ante conversionem ad christianam religionem. Neutrum vero πρότερον reperitur Joh. VI. 62. ὅπου ἦν τὸ πρότερον ubi erit antea, antequam nempe humanam induisset naturam, ibid. VII. 51. ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρότερον non prius auditum. ibid. IX. 8. θεωροῦντες αὐτὸν τὸ πρότερον qui eum ante noverant. 2 Cor. I. 15. ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον volebam ad vos venire prius. Galat. IV. 13. τὸ πρότερον, pro πρῶτον, cum primum vos instituerem in religione christiana. 1 Tim. I. 13. Hebr. IV. 6. VII. 27. X. 32. 1 Petr. I. 14. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini adhibent pro רִאשׁוֹן quod idem significat. Deut. IV. 32. Levit. IV. 21. Genes. XL. 13. Adde Æschin. Socr. Dial. I. 7. II. 16. 31. III. 20. Ælian. V. H. III. c. 18. Xenoph. Mem. II. 7. 2. Cf. Irmisch. ad Herodian. I. 1. 5. p. 23. qui recte monuit, τὸ πρότερον, adverbialiter sumtum, positum esse pro κατὰ τὸ πρότερον μέρος χρόνου.

ΠΡΟΤΙ'ΘΗΜΙ et medium ΠΡΟΤΙ'ΘΕΜΑΙ, 1) proprie: *in publico loco spectandum colloco aliquid, ob oculos pono, palam aliquid spectandum propono,* eo maxime consilio, ut homines moveantur ad illud adeundum et appetendum, ex πρὸ et τίθημι. Sic v. c. apud Græcos adhibetur de *mercibus,* quæ exponuntur, ut emantur, et de *præmiis certaminum,* (Xenoph. Cyrop. I. 2. 12. καὶ ἆθλα προτίθεται. Thucyd. II. c. 46.) *imaginibus, quæ palam spectandæ proponuntur,* (Ælian. V. H. XIV. 8.) etc. Huc refertur vulgo ab interpretibus locus, Rom. III. 25. Christum προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον, quem vertunt: proposuit Deus nobis propitiatorium. Conf. Deylingii Obss. Sacr. P. II. n. 41. et Krebsium in Obss. Flav. p. 275 seq. Cum vero προτίθεσθαι etiam *decernere, destinare, præfinire* et *ante constituere* apud Græcos notet, non mirum est, hanc notionem alteri illi prætulisse Elsnerum in Obss. Sacr. T. II. p. 20. et Kypkium in Obss. Sacr. T. II. p. 161. 2) metaphorice: *ante constituo, præfinio, decerno, propono mihi aliquid, destino.* Sic ter tantum in N. T. legitur. Rom. I. 13. προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς proposui mihi ad vos venire. ibid. III. 25. ὃν προέθετο ὁ Θεὸς quem decrevit, seu destinavit Deus hominibus. Ephes. I. 9. κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ pro benigna sua et liberrima voluntate. In verbis ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ nihil amplius quærendum esse, nisi, quod jam expressum erat pronomine αὐτοῦ, recte jam ad h. l. observavit Koppius. Quodsi autem αὐτῷ legeretur, sensus esset: quam publice spectandam proposuit in Christo. Cæterum etiam apud Græcos προτίθημι in notione *constituendi* (v. c. Ælian. V. H. II. c. 41. προὔθηκεν ἀγῶνα constituit certamen,) et *destinandi* (v. c. Eurip. Phœn. v. 820. θανάτῳ προτεθείς.) reperitur. In versione Alex. ubi pro עָרַךְ *disposuit, ordinavit,* Exod. XL. 4. legitur, propriam *proponendi* notionem habet, coll. 2 Macc. I. 8. de qua etiam Reisk. conferri meretur in Indice Græcit. Demosthen. p. 671.

ΠΡΟΤΡΕ'ΠΩ, fut. έψω, 1) proprie: *ante me verto,* item *subsistentem et cunctantem urgeo, ut progrediatur, propello, impello,* ex πρὸ et τρέπω

verto. 2) metaphorice: *impello, incito, instigo,* etiam *hortor, moneo, cohortor, adhortor, exhortor.* Eandem significationem habet etiam medium προτρέπομαι, quod semel legitur in N. T. Act. XVIII. 27. προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς litteris hortati sunt christianos, ut scilicet reciperent ipsum. Videtur Boisio in Collat. Vet. Interpr. p. 434. hic quædam trajectio esse, ut legitimus ordo sit: οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς προτρεψάμενοι (scil. αὐτούς) δέξασθαι αὐτόν, sed vide, quæ contra disputavit Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 119. p. 448 seq. Medium προτρέπεσθαι in *impellendi* notione legitur apud Xenoph. Mem. I. 2. 32. πολλοὺς δὲ προετρέποντο ἀδικεῖν. Sapient. XIV. 18. In *cohortandi* et *exhortandi* notione vero non solum medium, sed etiam activum hujus verbi reperitur 2 Macc. XI. 7. Ælian. V. H. X. 16. Diog. Laërt. II. sect. 29. καὶ προτρέψαι καὶ ἀποτρέψαι. Demosthen. p. 309. 3. edit. Reisk. προτρέπειν εἰς ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν. Interdum etiam huic voci *rogandi* et *orandi* notionem (a loco Act. XVIII. 27. minime alienam) subjectam esse, Suid. observavit. Προτρέπω, inquit, εὐκτικῶς, παρακαλῶ. Προτρόπαιοι γὰρ οἱ ἱκέται. Hesych. προτρέπειν· τὸ προάγεσθαι, ἐνίοτε καὶ τὸ προβιβάζειν. Idem: προτρέπου· παρακάλει. προτροπή· παράκλησις. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 578 seq.

ΠΡΟΤΡΕ'ΧΩ, pro quo etiam ΠΡΟΔΡΕ'ΜΩ dicitur, aor. 2. πρόδραμον, particip. προδραμών, *præcurro, currendo aliquem anteverto,* etiam *curro,* i. q. simplex τρέχω, ex πρὸ et τρέχω *curro.* Bis tantum in N. T. legitur. Luc. XIX. 4. προδραμὼν ἔμπροσθεν præcurrens. Joh. XX. 4. alter discipulus προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου præcurrit citius Petro. In versione Alex. reperitur pro רוּץ *currere,* sequente לִפְנֵי 1 Sam. VIII. 11. προτρέχοντας τῶν ἁρμάτων αὐτοῦ. Tob. XI. 2. προδράμωμεν ἔμπροσθεν τῆς γυναικός σου. Xenoph. Anab. I. 5. 2. et V. 2. 4.

ΠΡΟΫΠΑ'ΡΧΩ, fut. ξω, *ante sum, existo,* ex πρὸ et ὑπάρχω *sum, existo.* Bis tantum legitur in N. T. Luc. XXIII. 12. προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτοὺς antea enim erant sibi invicem inimici. Act. VIII. 9. Σίμων προϋπῆρχεν ἐν τῇ πόλει μαγεύων Simon hucusque magicam artem in urbe exercuerat. In utroque loco προϋπάρχω adverbialiter reddendum est, per *ante, olim.* Æschin. Socr. Dial. II. sect. 37. εἰ μὴ ταῦτα προϋπάρχει. Demosthen. p. 12. 16. 314. 9. et 1191. 26. edit. Reisk. τῶν προϋπηργμένων ἐπῆνει.

ΠΡΟ'ΦΑΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *sermo, elocutio, prædictio,* a πρόφημι *eloquor, prædico.* 2) *occasio,* Die Veranlassung, *occasion or cause,* i. q. ἀφορμή, qua voce etiam ab Hesychio explicatur. Sic legitur apud Herodian. I. c. 8. § 16. ὑπῆρξε δὲ καὶ Περεννίῳ πρόφασίς τε καὶ ὑπόθεσις αὐτάρκης erat autem Perennio occasio atque materia sufficiens: vide ad h. l. Irmischium p. 323. Æschin. Socr. Dial. III. 11. πρόφασις λύπης caussa mœroris et ægritudinis. Euseb. H. E. VI. 12. Alex. Ps. CXL. 4. Prov. XVIII. 1. προφάσεις ζητεῖ ἀνὴρ βουλόμενος χωρίζεσθαι. Nescio, an huc etiam referenda sint loca Dan. VI. 4, 5. nam πρόφασις sæpe tam ambigue usurpatur, ut vim ejus definire difficile sit. Hinc προφασίζω *occasionem quæro* apud Alex. 2 Reg. V. 7. Psal. CXL. 4. 3) *caussa, quam quis affert, sive falsa sit et ficta, sive vera, excusatio, prætextus.* Schol. Eurip. ad Hecub. v. 43. 340. πρόφασις κυρίως ὁ προτεινόμενος εὐπρόσωπος λόγος ἐπὶ κατηγορίᾳ τινί, ἀπὸ τούτου ἁπλῶς καὶ ἡ αἰτία. Sic legitur in N. T. Joh. XV. 22. νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν jam vero incredulitatem suam nullo modo excusare possunt. Act. XXVII. 30. προφάσει, ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν prætextu, quasi e prora ancoras demissuri. Hesych. πρόφασις· αἰτία. Xenoph. Anab. II. 3. 12. ἀλλὰ πολλὰς προφάσεις Κῦρος εὕρισκεν, ubi de *causa ficta, quam quis prætexit rei,* explicandum est. ibid. I. 2. 1. τὴν μὲν πρόφασιν ἐποιεῖτο, ὡς κ. τ. λ. Idem de Rep. Athen. II. 17. προφάσεις μυρίας ἐξεύρηκεν τοῦ μὴ ποιεῖν. Alex. Hos. X. 4. Conf. El. Palairet. Obss. Philol. p. 71. Wetstenii N. T. T. I. p. 898. et D'Orville ad Chariton. II. c. 7. p. 319. ed. Lips. Eodem modo et προφασίζομαι usurpatur apud Xenoph. Anab. III. 1. 16. προφασίζεσθαι ἡλικίαν ætatis excusatione uti. 4) *simulatio, species externa.* Sic v. c. de *simulata pietate* usurpatur Matth. XXIII. 14. καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι et sanctitatis specie utimini longis orationibus. Marc. XII. 40. Luc. XX. 47. Philipp. I. 18. εἴτε προφάσει sive specie (simulate) tantum; ubi opponitur τῇ ἀληθείᾳ. Conf. quæ de hac notione scripsit Raphelius in Obss. Polyb. p. 354. et Wetstenius N. T. T. I. p. 483. et T. II. p. 264. 5) interdum plane abundat, v. c. 1 Thess. II. 5. οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας, scil. ἐγενήθημεν, neque lucri causa inter vos versati sumus. Esse autem ἐν προφάσει πλεονεξίας dictum pro ἐν πλεονεξίᾳ, exinde potissimum fit probabile, quoniam in superiori membro λόγος κολακείας est ipsa κολακεία. Conf. Lœsneri Obss. Philonn. p. 376. Non prorsus tamen aliena est ab hoc loco *speciei* notio, ut Paulus se a specie adeo turpis lucri studii maxime alienum semper fuisse his verbis professus sit. Sic certe reperitur apud Philonem de Vita Contemplativa p. 616. ubi Therapeutas dicit precantes manus suas in cœlum sustulisse ὑπ' οὐδεμιᾶς προφάσεως τῶν εἰς πορισμὸν μιαινομένας nulla turpis lucri specie contaminatas. Sæpius in N. T. non legitur.—Gloss. Vet. πρόφασις, *occasio, materia, causa, excusatio, adfatio.*

ΠΡΟΦΕ'ΡΩ, *profero, promo, produco, depromo, in medium affero,* ex πρὸ et φέρω *fero.* Legitur in N. T. tantum Luc. VI. 45. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν, καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ πονηρὸν vir bonus e bono animo nonnisi bona profert et malus e malo animo nonnisi mala depromit. Alex. Prov. X. 14. ὃς ἐκ χειλέων προφέρει σοφίαν. Ælian. V. H. VIII. 12. Hesych. πρόφερε· ὀνείδιζε, (vide de hac *exprobrandi* et *objiciendi* notione Reiskium in Indice Græcit. Demosthen. p. 673.) πρόαγε, προκόμιζε.

ΠΡΟΦΗΤΕΙ'Α, ας, ἡ, in N. T. libris 1) significat, et quidem proprie, ut videtur, *prædictionem futurorum, vaticinium, oraculum divinum de iis, quæ futura sunt,* a πρόφημι *prædico,* hocque ex πρὸ *præ,* vel *ante,* et φημὶ *dico.* Sic legitur in N. T. Matth. XIII. 14. καὶ ἀναπληροῦται αὐτοῖς ἡ προφητεία Ἡσαΐου, ἡ λέγουσα et eventum habuit in his effatum Iesaiæ. 2 Petr. I. 20. πᾶσα προφητεία γραφῆς, pro ἐν γραφῇ, omnia vaticinia prophetarum, quæ in libris Judæorum sacris reperiuntur. ibid. v. 21. οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία non enim scriptores sacri (οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι, ut in sequentibus vocantur,) seu prophetæ proprio impulsu unquam vaticinia protulerunt, vel elocuti sunt. Apoc. I. 3. οἱ

ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, pro τοὺς λόγους τοὺς προφητείας, qui legunt diligenter et relegunt hunc librum propheticum, qui continet prædictionem futurorum fatorum ecclesiæ christianæ. ibid. XI. 6. XIX. 10. ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα τῆς προφητείας vaticinia enim a Spiritu profecta de Jesu testimonium perhibent. XXII. 7, 10, 18 et 19. Respondet in hac significatione προφητεία apud Alex. Hebr. חָזוֹן *visio*, 2 Chron. XXXII. 32. et נְבוּאָה Esr. VI. 14. Nehem. VI. 12. 2) *facultas rerum futurarum vaticinia edendi*, quam exstitisse inter dona extraordinaria Sp. S. in ecclesia apostolica, ex locis Act. XII. 27 seq. XXI. 10 seq. luculenter apparet et nemo unquam dubitavit. Sic vulgo sumitur hæc vox ab interpretibus 1 Cor. XIII. 2 et 8. 3) *facultas extraordinaria, a Deo concessa, qua doctores christiani in ecclesia apostolica præditi, Spiritus divini impulsu, ad docendum, cohortandum et consolandum in conventibus sacris assurgebant, libros Judæorum sacros et inprimis vaticinia V. T. de Messia explicabant eorumque eventum subtiliter et populari modo demonstrabant.* Sic sumi videtur Rom. XII. 6. εἴτε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως qui habet facultatem ac officium populariter explicandi litteras sacras et speciatim vaticinia V. T. de Messia, fungatur hoc munere suo pro modo ac ratione facultatum et virium, a Deo concessarum. 1 Cor. XII. 10. coll. XIV. 3. ibid. XIII. 2 et 8. XIX. 6 et 22. Huc etiam pertinet locus 1 Thess. V. 20. προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε ne temere rejicite enuntiata et cohortationes doctorum vestrorum, divino Spiritu insigniore quodam modo afflatorum. Sed in his omnibus a me laudatis locis προφητείας vocabulum latius patere, indicavit Koppius in Excurs. III. in Epist. ad Ephes. ubi multus est in eo, ut demonstret, vocem προφητείαν de *certo quodam hominum christianorum, in ecclesiis publice loqui solitorum, genere* adhibitam, tribui *hominibus, qui, singulari ratione divino numine tacti, in ecclesia apostolica vaticinia proferebant, arcana hominum consilia retegebant, insigni quodam cum mentis impetu et ardore precabantur, subito spiritus divini impulsu ad docendum, cohortandum et consolandum assurgebant carmenque, quod divinam originem præ se ferret, decantabant.* Conf. etiam b. Zachariæ Progr. Gœtt. de Doni Prophetici Variis Gradibus in Ecclesia Christiana (1767.). 4) *admonitio, monitum*, nam προφητεύειν etiam *docere, instituere, admonere et cohortari* notat. 1 Tim. I. 18. κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας secundum monita illa, quæ jam olim tibi dedi. ibid. IV. 14. διὰ προφητείας non sine gravissimis admonitionibus. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΦΗΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, in N. T. speciatim 1) et quidem proprie significat: *futura præscire et prædicere, oracula edere et vaticinari*, ex πρὸ et φημὶ, vel φάω, *dico*. Matth. XI. 13. προεφήτευσαν prædixerunt hæc religionis christianæ fata. ibid. XV. 7. καλῶς προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ἡσαΐας λέγων recte de vobis vaticinatus est Iesaias. Marc. VII. 6. Joh. XI. 51. προεφήτευσεν vaticinatus quasi est futuram Christi sortem. Sic enim necessario hæc verba vertenda sunt. Casu enim quodam, quanquam dirigente ita numine divino, hæc verba ipsi excidisse, mihi persuasum est, nec Caiphæ facultatem vaticinandi vi muneris pontificii collatam fuisse, demonstrari potest. Act. XXI. 9. τούτῳ δὲ ἦσαν θυγατέρες παρθένοι τέσσαρες προφητεύουσαι huic erant quatuor filiæ virgines, quæ vaticinarentur. 1 Petr. I. 10. οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς χάριτος προφητεύσαντες qui de hac, quæ vobis nunc contigit, felicitate vaticinati sunt. Jud. v. 14. Apoc. X. 11. XI. 3. Alexandrini usi sunt hac voce pro נָבָא et הִתְנַבֵּא *vaticinatus est, prædixit*, Jer. II. 18. V. 31. XI. 21. XIV. 13, 14, 15. Plutarch. T. VII. p. 624. ed. Reisk. 2) catachrestice: *divino aliquid, conjectura assequor, conjectando verum dico*, etwas errathen, *to guess or divine*. Matth. XXVI. 68. προφήτευσον ἡμῖν, Χριστὲ, τίς ἐστιν ὁ παίσας σε; divina, Christe, quis sit, qui te percusserit? Marc. XIV. 65. Luc. XXII. 64. 3) *per numinis divini afflatum divinas laudes cano Deumque hymnis celebro, carmen modulor.* Sic sumendum est Luc. I. 67. ubi Zacharias προφητεῦσαι, h. e. numine afflatus laudes divinas carmine celebrasse, narratur. Præcipuum enim carminis argumentum non vaticinio, sed laudibus Dei celebrandis contineri, locus omnis docet. Sic הִתְנַבֵּא sumitur 1 Reg. XVIII. 29. 1 Sam. X. 5 et 6. et προφητεία apud Philonem de Vita Mosis T. II. p. 173. 1. Canticum maris rubri τοῦτ' ἐστι τῆς κατ' ἐνθουσιασμὸν προφητείας Μωϋσέως ἀρχὴ καὶ προοίμιον. Confer infra ad vocem προφήτης dicta et J. D. Michaëlis Obss. ad Lowthum de Poësi Sacra Hebræorum p. 347. 4) *doceo, trado religionem divinam.* Matth. VII. 22. οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν; nonne tua auctoritate nixi docuimus? 5) generatim notat: *afflatu divino loqui, per numinis afflatum verba facere, sive hoc fiat vaticiniis proferendis, canendis laudibus divinis, recitandis cum ardore et mentis impetu precum formulis, sive hoc fiat explicandis libris Judæorum sacris*, et maxime *vaticiniis de Messia eorumque eventu populari modo demonstrando, potenter denique alios edocendo, cohortando et consolando*, ut adeo hoc verbum omnia complectatur, quæ *dono prophetico, in ecclesia apostolica certo cuidam hominum christianorum generi tributo*, vere effecta esse, plerique viri docti nostræ ætatis statuunt. Atque huc pertinere mihi videntur loca sequentia: Act. II. 17, 18. ubi affertur vaticinium Joëlis hoc consilio, ut jam olim prædicta esse a prophetis dona Sp. S. extraordinaria largiter et conspicue apostolis die pentecostes data, quibus postea etiam alii christiani in ecclesia apostolica copiose instruebantur, doceatur, atque adeo verba v. 18. καὶ προφητεύσουσι post verba ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου posita, et v. 17. verbis ὁράσεις ὄψονται et ἐνυπνίοις ἐνυπνιασθήσονται addita, de iis tantum intelligi possint, *qui se spiritu divino impulsos esse variis modis monstrabant.* Act. XIX. 6. ἐλάλουν τε γλώσσαις καὶ προεφήτευον, h. e. tum peregrina lingua loquendo, tum aliis modis monstrabant, se vim spiritus divini in se experiri. 1 Cor. XI. 4. προφητεύειν, quia τῷ προσεύχεσθαι additur, speciatim notare videtur: *carmen, divinam originem præ se ferens, subito impulsu quodam Spiritus divini in conventibus christianorum decantare.* Idem enim verbum v. 5. in eadem orationis serie etiam *mulieribus* tribuitur, quibus constat potestatem litteras sacras interpretandi et palam docendi nullam fuisse concessam ab apostolis. 1 Cor. XIII. 9. ἐκ μέρους προφητεύομεν imperfectum adeo est donum propheticum, quo infructi sumus a Deo. Huc etiam pertinent loca 1 Cor. XIV. 1, 3. ubi τῷ προφητεύοντι tri-

buitur τὸ λαλεῖν ἀνθρώποις οἰκοδομὴν καὶ παράκλησιν, καὶ παραμυθίαν, et v. 4. τὸ οἰκοδομεῖν τὴν ἐκκλησίαν. ibid. v. 5, 24. ubi effectus τοῦ προφητεύειν traduntur ἐλέγχειν, ἀνακρίνειν, φανεροῦν τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας et quæ sunt reliqua. ibid. v. 31. τῷ προφητεύειν tribuitur μανθάνειν, παρακαλεῖσθαι. ibid. v. 39. Sæpius in N. T. non legitur. Alberti Glossar. N. T. p. 131. προφητεύων ἀναγινώσκων τὰ θεῖα. 6) interdum reticetur, v. c. Luc. XVI. 16. ubi post ἕως Ἰωάννου e loco parallelo Matth. XI. 13. supplendum est προεφήτευσαν.

ΠΡΟΦΗΤΗΣ, ου, ὁ, apud Græcos proprie et antiquitus dicebatur tantum *interpres* (ἐξηγητὴς) *et elocutor divinationum* (μαντειῶν) *et oraculorum, in templis editorum,* (χρησμῶν) appellatus etiam ὑποφήτης. *Homo, divino impetu concitatus, atque in vaticinando extra se raptus,* μάντις olim vocabatur. Insignis hanc in rem locus est apud Platonem in Timæo T. IX. ed. Bipont. p. 392. ὅθεν δὴ καὶ τὸ τῶν προφητῶν γένος ἐπὶ ταῖς ἐνθέοις μαντείαις κριτὰς ἐπικαθιστάναι νόμος. οὓς μάντεις ἐπονομάζουσί τινες, τὸ πᾶν ἠγνοηκότες, ὅτι τῆς δι' αἰνιγμῶν οὗτοι φήμης καὶ φαντάσεως ὑποκριταί, καὶ οὔτι μάντεις, προφῆται δὲ μαντευομένων δικαιότατα ὀνομάζοιντο ἄν. Confirmatur autem hæc propria vocis προφήτης notio non solum etymologia (est enim a προφάω, quod est idem, quod προτίθημι et προφέρω *oratione propono, eloquor;* unde a Diod. Sic. I. 2. historia προφήτης τῆς ἀληθείας vocatur.) et analogia linguæ Hebraicæ, (Sic Exod. VII. 1. Aaron dicitur נְבִיא מֹשֶׁה quatenus Mosis, divinis mandatis instructi, *interpres* et quasi *loco oris* erat coram Pharaone. Conf. h. l. vers. Chaldaicam et Arabicam et cap. IV. 16. VII. 2.) sed etiam aliis scriptorum veterum locis, e quibus satis apparet, non solum προφήτης, (Sic v. c. pontifices Romani προφῆται τῶν θείων, h. e. interpretes cultus divini dicuntur a Dionys. Halic. II. c. 73. ubi junguntur ἐξηγηταί. Aristoph. Aves v. 973. ἐπέων προφήτης est carminum *interpres.* Themistius Orat. XXIII. p. 290. Ἀριστοτέλους προφήτην Aristotelis *interpretem,* cui ibidem προφητεία, h. e. *interpretatio,* tribuitur. Conf. Valckenarium ad Herodotum VII. 112. p. 555. ed. Wesselingii. Bielii Thesaurum Philol. s. h. v. et Schwarzii Comment. Ling. Gr. p. 1188.) sed etiam προφητεύειν (v. c. in notissimo illo Pindari dicto: μαντεύεο, Μοῦσα, προφητεύσω δ' ἐγώ.) de iis usurpata esse, qui erant interpretes et elocutores, ἐξηγηταί, eorum, quæ ab aliis obscure et ænigmatice dicta fuerant. Non semper vero discrimen, quod proprie inter μάντις et προφήτης intercedit, observatum esse a Græcis scriptoribus, sed haud raro utramque vocem de vatibus et in furorem, afflatu numinis, raptis fuisse adhibitam, satis constat, et vel e loco Platonis in Charmide p. 150. (Vol. V. ed. Bipont.) apparet, ubi προφῆται τῶν μελλόντων commemorantur. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 239. In N. T. libris, ubi προφήτης respondet Hebraico נָבִיא (quod, ut recte monuit Koppius in Excurs. III. in Epist. ad Ephes. p. m. 148., antiquitus *omnem* denotabat, *qui cum Deo singulari quodam modo erat conjunctus, ejus amicus et familiaris, dignusque propterea, qui præ cæteris hominibus adire numen precibus, etiam aliorum hominum causa et loco, posset,* quo sensu Abraham dicitur נָבִיא Gen. XX. 8. et patriarchæ omnes נְבִיאֵי יְהוָה Psal. CV. 15.) latissime hæc vox patet et *quemlibet interpretem voluntatis divinæ omnemque* denotat, *cui numen retegit et revelat, quæ antea ei parum cognita fuerunt, qui aliquid dicit et facit, quod singulari afflatui divino tribuendum est, aut quo se spiritu divino afflatum, impulsum et adjutum esse,* monstrat. Hinc προφήτης 1) dicitur *vates, propheta, cui numen revelabat arcana, aut parum adhuc cognita, aut ab humana intelligentia prorsus aliena,* et speciatim *de rebus eventuris oracula, quique adeo divino numine tactus et expresso mandato divino futura prædicere et divina oracula tradere solebat.* Hoc sensu centies occurrit in V. T. vox נָבִיא de Iesaia cæterisque maxime illustribus Israëlitarum vatibus. Matth. I. 22. II. 5, 15, 17, 23. III. 3. IV. 14. V. 12. οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν ita vero et olim omnes doctores et legatos divinos persecuti sunt. ibid. VIII. 17. XI. 9, 13. XII. 17, 39. XIII. 17, 35. XVI. 4. XXI. 4. XXIII. 29, 30, 31, 34, 37. XXIV. 15. XXVI. 56. XXVII. 9, 35. Marc. XIII. 14. Luc. I. 70. III. 4. IV. 17, 27. VI. 23. X. 24. XI. 29, 47, 50. XIII. 28. etc. 2) *librorum V. T. scriptor quilibet.* Matth. XIII. 35. διὰ τοῦ προφήτου per Assaphum, auctorem Psalmi LXXVIII. 2. e quo locus, qui in sequentibus laudatur, desumtus est. Rom. III. 21. προφῆται sunt omnes scriptores V. T. Mose excepto. 3) *ipsi libri prophetarum V. T. et reliquorum auctorum codicis sacri Judæorum* προφῆται in N. T. per metonymiam dicuntur. Matth. II. 23. διὰ τῶν προφητῶν pro διὰ τοῦ προφήτου, coll. vers. Syr. Marc. I. 2. ὡς γέγραπται ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ ut prædictum est in libro oraculorum Iesaiæ. Luc. XVI. 29. ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας habent libros Mosis et reliquorum sacrorum scriptorum. ibid. v. 31. XXIV. 27, 44. Act. VIII. 28. ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν. Eodem modo Μωσῆς pro *libris Mosaicis* ponitur Act. XV. 21. 2 Cor. III. 15. 4) per metonymiam: *doctrina, in libris prophetarum et omnino scriptis Judæorum sacris contenta.* Matth. V. 17. τὸν νόμον, ἢ τοὺς προφήτας legem Mosaicam doctrinamve vatum. ibid. VII. 12. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται hæc est summa doctrinæ legis ac prophetarum. ibid. XXII. 40. ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται his duobus præceptis doctrina tota legis ac prophetarum continetur. Act. XXVI. 27. ubi tamen per προφήτας speciatim *vaticinia de Messia, in V. T. contenta,* intelligenda sunt, quemadmodum etiam προφῆται Rom. I. 2. κατ' ἐξοχὴν scriptores sacri Judæorum dicuntur, in quorum libris oracula de Christo exstant. Idem valet de loco Act. XXVIII. 23. 5) *omnis doctor et legatus insignis ac divinus, divina effata et oracula tradens et facultate miracula patrandi instructus.* Matth. X. 41. ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου μισθὸν προφήτου λήψεται legatum Dei benigne recipiens, quia est a Deo missus, præmium ejus accipiet. ibid. XIII. 57. οὐκ ἔστι προφήτης ἄτιμος εἰ μὴ ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ nuspiam doctor divinus magis contemnitur, quam in patria sua. ibid. XIV. 5. ὅτι ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον quia eum ut interpretem voluntatis divinæ reverebantur. ibid. XXI. 11. οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ προφήτης hic est Jesus, propheta ille magnus, Deut. XVIII. 18. divinitus promissus populo Dei et quem Judæi tanto desiderio exspectabant, qui Luc. VII. 16. dicitur προφήτης μέγας. (Conf. Act. III. 22 et 23. Joh. VI. 14.) Matth. XXI. 26 et 46. Marc. VI. 4. XI. 32. Luc. IV. 24. VII. 26, 28, 39. XI. 49. ubi προφῆται omnes doctores religionis christianæ, apostolis ex-

ceptis, ut Ephes. II. 20. III. 5. IV. 11. dicuntur. Luc. XIII. 33. XX. 6. XXIV. 19. Hebr. I. 1. per προφήτας omnes intelligendi sunt, qui mandata divina ad populum Israëliticum pertulerunt. 6) *κατ' ἐξοχὴν insignis ille doctor et legatus divinus, cujus adventum, seu resurrectionem ante tempora Messiæ exspectabant Judæi.* Scilicet Judæi, Christi ætate, opinabantur, unum ex veteribus prophetis, nominatim Eliam et Jeremiam, (quos præ cæteris prophetis similes Christo judicabant Judæi) in vitam scilicet revocatum, præcursorem Messiæ futurum esse. Matth. XVI. 14. ubi discipuli Christo, eos interroganti, quemnam se dicerent homines esse, respondent: alii te dicunt Johannem, baptistam, alii Eliam, alii Jeremiam, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν, h. e. ut Lucas IX. 19. explicavit, ἢ προφήτην τινὰ τῶν ἀρχαίων, ὃς ἀνέστη, aut unum ex veteribus prophetis, ante adventum Messiæ in vitam revocatum. Marc. VI. 15. VIII. 28. Luc. IX. 18, 19. Huc etiam referrem locum Joh. I. 21. ac 25. et Luc. I. 76. ubi Johannes, baptista, præcursor Messiæ, προφήτης ὑψίστου vocatur, hac addita ratione, προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου Κυρίου, ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ. 7) *vates, propheta,* sensu vulgo recepto, h. e. *is, cui beneficio divino facultas, futura prædicendi et præsciendi, concessa erat.* Act. XI. 27. coll. v. 28. ib. XIII. 1. XXI. 10. Ita נָבִיא legitur 2 Reg. XXII. 14. Apud Anacreontem Od. XLIII. cicada vocatur θέρεος γλυκὺς προφήτης. Joseph. A. J. IV. 8. s. 14. VII. 7. s. 3. extr. 8) *vates fraudulentus, propheta falsus.* Sic legitur in N. T. 2 Petr. II. 16. de Bileamo. 9) *poëta, qui, in enthusiasmum abreptus, vel sua ipsius ingenii vi, carmina pangit et decantat.* Huc refer locum Tit. I. 12. ubi Κρητῶν προφήτης est Epimenides, celeberrimus ille Cretensium poëta: quem tamen alii (v. c. Schelhornius in Bibl. Bremens. Class. V. p. 859.) apud Cretenses summum obiisse sacerdotium existimant, ideoque dictum esse prophetam. Etiam apud Hebræos, ut recte observat Koppius l. l. omnis, qui, relicta sermonis vulgaris popularitate, in enthusiasmum abreptus, vel sua ipsius ingenii vi, vel per alios edoctus, carmina egregia, in laudem maxime Jehovæ, magno cum mentis impetu, decantabat et conficiebat, ex communi omnium populorum veterum de divino in poëtis afflatu opinione, נָבִיא et ipsum carmen ejus נְבוּאָה dicebatur. Sic Exod. XV. 20. Miriam, saltantium virginum chorum ducens, hymnumque in Jovam decantans, נְבִיאָה προφῆτις, vocatur. 1 Sam. X. 5 seq. הִתְנַבֵּא est carmina decantare, ut jam Kimchi ad h. l. observavit. 1 Paral. XXV. 2, 3. Etiam apud Latinos *poëtas* vocatos esse *prophetas*, testatur Varro de Lingua Lat. VI. 3. 10) speciatim hæc vox de *certo quodam hominum christianorum, in conventibus sacris publice loqui solitorum, genere* adhibetur, ut eos significet, *qui in ecclesia apostolica dono prophetico,* ut vulgo vocant, *instructi erant,* h. e. ut verbis Koppii utar, "qui singulari quadam ratione divino numine tacti erant, sivi illi vaticinia proferrent, sive arcana aliorum hominum consilia retegerent, sive insigni quodam cum mentis impetu et ardore precarentur, sive libros Judæorum sacros, et speciatim vaticinia V. T. de Messia explicarent eorumque eventum subtiliter demonstrarent, sive subito spiritus divini impulsu ad docendum, cohortandum et consolandum assurgerent, sive denique carmen, quod vel novitate, vel fervore eo, quocum recitabatur, divinam originem præ se ferret, decantarent." Sic legitur in N. T. 1 Cor. XII. 28 et 29. ubi προφῆται ab apostolis et reliquis doctoribus christianis diserte distinguuntur. ib. XIV. 29. coll. v. 30. ubi προφήτης et ᾧτινι ἀποκαλυφθῇ τι synonyma esse, sponte apparet. ibid. v. 32. καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, h. e. plures, qui se subito afflatos numine sentiunt, sibi invicem cedere debent. ibid. v. 37. Huc etiam referuntur a nonnullis interpretibus loca Act. XIII. 1. Ephes. II. 20. III. 5. IV. 11. Conf. quæ de hoc dono prophetico in ecclesia apostolica, et voce προφήτης generatim post Witsium de Prophetis et Prophetia in Diss. Miscell. T. I. et Zachariæ in Progr. Gœtt. de Doni Prophetici Variis Gradibus in Ecclesia Christiana, disputavit Koppius in Excurs. III. in Epistolam ad Ephesios, ex quo me multa hausisse gratus profiteor. Extat etiam peculiaris Exercitatio Exeg. Jo. Laur. Moshemii de illis, qui prophetæ vocantur in N. T. cujus Ed. II. Helmst. 1732-4. prodiit. Adde: Bardili de significatu primitivo vocis προφήτης. Gœtt. 1786. et Dresde de notione prophetæ in codice sacro. P. 1. 2. Viteb. 1788 seq.

ΠΡΟΦΗΤΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *propheticus, a prophetis profectus,* aut *ad prophetas pertinens* a προφήτης, quod vide. Bis tantum in N. T. legitur. Rom. XVI. 26. διὰ γραφῶν προφητικῶν, h. e. vel per libros sacros Judæorum universos, vel, quod præfero, vaticiniis prophetarum de Messia. 2 Petr. I. 19. ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον habemus prophetarum de Messia vaticinia jam eventu comprobata.

ΠΡΟΦΗ'ΤΙΣ, ιδος, ἡ, *prophetissa, mulier, cui contingebant interdum revelationes divinæ extraordinariæ, fœmina, quæ dono, futura prædicendi, instructa est.* Sic bis tantum legitur in N. T. Luc. II. 36. Ἄννα προφῆτις Anna prophetissa. Koppius in Excurs. III. in Epistolam ad Ephesios p. m. 152. nescio, quibus causis commotus, προφῆτις h. l. intelligit de *Deo sacra ac devota, eine heilige, a saint.* Alii eam προφῆτιν dictam esse existimant, quia fuit uxor prophetæ; quo sensu Ies. VIII. 3. Hebraicum נְבִיאָה legitur, ubi sic dicitur Iesaiæ uxor. Apoc. II. 20. τὴν λέγουσαν ἑαυτὴν προφῆτιν quæ dicit, se prophetissam esse. Vocabulum Hebraicum נְבִיאָה cui προφῆτις in versione Alex. respondet, mox de fœmina, carmen canente in laudes Jehovæ, Exod. XV. 20. mox de fœmina, quæ ad populum sapienter fortiterque gubernandum singulari numinis afflatu fruebatur, (ut Judd. IV. 4. de Debora,) mox vero de prophetissa, proprie sic dicta, de muliere vaticinante, v. c. 2 Reg. XXII. 14. 2 Paral. XXXIV. 22. adhibetur. Plutarch. T. VII. p. 562. et T. II. p. 794. ed. Reisk. Adde Etymol. M. 327. 53. et Pollucis Onom. I. 14.

ΠΡΟΦΘΑ'ΝΩ, fut. προφθάσω, aor. 1. προέφθασα, 1) proprie: *prævenio, anteverto,* relate ad locum, ex πρὸ et φθάνω *venio.* Sic legitur in versione Alex. 1 Sam. XX. 24. καὶ προέφθασεν τὸν Ἰωνάθαν. Eurip. Phœn. v. 1406. 2) metaphorice: *occupo, anticipo,* et respondet plane nostro: *zuberkommen, to anticipate.* Tantum legitur in N. T. Matth. XVII. 25. προέφθασεν αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς prævenit eum Jesus sermone, seu, eum hac quæstione antevertit Jesus. Æschyl. Aga-

memn. 1037. προφθάσασα καρδία γλῶσσαν, *mens præcurrens linguam.* Simili ratione קִדֵּם *prævenit, antevertit* metaphorice usurpatur 2 Sam. XXII. 6, 19. Job. XXX. 27. Ps. LIX. 11. et προφθάνειν 1 Macc. X. 4, 23.

ΠΡΟΧΕΙΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, et medium Προχειρίζομαι, fut. ίσομαι, 1) proprie: *facio, ut præ manibus et in promptu aliquid sit, ante trado aliquid,* seu *ante manum admoveo operi, antequam fiat, antea præparo,* ex πρὸ et χεὶρ *manus.* Demosthenes p. 45. 10. ed. Reisk. προχειρίσασθαι δύναμιν. ibid. p. 85. 7. ὡς προκεχειρισμένων καὶ ἑτοίμων τῶν ἀγαθῶν. Adjectivum πρόχειρος enim proprie notat, *qui præ manibus est, promtum,* et de rebus æque ac personis adhibetur. Hesych. πρόχειρος· ἕτοιμος, εὐχερής. 2) metaphorice: *decerno, eligo, destino,* speciatim: *aliquem ad aliquid agendum deligo delectumque muneri designo.* Sic legitur in N. T. Act. XXII. 14. Deus majorum nostrorum προεχειρίσατό σε γνῶναι τὸ θέλημα αὐτοῦ te delegit, seu, te destinavit huic beneficio, ut cognosceres voluntatem ejus. Act. III. 20. τὸν προκεχειρισμένον (ita enim edidit Griesbachius loco προκεκηρυγμένον, quod est in plerisque editionibus,) ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστὸν quem vobis ab æterno destinaverat, Jesum Christum. Alii vertunt: Jesum Christum, quem vobis jam olim per prophetas prædixerat et notum fecerat; nam προχειρίζω est, teste Suida: πάσι γνώριμον ποιῶ. In *eligendi* vero et *designandi* notione legitur προχειρίζεσθαι in versione Alex. pro לָקַח Jos. III. 12. προχειρίσασθε ὑμῖν δώδεκα ἄνδρας, et pro שָׁלַח *mitto,* Exod. IV. 13. προχείρισαι ἄλλον designa alium; et 2 Macc. III. 7. VIII. 9. Dio Cassius p. 274. et Diod. Sic. XVIII. c. 61. Hesych. προκεχειρισμένον· προβεβλημένον, ἠτοιμασμένον, aut potius, ut Fischero legendum videtur, ἡτοιμασμένον. Lex. Cyrilli MS. Brem. προχείρισαι· προβαλοῦ, ἐκλέξαι. Conf. Raphelii Obss. Polyb. p. 387. Valesium ad Eusebium Lib. III. de Vita Constantini c. 62. Wetstenii N. T. T. II. p. 474 seq. Bielii Thesaurum Philol. s. h. v. et Fischerum de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. XXVIII. p. 631 seq. 3) *constituo.* Act. XXVI. 16. εἰς τοῦτο γὰρ ὤφθην σοι, προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην ideo enim apparui tibi, ut te constituerem ministrum ac testem. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΟΧΕΙΡΟΤΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *prius per suffragia eligo, prius designo, ante,* seu *prius creo,* ex πρὸ et χειροτονέω *manum protendo, prætensa manu eligo, per suffragia creo,* quia in suffragiis ferendis manus elevari solebant, hocque ex χεὶρ *manus* et τείνω *tendo.* Sic legitur apud Demosthenem p. 703. 18. ed. Reisk. 2) *eligo, designo absque suffragiis, destino.* Sic semel legitur in N. T. Act. X. 41. μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ testibus, a Deo destinatis huic negotio.

ΠΡΟ'ΧΟΡΟΣ, ου, ὁ, *Prochorus,* unus ex septem illis diaconis ecclesiæ apostolicæ. Act. VI. 5. Nomen viri, origine Græcum, idem significans, quod *præiens in choro.* Aliis idem est, quod *promptus,* quasi πρόχειρος.

ΠΡΥ'ΜΝΑ, ης, ἡ, *puppis, pars posterior navis,* (τὰ ὄπισθεν τοῦ πλοίου,) *quæ a poëtis Græcis* οὐρὰ *vocatur et in qua* κυβερνήτης, *gubernator, sedebat, qui ideo* πρυμνήτης *dicitur,* a πρυμνὸς, ἡ, ὸν, *ultimus, extremus.* Ter tantum legitur in N. T. Marc. IV. 38. καὶ ἦν αὐτὸς ἐν τῇ πρύμνῃ et erat ille in puppi, coll. Homer. Odyss. ί, v. 73 seq. et Virgil. Æn. IV. v. 554 seq. Act. XXVII. 29. ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας jactis de puppi quatuor ancoris. ibid. v. 41. ἡ δὲ πρύμνα ἐλύετο ὑπὸ τῆς βίας τῶν κυμάτων puppis autem fluctuum vi solvebatur. Hesych. πρύμνα· τὰ ὀπίσω ἢ τὸ τέλος τοῦ πλοίου. Alberti Glossar. Gr. p. 87. ἐκ πρύμνης· ἐξόπισθεν τοῦ πλοίου.

ΠΡΩΙ'. Adverbium, *mane, tempore matutino.* Matth. XVI. 3. καὶ πρωῒ σήμερον χειμὼν et mane dicere soletis: hodie tempestas erit. ibid. XX. 1. ἅμα πρωῒ primo mane. Marc. I. 35. καὶ πρωῒ ἔννυχον λίαν. Vide ἔννυχος. Marc. XI. 20. XV. 1. ἐπὶ τὸ πρωῒ, scil. τοῦ χρόνου μέρος ὄν, tempore matutino. ibid. XVI. 2. λίαν πρωῒ primo mane. ibid. v. 9. Joh. XX. 1. Act. XXVIII. 23. Speciatim vero in N. T. πρωῒ dicitur *trium horarum spatium, quod absolvebat quartam vigiliam noctis, quam diluculum excipiebat.* Sic legitur in N. T. Marc. XIII. 35. ὀψὲ, ἢ μεσονυκτίου, ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ πρωΐ. Vocatur hæc vigilia quarta ab Hebræis אַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר Exod. XIV. 24. (Alex. ἡ φυλακὴ ἡ ἑωθινή. Polyb. I. 45.) et 1 Sam. XI. 11. ubi in Ald. et Complut. pro τῇ ἑωθινῇ legitur τῇ πρωϊνῇ. Cæterum respondet πρωῒ in versione Alex. Hebraico בֹּקֶר *mane, diluculum,* Genes. XX. 8. XXI. 14. XL. 6. שַׁחַר *aurora,* Genes. XXXII. 24. Jud. XIX. 25. Chaldaico שְׁפַרְפָּרָא idem, Dan. VI. 20. et נֶשֶׁף *crepusculum matutinum,* Job. VII. 4. Hesych. πρωΐ· Ἀττικώτερον τὸ ὑφέν. Thom. M. p. 762. πρωῒ καὶ ὀψέ. οὐ πρωΐας καὶ ὀψίας. Confer etiam Suidam.

ΠΡΩ'Ι'ΟΣ, ία, ϊον, *matutinus,* a πρωῒ *mane.* Πρωΐα, ας, ἡ, scilicet ὥρα, *tempus matutinum, mane.* Legitur in N. T. Matth. XXI. 18. πρωΐας (scil. οὔσης, seu γινομένης,) δὲ ἐπανάγων εἰς τὴν πόλιν mane autem in urbem reversus. ibid. XXVII. 1. πρωΐας δὲ γινομένης tempore matutino facto. Joh. XVIII. 28. ἦν δὲ πρωΐα, ubi codices nonnulli habent πρωΐ. ibid. XXI. 4. πρωΐας δὲ ἤδη γινομένης. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini hanc vocem adhibuerunt pro בֹּקֶר *mane, diluculum,* 2 Sam. XXIII. 4. Thren. III. 23. Dan VIII. 26. Suid. πρωΐα· ἡ πρωϊνὴ κατάστασις. Apud Græcos πρώϊος de *omni* adhibetur, *quod celeriter fit,* v. c. de *fructibus, celeriter maturescentibus,* apud Xenoph. de Vectig. I. 3. Confer etiam Bielii Thesaur. Philol. s. voce πρωΐ.

ΠΡΩ'Ι'ΜΟΣ, η, ον, *matutinus,* item *maturus, tempestivus,* etiam *præcox* (Vid. Pollux VII. 152.) a πρωῒ *mane.* Tantum exstat in N. T. Jacob. V. 7. ἕως ἂν λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον usque dum accipiat pluviam matutinam et serotinam. Est autem ὑετὸς πρώϊμος pluvia auctumnalis, quæ, sub finem mensis Marchesvan, seu Octobris, cœlo demissa, semen, in terram jactum, turgescere facit, et ab Hebræis vocatur מָטָר seu גֶּשֶׁם יוֹרֶה etiam מוֹרֶה et יוֹרֶה simpliciter. Deut. XI. 14. Jer. V. 24. Hos. VI. 3. a N. T. scriptoribus vero et Alexandrinis ὑετὸς πρώϊμος ideo dicitur, quia Judæi annum a mense Octobris incipiebant, adeoque auctumnus vere prior erat. Ab hac vero pluvia auctumnali æque ac verna omnis in Palæstina atque Ægypto pendebat terræ fertilitas messisque ubertas. Confer Harmari Beobachtungen über den Orient. T. I. p. 32. Xenoph. Œcon. XVII. 4 et 5. Etymol. M. 375. 9. ὁ ἐν τῷ ἔαρι φαινόμενος, ἤγουν πρώϊμος. Ib. 271. 31. πρώϊμον καὶ ὄψιμον.

ΠΡΩΙ'ΝΟ'Σ, ῦ, ὁ, et ΠΡΩΙ'ΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, *matutinus,* a πρωῒ *mane.* Bis legitur in N. T. Apoc. II. 28. δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνὸν dabo ipsi

stellam matutinam, h. e. dignitatem et præstantiam insignem, quemadmodum stella matutina præ reliquis stellis insignem fulgorem et splendorem habet. Ibid. XXII. 16. ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς ὁ πρωϊνὸς, ubi alii libri editi habent ὁ ἀ. ὁ λ. καὶ ὀρθρινός. Sic etiam in V. T. *stellarum* nomine *viri illustres et præcipui* intelliguntur, Dan. VIII. 10. coll. v. 24. et Ies. XIV. 12. Babyloniorum rex, præ aliis regibus illustris, הֵילֵל *lucifer*, φωσφόρος appellatur. Confer etiam Dan. XII. 3. Etymol. M. 336. 19.

ΠΡΩ'ΡΑ, ας, ἡ, *prora, anterior pars navis*, τὸ ἔμπροσθεν τοῦ πλοίου, interprete Hesychio et Suida, παρὰ τὸ προορᾷν, a *prævidendo*, quasi πρόορα, ex πρὸ et ὁράω *video*. Bis tantum legitur in N. T. Act. XXVII. 30. προφάσει ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν hanc causam prætexentes, quasi vellent ex prora ancoras demittere. ibid. v. 41. ἡ μὲν πρῶρα ἐρείσασα ἔμεινεν ἀσάλευτος prora quidem infixa manebat immota. Xen. Hist. Gr. I. 5. 7. Polyb. XVI. 4. 12. Hinc πρωρεὺς (vel πρωράτης apud Xenoph. de Rep. Athen. I. 2.) *proreta, gubernator proræ, qui in prora navem gubernat*, respondet in versione Alex. Hebraico חֹבֵל *nauclerus* et רַב הַחֹבֵל *qui præest remigibus in prora*, Jon. I. 6. Plutarch. T. III. p. 247. ed. Reisk.

ΠΡΩΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, *primus sum, primas partes teneo, principatum obtineo, excellentior et præstantior sum*, a πρῶτος *primus*. Tantum exstat in N. T. Coloss. I. 18. ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων ut ipse in omnibus primas partes teneret, seu, ut in omnibus princeps esset. Alexandrini pro וְאֵת אֲשֶׁר נִשְּׂאוֹ עַל־הַשָּׂרִים וְעַבְדֵי הַמֶּלֶךְ Esther V. 11. habent: καὶ ὡς ἐποίησεν αὐτὸν πρωτεύειν καὶ ἡγεῖσθαι τῆς βασιλείας. 2 Macc. VI. 18. XIII. 15. καὶ τὸν πρωτεύοντα τῶν ἐλεφάντων. Diodor. Sic. IV. 81. Plutarch. T. II. p. 420. et T. V. p. 446. ed. Reisk. Xenoph. Mem. I. 2. 24. Confer Lexicon Xenophonteum s. h. v. Gloss. Vet. apud Labbæum: πρωτεύων, *principalis*.

ΠΡΩΤΟΚΑΘΕΔΡΙ'Α, ίας, ἡ, *prima sessio, primus consessus, primus in consessu aliquo locus, sella honoratior*, (idem quod προεδρία, quæ vox legitur apud Polyænum I. 29. et Lucian. Catapl. 13.) ex πρῶτος *primus, princeps*, et καθέδρα *sedes*, q. ἡ πρώτη καθέδρα. Legitur in N. T. Matth. XXIII. 6. καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς, sc. φιλοῦσι, et primam in synagogis sedem occupare amant. Marc. XII. 39. Luc. XI. 43. XX. 46. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΡΩΤΟΚΛΙΣΙ'Α, ας, ἡ, *primus accubitus, accubitus in primo loco, primus in consessu aliquo locus*, idem fere, quod πρωτοκαθεδρία, hoc tantum discrimine, ut illud de *prima in cœnis sede*, ex ritu accumbendi veterum, hoc vero de *prima sede in synagogis, ubi sedilia posita erant*, usurpetur, ex πρῶτος *primus* et κλισία *locus, in quo accumbitur*, a κλίνω *reclino*. Matth. XXIII. 6. φιλοῦσι τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις amant primum in conviviis locum. Præterea legitur Marc. XII. 39. Luc. XIV. 7 (ubi Vulgat. reddidit: *primi accubitus*.) et 8. XX. 46. Suid. πρωτοκλισία· ἡ πρώτη καθέδρα. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 481.

ΠΡΩ'ΤΟΝ. Adverbium, significans: 1) *primum, primo, primum ordine, primo loco, primum tempore, prima vice, initio*. Est neutrum a πρῶτος, quod adverbialiter plerumque sumitur. Marc. IV. 28. πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ. Marc. XVI. 19. ἐφάνη πρῶτον τῇ Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ apparuit primo Mariæ Magdalenæ. 1 Cor. XII. 28. πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, ἔπειτα κ. τ. λ. 1 Thess. IV. 16. et mortui in Christo ἀναστήσονται πρῶτον. Act. VII. 12. XI. 26. Rom. III. 2. 1 Cor. XI. 18. 2 Cor. VIII. 5. 2) si prioritatem temporis indicat, sæpe comparativi naturam et significationem induit, ut sit idem ac πρότερον *prius, antea*. Matth. V. 24. πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου antea reconciliare cum fratre tuo. Joh. XV. 18. ὅτι ἐμὲ πρῶτον μεμίσηκεν quod me prius vobis odio habuerit. Sed πρῶτον h. l. potest etiam accusativus esse. 2 Thess. II. 3. ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον nisi antea venerit defectio. 1 Tim. III. 10. V. 4. Matth. XII. 29. Marc. IX. 11, 12. Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον Elias quidem ante tempora Messiæ venturus est. Joh. XIX. 39. etc. Herodian. III. c. 11. extr. ἵνα ὀφθῇ πρῶτον ἐν τοῖς βασιλείοις, ἢ ἀκουσθῇ τὴν βασιλείαν παραλαβών. Æschin. Socr. Dial. II. § 1. ἀλλὰ βούλεσθ', ἔφη, πρῶτον καθιζώμεθα. 3) *primum dignitate et necessitate, ante omnia, inprimis, præcipue*. Matth. VI. 35. ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ ante omnia vero quærite regnum Dei. Luc. XII. 1. πρῶτον προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν φαρισαίων. Rom. I. 8. III. 2. 1 Tim. II. 1. etc. Etiam apud Josephum τὸ πρῶτον sæpe est particula intensionis, significans: *inprimis*, quo sensu est in Antiqq. Jud. X. 10. 5. πρῶτον αὐτοῖς προστάξας. 4) interdum abundat, v. c. Matth. VIII. 21. ἐπίτρεψόν μοι πρῶτον ἀπελθεῖν, ubi jam Beza monuit, illud πρῶτον videri posse expungi. Sic apud Lysiam Orat. XXXI. p. 490. πρῶτον μὲν οὖν τοὺς παλαιοὺς κινδύνους τῶν προγόνων δίειμι. Achill. Tat. Lib. VIII. p. 497. κατὰ ποίους νόμους, εἰπὲ, τοῦτον — — κατέκλεισας πρῶτον εἰς τὸ δεσμωτήριον; secundum quasnam leges, dic, hunc detrusisti in carcerem?

ΠΡΩ'ΤΟΣ, η, ον, 1) *primus*, ordine et tempore. Est superlativus a præpositione πρὸ, pro πρότατος, unde Ionice fit πρόατος et Attice πρῶτος. Matth. X. 2. πρῶτος Σίμων, ὁ λεγόμενος Πέτρος primus Simon, qui Petrus dicitur. Sed videntur h. l. verba transposita esse et hoc ordine legenda: Πέτρος, ὁ πρῶτος (pro πρῶτον) Σίμων λεγόμενος Petrus, qui antea Simon dicebatur. Conf. Hackspan. in Notis Philol. Theol. P. III. pag. 57 seq. Matth. XXVI. 17. τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων primo vero die azymorum. Marc. XIV. 12. Philipp. I. 5. 1 Cor. XV. 45, 46. Apoc. I. 11, 17. ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος. ibid. II. 8. XXII. 13. 2 Tim. IV. 16. etc. 2) pro comparativo πρότερος, *prior*, tempore et ordine. Joh. I. 15, 30. ὅτι πρῶτός μου ἦν nam prior me fuit. Luc. II. 2. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο hæc descriptio prior erat. Conf. Jac. Perizonium de Augustea Orbis Descriptione p. 953. Hebr. VIII. 7. εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη ἦν ἄμεμπτος si enim prior illa œconomia perfecta fuisset, etc. Homer. Iliad. II. 707. Conf. Wetstenii N. T. T. I. pag. 839. Gatakerum de Stilo N. T. cap. 25. et Erasmum Schmidium ad Luc. II. 2. 3) *pristinus*. Matth. XII. 45. καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων et ita fit postrema hominis illius conditio multo deterior, quam pristina. ib. XXVII. 64. καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης. 1 Tim. V. 12. τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν. 2 Petr. II. 20. Apoc. II. 4, 5. τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον pristina opera fac. ibid. v. 19. τὰ ἔργα σου τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων. ibid. XXI. 4. ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθεν nam pristina præterierunt. Aqu. Symm. Job. XXIX. 2. κατὰ τοὺς μῆνας τοὺς πρώτους. Vulg. juxta men-

ses pristinos. ubi in textu Hebr. קֶדֶם legitur. 4) adverbialiter sumitur: *olim, longe ante, primum, primo,* etiam pro comparativo πρότερον *prius.* Joh. I. 42. εὑρίσκει οὗτος πρῶτος τὸν ἀδελφὸν invenit hic primum fratrem. ibid. V. 4. ὁ οὖν πρῶτος ἐμβὰς qui primus se illi injecisset. ib. VIII. 7. πρῶτος τὸν λίθον ἐπ' αὐτῇ βαλέτω primus in eam jaciat lapidem. ibid. XII. 16. τὸ πρῶτον olim seu tunc temporis. ib. XX. 4. καὶ ἦλθε πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον et prior venit ad sepulcrum. ib. v. 8. Act. XXVI. 23. XXVII. 43. Rom. X. 19. πρῶτος Μωσῆς λέγει primo Moses dicit. 1 Tim. II. 13. Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη. 1 Joh. IV. 19. αὐτὸς πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς ille primo nos amavit. Πρῶτος pro πρῶτον legitur apud Symmachum ac reliquos interpretes Græcos Ies. IX. 1. pro Hebr. כָּעֵת הָרִאשׁוֹן *secundum tempus primum.* 5) *primus,* qualitate, dignitate scilicet, conditione, sorte, etc. *primarius, præcipuus, princeps.* Πρῶτον *omne, quod in suo genere præstans est et insigne.* Matth. XX. 27. καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος et quicunque voluerit inter vos primarius esse. (Eadem formula reperitur quoque apud Plutarch. Lucull. p. 515. A. et Thucyd. II. 65.) ib. XXII. 38. αὕτη ἐστὶ πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολὴ hoc est præceptum præstantissimum et gravissimum. Conf. Ephes. VI. 2. Matth. XIX. 30. πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶτοι ἔσχατοι, καὶ ἔσχατοι πρῶτοι, h. e. qui optimæ conditionis esse videbuntur, infimæ erunt, et qui infimæ esse videbuntur, erunt optimæ, ut recte hæc verba, in N. T. sæpius obvia, transtulit Thalemannus in Versione Latina Evangeliorum, etc. (Berolin. 1781.) qua me sæpius usum esse in hoc libro, ingenue fateor. Luc. XIII. 30. XV. 22. ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην efferte pallium præstantissimum seu *ornatissimum.* Athen. p. 369 et 379. Act. XVI. 12. ἡ πρώτη πόλις *metropolis, urbs primaria, caput provinciæ.* Conf. Ælian. V. H. XII. 13. et Wetstenii N. T. T. II. p. 554. 1 Tim. I. 15. ὧν πρῶτός εἰμι ἐγὼ inter quos ego sum præcipuus. ibid. v. 16. ἐν ἐμοὶ πρώτῳ in me præcipue. Hinc ὁ πρῶτος *princeps, magistratus, præfectus.* Act. XXVIII. 7. τῷ πρώτῳ τῆς νήσου præfecto insulæ: quo sensu hæc formula sæpissime in numis reperitur. Vide Jan. Gruterum p. 388. inscr. 4. Thom. Reines. Inscript. p. 357. et Lud. Ant. Muratorium in Thesauro Novo Inscript. p. 1058. 4. Οἱ πρῶτοι *primores, primates.* Marc. VI. 21. καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Γαλιλαίας et primariis Galilææ. Luc. XIX. 47. καὶ οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ. Act. XIII. 50. τοὺς πρώτους τῆς πόλεως proceres civitatis. Act. XVII. 4. γυναικῶν τε τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι et multæ mulieres primariæ. ibid. XXV. 2. οἱ πρῶτοι τῶν Ἰουδαίων assessores synedrii magni, qui alias πρεσβύτεροι vocantur. Sic πρῶτος sumitur non solum in versione Alexandrina (1 Paral. XXVII. 33. πρῶτος φίλος τοῦ βασιλέως. 1 Sam. IX. 22. ἐν πρώτοις τῶν κεκλημένων. Nehem. XII. 45. πρῶτος τῶν ᾀδόντων. 2 Paral. XXVI. 20. ἱερεὺς ὁ πρῶτος summus sacerdos, i. q. ἀρχιερεύς. Ezech. XXVII. 22. μετὰ πρώτων ἡδυσμάτων cum aromatibus præstantissimis.) et apud Josephum, (v. c. A. J. VII. 9. 8. et cap. 11. 5. οἱ τῆς χώρας πρῶτοι. ibid. X. 4. 5. τῶν ἱερῶν οἱ πρῶτοι.) sed etiam apud reliquos scriptores Græcos, v. c. Æschin. Socr. Dial. III. 20. πῶς οὖν οὐ σοὶ πρώτῳ μέτεστι τῆς τιμῆς; quomodo igitur non tibi præcipue hic honor habeatur? Lysiam Orat. XIII. pag. 250. πονηρίᾳ δὲ τῶν πολιτῶν πρῶτος ἦν. Thucyd. VIII. c. 89. πάντες γὰρ αὐθημερὸν ἀξιοῦσιν, οὐχ ὅπως ἴσοι, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι. Sallustius de Diis et Mundo c. 8. princip. ψυχῆς δὲ πρώτη. Sic etiam *primus* pro *primarius* apud Sallustium Catilin. cap. 36. et Jugurth. c. 76. occurrit. Horat. I. Sat. VI. 83. Ovid. Heroid. Ep. IV. 36. Conf. Wetstenii N. T. T. II. pag. 540. — Huc etiam refertur a nonnullis interpretibus formula ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος καὶ ἔσχατος in Apocalypsi sæpius de Christo obvia, quam vertunt: ego sum dignitate maximus, idemque olim fui contemtissimus inter homines.

ΠΡΩΤΟΣΤΑ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *qui primus stat in acie, primos ordines ducens, primipilus, dux exercitus, antesignanus,* ex πρῶτος *primus* et ἵστημι *sisto.* Sic legitur apud Polybium Hist. XVII. 26. Thucyd. V. 71. Xenoph. de Republ. Laced. cap. XI. 4. et Alexandrinos. Joh. XV. 24. ὥσπερ στρατηγὸς πρωτοστάτης πίπτων. Hesych. πρωτοστάτης· ὁ πρῶτος παρὰ τὸ κέρας τῆς παρατάξεως τεταγμένος. Etymol. M. 729. 10 seq. Pollux I. 127. Confer Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 707. Salmasium de Re Militari Romanorum p. 199. et Wetstenii N. T. T. II. p. 620. 2) metaphorice: *primus, princeps, auctor alicujus rei.* Sic semel legitur in N. T. Act. XXIV. 5. πρωτοστάτην τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως auctorem et principem Nazarenorum sectæ. Vulgat. habet: *auctorem.* Syrus ܪܫܐ *caput,* h. e. *principem.* Gloss. Vet. πρωτοστάτης· *princeps.* Eodem modo apud Ciceronem aliquoties usurpatur *dux* et *signifer.* Pollux Onom. VI. 12. ὁ τῆς ἑστιάσεως πρωτοστάτης. — προκλίτης.

ΠΡΩΤΟΤΟ'ΚΙΑ, ίων, τὰ, *jus et privilegia primogeniti,* seu *primogenituræ,* a πρωτότοκος *primogenitus.* Semel legitur in N. T. Hebr. XII. 16. Ἡσαῦ ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ Esavus vendidit jura primogenituræ suæ. Usi sunt hac voce (pro qua interdum etiam τὰ πρωτοτόκεια reperitur,) Alexandrini pro בְּכוֹרָה quod *primogenituram,* seu *jus primogenitorum* significat, Gen. XXV. 31 — 34. XXVII. 36. Deut. XXI. 17. 1 Chron. V. 1.

ΠΡΩΤΟ'ΤΟΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *primogenitus, qui ex parentibus primo loco genitus et natus est,* non tantum inter homines, sed etiam inter bruta, ex πρῶτος *primus* et τόκος, quod est a præterito med. τέτοκα, verbi τίκτω *pario.* Matth. I. 25. et Luc. II. 7. καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον peperitque filium suum primogenitum. Ex utroque loco satis apparet, vocem πρωτότοκος non semper et per se plures liberos insequentes inferre, ut e Patrum locis docuit Suicerus Thesaur. Eccles. T. I. p. 878. et le Moyne ad Varia Sacra p. 446. Hebr. XI. 28. τὰ πρωτότοκα primogenita tum hominum, tum brutorum, coll. Exod. XII. 29. Respondet apud Alexandrinos Hebraico בְּכוֹר Genes. IV. 4. X. 15. XXII. 11. Exod. XI. 5. Jam, quia olim apud Hebræos primogeniti fratribus suis variis præstabant juribus et prærogativis, (præerant enim fratribus, a quibus domini vocabantur, et in familia patris personam referebant; Gen. XXVII. 29, 37. 1 Sam. XX. 29. ante institutum sacerdotium Leviticum erant sacrorum administri, duplam portionem bonorum paternorum obtinebant, etc.) et fere semper a parentibus magis diligi solent et præferri reliquis liberis, factum est, ut πρωτότοκος 2) metaphorice *omnem* significaret, *qui est inprimis carus et dilectus et præ aliis beneficiis ornatur.* Sic legitur in N. T. Hebr. XII. 23. ubi πρωτότοκοι sunt homines, Deo probati et dilec-

ti. Jerem. XXXI. 9. 3) *in summa dignitate et auctoritate constitutum, principem et maxime insignem in aliqua re*, et *omne, quod in suo genere eximium, excellens et summum est;* etiam in deteriorem partem, ut docuit Wetstenius N. T. T. II. p. 63. Sic legitur in N. T. Rom. VIII. 29. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς ut sit et maneat princeps et dominus christianorum. Coloss. I. 15. Christus vocatur πρωτότοκος πάσης κτίσεως princeps et dominus omnium rerum creatarum. Sed h. l. cum Isidoro Pelusiota et Erasmo pro πρωτότοκος legendum esse πρωτοτόκος, ut sit *primus genitor*, contendit J. D. Michaëlis in Annotatt. ad Paraphrasin l. c. ibid. v. 18. πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν dicitur, h. e. primus et princeps eorum, qui in vitam ita redierunt, ut nunquam mortem iterum subirent, (Confer Act. XXVI. 23. et 1 Cor. XV. 24.) ὁ πρῶτος δι' αὐτοῦ λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, ut explicat Gregor. Nyssenus Orat. II. contra Eunom. Hebr. I. 6. ubi Christus πρωτότοκος vocatur, ob summam et regiam (Psalm. LXXXIX. 28.) dignitatem, ipsi a Deo concessam. Apoc. I. 5. ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν. Sæpius in N. T. non legitur. Apud Hebræos בְּכוֹר *de eo, quod summum est in suo genere, et eximium* in utramque partem, interdum etiam de *principibus et regibus* usurpari, clarissime docent loca Deut. XXXIII. 17. ubi per בְּכוֹר שׁוֹר bovem primogenitum intelligunt bovem admodum pinguem et robustum; Job. XVIII. 13. ubi בְּכוֹר מָוֶת est idem, qui ver. 14. מֶלֶךְ בַּלָּהוֹת vocatur, ὁ κράτος τοῦ θανάτου ἔχων, et Ies. XIV. 30. ubi בְּכוֹרֵי דַלִּים sunt homines, maxime miseri, tenuissimi et afflictissimi. — Thom. M. p. 765. ed. Bernard. πρωτότοκος· ὁ πρῶτος τεχθείς. πρωτοτόκος δὲ μήτηρ, ἡ πρώτως τέξασα. Hinc emendari potest Hesychius, qui, male utramque vocem confundens, et nulla accentuum ratione habita, scribit: πρωτότοκος· ἡ πρώτη τετοκυῖα, καὶ ὁ πρῶτος τεχθείς. Confer etiam scholiasten Homeri ad Iliad. ρ', v. 5.

ΠΤΑΙ'Ω, fut. πταίσω, 1) proprie: *pedem lapidi aliique offendiculo inter ambulandum, aut currendum impingo, offendo*, et ex adjuncto: *vacillo, titubo, labor*. 2 Macc. XIV. 17. Hesych. πταίει· πίπτει, σφάλλει. Idem: ἐπταικώς· σφαλείς, ἢ πεπτωκώς. Idem: ἐπταικότα· πεσόντα. Confer Raphelii Obss. Polyb. pag. 439. 2) *a scopo aberro*, i. q. ἁμαρτάνω, et usurpatur v. c. de jaculatoribus et sagittariis, qui a scopo aberrant. Herodian. I. 15. 3. καὶ ὅτι ἔμελλεν αὐτῷ ἀκοντίζοντι καὶ τοξεύοντι μὴ πταίειν, ubi videndus Irmischius. Pertinet huc fortasse glossa Hesychii: πταίει· ἁμαρτάνει. Hinc 3) metaphorice: *pecco, aberro a virtutis tramite*, designatque *peccata et lapsus*, tam majores et graviores, quam minores et leviores. Jacob. II. 10. ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ quicunque enim omnia religionis christianæ præcepta observavit, et vel in unum præceptum impegerit, h. e. vel unum præceptum neglexerit. ibid. III. 2. πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες in multis enim labimur omnes: et paulo post: εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, h. e. εἴ τις ἐν γλώσσῃ οὐχ ἁμαρτάνει, ut legitur apud Alexand. Psal. XXXIX. 1. Confer Alex. Deut. VII. 25. Sir. XXXVII. 16. Marc. Antonin. VII. c. 15. ἴδιον ἀνθρώπου φιλεῖν καὶ τοὺς πταίοντας. De servis delinquentibus legitur in Menandri fragm. p. 40. 4) ex adjuncto: *pœnas peccatorum dare, miserum et infelicem fieri, deturbari de pristina fortuna*, metaphora a via deducta, cum qua vita humana in litteris sacris comparari solet. Sic legitur in N. T. Rom. XI. 11. μὴ ἔπταισαν, ἵνα πέσωσι; num impegerunt, ut caderent? h. e. num Deus eos punivit hoc consilio, ut sine spe salutis miseros eos redderet. Sermo autem ibi est de Judæis, quorum ex incredulitate oriunda miseria erat in eo, quod ad aliquod tempus remoti manerent a felicitate christiana. 2 Petr. I. 10. οὐ μὴ πταίσητέ ποτε nunquam infelices eritis. Etiam apud Græcos πταίειν metaphorice de eo usurpatur, qui de *pristina fortuna sua deturbatur et in calamitates incidit*, v. c. apud Thucyd. II. cap. 43. fin. ἤν τι πταίσωσιν. ibid. Lib. IV. c. 18. Xenoph. Cyrop. III. 1. 15. Diogen. Laërt. I. s. 46. πολλάκις τῶν Ἀθηναίων ἐπταικότων ἐν τοῖς πολεμίοις. Hinc in versione Alexandrina de *cladibus* sæpissime usurpatur, v. c. 1 Sam. IV. 2 et 3. VII. 10. etc. Conf. Lexicon Polybianum s. h. v. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΤΕ'ΡΝΑ, ης, ἡ, *calx pedis, calcaneum, calcis os, quod est omnium pedis ossium longe maximum.* Scribitur etiam πτέρη. Conf. Foësii Œconom. Hippocratis p. 326. Semel legitur in N. T. Joh. XIII. 18. ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν sustulit contra me calcem, h. e. adversatur mihi, me opprimere et mihi nocere studet. Verba sunt desumta ex Ps. XLI. 10. ubi in Hebraico textu legitur: אָכַל לַחְמִי הִגְדִּיל עָלַי עָקֵב. Suidas e Theodoreti Commentario ad locum Psalmi laudatum: πτέρνα· ὁ δόλος καὶ ἡ ἐπιβουλή. καὶ πτερνίζω· τὸ καταβάλλω. ἐκ μεταφορᾶς τῶν περὶ τάχους ἀγωνιζομένων καὶ πτέρνῃ τοὺς συνθέοντας προσπταίειν ὁμοῦ καὶ πίπτειν μηχανωμένων. (Genes. XXVII. 36.) ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον τοῦτο. Conf. Bielii Thesaur. Philol. sub voce πτερνίζω et πτερνισμός.

ΠΤΕΡΥ'ΓΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie: *parva ala, pinna*, etiam *ala* simpliciter, ut sit i. q. πτέρυξ,* qua voce etiam ab Hesychio explicatur. Est enim deminutivum a πτέρυξ *ala*. Sic legitur de *pinnis piscium* apud Alexandrinos Levit. XI. 9, 10, 12. Deut. XIV. 9, 10. De *alis Cherubim* reperitur apud eosdem 1 Reg. VI. 24. 2) metaphorice: *summitas et extremitas cujusque rei*, ut Hebraicum כָּנָף *ala*, cui etiam in versione Alexandrina respondet. Sic v. c. usurpatur de *ora et extremitate pallii*, Num. XV. 36. κράσπεδα ἐπὶ τὰ πτερύγια τῶν ἱματίων αὐτοῦ. 1 Sam. XV. 27. XXIV. 5, 6, 12. Hesych. πτερύγια· τὰ ἄκρα τῶν ἱματίων. Idem: πτερύγιον· ἀκρωτήριον. Conf. etiam Suidam et Hesychium in Θετταλικὰ πτερύγια. Xenoph. Anab. IV. 7. 10. et Salmasium ad Tertullianum de Pallio p. 111 seq. Adhibuerunt etiam Alexandrini hanc vocem pro קָצָה *extremitas*. Exod. XXVIII. 26. In N. T. libris bis tantum legitur. Matth. IV. 5. et Luc. IV. 9. ubi commemoratur τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, de quo interpretes in diversas abeunt sententias. Plerique quidem, ut Olearius in Obss. ad Matth. p. 111 seq. Deylingius in Obss. Sacr. P. II. p. 268 seq. et Wolfius in Curis Philol. in N. T. Vol. I. p. 70. πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ de *porticibus* interpretati sunt, *quibus templum Hierosolymitanum circumseptum erat, et quæ ingentibus lapidum molibus superstructæ erant.* Theodorus Hasæus in Biblioth. Bremensi Class. VI. p. 993. intelligit hic *fastigium regiæ porticus, quæ fuit in latere montis templi eo, quod ad partem urbis australem spectaret*, cui Josephus (A. J. XV. 11. 5.) παμμέγεθες ὕψος tribuit et ἀμέτρητον βυθὸν vallis ei subjectum fuisse testatur,

ut, qui desuper in hanc vallem despiceret, ejus oculi caligarent. Alii de *septo* hic cogitant, *quo templi tectum, utrinque devexum, munitum fuerit.* Sed rectius πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ de *fastigio*, seu *superiori parte templi*, quod, teste Josepho, in A. J. XV. 11. 5. totum, quemadmodum porticus regia, ἔνθεν καὶ ἔνθεν ταπεινότατον, ὑψηλότατον τὸ μεσαίτατον, ὡς περίοπτον ἐκ πολλῶν σταδίων εἶναι τοῖς τὴν χώραν νεμομένοις, h. e. *utraque parte depressius* erat, *medio vero editius*, adeo, ut a multis stadiis regionis incolis conspicuum esset. Conf. Krebsii Obss. Flav. p. 11 seq. Wetstenii N. T. T. II. p. 271. et G. E. Zeibichii Observationes ex numis antiquis sacras p. 2 seq.

ΠΤΕ'ΡΥΞ, υγος, ἡ, *ala*, a πτερὸν, quod idem notat et per syncopen τοῦ ε est pro πετερὸν, hocque a πέτομαι *volo.* Matth. XXIII. 37. ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας quemadmodum gallina colligit pullos suos sub alas. Conf. Scharbau. Obss. Sacr. p. 49 seq. Eadem sententia legitur Luc. XIII. 34. et apud Euripid. Heraclid. 10. Plutarch. de Philostorg. p. 494. E. Anthol. I. 87. 1. quæ et alia loca excitavit Wetstenius N. T. T. I. p. 492. Hinc πτέρυξ metaphorice est symbolum *protectionis* et *curæ*, similitudine ab avibus desumta, quæ pullos suos alis fovent et protegunt. Psalm. XVIII. 11. XXXV. 8. LVI. 2. LX. 4. etc. Eurip. Herc. Fur. 71. Androm. 440. Æschyl. Eumenid. v. 1004. Conf. Schultensium in Commentar. ad Job. XIX. 15. ac Alexandri Mori notas ad loca quædam N. F. p. 50. ed. Fabricii. — Præterea legitur in N. T. Apoc. IV. 8. IX. 9. (Confer Joël. II. 5. et Plinii H. N. XI. 29.) XII. 14. πτέρυγες τοῦ ἀετοῦ τοῦ μεγάλου. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro כָּנָף *ala*, Exod. XIX. 4. XXV. 20. et אֵבֶר idem. Psalm. LV. 7.

ΠΤΗΝΟ'Ν, οῦ, τὸ, *volatile, avis, volucris.* Est neutrum a πτηνὸς, ἡ, ὸν, *volatilis, volucris*, a πτάω, vel πτῆμι *volo.* Semel in N. T. legitur. 1 Cor. XV. 39. ἄλλη δὲ πτηνῶν, scil. ἡ σὰρξ, alio vero corpore instructi sunt volucres. Πτηνὸς reperitur apud Xenoph. Cyrop. I. 4. 11.

ΠΤΟΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *terreo, perterrefacio, metu consterno, exterreo*, etiam *obstupefacio.* Passivum πτοέομαι, οῦμαι, *perterrefio, consternor, percellor, attonitus reddor, trepido, obstupefio.* Bis tantum in N. T. legitur. Luc. XXI. 9. μὴ πτοηθῆτε ne consternemini. ibid. XXIV. 37. πτοηθέντες δὲ καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι obstupefacti vero et pertimidi facti. Tautologiæ evitandæ causa πτοηθέντες quoque reddi potest: *occasionem timendi habere putantes*, ut πτοεῖσθαι legitur apud τοὺς λοιποὺς Prov. III. 25. Alex. Deut. XXXI. 6. μὴ φοβοῦ μηδὲ πτοηθῇς, ubi in Hebraico est עָרַץ *consternatus fuit, pavit.* Apud eosdem reperitur quoque pro חָתַת *perterritus fuit, trepidavit*, 1 Paral. XXII. 13. Job. XXXII. 15. חָרַד quod idem significat, Exod. XIX. 16. Amos III. 6. et פָּחַד. Job. XXIII. 15. Adde Josephum de B. J. I. 30. 4. ἐπτόητο δὲ τῷ φόβῳ. Plutarch. Alcibiad. p. 195. E. et Publicola p. 104. A.

ΠΤΟ'ΗΣΙΣ, εως, ἡ, *consternatio, pavor, vehementior timor et metus*, i. q. πτόη (quod legitur 3 Macc. III. 25. in Cod. Alex. et Complut.) et πτοία. (apud Polybium Hist. IV. 58. 8. et XXXV. 4. 3. Josephum A. J. XIX. 1. 17. et 3. 1.) Est nomen verbale a secunda persona perf. pass. ἐπτόησαι, verbi πτοέω, quod vide. Semel tantum legitur in N. T. 1 Petr. III. 6. ubi jubentur uxores præstare officium, μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν nullo timore perterritæ, h. e. sponte et liberaliter nec metu coactæ. In versione Alexandrina respondet Hebraico פַּחַד quæ vox *pavorem* significat. Prov. III. 25. Hesych. πτόησις· δειλία. Adde Plutarch. T. VI. p. 145. et T. VIII. p. 151. ed. Reisk.

ΠΤΟΛΕΜΑΪ'Σ, ίδος, ἡ, *Ptolemais.* Est nomen urbis maritimæ in Palæstina, sitæ prope montem Carmelum, quæ duabus partibus mari alluebatur et antea *Ace* (Ἄκη) vel *Acon* appellata fuit, postea vero Ptolemais dicta est, a Ptolemæo, ut quibusdam placet. Confer Josephum de B. J. II. c. 10. 2. et Strabonem XVI. p. 1099. A. et 1100. A. Semel tantum commemoratur in N. T. Act. XXI. 7. ἀπὸ Τύρου κατηντήσαμεν εἰς Πτολεμαΐδα a Tyro pervenimus Ptolemaidem; ubi Syrus pro Πτολεμαΐς habet ܥܟܘ, (עַכּוֹ Jud. I. 31.) qua voce etiam Arabs usus est. Vel igitur locus fuit binominis, vel Acho civitas mutato nomine *Ptolemais* post vocata fuit. Vide Cellarii Geograph. Plen. III. c. 13. § 33. p. 405. et Wetstenii N. T. T. II. p. 602 seq.

ΠΤΥ'ΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *vannus, ventilabrum*, seu *pala lignea, qua frumenta expurgantur et grana separantur a pulveribus et paleis*, quæ Hebraice מִזְרֶה et a Græcis λικμητήριον dicitur, a πτύω *spuo, exspuo.* Hesych. λικμητήριον· πτύον. Idem: πτύον· θρίναξ, ξύλον, ἐν ᾧ διαχωρίζουσι τὸν σῖτον ἀπὸ τοῦ ἀχύρου. Cf. etiam scholiasten ad Homer. Iliad. ν', v. 588. Elsneri Comment. in Matth. T. I. p. 88. et Wetstenii N. T. T. I. p. 267. 2) metaphorice adhibetur de Christo. Matth. III. 12. Luc. III. 17. οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ manu ille tenet ventilabrum, qua semina pura a pulveribus et paleis separabit, h. e. pro summa sua potentia veros suos cultores ab impiis et contumacibus segregabit. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΤΥ'ΡΩ, fut. ρῶ, *terreo, terrefacio, consterno.* Passivum πτύρομαι, *terrefio, consternor, trepido, timeo, percellor.* Semel legitur in N. T. Philipp. I. 28. καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων nec commoveri vos patiamini minis et terroribus adversariorum religionis christianæ. Æschin. Socr. Dial. III. 16. οὐκ ἂν ποτε πτυρείης τὸν θάνατον nequaquam timeres mortem. Plutarch. Fab. T. I. pag. 677. edit. Reisk. ἐντρόμου τοῦ ἵππου γενομένου καὶ πτυρέντος. Ibid. T. IX. p. 193. Diodor. Sic. XVII. 34. 57 et 58. Hesych. πτύρεται· χλαδαίνεται, σείεται, φοβεῖται, φρίττει. Codex Coislin. XXVII. apud Albertum in Glossar. Gr. N. T. p. 217. πτυρόμενοι· τοῦτ' ἔστι θορυβούμενοι.

ΠΤΥ'ΣΜΑ, τος, τὸ, *sputum, id, quod spuitur.* Est verbale a prima pers. perf. pass. verbi πτύω *spuo, exspuo.* Tantum legitur in N. T. Joh. IV. 6. ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος fecit lutum ex sputo. Confer Foësii Œconom. Hippocrat. p. 327. et Wetstenii N. T. T. I. p. 902. Adde Pollucis Onom. II. 103. Non πτύσμα, sed πτύελον adhibent Alexandrini interpretes Job. VII. 19. et XXX. 10. pro רֹק quod idem significat.

ΠΤΥ'ΣΣΩ, fut. πτύξω, *plico, complico, convolvo*, et opponitur τῷ ἀναπτύσσω. Legitur tantum in N. T. Luc. IV. 20. καὶ πτύξας τὸ βιβλίον et convolutum volumen. Suid. πτύσσω· ἀσφαλίζω. Plutarch. T. I. p. 104. edit. Reisk. πτύσσειν τὴν

ἀλουργίδα. Glossarium Vetus: *Complicat*, πτύσσει, διπλοῖ. Idem: πτύσσει, *complicat*, *plicat*. Confer Schneideri Lex. Crit. l. Gr. s. h. v.

ΠΤΥ'Ω, fut. ύσω, *spuo*, *exspuo*. Ter tantum in N. T. legitur. Marc. VII. 33. καὶ πτύσας ἥψατο τῆς γλώσσης αὐτοῦ et postquam exspuit, tetigit linguam ejus. ibid. VIII. 23. καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ et cum inspuisset in oculos ejus, seu cum respersisset oculos oris excremento, ut verbis Taciti (Annal. IV. 81.) utar. Joh. IX. 6. ἔπτυσε χαμαὶ spuit in terram. Alexandrini usi sunt pro ירק *spuit*, *exspuit*, *inspuit*. Num. XII. 4. εἰ ὁ πατὴρ αὐτῆς πτύων ἐνέπτυσεν εἰς τὸ πρόσωπον. Sirac. XXVII. 13. Adde quoque Xen. Cyrop. VIII. 1. 14. et VIII. 8. 5.

ΠΤΩ͂ΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *casus*, *lapsus*, *ruina*, i. q. πτῶσις. Est enim verbale a prima pers. perf. pass. πέπτωμαι, verbi πίπτω, vel potius πτόω *cado*. Sic v. c. de lapsu hominis legitur apud Strabonem Lib. IV. p. 313. et de ruina murorum apud Diodor. Sic. XI. p. 48. πολλὰ σώματα τοῖς πτώμασι τῶν τοίχων ἀπολαμβανόμενα διεφθάρη. In eadem significatione aliquoties etiam apud Alexandrinos interpretes reperitur, ita tamen, ut fere semper metaphorice de *exitio*, *pernicie* et *gravissimis calamitatibus* usurpetur, *in quas aliquis incidit*. Job. XVIII. 12. XXXIII. 17. Prov. XVI. 19. Ies. VIII. 14. XXX. 13. etc. 2) significat *cadaver*, et de animalibus æque ac de hominibus usurpatur. Sic vero dicitur, quod per mortem cadit, aut quia πίπτειν etiam *mori*, *interfici* apud Græcos scriptores significat, ut supra jam observatum est. Sic legitur in N. T. Matth. XXIV. 28. ὅπου γὰρ ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται ἀετοὶ ubicunque enim est cadaver, ibi aderunt etiam aquilæ, h. e. nunquam deerunt, qui data opportunitate utantur. Videtur olim fuisse dictio proverbialis, ut colligere licet ex Job. XXXIX. 33. Marc. VI. 29. et discipuli Johannis, baptistæ, capite truncati ἦραν τὸ πτῶμα αὐτοῦ sustulerunt corpus ejus exanime. Ad hunc locum pertinere videtur glossa Suidæ: πτῶμα· σῶμα ἄνευ τῆς κεφαλῆς. Apoc. XI. 8 et 9. Sæpius in N. T. non legitur hæc vox, quam, nude positam, nec addita voce νεκροῦ, aut νεκρῶν, pro more suo damnavit Phrynichus (πτῶμα· ἐπὶ νεκροῦ τιθέασιν οἱ νῦν. οἱ δὲ ἀρχαῖοι οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πτώματα νεκρῶν (Eurip. Phœn. v. 1490. Plutarch. T. I. p. 684.) ἢ οἴκων.) et Thom. M. (p. 765. edit. Bernard. πτώματα νεκρῶν καὶ πτώματα οἴκων, ἀρχαῖοι. οἱ δὲ ὕστεροι, πτῶμα, ἤτοι νεκρὸν, ἄνευ τινὸς προσθήκης.) sed πτῶμα, nude positum, de cadavere adhibitum æque ac πέσημα (Eurip. Phœn. v. 1728.) reperitur apud optimos Græcorum scriptores, v. c. Euripidem Phœniss. v. 1691. Orest. v. 1197. Philostrat. Heroic. c. 19. s. 11. Apollon. Ep. 37. Herodian. IV. 6. 1. Arrian. Diss. Epict. I. 9. extremo. Alia loca collegit Munthe in Obss. in N. T. e Diodoro Sic. p. 86. Schwarzius in Comment. Crit. Ling. Græc. p. 1192. Reperitur etiam in versione Alexandrina pro פֶּגֶר *cadaver*, Ezech. VI. 5. et apud Incert. Ezech. XLIII. 9. Gloss. Vet. πτῶμα, ἐπὶ πάλης, πτώσιμον. πτῶμα ἐπὶ νεκροῦ, *cadaver*.

ΠΤΩ͂ΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) *lapsus*, *ruina*, *casus*. Est verbale a secunda pers. perf. pass. πέπτωσαι, verbi πίπτω, vel potius πτόω *cado*. Sic usurpatur de domo, quæ violento et gravissimo casu corruit. Matth. VII. 27. καὶ ἦν ἡ πτῶσις αὐτῆς μεγάλη et ruina ejus fiebat ingenti cum strepitu et fragore; ubi videndus est Wetstenius. Gloss. πτῶσις οἰκοδομῆς, *ruina*. et ibid. *Ruina*, πτῶσις μεγάλη, sine dubio ex hoc Matthæi loco. 2) metaphorice et per metonymiam: *causa et occasio infelicitatis et miseriæ aliorum*. (nam πτῶσις in versione Alexandrina haud raro metaphorice de *exitio*, *pernicie*, *calamitatibus et pœnis* usurpatur, v. c. Ezech. XXVI. 15, 18. XXVII. 27. Ies. LI. 17 et 22. Adde Baruch IV. 23, 24. Sirac. III. 30. XX. 18.) Sic legitur in N. T. de Christo Luc. II. 34. οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν, h. e. hic occasionem dabit perniciei ac pœnarum improborum et contumacium, sua culpa pereuntium. Hæc enim erat sors religionis christianæ, ut multi Judæorum ex ea culpam sibi incredulitate sua et contumacia contraherent et pœnas et infelicitatem. Eodem fere sensu legitur Sirac. XIII. 16. ubi περιπατεῖν μετὰ τῆς πτώσεως est: commercium habere cum auctore infortunii; ubi videndus Syrus. ibid. V. 15. καὶ γλῶσσα ἀνθρώπου πτῶσις αὐτῷ. Confer Job. XXI. 20. ubi Symmachus Hebraicum כִּיד quod *exitium*, *perniciem* notat, per πτῶσιν interpretatus est. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΤΩΧΕΙ'Α, ας, ἡ, in N. T. non tam dicitur *paupertas et inopia*, *proprie sic dicta*, *cum quis est ad mendicitatem redactus*, quæ est propria hujus vocis notio, quam *omnis tenuitas rei familiaris*, *egestas*, *indigentia*, *et omnis status ac conditio deterior*, *quæcunque demum ea sit*, a πτωχὸς *pauper*, quod vide. Ter tantum legitur hæc vox in N. T. 2 Cor. VIII. 2. ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν et quanquam in summa rei familiaris tenuitate constituti erant, tamen admodum liberales ac beneficos se exhibuerunt. ibid. v. 9. πτωχεία Χριστοῦ dicitur omnis conditio et status deterior, quo Christus in his terris usus est. Sic legitur πτωχεία de *misera conditione* apud LXX Psalm. XXX. 11. pro Hebr. עָוֹן quod h. l. *afflictiones* notat et *mala*, quatenus sunt pœnæ peccatorum. Symmachus ibi usus est voce κάκωσις. Apoc. II. 9. — Suidas e scholiaste Aristophanis ad Plutum pag. 58. πτωχεία πενίας διενήνοχεν. ἡ μὲν γὰρ πενία μεμετρημένη ἐστὶν ἔνδεια πόνῳ τὰ χρειώδη θηρῶσα, ἡ δὲ πτωχεία παντελὴς τῆς κτήσεως ἔκπτωσις. Respondet in versione Alex. Hebraico עֳנִי *afflictio*, *paupertas*, 1 Chron. XXII. 14. Job. XXX. 27. Thren. III. 1. 19. et מִסְכֵּנוּת *penuria*. Deuteron. VIII. 9.

ΠΤΩΧΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *pauper sum et fio*, *ad mendicitatem redactus sum*, *mendico*, a πτωχὸς, quod vide. Homer. Odyss. ο', v. 308. Æschin. Socr. Dial. II. 7. Plutarch. Apophthegm. Lacon. p. 235. D. Hesych. πτωχεύειν ἐπαιτεῖν. Alexandrini adhibent hanc vocem pro רוּשׁ *pauperem factum esse*, *indigere*, Psalm. XXXIV. 11. נוֹרַשׁ idem, Prov. XXIII. 21. et דָּלַל *ad inopiam redactus est*. Jud. VI. 6. Psalm. LXXIX. 8. 2) *tenuitate rei familiaris laboro*, (cf. Koppiersium in Obss. Philol. c. 2. p. 20 seq.) et generatim: *in deteriori sum conditione*. Sic semel hæc vox in N. T. de Christo usurpatur, ita, ut non tam ad tenuitatem rei familiaris, quam ad omnes miserias et calamitates hujus vitæ referatur, quas Christus hominum causa in his terris pertulit. 2 Cor. VIII. 9. δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε vestrum causa in deteriori conditione in his terris vixit et summas miserias, mortem adeo ipsam,

subiit, i. q. Phil. II. 7. ἐκένωσεν ἑαυτὸν, coll. Hebr. XII. 2.

ΠΤΩΧΟ'Σ, ἡ, ὀν, et ΠΤΩΧΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie apud Græcos notat *pauperem, ad mendicitatem redactum, qui caret omnibus rebus, ad vitam sustentandam necessariis, et hinc oberrare ac stipem ab aliis petere cogitur*, et ita differt a πένης *egenus, in deteriori conditione constitutus, qui labore manuum victum quærit*. Sed interdum πτωχὸς etiam pro πένης ponitur et vice versa. Confer supra πένης. Derivatur autem πτωχὸς a πτόω *cado*, quod omnibus se prosternat et ad genua accidat, qui stipem petit. Alii deducunt a πτώσσω *trepidare*, q. d. qui pavide oberrat et timide mendicat, quemadmodum etiam *pauper* a *pavere* dicatur. Matth. XIX. 21. καὶ δὸς πτωχοῖς, scil. τὰ ὑπάρχοντά σου. ibid. XXVI. 9, 11. Marc. X. 21. XII. 42, 43. χήρα πτωχὴ vidua egena. ibid. XIV. 5, 7. Luc. XIV. 13, 21. πτωχοὺς καὶ ἀναπήρους. ibid. XVI. 20, 22. XVIII. 22. XIX. 8. XXI. 3. Joh. XII. 5, 6, 8. XIII. 29. Rom. XV. 22. 2 Cor. VI. 10. Galat. II. 10. Jacob. II. 2. πτωχὸς opponitur ἀνδρὶ χρυσοδακτυλίῳ ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ. ibid. v. 3, 5 et 6. Apoc. XIII. 16. Alexandrini usi sunt hac voce pro עָנִי *afflictus, tenuis, pauper*, Job. XXIX. 12. Prov. XIV. 21. Ies. III. 14. XLI. 17. LVIII. 7. רָשׁ *pauper*, Prov. XIII. 8. XIV. 20. XVII. 5. אֶבְיוֹן *egenus*, Exod. XXIII. 11. 2 Sam. II. 8. et aliis. Suid. πτωχός· ὁ ἐκπεπτωκὼς τοῦ ἔχειν, ἐπαίτης. παρὰ τὸ πτώσσειν πάντας, ὅ ἐστι ταπεινοῦσθαι. 2) metaphorice: *destitutus idonea religionis cognitione*, vel sua, vel aliorum culpa. Matth. XI. 5. πτωχοὶ εὐαγγελίζονται et destituti veræ religionis cognitione salutari doctrina imbuuntur. Luc. IV. 18. εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς. ibid. VII. 22. Apoc. III. 17. πτωχὸς καὶ τυφλός. 3) *homo, qui agnoscit et sentit, quam rudis sit doctrinæ divinæ nihilque boni et probi sibi insit, qui modeste de se judicat et sentit, imbecillitatis suæ bene conscius*. Matth. V. 3. οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι (pro quo Luc. VI. 20. legitur eodem sensu οἱ πτωχοὶ, sine addito πνεύματι,) sunt homines submissi sibique non placentes, (aliis Intt. sunt: eruditione Judaica destituti) qui, tenuitatis et imperfectionis animi sui bene intelligentes et conscii, non solum nihil sibi arrogant, sed etiam ad veram et idoneam religionis veræ cognitionem animique emendationem adspirant. Sic etiam apud Hebræos עָנָו *modestus* dicitur. 2 Sam. XXII. 28. Psalm. XVIII. 28. 4) *tenuis, jejunus, imperfectus, parum utilis*, quo sensu et nostrum dürftig, *miserable, beggarly, poor*, usurpari solet. Galat. IV. 9. ubi religio Mosaica et gentilis, rudior illa et imperfectior religione christiana, τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα vocatur. Conf. c. III. 3. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΥΓΜΗ', ῆς, ἡ, *pugnus, manus, in pugnum contracta et complicata*, etiam *illa brachii pars, quæ est a cubito ad compaginem eam, qua connectitur manus cum brachio, quæ pars carpus dicitur*, (conf. Jul. Pollucis Onom. II. 4. sect. 147.) unde πυγμαῖοι *pygmæi*, q. d. *cubitales*, a πὺξ *pugno*, vel *pugilatu*, perinde, ut γνὺξ *genibus*, aut, secundum Eustathium, a πτύσσω *plico, complico*, quia pugnus fit complicatis, seu clausis digitis. In versione Alexandrina respondet Hebraico אֶגְרֹף *pugnus*, a גָּרַף *convolvit*. Exod. XXI. 18. et Ies. LVIII. 4. Hesych. πυγμή· γρόνθος, πύκτη, ἤγουν τὸ συγκικλεῖσθαι τοὺς δακτύλους. Phavor. πυγμή· ἐπὶ τῆς χειρὸς, ὅταν ἔχῃ τις συνεσταλμένους τοὺς δακτύλους. Pollux II. 4. s. 147. ἂν δὲ συγκλείσῃς τὴν χεῖρα, τὸ μὲν ἔξωθεν καλεῖται πυγμή. ὅθεν καὶ ὁ πύκτης καὶ τὸ πυκτεύειν. Suid. πυγμή· πάλη, (Sic de *cestuum pugna, pugilatu* et *lucta* adhibetur πυγμὴ apud Diogen. Laërt. I. s. 72. 73. Dionys. Halic. VII. p. 476. et Demosthenem p. 1408. 16. ed. Reisk.) σύγκλεισις δακτύλων, γρόνθος. In N. T. semel tantum legitur Marc. VII. 3. ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι. Non convenit inter viros doctos, quo sit sensu vox πυγμῇ h. l. accipienda. Plerique interpretes, secuti Vulgatum (qui habet *crebro*, unde eum πυκνῇ legisse suspicatur Erasmus,) et Syrum (qui vertit ܒܚܦܝܛܐ *sedulo, multa cum diligentia*,) vertunt *sedulo, crebro, frequenter*, et ex adjuncto: *enixe, acri studio*. Secuti sunt hanc interpretandi rationem Lutherus, Erasmus, Boisius et Hasæus in Bibl. Brem. Class. IV. p. 346. Reperitur autem πυγμῇ in hac notione apud Epiphanium Hæres. XV. init. ubi de scribis ait: πυγμῇ μὲν τὰς χεῖρας νιπτόμενοι, πυγμῇ δὲ καὶ καθαρισμούς τινας δι' ὑδάτων καὶ λουτρῶν ἀποσμυχόμενοι. Confer Suidam s. v. πὺξ, ubi πὺξ et ἐπὶ πολὺ in loco incerti auctoris ἐξηγητικῶς conjunguntur. Alii, Theophylacto (ἄχρι ἀγκῶνος) duce, vertunt: *usque ad cubitum*. Alii exponunt *usque ad carpum*. Alii denique reddunt: *pugno, pugno tenus*. Satis autem constat, Judæos inter lavandum consuevisse alteram manum in pugnum componere eamque altera manu lavasse usque ad juncturam lacerti. Confer Lightfootum in Horis Hebr. et Talmud. ad Marc. VII. 3. Pocockium ad Portam Mosis cap. 9. p. 358 et 368. Wetstenii N. T. T. I. p. 585. et Fischeri Anim. ad Welleri Grammat. Græc. p. 268.

ΠΥ'ΘΩΝ, ωνος, ὁ, 1) proprie apud Græcos dicebatur *Apollo ipse, qui vaticiniis præerat et responsa dabat petentibus*, qui et *Pythius* cognominatus fuit, vel παρὰ τὸ πυνθάνεσθαι, seu πυθέσθαι *interrogare, percontari, consulere*, quia consultus responsa dabat interrogantibus et petentibus, vel a Pythone, dracone s. serpente Pythio, ab Apolline interemto, unde urbs Phocidis, *Delphi*, quæ et ipsa Πυθὼ dicitur ab Hesiod. Theogon. v. 499. cujus civibus valde molestus erat hic draco ingens, divinos honores Apollini decrevit. Conf. Diog. Laërt. I. 99. Plato Apol. 5. Æsop. Fab. 16. et Æschin. Socr. Dial. III. 10. 2) Deinde πύθων non solum *omne dæmonium* dicebatur, *cujus afflatu futura prædicebantur et quale pythones habere credebantur*, (Hesychius: πύθων· δαιμόνιον μαντικόν. Alberti Glossar. Gr. pag. 75. πύθωνος· δαιμονίου μαντικοῦ, οὕτω λεγομένου.) sed etiam de *ipsis hominibus fatidicis et vaticinandi dono instructis quibuscunque* adhibebatur, *quorum plerique non in templis edebant oracula, sed circumforanei et ἐγγαστρίμυθοι*, seu *ventriloqui* (Plutarchus de Defectu Oraculor. Lib. II. ὥσπερ τοὺς ἐγγαστριμύθους εὐρυκλέας πάλαι, νυνὶ πύθωνας προσαγορευομένους. Hesych. πύθων· ἐγγαστρίμυθος, ἢ ἐγγαστρίμαντις.) erant et ab Hebræis אוֹבִים, ab אוֹב *uter*, vocabantur. Conf. Fesselii Adverss. Sacr. V. 8. 2. Sic semel legitur in N. T. Act. XVI. 16. παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνος, vel πύθωνα, (ut habent h. l. nonnulli codices) *servam fatidicam, fatidico dæmone præditam, pythonissam*, ubi conferendus est Grotius et Syrus interpres, qui, pariter ac Arabs, habet: ܪܘܚܐ ܕܥܪܘܡܐ *spiritus divinationis*. Fuit vero hæc mulier fatidica ex earum numero, quæ ventriloquæ vocabantur, h. e. quæ longa exercitatione habitum sibi

contraxerant, clausis labiis, inflatis buccis, tumido ventre, vel humi jacentes, vel tripodi insidentes, vel stantes, ita loquendi, seu potius sonos obscuros edendi, ut verba non ore proferrentur, sed intus in pectore audirentur et homines creduli ac superstitiosi facile inducerentur, ut crederent, alium in pectore loqui. Confer van Dalen in libro de Oraculis Veterum Ethnicorum cap. 5 seq. Wolfium in Curis Philol. Vol. I. p. 1241. et Wetstenii N. T. T. II. p. 555. Multa etiam de hoc vatum genere scripsit J. E. J. Walchius in Dissertationibus quatuor de servis veterum fatidicis ad Act. l. l. Jen. 1761. 4.

ΠΥΚΝΟ'Σ, ή, όν, 1) proprie: *densus, spissus.* Positum enim est per syncopen pro πυκινός, quod idem significat et quod est a πύκα *dense.* Xen. Anab. IV. 7. 10. Homer. Il. λ', v. 118. διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλην. Alex. Ezech. XXXI. 3. 2) *creber, frequens, continuus, diuturnus.* Hesych. πυκνά· συχνά. Etym. M. πυκνά· τὰ συνεχῆ. 1 Tim. V. 23. διὰ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας propter crebras tuas infirmitates. Ælian. V. H. X. 21. Neutrum πυκνόν, vel πυκνὰ, adverbiascit, significans: *crebro, frequenter,* pro πυκνῶς, (pro quo Attici θαμὰ et θαμινὰ adhibere solent.) Luc. V. 33. νηστεύουσι πυκνὰ jejunant frequenter. Ælian. V. H. II. c. 21. Xenoph. de Rep. Laced. XII. 5. et de Venat. IV. 5. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 689. — Comparativus πυκνότερος *frequentior.* Neutrum πυκνότερον adverbiascit, notans: *sæpius, crebrius, frequentius.* Act. XXIV. 26. καὶ πυκνότερον αὐτὸν μεταπεμπόμενος ὡμίλει αὐτῷ et sæpius eum accersens cum eo colloquebatur. Sic etiam πυκνότερον usurpatur apud Demosthenem p. 1035. 14. ed. Reisk. πυκνότερον ἐνταυθοῖ παρέρχεται. 2 Macc. VIII. 8. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 164. πυκνός, *densus, grever* (lege *creber*), *spissus,* etc.

ΠΥΚΤΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *pugil sum, cestu pugno, pugilum certamen exerceo, pugnis certo,* a πύκτης *pugil,* hocque a πὺξ *pugno.* Hinc πυκτεῖον, τὸ, *palæstra, locus, pugilum exercitio frequentatus.* Sic legitur apud Xenoph. de Rep. Laced. IV. 6. Demosthen. p. 51. 24. edit. Reisk. 2) metaphorice: *diligentem operam navo alicui rei, studiose in aliqua re laboro.* Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. IX. 26. οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων non frustra laboro et operam navo tradendæ religioni christianæ. Gloss. Vet. πυκτεύω, *pugilo.* πυκτεύει, *dimicat.* πυκτεύω, *μάχομαι, pugno.*

ΠΥ'ΛΗ, ης, ἡ, 1) proprie est *porta,* et quidem *per mœnia in urbem ferens.* Januæ enim ædium proprie θύραι vocabantur a Græcis, observante scholiaste ad Thucyd. II. c. 4. θύραι αἱ τοῦ οἴκου. πύλαι αἱ τοῦ τείχους. Thom. M. p. 766. πύλαι ἐπὶ τείχους. θύραι ἐπὶ οἰκίας. Idem tradit Eustathius ad Homer. Il. X. p. 1353. 50. Luc. VII. 12. ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πόλεως cum vero ad portam urbis veniret. Act. IX. 24. παρετήρουν τε τὰς πύλας ἡμέρας τε καὶ νυκτός, coll. 2 Cor. XI. 32. Act. XII. 10. ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν, τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν. Eurip. Phœn. v. 114 et 715. ἑπτὰ πύλαι septem Thebarum portæ. De portis urbium πύλη etiam legitur apud Alexandrinos 2 Paral. XIV. 7. Genes. XXXIV. 20, 24. etc. 2) etiam de *janua ædium* usurpatur, v. c. *palatiorum, templorum,* nam semper πύλη aliquid augustius, vel latius significare videtur. Sic legitur in N. T. Act. III. 10. ἐπὶ τῇ ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ ad januam templi, quæ dicitur speciosa. Eurip. Androm. v. 952. δωμάτων πύλας. Apollon. Argon. I. 3. v. 219. εὐρείας δὲ πύλας, ubi sermo est de Æetæ palatio. Jer. XLIII. 9. ἐν πύλῃ τῆς οἰκίας Φαραώ. Exod. XXVII. 16. XXXVIII. 15, 18, 32. Hesych. πύλη· θύρα. 3) per synecdochen partis: *urbs,* in quam, vel ex qua portæ per mœnia ferunt. Hebr. XIII. 12. ἔξω τῆς πύλης ἔπαθεν extra urbem Hierosolymam passus est. Unus Codex Romanus et Theodoretus habet h. l. ἔξω τῆς πόλεως, e glossemate, ut videtur. Syrus transtulit: ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܚܫ *extra urbem passus est.* Hinc etiam in versione Alexandrina respondet Hebraico עִיר *urbs.* Jer. XLIV. 6. καὶ ἐξεκαύθησαν ἐν πύλαις Ἰούδα, ubi alii habent πόλεσιν. Non solum autem apud Hebræos שַׁעַר *porta* per synecdochen partim de ipsa urbe, partim de incolis loci et urbis, qui per portas introëunt et exeunt, adhibetur, v. c. Ruth III. 11. Ies. XXX. 31. sed etiam apud Latinos *porta* pro *urbe* ponitur, v. c. Juven. Sat. XI. 124. Valer. Flacc. Argonaut. Lib. I. v. 677. 4) metaphorice: *aditus, introitus, via, ratio ad aliquid perveniendi,* seu *aliquid consequendi.* Matth. VII. 13. εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης intrate per angustam portam, h. e. ingredimini viam salutis. ibid. πλατεῖα ἡ πύλη καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, h. e. facilis et late patens est aditus ad miseriam, in vita futura subeundam. ibid. v. 14. τί στενὴ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν; h. e. difficilis est et variis premitur difficultatibus ratio futuram felicitatem christianam consequendi et pauci eam consequentur. Luc. III. 24. coll. v. 23. 5) metaphorice: *potestas, potentia, imperium,* vel, quia portis urbs validissime munitur, vel tralatione petita a judiciis, quæ apud Orientis populos circa portas exercebantur. Esther V. 1. Ruth IV. 1. 2 Sam. XV. 2. Matth. XVI. 18. καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς et omnis potentia inferni non prævalebit contra illam, seu tutam salvamque eam præstabo contra omnes adversariorum impetus et in præsentissimis ac summis periculis. Confer ad h. l. Grotium et Chrysostomum ac Joh. Floderi D. πύλαι ᾅδου Mat. XIV. 18. illustratæ. Upsal. 1764. 4 et J. G. Altmanni Diss. de πύλαις ᾅδου in Museo Helvet. T. I. p. 515. Sic שַׁעֲרֵי מָוֶת pro summis vitæ periculis ponuntur Ps. IX. 14. CVII. 18. Ies. XXXVIII. 10. Sed alii interpretes in omnibus his locis allusionem latere existimant ad morem poëtarum sacrorum de morte et inferno, tanquam de regno quodam, seu loco clauso et bene munito loquendi, cui mors quasi præsit. Cf. Job. XXXVIII. 17. Sapient. XVI. 13. Frequentissima etiam est apud auctores veteres τῶν πυλῶν ᾅδου mentio, v. c. Euripid. Alcest. 124. Æschyl. Agamemn. v. 1300. Homer. Iliad. ε', v. 646. Theognid. v. 427. Lucret. III. v. 67. Vide Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 77. Ej. Commentar. in Matth. T. II. p. 60. Wetstenii N. T. T. I. p. 430. Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr. p. 1193. et Glassii Philol. Sacr. pag. 1204. ed. Dathii. 6) πύλη interdum omittitur, v. c. Joh. V. 2. post προβατικῇ, coll. LXX Nehem. III. 1.

ΠΥΛΩ'Ν, ῶνος, ὁ, 1) proprie: *vestibulum, atrium,* per quod a via aditus et accessus erat ad ædes amplas, magnificas et splendidas apud populos Orientis, a πύλη *porta, janua,* quasi locus, ubi est porta, seu janua. Matth. XXVI. 71. ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα exeuntem deinde in atrium. Luc. XVI. 20. ὃς

ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ qui jacebat ad vestibulum ejus. (Conf. Homer. Odyss. ρ', v. 339. et σ', 10. 17.) Act. X. 17. ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα adstant foris. ibid. XII. 13. κρούσαντος δὲ αὐτοῦ τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος cum autem pulsaret januam vestibuli. Confer Alex. Jud. XVIII. 16, 17. Ezech. XL. 12. Polyb. XV. 29. τὸν χρηματιστικὸν πυλῶνα τῶν βασιλείων. ibid. VIII. 23 et 24. Oppian. de Venat. III. 419. Athenæus V. 205. B. Confer Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 59 seq. Schol. Lucian. III. p. 16. πυλῶνες per πρόθυρα interpretatus est. 2) *porta, janua, fores.* Gloss. Gr. L. πυλών· *janua.* Gloss. Lat. Gr. *Janua,* πυλεὼν, πυλών. Act. XII. 14. οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα non aperuit ei januam vestibuli, coll. v. 13. ibid. XIV. 13. ἐπὶ τοὺς πυλῶνας ad januam ædificii, in quo Paulus et Barnabas habitabant. Apoc. XXI. 12, 13, 15, 21, 25. καὶ οἱ πυλῶνες αὐτῆς (sc. πόλεως) οὐ μὴ κλεισθῶσιν. ibid. XXII. 14. καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alexandrina respondet Hebraico פֶּתַח *janua.* 1 Reg. XIV. 28. XVII. 10. 1 Paral. XIX. 9. Philochorus Lib. V. Atthidis παρὰ τὸν πυλῶνα τὸν Ἀττικὸν juxta portam Atticam. Lucian. Hermot. 11. Anthol. II. 13. 4.

ΠΥΝΘΑ'ΝΟΜΑΙ et ΠΕΥ'ΘΟΜΑΙ, fut. πεύσομαι, 1) *percontor, sciscitor, interrogo, scire cupio, quæro, diligenter inquiro.* Matth. II. 4. ἐπυνθάνετο παρ' αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται; ab iis quæsivit, ubinam Christus nasciturus esset? Eadem constructio reperitur apud Antonin. Liberal. Metam. c. 23. Luc. XV. 26. ἐπυνθάνετο τί εἴη ταῦτα; interrogabat, quid ea sibi vellent? ibid. XVIII. 36. Joh. IV. 52. XIII. 24. Act. IV. 7. ἐπυνθάνοντο interrogabant. ibid. X. 18, 29. πυνθάνομαι οὖν scire igitur cupio. ib. XXI. 33. XXIII. 19. Alexandrini eodem sensu hanc vocem adhibuerunt pro דָּרַשׁ *sciscitatus, scrutatus est, investigavit.* Gen. XXV. 22. πυθέσθαι παρὰ Κυρίου. Adde Dan. II. 15. ἐπυνθάνετο αὐτοῦ interrogabat illum. Suid. πυνθάνομαι· γενικῇ, ἐρωτῶ. 2 Macc. III. 9. Xenoph. Cyr. I. 4. 7. 2) *cognosco sciscitando, relata accipio, audio, intelligo, rescisco, certior fio.* Act. XXIII. 34. καὶ πυθόμενος, ὅτι ἀπὸ Κιλικίας et cum cognosceret, scil. percontando, quod esset e Cilicia. Sic legitur etiam apud Ælian. V. H. II. 4. et X. 13. οὐκ ἂν ἐπυθόμεθα ἡμεῖς, οὔτε ὅτι Ἐνιποῦς υἱὸς ἦν τῆς δούλης, οὐδ' ὅτι — — οὐδ' ὅτι κ. τ. λ. Xenoph. Anab. VII. 6. 9. Hesych. ἐπύθετο· ἤκουεν, ἠρώτα, ἐμάνθανεν. Idem: πυνθάνομαι· ἀκούω. Suid. πυνθάνεσθαι· ἀκούειν, (Homer. Iliad. β', v. 119. ubi vid. Schol. et Odyss. ν', v. 256.) μανθάνειν, διδάσκεσθαι, ἱστορεῖν, ἢ ἐρωτᾷν. Idem tradit Auctor Etymologici M. 3) sensu forensi: *cognosco de aliquo, alicujus causam examino,* **eine gerichtliche untersuchung anstellen,** *to instigate a judicial investigation.* Act. XXIII. 20. ὡς μέλλοντές τι ἀκριβέστερον πυνθάνεσθαι περὶ αὐτοῦ quasi diligentius de eo cognituri. Cf. v. 15. ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτοῦ. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΥ͂Ρ, ὸς, τὸ, 1) proprie: *ignis, omnis materia ardens, flamma, strues lignorum accensorum.* Matth. III. 10. εἰς πῦρ βάλλεται in ignem conjicitur. ibid. V. 22. ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν Γέενναν τοῦ πυρὸς pœna Gehennæ dignus est. ibid. VII. 19. XIII. 40. πυρὶ καίεται comburuntur. ib. XVII. 15. Marc. IX. 22. Luc. III. 9. XXII. 55. ἁψάντων δὲ πῦρ ἐν μέσῳ τῆς αὐλῆς accendebant autem ignem in atrio; ubi tres codices habent loco πῦρ, πυράν. Joh. XV. 6. Act. II. 3. γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, pro πυριναὶ, flammæ igneæ, linguarum quasi formam referentes, cum quo loco conferri meretur Jamblichus de mysteriis sect. III. c. 6. ibid. VII. 30. ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου sub specie rubi ardentis. ibid. XXVIII. 5. εἰς τὸ πῦρ in sarmenta ardentia, seu ligna incensa. Rom. XII. 20. ἄνθρακας πυρὸς carbones ardentes. Genitivus πυρὸς enim locum adjectivi sæpius explet. Confer supra ἄνθραξ. Hebr. XI. 34. ἔσβεσαν δύναμιν πυρός. Jacob. III. 5, 6. V. 3. 1 Petr. I. 7. διὰ πυρὸς δὲ δοκιμαζομένου igne explorato. 2 Petr. III. 7. τεθησαυρισμένοι εἰσὶ πυρὶ igne olim cremabuntur. Apoc. I. 14. ὡς φλὸξ πυρός. ibid. II. 18. IV. 5. ἑπτὰ λαμπάδες πυρός. ibid. VIII. 5. πῦρ prunas ardentes significat. ibid. v. 8. IX. 17, 18. (ubi sermo est de generosis equis, ignem spirantibus. Vide Virgil. Georg. III. 85. Ovid. Metam. VII. 104.) X. 1. ὡς στῦλοι πυρὸς tanquam columnæ ignis. ibid. XI. 5. XIV. 18. (ubi intelligendus est ignis super altari suffitus.) XV. 2. XVII. 16. XVIII. 8. XIX. 12. Alexandrini usi sunt hac voce pro אוּר *ignis,* Ezech. V. 2. אֵשׁ et Chald. אֶשָּׁא idem, Gen. XV. 17. XIX. 24. Dan. VII. 11. נוּר et Chald. נוּרָא idem, Dan. III. 24, 25, 26, 27. VII. 9, 10. et pro רֶשֶׁף *pruna ignita, scintilla.* Ps. LXXVIII. 48. Apud Græcos scriptores non solum de *flamma et igne* (v. c. apud Eurip. Phœn. v. 235. 534 et 1172.), sed etiam de *lumine* (Theocrit. Idyll. XXIV. v. 48. seu 63. Conf. Munker. ad Antonini Liberal. Metamorph. c. 34. p. 277.) adeoque de omni materia ardente usurpatur. 2) *incendium, combustio, conflagratio.* Act. II. 19. δώσω πῦρ excitabo incendia. 1 Cor. II. 13. ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται nam incendio exorto patefiet, seu apparebit, i. q. in sequentibus est: τὸ πῦρ δοκιμάσει, ὁποῖόν ἐστι ἑκάστου τὸ ἔργον. Sic πῦρ etiam legitur in Eurip. Phœn. v. 1583. In versione Alexandrina πῦρ respondet Hebraico שְׂרֵפָה *incendium, conflagratio.* Genes. XI. 3. Amos IV. 11. 3) *æstus,* de sole. Apoc. XVI. 8. καὶ ἐδόθη αὐτῷ (scil. τῷ ἡλίῳ) καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρὶ et concessum fuit soli, urere homines æstu suo. 4) *fulmen,* πῦρ κεραύνιον. Luc. IX. 54. θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἀναλῶσαι αὐτούς; visne jubeamus ignem de cœlo delabi, seu, fulmina eos conficere? ibid. XVII. 29. ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ. 2 Thess. I. 8. ἐν πυρὶ φλογὸς inter fulmina et tonitrua, ubi nonnulli codices habent ἐν φλογὶ πυρός; Syrus autem transtulit: ܒܥܘܙܐ ܕܢܘܪܐ *in vehementia ignis.* Hebr. I. 7. καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα et legatos suos ut fulmina tractat. ibid. XII. 18. κεκαυμένῳ πυρὶ qui crebris fulminibus ardere videbatur. Apoc. VIII. 7. καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ. ib. XIII. 13. XX. 9. καὶ κατέβη πῦρ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ita usurpatur quoque non solum אֵשׁ *ignis,* Psalm. XXIX. 7. CIV. 5. Ies. XXIX. 6. Joël. II. 5. sed etiam πῦρ, vel nude positum, (v. c. in Sophocl. Antigon. v. 135. παλτῷ ῥίπτει πυρί. Scholiast. τῷ κεραυνῷ ἄνωθεν παλθέντι.) vel addita voce Διὸς (ut apud Eurip. in Phœn. v. 1192. Cf. Valckenarium ad Eurip. Phœn. p. 60.) et *ignis* apud Latinos, v. c. Horatium I. Od. 34. v. 5 seq. "namque Diespiter igni corusco nubila dividens." Conf. Obss. Miscell. Vol. I. T, III. p. 326. 5) *dissidium, discordia.* Luc. XII. 49. πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν ignem missurus veni in terram, h. e. futurum est, ut per me meamque doctrinam

dissidia oriantur inter homines, coll. v. 51 seq. 6) metaphorice: *omne, quod damnum et perniciem affert,* et speciatim: *supplicium, pœna gravissima.* Sic quoque לֶהָבָה Ies. XLVII. 14. Matth. III. 11. *βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πυρὶ* graviter puniet vos contemtores religionis suæ. Conf. v. 12. Male nonnulli interpretes respici his verbis opinantur ad miraculosam effusionem Sp. S. die pentecostes sub specie ignis futuram. Idem valet de loco Luc. III. 16. coll. v. 17. Matth. XIII. 50. *εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς* in caminum ignis, h. e. in locum, ubi gravissimis pœnis afficientur. ibid. XVIII. 8, 9. XXV. 41. *εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον* ad supplicia æterna, coll. v. 46. Marc. IX. 43—49. Jud. v. 3. Apoc. XIV. 10. XIX. 20. XX. 10, 14, 15. XXI. 8. Sirac. VII. 19. *ὅτι ἐκδίκησις ἀσεβοῦς πῦρ καὶ σκώληξ.* Judith XVI. 16. Ies. LXVI. 24. וְאִשָּׁם לֹא תִכְבֶּה pœna eorum nunquam cessabit, seu, gravissimas pœnas dabunt. Conf. Glassii Philol. Sacr. p. 1057 seq. ed. Dathii. Huc etiam referendus est locus Hebr. XII. 29. ubi Deus *πῦρ καταναλίσκον* dicitur, quatenus impios gravissime punit. Confer Deut. IV. 24. IX. 3. Ies. X. 17. 7) aliis substantivis additur ad *summam vehementiam alicujus rei* indicandam. Hebr. X. 27. *ζῆλος πυρὸς* ira acerrima et ardentissima, seu pœnæ gravissimæ. Conf. Deuteron. XXIX. 20. XXXII. 22. Zephan. I. 18. III. 8. 8) metaphorice: *summum periculum, vitæ periculum,* ut אֵשׁ Psalm. LXVI. 11. Ies. XLIII. 2. et לֶהָבָה Jer. XLIII. 45. Joël. II. 3. 2 Cor. III. 15. *αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως δὲ, ὡς διὰ πυρὸς* ipse vero evadet, sed vix ac ne vix quidem, seu probe ambustus evadet, vel semiustus effugiet, ut Livius loquitur, XX. c. 35 et 40. Adde Cic. pro Dom. c. 43. et pro Milone c. 5. et Gronovii Diatr. in Statium c. 33. Est formula proverbialis, (etiam apud Græcos obvia, v. c. Eurip. in Electra v. 1182.) desumta, ut videtur, ex Amos IV. 11. et Zach. III. 2. quæ de omnibus usurpatur, qui magnum periculum vix ac ne vix quidem evaserunt. Conf. Abreschium in Animadverss. ad Æschylum Lib. I. c. 3. Eadem formula occurrit quoque Jud. v. 23. *ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάζοντες.* Adde Xenoph. Œcon. c. 21. § 7. *ἀκολουθητέον εἶναι καὶ διὰ πυρὸς καὶ διὰ παντὸς κινδύνου.* Idem in Sympos. IV. 16. *ἐγὼ οὖν μετὰ Κλεινίου διὰ πυρὸς ἰοίην.* Alia loca veterum, huc pertinentia, collegit Wolfius in Curis Philol. in N. T. Vol. II. p. 347 seq. et Wakefield in Silva Critica P. III. p. 49 seq. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΥΡΑ', ᾶς, ἡ, *pyra,* (Virgil. Æn. IV. 504. VI. 215. Ovid. Fast. II. 534.) *rogus, strues lignorum accensorum,* a *πῦρ ignis.* In N. T. bis tantum legitur. Act. XXVIII. 2. *ἀνάψαντες γὰρ πυρὰν* postquam accenderant pyram. ibid. v. 3. *συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων πλῆθος, καὶ ἐπιθέντος ἐπὶ τὴν πυρὰν* Paulus autem cum stramenta multa collegisset atque imposuisset pyræ. Legitur præterea Judith VII. 5. 2 Macc. I. 22. VII. 5. X. 36. Sirac. LI. 6. Xenoph. Anab. VI. 4. 6. Hesych. *πυραί· πυρκαϊαί.* Etym. M. *πυραί· πυρκαϊαί, ἀπὸ τοῦ φύρω.* Phavor. et Schol. Euripidis ad Hecubam v. 386. *πυρὰ θηλυκῶς τὸ πῦρ, τὸ ἐπὶ νεκρῷ ἀπτόμενον, καὶ ὁ τόπος, ἐφ᾽ ὃν τὸ πῦρ ἅπτεται.*

ΠΥ'ΡΓΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *turris, munimentum, altius assurgens,* exstructum tum, ut contra impetus hostium asylum præbeat, tum, ut speculator, ibi positus, ex omnibus partibus prospicere queat. Deducitur a *πῦρ ignis,* vel, quia turris pyramidalem repræsentat figuram ignis, vel, quia ignes in turribus olim incendebantur et alebantur. In hac propria notione sæpius legitur apud Euripidem in Phœn. v. c. v. 1240 et 1184. Hesych. *πύργος· προμαχεών, τεῖχος.* Etym. M. *πύργος· τεῖχος.* 2) *quodvis amplum et magnificum ædificium privatum, exstructum in locis editis, aut altius certe ædificatum, prospectus causa,* in vineis, hortis, villis, *domus hortensis, arx, castellum, palatium.* Sic legitur in N. T. Matth. XXI. 33. *καὶ ᾠκοδόμησε πύργον,* scil. *ἐν τῷ ἀμπελῶνι,* et exstruxit amplum et magnificum ædificium in vinea. *Turrium in villis* eodem sensu mentio etiam fit apud Livium XXXIII. 48. ubi videndus Dukerus. Marc. XII. 1. Luc. XIII. 4. *ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωάμ* ædificium, seu castellum, quod ad Siloam exstructum erat. ibid. XIV. 28. *θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι* qui velit ædificium magnificum exstruere. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Tibull. Eleg. I. 8. 19. Horat. Carm. I. Od. 4. Liv. XXXIII. 48. coll. Justin. XXXI. 2. 3. Aristoph. Plut. v. 180. Lucianum in Pseudologista c. 19. Conf. Ernesti ad Sueton. Ner. c. 38. Wetstenii N. T. T. I. pag. 466. et Schwarzium in Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1195.

ΠΥΡΕ'ΣΣΩ, vel ΠΥΡΕ'ΤΤΩ, fut. ἕξω, *febricito, febri laboro,* a *πυρετὸς febris.* Bis tantum in N. T. legitur. Matth. VIII. 14. *εἶδε τὴν πενθερὰν αὐτοῦ βεβλημένην καὶ πυρέσσουσαν* offendebat ejus socrum febri decumbentem. Marc. I. 30. *ἡ δὲ πενθερὰ Σίμωνος κατέκειτο πυρέσσουσα.*

ΠΥΡΕΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, *febris,* *ἀπὸ τοῦ πυρὸς* denominationem habet Græcis, ut *febris* a *fervore* Latinis, quia hæc est febris natura, ut æstum et calorem igneum habeat, unde *πῦρ* quandoque *febrem vehementissimam* indicat. Conf. Foësii Œcon. Hippocr. p. 328. Hinc *ἄπυρος* is vocatur, qui est sine febre. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 201. Matth. VIII. 15. Marc. I. 31. et Joh. IV. 51. *ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετὸς* liberatus est a febri. Luc. IV. 38. *συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ* conflictabatur, aut laborabat febri vehementi. Lucianus Philopseude p. 482. *πυρετῷ ἐχόμενος.* Galen. de Compos. Med. per gen. III. *πυρετὸς μέγας.* Idem de Different. Febr. I. *τὸν μέγαν τε καὶ μικρὸν πυρετόν.* Celsus II. 7. magnæ febres. Luc. IV. 39. *ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ* solo imperio febrem dispulit. Act. XXVIII. 8. *πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ.* Sæpius in N. T. non legitur. Exprimitur hoc nomine ab Alexandrinis Hebraicum · קַדַּחַת *febris ardens,* Deut. XXVIII. 22. Hesychius: *πυρετός· φλογισμὸς, καῦμα.*

ΠΥ'ΡΙΝΟΣ, η, ον, vel ΠΥ'ΡΙΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *igneus,* a *πῦρ ignis.* Tantum extat in N. T. Apoc. IX. 17. *ἔχοντας θώρακας πυρίνους* habentes thoracas igneos, i. e. politos, solis radios reverberantes, *πυροειδεῖς,* ut legitur apud Plutarch. in Sylla p. 461. Alexandrini habuerunt pro אֵשׁ *ignis,* Ezech. XXVIII. 14, 16. Plutarch. T. IX. p. 503. ed. Reisk.

ΠΥΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *igne injecto uro, accendo, incendo, comburo.* Passivum *πυρόομαι,* οῦμαι, *uror, calesco, ardeo,* a *πῦρ ignis.* 2 Petr. III. 12. *δι᾽ ἣν οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται* propter quam cœli ardentes (accensi) solventur, seu igne consumentur. Sequuntur verba *καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται.* Æschin. Socr. Dial. III. 21. *καὶ λαμπάσιν ἐπιμόνως πυρούμενοι Ποινῶν.* Eurip. Phœn. v. 588. *θήκας πυρώσας.* 2) *igne repleo, ignem injicio.* Ephes. VI. 16. ubi commemorantur *βέλη πεπυρωμένα* tela ignita, seu *falaricæ, malleoli,* h. e. sagittæ, in quarum

alveis ignis cum aliquo alimento latet et quæ, si hæserint usquam tenaciter, cremant. A Thucydide II. 75. vocantur πυρφόροι ὀϊστοί, ab Apollodoro (Bibl. II. 4.) vero, ut a Paulo, βέλη πεπυρωμένα. Conf. ad h. l. Wetstenium, Ammianum Marcellinum XXIII. 4. et Casaubonum ad Æneæ Tactica p. 584. ed. Ernesti, nec non Wakefield. Silvam Criticam P. III. p. 107. seq. 3) *igne exploro, igne purgo.* Apoc. I. 15. pedes ejus similes orichalco, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένῳ tanquam in fornace igne purgato et explorato. Sine dubio enim lectio πεπυρωμένῳ, quam Syri et Vulgati auctoritas tuetur, est vera et præferenda lectioni receptæ πεπυρωμένοι. ib. III. 18. χρυσίον πεπυρωμένον aurum, igne exploratum et purgatum a scoriis, h. e. aurum purum, lectissimum. In hac significatione frequens est vox πυροῦσθαι apud Alexandrinos, v. c. Prov. X. 21. ἄργυρος πεπυρωμένος, Hebr. כֶּסֶף נִבְחָר *argentum selectum, lectissimum,* Ps. XI. 7. LXV. 9. Zach. XIII. 9. ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον, ubi τῷ צָרַף *conflavit, purgavit, defæcavit* respondet. 4) *incito, excito, instigo* ad iram, vindictam, indignationem, libidinem, vel similem affectum, sive culpabilem, sive laudabilem. Hinc πυροῦσθαι in N. T. a) *is* dicitur, *qui ardet studio alicujus rei,* aut *irascitur et indignatur.* 2 Cor. XI. 29. τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; quis offenditur, quin ego quoque ardeam studio illum adjuvandi? aut si quis alius ægritudine afficitur, certe ego cogor cotidie irasci adversariis meis. Chrysostomus ad h. l. πυροῦσθαι per ὑπερβολὴν τῆς ὀδύνης interpretatus est, quem secuti sunt alii Patres. Conf. Suicerum in Thesaur. Eccles. T. II. p. 896. et Gatakerum in Adversariis c. XLIV. Adde 2 Macc. IV. 38. πυρωθεὶς τοῖς θυμοῖς. ibid. X. 35. XIV. 45. b) *qui furore et stimulis libidinis agitur, æstu libidinis vexatur, libidine inflammatur.* 1 Cor. VII. 9. κρεῖσσον γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι melius est matrimonium inire, quam uri. Virgil. Æn. IV. 68. Ovid. Met. III. v. 426 et 431. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 126. Ita quoque sumitur בָּחַר Ies. I. 29. ἐκπυροῦσθαι in ed. Vta Hos. VII. 4. ubi ἐκπυροῦσθαι εἰς τὸ μοιχεύειν Hebr. בָּעַר respondet. καίεσθαι apud Callim. Hymn. in Apoll. v. 49. et φλέγεσθαι apud Dionys. Halic. Antiqq. XI. p. 710. φλεγόμενος ὑπὸ τοῦ πάθους. Etiam πῦρ de *libidine venerea* adhibetur Sirac. XXIII. 23. ἄνθρωπος πόρνος — — οὐ μὴ παύσεται, ἕως ἐκκαύσῃ τὸ πῦρ. Conf. Fesselii Advers. Sacr. Lib. II. c. 22. pag. 160. et Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. pag. 895. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΥῬῬΑ'ΖΩ, fut. άσω, *rubeo, rutilo, instar ignis splendeo,* a πυῤῥὸς, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XVI. 2. πυῤῥάζει γὰρ ὁ οὐρανὸς rubent enim nubes. ibid. v. 3. πυῤῥάζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανὸς nam rubet triste cœlum. Conf. de hac voce, qua præter Matthæum nullus alius scriptor usus est, Fischeri Prolusionem de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. XXIX. 2. p. 643 seq.

ΠΥῬῬΟ'Σ, ὰ, ὸν, *rufus, rubens, flavus, fulvus et velut ex flavo candicans,* quasi *colorem* τοῦ πυρὸς *ignis habens,* a πῦρ *ignis.* Bis legitur in N. T. Apoc. VI. 4. ἵππος πυῤῥὸς equus rufus, vel fulvus. ibid. XII. 3. δράκων μέγας πυῤῥὸς draco magnus rufus (coll. Homer. Iliad. II. 508. et Philostrat. Vit. Apollon. III. 7.). Alexandrini habent pro אָדֹם quod idem notat. Gen. XXV. 30. Num. XIX. 2. Zach. I. 8. Xenoph. de Venat. IV. 7. Conf. etiam Foësii Œcon. Hippocr. p. 330. et Wetstenii N. T. T. II. p. 772.

ΠΥ'ΡΩΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *incendium, incensio,* a πῦρ *ignis.* Apoc. XVIII. 9 et 18. βλέποντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς videntes fumum incendii ipsius. 2) *exploratio metallorum, quæ fit per ignem, probatio, quæ igne fit,* i. q. δοκιμασία, interprete Hesychio. Hinc in vers. Alex. respondet Hebraico כּוּר *catinus, fornax,* in qua aurum et argentum purgatur et exploratur. Prov. XXVII. 21. δοκίμιον ἀργυρίῳ καὶ χρυσῷ πύρωσις. Hinc 3) metaphorice: *calamitates, probandæ virtutis et constantiæ causa alicui immissæ, res adversæ, quibus homines, ut aurum igne, explorantur et explorati probantur.* Sic legitur in N. T. 1 Petr. IV. 12. μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ ne novitate calamitatum, probandæ constantiæ et virtutis vestræ causa vobis immissarum, perturbari vos patiamini. Simili modo etiam verbum πυροῦν in versione Alex. de *exploratione virtutis humanæ, quæ fit per calamitates, a Deo immissas,* usurpatur Ps. LXV. 9. ὅτι ἐδοκίμασας ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται τὸ ἀργύριον. Zachar. XIII. 9. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 894. Doughtæi Analecta V. T. Excurs. 142. p. 377 seq. et Heinsii Exercitatt. Sacr. p. 608. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΩ. Vox enclitica, *quodammodo, alicunde.* Vide μήπω, μηδέπω, οὔπω et οὐδέπω.

ΠΩΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *vendo.* Passivum πωλέομαι, οῦμαι, *vendor, veneo.* Matth. X. 29. οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; nonne duo passerculi asse minuto veneunt? ib. XIII. 44. ὅσα ἔχει, πωλεῖ quæcunque habet, vendit. ib. XIX. 21. πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα vende facultates tuas. ib. XXI. 12. ἐξέβαλε πάντας τοὺς πωλοῦντας ejecit omnes vendentes. ibid. XXV. 9. πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τοὺς πωλοῦντας abite vero potius ad vendentes. Marc. X. 21. XI. 15. Luc. XII. 6, 33. XVII. 28. XVIII. 22. XIX. 45. XXII. 36. Joh. II. 14, 16. Act. IV. 34, 37. V. 1. 1 Cor. X. 25. πᾶν τὸ ἐν μακέλλῳ πωλούμενον ἐσθίετε omne, quod in macello venditur, comedite. Apoc. XIII. 17. ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι emere, aut vendere. In versione Alex. respondet Hebraico מָכַר *vendidit,* Ies. XXIV. 2. Joël. III. 3. Nahum. III. 4. et שָׁבַר idem, Genes. XLI. 56. XLII. 6. Confer quæ de hac voce scripsit Casaubonus ad Aristoph. Equit. v. 316. qui recte observavit, πωλεῖν proprie significasse *pullum equinum* (πῶλον) *cum alia re commutare,* sed substituta emtione et venditione rerum permutationi, dici pro *vendere* cœptum esse.

ΠΩ'ΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *pullus,* et quidem speciatim vel *equinus,* vel *asininus.* De pullo asinino legitur apud Matth. XXI. 2, 5, 7. ἤγαγον τὴν ὄνον καὶ τὸν πῶλον. Marc. XI. 2, 4, 5, 7. Luc. XIX. 30, 33, 35. Joh. XII. 15. καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου insidens pullo asinæ. Confer Fischeri Prolus. XXI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 495 seq. De *pullo equino* legitur apud Ælian. V. H. VII. 13. Xenoph. de Re Equestr. I. 17. Eurip. Phœn. v. 184 et 809. et Theocrit. XXIV. 127. Etym. M. πῶλοι· οἱ νέοι ἵπποι. Schol. Aristophanis ad Pac. 74. πῶλοι δὲ κυρίως τὰ γεννήματα τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἄλλων κτηνῶν, ἅπερ ἔθος ἔχομεν κολακεύειν. Alexandrini usi sunt hac voce pro עַיִר *pullus,* Genes. XXXII. 15. Jud.

X. 4. XII. 14. Zachar. IX. 9. et pro בֵּן *filius, pullus,* Genes. XLIX. 11.

ΠΩ'ΠΟΤΕ. Adverbium, significans *unquam,* et de tempore præterito æque ac futuro usurpatur, ex πω dictiuncula inseparabili et ποτὲ idem. Legitur in N. T. Luc. XIX. 30. ἐφ' ὃν οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἐκάθισε cui nemo unquam insedit. Joh. I. 18. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε Deum nemo unquam vidit. ibid. V. 37. VI. 35. οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε nunquam sitiet. ibid. VIII. 33. 1 Joh. IV. 12. Sæpius in N. T. non legitur. Pro מִיָּמֶיךָ *a,* vel *in diebus tuis,* 1 Sam. XXV. 28. habent Alexandrini solum πώποτε. Lex. Cyrilli MS. Brem. πώποτε· ποτέ.

ΠΩΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *callum obduco, obducto callo durum reddo, obduro, induro, facio occalescere.* Passivum πωρόομαι, οῦμαι, *callo obducor, pinguesco, pinguefio,* a πῶρος *callus,* seu *durities illa, quæ ossa fracta conjungit.* Dioscorides I. cap. 90. τὰ ἀσυμπλήρωτα πληροῖ, καὶ τὰ ἀπώρωτα πωροῖ ὀστέα. Ælian. V. H. IX. 13. διὰ τῆς πεπωρωμένης σαρκὸς per carnem pinguefactam. Erot. Gloss. Hippocrat. πωρωθῆναι· παχυνθῆναι, παγῆναι. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 584. 2) πωρόω etiam significat *excæcare* et tunc descendit a πωρὸς *cæcus,* ὁ τυφλὸς, interprete Suida. Job. XVII. 7. πεπώρωνται γὰρ ἀπὸ ὀργῆς οἱ ὀφθαλμοί μου occæcati sunt ab ira oculi mei. Suid. πεπώρωται· τετύφλωται. Hesych. πεπωρωμένοι· ἐσκληρωμένοι, τετυφλωμένοι. Idem: ἐπωρώθησαν· ἐτυφλώθησαν. Hinc 3) πωροῦσθαι metaphorice de *eo* usurpatur, *qui est animo hebeti et ingenii stupore laborat;* partim vero de *eo, qui omni boni malique, honesti et inhonesti sensu destituitur, qui est impius et contumax.* Πωροῦν autem metaphorice *is* dicitur, *qui est causa ignorantiæ aliorum et stupiditatis ac defectus sensus recti et honesti, certe permittit, ut aliquis stupore animi, inscitia, malignitate et pravitate animi laboret.* Sic legitur in N. T. Marc. VI. 52. ἦν γὰρ ἡ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη (coll. Matth. XIII. 15. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου) erant enim animo hebeti. ibid. VIII. 17. οὔπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε, ἔτι πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν. Joh. XII. 40. Rom. XI. 7. οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν cæteri autem hebetes et stupidi facti sunt. 2 Cor. III. 14. Sæpius in N. T. non legitur.

ΠΩ'ΡΩΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *obduratio, induratio, concretio in callum,* cum v. c. cuti manuum pedumque callus obducitur, eaque crassior et durior redditur. Est verbale a secunda persona perf. pass. πεπώρωσαι, verbi πωρόω *callum obduco, obduro.* Hesych. πώρωσις· ἐξ ὀστέων σύμφυσις καὶ σύνδεσμος. λέγοιτο δὲ ἐπὶ σαρκῶν, πῶρος καὶ ἀναισθησία. 2) *excæcatio.* Suid. πώρωσις· ἡ τύφλωσις. 3) ad animum translatum metaphorice significat *stuporem animi, ignorantiam et inscitiam rerum divinarum, malignitatem et pravitatem animi, pervicaciam et contumaciam.* Alberti Glossar. Gr. N. T. p. 108. πώρωσις· ἀμαθία, σκοτία. Sic ter tantum in N. T. legitur. Marc. III. 5. συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν. Rom. XI. 25. ubi πώρωσις est incredulitas Judæorum et contumacia, ἡ ἀπιστία, coll. v. 23. Ephes. IV. 8. Conf. Suiceri Thesaurum Eccles. T. II. p. 897 seq. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 165. πώρωσις, *perduratio.*

ΠΩΣ. Vox enclitica, indefinite: *quodammodo, aliquo modo.* Vide εἴπως, μήπως. Conf. Irmischii Excurs. ad Herodian. I. 2. 8. p. 801 seq.

ΠΩ͂Σ, interrogative et definite, significat: 1) *quomodo?* et *qua ratione?* connotans mox admirationem, mox vero expostulationem et increpationem. Matth. XXII. 43, 45. πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστι; quomodo filius ejus est? ibid. XVI. 11. πῶς οὐ νοεῖτε; quomodo non intelligitis? Marc. IV. 40. πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν; quomodo non habetis fidem? Potest tamen h. l. πῶς etiam *cur, quare* verti, ut sit i. q. διατί. Certe ita usurpatum legitur apud Polyb. VIII. 4. 5. et Xenoph. Sympos. II. 10. Matth. XXII. 12. ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε; amice, quo jure, seu qua fronte huc venisti? Luc. I. 34. πῶς οὗτος γράμματα οἶδε; quomodo hic novit litteras sacras? Matth. XII. 29. πῶς; quo successu? Luc. XIV. 7. πῶς; quam cupide? Act. IV. 21. πῶς; qua juris specie? Rom. IV. 10. πῶς; in quo statu? in qua conditione? Alii vertunt: *quo tempore?* ex usu Hebraici אֵיכָה quod non de loco tantum, sed etiam de tempore usurpatur. ibid. VI. 2. πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; 2) *quid?* pro τί; aut *quale?* pro ποῖον; Luc. X. 26. πῶς ἀναγινώσκεις; quid legis? Apoc. III. 3. πῶς εἴληφας, κ. τ. λ. quæ tibi præcepta et officia injuncta fuerint. Eurip. Orest. v. 776. πῶς ἂν οὖν δρῴην; quid igitur faciam? Idem Phœn. v. 1675. Conf. Kypk. Obss. Sacr. T. I. p. 263. 3) determinative usurpatur. Matth. VI. 28. considerate lilia agri, πῶς αὐξάνει quomodo crescant. ibid. X. 19. πῶς λαλήσητε qua methodo apologiam vestram habeatis. ibid. XII. 4. Marc. V. 16. XI. 18. et quærebant, πῶς αὐτὸν ἀπολέσωσιν quomodo eum interficerent. Act. IV. 21. πῶς κολάσωνται αὐτοὺς qua specie, seu quo prætextu eos pœna afficerent. Apoc. III. 3. 4) si nulla sequitur particula negativa, absolute negat. Matth. XII. 26. πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; minime stabit regnum ejus. Sic quoque absolute negat Matth. XXIII. 33. Joh. IX. 16. Rom. III. 6. VI. 2. X. 14, 15. Antiphon Vol. VII. Oratt. GG. ed. Reiskii p. 608. 4. 5) si sequitur particula negativa fortius affirmat et Latine reddi potest: *utique, omnino.* Rom. VIII. 32. πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ὑμῖν χαρίσεται; h. e. utique cum ipso summa vobis beneficia exhibebit. 2 Cor. III. 8. Plato in Theæteto cap. 3. Polyb. IX. 10. — Confer Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 431 seq. ed. Zeunii.

P

ῬΑΑ'Β, vel ῬΑΧΑ'Β, ἡ, *Rachab.* Nomen ἄκλιτον mulieris Hierichuntinæ, quæ exploratores Josuæ hospitio excepit. Jos. II. 1. Hebr. sonat רָחָב a radice רָחַב *latus fuit,* significans *latitudinem.* Alberti Glossar. Gr. p. 21. Ῥαάβ· ἐπλατύνθη. Cur ita nominata fuerit, latet. Bis memoratur in N. T. Hebr. XI. 31.

ubi ἡ πόρνη vocatur, ut Jos. II. 1. זוֹנָה, h. e. hospita. Vide supra ad πόρνη dicta. Jacob. II. 25.

'PABBI', Hebr. רַבִּי *Rabbi, magister*, vel *magister meus*, ex affixo primæ personæ י et רַב *multus, amplus*, item *magister*, sic dictus, quod multa et insigni eruditione polleat, a radice רָבַב *multiplicatus fuit*. Videtur hic titulus primum ortus fuisse circa tempora Christi, ex schismate inter scholas Schammai et Hillelis. Nam ante tempora Hillelis nullus prophetarum hoc titulo unquam condecoratus fuit, immo nec ipse Hillel, cum e Babylone veniret. Inter רַב, רַבִּי et רַבָּן hanc agnoscunt differentiam Judæi, ut statuant, רַבָּן esse præstantius nomen, quam רַבִּי et רַבִּי quam רַב utroque autem majorem esse, qui nomine suo vocatur. Cf. plura apud Lightfootum Horis Hebr. et Talmud. ad Matth. XXIII. 6. et Pfeiferum in Loc. Exot. 23. Legitur hæc vox Matth. XXIII. 7, 8. ubi sic appellari prohibet discipulos suos Christus. ibid. XXVI. 25, 49. Marc. IX. 5. XI. 21. XIV. 45. Joh. I. 39, 50. III. 2, 26. IV. 31. VI. 25. IX. 2. XI. 8. Alberti Glossar. Gr. p. 22. 'Ραββί· διδάσκαλε. Consuevisse Judæos vocem rabbi in salutationibus bis exprimere, docuit Wetstenius N. T. T. I. p. 481.

'PABBONI', vel 'PABBOYNI', *rabboni*, vel *rabbuni*, h. e. *domine*, vel *magister mi!* Est vocabulum Syro-Chaldaicum, compositum ex רַבּוֹן *dominus, magister*, et affixo primæ personæ י nec differt a voce 'Ραββί. Cf. Cheitomæum in Græcobarbar. N. T. p. 127 seq. Bis tantum legitur in N. T. Marc. X. 51. ῥαββονὶ, ἵνα ἀναβλέψω magister, ut visum recuperem. Joh. XX. 16. 'Ραββουνί· ὃ λέγεται διδάσκαλε Rabbuni, quod dicitur magister.

'PABΔI'ZΩ, fut. ίσω, *virgis cædo, virgis excutio*, a ῥάβδος *virga, baculus*. Act. XVI. 22. ἐκέλευον ῥαβδίζειν jusserunt eos virgis cædi. 2 Cor. XI. 25. τρὶς ἐῤῥαβδίσθην ter virgis cæsus sum. Sæpius non legitur in N. T. Reperitur etiam pro חָבַט *baculo* vel *virga excussit frumenta*, Jud. VI. 11. Ruth. II. 17. et Ies. XXVII. 12. in versione Alexandrina pariter ac in fragmentis Aquilæ, Symmachi et Theodotionis. Antiquitus enim Hebræos frumenta et inprimis legumina baculis et virgis extrivisse, vel excussisse, docuit Schœttgenius in Antiquitt. Trituræ s. 18.

'PA'BΔOΣ, ου, ἡ, 1) proprie: *virga, baculus, scipio, cui innitimur ac incumbimus*, ἀπὸ τοῦ ῥαπίζειν *percutere*, ut nonnullis placet, vel παρὰ τὸ ῥᾷον βαδίζειν, i. e. *facilius incedere*. De baculo, quo uti solent viatores, legitur in N. T. Matth. X. 10. ubi jubet Christus discipulos suos, ne comparent sibi ῥάβδον baculum, h. e. ne anxie solliciti sint de comparandis necessitatibus itineris. Marc. VI. 8. παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον. Luc. IX. 3. Hebr. XI. 21. Jacobus moriens προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ innixus est baculo suo, propter infirmitatem scilicet. In Hebraico textu Genes. XLVII. 31. leguntur verba: et incurvavit se Jacob אֶל רֹאשׁ הַמִּטָּה ad summitatem lecti. Sed Alexandrini pro מִטָּה *lectus* legerunt in suis codicibus מַטֶּה *baculus*, quam lectionem secutus quoque est pro more suo apostolus. Apoc. XI. 1. ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ. In versione Alex. respondet Hebraico שֵׁבֶט *virga, baculus*, Exod. XXI. 20. 2 Sam. XXIII. 21. מַטֶּה idem, Genes. XXXVIII. 18, 25. Exod. IV. 2, 4, 17, 20. et מַקֵּל idem, Num. XXII. 27. 1 Sam. XVII. 43. Gen. XXXII. 10. 1 b) *virga mensoria*. Apoc. XI. 1. κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ arundo, quæ decempedam (virgam mensoriam) referebat: κάλαμος μέτρου seu μέτρον. קְנֵה הַמִּדָּה Ezech. XL. 3. 2) *ramus*. Hebr. IX. 4. ἡ ῥάβδος 'Ααρὼν ἡ βλαστήσασα ramus amygdali virens, quo Aaron et ejus posteri ad sacerdotii munus eligebantur, et qui in arca fœderis asservabatur. In eadem significatione reperitur מַטֶּה Num. XVII. 2, 3, 5—10. Ezech. VII. 10. מַקֵּל Genes. XXX. 37—40. et חֹטֶר Ies. XI. 1. καὶ ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης 'Ιεσσαί. 3) *virga, qua castigantur pueri ob delicta, aut baculus, quo castigantur servi*. Alex. Exod. XXI. 20. ἐὰν δέ τις πατάξῃ τὸν παῖδα αὐτοῦ ἐν ῥάβδῳ. Æschin. Socr. Dial. III. 8. Hinc 4) metaphorice: *supplicium, pœna, objurgatio, increpatio*. 1 Cor. IV. 21. ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς; num cum baculo veniam ad vos? h. e. num veniam ad vos ita, ut vos puniam et objurgem, ut severus pædagogus? Chrysostomus ad h. l. bene: ἐν ῥάβδῳ· ἐν κολάσει, ἐν τιμωρίᾳ. Alberti Glossar. N. T. p. 124. ῥάβδῳ· ἐπιτιμητικῷ λόγῳ. Ies. X. 24. ὅτι ἐν ῥάβδῳ πατάξει σε quod te durius tractabit. ibid. XI. 4. καὶ πατάξει γῆν τῷ λόγῳ (alii τῷ ῥάβδῳ) στόματος αὐτοῦ. Adde Job. XXI. 9. et Ps. LXXXVIII. 32. ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν. 5) *sceptrum, regiæ potestatis signum*. Respondet in versione Alex. Hebraico שַׁרְבִיט *sceptrum*. Esther IV. 10. πλὴν ᾧ ἐὰν ἐκτείνῃ τὴν χρυσῆν ῥάβδον. ibid. V. 2. VIII. 4. Hinc 6) ut Hebraicum מַקֵּל Jerem. XLVIII. 17. et שֵׁבֶט Num. XXV. 7. Prov. XXII. 8., metaphorice: *potestas, dominatio, imperium, administratio regni*. Sic legitur in N. T. Hebr. I. 8. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου justa est et æqua imperii tui administratio. Verba desumta sunt ex Psalm. XLV. 8. ubi שֵׁבֶט eodem sensu usurpatur. Apoc. II. 27. XII. 5. et XIX. 15. αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ ille pascet illos virga ferrea, h. e. duro imperio in illos utetur, seu, pro summa sua potentia pœnas ab omnibus adversariis religionis christianæ sumet. Alex. Psalm. II. 9. ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. Sæpius in N. T. non legitur.

'PABΔOY'XOΣ, ου, ὁ, *lictor, viator, minister publicus, qui magistratibus in provinciis fasces baculorum in ministerii sui signum et alia dignitatis insignia præferre solebant et semper apparebant et præsto erant magistratibus colonicis*, ita, ut iis vel nunciandi, vel vocandi causa uterentur, vel ligandi, aut pœnas sumendi et exigendi a reis. Vide Cœl. Rhodigini Antiq. Lectt. VII. 29. Jul. Cæs. Scaligeri Poëtic. Lib. I. cap. 21. Lipsium Elect. I. 23. et Ever. Ottonem de Ædilibus Coloniarum cap. 12. p. 365 seq. Dicti vero sunt ῥαβδοῦχοι, παρὰ τὸ ἔχειν ῥάβδους, quia bacillos, vel fasces baculorum ante magistratum gestare et tenere consueverant et multum differunt a lictoribus cum fascibus, qui Romæ erant consulum et prætorum administri. Bis tantum in N. T. legitur hæc vox, nempe Act. XVI. 35. ἀπέστειλον οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους prætores miserunt lictores. ibid. v. 38. Thucyd. Lib. V. c. 50. ὑπὸ τῶν ῥαβδούχων πληγὰς ἔλαβεν. Aristoph. Pac. 733. Herodian. VII. 8. 11. Plutarch. Q. Rom. p. 280. A. διατί λικτώρεις τοὺς ῥαβδούχους ὀνο-

μάζουσι, κ. τ. λ. Glossar. *ῥαβδοῦχος*, *virgarius, lictor*.

'ΡΑΓΑΥ͂, ὁ, *Ragau*. Nomen proprium viri Hebraicum ἄκλιτον. Fuit filius Phalegi, 1 Chron. I. 25. Gen. XI. 18. Hebraice dicitur רְעוּ a רֵעַ i. e. *amicus, socius, proximus*. ע vero olim per γ pronuntiabatur, ut עֲמֹרָה Γομόῤῥα, עַזָּה Γάζα, ut docuit Graffmannus in Comment. de Codicibus Hebræo-Græcis Intt. Gr. V. T. p. 24. Semel tantum 'Ραγαῦ memoratur in N. T. Luc. III. 35.

'ΡΑΔΙΟΥ´ΡΓΗΜΑ, τος, τὸ, *facinus, scelus, flagitium, veteratorium facinus, ab eo profectum, cujus animus ad omnem nequitiam occalluit*, a ῥᾳδιουργέω, quod proprie et secundum etymologiam (compositum enim est ex ῥᾴδιος *facilis, proclivis*, et ἔργον *opus*.) significat: *efficere aliquid facili negotio, ita, ut adhibeas parum laboris*; (Hesych. ῥᾳδιουργεῖ· ῥᾳδίως ποιεῖ.) deinde vero speciatim et in deteriorem partem de *eo* adhibetur, *qui facile ad scelus perpetrandum prorumpit*. (Hesych. ῥᾳδιουργεῖ· κακοποιεῖ, δεινοποιεῖ. Xenoph. de Rep. Laced. II. 2. IV. 4.) Sic semel legitur in N. T. Act. XVIII. 14. ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν aut aliud admodum grave scelus. Vide vocem sequentem.

'ΡΑΔΙΟΥΡΓΙ´Α, ας, ἡ, 1) proprie: *facilitas agendi*, et generatim usurpatur de *rebus, in quibus comparandis parum, aut nihil laboris adhibendum est*, a ῥᾳδιουργὸς *qui aliquid efficit facili negotio*. Lucian. VI. p. 240. Xenoph. Mem. II. 1. 20. ἔτι δὲ αἱ μὲν ῥᾳδιουργίαι καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναὶ κ. τ. λ. Jam, quia ῥᾳδιουργὸς etiam de eo adhibetur, qui ad scelus perpetrandum facile impellitur et cui religio non est, turpe aliquid patrare, etiam ῥᾳδιουργία in deteriorem partem adhibetur, ita, ut 2) *propensionem ad quodvis facinus patrandum, animum fraudulentum et dolosum* et *pravas artes* significet, *quibus quis utitur ad alios decipiendos et lædendos*. Sic semel in N. T. legitur Act. XIII. 10. ὦ πλήρης παντὸς δόλου, καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας. Indicat hæc loquendi formula *hominem, ex fraudibus et flagitiis quasi consutum, plenum omni fraude ac dolo*. Sic ῥᾳδιουργία de *improbitate* legitur quoque apud Xenophontem de Rep. Laced. XIV. 4. et verbo ῥᾳδιουργεῖν pro ἀπατᾷν usus est Polybius Hist. XVII. c. 30. Etym. M. ῥᾳδιουργεῖν· σημαίνει τὸ μετὰ πανουργίας τι διαπράττεσθαι. Thom. M. pag. 769 seq. ῥᾳδιουργός· καὶ ὁ πλαστογράφος καὶ ὁ κακοῦργος ἁπλῶς. καὶ ῥᾳδιουργία· ἡ πλαστογραφία, καὶ ἡ θρασύτης, καὶ ἡ δολιότης. Λουκιανὸς ἐν δραπέταις· (Tom. II. p. 598. edit. Græv.) ἐμπέπλησται ἡ πόλις τῆς τοιαύτης ῥᾳδιουργίας. Ξενοφῶν δὲ καί τινες ἄλλοι ἐχρήσαντο τῇ λέξει καὶ ἐπὶ εὐκολίας. Vide ad h. l. interpretes. Alberti Glossar. Gr. N. T. p. 73. ῥᾳδιουργίας· ἐγχειρίσεως πονηρᾶς. Conf. etiam Wesselingium ad Diodorum Sic. XX. c. 68. Wetstenii N. T. T. II. p. 534. Gloss. Vet. ῥᾳδιουργία, *falsum*.

'ΡΑΚΑ`, *raka*. Vox convicii, apud Judæos Christi ætate recepta, quam alii a רָקַק *spuit, conspuit, exspuit*, deducunt, ut significet κατάπτυστον, h. e. *hominem vilem et abjectum, contemptibilem, ad quem exspuitur*, alii vero, et, ut opinor, rectius, eandem esse putant cum Chaldaico רֵיקָא (a רִיק quod in Aphel significat *evacuavit*,) ut adeo ῥακὰ sit vox Chaldaica, significans: *vanum, cerebro vacuum, mente et judicio carentem, levem et temerarium*. Sic semel legitur in N. T. Matth. V. 22. ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ῥακὰ quicunque dixerit fratri suo: tu vacuus mente es; seu, quicunque vel convicio alium læserit. Hesych. et Alberti Glossar. Gr. p. 21. ῥακά· κενὸς, ubi videndus Alberti. Codex Coislin. CXCV. τὸ ῥακὰ οὐ μέγα ἐστὶ ῥῆμα ὕβρεως, ἀλλὰ μᾶλλον καταφρονήσεως, ὥσπερ ἡμεῖς τινὶ ἐπιτάττοντες τῶν οἰκετῶν λέγομεν, Ἄπελθε σύ. οὕτως καὶ οἱ τῶν Σύρων κεχρημένοι γλώσσῃ 'Ρακὰ λέγουσι τὸ Σύ. Codex Coislin. XXI. et XXIV. ῥακὰ σημαίνει κατάπτυστε. Theophyl. ad h. l. τινὲς δὲ τὸ ῥακὰ Συριστὶ κατάπτυστόν σημαίνειν. Confer Lud. de Dieu Crit. Sacr. pag. 323. Cheitomæum Dict. Græcobarb. p. 129 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 298.

'ΡΑ´ΚΟΣ, εος, τὸ, *pars abscissa, pannus, particula panni, vestis detrita et lacera*, a ῥήσσω *frango, rumpo, lacero*, vel a ῥάσσω *abscindo, amputo*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. IX. 16. ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου particula panni vestimenti rudis, seu impexi, h. e. novi. Cf. Luc. V. 36. ubi ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ vocatur. Marc. II. 21. Alexandrini usi sunt hac voce pro בֶּגֶד *vestimentum*, Ies. LXIV. 6. (5.) et pro סְחָבוֹת *extractæ, abjectæ et laceræ vestes*. Jer. XXXVIII. 11. Hesych. ῥάκος· διεῤῥωγὸς ἱμάτιον. Idem: ῥάκη· ἀποσκορακίσματα καὶ ἀποσπάσματα, ἱμάτια. Suid. ῥάκος· τὸ τριβώνιον. Aristoph. Plut. v. 540. ἀνθ' ἱματίου μὲν ἔχειν ῥάκος: ubi Schol. D'Orvill. διεῤῥηγμένον χιτῶνα.

'ΡΑΜΑ͂, ἡ, *Rama*. Nomen proprium Hebraicum indeclinabile urbis tribus Benjaminiticæ, (Sic etiam dicta fuit urbs alia tribus Ephraimiticæ. 1 Sam. XXV. 1.) prope Gibeonem, Bethleem et Hierosolymam sita. Jos. XVIII. 25. Jer. XIX. 13. Hebraice dicitur רָמָה i. e. *excelsa*, a רוּם *altum esse*, quod in colle, aut loco edito condita fuit. Semel memoratur in N. T. Matth. II. 18. φωνὴ ἐν 'Ραμᾶ ἠκούσθη vox in Rama audita est. Sed haud pauci interpretes ῥαμᾶ h. l. pro nomine appellativo montis, vel regionis montanæ habent, quam interpretationem origo vocis pariter ac orationis series admittit. Hesych. ῥαμᾶ· ὑψηλή. Alberti Gloss. Gr. N. T. p. 20. ῥαμᾶ· ὑψώθη ἡ ἀρχή. et pag. 46. ῥαμᾶ· ὑψηλή. Eusebius de Locis Hebr. 'Ραμᾶ· φυλῆς Βενιαμὶν πόλις Σαούλ ἀπὸ ϛ' σημείων εἰς βοῤῥᾶν ἀπέναντ Βηθήλ. Josephus A. J. VIII. 12. 3. 'Ραμᾶ σταδίους ἀπεχούσῃ 'Ιεροσολύμων τεσσαράκοντα. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 13. p. 446 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 252.

'ΡΑΝΤΙ´ΖΩ, fut. ίσω, aor. 1. ἐῤῥάντισα, 1) proprie: *adspergo et adspergendo purgo, lustro et expio*, et adhibetur de adspersione liquidi et fluidi, a ῥαίνω *perfundo*, unde ῥαντὸς *adspersus*. Sic usurpatur de sanguine taurorum et hircorum Hebr. IX. 13. ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους pollutos omnes, eo conspersos, purgat et expiat. ibid. v. 19. καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐῤῥάντισε et omnem adeo populum conspersit. ibid. v. 21. καὶ πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας τῷ αἵματι ὁμοίως ἐῤῥάντισε et omnia vasa cultus Levitici sanguine eodem modo conspergendo lustravit. Respondet in hac significatione apud Alex. Hebraico נָזָה *adspersus, inspersus fuit*. Levit. VI. 27. 2 Reg. IX. 33. Suid. ῥαντίζω· αἰτιατικῇ, ῥαίνω. Athenæus p. 521. 2) metaphorice: *purgo, libero*, i. q. καθαρίζω. Hebr. X. 22. ἐῤῥαντισμένοι (κατὰ) τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς puri quoad animum et liberati ab omni conscientia malefactorum. Simili ratione usurpatum reperitur Psalm. LI. 9. ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθαρισθήσομαι, ubi Hebraico חִטֵּא *mundavit, pur-*

gavit a peccato, expiavit, respondet. Sæpius in N. T. non legitur.

ʽΡΑΝΤΙΣΜΟ΄Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *adspersio, conspersio, perfusio,* etiam *expiatio et lustratio, per adspersionem facta.* Est verbale a prima persona præt. pass. ἐῤῥάντισμαι, verbi ῥαντίζω *adspergo,* quod vide. Sic legitur apud Alexandrinos pro Hebraico נִדָּה quod *separationem* notat. Num. XIX. 9, 13, 21. 2) metaphorice: *liberatio a pœnis peccatorum et vitiositatis imperio.* Hebr. XII. 24. αἷμα ῥαντισμοῦ sanguis adspersionis, h. e. mors Christi, quæ vim habet homines expiandi et iis remissionem peccatorum conciliandi. 1 Petr. I. 2. εἰς ῥαντισμὸν αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, pro ἵνα ῥαντίζωνται αἵματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ut morte Christi peccatorum veniam impetrarent. Sæpius in N. T. non legitur.

ʽΡΑΠΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie et vi originis est: *virga et baculo cædo:* profectum enim est a ῥαπὶς *virga, baculus,* i. q. ῥάβδος, qua ipsa voce ab Hesychio, Suida et Phavorino explicatur, qui etiam observavit, inde ductum esse nomen χρυσόῤῥαπις, quod apud Homerum (Odyss. ε΄, v. 87. ί, v. 277.) et Orpheum (Argonaut. v. 135.) de Mercurio usurpatum extat, qui etiam a Latinis poëtis *Caducifer* dicitur. Hesych. ῥαπίσαι· (nisi fortasse legendum est ῥαβδίσαι. Vide supra ῥαβδίζω.) ῥάβδῳ πλῆξαι, ἢ ἀλοῆσαι. Idem: ῥαπίζοι· μαστιγοῖ. Sic autem legitur hæc vox apud Herodotum VII. 35. coll. cap. 54. VIII. 59. Plutarchum Themist. T. I. p. 117. edit. Wechel. et Diog. Laërt. IX. 1. 2) *os manus palma cædo et verbero, faciem plana palma contundo,* quod Glossaria vetera (v. c. apud Labbæum p. 165.) uno verbo *alapare, expalmare* et *depalmare* (Gell. N. A. XX. 1.) dicunt. Suid. ῥαπίσαι· πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρί. Sic legitur non solum apud Josephum A. J. VIII. 15. 4. coll. 1 Reg. XXII. 24. et Alexandrinos Hos. XI. 4. ὡς ῥαπίζων ἄνθρωπος ἐπὶ τὰς σιαγόνας αὐτοῦ, sed etiam in N. T. Matth. V. 39. ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, et ibid. XXVI. 67. καὶ ἐκολάφισαν αὐτὸν, οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν. Docte et eleganter de hac voce, quæ sæpius in N. T. non reperitur, disputavit Fischerus Prolus. III. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 63 seq. Wetstenius N. T. pag. 309 seq. et Krumbholzius in Bibl. Brem. Class. VIII. p. 35 seq.

ʽΡΑ΄ΠΙΣΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *ictus, qui virga, aut baculo incutitur,* a ῥαπίζω, quod vide. 2) *alapa,* vel *salapitta, quæ impingitur palma,* seu *aperta manu.* Sic legitur in N. T. Marc. XIV. 65. καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον sed etiam ministri os ejus palmis cædebant. Joh. XVIII. 22. ἔδωκε ῥάπισμα Ἰησοῦ palmas Jesu in faciem dedit. ib. XIX. 3. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Ies. L. 6. ἔδωκα τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. Alciphron III. Ep. VI. p. 289. et Ep. LXX. p. 446. Vocabulum hoc non esse Atticum, sed vulgare et haud dubie Macedonicum et Alexandrinum, abunde probavit Fischerus in Prolus. III. de Vitiis Lexicorum N. T. pag. 61 seq. et 71 seq. qui omnino huc conferri meretur. Phrynichus pag. 72. τὸ ῥάπισμα οὐκ ἐν χρήσει. χρῶ οὖν τῷ κρεῖττον· τὸ γὰρ τὴν γνάθον πλατείᾳ τῇ χειρὶ πλῆξαι, ἐπὶ κόῤῥης πατάξαι Ἀθηναῖοι φασίν.

ʽΡΑΦΙ΄Σ, ίδος, ἡ, *acus, subula, instrumentum nendi et suendi,* a ῥάπτω *suo, consuo,* quod legitur apud Xenoph. de Re Equestri XII. 9. et Alexandrini adhibent Job. XVI. 15. Cohel. III. 7. pro Hebraico תָּפַר *suit, consuit.* Vocabulum ῥαφὶς, inde deductum, ter tantum legitur in N. T. Matth. XIX. 24. εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν facilius est, camelum per foramen acus transire. Marc. X. 25. διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος. Luc. XVIII. 25. Phrynichus p. 32. βελόνη καὶ βελονοπώλης, ἀρχαῖα. ἡ δὲ ῥαφίς τι ἐστιν, οὐκ ἄν τις γνοίη. Sed vindicavit bonitatem hujus vocis ex Pollucis Onom. VII. 12. et X. 31. Schwarzius in Notis ad Olearium de Stilo N. T. p. 286. Conf. et Wetstenii N. T. T. I. p. 451.

ʽΡΑΧΑ΄Β, ἡ, *Rahab.* Nomen mulieris, quæ semel memoratur in N. T. Matth. I. 5. Vide supra ʽΡΑΑ΄Β.

ʽΡΑΧΗ΄Λ, ἡ, *Rachel.* Nomen proprium Hebraicum indeclinabile filiæ Labanis, uxoris Jacobi. Hebraicum sonat רָחֵל i. e. *ovis.* Semel tantum legitur in N. T. Mat. II. 18. ubi tamen proprie accipi non potest, sed per synecdochen ponitur pro *matribus tractus Bethlehemitici,* (in quo Rahel sepulta fuit,) *quarum filii interfecti fuerunt.* Verba Græca sunt Ῥαχὴλ κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς matres tractus Bethlehemitici ita lugent mortuos filios, ut ne consolationem quidem admittant.

ʽΡΕΒΕ΄ΚΚΑ, ης, ἡ, *Rebecca.* Nomen proprium uxoris Isaaci, filiæ Bethuelis, filii Nachoris, fratris Abrahami. Gen. XXII. 23. et XXIV. 15. Hebraice vocatur רִבְקָה idem, quod *saginata,* a radice רָבַק *saginavit.* Hinc eam inde dictam putant, quod similis esset *juvencæ saginatæ.* Sic Simson uxorem suam vocavit עֶגְלָה *vitulam.* Jud. XIV. 18. Semel legitur hoc nomen in N. T. Rom. IX. 10. ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα sed etiam Rebeccam quod attinet.

ʽΡΕ΄ΔΑ, vel ʽΡΕ΄ΔΗ, ης, ἡ, *rheda.* Fuit genus vehiculi quatuor rotarum, (Isidor. XX. 17.) pensilis mularis ad itinerum commoditatem accommodati, et a Gallis, ut videtur, inventi (teste Quinctil. I. 5.), quod Græci ἀπήνην dicere solent, ita dicta a ῥέω *fluo,* a celeri motu, quo ferri solet. Vide Cicer. Orat. pro Mil. cap. 10. Semel legitur in N. T. Apoc. XVIII. 13. καὶ ἵππων, καὶ ῥεδῶν. Gloss. MS. Cod. Coislin. CCII. in Apoc. d. l. διὰ δὲ τοῦ ῥεδῶν τὰ ὀχήματα εἰκὸς σημαίνεσθαι. Ῥεδιοὺμ γὰρ Ῥωμαϊστὶ τὸ ὄχημα· ἡ δὲ τούτου γενικὴ πληθυντικὴ Ῥεδιούρουμ, ἥτις κατὰ συγκοπὴν Ῥέδων γέγονε. Conf. Albertum ad Glossar. Gr. N. T. p. 69. et qui ibi laudantur, Meursium et Ducangium in Glossariis. Bochartum Hierozoic. P. I. Lib. II. c. 19. p. 229. Vossium de Vitiis Sermonis Lib. I. cap. 2. et Suicerum in Thesaur. Eccles. T. II. p. 899.

ʽΡΕΜΦΑ΄Ν, ὁ, *Remphan.* Nomen idoli indeclinabile, quod semel in N. T. commemoratur Act. VII. 43. τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν sidus dei vestri Remphan. Varie scribitur hæc vox in codicibus: Ῥαιφὰν, (prout etiam habent Alexandrini Amos V. 26.) Ῥήφαν et Ῥεφὰν, ut docuit Wetstenius ad h. l. Sine dubio vera et justa vocis scriptio est Ῥήφαν, qua voce, Coptica, seu Ægyptiaca, etiam Alexandrini interpretes Amos V. 26. usi esse videntur loco ignoti כִּיּוּן quo nomine *Saturni stella* colebatur, quæ etiam in lingua Arabica et Persica كيوان vocatur. Conf. Golium p. 2082. Lud. de Dieu ad Amos V. 26. et Pocockii Specim. histor. Arab. p. 137 et 390. Ῥήφαν autem apud Coptos *Saturni stellam* significare, testis est Kircherus in Œdipo Ægyptiaco T. I. pag. 386 seq. Adde Pocockium ad Portam Mosis c. 3. pag. 39. Steph. le Moyne in Diss. de Jehova, Justitia nostra pag. 51. et Braunium in Selectis Sacris Lib. IV. cap. 9. Paul.

Ern. Jablonsky in libro inscripto: Remphan, Ægyptiorum Deus, ab Israëlitis in deserto cultus. Francof. ad Viadr. 1731. 8. fidem vocabularii Coptici, a Kirchero editi, minuere et *Remphan* Ægyptiis esse Solem probare conatus est. Confer etiam Olai Molleri Epistolam Criticam de integritate vocis 'Ρέμφαν Act. VII. 43. in Bibl. Lubec. P. II. pag. 469 seq. ac Glassii Philol. S. p. 793 seq. edit. Dathii. Pertinet huc quoque Gloss. Vet. p. 165. 'Ρέμιον* *ido.* ubi legendum est 'Ρεμφὰν, *idolum*, quæ verba reddenda quoque sunt Philoxeniano Lex. p. 86. ubi nunc legitur: *Ido, Remion.*

'ΡΕ'Ω, futur. ῥεύσω, *fluo.* Semel tantum in N. T. reperitur Joh. VII. 38. ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος ex ejus ventre fluent fluvii aquæ viventis, seu perennis, h. e. is perpetuo felix erit. Alexandrini usi sunt hac voce pro זוּב *fluxit, effluxit, diffluxit*, Exod. III. 8, 17. Jos. V. 6. Jerem. XI. 5. pro נָזַל idem, Cantic. IV. 16. Jer. IX. 17. et pro נִבַּע *abunde protulit*, Psal. LXII. 10. et non solum apud Alexandrinos, sed etiam apud Græcos scriptores de *omnis generis copia et abundantia* metaphorice usurpatur. Conf. Eurip. Bacch. ver. 143 seq. et Steph. le Moyne Obss. ad Varia Sacra p. 602 seq.

'ΡΕ'Ω, futur. ῥήσω, perf. ἔῤῥηκα et Attice εἴρηκα. Passivum ῥέομαι, perf. ἔῤῥημαι et Attice εἴρημαι, aor. 1. ἐῤῥήθην, et penultima correpta, ἐῤῥέθην. 1) *loquor, dico*, per metaphoram, ab antecedente voce desumtam. (Est enim oratio fluxus quidam verborum, unde *orationem fluere, orationis et verborum flumen* dixit Cicero. Hesiod. Theogon. 39. ῥέει αὐδὴ ἐκ στομάτων. Homer. Iliad. I. 249. ἀπὸ γλώσσης ῥέεν αὐδή.) Matth. XXII. 31. τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ Θεοῦ quod vobis a Deo dictum est. Rom. IX. 26. Apoc. VI. 11. Alex. Gen. XLV. 27. 2) *præcipio, mando.* Matth. V. 21, 27, 33. ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις præceptum est a majoribus. ibid. v. 31, 38, 43. Apoc. IX. 4. Thucyd. VIII. c. 11. εἴρητο γὰρ imperatum enim fuerat. Philo Legat. ad Caium p. 996. Conf. etiam LXX 2 Reg. V. 6. et Joh. III. 7. 3) *prædico, promitto.* Matth. I. 22. II. 15, 17, 23. III. 3. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς κ. τ. λ. de hoc Iesaias propheta ita vaticinatus est. ibid. IV. 14. VIII. 17. XII. 17. XIII. 35. XXIV. 15. τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου. ibid. XXVII. 9, 35. Marc. XIII. 14. Rom. IX. 12. Galat. III. 16. ἐῤῥήθησαν αἱ ἐπαγγελίαι datæ sunt promissiones. Zonaras Lex. col. 876. ad h. l. ἐῤῥήθησαν ἀντὶ τοῦ παρηγγέλθησαν. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΡΗ'ΓΙΟΝ, ου, τὸ, *Rhegium.* Nomen litoralis urbis Bruttiorum in Italia inferiore, in ipsis finibus regni Neapolitani versus Siciliam sitæ. Nomen suum traxisse videtur a ῥήγνυσθαι *rumpi*, quia quondam per terræ motum a Sicilia, quæ antea continenti Italiæ annexa fuit, abrupta et avulsa est. Nunc *Reggio* vocatur. Semel tantum in N. T. commemoratur Act. XXVIII. 13. κατηντήσαμεν εἰς 'Ρήγιον. Conf. ad h. l. Er. Schmidium et Cellarium in Geogr. Plen. II. c. 9. s. 4. § 641. p. 735. Scribitur hæc urbs in libris antiquis etiam 'Ρήγυον.

'ΡΗ͂ΓΜΑ, τος, τὸ, *quod ruptum est, ruptio, ruptura, ruina, fractura*, a prima pers. perf. pass. ἔῤῥηγμαι, verbi ῥήσσω *frango, rumpo.* Semel legitur in N. T. Luc. VI. 49. καὶ ἐγένετο τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας ἐκείνης μέγα et erat ruina illius domus cum summo fragore conjuncta. Conf. Matth. VII. 27. Alexandrini usi sunt hac voce pro קְרָעִים *fragmenta*, 1 Reg. XI. 30, 31. 2 Reg. II. 12. et pro בְקִיעִים *fissuræ*, Amos VI. 11. Polyb. XIII. 6. 8. ῥήγματα ποιοῦντες ἐν τοῖς τοίχοις. Hesych. ῥήγματα· σχίσματα.

'ΡΗ'ΓΝΥΜΙ, vel 'ΡΗΓΝΥ'Ω et 'ΡΗ'ΣΣΩ, fut. ῥήξω, 1) *frango, rumpo, disrumpo*, ut, quod continetur, effluat. Matth. IX. 17. ῥήγνυνται οἱ ἀσκοὶ καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται disrumpuntur utres et vinum effunditur. Marc. II. 22. ῥήσσει ὁ οἶνος ὁ νέος τοὺς ἀσκοὺς disrumpit mustum utres. Luc. V. 37. Respondet in hac significatione apud Alexandrinos Hebraico בָּקַע *fidit, discidit, rupit, divulsit*, Num. XVI. 31. Jos. IX. 13. Job. XXXII. 19. הָרַס *diruit*, Ezech. XXXVIII. 20. נָטַשׁ Ies. XXXIII. 23. et קָרַע Job. II. 12. Cohel. III. 7. Eurip. Phœniss. v. 1177. Hesych. ῥήγνυται· διαιρεῖται, κατακόπτεται. Idem: ἐῤῥάγη· ἐσπάσθη, ἐσχίσθη, ἠνοίχθη. — 'Εῤῥώγασιν· ἐσχίσθησαν. 2) *lacero, dilacero, discerpo, dilanio.* Matth. VII. 6. μήποτε στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς ne conversi vos morsu dilacerent. Sermo enim est de canibus et porcis, de quibus etiam Latini vocem *lacerare* usurpare solent, v. c. Phædrus II. 3. Alex. Job. II. 12. ἔκλαυσαν, ῥήξαντες ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ στολήν. Eurip. Bacch. v. 1131. ῥηγνῦσα σάρκας. 3) *prosterno, dejicio, terræ allido, solo adfligo.* Marc. IX. 18. ῥήσσει αὐτὸν, Vulgatus bene transtulit: *allidit eum.* Alii vertunt: *dilacerare eum conatur.* Luc. IX. 42. ἔῤῥηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον in terram eum dejecit genius malus. ubi in Vulgato Int. pro *elisit* legendum *allisit.* Gloss. Vet. ex hoc Lucæ loco: *Allisit*, ἔῤῥηξεν. et: ῥήσσω, *allido.* In versione Alex. respondet Hebraico רָטַשׁ *projecit, allisit.* Ies. XIII. 16. καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ῥήξουσιν ἐνώπιον αὐτῶν. Hesych. ῥῆξαι· καταβαλεῖν. Idem: ῥῆξε· κατέβαλε. Ita etiam προσρήσσειν legitur in fragmentis Aquilæ Psal. II. 9. 4) respondet Latinæ formulæ *rumpo vocem* (Virgil. Æn. II. 129. Conf. Drakenborchium ad Silium Ital. IV. v. 528.) et est *clamo, edo vocem*, ita, ut subintelligatur φωνήν. Galat. IV. 27. ῥῆξον καὶ βόησον persona jubilo, in jubila erumpe: nostrum brich in jubellieder aus, *break out into songs of joy.* Conf. Ies. XLIX. 13. ῥηξάτωσαν τὰ ὄρη εὐφροσύνην resonent montes lætitia. ib. LII. 9. et LIV. 1. ῥῆξον καὶ βόησον. Aristoph. Nub. v. 963. ῥῆξον φωνὴν, ἥτινι χαίρεις, καὶ τὴν σαυτοῦ φύσιν εἰπέ. Sic et Herodot. V. 93. ῥήσσειν φωνήν. (conf. Raphelii Obss. Herodot. p. 520.) Suid. ῥῆξον φωνήν· διάτονον καὶ ἰσχυρὸν εἰπέ. Hesych. ῥηξάτω· κραξάτω. Idem: ῥῆξαι· κράξαι. Conf. etiam Heinsii Exercitatt. Sacr. p. 452. et Wetstenii N. T. T. II. p. 230 seq. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΡΗ͂ΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *verbum, ore prolatum, dictum, sententia, sermo, oratio.* Est verbale a prima persona perf. pass. ἔῤῥημαι, verbi ῥέω *dico.* Matth. V. 11. καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν et adversus vos proferant criminationes omnis generis. Chrysostomus de Sacerdotio Lib. III. c. 11. omisit ῥῆμα. Conf. Num. XIV. 36. Matth. XII. 36. πᾶν ῥῆμα ἀργὸν omnes sermones pravi ac inutiles. ib. XXVII. 14. καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα sed ad nullum quicquam respondit. Marc. IX. 32. οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα illi vero ignorabant sensum hujus sermonis. Luc. II. 50. οὐ συνῆκαν τὸ ῥῆμα, ὃ ἐλάλησεν αὐτοῖς. ibid. v. 51. VII. 1. ἐπεὶ δὲ

ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ finita hac ad populum oratione. ibid. IX. 45. περὶ τοῦ ῥήματος τούτου de sensu hujus moniti. ibid. XVIII. 34. XX. 26. καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος ἐναντίον τοῦ λαοῦ nec poterant sermonem ejus calumniari apud populum. Joh. VIII. 20. X. 21. ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου hæc non est oratio insanientis. Act. II. 14. ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου aures benevolas præbete orationi meæ. ib. VI. 11. ῥήματα βλάσφημα blasphemias, impie dicta; coll. v. 13. ibid. X. 44. ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα Petro adhuc hæc verba faciente. ibid. XI. 16. XVI. 38. XXVI. 25. ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι vera et sana verba loquor. ib. XXVIII. 2. 2) *narratio.* Luc. II. 10. ἡ δὲ Μαριὰμ πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα Maria vero omnem hanc narrationem pastorum (coll. v. 17 et 18.) diligenter asservabat animo. ibid. XXIV. 11. καὶ ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν sed illis hæc narratio deliramentum visa est. Conf. v. 9 et 10. 3) ut Hebraicum דָּבָר (1 Sam. XV. 23. XVII. 29.), *mandatum, præceptum, jussum.* Luc. III. 2. ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην factum est mandatum Dei ad Johannem. ibid. V. 5. ἐπὶ τῷ ῥήματί σου te jubente, tua auctoritate. Act. X. 22. καὶ ἀκοῦσαι ῥήματα ἀπὸ σοῦ et accipere omnia, tibi a Deo demandata; i. q. τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, coll. v. 33. Alexandrini interpretes, qui sæpius דְּבָרִים per ἐντολὰς transtulerunt, v. c. Deut. XVII. 19. Jer. XIX. 15. voce ῥῆμα quoque usi sunt pro Hebraico מִצְוָה *præceptum, mandatum,* Prov. III. 1. Conf. eosdem Num. XXXIII. 2. Deut. I. 26. et Georgii Vindicias N. T. p. 76. — — Huc etiam referendus est locus Hebr. XII. 19. ubi φωνὴ ῥημάτων est vox Dei, quæ leges duarum tabularum Mosis promulgabat. Nam *leges decalogi,* seu decem præcepta etiam Deut. IV. 13. τὰ δέκα ῥήματα ab Alexandrinis vocantur. 4) ut Hebraicum דָּבָר (1 Reg. II. 4. Psalm. LVI. 5.), *promissio.* Luc. I. 38. γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου eveniat mihi secundum promissa tua. ibid. II. 29. κατὰ τὸ ῥῆμά σου secundum promissionem tuam. Joh. XV. 7. καὶ τὰ ῥήματά μου ἐν ὑμῖν μείνῃ etiam promissiones meæ, vobis datæ, certissimum eventum habebunt. Conf. sequentia. Sic ῥῆσις adhibetur a Symmacho Psal. LXXVI. 9. 5) *prædictio rerum futurarum.* Matth. XXVI. 75. καὶ ἐμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ ῥήματος Ἰησοῦ tunc Petrus recordatus est prædictionis Jesu. Marc. XIV. 72. Luc. XXIV. 8. καὶ ἐμνήσθησαν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ et recordati sunt eorum, quæ Jesus ipsis prædixerat. Cf. v. 6, 7 seq. Jud. v. 17. coll. v. 18. Apoc. XVII. 17. ἄχρι τελεσθήσονται τὰ ῥήματα (in ed. Griesbachii legitur οἱ λόγοι) τοῦ Θεοῦ usque dum impletæ fuerint prædictiones et decreta Dei. 6) *doctrina,* et speciatim *doctrina christiana.* Joh. III. 34. τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ doctrinam, vere divinam, tradit. ib. V. 47. πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε; quomodo meæ doctrinæ fidem habebitis? ibid. VI. 63, 68. ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις tradis doctrinam, cujus professio et observatio ad felicitatem æternam ducit. ib. VIII. 47. τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει doctrinæ divinæ assensum suum præbet. ibid. XII. 47, 48. XIV. 10. XV. 7. καὶ τὰ ῥήματά μου ἐν ὑμῖν μείνῃ et constantes manseritis in doctrina mea. ibid. XVII. 8. Act. V. 20. πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης hanc doctrinam salutiferam, i. q. ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης, cap. XIII. 26. Act. V. 32. καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων τούτων et nos tradimus hominibus doctrinam de resurrectione et feliciore statu Christi. ibid. XI. 14. XIII. 42. Rom. X. 8. ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν certissimis argumentis confirmata tibi est hæc doctrina. et ibidem: τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν. ibid. v. 17 et 18. Ephes. V. 26. τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι baptismo, quo nos obstringimus religioni christianæ observandæ et tuendæ. Hebr. VI. 5. καλὸν Θεοῦ ῥῆμα præstantiam doctrinæ christianæ. 7) *libri sacri Judæorum, qui continent doctrinam divinam.* Sic legitur in N. T. Ephes. VI. 17. ubi per ῥῆμα Θεοῦ speciatim intelligenda sunt exempla constantiæ, in libris sacris Judæorum proposita: nam de ipsa doctrina christiana ob v. 15. explicari hæc verba commode non possunt. 8) *res, negotium,* ad imitationem Hebraici דָּבָר Genes. XV. 1. Esr. VII. 1. Deut. II. 7. XV. 10. Matth. IV. 4. ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ sed omni alia re, qua Deus pro summa sua potentia ad sustentationem hominum uti vult. Desumta sunt hæc verba ex Deut. VIII. 3. ubi vox ῥῆμα quidem non habetur, additur tamen ab Onkeloso. Confer Deut. XXXIV. 4. Jerem. XLIV. 17. Thren. III. 38. Matth. XVIII. 16. πᾶν ῥῆμα omnis res controversa, seu causa. Luc. I. 37. ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα nihil enim est, quod Deus efficere non valeat. Confer Alex. Gen. XVIII. 14. μὴ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα. Luc. I. 65. πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα omnis hæc res. ib. II. 15. τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονός. (Alex. 1 Sam. IV. 17.) ibid. IV. 4. Act. X. 37. ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα nostis, quod gestum est. 2 Cor. XII. 4. ἄῤῥητα ῥήματα res, quæ verbis exprimi non possunt. ibid. XIII. 1. Etiam apud Græcos vocabula ῥῆμα, ἔπος et λόγος pro *re* et *facto* usurpari, observavit Georgius in Vindic. N. T. Lib. II. c. 1. § 31. p. 76. et Blackwallus in Class. Sacr. p. 395. Vide supra ad λόγος dicta. 9) si Deo tribuitur, aut Christo, interdum *voluntatem efficacem* notat. Hebr. I. 3. φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ qui regit et sustentat universum hoc voluntate sua efficacissima. ibid. XI. 3. κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ mundum voluntate divina creatum esse. Ps. CXLVIII. 5, 6. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΡΗΣΑ', ὁ. *Resa,* vel *Rhesa.* Nomen proprium viri, qui commemoratur in genealogia Christi Luc. III. 27. Syrum origine, ut nonnullis placet, notans *aspersum,* tanquam a רְסַס *aspersit, conspersit.*

'ΡΗ'ΣΣΩ, vide 'ΡΗ'ΓΝΥΜΙ.

'ΡΗ'ΤΩΡ, ορος, ὁ, *orator, rhetor, caussidicus, patronus causarum,* ein Sachwalter, *a barrister, or advocate,* ita dictus, quia orationibus habendis vel reum accusabat, vel insontem defendebat. Est verbale a tertia pers. perf. pass. εἴρηται, verbi ῥέω *dico.* Semel tantum in N. T. legitur Act. XXIV. 1. καὶ ῥήτορος Τερτύλλου τινὸς et oratore quodam Tertullo. Thucyd. VIII. c. 1. Ælian. V. H. IX. 19. ὅτι οἱ δημηγόροι καὶ οἱ ῥήτορες δοῦλοι τοῦ πλήθους εἰσί. Vide Valckenarii Diatrib. in Euripidis Fragmenta p. 257. et Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 680. Suid. ῥήτωρ· συνήγορος, δικολόγος. Etym. M. ῥήτωρ· παρὰ τὸ ῥῶ, τὸ λέγω, ὁ τῷ δήμῳ συμβουλεύων τὰ συμφέροντα, καὶ ὁ ἐπὶ οἰκείοις λήμμασι σύμβουλος. Hesych. ῥήτωρ· ὁ τὴν ἰδίαν ἀποφαίνων γνώμην, ἢ

κριτής. Idem: ῥήτορες· λέκται, οὐχ οἱ συνήγοροι μόνοι. Thom. M. p. 781. ῥήτωρ· τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο ὁ δήμῳ συμβουλεύων, καὶ ὁ ἐν δήμῳ ἀγορεύων, ὕστερον δὲ καὶ ὁ παρ' ἑνός τινος καλούμενος ἐν δικαστηρίῳ λόγοις καὶ συνηγορίαις βοηθήσων· ἤγουν ὁ δυνάμενος ὑπεραπολογήσασθαί τινος ἐν ὑποθέσει, ὅς καὶ συνήγορος καὶ δικολόγος καλεῖται, κ. τ. λ.

'ΡΗΤΩ͂Σ. Adverbium, significans: *disertis verbis, diserte, expresse, palam, sine verborum involucris*, idem, quod alii Græci scriptores διαῤῥήδην dicere solent, a ῥητὸς *dicendus, certus, ratus*. Semel legitur in N. T. 1 Tim. IV. 1. τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει Spiritus autem diserte dicit. Sext. Empir. adv. Logic. I. 8. ὁ Ξενοφῶν — ῥητῶς φησίν. Diog. Laërt. VIII. 81. VII. 88. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 334. Gloss. Vet. ῥητῶς· *aperte*. Hesych. ῥητῶς· φανερῶς. Zonaras Lex. col. 1616. ῥητῶς, σαφῶς, φανερῶς. ὁ ἀπόστολος· τὸ δὲ Πνεῦμα ῥητῶς λέγει κ. τ. λ. καὶ ῥητῶς ἀντὶ τοῦ λεκτῶς.

'ΡΙ'ΖΑ, ης, ἡ, 1) proprie: *radix, plantæ basis et accretionis principium, arboris truncus, unde rami excrescunt*. Matth. III. 10. ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται immo securis jam imminet arboris radicibus. ib. XIII. 6. διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν ἐξηράνθη cum non radices satis agere possent, tandem exaruerunt. 'Ρίζαν enim h. l. positum est pro βάθος ῥίζης, (conf. v. 5.) ut etiam legitur h. l. in uno codice. Marc. IV. 6. XI. 10. εἶδον τὴν συκῆν ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν et viderunt ficum radicibus exaruisse. Luc. III. 9. 2) metaphorice: *constantia, perseverantia in aliqua re*, quemadmodum etiam Latini *rem aliquam radices agere* dicunt, quæ penitus in animum descendit. Sic aperte legitur Matth. XIII. 21. ubi verba οὐκ ἔχει δὲ ῥίζαν ἐν ἑαυτῷ explicantur verbis ἀλλὰ πρόσκαιρός ἐστι, adeoque vertenda sunt: constantia animi destituitur, seu, quod eodem redit, hanc doctrinam radices in animo agere non patitur. Marc. IV. 17. οὐκ ἔχουσι ῥίζαν ἐν ἑαυτοῖς. Luc. VIII. 13. καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν. Confer infra ad vocem ῥιζόω dicta. 3) *origo, causa alicujus rei*. 1 Tim. VI. 10. ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία fœcunda omnium malorum mater est nimius divitiarum amor. 4) *auctor et suasor alicujus rei*. Hebr. XII. 15. ῥίζα πικρίας qui alios seducit, suasor impietatis, seu defectionis a religione christiana. Deut. XXIX. 18. 5) *auctores gentis ac familiæ, majores*. Rom. XI 16. εἰ ἡ ῥίζα ἁγία καὶ οἱ κλάδοι, h. e. cum stirps Judæorum (Abrahamus cæterique προπάτορες,) fuerit Deo sacra, sacri etiam sunt Judæi ipsi, ex hac stirpe oriundi, ut jam recte h. l. interpretatus est Koppius, qui non solum affert locum Menandri Fragm. v. 710 seq. p. 278. ubi ῥίζα de *matre* usurpatur, sed etiam recte provocavit ad Ies. XI. 1. ubi שֹׁרֶשׁ eodem modo sumendum est. Rom. XI. 17. συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης gentiles dicuntur, qui in societatem venerant promissæ olim patriarchis et reliquis Judæorum majoribus felicitatis. ib. v. 18. οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, h. e. non tibi debent majores Judæorum quicquam, ἀλλ' ἡ ῥίζα σε, sed tu illis omnia debes. Huc quoque referri potest locus Apoc. XXII. 16. Conf. supra s. v. γένος, n. 2. 6) per metonymiam: *id, quod ex radice propullulat et procrescit*, et metaphorice: *oriundus ex stirpe, soboles, proles, posteritas, posteri* et *unus ex posteris*. Rom. XV. 12. ἡ ῥίζα τοῦ 'Ιεσσαὶ Christus dicitur, quia ex Isai et Davidis familia oriundus erat. Conf. Ies. XI. 10. Apoc. V. 5. ἡ ῥίζα Δαβὶδ Christus, e familia Davidis oriundus. ib. XXII. 16. ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος Δαβὶδ ego tanquam surculus e radice Davidis prodii. Conf. Ies. LIII. 2. Sirac. XL. 15. ἔκγονα ἀσεβῶν οὐ πληθύνει κλάδους,·καὶ ῥίζαι ἀκάθαρτοι ἐπ' ἀκροτόμου πέτρας. ibid. XLVII. 26. καὶ τῷ 'Ιακὼβ ἔδωκα κατάλειμμα, καὶ τῷ Δαβὶδ ἐξ αὐτοῦ ῥίζαν. 1 Macc. I. 11. καὶ ἐξῆλθεν ἐξ αὐτῶν ῥίζα ἁμαρτωλὸς 'Αντίοχος ἐπιφανής. 3 Esr. VIII. 89. ubi ῥίζα est idem, quod σπέρμα. Sæpius in N. T. non legitur. Conf. Glassii Philologiam Sacr. p. 492. edit. Dathii.

'ΡΙΖΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *radico, radicibus munio et firmo*, et est plantarum ac arborum, quæ radices agunt, a ῥίζα *radix plantæ*, aut *arboris*. 2) metaphorice: *stabilio, confirmo, corroboro, constantem et perseverantem reddo*, et ῥιζοῦσθαι is dicitur, *qui firmus et constans est et manet in aliqua re*. Sic bis tantum legitur in N. T. Ephes. III. 18. ἐν ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι ut sitis in benevolentia erga alios exercenda constantes. Junxit h. l. Paulus duo verba, idem significantia, metaphora in hoc desumta a fundamentis firmis, quibus ædes superstruuntur, in illo vero ab arboribus, quæ altas radices agunt. Eodem modo Coloss. II. 7. ἐῤῥιζωμένοι καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ junguntur, qui paulo post βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει dicuntur. Ies. XL. 24. οὐδὲ μὴ ῥιζωθῇ εἰς τὴν γῆν ἡ ῥίζα αὐτῶν. Jerem. XII. 2. Sirac. III. 27. φυτὸν γὰρ πονηρίας ἐῤῥίζωκεν ἐν αὐτῷ. ibid. XXIV. 13. Plutarch. de Fort. Rom. p. 321. ῥιζῶσαι καὶ καταστῆσαι τὴν πόλιν. Plutarch. de Liber. Educ. p. 6. ἀλλ' ὅταν τις ῥιζώσῃ τὴν δύναμιν. Libanius D. XX. p. 514. D. ῥιζωθῆναι τὴν ἀρετήν. Philo de Opif. Mundi p. 9. 7. Lucian. de Saltat. 34. ῥίζαι καὶ θεμέλιοι. Simplicius in Epictet. p. 152. Scholiastes Homer. ad Odyss. ψ', 136. ἐῤῥίζωσεν ἀκίνητον ἐποίησε. Cf. Wolfii Curas Philol. in N. T. P. III. p. 73.

'ΡΙΠΗ', ῆς, ἡ, *quicunque motus, impetus ejus, quod projicitur, ictus*, seu *jactus*, v. c. *teli missi, lapidis*, (Homer. Odyss. θ', v. 21. Oppiani de Piscat. II. v. 505. 517 et 528.) *venti*, (Apollon. Argonaut. II. v. 1116. III. 969. Sophocl. Antigon. 140. Plutarch. de Defect. Oracul. p. 426. C.) *undæ* (Oppian. Piscat. III. v. 63.) et *aliarum rerum*, (Apollon. I. 1027. ῥιπῇ πυρός. Sophocl. Electra 104. ἄστρων ῥιπάς.) a præter. med. ἔῤῥιπα, verbi ῥίπτω, quod vide. Etym. M. ῥιπὴ — τίθεται δὲ ἡ λέξις ἐπὶ βίας πνευμάτων—σημαίνει δὲ καὶ φοράν. Hinc ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ *jactus*, seu *ictus oculi*, est *momentum*, seu *punctum temporis*, quod Lucas IV. 5. στιγμὴν χρόνου, et Græci ἄτομον et ἀκαρὲς, Hebræi רֶגַע et N. T. scriptores ὥραν vocant. Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. XV. 52. ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ temporis puncto. Hieronymus ad Minerium jam observavit, in codicibus h. l. et ῥιπῇ et ῥοπῇ inveniri. Eustathius in Il. ο', p. 1024. 24. ἐν βραχυτάτῃ χρόνου ῥιπῇ. Nyssenus: ῥιπὴ δὲ ὀφθαλμῶν ἐπίμυσις βλεφάρων ἐστὶ, καὶ τοιούτου ἐστὶ τάχους, ὡς οὐκ ἂν ἕτερον ὀξύτερον γένοιτο. Hesych. ῥιπή· ὁρμή, βολή, ῥοπή. Confer Wakefield. Silvam Criticam P. III. p. 69.

'ΡΙΠΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *ignem folle*, seu *flabello, excito, flabello*, (ut explicatur in Gloss. Vet.) a ῥιπὶς *flabellum, quo ignis suscitatur*. Aristoph. Acharn. v. 888. Hesych. ῥιπίζει· φυσᾷ, πνεῖ, πνοὴν πέμπει, ἀνακαίει. Idem: ῥιπίζεται ἀνακαίεται. Pollux Onom. X. 94. ῥιπὶς μὲν εἴρηται ἐπὶ τῆς ῥιπιζούσης τοὺς ἄνθρακας. Hinc non solum ῥιπίζειν est quandoque *assare*, ὀπτᾷν, teste Suida T. II. p. 686. et Scholiaste Aristophanis ad

Eccles. v. 837. quia ignem flabellis homines excitant, ut assent, sed etiam ῥιπιστὸς est: *perflatilis, ventis pervius*, διαπνεόμενος, interprete Hesychio. Conf. Incert. Jerem. XXII. 14. 2) *ventilo, jacto, huc et illuc moveo, agito.* Hesych. ῥιπίζων· κινῶν. Passivum ῥιπίζομαι *jactor, huc et illuc agitor*, tantum legitur in N. T. Jacob. I. 6. ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ similis est fluctibus marinis, qui tempestate ultro citroque jactantur. Vide, quæ de hac voce habet Tiber. Hemsterhusius ad Luciani Opuscula p. 99. et Solanus ad Vitas Plutarchi T. IV. p. 583. edit. Londinensis; quibus addendus est Heisenius in Novis Hypothesibus ad Epistolam Jacobi p. 443 seq. et Wetstenius N. T. T. II. p. 660.

'ΡΙ'ΠΤΩ, fut. ῥίψω, aor. 1. ἔῤῥιψα, 1) *abjicio, projicio, ejicio, dejicio.* Matth. XXVII. 5. καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ ille autem projecit siclos in templum. Luc. IV. 35. καὶ ῥίψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον εἰς τὸ μέσον tunc dæmonium cum projecisset illum in medium. ibid. XVII. 2. καὶ ἔῤῥιπται εἰς τὴν θάλασσαν et abjectus fuerit in mare. Act. XXVII. 19. τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐῤῥίψαμεν armamenta navis abjecimus. Polyb. I. 39. ἐκρίψαντες ἐκ τῶν πλοίων πάντα τὰ βάρη. Idem Hist. V. c. 48. ῥιπτοῦντες ἑαυτοὺς εἰς τὸν ποταμόν. Xenoph. de Venat. cap. IX. § 20. ῥιπτοῦσι δὲ καὶ εἰς τὴν θάλασσαν. Æschin. Socr. Dial. III. 11. In *dejiciendi, prosternendi* notione legitur apud Homerum Iliad. α', v. 591. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 13. 2. p. 529. In versione Alexandrina respondet Hebraico הִשְׁלִיךְ *projecit, abjecit,* Genes. XXI. 15. Exod. I. 22. IV. 5. Jud. IX. 53. et τῷ הִפִּיל idem, Dan. IX. 18, 20. Jud. IV. 22. et aliis verbis, idem significantibus. 2) *demitto.* Act. XXVII. 29. ἐκ πρύμνης ῥίψαντες ἀγκύρας τέσσαρας, Vulgatus habet: *de puppi mittentes anchoras quatuor.* 3) *pono, colloco.* Mat. XV. 30. καὶ ἔῤῥιψαν αὐτοὺς παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ et posuerunt eos (nempe ægrotos) ad pedes Jesu. Ælian. V. H. II. c. 7. οὐκ ἔξεστιν ἀνδρὶ Θηβαίῳ ἐκθεῖναι παιδίον, οὐδὲ εἰς ἐρημίαν αὐτὸ ῥίψαι. Demosthen. p. 413. 11. ed. Reisk. 4) *rumpo, divello, solvo.* Act. XXII. 23. καὶ ῥιπτούντων τὰ ἱμάτια et solventibus vestes. 'Ρίπτειν τὰ ἱμάτια est i. q. διαῤῥήσσειν τὰ ἱμάτια. Matth. XXVI. 65. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 610 seq. Sed alii interpretes, qui formulam ῥίπτειν τὰ ἱμάτια de *jactatione amiculorum* explicant, sumunt, jactata olim esse a tumultuantibus vestimenta, ut strepitus exsisteret et postulata extorquerentur. Vide Stobæum Sermone XLIV. p. 317. 5) *cum contemtu abjicio, nullo pretio habeo, nullam curam habeo.* Matth. IX. 36. ἐῤῥιμμένοι dicuntur homines, qui a doctoribus suis plane negliguntur nec idonea doctrinæ divinæ scientia imbuuntur. Ælian. V. H. XIII. 8. τὰ Λυκούργου νόμιμα ῥίψας. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΡΟΒΟΑ'Μ, ὁ. *Roboam, Rehabeam.* Nomen proprium ἄκλιτον regis Israëlitarum, filii Salomonis. 1 Reg. XI. 43. Hebraice dicitur רְחַבְעָם i. e. *dilatans populum*, a רָחַב *dilatari* et עַם *populus.* Legitur in N. T. Mat. I. 7. bis.

'ΡΟ'ΔΗ, ης, ἡ. *Rhode.* Nomen servæ Græcum, Act. XII. 13. idem notans, quod ῥόδον, ου, τὸ, *rosa.* Nomen appellativum ῥόδη significat etiam *fruticem, rosas producentem.* Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 528.

'ΡΟ'ΔΟΣ, ου, ἡ. *Rhodus.* Cycladum insula nobilissima, sita in mari Mediterraneo ex adverso Cariæ et Lyciæ, etiam Colosso Solis, qui septem mundi miraculis annumeratur, celebrata, Pindaro filia Veneris et sponsa Solis dicta, de qua peculiarem libellum edidit Joh. Meursius Amstelod. 1675. quaternis. Strabone teste ea antiquitus 'Οφιοῦσα *Ophiusa*, q. *insula serpentum* dicta fuit, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄφεων. Syri hanc insulam, observante Bocharto, *Jarod* vocarunt et Phœnices per abbreviationem רוד *Rod*, רוד autem Chaldæis idem est, ac *draco*, quod optime conveniret cum antiquo nomine *Ophiusa.* Nomen ῥόδος nonnulli a Græco ῥόδον *rosa* ortum volunt et insulam sic dictam putant a magna copia, aut præstantia rosarum, illic crescentium; alii vero a ῥόθος, mutata littera θ in δ, ut sic nuncupata fuerit ab *undarum strepitu.* Semel tantum in N. T. commemoratur Act. XXI. 1. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 2. § 35. p. 29. et Wetstenii N. T. T. II. p. 601.

'ΡΟΙΖΗΔΟ'Ν. Adverbium, significans: *cum stridore, cum strepitu, impetu et fragore, vehementer*, a ῥοιζέω *strideo, stridorem edo*, Cant. IV. 15. quod est a ῥοῖζος *stridor, sibilus, impetus*, hocque a ῥέω *fluo;* est enim aquæ, tempestate commotæ, proprium, quanquam etiam interdum de stridore venti, vel sagittæ dicitur. Semel legitur in N. T. 2 Petr. III. 10. ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν (h. e. μετὰ ῥοίζου) παρελεύσονται quo tempore cœli magno cum impetu, seu stridore, peribunt. Confer ad h. l. Wetstenium. Hesych. ῥοιζηδόν· σφοδρῶς ἠχητικόν. Etym. M. ῥοῖζος· πεποιημένη φωνὴ, σημαίνει δὲ ῥύμην, ὁρμὴν, ἦχον. — ὅθεν καὶ ῥοιζηδὸν καὶ ῥοίζησιν.

'ΡΟΜΦΑΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *telum*, seu *jaculum oblongum nationis Thraciæ*, item *genus gladii oblongi, quo aliquis vulneratur, aut occiditur.* Apoc. I. 16. ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη et ex ore ejus gladius anceps acutus prodibat. Significatur hoc symbolo sine dubio aut verborum pondus, ad animos concutiendos apprime comparatum, coll. Ies. XI. 4. adeoque summa efficacia doctrinæ christianæ, aut summa potestas, Christo a Deo concessa, qua ecclesiam suam tuetur. (Vide Eichhornii Commentar. ad h. l. Vol. I. p. 49.) ibid. II. 12. Hesych. ῥομφαία· Θρᾴκιον ἀμυντήριον, μάχαιρα, ξίφος ἢ ἀκόντιον μακρόν. 2) *gladius*, Deo aut Christo tributus, *iræ et vindictæ*, seu *summæ potentiæ, qua impios punit*, index et symbolum est. Apoc. II. 16. XIX. 15 et 21. Deut. XXXII. 41. Jud. VII. 20. Ies. XXVII. 1. XXXIV. 5, 6. 3) per metonymiam signi: *bellum.* Apoc. VI. 8. ἀποκτεῖναι ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ἐν λιμῷ. Exod. V. 3. Levit. XXVI. 6. Ies. I. 20. 4) metaphorice est symbolum *gravissimorum et acerbissimorum dolorum, qui sentiuntur animo.* Luc. II. 35. καὶ σοῦ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία id quod animum tuum summo dolore afficiet. Sic etiam apud Hebræos gladius de omnibus rebus nocentibus et doloribus acerbissimis metaphorice adhibetur, v. c. Ps. XXII. 21. LV. 22. LVII. 5. LIX. 8. Job. V. 15. Simili ratione legitur apud Homerum Il. ι', 3. πένθεϊ δ' ἀτλήτῳ βεβολήατο πάντες ἄριστοι. Diodor. Sic. XIII. 58. οἱονεὶ νυγμοὺς εἰς τὴν ψυχὴν λαμβάνουσαι, ubi videndus Wesselingius, et Virgilium Æn. XII. v. 160. "et tristi turbatam vulnere mentis." Sæpius in N. T. non legitur.

'ΡΟΥΒΗ'Ν, ὁ. *Ruben.* Nomen proprium ἄκλιτον filii primogeniti Jacobi ex Lea, Genes. XXIX. 32. Hebr. רְאוּבֵן h. e. *filius visionis*, aut *respectus.* Rationem enim hanc Rubeni impositi nominis reddit ipsa

mater Lea, loco citato dicens: quia respexit Jehova afflictionem meam, nunc igitur diliget me maritus meus. Alii רְאוּבֵן vertunt: *videte filium*, ut vox fuerit mulierum, puerperæ assistentium. Semel legitur in N. T. Apoc. VII. 5. ἐκ φυλῆς 'Ρουβὴν ex tribu Rubenitica. Pro 'Ρουβὴν habent alii 'Ρουβείν. In Cod. Coislin. CXCIX. apud Albertum Append. Glossar. Gr. N. T. p. 221. exponitur per ὁρασία.

'ΡΟΥ'Θ, ἡ. *Ruth.* Nomen proprium indeclinabile mulieris Moabitidis, quæ fuit uxor Mahalonis, filii Elimelech, Bethlehemitæ. Ruth. I. 4. Matth. I. 5. Dicunt esse quasi רְאוּת *spectabilem, speciosam*, a radice רָאָה *vidit, aspexit.* Sed potius idem est ac רְעוּת prout et Syrus habet, *amica, proxima.* ע haud raro eliditur.

'ΡΟΥ͂ΦΟΣ, ου, ὁ. *Rufus.* Nomen proprium viri Latinum, qui bis in N. T. commemoratur, Marc. XV. 21. et Rom. XVI. 13. ἀσπάσασθε 'Ροῦφον, τὸν ἐκλεκτὸν ἐν Κυρίῳ. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 634.

'ΡΥ'ΜΗ, ης, ἡ, 1) proprie: *angiportus*, (Vitruvius Lib. I. c. 6.) *via angustior*, ein enges Quergässchen, *a narrow cross lane*, et ita differt proprie a πλατεῖα *platea*, quod *viam latiorem* significat. Luc. XIV. 21. ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως exi statim in urbis plateas atque angiportus. Alex. Ies. XV. 3. καὶ ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις αὐτῆς. 2) *platea, vicus, tractus viæ in urbe, utrinque ædificiis septæ.* Matth. VI. 2. ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις; ubi Schœttgenius per ῥύμας intelligit loca in templo et synagogis, per quæ deambulari potest, quæ non incommode quis cum plateis conferret. Act. IX. 11. XII. 10. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Tob. XIII. 17. Sirac. IX. 17. Cf. Wetstenii N. T. T. I. pag. 319. — Cæterum eadem vox interdum quoque *impetum* notat, v. c. apud Thucyd. Lib. II. cap. 76. ῥύμη ἐμπίπτουσα, et cap. 81. χωρήσαντες ῥύμῃ. Aristoph. Nub. v. 406. Demosthen. p. 546. ult. edit. Reisk. ῥύμη τῆς ὀργῆς, sed tunc rectius ῥυμὴ scribendum est.

'ΡΥΟ'ΜΕΝΟΣ, ου, ὁ, *liberator.* Vide 'ΡΥ'Ω.

'ΡΥΠΑΡΕΥ'Ω. Vide 'ΡΥΠΟ'Ω.

'ΡΥΠΑΡΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *sordes, spurcitia*, etiam speciatim: *genus quoddam ulceris sordidi*, a ῥύπος, quod vide. 2) metaphorice de animo: *vitiositas, qua quis infectus est, quævis peccata*, quæ sæpe cum sordibus et maculis comparari solent in litteris sacris. Sic semel legitur in N. T. Jacob. I. 21. ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν deponentes omnem vitiositatem. Plutarch. T. VI. p. 536. ed. Reisk. Hesych. ῥυπαρόν· αἰσχρόν. Idem: ῥυπαρός· περίψηφος, αἰσχροκερδής. Cf. Wolfii Curas Philol. in N. T. T. IV. p. 22. et Wetstenii N. T. T. II. p. 663.

'ΡΥΠΑΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) *sordidus, squalidus, variis fœdus maculis*, a ῥύπος *sordes.* Artemidor. II. 3. ῥυπαρὰ καὶ ἄπλυτα. Joseph. A. J. VII. 11. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 848. Hinc ῥυπαίνεσθαι apud Græcos speciatim de *vestibus* adhibetur, *quæ sordes contrahunt.* Sic μικρολόγος apud Theophrast. Char. c. 10. fullonem monet, ὅπως τὸ ἱμάτιον ἕξει πολλὴν γῆν, ἵνα μὴ ῥυπαίνηται ταχύ. 2) *tritus, vilis.* Sic semel legitur in N. T. Jacob. II. 2. πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι, h. e. pauper, veste vili et trita indutus: opponitur enim ibi χρυσοδακτυλίῳ ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, quemadmodum apud Zachariam III. 3, 4. ἱματίοις ῥυπαροῖς opponitur ὁ ποδήρης. 3) metaphorice: *qui se peccatis polluit ac contaminat, vitiositate infectus.* Sic legitur Apoc. XXII. 11. ubi pro ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι in editione Griesbachii et variis codicibus reperitur: ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι; et ῥυπαρὸς opponitur τῷ ἁγίῳ seu τῷ δικαίῳ.

'ΡΥ'ΠΟΣ, ου, ὁ, *sordes, squalor, qui aqua eluitur.* Est enim verbale a præt. med. ἔῤῥυπα, verbi ῥύπτω *sordes eluo.* Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. III. 21. οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, pro οὐκ ἀπόθεσις ῥύπου σαρκικοῦ, seu σωματικοῦ, non depositio sordium corporis. Schol. Aristoph. ad Acharn. v. 17. ῥύπος· ὁ τῷ χρωτὶ ὑπὼν σπίλος. Vide Heisenii Novas Hypotheses ad Epistolam Jacobi pag. 616 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 692. Polyb. XXXII. 7. 8. Plutarch. T. VI. pag. 305. ed. Reisk.

'ΡΥΠΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *sordesco, sordes contraho*, i. q. ῥυπαίνομαι, a ῥύπος *sordes.* Sic ῥυπᾷν æque ac ῥυποῦν legitur apud Aristoph. in Avibus v. 1281. Pluto v. 266. et Lysistrata 279. 2) metaphorice: *peccatis me polluo et contamino, vitiositate infectus sum.* Tantum legitur in N. T. Apoc. XXII. 11. ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι infectus vitiositate pergat se peccatorum sordibus contaminare, i. q. in præced. ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι. Priori formulæ opponitur in sequentibus ὁ ἅγιος ἁγιασθήτω ἔτι. Pro verbis ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι in editione Griesbachii et variis codicibus legitur ὁ ῥυπαρὸς ῥυπαρευθήτω ἔτι; sed verbo ῥυπαρεύω nullus alius scriptor Græcus usus est, ut jam Wolfius ad h. l. recte observavit. Cæterum non solum apud Alexandrinos ῥύπος metaphorice de *peccatorum sordibus* adhibetur, Job. XIV. 4. Ies. IV. 4. sed etiam apud Græcos scriptores ῥυπαίνεσθαι et ῥυπαρὸν de vitiis, quibus aliquis infectus est, et hominibus, ad quævis peccata committenda idoneis, usurpari, docuit Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 384. et Salmasius de Fœnore Trapezitico p. 185.

'ΡΥ'ΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, *fluxus, fluor, profluvium.* Est verbale a secunda pers. perf. pass. ἔῤῥευσαι, verbi ῥέω *fluo*, pro ῥεῦσις, penultima correpta, vel a ῥύω *fluo, stillo.* Prov. III. 20. Ter tantum legitur in N. T. Marc. V. 25. γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος mulier, quæ profluvio sanguinis laborat, αἱμοῤῥοοῦσα, ut vocatur Matth. IX. 20. Luc. VIII. 43, 44. παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς illico sistebatur profluvium sanguinis ejus. In versione Alexandrina respondet Hebraico זוֹב *fluxus, profluvium*, Levit. XV. 2, 3, 13, 15, 19, 24, 25. etc. et מָקוֹר *scaturigo.* Levit. XX. 18. Suid. ῥύσις ὕδατος· ῥεῦσις, Polyb. II. 16. 6. ubi de *cursu fluvii* adhibetur et ib. III. 110. 9. ubi *ipsum fluvium* notat.

'ΡΥΤΙ'Σ, ίδος, ἡ, 1) proprie: *ruga in corpore, inprimis in facie, ex senio orta, cutis, in senili corpore in plicas contracta*, a ῥύω *contraho.* Aristoph. Plut. v. 1052. ἐν τῷ προσώπῳ τῶν ῥυτίδων ὅσας ἔχει. Diodor. Sic. Lib. IV. p. 176. τὸ δὲ πρόσωπον καὶ τὸ σῶμα ῥυτίδων πλῆρες. Eustathius ad Iliad. ί, p. 647. ῥυτίδες· αἱ ἐπὶ τοῦ προσώπου σύστροφαι τοῦ δέρματος. Etym. M. ῥυτίς· ἡ συνελκυσμένη σάρξ. — — ῥυτίδες καλοῦνται αἱ ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ δέρματος συστροφαί. Conf. Wetstenii N. T. T. II. pag. 256. Jam quia rugæ faciem vitiare ac deturpare creduntur, hinc ῥυτὶς 2) metaphorice *vitium quodlibet, vitiositatem omnis generis* notat. Sic semel in N. T. de ecclesia christiana legitur

Ephes. V. 27. μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα ut sit a quibusvis vitiorum sordidus libera, ut in sequentibus explicatur, verbis: ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. Hesychius, hunc locum sine dubio respiciens, habet: ῥυτίδα· σπῖλον. (*Maculam* et *rugam* conjunxit quoque Juvenal. Sat. XIV. 2.) Glossar. Vet. apud Labbæum pag. 166. ῥυτὶς, *ruga, rogus.* Immo: ῥυτὶς, *ruga.* ῥυτιδώδης, *rugosus.*

'ΡΥ'Ω, vel potius 'ΡΥ'ΟΜΑΙ, fut. ῥύσομαι, *libero, eximo, redimo, eripio, eruo, servo, tueor, prohibeo ab aliquo insidias, impetum et vim alicujus,* et proprie *talem liberationem* denotat, *cum aliquem manu forti et vi trahimus et ita ex periculo liberamus;* nam ῥύειν in *trahendi* notione aliquoties apud exteros scriptores legitur. Matth. VI. 13. ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ prohibe a nobis insidias, vim et impetus Satanæ; vel, libera nos a calamitatibus. Construitur ῥύεσθαι cum ἀπὸ, quia in versione Alexandrina respondet Hebraico הִצִּיל quod fere idem significat, quod verbum הוֹשִׁיעַ atque construitur vel cum particula מִן vel cum nomine מִיַּד sequente genitivo et ablativo personæ. Cf. Exod. II. 19. Matth. XXVII. 43. ῥυσάσθω νῦν αὐτὸν eripiat nunc ipsum. Luc. I. 74. ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας potestati hostium nostrorum ereptos. Luc. XI. 4. Rom. VII. 24. τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; ibid. XI. 26. ὁ ῥυόμενος *liberator, vindex, qui aliquem in libertatem vindicat,* qui Hebraice גּוֹאֵל dicitur. Ies. LIX. 20. Rom. XV. 31. 2 Cor. I. 10. Coloss. I. 13. 1 Thess. I. 10. 2 Thess. III. 2. 2 Tim. III. 11. IV. 17, 18. 2 Petr. II. 7, 9. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alexandrina diversa verba Hebraica hoc Græco exprimuntur, v. c. הִצִּיל *eripuit, liberavit,* Exod. V. 23. VI. 6. XII. 27. Jud. VI. 9. IX. 17. גָּאַל *consanguinitatis jure rem,* aut *personam, redemit, liberavit, vindicavit,* Ies. XLVIII. 20. LI. 10. LII. 9. LXIII. 16. פִּלֵּט *evadere fecit, eripuit,* 2 Reg. XXII. 44. Ps. XVII. 13. et aliis, his similibus. Sic etiam legitur apud Ælian. V. H. II. 4. IV. 5. XIII. 12. Confer Jensii Fercul. Litterar. p. 35. Wetstenii N. T. T. II. p. 178. et Palairet. Obss. Philol. p. 418. Hesych. ῥῦσαι· φυλάξαι. ἐῤῥύσατο· ἠλευθέρωσεν, ἐλυτρώσατο.

'ΡΩΜΑΙ"ΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *Romanus, Latinus,* a 'Ρώμη *Roma.* Tantum legitur in N. T. Luc. XXIII. 38. γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ Ῥωμαϊκοῖς καὶ Ἑβραϊκοῖς Græce, Latine et Hebraice. Confer Joh. XIX. 20.

'ΡΩΜΑΙ"ΟΣ, ου, ὁ, *Romanus, Roma oriundus, civis Romanus, civitate Romana utens, Romanorum imperio subjectus,* a 'Ρώμη *Roma.* Legitur in N. T. Joh. XI. 8. καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι et venient Romani. Act. II. 10. οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι peregrinantes Romani. ibid. XVI. 21. Ῥωμαίοις οὖσι, qui Romanis addicti et subditi sumus. Nam coloniæ Romanæ Romanorum quoque cultum observabant. Vide Everh. Otto de Ædilibus Coloniarum et Municipiorum cap. I. p. 15. et Norisius in Cenotaph. Pisan. Dissert. I. 5. p. 72. Act. XVI. 37. ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας cives Romanos; ubi videndus Wetstenius. ibid. v. 38. XXII. 25, 26, 27, 29. XX. 27. XXV. 16. XXVIII. 17. Sæpius non legitur in N. T.

'ΡΩΜΑΙ"ΣΤΙ'. Adverbium, *Romane, Latine,* ab eodem themate. Legitur in N. T. tantum Joh. XIX. 20.

'ΡΩ'ΜΗ, ης, ἡ. *Roma.* Nomen urbis, quæ fuit quondam metropolis Italiæ, bellicosissima, caput orbis terrarum, sita ad fluvium Tiberim, exstructa anno primo septimæ olympiadis, seu anno 432. ab excidio Trojæ, a Romulo et Remo, fratribus, filiis Rheæ Silviæ, aut Juliæ, filiæ Numitoris, regis Albæ, et a Romulo Roma dicta, ut testantur Plinius, Plutarchus, Livius, Dionysius Halicarnassensis aliique. Tradiderunt tamen nonnulli, hanc urbem diu ante Romulum conditam et primitus quidem appellatam *Valentiam,* hocque nomen postea ab *Evandro, Arcade,* rege, in Græcum 'Ρώμη, quod idem significat, conversum fuisse. Commemoratur in N. T. Act. XVIII. 2. XIX. 21. XXIII. 11. XXVIII. 14, 16. Rom. I. 7, 15. et 2 Tim. I. 17.

'ΡΩ'ΝΝΥΜΙ, vel 'ΡΩΝΝΥ'Ω, fut. ῥώσω, perf. ἔῤῥωκα, passiv. ῥώννυμαι, perf. ἔῤῥωμαι, imper. ἔῤῥωσο, plur. ἔῤῥωσθε, *roboro, corroboro, confirmo.* Ἔῤῥωμαι *valeo, prospera valetudine fruor.* Bis tantum in N. T. legitur. Act. XV. 29. ἔῤῥωσθε *valete.* ibid. XXIII. 30. ἔῤῥωσο vale. Apud Xenoph. Cyrop. IV. 5. 12. in fine epistolæ Cyri ad Cyaxarem est ἔῤῥωσο, ab initio χαίρειν. Hesych. ῥώννυσι· ὑγίειαν παρέχει. Idem: ἔῤῥωμαι· ὑγιαίνω. Baruch. V. 5. 2 Macc. IX. 20. XI. 21, 28. Gloss. Vet. ῥώννυμαι, *valesco.*

Σ

ΣΑΒΑΧΘΑΝΙ'. Vox Chaldæo-Syriaca שְׁבַקְתַּנִי quæ Psal. XXII. 1. pro Hebraico עֲזַבְתָּנִי *reliquisti me, deseruisti me auxilio tuo,* in paraphrasi Chaldaica legitur et idem significat. Componitur enim ex affixo primæ personæ נִי quod ex אֲנִי *ego,* et שְׁבַקְתָּ 2 pers. masc. gen. præt. Kal, a rad. שְׁבַק quæ in lingua Chaldaica et Syriaca idem notat, quod Hebraicum עָזַב *reliquit, dereliquit, deseruit auxilio suo.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXVII. 46. Marc. XV. 34. In utroque loco explicatur verbis: ἐγκατέλιπές με. Confer Cheitomæum Græcobarb. N. T. p. 136 seq.

ΣΑΒΑΩ'Θ, vel ΣΑΒΒΑΩ'Θ, *exercitus.* Est vox Hebr. ἄκλιτος צְבָאוֹת *exercitus* estque nomen plur. num. fem. generis a צָבָא *exercitus,* cujus radix est צָבָא *militavit.* Bis tantum legitur in N. T. Rom. IX. 29. et Jacob. V. 4. ubi Deus Κύριος σαβαὼθ Dominus exercituum vocatur, quatenus imperio ejus omnia subjecta sunt, ut sit i. q. παντοκράτωρ. Exercitus Dei enim in V. T. modo *angeli,* modo *astra,* ob summam eorum copiam ac ordinem, quo moventur, modo *omnis rerum natura* dicitur, ut adeo, quando Deus Κύριος σαβαὼθ dicitur, summum ipsius

etiam *Famagusta* dicta fuit et a conditore suo Teucro Salaminio nomen sortita esse dicitur. Hanc Judæi funditus demoliti sunt *Trajani* temporibus, exstinctis omnibus accolis. Mentio ejus fit Act. XIII. 5. Conf. Cellarii Geographiam Pleniorem II. c. 17. p. 229. Hesych. Σαλαμίν· νῆσος. Nam Salamis etiam dicitur insula maris Euboici adversus Athenas.

ΣΑΛΕΙ'Μ, ἡ. *Salim*, nomen loci, prope Jordanem, urbem Ænon, ubi Johannes baptizabat, et Scythopolin. Hebraice שַׁעֲלִים 1 Sam. IX. 4. Legitur in N. T. Joh. III. 23. Alberti Glossar. Gr. p. 58. Σαλείμ· βρύοντα. Confer Cellarii Geogr. Plen. III. p. 13. § 91. p. 438 seq. Reland. in Palæstina T. II. pag. 977. Wetstenii N. T. T. I. p. 855. et P. Zornii Opuscula Sacra P. II. p. 74.

ΣΑΛΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *agito, moveo, concutio, ita, ut venti et fluctus maris solent*, nam σαλεύεσθαι apud Græcos proprie dicitur navis, quæ ventorum et fluctuum vi agitatur, etiam de mari, ventorum vi agitato, a σάλος *salum, mare*, etiam *commotio undarum in tempestate et procellis ventorum*. Phavor. σαλεύω· κυρίως ἐπὶ νεὼς λέγεται, ὅταν ἐπ' ἀγκύρας ἱσταμένη ὑπὸ τῶν κυμάτων ταράττηται. σάλος γὰρ ἡ ταραχὴ τῆς θαλάσσης. Idem tradit Moschopulus. Diod. Sic. XIII. c. 100. Sic legitur in N. T. Matth. XI. 7. κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον calamum, a vento agitatum. ibid. XXIV. 29. καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται et reliqua corpora cœlestia loco suo movebuntur. Marc. XIII. 25. Luc. VI. 38. μέτρον σεσαλευμένον mensura, concutiendo repleta. ibid. v. 48. προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ καὶ οὐκ ἴσχυσε σαλεῦσαι αὐτὴν torrens in illam domum impingebat, nec tamen eam concutere valebat. ibid. VII. 24. XXI. 26. Act. IV. 31. ἐσαλεύθη ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι concutiebatur (terræ motu) ædificium, in quo erant congregati. De terræ motu hæc vox etiam adhibetur Act. XVI. 26. ὥστε σαλευθῆναι τὰ θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου ut carceris fundamenta concuterentur, et Hebr. XII. 26. οὗ ἡ φωνὴ τὴν γῆν ἐσάλευσε, ubi cum voce σείειν permutatur. Confer Psalm. XVII. 9. XCV. 9. Ies. XXIV. 20. Adde Amos VIII. 12. σαλευθήσεται τὰ ὕδατα. Sapient. IV. 19. σαλεύσει αὐτοὺς ἐκ θεμελίων. Hesych. σαλεύειν· ῥιπτάζεσθαι. De instrumentis bellicis, quibus muri quassantur, legitur apud Diod. Sic. I. 47. et XVII. 22. Deinde vero, ut apud Græcos scriptores quandoque metaphorice de *quacunque perturbatione rerum* (vide Schol. Soph. ad Œdip. Tyrann. v. 22. Pausaniam Phoc. I. Plutarch. Dion. p. 961. C.) adhibetur, ita etiam in N. T. 2) metaphorice est: *concito, excito, instigo*, et usurpatur inprimis in deteriorem partem de iis, qui alios ad indignationem, rebellionem, tumultum concitant et seditionem movent. Sic legitur in N. T. Act. XVII. 13. σαλεύοντες τοὺς ὄχλους ad tumultum concitantes turbam. Vulgatus: *commoventes*. Gloss. Vet. σαλεύω, *moveo, commoveo, agito*. Vide Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 445. et Palairet. Obss. Philol. p. 80. Hinc *fluctus* de bellis civilibus apud Horatium I. Od. 14. 2. 3) ad animum translatum: *de statu mentis dejicio ac deturbo, perturbo, falsis persuasionibus a veritate deflectere facio, animi tranquillitatem perturbo*. Act. II. 25. ἵνα μὴ σαλευθῶ ne animum abjiciam in miseriis et afflictionibus meis. 2 Thess. II. 2. εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ νοὸς ne statim vos perturbari patiamini, h. e. ne decipi et ad errores seduci vos patiamini; quo sensu ἀποσαλεύεσθαι διὰ σοφισμάτων apud Arrian. in Diss. Epictet. III. 26. 16., ubi videndus Schweighæuserus, reperitur. Eorum enim explicationem, qui σαλευθῆναι h. l. *animo cadere, perterrefieri* significare contendunt, verbum θροεῖσθαι, quod statim sequitur, admittere non videtur. Cæterum σαλεύεσθαι, de *animi agitatione et perturbatione quacunque* adhibitum, reperitur quoque apud Plutarch. T. VI. p. 253. ed. Reisk. ὑπὸ τῆς τύχης φυσώμενοι καὶ σαλευόμενοι. et Anonymum Suidæ s. v. Πυθαγόρας 'Εφέσιος. Judith XII. 15. ἐσαλεύθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. 1 Macc. VI. 8. ἐθαμβήθη καὶ ἐσαλεύθη σφόδρα. Sirac. XLVIII. 22. et apud Alexandrinos Psalm. XLVII. 5. ἐθαύμασαν, ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν. Eodem modo vox *jactari* usurpatur apud Ovid. Heroid. Ep. 21. v. 41. "ipsa velut navis jactor, quam certus in altum propellit Boreas, æstus et unda refert." 4) *removeo, prorsus immuto, abrogo*. Sic legitur in N. T. Hebr. XII. 27. ubi τὰ σαλευόμενα lex et œconomia Mosaica dicitur, partim, quia sub terræ motu et concussione lata erat, partim, quia tempore Christi abroganda erat. ib. τὰ μὴ σαλευόμενα religio et œconomia christiana dicitur, perpetua illa et nunquam immutanda. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΑΛΗ'Μ, ἡ, *Salem*. Est nomen proprium *urbis*, quæ postea, Josuæ ætate, ut videtur, (Jos. X. 1, 5.) Hierosolyma vocata est, et cujus dynasta, Abrahami ætate, Melchisedechus fuit. Hebraice שָׁלֵם *pacificus*, a שָׁלַם *pacem habere*, vel *colere*, ut adeo a pace denominationem sortita sit, ut etiam hanc vocem interpretatus est Paulus Hebr. VII. 1, 2. Esse autem urbem *Salem* eandem, quæ successu temporis יְרוּשָׁלַיִם dicta est, partim e loco Ps. LXXVI. 3. partim e testimoniis Josephi, (A. J. I. 10. 2. τὴν μέντοι Σόλυμα ὕστερον ἐκάλεσαν 'Ιεροσόλυμα.) Hieronymi, (Quæst. in Genesin T. II. p. 520. ed. Martian. ubi de Melchisedecho: "rex Jerusalem dicitur, quæ prius Salem appellabatur.") Suidæ (Σαλήμ· ὄνομα πόλεως, ἡ 'Ιερουσαλήμ.) et aliorum satis constat. Reperitur præterea hæc vox in nonnullis codd. Joh. III. 23. loco impressi Σαλείμ.

ΣΑΛΜΩ'Ν, ὁ, *Salmon*. Nomen proprium viri, qui fuit filius Nahasson. Hebr. שַׂלְמוֹן i. e. *pacificus*, vel *perfectus*, aut *retribuens*, a radice שָׁלַם *compleri, perfici, pacem habere*, in Piel *perficere*, item *rependere, retribuere*. Matth. I. 4, 5. Luc. III. 22.

ΣΑΛΜΩ'ΝΗ, ης, ἡ, *Salmone, Salmonium*. Promontorium Cretæ orientale et ex parte etiam boreale, Cnido et Rhodo obversum. Act. XXVII. 7. Vide Cellarii Geograph. Plen. II. c. 14. § 81. pag. 1030. et Wetstenii N. T. T. II. p. 639.

ΣΑ'ΛΟΣ, ου, ὁ, *salum*, 1) proprie: *mare*, seu potius *ora maris, ubi naves, quæ ad littus accedere nequeunt, stant ad anchoras*, q. σείαλος, a σείω *quatio* et ἅλς *mare*, in salo enim naves σαλεύονται. Sic ex sententia nonnullorum usus est hac voce Polyb. I. 53. 10. 2) per metonymiam: *vehemens commotio et jactatio maris, commotio undarum in tempestate et ventorum procellis, fluctus maris, mare fluctuans, turbidum et procellosum*. Sic semel tantum in N. T. legitur Luc. XXI. 25. ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου, scil. ὄντος, mari procelloso tristi fragore resonante. Jon. I. 15. καὶ ἔστη ἡ θάλασσα ἐκ τοῦ σάλου αὐτῆς. Ps. LXXXVIII. 10. τὸν δὲ σάλον τῶν κυμάτων αὐτοῦ σὺ

καταπραΰνεις. Sophocl. Philoctet. v. 271. Lucian. Hermotim. 28. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 800. Hesych. *σάλος· φροντίς, ταραχή, κλύδων, καὶ ἡ τῆς θαλάσσης κλύδωνος κίνησις.*

ΣΑ'ΛΠΙΓΞ, *γος, ἡ,* 1) *tuba, buccina,* qua apud Hebræos sacerdotes utebantur, maxime in convocationibus populi (Suid. *σάλπιγξ· ἱερατικὸν τοῦτο ὄργανον. ἱερεῖς γὰρ ἐχρῶντο τῇ σάλπιγγι.* Num. X. 8. 1 Paral. XV. 24. XVI. 6.) et signum pugnæ dabatur; (1 Cor. XIV. 8.) apud reliquos vero populos, Romanos et Græcos, et præcones utebantur (Polyb. Exc. Legat. IX. p. 1108.) et ministri publici, quando rei ad judicem citandi erant. 1 Cor. XIV. 8. *καὶ γὰρ ἐὰν ἄδηλον φωνὴν σάλπιγξ δῷ, τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον;* si non distinctum sonum tuba edit, (ut nempe quilibet intelligere possit jam, ea classicum cani,) quis se ad prœlium parabit? Respondet in versione Alex. Hebraico חֲצֹצְרָה *tuba,* 2 Reg. XI. 15. XII. 13. 1 Paral. XIII. 8. קֶרֶן *cornu* et קַרְנָא idem, Jos. VI. 5. Dan. II. 5, 7, 10, 15. et שׁוֹפָר *buccina,* 1 Sam. XIII. 3. 2 Sam. II. 28. 2) metaphorice: *tonitru,* ob sonum vehementem, quem edit et qui similis est sono tubæ. Matth. XXIV. 31. *μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης* inter magna tonitrua. 1 Cor. XV. 52. *ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι* quando tonitru instar tubæ ultimum canet. 1 Thess. IV. 16. *ἐν σάλπιγγι Θεοῦ,* i. q. Matth. XXIV. 31. *ἐν σάλπιγγι φωνῆς μεγάλης.* Conf. Fischeri Prolus. IX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 240. Hebr. XII. 19. *σάλπιγγος ἤχῳ,* coll. Exod. XIX. 16. Apoc. I. 10. IV. 1. VIII. 2, 6, 13. IX. 14. Sic etiam apud Hebræos usurpatur שׁוֹפָר Ps. XLVI. 5. Ies. XXVII. 13. Zach. IX. 14. Exod. XX. 18. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΑΛΠΙ'ΖΩ, fut. *ίσω,* 1) proprie: *tuba cano et signum do, buccino,* et transitive: *tuba cani facio,* vel *curo,* a *σάλπιγξ tuba, buccina.* Respondet in versione Alex. Hebraico תָּקַע quod, cum nomine *buccinæ* constructum, indicat: *clanxit, classicum cecinit,* Num. X. 3—8. Jud. III. 20. VI. 34. et הֵרִיעַ *clanxit,* Ies. XLIV. 23. Adde Xenoph. Anab. I. 2. 17. 2) metaphorice: *facio aliquid cum strepitu magno et ostentatione, populum alicujus rei testem quæro.* Sic legitur in N. T. Matth. VI. 2. *ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου* quandocunque igitur stipem erogas, ne tuba cani ante te cures, h. e. ne jubeas alios buccinatores esse liberalitatis tuæ, nec ipse quæras populum testem tuæ benignitatis et jactanter eam prædices. Malo enim formulam *σαλπίζειν ἔμπροσθεν ἑαυτοῦ* metaphorice accipere de nimio publicandi studio, ut nihil aliud denotet, quam: *operam dare, ut aliquid ad omnium aures perveniat, immoderate et jactanter se et sua prædicare,* quo sensu etiam nostri etwas ausposaunen, *to trumpet forth any thing,* dicunt, et Cicero (Lib. XVI. Ep. ad Divers. 21. "quod polliceris, te buccinatorem fore nostræ existimationis,") formula *buccinatorem esse* usus est, (adde Achill. Tat. VIII. c. 10. *αὕτη δὲ οὐχ ὑπὸ σάλπιγγι μόνον, ἀλλὰ καὶ κήρυκι μοιχεύεται.*) quam aut statuere, Pharisæos olim, pauperibus quidquam largituros, liberalitatem suam aliis buccinarum ritu significare consuevisse, cujus ritus, mere ficti, nullum in Hebræorum libris vestigium reperitur, (vide Wetstenii N. T. T. I. p. 319.) aut interpretandi rationem amplecti, quam secutus est Steph. le Moyne in Notis ad Varia Sacra p. 73 seq. ubi ostendere conatus est, *σαλπίζειν* h. l. esse pecuniam in cistas, in quas pecuniæ pro sanctuario et pauperibus immittebantur, (quæ a forma sua tubæ appellabantur, sive שׁוֹפָרוֹת. Vide Cod. Schekalim VI. 5. et Hadr. Reland. de Spoliis Templi Hierosolym. p. 126. ubi figura horum receptaculorum numorum, quorum tredecim erant in atrio mulierum, in æs incisa exhibetur.) cum aliqua violentia injicere, ut numi tinnitum edant. Lucian. Ocyp. 114. *ἀλέκτωρ ἡμέραν ἐσάλπισεν.* 3) *tonitru excito.* 1 Cor. XV. 52. *σαλπίσει γὰρ,* scil. *ὁ Θεὸς,* vel *ὁ Κύριος.* Sermo autem ibi est de resurrectione mortuorum. Conf. Wetstenii N. T. T. II. pag. 172 seq. Apoc. VIII. 6, 7, 8, 10, 12, 13. IX. 1, 13. X. 7. XI. 15. Sæpius in N. T. non legitur. Confer quæ supra ad vocem *σάλπιγξ* dicta sunt.

ΣΑΛΠΙΣΤΗ'Σ, *οῦ, ὁ, tubicen, tuba canens.* Est verbale a tertia pers. perf. pass. *σεσάλπισται,* verbi *σαλπίζω tuba cano.* Semel legitur in N. T. Apoc. XVIII. 22. *καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν καὶ αὐλητῶν καὶ σαλπιστῶν οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἔν σοι ἔτι.* Legitur præterea hæc vox apud Theophrast. Char. c. 25. *καὶ τοῦ σαλπιστοῦ δὲ τὸ πολεμικὸν σημήναντος,* et apud Lucianum T. I. p. 720. Thom. M. p. 789. *σαλπίζω· σαλπίγξω, οὐ σαλπίσω. καὶ σαλπιγκτής· οὐ σαλπιστής. Θουκυδίδης ἐν τῇ ἕκτῃ·* (cap. 69.) *καὶ σαλπιγκταὶ ξύνοδον ἐπώτρυνον τοῖς ὁπλίταις.* Hesych. *σαλπιγκτής· ὁ τῆς σάλπιγγος φωνοβόλος.*

ΣΑΛΩ'ΜΗ, *ης, ἡ, Salome.* Nomen proprium mulieris Hebraicum, significans *pacificam,* a שָׁלַם *compleri, pacem habere et colere.* Fuit autem uxor Zebedæi, mater Jacobi ac Johannis, apostolorum, quam quidam censent fuisse *Aggæi,* fratris Zachariæ, patris Johannis, baptistæ, filiam, uti Nicephorus in H. E. Lib. II. cap. 3. ex Hippolyto annotat. Lutherus vero Josephi, mariti Mariæ, matris Jesu, sororem esse voluit. Theophylactus autem filiam Josephi ex primo matrimonio fuisse statuit. Sed rectius illi judicant, qui eam filiam Cleophæ, neptem (neptes apud Judæos dicebantur etiam sorores,) Mariæ, matris Jesu, fuisse dicunt. Marc. XV. 40. XVI. 1.

ΣΑΜΑ'ΡΕΙΑ, *ας, ἡ, Samaria.* Proprie 1) est nomen montis in tribu Ephraimitica, 1 Reg. XVI. 24. quem *Homri,* rex Israëlitarum, a quodam *Semer* (Hebr. שֶׁמֶר) emit et in ejus vertice urbem exstruxit, quam de nomine vendentis שֹׁמְרוֹן *Schomron,* aut *Samariam* vocavit. Unde erat Procopius Gazæus, qui in Comment. in Genes. X. 18. statuit, hanc urbem a *Samaræo,* Canaanis filio, sic appellatam fuisse. 2) ita dicta est ipsa urbs in tribu Ephraimitica, ab Homri, Israëlitarum rege, monti, a Semer emto, inædificata, quæ fuit totius regionis metropolis et sedes regum Israëliticorum. 2 Reg. VI. 19. Urbs hæc alias, teste Eusebio, *Ecthenias* appellata fuit. Urbem hanc occupavit, et decem tribus abduxit Salmanassar, Assyriorum rex, qui et territorium Samariæ aliis coloniis instruxit. Diruta etiam est ab Hyrcano, Judæorum pontifice, sed, a Gabinio instaurata, Herodi ab Augusto reddita, qui eam munivit, et ab Herode in honorem Augusti *Sebaste,* h. e. *Augusta* nuncupata est, ut refert Strabo Lib. XVI. et Josephus in A. J. XV. 7. 7. et c. 8. § 5. A Stephano *Neapolis* vocatur. Confer Lightfoot. in Chorogr. Matthæo præmissa cap. 5 et 6. Act. VIII. 5. *Φίλιππος δὲ, κατελθὼν εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας* Philippus autem, post-

quam pervenit in ipsam urbem Samariam. (Loco appositionis enim nonnunquam status regiminis ponitur. Confer Glassii Philol. S. p. 14.) Vide Buxtorfii Catalecta c. 7. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 13. s. 5. p. 431. et Relandi Palæstinam T. I. p. 344. et T. II. p. 979. 3) *regio, urbi Samariæ circumjecta, cujus caput erat illa urbs.* Luc. XVII. 11. διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας per Samariam et Galilæam. Joh. IV. 4. διὰ τῆς Σαμαρείας per agrum Samaritanum. ibid. v. 5. εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας. ibid. v. 7. γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας mulier Samaritana, i. q. γυνὴ Σαμαρεῖτις, v. 9. Act. I. 8. VIII. 1, 9. IX. 31. XV. 3. 4) per metonymiam: *incolæ et cives urbis et regionis Samariæ.* Act. VIII. 14. ὅτι δέδεκται ἡ Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ amplexos esse Samaritanos religionem christianam. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΑΜΑΡΕΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) *Samarita, Samaritanus, incola Samariæ, sive urbis, sive regionis, religioni Samaritanorum addictus,* a Σαμάρεια, quod vide. Samaritani erant Judæis admodum despecti, exosi et infesti (ἀπεχθῶς πρὸς Ἰουδαίους καὶ βασκάνως διακείμενοι vocantur Samaritani a Josepho A. J. XI. 4. 9. init. Vide eundem ibid. XX. c. 6. 1.) et Judæis non solum consuetudinem cum Samaritanis habere, sed etiam cibos, a Samaritanis paratos, et potum aquæ ab iisdem accipere illicitum erat. Samaritani legem Mosaicam quidem amplectebantur, sed reliquos libros Judæorum sacros rejiciebant, prout hos etiam rejiciunt eorum posteri, ut liquet ex ipsorum ad Jobum Ludolfum litteris datis. Vide Tanchum fol. 17. Witsii Ægyptiaca p. 336 seq. Hadrian. Reland. Diss. Miscell. Diss. VII. Leusdenii Philol. Hebr. Diss. VIII. Wetstenii N. T. Tom. I. p. 366 seq. et 772. C. Cellarii D. de Gentis Samaritanæ Historia et Ceremoniis in Ej. Diss. Acad. p. 108. et alios scriptores, appellatos a Wolfio in Bibl. Hebr. P. II. p. 434. Matth. X. 5. ubi interdicit Christus duodecim discipulis, quos emittebat, ne ad gentiles abirent, nec ullam Samaritanorum urbem intrarent. Luc. IX. 52. narrantur Samaritani Christum hospitio excipere noluisse, quod petere Hierosolyma ipsis videretur. ibid. X. 33. XVII. 16. Joh. IV. 9. οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις. ibid. v. 39, 40. Act. VIII. 25. 2) *homo, inprimis scelestus, vilis et abjectus, infamis et omni odio dignus.* Joh. VIII. 48. Sæpius non legitur in N. T.

ΣΑΜΑΡΕΙ͂ΤΙΣ, ιτιδος, ἡ, *Samaritana, ex urbe, aut regione Samaria oriunda,* ab eodem nomine. Semel legitur in N. T. Joh. IV. 9. ἡ γυνὴ ἡ Σαμαρεῖτις, et paulo post: οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος.

ΣΑΜΟΘΡΑ'ΚΗ, ης, ἡ, *Samothrace,* vel *Samothracia.* Est nomen insulæ maris Ægæi, Lemno vicinæ, e regione Trojæ ad Thraciam sitæ, ubi Hebrus se in mare exonerat. Celebrata olim fuit Cereris et Proserpinæ mysteriis. Primitus *Dardania* dicta fuit, a Dardano, Trojanorum rege, etiam Λευκανία, postea vero a Thracibus, eam occupantibus, Θρᾳκία appellata est. Cum vero Samii ex mari Icario, e sua extorres insula, post CXX annos eam occuparent, auctore Heraclide, Σαμοθρᾴκη ab his dicta fuit, quia incolebatur a Samiis et Thracibus. Vide Pompon. Mel. Lib. II. Plin. H. N. V. c. 12. et Cellarii Geogr. Plen. II. c. 15. § 92. p. 1086. Hodie *Samandrachi* vocatur. Semel commemoratur in N. T. Act. XVI. 11. Confer Suidæ Gloss. s. h. v. et Wetstenii N. T. T. I. p. 553 seq.

ΣΑ'ΜΟΣ, ου, ἡ, *Samus.* Est nomen insulæ in mari Ægæo versus Ioniam, non procul ab Epheso, quæ Asiæ minoris metropolis fuit. Celebrata olim fuit ob lutum Samium, unde fecerunt fictilia, et ob feracitatem, unde olim *Artemisia,* a quibusdam floribus, dicta. Appellata etiam fuit Παρθενία, a fluvio Parthenio, ut ex Aristotele Plinius H. N. V. c. 31. docet. Dicta etiam est *Stephane,* h. e. corona, et *Dryusa,* a quercuum, quæ ibi erant, multitudine. Mentio ejus in N. T. fit tantum Act. XX. 15. Urbs ejusdem nominis in insula est una e præstantissimis. Confer Cellarii Geogr. Plen. III. c. 2. § 17. p. 17 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 593.

ΣΑΜΟΥΗ'Λ, *Samuel.* Nomen proprium ἄκλιτον prophetæ Judæorum, filii Elcanæ, ex Anna, uxore altera. Hebraice dicitur שְׁמוּאֵל h. e. *exauditus a Deo,* ex שָׁמוּעַ quod est partic. Paul a שָׁמַע *audivit, exaudivit,* et אֵל *Deus,* littera ע εὐφωνίας causa expuncta, quia Anna eum a Deo petiit, ejusque petitionem Deus exaudivit, prout ipsa hoc declarat 1 Sam. I. 20. ubi inquit: *a Jehova petii illum,* et v. 27. *pro puero isto supplicabam, præstititque mihi Jehova petitionem meam, quam petebam ab eo.* Act. III. 24. XIII. 20. Hebr. XI. 32. A Judæis magistrum ac eximium omnium prophetarum dictum esse, docuit Wetstenius N. T. T. II. p. 475 seq.

ΣΑΜΨΩ'Ν, ὁ, *Samson, Simson.* Est nomen proprium indeclinabile viri, filii Manoæ (Jud. XIII. 24.) et herois ac principis Israëlitarum fortissimi. Hebraice dicitur שִׁמְשׁוֹן a שֶׁמֶשׁ *sol.* Ita dictus fortasse a splendore angeli, qui parentibus ejus apparuerat ejusque conceptionem et nativitatem annuntiaverat. Alii hoc nomen compositum esse existimant ex שֶׁמֶשׁ *sol,* et metaphorice *summa præstantia,* et אוֹן *robur.* Semel commemoratur in N. T. Hebr. XI. 32.

ΣΑΝΔΑ'ΛΙΟΝ, ίου, τὸ, *sandalium,* pro quo et σάνδαλον dicitur, v. c. apud Ælian. V. H. I. 18. Fuerunt autem *sandalia* genus calceamentorum, quibus non pedes induebantur, sed tantum plantæ pedum muniebantur, soleæ ligneæ, vel coriaceæ, habentes quasdam ansulas, aut funiculos, quibus superne pedibus alligabantur, quibus in regionibus calidis utebantur non tantum mulieres opulentiores, (quibus antiquis quidem temporibus inprimisque apud Græcos propria fuisse videntur, ut partim ex Ælian. V. H. VII. 11. Judith. X. 4. apparet, partim ex Hesychio liquet, qui scribit: σανδάλια· σάνδαλα, γυναικεῖα ὑποδήματα.) sed et viri, etiam plebeii, ut docuit Perizonius ad Ælian. V. H. I. 18. et Hemsterhusius ad Jul. Pollucis Onom. Lib. VII. c. 22. X. c. 11. p. 1203. Certe in N. T. libris σανδάλια passim pro vulgari calceamento ponuntur atque adeo tribuuntur apostolis, itinera facientibus. Marc. VI. 9. Adde Act. XII. 8. Chaldaice סַנְדָּל dicebatur. Cf. Buxtorf. Lex. Rabbin. et Talmud. p. 1510. In versione Alex. respondet Hebraico נַעַל quod *calceum quemcunque* significat. Jos. IX. 5. et Ies. XX. 2. σανδάλιά σου ὑπόλυσαι ἀπὸ τῶν ποδῶν σου. Herodot. II. c. 91. Joseph. A. J. IV. 8. s. 23. ὑπολύσασα δὲ αὐτὸν ἡ γυνὴ τἀδελφοῦ τὰ σάνδαλα καὶ πτύσασα αὐτοῦ εἰς τὸ πρόσωπον κ. τ. λ. Confer Bynæum de Calceis Hebræorum

Veterum, Wetstenii N. T. T. I. p. 577 seq. et quæ infra ad vocem ὑπόδημα dicta sunt.

ΣΑΝΙ´Σ, ἴδος, ἡ, *tabula*, *asser*, et usurpatur partim de *asseribus*, *quibus aliquid tegitur et firmatur*, partim vero de *tabulis*, *quibus aliquid inscribitur*. In priori notione semel legitur in N. T. Act. XXVII. 44. οὓς μὲν ἐπὶ σανίσι quosdam super asseribus. Sermo ibi est de naufragium passis, qui partim in tabulis, (Phædrus IV. 21. cæteri *tabulam* suam portant, rogantes victum.) partim in reliquis navis fragmentis in terram evadebant. In versione Alex. respondet Hebraico לוּחַ *tabula*, Cant. VIII. 9. et דֶּלֶת *janua*, 2 Reg. XII. 9. Anthol. I. 55. 13. Κλασθείσης ποτὲ νηὸς ἐν ὕδασι, δῆριν ἔθεντο Δισσοὶ ὑπὲρ μούνης μαρνάμενοι σανίδος. Galenus de Rat. Med. V. A σανὶς fit σανιδωτὸς *tabulis tectus*. Exod. XXVII. 8. Etym. M. σανίς. τὸ ἐπίμηκες ξύλον — σανίδες δὲ, ἐν αἷς ἐγγράφονται οἱ ὀφείλοντές τι καὶ οἱ ἠδικηκότες τι. Hesych. σανίς· θύρα, λεύκωμα, ἐν ᾧ αἱ γραφαὶ Ἀθήνησιν ἐγράφοντο πρὸς τοὺς κακούργους. Schol. Apollonii: Σανίδες· οὕτω λέγονται τὰ ὑπερμήκη ξύλα καὶ πλατέα. Confer Wichmannshausen Diss. de Navi Tyria § 3. p. 22.

ΣΑΟΥ´Λ, ὁ. Est 1) nomen proprium ἄκλιτον primi regis Israëlitici, Hebraice שָׁאוּל *petitus, desideratus*, particip. Paul a radice שָׁאַל *petiit*, 1 Sam IX. 4. Act. XIII. 21. et dedit ipsis Deus τὸν Σαοὺλ υἱὸν Κίς. 2) nomen Judaicum Pauli, apostoli, qui et Σαῦλος dictus est, de quo vide infra. Act. IX. 4, 17. XXII. 7, 13. XXVI. 14.

ΣΑΠΡΟ´Σ, ά, όν, 1) proprie: *putridus, putredini obnoxius, fœtidus, malum odorem et saporem habens, vetustate et putredine corruptus*, a σήπω *putrefacio*. Σήπομαι *putresco, putrefio*. Sic legitur v. c. apud Theophr. Char. XI. σαπρὸν ἔλαιον oleum rancidum. Arrian. Diss. Epictet. IV. 4. ὄξος σαπρὸν, μέλι σαπρόν. Demosthen. p. 615. 11. ed. Reisk. τοὺς στεφάνους σαπροὺς εἶναι διὰ τὸν χρόνον, ὥσπερ ἴων ἢ ῥόδων ὄντας. Alciphron I. Ep. 26. p. 104. Conf. Foësii Œcon. Hippocr. p. 336. Küsterum ad Aristoph. Plut. v. 824. Wetstenii N. T. T. I. p. 344. et Schwarzii Comment. Ling. Gr. p. 1208. Etym. M. σαπρός· ὁ σεσηπὼς καὶ παλαιός. Gloss. Vet. σαπρὸς, *rancidus, putris, mucidus*. 2) per metonymiam: *quidquid est malæ indolis nec usum præstare valet, ad quem est comparatum, inutile, non idoneum*, σαπρὸν dicitur et opponitur τῷ ἀγαθῷ et καλῷ. Chrysostomus Homil. IV. in Epistolam ad Timotheum: πᾶν, ὃ μὴ τὴν ἰδίαν χρείαν πληροῖ, σαπρὸν λέγομεν. Schol. Aristoph. ad Pacem v. 553. σαπρὸν ἄχρηστον. Sic legitur in N. T. Matth. VII. 17, 18. ubi σαπρὸν δένδρον est arbor malæ indolis, quæ καρποὺς πονηροὺς profert, et opponitur τῷ δένδρῳ ἀγαθῷ. Matth. XII. 33. ὁ καρπὸς σαπρὸς fructus acerbi et esui non idonei; qui cap. VII. 17. καρποὶ πονηροὶ vocantur. ibid. XIII. 48. τὰ σαπρὰ pisces, esui non idonei, aut nugamenta et quisquiliæ piscium. Luc. VI. 43. Sic σαπρὸς de *numo improbo et adulterino* legitur apud Arrian. Diss. Epictet. IV. c. 5. ῥίψον ἔξω, ἀδόκιμόν ἐστι, σαπρὸν, sc. τὸ τετράσσαρον τοῦτο. ibid. II. 4. σκευάριον σαπρόν. ibid. III. 22. σαπρὰ δόγματα. Diog. Laërt. Lib. VI. cap. 5. ἐν ῥοιᾷ καὶ σαπρόν τινα κόκκον εἶναι. Cf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 2. p. 22 seq. ed. Fischeri. 3) metaphorice: *impius*, (In notione *impietatis* substantivum σαπρία accepisse mihi videntur LXX Ies. XXVIII. 21. Hebr. עֲבֹדָה de *idolorum cultu* explicantes.) *vitiosus, spurcus, obscœnus, futilis, malignus*. Sic legitur in N. T. Ephes. IV. 29. πᾶς λόγος σαπρὸς omnis sermo pravus, obscœnus, malignus et futilis. Glossæ Philoxeni: σαπρός· *nugatorius, nugax*. Hesych. σαπρόν· παλαιὸν, αἰσχρὸν, ἀκάθαρτον. Antonin. XI. c. 14. ὡς σαπρὸς καὶ κίβδηλος ὁ λέγων, ἐγὼ προῄρημαι ἁπλῶς σοι προσφέρεσθαι. Sic *putris* pro *lascivus* ponitur apud Horat. Lib. I. Od. 36. v. 17. "omnes in Damalin putres deponent oculos." Cf. Alberti Obss. Philol. p. 371 seq. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 297. et Wolfii Curas Philol. P. III. p. 112. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΑΠΦΕΙ´ΡΗ, ης, ἡ, *Sapphira*. Nomen proprium mulieris, uxoris Ananiæ, quod vulgo Græcum esse censetur, ut sit idem, quod σάπφειρος *sapphirus, gemma*, sed sine dubio est Syriacum ܫܦܝܪܐ (quo etiam Syrus usus est Act. V. 1.) *pulcra, formosa*, a ܫܦܪ *pulcher, formosus fuit*. Semel legitur tantum in N. T. Act. V. 1.

ΣΑ´ΠΦΕΙΡΟΣ, ου, ἡ, *sapphirus*, lapis pretiosus, coloris cœrulei, (a quo Græcis κυάνεος vocatur. Hodie *lapis Lazuli* dicitur.) aureis punctis interdum collucens, interdum tota pellucida et serenissimi cœli faciem referens, de quo Plinius habet in H. N. XXXVII. c. 9. Ita dictus est, vel ob formositatem suam, nam שָׁפִיר *pulcher* dicitur Hebræis, vel a *Sapphir*, insula Arabici sinus, in qua eruebantur sapphiri. Semel commemoratur in N. T. Apoc. XXI. 19. ubi vid. Wetstenius. Legitur præterea in versione Alex. pro סַפִּיר quod idem notat. Exod. XXIV. 10. Cantic. V. 14. Thren. IV. 7. Gloss. in Octat. Σάπφειρος· λίθος τίμιος. Cf. Braunium de Vestitu Sacerdot. Hebr. Lib. II. c. 12. Salmasium ad Epiphanium de Gemmis cap. V. p. 97. M. Hilleri Tr. de Gemmis duodecim in pectorali Pontif. Hebr. p. 27 seq. et Vitringæ Comment. in Ies. LIV. 11. p. 695.

ΣΑΡΓΑ´ΝΗ, ης, ἡ. Vocabulum, ut videtur, Hebraicum, a radice סָרַג *implicavit, complicavit, connexuit, involvit*, et generatim *omne* notat, *quod est contortum et ex funiculis textum*, (Æschyl. Suppl. 801.) speciatim vero *funem contortum, corbem, sportam, e funibus factam*, (Athenæus III. p. 119. B. et Lib. IX. p. 407. E.) *rete, textum e funiculis ad capiendos pisces*, etc. Alii deducunt a σάττω *onero, onus impono*, ut per epenthesin insitum sit ρ et sporta sic dicta sit, quod oneretur rebus, quæ ei imponuntur. Semel tantum legitur in N. T. 2 Cor. XI. 33. ubi Paulus demissus esse legitur ἐν σαργάνῃ, h. e. σπυρίδι, coll. Act. IX. 25. Etym. M. p. 708. edit. Sylburgii: σαργάνη· σάσσω ἐστὶ ῥῆμα. καὶ σαγάνη. καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ σαργάνη. ἔστι δὲ σαργάνη ἀπὸ σχοινίου πλεγμάτιον εἰς ὑποδοχὴν ἰχθύων. Phavorinus p. 1634. idem fere habet. Suid. σαργάνη· οἱ μὲν σχοινίον τι, οἱ δὲ πλέγμα τι ἐκ σχοινίου. Hesychius: σαργάναι· δεσμοὶ καὶ πλέγματα γυργαθώδη, σχοινίον, ἀγυράτωγα. Lycophron Cassandra v. 748. προσπεσαργανωμένην. Schol. συμπεπλεγμένην. ἡ γὰρ παρ' ἡμῖν σαργάνη, ἤτοι τὸ σπυρίδιον, παρὰ Ἀττικοῖς ταργάνη λέγεται. Conf. Gatakeri Opera Critica p. 29 seq.

ΣΑ´ΡΔΕΙΣ, ων, αἱ, *Sardes, ium*. Est nomen plurale urbis Lydiæ, Lydorum metropolis et Crœsi regiæ, sitæ ad montem Tmolum et Pactolum, fluvium auriferum. Urbs hæc quondam maxime dives et voluptuosissima erat, in qua omnes ancillæ prostabant et meretrices erant, teste Strabone Geogr. Lib.

XIII. Mentio ejus fit in N. T. Apoc. I. 11. III. 1, 4. καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας et episcopo ecclesiæ, quæ est Sardibus. ibid. v. 4. Sæpius non legitur in N. T. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 4. p. 110. F. Stosch. Syntagma Diss. VII. de totidem urbibus Asiæ in Apocalypsi p. 120. et Wetstenii N. T. T. II. p. 760.

ΣΑ'ΡΔΙΝΟΣ, ου, ὁ, idem, quod ΣΑ'ΡΔΙΟΣ, ίου, ὁ, subaudi λίθος, *sardius*. Genus lapidis pretiosi, colore rubro, propius ad ignis colorem accedentis, (Epiphan. de Gemmis c. 1. πυρωπὸς τῷ εἴδει καὶ αἱματοειδής. Orpheo περὶ λίθων XVI. 5. σάρδιον αἱματόεν dicitur.) sed palloris aliquid admixtum habet, unde recentioribus carneolus vocatur, quia colore carneo rubet. Ita dictus est ab insula Sardinia, sita in mari Ligustico, ubi nasci dicitur. Vide Plin. H. N. XXXVII. c. 7. extr. Mentio ejus fit in N. T. Apoc. IV. 3. Vide Salmasium ad Solinum p. 98. et ad Epiphanium de Gemmis p. 85. nec non M. Hilleri Tract. de Gemmis XII. in pectorali Pontificis Hebræorum p. 1 seq.

ΣΑ'ΡΔΙΟΣ, ίου, ὁ, sc. λίθος, *sardius*. Nomen gemmæ. Vide supra σάρδινος. Memoratur in N. T. Apoc. XXI. 20. In versione Alex. legitur pro אֹדֶם *pyropus, rubinus*, Exod. XXVIII. 17. XXXIX. 10. Ezech. XXVIII. 13. et pro שֹׁהַם *onyx*, Exod. XXV. 7. XXXV. 9. Confer Braunium de Vestitu Sacerdot. Hebr. Lib. II. c. 8. § 478. p. 504. et Wetstenii N. T. T. II. p. 845.

ΣΑΡΔΟ'ΝΥΞ, υχος, ὁ, *sardonyx*. Nomen gemmæ, ex Sarda ruborem et Onyche alborem habentis, quæ etiam σαρδονύχιον (Incert. Job. XXVIII. 16.) dicitur, compositum ex σάρδιος *sardius*, et ὄνυξ *unguis*, eo quod colore unguem humanum imitatur, et est colore inter rubrum et album medio, fere carneo. Vide Plinii H. N. XXXVII. c. 12. Commemoratur semel in N. T. Apoc. XXI. 20. Conf. præter Wetstenii N. T. T. II. p. 845. Salmasium ad Epiphan. de Gemmis cap. XII. p. 110. et M. Hilleri Tract. de Gemmis XII. in pectorali Pontificis Hebræorum p. 51 seq.

ΣΑ'ΡΕΠΤΑ, των, τὰ, *Sarepta*. Est nomen proprium urbis, sitæ in tribu Aseritica, inter Tyrum et Sidonem mediæ, (Josephus A. J. VIII. c. 13. 2. εἰς Σαρεφθᾶ πόλιν οὐκ ἄπωθεν τῆς Σιδῶνος καὶ Τύρου.) distantis duabus leucis ab Eleuthero flumine. Vide Relandi Palæstin. Illustr. Lib. III. p. 985. et Cellarii Geogr. Plen. III. c. 12. § 93. p. 380. Hebraice dicitur צָרְפַתָה 1 Reg. XVII. 9. a צָרַף *conflavit, purgavit*, fortasse, quia ibi fuerunt officinæ metallicæ et fusoriæ. Alberti Glossar. Gr. p. 47. Σάρεπτα· πυρωτὴ ἢ θλίψις ἄρτου, ubi vid. Alberti. Semel tantum commemoratur in N. T. Luc. IV. 26. ubi est magna lectionis varietas in hoc nomine.

ΣΑΡΚΙΚΟ'Σ, ή, όν, 1) proprie: *carneus*, ut referatur ad substantiam corporis molliorem in animali, quæ proprie caro dicitur, a σάρξ, σαρκὸς, *caro*. Ita vero in N. T. non legitur, sed in exterorum tantum monumentis reperitur. 2) *omne, quod ad corpus externamque hominis conditionem pertinet*. Rom. XV. 27. εἰ γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφείλουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς. Sunt autem h. l. τὰ σαρκικὰ beneficia, ad corporis sustentationem et externam hominis conditionem pertinentia, eleemosynæ, collectæ ab ecclesiis Macedoniæ et Achaiæ, quibus sublevandi erant pauperes christianorum Hierosolymitanorum, quibus opponuntur h. l. τὰ πνευματικὰ, h. e. beneficium religionis christianæ et omnium partorum per eam hominibus bonorum, quod debebant Judæis ethnici, ex constanti apostolorum doctrina. 1 Cor. IX. 11. εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν. μέγα, εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν· ubi τὰ πνευματικὰ de institutione in religione christiana adeoque de beneficio, ad animum pertinente, τὰ σαρκικὰ vero de didactro, quod datur magistro pro docendi opera, adeoque de re, ad corporis sustentationem tantum pertinente, explicanda sunt, postulante ita omni orationis serie. In utroque vero loco latet simul in voce σαρκικὸς *vilitatis* et *levitatis* notio, quam vocabulo σάρξ haud raro adjunctam esse, infra ad hanc vocem demonstrabitur. 3) *humanus, humanæ naturæ conveniens, humano studio et viribus naturalibus acquisitus, ingenio hominis accommodatus.* 2 Cor. I. 12. οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ non in sapientia humana, quæ humano studio ac ingenio comparatur, et ingeniis hominum vulgarium est maxime accommodata, quam 1 Cor. II. 6. σοφίαν τοῦ αἰῶνος τούτου, et ibid. v. 13. σοφίαν ἀνθρωπίνην appellat. Jam, quia omnia, quia sunt humana, imbecillitatis et infirmitatis humanæ notas habent impressas, factum est, ut σαρκικὸν 4) significaret *vile, infirmum, imbecille, invalidum.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. X. 4. ubi τὰ ὅπλα σαρκικὰ opponuntur τοῖς ὅπλοις δυνατοῖς τῷ Θεῷ, h. e. armis validissimis ac efficacissimis, (vide dicta supra a me ad Θεὸς et ὅπλον,) adeoque sunt *arma invalida, imbecilla.* 5) *vitiosus, peccato et pravis cupiditatibus subjectus, corruptus, pronus et proclivis ad peccandum.* Rom. VII. 14. ἐγὼ δὲ σαρκικός (ita enim legitur in omnibus fere editionibus N. T. excepta Griesbachiana, quæ habet σάρκινος) εἰμι ego vero sum ad peccandum proclivis, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, ut statim in sequentibus explicatur. 1 Petr. II. 11. ἀπέχεσθε τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν abstinete ab omnibus pravis cupiditatibus, quibus olim, antequam formulam christianam amplexi essetis, abripi vos passi estis. 6) *rudis, indoctus, tiro in aliqua disciplina*, et speciatim: *qui imperfectam religionis christianæ cognitionem habet, qui nondum tirocinia in religione christiana posuit.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. III. 11. οὐκ ἠδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς, ubi σαρκικοί, quia opponuntur τοῖς πνευματικοῖς, h. e. perfectioribus christianis, qui perfectiorem religionis christianæ cognitionem habent, (confer 1 Cor. II. 15. Galat. VI. 1.) seu τοῖς δυνατοῖς, ut Rom. XV. 1. vocantur, sunt *christiani infirmi, nondum satis illustrati et emendati per religionem christianam, multis præjudiciis et erroribus adhuc infecti*, unaufgeklärte, *unenlightened*, qui ibidem οἱ νήπιοι ἐν Χριστῷ dicuntur, et quibus, uti v. 2. addit, ut elementa religionis christianæ iterum traderentur, adhuc opus erat. Sensus loci vero tunc ita constituendus erit: Non potui tradere vobis doctrinam christianam, tanquam provectis jam in ejus cognitione, sed tanquam rudioribus adhuc et imperfectioribus christianis. Nec alio sensu legitur hoc vocabulum ibid. ver. 2, 3 et 4. 7) *transitorius, fluxus, non perennis ac perpetuus.* In hac vero significatione reperitur Hebr. VII. 16. ubi Christus dicitur a Deo constitutus esse summus sacerdos, οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς, h. e. vel, non secundum legem Mosaicam, quæ sacerdotalem dignitatem e tribu Levitica oriundis ad tempus vitæ, non in perpetuum decernebat; (conf. Theodoretum ad h.

l.) vel, quod aliis magis placet, secundum leges Mosaicas tenues et mox abrogandas; (coll. ver. 18.) sed κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΑ'ΡΚΙΝΟΣ, η, ον, 1) proprie: *carneus, ex carne constans*, etiam: *corpulentus* (Polyb. XXXIX. 2. 7.) i. q. σαρκικὸς, cum quo etiam frequenter in codicibus N. T. permutatur, a σὰρξ *caro*. 2) metaphorice, relate ad animum, si τῷ λιθίνῳ *lapideo* opponitur, significat *docilem, pronum ad amplectendam veritatem, qui facile se flecti, corrigi et emendari patitur*. Sic semel tantum legitur in N. T. 2 Cor. III. 3. οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις, ubi πλάκες καρδίας σάρκιναι tabulæ cordis carneæ sine dubio metaphorice *animum docilem et flexilem* significant, *animum mollem, tractabilem, qui facile movetur, ut obediat præceptis divinis*, qui Sirac. XVII. 13. καρδία σαρκίνη, et Ezech. XI. 19. XXXVI. 26. לֵב בָּשָׂר vocatur, in quibus locis omnibus καρδίᾳ λιθίνῃ et לֵב הָאֶבֶן *cordi lapideo*, h. e. *animo contumaci, qui non movetur præceptis divinis iisque obedientiam denegat*, opponitur.

ΣΑ'ΡΞ, κὸς, ἡ, 1) proprie: *caro*, seu *substantia corporis mollior in animali*, i. q. κρέας. Sic legitur in N. T. Luc. XXIV. 39. ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει mortuorum animæ carne et ossibus carent. Conf. Hom. Odyss. λ', ver. 218. coll. v. 220. οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσι. Ephes. V. 30. ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ ex carne ejus et ex ossibus ejus. Verba hæc, quanquam respondent Hebraicis מִבְּשָׂרוֹ וּמֵעֲצָמָיו Genes. II. 23. ubi de ipso corpore humano intelligenda sunt, cujus natura primi parentes generis humani arctissime invicem conjungebantur, (conf. etiam Gen. XXIX. 14. 2 Sam. V. 1.) loco tamen nostro metaphorice de *arctissima conjunctione, Christum ejusque cultores in hac pariter ac futura vita intercedente*, accipienda sunt. In hac propria *carnis* notione σὰρξ etiam quandoque in numero plurali adhibetur, v. c. Apoc. XVII. 16. καὶ τὰς σάρκας αὐτῆς φάγονται. ibid. XIX. 18, 21. καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν, in quibus locis tamen non minus commode per *cadavera* reddi possit, quam significationem σὰρξ, ut σῶμα, ad imitationem Hebraici בָּשָׂר habet in versione Alex. Ezech. XXXII. 5. καὶ δώσω τὰς σάρκας σου ἐπὶ τὰ ὄρη. 2) *totum corpus animale, carne et ossibus constans*, diversum hactenus a voce generaliore σώματος, quæ etiam de corporibus, et substantia seminum (1 Cor. XV. 38 et 40.) adhibetur. Sic legitur in N. T. Act. II. 31. οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθορὰν neque corpus ejus exanime in putredinem abiit. Rom. II. 28. ἡ ἐν τῷ φανερῷ, ἐν σαρκὶ, περιτομὴ circumcisio externa, ad corpus tantum pertinens, cui opponitur ver. 29. περιτομὴ καρδίας, ἐν κρυπτῷ, ἐν πνεύματι. Non opus enim esse videtur, ut σὰρξ h. l. de certa corporis humani parte, de pudendis scilicet, explicetur, quanquam huic explicationi locus Levit. XV. 2. patrocinatur. ibid. XIII. 14. τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας curam quidem gerite corporis vestri, sustentate, alite et fovete corpus vestrum, sed temperanter, ne pravæ et libidinosæ cupiditates in eo alantur et excitentur. 1 Cor. V. 5. εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ. Sermo autem est h. l. de morbis gravioribus plagisque corporeis, quibus Paulus pro potestate, sibi a Christo concessa, adfligere decreverat hominem illum incestuosum in ecclesia Corinthiaca. ibid. XV. 39. οὐ πᾶσα σὰρξ ἡ αὐτὴ σὰρξ, ἀλλὰ ἄλλη μὲν σὰρξ ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων, ἄλλη δὲ πτηνῶν neque vero corpora omnia ejusdem generis sunt, sed hominum alia, quadrupedum alia, piscium alia, alia rursus avium. 2 Cor. IV. 11. ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν, i. q. ver. 10. ἐν τῷ σώματι ἡμῶν. ibid. VII. 1. μολυσμὸς σαρκὸς καὶ πνεύματος pollutio corporis et animi peccatorum sordibus. ibid. XII. 7. σκόλοψ τῇ σαρκί. Vide infra σκόλοψ. Ephes. II. 11. ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου. ibid. V. 29. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτὴν nemo enim facile corpus suum duriter tractare solet, potius alit illud et fovet. Coloss. II. 1. τὸ πρόσωπόν μου ἐν σαρκί. ibid. ver. 5. εἰ γὰρ καὶ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμὶ quanquam enim corpore absens sum, tamen animo meo vobis adsum. ibid. v. 13 et 23. πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. Hebr. IX. 10. δικαιώματα τῆς σαρκὸς rituum externorum, corpore peragendorum, præceptiones. ibid. v. 13. πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα ad corporis, seu externam purgationem et lustrationem. ibid. XII. 9. τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας parentes nostros naturales, quibus hoc corpus nostrum animale debemus, qui in sequentibus opponuntur τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, h. e. Deo, cui præter corpus et animum etiam religionem christianam et omnia commoda, cum ejus professione et observatione conjuncta, grati debemus. 1 Petr. III. 18. θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, pro κατὰ τὴν σάρκα, seu κατὰ τὸ σῶμα, interfectus quidem quoad corpus. ibid. v. 21. οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου non ablutio sordium corporis. ibid. IV. 1 et 6. Jud. ver. 8. σάρκα μιαίνουσι corpus polluunt, h. e. fœdam libidinem exercent. Ita בָּשָׂר quoque legitur Lev. XV. 16. XIX. 28. et σὰρξ usurpatur apud Euripidem in Phœn. v. 1604. φάσγανον εἴσω σαρκὸς ἔβαψεν, et in Electra v. 387. Epictet. III. 7. Confer Palairet. Obss. Philol. p. 276. Adde Alex. Gen. VI. 17. καταφθεῖραι πᾶσαν σάρκα, ἐν ᾗ ἐστι πνεῦμα ζωῆς. 2 Reg. IV. 34. διεθερμάνθη ἡ σὰρξ τοῦ παιδαρίου. 3) *totum animans, corpore et anima constans, totum corpus humanum*, adjuncta tamen haud raro *mortalitatis, infirmitatis* et *imperfectionis* notione. Rom. VIII. 3. ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, pro ἐν σώματι ὁμοίῳ τῷ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν σώματι, vestitum corpore, quale est cæterorum hominum, i. q. Philip. II. 7. ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. Conf. Hebr. II. 17. et IV. 15. Rom. VII. 18. 1 Cor. XV. 50. σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται corpus ἐπίγειον, quale in his terris gerimus, carne et sanguine constans, et variis infirmitatibus, etiam quoad animum, obnoxium, non admitti potest in societatem æternæ felicitatis, Christianis a Deo destinatæ. 2 Cor. X. 3. ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες quanquam enim externo infirmi hominis habitu in his terris vivimus. Galat. II. 20. ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκί. Philip. I. 22. τὸ ζῆν ἐν σαρκί. ibid. ver. 24. ἐπιμένειν ἐν τῇ σαρκί. Coloss. I. 24. τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου calamitatum, quas Christi causa et quoad corpus et quoad animum perfero. 1 Tim. III. 16. ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ homo factus est, humanam induit naturam. 1 Petr. IV. 2. τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον. 1 Joh. IV. 2. ἐν σαρκὶ corpore vere humano instructum. ibid. ver. 3. 2 Joh. ver. 7. Conf. Schwarzii Comment. Philol. Ling. Gr. pag. 1210. Causa vero, cur in haud paucis N. T. locis σὰρξ, de hominibus et humano

corpore usurpatum, *infirmitatis, imbecillitatis, imperfectionis et mortalitatis* notionem adjunctam habet, unice a scriptoribus Hebraicis repetenda videtur, qui, cum viderent, corpus animale, sive hominum, sive cæterorum animantium, nisi mente regatur, inertia et infirmitate laborare et mox in putredinem et corruptionem abire, ipsumque adeo hominem in hac vita caducum, mortalem ac variis infirmitatibus obnoxium esse, quicquid ut debile, infirmum et caducum describere volebant, בָּשָׂר dixerunt. Confer Genes. VI. 3. בְּשַׁגָּם הוּא בָשָׂר. Psalm. LXXVIII. 39. כִּי בָשָׂר. Ies. XXXI. 3. ubi בָּשָׂר הֵמָּה Ægyptii בָּשָׂר vocantur, ob imbecille ac inconstans auxilium, quod præstabant. E contrario voci רוּחַ apud eosdem *vitæ, constantiæ, perennitatis, perfectionis ac roboris* notio adhæret. 4) significatione a genere ad speciem translata: *homo ipse*, vel simpliciter, (Porphyr. de Abstinent. I. § 49. p. 40.) vel adjuncta partim infirmitatis, partim mortalitatis notione. Matth. XVI. 17. *σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι* homines (qui h. l. ita dicuntur ob imbecillitatem et tenuitatem cognitionis,) tibi hoc non revelarunt, seu, hoc non humana indagine (non tuo ingenio) cognovisti. ibid. XIX. 5. *ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν* in unum hominem ambo coalescent, sie beyde werden nur eine person ausmachen, *they both shall constitute but one person*, arctissimis vinculis erunt invicem conjuncti. ibid. v. 6. XXIV. 22. *οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ* nemo facile salvus evaderet. Marc. X. 8. XIII. 20. Luc. III. 6. *καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ* et videbunt omnes servatorem, a Deo missum. Joh. I. 14. *σὰρξ ἐγένετο* homo factus est. ibid. III. 6. *τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι* quicunque enim natus est ex hominibus, homo est, seu, natura et conditione humana quoque præditus est. ibid. XVII. 2. Act. II. 17. Rom. III. 20. *οὐ πᾶσα σὰρξ* nemo. 1 Cor. I. 26 et 29. VI. 16. 2 Cor. I. 17. *κατὰ σάρκα βουλεύομαι* consilia capio more hominum, qui fere sunt inconstantes et instabiles. 2 Cor. X. 2. *κατὰ σάρκα περιπατεῖν* agere, ut homines vulgo agere solent, qui, præsentes quidem, timidi tacent, sed absentes audacius increpant, adeoque sui dissimiles sunt. Galat. I. 16. *οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι* neminem in consilium adhibui. ibid. II. 16. IV. 23, 29. *ὁ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς* qui natus est naturali modo, quo in his terris nasci solent homines. Opponitur ei *ὁ κατὰ πνεῦμα γεννηθεὶς* filius, qui ipsa vi divina, seu vi divinæ promissionis (*διὰ τῆς ἐπαγγελίας* v. 23.) progenitus est. Ephes. VI. 12. *πρὸς αἷμα καὶ σάρκα* cum hominibus imbecillibus. Philem. v. 16. *καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν Κυρίῳ* et quia homo et quia christianus est. Eandem significationem habet בָּשָׂר Ies. XL. 6. Jer. XVII. 5. Genes. VI. 12. Sirac. XIV. 18. *οὕτως γενεὰ σαρκὸς καὶ αἵματος, ἡ μὲν τελευτᾷ, ἡ δὲ γεννᾶται.* 5) *natura humana*. In hac significatione de Christo adhibetur Act. II. 30. ubi *τὸ κατὰ σάρκα* est, quoad humanam naturam, et conjungendum cum verbis *ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ.* Rom. I. 3. *τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα.* ibid. IX. 5. *καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα.* 2 Cor. V. 16. Hebr. V. 14. *κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος.* Huc etiam refer locum Joh. I. 13. ubi *θέλημα σαρκὸς* est *instinctus naturalis ad procreandam sobolem.* 6) *externa hominis conditio, corpore in primis conspicua, res externæ.* Joh. VIII. 15. *ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε* vos judicatis secundum externam dignitatem, i. q. alias dicitur *κατὰ ὄψιν κρίνετε.* 1 Cor. VII. 28. *θλίψιν δὲ τῇ σαρκὶ ἕξουσιν οἱ τοιοῦτοι* variis calamitatibus quoad externam conditionem, (v. c. paupertati, exilio, carceri, fugæ, etc.) tales obnoxii erunt. 2 Cor. XI. 18. *ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ τὴν σάρκα* quia multi de rebus externis gloriantur. Galat. IV. 13. *δι' ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς* inter varias calamitates externas, quæ pericula et incommoda externa, ob religionem christianam suscepta, v. 14. *ὁ πειρασμὸς ὁ ἐν τῇ σαρκὶ* vocantur. ibid. VI. 12. *ἐν σαρκὶ* per res externas, leves, inanes et nullius pretii, in quibus dignitatem et gloriam quærebant doctores judaizantes. Ephes. VI. 5. *τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα* dominis vestris terrenis. Coloss. III. 22. 1 Petr. I. 24. *πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος* omnes res externæ sunt fluxæ ac caducæ. 1 Joh. II. 18. *ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς* nimia rerum externarum cupiditas. — Huc etiam referri potest locus Rom. IX. 3. ubi Paulus Judæos, suos *συγγενεῖς κατὰ σάρκα*, h. e. populares, seu fratres suos secundum externam conditionem vocat; sed rectius vocabulum *σὰρξ* h. l. de *nativitate et ipsis natalibus* explicatur. 7) *nativitas, natales.* Rom. IX. 3, 8. *οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς* non posteri, qui sunt per nativitatem, seu posteri, proprie sic dicti. 1 Cor. X. 18. *ὁ Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα* Israëlitæ qui sunt per natales, sine ullo respectu ad vitam, religioni Judaicæ consentaneam. Ephes. II. 11. *τὰ ἔθνη ἐν σαρκί.* 8) *popularis, ejusdem gentis homo*, et *omnino omnis, qui ejusdem est cum aliquo originis et stirpis affinitate conjunctus.* Sic legitur in N. T. Rom. XI. 14. *εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα* ut populares meos ad æmulationem excitem. Ita etiam בָּשָׂר generatim *consanguineum* notat, et mox de *fratre germano*, Gen. XXXVII. 27. et de *sororis filio*, Genes. XXIX. 14. mox de *hominibus, communis stirpis affinitate invicem conjunctis*, Ies. LVIII. 7. adhibetur. 9) *fæmina.* Conf. 2 Petr. II. 10. *τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους*, ubi *σὰρξ* nec de voluptate illicita, nec de vitiositate, nec denique de pudendis, quæ est Koppii in libro, infra laudando, sententia, explicari potest, sed est i. q. *γυνὴ*, ut apparet e collatione loci Jud. v. 7. ubi *ἀπέρχεσθαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας* et *ἐκπορνεύσασθαι* tanquam formulæ synonymæ ponuntur. 10) *vita in his terris*, adjuncta notione *imbecillitatis et conditionis deterioris ac multis malis obnoxiæ.* Hebr. V. 7. *ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ* quamdiu conditio vitæ ejus in his terris, vilis illa atque humilis, durabat. 11) *infirmitas, imbecillitas quævis, deterior conditio quæcunque.* 2 Cor. X. 3. *ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα* quanquam enim sumus in conditione infima, tamen nos bella gerimus ut fortes milites. Galat. VI. 13. *ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται* ut habeant gloriandi materiam de animi vestri levitate, inconstantia et imbecillitate, qua vos ad suarum opinionum Judaicarum levitatem flectere ipsis contigit. 12) *religio Mosaica*, quippe *imperfectior illa* et *tenuior*, cum doctrina christiana comparata. Galat. III. 3. *ἐναρξάμενοι πνεύματι νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε;* vos, qui jam præstantiam religionis christianæ usu vestro cognovistis, nunc ad religionem Judaicam, imperfectiorem illam, redibitis? 13) *observatio religionis Mosaicæ et inprimis rituum, quos præscribunt leges Mosaicæ ce-*

remoniales. Rom. IV. 1. *τί οὖν ἐροῦμεν; Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα;* Quid enim? Num dicemus, Abrahamum, gentis nostræ auctorem, per observationem legis Mosaicæ ritualis obtinuisse favorem divinum? Exemplo enim Abrahami vult Paulus ostendere, ut ipsis ejus verbis utar, cap. III. 28. *πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου.* De studio religionis Mosaicæ, ritualis inprimis, vel observandæ, vel commendandæ, explicari etiam commode possunt loca, supra jam laudata. Galat. VI. 12. *ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκὶ* qui Judæis placere gestiunt suo religionis Mosaicæ commendandæ studio. et ibid. v. 13. *ἵνα ἐν τῇ ὑμετέρᾳ σαρκὶ καυχήσωνται* ut de vestro religionis Mosaicæ observandæ studio gloriari possint. 14) *status et conditio eorum, qui lege Mosaica obstricti tenentur.* Rom. VII. 5. *ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ* cum enim olim lege Mosaica obstricti teneremur. Confer v. 6. Bene Theodoretus ad h. l. *ἐν τῇ σαρκὶ, τοῦτ' ἔστι τῇ κατὰ νόμον πολιτείᾳ.* Philipp. III. 3. *οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες.* ibid. v. 4. 15) *homo, corpori deditus et inserviens, a corpore pendens, non immunis a pravitate, ad corpus omnia referendi.* Matth. XXVI. 41. *τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενὴς* animus vester quidem promtus est, sed vos, corporis imperio subjecti, et toti quasi externi et corporei, admodum imbecilles estis et proni ad lapsum. Marc. XIV. 38. Hinc 16) transfertur ad *hominem, sibi relictum, qui est sine meliori ista, quæ Spiritus divini opus est, animi indole, rebus hujus vitæ externis intentus unice.* Joh. VI. 63. *ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν.* 17) *pravitas, vitiositas humana, vita prava ac scelesta.* Ratio hujus loquendi usus duplex videtur; una quidem, quod apostoli omnis vitiositatis in agendo origines ad corpus referre consueverant, ut etiam pluribus philosophis Græcis, velut Platoni, solemne erat; altera vero hæc, quod sensus animi, per religionem christianam emendatos, *πνεῦμα* nominare solebant apostoli, ut jam recte observavit Koppius in Excurs. IX. in Epistolam ad Galatas. Rom. VII. 25. *τῇ σαρκὶ,* h. e. *κατὰ τὴν οἰκοῦσαν ἐν ἐμοὶ ἁμαρτίαν,* v. 20. seu *κατὰ τὸν ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου,* v. 22. ibid. VIII. 1. *κατὰ σάρκα περιπατεῖν* vitiositati indulgere. ibid. v. 3. *διὰ τῆς σαρκὸς* ipsa hominum vitiositate, qui abutebantur lege, ita, ut non tantum se ea coërceri paterentur, sed occasionem adeo plus peccandi ab ea repetebant, ut Koppii verbis ad h. l. utar. ibid. v. 4, 5. *οἱ κατὰ σάρκα ὄντες τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσι.* ibid. v. 6, 7, 8, 9, 12, 13. Galat. V. 13. *μόνον μὴ τὴν ἐλευθερίαν εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ* modo ne hac doctrina de libertate christiana ad peccandi licentiam abutamini. ib. v. 16. *ἐπιθυμία σαρκὸς* cupiditates pravæ. ib. v. 17, 19, 24. *τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν* renuntiarunt vitiositati. ib. VI. 8. *ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθορὰν* qui pravis suis cupiditatibus indulget, eum hæ ipsæ cupiditates perversæ infelicem reddent. Eph. II. 3. Coloss. II. 11. *ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς* in depositione corporis, quo homines ad peccata abutuntur et incitantur. ibid. v. 18. 2 Petr. II. 18. Jud. v. 23. Sic etiam apud Siracidem XXIII. 23. *σῶμα σαρκὸς* corpus, quod paret vitiositatis imperio, dicitur. 18) *corpus Christi, homines expiandi caussa morti traditum, mors Christi.* Sic legitur in N. T. Eph. II. 15. ubi Christus dicitur legem Mosaicam ritualem, qua Judæi ac gentes invicem dirimebantur, sustulisse et abrogasse *ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ,* h. e. morte sua, quam in cruce pertulit. Conf. Coloss. II. 14. Hebr. X. 20. *διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ,* h. e. *διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ,* ut v. 19. legitur. Joh. VI. 51. *ἡ σάρξ μου, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς.* ibid. v. 52, 53. *ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου* nisi comederitis corpus filii hominis, h. e. nisi recte usi fueritis morte filii hominis. Plerique tamen interpretes, recte videntes, *σάρκα* h. l. nec de corpore Christi, proprie sic dicto, nec omnem formulam de usu s. cœnæ intelligi posse, maluerunt *σάρκα Χριστοῦ* metaphorice accipere de *doctrina et religione, quam Christus, humano corpore præditus, hominibus tradidit et morte sua violenta in cruce confirmavit,* ut *φαγεῖν τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου* sit: *vera fide doctrinam christianam amplecti.* Confer, quæ supra ad vocem *αἷμα* a me dicta sunt. ibid. v. 54, 55. *ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθῶς ἐστι βρῶσις,* h. e. vel, a morte mea fructus uberrimi ad genus humanum derivantur, vel, doctrina mea habet vim salutarem, homines ad veram felicitatem adducendi et desideriis animi humani omni ex parte satisfaciendi. ibid. v. 56. 19) haud raro abundat. Act. II. 26. *ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου* (h. e. *ἐγὼ*) *κατασκηνώσει ἐν ἐλπίδι* præterea etiam ego habitabo securus, h. e. animo, fiducia pleno, in his terris vivam. Eodem modo בָּשָׂר junctis suffixis pronominum, ponitur loco pronominis ipsius, v. c. Psal. LXIII. 2. ubi בְּשָׂרִי æque ac נַפְשִׁי pro אֲנִי *ego* ponitur. Cohel. IV. 4. Rom. VI. 19. *διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν,* pro *διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑμῶν,* ob imbecillitatem vestram. 2 Cor. VII. 5. *οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν.* Coloss. I. 22. *ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ.* Jacob. V. 3. *καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν,* pro *ὑμᾶς.* Prov. XXVI. 10. *σὰρξ ἀφρόνων* pro *ἄφρονες.* Sæpius in N. T. non legitur. — Cæterum lectu digna de hac voce, in N. T. maximeque Pauli oratione frequentissima, habet Koppius in Excursu IX. in Epistolam ad Galatas p. m. 139 seq. Sartorius in Diss. Theol. de Notione Vocis *σὰρξ* in scriptis N. T. Tubingæ 1778. G. A. Tellerus in Vocabulario N. T. theotisce scripto, sub voce **Fleisch**, Langius in Symbolis ad promovendum rectum Vocabularii Telleriani usum. Vol. I. p. 292 seq. Joh. Phil. Storrii Comment. de vocum carnis et spiritus, cum de Christo dicuntur, genuino sensu. Tubing. 1732. 4. C. F. Schmidii D. de potestate vocabulis *σαρκὸς* et *πνεύματος* de Christo dictis in N. T. subjecta. Viteb. 1775. 4. G. G. Röller de vocum *σὰρξ* et *πνεῦμα* in Pauli Ep. ad Galatas sensu. Zwiccav. 1778. 8. et Tract. **Ueber die Bedeutungen der Ausdrücke Fleisch und Geist in verschiedenen Stellen des N. T. in Henke's Magazin für Religions-Philosophie und Exegese.** Th. I. S. 459—584.

ΣΑΡΟΥ'Χ, ὁ. *Saruch.* Est nomen proprium viri indeclinabile Hebraicum, quod semel tantum reperitur in N. T. Luc. III. 35. Scribitur etiam *Σαρούχ,* Hebraice שְׂרוּג idem notans, quod *ramus, propago.* Fuit filius Rahu. Genes. XI. 20.

ΣΑΡΟ'Ω, ῶ, fut. *ώσω, scopis purgo, verro, mundo,* a *σαρὸς,* vel *σάρος,* quod *scopas, virgulas purgatorias* notat et descendit a *σαίρω,* quod idem significat ac *σαρόω,* (Confer Eurip. Cyclop. v. 33. et Wetstenii N. T. T. I. p. 396.) fut. *σαρῶ,* perf. pass. *σέσαρμαι,* unde nomen *σάρμα sordes, verrendo collectæ, purgamenta.* Sic ter tantum in N. T. legi-

tur. Luc. XV. 8. οὐχὶ ἅπτει λύχνον καὶ σαροῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς, ἕως ὅτου εὕρῃ; nonne accendet lucernam, everret totam domum, et sedulo quæret, donec drachmam amissam invenerit? Glossar. Vetus forte ex isto Lucæ loco: *Verrit*, σαροῖ. Matth. XII. 44. et Luc. XI. 25. οἶκον σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον domum mundatam et exornatam, h. e. hominem securum nec tale quid metuentem; metaphora desumta a domo vacua, diligenter exornata et purgata, novumque hospitem exspectante. Damnavit hanc vocem Thom. M. pag. 547. κόρημα χρὴ λέγειν, inquit, οὐχὶ σάρον, οὐδὲ σάρωτρον, καὶ κορεῖν καὶ παρακορεῖν καὶ ἐκκορεῖν, ἀλλὰ μὴ σαροῦν. Idem tradit Phrynichus pag. 28. Vocem σαίρειν in *verrendi* notione habet Euripides in Ion. v. 115, 121. Cyclop. v. 29. Hesych. σαρῶ· κοσμίζω. Suid. σαρῶν· κορῶν. καὶ σαρῶν· κοσμῶν, αἰτιατικῇ.

ΣΑ'Ῥ'ῬΑ, ας, ἡ. *Sara*. Est nomen proprium uxoris Abrahami, quæ fuit filia non Haranis, fratris Abrahami, quæ Genes. XI. 29. Iisca vocatur, sed Tarachi, patris Abrahami, adeoque Abrahami soror, eodem patre, sed non eadem matre genita, ut Genes. XX. 12. Abrahamus ipse dicit: *Vere soror mea est, filia patris mei, verumtamen non est filia matris meæ*. Nomen Hebraicum huic a parentibus inditum erat שָׂרַי quod ipse Deus mutavit (Genes. XVII. 15.) in שָׂרָה quod notat *principem*, quia ex ea exorituri erant tot reges et populi secundum promissionem, factam Genes. XVII. 16. *benedicam ei, ut mater sit multarum gentium, reges populorum ex ea futuri sunt*. Commemoratur in N. T. Rom. IV. 19. IX. 9. Hebr. XI. 11. 1 Petr. III. 6.

ΣΑ'ΡΩΝ, ωνος, ὁ. *Saron*. Regio campestris pascuis abundans et multis viculis repleta a Cæsarea Palæstinæ, seu turri Strabonis, usque ad Joppen se extendens, nobilis quoque vino Saronitico et floribus amœnissimis. Hebraice dicitur שָׁרוֹן vel a שָׂרָה *solvere, dimittere, emittere*, ut adeo nomen acceperit ab emittendo pecora et שָׁרוֹן significet *regionem campestrem pascuosam*, vel a שׁוּר *prospicere, contemplari*, quasi *regio lati prospectus*, ut placuit Bocharto in Hierozoico P. I. Lib. II. c. 31 et 48. p. 306 et 533. In hac regione erat etiam mons ejusdem nominis, cui inædificata erat urbs, dicta *Lassaron*. Erat et alia regio, seu tractus alius ejusdem nominis inter Tabirinum montem et lacum Tiberiadis. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 13. § 97. p. 444. Ludov. de Dieu Crit. Sacr. p. 573. et Lightfoot. Cent. Chorogr. Matthæo præmiss. cap. 17. Memoratur semel in N. T. Act. IX. 35. ad quem locum videndus est Wetstenius.

ΣΑΤΑ˜Ν, ὁ. *Satan*. Nomen Hebraicum indeclinabile, et Σατανᾶς, ᾶ, ὁ, *Satanas*, ad imitationem Syriacæ vocis ܣܛܢܐ et Chaldaici סַטָנָא a radice Hebraica שָׂטַן quæ ut Chald. סְטַן et Arab. شَطَنَ *odio habere, omni studio ac conatu adversari alicui*, ἀντικεῖσθαι, significat. Hinc Σατανᾶς et Σατᾶν 1) proprie *adversarium quemlibet*, (Ita Σατᾶν ponitur in vers. Alex. 1 Reg. XI. 14, 23, 25.) ἀντικείμενον, (Alex. Zachar. XIII. 1. לְשִׂטְנוֹ τοῦ ἀντικεῖσθαι αὐτῷ.) *maxime in judicio*, (Zachar. XIII. 1.) notat, observante Origene Lib. VI. contra Celsum p. 306. et mox de *calumniatoribus*, (unde Alexandrini voce διάβολος pro Hebraico שָׂטָן usi sunt 1 Chron. XXI. 1. Job. I. 6, 7, 9, 12. Psal. CIX. 6.) mox de *insidiatoribus*, (unde 1 Sam. XXIX. 4. et 1 Reg. V. 4. apud Alexandrinos pro שָׂטָן legitur ἐπίβουλος,) mox vero de *eo* usurpatur, *qui quomodocunque adversatur conatibus alicujus, qui alteri obstat et renititur, etiam probo animo*. Sic legitur in N. T. Matth. XVI. 23. ubi Jesus Petro dixisse narratur: ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ facesse hinc, qui adversaris mihi. Significat Σατανᾶς h. l. speciatim *malum consiliarium, qui alteri dat consilia mala, inutilia et perniciosa;* quo sensu שָׂטָן legitur quoque 2 Sam. XIX. 22. Marc. VIII. 33. Jam, quia Judæi credebant, genios malos acerbissimo odio homines persequi et omni conatu et studio iis adversari et quocunque modo illis nocere laborare et adeo non solum homines variis artibus decipere et ad peccata sollicitare, sed etiam calumniari apud Deum et coram eo accusare die et nocte, factum est, ut Σατανᾶς in N. T. 2) mox *principem geniorum malorum*, mox *universitatem geniorum malorum* aut singulos genios malos significaret, ad quorum perversa studia N. T. scriptores morbos hominum et calamitates graviores, omnia propagationis religionis christianæ impedimenta et ipsas peccatorum ac vitiositatis origines referre solent. Suid. Σατανᾶς· ὅτι Σατανᾶς κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶσσαν ὁ ἀποστάτης λέγεται, ὁ αὐτὸς καὶ ὁ διάβολος, ὡς τὸν Θεὸν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συκοφαντῶν καὶ αὐτοῖς γε τοῖς ἀνθρώποις ἔριν πρὸς ἀλλήλους ἐμβαλὼν καὶ μάχην. Alberti Glossar. Gr. p. 50. Σατᾶν· ἀντικείμενος, ἢ ἀποστάτης. Matth. IV. 10. XII. 26. εἰ ὁ Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν ἐκβάλλει si ego ope principis dæmonum ejicio dæmones: coll. v. 28. ubi τὰ δαιμόνια loco τὸν Σατανᾶν legitur. Marc. I. 13. III, 23, 26. IV. 15. Luc. IV. 8. X. 18. ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα scio, per vos potestatem geniorum malorum in corpora humana derepente fractam esse. ibid. XI. 18. XIII. 16. ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη cui a dæmone morbus inflictus est jam per octodecim annos. Confer v. 11. ibid. XXII. 3. εἰσῆλθε δὲ ὁ Σατανᾶς εἰς Ἰούδαν suggessit vero Satanas Judæ consilium. ibid. v. 31. Rom. XVI. 20. συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν, h. e. ut Koppius recte transtulit: vos ab omni fraude et crudelitate hostium vestrorum, et a singulis malis, quibus oppressos vos sentitis, liberabit. Joh. XIII. 27. Act. V. 3. Confer supra ad πληρόω dicta. ibid. XXVI. 18. ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ τὸν Θεὸν a pristina ignorantia et impietate ad verum Dei cultum. 1 Cor. V. 5. παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ miraculoso modo corpus alicujus morbo afficere gravi et insanabili. (Confer Joh. Floderi Ῥῆσις Paulina: παραδοῦναι τῷ Σατανᾷ 1 Cor. V. 5. explicata. Upsal. 1766. 4.) ib. VII. 5. ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν. 2 Cor. II. 11. XI. 14. XII. 17. 1 Thess. II. 18. ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς variis modis impeditus sum, inprimis adversariis meis, quos Athenis habeo. 2 Thess. II. 9. κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ adjuvante eum Satana. 1 Tim. I. 20. V. 15. Apoc. II. 9, 13. ὅπου ὁ θρόνος Σατανᾷ ubi est Satanæ imperium, h. e. ubi funestis contra christianam civitatem excitatis bellis et idololatria facile ad defectionem a religione christiana sollicitari potest. Ibid. v. 24. III. 9. XII. 9. XX. 2, 7. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΑ'ΤΟΝ, ου, τὸ, *satum*, genus mensuræ aridorum, quæ respondet sesquimodio et tertiam partem ephæ, seu CXLIV ova continebat. Hebraice dicitur סְאָה et in statu constructo סְאַת unde Syriacum ܣܐܬܐ e quo σάτον ortum videtur, quod in vers. Aquilæ Gen. XVIII. 6. et 1 Sam. XXV. 18. pro סְאָה legitur. In N. T. bis legitur. Mat. XIII. 33. εἰς ἀλεύρου σάτα τρία in farinæ sequimodios duos. Tantum enim simul misceri solebat: Genes. XVIII. 7. et Jud. VI. 19. Luc. XIII. 21. Hesych. σάτον· σιτικὸν μέτρον. Idem: σάτον· μόδιος γέμων, ἤγουν, ἓν ἥμισυ μόδιον Ἰταλικόν. Suid. σάτα· μέτρον Ἑβραϊκόν. δηλοῖ δὲ μόδιον ὑπερπεπληρωμένον, ὡς εἶναι μόδιον ἕνα καὶ ἥμισυ. Confer Epiphanium de Ponderibus et Mensuris apud Steph. le Moyne in Variis Sacris p. 473. Wetstenii N. T. T. I. p. 405. et Eisenschmid. de Ponderibus et Mensuris p. 88 et 172.

ΣΑΥ͂ΛΟΣ, ου, ὁ. *Saulus*. Nomen Pauli, apostoli, ejusdem originis et significationis cum Σαοὺλ, quod vide supra. Legitur in N. T. Act. VII. 58. VIII. 1, 3. IX. 1, 8, 11, 19, 22, 24, 26. XI. 25, 30. XII. 25. XIII. 1, 2, 7, 9. Vide et supra Παῦλος.

ΣΑΥΤΟΥ͂, ῆς, οῦ, *tui ipsius*, per crasin pro ΣΕΑΥΤΟΥ͂, ῆς, οῦ, quod vide.

ΣΒΕ'ΝΝΥΜΙ et ΣΒΕΝΝΥ'Ω, quod quædam tempora petit ab inusitato σβέω, fut. σβέσω, 1) proprie est: *exstinguo, restinguo*, et de *igni et rebus ardentibus* usurpatur. Matth. XII. 20. λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει ellychnium fumigans (in quo fumus aliquod flammæ vestigium refert,) non exstinguet, h. e. non abjiciet homines imbecilles ac timidos. ibid. XXV. 8. αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται nam lucernæ nostræ exstinguuntur, aut: in eo sunt, ut exstinguantur. Marc. IX. 44. τὸ πῦρ οὐ σβέννυται ignis, quo cruciantur, non extinguitur, h. e. perpetuas pœnas luent. ibid. v. 46 et 48. Ephes. VI. 16. πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι omnia tela ignita Satanæ exstinguere, h. e. efficietis, ut calamitates gravissimæ vobis nulla ratione nocere possint. 2) metaphorice: *comprimo, supprimo, retundo, cohibeo, compesco*. Hebr. XI. 34. ἔσβεσαν δύναμιν πυρὸς vim ignis cohibuerunt. Ælian. V. H. VI. 1. ἔσβεσαι θυμόν. 3) *efficio, ut aliquid cesset et evanescat*. Symm. Proverb. XXI. 14. σβέσει ὀργήν. 1 Thess. V. 19. τὸ Πνεῦμα μὴ σβέννυτε nolite committere, ut bonorum, per Christum vobis partorum, jacturam faciatis. Alii vertunt: nolite negligere bona vestra, sensu fere eodem. Longin. de Sublim. XXI. 1. XXXIII. 5. Epigramma Vetus apud Plutarch. Lycurg. c. 20. σβεννύντας ποτὶ τοιάδε τυραννίδα. Xenoph. Œconom. V. 17. ἀποσβέννυνται καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι. Similes loquendi formulas Græcorum larga manu suppeditat. Wetstenius N. T. T. II. p. 306 seq. Sæpius in N. T. non legitur. — Hesych. σβέννυται· κατασβέννυται. Idem: σβέσαι· παῦσαι, κατασβέσαι.

ΣΕΑΥΤΟΥ͂, ῆς, οῦ, et contracte ΣΑΥΤΟΥ͂, ῆς, οῦ, *tui ipsius*. Est pronomen compositum ex σέο pro σοῦ et αὐτοῦ, quod caret nominativo, et in genitivo, dativo et accusativo tantum reperitur, et mox pro reciproco, mox vero pro personali simplici ponitur. Matth. IV. 6. βάλε σεαυτὸν κάτω dejice te deorsum. ib. VIII. 4. σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ ostende te sacerdoti. Joh. VII. 4. φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ prodi in publicum. Matth. XXII. 39. amabis proximum tuum ὡς σεαυτὸν sicut te ipsum. Κατὰ σεαυτὸν *seorsim, solus*. Rom. XIV. 22. κατὰ σεαυτὸν ἔχε hanc certam animi persuasionem tibi habe.

ΣΕΒΑ'ΖΟΜΑΙ, fut. άσομαι, *veneror, colo, adoro*, et dicitur plerumque de cultu religioso, a σέβομαι, quod idem notat. Semel tantum in N. T. legitur Rom. I. 25. καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα et venerati sunt ac coluerunt creaturam magis, quam creatorem. Hesych. ἐσεβάσθησαν· σεβάσμασι προσεκύνησαν. — Cæterum vox hæc in Thesauro Bieliano omissa legitur apud Aquilam Hos. X. 5. pro Hebr. יָגֹר *timere*, quod etiam aliquando *cultus religiosi* notionem habet, ubi, ut hoc obiter addam, pro ἐσεβάστησαν, quod in Hexaplis Montfauconii nunc legitur, reponendum est ἐσεβάσθησαν.

ΣΕ'ΒΑΣΜΑ, τος, τό. Latissime patet hoc vocabulum et generatim *omnem rem sacram, quæ sancte et cum religione colitur*, significat, adeoque mox de *numine, quod veneramur et cultu religioso prosequimur*, mox vero per metonymiam de *cultu religioso ipso* et *omnibus rebus, cultui sacro inservientibus*, adhibetur, et *templa, aras, sacrificia, imagines deorum*, aliaque his similia complectitur. Est enim verbale a prima pers. perf. pass. σεσέβασμαι, verbi σεβάζομαι *colo, veneror*. Bis tantum in N. T. legitur. Act. XVII. 23. ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν cum inspicerem res sacras vestras, scil. templa, simulacra, aras, statuas, etc. Syrus *templa* tantum intellexit. Vertit enim: ܒܝܬ ܕܚܠܬܟܘܢ *domum formidinis* seu *cultus vestri*. Arabs: *numina*. Vulgatus transtulit *simulacra*. 2 Thess. II. 4. ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα, h. e. deorum omnium omnisque divini cultus superbus contemtor, ut Koppius recte transtulit; quem Wetstenius N. T. T. II. p. 310. Titum sive domum Flaviam, non autem, ut aliis visum est, Pontificem Romanum, aut Caium, aut Simonem Magum, esse arbitratur. Dion. Halic. Ant. I. c. 30. τῶν περὶ τὰ θεῖα σεβάσματα λειτουργιῶν. Ibid. L. V. c. 1. τῶν περὶ τὰ θεῖα σεβασμάτων. Histor. Drac. v. 32. ἴδε τὰ σεβάσματα ὑμῶν hæc sunt numina vestra, quæ religiose colitis. Sapient. XIV. 20. νῦν σέβασμα ἐλογίσαντο nunc pro numine habebant. ibid. XV. 17. τῶν σεβασμάτων αὐτοῦ idolorum simulacris, quæ a se ipso efficta colit. Vide Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 942.

ΣΕΒΑΣΤΟ'Σ, ή, όν, et ΣΕΒΑΣΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *venerabilis, venerandus, veneratione dignus, qui religiose colitur*. Est verbale a tertia pers. perf. pass. σεσέβασται, verbi σεβάζομαι *veneror, religiose colo*. Hesych. σεβαστός· προσκυνητός, τιμητός. 2) *Cæsar Augustus, cognomen imperatoris Romani, Cæsareus, Augustalis*. Act. XXV. 21. τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν ut asservaretur ad Cæsaris cognitionem. ib. v. 25. ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστὸν cum provocasset ad Cæsarem, Neronem nempe, qui tunc Romanorum imperator erat. ib. XXVII. 1. σπείρης Σεβαστῆς cohortis e legione, quæ Augusta dicitur: de qua vide Wetstenii N. T. T. II. p. 636. Sæpius in N. T. non legitur. Cæterum constat, Græcos, cum vellent Latinum *Augustus* non tam vertere, quam interpretari, usos esse cognomine Σεβαστοῦ de imperatoribus Romanis, qui Latine *Augusti* et *Semper Augusti* appellabantur. Utroque autem vocabulo is significatur, qui cultum, humana conditione majorem, meretur et propemodum divino cultu ornandus est. Confer Ezech. Spanhemium de Usu et Præstantia Numismatum pag. 677

seq. et Zornii Biblioth. Antiquar. Exeget. T. I. p. 284 seq.

ΣΕ'ΒΩ et ΣΕ'ΒΟΜΑΙ, *veneror, colo, adoro, religiose colo,* et partim de cultu religioso interno, partim de cultu Dei externo, et pietate, quæ ritibus tantum præstatur, et de cultu idolorum æque ac veri Dei cultu adhibetur. Matth. XV. 9. *μάτην δὲ σέβονταί με* frustra autem mihi hunc cultum externum præstant. Marc. VII. 7. Act. XIII. 43. *τῶν σεβομένων προσηλύτων* religiosorum proselytorum. ib. v. 50. *τὰς σεβομένας γυναῖκας* mulieres religiosas, seu mulieres, quæ ad veri Dei cultum a superstitione ethnicorum transierant. ib. XVI. 14. *σεβομένη τὸν Θεὸν* religiosa. ib. XVII. 4. *τῶν σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος* multi Græcorum, qui ad religionem Judaicam transierant. ibid. v. 17. *τοῖς Ἰουδαίοις* opponuntur *οἱ σεβόμενοι,* h. e. proselyti Judæorum, qui alias *εὐλαβεῖς* et *φοβούμενοι τὸν Θεὸν* dicuntur. De proselytis Judæorum usurpatur etiam formula *σέβεσθαι τὸν Θεὸν,* ibid. XVIII. 7. quæ paullo post v. 13. de omni cultu divino adhibetur. ib. XIX. 27. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alexandrina aliquoties reperitur pro יָרֵא *timuit, reveritus est.* Jos. IV. 24. Job. I. 9. Ies. XXIX. 13. Jon. I. 9. Activum *σέβειν,* de cultu divino adhibitum, exstat apud Eurip. Phœn. v. 1342. *χθόνιον εὖ σέβειν θεόν.* Hesych. *σέβεσθαι· αἰδεῖσθαι, ἐντρέπεσθαι, προσκυνεῖν, αἰσχύνεσθαι.* Idem: *σέβηται· λατρεύηται ἢ αἰδῆται.*

ΣΕΙΡΑ', ᾶς, ἡ, 1) *catena, funis,* *ἄλυσις, δεσμὸς,* Hesychio interprete, et generatim *omne* notat, *quod nexum et complicatum est.* Descendit secundum quosdam a *σύρω traho,* eo quod catena trahuntur, quæ ea vinciuntur; secundum alios vero ab *εἴρω necto.* Alexandrini habent pro חֶבֶל *funis, laqueus,* Prov. V. 22. et pro מַחְלָפוֹת *cincinni,* Jud. XVI. 13, 19. Etym. M. *σειρὰ σημαίνει τὴν ἄλυσιν.* Eustathius in Il. ψ', pag. 1401. 9. *σειραὶ δὲ πλέγματά τινα ἀπὸ σχοίνων ἢ σπάρτων, ἢ καννάβεως ἢ ἄλλοθεν.* Idem in Odyss. χ', p. 780. 35. 2) metaphorice *necessitatem, gravitatem et diuturnitatem pœnarum* indicat, *quibus aliquis affligitur.* Sic semel in N. T. legitur 2 Petr. II. 4. *σειραῖς ζόφου ταρταρώσας,* pro *σειραῖς ἐν ζόφῳ,* seu *ὑπὸ ζόφον ταρταρώσας,* ut *ζόφος* sit h. l. *carcer tenebricosus, tartarus,* et sensus sit: ad pœnas gravissimas, quibus in tartaro adfligerentur, eos damnavit. Sed potest *ζόφος* h. l. ex adjuncto *miserrimam conditionem, supplicia gravissima* significare et tunc in voce *σειρὰ necessitatis, gravitatis* et *diuturnitatis* notio tantum remanet. Similis locus est Sapient. XVII. 18. *μιᾷ γὰρ ἁλύσει σκότους πάντες ἐδέθησαν.* Cf. v. 17.

ΣΕΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, *motus, commotio, concussio quæcunque,* speciatim: *motus terræ.* Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 17. IV. 7. 4. Est verbale a prima pers. perf. pass. *σέσεισμαι,* verbi *σείω commoveo, concutio.* Matth. VIII. 24. *σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν τῇ θαλάσσῃ* exorta est in mari magna fluctuum commotio et agitatio. Respondet *σεισμὸς* h. l. Hebraico סַעַר quod Alexandrini interdum per *σεισμὸς* (v. c. Jerem. XXIII. 19. Nahum I. 3.) transtulerunt, mox vero, ut Joh. I. 4. per *κλύδων* (h. e. Hesychio teste, *ἡ τοῦ ὕδατος φορὰ, ἢ τῶν κυμάτων σφοδρότης.*) reddiderunt. Conf. Marc. IV. 37. Jon. I. 4. ac Virgil. Georg. IV. 365. Matth. XXIV. 7. *καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους* et erunt terræ motus in singulis locis. Ita vulgo quidem hic locus explicatur; sed nihil impedit, quo minus *σεισμοὺς* h. l. de *turbis bellicis* explicemus, quam significationem vocem רַעַשׁ interdum habere satis constat. Idem valet de locis Marc. XIII. 8. Luc. XXI. 11. Matth. XXVI. 54. *σεισμὸν* terræ motum. Ita רַעַשׁ quoque nude positum accipitur 1 Reg. XIX. 11, 12. Amos I. 1. et *σεισμὸς* Mat. XXVIII. 2. Act. XVI. 26. Apoc. VI. 12. VIII. 5. XI. 13, 19. XVI. 18. Hesych. *σεισμός· τρόμος.*

ΣΕΙ'Ω, fut. *σείσω,* 1) proprie: *commoveo, agito, concutio,* et speciatim: *terræ motum excito,* i. q. *ταράττω,* cum quo etiam conjunctim legitur apud Aristoph. Equit. v. 836. et LXX 2 Reg. XXII. 8. Matth. XXVII. 51. *καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη* et terra concutiebatur. Apoc. VI. 13. *ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς ὑπὸ μεγάλου ἀνέμου σειομένη·* ubi in nonnullis codicibus pro *σειομένη* legitur *σαλευομένη.* Conf. Jud. V. 4. *γῆ ἐσείσθη.* Ies. XXXIII. 20. *σκηναὶ αἳ οὐ μὴ σεισθῶσιν, οὐδὲ μὴ κινηθῶσιν.* 2 Sam. XXII. 8. Xenoph. Hist. Gr. IV. 7. 4. 2) metaphorice: *efficio summam rerum conversionem,* eine grosse Revolution bewürken, *to effect a great revolution.* Hebr. XII. 26. *ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν,* h. e. adhuc semel ego summam rerum commutationem et conversionem efficiam. Sic Hagg. II. 7 et 22. legitur. Adde Joël. II. 10. III. 16. 3) per metaphoram, ut *κινέω, perturbo, percello, exterreo, commoveo.* Matth. XXI. 10. *ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις* commoti cives Hierosolymitani. ib. XXVIII. 4. *ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες* metu percellebantur custodes. Ezech. XXXI. 16. *ἀπὸ τῆς φωνῆς τῆς πτώσεως ἐσείσθησαν τὰ ἔθνη.* Job. IX. 28. *σείομαι πᾶσι τοῖς μέλεσι.* Pindar. Pyth. Δ', v. 484. *ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι ἀφαυροτέροις.* Heliodor. L. X. p. 484. *ἐσείσθη πρὸς τὰ εἰρημένα.* Eodem sensu *ἐπισείειν* adhibetur apud Euripidem Orest. v. 612. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΕΚΟΥ'ΝΔΟΣ, ούνδου, ὁ. *Secundus.* Nomen viri Latinum, qui semel in N. T. commemoratur Act. XX. 4.

ΣΕΛΕΥ'ΚΕΙΑ, ας, ἡ. *Seleucia.* Nomen proprium urbis. Hujus autem nominis variæ sunt urbes. Una in Mesopotamia, ad Tigrim fluvium, quæ vulgo *Magna Seleucia* vocatur. Altera in Pisidia, inter Antiochiam et Pergam. Alia urbs Ciliciæ, vel potius Syriæ primaria, Antiochiæ vicina et Cypro opposita, in Pieria, regiuncula Ciliciæ, ad exitum fluvii Orontis in mare Issicum, sita, et a *Seleuco Nicanore,* ut nonnullis placet, condita et ab eo Seleucia dicta, cujus meminit Lucas Act. XIII. 4. et Pomponius Mela I. 12. 23. Conf. Cellarii Geogr. Plen. III. c. 12. s. 2. § 25. p. 345. et Ottii Spicilegium ex Josepho p. 293 seq. quibus addendus est Wetstenius N. T. T. II. p. 533.

ΣΕΛΗ'ΝΗ, ης, ἡ, *luna,* quasi *σέλας νέον lumen novum,* quia subinde novas accipit phases, a *σέλας lumen, splendor:* aut a *σέλη.* Vide Ruhnken. ad Timæi Lex. Platon. p. 96. Eurip. Phœn. v. 236. Matth. XXIV. 29. *καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς* luna non dabit splendorem suum. Marc. XIII. 24. Luc. XXI. 25. Act. II. 20. *ἡ σελήνη εἰς αἷμα,* sc. *μεταστραφήσεται,* luna obscurabitur. Confer supra *αἷμα.* 1 Cor. XV. 41. Apoc. VI. 12. VIII. 12. XII. 1. XXI. 23. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini habent pro יָרֵחַ *luna,* Deut. IV. 19. Ies. XIII. 10. et לְבָנָה idem. Cant. VI. 10. Ies. XXX. 26.

ΣΕΛΗΝΙΑ'ΖΟΜΑΙ, futur. άσομαι, *lunaticus sum, conflictor morbo, per certa lunæ intervalla redeunte, morbo comitiali laboro*, σεληνιακός εἰμι, a σελήνη *luna*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. IV. 24. ubi σεληνιαζόμενοι sunt epilepsia, seu morbo comitiali laborantes, qui ita dicuntur, quia hunc morbum crescente luna redire, aut augmenta capere, ob certam quandam lunæ pressionem, opinabantur olim Judæi et alii. Cf. Celsum III. 25. Isidorum L. IV. Origg. c. 7. (ubi de epilepticis: *hos vulgus lunaticos vocat, quod per hunc cursum comitetur eos insania dæmonum.*) Lucianum (in Toxari p. 72.), Huetium ad Origenem p. 72. Wetstenii N. T. T. I. p. 279 seq. et Bartholinum de Morbis Biblicis c. 8. Præterea legitur ibid. XVII. 15.

ΣΕΜΕΙ', ὁ. *Semei*, vel *Simei*. Nomen viri ἄκλιτον Hebraicum שִׁמְעִי a radice שָׁמַע *audivit*. 1 Chron. III. 19. Memoratur in N. T. Luc. III. 26.

ΣΕΜΙ'ΔΑΛΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, *simila, similago, medulla*, seu *flos farinæ triticeæ*. Semel legitur in N. T. Apoc. XVIII. 13. καὶ σεμίδαλιν καὶ σῖτον. Alexandrini sæpius hac voce usi sunt pro סֹלֶת idem, Gen. XVIII. 6. Lev. II. 1, 2. Num. VI. 15. et pro קֶמַח *farina*. 1 Sam. I. 24. Etymol. M. 709. 46. Pollux Onom. I. 247. VI. 74. Conf. Wolfii Curas Philol. in N. T. IV. p. 584.

ΣΕΜΝΟ'Σ, ἡ, όν, 1) proprie generatim: *venerabilis, venerandus quacunque de causa, qui dignitatem habet*, q. σεβνός, a σέβω *colo, veneror*. Hinc σεμνός et μεγαλοπρεπής tanquam synonyma junguntur 2 Macc. VIII. 15. ἕνεκεν τοῦ σεμνοῦ καὶ μεγαλοπρεποῦς ὀνόματος. ibid. VI. 11. ἡ σεμνοτάτη ἡμέρα, et ver. 28. τῶν σεμνῶν νόμων. Ælian. V. H. I. 15. πῶς σεμνός τε καὶ ἅγιος. Eurip. Phœn. v. 1192. σεμνὸν πῦρ. Conf. Irmisch. Excurs. ad Herodian. I. 2. 6. T. I. p. 795. et Jacobs Anim. in Eurip. Tragœd. pag. 163. Hesych. σεμνή· τιμία. Suid. σεμνά· τὰ τίμια καὶ σεβάσμια. Etymol. M. σεμνός· παρὰ τοῦ σέβω, ὁ σεβασμοῦ ἄξιος, ὁ θαυμαστὸς καὶ ἄξιος ἐντροπῆς. 2) *honestus, decorus*, et usurpatur partim de personis gravibus, honesti et decori observantibus, partim de ipso decoro et honesto, inprimis relate ad habitum externum. Sic legitur tantum in N. T. Philip. IV. 8. ὅσα σεμνὰ quæcunque sunt viro gravi et honesto digna, seu, quæ honestatem et decorum in moribus, verbis ac omni habitu externo spirant. 1 Tim. III. 8 et 11. Tit. II. 2. Æschin. Socr. Dial. III. 12. οὐ γάρ ἐφαίνετό μοι σεμνὸν ἐπιστάτου. Herodian. I. 2. 6. σεμνῷ ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι. Diogen. Laërt. II. s. 24. de Socrate: αὐτάρκης δὲ ἦν καὶ σεμνός. Lucian. D. Mort. XII. 3. Aristotel. Rhetor. I. 9. Hesych. σεμνή· σώφρων. Gloss. Vet. σεμνός, *venerabilis, castus*.

ΣΕΜΝΟ'ΤΗΣ, ητος, ἡ, 1) proprie: *reverentia et veneratio*, a σεμνός, *venerabilis, venerandus*. 2 Macc. III. 12. ἱεροῦ σεμνότητι καὶ ἀσυλίᾳ. 2) per metonymiam: *quicquid reverentiam et venerationem alicui parit*, (Ælian. V. H. VI. 6. ἔχειν σεμνότητός τι) et speciatim: *gravitas*, quæ inconstantiæ et levitati opponitur, et *honestatis ac decori studium*. Sic legitur in N. T. 1 Tim. II. 2. ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. ib. III. 4. μετὰ σεμνότητος h. e. σεμνὰ honestos. (Sic Ps. LXXXIX. 14. עִם גְּבוּרָה est *forte*.) et Tit. II. 7. Sæpius in N. T. non reperitur. Herodian. II. 1. 10. ἢ διὰ σεμνότητα αἰδούμενος. Ælian. V. H. II. 13. σεμνότης βίου.

ΣΕ'ΡΓΙΟΣ, ίου, ὁ. *Sergius*. Nomen proprium proconsulis, seu proprætoris Paphi, urbis Cypri, insulæ, cognomento Pauli, quem Paulus et Barnabas ad religionem christianam converterunt, a qua Elymas eum avertere conatus est. Confer Act. XIII. 7 seq.

ΣΗ'Θ, ὁ. *Seth*. Nomen filii Adami (Gen. IV. 25.) ἄκλιτον Hebraicum a שֵׁת i. e. *positus, datus*, a radice שׁוּת *ponere, dare*, ita dictus, quod loco Abelis, a Caino trucidati, Deus ipsum Evæ dederat; quæ nominis ratio ab ipsa matre data est loco citato. Commemoratur in N. T. Luc. III. 36. Cod. Coislin. apud Alberti Append. Glossar. Gr. pag. 208. Σήθ· ἐξανάστασις, ἢ φύτευμα, ἢ ποτισμός.

ΣΗ'Μ, ὁ. *Sem*. Nomen proprium filii Noachi natu maximi. Hebr. שֵׁם *nomen*. (Genes. V. 32.) Forte sic dictus est, quod futurus esset vir celeberrimus et nobilissimus, quem Hebræi אִישׁ הַשֵּׁם *virum nominis*, Græci ὀνομαστὸν vocant. Luc. III. 36.

ΣΗΜΑΙ'ΝΩ, futur. ανῶ, 1) *aliquid futurum cum ambiguitate quadam et obscuritate innuo et significo, declaro per certa signa, aperio, vaticinor, prædico*, a σῆμα, *signum, nota*, quod legitur v. c. apud Eurip. in Phœn. v. 1274 et 1399. Verbum σημαίνειν reperitur Joh. XII. 33. τοῦτο δὲ ἔλεγεν, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν hoc vero dixit eo consilio, ut innueret, quo mortis genere usurus esset. ibid. XVIII. 32. XXI. 19. Act. XI. 28. ἐσήμανε διὰ τοῦ Πνεύματος, λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι Spiritu afflatus prædixit, magnam famem fore. Apoc. I. 1. Sic σημαίνειν in vaticinandi notione de augure legitur apud Euripidem in Phœniss. v. 972. Plutarch. de Orac. Delphico p. 404. D. οὔτε λέγει, οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει. Porphyrius apud Stob. Eclog. Eth. 1. Respondet in hac significatione Latino *significare*. Vide Cicer. de Divin. II. 25. Conf. Kypk. Obss. Sacr. Vol. I. pag. 397. 2) *significo, indico*. Act. XXV. 27. μὴ καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας σημᾶναι nec simul significare, quæ ei crimina objiciantur. Xenoph. Cyrop. VI. 2. 11. εἰ δέ τίς τι καὶ ἄλλο δέον ἐνορᾷ, πρὸς ἐμὲ σημαινέτω. Dan. II. 23. καὶ νῦν ἐσήμανάς μοι, ὅσα ἠξίωσα. Hesych. σημαίνειν· προστάττειν, (3 Esr. II. 4. Xenoph. Cyrop. I. 2. 8.) ἄρχειν, δεικνύειν, δικάζειν, βουλεύεσθαι, σαλπίζειν.

ΣΗΜΕΙ'ΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: ut Hebraicum אוֹת cui respondet Jos. II. 12. *signum, e quo aliqua res futura cognosci potest*, etiam *nota, qua plures res invicem discerni et dignosci possunt, documentum, argumentum, e quo veritas alicujus rei intelligi potest*, a σημαίνω, quod vide, vel σῆμα *nota, signum*. Matth. XVI. 3. τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε, sc. γινώσκειν, temporum vero signa cognoscere non potestis, h. e. non cognoscitis signa, e quibus facillimo negotio intelligere et vobis persuadere potestis, me esse verum Messiam, instituta nempe collatione oraculorum V. T. de Messia cum vita et factis Jesu in his terris. ib. XXIV. 3. τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας; e quonam signo adventus tui præsentia cognoscenda est? (1 Sam. II. 34. XIV. 10.) ibid. XXVI. 48. ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον (σύσσημον, ut legitur in loco parallelo Marc. XIV. 44.) hoc signo eos instruxerat. (Judic. VI. 17.) Marc. XIII. 4. Luc. II. 12. (coll. 1 Reg. X. 1 et 2.) XXI. 7. Rom. IV. 11. σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς, h. e. ἔλαβε τὴν περιτομὴν εἰς, vel ὡς σημεῖον, suscepit circumcisionem, ut in ipso corpore suo pignus gratiæ divinæ, seu signum haberet, unde se et posteros suos Deo caros esse intelligeret, ut recte transtulit Koppius. Nam verba, quæ statim sequuntur, σφραγίδα τῆς δικαιοσύνης, explicationis causa addita sunt et He-

sychius, hunc locum fortasse respiciens, habet: σημεῖον· σφραγίς. Adde Genes. XVII. 11. 1 Cor. XIV. 22. εἰς σημεῖόν εἰσι signum sunt, e quo satis intelligitur, doctrinam christianam esse vere divinam ejusque doctores Spiritu divino adjuvari. 2 Cor. XII. 12. τὰ σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατειργάσθη ἐν ὑμῖν idonea muneris mei apostolici documenta inter vos edidi. 2 Thess. III. 17. ὅ ἐστι σημεῖον ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ quo signo omnes meas epistolas dignoscere potestis. Sic autem σημεῖον usurpatum reperitur apud Græcos scriptores, v. c. Herodian. I. 14. 11. πολέμων σημεῖον. Thucyd. I. c. 10. οὐκ ἀκριβὲς σημεῖον non idoneum signum. ibid. IV. c. 111. σημεῖον τοῦ πυρὸς signum ignis, de quo inter ipsos convenerat, quod c. 112. init. τὸ ξύνθημα vocatur. Conf. Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 683 seq. 2) *miraculum, prodigium, portentum, factum summæ et immensæ potentiæ divinæ, cui ipsa rerum natura cedere debeat, argumentum, quo veritas alicujus facti, aut dicti demonstretur,* ad imitationem Hebraici אוֹת Ies. VIII. 18. Jerem. XXXII. 20, 21. et Chaldaici אָת Dan. III. 33, 34. VI. 27. Adde Sir. XXXV. 5. Sic legitur in N. T. Matth. XII. 38. θέλομεν ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν cupimus a te aliquod miraculum extraordinarium edi, quo divina tua auctoritas demonstretur; nempe σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, ut e collatione loci paralleli Marc. VIII. 11. apparet. ibid. v. 39. τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ miraculum, quo Jonas se legatum divinum comprobavit. ibid. XVI. 1, 3. τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε, h. e. ut a nonnullis non incommode explicatur: miracula autem, quæ hoc vestro tempore a me eduntur, non dijudicare valetis. ib. v. 4. XXIV. 24. Marc. VIII. 12. XIII. 22. δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα. (Ælian. V. H. XII. 57. τὰ σημεῖα καὶ τέρατα.) ibid. XVI. 17, 20. Luc. XI. 16, 29, 30. XXI. 11, 25. XXIII. 8. Joh. II. 11, 18. τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν; quonam miraculo demonstrare nobis potes, te vere hac auctoritate et potestate pollere? ibid. v. 23. 1 Cor. I. 22. quo pertinet proverbium: θαύματα μωροῖς. Act. IV. 22. σημεῖον τῆς ἰάσεως sanatio miraculosa, etc. Homer. Il. β', 307. Aristoph. Nub. v. 368. Herodot. VI. 27. Plutarch. Pericl. p. 171. C. Hesych. σημεῖον· τέρας. 3) ut אוֹת Hebræorum, Num. II. 2. Job. XXI. 29. *omne, quod est in insigni et conspicuo loco positum,* veluti *signum militare, vexillum,* (unde in versione Alexandrina Hebraico נֵס *vexillum, signum militare,* respondet, v. c. Num. XXI. 8, 9. XXVI. 10. Ies. XI. 12. XIII. 2.) Herodian. IV. 4. 12.—*milliarium,* quod a Tibullo I. 8. 57. *monumentum viæ* vocatur, in Cebetis Tab. p. 200. et apud Herodian. II. 13. 18. VIII. 4. 2. Hinc ad homines translatum metaphorice *hominem insignem* notat. Sic legitur in N. T. Luc. II. 34. οὗτος κεῖται εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον hic erit doctor insignis, contra quem multi rebellabunt, seu, quem multi repudiabunt ac rejicient. 3b) *insolitum quid et mirabile.* Apoc. XII. 1. καὶ σημεῖον μέγα ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ et insolitum quid et mirabile cernebatur in aëre, nempe fœminæ ex aëre imminentis imago. ibid. XV. 1. Sic אוֹת quoque sumitur Deut. XIII. 2. 4) pleonastice ponitur. Matth. XXIV. 30. καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου et tunc conspiciendum se præbebit filius hominis, i. q. in seq. καὶ ὄψονται τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Confer Hombergium in Parerg. Sacr. p. 72. et Vechneri Hellenolexiam Lib. II. c. 8. 5) interdum omittitur, v. c. Matth. XXI. 21. τὸ τῆς συκῆς, scil. σημεῖον, miraculum, nunc in ficu editum. Luc. I. 18. κατὰ τί (scil. σημεῖον) γνώσομαι τοῦτο; ex quo signo hoc cognoscam? Conf. Genes. XV. 8. et Lamb. Bos. Exercitatt. p. 31. Cæterum de voce Hebraica אוֹת et Græca σημεῖον copiose disputavit Fesselius in Adverss. SS. Lib. V. c. 7.

ΣΗΜΕΙΌΩ, ῶ, fut. ώσω, et medium ΣΗΜΕΙΌΟΜΑΙ, οῦμαι, 1) proprie: *signo, notam et signum imprimo, insignio, noto, nota impressa ab aliis discerno,* a σημεῖον, vel σῆμα *signum, nota.* Hesych. ἐσημειώθη· ἐτυπώθη. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἐσημειώθη· ἐσφραγίσθη. Hinc σημείωσις *signum* in vers. Aquil. et Theodot. Ezech. IX. 4. 2) *indico, significo.* Sic semel legitur in N. T. 2 Thess. III. 14. εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε quod si vero quis non obedit sermoni nostro per epistolam, hunc indicate. Sic recte transtulit Erasmus. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 315.

ΣΗ'ΜΕΡΟΝ, Attice τήμερον, 1) proprie adverbialiter sumitur, ut significet *hodie,* et sit quasi τῇδε ἡμέρᾳ *hoc die.* Indicat autem non solum in hac significatione *tempus lucis, quod nocti opponitur* et *dies artificialis* dicitur, sed etiam *diem naturalem, tempus lucis et noctis,* et speciatim: *noctis tempus.* Matth. VI. 11. δὸς ἡμῖν σήμερον da nobis hodie: ubi tamen σήμερον a plerisque interpretibus *cotidie* redditur. coll. Luc. XI. 3. ubi καθ' ἡμέραν legitur. ibid. v. 30. XVI. 3. XXI. 8. XXVII. 19. πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ' ὄναρ δι' αὐτὸν multum enim ejus causa hac nocte perturbata sum in somnio. Marc. XIV. 30. σήμερον ἐν τῇ νυκτί. Luc. II. 11. V. 26. XII. 28. XIX. 5, 9. XXII. 34. XXIII. 43. XXIV. 21. Act. IV. 9. XXII. 3. XXIV. 21. XXVI. 21. XXVII. 33. 2) *in præsenti, nunc.* Luc. IV. 21. σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη nunc eventum habent hæc oracula. Act. XIII. 33. ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε ego nunc te palam declaravi filium meum. Vulgo σήμερον h. l. vertitur *ab æterno;* sed hanc significationem nec σήμερον, nec Hebraicum הַיּוֹם ad quod provocant, habet. Idem valet de locis Hebr. I. 5. III. 7, 15. IV. 7. V. 5. Huc etiam pertinet formula χθὲς καὶ σήμερον, Hebr. XIII. 8. de qua vide infra ad χθὲς a me dicta. Formula σήμερον καὶ αὔριον, quæ proprie significat *hodie et cras,* seu *hodie, aut crastino die,* ut legitur Jacob. IV. 13. interdum proverbialiter sumta de *quovis exiguo temporis spatio* usurpatur, v. c. Luc. XIII. 32 et 33. Cf. Fischeri Prolus. XXVI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 587. 3) præmisso articulo adjective sumitur et significat *hodiernus, præsens,* vel, subintellecta voce ἡμέρα, *hodiernum diem, præsens tempus.* Mat. XXVII. 18. ἕως τῆς σήμερον, scil. ἡμέρας, usque ad nostra tempora. ib. XXVIII. 15. Act. XX. 26. ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ hodierno die. ibid. XIX. 40. Rom. XI. 8. 2 Cor. III. 14. 4) quandoque substantive sumitur de *hodierno die,* aut *tempore præsenti.* 2 Cor. III. 15. ἕως σήμερον. Hebr. III. 13. ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται quamdiu præsenti opportunitate utimini. ibid. IV. 7. ὁρίζει ἡμέραν, σήμερον. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΗΜΙΚΙ'ΝΘΙΟΝ. Vide infra ΣΙΜΙΚΙ'ΝΘΙΟΝ.

ΣΗ'ΠΩ, fut. ήψω, perf. σέσηφα, 1) proprie: *putrefacio, putredine corrumpo.* Medium σήπομαι, perf. σέσηπα, *putrefio, putredine corrumpor,* i. q. σαπρίζω, (conf. interpp. Gr. Cohel. X. 1. Job. XXXIII. 21.) et speciatim de *fructibus* usurpatur, *qu*

computrescunt, etiam de *vulneribus.* Ezech. XVII. 9. καὶ ὁ καρπὸς σαπήσεται. Ps. XXXVII. 5. ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου. Æschin. Socr. Dial. III. 3. Ælian. V. H. XII. 40. ὕδωρ σεσηπός. Hesych. σαπριοῦσι· σήπουσι. Hinc σῆψις *putredo, putrefactio* apud Alex. pro רִמָּה *vermis,* Ies. XIV. 11. et Æschinem Dial. III. 4. 2) generatim: *perdo, deleo,* et medium σήπομαι *pereo.* Sic semel legitur in N. T. Jacob. V. 2. ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπε futurum est, ut divitiæ vestræ pereant. Malo enim statuere, σήπειν h. l. esse commune vocabulum, ad omne divitiarum genus referendum, quam cum nonnullis interpretibus sumere, πλοῦτον hic synecdochice accipi pro specie divitiarum ea, quæ putredini sunt obnoxiæ, cujusmodi sunt v. c. carnes, fruges, etc. Adde Job. XL. 7. ἀσεβεῖς δὲ παραχρῆμα σῆψον.

ΣΗΡΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *sericus,* a σὴρ *vermiculus, qui net sericum,* vel a gente Asiæ, quæ *Seres* olim appellabatur, a qua serica ex Indiis adferebantur. (Virgil. Georg. II. 121.) Hinc substantivum Σηρικὸν, οῦ, τὸ, (scil. ἔνδυμα, vel ἱμάτιον,) *vestis serica,* merx olim ita pretiosa, ut, teste Vopisco in Aureliano 45. libra auri olim libra serici fuerit. Vide et Plinii H. N. VI. 17 et 20. ac Salmasium ad Solinum p. 663. Spartianus Heliog.: primus Romanorum holoserica veste usus fertur, quum jam subsericæ in usu essent. Conf. et Joseph. B. J. VII. 5. 4. Semel tantum in N. T. legitur Apoc. XVIII. 12. Adde Plutarch. T. VI. p. 550. ed. Reisk.

ΣΗ'Σ, τὸς, ὁ, *tinea,* proprie significat *genus vermiculi, qui in vestibus, maxime laneis, nascitur easque rodit ac perdit:* (Theophr. H. P. I. 16. τοῦτο καὶ πρὸς τοὺς σῆτας ἐν τοῖς ἱματίοις ἀγαθόν.) deinde vero ad omnis generis vermes, etiam alias res, v. c. chartam, carnes, etc. arrodentes, transfertur. Ortum videtur hoc vocabulum non, ut nonnullis placuit, a σήπω *putrefacio,* sed ab Hebr. סָס *tinea, blatta,* pro quo Alex. hoc Græco usi sunt, Ies. LI. 8. et pro quo usitatius est עָשׁ cui apud eosdem respondet Job. IV. 19. XXVII. 18. Ies. L. 9. Ter tantum legitur in N. T. Matth. VI. 19. μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει non tam comparate vobis opes terrenas, quæ a tinea, vel ærugine consumuntur. ibid. v. 20. ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει quæ nec tineis nec ærugini obnoxiæ sunt. Luc. XII. 33. οὐδὲ σὴς διαφθείρει. Etym. M. σής· ὁ σκώληξ, παρὰ τὸ σῶ, τὸ κινῶ. Hesych. σής· σκώληξ, ὁ ἐν τοῖς μελισσίοις γινόμενος καὶ ὑφάσμασι. Confer Wolfium in Notis ad Fragmenta Sapphus N. 40. p. 238 seq. Gloss. Vet. apud Labbæum: σὴς, ἡ σῆψις, *tinea, robigo.*

ΣΗΤΟ'ΒΡΩΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *a tineis corrosus, exesus, consumtus,* a σὴς, τὸς, ὁ, *tinea,* et βρωτὸς *corrosus, devoratus,* adject. verbi βρώσκω *depasco, corrodo, devoro, exedo.* Tantum legitur in N. T. Jacob. V. 2. ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν vestes vestræ a tineis arrodentur et consumuntur, seu *blattarum et tinearum epulæ erunt,* ut verbis utar Horatii Sat. II. 3. 119 seq. Alex. Job. XIII. 28. ὥσπερ ἱμάτιον σητόβρωτον. Suid. σητόβρωτος· σκωληκόβρωτος. Hesych. σητόβρωτα· ὑπὸ σκώληκος βεβρωμένα.

ΣΘΕΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *roboro, robur corporis addo et augeo,* a σθένος *robur,* quo nomine ab Alexandrinis exponitur קֶרֶן *cornu,* metaphorice *robur.* Job. XVI. 15. 2) metaphorice: *confirmo.* Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. V. 10. αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξαι, σθενώσαι, (aor. 1. optat.) θεμελιώσαι ipse vos perfectos et satis confirmatos reddat in religione christiana. Hesych. σθενώσει· ἐνισχύσει, δυναμώσει.

ΣΙΑΓΩ'Ν, όνος, ἡ, *mala, maxilla.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. V. 39. ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξίαν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην potius ferienti unam maxillarum tuarum, alteram quoque cædendam obverte. Luc. VI. 29. Alexandrini sæpius hac voce usi sunt pro לְחִי *gena, maxilla.* Deut. XVIII. 3. Thren. I. 2. III. 30. Hos. XI. 5. καὶ ἔσομαι αὐτοῖς ὡς ῥαπίζων ἄνθρωπος ἐπὶ τὰς σιαγόνας αὐτοῦ. Micha V. 1. ἐν ῥάβδῳ πατάξουσιν ἐπὶ σιαγόνα. Athenæus III. pag. 94. E. Xenoph. de Re Equ. I. 8. Suidas: σιαγὼν, ἡ παρειά.

ΣΙΓΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *silentium impono, silere jubeo, compesco,* i. q. σιγάζω, quod legitur apud Xenoph. Anab. VI. 1. 22. Suid. σιγῶ· τὸ καταπαύω. Deinde ut σιωπάω, quod etiam quandoque notat *ad silentium redigere* (v. c. apud Aqu. et Symm. Ps. XXX. 8.), est 2) *sileo, taceo, reticeo, celo, silentio premo, non patefacio.* Suid. σιγῶ — καὶ σιωπῶ. Luc. IX. 36. καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν καὶ οὐδενὶ ἀπήγγειλαν illi autem tacuerunt, nec cuiquam aliquid narrarunt. ibid. XX. 26. καὶ θαυμάσαντες ἐπὶ τῇ ἀποκρίσει αὐτοῦ ἐσίγησαν et admirati ejus responsa conticuerunt. Act. XII. 17. κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾷν indicto manu silentio. Rom. XVI. 25. χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου olim hominibus prorsus ignotæ; ubi σεσιγημένον, quia τῷ φανερωθέντι opponitur, est i. q. alias dicitur ἀποκεκρυμμένον. Irenæus adv. Hæres. Lib. I. cap. 1. § 3. de Æonibus: εἰσὶν οἱ σεσιγημένοι καὶ μὴ γινωσκόμενοι. 1 Cor. XIV. 28. Eurip. Phœn. v. 925. 942 et 977. 3) *finem dicendi facio, finio orationem.* Act. XV. 13. μετὰ δὲ τὸ σιγῆσαι αὐτοὺς postquam autem finem narrandi fecerant. τὸ σιγᾷν reperitur etiam apud Polyb. IX. 13. 2. 4) *non doceo, non palam verba facio,* et opponitur τῷ λαλεῖν, quod interdum notat: *verba facere pro concione.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. XIV. 34. αἱ γυναῖκες ὑμῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν fœminis vestris doctoris personam in conventibus christianorum sacris suscipere non licet. Conf. 1 Tim. II. 11, 12. γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω. 5) *acquiesco.* Act. XV. 12. ἐσίγησε δὲ πᾶν τὸ πλῆθος his acquievit omnis concio. Conf. cap. XI. 18. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα, ἡσύχασαν. Eadem metalepsis est quoque in voce הָסָה Habac. II. 20. Zach. II. 13. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΙΓΗ', ῆς, ἡ, *silentium,* a σιγάω *sileo, taceo.* Bis tantum in N. T. legitur. Act. XXI. 40. πολλῆς δὲ σιγῆς (Cod. Cantabr. habet: ἡσυχίας) γενομένης et facto magno silentio. Apoc. VIII. 1. ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ fiebat silentium in cœlo. Adde Theodot. Ies. XXXVIII. 10. et Sapient. XVIII. 14. Xenoph. Cyrop. VII. 1. 13.

ΣΙ'ΔΗΡΟΣ, ου, ὁ, *ferrum.* Semel legitur in N. T. Apoc. XVIII. 12. σκεῦος ἐκ σιδήρου vasa, seu instrumenta ferrea. Hinc

ΣΙΔΗ'ΡΕΟΣ, οῦς, έα, ᾶ, εον, οῦν, *ferreus.* Act. XII. 10. πύλην τὴν σιδηρᾶν portam ferream, de qua videndus Josephus A. J. XIX. 7. 2. coll. B. J. VI. 6. Apoc. II. 27. IX. 9. XII. 5. XIX. 15. ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ baculo ferreo, h. e. imperio duro. Æschin. Socr. Dial. II. 24. III. 19. Eurip. Phœn. v. 26. Alexandrini usi sunt pro Hebraico בַּרְזֶל *ferrum.* Jud. IV. 3, 13. 1 Reg. VI. 7.

ΣΙΔΩ'Ν, ῶνος, ἡ. *Sidon*. Urbs littoralis Phœniciæ ad mare magnum, seu Mediterraneum, in finibus Judææ, versus septentrionem sita, habens emporia, ut antiquissima, ita et opulentissima ac munitissima, quæ ab Israëlitis nunquam potuit subjugari. Secundum Josephum in A. J. I. c. 6. 2. nomen sortita est a צִידוֹן *Sidone*, filio primogenito Chanaanis (Genes. X. 15.) et patre Sidoniorum; sed secundum Justinum XVIII. cap. 3. a piscium ubertate et *copia*, cum Phœnicibus *piscis sidon* vocetur, unde צָדָה Hebræis quoque est *piscari*. Expugnata et diruta est hæc urbs ab *Ocho*, Persarum rege, secundum Diod. Sic. Lib. XVI. Memoratur in N. T. Matth. XI. 21, 22. XV. 21. Marc. III. 8. VII. 24, 31. Luc. IV. 26. VI. 17. X. 13, 14. Act. XXVII. 3. Conf. Cellarii Geograph. Plen. III. cap. 12. § 92. p. 379 seq.

ΣΙΔΩ'ΝΙΟΣ, ου, ὁ. *Sidonius*. Sidonis civis, seu accola, a Σιδὼν, quod vide. Legitur tantum in N. T. Act. XII. 20. et Luc. IV. 26. ubi pro τῆς Σιδῶνος haud pauci codices τῆς Σιδωνίας habent.

ΣΙΚΑ'ΡΙΟΣ, ου, ὁ, *sicarius*, *qui sica*, seu *gladio breviori armatus*, *et sic ad occidendum paratus est*. Est enim vox origine Latina, orta a *sica*, h. e. *gladiolo*, aut, secundum alios, origine Chaldaica, a voce שַׁכִּין quæ legitur Prov. XXIII. 2. et significat: *cultrum, cultellum*. Tantum extat in N. T. Act. XXI. 38. τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας τῶν σικαρίων quatuor millia sicariorum. Hesych. σικάριοι· λῃστῶν γένος. σίκας δὲ τὰ ἐπικαμπῆ ξίφη Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, οἷς οἱ χρώμενοι λέγονται σικάριοι. Οὗτοι τοὺς παρατυγχάνοντας ἔκτεινον ἐπὶ Κλαυδίου τοῦ βασιλέως, οὓς Αἰγύπτιος λῃστὴς ἐπὶ τὴν ἔρημον ἐξήγαγεν, οὓς ἐτιμωρήσατο Φῆλιξ. Conf. etiam Ciceronem pro Roscio Amerin. c. 5. 32. 35. etc. Idem pro Milone c. 19. Plura habet Wetstenius N. T. T. II. p. 607 seq.

ΣΙ'ΚΕΡΑ, τὸ, *sicera*. Vox ἄκλιτος, (Apud Eusebium Præp. Evang. VI. 10. genitivus σίκερος reperitur.) origine Hebræa, שֵׁכָר (a radice שָׁכַר *inebriari, ebrium fieri*,) quæ *quemlibet potum inebriantem, vino excepto*, significat; unde vox Hebraica ab Aquila et Symmacho Ps. LXVIII. 13. et Ies. V. 11. XXVIII. 7. redditur μέθυσμα, h. e. *id, quod inebriat*. Semel tantum in N. T. legitur Luc. I. 15. οἶνον καὶ σίκερα οὐ μὴ πίῃ a vino et omni potu inebriante abstinebit. Legitur hæc vox etiam apud Alexandrinos Levit. X. 9. (ubi male σίκεραν editum est.) Num. VI. 3. Deut. XIV. 26. pro Hebraico שֵׁכָר quod Jud. XIII. 4, 7, 14. et Micha II. 11. μέθυσμα transtulerunt. Hesych. σίκερα· οἶνος συμμιγὴς ἡδύσμασιν, ἢ πᾶν πόμα ἐμποιοῦν μέθην, μὴ ἐξ ἀμπέλου δὲ σκευαστὸν, σύνθετον. Suid. σίκερα· σκευαστὸν πόμα. καὶ παρ' Ἑβραίοις οὕτω λεγόμενον μέθυσμα. οἶνος συμμιγὴς ἡδύσμασιν. ἐκ τοῦ συγκεκρᾶσθαι. Scholion, quod laudat Wetstenius N. T. T. I. p. 648. σίκερα δέ ἐστι πᾶν τὸ μέθην μὲν ποιεῖν δυνάμενον, οὐκ ὂν δὲ ἐξ ἀμπέλου. Confer Chr. Ben. Michaëlis Diss. Naturalia quædam et artificialia Cod. S. ex Alcorano illustrantem p. 17 seq.

ΣΙ'ΛΑΣ, α, ὁ. *Silas*. Nomen proprium viri, qui fuit comes Pauli, quod quidem a plerisque deducitur a Latino verbo *sileo* et *taciturnus* explicatur; sed sine dubio per abbreviationem quandam Syriacam positum est pro nomine Σιλουανὸς, quod sequitur. Act. XV. 22. XVI. 19, 25, 29. XVII. 4, 10, 14, 15. XVIII. 5. XXVII. 32, 34, 40.

ΣΙΛΟΥΑΝΟ'Σ, οῦ, ὁ. *Silvanus*. Nomen proprium viri, qui fuit comes itinerum Pauli per Asiam minorem et Græciam inde ab itinere Hierosolymitano, et sine dubio ille ipse, qui in locis supra laudatis Σίλας vocatur, voce hic modice aucta et ad Græcorum et Latinorum morem formata. Plerique a *silva* derivant. Legitur in N. T. 2 Cor. I. 19. 1 Thess. I. 1. 2 Thess. I. 1. 1 Petr. V. 12.

ΣΙΛΩΑ'Μ, ὁ. *Siloam*. Nomen indeclinabile *fontis*, qui et *Gihon* vocabatur, (v. c. 1 Reg. I. 33. ubi videndus Chaldæus et Kimchi.) item *rivorum, ex hoc fonte emissorum ac piscinarum*. Fons enim hic Siloam, vel Gihon, ad partem Hierosolymæ occidentalem (Vide Joseph. B. J. V. 13.) in valle ad radicem montis Sion extra urbem situs erat. Ex eo duo rivi emanabant, qui se in duplex stagnum effundebant, superius scilicet, quod a Josepho *stagnum Salomonis* vocatur, (cf. Lightfootum in Chorograph. Matthæo præmissa, c. 25. p. 52.) et inferius, ab occidente, quod *stagnum Siloam* dicebatur, unde aquæductus in ipsam urbem Hierosolymam ferebantur. Hebraice vocatur שִׁלֹּחַ a שָׁלַח *misit, emisit*, ob rivos scilicet, qui ab illo fonte emittebantur, Ies. VIII. 6. ad quem locum vide Hieronymum. Hinc recte legitur in Alberti Glossar. N. T. p. 59. Σιλωάμ· ἀπεσταλμένος. Josephus de B. Judaico V. 4. 1. hunc fontem vocat γλυκεῖαν καὶ πολλὴν πηγήν. In N. T. tantum bis memoratur. Luc. XIII. 4. et Joh. IX. 7. Cf. Drusii Obss. V. 17. Wetstenii N. T. T. I. p. 742 et 903. Possini Spicil. Evang. c. 69. ac Cellarii G. A. T. II. Lib. III. cap. 13. § 13.

ΣΙΜΙΚΙ'ΝΘΙΟΝ, et, ut rectius fortasse scribitur, ΣΗΜΙΚΙ'ΝΘΙΟΝ, ίου, τὸ, *semicinctium*, aut *semicinctum*, h. e. *linteum tegumentum, quo anterior corporis pars a cingulo et lumbis usque ad pedes præcingebatur et quo opifices et omnino pauperiores fere uti solebant*, quod Latine etiam *succinctorium* et *subligaculum*, et Græcis περίζωμα dicitur. Vox est origine Latina ex *semi* ac *cingo* et ab aliis de *cingulo dimidio*, h. e. *dimidia parte angustiore, quam vulgo esse solet cingulum*, ab aliis vero (v. c. Ludov. de Dieu in Critica Sacra ad Act. l. l.) de *cingulo* explicatur, *quod in media corporis parte medium vestis accingit*; quod Græcis alias dicitur κοιλιόδεσμον, quia venter eo quasi ligatur et fibularum ope constringitur, et de quo Braunius de Vestitu Sacerdot. Hebr. II. c. 3. p. 386. est adeundus. Tantum legitur in N. T. Act. XIX. 12. σουδάρια ἢ σιμικίνθια, ubi Syrus voce ܦܘܨܠܐ usus est, quæ significat *lacinias*, seu *extremas in vestimento partes ejusque segmenta quædam, vestem dividentia, quorum in sudore abstergendo usus erat*. Hesych. σιμικίνθια· φακιόλια, ζωνάρια, ὠράρια τῶν ἱερέων. Suid. σιμικίνθιον· φακίολον ἢ σουδάριον. φακίολον autem τὸ τῆς κεφαλῆς περιείλημα, ὃ παρ' Ἀθηναίοις κρώβυλον, παρὰ δὲ Πέρσαις κιδάριον καλεῖται, esse idem testatur. Conf. Wolfii Curas Philol. in N. T. Vol. I. p. 1288. Interpretes ad Petronium cap. 94. Wetstenium N. T. T. II. p. 581. et du Fresne in Gloss. s. h. v.

ΣΙ'ΜΩΝ, ωνος, ὁ, *Simon*. Nomen proprium Hebraicum שִׁמְעוֹן a radice שָׁמַע *audivit, obedivit*, aut שִׁימוֹן prout legitur 1 Chron. IV. 20. a שָׁמַן *saginari, pinguem esse*. Alberti Glossar. Gr. p. 48. Σίμων ἀκούων λύπην· et in Cod. Coislin. CXCIX. exponitur per ὑπακοή. Œcumenius Comment. in 2 Petr. I. 1. Σίμων

γράφεται καὶ Συμεὼν τοῦ γὰρ Συμεὼν τὸ Σίμων ὑποκορισμός ἐστι. Varii autem hoc nomine appellati sunt in N. T. ut 1) *Petrus, J. C. apostolus, filius Jonæ, frater Andreæ,* qui mox Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, Matth. XVI. 17. mox Σίμων ὁ Πέτρος, Matth. IV. 18. X. 2. XVI. 16. mox vero simpliciter Σίμων, Matth. XVII. 25. Act. X. 5. vocatur. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 698. 2) *frater Judæ Lebbæi,* pariter apostolus, qui Matth. X. 4. *Simon Cananites* et Luc. VI. 15. Σίμων Ζηλωτὴς vocatur. 3) *Simon, frater Judæ, consanguineus Christi.* Matth. XIII. 55. Marc. VI. 3. 4) *Simon, leprosus quidam,* cujus mentio fit Matth. XXVI. 6. 5) *Simon Cyrenæus,* bajulator crucis Christi. Matth. XXVII. 32. 6) *Simon, pater Judæ Iscariotæ,* Joh. VI. 71. XII. 4. Ἰούδας Σίμωνος, (sc. υἱὸς) Ἰσκαριώτης. ibid. XIII. 26. 7) *Simon, Pharisæus quidam.* Luc. VII. 40, 43, 44. 8) *Simon, coriarius Cæsareæ,* in cujus ædibus diversabatur Petrus. Act. X. 32. 9) *Simon magus.* Act. VIII. 9, 13 seq. de quo legi meretur J. Laur. Moshemii Diss. de uno Simone Mago. Helmst. 1734. 4. et in Ej. Diss. ad Hist. Eccles. pertinentibus. Vol. II. p. 60 seq.

ΣΙΝΑ͂, ὁ, *Sina.* Est nomen indeclinabile montis, in desertis Arabiæ Petrææ siti, promulgatione legis Mosaicæ celeberrimi. Mons hic, magnus, altus ac valde amœnus, teste Josepho (a quo fere Σιναῖον ὄρος dicitur, v. c. in A. J. II. c. 12. 1. et III. 5. 1.) duplex cacumen habuisse traditur; unum, versus solis occasum, dictum fuit חוֹרֵב; (Deut. V. 2. a siccitate et vastitate, quia locus, in quo mons situs fuit, erat sterilis et incultus,) alterum *Sinai,* Hebraice סִינַי a סְנֶה *rubus, spina, senticetum,* a rubi copia, quod speciatim in V. T. *mons Dei* dicitur, (1 Reg. XIX. 8.) quia in hoc cacumine Deus olim Israëlitis dedit decem præcepta et totam ceremonialem legem præscripsit. Commemoratur in N. T. tantum Act. VII. 38, 39. Galat. IV. 24, 25.

ΣΙ'ΝΑΠΙ, et ΣΙ'ΝΗΠΙ, ιος, Attice εως, τὸ, *sinapi,* genus plantæ, longe diversæ ab ea, quæ in nostris oris reperitur; nam post plures annos demum fructum profert et in arboris altitudinem excrescit, ut vel e loco Matth. XIII. 31. constat et multis librorum Judaicorum locis satis comprobatum est a Buxtorfio in Lexico Hebr. et Talmud. fol. 822. Vorstio in libro de Adagiis N. T. c. 2. p. 759. ed. Fischeri, et Joh. Gregorio in Observatt. c. 13. Matth. XVII. 20. ἐὰν ἔχητε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως si habeatis fidem, ut granum sinapis, h. e. si habeatis vel minimam fidem. Hebræi enim, cum *rem, admodum exiguam,* denotare volunt, dicunt, eam esse כַּחַרְדָּל *sicut sinapi* et כְּגַרְגִּיר הַחַרְדָּל *ut granum sinapis,* ut Vorstius l. l. satis docuit. Legitur præterea Marc. IV. 31. Luc. XIII. 19. XVII. 6. Conf. Ol. Celsii Hierobotan. T. II. p. 253. et Wetstenii N. T. T. I. p. 404.

ΣΙΝΔΩ'Ν, όνος, ἡ, *sindon, genus vestis talaris, e sindone,* h. e. *lino fere xylino, subtiliter texto, confectæ, qua in Oriente et fœminæ, maxime æstate et interdiu et noctis tempore uti solebant, et qua involvebantur ac induebantur quoque homines mortui,* ita dictæ, ex nonnullorum sententia, a *Sidoniis,* artis hujusmodi vestes texendi inventoribus; (Ita originem vocis tradidit Etymolog. M. Σινδὼν ἀπὸ Σιδῶνος τῆς πόλεως. οἱ γὰρ Σιδώνιοι ἐφεῦρον πρῶτον κάμνειν σινδόνας.) secundum alios vero ab Hebraico סָדִין *quo omnis generis linum, maximeque xylinum, subtiliter textum,* indicatur. Sed rectius origo vocabuli σινδὼν in lingua Ægyptiaca quæritur, in qua hæc vox de linteo tenuissimo usurpatur, ex quo tunicæ interiores conficiebantur, quibus involvebantur etiam corpora mortuorum. Conf. Chr. Scholtz. Exposit. Vocab. Copt. in Script. Hebr. et Græcis, in Repertorio Eichhorniano T. XIII. p. 14. Braunium de Vestitu Sacerdot. Hebr. I. 7. 103. p. 113 seq. Munthe in Obss. e Diod. Sic. p. 93. Wetstenii N. T. T. I. p. 542 et 631. et Forsterum de Bysso Antiquorum, s. 18. p. 85 seq. Pollux Onom. VII. 172. Σινδών· ἔστιν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη, τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον. Hesychius: Σινδοὺς χιτῶνας, σινδόνας. In N. T. legitur Matth. XXVII. 59. καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ et Josephus acceptum corpus exanime Christi involvit linteo mundo. De veste lintea, qua corpus mortui involvebatur, quæ Hebraice תַּכְרִיךְ vocabatur, legitur σινδὼν quoque apud Herodotum II. c. 86. Marc. XIV. 51. περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ indutus indumento, ex sindone confecto, quod super carnem induerat. Vide ad h. l. Heupelium, Dav. Kimchi in Libro Radicum: סדין נוא כסות הלילה מסמוך לבשר עשוי מפשתים *Sidon est vestis nocturna, quam induunt super carnem, facta ex lino.* Marc. XIV. 52. XV. 46. Luc. XXIII. 53. Sæpius in N. T. non legitur. De variis sindonum generibus vide Chifletium de Linteis Sepulcralibus Christi, c. 5. Fischerum in Prolus. III. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 74 seq. Schrœderum de Vestitu Mulierum Hebræarum p. 341. et Casauboni Exercitatt. Antibaron. XVI. 65. p. 524. In versione Alexandrina σινδὼν legitur pro Hebraico סָדִין Jud. XIV. 12, 13. Prov. XXXI. 34. Glossarium vetus: σινδὼν, *tunica lintea.*

ΣΙΝΙΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *ventilo, cribro, cribro vel vanno frumenta agito et purgo,* i. q. λικμάω, a σίνιον *cribrum, vannus.* Hesych. σινιάσαι· σεῖσαι, κοσκινεῦσαι. καὶ τὸ κόσκινον δὲ σινιατήριον. Glossarium vetus: σινίασμα, ἡ ῥυπαρία τοῦ σίτου, *detrimentum.* Hinc 2) non solum generatim *concutere, agitare et separare* notat, sed etiam metaphorice de eo usurpatur, *qui aliquem perturbat, labefactat et amovere studet ab aliqua re.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XXII. 31. ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον Satanas postulavit, vos sibi dedi, ut cribraret sicut triticum, h. e. cupit labefactare fidem vestram et vos amovere a constantia in religione christiana. Suid. σινιάσαι· σεῖσαι, κοσκινῆσαι, θορυβῆσαι, ταράξαι, πειρᾶσαι. ὁ Χριστὸς πρὸς τὸν Πέτρον· ἐξῄτησέ σε ὁ Σατανᾶς τοῦ σινιάσαι σε ὡς τὸν σῖτον, κ. τ. λ. Conf. Boisii Collat. Vet. Int. p. 267. et Suicerum in Thesaur. Eccles. T. II. p. 691 seq.

ΣΙΤΕΥΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, *saginatus, pinguefactus, altilis,* a σιτεύω, quod proprie est: *frumento,* seu *tritico aliquem alere et pinguefacere,* a σῖτος, quod *frumentum, triticum* notat, deinde vero *saginare aliquem frugibus et omni ciborum genere* significat. Ter tantum in N. T. legitur. Luc. XV. 23. τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν θύσαντες vitulum saginatum mactate. ibid. v. 27 et 30. Alexandrini usi sunt hac voce pro אָבוּס *saginatus,* 1 Reg. IV. 23. (V. 3.) et pro מַרְבֵּק quod *saginarium* significat

Jer. XLIV. 21. Adde Xenoph. Anab. V. 4. 18. Alia scriptorum Græcorum loca vide apud Athenæum Deipnosoph. IX. c. 8. p. 384. Probatur etiam hoc vocabulum Thomæ Magistro p. 794.

ΣΙΤΙ'ΟΝ, ου, τὸ, *cibus, alimentum frumentaceum, annona, commeatus.* A σῖτος, quod vide infra. Reperitur Actor. VII. v. 12. ubi loco impressi σῖτα nonnulli codices sat bonæ notæ σιτία habent. Symmach. Hos. XI. 5. Prov. XXX. 22. Ælian. Var. Hist. L. V. c. 1. Zonaras Lex. col. 1647. σῖτα καὶ σιτία, τὰ βρώματα. Singulare σιτίον usurpatum non reperit quidem H. Stephanus T. III. Thes. p. 706. B. sæpius tamen apud Hippocratem, Lucianum, Philonem legi jam monuit H. Maius ad Basil. M. Orat. de leg. Gent. lib. c. 19. p. 69. Adde Pollucis Onom. II. 41.

ΣΙΤΙΣΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, *altilis, bene saginatus, pinguefactus,* et dicitur speciatim de animalibus, quæ aluntur, ut pinguefiant, τεθραμμένοις εἰς πολυσαρκίαν, ut loquitur Xenoph. Mem. II. 1. 22. Est verbale a tertia pers. perf. pass. σεσίτισται, verbi σιτίζω *alo, frugibus sagino, pinguefacio.* Sic semel tantum legitur in N. T. Matth. XXII. 4. οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστά μου τεθυμένα tauri mei et altilia mactata sunt. 2 Sam. VI. 13. שׁוֹר וּמְרִיא. Psal. XXII. 13. pro Hebr. אַבִּירֵי בָשָׁן in fragmentis Symmachi legitur ταῦροι σιτιστοί, sed Alexandrini habent πίονες et Aquila λιπαροί. Joseph. A. J. VIII. 2. 4. σιτιστοὺς βόας — ἄρνας. Athenæus XIV. p. 656. E. σιτιστῶν ὀρνίθων. Pro σιτιστὸς Græci vulgo uti solent voce σιτευτός. Polyæn. p. 356. Homer. Od. β', 300. Athenæus IX. p. 384. XIV. p. 657. B. Plutarch. Amator. p. 750. C. Hinc Thom. M. σιτευτὸς μέντοι, οὐ σιτιστὸς, οἷον, σιτευτὸς ὄρνις, ubi vid. Interpretes.

ΣΙΤΟΜΕ'ΤΡΙΟΝ, et ΣΙΤΟ'ΜΕΤΡΟΝ (apud Plutarchum VII. p. 243.), ου, τὸ, *certa quædam mensura frumenti,* aut *alimentorum portio, quæ sufficit illis, quibus distribuitur,* a σιτομετρέω *frumentum metior, frumenti dimensum distribuo,* quod apud Alexandrinos legitur Genes. XLVII. 12. pro Hebraico כִּלְכֵּל quod *sustentare, alere* significat, et a Suida τὸ σῖτον παρέχειν explicatur. Componitur enim ex σῖτος *frumentum* et μέτρον *mensura.* Semel tantum legitur in N. T. Luc. XII. 42. τοῦ δοῦναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον ut det ipsis tempore opportuno et constituto frumenti et cibi demensum. Syrus: ܦܣܬܐ *demensum.* Arabs: *cibum eorum.* Gloss. Vet. σιτομέτριον *cibarium, diarium.* Onomast. Vet. *Demensum,* σιτομέτριον. Suid. σιτομέτριον· σιτοδοσία. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 236. et Raphelium in Obss. Polyb. p. 207. Synonymum vocabulum est σιτομετρία, quod aliquoties apud Diod. Sic. reperitur, v. c. Lib. II. c. 41. et in Tab. Ancyrana apud Montfaucon. in Palæogr. Gr. p. 154. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 739.

ΣΙ'ΤΟΝ, ου, τὸ, et ΣΙ'ΤΟΣ, ου, ὁ, proprie notat *triticum,* aut *frumentum,* deinde vero etiam *hordeum* et *zeam,* et generali notione *cerealia omnia* comprehendit, ut recte observavit Foësius in Œconomia Hippocr. p. 342. Descendit vel a σίω *cribro,* quod cribro purgari soleat ante usum, vel a σίω pro σείω *quatio,* quod frumentum ex aristis excuti soleat. Matth. III. 12. συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ κ. τ. λ. frumentum suum (h. e. grana extrita et a paleis et reliquis sordibus secreta,) colliget in horreum. ibid. XIII. 25, 29, 30. Marc. IV. 28. εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ denique plenum frumentum in arista. Luc. III. 17. XVI. 7. XXII. 31. Joh. XII. 24. Act. VII. 12. ἀκούσας δὲ Ἰακὼβ ὄντα σῖτα ἐν Αἰγύπτῳ cum vero audivisset Jacobus, esse frumenta in Ægypto. 1 Cor. XV. 37. σίτου tritici. Apoc. VI. 6. XVIII. 13. et XXVII. 38. Alexandrini usi sunt hac voce pro דָּגָן *frumentum,* Deut. VII. 13. XI. 14. XII. 17. בַּר *frumentum, triticum,* Prov. XI. 26. Jer. XXIII. 28. Joël. II. 24. חִטָּה *triticum,* Jud. VI. 11. 1 Chron. XXI. 23. שֶׁבֶר *annona,* Genes. XLII. 2, 26. XLIII. 2. גֹּרֶן *area,* Deut. XV. 14. XVIII. 4. et pro לֶחֶם *panis, cibus,* Job. III. 24. XV. 23. Prov. IV. 17. Hesych. σῖτα· ἄρτοι, (Homer. Iliad. ε', v. 341. Odyss. α', v. 147. Xenoph. Cyrop. I. 2. 11. et IV. 5. 1.) βρώματα, τροφαί. Suid. σῖτος· πᾶς ὁ σιτικὸς καρπὸς, οὐχ ὁ πυρὸς μόνον, καὶ αὐτὰ τὰ σιτία. Idem: σίτου· τροφῆς. Conf. Olai Celsii Hierobot. T. II. p. 112. et Wetstenii N. T. T. II. p. 495.

ΣΙΧΑ'Ρ, ἡ, *Sichar.* Nomen proprium Hebraicum indeclinabile oppidi in regione Samaritanorum, quod olim *Sichem* nuncupatum fuit et tempore Christi caput Samariæ erat, cum urbs Samaria una cum templo dudum esset deleta. Semel tantum in N. T. memoratur Joh. IV. 5. ἔρχεται οὖν εἰς πόλιν λεγομένην Σιχάρ; ubi ita primus edidit Beza, quem secuti sunt reliqui, at in editione Griesbachiana legitur Συχάρ, quod vide infra. Confer Genes. XXXIII. 18. et Relandi Diss. III. § 9. nec non Grotii Commentarium ad Joh. l. l.

ΣΙΩ'Ν, ὁ, *Sion.* Nomen proprium Hebraicum indeclinabile montis, siti in parte australi urbis Hierosolymæ, in quo exstructa erat *civitas* illa, *superior* dicta, quæ in sacris litteris *civitas Davidis* vocatur, quia Davides eam cepit et in ea habitavit. 1 Chron. XI. 5, 7. Bifariam enim olim divisa erat urbs Hierosolyma, in superiorem et inferiorem; illa australem, hæc aquilonarem partem urbis occupabat. Hebraice dicitur צִיּוֹן quod vel pro צִהְיוֹן positum est, et significat *locum aridum,* a צָהָה *siccus fuit, aruit,* unde צִיָּה *siccitas,* vel *speculam* significat: erat enim mons Sion altissimus Hierosolymæ, ex quo longe lateque circumspici poterat. Vide Relandi Palæstina Lib. III. p. 846. In N. T. libris per metonymiam subjecti mox pro *ipsa urbe Hierosolyma,* cujus pars superior in monte Sion exstructa erat, ponitur, v. c. Matth. XXI. 5. εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιὼν nunciate incolis Hierosolymæ. Joh. XII. 15. — mox de *universa natione Judaica* adhibetur, v. c. Rom. IX. 33. τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος. ibid. XI. 26. 1 Petr. II. 6. — mox denique de *nova Hierosolyma* Hebr. XII. 22. Apoc. XIV. 1. metaphorice usurpatur.

ΣΙΩΠΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *sileo, taceo,* q. a σιγάω *taceo* et ὄψ *vox.* Hinc σιωπή *silentium.* Matth. XX. 31. ὁ δὲ ὄχλος ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα σιωπήσωσιν populus vero illis silentium imperabat. ibid. XXVI. 63. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐσιώπα Jesus vero nihil respondit. Marc. III. 4. IX. 34. X. 48. XIV. 61. ὁ δὲ ἐσιώπα καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Luc. XVIII. 39. XIX. 40. Act. XVIII. 9. μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει καὶ μὴ σιωπήσῃς. In versione Alex. respondet Hebr. חָשָׁה *siluit, tacuit,* Jud. III. 14. Neh. VIII. 11. חָשָׁה idem, Ies. XLII. 14. LXII.

1, 6. LXV. 6. et דָּמַם *siluit, conticuit,* Thren. II. 10, 18. III. 28. Amos V. 13. 2) *mutus fio, facultate loquendi privor.* Luc. I. 20. *ἔσῃ σιωπῶν καὶ μὴ δυνάμενος λαλῆσαι* tu mutus futurus es et loquendi facultate privatus. Vide, quæ ad hunc locum illustrandum proposuit Palairet. in Obss. Philol. p. 147 seq. 3) *sedor, tranquillus reddor.* Sic adhibetur Marc. IV. 39. de mari effervescente, cujus fluctus sedantur, de quo etiam eleganter apud Hebræos שָׁבַח Psalm. LXIII. 4. et LXXXIX. 10. שָׁתַק Psalm. CVII. 30. et apud Latinos *silere* usurpatur, v. c. apud Valer. Flaccum Lib. VIII. v. 542. "prius totum sileat mare." Virgil. Æn. I. 168. et Eclog. IX. 59. Eodem modo *σιγᾶν* adhibetur in Anthologia Gr. Lib. I. c. 56. Ep. 4. p. 110. *σεσίγηκεν δὲ θάλασσα κύμασι καὶ τρηχεῖ πνεύματι βρασσομένη.* et apud Theocrit. Idyll. II. 38. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΚΑΝΔΑΛΙ'ΖΩ, fut. *ίσω, scandalizo,* 1) proprie: *facio, ut quis offendat, offensaculum oppono pedibus alicujus, ut prolabatur.* Σκανδαλίζομαι *offendor, impingo, offendiculum* seu *obstaculum objectum mihi habeo,* i. q. *προσκόπτω* et *προσκρούω*, quæ vulgari Græcorum usu satis trita sunt. Est a *σκάνδαλον offendiculum,* seu *omne, ad quod aliquis impingit, ut titubet et labatur,* quod vide. Alexandrini interpretes V. T. nunquam hoc verbo usi deprehenduntur, quod tantum in Aquilæ reliquiis Psalm. LXIII. 9. et Prov. IV. 12. reperitur. Nec in hac propria notione in N. T. libris reperitur, in quibus metaphorice tantum adhibetur et quidem ita, ut sit 2) *actionibus malis et sermonibus pravis aliquem corrumpere, et ut iisdem delectetur et utatur, efficere, ut aliquis peccet et delinquat;* et speciatim: *causam esse et occasionem suppeditare, ut quis deficiat a religione christiana,* etiam *impedire, quo minus recte aliquis judicet.* Hinc *σκανδαλίζεσθαι peccare, delinquere, in errores incidere, male judicare, desciscere a disciplina christiana.* Sic legitur in N. T. Matth. V. 29 et 30. *εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε — — καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶρ σκανδαλίζει σε* quodsi tibi oculus dexter, aut dextra manus tua offensioni est et ad peccandum te sollicitat. ib. XI. 6. beatus vero ille, *ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοὶ* qui in me non offensus fuerit, h. e. qui non conditione mea externa, humili scilicet ac paupere, deceptus, male de me judicaverit, aut imminentibus calamitatibus se ad defectionem a religione mea sollicitari passus fuerit. ibid. XIII. 21. *εὐθὺς σκανδαλίζεται* statim a doctrina mea desciscit; i. q. *ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίσταται,* coll. Luc. VIII. 13. Matth. XIII. 57. *καὶ ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ* et hoc (nempe humilitas generis et familiæ Jesu,) impedimento ipsis fuit, quominus eum pro vero Messia et legato divino agnoscerent. ibid. XVII. 27. *ἵνα δὲ μὴ σκανδαλίσωμεν αὐτοὺς* ne autem causam iis male de nobis judicandi et nos criminandi ac calumniandi præbeamus: dum nempe dicerent, a Christo ejusque discipulis contemni templum. ib. XVIII. 8, 9. XXIV. 10. *καὶ τότε σκανδαλισθήσονται πολλοὶ* et tunc permulti a professione doctrinæ meæ deficient. ib. XXVI. 31. *πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ* vos omnes me doctorem vestrum deseretis hac nocte. coll. v. 56. Eodem sensu legitur et v. 33. coll. v. 34 et 35. Marc. IV. 17. VI. 3. IX. 43, 45, 47. XIV. 27, 29. Luc. VII. 23. Joh. XVI. 1. *ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε* ne, si acciderint vobis hæc mala, a mea religione desciscatis. Adde Sirac. IX. 5. *παρθένον μὴ καταμάνθανε, μήποτε σκανδαλισθῇς ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς* ne contempleris virginem, ne ejus venustate pravæ cupiditates in te excitentur. Eodem modo הִכְשִׁיל de *iis, qui efficiunt, ut aliquis peccet,* et speciatim *ad idolorum cultum sollicitant,* usurpatur Malach. II. 8. 2 Chron. XXVIII. 23. — Speciatim vero *σκανδαλίζειν* in N. T. ei tribuitur, *qui aliquem male tractat, malis afficit et persequitur, eo nempe consilio, ut eum ad defectionem a religione christiana sollicitet.* Sic sumitur Matth. XVIII. 6. Marc. IX. 42. coll. v. 41. et Luc. XVII. 2. Conf. Nœsselt. Opuscula ad Interpret. Sacr. T. I. p. 16 seq. 4) *ad iram et indignationem aliquem provoco;* et *σκανδαλίζομαι offendor, indignor.* Matth. XV. 12. *οἶδας, ὅτι οἱ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες τὸν λόγον ἐσκανδαλίσθησαν;* nostine, Pharisæos, sermonibus tuis offensos, tibi indignari? Joh. VI. 61. *τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει;* hicne sermo vos offendit, seu blasphemus vobis videtur? Rom. XIV. 21. 1 Cor. VIII. 13. 2 Cor. XI. 29. Sæpius in N. T. non legitur. Conf. de hac voce Vorstii Philol. Sacr. c. 3. p. 95 seq. ed. Fischeri et Drusium in Fragmenta Vett. Interpp. Gr. pag. 1098.

ΣΚΑ'ΝΔΑΛΟΝ, ου, τὸ, *scandalum,* 1) *offendiculum, obstaculum, in via positum, ad quod quis pedes aliamve corporis partem offendit,* certe *offendere potest, ita, ut labatur, certe labi possit,* (i. q. *πρόσκομμα*) unde a nonnullis a *σκάζω claudico* derivatur. Speciatim: *obstaculum, quod insidiose ponitur, ut, qui transeunt, pedem offendendo lædant,* etiam *rete, quod tenditur animalibus, decipula, mucipula,* vel pars ejus, (vide Wetstenii N. T. T. I. p. 302.) seu potius *lignum incurvum, quo tendicula, seu decipula, sustinetur et in quod impingens animal ipsam tendiculam in se subita ruina evertit,* quod alio nomine *σκανδάληθρον*, item *σκῶλον* dicitur et legitur apud Alexandrinos Deut. VII. 16. et Ies. LVII. 14. In hac propria notione hoc vocabulum, quod vix alibi, quam apud scriptores N. T. et interpretes Græcos V. T. legitur, aliquoties reperitur in versione Alex. et libris Apocryphis V. T. v. c. Levit. XIX. 14. *ἀπέναντι τυφλοῦ οὐ προσθήσεις σκάνδαλον,* ubi in Hebræo est מִכְשׁוֹל *offendiculum,* a כָּשַׁל *impingere, offendere ad aliquid.* Judith. V. 1. *ἔθηκαν ἐν τοῖς πεδίοις σκάνδαλα.* In versione Alex. respondet quoque Hebr. מוֹקֵשׁ *laqueus, tendicula, decipula.* Jos. XXIII. 13. Jud. II. 3. 1 Sam. XVIII. 21. etc. Hesych. *σκάνδαλον ἐμποδισμός.* Confer Tob. Eckhardi Technicam Sacram p. 124. Hinc metaphorice 2) *omne* notat, *quod alteri est periculosum et noxium,* aut *perniciei præbet occasionem.* Sic legitur in N. T. Rom. XI. 9. *γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς θήραν καὶ εἰς σκάνδαλον,* h. e. fortunatis ipsis calamitas summa, miseria et pernicies eveniat. Verba sunt desumta e loco Psalm. LXIX. 23. Ita *σκάνδαλον* etiam sumitur in versione Alex. Jos. XXIII. 13. 3) *omne impedimentum,* ita, ut de rebus et de personis adhibeatur. Matth. XVI. 23. ubi Christus Petro, qui eum deterrere studeat, ne se interfici sineret, dicit: *σκάνδαλόν μου εἶ,* h. e. tu mihi jam impedimento es, tu avocare me studes a consilio parendi voluntati divinæ, seu, ut etiam verti posset: tu mihi das consilia mala, inutilia et perniciosa. 1 Cor. I. 23. doctrina de morte

Christi cruenta in cruce dicitur esse Ἰουδαίοις σκάνδαλον, h. e. impedimentum veræ cognitionis et assensus, causa, cur multi Judæi repudient doctrinam christianam. Galat. V. 11. τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ narratio de Christo, in crucem acto, quippe quæ multos impediebat, quominus doctrinam de Jesu amplecterentur. 4) *omne, quo quis in errorem,* vel *peccatum inducitur, omnia incitamenta ad impietatem, sive sint actiones, sive sermones, sive ipsi homines, qui alios vitiositate sua corrumpunt.* Speciatim vero ita dicitur *omne, quod efficit et occasionem præbet, ut aliquis desciscat a religione christiana,* v. c. *calamitates, persecutiones, denegatio humanitatis officiorum,* etc. Matth. XIII. 41. συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα ex ejus regno colligent omnes impios, qui aliis errandi et peccandi occasionem præbent; uti statim in sequentibus explicatur a Jesu, additis verbis: καὶ τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν, coll. v. 38. ib. XVIII. 7. οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων κ. τ. λ. quem locum de calamitatibus et persecutionibus christianorum et omnibus, quæ christianos ad defectionem a religione christiana tunc sollicitare poterant, explicandum esse, jam recte observavit Nœsseltus in Opusculis ad interpretationem Script. Sacr. T. I. p. 16 seq. Idem valet de loco Luc. XVII. 1. Rom. IX. 33. et 1 Petr. II. 7. coll. v. 8. Christus dicitur πέτρα σκανδάλου, quatenus multi Judæi, inprimis humili Christi conditione in his terris decepti, et suis præoccupatis opinionibus abrepti, doctrinam ejus rejiciebant et ita sibimet ipsi miseriam contrahebant. Rom. XIV. 13. τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον ne ullam christianis peccandi, aut errandi occasionem præbeatis. ibid. XVI. 17. τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα ποιοῦντας ab hominibus factiosis et alios doctrina sua pariter ac vita corrumpentibus. 1 Joh. II. 10. καὶ σκάνδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστι et purus est ab omni scelere et vitiositate. Apoc. II. 14. σκάνδαλον βαλεῖν auctorem peccandi existere, seu: ad idolorum cultum sollicitare. Sic quoque מִכְשׁוֹל accipitur Ezech. XLIV. 12. ubi sermo est de iis, qui, dum ipsi idolis suis immolarunt, occasionem præbuerunt, ut Israëlitæ idem facerent. ib. XIV. 3, 4. XVIII. 30. Adde Jud. II. 3. Sæpius in N. T. non legitur. Confer Vorstii Philol. Sacr. c. 3. p. 87 seq. ed. Fischeri et Tob. Eckhard. Tech. Sacr. p. 124.

ΣΚΑ'ΠΤΩ, fut. ά-ψω, 1) proprie: *fodio, fodico,* (ut explicatur in Gloss. Vet.) unde σκαφὴ *fossa* et σκαπτὴρ ac σκαφεὺς *fossor.* Luc. VI. 48. ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε qui, alte effodiens. ibid. XIII. 8. ἕως ὅτι σκάψω περὶ αὐτὴν donec fodiam circa illam, seu donec eam ablaqueavero; nam σκάπτειν περὶ τὸ δένδρον est Latinorum *ablaqueare* et significat: fodiendo circa radices arboris removere a terra omnia, quæ ejus fertilitatem impedire valeant. Vites non ablaqueatæ ἄσκαφοι ἄμπελοι vocantur Straboni L. XI. pag. 346. Alex. Ies. V. 6. καὶ οὐ μὴ τμηθῇ οὐδ' οὐ μὴ σκαφῇ, ubi in Hebraico est נֶעְדַּר quod metaphorice notat *fossus, sarritus, pastinatus fuit.* 2) *terram fodio, agriculturam exerceo.* Luc. XVI. 36. σκάπτειν οὐκ ἰσχύω agriculturam exercere nequeo. Aristoph. Aves v. 1430. τί γὰρ πάθω, σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. Schol. ἀντὶ τοῦ, οὐ δύναμαι. Geopon. II. 24. Xenoph. Œcon. 23. Athenæus IV. p. 184. F. Lucian. Timon. 7. Cf. Schwarzii Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1221. et Wetstenii N. T. T. I. p. 762 seq. Sæpius in N. T. non legitur. — Hesych. σκάπτειν ὀρύσσειν.

ΣΚΑ'ΦΗ, ης, ἡ, *scapha,* (Cic. ad Herenn. I. et de Invent. II. 51. Petronius 102.) *cymba, linter, genus naviculæ levioris, qua nautæ maxime uti solent ad littora exploranda,* a σκάπτω *fodio, excavo,* quia cavatur ex una arbore, seu trabe, unde hæ naves *trabariæ* et μονόξυλα dicuntur. Vide Schefferum de Mil. Nav. I. 3. p. 23 seq. Ter tantum legitur in N. T. Act. XXVII. 16. μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης ægre potuimus obtinere scapham. *Græcis,* inquit Erasmus ad h. l. *σκάφη duo significat: ligonem et navigii levioris genus, a verbo σκάπτω fodio: nam ligo fossorium est instrumentum, et scaphæ fiunt e trunco excavato.* Bullingerus in Act. l. l. ait: *Scaphæ dicuntur naviculæ piscatoriæ, atque illæ etiam, quæ navibus onerariis usui sunt in littore petendo, quoties vadosis locis prohibitæ majores appellere nequeunt, quod genus apud nos sunt lintres, e solido trunco cavatæ, et ad celerrimam trajectionem accommodatæ.* Præterea legitur Act. XXVII. 30 et 32. Plutarch. T. VI. pag. 678. et T. VIII. pag. 39. ed. Reisk. Gloss. Vet. σκάφη, τὸ πλοιάριον, *alveus, alveum, cimba,* pro *cymba.* Conf. Gloss. Philoxen. s. v. *Cumba.*

ΣΚΕ'ΛΟΣ, εος, τὸ, plur. σκέλεα, η, τὰ, *crus, pes, quicquid a coxendicis osse usque ad extremos pedis digitos pertinet,* (Aristot. Hist. Anim. I. 15.) *ita, ut,* auctore Polluce, *femur,* μηρὸν, *genu,* γόνυ, *tibiam,* κνήμην, *talum* σφυρὸν *et* πόδα, *pedem cum digitis complectatur.* Ter tantum in N. T. legitur. Joh. XIX. 31. ἵνα κατεαγῶσιν αὐτῶν τὰ σκέλη ut frangerentur crura eorum, ad accelerandam nempe mortem. ib. v. 32 et 33. οὐ κατέαξαν αὐτοῦ τὰ σκέλη non confregerunt ejus crura. Alexandrini usi sunt hac voce pro שׁוֹק *armus, crus,* Prov. XXVI. 7. כְּרָעַיִם *crura,* Levit. XI. 21. Amos III. 12. רֶגֶל *pes,* 1 Sam. XVII. 6. Ezech. I. 7. קַרְסֹל *talus, malleolus pedis,* 2 Sam. XXII. 37. et יָרֵךְ *femur,* Ezech. XXIV. 4. Hesych. σκελῶν ποδῶν. Tribuitur σκέλος apud GG. non solum *animalibus,* (v. c. Xenoph. de Re Equ. I. 4.) sed etiam *hominibus,* Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 7. et Polyb. I. 80. 13.

ΣΚΕ'ΠΑΣΜΑ, τος, τό. Latissime patet hæc vox et *omne omnino tegumentum* notat, *omne, quo corpus tegimus ac defendimus adversus tempestatis injuriam,* e. g. velamen, amictus, domus, tectum (Philo de Vit. Contemplat. T. II. pag. 477. 16.) etc. a σκεπάζω *tego, velo, operio.* Semel tantum in N. T. legitur 1 Tim. VI. 8. ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα habentes nutrimenta et tegumenta. Eodem modo τροφὴν et σκεπάσματα conjunxit Sext. Empir. L. IX. c. 1. n. 90. p. 572. Adde Aristot. Polit. VII. 17. et de Anim. Mot. c. 7. Conf. Wakefield. Silvam Criticam P. III. p. 142.

ΣΚΕΥΑ͂Σ, ᾶ, ὁ, *Sceva.* Nomen proprium cujusdam Judæi, principis sacerdotum, qui semel tantum memoratur in N. T. Act. XIX. 14. origine Græcum, (vide Wetstenii N. T. T. II. p. 581.) idem significans, quod *instructus, paratus,* a σκευάζω *paro, instruo.*

ΣΚΕΥΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie et generatim: *apparatus, quo aliquis instructus est, ornatus,* (de *ornamentis* et *mundo mulierum* legitur apud Symmachum Ies. LXI. 10.) *habitus, cultusque corporis,* a σκεῦος *vas,* quod vide. Thucyd. I. c. 6. Suid. σκευὴ ὅπλισις, ἢ στολή. 2) speciatim: *armamenta navis,* seu *omne id, quo*

navis instrui, armari ac onerari solet, quod alias φορτίον et γόμος dicitur. Semel tantum legitur in N. T. Act. XXVII. 19. τὴν σκευὴν τοῦ πλοίου ἐῤῥίψαμεν apparatum, quo navis erat instructa, ejiciebamus, i. q. una voce ἀποσκευάζεσθαι dicitur. Confer Suidam s. h. v. In versione Alex. Jon. I. 5. τὰ σκεύη vocatur: καὶ ἐκβολὴν ἐποιήσαντο τῶν σκευῶν, τῶν ἐν τῷ πλοίῳ; et a Latinis mox *arma*, (Virgil. Æn. V. 15.) mox vero *armamenta*, ut apud Plautum Mercat. Act. I. Sc. 2. v. 61 et 79. ad imitationem Græci ὅπλα, quod scholiastes Homeri Odyss. β, v. 390. τὴν σκευὴν τῆς νηὸς explicavit. Sic σκευὴν usurpatur quoque apud Demosthenem de Falsa Legatione p. 212. οὐ τριήρεις τριακόσιαι καὶ σκευὴ ταύταις καὶ κτήματ' ὑμῖν περίεστι. Usitatius vero apud Græcos in hac re est vocabulum σκεῦος, v. c. apud Ælian. V. H. VI. 12. σκεύη δὲ εἶχεν ἕτοιμα ναυσὶν ἄλλαις πεντακοσίαις. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 643.

ΣΚΕΥ῀ΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie: *vas quodvis, in quo aliquid recipi potest, sive ligneum, sive lapideum, aut fictile,* ein Gefäss, *a vessel.* Suid. σκεῦος· χωρητικόν τινος εἴδους ἀγγεῖον. Luc. VIII. 16. καλύπτει αὐτὸν σκεύει candelam operit vase, coll. Marc. IV. 21. ὑπὸ τὸν μόδιον. Joh. XIX. 29. σκεῦος οὖν ἔκειτο ὄξους μεστὸν in promtu erat vasculum vini vilioris. Act. X. 11. σκεῦός τι, ὡς ὀθόνην μεγάλην vas aliquod, ut linteum magnum. ibid. v. 16. XI. 5. Rom. IX. 21. 2 Tim. II. 20, 21. Apoc. II. 27. ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ ut vasa fictilia. 2) per synecdochen: *quodvis utensile, omnis apparatus, unumquodque instrumentum, omnia, quibus aliquid instructum esse debet et ornatum.* Sic v. c. legitur in N. T. Matth. XII. 29. et Marc. III. 27. καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι et utensilia, seu supellectilem (seu, ut aliis placet, *belli apparatum, arma,*) ejus diripere. Marc. XI. 16. καὶ οὐκ ἤφιεν, ἵνα τις διενέγκῃ σκεῦος διὰ τοῦ ἱεροῦ nec permittebat, ut aliquis perferret aliquod vas per templum. Luc. XVII. 31. καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ. Hebr. IX. 21. πάντα τὰ σκεύη τῆς λειτουργίας omnia utensilia, quæ ad cultum Dei publicum adhibebantur. Apoc. XVIII. 12. Æque late patet hæc vox in scriptoribus Græcis (conf. Athen. Deipnosoph. Lib. XIV. 17. et Reiskii Indicem Græcit. Demostheneæ p. 687.) et in versione Alex. in qua v. c. de *ligone,* (e. g. 1 Sam. XIII. 20, 21. ubi Hebraico אֵת *ligo* respondet.) de *pharetra et arcu,* (Genes. XXVII. 3.) *supellectile domus,* (ibid. XXXI. 36.) *armis bellicis,* (Deut. I. 41.) *vestimentis,* (Deut. XXII. 5. Sirac. XLV. 10.) *instrumentis musicis* (2 Chron. V. 13. et Psalm. LXXI. 20.) et aliis, his similibus, adhibetur. Cf. Georgii Vindic. N. T. Lib. II. c. 1. § 37. p. 84. — Quodsi autem σκεῦος de *navigio* usurpatur, vel generatim *vela navis cum rudentibus et antennis,* (Xenoph. Œcon. VIII. 13. Confer Steph. le Moyne ad Varia Sacra p. 352 seq.) vel speciatim *malum navis* significat. Sic legitur in N. T. Act. XXVII. 17. ubi verba χαλάσαντες τὸ σκεῦος vel verti possunt: demiserunt et laxarunt nautæ vela navis cum rudentibus et antennis; vel: postquam demiserunt malum. Posteriorem explicationem suadent verba commatis 40. καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ, et versionis Syriacæ auctoritas, in qua pro σκεῦος legitur vocabulum ܐܪܛܡܘܢ, corruptum ex Græco ἀρτέμων. Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 138. verba χαλάσαντες τὸ σκεῦος vertere mavult: *demittentes ancoram,* seu *ancoras:* nec negari potest, ad τὰ σκεύη etiam *ancoras* pertinuisse, quod etiam testatur Julius Pollux in Onom. Lib. I. c. 9. p. 28. Confer Wolfii Curas Criticas et Philol. in N. T. Vol. I. p. 1374. Hinc per metaphoram hoc nomine insignitur 3) *corpus humanum,* quatenus est instrumentum, ὄργανον, quo animus humanus agit. Sic legitur in N. T. 2 Cor. IV. 7. ὀστράκινα σκεύη vasa fictilia, h. e. corpus vile, caducum, multis miseriis et calamitatibus obnoxium. 1 Thess. IV. 4. τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ corpore suo honeste ac decenter uti. Eodem modo non solum Hebraicum כְּלִי 1 Sam. XXI. 6. et σκεῦος apud Græcos usurpatur, ut idoneis exemplis docuit Gatakerus ad M. Antoninum III. 4 p. 289. sed etiam *vas* apud Latinos adhibetur, v. c. apud Lucret. III. 441. et Cic. Tuscul. Quæst. I. 5. Confer Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 970. Schotti Adagialia Sacra N. T. p. 119. et Steph. le Moyne ad Varia Sacra pag. 628 seq. 4) *ipse homo,* vel *hoc respectu, quia ejus ministerio aliquid effici potest, aut ejus opera utimur,* vel *quatenus aliqua re dignus est, aut destinatus alicui rei.* Sic legitur in N. T. Act. IX. 15. σκεῦος ἐκλογῆς (h. e. ἐκλεκτὸν) μοι ἐστὶν οὗτος illum enim mihi instrumenti loco elegi, cujus ministerio et opera in convertendis ethnicis usurus sum. Simili modo apud Ies. XIII. 5. כְּלֵי זַעְמוֹ יְהוָה instrumenta vindictæ divinæ dicuntur. Polyb. Excurs. de Virtutt. et Vit. p. 1402. Δαμοκλῆς, ὁ μετὰ Πυθίωνος πεμφθεὶς κατάσκοπος πρὸς Ῥωμαίους, ὑπηρετικὸν ἦν σκεῦος, εὐφυὴς κ. τ. λ. Confer Vorstii Philol. Sacr. c. 2. p. 33. ed. Fischeri. Rom. IX. 22. σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν sunt homines, pœna divina digni, qui sua culpa sibi perniciem consciscunt, et ibid. v. 23. σκεύη ἐλέους sunt homines, favore divino digni et quibus destinata sunt a Deo beneficia. Huc etiam a nonnullis refertur locus 1 Thess. IV. 4. ubi plerique interpretes, v. c. Heinsius, Wetstenius, Koppius, σκεῦος de *uxore* interpretantur, quæ comparanda sit, ut cum ea maritus honeste atque decenter vivere possit. Negari quidem non potest, Judæos *uxorem* כְּלִי (addito tamen semper mariti nomine) dicere consuevisse, ut vel e locis apparet, quæ ex Megilla Fol. 12. 2. et Sohar Levit. Fol. 38. col. 38. Wetstenius (N. T. T. II. p. 302.) et Schœttgenius attulit in Horis Hebr. et Talmud. Vol. I. p. 827. qui et ipse hanc interpretationem adoptat: sed quia præcesserunt verba: ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας, et v. 5. additur: μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, verosimile est, verba εἰδέναι ἕκαστον — — — καὶ τιμῇ tam ad cœlibes, quam ad maritos pertinere, adeoque de recto et honesto corporis humani usu accipienda esse, ut jam recte vidit Theodoretus ad h. l. qui, τινὲς, inquit, τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος τὴν ὁμόζυγα ἡρμήνευσαν. ἐγὼ δὲ νομίζω, τὸ ἑκάστου σῶμα —— οὕτως αὐτὸν κεκληκέναι. Οὐ γὰρ τοῖς γεγαμηκόσι μόνοις τὴν νομοθεσίαν προσφέρει. Conf. Salmasium de Fœnore Trapezitico pag. 156 seq. et Vorstium l. l. p. 31 seq. Magis huc pertinere videtur locus 1 Petr. III. 7. ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ, pro τῷ γυναικείῳ σκεύει, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει mulieribus, quæ infirmiorem generis humani partem constituunt. Multo enim magis verosimile est, σκεῦος h. l. de *persona* accipiendum esse, quam cum Vorstio (Philol. Sacr. c. 2. p. 29 seq.) statuere, pro χρῆμα, seu πρᾶγμα abundanter positum esse. Polyb. XIII. 5. 7. et XV. 25. 2. (ubi vid. Schweighæuserus) σκεῦος ὑπηρετικὸν de *ministro,* per

contemtum. 5) interdum reticetur, v. c. Marc. XIV. 13. post κεράμιον. Diog. Laërt. VI. c. 2. et Juvenal. Sat. X. v. 25. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΚΗΝΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *tentorium, tabernaculum*, sive ex frondibus, sive ex alia materia factum, ad avertendam pluviam, vel faciendam umbram, a σκιὰ *umbra*, aut, quod aliis magis placet, a שָׁכַן *habitavit*, unde מִשְׁכָּן *habitaculum, tabernaculum*. Hesych. σκηνή· ἡ ἀπὸ ξύλων, ἢ περιβολαίων οἰκία. Sic legitur in N. T. Matth. XVII. 4. ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς figamus hic tria tabernacula. Eadem sententia legitur Marc. IX. 5. et Luc. IX. 33. Act. VII. 44. ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου tabernaculum legis, seu sacrum, quod Moses exstrui curaverat et quo Israëlitæ in deserto usi erant. Hebr. XI. 9. ἐν σκηναῖς κατοικήσας μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ vitam scenicam agens cum Isaaco et Jacobo. Apoc. XV. 5. ὁ ναὸς τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. In versione Alex. respondet in hac significatione Hebraico אֹהֶל *tentorium, tabernaculum*, Genes. IV. 19. XXVI. 25. Exod. XXXI. 7. XXXIII. 7. מִשְׁכָּן *habitaculum*, Exod. XXXVIII. 21, 31. XL. 2. et סֻכָּה *tugurium*, Genes. XXXIII. 17. Levit. XXIII. 24, 42, 43. 2) κατ' ἐξοχὴν *tabernaculum fœderis*. Hebr. VIII. 5. μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνὴν cum exstruere vellet tabernaculum fœderis. ibid. IX. 21. Eodem modo אֹהֶל nude positum, usurpatur Exod. XXX. 16, 18, 20, 26. XXXIII. 7. 2 Paral. V. 4. et מִשְׁכָּן Exod. XXVI. 1, 6, 7, 15. etc. 3) *templum Hierosolymitanum*, sine dubio ideo, quia primum templum Mosaicum tabernaculi, seu tentorii formam habebat, aut quia præcipua sedes Dei a Judæis habebatur. Etiam *singulæ templi Hierosolymitani* σκηναὶ מִשְׁכְּנוֹת et ab Alexandrinis σκηνώματα Ps. XLIII. 3. vocabantur. Hebr. IX. 1. ἡ πρώτη σκηνὴ pars anterior templi Hierosolymitani, quæ *sanctum* vocabatur. ibid. v. 3. σκηνὴ, ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων pars templi, quæ dicebatur sanctum sanctorum. ibid. v. 6. εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν in sanctum. ibid. XIII. 10. οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες sacerdotes et Levitæ. 4) *œconomia Mosaica*. Hebr. IX. 1. εἶχε μὲν οὖν καὶ ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα λατρείας, τό, τε ἅγιον κοσμικόν. ibidem v. 8. ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν quamdiu valeret œconomia Mosaica. 5) *templum*, et ex adjuncto: *omnis locus, in quo Deus sancte et religiose colitur et præsentiam suam gratiose exserit*. Hinc metaphorice in N. T. *cœlum*, tanquam habitaculum Dei et piorum, Hebr. VIII. 2. ἡ σκηνὴ ἡ ἀληθινὴ vocatur, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωπος; et Christus ibid. IX. 11. intrasse dicitur διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, κ. τ. λ. h. e. in cœlum. 6) *templum portatile, sacellum, in quo statua Dei posita erat*, quod Græcis ναΐσκος dicitur. Act. VII. 43. ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ Molochi suscepistis sacella. Confer quæ ad hunc locum illustrandum prolata sunt a Wesselingio ad Diod. Sic. XX. c. 65. 7) *palatium*, et ex adjuncto: *imperium, respublica*. Act. XV. 16. ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν et instaurabo palatium Davidis collapsum, h. e. restituam rempublicam Judaicam pristino splendori. Verba desumta sunt ex Amos IX. 11. ubi verba Hebr. בַּיּוֹם הַהוּא אָקִים אֶת־סֻכַּת דָּוִיד הַנֹּפֶלֶת eundem sensum habent. 8) *omnis habitatio, omne domicilium, omnis locus, ubi aliquis est et commoratur*. Polyb. XII. 9. 4. et XXXI. 22. 2. Luc. XVI. 9. ἵνα δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνὰς ut recipiamini in æterna habitacula, seu in sedes beatorum. De sedibus in his terris σκηνὰς αἰωνίους interpretatus est J. Carol. Zeune in Diatribe sub tit. Σκηνὰς αἰωνίους Luc. XVI. 9. non in sedibus beatorum esse quærendas, sed in his terris. Lips. 1768. 4. Apoc. XIII. 6. τὴν σκηνὴν Θεοῦ domicilium Dei, h. e. cœlum, nam sequitur: καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ κατοικοῦντας. ibid. XXI. 3. ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων ecce Deus tentorium figet inter homines, h. e. Deus hominibus adesse benevole et perpetuo vult et ab iis sancte ac pie coletur. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. σκηνάς· καταγωγάς, οἰκήματα.

ΣΚΗΝΟΠΗΓΙ'Α, ας, ἡ, *scenopegia*, 1) proprie: *tabernaculorum*, seu *tentoriorum fixio*, ex σκῆνος *tabernaculum, tentorium*, et πηγνύω, vel πήγνυμι *figo*. 2) *festum tabernaculorum*, aut: *festum a tabernaculis figendis dictum*, quod a Judæis quotannis admodum religiose inde a 15 die mensis Tisri agebatur (unde a Josepho A. J. VIII. c. 4. § 1. ἑορτὴ σφόδρα παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ἁγιωτάτη καὶ μεγίστη vocatur,) et ita dicebatur a figendis tabernaculis, ex frondosis arborum ramis confectis, sub quibus Judæi octiduum fere commorabantur et honestæ hilaritati se dabant, partim in grati animi tesseram, pro larga frugum collectione, (unde etiam festum collectionis חַג הָאָסִף a Mose dicitur Exod. XXIII. 16. Conf. Michaëlis libros de Jure Mosaico T. IV. § 197. p. 142.) partim in memoriam commorationis ipsorum sub tentoriis in deserto per quadraginta fere annos, unde Hebraice חַג הַסֻּכּוֹת Deut. XVI. 16. XXXI. 10. Zach. XIV. 16, 18, 19. et in libris Apocryphis mox ἡ τῆς σκηνοπηγίας ἑορτὴ, (3 Esr. V. 75. 1 Macc. X. 21.) mox, ut in N. T. libris, σκηνοπηγία, (2 Macc. I. 9, 18.) vocatur. Confer Fabri Archæolog. Hebr. pag. 155 seq. Ultimus diei (qui *Hosanna* vocabatur) hujus festi (cujus institutionem et ceremonias enarrat Josephus A. J. III. c. 10. § 4.) præ cæteris solemnis fuit, (Lev. XXIII. 36.) quo libatio aquæ נסיך המים fiebat, quæ ex fonte Siloa hausta, inter plausus populi præsentis festivos, a sacerdotibus in altare profundebatur, (conf. I Sam. VII. 6. et Ies. XII. 3.) de qua lectu digna habet Wetstenius ad Joh. VII. 2. ubi semel tantum hæc vox in N. T. reperitur. Confer J. B. Dachs in Comment. ad Codicem Succa, seu de Tabernaculorum Festo. Plutarchum in Sympos. Lib. IV. Joh. Wilh. de Neve de Festo Tabernaculorum, Berolin. 1714. et Lakemacherum in Obss. Philol. P. I. p. 17 seq.

ΣΚΗΝΟΠΟΙΟ'Σ, οῦ, ὁ, *fabricator tabernaculorum, qui conficit tentoria minora portatilia, ex corio, aut ex alia materia, quibus utebantur viatores in terris orientalibus, solis æstui maxime expositis, ob raritatem deversoriorum*. Compositum est e σκηνὴ *tentorium* et ποιέω *conficio*, unde σκηνοποιέω *tabernaculum conficio, fabricor*. Semel tantum in N. T. legitur Act. XVIII. 3. ἦσαν σκηνοποιοὶ (κατὰ) τὴν τέχνην erant tentoriorum confectores opificio. Vulgatus vertit: *erant autem scenofactoriæ artis*. Syrus transtulit: ܒܐܘܡܢܘܬܗܘܢ ܕܝܢ ܥܒܕܝ ܡܫܟ̈ܢܐ ܗܘܘ *artificio autem suo conficientes tabernacula erant*. Chrysostomus Homil. V. de S. Paulo interpretatus est per σκηνοῤῥάφον *consutorem tentoriorum*, e

pannis nimirum lineis, aut laneis, vel maxime e pellibus; qua voce etiam usus est Ælian. V. H. II. 1. Cf. Saubertum in Opp. Posthum. p. 143. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 981. Wetstenii N. T. T. II. p. 574. et Cotelerium ad Constitutt. Apostol. II. 63. — Lutherus hanc vocem de *stragulario* interpretatus est, et alii *textorem* explicant. Substantivum σκηνοποιΐα *rationem ponendorum tentoriorum* notat apud Polybium VI. 28. 3. Alio sensu voce σκηνοποιὸς usus est Pollux VII. 190. nempe de machinatoribus et scenarum apparatoribus.

ΣΚΗ͂ΝΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie: *tentorium, tabernaculum, umbraculum*, a σκηνὴ, quod vide. 2) *habitaculum quodcunque, domicilium, sedes.* Hesych. σκήνους· οἰκητηρίου. 3) metaphorice *corpus humanum* ita vocatur, quia est habitaculum animi nostri et quia caducum est et, ad breve tempus durans, maximam cum tentorio similitudinem habet, quod mox figitur, mox vero refigitur. Sic bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. V. 1. ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους (Syrus habet: ܕܦܓܪܐ *corporis.*) καταλυθῇ etsi corpus hocce terrestre dissolvitur. ibid. v. 4. οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει qui adhuc hoc corpore vestiti sumus, seu, qui adhuc in his terris vivimus. Sapient. IX. 15. τὸ γεῶδες σκῆνος terrenum corpus. Similiter Plato corpus γήϊνον σκῆνος appellavit, teste Clemente Alex. Strom. Lib. V. p. 593. Maxim. Tyrius Diss. XXXVIII. p. 396. οὐ δήπου εἰκὸς τὸ ὁμοιότατον αὐτῷ περιβαλεῖν τὸν Θεὸν σκήνει ἀτοπωτάτῳ, ubi vid. Davisius. Æschin. Socr. Dial. III. 5. τὸ δὲ σκῆνος τουτὶ πρὸς κακὸν περιήρμοσεν ἡ φύσις, ubi confer Indicem Fischeri. Hippocr. Aphorism. VIII. 18. ἀπολείπουσα ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος σκῆνος. Conf. Pearce ad Longinum p. 102. n. 1. Barnesium ad Eurip. Heraclid. v. 690. Foësii Œcon. Hippocr. p. 340. J. H. Maii Obss. Sacr. Lib. IV. p. 50 seq. Wetstenius N. T. T. II. p. 188 seq. et Wolfii Curas Philol. Vol. II. p. 601. Apud Græcos scriptores σκῆνος interdum quoque de *animalium corpore* usurpatur, v. c. apud Ælianum Hist. Anim. V. c. 3. ἀχρεῖον δ' ἐστὶ τὸ λοιπὸν τοῦ ζώου σκῆνος. Hesychius: σκῆνος· σῶμα. Etym. M. p. 716. ed. Sylburgii: σκῆνος· καὶ τὸ σῶμα, παρὰ τὸ σκήνωμα καὶ σκηνὴν εἶναι τῆς ψυχῆς, οἷον οἰκητήριον. Lex. Cyrilli MS. Brem. σκῆνος· οἰκητήριον, σῶμα.

ΣΚΗΝΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *tentorium figo, tendo*, a σκηνὴ, quod vide supra. Sic legitur apud Alexandrinos Genes. XIII. 12. ubi pro verbis וַיֶּאֱהַל עַד־סְדֹם *et tentoria fixit*, seu *tetendit, usque ad Sodomam*, habent: καὶ ἐσκήνωσεν ἐν Σοδόμοις. אָהַל enim notat: *tentorium figere, tendere et movere.* Polyæn. VII. 21. 6. 2) *in tabernaculo habito*, et in genere: *habito, inhabito, domicilium et sedem habeo.* Hoc sensu usurpatur ab Alex. pro שָׁכַן *habitavit.* Jud. V. 17. πέραν τοῦ Ἰορδάνου κατεσκήνωσεν, et ib. VIII. 11. σκηνούντων ἐν σκηναῖς. 3) *commoror, vivo, dego, maneo.* Joh. I. 14. καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν et inter nos versatus est. Quo pertinere videtur glossa Hesychii: ἐσκήνωσεν, ᾤκησεν. Apoc. XII. 12. οἱ οὐρανοὶ καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες. ibid. XIII. 6. Xenoph. Anab. V. 5. 7. σκηνοῦν ἐν ταῖς οἰκίαις. Id. Cyrop. VIII. 3. 4. 4) ut Hebraicum שָׁכַן Zach. II. 14. VIII. 4. Ies. VIII. 18. metaphorice: *Deus*, aut *Christus* dicitur *inter homines commorari et tentorium suum figere, quatenus hominibus perpetuo et benevole adest eosque bonis omnis generis ornat, et ab hominibus sancte ac pie colitur.* Sic legitur in N. T. Apoc. VII. 15. καὶ λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ, καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου σκηνώσει ἐπ' αὐτούς. ibid. XXI. 3. καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν, sc. ὁ Θεός. Sæpius in N. T. non reperitur hoc vocabulum. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 839.

ΣΚΗ͂ΝΩΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *tabernaculum, tentorium, ex quacunque materia.* Est enim verbale a prima pers. perf. pass. ἐσκήνωμαι, verbi σκηνόω, quod vide. Sic legitur non solum in versione Alex. pro Hebraico אֹהֶל *tentorium*, Gen. IX. 27. Deut. XXXIII. 18. sed etiam apud Xenoph. Anab. II. 2. 9. 2) *domicilium, habitaculum quodvis, habitatio, locus habitationis, locus, ubi tentorium figi potest.* Hesych. σκήνωμα· οἴκημα, οἶκος, τόπος. Xenoph. Anabas. VII. 4. 12. In hac significatione respondet apud Alexandrinos Hebraico מִשְׁכָּן *habitaculum*, Job. XXI. 28. καὶ ποῦ ἐστιν ἡ σκέπη τῶν σκηνωμάτων τῶν ἀσεβῶν, et אֹהֶל Ps. LI. 1. LXVIII. 30. Adde Judith XIV. 7. 3) metaphorice: *templum*, in quo Deus habitare et ibi præsentiam suam insigni modo exserere a Judæis credebatur. Sic legitur in N. T. Act. VII. 46. ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακὼβ volebat exstruere templum Deo Jacobi. Conf. v. 47. Ita מִשְׁכָּן quoque sumitur Ps. CXXXII. 5. Suid. σκῆνος· σκήνωμα. σκήνωμα τοῦ Θεοῦ· ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ. Theodoretus ad Psalm. XIV. 1. σκήνωμα τὸν τοῦ Θεοῦ προσαγορεύει ναόν. 4) *corpus humanum.* Sic legitur in N. T. 2 Pet. I. 13. ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι dum adhuc in his terris vivo. ibid. v. 14. εἰδὼς, ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου scio enim, seu sentio, me brevi moriturum esse. Vide supra dicta ad σκῆνος. Fischeri Prolus. XXVII. de Vitiis Lexicorum N. T. pag. 615 seq. et Wolfii Cur. Philol. et Crit. in N. T. T. IV. p. 109. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΚΙΑ', ᾶς, ἡ, 1) *umbra*, unde σκιάζω *obumbro.* Marc. IV. 32. ὥστε δύνασθαι ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῦν ut sub umbra ejus aves adeo commorari, aut nidificare possint. Σκιὰ h. l. *ramos frondosos* notat: nam in locis parallelis Matth. XIII. 32. et Luc. XIII. 19. legitur ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ. Act. V. 15. ἵνα ἐρχομένου Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν ut venientis Petri vel umbra obumbraret aliquem eorum. Respondet Hebraico צֵל *umbra* in versione Alexandrina Jud. IX. 15, 36. Job. III. 5. VII. 2. 2) *caligo, tenebræ.* Huc pertinet formula σκιὰ θανάτου *umbra mortis*, quæ, respondens Hebraico צַלְמָוֶת (Alex. Job. XVI. 16. Symmach. Job. XXIV. 16. Aquila Ps. XLIII. 20.) proprie *noctem caliginosam, densissimas tenebras* significat, ex opinione Judæorum veterum, qui tartarum densissimis tenebris tegi fingebant, deinde vero ad *omnem statum, admodum miserum ac calamitosum*, speciatim vero in N. T. ad *statum miserrimum hominum ante conversionem ad religionem christianam* transfertur. Matth. IV. 16. τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου. Luc. I. 79. τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις. Suidas: σκιὰ θανάτου· οἱ πρὸς θάνατον ἄγοντες κίνδυνοι. Ex Theodoreto ad Psal. XLIII. 20. — Jam, quia in umbra imperfectum corporis exemplar cernitur, hinc σκιὰ 3) metaphorice notat *omnem levem adumbrationem, symbolicam expressionem, imaginem levem ac obscuram alicujus rei*, et opponitur σώματι, *corpori*, seu *rei, hac imagine adumbratæ.* Sic legitur in N. T. Coloss.

II. 17. ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ in quibus omnibus est adumbratio et typus futurorum, res ipsa vero, hac imagine adumbrata, in religione christiana reperitur. Zonaras Lexic. col. 1654. καὶ σκιὰ ὁ τύπος παρὰ τῷ ἀποστόλῳ· σκιὰν γὰρ ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ὅ ἐστι τύπον. Hebr. VIII. 5. templum Hierosolymitanum σκιὰ τῶν ἐπουρανίων dicitur, quatenus ad exemplum præstantioris templi cœlestis, Mosi in monte Sinai a Deo monstratum, exstructum erat. Conf. sequentia. ib. X. 1. σκιὰ et αὐτὴ ἡ εἰκὼν τῶν πραγμάτων disjunctorum vim habent, ita, ut hoc ipsam formam rerum archetypam, illud vero levem rerum adumbrationem significet. Conf. Bocharti Geogr. Sacram Lib. I. c. 6. Zornii Bibliothecam Antiquario-Exegeticam Tom. I. p. 637. Hesych. σκιά· σκίασις, ἐπιφάνεια τοῦ χρώματος ἀντίμορφος. Apud Græcos scriptores σκιὰ metaphorice de *rebus, quæ nihil sunt nihilque solidi habent, de rebus vanis,* ut *umbra* apud Latinos, usurpatur. Sic Philostrat. Vit. Sophist. I. c. 20. s. 1. ὅτι σκιὰ καὶ ὀνείρατα αἱ ἡδοναὶ πᾶσαι. Cicero in Pison. c. 24. "omnes umbras falsæ gloriæ consectari." Id. pro Muren. c. 6. et Offic. III. c. 17. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΚΙΡΤΑ'Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) *salio, exsilio, exsulto.* Proprie de *pecudibus lascivientibus et salientibus* usurpatur, deinde vero etiam ad *homines, præ gaudio salientes ac tripudiantes,* etiam *saltantes,* transfertur, a σκαίρω *salio, tripudio.* Alex. Malach. IV. 2. σκιρτήσετε ὡς μοσχάρια. Joël. I. 17. ἐσκίρτησαν δαμάλεις. Jerem. L. 11. ἐσκιρτήσατε ὡς βοΐδια ἐν βοτάνῃ. Psalm. CXIII. 4. Eurip. Phœn. ver. 1142. Herodian. IV. cap. 11. s. 5. πᾶν τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων πρός τε αὐλοὺς καὶ σύριγγας ἐσκίρτων εὐρύθμως. Plutarch. Sympos. VII. pag. 161. A. Hesych. σκιρτᾷ· ἅλλεται, ὀρχεῖται, τρέχει. Conf. Küsterum ad Aristoph. Plutum ver. 761. p. 13. et Wetstenii N. T. T. I. p. 652 seq. 2) metaphorice: *animo exsulto,* seu *interiorem animi lætitiam signis externis declaro.* Luc. VI. 23. χάρητε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ σκιρτήσατε gaudete tum et exsultate. 3) *moveo me,* et speciatim de κινήσει fœtus in utero naturali usurpatur. Sic legitur in N. T. Luc. I. 41. ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς infans, quem in utero gestabat, movebatur, velut præ gaudio exsultans. ibid. ver. 44. Alex. Genes. XXV. 22. pro verbis Hebraicis וַיִּתְרֹצֲצוּ הַבָּנִים בְּקִרְבָּהּ *et collidebant se filii in ea,* habent: ἐσκίρτων δὲ τὰ παιδία ἐν αὐτῇ. Symmachus habet: διεπάλαιον. Hesych. σκιρτᾷ· κινεῖται. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΚΛΗΡΟΚΑΡΔΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *durities cordis,* a σκληρὸς *durus* et καρδία *cor.* Aristotel. de Part. Animal. III. 4. Jam, quia καρδία in N. T. libris, ut Hebraicum לֵב haud raro de animo humano usurpatur, etiam σκληροκαρδία 2) metaphorice *duritiem animi,* h. e. *pervicaciam, contumaciam, pertinaciam, animum refractarium* notat. Sic ter tantum in N. T. legitur. Matth. XIX. 8. Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν Moses propter contumaciam vestram, præcepta sapientiæ ac virtutis non admittentem, permisit vobis. Marc. X. 5. XVI. 14. καὶ σκληροκαρδίαν et contumaciam, qua respuebant idonea eorum testimonia, qui Jesum post resurrectionem oculis suis viderant. Respondet in versione Alexandrina formulæ Hebraicæ עָרְלַת לֵבָב *præputium cordis.* Deut. X. 16. Jerem. IV. 4. Adde Sirac. XVI. 11. Adjectivum σκληροκάρδιος apud Alexandrinos legitur pro קְשֵׁה לֵב *durus corde,* Ezech. III. 7. et עִקֵּשׁ לֵב *perversus animo.* Proverb. XVII. 20. Etiam Græci scriptores contumaciam eorum, qui imperio aliorum, auctoritati, monitis ac præceptis parere et obtemperare nolunt, vocabulis, a soliditate et duritie ductis, ipsa natura magistra, indicare solent. Sic Hesiod. Ἔργ. ver. 146. ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν, ubi Tzetzes: τουτέστι σκληρὰν ψυχὴν εἶχον, καὶ ἀκαμπεῖς ἦσαν, ὥσπερ ὁ ἀδάμας. Conf. etiam Eustathium in Odyss. ν', 103. et Urb. Godofr. Siberi Diss. I et II. de σκληροκαρδίᾳ. Viteb. 1697. et 1698. 4.

ΣΚΛΗΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) proprie: *durus, tactui non cedens,* de corporibus, quorum superficies non cedit ad tactum. Sic de *terra* hanc vocem usurpavit Xenoph. Œconom. XVI. 11. De *rigido, cujus membra minus sunt agilia,* legitur apud Eundem de Venat. III. 2. Adde Aristotel. Probl. XXX. 1. 2) metaphorice: *homo severus, austerus, asper moribus, morosus, rigidus, inhumanus.* Sic legitur in N. T. Matth. XXV. 24. ὅτι σκληρὸς εἶ ἄνθρωπος te esse hominem severum et inhumanum. Confer Luc. XIX. 21. ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρὸς εἶ. 1 Sam. XXV. 3. καὶ ὁ ἄνθρωπος σκληρὸς (קָשֶׁה) καὶ πονηρός. Ies. XIX. 4. κυρίων σκληρῶν dominorum, qui sunt immites ac sævi erga subditos. Plutarch. Sympos. VII. 8. pag. 712. B. τὰ σκληρότατα τῶν ἠθῶν. Aristot. Ethic. IV. 8. ἄγριοι καὶ σκληροὶ δοκοῦσιν εἶναι. Athenæus II. pag. 55. F. σκληρὸς ὢν καὶ πάνυ θυμωτικὸς πρὸς τοὺς γνωρίμους. De loco aspero legitur σκληρὸς apud Xenoph. Anab. IV. 8. 19. 3) *vehemens, validus, qui cum impetu venit.* Jacob. III. 4. ὑπὸ σκληρῶν ἀνέμων ἐλαυνόμενα, scil. τὰ πλοῖα, a ventis sævis agitantur naves. Alex. Proverb. XXVII. 16. βορέας σκληρὸς ἄνεμος. Ælian. V. H. IX. 14. ἵνα μὴ ἀνατρέπηται ὑπὸ τῶν ἀνέμων, εἴ ποτε σκληροὶ κατέπνεον. Idem apud Suidam v. Σκληροί· Οἱ ἄνεμοι οἱ σκληροί τε καὶ ἐχθροὶ παραχρῆμα ἐκόπασαν. Herodot. VIII. 12. βρονταὶ σκληραί. Theophr. de Caus. Plant. II. 4. Arrian. Exped. Alex. I. 26. 3. II. 6. 3. χειμὼν σκληρός. Polyb. IV. 21. 5. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 669. 4) *molestus, ingratus, qui alios offendit.* Joh. VI. 60. σκληρός ἐστιν οὗτος ὁ λόγος oratio molesta et odiosa hæc est, qua animi audientium offenduntur. Alii interpretes de *oratione, difficili intellectu et quæ repugnantia asserere videtur,* (conf. de hac notione, quam vocabulum σκληρὸς interdum habet, Aquil. et Symmach. Exod. XVIII. 26. Deut. I. 17. et XV. 18. et Drusii Miscell. Cent. II. cap. 41.) hæc verba explicare malunt, sed hanc explicationem comma 61 et 66. admittere non videtur. Σκληρὸν autem, cum de sermone usurpatur, significare *molestum, durum,* vel, quia cum arrogantia et insolentia profertur, vel, quod rei injucundæ denuntiationem habet, clare docent loca apud Alex. Gen. XXI. 11. XLII. 7. et in Aquilæ Fragmentis Prov. XV. 1. Adde Xen. Mem. II. 1. 20. Eurip. Fragm. 75. πότερα θέλεις σοι μαλθακὰ ψευδῆ λέγω ἢ σκλήρ' ἀληθῆ. Eodem modo etiam *durus* et *duritas* usurpatur apud Ciceron. Orator. 16. Philip. VIII. 5. et pro Murena 29. 5) *noxius, detrimentum afferens.* Act. IX. 5. σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν male tibi consules calcitrando contra stimulum. ibid. XXVI. 14. Conf. Raphelii Obss. Polyb. pag. 894. 6) ut Hebr. קָשֶׁה Jud. II. 19. ubi in codd. vers. Alex. σκληρὸς et πονηρὸς invicem permutantur, *impius, scelestus, malus.* Jud. v. 15. περὶ πάντων τῶν σκληρῶν ὧν ἐλάλησαν de omnibus malis, quæ locuti sunt. Sirac. III. 28. καρδία σκληρά. In versione Alexandrina respondet Hebraico רָשָׁע *impro-*

bus. Num. XVI. 26. et Ps. XVI. 4. *ὁδοὶ σκληραὶ* sunt *viæ impietatis.* Conf. Spicilegium I. Lex. Bieliani a me editum pag. 102. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΚΛΗΡΟ'ΤΗΣ, *ητος, ἡ,* 1) proprie: *durities, quæ est corporis,* cujus superficies *non cedit ad tactum,* a *σκληρὸς,* quod vide supra. 2) metaphorice: *pertinacia, contumacia, stupor animi, inopia sensus veri et falsi, turpis ac honesti.* Sic semel legitur in N. T. Rom. II. 5. *κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου καὶ ἀμετανόητον καρδίαν,* pro *διὰ δὲ τῆς σκληρότητος τῆς καρδίας σου καὶ ἀμετ. καρδ.* Respondet in hac significatione Hebraico קְשִׁי in versione Alexandrina Deut. IX. 27. *μὴ ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν σκληρότητα τοῦ λαοῦ.*

ΣΚΛΗΡΟΤΡΑ'ΧΗΛΟΣ, *ου, ὁ, ἡ,* 1) proprie: *duram cervicem habens, quæ flecti facile nequit,* a *σκληρὸς durus* et *τράχηλος cervix, collum.* 2) *homo pertinax, contumax, refractarius, legum impatiens,* metaphora desumta a jumentis refractariis et jugi impatientibus. Semel tantum legitur in N. T. Act. VII. 51. ubi adhibetur ad designandam Judæorum refractariam contumaciam. Hebræis dicitur קְשֵׁה־עֹרֶף Exod. XXXIII. 3, 5. XXXIV. 9. Deut. IX. 6, 13. vel מַקְשֵׁה עֹרֶף. Prov. XXIX. 1. in quibus locis hoc vocabulum Græcum adhibetur. Eodem quoque modo Latini *dura cervice* utuntur pro *contumacia,* ut docuit Barth. ad Claudian. de Rapt. Proserp. I. 242. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 502. Verbum *σκληροτραχηλεῖν* reperitur apud Etym. M. 751. 36.

ΣΚΛΗΡΥ'ΝΩ, fut. *ῶ,* 1) proprie: *induro, obduro, durum reddo,* et dicitur de corporibus, a *σκληρός,* quod vide supra. 2) metaphorice ad animum hominis transfertur, ut *σκληρύνεσθαι,* seu *σκληρύνειν τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ is* dicatur, *qui contumax et refractarius est, qui obstinate veritatem repudiat, in peccatis perseverat et mandatis divinis resistit eaque contemnit.* Sic legitur in N. T. Act. XIX. 9. *ὡς δέ τινες ἐσκληρύνοντο καὶ ἠπείθουν* cum autem quidam obstinatis animis resisterent et fidem denegarent, doctrinæ scilicet christianæ, a Paulo traditæ. Hebr. III. 8. *μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν* ne repugnate et obnitimini. ibid. v. 13. *ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας* ne quis vestrum, peccatorum fraudibus deceptus, obstinate repudiet doctrinam christianam, aut ab ea iterum deficiat. ibid. v. 15. et c. IV. 7. Alex. Exod. VII. 22. VIII. 19. *καὶ ἐσκληρύνθη ἡ καρδία Φαραώ.* Psalm. XCIV. 8. *μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν.* Sirac. XXX. 11. *μήποτε σκληρυνθεὶς ἀπειθήσῃ σοι.* Conf. Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr. p. 204 seq. 3) *duriter ac severe aliquem tracto, paucioribus neque tam magnis beneficiis alterum afficio.* Huc refero locum Rom. IX. 18. *ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει.* ubi *σκληρύνειν,* de Deo usurpatum, vulgo quidem *θεοπρεπῶς* ac permissive explicatur, ut sit: *ferre animi obstinationem, homini, in peccatis persistenti, gratiam subtrahere eumque in sensum reprobum traditum relinquere,* (Theophylactus ad h. l. *οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὴν πηλίνην καρδίαν τοῦ Φαραὼ λέγεται σκληρύνειν πῶς; τῇ μακροθυμίᾳ· μακροθυμῶν γὰρ ἐπ' αὐτῷ, σκληρότερον αὐτὸν εἰργάζετο.* Zonaras Lex. col. 1658. et ex eo Phavor. ad h. l. respiciens: *σκληρύνει· σκληρὸν καὶ ἀπειθῆ εἶναι συγχωρεῖ.* Conf. etiam Koppium ad h. l.) non repugnante usu loquendi Hebraico; nam ita *σκληρύνειν* de Deo usurpatum adhibetur in vers. Alex. Exod. IV. 21. VII. 3. IX. 13. X. 20, 27. XI. 10. XIV. 4, 8, 17. sed partim ob verba *ὃν θέλει,* partim, quia *σκληρύνειν* h. l. opponitur *τῷ ἐλεεῖν,* malo accedere Ernestio, qui in Prolusione de Vanitate Philosophantium in Interpr. Scr. S. *σκληρύνειν* h. l. nihil aliud significare putat, quam: *minus benigne tractare, paucioribus beneficiis aliquem afficere,* ut sensus loci hujus sit: Deus pro libera sua voluntate alios benignius, durius alios tractat. Eodem sensu הִקְשִׁיחַ usurpatur Job. XXXIX. 16. ubi de ciconia dicitur: *ἀποσκληρύνει τὰ τέκνα ἑαυτῆς* durius tractat pullos suos, ac facere solent aliæ aves, non magnopere eos curat ac fovet, negligenter habet. Adde 1 Sam. V. 7. 2 Paral. X. 4. Sæpius non legitur in N. T.

ΣΚΟΛΙΟ'Σ, *ά, όν,* 1) proprie: *tortuosus, obliquus, curvus,* et opponitur *τῷ ἴσος,* seu *εὐθύς.* Sic legitur in N. T. Luc. III. 5. *καὶ ἔσται σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν* et quæ sunt obliqua, fient recta, pro: *καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ μέρη τοῦ τόπου εἰς εὐθεῖαν ὁδόν.* Verba sunt desumta ex Ies. XLII. 16. ubi in Hebraico legitur מַעֲקַשִּׁים *pravitates.* ibid. XXVII. 1. XL. 4. *ὄφιν σκολιόν.* Sap. XIII. 13. *ξύλον σκολιόν.* Heliodor. I. 6. *σκολιὰς γάρ τινας ἀτραπούς.* Hesych. *σκολιά· σκαμβὰ, οὐκ ὀρθὰ, ἐπικαμπῆ, ἄνισα.* 2) metaphorice: *pravus, iniquus, perversus, qui est animo depravato ac corrupto.* Act. II. 40. *σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης* liberari vos sinite ab illa perversa natione. Phil. II. 15. *ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης* inter homines pravos ac perversos viventes. Alex. Psalm. LXXVII. 10. *γενεὰ σκολιὰ* (Hebr. סֹרֵר *rebellis, refractarius.*) *καὶ παραπικραίνουσα.* Deut. XXXII. 5. *γενεὰ σκολιὰ καὶ διεστραμμένη,* ubi in Hebraico עִקֵּשׁ *perversus* legitur. Prov. IV. 24. *σκολιὸν στόμα καὶ ἄδικα χείλη.* ibid. XVI. 28. *ἀνὴρ σκολιὸς διαπέμπεται κακὰ,* etc. Hesych. *σκολιά· ἄδικα.* Etym. M. *σκολιός· ὁ μὴ εὐθεῖαν ὁδὸν πορευόμενος, ἀλλὰ διεστραμμένην.* Conf. Schol. Iliad. *π',* v. 387. 3) *asper moribus, rigidus, sævus, morosus, difficilis.* Sic legitur in N. T. 1 Petr. II. 18. ubi servi jubentur prompto animo obedire dominis suis *οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς* non solum benignis ac mitibus, sed etiam difficilibus ac morosis. Vulgatus reddidit: *dyscolis.* Vide Wetstenium ad h. l. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΚΟ'ΛΟΨ, ΣΚΩ'ΛΟΨ et ΣΚΟ'ΛΩΨ, *οπος, ὁ,* 1) proprie et generatim est *omne, quod est acutum, sudes, stimulus, aculeus, spina, palus acutus, qui sustinendis vitibus, claudendis hortis, muniendis castris et urbibus et arcendis hostium accessibus solo infigi solet;* unde ortum verbum *σκολοπίζω palum figo* et *crucifigo,* i. q. *σταυρόω.* Conf. Lipsium de Cruce Lib. I. c. 4. Sic in vers. Alexandrina respondet Hebraico סִיר *spina.* Hos. II. 6. *φράσσω τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐν σκόλοψι,* ubi Gloss. MS. in Proph. *σκόλοψιν· ὀρθοῖς ξύλοις, εἰς ἐπιβουλὴν κεκτημένοις.* Sirac. XLIII. 23. *παγεῖσα γίνεται σκολόπων ἄκρα.* Hesych. *σκώλοψ· ξύλον ὠξυμμένον ἢ ἄκανθα.* Idem: *σκόλοπος· ὀρθὰ καὶ ὀξέα ξύλα, σταυροὶ, χάρακες.* Etym. M. *σκόλοπες· ὀξέα ξύλα, ἅπερ ἐπήγνυον τῷ τείχει.* Lucian. Ver. Hist. Lib. II. p. 682. *διά τινος ἀκανθώδους καὶ σκολόπων μεστῆς ἀτραπoῦ.* Dioscorides II. c. 29. Ælian. Hist. Anim. X. c. 13. Homer. Iliad. *η',* 441. ubi scholiastes: *σκόλωψ· τὸ διεσχισμένον καὶ ἀπωξυσμένον ξύλον.* ibid. *θ',* v. 343. et *ι',* v. 350. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 211. 2) metaphorice: *omne, quod est noxium et afflictionem ac impedimentum affert, afflictio, quæ cum dolore acuto conjuncta est.* Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. XII.

7. ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, qui locus, num de *afflictione corporis et morbo graviori*, an de *hostium injuriis et contumeliis*, (ut visum est Ferd. Stoschio in Obss. literariis ad Isalam p. 41.) an denique generatim de *gravissimis afflictionibus cujuscunque generis* explicandus sit, silente historia, certæ interpretationis non est, ut adeo explorati quid dici, definiri et constitui vix poterit. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 167. Bibl. Bremens. Class. VI. p. 634 seq. et 647 seq. et Wolfii Curas Philolog. in N. T. T. II. pag. 677. Ezech. XXVIII. 24. de Sidoniis: καὶ οὐκ ἔσονται ἔτι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ σκόλοψ πικρίας. Num. XXXIII. 55. καὶ ἔσται — σκόλοπες ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, ubi de Cananæis sermo est.

ΣΚΟΠΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *speculor, intueor, contemplor, intento oculo aliquid specto, observo*, et usurpatur v. c. de *sagittariis*, qui intenta oculorum acie ad metam collineant et dirigunt tela, vel de *speculatoribus* et *exploratoribus*, qui etiam a Philone et Luciano σκοποὶ vocantur, a σκοπὸς *scopus, meta, signum, præfixum sagittariis*. Respondet Hebraico רָאָה *vidit*, apud incertum interpretem Ezech. XXI. 21. ἤπατι σκοπήσασθαι. Hesych. σκοπῶν· σκεπτόμενος. 2) metaphorice, ad animum translatum, significat: *diligenter aliquid observare, attento animo contemplari, sollicite considerare ac perpendere, curare, consequi cupere*, et ex adjuncto, cum dativo personæ constructum: *exemplum sibi aliquem proponere, quem imitemur*. 2 Cor. IV. 18. μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα nobis, qui non curamus ea, quæ in oculos incurrunt, sed invisibilia. Philipp. II. 4. μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοποῦντες nemo vestrum suum tantum commodum respiciat. (Thucyd. VI. 12. Sophocl. Ajac. Flagellif. v. 124 et 1330. Confer Wetstenii N. T. T. II. pag. 268. Cæterum præcipue de *eo, qui suum tantum commodum respicit*, utuntur quoque voce προσκέπτεσθαι. Vide Valckenar. ad Eurip. Phœn. v. 476.) ibid. III. 17. σκοπεῖτε τοὺς οὕτω περιπατοῦντας, καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς componite vos ad exemplum eorum, qui se ad meum exemplum conformarunt. Xenoph. Mem. IV. c. 5. § 11. ὅστις γὰρ τὰ μὲν κράτιστα μὴ σκοπεῖ, τὰ ἥδιστα δ' ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖ ποιεῖν. 2 Macc. IV. 5. τὸ δὲ συμφέρον κοινῇ κατ' ἰδίαν παντὶ τῷ πλήθει σκοπῶν. Hesych. σκοπῶν· ἐνθυμούμενος. Suid. σκοπῶν· ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς καὶ ἐπιμελῶς καταμερίζων, περὶ οὗ ἂν τὴν σκέψιν ποιῇ. 3) ut Græcum βλέπω, sequente particula negandi, *caveo*. Luc. XI. 35. σκόπει οὖν, μὴ τὸ φῶς, τὸ ἐν σοι, σκότος ἐστὶ cave igitur, ne loco lucis, quæ in te esse deberet, tenebræ sint. Galat. VI. 1. σκοπῶν σεαυτὸν, μὴ καὶ σὺ πειρασθῇς diligenter modo cave, ne tu quoque in peccata incidas. Xenoph. de Mag. Equit. VII. 15. 4) *vito*. Rom. XVI. 17. σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα ποιοῦντας devitare consuetudinem hominum factiosorum et alios corrumpentium; ubi σκοπεῖν τινὰ est i. q. in sequentibus ἐκκλίνειν ἀπὸ τινὸς, declinare familiarem cum aliquo convictum. Vide supra ad βλέπω dicta. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΚΟΠΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *meta, quo tendimus, scopus, signum præfixum, ad quod sagittarii collineant et tela sua dirigunt*. Est verbale a perf. med. ἔσκοπα, verbi σκέπτομαι *dispicio, circumspicio, attente considero*. Sic legitur in versione Alexandrina pro Hebraico מַטָּרָה *meta*. Job. XVI. 3. Thren. III. 12. Adde Sap. V. 13. 21. Xenoph. Cyrop. I. 6. 19. Suid. σκοπόν· τύπον, ᾧ στοιχοῦσι καὶ ἀκολουθοῦσι. 2) metaphorice: *omne, quod animo destinamus ac præfigimus, finis*. Sic semel legitur in N. T. Philipp. III. 14. κατὰ σκοπὸν διώκω metam versus persequor, h. e. omnibus viribus consequi studeo, quod animo destinavi ac præfixi, nempe τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Plato Gorg. p. 306. οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ ὁ σκοπὸς εἶναι πρὸς ὃν βλέποντα δεῖ ζῆν. De rebus, in quas omnium attentio directa est, legitur apud Polybium V. c. 105. ἀλλ' ἤδη πάντες πρὸς τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ σκοποὺς ἀπέβλεπον. De *consilio, proposito* reperitur apud Xenoph. in Symp. II. 11.

ΣΚΟΡΠΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *spargo semina, dissemino*, pro quo σκεδάω dicitur. Conf. Phrynichum p. 94. et Etym. M. sub σκορπίος. 2) *dissipo, disjicio eos, qui conjuncti sunt, vel conjuncti esse debebant*, i. q. διασκορπίζω. Sic legitur in N. T. Joh. X. 12. καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτὰ καὶ σκορπίζει τὰ πρόβατα et lupus dilaniat oves ac dissipat. ibid. XVI. 32. ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια quo alius alio dissipabimini. Conf. Alex. 2 Sam. XXII. 15. Ps. XVII. 16. CXLIII. 7. Sirac. XLVIII. 16. 1 Macc. VI. 54. 3) *dilapido, disperdo*. Matth. XII. 30. ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει qui non mecum colligit, ille mea dilapidat, h. e. qui non est a meis partibus, is adversarius mihi est. Eadem sententia legitur Luc. XI. 23. 4) *largiter distribuo*, et speciatim de *eo* usurpatur, *qui liberaliter erogat eleemosynas et largiter dat beneficia*. 2 Cor. IX. 9. ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν liberalis fuit erga pauperes. Verba desumta sunt e Ps. CXII. 9. ubi in Hebraico textu legitur verbum פִּזֵּר *sparsit, dispersit*, quod de *liberali ac benefico* adhibetur Prov. XI. 24. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΚΟΡΠΙ'ΟΣ, ίου, ὁ, *scorpius*, vel *scorpio*. Est genus animalis noxii ac venenati, quod in locis calidioribus sub lapidibus inprimis parietum latet et cauda sua pungit lethaliter, de quo Plinius in Hist. Nat. XI. c. 25. refert: semper caudam in ictu esse, nulloque momento meditari cessare, ne quando desit occasioni. Sic dictum est, vel παρὰ τὸ σκορπίζειν τὸν ἰὸν *a spargendo venenum*, vel a σκορπίῳ *lapidum acervo*, quæ nominis potestas apud scriptores agrimensorios viget. Legitur hoc vocabulum in N. T. Luc. X. 19. τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων calcandi super anguibus et scorpiis: ubi σκορπίος symbolum *rei cujusque maxime noxiæ* esse videtur. ibid. XI. 12. ἢ καὶ ἐὰν αἰτήσῃ ᾠὸν, μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον vel ovum roganti loco illius scorpionem dabit. Formula olim proverbialis de iis, qui pro utilibus noxia suppeditant aliorumque spem et exspectationem turpiter fallunt. Affine est illud proverbium ἀντὶ πέρκης σκορπίον pro perca scorpionem, ἐπὶ τῶν τὰ χείρονα αἱρουμένων ἀντὶ βελτιόνων. Vide Zenobium Proverb. Cent. I. 88. Diogenianum Cent. I. 76. Facit huc quoque locus Plinii H. N. XI. 25. "Similiter his et scorpiones terrestres vermiculos *ovorum* specie pariunt, similiterque pereunt." Heinsii conjectura in Excercitatt. SS. p. 65. σκορπίου legentis vana est. Apoc. IX. 3. οἱ σκορπίοι τῆς γῆς. ibid. v. 5. (ὡς ὁ βασανισμὸς σκορπίου. Vide Dioscoridem 185. περὶ σκορπίων.) et 10. καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις καὶ κέντρα ἦν ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν. Sæpius in N. T. non legitur. Legitur præterea apud Ælian. Hist. Anim. X. c. 23. πατοῦσαι τοὺς σκορπίους ἀπαθεῖς

διαμένουσι. Sirac. XXVI. 8. et apud Alexandrinos pro Hebraico עַקְרָב *scorpio*. Deut. VIII. 15. Ezech. II. 6. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 782.

ΣΚΟΤΕΙΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, *tenebricosus, obscurus, qui luce destituitur*, a σκότος *tenebræ*. Matth. VI. 23. ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται si vero oculus tuus vitio laborat, totum quoque corpus tuum erit in tenebris, seu luce idonea destituetur. Luc. XI. 34, 36. μὴ ἔχον τι μέρος σκοτεινὸν non habens aliquam partem tenebricosam. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alexandrina respondet Hebraico אֲפֵלָה *caligo*, Prov. IV. 19. חֹשֶׁךְ *tenebræ*, Job. X. 21. XV. 23. מַחְשָׁךְ idem. Ps. LXXXVII. 6. CXLII. 4. Xenoph. Memor. III. 10. 1.

ΣΚΟΤΙ'Α, ας, ἡ, 1) *tenebræ, caligo, defectus et privatio lucis naturalis*, a σκότος idem. Sic de tenebris nocturnis, seu de nocte legitur Joh. VI. 17. καὶ σκοτία ἤδη ἐγεγόνει jamque tenebris nocturnis obortis. ibid. XXI. 1. σκοτίας ἔτι οὔσης cum adhuc essent tenebræ. Alexandrini habent pro חֲשֵׁכָה idem, Micha III. 6. et אֹפֶל *caligo*. Job. XXVIII. 3. Eurip. Phœniss. v. 348. 2) *omnis locus occultus, abditus, privatus, in quo non multi homines versantur.* Hinc ἐν σκοτίᾳ *clam, in occulto, secreto, privatim, intra privatos parietes.* Matth. X. 24. ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτὶ quæ ego vos privatim, tenebris quasi nocturnis tectus, doceo, ea palam tradite. Eadem fere sententia legitur quoque Luc. XII. 3. ὅσα ἐν τῇ σκοτίᾳ εἴπατε, ἐν τῷ φωτὶ ἀκουσθήσεται quæ jam privatim edixeritis, palam fient suo tempore; ubi ἐν τῇ σκοτίᾳ permutatur formula πρὸς τὸ οὖς. Conf. v. 2. Ita בְּמַחְשָׁךְ sumitur Ies. XXIX. 15. בַּסֵּתֶר Ies. XLV. 19. et בְּמִסְתָּרִים. Jer. XIII. 17. Sic quoque ὑπὸ σκότους legitur apud Sophoclem Antigon. v. 707. ubi schol. habet λαθραίως. 3) *imperfectio, pravitas, perversitas, ignorantia*, metaphora desumta ab iis, qui, in tenebris versantes, facile impingunt et a recta via aberrant. Speciatim vero ita dicitur *omnis status ac conditio hominum ante conversionem ad religionem christianam*, relate ad ignorantiam veræ ac salutaris religionis divinæ, vitiositatem animi morumque pravitatem ac inde enascentem miseriam ac infelicitatem, quo sensu τῷ φωτὶ opponitur. Sic legitur in N. T. Joh. VIII. 12. ὁ ἀκολουθῶν ἐμοί, οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ qui me sectatus fuerit, liberabitur ab omni miseria ac infelicitate, quæ ignorantiam ac vitiositatem sequitur. ibid. XII. 35. ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ· καὶ ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ, οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει ne vos opprimant tenebræ, h. e. ne vobis eripiatur occasio et facultas cognoscendæ et consequendæ felicitatis christianæ: nam, qui in tenebris est, incedit pedibus dubiis. ibid. v. 46. ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ ut, quisquis meam doctrinam vera fide amplexus fuerit, liberaretur a pristina sua ignorantia, vitiositate et inde enascente miseria. 1 Joh. I. 5. καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία et nulla prorsus in eum cadit vitiositas et imperfectio. ibid. II. 9. ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι adhuc alienus est a perfectione et felicitate christiana. ibid. v. 11. Confer infra ad σκότος dicta et Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 13. 4) *tempus, quo homines adhuc alieni erant a cognitione et usu religionis christianæ salutaris.* 1 Joh. II. 8. ὅτι ἡ σκοτία παράγεται, i. q. Rom. XIII. 12. ἡ νὺξ προέκοψεν. 5) *homines ipsi, quales sunt, antequam religionem christianam amplectuntur.* Sic de Judæis legitur Joh. I. 5. καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν et illustris ille doctor voluit quidem vitiositatem et ignorantiam Judæorum doctrina sua removere, sed respuebant eam. Sæpius in N. T. non legitur. — Cæterum vocabulum σκοτία, grammaticis antiquis auctoribus, ab Atticorum loquendi usu prorsus alienum fuit. Mœris: σκότος· οὐδετέρως Ἀττικῶς· σκοτία Ἑλληνικῶς. Thom. M. ὁ σκότος, καὶ τὸ σκότος· τὸ δὲ σκοτία οὐκ ἐν χρήσει. Conf. Fischeri Prolus. XXX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 673. et Wetstenii N. T. T. I. p. 374.

ΣΚΟΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *tenebras alicui offundo, obtenebro, obscuro.* Σκοτίζομαι *tenebris circumfundor, obscuror, obtenebror*, de privatione luminis et lucis naturalis, a σκότος *tenebræ*. Sic legitur in N. T. Matth. XXIV. 29. ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται sol obscurabitur. Marc. XIII. 24. Luc. XXIII. 45. καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος. Apoc. VIII. 12. ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον αὐτῶν, scil. τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης καὶ τῶν ἀστέρων. ibid. IX. 2. καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀήρ. In versione Alexandrina legitur pro הֶחְשִׁיךְ *tenebras offudit, obscuravit*. Job. III. 9. Cohel. XII. 2. Plutarch. X. p. 608. 2) metaphorice σκοτίζεσθαι dicuntur, *qui sunt vera intelligendi facultate privati, erroribus obnoxii, perverse ac impie viventes, et alieni a religionis christianæ vera ac salutari cognitione*, metaphora desumta ab oculis, qui sunt videndi facultate privati, aut ab hominibus, qui in tenebris incedunt pedibus dubiis. Rom. I. 21. καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία et tenebris circumfusa est mens eorum stolida, h. e. vera intelligendi facultate privati sunt. Ita dicuntur h. l. *ethnici*, ob ignorantiam veri rectique et ob stuporem animi, qui vera cognoscere non patitur. Eodem modo *animi caligo* de erroribus atque inscitia ac animi vecordia occurrit apud Juvenalem Sat. VI. 6. 12. Rom. X. 10. σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν. Ephes. IV. 18. ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ mente et animo occæcati. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΚΟ'ΤΟΣ, ου, ὁ, *tenebræ, caligo.* Tantum legitur in N. T. Hebr. XII. 18. γνόφῳ καὶ σκότῳ turbini et caligini. Eurip. Hecub. v. 1. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 332.

ΣΚΟ'ΤΟΣ, εος, ους, τὸ, 1) proprie: *defectus ac privatio lucis naturalis, tenebræ, caligo, tenebræ nocturnæ.* Sic v. c. legitur de tenebris, Christo in cruce pendente, ortis. Matth. XXVII. 45. ἀπὸ δὲ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Marc. XV. 33. Luc. XXIII. 44. Act. II. 20. ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος sol obscurabitur. 2 Cor. IV. 6. ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι Deus, qui jussit discussis tenebris lucem, seu solem, prodire. Job. XXXVII. 15. φῶς ποιήσας ἐκ σκότους. Adde Genes. I. 2, 4, 5, 18. Deut. IV. 11. Exod. XIV. 20. Joël. II. 31. ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος. 2) *locus tenebricosus, simul et ingratus, carcer tenebricosus*, et ex adjuncto metaphorice: *infelicitas, miserrimus rerum status, loca remotissima a regionibus felicioribus beatorum in vita futura, ubi pœnas luunt homines impii gravissimas.* Matth. VIII. 12. οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων Judæi vero, quibus proprie do-

stinata erat felicitas, expectanda in regno Messiæ, inde expulsi detrudentur in locum tenebricosum et tristem, invidorum fremitu ac ejulatu perstrepiturum, in quo longe remoti erunt a felicitate Abrahami. Conf. v. 11. ibid. XXII. 13. (coll. Senec. Agamemn. v. 991 seq.) XXV. 30. καὶ τὸν ἀχρεῖον δοῦλον ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον servum autem nullius frugi conjicite in carcerem tenebricosum subterraneum, ad quem nullus solis atque luminis radius penetrat. 2 Petr. II. 17. οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται quos supplicia, in tartaro olim sustinenda, manent certissime. Nondum autem mihi satis constat, num ζόφος h. l. *tartarum*, an potius *miseriam* significet, quæ cum *tenebris* haud raro in literis sacris comparari solet. In priori notione vocem ζόφος acceperunt plerique interpretes, ut ζόφος τοῦ σκότους positum sit pro ζόφος σκοτεινὸς *orcus tenebricosus*, ζόφος ἠερόεις, ut apud poëtas Græcos dicitur, tum, quia in imo terrarum esse, nec solis radio tangi, tum, quia locus ingratissimus (χῶρος ἀτερπής, Homer. Od. λ', 93.) esse credebatur. Sed æque commode σκότος de *ipso orco* et *tartaro* explicari potest, ut ζόφος τοῦ σκότους, pro ζόφος ἐν τῷ σκότει positum, sint supplicia, in tartaro olim sustinenda. Idem valet de loco Jud. v. 13. Sic σκότος usurpatur quoque apud Tob. XIV. 10. καὶ αὐτὸς (Ἀμὰν) κατέβη εἰς τὸ σκότος. Ut vero Græcis solemnis orci denominatio est ζόφος et σκότος, ita Hebræorum poëtis dicitur חֹשֶׁךְ Psal. LXXXVIII. 13. coll. v. 12. (ubi cum vocibus קֶבֶר et אֲבַדּוֹן permutatur,) et Psal. VI. 6. Job. XVII. 13. שְׁאוֹל et חֹשֶׁךְ sunt synonyma. Apud eosdem חֹשֶׁךְ quoque et צַלְמָוֶת de *carcere* et *statu miserrimo quovis* usurpatur, v. c. Psal. CVII. 10, 14. Ies. XLII. 7. Sapient. XVIII. 4. Conf. Fischeri Prolus. IV. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 97 seq. Hesych. σκότος· ὄλεθρος, θάνατος. 3) *latebræ, loca, ab hominum conspectu remota.* 1 Cor. IV. 5. τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, pro τὰ κρυπτὰ, τὰ γινόμενα ἐν σκότει ea, quæ clanculum, nemine spectante, facta sunt. Fortasse huc etiam referenda sunt loca Rom. XIII. 12. Eph. V. 11. Conf. Job. XXIV. 15. et Aquilæ reliquias Jerem. XIII. 17. 4) *cæcitas oculorum*, i. q. ἀχλύς, effecti vocabulo pro causa adhibito. Act. XIII. 11. παραχρῆμα δὲ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἀχλὺς καὶ σκότος illico corripuit eum cæcitas et nox oculorum. Sic σκότος pro *cæcitate* legitur apud Euripidem Phœniss. v. 390 et 1559. Apud Quinctilianum II. 9. ex Senecæ fragmentis: *Non video, nox oboritur, et crassa caligo.* 5) transfertur ad animum, ita, ut *ignorantiam et errores, inde nascentes, impietatem ac perversitatem et, quæ eam comitari solet, infelicitatem et miseriam*, et speciatim: *conditionem ac statum hominum, disciplina christiana carentium*, significet. Matth. IV. 16. ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα hominibus, in tenebris versantibus, h. e. alienis a notitia et cultu veri Dei, inscitiæ ac erroribus obnoxiis, et prave viventibus affulsit lux magna. (Conf. Pindar. Olymp. Od. I. 132.) ibid. VI. 23. εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἐστὶ, τὸ σκότος πόσον; si vero mens tua errorum ac pravarum opinionum tenebris tecta est, quanto majoribus periculis eris obnoxius, seu, quanto major erit tua miseria? Luc. I. 70. ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις. ibid. XI. 35. Joh. III. 19. ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς maluerunt Judæi erroribus et pravis suis opinionibus adhærere, quam religionis luce collustrari. Act. XXVI. 18. τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς τὸ φῶς ut ab ignorantia atque impietate ad veram scientiam rerum divinarum et virtutis christianæ studium convertantur. Rom. II. 19. φῶς τῶν ἐν σκότει, sc. ὄντων, doctorem inscitiæ ac erroribus obnoxiorum, qui ibidem τυφλοὶ, ἄφρονες, νήπιοι vocantur. Rom. XIII. 12. τὰ ἔργα τοῦ σκότους flagitia ac prave facta, quorum olim, dum adhuc ignari erant doctrinæ christianæ, studiosi fuerant. 2 Cor. VI. 14. ubi φῶς est christiana disciplina ac mores, et σκότος paganismus et paganorum mores. Ephes. V. 11. τοῖς ἔργοις τοῦ σκότους impie ac prave factis. Coloss. I. 13. τὸ σκότος opponitur τῇ βασιλείᾳ τοῦ υἱοῦ Θεοῦ. 1 Thess. V. 4. οὐκ ἐστὲ ἐν σκότει renuntiate vitiositati. ibid. v. 5. οὐκ ἐσμὲν νυκτὸς, οὐδὲ σκότους, sc. υἱοὶ, non sumus similes hominibus, nocte somnoque pressis. 1 Petr. II. 9. 1 Joh. I. 6. καὶ ἐν τῷ σκότει περιπατοῦμεν et tamen sceleste vivimus. Psal. LXXXII. 5. בַּחֲשֵׁכָה יִתְהַלָּכוּ *in tenebris ambulant*, h. e. impie et perverse agunt. Proverb. II. 13. דַּרְכֵי חֹשֶׁךְ opponuntur τοῖς אָרְחוֹת יֹשֶׁר. Adde Deut. XXVIII. 29. Job. XXX. 26. ubi אֹפֶל *miseriam, calamitatem* significat, coll. v. 27. Ies. XXIX. 18. Lex. Cyrilli MS. Brem. ἐν σκότει ἐν ἀγνωσίᾳ. Suid. σκότος· παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ποτὲ μὲν ἡ ἄγνοια, ποτὲ δὲ αἱ συμφοραί. καὶ φῶς ὡσαύτως ἡ γνῶσις, καὶ ἡ τῶν κακῶν ἀπαλλαγή. 6) metonymice, abstracto posito pro concreto: *ipsi homines scelesti ac vitiosi, destituti religionis christianæ cognitione, falsis opinionibus corrupti*, i. q. ἐσκοτισμένοι. Luc. XXII. 53. ἀλλ' αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους hoc est tempus vestrum, quo permittitur scelestis, ut potentia sua utantur et pro arbitrio agant: ubi male nonnulli interpretes σκότος de *diabolo* explicant. Ephes. V. 8. ἦτε γάρ ποτε σκότος eratis enim olim alieni a religione christiana. ibid. VI. 12. ubi christianis certandum esse dicitur πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους contra cacodæmones, quorum imperio subsunt omnes gentes non christianæ. Verba τοῦ αἰῶνος τούτου glossæ speciem præ se ferunt, qua librarius significare voluit, vocabulum σκότος de hominibus non christianis illius ævi explicandum esse. Conf. ad h. l. Koppium. Sæpius in N. T. non legitur. Cæterum peculiarem Commentarium de Usu Vocabulorum Φῶς et Σκοτία in N. T. Celeberrimus J. C. H. Krause, Gœtting. 1782. octon. edidit.

ΣΚΟΤΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *obscuro, obtenebro, tenebras offundo*, vel *induco*. Præs. pass. σκοτόομαι, οῦμαι, *tenebricosus fio, tenebresco*, a σκότος. Semel tantum in N. T. legitur Apoc. XVI. 10. καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη et regnum ejus erat tenebris circumfusum. Esse hunc locum metaphorice accipiendum, dubio omni caret. Wetstenius N. T. T. II. p. 816. provocans ad loca Sexti Empir. adv. Log. I. 992. Plutarch. de Frat. Am. p. 489. E. et de fort. Alex. p. 314. D. imaginem desumtam esse arbitratur ab eo, qui plaga ictus aut saxis prostratus vertigine et visus hebetudine corripitur. Tunc βασιλεία de *civibus regni*, nempe bestiæ, per metonymiam accipiendum esset. Eichhornio in Comment. ad h. l. Vol. II. p. 184. tenebræ sunt horrendæ calamitatis publicæ emblema, et sensus

loci ita constituendus esse videtur: imperium belluæ, tot calamitatibus concussum, fluctuabat. Alex. Psal. CIV. 27. Jer. XIV. 2. Sirac. XXV. 19.

ΣΚΥ'ΒΑΛΟΝ, ου, τό. Latissime patet hoc vocabulum, et *quodvis vile rejectamentum* notat, v. c. *excrementa animantium, quisquilias, fæces, scoriam, deciduum, purgamentum, furfur*, etc. quasi κυσίβαλον, *quod canibus projicitur, vel a canibus ejicitur et excernitur*, ἀπὸ τοῦ τοῖς κυσὶ βάλλεσθαι, ut monuit Erasmus ad Philipp. III. 8. Hesych. σκύβαλα· κόπρος. Etym. M. σκύβαλον· τὸ δι' ἐντέρων ἐκδιδόμενον. Lex. Cyrilli MS. Brem. σκύβαλα· τὰ τῆς καλάμης γόνατα, ἃ παχύτερα πολλῶν τῶν ἀχύρων εἰσὶν καὶ παντελῶς ἄχρηστα. Omnium diligentissime de multiplici ac vario hujus vocabuli apud Græcos usu egit Gatakerus in Adversarr. Miscell. c. 43. in Opp. Critt. p. 868 seq. cum quo conferri merentur, quæ de hac voce disputarunt le Moyne in Obss. ad Varia Sacra p. 581. Schwarzius in Notis ad Olearium de Stilo N. T. p. 172. et in Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1218. Wetstenius N. T. T. II. p. 275 seq. et Wolfius in Curis Philolog. in N. T. Vol. III. p. 240. 2) metaphorice: *res vilis, nullius momenti*. Sic semel legitur in N. T. Phil. III. 8. καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι et omnia commoda hujus mundi nauci habeo. De eleganti χαριεντισμῷ Pauli in hac voce disputavit P. Zorn. in Opusculis Sacris T. II. p. 504. Theodoretus ad h. l. σκύβαλον· τὸ παχύτερον ἢ σκληρότερον ἄχυρον ὀνομάζεται. τοῦτο δὲ φέρει τὸν σῖτον, ἀλλὰ μετὰ τὴν τοῦ σίτου συλλογὴν ἀποβάλλεται. Polyb. Exc. Legat. XCVII. p. 1288. Eodem modo σκυβαλίζειν usurpatur, ut sit: *vilipendere, rejicere, contemnere ut rem vilissimam*. Sirac. XXVI. 22. καὶ ἄνδρες συνετοὶ ἐὰν σκυβαλισθῶσιν. Hesychius: σκυβαλίζεται· ἐξουθενεῖται, παραρίπτεται, ἀποδοκιμάζεται. Suidas: σκυβαλίζεται· ἀποδοκιμάζεται, ἀτιμάζεται ὡς σκύβαλον. κυρίως δὲ σκύβαλον, κυσίβαλόν τι ὄν, τὸ τοῖς κυσὶ βαλλόμενον. ἐν ἐπιγράμματι

Οὐδ' ἀπὸ δειπνιδίου γινόμενος σκυβάλου
Σπεύδων εἰς ἄλλους οἴκους ἴθι.

Legitur præterea σκύβαλον, sed alia significatione, Sirac. XXVII. 4. Σκυβαλισμὸς *rejectio ignominiosa* legitur apud Polyb. XXX. 17. 12. Gloss. Vet. apud Labbæum: σκύβαλον, *stercus, retrimentum, fimus, minutia*.

ΣΚΥ'ΘΗΣ, ου, ὁ. *Scytha*. Est nomen gentile, significans incolam *Scythiæ*, seu *ex Scythia oriundum*. Scythia autem latissima olim erat regio, magnam Europæ Asiæque partem, hodiernam nimirum Tartariam cum regionibus quibusdam finitimis complectens, unde in Europæam et Asiaticam dividebatur. Jam, quia Scythæ inter barbaros barbarissimi erant (Cicer. in Pisonem 8. de Nat. Deor. II. 34.) et semiferi homines, ut Grotii verbis utar, factum est, ut Σκύθης generatim de *omni homine fero*, aut *qui maxime barbarus haberi solet*, usurparetur. Sic autem semel tantum in N. T. legitur Col. III. 11. βάρβαρος, Σκύθης. Confer Reitzium ad Lucianum T. II. p. 514. Legitur præterea in Symmachi reliquiis Genes. XIV. 1. Cf. Bocharti Phaleg, Lib. III. c. 13. Alexandri Mori Notas ad quædam loca N. T. p. 180. ed. Fabricii. Wetstenii N. T. T. II. p. 292. Bibl. Brem. Cl. V. Fasc. II. p. 253 et 270 seq. et Cluveri Geogr. Lib. IV. c. 17. et Lib. V. c. 2.

ΣΚΥΘΡΩΠΟ'Σ, οῦ, ὁ, proprie: *qui tristitiam vultu, data opera a sordibus non purgato, præ se fert*, deinde vero generatim: *qui est vultu tetrico, torvo et mœsto, qui vultu mœrorem significat*, ex σκυθρὸς *torvus, tetricus, mœstus* et ὤψ *facies, vultus*. Bis tantum legitur in N. T. Matth. VI. 16. quando vero jejunatis, μὴ γίνεσθε ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποί, ne hypocritarum more tristem et tetricum vultum præ vobis ferte; ubi σκυθρωπὸν γίνεσθαι in sequentibus explicatur verbis ἀφανίζειν τὰ πρόσωπα. Luc. XXIV. 17. καί ἐστε σκυθρωποί; et estis mœsti? Legitur præterea hæc vox apud Alex. Genes. XL. 7. τί ὅτι τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ σήμερον; Dan. I. 10. μήποτε ἴδῃ τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ, quibus ibidem v. 15. opponuntur ἰδίαι ἀγαθαὶ καὶ ἰσχυραί. Herodian. VII. c. 8. s. 1. σκυθρωπός τε ἦν καὶ ἐν μεγάλαις φροντίσι. Xenoph. Mem. II. 7. 12. Herodian. I. 6. 10. καὶ σκυθρωπαῖς ταῖς ὄψεσιν εἰς γῆν ἔνευσαν, ubi videndus Irmischius. Demosthenes p. 1122. 20. ed. Reisk. Euripid. Orest. v. 1319. Aristoph. Lysistr. v. 708. Alia loca dedit J. H. Maius in Obss. SS. Lib. I. p. 93 seq. et Wetstenius N. T. T. I. p. 328. Hesych. σκυθρός· στυγνὸς τὰς ὄψεις, χαλεπὸς, ὠμὸς, σκυθρωπός. Hinc adverbium σκυθρωπῶς *tristi vultu, mœste*. 3 Macc. V. 34. Incert. Psal. XXXIV. 17. et verbum σκυθρωπάζω *tristem vultum gero, tetrico sum vultu*, quod cum δακρύειν conjungitur apud Theophrast. Char. c. 15. cum ὀφρῦς συνάγειν apud Aristoph. Plut. v. 756. et cum πενθεῖν Ps. XXXV. 14. Adde Xenoph. Cyrop. VI. 2. 8. et Josephum A. J. XIX. c. 3. § 3. Gloss. Vet. σκυθρωπὸς, *mœstus, tristis, contristis*.

ΣΚΥ'ΛΛΩ, *fatigo aliquem itinere longiore, vexo, molestiam alicui facio*. Medium σκύλλομαι *me ipsum, nulla cogente necessitate, itinere fatigo, molestiam mihi creo*. Passivum σκύλλομαι *molestia afficior, vexor*. Ter tantum legitur in N. T. Marc. V. 35. τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον; quid adhuc longo itinere fatigas magistrum, seu, cur molestiam creas magistro? Luc. VII. 6. μὴ σκύλλου ne tibi molestus sis. ibid. VIII. 49. μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον ne arcessas, seu, ne jubeas venire magistrum. Præterea legitur Matth. IX. 36. ubi pro vulgato ἐκλελυμένοι in editione Griesbachiana legitur ἐσκυλμένοι; quam lectionem veram judicat quoque Wakefield in Silva Critica P. II. p. 23. cum librariis familiare sit vocem rariorem pro sæpius usitata libenter repudiare, nec male adducit glossam Hesychianam: ἐσκύληνται· διεσκεδασμένοι εἰσί. Vulgatus vertit: *vexati*. Sermo autem est de Judæis, quibus nimis gravia et onerosa præcepta a doctoribus pro lubitu imponebantur. Herodian. IV. 13. 8. ἵνα δὲ μὴ πάντα τὸν στρατὸν σκύλλῃ ne vero totum exercitum longiore itinere vexaret. Hesych. σκύλλου· ἐνόχλει. Gloss. σκύλλω· *fatigo, vexo*. σκυλμός· (3 Macc. VII. 5.) *vexatio, fatigatio*. De verbi σκύλλειν vi ac potestate vide Dresigii Dissertationem, Lips. 1734. 4. edit. et Wetstenii N. T. T. I. p. 364.

ΣΚΥ͂ΛΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie *corium, pellem* significat. Hesych. σκῦλον· δέρμα, κώδιον. Cf. Küsterum ad Aristophanis Plutum v. 514. Hinc σκυλόδεψος *cerdo, coriarius*, apud Demosthenem p. 781. 18. ed. Reisk. 2) *præda, spolium, exuviæ hosti (inprimis mortuo) detractæ de corpore, et signa militaria capta*. Gloss. MS. in Cant. Script. Σκῦλα· πραῖδα, *præda*. Gloss. in Octateuch. Σκῦλα· λάφυρα, γύμνωσις ἐν πολέμῳ. Lex. Cyrilli MS. Brem. Σκῦλα· τὰ ἀπὸ τῶν ἐν πολέμῳ ἀνῃρημένων λαμβανόμενα. λάφυρα δὲ ἀπὸ τῶν ζώντων. Similiter Suid. Cf. Alex. Prov. I. 13. et Ies. X. 6. Polyb. II. 31. 3 et 6. 3) *omnis supellex, bona domestica, opes, quæcunque ad victum et amictum sunt necessaria*. Sic semel tantum legi-

tur in N. T. Luc. XI. 22. καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ διαδίδωσι et supellectilem ejus diripit. Conf. Matth. XII. 29. καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι — — καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. Recepit autem σκῦλον hanc significationem ad exemplum Hebrææ vocis שָׁלָל quæ proprie *prædam*, deinde vero etiam *supellectilem, bona domestica* notat, v. c. Esther III. 13. ubi pro וּשְׁלָלָם לָבוֹז *et ad diripiendum bona eorum*, Alexandrini habent: καὶ διαρπάσαι τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν. Zach. XIV. 1. Prov. XXXI. 11. ἡ τοιαύτη καλῶν σκύλων οὐκ ἀπορήσει, quæ loca debeo Vorstio in Philologia S. cap. 3. p. 78. Vide tamen Georgii Vindic. N. T. ab Hebraism. L. II. c. 1. § 38. p. 85.

ΣΚΩΛΗΚΟ'ΒΡΩΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *is* dicitur, *qui a vermiculis consumitur et arroditur, qui morbo pediculari laborat, quem Græci phthiriasin* vocant, ex σκώληξ *vermis* et βρωτὸς *voratus*, quod est a βρώσκω *comedo, exedo, consumo*. Gloss. Vet. σκωληκόβρωτον, *vermiculatum*. Semel tantum in N. T. hæc vox reperitur Actor. XII. 23. καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος (nonnulli codices addunt ἔτι ζῶν) ἐξέψυξεν et vermiculis consumtus exspiravit. Herodot. Lib. IV. circa finem p. 370. ed. Wesseling. ubi vid. Valckenar. Confer de hoc morbo, quem alii ad φθειρίασιν referunt, alii vero ad tormina alvi a vermibus profecta, Bartholinum de Morbis Biblicis c. 23. interpretes et inprimis Kühnium ad Ælianum V. H. IV. 28. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 417. Wetstenii N. T. T. II. p. 530 seq. et Class. V. Bibl. Brem. Fasc. VI. p. 978.

ΣΚΩ'ΛΗΞ, ηκος, ἡ, 1) proprie: *vermis*, et quidem speciatim: *genus vermis, cadavera arrodentis ac consumentis*, a σκάλλω *fodio*. Siracid. X. 13. ἐν γὰρ τῷ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον κληρονομήσει ἑρπετὰ καὶ θηρία καὶ σκώληκας. ibid. XIX. 3. σῆτες καὶ σκώληκες κληρονομήσουσιν αὐτόν. Alexandrini usi sunt hac voce pro תּוֹלַעַת idem, Deut. XXVIII. 31. et רִמָּה idem, Job. V. 7. φύρεται δέ μου τὸ σῶμα ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων. Adde 1 Macc. II. 62. 2 Macc. IX. 9. ἐκ τοῦ σώματος τοῦ δυσσεβοῦς σκώληκας ἀναζεῖν. 2) metaphorice et inprimis cum πῦρ conjunctum, *pœnas, calamitates, dolores, cruciatus, afflictiones* notat et speciatim de cruciatibus adhibetur, quibus impii in vita futura vexabuntur. Sic ter legitur in N. T. Marc. IX. 44, 46, 48. ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται ubi vermis, depascens ipsos, non moritur, et ignis ipsorum non exstinguitur, h. e. ubi continuis et gravissimis doloribus et cruciatibus vexabuntur. Verba desumta sunt ex Ies. LXVI. 24. כִּי תוֹלַעְתָּם לֹא תָמוּת. Judith. XVI. 15. δοῦναι πῦρ καὶ σκώληκας εἰς τὰς σάρκας αὐτῶν. Siracid. VII. 18. ἐκδίκησις ἀσεβοῦς πῦρ καὶ σκώληξ.

ΣΜΑΡΑ'ΓΔΙΝΟΣ, ίνη, ον, et ΣΜΑΡΑ'ΓΔΙΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *smaragdinus, e smaragdo factus*, a σμάραγδος *smaragdus*, quod vide. Legitur in N. T. tantum Apoc. IV. 3. ὅμοιος ὁράσει σμαραγδίνῳ. Sed ibi videtur σμαράγδινος, omissa voce λίθος, positum esse pro σμάραγδος.

ΣΜΑ'ΡΑΓΔΟΣ, ου, ὁ, *smaragdus*. Est nomen gemmæ pretiosissimæ, tanto virore præditæ, ut omnia juxta se posita virescere faciat. Vide Plinii Hist. Nat. Lib. XXXVII. c. 5. Legitur tamen in N. T. Apoc. XXI. 19. ὁ τέταρτος, σμάραγδος. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro בָּרֶקֶת idem, Exod. XXVIII. 17. בָּרֶקֶת Ezech. XXVIII. 13. et pro שֹׁהַם Exod. XXVIII. 9. XXXV. 27. Confer Salmasium ad Solinum p. 182 seq. et ad Epiphanium de Gemmis c. 3. p. 89. M. Hilleri tract. de Gemmis duodecim in pectorali Pontif. Hebr. p. 7. nec non Wetstenii N. T. T. II. pag. 844. ac Schneideri Lex. Crit. l. Gr. s. h. v.

ΣΜΥ'ΡΝΑ, ης, ἡ, *myrrha*, Æolice μύῤῥα, ας, ἡ, e quo σμύρνα descendit, et Hebraice מֹר ob amaritudinem dicta. Est autem genus aromatis, lacryma, seu succus arboris Arabicæ, spinæ Ægyptiæ non dissimilis, de qua copiose disputarunt Plinius H. N. XII. c. 15 et 16. Theophrast. Hist. Plant. IX. 4. Foësius in Œcon. Hippocr. pag. 361. et Olaus Celsius in Hierobot. I. p. 520 seq. Dioscorides I. 69. σμύρνα δάκρυον δένδρου γεννωμένου ἐν Ἀραβίᾳ, οὗ ἐγκοπτομένου ἀποῤῥεῖ τὸ δάκρυον εἰς ὑπεστρωμένας ψιάθους. Adhibebatur olim hoc aromatis genus, teste Herodoto Lib. II., in condiendis mortuorum corporibus, ad conservanda illa a putredine. Bis tantum legitur in N. T. Matth. II. 11. προσήνεγκαν αὐτῷ δῶρα χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν. Joh. XIX. 39. narratur Nicodemus ad exanime Christi corpus condiendum præter aloën attulisse σμύρναν. In versione Alex. legitur pro מֹר *myrrha*. Exod. XXX. 23. Ps. XLV. 9. Cantic. III. 6. IV. 6, 14. V. 1, 5, 13. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 249 et 952.

ΣΜΥ'ΡΝΑ, ης, ἡ, *Smyrna*. Nomen proprium urbis maritimæ Æolicæ (ut Velleius Paterc. I. c. 4. tradit), postea a Stephano annumeratæ Ioniæ, regioni Asiæ minoris, quia in confinio utriusque regionis sita fuit, distantis ab Epheso, hujus regionis metropoli, 320 stadiis. Aluit olim, ut nunc, magnum Judæorum numerum, ac commerciis ac navigatione floruit, luxu etiam mox ita diffluxit, ut *mores Smyrnæi* hoc etiam sensu in proverbium abirent. Sic dicta est a *Smyrna*, vel *Samorna*, Amazone, quæ Ephesum condidit, unde et ipsa Ephesus aliquando Smyrna dicta est. Stephanus: ἐκαλεῖτο δὲ Σμύρνα ἀπὸ Σμύρνης Ἀμαζόνος. Alii vero tradunt, in memoriam Smyrnæ, uxoris Thesei, Thessali, hanc urbem a Theseo conditam et nominatam fuisse. Confer Salmasium ad Solinum pag. 865. Ferd. Stosch. Antiquitatum Smyrnæarum Specimen de nominibus urbis. (Lingæ 1751. 8.) Ejusd. Syntagma Diss. VII. de nominibus totidem urbium Asiæ in Apocalypsi p. 34. Wetstenii N. T. T. II. p. 754. et Cellarii Geogr. Plen. III. c. 3. p. 61 seq. Nomen ipsum proprie *myrrham* significat. Semel memoratur in N. T. Apoc. I. 11. εἰς Ἔφεσον καὶ εἰς Σμύρναν.

ΣΜΥΡΝΑΙ'ΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *Smyrnæus, Smyrnensis, Smyrnæ incola*, a Σμύρνα, quod vide. Legitur tantum in N. T. Apoc. II. 8. καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας τῶν Σμυρναίων et episcopo ecclesiæ Smyrnæorum. Pro ἐκκλησίας τῶν Σμυρναίων habent nonnulli codices ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ, quam lectionem etiam Griesbachius in textum recepit. Hesych. Σμυρναῖος· ἀπὸ Σμύρνης.

ΣΜΥΡΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *myrrha imbuo, myrrham redoleo, myrrha misceo et condio*. Σμυρνίζομαι, *myrrha imbuor et condior*, a σμύρνα, quod vide. Semel tantum in N. T. legitur Marc. XV. 23. ἐσμυρνισμένον οἶνον vinum myrrhatum; ut transtulit Interpres Vetus, alio nomine *myrrhina* dictum. Festus: *Murrina, genus potionis, quæ Græce dicitur nectar: hanc mulieres vocabant murriolam, quidam murratum vinum*. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 635. Hesych. ἐσμυρνισμένον· χρίσματα ἔχον σμύρνης, εὖ ἐστυμμένον, sc. σμύρνῃ, quod addi vult Salmasius.

ΣΟ'ΔΟΜΑ, ων, τὰ, *Sodoma, æ*, et *Sodoma, orum.* Est nomen proprium urbis, quæ fuit sita in finibus Palæstinæ versus Orientem, non procul a Jordane, deleta vero una cum urbibus vicinis, igne cœlitus immisso, unde ejus loco nunc mare mortuum, seu lacus Asphaltites est. Hebraice dicitur סְדֹם de cujus vocis origine varia traduntur a viris doctis. Composita est, ut quibusdam videtur, ex affixo ם et nomine radicali סוֹד q. d. *secretum eorum.* Aliis orta videtur a שְׂדִים *agri, campi,* mutata littera שׂ in ס, quia ante excidium circa hanc urbem fuerunt agri fertilissimi et amœnissimi. Tota enim planities hujus urbis et Jordanis describitur a Mose Genes. XIII. 10. quod fuerit similis horto Jehovæ. Alberti Glossar. Gr. p. 49. Σόδομα· βόσκημα, ἢ πύρωσις. Vide Relandi Palæstinam Lib. I. c. 38. p. 252 seq. Legitur in N. T. Matth. X. 15. γῇ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥων Sodomitis et Gomorrhitis. ibid. XI. 23. ἐν Σοδόμοις apud Sodomitas. ibid. v. 24. Marc. VI. 11. Luc. X. 12. XVII. 29. Rom. IX. 29. ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, h. e. penitus periissemus. 2 Petr. II. 6. πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας. Jud. v. 7. Apoc. XI. 8. καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα. Sæpius non reperitur in N. T.

ΣΟΛΟΜΩ͂Ν et ΣΟΛΟΜΩ'Ν, ῶντος, ὁ, *Salomon.* Nomen regis Israëlitarum celeberrimi et sapientissimi, filii Davidis ex Bathseba, uxore Uriæ. 2 Sam. V. 15. et XII. 24. Hebraice שְׁלֹמֹה i. e. *pacificus*, a radice שָׁלֵם *pacem coluit:* eo quod Deus eo regnante pacem et quietem Israëlitis daturus erat. Memoratur in N. T. Matth. I. 6 et 7. VI. 29. XII. 42. Luc. XI. 31. XII. 27. Joh. X. 23. Act. III. 11. V. 12. VII. 47. De scriptione varia hujus nominis adeundus est Wetstenius in Notis Criticis ad N. T. T. I. p. 228.

ΣΟΡΟ'Σ, οῦ, ἡ, non plane est idem cum eo, quod vulgo apud nos *loculus, sandapila* vocatur, quo *arca clausa* significatur, *in qua corpus mortui effertur*, sed *lectulum* significat, *in quo mortui efferebantur, arcam retectam et apertam.* Sic semel legitur in N. T. Luc. VII. 14. ἥψατο τῆς σοροῦ. Hebraice dicitur מִטָּה 2 Sam. III. 32. Confer Geierum de Luctu Hebræorum cap. V. Warnekros Antiquitates Hebræorum cap. LII. § 5. p. 386. Harmari Observationes in Orientem T. II. pag. 146. et Wetstenii N. T. T. I. pag. 699 seq. In versione Alex. legitur pro אָרוֹן quod *arcam, loculum,* et *feretrum* significat. Genes. L. 26. Hesych. et Suid. σορός· μνῆμα, θήκη. Glossar. σορὸς, *arca funebris.* Augustinus de Civitate Dei Lib. XVIII. c. 5. arca, in qua mortuus ponitur, quod omnes jam σαρκοφάγον vocant, σορὸς dicitur Græce.

ΣΟ'Σ, σὴ, σὸν, *tuus*, a σὺ *tu.* Matth. VII. 3, 22. XIII. 27. ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ. ibid. XX. 14. τὸ σὸν, sc. ὂν, quod tuum est. ibid. XXIV. 3. XXV. 3. Marc. II. 18. οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ tui autem discipuli. ibid. V. 19. πρὸς τοὺς σοὺς, ad tuos, scilicet cognatos ac domesticos. (Xenoph. Œcon. XII. 7.) Luc. V. 33. VI. 30. XVI. 31. XXII. 42. Joh. IV. 42. XVII. 6. σοὶ ἦσαν tui erant veri cultores. ib. v. 9, 10, 17. XVIII. 35. Act. V. 4. XXIV. 3, 4. 1 Cor. VIII. 11. XIV. 16. Philem. ver. 14. χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini interpretes adhibuerunt partim pro affixo ךָ Genes. XX. 27. Exod. V. 15. 2 Sam. IX. 4. partim pro לְךָ vel לָךְ Genes. XIV. 23. XX. 7. 1 Chron. XXIX. 14. etc.

ΣΟΥΔΑ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *sudarium.* Vocabulum origine Latinum, a *sudore* sic dictum, (confer Pollucis Onomast. VII. cap. 16.) ac proprie significans *linteum, quo sudor faciei detergitur et nares purgantur* (quod Græci veteres καψιδρώτιον, ἀπὸ τοῦ κάπτειν ἱδρῶτα, dixerunt, conf. Pollucem Onom. II. c. 16.) quod vero a Latinis transiit ad Græcos, Chaldæos et Syros, modo hoc discrimine, ut latiori sensu usurparetur, et *omne linteum, quo aliquid tegitur ac absconditur,* significaret. Confer Schwarzium ad Olearium de Stilo N. T. pag. 129. Syriacum ܣܘܕܪܐ (quod in versione Syriaca N. T. Græco σουδάριον respondet) legitur Ruth. III. 15. in versione Syriaca pro Hebraico מִטְפַּחַת quod *velamen, peplum* significat. Chaldaicum סוּדָר emph. סוּדָרָא pro *velamine,* vel *linteo quocunque* ponitur, ut multis docuit Buxtorfius in Lexico Talmudico et Rabbinico col. 1442 seq. Græcum autem vocabulum σουδάριον quater tantum in N. T. legitur et quidem ita, ut a) de *linteo* adhibeatur, *in quo pecunia asservabatur.* Luc. XIX. 20. ἰδοὺ ἡ μνᾶ σου, ἣν εἶχον ἀποκειμένην ἐν σουδαρίῳ reddo tibi minam tuam, quam habui repositam in sudario. Arabs posuit vocem ex Latino sermone in Arabicum derivatam منديل *mantile.* b) de *linteo, quo mortui caput involvebatur.* Joh. XI. 44. καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεδέδετο vultuque sudario obvelato. ibid. XX. 7. τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ. c) *capitis velamen.* Act. XIX. 12. Nam Suid. σουδάριον per φακιόλιον (h. e. ut ipse explicat, τὸ τῆς κεφαλῆς περιείλημα) interpretari videtur sub voce σιμικίνθιον. Schol. in Cod. Steph. ad Act. l. l. ἀμφότερα (scil. σουδάρια et σιμικίνθια) λινοειδῆ εἰσι· πλὴν τὰ μὲν σουδάρια ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιβάλλεται, τὰ δὲ σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶν κατέχουσι πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τοῦ προσώπου, οἷον ἱδρῶτα, δάκρυα, πτύελον καὶ τὰ ὅμοια. — Cæterum conf. de hac voce Nicolai de Luctu Græcorum cap. 3. § 6. Solerium de Pileo, sect. 17. Drusium in Quæstt. Hebr. I. c. 2. Wetstenii N. T. T. I. p. 786. et T. II. p. 581. et Piersonum ad Mœridem p. 348.

ΣΟΥΣΑ'ΝΝΑ, ας, ἡ, *Susanna.* Nomen proprium mulieris Hebraicum, quæ semel tantum commemoratur in N. T. Luc. VIII. 3. Hebraice dicitur שׁוֹשַׁנָּה h. e. *lilium.*

ΣΟΦΙ'Α, ας, ἡ, 1) generatim: *sapientia, quæ consistit in cognitione rerum divinarum ac humanarum ejusque recto usu, quum quis scit, quæ bona sint, quæ mala, quæ facienda sint, quæ omittenda et fugienda, et huic cognitioni convenienter agit.* Speciatim vero *prudentia, philosophia vitæ, prudens agendi ratio, ut semper id agas, quod est aptum personis, tempori et loco,* a σοφὸς *sapiens, prudens.* Matth. XI. 19. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς et prudentia tantum a cultoribus suis recte æstimari potest. Luc. II. 40. πληρούμενον σοφίας omni sapientia præditum. ibid. v. 52. Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ profecit et ætate et sapientia. ibid. VII. 35. et XXI. 15. ἐγὼ ὑμῖν δώσω στόμα καὶ σοφίαν ego enim vobis suppeditabo in loquendo sapientiam. Act. VI. 3. σοφία est prudentia in distribuendis eleemosynis. ibid. VII. 10. χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου ut prudentia sua favorem Pharaonis, regis Ægypti, consequeretur. Coloss. II. 3. ἐν ᾧ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι in qua thesauri omnis veræ sapientiæ et cognitionis sunt reconditi; seu, quæ homines ad veram sapientiam et sa-

lutarem cognitionem ducere valet. ibid. IV. 5. ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς τοὺς ἔξω prudenter vos gerite inter gentiles. Jacob. I. 5. εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας si vero quis vestrum destituatur sapientia, quæ nempe cernitur in contemnendis rebus humanis atque adeo morte, in constanter perferendis, aut prudenter evitandis calamitatibus et afflictionibus ob religionem christianam et justo earum pretio constituendo. (coll. Sirac. XXXIX. 8.) Confer Æschin. Socr. Dial. III. 2. et inprimis Sirac. I. 8 et 14. Jacob. III. 13. ἐν πραΰτητι σοφίας mansuetudine, veræ sapientiæ documento. ibid. v. 15 et 17. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία vera sapientia, quam Deus postulat et quæ Deo probatur. 2) *omnis peritia et facultas, eruditio, scientia, doctrina et ars humana.* Hesych. σοφία· πᾶσα τέχνη καὶ ἐπιστήμη. Suid. σοφίαν κοινῶς ἁπάντων μάθησιν καὶ τὴν τέχνην, καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ ἐπιστήμην, ἢ τὸν νοῦν. ἅπαξ ἐχρήσατο Ὅμηρος σοφίᾳ, οὐ, καθάπερ νῦν, τὴν διὰ λόγου καὶ πραγμάτων ἐπισκευὴν λέγων τοῦ ἤθους, ἀλλὰ τὴν τεκτονικὴν τέχνην. Hom. Iliad. ό, ver. 412. Confer et Pollucem in Onom. Lib. V. c. 46. s. 164. Matth. XII. 42. ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος ad audiendam sapientiam Salomonis, in solvendis quæstionibus ænigmaticis conspicuam. Confer 1 Reg. X. 1. et Josephum A. J. VIII. 7. 5. Matth. XIII. 54. πόθεν τούτῳ ἡ σοφία αὕτη; unde huic illa facultas docendi et illa interpretandi litteras sacras peritia? Marc. VI. 10. Luc. XI. 31. Act. VI. 10. καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι, ᾧ ἐλάλει et insigni ejus doctrinæ et eloquentiæ, quam Deus ipsi suppeditaverat, impares erant. ibid. VII. 10. ubi σοφία fortasse de peritia in somniis interpretandis, qua Josephus Pharaonis favorem sibi conciliaverat, explicandum est. Sed æque commode de prudentia in rebus gerendis explicari potest, ut sit i. q. φρόνησις. Conf. Josephum A. J. II. 5. 7. Act. VII. 22. ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων imbutus fuit Moses omni doctrina Ægyptiorum, quæ cernebatur inprimis, cum in somniorum interpretatione, tum rerum naturalium cognitione et prodigiorum effectione, ut e Josephi libris docuit Krebsius in Obss. Flav. pag. 195 seq. 1 Cor. I. 17. ἐν σοφίᾳ λόγου erudita institutio, institutio, quæ plena est demonstrationibus subtilibus ad modum philosophorum, cum Græcorum, tum Judaicorum. Sic Socrates vocabulis σοφὸς et σοφία maxime de sophistis suæ ætatis usus est, qui sequebantur in disserendo argutias meras, neglecta veritate, et specie doctrinæ ac ingenii alios fallebant. ibid. v. 19 et 20. τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου philosophiam et theologiam Judæorum pariter ac Græcorum, quæ tunc temporis maxime æstimari et tractari solebat. ibid. v. 21. διὰ τῆς σοφίας præ sapientia et eruditione humana. ibid. v. 22. II. 1, 4, 13. οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις. ibid. III. 19. ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι eruditio enim humana mera inscitia est, judice Deo. 2 Cor. I. 12. ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ humana eruditione usus. Apoc. XVII. 9. ὁ ἔχων σοφίαν qui præditus est facultate hæc interpretandi et in verum eorum sensum inquirendi. Etiam apud Alexandrinos σοφία de *omni peritia rerum et facultate aliquid agendi et bene tractandi* usurpatur, v. c. Exod. XXXV. 31. ubi pro בְּכָל־מְלֶאכֶת מַחֲשֶׁבֶת habent ἐν παντὶ ἔργῳ σοφίας, et 1 Reg. VII. 14. חָכְמָה ab iisdem exponitur τέχνη. Adde Aristot. Ethic. VI. cap. 7. Perizonium ad Ælian. V. H. II. c. 31. et Gatakeri Opera Critica pag. 92 seq. 3) *doctrina, quæ præcepta saluberrima et fundamenta omnis veræ sapientiæ tradit.* Speciatim vero *ipsa doctrina christiana, sapienter præceptis plena, in qua hominibus tradenda summam Deus demonstravit sapientiam suam.* 1 Cor. I. 21. ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ per religionem christianam, quam Deus volebat hominibus tradi. ibid. II. 6. σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις κ. τ. λ. et tamen tradimus doctrinam, omnis veræ sapientiæ magistram, quam veræ sapientiæ præcepta continere omnes quidem veri christiani et intelligentes agnoscunt et fatentur, nullo vero modo agnoscere possunt, etc. ibid. ver. 7. σοφία Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ dicitur. Coloss. II. 23. ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας quæ omnia speciem quidem sapienter præceptorum præ se ferunt. Ita חָכְמָה de *præceptis sapientiæ* usurpatur Proverb. V. 1. 4) *cognitio religionis christianæ, sapientia christiana.* Ephes. I. 8. ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει. ibid. v. 18. δώῃ ὑμῖν πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως. Coloss. I. 9. ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ. ibid. ver. 28. III. 16. ubi verba ἐν πάσῃ σοφίᾳ cum formula ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως conjungenda esse judico. 2 Petr. III. 15. κατὰ τὴν αὐτῷ δοθεῖσαν σοφίαν pro pleniore ac perfectiore religionis christianæ cognitione, qua pollet. Hinc lucem fœneratur quoque locus 1 Cor. XII. 28. ubi σοφία a γνῶσις ita distinguitur, ut σοφία esse videatur major et perfectior religionis christianæ cognitio, quæ cernitur in subtiliore institutione in interpretandis oraculis V. T. de Messia iisque cum vita et fatis Jesu in his terris ingeniose et docte comparandis, in prudentia denique, se temporibus ac singulorum hominum opinionibus accommodandi, qualis fuit in apostolis; γνῶσις vero sit imperfectior et minus subtilis religionis christianæ cognitio, quæ circa elementa ejus tantum versatur. Cf. ad h. l. Chrysostomum. 5) per metonymiam: *auctor veræ cognitionis religionis divinæ, doctor religionis.* Luc. XI. 49. διὰ τοῦτο καὶ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ εἶπεν ideo ego, missus a Deo hominum doctor, vobis significo. 1 Cor. I. 24. Θεοῦ σοφίαν doctorem religionis, sapientiæ plenissimæ, a Deo missum. ibid. v. 30. ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ. 6) *res ardua, cujus cognitio et explicatio eget sapientia acuti ingenii, cum studio omnia penetrantis.* Apoc. XIII. 8. ὧδε ἡ σοφία ἐστὶν hic opus est ingenio acuto et subacto. Similis locus est v. 10. ὧδέ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ πίστις τῶν ἁγίων. 7) *Deo* tribuitur σοφία, quatenus omnium absolutissime intelligit rationem salutis rerum creatarum et judicio, minime fallaci, cognoscit, quæ conducunt ad illam felicitatem, ut verbis Dœderleinii utar, seu, quatenus est Deus Optimus Maximus, et omnes creaturas et eventus maxime hominum benigna sua ac sapientissima providentia amplectitur. Sic legitur in N. T. Rom. XI. 33. ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ O quam sublimis et captum humanum longe superans est scientia ac sapientia divina! Ephes. III. 10. ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ. Apoc. VII. 12. ἡ σοφία τῷ Θεῷ ἡμῶν summa et impervestigabilis sapientia Dei nostri ab omnibus agnoscatur et celebretur. Hinc lucem fœneratur locus Apoc. V. 12. ubi Christus pro salute humana mortuus dicitur ἄξιος λαβεῖν σοφίαν dignus, qui ob summam suam sapientiam ab omnibus celebretur et laudetur. Cf. Schœttgenii Hor. Hebr. et Talmud. p. 1111. et Vitringæ Obss. Sacr. Lib. I. c. 10. p. 129. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΟΦΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) *sapientem*

reddo, trado præcepta veræ sapientiæ, erudio, instituo. Σοφίζομαι *edoceor, sapiens reddor, intelligo, cognosco,* a σοφὸς, quod vide. 2 Tim. III. 15. τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν, quæ tibi viam monstrare possunt ad consequendam felicitatem, per Christum hominibus partam. In versione Alex. respondet σοφίζεσθαι Hebraico הֵבִין *intelligentem, prudentem reddidit,* et intransitive: *intellexit, percepit.* 1 Sam. III. 8. καὶ ἐσοφίσατο (intellexit) Ἡλὶ, ὅτι Κύριος κέκληκε τὸ παιδάριον. et חָכַם in Kal, Piel, Hiph. et Hithp. 1 Reg. IV. 31. καὶ ἐσοφίσατο ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους. Ps. XIX. 8. ἡ μαρτυρία Κυρίου σοφίζουσα νήπια. ibid. CXIX. 98. ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου. Thom. M. σοφίζομαι ὑφ' ἑτέρου, ἀντὶ τοῦ διδάσκομαι. Hinc σοφισταὶ olim dicebantur σοφοὶ καὶ πάντες οἱ πεπαιδευμένοι, teste Suid. in v. Σοφιστής. Conf. Alex. Exod. VII. 11. etiam *doctores.* Aristoph. Nub. 330. Schol. σοφιστὰς τοὺς διδασκάλους νόει, ὡς τοὺς ἄλλους σοφίζοντας. Hesiod. Ἔργ. 649. σεσοφισμένος i. q. πεπειραμένος v. 660. 2) in deteriorem partem: *argutias sector, astute et argute aliquid comminiscor, artificiose compono, eo consilio, ut alios decipiam, callide decipio,* et speciatim de sophistis Græcorum, Socratis maximè ætate, usurpabatur, qui, argutias in disserendo tantum sectantes, neglecta veritate, specie exquisitæ doctrinæ et acuti ingenii alios fallebant: unde σόφισμα est *commentum,* σοφισματικὸς *fraudulentus* et σοφιστὴς *impostor, cavillator, sophista.* Sic legitur in N. T. 2 Petr. I. 16. οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες non enim secuti sumus fabulas, argute et more sophistico artificiose excogitatas atque exornatas, ad decipiendos hominum animos. Josephus de B. J. I. 2. 3. τοιούτοις ἐσοφίζετο τὸν Τίτον ejusmodi sermonibus callide decipiebat Titum. Polyb. Hist. VI. c. 58. 12. τὸν σοφισάμενον πρὸς τὸ λῦσαι τὸν ὅρκον δήσαντες ἀπεκατέστησαν πρὸς τοὺς πολεμίους. Aristoph. Equit. 718. Hesych. ἐσοφισάμεθα· ἐτεχνασάμεθα. Idem: σοφίζεται· σοφόν τι λέγει, καὶ παρακρούεται λόγῳ. Suid. σοφιστής. ἀπατεών, παρὰ τὸ σοφίζεσθαι, ὅ ἐστι λόγοις ἀπατᾷν. Hinc σοφία *astutia, fraus,* apud Josephum A. J. I. 19. 6. Cf. Faber in Agonistic. Lib. I. c. 14. Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 690. J. C. Th. Ernesti Lex. Technologiæ GG. Rhet. p. 310 et 312. et Valesium ad Maussaci Notas in Harpocrat. p. 122. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΟΦΟ'Σ, οῦ, ὁ, et ΣΟΦΟ'Σ, ἡ, όν, 1) *sapiens, prudens, solers, sagax, qui facultate præditus est perspiciendi et cognoscendi rerum naturam et tractandi ac contemplandi res, cognitione dignissimas, qui pollet scientia rerum expetendarum et fugiendarum.* Rom. I. 22. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν cum sapientes haberi vellent, stultitiam suam prodiderunt. ib. XVI. 19. θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν velim vero, ut vestra sapientia et prudentia semper sit cum virtute conjuncta. 1 Cor. I. 25. τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ in quibus institutis desipere Deus videtur, omnium hominum sapientiam longe vincit. Hesych. σοφός· φρόνιμος. Æschin. Socr. Dial. II. 7. Eurip. Phœn. v. 473 et 508. Adde Alex. Prov. XIII. 18. XIV. 7. XXIV. 5, 22. 2) Speciatim: *verus sapiens, quem postulat religio christiana, qui ea sapit, quæ ad veram et æternam felicitatem adducere valent, qui bene edoctus est religionem christianam.* 1 Cor. III. 18. ἵνα γένηται σοφὸς tunc verè sapiens evadet. Ephes. V. 15. ὡς σοφοὶ, i. q. v. 17. συνιέντες, τί τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου. Jacob. III. 13. τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; 3) *peritus alicujus rei vel artis.* Hesych. σοφός· φιλότεχνος καὶ ἐξευρετικός. 1 Cor. III. 10. ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων tanquam peritus artis ædificandi. ibid. VI. 5. σοφὸς peritus rerum, quæ in foro tractari solent. Ies. III. 2. σοφὸν ἀρχιτέκτονα. Aristoteles Ethic. Lib. VI. c. 7. τὴν σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν. Æschin. Socr. Dial. I. 1. σοφοὶ μάγειροι, σοφοὶ τέκτονες. ib. § 4. σοφὸς ἱππεύς. Aristoph. Ran. v. 778. τὴν τέχνην σοφώτερος. Confer Pollucis Onomast. V. 164. Eustathium ad Homer. Iliad. ο', v. 411. Wetstenii N. T. T. II. p. 110. et Palairet. Obss. Philol. p. 385. 4) *doctus, eruditus, litteris excultus;* speciatim: *philosophiæ et theologiæ Judaicæ ac Græcæ peritus et studiosus.* Matth. XI. 25. ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν quod hæc non manifestasti eruditis et doctis, qui sibi sapientiæ et doctrinæ humanæ laude placent, ac multum sibi sapere videntur: ubi τοῖς σοφοῖς opponuntur νήπιοι, h. e. nulla exquisitæ eruditionis laude insignes, quales erant apostoli. Luc. X. 21. Rom. I. 14. σοφοὶ sunt populi culti, qui sunt magnam sapientiæ ac doctrinæ famam consecuti. 1 Cor. I. 19, 20. ποῦ σοφός: ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; Suid. s. v. Σοφός· — καὶ, ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; οὐ γὰρ τοὺς ἀληθεῖς σοφοὺς ὀνομάζει, ἀλλὰ τούς τισιν εἶναι δοκοῦντας. 1 Cor. I. 26. οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα. ib. v. 27. III. 18. εἴ τις δοκεῖ σοφὸς εἶναι ἐν ὑμῖν ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ si quis vestrum videatur habere eruditionem humanam. ib. v. 19 et 20. Ælian. V. H. VIII. c. 6. ubi conf. Perizonium. 5) *doctor religionis christianæ.* Matth. XXIII. 34. ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς ego mitto ad vos prophetas et doctores litterarum divinarum peritos. 6) speciatim *Deus* in N. T. σοφὸς dicitur, quatenus summam suam sapientiam idoneis argumentis demonstravit, inprimis legibus, gubernatione mundi et institutis salubribus et variis mutationibus religionis et ecclesiæ christianæ. Rom. XVI. 27. μόνῳ σοφῷ Θεῷ, coll. v. 25 et 26. 1 Tim. I. 17. ubi tamen σοφῷ ante vocem Θεῷ in plerisque codicibus omittitur. Jud. v. 25. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΠΑΝΙ'Α, ας, ἡ, *Hispania,* pro Ἰσπανία, detracta syllaba prima. Est regio Europæ latissima, quæ terminos habet ab ortu ac meridie mare Mediterraneum, fretum Gaditanum et oceanum Atlanticum; ab occasu eundem oceanum, a septentrione oceanum Cantabricum et Pyrenæa juga, quibus a Gallia discernitur. Nomen accepit secundum Justinum ab Hispano, rege, vel, ut aliis placet, ab urbe Hispali, quondam totius regionis capite. Eorum autem opinio, qui ab appellative σπανία *raritas, penuria* derivant sicque regionem hanc dictam putant a sterilitate ejus, æque est improbabilis ac eorum sententia, qui vocem ab Hebraico שָׁפָן quod *cuniculum* notat, deducendam judicarunt. Pauli ætate Hispania erat provincia Romana, Judæis magnopere frequentata, ideoque recipiendæ etiam christianæ religioni aptissima, ut jam recte observavit Koppius ad Rom. XV. 24. qui omnino huc conferendus est. Bis tantum in N. T. memoratur. Rom. XV. 24 et 28. ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν Σπανίαν. De hoc Pauli in Hispaniam itinere conferendus est C. F. Schmidius in Hist. Ant. Canonis V. et N. T. p. 597. Conf. etiam Cellarii Geogr. Plen. Lib.

II. c. 1. p. 50. et Wetstenii N. T. T. II. p. 95 seq.

ΣΠΑΡΑ'ΣΣΩ, vel ΣΠΑΡΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *lacero, dilacero, discerpo, dilanio*, ex σπάω *traho* et ἀράσσω *seco*. Plutarch. T. VI. p. 292. ed. Reisk. 2) ex adjuncto: *commoveo, concutio, huc et illuc jacto*. Sic quater tantum in N. T. legitur. Marc. I. 26. καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον et totum ejus corpus convulsit et distorsit. ib. IX. 20. εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξε αὐτόν. Vulgatus reddit: *conturbavit illum*. ibid. v. 26. Luc. IX. 39. καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ eumque ita distorquet, ut spumet. In omnibus vero his locis σπαράσσειν tantum de convulsione et commotione vehementiori corporis ac partium inprimis, e quibus spuma elicitur, intelligendum est, quam Græci σπαραγμὸν, frequentius autem σπασμὸν dixerunt. In versione Alex. respondet Hebraico נָעַשׁ *motus, commotus, concussus fuit*. 2 Sam. XXII. 6. et Jer. IV. 19. metaphorice de *perturbatione* et vehementiori animi commotione ibidem usurpatur. Alexandrini Dan. VIII. 7. secundum codicem Chisianum: ἐσπάραξεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, ubi in textu Hebraico הִשְׁלִיךְ legitur. Aristoph. Ran. 426. Galen. ad Glauc. 1. Lucian. Jud. Vocal. 11. Hesych. σπαρασσόμεθα· ξεόμεθα, ταραττόμεθα. Idem: ἐσπάραξαν· διέφθειραν. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 555.

ΣΠΑΡΓΑΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *fasciis involvo*, a σπάργανον *fascia quævis maxima, qua devinciuntur et colligantur infantes recens nati, ne corpus tenerum distorqueatur*, (Ælian. V. H. III. 10. 2. Apollod. III. 10. 2.) quæ etiam σπαργάνωμα dicitur, ut apparet ex Photii Lexico, (ubi legitur: σπαργανώματα· αἱ πρῶται φάσκιαι καὶ οἱ δεσμοὶ τῶν ἀρτιτόκων τέκνων.) Latine *cunabulum, incunabulum*, v. c. apud Plautum Amph. V. 1. 52. ubi vidend. Turnebus. Onom. Vet. *Fascinari*, σπαργανοῦσθαι. Bis tantum legitur in N. T. Luc. II. 7. καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν et fasciis eum involvit. ibid. v. 12. βρέφος ἐσπαργανωμένον infantem fasciis obvolutum. Alex. Ezech. XVI. 4. καὶ ἐν σπαργάνοις οὐκ ἐσπαργανώθης. Adde Sapient. VII. 3, 4. Hesych. ἐσπαργάνωσε· περιετύλιξεν, ἔδησεν, ἔσφιγξε πρὸς τὴν ζώνην. Idem: σπαργάνοις· δεσμοῖς, ῥάκεσι. Conf. etiam Irmischium in Excursu ad Herodian. I. 5. 14. p. 878 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 660.

ΣΠΑΤΑΛΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *lascivio, delicior, in deliciis vivo, prodigo, vitam voluptuosam ago*, a σπατάλη *luxus, deliciæ, cibus delicatus*, item *ornamenta muliebria, qualia in brachiis et collo habent*. Sirac. XXVII. 13. quod a σπάτος *cutis* derivatur, ita, ut proprie de *cutis pruritu* diceretur. Bis tantum legitur in N. T. 1 Tim. V. 6. ἡ δὲ σπαταλῶσα vidua autem, quæ delicias agit. Jacob. V. 5. ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐσπαταλήσατε vitam mollem et luxuriosam in his terris egistis. Sirac. XXI. 17. ἤκουσεν ὁ σπαταλῶν. Hesych. σπαταλᾷ· τρυφᾷ. Idem tradit Schol. ad Theocrit. Idyll. III. 36. Lex. Cyrilli MS. Brem. σπαταλᾷ· λίαν τρυφᾷ, ἀσώτως ζῇ. Lex. Vet. σπαταλῶ *delicias ago*. Cf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 992. Wetstenii N. T. T. II. p. 340. et Alberti Obss. Philol. p. 398. qui observat, veteres Græcos pro σπαταλᾷν voce σπαθᾷν usos fuisse, quæ proprie notat: *texere*, tralate autem, *prodigum esse, luxuriari*. Vide etiam Spanhemium et Küsterum ad Aristoph. Nub. v. 55. p. 52 seq. Hinc vox σπάταλος *delicatus*, apud Symmachum Deut. XXVIII. 5. et κατασπαταλᾷν apud Alexandrinos Prov. XXIX. 21. Amos VI. 4.

ΣΠΑ'Ω, ῶ, fut. σπάσω, perf. ἔσπακα, aor. 1. ἔσπασα, *traho, attraho*, item *stringo, educo*. Eandem significationem habet quoque medium σπάομαι, quod bis tantum legitur in N. T. de gladio. Marc. XIV. 47. σπασάμενος τὴν μάχαιραν ἔπαισε τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως educto gladio percussit servum summi sacerdotis. Act. XVI. 27. σπασάμενος μάχαιραν, ἔμελλεν ἑαυτὸν ἀναιρεῖν stricto gladio se ipsum interfecturus erat. Alexandrini Jud. VIII. 10. ἀνδρῶν σπωμένων ῥομφαίαν, et v. 20. καὶ οὐκ ἔσπασε τὸ παιδάριον τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, ubi in Hebraico legitur שָׁלַף quod *educere, extrahere, stringere* notat et proprie de gladiis dicitur. Vide Numer. XXII. 23. Usi etiam sunt hoc verbo pro פָּתַח quod proprie *aperire*, metaphorice *solvere*, item *stringere*, si de gladio sumatur, significat. Ps. XXXVII. 14., Ezech. XXI. 28, 33. Adde Apollodor. Lib. I. c. 9. § 19. et III. c. 13. § 4. σπασάμενος ξίφος ἐδίωκεν αὐτήν. Herodot. III. 29. Aristoph. Ran. 572. Homer. Iliad. γ', 387. Odyss. κ', 439. Hesych. ἐσπάσαντο· εἵλκυσαν. Idem: ἐσπασμένη· γεγυμνασμένη.

ΣΠΕΙ'ΡΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *funis contortus et in orbem convolutus*, etiam *linea flexuosa, quæ facit orbes, in se redeuntes, linea spiralis*. Conf. Foësii Œconom. Hippocr. p. 348. et Reitzium ad Lucian. Opp. T. II. p. 528. 2) tralate: ***militum caterva, cohors militaris Romana, quæ erat decima pars legionis et constabat quadringentis viginti quinque militibus, interdum quingentis, etiam sexcentis, si legiones majores erant***. Vide Lipsium de Militia Rom. Lib. I. 4. Dicta autem est militum caterva et cohors militaris Romana σπεῖρα, quia hæc confertæ multitudinis indoles est, ut in circulum se stipet et in orbem conglobet. Polyb. VI. 22. XI. 21. τρεῖς σπείρας. τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν, παρὰ Ῥωμαίοις κοόρτις. Plutarch. Cim. p. 478. F. Appian. B. C. I. p. 677. II. p. 807. Vide Salmasium in Exercitatt. ad Solinum p. 310. Sic etiam Hebraicum vocabulum חֶבֶל quod legitur 1 Sam. X. 5. et alibi proprie *funem* notat, translatitie vero pro *cœtu, cohorte, caterva*, usurpatur. Matth. XXVII. 27. συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν et adversus eum congregabant totam cohortem. Marc. XV. 16. συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν. Act. X. 1. ἑκατοντάρχης ἐκ σπείρης, τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς centurio cohortis, quæ *Italica* vocatur. Fuit hæc cohors Italica cohors prætoria et præsidiaria, quam procurator Romanus secum habebat securitatis causa, et Italica haud dubie dicta, quia in ea meruerunt milites, ortu Italici. Vide Chr. Gottl. Schwarzii Diatriben de Cohorte Italica et Augusta, Altorf. 1720. Act. XXI. 21. τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης. ibid. XXVII. 1. σπεῖρα σεβαστὴ cohors augusta commemoratur. A Luthero dicitur eine Schaar, *a troop*, quod vocabulum J. G. Schottelius in Opere de lingua Teutonica p. 450. ex antiquitate enodavit. Legitur præterea 2 Macc. VIII. 23. XII. 20, 22. Hesych. σπεῖρα· πλῆθος, στράτευμα, τάγματα, ἢ συστροφαί. Suid. σπεῖρα· τάξις στρατιωτική. Idem: σπεῖραι· πλήθη στρατευμάτων, φάλαγγες, νούμερα, λεγεῶν. Hesych. ἐκ σπείρης· ἐκ τάγματος, ἐκ νουμέρου. Confer Glossar. Gr. N. T. ab Alberti editum p. 71 et 193. Raphelii Obss. Polyb. p. 110. et Salmasium de Re Militari Romanorum T. X. Anti-

quitt. Rom. p. 1301. 3) per metonymiam dicitur pro *militum quavis multitudine ex cohorte.* Joh. XVIII. 3. λαβὼν τὴν σπεῖραν acceptis militibus quibusdam cohortis. ibid. v. 12. Sæpius in N. T. non legitur. Confer Schneideri Lex. Crit. l. Gr. s. h. v.

ΣΠΕΙ'ΡΩ, fut. σπερῶ, 1) proprie: *sero, semino, spargo, sementem facio.* Matth. VI. 26. οὐ σπείρουσιν. XIII. 3. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν sator quidam abiit ad serendum. ibid. v. 4 et 18. παραβολὴν τοῦ σπείροντος explicationem parabolæ de satore. ibid. v. 10, 20, 22—25, (ubi Vulgatus τὸ ἔσπειρε Latinissime transtulit: *superseminavit.*) 27, 31, 37, 39. XXV. 24, 26. θερίζω ὅπου οὐκ ἔσπειρα, h. e. me esse hominem durum et avarum. Marc. IV. 3, 4, 16, 18, 20, 31, 32. Luc. VIII. 5. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ exiit quidam, ut committeret semina sulcis. ibid. XII. 24. XIX. 21, 22. Joh. IV. 37. ὅτι ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων καὶ ἄλλος ὁ θερίζων alius seminat, alius metit. Formula proverbialis, dicta in eos, qui alienorum fructum laborum intercipiunt, de quibus Græci et formulis proverbialibus τἀλλότριον ἀμᾶν θέρος· ἄλλοι κάμον, ἄλλοι ὄναντο· ἄλλοι μὲν σπείρουσ', ἄλλοι δ' αὖ ἀμήσονται uti solent. Conf. A. Schotti Adagialia Sacra p. 60. 1 Cor. XV. 36. σὺ ὃ σπείρεις, οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ semen, quod terræ mandas, nonnisi putrefactum antea, revirescit. ibid. v. 37. 2 Cor. IX. 10. Respondet in versione Alexandrina Hebraico זָרָה *sparsit, dispersit,* Exod. XXXII. 19. זָרַע idem, Levit. XI. 37. Deut. XI. 10. et הֵפִיץ. Ies. XXVIII. 25. 2) sicut Hebraicum זָרָה (Prov. XI. 18. Hos. X. 12. et Job. IV. 8.) metaphorice: *studium et operam in aliquid confero, vel ad certum finem dirigo tanquam ad fructus inde percipiendos, operam præsto quocunque modo, vivo, ago,* et ad omnem vitæ morumque rationem refertur. Galat. IV. 7. ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει ut quis sementem fecerit, ita metet, (Cic. de Orat. II. 65.) h. e. ut quisque se gesserit in hac vita, ita olim a Deo, vel pœnis, vel præmiis afficietur. Vide Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Cerer. v. 138. et Aristotel. Rhet. Lib. III. cap. 3. § 18. ibid. v. 8. ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθορὰν qui vitiositati et pravis cupiditatibus indulget, et impie agit, justas Deo ob hanc perversitatem pœnas dabit. Prov. XXII. 8. ὁ σπείρων φαῦλα θερίσει κακά. Aristotel. Rhet. III. 3. σὺ δὲ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ἐθέρισας. Galat. VI. 8. ὁ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα qui convenienter vivit præceptis religionis christianæ. 5) *trado, doceo, instituo, imbuo animum.* Matth. XIII. 19. ἁρπάζει τὸ ἐσπαρμένον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ et quod insitum erat animo, aufert, h. e. efficit, ut doctrina christiana, (ὁ λόγος τῆς βασιλείας, ut ibidem vocatur,) ei tradita, non radices in animo agat. Marc. IV. 14. ὁ σπείρων τὸν λόγον σπείρει cum satore comparavi doctorem novæ œconomiæ. ibid. v. 15. αἴρει τὸν λόγον τὸν ἐσπαρμένον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Joh. IV. 36. ὁ σπείρων qui primus tradidit præcepta religionis christianæ, nempe Christus. E contrario ὁ θερίζων sunt apostoli, qui continuabant institutionem, a Christo inchoatam. 4) *distribuo, erogo, communico,* et inprimis de eleemosynis et beneficiis usurpatur. 1 Cor. IX. 11. εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν si nos vobiscum communicavimus beneficia, ad animum et religionem pertinentia, h. e. si vos instituimus in religione christiana. 2 Cor. IX. 6. ὁ σπείρων φειδομένως qui maligne dat pauperibus. ib. ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις qui liberalis est erga pauperes. Etiam apud Arabes *spargere,* pro *copiose distribuere,* de eleemosynis et beneficiis usurpatur, v. c. in Historia Joctanidarum ed. Schultensii p. 56. ubi narratur *Jasasin,* filius *Amron,* appellatus fuisse باشر النعم *sparsor beneficiorum.* 5) *præparo mihi res futuras,* quemadmodum, qui serit, ad messem sibi necessaria præparat. Jacob. III. 18. καρπὸς δὲ τῆς δικαιοσύνης ἐν εἰρήνῃ σπείρεται τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην. 6) *corpus in terram recondo, sepelio.* 1 Cor. XV. 42. σπείρεται ἐν φθορᾷ terræ mandatur, seu sepelitur corpus interiturum. ibid. v. 43 et 44. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΠΕΚΟΥΛΑ'ΤΩΡ, ορος, ὁ, *spiculator,* seu, secundum alios, *speculator.* Vox, origine Latina, sic dicta a *spiculo,* quod gestabat, unde Græcis quoque δορυφόρος dicitur. Casaubonus a *speculando* eam deducere mavult, ut *speculator* proprie *eum* significaverit, *cui in mandatis datum erat, ut aliorum dicta et facta clandestine indagaret vel referret, in hostium castris omnia accuratius inspiceret et ad militiæ suæ ducem referret, aut in turribus et locis editis constitutus hostilem vel exercitum, vel machinationem inde conspiceret et visa referret.* Dicebatur autem Σπεκουλάτωρ *miles, qui principi fuit a custodia corporis, satelles regius, corporis stipator,* (qui quasi in specula stat pro salute principis.) ὁ σωματοφύλαξ τοῦ βασιλέως, ut a Josepho (A. J. VIII. 2. 2.) vocatur, qui ab Hebræis טַבָּח dicebatur Genes. XXXVII. 36. XXXIX. 1. etc. Horum stipatorum corporis regis inter cætera munus erat hoc, ut reos, capitis damnatos, inprimis autem eos, qui majestatem regum graviter violassent, detruncandis gladio capitibus, interficerent, atque adeo carnificum munere fungerentur. Hinc lucem fœneratur locus Marc. VI. 27. καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα, ubi vix dubitandum est, quin speculator ille, qui h. l. traditur ab Herode Antipa jussus esse caput Johannis, baptistæ, amputare, fuerit unus de stipatoribus corporis tetrarchæ. Theophylactus ad h. l. σπεκουλάτωρ ὁ δήμιος λέγεται, στρατιώτης, ὃς πρὸς τὸ φονεύειν τέτακται. Gloss. Græcobarb. apud Du Fresne: Σπεκουλάτωρ· ὁ δήμιος ἀποκεφαλιστής. Gloss. Gr. Lat. *Speculator:* κατάσκοπος, ὁ ἀποκεφαλίζων. Suid. σπεκουλάτορος, τοῦ δορυφόρου. Seneca de Ira Lib. I. c. 16. Sueton. Claud. c. 35. neque convivia inire ausus est, nisi, ut speculatores cum lanceis circumstarent. Idem in Caligula c. 32. *miles, decollandi artifex, quibuscunque e custodia capita amputabat.* Tacitus Annal. II. c. 12. s. 2. et Hist. I. 24. s. 3. II. 11. 6. Firmicus lib. 8. cap. 26. *speculatores* vocat, *qui nudato gladio hominum amputant cervices.* Conf. Spanhemium de Usu et Præstantia Numismatum Vol. II. Diss. X. p. 233 seq. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 993. Salmasium ad Æl. Spartiani Hadrian. p. 106. interpretes ad Vegetium de Re Milit. I. 23. Wetstenii N. T. T. I. p. 580. Laur. Lundii D. de *speculatore* (Haun. 1703.) in Martini Thes. Diss. T. III. P. I. p. 1 seq. et Gollingii Diss. de Speculatoribus Vett. Roman. in Ikenii et Hasæi Thesauro Philol. T. II. p. 407. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΠΕ'ΝΔΩ, fut. σπείσω, 1) proprie est: *libo, libamentum offero,* h.

e. *vinum, aut alium liquorem guttatim effundo victimæ in honorem Dei.* Hesych. σπεῖσαι· ἐκχῦσαι. 2) *sacrifico, sacrificium Deo offero, immolo victimam.* Hesych. σπεῖσαι· προσενέγκαι, θῦσαι Θεῷ. Suid. σπένδεται· δοτικῇ, θύεται. Idem: σπένδομαι· δοτικῇ, θύομαι, ἢ Θεῷ ἀνατίθεμαι. καὶ σπένδοντας· θύοντας, προσφέροντας. 3) *fœdus sancio, ineo, paciscor,* quia in fœderibus sanciendis libationibus uti solebant. Suid. σπένδεται· φιλιοῦται. Eurip. Phœniss. v. 1256. 4) metaphorice: *paulatim absumor.* Sic bis in N. T. legitur. Phil. II. 17. ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι sed si vel vires meæ omnes, vitam adeo ipsam impendam. Zonaras Lexic. col. 1666. σπένδομαι, ἀποθνήσκω. θυσίαν μέλλω καὶ σπονδὴν ἐμαυτῷ προσφέρειν Χριστῷ. ὁ ἀπόστολος. ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ κ. τ. λ. 2 Tim. IV. 6. ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι jam enim omnes vires meæ sensim minuuntur et absumuntur: ubi explicationis causa additur: καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. Ita *libari* usurpatur quoque apud Livium XXI. 29. XXII. 33. XLIII. 30. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 272 seq. Gloss. Vet. σπένδω, *delivo, livo, (delibo, libo) fœdero.*

ΣΠΕ'ΡΜΑ, τος, τὸ, 1) *semen,* principium generationis, tam in plantis, quam animantibus et ipso homine. Est verbale a prima pers. perf. pass. ἔσπαρμαι, verbi σπείρω *sero, semino,* ε futuri, quod in perfecto mutatum fuit, redeunte. De semine, quod in agro seritur, legitur Matth. XIII. 24. ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ homini, spargenti bonum semen in agrum suum. ibid. ver. 27, 32. πάντων τῶν σπερμάτων inter omnia grana, quæ terræ immitti solent. ibid. v. 37. Marc. IV. 31. ubi σπέρμα cum κόκκος permutatur, æque ac 1 Cor. XV. 38. coll. v. 37. 2 Cor. IX. 10. De semine virili legitur Hebr. XI. 1. de Sara, quæ fide δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε vim ad concipiendum semen nacta est. Marc. Antonin. IV. c. 31. σπέρματα τὰ εἰς γῆν ἢ μήτραν καταβαλλόμενα. Adde Alex. Genes. I. 11, 12. Num. V. 12, 28. 2) *herba virescens e semine, germen efflorescens.* Matth. XIII. 38. ubi triticum ita dicitur et lolio opponitur. 3) metaphorice per metonymiam causæ pro effectu: *soboles, posteri, proles, progenies,* ut Hebraicum זֶרַע est *collectivum,* quanquam interdum quoque de *uno* tantum *ex posteris alicujus* dicitur. Mat. XXII. 24. καὶ ἀναστήσει σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ut fratri suo sobolem conciliaret. ibid. v. 25. μὴ ἔχων σπέρμα sine prole. Marc. XII. 19—22. Luc. I. 55. τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ Abrahamo ejusque posteris. ibid. XX. 28. Joh. VII. 42. ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ e familia Davidis. ibid. VIII. 33, 37. Act. IV. 25. ἐν τῷ σπέρματί σου uno ex posteris tuis. ibid. VII. 5, 6. XIII. 23. Rom. I. 3. Christus dicitur ὁ γενόμενος ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. ibid. IV. 13, 18. IX. 7. XI. 1. 2 Cor. XI. 22. Galat. III. 16. καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. οὐ λέγει· καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός· καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. ibid. v. 19. ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται. 2 Tim. II. 8. Hebr. II. 16. ubi formula σπέρμα Ἀβραὰμ latissime patet, ac de omnibus omnino hominibus accipienda est. ibid. XI. 18. ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα Isaaco debetis numerosam posteritatem, seu posteri tui Isaacidæ vocabuntur. Apoc. XII. 17. μετὰ τῶν λοιπῶν τοῦ σπέρματος αὐτῆς. Eodem modo זֶרַע usurpatur in V. T. Genes. IV. 24. IX. 9. XII. 7. XXII. 17. et σπέρμα apud scriptores Græcos elegantissimos, v. c. Sophoclem (Electra 1510. ὦ σπέρμ' Ἀτρέως. Œdip. Tyrann. 1087.) et Thucyd. (V. 16. ubi Schol. notat, τὸ σπέρμα idem esse ac τὸ ἀπόγονον, vel rectius τοὺς ἀπογόνους.) ut multis docuit Georgius in Vindiciis N. T. ab Hebraismis Lib. II. c. 1. § 39. p. 87 seq. Pfochenius de Linguæ Græcæ N. T. Puritate, § 109. 4) σπέρμα τινὸς metaphorice dicitur, *qui aliquem imitatur, se omnemque suam vivendi rationem ad alicujus exemplum componit.* Sic legitur in N. T. Rom. IV. 16. παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ omnis generis posteris Abrahami, sive naturalibus, sive quorum fides similis est fidei Abrahami. ibid. IX. 7. ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. ib. v. 8. Galat. III. 29. si vero vos estis veri Christi sectatores, ἄρα τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα ἐστὲ tunc etiam veri et genuini Abrahami posteri estis. Conf. quæ infra ad τέκνον et υἱὸς dicta sunt. 5) *reliquiæ, pars exigua, pauci, superstites,* seminum instar, quæ ad sementem servantur, unde nova messis exspectatur. Sic legitur in N. T. Rom. IX. 29. εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα nisi Deus O. M. nobis paucos superstites fecisset; ubi σπέρμα est i. q. κατάλειμμα v. 27. Verba sunt desumta ex versione Alex. Ies. I. 9. ubi in Hebraico textu pro σπέρμα legitur שָׂרִיד quod est i. q. שְׁאֵרִית Deut. III. 3. Jer. XLIV. 14. et de exigua Israëlitarum parte usurpatur. Sic etiam σπέρμα usurpatum reperitur apud Josephum A. J. XI. c. 5. § 3. edit. Haverc. παρεκάλει δὲ τὸν Θεὸν σπέρμα τι καὶ λείψανον ἐκ τῆς τότε συμφορᾶς αὐτῶν καὶ αἰχμαλωσίας περισώσαντα, καὶ πάλιν εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ τὴν οἰκείαν γῆν ἀποκαταστήσαντα. et XII. 7. 3. Et apud Platonem in Timæo p. 1044. ἐκ ὧν πᾶσα ἡ πόλις ἐστὶ τὰ νῦν ὑμῶν περιλειφθέντος ποτὲ σπέρματος βραχέος. Conf. Wetstenium ad Rom. IX. 29. et Schwarzii Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1235. 6) *doctrina,* cujus semina quasi sparguntur in auditorum animos. 1 Joh. III. 9. ὅτι σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ μένει nam doctrina divina in eo manet, seu constanter observat doctrinam divinam, christianam nempe, quæ 1 Petr. I. 23. σπορὰ ἄφθαρτος, et λόγος ζῶντος Θεοῦ dicitur. Sæpius in N. T. non legitur. 7) interdum reticetur, v. c. Matth. XIII. 4. post ἃ μὲν, v. 5. post ἄλλα, etc.

ΣΠΕΡΜΟΛΟ'ΓΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie notat *eum, qui semina colligit,* ὁ τὰ σπέρματα συλλέγων, ut Hesychius recte interpretatus est, a σπέρμα *semen* et λέγω *colligo.* Sic v. c., ut σπερματολόγος, apud Græcos usurpatur de avibus, quæ grana, in terra et agro sparsim relicta, diligenter colligunt et seminibus collectis vitam tolerant. Plutarch. T. V. pag. 50. ed. Reisk. Schol. ad Aristoph. Aves v. 580. Confer Foësii Œcon. Hippocr. p. 348. Transfertur etiam apud Græcos ad pauperes, spicas, a messe relictas, colligentes, et ad homines, qui, forum oberrantes, si quid excideret ementibus, aut vendentibus, id legere et vitam hoc modo sustentare solebant. Vide Casaub. ad Theophr. cap. VI. Harpocration: Σπερμολόγος λέγεταί τι μικρὸν ὀρνιθάριον κολοιῶδες, σπερμολόγος ὠνομασμένον, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τοῦ σπέρματα ἀναλέγειν, οὗ μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισιν. Hesych. σπερμολόγος· — καὶ ὁ τὰ σπέρματα συλλέγων, καὶ κολοιώδες ζῶον. Eustathius ad Homer. Odyss. ι', 241. σπερμολόγοι· οἱ περὶ τὰ ἐμπόρια καὶ ἀγορὰς διατρίβοντες, διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων ἀποῤῥέοντα καὶ διαζῆν ἐκ τούτων. Hinc 2) generatim: *homo vilis, contemtus et nullius*

pretii, homo circumforaneus: speciatim: *loquax,* (ut explicatur in Glossar. Gr. apud Labbæum p. 171.) *…gator, garrulus, blaterator, qui [v]arios rumores colligit et spargit,* qui, quicquid in buccam venit, sine ordine et delectu protrudit, in sermone suo admodum verbosus, in dicendorum ordine confusus, in argumentorum delectu exilis ac sterilis, in ratiociniorum vi ac pondere admodum jejunus est, qui adeo verba haud secus ac semina copiose ac sine delectu spargit ac projicit: ein fader schwätzer, *a senseless babbler.* Onom. Vetus: λάλος· σπερμολόγος. Gloss. Vet. σπερμολόγος, *loquax.* Hesych. σπερμολόγος· φλύαρος. Suid. σπερμολόγον· εὐρυλόγον, ἀκριτόμυθον. Alberti Glossar. Gr. p. 76. σπερμολόγος· λεξίθηρος. Harpocration s. h. v. — — λέγεται οὖν ἀπὸ τούτου ὁ εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος ἄνθρωπος κ. τ. λ. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 86. et interpretes ad Theophr. Char. c. 6. Sic semel tantum in N. T. legitur Act. XVII. 18. καί τινες ἔλεγον· τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν; alii vero dicebant: quid sibi vult ille nugator? Syrus: ܡܠܩܛ ܡ̈ܠܐ *collector sermonum.* ubi videndus Priceus in Annotationibus in N. T. Hinc vox σπερμολογέω de iis usurpatur, *qui sunt vaniloqui et verba sine delectu ullo proferunt,* v. c. apud Philostratum de Vita Apollonii V. c. 20. p. 203. καὶ μὴν καὶ σπερμολογοῦσι ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων, ἐξαψάμενοί τι Δήμητρος ἢ Διονύσου ἄγαλμα, καὶ τρέφεσθαί φασιν ὑπὸ τῶν θεῶν, οὓς φέρουσι, ubi videndus Olearius. Conf. etiam Wolfii Curas Philol. in N. T. T. I. p. 1252. Wetstenii N. T. T. II. p. 564. et Wakefield. Silvam Criticam P. II. p. 138. qui recte observavit, σπείρειν λόγους, pro *colloqui,* phrasin esse, Græcis scriptoribus admodum familiarem, quos adeo imitatus est Virgilius Æn. VI. 160. *multa inter sese vario sermone serebant.*

ΣΠΕΥ´ΔΩ, fut. σπεύσω, aor. 1. ἔσπευσα, 1) proprie: *impello, urgeo, accelero, maturo aliquam rem,* et pronomine σαυτὸν, αὐτὸν, etc. intellecto: *festino, propero, studeo aliquid consequi,* et inprimis de iis usurpatur, qui, missis aliis rebus, aliquo festinanter tendunt. Cum aliis verbis junctum haud raro locum adverbii explet, et *celeriter, festinanter* reddi debet. Luc. II. 16. καὶ ἦλθον σπεύσαντες itaque celeriter profecti. ibid. XIX. 5 et 6. καὶ σπεύσας κατέβη ille vero festinanter descendit. Act. XX. 16. ἔσπευδε γὰρ, εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ, τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα quoniam properabat, si fieri posset, die pentecostes Hierosolymam venire. ib. XXII. 18. σπεῦσον καὶ ἔξελθε ἐν τάχει ἐξ Ἱερουσαλὴμ celeriter exi Hierosolyma. Symmachus Job. IX. 26. ναυσὶ σπευδούσαις. Alex. Ies. XVI. 5. σπεύδων δικαιοσύνην. Prov. XIX. 2. ὁ σπεύδων τοῖς ποσίν. Esther VIII. 14. οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς ἐξῆλθον σπεύδοντες. 2 Paral. XXVI. 20. Ezech. XXX. 9. Sirac. XI. 12. ἔστι κοπιῶν καὶ πονῶν καὶ σπεύδων. ibid. XXXVI. 7. σπεῦσον καιρὸν accelera tempus. 2 Maccab. XI. 37. διὸ σπεύσατε καὶ πέμψατέ τινας. Herodot. I. cap. 38. τόν τε γάμον τοι τοῦτον ἔσπευσα. Eurip. Phœn. v. 595. Hesych. σπεύδων· σπουδάζων, ἐνεργῶν. Idem: ἔσπευσεν· ἐτάχυνεν. 2) metaphorice: *summo cum desiderio exspecto, vehementer expeto, magnopere desidero.* Sic legitur in N. T. 2 Pet. III. 12. προσδοκῶντας καὶ σπεύδοντας τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας; summo cum desiderio exspectantes adventum diei extremi judicii. Alex. Prov. XXVIII. 22. σπεύδει πλουτεῖν ἀνὴρ βάσκανος. Ælian. V. H. XIII. c. 30. σὺ μὲν οὐρανοῦ μετασχεῖν βουλόμενος, καὶ τοῦτο σπεύδων. Polyb. III. c. 62. εὔχοντο τοῖς θεοῖς, σπεύδων ἕκαστος αὐτὸς γενέσθαι τῶν λαχόντων. Eurip. Hecuba v. 1175. σπεύδων χάριν ἔτῃ σήν. ibid. v. 1012. Ion. v. 448. Eodem sensu *festinatio* legitur apud Cic. ad Famil. V. 12. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 712. et Lexicon Polybianum s. h. v. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. apud Labbæum: σπεύδει, *properat, festinat, pergit, ardet.*

ΣΠΗ´ΛΑΙΟΝ, ου, τὸ, *specus, spelunca, antrum,* a σπέος *specus, antrum.* Matth. XXI. 13. ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν vos autem illud (templum) fecistis speluncam latronum. Scilicet cavernæ haud raro in Judæa erant latronum receptacula, teste Josepho A. J. IV. 27. et XIV. 15. 5. Marc. XI. 17. Luc. XIX. 46. Joh. XI. 38. ἦν δὲ σπήλαιον erat autem spelunca. Scilicet sepulcra apud Judæos et plurimum in petris excidebantur. Vide Salmasium ad Solinum c. 52. pag. 850 seq. et Nicolai de Luctu Græcorum c. 12. § 2. Hebr. XI. 38. σπηλαίοις καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. Apoc. X. 15. ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς πέτρας τῶν ὀρέων. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini sæpius usi sunt hac voce pro מְעָרָה *spelunca.* Genes. XIX. 30. XXIII. 9, 11. Jos. X. 16. Jud. VI. 2. Hesych. σπήλαιον· ἄντρον, σπέος.

ΣΠΙΛΑ´Σ, άδος, ἡ, *scopulus marinus, in aqua latens, cui improviso navigantes alliduntur et naufragium faciunt.* Polyb. I. 37. 2. Plutarch. T. VI. p. 383. ed. Reisk. Hesych. σπιλάδες· αἱ περιεχόμεναι τῇ θαλάσσῃ πέτραι. Suid. σπιλάδες· αἱ ἐν ὕδατι κοῖλαι πέτραι, ὡς Ἀπίων· Ἡλιόδωρος δὲ τὰς παραθαλασσίας πέτρας καὶ ἀπειλημμένας ὑπὸ τῶν κυμάτων. Confer interpretes ad Thomam Mag. pag. 804. edit. Bernard. et Ezech. Spanhemii Comment. ad Callim. Hymn. in Delum v. 242. p. 527. edit. Ernesti. Sic semel legitur in N. T. Judæ v. 12. οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες hi sunt in agapis vestris scopuli marini, h. e. homines periculosi et noxii, partim, quia, dum semper aliorum sumtibus edunt ac bibunt, rei familiari aliorum damnum inferunt, partim, quia et sermonibus suis et actionibus alios corrumpunt; unde statim additur: συνευωχούμενοι ἀφόβως, ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες. Sed haud pauci interpretes verba laudata vertere malunt: hi sunt in agapis vestris maculæ, seu fœdant vestras agapas, ut σπιλὰς sit idem, quod σπῖλος *macula,* et provocant ad glossam Hesychii, σπιλάδες· μεμιασμένοι, qua ad hunc locum nostrum respexisse existimant. Conf. Fesselli Adversaria Sacr. Lib. I. c. 13. et Wetstenii N. T. T. II. p. 736. Gloss. Vet. σπιλὰς, *procella, scopus, scopulus.* Ita enim legendum est.

ΣΠΙ῀ΛΟΣ, ου, ὁ, 1) *macula, labes, vitiligo,* et dicitur speciatim de *macula in veste,* quasi σίπαλος *impurus* vel παρὰ τὸ σπᾶν ἰλὺν a *trahendo cœno.* Plutarch. Tom. VIII. pag. 618. et T. IX. p. 647. edit. Reisk. Hesych. σπῖλος· ῥύπος ἱματίου. Idem: σπῖλοι· αἱ ἐν τοῖς ἱματίοις κηλῖδες. Suid. σπῖλος· μιασμὸς, ῥύπος. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 256. 2) metaphorice: *vitia omnis generis, labes peccatorum, vitiositas moralis,* et per metonymiam: *homo scelestus, impius.* Sic bis tantum in N. T. legitur. Ephes. V. 27. de ecclesia christiana: μὴ ἔχουσαν σπῖλον a quibusvis vitiorum sordibus liberam. 2 Petr. II. 13. σπῖλοι homines maculati h. e. impii et scelerati. Simili modo κηλὶς (quæ proprie *maculam in veste* notat) animæ tribuitur

a Philostrato in Vita Apollon. III. 42. V. Jacobs in Anthol. T. X. p. 281.

ΣΠΙΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *contamino, maculo, polluo, commaculo, inquino* et speciatim de vestibus commaculatis usurpatur, a σπῖλος *macula*, quod vide. 2) metaphorice: *peccatorum sordibus inquino, ad peccata incito, vitiosum reddo.* Sic bis tantum legitur in N. T. Jacob. III. 6. γλῶσσα ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα, h. e. lingua peccatorum multorum fons est et mater. Judæ v. 23. μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα fugite omne commercium cum impiis omnemque vitiositatis speciem. Nihil vero usitatius est scriptoribus sacris, quam vitiositatem et impuritatem omnis generis cum vestibus pollutis et contaminatis comparare. Sic v. c. Apoc. III. 4. οἳ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν. Zachar. III. 3, 4. Ibi Josua, pontifex, ostenditur Zachariæ ἐνδεδυμένος ἱμάτια ῥυπαρὰ, quibus detractis Deus ait: ἰδοὺ, ἀφῄρηκα τὰς ἀνομίας σου. Coheleth IX. 8. formula בְּכָל־עֵת יִהְיוּ בְגָדֶיךָ לְבָנִים a Chaldæo explicatur sic: בְּכָל עִדָּן יֶהֱוְיָן כְסוּתָךְ חִוָּרִין מִן כָּל סוֹאֲבוּת חוֹבְתָא *omni tempore sint vestes tuæ albæ ab omni contaminatione peccati.*

ΣΠΛΑΓΧΝΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, *misericordia commoveor et afficior, misereor*, i. q. ἐλεέω, a σπλάγχνον, quod vide. Varie hoc verbum construitur in N. T. a) cum περὶ, Matth. IX. 36. ἐσπλαγχνίσθη περὶ αὐτῶν misertus eorum est. b) cum ἐπὶ, Matth. XIV. 14. ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτούς. ibid. XV. 32. Marc. VI. 34. ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς. ibid. VIII. 2. Conf. C. Schœttgenii D. de emphasi verbi σπλαγχνίζομαι ad Marc. VIII. 3. Lips. 1712. 4. — ibid. IX. 22. Luc. VII. 13. c) cum genitivo, omissa præpositione περὶ, Matth. XVIII. 27. σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου. d) absolute, et sine casu ponitur Mat. XX. 34. σπλαγχνισθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς. Marc. I. 41. Luc. X. 33. ἰδὼν αὐτὸν ἐσπλαγχνίσθη. Vulgatus: *misericordia motus est.* ibid. XV. 20. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur præterea apud Symmachum Deut. XIII. 8. et Incertum 1 Sam. XXIII. 21. Alexandrini hac voce nuspiam usi sunt; semel tantum usurparunt compositum ἐπισπλαγχνίζομαι Prov. XVII. 5. ubi in Hebraico ei nihil respondet. Activum σπλαγχνίζειν significat: *viscerare, carnes animalium sacrificatorum distribuere*, vel *sacrificare*, ut legitur 2 Macc. VI. 8. unde σπλαγχνισμὸς est *visceratio, carnium animalium sacrificatorum distributio*, vel *sacrificium* et *actus sacrificandi.* 2 Macc. VI. 7, 21. et VII. 42. ἄγεσθαι ἐπὶ σπλαγχνισμὸν μετὰ ἀνάγκης adigi per vim ad actum sacrificandi. item οἱ πρὸς τῷ παρανόμῳ σπλαγχνισμῷ τεταγμένοι sacrificiorum inspectores, seu sacrificiis præfecti. Conf. Vorstii Philol. S. c. 2. p. 36 seq. ed. Fischeri.

ΣΠΛΑ'ΓΧΝΟΝ, ου, τὸ, et in plurali σπλάγχνα, ων, τὰ, 1) proprie et generatim: *viscera, omnes interiores partes ventris et pectoris animalis*, ut cor, pulmo, hepar, lien et alia intestina, quæ sunt vitalitatis præcipui fontes. Speciatim vero de *corde* usurpatur, quod est inter interiora vitalia præcipuum. Pollux Onom. II. 181. σπλάγχνα ἐγκοίλια καλεῖται. Hesych. σπλάγχνα· ἧπαρ, ἔγκατα, καὶ τὰ ἐντὸς τῶν ζώων. Eustathius ad Iliad. α', p. 101. σπλάγχνα· τὰ ὑποσθίδια, σπλῆνα, καρδίαν, ἧπαρ. Apud Sophocl. in Antigon. v. 517. fratres germani, qui communi ex utero prodierunt, ὁμόσπλαγχνοι appellantur. Act. I. 18. ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ effusa sunt omnia viscera ejus. 2 Macc. IX. 5. ἔλαβεν αὐτὸν ἀνήκεστος τῶν σπλάγχνων ἀλγηδών. Jam quia cor sedes amoris credebatur a veteribus, hinc σπλάγχνα 2) metaphorice *misericordiam, commiserationem, amorem, benevolentiam sinceram*, quasi ex ipsis visceribus et corde profectam, significat; substantivis autem junctum, quibus amoris, misericordiæ et benignitatis notio inest, vim superlativi habet. Luc. I. 78. διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν per summam Dei nostri misericordiam. Eodem modo Col. III. 12. σπλάγχνα οἰκτιρμῶν commiserans amor, h. e. summa misericordia. 2 Cor. VI. 12. στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις μου sed mei amorem vestræ sollicitudinis causam esse, haud ignoro: ubi μοῦ positum esse pro εἰς ἐμὲ, apparet e cap. VII. 15. καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστιν eo impensius vero vos amat. Philipp. I. 8. ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ amore, quo Christus vos amplectitur, h. e. summo amore. ibid. II. 1. εἴ τινα σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοὶ, ubi Syrus priora verba eleganter transtulit: ܘܐܢ ܪ̈ܚܡܐ. Significat autem ܪ̈ܚܡܐ (qua voce etiam Col. III. 12. usus est,) amorem impensum et tenerum, quem Græci στοργὴν vocant, metaphora desumta ab avibus, pullis, vel ovis incubantibus, nam ܪܚܦ significat: *incubuit, fovit.* Conf. quoque Deut. XXXII. 11. Jerem. XXIII. 9. 1 Joh. III. 17. καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ et claudat misericordiam suam ab ipso, h. e. nec misericordem et benignum se ipsi præstat. Eodem modo רַחֲמִים usurpatur Psal. LI. 3. כְּרֹב רַחֲמִים quod Alexandrini Zach. I. 16. VII. 9. et Theodotion Psal. CIII. 4. vocabulo οἰκτιρμὸς expresserunt. Onkelosus Genes. VI. 8. nomen Hebraicum חֵן reddidit nomine רַחֲמִין. 3) *animus.* Sic legitur in N. T. Philem. v. 7. ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ a te recreatos esse animos christianorum, h. e. liberalis fuisti erga pauperes christianos eosque sustentasti. ibid. v. 20. ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα fac mihi gratum. Sic quoque רַחֲמִים usurpatur Proverb. XII. 10. רַחֲמֵי רְשָׁעִים אַכְזָרִי. Genes. XLIII. 30. 1 Reg. III. 26. נִכְמְרוּ רַחֲמָיו. Dionys. Halic. Ant. Rom. XL. p. 716. ὁ δὲ Ἄππιος, οἰδῶν τε τὴν ψυχὴν καὶ ζέων τὰ σπλάγχνα διὰ τὸν ἔρωτα τῆς παιδός. Æschyl. S. c. Theb. 343. miles ignavus, desertor armorum et castrorum κακόσπλαγχνος dicitur. 4) per metonymiam: *ille ipse, quem summo amoris affectu amplectimur.* Sic reperitur Philem. v. 12. tu vero illum, τουτέστι τὰ σπλάγχνα μου virum, quem ego impense amo, benigne excipe. Alii præeunte Syro putant, τὰ σπλάγχνα h. l. denotare *filium*, (Artemidor. Oneirocrit. I. 46. p. 40. οἱ παῖδες σπλάγχνα λέγονται, ὡς καὶ ἐντόσθια. Ibid. V. 57. Aristoph. Aves 652. Philo de Josepho T. II. p. 45. 30.) quemadmodum Latini quoque *viscera* de liberis dixerunt, quod Barthius ostendit ad Statii Sylvas pag. 501. et ad Thebaid. Lib. VII. pag. 630. Conf. etiam Suicerum in Thesaur. Eccles. T. II. p. 998. et Wetstenii N. T. T. II. p. 381. Sed æque commode in omnibus his locis *viscera* de iis explicari possunt, qui summo loco amantur, ut est apud Philostratum Vit. Soph. II. c. 3. οὐκ ἐπαποδύσομαι τοῖς ἐμοῦ σπλάγχνοις, ubi videndus Olearius, et Ovidium

Heroid. Epist. XI. v. 117. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΠΟ'ΓΓΟΣ, ου, ὁ, *spongia*, quasi ex σπάω *traho, attraho*, et ὑγρὸν, οῦ, τὸ, *humor*, quia humorem attrahit. Ter tantum legitur in N. T. Matth. XXVII. 48. καὶ λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε ὄξους et spongiam vino replevit. Marc. XV. 36. γεμίσας σπόγγον ὄξους. Joh. XIX. 29. Plutarch. T. VI. pag. 374. edit. Reisk. Hesych. σπόγγος· σπογγίον. De variis spongiarum generibus earumque nascendi ratione exposuit Plinius in Hist. Nat. IX. cap. 45. Vide etiam Ol. Celsii Hierobotan. T. II. p. 235. De Spongia, ori Salvatoris admota, prodiit peculiaris Dissertatio Joh. Floderi. Upsal. 1767. 4.

ΣΠΟΔΟ'Σ, οῦ, ὁ, *cinis, pulvis*. Ter tantum legitur in N. T. Matth. XI. 21. πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν olim in sacco et cinere resipuissent, h. e. cum maxima luctus contestatione mentem mutassent. Nam cineris aut pulveris in luctu sparsio communis omnium populorum ritus fuit, ut ad h. l. ostendit Alex. Morus in Notis, et Wetstenius. Confer Jon. III. 6. Ies. XLVII. 1. Nehem. IX. 1. Esther IV. 2. Luc. X. 13. ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμεναι μετενόησαν. Hebr. IX. 13. σποδὸς δαμάλεως cinis vaccæ rufæ. Alexandrini usi sunt hac voce pro אֵפֶר idem, Num. XIX. 9, 10. Esth. IV. 1, 3. et דֶּשֶׁן idem, Levit. I. 16. Jerem. XXXI. 40. Adde Sirac. X. 9. XVII. 26. 1 Macc. III. 48. IV. 39. Hesych. σποδός· κόνις, τέφρα, ἀφόδευμα.

ΣΠΟΡΑ', ᾶς, ἡ, 1) proprie: *satio*, seu *actus serendi*. Est verbale a perfect. med. ἔσπορα, verbi σπείρω, *sero, semino*. Sic legitur apud Alexandrinos 2 Reg. XIX. 29. καὶ ἔτει τῷ τρίτῳ σπορὰ (Hebraice זֶרַע *serite*) καὶ ἀμητός. 2) *semen, fruges et omnia, quæ seruntur*, et opponitur τοῖς γινομένοις seu φυτευομένοις. Sic reperitur 1 Macc. X. 30. ἀντὶ τοῦ τρίτου τῆς σπορᾶς ἀφίημι tertias frugum partes vobis remitto. Vide Krebsium ad Decreta Romanorum p. 262 seq. 3) *semen genitale*. Sic σπείρειν *gignere* apud Plutarch. de Educ. Lib. T. VI. p. 3. ed. Reisk. ὁ πατήρ σε μισθῶν ἔσπειρε. 4) *doctrina, quæ traditur aliis*. Semel legitur in N. T. 1 Petri I. 23. ubi christiani dicuntur ἀναγεγεννημένοι οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς, ἀλλὰ ἀφθάρτου regeniti, non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, h. e. vos non naturali modo regenerati estis, ut herbæ progerminare et homines procreari solent e semine, quod una cum fructu mox perit, sed emendati estis per religionem christianam, quæ, uti semper valebit, ita etiam fructus profert, in æternum duraturos: unde statim in sequentibus explicationis causa additur: διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος εἰς τὸν αἰῶνα. Gloss. Vet. σπορὰ, *satio, satus, semen, germen*.

ΣΠΟ'ΡΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *qui seminari solet, sativus, sementilius*. Theocrit. Id. XXV. 219. Σπόριμα, ων, τὰ, *sationes, sata, segetes, agri, frugibus consiti*, etiam *agri, messibus vestiti*, h. e. *maturo hordeo læti*, subintellecta voce χωρία, a σπείρω *sero, semino*, quod in perfecto med. habet ἔσπορα. Ter tantum legitur in N. T. Matth. XII. 1. ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων transiit Jesus die quodam sabbati agros, messibus vestitos. Eadem sententia legitur quoque Marc. II. 23. et Luc. VI. 1. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro זֵרוּעַ *sativus, sativum*, Lev. XI. 27. et זֹרֵעַ *seminans*. Genes. I. 29. Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 7 et 8. Gloss. Vet. σπόριμα, *sationes, sata, segetes*.

ΣΠΟ'ΡΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *satio, sementis, actus serendi*. Est enim verbale a perfecto med. ἔσπορα, verbi σπείρω *sero, semino*. Sic legitur apud Xenophontem Œconom. VII. 20. Alex. Exod. XXXIV. 21. τῷ σπόρῳ καὶ τῷ ἀμητῷ κατάπαυσις, ubi in Hebraico legitur חָרִישׁ *aratio*. 2) *semen* et *genitale*, (Conf. Foësii Œconom. Hippocrat. pag. 350.) et *quod terræ mandatur*, aut *in terram spargitur*, i. q. σπέρμα. Marc. IV. 26. ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον ἐπὶ τῆς γῆς ut si aliquis semina jaciat in terram. ibid. v. 27. καὶ ὁ σπόρος βλαστάνῃ καὶ μηκύνηται. Luc. VIII. 5. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ egressus est sator quidam, ut faceret sementem suam. ibid. ver. 11. ὁ σπόρος ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ semen est doctrina divina, ubi videndus Pricæus, qui multis docuit, apud profanos quoque scriptores doctrinam comparari cum semine. Alexandrini usi sunt voce σπόρος pro זֶרַע semen. Lev. XXVI. 5. Deut. XI. 10. Job. XXI. 8. Amos IX. 13. 3) metaphorice: *opes et facultates, unde eleemosynæ erogari possunt*, etiam *eleemosynæ, quæ liberaliter erogantur in pauperes*. Sic legitur 2 Cor. IX. 10. χορηγήσαι καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν Deus reddet vos liberales ac beneficos et suppeditabit vobis facultates, ut multas eleemosynas erogare possitis. 4) interdum omittitur, v. c. Matth. XIII. 19. post verba οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς. ibid. ver. 20 et 22. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΠΟΥΔΑ'ΖΩ, futur. άσω, 1) proprie: *festino, propero*, de iis, qui, missis aliis rebus, aliquo festinanter tendunt, a σπουδὴ *festinatio*, quod est a σπεύδω *festino*. 2 Tim. IV. 9. σπούδασον ἐλθεῖν πρός με ταχέως festina, ut ad me quam celerrime venire possis. ibid. v. 21. σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν. Tit. III. 12. σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς Νικόπολιν. Alex. Cohel. VIII. 3. μὴ σπουδάσῃς. Judith. XIII. 14. ἐσπούδασαν τοῦ καταβῆναι εἰς τὴν πύλην. 2) *studeo, operam do, incumbo, sedulo ago, studium et operam sedulam in rem impendo, urgeo*. Galat. II. 10. ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι quod ut a me efficeretur, omnem operam dedi. Ephes. IV. 3. σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος. 1 Thess. II. 17. περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν eo magis operam dedi. 2 Tim. II. 15. σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ stude te ipsum probatum sistere Deo. Hebr. IV. 11. 2 Petri I. 10, 15. et III. 14. Conf. Ælian. V. H. XIV. c. 25. et IX. 22. Xenoph. Cyr. I. 3. 10. VI. 1. 26. et Memor. IV. 5. 10. Confer etiam Interpretes ad Thomam M. s. h. v. p. 805 seq. ed. Bernard. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΠΟΥΔΑΙ~ΟΣ, αία, αῖον, *studiosus, diligens, sedulus, industrius, officiosus, serius*, (Vide Beckii Comment. in Aristoph. Vol. III. p. 106 seq.) *vir gravis et rei gerendæ peritus*, a σπουδὴ *studium, diligentia*, quod vide. Semel tantum in N. T. legitur. 2 Corinth. VIII. 22. ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον ὄντα quem probavimus in multis rebus sæpe officiosum et industrium esse. Xen. Memor. IV. 2. 2. Ælian. V. H. I. 17. Zosimus IV. p. 265. ἄνδρα — ἐν πᾶσι σπουδαῖον. Diodor. Sic. I. 51. καὶ καθόλου σπουδαῖον ἐν πᾶσι. Usurpatur etiam hæc vox de rebus magni faciendis, bonis et idoneis, v. c. apud Xenoph. Mem. IV. 4. 14 et 23. ubi σπουδαῖον σπέρμα est bonum semen, e quo robusti et valentes liberi procreari possunt, et apud Alexandrinos Ezech. XLI. 25. σπουδαῖα ξύλα ligna densa.

ΣΠΟΥΔΑΙΟ'ΤΕΡΟΣ, ρα, ρον, *diligentior, studiosior*. Comparativus a σπουδαῖος, quod vide. Neutrum in-

terdum adverbialiter sumitur. Ter tantum in N. T. legitur. 2 Corinth. VIII. 17. σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων studiosior vero existens. ibid. ver. 22. νυνὶ δὲ πολὺ σπουδαιότερον nunc vero multo officiosiorem. 2 Tim. I. 17. σπουδαιότερον ἐζήτησέ με, studiosissime me quæsivit. Comparativus enim h. l. pro superlativo positus est. Confer Wesselingium ad Diodorum Sic. XIII. 30.

ΣΠΟΥΔΑΙΟΤΕ'ΡΩΣ, *festinantius, celerius*, etiam *diligentius, studiosius.* Adverbium comparativi gradus a σπουδαῖος *festinans*, etiam *diligens, studiosus*, quod semel tantum legitur in N. T. Philip. II. 28. σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτὸν festinantius misi ipsum.

ΣΠΟΥΔΑΙ'ΩΣ, *studiose, diligenter, sedulo, enixe.* Adverbium a σπουδαῖος, quod vide. Bis tantum legitur in N. T. Luc. VII. 4. παρεκάλουν αὐτὸν σπουδαίως enixe eum rogabant, seu, intensis precibus eum orabant. Tit. III. 13. σπουδαίως πρόπεμψον.

ΣΠΟΥΔΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *festinatio, properatio*, cum quis, missis omnibus aliis rebus, festinanter aliquo tendit. Est verbale a præt. med. ἔσπουδα, verbi σπεύδω *festino, propero*, etiam *studeo.* Sic legitur in N. T. Marc. VI. 25. καὶ εἰσελθοῦσα εὐθέως μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν βασιλέα et illa statim celeriter ad regem accurrens. Luc. I. 39. ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς festinanter profecta est in regionem montanam. Alex. Esra IV. 23. ἐπορεύθησαν σπουδῇ εἰς Ἱερουσαλήμ, ubi in textu Chaldaico est בְּהִילוּ *celeritas*, Dan. VI. 19. ἐν σπουδῇ pro Chaldaico הִתְבְּהָלָה *celeritas*, cui etiam respondet ibid. II. 25. III. 24. Exod. XII. 11. μετὰ σπουδῆς ubi in Hebraico est חִפָּזוֹן *festinatio.* Adde Deut. XVI. 3. Sirac. XXI. 6. Thucyd. III. 49. Isocr. Panegyr. p. 134. Polyb. I. 27. Euripid. Phœniss. v. 866. τί με καλεῖς σπουδῇ; Eodem sensu σπουδὴν usurpari quoque Herodoto, docuit Raphelius in Obss. Herodott. p. 216. 2) metaphorice: *intentio animi, industria, studium, cura, diligentia, desiderium, sedulitas, ardor.* Pindar. Pyth. IV. 492. Rom. XII. 8. ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ præses ecclesiæ summam curam et diligentiam adhibeat in rebus ecclesiæ administrandis, disciplinaque inprimis gubernanda. ibid. v. 11. τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί, h. e. vel in officiis vestris explendis ne sitis segnes; vel: in studio religionis christianæ tuendæ et propagandæ estote prompti. 2 Cor. VII. 11. πόσην κατειργάσατο ὑμῖν σπουδὴν quantum in vobis effecit studium, removendi nempe omnia, quæ mihi displicere cognoveratis. ibid. v. 12. εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ideo, ut studium meum de vobis bene merendi et salutem vestram omnibus modis promovendi manifestum fieret. ibid. VIII. 7. σπουδὴ est studium pietatis et virtutis christianæ et v. 8. σπουδὴ speciatim de *studio liberalitatis, benevolentia et beneficentia erga alios* adhibetur. Cf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 258. 2 Cor. VIII. 16. τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ ὑμῶν idem desiderium et studium vestris commodis inserviendi. Hebr. VI. 11. ἐπιθυμοῦμεν δὲ ἕκαστον ὑμῶν τὴν αὐτὴν ἐνδείκνυσθαι σπουδὴν πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους spero autem et opto, ut quilibet vestrum eodem studio (pietatis nempe et liberalitatis christianæ,) feratur, ita, ut certissima sit spes vestra usque ad finem. 2 Petr. I. 5. πᾶσαν σπουδὴν παρεισενέγκαντες omne studium adhibentes. Pro formula παρεισφέρειν σπουδὴν *curam ac diligentiam adhibere, studium impendere,* quam illustravit exemplis Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 439. et Wetstenius N. T. T. II. p. 700. interdum etiam eodemque sensu adhiberi apud Græcos (v. c. Joseph. A. J. XX. 9. 2.) formulam εἰσφέρειν σπουδὴν, docuit Wesselingius ad Diod. Sic. I. c. 84. Tom. I. p. 95. Vide etiam Wetstenium ad h. l. Jud. v. 3. πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος omni studio hoc agens; cujus loci aliam explicationem tentavit Stosch. in Archæol. Œcon. N. T. pag. 84. Formula σπουδὴν ποιεῖσθαι, quæ partim *festinare*, partim *serio alicui rei operam dare, cum studio in aliquid incumbere* notat, reperitur quoque in posteriori significatione apud Herodotum. III. c. 4. μεταδιώκει ὁ Ἄμασις σπουδὴν ποιούμενος ἑλεῖν. et V. 30. Porphyr. de Abstinent. II. 43. Lucian. Saltat. p. 784. et Thucyd. IV. c. 30. Confer etiam Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 452. et Wetstenii N. T. T. II. p. 732. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΠΥΡΙ'Σ, ίδος, ἡ, *sporta, corbis, fiscella, calathus vimineus, aut junceus, ciborum maxime receptaculum.* Hesych. σπυρίς· τὸ τῶν πυρῶν ἄγγος. Idem tradit auctor Etym. M. et Bisetus ad Aristoph. Pacem v. 1005. Tantum legitur in N. T. Matth. XV. 37. ἑπτὰ σπυρίδας πλήρεις, sc. τῶν κλασμάτων. XVI. 10. πόσας σπυρίδας ἐλάβετε; et quod canistra frustorum plena tunc superfuerint? Marc. VIII. 8 et 20. Act. IX. 25. χαλάσαντες ἐν σπυρίδι. Athenæus L. IV. p. 129. σπυρίδας καὶ ἀρτοφόρα. Herodot. V. 19. Alciphron III. 56. Apud Aristoph. Acharn. 452 et 468. occurrit σπυρίδιον. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 426.

ΣΤΑ'ΔΙΟΣ, ίου, ὁ, et ΣΤΑ'ΔΙΟΝ, ου, τὸ, 1) *stadium, curriculum*, h. e. *locus*, vel *campus, in quo athletæ certabant et equi ac homines ad cursum exercebantur*, et is, qui cursu alios anteverterat primusque metam occupaverat, præmio ornabatur: item *omnis locus, in quo solemnia certamina apud Græcos habebantur et certabatur non solum cursu, sed etiam lucta, cestu, gladio, et præmia vincentibus proponebantur.* Sunt, qui putent, στάδιον denominari ἀπὸ τῆς στάσεως, vel quod cursores, meta apprehensa, subsisterent ad præmium acceptandum, vel, quod cursores, qui bis curriculum curvo cursu decurrebant, de novo currere volentes, ad metam parum subsistere et quiescere solerent, ut eo melius cursum absolvere possent. Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. IX. 24. οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον; nostis, omnes quidem, qui in ludis isthmiis in stadio cursu certant, (uno verbo σταδιοδρόμοι,) currere, unum vero tantum præmio ornari. Hinc verbum σταδιοδρομεῖν, quod legitur apud Demosthenem p. 1386. 10. ed. Reisk. Cf. Laur. Joubertum de Gymnasiis Ant. cap. 3. Lexicon Xenophonteum s. h. v. et Jac. Lydii Agonistica SS. cap. 22. Jam, quia curriculum certis absolvebatur passibus, hinc στάδιοι 2) notat *certam viæ mensuram*, seu *spatium et intervallum pedum sexcentorum*, seu *passuum* CXXV, aut secundum Talmudistas (Cod. Joma c. 6. § 4.) CCLXVI passuum. Octo stadia conficiunt miliare Romanum, aut, secundum aliorum computationem, triginti duo stadia faciunt milliare Germanicum, quod continet quater mille passus. Scholiastes ad Luciani Contemplant. c. 8. T. I. p. 500. ed. Reitzii: στάδιον ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος καὶ μέρος τι μιλίου. ζ' γὰρ στάδια ποιοῦσι μίλιον. Phavor. στάδιον ὀργυιαὶ ἑκατὸν, ἢ στάδιον τὸ κατ' εὐθεῖαν εἰς μῆκος τεταμένον, καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἔτρεχον ἦν δὲ, φασὶ, πηχέων τριακοσίων διάστημα, κ. τ. λ. Luc. XXIV.

13. εἰς κώμην, ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ in vicum, quinquaginta stadiis ab Hierosolyma distantem. Joh. VI. 19. ἐληλακότες οὖν ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε ἢ τριάκοντα profecti igitur stadia fere viginti quinque, aut triginta. ibid. XI. 18. ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων, ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε prope Hierosolyma, intervallo quindecim stadiorum. Apoc. XIV. 20. (ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων per stadia mille sexcenta, h. e. indefinite, per immensum terræ spatium.) et XXI. 16. Sæpius in N. T. non legitur. Cæterum recte observarunt viri docti, στάδιος proprie adjectivum esse et subintelligendum esse τόπον, δρόμον, aut in neutro χωρίον, διάστημα cet. nam reperitur etiam σταδία μάχη. Apud Græcos autem pariter ac LXX (cf. Dan. IV. 9. et XIII. 37. sec. cod. Chis.) utrumque legi, ὁ στάδιος (Thucyd. IV. c. 3.) et τὸ στάδιον, (Ælian. V. H. X. 4.) jam observavit Eustathius ad Odyss. α', p. 1390. 58. idoneis exemplis demonstravit Reitzius ad Lucian. Opp. T. II. p. 757. et Wetstenius N. T. T. I. p. 824.

ΣΤΑ'ΜΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, generatim *omne vas, liquidorum receptaculum,* significat, speciatim vero indicat *vas liquidorum, utrinque ansatum, septem fere sextarios continens, diotam,* (ut voçatur ab Horatio I. Od. 9. v. 8.) *amphoram.* Nam ab antiquis grammaticis et scholiastis, qui hoc vocabulum vulgare neque satis elegans judicarunt, diserte traditur, στάμνον idem significare, quod in Atticorum lingua nomen ἀμφορεύς. Thom. M. ἀμφορεὺς λέγε, μὴ στάμνος, μηδὲ μετρητής, εἰ καί τινες. Mœris Atticista: ἀμφορέα· τὸν δίωτον, στάμνον, Ἀττικῶς· στάμνον, Ἑλληνικῶς. Schol. min. Homer. ad Odyss. β', v. 290. ἀμφιφορεῦσι. κεράμεοι ἦσαν, ἀμφοτέρωθεν φερόμενοι, ὅ ἐστιν ἄμφωτοι, δίωτοι.—Ἄλλως. ἀμφιφορεῦσιν· ἀμφορεῦσιν. ὁ δὲ ἀμφορεὺς εἶδος κεραμίου ἀμφώτου. Pollux Onom. VI. c. 2. sect. 142. VII. c. 33. s. 162. et Phavorinus (στάμνους τοὺς ἀμφορεῖς τοῦ οἴνου φασίν.) στάμνον inter vasa vinaria referunt. Cf. Spanhemium ad Aristoph. Plut. v. 545. Hesych. στάμνος· ὑδρία, κάλπη, κάλαθος. Confer Foësii Œconom. Hippocrat. p. 350. Relandum Diss. II. de Inscriptione Numorum quorundam Samaritanorum p. 3—48. Epiphanium de Mensuris et Ponderibus p. 183. T. II. ubi vid. Petavius p. 425. Wetstenii N. T. T. II. p. 415. et Waserum de Antiquis Mensuris Hebræorum 2. 3. 4. In N. T. semel tantum legitur Hebr. IX. 4. ἐν ᾗ (scil. κιβωτῷ τῆς διαθήκης) στάμνος χρυσῆ, ἔχουσα τὸ μάννα in qua (arca fœderis) erat diota aurea, manna continens, h. e. in quam jusserat Deus gomer, seu portionem diurnam mannæ, condere, ut asservaretur in arca fœderis, in perpetuam memoriam providæ curæ, qua Deus Israëlitas in deserto amplexus fuerat. In versione Alexandrina respondet Exod. XVI. 33. Hebraico צִנְצֶנֶת quod significat vasculum, continens septem fere sextarios, a صون vel صان *aliquid complexus est.* Adde Ezech. Spanhemium ad Aristoph. Ran. v. 22. et Plutum v. 545. nec non L. Bos. in Diss. de Etym. Græca p. 40. ab ἱστάμενος derivantem.

ΣΤΑ'ΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *statio, status, ipsa actio standi, collocatio, locus, ubi aliquis est et subsistit.* Est enim verbale a secunda pers. perf. pass. ἵστασαι, verbi ἵστημι, quod vide supra. Huc pertinet formula ἔχειν στάσιν, quæ proprie quidem notat: *stare, subsistere, locum aliquem occupare,* ut ἔχειν ζωὴν *vivere* significat, deinde vero metaphorice, ut formula Latina *locum habere,* et nostrum: statt finden, *to hold a place,* de *eo* usurpatur, *quod valet et viget, vim et potestatem suam habet, et nondum abrogatum est.* Sic legitur in N. T. Hebr. IX. 8. ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν adhuc priori tabernaculo habente stationem, seu locum, h. e. quamdiu adhuc valeret œconomia Mosaica. Theodoretus ad h. l. ἔτι κρατούσης τῆς κατὰ νόμον λατρείας. Στάσις de *ipso loco, quo aliquis stat, aut est,* aliquoties usurpatum reperitur apud Alexandrinos 1 Paral. XXVIII. 2. οἰκοδομῆσαι στάσιν ποδῶν Κυρίου. Deut. XXVIII. 65. Nahum III. 11. (ubi Hebraico מָעוֹז *arx* respondet,) 1 Reg. X. 5. 3 Macc. I. 23. ἐπὶ τὴν αὐτὴν τῆς δεήσεως στάσιν, ubi στάσις δεήσεως *locum* denotat, *ubi stantes preces faciebant.* Adde Polyb. V. c. 5. τῶν ἐτησίων ἤδη στάσιν ἐχόντων. ib. II. c. 28. τὴν ἐναντίαν μὲν στάσιν ἔχοντας τοῖς προειρημένοις. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 397. et meum Spicilegium secundum Lex. Bieliani pag. 164. 2) *seditio, factio, bellum intestinum.* Gloss. Vet. στάσις, ὁ θόρυβος, *seditio.* Suid. στάσις· ἡ ἐμφύλιος μάχη· πόλεμος δὲ, ὁ τῶν ἀλλοτρίων. Pollux VIII. 153. Xenoph. Hist. Gr. I. 1. 23. Polyb. I. 71. 7. Marc. XV. 7. οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν qui, seditione exorta, cædis rei facti erant. Luc. XXIII. 19. διὰ στάσιν τινὰ γενομένην ἐν τῇ πόλει ob seditionem aliquam, Hierosolymis excitatam. ibid. v. 25. Act. XIX. 40. XXIV. 5. κινοῦντα στάσιν ad seditionem sollicitantem. 3) *acris et vehemens disputatio, altercatio, contentio, lis et controversia.* Sic legitur in N. T. Act. XV. 2. γενομένης οὖν στάσεως καὶ συζητήσεως exorta autem vehementi dissensione et disputatione. ibid. XXIII. 7 et 10. In versione Alexandrina respondet Hebraico רִיב *contentio, lis.* Prov. XVII. 14. προηγεῖται δὲ τῆς ἐνδείας στάσις καὶ μάχη. Polyb. IV. 87. 7. et VI. 44. 6.

ΣΤΑΤΗ'Ρ, ῆρος, ὁ, *stater argenteus,* (nam *aureus stater* continebat viginti drachmas argenteas.) *nummus tetradrachmus,* i. e. *valens quatuor drachmas Atticas,* vel *duas Alexandrinas,* eodemque pondere cum *siclo* Judæorum. Drachma enim est Romanorum denarius et nostro more octava pars imperialis, ut adeo *stater* valuerit dimidium imperialem. Descendit ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι ab appendendo, quia antiquitus justa moneta ex justo pondere æstimabatur. Semel tantum in N. T. legitur Matth. XVII. 27. καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, εὑρήσεις στατῆρα. Præterea legitur in versione Aquilæ et Symmach. Exod. XXXVIII. 24. Num. III. 47. Jos. VII. 21. Æschin. Socr. Dial. II. 24. Xenoph. Hist. Gr. V. 2. 14. Photius (conf. Albertum ad Hesychium T. II. p. 1258.) στατήρ· βάρβαρον οἴονταί τινες τὸ ὄνομα. τὸ δὲ τέδραχμον καὶ τετράδραχμον Ἀττικοί. Conf. Perizonius ad Ælian. V. H. XII. 1. Wetstenius N. T. T. I. p. 440. et Fischerus Prolus. XXIV. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 553 seq.

ΣΤΑΥΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *vallus, palus ligneus, stipes singularis et erectus, in summo præacutus, qui sustinendis vitibus, claudendis hortis, muniendis castris et urbibus et arcendis hostium accessibus solo infigi solet,* aut *cui malefici infigebantur,* i. q. σκόλοψ. Homer. Iliad. ω', v. 452. Odyss. ξ', 11. ad quem locum Didymus: σταυρούς· τὰ ὀρθὰ καὶ ἀπεξυσμένα ξύλα, et Eustathius p. 1748. σταυροὶ δὲ ὀρθὰ καὶ ἀπεξυσμ-

μένα ξύλα· τὰ καὶ σταύαρα παρὰ τοῖς μὴ λαλοῦσιν εὐγενῶς. Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ σκόλοπες λέγονται· ἀφ' ὧν τὸ ἀνασκολοπίζεσθαι καὶ ἀνασταυροῦσθαι. Hesych. σταυροί· οἱ καταπεπηγότες σκόλοπες, χάρακες, καὶ πάντα τὰ ἑστῶτα ξύλα. Adde Apollonii Soph. Lexic. Homer. p. 732. ed. Villoison. Hinc *σταύρωμα circumvallatio*, quæ fit palis, aggeri infigendis, vallum infixis palis, apud Xenoph. Hist. Gr. IV. 4. 8. et Anab. V. 2. 12. 14. 2) *crux*, h. e. *palus rectus, cui summo commissum est lignum transversum, cui affigebantur apud Romanos mortis afficiendi supplicio, quod proprie patibulum vocabatur et figuram literæ Græcæ et Latinæ* T *referebat*, de cujus variis formis ac usibus videndus est Just. Lipsius de Cruce. Amstelod. 1670. 12. et Casaubonus in Exercitatt. Antibaron. Excurs. XVI. s. 77. p. 437 seq. Fuit autem hoc crucis supplicium Judæis libera republica plane inusitatum, longe miserrimum et crudelissimum supplicium, quo apud Romanos servi tantum nequissimi et alii homines, insigniter scelerati et viles, afficiebantur, ita, ut, antequam affigerentur cruci, eam ferre cogerentur per plateas urbis ad supplicii locum et interdum manibus alligati flagellis et virgis cæderentur, unde *furciferi* dicebantur. Conf. Remiresii Pentec. cap. 15. Lipsium de Cruce II. 5. Kippingium de Cruce et Cruciariis, Exerc. 8. et Lydium in Flor. Spars. ad passionem J. C. p. 194 seq. Matth. XXVII. 32. τοῦτον ἠγγάρευσαν, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ hunc coëgerunt ad ferendam crucem Jesu. ibid. v. 40 et 42. καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ descendat nunc de cruce. Marc. XV. 21, 30, 32. Luc. XXIII. 26. ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σταυρὸν, φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ. Joh. XIX. 17, 19, 25, 31. Philipp. II. 8. θανάτου δὲ σταυροῦ usque ad mortem adeo crucis ignominiosissimam et crudelissimam. Coloss. I. 20. διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ per sanguinem suum in cruce effusum. 3) *crucis supplicium, mors in crucem acti*, et speciatim: *mors Christi cruenta in cruce*. 1 Cor. I. 18. ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ doctrina de morte Christi in cruce cruenta. Ephes. II. 16. καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ σταυροῦ. Hebr. XII. 2. ὑπέμεινε σταυρὸν subduxit se crucis supplicio. 4) *doctrina de morte Christi cruenta in cruce*, et interdum generatim: *doctrina christiana*, cujus præcipuum caput est doctrina de morte Christi salutifera. Sic legitur in N. T. 1 Cor. I. 17. ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ ne vi et virtute sua privetur doctrina de morte Christi, ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ, ut v. 18. vocatur. Galat. V. 11. ἄρα κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ tunc removeretur illa ipsa doctrina de Jesu, in crucem acto, qua potissimum offenduntur Judæi. ibid. VI. 12. μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται modo ne ob doctrinam de morte Christi in cruce cruenta (qua abrogatæ sunt leges Mosaicæ,) persecutiones patiantur. ibid. v. 14. Philipp. III. 18. τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ adversarios doctrinæ de morte Christi, quales erant *doctores*, qui Judaismum defendebant, et ita vim detrahebant doctrinæ de morte Christi, qua abrogatæ dicebantur a Paulo cæterisque apostolis leges Mosaicæ. Alii vere interpretes hæc verba generatim de hominibus intelligere malunt, qui vita sua scelesta vim omnem mortis Christi tollunt et ita se adversarios Christi, in cruce mortui, præstant. 5) metaphorice: *calamitates, ob doctrinæ christianæ professionem inflictæ*, non sine respectu ad mortem Christi, quam in cruce, veritatis defensor, subiit. Matth. X. 38. ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ qui non paratus est et promptus ad subeunda et perferenda summa supplicia et vitæ pericula ob religionem christianam. ibid. XVI. 24. ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ nunquam recuset christianæ doctrinæ causa gravissimas calamitates, mortem etiam tristissimam, subire. Marc. VIII. 34. X. 21. Luc. IX. 23. Conf. Fischeri Prolus. XV. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 372 seq. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΑΥΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *palo*, seu *cruci affigo mortis supplicio addictum, crucifigo, in crucem tollo et ago*, a σταυρὸς *crux*, quod vide. Matth. XX. 19. μαστιγῶσαι καὶ σταυρῶσαι. ibid. XXIII. 34. XXVI. 2. XXVII. 22, 23, 26, 31, 35, 38. XXVIII. 5. etc. Respondet in versione Alexandrina Hebraico תָּלָה *suspendit, appendit*. Esther VII. 9. 2) metaphorice: *renuncio, valedico, plane exstirpo aliquid, omnem vim adimo alicui rei*. Galat. V. 24. οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις veri Christi sectatores renunciarunt vitiositati et omnibus pravis animi affectionibus ac perversis cupiditatibus. Galat. VI. 14. δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ qua effectum est, ut nulla amplius inter me et Judæos sit conjunctio, h. e. ut Judæi mihi valedixerint, meque odio habeant ac persequantur et ego valedixerim religioni Judaicæ. Eadem ratione vox ἀποθνήσκω in N. T. usurpatur.

ΣΤΑΦΥΛΗ', ῆς, ἡ, *uva*, sive *recens*, sive *matura*. Derivatur a σταφὶς *uva passa*, quam Hebræi צִמּוּק vocant, a צָמַק *aruit, arefactus fuit*. Utrumque reperitur 1 Sam. XXV. 18. Ter tantum legitur in N. T. Matth. VII. 16. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλήν; num colliguntur a spinis uvæ? Luc. VI. 44. οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλὴν neque de rubo vindemiant uvam. Apoc. XIV. 18. ὅτι ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς. Alexandrini usi sunt pro עֵנָב idem. Gen. XL. 10, 11. XLIX. 11. Num. VI. 3. Ies. V. 2, 3. Athenæus XIV. p. 653. B. Xenoph. Œcon. XIX. 19.

ΣΤΑ'ΧΥΣ, υος, ὁ, proprie *res erecta stans*, unde etiam de *hasta* ponitur, (Vide Scaliger. ad Propert. p. 274.) deinde *spica, quæ calamo adhæret*. Matth. XII. 1. τίλλειν στάχυας evellere spicas. Marc. II. 23. IV. 28. αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν sponte enim terra fructum profert, primum herbam, deinde spicam, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ. Luc. VI. 1. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt pro שִׁבֹּלֶת idem, Gen. XLI. 5, 6, 7. Jud. XII. 6. Ies. XVII. 5. מְלִילֹת *spicæ*, Deut. XXIII. 26. קָמָה *seges adhuc stans et in culmum erecta*. Exod. XXII. 6. Jud. XV. 5. Hesych. στάχυς· τῆς σιτηρουσίας ἔκφυσις.

ΣΤΑ'ΧΥΣ, υος, ὁ. *Stachys*. Est nomen proprium viri, a voce præcedenti. Rom. XVI. 9. καὶ Στάχυν, τὸν ἀγαπητόν μου et Stachyn, dilectum meum. Sæpius in N. T. non reperitur.

ΣΤΕ'ΓΗ, ης, ἡ, generatim: *omne tegmen*, speciatim: *tectum domus*, aut, *tecti prominentia arcendis stillicidiis inventa*, quam *grundam* Latini vocant: (Gloss. Vet. στέγη, καὶ ἡ ὑπὲρ τὸν πυλεῶνα ἐξοχὴ, *grunda*.) a præt. med. ἔστεγα, verbi στέγω *tego, operio*. Matth. VIII. 8. οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς non

dignus sum, cujus domum intres, seu apud quem devertas. Errare autem mihi videntur interpretes, qui στέγην h. l. *ipsam domum* significare contendunt, nam aliud est ὑπὸ τὴν στέγην εἰσελθεῖν, aliud εἰσελθεῖν εἰς στέγην τινός· quanquam non ignoro, στέγην (ut στέγος apud Theocrit. Idyll. II. 119.) interdum quoque significationem *domus, ædificii contignati et tecti*, (v. c. apud Eurip. Orest. v. 46. Androm. v. 657. Xenoph. Sympos. II. 18. Ælian. V. H. IV. 1. παρελθεῖν εἰς στέγην τινός· ut Latinum *tectum* (quod pro *tentorio* ponitur apud Virgilium Æn. III. v. 344.) obtinere. Marc. II. 4. ἀπεστέγασαν τὴν στέγην, ὅπου ἦν detexerunt tectum ædificii, in quo erat. Luc. VII. 6. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro מִכְסֶה *tegmen, operculum,* Genes. VIII. 13. et צֵל *umbra*. Gen. XIX. 8. Adde 3 Esr. VI. 4. Eurip. Phœn. v. 203. Eandem significationem habet quoque vocabulum στέγος, quod legitur in Ep. Jer. v. 8. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 348. ac Jungermannum ad Pollucis Onom. I. c. 8. sect. 8.

ΣΤΕ'ΓΩ, 1) proprie: *tego, operio,* unde στέγη *tectum,* quod vide. Xenoph. Cyrop. VII. 1. 17. 2) *celo, occulto, nihil elabi sino, reticeo.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. XIII. 7. πάντα στέγει, h. e. vel celat sibi commissa, vel tegere mavult aliorum errores et peccata, quam patefacere. Alii, ut Elsnerus, vertunt: *omnia sustinet, patienter tolerat injurias illatas:* sed hoc paulo post verbis πάντα ὑπομένει exprimitur, ut improbabile sit, idem bis dici. Alias explicationes, æque improbabiles, protulit Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 224 seq. Nostram explicationem tuetur usus loquendi. Sic v. c. apud Sirac. VIII. 20. legitur: μετὰ μωροῦ μὴ συμβουλεύου, οὐ γὰρ δυνήσεται λόγον στέξαι. Eurip. Phœn. v. 1230. καὶ στέγεις ὑπὸ σκότῳ. 3) *perfero, tolero, sustineo, suffero.* 1 Thess. III. 1. διὸ μηκέτι στέγοντες itaque non amplius sustinentes desiderium vestri. Post στέγοντες enim verba τὸν πόθον ὑμῶν ex omni serie orationis supplenda esse, nemo facile infitias ibit. Idem valet de commate 5. Themistius Orat. XXII. τὸν οὐ στέγοντα ὕβριν injuriarum impatientem. Polyb. III. 53. 2. στέγειν τὴν ἐπιφορὰν τῶν βαρβάρων. ib. XVIII. 8. 4. 4) *me contineo, abstineo,* 1 Cor. IX. 12. ἀλλὰ πάντα στέγομεν sed continemus nos, quæ nempe alios offendere possint, οὐ χρώμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ἡμῶν. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 225. Alii æque commode sic vertunt: *sed patienter perferimus omnia hujus vitæ incommoda,* v. c. paupertatem. Sæpius in N. T. non legitur. — Hesych. στέγει· κρύπτει, συνέχει, βαστάζει, ὑπομένει. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 135.

ΣΤΕΙ'ΡΑ, ας, ἡ, *sterilis, et liberis orba et infœcunda,* a στερέω *privo, orbo,* quasi ἡ τοῦ τίκτειν ἐστερημένη secundum Etymologum, aut ἡ τῶν τέκνων ἐστερημένη. Luc. I. 7. καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα quoniam Elisabetha erat infœcunda. ib. v. 36. τῇ καλουμένῃ στείρᾳ quæ pro sterili habebatur. ib. XXIII. 29. μακάριαι αἱ στεῖραι, καὶ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν beatæ mulieres, liberis suis orbitæ, et quæ nunquam pepererunt. Gal. IV. 27. εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα. Hebr. XI. 11. secundum codd. nonnullos post Σάῤῥα, στεῖρα οὖσα. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro עֲקָרָה et עָקֶרֶת idem. Genes. XI. 30. Deut. VII. 14. 1 Sam. II. 5. Ies. LIV. 1. Hesych. et Suid. στεῖρα· ἡ ἄτεκνος. Etym. M. καὶ τὴν μὴ τετοκυῖαν γυναῖκα στεῖραν λέγουσιν. Confer etiam Schol. Theocrit. ad Idyll. IX. 3. et Homer. Odyss. κ', v. 522.

ΣΤΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, 1) proprie: *instruo, adorno, paro, amicio,* unde στολὴ *vestis, amictus.* Eurip. Troad. v. 168. στέλλουσ' Ἀργεῖοι νόστον. Achill. Tat. Lib. III. pag. 209. στεῖλαι δ' ὑμᾶς αὐτοὺς δεήσει τὴν κόρην. Medium στέλλομαι *me accingo et paro.* Achilles Tat. Lib. V. p. 311. τῇ δὲ ἐπιούσῃ στελλόμεθα πρὸς ἀποδημίαν. Eurip. Troad. v. 181. στέλλονται κινεῖ κώπας. 2) *mitto, ablego.* Medium στέλλομαι *eo, proficiscor, venio, discedo, abeo,* et de itinere quocunque, speciatim vero de navali expeditione usurpatur. Schol. antiqu. ad Sophocl. Aj. Flagellif. v. 329. ἐστάλην κυρίως ἐπὶ θαλάσσης. Triclinius ad eundem locum: καταχρηστικῶς τὸ ἐστάλην ἀντὶ τοῦ ἐπορεύθην εἴρηται. κυρίως γὰρ τὸ ἐστάλην· ἐπὶ θαλάσσης λέγεται, οἷον ἐστείλατό τις τόνδε τὸν πλοῦν. Herodot. III. 53. Arrian. Exped. Alex. IV. 1. στέλλονται εἰς τὰς μάχας. Ælian. V. H. XIV. 17. Alberti Glossar. Gr. p. 149. στέλλεσθαι verbis ἀφίστασθαι, ἀναχωρεῖν explicatur. Hinc στέλλομαι 3) *caveo mihi, vito, fugio,* et, sequente ἀπὸ, *subduco me, subtraho me alicujus consuetudini.* Sic bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. VIII. 20. στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ὑμᾶς μωμήσηται dum hoc maxime caveo, seu caventes hoc, ne quis vos jure vituperare possit. Zonaras Lex. col. 1681. ad h. l. στελλόμενοι ἀντὶ τοῦ περιστελλόμενοι καὶ ἀσφαλιζόμενοι. Hesych. στέλλεται· φοβεῖται. Polyb. Hist. V. 17. οὐ δυνάμενοι καθόλου τὴν ἐκ τῆς συνηθείας καταξίωσιν στέλλεσθαι. 2 Thess. III. 6. στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος ut defugiatis omnem consuetudinem cum christianis, inordinate ambulantibus. Confer Alex. Mal. II. 5. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 344. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 283. Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 121. p. 452. et Küsterum de Verbis Med. I. 35. — Hesych. ἐστείλατο· ἔπεμψεν. — ἐστείλαντο· συνέστειλαν, ἀπέστειλαν. — στέλλει· πέμπει, στολίζει, ὁρμᾷ. Scholiastes ad Eurip. Hecub. v. 117. τὸ στέλλω σημαίνει δ'. στέλλω· τὸ κοσμῶ, ἀφ' οὗ ἡ στολή. στέλλω· τὸ πέμπω, ἀφ' οὗ καὶ ἀποστολή. στέλλω· τὸ πλέω, ἀφ' οὗ καὶ ὁ στόλος, ὁ πολλῶν ἀπόπλους νεῶν. στέλλω· καὶ τὸ κρύπτω, ἀφ' οὗ καὶ περιστείλαντες, ἀντὶ τοῦ κατὰ γῆν κρύψαντες, ἤγουν θάψαντες. — Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 198 seq.

ΣΤΕ'ΜΜΑ, τος, τὸ, *velamentum, infula, sertum, corona,* speciatim: *vitta, qua victimæ, diis mactandæ, ornabantur.* Est verbale a prima pers. præt. pass. ἔστεμμαι, verbi στέφω *cingo, redimio, corono.* Sic semel tantum legitur in N. T. Act. XIV. 13. Sacerdos Jovis ταύρους καὶ στέμματα ἐνέγκας tauros vittatos et coronatos afferebat. De vittis, quibus hostiæ, interdum etiam sacrificantes ipsi apud veteres ornabantur, vide Dougtæum in Analectis Sacris N. T. Excurs. LIV. Paschalium de Coronis IV. 16. 17. Buxtorfii Catalecta cap. 175. Lomeierum de Lustrationibus p. 288. Wetstenii N. T. T. II. p. 543. et quos laudavit G. E. Zeibichius in Observationibus ex numis antiquis sacris p. 21 seq. Hesych. στέμμα· στεφάνωμα. Gloss. Gr. N. T. p. 75. στέμματα, στεφανώματα. Conf. etiam scholiasten Homeri ad Iliad. α', 28. et Polyb. XVI. 33. 5.

ΣΤΕΝΑΓΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *gemitus, suspirium valde afflictorum et liberationem ab ærumnis anhelantium.* Est verbale a prima pers. perf. pass. ἐστέναγμαι, verbi στενάζω *gemo, ingemisco.* Act. VII. 34. καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἤκουσα et gemitum eorum audivi. Alexandrini adhi-

μένα ξύλα· τὰ καὶ σταύαρα παρὰ τοῖς μὴ λαλοῦσιν εὐγενῶς. Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ σκόλοπες λέγονται· ἀφ' ὧν τὸ ἀνασκολοπίζεσθαι καὶ ἀνασταυροῦσθαι. Hesych. σταυροί· οἱ καταπεπηγότες σκόλοπες, χάρακες, καὶ πάντα τὰ ἑστῶτα ξύλα. Adde Apollonii Soph. Lexic. Homer. p. 732. ed. Villoison. Hinc σταύρωμα *circumvallatio*, quæ fit palis, aggeri infigendis, vallum infixis palis, apud Xenoph. Hist. Gr. IV. 4. 8. et Anab. V. 2. 12. 14. 2) *crux*, h. e. *palus rectus, cui summo commissum est lignum transversum, cui affigebantur apud Romanos mortis afficiendi supplicio, quod proprie patibulum vocabatur et figuram literæ Græcæ et Latinæ* T *referebat*, de cujus variis formis ac usibus videndus est Just. Lipsius de Cruce. Amstelod. 1670. 12. et Casaubonus in Exercitatt. Antibaron. Excurs. XVI. s. 77. p. 437 seq. Fuit autem hoc crucis supplicium Judæis libera republica plane inusitatum, longe miserrimum et crudelissimum supplicium, quo apud Romanos servi tantum nequissimi et alii homines, insigniter scelerati et viles, afficiebantur, ita, ut, antequam affigerentur cruci, eam ferre cogerentur per plateas urbis ad supplicii locum et interdum manibus alligati flagellis et virgis cæderentur, unde *furciferi* dicebantur. Conf. Remiresii Pentec. cap. 15. Lipsium de Cruce II. 5. Kippingium de Cruce et Cruciariis, Exerc. 8. et Lydium in Flor. Spars. ad passionem J. C. p. 194 seq. Matth. XXVII. 32. τοῦτον ἠγγάρευσαν, ἵνα ἄρῃ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ hunc coëgerunt ad ferendam crucem Jesu. ibid. v. 40 et 42. καταβάτω νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ descendat nunc de cruce. Marc. XV. 21, 30, 32. Luc. XXIII. 26. ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σταυρὸν, φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ. Joh. XIX. 17, 19, 25, 31. Philipp. II. 8. θανάτου δὲ σταυροῦ usque ad mortem adeo crucis ignominiosissimam et crudelissimam. Coloss. I. 20. διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ per sanguinem suum in cruce effusum. 3) *crucis supplicium, mors in crucem acti*, et speciatim: *mors Christi cruenta in cruce*. 1 Cor. I. 18. ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ doctrina de morte Christi in cruce cruenta. Ephes. II. 16. καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ σταυροῦ. Hebr. XII. 2. ὑπέμεινε σταυρὸν subduxit se crucis supplicio. 4) *doctrina de morte Christi cruenta in cruce*, et interdum generatim: *doctrina christiana*, cujus præcipuum caput est doctrina de morte Christi salutifera. Sic legitur in N. T. 1 Cor. I. 17. ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ ne vi et virtute sua privetur doctrina de morte Christi, ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ, ut v. 18. vocatur. Galat. V. 11. ἄρα κατήργηται τὸ σκάνδαλον τοῦ σταυροῦ tunc removeretur illa ipsa doctrina de Jesu, in crucem acto, qua potissimum offenduntur Judæi. ibid. VI. 12. μόνον ἵνα μὴ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται modo ne ob doctrinam de morte Christi in cruce cruenta (qua abrogatæ sunt leges Mosaicæ,) persecutiones patiantur. ibid. v. 14. Philipp. III. 18. τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ adversarios doctrinæ de morte Christi, quales erant *doctores*, qui Judaismum defendebant, et ita vim detrahebant doctrinæ de morte Christi, qua abrogatæ dicebantur a Paulo cæterisque apostolis leges Mosaicæ. Alii vere interpretes hæc verba generatim de hominibus intelligere malunt, qui vita sua scelesta vim omnem mortis Christi tollunt et ita se adversarios Christi, in cruce mortui, præstant. 5) metaphorice: *calamitates, ob doctrinæ christianæ professionem inflictæ*, non sine respectu ad mortem Christi, quam in cruce, veritatis defensor, subiit. Matth. X. 38. ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ qui non paratus est et promptus ad subeunda et perferenda summa supplicia et vitæ pericula ob religionem christianam. ibid. XVI. 24. ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ nunquam recuset christianæ doctrinæ causa gravissimas calamitates, mortem etiam tristissimam, subire. Marc. VIII. 34. X. 21. Luc. IX. 23. Conf. Fischeri Prolus. XV. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 372 seq. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΑΥΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *palo*, seu *cruci affigo mortis supplicio addictum, crucifigo, in crucem tollo et ago*, a σταυρὸς *crux*, quod vide. Matth. XX. 19. μαστιγῶσαι καὶ σταυρῶσαι. ibid. XXIII. 34. XXVI. 2. XXVII. 22, 23, 26, 31, 35, 38. XXVIII. 5. etc. Respondet in versione Alexandrina Hebraico תָּלָה *suspendit, appendit*. Esther VII. 9. 2) metaphorice: *renuncio, valedico, plane exstirpo aliquid, omnem vim adimo alicui rei*. Galat. V. 24. οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις veri Christi sectatores renunciarunt vitiositati et omnibus pravis animi affectionibus ac perversis cupiditatibus. Galat. VI. 14. δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ qua effectum est, ut nulla amplius inter me et Judæos sit conjunctio, h. e. ut Judæi mihi valedixerint, meque odio habeant ac persequantur et ego valedixerim religioni Judaicæ. Eadem ratione vox ἀποθνήσκω in N. T. usurpatur.

ΣΤΑΦΥΛΗ', ῆς, ἡ, *uva*, sive *recens*, sive *matura*. Derivatur a σταφὶς *uva passa*, quam Hebræi צִמּוּק vocant, a צָמַק *aruit, arefactus fuit*. Utrumque reperitur 1 Sam. XXV. 18. Ter tantum legitur in N. T. Matth. VII. 16. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλήν; num colliguntur a spinis uvæ? Luc. VI. 44. οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλὴν neque de rubo vindemiant uvam. Apoc. XIV. 18. ὅτι ἤκμασαν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς. Alexandrini usi sunt pro עֵנָב idem. Gen. XL. 10, 11. XLIX. 11. Num. VI. 3. Ies. V. 2, 3. Athenæus XIV. p. 653. B. Xenoph. Œcon. XIX. 19.

ΣΤΑ'ΧΥΣ, υος, ὁ, proprie *res erecta stans*, unde etiam de *hasta* ponitur, (Vide Scaliger. ad Propert. p. 274.) deinde *spica, quæ calamo adhæret*. Matth. XII. 1. τίλλειν στάχυας evellere spicas. Marc. II. 23. IV. 28. αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν sponte enim terra fructum profert, primum herbam, deinde spicam, εἶτα πλήρη σῖτον ἐν τῷ στάχυϊ. Luc. VI. 1. Sæpius non legitur in N. T. Alexandrini usi sunt pro שִׁבֹּלֶת idem, Gen. XLI. 5, 6, 7. Jud. XII. 6. Ies. XVII. 5. מְלִילוֹת *spicæ*, Deut. XXIII. 26. קָמָה *seges adhuc stans et in culmum erecta*. Exod. XXII. 6. Jud. XV. 5. Hesych. στάχυς· τῆς σιτηρουσίας ἡ ἔκφυσις.

ΣΤΑ'ΧΥΣ, υος, ὁ. *Stachys*. Est nomen proprium viri, a voce præcedenti. Rom. XVI. 9. καὶ Στάχυν, τὸν ἀγαπητόν μου et Stachyn, dilectum meum. Sæpius in N. T. non reperitur.

ΣΤΕ'ΓΗ, ης, ἡ, generatim: *omne tegmen*, speciatim: *tectum domus*, aut, *tecti prominentia arcendis stillicidiis inventa*, quam *grundam* Latini vocant: (Gloss. Vet. στέγη, καὶ ἡ ὑπὲρ τὸν πυλεῶνα ἐξοχὴ, *grunda*.) a præt. med. ἔστεγα, verbi στέγω *tego, operio*. Matth. VIII. 8. οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μοῦ ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς non

dignus sum, cujus domum intres, seu apud quem devertas. Errare autem mihi videntur interpretes, qui στέγην h. l. *ipsam domum* significare contendunt, nam aliud est ὑπὸ τὴν στέγην εἰσελθεῖν, aliud εἰσελθεῖν εἰς στέγην τινός· quanquam non ignoro, στέγην (ut στέγος apud Theocrit. Idyll. II. 119.) interdum quoque significationem *domus, ædificii contignati et tecti,* (v. c. apud Eurip. Orest. v. 46. Androm. v. 657. Xenoph. Sympos. II. 18. Ælian. V. H. IV. 1. παρελθεῖν εἰς στέγην τινός· ut Latinum *tectum* (quod pro *tentorio* ponitur apud Virgilium Æn. III. v. 344.) obtinere. Marc. II. 4. ἀπεστέγασαν τὴν στέγην, ὅπου ἦν detexerunt tectum ædificii, in quo erat. Luc. VII. 6. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro מִכְסֶה *tegmen, operculum,* Genes. VIII. 13. et צֵל *umbra.* Gen. XIX. 8. Adde 3 Esr. VI. 4. Eurip. Phœn. v. 203. Eandem significationem habet quoque vocabulum στέγος, quod legitur in Ep. Jer. v. 8. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 348. ac Jungermannum ad Pollucis Onom. I. c. 8. sect. 8.

ΣΤΕ'ΓΩ, 1) proprie: *tego, operio,* unde στέγη *tectum,* quod vide. Xenoph. Cyrop. VII. 1. 17. 2) *celo, occulto, nihil elabi sino, reticeo.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. XIII. 7. πάντα στέγει, h. e. vel celat sibi commissa, vel tegere mavult aliorum errores et peccata, quam patefacere. Alii, ut Elsnerus, vertunt: *omnia sustinet, patienter tolerat injurias illatas:* sed hoc paulo post verbis πάντα ὑπομένει exprimitur, ut improbabile sit, idem bis dici. Alias explicationes, æque improbabiles, protulit Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 224 seq. Nostram explicationem tuetur usus loquendi. Sic v. c. apud Sirac. VIII. 20. legitur: μετὰ μωροῦ μὴ συμβουλεύου, οὐ γὰρ δυνήσεται λόγον στέξαι. Eurip. Phœn. v. 1230. καὶ στέγεις ὑπὸ σκότῳ. 3) *perfero, tolero, sustineo, suffero.* 1 Thess. III. 1. διὸ μηκέτι στέγοντες itaque non amplius sustinentes desiderium vestri. Post στέγοντες enim verba τὸν πόθον ὑμῶν ex omni serie orationis supplenda esse, nemo facile infitias ibit. Idem valet de commate 5. Themistius Orat. XXII. τὸν οὐ στέγοντα ὕβριν injuriarum impatientem. Polyb. III. 53. 2. στέγειν τὴν ἐπιφορὰν τῶν βαρβάρων. ib. XVIII. 8. 4. 4) *me contineo, abstineo,* 1 Cor. IX. 12. ἀλλὰ πάντα στέγομεν sed continemus nos, quæ nempe alios offendere possint, οὐ χρώμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ἡμῶν. Conf. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 225. Alii æque commode sic vertunt: *sed patienter perferimus omnia hujus vitæ incommoda,* v. c. paupertatem. Sæpius in N. T. non legitur. — Hesych. στέγει· κρύπτει, συνέχει, βαστάζει, ὑπομένει. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 135.

ΣΤΕΙ'ΡΑ, ας, ἡ, *sterilis, et liberis orba et infœcunda,* a στερέω *privo, orbo,* quasi ἡ τοῦ τίκτειν ἐστερημένη secundum Etymologum, aut ἡ τῶν τέκνων ἐστερημένη. Luc. I. 7. καθότι ἡ Ἐλισάβετ ἦν στεῖρα quoniam Elisabetha erat infœcunda. ib. v. 36. τῇ καλουμένῃ στείρᾳ quæ pro sterili habebatur. ib. XXIII. 29. μακάριαι αἱ στεῖραι, καὶ κοιλίαι αἳ οὐκ ἐγέννησαν beatæ mulieres, liberis suis orbitæ, et quæ nunquam pepererunt. Gal. IV. 27. εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα. Hebr. XI. 11. secundum codd. nonnullos post Σάῤῥα, στεῖρα οὖσα. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro עֲקָרָה et עֲקֶרֶת idem. Genes. XI. 30. Deut. VII. 14. 1 Sam. II. 5. Ies. LIV. 1. Hesych. et Suid. στεῖρα· ἡ ἄτεκνος. Etym. M. καὶ τὴν μὴ τετοκυῖαν γυναῖκα στεῖραν λέγουσιν. Confer etiam Schol. Theocrit. ad Idyll. IX. 3. et Homer. Odyss. κ', v. 522.

ΣΤΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, 1) proprie: *instruo, adorno, paro, amicio,* unde στολὴ *vestis, amictus.* Eurip. Troad. v. 168. στέλλουσ' Ἀργεῖοι νόστον. Achill. Tat. Lib. III. pag. 209. στεῖλαι δ' ὑμᾶς αὐτοὺς δεήσει τὴν κόρην. Medium στέλλομαι *me accingo et paro.* Achilles Tat. Lib. V. p. 311. τῇ δὲ ἐπιούσῃ στελλόμεθα πρὸς ἀποδημίαν. Eurip. Troad. v. 181. στέλλονται κινεῖ κώπας. 2) *mitto, ablego.* Medium στέλλομαι *eo, proficiscor, venio, discedo, abeo,* et de itinere quocunque, speciatim vero de navali expeditione usurpatur. Schol. antiqu. ad Sophocl. Aj. Flagellif. v. 329. ἐστάλην κυρίως ἐπὶ θαλάσσης. Triclinius ad eundem locum: καταχρηστικῶς τὸ ἐστάλην ἀντὶ τοῦ ἐπορεύθην εἴρηται. κυρίως γὰρ τὸ ἐστάλην· ἐπὶ θαλάσσης λέγεται, οἷον ἐστείλατό τις τόνδε τὸν πλοῦν. Herodot. III. 53. Arrian. Exped. Alex. IV. 1. στέλλονται εἰς τὰς μάχας. Ælian. V. H. XIV. 17. Alberti Glossar. Gr. p. 149. στέλλεσθαι verbis ἀφίστασθαι, ἀναχωρεῖν explicatur. Hinc στέλλομαι 3) *caveo mihi, vito, fugio,* et, sequente ἀπὸ, *subduco me, subtraho me alicujus consuetudini.* Sic bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. VIII. 20. στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ὑμᾶς μωμήσηται dum hoc maxime caveo, seu caventes hoc, ne quis vos jure vituperare possit. Zonaras Lex. col. 1681. ad h. l. στελλόμενοι ἀντὶ τοῦ περιστελλόμενοι καὶ ἀσφαλιζόμενοι. Hesych. στέλλεται· φοβεῖται. Polyb. Hist. V. 17. οὐ δυνάμενοι καθόλου τὴν ἐκ τῆς συνηθείας καταξίωσιν στέλλεσθαι. 2 Thess. III. 6. στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος ut defugiatis omnem consuetudinem cum christianis, inordinate ambulantibus. Confer Alex. Mal. II. 5. Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 344. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 283. Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 121. p. 452. et Küsterum de Verbis Med. I. 35. — Hesych. ἐστείλατο· ἔπεμψεν. — ἐστείλαντο· συνέστειλαν, ἀπέστειλαν. — στέλλει· πέμπει, στολίζει, ὁρμᾷ. Scholiastes ad Eurip. Hecub. v. 117. τὸ στέλλω σημαίνει δ'. στέλλω· τὸ κοσμῶ, ἀφ' οὗ ἡ στολή. στέλλω· τὸ πέμπω, ἀφ' οὗ καὶ ἀποστολή. στέλλω· τὸ πλέω, ἀφ' οὗ καὶ ὁ στόλος, ὁ πολλῶν ἀπόπλους νεῶν. στέλλω· καὶ τὸ κρύπτω, ἀφ' οὗ καὶ περιστείλαντες, ἀντὶ τοῦ κατὰ γῆν κρύψαντες, ἤγουν θάψαντες. — Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 198 seq.

ΣΤΕ'ΜΜΑ, τος, τὸ, *velamentum, infula, sertum, corona,* speciatim: *vitta, qua victimæ, diis mactandæ, ornabantur.* Est verbale a prima pers. præt. pass. ἔστεμμαι, verbi στέφω *cingo, redimio, corono.* Sic semel tantum legitur in N. T. Act. XIV. 13. Sacerdos Jovis ταύρους καὶ στέμματα ἐνέγκας tauros vittatos et coronatos afferebat. De vittis, quibus hostiæ, interdum etiam sacrificantes ipsi apud veteres ornabantur, vide Dougtæum in Analectis Sacris N. T. Excurs. LIV. Paschalium de Coronis IV. 16. 17. Buxtorfii Catalecta cap. 175. Lomeierum de Lustrationibus p. 288. Wetstenii N. T. T. II. p. 543. et quos laudavit G. E. Zeibichius in Observationibus ex numis antiquis sacris p. 21 seq. Hesych. στέμμα· στεφάνωμα. Gloss. Gr. N. T. p. 75. στέμματα, στεφανώματα. Conf. etiam scholiasten Homeri ad Iliad. α', 28. et Polyb. XVI. 33. 5.

ΣΤΕΝΑΓΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *gemitus, suspirium valde afflictorum et liberationem ab ærumnis anhelantium.* Est verbale a prima pers. perf. pass. ἐστέναγμαι, verbi στενάζω *gemo, ingemisco.* Act. VII. 34. καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἤκουσα et gemitum eorum audivi. Alexandrini adhi-

buerunt hòc vocabulum pro אֲנָחָה *suspirium*, Job. III. 24. XXIII. 2. Ies. LI. 11. נְאָקָה *gemitus*, Exod. II. 24. VI. 5. Jud. II. 18. אֲנָקָה idem. Ps. XII. 7. Mal. II. 13. Adde Æschin. Socr. Dial. III. 3. Eurip. Phœn. v. 1056. 2) *desiderium animi, votum.* Rom. VIII. 26. *στεναγμοῖς ἀλαλήτοις* desideriis animi, seu votis, voce non prolatis. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΕΝΑ'ΖΩ, fut. *άξω*, *gemo, suspiro, ingemisco,* sive *ex dolore proprio,* sive *ex commiseratione et indignatione,* sive *ex desiderio;* et ex adjuncto: *miser et multis malis obnoxius sum,* a *στένω* *gemo,* quod a *στενὸς* *angustus, arctus,* derivatur, quia ingemiscere est hominis, in angustias redacti, et gemitus fit angusto quasi et contracto corde. Sic legitur in N. T. Rom. VIII. 23. *καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν* et nos adeo ipsi, calamitatibus ac ærumnis variis pressi, ingemiscimus. 2 Cor. V. 2. *καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν* in hoc enim præsenti corpore ingemiscimus, seu multis malis obnoxii sumus. ibid. v. 4. *καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει στενάζομεν βαρούμενοι.* Hebr. XIII. 17. *ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι καὶ μὴ στενάζοντες* ut munere suo cum gaudio fungantur nec animo tristi, h. e. ne justam de vobis conquerendi habeant causam. Varia verba Hebræa hoc Græco exprimuntur ab Alexandrinis interpretibus, v. c. נֶאֱנַח *suspiravit, ingemuit,* Ies. XXIV. 7. Thren. I. 8, 21. נֶאֱנַק idem, Ezech. XXVI. 15. אָבַל *luxit, in luctu fuit,* Ies. XIX. 8. et אָנָה *mæstus fuit,* Ies. XIX. 8. 2) *submissa voce loquor, clam verba facio.* Marc. VII. 34. *καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἐστέναξε* et cœlum intuens ac submissa voce precatus. Alii vero *ἐστέναξε* vertunt: *alta voce clamavit,* seu *erupit in hæc verba,* et provocant ad loca Job. XXIV. 12. et XXXI. 38. ubi *στενάζειν* in versione Alexandrina Hebraicis שִׁוַּע *vociferatus est* et זָעַק *clamavit* respondet. 3) ex adjuncto: *impatienter fero.* Jacob. V. 9. *μὴ στενάζετε κατ' ἀλλήλων* nolite impatienter ferre injurias, ab aliis illatas, vel, ut etiam commode hæc verba explicari possunt: nolite clam de aliis sinistros rumores spargere. ubi vide Wetstenium. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΕΝΟ'Σ, *ἡ, ὸν,* 1) proprie: *angustus, arctus quacunque ratione,* et speciatim de loco usurpatur, per quem non nisi cum difficultate transitus datur. Sic legitur apud Alexandrinos Prov. XXIII. 27. *φρέαρ στενόν.* Ies. XLIX. 20. *στενός μοι ὁ τόπος.* Hinc 2) metaphorice: *multis difficultatibus et impedimentis obnoxius.* Sic ter tantum in N. T. legitur. Matth. VII. 13. *εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης* intrate per angustam portam; ubi *στενὴ πύλη* æque ac v. 14. est ratio perveniendi ad felicitatem christianorum, quæ Christi inprimis et apostolorum ætate multis difficultatibus obsita erat. Præterea legitur Luc. XIII. 24.

ΣΤΕΝΟΧΩΡΕ'Ω, *ῶ,* fut. *ήσω,* 1) proprie: *coarcto, coangusto, angustum reddo, in angustias redigo.* Passivum *στενοχωρέομαι, οῦμαι,* *coarctor, anguste habito, in angustias redigor,* a *στενόχωρος* *arctus, angustus, angustum spatium habens,* quod componitur ex *στενὸς* *angustus* et *χῶρος* *locus.* Sic v. c. apud Græcos *στενοχωρεῖσθαι* de iis usurpatur, qui sunt in tam angusto spatio et loco constituti, ut difficulter se vertere possint, v. c. apud Athenæum Lib. XIII. Lucianum in Dial. Nigrin. c. 13. *καὶ στενοχωρῶν τοὺς ἀπαντῶντας,* ubi vide Hemsterhus. T. I. Opp. p. 52. ibid. in Toxari p. 53. *στενοχωρεῖσθαι* de hominibus multis, in eundem carcerem conclusis, adhibetur. In vers. Alex. legitur pro קָצַר *abbreviatus, decurtatus, angustatus fuit.* Ies. XXVIII. 20. et pro nomine אָץ *arctus, angustus,* Jos. XVII. 15. Confer Krebsii Obss. Flav. p. 299. qui e loco Josephi de Maccabæis sect. 2. docuit, *στενοχωρεῖσθαι* interdum quoque de iis legi, quorum fauces et alia animæ trahendæ instrumenta ita coarctata sunt et compressa, ut spiritus trahendi meatibus omnis fere aditus præclusus sit. 2) metaphorice *στενοχωρεῖσθαι* dicitur, *qui vehementer animo angitur et sollicitatur, qui ita omni calamitatum genere affligitur, ut animum despondeat, spemque, ex his tot ac tantis malis emergendi, prorsus abjiciat.* Sic bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. VI. 8. *ἐν παντὶ* (scil. *τόπῳ,* aut *καιρῷ*) *θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι* semper et ubique premimur afflictionibus, sed animum non despondemus. Krebsius in Obss. Flav. ad h. l. nimis argute, ut mihi quidem videtur, utramque vocem a Paulo e palæstra veterum petitam esse affirmat, et demonstrare conatus est, *θλίβεσθαι* dici athletam, cum ejus corpus adversarii lacertis implicatur et tam arcte comprimitur, ut spiritus coarctetur: *στενοχωρεῖσθαι* autem athletam dici, cum ab adversario tam arcte comprimitur et constringitur, ut fauces elidantur et spiritus penitus intercludatur. 2 Cor. VI. 12. *οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν* rogo vos, ne de nobis anxii et solliciti sitis, quanquam vos, nostrum amore ductos, sollicitos esse haud ignoro.

ΣΤΕΝΟΧΩΡΙ'Α, *ας, ἡ,* 1) proprie: *angustia loci, permeatu difficilis, spatium angustum, locus angustus,* ex *στενὸς* *angustus* et *χώρα* *regio.* Gloss. Vet. *στενοχωρία,* *artacio (arctatio), angustia.* Sic legitur apud Thucyd. Lib. IV. c. 26. *στενοχωρία τε ἐν ὀλίγῳ στρατοπεδευομένοις ἐγίγνετο.* ibid. VII. c. 36. *τὸ δὲ τὴν στενοχωρίαν κωλύσειν, ὥστε μὴ περιπλεῖν,* ubi *τῇ στενοχωρίᾳ* in sequentibus opponitur *εὐρυχωρία.* Hinc apud Alexandrinos Deut. XXVIII. 53, 55, 57. de *obsidione* usurpatur et Hebraico מָצוֹר *obsidio* respondet. 2) metaphorice, ut Latinum *angustia: summa anxietas et sollicitudo animi, afflictio et calamitas, quæ tanta est, ut homo, quo se vertat, ignoret et omnem spem abjiciat animumque prorsus despondeat,* etiam *pœnæ gravissimæ, in quibus est summæ miseriæ et inopiæ sensus.* Sic legitur in N. T. Rom. II. 9. *θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου κακὸν* atrocissimas pœnas, cum vehementissimo animi angore conjunctas, luent omnes, qui sunt vitiositatis studiosi. Eodem modo *θλίψις* et *στενοχωρία,* ut Hebraicum צָרָה et צוּקָה junguntur apud Ies. VIII. 22. XXX. 16. et Artemidorum in Oneirocrit. I. 68. Rom. VIII. 35. *θλίψις, ἢ στενοχωρία.* 2 Cor. VI. 4. *ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις.* ibid. XII. 10. In omnibus his locis *στενοχωρία,* quia est verbum gravius et majorem vim habet, quam *θλίψις, ἀνάγκη* et aliæ voces, idem significantes, ultimum locum occupat. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Sapient. V. 3. *διὰ στενοχωρίαν πνεύματος στενάξονται.* Sirac. X. 29. 1 Macc. II. 53. XIII. 3. *καὶ τὰς στενοχωρίας, ἃς εἴδομεν.* Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 193 et 31. De *inopia* et *angustiis rei pecuniariæ* legitur formula *στενοχωρίας*

τῆς πόλεως apud Polybium Hist. I. 67. 1.

ΣΤΕΡΕΟ'Σ, ά, όν, 1) proprie: *validus, firmus robore et viribus, robustus, durus*, et usurpatur de eo, quod non facile solvitur et corruit, sed immotùm stat, a στάω *firmiter sto*. Ælian. V. H. XIII. 38. στερεὸς κόνδυλος. ibid. II. 14. Homer. Odyss. τ', 493. Alex. Deut. XXXII. 13. στερεὰ πέτρα. Ies. V. 28. et LI. 1. 2) *solidus, compactus* (Xenoph. de Venat. V. 30. et IX. 16.) et metaphorice; *perfectus, sublimis*. Hebr. V. 12 et 14. στερεὰ τροφὴ cibus solidus, ubi opponitur τῷ γάλακτι, adeoque metaphorice notat doctrinam sublimiorem et difficiliorem, quæ veteranis et perfectioribus christianis, non autem tirunculis, tradenda est. Eodem modo apud Arrian. Diss. in Epictet. II. 16. οὐ θέλεις ἤδη ὡς τὰ παιδία ἀπογαλακτισθῆναι, καὶ ἅπτεσθαι στερεᾶς τροφῆς. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 402 seq. 3) metaphorice: *idoneis argumentis comprobatus, cujus veritas nullo modo in dubium vocari potest*. Sic legitur in N. T. 2 Tim. II. 19. ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν fundamentum autem Dei stat immotum et inconcussum, h. e. tamen veritas religionis christianæ, quia est vere divina, labefactari nullo modo potest. 4) per metaphoram: *firmus, qui habet certam animi persuasionem, constans*. 1 Petr. V. 9. στερεοὶ τῇ πίστει firmi fide, h. e. tanquam homines constantes et firmiter de veritate religionis christianæ persuasi. Confer 2 Petr. I. 12. Alii interpretes hæc verba ita interpretari malunt, ut στερεοὶ τῇ πίστει positum sit pro στερεοὶ διὰ τῆς πίστεως, adeoque sensus sit: quia religio christiana fortes vos reddit ad calamitates ob religionem. Ælian. V. H. V. 8. γνώμη στερεὰ firmus et constans animus. Simili ratione ab Alexandrinis Ezech. II. 4. (in Complut. Ald. Alex.) στερεοκάρδιος dicitur *contumax*, qui alias σκληροκάρδιος, (Ezech. III. 7.) σκληρὸς τὴν καρδίαν (Prov. XXVIII. 14.) et σκληροτράχηλος (a Symmacho et Theodot. Exod. XXXII. 9.) vocatur. Sæpius in N. T. non reperitur.

ΣΤΕΡΕΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *solidum reddo, roboro, corroboro, efficio, ut aliquid immotum et inconcussum stet*, a στερεὸς *solidus, firmus, durus*. Sic legitur in N. T. Act. III. 7. παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρὰ protinus autem confirmata sunt et corroborata ipsius crura et tali. Vulgatus habet: *consolidatæ sunt*. Ps. LXXIV. 3. ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς στύλους αὐτῆς. Ies. XLII. 5. XLIV. 24. στερεῶν τὴν γῆν. Jerem. X. 4. ἐν σφύραις καὶ ἥλοις ἐστερέωσαν αὐτά. Xenoph. de Re Equestr. IV. 3 et 5. Idem in Cyrop. VIII. 8. 5. 2) metaphorice: *confirmo, persuasum et constantem aliquem reddo, argumentis idoneis confirmo et probo aliquid*. Act. III. 16. ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ satis superque probavit vim et majestatem suam divinam. ibid. XVI. 5. ἐστερεοῦντο τῇ πίστει confirmabantur fide. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΕΡΕ'ΩΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *firmamentum, soliditas, robur*. Est enim verbale a prima pers. perf. pass. ἐστερέωμαι, verbi στερεόω *roboro, firmo*. 2) metaphorice: *firmitas, constantia*. Tantum exstat in N. T. Coloss. II. 5. βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν, καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν cognoscens vestrum ordinem et constantiam ac firmitatem vestram in tuenda ac observanda religione christiana. Vide Bielii Thes. Philol. s. h. v.

ΣΤΕΦΑΝΑ~Σ, ᾶ, ὁ, *Stephanas*. Est nomen proprium viri, origine Græcum, idem quod στέφανος *corona, sertum*. Commemoratur in N. T. 1 Cor. I. 16. ubi narratur ille cum tota ejus familia a Paulo baptizatus. ibid. XVI. 15 et 17. Nonnulli, ut Guilliandus in sua Collatione in Pauli Epistolas fol. 92. nomen mulieris esse male censuerunt.

ΣΤΕ'ΦΑΝΟΣ, ου, ὁ, *Stephanus*. Nomen proprium viri, qui fuit unus ex septem illis ecclesiæ Hierosolymitanæ diaconis, et primus, quem legimus, N. T. martyr, origine Græcum, designans *coronam*. Act. VI. 5, 8, 9. VII. 59. VIII. 2. XI. 19. XXII. 20.

ΣΤΕ'ΦΑΝΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *corona, regiæ dignitatis insigne*, a στέφω *corono*. Sic legitur in N. T. de corona illa spinea, quæ ludibrii et ignominiæ causa capiti Christi imponebatur a militibus Romanis, quod se regem Judæorum jactaverit. Matth. XXVII. 29. καὶ πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Marc. XV. 17. Joh. XIX. 2, 5. De hac corona Christi spinea variæ sunt virorum doctorum sententiæ. Vide Sagittarii Historiam Passionis Christi P. II. § 284. p. 649. et Wedelium in Diss. Medico-Philol. Cent. I. Decad. 9. Exercit. 3. Apoc. IV. 4. ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς et capitibus impositas coronas aureas, h. e. in summa dignitate et honore constitutos, συμβασιλεύοντας τῷ Χριστῷ. ibid. v. 10. βαλοῦσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, h. e. se omnem dignitatem ac felicitatem suam unice Christo debere grati agnoscent ipsumque supplices venerabuntur. ibid. VI. 2. καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέφανος, h. e. concedebatur ei majestas ac potestas regia, aut: corona ei imposita est victoriæ symbolum (Aristides T. II. p. 105. ὁ στέφανος νίκης ἐστὶ σύμβολον;) sequitur enim ἐξῆλθε νικῶν κ. τ. λ. ibid. IX. 7. ὡς στέφανοι χρυσοῖ galeæ accedentes ad formam coronarum aurearum: ubi vid. Eichhornius. ibid. XIV. 14. In versione Alex. respondet Hebraico עֲטָרָה *corona*. Esther VIII. 15. Adde 2 Macc. XIV. 4. 2) *omne, quod est in formam coronæ*, aut *in similitudinem litteræ* O *contortum et inflexum*. Apoc. XII. 1. καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς στέφανος ἀστέρων δώδεκα. Hinc 3) *sertum, victoribus in solemnibus certaminibus præmii loco tribui solitum*, et *vel ex oleastro, vel ex lauro confectum*. 1 Cor. IX. 25. ἐκεῖνοι (scil. οἱ ἀγωνιζόμενοι) μὲν οὖν, ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσιν illi quidem certant, ut sertum præmii loco obtineant, quod mox flaccescit. 4) *quodcunque præmium honorificum*, respectu habitu ad morem Græcorum, qui victores in certaminibus Isthmicis, Nemeïs, Olympicis et aliis serto insignire et donare solebant. Vide Burettii Diss. III. in Commentariis Literaturæ Societatis Regiæ Inscriptionum et Bonarum Litterarum Tom. I. p. 348 seq. 2 Tim. IV. 8. ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ubi ὁ στέφανος τῆς δικαιοσύνης est præmium virtutis et pietatis christianæ. Sic *præmia, virtuti christianæ in vita futura proposita*, ὁ στέφανος τῆς ζωῆς vocantur Jacob. I. 12. 1 Petr. V. 12. ὁ ἀμάραντος τῆς δόξης στέφανος præmium virtutis vestræ, felicitatem nempe, olim in regno Messiæ obtinendam. Apoc. II. 10. καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς, pro στέφανον, τοῦτ' ἔστι τὴν ζωήν. Τῆς ζωῆς enim est h. l. genitivus appositionis. Cf. ad h. l. Eichhornium in Commentario Vol. I. p. 90. ibid. III. 11. ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου ne quis eripiat tibi præmium felicitatis cœlestis. Vide Barth. Lib. II. Advers. cap. 11. 5) *omne ornamentum, quod alteri honorem affert, decus, de quo ju-*

re quis gloriari potest. Sic legitur in N. T. Philipp. IV. 1. fratres mei dilecti, χαρὰ καὶ στέφανός μου deliciæ et dulce decus meum, ut est apud Hor. I. Od. I. v. 2. 1 Thess. II. 19. τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως; de quibus enim bene sperare, ex animo gaudere, et jure meo gloriari possem? Eodem modo עֲטָרָה usurpatur Prov. XII. 4. γυνὴ ἀνδρεία στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. ibid. XIV. 26. στέφανος σοφῶν πλοῦτος αὐτῶν. ibid. XVI. 31. στέφανος καυχήσεως γῆρας. ibid. XVII. 6. Sic etiam pro *dignitate* legitur apud Philostratum in Vit. Soph. I. 21. 2. ὁ δὲ στέφανος οὗτος πολὺς maxima autem hæc dignitas. Confer Olearium ad I. 25. p. 530. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΕΦΑΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *corona cingo et orno, corono*, a στέφανος *corona.* Interdum etiam, si substantivo στέφανος additur, *cingere, ornare, circumdare* simpliciter notat, v. c. apud Alexandrinos Cantic. III. 11. ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ. Conf. Schraderum ad Musæum p. 17. Jam, quia στέφανος, ut supra demonstratum est, usurpatur etiam de *sertis*, (1 Macc. IV. 57.) et speciatim de sertis, ex floribus et foliis, ex olea, lauro, vel apio contextis, quæ victoribus in certaminibus solemnibus præmiorum loco tribuebantur, στεφανοῦν etiam 2) notat: *serto cingere et coronare præmii loco.* 2 Tim. II. 5. ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ quod si certet etiam quis, non serto donatur, nisi legitime certaverit. Hinc 3) metaphorice: *honoro, orno, decoro, præmiis honorificis abunde aliquem afficio.* Sic legitur in N. T. Hebr. II. 7. δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν abunde eum ornasti summa dignitate et honore. ibid. v. 9. βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον scimus Jesum ob et post exantlatam mortem summa dignitate ornatum esse. Ita quoque עִטֵּר *coronavit* sumitur Psal. V. 13. VIII. 6. δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν. ibid. CII. 4. τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς. Adde Sirac. XIX. 8. in ed. Complut. ὁ δὲ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς, στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΗ'ΘΟΣ, εος, τὸ, *pectus, anterior pars corporis*, q. a στῆναι *stare*, quia stat quasi immotum. Luc. XVIII. 13. ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ pectus suum percussit, ex more scilicet lugentium apud veteres, de quo vide Arndium in Miscellaneis Sacris p. 84. et Wetstenii N. T. T. I. p. 781. Plautus appellat *pectus sarrere* et *pectus pultare.* Luc. XXIII. 48. τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη. Joseph. A. J. IV. c. 8. s. 48. ὡς καὶ τὰς γυναῖκας στερνοτυπουμένας ἐμφανίζειν τὸ ἐπ' αὐτῷ τεθνηξομένῳ πάθος. Joh. XIII. 25. ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ ille vero reclinato adversus pectus Jesu capite. Vide supra a me ad vocem κόλπος dicta. ibid. XXI. 20. ὃς καὶ ἀνέπεσεν ἐν τῷ δείπνῳ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ et in cœna pectori ejus accumbens. Apoc. XV. 6. περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro Chaldaico חֲדִי et חֲדוֹהִי idem, Dan. II. 32. et pro Hebraico לֵב *cor.* Exod. XXVIII. 29, 30. Adde Genes. III. 14. et Job. XXXIX. 20. Apud Græcos scriptores στῆθος etiam de parte thoracis anteriore, jugulo subjecta, in quam costæ copulantur, usurpatur, observante Foësio in Œconom. Hippocr. p. 353.

ΣΤΗ'ΚΩ, pro ἑστήκω, per aphæresin, et hoc formatur a præterito ἕστηκα, verbi ἵστημι *sto*, 1) proprie: *sto*, de pedibus. Marc. XI. 25. ὅταν στήκητε προσευχόμενοι cum steteritis preces facientes. Respondet Hebraico עָמַד Jos. X. 19. in fragmentis Aquilæ. 2) metaphorice: *recte ago.* Rom. XIV. 4. τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει suo domino stat, aut cadit, h. e. an recte, aut male agat, domini sui est, dijudicare. 3) *persevero, constans et firmus sum in aliqua re.* 1 Cor. XVI. 13. στήκετε ἐν τῇ πίστει constantes manete in religione christiana et tuenda et observanda. Galat. V. 1. τῇ ἐλευθερίᾳ οὖν, ᾗ Χριστὸς ἡμᾶς ἠλευθέρωσε, στήκετε libertatem, in quam nos Christus vindicavit, constanter tuemini. Philipp. I. 27. ὅτι στήκετε ἐν ἑνὶ πνεύματι vos semper concordes esse. ibid. IV. 1. οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ ita (nonnulli vertunt *recte*, ut כֵּן legitur Exod. X. 29. et Num. XXVII. 7.) constantes teneatis doctrinam christianam. 1 Thess. III. 8. 2 Thess. II. 15. στήκετε καὶ κρατεῖτε constanter et diligenter observate. Sæpius in N. T. non legitur. Cæterum vox στήκω in Bielii Thesauro perperam omissa legitur apud LXX sec. cod. Alex. et Compl. Exod. XIV. 13. pro Hebraico הִתְיַצְּבוּ, ubi reliqui libri στῆτε habent, et nostro stand halten, *to be firm, fortem, animosum esse*, respondet.

ΣΤΗΡΙΓΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *ipsa actio stabiliendi et fulciendi*, deinde vero *firmitas, stabilitas*, i. q. στήριγμα. Est verbale a prima persona perf. pass. ἐστήριγμαι, verbi στηρίζω *stabilio, firmo, firmiter statuo.* Legitur pro Hebraico מִשְׁעֶנָה apud Symmachum Ies. III. 1. 2) metaphorice: *firma persuasio de veritate alicujus doctrinæ, constantia.* Sic semel in N. T. legitur 2 Petr. III. 17. ἵνα μὴ - - - ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ ne - - - excidatis firma vestra de religione christiana persuasione et constantia, quam hucusque probastis. Suidas: στηριγμός· ἑδρασμός.

ΣΤΗΡΙ'ΖΩ, fut. ίξω, 1) proprie: *firmiter statuo, firmo, stabilio illud, quod ad lapsum et ruinam inclinat, suffulcio, lapsum erigo*, a στερεὸς *firmus.* Sic legitur in N. T. Luc. XVI. 26. μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται inter nos et vos hiatus magnus firmatus et stabilitus est, h. e. vastum inter nos et vos constitutum est intervallum. Hesiod. Θεογον. v. 498. Hesych. στηριγμένον· ἱστάμενον. Idem: στηρίξαι· στῆσαι, ἐνερεῖσαι, ἁρμόσαι. 2) metaphorice: *confirmo, firmum, certum et constantem aliquem reddo.* Huc pertinet formula, scriptoribus exteris plane ignota, στηρίζειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ *obfirmare faciem suam*, quæ de eo usurpatur, *qui decrevit aliquid facere*, ut sit idem, quod vulgares Græci dicunt: δεδόχθαι τινὶ, δεδογμένον εἶναι τινὶ, κεκρικέναι, ἑλέσθαι. Luc. XIX. 51. καὶ αὐτὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ et ipse faciem suam obfirmavit ad proficiscendum Hierosolyma, h. e. decrevit proficisci Hierosolyma. Respondet autem hæc formula in hac significatione formulis Hebraicis שׂוּם פָּנִים, (Jerem. XXI. 10. ἐστήρικα τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην. Ezech. VI. 2. στήρισον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὰ ὄρη.) נָתַן פָּנִים (Ezech. XIV. 8. 2 Reg. XII. 18. καὶ ἔταξεν Ἀζαὴλ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀναβῆναι ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. Jer. XLII. 15.) non vero formulæ הֵעֵז פָּנִים quæ semper fere in vitio ponitur et de impudentibus ac contumacibus usurpatur. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 39. 6. p. 726 seq. ed. Fischeri. Schwarzii Comment.

Critt. Ling. Gr. N. T. p. 1245. Kypke Obss. Sacr. T. I. p. 257. et Wetstenii N. T. T. I. p. 717. Adde etiam Bohadin in Vita Saladin. P. I. c. 3. p. 12. fin. Luc. XXII. 32. στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου confirma fratres tuos, h. e. ad constantiam in religione christiana cohortare. Rom. I. 11. εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς ut confirmemini in religione christiana. ibid. XVI. 25. τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι Deo vero, qui vos constantes reddere valet. 1 Thess. III. 2 et 13. εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας. 2 Thess. II. 17. καὶ στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀγαθῷ et firmet animum vestrum in religione christiana ejusque studio. Jacob. V. 8. στηρίξατε τὰς καρδίας ὑμῶν confirmate animum vestrum, seu, forti et constanti animo estote. Psalm. XXXI. 25. חִזְקוּ וְיַאֲמֵץ לְבַבְכֶם· 1 Petr. V. 10. Θεὸς στηρίξαι ὑμᾶς Deus largiatur vobis perfectam et firmam de religione christiana persuasionem. 2 Petr. I. 12. ἐστηριγμένους ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ. Apoc. III. 2. στήριξον τὰ λοιπὰ ἃ μέλλει ἀποθανεῖν. Sæpius in N. T. non legitur. Alberti Glossar. N. T. p. 91. στηριχθῆναι· βεβαιωθῆναι.

ΣΤΙ'ΓΜΑ, τος, τὸ, *stigma*, 1) proprie et generatim: *nota*, vel *signum, alicui inustum et impressum.* Est enim verbale a prima persona præt. pass. ἔστιγμαι, verbi στίζω, fut. ξω, *pungo, notis compungo, notas inuro, notis inustis aliquem signo.* Sic legitur in versione Alexandrina pro Hebraico נְקֻדָּה *punctum.* Cant. I. 11. μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου, ubi Symmachus ποικίλματα habet. Hesych. στίγματα· ποικίλματα. Inurebantur etiam et imprimebantur notæ, seu στίγματα, tum animalibus, tum hominibus, atque inter eos partim sacris gentilium initiandis, partim servis, militibus, facinorosis, aut certo cuidam officio destinatis, vel pœnæ et supplicii caussa, vel, ut facile ab aliis dignosci possent, ut multis docuit Dresigius in Diss. de Usu Stigmatum apud Veteres. (Lips. 1733. 4.) Wetstenius N. T. T. II. p. 237 seq. Zornius in Bibliotheca Antiquario-Exegetica T. I. p. 461. Lydius de Re Militari I. 6. et alii, quorum catalogum dedit Wolfius in Curis Philol. in N. T. T. II. p. 788. Verbum στίζειν pro *impungere*, seu *notare cutim maculis*, legitur apud Xenoph. in Anab. V. 4. 18. 2) *vibices, cicatrices, vulnera, signa et notæ pœnarum et calamitatum, quas quis perpessus est in corpore.* Sic semel tantum legitur in N. T. Galat. VI. 17. ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω notæ vulnerum, ob religionem christianam mihi inflictorum, adhuc in corpore meo conspicuæ sunt, h. e. jam satis multas calamitates ob religionem christianam perpessus sum et adhuc perfero. Herodotus II. c. 113. p. 155. ed. Wesseling. commemorat στίγματα ἱερά. Hesych. στίγματα· πληγαί, τραύματα.

ΣΤΙΓΜΗ', ῆς, ἡ, *punctum, spatium angustissimum, momentum*, a στίζω *pungo*. Semel legitur in N. T. Luc. IV. 5. ἐν στιγμῇ χρόνου in puncto, seu momento temporis, i. q. ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ (apud Aristoph. Plut. v. 244.) et ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. 1 Cor. XV. 52. Respondet apud Alexandrinos Hebraico פֶּתַע quod κατ' ἐξοχὴν de *puncto temporis* dicitur. Ies. XXIX. 5. וְהָיָה לְפֶתַע פִּתְאֹם καὶ ἔσται ὡς στιγμὴ παραχρῆμα. De *minima rei parte* στιγμὴ etiam legitur apud Demosthenem p. 552. 7. ed. Reisk. εἴ γε εἶχε στιγμήν, ἢ σκιὰν τούτων, ὧν κατεσκεύαζε. Diogen. Laërt. VII. 135. στιγμὴ δ' ἐστὶ γραμμῆς πέρας, ἥτις ἐστὶ σημεῖον ἐλάχιστον. Plutarch. de Educ. Puer. p. 13. B. στιγμὴ χρόνου πᾶς ἐστιν ὁ βίος. Idem Consol. ad Apollon. p. 104. B. *Punctum temporis, diei, horæ* dixerunt etiam Latini, v. c. Cicero pro Flacco 25. pro Cluent. 14. Horat. Ep. II. 2. 172. Lucret. IV. 201. et alii.

ΣΤΙ'ΛΒΩ, fut. ψω, *splendeo, niteo, luceo, corusco, fulgeo*, i. q. λάμπω. Semel tantum in N. T. legitur Marc. IX. 3. τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα et vestimenta ejus facta sunt coruscantia, seu nitentia præ candore, coll. Luc. IX. 29. καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων. Alex. Esr. VIII. 27. et Dan. X. 6. χαλκοῦ στίλβοντος. Nah. III. 3. στιλβούσης ῥομφαίας. Ezech. XXI. 28. 3 Esr. VIII. 59. σκεύη χάλκεα ἀπὸ χρηστοῦ χαλκοῦ στίλβοντα. 1 Macc. VI. 39. ὡς δὲ ἔστιλβεν ὁ ἥλιος ἐπὶ τὰς ἀσπίδας. Polyb. XI. 9. 4. Homer. Iliad. γ', v. 392. Aristoph. Avib. v. 698. Conf. Wetstenium N. T. T. I. p. 595 seq. De veste splendidissima Herodis Agrippæ voce ἐκστίλβειν usus est Josephus A. J. XIX. c. 8. p. 950. Hesych. στίλβειν· λάμπειν. schol. Eurip. ad Orest. v. 480. στίλβω· τὸ λαμπηδόνα πέμπω. Cæterum a στίλβω derivatur στιλβόω *splendidum reddo, coruscare facio*, quod legitur apud Alexandrinos pro לָטַשׁ *acuit, polivit*. Ps. VII. 13. τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει. Hesych. στιλβῶσαι· ἀπαστράψαι.

ΣΤΟΑ', ᾶς, ἡ, 1) *porticus*, h. e. *locus tectus et columnis instructus, sub quo a tempestate et solis æstu tuti homines stare et ambulare possunt*, ein bedeckter Säulengang, *a covered colonnade*, a στάω, pro quo usitatum est ἵστημι *sto*. Vide Vitruvium V. c. 9. Talis erat στοὰ Σολομῶντος porticus Salomonis, quæ Joh. X. 23. Act. III. 11. et V. 12. commemoratur; ubi autem non intelligenda est porticus templi Hierosolymitani, a Salomone circa extremitatem atrii versus orientem exstructa, sed porticus templi secundi, a Serubabele ædificati, et in eodem loco exstructa, ubi porticus a Salomone exstructa fuerat, unde στοὰ Σολομῶντος vocatur. A Josepho στοὰ ἀνατολικὴ vocatur. Confer Lightfootum in Disquisit. Chorogr. Johanni præmissa cap. VI. § 2. Wetstenii N. T. T. I. p. 910. C. H. Zeibichii Diss. Philol. de porticu Salomonis in Novis Miscell. Lips. T. III. p. 576 seq. Hottingerum ad Goodwini Mosen et Aaron. II. 1. 13. et Josephum A. J. XX. 9. 7. In versione Alex. στοὰ respondet Hebraico אַתִּיק quod *peristylium* notat Ezech. XLII. 3. et τῷ רִצְפָה *pavimentum*, Ezech. XL. 18. 2) *omnis locus tectus, ubi commorari licet, conclave.* Sic Joh. V. 2. πέντε στοαὶ dicuntur quinque conclavia, (οἶκοι) aut cellulæ, ad lavacrum Bethesdæ, in quibus delitescebant ægroti, commotionem aquarum exspectantes. Ita etiam balnea Romanorum varias cellulas habebant, in quas æque ex κολυμβήθρᾳ per canales derivari solebant, quæ οἶκοι vocabantur, ut ex Galeno X. pag. 149. constat. Conf. Bibliothecam Bremensem Class. I. p. 619. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΟΙΒΑ'Σ, άδος, ἡ. Est verbale a præt. med. ἔστοιβα, verbi στείβω *calco*, et proprie apud Græcos a στοίβη ita distinguitur, ut hoc sit *virgultum*, illud vero *virgultisternium*, seu *multitudo virgultorum, loco lecti*, seu *tori stratorum*, seu *sternendorum*, i. q. στιβὰς, ita dictum, quia conculcatur pedibus et comprimitur mole corporis. Hesych. στιβάς· ἀπὸ ῥάβδων ἢ χλωρῶν χόρτων

στρῶσις καὶ φύλλων. Hinc στιβαδοκοιτεῖν *jacere in stramento, ex frondibus, foliis, gramine et similibus confecto*, quod legitur apud Polybium Hist. II. 17. Sed sæpe στοιβὰς est i. q. στοίβη et *frondes, ramos, ramusculos frondentes*, et *omnia, quibus in exstruendis stibadiis utebantur veteres*, significat. Et sic semel tantum in N. T. legitur Marc. XI. 8. ἄλλοι δὲ στοιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων alii vero frondes cædebant ex arboribus, coll. Matth. XXI. 8. ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων. Conf. Bodæi a Stapel Obss. ad Theophrasti Hist. Plant. IV. 11. p. 463. et Wetstenii N. T. Tom. I. p. 609. Glossarium vetus: στοίβη, *stipadium, stramentum*. στιβὰς (lege στοιβὰς), *stramentum*.

ΣΤΟΙΧΕΙ͂ΟΝ, ου, τὸ, 1) generatim *elementum* notat, et proprie significat *materiam*, seu *corpus simplex, cum quo alia corpora componuntur, quæ inde quasi στοιχοῦσι*, seu *procedunt*, seu *rem, quæ ad universum quoddam constituendum primordia suppeditat*. Hesych. στοιχεῖον· πᾶν τὸ ἄτμητον καὶ ἀμερές· et: στοιχεῖα· πῦρ, ὕδωρ, γῆ καὶ ἀήρ, ἀφ' ὧν τὰ σώματα, ἢ γράμματα. Idem tradit Lex. Cyrilli MS. Brem. Alberti Glossar. Gr. p. 153. στοιχεῖα· γῆν, πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα. Ita capitur 2 Petr. III. 10. στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, ubi in definienda notione vocis στοιχεῖα magnus interpretum dissensus reperitur. Plerique, quia στοιχεῖα inter cœlum et terram medio loco ponantur, et Hebraico צְבָאָם respondeat, de sole cum planetis et fixis sideribus intelligunt. Conf. Ernesti Diss. de Difficultatt. Interpr. Grammaticæ N. T. p. 21. et Wolfii Curas Philol. in N. T. T. IV. p. 234. Sed rectius στοιχεῖα h. l. et v. 12. de *elementis vulgo sic dictis totius universi, tam cœli, quam terræ*, accipiuntur. Conf. Lakemacher. Obss. Philol. P. IX. p. 85. Schwarzii Comment. Crit. Ling. Gr. p. 1246. et Alberti in Notis ad Glossar. Gr. N. T. p. 153. Στοιχεῖον vero apud Græcos tam late patere, ut *omnia, quæ ad universum constituendum primordia suppeditant*, seu *cum quibus alia corpora componuntur*, significet, vel ex eo apparere arbitror, quod στοιχεῖα apud Græcos etiam de *litteris earumque characteribus*, (Polyb. X. 45. 7.) testibus Hesychio et Cyrillo, et de *partibus* usurpetur, *in quas ingenium humanum nocturna et diurna spatia divisit*, (Jul. Polluc. Onom. L. IV. c. 8. Aristoph. Eccles. v. 648. Lucian. Gall. p. 166.) quas Græci veteres etiam τὰ μέρη dixerunt. Vide Herodot. II. c. 109. Adde Xenoph. Mem. II. c. 1. § 1. ubi nutrimenta τὰ στοιχεῖα hominis vocantur, ὅτι οὐδὲ ζώη γ' ἄν τις, εἰ μὴ τρέφοιτο. De elementis mundi usurpata hæc vox reperitur Sapient. VII. 17. εἰδέναι σύστασιν κόσμου, καὶ ἐνέργειαν στοιχείων, et ibid. XIX. 17. Jam, quia *elementum* est principium et initium compositi, vel rei nascentis, hinc 2) metaphorice est *omne principium et initium alicujus rei*, speciatim *prima alicujus artis et disciplinæ capita et rudimenta, quæ traduntur tironibus, prima institutio*, quo sensu et *elementa* dicuntur Horatio I. Ep. 20. 17. et Serm. I. 1. 26. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 226. Sic legitur in N. T. Hebr. V. 12. vos rursus necesse est, ut tradat vobis aliquis τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ prima doctrinæ christianæ elementa, olim jam vobis tradita. Hinc στοιχείωσις *primorum elementorum traditio*, ἡ πρώτη μάθησις, ut Hesychius interpretatus est. 3) *omne, quod est imperfectum et infirmum, doctrina rudior et imperfectior, quæ prima tantum elementa cognitionis humanæ tradit;* et speciatim in N. T. *religio, rudior illa et imperfecta, sensibus omnia subjiciens pœnisque terrens, qua ad perfectiorem christianam præparandi erant Judæi æque ac gentiles*, ut utar verbis Koppii ad Galat. III. 4. ubi Judæi ante conversionem ad religionem christianam dicuntur fuisse δεδουλωμένοι ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, h. e. obstricti vixisse religione Judaica, longe imperfectiore illa religione christiana. ibid. v. 9. religio Judæorum et ethnicorum τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα vocatur. Conf. v. 8 et 10. Coloss. II. 8, 20. Vide Joh. Aug. Nœsselti Pr. de perfectione christianorum antijudaica et στοιχείοις τοῦ κόσμου: in Ej. Opusculis Fasc. II. p. 207. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΟΙΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *incedo, certo ordine incedo et procedo, ordinem servo*, et speciatim usurpatur de militibus, qui ordine incedunt, seriem exacte observant nec lineam transiliunt, a στοῖχος, ου, ὁ, *ordo, ordo militum in acie*, (Xenoph. Agesil. I. 25. ἐπὶ στοίχων ἰέναι. Thucyd. II. c. 102. παραλλὰξ καὶ οὐ κατὰ στοῖχον κείμεναι.) quod est a στείχω *ordine incedo, incedo*. Conf. Salmasium de Modo Usurarum p. 518. 2) ut omnia fere verba eundi apud Hebræos: *vivo, vitam meam instituo, vitæ rationem eligo, mores induo*, i. q. περιπατέω, quod vide. Sic legitur in N. T. Act. XXI. 24. ἀλλὰ στοιχεῖς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον φυλάσσων potius te vivere legi Mosaicæ convenienter. Rom. IV. 12. τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ πίστεως qui imitantur fidem, quam Abrahamus, præputiatus adhuc, probavit. Galat. V. 25. πνεύματι καὶ στοιχῶμεν etiam ad religionis christianæ præcepta vitam nostram conformabimus. ib. VI. 16. ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσι et quicunque hanc doctrinam in vita conformanda sequuntur. Alii sensu fere eodem vertunt: *quicunque hac regula utuntur*. Conf. Kœnium ad Gregorii de Dialectis librum p. 170. Philipp. III. 16. εἰς ὃ ἐφθάσαμεν τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι cognitioni, qua in præsenti gaudetis, convenienter vitam vestram instituite. Polybius Exc. Legat. 75. βουλομένους στοιχεῖν τῇ τῆς συγκλήτου προθέσει. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 234. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΟΛΗ', ῆς, ἡ, *stola*, h. e. *vestis virorum exterior fimbriata, ad pedes usque demissa*, qua utebantur honoratiores et sacerdotes inprimis ornati erant, (qui 3 Esr. I. 1. V. 81. ἐστολισμένοι dicuntur,) quaque, ut plebis venerationem sibi conciliarent, etiam scribæ utebantur, teste Christo, Marc. XII. 38. Est autem verbale a præt. med. ἔστολα, verbi στέλλω *orno, amicio*. Marc. XII. 38. βλέπετε ἀπὸ τῶν γραμματέων, τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν cavete vobis a scribis, qui delectantur stolati incedere. ibid. XVI. 5. περιβεβλημένον στολὴν λευκὴν amictum stola alba. Luc. XV. 12. ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην efferte stolam pretiosissimam. ibid. XX. 46. Apoc. VI. 11. καὶ ἐδόθη αὐτοῖς στολὴ λευκή, ubi στολὴ λευκὴ est symbolum *honoris* et *felicitatis æternæ*. Idem valet de loco VII. 9 et 13. Formula πλύνειν καὶ λευκαίνειν τὰς στολάς, quæ Apoc. VII. 14. legitur et ubi στολὴ de *quovis amictu* accipiendum est, metaphorice de *iis* adhibetur, *qui se purgarunt a peccatorum sordibus*. Conf. supra ad σπιλόω dicta. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur præterea apud Xenoph. Cyrop. I. 4. 26. et II. 4. 1. Anab. IV. 5. 23. VI. 1. 2. Cf. Perizonium ad Ælian. V. H. III. cap. 24. et Wetstenii N. T. Tom. I. p. 617. Hesych. στο-

λή· ἔνδυμα, περιβόλαιον. Thom. Mag. ἐσθῆτα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς ἐνδυμάτων, τὴν δὲ στολὴν ἐπὶ τῶν διαφόρων σχημάτων τῶν ἐσθήτων, οἷον ἄλλη στολὴ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἄλλη τῶν Βαρβάρων.

ΣΤΟ'ΜΑ, τος, τὸ, 1) *os, organon cibum capiendi et loquelæ;* et de brutis æque ac hominibus usurpatur. Matth. XII. 34. *ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ* quæ enim sunt in animo, os eloquitur. ibid. XV. 11. *τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος* quod ex ore prodit, h. e. sermones. ibid. v. 18. XVII. 27. *ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ,* sc. *ἰχθύος,* aperto ore ejus. ibid. XXI. 16. Luc. IV. 22. *ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ* ob gratiam sermonum, quos proferebat. ibid. VI. 45. XXII. 71. *αὐτοὶ γὰρ ἠκούσαμεν ἀπὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ* ipsi enim eum confitentem audivimus. Joh. XIX. 29. *προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι* ejus ori admoverunt. Act. XXII. 14. *ἀκοῦσαι φωνὴν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ.* ibid. XXIII. 2. *τύπτειν αὐτοῦ τὸ στόμα* os ejus ferire. Rom. III. 19. *ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ* ut omnes obmutescant. ibid. X. 8. *ἐν τῷ στόματί σου* ita, ut de ea loqui possis. (Exod. XIII. 9.) ibid. v. 9 et 10. XV. 6. *ἐν ἑνὶ στόματι* uno ore. Eph. IV. 29. *πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω* nullos sermones impios et impudicos ore vestro proferatis. Coloss. III. 8. *ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν,* sc. *ἐκπορευομένην.* 2 Thess. II. 8. *τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ* halitu oris sui, h. e. voluntate sua efficacissima. Conf. supra ad *πνεῦμα* a me dicta. Jacob. III. 3. *τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν,* pro *τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα τῶν ἵππων βάλλομεν.* Similis verborum transpositio deprehenditur Joh. XII. 47. Jacob. III. 10. Jud. v. 16. *τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα* jactabunde et superbe loquuntur. Apoc. I. 16. II. 16. *ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου,* pro *ἐκ τοῦ στόματός μου ἐκπορευομένῃ,* coll. I. 16. ibid. III. 16. *μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου:* ibid. IX. 17, 18, 19. X. 9, 10. XI. 5. XII. 15, 16. XIII. 2, 5 et 6. XVI. 13. XIX. 15, 21. Alexandrini usi sunt pro פֶּה et constr. פִּי Genes. VIII. 11. Exod. IV. 11. Num. XXII. 28. — Huc etiam pertinent formulæ sequentes, de quibus separatim exponendum videtur. a) formula *εἰσέρχεσθαι,* vel *εἰσπορεύεσθαι εἰς τὸ στόμα,* quæ de *cibis et nutrimentis* usurpatur, *quæ ori ingeruntur et dentibus comminuuntur.* Matth. XV. 11. *οὐ τὸ εἰσερχόμενον εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον* quod ori ingeritur, impurum hominem reddere non potest: quanquam ibi *στόμα* de *toto homine* explicari potest, coll. Marc. VII. 18 et 20. ibid. v. 17. *πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ.* Act. XI. 8. *οὐδέποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου* nunquam comedi, i. q. *οὐδέποτε ἔφαγον,* coll. X. 14. Dan. X. 3. *κρέας καὶ οἶνος οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου.* Ezech. IV. 14. b) *ἀνοίγειν τὸ στόμα aperire os.* De hac formula, sæpius in N. T. libris obvia, hæc tenenda sunt: א) eam idem esse, quod *λαλεῖν,* adeoque *loqui, inchoare sermonem* significare. Sic v. c. legitur in N. T. Matth. XIII. 35. *ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου* loquar per parabolas. Verba desumta sunt ex Psalm. LXXVIII. 2. ubi in Hebraico legitur אֶפְתְּחָה בְמָשָׁל פִּי. Act. VIII. 32. *οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ* sic etiam ille omnibus querulis sermonibus abstinuit. Act. XVIII. 14. *μέλλοντος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα αὐτοῦ* ad hæc cum Paulus vellet respondere, aut initium loquendi facere. Ita formula פְּתוֹחַ פֶּה legitur quoque Jud. XI. 35. *οἴγειν στόμα* apud Æschylum Prometh. Vinct. v. 612. et *aperire os* apud Virgil. Æn. II. v. 246. ב) eam interdum significare: *libere et aperte loqui, cum παῤῥησίᾳ verba facere.* Sic occurrit 2 Cor. VI. 11. *τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς* liberrime sententiam meam vobis exposui. Ephes. VI. 19. *ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου* summa cum libertate in dicendo. Verba, quæ sequuntur, *ἐν παῤῥησίᾳ,* vel sunt explicationis causa addita, vel reddenda sunt: *palam, libere, non vinculis constrictus,* ut recte observavit Koppius ad h. l. Prov. XXXI. 9. Similis formula est פְּתוֹחַ שְׂפָתַיִם *aperire labia.* Job. XXXII. 20. loquar, אֶפְתַּח שְׂפָתַי aperiam labia mea. Ipsa vero formula *ἀνοίγειν τὸ στόμα* sic legitur apud Sirac. XV. 5. *ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ἀνοίξει στόμα αὐτοῦ.* ibid. XXII. 20. et XXIX. 24. Isocrat. Panath. p. 598. ubi cum *παῤῥησιάζεσθαι* permutatur. ג) *facultatem loquendi alicui dare,* seu *reddere.* Luc. I. 64. *ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα* statim vero recepit facultatem loquendi. Num. XXII. 28. וַיִּפְתַּח יְהוָה אֶת־פִּי הָאָתוֹן et Jehova facultatem loquendi asinæ dedit. ד) præmittitur verbis dicendi, ita, ut ex Hebraismo plane redundet. Sic v. c. Matth. V. 2. *καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτούς.* Act. VIII. 35. X. 34. Sirac. LI. 20. *ἤνοιξα τὸ στόμα μου καὶ ἐλάλησα.* Job. XXXIII. 2. Dan. X. 16. וָאֶפְתַּח פִּי וָאֲדַבְּרָה. c) *στόμα πρὸς στόμα os ad os,* h. e. *coram, præsens.* Sic legitur in N. T. 2 Joh. v. 12. *ἐλπίζω γὰρ —— στόμα πρὸς στόμα λαλῆσαι* spero enim, me coram vobiscum locuturum esse. 3 Joh. v. 14. *καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλήσομεν.* Respondet formulæ Hebraicæ פֶּה אֶל־פֶּה Num. XII. 7. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 40. p. 741 seq. ed. Fischeri. 2) ut Latinum *os* (Cicer. Tusc. Quæst. I. 17. quem ex tuo ore admiror.), per metonymiam: *verba, oratio, sermones, quos os profert.* Matth. XV. 8. *ὁ λαὸς οὗτος ἐγγίζει μοι τῷ στόματι αὐτῶν* populus hic verbis quidem et precibus honorem mihi præstat externum. Luc. XI. 54. *ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ* aucupantes ejus dicta. ibid. XIX. 22. *ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε* tui te condemnant sermones, coll. LXX Job. XV. 6. *ἐλέγξαι σε τὸ σὸν στόμα.* ibid. XXI. 15. *ἐγὼ γὰρ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν* suppeditabo vobis dicendi prudentiam et artem. Rom. III. 14. *ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει.* 1 Petr. II. 22. *οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.* Apoc. XIV. 5. *καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη ψεῦδος* nec impie locuti, aut mentiti sunt. Fortasse tamen *ἐν στόματι αὐτῶν* positum est pro *ἐν αὐτοῖς.* Sic פֶּה sumitur 1 Sam. XV. 24. ubi cum דָּבָר permutatur, coll. v. 23. et ab Alexandrinis æque ac 1 Chron. XII. 24. *λόγος* redditur. Adde Ps. IX. 29. Sophocl. Œd. Tyr. 671. Cf. etiam Musgrave ad Euripidis Orestem v. 383. 3) speciatim: *testimonium, professio in jure apud judicem, eine gerichtliche Aussage, a judicial report.* Matth. XVIII. 16. *ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα* ut per testimonia duorum, vel trium testium de veritate rei constet. 2 Cor. XIII. 1. Ita פֶּה usurpatum reperitur Deut. XVII. 6. עַל־פִּי שְׁנַיִם עֵדִים אוֹ שְׁלֹשָׁה עֵדִים יוּמַת הַמֵּת. ibid. XIX. 15. 4) per *ἀνθρωποπάθειαν Deo* tribuitur et tunc significat *voluntatem Dei efficacissimam.* Matth. IV. 4. *ἐπὶ παντὶ ῥήματι τῷ ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ* sed omni alia re,

qua Deus hominem vult ali et sustentari. Conf. Deut. VIII. 3. 5) *potestas, vis nocendi*, metaphora desumta a faucibus animalium rapacium. 2 Tim. IV. 17. *καὶ ἐῤῥύσθην ἐκ στόματος λέοντος* et liberatus sum a potestate inimicorum meorum crudelissimorum. Hebr. XI. 33. *ἔφραξαν στόματα λεόντων* obturarunt ora leonum, h. e. effecerunt, ut a leonibus, aut a crudelissimis hostibus suis nihil mali paterentur. Dan. VI. 22. *καὶ ἐνέφραξε στόματα λεόντων.* 6) *omne, quod est extremum in aliqua re*, adeoque, si de *gladio* usurpatur, *aciem, cuspidem* significat. Luc. XXI. 24. *πεσοῦνται στόματι μαχαίρας* cadent acie gladii, seu peribunt gladio: nam *στόμα* in tali orationis serie abundat. Hebr. XI. 34. *ἔφυγον στόματα μαχαίρας* fugerunt acies gladiorum, h. e. gladios, seu enses effugerunt. Ita פֶּה sumitur Deut. XIII. 16. לְפִי־חֶרֶב Jud. XVIII. 27. XX. 37, 48. XXI. 10. 1 Sam. XXII. 19. 2 Sam. XV. 14. Philostrat. Heroic. c. 19. s. 4. *τὸ δὲ στόμα τῆς αἰχμῆς ἀδάμαντός τε εἶναι καὶ παντὸς δηκτικόν.* Eustathius in Iliad. *κ'*, p. 699. 3. Schol. Sophocl. in Ajacem v. 660. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 13. p. 347. ed. Fischeri. Wetst. N. T. T. I. p. 799. et Palairet. Obss. Philol. p. 205. —Hinc quandoque *terræ* tribuitur. Apoc. XII. 16. *καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς καὶ κατέπιε τὸν ποταμὸν*, qui locus de apertura et hiatu in superficie terræ explicandus est. Num. XVI. 30. *καὶ ἀνοίξασα ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, καταπίεται αὐτούς.* Deut. XI. 6. Genes. IV. 11. Eadem ratione *στόμα* quoque *puteo* tribuitur Genes. XXIX. 2, 3, 8, 10. et apud Græcos quoque usurpatur de *summa parte turrium* et *ædificiorum*, Eurip. Phœn. v. 1183. de *fronte aciei, et primo agmine*, Xenoph. Hist. Gr. III. 1. 20. IV. 3. 2. de *aditu ædium*, Xenoph. Anab. IV. 5. 19. et de *ostio fluvii*. ibid. VI. 2. 1. 7) interdum abundat, v. c. Luc. I. 70. *καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων προφητῶν αὐτοῦ* quemadmodum olim per sanctos suos prophetas certissime promisit. Act. I. 16. *διὰ στόματος Δαβὶδ* per Davidem. ibid. III. 18, 21. IV. 25. XV. 8. Sic פֶּה quoque pleonastice ponitur Genes. XXIV. 57. *ἐρωτήσωμεν τὸ στόμα αὐτῆς* interrogabimus ipsam. Adde Prov. XV. 15. *στόμα δὲ ἀπαιδεύτων γνώσεται κακά.* Sæpius in N. T. non legitur. Confer quæ de hac voce habet Bielius in Thesauro Philol. s. h. v. et auctores ab eo excitatos.

ΣΤΟ'ΜΑΧΟΣ, *ου*, *ὁ*, *stomachus, ventriculus.* Nonnulli derivant a *στόμα os* et *ἔχω*, quia duo *στόματα* *ἔχει*, superius scilicet et inferius; alii a *στόμα* et *χέω fundo*, quia nutrimenta per os ventri ingeruntur; alii vero a *στόμα* et *ἄγχω coarcto*, ob angustum ventriculi os. Semel tantum in N. T. legitur 1 Tim. V. 23. utere modice vino, *διὰ τὸν στόμαχόν σου* ob stomachi tui imbecillitatem.

ΣΤΡΑΤΕΙ'Α, *ας*, *ἡ*, 1) *militia, exercitus*, etiam *munus, cui in militia aliquis præfectus est;* in qua significatione apud Josephum aliquoties reperitur; a *στρατὸς exercitus.* Respondet in versione Alexandrina Hebraico חַיִל *copiæ, exercitus*, Exod. XIV. 4, 9, 17. 1 Paral. XXVIII. 1. צָבָא 1 Paral. XII. 14. 2) et voces Latinæ *militia* et *militare* (in Codice Theodosiano. Cf. Wolfii Tract. de Latinitate Eccles. in Cod. Theodosiano pag. 31.) et Hebraicum צָבָא (quod de ministerio Levitarum usurpatur Num. IV. 3. VIII. 24.) ad *omnis fere generis munera, dignitates et negotia sacra et civilia* transfertur, et in N. T. speciatim de *munere docendi religionem christianam* et *officio auctoritatem hujus muneris divini contra quosvis adversarios tuendi* adhibetur. Sic bis tantum in N. T. legitur 2 Cor. X. 4. *τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ* præsidia enim, quibus utimur contra adversarios, aut quibus auctoritatem nostram munire possumus, non sunt humana. 1 Tim. I. 18. *ἵνα στρατεύῃ τὴν καλὴν στρατείαν* ut munere tibi demandato strenue fungaris. Cf. Jos. de Macc. c. 9. et Wetst. N. T. T. II. p. 321.

ΣΤΡΑ'ΤΕΥΜΑ, *τος*, *τὸ*, 1) *exercitus, copiæ militares, agmen, manus militum, cohors.* Est verbale a prima pers. perf. pass. *ἐστράτευμαι*, verbi *στρατεύομαι milito.* Matth. XXII. 7. *καὶ πέμψας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ* et misit copias suas. Act. XXIII. 10. *ἐκέλευσε τὸ στράτευμα καταβὰν ἁρπάσαι αὐτὸν ἐκ μέσου αὐτῶν* jussit milites cohortis Romanæ ex arce Antonia descendere eumque illis eripere. ibid. v. 27. Apoc. IX. 16. XIX. 14 et 19. Adde 1 Macc. IX. 34. 2 Macc. V. 24. VIII. 21. XII. 38. XIII. 13. De manu unius ducis legitur apud Xenoph. Anab. I. 5. 11 et 12. 2) *comitatus et satellites regis, satellitium.* Luc. XXIII. 11. *ὁ Ἡρώδης σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ* Herodes cum suo comitatu ac satellitibus, qui eum e Galilæa secuti erant. Syrus bene: ܘܡܫܡܫܢܘܗܝ *et ministri ejus.*

ΣΤΡΑΤΕΥ'Ω, fut. *σω*, et medium *στρατεύομαι*, 1) generatim *militare* significat, ita, ut, si de duce exercitus dicatur, sit: *exercitum in expeditionem educere, cum exercitu venire, bello invadere;* sin de ipso milite adhibeatur, notet: *militem esse, stipendia facere*, seu *mereri, militiam sequi*, a *στρατὸς exercitus, copiæ militares, sive terrestres, sive navales.* Luc. III. 14. *ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευόμενοι* interrogabant eum etiam milites. Syrus: ܡܫܡܫܝܢ ܐܣܛܪܛܝܘܛܐ *operam dantes militiæ.* 1 Cor. IX. 7. *τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ;* quis meretur, seu stipendia facit suis sumtibus? 2 Tim. II. 4. *οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις*, ubi *στρατευόμενος* opponitur *τῷ στρατολογήσαντι.* In versione Alex. respondet Hebraico צָבָא *militavit, pugnavit, turmatim convenit ad militandum.* Ies. XXIX. 7. Adde Alex. Jud. XIX. 8. 2 Sam. XV. 28. Prov. XXX. 27. Aristotel. Rhetor. II. 22. *πώποτε καὶ οὐκ ἔνοχος ὢν ἐστράτευσε.* Thucyd. VIII. 65. Herodian. VIII. 7. 20. 2) *quocunque modo adversarium me gero, me causamque meam defendo, auctoritatem meam tueor.* 2 Cor. X. 3. *οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα* non desunt nobis idonea arma contra adversarios nostros, seu fortes nos et potentes adversarios præstabimus. 3) metaphorice: *obversor, repugno, contrarius sum.* Jacob. IV. 1. *ἐκ τῶν ἡδονῶν τῶν στρατευομένων ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν* ex cupiditatibus vestris pravis, quæ sibi invicem sunt contrariæ, et ita non solum animi tranquillitatem perturbant, sed etiam rixas, altercationes et dissidia pariunt. Sed fortasse post *στρατευομένων* omissa sunt verba *κατὰ τοῦ πνεύματος*, vel *κατὰ τῆς ψυχῆς*. Certe 1 Petr. I. 11. christiani jubentur *ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς* abstinere ab omnibus pravis cupiditatibus, quæ sunt ab animo, per religionem christianam emendato, prorsus alienæ. 4) *strenue ago, operam do alicui rei, munere mihi demandato bene fungor.* 1 Tim. I. 18. *ἵνα στρατεύῃ ἐν αὐταῖς καλὴν στρατείαν* ut strenue et convenienter his præceptis et bonis votis munere doctoris christiani tibi de-

mandato rite fungaris. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΡΑΤΗΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, etiam ἡ (Aristoph. Eccl. 491. 500.), 1) proprie: *dux militum, præfectus exercitui, prætor*, a στρατὸς *exercitus, copiæ militares, sive terrestres, sive navales*, et ἄγω, vel ἡγέομαι *duco*. Æschin. Socr. Dial. III. § 12. 2) synecdochice *quemlibet præfectum et antistitem* significat. Hinc 3) speciatim στρατηγοὶ dicuntur *magistratus urbani et maxime coloniarum ac municipiorum, qui pacis tempore munere suo fungebantur, causarumque leviorum in provinciis arbitri erant;* nam graviores Romam denunciabantur. Causa vero hujus appellationis sine dubio est in eo, quod olim apud Romanos magistratus summi civiles et duces belli erant, ut de prætoribus satis constat, et στρατὸς *populum ac civium multitudinem*, æque ac *exercitum* notat. Cf. Spanhemii Diss. de Usu et Præstantia Numismatum T. I. Diss. IX. p. 697. T. II. Diss. XIII. pag. 601. Casaubonum ad Athenæum V. c. 14. D'Orville ad Chariton. p. 447. ed. Lips. Munthe Obss. Philol. e Diod. Sic. pag. 255. Krebsium ad Decret. Athen. in honorem Hyrcani p. 327 seq. et Everh. Otto de Ædilibus Coloniarum c. II. p. 51. c. XII. p. 356 seq. Sic legitur in N. T. Act. XVI. 20. ubi οἱ στρατηγοὶ dicuntur, qui v. 19. οἱ ἄρχοντες appellati erant. ib. v. 22, 35. ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους. ibid. v. 36 et 38. Versio Vulgat. *magistratibus*. Versio Cod. D. *prætoribus*. Achill. Tat. VII. p. 499. Artemid. IV. 51. V. 36. Arrian. Diss. Epictet. II. 1. Messinenses etiam nunc prætorem, seu præfectum urbis, *Stradigo* appellant, observante Wetstenio N. T. T. II. pag. 556. 4) στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ, etiam στρατηγοί, sine ullo addito vocabulo, in N. T. dicuntur, *præfecti templi*, h. e. *duces et præfecti sacerdotum et Levitarum, qui in templo Hierosolymitano excubias agebant.* Talis præfectus a Talmudistis dictus est איש הר הבית aut ראש המשער ut observavit Deylingius in Obss. Sacr. P. III. p. 303. et Lardnerus Lib. I. de Fide Historica Evangelistarum cap. II. § 15. Scilicet in tanta templi Hierosolymitani amplitudine et divitiarum, quæ ibi asservabantur, copia, necessarium erat, in templo excubias agi et sedulo provideri, ne quid polluatur, aut ullo modo detrimentum capiat. Hæ excubiæ a sacerdotibus et Levitis agebantur, qui ob hoc ipsum munus suum שֹׁמְרֵי הַסַּף *custodes liminis* 2 Reg. XII. 9. XXV. 18. vocantur, quos Josephus τοὺς φυλάσσοντας τὸ ἱερὸν ἡγεμόνας appellat. Conf. Philonem de Pœnis p. 922. Constat porro e scriptis Rabbinorum, Levitarum, sacerdotumque vicenas quaternas stationes excubias nocturnas circa ædem sacram et in ea egisse, ita, ut sacerdotes intus, Levitæ vero foris custodirent et illorum quidem tres, horum vero stationes viginti et una essent. Omnes vero sacerdotes et Levitæ, in templo excubias agentes, habebant plures præfectos, qui mox στρατηγοί, (Joseph. A. J. XX. 6. 2. Luc. XXII. 4. ubi Syrus habet: ܪ̈ܒܝ ܚܝܠܐ ܕܗܝܟܠܐ *et ducibus militiæ templi*. Act. V. 26.) mox vero στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ, (Luc. XXII. 52. Act. IV. 1. V. 24.) Hebraice vero נְגִידֵי מִבֵּית יְהוָה Jerem. XX. 1. vocantur: ut adeo erraverint Hammondus et Er. Schmidius, qui τὸν στρατηγὸν τοῦ ἱεροῦ, qui Act. IV. 1. commemoratur, putarunt fuisse ducem cohortis Romanæ, cujus milites nonnullos pro custodia templi Hierosolymitani obtinuerint Judæi a Romanis, ne vis templo, sacris et sacra facientibus inferretur a militibus Romanis. Conf. plura apud Lightfootum in Hor. Hebr. et Talmud. ad Luc. XXII. 4. Wetstenii N. T. T. I. p. 803. Bynæum de Morte Jesu Lib. I. c. 4. et Krebsium ad Decreta Romanorum pro Judæis p. 332 seq. Exstat etiam peculiaris dissertatio de στρατηγῷ τοῦ ἱεροῦ Act. IV. 1. quis fuerit? Aboæ 1704. 4. auctore Isaaco Pihlmann Sueco. Sæpius in N. T. non legitur. Confer Lexicon Xenophonteum et Glossarium Polybianum s. h. v. Gloss. Vet. apud Labbæum: στρατηγός, *magistratus, duumvir, dux, prætor.*

ΣΤΡΑΤΙΑ', ᾶς, ἡ, 1) proprie: *exercitus totus, pedites equitesque complectens, omnis militum multitudo, quæ unius ducis imperio paret*, a στρατὸς idem. Suid. στρατιά· τὸ τῶν στρατιωτῶν ὑπὸ ἕνα ἔπαρχον τάγμα. In hac significatione hæc vox sæpius quidem reperitur apud Græcos scriptores, ubi in codicibus cum στρατεία passim confunditur (v. c. Thucyd. I. c. 3.) et in versione Alexandrina, (v. c. Jud. VIII. 6. 2 Sam. III. 23. VIII. 17. ubi Hebraico צָבָא respondet,) non vero in N. T. libris, in quibus 2) generatim, *quicquid copiosum est et ordinis rationem habet*, significat. Cf. Palairet. Obss. Philol. p. 293. Sic v. c. Luc. II. 13. πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου multitudinem angelorum notat, qui ita, ut videtur, non solum a multitudine et copia, sed etiam a munere dicuntur, quia sunt ministri et interpretes voluntatis divinæ. Conf. 1 Reg. XXII. 19. Videbam Deum sedentem in throno suo וְכָל־צְבָא הַשָּׁמַיִם עֹמֵד עָלָיו coll. 2 Paral. XVIII. 18. Nehem. IX. 6. σοὶ προσκυνοῦσιν αἱ στρατιαὶ τῶν οὐρανῶν. Atque ista angelorum multitudo præcipue quoque intelligenda est ibi, ubi Deus verus dicitur יְהוָה צְבָאוֹת. Conf. Vorstii Philol. Sacr. c. 21. p. 431 seq. ed. Fischeri, et Wetstenii N. T. T. I. pag. 663. Etym. M. στρατιὰ δὲ κοινῶς τὸ πλῆθος τῶν πολλῶν καὶ τῶν ἀγγέλων ὁμοίως. Præterea legitur tantum Act. VII. 42. λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ servire exercitui cœli, h. e. colere lucida corpora cœlestia, solem, lunam et stellas, quæ partim ob multitudinem et immensam copiam, partim ob ordinem admirandum, quo moventur, etiam ab Hebræis צְבָא הַשָּׁמַיִם 2 Paral. XXXIII. 5. Jerem. XXXIII. 22. et ab Alexandrinis ἡ δύναμις τοῦ οὐρανοῦ dicuntur. Suidas sub Στρατιά· Ὅτι δὲ λέγει ἡ γραφὴ περὶ Μανασσῆ, ὅτι ἐλάτρευσε τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας λέγει. Conf. Vorstium l. l. p. 446 seq.

ΣΤΡΑΤΙΩ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *miles, et quidem gregarius*, a στρατιὰ, quod vide. Matth. VIII. 9. ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας militibus, quibus præsum. ibid. XXVII. 27. οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος milites procuratoris. ibid. XXVIII. 12. Marc. XV. 16. Luc. VII. 8. XXIII. 36. Joh. XIX. 2, 23, 24, 32, 34. Act. X. 7. XII. 4, 6, 18. XXI. 32, 35. XXIII. 23, 31. XXVII. 31, 32, 42. XXVIII. 16. Adde Alex. 2 Sam. XXIII. 18. 2) metaphorice: *qui munere sibi demandato fungitur*, aut *qui alicujus causam tuetur ac defendit.* Sic legitur in N. T. 2 Tim. II. 3. ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ tanquam bonus et idoneus doctor religionis christianæ, qui religionem christianam omni modo defendit et tuetur. Confer Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. pag. 1041. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΡΑΤΟΛΟΓΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, *exercitum conscribo et colligo, deligo, cogo et conscribo milites*, q. τὸν στρατὸν συλλέγω, ex στρατὸς *exercitus* et λέγω *lego*, i. e. *colligo*. Semel tantum in N. T. legitur 2 Tim. II. 4. ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ ut imperatori, seu duci placeat. Στρατολογήσας enim est idem, qui στρατολόγος dicitur, dux, seu imperator, qui conscribendo milites exercitum colligit. Vox hæc paulo rarior est et ab H. Stephano in Thesauro Ling. Gr. T. III. p. 1064. sine ulla significatus auctoritate affertur. Reperitur autem apud Josephum de B. J. V. 9. 4. ἀλλὰ Ῥωμαίους τίς ἐστρατολόγησε κατὰ τοῦ ἔθνους; Chariton. Aphrod. I. 2. ubi videndus D'Orville. — Hesych. στρατολογήσαντι· στρατεύσαντι. Gloss. στρατολογία· *delectus*.

ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΑ'ΡΧΗΣ, ου, ὁ, 1) *imperator, belli dux et præfectus exercituum*, ex στρατόπεδον *exercitus* et ἄρχω *impero*, q. d. ἄρχων τοῦ στρατοπέδου. Jam, quia στρατόπεδον sæpe prætorium imperatoris Romani, seu custodiam corporis notat, (confer Perizonium de Prætorio § 36. p. 73.) factum est, ut στρατοπεδάρχης etiam 2) *præfectum prætorio*, seu *custodiæ corporis imperatoris* significaret. Sic semel legitur in N. T. Act. XXVIII. 16. ὁ ἑκατόνταρχος παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ centurio vinctos, seu captivos tradidit præfecto prætorio, seu cohortium prætorianarum, quæ extra Romam castra sua habebant. Imperatorum enim temporibus mos obtinuit, ut ex provinciis Romam ad Cæsarem missi vincti præfecto prætorio custodiendi committerentur, ut ex loco Josephi A. J. XVIII. 6. 6. recte demonstravit Krebsius in Obss. Flav. p. 265. qui etiam recte monuit, στρατιώτην, qui ibidem commemoratur, *militem prætorianum* fuisse, coll. Josepho A. J. XVIII. 6. 7. Confer etiam Philip. I. 13. Cæterum Paulum a *Julio* centurione *Afranio Burrho* traditum ac commendatum fuisse, post alios luculenter demonstravit C. G. F. Walchius in Historia Afranii Burrhi, Actor. XXVIII. 16. commemorati, quæ exstat in Actis Societ. Lat. Jenensis Vol. I. p. 156 seq. Gloss. Vet. στρατοπεδάρχης, *præfectus castrorum*.

ΣΤΡΑΤΟ'ΠΕΔΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *castra, locus, ubi imperator*, seu *dux cum suis copiis militaribus commoratur*, ex στρατὸς *exercitus* et πέδον *campus, solum*. Sic legitur apud Thucydidem VI. c. 88. καὶ τὸ στρατόπεδον, ὃ κατεκαύθη ὑπὸ τῶν Συρακουσίων. ibid. VII. c. 44. ἐς τὸ στρατόπεδον διεφύγγανον. Hinc στρατοπεδεύω *castra pono, metor*, apud Alex. Prov. IV. 15. 2) per metonymiam: *exercitus, qui in castris cum duce commoratur*. Sic semel tantum in N. T. legitur Luc. XXI. 20. ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ τῶν στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ quum autem videritis Hierosolymam cingi exercitibus. Sic legitur non solum apud Alexandrinos Jerem. XLI. 12. pro אֲנָשִׁים *homines*, Jerem. XXXIV. 1. pro חַיִל *exercitus, copiæ militares*, et in libris Apocryphis V. T. 2 Macc. VIII. 13. IX. 9. sed etiam apud optimos scriptores Græcos, v. c. Thucyd. Lib. IV. c. 94. VII. c. 71. Polybium Hist. II. c. 31. πληρώσας τὰς ὁρμὰς τῶν στρατοπέδων τῆς ὠφελείας. ibid. III. 60 et 66. et Xenophontem Hist. Gr. I. 1. 14. Timæus Lex. Platon. p. 171. ed. Ruhnken. στρατόπεδον λέγεται· καὶ τὸ πλῆθος τῶν στρατιωτῶν. λέγεται δὲ καὶ τόπος, ἐν ᾧ ἀθροίζεσθαι αὐτοὺς ἐπιτήδειον. Etym. M. στρατόπεδον ἐποιήσατε, ἀντὶ τοῦ σκηνάς. δύο γὰρ σημαίνει ἡ λέξις. καὶ τὸ στράτευμα λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν στράτευσιν. οὕτως Ἀριστοφάνης. Idem fere Suidas tradit, qui tamen observat, ex etymologiæ ratione rectius de *castris* dici. Etiam στρατοπέδευμα *exercitum* significat apud Diodorum Sic. XV. 83. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 798.

ΣΤΡΕΒΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *torqueo, detorqueo, distorqueo, tortuosum et flexuosum reddo*, etiam *tormentis crucio* (Polyb. II. 59. 1.), a στρεβλὸς *tortuosus, flexuosus*. Suid. στρεβλούμενος· δεσμούμενος, μαστιζόμενος. Hesych. στρεβλοῦται· αἰκίζεται, βασανίζεται. Gloss. Vet. στρεβλῶ, *pravo*. Aristoph. Plut. v. 876. Hinc στρεβλωτήριον est *nervus*, seu *lignum in carcere, quo captivorum pedes constringebantur*, et στρέβλη *instrumentum ad torquendum*. 2) metaphorice: *perverto, corrumpo, depravo, in alienum sensum rapio*. Sic semel legitur in N. T. 2 Petr. III. 16. ubi sermo est de doctrina de exspectando Domini ad judicium adventu, (non vero, ut plerisque placet, de locis quibusdam in epistolis Pauli,) ἐν οἷς ἐστι δυσνόητά τινα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι στρεβλοῦσιν in qua sunt quædam difficilia explicatu, quæ homines indocti nec satis firmi in vera religione pervertunt, in alienum sensum detorquent iisque abutuntur. In versione Alexandrina respondet Hebraico פָּתַל 2 Sam. XXII. 27. quemadmodum στρεβλὸς pro עִקֵּשׁ *perversus* adhibetur ab Alex. 2 Sam. XXII. 27. et Ps. XVIII. 27.

ΣΤΡΕ'ΦΩ, futur. έψω, 1) generatim: *verto, flecto, torqueo*, et speciatim de *versione locali* usurpatur, notans: *vertere, convertere*. Στρέφομαι *convertor, me converto, retro verto me ipsum*. Matth. VII. 6. καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς et postquam retro se verterunt, vos dilacerent. ibid. XVI. 23. ὁ δὲ στραφεὶς εἶπε τῷ Πέτρῳ Jesus vero, convertens se ad Petrum, (alii vertunt: *aversus ab eo*.) ei dixit. Luc. VII. 9, 44. IX. 55. X. 21, 23. XIV. 25. XXII. 61. XXIII. 28. Joh. I. 38. XX. 14. ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω ad tergum se vertit. ibid. ver. 16. Act. XIII. 46. στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη convertimus nos ad gentes, iisque religionem christianam tradimus. Eurip. Phœniss. ver. 470. 2) *porrigo, obverto*, i. q. παρέχω. Matth. V. 39. στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην ei alteram quoque maxillam cædendam præbe, seu obverte, coll. loco parallelo Luc. VI. 26. ubi πάρεχε legitur. Cæterum hæc formula est proverbialis, indicans patientiam in ferendis injuriis. Confer Thren. III. 30. 3) *averto*, i. q. ἀποστρέφω. Act. VII. 42. ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς avertit Deus, sc. faciem suam, h. e. indignatus est iis, nec eorum curam habuit. 4) *muto*, et metaphorice de animo: *emendo*. Matth. XVIII. 3. ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία nisi immutatis plane et emendatis animi vestri sensibus, puerorum sensum indueritis. Act. XI. 6. στρέφειν τὰ ὕδατα εἰς αἷμα mutare aquas in sanguinem. Respondet in versione Alexandrina Hebraico הָפַךְ *convertit, mutavit*. Exod. VII. 15. τὴν ῥάβδον τὴν στραφεῖσαν εἰς ὄφιν. 1 Sam. X. 6. καὶ στραφήσῃ εἰς ἄνδρα ἄλλον. Psal. XXIX. 14. ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου εἰς χαρὰν ἐμοί. Jerem. XXXI. 13. Thren. V. 15. Adde Sirac. VI. 30. στραφήσεταί σοι εἰς εὐφροσύνην. 1 Macc. I. 41, 42. 5) Singulari plane ratione Act. VII. 39. de Israëlitis, qui Mose duce in deserto iter faciebant, legitur ἐστράφησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον converterunt se retro cordibus ipsorum in Ægyptum, h. e. vel: *cupiebant in Ægyptum redire*, sie wünschten sich nach Aegypten zurück, *they wished themselves back to Egypt*; vel: *rediere ad mores et instituta Æ-*

gyptiorum, ut ad idololatriam referatur, cum Lactantio Lib. VI. 10. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. *στρέφειν· κάμπτει, λυγίζει, ἀποσείεται, διώκει, ψιλοῖ.*

ΣΤΡΗΝΙΑ'Ω, ῶ, fut. *άσω, luxurior, luxuriose vivo, lascivio, protervus sum* (Athen. X. p. 420. B.), *dissolute vivo, ferocio*, a *στρῆνος*, quod vide. Metaphora desumta est a jumentis; bene saginatis, quæ cum pabulo ferociunt et ruptis, seu avulsis habenis quaqua versum vagantur. Bis tantum legitur in N. T. Apoc. XVIII. 7. *ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασεν* quanta glorificavit se et lascivivit. ibid. v. 9. *οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες καὶ στρηνιάσαντες.* Vide ad h. l. Alberti in Obss. Philol. Damnant verbum *στρηνιᾷν* æque ac *καταστρηνιᾷν* grammatici veteres (v. c. Phrynichus p. 70. *Στρηνιᾷν· τούτῳ ἐχρήσαντο οἱ τῆς νέας κωμῳδίας ποιηταί, ᾧ οὐκ ἂν μή μανείς τις χρήσαιτο, παρὸν λέγειν τρυφᾷν*, ubi videndus Hœschelius et Nunnesius.) et cum iis Salmasius de Lingua Hellenistica p. 99. Hesych. *στρηνιῶντες· πεπλησμένοι*, (ita enim reponendum est loco impressi *πεπλεγμένοι*,) *δηλοῖ δὲ καὶ τὸ διὰ πλοῦτον ὑβρίζειν καὶ βαρέως φέρειν.*

ΣΤΡΗ῀ΝΟΣ, *εος*, contracte *ους, τὸ, luxus, deliciæ*, et eo adjuncto: *asperitas morum, insolentia, ferocia*, a *στρηνὴς asper, indomitus, qui habenas excussit*, tanquam a *στερέω privo, aufero* et *ἡνία habena*, ut adeo metaphora desumta videatur a jumentis, quæ bene saginata et præ nimia pabuli copia ferociunt et ruptis habenis quaqua versum vagantur. Semel tantum in N. T. legitur Apoc. XVIII. 3. *ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν* ex nimio luxu ipsius divites facti sunt. In versione Alexandrina respondet Hebraico שַׁאֲנָן *tumultuatio, tumultus, strepitus, quem edunt ferocientes et insolenter se gerentes.* 2 Reg. XIX. 28. *τὸ στρῆνός σου ἀνέβη ἐν τοῖς ὠσί μου* insolentia tua pervenit ad aures meas. Cf. dicta ad *στρηνιάω* et *καταστρηνιάω.*

ΣΤΡΟΥΘΙ'ΟΝ, *ου, τό.* Vox, æque ambigua ac indefinita apud Græcos, ac צִפּוֹר (cui in versione Alexandrina respondet Cohel. XII. 4. Thren. III. 52. Psal. XI. 1. CII. 8.) apud Hebræos. Est deminutivum a *στρουθὸς*, atque *omnes aves*, seu *aviculas, quæ sunt minoris pretii, πάντα τὰ μικρὰ τῶν ὀρνίθων*, secundum Moschopulum, (unde Thren. IV. 3. pro יַעֲנָה *ulula* ab Alexandrinis ponitur,) significat, quanquam interdum de *passere* et *passerculo* accipiendum esse videtur. Conf. Bocharti Hierozoic. II. Lib. I. c. 21. et Wetstenii N. T. T. I. p. 345. Legitur in N. T. Matth. X. 29. *οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται*; nonne duo passerculi asse, seu minimo pretio venduntur? ibid. ver. 31. *πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς* multis passerculis præstatis. Luc. XII. 6, 7. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΡΩΝΝΥ'Ω, vel ΣΤΡΩ'ΝΝΥΜΙ, fut. *στρώσω*, 1) generatim: *sterno, substerno, expando*, a *στορέω* idem. Matth. XXI. 8. *ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ* vestimentis suis straverunt viam; seu, vestimenta sua expanderunt in viam (coll. Josepho A. J. IX. 6. 2.). ibid. *ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ* alii vero arborum frondibus viam straverunt. Marc. XI. 8. Sic legitur quoque Esther IV. 3. *σάκκον καὶ σποδὸν ἔστρωσαν ἑαυτοῖς*, ubi Hebraico הִצִּיעַ *stravit, substravit, stratum posuit*, respondet. Ezech. XXIII. 41. *καὶ ἐκάθου ἐπὶ κλίνης ἐστρωμένης.* Prov. XV. 20. *ὁδοὶ ἀεργῶν ἐστρωμέναι ἀκάνθαις.* Job. XVII. 13. *ἐν δὲ γνόφῳ ἔστρωταί μου ἡ στρωμνή.* Hinc *στρωμνὴ stratum, lectus, κοίτη, ἡ κλίνη*, Hesych. et Suida interpretantibus, et *στρῶμα stratum, stragulum, stramentum* apud Demosthenem pag. 762. 4. et 1191. 1. ed. Reisk. 2) *lectum sterno.* Act. IX. 34. *ἀνάστηθι καὶ στρῶσον σεαυτῷ* surge et sterne tibi lectum. Subintelligendum est *κλίνην*, vel *κοίτην*, vel *στρωμνήν.* Conf. L. Bos. Ellips. Gr. p. 226. ed. Schæferi. 3) *στρῶσαι* est verbum proprium de *iis, qui triclinia* (h. e. *conclavia, in quibus discumbitur,*) *lectis, lectosque tricliniares ac mensas, circa quas lecti positi erant, peristromatis et pulvinis sternunt.* Sic legitur in N. T. Marc. XIV. 15. et Luc. XXII. 12. *καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον* et ipse vobis monstrabit cœnaculum ingens, lectis tricliniaribus stratum, quod Auctor librorum ad Herennium IV. 51. *triclinium stratum*, et Macrobius Saturn. II. 9. *triclinium lectis stratum* dixit. Confer Fischeri Prolus. I. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 13 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 627.

ΣΤΥΓΗΤΟ'Σ, *ή, όν*, et active et passive usurpatur. Passive si sumitur, notat: *odiosum, exosum, odio dignum, exsecrabilem, qui odio et horrori est.* Active vero si adhibetur, *eum significat, qui odio est plenus et alios odio prosequitur, inimicus*; a *στυγέω odio prosequor, reformido, abominor*, (Eurip. Phœn. ver. 619.) quod secundum nonnullos a *στὺξ, στυγὸς* (*styx, nomen fluvii infernalis, infernum,*) descendit, ut significet *tale odium*, vel *abominationem ejusmodi, qua infernum prosequimur.* Semel tantum in N. T. legitur Tit. III. 3. *στυγητοί, μισοῦντες ἀλλήλους* odiosi, odio habentes nos invicem. Hescyh. *στυγητοί· μισητοί, χαλεποί, φοβεροί.* Xiphilinus in Caio pag. 125. Heliodor. V. 29. Philo de Decalogo p. 202. 20.

ΣΤΥΓΝΑ'ΖΩ, futur. *άσω*, 1) proprie: *tristis, mœstus sum, vel fio, tristor, mœrore, vel molestia afficior*, et inprimis de tristitia usurpatur, quæ se vultu prodit et frontem nubilam reddit, a *στυγνὸς*, quod partim active de *eo*, usurpatur, *qui molestias alteri facessit seque odiosum et invisum aliis reddit*, i. q. *στυγνοποιὸς*, partim vero passive de *austero, tristi, qui vultu prodit mœstitiam animi.* Eurip. Hippolyt. ver. 173. Xenoph. Anab. II. 6. § 6 et 7. Arrian. Diss. Epictet. III. cap. 5. Vide et Schol. Aristoph. Nub. ver. 582. et Eustath. de Ismenia IV. pag. 98. Sic autem legitur in N. T. Marc. X. 22. *ὁ δὲ στυγνάσας ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀπῆλθε λυπούμενος* at ille, mœstitia affectus ob hunc sermonem, abiit mœstus. Nicetas in Andronic. Comnen. II. c. 2. p. 207. *κατηφιῶντες οὖν οἱ ἄνθρωποι καὶ στυγνάζοντες ἐβίωσκον.* Hinc *στυγνότης tristitia, quæ se vultu in terram demisso et fronte nubila prodit.* 2) metaphorice hoc verbum usurpatur de *cœlo nubilo, minus sereno et vaporibus turbido.* Matth. XVI. 3. *πυῤῥάζει γὰρ στυγνάζων ὁ οὐρανὸς* nam rubet triste cœlum. Sic Sap. XVII. 5. *νὺξ στυγνὴ* noctem tenebricosam et atram notat. Ita quoque Latini *triste cœlum* dicunt. Vide Drakenborch. ad Silium Ital. L. XII. v. 602. Facit huc etiam locus Polybii Hist. IV. c. 21. *ἥτις* (*αὐστηρία*) *αὐτοῖς παρέπεται διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ψυχρότητα καὶ στυγνότητα, τὴν κατὰ τὸ πλεῖστον ἐν τοῖς τόποις ὑπάρχουσαν* quæ eorum austeritas ex aëris frigore et cœli tristitia oritur, quæ in plerisque locis esse solet. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΥ'ΛΟΣ, *ου, ὁ*, 1) generatim: *columna, quæ in publico erecta stat loco*, (Alex. Jerem. XLIII. 13. *τοὺς στύλους ἡλίου.* Hebr. מַצֵּבָה *statua.*) et speciatim: *fulcrum, quod domum ejusque partes stabilit*, a *στάω*, unde *ἵστημι sto*, columna enim stat erecta.

2) *omne, quod rectum stat,* aut *instar columnæ ascendit et sursum agitur.* Sic legitur in N. T. Apoc. X. 1. ὡς στύλοι πυρὸς tanquam flammæ, columnarum instar ascendentes. Simili ratione apud Alexandrinos στύλος de *ornamento capitis, columnarum formam referente,* legitur 1 Reg. VII. 40. ubi Hebraico כֹּתֶרֶת *coronamentum,* respondet ;— de *nube, columnæ instar apparente,* Exod. XIX. 9. et de *igne.* Exod. XIII. 21, 22. XIV. 24. Jam quia columnæ sunt fulcra, sustentacula et fundamenta ædificiorum, aut tectorum, hinc στύλος 3) metaphorice *omne, quo aliquid innititur, vel firmitatem, aut auctoritatem, aut securitatem accipit,* notat, et sic in N. T. partim ad *homines* transfertur, *qui sunt in aliqua re principes, auctoritate et dignitate præ cæteris insignes, aliisque præsidio et subsidio,* partim vero ad *res, quæ sunt primariæ ac præcipuæ.* Sic legitur in N. T. Galat. II. 9. ubi apostoli, Jacobus, Petrus et Johannes dicuntur οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι, h. e. qui apostoli principes erant et auctoritate præ cæteris insignes, qui v. 6. οἱ δοκοῦντες εἶναί τι et οἱ δοκοῦντες vocantur quia eorum tunc summa erat auctoritas. Maimonides More Nevochim I. 23. *prophetæ columina generis humani.* Apud Euripid. Iphig. v. 57. proles mascula στύλοι οἴκων dicitur. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 220. Apoc. III. 12. ὁ νικῶν ποιήσω αὐτὸν στύλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ μου vincenti, seu summam constantiam in religione christiana tuenda et observanda probanti, principem inter meos cultores et cœli cives locum assignabo. Inest tamen simul notio *firmitatis,* ut frangi et loco suo moveri nunquam possit: id quod e sequentibus luculenter apparet. 1 Tim. III. 16. στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας doctrina primaria ac præcipua religionis christianæ. Conf. Patric. Junium in Notis ad Clementis Ep. I. ad Corinthios p. 8. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΤΩΙ¨ΚΟ`Σ, ἡ, ὸν, *stoicus.* Nomen sectæ philosophicæ, apud Græcos olim et Romanos celeberrimæ, cujus auctor traditur *Zeno.* Dicuntur autem *Stoici* ἀπὸ τῆς Στοᾶς a porticu, ubi Zeno et sectatores ejus deambulando disputabant. Erat autem disciplina Stoicorum severissima ideoque magnæ apud veteres auctoritatis. Summa ejus capita ex libris Epicteti, Arriani, Antonini, Ciceronis, Diogenis Laërtii et recentiorum scriptis, v. c. Lipsii Manuductione ad Philosophiam Stoicam et Physiologiæ Stoicorum Lib. III. Antwerp. 1604. 4. et Tiedemanni System: Philosoph. Stoicæ, Theotisce scripto, T. III. Lips. 1776. 8. cognosci possunt. In N. T. Stoici semel tantum commemorantur Act. XVII. 18. τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ, sc. τῷ Παύλῳ, quidam autem ex Epicureis et Stoicis philosophis disputarunt cum eo.

ΣΥ`, *tu.* Est pronomen personale omnis generis. Genitivus σοῦ, dat. σοί, accus. σὲ, ubi observandum est, in nominativo et vocativo semper accentum retinere, sed in genitivo, dativo et accusativo ἐγκλίνεσθαι, h. e. referri inter dictiones encliticas, quæ accentum suum rejiciunt in præcedentem dictionem, et si præcedens dictio sit circumflexa, tum prorsus amittunt accentum suum nativum. Matth. II. 6. καὶ σὺ Βηθλεὲμ et tu Bethlehem. ibid. III. 14. καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με. Joh. XXI. 15. σὺ οἶδας, ὅτι φιλῶ σε. Act. XXII. 27. Rom. XIV. 10. σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων τὸν ἀδελφόν σου. — Σὺ sæpe ponitur, *cum unusquisque, quisquis ille est, aliquid facere jubetur.* Matth. VI. 1. σὺ δὲ, ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖόν σου quisquis vult orare, ingrediatur in conclave suum, ubi sit solus. ibid. v. 17. σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν. Interdum, ut recte observat Schwarzius in Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1252. elegantiam quoque habet in rhetorum *apostrophe,* Matth. XI. 2. Luc. X. 15. — item in *antitheto,* Matth. XXVI. 39. Luc. XV. 31. XVI. 25. XXIII. 40. Joh. II. 20. — in *interrogationibus,* Joh. II. 10. VII. 52. VIII. 53. XII. 34. XIII. 6. — in *exprobrationibus,* Act. XXIII. 3. Rom. II. 17. IX. 20. XIV. 4, 10. — in *admonitionibus,* Cor. XV. 36. Galat. II. 14. VI. 1. et in *blandiendo.* 1 Tim. VI. 11. 2 Tim. II. 1. Jacob. II. 3. — Genitivus σοῦ cum circumflexo tanquam pronomen personale adhibetur Matth. II. 6. III. 14. XVII. 27. Luc. II. 37. Sine circumflexo ut dictio enclitica adhibetur Matth. I. 20. IV. 7. VI. 13. Luc. IV. 7. — Dativus σοὶ in utramque partem adhibetur. Matth. XXI. 5. rex tuus ἔρχεταί σοι venit tibi, h. e. in honorem et commodum tuum. Apoc. II. 16. μετανόησον, εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι ταχὺ resipisce, alias vero veniam tibi, h. e. ad te puniendum. — Nominativus pluralis ὑμεῖς, gen. ὑμῶν. Matth. V. 12. Marc. VII. 6. etc. Ὑμῶν ponitur interdum adjective pro ὑμέτερος. Matth. V. 12, 16, 20. 1 Cor. III. 21, 22. — Dativus ὑμῖν, ut σοὶ in utramque partem adhibetur. 2 Cor. V. 13. et XII. 20. Accusativus ὑμᾶς.

ΣΥΓΓΕ´ΝΕΙΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *cognatio, affinitas, generis et sanguinis communio;* a σὺν, ν mutato in γ, εὐφωνίας ἕνεκα, et γένος *genus, prosapia.* Sic legitur, sed sensu metaphorico, ita, ut *quamlibet arctam conjunctionem* significet. Sapient. VIII. 18. ἔστιν ἀθανασία ἐν συγγενείᾳ τῆς σοφίας. Adde Xenoph. Hist. Gr. II. 4. 13. et Anab. VII. 3. 20. Polyb. VIII. 35. 9. 2) per metonymiam: *cognati, affines, familia,* i. q. συγγενής. Sic ter tantum in N. T. legitur. Luc. I. 61. ὅτι οὐδείς ἐστιν ἐν τῇ συγγενείᾳ σου nemo est in omni familia tua. Act. VII. 3. ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου linque patriam tuam atque cognatos tuos. ib. v. 14. καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν, scil. μετεκαλέσατο. Eurip. Phœn. v. 300. ὦ συγγένεια τῶν Ἀγήνορος τέκνων. Polyb. XV. 30. 7. Demosthenes p. 796. 17. ed. Reisk. ὥσπερ αἱ συγγένειαι τὰς ἰδίας οἰκοῦσιν οἰκίας. Ita etiam συγγένεια in versione Alexandrina aliquoties usurpatur, v. c. Levit. XX. 20. ubi Hebraico דּוֹד *patruus* respondet. Genes. L. 8. καὶ τὴν συγγένειαν καὶ τὰ πρόβατα ὑπελείποντο. ibid. XII. 1. et in aliis multis locis, ubi Hebraico מִשְׁפָּחָה *familia* respondet, v. c. Job. XXXII. 2. Jerem. XXXIII. 24. Adde 2 Macc. V. 9. et Sirac. XXII. 6. Hesych. συγγένεια· συγγενικός.

ΣΥΓΓΕΝΗ`Σ, έος, οῦς, ὁ, ἡ, 1) *cognatus, affinis, consanguineus,* ex iisdem. Marc. VI. 4. Luc. I. 36. ἡ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου Elisabeth, cognata tua. In hac cognatione inter Mariam, ex tribu Juda, et Elisabetham, ex tribu Levi oriundam, non est magna cum quibusdam interpretibus difficultas quærenda: nam potuisse ex diversis tribubus connubia jungi, ostendit Buxtorfius in Catalectis 241. ibid. v. 58. οἱ περίοικοι καὶ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς vicini atque cognati ejus. ibid. II 44. ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ τοῖς γνωστοῖς inter cognatos atque familiares. ib. XIV. 12. οἱ συγγενεῖς ab amicis et

fratribus et vicinis distinguuntur. Joh. XVIII. 26. Act. X. 24. συγκαλεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους. In versione Alexandrina legitur in eadem significatione pro גֹּאֵל 1 Reg. XVI. 11. et דּוֹדָה amita. Levit. XVIII. 14. XX. 20. Adde Tob. VI. 9. 1 Macc. X. 89. 2 Macc. XI. 1, 35. Xenoph. Hist. Gr. I. 4. 6 et 7. 5. Pro συγγενὴς apud Græcos scriptores, maxime poëtas, reperitur etiam σύγγονος *cognatus*, *frater*, *soror*, v. c. Euripidem in Phœniss. v. 1246. 1468 et 1524. 2) *popularis*, *eadem gente* (γένει 2 Cor. XI. 26.) *oriundus*, *gentilis*. Polyb. IV. 54. 6. Sic sumendum videtur Luc. XXI. 16. παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων καὶ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν καὶ φίλων, ubi vox συγγενεῖς ob præcedens ἀδελφοὶ de cognatis non commode accipi potest. Rom. IX. 3. ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, ubi intelligendi sunt Judæi, qui secundum natales populares Pauli erant. Gentiles autem et omnino omnes, ad religionem christianam adducti, συγγενεῖς et ἀδελφοὶ Pauli erant κατὰ πνεῦμα. Rom. XVI. 3, 11 et 21. Sæpius in N. T. non legitur. — Conf. quæ de hac voce disputavit Schwarzius in Notis ad Theophrast. Char. c. 19. Gloss. Vet. συγγενὴς, *cognatus*, *propinquus*, *consanguineus*, *gentilis*.

ΣΥΓΓΝΩ'ΜΗ, ης, ἡ, *ignoscentia*, *venia*, *indulgentia*, *concessio*, *permissio*, a συγγινώσκω *ignosco*, *indulgeo*, *conduco*, *consentio*, *ejusdem sum sententiæ*. Semel tantum legitur in N. T. 1 Cor. VII. 6. τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγὴν hoc, quod dixi, suadere tantum volui, salvo judicio vestro, non præcipere, **es war bloss meine unmassgeblicher rath**, *it was only my simple opinion*. Frequentius hæc vox apud Græcos de *venia*, *indulgentia et ignoscentia* usurpatur, v. c. Eurip. Phœn v. 1012. οὐχὶ συγγνώμην ἔχει ignosci non potest. Xenoph. de Rep. Athen. II. 20. συγγνώμη ἐστὶν ignoscendum est. Thucyd. I. 32. IV. 61. V. 88. VII. 15. Anthol. II. 50. 21. Sirac. III. 15. συγγνώμην ἔχε, Lutherus: **halte es ihm zu gute**, *take it of him in good part*. Suid. συγγνώμη· συγχώρησις. Gloss. Vet. συγγνώμη, *venia*, *ignorantia*. Idem: *ignorantia*, ἄγνοια, συγγνώμη. Videtur utrobique *ignoscentia* reponendum esse.

ΣΥΓΚΑ'ΘΗΜΑΙ, *una sedeo*; *considеo*, i. q. συγκαθέζομαι (quod legitur apud Lucianum de Gymnasiis T. II. p. 281.) ex σὺν *cum* et κάθημαι *sedeo*. Bis tantum legitur in N. T. Marc. XIV. 54. καὶ ἦν συγκαθήμενος μετὰ τῶν ὑπηρετῶν et considebat cum ministris. Act. XXVI. 30. καὶ οἱ συγκαθήμενοι αὐτοῖς et omnes, qui assederant. Lucian. Pseudologista T. II. p. 443. Basilii M. Orat. Moral. XII. p. 334. Xenoph. Anab. V. 7. 13. et VII. 3. 5. In versione Alexandrina legitur pro Hebraico יָשַׁב *sedit*, *consedit*, *commoratus est*. Ps. CI. 8. et Exod. XXIII. 33.

ΣΥΓΚΑΘΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie transitive: *una sedere facio*, *una colloco*, *una cum aliquo habitare et commorari facio*, ex σὺν *cum* et καθίζω *sedere facio*, *colloco*. Ephes. II. 6. καὶ συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ et una cum eo nos resuscitabit summaque in cœlis felicitate donabit cum Christo, seu ad Christi similitudinem. 2) intransitive: *simul*, *una sedeo*, *consideo*, *una commoror*, subintellecto pronomine reciproco. Luc. XXII. 55. συγκαθισάντων αὐτῶν cum consedissent, scil. ad ignem. Neutraliter sumitur quoque hæc vox apud Alexandrinos Exod. XVIII. 13. Jerem. XVI. 8. pro Hebraico יָשַׁב *assedit*, *consedit*, *commoratus est*. Sæpius in N. T. non legitur. Confer Maii Obss. Sacr. T. IV. p. 164.

ΣΥΓΚΑΚΟΠΑΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *communia cum aliquo perfero mala*, *sum particeps afflictionum*, *simul malis afficior*, ex σὺν *una*, *cum* et κακοπαθέω *molestias*, *miserias et mala æquo animo perfero*, hocque a κακὸς *malus* et πάσχω *patior*. Semel tantum in N. T. legitur 2 Tim. I. 8. συγκακοπάθησον τῷ εὐαγγελίῳ κατὰ δύναμιν Θεοῦ auxilio divino adjutus perfer mecum tranquillo animo mala ac calamitates ob religionem christianam. Vide supra ad κακοπαθέω a me dicta.

ΣΥΓΚΑΚΟΥΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *simul affligo*, *una cum aliis male vexo*. Pass. συγκακουχέομαι, οῦμαι, *una cum aliis malis ac calamitatibus premor*, *in societatem alienorum malorum venio*, *una affligor*, ex σὺν et κακουχέω, ῶ, *male tracto*, quod vide supra. Semel tantum in N. T. legitur Hebr. XI. 25. μᾶλλον ἑλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ et malebat miseram Israëlitarum sortem subire.

ΣΥΓΚΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *convoco*, *concio*, (ut explicatur in Gloss. Vet.) *congrego*, *colligo*, ex σὺν et καλέω *voco*. Eandem significationem habet quoque medium συγκαλέομαι, οῦμαι. Legitur in N. T. Marc. XV. 16. καὶ συγκαλοῦσιν ὅλην τὴν σπεῖραν et adversus eum congregarunt totam cohortem. Confer Matth. XXVII. 27. συνήγαγον ἐπ' αὐτὸν ὅλην τὴν σπεῖραν. Luc. IX. 1. συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ convocatis deinde duodecim discipulis suis. ibid. XV. 6, 9. XXIII. 13. Πιλάτος δὲ συγκαλεσάμενος τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν Pilatus vero convocatis pontificibus, proceribus ac populo. Act. V. 21. συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ coacto concilio omnique senatorum Israëliticorum. [Act. X.] 24. XXVIII. 13. Sæpius in N. T. non legitur. Demosthenes p. 130. 2. edit. Reisk. Aristænet. I. 5. Pollux Onom. I. 8. 12. Cf. etiam Irmisch. in Excursu ad Herodian. I. 2. 3. pag. 785. Alexandrini usi sunt hac voce aliquoties pro קָרָא *advocavit*, *accersivit*, *convocavit*. Exod. VII. 11. Jos. IX. 22. X. 24. Prov. IX. 3. Jerem. I. 15. Zach. III. 10.

ΣΥΓΚΑΛΥ'ΠΤΩ, fut. ύψω, 1) *cooperio*, *contego*, *operio*, ex σὺν et καλύπτω *tego*, *operio*, *occulto*. Ita legitur apud Alexandrinos 1 Reg. XXI. 4. καὶ συνεκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. Genes. IX. 23. (sec. cod. Vat. In ed. Compl. pro συνεκάλυψαν legitur simplex ἐκάλυψαν.) Jud. IV. 18, 19. 2 Paral. IV. 13. V. 17. Plutarch. Vit. Demosthen. p. 305. ἀπιόντος οἴκαδε συγκεκαλυμμένου καὶ βαρέως φέροντος. 2) metaphorice: *occulto*, *abscondo*. Sic semel tantum in N. T. legitur Luc. XII. 2. οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται nihil enim tam occultum est, quod non aliquando in notitiam hominum sit venturum. Euripid. Phœn. v. 889. Æschyl. Prometh. Vinct. v. 513. Gloss. Vet. apud Labbæum: συγκαλύπτω, *obnubo*, *obruo*, *condo*.

ΣΥΓΚΑ'ΜΠΤΩ, fut. ψω, *concurvo*, (ut explicatur in Gloss. Vet.) *inflecto*, *incurvo*, *flexuose complico*, ex σὺν et κάμπτω *flecto*. Semel tantum in N. T. legitur Rom. XI. 10. καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον et dorsum eorum semper incurva, h. e. effice, ut, miseria pressi, semper incurvati incedant, seu, statum eorum miserrimum redde. Verba desumta sunt ex Psalm. LXIX. 24.

וּמָתְנֵיהֶם תָּמִיד הַמְעַד et dorsum eorum semper nutare fac. Præterea legitur apud Alexandrinos 2 Reg. IV. 35. pro גָּהַר procubuit toto *corpore, inclinavit se, inclinatus fuit.* Adde Theodotionem Jud. V. 27. et Xenoph. de Re Equestri VII. 2. Hinc συγκαμπὴ de *curvatura cervicis* apud Xenoph. l. l. I. 8.

ΣΥΓΚΑΤΑΒΑΙ'ΝΩ, fut. ήσομαι, 1) proprie: *una*, vel *simul descendo*, ex σὺν, κατὰ et βαίνω *eo*. Sic legitur Sapient. X. 14. *συγκατέβη αὐτῷ εἰς λάκκον.* Cantic. trium puerorum v. 25. *συγκατέβη ἅμα τοῖς περὶ τὸν Ἀζαρίαν εἰς τὸν κάμινον.* Alex. Psalm. XLIX. 18. *οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ.* Thom. M. pag. 815. edit. Bernard. συγκα[illegible]ὐχ ἐρεῖς, ἀλλὰ συγκατίθει, κα[illegible]ν εἰς τὸ παίζειν, ubi videndus Hemsterhusius. 2) *una cum aliquo proficiscor et iter facio, et quidem e loco edito in regionem depressiorem et minus editam,* quemadmodum etiam καταβαίνειν in N. T. haud raro notat: *proficisci e loco edito in regionem minus editam,* et τῷ ἀναβαίνειν opponitur, ut supra sub utraque voce pluribus a me expositum est. Sic autem semel tantum in N. T. legitur Act. XXV. 5. *συγκαταβάντες* una mecum Cæsaream proficiscantur.

ΣΥΓΚΑΤΑ'ΘΕΣΙΣ, εως, ὁ, 1) proprie: *assensio, approbatio,* a 2 pers. præt. indic. pass. verbi συγκατατίθημι, quod vide. Cic. Academ. Quæst. L. IV. c. 12. — — "nunc de assensione atque approbatione, quam Græci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus." Arrian. Diss. in Epictet. Lib. III. c. 26. Hinc ex adjuncto συγκατάθεσις 2) *consensum, conjunctionem, consortium* notat et est idem, quod συμφώνησις. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. VI. 16. *τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων*; qualis vero compositio templo Dei cum idolis? h. e. quænam conjunctio christianorum (qui sæpe in N. T. comparantur cum templo, in honorem Dei exstructo,) cum idolis esse potest? Polybius Hist. IV. c. 17. *μέλλοντες τυγχάνειν τῆς σωτηρίας διὰ τὴν τῶν Ἀχαιῶν συγκατάθεσιν.* Hesych. et Lex. Cyrilli MS. Brem. *συγκατάθεσις· συμφώνησις.* Gloss. Vet. *συγκατάθεσις, adsensio, consensio, consensus.*

ΣΥΓΚΑΤΑΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. ήσω, 1) proprie: *una depono,* ex σὺν, κατὰ et τίθημι *pono.* Eandem significationem habet quoque medium συγκατατίθεμαι, quod, omissa voce ψῆφος, speciatim de *iis* usurpatur, *qui una calculum in urnam demittunt et calculis appositis vel approbant sententiam, vel reprobant,* v. c. de judicibus, qui, ut mos erat antiquus, niveis atrisque lapillis, his damnare reos, illis absolvere (Ovid. Metam. L. XV. 40 seq.) solebant. Hinc factum est, ut συγκατατίθεμαι 2) metaphorice significaret: *assentiri, adstipulari, probare, subscribere alicujus sententiæ, suffragari,* et interdum etiam de *fœdus pangentibus, conspirantibus* et *in societatem alicujus venientibus* usurparetur. In N. T. semel tantum legitur Luc. XXIII. 51. *οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ καὶ τῇ πράξει αὐτῶν* hic nec consilia, nec facta eorum assensu suo probaverat. Alex. Exod. XXIII. 1. *οὐ συγκαταθήσῃ μετὰ τοῦ ἀδίκου* ne conspires, aut societatem ineas cum injustis. Exod. XXIII. 32. *οὐ συγκαταθήσῃ αὐτοῖς καὶ τοῖς θεοῖς αὐτῶν διαθήκην* ne fœdus pangas cum illis et diis eorum. Hist. Susann. v. 20. *συγκατάθου ἡμῖν* consentias nobis. Etiam apud Græcos scriptores συγκατατίθεμαι haud raro de *iis* usurpatur, *qui in eandem sententiam cum aliquo descendunt et alicui suffragantur,* v. c. apud Diogenem Laërt. IV. c. 6. et VII. c. 121. *τουτέστι ψευδεῖ μὴ συγκαταθήσεσθαι μηδενί.* Polybium Excerpt. Legat. 46. et Hist. I. c. 49. *προχείρως αὐτῶν συγκατατιθέμενος.* ibid. V. c. 1. Demosthen. p. 283. 22. edit. Reisk. Josephum A. J. XX. 1. 2. Confer Krebsii Obss. Flavianas p. 139. et Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 122. p. 455. ed. Fischeri, nec non Wetstenii N. T. T. I. p. 821.

ΣΥΓΚΑΤΑΨΗΦΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *communibus votis et suffragiis eligo, communi sortis datæ approbatione adscisco et coopto,* etiam *annumero,* ut sit i. q. συναριθμέω, ex σὺν, κατὰ et ψηφίζω *calculis computo et numero, calculis eligo, decerno, statuo.* Semel legitur in N. T. Act. I. 26. *καὶ συγκατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων* et annumeratus est undecim apostolis, seu, cooptatus est in numerum undecim apostolorum.

ΣΥΓΚΕΡΑ'ΝΝΥΜΙ, vel ΣΥΓΚΕΡΑΝΝΥ'Ω, fut. άσω, 1) proprie: *commisceo, contempero, misceo,* a σὺν et κεράννυμι, vel κεραννύω *misceo.* Verbo hoc, quod est pharmacopolis proprium, nuspiam usi sunt Alexandrini, sed derivato substantivo σύγκρασις *commixtio, commixtura,* Ezech. XXII. 20. pro סִיג *scoria.* Adde 2 Macc. XV. 40. *ὃν δὲ τρόπον οἶνος ὕδατι συγκερασθεὶς ἡδύς.* 2) *compono,* adjuncta *sapientiæ et ordinis* notione. Sic legitur in N. T. 1 Cor. XII. 24. *ὁ δὲ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα* sed Deus ita sapienter composuit corpus: ubi confer sequentia. 3) metaphorice: *conjungo, adjungo,* in qua notione reperitur Hebr. IV. 2. *οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν* sed non profuit illis promissio ista, quam acceperant; nam non conjuncta erat cum fide eorum, ad quos directa erat, seu, quia Israëlitæ non fidem habebant illi promissioni divinæ. Demosthenes p. 1414. 7. *παιδείαν πρὸς ἅπαντα ταῦτα εὐκαίρως συγκεκραμένην.* Thucyd. VI. 18. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 397. et inprimis Abreschii Annotatt. in Ep. ad Hebr. p. 247. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΓΚΙΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *una vel simul moveo, una agito, commoveo, concieo, concito,* (ut explicatur in Gloss. Vet. Vide Polyb. II. 59. 8. et XV. 17. 1.) et speciatim in deteriorem partem de *iis* usurpatur, *qui iram alicujus et indignationem movent,* aut *ad seditionem alios concitant,* ex σὺν et κινέω *moveo.* Reperitur tantum in N. T. Act. VI. 12. *συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν* et commoverunt, seu concitarunt populum. Conf. supra ad κινέω dicta.

ΣΥΓΚΛΕΙ'Ω, fut. είσω, 1) proprie: *concludo, occludo, observo,* ut incluso nullus detur exitus, ex σὺν et κλείω *claudo.* Thucyd. IV. 67. Sic in libris apocryphis V. T. sæpius de iis usurpatur, qui alios carceri, seu urbi, includunt, aut sedes et alia loca observando muniunt, v. c. 1 Macc. V. 5. *καὶ συνεκλείσθησαν ὑπ' αὐτοῦ ἐν τοῖς πύργοις.* ibid. VI. 18. *οἱ ἐκ τῆς ἄκρας ἦσαν συγκλείοντες τὸν Ἰσραήλ.* ibid. XI. 65. XV. 25. 2 Macc. I. 15. *συγκλείσαντες τὸ ἱερόν.* ibid. XII. 7. In eadem significatione respondet etiam apud Alexandrinos Hebraico סָגַר et הִסְגִּיר *clausit, occlusit, conclusit.* Jos. VI. 1. *καὶ Ἱεριχὼ συγκεκλεισμένη καὶ ὠχυρωμένη.* Ies. XLV. 1. Jerem. XIII. 19. Amos I. 6, 9. Abd. v. 14. Mal. I. 10. 2) *capio,* de piscatoribus, qui pisces reti concludunt et ita eos capiunt. Luc. V. 6. *συνέκλεισαν ἰχθύων πλῆθος πολὺ* tantam piscium ceperunt copiam; ubi videndus Wetstenius. 3) metaphorice: *trado,* vel *subjicio alicujus potestati, obstringo, obstrictum et obligatum reddo,*

permitto, ut aliquis alterius potestati subjiciatur, aut obstringatur aliqua re, etiam per metalepsin: *obstrictum et obnoxium, vel subjectum declaro.* Rom. XI. 32. συνέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν permisit enim Deus omnes incredulitati, aut: demonstravit et declaravit, omnes esse sub incredulitate et vitiositate; quod placuisse video Chrysostomo, qui ita interpretatus est: ἤλεγξεν, ἀπέδειξεν ἀπειθοῦντας. Galat. III. 22. ἀλλὰ συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν sed in litteris sacris Deus omnes homines vitiositatis imperio subjectos pœnisque peccatorum obnoxios declarat. ibid. v. 23. ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα συγκεκλεισμένοι legi Mosaicæ obstricti tenebamur. Imitati sunt hac in re scriptores N. T. librorum Hebraicorum V. T. auctores, qui voce הִסְגִּיר vel nude posita, Deut. XXXII. 30. Job. XVI. 11. Psalm. LXXVIII. 50. vel sequente vocabulo בְּיַד Ps. XXXI. 9. usi sunt de iis, qui alios tradunt et subjiciunt aliorum potestati, unde etiam ab Alexandrinis voce παραδιδόναι redditum reperitur, et a Symmacho Ps. LXXVII. 62. per ἐκδιδόναι exprimitur. Simili tamen ratione συγκλείω apud Græcos usurpatur, v. c. apud Diod. Sic. XX. 74. ubi videndus Wesselingius, et Dionysium Halic. Lib. VIII. pag. 520. (conf. etiam Ernesti Glossar. Polybianum s. h. v.) et κατακλείω apud Dionys. Halic. III. 18. et Demosthen. I. Philipp. p. 118. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΓΚΛΗΡΟΝΟ'ΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *cohæres,* (ut explicatur in Gloss. Vet.) *consors hæreditatis, a defuncto relictæ,* ex σὺν et κληρονόμος *hæres.* Hinc verbum συγκληρονομέω *cohæres sum, una hæreditatem adeo.* Sirac. XXII. 26. ἵνα ἐν τῇ κληρονομίᾳ αὐτοῦ συγκληρονομήσῃς. Jam, quia κληρονόμος etiam generatim *eum* significat, qui quocunque modo aliquid consequitur ac particeps fit alicujus rei, (conf. supra ad vocem κληρονόμος a me dicta,) factum est, ut etiam συγκληρονόμος 2) generatim et metaphorice diceretur in N. T. *particeps alicujus rei una cum aliis, qui aliquid una cum aliis consecutus est.* Rom. VIII. 17. συγκληρονόμοι Χριστοῦ participes insignis felicitatis futuræ, qua Christus in præsenti apud Deum fruitur; ubi συγκληρονόμον Χριστοῦ εἶναι est i. q. συνδοξάζεσθαι, ibidem, συζῆν, 2 Tim. II. 11. συμβασιλεύειν, ibid. v. 12. et σὺν Χριστῷ φανεροῦσθαι ἐν δόξῃ, Coloss. III. 4. Ephes. III. 6. εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐν τῷ Χριστῷ futurum scilicet esse, ut gentiles, cum Judæis arctissime juncti, participes fiant felicitatis, Judæis per Messiam promissæ. Hebr. XI. 9. μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, τῶν συγκληρονόμων τῆς ἐπαγγελίας τῆς αὐτῆς cum Isaaco et Jacobo, quibus eadem promissio contigerat, seu, quibus etiam promissa erat possessio terræ Canaan. 1 Petr. III. 7. ὡς καὶ συγκληρονόμοι χάριτος ζωῆς quæ non minus quam mariti olim participes erunt felicitatis æternæ. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΓΚΟΙΝΩΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *particeps fio, aut sum, in societatem venio, commercium habeo, communico,* i. q. simplex κοινωνέω, a quo descendit. Ter tantum in N. T. reperitur, Ephes. V. 11. καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, pro τῶν ἐν τῷ σκότει, ne participes fiatis factorum pravorum et perniciosorum gentilium, partim approbando, partim iisdem sceleribus indulgendo. Philip. IV. 14. συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει quod in societatem calamitatum (paupertatis maxime) mearum venistis, h. e. quod me, calamitatibus et inopia pressum, omnibus modis sublevastis. Apoc. XVIII. 4. ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς ne in societatem peccatorum ejus abstrahamini, eadem faciendo, cooperando, adjuvando, approbando, connivendo, non prohibendo. Demosth. p. 1299. 20. ed. Reisk. συγκοινωνεῖν τῆς δόξης.

ΣΥΓΚΟΙΝΩΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, *consors, particeps, socius, adjutor,* i. q. κοινωνός. Rom. XI. 17. συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας ἐγένου et particeps factus es radicis et pinguedinis, seu fertilitatis olivæ, h. e. si a tropo recesseris, vos gentiles in societatem venistis felicitatis, Judæis tantum olim promissæ, promissionum et beneficiorum, quæ a patriarchis ad posteros, veluti a radice in ramos, profluxerunt. 1 Cor. IX. 23. τοῦτο δὲ ποιῶ διὰ τοῦ εὐαγγελίου, ἵνα συγκοινωνὸς αὐτοῦ γένωμαι hæc vero omnia religionis christianæ causa facio, ut nempe ejus propagationem omnibus modis promoveam et ita particeps fiam præmiorum, quæ Christus veris doctoribus religionis christianæ promisit et destinavit. Confer v. 17. et 2 Tim. IV. 7 et 8. Philipp. I. 7. συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας. Vide infra ad χάρις dicta. Apoc. I. 9. συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ, pro: τῆς θλίψεως aut τῶν θλίψεων, h. e. vel: qui consors sum calamitatum, quas J. C. subiit propter regnum cœleste, seu, doctrinam suam; vel: qui jam cum J. C. in calamitatum consortio vivo, olim autem per patientiam in felicitatis cum J. C. consortium venturum me esse spero. Posteriorem interpretationem præfert Eichhornius ad h. l. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΓΚΟΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *colligo, comporto, congrego, una porto, simul fero, aut duco,* ex σὺν et κομίζω *fero.* Usurpatur maxime de frugibus, quæ in cellas et horrea, aut in unum acervum congeruntur et colliguntur. Vide Schol. Æschyl. Sept. adv. Theb. v. 930. Sic legitur Job. V. 26. ubi pro verbis Hebraicis: כַּעֲלוֹת גָּדִישׁ בְּעִתּוֹ *sicut ascendit acervus frugum tempore suo,* Alexandrini habent: ὥσπερ θιμωνιὰ ἅλωνος, καθ' ὥραν συγκομισθεῖσα. Xenoph. de Venat. V. 5. ὅσα γὰρ ἡ γῆ φέρει, τὰ μὲν ἥμερα συγκεκόμισται, τὰ δὲ ἄγρια γήρᾳ διαλέλυται. Hinc συγκομιδὴ *comportatio, collectio frugum* apud Symmachum Exod. XXIII. 16. ἑορτὴν συγκομιδῆς *festum collectionis frugum,* (Suid. Συγκομιδή· ὡς ἐπὶ καρπῶν. Θουκυδίδης ἐν γ'· καὶ ἐν συγκομιδῇ καρποῦ ἦσαν.) et συγκομιστήρια, h. e. sacrificia, quæ Græci tempore collectionis frugum offerebant, teste Hesychio in hac voce. Vide et Meursii Græc. Fer. p. 257. 2) speciatim: *compono et præparo mortuum ad sepulturam,* ita, ut oculi claudantur, corpus aqua abluatur et aromatibus ungatur fasciis sepulcralibus induatur, et quæ sunt hujus generis reliqua, *funus curo,* et ex adjuncto: *effero mortuum, sepelio,* et interdum: *una cum aliis mortuum ad sepulturæ locum deduco.* Sic semel legitur in N. T. Act. VIII. 2. συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον ἄνδρες εὐλαβεῖς Stephani vero funus curarunt eumque extulerunt et sepeliverunt homines religiosi. Vulgatus habet: *curaverunt,* scil. *funus.* Syrus transtulit: ܘܥܒܕܘ ܩܒܪܘܗܝ *et loculo incluserunt et sepeliverunt.* Scholiastes Æschyli ad Sept. adv. Theb. v. 930. p. 212. ed. Corn. de Pauw, postquam docuerat, τὸ συγκομίζειν καὶ ἐκκομίζειν καὶ ἀνακομίζειν de mortuis usurpari,

hanc vocum constituit differentiam, ut συγκομιδὴ (vox, apud Herodianum aliquoties obvia,) sit: ἡ πρὸ τοῦ τάφου πᾶσα ἐπιμέλεια, ἐκκομιδὴ autem ἡ πρὸς τὸν τάφον ἀπαγωγὴ, ἀνακομιδὴ denique ἡ ἐκ τοῦ τάφου εἰς τὸν τάφον μετάθεσις. Sed scholiastes Sophoclis ad Ajacem Flagellif. v. 1068. ex quo sua sumsit Phavor. συγκομίζειν, inquit, ἀντὶ τοῦ θάπτειν ἀπὸ τῶν συναγομένων καρπῶν εἰς τὰς ἀποθήκας. ἐπ' ἐκείνων γὰρ λέγεται κυρίως τὸ συγκομίζειν, καὶ ἡ συγκομιδή. ubi videndus Stolbergius. Thucyd. VI. 72. συγκομίζοντές τε τοὺς ἑαυτῶν νεκροὺς, καὶ ἐπὶ πυρὰν ἐπιθέντες, ηὐλίσαντο αὐτοῦ. Plutarch. Agesil. p. 606. Conf. Heinsii Exercitatt. Sacr. ad Act. VIII. 2. p. 266. Geierum de Luctu Hebræorum cap. 5. Nicolai de Luctu Græcorum c. 4. § 3. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 397. et Sam. Bochartum T. II. Opp. p. 1239.

ΣΥΓΚΡΙ'ΝΩ, fut. νῶ, 1) proprie: *confundo, commisceo, admisceo, immisceo, conjungo*, et opponitur τῷ διακρίνω *discerno*, ex σὺν et κρίνω *secerno*. Usurpatur autem in hac significatione apud Græcos de omnibus rebus, quæ coagmentantur, aut concrescunt, natura vel arte, unde interdum in libris scriptis atque impressis σύγκρισις et σύγκρασις permutantur. Vide Wesselingium ad Diod. Sic. I. 7. Itaque σύγκρισις est Hesychio μίξις. Hesych. συγκρίνειν· συνισοῦν. Thom. M. in voce συνεδικάζετο, συγκρίνεσθαι· ἐνοῦσθαι, et apud Phrynich. p. 40. εἰς ἓν καὶ ταὐτὸν ἐλθεῖν et in scholiis ad Lucian. Solœcist. c. 5. (T. III. p. 166. ed. Reitzii, ubi videndus est Grævius.) συνενοῦσθαι explicatur. Adde Platonis Phædon. s. 15. Sic autem legitur in N. T. 2 Cor. X. 12. οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων non possum a me impetrare, ut me nonnullis accenseam admisceamve, qui de se multa prædicare solent. Conf. quæ ad h. l. illustrandum scripsit S. Ven. Morus in Diss. de loco Paulino 2 Cor. X. 12—17. Lips. 1781. 4. 2) *comparo, confero*, (Gloss. Vet. apud Labbæum p. 175. συγκρῖναι, *conferre*.) *comparationem instituo*, i. q. παραβάλλω. 2 Cor. X. 12. καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς et me comparo ac compono mecum ipse, h. e. judicium fero de me ad normam mearum virium, factorum et meritorum, seu, *mecum habito*, ut Persius loquitur. Esse autem συγκρίνεσθαι apud Græcos haud raro idem, quod παραβάλλεσθαι, partim e testimoniis grammaticorum veterum, (v. c. Thom. M. qui in voce συνεδικάζετο p. 821. ed. Bernard. hæc habet: ἐπεὶ καὶ ὃ φαμὲν ἐν τῇ συνηθείᾳ συγκρίνειν, ἀντὶ τοῦ πρὸς τὸν δεῖνα τόνδε παρεξετάζειν, οὐχ εὕρηται παρὰ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν παλαιῶν· ἀλλ' ἀντὶ τούτου, παραβάλλειν καὶ παρεξετάζειν καὶ παρατιθέναι. Phrynichi pag. 120. ed. Pauw.) et Lexicographorum, (Hesych. συγκρινομένη· πρὸς ἰσότητα δοκιμαζομένη. Idem: συγκριθῶμεν· ὁμοιωθῶμεν.) partim ex ipsis exemplis constat, quæ hujus significationis plura exstant in Græcorum libris, v. c. Alciphron. Epp. I. 34. ubi vid. Berglerus p. 149. Arrian. Diss. Epictet. III. c. 22. p. 316. πῶς συνέκρινε τὴν εὐδαιμονίαν τὴν αὐτοῦ τῇ μεγάλου βασιλέως. Strabo VIII. p. 536. συγκρίνειν πρὸς τὰ νῦν comparare cum præsenti rerum statu. Diod. Sic. III. p. 185. Josephus A. J. V. 1. 21. συγκρινόμενα ἑτέρᾳ γῇ πανευδαίμονα νομισθησόμενα. Sapient. VII. 29. φωτὶ συγκρινομένη εὑρίσκεται προτέρα. ibid. XV. 28. 1 Macc. X. 71. Conf. etiam Grævium ad Luciani Solœc. cap. 5. et Wetstenii N. T. T. II. p. 107. 3) *explico, interpretor, expono, trado.* 1 Cor. II. 13. πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες exponimus et tradimus vobis præcepta religionis christianæ eo, quo Deus vult, modo. In hac significatione sæpius apud Alexandrinos reperitur, qui hac voce expresserunt Chaldaicum פְּשַׁר *interpretatus est, explicavit*, Dan. V. 13, 17. συγκρίνων ἐνύπνια, et Hebraicum פָּתַר idem, Genes. XL. 8. ubi Aquila ἐπιλύειν, Symmachus autem διακρίνειν habet. ibid. v. 16, 22. XLI. 12, 15. Sic simplex κρίνω legitur apud Theocritum Idyll. XXI. 29. et Josephum A. J. II. 2. 2. et κρίσις pro ἐξήγησις ponitur apud Josephum A. J. II. 5. 4. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΓΚΥ'ΠΤΩ, fut. ύψω, transitive: *incurvo, in curvitatem contraho*, et intransitive: *incurvor, incurvus, vel inflexus sum, deorsum aspicio*, ex σὺν et κύπτω *pronus sum, inclino me, demitto oculos, incurvo me deorsum.* In N. T. tantum legitur Luc. XIII. 11. de muliere, a Christo miraculoso modo sanata, quæ erat συγκύπτουσα, h. e. μὴ δυναμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελὲς, ut statim in sequentibus explicationis causa additur. Συγκύπτων Græcis dicitur, *qui est cernuus, curvus et in terram propensus et adeo decrepitus, ut rectus ingredi non possit*, κυφὸς, (Aristoph. Plut. v. 266.) *et morbo* (qui non in collo tantum, sed et in dorso et nucha residere solet,) *laborat, quem medici Græci κύφωσιν et ξύμπτωσιν vocant, qui impedit, quo minus aliquis caput et tergum erigere et flectere possit.* Vide Conr. Johrenium de Morbis Biblicis N. T. p. 8 seq. Vox συγκύπτω legitur præterea apud Alexandrinos Job. IX. 27. συγκύψας (sc. ἐμαυτὸν) τῷ προσώπῳ. Sirac. XII. 12. XIX. 22. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 745.

ΣΥΓΚΥΡΙ'Α, ας, ἡ, *casus, id, quod fortuito evenit, accidens*, i. q. συγκύρημα, (quod legitur apud Symmachum 1 Sam. XX. 25. Ps. XC. 6. Hesych. συγκύρημα· συντύχημα.) et συγκύρησις, a συγκυρέω *obvenio, accido, evenio*, in quo sensu reperitur apud Symmachum Cohel. IX. 11. Vocabulum συγκυρία, quod admodum raro reperitur in scriptoribus Græcis, (v. c. apud Eustath. ad Homer. Iliad. ψ', v. 435. κατά τινα συγκυρίαν. Frequentius est verbum συγκυρέω, quod legitur apud Dionys. Halic. Ant. V. 56. Polyb. II. p. 209. Herodot. VIII. 87. et IX. 89.) semel tantum in N. T. legitur Luc. X. 31. κατὰ συγκυρίαν δὲ fortuito, vel, casu vero. Syrus verbaliter: ܘܐܬܓܕܫ *et contigit.* Hesych. συγκυρία, vel συγχυρεία· (alterum enim reponendum est loco impressi συγχυρεῖ?) συντυχία. Sed Chrysostomus Opp. T. VII. p. 388. inter utrumque vocabulum ita distinguit: κατὰ συντυχίαν γὰρ ἐστιν ἀπροόπτως καὶ ἀπροσδοκήτως, ὅταν ἐξ αὐτομάτου τις παραγίνηται, κατὰ συγκυρίαν δέ ἐστιν, ὅταν τις κατὰ πρόνοιαν Θεοῦ τι ποιήσῃ. Confer Foësii Œconom. Hippocr. p. 357.

ΣΥΓΧΑΙ'ΡΩ, fut. med. χαρήσομαι, 1) proprie: *una gaudeo, in societatem gaudii venio, collætor*, et opponitur τῷ συλλυπέω apud Charitonem Lib. V. p. 92. ex σὺν et χαίρω *gaudeo.* Construitur cum dativo ob præpositionem σύν. Luc. XV. 6. συγχάρητέ μοι collætamini mecum. ibid. v. 9. Philip. II. 17. χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. ibid. v. 18. Demosthenes p. 194. 23. et 579. 19. ed. Reisk. 2) *gratulor alicui, congratulor, me in societatem gaudii alicujus venire declaro ac testor.* Luc. I. 58. καὶ συνέχαιρον αὐτῇ et congratulati illi sunt. Ita etiam legitur apud Alexandrinos Genes. XXI. 6. ὃς γὰρ ἀκούσῃ, συγχαρεῖταί μοι. Adde Polyb. XXX. 16. ἦλθεν — συγχαρησόμενος τῇ συγκλήτῳ ἐπὶ τοῖς γεγονόσι. et Isocrat. init. Ep. 7. 3) i. q. sim-

plex χαίρω *gaudeo, delector aliqua re.* 1 Cor. XIII. 6. συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ delectatur contra probitate et vir[illegible]. Hesych. συγχαίρειν ἐπιχαίρειν. [illegible] generatim: *in societatem suavis sensus venio.* 1 Cor. XII. 26. συγχαίρει πάντα τὰ μέλη, ubi τῷ συγχαίρειν opponitur συμπάσχειν. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. συγχαίρω, *congaudeo, gratulor.*

ΣΥΓΧΕ'Ω, ῶ, vel ΣΥΓΧΕΥ'Ω, fut. ·εύσω, 1) proprie: *confundo, permisceo, confundendo permisceo,* ex σὺν et χέω, vel χεύω, vel χεύω *fundo.* 2) metaphorice: *perturbo, concito, commoveo, efficio, ut turba tumultuose confluat.* Sic semel tantum in N. T. legitur. Act. XXI. 27. συνέχεον πάντα τὸν ὄχλον et concitarunt omnes incolas Hierosolymitanos. In versione Alex. legitur hæc vox pro בָּלַל *miscuit, commiscuit, confudit.* Genes. XI. 7, 9. Cf. etiam Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 699. et infra s. συγχύνω.

ΣΥΓΧΡΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, proprie: *coutor,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum) *una aliqua re utor,* aut *alicujus opera utor;* deinde vero *commercium et communionem cum aliquo habeo, familiariter aliquo utor, conversor,* ex σὺν et χράομαι *utor.* Semel tantum in N. T. legitur Joh. IV. 9. οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις non enim utuntur Judæi Samaritanis, h. e. Judæi non habent commercium et familiaritatem cum Samaritanis. Sic enim etiam apud optimos Latinos scriptores *uti aliquo* pro *alicujus amicum et familiarem esse* ponitur, v. c. apud Cicero[illegible] pro Roscio Amerino c. 62. A[illegible] Plaut. Trin. II. 1. 26. Syrus recte transtulit: ܠܐ ܓܝܪ ܡܬܚܠܛܝܢ [illegible] ܝܗܘܕܝܐ ܥܡ ܫܡ[illegible] *non enim com[illegible]ercium habent Judæi cum Samaritanis.*

ΣΥΓΧΥ'ΝΩ vel ΣΥΓΧΥ'Ω, fut. ύσω, 1) proprie: *confundo,* et de *liquoribus* usurpatur, *qui confunduntur et confundendo commiscentur,* ex σὺν et χύω *fundo.* 2) metaphorice: *perturbo aliquem, obstupefacio,* i. q. ἐξίστημι. Συγχύνομαι *vehementer perturbor, obstupefio.* Sic legitur in N. T. Act. II. 6. συνῆλθε τὸ πλῆθος καὶ συνεχύθη. Confluxit turba et perturbata est vehementer, h. e. obstupefacta est. Vulgatus vertit: *et mente confusa est.* Eandem significationem vox Latina *confundi* habet, v. c. apud Livium I. 7. VI. 6. 34. Curtium VII. 7. 23. et Suetonium Cæs. 7. Conf. etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 463. 3) *perturbo,* h. e. *ad incitas redigo, argumentis adversarium confuto et disputando eo redigo, ut, quid dicat contra, non habeat.* Act. IX. 22. συνέχυνε τοὺς Ἰουδαίους et confutavit Judæos, seu disputando et demonstrando Judæos ad incitas redegit. Hâc voce de oratoribus quoque Græcos uti, testis est Julius Pollux Onom. IV. § 35. p. 366. VI. 129. pag. 644. ed. Hemsterhus. 4) συγχύνομαι *tumultuose concurro.* Act. XIX. 32. ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη erat enim cœtus confusus, h. e. tumultuarius, ein wild zusammengelaufener haufe volkes, *a rude tumultuous crowd of people.* Opponitur v. 39. ἡ ἔννομος ἐκκλησία. ibid. XXI. 31. ὅτι ὅλη συγκέχυται Ἱερουσαλὴμ totam Hierosolymam tumultuari, seu tumultuose concurrere. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur præterea hæc vox aliquoties in versione Alex. ubi de omnis generis *perturbatione et conturbatione* adhibetur, v. c. de *hostibus profligatis et tumultuose aufugientibus,* 1 Sam. VII. 10. de *vehementi ira commotis,* Jona IV. 1. (pro חָרָה *ira exarsit.* Diod. Sic. IV. pag. 265. Ἱππόλυτος ὡς ἤκουσε τὰ περὶ τῆς διαβολῆς, συνεχύθη τὴν ψυχήν.) de *tristitia affectis et mæstis,* 1 Reg. XX. 43. XXI. 4. 1 Macc. IV. 27. 2 Macc. XIV. 28. de *contremiscentibus et timore plenis,* Joël. II. 1, 10. (ubi Hebraico רָגַז *contremisco* respondet) et de *perterritis et consternatis.* 2 Macc. X. 30. XIII. 23. Lexic. Cyrilli MS. Brem. συγκεχυμένος· διατετραμμένος, ἠλλοιωμένος. Hesych. σύγχυτον· συνεχύθη, συνεταράχθη. Idem: συγκέχυται· συντετάρακται. Suid. συγχυθείς· συνταραχθείς.

ΣΥ'ΓΧΥΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *confusio,* de rebus liquidis. Est enim verbale a 2 pers. præt. pass. συγκέχυσαι, verbi συγχύνω, vel συγχύω *confundo.* Sic legitur in Aquilæ fragmentis Job. XXXVII. 18. pro מוּצָק. Hesych. σύγχυσις· μίξις. 2) metaphorice: *perturbatio, tumultus, concursus multitudinis tumultuarius.* Sic semel tantum in N. T. legitur Act. XIX. 29. καὶ ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη συγχύσεως et impleta urbs tota perturbatione, seu, orto per totam urbem tumultu a multitudine concurrente. Confer v. 32 et XXI. 31. Legitur præterea hæc vox in Cinnam. Hist. Lib. III. pag. 104. σύγχυσις εἶχε πάντα. Polyb. XIV. 5. 8. σύγχυσις καὶ ταραχή. et in versione Alex. pro בָּבֶל *confusio,* Gen. XI. 9. et pro מְהוּמָה *perturbatio, tumultuatio,* 1 Sam. V. 11. XIV. 20. Hesych. σύγχυσις· θόρυβος.

ΣΥΖΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *una cum aliquo vivo,* etiam *utor familiaritate alicujus,* ex σὺν, *cum,* littera ν ob sequens ζ elisa, quæ tamen, si interseritur augmentum, redit, et ζάω *vivo.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. VII. 3. εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν ita, ut vobiscum vivere velim et mori. Descriptio constantissimæ amicitiæ et tenerrimi amoris. Horat. Od. III. 9. v. 24. "tecum vivere amem, tecum obeam libens." Athenæu[illegible] pag. 249. B. Demosthenes [illegible]. et 363. 4. ed. Reisk. οἷς [illegible] λοιπὸν βίον ἀνάγκη. Jam qui[illegible] etiam de *felicitate* haud raro metaphorice usurpatur, hinc etiam συζάω 2) per metaphoram notat: *una cum aliquo et ad similitudinem alicujus felicem esse, vel fieri.* Sic legitur in N. T. Rom. VI. 8. εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ quodsi enim, ut Christus mortuus est, ita etiam nos mortui sumus et renunciavimus vitiositati, speramus etiam, fore, ut una cum Christo felicitate æterna fruamur. Koppius formulam συζῆν τῷ Χριστῷ de vita sancta, nobis agenda ad imitationem Christi, interpretari mavult; sed hanc interpretationem et verbum πιστεύειν et præcedens formula ἀποθνήσκειν σὺν Χριστῷ admittere vix videtur. Prior autem explicatio confirmatur loco 2 Tim. II. 11. εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν, coll. v. 12. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 50. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΖΕΥΓΝΥ'Ω, vel ΣΥΖΕΥ'ΓΝΥΜΙ, fut. 1. συζεύξω, aor. 1. συνέζευξα, ubi ν, quod ob sequentem litteram ζ extrusum fuit, redit. 1) Proprie: *conjungo, copulo quocunque modo,* et speciatim de animalibus usurpatur, *quæ conjugantur, vel uni jugo subjiciuntur,* ex σὺν et ζευγνύω, vel ζεύγνυμι, *jungo, copulo,* unde ζεῦγος *par animalium, quæ jugo conjunguntur,* et ζυγὸς *jugum.* Polyb. VIII. 6. 2. νῆες συνεζευγμέναι πρὸς ἀλλήλας. Xenoph. Cyrop. II. 2. 15. ἵππων — ἀδίκων συνεζευγμένων. 2) metaphorice: *arctissimo vinculo conjungo et copulo, consocio,* et speciatim *connubio jungo.* Sic bis tantum in N. T. legitur. Matth. XIX. 6. Marc. X. 9. ὃ οὖν ὁ

Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω quos Deus tam arcto matrimonii vinculo conjunxit, homo ne sejungito. De conjugio usus etiam est Herodian. III. 10. Xenoph. Œcon. VII. [illegible] et IX. 5. Apollod. Bibl. III. [illegible] p. 172. Porphyr. antr. Nymph. p. 258. ὅθεν καὶ τὰς γαμουμένας ἔθος, ὡς ἂν εἰς γένεσιν συνεζευγμένας, νύμφας τε καλεῖν κ. τ. λ. Alia exempla protulit Wetstenius N. T. T. I. p. 448. Elsner. in Obss. Sacr. T. I. p. 153. Kypke Obss. Sacr. T. I. p. 93. et Palairet. in Obss. Philol. p. 60. Hinc συζυγής est *conjux, maritus*, 3 Macc. IV. 8. et ὁμόζυγος de uxore adhibetur a Themist. Orat. XIX. p. 231. συμψήφου τῆς ὁμοζύγου [illegible] αὐτῷ. Sic etiam apud Lati[illegible]gi nude ponitur pro *jungi* [illegible]io. Vide Juvenal. Sat. [illegible]. — Alexandrini hac voce us[illegible]t pro חָבַר *consociatus, junctus, sociatus, conjunctus fuit*. Ezech. I. 11.

ΣΥΖΗΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *una cum alio quæro aliquid, simul cum aliis investigo*, ex σὺν et ζητέω *quæro*. Sic legitur apud Apollodorum Bibl. II. c. 6. ubi sermo est de Iphito, ab Hercule petente, ut secum simul boves quæerat. 2) metaphorice: *vicissim, vel mutuo quæro* seu *interrogo*. Marc. IX. 10. συζητοῦντες, τί ἐστι, τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι ut mutuo inter se quærerent, quid sibi vellet formula, resuscitari e mortuis. ibid. I. 27. ὥστε συζητεῖν πρὸς αὐτούς. coll. loco parallelo Luc. IV. 36. ubi legitur καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους. Luc. XXII. 23. καὶ αὐτοὶ ἤρξαντο συζητεῖν πρὸς ἑαυτοὺς, τὸ τίς ἄρα εἴη ἐξ αὐτῶν ὁ τοῦτο μέλλων πράσσειν; illi vero inter se quærebant, quisnam ex iis hoc scelus patraturus esset? 3) *una cum aliquo inquiro veritatem, una rationes ad rei alicujus indagationem conferendo disputo*, quia disputationes fieri solent per quæstiones et responsiones. Marc. VIII. 11. καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ et disputabant Pharisæi cum Jesu. ibid. XII. 28. ἀκούσας αὐτῶν συζητούντων. Luc. XXIV. 15. ἐν τῷ ὁμιλεῖν αὐτοὺς καὶ συζητεῖν illis autem ita colloquentibus ac disputantibus. Act. VI. 9. συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ qui cum Stephano disputarent. ibid. IX. 29. ἐλάλει δὲ καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς. 4) *altercor, discepto*. Marc. IX. 14, 16. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 175. συζητεῖ, *litigat*.

ΣΥΖΗ'ΤΗΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *conquisitio* a συζητέω, quod vide. 2) *disquisitio, disputatio, mutua quæstio, altercatio*. Act. XV. 2. γενομένης οὖν στάσεως καὶ συζητήσεως (alii habent ζητήσεως) οὐκ ὀλίγης τῷ Παύλῳ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ πρὸς αὐτοὺς qua de re cum orta esset acris disputatio et controversia Paulo et Barnabæ cum istis doctoribus. ibid. v. 7. πολλῆς οὖν συζητήσεως γενομένης multa autem disceptatione coorta. ib. XXVIII. 29. πολλὴν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς συζήτησιν multam habentes inter se disceptationem. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΖΗΤΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *conquisitor, qui una cum aliis aliquid quærit*, a συζητέω, quod vide. 2) *sophista, disputator, qui subtiliter et ad scholæ leges de omni genere doctrinæ disputare potest*. Sic semel tantum in N. T. legitur 1 Cor. I. 20. ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; ubi est acutus et subtilis disputator hujus sæculi? seu, ubi est homo, instructus subtilitate sapientiæ humanæ? qui ab Hebræis דַּרְשָׁן dicitur, a דָּרַשׁ *disquirere, disceptare, curiosius aliquam rem scrutari*; unde *commentaria mystica et allegorica in scriptura sacra* dicuntur מִדְרָשִׁים et *schola Judaica*, seu *academia* בֵּית מִדְרָשׁ οἶκος συζητήσεως vocatur. Cf. Fulleri Miscellanea Sacra III. 7. et Witsius in Miscell. Sacr. Lib. II. Diss. VI. § 11 seq. Alberti Glossar. N. T. p. 118. συζητητής· συζητῶν περί τινὸς πρός τινάς. Œcumenius ad 1 Cor. I. 20. ὁ λογισμοῖς καὶ ἐρεύναις τὰ πάντα ἐπιτρέπων. Adde Wolfii Curas Philol. in N. T. T. II. pag. 311.

ΣΥ'ΖΥΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *jugalis, uni quasi jugo junctus et unitus*, et speciatim de bobus dicitur, qui sunt ὁμόζυγοι, h. e. sub idem jugum *mittuntur*, a συζευγνύω, vel συζεύγνυμι, quod vide. 2) metaphorice: *omnis, qui est cum altero ullo aliquo modo conjunctus et unitus, socius*. Sic verbi causa, apud Græcos usurpatur de hominibus, qui sunt indole et moribus sibi invicem similes, aut ejusdem sortis ac conditionis, æquales, matrimonio juncti, (3 Macc. IV. 8.) consortes muneris et socii, etc. Etiam de rebus, quæ sunt conjunctæ et connexæ, adhibetur apud Plutarch. T. VI. p. 34 et 36. ed. Reisk. Semel tantum in N. T. legitur Philipp. IV. 3. σύζυγε γνήσιε collega conjunctissime; ubi Epaphroditum intelligit, quem cap. II. 25. συνεργὸν vocaverat. Per hunc σύζυγον vero alii hominem, cui nomen fuerit Σύζυγος, alii vero (v. c. Clemens Alex. Stromat. II. pag. 448. Eusebius H. E. III. 30.) *conjugem Pauli* intelligi volunt. Conf. Zornii Opuscula Sacr. T. II. p. 704 seq. Wetstenii N. T. T. II. p. 278. et Grabe in Notis ad Tom. I. Spicilegii Patrum Sæc. II. p. 230. Sed rectius vidit Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 255. qui σύζυγον h. l. de *muneris socio, collega*, ob additam vocem γνήσιε interpretatus est, cum vox σύζυγος etiam de socio usurpetur apud Aristophanem in Pluto v. 946. ἐὰν δὲ σύζυγον λάβω τινά. Posses quoque per *amicum* reddere. Certe Orestes Pyladis dicitur σύζυγος in Eurip. Iph. Taur. 251. Cæterum συζυγεῖν apud Græcos etiam dicuntur milites, qui sunt in acie in una serie constituti et ita inter se conjuncti; et συζυγία apud Ciceronem in Topicis c. 3. verborum ejusdem generis conjugatio dicitur, quæ in Aristotelis Topicis semper fere συστοιχία vocatur. Gloss. Vet. σύζυγος· *compar, conjux*.

ΣΥΖΩΟΠΟΙΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *una cum altero in vitam revoco, una* vel *simul vivifico*, ex σὺν cum et ζωοποιέω *vivifico, vitam amissam restituo*. 2) metaphorice: *una cum aliquo emendo et felicem reddo*. Sic bis tantum in N. T. legitur. Ephes. II. 5. καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ et nos, qui quondam eramus [illegible]itate miserrimi, per christia[illegible] religionem emendatos felicissimos reddidit. Vide ad h. l. Koppium. Coloss. II. 13.

ΣΥΚΑ'ΜΙΝΟΣ, ου, ἡ, *sycamin*[illegible] *sycomorus*, arbor quædam Ægyp[illegible] inter ficum et morum med[illegible] lis moro quoad magnitudinem, [illegible]lorem et folia, et fico quoad fructum, unde etiam συκομοραία dicta est. Hebraice vocatur שִׁקְמִים (unde fortasse Græcum συκάμινος) 1 Reg. X. 27. 1 Chron. XXVII. 28. 2 Chron. I. 15. IX. 27. Amos VII. 14. etiam שִׁקְמוֹת quod vocabulum tantum Ps. LXXVIII. 47. legitur. In N. T. semel tantum [illegible] Luc. XVII. 6. ἐλέγετε ἂν τῇ [illegible] ταύτῃ diceretis sycomoro huic. Dioscorides I. c. 22. συκαμίνου λεπίσματα ἰοικός. Strabo Lib. XVII. pag. 1178. καὶ ἡ συκάμινος, ἡ ἐκφέρουσα τὸν λεγόμενον καρπὸν συκόμορον· ἄτιμον δ'

ἐστὶ κατὰ τὴν γεῦσιν, κ. τ. λ. Athenæus II. pag. 51. Adde Plinii H. N. Lib. XIII. c. 7. Historiam naturalem sycomori ex veterum Botanicorum monumentis et itinerariis conscripsit H. E. Warnekros in Repertorio Litteraturæ Bibl. et Orientalis, ab Eichhornio edito, T. XI. p. 224. Adde Bodæi a Stapel Obss. ad Theophrasti Hist. Plant. IV. 2. Salmasii Exercitationes Plinianas p. 328 seq. Hilleri Hierophyticon P. I. c. 25. Ol. Celsii Hierobot. T. I. p. 288. Wetstenii N. T. Tom. I. p. 772 seq. et auctores laudatos Wolfio in Curis Philol. Tom. I. p. 709. Hesych. Συκάμινα· ἡ παρ' ἐνίοις μορέα, τὸ δένδρον, καὶ ὁ καρπός. Celsus de Re Medica III. c. 18. Græci morum *sycaminum* appellant.

ΣΥΚΕ'Η, ῆ, έης, ῆς, ἡ, *ficus*, arbor, nam ficus, fructus, σῦκον dicitur. Legitur in N. T. Matth. XXI. 19. καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. ibid. v. 20, 21. οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς ποιήσετε non solum idem cum ficu facietis. Τὸ τῆς συκῆς est, *quod ad ficum attinet*, seu *quod ficui accidit*, de qua eleganti articuli vi vide Marklandi Conjectur. Lysiac. p. 442. Sed potest etiam post τὸ τῆς συκῆς suppleri vocabulum σημεῖον. ibid. XXIV. 32. ἀπὸ δὲ τῆς συκῆς μάθετε τὴν παραβολὴν ficus sit vobis exemplo. Marc. XI. 13, 20, 21. ἡ συκῆ, ἣν κατηράσω, ἐξηράνθη. ib. XIII. 28. Luc. XIII. 6, 7. XXI. 29. Joh. I. 49. ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν cum esses sub ficu. (Confer Mich. IV. 4. et Zach. III. 10.) ibid. v. 51. Jacob. III. 12. Apoc. VI. 13. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro תְּאֵנָה *ficus, arbor* et *fructus*. Num. XIII. 23. XX. 5. Jud. IX. 10, 11. Prov. XXVII. 18. Jerem. VIII. 13. etc.

ΣΥΚΟΜΩΡΑΙ'Α, ας, ἡ, *sycomorus*, arbor, inter ficum et morum media, quæ eadem est cum sycamino, de qua vide supra sub Συκάμινος, ex συκέη, ῆ, ἡ, *ficus, arbor*, et μορέα vel μωρέα *morus*. Tantum legitur in N. T. Luc. XIX. 4. καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν ἐπὶ συκομωραίαν et præcurrens conscendit sycomorum. Pro συκομωραίαν Griesbachius edidit συκομορέαν. Alii habent συκομωρέαν. Arabs habet hic peculiare nomen arboris جعيم i. e. *Giumus*, ut etiam vocat Leo Lib. IX. descript. Africæ. Pro συκομωραία reperitur etiam συκόμωρος apud Aquilam Amos VII. 14. et Incert. Psal. LXXVII. 52. Hesych. συκομορέα· συκάμινοι. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 784.

ΣΥ͂ΚΟΝ, ου, τὸ, *ficus*, fructus, a συκέη, ῆ, ἡ, *ficus, arbor*. Matth. VII. 16. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ τριβόλων σῦκα neque possunt ex urticis ficus colligi. Marc. XI. 13. οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων non enim erat tempus ficuum. Luc. VI. 44. οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα non enim de spinis colligunt ficus. Jacob. III. 12. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini pro תְּאֵנָה posuerunt, quod idem notat. Neh. XIII. 15. Ies. XXXVIII. 21. Jerem. VIII. 13. Demosthenes p. 314. 12. edit. Reisk. σῦκα καὶ βότρυς, καὶ ἐλαίας συλλέγων.

ΣΥΚΟΦΑΝΤΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) proprie: *sycophantam ago, ad judicem defero* seu *indico illos, qui ficus Athenis in aliam regionem exportabant, absque vectigali expenso*, a συκοφάντης *sycophanta*, quod est ex σῦκον *ficus* et φαίνω *in lucem profero, indico*. Scilicet ficus quodam tempore rariores et in magno pretio fuisse Athenis videntur, ut lege vetarentur extra Atticam exportari, et certi conducerentur homines, qui exportantes observarent et indicarent magistratui. Tales dicebantur *sycophantæ*, ab indicatione ficuum exportatarum. Schol. Aristoph. ad Plutum v. 874. ὁ συκοφάντης· οὕτω καλοῦνται οἱ ἐπηρεάζοντες ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας· τὸ παλαιὸν ἀπειρημένον ἦν σῦκα ἐξάγειν ἐκ τῆς Ἀττικῆς, τοῦ φυτοῦ κατ' ἀρχὰς θαυμαζομένου. τοὺς σμικρῶς οὖν διερευνῶντας τὸ τοιοῦτον, οὕτως ὀνομασθῆναι λέγουσιν ἀπὸ τῆς ὀπώρας. παρασχεῖν οὖν καὶ τοῖς ὁπωσοῦν μάτην ἐγκαλοῦσι τὸν ὀνομάσαντα, ἅμα καὶ τοῦ φαίνειν τὸ ἐγκαλεῖν ἢ εἰς δίκην εἰσάγειν δηλοῦντος. Confer etiam præter Scholion ad ver. 31. et Suidam s. h. v. Athenæum Lib. III. c. 2. et Perizonii Commentar. ad Ælian. V. H. III. 36. XII. 52. 2) metaphorice et generatim: *falso aliquem defero ad judicem, calumniosas criminationes comminiscor, inprimis ut emolumenti aliquid inde ad me redundet*. Nam sycophantæ sæpe innocentes falso deferebant. Julius Pollux Onom. Lib. VIII. c. 6. τῶν δὲ ἐκ δικαστηρίου ὀνομάτων καὶ τὸ συκοφαντεῖν, ἐργολαβεῖν, ἐνεργολαβεῖν, ἐπηρεάζειν, ἐνεπηρεάζειν, καταψεύδεσθαι, καταψευδομαρτυρεῖν κ. τ. λ. Sic legitur Levit. XIX. 11. et apud Aristoph. in Avib. ver. 1431. Acharn. v. 518. Vesp. v. 1091. Suid. συκοφαντεῖν· τὸ ψευδῶς τινὸς κατηγορεῖν. Hesych. συκοφάντης· ψευδοκατήγορος. Idem: συκοφάνται· οἱ ἐπηρεάζοντες. 3) *pravis et dolosis artibus alterius bona ad me rapio*. Sic bis tantum in N. T. legitur. Luc. XIX. 8. εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν si quid cuipiam per fraudes eripui, reddo quadruplum. ibid. III. 14. μηδὲ συκοφαντήσατε neque injuria afficite, seu dolose circumvenite et spoliate. Respondet in hac significatione Hebraico עָשַׁק *oppressit, vi*, vel *fraude, injuria affecit, defraudavit*, in versione Alex. Job. XXXV. 9. Psalm. CXIX. 121. Prov. XIV. 33. quemadmodum etiam συκοφάντης pro עָשׁוֹק Ps. LXXII. 4. et συκοφαντία pro עֹשֶׁק Psalm. CXIX. 134. Cohel. V. 7. VII. 8. ibidem legitur. Hesych. συκοφάντης· κακοπράγμων, malis artibus utens. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 672 seq.

ΣΥΛΑΓΩΓΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) proprie: *deprædor, prædam ago, tanquam prædam abduco, spolio*, et speciatim de *militibus* usurpatur, *qui prædam agunt et captivos in servitutem redigunt et abducunt*, a σύλη *præda* et ἄγω *duco*. Heliodor. X. pag. 512. Aristænetus II. Ep. 22. Hesych. et Alberti Glossar. N. T. p. 152. συλαγωγῶν· ἀπογυμνῶν. Eustathius in Iliad. ί, pag. 393. 52. 2) metaphorice: *eripio alicui aliquid vel per vim, vel per fraudem*. Sic semel tantum in N. T. legitur Coloss. II. 8. βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας cavete, ne quis vobis libertatem vestram (nempe a lege Mosaica ceremoniali) eripiat per fraudem doctrinæ judaizantis.

ΣΥΛΑ'Ω vel ΣΥΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *spolio, prædor, compilo, deprædor*, et usurpatur maxime de militibus, spolia detrahentibus post prælium, et prædonibus, a σύλη *præda, spolium*. Sic legitur in Epistola Jeremiæ v. 15. ὅπως ὑπὸ τῶν λῃστῶν μὴ συληθῶσιν. Euripid. Phœn. v. 1495. οἱ δ' ἀσπίδας συλῶντες Ἀργείων νεκρῶν. Conf. etiam Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 701. Thom. M. pag. 817. συλῶ· τὸ κλέπτω, ἀφ' οὗ ἱερόσυλος. καὶ συλῶ· τὸ βλάπτω, ποιητικῶς, ὡς παρ' Ὁμήρῳ ἐν π' Ἰλιάδος (v. 558.)· κεῖται ἀνὴρ, ὃς πρῶτος ἐσύλα τεῖχος Ἀχαιῶν. Hesych. συλᾷ· ἐκδύει, συλεύει. Idem: συλᾶν· ἀφαιρεῖσθαι, γυμνοῦν, σκυλεύειν. 2) *accipio ab aliquo pecuniam, exigo, imminuo opes alicujus*. Sic semel in N. T. legitur 2 Cor. XI. 8. ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν

ὀψώνιον πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν ab aliis cœtibus christianorum pecuniam exegi, accepto ab iis stipendio, ut vestris commodis inservirem. Conf. ad h. l. Wolfium pag. 663. Gloss. Vet. συλῶ, *compilo, dispilo, expilo.*

ΣΥΛΛΑΛΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, *colloquor cum aliquo, tracto et delibero cum aliquo*, ex σὺν et λαλέω *loquor*. Construitur cum dativo, vel potius ablativo, vi præpositionis σὺν, in versione exprimendæ, vel cum præpositione πρὸς aut μετά. Matth. XVII. 3. μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες cum ipso colloquentes. Marc. IX. 4. καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες τῷ Ἰησοῦ. Luc. IV. 36. καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους et colloquebantur inter se. ibid. IX. 30. XXII. 4. καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς ἀρχιερεῦσι — τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς et discedens tractavit cum pontificibus — de modo, quo Jesum traderet illorum manibus. Act. XXV. 12. τότε ὁ Φῆστος συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου, ἀπεκρίθη tum Festus, in consilium adhibitis assessoribus, pronuntiavit. Sæpius in N. T. non legitur Dionys. Halic. A. R. Lib. X. p. 637. διελογίζοντο δὲ καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλήλους. Polyb. I. 43. 1. et IV. 22. 8. Alexandrini usi sunt hac voce pro דִּבֵּר *locutus, elocutus, collocutus est*, Exod. XXXIV. 35. Adde Ies. VII. 6. Prov. VI. 22.

ΣΥΛΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. λήψομαι, 1) proprie: *mecum sumo* (Xenoph. Cyrop. III. 3. 1.) et ex adjuncto: *comprehendo manu, adhibita aliqua vi ac violentia, manus injicio, violenter apprehendo, captivum facio, capio*, et de hominibus æque ac animalibus usurpatur, ex σὺν et λαμβάνω *capio*. Mat. XXVI. 55. ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξήλθετε μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων συλλαβεῖν με vos aggressi me estis, gladiis ac fustibus armati, tanquam latronem, ut me comprehenderetis. Permutatur h. l. συλλαμβάνειν cum κρατεῖν et ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας ἐπί τινα ver. 50. Bene itaque Moschopulus monuit, συλλαμβάνειν λέγεσθαι καὶ ὅταν πολλοὶ ἕνα κρατήσωσι. Marc. XIV. 48. Luc. V. 9. ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων, ᾗ συνέλαβον ob tantam piscium copiam, quos ceperant, coll. Eurip. Orest. v. 1346. ibid. XXII. 54. συλλαβόντες δὲ αὐτὸν qui autem eum comprehenderant. Joh. XVIII. 12. Act. I. 16. τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν eorum, qui Christum comprehenderent. ibid. XII. 3. XXIII. 27. XXVI. 21. ἕνεκα τούτων με οἱ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ. Jos. VIII. 23. τὸν βασιλέα τῆς Γαὶ συνέλαβον ζῶντα. 2 Reg. VII. 12. συλληψόμεθα αὐτοὺς ζῶντας. 1 Reg. XVIII. 40. XX. 8. Cantic. II. 15. Alexandrini πιάσατε, reliqui interpretes habent συλλάβετε. Herodian. IV. cap. 4. s. 11. et VI. c. 9. s. 11. Arrian. Exped. Alex. III. 21. VI. 29. Indic. VII. 2. Lucian. Dial. Mort. XII. 32. 2) συλλαμβάνομαι cum dativo, *una manum admoveo, opitulor, adjuvo* et ex adjuncto metaphorice: *curam alicujus habeo, opem fero*, i. q. συναντιλαμβάνομαι. Luc. X. 40. et Rom. VIII. 26. Sic legitur Luc. V. 7. καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις τοῖς ἐν τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ, τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς et signo dato socios, qui erant in altera navi, advocarunt, ut secum manus admoverent reti, seu, ut sibi opem ferrent. Philip. IV. 3. συλλαμβάνου αὐταῖς opitulare ipsis earumque curam habe omnibus modis. Ita enim apud Græcos συλλαμβάνειν sumitur, v. c. apud Xenophontem Mem. Socr. II. c. 6. 28. Philostratum Vit. Apollon. II. 6. ὡς καὶ ξυλλαμβάνουσιν ἀλλήλοις ἐν τῇ θήρᾳ. Xenoph. de Rep. Laced. II. 6. Cyrop. III. 1. 16. VII. 5. 18. et apud Demosthenem aliquoties, ut multis exemplis docuit Reisk. in Indice Græcit. Demosthen. p. 701. Medio συλλαμβάνεσθαι in eadem significatione usi sunt Alexandrini Gen. XXX. 7. συνελάβετό μοι ὁ Θεὸς, (adde Exod. XVIII. 22. Psalm. LXXXIX. 22.) ubi in Cod. Vat. συναντελάβετο legitur. Herodot. III. 49. et Ælian. V. H. II. 4. Græci scriptores *adjuvandi et opitulandi* notionem tribuerunt etiam verbo συνεπιλαμβάνεσθαι (Herodotus, III. 48.) et συναίρεσθαι. (vide Eurip. Orest. v. 765. Xenoph. de Rep. Athen. II. 2. Confer. Alberti ad Hesychium s. h. v.) Hesych. συλλαμβάνει· βοηθεῖ. Idem: συλλήψεται· ὑπερασπιεῖ. Etym. M. συλλαμβάνειν· τὸ βοηθεῖν. κυρίως δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν βασταζόντων βαρύ τι καὶ ἀλλήλοις βοηθούντων. Vide etiam Thom. M. s. h. v. p. 816 seq. ed. Bernard. et Wetstenii N. T. T. I. p. 686. 3) per synecdochen: *concipio sobolem, quæ comprehenditur utero.* Luc. I. 24. μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν Ἐλισάβετ ἡ γυνὴ αὐτοῦ deinde concepit Elisabetha uxor ejus. ibid. v. 31. συλλήψῃ ἐν γαστρὶ concipiet in utero. ibid. v. 36. καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱόν. ibid. II. 22. πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ κοιλίᾳ. In hac significatione respondet in versione Alex. Hebraico הָרָה *concepit, uterum gessit*, Genes. IV. 1, 16. XXX. 4, 6, 17, 19, 23. הוֹלַל *formatus est in utero*, Psal. LI. 6. et יָלַד *peperit*, Genes. XXX. 9, 11. Hippocrat. Aphorism. sect. V. § 46. μὴ ξυλλαμβάνουσιν ἐν γαστρί, scil. ἔμβρυον, ut etiam *concipere* apud Latinos elliptice ponitur, pro *concipere fœtum*, v. c. apud Ovid. Amor. II. Eleg. XIII. 5. coll. Gellio in N. Att. Lib. IV. c. 2. Schwarzii Comment. Critt. Ling. Gr. pag. 1259. Hesych. συλλήψεται· ἐν γαστρὶ ἕξει. Idem: συνελάβετο· ἐβοήθησε. συνέλαβε· κατὰ γαστρὸς ἔχει. Ita enim scribendum est. Gloss. συνέλαβεν, ἐπὶ γυναικὸς, *concepit*. — Restat locus Jacob. I. 15. ubi ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα metaphorice est prava cupiditas, quæ in animis hominum vim suam exserere incipit, ut hoc modo homo similis fiat mulieri, quæ fœtum concepit in utero. Simili ratione Hebraicum הָרָה metaphorice de *cogitationibus* ac *decretis animi* adhibetur Job. XV. 35. Psal. VII. 15. Ies. XXXIII. 11. prout *parere* est *ipsam rem cogitatam facere*. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΛΛΕ'ΓΩ, fut. έξω, *colligo, congrego, quæ dispersa sunt, aut aliis mixta, decerpendo colligo*, etiam *colligendo aufero et exstirpo, evulsa colligo*, ex σὺν et λέγω *lego*. Matth. VII. 16. μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ ἀκανθῶν σταφυλὴν non enim colligi possunt e spinis uvæ. ibid. XIII. 28. visne vero, ut ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά; (scil. τὰ ζιζάνια,) colligendo illud auferamus aut exstirpemus? aut: lolium evulsum colligamus? ibid. v. 29. μήποτε συλλέγοντες τὰ ζιζάνια, ἐκριζώσητε ἅμα αὐτοῖς τὸν σῖτον ne exstirpando lolium una cum illo triticum eradicetis. ibid. v. 30, 40, 41. συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πάντα τὰ σκάνδαλα ex ejus regno colligent omnes perniciosos. Vide supra ad σκάνδαλον a me dicta. ib. v. 48. συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα bonos pisces colligunt in vasa: nam συνέλεξαν positum est pro συλλέγουσι colligere solent, sicut in sequentibus ἔβαλον pro βάλλουσι. Luc. VI. 44. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alex. respondet Hebraico לָקַט *collegit*, Genes. XXXI. 46. Ruth II. 3, 7, 8. קָטַף *fructus avulsit, decerpsit, vindemiavit*, Deut. XXXIII. 25. et אָסַף Ps. XXXIV. 15. quod Alexandrini Genes. XXX. 23. voce ἀφαιρεῖν expresserunt. He-

sych. συλλέγεται συνάγεται. Confer Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΣΥΛΛΟΓΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, proprie: *ratiocinor, computo,* deinde *argumentis concludo, unum ex alio infero, colligo,* ex σὺν et λογίζομαι *rationem ineo.* Hinc συλλογισμὸς *computatio,* (1 Chron. IX. 1.) *conclusio, quæ ratiocinando fit.* Semel tantum in N. T. legitur Luc. XX. 5. οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτοὺς illi vero reputabant, seu ratiocinabantur apud se invicem. Potest quoque verti: Illi ita secum cogitarunt: nam in locis parallelis Matth. XXI. 25. et Marc. XI. 31. legitur διελογίζοντο et ἐλογίζοντο. Polyb. I. 44. 1. Hesych. συλλογισάμενος· συναγαγὼν τὸν λογισμὸν καὶ θεωρήσας. In *computandi, numerandi et annumerandi* notione reperitur apud Alexandrinos Levit. XXV. 27, 50 et 52. Num. XXIII. 9. Conf. etiam Reiskii Indicem Græcitat. Demosthen. p. 702.

ΣΥΛΛΥΠΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, 1) proprie: *condoleo, alterius dolore commoveor, in societatem doloris venio,* ex σὺν et λυπέω *dolore afficio, contristo.* Passivum συλλυπέομαι, οῦμαι *dolore afficior, contristor.* Sic legitur apud Alexandrinos Psal. LXIX. 21. καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξε ubi in Hebraico legitur נוּד *moveri, agitari,* metaphorice: *dolere, condolere, commiserari.* Ies. LI. 19. τίς συλλυπηθήσεταί σοι; Ælian. V. H. VII. 3. οὐχ ὡς συλλυπούμενος ὑμῖν, ἀλλ' ἵνα παύσω ὑμᾶς λυπουμένους. Polyb. Hist. VII. 3. 2. Theophr. Char. c. 1. Pollux Onom. V. 129. 2) *indignor, animo commoveor, contristor,* i. q. simplex λυπέομαι. Sic semel legitur in N. T. Marc. III. 5. συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν animo commotus ob indurationem cordis ipsorum. Conf. dicta supra ad λυπέω.

ΣΥΜΒΑΙ'ΝΩ, fut. ήσομαι, 1) proprie: *congredior, convenio,* ex σὺν et βαίνω *eo.* 2) metaphorice: *evenio, contingo, accido,* ita, ut non solum de rebus secundis, sed etiam de rebus adversis adhibeatur. Construitur cum dativo. Marc. X. 32. ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν prædixit iis, quæ sibi erant eventura. Luc. XXIV. 14. colloquebantur invicem περὶ πάντων τῶν συμβεβηκότων τούτων de omnibus, quæ acciderant, scilicet per istos dies. Act. III. 10. ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ ob miraculosam sanationem, quæ ipsi contigerat. Confer Isocrat. Evagor. c. 10. ubi συμβαίνειν etiam de rebus secundis adhibetur. Act. XX. 19. τῶν συμβάντων μοι ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν Ἰουδαίων quæ mihi acciderunt Judæorum insidiis. 1 Cor. X. 11. ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις hæc vero omnia acciderunt illis ideo, ut nos haberemus exempla, ad deterrendum proposita. 1 Petr. IV. 12. ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος. 2 Petr. II. 22. συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας accidit vero illis id, quod verissimo illo proverbio dici solet. Alex. Exod. XXIV. 14. Jos. II. 23. Exod. III. 16. Ies. III. 10. κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ. Genes. XLII. 4, 29, 38. Adde Sirac. XXII. 29. XXXVII. 9. 1 Macc. IV. 26. V. 25. Thucyd. II. 15. Plutarch. Fab. p. 178. C. Philo in Vita Mosis T. II. p. 121. 11. 3) pleonastice ponitur. Act. XXI. 35. συνέβη βαστάζεσθαι αὐτὸν, pro ἐβαστάζετο portabatur. 2 Macc. III. 2. συνέβαινε καὶ αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖς τιμᾷν τὸν τόπον et ipsi reges locum honorabant. Polyb. II. c. 64. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι quod etiam factum est. Apollod. Bibl. Lib. II. c. 2. § 2. extr. Alia multa exempla collegit Schwarzius in Notis ad Olearium de Stilo N. T. p. 302 seq. et in Commentariis Criticis Ling. Gr. N. T. p. 1260. et Palairet. Obss. Philol. p. 320. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΜΒΑ'ΛΛΩ, fut. αλῶ, 1) proprie et qua etymologiam et qua notionem respondet Latino verbo *conjicere,* ex σὺν et βάλλω *jacio.* 2) metaphorice: *sæpius revolvo aliquid animo, sæpius mecum cogito et perpendo.* Luc. II. 19. συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς sæpius revolvebat animo; nempe narrationem pastorum. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 663. (Similis formula loquendi legitur apud Homerum Iliad. α', v. 297. σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι. et in libro Sapient. IV. 14. μηδὲ θέντες ἐπὶ διανοίᾳ τὸ τοιοῦτο.) Alii interpretes verba Lucæ ita interpretantur: *sensum et vim verborum probe assequebatur.* Συμβάλλειν autem haud raro apud Græcos notare: *e certis signis aliquid colligere, conjectura aliquid assequi, intelligere,* satis apparet ex Dionys. Halic. I. 24. Apollodor. Bibl. Lib. I. c. 8. s. 16. Arrian. Exped. Alex. Lib. II. cap. 3. Herodot. I. c. 91. et Philostrat. Vit. Apollon. Lib. IV. c. 43. ξυμβαλεῖν τὸ εἰρημένον dictorum mentem assequi. Conf. Perizonium ad Ælian. V. H. II. 31. et Krebsium in Observatt. Flav. p. 103. 3) συμβάλλω τινὶ, scil. λόγους, *colloquor cum aliquo, disputo, dissero,* quasi *sermones confero.* Act. XVII. 18. τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ quidam vero ex Epicureis et Stoicis philosophis disputabant cum eo. Vulgatus vertit: *disserebant cum eo.* Plena formula συμβάλλειν λόγους reperitur apud Euripidem in Iphigen. in Aul. v. 830. αἰσχρὸν δέ μοι γυναιξὶ συμβάλλειν λόγους. Συμβάλλειν nude positum in eadem significatione reperitur apud Jamblichum in Vita Pythagoræ cap. 2. τοῖς ἐν Μέμφει καὶ Διοσπόλει μάλιστα συμβαλεῖν ἱερεῦσι. Joseph. A. J. I. c. 12. s. 3. VII. 9. 7. Cf. etiam Kypke in Obss. Sacr. T. II. p. 85. qui docuit, hanc vocem Græcis maxime de colloquiis philosophorum solemnem fuisse. 4) συμβάλλω πρὸς τινὰ, sc. βουλὰς, *confero cum aliquo sententias et consilia, delibero, consulto.* Act. IV. 15. συνέβαλλον πρὸς ἀλλήλους, scil. βουλὰς, contulerunt inter se consilia hujusmodi. Eurip. Phœn. v. 710. θέλω πρὸς αὐτὸν συμβαλεῖν βουλεύματα, ubi Schol. συμβαλεῖν· βουλεύσασθαι καὶ ἀνακοινώσασθαι βουλάς. Vide Wakefield. Silvam Criticam P. II. p. 123 seq. 5) *convenio ad aliquem locum, conjungo me cum aliquo, occurro,* et de quibuscunque congressibus rerum gerendarum et contrahendarum causa usurpatur. Act. XX. 14. ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον cum ad Assum convenissemus, aut: postquam nobiscum Assi fuerat congressus. Vulgatus reddidit: *cum autem convenissemus in Asson.* Sic, ut recte observavit Krebsius in Obss. Flav. p. 240., sæpius συμβάλλειν in libris Josephi reperitur, v. c. A. J. II. 7. 5. καὶ καθ' Ἡρώων πόλιν αὐτῷ συνέβαλεν. et IX. 6. 5. Adde Homer. Odyss. ω', v. 259. οὗτος ἀνὴρ νῦν δὴ ξυμβλήμενος ἐνθάδ' ἰόντι. Adde Jos. XI. 5. 2 Macc. VIII. 23. et notata a Wetstenio N. T. T. II. p. 592. 6) συμβάλλω, scil. ὅπλα, *confligo cum altero armis, prælium cum aliquo committo, congredior cum aliquo pugnaturus.* Luc. XIV. 31. ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον; aut quis rex paret expeditionem adversus alium regem? Verba εἰς πόλεμον sunt h. l. cum πορευόμενος jungenda. Plato Menexen. c. 13. γενομένου πολέμου συνέβαλον ὑπὲρ τῶν Βοιωτῶν ἐλευθερίας. Ælian. V. H. X. 4. συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις — — ἐκράτησε τῶν ἐχθρῶν.

Polyb. Hist. I. cap. 9. Herodot. II. 159. Interdum εἰς μάχην, vel μάχῃ additur, v. c. apud Hesychium s. v. συμβαλεῖν et Josephum A. J. VII. c. 1. s. 3. Conf. Schwarzii Comment. Philol. Ling. Gr. p. 1261. Krebsii Obss. Flav. p. 126. Wetstenii N. T. Tom. I. p. 754 seq. et Palairet. Obss. Philol. p. 192. Hinc συμβολὴ *conflictus, congressus, prælium, in quo aliqui committuntur,* v. c. apud Xenoph. Anab. VI. 5. 20. et Hist. Gr. VII. 5. 24. Glossæ: *Congreditur,* συνίσταται, συμβάλλει μάχην. Item aliæ: συμβάλλω ἐν πολέμῳ, *confligo, consero,* nempe manum. Hinc emendari potest Gloss. Vet. apud Labbæum p. 34. *Committit,* ἐνιστεύει, etc. ubi illud μάρτιν est in μάχην mutandum, et cum συμβάλλει conjungendum. 7) συμβάλλομαί τινι *adjumentum alicui affero, confero aliquid in usus alterius, confero, ut res incrementa capiat.* Sic legitur Act. XVIII. 27. ὃς παραγενόμενος συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι qui cum advenisset, contulit multum docendo ad eos confirmandos in recepta religione christiana. Vulgat. vertit: *multum contulit.* Syrus transtulit: ܥܕܪ ܣܓܝ *multum juvit.* Philostrat. Vit. Sophist. I. 9. 1. p. 492. ὡς πολλὰ τῇ τραγῳδίᾳ ξυνεβάλετο. Xenoph. Cyrop. I. 2. 8. μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται. ibid. II. 4. 16. Symmachus Job. XXXV. 3. οὐδὲν συμβαλεῖταί σοι nihil proderit tibi. Conf. de hac notione Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 124. p. 458. ed. Fisch. et Wetst. N. T. T. II. p. 579. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. συμβαλεῖν· συναλλάξαι, καὶ ἐνύπνια ἐπιγνῶναι, καὶ εἰς μάχην συμβαλεῖν, συμμίσγειν, συνεῖναι. Idem: συμβέβληται· ἀπαντᾷ, συνενήνεκται, νενόηται, ὠφελεῖ, συμβεῖ. (forte συμφέρει.) Suid. συμβαλεῖν· διακρῖναι, νοῆσαι, συγκρῖναι — συμβάλλειν δὲ, μεταδιδόναι, κιχρᾷν.

ΣΥΜΒΑΣΙΛΕΥ´Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *una regno, simul regno, præsum,* ex σὺν et βασιλεύω *regno.* 2) metaphorice: *in societatem felicitatis aliorum venio, omnigena ac perfectissima beatitudine una cum alio fruor.* Sic bis tantum legitur in N. T. 1 Cor. IV. 8. καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν utinam essetis vere felicissimi, ut hujus felicitatis aliqua ex parte et ego particeps fieri possem! 2 Tim. II. 12. εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν si constanter perferimus calamitates ob religionem christianam, etiam cum Christo felicitatis æternæ participes reddemur. Confer supra a me dicta ad vocem βασιλεύω. Cæterum verbo συμβασιλεύειν usus quoque est Lucianus in Dial. Deor. Tom. I. p. 213. μέγα, ὦ Ἥρα, φρονεῖς, ὅτι ξύνει τῷ Διΐ, καὶ συμβασιλεύεις αὐτῷ. Polyb. XXX. 2. 4. Epictet. Enchirid. c. 21. Confer J. H. Maii Obss. Sacras Lib. IV. p. 158 seq.

ΣΥΜΒΙΒΑ´ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *una ascendere facio,* ex σὺν et βιβάζω *facio ascendere.* 2) *copulo, coagmento, compingo, facio, ut plures partes committantur et cohæreant.* Est verbum proprium de fabris lignariis, qui trabes, vel asseres ita compingunt et conjungunt, ut arctissime coëant ac cohæreant. Respondet nostro: in einander fest zusammenfügen, *to join firmly into one another,* et est idem, quod συναρμολογέω, quod vide infra. 3) metaphorice de *animorum conjunctione* usurpatur et notat: *conciliare, coire in amicitiam, amicitiam facere, ad amicitiam ac fœdus adducere, in unam societatem cogere.* Sic usurpatur in N. T. de ecclesia christiana, quæ haud raro cum corpore comparatur, in quo omnia membra et partes omnes arctissimo connectuntur nexu. Ephes. IV. 16. ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον per quem, seu sub cujus imperio omnis christianorum cœtus arctissimis invicem amoris ac humanitatis vinculis conjunctus. Col. II. 2. συμβιβασθέντες ἐν ἀγάπῃ arctissime invicem conjuncti mutuo amore. ibid. v. 19. Dio Cassius XXXVII. p. 62. τούτων ἕνεκα καὶ συνεβίβασεν αὐτοὺς καὶ προσεποιήσατο. Thucyd. II. 29. Hesych. συμβιβάζει· εἰς φιλίαν ἄγει, ἢ συλλαλεῖ. Gloss. Vet. συμβιβαστὴς, *conciliator.* συμβιβασμοὺς, *transactiones.* Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 285. 4) *idonea argumenta et testimonia colligo et ita conjungo, ut alii de rei veritate convincantur, demonstro aliquid certis argumentis, propositis et collatis argumentis efficio, ut aliquis mecum in eandem descendat sententiam.* Act. IX. 22. συμβιβάζων, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς collatis scripturæ sacræ locis et aliis argumentis idoneis adductis probans, Jesum vere esse Messiam. Syrus: ܟܕ ܡܚܘܐ ܗܘܐ *cum ostenderet et demonstraret.* Alia exempla collegit Schwarzius in Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1262 seq. 5) *doceo, instituo, instruo,* quia, qui alterum docet, instruit et informat, varias doctrinæ partes apte ac subtiliter conjungit, earum nexum ostendit et omnia, quæ possunt demonstrari, congrue demonstrat. Sic autem legitur in N. T. 1 Cor. II. 16. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; quis enim cognovit mentem et consilia Dei, qui instructurus sit eum, aut, qui eum meliora docere possit? Verba sunt desumta ex Ies. XL. 13. ubi in codice Vaticano loco συμβιβάσει est forma futuri Attica, συμβιβᾷ. Ab Alexandrinis autem συμβιβάζειν in *docendi* ac *instituendi* significatione aliquoties adhibetur, v. c. Exod. IV. 12, 15. Levit. X. 11. Jud. XIII. 8. Psalm. XXXII. 8. ubi Hebraico הוֹרָה *docuit, instituit,* respondet. Apud eosdem legitur quoque pro הוֹדִיעַ *notum fecit, instruxit,* Exod. XVIII. 16. Deuter. IV. 9. Ies. XL. 13. pro הֵבִין *intelligentem, prudentem reddidit, erudivit:* Ies. XL. 14. et pro הִשְׂכִּיל idem. Dan. IX. 22. Hesych. συμβιβῶ σε· συνάπτω σε, διδάσκω σε, συμπορεύομαί σε, quæ glossa pertinet ad Psalm. XXXII. 8. Idem: συμβιβασάτω· διδαξάτω. — συμβιβασθέντες· διαλεχθέντες, aut potius διδαχθέντες. Idem: συμβίβασις· πίστις, διδαχὴ, πίστις. Suidas, Photius in Lex. et Lex. Cyrilli MS. Brem. συμβιβῶ· διδάξω, ἐπιστήσω, νοῆσαι ποιήσω. Alberti Glossar. N. T. p. 70. συμβιβάζων ἐφιστὰς, διδάσκων. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 109. 6) *collatis argumentis et testimoniis colligo aliquid ac persuadeor, conjectura assequor.* Act. XVI. 10. συμβιβάζοντες (sc. ἐκ τοῦ ὁράματος), ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ Κύριος εὐαγγελίσασθαι αὐτοὺς persuasi, seu certiores facti illo viso, quod eo vocasset nos Dominus, ut illic prædicaremus doctrinam christianam. Vulgatus bene: *certi facti.* Chrysostomus ad h. l. συμβιβάζειν per στοχάζεσθαι interpretatus est. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 553. Sæpius in N. T. non legitur. 7) interdum omitti ac supplendum esse videtur, v. c. Act. IX. 20. ubi ante ὅτι οὗτός ἐστι ὁ Χριστὸς subaudiendum esse arbitror participium συμβιβάζων, ut sensus existat: collatis, seu conquisitis rerum testimoniis, demonstravit, eum esse filium Dei.

ΣΥΜΒΟΥΛΕΥ´Ω, fut. εύσω, 1) proprie notat: *simul consultare, consilia inire et conferre, deliberare, consulere,* ex σὺν et βουλεύω *consulto,*

consulo. Eandem significationem habet quoque medium συμβουλεύομαι. Xenoph. Anab. II. 1. 11. de Rep. Laced. XV. 5. Herodot. II. c. 107. τὸν, ὡς μαθεῖν τοῦτο, αὐτίκα συμβουλεύεσθαι τῇ γυναικὶ re hac intellecta, extemplo cum uxore deliberasse. 2) *consilium capio, decerno.* Mat. XXVI. 4. καὶ συνεβουλεύσαντο, ἵνα τὸν Ἰησοῦν κρατήσωσι δόλῳ atque decreverunt Jesum dolose capere et occidere. Joh. XI. 53. ἀπ' ἐκείνης οὖν τῆς ἡμέρας συνεβουλεύσαντο, ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτὸν Judæi ejus interitum decreverant. 3) *suadeo, consilium do et suppedito.* Joh. XVIII. 14. ἦν δὲ Καϊάφας ὁ συμβουλεύσας τοῖς Ἰουδαίοις erat autem Caiphas is, qui consilium dederat Judæis. Apoc. III. 18. συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον suadeo tibi, ut a me aurum emas. Ælian. V. H. VIII. 1. Herodot. I. c. 19. II. 107. Xenoph. Mem. III. 6. 8. συμβουλεύῃ ἐπιχειρεῖν τῷ πολέμῳ. Plato Phileb. p. 85. extr. Respondet quoque in versione Alex. Hebraico יָעַץ *consilium dedit,* Exod. XVIII. 19. 2 Sam. XVII. 15. 1 Reg. I. 12. Psal. XVI. 7. Prov. VIII. 22. Adde Ies. XXXIII. 18. 3 Esr. VIII. 29. Sæpius in N. T. non legitur. Thom. M. p. 819. συμβουλεύω ἐνεργητικῶς, ἀντὶ τοῦ εἰς συμβουλὴν τῷδε καθίσταμαι. συμβουλεύομαι δὲ παθητικῶς, ἀντὶ τοῦ συμβόλῳ χρῶμαι, κ. τ. λ. Gloss. Vet. συμβουλεύω, *consilio suadeo, autor sum, censeo, consulo.*

ΣΥΜΒΟΥ'ΛΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie: *consultatio, consilium, quale plures ineunt, consilium, quod datur, vel accipitur,* i. q. συμβουλή (Sirac. XXXVII. 18.) et συμβουλία, (quod adhibent Alexandrini pro עֵצָה idem, 2 Chron. XXV. 16. Prov. XII. 15. Adde Tob. IV. 24. Sirac. VI. 25.) ex σὺν et βουλὴ *consilium.* Legitur in N. T. Matth. XII. 14. οἱ δὲ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον κατ' αὐτοῦ ἐξελθόντες, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν Pharisæi autem egressi consilium de eo occidendo ceperunt. ibid. XXII. 15. συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν ἐν λόγῳ. ibid. XXVII. 1. συμβούλιον ἔλαβον executi sunt sententiam, coll. XXVI. 66. ibid. v. 7. συμβούλιον λαβόντες convenerunt igitur inter se. Marc. III. 6. συμβούλιον ἐποίουν κατ' αὐτοῦ consilium contra eum ceperunt. ibid. XV. 1. 2) metonymice significat *concilium, ubi consilium capitur et initur, cœtum,* vel *consessum consultantium, senatores, amicos et assessores in judicio,* quos Latini *consilium* vocant, observante Gronovio ad Livium XLIV. 2. et Græci συνέδριον appellare solent. Sic legitur in N. T. Act. XXV. 12. τότε ὁ Φῆστος συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου tunc Festus adhibito in eam rem consilio. Habebant enim sibi præsides et procuratores provinciarum suos assessores (quorum mentio injicitur a Cicerone ad Famil. VIII. Ep. 8. et Suetonio Tiber. c. 33.) et consiliarios in judicio, (qui πάρεδροι vulgo vocabantur,) cum quibus, antequam sententiam pronuntiarent, deliberarent, ut multis docuit Perizonius in Diss. de Prætorio p. 718. Waterus in Miscellaneis Duisburgensibus T. II. Fasc. I. p. 51 seq. et Casaubonus in Exercitatt. Antibaronianis p. 137. Eodem modo συμβουλία sumitur Psal. CXIX. 24. ubi pro אַנְשֵׁי עֲצָתִי *viri consilii mei,* h. e. *consiliarii mei,* Alexandrini habent: αἱ συμβουλίαι μου. Adde interpretes Græcos Proverb. XV. 23. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. συμβούλιον, *consilium, concilium, collegium.*

ΣΥ'ΜΒΟΥΛΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *consiliarius, qui est a consiliis, suasor,* i. q. συμβουλευτὴς (3 Esr. VIII. 12.) et συμβουλευτικὸς, (Symmach. Prov. XIV. 17.) ex σὺν et βουλὴ *consilium.* Semel tantum in N. T. legitur Rom. XI. 34. ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; aut quis consiliarius ejus fuit? Alexandrini habent pro יוֹעֵץ idem, 2 Sam. XV. 12. 1 Chron. XXVII. 32, 33. Esr. VII. 29. pro Chaldaico יָעֲטִין *consiliarii,* Esr. VII. 14, 15. et אִישׁ עֵצָה *vir consilii.* Ies. XL. 13. Herodot. V. 24. βασιλῆος σύμβουλος γενέσθαι. Ælian. V. H. XII. 25. ubi videndus Perizonius. Philo de Cain et Abele T. I. p. 165. 23. Sæpius etiam reperitur apud Demosthenem. Conf. Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 704. Gloss. Vet. apud Labbæum: σύμβουλος, *consiliarius, consultor, suasor.*

ΣΥΜΕΩ'Ν et ΣΙΜΕΩ'Ν, ὁ. *Simeon.* Est nomen proprium, origine Hebraicum שִׁמְעוֹן i. e. *audiens,* vel *exauditio,* aut *filius auditionis,* seu *exauditionis,* a שָׁמַע *audivit, exaudivit.* Sic dictus fuit a) *filius secundus Jacobi ex Lea,* quia, ut inquiebat Lea, audivit Jehova, quod odio haberer, ideoque dedit mihi hunc filium. Genes. XXIX. 32. Apoc. VII. 7. ἐκ φυλῆς Συμεὼν ex tribu posterorum Simeonis. b) *quidam ex posteris Abrahami.* Luc. III. 30. c) *vir ille pius, qui Christum suscepit in ulnas.* Luc. II. 25, 34. qui Wetstenio in N. T. T. I. p. 665. vix alius intelligi posse videtur, quam Simeon, pater Gamalielis, de quo Act. V. 34. filius vero Hillelis, quem Josephus *Pollionem* appellat. d) *alius,* cognomine *Niger.* Act. XIII. 1. 2) *Petrus, apostolus,* Act. XV. 14. 2 Petr. I. 1. qui tamen sæpius Σίμων dictus est, de quo vide supra. Sæpius non reperitur in N. T.

ΣΥΜΜΑΘΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *condiscipulus,* (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 176.) ex σὺν et μαθητὴς *discipulus.* Legitur tantum in N. T. Joh. XI. 16. εἶπεν οὖν Θωμᾶς, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, τοῖς συμμαθηταῖς tum Thomas, qui etiam dicitur Didymus, ad condiscipulos. Pollux Onomastic. VI. 159.

ΣΥΜΜΑΡΤΥΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *una testor, contestor, una testimonium exhibeo, testimonio meo comprobo,* i. q. συμμαρτύρομαι, ex σὺν et μαρτυρέω *testor.* Xenoph. Hist. Gr. VII. 1. 24. Pollux VI. 117. Plutarch. T. VI. p. 236. ed. Reisk. 2) *certo alicui persuadeo de veritate alicujus rei, confirmo alicui aliquid.* Rom. VIII. 16. αὐτὸ τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ hi vero sensus animi indubitato argumento nobis confirmant, nos esse Dei filios. ibid. IX. 1. συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου ut mihi certissime conscius sum. Apoc. XXI. 18. Xenoph. Hist. Gr. III. 3. 2. 3) i. q. simplex μαρτυρέω *edoceo, instituo.* Rom. II. 15. συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως edocente eos de officiis conscientia. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΜΜΕΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *una divido inter alios.* Medium συμμερίζομαι *divido inter alios, sed ita, ut ad me pars earum rerum, quas divido, redeat, partior, partem accipio, particeps fio,* i. q. μερίζομαι. Tantum legitur in N. T. 1 Cor. IX. 13. τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται accipiunt partem oblatarum victimarum. Hinc deductum est vocabulum συμμεριστὴς, quod est i. q. μερίτης. Conf. Thom. M. p. 609. ed. Bernard. et Dionys. Halic. T. V. p. 266. ed. Reisk. Gloss. Vet. συμμερίζομαι, *compercior,* pro *compartior.*

ΣΥΜΜΕ'ΤΟΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *consors, una particeps,* ex σὺν et μέτοχος *consors, socius, particeps.* Construitur cum genitivo. Bis tantum legitur in N. T. Ephes. III. 6. εἶναι τὰ ἔθνη

—— συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ut gentiles —— participes fiant cum Judæis felicitatis, per Christum a Deo promissæ. ibid. V. 7. μὴ οὖν γίνεσθε συμμέτοχοι αὐτῶν ne igitur fiatis illorum consortes, h. e. vel, ne componatis vos ad exemplum gentilium, vel, cavete, ne eadem cum gentilibus sors vobis accidat, coll. v. 6. Nuspiam hac voce usi sunt Græci V. T. interpretes. Verbum συμμετέχειν *consortem esse, una participare* legitur 2 Macc. V. 20. Plutarch. T. II. p. 722. ed. Reisk. et apud Lucianum in Philopatride T. II. p. 784. Gloss. Vet. συμμέτοχοι, *particulones.*

ΣΥΜΜΙΜΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *qui una cum aliis aliquem imitatur et se ad alicujus exemplum componit,* ex σὺν et μιμητὴς *imitator,* quod est a μιμέομαι *imitor.* 2) i. q. simplex μιμητὴς *imitator.* Sic semel in N. T. legitur Philip. III. 17. συμμιμηταί μου γίνεσθε imitamini me. Grotius, temere emphasin in hac voce quærens, transtulit: *omnes pari studio me imitamini.* Vox συμμιμέομαι occurrit apud Platon. Polit. II. p. 274. D. ed. Steph.

ΣΥΜΜΟΡΦΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *conformo, conformem facio, similem reddo,* i. q. συμμορφόω, a σὺν et μορφίζω. Legitur hæc vox Phil. III. 10. ubi pro συμμορφούμενος codices nonnulli συμμορφιζόμενος exhibent.

ΣΥ'ΜΜΟΡΦΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *qui eandem formam habet et habitum externum,* ex σὺν, quod in compositis haud raro *convenientiam* et *similitudinem* indicat, et μορφὴ *forma.* Sic legitur apud Lucianum de Amor. p. 901. γρᾶες δὲ καὶ θεραπαινίδων ὁ ξύμμορφος ὄχλος ἐν κύκλῳ παρεστᾶσι κ. τ. λ. 2) metaphorice: *similis, non solum quoad formam habitumque externum, sed etiam quoad indolem et naturam.* Sic bis tantum in N. T. legitur. Rom. VIII. 29. καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, scil. γενέσθαι, his etiam decrevit similitudinem cum Christo filio suo; similitudo autem hæc inprimis referenda est ad felicitatem, cum Christo olim reportandam. Phil. III. 21. εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ (scil. τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, ὃ μετασχηματίσει ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς) σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ ut simile sit glorioso et immortali corpori suo. Zonaras Lex. col. 1691. σύμμορφον, τὸ ἰσόμορφον, adducto exempli causa loco Rom. VIII. 29. Gloss. Vet. σύμμορφον, *conforme.* Substantivum συμμορφὴ legitur apud Aretæum p. 25. 30. 31.

ΣΥΜΜΟΡΦΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *conformem reddo, conformo quoad formam et habitum externum,* ex σὺν et μορφόω *formo.* 2) metaphorice: *similem reddo,* et συμμορφόομαι, οῦμαι, *alicui similis reddor, aut sum.* Sic semel legitur in N. T. Philipp. III. 10. συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ Christo morienti similis factus.

ΣΥΜΠΑΘΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *condoleo, una patior, mali alieni sensu afficior et moveor,* et ex adjuncto: *periclitanti opem fero, miseris et afflictis succurro,* i. q. συμπάσχω, a συμπαθὴς, quod vide. Bis tantum in N. T. legitur. Hebr. IV. 15. οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα, μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν non enim habemus summum sacerdotem, qui non possit condolere infirmitatibus nostris iisque medelam afferre, ac succurrere. ibid. X. 34. δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε me vinctum omnibus modis adjuvistis et sustentastis. In versione Symmachi Job. II. 11. legitur pro Hebraico נוד *motus, agitatus, vagatus est,* metaphorice: *condoluit, compassus, commiseratus fuit,* cui in versione Alexandrina συλλυπεῖσθαι respondet. Psal. LXIX. 21. Ies. LI. 19. Plutarch. Tom. II. p. 440. ed. Reisk. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 399. Gloss. Vet. apud Labbæum: συμπαθῶ, *misero.* Lege: *miseror.*

ΣΥΜΠΑΘΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, *condolens, compatiens, mutuo non solum dolorum et molestiarum, sed etiam bonorum et gaudii sensu affectus, qui simul cum alio afficitur et angitur,* mitleidig, theilnehmend, *compassionate, sympathizing,* ex σὺν et πάσχω *patior.* Semel legitur in N. T. 1 Petr. III. 8. πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς omnes concordes et in societatem gaudii et doloris aliorum venientes. Polyb. X. 18. 8. et XV. 9. 3. Conf. ad h. l. Raphelium in Obss. Polybianis p. 819. Gloss. Vet. συμπαθὴς, *affectuosus.*

ΣΥΜΠΑΡΑΓΙ'ΝΟΜΑΙ, 1) proprie: *una accedo, simul adsum,* ex σὺν et παραγίνομαι *accedo, adsum.* Luc. XXIII. 48. καὶ πάντες οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην et omnis turba, quæ convenerat, seu confluxerat ad hoc spectaculum. Alexandrini usi sunt hac voce pro נִלְוָה *adhæsit, adjunctus fuit.* Psal. LXXXIII. 9. καὶ Ἀσσοὺρ συμπαρεγένετο μετ' αὐτῶν. Thucyd. II. 82. συμπαραγενομένων κατὰ φιλίαν. 2) metaphorice: *patrocinor,* et de *iis* usurpatur, *qui in judicio periclitantibus adesse solent et ad defensionem alicujus tanquam advocati coram senatu, vel tribunali comparent.* Sic legitur in N. T. 2 Tim. IV. 16. ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον cum me primum Romæ apud Cæsarem defendi, nemo adfuit, qui mihi patrocinaretur, sed ad unum omnes me dereliquerunt. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 318 seq.

ΣΥΜΠΑΡΑΚΑΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie: *præterea voco* s. *invito,* (Xenoph. Cyrop. VIII. 1. 13.) deinde: *una consolor, hortor.* Passivum συμπαρακαλέομαι, οῦμαι, *communem consolationem,* seu *exhortationem, percipio,* interdum etiam i. q. simplex παρακαλέομαι *exhilaror, solatio erigor,* ex σὺν et παρακαλέω *rogo, precor, hortor, consolor.* Sic semel in N. T. legitur Rom. I. 12. τοῦτο δέ ἐστι συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν hoc est, vel: ut gaudium et voluptatem ex vobis percipiam; (Chrysostomus ad h. l. interpretatus est per εὐφροσύνην τὴν ἐπὶ τῆς πίστεως αὐτῶν ἐπίδοσιν.) vel: ut mutuo solatio invicem nos erigamus atque firmemus. Polyb. V. 83. 3. συμπαρακαλεῖν τινι τὰς δυνάμεις, *una cum aliquo hortari milites.* Plutarch. T. VII. p. 914. ed. Reisk. Gloss. Vet. apud Labbæum: συμπαρακαλῶ, *conrogo.*

ΣΥΜΠΑΡΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ, aor. 2. συμπαρέλαβον, *simul assumo,* etiam neglecta vi vulgari præpositionis σὺν, *assumo mihi aliquem socium, comitem adjungo,* ex σὺν et παραλαμβάνω, quod vide. Verbum hoc, omissum in plerisque Lexicis et Concordantiis in N. T., legitur Act. XII. 25. συμπαραλαβόντες καὶ Ἰωάννην assumto etiam Johanne. ibid. XV. 37 et 38. μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον, scil. ἠξίου, nolebat eum assumere. Galat. II. 1. συμπαραλαβὼν καὶ Τίτον Titum præterea comitem mihi adjungens. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur præterea in eadem notione semel tantum apud Alexandrinos Job. I. 4. συμπαραλαμβάνοντες ἅμα καὶ τὰς τρεῖς ἀδελφὰς αὐτῶν. (Locus enim Genes. XIX. 17. ubi συμπαραλαμβάνεσθαι significat: *una cum reliquis comprehendi,* alienus est a re nostra.) et Ælianum V. H. VIII. c. 7. συμπαρέλαβεν δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τοὺς ἰδιοξένους. Polyb. II. 10. 1.

ΣΥΜΠΑΡΑΜΕ'ΝΩ, fut. ενῶ, 1) proprie: *simul maneo, una permaneo,*

semper adsum, ex σὺν et παραμένω, quod vide. Menander fragm. p. 122. ed. Clerici: ἀτυχοῦντι συμπαρέμεινεν cum adversis conflictante manet. 2) *una cum aliis vivo, in vita maneo, conservor.* Sic semel legitur in N. T. Philipp. I. 25. συμπαραμενῶ πᾶσιν ὑμῖν. Alexandrini Ps. LXXII. 5. καὶ συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ καὶ πρὸ τῆς σελήνης.

ΣΥΜΠΑ'ΡΕΙΜΙ, *una, vel simul adsum,* ex σὺν et πάρειμι *adsum.* Tantum legitur in N. T. Act. XXV. 24. πάντες οἱ συμπαρόντες ἡμῖν ἄνδρες omnes viri, qui una nobiscum adestis. Conf. v. 23. Alexandrini Prov. VIII. 27. pro שָׁם אָנִי *ibi eram,* habent συμπαρήμην αὐτῷ. Adde Symmachum Job. XXXVII. 18. et Sapient. IX. 10. Polyb. V. 5. 8. et IX. 26. 5.

ΣΥΜΠΑ'ΣΧΩ, *una dolores sentio, venio in societatem dolorum, doleo alicujus sortem, in consortium malorum, quæ alter perfert, venio, easdem calamitates perfero, quas alter perfert,* i. q. συμπαθέω, ex σὺν et πάσχω *patior.* Vox hæc in Bielii Thesauro male omissa (reperitur enim apud Symm. 1 Sam. XXII. 8. pro Hebr. חָלָה seq. עַל h. e. *dolere vicem alicujus,* qua ipsa formula Vulg. ibi usus est.) bis tantum in N. T. legitur. Rom. VIII. 17. εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν dummodo in consortium malorum venerimus, quæ Christus hominum causa pertulit, ut etiam aliquando ad eandem felicitatem cum eo perveniamus. 1 Cor. XII. 26. εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη si unum corporis membrum male afficitur, simul afficiuntur omnia membra cætera. Conf. Foësium in Œconom. Hippocr. p. 358. qui docuit, etiam apud medicos Græcos συμπάσχειν de corpore humano tum usurpari, cum partes quædam, vehementi passione laborantes, reliquas quoque in consensionem secum trahunt. Adde Polyb. IV. 7. 3. et XV. 9. 4. Gloss. Vet. συμπάσχω, *compatior.* συμπάσχω σοι, *doleo vicem tui, et vicem tuam.*

ΣΥΜΠΕ'ΜΠΩ, fut. πέμψω, *una, vel simul mitto,* ex σὺν et πέμπω *mitto.* Construitur vel cum dativo, vel cum genitivo, intercedente præpositione μετά. Bis tantum legitur in N. T. 2 Cor. VIII. 18. συνεπέμψαμεν δὲ μετ' αὐτῶν misimus vero una cum ipsis. ibid. v. 22. συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς una autem cum illis misimus. Legitur præterea aliquoties apud Demosthenem, v. c. p. 80. 15. ed. Reisk. συμπέμπειν τοὺς συμπλευσομένους. ibid. p. 272. 17. et 1186. 27. ὃν συνέπεμψεν ἐπὶ τὴν τράπεζαν. Confer et Lexicon Xenophonteum s. h. v.

ΣΥΜΠΕΡΙΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. ήψομαι, proprie: *simul comprehendo,* (Polyb. VIII. 13. 4. Plutarch. T. VI. p. 48. ed. Reisk.) deinde generatim: *amplector, complector,* ex σὺν, περὶ et λαμβάνω *capio.* Semel tantum in N. T. legitur Act. XX. 10. Paulus imponebat se ipsi καὶ συμπεριλαβὼν εἶπε et complexus eum dixit. Vide ad h. l. Wetstenium. Legitur præterea in notione *circumligandi* et *circumdandi, velut veste,* apud Alexandrinos Ezech. V. 3. καὶ συμπεριλήψῃ αὐτοὺς τῇ ἀναβολῇ σου. Vulgatus habet: *et ligabis eos in summitate pallii tui.* Cf. etiam Reiskii Indicem Græcit. Demostheneæ p. 707.

ΣΥΜΠΙ'ΝΩ, fut. πώσομαι, *combibo,* (ut explicatur in Gloss. Vet.) *una,* vel *simul bibo cum aliquo,* ex σὺν et πίνω *bibo.* Construitur cum dativo vel potius ablativo. Tantum legitur in N. T. Act. X. 41. οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν qui cum eo post reditum a morte comedimus et bibimus. Sic Esther VII. 1. εἰσῆλθε δὲ βασιλεὺς καὶ Ἀμὰν συμπιεῖν τῇ βασιλίσσῃ, Hebraice לִשְׁתּוֹת עִם־מַלְכָּה. Demosthenes p. 1352. 27. edit. Reisk. συνέπινε καὶ συνεδείπνει ἐναντίον πολλῶν, ὡς ἑταίρα οὖσα. ibid. p. 1361. 15. Ælian. V. H. III. 1. Xenoph. Cyrop. V. 2. 13. Adde Symmachum Jud. V. 11.

ΣΥΜΠΙ'ΠΤΩ, *collabor, labor,* ex σὺν et πίπτω. Legitur hoc verbum in nonnullis codicibus Luc. VI. 49. καὶ εὐθέως συνέπεσε, ubi libri impressi simplex ἔπεσε habent. Gloss. Vet. συμπεπτωκώς, *lapsus, collapsus.*

ΣΥΜΠΛΗΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) *compleo, impleo, simul oppleo, una obruo,* ex σὺν et πληρόω *compleo.* Sic legitur in N. T. Luc. VIII. 23. καὶ συνεπληροῦντο et obruebantur fluctibus, vel undæ in navem irruebant, ut positum sit pro καὶ συνεπληροῦτο τὸ πλοῖον, ut in codice Colbert. e glossemate legitur. Confer Marc. IV. 37. Xenoph. Hist. Gr. I. 1. 12. Polyb. I. 36. 9. 2) συμπληροῦσθαι, si de tempore adhibetur, notat: *adesse, imminere,* ac differt a simplici voce πληροῦσθαι. Sic reperitur in N. T. Luc. IX. 51. ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ cum vero adesset tempus sui abitus ex his terris. Act. II. 1. καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς et cum advenisset dies pentecostes. Sæpius in N. T. non legitur. Confer Vorstii Philol. Sacr. cap. 6. p. 178 seq. ed. Fischeri et supra a me ad vocem πληρόω dicta. Hinc deducta est vox συμπλήρωσις, quæ legitur apud Alexandrinos 2 Paral. XXXVI. 21. et Dan. IX. 2. — Gloss. Vet. συμπληρόω, *compleo, farcio.*

ΣΥΜΠΝΙ'ΓΩ, fut. ίξω, 1) proprie: *una suffoco, præfoco, strangulo,* ex σὺν et πνίγω *fauces comprimendo neco,* quod vide supra. 2) *premo, coarcto.* Συμπνίγεσθαι etiam de eo usurpatur, *qui luctatur in turba et vix ex ea emergere valet.* Sic legitur in N. T. Luc. VIII. 42. οἱ ὄχλοι συνέπνιγον (codices nonnulli habent συνέθλιβον, sine dubio e loco parallelo Marc. V. 24.) αὐτὸν a turba urgebatur Jesus. Vulgatus: *comprimebant eum.* 3) metaphorice: *incrementum et progressum alicujus rei impedio et inhibeo,* quo sensu etiam *suffocare* a Latinis adhibetur. Matth. XIII. 22. καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου συμπνίγει τὸν λόγον et fallacium divitiarum curæ doctrinam radices in animo agere non patiuntur. Marc. IV. 7. καὶ συνέπνιξαν αὐτὸ, scilicet τὸ σπέρμα, et enecarunt illud semen, h. e. impedierunt, quo minus pullulare et germinare posset, **sie verhinderten das wachsthum des saatkorns**, *they hindered the growth of the seed.* In loco parallelo Luc. VIII. 7. legitur simplex πνίγειν et Matth. XIII. 7. ἀποπνίγειν. ibid. v. 19. συμπνίγουσι τὸν λόγον καὶ ἄκαρπος γίνεται. Luc. VIII. 14. ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται nimiis divitiarum ac voluptatum hujus sæculi curis impediuntur, quo minus constantes in doctrina christiana maneant. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΜΠΟΛΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *concivis, popularis, qui in civitatem receptus et jure civitatis donatus est,* et metaphorice: *in quamcunque societatem receptus,* i. q. πολίτης, δημότης, ex σὺν et πολίτης *civis.* Semel tantum in N. T. legitur Ephes. II. 19. συμπολῖται τῶν ἁγίων jam in numerum et societatem christianorum recepti. Damnarunt hanc vocem, tanquam minus Græcam, grammatici veteres, v. c. Julius Pollux, (Onomast. III. sect. 51.) Phrynichus, (p. 72. πολίτης λέγε, μὴ συμπολίτης, quæ verba, ut alia Phrynichi complura, exscripsit Phavorin.) Thom. M. (sub Δημότης et Πολίτης, ubi vide interpretes

p. 207 et 728 seq. ed. Bernardi,) et alii: sed immerito, quippe quam ab optimis Græcorum scriptoribus adhibitam esse, satis docuit post Grævium ad Luciani Solœcistam pag. 738. Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 209. Sic v. c. legitur apud Ælian. in V. H. III. c. 44. apud Euripidem in Theseo et Heraclidis, teste Polluce l. l. et Schol. Aristoph. in Pac. p. 692. Conf. Schol. Pindar. Olymp. IX. 120. et Wetstenii N. T. T. II. p. 245. Verbum συμπολιτεύομαι et συμπολιτεύω reperitur apud Demosthenem pag. 1431. 22. edit. Reisk. Thucyd. VI. 4. VIII. 47. et Philostratum Vit. Soph. I. c. 22. Adde Stolbergii Exercitatt. Ling. Gr. p. 86. — Gloss. Vet. συμπολίτης, *compatriota, concivis.*

ΣΥΜΠΟΡΕΥΌΜΑΙ, fut. εύσομαι, 1) proprie, *una eo, vel proficiscor, viæ comitem me do et adjungo,* ex σὺν et πορεύομαι *eo, proficiscor.* Construitur cum dativo. Luc. VII. 11. καὶ συνεπορεύοντο αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοὶ stipantibus eum sectatoribus multis. ibid. XIV. 25. συνεπορεύοντο δὲ αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ingens autem eum prosequebatur turba hominum. ibid. XXIV. 15. αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἐγγίσας συνεπορεύετο αὐτοῖς ipse Jesus accessit illisque se dedit comitem itineris. In versione Alexandrina sæpius in eadem significatione reperitur et mox cum dativo, v. c. Jud. XI. 8. (Tob. V. 7.) mox cum genitivo, intercedente præpositione μετὰ, Num. XVI. 25. XXII. 35. Genes. XIII. 15. XVIII. 16. construitur. 2) i. q. simplex πορεύομαι *eo, proficiscor, venio.* Marc. X. 1. καὶ συμπορεύονται πάλιν οἱ ὄχλοι πρὸς αὐτὸν et venit iterum ad eum turba hominum. Cf. Raphelium in Obss. Polyb. p. 139. qui docuit, Polybium hac voce interdum de uno etiam uti, qui ad alterum accedit. Sed æque commode συμπορεύεσθαι in Marci l. l. in notione *confluendi,* et *catervatim conveniendi* cum H. Stephano in Thesauro Ling. Gr. accipi potest, ut legitur hæc vox apud Alexandrinos Deut. XXXI. 11. Ezech. XXXIII. 31. et Job. I. 4. ubi cum πρὸς construitur. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΜΠΌΣΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie: *compotatio,* (conf. Cic. ad Div. IX. 24.) a συμπίνω *cum aliquo bibo.* Sirac. XXXI. 36. ἐν συμποσίῳ οἴνου. ib. XXXII. 6. XLIX. 2. Xenoph. Cyrop. VIII. 4. 7. et Hier. VI. 2. 2) *convivium.* Sic legitur Esther VII. 7. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξανέστη ἐκ τοῦ συμποσίου εἰς τὸν κῆπον, ubi in Hebraico מִשְׁתֵּה יַיִן *compotatio vini* legitur, nam שָׁתָה עִם פְּלוֹנִי notat: *convivari cum aliquo.* Esther VII. 1. 1 Macc. XVI. 16. ἐπεισῆλθοσαν τῷ Σίμωνι εἰς τὸ συμπόσιον. 2 Macc. II. 28. κῷ παρασκευάζοντι τὸ συμπόσιον. Æschin. Socr. Dial. III. 20. Cicero de Senectute c. 13. Conf. Fischeri Prolus. XII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 303 seqq. Perizon. ad Ælian. V. H. II. 18. et Eschenbach. Diss. de *symposiis sapientum,* quæ inserta extat ejus *Dissertationibus Academicis,* inprimis p. 332 seq. 3) *ipse locus, ubi convivantur homines et compotationibus tempus terunt,* ὁ τόπος εὐωχίας καὶ πόσεως, ut Hesychius recte interpretatus est. Xenoph. Cyrop. VIII. 8. 6. Vide etiam Pollucis Onom. I. 79. et VI. § 7. 4) *ipsi convivantium ordines et cœtus, ordo convivarum, discubitus, distincti per discubitus.* Sic semel in N. T. legitur Marc. VI. 39. ἀνακλῖναι πάντας (supple κατὰ) συμπόσια, συμπόσια, h. e. præcepit discipulis suis, curare, ut discumberet populus, per, seu secundum distinctos convivarum ordines, aut in certos discumbentium cœtus distributus. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 12. p. 302. et Stephanum in Thesauro Ling. Gr. T. III. p. 309.

ΣΥΜΠΡΕΣΒΎΤΕΡΟΣ, ου, ὁ, *compresbyter, una presbyter, qui una cum aliis in munere presbyteri constitutus est, officiique dignitate iis par est,* ex σὺν et πρεσβύτερος, quod vide supra. Semel tantum in N. T. legitur 1 Petr. V. 1. ubi Petrus se τὸν συμπρεσβύτερον vocat, quia æque ac reliqui christianorum presbyteri ea, quæ ad institutionem et ad externam christianorum disciplinam spectabant, cura sua dirigebat, quanquam nulli ecclesiæ adstrictus erat.

ΣΥΜΦΆΓΩ, aor. 2. συνέφαγον, infin. συμφαγεῖν *una comedo, convivor, cœno,* i. q. συνδειπνέω, συνεσθίω, ex σὺν et φάγω *edo.* Bis tantum in N. T. legitur. Act. X. 41. οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ qui cum eo comedimus et bibimus. ibid. XI. 3. καὶ συνέφαγες αὐτοῖς atque cum iis epulatus es. Alex. Exod. XVIII. 12. συμφαγεῖν ἄρτον μετὰ πενθεροῦ, ubi Hebraico אָכַל respondet. 2 Sam. XII. 17. καὶ οὐ συνέφαγεν αὐτοῖς ἄρτον, ubi Symmachus συνεδείπνησεν ἄρτον habet. Conf. etiam Symmach. Ps. CXL. 5. Eustathium ad Iliad φ', v. 76. p. 1307. 12. et Fischeri Prolus. XII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 304. et XIII. p. 322 seq.

ΣΥΜΦΈΡΩ, 1) proprie: *confero, congero, comporto ea, quæ dissipata sunt,* ex σὺν et φέρω *fero.* Act. XIX. 19. συνενέγκαντες τὰς βίβλους postquam comportarunt libros. Syrus: ܟܢܫܘ ܟܬܒܝܗܘܢ ܘܐܝܬܝܘ *congregaverunt scripta sua afferentes.* Vide supra βίβλος. Xenophont. Anab. VI. 4. 6. et 5. 4. 2) metaphorice: *conduco, prosum, utilis sum.* Hinc impersonale συμφέρει *expedit, conducit,* etiam *melius, consultius est,* et participium neutrum nominascens τὸ συμφέρον *commodum, utilitas.* Matth. V. 29, 30. συμφέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου καὶ μὴ κ. τ. λ. expedit enim, seu, præstat enim tibi, ut unum corporis membrum perdatur, quam ut, etc. De constructione verbi συμφέρειν cum ἵνα vide, quæ observavit Fischerus Prol. XVII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 412 seq. Matth. XVIII. 6. συμφέρει αὐτῷ tolerabilius fuerit illi, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον, ut legitur in loco parallelo Marc. IX. 42. Syrus: ܦܩܚ ܗܘܐ ܠܗ, Ibid. XIX. 10. οὐ συμφέρει γαμῆσαι satius erit abstinere a conjugio. Οὐ συμφέρει respondet h. l. vernaculo: **es ist nicht rathsam,** *it is not prudent.* Joh. XI. 50. ὅτι συμφέρει ἡμῖν magis conducere nobis. ibid. XVI. 7. συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω expedit vobis, ut ego abeam. ibid. XVIII. 14. Act. XX. 20. τῶν συμφερόντων quæ ad vestram utilitatem pertinerent, seu aliquid conferrent. 1 Cor. VI. 12. ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει sed non omnibus aliorum utilitas promovetur. ibid. VII. 35. τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, i. q. v. 32. θέλω δὲ ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι. ibid. X. 23. συμφέρειν et οἰκοδομεῖν tanquam synonyma permutantur. ibid. v. 33. μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. ibid. XII. 7. πρὸς τὸ συμφέρον, scil. τῆς ἐκκλησίας, coll. cap. XIV. 3, 4, 5. Act. XII. 10. In versione Alexandrina τὸ συμφέρον respondet Hebraico טוֹב *bonum, utile.* Deut. XXIII. 6. Adde Xenoph. Cyrop. III. 2. 14. Baruch IV. 3. 2 Macc. IV. 5. XI. 15. Verbum συμφέρειν apud Alexandrinos ponitur pro טוֹב Jerem. XXVI. 14. et שָׁוָה metaphorice *utilis, commodus fuit.* Esther III. 8. Adde Sirac. XXX. 18. XXXVII. 31. Diogen.

Laërt. II. s. 67. Polyb. I. 11. Aristot. ad Nicom. VIII. 12. Vide etiam Reiskii Indicem Græcit. Demosthenææ pag. 708. et interpretes ad Thom. M. p. 820. Suid. *συμφέρον· ἀγαθόν. λέγεται δὲ συμφέρον, ὅτι φέρει τὰ τοιαῦτα, ὧν συμβαινόντων ὠφελούμεθα.* 3) *συμφέρει decet, decorum est.* 2 Cor. VIII. 10. XII. 1. *καυχᾶσθαι δὴ οὐ συμφέρει μοι* quanquam indignum mea persona gloriari de rebus externis videtur. Alex. Prov. XIX. 10. pro לֹא־נָאוֶה לִכְסִיל תַּעֲנוּג habent: *οὐ συμφέρει ἄφρονι τρυφή.* Hesych. *συμφέρει· ἁρμόζει, ἀγαθόν ἐστι, συνᾴδει, συντυχεῖ, συντυγχάνει.* Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥ'ΜΦΗΜΙ, 1) proprie: *una loquor*, ex *σὺν* et *φημὶ dico.* 2) per metonymiam effecti: *assentior, adstipulor, consentio, assensum præbeo.* Demosthenes p. 668. 14. ed. Reisk. Hesych. *σύμφημι· συναινῶ, συνομολογῶ.* Schol. Eurip. Hippolyt. 266. *ξυμφήσουσι, συγκαταθήσονται, μάρτυρες ἔσονται.* Schol. Sophocl. Aj. 278. *σύμφημι δή σοι, συνομολογῶ σοι.* Suidas: *σύμφημι, συναινῶ, συνομολογῶ.* Confer. Pollux VI. 117. 3) *declaro, fateor, ita esse dico, idem dico eodem modo.* Sic semel legitur in N. T. Rom. VII. 16. *σύμφημι τῷ νόμῳ, ὅτι καλὸς* fateor *et declaro*, me utilitatem legis ac præstantiam agnoscere. Xenoph. Anab. V. 8. 4. VII. 2. 4. Cyrop. IV. 5. 12. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 57.

ΣΥΜΦΥΛΕ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *contribulis, qui est ex eadem tribu*, ex *σὺν* et *φυλέτης tribulis*, quod est a *φυλὴ tribus.* Jam, quia non solum Palæstina antiquitus divisa erat in *φυλὰς*, sed etiam Romani, Athenienses aliique populi suas civitates distribuebant in varias tribus, factum est, ut *συμφυλέται* 2) non solum dicerentur *homines ejusdem civitatis, in tribus distributæ*, sed etiam generatim *populares, qui sunt ex eadem gente, concives, ὁμόεθνοι, συμπολῖται.* Sic semel tantum legitur in N. T. 1 Thess. II. 14. *ὅτι ταὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ἀπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν* nam a popularibus vestris (a Thessalonicensibus) iisdem malis affecti estis. Legitur hæc vox, quam æque ac *συμπολίτης* damnant grammatici veteres, apud Isocratem in Panathenaic. p. 790. *προκριθέντας ὑπὸ τῶν συμφυλετῶν καὶ τῶν δημοτῶν.* Hesych. *συμφυλετῶν· ὁμοεθνῶν.* Suid. *συμφυλετῶν· ὁμοεθνῶν, συγγενῶν.* Idem: *συμφυλέτης· ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς, ὅ ἐστιν ὁμόφυλος.* Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 300.

ΣΥ'ΜΦΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *una plantatus, congenitus, una natus*, et dicitur partim de plantis, arboribus, etc. quæ uno eodemque loco satæ ac plantatæ sunt et una progerminant ac pullulant; partim de cognatis, ex *σὺν* et *φύω nascor.* Sic legitur apud Alexandrinos Zachar. XI. 2. *ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος.* Etym. M. *ξύμφυτος· ὁ συγγενής, ἀπὸ τοῦ ξὺν καὶ φύω.* Hinc *σύμφυτος* 2) metaphorice ad *omnia* transfertur, *quæ in unum coaluerunt et sunt arctissime invicem conjuncta.* Sic semel legitur in N. T. Rom. VI. 5. *εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ* si enim conjuncti sumus cum Christo per mortis similitudinem. Zonaras Lex. c. 1691. adducto hoc loco *σύμφυτον* interpretatus est *συμμέτοχον.* Joseph. A. J. VI. 3. 2. *σύμφυτον δικαιοσύνην constans justitiæ studium.*

ΣΥΜΦΥ'Ω, fut. *ύσω*, *una nasci facio, una sero, seu planto*, et metaphorice: *coalescere facio, coagmento, conjungo.* Συμφύομαι *simul enascor, una seror, aut plantor, simul propullulo et progermino*, et metaphorice: *conjungor*, ex *σὺν* et *φύω nascor.* Semel tantum in N. T. legitur Luc. VIII. 7. *συμφυεῖσαι* (aor. 2. pass. partic.) *αἱ ἄκανθαι* spinæ simul enatæ. Præterea legitur Sapient. XIII. 13. *ξύλον σκολιὸν καὶ ὄζοις συμπεφυκός.* Plutarch. T. I. p. 552. ed. Reisk. Theophrast. Hist. Plant. IX. 2. et M. Antoninus VIII. 34. qui hoc verbo usus est de membro hominis, ante rescisso, quod iterum reliquis jungitur et coalescit. Alia loca multa congessit Wetstenius in Obss. ad N. T. T. I. p. 706.

ΣΥΜΦΩΝΕ'Ω, ῶ, fut. *ήσω*, 1) proprie: *consono, concino, ex diversis vocibus unum facio concentum.* Vocabulum proprium musicorum, ex *σὺν* et *φωνέω vocem emitto.* Hinc *συμφωνία concentus musicus*, quod vide infra. Hinc 2) *congruo, similis sum, convenio, aptus sum.* Sic legitur in N. T. Luc. V. 36. *τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ* non enim veteri panno aptum est recens assumentum. Aristoteles Politic. VII. c. 15. *ταῦτα γὰρ δεῖ πρὸς ἄλληλα συμφωνεῖν συμφωνίαν τὴν ἀρίστην.* 3) *consentio, una testimonium perhibeo ac acclamo.* Act. XV. 15. *καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν* et cum hac narratione consentiunt prophetarum oracula. 4) *convenio de aliquo, communi consensu aliquid paciscor, societatem ineo.* Matth. XVIII. 19. *ἐὰν δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς* si convenerit inter duos e vobis in his terris. ibid. XX. 2. *συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν* postquam pactus erat cum operariis denario in diem. ibid. v. 13. Act. V. 9. *τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν;* quare conventum est inter vos? (Sensu malo reperitur quoque apud Aristotel. Polit. IV. 12. et Diodor. Sic. XII. 83.) Xenoph. Hist. Gr. I. 3. 7. Polyb. VII. 9. 11. Genes. XIV. 3. *πάντες οὗτοι συνεφώνησαν* (Aquila *συνέβαλον*, Symmachus *συνῆλθον*,) *ἐπὶ τὴν φάραγγα*, ubi in Hebraico legitur חָבַר *consociatus fuit, convenit.* 2 Reg. XII. 8. *καὶ συνεφώνησαν οἱ ἱερεῖς τοῦ μὴ λαβεῖν κ. τ. λ.* Ies. VII. 2. Sæpius in N. T. non legitur. Phavorinus: *συμφωνῶ, συνᾴδω — συντίθεμαι.*

ΣΥΜΦΩ'ΝΗΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *vocis*, seu *soni concentus*, a *συμφωνέω*, quod vide. 2) metaphorice: *consensus, concordia, convenientia, conjunctio, communio.* Sic semel legitur in N. T. 2 Cor. VI. 15. *τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαλ;* qualis vero consensus est Christo cum Belial?

ΣΥΜΦΩΝΙ'Α, ας, ἡ, *symphonia, concentus musicus, convenientia vocum et sonorum, consonantia, harmonia*, a *συμφωνέω*, quod vide. Tantum exstat in N. T. Luc. XV. 25. *ἤκουσε συμφωνίας* audivit concentum musicum. Vulgatus habet: *symphoniam.* Vide ad h. l. Wetstenium. Reperitur præterea hæc vox Dan. III. 5, 7, 10, 15. in versione Alexandrina pro Chald. סוּמְפֹּנְיָה quod ex Græco factum est et idem significat. Polyb. XXVI. 10. 5.

ΣΥ'ΜΦΩΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *consonus, consonans voce*, seu *sono, cum alio consentiens*, ex *σὺν* et *φωνὴ vox.* Plutarch. T. VI. p. 442 et 527. ed. Reisk. 2) metaphorice: *consors, consentiens, conveniens*, et *τὸ σύμφωνον, pactum, contractus*, i. q. *συνθήκη*, apud Arrian. Diss. Epict. I. 9. 27. ubi vide Intt. Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. VII. 5. *εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου* nisi id fiat utriusque partis consensu. Reperitur præterea in versione Alexandrina Cohel. VII. 15. *καί γε τοῦτο σύμφωνον τούτῳ ἐποίησεν ὁ Θεός.* Polyb. VI. 36. 5. et XXX. 8. 7. Hesych. *συμφώνων· ὁμοίων.* Lex. Cyrilli MS. Brem. *σύμφωνον· ὅμοιον, ἴσον.* Gloss. Vet. apud Labbæum p. 177. *σύμ-*

φωνος, συνθήκη, *pactum*. Lege σύμφωνον.

ΣΥΜΨΗΦΙ'ΖΩ, fut. ίσω, aor. 1. συνεψήφισα, *computo, supputo*; ex σὺν et ψηφίζω *calculis computo*, a ψῆφος *calculus*. Semel tantum in N. T. legitur Act. XIX. 19. συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν computarunt pretia ipsorum. Aristoph. Lysistr. v. 142. et schol. Biset. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 35. *Computat*, συμψηφίζεται (Lege συμψηφίζει), ψηφίζει. Legitur quoque hæc vox apud LXX Jerem. XXIX. 20. sec. cod. Alex.

ΣΥ'ΜΨΥΧΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *unanimis, consors, qui ejusdem animi ac sententiæ est, qui consentit, idem statuit*, i. q. ἰσόψυχος, ex σὺν et ψυχὴ *animus*. Tantum reperitur in N. T. Phil. II. 2. σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες unanimes, unum idemque sentientes. Vide ad h. l. Wolfium in Curis Philol. T. III. p. 196.

ΣΥ'Ν. Præpositio, quæ semper dativum regit, vel potius ablativum, et extra compositionem notat: 1) *cum, una cum*, de *persona, re, forma, modo, usu*, connotans *societatem, auxilium, commercium, communionem, comitatum, favorem, sectationem*, etc. Matth. XXVI. 35. κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν si vel tecum moriendum mihi esset. ibid. XXVII. 38. Marc. IV. 10. VIII. 33. Luc. V. 19. σὺν τῷ κλινιδίῳ. ibid. XXIV. 21. 1 Cor. V. 4. Matth. XXV. 27. σὺν τόκῳ cum fœnore. Act. I. 14. σὺν γυναιξὶ una cum mulieribus. ibid. v. 17, 21. XVII. 4. οἱ μὲν ἦσαν σὺν τοῖς Ἰουδαίοις, οἱ δὲ σὺν ἀποστόλοις alii stabant a partibus Judæorum, alii cum apostolis faciebant. ibid. IV. 13. V. 17, 21. XIX. 38. XXII. 9. XXVI. 13. Xenoph. de Rep. Laced. XIII. 1. οἱ σὺν αὐτῷ comites ejus. Idem de Mag. Equit. V. 14. VI. 1. σὺν Θεῷ auxilio divino. Conf. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 621 seq. ed. Zeunii. 2) *apud*. Marc. II. 26. τοῖς σὺν αὐτῷ. Luc. I. 56. mansit vero Maria σὺν αὐτῇ apud illam. ibid. II. 13. VII. 9. VIII. 38. Act. IV. 13. Coloss. II. 5. 1 Thess. IV. 17. Philipp. I. 23. Sic עִם apud Hebræos usurpatur Gen. XXVII. 44. Levit. XXV. 36. 2 Sam. VI. 7. 1 Paral. XII. 39. 3) *præter, super*. Luc. XXIV. 21. σὺν πᾶσι τούτοις præterea, seu, et quod accedit. Ita עִם Ps. LXXIII. 25. מִי לִי בַשָּׁמָיִם וְעִמְּךָ לֹא־חָפַצְתִּי בָאָרֶץ quia nemo præter te mihi in cœlis et præter te nihil desidero in terra. 4) *inter*. Act. II. 14. σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς tum Petrus inter undecim surgens ita eos est allocutus. Eodem modo עִם sumitur Psalm. LXIX. 29. Ies. XXXVIII. 11. Genes. XXXI. 50. 5) *æque ac, simili modo*. Rom. VIII. 32. Galat. III. 9. σὺν τῷ πιστῷ Ἀβραὰμ pro ὥσπερ ὁ πιστὸς Ἀβραάμ. Eandem significationem habet quoque עִם Cohel. II. 16. 1 Paral. XXV. 8. Psalm. CVI. 6. et σὺν in verbis compositis συμπάσχειν, συνδοξάζεσθαι et aliis. 6) reticetur interdum, v. c. Apoc. VIII. 4. ante ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων, Matth. XXVI. 4. ante δόλῳ. Matth. V. 40. ante σοί, 1 Cor. XI. 5. ante τῇ ἐξυρημένῃ, et Apoc. VIII. 4. ante ταῖς προσευχαῖς, ubi videndus Palairetus. Exempla hujus ellipseos in libris Hebraicis V. T. collegit Noldius in Concordantiis Particularum Veteris Testamenti pag. 576 seq. Confer etiam Casaubonum ad Polyæni Strategem. I. c. 2. p. 14. et Jensii lectiones Lucianeas II. 20. p. 283 seq.

ΣΥΝΑ'ΓΩ, fut. άξω, 1) generatim et vi etymologiæ *conducere* significat, sive in unum locum, sive in unum cœtum, ex σὺν et ἄγω *duco*. Hinc speciatim 2) *colligo, confero*, v. c. triticum et alias fruges terræ in horrea. Matth. III. 12. συνάξει τὸν σῖτον αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην colliget frumentum suum in horrea. (coll. Mich. IV. 12.) ibid. VI. 26. XII. 30. ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει qui non mecum colligit, (h. e. me non adjuvat,) is mea dissipat. ibid. XIII. 30, 47. ubi de reti adhibetur ἐκ παντὸς γένους (scil. ἰχθύων) συναγαγούσῃ omnis generis pisces colligente, seu capiente. ib. XXV. 24, 26. ubi συνάγειν elliptice ponitur pro συνάγειν καρποὺς *fructus colligere, messem facere*. Luc. III. 17. XI. 23. XII. 17, 18. XV. 13. συναγαγὼν ἅπαντα collectis omnibus, quæ scilicet possidebat. Xenoph. Ephes. Lib. III. p. 40. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 758. Joh. IV. 36. καὶ συνάγει καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον et colligit quasi sibi fructus in vitam æternam. ib. VI. 12, 13. XV. 6. Respondet in hac significatione apud Alexandrinos Hebraico אָסַף *collegit*, Exod. XXIII. 10. Levit. XXV. 3, 20. אָצַר *recondidit in thesaurum*, Ies. XXXIX. 6. adde Deut. XIX. 5. Ps. XXXII. 7. Cohel. II. 8. ubi Symmachus ἀθροίζειν habet, etiam τῷ לָקַח apud LXX Exod. XIV. 6. sec. cod. Oxon. ubi reliqui libri συναπάγειν habent, ut adeo appareat, συνάγειν *abducendi* notionem h. l. adjunctam habere. 3) *congrego, convoco, convenire alios jubeo, cogo*, συνάγομαι *convenio, confluo*, i. q. συνέρχομαι. Matth. II. 4. καὶ συναγαγὼν πάντας τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ et coacto senatu summorum sacerdotum et legis peritorum. ib. XIII. 2. συνήχθησαν πρὸς αὐτὸν confluxerunt ad eum. ibid. XVIII. 20. συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα convenientes mea auctoritate. ib. XXII. 10, 34. συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ coiverunt. ib. v. 41. XXIV. 28. συναχθήσονται οἱ ἀετοὶ advolabunt aquilæ. ib. XXV. 32. συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη sistentur tribunali ejus omnes homines. ib. XXVI. 3. συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς coiverunt pontifices. ib. v. 57. XXVII. 17, 27. συνήγαγον convocarunt, ib. v. 62. XXVIII. 12. Marc. II. 2. IV. 1. ubi pro συνάγονται in loco parallelo Matth. XV. 1. legitur προσέρχονται. Ibid. V. 21. VI. 30. VII. 1. Luc. XVII. 37. XXII. 66. Joh. XI. 47. XVIII. 2. ὅτι πολλάκις συνήχθη ὁ Ἰησοῦς ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ quod Jesus sæpius illuc cum discipulis suis convenire solebat, seu convenerat. ib. XX. 19. Act. IV. 5, 26. συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ *conspirarunt* contra Deum et adversus ejus Christum. ib. v. 27. συνήχθησαν ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν *conspirarunt* contra sanctum tuum filium, Jesum. ib. v. 31. XI. 26. ἐγένετο δὲ αὐτοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ cum ecclesia Antiochena per integrum annum versati sunt. ibid. XIII. 44. XIV. 27. XV. 6, 30. XX. 7, 8. 1 Cor. V. 4. συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος in conventu vestro, cui et ego, absens quidem corpore, animo saltem intererо, coll. v. 3. et Coloss. II. 5. Apoc. XIII. 10. εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει si quis captivos cogit et abducit. ibid. XVI. 14, 16. XIX. 17. δεῦτε καὶ συνάγεσθε, s. συνάχθητε, agite advolate. ibid. v. 19. XX. 8. Adde Nehem. VI. 2. συναχθῶμεν ἐπὶ τὸ αὐτό. 2 Paral. XI. 12. καὶ οἱ ἱερεῖς συνήχθησαν πρὸς αὐτόν. Jer. LI. 44. Ps. II. 2. 2 Paral. X. 6. καὶ συνήγαγεν ὁ βασιλεὺς τοὺς πρεσβυτέρους. 1 Macc. I. 4. III. 53. συνῆκται τὰ ἔθνη ἐφ' ἡμᾶς τοῦ ἐξᾶραι ὑμᾶς. Suid. συνάγω· αἰτιατικῇ,

4

συναθροίζω. Conf. etiam Dresigium de Verbis Mediis N. T. I. 125. p. 459 seq. ed. Fischeri. 4) metaphorice: *conjungo, in unam societatem cogo.* Joh. XI. 52. ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ εἰς ἓν, sc. σῶμα, seu ἔθνος, sed ut etiam dispersos Dei cultores in unum cœtum conjungeret, seu ad unam fidem convocaret; ubi συνάγειν aperte non conjunctionem loci, sed societatem et animorum conjunctionem sub uno capite significat, ut idoneis veterum locis demonstravit Kypkius in Obss. Sacr. T. I. p. 392. et Wetstenius N. T. T. I. p. 920. 5) *hospitio excipio, excipio et suscipio aliquem benevole et humaniter,* quo sensu et *recolligere* legitur apud Justinum XXXIII. 4. Matth. XXV. 35. ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με hospitem me humaniter ac benevole excepistis. ib. v. 38 et 43. Omissum est εἰς οἰκίαν, vel εἰς τὸν οἶκον, ut plene legitur in versione Alexandrina Jud. XIX. 15. οὐκ ἦν ἀνὴρ συνάγων αὐτοὺς εἰς οἰκίαν. Vide et v. 18. 2 Sam. XI. 29. συνήγαγεν αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. In omnibus his locis in Hebraico legitur אָסַף *collegit.* Hospitalitas a Judæis vocatur בְּנֶסֶת אֹרְחִים συναγωγὴ ξένων. Confer. etiam Kypke Obss. Sacr. T. I. p. 128. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΑΓΩΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *collectio, congregatio, coacervatio,* (Polyb. I. 17. 9. et XXVII. 12. 2.) *contractio,* interdum adeo *ea ipsa, quæ colliguntur vel collecta sunt* (v. c. apud Antigonum Carystium Hist. Mirab. cap. 32. ἐκ τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους συναγωγῆς ex Aristotelis collectaneis.) a præt. med. συνήγαγα, verbi συνάγω *congrego, colligo.* Alex. Job. VIII. 17. ἐπὶ συναγωγῇ λίθων. Ies. XIX. 6. XXXVII. 25. συναγωγὴ ὑδάτων. Strabo II. p. 177. πολλὴ γὰρ συναγωγὴ τοῦ πλάτους πρὸς τοῖς ἄκροις εὑρίσκεται, et apud Diogenem II. s. 129. συναγωγὴ de congregatione philosophorum ad convivium usurpatur. De *convocatione populi* legitur apud Polyb. IV. 7. 6. 2) per metonymiam: *locus congregationis, locus, in quo conventus et consessus habetur,* et speciatim: *locus publicus, in quo Judæi convenire solebant, ut instituerentur in lege Mosaica et preces peragerentur,* qui a Judæis בֵּית הַכְּנֶסֶת dictus est. Primitus ædificia hæc, conventibus sacris apud Judæos destinata, in campis et agris exstruebantur, juxta glossam ad Babyl. Berachoth s. 21. postea vero, cum in urbes introducerentur, ibi tamen in altioribus locis posita sunt, ut reliquas ædes eminerent. Hierosolymis CCCCLXXX synagogas fuisse, traditur a Rabbinis, v. c. in Cod. Megilla f. 73. et Pesichta R. Menahem. In synagogis, quæ tanta in reverentia Judæis erant, ut in illis nec edere nec garrire liceret, immo nec præterire eas precum tempore permissum esset, ordinarie conveniebant Judæi septimo, quinto et secundo singularum hebdomadum die. Conf. Buxtorfii librum de Synagoga Judaica. Lightfooti Hor. Hebr. et Talmud. p. 72. 251. Vitringam de Synagoga Vetere. Franeck. 1696. 4. Wetstenii N. T. T. I. pag. 278. et alios scriptores, quos laudat Wolfius in Bibl. Hebr. T. II. pag. 924. IV. pag. 446. et Kœcherus in Nova Bibl. Hebr. P. II. p. 166 seq. Matth. IV. 23. διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν docens in synagogis Judaicis Galilææ. ibid. VI. 2, 5. IX. 35. X. 17. ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν μαστιγώσουσιν ὑμᾶς et in synagogis suis vos flagellabunt. In synagogis Judæorum fuisse sumtas pœnas civiles et speciatim flagellandi pœnam inflictam, partim ex h. l. partim ex Act. XXII. 19. satis constat. Vide Seldenum de Synedrio I. 7. p. 105. et Vitringam de Synagog. Vet. p. 774. et in Archi-Synagogo p. 351. Non opus itaque est, ut συναγωγὴ h. l. de *conventu civili et juridico* cum Grotio accipiatur; nam diserte a συνεδρίῳ distinguitur. Matth. XII. 9. XIII. 54. ἐδίδασκεν αὐτοὺς ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν. ibid. XXIII. 6. πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς primam in synagogis sedem. ibid. v. 34. μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν. Marc. I. 21, 23, 29, 39. III. 1. VI. 2. XII. 39. XIII. 9. Luc. IV. 15, 16, 20, 28, 33, 38. ἀναστὰς δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς discedens vero e synagoga. ibid. v. 44. VI. 6. VII. 5. VIII. 41. ἄρχων τῆς συναγωγῆς. Vide supra ἄρχων et ἀρχισυνάγωγος. ibid. XI. 43. XII. 11. XIII. 10. XX. 46. XXI. 12. Joh. VI. 59. XVIII. 20. Act. VI. 9. IX. 2, 20. XIII. 5, 14, 42. XIV. 1. XV. 22. XVII. 1, 10, 17. XVIII. 4, 7, 19, 26. XIX. 8. XXII. 19. XXIV. 12. XXVI. 11. Jacob. II. 2. συναγωγὴ est locus, in quo conventus sacri christianorum habebantur. 3) *cœtus, in synagoga congregatus.* Act. III. 43. λυθείσης δὲ τῆς συναγωγῆς dimissa synagoga. De *congregatis* legitur quoque apud Symm. Ies. LVII. 13. ubi Hebr. קִבּוּץ respondet, quod *omne* notat, *quod collectum et congregatum est.* 4) *sectatores, qui ad cœtum aliquem pertinent.* Apoc. II. 9. III. 9. συναγωγὴ τοῦ Σατανᾶ homines impii, ad regnum Satanæ quasi pertinentes.

ΣΥΝΑΓΩΝΙ'ΖΟΜΑΙ, futur. ίσομαι, 1) proprie: *una cum aliquo certo, concerto, certamen adjuvo, certaminis socius sum,* ex σὺν et ἀγωνίζομαι *certo, certamen ineo, in certamen venio.* Thucyd. III. c. 64. Plutarch. T. II. pag. 214. Ælian. V. H. XII. 43. Conf. Elsnerum ad Rom. XV. 30. 2) metaphorice: *opem fero, adjuvo aliquem, in societatem alicujus rei venio.* Sic semel legitur in N. T. Rom. XV. 30. adhortor vero vos συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς ut mecum pro salute mea preces ad Deum fundatis, aut, ut me laborantem precibus studiose adjuvetis. Simili modo apud Græcos συναγωνίζεσθαι de *iis* usurpatur, *qui periclitanti in judicii certamine adsunt et patrocinantur,* (ut docuit Bisetus ad Aristophan. Thesmophor. v. 1070. et e loco Plutarch. T. II. pag. 212. εἶτα κρινομένοις πάλιν οὐ βοηθῶν καὶ συναγωνιζόμενος, οἰκείους ἐποιεῖτο satis apparet.) de *studiose et omni opera adjuvantibus laborantem,* (Conf. Reitzium ad Lucian. T. II. pag. 646.) etiam de *auxilium ferentibus injuria affectis,* (Menander p. 2. ed. Clerici: εἴπερ τὸν ἀδικοῦντ' ἀσμένως ἠμύνετο ἕκαστος ἡμῶν, καὶ συνηγωνίσατο.) *et omnino omnibus, qui alicui quocunque modo prosunt.* Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 96. Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. pag. 708. et Etym. M. συναγωνίζεσθαι σημαίνει βοηθεῖν, ἀλλὰ κυρίως ἐν τῷ ἀγῶνι. Gloss. Vet. συναγωνίζομαι, *opitulor, concerto.* Æque late patet vox

ΣΥΝΑΘΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, quæ 1) proprie quidem notat: *una, vel simul certare, socium et adjutorem certaminis esse,* aut *una cum aliis se exercere in gymnasio,* ex σὺν et ἀθλέω *certo, certamen ineo,* quod vide supra. 2) vero metaphorice significat: *una cum aliquo laborare, communem operam dare, studiose et omni opera adjuvare laborantem.* Sic bis tantum in N. T. legitur. Philip. I. 27. μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου unanimi consensu operam dantes observationi religionis christianæ, seu propagationem religionis christianæ adjuvantes. ibid. IV. 3. αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι

quæ me in doctrina christiana tradenda et propaganda omnibus modis adjuverunt.

ΣΥΝΑΘΡΟΙΊΖΩ, fut. οίσω, *congrego alios.* Medium συναθροίζομαι, futur. οίσομαι, *me congrego ipse,* h. e. *convenio,* ex σὺν et ἀθροίζω *colligo, congero, congrego.* Ter tantum in N. T. legitur. Luc. XXIV. 33. καὶ εὗρον συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα repererunt congregatos undecim apostolos. Act. XII. 12. οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι ubi erant multi precum causa congregati. ibid. XIX. 25. οὓς συναθροίσας, καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας his et aliis ejusmodi rerum opificibus convocatis. Alexandrini hac voce usi sunt pro הִקְהִיל *congregavit, convocavit cœtum,* et נִקְהַל *convocatus est,* Exod. XXXV. 1. Num. XX. 2. Jos. XXII. 12. עִוּשׁ *convenire,* Joël III. 11. נוֹעַד *congregatus fuit,* Numer. XVI. 11. et קִבֵּץ *collegit, congregavit.* 1 Paral. XI. 1. 2 Sam. II. 25, 30. Adde 1 Macc. I. 55. 2 Macc. X. 24. ἵππους συναθροίσας οὐκ ὀλίγους. ibid. XI. 2. Ælian. Hist. Anim. VII. 7. ὄρνιθες δὲ ἀθροιζόμενοι περὶ τὰς λίμνας καὶ ποταμῶν ὄχθας. Diodor. Sic. XIII. pag. 385. Xenoph. Anab. VI. 5. 19. VII. 2. 5.

ΣΥΝΑΙΡΩ, fut. αρῶ, 1) proprie: *una cum alio tollo et aufero,* ex σὺν et αἴρω *sursum tollo, sumo, aufero, porto,* quod vide supra. Plutarch. T. VIII. p. 615. edit. Reisk. Hinc 2) *confero, opitulor, adjuvo, alicui rei operam navo et manus admoveo, socium me adjungo,* metaphora desumta ab onere, quod plures simul apprehensum in humeros attollunt et sibi imponunt. Demosthen. p. 16. 5. edit. Reisk. ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα. ibid. p. 1449. 14. Thucyd. IV. cap. 10. οἱ ξυναράμενοι τοῦδε τοῦ κινδύνου. 3) συναίρειν λόγον *conferre rationes, dispungere rationes,* ut jurisconsulti et Seneca loquuntur. Sic ter tantum in N. T. legitur. Matth. XVIII. 23. ὃς ἠθέλησε συνᾶραι λόγον μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ qui voluit conferre rationem cum servis suis. ibid. v. 24. ἀρξαμένου δὲ αὐτοῦ συναίρειν, scilicet λόγον, quod additur cap. XXV. 19. — Etym. M. ξυνάρασθαι· συναρμόσασθαι, συγκαταθέσθαι. Confer Mori Indic. Græcit. in Xenoph. Anabasin s. h. v.

ΣΥΝΑΙΧΜΑΛΩΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *una captivus, captivitatis socius,* ex σὺν et αἰχμάλωτος *captivus.* Rom. XVI. 7. τοὺς συγγενεῖς μου καὶ συναιχμαλώτους μου et generis propinquitate et vinculorum societate mecum conjuncti. Col. IV. 10. Philem. v. 23. ὁ συναιχμάλωτός μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ qui una mecum ob religionem christianam captivus est. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. apud Labbæum: συναιχμάλωτος, *concaptivus.*

ΣΥΝΑΚΟΛΟΥΘΕΩ, ῶ, futur. ήσω, *una sequor, comitor, itineris socius sum, etiam sector, imitor,* ex σὺν et ἀκολουθέω *sequor,* quod vide supra. Bis tantum in N. T. legitur. Marc. V. 37. καὶ οὐκ ἀφῆκεν οὐδένα αὐτῷ συνακολουθῆσαι, εἰ μὴ Πέτρον, nec permisit, quenquam se comitari, nisi Petrum. Luc. XXIII. 49. αἱ συνακολουθήσασαι αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας quæ e Galilæa cum eo venerant. Reperitur præterea apud Alex. Num. XXXII. 11. οὐ γὰρ συνηκολούθησαν ὀπίσω μου, et apud Demosthen. p. 1532. 10 et 25. ed. Reisk. Adde Xenoph. Anab. II. 5. 6. et Plutarch. T. V. p. 67. ed. Reisk. Gloss. Vet. συνακολουθῶ, *consequor.*

ΣΥΝΑΛΙΖΩ, fut. ίσω, et medium συναλίζομαι, *colligo, in unum congrego, convoco, coacervo,* ex σὺν et ἁλίζω *congrego, colligo,* (Suid. ἁλίσας· συναθροίσας. — ἁλίσασα· συναθροίσασα.) quod est ab ἅλις *confertim, coacervatim, satis, abunde,* unde ἁλία *coacervatio, congregatio.* Semel tantum in N. T. legitur Act. I. 4. καὶ συναλιζόμενος (hæc enim est unice vera lectio, et cæteræ συναυλιζόμενος et συναλισκόμενος rejiciendæ sunt) παρήγγειλεν αὐτοῖς et congregatis apostolis præcepit. Vulgat. habet *convescens.* Derivavit nempe, æque ac Syrus et Arabs, quos etiam Chrysostomus secutus est, ab ἅλς, seu ἅλας, et ei tribuit notionem, in qua etiam apud Athenæum Deipnos. II. 3. reperitur. Alii reddere malunt: *conveniens.* Conf. Dresigius de Verbis Mediis N. T. I. 128. p. 402 seq. ed. Fischeri et Elsneri Obss. Sacr. T. I. pag. 355. Activum συναλίζειν in *congregandi* notione legitur apud Eurip. Heraclid. v. 404. χρησμῶν δ' ἀοιδοὺς πάντας εἰς ἓν συναλίσας. Herodot. I. cap. 125. VII. 113. Josephum A. J. VIII. c. 4. s. 1. Jamblichum Vit. Pythag. § 253. pag. 203. Xenoph. Cyrop. I. 4. 14. Συναλίζεσθαι *congregari, convenire* reperitur apud Xenoph. Anab. VII. 3. 28. Jamblich. Vit. Pythagor. c. 85. p. 44. Herodot. I. 62. Alberti Glossar. N. T. p. 61. συναλιζόμενος· συναθροιζόμενος καὶ συνὼν αὐτοῖς. Hesych. συναλιζόμενος· συναλισθείς, συναχθείς, συναθροισθείς. Etym. M. ξυναλιζόμενοι· συναθροιζόμενοι, ἢ συνεσθίοντες, κ. τ. λ. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 178. συναλίζεται, *convestitur.* Scribendum: *convescitur.* Conf. Krebs. Obss. Flav. pag. 161. Wetstenii N. T. T. II. p. 456 seq. et Wolfii Curas Philol. in N. T. T. I. p. 1003.

ΣΥΝΑΝΑΒΑΙΝΩ, fut. βήσομαι, 1) proprie: *simul* vel *una cum aliquo ascendo, conscendo,* (ut explicatur in Gloss. Vet.) ex σὺν et ἀναβαίνω *ascendo,* quod vide. Lucian. in Charidemo T. II. pag. 792. ἠξίουν δ' αὐτὴν αὐτοῖς συναναβαίνειν τὸ ἅρμα. Plutarch. T. VII. p. 552. ed. Reisk. 2) *una proficiscor ad regionem superiorem, una iter facio ad loca edita,* et speciatim de iis usurpatur, qui una cum aliis Hierosolymam, in monte sitam, petebant. Sic bis in N. T. legitur. Marc. XV. 41 καὶ ἄλλαι πολλαὶ αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἱεροσόλυμα et aliæ multæ, quæ una cum eo Hierosolymam profectæ erant. Act. XIII. 31. τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας εἰς Ἱερουσαλὴμ qui simul cum eo e Galilæa Hierosolymam profecti erant. Respondet in hac significatione Hebraico עָלָה apud Alexandrinos Genes. L. 9, 14. Exod. XII. 38. XXIX. 2. Num. XIII. 32. 2 Paral. XVIII. 2. Adde 3 Esr. V. 3. VIII. 5, 30. Ælian. V. H. III. cap. 17. Lucian. in Charidemo T. II. pag. 795. τὸν εἰς Ἴλιον συναναβάντα τοῖς Ἀχαιοῖς. Xenoph. Anab. V. 4. 8.

ΣΥΝΑΝΑΚΕΙΜΑΙ, fut. είσομαι, *simul discumbo, una accumbo, cœno, conviva sum,* i. q. συνδειπνέω et συνανακλίνομαι, (quod legitur apud Lucian. in Asino T. II. pag. 78.) ex σὺν et ἀνάκειμαι *accumbo, discumbo.* Matth. IX. 10. συνανέκειντο τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ una cum Jesu et discipulis ejus aderant in isto convivio. ibid. XIV. 9. διὰ τοὺς συνανακειμένους ob convivas. Marc. II. 15. VI. 22, 26. Luc. VII. 49. καὶ ἤρξαντο οἱ συνανακείμενοι λέγειν ἐν ἑαυτοῖς tunc convivæ apud se cogitabant. ibid. XIV. 10, 15. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΑΝΑΜΙΓΝΥΜΙ, fut. ξω, 1) *simul,* vel *una commisceo,* et de *liquidis* usurpatur, ex σὺν, ἀνὰ et μίγνυμι *misceo.* Herodot. I. c. 202. pag. 82. 2) metaphorice in medio συναναμίγνυμαι: *familiariter aliquo utor, commercium et rem cum aliquo habeo, consocior, conversor.* Sic ter tantum in N. T. legitur. 1 Cor.

V. 9. μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις ne scortatoribus familiariter utamini, atque cum illis versemini. ibid. v. 11. 2 Thess. III. 14. καὶ μὴ συναναμίγνυσθαι αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ et ne commercium habeatis cum illo, ut pudore suffundatur. Præterea legitur pro הִתְבַּלֵּל in versione Alex. Hos. VII. 8. Ἐφραὶμ τοῖς λαοῖς αὐτοῦ συνανεμίγνυτο. Hinc substantivum συνανάμιξις commixtio, consociatio, quod legitur ibidem Dan. XI. 23. pro הִתְחַבְּרוּת consociatio, καὶ ἀπὸ τῶν συναναμίξεων πατρὸς αὐτοῦ. Nec aliter adhibentur composita συμμίσγεσθαι, (v. c. apud Herodot. I. c. 138. Diogen. Laërt. VII. sect. 7 et 8.) συμμίγνυσθαι, (quod de venerea consuetudine usurpatur apud Herodot. VI. c. 138. et Plutarch. T. II. pag. 312.) ἀναμίσγεσθαι (Herodot. I. c. 199.) et simplicia μίσγεσθαι apud Diod. Sic. IV. p. 265. Herodot. II. c. 64 et 66. ac μίγνυσθαι apud Plutarch. T. II. pag. 101. et Diog. Laërt. Procem. sect. 5.

ΣΥΝΑΝΑΠΑΥ´ΟΜΑΙ, fut. σομαι, 1) proprie: *una, vel simul cum alio quiesco, una recubo,* ex σὺν et ἀναπαύομαι *quiesco,* quod vide supra. Sic de corporis quiete usurpatur apud Alexandrinos pro Hebr. רָבַץ *cubuit, accubuit, decubuit.* Hinc ad animum transfertur et 2) metaphorice notat: *una refocillari, simul vel una recreari et voluptatem percipere.* Sic semel in N. T. legitur Rom. XV. 32. ἵνα συναναπαύσωμαι ὑμῖν ut una vobiscum (ex mutua scilicet nostra constantia in religione christiana) voluptatem capiam. Alii reddere malunt: ut e vobis voluptatem capiam; ut συναναπαύεσθαι positum sit pro simplici ἀναπαύεσθαι. Adde Plutarch. T. I. p. 84. et T. V. p. 369. ed. Reisk.

ΣΥΝΑΝΤΑ´Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *occurro, obviam eo, vel procedo alicui, obvius fio,* i. q. ἀπαντάω et ὑπαντάω, ex σὺν et ἀντάω *occurro, obviam eo,* quod est ab ἄντα, per syncopen pro ἄντια *coram.* Sic legitur in N. T. Luc. IX. 37. συνήντησεν αὐτῷ ὄχλος πολὺς occurrit illi populus multus. ib. XXII. 10. Act. X. 25. συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος obviam ipsi processit Cornelius. Hebr. VII. 1, 10. de Melchisedecho, qui Abrahamo, ex prœlio feliciter revertenti, obviam ivit, ut ei reportatam victoriam gratularetur et optima quævis apprecaretur. Sæpius quoque hac voce usi sunt Alexandrini pro לִקְרַאת *obviam, in occursum,* Exod. VII. 15. Prov. VII. 10. קָרָה *occurrit, obviam factus est,* Num. XXIII. 16. פָּגַשׁ idem, Gen. XXXII. 17. Exod. IV. 24, 27. פָּגַע idem, Genes. XXXII. 1. Exod. V. 20. Adde 1 Macc. V. 25. VII. 39. 2) metaphorice: *evenio, accido, contingo,* quo sensu et nos voce begegnen *to befal* utimur, et Hebræi verbis בּוֹא (Job. XXX. 26.) פָּגַע (Exod. V. 3.) פָּגַשׁ (Psalm. LXXXIV. 11.) et קָרָה (Deut. XXXI. 29. Job. IV. 14.) usi sunt. Sic reperitur Act. XX. 22. τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσαντά μοι μὴ εἰδὼς ea, quæ in illa contingent mihi, ignorans. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΑ´ΝΤΗΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, *occursus,* a συναντάω *occurro,* quod vide. Semel tantum hoc vocabulum in N. T. reperitur in formula ἐξέρχεσθαι εἰς συνάντησιν, quæ ad imitationem Hebraicæ צֵאת לִקְרַאת פְּלֹנִי (Genes. XIV. 17. Num. XXXI. 13. Deut. I. 44. II. 32. III. 1.) pro συναντᾷν ponitur et *alicui obviam ire, seu procedere* significat. Matth. VIII. 24. πᾶσα ἡ πόλις ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ Ἰησοῦ multi e civibus obviam iverunt Jesu. Respondet in versione Alexandrina τῷ קְרָאָה quod idem notat. Genes. XVIII. 2. Jos. VIII. 5, 14, 22. etc. Dion. Halic. Ant. IV. c. 66. προσαγορεύουσα κατὰ τὰς συναντήσεις οὐδένα τῶν προσαγορευομένων.

ΣΥΝΑΝΤΙΛΑΜΒΑ´ΝΟΜΑΙ, fut. ήψομαι, 1) proprie: *una in me suscipio, una sublevo et sustineo,* ac de iis usurpatur, qui illis, quorum vires solæ oneri ferendo impares sunt, succurrunt, ex σὺν et ἀντὶ et λαμβάνω *capio.* 2) metaphorice: *adjuvo, opem fero, auxilior, opitulor,* i. q. ἀντιλαμβάνομαι, quod vide. Sic bis tantum in N. T. legitur. Luc. X. 40. εἰπὲ οὖν αὐτῇ, ἵνα μοι συναντιλάβηται jube igitur, ut me adjuvet, scilicet in cura domestica. Rom. VIII. 26. τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν hi ipsi animi sensus auxilio adsunt nobis, miseria et calamitatibus pressis. Theophylactus ad h. l. συναντιλαμβάνεται reddit per βοηθεῖ. Alexandrini Ps. LXXXVIII. 21. ἡ γὰρ χείρ μου συναντιλήψεται αὐτῷ. Exod. XVIII. 22. καὶ κουφιοῦσιν ἀπὸ σοῦ καὶ συναντιλήψονταί σοι. Symmach. et Aquila: συμβαστάσουσιν. Num. XI. 17. Genes. XXX. 7. συναντελάβετό μοι ὁ Θεός. Alberti Glossar. Gr. N. T. pag. 104. συναντιλαμβάνεται (ita enim reponendum est loco συναντιλαμβάνει) συνισχύει, quod verbum in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 179. explicatur per *adjuvo.*

ΣΥΝΑΠΑ´ΓΩ, fut. άξω, 1) proprie: *una abduco, simul abripio,* vel *duco alios una mecum,* ex σὺν et ἀπάγω *abduco* et *abripio.* Medium συναπάγομαι *duco me ipsum una cum aliis,* h. e. *cum iis eo, eandem cum ipsis viam incedo,* vel *me ago* (h. e. *eo, proficiscor,* quo sensu *se agere* legitur apud Virgil. Æn. VIII. v. 465. Terent. Andr. IV. 2. 25.) *una cum aliis.* Alex. Exod. XIV. 6. ἔζευξεν οὖν Φαραὼ τὰ ἅρματα αὐτοῦ καὶ πάντα τὸν λαὸν αὐτοῦ συναπήγαγε μεθ᾽ ἑαυτοῦ. Hesych. συναπάγεται· συμπορεύεται, συνέρχεται. 2) συναπάγομαι metaphorice: *socium me alicui adjungo ac comitem, imitor, similem me gero, adjuvo, auxilio adsum.* Sic legitur in N. T. Rom. XII. 16. μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι non alta sapientes, vel superbia elati subducite vos afflictorum sodalium vestrorum consortio, potius communem cum ipsis calamitatem sustinere parati sitis. Ita Koppius hæc verba, in quibus explicandis admodum dissentiunt interpretes, (conf. Dresig. de Verbis Mediis N. T. I. 130. pag. 468 seq. ed. Fischeri) et, ut videtur, recte interpretatus est. Alii vero interpretes per τοῖς ταπεινοῖς συναπαγομένους, quia τοῖς ὑψηλὰ φρονοῦσιν opponuntur, vel homines, demisse de se sentientes et humiliter se gerentes, (ut ταπεινοῖς a neutro ταπεινὰ deducatur et pro ταπεινοφροσύνη positum sit,) vel (ut ταπεινοῖς pro masculino sumatur) imitantes humiles et se similes iis gerentes intelligere malunt. 3) συναπάγομαι *abripior, abducor alicujus exemplo, aut doctrina, aut fraudibus,* et speciatim de iis usurpatur, qui, aliorum exemplis seducti et decepti, ad vitia se abripi patiuntur. Galat. II. 13. ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν ὑποκρίσει ut adeo Barnabas eorum in dissimulando exemplum sequeretur. 2 Petr. III. 17. τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες impiorum fraude vel errore abrepti. Sæpius in N. T. non legitur. Apud Epiphanium adv. Hæreses Lib. I. pag. 100. συναπαχθῆναι et δελεασθῆναι conjunguntur. Eodem modo συναρπάζεσθαι usurpatur apud Epic-

4

tet. Enchirid. cap. 22. 24 et 27. et ἀπάγεσθαι apud Clement. Alexand. Protrept. p. 28. φαντασίαις ἀπαχθέντες, πεπλανημένοι.

ΣΥΝΑΠΟΘΝΗ'ΣΚΩ, fut. 2. med. θανοῦμαι, aor. 2. συναπέθανον, 1) proprie: *una morior, commorior*, (ut explicatur in Gloss. Vet. apud Labbæum p. 178.) ex σὺν et ἀποθνήσκω *morior*. Construitur cum dativo, vi præpositionis σὺν, e qua compositum est. Marc. XIV. 31. ἐάν με δέῃ συναποθανεῖν σοι, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι etiamsi tecum mihi moriendum sit, non te abdicabo. Conf. Matth. XXVI. 35. κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν κ. τ. λ. 2 Cor. VII. 3. εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν. Conf. supra ad συζάω a me dicta. Ælian. Hist. Anim. I. 18. 2) *calamitates una cum aliquo et ad similitudinem alicujus perfero, paratus sum gravissimas calamitates, perpetua mortis pericula, mortem adeo ipsam cum aliquo subire*. Sic legitur in N. T. 2 Tim. II. 11. εἰ γὰρ συναπεθάνομεν (scil. τῷ Χριστῷ), καὶ συζήσομεν, coll. v. 9, 10 et 12. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΑΠΟΛΛΥ'Ω, vel ΣΥΝΑΠΟ'ΛΛΥΜΙ, fut. λέσω, *una perdo*. Συναπόλλυμαι, aor. 2. συναπωλόμην, *una pereo*, ex σὺν et ἀπόλλυμι, vel ἀπολλύω *perdo*, quod vide supra. Legitur tantum in N. T. Hebr. XI. 31. de Rahab, quæ ob fidem οὐ συναπώλετο τοῖς ἀπειθήσασι non una cum illis periit, qui immorigeri jussis divinis fuerant. Reperitur præterea in versione Alex. pro סָפָה *consumsit, absumsit, perdidit*, Genes. XVIII. 23. μὴ συναπολέσῃς δίκαιον μετὰ ἀσεβοῦς. ibid. XIX. 15. Deut. XXIX. 19. Adde Num. XVI. 26. Ps. XXVI. 9. Sapient. X. 3. Sirac. VIII. 19. Demosthen. p. 907. 14. ed. Reisk. Zosim. V. 8. p. 519. ib. c. 14. p. 535.

ΣΥΝΑΠΟΣΤΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, aor. 1. συναπέστειλα, *una mitto*, seu *ablego*, ex σὺν et ἀποστέλλω *mitto, ablego*, quod vide supra. Tantum exstat in N. T. 2 Cor. XII. 18. καὶ συναπέστειλα τὸν ἀδελφὸν et una misi fratrem. Alexandrini usi sunt hac voce pro שָׁלַח *misit, emisit*. Exod. XXXIII. 2. καὶ συναποστελῶ πρὸ προσώπου σου τὸν ἄγγελόν μου, et v. 22. ὃν συναποστελεῖς μετ' ἐμοῦ. Adde 3 Esr. V. 2. Δαρεῖος συναπέστειλε μετ' αὐτῶν ἱππεῖς. Demosthen. p. 53. 5. ed. Reisk. Xenoph. Cyrop. III. 3. 4. Conf. Maii Obss. SS. Lib. IV. p. 204.

ΣΥΝΑΡΜΟΛΟΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *congruenter coagmento, apte concinno et compingo, congruente proportione construo, ordino, dispono*, i. q. συμβιβάζω et συναρμόζω, ex σὺν et ἁρμολογέω *apte concinno, compingo, coagmento*, quod est ab ἁρμὸς *commissura, concinna compages*, (Sirac. XXVII. 2.) unde ἁρμόζω, quod vide supra, et ἁρμολόγος *coagmentarius*. Est verbum proprium de fabris lignariis, qui trabes vel asseres ita compingunt et conjungunt, ut arctissime coëant et cohæreant. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 246. Hinc 2) metaphorice: *arctissime invicem conjungo, in unam societatem cogo, concilio*, et de *animorum ac studiorum conjunctione* usurpatur. Sic bis tantum in N. T. legitur. Ephes. II. 21. ἐν ᾧ (scil. λίθῳ ἀκρογωνιαίῳ) πᾶσα οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη quod lapide angulari (nempe Christo) omnes ædificii partes apte coagmentatæ, h. e. Judæi et ethnici in unam societatem coacti. ibid. IV. 16. ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον quo gubernante omnis cœtus christianorum arctissime invicem conjunctus, nempe mutuo animorum consensu et amore, doctrina communi, etc. Alberti Glossar. N. T. p. 150. συναρμολογουμένη· συγκολλωμένη. Gloss. Vet. συναρμολογέω, *compagino, compago*. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 250.

ΣΥΝΑΡΠΑ'ΖΩ, fut. άσω, *una abripio, subito corripio, violenter comprehendo et mecum aufero*, i. q. simplex ἁρπάζω, quod vide. Sic legitur de spiritu malo Luc. VIII. 29. πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηρπάκει αὐτὸν qui jam inde a multo tempore eum corripuerat, h. e. in potestatem redegerat et discruciaverat. Syrus bene: ܣܓܝ ܗܘܐ ܠܗ ܙܒܢܐ ܐܚܝܕ ܗܘܐ ܡܢ: ܕܐܣܝܪ ܗܘܐ ܠܗ *multum enim ipsi fuerat tempus, ex quo captivus tenebatur ab eo*. Act. VI. 12. καὶ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτὸν, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον et impetu in eum facto abreptum duxerunt in concilium. Vulgatus bene: *rapuerunt eum*. ibid. XIX. 29. συναρπάσαντες Γάϊον καὶ Ἀρίσταρχον Μακεδόνας atque arripuerunt Caium et Aristarchum, Macedones. Syrus: ܘܚܛܦܘ ܘܕܒܪܘ ܥܡܗܘܢ *et corripientes abduxerunt secum*. (Pro ἀναρπάζειν, ad pœnam rapere, legitur apud Eurip. Bacch. v. 443 et 728. et Philippi Thessal. Epigr. II. 3. Tom. II. Anthol. Gr. p. 194. ed. Jacobs.) ibid. XXVII. 15. συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου circumacta et agitata navi procellarum vi ac ventorum impetu. De navigio, procellarum vi ac ventorum impetu abrepto, agitato ac circumacto, apud Græcos etiam usurpantur voces ἀναρπάζεσθαι (Thucyd. VI. 104.) et ἁρπάζεσθαι (Eurip. Cyclop. 109.), monente Wetstenio N. T. T. II. p. 641. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini posuerunt hanc vocem pro לָקַח. Prov. VI. 25. μηδὲ συναρπασθῇς ἀπὸ τῶν αὐτῆς βλεφάρων, ubi tamen metaphorice sumitur pro *amore incendi*. 2 Macc. III. 27. IV. 41. συναρπάσαντες οἱ μὲν πέτρους, οἱ δὲ ξύλων πάχη. Dionys. Halic. A. R. Lib. XI. p. 704. καὶ ἀνθρώπους τινὰς συναρπάζοντες. Xenophont. Cyrop. II. 4. 14. IV. 2. 12. Gloss. Vet. συναρπάζω, *corripio, obripio, orepto*. Lege *obrepto*.

ΣΥΝΑΥΛΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. ίσομαι, *una commoror, contubernalis sum*, ex σὺν et αὐλίζομαι *diversor, stabulor, pernocto, dormio, castra loco*, etiam *commoror*, inprimis in castris, quod est ab αὐλὴ, unde αὐλία *cohabitatio, contubernium*. Sic semel legitur in nonnullis codicibus, probantibus H. Stephano et Wetstenio, Act. I. 4. pro vulgato συναλιζόμενος. Sed vide supra ad συναλίζομαι dicta. Xenoph. Hist. Gr. I. 1. 21. ubi vide interpretes.

ΣΥΝΑΥΞΑ'ΝΩ, fut. ξήσω, *simul augeo, facio simul crescere*. Συναυξάνομαι *simul augeor*, vel *simul cresco*, ex σὺν et αὐξάνω, quod vide. Legitur tantum in N. T. Matth. XIII. 30. ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα μέχρι τοῦ θερισμοῦ sinite simul crescere utraque usque ad messem. Activum συναυξάνειν, sed metaphorice adhibitum, legitur 2 Macc. IV. 4. συναύξοντα τὴν κακίαν. Συναυξάνεσθαι præterea reperitur apud Herodian. I. c. 12. s. 8. (συναυξηθείς τε τῷ Κομμόδῳ, ubi *una adolescere et educari* notat. Vide ad h. l. Irmischium p. 488.) et Demosthen. p. 107. 27. ed. Reisk. συναυξάνεσθαι δεῖ τὴν πόλιν τοῖς τῶν ἀγαθῶν πολιτῶν πολιτεύμασιν. Gloss. Vet. συναύξησις, *coauctio*. συναύξει, *concrescit*.

ΣΥ'ΝΔΕΣΜΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *vinculum, copula, compages, nexus, nodus*, et generatim: *omne, quo aliquid cum altero vincitur et colligatur*, a συνδέω *una vincio, colligo*, quod vide supra. Sic aliquoties legitur in

versione Alexandrina, v. c. 1 Reg. VI. 10. συνέσχε τὸν σύνδεσμον ἐν ξύλοις κεδρίνοις. Job. XLI. 7. σύνδεσμος δὲ αὐτοῦ, ὥσπερ σμυρίτης λίθος. Dan. V. 6. οἱ σύνδεσμοι τῆς ὀσφύος αὐτοῦ διελύοντο. Symmach. Habac. II. 11. σύνδεσμος οἰκίας ξύλινος. Thucyd. II. c. 75. ξύνδεσμος δ' ἦν αὐτοῖς τὰ ξύλα. 2) metaphorice: *omne, quod vim habet animos hominum arctius invicem conjungendi,* in utramque partem. In bonam partem legitur Ephes. IV. 3. ubi σύνδεσμος τῆς εἰρήνης est studium concordiæ, quod animos hominum jungit ἡ εἰρήνη, ἥ ἐστι σύνδεσμος τῶν ἀνθρώπων, καὶ κατεργάζεται τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος. Coloss. II. 19. ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα, διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον cujus provida cura omnis christianorum cœtus mutuorum charitatis officiorum vinculis arctissime junctus est. ibid. III. 14. ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος qui est vinculum perfectissimum mutuæ concordiæ. Simplicius in Epictet. Enchir. c. 37. p. 334. ed. Schweighæus. amicitiam σύνδεσμον πασῶν τῶν ἀρετῶν esse dicit. Hesychius: σύνδεσμος· πλοκή, ὁμόνοια. In deteriorem partem adhibetur de *conspiratione* et *conjuratione,* apud Alexandrinos pro קֶשֶׁר *conspiratio,* 2 Reg. XI. 14. XII. 20. Jer. XI. 9. 2 Paral. XXIII. 13. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 292 seq. 3) σύνδεσμος metaphorice dicitur *omnis res, cui aliquis est quam maxime obnoxius et qua aliquis obstrictus tenetur,* metaphora desumta a captivis, qui in vinculis detinentur et libertate sua privati sunt. Sic σύνδεσμος ἀδικίας est vitiositas, quæ animum quasi vinculis constrictum tenet, h. e. cui aliquis se totum dicavit et mancipavit. Reperitur hæc paulo rarior loquendi formula Act. VIII. 23. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα, pro ἐν γὰρ χολῇ πικρίας καὶ συνδέσμῳ ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα, ut legitur in Cod. Cantabr. e glossemate, h. e. video, te esse hominem ex omnium scelerum importunitate concretum, (Cic. Orat. in Pison. c. 9.) seu improbissimum, qui totus, quantus est, peccatis et vitiositate scatet, ὅλον γεννηθέντα ἐν ἁμαρτίαις, Joh. IX. 34. Cæterum vox σύνδεσμος de *eo, qui vinctus et in vincula conjectus est,* usurpata legitur in versione Alexandrina Ies. LVIII. 6. ex quo loco an Lucæ verba lucem fœnerentur, videant alii. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΔΕ'Ω, fut. συνδήσω et συνδέσω, perf. συνδέδεκα, *una ligo et vincio, colligo, connecto.* Συνδέομαι *una vincior, colligor et connector, una, vel simul in vincula conjectus sum,* ex σὺν et δέω *ligo, vincio* catenis, vinculis, compedibus, funibus, laqueis. Tantum exstat in N. T. Hebr. XIII. 3. μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι curam habete in vincula conjectorum ob religionem christianam, quasi una cum iis essetis in vincula conjecti. Non tamen repugnarem, si quis hunc locum ita interpretari mallet, ut verba ὡς συνδεδεμένοι elliptice posita essent pro ὡς συνδεδεμένοι τῇ ψυχῇ tanquam homines, qui animo sunt cum illis conjunctissimi, coll. loco 1 Sam. XVIII. 1. ἡ ψυχὴ Ἰωνάθαν συνεδέθη τῇ ψυχῇ Δαβίδ, h. e. Jonathan animo erat cum Davide conjunctissimus. Cæterum Alexandrini usi sunt hac voce pro קֹשֵׁשׁ *collegit,* Sophon. II. 1. et הִדְבִּיק *adhærescere fecit, conglutinavit, conjunxit,* Ezech. III. 26. et aliis similibus verbis.

ΣΥΝΔΟΞΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *una glorifico, una gloriæ participem reddo,* ex σὺν et δοξάζω *glorifico,* quod vide supra. 2) metaphorice: *participem reddo aliquem felicitatis alterius,* aut *qua ego fruor.* Sic semel legitur in N. T. Rom. VIII. 17. ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν ut insignis felicitatis futuræ una cum Christo participes reddamur: ubi συνδοξάζεσθαι est i. q. συγκληρονόμον εἶναι Χριστοῦ, coll. v. 18. Vide supra a me de hac significatione dicta ad δόξα et δοξάζω.

ΣΥ'ΝΔΟΥΛΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *conservus, qui eundem dominum habet, homo servilis conditionis, qui una cum aliis eidem domino labore suo et opera servit,* ex σὺν et δοῦλος *servus.* Matth. XVIII. 28. ἐξελθὼν δὲ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ dimissus vero ille servus offendit aliquem commilitonum suorum. ibid. v. 29, 31, 33. XXIV. 49. καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους αὐτοῦ. Hesych. σύνδουλος· ὁμόδουλος. Thom. M. p. 649. ὁμόδουλος Ἀττικόν, οὐ σύνδουλος, ubi vide Oudendorpium, qui recte observat, σύνδουλον apud Aristoph. (Pace 744.) Eurip. (Medea 65. Ione 1109.) Artemid. (Oneirocrit. p. 75.) Lucian. (Asino p. 160.) et Lysiam sæpius occurrere aliosque frustra distinguere ita, ut ὁμόδουλος sit *ejusdem servilis conditionis,* σύνδουλος autem *ejusdem domini servus.* Mœris: ὁμόδουλος· Ἀττικῶς. σύνδουλος· Ἑλληνικῶς. Adde Suidam in v. Συνδούλοις. Pollucis Onom. Lib. III. § 82. et Athenæum XI. 6. p. 741. A. 2) *muneris socius, collega.* Sic legitur in N. T. Coloss. I. 7. ἀπὸ Ἐπαφρᾶ τοῦ ἀγαπητοῦ συνδούλου ἡμῶν ab Epaphrodito, qui est carissimus meus collega in tradenda religione christiana. ibid. IV. 7. σύνδουλος ἐν Κυρίῳ. Hinc in versione Alex. respondet Hebr. כְּנָוֹת quod *collegium* et *societatem* significat. Esr. IV. 7, 9, 17, 23. V. 3, 6. VI. 6, 13. 3) *qui una cum altero Deum colit, sectator unius ejusdemque religionis.* Apoc. VI. 41. οἱ σύνδουλοι αὐτῶν καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν ubi sermo est de christianis, una cum reliquis martyrium patientibus. ibid. XIX. 10. σύνδουλός σου εἰμὶ καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ. ibid. XXII. 9. σύνδουλός σου εἰμὶ καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΔΡΟΜΗ', ῆς, ἡ, *concursus.* Est verbale a præt. med. συνδέδρομα, verbi συντρέχω *concurro.* Semel tantum in N. T. legitur Act. XXI. 30. καὶ ἐγένετο συνδρομὴ τοῦ λαοῦ et facta est concursio populi. Reperitur præterea Judith X. 19. ἐγένετο συνδρομὴ ἐν πάσῃ τῇ παρεμβολῇ. 3 Macc. III. 8. καὶ συνδρομὰς ἀπροσκόπους γινομένας. Athenæus V. p. 212. εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ὄχλου συνδρομή. Achilles Tat. V. p. 339. θόρυβος πολὺς καὶ συνδρομή. Aristotel. Rhetor. III. 10. Cyrilli Lexic. MS. Brem. συνδρομή· συνέλευσις. Gloss. Vet. συνδρομή, *concursus, caterva.*

ΣΥΝΕΓΕΙ'ΡΩ, fut. ερῶ, aor. 1. συνήγειρα, 1) *simul excito, una suscito* vel *resuscito,* ex σὺν et ἐγείρω *excito,* quod vide. Alex. Exod. XXIII. 5. συνεγερεῖς αὐτὸ, sc. jumentum, quod cecidit sub onere. Ies. XIV. 9. συνηγέρθησάν σοι una surrexerunt tibi. Jamblich. de Mysteriis sect. V. c. 7. Phocylid. v. 132. 2) *una cum aliquo in vitam revoco, excito e mortuis.* Ephes. II. 6. καὶ συνήγειρε et ad similitudinem Christi olim nos in vitam revocabit. 3) metaphorice συνεγείρεσθαι in N. T. dicuntur *homines, qui se baptismo obstringunt, vitam novam et præceptis religionis christianæ consentaneam agere,* respectu habito ad immersionis ritum, in ecclesia apostolica receptum. Coloss. II. 12. ἐν ᾧ (scil. βαπτίσματι) καὶ συνηγέρθητε cujus baptismi ritu vos obstrinxistis vitam novam et emendatam agere ad similitudinem resurrectionis Christi,

quam secuta est δόξα, seu conditio præstantior. In symbolica enim submersionis actione in baptismo, qua quis quasi sepeliebatur aquis, admonitio latebat de submergenda et enecanda vitiositate et sepeliendis quasi peccatis, ne reviviscerent. Emersionis vero ex aqua ritus admonebat homines de vitæ ratione ad doctrinam et exemplum Christi mutanda. Conferri meretur locus Rom. VI. 6. συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν, qui hunc nostrum mirifice illustrat. Coloss. III. 1. εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΕ'ΔΡΙΟΝ, ίου, τὸ, *synedrium*, 1) generatim notat *omnem concessum, maxime judicum, conventum, congregationem, cœtum*, speciatim *consultantium collegium*, (Polyb. I. 31. III. 9.) etiam *curiam, locum, in quem conveniunt senatores et consultantes*, (Polyb. II. 39.) ex σὺν et ἕδρα *sella*. Ælian. V. H. VIII. c. 12. ὅτι κατεπλάγη τὸ ἀξίωμα τοῦ συνεδρίου. Alex. Prov. XXII. 10. Ps. XXV. 4. Jer. XV. 17. Prov. XI. 13. XX. 22. vocem συνέδριον de *quovis conventu* usurparunt. De *consessu judicum* usurpatum reperitur 2 Macc. XIV. 5. Adde Reisk. Indicem Græcit. Demosth. p. 713. Etym. M. συνέδριον τὸ δικαστήριον, ἀπὸ τοῦ συνεδρεύειν. Idem tradit Hesychius, qui συνεδρεύουσι per συνέρχονται, εἰς βουλὴν συνάγονται interpretatus est. Συνεδρία est *consessus*. Judith VI. 4, 19. XI. 19. Macedones senatores appellasse *synedros*, auctor est Livius XLV. c. 32. In N. T. libris vero Συνέδριον speciatim 2) dicitur *synedrium Hierosolymitanum magnum*, quod a Judæis mox סַנְהֶדְרִין κατ' ἐξοχὴν, mox vero סַנְהֶדְרִין גְדוֹלָה vocatur. Confer Buxtorfii Lexicon Talmudicum et Rabbinicum p. 1513. Erat hoc judicium summum ecclesiasticum et politicum apud Judæos, causas capitales et graviores (concernentes v. c. apostasiam integrarum civitatum et tribuum, blasphemias, falsos prophetas, etc.) tantum cognoscens et constabat ex LXXII judicibus, seu assessoribus, (qui erant ex viris generis pontificii, γραμματεῦσι, h. e. legis Mosaicæ interpretibus et theologis Judæorum et senatoribus aliis, qui Πρεσβύτεροι dicebantur,) quorum præses (nempe pontifex maximus, aut qui ejus absentis locum occupabat, e genere pontificio,) הַנָּשִׂיא *princeps* et רֹאשׁ הַיְשִׁיבָה *caput synedrii* appellabatur, cui ex LXXII adjungebatur secundarius, qui, a R. Maimonide (Sanhedr. c. 1.) אַב בֵּית דִּין *pater domus judicii* dictus, sedebat præsidi a dextris. Hi duo soli sedebant, a cæteris synedrii magni assessoribus (qui velut in area semicirculari assidebant) non nihil sejuncti, cum duobus scribis, tum condemnatorias, tum absolutorias sententias excipientibus, et in scriptum redigentibus. In synedrium magnum, jam ab ipso Mose institutum, Num. XI. 16 seq. et post reditum de exilio Babylonico restitutum, cooptandi erant tantum viri perspectæ pietatis, sapientia et intelligentia insignes, nullius personæ respectum habentes, nec lucri cupidi. Conf. Joh. Seldenum de Synedriis Veterum Hebr. Amstelod. 1679. Lips. 1695. 4. Meuschenii N. T. ex Talmude Illustratum p. 1184 seq. ubi extat peculiaris tractatus de Præside Synedrii M. et alios scriptores, quos laudat Fabricius in Bibliographia Antiquar. c. XIV. § 2. p. 690. ed. rec. Matth. V. 22. ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ, h. e. tam atrox crimen perpetravit, ut in jus synedrii magni trahendus sit. ibid. XXVI. 59. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ τὸ συνέδριον ὅλον. Marc. XIV. 55. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ ὅλον τὸ συνέδριον. ibid. XV. 1. οἱ ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ γραμματέων καὶ ὅλον τὸ συνέδριον. Joh. XI. 47. συνήγαγον οὖν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι συνέδριον. Act. V. 21, 41. XXII. 30. XXIII. 1. XXIV. 20. 3) per metonymiam: *ipse conventus et consessus assessorum synedrii magni* et *locus, in quo conveniebant assessores synedrii magni*, συνέδριον in N. T. appellatur. Luc. XXII. 66. καὶ ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν qui eum in concilium suum duci jusserunt. Act. IV. 15. κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν et postquam eos e concilio digredi jusserunt. ibid. V. 27. ἀγαγόντες δὲ αὐτοὺς ἔστησαν ἐν τῷ συνεδρίῳ adductos eos statuerunt in synedrio. ibid. VI. 12, 15. οἱ καθεζόμενοι ἐν συνεδρίῳ omnes synedrii assessores. ibid. XXIII. 6. ἔκραξεν ἐν τῷ συνεδρίῳ. ibid. v. 20, 28. κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον αὐτῶν. Sic etiam apud Herodian. II. 12. 7. συνέδριον de curia, seu loco, ubi conveniunt judices, usurpatur. 4) *synedrium*, seu *dicasterium minus in urbibus singulis Judææ*. Synedria minora erant duo, vel *vigintitriumviralia*, (בֵּית דִּין שֶׁל־עֶשְׂרִים וְאֶחָד) quæ cognoscebant de criminibus capitalibus, de coitu, contra naturam commisso, de bove lapidando et domino ejus occidendo, etc. cujus generis duo perhibentur fuisse Hierosolymis, alterum ad introitum montis templi, alterum ad introitum atrii: vel *triumviralia*, (בֵּית דִּין שֶׁל־שְׁלֹשָׁה) quæ judicabant de debitis pecuniariis, de furtis, rapinis, damnis, injuria datis, calumniis, diffamationibus, plagis, etc. Vide Mischna Cod. Sanhedr. c. 11. Thes. 2. Maimon. Hilc. Sanhedr. c. 1. Gemar. Babyl. Cod. Sanhedr. Fol. 88. 2. et R. Obad. de Bartenura ad Cod. Sanhedr. Huc referuntur a plerisque interpretibus loca Matth. X. 17. παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συνέδρια. et Marc. XIII. 9. 5) *assessores et consiliarii in judicio*, qui etiam πάρεδροι et συμβούλιοι vocantur. Act. XXIII. 15. νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ nunc igitur adite tribunum militum cum senatu precibus: ubi συνέδριον non commode de assessoribus synedrii magni explicari potest, sed potius intelligendum est de assessoribus et consiliariis in judicio, quos tribunus cohortis præsidiariæ Hierosolymitanæ æque ac præses Judææ, cujus vicarius erat, habuisse videtur. Cf. supra dicta a me ad vocem συμβούλιον. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΕΙΔΕ'Ω, vel ΣΥΝΕΙ'ΔΩ, vel ΣΥΝΕΙ'ΔΗΜΙ, fut. είσω, præt. med. σύνοιδα, 1) proprie: *conscius sum alicujus rei*, ich weiss mit um eine Sache, *I am acquainted with the matter*, ex σὺν et εἰδέω, vel εἴδημι, vel εἴδω *scio*. Act. V. 2. συνειδυίας (genit. part. perf. med.) καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ conscia etiam uxore sua. Thucyd. IV. c. 68. καταγορεύει τις ξυνειδὼς τοῖς ἑτέροις τὸ ἐπιβούλευμα. ibid. V. c. 82. ξυνῄδεσαν δὲ τὸν τειχισμὸν καὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τινὲς πόλεων. Alex. Lev. V. 1. 2) (ut συνεπίσταμαι apud LXX Job. IX. 35.) *conscius mihi sum alicujus rei in utramque partem*, ich bin mir bewusst, *I am sure of it*. 1 Cor. IV. 4. οὐδὲν (scil. κακὸν) γὰρ ἐμαυτῷ σύνοιδα nihil mali (nullius in munere meo gerendo negligentiæ) mihi conscius sum. Job. XXVII. 6. οὐ γὰρ σύνοιδα ἐμαυτῷ ἄτοπα πράξας. Polyb. I. 84. συνειδότες σφίσι τὰ πεπραγμένα. Demosthen. p. 351. 27. ed. Reisk. τὸ μηδὲν αὐτῷ συνειδότι δυ-

νὸν, εἰ σιγῶν πονηρῶν ἔργων δόξει κοινωνεῖν. Epictet. Enchiridion c. 56. Æschin. contra Ctesiph. p. 306. in fin. Alia exempla habent Reisk. in Indic. Græcit. Demosthen. p. 713. Wetstenius N. T. T. II. p. 112. et Palairet. in Obss. Philol. p. 386. 3) *cognosco, comperio, intelligo.* Act. XIV. 6. συνιδόντες κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας re comperta (animadversis eorum insidiis, seu cognito eorum consilio) confugerunt ad urbes Lycaoniæ. 2 Macc. IV. 41. συνιδόντες δὲ τὴν ἐπίθεσιν τοῦ Λυσιμάχου. ibid. XIV. 26, 30. Demosthen. p. 1408. 10. ed. Reisk. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 527. 4) *colligo me, rem bene delibero et cogito.* Act. XII. 12. συνιδών δὲ ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Μαρίας re bene deliberata (aut *se colligens, ad se reversus.* Alii vertunt: sciens, ubi locorum esset.) petiit domum Mariæ. Germanice ita verterem: nachdem er sich seiner wahren lage bewusst wurde, und sie überdacht hatte, beschloss er in die wohnung der Maria zu gehen, *after he had become acquainted with his true situation, and had considered it, he resolved to go to the dwelling of Mary.* Sæpius in N. T non legitur. Cf. Thom. M. Eclogas sub Σύνοιδα p. 824. ed. Bernardi.

ΣΥΝΕΙ'ΔΗΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *conscientia*, seu *sensus et judicium recti pravique de moralitate actionum propriarum*, gewissen, moralisches gefühl, bewusstseyn, *conscience, moral feeling, to be sensible or conscious*, a σύνοιδα *conscius sum.* Sic legitur in N. T. Joh. VIII. 9. ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι cum pungeret eos conscientia malefactorum. Similes loquendi formulas collegit Wetstenii N. T. T. I. p. 893 seq. Act. XXIII. 1. ἐγὼ πάσῃ συνειδήσει ἀγαθῇ πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ ἄχρι ταύτης τῆς ἡμέρας ego ad hunc usque diem convenienter voluntati divinæ vitam ita institui, ut nullius culpæ mihi conscius sim, seu, ut nulla pars vitæ meæ sit, quæ careat hac recte factorum conscientia. ib. XXIV. 16. in eo enim elaboro, ut habeam perpetuo ἀπρόσκοπον συνείδησιν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους animum nullius culpæ ac delicti erga Deum, vel homines sibi conscium. Rom. II. 15. συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως edocente eos. de officiis honesti ac turpis sensu, quo præditi sunt. ibid. IX. 1. συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου ut ipse mihi conscius sum. 1 Cor. VIII. 7. καὶ ἡ συνείδησις αὐτῶν ἀσθενὴς οὖσα μολύνεται et conscientia eorum, quippe non satis confirmatorum, polluitur, seu, et animus eorum, nondum satis confirmatus, pravi conscientia perturbatur. ib. v. 12. τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, h. e. exemplo vestro efficientes, ut homo infirmus conscientia malefactorum turbetur et angatur. ibid. X. 25, 27. διὰ τὴν συνείδησιν ne conscientia vestra perturbetur. 2 Cor. I. 12. τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν conscientia et fiducia recte factorum, qua erigor. 1 Tim. I. 5. ἐκ συνειδήσεως ἀγαθῆς cum recte factorum conscientia, seu ita, ut ipsi tibi amoris erga alios sinceri et non fucati conscius sis. ibid. v. 19. ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν. Non tamen repugnarem, si quis in hoc pariter ac præcedente loco συνείδησιν ἀγαθὴν de *recte factis et ipso probitatis studio, quod sequitur recte factorum conscientiam,* interpretari mallet. Idem valet quoque de loco 1 Tim. III. 9. ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει conjungentes cum doctrinæ christianæ idonea cognitione virtutis christianæ studium. ibid. IV. 2. κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν quorum conscientia notas turpis vitæ inustas habet. Confer supra a me dicta ad καυτηριάζω. 2 Tim. I. 3. ἐν καθαρᾷ συνειδήσει ita, ut nihil mihi consciam. Tit. I. 15. ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις sed conscientiæ labes ac vulnera in animo habent, ut utar verbis Cic. de Offic. III. c. 21. Hebr. IX. 9. μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα quæ non poterant sacrificia offerentem perfecte et ita expiare, ut nullius malefacti conscientia turbaretur. ib. v. 14. καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἔργων animum purgabit vestrum ab omni vitiositate. ibid. X. 2. διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδησιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας quia nullam amplius reminiscentiam et conscientiam peccatorum haberent sacrificantes. ibid. v. 22. ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς. ibid. XIII. 18. 1 Petr. III. 16. Adde Sapient. XVII. 11. 2) *religio,* gewissenhaftigkeit, *religion.* Rom. XIII. 5. ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν sed etiam religione motus, quia Deus vult, ut officio tuo satisfacias, διὰ τὸ πληροῦν τὰ προσήκοντα, ut Theodoretus ad h. l. recte interpretatus est. Hinc lucem fœneratur locus 1 Petr. II. 19. ubi verba διὰ συνείδησιν Θεοῦ, quæ variis modis ab interpretibus explicata sunt, commode ita reddi possunt: ob religionem, quam Deus postulat. 3) *opinio, sententia, judicium, quod de aliquo, vel aliqua re ferimus et cui a teneris assueti sumus.* 1 Cor. VIII. 7. ἡ συνείδησις τῶν εἰδώλων opinio falsa de idolis, vere existentibus, quæ animis multorum christianorum e paganis adhuc ex institutione prima inhærere solebat. In nonnullis codicibus loco συνειδήσει legitur συνηθείᾳ, quæ lectio glossema sapit. ib. X. 28. διὰ τὴν συνείδησιν propter opinionem ejus falsam de idolorum existentia, coll. v. 29. συνείδησιν δὲ λέγω, οὐχὶ τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἑτέρου. 2 Cor. IV. 2. συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων commendamus nos ipsos ad bonam hominum opinionem, h. e. commendamus nos ita, ut bene de nobis sentiant et judicent homines. ibid. V. 11. ἐν ταῖς συνειδήσεσιν ὑμῶν, h. e. ex vestro judicio, nisi, quod eodem fere redit, συνείδησις h. l. plane abundat, et ἐν ταῖς συνειδήσεσι ὑμῶν pro ὑμῖν positum est, quod ob præcedens Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα non plane improbabile est. 4) per metonymiam: *ille ipse, qui habet conscientiam honesti ac turpis, aut aliquam opinionem alit et sententiam et judicium de aliqua re profert.* 1 Cor. VIII. 10. οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ ἀσθενοῦς ὄντος οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν; nonne homo, qui nondum satis confirmatus est, incitabitur et impelletur tuo exemplo, ut quoque carnem victimarum edat? ibid. X. 29. ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ἀπὸ ἄλλης συνειδήσεως; qui libertas mea christiana sinistre dijudicari ac coërceri possit ab aliis, aliter sentientibus? Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alex. semel tantum hæc vox reperitur pro מַדָּע *scientia,* Cohel. X. 20. et *animum* significat, *conscium sibi.*

ΣΥ'ΝΕΙΜΙ, *sum cum aliquo, comitor aliquem, socius alicujus sum,* ex σὺν et εἰμὶ *sum.* Bis tantum in N. T. legitur. Luc. IX. 18. συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ aderant cum ipso discipuli ejus. Act. XXII. 11. ὑπὸ τῶν συνόντων μοι a comitibus meis et sociis itineris. In versione Alex. συνὼν ponitur pro רֵעַ *amicus, sodalis,* Jerem. III. 20. Adde 3 Esr. VI. 2. 2 Macc. IX. 4. Demosthen. pag. 1360. 19. ed. Reisk. Herodian. VI. 7. 8.

ΣΥ'ΝΕΙΜΙ, *congredior, coëo, convenio, simul eo,* ex σὺν et εἶμι *eo.* Particip. aor. 2. συνιὼν (οὖσα, ὂν) se-

mel tantum legitur in N. T. Luc. VIII. 4. συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ quum vero convenisset ingens turba. Dionys. Halic. VI. 45. VII. 14. Herodot. I. 83. Apollodor. Bibl. III. 5. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 706.

ΣΥΝΕΙΣΕ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. ελεύσομαι, *simul cum altero ingredior, una introëo*, ex σὺν et εἰσέρχομαι *introëo*, quod vide. Bis tantum in N. T. legitur. Joh. VI. 22. καὶ ὅτι οὐ συνεισῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ πλοῖον neque Jesum cum discipulis suis conscendisse navem. ibid. XVIII. 15. καὶ συνεισῆλθε τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως et una cum Jesu ingressus est atrium pontificis. Alexandrini usi sunt hac voce pro בּוֹא sequente עִם Esther II. 13. Job. XXII. 4. et הָלַךְ Zachar. VIII. 22. Xenoph. Anab. IV. 5. 9.

ΣΥΝΕ'ΚΔΗΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *peregrinationis socius*, ex σὺν et ἔκδημος *peregrinus, absens a popularibus suis*. Bis tantum in N. T. legitur. Act. XIX. 29. συνεκδήμους τοῦ Παύλου comites Pauli. Ita Vulgatus quoque hæc verba transtulit. Gloss. Vet. συνέκδημος, *comes*. συνεκδημία, *comitatus*. 2 Cor. VIII. 19. in quo posteriori loco suspicari tamen aliquis posset, συνέκδημον Græcis nonnunquam idem valuisse ac *popularem*, h. e. hominem, qui ejusdem populi sit, sed peregre vitam degat. Vide J. C. Schwarzii Monumenta Ingeniorum T. I. p. 92. Hesych. συνεκδήμος· συνοδοιπόρος. Idem tradit Phavorinus. Verbum συνεκδημέω *peregrinationis comes sum*, legitur apud Marinum in Vita Procli c. IX. init. συνεκδημεῖς ἑαυτῷ παρασκευάζειν τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἀποδημίαν.

ΣΥΝΕΚΛΕΚΤΟ'Σ, ἡ, ὄν, 1) proprie: *una electus*, ex σὺν et ἐκλεκτὸς *electus*, quod est ab ἐκλέγω *eligo*. 2) metaphorice: *qui una cum altero ecclesiam christianam profitetur*. Sic sumi videtur 1 Petr. V. 13. ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή, h. e. salutat vos ecclesia christiana Babylonica; ut post συνεκλεκτὴ vocabulum ἐκκλησία supplendum sit, quod addiderunt Syrus, Arabs et Vulgatus interpres, quos secuti sunt plerique interpretes. Vide supra ad ἐκλέγω et ἐκλεκτὸς a me dicta. Alii, ut Wolfius, συνεκλεκτὴν pro nomine proprio habent; alii uxorem Petri indicari existimant. Confer Wolfii Curas Philol. in N. T. T. IV. p. 171.

ΣΥΝΕΛΑΥ'ΝΩ et ΣΥΝΕΛΑ'Ω, fut. άσω, aor. 1. συνήλασα, *vi impello et adigo ad aliquid, compello, cogo*, etiam *moveo, hortor, incito monitis ac precibus*, ex σὺν et ἐλαύνω *vi agito* ac *impello*. Tantum extat in N. T. Act. VII. 26. καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην et pacem inter eos conciliare conabatur. Syrus: ܡܦܝܣ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܕܢܫܬܝܢܘܢ *et suadebat iis, ut pacarentur*, seu, *colerent pacem*. Cf. Glassii Philol. Sacr. p. 201. Reperitur præterea 2 Macc. IV. 26. φυγὰς εἰς τὴν Ἀμμανῖτιν χώραν συνήλαστο. ibid. v. 42. πάντας δὲ εἰς φυγὴν συνήλασαν. ibid. V. 5. Plutarch. Cæsar. p. 716. B. et 728. A. Xenoph. Cyrop. I. 4. 14.

ΣΥΝΕΛΛΑ'Ω vel ΣΥΝΕΛΛΑΥ'ΝΩ, fut. άσω, aor. 1. συνήλλασα, i. q. antecedens Συνελαύνω. Semel tantum reperitur in nonnullis codicibus N. T. qui Act. VII. 26. συνήλλασεν pro impresso συνήλασεν habent. Similis forma est βαλλάντιον pro βαλάντιον, quod vide suo loco.

ΣΥΝΕΠΙΜΑΡΤΥΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *una testimonium insuper perhibeo* ac *præbeo, confirmo, fidem facio*, ex σὺν *cum*, ἐπὶ *insuper* et μαρτυρέω *testimonium exhibeo*. Tantum legitur in N. T. Hebr. II. 4. συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ σημείοις τε καὶ τέρασι cui religioni christianæ Deus idoneam auctoritatem conciliavit miraculis et prodigiis. Galenus de Facult. Medic. Simpl. IV. extr. Sext. Empir. adv. Log. II. 324. συνεπιμαρτυροῦσαν τῷ λόγῳ. Plutarch. VIII. p. 135 et 144. Polyb. XXVI. 9. 4.

ΣΥΝΕΠΙΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. ήσω, 1) proprie: *simul impono*, ex σὺν et ἐπιτίθημι *impono, super impono*. 2) συνεπιτίθεμαι *una aggredior aliquem, sive verbis hoc fiat, sive re ipsa*. Sic semel in N. T. legitur Act. XXIV. 9. συνεπέθεντο (ita enim mihi recte Griesbachius edidisse videtur loco vulgaris συνέθεντο) δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι φάσκοντες ταῦτα οὕτως ἔχειν Judæi vero una cum Tertullo aggressi sunt Paulum, affirmantes, omnia sese ita habere. Sic etiam legitur non solum apud Alexandrinos, Deut. XXXII. 27. Psalm. III. 6. Abd. v. 13. sed etiam apud Græcos scriptores eosque optimos, v. c. Xenoph. in Cyrop. IV. 2. 2. Thucyd. Lib. VI. cap. 10. Polyb. I. 31. 2.

ΣΥΝΕ'ΠΟΜΑΙ, imperf. συνειπόμην, *comitor, socius itineris sum*, ex σὺν et ἕπομαι *sequor*. Construitur cum dativo et legitur tantum in N. T. Act. XX. 4. συνείπετο δὲ αὐτῷ adjunxerunt autem se ei comites itineris. 2 Macc. XV. 2. τῶν δὲ κατ' ἀνάγκην συνεπομένων αὐτῷ. Thucyd. I. c. 60. VII. c. 57. Apollodor. Bibl. III. 12. Alberti Glossar. N. T. p. 82. συνείπετο· συνηκολούθησε.

ΣΥΝΕΡΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *una operor, cooperor, operam meam cum aliquo conjungo, consors operis sum*, etiam *confero aliquid, tribuo qualitatem, ad agendum necessario requisitam*, item *adjuvo, opem et auxilium præsto*, item *medii, vel instrumenti vice sum et ad finem propositum obtinendum inservio*, ex σὺν et ἔργον *opus*. Marc. XVI. 20. τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων auxilio Dei adjuti, qui, facultate miracula patrandi iis concessa, doctrinam eorum confirmabat. Rom. VIII. 28. ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθὸν omnia in utilitatem verorum Dei cultorum cedere. 1 Cor. XVI. 16. καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι et omni, qui una nobiscum religioni christianæ tradendæ et propagandæ operam navat. 2 Cor. VI. 1. συνεργοῦντες δὲ, scil. Θεῷ, (coll. V. 20.) nos vero, quorum opera ac ministerio Deus utitur in propaganda religione christiana. Conf. 1 Cor. III. 9. ubi apostoli et reliqui doctores christiani vocantur συνεργοὶ Θεοῦ. Jacob. II. 22. βλέπεις ὅτι ἡ πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ vides exinde, fiducia sua adjutum Abrahamum tam præclara facta edidisse. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur præterea 3 Esr. VII. 2. συνεργοῦντες τοῖς πρεσβυτέροις τῶν ἱερέων. 1 Macc. XII. 1. ὅτι ὁ καιρὸς αὐτῷ συνεργεῖ. Diogen. Laërt. VII. 104. Athenæus VIII. p. 356. E. Marc. Antonin. IX. c. 35. εἰ δύνανται συνεργεῖν ἀνθρώποις, καὶ εἰς τοῦτο δύνανται συνεργεῖν. ibid. cap. 8. Joseph. A. J. I. cap. 7. s. 11. Hesych. συνεργεῖ· βοηθεῖ. Idem: συνήργεις· συνέκαμνες.

ΣΥΝΕΡΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, *cooperator, socius operis, collega, muneris socius, consors* et *omnino is, qui aliquem adjuvat*, ex σὺν et ἔργον *opus*. Rom. XVI. 3. τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ collegas meos in tradenda et propaganda religione christiana. ibid. v. 9 et 21. ὁ συνεργός μου, scil. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. 1 Cor. III. 9. Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοὶ nostra enim opera ac ministerio utitur Deus in propaganda religione christiana. 2 Cor.

I. 24. ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν conferre potius cupimus aliquid ad lætitiam vestram, seu, creare vobis gaudium. ibid. VIII. 23. εἰς ὑμᾶς συνεργὸς et cujus opera usus sum in vobis instituendis. Phil. II. 25. Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν καὶ συνεργὸν καὶ συστρατιώτην μου. ibid. IV. 3. 1 Thess. III. 2. συνεργὸν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Ita enim recte edidit Griesbachius loco καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ, καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τ. ε. τ. X. Philem. v. 1 et 24. 3 Joh. v. 8. ἵνα συνεργοὶ γινώμεθα τῇ ἀληθείᾳ ut religionis christianæ propagationem omnibus modis promoveamus. Sæpius in N. T. non legitur. Adde 2 Macc. VIII. 7. μάλιστα τὰς νύκτας πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιβουλὰς συνεργοὺς ἐλάμβανεν. ibid. XIV. 5. καιρὸν δὲ λαβὼν τῆς ἰδίας ἀνοίας συνεργόν. Xenoph. de Venat. III. 7. Philostrat. Vit. Sophist. I. cap. 21. s. 5. συνεργὸν δὲ αὐτὴν (scil. νύκτα) ἐποιεῖτο τῶν ἑαυτοῦ φροντισμάτων. Conf. Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 715. Thom. M. pag. 822. ed. Bernard. συνεργὸς μέν ἐστιν, ὁ περί τι ἔργον συμπονῶν, ὀξυτόνως. σύνεργος δὲ προπαροξυτόνως, ὁ τὸ αὐτὸ μετιὼν, οἱονεὶ σύντεχνος.

ΣΥΝΕ'ΡΧΟΜΑΙ, fut. συνελεύσομαι, 1) proprie: *convenio, una venio, congregor, congredior*, ex σὺν et ἔρχομαι *venio*. Marc. III. 20. καὶ συνέρχεται πάλιν ὄχλος et iterum confluxit tanta hominum multitudo. Omissum est πρὸς αὐτοὺς, quod additur ibidem VI. 33. καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν. ibid. XIV. 53. καὶ συνέρχονται αὐτῷ πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι et convenerunt in ejus palatio omnes summi sacerdotes et presbyteri. Luc. V. 15. καὶ συνήρχοντο ὄχλοι πολλοὶ ἀκούειν. Joh. XI. 33. καὶ τοὺς συνελθόντας αὐτῇ Ἰουδαίους κλαίοντας et Judæos, qui Mariam convenerant, (τοὺς ἐλθόντας πρὸς τὴν Μαρίαν, coll. v. 45. Alii vertunt: *comitantes Mariam*.) plorantes. ibid. XVIII. 20. ὅπου πάντες οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται quo convenire solent undique Judæi, seu, ubi omnes Judæi conventus sacros instituere solent. Sic enim συνέρχεσθαι aliquoties in priore epistola ad Corinthios usurpatum reperitur. Act. I. 6. οἱ μὲν οὖν συνελθόντες hi autem cum convenissent, coll. v. 4. ibid. II. 6. συνῆλθε τὸ πλῆθος confluxit multitudo civium Hierosolymitanorum. ibid. V. 16. X. 17. καὶ εὑρίσκει συνεληλυθότας πολλούς. ibid. XVI. 13. XIX. 32. τίνος ἕνεκεν συνεληλύθεισαν; qua de causa concursum fecissent? ibid. XXI. 22. XXV. 17. XXVIII. 17. 1 Cor. XI. 17. vehementer improbo ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλ' εἰς τὸ ἧττον συνέρχεσθε quod, cœtus sacros agentes, non in pietate progressus facitis, sed ad peccata et vitia. Omissa scilicet est post συνέρχεσθε formula ἐν ἐκκλησίᾳ, quæ additur ibid. v. 18. ibid. v. 20. de conventibus sacris christianorum formula συνέρχεσθαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ adhibetur. ibid. v. 33. συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν convenientes eo consilio, ut eucharistiam celebretis. ibid. v. 34. ἵνα μὴ εἰς κρίμα συνέρχησθε. ibid. XIV. 23. ἐὰν οὖν συνέλθῃ ἡ ἐκκλησία ὅλη ἐπὶ τὸ αὐτό. ibid. v. 26. Apud Alex. Jos. IX. 2. καὶ συνῆλθον ἐπὶ τὸ αὐτὸ εἰς τὸ πολεμῆσαι. Exod. XXXII. 26. συνῆλθον οὖν πρὸς αὐτὸν πάντες οἱ υἱοὶ Λευί. 2) *una cum aliquo proficiscor et iter facio*, i. q. συμπορεύομαι. Luc. XXIII. 55. αἵτινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας quæ e Galilæa cum eo Hierosolymam profectæ erant, i. q. αἱ συναναβᾶσαι αὐτῷ εἰς Ἱεροσόλυμα, Marc. XV. 41. et Act. XIII. 31. Act. IX. 39. ἀναστὰς δὲ Πέτρος συνῆλθεν αὐτοῖς et Petrus cum iis abiit. ibid. X. 23. συνῆλθον αὐτῷ se ei comites itineris dabant. ibid. v. 45. ὅσοι συνῆλθον τῷ Πέτρῳ qui cum Petro advenerant. ibid. XI. 12. XV. 38. καὶ μὴ συνελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον neque una cum illis propagandæ religionis causa profectus esset. ibid. XXI. 16. συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν ἀπὸ Καισαρείας σὺν ἡμῖν comitantibus nos quibusdam christianis Cæsareensibus. Huc etiam referrem locum Act. I. 21. ubi verba τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν, quæ vulgo redduntur: qui nobiscum versati sunt, ita vertere mallem: qui comites se nobis dederunt in itineribus cum Christo susceptis. 3) est verbum proprium *de sponso, qui sponsam domum deducit*, aut *de novis conjugibus, in unam domum convenientibus*. Vide Xenoph. Œcon. c. 10. § 4 et 11. et Dionys. Halic. I. 76. ubi ἐλθεῖν εἰς τοῦ ἀνδρὸς pro *nubere alicui* ponitur. Hinc ex adjuncto: *coëo, concumbo cum uxore, conjugaliter consuesco*. Sic legitur in N. T. Matth. I. 18. πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, quæ verba, ut recte observavit Kypkius in Obss. Sacr. T. I. p. 1. ampliori sensu accipienda sunt, ita, ut non solum tori conjunctionem et coitum, sed etiam nuptiarum festivitatem et deductionem in domum mariti simul includant. 1 Cor. VII. 5. καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε et rursus ad torum redeatis. Apollodor. Bibl. I. c. 3. s. 3. συνελθοῦσα δὲ ἐγέννησε ἐξ αὐτοῦ παῖδα Ὑάκινθον. Josephus A. J. VII. cap. 7. 1. Zosimus II. c. 5. Xenoph. Mem. II. cap. 2. s. 4. αἷς συνελθόντες τεκνοποιούμεθα. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 233. Ita quoque בּוֹא usurpatur, ut docuit Feselius in Adversariis Sacris Lib. II. c. 16. Nec aliter *convenire* sumitur apud Latinos; v. c. Tacit. Annal. XI. c. 27. vide Burmannum ad Ovidii A. A. I. 89. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΕΣΘΙ'Ω, fut. ίσω, 1) proprie: *una cum alio edo, comedo, cœno*, i. q. συνδειπνέω et συμφάγω, ex σὺν et ἐσθίω *edo*. Sic legitur apud Alex. Genes. XLIII. 32. οὐ γὰρ ἐδύναντο οἱ Αἰγύπτιοι συνεσθίειν μετὰ τῶν Ἑβραίων ἄρτους, ubi cum συνδειπνεῖν permutatur, et Lucian. in Parasito T. II. p. 250. συμπίνοντα καὶ συνεσθίοντα. Jam, quia epulas communes habere inter amicitiæ et familiaritatis signa refertur et Judæi cum exclusis e cœtu ne edere quidem solebant, factum est, ut συνεσθίειν τινὶ, vel μετά τινος, 2) generatim significaret: *uti consuetudine alicujus, familiariter cum aliquo vivere*, et μὴ συνεσθίειν τινὶ *nihil cum aliquo commercii habere*. Sic ter tantum in N. T. legitur. Luc. XV. 2. ὅτι οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται καὶ συνεσθίει αὐτοῖς hic homines impios ac scelestos admittit et cum iis familiariter vivit. 1 Cor. V. 11. τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν, h. e. μὴ συναναμίγνυσθαι, ut ibidem exprimitur. Galat. II. 12. μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν familiariter cum paganis vixit. Eodem sensu reperitur quoque apud Alexandrinos Ps. CI. 5. τούτῳ οὐ συνήσθιον.

ΣΥ'ΝΕΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie et vi originis: *commissio, cum unus cum altero mittitur ad aliquid agendum, vel expediendum, conjunctio*, i. q. σύμβλησις (Homer. Odyss. X. 515.) a συνίημι *committo, una mitto*. 2) *intellectus, intelligentia, prudens atque solida in judicando perspicacia, qua res probe cognitæ subtiliter ac diligenter a se invicem discernuntur*, etiam *scientia, eruditio et sapientia humana*. Luc. II. 47. ἐπὶ τῇ συνέσει καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ propter ejus sapienter dicta et responsa. 1 Cor. I. 19. καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω et eruditionem sapientiamque humanam doctorum et eruditorum hujus sæculi inutilem reddam et declarabo. Ephes. III. 4. τὴν σύνεσίν μου ἐν τῷ μυστηρίῳ Ἰησοῦ

Χριστοῦ quanta in doctrina christiana intelligentia gaudeam. Coloss. I. 9. ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ summa scientia rerum, ad religionem christianam pertinentium. ibid. II. 2. 2 Tim. II. 7. ubi Syrus ܣܘܟܠܐ habet. Hesych. σύνεσις· νόησις. Alexandr. usi sunt hac voce pro בִּינָה *intelligentia, prudentia,* Deut. IV. 6. Job. XX. 3. Prov. IX. 10. Ies. XI. 2. תְּבוּנָה idem, Exod. XXXI. 3. Prov. II. 2, 3, 6. XXIV. 3. שֶׂכֶל *intellectus, intelligentia, prudentia,* 1 Sam. XXV. 3. 2 Chron. XXX. 22. Prov. XIII. 15. חָכְמָה *sapientia,* Exod. XXXI. 6. Deuter. XXXIV. 9. דַּעַת *cognitio, notitia, scientia,* Job. XV. 2. XXI. 22. Ies. XLVII. 10. מַדָּע idem, 2 Chron. I. 10, 11, 12. Dan. I. 17. et טַעַם *ratio, consilium, judicium.* Job. XII. 20. 3) per metonymiam: *mens, animus humanus,* qui est subjectum intelligentiæ. Marc. XII. 33. ubi ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως a formulis ἐξ ὅλης τῆς καρδίας et ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, quæ ibidem reperiuntur, plane non differre videtur. Conf. v. 30. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΕΤΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) proprie et vi originis est *commissus, qui una cum alio mittitur,* a συνίημι, quod vide. Hesychius: συνετὸς χιτὼν, ὁ σύμβλητος. 2) *intelligens, prudens, qui idonea scientia instructus est et perspicacia mentis pollet, ut possit de rebus etiam difficillimis promte judicare, doctus, eruditus, sophistes,* etiam *sapiens, prudens,* item catachrestice, *qui sibi sapere ac prudenter agere videtur.* Sic legitur in N. T. Matth. XI. 25. ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν iis, qui sibi sapere ac insigni eruditione ac prudentia pollere sibi videntur. Luc. X. 21. Act. XIII. 7. ἀνδρὶ συνετῷ viro prudente. Fortasse tamen Sergius Paulus, proconsul, ἀνὴρ συνετὸς h. l. vocatur, quia vir probus et integer vitæ erat. Certe Sirac. X. 28. συνετὸς *pium* et *verum Dei cultorem* notat, et vocabula דַּעַת, חָכְמָה et בִּינָה de probitate, pietate et vitæ integritate usurpata, centies in libris Salomonis usurpantur. 1 Cor. I. 19. Sæpius in N. T. non reperitur. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro מֵבִין *intelligens,* 1 Chron. XV. 22. Prov. XXVIII. 7. נָבוֹן *intelligens, prudens,* Cohel. IX. 11. Ies. III. 3. Jerem. IV. 22. מַשְׂכִּיל idem, Prov. XV. 23. XVI. 20. Jerem. L. 9. חָכָם *sapiens, peritus,* Gen. XLI. 33. Ies. V. 21. XIX. 11. et עָרוּם *astutus,* Prov. XII. 23. etc.

ΣΥΝΕΥΔΟΚΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *approbo assensu meo, consentio, assentior, comprobo, una obtestor, applaudo,* et ex adjuncto, *adjuvo, in societatem venio,* ex σὺν et εὐδοκέω, quod vide supra. Luc. XI. 48. συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις τῶν πατέρων ὑμῶν vos majorum vestrorum facta probatis. Act. VIII. 1. Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ Saulus vero ejus cæde oblectabatur: seu, ut alii vertunt: Saulus in ejus cædem consentiebat. Sed prior explicatio magis placet ob locum cap. XXII. 20. Rom. I. 32. ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι sed etiam delectantur aliis, eadem flagitia patrantibus, eosque probant, excusant, laudant et omni modo adjuvant ac in societatem flagitiorum veniunt. Chrysostomus ad h. l. συνευδοκεῖν per ξυμπράττειν, ἐπαινεῖν interpretatus est. 1 Cor. VII. 12. καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ et illa consentit, seu illi lubet habitare cum marito. ibid. ver. 13. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur præterea 1 Macc. I. 60. εἴ τις συνευδοκεῖ τῷ νόμῳ. 2 Macc. XI. 34. μὴ συνευδοκοῦντας τῇ μεταθέσει. ibid. v. 35. Stephanus in Thesauro Ling. Græcæ hujus verbi varios significatus nonnisi ex sacris scriptoribus probavit; sed apud Diodorum Siculum quoque in notione *approbandi* aliquoties reperiri docuit Munthe in Obss. Philol. e Diodoro Sic. p. 156. Hesych. συνευδοκεῖν· συγκοινωνεῖν. Gloss. Vet. *Consentit,* συνευδοκεῖ.

ΣΥΝΕΥΩΧΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, *una convivio excipio alterum.* Medium συνευωχέομαι, οῦμαι, *una cum aliis epulor, una convivor, convivio intersum,* ex σὺν et εὐωχέω *convivio excipio,* præs. med. εὐωχέομαι *epulor, convivio excipior,* quod legitur v. c. apud Diogen. Laërt. VIII. c. 70. (Conf. Stosch. Archæol. Œconom. N. T. p. 69 seq.) unde εὐωχία *convivium,* παρὰ τὸ εὖ ἔχειν ἐν αὐτῇ, secundum Jul. Pollucem in Onomastico I. 1. n. 30. pag. 10. aut ab εὖ et ὀχὴ *cibus,* sed priorem derivationem præfert Athenæus Lib. IX. scribens: τὰς δὲ εὐωχίας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ὅ ἐστι τροφῆς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κατὰ ταύτας εὖ ἔχειν. Vide et Xenoph. Memor. III. 14. Bis tantum legitur in N. T. 2 Petr. II. 13. συνευωχούμενοι ὑμῖν epulantes vobiscum, sive in agapis, sive in aliis conviviis vestris. Jud. v. 12. συνευωχούμενοι ἀφόβως. In utroque loco συνευωχεῖσθαι non tam *una epulari,* quam *luxuriose epulari, luxuriosa convivia agitare* notat, quo sensu simplex εὐωχεῖσθαι Judith I. 16. de Nebucadnezare, luxuriosa convivia agitante, et apud Xenoph. Memor. III. 14. 7. ac Aristophan. in Pluto v. 613. legitur. Compositum συνευωχεῖσθαι de *una cum aliis epulantibus* adhibitum sæpius habet Lucianus, e. g. Lib. II. Ver. Hist. p. 673. καὶ αὐτὸς δὲ πάρεστι καὶ συνευωχεῖται αὐτοῖς. Quid in Atheniensium lingua εὐωχεῖσθαι significet, tradit Xenoph. in Memor. Socr. III. 14. 7. Confer etiam Maii Obss. Sacr. T. IV. pag. 219 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 706. Gloss. Vet. συνευωχοῦμαι, *convivo.*

ΣΥΝΕΦΙ'ΣΤΗΜΙ, futur. ἐπιστήσω, *una præficio, una constituo,* sed in aoristo 2. habet significationem neutralem *una insurgo* et, sequente præpositione κατὰ, vel ἐπὶ, *una insurgo contra aliquem, impetum facio, seditionem moveo,* ex σὺν, ἐπὶ et ἵστημι *sto, statuo.* Sic semel tantum in N. T. legitur Act. XVI. 22. καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν et una insurrexit turba adversus ipsos. Adde Num. XVI. 3. συνεπέστησαν ἐπὶ Μωϋσῆν.

ΣΥΝΕ'ΧΩ, fut. ἕξω, 1) proprie et vi originis: *una habeo, cohibeo, contineo, ne quid elabatur,* ex σὺν et ἔχω *habeo.* Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 6. 13. p. 208. 2) *teneo,* quia, qui tenetur, cohibetur, ne elabatur, aut effugiat. Luc. XXII. 63. καὶ οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν qui autem Jesum vinctum, vel captivum tenebant. 3) *constringo, coarcto, coangusto, comprimo, urgeo, obsidione cingo.* Luc. VIII. 45. οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι turba te comprimit atque urget. ibid. XIX. 43. καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν, ubi sermo est de urbe Hierosolyma, ab hostibus obsidione cingenda et undique claudenda, ut obsessis exitus pateat nullus. Eodem modo usurpatur hoc verbum 2 Macc. IX. 2. καὶ τὴν πόλιν συνέχειν, et in versione Alexandrina 1 Sam. XXIII. 8. de Davide, quem in urbe Keila obsidere Saulus in animo habebat, συνέχειν τὸν Δαβὶδ (Hebr. לָצוּר אֶל־דָּוִד) καὶ τοὺς ἄνδρας αὐτοῦ. 4) *obtundo, obturo,* de auribus, quæ cohibentur, ne audiant quæ dicuntur. Act. VII. 57. συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν aures suas obturarunt.

Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 502. 5) *affligo, male afficio.* Passivum συνέχομαι *afficior*, seu *affectus sum, affligor, laboro,* et est verbum proprium de morbis, quibus aliquis tenetur ac laborat. Suidas et Lexic. Cyrilli MS. Brem. συνεχόμενος· ἀῤῥωστῶν. Idem tradit Hesychius. Matth. IV. 24. ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνεχομένους variis morbis laborantes. Luc. IV. 38. ἦν συνεχομένη πυρετῷ μεγάλῳ gravi febri laborabat. Act. XXVIII. 8. πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ συνεχόμενον febribus ac dysenteria laborantem. Eodem modo συνέχεσθαι usurpatur apud Diodor. Sic. V. c. 63. Aristid. Serm. Sacr. II. pag. 520. (Confer Wetstenii N. T. T. I. pag. 279.) רבק apud Hebræos (cf. Schultens. de Defectibus Ling. Hebr. p. 379. et Commentar. Philol. ad Prov. XXVI. 14.) et *constringi ac colligari* apud Latinos scriptores. In omnibus enim linguis morbi graviores et mala omnia, a quibus non tam facile aliquis liberatur, poëtice cum funibus, vel vinculis eleganter comparantur, quibus aliquis constringitur et cohibetur, ne libere agere possit. Sic v. c. apud Lysiam Orat. I. c. 6. κακοῖς συνέχεσθαι mulier dicitur, quæ, flagellis cæsa, in pistrinum abire cogitur, nec e malis his unquam liberationem sperare potest. M. Antonin. IX. c. 29. extr. κατακέκριται ὁ κόσμος ἐν ἀδιαλείπτοις κακοῖς συνέχεσθαι. 6) ad animum translatum συνέχεσθαι notat: *angi, misere vexari, corripi, fluctuare, incertum et ancipitem ac dubium hærere.* Luc. VIII. 37. ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο quoniam magno terrore correpti erant. ibid. XII. 50. καὶ πῶς συνέχομαι, ἕως οὗ τελεσθῇ et quam vehementer angor, dum absolvantur. Philipp. I. 23. συνέχομαι δὲ ἐκ τῶν δύο fluctuo, seu anceps hæreo inter hæc duo, i. q. v. 22. τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω. Alex. Job. VII. 11. πικρίᾳ ψυχῆς μου συνεχόμενος. ib. III. 24. συνεχόμενος φόβῳ. Sapient. XVII. 11. συνεχομένη τῇ συνειδήσει. 7) *incito, impello, urgeo.* Huc pertinet formula συνέχεσθαι τῷ πνεύματι, quæ ex usu loquendi vulgari quidem notat: *angi,* sed Act. XVIII. 5. notat *incitari, impelli ad aliquid, vehementem impetum animi sentire.* Verba Græca sunt: συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος κ. τ. λ. Paulus, vehementiorem animi impetum sentiens, seu impulsu quodam divino demonstravit Judæis, Jesum esse Messiam. Lutherus bene reddidit: **es drang Paulum der geist,** *it wrung the soul of Paul.* In nonnullis codicibus et versionibus pro συνείχετο τῷ πνεύματι legitur συνείχετο τῷ λόγῳ h. e. occupatus erat docendo Paulus. 2 Cor. V. 14. ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς amor enim, quo in Christum feror, urget me, seu, non sinit me quiescere, οὐκ ἀφίησιν ἡσυχάζειν με, ut Chrysostomus ad h. l. recte interpretatus est. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΗ'ΔΟΜΑΙ, 1) proprie: *una delector et gaudeo, una lætor, collætor,* ex σὺν et ἥδομαι *delector, lætor, gaudeo.* Xenoph. Anab. V. 5. 7. VII. 7. 24. καὶ εὖ μὲν πράττων ἔχειν τοὺς συνησθησομένους. Herodian. VIII. 6. 2. ἀνάγκη τε ἦν συνήδεσθαι τοῖς πραχθεῖσιν ὑποκρινομένοις. Huc etiam pertinet illa verbi notio, qua est *gratulari,* quod nihil aliud est, quam *una cum aliquo gaudere,* ut legitur apud Herodot. III. 36. Hesych. συνήδεται· συγχαίρει, εὐφραίνεται. 2) i. q. simplex ἥδομαι *delector, me oblecto aliqua re, gaudeo de aliqua re.* Sic semel tantum in N. T. legitur Rom. VII. 22. συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον delector enim legibus divinis secundum hominem internum. Ælian. V. H. IX. c. 21. συνήδοντο ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῇ παραδόξῳ. Euripid. Medea v. 126. οὐδὲ συνήδομαι, γύναι, ἄλγεσι δώματος. Activum συνήδω significat: *una cum alio voluptatem alicui afferre, una exhilarare et oblectare aliquem,* ab ἥδω *oblecto alterum,* quod legitur apud Æschin. Socr. Dial. III. § 5. Conf. Wetstenii N. T. T. II. pag. 58. et Valckenarii Diatrib. p. 113.

ΣΥΝΗ'ΘΕΙΑ, ας, ἡ, *consuetudo,* a συνήθης *consuetus, familiaris,* (Xenoph. Memor. IV. 8. 2. Thucyd. VI. 55.) quod est compositum ex σὺν et ἦθος *mos, consuetudo.* Bis tantum legitur in N. T. Joh. XVIII. 39. ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν est autem consuetudo vobis. 1 Cor. XI. 16. ἡμεῖς τοιαύτην συνήθειαν οὐκ ἔχομεν is sciat, nos ejusmodi consuetudinem non habere. Præterea reperitur in nonnullis codd. 1 Cor. VIII. 7. pro συνειδήσεις. Adde Xenoph. de Venat. XII. 4. Demosthen. p. 342. 10. ed. Reisk. συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμποιήσῃ. Apud eundem p. 1467. 19. συνήθεια quoque de *familiaritate* usurpatur, ut etiam legitur in Symmachi reliquiis Prov. XVII. 9. et συνήθης de *familiari* 2 Macc. III. 31. reperitur. — Hesych. συνήθεια· ἦθος.

ΣΥΝΗΛΙΚΙΩ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *æqualis,* (quo vocabulo in Philoxeni Glossario explicatur) *coætaneus, coævus, qui eodem tempore cum aliquo vivit,* i. q. συνῆλιξ (apud Plutarch. T. III. p. 344. ed. Reisk.) ex σὺν et ἡλικιώτης *coætaneus, æqualis,* quod est ab ἡλικία *statura* et per metonymiam: *ætas,* quia ætatis incrementum statura sequitur. Semel tantum in N. T. legitur Galat. I. 14. καὶ προέκοπτον ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου et religionis Judaicæ defendendæ ac propagandæ studio multos æquales meos inter Judæos superavi. Occurrit præterea hoc vocabulum apud Diodor. Sicul. I. c. 53. Alciphron. I. Ep. 12. Dion. Hal. Ant. Lib. X. c. 49. Repudiarunt hanc vocem, tanquam Atticis scriptoribus plane inusitatam, grammatici veteres, v. c. Thom. M. s. voce Δημότης, et Atticos scriptores tantum simplici voce ἡλικιώτης usos fuisse contendunt; sed contrarium docuerunt interpretes ad Thomam M. p. 208. et Grævius ad Luciani Solœcistam T. II. p. 738. Adjectivum συνῆλιξ *æqualis, coætaneus* legitur apud Alexandrinos Dan. I. 10. et ἡλικιώτης reperitur apud Ælian. V. H. Lib. II. c. 34. et Herodian. I. 5. s. 11. ubi videndus Irmischius. — Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 217.

ΣΥΝΘΑ'ΠΤΩ, fut. άψω, 1) proprie: *una, vel simul sepelio, corpus exanime una cum altero infero tumulo,* ex σὺν et θάπτω *sepelio.* Æschyl. Theb. 1053. ad quem locum vid. Abresch. Anim. L. I. cap. 22. Plutarch. T. X. p. 544. ed. Reisk. 2) metaphorice συνθάπτεσθαι τῷ Χριστῷ notat in N. T. *ad similitudinem et imitationem mortis ac sepulturæ Christi renuntiare* (quasi *mori*) *vitiositati, et mortem adeo religionis christianæ causa subire paratum esse.* Origo hujus singularis et N. T. libris propriæ loquendi rationis est a baptismo repetenda, qui in ecclesia apostolica immergendo fiebat. Submersio enim, in baptismo olim usitata, ob ejus similitudinem cum sepultura, quia totum corpus baptizandi, aquæ, vel flumini immersum, tanquam sepulcro condebatur, non solum hanc significationem habuit, ut mortem Christi repræsentaret, sed eodem ritu symbolico baptizandi profiteri quoque ac spondere videbantur, se velle in posterum ad similitudinem et imitationem mortis Christi omni

vitiositati renuntiare mortemque adeo subire religionis christianæ causa, ut Christus pro veritate vitam suam exhalavit. Quando vero corpus, aquis in baptismo immersum, iterum emergebat, aut extrahebatur, hoc ritu symbolico repræsentabatur resurrectio Christi, spes futuræ resurrectionis mortuorum, et admonebantur homines de vitæ ratione, ad doctrinam et exemplum Christi prorsus mutanda, ut supra ad vocem συνεγείρω jam observatum est. Sic autem bis tantum in N. T. legitur. Rom. VI. 4. συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ cum Christo veluti sepulti sumus per baptismum, in mortem ejus susceptum, h. e. ritu immersionis in baptismo renuntiavimus omni vitiositati: ubi conf. sequentia. Coloss. II. 12. συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι.

ΣΥΝΘΛΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, perf. συντέθλακα, perf. pass. συντέθλασμαι, aor. 1. συνεθλάσθην, fut. 1. συνθλασθήσομαι, *confringo, conquasso, contero, contundo, collido*, ex σὺν et θλάω idem. Bis tantum in N. T. legitur Matth. XXI. 44. καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον συνθλασθήσεται et qui ceciderit in hunc lapidem, confringetur, h. e. tropo remoto, qui Christo offensus fuerit eumque repudiaverit, is gravissimas Deo pœnas dabit. Eadem sententia legitur quoque Luc. XX. 18. Alexandrini hac voce sæpius usi sunt pro גָּדַע *confregit*, Ps. LXXIV. 10. CVI. 16. Ies. XLV. 2. נָתַץ *diruit*, Ps. LVII. 6. et רָצַץ *conquassavit*. Ps. LXXIII. 15. Hesych. συνέθλασε· συνέτριψε. Plutarch. T. V. p. 482. ed. Reisk.

ΣΥΝΘΛΙ'ΒΩ, fut. ίψω, *comprimo, urgeo, premo*, ex σὺν et θλίβω idem, quod vide supra. Bis tantum in N. T. legitur. Marc. V. 24. καὶ συνέθλιβον αὐτὸν et urgebant eum. ibid v. 13. βλέπεις τὸν ὄχλον συνθλίβοντά σε vides undique te urgere ac premere turbam hominum. In utroque loco est i. q. συμπνίγειν, Luc. VIII. 42. συνέχειν et ἀποθλίβειν, ibid. v. 45. et simplex θλίβειν, Marc. III. 9. Verbum συνθλίβειν legitur præterea Sirac. XXXI. 16. Plutarch. T. VIII. pag. 761. ed. Reisk.

ΣΥΝΘΡΥ'ΠΤΩ, fut. ύψω, 1) proprie: *comminuo, confringo, contero, contundo*, ex σὺν et θρύπτω *frango*, *comminuo*. Jam, quia contusione res durissimæ molles evadunt, etiam συνθρύπτειν 2) (ut ἀποθρύπτω apud Plat. Lib. VI. Polit. p. 495. E.) metaphorice significat: *emollire*, et ex adjuncto: *enervare, effœminare, affligere*. Sic semel legitur in N. T. Act. XXI. 13. τί ποιεῖτε κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; cur lacrymando frangitis ac movetis animum meum, h. e. tristitiam ac metum animo meo injicere, meque a proposito revocare conamini? Formula συνθρύπτειν τὴν καρδίαν respondet in hac significatione nostro: einem das Herz weich machen, *to soften one's heart, animum debilitare et ad mala subeunda retardare*, et illustratur formula simili לֵב־נִשְׁבָּר וְנִדְכֶּה quæ Ps. LI. 19. reperitur. Eodem sensu κατακλᾶν ψυχὴν occurrit apud Appianum Alexandr. de Bello Parthico p. 245. τοῦτο θέαμα Ῥωμαίων τὰς ψυχὰς κατέκλασε καὶ παρέλυσε; et *frangere animos* apud Lucanum Pharsal. Lib. I. v. 354. et Valer. Flacc. Lib. VI. p. 283. "fregitque animos atque abstulit iras?" Nec multo aliter Homerus Iliad. ι', 608. μή μοι σύγχει θυμὸν, ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων. Confer etiam Wetstenii N. T. T. II. p. 603.

ΣΥΝΙ'ΗΜΙ, fut. ήσω, 1) proprie: *simul mitto, una mitto ad aliquid agendum, vel expediendum*, et ex adjuncto (ut Lat. *committo*) *conjungo*, (ut legitur apud LXX Job. XXXVIII. 31. pro Hebr. קָשַׁר) ex σὺν et ἵημι *mitto*, quod est ab ἕω idem. Hinc συνιέναι *convenire, concurrere* apud Thucyd. II. c. 8. V. c. 69. 2) metaphorice: *animum adverto, ad aliquid attendo, perpendo, animo recondo et considero*, et ex adjuncto: *intelligo, cognosco, disco, intelligens et sapiens reddor, scio, cognitionem habeo*. Sic legitur in N. T. Matth. XIII. 13, 14, 15. καὶ τῇ καρδίᾳ οὐ συνῶσι. ibid. v. 19. καὶ μὴ συνιέντος nec doctrinam christianam animo suo recondit et pie apud se perpendit ac animo obsequioso considerat. Eundem sensum habet συνιέναι ibid. v. 23. ibid. v. 51. συνήκατε ταῦτα πάντα; num sensum horum a me dictorum recte percepistis? ib. XV. 10. XVI. 12. XVII. 13. Marc. IV. 12. VI. 52. οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις, h. e. non intelligentiam erant consecuti miraculosa illa panum distributione, nec post illud miraculum recte de virtute Christi statuebant. ib. VII. 14. VIII. 17. οὔπω νοεῖτε οὐδὲ συνίετε; nondum intelligentiores facti estis? ibid. v. 21. πῶς οὐ συνίετε; quomodo ignorare potestis? Luc. II. 50. VIII. 10. XVIII. 34. XXIV. 45. τοῦ συνιέναι τὰς γραφὰς intelligere verum oraculorum V. T. de Messia sensum. Act. VII. 25. XXVIII. 26, 27. Rom. XV. 21. 2 Cor. X. 12. οὐ συνιοῦσι non iis, qui se ipsi ostentant, hominibus insipientibus. Ephes. V. 17. ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου gerite vos tanquam homines, qui, idoneam religionis christianæ cognitionem habentes, quid Christo probetur, haud ignorant. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro שָׂכַל *intellexit, prudens fuit, cognovit*, in Hiphil הִשְׂכִּיל *intelligentem reddidit*, Jos. I. 7, 8. 1 Sam. XVIII. 14, 15. Ps. II. 10. Prov. XXI. 12. בִּין *intelligere*, Prov. II. 5. XXVIII. 5. Jerem. IX. 12. יָדַע *scivit, cognovit, intellexit*, Exod. XXXVI. 1. רָאָה *vidit, observavit, præcepit*, 2 Sam. XII. 19. Jerem. XX. 12. et aliis verbis, idem significantibus. Adde Eurip. Phœn. v. 435. Hesych. συνιέντας· γνόντας. Gloss. Brem. συνιῶν· νοῶν, φρονῶν, ὁρῶν. Confer etiam Bielii Thesaurum Philol. s. h. v. 3) *Deum pie colo, verus Dei cultor sum*. Rom. III. 11. Confer supra dicta ad σύνεσις et συνετός. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΙΣΤΑ'ΝΩ, ΣΥΝΙΣΤΑ'Ω et ΣΥΝΙ'ΣΤΗΜΙ, futur. ήσω, 1) proprie notat, vel transitive: *simul colloco, una statuo*, aut *constituo*, vel intransitive: (in perfecto, plusquamperfecto et aoristo secundo) *simul, vel una sto, adsto*, ex σὺν et ἱστάνω, vel ἱστάω, vel ἵστημι *statuo, sto*. Sic legitur in N. T. Luc. IX. 32. καὶ τοὺς δύο ἄνδρας τοὺς συνεστῶτας αὐτῷ et duos viros ei adstantes. Alexandrini 1 Sam. XVII. 26. εἶπε Δαβὶδ πρὸς τοὺς ἄνδρας συνεστηκότας μετ' αὐτοῦ, vel, ut in nonnullis codicibus rectius legitur, αὐτῷ, ubi in Hebraico est עָמַד *stetit*. Cantic. Trium Puerorum v. 1. 2) *adduco aliquem commendandi causa*, et ex adjuncto: *laudo, commendo, celebro, deprædico*. Rom. XVI. 1. συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην commendo vobis quam maxime Phœben. 2 Cor. III. 1. ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; num rursus incipimus nosmet ipsos commendare, vel vobis jactare? ibid. V. 12. X. 12. τισὶ τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων quibusdam, qui se ipsos laudant et

commendant. ibid. v. 18. οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησι non enim, qui se ipsum prædicat ac commendat, est verus atque probatus religionis christianæ doctor, sed, qui Deo probatur. ibid. IV. 2. XII. 11. ἐγὼ γὰρ ὤφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι nam ego debueram a vobis laudari et commendari. 1 Macc. XII. 43. συνέστησεν αὐτὸν πᾶσι τοῖς φίλοις αὐτοῦ commendabat illum omnibus amicis suis. 2 Maccab. IV. 24. ὁ δὲ συσταθεὶς τῷ βασιλεῖ. Xenoph. Mem. I. 6. § 14. καὶ ἐάν τι ἔχω ἀγαθὸν, διδάσκω, καὶ ἄλλοις συνίστημι. Hesych. συνιστάνειν· ἐπαινεῖν, παρατιθέναι. Id. συνέστησεν· ἐπῄνεσεν. Alberti Gloss. Gr. p. 116. συνίστημι· συνιστῶ, παρατίθημι. Confer infra συστατικὸς, et Wetstenii N. T. T. II. p. 96. 3) *declaro, manifesto, conspiciendum exhibeo, demonstro, certum et indubitatum reddo.* Hesych. συνιστάνειν· φανεροῦν, βεβαιοῦν. Lex. Cyrilli MS. Brem. συνίστησιν· βεβαιοῖ, φανεροῖ, διαδείκνυσιν. Sic legitur in N. T. Rom. III. 5. εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι si vero impietas nostra declarandæ veracitatis (seu benignitatis) Dei occasionem dat. ibid. V. 8. συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ Θεὸς demonstravit Deus suum erga nos amorem, dato certissimo pignore. Syrus h. l. usus est voce ܚܘܝ *ostendit, exposuit, demonstravit.* 2 Cor. VI. 4. ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς Θεοῦ διάκονοι sed semper et ubique præstamus nos, quales Dei ministros decet. ib. VII. 11. ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι quovis modo declarastis, vos esse puros ab hoc scelere. Galat. II. 18. παραβάτην ἐμαυτὸν συνίστημι declaro me violatorem legum divinarum. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 37. 4) *efficio, ut aliquid sit et existat, produco, creo, compono, orior, creor, producor.* 2 Petr. III. 5. καὶ γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ et terram, quæ ex aquis, quibus undique circumfusa erat, emersit, per aquam productam, aut formam, firmitatem et soliditatem suam consequutam esse sola voluntate ac potentia divina. Eadem fuit quoque opinio quorundam philosophorum veterum Græcorum, v. c. Thaletis, qui ὕδωρ τὴν τῶν πάντων ἀρχὴν ὑπεστήσατο, teste Diogene Laërtio I. 27. Adde Plutarchum de Placitis Philos. I. 3. et Senec. Nat. Quæst. III. 13. Nec repugnat hæc explicatio usui loquendi apud optimos quosque scriptores Græcorum. Sic v. c. apud Diodor. Sic. I. c. 7 et 10. σύστασις τοῦ κόσμου est productio mundi. Aristot. de Mundo c. 5. princip. ἐκ τῶν ἐναντίων ἀρχῶν συνέστηκεν ὁ κόσμος. Strabo XVII. pag. 1164. ὧν ἕνεκα καὶ τὰ ἄλλα συνέστηκε. Maxim. Tyr. Diss. XXV. pag. 253. τῷ Διὸς πνεύματι γῆ ξυνέστη, καὶ ὅσα γῆς θρέμματα, καὶ θάλαττα ξυνέστη καὶ ὅσα θαλάττης γεννήματα, καὶ ἀὴρ ξυνέστη — καὶ οὐρανὸς ξυνέστη. Confer Krebsii Obss. Flav. p. 334. Idem verbum etiam de aliis similibus rebus adhibetur, v. c. de bello conflato, apud Diogenem Laërtium I. s. 117. πολέμου συνεστῶτος, et de urbibus conditis apud Alexandrinos, Ps. CVI. 36. Diodor. Sic. Lib. V. p. 322. Τροίαν συστήσασθαι. 5) *conservo, sustento, conservor, perduro.* Coloss. I. 17. πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε et omnia potentissime ab eo conservantur et reguntur. Alii vertunt: et omnia per eum creata sustentantur et conservantur: sed hanc interpretationem comma 16. admittere non videtur. In *conservandi* ac *perdurandi* notione etiam Hebraicum עָמַד *stetit* reperitur Ps. XXXIII. 9. ubi וַיַּעֲמֹד a וַיֶּהִי ita mihi differre videtur, ut conservatio et gubernatio a creatione. Adde Philon. in libro: Quis rer. divin. sit hæres? p. 489. συνέστηκε καὶ ζωπυρεῖται προνοίᾳ Θεοῦ τὴν χεῖρα ὑπέχοντος καὶ ὑπερασπίζοντος, et Aristotelem de Mundo cap. 6. p. 471. ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα καὶ διὰ Θεοῦ ἡμῖν συνέστηκε. Sæpius in N. T. non legitur. — Thom. M. p. 823. ed. Bernard. συνίσταται· καὶ ἀντὶ τοῦ πέπηγεν, ᾧ ἐναντίον τὸ χαυνοῦται. — καὶ συνίσταται· ἀντὶ τοῦ ἀρχὴν λαμβάνει. Λιβάνιος ἐν ἐπιστολῇ τῇ, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ᾔδεις· καὶ συνέστη καὶ ηὐξήθη πρὸς τὸ Χριστὸν ἡμῶν Μακεδονίων φιλία. ὅθεν καὶ ἀσύστατον ζήτημα, τὸ μὴ ἀρχήν τινα καὶ λαβεῖν δυνάμενον παρέχειν τοῖς μεταχειρίσασθαι βουλομένοις — — καὶ συνίσταται ἀντὶ τοῦ συνέχεται (Philostrat. Lib. I. Icon. cap. 9. p. 676.) — — καὶ συνίσταταί τις τινὶ, ἀντὶ τοῦ γνώριμος γίνεται, οὗ τὸ ἐνεργητικὸν συνίστημι. Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ (102.)· συνίστημι τῇ φιλίᾳ καὶ τῇ προστασίᾳ τῇ σῇ τὸν θαυμάσιον Σωσηνᾶν.

ΣΥΝΟΔΕΥ´Ω, fut. εύσω, *una iter facio, itineris socius sum,* i. q. συνοδοιπορέω (quod legitur apud Lucianum in Hermotimo T. I. p. 524 et 526.) ex σὺν et ὁδεύω *iter facio,* quod est ab ὁδὸς *via.* Construitur cum dativo, vi præpositionis σύν. Semel tantum in N. T. legitur Act. IX. 7. οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ viri vero, qui una cum illo iter faciebant. Reperitur præterea in Aquilæ, aut Symmachi fragmentis Genes. XXXIII. 12. Sapient. VI. 25. οὔτε μὴν φθόνῳ τετηκότι συνοδεύσω. Herodian. IV. 7. 11. τὰ πλεῖστά τε αὐτοῖς συνώδευε περιπατῶν.

ΣΥΝΟΔΙ´Α, ας, ἡ, 1) proprie: *comitatus, conjunctio in via, iter, a pluribus simul susceptum,* a συνοδεύω, quod est ex σὺν et ὁδὸς *via.* Gloss. *Comitatus,* συνοδία, παραπομπή. Suid. συνοδία· (ita enim rectius fortasse scribitur, quia est a συνοδεύω.) τὸ μετά τινος συμπεριπατεῖν. Arrian. Diss. in Epictet. III. c. 26. p. 362. περιέμεινε συνοδίαν πρεσβευτοῦ exspectat, dum idem iter faciat legatus. Plutarch. Galba p. 1062. ἐν δὲ τῇ συνοδίᾳ καὶ ἡ συνήθεια. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 667. 2) per metonymiam: *comites viæ, itineris socii, comitatus,* ut in Gloss. Stephan. recte explicatur. Tantum exstat in N. T. Luc. II. 44. putabant ἐν τῇ συνοδίᾳ εἶναι eum in comitatu esse, h. e. cum aliis itineris sociis, quorum alii præcedebant, alii subsequebantur, bey der übrigen reise-gesellschaft, *with the other companions of the journey.* Conf. ad h. l. Heinsium in Exercitationibus Sacris, qui ostendit, partim in scriptoribus ecclesiasticis viæ comites, ad synodum proficiscentibus episcopis additos, συνοδίαν passim vocari, partim apud Alexandrinos interpretes (Nehem. VII. 5 et 64.) συνοδίαν de *familia* et cognatis ideo usurpari, quia moris erat, ut, qui ejusdem familiæ essent, iter simul facerent. Strabo IV. p. 314. edit. Almeloveen. συνοδίαν ὅλην ἀπολαμβάνειν δυνάμεναι, et XI. p. 800. Josephus A. J. VI. c. 12. § 1. Eodem modo σύνοδος, quod proprie *congressum, conventum, multorum præsentiam,* συναγωγὴν, συνέλευσιν, πολλῶν παρουσίαν (ut explicatur in Lex. Cyrilli MS. Brem. et Hesych.) significat, de *itineris socio* quoque adhibetur et est i. q. συνοδοιπόρος, teste Hesychio. Conf. Raphelii Obss. ex Arriano p. 188. Lamb. Bos. Obss. ad scriptores Græcos p. 187. et Wolfii Curas Philol. T. I. p. 593.

ΣΥΝΟΙΚΕ´Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *cohabito, eadem cum aliquo domo utor,* ex σὺν et οἰκέω *habito.* Hinc substantivum συνοικία, quod v. c. apud Græcos adhibetur de *pluribus ædificiis conjunctis.* Vide

Reitz. ad Lucian. Tox. c. 15. T. II. p. 522. Polyb. Hist. Lib. VI. 2. 14. Sirac. XXV. 18. συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι εὐδοκῶ. 2) metaphorice et ex adjuncto generatim: *cum aliquo familiariter versor*, ac speciatim: *connubio junctus vivo*, ac *de toto vitæ consortio, in quo justo copulati matrimonio vitam transigunt*, usurpatur, non tantum de *Veneris consuetudine.* Sic semel in N. T. occurrit 1 Petr. III. 7. ubi jubentur mariti συνοικεῖν κατὰ γνῶσιν σκεύει τῷ γυναικείῳ prudenter et indulgenter vivere cum uxoribus suis, quippe imbecillioribus. Etiam apud Græcos in eadem re de maribus æque ac fœminis adhibetur, v. c. apud Ælian. V. H. IV. 1. πρὸ τοῦ συνοικεῖν ἀνδράσιν antequam viris nupserint. Ibid. XII. 52. Antonin. Liberal. c. 11. πλεῖστον χρόνον ἐτέρποντο συνοικοῦντες ἀλλήλοις. Herodian. I. 6. 11. συνῴκει γὰρ τῇ πρεσβυτάτῃ τῶν ἀδελφῶν τοῦ Κομμόδου, ubi videndus Irmischius pag. 205. Sirac. XXV. 11. μακάριος ὁ συνοικῶν γυναικὶ συνετῇ. ibid. v. 18. Confer J. H. Maii Obss. SS. Lib. II. p. 160 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 689. Interdum vero tantum de *concubitu*, ut nostrum **beywohnen**, *cohabit*, adhibetur, v. c. apud Xenoph. de Republ. Laced. I. 8. συνοικεῖν τῇ γυναικὶ cum uxore habere consuetudinem. Confer Schwarzii Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1285. Kypkii Obss. Sacr. T. II. p. 435. et Bielii Thesaur. Philolog. sub hac voce. Hinc συνοικίζειν *in matrimonium dare* apud Ælian. V. H. VIII. 9. et συνοικίζεσθαι *nubere*. Deuteron. XXII. 22.

ΣΥΝΟΙΚΟΔΟΜΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *una ædifico, coædifico, ædificio jungo*, ex σὺν et οἰκοδομέω *ædifico*. Sic legitur 3 Esr. V. 88. λέγουσιν αὐτοῖς, συνοικοδομήσομεν ὑμῖν. 2) metaphorice: *una cum aliis recipio in cœtum et numerum christianorum, una instituo, eadem doctrina ac fide imbuo.* Sic semel in N. T. legitur Ephes. II. 22. ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε cujus (nempe Christi) beneficio etiam vos juncti estis cæteris omnibus, seu recepti estis in christianorum numerum. Cœtus enim christianorum in scriptis apostolorum et inprimis Pauli sæpius cum ædificio, seu templo, in Dei honorem exstructo, comparatur et ibidem v. 21. ναὸς ἅγιος ἐν Κυρίῳ, et paulo post κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ ἐν πνεύματι, seu πνευματικὸν vocatur.

ΣΥΝΟΜΙΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *colloquor, cum aliquo familiariter conversor*, ex σὺν et ὁμιλέω, quod vide supra. Construitur cum dativo et tantum in participio legitur Act. X. 27. καὶ συνομιλῶν αὐτῷ et colloquens cum eo.

ΣΥΝΟΜΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *conjungor, confinis sum, conterminus, contiguus sum*, a συνόμορος *una conterminus*, quod componitur ex σὺν et ὅμορος *confinis, conterminus*, hocque ab ὁμοῦ *una* et ὅρος *terminus*. Tantum legitur in N. T. in participio Act. XVIII. 7. οὗ ἡ οἰκία ἦν συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ cujus ædes contiguæ erant synagogæ, seu eam attingebant. Alberti Glossar. N. T. p. 79. συνομοροῦσα· γειτονοῦσα. Hesych. ὁμοροῦσα, γειτνιῶσα, πλησιάζουσα. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 575.

ΣΥΝΟΧΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *contractio, constrictio, coarctatio*, a συνέχω, quod vide supra. Hinc v. c. de obsidione, qua urbs in tantas ab hostibus cogitur angustias, ut exitus non pateat, usurpatur apud Alexandrinos Jer. LII. 5. et Micha V. 1. ubi respondet Hebraico מָצוֹר quod *obsidionem* significat. De *ambitu, quo aliquid undique circumdatur*, et speciatim de *cellis, templum cingentibus*, legitur συνοχὴ apud Josephum A. J. VIII. c. 3 § 2. — Symmach. Prov. XXX. 16. συνοχὴ μήτρας. Homer. Il. ψ', v. 330. ubi videndus Eustathius. Hinc 2) metaphorice: *angustia et anxietas animi, qua animus quasi undique constringitur et coarctatur, ægritudo et sollicitudo, animi mœror et tristitia*, et generatim: *omnis status, quo, quid agat, aut quo se vertat homo, ignorat.* Sic bis tantum in N. T. legitur. Luc. XXI. 25. καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ et summa erit Judæorum anxietas ob summam rerum desperationem. 2 Cor. II. 4. ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν non sine mœroris et anxietatis magnæ sensu vobis scripsi. Job. XXX. 3. συνοχὴν καὶ ταλαιπωρίαν. Aquila Psalm. XXIV. 17. Artemidor. II. 3. τοῖς πένησι, καὶ δούλοις καὶ δεδεμένοις — καὶ πᾶσι τοῖς ἐν συνοχῇ οὖσιν. Hesych. συνοχή· ἀσθένεια, ἀδημονία, ταραχή. Alberti Glossar. Gr. συνοχῆς· ταραχῆς, ἀδημονίας.

ΣΥΝΤΑ'ΣΣΩ, vel ΣΥΝΤΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *una cum aliis ordino, coordino, compono*, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui ordines et aciem instruunt et agmen disponunt*, ex σὺν et τάσσω, vel τάττω, *ordino, statuo.* Sic legitur apud Diod. Sic. XV. 17. Xenoph. Cyrop. III. 3. 13. et 16. Anab. I. 3. 14. IV. 2. 5. et 4. 1. Hinc σύνταξις *instructio aciei* apud Xenoph. in Hist. Gr. VII. 5. 22. 2) metaphorice: *constituo, præcipio, jubeo, mando*, i. q. προστάσσω, cum qua voce etiam in codicibus haud raro permutari solet. Sic bis tantum in N. T. legitur. Matth. XXVI. 19. καὶ ἐποίησαν οἱ μαθηταὶ, ὡς συνέταξεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς et egerunt e mandato Jesu discipuli. ib. XXVII. 10. καθὰ συνέταξέ μοι ὁ Κύριος quemadmodum mihi præcepit Dominus. Exod. XII. 35. καθὰ συνέταξεν αὐτοῖς Μωϋσῆς. Pro צִוָּה *jussit, præcepit, mandavit*, legitur Genes. XVIII. 19. συντάξει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. ibid. XXVI. 11. Diod. Sic. I. cap. 70. τὰ περὶ τὴν δίαιταν οὕτως ὑπῆρχε συμμέτρως συντεταγμένα. Ælian. V. H. IX. 13. Alia Græcorum loca collegit Grævius ad Luciani Solœcistam p. 742. et D'Orville ad Chariton. Aphrod. Lib. II. cap. 1. p. 291. ed. Lips. Lex. Cyrilli MS. Brem. συντάξειν· παραγγελεῖ, προστάξει. Hesych. συνέταξε· ἐνετείλατο, παρήγγειλεν.

ΣΥΝΤΕ'ΛΕΙΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *confinium*, seu *medium, quod duo extrema jungit*, ex σὺν et τέλος *finis.* Sic sumi videtur apud Alex. Job. XXVI. 10. μέχρι συντελείας φωτὸς καὶ σκότους usque ad confinium lucis ac tenebrarum. 2) *finis, consummatio, interitus*, a συντελὴς *perfectus.* Matth. XIII. 39. ὁ δὲ θερισμὸς συντέλεια τοῦ αἰῶνός ἐστι messis erit post finem hujus mundi. ibid. v. 40 et 49. XXIV. 3. καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος; et e quibus signis adventus tuus et interitus mundi dignoscendi sunt? ibid. XXVIII. 20. Hebr. IX. 26. ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων tempore N. T. quo plane abrogatur œconomia Mosaica. Alii, sensu fere eodem, vertunt: *in confinio sæculorum*, cum nempe finis aderat τοῦ עוֹלָם הַזֶּה et initium τοῦ עוֹלָם הַבָּא. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini sæpius adhibuerunt hanc vocem v. c. pro כָּלָה *consummatio, consumtio*, Nehem. IX. 31. Jer. IV. 27. V. 10, 18. קֵץ *finis, extremum*, Dan. XII. 4, 13. et אַחֲרִית *finis, extremum.* Deut. XI. 12. etc. Diodor. Sic. XIII. p. 552. τοῖς ἔργοις ἐπέθηκαν συντέλειαν. Polyb. Excerpt. Legat. p. 1152. ἔλαβε τὸ ἔργον συντέλειαν.

ΣΥΝΤΕΛΕ'Ω, ῶ, fut. έσω, 1) proprie: *una, vel simul cum altero ad finem perduco aliquid, una perficio,*

adjuvo aliquem laborantem, ex σὺν et τελέω *absolvo, finem facio, perficio.* Confer Reitzium ad Lucianum T. II. p. 248. 2) *absolvo, finio, ad finem perduco*, i. q. simplex τελέω. Matth. VII. 28. καὶ ἐγένετο ὅτε συνετέλεσεν (nonnulli codices habent simplex ἐτέλεσεν) ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους et finita hac oratione, quam Jesus hucusque in monte habuerat. Conf. Deut. XXXI. 1. et Judith X. 1. Luc. IV. 3. καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν ὕστερον ἐπείνασε et his diebus exactis tandem esurivit acerrime. ibid. v. 13. καὶ συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος et peracta omni tentatione diabolus ab eo discessit. Act. XXI. 27. ὡς δὲ ἔμελλον αἱ ἑπτὰ ἡμέραι συντελεῖσθαι his septem diebus fere absolutis. Adde Alexandrinos Job. I. 5. ὡς ἂν συνετελέσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ πότου. Ruth. III. 18. ἕως ἂν συντελεσθῇ τὸ ῥῆμα σήμερον usque dum hoc negotium ad finem perducatur hodie. Thren. III. 22. οὐ συνετελέσθησαν οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ. Deut. XXXIV. 28. Gloss. Brem. συνετελέσθησαν ἐπληρώθησαν. 3) *destruo, vasto, perdo, deleo.* Marc. XIII. 4. καὶ τί τὸ σημεῖον, ὅταν μέλλῃ πάντα ταῦτα συντελεῖσθαι; et e quo signo de hac futura templi destructione constabit? Confer v. 2. Sæpissime vero in versione Alexandrina συντελεῖν ad imitationem Hebraici כָּלָה de *destructione, vastatione ac interitu* usurpatur, v. c. Ezech. VII. 15. τοὺς δὲ ἐν τῇ πόλει λιμὸς καὶ θάνατος συντελέσει. Jerem. VI. 11. 1 Sam. XV. 18. Jerem. XVI. 3. Ezech. VI. 12. Hesych. συνετέλεσα· ἀπώλεσα. 4) *eventu comprobo*, v. c. *prædictionem, vaticinium, exsequor decretum, perficio.* Marc. XIII. 4. καὶ τί τὸ σημεῖον, ὅταν μέλλῃ πάντα ταῦτα συντελεῖσθαι; et e quo signo cognosci ac intelligi poterit, quando hæc omnia a te prædicta sint eventura? Alia æque probabilis hujus loci interpretatio supra jam proposita est. Rom. IX. 28. λόγον γὰρ συντελῶν κ. τ. λ. his omnibus jam prædictis Deus certissimum eventum respondere jubebit. Thren. II. 17. συνετέλεσε ῥῆμα αὐτοῦ. Psalm. LXXVI. 8. Dan. IV. 30. αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ λόγος συνετελέσθη. Ies. XLIV. 22. ὁ συντελῶν πάντα qui omnia præstat, quæ promisit, aut minatus est. 5) *pango, facio*, si de fœdere sermo est. Hebr. VIII. 8. καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν et pangam cum Israëlitis et Judæis novum fœdus. Verba sunt desumta ex Jerem. XXX. 31. ubi Alexandrini διαθήσομαι habent. Sed in aliis locis, v. c. Jerem. XXXIV. 8, 15. συντελεῖν posuerunt pro כָּרַת quod est verbum de fœderibus pangendis proprium. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΤΕ´ΜΝΩ, fut. εμῶ, 1) proprie: *conscindo, concido, præcido, decurto*, ex σὺν et τέμνω seco. Sic legitur apud Thucydidem VII. c. 36. καὶ τὰς πρώρας τῶν νεῶν ξυντεμόντες. 2) *definio, determino*, et ex adjuncto: *decerno, constituo.* Sic legitur in N. T. Rom. IX. 28. ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς decreta sua certissime exsequuturus est Jehova in his terris. Verba sunt desumta ex Ies. X. 23. ubi Hebr. ita sonant: כִּי כָלָה וְנֶחֱרָצָה אֲדֹנָי יֱהוִֹה צְבָאוֹת עֹשֶׂה בְּקֶרֶב כָּל־הָאָרֶץ׃ De verbo חָרַץ quod proprie est: *secare*, deinde: *subito decernere aliquid, decidere aliquid*, vide Schultensium in Comment. ad Prov. Salom. XXI. 5. Ies. XXVIII. 22. συντετελεσμένα καὶ συντετμημένα πράγματα ἤκουσα. Dan. IX. 26. πόλεμος συντετμημένος *bellum decisum.* ibid. v. 24. ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες συνετμήθησαν ἐπὶ τὸν λαόν τοῦτον. 3) *exsequor decretum, perficio*, i. q. συντελέω. Huc pertinet formula συντέμνειν λόγον, quæ apud Græcos scriptores quidem notat: *in compendio ac breviter aliquid dicere, paucis verbis multa complecti;* (Eurip. Hecub. v. 1180. ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω. Schol. Aristoph. Thesmophor. v. 185. συντέμνειν λόγον βραχέως καὶ συντόμως ἀγορεύειν. Philostrat. Vit. Apoll. VII. 17. συντετμήσονται οἱ ἐν δικαστηρίῳ λόγοι.) sed in N. T. significat: *celeriter ac subito exsequi, aut perficere, quod decretum, aut promissum erat*, et est i. q. συντελεῖν λόγον. Rom. IX. 28. λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ celerrime enim et certissime Deus pro veracitate sua exsequuturus est et perfecturus, quod promisit. Hesych. συντεμών· συντελέσας, qui fortasse respexit ad locum Euripidis in Rheso v. 451. (συντεμὼν τοὺς σοὺς πόνους), observante Wakefield. in Silva Critica P. III. p. 18. qui copiose de hac voce exposuit. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 49. Nœsselti Opuscula ad interpretationem Script. Sacr. T. I. p. 183. et Wetstenium in Obss. ad N. T. T. II. p. 69. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. συντέμνω, *concido, compendio.*

ΣΥΝΤΗΡΕ´Ω, ῶ, fut. ήσω. Generatim *omne studium intentum et curam circa aliquid* significat; speciatim vero notat: 1) *conservare aliquam rem, ne pereat*, ex σὺν et τηρέω *servo.* Sic legitur de utribus novis et musto repletis, quæ conservantur, ne vinum pereat. Matth. IX. 17. καὶ ἀμφότεροι συντηροῦνται. Luc. V. 38. In utroque loco τῷ συντηροῦνται opponitur ἀπολοῦνται. 2) *tueor, sollicite custodio, video et curo, ne quis lædatur et violetur.* Sic legitur in N. T. Marc. VI. 20. de Herode, qui συνετήρει, h. e. tuebatur Johannem, baptistam, ne a quoquam læderetur, quia Herodias ei insidias struebat. 3) *retineo, memoria teneo, memor sum, servo memoriam alicujus rei.* Sic legitur in N. T. Luc. II. 19. Maria vero συνετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα, scil. ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, omnes istas res memori pectore condebat, i. q. v. 51. διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Dan. VII. 28. καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου συνετήρησα. Polybius Leg. 104. 1298. οὔτ᾽ ἐξέφαινε τὴν ἑαυτῆς γνώμην, ἀλλὰ συνετήρει παρ᾽ ἑαυτῇ. Sæpius non legitur in N. T.

ΣΥΝΤΙ´ΘΗΜΙ, fut. θήσω, 1) proprie: *compono, conjungo, quæ disjuncta et dissociata fuerunt*, ex σὺν et τίθημι *pono.* Antonin. Liberal. c. 1. Hinc 2) metaphorice συντίθεμαι *constituo, decerno.* Joh. IX. 22. ἤδη γὰρ συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα, ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται jam enim unanimi consensu constituerant Judæi, seu convenerat inter Judæos, ut, si quis Jesum confiteretur esse Christum, e synagoga ejiceretur. Act. XXIII. 10. ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι συνέθεντο τοῦ ἐρωτῆσαί σε convenit inter Judæos, te rogare. Dan. II. 9. συνέθεσθε εἰπεῖν. 3) *paciscor cum aliquo, pactum ineo cum aliquo, convenio cum aliquo.* Luc. XXII. 5. καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι et pacti sunt cum eo certa pecuniæ summa. Andocides Orat. III. p. 280. ἃ δὲ πρὸς τούτους μόνους ἐκεῖνοι συνέθεντο. Herodotus I. c. 82. συνθέμενοι ταῦτα ἀπηλλάσσοντο. Xenoph. Hist. Gr. VI. 3. 5. Lysias Orat. p. 266. ἃς συνθήκας συνεθέμεθα. 1 Macc. IX. 70. XI. 9. XV. 27. Hinc interdum de *conspirantibus* adhibetur, v. c. apud Alexandrinos 1 Sam. XXII. 13. et Herodian. I. 17. Eodem modo *componere* legitur apud Sallustium in Jugurth. CXI. ubi videndus Cortius. 4) *assentior, consentio*, quasi *una cum altero calculum pono meum.* Act. XXIV. 9. συνέθεντο (si lectio sana est, nec po-

tius legendum est συνετίθεντο, ut Griesbachius edidit. Vide supra sub συντίθημι.) δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, φάσκοντες, ταῦτα οὕτως ἔχειν assensi etiam sunt Judæi, dicentes, hæc omnia ita se habere. Philostrat. Heroic. c. 5. extr. p. 704. ὀλίγοις τῶν βουλευμάτων ξυντίθεσθαι. Alia loca, huc pertinentia, habet Palairet. in Obss. Philol. in N. T. p. 337. Sæpius in N. T. non legitur. Thom. M. p. 825. ed. Bernard. συντίθημι· τὸ συναρμόζω. καὶ συντίθεταί τις, ἀντὶ τοῦ συναρμόζεται. καὶ συντίθημι· τὸ συνάγω. ὡς τὸ, πάντα συνθεὶς χρήματα. συντίθεμαι δὲ, τὸ ὁμολογῶ. Λιβάνιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης· συνθέμενος ἥξειν πρὸς τὴν ὑστεραίαν. Cf. Wetst. N. T. T. I. p. 803.

ΣΥΝΤΟ'ΜΩΣ. Adverbium, quod proprie significat: *concise*, deinde metaphorice, ut Latinum *concise: breviter, paucis, compendiose, succincte*, etiam, ut recte observat Foësius in Œcon. Hippocr. p. 361. *subito*, (Alex. Prov. XIII. 23. et XXIII. 28.) *brevi, continuo, sine mora*, a σύντομος *concisus, brevis, compendiarius*, (v. c. de *compendiis viæ*, Xenoph. de Venat. V. 17. Hist. Gr. VII. 2. 13. Anab. II. 6. 11. Polyænus Strateg. II. 10.) quod est a συντέμνω, quod vide supra. Semel tantum in N. T. legitur Act. XXIV. 4. παρακαλῶ, ἀκοῦσαί σε ἡμῶν συντόμως rogo te, ut nos audias paucis. Hesych. συντόμως· διὰ βραχέων. 2 Macc. II. 32. τὸ σύντομον τῆς λέξεως μεταδιώκειν. Sap. XIV. 14. 3 Macc. V. 25. Hinc συντομὴ *compendium scribendi*. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 619.

ΣΥΝΤΡΕ'ΧΩ, aor. 2. ind. συνέδραμον, 1) proprie: *una curro, concurro, confluo, convenio*, ex σὺν et τρέχω *curro*. Sic legitur in N. T. Marc. VI. 33. καὶ πεζῇ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων συνέδραμον et pedibus ab omnibus civitatibus confluxerunt. Act. III. 11. συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς confluxit ad eos omnis populus. Judith VI. 18. XIII. 14. XV. 15. 2 Maccab. III. 19. VI. 11. 2) metaphorice, et ad animum translatum: *studium meum una cum aliis in aliquid confero, cooperor, collaboro, eodem impetu feror*. Sic legitur 1 Petr. IV. 4. μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν non concurrentibus vobis in eandem cum iis luxuriæ profusionem, h. e. vos non eandem cum iis vitam, in omnem turpitudinem projectam, sectari. Eodem sensu רוץ sequente עם legitur Ps. L. 18. εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ. Adde Demosthenem p. 214. 7. ed. Reisk. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΝΤΡΙ'ΒΩ, fut. ίψω, 1) proprie: *contero, contundo, comminuo, conquasso, confringo*, etiam *fracto foramine aperio*, ex σὺν et τρίβω *tero, tundo, comminuo*. Sic legitur in N. T. Marc. V. 4. καὶ τὰς πέδας συντετρίφθαι et compedes confringi. ib. XIV. 3. καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον et fracto foramine aperiens alabastrum. Scilicet orificium vasis unguentarii obsignatum erat, quod signum erat genuini et foris advecti unguenti; qui itaque tali lagenula unguentaria utebantur, superiorem partem colli ejus refringere necesse habebant. Recte itaque Syrus h. l. transtulit: ܘܬܒܪܬܗ *et illa aperuit illud*. Joh. XIX. 36. ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτῷ ossa ejus non conterentur. Apoc. II. 27. ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντρίβεται ut vasa figulina conteruntur. Hesych. συντρίβει· συνθλᾷ. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro שָׁבַר *fregit, confregit, disrupit*, Genes. XIX. 9. Exod. IX. 25. Num. IX. 12. Chaldaico תְּבַר idem, Daniel. II. 42. רָצַץ *collisit, conquassavit, contrivit*, Psal. LXXIV. 14. Cohel. XII. 6. et aliis similibus verbis. Adde Thucyd. IV. c. 11. Ælian. V. H. XII. 61. et interpretes ad Thomam M. s. v. Καταγνὺς p. 500. ed. Bernard. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 716. 2) *vulnero, violenter tracto, excrucio, misere vexo*. Sic legitur in N. T. Luc. IX. 39. de homine dæmoniaco, ὃν πνεῦμα συντρίβει, h. e. vulnerat, vel cruciat, misere vexat, seu vires ejus atterit et enervat. Alexandrini usi sunt hac voce pro פָּצַע *vulneravit*. 1 Reg. XX. 37. Notionem *vexandi* et *cruciandi* habet Hebraicum דָּכָא *contudit, contrivit, comminuit*, (cui συντρίβειν Ies. LVII. 15. apud Alexandrinos respondet) Ies. III. 15. Vocem autem συντρίβεσθαι apud Græcos quoque de *iis* adhiberi, *quorum vires atteruntur et exhauriuntur*, observavit Kypkius in Obss. Sacr. T. I. p. 254 seq. 3) συντετριμμένος metaphorice *is* dicitur, *qui est imbecillis et exigua intelligendi facultate præditus*. Matth. XII. 20. κάλαμον συντετριμμένον (קָנֶה רָצוּץ) Ies. XLII. 3.) οὐ κατεάξει homines imbecilles non abjiciet, sed potius summa erga eos lenitate et humanitate utetur eosque confirmabit. 4) συντρίβεσθαι τὴν καρδίαν *dolere, tristitia affici, angi et affligi animo*. Luc. IV. 18. ἀπέσταλκέ με ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν misit me ad sanandos animo fractos, h. e. ad solatio erigendos homines, tristitia affectos. Verba sunt desumta ex Ies. LXI. 1. Adde Ps. LI. 19. Jerem. XXII. 20. συνετρίβησαν (scil. ταῖς ψυχαῖς) πάντες οἱ ἐρασταί σου. Suid. συντριβῆσαι ταῖς ψυχαῖς· ἀντὶ τοῦ, ἐθορυβήθησαν, συνεχύθησαν. Eodem sensu legitur apud Diod. Sic. XI. c. 59. formula συντρίβειν τοῖς φρονήμασι, et ibidem XVI. c. 81. συντρίβειν ταῖς ψυχαῖς. Polyb. p. 1130. et 1298. Plutarch. Timol. p. 238. E. 5) formula: συντρίβειν τινὰ ὑπὸ τοὺς πόδας τινὸς metaphorice notat: *infringere alicujus potestatem eumque alicujus potestati subjicere*. Sic legitur in N. T. Rom. XVI. 20. ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης συντρίψει τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει Deus vero benignissimus efficiet, ut vos mox omnibus ac singulis malis, quibus nunc oppressi estis, eripiamini omniumque hostium vestrorum potentia ac vis nocendi prorsus infringatur ac imminuatur. Confer supra dicta ad πούς et Σατανᾶς. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥ'ΝΤΡΙΜΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *contusio, contritio, conquassatio, confractio*. Est enim verbale a 1 pers. præt. pass. συντέτριμμαι, verbi συντρίβω *contero*. Alexandrini adhibuerunt pro עַצֶּבֶת *dolor* et per metonymiam pro *omni, quod dolorem efficit*, Ps. CXLVI. 3. פֶּצַע *vulnus*, Job. IX. 17. Prov. XX. 29. XXIII. 29. et שֶׁבֶר *fractio*. Levit. XXI. 18. XXIV. 20. Ies. XXX. 14. 2) metaphorice: *vastatio, ruina, pernicies, interitus, calamitas, miseria*, etiam *studium aliis nocendi*. Sic semel tantum in N. T. legitur Rom. III. 16. σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, h. e. quicquid agunt, agunt, ut alios perdant, seu nihil aliud agunt, quam ut aliis miserias, calamitates et ærumnas creent. Verba sunt desumta ex Ies. LIX. 7. ubi in Hebraico שֹׁד *vastatio* legitur, cui voci etiam respondet apud Alexandrinos Ies. XXII. 4. et LX. 18. Adde Ies. XXX. 26. Jerem. VI. 14. VIII. 11, 21. Thren. II. 11. III. 47. IV. 10. Sapient. III. 3. καὶ ἡ ἀφ' ἡμῶν πορεία σύντριμμα. Sir. XL. 11. λιμὸς καὶ σύντριμμα καὶ μάστιξ. 1 Macc. II. 7. ἰδεῖν τὸ σύντριμμα τοῦ λαοῦ μου. Hesych. σύντριμμα· ταλαιπωρία, μοχθηρία.

ΣΥ'ΝΤΡΟΦΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *una enutritus cum altero, collactaneus*, (qua voce Vulgatus Act. XIII. 1. usus est.) a præt. med. συντέτροφα, verbi συντρέφω *simul nutrio et alo*, hocque ex σὺν et τρέφω *nutrio, alo.* Sic legitur hæc vox apud Xenoph. Memor. II. 3. 4. ἐπεὶ καὶ τοῖς θηρίοις πόθος τις ἐγγίγνεται τῶν συντρόφων. Gloss. Vet. σύντροφος, *concibus, collactaneus.* 2) *qui una cum altero educatur*, et κατ' ἐξοχὴν olim σύντροφοι dicebantur, *qui colludendi causa pueris regum, principum et ditiorum apud veteres socii adjungebantur et eadem cum iis institutione et educatione fruebantur* (Plutarch. de Pueror. Educat. c. 6.) et a Latinis *sodales* ac Lacedæmoniis μόθωνες (Vide Harpocrat. in v. μόθωνας et schol. ad Aristoph. Plut. v. 279.) dicebantur. Vide J. E. J. Walchii Diss. de συντρόφοις veterum, in Ej. Diss. in Acta Apostolorum Vol. II. et Wetstenii N. T. T. II. p. 532. Sic semel in N. T. legitur Act. XIII. 1. Μαναήν τε Ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος et Manaën, sodalis Herodis, tetrarchæ, seu, qui a prima inde ætate cum Herode educatus erat. Legitur præterea hæc vox in eadem significatione 2 Macc. IX. 29. παρεκομίζετο δὲ τὸ σῶμα Φίλιππος ὁ σύντροφος αὐτοῦ, scil. Ἀντιόχου. Ælian. V. H. XII. 26. Diod. Sic. Lib. I. c. 53. Hesych. σύντροφοι συνανάτροφοι. Phavor. σύντροφοι· συνανάτροφοι. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1188. *Sodales alicujus regis ac principis* etiam συνέκτροφοι dicebantur; quo nomine sodales Alexandri M. insigniuntur ab auctore primi libri Maccab. I. 7., et συντρεφόμενοι a Plutarcho T. VI. p. 683. ed. Reisk. Hinc substantivum συντροφία *sodalitium, communis educatio*, quod, omissum in Bielii Thesauro, legitur 3 Maccab. V. 32. nisi tibi parcerem διὰ τὴν τῆς συντροφίας στοργὴν ob intercedentem ex communi educatione amorem. Confer etiam Raphelii Obss. Polyb. pag. 340. ac Lennep. ad Phalar. p. 22.

ΣΥΝΤΥΓΧΑ'ΝΩ, fut. τυχήσω, vel τεύξομαι, aor. 2. συνέτυχον, *convenio, aliquem adeo, colloquor cum aliquo, congredior, obviam fio, occurro, incido in aliquem*, ex σὺν et τυγχάνω *sum*, quod vide infra. Construitur cum dativo et legitur in N. T. tantum in infinitivo Luc. VIII. 19. καὶ οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον nec poterant eum convenire (Vulgatus habet: *adire.* Syrus: *et non poterant* ܕܢܡܠܠܘܢ ܥܡܗ *loqui cum eo.*) propter turbam; coll. Matth. XII. 46 et 47. λαλῆσαι αὐτῷ. Marcus II. 4., nunquam in alia historia, προσεγγίσαι habet. Herodot. IV. 74. Hinc συντυχία et σύντευξις *colloquium, familiaris consuetudo cum aliquo*, ut legitur apud Ælian. V. H. IV. 9. Apud Græcos scriptores συντυγχάνειν quandoque notat *casu in aliquid incidere*, v. c. apud Xenoph. de Re Equestri in Procem. et Ælian. V. H. IX. 11. unde apud eundem XII. 64. *casus fortuitus* συντυχία dicitur.

ΣΥΝΤΥ'ΧΗ, ης, ἡ, *Syntyche.* Nomen mulieris Græcum, idem notans, quod *colloquens, affabilis*, a συντυγχάνω, vel *confortunata*, a σὺν *cum* et τύχη *fortuna.* Semel tantum in N. T. commemoratur Philipp. IV. 2.

ΣΥΝΥΠΟΚΡΙ'ΝΟΜΑΙ, fut. οῦμαι, *una simulo, exemplum alicujus in simulando* vel *dissimulando sequor, abripior aliorum moribus contra rectius mentis meæ dictamen*, ex σὺν et ὑποκρίνομαι *simulo, more fabularum, actoribus communi, utor*, quod vide infra. Semel tantum in N. T. legitur Galat. II. 13. καὶ συνυπεκρίθησαν αὐτῷ καὶ οἱ λοιποὶ Ἰουδαῖοι exemplum autem Petri in dissimulando sequebantur etiam reliqui Judæi, nempe christiani e Judæis; ubi συνυποκρίνεσθαί τινι est idem, quod in sequentibus συναπάγεσθαι τῇ ὑποκρίσει τινὸς, et v. 12. traditur, in quo fuerit ὑπόκρισις Petri. Plutarch. Mario p. 415. B. εἴτε πλαττόμενος καὶ συνυποκρινόμενος. Polyb. III. 31. Confer Raphelii Obss. Polyb. p. 514. et Elsnerum in Obss. Sacr. T. II. p. 179.

ΣΥΝΥΠΟΥΡΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *una operam confero, adjuvo, opem fero*, ex σὺν et ὑπουργέω *adjuvo*, quod est ab ὑπουργὸς *adjutor.* Legitur semel in N. T. in partic. 2 Cor. I. 11. συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει adjuvantibus me etiam vobis precibus vestris, pro me ad Deum fusis. Lucian. in Bis accusato T. II. p. 224. συναγωνιζομένης τῆς ἡδονῆς, ἥπερ αὐτῇ τὰ πολλὰ ξυνυπουργεῖ.

ΣΥΝΩΔΙ'ΝΩ, fut. νῶ, 1) proprie: *una parturio, una parturientis dolores sentio*, ex σὺν et ὠδίνω *parturio*, quod est ab ὠδὶν *dolor partus.* 2) *in societatem dolorum et cruciatuum alicujus venio, mali alieni sensu afficior ac moveor*, i. q. συμπάσχω et συμπαθέω. Porphyr. de Abstinent. III. c. 10. p. 114. οἶδε δὲ ἐπὶ τῶν ζώων τὰς ὠδῖνας ὁ σύνοικος, καὶ συνωδίνει γε τὰ πολλὰ ὥσπερ καὶ ἀλεκτρυόνες. 3) *instar puerperæ doloribus afficior, crucior, vehementer doleo et lugeo*, et est idem, quod simplex ὠδίνω, nulla præpositionis σὺν ratione habita. Sic semel tantum in N. T. legitur Rom. VIII. 22. οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν constat enim inter omnes, christianos fere omnes hoc tempore admodum dolere et variis calamitatibus vexari. Errarunt enim, qui illud σὺν in συστενάζειν et συνωδίνειν vel ad christianos v. 21. vel ad πᾶσα κτίσις, etymologiæ pressius inhærentes, referrent. Eurip. Helen. v. 753. συνωδίνειν τοῖς κακοῖς. Alberti Glossar. N. T. p. 103. συνωδίνει· ὀδυνᾶται, στενάζει.

ΣΥΝΩΜΟΣΙ'Α, ας, ἡ, *conjuratio, conspiratio*, i. q. συνωμόσιον, (quod legitur apud Longum Lib. IV. cap. 23. p. 182. et Dionys. Halic. Ant. Rom. p. 658. l. 25. Sylb.) a συνόμνυμι *conjuro*, quod est ex σὺν et ὄμνυμι, vel ὀμνύω *juro.* Legitur in N. T. tantum Act. XXIII. 13. ἦσαν δὲ πλείους τεσσαράκοντα, οἱ ταύτην τὴν συνωμοσίαν πεποιηκότες erant autem plus quadraginta, qui ita conspiraverant et (conf. v. 12.) diris exsecrationibus se obstrinxerant, ne nutrimenta caperent, priusquam Paulum occidissent. Adde Apollodor. Bibl. III. c. 14. § 4. ἐπεποίηντο γὰρ συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι. Thucyd. VI. c. 66. VIII. c. 81. Hesych. συνωμοσία· ἡ μεθ' ὅρκων φιλία. Idem tradit Suidas. Hinc συνωμότης *conjuratus, confœderatus*, quod legitur apud Alexandrinos Gen. XIV. 13. pro בַּעַל בְּרִית *dominus fœderis*, et Thucyd. L. VI. cap. 57. — Gloss. Vet. apud Labbæum: συνωμοσία, *conjuratio, perduellio.*

ΣΥΡΑΚΟΥ'ΣΑΙ et ΣΥΡΑ'ΚΟΥΣΑΙ, ῶν, αἱ, *Syracusæ.* Urbs maritima Siciliæ celeberrima, amplissima ac opportuno portu instructa, sub Pachyno monte sita, ædificata ab Archia, Corinthio, et a palude, vel loco quodam paludoso, *Syraco* dicta. Auctore Strabone Lib. VI. p. 413. B. ex quinque aliis urbibus coaluit; alii vero urbem universam quatuor tantum oppidis constitisse contendunt, nec minorem Athenis fuisse. Fuit patria Archimedis. Vide Cellarii Geogr. Plen. Lib. II. c. 12. p. 787. In N. T. semel tantum memoratur Act. XXVIII. 12. καὶ

καταχθέντες εἰς Συρακούσας et Syracusas appulsi.

ΣΥΡΙ'Α, ας, ἡ, *Syria.* Regio amplissima Asiæ majoris, quæ quondam longe extensa, et sub ea comprehensa fuit 1) Syria, proprie dicta, quæ terminos habet ab ortu Euphratem et Arabiam desertam, a meridie Phœniciam et Galilæam, ab occasu mare Mediterraneum, a septentrione Ciliciam et Armeniam minorem. 2) Phœnicia. 3) Palæstina et 4) secundum Plinium H. N. Lib. V. c. 12. etiam Mesopotamia et Babylonia. Vide Cellarii Geogr. Plen. Lib. III. c. 12. p. 335 seq. Nomen ipsum quidam derivant a σύρειν *trahere.* Hesych. Συρία· διὰ τὸ σύρεσθαι ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ. Alii factum putant ex *Assyria,* per aphæresin. Forte ab Hebraico צוּר in plur. צוּרִים *rupes.* Legitur in N. T. Matth. IV. 24. καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν, coll. v. 25. et Marc. I. 26. καὶ ἐξῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας, ut adeo per Syriam in loco Matthæi Galilæa et omnes Palæstinæ regiones, Galilææ finitimæ, intelligendæ esse videantur. Conf. Relandi Palæstinam p. 45. Luc. II. 2. Act. XV. 23, 41. XVIII. 18. XX. 3. XXI. 3. Galat. I. 21. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥ'ΡΟΣ, ου, ὁ, *Syrus.* Est nomen gentile, significans *hominem ex Syria oriundum,* a Συρία, quod vide. Legitur in N. T. tantum Luc. IV. 27.

ΣΥΡΑΦΟΙΝΙ'ΚΙΣΣΑ, vel potius ΣΥΡΟΦΟΙΝΙ'ΚΙΣΣΑ, ης, ἡ, i. q. Συροφοίνισσα, quod vide infra. Reperitur hæc vox multorum codicum auctoritate a Griesbachio in textum recepta Marc. VII. 26.

ΣΥΡΟΦΟΙ'ΝΙΣΣΑ, ης, ἡ, *Syrophœnissa.* Nomen mulieris, quæ fuit non Syro-Græca nec Syro-Macedonica, sed genere ac natione Syro-Phœnissa, h. e. ex Syro-Phœnicia vel Syria Phœnice, regiuncula, sita inter Syriam et Phœnicen, in partibus Tyri ac Sidonis, cujus incolæ erant reliquiæ Chananæorum. Jud. I. 31, 32. unde mulier, quæ Marc. VII. 26. Συροφοίνισσα dicitur, Matth. XV. 22. Chananæa vocatur. Phœnicia autem olim pars Syriæ fuit, ut tradit Plinius in H. N. Lib. V. c. 12. Conf. Relandi Palæstinam p. 50. Masculinum est Συροφοίνιξ, Latine *Syrophœnix,* (quod legitur apud Juvenal. Sat. VIII. v. 159.) Sic Cadmum appellat Lucianus in Concil. Deor. T. III. p. 529.

ΣΥ'ΡΤΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, *Syrtis.* Ita dicitur *omnis locus, vel tractus maris arenosus et vadosus, qui naves, eo appulsas, veluti trahit ac retinet et denique absorbet,* a σύρω *traho, attraho.* Speciatim vero olim ita dicebatur *locus duplex arenosus in mari Africo, in quo naves defixæ hærent et diffringuntur.* Conf. Cel. Heynii Excursum IV. ad Æn. Lib. I. Semel legitur in N. T. Act. XXVII. 17. μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσιν ne in Syrtim inciderent; ubi intelligendus est ejusmodi tractus maris Libyci, in quem navis, qua Paulus vehebatur, relicta Creta, facillime ferri et incidere poterat. Vide Wetstenii N. T. T. II. pag. 642 seq.

ΣΥ'ΡΩ, ρῶ, 1) proprie: *traho, protraho, extraho, ad me traho, attraho.* In perf. pass. σέσυρμαι, unde σύρμα *omne, quod trahitur.* Legitur in N. T. Joh. XXI. 8. σύροντες τὸ δίκτυον τῶν ἰχθύων trahentes rete piscium. Apoc. XII. 4. καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ. Quibus verbis allusisse Johannes videtur ad σύρματα veterum, quæ erant vestes caudatæ matronarum nobilium, quarum caudæ, seu extremæ oræ, per solum trahuntur. Adde Ies. III. 15. 2) *vi abduco aliquem, rapio aliquem in jus, ad judicem, carcerem, pœnas,* i. q. κατασύρω. Act. VIII. 3. σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας παρεδίδου εἰς φυλακὴν ad carcerem trahens viros ac fœminas. ibid. XIV. 19. ἔσυρον ἔξω τῆς πόλεως extraxerunt ex urbe. ibid. XVII. 6. ἔσυρον τὸν Ἰάσονα, καί τινας ἀδελφοὺς ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας traxerunt Jasonem et alios quosdam christianos ad præfectos civitatis. Arrian. Diss. Epictet. I. 29. σύρῃ εἰς τὸ δεσμωτήριον. Lucian. Lexiph. 10. Δεινίαν σύρουσιν ἄρδην ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Eodem modo *trahere* et *attrahere* apud Latinos adhiberi, docuit Wetstenius N. T. T. I. p. 504 seq. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΣΠΑΡΑ'ΤΤΩ vel ΣΥΣΠΑΡΑ'ΣΣΩ, fut. άξω, *discerpo, dilacero, dilanio,* et ex adjuncto: *concutio, huc et illuc jacto,* i. q. simplex σπάρασσω. Legitur in N. T. tantum Luc. IX. 42. ἔῤῥηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον καὶ συνεσπάραξεν corripuit eum dæmon et totum ejus corpus convulsit et distorsit. Vide supra ad σπαράσσω notata.

ΣΥ'ΣΣΗΜΟΝ, ου, τὸ, *omne commune signum, quod e composito datur, signum, de quo inter duos pluresve convenit, tessera, symbolum,* a σύσσημος *una significans,* quod ex σὺν et σῆμα *signum.* Semel tantum in N. T. legitur Marc. XIV. 44. δεδώκει δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν σύσσημον (Syrus ܐܬܐ) αὐτοῖς, λέγων dederat autem proditor illis hoc signum; pro quo apud Matthæum cap. XXVI. 48. est: ὁ δὲ παραδιδοὺς αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς σημεῖον λέγων. Sic etiam Alexandrini Hebraicum נֵס *signum, vexillum, quod in altum elevatur, seu erigitur,* mox σημεῖον, mox σύσσημον transtulerunt. Jud. XX. 38, 40. Ies. V. 26. XLIX. 22. LXII. 10. Strabo VI. pag. 428. συνέθεντο φέρειν σύσσημον ἐν τῇ ἀγορᾷ πῖλον Λακωνικόν. Diodor. Sic. Lib. XIV. pag. 298. Conf. Casaubonum ad Æneæ Poliorcet. cap. 4. p. 1721. ed. Gronov. Wetstenii N. T. T. I. p. 630. et Ludov. de Dieu Criticam Sacram p. 422. Hesych. Suidas et Phavorinus: σύσσημον· σημεῖον. Suid. σύνθημα· σύσσημον. De verbo συσσημαίνεσθαι, quod *signare, obsignare* notat, vide Salmas. de Modo Usurar. p. 449.

ΣΥ'ΣΣΩΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *ejusdem corporis particeps, uno corpore conjunctus, pars corporis ejusdem,* ex σὺν et σῶμα *corpus.* 2) metaphorice: *qui ad eandem cum aliis societatem pertinet, societatis vinculis cum aliquo junctus:* et quia in N. T. libris *cœtus christianorum, e Judæis ac paganis constans,* sæpissime σῶμα dicitur, etiam σύσσωμος speciatim in N. T. dicitur *in cœtum et numerum christianorum receptus.* Sic tantum legitur Ephes. III. 6. εἶναι τὰ ἔθνη σύσσωμα ut gentiles arctissime cum Judæis conjungerentur receptione in cœtum christianorum. Bene Theophyl. ad h. l. ἵνα δηλώσῃ τὴν πολλὴν ἐγγύτητα καὶ ἕνωσιν, σύσσωμα εἶπε τὰ ἔθνη. Ἐν γὰρ σῶμα γεγόνασιν οἱ ἐθνικοὶ πρὸς τοὺς Ἰσραηλίτας ἁγίους μιᾷ κεφαλῇ ἐν Χριστῷ συγκρατούμενοι.

ΣΥΣΤΑΣΙΑΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *socius seditionis, particeps conjurationis,* a συστασιάζω *seditionem una excito, conspiro,* hocque ex σὺν et στασιάζω *factionibus contendo,* quod a στάσις *seditio.* Legitur in N. T. tantum Marc. XV. 7. μετὰ τῶν συστασιαστῶν δεδεμένος qui una cum reliquis seditionis auctoribus erat in vincula conjectus. Vide J. H. Maii Obss. SS. Lib. IV. p. 232. et Wetstenii N. T. T. I. p. 634. Verbum συστα-

σιάζειν legitur apud Plutarch. T. VIII. p. 175. ed. Reisk.

ΣΥΣΤΑΤΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *commendatitius*, a συνίστημι, vel συνιστάνω *commendo*, quod vide supra. Legitur in N. T. tantum 2 Cor. XIII. 1. ἢ μὴ χρήζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν; aut num egemus, sicut alii, commendatitiis litteris ad vos, aut commendatitiis a vobis? Zonaras Lex. col. 1688. συστατικῶν, παραθετικῶν. ἢ μὴ χρήζομεν, ὥς τινες κ. τ. λ. Conf. Lydii Agonistica Sacra c. 31. Arrian. Diss. Epictet. II. 3. γράμματα παρ' αὐτοῦ λαβεῖν συστατικά. Diogen. Laërt. V. 18. Stobæi Serm. 64. p. 408.

ΣΥΣΤΑΥΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *una crucifigo, una in crucem tollo mortis supplicio adjudicatum*, ex σὺν et σταυρόω *crucifigo*, quod vide supra. Sic legitur in N. T. Matth. XXVII. 44. καὶ οἱ λῃσταὶ οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ etiam latrones, cum eo crucifixi. Marc. XV. 32. οἱ συνεσταυρωμένοι αὐτῷ. Joh. XIX. 32. 2) metaphorice: συσταυροῦσθαι *ad similitudinem et imitationem mortis Christi mori*, h. e. *renuntiare et valedicere vitiositati*. Sic reperitur Rom. VI. 6. ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη nos renuntiasse pristinæ perversæ vivendi rationi. Galat. II. 20. Χριστῷ συνεσταύρωμαι renuntiavi pristinæ vitæ rationi, ut Christus in cruce mortuus est. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΣΤΕ'ΛΛΩ, fut. ελῶ, 1) proprie: *committo, una mitto*, ex σὺν et στέλλω *mitto, ablego*. 2) *contraho, coarcto*, verbi causa *vestem, linteum*, etc. Theophrast. de Causis Plantarum I. c. 17. ἀφελκόμενα γὰρ πόνον τε παρέχει καὶ καταψύχει, καὶ εἰς ὀλίγον συστέλλει. Sirac. IV. 34. χεὶρ ἐν τῷ ἀποδιδόναι συνεσταλμένη. 3) metaphorice: *in angustias redigo, miserum tristemque reddo, facio, ut aliquis animum abjiciat et summo metu afficiatur*, si de *hominibus* adhibetur; de *tempore* vero, *molestum, turbulentum, luctuosum reddo*. 1 Cor. VII. 29. ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστι tempora tristia ac turbulenta futura sunt. Symmachus Ps. LXXIII. 21. pro כִּי יִתְחַמֵּץ לְבָבִי habet: συνεστέλλετο ἡ καρδία μου contractum est cor meum, h. e. ægre fero. 1 Macc. III. 6. συνεστάλησαν οἱ ἄνομοι ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτῶν. 2 Macc. VI. 12. μὴ συστέλλεσθαι διὰ τὰς συμφορὰς animum non abjicere propter calamitates. 3 Macc. V. 33. Hesych. συνεστάλη· περιεβλήθη, ἐθυλίσατο. Conf. Jul. Pollucis Onom. III. 136. et V. s. 123. et Irmisch. ad Herodian. I. 6. 10. p. 202 seq. Sic etiam apud Latinos *contractio animi* de *tristitia*, vel *ægritudine animi* usurpatur. Vide Cic. Tuscul. Quæst. I. 37. et Lælium cap. 13. ac Budæi Comment. L. Gr. p. 181. Sed alii καιρὸν συνεσταλμένον *tempus contractum*, quod Paulus in loco supra laudato prædicit, de *tempore brevi* explicant, ut sensus verborum sit: tempus breve adhuc superest, quemadmodum apud Latinos *contrahi* in formulis: *contractæ noctes* et *contracti dies*, adhibetur: prior tamen explicatio præferenda mihi quidem videtur. 4) *præparo*, verbi causa in formula: συστέλλειν πόλεμον *se ad pugnam parare*, sæpius apud Græcos obvia. Hinc 5) speciatim *compono cadaver ad sepulturam, pollingo*, i. q. συγκομίζω, quod vide supra et περιστέλλω. Ezechiel XXIX. 5. Homer. Odyss. ω', v. 292. Herodot. II. c. 90. Alciphron Lib. I. Ep. 9. ed. Bergler. Sic legitur in N. T. Act. V. 6. συνέστειλαν αὐτὸν composuerunt ejus cadaver. Syrus transtulit: ܘܟܢܫܘܗܝ *et collegerunt eum*. Gloss. Gr. N. T. p. 65. συνέστειλαν, συνεκάλυψαν, ubi vid. Alberti. Confer Nicolai de Luctu Græcorum c. VI. s. 1. Krebsii Obss. Flav. pag. 176 seq. Wakefield. in Silva Critica P. II. p. 126. Casaubonum ad Persium Sat. III. pag. 305. et alios scriptores, excitatos a Wolfio in Curis Philol. in N. T. T. I. p. 1074. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΣΤΕΝΑ'ΖΩ, fut. άξω, 1) proprie: *congemisco, simul ingemisco, una suspiro, simul gemo*, ex σὺν et στενάζω *gemo*. 2) *ingemisco, gemo, suspiro*, et ex adjuncto: *dolores sentio*, nulla plane ratione habita præpositionis σὺν, quam in compositis haud raro plane negligendam esse, jam aliquoties in hoc libro, v. c. ad συμμαρτυρέω, συνωδίνω, etc. observatum est. Legitur in N. T. tantum Rom. VIII. 22. οἴδαμεν γὰρ, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει, h. e. nondum cessant, uti nos experientia docet, christianorum persecutiones.

ΣΥΣΤΟΙΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *simul incedo, eodem ordine, eadem serie cum altero consisto et ambulo*, et usurpatur non solum de militibus, qui in certa serie sunt collocati et ordine ad nutum ducis incedunt, seriem exacte observantes, ne lineam transiliant, (οἱ ἐφ' ἑνὸς τεταγμένοι καὶ τοῦ αὐτοῦ στοίχου ὄντες. Confer Polyb. X. 21. 7. et Stephani Thesaurum L. Gr. T. III. p. 987.) sed etiam de quacunque serie rerum, bene inter se dispositarum, a σὺν et στοιχέω *ordine procedo*, (quod vide supra) hocque a στοῖχος *ordo, series*. 2) metaphorice: *similis sum, respondeo alicui*, et de omnibus rebus adhibetur, quæ rationem, conjunctionem, cognationem et convenientiam aliquam inter se habent, quæ sibi invicem respondent adeoque comparari invicem possunt. Sic semel legitur in N. T. Galat. IV. 25. συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ Hagar optimo jure comparari potest cum hodierna Hierosolyma, seu civitate Judaica. Eodem modo σύστοιχος usurpatur, ut sit idem, quod ὅμοιος, v. c. apud Polyb. de Virtut. 1402. καὶ τὰ λοιπὰ ἦν τούτοις ὅμοια καὶ σύστοιχα. Theophrast. de Causis Plantar. VI. c. 4. pag. 356. τὸν μὲν γλυκὺν καὶ λιπαρὸν, καὶ ὅσοι σύστοιχοι τούτοις, ἀρχὰς δεῖ λέγειν. ibid. VI. cap. 6 et 7. Confer Raphelium in Obss. Polyb. pag. 527. Wetstenii N. T. T. II. pag. 229. et Wolfium in Curis Philol. in N. T. T. II. pag. 761.

ΣΥΣΤΡΑΤΙΩ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *commilito, qui cum alio sub iisdem signis et vexillis militat*, ex σὺν et στρατιώτης *miles*. Herodian. I. 5. s. 8. ubi vid. Irmischius in Excursu p. 870. Xenoph. Anab. I. 2. 26. Plutarch. Fab. Max. 13. 2) metaphorice, ut Latinum *commilito: socius, collega, sodalis, coadjutor*. Sic autem bis in N. T. legitur. Phil. II. 25. ubi συστρατιώτης, quia συνεργὸς præcedit, non socium muneris tradendæ religionis christianæ, seu collegam, sed socium calamitatum ob religionem christianam significat; ergo συστρατιώτην μου in l. l. notat eum, qui mecum multa pericula et calamitates subiit ob religionem christianam. Confer v. 30. Philem. v. 2. καὶ Ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ μου et Archippo, qui nos multum in religione christiana tradenda et propaganda adjuvit, ubi est i. q. συνεργὸς v. 1.

ΣΥΣΤΡΕ'ΦΩ, fut. έψω, 1) proprie: *converto*, ex σὺν et στρέφω *verto*, littera ν ob sequens σ elisa, ut evitetur cacophonia. Xenoph. de Rep. Laced. 13. 6. 2) *colligo, congrego, convolvo in fascem*. Tantum legitur in N. T. Act. XXVIII. 3. συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων

πλῆθος quum autem Paulus collegisset plura sarmenta, seu converrente vero Paulo sarmentorum multitudinem. Vulgatus voce *congregare* usus est et Chrysostomus ad h. l. *συστρέφειν* per *συλλέγειν* interpretatus est. Alexandrini hac voce usi sunt pro לָקַט *collegit*, Jud. XI. 3. et קָבַץ *collegit, congregavit*, Jud. XII. 4. Apud Græcos hanc vocem usurpari de globo, aut agmine facto, ad majorem vim ac impetum, docuit Taylor. ad Demosthenem T. II. pag. 625. Adde Xenoph. Anab. I. 10. 4.

ΣΥΣΤΡΟΦΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *conversio*, a *συστρέφω converto*. Jam quia *συστρέφειν* etiam *congregare*, *συνάγειν* et speciatim *στασιαστικῶς συνάγειν* significat, etiam *συστροφὴ* 2) *cœtum, congregationem, conventum* et *κατ᾽ ἐξοχὴν tumultuarium ac seditiosum populi concursum* notat. Sic legitur Act. XIX. 40. *μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος, περὶ οὗ δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης* cum nulla adsit causa idonea, qua tumultuarii hujus concursus (qua voce h. l. Vulgatus quoque usus est.) rationem reddere possimus. Alexandrini hac voce usi sunt Jud. XIV. 8. ubi pro Hebraicis עֲדַת דְּבֹרִים *examen apum*, habent *συστροφὴν μελισσῶν*. 1 Macc. XIV. 44. *ἐπισυστρέψαι συστροφήν*. Polyb. IV. 34. 6. Dionys. Hal. X. 9. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 590. 3) *conjuratio, conspiratio*, i. q. *συνωμοσία*. Act. XXIII. 12. *ποιήσαντες συστροφὴν οἱ Ἰουδαῖοι* conspirarunt Judæi. Alex. Amos VII. 10. *συστροφὰς ποιεῖται κατὰ σοῦ Ἀμὼς* pro verbis Hebraicis: קָשַׁר עָלֶיךָ עָמוֹס. Ps. LXIII. 2. 2 Reg. XV. 15. Suid. *συστροφή· ἡ ὁμόνοια καὶ ἡ ἐπὶ κακῷ συμφωνία*. Etiam verbum *συστρέφειν* de *conjuratione* et *conspiratione* aliquoties in versione Alex. usurpatum reperitur, v. c. 2 Sam. XV. 31. 2 Reg. X. 9. et XV. 30. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΥΣΧΗΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, 1) proprie: *configuro, conformo*. Medium *συσχηματίζομαι me ipse configuro*, et *conformo, eundem habitum corporis sumo, quem alter habet*, ex *σὺν* et *σχηματίζω effingo, assimilo*, quod a *σχῆμα figura*. 2) metaphorice *συσχηματίζεσθαι* notat: *se conformare, accommodare et componere ad mores aliorum et consuetudinem, alicui convenienter vivere, imitari aliquem*. Sic bis tantum in N. T. legitur. Rom. XII. 2. *καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ* ne conformetis vos ad mores hujus sæculi, seu improborum hominum. 1 Petr. I. 14. *μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις* ne pravis illis cupiditatibus convenienter iterum vivatis, quibus olim, cum adhuc alieni essetis a religione christiana, regi vos patiebamini. Plutarch. Numa 73. *συσχηματίζονται πρὸς αὐτόν*. Æsopus in Fabula de Vespertilione et Mustela p. 246. *οἱ τοῖς καιροῖς συμμετασχηματιζόμενοι, πολλάκις τοὺς κινδύνους ἐκφεύγουσι*. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 77.

ΣΥΧΑ'Ρ, ἡ, *Sychar*. Nomen urbis, quæ et *Συχὲμ Sychem* et *Σιχὰρ Sichar* (quod vide supra) dicta fuit et postea appellata est (v. c. ab Eusebio) *Flavia Neapolis*, h. e. Neapolis, a Flavio condita. Hodie dicitur *Naplosa*, et urbs antiqua Sichem fuit. Sita fuit in finibus terræ tribus Ephraimiticæ, in summo montis vertice, vicina monti Garizim, distans ab urbe Samaria, quæ nunc *Sebaste* vocatur, duabus parasangis, ut testatur R. Benjam. in Itinerario suo. Christi ac apostolorum ætate caput totius Samariæ fuit. Nomen suum accepit per convicium a Judæis, quoniam sita erat ad montem Garizinum, in quo sacra faciebant Samaritani, ab Hebr. שֶׁקֶר quod nonnunquam *idola* significat, tanquam urbs idola colens. Conf. Relandi Diss. Miscell. P. I. p. 141. De varia scriptione hujus nominis conferri meretur, præter Wetstenium, Cellarius in Geogr. Antiq. Lib. III. c. 13. p. 433. Hieronymus ad Eustach. Epist. 27. pro *Σιχὰρ* legendum esse judicavit *Συχάρ*. Semel in N. T. memoratur Joh. IV. 5. Vide etiam Lightfooti Disquisitionem Chorographicam Johanni præmissam c. IV. et Macknighti Comment. in 4 Evang. T. I. p. 178. Alberti Glossar. Gr. p. 59. *Συχάρ· συσκιασμός*.

ΣΥΧΕ'Μ, ἡ, *Sychem*, vel *Sichem*. Est nomen proprium 1) *filii Hemoris*, qui ob stuprum, Dinæ, Jacobi filiæ, illatum, una cum patre et civibus a filiis Jacobi trucidatus fuit. Genes. XXXIV. 2. Hebraice שְׁכֶם vocatur. Act. VII. 16. *παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ τοῦ Συχὲμ*, scil. *πατρὸς*, a filiis Emmoris, patris Sichemis. 2) *urbis* non ignobilis Samariæ, in finibus terræ tribus Ephraimiticæ sitæ, juxta sepulcrum Josephi, (Genes. XXXIII. 19. Jos. XXIV. 35.) quam subvertit Abimelechus et sale consevit; (Jud. IX. 45.) postea vero instaurata est a Jeroboamo, qui ibi regiam constituit. 1 Reg. XII. 24. Cf. Hieronymum in Locis Hebraicis et Casauboni Exercitationes pag. 255. Act. VII. 16. *μετετέθησαν εἰς Συχέμ*. Codex Coislin. I. apud Albertum in Append. Glossar. Gr. pag. 212. *Συχέμ· ὠμίασις*. שְׁכֶם enim *humerum* notat. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΦΑΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie notat *mactationem*, vel *jugulationem pecudis*. Est enim verbale a perf. med. *ἔσφαγα*, verbi *σφάττω*, vel *σφάζω macto, jugulo*. Rom. VIII. 36. *ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς* tractamur tanquam oves, ad mactandum destinatæ et a grege separatæ, h. e. cotidie in præsentissimo vitæ periculo versamur. Sententia hæc est desumta ex Psalm. XLIV. 23. ubi in Hebraico legitur נֶחְשַׁבְנוּ כְּצֹאן טִבְחָה. Adde Prov. VII. 22. Jerem. XII. 3. 2) per metonymiam: *epulum*, cujus causa magnus pecudum numerus mactatur. Jacob. V. 5. *ὡς ἐν ἡμέρᾳ* (pro *εἰς ἡμέραν*) *σφαγῆς* quasi in diem lætorum conviviorum, quæ apud Judæos post victimas *σωτηρίους* celebrari solebant. Ita Grotius, Beza et alii hæc verba interpretati sunt, quæ tamen alii non incommode de *ipso mactationis die* explicarunt, ut homines, in deliciis tantum viventes et otio ac luxu diffluentes quasi, eleganter a Jacobo h. l. comparentur cum animalibus, mactationi destinatis, quæ saginantur, adeoque ipsis mala imminentia simul annuntientur. 3) metaphorice, ut Hebraicum טֶבַח (Ies. XXXIV. 2, 6. Jerem. XLVIII. 15.) et מַטְבֵּחַ (Ies. XIV. 21.): *cædes violenta, occisio hominis*, et ex adjuncto: *interitus ac pernicies*. Act. VIII. 32. *ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη* tanquam ovis ad cædem (fortasse *ad lanienam*, seu *ad locum ultimi supplicii*. Etym. M. *σφαγή· καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ σφάζεταί τις, καὶ ἡ ἐνέργεια αὐτή*.) ductus est. Verba sunt desumta ex Ies. LIII. 7. qui locus de morte Christi in cruce explicatur. Hinc apud Alexandrinos *σφαγὴ* ponitur pro הָרוֹג *occidere*, Jerem. XV. 3. הֲרֵגָה *occisio*, Jerem. XII. 3. כִּיד *exitium*, Job. XXI. 20. et קֶטֶל *occisio*, Abd. v. 9.

Adde 2 Macc. V. 6, 13. XII. 16. Eodem modo etiam טֶבַח usurpatur Ies. XXXIV. 2, 6. LXV. 11. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΦΑ'ΓΙΟΝ, ου, τὸ, *victima, hostia,* quia cædi et mactari solet, i. q. θυσία, a præt. med. ἔσφαγα, verbi σφάζω, vel σφάττω, *macto, jugulo, cædo.* Legitur tantum in N. T. Act. VII. 42. μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι; num mihi soli victimas ac hostias obtulistis? Verba sunt desumta ex Amos V. 25. ubi pro σφάγιον in Hebraico legitur זֶבַח *sacrificium, victima.* Alexandrini adhibuerunt quoque pro נְדָבָה *sacrificium, aut munus voluntarium.* Lev. XXII. 23. Legitur præterea apud Thucyd. VI. 69. Diog. Laërt. VIII. 22. Plutarch. Solon. pag. 83. A. et Philonem de Vita Mosis Tom. II. pag. 169. 20. Hesych. σφάγιον· πρόβατον, θῦμα.

ΣΦΑ'ΖΩ, vel ΣΦΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *jugulo, macto pecudes,* maxime ad sacrificia destinatas, q. φάζω, a φάω *occido.* Sic legitur Ies. XXII. 13. σφάζοντες μόσχους. Genes. XLIII. 16. καὶ σφάξον θύματα. Exod. XXII. 1. Deut. XXVIII. 31. Num. XI. 22. 2) metaphorice: *occido, neco, interficio.* Etym. M. σφάττεσθαι ἐστὶ τὸ διὰ ἥντινα οὖν αἰτίαν φονεύεσθαι — καὶ ἐπὶ ἀνθρώπου τάττεται. Sic legitur in N. T. 1 Joh. III. 12. de Caine, ὃς ἔσφαξε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ qui trucidavit fratrem suum. De Christo, hominum causa in cruce interfecto, Apoc. V. 6, 9, 12. ibid. VI. 4. ἵνα ἀλλήλους σφάξωσιν. ibid. v. 9. τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ interfectorum ob professionem religionis christianæ. ib. XIII. 8. (ubi ἐσφαγμένον est occisioni destinatum) XVIII. 24. Eodem modo σφάζειν sumitur quoque apud Alexandrinos. Psalm. XXXVI. 15. τοῦ σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Ies. XIV. 21. 2 Reg. X. 7, 14. Jer. XXXIX. 6. Adde 1 Macc. I. 2. 3) per hyperbolen: *lethaliter saucio et vulnero.* Apoc. XIII. 3. ὡς ἐσφαγμένην εἰς θάνατον h. e. ita vulneratum, ut a morte haud procul abesset. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΦΟ'ΔΡΑ. Adverbium, significans: *valde, vehementer,* a σφοδρὸς *vehemens, acer, alacer, violentus.* Adjectivis additum superlativi locum tenet Matth. II. 10. χαρὰν μεγάλην σφόδρα summum gaudium. Ita quoque מְאֹד usurpatur Ps. CXLV. 3. Matth. XVII. 6 et 23. καὶ ἐλυπήθησαν σφόδρα maxime contristati sunt. ibid. XVIII. 31. XIX. 25. XXVI. 22. XXVII. 54. Marc. XVI. 4. ἦν γὰρ μέγας σφόδρα. Luc. XVIII. 23. ἦν γὰρ πλούσιος σφόδρα. Act. VI. 7. Apoc. XVI. 21. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hoc adverbio pro מְאֹד quod idem notat. Genes. VII. 18, 19. L. 9, 10. etc. Hesych. σφόδρα· πάνυ, πολὺ, ἄγαν, λίαν.

ΣΦΟΔΡΩ͂Σ. Adverbium, notans: *valde, vehementer,* a σφοδρὸς *vehemens, validus.* Legitur in N. T. tantum Act. XXVII. 8. σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν quum vehementer tempestate jactaremur.

ΣΦΡΑΓΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *obsigno, sigillum annulo imprimo, sigillo claudo, munio,* v. c. litteras, etc. a σφραγὶς *sigillum.* Sic legitur in N. T. Mat. XXVII. 66. σφραγίζοντες τὸν λίθον obsignato etiam lapide. Cantic. IV. 12. πηγὴ ἐσφραγισμένη. Dan. VI. 17. καὶ ἐσφραγίσατο ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ δακτυλίῳ αὐτοῦ, scil. τὸν λίθον, ὃν ἐπέθηκαν ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ λάκκου. Hist. Drac. v. 14 et 18. Arrian. Epictet. Lib. VI. p. 273. Diogen. Laërt. IV. 59. Apoc. XX. 3. καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, scil. ἀβύσσου, atque illum (nempe tartarum) occlusit et obsignavit. Alii minus recte αὐτοῦ ad τὸν δράκοντα referunt. Speciatim vero hæc vox de scriptis et litteris usurpatur, quæ obsignantur, v. c. Ies. XXIX. 11. ὡς οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου τοῦ ἐσφραγισμένου τούτου — καὶ ἐρεῖ, οὐ δύναμαι ἀναγνῶναι, ἐσφράγισται γάρ. Jerem. XXXII. 10, 11, 14, 44. Dan. XII. 4, 9. Tob. VII. 16. ἔγραψε συγγραφὴν καὶ ἐσφραγίσατο. 3 Esdr. III. 8. 2) *signo, signo aliquo noto, nota impressa insignio.* Apoc. VII. 3. ἄχρις οὗ σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν usque dum signo, frontibus verorum Dei cultorum impresso, eos a reliquis hominibus separaverimus. ibid. ver. 4 — 8. Eurip. Iphig. in Taur. v. 1372. δυνοῖς σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι. Confer Lomeieri Dier. Genial. Dec. II. Diss. 8. quæ de Notis et Stigmatibus agit. Etym. M. σφραγίζω· σημαίνω, παρασημαίνομαι, ἀπὸ τῆς σφραγῖδος, ὅς ἐστιν ὁ ἐν τῷ δακτυλίῳ λίθος. Jam, quia litteras obsignare solemus, ut partim claudantur et muniantur, partim, ut iis major fides addatur, hinc σφραγίζειν 3) metaphorice notat: *comprobare, confirmare, certitudinem dare, corroborare et tueri alicujus rei auctoritatem.* Sic legitur in N. T. Joh. III. 33. ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν qui autem doctrinam ejus admittit, is hoc facto etiam aliis comprobat, Deum esse veracem. ibid. VI. 27. τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεὸς hunc enim Deus idoneis argumentis comprobavit et declaravit Messiam. Confer Wolfii Curas Philol. in N. T. T. I. p. 857. et Wetstenii N. T. T. I. p. 857. 4) *certiorem aliquem reddo, confirmo.* 2 Cor. I. 22. ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς qui etiam nos in dies certiores reddit et magis confirmat. 5) *trado alicui aliquid, adjuncta promissione perpetuæ possessionis.* Ephes. I. 13. ἐν ᾧ καὶ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ Πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ cujus beneficio, ex quo christiani facti estis, contigerunt vobis promissa et per Christum parta bona. Huc etiam pertinet formula σφραγίζεσθαι ἔν τινι εἰς τι, quæ notat: *accipere aliquid certo argumento rei futuræ.* Ephes. IV. 30. ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως quæ bona accepistis certissimo argumento futuræ summæ felicitatis in regno Messiæ. 6) *tutum præsto, in tutum loco, tuto depono, certo trado,* etwas in sicherheit bringen, sicher einhändigen, sicher an ort und stelle bringen, *to place any thing in security, to deliver safe, to bring to a safe place.* Rom. XV. 28. καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον et ubi tuto penes ipsos deposuero, seu ipsis tradidero hanc collectam pecuniam. 2 Reg. XXII. 4. καὶ σφράγισον τὸ ἀργύριον τὸ εἰσενεχθὲν ἐν οἴκῳ Κυρίου. 7) *abscondo, occulto, reticeo, celo,* quia, quæ obsignantur, ab aspectu, vel lectione aliorum removentur. Apoc. X. 4. σφράγισον ἃ ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ, καὶ μὴ ταῦτα γράψῃς nihil illorum commemora, quæ locuta sunt septem tonitrua, nec ea litteris manda. ibid. XXII. 10. μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ubi causa additur, ὁ καιρὸς γὰρ ἐγγύς ἐστι. Adde Dan. IX. 24. καὶ τοῦ σφραγίσαι ἁμαρτίας καὶ ἀπαλεῖψαι. ibid. VIII. 26. καὶ σὺ σφράγισον τὴν ὅρασιν, ὅτι εἰς ἡμέρας πολλὰς κ. τ. λ. ibid. XII. 26. Job. XXIV. 16. ἡμέρας ἐσφράγισαν ἑαυτοὺς h. e. interdiu semet abscondunt. Conf. Spicilegium meum secundum Lexici Bieljani pag. 101. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΦΡΑΓΙ'Σ, ῖδος, ἡ, 1) proprie: *obsignatio, sigillum, alicui rei impositum ac impressum, quo aliquid munimus et confirmamus et majoris fidei et auctoritatis caussa,* etiam *annulus signatorius, qui, litteris impressus, iis dat auctoritatem et fidem.* Est verbale ab aor. 2. ἔσφραγον, verbi

σφράττω, vel φράττω munio. Apoc. V. 1. κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτὰ obsignatum septem sigillis. ibid. v. 2. καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ et removere sigilla ejus, pro quo v. 5 et 9. ἀνοῖξαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ legitur. ibid. VI. 1, 3, 5, 7, 9, 12. VIII. 1. In versione Alexandrina respondet in notione sigilli Hebraico חוֹתָם. 1 Reg. XXI. 8. καὶ ἔγραψε, καὶ ἐσφραγίσατο τῇ σφραγῖδι αὐτοῦ. Hist. Drac. v. 21. σῶοι αἱ σφραγῖδες Δανιήλ. De annulo signatorio adhibetur ab Alexandrinis Cantic. VIII. 6. Jerem. XXII. 24. Herod. I. 195. Sophocl. Electra ver. 1226. et Ælian. V. H. XII. 30. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 768. Hesych. σφραγίς· καὶ ὁ ἐν δακτυλίῳ λίθος, ἢ σήμαντρον. Suid. Σφραγίς· τὸ ἐπισημαῖνον διὰ χαρακτῆρος τὰ φυλαττόμενα. Ὁρῶσα ἡ Ταρπηΐα σφραγῖδας ἀπὸ χρυσοῦ καὶ ψέλλια ταῖς χερσὶν, ἐπεθύμησε τοῦ χρυσοῦ. καὶ σφραγιδονυχαργοκομήτας τοὺς κόμαις καὶ περιττοῖς δακτυλίοις τὰς χεῖρας κοσμουμένους μέχρι τῶν ὀνύχων, ὡς ὑπὸ τῶν δακτυλίων σκέπεσθαι τοὺς δακτύλους. 2) quævis nota, signum, quo aliquid ab altero discernitur. Sic sumitur 2 Tim. II. 19. ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ Θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην sed tamen firma stat et immota religio christiana, quæ (instar ædificii, quod inscriptionem habet,) his signis dignoscitur, seu tradit hæc dogmata, quibus observandis veri christiani facile ab aliis discerni possunt. Grotius his verbis alludi putat ad morem veterum, sententias fundamentorum lapidibus inscribendi, boni ominis causa. Apoc. VII. 2. ἔχοντα σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος. ibid. IX. 4. οἵτινες οὐκ ἔχουσι τὴν σφραγῖδα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. Hesych. σφραγῖδες· αἱ ἐπὶ τῶν δακτυλίων, καὶ τὰ τῶν ἱματίων σημεῖα. Conf. Zornii Bibl. Antiq. Exeget. p. 372 seq. 3) omne, quod alicui rei fidem facit, aut facere potest, documentum, pignus. Sic legitur in N. T. Rom. IV. 11. σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης certissimum favoris divini pignus. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 43. 1 Cor. IX. 2. ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστε certissimum documentum muneris mei apostolici vos estis. Conf. Krebsii Obss. Flav. p. 293. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΦΡΑ´ΤΤΩ, vide infra ΦΡΑ´ΤΤΩ.

ΣΦΥΡΟ´Ν, οῦ, τὸ, pedis extremitas. Τὰ σφυρὰ malleoli pedum, tali, (Anaxilas Com. apud Athen. p. 68. D.) qui sic vocantur ob mallei similitudinem, a σφῦρα malleus. Semel tantum in N. T. legitur Act. III. 7. παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐτοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρὰ illico vero confirmabantur ejus crura atque tali. Demosthen. p. 442. 14. edit. Reisk. Conf. Spanhemium ad Callimachi Hymn. in Dian. v. 128. et Wetstenii N. T. T. II. p. 473. Hesych. σφυρά· τὰ περὶ τοὺς ἀστραγάλους, αἱ περιφέρειαι τῶν ποδῶν. Idem tradit Suid. Etym. M. et schol. Homeri ad Iliad. δ, 147.

ΣΧΕΔΟ´Ν. Adverbium, significans: fere, propemodum, prope, et cum dativo et genitivo juxta, ab inusitato σχέω, h. e. ἔχομαι, proximus sum. Ter tantum in N. T. legitur. Act. XIII. 44. σχεδὸν πᾶσα ἡ πόλις συνήχθη propemodum omnes incolæ urbis confluxerunt. ib. XIX. 26. οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης τῆς Ἀσίας. Hebr. IX. 22. Adde Thucyd. III. c. 68. et VII. 33. 2 Macc. V. 2. καθ' ὅλην τὴν πόλιν σχεδόν. Etym. M. σχεδὸν σημαίνει ἐγγὺς, πλησίον, πέλας ἢ ἐκ χειρός.

ΣΧΗ~ΜΑ, τος, τὸ, generatim omnem habitum et statum alicujus rei externum significat; speciatim vero dicitur de habitu, cultu, gestu, incessu, forma ac conditione externa corporis humani, a 1 pers. præt. pass. ἔσχημαι, verbi ἔχω habeo. In N. T. bis tantum legitur. 1 Cor. VII. 31. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου brevi enim tempore mutabitur præsens rerum humanarum (seu christianorum) status; seu, nihil est in his terris stabile. Krebsius in Obss. Flav. p. 291 seq. ostendere conatus est, σχῆμα, quod sæpe apud Græcos poëtas (v. c. Sophocl. Philoctet. v. 952. Eurip. Hecub. v. 619. Alcest. v. 933.) redundat, etiam h. l. pleonastice positum esse, ut σχῆμα τοῦ κόσμου sit i. q. κόσμος mundus, h. e. omnes res externæ, quam viri doctissimi explicationem non solum locus 1 Joh. II. 17. ὁ κόσμος παράγεται, sed etiam locus Joseph. A. J. III. 12. 3. τῷ σχήματι τῆς δουλείας ἐκόλασε, mirifice confirmat; nam in posteriori loco σχῆμα τῆς δουλείας simpliciter est servitus, conditio servilis. Joseph. Ant. Lib. II. c. 4. § 2. Conf. Abreschii Lectt. Aristænet. I. p. 124. Nec plane aliena est a loco nostro notio decoris et ornamenti, quam vocabulo σχῆμα vindicavit Valckenarius ad Euripidis Hippolyt. v. 373. Adde Eurip. Androm. v. 1. Conf. etiam Wolfii Curas Philol. T. II. p. 413. Philipp. II 7. καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος et universa conditione externa ceteris hominibus par repertus. Æque late hanc vocem etiam apud Græcos scriptores patere, multis atque idoneis locis demonstrari potest. Sic v. c. apud Xenoph. Cyrop. VII. 1. § 22. οὕτω δὲ ἀπολαβοῦσαι πάλιν τὸ ἑαυτῶν σχῆμα sic vero iterum redacti ad pristinam conditionem, vel locum, ἐν τοῖς σκευοφόροις διάγουσιν. Apud eundem in Mem. III. 10. 7. σχῆμα de habitu corporis, positura, gestu adhibetur, de quo etiam legitur apud Ælian. V. H. II. 44. IV. 3. et XIV. 22. Herodian. I. 9. 7. ἀνὴρ φιλοσόφου φέρων σχῆμα quidam, philosophi gestans habitum. Vide ad h. l. Irmischium p. 348. Alia veterum scriptorum loca collecta vide apud Berglerum ad Alciphronis Epp. I. 34. p. 140. Schwarzium in Comment. Critt. Ling. Gr. pag. 1292 seq. Wetstenium N. T. T. II. p. 129 et 271. et Krebsium in Obss. Flav. p. 329. Hesych. σχῆμα· πλάσμα, ἱματισμὸς, διάθεσις, κόσμος. Vide etiam Suidæ Glossarium sub hac voce. Cæterum translata est hæc vox, ut plures aliæ, etiam in linguam Latinam. Schema pro forma et habitu legitur apud Plautum in Prolog. Amphitruonis v. 116. "quod ego huc processi sic cum servili schema," quem locum jam laudavit Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 246.

ΣΧΙ´ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: findo, diffindo, scindo, disseco, divido. Matth. XXVII. 51. τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν εἰς κάτω velum templi in duas partes, a summo ad imum, scissum est. ibidem: καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν rupesque fissæ sunt. Marc. I. 10. εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς vidit fulguribus scindi nubes. Sic cœlum findi legitur apud Livium XXII. 1. Vide Harduin. ad Plinii H. N. II. 26. Heins. ad Ovid. Fast. III. 371. et Wetstenii N. T. T. I. p. 552 seq. Marc. XV. 38. Luc. V. 36. καὶ τὸ καινὸν σχίζει et rudis pannus rupturam faciet. ibid. XXIII. 45. Joh. XIX. 24. μὴ σχίσωμεν αὐτὸν ne discindamus illam. ibid. XXI. 11. οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον non ruptum est rete. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro בָּקַע scidit, discidit, diffidit, disrupit, Genes. XXII. 3. καὶ σχίσας τὰ ξύλα. 1 Sam. VI. 14. Cohel. X. 9. Ies. XLVIII. 21. σχισθήσεται πέτρα. Zachar. XIV. 4. et קָרַע laceravit, fidit. Ies. XXXVII. 1. ἔσχισε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. 2) meta-

phorice: *divido consensionem, turbo concordiam, discordiam moveo.* Σχίζομαι *dissideo, in factiones et partes dividor.* Act. XIV. 4. ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῆς πόλεως cives urbis in partes scissi erant, h. e. ut in sequentibus explicatur: alii stabant a Judæis, alii a partibus apostolorum. ibid. XXIII. 7. ἐγένετο στάσις τῶν Φαρισαίων καὶ τῶν Σαδδουκαίων καὶ ἐσχίσθη τὸ πλῆθος orta est altercatio inter Pharisæos et Sadducæos et in partes divisum est synedrium. Diod. Sic. Lib. XII. p. 524. τοῦ πλήθους σχιζομένου κατὰ τὴν αἵρεσιν. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΧΙ'ΣΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *fissura, scissura, fissio.* Est verbale a prima pers. perf. pass. ἔσχισμαι, verbi σχίζω, quod vide supra. Matth. IX. 16. καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται atque ita pejor ruptura existit. Marc. II. 21. Alexandrini usi sunt pro σχίσμα voce σχισμή. Ies. II. 21. εἰς τὰς σχισμὰς τῶν πετρῶν. Jon. II. 7. εἰς σχισμὰς ὀρέων κατέβην. 2) metaphorice: *dissidium, dissensus*, etiam *discrepantia, perturbatio.* Joh. VII. 43. σχίσμα οὖν ἐν τῷ ὄχλῳ ἐγένετο δι' αὐτὸν dissensio igitur populi orta est propter eum. ibid. IX. 16. καὶ σχίσμα ἦν ἐν αὐτοῖς atque ejus caussa dissensio inter eos orta est. ib. X. 19. 1 Cor. I. 10. μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα ne reperiantur inter vos dissidia. ibid. XI. 18. et XII. 25. ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι ne sit discrepantia in corpore humano, seu, ut omnia membra amicissime inter se conspirent; (Liv. II. c. 32.) ut ipse in sequentibus explicat verbis: ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη, sed ut omnia membra se invicem adjuvent. Conf. Wolfii Curas Philol. in N. T. T. II. p. 498. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΧΟΙΝΙ'ΟΝ, ου, τὸ, *funiculus, funis, e junco plexus*, a σχοῖνος, ου, ὁ, idem. Bis tantum legitur in N. T. Joh. II. 15. ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων et fecit flagellum ex funiculis. Act. XXVII. 32. ἀπέκοψαν τὰ σχοινία τῆς σκάφης absciderunt funes scaphæ. Sæpius usi sunt hac voce Alexandrini pro חֶבֶל *funis, funiculus, laqueus*, 2 Sam. VIII. 2. XVII. 13. 1 Reg. XX. 31, 32. Esther I. 6.

ΣΧΟΛΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *otiosus sum, vacuus a labore sum, vaco et cesso a laboribus et negotiis*, a σχολὴ *otium*, quod vide infra. Sic legitur apud Alexandrinos Exod. V. 8. σχολάζουσι γὰρ, pro Hebraico כִּי נִרְפִּים ibid. v. 17. נִרְפִּים אַתֶּם נִרְפִּים σχολάζετε, σχολασταί ἐστε. Demosthen. p. 38. 20. ed. Reisk. ἀργεῖν καὶ σχολάζειν καὶ ἀπορεῖν. Schol. Pindar. Nem. V. 17. Plutarch. Gracch. p. 840. B. 2) synecdochice: *vacuus sum, vaco.* Sic legitur in N. T. Matth. XII. 44. εὑρίσκει σχολάζοντα, scil. τὸν οἶκον, quod additur in Codice Cantabrigiensi, invenit domicilium vacuum, h. e. aptum excipiendis adventantibus. Cæterum cum hoc loco conferri meretur versio Symmachi Malach. III. 1. ubi σχολάζειν in notione Hiphilica de via usurpatum, notat *removere omnia, quæ iter alicujus impedire ac morari valent, adeoque præparare ad adventum alicujus*, pro Hebr. פִּנָּה *expurgare, e conspectu removere.* LXX Intt. ibi ἐτοιμάζειν posuerunt. Apud Aquilam Proverb. VII. 11. σχολάζουσα est *mulier vacans explendæ libidini.* 3) metaphorice: *vaco alicui rei, studeo, incumbo, intentus sum, operam do.* 1 Cor. VII. 5. ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ ut eo melius jejunio ac precibus vacare possitis. Sic apud Symm. 2 Sam. VIII. 18. σχολάζοντες scil. τῇ αὐλῇ dicuntur, qui in textu Hebr. כֹּהֲנִים vocantur. Demosthenes p. 594. 16. ed. Reisk. ἐσχόλακεν ἐνὶ τούτῳ πάντα τὸν βίον. Herodian. IV. 11. 16. VII. 9. 10. ἑορταῖς καὶ τρυφαῖς σχολάζοντές ἀεί. Philo de Vita Mosis T. II. p. 167. 13. Xenoph. Mem. III. 6. 6. οὐδὲ πρὸς ταῦτά πω ἐσχόλακα. ibid. III. 9. 9. Conf. Berglerum ad Alciphron. Epp. I. 34. p. 146. et interpretes ad Thom. M. sub σχολὴν ἄγω p. 829 seq. ed. Bernard.

ΣΧΟΛΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie; *otium, vacatio et cessatio a laboribus et negotiis.* Prov. XXVIII. 19. ὁ δὲ διώκων σχολὴν (alii ἀπραγίαν) πλησθήσεται πενίας. Xenoph. Cyrop. VIII. 3. 18. 2) *studium, quod alicui rei impenditur, otium liberale.* Thucyd. I. c. 142. Xenoph. Mem. II. 6. 3. μηδὲ πρὸς ἓν ἄλλο σχολὴν ποιεῖται, ἢ ὁπόθεν αὐτὸς κερδανεῖ. 3) per metonymiam: *schola, ille ipse locus, quo alicui rei opera impenditur*, et speciatim: *locus, ubi liberalibus exercitiis opera datur et bonæ artes docentur, museum in ædibus privatis, in quo viri docti et philosophi convenire solebant, ut de rebus gravioribus subtiliter dissererent*, οἶκος συζητήσεως καὶ διαλογισμοῦ, Hebraice מִדְרָשׁ vel בֵּית מִדְרָשׁ. Sic semel legitur in N. T. Act. XIX. 9. διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ Τυράννου τινὸς cotidie tradens religionem christianam, seu disserens in museo cujusdam Tyranni. Plutarch. de Aud. Poët. p. 42. A. οὐκ εἰς θέατρον, οὔτε ᾠδεῖον, ἀλλ' εἰς σχολὴν καὶ διδασκαλεῖον. et p. 43. E. τῶν φιλοσόφων ἐν ταῖς σχολαῖς ἀκούειν. Idem Arat. p. 1040. E. Pericl. p. 171. D. Hesych. σχολή· οὐ μόνον τὸ μηδὲν δρᾷν, ἀλλὰ καὶ τὸ περί τι σχολάζειν, καὶ ἡ διατριβή. Etym. M. σχολή· οὐχ ὁ τόπος, ἐν ᾧ σχολάζουσι καὶ διατρίβουσι περὶ παιδείαν, οὐδὲ αὐτὴ ἡ ἐν λόγοις εὐμουσία καὶ διατριβή, ἀλλ' ἣν οἱ πολλοὶ ἀκύρως καλοῦσιν εὐκαιρίαν. Thom. M. p. 829. σχολὴν ἄγω, καὶ εὖ σχολῆς ἔχω, οὐ σχολάζω, τὸ δὲ εὐκαιρεῖν, πάντη ἀδόκιμον. Apud Græcos scriptores σχολὴ etiam de *cœtu docentium et discentium et liberalibus artibus incumbentium*, etiam de *philosophorum secta* adhibetur.

ΣΩ'ΖΩ, fut. σώσω, generatim notat: *salvum et incolumem aliquem præstare, mala vel avertendo, vel auferendo*, a σῶος, vel σόος *salvus, incolumis, sospes*, quod tantum apud exteros scriptores legitur. Speciatim vero 1) *servo, conservo, libero ac eripio e præsentissimo vitæ periculo, calamitate, malo, vel instanti, vel præsenti.* Construitur cum præpositionibus ἀπὸ, ἐκ (2 Macc. I. 11. Homer. Od. δ', 753. Aristid. Plat. I. p. 90. II. p. 25.) et διὰ (Strabo III. p. 265. C.) Matth. I. 21. αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ ἁμαρτιῶν αὐτῶν ipse liberabit populum suum a servitute et culpa peccatorum, qua nunc premuntur. ib. VIII. 25. Κύριε, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα eripe nos tam præsenti periculo, alioquin peribimus. ibid. X. 22. οὗτος σωθήσεται hic tantum salvus et incolumis hæc pericula evadet. (ubi in loco parallelo Luc. XXI. 19. κτᾶσθαι τὰς ψυχὰς legitur.) ib. XIV. 30. XVI. 25. ὃς γὰρ ἂν θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι quicunque subterfugerit ob religionis meæ professionem mortis pericula. ib. XXIV. 13, 22. οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ ad unum omnes perirent. ibid. XXVII. 40. σῶσον σεαυτὸν serva nunc te ipse. ibid. v. 42, 49. Marc. III. 4. ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀπολέσαι vitam conservare, aut perdere. ibid. VIII. 35. XIII. 13, 20. XV. 30, 31. ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι alios servavit, se ipsum servare non potest. Luc. VI. 9. IX. 24. XVII. 32. XXIII.

35, 67, 39. Joh. XII. 27. σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης eripe me ex imminente malo tanto. Act. II. 21, 40. σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης liberare, vel separare vos sinite ab illa perversa natione. ibid. XVI. 30. τί με δεῖ ποιεῖν, ἵνα σωθῶ; quid mihi faciendum est, ut vitæ meæ consulam et pœnas evadam? ibid. XXVII. 20. λοιπὸν περιῃρεῖτο πᾶσα ἐλπὶς τοῦ σώζεσθαι ἡμᾶς tandem omnis spes salutis sublata est. ibid. v. 31. ὑμεῖς σωθῆναι οὐ δύνασθε vos non potestis servari. Rom. V. 9. σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς. 1 Cor. III. 15. αὐτὸς δὲ σωθήσεται ipse vero pœnas evadet. 2 Tim. IV. 18. καὶ σώσει εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον et salvum (h. e. ereptum omnibus periculis et calamitatibus hujus vitæ,) perducet in regnum suum cœleste. Hebr. V. 7. πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου. Jacob. V. 20. σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου. 1 Petr. IV. 18. εἰ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται si enim pius ægre a malis atque miseriis liberatur. Jud. v. 5. ὁ Κύριος λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας Deus, qui populum suum salvum et incolumem e terra Ægyptiorum eduxerat. Eandem significationem vox σώζειν vel centies apud Alexandrinos habet. Sic v. c. Jos. VIII. 23. σεσωσμένος dicitur, cui fortuna in bello pepercit. Jud. II. 16, 18. ἔσωσεν αὐτοὺς ἐκ χειρὸς [illegible] αὐτῶν. Esther IV. 10. πλὴν ᾧ ἂν ἐκτείνῃ ὁ βασιλεὺς — ῥάβδον, οὗτος σωθήσεται. Genes. XIX. 17. εἰς τὸ ὄρος σώζου fuga in montem salutem quære. ibid. v. 20 et 22. σπεῦσον οὖν σωθῆναι festina, ut salvus pervenias. Ies. XLV. 20, LXVI. 19. 2 Par. XX. 25. καὶ ἰδοὺ πάντες νεκροὶ — οὐκ ἦν σωζόμενος. Prov. XI. 31. 1 Macc. II. 44, 59. III. 18. X. 83. Adde Xenoph. Cyrop. V. 4. 8. οἱ δὲ Καδούσιοι ἐσώζοντο πρὸς τὸ στρατόπεδον ἀμφὶ δείλην οἱ πρῶτοι. Polyb. Hist. III. c. 117. εἰς τὰς πόλεις ἐσώθησαν. Eurip. Iphig. in Taur. v. 1068. σώσω σ' ἐς Ἑλλάδ'. Idem in Helena v. 887. Herodot. VII. c. 230. σωθῆναι εἰς Σπάρτην. Joseph. A. J. VI. 14. 3. De *iis, qui pœnam effugiunt et liberantur a supplicio,* legitur apud Lysiam Orat. V. c. 13 et 14. extr. Conf. etiam Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. pag. 726. 2) *sano, sanitatem et valetudinem corporis alicui restituo.* Matth. IX. 21, 22. καὶ ἐσώθη ἡ γυνὴ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης et convaluit mulier illo ipso tempore. Marc. V. 23. ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται. ibid. v. 28, 34. ἡ πίστις σου σέσωκέ σε fiduciæ tuæ debes recuperatam valetudinem tuam. ib. VI. 56. X. 52. Luc. VII. 50. VIII. 36. πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς. ibid. v. 48, 50. XVII. 19. XVIII. 42. Joh. XI. 12. εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται si dormit, valetudinem recipiet. Act. IV. 9. ἐν τίνι οὗτος σέσωσται; qua ratione integritati ac valetudini corporis restitutus fuerit? ubi videndus Wetstenius. ibid. XIV. 9. ὅτι πίστιν ἔχει τοῦ σωθῆναι in eo esse fiduciam, se posse sanari. Jacob. V. 15. σώσει τὸν κάμνοντα ægroto sanitatem restituet. Homer. Iliad. λ', v. 827. ἀλλ' ἐμὲ μὲν σὺ σάωσον, ubi vide sequentia. Eodem modo הוֹשִׁיעַ sumitur Ies. XXXVIII. 20. Cæterum constat, *medicos* apud Græcos κατ' ἐξοχὴν σωτῆρας dictos esse et σῶστρον proprie esse *pretium, quod medico pro restituta valetudine datur,* quanquam deinde ad *cujuscunque rei conservatæ præmium* transfertur. Vide Xenoph. Mem. II. 10. 1. 3) metaphorice: *felicem reddo, beo, confero aliquid ad utilitatem aliorum,* et speciatim de *iis* adhibetur, *qui alios adducunt ad religionem et felicitatem christianam, in hac pariter ac futura vita.* Hinc σώζεσθαι notat: *felicem esse, vel fieri, æternam felicitatem consequi, amplecti religionem christianam et per eam emendari ac remissionem peccatorum et felicitatem perennem obtinere.* Matth. XVIII. 11. ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς venit enim filius hominis eo consilio, ut salutari suæ doctrinæ cognitione imbueret omnes, qui sunt idonea religionis scientia destituti, seu, ut emendaret ac felices redderet omnes, qui a veritatis ac virtutis tramite aberrarunt. ibid. XIX. 25. τίς ἄρα δύναται σωθῆναι; quis potest religionem christianam amplecti? Conf. v. 24. ubi σωθῆναι pariter ac Marc. X. 26. coll. v. 25. cum formula εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ permutatur. Marc. XVI. 16. ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται qui vera fide amplectitur religionem christianam eamque baptismo suscepto palam profitetur, etiam particeps erit felicitatis christianorum in vita futura: opponitur in sequentibus ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. Luc. VIII. 12. ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν. ibid. XI. 56. XIII. 23. εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; num pauci felicitatem christianorum æternam consequentur? ibid. XVIII. 26. XIX. 10. Joh. III. 17. τῷ σώζεσθαι opponitur κρίνεσθαι. ibid. V. 34. ἀλλὰ ταῦτα λέγω, ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε sed hæc dixi eo consilio, an fortasse testimonio illo adducti me Messiam agnoscere meamque doctrinam amplecti velitis. ibid. XII. 47. Act. II. 47. τοὺς σωζομένους adductos ad religionem christianam. ibid. IV. 12. XI. 14. ὃς λαλήσει ῥήματα πρός σε, ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου modum perveniendi ad religionem et felicitatem christianam tibi et omnibus tuis tradet atque exponet. ibid. XV. 1, 11. XVI. 31. Rom. VIII. 24. τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν hac spe freti inter tot mala tamen felices sumus. ibid. IX. 27. τὸ κατάλειμμα σωθήσεται pauci tantum religionem christianam amplectentur. ibid. X. 9, 13. XI. 14. καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν. ibid. v. 26. 1 Cor. I. 18. τοῖς σωζομένοις veris christianis, qui v. 21. οἱ πιστεύοντες dicuntur. ibid. V. 5. VII. 16. εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; annon ad christianam fidem sis adductura maritum tuum? Eodem modo sumenda quoque sunt verba sequentia εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις. ibid. IX. 22. σώζειν et κερδαίνειν sunt synonyma. ibid. X. 33. XV. 2. 2 Cor. II. 15. οἱ σωζόμενοι qui prompto animo religionem christianam amplectuntur; quibus opponuntur οἱ ἀπολλύμενοι, qui religionem christianam respuunt et repudiant, qui alias οἱ ἀπειθοῦντες dicuntur. Ephes. II. 5. χάριτί ἐστε σεσωσμένοι beneficio divino emendati estis per religionem christianam. ibid. v. 8. 1 Thess. II. 16. 2 Thess. II. 10. 1 Tim. I. 15. II. 4. ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. ibid. v. 15. σωθήσεται δὲ præmia autem reportabit, seu, eandem, quam vir, salutem et felicitatem consequetur; seu, ut alii vertere malunt: utilitatem publicam promovere valet ac debet. ibid. IV. 16. 2 Tim. I. 9. Tit. III. 5. Hebr. VII. 25. σώζειν remissionem peccatorum et felicitatem æternam conciliare. Jacob. I. 21. II. 14. μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι αὐτόν; num sola religionis christianæ cognitio felicitatem æternam ei conciliare potest? ibid. IV. 12. 1 Petr. III. 21. νῦν σώζει causa felicitatis est, in regno Messiæ obtinendæ. Apoc. XXI. 24. τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων multitudo christianorum, qui ad felicitatem æternam pervenerunt. Etiam apud Græcos scriptores σώζεσθαι sæpe est: *felicem esse, secunda fortuna uti,* v. c. apud Cebetem cap. 23. οὕτω δὲ διακείμενοι οὐκ ἄν ποτε σωθεῖεν. Platon. Hipp. Min. p. 233. ἐν δὲ τοῦτο θαυμάσιον ἔχω ἀγαθόν, ὅ με σώζει. Speciatim vero σώζε-

θαι apud Græcos, inprimis Cebetem in Tabula sua, de *iis* quandoque adhiberi, *qui a vitiis liberantur et incommodis illis, quæ vitam, vitiis inquinatam, sequuntur,* docuit Clericus in Silvis Philol. c. 9. p. 260. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΩ͂ΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie et generatim: *corpus*, h. e. *omnis substantia materialis,* quatenus opponitur τῷ πνεύματι. Speciatim vero *corpus animatum, tam hominis, quam bruti.* Matth. VI. 22. ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμὸς corpori lucem præbet oculus. ibid. ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν ἔσται totum corpus tuum luce hac fruetur. ibid. v. 23. ὅλον τὸ σῶμά σου σκοτεινὸν ἔσται totum corpus in tenebris erit. ibid. v. 25. X. 28. XXVI. 12, 26. Marc. V. 29. XIV. 8, 22. Luc. XI. 34, 36. XII. 4. ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα qui corpus tantum interficere valent. ibid. v. 22, 23. XXII. 19. Joh. II. 21. ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ ille vero templum corporis sui innuebat. Rom. I. 24. τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ut fœdentur adeo corpora ipsorum per semet ipsos. Fortasse tamen τὰ σώματα h. l. *partes corporis humani* notat, *quas pudor nominare vetat,* in qua significatione σῶμα legitur apud Xenoph. Mem. I. cap. 2. § 29. οἱ πρὸς τὰ ἀφροδίσια τῶν σωμάτων ἀπολαύοντες. Ad hanc significationem etiam referri posset locus Rom. IV. 19. τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, quæ verba vulgo sensu eodem vertuntur: *corpus suum, ad prolem procreandam ineptum:* sed quia in sequentibus τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας commemorat, mallem σῶμα de *membris genitalibus* intelligere. Rom. VI. 6. τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας vitiositas, quæ se per corpus exserit et corpore nutritur. ibid. v. 12. θνητὸν σῶμα vel est corpus mortale, caducum, vel corpus miserum per vitiositatem. ibid. VII. 24. σῶμα τοῦ θανάτου corpus, quod, quia est sedes vitiositatis, hominem miserum et infelicem reddit. ibid. VIII. 10, 11, 23. τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν liberationem a corpore, quo in præsenti utimur. ibid. XII. 4. 1 Cor. V. 3. ὡς ἀπὼν τῷ σώματι tanquam absens corpore; opponitur παρὼν δὲ τῷ πνεύματι. ibid. VI. 13. τὸ δὲ σῶμα οὐ τῇ πορνείᾳ corpus vero nobis non ideo datum est, ut eo ad scortationem abutamur; et paulo post: καὶ ὁ Κύριος τῷ σώματι et Christus inservit utilitati corporis nostri, dum nempe aliquando efficiet, ut corpus nostrum in vitam redeat et in societatem futuræ felicitatis veniat. ibid. v. 18, 19. ὅτι τὸ σῶμα ἡμῶν ναὸς τοῦ ἐν ἡμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστι nos etiam corpore nostro ita uti debere, ut et aliis patefiat, nos esse sensibus, vere christianis, instructos. ib. VII. 4. IX. 27. X. 16. XI. 24, 27, 29. XII. 12, 14—20, 22—25. XIII. 3. XV. 35, 37. οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις non corpus seminas, quod postea ex grano, terræ mandato, prodit. ibid. v. 38. σῶμα generatim *substantiam materialem* notat, qualem habent semina, plantæ, frutices, arbores, quibus in omnibus fere linguis et speciatim apud Græcos τὰ σώματα, et singulæ corporis animati partes, v. c. *sanguis* (Sirac. XXXIX. 31. L. 16. 1 Maccab. VI. 34.), *nervi, venæ, caro, cor* (Theophr. Hist. Plant. I. c. IV.) eleganter tribuuntur. ibid. v. 40. σώματα ἐπουράνια καὶ σώματα ἐπίγεια corpora cœlestia (sol, luna, stellæ,) et terrestria (hominum, animalium, plantarum, etc.). ibid. v. 44. 2 Cor. IV. 10. V. 6. ἐν τῷ σώματι, pro ἐν τούτῳ, seu τῷ νῦν σώματι. ibid. v. 8. X. 10. ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος, quæ opponitur ταῖς ἐπιστολαῖς, seu τῇ παρουσίᾳ τοῦ πνεύματος, ut in aliis locis vocatur. ibid. XII. 2, 3. Galat. VI. 17. Ephes. I. 23. ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ quæ quasi est corpus Christi, h. e. eodem modo imperio Christi subjecta, ut corpus regitur capite. Philip. III. 21. Coloss. I. 22. ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ corpore suo humano et morti tradito. Hebr. בגופו של בשר. Confer Schœttgenium in Hor. Hebr. et Talmud. ad h. l. Coloss. II. 11. ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς depositione vitiositatis, quæ se per corpus maxime exserit. ibid. v. 23. Hebr. X. 5. σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι corpus vero mihi formasti, seu dedisti, quod tibi sacrificii loco offerrem, coll. v. 10. ibid. v. 22. XIII. 3. ὡς καὶ αὐτοὶ ὄντες ἐν σώματι, h. e. perpendentes, nos etiam nondum ab calamitatibus et miseriis hujus vitæ liberos esse et immunes. Jacob. II. 16. τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος ea, quæ sunt ad corpus sustentandum et fovendum necessaria. ibid. v. 26. III. 3. ὅλον τὸ σῶμα, sc. τῶν ἵππων. 1 Petr. II. 24. Huc etiam referri potest locus Rom. VII. 4. διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, scil. τοῦ θανατωθέντος ὑπὲρ ὑμῶν, morte, quam Christus in cruce subiit. Alexandrini varia vocabula Hebraica voce σῶμα expresserunt, v. c. בָּשָׂר *caro,* Levit. VI. 10. XIV. 10. 1 Reg. XXI. 27. גַּו et גְּוִיָּה *corpus,* Nehem. IX. 26. Job. XXXIII. 17. גְּוִיָּה idem, Nahum. III. 3. Dan. X. 3. Chald. גְּשֵׁם *corpus,* Dan. III. 28, 29. IV. 30. כֹּחַ *robur,* Job. III. 17. שְׁאֵר *caro,* Prov. V. 11. XI. 17. et שֹׁרֶר *umbilicus.* Prov. III. 8. Adde 3 Esr. III. 4. Sirac. XXIII. 21. ἄνθρωπος πόρνος ἐν σώματι σαρκὸς αὐτοῦ. 2) ut *corpus* apud Latinos (vide Burmannum ad Valer. Flacc. III. v. 333.), *corpus exanime, cadaver,* i. q. πτῶμα, cum quo etiam in codd. N. T. haud raro permutatur Matth. XIV. 12. ἦραν τὸ σῶμα (codices nonnulli e loco parallelo Marc. VI. 29. habent πτῶμα,) καὶ ἔθαψαν αὐτὸ cadaver ejus sublatum sepelierunt. ibid. XXVII. 52. καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη et corpora multorum pie defunctorum resurrexerunt. ibid. v. 58 et 59. Marc. XV 43, 45. Luc. XVII. 37. ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί, ubicunque cadaver versatur, ibi convolare solent aquilæ, h. e. opportunitate oblata nec deerunt, qui ea utantur, aut: ubicunque sunt homines pœna digni, ibi quoque adsunt punitores; de quo adagio vide Rechenbergii Exercitationes in N. T. p. 106 seq. ibid. XXIII. 52, 55. XXIV. 3, 23. Joh. XIX. 31, 38, 40. XX. 12. Act. IX. 40. Hebr. XIII. 11. τούτων τὰ σώματα κατακαίεται ἔξω τῆς παρεμβολῆς horum cadavera extra castra comburi solent. Jud. v. 9. ad quem locum tamen aliam eamque ingeniosam conjecturam protulit Stosch. in Archæol. Œconom. N. T. p. 41. qui σῶμα Μωϋσέως reddit *servum Mosis,* ipsumque adeo pontificem maximum, *Josuam,* intelligit, simulque monet, σῶμα in notione *mancipii, servi,* etiam honoratiori sensu adhiberi de *militibus cujuscunque ordinis.* Diod. Sic. III. c. 59. καὶ τὰ σώματα ἐκρίψαντες ἄταφα. Euripid. Phœn. v. 1524. τρισσὰ φέρουσά γε σώματα (scil. νεκρῶν, quod additur ibid. v. 1588.) σύγγονα. Eodem modo apud Hebræos usurpatur גְּוִיָּה 1 Sam. XXXI. 10, 12. et גּוּפָה. 1 Paral. X. 12. In versione Alex. respondet Hebraico נְבֵלָה *cadaver,* Deut. XXI. 23. Jos. VIII. 29. καὶ καθεῖλον τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ξύλου. 1 Reg. XIII. 22, 24, 28, 29, 30. et פֶּגֶר *cadaver,* Gen. XV. 11. 2 Reg. XIX. 35. Ies. XXXVII. 36. Adde

Sirac. XXXVIII. 17. XLIV. 13. 2 Macc. XII. 39. Xenoph. Cyrop. VIII. 7. 3. Hesych. σῶμα· πτῶμα, δέμας. Suid. σῶμα· πᾶν τὸ τεθνηκὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς. 3) per metonymiam: *actiones corporis.* 1 Cor. VI. 20. δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν colite Deum et verum Dei cultum promovere studete omnibus actionibus corporis vestri. ib. VII. 34. ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι ut præceptis religionis christianæ convenienter et vivat et sentiat. 1 Thess. V. 23. ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθείη. Vide ad h. l. Koppii Observationes. Hebr. X. 22. puri quoad animum et λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ alieni ab omnibus pravis actionibus. Jacob. III. 2. δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι ὅλον τὸ σῶμα is in omnibus actionibus modum servare valet. 4) *vita præsens.* 2 Cor. V. 10. ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, pro ἐν τῷ σώματι πεπραγμένα, ut quilibet accipiat mercedem hujus vitæ actæ. Sic etiam Lutherus jam hunc locum recte explicavit. 5) per synecdochen: *homo, tota persona.* 1 Cor. VI. 16. ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστι qui rem habet cum scorto, unam quasi cum eo personam constituit. Jacob. III. 6. ἡ σπιλοῦσα ὅλον τὸ σῶμα contaminans totum hominem, h. e. peccatorum multorum fomes est. Xenoph. Hist. Gr. II. 1. 12. σώματα ἐλεύθερα homines liberi. Lycurg. Orat. adv. Leocratem c. 30. ὑμεῖς δὲ τὸ αὐτὸ σῶμα, τὸ προδεδωκὸς τὴν πόλιν, ζῶν καὶ ὑποχείριον ἔχοντες, τῇ ψήφῳ ἀτιμώρητον ἐάσατε. Æschines in Timarchum p. 173. l. 28. Conf. Moll. ad Long. IV. 7. p. 420. Ita etiam *corpus* apud Latinos usurpatur, v. c. apud Virgilium Æn. V. v. 318. "longeque ante omnia corpora Nisus emicat." ib. XI. v. 18. Curtius IV. 11. 6. Adde Ex. XXI. 3. 6) *servus, mancipium,* quo sensu etiam in libris juris civilis Romanorum *corpora* haud raro reperiuntur, ut observavit Is. Casaubonus in Animadvv. ad Athenæum V. c. 10. Sic legitur in N. T. Apoc. XVIII. 13. καὶ ἵππων καὶ ῥεδῶν καὶ σωμάτων et equorum et rhedarum et corporum, h. e. servorum, seu mancipiorum. Ita etiam σῶμα usurpatum reperitur non solum apud Alexandrinos, Genes. XXXIV. 18. ubi Hebraico חַיִל *facultas* respondet, et ib. XXXVI. 6. pro Hebraico נֶפֶשׁ et in libris Apocryphis, v. c. Tob. X. 11. et 2 Macc. VIII. 11. sed etiam apud optimos scriptores Græcorum, (v. c. Xenoph. Hellen. II. 1. 12. Polyb. Hist. I. c. 19. extr. IV. c. 74. 75.) ut docuere viri, linguæ Græcæ peritissimi, Spanhemius ad Aristoph. Plut. v. 6. Casaubonus ad Aristoph. Equit. v. 419. Doutreinius in Obss. Miscell. pag. 85. Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 462. et interpretes ad Jul. Pollucis Onom. III. c. 8. p. 304. edit. Hemsterhus. Epiphanius Anocrat. c. 59. ἡ συνήθεια τοὺς δούλους σώματα εἴωθε καλεῖν. Jul. Pollux III. 71. σώματα ἁπλῶς οὐκ ἂν εἴποις, ἀλλὰ σώματα δοῦλα. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 829. Eodem sensu *corpus* pro *servus* occurrit apud Latinos. Vide Burmannum ad Ovidii Heroid. Epist. III. 36. et Torrenium ad Valer. Maxim. Lib. VII. c. 6. § 1. 7) *vitiositas humana,* cujus sedes est in corpore, ex apostolorum doctrina, i. q. σάρξ. Rom. VIII. 13. εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε si vero ope religionis christianæ vim vitiositatis represseritis. Plurimi codices loco τοῦ σώματος habent τῆς σαρκὸς, e glossemate. Theodoretus ad h. l. τοῦτ' ἔστι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, τὰ τῶν παθημάτων σκιρτήματα. Huc etiam a nonnullis interpretibus refertur locus in eadem epistola c. VII. 24. Vide supra ad σάρξ dicta. 8) *societas, cœtus, qui imperio alicujus subest,* et speciatim: *cœtus christianorum, cujus κεφαλὴ Christus est.* Rom. XII. 5. οὕτως πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ sic multi in unum cœtum coacti sunt per religionem christianam. 1 Cor. X. 17. XII. 13. εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν baptismo suscepto unius ejusdemque societatis membra facti sumus. ibid. v. 27. ὑμεῖς δέ ἐστε σῶμα Χριστοῦ vos vero estis cœtus christianorum. Ephes. II. 16. ἐν ἑνὶ σώματι una societate conjunctos. ibid. IV. 4, 12, 16. V. 23. αὐτός ἐστι σωτὴρ τοῦ σώματος ipse utilitatibus et commodis christianorum suorum quovis modo prospicit. Coloss. I. 18. καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας. ibid. v. 24. ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ἐκκλησία. ibid. II. 19. III. 15. Sic *corpus de omnibus, quæ sunt invicem arctissime conjuncta,* adhibetur apud Justin. XIV. 2. Livium XXXVIII. 34. et in aliis locis, quæ collegit Wetstenius N. T. T. II. p. 79. 9) *res ipsa, ens verum et realiter existens,* et opponitur τῇ σκιᾷ. Coloss. II. 17. τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ res ipsa vero, quæ hac adumbratione significatur, est religio et œconomia christiana. Theodoretus ad h. l. ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία σώματος ἐπέχει τάξιν, ὁ δὲ νόμος σκιᾶς. Προλαμβάνει δὲ ἡ σκιὰ τὸ σῶμα, κ. τ. λ. Eodem sensu non solum *umbræ* voce usus est Cicero de Offic. III. 17. sed etiam apud Græcos σῶμα opponitur τῇ σκιᾷ apud Lucianum Hermotim. 79. Josephum B. J. II. 2. 5. et Philonem de Confus. lingu. p. 434. 5. 10) pleonastice ponitur Matth. V. 29, 30. μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου, pro μὴ σὺ ὅλος κ. τ. λ. Rom. XII. 1. τὰ σώματα ὑμῶν, pro ὑμᾶς. Conf. v. 2. 1 Cor. VI. 15. ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν (h. e. ὑμεῖς) μέλη Χριστοῦ ἐστὶ vos esse membra societatis christianorum. Ephes. V. 28. ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα, pro ὡς ἑαυτούς. ibid. v. 30. ὅτι μέλη ἐσμὲν τοῦ σώματος αὐτοῦ nam sumus arctissime cum Christo conjuncti. Philipp. I. 20. ἐν τῷ σώματί μου, pro ἐν ἐμοί, per me. Ita etiam גַּו pleonastice ponitur Nehem. IX. 26. Ezech. XXIII. 35. (καὶ ἀπέῤῥιψάς με ὀπίσω τοῦ σώματός σου.) et גֵּוָה. Job. XXXIII. 17. Adde Sirac. LI. 2. Longi Pastoral. Lib. IV. p. 111. ἀλλὰ τὰ αὐτῶν σώματα sed semet ipsos deflebant. Σῶμα ποταμοῦ, ἀνέμου σῶμα, σῶμα τοῦ λόγου pro *flumen, ventus, oratio* apud Græcos scriptores dici, docuit Vechnerus in Hellenolexia Lib. II. c. 8. Adde Palairet. Obss. Philol. p. 375. Schwarzii Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1296. et Maii Obss. Sacr. T. IV. p. 99 seq. Similiter *corpus* apud Latinos quandoque πλεονάζει, v. c. Virg. Æn. VI. v. 22. Senec. Œdip. v. 814. 11) interdum reticetur, v. c. Marc. XIV. 51. ἐπὶ γυμνοῦ, scil. σώματος, super nudo corpore. 1 Cor. XV. 40. post τῶν ἐπουρανίων et τῶν ἐπιγείων. ibid. v. 42. post σπείρεται, coll. v. 44. Æschyl. Pers. v. 599. Αἴαντος περικλύστα νᾶσος ἔχει τὰ Περσῶν supple σώματα. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΩΜΑΤΙΚΟ'Σ, ἡ, όν, *corporeus, corporalis, ad corpus pertinens,* et generatim *omne, quod est aspectabile et in sensus cadit,* a σῶμα *corpus.* Bis tantum in N. T. legitur. Luc. III. 22. σωματικῷ εἴδει forma aspectabili. 1 Tim. IV. 8. σωματικὴ γυμνασία exercitatio corporea. Confer Wolfii Curas Philol. T. III. p. 462. Polyb. VI. 5. 7. XXXVII. 2. 4.

ΣΩΜΑΤΙΚΩ'Σ. Adverbium, significans: *corporaliter, quasi corpus,*

ita, ut quasi corpus efficiat, h. e. *intime, arctissime,* a σωματικός. Sic semel legitur in N. T. Coloss. II. 9. σωματικῶς tanquam corpus, cujus caput est Christus. Alii interpretantur per *vere, realiter,* οὐσιωδῶς, ut locus intelligatur non solum de unione hypostatica, sed etiam de intima communicatione idiomatum.

ΣΩ'ΠΑΤΡΟΣ, ου, ὁ. *Sopater.* Nomen viri origine Græcum, idem notans, quod *salvus pater,* ex σῶς pro σάος *salvus* et πατὴρ *pater.* Memoratur in N. T. tantum Act. XX. 4.

ΣΩΡΕΥ'Ω, fut. εύσω, 1) proprie: *coacervo, cumulo, in acervum colligo,* de rebus, quæ cumulatim aggregantur, ut magnam efficiant congeriem, a σωρὸς *acervus, cumulus.* Sic legitur in N. T. Rom. XII. 20. ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ carbones ignitos in caput ejus coacervabis. Verba sunt desumta ex Prov. XXV. 23. De vero hujus loci sensu vide dicta ad ἄνθραξ. — Herodian. IV. 15. 14. ὑπὸ τῶν σωμάτων σεσωρευμένων. ib. VIII. 4. 15. χοῦ τε τῆς γῆς εἰς αὐτὰ σωρευθέντος. 2) metaphorice: *obruo.* 2 Tim. III. 6. γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις mulieres cumulatas peccatis, h. e. gravissimis criminum obrutas oneribus, quæ, scelera sceleribus addentes, turpem peccandi sibi comparaverunt habitum. Alberti Gloss. N. T. p. 162. σεσωρευμένα· βεβαρημένα. Idem Hesych. tradit. Lex. Cyrilli MS. Brem. σωρεύει· βουνίζει, συνάγει. Herodian. IV. 8. 20. λιβάνῳ τοὺς βωμοὺς ἐσώρευσεν. Σωρὸς, multitudo, in utramque partem dicitur. Aristoph. Plut. 269. σωρὸς χρημάτων, et ibid. v. 270. ac 870. σωρὸν ἀγαθῶν ἢ κακῶν ἔχειν. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΩΣΘΕ'ΝΗΣ, εος, ὁ. *Sosthenes.* Nomen viri proprium, origine Græcum, ex σόος *salvus* et σθένος *robur, vis, potentia.* Fuit Judæus et synagogæ Corinthiacæ præfectus; postea vero, ad religionem christianam adductus, Paulum in tradenda et propaganda religione adjuvit. Memoratur in N. T. tantum Act. XVIII. 17. 1 Cor. I. 1.

ΣΩΣΙ'ΠΑΤΡΟΣ, ου, ὁ. *Sosipater.* Nomen proprium viri, origine Græcum, ex σῶσις *conservatio,* quod a σώζω *servo,* et πατὴρ *pater.* Fuit quidam ex cognatis Pauli et fortasse idem, qui Act. XX. 4. Σώπατρος vocatur. Memoratur in N. T. tantum Rom. XVI. 21.

ΣΩΤΗ'Ρ, ῆρος, ὁ, *soter, servator, conservator, salvator,* et generatim *omnis, qui aliquem salvum et incolumem præstat et in feliciorem statum perducit, tuendo, beneficia conferendo, avertendo et auferendo mala, quæ premunt,* etc. Est verbale a tertia pers. perf. pass. σέσωται, verbi σόω *servo, salvo.* Cic. Orat. in Verrem II. c. 63. "is est nimirum Soter, qui salutem dedit." Apud Græcos σωτὴρ æque ac εὐεργέτης erat *vocabulum honoris,* quod tributum legitur omnibus, qui essent bene meriti de rebus civitatis alicujus et eam vel ornassent et auxissent, vel a periculis et incommodis defendissent ac liberassent; (Vide Æschin. Socr. Dial. I. 12. Ab Alexandrinis judices, seu præsides gentis Judaicæ σωτῆρες vocantur Jud. III. 9, 15. Philo adv. Flaccum Lib. II. p. 527. *Augustum* σωτῆρα appellat. Confer. Ernesti in Clav. Ciceron. sub voce *Soter.*) *medicis,* propter opem, quam ferunt ægrotantibus, (cf. Spanhemium de Usu et Præstantia Numismatum. Diss. VII. p. 416. et Diss. XII. p. 500.) *diis tutelaribus,* v. c. Jovi, (Plinius H. N. XXXIV. c. 8.) Neptuno, Æsculapio, Dioscuris, (qui nautas tueri credebantur. Vide Perizonium ad Ælian. V. H. I. 30. et IV. 5.) Herculi, etc. Confer Spanhemium ad Aristoph. Plutum v. 1176. Steph. le Moyne ad Varia Sacra p. 127 et 134. Wetstenii N. T. T. I. p. 662 seq. et Deylingii Obss. Sacr. P. II. p. 96. J. C. Schläger C. de diis hominibusque servatoribus (Helmst. 737. 4.) et J. G. Hauptmann de soteribus antiquitatis, Geræ 751. 4. In N. T. speciatim κατ' ἐξοχὴν σωτὴρ tribuitur *Deo ac Christo,* v. c. Luc. I. 47. ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου de Deo, servatore meo, qui, ut in sequentibus explicatur, benigne respexit miseram meam conditionem. ibid. II. 11. ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ natus enim vobis est hodie servator ille, in V. T. promissus, qui Joh. IV. 42. et 1 Joh. IV. 14. ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου vocatur, h. e. is, qui saluti generis humani prospicit. Act. V. 31. XIII. 23. Ephes. V. 23. αὐτός ἐστι σωτὴρ τοῦ σώματος ipse (nempe Christus) est ac manet perpetua causa felicitatis christianorum. Si vero αὐτὸς non ad Χριστὸς, sed ad ἀνὴρ refertur, quod nonnullis placere video, tunc verborum sensus est ita constituendus: maritus vero est tutor corporis, h. e. uxoris, (Exod. XXI. 3.) qui ejus vitæ, utilitati ac commodis quovis modo prospicit eamque alit, tuetur et consiliis gubernat. Phil. III. 20. Christus σωτὴρ dicitur, quatenus christiani ei debent futuram felicitatem æternam. 1 Tim. I. 1. Deus σωτὴρ vocatur, quatenus homines per religionem christianam ad summam felicitatem adduxit. ib. II. 3. coll. v. 4. IV. 10. ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν qui est auctor felicitatis omnium hominum, maxime vero christianorum. 2 Tim. I. 10. Tit. I. 3, 4. II. 10, 13. III. 4, 6. 2 Petr. I. 1, 11. II. 20. III. 2, 18. Jud. v. 25. Sæpius in N. T. non legitur. Eodem modo Deus in V. T. vocatur יֶשַׁע Psalm. XXIV. 5. XXV. 5. XXVII. 1, 15. יְשׁוּעָה Deut. XXXII. 15. Ies. XII. 2. et מוֹשִׁיעַ Ies. XLV. 15, 21. Ad. de Sirac. LI. 1. 1 Macc. IV. 30. Hesych. σωτήρ· λυτρωτής.

ΣΩΤΗΡΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *conservatio, sospitatio,* cum aliquid conservatur in statu suo et incolume, a σώζω *servo,* quod vide supra. Act. XXVII. 34. τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει hoc enim ad vestræ vitæ conservationem cedet. Hebr. XI. 7. de conservatione Noachi ejusque familiæ tempore diluvii usurpatur. 2) *liberatio,* a malo et potestate alicujus. Luc. I. 69. κέρας σωτηρίας potentissimum liberatorem. ibid. v. 71. σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς ut liberaret nos ab hostibus nostris et vindicaret a potentia omnium adversariorum nostrorum. Act. VII. 25. ὅτι ὁ Θεὸς διὰ χειρὸς αὐτοῦ δίδωσιν αὐτοῖς σωτηρίαν Deum scilicet ejus manu liberaturum esse ipsos e servitute Ægyptiaca. Hebr. I. 14. τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν quos Deus periculo alicui eripere vult. Simili modo etiam Josephus A. J. II. c. 9. s. 7. eductionem Israëlitarum ex Ægypto per Mosen σωτηρίαν appellat. 3) *felicitas omnis generis,* et speciatim: *felicitas omnis, quæ christianis contingit et promissa est, salus, per Christum hominibus parta,* ob quam ipse σωτὴρ in N. T. vocatur, ut supra jam ad σωτὴρ observatum est. Luc. I. 77. τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ ut imbueret populum ejus salutari doctrina, cujus observatione scilicet remissionem peccatorum consequatur. ibid. XIX. 9. ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο magna hodie tibi et familiæ tuæ contigit felicitas. Act. IV. 12. καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία nec per ullum alium speranda est felicitas christiana. ibid.

XIII. 26. ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη vobis doctrina hæc salutifera præ cæteris traditur. ibid. XVI. 17. οἵτινες καταγγέλλουσιν ὑμῖν ὁδὸν σωτηρίας qui annunciant vobis doctrinam salutarem. Rom. I. 16. X. 1, 10. XIII. 11. νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν nunc enim perfectiorem religionis christianæ cognitionem habemus, quam illo tempore, quo Christo nomen dedimus. 2 Cor. I. 6. VI. 2. VII. 10. Ephes. I. 13. τὸ εὐαγγέλιον τῆς σωτηρίας ὑμῶν. Philipp. I. 19, 28. σωτηρίας felicitatis æternæ, quæ etiam c. II. 12. simpliciter ἡ σωτηρία dicitur. De felicitate futura, in regno Messiæ speranda, etiam explicanda est hæc vox 1 Thess. V. 8, 9. Sed 2 Thess. I. 13. σωτηρία omnem felicitatem christianorum in hac pariter ac in futura vita significat. 2 Tim. II. 10. III. 15. Hebr. II. 10. Christus ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας, h. e. auctor et causa perpetuæ felicitatis humanæ dicitur. ibid. V. 9. idem dicitur factus esse πᾶσι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτοῦ αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. ibid. IX. 28. 1 Petr. I. 5, 9, 10. 2 Petr. III. 15. Apoc. XII. 10. Alexandrini hac voce usi sunt pro יֶשַׁע salus, auxilium, conservatio, 2 Sam. XXII. 3, 36, 47. XXIII. 5. Psalm. XVIII. 3, 38, 50. יְשׁוּעָה idem, Gen. XLIX. 18. Job. XIII. 16. XXX. 15. Psalm. LXXXVII. 1. יָשַׁע ׀ *salvator*, Ies. XLVII. 15. LXIII. 8. et aliis multis, idem significantibus vocabulis. 4) *religio christiana salutifera.* Hebr. II. 3. τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας doctrinæ christianæ, tam salutaris, præcepta violantes. ibid. VI. 9. τὰ ἐχόμενα τῆς σωτηρίας constantia in religione christiana. Jud. v. 3. περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας de religione christiana, quam nos profitemur. Rom. XI. 11. ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν, scil. ἐγένετο, doctrina christiana tradita est gentilibus. 5) pro σωτὴρ *servator, qui alios felices incolumesque reddit.* Joh. IV. 22. ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστὶ nam inter Judæos exorietur Messias, hominum servator. Alii vertunt: vera Deum colendi ratio inter Judæos reperitur, coll. Ies. II. 3. Act. XIII. 47. τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ut doctrinam salutiferam tradas etiam remotissimis gentibus; ubi σωτηρία est i. q. φῶς. Conf. Bibl. Brem. Class. IV. Fasc. V. p. 782. Ita quoque *salus* pro *servator* legitur apud Sil. Ital. Lib. VII. v. 733. "Fabiumque decus, Fabiumque salutem certatim et magna memorabat voce parentem." 6) *laus e victoria et ob salutem præstitam et acceptam.* Apoc. VII. 10. (ubi tamen σωτηρία ad imitationem Hebraici יְשׁוּעָה 2 Reg. V. 1. Psalm. XX. 6. Ies. LIX. 17. *ipsam victoriam* aut *salutem* hoc sensu: salus nostra debetur Deo nostro, etc. significare potest.) et XIX. 1. coll. Jon. II. 10. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΩΤΗ'ΡΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie: *salus*, i. q. σωτηρία, ab eodem themate. Ies. XXXVIII. 11. οὐκέτι οὐ μὴ ἴδω τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Psalm. LXXXIV. 7. τὸ σωτήριον σου δοίης ἡμῖν. Hinc in N. T. 2) est i. q. σωτὴρ, *servator, salvator, auctor felicitatis.* Luc. II. 30. ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου viderunt oculi mei Christum, a Deo hominibus felicitatis caussa missum. ibid. III. 6. καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον Θεοῦ. 3) *doctrina salutaris*, speciatim *christiana.* Act. XXVIII. 28. ὅτι τοῖς ἔθνεσι ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται hanc doctrinam divinam salutarem gentilibus tradi, qui etiam eam admittent. 4) *futura christianorum felicitas ejusque spes certissima.* Ephes. VI. 17. καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε galeæ instar sit vobis spes felicitatis futuræ. Conf. 1 Thess. V. 8. περικεφαλαίαν ἐλπίδα σωτηρίας. Sæpius in N. T. non legitur.

ΣΩΤΗ'ΡΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *salutaris, salutifer;* ab eodem themate. Legitur in N. T. tantum Tit. II. 11. ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις tradita enim est doctrina christiana salutaris, quam beneficio divino debemus, omnibus hominibus. Legitur præterea hoc adjectivum apud Xen. de Re Equestri III. 12. Eurip. Phœn. v. 935. et in aliis locis, quæ collegit Wetsten. N. T. T. II. p. 374.

ΣΩΦΡΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, generatim: *mentis compos sum, sanæ mentis sum, ad sanam mentem redeo post insaniam, ago ea, quæ sunt hominis sanæ mentis,* a σόος contracte σῶς *sanus* et φρὴν *mens.* Hinc pro contextæ orationis et substratæ materiæ diversitate significat mox *recte judicare,* mox *prudentem cautumque esse et omnia consulto facere,* mox *modeste de se sentire et statuere,* mox deinde *sobrium esse et continentem, temperanter se gerere, caste ac pudice vivere.* Marc. VII. 15. καὶ θεωροῦσι τὸν δαιμονιζόμενον καθήμενον καὶ ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα et admirabundi videbant hominem, qui antea fuerat dæmoniacus, Jesu assidentem, vestitum et jam ad sanam mentem rediisse. Conf. Luc. VIII. 35. ubi eadem res narratur. (Apollodor. Bibl. III. c. 5. p. 162. de Lycurgo insaniente: ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν ἐσωφρόνησε. Achill. Tat. IV. p. 165. ubi *Clitophon* de *Leucippe,* insania antea correpta: ἐγὼ δὲ ἰδὼν σωφρονοῦσαν.) Rom. XII. 3. ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν sed ita statuere, ut modeste de se sentiat. 2 Cor. V. 13. εἴτε σωφρονοῦμεν ὑμῖν si modeste de me loquor, (Chrysostomus ad h. l. μέτριόν τι καὶ ταπεινὸν λαλοῦμεν,) vestrum causa hoc facio, ut exemplum scilicet modestiæ vobis proponam. Tit. II. 6. τοὺς νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν similiter juniores quoque hortare, ut prudenter, modeste ac temperanter se gerant. 1 Petr. IV. 7. σωφρονήσατε οὖν prudenter vos gerite. Sæpius in N. T. non legitur. Æque late patet hæc vox apud Græcos scriptores. Sic v. c. de *moderantia et temperantia* legitur apud Xenoph. Agesil. XI. 10. ἐν ταῖς εὐπραξίαις σωφρονεῖν ἐπιστάμενος. Idem Cyrop. III. 2. 2. hac voce ita usus est, ut significet: *nihil audere, moderate se gerere.* Apud eundem in Mem. Socr. I. 1. 20. legitur de recte judicantibus et statuentibus; ibid. II. 7, 8. de modeste se gerentibus, et III. 5, 21. de militibus, sobrie se gerentibus, adhibetur. De *castitate* adhibetur ab Ælian. V. H. IV. 1. X. 2. XI. 3. et apud eundem III. 34. de *temperantia in victu* legitur. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 144. Gatakerum ad M. Antonin. Lib. III. § 2. Lamb. Bos. in Exercitatt. p. 216. Wetstenii N. T. T. II. p. 78. et Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. pag. 1226. Alberti Glossar. N. T. p. 142. σωφρονοῦμεν· σῶον τὸ φρόνημα ἔχομεν.

ΣΩΦΡΟΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *facio, ut quis sapiat, ad sanam mentem reduco, bonis moribus imbuo, emendo, corrigo, castigo, instruo, hortor, moneo,* a σώφρων, quod vide. Tantum legitur in N. T. Tit. II. 4. ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους, σώφρονας ut doceant et hortentur fœminas, in prima ætate constitutas. Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 17. Anab. VII. 7. 14. et de Rep. Laced. XIII. 5. Justinus Mart. Apolog. II. § 2. de muliere, quæ, ipsa intemperans, cum viro degebat intemperanti: ἐπεὶ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα ἔγνω, αὐτὴ ἐσωφρονίσθη, καὶ

τὸν ἄνδρα ὁμοίως σωφρονῶν πείθειν ἐπειρᾶτο. Hinc σωφρονισταὶ dicebantur apud Athenienses, qui e singulis tribubus elegebantur et quorum munus versabatur in hoc, ut vitam moresque epheborum regerent et moderarentur. Vide Etym. M. s. h. v. et Hemsterhusium ad Pollucem pag. 1123. n. 92.

ΣΩΦΡΟΝΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, et active, et passive usurpatur apud Græcos. Active si sumitur, notat *institutionem, emendationem, cohortationem, admonitionem, castigationem et formationem animi ad virtutem.* Passive vero si adhibetur, notat *sanitatem mentis, prudentiam, modestiam, sobrietatem, temperantiam,* a perf. pass. σεσωφρόνισμαι, verbi σωφρονίζω, quod vide. Legitur tantum in N. T. 2 Tim. I. 7. ubi σωφρονισμὸς ab aliis de *animo tranquillo,* ab aliis de *institutione,* ab aliis vero, et, ut opinor, rectius, *de prudentia in munere doctoris christiani rite fungendo* explicatur.

ΣΩΦΡΟ'ΝΩΣ. Adverbium, significans: *sana mente, prudenter, moderate, temperanter, sobrie, caste,* a σώφρων. Semel in N. T. legitur Tit. II. 12. σωφρόνως καὶ δικαίως, ubi σωφρόνως eam vivendi rationem significare videtur, quæ omnia hominis erga se ipsum comprehendit officia, et se inprimis in nutrimentorum et voluptatum hujus vitæ moderato usu, affectuum moderatione et patientia in rebus adversis exserit. Conf. Lexicon Xenophon. s. h. v.

ΣΩΦΡΟΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, est *ea virtus, cum quis facit, quæ fiunt ab hominibus, qui sunt sanæ mentis, mentis sanitas, sobrietas, prudentia, sapientia, temperantia, modestia, castitas et pudicitia,* a σώφρων, quod vide. Ter tantum in N. T. legitur. Act. XXVI. 25. ἀλλ' ἀληθείας καὶ σωφροσύνης ῥήματα ἀποφθέγγομαι sed vera et verba sanæ mentis profero, ich befinde mich in einem ruhigen, gewöhnlichen und vernünftigen gemüthszustand, *I find myself in a peaceful, accustomed and reasonable state of mind.* Opponitur h. l. σωφροσύνη enthusiasmo. Vide supra μαίνομαι. 1 Tim. II. 9. μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς, ubi σωφροσύνη est modestia et temperantia, maxime in cultu corporis. ibid. v. 15. Plato Phædon. p. 380. σωφροσύνη τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως. Idem de Republ. IV. pag. 449. κόσμος πού τις ἡ σωφροσύνη ἐστὶ, καὶ ἡδονῶν τινῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια. Ælian. V. H. XII. 1. σωφροσύνη γάμου conjugii castimonia. ibid. VII. 9. de temperantia in vestitu adhibetur. De modestia in cultu corporis legitur quoque apud Xenoph. Mem. II. 1. 22. Idem Anab. I. 9. 2. hac voce de modestia usus esse videtur. Hesych. σωφροσύνη· σοφία, ἐπιστήμη. Cf. etiam Wetstenii N. T. T. II. pag. 323 seq.

ΣΩ'ΦΡΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *mentis compos, sana mente præditus, sapiens, prudens, sobrius, temperans, modestus, castus,* ex σόος, contracte σῶς, *sanus* et φρὴν *mens.* Legitur tantum in N. T. 1 Tim. III. 2. Tit. I. 8. II. 2. 5. Apud Arrian. Diss. in Epictet. III. c. 2. σώφρων et ἀκόλαστος sibi invicem opponuntur. Ælian. V. H. III. 30. XI. 3. et XIV. 19. Confer quæ de hac voce disputavit Irmischius in Excursu ad Herodian. I. 2. 3. pag. 789 seq. et Wetstenjus N. T. T. II. p. 328.

ΣΩ'Ω. Vide ΣΩ'ΖΩ.

T

ΤΑΒΕ'ΡΝΗ, ης, ἡ, *taberna.* Nomen, origine Latinum, per syncopen pro *tabulerna,* a *tabula,* quod ex tabulis olim fiebant tabernæ. Semel legitur in N. T. Act. XXVIII. 15. ubi memorantur Τρεῖς Ταβέρναι. *Tres Tabernæ* erat nomen proprium loci, aut oppiduli in Italia, haud procul a Roma remoti, in via Appia. Sine dubio nomen accepit ab usu, quod ibi essent tabernæ, ubi vinum et esculenta venum proponebantur, ut hospites fessi et sitibundi sese reficerent. Vide Grotium ad h. l. Alb. Glossar. Gr. p. 86. Ταβερνῶν πανδοχίων.

ΤΑΒΙΘΑ', ἡ. *Tabida,* vel *Tabitha.* Nomen proprium mulieris christianæ, origine Syriacum ܛܒܝܬܐ, h. e. *caprea, dama,* ex Hebraico צְבִי idem, mutato Sade, ut fit, in Teth. Memoratur in N. T. Act. IX. 36. ἐν Ἰόππῃ δέ τις ἦν μαθήτρια, ὀνόματι Ταβιθὰ, ἣ διερμηνευομένη λέγεται Δορκὰς Joppæ autem erat quædam christiana, Tabida nomine, quæ, si in Græcam linguam nomen transferas, δορκὰς, h. e. dama, seu caprea appellatur. ibid. v. 40. Ταβιθὰ, ἀνάστηθι Tabida, surge. Sine dubio hæc mulier Tabitha appellata est ob formæ venustatem. Hoc autem nomen tunc temporis inter Judæos familiare fuisse, docuit Lightfootus in Centur. Chorographica Matthæo præmissa cap. 18. et Bochartus in Hierozoic. I. 3. 26.

ΤΑ'ΓΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *agmen militare, acies militaris, ordine disposita et in manipulos distincta, legio, cohors.* Est enim verbale a perf. pass. τέταγμαι, verbi τάττω, vel τάσσω, quod vide infra. Sic aliquoties legitur apud Alexandrinos, v. c. 2 Sam. XXIII. 13. καὶ τάγμα τῶν ἀλλοφύλων παρενέβαλλεν, ubi in Hebraico legitur חַיָּה *cœtus, caterva.* 1 Sam. IV. 10. XV. 4. Arrian. Tactic. p. 28. καὶ οὗτοι μεμερισμένοι ἐς τάγματα, ὧν ἑκάστῳ καὶ ὄνομα οἰκεῖον πρόκειται. Plutarch. Othon. p. 1072. A. Joseph. B. J. III. 4. 2. Vide Valesium ad Eusebii Hist. Eccles. p. 249. 2) *ordo.* Sic semel legitur in N. T. 1 Cor. XV. 23. ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι suo quisque ordine, a Deo resurrectioni mortuorum constituto: ein jeder, wenn die reihe an ihn kommen wird, *every one, when it will be his turn.* Male Zonaras Lex. c. 1714. aut is, e quo sua hausit: τάγματι, ἀξιώματι. καὶ ὁ ἀπόστολος· ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. τοῦτο δὲ λέγει, ἐν ᾧ ἐστιν, ἄξιος ἐστιν. 3) quandoque reticetur, v. c. Apoc. IX. 16. post ἱππικοῦ.

ΤΑΚΤΟ'Σ, ἡ, ὀν, 1) proprie: *statutus, ordinatus, certo ordine procedens et dispositus.* Est verbale a tertia persona perf. pass. τέτακται, verbi τάσσω, vel τάττω *statuo, ordino.* 2) metaphorice: *constitutus, certus, definitus,* quo sensu etiam apud

Latinos *statutus* et *status* (v. c. Plautum Curcul. I. 1. 5. Ciceronem de Officiis I. 12. *status dies cum hoste*.) sæpius occurrit. Legitur in N. T. tantum Act. XII. 21. τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ. Vulgatus recte: *statuto autem die*, nempe: ludorum scenicorum. Eodem modo legitur apud Alexandrinos Job. XII. 5. εἰς χρόνον τακτὸν, quæ formula Hebraico מוֹעֵד respondere videtur, quod descendit a יָעַד *tempus et locum indicere et constituere*. Dionys. Halic. A. R. Lib. II. pag. 133. ἡμέρᾳ τακτῇ —— συνερχόμενοι. Thucyd. Hist. IV. c. 16. σῖτον τακτόν. ibid. cap. 65. ἀργύριον τακτὸν certam pecuniæ summam. Polybius III. 33. Exc. Legat. XCII. pag. 1274. τακτῶν ἡμερῶν. Ibidem CXXXIV. pag. 1336. κατά τινας τακτοὺς ἡμέρας.

ΤΑΛΑΙΠΩΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *graviter laboro, labore conficior, strenue aliquid ago*, a ταλαίπωρος, quod vide. Sic legitur apud Xenoph. in Mem. II. 1. 18. Hippocratem de Aër. c. 46. et de Diæta in morbis acut. p. 389. ed. Foësii. Vide de hoc verbo Taylor. ad Lysiam p. 490 seq. 2) metaphorice: *miser sum, miserias et ærumnas perpetior, adfligor adversis*, item transitive: *miserum reddo, in ærumnas conjicio*. Thucyd. I. c. 99. οὐκ εἰωθόσιν οὐδὲ βουλομένοις ταλαιπωρεῖν, et ibidem cap. 134. ἵνα μὴ ὑπαίθριος ταλαιπωροίη. Adde Alexandrinos Ps. XVI. 10. XXXVII. 9. ἀπὸ προσώπου τῶν ἀσεβῶν τῶν ταλαιπωρησάντων με. Ies. XXXIII. 1. Micha II. 4. 3) *sensu miseriæ meæ tangor, miseriæ meæ meditatione serio occupor*. Sic semel in N. T. legitur Jacob. IV. 9. ταλαιπωρήσατε miseros vos agnoscite. Alii: affligite vosmet ipsos jejunio.

ΤΑΛΑΙΠΩΡΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *molestia, qua aliquis e multis laboribus et longis itineribus afficitur, labor improbus, iter longum atque molestum*, a ταλαίπωρος, quod vide. Polyb. Hist. III. cap. 55. μετὰ ταῦτα δὲ παραστήσας τὰ πλήθη τὸν κρημνὸν ἐξῳκοδόμει μετὰ πολλῆς τῆς ταλαιπωρίας deinde opera militum usus labore improbo in ipso præcipitio viam munivit. Confer Munthe in Obss. Philol. e Diodor. Sic. p. 301. Hesych. et Lex. Cyrilli MS. Brem. ταλαιπωρία· μοχθηρία. 2) *omnis miseria, ærumna ac molestia, quam aliquis perfert ac sustinet, miseria gravis et calamitas, qua aliquis alterum afficere conatur, ærumnæ, in quas alios conjicimus*. Sic bis legitur in N. T. Rom. III. 16. σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, h. e. quidquid agunt, agunt, ut alios perdant. Jacob. V. 1. κλαύσατε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις flete et lugete ob calamitates, vobis imminentes. Alexandrini usi sunt hac voce pro הֹוָה *ærumna*, Ies. XLVII. 11. שֹׁד *vastatio, vastitas*, Jer. VI. 7. XX. 8. Hos. IX. 6. שֶׁבֶר *fractio, contritio*, Ies. LIX. 7. LX. 18. Jerem. IV. 20. מַחְשָׁךְ *tenebræ*, Psalm. LXXXVIII. 19. et חָמָס *vis, violentia, injuria*, Jerem. LI. 35. Adde Ælian. V. H. XIII. 38. ἡ ἐκ τῶν νόμων ταλαιπωρία. Thucyd. II. cap. 49.

ΤΑΛΑΙ'ΠΩΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie notat *eum, qui gravissimis laboribus frangitur ac fatigatur*, v. c. in lapidicinis laborat, vel ad metalla damnatus est, ex ταλάω, per syncopen τλάω vel τλῆμι *suffero*, et πῶρος *saxum ingens*, item *callus*, item *luctus*. 2) *miser, ærumnosus, calamitosus, afflictus*. Sic bis tantum in N. T. legitur Rom. VII. 24. ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος O me miserum, nempe vitiositatis vi atque imperio ejusque sensu, ut ipse in sequentibus interpretatus est. Eodem modo ταλαίπωρος quoque sumitur Apoc. III. 17. Legitur præterea apud Eurip. in Phœn. v. 1636. Platonem Euthydem. pag. 280. Lucian. Tragopod. p. 804. et apud Demosthenem sæpius. Conf. Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. pag. 729. Wetstenii N. T. T. II. p. 59. et Alberti Obss. Philol. pag. 305. Hesych. ταλαίπωρος· ἐπίπονος, τλητικός. schol. ad Aristoph. Plutum v. 33. ταλαίπωρος δὲ παρὰ τὸ τλῆναι τὸν πῶρον, ὅ ἐστι πένθος. Suid. ταλαίπωρος· ὁ ἄθλιος. παρὰ τὸ τάλας, καὶ τὸν πῶρον, ὅ ἐστι πάθος. Ὅτι δὲ πῶρος πάθος τί ἐστιν, Ἀντίμαχός φησιν Πῶρον τιν' ἀλέχουσι καὶ οἷς τεκέεσσιν ἔθεντο. καὶ πωρεῖν Ἠλεῖοι τὸ πενθεῖν φασι καὶ Ἀντίμαχος αὖθις κ. τ. λ. Alexandrini hac voce usi sunt pro שָׁדוּד *vastatus*, Ps. CXXXVII. 8. Ies. XXXIII. 1. Adde Tob. XIII. 11. Sap. III. 11. XIII. 10. 2 Macc. IV. 47.

ΤΑΛΑΝΤΙΑΙ'ΟΣ, αία, αῖον, *talentarius, talentum suo pondere æquans*, (Polyb. IX. 34.) a τάλαντον *talentum*, quod vide infra. Legitur in N. T. tantum Apoc. XVI. 21. χάλαζα μεγάλη, ὡς ταλαντιαία grando magna, quasi talenti pondo, seu talenti pondus æquans. Dicuntur autem Græcis in universum ταλαντιαῖα et ταλαντιαῖα, *quæcunque magna sunt et gravia*. Josephus de Bello Jud. Lib. V. c. 6. § 3. ταλαντιαῖοι μὲν ἦσαν οἱ βαλλόμενοι πέτροι. Conf. Scaligerana posteriora pag. 141. Wetstenii N. T. T. II. p. 819. et Wesseling. ad Diod. Sic. XIX. 45. Hesych. Ταλαντιαῖον βαρύ. Alio sensu ταλαντιαῖος legitur apud Demosthenem p. 833. 23. ed. Reisk., ubi ταλαντιαῖος οἶκος est domus, valens talentum.

ΤΑ'ΛΑΝΤΟΝ, ου, τὸ, *talentum*, 1) proprie: *statera, libra*, vel *trutina, lanx*, ἀπὸ τοῦ τλῆναι τὸ βάρος. 2) *quod imponitur libræ trutinandum et nominatim pondus 125 librarum*. 3) *certa pecuniæ summa, quæ illud pondus 125 librarum æquat*, talentum, proprie sic dictum. Sic legitur in N. T. Matth. XVIII. 24. ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων debitor decies mille talentorum. ibid. XXV. 15, 16, 20, 22, 24, 25, 28. Varias autem talentorum species fuisse apud veteres, docuit Gronovius in libro de Pecunia Vet. et Leusdenus Philol. Hebr. mixt. Diss. 29. *Talentum Atticum* complexum est sex millia drachmarum, seu sexaginta minas Atticas. Vide Pollucis Onom. IX. 85. schol. Aristoph. ad Plutum v. 194. ἰστέον, inquit, ὅτι ἡ δραχμὴ ἕξ ὀβολοί εἰσιν, ἡ δὲ μνᾶ ἑκατὸν δραχμαὶ, τὸ δὲ τάλαντον ὀγδοήκοντα μναῖ. *Talentum Babylonicum* valebat LX minas Babylonias, sed quæ faciebant LXXII Atticas. Confer Perizonium ad Ælian. V. H. I. c. 22. *Talentum Syriacum argenteum* 281 thaleros; aureum vero 3935 thaleros valebat. Vide Fabri Archæologiam Hebræorum T. I. p. 397. Lex. MS. Bibl. Coislin. pag. 493. τάλαντα· ζυγά, οἱ παλαιοί. τάσσεται καὶ ἐπὶ ὡρισμένου νομίσματος παρ' Ἀττικοῖς. δύναται δὲ τρεῖς χρυσοῦς ὁ Θυατυρηνός. ἄλλα δὲ παρ' ἄλλοις κατὰ τὴν ὁλκὴν τάλαντα. Conf. D'Orville ad Chariton. I. 14. p. 286. ed. Lips. — Hesych. τάλαντον λίτραι ἑκατὸν εἴκοσι πέντε κατὰ τὸν μέγαν Ἐπιφάνιον. (apud Steph. le Moyne in Variis Sacris p. 485.) Lex. Cyrilli MS. Brem. τάλαντον ζυγὸν, ὁλκὴν, σταθμόν. Etym. inedit. Τάλαντον σημαίνει δ'· τὸ ζύγιον, τὸν σταθμὸν, τὸ βάρος, καὶ τὸ χάρισμα. Confer Ed. Bernardum de Mens. et Ponder. Lib. II. p. 189. Alexandrini hac voce usi sunt pro כִּכָּר *talentum*, Exod. XXV. 39. 2 Sam. XII. 30. 1 Reg. IX. 14, 28. etc.

ΤΑΛΙΘΑ' ΚΟΥ'ΜΙ. Est vox Sy-

riaca ܛܠܝܬܐ quæ litteris Hebraicis hoc modo scribitur טְלִיתָא et a Marco V. c. 41. explicatur verbo: τὸ κοράσιον, et a Suida ἡ παῖς, h. e. *puella.* Significat autem ܛܠܝܬܐ, ut Chaldaicum טליתא, *puellam,* a ܛܠܐ emph. ܛܠܝܐ *puer, juvenis.* Sæpius in N. T. non legitur. Confer Laur. Fabricii Reliquias Syras p. 300. Th. Crenii Analectorum Philol. Crit. Hist. — Τάλις est Hesychio ἡ μελλόγαμος παρθένος. Vide etiam Suidam. Photii Lex. col. 418. Τάλιδος, τῆς μελλογάμου κ. τ. λ. ubi vide a me notata.

ΤΑΜΕΙ͂ΟΝ vel ΤΑΜΙΕΙ͂ΟΝ, είου, τὸ, 1) proprie et generatim: *repositorium* seu *omnis locus secretus, ubi aliquid reponitur et reconditur.* Speciatim: *cella penuaria,* seu *locus secretior, ubi quæstor, quæ accepit, recondit, promtuarium, penuarium, horreum, ærarium,* a ταμίας, ου, ὁ, *promus condus, cellarius, dispensator, quæstor, ærario præfectus,* unde ταμιεύω et ταμιεύομαι *sum promus condus, quæstoris munus obeo, repono, recondo, asservo.* Sic legitur in N. T. Luc. XII. 24. de corvis, οἷς οὐκ ἔστι ταμεῖον, οὐδὲ ἀποθήκη quæ non habent cellas penuarias aut horrea. In versione Alex. legitur pro אָסָם *horreum,* Deut. XXVIII. 8. Prov. III. 10. ubi Aquila αἱ ἀποθῆκαι, Symmachus θησαυροὶ habet: et pro מְזָוִים *cellæ, promtuaria, penuaria,* Ps. CXLIV. 13. Pro *cella penuaria* ταμεῖον est in Theophrast. Charact. cap. 4. et pro *ærario publico* eadem vox legitur apud Herodian. I. 6. 19. ταμεῖά τε χρημάτων βασιλικῶν ἐνταῦθα πάντα, ubi videndus Irmischius. ib. VII. 4. 4. οἱ προεστῶτες τοῦ ταμείου præfecti ærario principis. Josephum de Bello Jud. IV. c. 4. § 3. Conf. Dukerum ad Thucyd. I. cap. 96. T. I. Opp. ed. Bipont. p. 372. Wetstenii N. T. T. I. p. 737. Lexicon Vet. ταμεῖον τὸ ἰδιωτικὸν, *cellarium, cella proma, penuarium, penum, promptuarium.* Hesych. ταμίας· (confer Alex. Ies. XXII. 15.) φύλαξ χρημάτων, προστάτης, δεσπότης, οἰκονόμος, διοικητής. Suid. ταμιεύεται· διοικεῖται, ἀποκρύπτει, φυλάττει. 2) per synecdochen speciei: *omnis locus secretus, privatus, abditus et occultus, quævis intima et secretissima domus pars, conclave.* Sic legitur in N. T. Matth. VI. 6. σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖόν σου tu vero oraturus introito in conclave tuum, h. e. in oratorium privatum, in proseucham domesticam, quæ in superiori ædium parte erat et alias ὑπερῷον dicitur. Conf. vers. Græc. Iesaiæ XXVI. 20. Matth. XXIV. 26. ἰδοὺ ἐν τοῖς ταμείοις in uno seu aliquo penetralium est, h. e. in obscuro latet. Luc. XII. 3. ὃ πρὸς τὸ οὖς ἐλαλήσατε ἐν τοῖς ταμείοις, κηρυχθήσεται ἐπὶ τῶν δωμάτων quæ familiari sermone disserueritis in conclavibus, olim palam prædicabuntur. Sæpius in N. T. non legitur. In eadem tamen notione sæpius reperitur apud Alexandrinos pro חֶדֶר vel חֲדַר *cubiculum, conclave,* Jud. III. 24. XV. 1. XVI. 9, 12. Job. IX. 9. Prov. VII. 27. Adde Cantic. VIII. 2. Tob. VII. 17. Sirac. XXIX. 15. Hesych. et Lex. Cyrilli MS. Brem. ταμεῖον· κοιτῶνα. Idem: ταμεῖα· ἀπόκρυφα οἰκήματα. Idem: ταμεῖον· θάλαμος. Confer Fulleri Miscellan. Sacr. Lib. I. c. 16. p. 98.

ΤΑΝΥ͂Ν, *nunc.* Adverbium, compositum ex accusativo plur. neutr. artic. ὁ, ἡ, τὸ, et νῦν *nunc,* pro κατὰ τὰ νῦν ὄντα πράγματα *prout res se jam habet.* Quater tantum in N. T. legitur. Act. IV. 29. καὶ τανῦν, Κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν jam vero, Domine, respice in comminationes eorum. ibid. XVII. 30. XX. 32. τανῦν παρατίθεμαι ὑμᾶς τῷ Θεῷ jam vero commendo vos Deo. ibid. XXVII. 22. Herodot. VII. 104. Athenæus III. p. 107. B. Sext. Empir. Adv. Gramm. I. 7. 154. Sophocl. Electr. v. 423. Vide Wetstenii N. T. T. II. pag. 480.

ΤΑ΄ΞΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *dispositio, ordo collocandorum militum, ordo in acie, exercitus, secundum ordinem constitutus, acies, legio, cohors.* Est verbale a secunda pers. perf. pass. τέταξαι, verbi τάσσω, vel τάττω *ordino, statuo, constituo.* Sic legitur apud Ælian. V. H. XIV. c. 49. τὴν τάξιν ἐκλιπὼν agmine, vel ordine relicto. ibid. XIII. 14. Xenoph. de Mag. Equit. II. 6. et de Rep. Laced. XI. 5. Conf. Irmisch. ad Herodianum I. 10. 2. p. 381. Adde Jud. V. 20. 2 Macc. X. 37. XIII. 21. Suid. τάξις· ἡ τάξις διττή ἐστιν, ἡ μὲν ἐν τῷ στρατηγῷ· ἡ δὲ ἐν τοῖς στρατιώταις. καὶ ἐκ τῆς ἐν τῷ στρατηγῷ τάξεως γίνεται ἡ ἐν τοῖς στρατιώταις. Hinc ταξιόω *in acie colloco.* 2) *ordo, series, bonus ordo.* Luc. I. 8. ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ cum sacerdotio fungeretur ex ordine classis suæ. 1 Cor. XIV. 40. πάντα δὲ εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω omnia vero fiant decore et bono ordine servato. Coloss. II. 5. βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν videns vestrum ordinem, nempe in dispositione et observatione rituum ecclesiasticorum. Hesych. κατὰ τάξιν· κατὰ κόσμον. 3) *persona, quam quis sustinet,* (Callim. Hymn. in Jovem v. 80. τῷ καὶ σφὶ τεὴν ἐκρίναο τάξιν.) *conditio, in qua quis est constitutus, similis conditio, similitudo,* i. q. ὁμοιότης. Sic legitur in N. T. Hebr. V. 6. σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ tu es æternus sacerdos ad similitudinem Melchisedechi, coll. VII. 15. κατὰ τὴν ὁμοιότητα Μελχισεδέκ. Syrus h. l. bene transtulit: ܐܝܟ ܕܡܘܬܗ ܕܡܠܟܝܙܕܩ *secundum similitudinem Melchisedek.* Verba ipsa sunt desumta ex Psal. CX. 4. ubi in textu Hebraico leguntur hæc verba: עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק de quibus lectu digna habet Boysenius in Symbolis Criticis ad interpretationem N. T. e versione Syriaca P. III. pag. 101. Hebr. V. 10. VI. 20. VII. 11, 17, 21. Adde 2 Macc. IX. 18. ἐπιστολὴν ἱκετηρίας τάξιν ἔχουσαν. Polyb. Hist. III. c. 33. πεζοὺς ὁμηρείας ἔχοντας καὶ βοηθείας ἅμα τάξιν. Idem IV. c. 3. κατασκόπου τάξιν ἔχων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πραγμάτων. ibid. c. 9. et V. c. 8. Arrian. Diss. Epictet. III. c. 1. Philostrat. Vit. Sophistar. I. c. 21. s. 3. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΑΠΕΙΝΟ΄Σ, ἡ, ὸν, 1) proprie: *humilis, depressus, non multum a terra assurgens, minime altus, humi repens,* et opponitur *procero, alto,* τῷ ὑψηλῷ, quasi ἐδαφεινὸς, ab ἔδαφος *solum, pavimentum,* sicut *humilis* ab *humo.* Eustathio est i. q. πάτεινὸς, a πατέω *calco, conculco.* Alexand. Ezech. XVII. 24. ξύλον ταπεινόν. Strabo VI. p. 426. ταπεινὸν δὲ καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος. 2) metaphorice: *vilis, abjectus, qui deteriore fortuna utitur, qui est in vili et misera conditione constitutus, pauper, miser, afflictus.* Luc. I. 52. καὶ ὕψωσε ταπεινοὺς humiles (h. e. quia opponuntur τοῖς δυνάσταις, homines privatos, nullis honoribus in civitate ornatos, qui alias a Græcis ἰδιῶται vocantur.) contra elevat, coll. Sirac. X. 17. 2 Cor. VII. 6. ὁ παρα-

καλῶν τοὺς ταπεινοὺς qui miseros et afflictos solatio recreat. Jacob. I. 9. ὁ ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς christianus pauper: opponitur enim v. 10. ὁ πλούσιος. Sic etiam apud Isocratem Orat. ad Phil. pag. 238. init. ταπεινοὶ opponuntur τοῖς πολλῆς χώρας καὶ πόλεων δεσπόταις. Ælian. V. H. III. 18. ταπεινῶς πράττοντες humili fortuna utentes. ibid. VI. 12. μεταβολὴ τοῦ Διονυσίου ἐκ τηλικούτων εἰς οὕτω ταπεινά. Xenoph. Hist. Gr. II. 4. 14. Eurip. Androm. ver. 979. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 498. et Schwarzii Comment. Philol. Ling. Gr. p. 1301. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro אֶבְיוֹן *egenus, inops,* Iesaias XXXII. 7. אָבֵל *lugens,* Job. XXIX. 25. דַּךְ *attritus, exhaustus viribus et facultatibus,* Psal. IX. 42. דַּל *tenuis,* Ies. XI. 4. XXV. 4. XXVI. 6. עָנִי *afflictus,* Ps. XVII. 30. LXXXI. 3. Jer. XXII. 16. עַרְעָר *nudatus, omni ope destitutus,* Psal. CI. 18. רָשׁ *pauper,* 1 Sam. XVIII. 23. κἀγὼ ἀνὴρ ταπεινὸς, καὶ οὐχὶ ἔνδοξος, et שָׁפָל *humilis,* Job. V. 11. Ezech. XXI. 25. Adde Sirac. XII. 4. XIII. 23, 25. XXIX. 11. XXXV. 17. 3) *modeste de se judicans, modestus, submissus animo,* qui alias ταπεινόφρων dicitur. Matt. XI. 29. ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ nam clemens sum et animo demisso. Rom. XII. 16. ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Vide supra ad συναπάγω dicta. Jacob. IV. 6. et 1 Petr. V. 5. ταπεινοὶ opponuntur τοῖς ὑπερηφάνοις. Psal. XXXIII. 18. καὶ τοὺς ταπεινοὺς τῷ πνεύματι σώσει. Prov. III. 24. ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. ibid. XI. 2. στόμα δὲ ταπεινῶν (צְנוּעִים *modestorum*) μελετᾷ σοφίαν. Adde Prov. XXIX. 23. Ies. LVII. 15. 4) *timidus, meticulosus, humilis,* kriechend, furchtsam, *mean, silly.* 2 Cor. X. 1. ὃς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν qui præsens apud vos meticulosus esse et lenius agere videor obtrectatoribus. Chrysostomus εὐκαταφρόνητος. Sic etiam ταπεινότης de *timiditate* et *animo pusillo* adhibetur apud Xenoph. in Hist. Gr. III. 5. 14. καὶ πολλὴν ἔφασαν σιωπήν τε καὶ ταπεινότητα ἐν τῷ στρατεύματι εἶναι αὐτῶν. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟΣΥ'ΝΗ, ης, ἡ, proprie: *animi demissio, modestia,* sive ea vera sit et sincera, sive simulata et ficta, a ταπεινόφρων *qui modeste de se judicat et sentit, qui est submisso animo,* (Hebr. שְׁפַל רוּחַ Prov. XXIX. 23.) hocque ex ταπεινὸς *humilis, modestus,* et φρὴν *mens,* unde ταπεινοφρονέω *modeste sentio,* quod apud Alexandrinos Ps. CXXX. 3. reperitur. Act. XX. 19. δουλεύων τῷ Κυρίῳ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης munere meo functus sum cum summa modestia; aut: ita, ut nullas molestias declinarem et subterfugerem, ut ταπεινοφροσύνη sit tolerantia malorum et molestiarum. Sed exemplum hujus loquendi usus adhuc desidero. Ephes. IV. 2. μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πρᾳότητος cum summa modestia et mansuetudine. Philipp. II. 3. ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν potius modestia vos invicem vincere studete. Coloss. II. 18. θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ modestiam affectans. ibid. v. 23. III. 12. 1 Petr. V. 5. τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε modestiæ vos adsuefacite. Sæpius in N. T. non legitur. Gloss. Vet. ταπεινοφροσύνη, *humiliatio, humilitas.*

ΤΑΠΕΙΝΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *humilio, humilem reddo, deprimo, demolior, destruo,* a ταπεινὸς, quod vide. Sic legitur in N. T. Luc. III. 5. καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται et omnes montes et juga deprimentur. Strabo V. pag. 347. ταπεινοῦται γὰρ ἐνταῦθα ἱκανῶς τὰ ὄρη. Pollux Onom. I. 213. de equo: ἐγκαθίζειν τε καὶ ταπεινοῦν ἑαυτὸν, ὥστε εὐπετῶς ἀναβαίνειν τὸν ἱππέα. 2) metaphorice de statu et conditione usurpatur, ita, ut sit: *in humilem, vilem et abjectam conditionem aliquem conjicio, miserum reddo aliquem,* speciatim: *pauperem reddo et egenum.* Ταπεινόομαι, οῦμαι, *tenui conditione vivo, vili habitu vultuque incedo, pauper sum.* 2 Cor. XI. 7. ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα ἐμαυτὸν ταπεινῶν; num male egi, quod sponte mea paupertatem subii? Chrysostomus: ἐν στενοχωρίᾳ διαγαγών. Opponitur ibi τῷ ὑψωθῆναι, h. e. *locupletari.* Philipp. II. 8. ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν deposuit majestatis divinæ usum, seu depressit se in statum humilem et tenuem; ubi vid. Wetstenius. ibid. IV. 12. οἶδα καὶ ταπεινοῦσθαι didici inopia, seu rebus angustis animosus atque fortis apparere: ubi ταπεινοῦσθαι opponitur τῷ περισσεύειν, quo sensu hæc vox quoque sumitur apud Alexandrinos Levit. XXV. 39. ἐὰν δὲ ταπεινωθῇ ὁ ἀδελφός σου παρὰ σοὶ si autem ad inopiam redigatur frater tuus apud te. Ies. LVIII. 10. ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς. Prov. XIII. 7. καὶ εἰσὶν οἱ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς (Symmach. πτωχευόμενοι) ἐν πολλῷ πλούτῳ. Sirac. XIII. 11. Confer Raphelii Obss. ex Arriano p. 567. De *humili* vero *ac tenui conditione, in quam aliquis deprimitur, de quovis statu misero et afflicto* ταπεινοῦσθαι usurpatum reperitur non solum apud Alexandrinos, Ps. XCIII. 5. (τὸν λαόν σου, Κύριε, ἐταπείνωσαν.) CXLI. 8. Job. XXIV. 9. Ies. LI. 21. Prov. XVIII. 12. (Sirac. VI. 13. VII. 12.) sed etiam apud Græcos scriptores, v. c. Diogen. Laërt. I. s. 69. τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῦν, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῦν. Strabon. V. p. 349. πόλεις ὀλίγας καὶ τεταπεινωμένας διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους. ibid. VII. p. 485. οἱ γὰρ πλεῖστον δυνάμενοι πρότερον τελέως ἐταπεινώθησαν καὶ ἐξέλιπον. Xenoph. Mem. III. 5. 4. Polyb. IX. 23. τὴν ὑμετέραν ὑπεροχὴν ταπεινώσειν. 3) *mœrore afficio, animum alicujus frango.* 2 Cor. XII. 21. μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεὸς πρὸς ὑμᾶς timeo, ne, ubi ad vos rediero, Deus me mœrore afficiat vestrum causa, h. e. ne mihi imponatur dura necessitas vos durius tractandi. In eadem significatione respondet apud Alexandrinos Hebraico הוֹגָה *mœrore, tristitia affecit, afflixit.* Thren. I. 5. III. 32, 33. Adde Prov. X. 4. πενία ἄνδρα ταπεινοῖ inopia animum hominis frangit, et Arrian. Diss. Epictet. Lib. III. c. 26. μήτι ἐταπείνωσεν αὐτὸν ἡ ἀπορία; ubi sermo est de Ulysse, cum naufragus ejectus esset. 4) ταπεινοῦν ἑαυτὸν *deprimere se, modestum et demisso animo esse.* Matth. XVIII. 4. ὅστις οὖν ταπεινώσῃ ἑαυτὸν, ὡς τὸ παιδίον τοῦτο quisquis igitur se tam submisso animo gesserit, ut hic puer. ibid. XXIII. 12. ὅστις ταπεινώσει ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται quisquis se ipsum depresserit, extolletur. Luc. XIV. 11. XVIII. 14. ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν qui vero se peccatorem agnoscit vitamque suam emendare studet. Ps. L. 18. καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην. Sirac. II. 18. ἐνώπιον αὐτοῦ ταπεινώσουσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν. ib. III. 18. ὅσῳ μέγας εἶ, τοσούτῳ ταπείνου σεαυτόν. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 482. 5) *fastum alicujus deprimo:* ταπεινοῦσθαι *deprimi,* erniedrigung erdulden, *to suffer degradation.* Matth. XXIII. 12. ὅστις δὲ ὑψώσει ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται quisquis vero se ipsum extule-

rit, deprimetur. Luc. XIV. 11. coll. v. 8 et 9. XVIII. 14. ταπεινωθήσεται ei peccata non remittentur. Cf. Alex. Ies. X. 33. XIII. 11. XXV. 11. Dan. IV. 34. 6) ταπεινοῦσθαι ἐνώπιόν τινος *se alicui subjicere et submittere, subjicere se alicujus potestati ac regimini.* Huc pertinet formula ταπεινοῦσθαι (seu ταπεινοῦν ἑαυτὸν) ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, vel Κυρίου, quæ Jacob. IV. 10. et 1 Petr. V. 6. legitur et usurpatur de homine, qui se totum a Deo pendere intelligit ac sentit et hoc sensu commotus non solum se suaque omnia voluntati ac regimini Dei permittit, sed etiam partim animum vitamque suam ad legum divinarum normam conformat, partim peccata sua pœnitentia tactus agnoscit et confitetur. Cf. S. Ven. Mori Dissertationes tres de homine, submittente se Deo. Lips. 1788 et 1789. 4. editas. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΑΠΕΙ'ΝΩΣΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *humiliatio, humilitas, dejectio, depressio,* ratione situs localis, qua, quæ altitudine sua eminuerunt, deprimuntur. Est verbale a secunda pers. perf. pass. τεταπείνωσαι, verbi ταπεινόω, quod vide. 2) metaphorice: *omnis conditio alicujus rei vilis et abjecta, tenuis ac miser status, ignobilis humilitas.* Sic legitur in N. T. Luc. I. 48. ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ qui benigne respexit miseram conditionem, aut potius ignobilem humilitatem meam. Act. VIII. 33. ἐν τῇ ταπεινώσει postquam omnia mala perpessus fuerat hominum causa. Ταπείνωσις enim h. l. quia de Christo adhibetur, non commode aliud quid, quam omnia mala, miserias, quas Christus hominum causa in his terris pertulit, significare potest. Philipp. III. 21. τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν corpus hoc nostrum fragile, corruptibile, mortale, cui opponitur in sequentibus τὸ σῶμα τῆς δόξης. Chrysostomus ad h. l. ὅτι τῇ φθορᾷ ἐστι ὑπεύθυνον τῇ ἀλγηδόνι, ὅτι δοκεῖ εὐτελὲς εἶναι καὶ οὐδὲν τῶν λοιπῶν ἔχειν τι πλέον. Jac. I. 10. ὁ δὲ πλούσιος, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, scil. καυχάσθω, dives vero cogitet de paupertate, sibi imminente, seu sortis consideret instabilitatem. Sæpius in N. T. non legitur. Diod. Sic. II. p. 128. regina Amazonum dicitur leges promulgasse, quibus fœminas ad certamina bellica promoveret, τοῖς δὲ ἀνδράσι ταπείνωσιν καὶ δουλείαν περιάπτειν viros autem sub humili conditione ac servili opere contineret. Alexandrini hac voce usi sunt pro עֳנִי *afflictio,* Genes. XVI. 11. XXIX. 31. XXXI. 42. XLI. 52. Thren. I. 4, 8, 10. עֹצֶר *coarctatio,* Ies. LIII. 8. et שֵׁפֶל *humilitas,* Ps. CXXXV. 23. Adde Sirac. II. 4. XI. 13. XX. 10.

ΤΑ' ΠΟΛΛΑ', *plerumque, sæpe.* Vide in ΠΟΛΥ'Σ.

ΤΑΡΑ'ΣΣΩ vel ΤΑΡΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *crebro huc illuc jactando concutio, agito, huc et illuc moveo, turbo, turbidum reddo, commoveo,* et speciatim adhibetur de aqua, quæ commovetur et exagitatur, et, quando limus in ea excitatur, turbida redditur. Sic legitur in N. T. Joh. V. 4. καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ et commovebat istam piscinæ aquam. ibid. v. 7. ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ. Ezech. XXXII. 2. ἐτάρασσες ὕδωρ τοῖς ποσί σου. ibid. XXXIV. 18. Hos. VI. 8. ταράσσουσα ὕδωρ. Ies. XXIV. 14. ταραχθήσεται τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης. ibid. LI. 15. Adde Dioscorid. II. c. 83 et 84. Lucian. Lexiph. 4. Athenæum VII. pag. 298. C. et Polybii Excerpt. Legat. 28. p. 1155. 2) metaphorice ad *omnem vehementiorem animi commotionem* et *perturbationem* transfertur, ita, ut mox sit *turbare animum metu, perterrere, metu et timore percellere ac perfundere,* mox *perturbare tristitia ac mœrore, contristare,* mox *obstupefacere, in stuporem et admirationem dare et conjicere,* mox *ad iram et indignationem commovere et concitare aliquem,* mox denique *in errorem et dubitationem inducere aliquem, incertum, dubium ac ancipitem aliquem reddere.* Matth. II. 3. ἀκούσας δὲ ὁ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ hoc vero audito rex Herodes conterritus est et omnes cives Hierosolymitani obstupefacti sunt. (Esther III. 15. Dan. V. 9.) ibid. XIV. 26. ἐταράχθησαν λέγοντες, ὅτι φάντασμά ἐστιν, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν conterriti sunt, opinantes, spectrum aliquod esse, et præ timore clamitabant. Marc. VI. 50. τῷ ταράσσεσθαι opponitur θαρσεῖν et μὴ φοβεῖσθαι. Luc. I. 12. ἐταράχθη Ζαχαρίας ἰδὼν καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν hoc viso perturbatus Zacharias vehementi timore ac metu percellebatur. ibid. XXIV. 38. τί τεταραγμένοι ἐστέ; h. e. τί πτοηθέντες καὶ ἔμφοβοι ἐστέ; coll. ver. 37. Joh. XI. 33. καὶ ἐτάραξεν ἑαυτὸν, pro καὶ ἐταράχθη τῷ πνεύματι (ut legitur cap. XIII. 21.) perturbatus est tristitia et mœrore. Alii vertunt: et Jesus ad misericordiam commotus est: et conferunt locum Gen. XLIII. 40. ἐταράχθη δὲ Ἰωσὴφ Josephus misericordia tactus est. Joh. XII. 27. νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται jam vehementer tristitia affectus est animus meus. ib. XIII. 21. XIV. 1. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία ne solliciti sitis de futura vestra sorte. ibid. v. 27. Act. XV. 24. ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις perturbarunt (h. e. in errores ac dubitationes induxerunt) vos doctrina sua. ibid. XVII. 8. ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολιτάρχας ἀκούοντας ταῦτα hac vero accusatione commoverunt populum et magistratum, h. e. ad iram, indignationem et tumultum concitarunt. (Dionys. Halic. VII. 15. τοῖς δὲ ταράττουσι τὸν δῆμον ἐπιτιμᾷν. ibid. cap. 25. ὑμεῖς ταράσσοντες τὴν πόλιν.) Galat. I. 7. οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς falsi doctores, qui errores noxios inter vos spargunt. Eodem sensu legitur ib. v. 10. 1 Petr. III. 14. τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε καὶ μὴ ταραχθῆτε terriculamentis vero eorum metum vobis injici ac perturbari vos ne patiamini. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro בָּהַל et נִבְהַל *perturbavit, terruit,* et *perturbatus, conterritus fuit,* Gen. XLV. 3. Psal. II. 5. VI. 2, 3, 10. Ies. XIII. 8. XXVI. 18. הָמָה *tumultuatus est,* Psal. XXXVIII. 9. XLV. 6. הֶעֱרִיץ *formidavit,* Ies. VIII. 12. הִשְׁתּוֹמֵם *obstupuit,* Psal. CXLIII. 3. et זָעַף *turbatus est,* Gen. XL. 6. etc. Adde Xenoph. Mem. II. 6. 17. ἤ ταράττει σε; num hoc tibi scrupulum injicit? Diog. Laërt. II. s. 94. τὴν δὲ ψυχὴν συμπαθεῖν τῷ σώματι καὶ ταράττεσθαι. Apud Epictet. Enchir. cap. 16. ἄλυπος et ἄφοβος opponitur τῷ ταρασσομένῳ. Arrian. in Diss. Epictet. II. 2. quod de ἀταραξίᾳ agit, per quam Stoici intellexerunt γαληνότητα τῆς ψυχῆς, h. e. animum tranquillum, motuumque, seu perturbationum vehementiorum exsortem. Conf. Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 731.

ΤΑΡΑΧΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *commotio, turbatio, perturbatio,* v. c. aquæ, etc. Est verbale a perf. med. τετάραχα, verbi ταράσσω, quod vide. Joh. V. 4. μετὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὕδατος post commotionem aquæ. 2) metaphorice: *quævis perturbatio,* speciatim *tumultus, turba bellica, perturbationes rerum omnium, cum omnia miscentur.* Sic legitur in N. T. Marc.

XIII. 8. ἔσονται λιμοὶ καὶ ταραχαὶ erunt fames et tumultus, seu turbæ bellicæ. Xenoph. Hist. Gr. VII. 5. 27. Polyb. III. 9. 9. et 10. 1. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΑ'ΡΑΧΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *commotio, perturbatio, agitatio*, a perf. med. τετάραχα, verbi ταράσσω. 2) metaphorice: *perturbatio et commotio animi.* Act. XII. 18. καὶ ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις et erat haud exigua perturbatio inter milites. Xenoph. Anab. I. 8. 2. 3) *tumultus, seditio.* Act. XIX. 23. ἐγένετο δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς ὁδοῦ exorta autem est tunc temporis gravis seditio ob religionem christianam. Sapient. XIV. 25. Xenoph. Cyrop. VII. 1. 16. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΑΡΣΕΥ'Σ, έως, ὁ, *Tarsensis, incola Tarsi*, vel *ex Tarso oriundus*, a Ταρσὸς *Tarsus*, quod vide. Bis tantum in N. T. legitur. Act. IX. 11. Σαῦλον ὀνόματι, Ταρσέα Saulum nomine, Tarsensem. Fortasse tamen rectius ὀνόματι, quippe quod nominibus præponi, non postponi solet, cum Ταρσέα quam cum Σαῦλον conjungitur. ibid. XXI. 39.

ΤΑΡΣΟ'Σ, οῦ, ἡ, *Tarsus.* (Sic enim scribitur in N. T. et in nummis. Apud Josephum habemus Θαρσός. Conf. Ottii Spicilegium ex Josepho ad N. T. pag. 277.) Urbs maritima celeberrima et fere totius Ciliciæ caput, (ἐπέχουσα τὴν τῆς μητροπόλεως τάξιν, ut Strabo Lib. XIV. p. 991. loquitur,) unde Paulus eam Act. XXI. 39. τῆς Κιλικίας οὐκ ἀσήμου πόλιν vocat. Non erat colonia Romanorum, sed urbs libera, (Act. XXII. 28.) jure municipali ab Antonio donata, quod in bello civili Julio primum, deinde Octavio et Antonio obnixe studuisset. Fuit patria Pauli, apostoli, et nomen huic urbi sine dubio dedit secundum Josephum תַּרְשִׁישׁ filius Javanis, Japheti nepos, Genes. X. 4. qui eam vel condidit, vel forte ejus posteri primitus eam incoluerunt. Ab eo etiam nomen accepit regio Θαρσὶς *Tharsis*, quam hujus posteri inhabitarunt, quæ eadem est cum Hispania, vel saltem pars ejus, de qua legitur Ezech. XXVII. 12. Confer Bocharti Phaleg. Lib. I. c. 5. p. 189 seq. Wetstenii N. T. T. II. p. 511 et 608. et Cellarii Geogr. Plen. Lib. III. c. 6. pag. 214 seq. Memoratur in N. T. Act. IX. 30. XI. 25. XXII. 3.

ΤΑΡΤΑΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *in tartarum conjicio et detrudo*, i. q. καταταρταρόω, (Sext. Empir. Pyrrh. Hypotyp. III. 24. ὁ δὲ Ζεὺς τὸν Κρόνον κατεταρτάρωσε. Apollodor. Bibl. I. 1 et 2.) κατακλείω ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τοῦ ταρτάρου, (Dionys. Halic. Ant. II. p. 122.) et εἰς τάρταρον ῥίπτω *in tartarum projicio*, qua formula utitur Homer. Iliad. Θ', v. 13. ubi Jupiter minatur cæteris Diis, si quis ausit decretum ipsius rescindere, atque inter alia: ἤ μιν ἑλὼν ῥίψω ἐς τάρταρον ἠερόεντα, κ. τ. λ. Descendit a τάρταρος *tartarus*, seu *tartara*, h. e. profundissimus inferorum locus, (ὁ κατώτερος τοῦ ᾅδου τόπος, interprete auctore Etym. M. Hesych. ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κατώτατος τόπος.) tenebrosus (ἠερόεις, ut vocatur ab Homero l. l. ἐρεβώδης, Apollodor. Bibl. I. c. 1. § 2. extr.) tantum a terra distans, quantum terra a cœlo, (Hom. Iliad. Θ', v. 16. τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης. Apollodor. l. l. τοσοῦτον ἀπὸ γῆς ἔχων διάστημα, ὅσον ἀπ' οὐρανοῦ γῆ.) ubi ferreæ portæ et æreum limen, (Homer. l. l. ver. 15. ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός.) per quem (secundum Æschin. Socr. Dial. III. 21. Adde Hesiod. Theogon. v. 721 seqq.) homines scelerati post mortem ducuntur a Furiis ad Erebum et Chaos, et quo (secundum Platonem Phædon. p. 399.) omnia flumina corruunt et exeunt, unde deinde æque ac ᾅδης ad *conditionem miserrimam sceleratorum post mortem* eleganter transfertur. Τάρταρος vero secundum alios a ταράττω *turbo, terreo* derivatur, secundum alios vero a Chaldaico דַּרְדַּר quod *cadere, procidere* et interdum *dispergi* notat. Conf. Buxtorfii Lex. s. h. v. et L. Bos Diss. de Etym. Gr. p. 41 seq. Verbum ταρταρόω in N. T. semel tantum legitur 2 Petr. II. 4. σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους sed catenis caliginis vinctos et in tartarum detrusos tradidit damnationi asservandos. Legitur præterea hæc vox apud Theonem, scholiasten Arati, ad Phænomena v. 16.

ΤΑ'ΣΣΩ vel Attice ΤΑ'ΤΤΩ, fut. τάξω, 1) proprie: *statuo, ordino, colloco, certo ordine colloco ac dispono*, et est vox, e re militari ducta, ubi milites τεταγμένοι dicuntur, qui loco suo et ordine ducis jussu collocati et dispositi sunt. Thucyd. I. c. 48. οὕτω μὲν Κερκυραῖοι ἐτάξαντο sic quidem Corcyræi aciem suam instruxerunt. Ælian. V. H. III. 9. Philo in Lib. de Gigant. pag. 290. Lysias pag. 278. Diog. Laërt. II. s. 54. 2 Maccab. XV. 20. τῆς τε ἵππου κατὰ κέρας τεταγμένης. 2) metaphorice: *præscribo, præcipio, mando, jubeo*, i. q. προστάσσω, et ex adjuncto: *definio, constituo.* Matth. XXVIII. 16. εἰς τὸ ὄρος, οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς ad illum montem, quem ipsis Jesus constituerat et definiverat, seu ad quem eos amandaverat Jesus. Act. XXII. 10. ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι quæ tibi facere præscripta sunt, coll. IX. 6. τί δὲ δεῖ ποιεῖν; ibid. XXVIII. 23. ταξάμενοι δὲ αὐτῷ ἡμέραν diem vero illi constituentes, seu definientes. Xenoph. Cyrop. VIII. 4. 3. τὴν ταχθεῖσαν ἕδραν. ibid. IV. 5. 6. ὁ δὲ τασσόμενος πορεύεσθαι. Idem Hist. Græc. IV. c. 3. 1. Ælian. V. H. XIV. 22. et XIII. 24. ubi videndus Perizonius. Speciatim vero apud Græcos τάσσειν de iis usurpatur, qui tributa aliis imperant, vel imponunt, v. c. apud Ælian. V. H. XI. 9. Thucyd. I. 19. III. 50. Adde 2 Sam. XX. 5. Ies. XXXVIII. 1. Dan. VI. 12. Joh. XIV. 13. Hesych. ταξάμενοι ὁρίσαντες. 3) *destino.* Act. XIII. 48. ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον quotquot destinati erant a Deo felicitati christianorum æternæ. Conf. Rom. IX. 22, 23. et Matth. XXV. 41. Polyb. Hist. XVII. 7. 9. Epictet. Enchirid. cap. 21. Eurip. Alcest. v. 50. Conf. etiam Krebsii Obss. Flav. p. 222. 4) *constituo, instituo.* Rom. XIII. 1. αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσὶ qui vero sunt magistratus, a Deo sunt constituti. 2 Sam. VII. 11. ἀπὸ τῶν ἡμερῶν, ὧν ἔταξα κριτάς. 1 Sam. XXII. 7. ὑμᾶς τάξει ἑκατοντάρχους καὶ χιλιάρχους. 5) *decerno, consilium capio.* Act. XV. 2. ἔταξαν ἀναβαίνειν placuit tandem ipsis mittere Paulum et Barnabam. 6) τάσσομαι ὑπὸ τινὰ *subjicior*, vel *subjectus sum alicujus potestati ac imperio.* Luc. VII. 8. καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος etenim et ego, quanquam sum præfectorum potestati subjectus. Lucian. in Jove Confutat. p. 121. θεοὺς ὁμοδούλους τῶν ἀνθρώπων ὄντας καὶ ὑπὸ ταῖς αὐταῖς δεσποίναις ταῖς μοίραις ταττομένους. 7) τάττειν ἑαυτὸν εἰς τι *addicere se, consecrare se alicui rei.* 1 Cor. XVI. 15. εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτοὺς in ministerium christianis se addixerunt, seu christianorum commodis inserviendi studio se addixerunt. Zonaras Lex. col. 896. adducto hoc loco ἔταξαν interpretatus est: οἷον ἀφώρισαν, τοῦτον τὸν βίον εἵλοντο. Plato de Rep. II. p. 427. ἀλλ' εἰσὶν οἳ τοῦτο ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ

τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην. Alia exempla habet Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 234. 8) interdum omittitur, v. c. Matth. VIII. 9. ὑπὸ ἐξουσίαν, nempe τασσόμενος, quod additur a Luca VII. 8. Act. XII. 20. τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, scil. τεταγμένον. Conf. Polyb. V. c. 65. VIII. 24. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΑΥ῀ΡΟΣ, ου, ὁ, *taurus*, a Chaldaico תּוֹר *bos*, quod est ab Hebraico שׁוֹר idem, שׁ in ת mutato, more Chaldæorum et Atticorum. Legitur in N. T. Matth. XXII. 4. οἱ ταῦροί μου καὶ τὰ σιτιστὰ τεθυμένα boves mei et altilia mea sunt mactata. Act. XIV. 13. ταύρους καὶ στέμματα tauros coronatos, seu vittatos. Hebr. IX. 13. X. 4. αἷμα ταύρων καὶ τράγων sanguis taurorum et hircorum. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini sæpius usi sunt pro שׁוֹר *bos, taurus*, Genes. XLIX. 6. Deut. XXXIII. 17. Jud. VI. 25. אַבִּיר *robustus, fortis*, synecdochice: *taurus, juvencus*, Ps. XXII. 13. L. 13. Jer. L. 11. פַּר *juvencus*, Gen. XXXII. 15. Ies. I. 11. et מְרִיא *saginatum, pingue*, Ies. XI. 6.

ΤΑΥ῀ΤΑ', *eadem illa*, ex τὰ et αὐτὰ, quæ sunt neutra plur. Luc. VI. 23 et 26. κατὰ ταὐτὰ (alii habent κατὰ ταῦτα) γὰρ ἐποίουν eodem enim modo tractarunt. ibid. XVII. 30. κατὰ ταὐτὰ ἔσται idem fiet, ubi quoque in textu impresso legitur perperam κατὰ ταῦτα. 1 Thess. II. 14. ὅτι ταὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς quod similia mala etiam vos perpessi estis. Hesych. ταὐτά· τὰ ἴσα, τὰ ὅμοια.

ΤΑΦΗ', ῆς, ἡ, *sepultura*, ab aor. 2. ἔταφον, verbi θάπτω *sepelio*. Legitur in N. T. tantum Matth. XXVII. 7. εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις in sepulturam peregrinis. Syrus: ܠܒܝܬ ܩܒܘܪܐ *ad domum*, seu *locum sepulturæ*. Alexandrini habent pro קְבוּרָה idem, Deut. XXXIV. 6. Cohel. VI. 3. Jer. XXII. 19. קֶבֶר *sepulcrum*, Job. XVII. 1. Ies. LIII. 9. Nahum I. 14. et pro infinitivo קָבוֹר Deut. XXI. 23.

ΤΑ'ΦΟΣ, ου, ὁ. Nomen verbale ejusdem cum præcedente originis, notans 1) proprie: *sepulcrum*, seu locum, cui corpus exanime infertur, ut ibi computrescat ac in cineres et pulveres redigatur. Sic legitur in N. T. Matth. XXIII. 27. ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις quoniam similes estis sepulcris dealbatis, quæ sunt exterius speciosa, intus vero plena ossibus et fœditate. ib. v. 29. ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν nam exstruitis, seu instauratis prophetarum sepulcra. Sepulcra enim veterum Hebræorum, Græcorum, etiam Italorum sæpe instar domiciliorum exstructa et ornata fuerunt. Conf. Montefalconii Antiq. Illustr. T. V. P. I. p. 170. et P. II. p. 195. Josephi A. J. VII. c. 15. 3. et Petron. Sat. c. 111. Matth. XXVII. 61, 64 et 66. ἠσφαλίσαντο τὸν τάφον muniverunt sepulcrum. ibid. XXVIII. 1. Alexandrini habent pro קְבוּרָה *sepultura, sepulcrum*, Gen. XLVII. 30. 2 Reg. IX. 28. XXI. 25. et קֶבֶר *sepulcrum*, Genes. XXIII. 4, 20. Jud. VIII. 32. Job. V. 26. XXI. 32. Eurip. Phœn. v. 163. sed ibid. v. 1611. τάφος de *sepultura ipsa* occurrit. 2) metaphorice est symbolum *omnium rerum, quæ sunt aliis molestæ, noxiæ et abominationi*. Sic legitur in N. T. Rom. III. 13. τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν lingua eorum similis est sepulcro aperto, h. e. calumniando et obtrectando alios lædunt: sequitur ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν. Verba sunt desumta ex Ps. V. 10. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 38. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΑ'ΧΑ. Adverbium, significans: 1) *brevi, cito, velociter, properanter*. Hæc est prima et antiquissima vis hujus particulæ, atque a ταχὺ, seu ταχέα eodem modo formata est, quo σάφα a σαφέα, ἄντα ab ἀντία et ὦκα ab ὠκέα. Homer. Od. α', v. 251. τάχα δή με διαῤῥαίσουσι καὶ αὐτόν. Polyb. Exc. Legat. 6. τάχα γὰρ αὐτοὺς πεῖραν λήψεσθαι τῆς Θρᾳκῶν καὶ Γαλατῶν παρανομίας. 2) *fortasse, forte, forsitan, utique*, i. q. ἴσως, quæ duo vocabula in libris Atticis passim conjuncta leguntur, ut apud Platonem Apol. 18. et Demosthen. de Falsa Legat. T. II. p. 590. In N. T. bis tantum legitur. Rom. V. 7. ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν pro viro bono fortasse aliquis mortis supplicium perferre sustineret. Philem. v. 15. τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν fortasse, seu utique adeo a te ad aliquod tempus separatus est. Xenoph. Anab. V. 2. 13. Æschin. Socr. Dial. I. 2. Alia loca habet Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. p. 434. ed. Zeunii. Hesych. et Photius Lex. τάχα· ἴσως. Suid. τάχα· ἴσως, ἢ ταχέως, ἢ τυχόν. Thom. M. p. 835. τάχα ἀντὶ τοῦ ταχέως, ποιηταί· οἱ δὲ ῥήτορες, ταχέως καὶ τάχιστα καὶ ἐν τάχει. Τὸ δὲ τάχα ἀντὶ τοῦ ἴσως καὶ ἀμφότεροι ὅπερ καὶ μόνον τίθεται καὶ μετὰ τοῦ ἴσως, ποτὲ δὲ καὶ μετὰ τοῦ που, τοῦ δηλοῦντος τὸ ἴσως, ἐκ παραλλήλου, οἷον, τάχ' ἂν γένοιτο, καὶ τάχ' ἴσως, καὶ τάχα που, καὶ ἴσως που.

ΤΑΧΕ'ΩΣ. Adverbium, significans: *celeriter, confestim, cito, sine mora*, a ταχὺς *celer, velox, citus*. Luc. XIV. 21. ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς πλατείας statim exi in plateas urbis. ibid. XVI. 6. καθίσας ταχέως γράψον πεντήκοντα et scribe mox quinquaginta. Joh. XI. 31. 1 Cor. IV. 19. ἐλεύσομαι ταχέως πρὸς ὑμᾶς. Galat. I. 6. Philip. II. 19, 24. 2 Thess. II. 2. 1 Tim. V. 22. 2 Tim. IV. 9. Alexandrini habent pro מְהֵרָה adverbialiter *cito, celeriter*, interdum cum præfixo בִּמְהֵרָה 2 Sam. XVII. 18, 21. 2 Reg. I. 11. Joël. III. 4. et pro מַהֵר Prov. XXV. 8. Ies. VIII. 2.

ΤΑΧΙΝΟ'Σ, ἡ, ὸν, *celer, velox, citus, repentinus*, a ταχὺς idem. Bis tantum legitur in N. T. 2 Petr. I. 14. εἰδὼς, ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου quum sciam, brevi instare depositionem tabernaculi mei, h. e. me brevi moriturum esse. ibid. II. 1. ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν conciliantes sibi ipsis repentinum interitum. Adde Alex. Ies. LIX. 7. ταχινοὶ ἐκχέαι αἷμα. Habac. I. 6. τὸ ἔθνος τὸ πικρὸν καὶ τὸ ταχινόν. Callim. Hymn. in Delum v. 95.

ΤΑ'ΧΙΟΝ. Adverbium comparativi gradus, significans: 1) *citius, velocius, celerius*, a ταχίων, quod est a ταχὺς *celer, velox, citus*. Sic legitur in N. T. Joh. XX. 4. καὶ ὁ ἄλλος μαθητὴς προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου et alter discipulus præcurrit celerius Petro. Sapient. XIII. 9. τὸν τούτων δεσπότην πῶς τάχιον οὐχ εὗρον. 2) pro positivo ponitur (sicut θᾶσσον pro ταχὺ dixit Theocrit. Idyll. XIV. 36.) et *cito, celeriter* significat. Joh. XIII. 27. ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον quæ facturus es, mox perage. 1 Tim. III. 14. ἐλπίζων ἐλθεῖν πρός σε τάχιον sperans, me ad te quam citissime venturum esse. Codices nonnulli habent h. l. ἐν τάχει, e glossemate. Hebr. XIII. 19. ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν ut quam celerrime vobis reddar. ibid. v. 23.

ἐὰν τάχιον ἔρχηται. Sæpius in N. T. non legitur. Adde 1 Macc. II. 40. νῦν τάχιον ἡμᾶς ἐξολοθρεύσουσιν ἀπὸ τῆς γῆς. Attici, Phrynicho, Mœride aliisque grammaticis auctoribus, ab usu vocabuli neutrius comparativi τάχιον plane abstinuerunt et pro hac illius forma usurparunt formam θᾶττον, quæ etiam in Glossario Hesychiano illa altera explicata reperitur. Conf. Græyium ad Luciani Solœcistam p. 751. et interpretes ad Thom. M. s. v. Θᾶττον p. 436. edit. Bernardi. Etiam apud Senecam Agamemn. 965. *citius* pro *quam citissime, statim* ponitur.

ΤΑ'ΧΙΣΤΑ, *citissime, celerrime, velocissime.* Adverbium superlativi gradus a superlativo τάχιστος, qui est a positivo ταχὺς *celer, citus, velox.* Semel tantum in N. T. legitur Act. XVII. 15. ἵνα ὡς τάχιστα ἔλθωσιν ut quam celerrime veniant.

ΤΑ'ΧΟΣ, εος, τὸ, *celeritas, festinatio,* a ταχὺς *celer, citus, festinans, velox.* Hinc ἐν τάχει pro *cito, celeriter,* uti ἐν εὐμαρεῖ pro εὐμαρῶς apud Eurip. Helen. v. 1243. et ἐν εὐσεβεῖ pro εὐσεβῶς ibid. v. 1293. Luc. XVIII. 8. ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει eos vindicaturum esse quam citissime. Act. XII. 7. ἀνάστα ἐν τάχει surge celeriter. ibid. XXII. 18. σπεῦσον καὶ ἔξελθε ἐν τάχει ἐν Ἱερουσαλὴμ celeriter exi Hierosolyma. ibid. XXV. 4. ἑαυτὸν δὲ μέλλειν ἐν τάχει ἐκπορεύεσθαι se autem propediem Cæsaream profecturum. Rom. XVI. 20. ἐν τάχει opinione citius. Apoc. I. 1. ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει quæ mox (aut secundum alios interpretes *certissime.* Sic Ies. X. 22, 23. כִּלָּיוֹן חָרוּץ interitus festinans est certissimus. Alia loca dedit Eichhornius in Commentario ad h. l.) eventura sunt. ibid. XXII. 6. Sæpius in N. T. non legitur. Eodem modo ἐν τάχει usurpatur quoque apud Alexandrinos Ezech. XXIX. 5. Deut. IX. 3. XI. 17. XXVIII. 20. Jos. VIII. 19. Ps. II. 13. et Sirac. XXVII. 3. (Hippocrates de Natur. Pueri cap. 26. Thucyd. VI. cap. 92. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 780.) in aliis vero locis pro ἐν τάχει ponunt τὸ τάχος, v. c. Ies. V. 19. Deut. VII. 4, 22. IX. 12. Jud. II. 23. διὰ τάχους, Ps. VI. 10. (Sirac. XI. 21.) et ἕως τάχους, Ps. CXLVII. 4. Gloss. Vet. ἐν τάχει, *in continenti, quam cito.*

ΤΑΧΥ'. Adverbium, *properanter, cito, celeriter, velociter, statim, illico, brevi post.* Est neutrum a ταχὺς *citus, velox, celer,* elliptice positum pro κατὰ τὸ ταχύ. Legitur in N. T. Matth. V. 25. ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ mature res tuas cum adversario tuo componere stude. ibid. XXVIII. 7. καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι et statim celeriter abite. ibid. v. 8. Marc. IX. 39. καὶ δυνήσεται ταχὺ κακολογῆσαί με et possit statim (vel, ut etiam reddi potest, *temere,* nam qui celeriter ac properanter agit, haud raro temere agit. Sic legitur ταχὺ apud LXX Prov. XX. 25. παγὶς ἀνδρὶ ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι, ubi in textu Hebr. vox לָעַ reperitur, quæ, ut Arab. لغى notat *temere effutiit dicta vana et enormia.* V. A. Schultens Anim. Philol. et Crit. p. 497.) male de me loqui. ibid. XVI. 8. ubi tamen ταχὺ deest in nonnullis codicibus. Joh. XI. 29. ἐκείνη, ὡς ἤκουσεν, ἐγείρεται ταχὺ, καὶ ἔρχεται πρὸς αὐτὸν illa vero, hoc audito, celeriter ad eum pergit. Apoc. II. 5. ἔρχομαί σοι ταχὺ te, nihil tale opinantem, opprimam. ibid. v. 16. III. 11. XI. 14. XXII. 7, 12, 20. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hoc adverbio pro הִרְגִּיעַ *momentum transegit,* Ies. LI. 5. Jer. XLIX. 18. מַהֵר adverbialiter: *cito, celeriter, festinanter,* Exod. XXXII. 8. Deut. IX. 12, 16. Jud. II. 17. et מְהֵרָה idem, Cohel. VIII. 11. Ies. V. 26. LVIII. 8. Adde Sirac. XIX. 4. XLVIII. 23. 2 Mac. III. 31. VII. 37. Confer Reiskii Indicem Græcitatis Demosthen. p. 733.

ΤΑΧΥ'Σ, έος, ὁ, in fœminino ταχεῖα, είας, ἡ, in neutro gen. ταχύ, έος, τὸ, *celer, velox, citus, festinans,* et ex adjuncto: *promptus, paratus.* Tantum in N. T. occurrit Jacob. I. 19. ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι celer, seu promptus ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Exprimitur hoc nomine ab Alexandrinis interpretibus Hebr. מָהִיר *promptus, festinus,* Esr. VII. 6. מַהֵר *festinus,* Zephan. I. 14. מְמַהֵר *festinans,* Malach. III. 5. et אָץ *præceps, festinus,* Prov. XXIX. 20. Adde Sirac. IV. 32. secundum Cod. Alex. μὴ γίνου ταχὺς ἐν τῇ γλώσσῃ σου, et V. 13. γίνου ταχὺς ἐν ἀκροάσει σου ἀγαθῇ.

ΤΕ. Conjunctio copulativa, quæ 1) valet idem, quod Latinorum *que, et, atque,* estque dictio enclitica et semper postponi solet. Mat. XXVII. 48. πλήσας τε ὄξους et replens vino. ibid. XXVIII. 12. καὶ συναχθέντες μετὰ τῶν πρεσβυτέρων, συμβούλιόν τε λαβόντες congregati autem cum presbyteris consilioque habito. Luc. XXIV. 20. ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν κ. τ. λ. et qua ratione tradiderint ipsum. Act. II. 3, 33, 37, 46. XXI. 28. ἔτι τε καὶ Ἕλληνας εἰσήγαγεν et insuper etiam Græcos introduxit, etc. 2) ante καὶ *pariter, et, cum — tum.* Luc. XII. 45. ἐσθίειν τε καὶ πίνειν καὶ μεθύσκεσθαι cum edere, tum bibere ad satietatem usque. ib. XXII. 66. ἀρχιερεῖς τε καὶ γραμματεῖς pontifices pariter ac scribas. Act. I. 1. ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν cum agere, tum docere. ibid. IX. 24. ἡμέρας τε καὶ νυκτός. ibid. XX. 21. Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι Judæis pariter ac Græcis. 3) *autem, vero.* Act. I. 15. ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ una autem erat multitudo nominum. ibid. V. 42. πᾶσάν τε ἡμέραν cotidie vero. ibid. VIII. 28. IX. 24. X. 33. XVIII. 26. 4) ante καὶ abundat, v. c. Rom. I. 27. ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄῤῥενες simili modo etiam mares. Act. V. 24. ὅ τε ἱερεὺς, καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ. ibid. XIII. 1. XXVI. 22. οὐδὲν ἐκτὸς λέγων, ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν καὶ Μωσῆς nihil præter ea docens, quæ in scriptis prophetarum et Mosis tradita sunt. 5) τε — τε *tum — tum.* Act. XXVI. 16. ὧν τε εἶδες, ὧν τε ὀφθήσομαί σοι tum quæ vidisti, tum quæ tibi ostendam.

ΤΕΙ˜ΧΟΣ, εος, τὸ, *murus, mœnia,* a τεύχω *struo,* unde τειχίζω *murum ædifico,* et differt a τειχίον hoc modo, ut hoc de muris ædificiorum, illud vero de muris urbium tantum dicatur. Mœris: τειχίον τὸ τῆς οἰκίας. τεῖχος· τὸ τῆς πόλεως. Idem tradit Ammon. et Hesychius. Legitur in N. T. Act. IX. 25. καθῆκαν διὰ τοῦ τείχους demiserunt per murum. 2 Cor. XI. 33. ἐχαλάσθην διὰ τοῦ τείχους. Hebr. XI. 30. πίστει τὰ τείχη Ἱεριχὼ ἔπεσε fide mœnia Hierichuntis collapsa sunt. Apoc. XXI. 12, 15, 17, 18, 19. οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς πόλεως fundamenta mœnium urbis. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro חוֹמָה idem, Deut. III. 5. Jos. VI. 5, 20. 1 Sam. XXV. 16. קִיר *paries, murus,* Num. XXXV. 4. Ies. XV. 1. et מְצוּרָה *munitio,* 2 Paral. XI. 10. Vide Spanhem. ad Julian. p. 177. Apud eosdem æque ac Græcos scriptores τεῖχος interdum quoque

de *urbe, muris ac munitionibus inclusa,* usurpatur, v. c. 2 Reg. XX. 16. ubi Hebraico עִיר *urbs* respondet, apud Xenophont. Hist. Gr. VII. 5. 8. ubi *ἐν τῷ τείχει* et *ἐν τῇ πόλει* permutantur invicem. Eurip. Phœn. v. 71 et 826. Confer Spicilegium meum I. Lexici Bieliani p. 108.

TEKMH'PION, *ίου, τὸ, omne certum, infallibile et indubitatum signum ac argumentum, e quo aliquid jam certissime colligi et cognosci potest,* a *τέκμαρ, τὸ, finis, exitus rei,* item *signum,* unde *τεκμαίρω, certis signis ostendo, probo, conjicio.* Tantum legitur in N. T. Act. I. 3. *οἷς καὶ παρέστησεν ἑαυτὸν ζῶντα, μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις* quibus etiam se præbuit vivum post mortem suam et multis argumentis (miraculis) veritatem resurrectionis suæ comprobavit. Legitur præterea in eadem significatione in libro Sapient. V. 11. XIX. 13. et apud Xenoph. Mem. I. 1. 2. *πρῶτον μὲν οὖν ὡς οὐκ ἐνόμιζεν, οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ.* Idem de Re Equestri V. 8. X. 14. Philostrat. Vit. Soph. II. c. 14. s. 2. *καὶ μὴ τεκμήριον τόδε τιθέμενοι τῆς κατηγορίας ταύτης.* Lysias Orat. III. c. 4. p. 48. *ἐκ τοσούτων τεκμηρίων καὶ μαρτυριῶν ὑμῖν ἐπιδέδεικται.* Aristotel. Rhet. I. 2. 40. Quinctil. II. 9. Hesych. *τεκμήριον· σημεῖον, ἀληθές.* Suid. *τεκμήριον· ἀληθινὸν σημεῖον, ἢ τὸ ἄλυτον.* Schol. Aristoph. ad Equit. vers. 33. *τεκμηρίῳ· παραδείγματι, μαρτυρίῳ.* A voce *τεκμήριον* derivatur *τεκμηριόω,* quod de eo usurpatur, *qui rem testimonio suo confirmat.* Cf. Morum ad Longinum de Sublim. p. 42. et Ælian. in V. H. II. 41.

TEKNI'ON, *ου, τὸ,* 1) proprie: *filiolus, filius, filia, puer, puella.* Est enim deminutivum a *τέκνον filius, filia.* 1 Joh. II. 12. *γράφω ὑμῖν, τεκνία* scribo vobis, parvuli: ubi pro *τεκνία,* quibus v. 13. *πατέρες* opponuntur, in nonnullis codicibus legitur *παιδία.* 2) est *nomen blandientis et amoris plenum, quo olim non solum discipuli, sed etiam omnes compellabantur, quos paterno amore aliquis prosequebatur.* Hinc usus est hac voce Christus, suos compellans discipulos. Joh. XIII. 33. Galat. IV. 19. Paulus Galatas *τεκνία* appellat, et 1 Joh. II. 1, 28. III. 7, 18. IV. 4. V. 21. christiani, ad quos scripserat epistolam suam Johannes, *τεκνία* vocantur. Sæpius in N. T. non legitur.

TEKNOΓONE'Ω, *ῶ,* fut. *ήσω,* proprie quidem notat: *liberos procreare, gignere, generare,* et est idem, quod *τεκνοποιέω,* quo verbo pro יָלַד *genuit, generavit,* usi sunt Alexandrini Ies. LXV. 23. Jerem. XII. 2. XXIX. 6. sed in N. T. libris notionem *educationis liberorum* adjunctam habet. Sic semel legitur in N. T. 1 Tim. V. 14. volo, juniores viduas *γαμεῖν, τεκνογονεῖν,* matrimonium contrahere, liberos procreare et bene educare. Eodem modo inde derivatum substantivum.

TEKNOΓONI'A, *ας, ἡ,* non tam *liberorum procreationem et generationem,* quam *liberorum educationem* significat. 1 Tim. II. 15. *σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας,* h. e. vel eandem, quam maritus, felicitatem cœlestem consequitur, vel eodem, quo maritus, modo, conferet aliquid ad utilitatem publicam, liberorum procreatione eorumque sapienti educatione. Chrysostomus ad h. l. *τεκνογονίαν φησὶ, τὸ μὴ μόνον τεκεῖν, ἀλλὰ καὶ κατὰ Θεὸν ἀγαγεῖν.* Idem tradit Theophylactus. Conf. Schœttgenii Hor. Hebr. et Talmud. T. I. pag. 868. Sæpius in N. T. non legitur.

TE'KNON, *ου, τὸ,* 1) *fœtus, proles, soboles, filius,* sive *filia,* et generatim de *liberis, nulla ratione sexus habita,* nec tantum de *hominibus,* sed etiam de *animalibus* adhibetur, a *τίκτω pario.* Matth. II. 18. *κλαίουσα τὰ τέκνα αὐτῆς* lugens mortuos filios suos. ibid. VII. 11. X. 21. *καὶ πατὴρ τέκνον,* et paulo post: *τέκνα ἐπὶ γονεῖς.* ibid. XV. 26. *οὐκ ἔστι καλὸν, λαβεῖν τὸν ἄρτον τέκνων καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις* non decet liberis panem adimere et canibus projicere. Formula proverbialis apud Judæos, ut videtur, significans proprie: nos debere inprimis respicere nostros, alienis postpositis, et qua Jesus h. l. eodem sensu usus est, quo v. 24. dixerat, se tantum missum esse ad oves perditas Israëlis. Credibile autem est, consuevisse Judæos omnes alias gentes canes appellare per contemtum. Confer A. Schotti Adagialia Sacra N. T. pag. 46. Matth. XVIII. 25. XIX. 29. XXI. 28. XXII. 24. Marc. VII. 27. X. 29, 30. XII. 19. XIII. 12. Luc. I. 7, 17. *ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τὰ τέκνα.* Vide supra ad *ἐπιστρέφω* et *καρδία* dicta. ib. II. 48. XI. 13. XIV. 26. XV. 31. XVIII. 29. XX. 31. *οὐ κατέλιπον τέκνα* nullos liberos reliquerunt. Act. VII. 5. *οὐκ ὄντος αὐτοῦ τέκνου* cum sobolem non haberet. ibid. XXI. 5 et 21. Rom. IX. 8. *τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς* filii naturales, i. q. *σπέρμα,* v. 7. 1 Corinth. VII. 14. *ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστιν* alioquin etiam liberi vestri ad cœtum christianorum non pertinerent. 2 Corinth. VI. 13. *ὡς τέκνοις λέγω* tanquam filios meos vos compello. ibid. XII. 14. Galat. IV. 27. Ephes. VI. 1, 4. Philipp. II. 22. Coloss. III. 20, 21. 1 Thess. II. 7. *ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα* quemadmodum nutrix, seu mater, fovet liberos suos. ibid. v. 11. *ὡς πατὴρ τέκνα ἑαυτοῦ,* h. e. tenerrimo amore. 1 Timoth. III. 4, 12. V. 4. Tit. I. 6. 2 Joh. I. 4 et 13. Apoc. XII. 4, 5. Alexandrini adhibuerunt pro בֵּן quod æque late patet, ac vocabulum *τέκνον,* et non solum de liberis utriusque sexus, sed etiam de brutis animantibus adhibetur, v. c. 1 Sam. XIV. 32. Genes. III. 16. Deut. V. 9. XI. 19. Chald. בַּר *filius,* Prov. XXXI. 2. יֶלֶד *puer, puerulus, natus,* Genes. XXXIII. 6, 7. Ies. II. 6. טַף *parvulus,* Deut. II. 34. III. 19. Jud. XVIII. 21. et עוֹלֵל *parvulus, puerulus.* Ies. XIII. 16. Confer quoque Stolbergii Exercitationes L. Græcæ p. 354. et Vorstii Philol. S. cap. XV. p. 386. edit. Fischeri. 2) *unus ex posteris, τὰ τέκνα posteri.* Matth. III. 9. *δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα Ἀβραάμ* potest Deus vel ex his lapidibus Abrahamo excitare posteros, nempe alios. ib. XXVII. 25. *καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν* et nostri posteri. Luc. III. 8. XXIII. 28. *πλὴν ἐφ' ἑαυτὰς κλαίετε καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν* potius vestram et posterorum vestrorum sortem deplorate. Act. II. 39. *ὑμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν* vobis enim et posteris vestris data est hæc promissio. ibid. XIII. 33. Galat. IV. 31. 3) nominibus locorum additum, *civem, incolam alicujus loci, aut regionis* notat, quem etiam Hebræi בֵּן vocare solent, v. c. Esra II. 1. Ps. CXLIX. 2. בְּנֵי צִיּוֹן Ies. XI. 14. Jerem. II. 16. etc. Sic legitur in N. T. Matth. XXIII. 37. *ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου;* quoties volui congregare incolas tuos? Luc. XIII. 34. XIX. 44. *καὶ ἐδαφιοῦσί σε καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοὶ* et te solo æquabunt civesque tuos, terræ allisos, trucidabunt. Galat. IV. 25. *ἡ νῦν Ἱερουσαλὴμ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς* Hiero-

solyma, quæ nunc est, cum incolis suis. Adde Joël II. 23. Zach. IX. 13. Aristoph. Vesp. v. 1510. τέκνα τοῦ θαλασσίου pisces, qui sunt in mari. 3) *carissimus et filii loco habendus, quem paterno amore complectimur;* unde interdum, ut Hebraicum בֵּן est vocabulum amoris et benevolentiæ, quo omnes, etiam ignoti, compellantur, i. q. Græcorum ὦ ἀγαθέ, φίλε, ἑταῖρε, et Latine reddendum est: *carissime, carissime rerum.* Matth. IX. 2. θάρσει, τέκνον sis bono animo, mi carissime! Marc. II. 5. τέκνον, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. ibid. X. 23. Christus discipulos suos τέκνα appellat, quos Joh. XIII. 33. τεκνία vocat. 1 Tim. I. 18. τέκνον Τιμόθεε carissime Timothee! 2 Tim. II. 1. Adde Jos. VII. 19. ubi בְּנִי est merum blandientis, aut excitantis vocabulum. Achill. Tat. Lib. VIII. p. 469. λέγε, τέκνον Κλειτοφῶν. Dionys. Halic. A. R. Lib. XI. p. 695. ἀναχώρει δὲ πάλιν εἰς τὴν σεαυτοῦ φύσιν, Ἄππιε τέκνον. Callimach. Hymn. in Cerer. v. 47 seq. 4) *omnis, ad quem aliquid pertinet, qui dignus est aliqua re, obnoxius.* Rom. IX. 8. τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας qui digni sunt promissis bonis, seu, ad quos proprie pertinet promissio. Ephes. II. 3. καὶ ἦμεν τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ et eramus homines, pœnis divinis digni, sicut et cæteri. 2 Petri II. 14. κατάρας τέκνα pœnis divinis digni. Alex. Ies. LVII. 4. οὐχ ὑμεῖς ἐστὲ τέκνα ἀπωλείας; nonne vos estis pernicie et exitio digni? 5) *similis, qui se ad alicujus exemplum componit et conformat.* Joh. VIII. 39. εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε si veri essetis Abrahami posteri. 1 Petr. III. 6. ἧς ἐγενήθητε τέκνα ἀγαθοποιοῦσαι quam imitabimini virtutis studio. 1 Joh. III. 10. τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου homines scelesti, diabolo similes. Apoc. II. 23. καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ et omnes, qui se ad ipsius exemplum composuerunt, interficiam. 6) *præditus, instructus aliqua re.* 1 Petr. I. 14. εἰς τέκνα ὑπακοῆς tanquam homines, qui præceptis religionis christianæ obedientiam præstant, i. q. ὡς ἄνθρωποι ὑπήκοοι τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ. Ephes. V. 8. τέκνα φωτὸς homines, scientia religionis et sensibus animi, vere christianis, præditi et instructi. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 24. p. 469 seq. ed. Fischeri. 7) *cultor, sectator, studiosus alicujus rei.* Matth. XI. 19. καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς sapientia vero collaudatur tantum a cultoribus suis, qui eam usu suo cognoverunt. Ita quoque jam transtulit Syrus, qui pro ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς habet: ܡܢ ܦܠܚ̈ܝܗ *a cultoribus suis.* Luc. VII. 35. Ephes. V. 8. τέκνα φωτὸς sectatores religionis christianæ. Apoc. II. 23. τὰ τέκνα αὐτῆς et omnes, qui eam sectantur. Adde Alex. Hos. X. 9. τὰ τέκνα ἀδικίας iniquitatis studiosos, iniquos, pravos. 8) *discipulus,* nam apud Judæos doctores haud raro cum parentibus comparari solent, ut supra ad γεννάω et πατὴρ jam observatum est, et infra ad υἱὸς pluribus docebitur. 1 Cor. IV. 14. ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ tanquam discipulos meos carissimos. ibid. v. 17. Timotheus τέκνον ἀγαπητὸν Pauli vocatur. 1 Tim. I. 2. Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει. 2 Tim. I. 2. Tit. I. 4. Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ. Philem. ver. 10. περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου. 3 Joh. v. 4. τὰ ἐμὰ τέκνα ἐν ἀληθείᾳ περιπατοῦντα discipulos meos religioni christianæ convenienter vivere. 9) τέκνα Θεοῦ, et interdum etiam τέκνα, subintelligenda voce Θεοῦ, in N. T. dicuntur, *qui sunt Deo præ cæteris cari ac probati et ab eo beneficiis in hac pariter ac futura vita ornantur, — qui pertinent ad Dei populum, Judæi, — omnes, quos Deus Christo sectatores destinaverat, veri christiani.* Marc. VII. 27. τέκνα sunt *Judæi* et opponuntur τοῖς κυναρίοις, h. e. gentilibus. Luc. XVI. 25. Joh. I. 12. τέκνα Θεοῦ γενέσθαι ut essent filii Dei, h. e. Deo cari et participes felicitatis christianorum. ibid. XI. 52. τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ omnes veros Dei cultores, quos Deus Christo sectatores destinaverat. Rom. VIII. 16, 17, 21. IX. 7 et 8. Galat. IV. 28. ἡμεῖς δὲ, ἀδελφοί, κατὰ Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας τέκνα ἐσμὲν nos vero, carissimi, ad similitudinem Isaaci, vi promissionis divinæ, non natalibus, filii Dei sumus. Ephes. V. 1. ὡς τέκνα (scil. Θεοῦ) ἀγαπητά. Philip. II. 15. τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα. 1 Joh. II. 1, 2, 10. V. 2. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΕΚΝΟΤΡΟΦΕ΄Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) proprie: *liberos nutrio,* ex τέκνον *filius* et τροφέω *nutrio.* Hinc substantivum τεκνοτροφία apud Aristot. Hist. Anim. I. p. 863. C. ed. Paris. 2) ex adjuncto: *liberos sapienter educo.* Sic semel legitur in N. T. 1 Tim. V. 10. εἰ ἐτεκνοτρόφησεν si liberos sapienter in pietate vera et omnis generis virtutum studio educaverit. Theodoretus ad h. l. οὐ τὸ θρέψαι μόνον ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ εὐσεβῶς θρέψαι. Cf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1254. Æque late patet in N. T. τεκνογονέω et τεκνογονία, de quibus vide supra jam dicta.

ΤΕ΄ΚΤΩΝ, ονος, ὁ, proprie et generatim, ut Latinum *faber,* dicitur *artifex et opifex quicunque, qui aliquid struit et fabricatur,* ita, ut semper addatur vocabulum materiæ, quam tractat, q. τεύκτων, a τεύχω *fabricor, struo, paro.* Speciatim vero ita dicitur *faber lignarius, qui ligna operi aptare novit.* Conf. Lexicon Xenophonteum s. h. v. Sic bis tantum in N. T. legitur. Matth. XIII. 55. οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; nonne hic est filius fabri lignarii, nempe Josephi, nutricii Christi, quem fabrum lignarium fuisse communi scriptorum ecclesiæ veteris christianæ consensu traditur. Marc. VI. 3. οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων, ὁ υἱὸς Μαρίας; nonne hic est faber lignarius, Mariæ filius. Plerisque interpretibus τέκτων h. l. per metonymiam positum videtur pro τοῦ τέκτονος υἱός, ut etiam h. l. in haud paucis codicibus legitur. Alii vero provocant ad morem Judæorum, qui sic ferebat, ut etiam Rabbini simul artem aliquam addiscerent. Confer Wolfii Curas Philol. in N. T. T. I. p. 461. In versione Alexandrina respondet Hebraico חָרָשׁ *faber* et חֹרֵשׁ particip. *fabricans.* 1 Sam. XIII. 19. τέκτων σιδήρου. 2 Sam. V. 11. τέκτων ξύλων. (2 Reg. XII. 11. 1 Paral. XIV. 1. XXII. 15.) 1 Reg. VII. 14. τέκτων χαλκοῦ. Etiam apud Hebræos חָרָשׁ κατ' ἐξοχὴν *fabrum lignarium* notat. 2 Reg. XXII. 6. coll. XII. 11. Hesych. τέκτων· πᾶς τεχνίτης. Suid. τέκτων· κοινὸς τεχνίτης. ὁ λαοξόος καὶ ὁ τῶν ξύλων εἰδήμων.

ΤΕ΄ΛΕΙΟΣ, τελεία, ον, 1) proprie et generatim: *perfectus, absolutus et consummatus, integer, justus,* quia, quod absolutum est et consummatum, ad finem perductum est ac pervenit, dem nichts an Vollständigkeit und gehöriger Güte fehlt, *who is not in want of perfection and requisite goodness,* a τέλος *finis.* Sic v. c. legitur in Aquilæ fragmentis Prov. XI. 1. στάθμιον τέλειον pondus justum, et apud Alexandrinos Exod. XII. 5. pro Hebraico תָּמִים de victimis, quales Deo offerri debebant ex præscripto Mosis, nec morbidis, nec cæsis, nec debilibus, aut ullo vitio laborantibus. Conf. Theod. Malach. I.

18. Jacob. I. 4. ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω patientia vero sit perfecta. ibid. v. 25. νόμος τέλειος doctrina perfecta, quæ ita est, uti esse debet. 1 Joh. IV. 18. ἡ τελεία ἀγάπη amor integerrimus. 2) sensu morali: *perfectus, ab omni vitiositate alienus, omni vitio carens*, et usurpatur partim de perfectione absoluta, qualis Deo unice tribuenda est, partim de perfectione humana. Matth. V. 48. ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι sitis igitur vos perfecti, (scil. in amore integro ac sincero erga alios animo,) quemadmodum etiam pater vester cœlestis perfectus (seu erga vos integerrimus) est. ibid. XIX. 21. εἰ θέλεις τέλειος εἶναι si integerrimus, seu perfectissimus esse cupis, aut si cupis te maxime idoneum reddere felicitati æternæ. Rom. XII. 2. τί τὸ τέλειον quid sit perfectum, h. e. dignum homine, ad perfectionem christianam adspirante. Philip. III. 15. Coloss. I. 28. ἵνα παραστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ ut omnes perfectos christianos reddamus. ibid. IV. 12. Jac. III. 2. οὗτος τέλειος ἀνήρ. In eadem significatione respondet apud Alexandrinos Hebraico שָׁלֵם *integer, perfectus, completus*, 1 Reg. VIII. 62. καὶ ἔστωσαν αἱ καρδίαι ἡμῶν τέλειαι πρὸς Κύριον. ibid. XI. 4. XV. 3, 14. 1 Paral. XXVIII. 9. καὶ δούλευσον αὐτῷ ἐν καρδίᾳ τελείᾳ. et תָּמִים *perfectus*. Genes. VI. 9. Νῶε ἄνθρωπος δίκαιος τέλειος ὢν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ. Deut. XVIII. 13. 2 Reg. XXII. 26. Adde Sapient. IX. 6. et Sirac. XLIV. 16. Νῶε εὑρέθη τέλειος, δίκαιος κ. τ. λ. 3) transitive: *perfectum reddens, omne, quod ad veram felicitatem et perfectionem alicujus confert.* Jac. I. 17. πᾶν δώρημα τέλειον omne beneficium, veram nostram augens felicitatem et perfectionem. ibid. ver. 25. νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας doctrinam, quæ nos perfectos felicissimosque reddere et ad veram libertatem adducere valet. 4) Neutrum τὸ τέλειον substantive ponitur pro ἡ τελειότης et *perfectiorem rerum statum quemcunque* denotat. 1 Cor. XIII. 10. ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον quando autem aderit perfectior ille ecclesiæ christianæ status. Τὸ τέλειον enim h. l. non de statu et conditione feliciori post mortem explicandum esse, docuit S. V. Nœsseltus in Diss. de Donorum Spiritus Sancti Perennitate in Ecclesia p. 6. 5) *adultus, qui est matura ætate, qui ad virilem ætatem pervenit, qui est adultæ ætatis*, et opponitur τοῖς παισὶ, vel νηπίοις, et ex adjuncto: *qui ita agit, loquitur, sentit et judicat, ut decet virum.* 1 Cor. XIV. 20. ταῖς δὲ φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε, h. e. graviter et severe judicate, prout viros decet. Ephes. IV. 13. μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς ἄνδρα τέλειον, pro εἰς τελειότητα ἀνδρὸς, donec omnes ad maturam viri ætatem veniamus, h. e. perfecti christiani fiamus et quoad cognitionem religionis christianæ, et quoad observationem præceptorum ejus. Theophylactus ad h. l. εἰς τὴν τελειοτέραν τῶν δογμάτων γνῶσιν. Polyb. Hist. IV. c. 29. ἐλπίσαντες ὡς παιδίῳ νηπίῳ χρήσασθαι τῷ Φιλίππῳ, εὗρον αὐτὸν τέλειον ἄνδρα. Xenoph. Cyrop. VIII. cap. 7. § 3. Apollodor. Bibl. I. cap. 2. § 1. ἐπειδὴ δὲ Ζεὺς ἐγενήθη τέλειος, λαμβάνει Μῆτιν τὴν Ὠκεανοῦ συνεργόν. ibid. III. c. 7. § 6. et cap. 15. § 1. Ælian. V. H. XIII. 1. Confer interpretes ad Callimachi Hymn. in Jovem v. 57. et Perizonium ad Ælian. V. H. IV. 3. nec non Wetstenii N. T. T. I. p. 316 seq. et Heisenii Novas Hypotheses ad Epistolam Jacobi p. 316 seq. Eandem significationem habet quoque τελειοῦσθαι apud Apollodorum Bibl. I. c. 9. § 8. III. c. 1. § 2. οἱ δὲ παῖδες ὡς ἐτελειώθησαν, πρὸς ἀλλήλους ἐστασίασαν pueri autem, ubi adoleverunt, inter se tumultuari cœperunt. 6) *qui tirocinium posuit in aliqua arte, aut disciplina.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. II. 6. σοφίαν δὲ λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις et tamen tradimus doctrinam, quæ sapientissima videtur christianis perfectis, h. e. qui jam idoneam religionis christianæ cognitionem sibi compararunt, ejusque præstantiam usu suo cognoverunt. Alii vertunt: et tamen tradimus doctrinam, quæ animos hominum cognitione rerum perfectissimarum imbuit, ut σοφία ἐν τοῖς τελείοις positum sit pro σοφία τῶν τελείων, ut v. 7. σοφία ἐν μυστηρίῳ positum est pro σοφία τοῦ μυστηρίου. Hebr. V. 14. τέλειοι sunt christiani, qui perfectiorem cognitionem habent, nec in primis doctrinæ christianæ elementis versantur. Simili ratione apud Alexandrinos 1 Paral. XXV. 8. τοῖς τελείοις opponuntur οἱ μανθάνοντες, ubi Vulgatus illud per *doctos*, hoc autem per *indoctos* expressit. Conf. Wolfii Curas Philol. T. II. p. 322 seq. et T. III. p. 95 seq. Herm. Reiners Diss. de τοῖς τελείοις ad illustranda varia N. T. loca in Bibl. Brem. Cl. IV. p. 949. et Ott. Lud. Kœnigsmanni D. de vera notione vocis τέλειος. ejusque et derivatarum vocum in Epistola ad Hebræos usu. Jenæ 1739. 4. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΕΛΕΙΌΤΕΡΟΣ, έρα, ερον, *perfectior, præstantior.* Comparativus a τέλειος *perfectus*, quod vide. Legitur in N. T. tantum Hebr. IX. 11. διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς per templum majus et præstantius.

ΤΕΛΕΙΌΤΗΣ, ητος, ἡ, 1) *perfectio*, a τέλειος, quod vide. Coloss. III. 14. τὴν ἀγάπην ἥτις ἐστὶ σύνδεσμος τῆς τελειότητος amorem et mutuam benevolentiam, quæ est perfectissimum mutuæ concordiæ, (τῆς ἑνότητος, ut in codicibus nonnullis loco τῆς τελειότητος legitur,) seu societatis christianorum vinculum, h. e. quod arctissime homines invicem conjungit. Sapient. XII. 17. ἀπιστούμενος ἐπὶ δυνάμεως τελειότητι. Jud. IX. 16, 19. εἰ ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἐν τελειότητι ἐποιήσατε. 2) *doctrina sublimior et perfectior, tradenda τοῖς τελείοις*, h. e. iis, qui jam tirocinia posuerunt et sunt ingenio exercitato et subacto. Sic legitur in N. T. Hebr. VI. 1. ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα progrediamur ad illam sublimiorem doctrinam, quæ cap. V. 13. λόγος δικαιοσύνης, et ibid. v. 12 et 14. ἡ στερεὰ τροφὴ vocatur, et opponitur a Paulo τῷ τῆς ἀρχῆς τοῦ Χριστοῦ λόγῳ, (cap. VI. 1.) γάλακτι et τοῖς στοιχείοις τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ. ibid. V. 12. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΕΛΕΙΌΩ, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie et generatim: *perficio, finio, ad finem perduco, absolvo, consummo, opus perago, perfectum reddo*, a τέλος *finis*. Luc. II. 43. καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας et exactis diebus legitimis. Act. XX. 24. ὡς τελειῶσαι τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς ut absolvam cursum meum (seu vitæ meæ) hilari animo. Philip. III. 12. οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι non quod jam acceperim præmium, aut jam metam contigerim. Est enim τελειοῦσθαι verbum apud Græcos proprium de cursoribus in stadio, qui metam contigerant et superiores in certamine evaserant ac, victores declarati, propositis præmiis ornabantur. Confer Philonem Lib. II. Allegor. p. 74. ἆρά γε οὐχ ὅταν τελειωθῇς καὶ βραβείων καὶ στεφάνων ἀξιωθῇς. Confer Fabri Agonistica Sacra Lib. III. c. 11. et Jac. Lydii Agonistica cap. 30. p. 131 seq. Alexandrini usi sunt hac voce pro שָׁלֵם *perfectus*, 2 Paral. VIII. 16. ἕως οὗ ἐτελείωσε Σολομὼν τὸν οἶκον Κυρίου, et pro תָּמַם *perfectus, absolutus*,

consummatus fuit. 1 Reg. VII. 21. καὶ ἐτελειώθη τὸ ἔργον τῶν στύλων. Adde Nehem. VI. 16. ὅτι ἐγενήθη τελειωθῆναι τὸ ἔργον τοῦτο. ibid. v. 3. καὶ οὐ δυνήσομαι καταβῆναι, μήποτε καταπαύσῃ τὸ ἔργον· ὡς ἂν τελειώσω αὐτὸ, καταβήσομαι πρὸς ὑμᾶς. Sirac. L. 21. τὴν λειτουργίαν αὐτοῦ ἐτελείωσαν. 2) *exactissime impleo, omni ex parte satisfacio, exsequor alicujus mandata, perficio,* i. q. ποιέω. Joh. IV. 34. καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον et muneri, mihi a Deo demandato, omni ex parte satisfaciam. ibid. V. 36. τὰ γὰρ ἔργα, ἃ ἔδωκέ μοι πατὴρ, ἵνα τελειώσω αὐτὰ miracula enim, quæ ut a me patrentur, vult Deus. ibid. XVII. 4. τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι, ἵνα ποιήσω exegi opus, quod mihi exsequendum mandaveras. 3) metaphorice: *perfectum reddo, efficio, ut aliquis sit perfectus et omnibus numeris absolutus,* seu *sit talis, qualis esse debet.* Τελειόομαι, οῦμαι, *perfectus sum, aut reddor, perfecto modo me exsero, declaro, me esse perfectum.* Joh. XVII. 23. ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἓν ut et ipsi sint invicem conjunctissimi. 2 Cor. XII. 9. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται omnipotentia enim mea in imbecillitate humana (seu in istis afflictionibus,) sese maxime demonstrat. Jacob. II. 22. ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη, h. e. vel factis maxime sese exserere religionis scientiam, vel factis fidem augeri et perfectiorem reddi. 1 Joh. II. 5. ἀληθῶς ἐν τούτῳ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ τετελείωται, h. e. vel: in hoc verus est et integerrimus erga Deum amor, vel: in hoc magnitudo amoris Dei sese exserit. ibid. IV. 12. καὶ ἡ ἀγάπη αὐτοῦ τετελειωμένη ἐστὶν ἐν ἡμῖν et nos vere ac perfecte Deum amamus, aut a Deo amamur. ibid. v. 17. ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν ex hoc autem perfectus Dei erga nos amor cognosci potest. ibid. v. 18. οὐ τετελείωται ἐν ἀγάπῃ is non vere et perfecte homines amat. 4) *eventu comprobo, impleo,* i. q. πληρόω. Joh. XIX. 28. ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφὴ ut eventu comprobarentur omnia oracula V. T. de Christo edita. 5) *perfecte expio et remissionem peccatorum concilio.* Hebr. VII. 19. οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος neminem enim lex Mosaica (ritualis nempe) perfecte expiare poterat. ibid. IX. 9. μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα quæ non poterant offerentem perfecte tranquillare eique remissionem peccatorum conciliare. ibid. X. 1. ubi pro τελειῶσαι in nonnullis codicibus e glossemate legitur καθαρίσαι. ibid. v. 14. μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους. Œcumenius ad h. l. τελείους ἀπειργάσατο, τελείως ἀπήλλαξε τῶν ἁμαρτιῶν. 6) *perfecte aliquem felicem reddo, ad beatissimum statum et perfectissimum felicitatem aliquem adduco.* Τελειόομαι, οῦμαι, *pervenio ad summam felicitatem et in statum longe præstantissimum.* Hebr. II. 10. τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι auctorem felicitatis eorum per adversam fortunam ad statum longe præstantissimum et beatissimum evehere. ibid. VII. 28. υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον, h. e. ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ut cap. VIII. 1. explicatur. ibid. XI. 40. ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι ne sine nobis ad hanc felicitatem pervenirent. ibid. XII. 23. τετελειωμένων qui jam consummata apud Deum felicitate fruuntur, ubi τετελειωμένων positum est pro τετελειωμένα. 7) τελειόομαι *morior,* i. q. τελευτάω. Luc. XIII. 32. καὶ τῇ τρίτῃ (scil. ἡμέρᾳ) τελειοῦμαι, et paulo post moriendum mihi erit. Τελειοῦμαι enim est futurum medium contractum, quod vim futuri passivi habet. Hesychio τέλειος ἡμέρα est ἡ ὑστάτη, καὶ τὸν βίον τελειοῦσα. Confer Fischeri Prolus. XXIV. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 550. N. 18. et Wetstenii N. T. T. I. p. 749. et T. II. p. 439. Hæc ratio est, cur etiam apud scriptores ecclesiasticos τελειοῦσθαι non tantum de *naturali morte,* (v. c. apud Eusebium Lib. III. de Vita Constantini cap. 47.) sed etiam speciatim de *iis* adhibeatur, *qui martyrium subierunt,* et τελείωσις *ipsum martyrium* dicatur. Vide Eusebii H. E. III. 35. et VII. 15. Sapient. IV. 13. Eodem modo *finire* usurpatur apud Tacitum Annal. VI. 50. "Sic Tiberius finivit." Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΕΛΕΙ'ΩΣ, *integre, perfecte,* item *constanter, usque ad finem.* Adverbium a τέλειος, quod vide supra. Legitur in N. T. tantum 1 Petr. I. 13. τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν, h. e. vel *constanter, usque ad finem,* (ut sit i. q. εἰς τέλος, לָנֶצַח Judith XI. 6.) vel *perfecte* (h. e. *firmiter, sine ulla dubitatione,*) sperate beneficium, quod vobis a Deo offertur, nempe felicitatem æternam. Thom. M. tradit, formas vocabulorum τέλεος et τελέως elegantiores esse et probiores formis τελείως et τέλειος. Confer Fischeri Prol. XXX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 674. qui recte, ut videtur, judicavit, formam vocabulorum τέλειος et τελείως ex Alexandrinorum lingua ductam, alteram vero τέλεος et τελέως dialecto Atticorum vindicandam esse.

ΤΕΛΕΙ'ΩΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *consummatio, perfectio, absolutio.* Est enim verbale a 2 pers. præt. pass. τετελείωσαι, verbi τελειόω *perficio, absolvo, finio, consummo.* 2) *exitus, eventus, impletio.* Luc. I. 45. ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου nam, quæ sunt tibi a Deo promissa, eventu suo non carebunt. ibid. X. 9. ἐξελεύσομαι εἰς τελείωσιν λόγων, ὧν ἐλαλήσατε μετ' ἐμοῦ. 3) *perfecta expiatio.* Hebr. VII. 11. εἰ μὲν οὖν τελείωσις διὰ τῆς Λευϊτικῆς ἱερωσύνης ἦν quod si enim munere sacerdotali Levitico potuissent Judæi perfecte expiari, aut favorem Dei consequi. Vide, quæ supra ad τελειόω dicta sunt. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΕΛΕΙΩΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *is, qui aliquid perficit et ad finem perducit, perfector, consummator.* Est verbale a tertia persona perf. pass. τετελείωται, verbi τελειόω *finio, consummo, perficio.* 2) *brabeuta.* ἀγωνοθέτης, *qui aliquem victorem in stadio declarat eique præmia decernit et confert;* nam τελειοῦν apud Græcos κατ' ἐξοχὴν notat: *aliquem victorem in stadio declarare eique præmia decernere et conferre,* et τελειοῦσθαι *cursores* dicuntur, *qui in stadio metam attingunt et præmiis propositis honorandi sunt.* Confer Petri Fabri Agonistica Sacra I. 18. et Salmasium ad Spartian. in Adrian. p. 123. Hinc 3) generatim et metaphorice: *remunerator, qui alios præmiis ornat et ad perfectam felicitatem ducit.* Sic semel tantum in N. T. legitur Hebr. XII. 2. ubi Jesus dicitur τελειωτὴς τῆς πίστεως, h. e. remunerator constantiæ in religione christiana.

ΤΕΛΕΣΦΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *ad finem perduco, perficio,* a τέλος *finis* et φόρος *ferens,* a φέρω *fero.* 2) *perfectum et ad maturitatem perductum fructum fero, fructus ad plenam messem perduco.* Hinc *annus,* teste Eustathio, ad Homer. Il. α', v. 171. a veteribus τελεσφόρος dicebatur, *quod omnes fructus ad maturitatem perducat.* Josephus A. J. I. cap. 6. 3. τοῦ καρποῦ τελεσφορηθέντος, καθ' ὥραν ἐτρύγησε. Symmachus Ps. LXV. 10. τελεσφορήσεις τὴν σπερματείαν αὐτῆς. Incertus Ies. XXXVII. 27. ὡς ἄγρωστις ἀφανιζομένη πρὸ τοῦ τελεσ-

φορηθῆναι. Strabo V. p. 381. ὡς τελεσφορῆσαι τὴν γογγύλην. Cato de R. R. c. 94. et Geopon. X. cap. 87. p. 299. καὶ τελεσφορεῖ καὶ οὐκ ἀποῤῥίπτει τὸν καρπόν. Hesych. τελεσφόρος· ὁ τελεσφορῶν καθ' ὥραν τοὺς καρποὺς, ἢ ὁ τελείους αὐτοὺς φέρων. Conf. Alberti in Museo Philol. Theol. Brem. p. 109. et Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 116. Hinc 2) metaphorice: *perfectum reddo, efficio, ut aliquis sit talis, qualis esse debet.* Sic tantum legitur in N. T. Luc. VIII. 14. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσαντες, καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι notat illos, qui percipiunt quidem doctrinam christianam, sed curis divitiarum et voluptatum hujus sæculi suffocati quasi atque obruti eam ad maturitatem perducere, h. e. ad veram et perfectam ejus cognitionem pervenire nequeunt. Formulæ οὐ τελεσφορεῖν v. 15. opponitur καρποφορεῖν et Matth. XIII. 22. Marc. IV. 19. pro οὐ τελεσφορεῖν legitur formula ἄκαρπον γίνεσθαι. Hesych. τελεσφορεῖ· ἐντελῶς ἄγει ad perfectionem ducit. Josephus de Maccabæis T. II. pag. 514. καὶ διὰ τῆς αὐτῆς ψυχῆς τελεσφορηθέντες. Sophocl. Œdip. Colon. v. 1550. τελεσφόρον χάριν δοῦναί σφιν. Apud Græcos scriptores τελεσφορέω quandoque notat: *vectigal,* seu *tributum pendere, pensiones solvere,* v. c. apud Xenoph. de Vectigal. III. 5. et τελεσφόρος de *eo* interdum adhibetur, *quod est ratum, cui eventus respondet,* v. c. apud Eurip. Phœn. v. 654. τελεσφόρον διδοῦσα χρησμόν, et Æschylum Septem adv. Theb. v. 661. Lectu digna de hac voce habet Pet. Zornius in Dissertatione de Telesphoro, in numis, gemmis et inscriptionibus veterum Æsculapii et Hygieiæ comite, quæ reperitur in Miscell. Groningan. T. II. pag. 195 seq. et Wetstenius N. T. T. I. p. 707.

ΤΕΛΕΥΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie et generatim: *finio, absolvo, perficio, ad finem perduco,* a τέλος *finis.* Eurip. Phœn. v. 1608. θεὸς, ὅς γε τάδε τελευτᾷ deus est, qui ista perpetrat, seu perficit. Plato Alcibiad. I. p. 125. ἀπὸ τοῦ σώματος ἀρξάμενα, τελευτῶντα εἰς τὴν ψυχήν. Hinc τελευτῶν, apud Græcos haud raro adverbialiter sumtum, *tandem, denique* significat, v. c. apud Xenoph. de Re Equestri VIII. 6. Ælian. V. H. XIII. 34. Confer Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. pag. 354. ed. Zeunii et Foësii Œconom. Hippocr. p. 369. 2) subintellecta voce βίον, (quam addit Euripides Hecub. 419. Ælian. V. H. VI. c. 2. Herodot. I. 32. et II. c. 121. Plato in Protagora p. 210. Demosthenes in Bœot. II. p. 643.) vel αἰῶνα, (Herodot. I. p. 7. IX. p. 268 et 270.) vel ἡμέραν τοῦ βίου, (Sic plene habet Diogen. Laërt. Lib. X. s. 22.) *morior, finio vitam et de morte tam violenta, quam naturali* dicitur. Matth. II. 19. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρώδου mortuo autem Herode. ib. XV. 4. θανάτῳ τελευτάτω morte plectatur. Conf. quæ de hac formula monuit Schwarzius in Notis ad Olearium de Stilo N. T. p. 263 seq. et in Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1313. Matth. XXII. 25. Marc. VII. 10. θανάτῳ τελευτάτω. ib. IX. 44, 46, 48. ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ ubi vermes, corpora eorum arrodentes et consumentes, non morientur, h. e. ubi perpetuis pœnis et cruciatibus afficientur. Vide supra ad σκώληξ a me dicta. Luc. VII. 2. ἤμελλε τελευτᾷν morti proximus erat. Act. II. 29. ὅτι καὶ ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη. ib. VII. 15. Alexandrini usi sunt hac voce pro גָּוַע *exspiravit, animam efflavit, obiit,* Gen. VI. 17. Job. XXXIV. 15. מוּת *mori, obire,* 1 Paral. XXIX. 28. 2 Paral. XIII. 20. XVI. 13. Ies. LXVI. 24. et pro נִקְבַּר *sepultus, humatus est.* Job. XXVII. 15. Adde Sapient. III. 18. Sirac. VIII. 8. X. 10. Ælian. V. H. XIV. cap. 32. τελευτήσαντα δὲ καταφωραθῆναι πλούσιον. Conf. Reiskii Indicem Gr. Demosthen. p. 735. et Arntzenium ad Catonis Disticha p. 96. ed. 1754. 8. 3) *morti proximus sum, in agone mortis,* seu *in summo vitæ discrimine versor.* Matth. IX. 18. ὅτι ἡ θυγάτηρ μου ἄρτι ἐτελεύτησεν filia mea jam in agone mortis versatur, coll. Marc. V. 23. ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει. Hebr. XI. 22. Ἰωσὴφ τελευτῶν Josephus morti proximus, μέλλων τελευτᾷν, ut legitur Luc. VII. 2. Sic מוּת quoque usurpatur, v. c. Genes. L. 24. et dixit Josephus ad fratres suos: אָנֹכִי מֵת mox mihi moriendum erit: et ἀποθνήσκω, quod vide supra. Inprimis autem conferri meretur locus Eurip. Alcest. v. 137 seq. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΕΛΕΥΤΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie et generatim: *finis, exitus cujuscunque rei,* i. q. τελετὴ per epenthesin τοῦ υ ψιλοῦ, a τέλος *finis.* Eustathius ad Homer. Odyss. α', p. 52. τελευτὴ δὲ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ τέλος τοῦ ἔργου, τελευτᾷν δὲ εἰς τέλος τι ἄγειν· οἱ δέ γε μεθ' Ὅμηρον πρῶτα μὲν καὶ τὸν θάνατον τελευτὴν ζωῆς ἔλεγον κ. τ. λ. Demosthen. p. 658. 7. ed. Reisk. οὐδεὶς ἔχει τελευτὴν τῆς τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας. ibid. p. 19. 19. ἥκει πρὸς αὐτὴν τὴν τελευτὴν τὰ πράγματα αὐτοῦ. 2) *obitus, mors, tam violenta, quam naturalis,* ita, ut subintelligatur τῆς ζωῆς (quod addit Anonymus in Anthol. I. 90. 2.) aut τοῦ βίου, ut plene legitur apud Herodotum I. cap. 31. et apud Demosthenem p. 481. 14. τελευτὴν τοῦ βίου πεποιημένος. Hom. Il. VII. 104. XVI. 787. τελευτὴ βιότοιο. Legitur tantum in N. T. Matth. II. 15. ἕως τῆς τελευτῆς Ἡρώδου usque ad obitum Herodis. Alexandrini sæpius adhibuerunt hoc vocabulum pro מוֹת *mors.* Genes. XXVII. 2. Deut. XXXI. 29. Jos. I. 1. Jud. I. 1. Adde 1 Macc. IX. 23. Sirac. XI. 26, 28. Lucian. Macrob. 12. Herodian. VII. 10. 1. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 250.

ΤΕΛΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *finio, finem facio, ad finem perduco, absolvo, perficio, consummo, conficio,* a τέλος *finis.* Matth. X. 23. οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, pro οὐ μὴ τελέσητε ὁδὸν διὰ τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ non conficietis iter per varias terræ Israëliticæ urbes. Vulgatus h. l. voce *consummare* eodem sensu usus est, quo Florus I. c. 18. consummare Italiam, h. e. *obire, peragrare Italiam,* dixit. Simili modo תָּמַם usurpatur Jos. III. 17. et IV. 1. Confer Krebs. ad Decretum Atheniens. p. 65. Nonnulli interpretes, v. c. Raphelius in Obss. Polyb. ad h. l. et Wakefield. in Silva Critica Part. II. p. 2. τῷ τελεῖν notionem *obeundi, peragrandi, circumeundi, proficiscendi* tribuunt; quo sensu διατελεῖν legitur apud Xenoph. Anab. I. 5. 7. simplex τελεῖν apud Thucyd. IV. cap. 78. Lucian. Toxar. 52. et διανύειν apud Josephum de B. J. VII. 5. § 3. sed prior explicatio vero magis accedere videtur. Confer Wolfii Curas Philol. in N. T. T. I. p. 183. Alii, v. c. Krumbholzius in Anim. Sacris in N. T. pag. 185., in his verbis latere aliquam ellipsin statuerunt, ut οὐ μὴ τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ positum sit pro: οὐ μὴ τελέσητε (κηρύσσειν διὰ) τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ non finem facietis sive non desinetis (docere Evangelium per) urbes Israëlis. Matth. X. 1. ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς διατάσσων τοῖς δώδεκα μαθηταῖς

αὐτοῦ postquam hæc mandata duodecim discipulis suis edixerat Jesus. ibid. XIII. 53. ὅτε ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τὰς παραβολὰς ταύτας cum finem fecisset Jesus hujus institutionis per parabolas. ibid. XIX. 1. ὅτι ἐτέλεσεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς λόγους τούτους cum finivisset Jesus sermones istos. ibid. XXVI. 1. Luc. II. 39. καὶ ὡς ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν νόμον Κυρίου et omnibus ex præscriptis legis Mosaicæ peractis. ibid. XII. 50. ἕως οὗ τελεσθῇ dum absolvantur. Joh. XIX. 28. εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα ἤδη τετέλεσται intelligens Jesus, jam omnia esse consummata, scilicet mala, quæ perferre in mandatis divinis habebat. ibid. v. 30. τετέλεσται peractum est. Act. XIII. 29. ὡς δὲ ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα et postquam omnibus malis, a prophetis prædictis, eum affecerant. 2 Tim. IV. 7. τὸν δρόμον τετέλεκα stadium emensus sum, h. e. satisfeci muneri meo apostolico. Est autem τελεῖν verbum proprium de cursoribus in stadio, qui pervenerant ad terminum agonisticum. Conf. Jul. Pollucis Onomast. Lib. III. c. 30. Apoc. XI. 7. καὶ ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν. ibid. XV. 1. ὅτι ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ Θεοῦ. ibid. v. 8. ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων. ibid. XX. 3. ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. ibid. v. 5 et 7. In versione Alexandrina respondet Hebraico כָּלָה *absolutus, perfectus, consummatus fuit*, et in Piel *perfecit, consummavit, finivit*, Ruth. II. 21. ἕως ἂν τελέσωσιν ὅλον τὸν ἀμητόν. Esr. IX. 1. καὶ ὡς ἐτελέσθη ταῦτα. עָשָׂה *fecit, perfecit*, Ies. LV. 11. שָׁלַם et Chald. שְׁלַם *perfecit, complevit*, Nehem. VI. 15. Esr. V. 16. et Chald. שֵׁיצִיא idem. Esr. VI. 15. Adde Sirac. VII. 26. 1 Macc. XIII. 10. 2) *eventu comprobo, impleo*, i. q. πληρόω. Luc. XVIII. 31. καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου et eventum habebunt omnia, a prophetis de filio hominis prædicta. ibid. XXII. 37. ὅτι ἔτι τοῦτο τὸ γεγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοὶ præterea etiam hoc ex vaticiniis in me debet eventum habere. Act. XIII. 29. ὡς δὲ ἐτέλεσαν ἅπαντα τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα cum autem nullum prophetarum vaticinium de eo superesset, cui non respondisset eventus. Apoc. X. 7. καὶ ἐτελέσθη (pro τελεσθήσεται) τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ eventum habiturum est consilium Dei, quod olim homines latuerat. ibid. XVII. 17. ἄχρι τελεσθήσονται οἱ λόγοι τοῦ Θεοῦ. Diod. Sic. Lib. II. p. 40. XX. p. 765. ἕκαστος ὑπελάμβανε τετελέσθαι τὸν χρησμόν. Apollodor. Bibl. II. c. 4. § 4. αἰσθόμενος δὲ τὸν χρησμὸν τετελεσμένον τὸν Ἀκρίσιον ἔξω τῆς πόλεως θάπτει. Pausanias Corinth. c. VII. p. 126. ὡς καὶ τὸ λόγιον τετελέσθαι Σιβύλλῃ ἐς τὴν Ῥόδον ἔδοξεν. Eodem modo etiam כָּלָה sumitur Esdr. I. 1. τοῦ τελεσθῆναι λόγον Κυρίου ἀπὸ στόματος Ἱερεμίου. 3) *exacte observo, exsequor alicujus voluntatem, obsequium præsto, obedio*. Sic legitur in N. T. Rom. II. 27. ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα nati ethnici præcepta legis observantes. Galat. V. 16. ἐπιθυμίαν σαρκὸς οὐ μὴ τελέσητε perversis cupiditatibus ne obsequamini. Jacob. II. 8. εἰ μέντοι νόμον τελεῖτε βασιλικὸν si primariam illam religionis christianæ legem observaveritis. Achilles Tat. Lib. II. pag. 91. τὴν ἐπιθυμίαν τελέσαι. 4) *solvo, pendo*. Matth. XVII. 24. ὁ διδάσκαλος ὑμῶν οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα; num et magister vester censum pendit? Rom. XIII. 6. φόρους τελεῖτε solvite ipsis tributa annua. Plato Alcibiad. I. p. 31. ὧν ἑκάτερος Ζήνωνι ἑκατὸν μνᾶς τελέσας σοφός τε καὶ ἐλλόγιμος γέγονεν. Xenoph. Mem. II. 9. 1. ἀργύριον τελέσαι. ibid. cap. 10. 6. Demosthenes p. 1067. 27. ed. Reisk. τῶν ἐπικλήρων ὅσαι τὸ θητικὸν (sc. τέλος) τελοῦσι. ibid. p. 1309. 5. et 1461. 15. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 376. Sæpius in N. T. non legitur. — — Hesych. ἐτελέσθη· ἐγένετο. Idem: ἐτέλεσεν· ἔλαβεν, ἐπλήρωσεν. Idem: τετελεσμένον τὸ ὅλον πρᾶγμα τελεσθῆναι, ἤγουν πληρωθῆναι. Suid. τελεῖν· ἐπιτελεῖν, ποιεῖν, ἢ τὸ δαπανᾷν. Alberti Glossar. N. T. p. 109. τελεῖτε· συντελεῖτε, καταβάλλετε.

ΤΕ'ΛΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie: *finis et terminus alicujus rei*. Matth. X. 22. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος qui vero constans manet usque ad finem. ib. XXIV. 6. ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος sed nondum finis harum calamitatum adest. (Manilius I. 912. *nec dum finis erat: restabant Actia bella*. Herodot. VII. 52. Anthol. IV. 9. 5. καὶ μόχθων οὔπω τόδε τὸ τέλος. Homer. Il. β', 121.) ibid. v. 13. Marc. III. 26. ἀλλὰ τέλος ἔχει, scil. ἡ βασιλεία αὐτοῦ, sed finem habebit ejus regnum, seu actum esset de ejus potentia. ibid. XIII. 13. Luc. I. 33. καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος et regnum ejus erit perpetuum, seu æternum. ibid. XXI. 9. XXII. 37. καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει etenim res meæ finem habent. 1 Cor. XV. 24. εἶτα τὸ τέλος tunc finis regni Christi in his terris erit, ut e sequentibus apparet. Hebr. VI. 8. ἧς (pro ὧν) τὸ τέλος εἰς καῦσιν quæ spinæ et sentes tandem igne comburi solent. ibid. VII. 3. μήτε ζωῆς τέλος ἔχων neque finem vitæ habens, h. e. non constat, quando mortuus sit, aut quemnam in dignitate sacerdotali habuerit successorem. Confer ad h. l. Theodoretum. Alexandrini usi sunt hac voce pro קֵץ *finis*. 2 Reg. XIX. 23. Ies. IX. 6. Adde Sirac. XLIII. 31. 2) ***abrogatio, abolitio***, et per metonymiam: ***ille ipse, qui aliquid abrogat***. 1 Cor. X. 11. εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν ad quos abrogatio legis et œconomiæ Mosaicæ pervenit, h. e. qui vivimus tempore N. T. quo œconomia Mosaica plane est abrogata. Rom. X. 4. τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς Christus enim finem fecit œconomiæ Mosaicæ, h. e. abrogavit eam et inutilem declaravit ac reddidit doctrina sua. Simili ratione apud Demosthenem p. 1306. 25. ed. Reisk. legitur: τέλος τοῦ βίου πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστὶν ὁ θάνατος, h. e. eventis fortunisque omnium hominum mors finem imponit. 3) ***finis vitæ***, omisso vocabulo βίου, quod additur apud Herodian. II. c. 1. s. 16. IV. c. 12. s. 8. Joh. XIII. 1. εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτοὺς usque ad finem vitæ eos dilexit. 1 Cor. I. 8. ἕως τέλους per omnem vitam vestram in his terris. 2 Cor. I. 13. ἐλπίζω δὲ, ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε spero autem, vos me semper ita habituros esse. ibid. III. 13. πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος adeo, ut Israëlitæ usque ad obitum Mosis non aspicere possent. Hebr. III. 6 et 14. VI. 11. Jac. V. 11. ubi formula τὸ τέλος Κυρίου a plerisque interpretibus de *morte Christi* intelligitur. Apoc. II. 27. ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου. Sapient. III. 19. γενεᾶς γὰρ ἀδίκου χαλεπὰ τὰ τέλη. Ælian. V. H. III. 25. τέλος εὐκλεὲς ***mors gloriosa***. Plutarch. Artaxerx. p. 1018. Herodot. III. 65. Joseph. A. J. VIII. 15. 4. B. J. I. 32. 2. 4) ***interitus, eversio***. Matth. XXIV. 6. ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος sed nondum adest interitus reipublicæ Judaicæ. ibid. v. 13. ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος qui vero usque ad eversionem Hierosolymorum constans manserit. ibid. v. 14. X. 22. Marc. XIII. 7, 13. Luc. XXI. 9 1 Petr. IV. 7. πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγ

γιαι omnium enim rerum interitus adest. Confer Krebsii Obss. Flav. pag. 51 seq. Huc etiam pertinet formula εἰς τέλος *ad internecionem usque, ad interitum,* quæ legitur 1 Thess. II. 16. ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος, h. e. mox evenient iis pœnæ gravissimæ, nec nisi cum ipso hominum interitu cessaturæ. Respondet autem εἰς τέλος in hac significatione Hebr. עַד תֻּמָּם *donec consumerentur illi,* Jos. VIII. 24. X. 20. עַד לְכַלֵּה 2 Paral. XXXI. 1. et הַשְׁמִיד Inf. Hiph. *perdendo.* Amos IX. 6. Adde Num. XVII. 13. 5) *eventus, exitus alicujus rei,* der Ausgang einer Sache, *the end of any thing.* Matth. XXVI. 58. ἰδεῖν τὸ τέλος ut, quemnam hæc omnia exitum sint habitura, ipse videret. Jacob. V. 11. τὸ τέλος Κυρίου, h. e. vel exitus, seu eventus rerum et factorum felix, quem Deus Jobo concessit, (ita interpretatus est Syrus, cui accessit quoque Wolfius. Conf. Job. XLII. 10.) vel exitus felix, quem calamitates habuerunt, quas Christus hominum causa in his terris perpessus est. Posterior explicatio mihi præferenda videtur. Josephus A. J. IX. c. 4. s. 4. ὄψει τοῦτο λαμβάνοντα τὸ τέλος videbis hunc exitum hanc rem habituram esse. Pindar. Olymp. XIII. 146. ἐν θεῷ γε μὲν τέλος exitus utique est in dei manu. Cohel. VII. 3. καθότι τοῦτο τέλος (das endliche Schicksal, *the last fate*) παντὸς ἀνθρώπου. Ita etiam אַחֲרִית sumitur Ies. XLI. 22. 6) *eventus vaticiniorum, impletio.* Hinc τέλος ἔχειν *evenire, eventum habere.* Luc. XXII. 37. καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει ita omnia, de me prædicta a prophetis, eventum habebunt. Syrus: ܢܫܬܡܠܝܢ *complementum accipient.* Ita τέλος etiam legitur apud Dionys. Halicarn. A. R. I. 19. Josephus A. J. II. 5. 3. ταῦτα τέλος ὅμοιον, οἷς ὁ Ἰώσηπος εἶπεν, ἀμφοτέροις ἔλαβε. ibid. IV. cap. 6. § 5. ὧν πάντων τέλος λαβόντων, ὁποῖον ἐκεῖνος προεῖπε. ibid. X. c. 2. § 2. ἅπανθ' ὅσα προεφήτευσεν ἐγγράψας βίβλοις κατέλιπεν, ἐκ τοῦ τέλους γνωρισθησόμενα τοῖς αὖθις ἀνθρώποις. Eodem sensu τελευτὴ usurpatur apud Josephum A. J. II. cap. 6. § 6. et τελεῖσθαι apud Homerum Odyss. β', v. 176. Confer Kypke Obss. Sacr. Tom. I. p. 327. et Wetstenii N. T. T. I. p. 806. 7) *ultimus.* Apoc. I. 8. XXI. 6. XXII. 13. ubi Christus dicitur ἀρχὴ καὶ τέλος, h. e. ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ut v. 11. a Johanne explicatur. Vide supra a me ad A dicta. 8) metaphorice: *omnis eventus,* seu *effectus, qui aliquam actionem, tanquam causam sequitur,* die natürlichen und unvermeidlichen Folgen unserer moralischen Handlungen, *the natural and unavoidable consequence of our moral actions,* Hebr. אַחֲרִית; (Theocrit. Idyll. IV. 47.) unde mox de *præmiis,* mox vero de *pœnis* in N. T. dicitur. De præmiis legitur Rom. VI. 22. τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον præmii loco felicitatem æternam reportabitis. 1 Petr. I. 9. κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν mercedem fidei vestræ reportantes, felicitatem nempe olim reportandam. Conf. ad h. l. Vers. Syriacam. Ita אַחֲרִית sumitur Prov. XXIII. 18. coll. v. 17. Jer. XXIX. 11. et עֵקֶב Ps. XIX. 12. Adde Pindar. Olymp. I. v. 81. Δόρυκλος δὲ τέλος πυγμᾶς φέρε Doryclus mercedem pugilatus tulit. De *pœnis* vero adhibetur Rom. VI. 21. τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος horum enim pœna est miseria summa. 2 Corinth. XI. 15. ὧν τὸ τέλος ἔσται κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν qui justas malefactorum suorum pœnas luent. Philip. III. 19. ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια quorum pœna pernicies erit. 1 Petr. IV. 17. τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίῳ. Ita non solum סוֹף in Rabbinorum scriptis, sed etiam אַחֲרִית usurpatur Num. XXIV. 20. Adde Josephi A. J. VI. 1. 2. et Philonem de Charitate p. 717. ὧν τὰ τέλη βαρύτατα ζημίαι σώματός τε καὶ ψυχῆς εἰσιν. 9) *pensio, magistratui debita, tributum, vectigal pro importandis et exportandis mercibus.* Matth. XVII. 25. οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνων λαμβάνουσι τέλη ἢ κῆνσον; a quibusnam reges hujus terræ vectigalia, aut censum exigere solent? Rom. XIII. 7. τῷ τὸ τέλος, τέλος, ubi Theodoretus, quem Phavorinus compilavit, τέλος per τὴν ὑπὲρ τῆς ἐμπορίας συντέλειαν recte interpretatus est. Adde 1 Macc. X. 31. αἱ δεκάται καὶ τὰ τέλη. ibid. XI. 35. καὶ τῶν τελῶν τῶν ἀνηκόντων ἡμῖν. Xenoph. de Vectig. IV. 19. 20. τέλη ὠνεῖσθαι *vectigalia redimere, publicanum esse.* Confer Reiskii Indicem Græcit. Demosthenææ p. 736. Wetstenii N. T. T. I. p. 439. et Budæi Comment. Ling. Gr. p. 282. Hinc sine dubio apud Græcos *ipsi magistratus, quibus tributa et vectigalia penduntur,* τὰ τέλη vocantur, v. c. apud Xenoph. Cyrop. VIII. 5. 13. et in Hist. Gr. V. 3. 23. VI. 4. 1. Conf. Dukerum ad Thucyd. I. cap. 58. Tom. I. edit. Bipontin. p. 348. 10) *summum et præcipuum in aliqua re, ad quod omnia referri debent, summa, caput rei.* 1 Tim. I. 5. τὸ δὲ τέλος τῆς ἐπαγγελίας præceptorum autem christianorum omnium summa, præceptum, omnes cæteras doctrinæ christianæ leges complectens. 1 Pet. III. 8. τὸ δὲ τέλος summa vero cohortationum mearum huc redit. Ita סוֹף sumitur Cohel. XII. 13. τέλος λόγου τὸ πᾶν ἄκουε, τὸν Θεὸν φοβοῦ. Samar. Num. XXXI. 26. ubi Hebr. רֹאשׁ in eadem significatione respondet. Polyb. Hist. I. c. 1. ἀρχῇ καὶ τέλει κέχρηνται τούτῳ hoc principio ac fine usi sunt, h. e. hoc præcipue spectarunt. Diog. Laërt. II. 87. et VII. sect. 87. διόπερ πρῶτος ὁ Ζήνων τέλος εἶπε τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν. Arrianus Diss. Epictet. I. c. 20. τέλος ἐστὶ τὸ ἕπεσθαι θεοῖς. Ita quoque *finis* usurpatur apud Ciceronem ad Attic. XII. 6. de Fin. I. 13. III. 7. et de Offic. III. c. 3. Conf. Schœttgenii Hor. Hebr. et Talmud. p. 858. Apud Alexandrinos interpretes τέλος quoque ponitur pro מֶכֶס *numerus, portio numerata, summa,* Num. XXXI. 28, 37—41. et pro מִכְסָה *summa, numeratum,* Levit. XXVII. 23. 11) Restat formula εἰς τέλος *perpetuo, indesinenter, continuo, semper,* quæ legitur Luc. XVIII. 5. ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με, h. e. ne me assidue obtundat precibus, seu, ne me indesinenter interpellando excruciet et pergat mihi esse molesta. Confer Glassii Philol. S. p. 373. ed. Dathii. Respondet autem εἰς τέλος in hac significatione apud Alexandrinos Hebraico לָנֶצַח Psal. IX. 19. XIII. 1. LXXIX. 5. CIII. 9. Adde Polyb. Hist. I. c. 20. extr. III. c. 79. Eodem modo διὰ τέλους usurpatur apud Alex. Ies. LXII. 10. Ælian. V. H. XII. c. 20. XIII. 1. Hesych. διὰ τέλους· διὰ παντός. Fortasse tamen εἰς τέλος in loco Lucæ laudato ad imitationem Hebraici בְּאַחֲרִית (Deuter. VIII. 16.) æque commode *tandem, ad extremum* reddi posset, quo sensu τέλος legitur apud Ælian. V. H. X. 16. XII. 22. Xenoph. Mem. II. 7. 13. et apud Thucyd. aliquoties. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. cap. 13. 11. p. 558. et Wetstenii N. T. T.

I. p. 779. Sic εἰς τέλος quoque reddendum est 1 Thess. II. 16. Sæpius in N. T. non reperitur. — Lexic. Cyrilli MS. Brem. τέλος· πέρας, τελευταῖον. Idem: τέλος· σκοπός. Hesych. τέλος· τάγμα, πέρας, καὶ τὸ καταβαλλόμενον τοῖς τελώναις. Suid. τέλος· καὶ τὸ διδόμενον τοῖς βασιλεῦσι. Etym. M. τέλος σημαίνει ἕξ, τὸ τάγμα, (Homer. Iliad. κ', v. 470.) τὸ πέρας, ἤγουν τὸ πλήρωμα, (Homer. Iliad. σ', v. 378.) τὸ πρᾶγμα, (Homer. Odyss. ί, v. 5.) καὶ τὴν ἑορτὴν, (conf. Valckenarium ad Eurip. Hippolyt. v. 163.) τέλος καὶ τὸ διδόμενον τοῖς βασιλεῦσιν, ἤγουν τὸ δημόσιον τέλος, καὶ τὸ δαπάνημα, (Thucyd. IV. c. 60. τέλεσι τοῖς οἰκείοις.) ὅθεν καὶ πολυτελὴς τράπεζα. — Alberti Glossar. Gr. p. 110. τέλος· ἡ λειτουργία.

ΤΕΛΩ'ΝΗΣ, ου, ὁ, *portitor, vectigalium exactor, publicanorum opera, qui portitorium exigit*, a τέλος *vectigal*, aut a τελωνία, quod, teste Polluce in Onom. IX. s. 31. τέλη εἰσπράττειν καὶ ἀπαιτεῖν significat. Recte enim viri, Græce et Latine doctissimi, v. c. Burmannus, (in singulari libro de Vectigalibus Populi Romani.) Casaubonus, (ad Theophrasti Char. c. 6.) Salmasius, (de Fœn. Trapezit. p. 253 seq.) Wetstenius, (N. T. T. I. p. 314 seq.) Fischerus (in Prolus. I. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 22 seq.) et alii observarunt et docuerunt, τελώνας, quorum in N. T. fit mentio, non fuisse *publicanos*, sed *portitores*, quanquam antiquissimis temporibus τελώνας etiam *publicanos* dictos fuisse ex ipsa vocis origine certo colligi potest. Descendit enim τελώνης ἀπὸ τοῦ τέλεος, a vectigali, et ὠνέομαι *emo*, q. οἱ τέλος ὠνησάμενοι. Apud Romanos vero inter *portitores* et *publicanos* hoc discrimen fere erat, ut *publicani* (qui Græce δημοσιῶναι vocabantur,) dicerentur, qui publica vectigalia, soluta certa pecuniæ summa, conduxerant et ex ordine Romanorum equitum ac flore nobilitatis erant; *portitores* autem vocarentur homines humiles, viles et abjecti, quorum opera publicani in excutiendis mercibus et exigendo portitorio utebantur et vel oppidatim tributa colligebant, vel in portubus ac pontibus, a Romanis exstructis, vectigalia a prætereuntibus exigebant. Jam, quia portitores (τελῶναι, dicti alias δεκατηλόγοι et εἰκοστηλόγοι, Hebraice מוֹכְסִים vide Buxtorf. Lex. Talmud. ad vocem מֶכֶס. Syrus interpres N. T. eos denotat voce ܡܟܣܐ.) Romanorum erant ministri, quorum imperium impatientissime ferebant Judæi et sæpe erant homines acerbi et iniqui, nimium pro arbitrio exigentes, non solum Judæis admodum exosi erant, sed etiam factum est, ut, si homines, insigniter improbi, injuriosi et detestabiles nominandi essent, nominarentur nominatim τελῶναι et a Maimonide et Talmudistis cum scortatoribus, furibus, latronibus, sicariis, prædonibus aliisque hujus farinæ hominibus jungerentur, ut docuit Carpzovius in Notis ad Schickard. Jus Reg. p. 277. et Goodwin. Mos. et Aaron. Lib. I. cap. 2. p. 12. Adde Schurzfleischii Diss. de Ordine Publicanorum. Lips. 1700. Matth. V. 46. οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι; nonne etiam portitores idem faciunt? coll. Luc. VI. 32. καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγαπῶσι. ibid. v. 47. ubi tamen pro τελῶναι Griesbachius rectius edidit ἐθνικοί. ibid. IX. 10, 11. μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν. ibid. X. 3. ὁ τελώνης qui quondam portitorem egerat. ibid. XI. 19. XVIII. 17. ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης habeas eum pro ethnico et portitore, h. e. nullum commercium cum eo habeas. ibid. XXI. 31, 32. οἱ τελῶναι καὶ αἱ πόρναι. Marc. II. 15, 16. Luc. III. 12. V. 27, 29, 30. VII. 29, 34. XV. 1. XVIII. 10, 11, 12. ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοὶ, ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. Lucian. T. I. p. 332. ed. Græv. Alexandrini interpretes nuspiam hac voce usi sunt. Verbum τελωνέομαι *tributarius sum, vectigal a me exigitur*, extat 1 Macc. XIII. 39. Substantivo τελωνία *redemtio vectigalium* usus est Demosthenes p. 568. 7. ed. Reisk., apud quem etiam p. 732. 1. adjectivum τελωνικὸς reperitur. Cf. Joh. Struckmanni Comm. de Portitoribus, seu Publicanis, in N. T. obviis, ad illustranda nonnulla N. T. loca. Lemgov. 1750. 4. et C. G. Mülleri Tract. de τελώναις et ἁμαρτωλοῖς a scriptoribus N. T. sæpe conjunctis. Geræ 1779. 4.

ΤΕΛΩ'ΝΙΟΝ, ίου, τὸ, *telonium*, non solum *functionem et munus* significat, *quo mancipes fungebantur*, teste Brissonio de Verbor. Significat. sed etiam *portitorium, locum, ubi portitores sedentes observabant huc illuc commeantes, ut exigerent ab iis vectigalia*, das Zollhaus, *the customhouse*, a τελώνης, *portitor*, aut a τελωνέω *vectigal exigo*. Scribitur etiam τελωνεῖον, et Hebraice vocatur בֵּית הַמֶּכֶס. Cf. Buxtorf. Lex. Talmud. et Rabbin. p. 1065. Ter tantum legitur in N. T. Matth. IX. 9. εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον vidit aliquem sedentem ad portitorium, seu vectigalarium, seu, ut aliis interpretibus visum est: sedentem ad vectigalia (τελώνιον enim interdum *vectigal* significare docuit Valckenarius Diatrib. p. 280.) exigenda et recipienda, coll. Act. III. 10. Syrus reddidit: ܒܝܬ ܡܟܣܐ *domus telonii*. Marc. II. 14. Luc. V. 27. Suid. τελώνιον προπεριεσπωμένως ὁ τόπος, ἐν ᾧ καθίζεται ὁ τελώνης. Etiam Pollux Onom. IX. cap. 5. s. 28. inter partes urbis maritimas portum, navium stationem, numerat καὶ δὴ καὶ τελώνια. Gloss. Vet. τελώνιον, *vectigalium, telonatum, mancipatum*. ubi ex emendatione Grotii scribendum est: *vectigalarium, telonarium, manciparium*. Vide quoque Hemsterhus. ad Dial. Sel. Luciani p. 18.

ΤΕ'ΡΑΣ, τος, τὸ, *prodigium, portentum, ostentum, miraculum*, quasi τρέας, ἀπὸ τοῦ τρεῖν *tremere, pavere, terrefieri*, quod prodigium fere hominibus terrorem incutiat. Differt autem τέρας a σημείῳ, hoc enim generatim sumitur pro quolibet signo ordinario, etiam extra miraculum, illud vero semper sumitur pro portento, vel prodigio, qualia miracula dicuntur. In N. T. libris fere semper τέρατα cum σημείοις conjunguntur ad imitationem scriptorum Hebraicorum V. T., apud quos vocabula מֹפְתוֹת et אֹתוֹת passim conjuncta reperiuntur, v. c. Deut. VI. 22. XIII. 1. Ies. VIII. 18. XX. 3. Jerem. XXXII. 20, 21. Ezech. XXIV. 24. καὶ δώσουσι σημεῖα μεγάλα καὶ τέρατα qui se insignia miracula et prodigia edituros esse promittent, seu jactabunt. Marc. XIII. 22. Joh. IV. 48. Act. II. 19. τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω prodigia sursum in cœlo. ibid. v. 22. δυνάμεσι καὶ τέρασι καὶ σημείοις miraculis et prodigiis omnis generis. ibid. v. 43. IV. 30. V. 12. VI. 8. VII. 36. XIV. 3. XV. 12. Rom. XV. 19. ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων facultate varia miracula patrandi. 2 Cor. XII. 12. ἐν σημείοις καὶ τέρασι καὶ δυνάμεσι. 2 Thess. II. 9. Hebr. II. 4. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hoc vocabulo pro מוֹפֵת idem, Exod. IV. 21. VII. 3, 9. Deut. IV. 34. Joel.

II. 30. פֶּלֶא *mirum, mirabile, miraculum,* Exod. XV. 11. שַׁמָּה *res stupenda, stupor,* Psal. XLVI. 9. et Chaldaico תִּמְהִין ,תִּמְהַיָּה *mirabilia, miracula,* Dan. IV. 2. VI. 27. Præterea legitur quoque apud Polyb. Hist. III. 10. Ælian. V. H. XII. 57. Xenoph. Mem. I. 4. 15. Herodot. II. 82. Aristoph. Ran. v. 1382. Homer. Odyss. μ', 394. Suid. *τέρας· παράπλασμα, παρὰ φύσιν τεχθὲν, ἢ σημεῖον.* Vet. Gloss. Gr. Lat. *τέρας monstrum, portentum, prodigium, ostentum.* Alberti Glossar. Gr. p. 114. *τεράτων θαυμασίων πράξεων.* De differentia inter *σημεῖον* et *τέρας* ex mente grammaticorum veterum vide, quæ habet Bielius in Thesauro Philol. T. III. p. 437. Pro *τέρατα* et *τεράτων* Atticos scriptores formis *τέρα* vel *τέραα* et *τερῶν* usos esse, Mœris Atticista et Thom. M. tradunt, quorum auctoritate commotus Fischerus in Prolus. XXX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 665 seq. evangelistas et Paulum, quos semper *τέρατα* et *τεράτων* scripsisse constat, dialecti Macedonicæ et Alexandrinæ consuetudinem secutos esse judicavit.

ΤΕ'ΡΤΙΟΣ, *ίου, ὁ, Tertius.* Nomen amanuensis Pauli Latinum. Legitur in N. T. tantum Roman. XVI. 22.

ΤΕ'ΡΤΥΛΛΟΣ, *ου, ὁ, Tertullus.* Nomen proprium oratoris cujusdam Romani, accusantis Paulum. Act. XXIV. 1, 2. ubi vid. Wetstenius.

ΤΕΣΣΑΡΑ'ΚΟΝΤΑ, *οἱ, αἱ, τὰ, quadraginta.* Est numerale indeclinabile a *τέσσαρες quatuor.* Matth. IV. 2. *ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα* dies quadraginta et noctes quadraginta. Marc. I. 13. Luc. IV. 2. Joh. II. 20. Act. I. 3. IV. 22. *ἐτῶν ἦν πλειόνων τεσσαράκοντα ὁ ἄνθρωπος* annorum erat plurium quam quadraginta homo. ib. VII. 30, 36, 42. XIII. 21. (ubi *ἔτη τεσσαράκοντα* et ad Samuelis et ad Sauli ætatem pertinent. Conf. Ottii Spicil. ad N. T. ex Josepho p. 295.) XXIII. 13, 21. 2 Cor. XI. 24. *πεντάκις τεσσαράκοντα* quinque et quadraginta. Hebr. III. 9, 17. Apoc. XI. 2. XIII. 5. XIV. 1, 3. XXI. 17. Alexandrini adhibuerunt pro אַרְבָּעִים idem, Genes. V. 13. VII. 4, 12, 17. VIII. 6. etc.

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑΕΤΗ'Σ, *έος, ὁ, ἡ, quadragenarius, qui quadraginta annorum est,* ex *τεσσαράκοντα quadraginta* et *ἔτος, εος, τὸ, annus.* Bis tantum in N. T. legitur. Act. VII. 23. *ἐπληροῦτο αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος* expletum fuit ei tempus quadraginta annorum, h. e. anno ætatis ejus quadragesimo. ib. XIII. 18. *τεσσαρακονταετῆ χρόνον* per quadraginta annos.

ΤΕ'ΣΣΑΡΕΣ, Attice ΤΕ'ΤΤΑΡΕΣ, *ων, οἱ, αἱ,* et ΤΑ' ΤΕ'ΣΣΑΡΑ, seu ΤΕ'ΤΤΑΡΑ, *ων, quatuor.* Hebraice אַרְבַּע ,אַרְבָּעָה Genes. II. 10. XI. 16. Dan. III. 25. Legitur in N. T. Matth. XXIV. 31. *ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων* ex quatuor terræ plagis. Marc. II. 3. XIII. 27. Luc. II. 37. *ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων* annorum octoginta quatuor. Joh. XI. 17. Act. X. 11. XI. 5. XII. 4. XXI. 9, 23. XXVII. 29. Apoc. IV. 4, 6, 8, 10. V. 6, 8. *τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἴκοσι τέσσαρες πρεσβύτεροι.* ibid. v. 14. VI. 1, 6. VII. 1, 2, 11. IX. 13, 14, 15. XI. 16. XIV. 1, 3. XV. 7. XIX. 4. XX. 8. XXI. 17.

ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕ'ΚΑΤΟΣ, *η, ον, decimus quartus,* ex *τέσσαρες quatuor, καὶ et,* ac *δέκατος decimus,* quod a *δέκα decem.* Bis tantum in N. T. legitur. Act. XXVII. 27. *τεσσαρεσκαιδεκάτη νὺξ* decima quarta nox. ibid. v. 33. *τεσσαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν* jam dies hic decimus quartus est. Alexandrini habent partim pro אַרְבַּע עֶשְׂרֵה idem, Genes. XIV. 5. 2 Reg. XVIII. 13. Ies. XXXVI. 1. partim pro אַרְבָּעָה עָשָׂר idem, Exod. XII. 6, 18. Num. IX. 3, 5, 11. Ezech. XLV. 21. etc.

ΤΕΤΑΡΤΑΙ'ΟΣ, *αία, αῖον, quatriduanus, qui quarto die,* seu *per quatuor dies aliquid agit, aut patitur,* a *τέταρτος quartus.* Semel tantum in N. T. legitur Joh. XI. 39. *τεταρταῖος γάρ ἐστι* quatriduanus enim est in sepulcro, h. e. quatuor dies jam in sepulcro agit, i. q. v. 17. *τέσσαρας ἡμέρας ἤδη ἔχων ἐν τῷ μνημείῳ.* Diod. Sic. III. cap. 34. *τεταρταῖοι καταντῶσιν* quatriduo post delati sunt. Xenoph. Cyrop. V. 3. 1. *τεταρταῖος ἐγένετο* quarto die venit. Polyb. Hist. III. c. 52. *ἤδη δὲ τεταρταῖος ὢν* quum quatuor dies jam profectus esset. Simili modo *τριταῖος, πεμπταῖος, ἑνδεκαταῖος* et *δωδεκαταῖος* dixere veteres. Thucyd. III. cap. 3. *καὶ τριταῖος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἐς Μιτυλήνην ἀφικόμενος* et triduo postquam Athenis discessit, Mitylenen delatus; ubi scholiastes: *καὶ τριταῖος· δι' ἡμερῶν τριῶν.* Homer. Odyss. ξ', v. 266. *πεμπταῖοι δ' Αἴγυπτον — — ἱκόμεσθα* quinto autem die Ægyptum venimus. Thucyd. II. c. 97. *ἑνδεκαταῖος τελεῖ* quatuor dierum et totidem noctium spatio. Theocrit. Idyll. II. v. 4. *ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τάλας οὐδέποθ' ἥκει.* ibid. v. 119 et 157. Homer. Iliad. I. 424. *χθιζὸς hesternus,* pro *heri.* ibid. v. 493 et 497. Conf. Fischeri Animadverss. ad Welleri Grammaticam Græc. p. 160. et Wetstenii N. T. T. I. pag. 917.

ΤΕ'ΤΑΡΤΟΣ, *η, ον, quartus,* a *τέσσαρες,* vel *τέτταρες quatuor.* Legitur in N. T. tantum Matth. XIV. 25. *τετάρτῃ δὲ φυλακῇ* quarta tandem vigilia. Marc. VI. 48. Act. X. 30. Apoc. IV. 7. *τὸ τέταρτον ζῶον* quartum animal. ibid. VI. 7, 8. *ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς,* scil. *μέρος,* super quartam terræ partem. ibid. VIII. 12. XVI. 8. *ὁ τέταρτος ἄγγελος* quartus angelus. ibid. XXI. 19. Alexandrini adhibuerunt pro רְבִיעִי in fœmin. רְבִיעִית *quartus,* Genes. I. 19. II. 14. Exod. XXIX. 40. Levit. XIX. 24. pro Chaldaico רְבִיעָיָא ,רְבִיעָיְתָא *quarta,* Dan. II. 40. III. 25. VII. 7, 19. רִבֵּעִים *quartani, quartæ generationis,* Exod. XX. 5. XXXIV. 7. רֶבַע *quarta pars,* Exod. XXIX. 40. 1 Sam. IX. 8. et אַרְבַּע ,אַרְבָּעָה *quatuor,* Prov. XXX. 15, 18, 21, 29.

ΤΕΤΡΑ'ΓΩΝΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, quadrangulus, quadrangularis, quadratus,* ex *τετρὰς, άδος, ἡ, numerus quaternarius,* aut ex *τέτρα,* quod in compositione est idem, quod *τέτταρα, τέσσαρα,* et *γωνία, ας, ἡ, angulus.* Semel tantum in N. T. legitur. Apoc. XXI. 16. *ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται* urbs quadrangularis jacet, seu quadrangula sita est. Exprimitur hoc nomine ab Alexandrinis Hebraicum רָבוּעַ *quadratum,* in plur. רְבֻעִים in fœmin. רְבֻעָה *quadrata,* particip. Paul a רָבַע *quadratum esse,* vel *fieri,* Exod. XXVII. 1. XXX. 2. 1 Reg. VII. 5. Ezech. XLIII. 16. מְרֻבָּע *quadratum,* partic. Pyal, Ezech. XLV. 2. et רְבִיעִית *quarta pars,* Ezech. XLVIII. 20. Xenoph. de Rep. Laced. XII. 1. *τετράγωνον,* scil. *στρατόπεδον,* castra formæ quadratæ. Herodot. I. 178. Cæterum ex Ennio apud Festum et Solino cap. 1. constat, dictam esse primum Romam quadratam, quod

ad æquilibrium erat posita. Suid. τετράγωνος· εὐσταθής, ἑδραῖος.

ΤΕΤΡΑ'ΔΙΟΝ, ίου, τὸ, *quaternio*, (Columella III. 20. 3.) *numerus quaternarius*, vel secundum Erasm. Schmidium, *pars, in quatuor membra distributa*. Est deminutivum ab ἡ τετρὰς, άδος, *numerus quaternarius*. Semel tantum in N. T. legitur Act. XII. 4. ubi Agrippa, tetrarcha, legitur Petrum, apostolum, custodiendum tradidisse τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν quatuor quaternionibus militum, h. e. militibus sex et decem. Scilicet, ut verbis Cel. Fischeri (Prolus. XIX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 452.) utar, "apud Romanos (auctore Vegetio III. 8.) quaterni milites, sive equites, sive pedites, excubitum noctibus ita facere solebant, ut, vigiliis in quatuor partes ad clepsydram distributis, singuli deinceps ternis horis vigilarent. Quia igitur Herodes Petrum custodiri volebat a quatuor militibus, quorum duo eum in ipso carcere observarent, totidem ante fores excubarent, (Act. XII. 6. Polyb. Hist. VI. c. 33.) necesse fuisse facile intelligitur, ut quatuor militum quaterniones delegerentur, qui custodiæ hominis præficerentur." Philo in Flaccum p. 981. στρατιώτην δέ τινα τῶν ἐν τοῖς τετραδίοις φυλακῶν καθ' ὁδὸν εὑρών. Suid. τετράδιον· τὸ ἐκ τεσσάρων συνεστός. Gloss. Vett. τετράδιον· *quaternio*.

ΤΕΤΡΑΚΙΣΧΙ'ΛΙΟΙ, αι, α, *quater mille*, *quatuor millia*, ex τετράκις *quater*, quod a τέσσαρες *quatuor*, et χίλιοι *mille*. Legitur tantum in N. T. Matth. XV. 38. qui vero comederant, ἦσαν τετρακισχίλιοι ἄνδρες erant quater mille viri. ibid. XVI. 10. τοὺς ἑπτὰ ἄρτους τῶν τετρακισχιλίων septem panes quatuor millibus hominum suffecisse. Marc. VIII. 9, 20. Act. XXI. 38. Alexandrini habent pro אַרְבַּעַת אֲלָפִים idem, 1 Chron. XII. 26. Ezech. XLVIII. 16, 30, 33, 34.

ΤΕΤΡΑΚΟ'ΣΙΟΙ, αι, α, *quadringenti*, ex τέτρα, vel τετράκις *quatuor*, *quater*, et κόσιοι, αι, α, quod est finis numeri post centum usque ad mille. Legitur in N. T. tantum Act. V. 36. ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων virorum fere quadringentorum. ib. VII. 6. XIII. 20. Galat. III. 17. μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα post annos quadringentos et triginta. Alexandrini adhibuerunt pro אַרְבַּע מֵאוֹת idem, Genes. XXIII. 15, 16. Numer. I. 29, 31. Jud. XX. 17.

ΤΕΤΡΑ'ΜΗΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *quadrimestris*, *qui est quatuor mensium*, ex τετρὰς *quaternarius numerus*, et μὴν, μηνὸς, ὁ, *mensis*. Hinc τετράμηνον, ου, τὸ, sc. μέρος τοῦ χρόνου, *quadrimestre spatium*, *tempus quatuor mensium*. Sic semel legitur in N. T. Joh. IV. 25. οὐχ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἔτι τετράμηνόν (seu τετράμηνος, ut legitur in Griesbachii editione N. T.) ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται quatuor abhinc mensibus dicebatis, post quatuor menses instare messem; (coll. Jon. III. 4.) ubi vid. Wetstenius. Alexandrini usi sunt hac voce pro אַרְבָּעָה חֳדָשִׁים *quatuor menses, quadrimestre*. Jud. XIX. 2. καὶ ἐγένετο ἐκεῖ ἡμέρας τετράμηνον (μηνῶν τεσσάρων alii). ibid. XX. 47. ἐκάθισαν ἐν τῇ πέτρᾳ Ῥιμμὼν τετράμηνον, ubi alii habent τέσσαρας μῆνας. Polyb. XVIII. 32. 5. τετράμηνοι ἀνοχαί. Similiter Alexandrini ἑξάμηνον, ἑπτάμηνον et τρίμηνον dicunt, quas voces vide suo loco in Bielii Thesauro Philologico. Gloss. Vet. τετραμηνιαῖος, *quadrimenstruus*.

ΤΕΤΡΑΠΛΟ'ΟΣ, όη, όον, contracte τετραπλοῦς, ῆ, οῦν, *quadruplus*, *quadruplex*, ex τετρὰς *numerus quaternarius*, et ἁπλόος, οῦς, *simplex*. Legitur tantum in N. T. Luc. XIX. 8. εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν, pro κατὰ τετραπλοῦν μέρος, et si quid cuipiam per fraudes eripui, aut a quoquam plus justo exegi, reddo quadruplum. Non vero nimis vox τετραπλοῦν in hoc loco urgenda videtur; sed numerus certus pro indefinito positus est, ex usu loquendi Hebræorum satis noto, et statuendum est, Zachæum his verbis nihil aliud significare voluisse, nisi hoc, se semper paratissimum esse, damna, aliis illata, resarciendi et multo plura reddendi, quam aliis fraude eripuerit. Conf. 2 Sam. XII. 6. וְאֶת־הַכִּבְשָׂה יְשַׁלֵּם אַרְבַּעְתָּיִם ubi Alexandrini habent: τὴν ἀμνάδα ἀποτίσαι ἑπταπλασίονα. (sec. Cod. Vatic. Sed in Codice Alexandrino legitur ἑπταπλάσιον.) Aquila vero et Symmachus vertunt τετραπλασίως. Adjectivo τετραπλοῦς nuspiam usi sunt Alexandrini. Adverbium autem τετραπλῶς *quadrupliciter* posuerunt pro רְבִיעִית *quarta pars*, 1 Reg. VI. 33.

ΤΕΤΡΑ'ΠΟΥΣ, οδος, ὁ, ἡ. Neutrum τετράπουν, τὸ, scil. ζῶον, vel θηρίον, et in plurali τετράποδα, absolute positum, *quadrupedes bestias et cicures et feras omnes* notat et opponitur τοῖς ἑρπετοῖς et πετεινοῖς, sed si jungitur θηρίοις, *cicures bestias solas* significat, ex τετρὰς *numerus quaternarius*, et ποῦς, ποδὸς *pes*. Legitur in N. T. Act. X. 12. ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ ἑρπετὰ καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ in quo erant omnis generis quadrupedes cicures, et feræ, reptilia et volucres. ibid. XI. 6. Rom. I. 23. καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν et volucrium et quadrupedum (et mansuetarum et ferarum) et reptilium. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alex. respondet Hebraico vocabulo בְּהֵמָה. (quo significantur *bestiæ præter repentes et volatiles omnes*, et quod ab Hebræis primo nunc nude ponitur et simpliciter, v. c. Genes. I. 26. nunc ita, ut ei addatur nomen הָאָרֶץ Ies. XVIII. 6. deinde adjungitur piscibus, volucribus, reptilibus, ita, ut modo bestias, et feras et mansuetas, Genes. I. 26. modo tantum feras bestias significet, Genes. VII. 21.) Genes. XXXIV. 21. Exod. IX. 9, 10. Levit. VII. 21. Job. XII. 7. et חַיָּה *animal*, *bestia*, *fera*, Job. XL. 20. Ies. XL. 16.

ΤΕΤΡΑΡΧΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *sum tetrarcha*, a τετράρχης *tetrarcha*, quod vide. Semel tantum in N. T. legitur Luc. III. 1. καὶ τετραρχοῦντος τῆς Γαλιλαίας Ἡρώδου cum Herodes tetrarcha esset Galilææ. Pro τετραρχεῖν legitur apud Græcos etiam τετραδαρχεῖν, v. c. apud Demosthenem p. 268. 22. ed. Reisk. ὑπὸ Θετταλῶν τετραδαρχουμένων, et ibid. p. 117. 26. pro τετραρχία legitur τετραδαρχία.

ΤΕΤΡΑ'ΡΧΗΣ, ου, ὁ, *tetrarcha*, proprie: *qui quartæ alicujus regni parti*, τετράδι, *cum imperio infinito et potestate regia præest, etsi nomine regis non utitur*; ex τετρὰς *quaternarius numerus*, a τέσσαρες *quatuor*, et ἀρχὴ *imperium*. Deinde vero *tetrarcha* quandoque etiam dictus est, *qui tertiæ dimidiæve alicujus terræ parti imperat atque adeo totam aliquam civitatem unus sub imperio habet, ita, ut tetrarchæ nomen non minus quam potestas nomini et potestati regiæ propemodum par fuerit*, ut recte observavit Fischerus in Prolus. XVIII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 428 seq. Sic legitur

ὁ τετράρχης Herodes Antipas, tetrarcha. Scilicet post mortem Herodis Magni imperator Augustus regnum ejus inter ipsius tres filios distribuit, ita, ut duas partes regni paterni, nempe Judæam, Idumæam et Samariam, *Archelaus* obtineret et ἐθνάρχης, non vero βασιλεὺς appellaretur; *Antipas*, Archelai frater, Galilæam et Peræam acciperet et tetrarchæ nomine et titulo esset insignis; (unde Luc. III. 1. eum τετραρχοῦντα τῆς Γαλιλαίας, et ibid. III. 19. IX. 7. coll. Matth. XIV. 1. τὸν τετράρχην appellavit. Sed Marcus VI. 14, 22. eum βασιλέα vocavit.) *Philippo* autem, Antipæ et Archelai fratri, Batanæam, Auranitidem (quam utramque regionem Lucas III. 1. Ituræ nomine complexus est.) et Trachonitidem ita attribueret, ut ipse quoque τετράρχης diceretur. Philippo mortuo tetrarchia ejus Syriæ ab imperatore Tiberio adjecta est. Herodis Antipæ (qui, quia regnum affectare videretur, in Galliam primo, deinde in Hispaniam in exilium abire cogebatur,) tetrarchia et Trachonitide Caius Cæsar, Germanici, fratris Tiberii, filius, Agrippam, Aristobuli filium, fratrem Herodiadis, donavit, quum ei jam antea Abilenen concessisset. Hic Herodes Agrippa, quem postea Claudius, successor Caligulæ, Judææ quoque et Samariæ præesse jussit, a Luca vel simpliciter Ἡρώδης, (Act. XII. 6, 11, 19, 20, 21.) vel Ἡρώδης, ὁ τετράρχης, (Act. XIII. 1.) et ὁ βασιλεὺς Act. XII. 1. appellatur. Grotius in Notis ad Matth. XIV. 1. originem vocis τετράρχης ex Galatia, vel Gallogræcia petendam existimat, quæ divisa erat olim in tres partes majores, quarum quæque in partes quaternas minores, τετραρχίας, distribuebatur, quæ habebant suos singulos τετράρχας. Vide Strabonem XII. p. 567. qui refert, sua ætate eidem regioni primo tres, mox duo præfuisse, et tandem totam cessisse uni Deiotaro, ita scilicet, ut pristina nomina, τετραρχία et τετράρχης, servarentur, unde Deiotarus ab Hirtio Bell. Alex. 67. 1. Gallogræciæ tetrarches pæne totius vocatur et a Cicerone ad Div. I. 15. tetrarchia ei tribuitur; sed in posteriori loco Deiotarus etiam rex vocatur, ut ab Appiano B. S. T. I. p. 221. Toll. ὁ βασιλεύς. Vox autem τετράρχης ipso Gallorum in Asiam transitu antiquior est. Nam Thessalia ante Philippi Macedonis tempora in quatuor provincias divisa erat, quarum singulæ tetrarchiæ vocabantur. Confer. Strabo IX. p. 430. ed. Casaub. Eurip. Alcest. v. 1154. et Harpocratio v. Τετραρχία. Hesych. τετράρχαι· βασιλεῖς. Sæpius in N. T. non legitur. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 409 seq.

ΤΕΥ'ΧΩ, fut. τεύξω, 1) proprie: *fabricor, struo, paro.* Hesych. τεύχω· κατασκευάζω. 2) i. q. τυγχάνω *consequor, obtineo.* Semel legitur in N. T. Hebr. VIII. 6. νυνὶ δὲ διαφορωτέρας τέτευχε λειτουργίας jam vero eo præstantius sacerdotium consequutus est: ubi in codicibus nonnullis pro τέτευχε legitur e glossemate τέτυχε et τετύχηκε. 3 Macc. V. 32. βοηθείας τετευχότες. Job. VII. 2. τετευχὼς σκιᾶς, ubi Codex Alex. habet τετυχηκώς. Phrynichus p. 174. τέτευχε τιμῆς, τέτευχε τοῦ σκοποῦ, μὴ λέγε, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ τῷ δοκίμῳ χρῶ, τετύχηκε. Thom. M. τέτευχε τιμῆς ἀδόκιμον λέγειν. τὸ δὲ τετύχηκεν δόκιμον. quam observationem repetens Phavorinus in Lexico suo addit: τὸ γὰρ τέτευχεν ἀντὶ τοῦ κατεσκεύασέν ἐστιν. Confer Fischeri Prolus. XXX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 680 seq. et Matthæi Glossaria Græca minora T. I. p. 1.

ΤΕ'ΦΡΑ, ας, ἡ, *cinis.* Semel tantum legitur hæc vox in N. T. Jud. v. 7. τέφρας πρόκεινται δεῖγμα, coll. 2 Petr. II. 6. τεφρώσας καταστροφῇ κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς. Legitur præterea Tob. VI. 17. VIII. 2. Hist. Drac. v. 7. Hesych. τέφρα· σποδός. Etym. M. τέφρα· παρὰ τὸ τύφω, τὸ καίω, ἡ κεκαυμένη σποδιά. Suid. τέφρα· ἡ κόνις. Confer Sapient. II. 3.

ΤΕΦΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, perf. τετέφρωκα, aor. 1. ἐτέφρωσα, particip. τεφρώσας, *in cineres redigo,* a τέφρα *cinis, pulvis.* Legitur tantum in N. T. 2 Petr. II. 6. τεφρώσας καταστροφῇ κατέκρινεν in cineres redigens damnavit ad eversionem. Ad hunc locum spectat sine dubio glossa Hesychii: τεφρώσας· σποδώσας.

ΤΕ'ΧΝΗ, ης, ἡ, æque late patet hæc vox, ac Latinorum *ars.* Mox enim 1) *artem* significat, *qua aliquid efficitur et elaboratur, aut quæ impenditur alicui rei, agendi peritiam,* quasi τευχάνη, a τεύχω *fabricor, struo.* Hesych. τέχνη· ἐπιστήμη. 1 Reg. VII. 14. καὶ πεπληρωμένος τῆς τέχνης (Hebr. חָכְמָה) καὶ σοφίας. Sic legitur in N. T. Act. XVII. 29. χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου manu, seu arte et ingenio hominum sculpto. Adde Sapient. XIII. 10. XIV. 4, 19. XVII. 7. mox 2) *artem manuariam* notat, *quam aliquis tractat et exercet,* v. c. Act. XVIII. 3. ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην artem enim concinnandorum tentoriorum tractabant. Apoc. XVIII. 22. καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης. Sæpius in N. T. non legitur. Hinc pro עֲבֹדָה *opificium, ministerium* legitur apud Alexandrinos 1 Paral. XXVIII. 21. Sirac. XXXIX. 39. ἐν ἐργασίᾳ τέχνης. Interdum quoque apud Græcos de *fraude et dolo* adhibetur. Hesych. τέχνη· δόλος. Conf. Irmisch. ad Herodian. I. 10. 10. p. 400. Thom. M. p. 843. τέχνη κυρίως, ἡ ἄνευ λόγου μὴ δυναμένη εἶναι. οἷον, γραμματική, ῥητορική. ἐπιστήμη, ἡ μετὰ ἀποδείξεων. οἷον τὰ τέσσαρα μαθήματα. ἐπιτήδευμα δὲ, τὸ λόγου χρεῖον. οἷον χαλκευτική, τεκτονική. λέγονται δὲ καὶ αὗται καταχρηστικῶς τέχναι: ubi conf. interpretes. Vide etiam Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 143 et 378. ed. Zeunii.

ΤΕΧΝΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *artifex, qui artem manuariam exercet, opifex, architectus,* a τέχνη *ars, artificium.* Legitur in N. T. Act. XIX. 24. παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην præstabat artificibus multum quæstum. ibid. v. 38. καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται et ejus socii artifices. Hebr. XI. 10. ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς cujus artifex, et opifex, seu architectus (h. e. *creator* et *conditor*) ipse Deus est. (Cic. de Nat. Deor. I. 8.) Apoc. XVIII. 22. καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης et quivis artifex omnis artis. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro Hebraico חָרָשׁ *artifex, faber,* Deut. XXVII. 15. 1 Chron. XXIX. 5. Jer. X. 9. XXIV. 1. Adde Ælian. V. H. VII. 5. Maxim. Tyr. Diss. III. p. 30. καλεῖ τοίνυν τεχνίτην τὸν Θεόν. et Lucianum Hippia 8. τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργόν. Vid. Wetstenius N. T. T. II. p. 425.

ΤΗ'ΚΩ, fut. 1. τήξω, perf. τέτηχα, 1) proprie: *liquo, liquefacio, mollio.* Τήκομαι *liquesco, colliquesco, liquefio, sive igne, sive aqua.* Diod. Sic. I. 38. τὴν τηκομένην χιόνα. Xenoph. Mem. III. 1. 7. τὰ μήτε σηπόμενα, μήτε τηκόμενα. Asclepiades in Anthol. Gr. Lib. VII. Epigr. 26. p. 587. τήκομαι ὡς κηρὸς παρὰ πυρί, scil. τήκεται. Adde Alexandrinos Jes. LXIV. 2. Micha I. 4. Exod. XVI. 21. Psalm. LVII. 8. Schol. Eurip.

Hecub. 433. κυρίως τὸ τήκεσθαι ἐπὶ χιόνος λέγεται καὶ κηροῦ καὶ τῶν κατ' ὀλίγον ἀναλισκομένων. Eadem tradit Schol. Theocrit. II. 18. et Phavorinus. 2) generatim et metaphorice: *consumo, dissolvo, destruo.* Sic legitur in N. T. tantum 2 Petr. III. 12. καὶ στοιχεῖα καυσούμενα τήκεται et elementa igne dissolventur. Præsens enim τήκεται positum est h. l. pro futuro τακήσεται, quod etiam in quibusdam codicibus e glossemate reperitur. Hesych. τηκόμενος· φθειρόμενος, λεπτυνόμενος, δαπανώμενος. Idem: τήκει· φθείρει, δαπανᾷ, λεπτύνει. Conf. Bielii Thesaurum Philol. s. h. v.

ΤΗΛΑΥΓΩ͂Σ. Adverbium, significans: *clare, dilucide, distincte, perspicue, splendide*, et proprie de *rebus* usurpatur, *quæ procul et longe splendorem suum spargunt*, a τηλαυγής, έος, ὁ, ἡ, *eminus et procul splendens, splendidus*, (Alex. Ps. XVIII. 9. Job. XXXVII. 21. Levit. XIII. 2, 4, 19. Pindar. Olymp. VI. 4. Gloss. τηλαυγής· *lucidus, præcellens.* Suid. τηλαυγές· λίαν λαμπρὸν, πόῤῥωθεν φαῖνον. Hesych. τηλαυγές· τηλεσκόπον, καθαρόν.) hocque ex τῆλε, pro τηλοῦ, *procul, longe*, et αὐγὴ *splendor*. Semel legitur in N. T. Marc. VIII. 25. καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας et vidit procul dilucide omnes, h. e. clare et distincte eminus cernebat, ut unum posset discernere ab altero. Diodor. Sic. I. p. 59. τηλαυγέστερον ὁρᾷν. Hesych. τηλαυγῶς· λαμπρῶς. In versione Alex. leguntur etiam substantiva τηλαύγημα et τηλαύγησις *candor*, seu *splendor, eminus apparens*. Psalm. XVII. 14. Levit. XIII. 23. Hesych. τηλαυγήσεως· λαμπρότητος.

ΤΗΛΙΚΟΥ͂ΤΟΣ, τηλικαύτη, τηλικοῦτο, *tantus*, ex τηλίκος, idem, quod ab ἡλίκος *quantus*, et οὗτος, αὕτη, τοῦτο, *hic, hæc, hoc.* Legitur tantum in N. T. 2 Cor. I. 10. ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς καὶ ῥύεται qui in tot ac tantis mortis periculis nos salvos ac incolumes præstitit et adhuc præstat. Hebr. II. 3. τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας tam salutarem doctrinam si neglexerimus. Jacob. III. 4. τὰ πλοῖα, τηλικαῦτα ὄντα naves, quæ tantæ molis sunt. Apoc. XVI. 18. τηλικοῦτος σεισμὸς tantus terræ motus. Dio LII. p. 333. τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα, ἡλίκα καὶ οἷα.

ΤΗΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *servo, asservo, conservo, reservo, retineo in certum usum et tempus, custodio aliquid solicite, ne elabatur, aut surripiatur, aut lædatur et detrimenti aliquid capiat.* (Æschin. Socr. Dial. III. 19.) Matth. XXVII. 36. καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ et milites, sedentes ad crucem, eum custodiebant; ubi vid. Wetstenius. ibid. v. 54. τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν qui custodirent Jesum. ibid. XXVIII. 4. οἱ τηροῦντες custodes sepulcri Christi, qui cap. XXVII. 65 et 66. κουστωδία vocantur. Joh. II. 10. σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι tu servasti hucusque præstantius vinum. ib. XII. 7. εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτὸ ad tempus pollincturæ meæ hoc unguentum quasi reservavit. Act. XII. 5. ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ Petrus autem in carcere asservabatur. Eodem modo etiam τηρεῖσθαι apud Græcos (v. c. Polyb. Exc. Virt. et Vit. p. 1450.) usurpatur, ut docuit Kühnius ad Diog. Laërt. III. 19. Act. XII. 6. φύλακες δὲ πρὸ τῆς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακὴν et custodes foris carcerem observabant. (Polyb. III. 50. τηροῦσι τοὺς τόπους.) ibid. XVI. 23. ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτοὺς ut diligenter eos servaret. ibid. XXIV. 23. XXV. 4, 21. 1 Cor. VII. 37. τοῦ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον servare filiam suam innuptam. (Cf. D'Arnaud Var. Conject. lib. I. c. 21. p. 152.) 2 Pet. II. 4. εἰς κρίσιν τηρουμένους ut vinculis constricti in tartaro detineantur ad tempus judicii extremi. ibid. v. 9. ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν. ib. III. 7. τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως conservantur, vel asservantur ad diem extremi judicii, quo nempe interibunt et dissolventur. Jud. v. 6. δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. Apoc. XVI. 15. καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ sed custodit vestes suas. (Aristoph. Pace v. 200. τηρῶ σκευάρια.) In eadem significatione respondet τηρεῖν apud Alexandrinos Hebraico נָטַר *custodivit, servavit, conservavit*, Cantic. VIII. 11, 12. צָפַן *abscondidit, recondidit, custodivit*, Cantic. VII. 13. et שָׁמַר *custodivit*, Cantic. III. 3. οἱ τηροῦντες. Symmach. φύλακες. Aquila: φυλάσσοντες. Adde 1 Macc. IV. 61. VI. 50. Joseph. A. J. I. 3. 7. τηρηθεῖεν δ' ἑτέρῳ κατακλυσμῷ. Hesych. τηρεῖ· φυλάσσει, φρουρεῖ. 2) metaphorice: *reservo, asservo*, et dicitur de *rebus futuris, quæ alicui certissime contingent et destinatæ sunt.* Τηρέομαι *immineo, destinatus sum, maneo.* Sic v. c. 1 Petr. I. 4. legitur de felicitate æterna, τετηρημένη ἡμῖν ἐν οὐρανοῖς, quæ nobis in cœlo quasi asservata atque reposita est, h. e. quam Deus nobis aliquando impertietur. 2 Petr. II. 17. οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται quos manent gravissima supplicia, æternum duratura. Eadem verba leguntur quoque Jud. v. 13. Confer Schœttgenii Hor. Hebr. et Talmud. pag. 1036. 3) *constanter et diligenter observo et præsto aliquid.* Matth. XIX. 17. τήρησον τὰς ἐντολὰς diligenter observa decem præcepta. ibid. XXIII. 3. πάντα οὖν, ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε omnia igitur, quæ nos jusserint observare, observate et exsequimini. ibid. XXVIII. 20. διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν injungite iis, ut omnia diligenter observent, quæ vobis præcepi. Marc. VII. 9. ἵνα τὴν παράδοσιν ὑμῶν τηρήσητε ut traditiones vestras observare possitis. Joh. VIII. 51 et 52. ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ doctrinam meam vita exprimens. ibid. v. 55. καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ et mandata ejus exsequor. ib. XIV. 15, 21, 23, 24. τοὺς λόγους μου οὐ τηρεῖ. ibid. XV. 10. XVII. 6. καὶ τὸν λόγον σου τετηρήκασι et constantes manserunt in tua doctrina. Act. XV. 4. τηρεῖν τὸν νόμον Μωϋσέως. ib. XXI. 25. 1 Tim. VI. 14. Jacob. II. 10. 1 Joh. II. 3, 4, 5. III. 22, 24. V. 2, 3. Apoc. II. 26. ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου qui totus se ad exemplum meum conformat. ib. III. 3. τήρει, sc. ἃ εἴληφας καὶ ἤκουσας. Verba autem καὶ τήρει καὶ μετανόησον vertenda sunt: et observa, mente mutata. Alii reddere malunt: animo retine et resipisce. ibid. v. 8, 10. ἐτήρησάς τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου. ib. XII. 17. XIV. 12. Polyb. Hist. I. 83. Herodian. VI. 6. 2. et VII. 9. 7. Achilles Tat. VIII. p. 517. ed. Salmas. Eodem modo τηρεῖν usurpatum legitur apud Alexandrinos 1 Sam. XV. 11. καὶ τοὺς λόγους μου οὐκ ἐτήρησεν. Proverb. XVI. 3. ubi Hebraico שָׁמַע *obedivit, morem gessit*, respondet. Prov. VIII. 34. Exod. XXIV. 7. (Adde Sirac. XXIX. 1.) et נָצַר *servavit, conservavit, custodivit.* Ps. CXIX. 34. Prov. XXVIII. 7. Conf. etiam Gatakerum de Stilo N. T. p. 110. Vorstii Philol. Sacr. c. 6. p. 192 seq. ed. Fischeri et Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 88. 3) *religiose et sancte celebro.* Joh. IX. 16. ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ quoniam sabbatum non religiose celebrat, aut: quia leges Judaicas de sabbato, sancte celebrando, violat. 4) *tueor, efficio, ut*

aliquis constans sit ac perseveret in aliqua re, et τηρῶ ἐμαυτὸν *me semper constantem præsto*. Joh. XVII. 12. ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου ego eos constantes reddidi in doctrina tua, seu, effeci, ut a tua religione non deficerent. ib. v. 11 et 15. ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ ne patiaris, ut his calamitatibus adducti a me deficiant. 2 Cor. XI. 9. ἐν παντὶ ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα καὶ τηρήσω nullo unquam tempore causam vobis præbui sumtuum et impensarum faciendarum, nec unquam præbebo. Ephes. IV. 2. σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος studete tueri inter vos animi studiorumque consensum. 1 Thess. V. 23. 1 Tim. V. 22. σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει semper te integrum vitæ scelerisque purum præsta. 2 Tim. IV. 17. τὴν πίστιν τετήρηκα. Vide supra πίστις et quæ de hac formula notavit Wetstenius N. T. T. II. p. 366. Jacob. I. 27. ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν ἀπὸ τοῦ κόσμου purum se conservare ab omni vitiositate. Jud. v. 1. τοῖς τετηρημένοις κλητοῖς christianis, qui constantes manserunt in religione christiana. Alii vertunt: quibus destinata est a Deo felicitas æterna. ibid. v. 6. ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν. Vide supra dicta ad v. ἀρχή. ib. v. 21. ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ τηρήσατε vos semper amore Dei dignos præstate. Marc. Antonin. ad se ipsum VI. c. 23. τήρησον οὖν σεαυτὸν ἁπλοῦν, ἀγαθὸν, ἀκέραιον. Sapient. X. 5. ἐτήρησεν αὐτὸν ἄμεμπτον τῷ Θεῷ. 5) *libero, eruo, salvum et incolumem præsto*, sequente præpositione ἐκ. Joh. XVII. 15. ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ sed ut eos eripias illis calamitatibus. Apoc. III. 10. κἀγώ σε τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ τῆς μελλούσης ἔρχεσθαι ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης. Alex. Prov. VII. 5. XVI. 18. 6) *attendo ad aliquam rem, diligenter animadverto, observo*. 1 Joh. V. 18. ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ τηρεῖ ἑαυτὸν sed verus Dei filius se ipsum observat, h. e. vigilans et circumspectus est, caute agit, sollicite cavet sibi a peccato. Apoc. I. 3. οἱ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα qui animum adverterint (aut: servaverint animo infixa.) ad ea, quæ sunt in hoc libro scripta. ibid. XXII. 7, 9. Menander apud Nonium Marcellum IV. 411. τηρῶ τὸν ἥλιον, τά τ' ἄστρα. Lysias Orat. II. c. 9. οὐκ ἐτήρησα αὐτὸν, οὗ μόνον οἷόν τε ἦν λαβεῖν. Strabo III. p. 211. τὰς δὲ βοῦς φασι καὶ τετηρηκυίας τὸ συμβαῖνον, περιμένειν τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάττης. Diod. Sic. XVIII. p. 652. καὶ τοὺς τηρήσαντας, ἵνα τελευτήσῃ, παρακατέστησε. Confer Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. pag. 738. Etym. M. s. v. λατρεία· τηρῶ· τὸ βλέπω. Adde Eustath. ad Homeri Iliad. β', 829. p. 359. ed. Rom. Eodem modo etiam *servare* usurpatur apud Plautum Rud. IV. 1. 4. et Lucanum V. 395. et Hebraica נָצַר Proverb. XXIII. 26. ac שָׁמַר Cohel. XI. 4. 7) *insidiose observo, observo malo animo, callide capto, aucupor, insidior*. Joh. XV. 20. εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν si meam doctrinam insidiose observarunt, (aut si meos sermones aucupati sunt, aut si mihi docenti insidias struxerunt) etiam vestram, insidiandi vobis causa, captabunt. Ita enim hæc verba vertenda esse, non solum locus Luc. XI. 53, 54. sed etiam antecedentia et consequentia suadent. Aristot. Rhet. II. cap. 5. Alexandrini Genes. III. 15. αὐτός σου τηρήσει κεφαλὴν καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ τὴν πτέρναν. Conf. quoque Psalm. LVI. 7. Th. Gatakeri Opera Critica p. 107 seq. et Schwarzii Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1319. Sæpius in N. T. non legitur. — Phavor. τηρῶ σημαίνει δύο· τὸ παραφυλάττω, ἤτοι τὸ κοινῶς λεγόμενον παρακάθημαι· ὡς καὶ Λιβάνιος· καὶ τηρήσας ἀφιέντα δίσκον, ἀντὶ τοῦ παραφυλάξας· καὶ τηρῶ νυκτὸς φυλακὴν, ἀντὶ τοῦ φοβούμενος φυλάττω. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις, αἵτινες τηροῦμεν ὑμᾶς, ἤγουν φυλάττομεν.

ΤΗ'ΡΗΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *servatio, conservatio, asservatio*. Est enim verbale a secunda pers. perf. pass. τετήρησαι, verbi τηρέω *servo, asservo, conservo*. 2) *servatio, observatio*, quatenus in eos cadit, qui oculos in aliquem, aut rem aliquam intendunt, vel bono animo, ut ei prosint, sibi caveant et consulant, vel animo malo, ut ei noceant et obsint. Confer Stephani Thesaur. Ling. Gr. T. III. pag. 1464. 3) metaphorice *observationem* significat, ita, ut *violationi* opponatur et de *iis* usurpetur, *qui leges ac præcepta, pacta et fœdera observant*. 1 Cor. VII. 19. ἀλλὰ τήρησις ἐντολῶν Θεοῦ, sc. ἐστί τι, sed observatio præceptorum divinorum momentum habet maximum. Sapient. VI. 18. τήρησις νόμων. Sirac. XXXV. 23. τήρησις ἐντολῶν. 4) *custodia, et qualis tribui solet iis, qui tuentur aliquid et conservant, ut intactum et integrum maneat*, (2 Macc. III. 40.) *qui regioni alicui atque provinciæ ita præsunt, ut eam tutam salvamque præstent*, (1 Macc. V. 18. coll. Æschin. Socr. Dial. III. 19.) *et qualis in eos cadit, qui custodiunt in carcerem conjectos, ne elabantur inde atque effugiant*, et ex adjuncto, per metonymiam: *carcer*, qui etiam φυλακὴ, οἴκημα et ab Hebræis mox בֵּית כֶּלֶא (2 Reg. XVII. 4. Ies. XLII. 7.) בֵּית מִשְׁמָר (Genes. XLII. 19.) בֵּית מִשְׁמֶרֶת (2 Sam. XX. 3.) mox vero מִשְׁמָר (Genes. XL. 4. XLII. 17. Num. XV. 34.) et מַטָּרָה (Jer. XXXII. 2. Nehem. III. 25. XII. 39.) vocatur. Act. IV. 3. καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον et dederunt eos in custodiam in posterum diem. Syrus h. l. usus est voce ܢܛܘܪܘ nam *carcer* in lingua Syriaca ܒܝܬ ܢܛܘܪܬܐ appellatur. Vide Apoc. II. 10. XX. 7. Act. V. 18. καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ et publicæ eos tradiderunt custodiæ, coll. ver. 19. ubi φυλακὴ legitur. Syrus: ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ quibus verbis de carcere usus quoque est Onquelosus Genes. XL. 3. et Jonathan 2 Reg. XVII. 4. Thucyd. VII. cap. 86. κατεβίβασαν εἰς τὰς λιθοτομίας, ἀσφαλεστάτην εἶναι νομίσαντες τὴν τήρησιν. Schol. ἤγουν φυλακήν. Polyb. VI. 59. 5. Sæpius in N. T. non legitur. Copiose de hac voce exposuit Cel. Fischerus in Specim. I. Supplementorum Commentarii Vorstii de Hebraismis N. T. pag. 11 seq. et Wetstenius N. T. T. II. p. 485.

ΤΙΒΕΡΙΑ'Σ, άδος, ἡ, *Tiberias*, oppidum Judææ, seu potius Galilææ, situm ad effluxum Jordanis e lacu Gennesareth, qui exinde etiam lacus Tiberiadis appellari solet, ad littus scilicet lacus meridionale, ubi jam se iterum intra alveum suum recepit Jordanes. Sic dictum est ab Herode, tetrarcha, qui eam in gratiam et memoriam *Tiberii* Cæsaris condidit. Conf. Josephi A. J. XVIII. 3. 3. Commemoratur hæc urbs in N. T. tantum Joh. VI. 1. πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος trans lacum Galilææ prope Tiberiada. ib. v. 23. ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια ἐκ Τιβεριάδος alia vero navigia venerant a Tiberiade. ibid. XXI. 1. ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος ad mare Tiberiadis, quod olim dictum fuit יָם כִּנֶּרֶת Num. XXXIV. 11.

vel, prout Jos. XII. 3. legitur, יָם כִּנְּרוֹת postea autem, teste Josepho, lacus Gennesar fuit appellatum, a regione vicina, Γεννησὰρ dicta. Sunt, qui exinde concludant, ipsam urbem Tiberiadem antiquitus כִּנֶּרֶת nominatam fuisse; at hoc vel inde refutari potest, quod כִּנֶּרֶת urbs erat tribus Naphthaliticæ. Jos. XIX. 35. Conf. Hadr. Relandi Palæstina Lib. III. p. 1036 seq. et Cellarii Geogr. Plen. Lib. III. cap. 13. p. 417. Stephan. Τιβεριάς· πόλις τῆς Ἰουδαίας πρὸς τῇ Γεννησαρίτιδι λίμνῃ.

ΤΙΒΕ'ΡΙΟΣ, ίου, ὁ, *Tiberius*, tertius Romanorum imperator, Tiberii Neronis ex Livia filius, sic dictus, ut quibusdam videtur, a Tiberi, fluvio, quod juxta Tiberim natus esset. Sub eo Christus est crucifixus, et anno imperii ejus decimo quinto Johannes, baptista, munus suum auspicatus est, teste Luca III, 1. Qualis fuerit, optime e Suetonio in ejus vita, Tacito Annal. Lib. I. c. 3 seq. et Dione Cassio Lib. XV. pag. 636. et LVII. p. 689. cognosci potest. Alberti Glossar. Gr. pag. 52. Τιβερίου, δράσεώς αὐτῶν.

ΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. θήσω, perf. τέθεικα, Bœotice pro τέθηκα, aor. 1. ἔθηκα, pro ἔθησα, 1) proprie: *colloco, pono aliquid in aliquo loco, ut ibi sit, repono, condo*, a θέω inusitato, idem. Matth. V. 15. καὶ τιθέασιν (quod Ionice ponitur pro τιθεῖσιν, quanquam hæc forma etiam apud Atticos scriptores reperitur. Vide Aristot. Metaphys. XI. cap. 1. Theophrast. de Causis Plantar. II. cap. 6. Themist. Orat. XXVIII. p. 347. Diog. Laërt. I. s. 30.) αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον et ponunt illud subter modium. ibid. XXVII. 60. καὶ ἔθηκεν αὐτὸ ἐν τῷ καινῷ αὐτοῦ μνημείῳ et condidit illud in novo suo sepulcro, coll. Marc. XV. 46. καὶ κατέθηκεν αὐτὸν ἐν μνημείῳ. Cf. etiam 1 Reg. XIII. 31. Dionys. Halic. A. R. Lib. III. pag. 151. et Palairet. Obss. Philol. p. 142. Marc. IV. 21. ἵνα ὑπὸ τὸν μόδιον τεθῇ, ἢ ὑπὸ τὴν κλίνην. ibid. VI. 29. καὶ ἔθηκαν αὐτὸ ἐν τῷ μνημείῳ. ibid. v. 56. ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐτίθουν (pro ἐτίθεσαν) τοὺς ἀσθενοῦντας, coll. Matth. XIV. 35. Marc. XV. 47. ποῦ τίθεται ubi corpus ejus conderetur. Ponitur præsens pro imperfecto, per heterosin. Pro τίθεται codices nonnulli habent τέθειται. ibid. XVI. 6. ἴδε ὁ τόπος, ὅπου ἔθηκαν αὐτόν. Luc. V. 18. καὶ θεῖναι ἐνώπιον αὐτοῦ atque illi proponere. ibid. VI. 48. καὶ ἔθηκε θεμέλιον ἐπὶ τὴν πέτραν et ponit fundamentum in rupe. Dionys. Halic. A. R. Lib. III. p. 201. τοὺς δὲ θεμελίους ἔφθασε θεῖναι τοῦ ναοῦ. Luc. VIII. 16. ὑποκάτω κλίνης τίθησιν. ibid. XI. 33. εἰς κρυπτὴν τίθησιν in occulto ponit. ibid. XIV. 29. θέντος αὐτοῦ θεμέλιον. ibid. XXIII. 53, 55. Joh. XI. 34. ποῦ τεθείκατε αὐτόν; ubinam eum condidistis? ibid. XIX. 41, 42. XX. 2, 13, 15. Act. III. 2. ὃν ἐτίθουν καθ᾽ ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν quem cotidie ponebant ad templi portam. ibid. V. 15. τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ κραββάτων. ib. VII. 16. IX. 37. XIII. 29. Rom. IX. 33. XIV. 13. τοῦ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον. Vide supra πρόσκομμα et σκάνδαλον. 1 Cor. III. 10. θεμέλιον τέθεικα. Vide supra θεμέλιον. ibid. v. 11. XII. 18. νυνὶ δὲ ὁ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη ἓν ἕκαστον αὐτῶν ἐν τῷ σώματι, καθὼς ἠθέλησεν nunc vero Deus cuique membro pro sapientia sua in corpore humano locum suum assignavit. 1 Petr. II. 6. Apoc. XI. 9. καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν οὐκ ἀφήσουσι τεθῆναι εἰς μνῆμα. Adde Alex. Genes. XXIV. 9. ἔθηκε ὁ παῖς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὑπὸ τὸν μηρόν. 1 Reg. XIII. 30. ἔθηκε τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ. Prov. XXII. 28. ὅρια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. Esr. VI. 9. Ezech. XIII. 14. καὶ θήσω αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν. Jos. VII. 23. καὶ ἔθηκαν αὐτὰ ἔναντι Κυρίου. Ies. XIV. 13. Dan. VII. 9. Ps. XVIII. 5. CIII. 10. 1 Paral. X. 10. 2) *depono aliquid, levo me aliqua re.* Joh. XIII. 4. καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια et deposuit pallium. Arrian. Diss. Epict. I. 24. 12 et 29. 45. 3) *conjicio.* Matth. XIV. 3. καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ et conjiciebant in custodiam. Act. IV. 3. καὶ ἔθεντο εἰς τήρησιν εἰς τὴν αὔριον in carcerem ad posterum diem conjecerunt. ibid. V. 18. καὶ ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ publicæ tradiderunt custodiæ. ibid. v. 25. οὓς ἔθεσθε ἐν τῇ φυλακῇ quos in carcerem conjecistis. ibid. XII. 4. ἔθετο εἰς φυλακήν. Alexandrini Gen. XLII. 17. ἔθετο αὐτοὺς ἐν φυλακῇ ἡμέρας τρεῖς. ib. XL. 3. XLI. 10. XLII. 30. 4) *depono*, respondens nostro: niederlegen, *to deposit*, verbum proprium in re pecuniaria. Luc. XIX. 21. αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας exigis, quæ non deposuisti. ibid. ver. 22. 5) *appono, propono*, maxime de cibo et potu. Joh. II. 10. πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι omnes quidem solent primo loco præstantius vinum apponere. Hist. Dracon. v. 14. τὸν οἶνον κεράσας θὲς vinum miscens appone. Xenoph. Anab. VII. 3. 11. Sic Latini: ponere cibum, mensam. 6) *deflecto in terram, incurvo, flecto.* Marc. XV. 19. καὶ τιθέντες τὰ γόνατα προσεκύνουν αὐτῷ et flexis genubus adorarunt eum. Luc. XXII. 41. καὶ θεὶς τὰ γόνατα προσηύχετο et flexis genubus precatus est ita. Act. VII. 60. IX. 40. XX. 36. XXI. 5. καὶ θέντες τὰ γόνατα, ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν προσηυξάμεθα et cum, flexis genibus, ad littus una orassemus. 7) *sepono aliquid, certis usibus destinatum, repono*, i. q. ἀποτίθημι. 1 Cor. XVI. 2. κατὰ μίαν σαββάτων ἕκαστος ὑμῶν παρ᾽ ἑαυτῷ τιθέτω quovis primo hebdomadis die quilibet vestrum in domo sua aliquid seponat. Conf. Krebsii Observatt. Flavian. p. 296. 8) τίθημι, sequente præpositione ἐπί, *impono.* Marc. X. 16. τιθεὶς τὰς χεῖρας ἐπ᾽ αὐτὰ et impositis manibus bene ipsis precatus est. Joh. XIX. 19. καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ et cruci hunc titulum imponi jussit. 2 Cor. III. 13. καθάπερ Μωσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ quemadmodum Moses imponebat velamen faciei suæ: ubi ἐτίθει positum est pro ἐτίθη, factum per contractionem ex Ionico ἐτίθεε. Apoc. X. 2. καὶ ἔθηκε τὸν πόδα αὐτοῦ τὸν δεξιὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, τὸν δὲ εὐώνυμον ἐπὶ τῆς γῆς. Conf. Alex. 1 Reg. II. 24. ἔθετό με ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβίδ. 9) τίθημι παρὰ τοὺς πόδας τινὸς *trado alicui aliquid, demando alicujus curæ et administrationi.* Act. IV. 35. καὶ ἐτίθουν (pro ἐτίθεσαν) παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων et tradebant apostolis. ib. v. 37. et V. 2. Confer quæ supra ad πούς dicta sunt. 10) *constituo.* Act. XIII. 47. τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν constitui te doctorem gentium. ib. XX. 28. ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους cujus vos Spiritus Sanctus constituit antistites. 1 Cor. XII. 28. καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, κ. τ. λ. 1 Tim. I. 12. θέμενος εἰς διακονίαν, pro θέμενος διάκονον, ut me apostolum constitueret. ib. II. 7. εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κῆρυξ καὶ ἀπόστολος cujus tradendæ ac propagandæ causa constitutus ego sum doctor et apostolus. 2 Tim. I. 11. Hebr. I. 2. ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων quem constituit dominum universi. Respondet τίθημι in hac significatione Hebraico שׂוּם quod Alexandrini mox per καθίστημι, 1 Sam. X. 19. mox vero per ποιέω, Genes. XLV. 9. reddiderunt. 11) *decerno, destino, constituo.* Act. I. 7. tempus illud certum et definitum, οὓς ὁ πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ quod pater constituit pro potestate sua. Rom. IV. 17. ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε destinavi te patrem multarum gentium. Act. XIII. 47. τέθεικά σε

εἰς φῶς ἐθνῶν destinavi te doctorem gentium. 1 Thessal. V. 9. ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς ὀργὴν, κ. τ. λ. non enim Deus vult, ut nos miseri reddamur, sed ut participes fiamus felicitatis. 1 Petr. II. 8. εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν, scil. παρὰ τοῦ Θεοῦ, i. q. εἰς ὃ καὶ ὡρισμένοι, vel προωρισμένοι εἰσὶ, quæ quidem sors ipsis a Deo destinata est. In hac significatione τίθημι respondet apud Alexandrinos Hebraico נָתַן. Gen. XVII. 5. et Jerem. I. 5. 12) *do, tribuo, assigno, instruo*. Matth. XII. 18. θήσω τὸ Πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν instruam eum facultatibus docendi idoneis. Verba sunt desumta ex Ies. XLII. 1. ubi in textu Hebraico leguntur verba hæc: נָתַתִּי רוּחִי עָלָיו. Matth. XXIV. 51. καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει, h. e. et pœna ipsum afficiet gravissima; eodem modo tractabit, quo hypocritas. Luc. XII. 46. Alex. Job. X. 12. ζωὴν δὲ καὶ ἔλεος ἔθου παρ' ἐμοῦ. Euripid. Phœn. v. 29. 13) ut Lat. *pono* (Persius Sat. I. 70 et 86. Horat. IV. Od. 8. v. 8.), *efficio, reddo*, i. q. ποιέω. Suid. τίθησι· ποιεῖ. Hesych. ἔθηκεν· ἐποίησεν. Matth. XXII. 44. ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου donec fecero inimicos tuos scabellum pedum tuorum, h. e. donec fecero omnes hostes tibi subjectos. Eadem verba leguntur quoque Marc. XII. 36. Luc. XX. 43. Act. II. 35. 1 Cor. XV. 25. Hebr. I. 13. et X. 13. 1 Cor. IX. 18. ἵνα ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον quod nempe efficio, ut evangelium gratis disci possit. Adde Job. XI. 13. εἰ γὰρ σὺ καθαρὰν ἔθου τὴν καρδίαν σου. Ps. XXXV. 13. ἐθέμην τὸ ἔνδυμά μου σάκκον. 2 Sam. XXII. 34. τιθεὶς τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφων. Genes. XXXII. 12. θήσω τὸ σπέρμα σου εἰς τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης. Adde Job. XXXIX. 6. Psalm. LI. 6. CVIII. 4. Ies. V. 20. et Genes. XIII. 16. ubi Alexandrini pro שׂוּם ποιεῖν posuerunt. Etiam Græcos scriptores θεῖναι pro ποιεῖν posuisse, observavit jam Athenæus in Deipnosoph. XI. c. 14. p. 501. edit. Casaub. et multis exemplis probari potest. Sic v. c. Ælian. V. H. XIII. 6. ὁ οἶνος τίθησι τὰς γυναῖκας τεκνοποιούς. Xenoph. Cyrop. IV. 6. 2. ὥσπερ ἂν εὐδαίμονα πατέρα παῖς τιμῶν τιθείη. ibid. VIII. 7. 3. Menander fragm. p. 16. ἐγώ σε δοῦλον ὄντα ἔθηκ' ἐλεύθερον. Schol. Homer. Il. I. 2. ἔθηκε· ἐποίησε. Confer Schwarzii Comment. Critt. L. Gr. p. 1321. et Palairet. Observv. Philol. p. 395. Sic etiam *ponere* apud Latinos pro *facere* adhibetur, observante Servio ad Virgil. Æneid. X. 623. et Vechnero in Hellenolexia II. 2. p. 398. 14) *propono, expono, palam exhibeo*. 2 Petr. II. 6. ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικὼς exempla ad deterrendos omnes futuros peccatores proposuit. Sic τίθημι quoque sumi videtur apud Alexandrinos Job. XVII. 6. ἔθου δέ με θρύλλημα ἐν ἔθνεσι. Ezech. XIV. 8. θήσομαι αὐτὸν εἰς σημεῖον. 15) *idoneum reddo*. Joh. XV. 16. καὶ ἔθηκα ὑμᾶς et idoneos vos reddidi. 16) τίθημι τὴν ψυχὴν *pono* vel *depono animam*, h. e. *morior, mortem subire paratus sum*. Joh. X. 11. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων verus pastor ovium causa mortem adeo non declinat. ibid. v. 15 et 17. ὅτι ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου quoniam vitam adeo meam impendo pro salute cultorum meorum. ibid. v. 18. ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ sed sponte mortem subeo. ibid. XIII. 37, 38. XV. 13. ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ quam si vitam pro amicis profundere paratus est. 1 Joh. III. 16. Sic etiam *animam ponere* pro *deponere animam* legitur apud Cic. IX. Fam. 24. s. 11. et Propert. Lib. I. Eleg. XIII. v. 15. et Lib. II. Eleg. XIII. v. 43. 17) τίθημι ἐν τινὶ τὶ *alicui aliquid demando*. 2 Cor. V. 19. καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς et demandavit nobis doctrinam de reconciliatione hominum cum Deo tradendam et explicandam, seu, injunxit nobis munus edocendi homines de illa conjunctione hominum cum Deo, per Christum restituenda. Similis formula loquendi est apud Hebræos, *ponere verba in ore alicujus*, h. e. mandata alicui dare dicendi aliquid. 18) τίθημι ἐν τῷ πνεύματί μου *decerno, consilium capio*. Act. XIX. 21. ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ πνεύματι proposuit sibi Paulus apud animum. Eandem significationem habet quoque formula θέσθαι ἐν τῇ καρδίᾳ, quæ legitur Act. V. 4. τί ὅτι ἔθου (ponitur contracte pro ἔθεσο, littera σ per syncopen elisa.) ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; quare induxisti animum, hoc facinus patrare? 19) τίθημι ἐν τῇ καρδίᾳ, seu εἰς τὴν καρδίαν, *animo infigo, repono hoc in animo, memori mente teneo*. Luc. I. 66. καὶ ἔθεντο πάντες οἱ ἀκούσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν et omnes hoc audientes animo infixum tenebant. ibid. XXI. 14. θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν vestro igitur animo infigite. Alex. 2 Sam. XIII. 20. μὴ θῇς τὴν καρδίαν σου, etc. Jer. XII. 11. Hagg. II. 19. Sirac. L. 30. 20) τίθημι εἰς τὰ ὦτα *studiose et diligenter attendo, animo infigo*. Luc. IX. 44. θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους hoc animo vestro infigite. 21) τίθημι βουλὴν *do consilium*. Act. XXVII. 12. οἱ πλείους ἔθεντο βουλὴν plurimi dederunt consilium. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΙ'ΚΤΩ, fut. τέξω, vel τέξομαι, 1) proprie: *pario, gigno, genero, procreo*, interdum etiam *concipio*, et de maribus æque ac fœminis, et de hominibus non solum, sed etiam animalibus usurpatur, a τέκω, ε in ι mutato. Matth. I. 21. τέξεται δὲ υἱὸν pariet vero filium. ibid. v. 23, 25. ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. ibid. II. 2. ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς Βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; ubi est recens natus rex Judæorum? Luc. I. 31, 57. τῇ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτὴν jam vero aderat Elisabethæ tempus pariendi, collat. Gen. XXV. 24. ibid. II. 6, 7, 11. Joh. XVI. 21. Galat. IV. 27. στεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα sterilis, quæ nunquam peperit. Hebr. XI. 11. Apoc. XII. 2, 4, 5, 15. Alexandrini usi sunt pro יָלַד *genuit, generavit, procreavit*, Gen. III. 16. IV. 1, 2. XVI. 1, 2. Exod. I. 19. et הָרָה *concepit, uterum gessit*. Hos. II. 5. Adde Genes. XXX. 43. ἡνίκα δ' ἂν ἔτεκε τὰ πρόβατα, ubi respondet Hebraico הֶעֱטִיף *coivit*. Hesych. τίκτειν καὶ ἐπὶ ἀῤῥένων, τίκτει μ' ἀνὴρ ἀνάσσων Μυρμιδόνεσσι. Homer. Il. φ', v. 188. ibid. ε', v. 546 seq. Od. ξ', v. 174. et ο', v. 249. Eurip. Phœn. v. 53. 55. et 1637. Thomas M. p. 851. τίκτειν κυρίως ἐπὶ γυναικῶν, τὸ δὲ γεννᾷν ἐπὶ ἀνδρῶν, ὅθεν καὶ γεννήτωρ καὶ γενέτης ὁ πατήρ. Ὅμηρος δὲ καὶ ἐπὶ ἀνδρὸς τῷ τίκτειν ἐνίοτε χρῆται· ὡς ἔχει τὸ, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς. καὶ τό· τίκτει μ' ἀνὴρ πολλοῖσιν ἀνάσσων. Confer Foësii Œconomiam Hippocratis p. 371. et Barnesium ad Eurip. Iphig. in Aul. v. 639. Et sic quoque Latinum *parere* de maribus usurpatur. Vide Burmannum ad Quinctilianum VIII. 6. 2) metaphorice: *profero, produco*, et terræ tribuitur Hebr. VI. 7. γῆ — τίκτουσα βοτάνην terra, proferens herbam. Incertus auctor in Poët. Gnom. p. 203. γῆ πάντα τίκτει καὶ πάντα κομίζεται. Eurip. Cycl. v. 332. γῆ — — τίκτουσα ποίαν. Lucret. Lib. II. v. 896 seq. "Humorum guttas mater cum terra recepit, fœta parit nitidas fruges."

Confer interpretes ad Ovidii Metam. XV. v. 92. 3) metaphorice: *efficio, creo.* Jac. I. 15. ἡ ἐπιθυμία τίκτει ἁμαρτίαν prava cupiditas parit peccatum. (Fortasse τίκτει significat h. l. *concipit* et in utero gestat, ut interpretatus est Wakefield in Silva Critica P. V. p. 153. ex usu LXX Intt. Confer Hos. II. 5.) Zenobius Centur. III. § 28. δίκη δίκην ἔτικτε καὶ βλάβην βλάβη. Theodorides in Anthol. Gr. L. IV. c. 9. Epigr. 4. p. 456. ἁ ἀχάλινος ἀφροσύνη τίκτει πολλάκι δυστυχίαν. Simili ratione τίκτειν usurpatur Job. XXXVIII. 28. τίς δέ ἐστιν ὁ τετοκὼς βόλους δρόσου. ib. v. 29. πάχνην δὲ ἐν οὐρανῷ τίς τέτοκεν; Sæpius in N. T. non legitur.

* ΤΙ'ΛΛΩ, *vello, evello, vellico.* Ter tantum in N. T. legitur. Matth. XII. 1. τίλλειν στάχυας vellere aristas. Marc. II. 23. τίλλοντες τοὺς στάχυας. Luc. VI. 1. καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας. Alexandrini usi sunt pro מְרַט Chald. מְרַט *radicitus evulsit pilos, depilavit, decalvavit, excoriavit, deplumavit.* Esra IX. 3. Ies. XVIII. 7. Diod. Sic. V. 21. τοὺς παλαιοὺς στάχυς καθ' ἡμέραν τίλλειν. Aristoph. Av. v. 286. Vide Munckerum ad Hyginum p. 21. Suid. τίλλοντες· αἰτιατικῇ, ἀνασπῶντες τοὺς στάχυας. Hesych. τίλλει· ἀνασπᾷ, κ. τ. λ. Thomas M. p. 851. τίλλω· ἐνεργητικῶς, τὸ ἀνασπῶ. τίλλομαι δὲ παθητικῶς, καὶ τὸ ἀνασπῶ, καὶ τὸ ἀνασπῶμαι, κ. τ. λ. ubi vide interpretes.

ΤΙΜΑΙ͂ΟΣ, ου, ὁ. *Timæus.* Nomen proprium viri, qui fuit pater cujusdam cœci, et semel tantum commemoratur in N. T. Marc. X. 46. υἱὸς Τιμαίου Βαρτίμαιος ὁ τυφλός. Syriace ܛܡܐܝ i. e. *contaminatus,* a radice ܛܡܐ *polluit.*

ΤΙΜΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *æstimo, pretium aliquod constituo,* et usurpatur partim de rebus, quæ æstimantur, partim de hominibus, quorum certum pretium constituitur, etiam per metalepsin: *æstimatum emo, emo certo pretio soluto,* a τίω *honoro,* vel τιμὴ *pretium, quo res aliqua æstimatur.* Sic legitur in N. T. Matth. XXVII. 9. καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ et acceperunt pretium æstimati, quem emerant ab Israëlitis. Joseph. A. J. V. c. 1. s. 21. τιμησάμενοι τὴν γῆν quum terram æstimassent. Alex. Ies. LV. 2. ἱνατί τιμᾶσθε ἀργυρίου ἐν οὐκ ἄρτοις; Levit. XXVII. 8, 12, 14. Zach. XI. 13. Demosthenes p. 183. 19. ed. Reisk. τὰ νῦν ὀφειλόμενα σκεύη ἐπὶ τὰς τριήρεις τιμήσαντες. ibid. p. 1256. 15. Menandri fragm. p. 72. ed. Clerici. 2) metaphorice: *magnifacio et æstimo, honoro, in honore habeo, diligo, carum habeo, colo, veneror,* et non solum benevolentiam et reverentiam, quæ pectore premitur, complectitur, sed etiam quæ se prodit et declaratur vel oratione et verbis, vel factis et re ipsa, ut adeo interdum generatim de eo usurpetur, *qui debita officia alicui præstat,* interdum autem et speciatim significet *alere, sustentare, beneficiis afficere, præmium, honorarium, stipendium dare,* etiam *colere Deum ritibus externis.* Matth. XV. 4. τίμα τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα σου præsta parentibus tuis debita pietatis, obsequii et grati animi officia. Confer Hieroclem in Aurea Carmina c. 4. p. 42. ed. Needham. ibid. v. 5 et 8. ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ hic populus me verbis tantum, oratione et ritibus externis colit. (Sic τιμᾷν apud Plutarch. Tom. VI. p. 658. ed. Reisk.) ibid. XIX. 19. Marc. VII. 6, 10. X. 19. Luc. XVIII. 20. Joh. V. 23. ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα, τὸν πέμψαντα αὐτὸν ut omnes doctrinam, a filio traditam, eadem religione amplectantur et habeant, qua divinam; illam enim qui respuit, impius est in Deum, auctorem ejus. ibid. VIII. 49. ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα μου sed ego honoro patrem meum, h. e. exsequor diligenter ejus mandata, omnia, quæ ago, tendunt ad propagationem veri cultus divini. ibid. XII. 26. ἐάν τις ἐμοὶ διακονῇ, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατὴρ et talem verum discipulum meum Deus felicitate æterna ornabit. Act. XXVIII. 10. οἳ καὶ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς qui etiam nos multis honorariis et præmiis affecerunt. Cf. Sirac. XXXVIII. 1. Erasmus: plurimum officiorum in nos contulerunt. Ephes. VI. 2. 1 Tim. V. 3. χήρας τίμα τὰς ὄντως χήρας viduas, quæ vere sunt, ale, sustenta et beneficiis affice. 1 Petr. II. 17. πάντας τιμήσατε omnibus debita officia præstate. ibid. τὸν βασιλέα τιμᾶτε obsequium præstate imperatori et legibus ab eo latis. Sæpius in N. T. non legitur. Alex. Levit. XIX. 32. καὶ τιμήσεις πρόσωπον πρεσβυτέρου. 1 Sam. XVIII. 30. ἐτιμήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ σφόδρα. Exod. XX. 12. et Deut. V. 16. τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου. Prov. III. 9. τίμα τὸν Κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων. ib. XIV. 33. ὁ δὲ τιμῶν αὐτὸν ἐλεεῖ πτωχόν. ibid. XXVII. 18. ὃς δὲ φυλάσσει τὸν ἑαυτοῦ κύριον, τιμηθήσεται. Num. XXII. 17, 37. coll. v. 7. et c. XXIV. 13. Æque late hæc vox patet non solum in libris Apocryphis V. T. Sapient. VI. 21. XIV. 15, 17, 20. Sirac. III. 3, 4, 6, 7. 2 Macc. III. 2, 12. XIII. 23. sed etiam apud Græcos scriptores, v. c. Eurip. Phœn. v. 563. Artemidor. V. 20. Ælian. V. H. I. 32. et IV. 19. Xenoph. de Venat. I. 1. 2. 8. Cyrop. II. 4. 8. Anab. V. 8. 11. ubi τιμᾷν *ornare præmio* notat. Eundem Cyrop. VIII. 3. 5. τετιμημένοι *honorati, proceres.* Callim. Hymn. in Apollin. v. 29. Philostrat. Heroic. c. 1. μὴ τιμᾶν ἀλήθειαν. Thucyd. II. cap. 44. Sic etiam *honorare,* pro *præmiis ornare et beneficiis adjuvare* usurpatur, v. c. apud Suetonium in Augusto c. 45. ubi vide interpretes: cui opponitur *inhonorare* apud Livium XXXVIII. 54. *inhonoratum dimittere.* Vide et Virgilium Æn. V. 365. Conf. Fischeri Prolus. XI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 291 seq. et Fesselii Adversaria Sacr. Lib. III. c. 3. p. 237. Vide etiam Thom. M. sub τιμῶ p. 853 seq. ed. Bernardi.

ΤΙΜΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *pretium, quo aliqua res æstimatur,* seu, *quod solvitur pro aliqua re, merces,* der Kaufpreis, der bedingte Lohn für eine Sache, *the selling price, the stipulated remuneration for any thing.* Est verbale a prima persona præt. pass. τέτιμαι, verbi τίω *æstimo, pendo,* quod vide infra. Sic legitur in N. T. Matth. XXVII. 6. ἐπεὶ τιμὴ αἵματός ἐστι quia sanguinis pretium est, seu merces, pro necando homine accepta. ibid. v. 9. τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου pretium æstimati. Act. IV. 34. πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων venditis iis, pretia eorum afferebant. ib. V. 2. καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς et subduxit aliquid de pretio venditi agri, seu prædii. ibid. v. 3. νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου. ibid. VII. 16. ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου quod coëmerat Abrahamus argenti pretio. ibid. XIX. 19. καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐτῶν et computato pretio librorum. 1 Cor. VI. 20. ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς pretio enim insigni redemti estis. (Aristoph. Plut. 519. ὠνησάμεθ' ἀργυρίου.) Nonnullis interpretibus τιμῆς h. l. otiosum esse

videtur. Vide 1 Chron. XXI. 24. 1 Cor. VII. 23. Xenoph. de Vectigal. IV. 18. τιμὴ ἀνθρώπων pretium pro servis. Idem de Mag. Equit. IX. 5. τιμὴ τῶν ἵππων. Demosthenes p. 563. 8. ed. Reisk. πρίασθαι τῆς ἴσης τιμῆς. ibid. p. 1194. 20. τιμὴν τῶν πωλουμένων ξύλων λαμβάνειν. ibid. p. 1285. 22. αἱ τιμαὶ τοῦ σίτου. Eodem sensu legitur quoque apud Alexandrinos Ies. LV. 1. καὶ ἀγοράσατε ἄνευ ἀργυρίου καὶ τιμῆς (Hebr. מְחִיר *pretium.*) οἴνου. Num. XX. 19. ubi Hebraico מֶכֶר respondet, quod *venditionem, rem venalem,* et per metonymiam: *pretium venditionis* significat. Levit. XXVII. 2, 3, 5, 6, 7, 8. etc. Exod. XXXIV. 20. Ps. XLIV. 13. XLVIII. 8. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 529. 2) metaphorice: *pretium, æstimatio, necessitas,* **der werth,** *the value.* 1 Cor. XII. 24. τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δοὺς τιμὴν ut daret viliori membro eo majus pretium, eo majorem utilitatem et necessitatem. 3) *præmium, honorarium, stipendium,* et speciatim: *sostrum.* Act. XXVIII. 10. οἳ καὶ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς qui etiam nos multis honorariis et præmiis affecerunt. 1 Tim. V. 17. οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν presbyteri et præfecti ecclesiarum, qui bene et fideliter munere suo funguntur, duplici honorario fruantur. Vide Joh. Floderi Diss. explicantem genuinam notionem vocabuli τιμῆς 1 Tim. V. 17. Upsal. 1769. 4. Siracid. XXXVIII. 1. τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας τιμαῖς αὐτοῦ. Cf. Wolfii Curas Philol. in N. T. T. III. p. 476. 4) *usus honestus.* Rom. IX. 21. εἰς τιμὴν σκεῦος vasa, usui honestiori destinata, τὰ τῶν καθαρῶν ἔργων δοῦλα σκεύη, ut loquitur auctor Sapient. XV. 7. 2 Tim. II. 20, 21. 5) *honor, cultus, veneratio, reverentia, observantia, quæ declaratur, vel oratione et verbis, vel factis et re ipsa:* et generatim: *omnia omnino humanitatis et honestatis officia, quæ aliis debemus.* Rom. XII. 10. τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι. Cf. supra dicta et προηγέω. ib. XIII. 7. τῷ τὴν τιμήν, τιμὴν præstate superioribus observantiam, quam ipsis debetis. 1 Cor. XII. 24. τούτοις τιμὴν περισσοτέραν περιτίθεμεν his eo majorem honorem exhibemus, vestibus nempe splendidis, quibus ea tegimus. Confer Alex. Esther I. 20. et quæ notavit Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 223. Posset tamen τιμὴ in loco Pauli laudato de *ipsis vestimentis splendidis et pretiosis* explicari, ut legitur apud Alexandrinos Psalm. XLV. 10. Prov. XII. 9. Gen. XX. 16. Coloss. II. 23. οὐκ ἐν τιμῇ τινι, scil. τοῦ σώματος, ita, ut nulla corporis cura habeatur. Τιμὴ τοῦ σώματος necessario h. l. est cura corporis, cum omnis, tum inprimis ea, quæ est in alendo corpore, ut partim verba addita πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκὸς docent, partim vero ex opposita formula ἡ ἀφειδία σώματος apparet, quæ est in eo, quando corpus male habetur. Conf. S. Ven. Tittmannum de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 127 seq. 1 Thess. IV. 4. ἐν τιμῇ ita, ut reverenter corpus suum tractet, h. e. ut honeste eo utatur. 1 Tim. VI. 1. τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν dominis suis reverentiam et obedientiam debitam præstent. 1 Petr. III. 7. ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμὴν uxoribus vestris, quippe imbecillioribus, debita humanitatis et amoris officia præstate. Cf. Palairet. Obss. Philol. p. 507. Adde 2 Macc. IX. 21. 6) *auctoritas, dignitas, quam aliquis habet,* aut *in qua est constitutus, munus publicum, idque honorificum.* Joh. IV. 44. ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει doctor divinus in patria sua contemtissimus esse solet. Hebr. II. 7. δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν summo honore et dignitate eum ornasti. (Psal. VIII. 6.) ibid. v. 9. τιμὴ de summa dignitate usurpatur, qua Deus Christum post resurrectionem ornavit, summo rerum humanarum tradito imperio, quæ alias δόξα in N. T. vocatur. ibid. III. 3. καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει quanto majorem dignitatem habet. ibid. V. 4. καὶ οὐχ ἑαυτῷ λαμβάνει τις τιμὴν et nemo sibi munus et dignitatem pontificis arrogare potest. Adde Exod. XXVIII. 2, 36. Dan. II. 6. V. 20, 22. Herodian. III. 15. 9. τῶν ἐν τιμῇ γενομένων, ubi videndus Irmischius T. II. p. 780. Eodem modo δόξα sumitur Sirac. XLV. 23. 7) *celebratio, laus, cultus, qui alicui præstatur ob summam auctoritatem, dignitatem et præstantiam.* 1 Tim. I. 17. τῷ Θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Deus semper ab hominibus religiose colatur et celebretur. ibid. VI. 16. Apoc. IV. 9. καὶ ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμὴν καὶ εὐχαριστίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου. ibid. v. 11. ἄξιος εἶ λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δύναμιν. ibid. V. 12 et 13. VII. 12. XIX. 1. Alex. Psal. XXVIII. 2. et XCV. 7. ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ δόξαν καὶ τιμήν. Vide supra notata ad δόξα et δύναμις. 8) *munus, quod cultus et reverentiæ testandæ causa offertur.* Apoc. XXI. 24 et 26. καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτήν. Simili modo apud Xenoph. in Mem. I. 3. 3. τιμαὶ sacrificia dicuntur, quæ diis cultus religiosi præstandi causa offeruntur. Vide Cuperi Obss. I. 11. c. 3. 9) *felicitas æterna, quæ veros Dei cultores præmii loco post mortem manet.* Rom. II. 7. δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσι qui virtutis præmia, felicitatem nempe æternam, in regno Messiæ quærunt. ibid. v. 10. 1 Petr. I. 7. De præmiis recte factorum usus quoque est hac voce Plato Phædon. p. 400. τῶν δὲ εὐεργεσιῶν τιμὰς φέρονται κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστος. 10) *auctor et causa felicitatis.* 1 Petr. II. 7. ubi τιμὴ opponitur τῷ λίθῳ προσκόμματος καὶ πέτρᾳ σκανδάλου. Alii vero interpretes τιμὴ pro τίμιος, vel ἔντιμος positum esse existimant, hoc sensu: vobis hic lapis pretiosus est; sed sensus parum mutatur. Sæpius in N. T. non legitur. Conf. Lexic. Xenophonteum s. h. v.

ΤΙΜΙΟΣ, α, ον, 1) proprie: *æstimabilis, pretiosus,* a τιμὴ *pretium.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. III. 12. ubi λίθος τίμιος non *gemmas* notat, sed *lapides pretiosos et exquisitos:* et speciatim *marmora,* e quibus vel columnæ eriguntur, vel pavimenta tessellata obducuntur. Certe 2 Chron. III. 6. marmor, quo parietes et pavimenta templi obduxerat Salomo, אֶבֶן יְקָרָה nominatur. Apoc. XVII. 4. λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις gemmis et margaritis. ibid. XVIII. 12, 16. XXI. 19. Eandem significationem habet quoque superlativus τιμιώτατος *pretiosissimus,* qui legitur bis tantum in N. T. Apoc. XVIII. 12. πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιωτάτου et vasa varii generis, ex ligno pretiosissimo confecta, et ibid. XXI. 11. ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ similis lapidi pretiosissimo. Adde Alex. Prov. III. 15. VIII. 11. πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστι. 2 Sam. XII. 30. χρυσίου καὶ λίθου τιμίου. 1 Reg. V. 17. καὶ αἴρουσι λίθους μεγάλους τιμίους εἰς τὸν θεμέλιον. ibid. VII. 9, 10, 11. 1 Macc. XI. 27. Xenoph. de Vectigal. IV. 36. 2) metaphorice: *qui est in magno pretio, præcipue carus, præstans,*

insignis. Act. XX. 24. οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ nec ego vitam meam tanti æstimo. Jacob. V. 7. ὁ γεωργὸς ἐκδέχεται τὸν τίμιον καρπὸν τῆς γῆς agricola exspectat pretiosum terræ proventum. 1 Petr. I. 19. ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι Χριστοῦ sed pretioso sanguine Christi. 2 Petr. I. 4. τὰ τίμια καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα præstantissimæ et summæ promissiones. Eandem significationem habet quoque comparativus τιμιώτερος, qui legitur tantum in N. T. 1 Petr. I. 7. τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως ὑμῶν πολὺ τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου exploratum obsequium vestrum erga religionem christianam multo præstantius auro perituro. Ælian. V. H. VII. c. 8. ἐσθῆτα τὴν μέγα τιμίαν ἐν Πέρσαις, ubi videndus Perizonius. Eurip. Phœn. v. 452. τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα. Alex. 1 Sam. III. 1. καὶ ῥῆμα Κυρίου ἦν τίμιον ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Prov. III. 15. τιμιωτέρα δέ ἐστι λίθων πολυτελῶν. ibid. XXXI. 10. Herodian. I. cap. 16. 9. ἣν εἶχε τῶν παλλακίδων τιμιωτάτην, ubi videndus Irmischius. 3) *honoratus, honorabilis, venerabilis, sanctus, qui est in magna auctoritate et dignitate constitutus.* Act. V. 34. τίμιος παντὶ τῷ λαῷ venerabilis toti populo. Dionys. Hal. A. V. 11. Joseph. B. J. VI. 13. Homer. Odyss. κ', v. 38. ὡς ὅδε πᾶσι φίλος καὶ τίμιός ἐστ' ἀνθρώποις. Similiter Hesiodus in fragmento apud scholiasten Sophoclis Trachin. v. 1174. et Alexandrini Esr. IV. 10. Conf. Alberti Obss. Philol. p. 231. et Casaubonum ad Theophrast. Char. p. 252. Hesych. τίμιος· ἔντιμος, ἔνδοξος. Hebr. XIII. 4. τίμιος ὁ γάμος sanctæ sint vobis et inviolabiles matrimonii leges. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΙΜΙΟ΄ΤΗΣ, τητος, ἡ, 1) proprie: *pretiositas, honorabilitas*, a τίμιος, quod vide. 2) *opulentia, divitiæ.* Sic semel in N. T. legitur Apoc. XVIII. 19. ἐν ᾗ ἐπλούτησαν πάντες — ἐκ τῆς τιμιότητος αὐτῆς in qua divites facti sunt omnes ex opulentia ejus. Libanius Ep. 1557. καὶ προσαγορεύω τὴν τιμιότητά σου, καὶ εὔχομαί σοι τἀγαθά.

ΤΙΜΟ΄ΘΕΟΣ, ου, ὁ. *Timotheus.* Est nomen proprium viri, origine Græcum, ex τιμάω *honoro, colo*, et Θεὸς *Deus*, q. d. *colens Deum, verus cultor Dei.* Hic Timotheus non fuit Lystrensis, (Lystra urbs Lycaoniæ est,) ut quidam ferunt, sed potius *Derbæus*, æque ac Caius, ut patet ex Act. XX. 4. patre Græco ac gentili, sed matre Judæa ac fideli et professione christiana, natus, (Act. XVI. 1, 3.) Pauli comes et συνεργὸς fidelissimus. Commemoratur in N. T. Act. XVI. 1. XVII. 14, 15. XVIII. 5. XIX. 22. XX. 4. Rom. XVI. 21. Τιμόθεος ὁ συνεργός μου. 1 Cor. IV. 17. XVI. 10. 2 Cor. I. 1, 10. Phil. I. 1. II. 19. Coloss. I. 1. καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφός. 1 Thess. I. 1. III. 2, 6. 2 Thess. I. 1. 1 Tim. I. 2. Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ. ibid. v. 18. VI. 20. 2 Tim. I. 2. Τιμοθέῳ ἀγαπητῷ τέκνῳ. Philem. v. 1. Hebr. XIII. 23. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΙ΄ΜΩΝ, ωνος, ὁ. *Timon.* Nomen cujusdam ex septem illis diaconis mensæ, origine Græcum, idem quod *honorans*, a τιμάω *honoro.* Semel tantum commemoratur in N. T. Act. VI. 5.

ΤΙΜΩΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, passivum τιμωρέομαι, οῦμαι, *punio, pœnas exigo, ad supplicium rapio*, speciatim: *castigo, flagris cædo*, vel *cædi jubeo*, a τιμωρὸς, οῦ, ὁ, contracte ex τιμήορος, ου, ὁ, ἡ, *vindex, ultor*, hocque a τιμὴ *vindicta, ultio*, et ὁράω *video, observo*, παρὰ τὸ ὁρᾷν καιρὸν τῆς τιμῆς ab observato vindictæ tempore, vel juxta alios, παρὰ τὸ αἴρειν τιμὴν a sumendo pœnam a maleficis, vel, ut alii malunt, παρὰ τὸ ὤραν τὴν τιμὴν a cura pœnæ, reis infligendæ. Bis tantum in N. T. legitur Act. XXII. 5. ἵνα τιμωρηθῶσιν ut supplicio afficerentur. ibidem XXVI. 11. πολλάκις τιμωρῶν sæpe eos flagris cædi jubens, seu, frequenter ad supplicium rapiens. Legitur præterea in eadem significatione non solum apud Alexandrinos Ezech. V. 17. XIV. 15. Jud. V. 14. Sapient. XVIII. 8. 2 Macc. VII. 7. sed etiam apud Græcos scriptores, v. c. Xenoph. Cyrop. I. 4. 9. et de Rep. Laced. II. 2. 9. et apud Thucydidem aliquoties. Hesych. τιμωρεῖσθαι· κολάζεσθαι. Suid. τιμωρῶ σοι· βοηθῶ σοι, (conf. Foësii Œconom. Hippocrat. p. 372. et Alex. Dan. II. 18. secundum Codicem Chisianum.) τιμωρῶ σε δὲ ἀντὶ τοῦ βασανίζω. Idem: τιμωροῦντος· βοηθοῦντος, ἐκδικοῦντος. Confer etiam Thom. M. p. 854 seq. et ibi interpretes, ac Wetstenii N. T. T. II. p. 609.

ΤΙΜΩΡΙ΄Α, ας, ἡ, *pœna, supplicium*, (Gell. VI. 14. explicat: *causam animadvertendi, quum dignitas auctoritasque ejus, in quem est peccatum, tuenda est, ne prætermissa animadversio contemtum ejus pariat et honorem levet.*) a τιμωρέω, quod vide. Legitur in N. T. tantum Hebr. X. 29. ἀξιωθήσεται τιμωρίας supplicio dignus habebitur, seu, afficietur. Alex. Prov. XIX. 29. XXIV. 22. Xenoph. Cyrop. III. 1. 9. Memor. IV. 4. 24. Hesych. τιμωρία· κόλασις.

ΤΙ΄Σ, τινὸς, ὁ, ἡ, et τὶ, τό. Pronomen indefinitum, significans: 1) *aliquis, quis, quidam, quispiam, quisquam*, post εἰ, *num*, etc. et in hac significatione partim nominibus propriis obscurioribus apponitur, partim de hominibus obscurioribus et ignotis, quorum nomina reticentur, adhibetur et tunc respondet vernaculo, jemand, ein gewisser, *some one, a certain person.* Matth. XI. 27. οὐδὲ τὸν πατέρα τις ἐπιγινώσκει neque patrem quisquam cognitum habet. ibid. XII. 19. οὐδὲ ἀκούσει τις nec audietur. ibid. v. 47. εἶπε δέ τις αὐτῷ dixit autem aliquis ipsi. ibid. v. 29. ἢ πῶς δύναταί τις; aut quomodo aliquis valebit? ibid. XXI. 3. καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι si quis vobis dixerit quid. ibid. v. 33. ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης. ibid. XXII. 46. οὐδὲ ἐτόλμησέ τις. Marc. VIII. 26. μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ nec cum ullo aliquo ex vico loquaris, seu, nec ulli ex vico hanc rem narres. ibid. V. 25. γυνή τις mulier quædam. Act. XXI. 16. Μνάσωνί τινι (Xenoph. Hist. Gr. V. 4. 3. παρὰ Χάρωνί τινι). Ibid. XXVII. 8. ἤλθομεν εἰς τόπον τινά. Hebr. II. 6. διεμαρτύρατο δέ πού τις. Luc. XXII. 35. μή τινος (scil. πράγματος) ὑστερήσατε; num ulla re caruistis? 1 Cor. VI. 12. οὐκ ἐγὼ ἐξουσιασθήσομαι ὑπό τινος non ego sub potestatem alicujus rei redigar. 1b) *unusquisque, quilibet.* Act. II. 45. καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε prouti quisque indigeret. 2) Pluralis τινὲς *quidam, nonnulli, aliquot.* Matth. IX. 3. τινὲς τῶν γραμματέων quidam e legis peritis. Act. IX. 2 et 19. ἡμέρας τινὰς per aliquot dies. ibid. X. 48. XV. 36. XVI. 12. XXIV. 24. XXV. 13. ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν. 1 Cor. IX. 22. ἵνα πάντως τινὰς σώσω ut certe quosdam ad religionem christianam adducam. Eodem modo et neutrum τινὰ usurpatur. Act. XVII. 20. ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν nam inaudita quædam affers. ibid. XXVIII. 44. οὓς δὲ ἐπί τινων τῶν ἀπὸ τοῦ πλοίου, scil. ὄντων μερῶν, alii vero in nonnullis ex navis fragmentis. 2 Petr. III. 16. δυσνόητά τινα intellectu difficilia quædam. Interdum autem τινὲς non *quosdam*, sed

multos, plures notat, v. c. Rom. III. 3. εἰ ἠπίστησάν τινες quoniam haud pauci Judæorum religionem christianam repudiarunt. ibid. XI. 17. εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, coll. IX. 27. 3) τὶ, pro κατά τι. 1 Cor. VII. 5. εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν nisi aliquantulum ex consensu, ad certum tempus. 2 Cor. XIII. 5. εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε. Hebr. II. 7 et 9. βραχύ τι, pro κατὰ βραχύ τι. 4) de tempore: *aliquantus*. Act. XVIII. 23. καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ per aliquod tempus commoratus. 1 Cor. XVI. 7. ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς. 5) τὶς, vel τὶ, ut Latinum *quidam*, additur nominibus, magnam quandam vim habentibus, ita, ut hanc vim augere videatur, v. g. Hebr. X. 27. φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως admodum terribilis exspectatio judicii. Æschin. Socr. Dial. II. 34. ἄπειρόν τι πλῆθος. ibid. III. 12. δέος τι timor ingens. ibid. § 5. κακόν τι malum magnum. ibid. § 17. γαληνός τις βίος tranquilla maxime vita. 6) τὶς et τὶ, ut apud Latinos *quidam*, opponitur nominibus tralatis, v. c. Jacob. I. 18. εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων ut nos essemus primitiæ quasi (Deo offerri solitæ) creaturarum ejus. 7) τὶς pro εἴ τις, vel ἐάν τις, *si quis*. Jacob. V. 13. κακοπαθεῖ τὶς ἐν ὑμῖν, προσευχέσθω, εὐθυμεῖ τις, ψαλλέτω si quis vestrum mœstus et calamitatibus pressus fuerit, auxilium divinum imploret; si quis hilari animo fuerit, gratias agat Deo. ibid. v. 14. ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν si quis vestrum ægrotus fuerit. Eodem modo etiam interrogativum τίς sumitur, ut infra pluribus docebitur. 8) εἴ τις a) *si quis, qui*. 2 Cor. XI. 20. ἀνέχεσθε γὰρ, εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ, εἴ τις κατεσθίει, εἴ τις λαμβάνει, εἴ τις ἐπαίρεται, εἴ τις ὑμᾶς εἰς πρόσωπον δέρει patienter perfertis doctores, qui impotenter in vos exercent imperium, qui vos mœrore afficiunt, qui vobis bona vestra eripiunt, qui vos insolenter et contumeliose tractant. b) *quisquis*. Phil. IV. 8. εἴ τις ἀρετὴ καὶ εἴ τις ἔπαινος quæcunque sunt præceptis virtutis consentanea, quæcunque sunt laudabilia. 1 Tim. III. 1, 5. V. 8. Apoc. XIII. 9. εἴ τις ἔχει οὖς, ἀκουσάτω quicunque est facultate intelligendi præditus, animum ad hæc advertat suum. Lysias Orat. XI. c. 7. p. 153. ἀπόκριναι, εἴ τι ἄν σε ἐρωτῶ. Herodian. IV. c. 6. s. 7. καὶ εἴ τι γένος ἦν βασιλικὸν, ἢ ἐν συγκλήτῳ ἐξ εὐπατριδῶν καταβαλὸν, πᾶν ἐξέκοψεν. Ælian. V. H. V. 17. εἴ τις πρινίδιον ἐξέκοψεν ἐξ ἡρῴου, ἀπέκτειναν αὐτόν. 9) τινὲς μὲν — τινὲς δὲ *quidam — quidam*. Phil. I. 15. Interdum vero, omisso μὲν, ponitur τινὲς — τινὲς δὲ, v. c. Luc. IX. 7, 8. 10) τὶ interdum etiam *crimen* notat. Act. XXV. 5. εἴ τι ἐστὶν ἐν τῷ ἀνδρὶ τούτῳ, κατηγορείτωσαν αὐτοῦ si quid est in isto homine criminis, accusent. Vocabulum enim ἄτοπον, quod h. l. in codicibus nonnullis partim loco τούτῳ legitur, partim post τούτῳ, aut ἐστὶν, additur, interpretamentum sapit. Confer Marklandum ad Lysiæ Orat. XIX. p. 582. 11) τὶ, neutrum, significat: *molesti quid, ingratum quiddam, injucundi quiddam, materiam conquerendi, expostulandi, accusandi, vituperandi*, etc. plane ut vernaculum **etwas**, *something*, in formis receptis, **etwas auf, wider jemanden haben, bringen, sagen**, *to have something to say against any one*. Hinc bene Symmachus Cohel. VII. 15. Hebr. מְאוּמָה *quidquam* per μέμψις transtulit, quæ h. l. objectum seu causam reprehensionis notat. Mat. V. 23. ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ quod frater tuus habeat aliquid adversus te, h. e. quod frater tuus habeat de te conquerendi, aut te accusandi materiam. ibid. XXI. 3. καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι si quis autem vobiscum expostulaverit. Marc. XI. 25. εἴ τι ἔχετε κατά τινος si quid habetis adversus aliquem. 11 b) τὶ neutrum: *quid præmii*. Matth. XIX. 27. Eodem modo vernaculum **was**, *what*, adhibetur in tali orationis serie. Confer v. 28 et 29. 12) τὶς, i. q. μέγας, *magnus quis, qui est eximiæ dignitatis, qui cæteris præstat, eximius, insignis quis*. Neutrum τὶ *magnum quid, eximium quid*. Opponitur τῷ οὐδείς, h. e. *vilis, abjectus*. Act. V. 36. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν qui se virum magnum et eximium esse jactabat: ubi in codicibus haud paucis μέγαν additur, vel e glossa, vel e loco parallelo cap. VIII. 9. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν. 1 Cor. II. 2. εἰδέναι τι habere insignem eruditionem, coll. v. 1. ibid. III. 7. ὥστε οὔτε ὁ φυτεύων ἐστί τι, οὔτε ὁ ποτίζων, ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεὸς, scil. ἐστί τι, neque qui plantat, neque qui irrigat, eximiæ est dignitatis, sed omnia debentur Deo, qui incrementum dat, vel dedit. Galat. II. 6. οἱ δοκοῦντες εἶναί τι quorum summa est auctoritas. ibid. VI. 3. εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναί τι, μηδὲν ὢν quicunque enim magnam de se alit opinionem, h. e. quicunque se ab omni errore ac vitio immunem esse opinatur, cum tamen sit erroribus ac vitiositati obnoxius. Jacob. I. 7. Galat. V. 6. VI. 15. οὔτε περιτομή ἰσχύει τι neque circumcisioni magnum pretium statuendum est. Huc quoque refertur a nonnullis interpretibus locus Matth. XX. 20. αἰτοῦσά τι παρ' αὐτοῦ magni quid ab eo petitura. Plato Apolog. Socr. cap. 33. καὶ ἐὰν δοκῶσί τι εἶναι, μηδὲν ὄντες. Xenoph. Mem. Socr. I. c. 4. § 14. ἀλλ' ὅταν τι ποιήσωσι, h. e. si quid dii insigne fecerint, ex quo intelligi possit, deos esse. Vide ad h. l. Hindenburgium in Obss. Menander in ἐπαγγελλομένῳ apud Stobæum: ἐφ' ᾧ φρονεῖς μέγιστον, ἀπολεῖ τοῦτό σε τὸ δοκεῖν τιν' εἶναι. Lucianus Timon. p. 78. μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ὑμᾶς τοὺς θεούς. Sic etiam *aliquis* apud Ovidium Trist. I. 2. 53. 55. 12 b) Singulari modo pronomine τὶ usus est Marcus XI. 13. εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ num fructum esset inventurus. Simili modo nostrum **etwas**, *any thing*, adhibetur. 13) interdum τὶς abundat, maxime numeris et verbis multitudinis adhærens. Luc. VII. 19. καὶ προσκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης et advocavit Johannes duos ex discipulis suis. 2 Cor. XIII. 5. εἰ μή τι ἀδόκιμοί ἐστε. Hebr. II. 7, 9. Xenoph. Anab. IV. 1. 7. ὀλίγοι τινές. Thucyd. VIII. c. 73. τριάκοντα μέν τινας. 14) sæpe reticetur. Matth. XXIII. 34. καὶ ἐξ αὐτῶν (scil. τινὰς) ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσετε. Ibid. XXVII. 9. ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ, intell. τινὲς, nempe septuaginta viri Hierosolymitani, quos vulgo Assessores Synedrii Magni vocant. Luc. XI. 49. ibid. XXI. 16. καὶ θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν, scil. τινάς. Act. XXI. 16. συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν, scil. τινές. ib. post ἄγοντες supple τινά. Apoc. II. 10. post ἐξ ὑμῶν supple τινάς. Alex. Genes. XXVIII. 11. καὶ ἔλαβε (τινὰς) ἀπὸ τῶν λίθων τοῦ τόπου. ibid. XXXIII. 15. 2 Reg. X. 23. Dan. VIII. 10. Mal. I. 9. Lysias Orat. III. p. 57. ἐδίδου τῶν ἑαυτοῦ, sc. τὶ, ubi videndus Marklandus. Ælian. V. H. X. 21. ubi videndus Perizonius. ib. XII. 9. ἦν γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, scil. τίς. Plato Protagor. pag. 197. κἂν πάνυ καλὸς ἢ καὶ πλούσιος καὶ τῶν γενναίων, scil. τίς. Idem de Republ. IV. p. 447. καὶ ἐμὲ τοίνυν θὲς τῶν πεπεισμένων, scil. τινά. Conf. Wesselingium ad Diod. Sic. I. 1. T. I. p. 17. et cap. 13. 83. Georgii Vindicias N. T. p. 185. Palairet. Obss. Philol. p. 105 et 136. et Schwarzii

Commentar. Critt. Ling. Gr. pag. 1328.

ΤΙ´Σ, τίνος, ὁ, ἡ, neutrum τί. Pronomen interrogativum, significans 1) *quis? quæ? quid?* et usurpatur tam pronominaliter, quam adjective, et quidem a) sequente particula negativa universaliter affirmat. 1 Joh. II. 22. τίς ἐστιν ὁ ψεύστης, εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος; quis autem est falsus doctor, nisi qui negat, Jesum esse Christum? h. e. omnis est falsus doctor, qui negat, Jesum esse Messiam. 1 Joh. V. 5. τίς ἐστιν ὁ νικῶν τὸν κόσμον, εἰ μὴ ὁ πιστεύων, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ; qui autem credit, Jesum esse Dei filium, hic vincit mundum. Apoc. XV. 4. τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε, Κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου; b) absque negatione et sequente particula negativa universaliter negat. Marc. II. 7. τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός; nemo præter Deum unicum potest peccata remittere. Luc. V. 21. Joh. VIII. 46. τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; nemo vestrum me imposturæ convincere potest. Act. VIII. 33. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; nemo ætatem ejus eloqui valet. Rom. IX. 19. τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; nemo enim voluntati ejus resistere valet. ibid. XI. 34. Matth. V. 13. ἐν τίνι ἁλισθήσεται; nulla res alia loco salis adhiberi poterit. ibid. v. 46. τίνα μισθὸν ἔχετε; nullam mercedem sperare potestis. ibid. VI. 27. τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν; nullus vero ex nobis, vel anxie curans. 1 Cor. II. 11. τίς γὰρ οἶδεν ἄνθρωπος; nemo enim scit. Zonaras Lex. col. 1730. Τίς, ἀντὶ τοῦ οὐδείς. ὡς τό· (Rom. XI. 34.) τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; c) simpliciter interrogat. Matth. III. 7. τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν; quis vos docuit? ibid. XXII. 20. τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη; cujusnam est hæc effigies? ibid. v. 42. τίνος υἱός ἐστι; cujus filius est? ib. XXIII. 3. καὶ τί τὸ σημεῖον τῆς παρουσίας σου; et quodnam est signum adventus tui? Marc. V. 9. τί σοι ὄνομα; quodnam tibi est nomen? Joh. III. 7. σὺ τίς εἶ; tu quis es? Act. X. 21. τίς ἡ αἰτία, δι᾽ ἣν πάρεστε; quæ est causa, ob quam adestis? ibid. XIX. 15. ὑμεῖς δὲ, τίνες ἐστέ; vos vero quinam estis? d) paucitatem indicat. Joh. XII. 30. Κύριε, τίς ἐπίστευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; Domine, pauci tantum doctrinæ nostræ fidem habent. Rom. X. 16. e) difficultatem. Matth. XIX. 25. τίς ἄρα δύναται σωθῆναι; quis ergo potest salvari? h. e. quam difficile est, ut homo salvetur! Similis huic est locus Prov. XX. 6. ubi verba Hebr. מִי יִמְצָא ab Aqu. Symm. et Theodot. quidem redduntur τίς εὑρήσει, sed ab Alex. bene quoad sensum vertuntur ἔργον εὑρεῖν, difficile est invenire. f) votum. Rom. VII. 24. ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; O me miserum, utinam quis me liberaret a corpore hoc, vitiositati et miseriæ obnoxio! Ita מִי Psalm. XIII. 8. Jerem. IX. 1. coll. Job. XXIII. 3. et Sirac. XXII. 30. 2) *qualis? quantus? quam admirabilis? quam insignis, præstans et eximiæ dignitatis?* i. q. πόσος et ποταπός; Ephes. I. 18. τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως αὐτοῦ καὶ τίς ὁ πλοῦτος τῆς δόξης τῆς κληρονομίας αὐτοῦ; quam præstans sit spes felicitatis, quæ nobis oblata est, et quanta sit vis et dignitas felicitatis, christianis paratæ. Matth. XII. 48. τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου; quamnam præcipuam dignitatem habet mater mea et quomodo aliis præstant affines mei? Matth. XXI. 10. τίς ἐστιν οὗτος; quis est hic, quem scilicet tam magnifice et solemni pompa deducitis? Marc. I. 27. IV. 41. τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ; insignis profecto hic est propheta, qui ventos et mare potest solo nutu regere. Confer Matth. VIII. 27. 1 Cor. III. 5. τίς οὖν ἐστι Παῦλος, τίς δὲ Ἀπολλώς; quamnam enim præcipuam dignitatem habet Paulus et Apollo? Hebr. II. 6. τί ἐστι ἄνθρωπος; qualem dignitatem et præstantiam habet homo? Luc. IV. 36. τίς ὁ λόγος οὗτος; qualis est hæc oratio? ibid. VII. 49. τίς οὗτός ἐστιν; quamnam sibi auctoritatem ille vindicat? coll. Marc. II. 7. Luc. V. 21. VIII. 25. Galat. IV. 15. τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; quam felices vos tunc temporis prædicabatis! Joh. I. 19. σὺ τίς εἶ; tu quis es? h. e. quamnam dignitatem et auctoritatem tibi vindicas? Confer v. 20, 21, 22. Apoc. VII. 13. τίνες εἰσὶ καὶ πόθεν ἦλθον; ubi τίνες εἰσὶ est formula communis iis, qui genus, vitæ ortum, dignitatem, conditionem et personam ignotorum exquirunt. Cf. Jos. IX. 8. Jon. I. 8. Homer. Odyss. γ´, v. 71. ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; ibid. τ´, v. 104 et 105. Arrian. Diss. III. cap. 1. p. 262. μὴ δὴ λέγε τῷ ἐξαιρέτῳ, σὺ οὖν τίς εἶ; Lucian. Imag. pag. 2. τίς ἡ λιθοποιὸς αὕτη ἐστὶ καὶ πόθεν; Nec aliter Latini, v. c. Cicero VII. ep. 16. s. 3. "oro te, quis es?" Læl. c. 17. Terent. Andr. IV. 2. 19. quis videor? Flor. I. 18. Conf. Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 144. ed. Zeunii et Palairet. Obss. Philol. p. 433. 3) *uter?* i. q. πότερος; Matth. IX. 5. τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον; utrum enim facilius est? ib. XXI. 31. τίς ἐκ τῶν δύο; uter ex his duobus? ib. XXIII. 17. XXVII. 17 et 21. Luc. XXII. 27. τίς γὰρ μείζων; ὁ ἀνακείμενος, ἢ ὁ διακονῶν; quis enim est major? qui accumbit, an qui ministrat? 4) *unusquisque*, i. q. ἕκαστος. Matth. XV. 25. ut viderent, τίς τί ἄρῃ; quid quisque acciperet? Philostrat. Vit. Apollon. Lib. III. p. 114. ubi dicuntur piratæ obiisse civitates, attendentes τίς τί ἄγοι; quid quisque veheret. Eandem significationem habet quoque pronomen indefinitum τίς. Schol. ad Æschyl. Choëph. v. 56. τίς· ἀντὶ τοῦ ἕκαστος. Homer. Odyss. γ´, v. 224. τῷ κεν τίς κείνων γε καὶ ἐκλελάθοιτο γάμοιο; ubi Eustathius: ἰστέον δὲ, ὅτι τὸ τίς πολλάκις οὐχ ἕνα δηλοῖ ἁπλῶς, ἀλλὰ πάντας, ληφθὲν ἀντὶ τοῦ εἷς ἕκαστος. Apud Pindarum Nem. 8. v. 85. τὶς ἕκαστος legitur. 5) τίς, pro ὅς, ἥ, ὅ, *qui, quæ, quod.* Matth. XV. 32. καὶ οὐκ ἔχουσι, τί φάγωσι nec habent, quod comedant. ibid. XXI. 16. ἀκούεις, τί οὗτοι λέγουσι; num audis, quæ illi dicunt? Marc. VI. 36. Luc. XVII. 8. ἑτοίμασον τί φάγω para, quod cœnem. Joh. X. 6. ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔγνωσαν, τίνα ἦν, ἃ ἐλάλει αὐτοῖς illi vero non cognoverunt, quemnam sensum haberet parabola, quam ipsis proposuerat. ibid. XIX. 24. sortiamur de illo, τίνος ἔσται, cujus futurus sit. Act. XIII. 25. τίνα με ὑπονοεῖτε, οὐκ εἰμὶ ἐγὼ quem me arbitramini esse, non sum ego. Rectissime enim Neubourius in Bibl. Brem. Class. I. p. 250. et Raphelius in Obss. Herodoteis ad h. l. notarunt, punctum interrogationis post ὑπονοεῖτε tollendum et τίς pro ὅς, vel ὅστις accipiendum esse. 1 Tim. I. 7. μὴ νοοῦντες, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Conf. Storrii Obss. ad Syntax. et Analog. Hebr. p. 447. Similiter Callimachus Ep. XXX. p. m. 204. οὔτε κελεύθῳ χαίρω, τίς πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει neque via delector, quæ huc et illuc ducit. 6) τίς, pro εἴ τις, *si quis.* Matth. VII. 9. τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; si quis vestrum sit, a quo filius suus panem petat, an quis lapidem ei dabit? ibid. XII. 11. τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἕν, καὶ

ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο τοῖς σάββασιν εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ; si quis inter vos homo esset, qui unam oviculam haberet, sique hæc sabbato incideret in foveam, annon apprehenderet eam et extraheret? ib. XXIV. 45. τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος —— μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος κ. τ. λ. si quis servus fidelis et prudens sit —— beatus servus iste, etc. Luc. XI. 5 seq. et 11. XII. 45. τίνα ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; si a patre quodam petat filius suus panem, an pater iste lapidem dabit? Jacob. III. 13. τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; δειξάτω κ. τ. λ. h. e. si quis vestrum ad veræ sapientiæ et prudentiæ laudem adspirat, is ostendat, etc. ubi codices nonnulli pro τίς habent εἴ τις ex interpretamento. Sir. VI. 34. καὶ τίς σοφός; αὐτῷ προσκολλήθητι, pro εἴ τις σοφός. Cæterum usurpatum est interrogativum pronomen Græcorum τίς pro εἴ τις *si quis*, ad exemplum Hebræi pronominis מִי cum quo alias in interogationibus congruere solet. Exod. XXIV. 14. XXXII. 33. Deut. XX. 5. Jud. VII. 3. מִי יָרֵא וְחָרֵד si quis timidus est, recedat et maturet de monte Gilead. Psalm. CVII. 43. מִי־חָכָם וְיִשְׁמָר אֵלֶּה si quis sapiens est, observabit hæc. Ies. L. 10. Cf. etiam Georgii Vindicias N. T. p. 184. et Vorstium de Hebraismis N. T. c. VII. p. 211 seq. ed. Fischeri. 6 b) Solet indefinitum τὶς sic numeralibus præfigi, ut abundare videatur. Act. XIX. 13. τινὲς ἑπτά. Ibidem XXIII. 23. δύο τινάς. Plutarch. in Aristid. p. 326. D. ὀκτὼ τινάς. Apuleius Lib. II. pag. 36. introductis quibusdam septem testibus, ubi vid. Oudendorpius. 7) τί; *quam valde!* Luc. XII. 49. καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη; et quam valde opto, ut jam accensus sit! Alii vertunt: sed quid dico, cum jam accensus sit? Suidas: Τί, καλὴ ἡ λέξις, ἀντὶ τοῦ λίαν. Hinc explicari quoque potest locus Matth. VII. 14. ubi in multis editionibus τί legitur pro ὅτι, nec aliter legisse puto Vulgatum interpretem. Alex. Judic. XIV. 14. Confer Palairet. Obss. Philol. p. 188. 8) τί pro τίς *quis? quam insignis, eximius, præstans?* Luc. I. 66. τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται; Vulgatus vertit: *quis, putas, puer iste erit?* Confer versionem Syriacam, Æthiopicam et Persicam. Act. XII. 18. τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο; Ita *quid?* pro *quis?* apud Ovidium Epist. XII. 31. Confer etiam Dukerum ad Florum IV. 2. 79. Philostrat. Vit. Apollon. Lib. I. pag. 6. Matri vero ipsius, uterum ferenti, apparuit spectrum Dei Ægyptii Protei: ἡ δὲ οὐδὲν δείσασα ἤρετο αὐτὸν, τί ἀποκυήσοι· ὁ δὲ, ἐμὲ, εἶπε. Aristippus Epp. Socratic. p. 47. 9) τί; *qua ratione? quomodo?* Luc. VI. 11. διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ. deliberabant invicem, quomodo se erga Jesum gererent. ibid. XIX. 48. καὶ οὐχ εὕρισκον τὸ τί ποιήσωσιν et modum eum interficiendi non reperiebant. Matth. XXVII. 22. τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν; Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 99. 10) τί; *qua de causa? cur? quo consilio? quare?* etiam *quo jure? qua auctoritate?* pro διατί et εἰς τί; Matth. VI. 28. καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; et de vestimentis, cur tam anxie solliciti estis? ib. XI. 7. τί ἐξήλθετε; cur exiistis? ib. XIX. 17. τί με λέγεις ἀγαθόν; cur me optimum appellas? ib. XX. 6. XXII. 18. XXVI. 10. τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί; cur molestias facessitis huic mulieri? Marc. VIII. 12. ubi videndus est Heupelius. ibid. XI. 3. τί ποιεῖτε τοῦτο; qua auctoritate, seu cujus jussu hoc facitis? ib. II. 24. Luc. II. 48. τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; cur tanta nos ægritudine affecisti? Joh. I. 25. τί οὖν βαπτίζεις; quo igitur nomine tu baptizas? ib. XIII. 12. γινώσκετε, τί πεποίηκα ὑμῖν; num intelligitis, quonam consilio me ita erga vos gesserim? Act. XIV. 15. ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε; viri, cur hæc facitis? ubi τί est improbantis. ib. XXI. 13. Rom. III. 7. τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι; quo itaque jure ego ob peccata puniar? Rom. IX. 19. 1 Cor. XV. 29. In eadem significatione τί est interdum exprobrantis et postulantis. Joh. XVIII. 23. Matth. VIII. 26. Rom. IX. 20. Adde Aristoph. Nubes v. 773. Theocrit. Idyll. II. 55. Eurip. Phœn. v. 866. τί με καλεῖς σπουδῇ, Κρέον; ubi scholiastes τί per διατί interpretatus est. Anacreon Od. XIII. v. 8 et 9. Philo Leg. Alleg. pag. 69. 39. τὸ τί πολλάκις τίθεμεν ἀντὶ τοῦ, διὰ τί; οἷον· τί λέλουσαι; τί περιπατεῖς; τί διαλέγῃ; ἀντὶ τοῦ διὰ τί; Sext. Empir. Hypot. I. 19. Ita et *quid?* apud Latinos pro *cur?* ponitur, ut idoneis exemplis docuit Tursellinus de Particulis Lat. Orat. p. 269. et מָה Exod. XIV. 15. 11) τὸ τί; *quidnam? quomodo? quare?* Luc. I. 62. τὸ τί ἂν θέλοι καλεῖσθαι αὐτὸν quomodo vellet ipsum vocare. Rom. VIII. 26. τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα, καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν quid enim oremus, ut oportet, non novimus. Aristoph. in Avib. v. 1039. et in Nubib. v. 773. Conf. Wetstenii N. T. T. I. pag. 655. Alias τὸ τί apud Græcos *essentiam rei* significat, v. c. apud Aristotelem Ethic. Lib. I. c. 6. 12) τί ὅτι; *quare? quam ob causam?* pro τί γέγονεν, ὅτι; *quid causæ subest, quod?* uti plene legitur Joh. XIV. 22. τί γέγονεν, ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ; cur nobis tantum te manifestaturus es, nec reliquis hominibus? Sic legitur Marc. II. 16. τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει; cur cum portitoribus et flagitiosis edit et bibit? ubi pro τί ὅτι Codex Cantabrig. habet διατί, e glossa. Luc. II. 49. τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; cur me tam sollicite quæsivistis? Act. V. 4. τί ὅτι ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; quare induxisti animum hoc facinus patrare? ibid. v. 9. τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν; κ. τ. λ. cur vero consensistis? 13) τί μοι, scil. μέλει; *quid mea refert?* 1 Cor. V. 12. τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; quid enim mea refert, illos, qui foris sunt, judicare? Meleager in Anthol. Gr. Lib. VII. Epigr. 17. p. 585. τί δέ μοι τὸ θρασὺ τοῦτο τρέφειν; sed ibid. Epigr. 169. p. 625. plenius legitur: τί μοι μέλει; Ælian. Hist. Anim. VI. 11. τί γάρ μοι κωφοῖς συμβουλεύειν; Eurip. Ion. ver. 433. Tatian. Orat. ad Græc. sect. 40. 14) τί πρὸς σέ; *quid ad te?* Joh. XXI. 22. Eadem formula reperitur quoque in Anthol. Græca Lib. VII. Epigr. 182. 15) τί ἐμοὶ καὶ σοί; scil. κοινὸν, (Eurip. Ion. v. 1284.) vel πρᾶγμα, (Herodot. pag. 414.) vel ξυνόν; (ut plene legitur apud Achillem Tat. Lib. VI. pag. 387. et in Anthol. Gr. Lib. IV. c. 12. Epigr. 31. Conf. L. Bos. Ellips. Gr. p. 226. ed. Schæfer.) *quid mihi tecum rei, vel negotii est?* Matth. VIII. 29. τί ἡμῖν καὶ σοί; quid nunc commisimus? quibusnam te injuriis affecimus? aut cur nobis molestiam creas? cur nos excrucias? Marc. I. 24. Luc. IV. 34. 2 Sam. XVI. 10. מַה־לִּי וְלָכֶם quid mihi molestiam consilio vestro intempestivo facessitis? seu, quid ea res ad vos pertinet? ibid. XIX. 22. Joh. II. 4. τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; h. e. non opus est admonitione tua, sponte mea hoc factum est. Alii

vertant: noli, mater, res alienas et ad te minime pertinentes curare. Conf. Schwarzii Obss. ad Olearium de Stilo N. T. p. 261. et Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1327. et Fischeri Animadversiones ad Welleri Grammat. Gr. pag. 325. 16) *τί οὖν; quid igitur?* ita, ut subaudiatur *γίνεται*, vel *ἔσται*, et est formula concludentis in disputationibus solemnis, quæ etiam apud Arrianum in Diss. Epictet. I. 8. pag. 60. reperitur. Rom. III. 9. VI. 15. coll. 1 Cor. XIV. 15, 26. ubi plene legitur *τί οὖν ἐστι;* Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 37. 17) *τί γάρ; quid vero?* Rom. III. 3. Eandem significationem habet *τί;* Act. XXVI. 8. Phil. I. 18. 18) *διατί; quare? quamobrem?* Matth. XI. 11, 14. et XIII. 10. *διατί ἐν παραβολαῖς λαλεῖς αὐτοῖς;* cur apud eos parabolico docendi genere uteris? Joh. XIII. 37. 19) *εἰς τί; quare? quem in finem?* et est fere exprobrantis, vel querentis. Matth. XIV. 31. *εἰς τί ἐδίστασας;* cur dubitasti? ibidem XXVI. 8. *εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη;* coll. Marc. XIV. 4. ubi plene legitur *εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη τοῦ μύρου γέγονεν;* Marc. XV. 34. *εἰς τί με ἐγκατέλιπες;* quare tu me auxilio tuo deseruisti? Aliter *εἰς τί;* legitur Act. XIX. 3. *εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε;* qua formula igitur vos baptizati estis? 20) *ἵνα τί; cur? quare?* pro *τί γέγονεν, ἵνα;* 1 Cor. X. 29. *ἵνα τί ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται;* cur ob usum libertatis meæ vituperor et condemnor? 21) *πρὸς τί; cur? quem in finem?* i. q. *εἰς τί, διὰ τί* et *ἵνα τί;* Joh. XIII. 28. *πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ;* quem in finem dixerit ipsi?

ΤΙ´ΤΛΟΣ, *ου, ὁ, titulus, inscriptio, elogium*, i. q. *ἐπιγραφή*. Speciatim: *inscriptio, quæ causas supplicii et crimina damnatorum continet*, etiam *ipsa tabula alba, nigris litteris inscripta, quæ palam proponebatur et appendebatur et in qua sententiæ, a judice pronuntiatæ, causa reddebatur.* Vox, origine Latina, ex vocabulo *titulus*, (de quo vide Wetstenii N. T. T. I. p. 954.) per syncopen litteræ u. Bis tantum in N. T. legitur Joh. XIX. 19. *ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλάτος καὶ ἔθηκεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ* imposuit quoque Pilatus cruci titulum, quem ipse præscripserat ibid. v. 20. *τοῦτον οὖν τὸν τίτλον πολλοὶ ἀνέγνωσαν τῶν Ἰουδαίων* hanc igitur inscriptionem multi Judæorum legebant. Pro *τίτλος* cæteri evangelistæ, Matthæus XXVII. 37. Marcus XV. 26. et Lucas XXIII. 38. et exteri quoque scriptores adhibent formulas *τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην, τὴν ἐπιγραφὴν τῆς αἰτίας ἐπιγεγραμμένην* et *τὴν ἐπιγραφὴν γεγραμμένην*. Vide Fabri Semestria II. pag. 101 seq. Niquetum de Titulo S. Crucis pag. 15 seq. et Lipsium de Cruce pag. 101. Eodem sensu *titulus* etiam apud Latinos usurpatur, v. c. apud Suetonium Calig. c. 32. "præcedente titulo, qui causam pœnæ indicaret." Idem in Vita Domitiani c. 10. "canibus objecit cum hoc titulo: *Impie locutus parmularius.*" Hesych. *τίτλος· πτυχίον, ἐπίγραμμα ἔχον.* Vide etiam Cangii Glossar. Gr. s. h. v. Casauboni Exercitatt. XVI. 86. p. 562 seq. et Salmasium de Modo Usurarum p. 678.

ΤΙ´ΤΟΣ, *ου, ὁ, Titus.* Nomen proprium viri, origine Græcum, significans: *honorabilem*, seu *honoratum*, a *τίω honoro*, perf. pass. *τέτιμαι, τέτισαι, τέτιται.* Fuit hic Græcus, Galat. II. 3. cujus patria et parentes non recensentur. Sunt, qui conjectent, eum Corinthium fuisse, quia Act. XVIII. 7. in quibusdam codicibus pro *Ἰούστου* legitur *Τίτου*, quomodo et Syrus legit. Fuit comes et *συνεργὸς* Pauli et episcopus insulæ Cretæ, in qua etiam anno ætatis suæ 94 mortuus et sepultus est, ut testatur Hieronymus in Catalogo Scriptt. Eccles. In N. T. commemoratur 2 Cor. II. 12. *Τίτον τὸν ἀδελφόν μου.* ibid. VII. 6, 13, 14. VIII. 6, 16, 23. *εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς καὶ εἰς ὑμᾶς συνεργός.* ibid. XII. 18. Galat. II. 1, 3. *Τίτος ὁ σὺν ἐμοὶ Ἕλλην ὤν.* 2 Tim. IV. 10. Tit. I. 4. *Τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν.*

ΤΙ´Ω, futur. *ἴσω*, perf. *τέτικα*, perf. pass. *τέτιμαι*, proprie: *æstimo, honoro*, item *pendo, solvo, persolvo, luo*, et in medio: *exigo, repeto, punio, mulcto.* Semel tantum in N. T. legitur 2 Thess. I. 9. *οἵτινες δίκην τίσουσιν* qui pœnam luent, seu dabunt. Alex. Prov. XXVII. 12. *ἄφρονες δὲ ἐπελθόντες ζημίαν τίσουσι.* Ælian. V. H. I. 24. *ἔτισε δίκας ὑπὲρ τῶν παρ' Αὐγείᾳ.* ibid. XIII. 2. *ἔτισεν οὖν ὁ Μακαρεὺς οὐ μεμπτὴν τὴν δίκην.* In solvendi ac persolvendi notione legitur apud Alex. 1 Reg. XX. 39. *τάλαντον ἀργυρίου τίσεις.* Medium *τίσασθαι*, quod proprie quidem significat: *repetere ac exigere ab altero aliquid, quod nobis debitum est*, legitur apud Homer. Odyss. *ν*, v. 16. ubi scholiastes *τὸ τισόμεθα* recte exponit *εἰσπραξόμεθα ἢ ἀποληψόμεθα*, sæpius tamen ita legitur, ut notet: *sumere pœnas ab aliquo, punire, rependere, ulcisci*, v. c. apud Alexandrinos Prov. XX. 22. *μὴ εἴπῃς, τίσομαι τὸν ἐχθρόν.* ibid. XXIV. 22. *ἐξαίφνης γὰρ τίσονται τοὺς ἀσεβεῖς.* et v. 29. *τίσομαι δὲ αὐτὸν, ἅ με ἠδίκησεν.* Suid. *τίσομαι· τιμωρήσομαι, ἀπαιτήσω.* Ita enim loco impressi *ἀποτίσω* ex Lexico Cyrilli MS. Brem. reponendum videtur. Confer Küsterum de Verbis Mediis II. 12. p. 91. edit. Fischer. et Wetstenii N. T. T. II. p. 309.

ΤΟΙΓΑΡΟΥ˜Ν, *proinde, igitur, itaque, ergo, atqui.* Conjunctio ex *τοί*, particula enclitica, *γὰρ* et *οὖν ergo.* Bis tantum in N. T. legitur. 1 Thess. IV. 8. ubi tamen desideratur in quibusdam codicibus; et Hebr. XII. 1. Apud Alexandrinos legitur pro עַל־כֵּן *propterea, idcirco, ideo*, Job. XXII. 10. et pro וְ Prov. I. 31. Ies. V. 26. Pro particula Hebr. גַּם est Job. VII. 11. in Aquilæ ac Theodot. fragmentis. Etiam apud Græcos *τοιγαροῦν* haud raro in principio periodorum ponitur, v. c. apud Platonem Alcibiad. II. princip. in Sophist. pag. 155. Diod. Sic. I. p. 84. et Sophocl. Ajac. Flagell. v. 486.

ΤΟΙ´ΓΕ, *quanquam, quamvis*, cum *καί.* Tantum extat in N. T. Joh. IV. 2. Vide *καίτοιγε.*

ΤΟΙ´ΝΥΝ, *igitur, quare.* Conjunctio ex *τοι* et *νῦν nunc.* Occurrit in N. T. tantum Luc. XX. 25. *ἀπόδοτε τοίνυν τὰ Καίσαρος Καίσαρι* ergo reddite Cæsari, quod Cæsari debetis. 1 Cor. IX. 26. *ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω* ego igitur, spe nempe felicitatis æternæ excitatus, curro ita. Hebr. XIII. 13. *τοίνυν ἐξερχώμεθα πρὸς αὐτὸν ἔξω τῆς παρεμβολῆς.* Jacob. II. 24. *ὁρᾶτε τοίνυν.* Alexandrini habent pro כִּי Ies. III. 10. et לָכֵן Ies. V. 13. Etiam apud Græcos *τοίνυν* ab initio sententiæ collocatur, v. c. apud Apollon. Epist. 57. Joseph. A. J. XI. c. 13. s. 4. Vide Stolbergium in Exercitatt. Ling. Gr. p. 73. et Salmasium de Lingua Hellenistica p. 108. Hesych. *τοίνυν· διὰ τοῦτο.*

ΤΟΙΟ´ΣΔΕ, *τοιάδε, τοιόνδε, talis, hujusmodi, ejusmodi*, ex *τοῖος talis* et *δε*, dictione enclitica. Semel tantum in N. T. legitur 2 Petr. I. 17. *φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιᾶσδε* cum vox talis ad declarandum divinum ejus honorem audiretur. Alexandrini adhibuerunt Esr. V. 4. pro כֵּן *rectum, recte, sic, ita.* Herodian. I. cap. 5. § 4. *ἔλεξε τοιάδε*, ubi vid. Irmischius.

ΤΟΙΟΥ˜ΤΟΣ, *τοιαύτη, τοιοῦτο*, Attice *τοιοῦτον*, (vide Fischeri Animad-

verss. ad Welleri Grammaticam Gr. p. 64 et 138.) *talis*, ex τοι, vel τοῖος *talis* et οὗτος. Innuit qualitatem rei. Matth. IX. 8. XVIII. 5. ὃς ἐὰν δέξηται παιδίον τοιοῦτον ἓν quicunque exceperit puerum talem unum. ibid. XIX. 14. τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν talium enim est regnum cœlorum. Marc. IV. 33. καὶ τοιαύταις παραβολαῖς πολλαῖς. Joh. IV. 23. ὁ πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. ibid. IX. 16. τοιαῦτα σημεῖα talia miracula. Act. XXI. 25. κρίναντες μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτούς. ibid. XXVI. 29. γενέσθαι τοιούτους, ὁποῖος κἀγώ εἰμι fieri tales, qualis ego sum. Rom. I. 32. οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες qui talia patrant, etc. Interdum τοιοῦτος abundat, v. c. post οἷος. Marc. XIII. 19. οἵα οὐ γέγονε τοιαύτη ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως qualis non fuit ab initio rerum conditarum. 2 Cor. XII. 2. ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ, pro ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ. Exempla hujus pleonasmi ex Herodoto dedit Raphelius in Obss. Herodoteis p. 503. Alexandrini adhibuerunt pro אֵלֶּה *illi, isti, hi*, Numer. XV. 13. כָּאֵלֶּה *hujusmodi*, Levit. X. 19. זֶה *hic, iste*, Ies. LVIII. 6. et כָּמֹהוּ *ejusmodi*, Exod. XI. 6. Deut. IV. 32. Jerem. XXX. 7.

ΤΟΙ͂ΧΟΣ, ου, ὁ, *paries, murus*, quasi a τεύχω *fabricor, struo*. Semel tantum legitur in N. T. Act. XXIII. 3. τοῖχε κεκονιαμένε paries dealbate, h. e. hypocrita. Vide supra sub κονιάω. Alexandrini usi sunt pro קִיר idem, Exod. XXX. 3. Levit. V. 9. Ies. XXXVIII. 2. כֹּתֶל *paries*, Cantic. II. 9. כְּתַל Chald. idem, Esr. V. 8. Dan. V. 5. גָּדֵר *murus, paries, sepes, septum*, Ies. V. 5. et חַיִץ *paries luteus*, Ezech. XIII. 10. Adde Ælian. V. H. XIV. 18.

ΤΟ' ΚΑΘΗΜΕ'ΡΑΝ, vide ἡμέρα et κατά.

ΤΟ'ΚΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *partus, fœtus*. Est enim verbale a perf. med. τέτοκα, verbi τίκτω, *pario*. Hesych. τόκος· γένεσις. Artemidorus IV. 82. pag. 248. τόκος δὲ καλεῖται πᾶς ὁ γεννώμενος παῖς. Xenoph. de Rep. Laced. XV. 5. Alex. Hos. IX. 13. 2) metaphorice: *fœnus, usura*, quia hæc parit, h. e. multiplicat pecuniam, quemadmodum et *fœnus* Varro, Festus et Aulus Gellius (Noctt. Att. Lib. XVI. cap. 22.) derivant a fœtu, quod sit quædam fœtura pecuniæ parturientis. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXV. 27. καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ et redux factus recepissem pecuniam meam cum fœnore. Luc. XIX. 23. καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτὸ et reversus cum fœnore illud exegissem. Alexandrini usi sunt hac voce pro תֹּךְ *fraus, dolus, usura*, (a qua voce Hebraica Græcum vocabulum τόκος a nonnullis derivatur.) Psal. LV. 12. LXXII. 14. et pro נֶשֶׁךְ *fœnus, usura*, Exod. XXII. 25. Levit. XXV. 36, 37. Prov. XXVIII. 8. Adde Appian. Alexandrin. de Bello Civil. Lib. I. pag. 645. οἱ μὲν (scil. χρῆσται) πράττοντες τὰ χρέα σὺν τόκοις. Conf. Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 647. et Spanhemii Obss. ad Aristoph. Nub. v. 18 et 1291.

ΤΟΛΜΑ'Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) proprie: *audeo, audax sum, audacia utor, quidpiam grave in animum induco et mihi impero*, a τόλμα, ης, ἡ, *audacia, fiducia*, quasi ταλάομα, a ταλάω *suffero, perpetior, sustineo, audeo*. Mat. XXII. 46. οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι neque ausus fuit quispiam ab illo tempore quæstionem captiosam ei amplius proponere. Marc. XII. 34. καὶ οὐδεὶς οὐκέτι ἐτόλμα αὐτὸν ἐπερωτῆσαι. ibid. XV. 43. τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον ausus est adire Pilatum, aut: sumta fiducia adiit Pilatum. Sic apud Homer. Iliad. α', 85. θαρσήσας μάλα εἰπὲ θεοπρόπιον κ. τ. λ. Luc. XX. 40. Act. V. 13. τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς neque procerum aliquis ausus est se palam iis adjungere. ibid. VII. 32. ἔντρομος δὲ γενόμενος οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι perterritus vero Moses non audebat accuratius considerare. Rom. XV. 18. οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι, Philip. I. 14. περισσοτέρως τολμᾷν ἀφόβως τὸν λόγον λαλεῖν. Jud. ver. 9. οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας. Alex. Esther VII. 5. τίς οὗτος, ὃς ἐτόλμησε ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο; Judith XIV. 13. ἐτόλμησαν οἱ δοῦλοι καταβαίνειν ἐφ' ἡμᾶς. 2 Macc. IV. 2. Ælian. V. H. I. 34. ὅσα αὐτῷ τετόλμηται quæcunque ab illo audacius perpetrata essent. ib. III. 12. et VIII. 6. καὶ τολμῶσι λέγειν et adfirmare non verentur. ibid. XIII. 2. τολμηθέντα ausa impia. Confer Wetstenii N. T. T. II. pag. 46. 2) *sustineo, conor, in animum induco*, et respondet formulis Theotiscis: etwas über das Herz bringen, sich etwas vornehmen oder einkommen lassen, *to bring one's mind to a thing, to undertake or produce any thing* Sic legitur in N. T. Rom. V. 7. ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τις καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν pro viro benefico enim mortem subire fortasse aliquis sustineat. 1 Cor. VI. 1. τολμᾷ τις ὑμῶν; sustinetne aliquis vestrum? 2 Cor. X. 12. οὐ γὰρ τολμῶμεν non possum enim a me impetrare. Eurip. Alcest. v. 644. Ælian. V. H. I. c. 34. τολμήσεις τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς ἑαυτοῦ τὸν υἱὸν ἀποθνήσκοντα ὑπομεῖναι. Demosth. p. 1377. 12. ed. Reisk. οὐκ ἐτόλμησαν ἀποστῆναι τῆς ἡμετέρας φιλίας. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1276. 3) *confido, spem et fiduciam pono, glorior*. 2 Cor. XI. 21. ἐν ᾧ δ' ἄν τις τολμᾷ, τολμῶ κἀγὼ qua enim re aliquis fretus est, huic et ego audacter confidere possum. Job. XV. 12. τί ἐτόλμησεν ἡ καρδία σου. Huc etiam a nonnullis refertur locus Marc. XV. 43. τολμήσας εἰσῆλθε πρὸς Πιλάτον confidenter adiit Pilatum. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 142. 4) τολμᾷν ἐπί τινα *audere quid adversus aliquem*, h. e. *duriter tractare, castigare aliquem, severitate uti contra aliquem*. 2 Cor. X. 2. ᾗ λογίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας qua decrevi severitate uti contra quosdam. 5) interdum pleonastice ponitur. Joh. XXI. 12. οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα τῶν μαθητῶν ἐξετάσαι αὐτὸν κ. τ. λ. nullus autem discipulorum interrogavit eum, quis esset. Statim autem sequitur: sciebant autem, eum esse Dominum. Lysias Orat. II. p. 53. οὐδένα ἐτόλμησαν μεταπέμψαι neminem arcessebant. ibid. p. 128 et 192. Plato Conviv. p. 317. ἔρωτα δὲ μηδένα πω ἀνθρώπων τετολμηκέναι εἰς ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν ἀξίως ὑμνῆσαι. Idem Phædon. p. 395. ἐκεῖνο δὲ οὐ τετόλμηκε μέγα ὄν σμικρὸν εἶναι: Conf. Markland. ad Lysiæ Orat. XII. p. 559. et Heinsii Exercit. Sacr. p. 559. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΟΛΜΗΡΟ'Σ, ά, όν, in utramque partem adhibetur, et in malam, de *audace*, et in bonam partem, de *eo, qui animi præsentia ac confidentia, nullis periculis territa, præditus est*, aut *qui libertate dicendi utitur*, a τόλμα *audacia, fortitudo animi*. Comparativus τολμηρότερος, α, ον, *audacior, liberior*. Neutrum τολμηρότερον aliquando adverbiascit et legitur tantum Rom. XV. 15. τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν paulo liberius et confidentius vobis scripsi. Hermogen. Meth. 6. περὶ αὐθαδῶν καὶ τολμηρῶν διανοημάτων. Dionys. Hal. Ant. IV. 28. τολμηρῷ καὶ αὐθάδει. Eunapius de Legat. p. 217. Suid. sub voce

Τολμηρός· τὸν τολμηρὸν εἰς τὸν ἀνδρεῖον μεταλαμβάνουσιν. Gloss. Vet. τολμηρὸς, *audax, temerarius.*

ΤΟΛΜΗΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *audax*, etiam *homo scelestus, impius, nequam*, i. q. τολμηρὸς, et ab eodem themate. Legitur tantum in N. T. 2 Petr. II. 10. τολμηταὶ homines audaces. Ita quidem vulgo vertitur hæc vox ab interpretibus, quam ego de *impiis, scelestis* explicare mallem. Certe adjectivum τολμηρὸς *scelestum, hominem nequam* notat Sirac. XIX. 3. καὶ ὁ κολλώμενος πόρναις τολμηρὸς ἔσται homo, scortationi deditus, ad omnia scelera pronus fit; ubi in exemplo Camerarii, quod Oporinus excudit, loco τολμηρὸς ἔσται extat πονηρότερος ἔσται, e glossemate. Simili modo θρασὺς Sirac. XXII. 5. et vox Chaldaica טְלִימָא seu טְלוּמָא Prov. VI. 12. usurpatur. Thom. M. p. 856. τολμητής· οὐ τολμητίας. ἀνάττικον γὰρ τοῦτο. Θουκυδίδης (Lib. I. c. 70.)· καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί, Pollux Onom. III. 134.

ΤΟΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *secans, acutus, penetrans, scindens.* Comparativus τομώτερος, α, ον, *secantior, penetrantior*, a præter. med. τέτομα, verbi τέμνω *scindo, seco.* Suid. τομόν· τὸ τμητικόν. Hesych. τομός· ὁ τέμνων. τομώτερος· ὀξύτερος, δυνάμενος τέμνειν. Lucian. Toxar. cap. XI. p. 39. καὶ αἱ τομώτεραι φαίνοντο αἱ σαὶ τῶν ἐμῶν. Callim. Hymn. in Delum v. 94. Etiam τομώτατος est apud Sophoclem in Ajace Flagell. v. 813. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 398. et Wakefield. Silvam Criticam P. I. p. 8. 2) metaphorice: *efficax, acerbus, gravis, ad movendum animum compositus, eindringend, insinuating.* Sic semel legitur in N. T. Hebr. IV. 12. ubi λόγος τοῦ Θεοῦ (h. e. comminationes divinæ) dicitur esse ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον efficax et secantius omni gladio ancipiti, h. e. alte descendit in animum et ad movendum animum maxime est compositum. Simili ratione hac voce usus est Phocylides v. 118. ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου. Alberti Glossar. Gr. N. T. p. 171. τομώτερος· τμητικώτερος.

ΤΟ'ΞΟΝ, ου, τὸ, *arcus*, q. a τάζω *tendo.* Tantum legitur in N. T. Apoc. VI. 1. ἔχων τόξον *habens arcum.* Alexandrini sæpius usi sunt pro קֶשֶׁת idem, Genes. IX. 13, 14, 16. Jos. XXIV. 12. 1 Sam. II. 4. Hesych. τόξον κυρίως αὐτὸ τὸ τόξον. δηλοῖ δὲ καὶ τὴν τοξικὴν ἐμπειρίαν, καὶ αὐτὰ τὰ βέλη. Hinc etiam pro חֵץ *sagitta* ponitur apud Alexandrinos 2 Reg. XIII. 18. Psalm. LVIII. 8. LXIV. 4. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 771.

ΤΟΠΑ'ΖΙΟΝ, ου, τὸ, etiam ΤΟ'ΠΑΖΟΣ, ὁ, (Dionys. Perieg. 1121.) *topazius*, vel *topazium.* Est nomen lapidis pretiosissimi, seu gemmæ viridis et pellucidæ, vitro similis, aurique colore renitentis. Sunt, qui a τοπάζω *quæro, investigo* derivent; alii vero hoc nomen suum traxisse existimant a Topazio, insula maris rubri, in qua, ut nonnulli tradunt, hic lapis, præ aliis nobilis et mire splendens, reperitur. Vide Plinii H. Nat. Lib. XXXVII. c. 8. Fuse de hoc lapide egit Diod. Sic. Lib. III. c. 39. qui ejus patriam, insulam Serpentariam, littoribus Troglodyticæ adjacentem, facit, eumque vocat λίθον διαφαινόμενον, ἐπιτερπῆ, ὑάλῳ παρεμφερῆ, καὶ θαυμαστὴν ἔγχρυσον πρόσοψιν παρεχόμενον. In N. T. libris tantum commemoratur Apoc. XXI. 20. ὁ ἔνατος, τοπάζιον nonus topazius lapis. Apud Alexandrinos legitur pro פִּטְדָה Exod. XXVIII. 17. Job. XXVIII. 19. Ezech. XXVIII. 13. et pro פָּז *aurum solidum*, Psalm. CXIX. 127. ad quem locum Theodoret. τῶν γὰρ τιμίων λίθων τοπάζιος· εἰκὸς δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοῦτον προτιμᾶσθαι τῶν ἄλλων, ex quo hausit sua Suidas, qui ita: τοπάζιος, inquit, λίθος πολυτελὴς κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς τιμώμενος. Cæterum de hoc lapide lectu dignissima habent Braunius de Vestitu Sacerdot. Hebr. Lib. II. cap. 9. p. 508 seq. Joh. de Læt de Gemmis et Lapidibus Lib. I. c. 11. Salmasius ad Solinum p. 169. et ad Epiphanium de Gemmis c. II. p. 87. Hillerus de Gemmis XII in pectorali Pontif. Hebr. p. 39. et Wetstenius N. T. T. II. p. 845.

ΤΟ'ΠΟΣ, ου, ὁ, 1) *locus, spatium quodvis, in quo est vel detinetur aliquid*, adeoque pro contextus diversitate *terra, regio, domus, domicilium, urbs, templum*, etc. Matth. XII. 43. διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων peragrat siticulosa loca. ib. XIV. 13. εἰς ἔρημον τόπον in locum desertum. ibid. v. 15 et 35. οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου incolæ ejus tractus. ibid. XXIV. 7. καὶ σεισμοὶ κατὰ τόπους et erunt terræ motus singulis in locis. Alii vertunt: ubivis locorum. ibid. v. 15. ubi ὁ τόπος ἅγιος non solum *templum Hierosolymitanum*, sed etiam *ipsam urbem Hierosolymam* et *solum circa urbem* (quod uni Deo, quemadmodum urbem ipsam, sacrum esse oportebat,) notat et ἑστὼς cum verbis τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως conjungendum videtur. Vide supra ad βδέλυγμα dicta. ib. XXVII. 33. καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον Γολγοθᾶ, ὅ ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος et ubi venerunt Golgotham, qui appellatur calvariæ locus. Matth. I. 35, 45. VI. 31, 32, 35. XIII. 6. XV. 22. Luc. II. 7. διότι οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι quia alius in hospitio locus ipsis non suppetebat. ibid. IV. 37. εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου omnia loca finitima. ibid. v. 43. VI. 17. τόπος πεδινὸς locus campestris. ibid. IX. 10, 12. X. 1, 32. γενόμενος κατὰ τὸν τόπον ad illum locum delatus. ibid. XI. 1, 24. XIV. 9. δὸς τούτῳ τόπον cede illi primum locum, τὴν πρωτοκλισίαν, ut v. 8. vocatur; et paulo post: τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν ultimam sedem occupare. (Plutarch. C. Gracch. p. 840. E. δότε τόπον ἀγαθοῖς, κακοὶ ποθῶσι. Arrian. Epictet. III. 26. ἔξελθε, δὸς ἄλλοις τόπον. Sic *dare locum* pro *cedere* legitur apud Cicer. ad Famil. Ep. XI. 1. de Nat. Deor. II. 33. Ovid. de Ponto I. 1. Fast. IV. 390. Terent. Heaut. III. 3. 25.) ib. v. 10, 22. καὶ ἔτι τόπος ἐστὶ sed superest locus, aut: locus est et pluribus. ibid. XVI. 28. εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς βασάνου in locum hunc cruciatus. ibid. XIX. 5. XXI. 11. XXII. 40. γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου ubi venit ad illum locum. ibid. XXIII. 33. Joh. IV. 20. ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου προσκυνεῖν δεῖ Hierosolymis esse locum legitimum, ubi Deus sit adorandus. ibid. V. 13. VI. 10, 23. X. 40. XI. 6, 30. XIV. 2 et 3. ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον parabo vobis sedem, seu domicilium; ubi tamen τόπος æque ac μονὴ v. 2. cum quo h. l. permutatur, metaphorice accipiendum est. Vide supra μονή. Joh. XVIII. 2. XIX. 13, 17, 20, 41. Act. IV. 31. ἐσαλεύθη ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι concutiebatur ædificium, in quo erant congregati. ibid. VI. 13. Vide supra ad Matth. XXIV. 15. notata in h. v. ibid. VII. 7, 33, 49. ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; aut quis locus erit habitationis meæ? ibid. XII. 17. XVI. 3. XXI. 28. τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον templum Hierosolymitanum, aut potius illam templi Hierosolymitani partem, quæ *Sanctum* vocatur et quam Lucas in an-

tecedentibus τὸ ἱερὸν appellaverat. ibid. XXVII. 2. μέλλοντες πλεῖν τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους Asiæ oras navigando obituri. (Polyb. p. 4. εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους. ibid. p. 31. Strabo III. p. 230. B.) ib. v. 8, 29, 41. XXVIII. 7. ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον in illis autem locis. 1 Cor. I. 2. 2 Cor. II. 14. 1 Thess. I. 8. ἐν παντὶ τόπῳ ubique fere. 1 Tim. II. 8. Hebr. XI. 8. εἰς τὸν τόπον in terram. 2 Petr. I. 19. Apoc. II. 5. VI. 14. XII. 6. ὅπου ἔχει τόπον ἡτοιμασμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ubi domicilium a Deo paratum habebat. ibid. v. 8, 14. XVI. 16. XVIII. 17. (ubi ἐπὶ τόπον positum est pro ἐπὶ τόπους.) XX. 11. Alexandrini usi sunt hac voce pro אֹהֶל *tentorium,* Jer. XXXVII. 10. Chald. אֲתַר *locus,* Esr. V. 15. Dan. II. 35. בַּיִת *domus, domicilium,* 1 Sam. X. 25. XXIV. 23. Psalm. CXIX. 54. מָעוֹן *habitaculum,* Psal. LXVII. 6. LXX. 3. מָקוֹם *locus,* Genes. XII. 6. Ruth. I. 7. III. 4. IV. 10. et נָוֶה *habitaculum,* Jer. XXV. 30. XLIX. 18. etc. 2) speciatim, si de gladio usurpatur, *vaginam* notat, quæ alias κολεὸς dicitur, apud Alexandrinos v. c. 1 Chron. XXI. 27. Ezech. XXI. 30. et κουλεὸς Jer. XLVII. 6. Matth. XXVI. 52. ἀπόστρεψόν σου τὴν μάχαιραν εἰς τὸν τόπον αὐτῆς conde gladium tuum vagina; coll. Joh. XVIII. 11. βάλε τὴν μάχαιράν σου εἰς τὴν θήκην. 3) *sepulcrum,* i. q. τάφος, cum quo etiam interdum in codicibus permutatur. Matth. XXVIII. 6. ἴδετε τὸν τόπον, ὅπου ἔκειτο ὁ Κύριος spectate sepulcrum, ubi jacebat Dominus. Marc. XVI. 6. ἴδε, ὁ τόπος, ὅπου ἔθηκαν αὐτόν. Huc etiam refertur a nonnullis interpretibus locus Act. I. 25. ut πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον significet: *mori* et *sepeliri.* Nec negari potest, τόπον (Sirac. XLVI. 15. XLIX. 11.) æque ac *locum* apud Latinos de *sepulcro* dici. Conf. præter commentatores ad locum Act. laudatum D'Orville ad Chariton. Aphrod. Lib. III. cap. 3. p. 354. ed. Lips. et Salmasium ad Inscript. Herod. p. 50. 67 et 209. 4) ὁ τόπος, pro ὁ τόπος ἅγιος, *templum Hierosolymitanum et ipsa urbs Hierosolyma, terra Judaica.* Joh. XI. 48. καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος et penitus vastabunt templum Hierosolymitanum et omnem terram Judaicam ejusque incolas in captivitatem abducent. Vide supra ad αἴρω notata. Act. VI. 14. καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον destruet hoc templum. ibid. XXI. 28. καὶ τοῦ τόπου τούτου et hoc templum Hierosolymitanum. Eodem modo apud Alexandrinos et in libris Apocryphis V. T. templum Hierosolymitanum et terra Judaica mox τόπος ἁγιάσματος, Esdra IX. 8. mox τόπος ἅγιος, Ps. XXIII. 3. Ies. LX. 13. mox ὁ τόπος οὗτος, Hag. II. 10. 2 Macc. II. 19. III. 12. V. 19, 20. vocatur. Hierocles in Aur. Carm. p. 24. ed. Needham. ψυχῆς καθαρᾶς τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς Θεὸς οὐκ ἔχει. Confer Steph. le Moyne ad Varia Sacra p. 522. 5) *locus scriptoris,* s. *libri,* quem etiam nos **eine Stelle**, *a passage,* vocamus et Græci ῥῆσιν et χωρίον γραφικὸν dicunt. Sic legitur in N. T. Luc. IV. 17. καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον εὗρε τὸν τόπον, οὗ ἦν γεγραμμένον et replicans volumen, invenit locum, in quo scriptum est. Xenoph. Mem. II. 1. 20. καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ φησίν. Confer Valckenarium et Wesseling. ad Herodot. II. 117. p. 157. Suid. τόπος· ἡ ἑκάστου λόγου περίοδος. 6) metaphorice: *facultas, potestas, occasio, opportunitas, concessio, aditus.* Act. XXV. 16. τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ ἐγκλήματος et opportunitatem seu concessionem se defendendi contra criminationem accipiat. Rom. XV. 23. νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι τούτοις nunc vero, cum mihi non amplius datur opportunitas tradendi religionem christianam in his regionibus. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 95. Ephes. IV. 27. μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ neque suppeditate occasionem et materiam criminandi calumniatoribus vestris, qui scilicet omnem occasionem vos carpendi vobisque detrahendi captant. Hebr. XII. 17. μετανοίας γὰρ τόπον οὐχ εὗρεν patris enim sententiam et decretum immutare non potuit. Sirac. IV. 5. μὴ δῷς τόπον ἀνθρώπῳ καταράσασθαί σε. Polyb. I. 88. διὰ τὸ μὴ καταλείπεσθαι σφίσι τόπον ἐλέους μηδὲ συγγνώμης. Cicero III. Ep. 6. s. 14. "de tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil *loci* dedisse." Idem de Oratore c. 42. "quem habebant instituendi, aut docendi locum?" 7) *status, conditio,* ut χώρα et τάξις. Sic legitur in N. T. 1 Cor. XIV. 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου qui est idiota, seu indoctus. Formula enim ἀναπληροῦν τὸν τόπον τινὸς non significat: *explere vicem alicujus,* ut vulgo male vertitur, sed: *esse in statu et conditione alicujus,* ad imitationem formulæ Hebraicæ מִלֵּא מָקוֹם quam comparavit Buxtorfius in Lexico Talm. p. 2001. et Hottingerus de Usu Scriptt. Hebr. in N. T. in Syntagmate Rhenferdiano p. 399. Eodem sensu accipitur quoque πληροῦν χώραν apud Hieroclem in Aur. Carmin. p. 32. ἀποπληροῦν χώραν et ἔχειν τόπον apud Arrian. Diss. Epictet. Lib. II. c. 4. p. 177. et ἀποπληροῦν τάξιν apud Joseph. de B. J. V. 2. 5. Huc etiam commode trahi potest locus Act. I. 25. ubi suspicor, formulam πορεύεσθαι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον, quæ admodum exercuit interpretum ingenia, nihil aliud significare, quam: *venire in eam conditionem, quam quis meruit,* adeoque h. l. commode de morte violenta Judæ, proditoris Christi, a Luca adhibitam fuisse. Eodem modo *locus* adhibetur apud optimos scriptores, v. c. Cic. in Epp. ad Famil. IV. Ep. 2. s. 6. "quem in locum res deducta sit, vides." Idem de Claris Oratt. c. 26. Cornel. Nepos in Eumene c. 1. Sirac. XII. 14. Adde etiam Ittigii H. E. Sæc. II. cap. 3. s. 3. § 11. p. 203. (qui laudavit loca Ignatii, Clementis Romani et Polycarpi, ubi de damnatis pariter ac felicitati æternæ destinatis dicitur, eos abiisse εἰς τόπον ἴδιον.) et Zornii Bibl. Antiq. Exeg. T. I. p. 1095. — 8) *munus, dignitas, officium,* ut Latinum *locus* apud Gellium N. A. XII. 1. Tacit. Hist. III. 58. 5. Juvenal. Sat. X. 10. Hanc notionem vocabulo τόπος in formula πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον, Act. I. 25. obvia, tribuunt Didymus, Theophylactus, Œcumenius, Knatchbullus, Hammondus, Hombergius et alii, ita, ut verba πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον non cum παρέβη, sed λαβεῖν construantur. 9) *locus,* h. e. *admissio,* nostrum: **Statt**, *place.* Hebr. VIII. 7. οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος posterior œconomia non locum habuisset, h. e. non opus fuisset alia œconomia. Sirac. XIII. 25. XXXVIII. 12. 10) Formula διδόναι τόπον τινί, h. e. *permittere alicui aliquid,* semel tantum legitur in N. T. Rom. XII. 19. δότε τόπον τῇ ὀργῇ, quæ verba optime ob sequentia reddideris: *permittite vindictam Deo,* locum date vindictæ divinæ, et vos ipsi ulcisci nolite. Theophylactus bene: συγχώρησον τῷ Θεῷ ἐπεξελθεῖν. De hac

formula, quam alii vertunt: *differte iram*, (collato Latinorum: *Spatium dare iræ*. Liv. II. 50. VIII. 32. Seneca de Ira III. 39.) alii vero: *fugite iram*, alii denique: *cedite*, h. e. *ne resistite injuriis aliorum*, ut ὀργὴ ad hostem referatur, vide, quæ copiose et docte disputavit Casaubonus ad Athenæum p. 652. Gatakerus ad Marc. Antonin. p. 104. et Wetstenius N. T. T. II. p. 82. 11) ἐν τῷ τόπῳ οὗ, *pro eo, quod, loco ejus, quod*, anstatt dass, *in place of*, ad imitationem Hebraicæ formulæ בִּמְקוֹם אֲשֶׁר Hos. I. 10. Rom. IX. 26. καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἐῤῥήθη αὐτοῖς et pro eo, quod olim ipsis dixi. 12) interdum omittitur, v. c. Matth. II. 9. ἐπάνω (τοῦ τόπου) οὗ ἦν τὸ παιδίον supra locum, in quo puer erat. Luc. II. 14. XII. 7. post ἔχω: et v. 33. post κατ' αὐτόν. coll. v. 32. Hebr. IV. 5. post ἐν τούτῳ. ibid. V. 6. post ἐν ἑτέρῳ. Act. IX. 32. διερχόμενον διὰ πάντων, scil. τόπων, varia loca peragrantem. Phil. IV. 12. ἐν παντὶ, scil. τόπῳ, vel χρόνῳ. Nec desunt exempla hujus ellipseos apud Græcos, v. c. Alciphron. Epp. p. 442. ubi post εἰς ταὐτὸν supple τόπον. Ælian. V. H. XIII. 42. Herodian. VI. 5. 22. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΟΣΟΥ͂ΤΟΣ, τοσαύτη, τοσοῦτο, (pro quo etiam τοσοῦτον occurrit, non solum in N. T. libris, sed etiam apud Græcos. Vide Fischeri Animadverss. ad Welleri Grammat. Gr. p. 64 et 138.) 1) proprie: *tantus, tam magnus*, ut denotet quantitatem continuam seu magnitudinem, ex τόσος *tantus* et οὗτος *hic*. Sic legitur in N. T. Matth. VIII. 10. οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον ne inter Israëlitas quidem tantam fiduciam reperi. Luc. VII. 9. Act. V. 8. εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; ἡ δὲ εἶπε· ναί, τοσούτου num tanti prædium vendidistis? respondit: recte, tanti. Hebr. I. 4. τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων tanto præstantior factus angelis. Alex. Exod. I. 12. καθότι δὲ αὐτοὺς ἐταπείνουν, τοσούτῳ πλείους ἐγίνοντο. Hebr. VII. 22. κατὰ τοσοῦτον κρείττονος διαθήκης tanto præstantioris fœderis: ubi κατὰ τοσοῦτον pendet a καθ' ὅσον quanto, v. 20. ibid. X. 25. τοσούτῳ μᾶλλον tanto magis. Apoc. XVIII. 7 et 17. ibid. XXI. 16. τοσοῦτον de longitudine usurpatur: τὸ μῆκος αὐτῆς τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον καὶ τὸ πλάτος longitudo ejus tanta est, quanta et latitudo. 2 Macc. IV. 3. τῆς δὲ ἔχθρας ἐπὶ τοσοῦτον προβαινούσης. Ælian. V. H. XII. 1. 2) quantitatem discretam, seu numerum significat, ubi idem est ac: *tam multus*, et in plurali: *tot*. Matth. XV. 33. ἄρτοι τοσοῦτοι tot panes; et ibidem ὄχλον τοσοῦτον tantam, h. e. tam numerosam multitudinem. Luc. XV. 29. τοσαῦτα ἔτη tot annos. Joh. VI. 9. ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους; sed quid tantulum ad tantam multitudinem? 1 Cor. XIV. 10. τοσαῦτα γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ tot genera linguarum reperiuntur in mundo. Hebr. IV. 7. μετὰ τοσοῦτον χρόνον post tantum temporis intervallum. 3) quantitatem continuam seu magnitudinem, et quantitatem discretam seu multitudinem simul denotat, ut idem sit, ac: *tantus et tam multus*, seu *tot*. Joh. XII. 37. τοσαῦτα σημεῖα tot et tam insignia miracula. ibid. XXI. 11. τοσούτων ὄντων, sc. τῶν ἰχθύων, et quamvis tam multi et tam magni pisces essent. Galat. III. 4. τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; num tot ac tanta mala frustra pertulistis? Hebr. XII. 1. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΟ'ΤΕ. Proprie non videtur adverbium esse, sed accusativus neutrius generis, elliptice positus, ut plene dicatur περὶ τότε τὸ μέρος χρόνου, id quod colligi potest ex loco Lysiæ Orat. VI. c. 2. οὐ θαυμαστὸν, εἰ τότε τὰς μορίας ἐξέκοπτον, ἐν ᾧ οὐδὲ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν φυλάττειν ἠδυνάμεθα. Sed in N. T. libris fere adverbialiter sumitur, significans: 1) *tunc, eo tempore*, damals, *then*, de tempore præterito. Mat. II. 17. τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν tunc eventu comprobatum est prædictum a Jeremia propheta. ib. XI. 20. τότε ἤρξατο ὀνειδίζειν. (Potest tamen h. l. τότε verti *hoc ipso tempore*, ut legitur apud Xenoph. Anab. I. 1. 6.) ib. XII. 22. XIII. 26. XXIV. 10. XXVII. 16. Rom. VI. 21. τίνα καρπὸν εἴχετε τότε; 2) *tum, postea, deinde*, darauf, alsdann, *after that*. Matth. III. 5. ubi tamen τότε ita ponitur, ut videri possit vel valere idem, quod: *quare, quocirca*, vel pro καὶ adhibitum esse. Matth. III. 15. τότε ἀφίησιν αὐτὸν tum illi morem gessit. ibid. IV. 1, 5. V. 24. καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου et tum veniens offer donum tuum. ib. VIII. 26. XV. 28. Act. XV. 22. ubi tamen τότε æque commode *quare, quocirca* reddi potest. Idem valet de loco Act. XXI. 26. coll. Dan. II. 12. 3) *olim, aliquando*, vormals, *formerly*, ἀντὶ τοῦ πάλαι secundum Græcum quendam interpretem ad Psalm. LXXXVIII. 19. Galat. IV. 29. τότε temporibus Abrahami. 2 Petr. III. 6. τότε temporibus Noachi. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 10. Cf. Abresch. Dilucidd. Thucyd. IV. 46. 4) *in sequentibus, paulo post*. Hebr. X. 9. ubi τότε respondet τῷ ἀνώτερον, v. 8. 5) cum præpositione constructum nominascit, significans: *illud, istud tempus*. Matth. IV. 17. ἀπὸ τότε ab isto tempore. ibid. XVI. 21. XXVI. 16. Adde Sirac. VIII. 12. Herodian. Grammaticus Fragm. p. 206. ad calcem Eclogarum Phrynichi a Pavo editarum: ἀπὸ τότε καὶ ἐκ τότε μὴ λέγε, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου· καὶ καθόλου δὲ τοῖς χρονικοῖς ἐπιῤῥήμασιν οὐ συντάττουσι τὰς προθέσεις. 6) interdum abundat, v. c. Joh. XIII. 27. μετὰ τὸ ψωμίον, τότε κ. τ. λ. 7) πρῶτον — καὶ τότε *primum*, vel *prius — deinde*, vel *postea*. Matth. V. 24. XII. 29. Marc. III. 27. Luc. VI. 42. 8) ὅτε — τότε *cum — tum*. Matth. XIII. 26. XXI. 1. Joh. XII. 16. 9) ὅταν — τότε *cum — tum*. Mat. XXV. 31. Marc. XIII. 14. Luc. XXI. 20. Joh. II. 10. VIII. 28. 1 Cor. XIII. 10. XV. 28. 10) ὡς — τότε καὶ *postquam — tum etiam*. Joh. VII. 10. 11) ὡς τότε μὲν — ἔπειτα μετὰ τοῦτο *ut — quidem — deinde autem*. Joh. XI. 6 et 7. 12) post genitivos, consequentiam designantes, ponitur. Act. XXVII. 21. πολλῆς δὲ ἀσιτίας ὑπαρχούσης, τότε σταθεὶς κ. τ. λ. item post participia aoristorum. Act. XXVIII. 1. καὶ διασωθέντες τότε ἐπέγνωσαν. 13) ἄρτι — τότε *nunc — in altera vita*. 1 Cor. XIII. 12. 14) τότε μὲν — νῦν δὲ *tunc quidem — nunc vero*. Galat. IV. 8, 9. Hebr. XII. 26. 15) interdum reticetur, v. c. 1 Cor. IV. 19. καὶ γνώσομαι et tunc cognoscam. Confer Amos VII. 3. נִחַם tunc pœnituit. Jerem. XXVIII. 9. Alexandrini adhibuerunt pro אָז *tunc, tum*, Gen. XII. 6. XIII. 7. Exod. XII. 44, 48. Chald. אֱדַיִן idem, Esra IV. 23, 24. Dan. II. 14. אַחַר *post, postea*, Levit. XXII. 7. רַק *tantum, tantummodo, duntaxat*, Deut. XXVIII. 13. et אַךְ idem, Deut. XXVIII. 29.

ΤΟΥ͂, poëtice pro τούτου, vel αὐτοῦ. Act. XVII. 28. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν ejus enim progenies sumus. Apoc. I. 4. ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν κ. τ. λ. ab eo, qui est. Polyb. Hist. V. c. 49. κελεύσαντος λέγειν τοῦ βασιλέως ὑπὲρ τοῦ πῶς δεῖ χρῆσθαι ταῖς ἐπὶ τὸν Μόλωνα παρασκευαῖς. Thucyd. I. c. 4. Confer Schwarz. de Solœcismis Discipul. Christi Antiquatis c. 8. p. 42. et c. 14. p. 101.

ΤΟΥ'ΝΑΝΤΙ'ΟΝ. Adverbium, sig-

nificans: *contra, e contrario,* pro τὸ ἐναντίον, per concretionem Atticam. Occurrit in N. T. tantum 2 Cor. II. 7. ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον χαρίσασθαι ut contra potius vos ei condonetis. Galat. II. 7. ἀλλὰ τοὐναντίον ἰδόντες sed e contrario cum cognoscerent. 1 Petr. II. 9. τοὐναντίον δὲ εὐλογοῦντες sed e contrario potius bene iis precamini et beneficiis eos ornate. Vid. Lexicon Xenophonteum s. v. ἐναντίος.

ΤΟΥ'ΝΟΜΑ, *nomine,* seu *nomine tenus.* Vocabulum indeclinabile, compositum ex τὸ et ὄνομα, per concretionem Atticam, quod tantum legitur in N. T. Matth. XXVII. 57. τοὔνομα Ἰωσὴφ pro κατὰ τὸ ὄνομα Ἰωσὴφ nomine Josephus, h. e. qui nominabatur Josephus. Xenoph. Cyrop. VIII. 6. 2. et Anab. II. 5. 2. V. 3. 1.

ΤΟΥΤΕ'ΣΤΙ, vel ΤΟΥ͂Τ' ἜΣΤΙ, *hoc est, hoc significat,* ex τοῦτο *hoc* et ἐστὶ *est.* Formula explanandi et explicandi, veteribus frequentissima, quæ legitur in N. T. Mat. XXVII. 46. Marc. VII. 2. κοιναῖς χερσὶ, τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις communibus manibus, h. e. illotis. Act. I. 19. Ἀκελδαμὰ, τουτέστι χωρίον αἵματος, Akeldama, h. e. ager sanguinis. ibid. XIX. 4. Rom. VII. 18. οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, τὸ ἀγαθὸν non habitat in me, h. e. in corpore meo, bonum. ibid. IX. 8. Philem. v. 12. Hebr. II. 14. VII. 5. IX. 11. X. 20. XI. 16. XIII. 15. 1 Petr. III. 20. Alexandrini adhibuerunt pro הוּא Job. XL. 19. Adde Jamblich. c. 17. p. 59. et Heraclid. Pontic. Allegor. Homer. p. 450.

ΤΡΑ'ΓΟΣ, ου, ὁ, *hircus, caper,* a τραγεῖν, aor. 2. infin. act. verbi τρώγω *rodo, comedo,* quod arbores rodere soleat, vel παρὰ τὸ τραχὺ τοῦ δέρματος ab aspera et hirsuta pelle. Legitur in N. T. tantum Hebr. IX. 12, 13. αἷμα ταύρων καὶ τράγων sanguis taurorum et hircorum. ibid. v. 19. et X. 4. Alexandrini adhibuerunt pro תַּיִשׁ *hircus, aries, caper,* Gen. XXX. 35. XXXII. 14. Prov. XXX. 31. צָפִיר *hircus,* Dan. VIII. 5, 8, 21. et עַתּוּדִים *hirci,* Genes. XXXI. 10, 12. Ies. I. 11. XXXIV. 6. Ezech. XXXIX. 18.

ΤΡΑ'ΠΕΖΑ, ης, ἡ, 1) proprie: *mensa quæcunque, cui aliquid imponitur,* v. c. cui cibi imponuntur et ad quam sedent cœnantes et convivantes, abacus mensarii, ad quem sedens numos computat, mensa numulariorum et fœneratorum, mensa, ad usus sacros, sive ad alios usus destinata, quasi τετράπεζα, per aphæresin, ut nonnullis placet, ex τετρὰς, άδος, ἡ, *numerus quaternarius,* et πέζα, ης, ἡ, *pes,* quod mensæ quatuor initio haberent pedes. Matth. XV. 27. καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν sed tamen canes saturantur de micis, decidentibus a mensa dominorum suorum. ibid. XXI. 12. καὶ τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε et mensas numulariorum evertit. Marc. VII. 28. ὑποκάτω τῆς τραπέζης. ibid. XI. 15. Luc. XVI. 21. XXII. 21, 30. Joh. II. 15. Hebr. IX. 2. ἡ τράπεζα dicitur κατ' ἐξοχὴν mensa in sancto templi Hierosolymitani, seu tabernaculi fœderis, cui imponebantur panes sacri, οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως, de quibus vide dicta supra ad vocem πρόθεσις. Facta erat e lignis Sittinis, auro purissimo undique obducta, pondo plurium talentorum. Longitudo mensæ erat duorum cubitorum, latitudo unius, altitudo unius cum dimidio. Hebraice vocabatur שֻׁלְחַן הַפָּנִים Num. IV. 7. h. e. ἡ τράπεζα ἡ προκειμένη, ut ab Alexandrinis redditur. Adde Exod. XXV. 23, 27, 28, 30. 1 Macc. I. 23. καὶ τὴν τράπεζαν τῆς προθέσεως. 2) per metonymiam: *cibi, qui in mensa apponi solent, convivium, quod in mensa instrui solet,* quemadmodum etiam ἀγορὰ haud raro pro *rebus, in foro venalibus,* ponitur. Ita capitur in N. T. Act. XVI. 34. παρέθηκε τράπεζαν apposuit mensam, h. e. cœnam paravit, cibos ipsis apposuit, convivium paravit. 1 Cor. X. 21. τράπεζα Κυρίου, h. e. *convivium sacrum, cœna Domini,* opponitur τῇ τραπέζῃ δαιμονίων, h. e. *cœnæ sacrificiali gentilium,* seu *cibis, diis ethnicorum sacris.* Vide Zeibichii Observationes ex Nummis Sacras p. 67. Hinc apud Alexandrinos quoque τράπεζα legitur pro פַּתְבַּג *portio cibi,* Dan. I. 5, 8, 13, 15. ὑπὲρ τὰ παιδάρια τὰ ἐσθίοντα τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως: et pro שְׁאֵר *caro, alimentum,* Psal. LXXVIII. 20. ἢ ἑτοιμάσαι τράπεζαν τῷ λαῷ αὐτοῦ. Eodem modo שֻׁלְחָן usurpatur Psal. LXXVII. 22. Ies. XXI. 5. LXV. 10. καὶ ἑτοιμάζοντες τῷ δαιμονίῳ τράπεζαν. Nec Græci et Latini scriptores hunc usum loquendi ignorant. Sic v. c. apud Ælian. V. H. I. 19. ἀσωτία τραπέζης est *victus intemperantia.* ib. II. 17. τράπεζα παρατεθεῖσα *cibi appositi.* ibid. IV. 22. τράπεζα ἁβροτέρα *victus lautior.* Plato Ep. VII. Euripid. Alc. v. 2. Vide Reiskium ad Diod. Sic. p. 89. Horat. de Arte Poëtica v. 198. Idem Serm. II. 4. 87. Virgil. Æn. I. v. 690. et VII. 176. 3) metaphorice: *omnia commoda, quibus aliquis fruitur.* Rom. IX. 9. γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα inter convivia læta, seu fortunatos ipsos opprimat calamitas et miseria. Verba sunt desumta ex Ps. LXIX. 27. Conf. quoque Ps. XXII. 6. 4) *mensarius, argentarius, ad quem pecuniam, ne vacet, deferunt et pro ea usuras legitimas accipiunt, mensa publica, ærarium negotiatorum,* die bank, *the bank.* Sic legitur in N. T. Luc. XIX. 23. καὶ διατί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν; cur pecuniam meam non tradidisti mensariis? ubi partim sequuntur verba: καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτὸ, partim pro ἐπὶ τὴν τράπεζαν legunt alii τοῖς τραπεζίταις. Philostrat. Vit. Soph. II. 1. 3. p. 549. ed. Olear. Exempla alia hujus usus loquendi collegit Kypkius in Obss. Sacr. T. I. p. 308. et Reisk. in Indice Græcit. Demosthen. p. 748. 5) *pecunia, eleemosyna colligenda et in pauperes distribuenda.* Act. VI. 2. διακονεῖν τραπέζαις rem pecuniariam tractare, seu operam dare eleemosynæ colligendæ et distribuendæ. Joseph. A. J. XII. 2. 3. οἱ δὲ λοιποὶ ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης κομιζόμενοι τὰ λύτρα. Conf. Krebsii Obss. Flav. p. 182. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΡΑΠΕΖΙ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *mensarius, qui, ad abacum sedens, numos numerat et computat,* a τράπεζα *mensa,* et speciatim abacus, ad quem mensarius sedens numos numerat et computat. 2) *argentarius, numularius, collybista, fænerator publicus, qui non solum ab aliis pecuniam accipit mutuo, ita, ut certo cum lucro restituat, interim majus fænus ab aliis exigens, sed etiam numos cum lucro permutat et spectat,* ein banquieur, wechsler, *a banker, an exchanger,* qui etiam ἀργυράμοιβος, κολλυβιστὴς, κερματιστὴς et ἀργυρογνώμων ac ab Elia שלחני (conf. Drusium ad Matth. XXI. 23.) appellatur. Legitur in N. T. tantum Matth. XXV. 27. ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις oportebat igitur te pecuniam meam tradere argentariis,

h. e. fœneratoribus publicis, apud quos pecuniam fœnore ponebant, qui eam otiosam esse nollent. Demosthen. p. 1186. 7. ed. Reisk. ὑπομνήματα γράφεσθαι εἰώθασιν οἱ τραπεζῖται. Hinc τραπεζιτεύειν *numularium, cambiatorem agere* apud Demosthenem p. 953. 15. et p. 1111. 10 et 27. Conf. Suiceri Obss. Sacr. cap. V. p. 139. et Salmas. de Fœnore Trapezitico p. 549 seq. et 564. Hesych. τραπεζίτης· κολλυβιστής, κερματιστής, δανειστής. Gloss. Vet. τραπεζίτης, *nummularius, mensularius, argentarius*.

ΤΡΑΥ'ΜΑ, τος, τό, 1) *vulnus*, pro τρῶμα, a 1. pers. perf. pass. τέτρωμαι, verbi τιτρώσκω *vulnero, saucio, cutem pertundo, perfodio*. Tantum legitur in N. T. Luc. X. 34. κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ obligavit vulnera ejus. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro פֶּצַע quod idem notat. Genes. IV. 23. Prov. XXVII. 6. Ies. I. 6. Hesych. τραῦμα· πληγή, ἕλκος, μώλωψ. Eurip. Phœniss. v. 1600. et 1696. Demosthenes p. 314. 14. et 1018. 9. ed. Reisk. 2) interdum omittitur, v. c. Act. XVI. 33. ἔλουσεν (sc. τραύματα) ἀπὸ τῶν πληγῶν eluebat plagarum vulnera.

ΤΡΑΥΜΑΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *vulnero, saucio, cutem pertundo, perfodio*, a τραῦμα *vulnus*. Bis tantum in N. T. legitur. Luc. XX. 12. οἱ δὲ καὶ τοῦτον τραυματίσαντες ἐξέβαλον sed coloni illum quoque vulneratum ejecerunt. Act. XIX. 16. ὥστε γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἐκείνου ut nudi et saucii profugerent ex ædibus illis. In versione Alexandrina legitur hæc vox pro חָלָל *saucius, vulneratus, cæsus, occisus fuit*, Jerem. IX. 1. Ezech. XXVIII. 16, 23. XXX. 4. XXXII. 27. XXXV. 8. פָּצַע, *transfixit, vulneravit, percussit*, Cantic. V. 7. Adde 1 Macc. XVI. 9. Thucyd. IV. c. 35. Demosth. p. 279. 6. ed. Reisk. Xenophon. Hist. Gr. IV. 3. 16.

ΤΡΑΧΗΛΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *in collum*, seu *cervicem resupino, collum alicujus prehendo et retro flecto, obtorqueo collum, obtorto collo traho*, a τράχηλος *collum, cervix*. Est autem verbum proprium de luctatoribus et vim inferentibus, colla adversariorum apprehendentibus et obtorquentibus. Vide Gisb. Cuperi Obss. Lib. I. c. 12. p. 85 seq. et Lydii Agonistica Sacra cap. 17. p. 63. Plato Amat. p. 30. Xenoph. Laced. V. 9. ubi vide Intt. Diog. Laërt. Lib. VI. cap. 61. ἴδε κριὸν ἀγειμάνιον, ὡς ὑπὸ τοῦ τυχόντος κορασίου τραχηλίζεται. Quia vero facies eorum, quorum collum resupinatum est, conspectui exponitur, hinc τραχηλίζω 2) metaphorice idem valet, quod *nudo, aperio, retego, patefacio, manifesto*. Sic semel tantum in N. T. legitur Hebr. IV. 13. πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ omnia vero sunt nuda et aperta oculis ejus, h. e. Deus scit omnia nec est quidquam divinis ejus oculis septum. Vulg. τετραχηλισμένα interpretatus est verbo proprio *aperta*: Syrus autem vocabulo ܓܠܐ. Hesych. hunc locum sine dubio respiciens, habet τετραχηλισμένα· πεφανερωμένα. Phavor. τετραχηλισμένοι· φανεροὶ καὶ ἀνακεκαλυμμένοι. A Cyrillo aliisque τραχηλίζω declaratur per φανεροποιῶ. Confer Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1285. Gataker. ad M. Antonin. XII. 2. p. 346. Perizon. ad Ælian. V. H. XII. 58. (qui metaphoram ductam existimat ab iis, qui ad supplicia ducebantur et quorum capita resupinabantur in cervices, ne intuentium oculos effugerent et laterent. Plinii Panegyr. 34. Sueton. Vitell. 17. Eandem sententiam adstruit Alberti in Observatt. Sacr. p. 422. et Elsnerus T. II. p. 342.) et Schwarzii Observv. ad Olear. de Stilo N. T. p. 245 et 356. ejusdemque Commentarios Critic. Ling. Græc. p. 1335. Alii, v. c. Chrysostomus et Theophylactus, existimarunt, metaphoram deductam esse ab excoriatione victimarum aliorumve animalium, cujus initium factum fuerit a cervice, quaque efficiatur, ut musculi, nervi, viscera, partesque interiores inspici et perspici possent. Guil. ab Irhoven (qui scripsit Dissertationes duas ad Hebr. IV. 13. quibus in genuinum sensum dicti Apostolici, qua omnia dicuntur τετραχηλισμένα καὶ γυμνὰ oculis ejus, apud quem nobis ratio reddenda est, inquiritur. Tr. ad Rhen. 1738. 4.) τετραχηλισμένα sunt *evidentissime et apertissime prostantia*, similitudine ducta ab iis, qui ictus graviores, plagas et vulnera passi sunt, et inde cicatricibus obsitam cervicem habent. Τραχηλίζεσθαι autem notare: *cervicem præbere ictibus*, et τραχηλίζειν esse: τράχηλον παίειν καὶ τύπτειν *cervicem cædere et ferire*, ut solent pancratiastæ et pugiles, exemplis docere conatus est ibid. P. I. p. 15 seq. Alias veterum ac recentiorum interpretum de h. l. sententias præter Wolfium in Curis Philol. in N. T. T. III. p. 647. collegit Carpzovius in Exercitationibus Philonianis ad h. l. Cæterum nuspiam hoc verbo usi sunt Alexandrini interpretes, sed adhibent verbum τραχηλιάω *extollo cervicem*, h. e. *superbio, gloriosus sum*, Job. XV. 20. quo pertinet glossa Hesych. τραχηλιῶ· ὑψῶ αὐχένα. Loca scriptorum veterum, in quibus vox τραχηλίζειν, ejusque compositæ occurrunt, collegit Wetstenius N. T. T. II. p. 398 seq.

ΤΡΑ'ΧΗΛΟΣ, ου, ὁ, *collum, cervix*, ex τραχὺς *asper* et ἧλος *clavus*. Matth. XVIII. 6. ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ ut in collo ejus mola asinaria suspendatur. Marc. IX. 42. εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ. Luc. XV. 22. ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ collum ejus amplexus est. ibid. XVII. 2. Act. XV. 10. ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν jugum imponere cervicibus christianorum, h. e. christianis imponere duram necessitatem observandi legem Mosaicam ritualem. Metaphora desumta est a jumentis, quibus jugum imponitur. Conf. supra s. v. ζυγός. ibid. XX. 37. καὶ ἐπιπεσόντες ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ Παύλου, κατεφίλουν αὐτὸν et effusi in collum Pauli deosculabantur eum. Rom. XVI. 4. οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν qui pro vita mea suam ipsorum cervicem subjecerunt, scil. securi, h. e. qui promto animo pro mea incolumitate præsentissimum vitæ periculum subierunt. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro צַוָּאר *collum, cervix*, Gen. XXVII. 16, 40. XLI. 42. Jud. V. 30. עֹרֶף idem, Deut. X. 16. Neh. IX. 16, 17, 29. et גָּרוֹן *guttur*, Ies. III. 16. Ezech. XVI. 11. etc. Hesych. τράχηλος· αὐχήν.

ΤΡΑΧΥ'Σ, εῖα, ὑ, *asper, salebrosus, durus*. Plur. τραχεῖς, εῖς, εῖαι, εῖα. Bis tantum legitur in N. T. Luc. III. 5. καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας et vias asperas reddite planas. Verba sunt desumta ex Ies. XL. 4. ubi in Hebraico legitur רְכָסִים, h. e. *perversitates, salebrosa, salebræ*. Act. XXVII. 29. φοβούμενοί τε μήπως εἰς

τραχεῖς τόπους ἐκπέσωμεν et timentes, ne forte in loca aspera (saxosa, scopulosa) incideremus. Formula τραχεῖς τόποι occurrit quoque apud Diod. Sic. XII. 72. Polyb. I. 54. et Eustathium in Odyss. υ', p. 520. 52. Adde Alex. Jerem. II. 25. ἀπόστρεψον τὸν πόδα σου ἀπὸ ὁδοῦ τραχείας. Baruch. IV. 19. Aristotel. H. N. IX. 37. ubi etiam τραχὺς τῷ λεῖος opponitur. Demosthen. p. 423. 1. ed. Reisk. τραχία λεαίνει. Hesych. τραχύς· σκληρός.

ΤΡΑΧΩΝΙ͂ΤΙΣ, ιδος, ἡ. *Trachonitis*, regio quædam, sita in ultimis trans Jordanem regionibus versus orientem, inter Palæstinam et Cœlesyriam, juxta desertum Arabiæ ad latus orientale regionis Batanææ, ubi quondam regnum Basaniticum situm fuit. Vide Hadr. Relandi Palæstinam Lib. I. c. 23. p. 108 seq. et Cellarii Geogr. Plen. Lib. III. c. 13. p. 523 seq. Ptolemæus c. XV. prope finem ait: *Batanææ provinciæ, a cujus orientali parte est Saccæa, et hujus sub Alsadamum montem sunt Trachonitæ Arabes.* Josephus (A. J. I. c. 6. 4. XV. 10. 1.) testatur, eam ab Use, filio Aram, olim inhabitatam fuisse; postmodum vero receptaculis latronum summopere fuisse refertam. Sic dicta fuit secundum Hadr. Relandum l. l. a Trachonibus; secundum Lightfootum vero, Strabonem Lib. XVI. et Plinii H. N. V. c. 18. a duobus montibus, sive scopulis, qui Trachiones dicti fuerunt, ex Hebraico טוֹרַח *labor, molestia*, quia eorum adscensus maxime fuit difficilis. Hujus regionis et Iturææ tetrarcha fuit Philippus, frater Herodis Antipæ. Luc. III. 1. Φιλίππου δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος χώρας. Cf. Josephi A. J. XVIII. c. 4. § 6. Alberti Glossar. Græc. p. 52. Τραχωνίτιδος· ἐμπορίας λύπη.

ΤΡΕΙ͂Σ, οἱ, αἱ, et τὰ τρία; *tres, tria.* Genitivus τριῶν. Matth. XII. 40. τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας tres dies et tres noctes. ibid. XIII. 33. εἰς ἀλεύρου τρία σάτα cum satis tribus farinæ. ibid. XVIII. 20. οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς ubi sunt duo, aut tres. ibid. XXVI. 61. διὰ τριῶν ἡμερῶν. ib. XXVII. 40. ἐν τρισὶν ἡμέραις post tres dies. Act. V. 7. ὡρῶν τριῶν διάστημα trium horarum intervallum. Galat. I. 18. μετὰ ἔτη τρία post tres annos. 1 Cor. X. 8. εἴκοσι τρεῖς χιλιάδες viginti tria millia. Apoc. XVI. 13. etc. Alexandrini adhibuerunt pro שָׁלֹשׁ et שְׁלֹשָׁה idem, Genes. VI. 10. VII. 13. IX. 19. XLII. 17. et pro Chaldaico תְּלָתָא, תְּלָתָה, תְּלָת idem. Dan. III. 23, 24. VI. 2, 10, 13. VII. 5.

ΤΡΕΙ͂Σ ΤΑΒΕ'ΡΝΑΙ, ῶν, αἱ. *Tres Tabernæ.* Nomen loci, aut oppiduli prope Romam, in via Appia. Vide supra ταβέρνη, et Wetstenii N. T. T. II. p. 654.

ΤΡΕ'ΜΩ, fut. μῶ, 1) *tremo, contremisco, præ metu trepido, horreo*, a τρέω idem. Marc. V. 33. φοβηθεῖσα καὶ τρέμουσα timens ac tremens. Luc. VIII. 47. mulier τρέμουσα ἦλθε præ metu trepidans accessit. Act. IX. 6. τρέμων δὲ καὶ θαμβῶν εἶπε at ille tremens et obstupefactus inquit. Dan. V. 21. VI. 26. τρέμοντας καὶ φοβουμένους. Gen. IV. 11 et 13. στένων καὶ τρέμων. Demosthen. p. 314. 24. ed. Reisk. δεδιὼς καὶ τρέμων, καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν. 2) *vereor, dubito aliquid facere.* 2 Petr. II. 10. δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες, pro βλασφημεῖν, angelos blasphemare, vel conviciis incessere non dubitant, s. verentur. Æque commode tamen τρέμειν h. l. in notione *venerandi* accipi potest, ut post οὐ τρέμουσι ponatur comma et post βλασφημοῦντες omissum sit αὐτάς. Cf. Ies. LXVI. 2 et 5. ubi τρέμειν *venerari, veneratione prosequi* notat. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΡΕ'ΦΩ, (pro θρέφω: ne duæ aspiratæ concurrant, pro priori aspirata est littera tenuis.) fut. 1. θρέψω, (ubi tenuis mutatur in suam aspiratam,) aor. 1. ἔθρεψα, 1) *alo, nutrio, alimenta ad vitæ sustentationem præbeo et subministro, de necessariis prospicio.* Passivum τρέφομαι *alor, nutrior, alimenta et victum accipio.* Matth. VI. 26. καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτὰ et tamen a patre vestro cœlesti aluntur. ibid. XXV. 37. πότε σε εἴδομεν πεινῶντα καὶ ἐθρέψαμεν; quando vidimus te esurientem et cibum tibi suppeditavimus? Cf. v. 35. ἐπείνασα γὰρ καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. Luc. XII. 24. Act. XII. 20. διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς propterea quod alebatur ipsorum regio e territorio regio, h. e. propterea, quod frumenta ex territorio regio (scil. Judæa) eorum regioni subvehebantur. Apoc. XII. 6, 14. Alexandrini usi sunt hac voce pro אִתְּזִין Chald. Ithpeh. a זוּן *cibare, alere, nutrire, sustentare*, Daniel IV. 9. הַאֲכִיל *edere fecit*, Prov. XXV. 22. חִיָּה *in vita conservare*, Genes. VI. 19, 20. Ies. VII. 21. et כִּלְכֵּל Piel a כּוּל *sustentavit.* 1 Reg. XVIII. 13. Adde Gen. XLVIII. 15. ὁ Θεὸς ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου. Deut. XXXII. 18. καὶ ἐπελάθου Θεοῦ τοῦ τρέφοντός σε. Sapient. XVI. 26. Ælian. V. H. III. 18. Eurip. Phœn. v. 779. et 820. Demosthen. p. 1358. ed. Reisk. τὰ ἐπιτήδεια ταύτην ἐργασαμένην καὶ θρέψασαν τὴν οἰκίαν. Xenoph. de Rep. Laced. I. 3. 2) per metonymiam, *educo.* Luc. IV. 16. οὗ ἦν τεθραμμένος ubi erat educatus. 1 Macc. I. 33. XI. 39. ὃς ἔτρεφε τὸν Ἀντίοχον τὸ παιδάριον qui educabat Antiochum puerum. Herodian. I. 7. 5. Ælian. V. H. XII. 1. Xenoph. Cyrop. I. 4. Eurip. Phœn. v. 289. πατρίς ἡ θρέψασα patria, in qua quis educatus est. ibid. v. 509 et 639. 3) *sagino*, i. q. σιτεύω et σιτίζω. Jacob. V. 5. ἐθρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς saginastis vos (h. e. ventri et gulæ indulsistis) quasi in die mactationis. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΡΕ'ΧΩ, fut. θρέξω, vel δραμῶ, 1) *curro, accurro, festino, propero*, et speciatim de iis usurpatur, qui in ludis Græcorum publicis cursu certabant. Matth. XXVII. 48. καὶ εὐθέως δραμὼν εἷς ἐξ αὐτῶν protinus accurrit eorum aliquis. ib. XXVIII. 8. ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ currunt renunciatum discipulis. Cf. v. 7. ταχὺ πορευθεῖσαι. Marc. V. 6. ἔδραμε accurrit. ibid. XV. 36. Luc. XV. 20. καὶ δραμὼν ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ κατεφίλησεν αὐτὸν et accurrens eum amplexibus et osculis excepit. ibid. XXIV. 12. ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον ad sepulcrum cucurrit. Joh. XX. 2. τρέχει οὖν καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον currit igitur ad Petrum. ibid. v. 4. ἔτρεχον δὲ οἱ δύο ὁμοῦ ambo vero simul accurrebant. 1 Cor. IX. 24. οἱ ἐν σταδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσι qui in stadio cursu certant, omnes quidem certant. Hebr. XII. 1. δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα constanter percurramus, seu emetiamur stadium, (seu curriculum,) nobis propositum, h. e. per totam vitam nostram constantes maneamus in religionis christianæ studio. Dionys. Hal. A. R. Lib. VII. p. 454. ὃς δὲ ἕτερον νυνὶ τὸν ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἀγῶνα τρέχει. Statius Theb. III. v. 116. "ad lacrymas miserabile currunt certamen." Hesych. τρέχειν· ἀγωνίζεσθαι. Apoc. IX. 9. ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον. Alex-

andrini usi sunt hac voce pro רוּץ *currere, accurrere.* Genes. XVIII. 7. XXIV. 20, 28, 29. XXIX. 12, 13. Zach. II. 4. Adde 1 Macc. II. 24, 32. 2 Macc. V. 2. 2) metaphorice: *subito procedo, celeriter incrementa capio, cito longe lateque propagor.* Sic legitur in N. T. 2 Thess. III. 1. ἵνα ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τρέχῃ ut doctrina christiana quam celerrime propagetur. Confer 2 Tim. II. 9. et Alex. Psalm. CXLVI. 15. ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ. 3) metaphorice: *omnes vires intendo, summo studio in aliquid feror, enixe laboro, studeo, summopere enitor, operam navo, assiduus sum, versor in aliqua re et negotio, fungor munere meo.* Rom. IX. 16. ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ igitur hominum studiis ne intensissimis quidem efficitur quidquam, sed omnia pendent a benignitate divina. 1 Cor. IX. 24. οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε multum et recte laborate, ut assequamini. ibid. v. 26. ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως ego vero munere mihi demandato fungor (operam navo doctrinæ christianæ propagandæ) non incerto eventu. Galat. II. 2. μήπως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον ut appareret, num bene, an male hucusque versatus fuerim in munere meo gerendo; aut: ne frustra religioni christianæ tradendæ laborem impenderim, aut in posterum operam navem. Vide supra sub voce κενός. ibid. V. 7. ἐτρέχετε καλῶς bene et feliciter hucusque versati estis in religione christiana cognoscenda et observanda. Phil. II. 6. ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα me non frustra religioni christianæ propagandæ impendisse operam. Auctor incertus in Anthol. Græca Lib. II. c. 47. Epigr. 21. pag. 256. πῖνε καὶ εὐφραίνου. τί γὰρ αὔριον, ἢ τί τὸ μέλλον, οὐδεὶς γιγνώσκει. μὴ τρέχε, μὴ κοπία. Adde Alex. Psalm. CXIX. 32. Prov. I. 16. et IV. 12. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΡΙΑ΄ΚΟΝΤΑ, οἱ, αἱ, τὰ, *triginta.* Est numerale cardinale indeclinabile, a τρεῖς, τρία, *tres, tria.* Legitur in N. T. tantum Matth. XIII. 8. καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα et fructum ediderunt, vel centesimum, vel sexagesimum, vel trigesimum. ib. v. 23. XXVI. 15. illi vero constituerunt ipsi τριάκοντα ἀργύρια triginta argenteos. Hoc erat pretium servorum ordinarium apud Hebræos. Confer Tractat. Talmud. Erachin fol. 14. 2. ibid. XXVII. 3. 9. Marc. IV. 8, 20. Luc. III. 23. καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος Jesus autem fere trigesimum annum incipiebat agere. Joh. V. 5. τριάκοντα καὶ ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ per triginta et octo annos morbo vexatus. ibid. VI. 19. Galat. III. 17. Alexandrini adhibuerunt pro שְׁלֹשִׁים idem, Gen. V. 3, 5, 16. VI. 15. Exod. XII. 40, 41. et pro Chaldaico תְּלָתִין idem. Dan. VI. 8, 13.

ΤΡΙΑΚΟ΄ΣΙΟΙ, αι, α, *trecenti, æ, a,* a τρεῖς et ἑκατὸν *centum.* Bis tantum in N. T. legitur. Marc. XIV. 5. poterat hoc πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων vendi plus quam trecentis denariis. Joh. XII. 5. In versione Alexandrina respondet Hebraico שְׁלֹשׁ מֵאוֹת idem. Genes. VI. 15. IX. 28. XIV. 14. Num. I. 23. et alibi.

ΤΡΙ΄ΒΟΛΟΣ, ου, ὁ, est Latinorum *tribulus.* (Ovid. Metamorph. XIII. 804. Plin. H. N. XXII. 10. et Virgil. Georg. I. 158. ubi videndus Servius.) Genus herbæ terrestris spinosæ et aculeatæ et frugibus inimicæ, quæ a Plinio inter terræ pestes numeratur, ex τρεῖς et βολὴ *cuspis,* sic dicta, vel a triplici cuspide, vel a forma seminis tribuli, quam triquetram esse perhibent. Bis tantum in N. T. legitur. Matth. VII. 16. ἢ ἀπὸ τριβόλων σῦκα aut a tribulis ficus. Hebr. VI. 8. ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας καὶ τριβόλους proferens autem spinas et tribulos. Alexandrini in eadem significatione usi sunt pro דַּרְדַּר *carduus, tribulus,* Gen. III. 18. Hos. X. 8. צְנִים *spinæ,* Prov. XXII. 5. Adde Inc. VIII. 7. 16. Hesych. τρίβολοι· ἀκάνθης εἶδος· ὅθεν καὶ τὸ τοῖς ἵπποις ἐν τοῖς χαλινοῖς ἐντιθέμενον. Conf. etiam Dioscorid. Lib. IV. c. 15. et Erasm. Schmidium ad Hebr. VI. 8. Vocatur etiam hoc nomine apud Græcos machinula ferrea, aculeis armata et dolose per vias jactari solita, quæ, in quamcunque partem incubuerit, semper aculeum pedibus inambulantium obvertit, quæ apud nos ein Fusseisen, *caltrops,* vocatur. Apud Græcos interpretes V. T. (v. c. Alex. 2 Sam. XII. 31. et Incert. 1 Paral. XX. 3.) τρίβολος quoque dictum est genus vehiculi, omni parte dentatum, ad trituranda frumenta olim adhibitum, quod etiam a Latinis *tribula* (vide Servium ad Virgil. Georg. L. I. v. 164.) et *tribulum* (Varro L. I. c. 52.) vocatur.

ΤΡΙ΄ΒΟΣ, ου, ἡ, *semita, via trita,* a præt. med. τέτριβα, verbi τρίβω *tero, contero, tundo, comminuo,* quia semita pedibus viatorum teritur. (Philo de Agricult. T. I. p. 316. 24. τρίβος ἐστὶν ἡ τετριμμένη πρός τε ἀνθρώπων καὶ ὑποζυγίων ἱππήλατος καὶ ἁμαξήλατος ὁδός. Confer Poll. III. 96.) Ter tantum in N. T. legitur. Matth. III. 3. εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ planas (rectas) reddite semitas ejus, h. e. præparate animos ad excipiendum rite Messiam. Formula desumta videtur ab Orientis regibus, qui, iter facturi, præmitterent apparitores, qui vias complanarent et pararent, et hiatus obstruerent. Confer Jensii Ferculum Litterarium p. 8. Eadem sententia repetitur quoque a Marco I. 3. et Luca III. 4. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro אֹרַח *iter, via, semita,* Genes. XLIX. 17. et מְסִלָּה *via trita.* 1 Sam. VI. 12. 2 Sam. XX. 12, 13. Ies. XL. 3. Adde Eurip. Phœn. v. 93. Xenoph. Cyrop. IV. 5. 7. Hesych. τρίβος· ἀτραπὸς, ὁδός. Etym. M. τρίβος· ἡ καταπεπατημένη ὁδός.

ΤΡΙΕΤΙ΄Α, ίας, ἡ, *triennium,* a τριετής, έος, οῦς, ὁ, ἡ, *trimus, triennis,* (Alex. 2 Chron. XXXI. 16. Ies. XV. 5.) ex τρία et ἔτεα *anni.* Legitur in N. T. tantum Act. XX. 31. ὅτι τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον me per triennium nocte dieque unumquemque vestrum cum lacrimis admonere non intermisisse. Hinc τριετίζω *triennis, trimus sum,* Gen. XV. 9. 1 Sam. I. 24. Simile vocabulum est τριημερία *triduum,* Amos IV. 4. et τρίμηνον, quod vide infra.

ΤΡΙ΄ΖΩ, fut. ίσω, *strideo.* Verbum, ut videtur, et observat Eustathius ad Homer. Il. β, 315. ὀνοματοποιητικὸν, ex sono *tritri* factum, i. q. τριζέω, quod legitur apud Incert. Amos II. 13. Reperitur tantum Marc. IX. 18. τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ stridet dentibus suis. Herodot. IV. 183. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 597. et Hemsterhusium ad Aristophan. Plut. p. 415.

ΤΡΙ΄ΜΗΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *trimestris, qui trium mensium est.* Neutrum τρίμηνον, ου, τὸ, scil. μέρος, l. διάστημα χρόνου, seu ἐνιαυτοῦ *trimestre spatium, anni quadrans,* ex τρεῖς *tres* et μὴν, μηνὸς, ὁ, *mensis.* Legitur tantum in N. T. Hebr. XI. 23. Moses natus

ἐκρύβη τρίμηνον absconditus est trimestre. Alexandrini adhibuerunt pro מְשֹׁלֹשׁ חֳדָשִׁים idem, Genes. XXXVIII. 24. et שְׁלֹשָׁה חֳדָשִׁים idem. 2 Reg. XXIII. 31. XXIV. 8. 2 Chron. XXXVI. 2, 9. Confer v. τετράμηνον supra.

ΤΡΙ'Σ. Adverbium numerandi, significans: 1) *ter*, a τρεῖς *tres*. Sic legitur in N. T. Matth. XXVI. 34, 75. τρὶς ἀπαρνήσῃ με ter me abdicaveris. Marc. XIV. 30, 72. Luc. XXII. 34, 61. Joh. XIII. 38. 2 Cor. XI. 25. Alexandrini habent pro שְׁלֹשׁ פְּעָמִים *tribus vicibus*. 1 Sam. XX. 41. 1 Reg. XVII. 21. 2 Reg. XIII. 18, 19, 25. 2) cum præpositione constructum nominis induit significationem. Act. X. 16. XI. 10. τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρὶς atque idem ter factum est. Ælian. V. H. IX. cap. 41. καὶ ἐξεβόησεν εἰς τρὶς et ter exclamavit. 3) *aliquoties, multoties, sæpe*. Numerus certus pro incerto. 2 Cor. XII. 8. τρὶς τὸν Κύριον παρεκάλεσα sæpius rogavi Dominum. Eustathius ad Homer. Iliad. α΄, v. 213. εἰκὸς δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ πολλάκις εἰρῆσθαι τὸ τρίς. Sophocles apud Stobæum Serm. CLXXXIV. p. 610. de Amore, in omnia, vel in ipsos deos dominante, ait: τίν' οὐ παλαίουσ' ἐς τρὶς ἐκβάλλει. Eodem modo *ter* apud Latinos usurpari, notissimum est. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΡΙ'ΣΤΕΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *tria habens tecta, triplici tecto opertus*. Neutrum τρίστεγον, ου, τὸ, *tertium tectum, tertia contignatio domus ab infimo solo*, q. d. τρίτη στέγη, ex τρὶς *ter* et στέγη *tectum*, a στέγω *tego*. Reperitur in N. T. tantum Act. XX. 9. ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου (scilicet δώματος) κάτω decidit de tertia contignatione, aut tertio tabulato. Vulgatus: *de tertio cœnaculo*. Legitur præterea hæc vox in Symmachi reliquiis Gen. VI. 16. et Ezech. XLII. 5. Artemid. IV. 8. et Latinum *tristega* apud schol. Juvenal. III. 199.

ΤΡΙΣΧΙ'ΛΙΟΙ, αι, α, *ter mille*, seu *tria millia*, ex τρὶς *ter* et χίλιοι *mille*. Tantum legitur in N. T. Act. II. 41. ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι homines circiter ter mille. Apud Alexandrinos legitur pro שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים idem. Exod. XXXII. 28. Num. I. 46. Jos. VII. 3, 4. etc.

ΤΡΙ'ΤΟΣ, η, ον, *tertius*, a τρεῖς *tres*. Matth. XVI. 21. καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται et tertio die resurget. ib. XX. 3. περὶ τὴν τρίτην ὥραν circa tertiam horam. ibid. XXVI. 44. προσηύξατο ἐκ τρίτου oravit tertia vice. ibid. XXVII. 64. ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας usque ad tertium diem. Apoc. IV. 7. τὸ τρίτον ζῶον. Neutrum τὸ τρίτον significat interdum *tertiam partem*, ita, ut subintelligatur μέρος, v. c. Apoc. VIII. 7. τὸ τρίτον τῶν δένδρων tertia pars arborum. ibid. v. 8. τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης tertia pars maris. ibid. v. 9—12. IX. 15, 18. XII. 4. Neutrum τρίτον quandoque adverbiascit, v. c. Marc. XIV. 41. καὶ ἔρχεται τρίτον et venit tertio, seu tertia vice. Luc. XX. 12. XXIII. 22. Joh. XXI. 14. 1 Cor. XII. 18. 2 Cor. XII. 14. XIII. 1. Num. XII. 28. πέπαικάς με τρίτον τοῦτο verberasti me tertia vice. Jud. XVI. 16. τοῦτο τρίτον ἐπλάνησάς με. Confer Raphelii Obss. in N. T. ex Herodoto pag. 319.

ΤΡΙ'ΧΙΝΟΣ, η, ον, *cilicinus, ex pilis*, seu *crinibus confectus*, a θρὶξ, τριχὸς, ἡ, *pilus, crinis*. Tantum legitur in N. T. Apoc. VI. 12. ὡς σάκκος τρίχινος ut saccus cilicinus, quod ornat nigredinem. Vestis enim cilicina est et atra. Vide schol. Eurip. ad Phœn. ver. 328. Alex. Exod. XXVI. 7. ποιήσεις δέῤῥεις τριχίνας (εἰς) σκέπην, ubi in Hebraico legitur יְרִיעֹת עִזִּים *aulæa caprarum*, i. e. *e lana caprina*. Zachar. XIII. 4. ἐνδύσονται δέῤῥιν τριχίνην, pro שֵׂעָר *pilus, capillus*. Xenoph. Anab. IV. 8. 2. τρίχινος χιτών. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 775.

ΤΡΟ'ΜΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *tremor corporis, qui ex pavore et metu enascitur*, et ex adjuncto: *metus, pavor, ingens sollicitudo animi*, a præt. med. τέτρομα, verbi τρέμω *tremo*, aut a τρομέω, quod idem notat et legitur 1 Macc. II. 24. 1 Cor. II. 3. καὶ ἐγὼ ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς ego vero inter vos versatus sum multis calamitatibus pressus et metu ac timore captus. Alexandrini usi sunt hac voce pro חַת *terror*, Genes. IX. 2. מוֹרָא *timor*, Deut. XI. 25, מְחִתָּה *consternatio*, Ies. LIV. 14. פַּחַד *pavor*, Exod. XV. 16. Deut. II. 25. Ies. XIX. 16. רֶטֶט *tremor, horror*, Jerem. XLIX. 23. רַעַד idem, Exod. XV. 15. Ps. LIV. 5. et רְעָדָה idem. Job. IV. 14. Psal. XLVII. 5. Ies. XXXIII. 14. Adde 1 Macc. VII. 18. 2 Macc. XV. 23. Achilles Tat. VII. p. 517. Homer. Iliad. ζ΄, v. 137. et σ΄, 247. 2) *obstupefactio, admiratio*. Marc. XVI. 8. εἶχε δὲ αὐτοὺς τρόμος καὶ ἔκστασις occupaverat enim animos eorum obstupefactio et admiratio, coll. v. 7. Conf. quæ infra ad vocem φόβος dicentur. 3) *reverentia, provida cura, diligentia*. 1 Cor. II. 3. ubi verba ἐν τρόμῳ καὶ ἐν φόβῳ πολλῷ commode quoque reddi possunt: *caute et provide*, h. e. cavens mihi, ne laudem et gloriam doctrinæ affectare viderer. 2 Cor. VII. 15. ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτὸν quod summa cum reverentia eum exceperitis. Ephes. VI. 5. servi jubentur obedientiam præstare dominis suis μετὰ φόβου καὶ τρόμου summa cum reverentia et diligentia. Philipp. II. 12. μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. Ps. II. 11. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. τρόμος· εὐλάβεια, δέος, φυγή.

ΤΡΟΠΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *versio, conversio*, a præt. med. τέτροπα, verbi τρέπω *verto*. Sic v. c. de *versione in fugam, et fugatione* usurpatur apud Alexandrinos Jerem. XLIX. 31. Jos. XIII. 22. et in libris Apocryphis V. T. 1 Maccab. IV. 35. V. 16. 2 Macc. XII. 27, 37. Adde Herodot. Lib. I. c. 30. Suid. τροπή· ἡ δίωξις. 2) metaphorice: *quævis mutatio et vicissitudo rerum*, i. q. μεταβολὴ et παραλλαγή. Sic semel legitur in N. T. Jacob. I. 17. ubi negatur apud Deum esse τροπῆς ἀποσκίασμα umbram mutationis, cum sit immutabilis. Hesych. τροπή· ἀλλοίωσις. Idem: τροπῆς ἀποσκίασμα· ἀλλοιώσεως καὶ φαντασίας ὁμοίωμα. Etym. M. τροπῆς ἀποσκίασμα· μεταβολῆς ἴχνος. Suid. τροπῆς ἀποσκίασμα· ἀντὶ τοῦ ἀλλοιώσεως καὶ μεταβολῆς ἴχνος καὶ ὁμοίωμα φαντασίας. Alex. Job. XXXVIII. 33. ἐπίστασαι δὲ τροπὰς οὐρανοῦ. Deut. XXXIII. 14. ἡλίου τροπῶν. Marc. Antoninus VI. 23. ἥ τε γὰρ οὐσία, οἷον ποταμὸς ἐν διηνεκεῖ ῥύσει, καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν συνεχέσι μεταβολαῖς, καὶ τὰ αἴτια ἐν μυρίαις τροπαῖς, καὶ σχεδὸν οὐδὲν ἑστώς. Conf. etiam Hombergii Parerga Sacra p. 355. et Wetstenii N. T. T. II. p. 662.

ΤΡΟ'ΠΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *versio, conversio*, etiam *mutatio, vicissitudo*, i. q. τροπή, a præt. med. τέτροπα, verbi τρέπω *verto*. 2) *modus, ratio*, quia modo et rationi mutatio accidit. Matth. XXIII. 37. (καθ') ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας quemadmodum

gallina suos pullos sub alas congregat. Eadem sententia legitur quoque Luc. XIII. 34. Act. I. 11. οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανὸν aliquando eodem modo redibit, quo eum nunc in cœlum abeuntem vidistis. Fortasse lucem fœneratur hic locus e versione Symmachi Psal. XXXIII. 1. ubi τρόπος est i. q. πρόσωπον apud LXX et Hebr. טַעַם respondet. ib. VII. 28. XV. 11. ubi plene legitur καθ' ὃν τρόπον. ib. XXVII. 25. Rom. III. 2. πολὺ κατὰ πάντα τρόπον multum sane, seu omnino. Philipp. I. 18. παντὶ τρόπῳ quacunque ratione, seu potius quocunque consilio hoc fiat. 1 Macc. XIV. 35. Eurip. Phœniss. v. 421. 2 Thess. II. 3. μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ μηδένα τρόπον ne quis vos seducat ullo modo. ib. III. 16. ἐν παντὶ τρόπῳ omnimodam. 2 Tim. III. 8. ὃν τρόπον — οὕτως quemadmodum — ita. Jud. v. 7. (κατὰ) τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι. Eodem modo τρόπος usurpatum legitur apud Alexandrinos Job. IV. 19. 2 Macc. XI. 31. Eurip. Phœn. v. 403. *Ὃν τρόπον pro καθ' ὃν τρόπον reperitur aliquoties non solum apud Alexandrinos כַּאֲשֶׁר quemadmodum, sicut, Gen. XXVI. 29. Exod. II. 24. XIV. 13. XVI. 34. Levit. IV. 10. sed etiam in Aquilæ reliquiis Jud. XVI. 9. pro eadem particula. Hesych. ὃν τρόπον· καθάπερ, ὥσπερ, καθ' ὃν τύπον. Gloss. Vet. ὃν τρόπον, *quemadmodum*, Adde 2 Macc. XV. 40. Ælian. V. H. XIII. 16. XIV. 23. 3) *mores, vitæ ratio et instituta, animi indoles, ingenium.* Sic legitur in N. T. Hebr. XIII. 5. ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, scil. ἔστω, mores vestri sint alieni ab avaritia, h. e. fugite avaritiam. Ælian. V. H. XII. 1. καπηλικῶς ἔχειν τοῦ τρόπου mores meretricios habere. Xenoph. Anab. VII. 4. 5. Herodian. I. 2. 3. κοσμίους τὸν τρόπον καὶ σώφρονας τὸν βίον. Confer Irmischii Excurs. ad Herodian. T. I. p. 787 seq. Hesych. τρόπος· ἦθος, γνώμη, προαίρεσις.

ΤΡΟΠΟΦΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *mores alicujus et animi indolem fero,* seu *tolero, indulgenter tracto,* ex τρόπος *mores* et φορέω *fero.* Tantum in N. T. exstat Act. XIII. 18. καὶ ὡς τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ et postquam per quadraginta annos perversos mores eorum tulerat in deserto. Desumta est hæc vox ex versione Alexandrina Deut. I. 31. ubi Codex Alexandrinus Oxon. et Compl. habet ἐτροποφόρησεν et τροποφορῆσαι pro Hebraico נָשָׂא *tulit.* Ita etiam legit Origenes, cujus verba repeiuntur in Catena Ghislerii ad Jer. XVIII. p. 473. ἐτροποφόρησέ σε Κύριος ὁ Θεός σου, τοῦτ' ἔστι τοὺς τρόπους σου ἐφόρησεν, ὡς εἴ τις τροποφορήσῃ ἄνθρωπος κατὰ τὸ παράδειγμα τοῦτο, εἴρηκα, τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Legitur etiam hæc vox in Constitutionibus Apostolicis VII. 36. apud Ciceronem ad Atticum Lib. VIII. Epist. 29. et apud Suidam, sed sine addita explicatione, ac in voce σκύμνος. Conf. Boisii Collationem interprr. Vett. p. 401. Wetstenii N. T. T. II. p. 536. et Wolfii Curas Philol. in N. T. T. I. p. 1185 seq. Vide etiam, quæ infra ad vocem τροφοφορέω dicta sunt, cum qua voce sæpe permutatur. Confer schol. Aristoph. ad Ran. 1479.

ΤΡΟΦΗ', ῆς, ἡ, 1) generatim: *alimentum, commeatus, victus, omnia, quæ sunt ad vitam sustentandam necessaria.* Speciatim autem per synecdochen: *esca, cibus,* a præt. med. τέτροφα, verbi τρέφω *alo, nutrio.* Matth. III. 4. ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον cibi loco utebatur locustis et melle agresti. ibid. VI. 25. οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς; nonne vita pluris est quam victus? ibid. X. 10. ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ ἐστὶ dignus enim est victu operarius omnis. ib. XXIV. 45. τοῦ δοῦναι αὐτοῖς τὴν τροφὴν ἐν καιρῷ ut victum ipsis stato tempore distribuat. Luc. XII. 23. Joh. IV. 8. ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι ad coëmendum cibum. Act. II. 46. IX. 19. XIV. 17. XXVII. 33, 34, 36, 38. Jacob. II. 15. Alexandrini usi sunt pro טֶרֶף *victus, esca, cibus,* Psal. CXI. 5. מָזוֹן *alimentum, commeatus, esca, cibus,* 2 Chron. XI. 23. Dan. IV. 12, 21. אֹכֶל idem, Job. XXXVI. 31. Ps. CIV. 27. CXLIV. 15. et לֶחֶם *panis, cibus, nutrimentum.* Prov. VI. 8. XXX. 25. Ps. CXLV. 7. 2) metaphorice: *doctrina,* quæ est nutrimentum quasi animi. Hebr. V. 12, 14. ἡ στερεὰ τροφὴ est doctrina sublimior. Vide supra ad στερεὸς dicta. 3) interdum omittitur, v. c. Act. XXVII. 33. coll. v. 36. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΡΟ'ΦΙΜΟΣ, ου, ὁ. *Trophimus.* Nomen proprium viri Græcum, idem quod *alumnus, nutritius,* (Thom. Mag. p. 935. Τρόφιμος, ὁ τρεφόμενος ὑπό τινος. Xenoph. Hist. Gr. V. 3. 9.) aut *alimentum præbens, alens, herus, qui famulitium alit.* (Hesych. Τρόφιμον, ὃν ἡμεῖς δεσπόσυνον.) a τροφὸς, quod vide. Fuit vir Ephesius, qui ter tantum in N. T. commemoratur. Act. XX. 4. XXI. 29. 1 Tim. IV. 20.

ΤΡΟΦΟ'Σ, οῦ, ὁ, *alimentum præbens, nutriens, alens,* i. q. τροφεὺς, (Eurip. Phœn. v. 45.) a præt. med. τέτροφα, verbi τρέφω *alo, nutrio.* Eurip. Phœn. v. 703. τροφὸς πάντων γᾶ alma tellus omnium nutrix. Aquil. Deut. I. 31. Fœmininum τροφὸς, οῦ, ἡ, *nutrix, altrix,* et speciatim de *mulieribus* adhibetur, *quæ infantibus, tam suis, quam alienis mammas ac nutrimenta præbent eosque ad firmiorem et robustiorem ætatem perducunt et educant.* Sic semel in N. T. legitur 1 Thess. II. 7. ὡς ἂν τροφὸς θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα quemadmodum nutrix eademque mater liberos suos fovet et tenerrimo amore prosequitur. In versione Alexandrina respondet Hebraico מֵינֶקֶת *nutrix, lactatrix.* Genes. XXXV. 8. 2 Reg. XI. 2. 2 Chron. XXII. 11. Hesych. τροφός· μήτηρ. Idem: τίτθη· τροφός. Ammonius τροφὸν a τίτθη ita differre existimat, ut hoc eam significet, quæ ipsa mammam præbeat infanti, τροφὸς vero et τιθηνὸς dicatur ἡ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν ποιοῦσα καὶ μετὰ τὸν ἀπογαλακτισμόν. Sed in versionibus Græcis V. T. τροφὸς et τίτθη haud raro permutari solent. Conf. Aquilæ et Symmachi fragmenta Genes. XXIV. 59. et Ruth. IV. 16. Valckenar. Animadvv. ad Ammonium et Wetstenii N. T. T. II. p. 298 seq. Specialem Diatriben de nutricibus et pædagogis edidit I. I. Claudius adjectam Ej. Diss. de Salutationibus Vett. Ultraj. 1702. 8.

ΤΡΟΦΟΦΟΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *nutricis et matris instar fero, vel alimenta præbeo et educo, educationis et nutricationis labores molestiasque perfero, alo, nutrio, foveo, benignitate et tenerrimo amore aliquem prosequor ejusque curam diligentissime gero,* a τροφὸς *nutrix* et φορέω *fero, gesto.* Legitur in N. T. tantum Act. XIII. 18. καὶ ὡς τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροφοφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ et postquam per quadraginta annos in deserto eos aluerat eorumque curam diligentissime gesserat patris, aut nutricis instar. Syrus: ܘܬܪܣܝ ܐܢܘܢ *et nutrivit eos.* Eodem modo quoque transtulit Æthiops. Arabs vertit: وطغرهم وعالهم *et bea-*

vit eos et nutrivit illos. Vulgatus, qui habet: *mores eorum sustinuit,* legit ἐτροποφόρησεν, quam lectionem etiam Griesbachius in textum recipere non dubitavit. Sed admodum incertum ac anceps est judicium, utra lectio sit præferenda, cum utramque et usus loquendi admittat et series orationis suadeat ac commendet. Verbum enim τροφοφορέω in eadem significatione adhibuerunt Alexandrini Deut. I. 31. ἐτροφοφόρησέ σε Κύριος, ὡς εἴ τις τροφοφορήσαι ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Confer ad h. l. Grabii Prolegomena in LXX Interp. T. I. c. 3. § 8. 2 Macc. VII. 27. ubi mater ad filium: ἐλέησόν με τὴν ἐν γαστρὶ περιενέγκασάν σε μῆνας ἐννέα, καὶ θηλάσασάν σε ἔτη τρία, καὶ ἀγαγοῦσαν εἰς ἡλικίαν ταύτην καὶ τροφοφορήσασαν. Macarius Homil. 46. ubi de infantis matre: ἀναλαμβάνει καὶ περιθάλπει καὶ τροφοφορεῖ ἐν πολλῇ στοργῇ. Hesych. et Lex. Cyrilli MS. Brem. ἐτροφοφόρησεν· ἔθρεψεν. Confer Boisii Collat. Interpp. Vett. p. 399. Wolfii Curas Philol. in N. T. Tom. I. p. 1185 seq. Wetstenii N. T. T. II. p. 536. et Deylingii Obss. SS. P. II. p. 459. Substantivum τροφοφόρησις reperitur apud Eustathium ad Odyss. I. p. 34. 35.

ΤΡΟΧΙΑ', ᾶς, ἡ, *orbita, rotæ vestigium,* **das gleis,** *a track,* etiam *via, semita, cursus,* a τροχὸς *rota.* Legitur in N. T. tantum Hebr. XII. 13. καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν et orbitas rectas facite pedibus vestris, h. e. recta via incedite, ne deflectite a recto tramite, seu, tropo remoto, ne deficite et deflectite a præceptis religionis christianæ. Prov. IV. 26. ὀρθὰς τροχιὰς ποίει σοῖς ποσί, ubi in Hebraico legitur מַעְגַּל (quod notat *plaustrorum ambitus ad munienda castra,* item *orbitam, viam plaustralem, habentem orbitas,* seu *rotarum vestigia,* ab עָגַל *rotundum esse,*) cui voci Hebraicæ etiam respondet apud Alexandrinos Prov. II. 15. IV. 11. V. 6, 21. Nicand. Theriac. 876. ἁμάξης τροχιά. Ita enim judice Schneidero in Lex. Crit. L. Gr. s. h. v. legendum est loco impressi τροχοή. Hesych. τροχιαί· αἱ τῶν τροχῶν χαράξεις. Idem: τροχιάς· πορείας. Et sic etiam explicatur in Alberti Glossar. Gr. p. 185. Suid. τροχιάς· πορείας, τρίβους, ἐργασίας.

ΤΡΟΧΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *rota currus et quicquid in orbem redit,* si est nomen ὀξύτονον, sed si est παροξύτονον, τρέχος, ου, ὁ, significat *cursum,* vel *cursorem,* (Demosthen. p. 856. 13. ed. Reisk.) a præt. med. τέτροχα, verbi τρέχω *curro.* Sed τρόχον et τροχὸν aliquando idem esse, multis exemplis docuit Heisen. in Novis Hypothes. ad Ep. Jacobi p. 481. Hinc in versione Alexandrina respondet Hebraico אֹפַן *rota,* Ies. XXVIII. 27. Ezech. I. 15, 16, 19, 20, 21. III. 13. X. 6, 9, 10. etc. גַּלְגַּל *orbis, rota, sphæra,* Ies. V. 28. XVII. 13. Ezech. X. 2, 6. XXIII. 24. XXVI. 10. et מֹרַג *tribula, trahæ,* vel *vehiculi species, qua olim frumenta excutiebantur.* 2 Sam. XXIV. 21. Ies. XLI. 15. Adde Sirac. XXXIII. 5. XXXVIII. 37. Xenoph. Sympos. II. 8. ubi de orbe saltatorio usurpatur. Eundem de Re Equestri X. 6. Eurip. Phœniss. v. 1211. ubi *currum* significat. Hesych. τροχός· περίβολαιον, τεῖχος, ἢ κύκλος, ἢ δρόμος. Gloss. Vet. τροχὸς, *rota, austrum.* Lege: *plaustrum.* 2) metaphorice: *universus alicujus rei ambitus, quicquid sub re quadam comprehenditur et ad eam pertinet.* Sic semel tantum in N. T. legitur Jacob. III. 6. ubi lingua dicitur φλογίζειν τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως incendere totius vitæ decursum a prima ejus origine usque ad mortem, h. e. ubi ab imagine recesseris, omnem vitam humanam miserrimam reddere. Conf. supra dicta ad vocem γένεσις. Alias hujus difficillimi loci explicationes collegit Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 423 seq. et Wolfius in Curis Philol. in N. T. T. IV. p. 48 seq. Vide etiam Wetstenii N. T. T. II. pag. 670.

ΤΡΥ'ΒΛΙΟΝ, seu ΤΡΥΒΛΙ'ΟΝ, ου, τὸ, *catinus, paropsis, patina,* et generatim: *omne vas escarium, in quo cibus reponitur et in mensa escaria apponitur,* etiam *vas, quo hauritur aliquid, ut ad esum apponatur,* v. c. *trulla:* speciatim vero *vas, quod servit continendis condimentis liquidis, embammatibus, pulti et jusculis.* Bis tantum in N. T. legitur. Matth. XXVI. 23. ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα qui mecum manum in catino intingit, h. e. qui mecum jam convivatur. Pfaffius in Notis Exegeticis in Matthæum l. l. τρύβλιον vocari h. l. existimat *vas escarium, in quo erat illud ἔμβαμμα,* quod Judæi vocabant חֲרוֹסֶת sive *herbam amaram, aceto tinctam.* Confer Salmasium ad Solinum p. 265. Marc. XIV. 20. εἷς ἐκ τῶν δώδεκα ὁ ἐμβαπτόμενος μετ' ἐμοῦ εἰς τὸ τρυβλίον. Apud Alexandrinos legitur pro Hebraico קְעָרָה *scutula, scutella,* Exod. XXV. 29. Num. IV. 7. VII. 13, 19. etc. et pro כַּף *acerra.* 1 Reg. VII. 50. Adde Sirac. XXXI. 16. Ælian. V. H. IX. 37. Hesych. τρυβλίον· ὀξυβάφιον, ἢ ποτήριον μύστρων τριῶν, ad quem locum confer interpretes. Suid. τρυβλίον· ὀξυβάφιον, πινάκιον, ποτήριον, ὀρθαμίλιον. Cod. Coislin. CXCV. apud Albertum Append. Glossar. Gr. N. T. p. 206. τρυβλίον· ἔστι τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ δισκάριον καλούμενον. Epiphanius de Mensur. et Ponderibus p. 542. edit. Basil. τρυβλίον· ὀψόβαφόν ἐστι τὴν κλάσιν, ἤτοι παροψίς, ἥμισυ δὲ ξέστου τὸ μέτρον ἔχει. In Gloss. Vett. apud Labbæum p. 27. vertitur *catinus,* ac p. 129. *paropsis,* qua posteriore voce Vulgatus quoque Matth. l. l. usus est. Conf. Is. Casaubon. Notas ad Aristoph. Equites v. 647. Wetstenii N. T. T. I. p. 517. et Wolfii Curas Philol. in N. T. T. I. p. 373.

ΤΡΥΓΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *meto, fruges cereales colligo,* a τρύγη, ης, ἡ, *triticum, hordeum, frumentum, fruges cereales.* Apud Alexandrinos respondet Hebraico קָצַר *messuit, demessuit.* Hos. X. 12, 14. Hinc τρυγητὸς *messis,* Hebr. קָצִיר pro quo legitur in versione Alexandrina Ies. XVI. 9. Joël. I. 11. III. 13. Jam, quia τρύγη non solum *fruges cereales,* sed etiam *vindemiam* notat, hinc etiam τρυγάω 2) notat *vindemio, uvas decerpo,* seu *amputo.* Sic autem ter tantum legitur in N. T. Luc. VI. 44. οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλὴν nec ex rubo videmiatur uva. Apoc. XIV. 18. τρύγησον τοὺς βότρυας τῆς γῆς vindemia botros terræ. ibid. v. 19. ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον vindemiavit vineam. Alex. Deut. XXIV. 22. ἐὰν δὲ τρυγήσῃς τὸν ἀμπελῶνά σου. ibid. XXVIII. 30. ἀμπελῶνα φυτεύσεις καὶ οὐ μὴ τρυγήσεις αὐτόν. ibid. XV. 33. τρυγηθείη δὲ ὥσπερ ὄμφαξ πρὸ ὥρας. Sirac. XXXIII. 20. καὶ ὡς τρυγῶν ἐπλήρωσα ληνόν. Hesiod. Scut. 292. οἱ δ' ἐτρύγων οἴνας, δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες. Dioscor. V. 29. τρυγηθῆναι τὴν σταφυλήν. Plutarch. Sympos. VI. 7. τρυγᾷν λέγομεν τοὺς δρεπομένους τὴν ἀμπελινὴν χώραν. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 812. Eodem modo τρυγητὸς de *vindemia* usurpatur apud Alexandrinos Levit. XXVI. 5. Ies. XXIV. 13. Amos IX. 13. Gloss. Vet. apud Labbæum: τρυγάω, vindemio.

ΤΡΥΓΩ'Ν, όνος, ἡ, *columba turtur* (Linn.). Nomen ὀνοματοπεποιημένον, deductum a sono gementis turturis, a τρύζω, idem quod τρίζω, *strido, murmuro, susurro.* Legitur in N. T. tantum Luc. II. 24. ζεῦγος τρυγόνων par turturum. Hebraice dicitur תֹּר pro quo etiam Alexandrini hoc Græco vocabulo usi sunt. Gen. XV. 9. Levit. I. 14. Num. VI. 10. Cant. I. 10. II. 12. Etiam pro דרור *columba sylvestris, turtur.* Al. *hirundo* legitur apud eosdem. Psal. LXXXIV. 4. Adde Ælian. V. H. I. 15. Suid. τρύζει· ψιθυρίζει, γογγύζει, ἀσήμως λαλεῖ. παρὸ καὶ ἡ τρυγὼν, ἐπεὶ ἀσήμως φθέγγεται καὶ γογγυστικῶς. Confer Beckmannum ad Antigoni Carystii Histor. Mirab. cap. 44. pag. 75.

ΤΡΥΜΑΛΙΑ', ᾶς, ἡ, (Ionice dicitur τρυμαλιή, Plutarch. de Educat. Puer. II. 16. 17.) *foramen quodcunque,* i. q. τρύπημα, a τρύμα, *foramen,* quod est a perf. pass. τέτρυμαι, verbi τρύω *tero, attero.* Bis tantum legitur in N. T. Marc. X. 25. διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος per foramen acus. Luc. XVIII. 25. coll. Matth. XIX. 24. Apud Alexandrinos de *fissuris petrarum* usurpatur, et respondet Hebraico נָקִיק Jer. XIII. 4. XVI. 16. סָעִיף Jud. XV. 8, 11. חֲגָוִים *fissuræ,* Jer. XLIX. 16. et מִנְהָרוֹת *specus.* Jud. VI. 2. Hesych. τρυμαλιαί· τρῶπαι.

ΤΡΥ'ΠΗΜΑ, τος, τὸ, *foramen, terebrando,* vel *pertundendo factum,* a τρύπα *foramen,* quod est a prima pers. præt. pass. τετρύπημαι, verbi τρυπάω, ῶ, *terebro, perforo, pertundo,* quod adhibuerunt Alexandrini Job. XL. 21. Hag. I. 6. pro נָקַב *perforavit.* Legitur in N. T. tantum Matth. XIX. 24. διὰ τρυπήματος ῥαφίδος per foramen acus. Conf. Marc. X. 25. διὰ τῆς τρυμαλιᾶς τῆς ῥαφίδος. Mœris: ὀπήν· Ἀττικῶς. τρύπημα. Ἑλληνικῶς. ubi vide Interpretes. Gloss. Vet. τρύπημα, *foramen, cavernum.*

ΤΡΥ'ΦΑΙΝΑ, ης, ἡ. *Tryphæna.* Nomen mulieris Græcum, significans: *deliciosa, delicatula,* a τρυφὴ *deliciæ, luxus.* Semel tantum commemoratur in N. T. Rom. XVI. 11.

ΤΡΥΦΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *in deliciis vivo, delicate vivo, vitam mollem et delicatam ago,* i. q. σπαταλάω, a τρυφὴ *deliciæ, luxus,* quod vide. Legitur in N. T. tantum Jacob. V. 5. ἐτρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς καὶ ἐσπαταλήσατε vitam mollem et luxuriosam egistis his in terris. Apud Alexandrinos legitur pro Hebr. הִתְעַדֵּן *oblectatus, voluptate affectus fuit, delicate vixit,* Nehem. IX. 25. et pro הִתְעַנֵּג idem. Ies. LXVI. 11. Adde Sirac. XIV. 4. Apud Xenoph. de Rep. Athen. I. 11. τρυφᾷν de iis usurpatur, qui lautiore vestitu utuntur. Eadem voce de *voluptate venerea* usus est Josephus A. J. VII. c. 7. sect. 1. et Xenoph. Mem. III. 11. 10. de iis, qui insolenter se gerunt et alios ludibrio habent.

ΤΡΥΦΗ', ῆς, ἡ, *luxus, deliciæ, mollities, vita delicata,* i. q. σπατάλη, a θρύπτω *frango:* nihil enim animum hominis ita frangit ac effœminat, ut luxus et deliciæ vitæ. Bis tantum in N. T. legitur. Luc. VII. 25. ἰδοὺ οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσὶν qui vestimentis splendidis utuntur et vitam mollem agunt, in regiis palatiis sunt. ubi tamen non admodum repugnarem, si quis τρυφὴν de *ornatu et quidem pretioso* explicare mallet, in qua significatione legitur apud Aquilam et Symm. 2 Sam. I. 24. pro Hebr. עֲדָנִים *deliciæ,* ubi LXX κόσμον habent. 2 Petr. II. 13. ἡδονὴν ἡγούμενοι τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν quotidianam vitam mollem et luxuriosam voluptati ducentes. Alexandrini adhibuerunt pro עֵדֶן *voluptas, oblectatio, deliciæ,* Gen. II. 15. Jer. LI. 34. Ezech. XXXI. 9, 16, 18. Joël. II. 3. תַּעֲנוּג *oblectatio,* Prov. XIX. 10. Cant. VII. 6. Mich. II. 9. et מַעֲדַנִּים *deliciæ, voluptas.* Gen. XLIX. 20. Thren. IV. 5. Adde Ælian. V. H. I. 19. Herodianum I. cap. 6. 3. ubi videndus Irmischius p. 188. ibid. Lib. I. cap. 12. § 9. p. 491. ed. Irmischii. Eurip. Phœn. v. 1512. Suid. τρυφή· ἡ σπατάλη.

ΤΡΥΦΩ'ΣΑ, ης, ἡ. *Tryphosa.* Nomen proprium mulieris, origine Græcum, idem quod *delicate vivens,* a τρυφάω *in deliciis vivo.* Semel tantum in N. T. commemoratur Rom. XVI. 12.

ΤΡΩΑ'Σ, άδος, ἡ. *Troas.* Est urbs maritima Asiæ minoris, seu potius Phrygiæ minoris, regionis Asiæ minoris, haud procul Troja, quæ et Antigonia dicta est, teste Plinio H. N. Lib. V. cap. 30. Est etiam nomen regionis Phrygiæ minoris, Ilio urbi circumjectæ, inter Mysiam majorem et minorem. Conf. Cellarii Geogr. Plen. Lib. III. c. 3. p. 42 seq. et Cluverii Introd. ad Geograph. Lib. V. c. 18. Commemoratur in N. T. Act. XVI. 8, 11. XX. 5, 6. 2 Cor. II. 12. 2 Tim. IV. 13.

ΤΡΩΓΥ'ΛΛΙΟΝ, ου, τό. *Trogyllium.* Nomen urbis et promontorii Ioniæ, non procul ab insula Samo distantis, inter Ephesum et Mæandri ostia, testibus Strabone et Ptolemæo. Conf. Cellarii Geogr. Lib. III. cap. 3. p. 19 et 71. Commemoratur in N. T. tantum Act. XX. 15.

ΤΡΩ'ΓΩ, fut. 1. τρώξω, perf. τέτρωχα, aor. 2. ἔτραγον, 1) *edo, comedo,* et proprie de bestiis dicitur, quemadmodum contra ἐσθίω proprie de hominibus adhibetur; (Etym. M. τρώγω σημαίνει τὸ κατεργάζεσθαι τὰ βαλλόμενα, καὶ μὴ ἐᾷν ὑγιῆ, ἅπερ ἂν τρώγῃ τις. Eustath. in Od. ζ, pag. 249. 45. ὀνοματοπεποιῆσθαι ἐπὶ ἀλόγων, τραχύτητα ἔχον καὶ ἐπερείδοντα πολλὴν πρὸς τὸ ἐσθίειν, ὅπερ ἐπὶ λογικῶν μάλιστα λέγεται.) usurpatur tamen in N. T. etiam de hominibus, v. c. Matth. XXIV. 38. τρώγοντες καὶ πίνοντες edentes ac bibentes. Joh. XIII. 18. ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον qui mecum convivatur, h. e. qui mecum familiariter vivit, alumnus meus, quem ego insignibus beneficiis affeci. Conf. Psalm. XLI. 10. et Fischeri Prolus. XII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 299. et Prolus. XIII. p. 320 seq. 2) metaphorice: *fruor, particeps fio.* Joh. VI. 54. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα qui vitæ meæ fructibus recte utitur. Sic in sequentibus πίνειν τὸ αἷμα τοῦ Ἰησοῦ est mortis Jesu fructuum participem fieri. ibid. v. 56, 57 et 58. Vide supra ad σάρξ a me dicta. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΥΓΧΑ'ΝΩ, fut. τεύξομαι, vel τυχήσω, aor. 2. ἔτυχον, particip. τυγχάνων, vel τυχὼν, 1) proprie de iis usurpatur, *qui non aberrant a scopo, sed propositum tenent et collineant,* et opponitur τῷ ἁμαρτάνειν, quod proprie valet: *aberrare a proposito, scopum non assequi et obtingere.* Sic legitur de telo apud Xenoph. de Venat. cap. X. § 14. μὴ τύχῃ τοῦ πεπτωκότος, et apud Herodotum Lib. I. p. 8. ed. Camerar. ubi de Adrasto dicitur: ἀκοντίζων τὸν σῦν, τοῦ μὲν ἁμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τοῦ Κροίσου παιδός. Ælian. V. H. XIII. 1. ἀφῆκε δὲ τὸ βέλος, καὶ ἔτυχε τοῦ πρώτου. Hinc 2) metaphorice: *compos fio, assequor, consequor, sortior, potior, adipiscor.* Luc. XX. 35. οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν sed qui-

bus beatitudo futura contigit: ubi tamen aut *τυχεῖν*, (ut apud Sophoclem in Antig. ver. 710. et Æschin. Socr. Dial. II. 1. III. 7. 8.) aut *καταξιωθέντες* pleonastice positum est. Act. XXIV. 3. *πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ* quod multa pace per te fruimur. ibid. XXVI. 22. *ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ* sed divino præsidio adjutus. ibid. XXVII. 3. *πρὸς τοὺς φίλους πορευθέντα ἐπιμελείας τυχεῖν* adire amicos, quorum officiis et provida cura uteretur. 2 Tim. II. 10. *ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ* ut consequantur felicitatem, per J. C. partam. (Diod. Sic. IV. 33. *παραδόξου σωτηρίας ἔτυχεν.* Ælian. H. A. VII. 28. et Schol. Aristoph. ad Acharn. 331.) Hebr. XI. 35. *ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχωσιν.* Alex. Job. III. 21. *οἳ ἱμείρονται τοῦ θανάτου καὶ οὐ τυγχάνουσιν.* ibid. XVII. 1. *δέομαι δὲ ταφῆς καὶ οὐ τυγχάνω.* Prov. XXX. 23. *ἐὰν τύχῃ ἀνδρός.* 1 Macc. XI. 42. 2 Macc. V. 8, 9. *τευξόμενος σκέπης.* Adde Xenoph. Anab. VI. 6. 17. *ταῦτα δέ σου τυχόντες* his precibus a te impetratis. Idem Mem. I. 7. 4. *συγγνώμης οὐκ ἂν τυγχάνειν.* Eurip. Phœn. ver. 400 et 1471. 3) *sum, existo*, i. q. *εἰμί.* 2 Macc. VI. 2. Sic legitur in N. T. Luc. X. 30. *ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα* relinquentes eum semimortuum. *Τυγχάνειν* enim in hac significatione haud raro *πλεονάζει.* Vide 2 Macc. III. 9. *εἰ ταῖς ἀληθείαις ταῦτα οὕτως ἔχοντα τυγχάνει*; num revera hæc ita sese haberent? ibid. IV. 32. *ἕτερα ἐτύγχανε πεπρακὼς εἴς τε Τύρον κ. τ. λ.* alia vendidit Tyro. 4) *contingo, accido, evenio*, de rebus fortuitis, quæ casu fiunt, non necessario. Euripid. Phœn. v. 251. 49 et 107. Hinc *τυχὸν*, partic. neutr. aor. 2. *fortuitum*, notat *omne, quod casu accidit*, et, adverbialiter sumtum, est: *forte, fortasse, si res ita ferat*, ita, ut elliptice ponatur pro *κατὰ τὸ τυχὸν χρῆμα*, vel *πρᾶγμα*, et sit idem, quod alias dicitur *εἰ τύχοι.* 1 Cor. XVI. 6. *πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ* apud vos enim fortasse permanebo. Xenoph. Anab. VI. 1. 12. Hesych. *τυχόν· ὡς φθάσει, ὡς λάχοι, ἢ πολλάκις.* Confer Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. pag. 355. ed. Zeunii. 5) *τυχὼν* ac *ἐπιτυχὼν vulgaris, ubivis obvius*, etiam *e fæce populi* (Euripid. Herc. Fur. v. 1248.) et e contrario *οὐ τυχὼν insignis, haud vulgaris.* Act. XIX. 11. *δυνάμεις δὲ οὐ τὰς τυχούσας ἐποίει ὁ Θεὸς* miracula insignia patravit Deus. ibid. XXVIII. 2. *οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν* haud vulgarem humanitatem. Sic apud Longinum de Sublimitate s. 9. Moses fuisse dicitur *ἀνὴρ οὐχ ὁ τυχών.* Plato Apol. Socr. ab initio. Ælian. V. H. VI. 12. *καὶ ἦν δεῖγμα οὐ τὸ τυχὸν τοῖς ἀνθρώποις.* Xenoph. Mem. I. 1. 14. ibid. 5. 6. et III. 9. 10. *ὑπὸ τῶν τυχόντων* a plebe. Polyb. I. 42. *οὐ τὴν τυχοῦσαν ἀπορίαν παρεῖχε τοῖς ὑπεναντίοις.* 3 Macc. III. 4. *καὶ οὐ τῷ τυχόντι περιῆψαν ψόγῳ* et non mediocriter eos vituperabant. Conf. etiam Vigerum de Idiotismis Ling. Gr. p. 296 et 355. ed. Zeunii, Wetstenii N. T. T. II. p. 580 seq. et Irmischium ad Herodianum I. cap. 3. 15. p. 86. 6) *εἰ τύχοι*, quod alias notat *forte, fortasse, si res ita ferat*, et est i. q. *τυχὸν*, in N. T. libris significat: *exempli gratia, verbi causa.* 1 Cor. XIV. 10. et XV. 37. Vide ad h. l. Wetstenium, qui multa loca collegit, et Longinum de Sublimitate p. 90. edit. Mori. Sæpius in N. T. non legitur. Copiose de voce *τυγχάνειν* exposuit Vigerus de Idiotismis Dict. Gr. pag. 293 — 298. edit. Zeunii.

ΤΥΜΠΑΝΙ'ΖΩ, fut. *ίσω*, quod 1) proprie significat: *tympanum pulso.* 1 Sam. XXI. 13. 2) *machinæ ligneæ incurvæ adstrictum et distensum fustibus, vel baculis, vel plumbatis, cædo*, quod erat tormenti pariter ac pœnæ genus. Sic semel legitur in N. T. Hebr. XI. 34. *ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν.* Vide ad h. l. Carpzovium in Exercitatt. Philonn. Lucian. Jov. Tragœd. p. 139. *ἀνασκολοπιζομένους δὲ καὶ τυμπανιζομένους ἐνίοτε τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας.* Alberti Glossar. Gr. pag. 178. *ἐτυμπανίσθησαν· ἀνηρέθησαν, ἐκρεμάσθησαν*, ubi videndus Alberti. Hesych. *τυμπανίζεται· ἐκδέρεται.* Idem: *ἐτυμπανίσθησαν· ἐκρεμάσθησαν, ἐσφαιρίσθησαν*, h. e. globulis plumbeis, innexis flagellorum extremis loris, cæsi sunt. Photius in Lexic. *τυμπανίζεται· ξύλῳ πλήσσεται, ἐκδέρεται καὶ κρεμᾶται.* Zonaras Lex. col. 896. *ἐτυμπανίσθησαν, (ἀπετμήθησαν) ἢ εἰς ῥόπαλον ἀπέθανον. ὁ ἀπόστολος· ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν.* Cf. P. Zornii Opuscula Sacra P. II. p. 307. Wetstenii N. T. T. II. p. 430 seq. Krebsii Obss. Flav. pag. 389. Beckii Comment. in Aristoph. Vol. I. p. 241 seq. et Wolfii Curas Philol. in N. T. T. III. p. 768.

ΤΥ'ΜΠΑΝΟΝ, vel ΤΥ'ΠΑΝΟΝ, *ου, τὸ*, non solum dicitur *instrumentum musicum, quod tympani nomine venit, quo pulsato sonus cietur*, (Hebraice תֹּף vocatur. Confer Alexandrinos Gen. XXXI. 27. Exod. XV. 20. Jud. XI. 35. Hesych. *τύμπανον, ᾧ αἱ Βάκχαι κρούουσιν.* Vide quoque Perizonium ad Ælian. V. H. Lib. IX. cap. 8.) et *baculus, quo tympanum pulsatur*, sed etiam *palus, patibulum*, seu *machina illa lignea convexa et incurva, ad quam devincti virgis, vel fustibus, cædebantur, et sæpe usque ad necem*, et interdum *illud ipsum instrumentum, quo ad plagas inferendas utebantur.* Hesych. *τύμπανον· — — ἢ εἶδος τιμωρίας.* Photius in Lex. *τύμπανον· τὸ τοῦ δημίου ξύλον, ᾧ τοὺς παραδιδομένους διεχειρίζετο, καὶ τὸ ἀποτυμπανίζειν ἐντεῦθεν.* 2 Macc. VI. 19. *αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προσῆγε.* ibid. ver. 28. Confer Gatakeri Opera Critica p. 908. et Hemsterhusium ad Pollucis Onom. T. II. p. 892. schol. Aristoph. ad Plutum v. 476. *τύμπανα· ξύλα, ἐφ' οἷς ἐτυμπάνιζον· ἐχρῶντο γὰρ ταύτῃ τῇ τιμωρίᾳ· ἢ βάκλα· παρὰ τὸ τύπτειν· ἤγουν ξύλα, οἷς τύπτονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις οἱ τιμωρούμενοι.*

ΤΥ'ΠΟΣ, *ου, ὁ*, 1) proprie et generatim: *omnis nota insculpta, aut impressa, signum incisum, aut percussione factum, vestigium*, a præt. med. *τέτυπα*, verbi *τύπτω percutio.* Sic legitur in N. T. Joh. XX. 25. *ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων* nisi videro in manibus ejus clavorum vestigia meumque digitum immisero illis vestigiis: ubi codices nonnulli pro *τύπον* habent *τόπον* ex interpretamento. Conf. Boisium in Collatione ad h. l. p. 341. Athen. XIII. p. 585. C. *τοὺς τύπους τῶν πληγῶν ἰδοῦσα.* Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 960. Hesych. *τύπος· χαρακτήρ.* 2) *effigies, quæ ex impressione effingitur, simulacrum ad exemplum aliquod πρωτότυπον efformatum*, ein Abdruck, eine Copie, *a copy*, et deinde *simulacrum quodcunque, imago, effigies.* Act. VII. 43. *τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοὺς* simulacra deorum, quæ vobis fecistis adoranda. Conf. Amos V. 26. ubi *τύπος* apud Alexandrinos Hebraico צֶלֶם *imago* respondet. Apud Josephum A. J. I. 19. 11. simulacra deorum, quæ Rahel patri suo Labano eripuerat, *τύποι* vocantur. Alexandrinis dicuntur *τὰ εἴδωλα*, Aquilæ *μορφώματα*: et apud eundem XV. 9. 5. *ἀγάλματα* et *τύποι* conjunguntur. Confer etiam Wesseling. ad Diod. Sic. I. c. 21. Hesych. *τύπος· εἰκών.* 3) *exemplum, proplasma, formula, designatio, rudis operis adumbratio et delineatio, a qua ordiuntur artifices*, ein Modell, *a model.* Sic legitur in

N. T. Act. VII. 44. ποιῆσαι αὐτὴν κατὰ τὸν τύπον, ὃν ἑωράκει illud condere secundum exemplar, ab eo visum. Hebr. VIII. 5. κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει secundum exemplum templi exstruendi, quod tibi monstratum est in monte. Conf. Exod. XXV. 40. ubi in Hebraico textu pro voce τύπος, qua Alexandrini usi sunt, legitur תַּבְנִית *exemplar, forma,* quod Alexandrini ib. ver. 9. παράδειγμα transtulerunt. 4) *brevis summa et argumentum alicujus scripti.* Act. XXIII. 25. γράψας ἐπιστολὴν περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον scripsit epistolam hujus argumenti, seu in hanc sententiam. Vulgatus habet: *scribens epistolam, continentem hæc.* Eodem fere modo quoque Syrus transtulit. Τύπος enim dicitur apud Græcos, *quicquid est insculptum tabulæ, nummo, statuæ,* adeoque, si de epistola sermo est, quæ tunc erat tabula cerea, est *scriptura ipsa, stilo insculpta tabulæ cereæ.* 3 Macc. III. 30. καὶ ὁ μὲν τῆς ἐπιστολῆς τύπος οὕτως ἐγέγραπτο. Eodem modo *exemplum* adhibetur apud Ciceronem L. X. Epp. ad Famil. c. 5. Cf. Raphelii Obss. Xenoph. p. 183. et Kypkii Obss. Sacr. T. II. p. 118 seq. Non tamen admodum repugnarem, si quis Act. l. l. loco τύπον scribere mallet τρόπον. 1 Macc. XV. 2. ἐπιστολαὶ περιέχουσαι τὸν τρόπον τοῦτον. Porphyr. Vit. Plotin. p. 123. μέρος ἐπιστολῆς, ἐπέχω τοῦτον τὸν τρόπον. 5) metaphorice: *norma, tenor, ratio, institutum,* et ut Latinorum *forma* (apud Ciceron. de Officiis I. 4.) et Græcorum μόρφωσις et ὑποτύπωσις interdum pleonastice ponitur. Rom. VI. 17. τύπος διδαχῆς, h. e. doctrina ipsa, seu religio christiana. Sic etiam apud Euripid. in Phœniss. v. 1147. τύποι σιδηρόνωτοι ἀσπίδος pro ipso clypeo, laminis tecto et cælato, ponuntur. Confer Koppium ad Rom. l. l. et Kypk. Obss. Sacr. T. II. p. 167. 6) *quælibet rei similitudo, is, qui similitudinem cum aliquo habet.* Rom. V. 14. ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος cujus et Christi est similitudo quædam. Alii vertunt: *qui erat typus futuri Adami,* seu, *repræsentabat futurum Adamum.* 7) metaphorice: *exemplum, vel ad imitandum, vel ad deterrendum propositum,* ein belehrendes, ermunterndes und warnendes beyspiel, *an instructive, animating and admonitory example.* 1 Cor. X. 6. ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν hæc vero sunt exempla severitatis divinæ nobis proposita. ib. v. 11. ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις hæc vero omnia evenerunt illis, ut nobis fierent exempla, ad deterrendum proposita: ubi pro τύποι in codicibus nonnullis haud male legitur τυπικῶς. Philipp. III. 17. καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς sicut habetis nos exemplum. 1 Thess. I. 7. ὥστε γενέσθαι ὑμᾶς τύπους κ. τ. λ. h. e. et exemplum vestrum secuti Achæorum et Macedonum plures doctrinam christianam amplexi sunt. 2 Thess. III. 9. ἀλλ' ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς sed ut nos vobis exhiberemus exemplum, quod imitaremini. 1 Tim. IV. 12. ἀλλὰ τύπος γίνου sed exemplum te propone, imitatione dignum. Tit. II. 7. 1 Petr. V. 3. ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου potius sitis exempla, ad imitandum proponenda christianis, curæ vestræ demandatis. Conf. Raphelii Obss. Polyb. p. 468. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1340 seq. Sæpius in N. T. non legitur. De variis hujus vocis significationibus diligenter exposuit Gatakerus in Adversariis Sacris cap. IV. et Schwarzius in Comment. Criticc. Ling. Græc. p. 1341.

ΤΥΠΤΩ, fut. τύψω, 1) proprie: *verbero, ferio, percutio aliquem pugno, fuste, vel alio instrumento.* Præs. pass. τύπτομαι *cædor, vapulo, verberor, percutior.* Matth. XXIV. 49. καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους et verberavit commilitones suos. ibid. XXVII. 30. ἔλαβον τὸν κάλαμον καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ et baculo caput ejus feriunt. Marc. XV. 19. Luc. VI. 29. τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα ferienti tibi malam. ib. XII. 45. XXII. 64. ἔτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον. Act. XVIII. 17. ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος verberarunt eum coram tribunali. ibid. XXI. 32. ἐπαύσαντο τύπτοντες τὸν Παῦλον destitere Paulum verberare. ibid. XXIII. 2. τύπτειν αὐτοῦ τὸ στόμα ut os ejus ferirent. ibid. v. 3. Sæpius hanc vocem adhibuerunt Alexandrini pro הִכָּה *percussit, feriit, verberavit, occidit,* Exod. II. 11, 13. Num. XXII. 23, 27. Deut. XXV. 11. Adde Homer. Odyss. μ', v. 215. et Xenoph. Hist. Gr. IV. 4. 3. 2) *tundo, pulso.* Luc. XVIII. 13. ἀλλ' ἔτυπτεν εἰς τὸ στῆθος αὐτοῦ sed pectus percutiens, seu tundens: quod erat signum luctus ac mœstitiæ apud Hebræos. Conf. Geierum de Luctu Hebræorum p. 199. Luc. XXIII. 48. τύπτοντες ἑαυτῶν τὰ στήθη tundentes pectora sua. (Pro hoc πλήσσειν στήθεα dixit Homerus Iliad. XVIII. 31. 51. et πλαταγεῖν στήθεα Bion Idyll. I. Conf. Jos. Arndii Miscell. Sacr. p. 84. et Wetstenii N. T. T. I. p. 781.) Josephus A. J. VII. c. 10. s. 5. ἀνεκλαίετο τὸν υἱὸν, τυπτόμενος τὰ στέρνα. 3) *punio, vindictam ab aliquo sumo.* Act. XXIII. 3. τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς puniat te Deus! Ezech. VII. 9. καὶ ἐπιγνώσῃ, διότι ἐγὼ Κύριός εἰμι ὁ τύπτων. Adde Exod. VIII. 2. 4) τύπτειν τὴν συνείδησιν τινὸς *verberare,* aut *vulnerare alicujus conscientiam,* h. e. *efficere, ut aliquem conscientia mordeat,* aut, *ut aliquis conscientia turbetur, lædatur et offendatur,* i. q. μολύνειν τὴν συνείδησίν τινος. 1 Cor. VIII. 12. coll. v. 7 et 9. Eodem modo apud Alexandrinos et Græcos τύπτειν de re usurpatur, quæ animum alicujus vehementer commovet et perturbat, v. c. Prov. XXVI. 22. οὗτοι δὲ τύπτουσιν εἰς ταμιεῖα σπλάγχνων. 1 Sam. I. 8. ἱνατί τύπτει σε ἡ καρδία σου; Herodot. Lib. I. p. 212. ἐνταῦθα ἀκούσαντα Καμβύσεα τὸ Σμέρδιος οὔνομα, ἔτυψε ἡ ἀληθηίη τῶν τε λόγων καὶ τοῦ ἐνυπνίου. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΥΡΑΝΝΟΣ, ου, ὁ, *Tyrannus,* seu *Turnus.* Nomen proprium viri, origine Græcum, (vide Wetstenii N. T. T. II. p. 580.) quod proprie et antiquitus *regem,* vel *principem* significabat; (conf. Alexandrinos Hos. I. 10. Prov. VIII. 16.) deinde vero in deteriorem partem, partim de eo usurpatur, *qui in civitate, antea libera, summam rerum solus obtinet,* partim *severius imperat atque crudelius.* Vide Xenoph. de Vectigal. III. 11. Cyrop. I. 3. 15. Mem. IV. 6. 12. Cornel. Miltiad. cap. 8. s. 3. Cicero de Officiis II. cap. 7. Conf. etiam Irmischii Excursum ad Herodian. I. 1. 3. p. 758. et Th. Gatakeri Adversar. Miscell. Lib. I. cap. 1. Fuit autem *Tyrannus,* seu *Turnus,* qui in N. T. Act. XIX. 9. tantum commemoratur, sophista scholæ Ephesinæ et fortasse idem ille, de quo Suidas tradit: Τύραννος σοφιστὴς, περὶ στάσεων καὶ διαιρέσεως λόγου βιβλία δέκα. Variorum interpretum de schola Tyranni sententias collegit et examinavit Joh. Henr. a Seelen Meditatt. Exeget. P. II. p. 613 seq. Pricæus ad Actt. l. l. τύραννον nomen appellativum esse putat, ut ita dictus sit, quod vi eloquentiæ auditores ageret ferretque, quasi sophista princeps.

ΤΥΡΒΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *turbo, commoveo*, i. q. ταράσσω, a τύρβη, Attice pro σύρβη, *tumultus, turba, commotio*, θόρυβος, τάραξις, interprete Suida. Propriam hujus verbi notionem esse *turbare lutum*, aut *aquam*, tradit scholiastes Aristoph. ad Equit. v. 311. τυρβάσαι κυρίως λέγεται τὸν πηλὸν ταράξαι. Atque hoc sensu habet Aristoph. Vesp. v. 257. τὸν πηλὸν ὥσπερ ἀτταγᾶς τυρβάσεις βαδίζων. Conf. Lamb. Bos. Exercitatt. Philol. p. 39. et Wetstenii N. T. T. I. p. 725. 2) metaphorice: *perturbo, inquieto, tumultum excito*. Athenæus Deipnosoph. VIII. cap. 3. p. 336. χαίρωμεν, ἕως ἔνεστιν τὴν ψυχὴν τρέφειν, τύρβαζε μάνην, γαστρὸς οὐδὲν ἥδιον. Plutarch. T. II. p. 23. Aristoph. Equit. v. 311. Medium τυρβάζομαι *mihi ipsi turbas excito*, (Aristoph. Pace v. 1007 seq.) *me ipsum perturbo et inquieto, de rei conficiendæ difficultate me anxie torqueo, satago*, (Quinctil. Institutt. VI. 4.) *sollicitus sum*, et speciatim de *iis* usurpatur, *qui distrahuntur multis negotiis et curis et nimis seduli sunt*, de quibus etiam apud Græcos verbum περισπᾶσθαι adhibetur. Sic semel legitur in N. T. apud Lucam X. 41. μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλὰ tu nimis sollicita es distraherisque multis negotiis. Suidas, hunc locum sine dubio respiciens, τυρβάζῃ· ἑτοιμάζῃ. οἱ δὲ φροντίζεις. Eustathius p. 1626. lin. 29. ἀπὸ δέ γε τοῦ τυροῦ, τυρεύειν τε τὸ ἀνακυκᾷν πράγματα, καὶ τυρβάζειν δὲ τὸ ὑπὲρ τοιούτων μεριμνᾷν. Conf. Wolfii Curas Philol. in N. T. T. I. p. 654.

ΤΥ'ΡΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *Tyrius, civis et incola Tyri*, a Τύρος *Tyrus*, quod vide infra. Legitur in N. T. tantum Act. XII. 20.

ΤΥ'ΡΟΣ, ου, ἡ, *Tyrus*. Metropolis Phœniciæ, ad mare Mediterraneum sita, quæ Hebraice dicitur צוֹר i. e. *rupes, petra*, pro quo Syri dicunt תוֹר et ita vocata fuit, quod in petra exstructa esset, instar promontorii mari opposita. A Latinis olim *Sarra* vocabatur, non a pisce quodam, qui illic abundabat, quem lingua sua *Sar* Tyrii appellabant, ut placuit Vet. Schol. in Virgilii Georg. II. v. 506. sed quia litteram Tsade, quæ medii est soni inter T et S, Romani in S, uti Græci in T mutarunt, observante Bocharto Chanaan Lib. II. c. 10. Fuit urbs olim magna, opulenta, mercatura longe celeberrima, terra marique potens et proprios aliquando reges habuit, quorum ille, qui Davidis et Salomonis tempore ei præerat, *Hiramus* vocabatur, qui non solum saxa et cedros e Libano, sed etiam artifices peritissimos misit, qui templum Hierosolymitanum et palatium Salomonis exstruerent. Expugnata postea fuit a Nebucadnezare, rege Chaldæorum, et rursus ab Alexandro Magno, Macedone, qui eam funditus evertit. Ob portus tamen situsque sui commoditatem e ruinis iterum emersit, licet priorem splendorem posthac nunquam attigerit. Vide Bocharti Phaleg. p. 343. Hadr. Relandi Palæst. Lib. III. p. 1046 seq. Cellarii Geogr. Plen. III. cap. 12. p. 452 seq. et Nic. Sanson. Geogr. Sacr. p. 108. Adde Ezech. XXVII. 2. Curtium IV. c. 2. et Nonni Dionysiac. XL. v. 311 et 369 seq. Matth. XI. 21. XV. 21. εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος in tractum Tyri et Sidonis. Marc. III. 8. VII. 24, 31. Luc. VI. 17. X. 13. Act. XXI. 3, 7. Interdum per metonymiam pro *incolis Tyri* ponitur, v. c. Matth. XI. 22. et Luc. X. 14. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΥΦΛΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) proprie: *cæcus, oculis captus*, vel *orbus, facultate videndi privatus*. Matth. IX. 27, 28. XI. 5. τυφλοὶ ἀναβλέπουσι cœci visum recipiunt. ib. XII. 22. τυφλὸς καὶ κωφὸς cœcus, qui simul mutus erat. Huc pertinet fortasse glossa Hesychii: τυφλὸς· τίθεται καὶ ἀντὶ τοῦ κωφοῦ. ib. XV. 14, 30, 31. XX. 30. XXI. 14. Marc. VIII. 22, 23. X. 46, 49, 51. Luc. VI. 39. μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν; potestne cœcus cœcum ducere? ib. VII. 21, 22. XIV. 13, 21. XVIII. 35. Joh. V. 3. (ubi tamen τυφλὸς positum esse videtur pro ὑπότυφλος, *lusciosus*, μύωψ, quem etiam Virgilius Æn. VII. 681. et X. 544. *cæcum* appellat.) IX. 1. τυφλὸν ἐκ γενετῆς cœcum a nativitate. ibid. v. 2, 6, 8, 13, 17, (ubi τυφλὸς is dicitur, qui olim talis fuerat. Conf. Glassii Philol. S. p. 8.) 18, 19, 20, 24, 25, 32. X. 21. XI. 37. Act. XIII. 11. καὶ ἔσῃ τυφλὸς μὴ βλέπων τὸν ἥλιον ἄχρι καιροῦ. Cœcitatem repentinam antiquitus pro pœna peccati habitam fuisse, docent loca Quint. Smyrn. XII. 400 seq. Philon. Opp. T. II. p. 585. ed. Mang. et Josephi A. J. XII. 2. 30. In versione Alex. respondet Hebraico עִוֵּר *cœcus*, in fœminino עִוֶּרֶת Exod. IV. 11. Levit. XIX. 14. XXI. 18. Deut. XV. 21. 2 Sam. V. 6, 8. etc. 2) metaphorice: *stupidus, homo inscius et ignarus, cujus intellectus est tenebris et caligine opletus, carens vera Dei rerumque divinarum cognitione, sive talem se esse agnoscat, sive neget*. Sic v. c. Matth. XV. 14. Pharisæi a Christo vocantur ὁδηγοὶ τυφλοὶ τυφλῶν, h. e. ignari doctores ignarorum, et ibid. XXIII. 16 et 24. ὁδηγοὶ τυφλοί. ibid. v. 17 et 19. μωροὶ καὶ τυφλοὶ stulti et occœcati ib. v. 26. Φαρισαῖε τυφλὲ, h. e. ἄφρων, ut legitur in loco parallelo Luc. XI. 40. Luc. IV. 19. κηρύξαι τυφλοῖς ἀνάβλεψιν ad annunciandum cœcis visum, h. e. ad imbuendos idonea veræ religionis cognitione insciorum animos. Joh. IX. 39. ἵνα οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται ut, qui sibi sapere et intelligere videantur, non perveniant ad religionis christianæ cognitionem. ibid. v. 40. μὴ καὶ ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν; num etiam nos rudes veræ religionis habes? ibid. v. 41. εἰ τυφλοὶ ἦτε si inscitiam vestram agnosceretis et modesti ad veram ac idoneam cognitionem adspiraretis. Rom. II. 19. πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν tibi esse te persuades doctorem ignarorum. 2 Petr. I. 9. τυφλός ἐστι destituitur adhuc vera ac idonea religionis christianæ cognitione. Apoc. III. 17. Eodem modo usurpatur quoque עִוֵּר Ies. XXIX. 18. XXXV. 5. XLII. 7, 16, 18, 19. XLIII. 8. Aristoph. Plut. 48. Lucian. Vit. Auct. 18. τυφλὸς γὰρ εἶ τῆς ψυχῆς τὸν ὀφθαλμόν. Suid. τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα. quæ verba ex Sophocl. Œdip. Tyr. v. 378. desumta esse videntur. Alberti Glossar. Gr. p. 95. τυφλῶν, τῶν διανοίας σφαλλομένων. Conf. etiam Gatakerum ad Marc. Antonin. IV. 29. Sæpius in N. T. non legitur.

ΤΥΦΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *excæco, obcæco, oculis* vel *oculorum usu privo*, a τυφλὸς *cæcus*. Sic legitur apud Ælian. V. H. XII. 24. ἵνα μὴ ὁ νεανίσκος τυφλωθῇ τελέως ne juvenis prorsus excœcaretur. Sext. Empir. adv. Gramm. I. 262. 2) metaphorice: *efficio, aut permitto, ut alter vera scientia et cognitione destituatur, intellectum corrumpo, mentis aciem hebeto, impudentem* vel *stupidum reddo*. Sic ter tantum legitur in N. T. Joh. XII. 40. τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς excæcavit, Deus

eorum oculos, h. e. permisit Deus, ut cœcitate mentis laborent et inscitia premantur, tanquam caligine. 2 Cor. IV. 4. ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα quibus Deus hujus sæculi intellectum mentemque excœcavit et hebetavit. 1 Joh. II. 11. ὅτι ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Vide supra dicta ad σκοτία. Adde Alex. Ies. XLII. 19. καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. Arrian. Diss. in Epictet. I. c. 6. extr. οἱ μὲν πρὸς αὐτὸν τὸν ὄντα ἀποτετυφλωμένοι μηδ' ἐπιγνώσκοντες τὸν εὐεργέτην. Plato Phæd. p. 394. ἔδεισα, μὴ παντάπασι τὴν ψυχὴν τυφλωθείην. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 186.

ΤΥΦΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *fumo, fumum excito, fumo infesto*, i. q. τύφω, a τῦφος, ου, ὁ, *fumus*. Jam, quia τῦφος etiam *superbiam fastumque* (3 Macc. III. 12.) apud Græcos et interdum quoque *ignorantiam* et *inscitiam, quæ fastum fere comitari solet*, notat, hinc 2) τυφόω metaphorice non solum significat: *mentis aciem hebetare, imprudentem, vel stupidum reddere*, sed etiam *insolentem et fastuosum reddere, efferre, ad superbiam excitare alterum*, et τυφοῦσθαι partim de eo usurpatur, *qui cœcitate mentis laborat et inscitia premitur, tanquam caligine*, partim vero de eo adhibetur, *qui vel singulari quodam, quam crepat, prudentia et sapientia ultra vulgus sibi sapere videtur*, vel *secunda, quæ ipsi arridet, fortuna elatus, cristam erigit aliosque contemnit et insolenter tractat.* Sic ter tantum in N. T. legitur. 1 Tim. III. 6. ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου, h. e. vel: ne superbia inflatus et insolenter se gerens (Theodoretus ad h. l. τῆς ἀλαζονείας τὸ πάθος δεξάμενος. Theophylactus: φυσιούμενος.) in adversariorum criminationes incurrat, vel: ne ignorantia sua adversariis criminandi et vituperandi materiam suppeditet. Utramque enim explicationem admittit h. l. series orationis et loquendi usus, ut exempla infra allata quemque docere possunt. Æque ambigua sunt verba, quæ ibid. VI. 4. leguntur, τετύφωται μηδὲν ἐπιστάμενος, quæ alii vertunt: inflatus est, nihil sciens; alii vero ita transferre malunt: cœcitate mentis laborat et inscitia premitur. Pro τετύφωται in Codice Montfortii legitur h. l. ex interpretamento τετύφλωται. 2 Tim. III. 4. τετυφωμένοι fastu inflati, ubi tamen conf. varietatem lectionis, in editione Griesbachiana notatam. Etiam apud Græcos scriptores τυφοῦσθαι mox de *inscitia et mentis cœcitate*, mox vero de *fastu, superbia, qua aliquis inflatus insolenter se gerit*, usurpatur. Sic v. c. Polyb. Hist. II. c. 81. si quis, inquit, inter imperatorias virtutes ullam potiorem ducit cura explorandi ingenium ac naturam ducis hostium, ἀγνοεῖ καὶ τετύφωται errat et cœca mentis caligine laborat. Philo de Creat. Mundi T. I. p. 1. ed. Mang. ἐξετύφωσαν (al. codd. ἐξετύφλωσαν) τὰ πλήθη vulgus in errorem deduxerunt. Eodem modo τυφοῦσθαι legitur quoque apud Ciceronem XII. Ep. 23. Herodian. VI. 5. 23. τόν τε Πέρσην —— ἐτύφωσε τηλικούτων ἔργων εὐπραγία Persam vero —— fastu inflavit tantarum rerum successus. Ælian. V. H. IX. 17. Diog. Laërt. V. sect. 82. τῶν τετυφωμένων ἀνδρῶν ἔφη τὸ μὲν ὕψος δεῖν περιαιρεῖν, τὸ δὲ φρόνημα καταλιπεῖν. Joseph. c. Apion. I. 3. πῶς οὖν οὐκ ἄλογον τετυφῶσθαι τοὺς Ἕλληνας, ὡς μόνους ἐπισταμένους τὰ ἀρχαῖα. Alia loca veterum, *superbiendi* notionem voci τυφοῦσθαι vindicantia, collegit Dresig. de Verbis Mediis N. T. I. 136. p. 479 seq. ed. Fischeri et Elsnerus Obss. Sacr. T. II. p. 307. Alberti Glossar. N. T. p. 157. τυφωθείς· ἐπαρθείς, ὑπερηφανευθείς. Et sic etiam in Hesychio explicatur, nisi quod ibi ὑπερηφανεύσας legitur. Hesych. τῦφος· ἀλαζονεία, ἔπαρσις, κενοδοξία. Idem tradit quoque Suidas. Conf. quoque Wetstenii N. T. T. II. p. 329.

ΤΥ'ΦΩ, fut. θύψω, (littera aspirata θ, quæ ob sequentem aspiratam φ in tenuem τ mutata fuit, redeunte,) perf. τέτυφα, *fumum excito*. Præs. pass. τύφομαι *fumo, fumigo, fumum edo*, i. q. καπνίζομαι, a τῦφος *fumus*. Semel tantum in N. T. legitur Matth. XII. 10. λίνον τυφόμενον οὐ σβέσει linum fumigans (quod prope est, ut exstinguatur,) non exstinguet. Verba sunt desumta ex Ies. XLII. 3. ubi in Hebraico textu legitur כֵּהָה. Vide supra ad λίνον a me observata. Chariton Aphrod. Lib. VI. c. 3. p. 135. ed. Lips. τυφομένου πυρὸς ignis adhuc tepescentis, seu incipientis gliscere, ubi vid. D'Orville p. 522. Hesych. τύφεται· καίεται, καπνίζεται, φλέγεται. Idem: τύφεσθαι· μαραίνεσθαι, ἡσυχῇ ἐκκαίεσθαι, χωρὶς φλογὸς καπνὸν ἱέναι. Idem: ἐτύφωσεν· ἐνέπρησεν. Suid. τυφομένης· καπνιζομένης, καιομένης. Conf. etiam Schol. Sophocl. Antigon. v. 1012. Wetstenii N. T. T. I. p. 391. ac Schneideri Lex. Crit. Ling. Gr. s. h. v.

ΤΥΦΩ'Ν, ῶνος, ὁ, proprie dicitur: *nubes, quæ sensim descendit ex aëre et ubi attingit vi arborem aliquam, aut domum, cum incredibili fragore rumpitur et rapida vertigine non solum domos et homines opprimit, sed etiam arbores eradicat, et antennas, ac ipsa navigia contorta frangit*, eine Windsbraut, Kreiselwind, *a whirlwind*; (conf. Plinii H. N. II. c. 49. et Gellii Noctt. Att. XIX. 1.) deinde vero *quilibet ventus procellosus et turbulentus*, (רוּחַ סְעָרָה Psalm. CXLVIII. 8. qui etiam τυφὼς dicitur Græcis, v. c. Aristoph. Ran. v. 872. et Sophocl. Antigon. v. 424. ubi scholiastes interpretatus est per καταιγιδώδης ἄνεμος. Vide etiam Schol. ad Eurip. Phœn. v. 1171.) a τύφω, quod vide supra. Etym. M. τυφὼν παρὰ τὸ τύφω, τὸ καίω. τυφὼν γάρ ἐστιν ἡ τοῦ ἀνέμου σφοδρὰ πνοή, ὃς καὶ εὐρυκλύδων καλεῖται, οὐχ ἡ φλὸξ, ἡ ἐκ τοῦ ἀέρος, ἀλλ' ἡ ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως συστροφὴ πρὸ τοῦ ἐκπυρωθῆναι. Idem: τυφώς· ὁ κατὰ θάλασσαν, ὑφ' οὗ τὰ πλοῖα φθείρεται. Hesych. τυφὼν ὁ μέγας ἄνεμος. Suid. τυφὼν οὐχ ἡ φλὸξ ἐκ τοῦ ἀέρος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως συστροφὴ πρὸ τοῦ ἐκπυρωθῆναι, ὡς Πλάτων ἐν Φαίδρῳ. Idem: τυφὼν κεραυνὸς βίαιος πολὺς καὶ πνευματώδης. ἡ πνεῦμα καπνῶδες, ἐῤῥωγὸς ἀπὸ νέφους. (Fortasse legendum est ἐῤῥωγότος νέφους ex Diogene Laërt. in Zenone s. 154.) λέγεται καὶ διὰ τοῦ σ τυφώς· τοὺς γὰρ καταιγιδώδεις ἀνέμους τυφὼς καλοῦσι. τούτῳ ἐνόμιζον μέλαιναν ἄρνα σφαγιάζειν, ὅπως λήξῃ τὸ πνεῦμα. Vide et Suid. in v. τυφὼς, et Thom. M. pag. 861. edit. Bernard. Inde est Adjectivum

ΤΥΦΩΝΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *turbulentus, procellosus, tempestuosus*, quod semel tantum legitur in N. T. Act. XXVII. 14. ἄνεμος τυφωνικὸς *ventus quidam repentinus et procellosus*. Cf. Gyraldum de Navigat. c. IX. pag. 619. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 641.

ΤΥΧΙΚΟ'Σ, οῦ, ὁ, *Tychicus*. Nomen proprium viri, origine Græcum, idem, quod *Fortunatus*, a τύχη *fortuna*. Hic ex Asia erat, ut conjicitur ex Act. XX. 4. christianus, comes Pauli et deinde, ut nonnullis

placet, episcopus Colophonis, urbis Ioniæ, non procul ab Epheso sitæ. Vide Petr. de Natalibus Lib. VI. c. 100. Commemoratur in N. T. Act. XX. 4. Ephes. VI. 21. Coloss. IV. 7. 2 Tim. IV. 12. Tit. III. 12.

ΤΥΧΟ'Ν, *forte, forsitan, fortasse.* Est adverbium ab aor. 2. part. neutrius gen. verbi τυγχάνω, tantum occurrens 1 Cor. XVI. 6. ubi est sperantis. Xenoph. Anab. VI. 1. 12. Vide supra dicta ad τυγχάνω.

Υ

ὙΑΚΙ'ΝΘΙΝΟΣ, η, ον, *hyacinthinus, colorem hyacinthi, floris, aut gemmæ, habens*, ab ὑάκινθος *hyacinthus*, quod vide. Legitur in N. T. tantum Apoc. IX. 17. θώρακας ὑακινθίνους loricas hyacinthinas, h. e. subnigras, nigricantes, h. e. ferreas. Suidas, Hesychius et Lexicon Cyrilli MS. ὑακίνθινον· ὑπομελανίζον, πορφυρίζον. Phavor. ὑακινθίνῳ· τῷ ὑακίνθῳ. ἔστι δὲ ἄνθος μέλαν καὶ μαλακόν. Alexandrini usi sunt hac voce pro תְּכֵלֶת *hyacinthus*, Exod. XXVI. 4. XXVIII. 31. Num. IV. 6, 9, 11. et pro תַּחַשׁ *taxus, melis*, Ex. XXV. 5. XXXV. 7. Num. IV. 6, 8, 10, etc. Confer Salmas. in Solinum p. 860. et Bocharti Hierozoic. Part. II. Lib. V. c. 10. p. 729 seq.

ὙΑ'ΚΙΝΘΟΣ, ου, ὁ, *hyacinthus*. Nomen floris, item gemmæ, ejusdem coloris, nempe cærulei, ad nigrum vergentis, quæ secundum Plin. H. N. XXXVII. c. 9. aureo colore lucet et tanquam amuletum contra pestem commendatur. Semel tantum in N. T. legitur Apoc. XXI. 20. ὁ ἑνδέκατος, ὑάκινθος. In versione Alex. legitur hæc vox pro תְּכֵלֶת *hyacinthus*, Ex. XXV. 4. 2 Chron. II. 7, 14. III. 14. et pro תַּחַשׁ *taxus, melis*, Ezech. XVI. 10. Conf. Braunium de Vestitu Sacerdotum Hebr. II. 14. pag. 553. Salmasium ad Epiphan. de Gemmis cap. VII. p. 103. M. Hilleri Tr. de Gemmis XII in pectorali Pontif. Hebr. p. 70. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 845.

ὙΑ'ΛΙΝΟΣ, vel ὙΕ'ΛΙΝΟΣ, η, ον, *vitreus, ex vitro confectus, vitro similis, pellucidus instar vitri*, ab ὕαλος *vitrum*. Bis tantum legitur in N. T. Apoc. IV. 6. θάλασσα ὑαλίνη mare pellucidum instar vitri ejusque colorem referens; unde explicationis causa additur ὁμοία κρυστάλλῳ. ib. XV. 2. καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγμένην πυρί. Ovid. Heroid. XV. 185. *vitreoque magis pellucidus amne.* Horat. IV. Od. II. v. 3 et 4. "*vitreo daturus nomina ponto.*" Hesych. ὑαλόεν· διαφανές, λαμπρόν. Phav. ὑαλόν· λαμπρὸν, ὑαλίζον. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 765.

ὝΑΛΟΣ, seu ὝΕΛΟΣ, ου, ὁ, *vitrum* et *crystallus*, q. ab ἕλη *splendor*. Bis tantum legitur in N. T. Apoc. XXI. 18. ὁμοία ὑάλῳ καθαρῷ similis vitro, seu crystallo puro. ib. v. 21. ὡς ὕαλος διαφανής tanquam vitrum, seu vitri crystallini ad instar pellucidum. In versione Alex. legitur pro זְכוּכִית, quod *lapidem crystallinum, gemmam nitidissimam* et *vitrum* secundum rabbinos significat. Job. XXVIII. 17. οὐκ ἰσωθήσεται αὐτῇ χρυσίον καὶ ὕαλος, ubi Alex. habent κρύσταλλος. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 764 seq. ὕαλον ἡμεῖς μὲν ἀρτίως τὸ ἐκ βοτάνης τινὸς κεκαυμένης καὶ διὰ πυρὸς τηκόμενον εἰς κατασκευὴν ἀγγείων τινῶν λέγομεν. οἱ παλαιοὶ δὲ τὸν διαφανῆ λίθον αὐτὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κρύον, ἐοικότα δὲ ὑάλῳ. Vide ad h. l. Küsterum et Spanhemium, qui recte monuit, apud Hesychium pro ὕαλον λαμπρὸν, πρᾶον, ἡλίθιον, τίμιον reponendum esse: ὕαλον· λαμπρὸν κρύος ἢ λίθον τίμιον. Phavor. ὕαλος παρ' Ἀττικοῖς, ὃς ὕελος λέγεται παρὰ τοῖς κοινοῖς. — — Ὅμηρος δὲ οὐκ οἶδε τὸ ὄνομα, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ καὶ τοῖς ἀρχαίοις ἤλεκτρος μέν ἐστιν, ὕαλος δὲ οὔ. Conf. interpretes ad Thom. M. p. 862 seq. edit. Bernard. Wolfii Curas Philol. in N. T. T. IV. p. 608. et Bielii Thesaurum Philol. T. III. p. 480.

ὙΒΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *contumelia afficio, injuria afficio, conviciis incesso,* seu *convicior*, ab ὕβρις *contumelia, injuria*. Matth. XXII. 6. ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν ignominiose tractatos interfecerunt. Luc. XI. 45. ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις his dictis etiam nos contumelia afficis. ibid. XVIII. 32. καὶ ὑβρισθήσεται et ignominiose tractabitur. Act. XIV. 5. ὑβρίσαι καὶ λιθοβολῆσαι αὐτούς. 1 Thess. II. 2. προπαθόντες καὶ ὑβρισθέντες. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Alex. 2 Sam. XIX. 43. Ies. XIII. 3. XXIII. 12. Jer. XLVIII. 29. 2 Macc. XIV. 42. Xenoph. Mem. II. 11. 5. III. 5. 12. Eurip. Phœn. v. 633. et 1671. Moschopulus: ὑβρίζω σε καὶ ἀντὶ τοῦ κατὰ πάντα τρόπον ἀτιμάζω σε, δηλονότι δι' ὕβρεως καὶ πληγῶν, καὶ ἄλλης τινὸς ἐπηρείας. Verbum ὑβρίζειν proprie de iis usurpari, qui nimia fortuna insolescunt, pristinæ conditionis immemores, et hinc alios superbe et contumeliose tractant, tanquam se inferiores, luculenter apparet ex Aristoph. Pluto v. 564. τοῦ πλούτου δ' ἐστιν ὑβρίζειν, et Theognid. Sentent. v. 749. ὑβρίζει πλούτῳ κεκορημένος. Adde Ælian. V. H. VIII. 15. Interdum idem verbum notat quoque: *vitam turpem et flagitiosam agere*, teste Suida: ὑβρίζειν· ἐπὶ τοῦ αἰσχρῶς διαιτᾶσθαι. Xenoph. Mem. II. 1. 30.

ὝΒΡΙΣ, εως, ἡ, 1) proprie: *insolentia, superbia, quam omnium rerum abundantia et nimia fortuna parturire solet*, unde ab Alexandrinis adhibetur pro גֵּאָה *superbia*, Prov. VIII. 13. גַּאֲוָה idem, Prov. XXIX. 23. Ies. IX. 9. XIII. 11. XXV. 11. et גָּאוֹן idem, Prov. XVI. 19. et aliis his similibus vocabulis. Hinc 2) per metonymiam: *injuria ex insolentia, ignominia, contumelia, qua aliquis afficitur*, et speciatim: *injuria; cum petulantia conjuncta, quæ alteri infertur, ut rideatur et contemnatur, convicium, quo aliquis proscinditur*. Sic legitur in N. T. 2 Cor. XII. 10. ἐν ὕβρεσιν. ubi tamen ὕβρις etiam de *contumelia et pœna publica* explicari potest, in qua significatione legitur apud LXX Prov. XIX. 18. Xenoph. de Rep. Laced. V. 6. Eurip. Phœn. v. 1619. Sirac. X. 8. XXI. 5. Suid. ὕβρις· ἡ μετὰ προπηλακισμοῦ καὶ ἐπηρείας injuria, cum contumelia et petulantia conjuncta. Hesych. ὕβρις· τραύματα, ὀνείδη. Thom. M. pag. 803. edit. Bernard. ὕβρις λέγε καὶ μὴ ὕβρισμα. Confer Schwarzii Comment. Critt. Ling. Gr. N. T. pag. 1345. 3) metonymice: damnum, incommodum, quod vi

afflictio, clades, jactura. Act. XXVII. 10. ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας οὐ μόνον τοῦ φορτίου καὶ τοῦ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν cum magno incommodo et jactura non modo oneris et navis, sed etiam nostræ vitæ. Cf. ad h. l. Erasm. Schmidium, qui recte monuit, vocabulum ὕβρις etiam a Pindaro (Nem. Od. I. v. 140.) de *naufragio et hinc orto damno* usurpari. ibid. v. 21. κερδῆσαί δὲ τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν ut adeo hoc damnum et jactura vitaretur. Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 140. ὕβριν h. l. de *injuriis cœli et ventorum* intelligere mavult. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΥΒΡΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, *superbus, fastuosus, qui nimia fortuna et omnium rerum abundantia insolescit et omne jus ac fas audacter violat, ferociens, homo nefarius.* Speciatim vero: *contumeliosus, injuriosus, sive verbis, sive factis injuriam inferens*, ab ὕβρις, quod vide supra. In N. T. bis tantum legitur. Rom. I. 30. ὑβριστὰς injuriosos, seu homines scelestos, nefarios, qui jus et fas audacter violant. Confer Sirac. XXXV. 23. Phavor. ὑβρισταὶ δὲ ὡς μάλιστα καὶ αἰσχρουργοῦντες. 1 Tim. I. 13. Xenoph. Mem. I. 2. 12. Alexandrini usi sunt pro גאה *elatus, superbus, fastuosus*, Job. XL. 11. Prov. XV. 27. Ies. II. 12. XVI. 6. et pro רם idem, Prov. VI. 14. Hesych. ὑβριστής· ὑπερήφανος, ἀγνώμων. Suid. ὑβριστάς· τοὺς θρασεῖς καὶ λοιδόρους. Apud Græcos scriptores ὑβριστὴς κατ' ἐξοχὴν de eo dicitur, *qui intemperanter libidinosus est, et in rem veneream præceps.* Conf. Küsterum ad Aristoph. Nubes v. 1064. Maxim. Tyrius Diss. X. amorem intemperantem et effrenatum ὑβριστὴν ἔρωτα vocat: et apud Xenoph. Cyrop. VII. 5. 22. equus ferociens ὑβριστὴς ἵππος dicitur. Cæterum dignus est, qui de hac voce consulatur Perizonius ad Ælian. V. H. IV. 15. et Wetstenius N. T. T. II. p. 28.

'ΥΓΙΑΙ'ΝΩ, fut. ανῶ, 1) proprie: *sanus sum, valeo, prospera valetudine utor*, ab ὑγιὴς *sanus.* Luc. V. 31. οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες τοῦ ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες sani non opus habent medico, sed ægroti. Conf. Matth. V. 12. οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες τοῦ ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Luc. VII. 10. εὗρον τὸν ἀσθενοῦντα δοῦλον ὑγιαίνοντα ægrotum servum reperere salvum. Luc. XV. 27. ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν quod salvum illum recepit. 3 Joh. v. 2. εὔχομαί σε ὑγιαίνειν opto te valere. Genes. XXIX. 6. XXXVII. 13. XLIII. 27, 28. Exod. IV. 28. Tob. V. 13, 17, 26. 2 Macc. I. 10. χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν. ib. IX. 19. Æschin. Socr. Dial. 4. οἱ ὑγιαίνοντες τῶν καμνόντων πλουσιώτεροί ἂν εἴησαν. ib. § 39. πότερον ὅταν τύχῃ νοσῶν, ἢ ὅταν ὑγιαίνων. 2) metaphorice: *sapio, recte sentio et ago, integris animi viribus gaudeo, sanæ mentis sum, sobrie et continenter vivo.* Tit. I. 13. ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει ut vitam, doctrinæ christianæ convenientem, agant. Alii vertunt: ut doctrinam veram profiteantur et tradant. Eadem verba leguntur quoque ibidem II. 2. Huc etiam referri potest locus Luc. XV. 27. ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν quod eum sanum (nempe respectu mentis, emendata scilicet turpissima vitæ ante actæ ratione) recepit. Aristoph. Plut. v. 364. οὔ τοι μὰ τὴν Δήμητρ' ὑγιαίνειν μοι δοκεῖς. Philostrat. Vit. Soph. Lib. II. p. 578. ἀπέχου τοίνυν, ἔφη, τῶν ἐμῶν ἀκροάσεων, οὐ γάρ μοι δοκεῖς ὑγιαίνειν. Stobæus Serm. CLXXXVII. p. 639. Conf. Raphelii Obss. Herodot. p. 594. 3) metaphorice: *incolumis, incorruptus, integer sum, verus sum et nihil falsi admixtum habeo, nullo vitio laboro,* etiam *ad sanitatem et sobrietatem mentis conduco, incolumem præsto atque conservo, salutaris sum.* Sic sumitur in omnibus N. T. locis, ubi doctrina christiana διδασκαλία ἡ ὑγιαίνουσα, (1 Tim. I. 10. 2 Tim. IV. 4. Tit. I. 9. II. 1.) ὑγιαίνοντες λόγοι οἱ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, (1 Tim. VI. 3.) et ὑγιαίνοντες λόγοι (2 Tim. I. 13.) vocatur, partim, quia verissima est, et falsi nihil admixtum habet, partim vero ob salutares effectus, quia nempe efficit, ut homines recte de Deo rebusque divinis sentiant et recte agendo felicitatem christianam consequantur. Ita quoque Plutarch. de Audiendis Poët. pag. 20. δόξας περὶ θεῶν ὑγιαινούσας καὶ ἀληθεῖς conjungit. Philo de Abrah. pag. 32. 29. τοὺς ὑγιαίνοντας λόγους. Vide Lamb. Bos. Exercitatt. Ling. Gr. p. 230. Kirchmaieri Parallelismum N. T. et Polybii p. 52. et Alberti Obss. Philol. p. 409. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΥΓΙΗ'Σ, ἑος, ὁ, ἡ, neutrum ὑγιὲς, τὸ, 1) proprie: *sanus corpore, bona valetudine utens, incolumis, integer, non vitiatus, incorruptus.* Mat. XII. 13. καὶ ἀποκατεστάθη ὑγιὴς, ὡς ἡ ἄλλη, scil. χείρ, et tam sana reddita est, ut altera manus. (Levit. XIII. 16. ἐὰν ἀποκαταστῇ ὁ χρὼς ὁ ὑγιής.) ibid. XV. 31. κυλλοὺς ὑγιεῖς mutilos jam integros, seu non vitiatos. Marc. III. 5. V. 34. καὶ ἴσθι ὑγιὴς ἀπὸ τῆς μάστιγός σου. Vide supra μάστιξ. Luc. VI. 10. Joh. V. 4, 6, 9, 11. ποιήσας με ὑγιῆ qui me sanavit. ibid. v. 14, 15. VII. 23. Act. IV. 10. coll. cap. III. 2, 6 et 7. Adde Alex. Lev. XIII. 9, 15, 16. Jos. X. 21. Ies. XXXVIII. 21. Tob. XII. 2. Sirac. XVII. 22. XXX. 13. ὑγιὴς καὶ ἰσχύων τῇ ἕξει. Apud Xenoph. de Mag. Equit. VIII. 3. ὑγιὴς est *pedibus valens* et opponitur τῷ χωλῷ. Hesych. ὑγιής· τέλειος, σῶος. 2) metaphorice: *verus, sincerus, incorruptus, cui nihil falsi admixtum est, ab errore immunis.* Sic legitur in N. T. Tit. II. 7. λόγος ὑγιὴς *sermo sanus*, h. e. *doctrina vera et incorrupta.* Philostrat. Heroic. c. X. pag. 708. λόγον ὑγιᾶ εἶναι. Aristid. Or. T. II. pag. 95. Appian. B. Civ. IV. pag. 1035. πίστις ὑγιής. Anthol. Gr. Lib. II. cap. 47. Epigr. 42. pag. 264. περὶ ἧς λόγος ἐξέει οὐχ ὑγιής. M. Antonin. VIII. 29. Eurip. Phœn. v. 211. Confer Hœpfner. ad Eurip. Cycl. v. 258. Raphelii Obss. Polyb. p. 630. et Herodot. p. 595. nec non Wetstenii N. T. T. II. p. 374. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΥΓΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) proprie: *humidus, madidus*, q. ab ὕω *pluo.* Sic legitur apud Ælian. V. H. IX. 2. ὑγροὶ νεοσσοὶ pulli madidi, recens quippe nati. Eurip. Phœn. v. 1460. ὑγρὰν χέρα. Scholiastes: ὑγρὰν ὑπὸ τοῦ αἵματος. ibid. ver. 1691. ὑγρὰν κλίνη. Hinc ὑγρότης *liquor*, apud Euripid. Phœn. v. 1272. Vide C. D. Beckii Comment. I. de Interpretatione Vet. Scriptorum p. 18 seq. 2) *virens, viridis, succi plenus, tener, mollis.* Sic semel legitur in N. T. Luc. XXIII. 31. εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; si in viridi ligno hæc faciunt, quid fiet in arido? Formula proverbialis, cujus sensus est: Si hæc sors piorum erit, quid flagitiosis accidet? Solent enim Hebræi viros bonos ac integros ligna viridia, et flagitiosos contra *ligna arida* vocare. Sic v. c. in Ed. Vta Ps. XXXVI. 35. רענן *viridis* redditur περιπατῶν ἐν δικαιοσύνῃ, nisi quis ibi δικαιοσύνην de *statu felici ac prospero* explicare malit. Conf. Vorstium de Adagiis N. T. cap. 11. pag. 819. ed. Fischeri et Wetstenii N. T. T. I. p. 816. In versione Alex. ὑγρὸς respondet Hebraico לח *viridis, recens*, Jud. XVI. 7, 8. et רטב *succosus*, Job. VIII. 16. Theophr. H.

P. V. 10. λέγω δὲ ὑγρὰ τὰ ἔλαια. Galen. de Virib. Medicam. Simplic. III. ἐπὶ τῶν ὑγρῶν τε καὶ χλωρῶν ξύλων. Apud Græcos scriptores haud raro de eo usurpatur, *quod molle, agile est et facile movetur*, et opponitur τῷ σκληρὸς, v. c. apud Xenoph. de Re Equestri I. 6. X. 8 et 15. et de Venat. IV. 1.

'ΥΔΡΙ'Α, ας, ἡ, *hydria, vas, ad aquam recipiendam aptum, cadus, urna*, ab ὕδωρ *aqua*. Ter tantum in N. T. legitur. Joh. II. 6. ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς erant autem ibi sex vasa aqualia posita, pro more Judæorum lavandi recepto, quorum singula caperent duos, vel tres cados. Conf. de hoc ritu Lightfootum in Horis Hebr. et Talmudicis ad h. l. ibid. v. 7. γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος replete has hydrias aqua. ib. IV. 28. ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνὴ relicta vero hydria mulier, etc. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro כַּד idem, Jud. VII. 16, 19, 20. Cohel. XII. 6. et pro צְלֹחִית 2 Reg. II. 20. Athenæus XIII. pag. 589. B. τάφον ἔχοντα ὑδρίαν λιθίνην. Etym. M. ὑδρία· κυρίως τὸ εἰς ὕδωρ εὔθετον ἀγγεῖον. Suid. ὑδρεία· τὸ ὑδρεύεσθαι. ὑδρία δὲ τὸ ἀγγεῖον. Cyrilli Lex. MS. Brem. ὑδρεία· ἡ ὑδροφορία. τὸ δὲ σκεῦος, ὑδρία. Epiphan. de Mensur. et Ponder. extr. ἡ δὲ ὑδρία αὐτοῖς (Ποντικοῖς) δέκα ξεστῶν ἐστίν.

'ΥΔΡΟΠΟΤΕ'Ω, (Scribitur etiam ὑδροπωτέω. Cf. Pierson. ad Mœrid. p. 380.) ῶ, fut. ήσω, *aquam bibo*, ab ὑδροπότης, pro ὑδατοπότης, ου, ὁ, *aquæ potor*. Hoc ab ὕδωρ *aqua* et πίνω *bibo*. Tantum legitur in N. T. 1 Tim. V. 23. μηκέτι ὑδροπότει, scil. μόνον, (conf. L. Bos. de Ellipsi Gr. Linguæ pag. 376. ed. Schœttgen.) noli amplius aquam tantum bibere et ab omni vino abstinere. Præterea reperitur hæc vox in versione Alexandrina Dan. I. 12. apud Ælian. V. H. Lib. II. cap. 38. νόμος καὶ οὗτος μασσαλιωτικὸς, γυναῖκας μὴ ὁμιλεῖν οἴνῳ, ἀλλ' ὑδροποτεῖν πᾶσαν γυναικῶν ἡλικίαν. Stob. Serm. LIII. p. 215. τεκέας τέκοι, ὑδροποτήσας. Xenoph. Cyrop. VI. 2. 10. Conf. Raphelii Obss. Herodot. p. 579. et Wetstenii N. T. T. II. p. 345 seq. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 192. ὑδροπότης, *aquæ potor, abstenus*. Lege *abstemius*, aut cum Scaligero, *austerus*.

'ΥΔΡΩΠΙΚΟ'Σ, ἡ, ὀν, *hydropicus, hydrope*, seu *aqua intercute laborans*, ab ὕδρωψ, ωπος, ὁ, *hydrops, aqua intercus*, quod ab ὕδωρ *aqua*, et ὤψ, ωπὸς, ὁ, *facies*. Semel tantum in N. T. legitur Luc. XIV. 2. ἄνθρωπός τις ἦν ὑδρωπικὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Conf. Wedelii Exercitt. Medico-Philol. Cent. II. Decad. V. p. 52 seq.

'ΥΔΩΡ, ατος, τὸ, 1) proprie: *pluvia*, (Conf. Casaub. ad Theophr. Char. III. 2. Xenoph. Anab. IV. 2. 2. Hist. Gr. I. 6. 20. IV. 5. 4. Aristoph. Vesp. v. 261.) ab ὕω *pluo*, deinde vero *aqua omnis generis, omne, quod est fluidum, liquidum et humidum, fluvius, fons*, (Eurip. Phœn. v. 231 et 626.) *stagnum*, (Eurip. Phœn. v. 380.) *mare*. Matth. III. 11, 16. ἀπὸ τοῦ ὕδατος e fluvio, scilicet Jordane, coll. v. 6. ibid. VIII. 32. καὶ ἀπέθανον ἐν τοῖς ὕδασιν et suffocati sunt in mari: ubi τὰ ὕδατα cum ἡ θάλασσα permutatur. ibid. XIV. 28, 29. coll. v. 24 et 25. ibid. VII. 15. XXVII. 24. λαβὼν ὕδωρ ἀπενίψατο aquam postulat et lavat manus. Marc. I. 8, 10. IX. 22, 41. XIV. 13. κεράμιον ὕδατος vas aquarium, seu hydriam. Luc. III. 16. VII. 44. VIII. 24, 25. XVI. 24. ὕδατος, pro ἐφ' ὕδατος, ut supplet L. Bos. de Ellips. Ling. Gr. vel ἀφ' ὕδατος, ut mavult J. C. Biel. in Specim. Thes. Philol. coll. LXX Dan. IV. 30. ibid. XXII. 10. Joh. I. 26, 31, 33. II. 7, 9. III. 23. IV. 7. ἀντλῆσαι ὕδωρ. ibid. v. 11. ὕδωρ ζῶν aquam fontalem. ibid. v. 15, 46. V. 3. τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν aquæ piscinæ commotionem. ibid. v. 4 et 7. XIII. 5. XIX. 34. ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ, ubi ὕδωρ significat *liquorem aquæ similem, qui in pericardio reperitur*. Act. I. 5. VIII. 36, 38, 39. X. 47. XI. 16. Hebr. IX. 19. Jacob. III. 12. 1 Petr. III. 20. διεσώθησαν δι' ὕδατος ex inundatione, seu diluvio, servati sunt. 2 Petr. III. 5, 6. Apoc. I. 15. ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν ut strepitus aquarum multarum, h. e. vox valde sonora, coll. Dan. X. 6. ibid. VIII. 10. ἐπὶ τὰς πηγὰς ὑδάτων. ibid. v. 11. XI. 6. XII. 15. XIV. 2, 7. XVI. 4, 5, 12. XVII. 1, (ubi τὰ ὕδατα ex Johannis interpretatione v. 15. in sensu metaphorico sunt gentes: *quæ multis gentibus seu terrarum orbi imperat*. Confer Wetstenium et Eichhornium ad h. l.) 15. XIX. 6. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro זֶרֶם *inundatio*, Ies. XXX. 30. יָם *mare*, Exod. XIV. 27. Nahum III. 8. Zachar. IX. 10. מַיִם *aqua*, Deut. II. 6, 28. 2 Reg. II. 8, 14, 19. Esdra X. 6. et נֹזְלִים *fluenta*, Exod. XV. 8. Ps. LXXVII. 19. 2) κατ' ἐξοχὴν *aqua baptismalis*, et ex adjuncto: *baptismus ipse*. Joh. III. 5. ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος nisi quis baptismo suscepto, seu interveniente, prorsus immutetur et emendetur. Act. X. 47. Ephes. V. 26. καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος. Hebr. X. 22. λελουμένοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ. 1 Joh. V. 6, 8. 3) metaphorice: *doctrina, qua animi hominum imbuuntur*, et speciatim: *doctrina christiana et omnia bona ac beneficia, cum ea conjuncta*. Joh. IV. 10. ὕδωρ ζῶν doctrina christiana et omnia bona, quæ sunt cum cognitione et observatione religionis christianæ arctissime conjuncta. ib. v. 14. coll. Sirac. XV. 3. VII. 38. ὕδατος ζῶντος felicitatis christianorum perennis. Apoc. VII. 17. ἐπὶ ζωῆς (alii ζώσας) πηγὰς ὑδάτων ad felicitatem æternam. ibid. XXI. 6. XXII. 1, 17. Conf. Glassii Philol. Sacr. p. 1001. ed. Dathii. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΥΕΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, *pluvia*, ab ὕω *pluo*. Act. XIV. 17. οὐρανόθεν ἡμῖν ὑετοὺς διδοὺς cœlitus dans nobis pluvias. Levit. XXVI. 4. 1 Reg. XVII. 14. Jer. V. 24. ibid. XXVIII. 2. διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα ob instantem pluviam. Hebr. VI. 7. γῆ γὰρ ἡ πιοῦσα τὸν ἐπ' αὐτῆς πολλάκις ἐρχόμενον ὑετόν. Jac. V. 7. ἕως ἂν λάβῃ ὑετὸν πρώϊμον καὶ ὄψιμον. ibid. v. 18. καὶ ὁ οὐρανὸς ὑετὸν ἔδωκε. Apoc. XI. 6. ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετός. (Joël. II. 23. Ies. V. 6.) Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alex. respondet Hebraico גֶּשֶׁם *imber, pluvia*. Genes. VII. 12. VIII. 2. Cant. II. 11. et מָטָר *pluvia*, Exod. IX. 34, 35. Deut. XI. 11, 14, 17. Hesych. ὑετός· ὄμβρος, δρόσος, ὕδωρ.

ΥἹΟΘΕΣΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *adoptio, adoptatio in filium, filiatio*, die aufnahme an kindesstatt, *admission into a state of filiation*; ad verbum: *positio filii*, vel *positio in filios sui juris*, ab υἱὸς *filius* et θέσις *positio*, a τίθημι *pono*. Adoptati autem Græcis υἱοὶ θετοὶ dicebantur, monente Schol. ad Pind. Ol. IX. 95. Hesych. υἱοθεσία· ὅταν τις θετὸν υἱὸν λαμβάνῃ. 2) metaphorice: *universa conditio filiorum, jus filiorum, sensus animi, filiis dignus*. Hinc υἱοθεσία Θεοῦ, est *jus et conditio universa filiorum Dei* et tribuitur in N. T. partim *Judæis*, ob dignitatem eximiam et insignem favorem divinum, quo præ cæteris gentibus vero di[...] frui existimabantur, partim vero ch[...]

tianis, quatenus Deum sensibus animi, filiis Dei dignis, colentes, et impetrata peccatorum venia de Dei favore certissime persuasi, non solum optima quævis ab eo sperant, sed etiam felicitatis, christianis in hac pariter ac futura vita a J. C. promissæ et partæ, participes redduntur. Sic legitur in N. T. Rom. VIII. 15. ubi formula *πνεῦμα υἱοθεσίας*, per se spectata, significat sensus, quales filii habent, qui, de parentum favore certissime persuasi, optima quævis ab iis sperant, et animo, fiducia erecto, eos adeunt, nam opponitur ibi *τῷ πνεύματι δουλείας*, h. e. sensibus, quales servi habent, qui non dominorum amore, sed metu pœnarum agi et duci se patiuntur. Bene itaque a Paulo in l. l. *πνεῦμα δουλείας* Judæis tribuitur, qui servili pœnarum divinarum metu tenebantur, et *πνεῦμα υἱοθεσίας*, h. e. sensus, filiis Dei dignus, inter beneficia refertur, quæ religioni christianæ debemus. ibid. v. 23. *υἱοθεσία* est futura eaque æterna felicitas christianorum, quæ v. 19. *ἡ ἀποκάλυψις τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ*, et v. 21. *ἡ δόξα τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ*, coll. Luc. XX. 26., dicitur. ibid. IX. 4. *οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία* qui sunt Israëlitæ et semper inde ab antiquissima ætate tantis juribus, privilegiis et beneficiis ornati fuerunt. Cf. Ex. IV. 22. Deut. XIV. 1. Jer. XXXI. 9. Hos. XI. 1. et Philonem de Confus. Linguarum. p. 348. Galat. IV. 5. *ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν*, h. e. *ἵνα υἱοὶ Θεοῦ γενώμεθα*. Sensus est: ut jam in libertatem a duro legis Mosaicæ imperio vindicati Deum sensibus, filiis dignis, colamus et favoris divini omniumque per Christum partorum beneficiorum in hac pariter ac futura vita participes reddamur. Æque late hæc vox patet quoque Ephes. I. 5. Sæpius in N. T. non legitur.

ΥἹΟΣ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *filius naturalis*, de nato hominis, quasi *κυός*, a *κυέω pario, nascor*, vel a *φύω gigno, produco, pario, nascor*. Matth. I. 21. *τέξεται δὲ υἱὸν* pariet autem filium. ib. v. 25. VII. 9. X. 37. *καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ* et qui filium, aut filiam pluris fecerit, quam me. ibid. XIII. 55. XX. 20. *ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου*. ibid. v. 20, 21. XXI. 37, 38. XXII. 2. XXIII. 35. XXVI. 37. XXVII. 56. Marc. VI. 3. IX. 17. X. 35, 46. XII. 6. Luc. I. 13, 31, 36, 57. II. 7. III. 2, 23. *ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ* Josephi, ut putabatur, filius. ibid. IV. 22. V. 10. VII. 12. *υἱὸς μονογενὴς τῇ μητρὶ αὐτοῦ* unicus matris filius. ibid. IX. 38, 41. XI. 11. XII. 53. XV. 11, 13, 19, 21, 24, 25, 30. XX. 13. Joh. I. 43, 46. IV. 5, 46, 47, 50, 53. VI. 42. IX. 19, 20. XXI. 2. Act. VII. 16, 29. XIII. 21. XV. 1. XIX. 14. XXIII. 6, 16. Rom. IX. 9. Galat. IV. 22, 30. Hebr. XI. 21. XII. 7. *τίς γάρ ἐστιν υἱὸς, ὃν οὐ παιδεύει πατήρ;* Jacob. II. 21. 2) *soboles, proles utriusque sexus*. Matth. XVII. 25, 26. coll. Genes. XLV. 11. Joh. IV. 12. *καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ* et liberi ejus. Apoc. XII. 5. *καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄῤῥενα*. Hinc 3) *οἱ υἱοὶ* in N. T. *posteri, descendentes* dicuntur, et *υἱὸς unus ex nepotibus et posteris*. Matth. I. 2. *υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραὰμ* unius ex Davidis et Abrahami posteris. ibid. v. 20. *Ἰωσὴφ υἱὸς Δαβὶδ* Josephus, Davidis nepos. ibid. IX. 27. XII. 23. XV. 22. XX. 30, 31. XXI. 9, 15. XXII. 42. *τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος υἱός ἐστι; λέγουσιν αὐτῷ· τοῦ Δαβὶδ*, quid vobis videtur de Messia? cujusnam nepos est? Responderunt, Davidis. ibid. v. 45. XXIII. 31. coll. v. 30 et 32. XXVII. 9. *ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ* quem emerant ab Israëlitis. Marc. X. 47, 48. XII. 35 et 37. Luc. I. 16. XVIII. 38, 39. XIX. 9. *καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστι* quia et ipse unus ex posteris Abrahami est. ibid. XX. 41, 44. Act. II. 17. V. 21. VII. 23, 37. IX. 15. X. 36. XIII. 26. *ἄνδρες ἀδελφοὶ, υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ* O fratres, ex Abrahami genere oriundi. Rom. IX. 27. 2 Cor. III. 7, 13. Hebr. VII. 5. *οἱ ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ* posteri Levi, Levitæ. ib. XI. 22. Apoc. II. 14. VII. 4. XXI. 12. Lucian. in Dial. Mort. p. 206. vocem *υἱὸς* de *nepote* adhibuit. 4) *filius adoptivus*. Act. VII. 21. *ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ καὶ ἀνεθρέψατο αὐτὸν ἑαυτῇ εἰς υἱὸν* quem expositum filia Pharaonis sustulit et tanquam filium adoptivum educavit. Hebr. XI. 24. *Μωσῆς μέγας γενόμενος ἠρνήσατο λέγεσθαι υἱὸς θυγατρὸς Φαραώ*. 5) *qui filii amorem ac fidem præstat, instar filii amandus, persona æque jucunda et amata ac parentibus est filius*. Joh. XIX. 26. *γύναι, ἰδοὺ ὁ υἱός σου* mater, en filium tuum! Confer quæ supra ad vocem *μήτηρ* dicta sunt. 6) *proles bruti, pullus*, i. q. *πῶλος*. Mat. XXI. 5. *πῶλον, υἱὸν ὑποζυγίου* pullum asininum; ubi *τὸν πῶλον* ad imitationem Hebraici עַיִר Zach. IX. 9. abundat.

Græci scriptores nusquam, quantum equidem scio, vocem *υἱὸς* de pullis animantium, ratione carentium, adhibuerunt. Imitatus itaque est Matthæus scriptores V. T. qui haud raro voce בֵּן de sobole animantium brutorum usi esse reperiuntur. Sic Genes. XLIX. 11. בְּנִי אֲתוֹן est i. q. עַיִר v. eod. Levit. IV. 3, 14. IX. 2. בֶּן־בָּקָר 2 Paral. XXXV. 7. בְּנֵי־עִזִּים Ps. CXIV. 4. בְּנֵי צֹאן filii ovium pro כְּבָשִׂים *agni*. Adde Targum Genes. XXVII. 9. et alia V. T. loca, quæ collegit Vorstius in Philol. Sacr. c. 15. p. 381 seq. ed. Fischeri. Græcos vulgares, si brutorum animantium pullos designare velint, vocibus *τέκος* et *τέκνον* (sicut v. c. Theocrit. Idyll. XXV. 104. vocem *τέκνα* de *vaccarum pullis* adhibuit.) uti solere, compluribus exemplis demonstravit Gatakerus de Stilo N. T. c. 16. 7) metaphorice *υἱὸς τινὸς is* dicitur, *cui aliquid promissum et destinatum est, ad quem proprie aliquid pertinet*. Matth. VIII. 12. *οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας* Judæi, quibus vi promissionis divinæ religio et felicitas christiana inprimis oblata et destinata erat. ibid. XIII. 38. *οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας* sunt veri christiani, quibus proprie destinata sunt bona, per Christum parta. Act. III. 25. *ὑμεῖς ἐστε οἱ υἱοὶ τῶν προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης κ. τ. λ.* ad vos inprimis pertinent vaticinia prophetarum, atque illud promissum. Confer Ps. CII. 21. et Vorstii Philol. Sacr. cap. 24. pag. 493 seq. ed. Fischeri. 8) nominibus locorum junctum significat *υἱὸς eum, qui est et versatur in aliquo loco*. Matth. IX. 15. Marc. II. 19. Luc. V. 34. *οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος* filii conclavis nuptialis, h. e. qui in conclavi sponsi versantur, amici, cognati et agnati sponsi sponsæque. Confer quæ supra ad vocem *νυμφὼν* dicta sunt. Luc. XX. 34. *οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου* filii hujus mundi, h. e. qui in hoc mundo degunt et versantur. Eodem modo בֵּן usurpatur, v. c. Esra II. 1. ubi בְּנֵי הַמְּדִינָה *filii provinciæ* dicuntur, qui in provincia habitant. 2 Reg. XIX. 12. Jer. II. 16. Joël. III. 6. Confer Vorstii Philol. Sacr. c. 24. p. 491. ed. recent. 9) *qui alicujus partes tenet, ei adhæret, vel deditus est, eumque sectatur et imitatur, discipulus*, (2 Reg. VI. 1. Ies. VIII. 18.) *amicus, sodalis, socius*. Matth. XII. 27.

οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσιν cujusnam ope sectatores et discipuli (alii *populares*) vestri eosdem ejiciunt? ibid. XIII. 38. *εἰσὶν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ* sunt homines improbi, sectatores quasi et imitatores diaboli. Luc. XI. 19. Act. XIII. 10. *υἱὲ διαβόλου* O pessime, qui refers ingenium diaboli! Confer Joh. VIII. 44. Galat. III. 7. *οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἀβραάμ* hi sunt imitatores Abrahami adeoque veri ejus posteri. Confer Joh. VIII. 39. Hebr. XII. 5. et II. 10. 1 Petr. V. 3. *καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου* et Marcus discipulus meus. 10) *studiosus alicujus rei, qui aliquid curat, aut operam impendit alicui rei*, aut *qui est certa quadam affectione præditus*. Marc. III. 17. Luc. XVI. 8. *οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου* qui res mundanas tantum curant. Opponuntur *οἱ υἱοὶ τοῦ φωτὸς* religionis christianæ studiosi. Joh. XII. 36. Ephes. II. 2. *ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας* in incredulis et contumacibus. ibid. V. 6. Coloss. III. 6. 1 Thess. V. 5. 2 Sam. XIII. 28. *υἱοὶ δυνάμεως*. 1 Reg. I. 52. Confer Vorstii Philol. S. c. 24. 11) *nominibus, præmium, vel pœnam significantibus junctum*, significat *dignum, participem, reum, obnoxium*. Matth. XXIII. 15. *υἱὸς γεέννης* gehenna et pœnis infernalibus dignus. Luc. X. 6. *υἱὸς εἰρήνης* dignus faustis vestris apprecationibus. (coll. Mat. X. 13. ubi *ἄξιος* legitur.) ibid. XX. 36. *τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ ὄντες* quibus beatitudo futura contigit. Joh. XVII. 12. *ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας* homo, exitio atque interitu dignus. 2 Thess. II. 3. Confer 1 Sam. XX. 30. 2 Sam. XII. 5. et Vorstii Philol. S. l. l. 11b) *υἱὸς ἀνθρώπου homo*, i. q. *ἄνθρωπος*, et *υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων homines*, quemadmodum Joël. III. 6. *οἱ υἱοὶ τῶν Ἑλλήνων Græci*, et apud Homerum passim *υἷες Ἀχαιῶν* Achivi dicuntur. Vide Pfochenii de Ling. Gr. N. T. Puritate § 55. et Georgii Vindic. N. T. Lib. III. c. 3. p. 273. Marc. III. 28. *ὅτι πάντα ἀφεθήσεται τὰ ἁμαρτήματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων* omnis generis peccata hominibus remitti possunt. Confer Matth. XII. 31. Eph. III. 5. *ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων* quæ alio tempore non innotuit hominibus. Hebr. II. 6. Apoc. I. 13. *ὅμοιον υἱῷ ἀνθρώπου*. ibid. XIV. 14. Conf. Gen. XI. 5. 1 Reg. VIII. 39. Psal. VIII. 4. ubi אֱנוֹשׁ et בֶּן־אָדָם tanquam synonyma junguntur. Psal. LXXIX. 18. Ezech. II. 1. Dan. VII. 13. Cf. Vorstii Philol. Sacr. cap. XIII. p. 333 seq. edit. Fischeri. Hinc *κατ᾽ ἐξοχὴν* in N. T. *Christus ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου* vocatur, ratione scilicet humanæ naturæ, quam interventu divinæ virtutis induit. Matth. VIII. 20. IX. 6. X. 23. XI. 19. XII. 8. 32, 40. XIII. 37, 41. XVI. 13, 17, 28. XVII. 9, 12, 22. XVIII. 11. XIX. 28. XX. 18, 28. XXIV. 27, 30, 37, 39, 44. XXV. 13, 31. XXVI. 2, 24, 45, 64. Marc. II. 10, 28. VIII. 31, 38. IX. 9, 12, 31. X. 33, 45. XIII. 26. XIV. 21, 41, 62. Luc. V. 24. VI. 5, 22. VII. 34. IX. 22, 26, 44, 56, 58. XI. 30. XII. 8, 10, 40. XVII. 22, 24, 26, 30. XVIII. 8, 31. XIX. 10. XXI. 27, 36. XXII. 22, 48, 69. XXIV. 7. Joh. I. 52. III. 13, 14. V. 27. VI. 27, 53, 62. VIII. 28. XII. 23, 34. XIII. 31. Act. VII. 56. Conf. quæ supra ad vocem *ἄνθρωπος* de hac formula, in N. T. solemni, dicta sunt, de qua etiam bene et ex professo egerunt præter Possinum in Spicilegio Evangelico § 32. ac Grotium ad Matth. VIII. 20. Chr. Cellarius de sensu appellationis *υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου* in Ej. Programm. - Pr. XXI. p. 129. Jac. Guillardus in Specimine quæstionum in novum instrumentum de filio hominis. Lugd. Bat. 1684. 4. I. H. Messerschmidt Comment. Philol. de Sacra formula et dictione *ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, qua simul sermonis Græci, quo N. T. est conscriptum, castitatem asserit. Viteb. 1739. 4. — G. Less. Pr. de Filio hominis Gœtt. 1776. 4. G. W. Rullmanns Progr. über die Benennung Jesu des Menschen Sohn. Rinteln 1785. et in Selectis Histor. Philos. Theol. T. I. pag. 271. — Versuch über die Stellen im N. T. die vom Sohne Gottes und vom Sohne des Menschen Jesus reden; in Henke's Magazin fur Rel. Philosophie und Exegese, B. I. St. 1. S. 129 — 208. 12) *υἱὸς Θεοῦ* dicitur in N. T. *a Deo creatus*, (v. c. *Adamus*, Luc. III. 38.) ac deinde *omnis, qui Deo est similis et maxime carus, et a Deo maximis beneficiis ornatur, qui Deum sancte et pie colit et demandatum sibi a Deo negotium fideliter exsequitur*, et *υἱοὶ Θεοῦ* speciatim *christiani, hoc nomine digni*, in N. T. dicuntur, *ob summam* scilicet *eorum dignitatem atque felicitatem, quam debent religioni et merito Christi*, ob quam etiam iisdem *υἱοθεσία Θεοῦ*, sublimiori sensu, quam Judæis, tribuitur. Matth. V. 19. *ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται* nam sunt Deo simillimi atque adeo dilectissimi: ubi videndus Grotius. ibid. v. 45. *ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τοῦ ἐν οὐρανοῖς*: ubi in codicibus et patribus nonnullis pro *υἱοὶ* legitur *ὅμοιοι*, ex interpretamento. Luc. VI. 35. XX. 36. *υἱοί εἰσι Θεοῦ* similes Deo erunt, ratione nempe immortalitatis habita: præcessit enim *ἰσάγγελοι*. Rom. VIII. 14, 19. IX. 26. 2 Cor. VI. 18. Galat. III. 26. *πάντες γὰρ υἱοὶ Θεοῦ ἐστε*, h. e. vos enim omnes, quotquot christiani facti estis, exemti estis duro moderamine legis Mosaicæ et in libertatem ac felicitatem christianam vindicati estis. Formulæ enim *υἱὸν Θεοῦ εἶναι* opponitur ver. 25. formula *ὑπὸ παιδαγωγὸν εἶναι*, et *υἱὸς* sæpe servo ita opponitur, ut eum significet, qui sui juris est. Conf. Galat. IV. 7. ibid. v. 6, 7. Hebr. XII. 5—8. Apoc. XXI. 7. Sirac. IV. 11. Conf. Nœsselti Dissert. de Vera Vi Nominis Filiorum Dei, Halæ editam, (in Ejus Opusc. Fasc. II. p. 333.) et quæ supra notata sunt ad vocem *υἱοθεσία*. — — *Κατ᾽ ἐξοχὴν* vero et longe sublimiore sensu, quam qui in ullam creaturam cadat, *Christus, quem Deus caussam felicitatis humanæ esse decreto libero ac æterno voluit et sub Messiæ*, h. e. *regis nomine significavit Judæis*, *ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ* in N. T. vocatur ad rationem ejus erga Deum et sublimiorem illam naturam, quæ ante Jesum natum jam exstitit, significandam. Origo vero hujus nominis, ita proprie de Christo in N. T. adhibiti et mente oreque Judæorum jam ante Christi nativitatem admodum vulgati ac sollennis, haud dubie repetenda est tum ex locis V. T. Psal. II. 7. et 2 Sam. VII. 14., quæ saltem Jesu et apostolorum tempore de Messia intelligi et explicari solebant, ut ex Act. IV. 25. XIII. 33. Hebr. I. 5. luculenter apparet, tum vero etiam ex consuetudine scriptorum V. T. *reges, magistratus, et omnino omnes, qui locum Dei inter homines tenere credebantur*, nomine *Filiorum Dei* (Psal. LXXXII. 6. Jerem. XXXI. 20. coll. Joh. X. 34—37.) insigniendi. Conf. Koppii Excurs. II. in Epist. ad Galatas p. 105 seq. ed. recent. Reperitur autem sublime hoc, illustre et maxime honorificum, Christo, servatori nostro O. M. *κατ᾽ ἐξοχὴν* tributum nomen in locis sequentibus N. T. Matth. II. 15. III. 17. IV. 3, 6. VIII. 29. XIV. 33. XVI. 16. XVII. XXVI. 63. XXVII. 40, 43

Marc. I. 1, 11. III. 11. V. 7. IX. 7. XIV. 61. XV. 39. Luc. I. 32, 35. III. 22. IV. 3, 9, 41. VIII. 28. IX. 35. XXII. 70. Joh. I. 18, 34, 50. III. 16, 17, 18. V. 25. VI. 69. IX. 35. X. 36. XI. 4, 27. XVII. 1. XIX. 7. XX. 31. Act. VIII. 37. IX. 20. XIII. 33. Rom. I. 3, 4, 9. V. 10. VIII. 3, 29, 32. 1 Cor. I. 9. 2 Cor. I. 19. Galat. I. 16. II. 20. IV. 4, 6. Ephes. IV. 13. Coloss. I. 13. 1 Thess. I. 10. Hebr. I. 5. IV. 14. V. 5. VI. 6. VII. 3. X. 29. 2 Petr. I. 17. 1 Joh. I. 3, 7. III. 8, 23. IV. 9, 10, 14, 15. V. 5, 9, 10, 11, 12, 13, 20. 2 Joh. v. 3. Apoc. II. 18. Conf. G. T. Zachariæ D. de usu dogmatico nominis filii Dei. Gœtt. 1768. 4. Fr. Herm. Romershausen D. exeg. de nomine υἱοῦ Θεοῦ non regium Christi munus, sed præstantiorem ejus naturam indicante. Marb. 1768. 4. ac C. D. Ilgen de Notione Tituli Filii Dei, Messiæ, hoc est uncto Jovæ in libris sacris tributi, quæ commentatio exstat in Pauli Memorabilibus P. VII. p. 119—198. — Interdum *Christus*, seu *Messias*, sine ullo additamento ὁ υἱὸς in N. T. vocatur, ad imitationem Hebraici בַּר. Psal. II. 12. Matth. XXVIII. 19. Marc. XIII. 32. Luc. X. 22. Joh. III. 35, 36. V. 19, 20, 21, 22, 23, 26, 40. VIII. 35, 36. XIV. 13. 1 Cor. XV. 28. Hebr. I. 2, 8. III. 6. V. 8. καίπερ ὢν υἱὸς quanquam Messiæ dignitate gaudebat. ibid. VII. 28. 1 Joh. II. 22, 23, 24. V. 12. 2 Joh. v. 9. 12) Interdum omittitur, v. c. Matth. IV. 21. τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, scil. υἱὸν, Zebedæi filium. Matth. X. 2. Joh. XXI. 15. coll. Matth. XVI. 17. Ælian. V. H. II. 25. III. 29. Tob. V. 19. 1 Macc. II. 1. Sæpius in N. T. non legitur.

ὝΛΗ, ης, ἡ. Est in genere *materia quæcumque, quæ a forma informatur*, teste Suida Tom. III. pag. 529. Aristoteles Lib. I. Physic. ὕλη ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον, ἐξ οὗ τι ἀποτελεῖται ἔργον. Deinde autem est *omnis materia, igni alendo apta*, speciatim: *materia in sylvis cædua, sylva, ligna*, unde ὑλοτόμος, *qui in sylvis ligna cædit*, (Sapient. XIII. 11.) ζῶα ὑλόνομα *animalia* dicuntur, *quæ in sylvis degunt indeque victum trahunt*, et ὑλάζομαι *ligna colligo*. Semel tantum in N. T. legitur Jacob. III. 5. ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει; exiguus ignis quantam materiam incendere valet? Nonnulli interpretes cum Vulg. ὕλην h. l. de *sylva* interpretantur, nec desunt in scriptoribus antiquis exempla sylvarum, incendio correptarum et deletarum. Alex. Job. XXXVIII. 40. κάθηνται δὲ ἐν ὕλαις ἐνεδρεύοντες. Ies. X. 17. καὶ φάγεται ὡσεὶ χόρτον τὴν ὕλην τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Sirac. XXVIII. 10. κατὰ τὴν ὕλην πυρὸς οὕτως ἐκκαυθήσεται. Homer. Iliad. β', v. 455. ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην. ibid. λ', v. 155. ὡς δ' ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ. Pindar. Pyth. III. 67. Demosth. p. 1040. pen. et 1048. 16. ed. Reisk. τὴν ὕλην τὴν τετμημένην. Etym. M. ὕλη σημαίνει τὰ ξύλα, ὡς τό· ὕλην ταμέμεν, καὶ τὸν σύνδενδρον τόπον. Suid. ὕλη: ὁ σύνδενδρος τόπος. Confer Lœsneri Obss. Philon. p. 463. et Wetstenii N. T. T. II. p. 670.

ὙΜΑ͂Σ, ὑμεῖς, ὑμῖν et ὑμῶν. Vide σύ.

ὙΜΕ'ΝΑΙΟΣ, αίου, ὁ. *Hymenæus*. Nomen proprium unius ex adversariis Pauli, apostoli, qui resurrectionem carnis negavit, origine Græcum, idem notans, quod *nuptialis*, ab Ὑμὴν, ένος, ὁ, *Hymen*, deus gentilium, nuptiarum præses. Bis tantum in N. T. commemoratur. 1 Tim. I. 20. et 2 Tim. II. 17.

ὙΜΕ'ΤΕΡΟΣ, α, ον, *vester*, ab ὑμεῖς *vos*. Luc. VI. 20. ὑμετέρα ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ad vos enim salus christiana pertinet. ibid. XVI. 12. τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει; bona, quæ vere vestra vocari possunt, seu vera bona, quis vobis committet? Opponitur enim h. l. τὸ ὑμέτερον τῷ ἀλλοτρίῳ, h. e. bonis terrestribus. Joh. VII. 6. ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτερος πάντοτέ ἐστιν ἕτοιμος vobis semper adest tempus opportunum, h. e. vobis semper sine periculo Hierosolymam proficisci licet. ibid. VIII. 17. ἐν τῷ νόμῳ τῷ ὑμετέρῳ in lege, qua vos utimini. ibid. XV. 20. τὸν ὑμέτερον λόγον doctrinam, quam vos tradetis. Act. XXVII. 34. τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει hoc enim ad salutem vestram cedet. Rom. XI. 31. τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει beneficio, quod vobis contigit. 1 Cor. XV. 31. νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν per gaudium, quod ex vobis percipio, seu, per gloriationem meam de vobis. 2 Cor. VIII. 8. τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων. Galat. VI. 13. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt pro affixo כֶם *vester*, ex אַתֶּם *vos*. Gen. IX. 5. Prov. I. 26. Amos VI. 2.

ὙΜΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie: *hymenæum cano in nuptiis*, (vide Dorville ad Charit. p. 28. Xenoph. de Venat. I. 8.) deinde in universum: *hymnum dico, carmen cano, celebro, laudo, gratias ago*, sive *cantico et hymno*, sive *alio modo*, ab ὕμνος *hymnus*, quod vide. Matth. XXVI. 30. καὶ ὑμνήσαντες et postquam hymnos cecinissent. Scilicet Judæi solebant nocte paschali Psalmos quosdam (Psalm. CXIII—CXVIII. et Psalm. CXXXVI.) et ante accubitum, et post finitam cœnam paschalem decantare, quos Judæi *Hallel Magnum* vocant. Conf. G. E. Edzardum ad Berachot. c. I. p. 250. Marc. XVI. 26. Act. XVI. 25. προσευχόμενοι ὕμνουν τὸν Θεὸν precabantur et laudabant Deum. Hebr. II. 12. ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε in conventibus publicis te celebrabo. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alexandrina legitur pro הוֹדָה *confessus est, laudavit, celebravit, gratias egit*. Neh. XII. 24. Ies. XII. 4. XXV. 1. pro הִלֵּל *laudavit, prædicavit, celebravit*, 2 Paral. XXIII. 13. XXIX. 30. Psal. XXI. 23. הֵשִׁיר *cecinit*, Psal. LXIV. 14. Ies. XLII. 10. זִמֵּר *cecinit, carmine celebravit, decantavit*, Ies. XII. 5. 1 Paral. XVI. 9. et רִנֵּן *cantavit, acclamavit, vociferatus est*. Prov. I. 20. VIII. 3. Adde Xenoph. Mem. II. 1. 33. ἀλλὰ μετὰ μνήμης τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι. ibid. IV. 2. 33. Æl. V. H. II. 4. Conf. de hac voce Ezechiel. Spanhemium ad Juliani Orat. I. p. 9 seq. et Rhodig. Antiqu. Lectt. VII. 5. Hesych. ὑμνεῖ· εὐλογεῖ, ᾄδει.

ὝΜΝΟΣ, ου, ὁ, proprie est *hymnus*, seu *carmen, quo laudes Dei decantantur ejusque in homines beneficia in ipsius gloriam celebrantur*, et ita differt ab ἐγκώμιον, sed deinde etiam de *carmine, quo hominum laudes canuntur*, adhibetur, (v. c. de *carmine nuptiali* apud Athenæum in Deipnosoph. Lib. IV. aut de *carmine, ob reportatam victoriam*, apud Philostratum Vit. Soph. I. cap. 9. p. 494. τὰ μὲν κατὰ τῶν βαρβάρων τροπαῖα ὕμνους ἀπαιτεῖ, τὰ δὲ κατὰ Ἑλλήνων θρήνους. Conf. Paganinum Gaudentium de Funere Heroum et Cæsarum cap. 4. p. 130.) ab ὕδω *celebro*. Bis tantum in N. T. legitur. Ephes. V. 19. λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς. Eadem fere

verba leguntur quoque Coloss. III. 16. In utroque loco sermo est de carminibus sacris, quibus Deus pie laudatur. Alexandrini usi sunt hac voce pro שִׁיר *canticum*, Nehem. XII. 46. Ies. XLII. 10. תְּהִלָּה *laus, laudatio*, Ps. XL. 4. LXV. 2. C. 4. נְגִינָה *pulsatio fidium, modulatio*, Psal. VI. 1. LIV. 1. LV. 1. et תְּפִלָּה *precatio, oratio*, Psal. LXXII. 20. Phavorinus: ὕμνος· ἡ πρὸς Θεὸν ᾠδή. Idem: ὕμνος ἐστὶν αἶνος ἐμμελής. Ammonius de Different. Vocabb. ὕμνος ἐγκωμίου διαφέρει. ὁ μὲν γὰρ ὕμνος ἐστὶ Θεῶν· τὸ δὲ ἐγκώμιον τῶν ἀνθρώπων. Idem fere tradit Arrianus in Expedit. Alexandri L. IV. ὕμνοι μὲν ἐς τοὺς Θεοὺς ποιοῦνται, ἔπαινοι δὲ ἐς ἀνθρώπους.

'ΥΠΑ'ΓΩ, 1) proprie et active usurpatur ac notat: *subduco alterum*, (Exod. XIV. 21. Thom. M. τὸ ὑπάγω μὴ εἴπῃς ἀντὶ τοῦ ἀπέρχομαι, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὑπὸ ζυγὸν ἄγω. Ὅμηρος· (Iliad. π', v. 148.) ὕπαγε ζυγὸν ὠκέας ἵππους κ. τ. λ.) et intransitive: *subduco me, abeo, discedo*, ex ὑπὸ et ἄγω *duco*. In N. T. tantum intransitive usurpatur, v. c. Matth. V. 24. καὶ ὕπαγε et discede. ibid. VIII. 4, 13. ὕπαγε domum redi. ibid. v. 32. IX. 6. ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. ibid. XIII. 44. XX. 14. ἆρον τὸ σὸν καὶ ὕπαγε. ibidem XXVII. 65. XXVIII. 10. Marc. I. 44. II. 11. V. 19. VI. 31. ἦσαν γὰρ οἱ ἐρχόμενοι καὶ οἱ ὑπάγοντες πολλοί. ibid. v. 33, 38. VII. 29. X. 52. XVI. 7. Luc. X. 3. XVII. 14. ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοὺς et postquam abierant. Joh. III. 8. καὶ ποῦ ὑπάγει et quo abeat, scilicet ventus. ibid. IV. 16. VI. 67. μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν; num etiam vos me deseretis? ibid. VII. 33. καὶ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με et redibo ad Deum, qui me misit. ibid. VIII. 14. ὅτι οἶδα, πόθεν ἦλθον καὶ ποῦ ὑπάγω nam ego scio, unde veni et quo discedam. ibid. v. 21, 22. IX. 7. XIII. 3. καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει seque a Deo exiisse et ad eum rediturum esse. ibid. v. 33. XIV. 5. XVI. 5, 10, 16, 17. (ὑπάγω *iturus sum*. Sic στείχω pro *ibo* apud Eurip. Hecub. v. 163.) XVIII. 8. XXI. 3. 1 Joh. II. 11. Apoc. X. 8. XIII. 10. εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει captivus abducetur. ibid. XIV. 4. XVI. 1. XVII. 8, (ὑπάγειν liberos abire.) 11. 2) *eo, proficiscor, iter facio*, et, si de navigio sermo est, *tendo*. Matth. V. 41. ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο cum illo eas vel duo, aut: confice cum eo duo milliaria. ibid. XX. 4. ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα. ibid. v. 7. XXI. 28. XXVI. 18. ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν, κ. τ. λ. Marc. XI. 2. XIV. 13. Luc. VIII. 41. ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτόν. Syrus: ܘܟܕ ܐܙܠ ܥܡܗ *et cum iret cum illo*. XII. 58. XIX. 39. Joh. VII. 3. IX. 11. XI. 8, (ὑπάγεις reverti vis.) 31, 44. XII. 11, (ὑπῆγον Bethaniam se conferebant.) 35. XV. 17. ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε ut per omnes terras proficiscamini, i. q. πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα. Marc. XVI. 15. Joh. VI. 21. εἰς ἣν ὑπῆγον ad quam cursum navigii direxerant, coll. v. 17. 3) ὑπάγω pleonastice interdum ponitur. Matth. XVIII. 15. XIX. 21. Marc. X. 21. Joh. XII. 11. ubi tamen ὑπῆγον etiam commode reddi potest: partes Pharisæorum et reliquorum adversariorum J. C. deserebant. 4) ὕπαγε ὀπίσω μου est *formula solemnis* aut *aversantium, qui aliquem jubent abire e conspectu, apage te a me*, aut *eorum, qui alios monent, ne sibi molesti sint*. Matth. IV. 10. XVI. 23. Marc. VIII. 33. Luc. IV. 8. Conf. Fischeri Prol. XV. de Vitiis Lexicorum N. T. sect. 3. p. 377 seq. 5) ὕπαγε εἰς εἰρήνην, seu ἐν εἰρήνῃ, *abi salvus et incolumis, contingat tibi prosperitas*, formula bene precandi abeuntibus, sollennis apud Judæos, quæ etiam interdum concedentis est, et ei dicitur, cui, quod petierat, conceditur. Marc. V. 34. ὕπαγε εἰς εἰρήνην contingat tibi, quod petiisti. unde explicandus est locus Marc. VII. 29. ubi post ὕπαγε omissum est εἰς εἰρήνην. Eodem modo sumitur quoque formula לְכִי לְשָׁלוֹם 1 Sam. I. 17. XX. 42. Jac. II. 16. ὑπάγετε ἐν εἰρήνῃ feliciter res vestras agite. 6) ὑπάγω, scil. ἐκ τοῦ βίου, vel ἐκ τοῦ ζῆν, *morior, e vita discedo*. Matth. XXVI. 24. ὁ μὲν υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει, καθὼς γέγραπται περὶ αὐτοῦ filius quidem hominis mox morietur, uti prædictum est de eo. Marc. XIV. 21. Joh. VIII. 21. ἐγὼ ὑπάγω mox moriendum mihi erit et secedendum ad Deum. ibid. XIV. 28. Conf. Gen. XXV. 32. 1 Reg. II. 2. Coheleth XII. 5. Eodem modo ἀπέρχεσθαι et πορεύεσθαι usurpatur, ut multis exemplis docuit Palairet. in Obss. Philol. p. 88 seq. Elsner. Comment. in Matth. T. II. p. 251. et Casaubon. ad Diogen. Laërt. III. s. 6. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΥΠΑΚΟΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *auscultatio*, a præt. med. ὑπήκοα, Attice ὑπακήκοα, verbi ὑπακούω *aures præbeo ad audiendum*. Sic legitur apud Aquil. 2 Sam. XXIII. 23. pro Hebr. מִשְׁמַע ubi ὁ ἐπὶ ὑπακοὴν τινὸς est Lat. *qui est alicui a secretis*, et LXX ἀκοὰς habent. 2) *obedientia, obsequium*, et speciatim: *obedientia erga Deum, obsequium, quod Dei voluntati ejusque legibus præstatur*, nam ὑπακούειν etiam *obtemperare, obedire* notat. Rom. I. 5. εἰς ὑπακοὴν πίστεως, pro ἵνα ὑπακούωσι τῇ πίστει, ut doctrinæ christianæ obsequium præstent. ibid. V. 19. ὑπακοὴ significat obsequium, quod Christus patri ad mortem usque præstitit, et munus sibi a Deo demandatum fideliter exsequutus est. ibid. VI. 16. ubi ὑπακοὴ de obedientia erga Deum, de obsequio, quod præstatur legibus divinis, intelligendum est. ibid. XV. 18. εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν, pro εἰς τὸ ὑπακούειν τὰ ἔθνη τῷ εὐαγγελίῳ. ibid. XVI. 19. ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο, h. e. vel: constat enim inter omnes, vos obsequiosos homines esse adeoque facile ab aliis decipi posse; vel: obsequium, a vobis doctrinæ christianæ hucusque præstitum, omnibus innotuit. (Similiter Thucydides Lib. VIII. c. 96. Vol. V. ed. Bip. p. 195. τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ὡς ἦλθε τὰ περὶ τὴν Εὔβοιαν γεγενημένα cum nuncius de rebus ad Eubœam gestis venisset Atheniensibus, ubi videndus Schol. l. c. p. 595.) ibid. v. 26. ubi εἰς ὑπακοὴν πίστεως positum est pro εἰς τὸ ὑπακούειν τῇ πίστει, h. e. εἰς τὸ πιστεύειν. 2 Cor. VII. 15. X. 5. εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ ut Christo se submittant ejusque religionis propagationem impedire desinant. ibid. v. 6. ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοὴ si vos perfecte Christo obedientes reddiderim. Philem. v. 21. Hebr. V. 8. ἔμαθεν τὴν ὑπακοὴν assuefecit se obedientiæ erga Deum. 1 Petr. I. 2. εἰς ὑπακοὴν ad obsequium præceptis religionis christianæ præstandum. ibid. v. 14. τέκνα ὑπακοῆς filii, Deo ejusque præceptis morigeri. ibid. v. 22. ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας, pro εἰς τὴν ἀλήθειαν, in obsequio veræ doctrinæ christianæ præstando. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΥΠΑΚΟΥ'Ω, fut. ούσω, 1) proprie: *aures præbeo ad audiendum, ausculto, exausculto*, et est verbum proprium de janitoribus, qui, fores clausas stantes, pulsato sciscitando quis adsit, nomina pulsantium qu

dominis nuntiant et jussu dominorum pulsantibus fores aperiunt eosque intromittunt, ex ὑπὸ et ἀκούω *audio, ausculto.* Sic legitur in N. T. Act. XII. 13. προσῆλθε παιδίσκη (εἰς τὸ) ὑπακοῦσαι prodiit ad auscultandum serva. Vulgatus habet: *processit puella ad videndum.* Syrus: ܘܢܦܩܬ ܠܡܥܢܝܘܬܗ *et egressa est, ut responderet ei,* seu *responsaret,* coll. LXX Intt. Prov. VIII. 1. (ubi ὑπακούειν formulæ Hebr. נָתַן קוֹל respondet. Plaut. Mostell. II. 1. 56. Demosthenes p. 1149. 27. ed. Reisk. τὴν ἄνθρωπον τὴν ὑπακούουσαν. Aristoph. Vesp. 274 et 316. διὰ τῆς ὀπῆς ὑμῶν ὑπακούων. Schol. Aristoph. Acharn. 394. Lucian. Icaromenippo 22. Plutarch. de genio Socratis p. 597. D. Confer Bachium ad Xenoph. Sympos. I. 11. Schwarzium ad Theophr. Char. c. 4. s. 12. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 411. Wetstenii N. T. T. I. p. 747. Alberti Gloss. Philol. p. 246. et Raphelium in Obss. Xenoph. p. 159. Hinc ὑπακούειν apud Græcos interdum quoque *intromittere* notat, v. c. Platon. Crit. I. et Phæd. III. 2) *obedio, obtempero, assentior, pareo.* Mat. VIII. 27. ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ qui et ventis et mari potest imperare. Marc. I. 27. IV. 41. Luc. VIII. 25. XVII. 6. καὶ ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν. Act. VI. 7. ὑπήκουον τῇ πίστει amplexi sunt religionem christianam. Rom. VI. 12. εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ut ei et cupiditatibus vestris perversis obedientiam præstetis. ib. v. 16. δοῦλοί ἐστε, ᾧ ὑπακούετε, ubi ᾧ ὑπακούετε prorsus redundat. ibid. v. 17. X. 16. ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ sed non omnes amplexi sunt religionem christianam: ubi ὑπακούειν est i. q. πιστεύειν. Ephes. VI. 1. τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν, et v. 5. οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κυρίοις κατὰ σάρκα. Phil. II. 12. Coloss. III. 20, 22. 2 Thess. I. 8. III. 14. Hebr. V. 9. τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ omnibus veris suis cultoribus et sectatoribus. ibid. XI. 8. 1 Petr. III. 6. Sæpius in N. T. non legitur. Xenoph. Œcon. XIV. 3. ὑπακούοντας τῆς διδασκαλίας ταύτης. Idem Mem. II. 7. 10. Thucyd. V. c. 98. VII. cap. 73. Adde Alex. Deut. XX. 12. XXI. 18. Genes. XVI. 3. XLI. 40. Dan. III. 12.

"ΥΠΑΝΔΡΟΣ, ου, ὁ, *qui sub viri potestate est,* et in fœminino: *maritata, nupta, mariti imperio subjecta,* q. d. ὑπὸ τὸν ἄνδρα οὖσα. Sic semel tantum in N. T. legitur Rom. VII. 2. ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ sic verbi causa fœmina maritata devincta est lege marito, quamdiu vivit. In versione Alexandrina respondet Hebraico תַּחַת אִישׁ *quæ sub viro est.* Num. V. 20, 29. Adde Prov. VI. 24, 29. Sirac. IX. 10. μετὰ ὑπάνδρου γυναικὸς μὴ κάθου τὸ σύνολον. Diodor. Sic. XXXII. 1. Artemidor. I. 80. Eustath. in Od. γ', p. 126. 46. et κ', p. 386. 30. Polybius X. 26. 3. οὐ γὰρ ἔτι τὰς χήρας ἐπείρα γυναῖκας, οὐδὲ τὰς ὑπάνδρους ἠρκεῖτο μοιχεύων. Athenæus Lib. IX. p. 388. τὰς ὑπάνδρους τῶν γυναικῶν τηρεῖν πικρῶς. Conf. Ezech. Spanhemii Comment. in Callimach. Hymn. in Apollin. v. 53. p. 111, ed. Ernesti. Alberti in Periculo Critico p. 52. Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 34. et L. Bos. Exercitationes p. 106.

'ΥΠΑΝΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *occurro, obviam eo,* vel *procedo alicui,* ex ὑπὸ et ἀντάω *occurro,* quod ab ἄντα *coram,* per syncopen pro ἀντία. Legitur in N. T. tantum Matth. VIII. 28. ὑπήντησαν αὐτῷ δύο δαιμονιζόμενοι obviam venerunt ei duo dæmoniaci. Luc. VIII. 27. Joh. XI. 20, 30. ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα ubi occurrerat ei Martha. ibid. XII. 18. Adde Tob. VII. 1. Xenoph. Cyrop. V. 3. 21.

'ΥΠΑ'ΝΤΗΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, *occursus, obviatio.* Est verbale a 2 pers. præt. pass. ὑπήντησαι verbi ὑπαντάω *occurro.* Tantum legitur in N. T. Joh. XII. 13. καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ et obviam ei processerunt. Jud. XI. 34. וְהִנֵּה בִתּוֹ יֹצֵאת לִקְרָאתוֹ Alexandrini: καὶ ἰδοὺ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ ἐξεπορεύετο εἰς ὑπάντησιν ubi codex Alex. Ald. et Compl. ἀπάντησιν habent.

"ΥΠΑΡΞΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *existentia,* ab ὑπάρχω *sum, existo.* 2) *omne, quod aliquis habet ac possidet, facultates, opes, supellex.* Sic bis tantum in N. T. legitur. Act. II. 45. τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον omnes possessiones suas ac facultates vendebant: ubi ὑπάρξεις, quia a τοῖς κτήμασι diserte distinguitur, supellectilem et omnia bona mobilia, ut vulgo vocantur, significare videtur. Metaphorice de bonis cœlestibus usurpatur Hebr. X. 34. ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς vos manere præstantiora bona in cœlis. Alexandrini sæpius hac voce usi sunt pro רְכוּשׁ *substantia, facultates,* 2 Chron. XXXV. 7. Esr. X. 8. Dan. XI. 13, 24, 28. הוֹן *substantia, opes,* Prov. XIII. 11. XVIII. 11. XIX. 14. מִקְנֶה *pecus, possessio,* Psalm. LXXVIII. 48. Jerem. IX. 9. et יֵשׁ Prov. VIII. 21. Polyb. Exc. XV. 18. Artemid. II. 8. 24. ἀπολέσας τὴν ὕπαρξιν. ibid. III. 23. Hesych. ὕπαρξις· προγένεσις, ἢ οὐσία.

'ΥΠΑ'ΡΧΩ, fut. ξω, 1) proprie: *incipio esse, rei initium do, auctor sum,* ex ὑπὸ et ἄρχω. Ita quidem in N. T. non legitur; occurrit tamen sæpius apud exteros scriptores, v. c. Euripid. Phœn. v. 1619. πολλῶν ὑπῆρξεν Οἰδίπου κακῶν δόμοις τόδ' ἦμαρ. ibid. v. 1239. ubi scholiastes ὑπῆρξε interpretatus est: προῆρξατο· κατήρξατο. Ælian. V. H. II. 12. XI. 13. Cf. quoque Reiskii Indicem Græcit. Demostheneæ p. 758 seq. et Wetstenii N. T. T. I. p. 701. 2) *sum, existo,* i. q. εἰμί. Luc. VIII. 41. καὶ αὐτὸς ἄρχων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε (alii habent ἦν) qui fuit archisynagogus. ibid. XI. 13. πονηροὶ ὑπάρχοντες. ibid. XVI. 14. φιλάργυροι ὑπάρχοντες. ib. XXIII. 50. Act. II. 30. III. 2. IV. 34. V. 4. οὐχὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; nonne pecuniæ usus tuo arbitrio relictus erat? ibid. VII. 55. VIII. 16. X. 12. XIV. 8. XVI. 3, 20, 37. XVII. 24, 27, 29. XIX. 36, 40. μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος cum nullam afferre possimus causam idoneam. ibid. XXI. 20. XXII. 3. XXVII. 12, 21. XXVIII. 18. διὰ τὸ μηδεμίαν αἰτίαν θανάτου ὑπάρχειν ἐν ἐμοί quia nihil capitalis criminis in me erat. Rom. IV. 19. 1 Cor. VII. 26. XI. 7, 18. XII. 22. 2 Cor. VIII. 17. XII. 16. Galat. I. 14. II. 14. Phil. III. 20. Jacob. II. 15. 2 Petr. I. 8. ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα καὶ πλεονάζοντα si animis vestris abunde insint; ubi videndus Wetstenius. ib. II. 19. III. 11. Adde Alex. Ps. LIV. 21. CXLV. 1. Sirac. XLIV. 9. Hesych. ὑπάρχων· πεφυκώς, ὤν. Suid. καὶ τὸ ὑπάρχειν οὐχ ἁπλῶς τὸ εἶναι σημαίνει, ἀλλὰ τὸ πάλαι εἶναι, καὶ προεῖναι, φθάνειν. 3) *pertineo ad aliquem, vel aliquorsum, proprius, peculiaris sum.* Construitur cum dativo. Act. IV. 37. ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ quem habebat fundum. ib. XXVIII. 7. ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ὑπῆρχε χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσου in illis autem locis erant prædia primario insulæ. Huc pertinet etiam formula ὑπάρχει μοι *est mihi,* h. e. *habeo.* Act. III. 6. ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι nec aurum nec argentum mihi sup-

petit. Esther VIII. 1. ὅσα ὑπάρχει Ἀμὰν quæcunque sunt Aman, h. e. omnes facultates Aman. Job. II. 4. Sirac. XX. 16. οὐχ ὑπάρχει μοι φίλος non habeo amicum. — Participium plurale τὰ ὑπάρχοντα substantive adhibetur et denotat *opes, facultates, omnia bona et vitæ commoda, quæ aliquis habet*, ita, ut subaudiatur χρήματα. Matth. XIX. 21. XXIV. 47. XXV. 14. Luc. VIII. 3. XI. 21. XII. 15, 33, 44. XIV. 33. XVI. 1. XIX. 8. Act. IV. 32. 1 Cor. XIII. 3. Hebr. X. 34. Adde Job. XVIII. 7. Genes. XIV. 11. Prov. VI. 31. XI. 4. Cohel. V. 18. VI. 2. Thucyd. VII. 76. VIII. 1. Porphyr. de Abstin. II. 16. Polyb. IV. 3. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 705. 4) *versor, constitutus sum, utor aliqua re.* Construitur cum præpositione ἐν. Luc. VII. 25. οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες qui vestibus splendidis et deliciis utuntur. ibid. XVI. 23. ὑπάρχων ἐν βασάνοις qui cum in inferno esset. Philipp. II. 6. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων. Vide supra dicta ad μορφή. 5) sequente præpositione πρὸς, aut εἰς: (Xenoph. de Mag. Equit. IX. 5.) *facio, specto, conduco, cedo.* Act. XXVII. 34. τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει hoc enim ad salutem vestram cedit. 6) *me gero, præbeo, exhibeo.* Luc. IX. 48. ὁ γὰρ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων qui enim vestrum vera modestia minimum se gesserit. Sæpius in N. T. non legitur.

ʽΥΠΕΙ´ΚΩ, fut. ξω, 1) proprie: *succumbo, cedere cogor*, ex ὑπὸ et εἴκω *cedo.* Vide Lexicon Xenophonteum s. h. v. 2) *obedio, obsequor, obsecundo, mandatis et monitis libenter cedo.* Tantum in N. T. legitur Hebr. XIII. 17. πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε obedite doctoribus vestris et diligenter, prompte et intense obsequimini: ubi ὑπείκειν a πείθεσθαι ita differre videtur, ut illud obsequium promptum et intensum significet. Œcumenius ad h. l. τὴν ἐπιτεταμένην πειθὼ διὰ τοῦ ὑπείκετε δηλοῖ. Hesych. ὑπείκει· ὑπακούει, ὑποχωρεῖ, ὑποτάσσεται.

ʽΥΠΕΝΑΝΤΙ´ΟΣ, ία, ίον, 1) *adversarius, contrarius alteri quocunque modo et ratione, hostis, inimicus*, i. q. simplex ἐναντίος, (quemadmodum ὕπολοιποι i. q. λοιποὶ apud Polyænum p. 97.) quod contra eos tenendum est, qui in præpositione ὑπὸ emphasin aliquam quærunt, ut ὑπεναντίος sit *subcontrarius, aliquo modo contrarius*, aut *occulte contrarius*, quod refutavit jam Alberti in Obss. Philol. p. 381 et 431. Sic autem legitur in N. T. Hebr. X. 27. ubi per τοὺς ὑπεναντίους omnes adversarii religionis christianæ intelligendi sunt. Alexandrini usi sunt hac voce pro אֹיֵב *inimicus*, Gen. XXII. 17. Esther VIII. 13. צַר *hostis*, Num. X. 9. Jos. V. 13. Ies. I. 24. Thren. II. 4. קָם *adversarius, qui in, vel contra aliquem insurgit*, Exod. XV. 7. XXXII. 25. et שֹׂנֵא *osor, inimicus.* Genes. XXIV. 60. Exod. I. 10. Adde Æschinem contra Ctesiphontem T. II. p. 379. νόμον ἐναντίον τούτῳ — ὑπεναντίους ἀλλήλοις. Æschin. Socr. Dial. III. 4. σεαυτῷ ὑπεναντία καὶ ποιεῖς καὶ λέγεις. Ælian. V. H. XIII. 40. Hesych. ὑπεναντίος· ἐχθρὸς, ubi videndus Alberti. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 287. 2) *causa et auctor discordiæ et inimicitiæ.* Sic reperitur in N. T. Coloss. II. 14. ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν quæ lex causa dissidii inter Judæos et gentiles fuit, coll. Ephes. II. 15. Alii minus commode reddunt; cujus observatio nobis molesta erat. Sæpius in N. T. non legitur.

ʽΥΠΕ´Ρ. Præpositio, quæ extra compositionem construitur

I. cum *Genitivo* et denotat:

1) *ad*, innuens *causam finalem.* Joh. XI. 4. hic morbus οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ hic morbus non est lethalis, sed ad gloriam Dei tendit, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ δι' αὐτῆς, ut in sequentibus explicatur. 2 Cor. I. 6. ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας. ibid. XII. 19. ὑπὲρ τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς ad utilitatem vestram. 2) *de*, nempe *objective et materialiter*, ut sit i. q. περί. Rom. IX. 27. Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ Iesaias autem palam professus est de Israëlitis. 2 Cor. VII. 4. πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν multa mihi est de vobis gloriandi et lætandi materia. ibid. VIII. 23, 24. ibid. I. 7. V. 12. IX. 2. καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν et spes nostra de vobis est certissima. ibid. v. 8. ubi loco ὑπὲρ in haud paucis codicibus legitur περί. 2 Thess. II. 1. Tob. VI. 16. ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν. Polybius Hist. II. cap. 37. ὑπὲρ ὧν σαφέστερον ἐν ἑτέροις δηλώσομεν de quibus sigillatim alibi dicemus. Ita עַל quoque sumitur Genes. XVIII. 19. Num. VIII. 21. Esther IV. 5. et Joël. I. 3. et *super* apud Virgil. Æn. I. 754. Horat. Od. III. 8. 17. 3) *pro, vice, loco, nomine alicujus.* 2 Cor. V. 20. ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ. Philem. v. 13. ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ μοι ut tuum locum in officiis humanitatis mihi præstandis expleat. 4) *pro, in commodum, in favorem alicujus*, aut *quando quis a partibus alterius stat.* Marc. IX. 40. qui non contra nos est, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστι a partibus nostris stare censendus est. Rom. VIII. 31. εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; si Deus est a partibus nostris, quis nobis nocere valet? Luc. IX. 50. Matth. V. 44. προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων orate pro illis, qui vos lædunt. 1 Tim. II. 1, 2, 6. Luc. XXII. 19. corpus Christi τὸ ὑπὲρ ἡμῶν διδόμενον quod pro vobis morti tradetur. ibid. v. 20. Rom. V. 8. VIII. 26. Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε, et alibi. Æschin. Socr. Dial. I. 8. ὑπὲρ ὧν σὺ οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, ἅπερ ὑπὲρ τῶν Περικλέους υἱῶν. Polyb. Hist. VIII. c. 26. παρεκάλουν θαῤῥεῖν, ὡς ὑπὲρ ἐκείνων παρόντας τοὺς Καρχηδονίους. Euripid. Phœniss. v. 930 et 1244. Eodem modo עַל usurpatur 1 Reg. II. 18. 2 Reg. X. 3. Job. XLII. 8. Dan. XII. 1. 5) *pro, ob, propter, causa.* Rom. I. 5. ὑπὲρ ὀνόματος αὐτοῦ ejus doctrinæ propagandæ causa. ibid. XV. 9. τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ ἐλέους δοξάσαι τὸν Θεὸν gentiles autem ob beneficium divinum, ipsis exhibitum, celebrare laudes divinas. 1 Cor. X. 30. τί βλασφημοῦμαι, ὑπὲρ οὗ εὐχαριστῶ; 2 Thess. I. 5. Sic עַל sumitur Esr. X. 9. 2 Paral. VII. 10. Amos VI. 6. Ruth. I. 19. Thren. V. 17. 6) *secundum, juxta.* Phil. II. 13. ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας secundum benignam suam voluntatem, i. q. κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ. Eph. I. 15. Ita עַל accipitur Jos. XXII. 9. Ies. LIX. 18. 7) interdum deficit, v. c. Act. I. 18. ἐκ τοῦ μισθοῦ (ὑπὲρ) τῆς ἀδικίας. Cf. Ælian. V. H. I. c. 24. ἀπῄτει τὸν ὑπὲρ τοῦ ἄθλου μισθόν.

II. construitur cum *Accusativo*, notans:

1) *sub*, vel *infra*, i. q. ὑπό. 2 Cor. XII. 13. τί γάρ ἐστιν ὃ ἡττήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας; nam quid est, in quo inferiores fuistis reliquis christianorum cœtibus? Herod. Lib. I. cap. 57. τῶν ὑπὲρ Τυ[illegible] Κρηστῶνα [illegible]. Eodem modo על legitur Num. II. 2. — XIII. 18. Malach.

supra, super, præ, plus quam, magis quam. Mat. X. 37. *ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ* qui parentes suos amat magis, quam me. Philip. II. 9. *ὄνομα ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.* Matth. X. 24. *οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον* non est discipulus super magistrum suum. Luc. VI. 40. 3) *ultra,* ita, ut excessum significet. Act. XXVI. 13. *οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου περιλάμψαν με φῶς* lumen, majus solis splendore, quod me circumfulsit. 2 Cor. I. 8. *ὑπὲρ δύναμιν* plus quam vires patiebantur. ibid. VIII. 3. *ὑπὲρ δύναμιν* plus quam facultates eorum permittebant. Vide Wesselingium ad Diod. Sic. XIII. 21. 4) ad imitationem Hebraicæ particulæ על (Exod. XII. 7. Neh. VII. 2.) redundat, seu explet genitivum. Luc. XVI. 8. filii hujus mundi *φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτός εἰσιν,* pro *τῶν υἱῶν κ. τ. λ.* — 5) sine casu adverbiascit et est i. q. *πλέον,* seu *μᾶλλον.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. XI. 23. *διάκονοι Χριστοῦ εἰσί, παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγὼ* ministri Christi sunt, desipiens loquor, plus ego, seu major ego sum. Suid. *ὑπέρ· πλέον. καὶ ὁ ἀπόστολος· ὑπὲρ ἐγώ, ἀντὶ τοῦ πλέον ἐγώ.* Hesych. *ὑπέρ· πρόθεσις, πολὺ, πλέον, λίαν.* Eodem modo præpositiones *μετὰ* et *πρὸς* adverbialiter sumuntur, quando casus eorum supprimitur. Sic *μετὰ* pro *postea* legitur apud Polybium Hist. V. c. 15. et Appianum Bell. Civil. Lib. V. p. 1168. *μετὰ δὲ αἱ νῆες αὗται συνεῤῥήγνυντο ἀλλήλαις,* et *πρὸς* notat: *insuper, amplius, præterea,* apud Polybium Hist. IV. cap. 56. Herodot. I. c. 51. extr. et cap. 71. et Philostrat. Vit. Apollon. VI. cap. 9. Adde Alberti Obss. Philol. p. 360.

'ΥΠΕΡΑΙ'ΡΩ, fut. *αρῶ,* 1) proprie localiter: *extollo, effero supra modum,* etiam *supergredior, transscendo, sum altior.* Passivum *ὑπεραίρομαι supra extollor, efferor, sum altior, emineo,* ex *ὑπὲρ* et *αἴρω tollo.* Psal. LXXII. 16. *ὑπεραρθήσεται ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ.* ibid. XXXVII. 4. *αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῇραν τὴν κεφαλήν μου.* Demosthenes pag. 1274. 20. edit. Reisk. eadem voce de aqua, torrente exundante, usus est. 2) Medium *ὑπεραίρομαι* metaphorice sumitur et ad animum translatum notat: *se efferre supra modum, superbire,* et ex adjuncto: *contemnere, contumeliose spernere, insolenter se gerere.* Sic ter tantum in N. T. legitur. 2 Cor. XII. 7. *καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι* ne autem me ob has insignes revelationes, quæ mihi contigerant, efferrem; et paulo post: *ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι* ut omnis fastus et elatio animi mei reprimeretur. 2 Thess. II. 4. *ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν* qui est adversarius et deorum omnium omnisque divini cultus superbus contemtor. 2 Macc. V. 23. *ὃς χείριστα τῶν ἄλλων ὑπερήρετο τοῖς πολίταις.* — Hesych. *ὑπεραίρεται· ὑψοῦται.*

'ΥΠΕ'ΡΑΚΜΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, qui,* vel *quæ excessit florem ætatis, exoletus, supra maturitatem existens,* ex *ὑπὲρ super,* et *ἀκμὴ,* proprie: *cuspis, acies cultri,* vel *gladii,* item *flos et vigor ætatis, robur ac maturitas corporis,* et *κατ' ἐξοχὴν robur et maturitas corporis ad nuptias.* Legitur in N. T. tantum 1 Cor. VII. 36. de virgine, *εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τὴν παρθένον αὐτοῦ νομίζει, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος* sin vero aliquis existimat, se subiturum aliquid dedecoris propter filiam suam virginem, si pubertatis annos superaverit, seu, si fuerit exoleta et ad senectutem progressa. Talis virgo, quæ ultra annos nubiles innupta manet, et de qua etiam nos voce überreif, *too ripe,* uti solemus, a Judæis בוגרה et a Græcis *ὑπέρωρος* dicitur. Hesych. *ὑπέρακμος· μέγας.* Lexicon Cyrilli MS. Brem. quod Alberti ad Hesychium T. II. p. 1456. laudat: *ὑπέρακμος· ὑπερακμάσας, ὑπερδραμὼν τὴν ὥραν.* Suid. *ὑπέρακμος· ὑπεκδραμὼν τὴν ὥραν.* Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 131.

'ΥΠΕΡΑ'ΝΩ, *supra, longe supra,* non modo ratione loci, sed etiam ratione dignitatis, i. q. *ὑπὲρ,* ex quo et *ἄνω supra* compositum est. Construitur cum genitivo. Ephes. I. 21. Christus sedet ad dextram Dei *ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας* super omnes principes ac potentes, h. e. ut omne potestatis genus subjectum sit ejus imperio. ibid. IV. 10. *ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων οὐρανῶν* qui ascendit in cœlum. coll. Hebr. VII. 26. Hebr. IX. 5. *ὑπεράνω δὲ τῆς κιβωτοῦ Χερουβὶμ δόξης κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον* erant autem supra arcam fœderis Cherubim gloriæ, obumbrantes operculum. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini adhibuerunt pro עַל *super, supra,* Psal. VIII. 2. מַעְלָה idem, Hag. II. 16. ubi de tempore usurpatur, לְמַעְלָה *supra, sursum versus,* Psal. LXXIV. 5. Ezech. VIII. 2. XLIII. 15. מִלְמַעְלָה *superne,* Genes. VII. 20. Ezech. X. 19. XI. 22. et pro עֶלְיוֹן *sublimis.* Deut. XXVI. 19. *καὶ εἶναί σε ὑπεράνω πάντων τῶν ἐθνῶν.* ibid. XXVIII. 1. *καὶ δώσει σε Κύριος ὑπεράνω πάντων τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς.* Ælian. V. H. IX. cap. 7. *λύπης ὑπεράνω πάσης ὤν.* Polyb. XII. 24. 1.

'ΥΠΕΡΑΥΞΑ'ΝΩ, fut. *ξήσω, valde cresco, vehementer augeor, in dies majora incrementa capio,* ex præpositione *ὑπὲρ,* quæ in compositis interdum auget et intendit notionem simplicis, et *αὐξάνω,* quod vide supra. Semel tantum in N. T. legitur 2 Thess. I. 3. *εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ Θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις ὑμῶν* gratias agere debemus Deo semper de vobis, fratres, ut par est, quod fides vestra in dies majora incrementa capiat. Gloss. Vet. *ὑπεραύξω, supercresco.*

'ΥΠΕΡΒΑΙ'ΝΩ, fut. *ήσομαι,* 1) proprie: *transgredior terminos et limites supergredior,* ex *ὑπὲρ super* et *βαίνω eo, vado.* Sic legitur non solum apud Alexandrinos, 2 Sam. XXII. 30. Psalm. XVIII. 32. *καὶ ἐν τῷ Θεῷ μου ὑπερβήσομαι τεῖχος.* Job. XXIV. 2. XXXVIII. 11. sed etiam apud exteros scriptores, v. c. Polyb. Lib. I. cap. 2. *ὁσάκις ἐτόλμησαν ὑπερβῆναι τοὺς τῆς Ἀσίας ὅρους.* Eurip. in Phœniss. v. 1197. Demosthenem p. 1380. 8. edit. Reisk. *τὸ περιτείχισμα ὑπερβάντες.* 2) metaphorice: *modum excedo, limites constitutos transilio,* (Eurip. Alcest. v. 1077. *μὴ νῦν ὑπέρβαιν', ἀλλ' ἐναισίμως φέρε* ne nunc in luctu modum excedas, sed feras moderate.) item *violo, transgredior leges, pacta,* etc. Demosthenes p. 153. 4. *ὑπερβαίνειν τὰς πίστεις.* Aquil. Symm. Theod. Prov. XX. 2. *ὁ ὑπερβαίνων* qui peccat contra regem ejusque mandata negligit. Hinc *ὑπερβαίνω* 3) speciatim et *κατ' ἐξοχὴν* notat: *leges justitiæ, æquitatis et fidei violare, injuriam alteri facere, decipere.* Sic semel tantum in N. T. legitur 1 Thess. IV. 6. *τὸ μὴ ὑπερβαίνειν* (scil. *τὸ δίκαιον*) *καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ* ne quis vestrum, turpis lucri studio adductus, injuriam alteri faciat eumque decipiat in ullo negotio. Conf. ad h. l. Wolfii Curas Philol. in N. T. T. III. p. 365 seq. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 302 seq. Hinc ortum est substantivum *ὑπέρβασις,* quod Hesychius vocabulis *ὕβρις* et *ἀδικία* interpretatus est, et nomen *ὑπερβασία,* quod generatim

omnem transgressionem terminorum et limitum in re quacunque, et speciatim *injuriam, aliis illatam* notat. Vide Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. v. 828. Phocylid. v. 33. et Homer. Odyss. γ', v. 206. τίσασθαι μνηστῆρας ὑπερβασίης ἀλεγεινῆς.

ὙΠΕΡΒΑΛΛΟΝΤΩΣ. Adverbium, significans: *supra modum, superabundanter, vehementer, excellenter*, ab ὑπερβάλλω *excello*. Legitur in N. T. tantum 2 Cor. XI. 23. ubi Paulus narrat, se fuisse ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, h. e. verberibus cæsum esse ultra modum. Adde Alex. Job. XV. 11. Xenoph. Ages. I. 36.

ὙΠΕΡΒΑΛΛΩ, fut. αλῶ, 1) proprie: *superjicio, metam jaciendo supero*, etiam *transgredior, transeo, transcendo, modum excedo*, ex ὑπὲρ et βάλλω *jacio*. Xenoph. Anab. IV. 6. 5. εἴ τι αὔριον δοκεῖ ὑπερβάλλειν τὸ ὄρος. ibid. c. 1. 5. Eodem modo ὑπερβολὴ sumitur, v. c. in formula ὑπερβολὴ τοῦ ὄρους *trajectus montis*, apud Xenoph. Anab. III. 5. 12. IV. 1. 15. Eustathius ad Odyss. α', p. 1406. 45. et ex eo Phavorinus: ὑπερβάλλειν δὲ καὶ ὑπερβολὴ, κυρίως μὲν ἐπὶ τοῦ ὑπερακοντίζειν, ἢ ὑπεροϊστεύειν, ἢ ὑπὲρ μέτρον δισκεύειν· μεταφορικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέρων ὑπεροχῶν ἢ καὶ ἐπὶ ἀσυμμετριῶν. 2) metaphorice: *vinco*, (Aristoph. Plut. v. 109. Æschin. Socr. Dial. III. 17.) *supero, excello, præstantior sum, supereminco, exubero*. Sic legitur in N. T. 2 Cor. III. 10. ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης propter majorem internam præstantiam. ibid. IX. 14. διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν χάριν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ὑμῖν. Vide infra sub Χάρις. Ephes. I. 19. καὶ τί τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῆς δυνάμεως αὐτοῦ et quæ sit summa magnitudo vis divinæ. ibid. II. 7. et III. 19. τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην amorem, qui est omni cogitatione humana superior, seu captum humanum excedit. Apud Symm. Ps. CXXXVIII. 8. coll. Prov. XXX. 18. ὑπερβάλλειν τινὰ notat, *captum alicujus superare*, aut *admodum difficile esse ad intelligendum*. Ælian. V. H. II. 27. ὑπερβάλλουσα σπουδὴ summa et modum excedens diligentia. Xenoph. Mem. IV. cap. 3. § 7. ὑπερβάλλειν καὶ τοῦτο φιλανθρωπίᾳ. Idem de Venat. I. 12. ὑπερβάλλειν φιλοπονίᾳ industria excellere. Theophr. de Causis Plantarum V. cap. 16. princip. ἂν μή τις αὐχμὸς ὑπερβάλλων γίνηται. Conf. Wesseling. ad Diod. Sic. XV. c. 88. T. II. p. 72. Wetstenii N. T. T. II. p. 184 et 248. Bielii Thesaur. Philol. s. h. v. et Gronovium ad Senec. de Benefic. III. 32. Hesych. ὑπερβάλλει· ὑπερνικᾷ, ὑπερτίθεται, παραβαίνει.

ὙΠΕΡΒΟΛΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie ei tribuitur, *qui superjicit, metam jaciendo superat*, aut *limites ac terminos transit ac transgreditur*. Est enim verbale a præt. med. ὑπερβέβολα, verbi ὑπερβάλλω, quod vide supra. 2) metaphorice: *summa rei vis, perfectio ac præstantia, magnitudo, vehementia, impetus*. Hinc καθ' ὑπερβολὴν, teste Hesychio s. h. v., adverbialiter ponitur pro ὑπερβαλλόντως *valde, maxime*, i. q. σφόδρα, μάλιστα. Rom. VII. 13. ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς ut per legem summa vitiositatis vis ac turpitudo appareret, ubi videndus Wetstenius. 1 Cor. XII. 31. καὶ ἔτι καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸν ὑμῖν δείκνυμι et viam tutissimam ac certissimam vobis monstrabo. Ante καθ' ὑπερβολὴν est articulus τὴν omissus, ut apud Thucyd. I. cap. 122. 2 Cor. I. 8. καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν supra quam dici potest, vehementissime. ibid. IV. 7. ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ Θεοῦ καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν ut summa illa vis et efficacia, quam exserit religio christiana, a Deo repetatur, non autem ab hominibus. Formula ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως posita est pro ἡ ὑπερβάλλουσα δύναμις, quemadmodum apud Josephum A. J. I. 13. 4. ἡ ὑπερβολὴ τῆς θρησκείας est summa pietas ac religio. ibid. II. 2. 1. 2 Cor. IV. 17. καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν excellentissime, ut Hebraicum מְאֹד מְאֹד. Apud Græcos scriptores nullus locus reperitur, ubi hæc duo juncta sunt. 2 Cor. XII. 7. καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι ne autem me ob has insignes revelationes, quæ mihi contigerant, efferrem. Galat. I. 13. καθ' ὑπερβολὴν vehementer, summo cum studio ac impetu persecutus sum christianos. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Ælian. V. H. XII. 1. εἰς ὑπερβολὴν maximopere. Philostrat. Vit. Soph. I. cap. 21. s. 4. p. 517. μισθούμενος ὑπερβολαῖς χρημάτων γλώσσας ὁμοῦ πάσας, καὶ δικαστῶν ψήφους. Alia exempla dedit Reiskius in Indice Græcit. Demostheneæ pag. 762. et Raphelius in Obss. Polyb. p. 338 et 484 seq.

ὙΠΕΡΕΙ'ΔΩ, proprie: *supervideo, ich übersehe etwas, I overlook something*, (i. q. παρείδω, Ælian. V. H. V. 17. et *pervideo* apud Horatium Serm. I. 3. 25.) deinde: *ita me gero, quasi non videam, ac animadvertam*, h. e. vel: *æquo animo fero ac perfero aliquid, patior, ut aliqua res fiat, connivendo dissimulo*, vel: *contemno, despicio cum indignatione et detestatione, negligo*, (Plato in Phædro p. 1229. Ælian. V. H. XII. 22.) ex ὑπὲρ et εἴδω *video*, a qua voce bene distinguenda est, alia, eodem modo scripta, ὑπερείδω *sufful-cio, firmo*, ex ὑπὸ et ἐρείδω *firmiter fulcio, figo, innitor*. In N. T. semel tantum legitur Act. XVII. 30. τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν (duo codd. habent παριδὼν) ὁ Θεὸς hæc ignorantiæ tempora ægre ferens Deus. Vulgatus vertit: *despiciens*. (Gloss. Vet. apud Labbæum pag. 193. ὑπερεῖδεν, *despexit*.) Syrus vertit ܐܥܒܪ *transire fecit*. Alii vertunt: *condonans, remittens*. Vide Krebsii Obss. Flav. p. 233. Priorem vero explicationem suadet et commendat non solum series orationis, sed etiam usus loquendi apud Alexandrinos interpretes, apud quos Hebraico הִתְעַבֵּר *excanduit, indignatus est, ægre tulit* respondet, Deut. III. 26. Ps. LXXVII. 65, 68. et זָעַם idem. Zach. I. 12. Possunt tamen hæc verba etiam ita explicari: connivendo dissimulavit, vel silentio transmisit tempora ignorantiæ, coll. Act. XIV. 16. Interdum etiam ὑπερείδω, ut ὑπερόπτομαι (Jos. I. 5. Ies. LVIII. 7.) et παρείδω, (apud Symmachum Job. XXVII. 2. Sirac. VII. 11. XXVIII. 7.) etiam simpliciter *contemnere, despicere, negligere, non respicere* notat, non solum apud Alexandrinos, Levit. XXVI. 40. Num. XXXI. 16. Deut. XXI. 16. Ps. LIV. 1. Job. VI. 14. sed etiam apud exteros scriptores, v. c. Ælian. V. H. II. 30. III. 22. XII. 17. Marc. Anton. V. 31. πόσων ἡδονῶν καὶ πόνων ὑπερεῖδες. Suid. ὑπεριδεῖν· τὸ καταφρονῆσαι. Hesych. ὑπερεῖδεν· καταφρονεῖ. Confer Gatakerum in Adversariis Sacris p. 331. et Wetstenii N. T. T. II. p. 572.

ὙΠΕΡΕ'ΚΕΙΝΑ. Adverbium, quod cum genitivo construitur et notat: *trans, ultra*. Vox est composita ex ὑπὲρ *super* et ἐκεῖνα *illa*. Semel tantum in N. T. legitur. 2 Cor. X. 16. εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν (e... μέρη) εὐαγγελίσασθαι ... etiam fines agri Corinthii doctrinam [christ]ianam proferam. Simile ... quod vi[de] supra in ἐπέκεινα.

'ΥΠΕΡΕΚΠΕΡΙΣΣΟΥ, *valde et fere ultra modum, quam vehementissime, magis ac magis, majorem in modum*, ex ὑπὲρ, ἐκ et περισσὸς *excellens*. Ter tantum in N. T. legitur. 1 Thess. III. 10. νυκτὸς καὶ ἡμέρας ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι indesinenter, maximopere (ardentissimis precibus) rogo oroque. ibid. V. 13. ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ honore insigni eos prosequi. Ephes. III. 20. τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι ὑπερεκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν Deo vero, qui precibus, spe et opinione nostra majora facere potest. Reperitur præterea hæc vox αὐξητικὴ apud Alexandrinos Dan. III. 23. ἡ κάμινος ἐξεκαύθη ὑπερεκπερισσοῦ. Conf. etiam L. Bos. Exercitt. p. 213.

'ΥΠΕΡΕΚΤΕΙ'ΝΩ, fut. ενῶ, *ultra et supra modum extendo*. 'Υπερεκτείνω ἐμαυτὸν *ultra, quam decet, me extendo, transgredior limites, terminos transilio, modum excedo*, h. e. *vel nimium facio, vel parum facio*, i. q. ὑπερπηδάω τὸν ὅρον, seu ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδάω, (confer Jul. Pollucis Onom. III. 151.) ex ὑπὲρ et ἐκτείνω *extendo*. Semel tantum in N. T. legitur 2 Cor. X. 14. οὐ γὰρ, ὡς μὴ ἐφικνούμενοι ἐφ' ὑμᾶς ὑπερεκτείνομεν ἑαυτοὺς neque enim, quasi non ad vos usque progressus sim doctrina mea, terminos transilio, (modum excedo) aut arrogo mihi plus quam debeo. Confer ad h. l. Wolfii Curas Philol. in N. T. T. II. pag. 653. Wetstenius vertere mavult: limites provinciæ nostræ, a Deo nobis assignatæ, non excessimus, cum ad vos perveniremus. Lucian. Eunucho 2. κεκραγότες καὶ ὑπερεκτεινόμενοι. schol. ὑπερφιλονεικοῦντες.

'ΥΠΕΡΕΚΧΥ'ΝΩ, et 'ΥΠΕΡΕΚΧΥ'Ω, fut. ύσω, *supra modum effundo, nimium et abundanter effundo*. Passivum ὑπερεκχύνομαι *superfluo, effluo, exundo, abundo*, ex ὑπὲρ *super* et ἐκχύω, vel ἐκχύνω *effundo*. Legitur in N. T. tantum Luc. VI. 38. μέτρον ὑπερεκχυνόμενον mensura superfluens, seu abundantissima. Alex. Joël. II. 24. καὶ ὑπερεκχυθήσονται αἱ ληνοὶ οἴνου καὶ ἐλαίου. Verbo ὑπερεκχέω usi sunt Alexandrini Prov. V. 16. pro הֵפִיץ *dispersit*.

'ΥΠΕΡΕΝΤΥΓΧΑ'ΝΩ, *convenio aliquem super alterius causa, vel negotio, alicujus causam ago, interpello, intercedo et postulo pro aliquo*, et ex adjuncto: *adjuvo, auxilium fero*, ex ὑπὲρ et ἐντυγχάνω *occurro alicui, adeo aliquem precandi causa, interpello*, quod vide supra. Construitur cum præpositione ὑπὲρ et semel tantum legitur in N. T. Rom. VIII. 26. ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν sed ille ipse animi sensus auxilium nobis fert in precibus, i. q. συναντιλαμβάνεται. Vide supra ad ἐντυγχάνω dicta.

'ΥΠΕΡΕ'ΧΩ, fut. έξω, 1) proprie: *teneo supra, vel super, manum tendo super aliquem, impono, superinjicio*, ex ὑπὲρ *super* et ἔχω *habeo*. Sic legitur apud Lucian. in Timon. § 10. in formula ὑπερέχειν τινὸς τὴν χεῖρα, ubi vid. Hemsterhusius, et apud Polyb. XV. 29. ὑπερέχειν τὰς χεῖράς τινι *defendere aliquem*. Hesych. ὑπερέχειν· ἄνωθεν ἐπιβάλλει, βοηθεῖ, ὑπεράνω ἔχει. 2) *emineo*. Ælian. V. H. IV. 13. τὸ δὲ πρόσωπον μόνον ὑπερέχων. Eurip. Phœn. v. 1405. Xenoph. de Re Equestri XII. 10. Hesych. ὑπερέξουσι· μείζονες ἔσονται. 3) metaphorice: *præstantior sum*, vel *reputor, præsto, antecello, supero magnitudine et præstantia*. Præs. part. neutr. gener. τὸ ὑπερέχον substant. *eminentia, summa præstantia, excellentia*. Hesych. ὑπερέχειν· διαφέρει, ὑπερβάλλει. Sic legitur in N. T. Philipp. II. 3. ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν modeste potius quisque alios se superiores esse existimet. ib. III. 8. διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ 'Ιησοῦ τοῦ Κυρίου μου, pro διὰ τὴν ὑπερέχουσαν γνῶσιν κ. τ. λ. propter cognitionem præstantissimæ religionis Domini mei J. C. ib. IV. 7. ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν quæ omnem humanam intelligendi facultatem superat. Dan. VII. 23. ὑπερέξει πάσας τὰς βασιλείας. Sirac. XXXIII. 7. διὰ τί ἡμέρα ἡμέρας ὑπερέχει; quare dies die præstantior est? ibid. XLIII. 35. Xenoph. de Venat. I. 7. Μελανίων δὲ τοσοῦτον ὑπερέσχε φιλοπονίᾳ. ibid. § 11. ὑπερέσχε σοφίᾳ. Demosthenes p. 128. 25. et 689. 10. 4) *præsum, præfectus sum, dominor, potentia valeo*. Rom. XIII. 1. ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις magistratibus quibusvis præfectis, seu, quorum est imperium in alios, quos Ammianus Marcellinus XIV. 1. *celsas potestates* et XVI. 12. *sublimes potestates* vocat. 1 Petr. II. 13. εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι sive imperatori Romanorum, qui summo imperio gaudet. Sapient. VI. 5. ἐν τοῖς ὑπερέχουσι in illis, qui præsunt et dominantur. Hesych. ὑπερέχοντι· ἐξουσιάζοντι. Sæpius in N. T. non legitur. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 83.

'ΥΠΕΡΗΦΑΝΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *supereminentia*, et tribuitur rebus, quæ supra alias assurgunt et eminent seque conspiciendas præbent, ab ὑπερήφανος, quod vide infra. 2) metaphorice: *superbia, arrogantia, vana de sua præstantia opinio, conjuncta cum contumelia ac despectu aliorum*, ἡ τῶν ἄλλων πλὴν αὑτοῦ καταφρόνησις, ut describitur a Theophrasto in Char. Ethic. cap. 24. ad quem locum vide Casauboni Comment. p. 228. ed. Fischeri. Sic semel tantum in N. T. legitur Marc. VII. 22. βλασφημία, ὑπερηφανία, ἀφροσύνη. Alexandrini sæpius hac voce usi sunt, v. c. pro זָדוֹן *superbia*, Deut. XVII. 12. Abd. v. 3. גָּאוֹן idem, Prov. VIII. 13. Amos VIII. 7. גֵּוָה idem, Dan. IV. 34. et aliis similibus vocabulis Hebraicis.

'ΥΠΕΡΗ'ΦΑΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *supereminens, eminenter apparens*, de rebus, quæ supra alias assurgunt et se conspiciendas præbent, i. q. ὑπερφανὴς apud Xenoph. de Mag. Equit. V. 7. ab ὑπερφαίνομαι *super alios emineo*, vel *conspicuus sum*, ex ὑπὲρ et φαίνω *ostendo*. Eustathius ad Iliad. β', p. 238. 27. τοῦ ὑπερηρμένου καὶ ὑπερφανοῦς, ἐξ οὗ πλεονασμῷ τοῦ η ὑπερήφανος. 2) metaphorice: *superbus, fastuosus, qui alios alto supercilio contemnit et despicit*, et proprie differt ab ἀλαζὼν, ita, ut *eum* significet, *qui ob ea, quæ habet et quibus est cæteris vere superior, se effert et insolenter gerit adversus eum, qui non habet*, quanquam interdum etiam *arrogantem, insolentem, qui plus sibi assumit, quam res patitur*, significat. Opponitur τῷ ταπεινῷ apud Alexandrinos pariter ac in N. T. libris. Luc. I. 51. διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν disjicit ac frangit animi fastu insolescentes. Rom. I. 30. ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας. Theodoretus ad h. l. ὑπερηφάνους· τοὺς ἐφ' οἷς ἔχουσι πλεονεκτήμασι μεγάλα φρονοῦντας. 2 Tim. III. 2. ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι. Jacob. IV. 6. ὑπερήφανοι opponuntur τοῖς ταπεινοῖς. 1 Petr. V. 5. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro זֵד *elatus, fastuosus, superbus*. Ps. CXIX. 21, 51, 69. גֵּאֶה idem, Job. XL. 12. Psal. CXL. 6. et aliis his similibus. Adde Xenoph. Mem. I. c. 25. § 25. Ælian. V. H. XII. c. 63. Diog. Laërt. I. sect. 93. εὐτυχῶν μὴ ἴσθι ὑπερήφανος· ἀπορήσας μὴ ταπεινοῦ. Thom. M. p. 869. ὑπερήφανος ἄνθρωπος· ὁ ὑπερφρονῶν καὶ ἀλαζών. ὑπερήφανος δὲ παρασκευή· ἡ μεγάλη καὶ θαυμαστή κ. τ. λ. Hesych. ὑπερήφανος· ὑπεράφρων, ἀγνώμων.

'ΥΠΕΡΛΙ'ΑΝ. Adverbium, compositum ex ὑπὲρ *supra* et λίαν *valde*, significans: *supra quam valde, ultra valde, plus quam valde.* Bis tantum legitur in N. T. 2 Cor. XI. 5. λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων existimo enim, me nullo modo inferiorem esse summis et auctoritate præ cæteris insignibus apostolis, coll. Galat. II. 7 et 9. ib. XII. 11. Divisim eodem modo legitur apud Eustathium in Odyss. α', p. 27. 35. ἔστι γὰρ ποτε καὶ τῷ λίαν κατὰ τὴν τραγῳδίαν χρᾶσθαι καλῶς, καθ' ὃ σημαινόμενον λέγομέν τινα ὑπὲρ λίαν σοφόν. Simile adverbium est ὑπερεῦ *egregie*, quod legitur apud Platon. in Theætet. p. 132. ὑπερεῦ ἀκολουθεῖς.

'ΥΠΕΡΝΙΚΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, proprie: *plus quam victor sum, plenissime ac perfectissime vinco et supero, fortius vinco hostes, quam ad victoriam justam reportandam opus est,* (Gloss. Vet. apud Labbæum p. 193. ὑπερνικῶ, *exsupero.*) interdum vero sine ulla emphasi ac vi præpositionis ὑπὲρ, *vinco, supero, triumpho,* ex ὑπὲρ et νικάω *vinco.* Semel tantum in N. T. legitur Rom. VIII. 37. ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς sed nihilominus non succumbimus his malis divino auxilio sublevati ac muniti. Alii interpretes, vim præpositionis ὑπὲρ urgentes, sensum hujus loci ita constituunt: divino auxilio sublevati ac muniti plus virium habemus, quam requiruntur ad istos varii generis hostes superandos, ut ὑπερνικᾷν sit i. q. νικᾷν παρὰ πολὺ, (Joseph. A. J. V. 7. 10.) quo sensu legitur apud Leonem in Tactic. XIV. 25. (νικᾷ καὶ μὴ ὑπερνικᾷ — ἀλλὰ δεῖ τῇ τοῦ ἐχθροῦ τελείᾳ καταλύσει ἐπιμένειν.) et Socrat. H. E. III. 21. νικᾷν καλὸν, ὑπερνικᾷν δὲ ἐπίφθονον. Eodem modo ὑπεραγαπᾷν *supra modum diligere* apud Josephum A. J. I. 13. 1. et II. 9. 5. ὑπερισχύειν et ὑπερκρατεῖν, ib. XI. 3. 2. et ὑπερπλουτεῖν usurpatur, quod apud Lucianum in Timone § 10. notat: *ampliores divitias possidere, quam requiruntur, ut quis dives sit et censeatur.* Conf. Wolfii Curas Philol. in N. T. T. II. p. 159 seq. Sed haud raro etiam compositum ὑπερνικᾷν pro simplici νικᾷν ponitur, ut partim jam observavit Joh. Alberti in Obss. Sacr. p. 314. partim vero ex glossa Hesychii: ὑπερνικᾷ· ἀντιμάχεται apparet. Hippocrat. Sect. VIII. Aphor. 8. ὑπερνικᾷ γὰρ τὸ φυσικόν. Neque desunt alia verba composita, in quibus ὑπὲρ nullam augendi vim habet, v. c. ὑπεραγανακτεῖν *indignari* apud Ælian. V. H. VIII. c. 9. Conf. infra ὑπερπερισσεύω et ὑπερπλεονάζω, et Wetstenii N. T. T. II. p. 63. — Cæterum vox ὑπερνικᾷν omissa in Thesauro Bieliano legitur apud Symmachum Psalm. XLII. 1. pro Hebr. הָרִים ubi pro ὑπερδίκησον Agellius legit ὑπερνίκησον, quod quia verbum minus usitatum est, præferendum mihi videtur. Notat autem ibi ὑπερνικᾷν *efficere, ut aliquis in judicio vincat, causam alicujus tueri ac defendere,* et est i. q. ὑπερδικάζειν.

'ΥΠΕ'ΡΟΓΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, καὶ τὸ ὑπέρογκον, 1) proprie: *prætumidus, super modum gravis ac molestus, qui, vel quod mole ac onere,* etiam *numero* (Vide Josephum B. J. III. 10. 2. p. 254.) *suo magnitudinem et modum excedit,* ex ὑπὲρ *super,* h. e. *nimis,* et ὄγκος *tumor, onus.* Sic legitur apud Xenoph. in Hist. Gr. V. cap. 4. § 58. γενομένης δὲ τῆς κνήμης ὑπερόγκου. Ælian. V. H. XIII. 1. τὸ ὑπέρογκον τοῦ σώματος. 2) metaphorice ὑπέρογκον dicitur *omne, quod ulla aliqua ratione modum excedit,* ita, ut mox *de re, supra modum ardua ac difficili,* (Alex. Deut. XXX. 11. 2 Sam. XIII. 2.) mox vero de *fastuoso, superbo* et *inflato* usurpetur, in qua posteriore significatione bis tantum legitur in N. T. 2 Petr. II. 18. ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι verba enim fastu plena, sed vana et inania loquuntur, seu ore suo talia proferunt, quæ vanam superbiam indicant. Jud. v. 10. τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα (sc. ῥήματα) os ipsorum loquitur tumida ac superba, seu quibus est os magna sonaturum, ut Horatius loquitur Serm. I. 4. 44. Exod. XVIII. 22. τὸ δὲ ῥῆμα τὸ ὑπέρογκον ἀνοίσουσιν ἐπί σε. ibid. v. 26. τὸ δὲ ῥῆμα ὑπέρογκον (Aquila et Symmachus habent σκληρὸν et Theodotion δυσχερὲς) ἀνέφερον πρὸς Μωϋσῆν. Dan. XI. 36. καὶ ἐπὶ τὸν Θεὸν τῶν θεῶν λαλήσει ὑπέρογκα. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 430. qui exempla ex profanis habet. Hesych. ὑπέρογκον· μέγα, ὑψηλὸν, ὑπέρμετρον. In Gloss. Vett. apud Labbæum p. 193. exponitur: *superbus, superfacundus, turgidus.* Vide Hemsterhusium ad Lucian. Dial. Mort. p. 427. et Wetstenii N. T. T. II. p. 708.

'ΥΠΕΡΟΧΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *eminentia,* i. q. ὑπερόχησις, (Symmach. Ezech. XL. 21.) ab ὑπερέχω *emineo,* quod vide supra. Polyb. III. 104. 3. 2) metaphorice: *excellentia, præstantia.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. II. 1. ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας pro οὐκ ἦλθον ἐν λόγῳ καθ' ὑπεροχὴν σοφῷ, h. e. non usus sum exquisita et subtili institutione, seu, non usus sum subtilitate sapientiæ humanæ in docendo. 2 Macc. XIII. 6. Polyb. V. 45. 1. 3) *præcipua dignitas, in qua aliquis est constitutus, potentia et auctoritas, qua aliquis valet.* Sic sumitur 1 Tim. II. 2. καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων et pro omnibus, qui sunt in summa dignitate ac potestate constituti, principes ac magistratus. 2 Macc. III. 11. ἀνδρὸς ἐν ὑπεροχῇ κειμένου. Polyb. V. 41. οἱ ἐν ὑπεροχῇ ὄντες. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. ὑπεροχή· ἐξοχὴ, ὑπερβολή. Lex. Cyrilli MS. Brem. ὑπεροχήν· ἐξοχὴν, μεγαλειότητα. Conf. Lexicon Polybianum s. h. v. — Gloss. Vet. apud Labbæum p. 194. ὑπεροχὴ, *eminencia, excellencia, exuperancia, fastidia.* Lege *fastidium* aut *fastigium.*

'ΥΠΕΡΠΕΡΙΣΣΕΥ'Ω, fut. εύσω, proprie: *superabundo supra modum,* vel *vehementer exubero,* interdum etiam i. q. simplex περισσεύω *abundo, eximie appareo, admodum excello,* ex ὑπὲρ et περισσεύω, quod vide supra. Bis tantum in N. T. legitur Rom. V. 20. ubi abundavit peccatum, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις longe abundantior fuit gratia, h. e. multo illustrior apparuit Dei erga peccatores gratia ac misericordia. 2 Cor. VII. 4. ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ abundo lætitia in omnibus miseriis meis, ita, ut gaudium illud summum, quo me affectum sentio, omnem tristitiam et dolorum sensum removeat.

'ΥΠΕΡΠΕΡΙΣΣΩ'Σ, *superabundanter, supra modum, maxime, vehementer.* Adverbium, compositum ex ὑπὲρ et περισσῶς *abundanter, intense,* quod semel tantum legitur in N. T. Marc. VII. 37. καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντο et vehementer obstupuerunt, seu, et admodum eum venerati sunt.

'ΥΠΕΡΠΛΕΟΝΑ'ΖΩ, fut. άσω, proprie: *superabundo,* deinde etiam i. q. simplex πλεονάζω *abundo, insignis, copiosus, eximius sum,* ex ὑπὲρ et πλεονάζω, quod vide supra. Semel tantum in N. T. legitur 1 Tim. I. 14. ὑπερεπλεόνασε δὲ ἡ χάρις τοῦ Κυ-ρίου ἡμῶν abundavit vero gratia [illegible] mini nostri, h. e. abunde et in[illegible] modo declaravit mihi Deus [illegible] nitatem suam. Reperitur [illegible] se nulli[illegible] quam Wetstenii [illegible]

se fatetur, in Psalterio Salomonis Ps. V. 19. et in Fragmento Hermæ apud Fabricium Bibl. Gr. Lib. V. cap. 1. p. 12.

ὙΠΕΡΥΨΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *superexalto, in summam effero sublimitatem*, ex ὑπὲρ *super* et ὑψόω *in altum tollo*, ab ὕψος *altitudo.* 2) metaphorice: *in beatissimum et eminentissimum statum eveho aliquem, in summa dignitate ac felicissima conditione constituo aliquem.* Sic semel tantum legitur in N. T. Philipp. II. 9. διὸ καὶ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε propterea etiam Deus summa eum dignitate ac felicitate ornavit, summo scilicet rerum humanarum tradito imperio; unde statim explicationis causa additur: καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Psal. XCVI. 10. σφόδρα ὑπερυψώθης ὑπὲρ πάντας τοὺς θεούς.

ὙΠΕΡΦΡΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *ultra sapio, quam par est, immodeste de me sentio et statuo, arrogans sum, insolesco*, q. d. φρονέω, παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, aut φρονέω ὑπερηφάνως, ut legitur 2 Macc. IX. 12. ex ὑπὲρ *super, supra*, et φρονέω *sapio*. Semel tantum in N. T. legitur Rom. XII. 3. μὴ ὑπερφρονεῖν, παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν ne sapiat supra, quam oportet sapere, h. e. ne supra modum de se sentiat, neque plus, quam par est, sibi tribuat. Legitur præterea hæc vox in eadem significatione apud Polyb. VI. 18. 7. et X. 40. 8. Josephum A. J. I. cap. 11. sect. 1. οἱ Σοδομῖται πλούτῳ καὶ μεγέθει χρημάτων ὑπερφρονοῦντες. ibid. sect. 4. et in Symmachi reliquiis Job. XXXI. 13. XLI. 6. Hesych. ὑπέρφρονα· ὑπερήφανον, ἀγνώμονα, ὑψηλόφρονα. Phavor. ὑπερφρονῶ, καταφρονῶ, αἰτιατικῇ καὶ γενικῇ. V. Pollux IX. 149.

ὙΠΕΡΩ͂ΟΝ, ου, τὸ, contracte pro ὑπερώϊον, ut πατρῷον pro πατρώϊον, (conf. Lamb. Bos. in Exercitatt. Philol. ad N. T. p. 64.) scil. οἴκημα, (ut plene legitur apud Lucianum in Asino pag. 107. et Pollucem Onom. Lib. I. cap. 8. sect. 81.) generatim notat *superiorem partem ædium, summum tabulatum*, et speciatim *conclave secretius in superiore domus parte*, (Homer. Il. β', 514. π', 184. Odyss. ο', v. 515. Athen. Deipn. II. 16.) in quo veteres cum amicis confabulari ac cœnare, preces facere, interdum etiam mortuorum cadavera proponere solebant. Est autem neutrum, substantive adhibitum, adjectivi ὑπερῷος *superus, superior*, (quod legitur Ezech. XLII. 5. οἱ περίπατοι οἱ ὑπερῷοι. Plutarch. Pelop. p. 297. θάλαμος ὑπερῷος. Dionys. Halic. Lib. III. p. 201. ὑπερῷαι στοαί.) *qui est in superiore parte domus.* Componitur e sententia Eustathii ad Iliad. π', p. 1054. ex ὑπὲρ *super* et ᾤον, ου, τὸ, *superior domus pars*, (Vide Moll. ad Long. I. 2. p. 27.) aut secundum Doughtæum in Analectis N. T. p. 66. ex ὑπὲρ et ᾠὸν *ovum avium*, quasi locus, in quo columbæ ova sua ponere consueverunt, aut denique secundum alios ex ὑπὲρ et ὤϊον, quod *fimbriam* significat et *extremitatem*, ut adeo generatim de quacunque extremitate ima, summa, aut alia quavis accipiatur. Act. I. 13. ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον ascenderunt in superiorem et secretiorem domus partem, nempe precandi causa, ut v. 14. diserte traditur. Pricæus ad h. l. vertit: *cœnaculum*. Gloss. δίαιτα, τὸ ὑπερῷον, *cœnaculum*. Krebsius in Obss. Flav. ad h. l. p. 162 seq. ostendere conatus est, per ὑπερῷον h. l. non œcum in superiore ædium privatarum parte, sed cellam superiorem in templo Hierosolymitano, precibus destinatam, intelligendam esse. Act. IX. 37. λούσαντες δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν τῷ ὑπερῴῳ et ablutam illam proposuerunt in conclavi superioris ædium partis. ibid. v. 39. ibid. XX. 8. ὑπερῷον dicitur conclave, majoribus christianorum conventibus sacris destinatum. Sæpius in N. T. non legitur. Hebraice vocatur עֲלִיָּה (Arab. علية), cui voci ὑπερῷον quoque respondet apud Alex. Jud. III. 20, 23, 24, 25. 1 Reg. XVII. 19, 22. 2 Reg. I. 2. 1 Paral. XXVIII. 11. 2 Paral. III. 9. et Chald. עִלִּית Dan. VI. 10. Adde Tob. III. 18. Zosim. I. c. 65. Atticis ὑπερῷον dicebatur διῆρες, scil. οἴκημα, vel δωμάτιον. (quod subaudiendum esse in hac voce tradit Pollux in Onom. Lib. IV. segm. 129.) Mœris: διῆρες· Ἀττικῶς. ὑπερῷον κοινόν. Etym. M. διήρης· ὁ ὑπερῷος οἶκος. Schol. Euripid. in Phœniss. v. 90. διῆρες ἔσχατον interpretatur ὑπερῷον ἔσχατον. Apud Homerum frequenter ὑπερώϊον reperitur, v. c. Iliad. β', v. 514. ὑπερώϊον εἰσαναβᾶσα. Odyss. σ', v. 205. κατέβαιν' ὑπερώϊα σιγαλόεντα. Hesych. ὑπερώϊον· ὑπερῷον, ἀνώγαιον, οἴκημα. Plura de hac voce vide apud Wolfium in Curis Philol. et Critic. T. I. p. 1008. Wetstenium N. T. T. II. p. 458. Vitringam de Synagoga Vet. I. c. 6. et Hemsterhusium ad Aristophanis Plutum v. 812. p. 276.

ὙΠΕ'ΧΩ, fut. ὑφέξω, vel ὑποσχήσω, *sustineo, perfero, tolero, luo*, ex ὑπὸ et ἔχω *habeo*. Semel tantum in N. T. legitur Jud. v. 7. πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι ignis æterni pœnam sustinentes, vel luentes. 2 Macc. IV. 48. ταχέως οὖν τὴν ἄδικον ζημίαν ὑπέσχον. Ælian. V. H. IV. cap. 1. ὑπέχειν δίκας τῆς κακοξενίας. Xenoph. Mem. II. 1. 8. τούτου δίκην ὑπέχειν. Idem Anab. VI. 6. 9. Herodian. I. 8. 12. (ubi videndus Irmischius p. 316.) Alia loca dedit Wetstenius N. T. T. II. p. 734 seq. Hesych. ὑπέχει· ὑπομένει, ὑφίσταται, δίδωσι. Thom. M. p. 870. ὑπέχω· τὸ ὑποτίθημι, ὡς τό· ὑποσχὼν τὴν χεῖρα, παρὰ τῷ θεολόγῳ. καὶ ὑπέχει τὰ ὦτα τοῖς λεγομένοις. καὶ τὸ δίδωμι, ὡς τὸ ὑπέχω δίκην.

ὙΠΗ'ΚΟΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie *audiens*, (v. c. apud Symmach. 2 Sam. XXIII. 23. ubi Vulg. *auricularium* habet.) deinde *obediens, dicto audiens, obsequiosus, moriger, obtemperans*, ab ὑπακούω *obedio*. Ter tantum legitur in N. T. Act. VII. 39. ᾧ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν cui majores nostri obedientiam præstare noluerunt. 2 Cor. II. 9. εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε an ad omnia obedientes sitis. Philipp. II. 8. Christus dicitur fuisse Deo ὑπήκοος μέχρι θανάτου, h. e. negotia, sibi a Deo demandata, exsequutus esse usque ad mortem crucis et hactenus patri obedivisse. Aliquoties etiam hoc adjectivum in versione Alex. reperitur partim de filiis, dictis parentum audientibus, aut de hominibus, præceptis sapientiæ ac virtutis obtemperantibus, v. c. Prov. IV. 3. XIII. 1. XXI. 28. partim vero de populis, qui alicujus imperio subjiciuntur et tributarii fiunt, v. c. Deut. XX. 11. et Jos. XVII. 13. Adde Thucyd. VI. cap. 69. VII. cap. 57. καὶ τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ φόρου ὑποτελῶν. Xenoph. de Rep. Athen. c. II. 3. Conf. Irmischii Excurs. ad Herodian. I. 2. 8. p. 802.

ὙΠΗΡΕΤΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *subremigo, subremex sum, operam laboremque præsto gubernatori*, seu *domino navis, ut ea progrediatur* atque *provehatur*, ab ὑπηρέτης, quod vide. Sic sumi videtur a Xenophonte in Œcon. VIII. 16. ubi de tempestate maris, a Deo excitata, sermo est, ἐὰν δὲ καὶ πάνυ καλῶς ὑπηρετοῦντας σώζῃ, κ. τ. λ. Conf. Schneideri Lex. Crit. L. Gr. s. v. ὑπηρεσία. 2) *minister sum, ministro, famulor*,

vel absolute, apud Lucian. II. p. 440. ed. Reitzii, ἄλλη τῶν ὑπηρετουσῶν, vel cum dativo personæ, apud Plutarchum de Puerorum Educat. VI. 1. ed. Heusing. Hinc 3) *pareo, obsequor, obediens sum.* Aristoph. Vesp. v. 516. Xenoph. Mem. III. 5. 18. Diod. Sic. I. 119. 4) *inservio alicujus usui et commodo, satisfacio alicujus desideriis, suppedito alicui necessaria, gratum facio.* Sic ter tantum legitur in N. T. Act. XIII. 36. Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας Davides quidem, postquam inserviit commodis hominum ætatis suæ. ibid. XX. 34. ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται mihi meisque has manus meas suppeditasse necessaria. ibid. XXIV. 23. καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτοῦ ὑπηρετεῖν αὐτῷ nec quenquam suorum prohiberet, ipsi subministrare necessaria et gratum facere. Eandem significationem habet quoque ὑπηρετεῖν apud Euripid. in Phœniss. v. 1735. Xenoph. in Cyrop. IV. 6. 2 et 3. σὺ ἡμῖν τί ἀντὶ τούτων ὑπηρετήσεις; et in Mem. II. cap. 4. 7. ἃ δὲ αἱ τε χεῖρες ἑκάστῳ ὑπηρετοῦσι, καὶ ὀφθαλμοὶ προορῶσι. Alia veterum scriptorum loca, huc pertinentia, collegit Irmischius in Excursu ad Herodian. I. 4. 13. T. I. p. 855 seq. et Wetstenius N. T. T. II. p. 538 seq. Phavor. ὑπηρετῶ καὶ ὑπηρετοῦμαι, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ. ὧν τὸ μὲν λέγεται κοινῶς· τὸ δὲ ὑπηρετοῦμαι, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. δηλοῖ δὲ τὸ διακονῶ.

ὙΠΗΡΕ΄ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *remex, qui aliis subest,* seu *subremex, qui operam laboremque præstat gubernatori,* seu *domino navis, ut ea progrediatur et provehatur,* ab ὑπὸ et ἐρέτης, ου, ὁ, *remex,* hocque a 3 pers. præt. pass. ἤρεται, verbi ἐρέσσω, vel ἐρέττω *remigo.* Sic legitur apud Demosthenem p. 1209. 11. ed. Reisk., ubi ὑπηρέται, ἐπιβάται et ναῦται, ut diversi, copulantur. Apud Eundem, v. c. p. 1208. 20. 1214. 23. 1216. 13. et 1217. 2., ὑπηρεσία ministros navales significat, diversos a nautis et a militibus classiariis. Pellis remigibus substrata ὑπηρέσιον dicitur teste Schol. Thucyd. ad Lib. II. c. 93. 2) *minister quilibet, servus, apparitor;* speciatim vero: *minister publicus,* seu *apparitor magistratus, qui judicis sententiam in reos exsequitur, qui alias* πράκτωρ et ἀπαιτητὴς, et Hebraice חַזָּן (vide Vitringam de Synagoga Vet. III. c. 2. p. 1019. et Rhenferdium p. 326.) Latine *lictor, dici solebat;* (Dionys. Hal. II. p. 83. Maxim. Tyr. Diss. XXXIX. p. 406.) etiam *minister synagogæ, qui minora munera in synagoga, ex decreto archisynagogi et presbyterorum, obibat, et cujus munus inter cætera erat librum legis custodire et, si opus esset, ex eo prælegere,* item, si *regibus* tribuitur, *omnis comitatus regis, ministri ac milites.* Matth. V. 25. καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ (τῷ πράκτορι, ut legitur in loco parallelo apud Lucam XII. v. 58. coll. Aristoph. Acharn. v. 89.) καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ ne judex te tradat ministro publico (seu: *commentariensi.* Vide ad h. l. Pricæum.) atque adeo in carcerem conjiciaris. Vulgatus: *exactori.* Syrus: ܠܫܰܠܺܝܛܳܐ quo Lucæ l. l. vocem πράκτωρ expressit. Confer Fesselii Adversaria Sacr. T. I. p. 14. ibid. XXVI. 58. καὶ εἰσελθὼν ἔσω ἐκάθητο μετὰ τῶν ὑπηρετῶν ingressus consedit cum administris, scil. pontificis. Marc. XIV. 54 et 65. Luc. IV. 20. ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ reddidit (scil. τὸ βιβλίον) ministro synagogæ, de quo conf. quæ habet Vitringa de Synagoga Vet. p. 898. et in Archisynagogo p. 56 et 177. Joh. VII. 32. καὶ ἀπέστειλαν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ὑπηρέτας, ἵνα πιάσωσιν αὐτὸν et emiserunt Pharisæi et summi sacerdotes apparitores, qui Jesum prehenderent. ibid. v. 45 et 46. XVIII. 3, 12, 18. οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑπηρέται. ibid. v. 22 et 36. οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ milites mei. ibid. XIX. 6. Act. V. 22. οἱ ὑπηρέται ministri civitatis publici, apparitores, die Stadt-Diener, *state-servants.* ib. v. 26. Hesych. ὑπηρέτης· δοῦλος. 3) *omnis, cujus opera et ministerio utimur in aliqua re.* Luc. I. 2. ὑπηρέται λόγου per quos doctrinæ christianæ cognitio propagatur, apostoli et reliqui ex intimis amicis ac discipulis Christi. Act. XIII. 5. εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην utebantur autem Johannis opera et ministerio. Alii, ut Thalemannus, fortasse rectius vertunt: habebant autem secum Johannem diaconum. ibid. XXVI. 16. προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην ut te constituerem doctorem religionis christianæ ac apostolum. 1 Cor. IV. 1. ὡς ὑπηρέτας Χριστοῦ. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Alexandrinos Prov. XIV. 37. Sapient. VI. 4. ubi reges, judices ac principes (v. 2 et 3.) dicuntur esse ὑπηρέται τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Apud Xenoph. in Mem. Socr. Lib. IV. cap. 3. § 14. venti et fulmina ὑπηρέται τῶν θεῶν dicuntur. Conf. etiam Suiceri Thesaurum Eccles. T. II. pag. 1361. et Wetstenii N. T. T. I. p. 300. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 194. ὑπηρέτης, *auctor,* (Lege: *actor,* ut recte judicavit Buherius ad Marmora antiqua p. 43.) *famulus.*

ὝΠΝΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *somnus naturalis.* Matth. I. 24. διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ὕπνου excitatus vero a somno Josephus. Luc. IX. 32. ὁ δὲ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ Petrus autem et comites ejus somno gravati erant. Joh. XI. 13. ἐκεῖνοι δὲ ἔδοξαν, ὅτι περὶ τῆς κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει illi vero putabant, eum de somni sopore loqui. Act. XX. 9. ὕπνῳ βαθεῖ somno gravi. Genes. XXVIII. 16. καὶ ἐξηγέρθη Ἰακὼβ ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ. Jud. XVI. 15, 21. Prov. IV. 16. VI. 4, 9. Zachar. IV. 1. Sirac. XXII. 7. ἐξεγείρων καθεύδοντα ἐκ βαθέος ὕπνου. 2) metaphorice: *ignorantia ac improbitas quævis,* speciatim: *improbitas et ignorantia, quæ erat inter homines ante Messiæ tempora,* et quæ alias τὸ σκότος appellatur. Sic legitur in N. T. Rom. XIII. 11. ὅτι ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι nunc pristinæ vitæ flagitiosæ emendandæ opportunitas datur. Haud raro autem et eleganter in S. S. *vita flagitiosa et in effrenatam libidinem projecta somnolentiæ* comparari solet, quia mens in somno abest et occultatur, motus corporis non dirigens. Conf. Eph. V. 14. 1 Thess. V. 6, 7. et Glassii Philol. Sacr. pag. 1174. ed. Dathii. 3) interdum omittitur, v. c. Matth. XXVI. 43. ἦσαν γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ βεβαρημένοι, scil. ὕπνῳ, quod restituit Cod. Colbertinus, et Lucas IX. 32. Confer Anthol. Gr. Lib. IV. cap. 8. Epigr. 12. Simili modo *graves oculos,* scil. *somno,* dixit Statius Theb. Lib. V. v. 501. Sæpius in N. T. non legitur.

ὙΠΟ΄. Præpositio, regens:

I. *Genitivum* et notat:

1) *a, ab,* innuens *causam efficientem,* vel *principalem,* vel *instrumentalem.* Matth. I. 22. et II. 15. ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου ut impleatur prædictum a Deo per prophetam: ibid. v. 16. ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων se a magis esse delusum. ibid. v. 17. III. 3, 6. 13, 14. IV. 1. πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου κ. τ. λ. Rom. XIII. 1. [illegible] οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσὶν qui vero sunt magistratus (legitimi), a Deo sunt constituti. [illegible] XIII. 14. τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ [illegible] φήτου. Euripid. Phœn. v. [illegible] Ἀμφιονίας τε λύρας ὕπο [illegible]

ib. v. 301. ὧν ὑπεστάλην ὕπο. Xenoph. Cyrop. I. c. 6. § 19. p. 53. ed. Mori: ὑφ' ὧν οἱ πεισθέντες ἐπιθέσθαι ἀπώλοντο. Thucyd. VIII. c. 13. κοπῆναι ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν. 2) *per*. Apoc. VI. 8. ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς per bestias terræ. Huc etiam quodammodo transferri posset locus Rom. III. 13. Sic etiam apud Hebræos תַּחַת usurpatur. Ps. X. 7. et CXL. 4.

II. *Accusativum* et notat:

1) *sub*, *subter*, cum *locum* significat. Matth. V. 15. καὶ τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον ut ponatur sub modio. (Marc. IV. 21. Luc. XI. 33. ibid. VIII. 8. ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς cujus domum intres. Luc. VII. 6.) ibid. XXIII. 37. quemadmodum gallina pullos suos colligit ὑπὸ τὰς πτέρυγας sub alas. (Luc. XIII. 34.) Marc. IV. 32. ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνοῦν. Luc. XVII. 24. ὥσπερ ἀστραπὴ, ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς (χώρας) ὑπ' οὐρανὸν εἰς τὴν (χώραν) ὑπ' οὐρανὸν quemadmodum fulgur ex altera cœli parte ad alteram refulget. Joh. I. 48. ὑπὸ τὴν συκῆν subter ficum. Act. II. 5. ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. (ibid. IV. 12. Coloss. I. 23.) 1 Cor. X. 1. ὑπὸ τὴν νεφέλην. Adde Alex. 1 Reg. XIX. 13. Exod. XIV. 27. XIX. 17. et Ies. XXX. 2. Eurip. Phœn. ver. 1144 et 1195. In eadem significatione præpositio ὑπὸ apud Græcos quandoque cum *dativo* construitur, v. c. apud Thucyd. VII. cap. 75. ὑπὸ τοῖς ὅπλοις, et Euripid. in Phœn. v. 218 et 1230. 2) *sub*, de *tempore*. Act. V. 21. εἰσῆλθον ὑπὸ τὸν ὄρθρον εἰς τὸ ἱερὸν ingressi sunt tempore matutino in templum. Alex. Jon. IV. 11. ἐγενήθη ὑπὸ νύκτα, καὶ ὑπὸ νύκτα ἀπώλετο. Ælian. V. H. XIV. cap. 27. ὑπὸ τὴν τῶν Θηβαίων εἰσβολήν. Thucyd. IV. c. 67. ὑπὸ νύκτα πλεύσαντες. Exempla alia habet Joh. Alberti in Obss. Philol. p. 224 et 275. 3) *sub*, quando *potestatem ac subjectionem*, aut *conditionem* et *statum* denotat. Mat. VIII. 9. καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπ' ἐξουσίαν nam et ego sum aliorum potestati subjectus. Luc. VII. 8. ὑπ' ἐμαυτὸν sub mea potestate. (Hesychius: ὑπ' ἐμοὶ, ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἐξουσίαν.) Rom. III. 9. ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι ob peccata pœnis divinis obnoxius esse. ib. VI. 14. οὐ γάρ ἐστι ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν non enim subjecti estis legi Mosaicæ, sed doctrinam christianam profitemini. ibid. VII. 14. πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν instar mancipii venundatus sub potestatem peccati. Galat. III. 10. ὑπὸ κατάραν εἰσί. ibid. IV. 2. ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστί. 1 Tim. VI. 1. οἱ ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι. Adde 3 Esdra III. 1. Ælian. V. H. III. cap. 26. ἀξιῶν Ἐφεσίους ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι. ibid. VI. 11. πᾶσαν ὑφ' ἑαυτὸν τὴν Σικελίαν ἐποιήσατο. Thucyd. IV. c. 60. τάδε πάντα πειράσεσθαι ὑπὸ σφᾶς ποιήσασθαι. 3 b) *in*. Jud. v. 6. ὑπὸ ζόφον in caligine. Habac. III. 16. 4) interdum omittitur, v. c. Mat. XXV. 34. οἱ εὐλογημένοι (ὑπὸ) τοῦ πατρός μου. Luc. VII. 28. ἐν γεννητοῖς (ὑπὸ) γυναικῶν. Joh. VI. 45. διδακτοὶ (ὑπὸ) Θεοῦ. Eodem modo מִן reticetur. Ps. XXII. 7. et Ies. LIII. 4. et תַּחַת Ruth. III. 8, 14.

ὙΠΟΒΆΛΛΩ, fut. αλῶ, 1) proprie: *subjicio*, *suppono*, *submitto*, ex ὑπὸ et βάλλω *jacio*. Sic legitur apud Xenophontem de Venat. VII. 3. de catulis, καὶ μὴ ὑποβάλλειν ὑφ' ἑτέραν κύνα. Demosthen. p. 1405. ult. edit. Reisk. πῶς γὰρ ἄν τις ὑποβάλοι τὴν σὴν ὄψιν. Speciatim vero apud Græcos de fœtibus hominum, alienæ matri subjiciendis, v. c. apud Demosthen. p. 563. 5. et Dionys. Hal. Antiqq. Rom. XI. pag. 711. metaphora desumta ab ovis, gallinæ subjiciendis, ut iis incubet. Hinc 2) metaphorice: *suggero*, *subjicio alicui aliquid*, vel sensu bono, de iis, qui alicui consilia suppeditant salubria, aut commonefaciunt aliquem, ut legitur apud Xenoph. Cyrop. III. cap. 3. § 24. (καὶ ὑποβάλλειν δυνήσεσθε, ἤν τι ἐπιλανθάνωνται) vel sensu malo, ut sit: *suborno aliquem*, *ad male agendum perduco*, einen anstiften, *an instigation*, quod Latini dicunt *comparare in aliquem atque immittere*, ut apparet ex Gellii N. A. IV. 18. Sic semel tantum in N. T. legitur Act. VI. 11. τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας tunc subornarunt quosdam viros, qui dicerent: ad quem locum fortasse respexit Pollux in Onom. VI. 49. Bene Syrus transtulit hoc modo: ܗܝܕܝܢ ܫܕܪܘ ܓܒܪܐ ܘܐܠܦܘ ܐܢܘܢ ܕܢܐܡܪܘܢ *tunc miserunt viros et instruxerunt eos, ut dicerent*. Vulgatus ita: *tunc subniserunt viros*. Aristides de Paraphthegm. p. 618. ἑτέρους διακόνους ὑποβαλλόμενος τῆς συμβουλῆς ὡς ἀληθῶς σκιαμαχεῖν ἀναγκάζουσι. Appian. B. Civ. I. p. 663. ὑπεβλήθησαν κατήγοροι. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 390. De subdola delatione legitur apud Lysiam p. 241. Eodem quoque modo ὑπόβλητος sumitur apud Josephum A. J. VII. 8. 4. et de B. J. V. 10. 4. Confer Wetstenii N. T. T. II. pag. 492 seq.

ὙΠΟΓΡΑΜΜΌΣ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *exemplar*, *typus*, *quem artis scriptoriæ magistri discipulis*, *quos informant*, *et pictores novitiis*, *quos imbuunt*, *proponunt et ante oculos sistunt*, *ut ad illud in pingendis litteris et imaginibus respiciant*, eine Vorschrift, Vorzeichnung, *a specimen*, *a copy*. Est enim verbale a perf. pass. ὑπογέγραμμαι, verbi ὑπογράφω, *pueris*, *quos doceo*, *præscribo*, *delineo*, *lineamenta duco*. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 688. 2) metaphorice: *exemplum*, *ad imitandum propositum*. Sic semel legitur in N. T. 1 Petr. II. 21. ὅτι καὶ Χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ὑμῶν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ nam etiam Christus acerbissima quæque pro vobis passus est, vobisque reliquit exemplum, ut illud imitemini et sanctissima ejus prematis vestigia. Eadem voce in eodem sensu usus est Polycarpus in Epist. ad Philippenses p. 10. apud Steph. le Moyne in Variis Sacr. μιμηταὶ οὖν γινώμεθα τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ, καὶ ἐὰν πάσχωμεν διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δοξάζωμεν αὐτόν· τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε δι' ἑαυτοῦ, καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστεύσαμεν ubi vide Observationes le Moyne T. II. p. 510. et Clemens in Epist. I. ad Corinthios p. 40. ed. Lond. Paulum fuisse ait: ὑπομονῆς μέγιστον ὑπογραμμόν. Adde 2 Macc. II. 29. — Hesych. et Cyrilli Lexicon MS. Brem. ὑπογραμμός· τύπος, μίμημα.

ὙΠΌΔΕΙΓΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie et generatim: *omne*, *quod oculis subjicitur*, seu *id*, *quod aliquid ostendit et subjicit oculis*, et ut δεῖγμα speciatim de *specimine rerum venalium* usurpatur. Est enim verbale a perf. pass. ὑποδέδειγμαι, verbi ὑποδεικνύω *ostendo*, *monstro*. Hinc 2) *imago*, *simulacrum*, *adumbratio*, *similitudo alicujus rei*. Sic v. c. Hebr. VIII. 5. templum Hierosolymitanum dicitur ὑπόδειγμα τῶν ἐπουρανίων quatenus adumbrabat templum cœleste, et ad ejus exemplum exstructum erat. ibid. IX. 23. In Aquilæ reliquiis Deuter. IV. 17. respondet Hebraico תַּבְנִית. 3) metaphorice: *exemplum*, *vel ad imitandum*, *vel ad deterrendum propositum*. Joh. XIII. 15. ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα, καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε exemplum enim proposui vobis, ut, quod ego feci vobis, idem præstetis et aliis. Hebr. IV. 11. ὑπόδειγμα sig-

nificat horrendum inobedientiæ humanæ ac pœnarum divinarum exemplum. Confer III. 18, 19. Jacob. V. 10. ὑπόδειγμα λάβετε τῆς κακοπαθείας καὶ τῆς μακροθυμίας κ. τ. λ. 2 Petr. II. 6. ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς. Sæpius in N. T. non legitur. Adde 2 Macc. VI. 28. τοῖς δὲ νέοις ὑπόδειγμα γενναῖον καταλελοιπώς. ibid. v. 31. τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ὑπόδειγμα γενναιότητος. Sirac. XLIV. 15. ὑπόδειγμα μετανοίας. Clemens Epist. I. ad Corinth. pag. 38 et 40. edit. Lond. Vocem ὑπόδειγμα, ut minus probam, cum altera παράδειγμα permutari jubet Phrynich. pag. 6. sed reperitur apud Xenophontem, (v. c. de Re Equestri II. 2. ubi *præscriptionem*, seu *demonstrationem*, *quid, et quomodo fieri debeat*, significat,) Polybium et alios, ut docuit post Raphelium Alberti in Obss. Philol. pag. 463. Conf. etiam interpretes ad Thom. M. pag. 681. edit. Bernard. Wetstenii N. T. T. I. pag. 930. et T. II. p. 704. et Salmas. de Lingua Hellenistica pag. 103. Hesych. ὑπόδειγμα· σημεῖον. Cyrilli Lexicon MS. Brem. ὑπόδειγμα· σημεῖον, παράδειγμα.

ʼΥΠΟΔΕΙ'ΚΝΥΜΙ, vel ʼΥΠΟΔΕΙΚΝΥ'Ω, fut. δείξω, perf. ὑποδέδειχα, 1) proprie: *ostendo, monstro*, ex ὑπὸ et δείκνυμι, vel δεικνύω *ostendo*. Sic legitur apud Diodor. Sic. III. cap. 12. et Sirac. XLIX. 9. ὅρασιν δόξης, ἣν ὑπέδειξεν αὐτῷ. 2) metaphorice: *doceo, explico*, i. q. διδάσκω. Matth. III. 7. τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν; quis docuit vos? h. e. nemo hucusque vos docuit. Alii vertunt: quis tandem vobis spem fecit? Luc. III. 7. VI. 47. ὑποδείξω ὑμῖν, τίνι ἐστὶν ὅμοιος cui similis sit, vobis explicabo. ib. XII. 5. ὑποδείξω δὲ ὑμῖν, τίνα φοβηθῆτε docebo vero vos, qui metuendus sit vobis. Sic etiam legitur apud Alexandrinos 2 Paral. XV. 3. (pro הוֹרָה quod alias, v. c. Job. VI. 24. Prov. IV. 4. διδάσκειν vertunt. Confer etiam Symmachum Exod. IV. 12. et XXIV. 12.) et Sirac. XLVIII. 28. ὑπέδειξε τὰ ἐσόμενα. 3) *re ipsa ostendo, efficio, ut aliquis usu suo aliquid cognoscat et certior fiat*. Act. IX. 16. ἐγὼ γὰρ ὑποδείξω αὐτῷ ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν nam illi ostendam, quanta sint ei meæ doctrinæ causa sustinenda mala. 4) *exemplum propono ad imitandum, exemplo proposito, quid et quomodo aliquid fieri debeat, doceo ac demonstro*. Sic legitur in N. T. Act. XX. 35. πάντα ὑπέδειξα ὑμῖν semper equidem vos exemplo meo edocere conatus sum. Sæpius in N. T. non legitur. Confer Wetstenii N. T. Tom. I. pag. 263.

ʼΥΠΟΔΕ'ΧΟΜΑΙ, fut. ξομαι, *excipio, recipio, hospitaliter, humaniter ac amanter suscipio*, i. q. ἐκδέχομαι, ex ὑπὸ et δέχομαι *capio*. Luc. X. 38. γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς mulier autem quædam, Martha, eum excepit hospitio. ibid. XIX. 6. et festinans descendit καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων et excepit illum hospitio lætus. Act. XVII. 7. οὓς ὑποδέδεκται Ἰάσων quos hospitaliter excepit Jason; ubi observandum est, perfectum pass. ὑποδέδεγμαι habere h. l. significationem activam. Vide infra sub χαρίζω. Jac. II. 25. ὑποδεξαμένη τοὺς ἀγγέλους humaniter excipiens exploratores. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Tob. VII. 9. 1 Macc. XVI. 15. Palæphat. de Incredib. cap. 5. Xenoph. Mem. II. 3. 13. Ælian. V. H. IV. 9. XIII. 26. ubi significat: *convivio excipio aliquem*. Confer etiam Irmisch. ad Herodian. I. 5. 3. pag. 140.

ʼΥΠΟΔΕ'Ω, fut. ήσω, 1) proprie et generatim: *subligo*, vel *subtus ligo alium*. Medium ὑποδέομαι, fut. ήσομαι, *subligo me*, ex ὑπὸ et δέω *ligo*. 2) speciatim: ὑποδέομαι *subligo mihi calceos, induo calceos, vel subligacula, calceo me*. Marc. VI. 9. ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδαλίοις sed calceatos sandaliis, scil. jussit eos incedere. Act. XII. 8. ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου indue calceamenta tua. Ephes. VI. 15. ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας quod ad pedes attinet, induti seu muniti ocreis militaribus, quæ κρηπῖδες Græcis dicuntur et Latinis *caligæ*. Confer Balduinum de Calceo Antiquo c. XIII. p. 114. et Jul. Nigronium de Caliga Veterum c. IV. § 8. pag. 131. Sæpius in N. T. non legitur. Xenoph. Anab. IV. 5. 11. ὑποδεδεμένος qui subligatos subligaculis pedes habet. Idem de Rep. Laced. II. 3. Ælian. V. H. I. 18. τοὺς δὲ πόδας σανδάλοις ὑπεδοῦντο. Diog. Laërt. VIII. 69. Plutarch. T. II. p. 99. τοὺς δὲ παῖδας καὶ ὑποδεῖσθαι καὶ περιβάλλεσθαι διδάσκομεν. Herodian. IV. 8. 5. Thucyd. III. 22. Hinc ὑπόδεσις de ipsis calceamentis, seu potius subligaribus usurpatur, quibus plantæ pedum tantum muniebantur, v. c. apud Xenoph. Mem. I. 2. 5. Ælian. V. H. III. 19.

ʼΥΠΟ'ΔΗΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie, generatim et vi vocis: *subligaculum, seu omne id, quod alteri subligatur*, ab ὑποδέω *subligo*. 2) speciatim et antiquitus: *solea et crepida, vel lignea, vel coriacea, vel ex alia materia confecta, quæ subligatur pedibus, ne plantæ, ea tantum obtectæ et munitæ, inter eundum læderentur*. Seriori vero ætate et usu calceorum, quibus totus pes includitur, introducto, *ad calceos, qui totum pedem tegunt*, denotandos, speciatim vox ὑπόδημα est adhibita, σανδάλιον vero *soleis, quæ corrigiis supra pedem firmatæ fuerunt*, significandis destinatum fuit. Sed in N. T. libris non differt ὑπόδημα a voce σανδάλιον: nam Alexandrini Hebraicum נַעַל quod *calceos* et *calceamenta omnis generis* denotat, mox ὑπόδημα, v. c. Genes. XIV. 23. Exod. III. 5. XII. 11. Ruth. IV. 7, 8. Ezech. XXIV. 17, 23. Amos II. 6. VIII. 6. mox vero σανδάλιον, v. c. Jos. IX. 5. et Ies. XX. 2. transtulerunt. Confer Segaar Obss. ad Lucam p. 245. Bynæi Tractatum de Calceis Veterum Hebræorum, et Perizon. ad Ælian. V. H. IX. cap. 11. et quæ supra a me dicta sunt ad vocem σανδάλιον. Matth. III. 11. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι non sum dignus, qui calceamenta ejus portem, h. e. qui servilia ministeria ei præstem. Confer Vorstium de Adagiis N. T. cap. 11. p. 815. ed. Fischeri et Wetstenii N. T. T. I. pag. 266. Eundem quoque sensum habet formula οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ non dignus sum, qui incurvans me solvam corrigia calceamentorum ejus, quæ legitur Marc. I. 7. (Luc. III. 16. Joh. I. 27.) Matth. X. 10. μηδὲ ὑποδήματα, coll. Marc. VI. 9. Luc. X. 4. XV. 22. ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας calceos ad pedes. ibid. XXII. 35. Act. VII. 33. λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου solve corrigia, quibus calcei pedibus adstricti sunt, h. e. exue calceos. ibid. XIII. 25. Sæpius in N. T. non legitur. Vide Salmas. ad Tertullianum de Pallio c. 5. p. 385 seq.

ʼΥΠΟ'ΔΙΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *reus, qui causa cadit, qui in lite inferior est et alteri satisfacere debet, obnoxius reatui, vel etiam condemnationi, sententiæ subjacens*, quasi ὁ ὑπὸ δίκην. Sic semel legitur in N. T. Rom. III. 19. ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ Θεῷ omnium ora obturentur omnesque homines agnoscant et fateantur, se reos pœnisque divinis dignos esse. Verba enim, quæ esse.

agere significant, quandoque pro *rei cognitione* poni solent. Sæpius hæc vox apud Demosthenem reperitur, v. c. pag. 518. 3. ed. Reisk. ὑπόδικος ἔστω τῷ παθόντι tenetor ei, quem læserit, coram judice de injuria satisfacere. ibid. pag. 902. 2. ὑπόδικος τῆς ἐγγύης. ibid. pag. 1264. 19. φόνου καὶ τῶν δεινοτάτων ὑπόδικος, et pag. 849. 20. ψευδομαρτυριῶν ὑπόδικος, quæ, et alia loca multa congessit Reisk. in Indice Græcit. Demosthen. pag. 769. Hesych. ὑπόδικος· ὑπεύθυνος, χρεώστης, ἔνοχος δίκης. Alberti Glossar. Gr. p. 96. ὑπόδικος· τιμωρίαις ὑποκείμενος.

'ΥΠΟΖΥ'ΓΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *subjugis, subjugalis, omnis, qui sub jugo est,* seu, *cui jugum imponitur,* ex ὑπὸ et ζυγὸς *jugum.* Neutrum τὸ ὑποζύγιον, subintellecto κτῆνος, vel ζῶον, vel θρέμμα, substantive adhibetur et generatim *omne jumentum, ad portandum, vel ad vehendum, adhibendum,* significat, ut *boves, equos, camelos, mulos, asinos,* interdum etiam *universa animalia bruta, sed mansueta,* quando *hominibus* opponuntur, ut apud Herodian. I. 12. § 2. πολλὴ δέ τις φθορὰ ἐγίνετο ὑποζυγίων ἅμα καὶ ἀνθρώπων. ibid. VIII. 1. 9. coll. Liv. III. 6. Suid. οἱ ὑπὸ ζυγὸν βόες λέγονται ὑποζύγια, καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἀχθοφόρων ζώων, οἷον ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι καὶ ὄνοι. Hesych. ὑποζύγια· κτήνη τὰ ὑπὸ τὸν ζυγόν. Ælian. V. H. IX. c. 3. XII. 37. τῶν καμήλων καὶ ὑποζυγίων ἄλλων. Theophrastus de Causis Plant. II. c. 23. p. 260. καὶ τοὺς βοῦς καὶ τὰ ὑποζύγια χιλεύουσι. Plato de Rep. pag. 426. οἵ τε οἰκοδόμοι πρὸς τὰς ἀγωγὰς μετὰ τῶν γεωργῶν χρῆσθαι ὑποζυγίοις. Speciatim vero et κατ' ἐξοχὴν τὰ ὑποζύγια *asini* dicuntur, quibus in itineribus faciendis uti solebant Orientales veteres. Sic autem bis tantum in N. T. legitur. Matth. XXI. 5. ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον, υἱὸν ὑποζυγίου insidens asinæ ac pullo, fœtui asinæ. 2 Petr. II. 6. asina Bileami ὑποζύγιον ἄφωνον vocatur. Apud Alexandrinos semper vocabulum ὑποζύγιον, vel pro Hebraico אָתוֹן ut Jud. V. 10. vel pro חֲמוֹר v. c. Genes. XXXVI. 24. Exod. IX. 3. XX. 17. Jos. VI. 21. VII. 24. etc. usurpatur. Conf. Munthe Obss. Philol. in N. T. e Diod. Sic. p. 77.

'ΥΠΟΖΩΝΝΥ'Ω, vel 'ΥΠΟΖΩ'ΝΝΥΜΙ, fut. ζώσω, *succingo,* ex ὑπὸ et ζωννύω, vel ζώννυμι *cingo.* Semel tantum in N. T. legitur Act. XXVII. 17. ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον succingentes navem, h. e. cum nautæ navem, seu carinam dissilientem vincirent funibus, ne facile diffringi posset. Scio quidem, Erasmum Schmidium et alios formulam ὑποζωννύειν τὸ πλοῖον in significatione, nautis peculiari, accipere, ut idem sit ac: *scapham fundo navis alligare;* sed alii, et, ut videtur, rectius, de funibus interpretantur, quibus navis constringitur, ut durare possit imperiosius æquor, (Horat. I. Od. XIV. 6.) ut simul omne auxilium complectatur, quod navi periclitanti ferri potest. Polyb. Legat. 64. μ. ναῦς συμβουλεύσας τοῖς 'Ροδίοις ὑποζωννύειν. Hesychius: ζωμεύματα, ὑποζώματα, σχοινία κατὰ μέσην τὴν ναῦν δεσμευόμενα. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 642. De gladio, quo aliquis accinctus est, legitur hoc verbum apud Ælian V. H. X. 22.

'ΥΠΟΚΑ'ΤΩ. Adverbium, significans: 1) *sub, subter,* de *loco,* ex ὑπὸ *sub,* et κάτω *deorsum.* Construitur cum genitivo. Marc. VI. 11. ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν excutite pulverem, qui est sub pedibus vestris. ibid. VII. 29. ὑποκάτω τῆς τραπέζης sub mensa. Luc. VIII. 16. ὑποκάτω κλίνης. Joh. I. 51. ὑποκάτω τῆς συκῆς sub ficu, i. q. ὑπὸ τὴν συκῆν, coll. v. 49. Apoc. V. 3 et 13. ὑποκάτω τῆς γῆς subter terram. ibid. VI. 9. ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου. ibid. XII. 1. In versione Alexandrina legitur pro לְמַטָּה *infra, inferne, infime,* Deut. XXVIII. 13. תַּחַת *sub,* Ezech. XXIV. 5. תַּחְתּוֹן *inferior,* 1 Reg. VI. 6. Ezech. XL. 19. מִתַּחַת *desubter,* Genes. I. 7, 9. VI. 17. Exod. XX. 4. et Chald. תְּחוֹת *sub.* Dan. IV. 9, 11, 14, 21. VII. 27. 2) *sub,* ita, ut denotet *subjectionem.* Hebr. II. 8. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΥΠΟΚΡΙ'ΝΟΜΑΙ, fut. οῦμαι, 1) proprie: *histrionem ago, alienam personam repræsento et fingo in theatro,* ex ὑπὸ et κρίνω. Aristot. Ethic. VII. 3. Plutarch. in Vita Demosthenis p. 314. τοῦτον λόγος ἔχει τραγῳδίας ὑποκρίνασθαί ποτε hunc aiunt aliquando tragœdias actitasse. Demosthen. p. 230. 17. ed. Reisk. Ælian. V. H. XIV. c. 40. Θεοδώρου δὲ τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ ὑποκρινομένου τὴν 'Αερόπην σφόδρα ἐμπαθῶς, ubi videndus Perizonius. Conf. Pollucis Onomast. IV. c. 11 et 17. Hinc 2) *simulo, fingo, mentior.* Sic semel tantum in N. T. legitur Luc. XX. 20. ἐγκαθέτους ἀπέστειλαν, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι insidiatores emiserunt, qui se probos esse simularent. Sirac. XXXII. 17. XXXIII. 2. 2 Macc. V. 25. τὸ εἰρηνικὸν ὑποκριθείς. ibid. VI. 21, 24. Ælian. V. H. XIII. 12. ὑπεκρίνατο μανίαν. Cf. etiam Reiskii Indic. Græcit. Demosthen. p. 771. Thomas M. p. 874. ὑποκρίνομαι· τὸ μετὰ προσποιήσεως καὶ σχηματισμοῦ τι ποιῶ. καὶ ὑπόκρισις· αὐτὸ τὸ ἐπίπλαστον ἔργον. ὑποκρίνομαι· καὶ τὸ, ἀποκρίνομαι. καὶ ὑπόκρισις τὸ αὐτό. 'Ηρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· (cap. 78.) Τελμησσέες μὲν ταῦτα ὑπεκρίναντο Κροίσῳ. καὶ αὖθις ἐν τῇ αὐτῇ· (cap. 91.) ταῦτα μὲν ἡ Πυθίη ὑπεκρίνατο τοῖσι Λυδοῖσι. καὶ πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ· (c. 90.) καὶ τῶν χρηστηρίων τὰς ὑποκρίσιας. Vocem ὑποκρίνεσθαι antiquitus etiam pro ἀποκρίνεσθαι *respondere* usurpatum fuisse, tradit etiam Suid. (ὑποκρίνεσθαι· τὸ ἀποκρίνεσθαι οἱ παλαιοί. καὶ ὑποκριτὴς ἐντεῦθεν, ὁ ἀποκρινόμενος τῷ χορῷ κ. τ. λ.) et Hesych. ὑποκριθῆναι· ἀποκριθῆναι. Conf. Alexandrinos Ies. III. 6. et Foësii Œconom. Hippocr. p. 384.

'ΥΠΟ'ΚΡΙΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie est: *simulatio histrionum, alienam personam in theatro repræsentantium et fingentium.* Est enim verbale a sec. pers. perf. pass. ὑποκέκρισαι, verbi ὑποκρίνομαι, abjecto augmento κε et mutata terminatione αι in ις. Vid. ὑποκρίνομαι et ὑποκριτής. 2) *hypocrisis, simulatio, dissimulatio,* quum quis se alium externa specie præbet, quam vere est, et speciatim de eo usurpatur, qui externa specie probitatem simulat, cum tamen sit revera improbus. Sic legitur in N. T. Matth. XXIII. 28. μεστοί ἐστε ὑποκρίσεως simulationis pleni estis. Marc. XII. 15. ὁ δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὴν ὑπόκρισιν ille vero intelligens eorum simulationem. Syrus: ܢܟܠܗܘܢ *eorum dolum* seu *insidias:* quod magis convenit locis parallelis Matth. XXII. 18. et Luc. XX. 23. ubi πονηρία et πανουργία legitur. Luc. XII. 1. ὑπόκρισις fermentum Pharisæorum vocatur. Galat. II. 13. ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει ut adeo Barnabas eorum in dissimulando exemplum sequeretur. 1 Tim. IV. 2. ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων. 1 Petri II. 1. Sæpius in N. T. non legitur. Nam lectionem εἰς ὑπόκρισιν, quæ in nonnullis codicibus et editionibus Jac. V. 12. reperitur loco ὑπὸ κρίσιν, vitiosam esse, satis inter criticos constat. Conf. Incert. Ps. XXXIV.

19. 2 Macc. VI. 25. Themistius Orat. XXII. p. 267. Hesych. ὑπόκρισις· εἰρωνεία, ὑπουλότης, δόλος. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1389.

'ΥΠΟΚΡΙΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie et generatim: *qui partes et personas agit alienas, ut non sit is, qui esse videatur,* unde olim *carminum alienorum cantores,* ῥαψῳδοί, teste Hesychio et Timæo, et *histriones scenici, in theatro alienam personam repræsentantes,* ὑποκριταί, etiam Latine *hypocritæ* (Sueton. Ner. cap. 24.) dicebantur, et ὑποκριτική (scil. τέχνη) apud Diogenem Laërt. in Vita Platonis III. § 101. est *ars histrionica.* Diogen. Laërt. II. s. 137. ὥστε λέγεσθαι ποιητὴν μὲν αὐτὸν εἶναι, ὑποκριτὴν δὲ Μενέδημον. Ælian. V. H. VIII. 7. et Arrian. Diss. Epictet. IV. c. 6. p. 401. γνώσῃ τί ἐστι πενία τυχοῦσα καλοῦ ὑποκριτοῦ. Hesych. ὑποκριτής· ὁ ἐν τῇ σκηνῇ ὑποκρινόμενος. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 195. ὑποκριτής, *ludius.* Basilius Cæsar. Orat. I. p. 322. ὑποκριτὴς ὁ ἐν θεάτρῳ ἀλλότριον πρόσωπον ὑπελθὼν, δοῦλος ὢν πολλάκις τὸ τοῦ δεσπότου, καὶ ἰδιώτης τὸ τοῦ βασιλέως. Confer etiam scholiasten ad Epicteti Enchiridion cap. 17. p. 202. edit. Heynii et Gataker. ad Marc. Antonin. IX. cap. 29. pag. 277. 2) *simulator,* et speciatim: *simulator virtutis vel pietatis,* et ex adjuncto: *scelestus, impius,* qui Hebraice חָנֵף vocatur, a חָנַף *simulavit, dolose, fraudulenter, inique egit,* cui voci etiam ὑποκριτής in versione Alexandrina respondet. Job. XXXIV. 30. XXXVI. 13. Sic legitur in N. T. Matth. VI. 2, 5, 16. VII. 5. XV. 7. XVI. 3. XXII. 18. XXIII. 13, 14, 15, 23, 25, 27, 29. XXIV. 51. καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει sortem ipsi dabit, infideli servo dignam: coll. Luc. XII. 46. Marc. VII. 6. Luc. VI. 42. XI. 44. XII. 56. XIII. 15. Præterea legitur apud Aquilam Job. XV. 34. XX. 5. Aquil. Symmach. et Theodot. Prov. XI. 9. et Symmach. Hosea VI. 9. Apud Græcos scriptores ὑποκριτής hac notione non nude pónitur, sed tum fere addi solet aliquid, v. c. σωφροσύνης, φιλοσοφίας, ἀρετῆς κ. τ. λ. Eustathius in Il. η', p. 564. 8. ὑποκριτὴς παρὰ τοῖς ὑστερογενέσι ῥήτορσιν ὁ μὴ ἐκ ψυχῆς λέγων ἢ πράττων, μηδὲ ὅπερ φρονεῖ, ὁποῖος πρώτως μάλιστα οἱ ἐκ θυμέλης, οἱ σκηνικοί.

'ΥΠΟΛΑΜΒΑ'ΝΩ, fut. λήψομαι, 1) proprie: *suscipio, excipio,* ex ὑπὸ et λαμβάνω *capio.* Sic legitur in N T. Act. I. 9. καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν et nubes eum susceptum subduxit eorum oculis. Est enim, ut præpositio ἀπὸ clarissime docet, verbum ὑπολαμβάνειν h. l. in notione prægnante, ita, ut non solum *suscipere, excipere,* sed etiam *subducere, abripere* significet. Herodot. I. 24. τὸν δὲ δελφῖνα λέγουσι ὑπολαβόντα ἐξενεῖκαι ἐπὶ Ταίναρον. Hesych. ὑπέλαβεν· ὑπεδέξατο. unde emendandum est Glossarium Gr. N. T. p. 62. s. v. ἀπέλαβεν. 2) *excipio alicujus verba, respondeo,* quod Græci scriptores alias παραλαμβάνειν τὸν λόγον τινὸς dicunt. Sic legitur in N. T. Luc. X. 30. ὑπολαβὼν δὲ ὁ 'Ιησοῦς εἶπεν tunc Jesus respondens dixit. In versione Alex. respondet Hebraico עָנָה *respondit.* Job. II. 4. IV. 1. VI. 1. XXXIX. 33. Dan. III. 9. etc. Nec Græcis scriptoribus hæc verbi ὑπολαμβάνειν significatio ignota fuit. Ælian. V. H. I. 34. ὑπολαβὼν ὁ βασιλεὺς ἔφη. ibid. II. 1. et 34. XII. 1. ὑπολαβοῦσα οὖν ἡ Γνάθαινα — — εἶπεν. ibid. XIV. 8. Æschin. Socr. Dial. II. 7. ἀλλ', ἔφη ὑπολαβὼν ὁ 'Ερασίστρατος. ibid. § 9. 17 et 25. Xenoph. Anab. III. 1. 21. et Cyrop. V. 5. 11. Polyb. Hist. XV. 8. Scholiastes Thucyd. V. 49. ὑπελάμβανον ἀντὶ τοῦ ἀντέλεγον, ἐκ διαδοχῆς ἀπεκρίνοντο. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 184. et Wetstenius N. T. T. I. p. 722. Sic *suscipere* quoque apud Latinos usurpatur, v. c. apud Virgil. Æn. VI. v. 723. et *excipere* apud eundem Æn. IX. 258. 3) *judico, statuo, puto,* i. q. κρίνω. Luc. VII. 43. ὑπολαμβάνω ex mea quidem sententia; ubi cum verbo κρίνειν in sequentibus permutatur. Æschin. Socr. Dial. II. 40. πάνυ μὲν οὖν ἔγωγε, καὶ σφόδρα μοχθηροὺς τοὺς τοιούτους ὑπολαμβάνω εἶναι. 4) *opinor, suspicor, in opinione aut errore versor.* Act. II. 15. οὐ γὰρ, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύουσιν non enim, ut vos suspicamini, seu opinamini, illi ebrii sunt. Ælian. V. H. XII. 9. ὑπολαβὼν ἀκρατῶς ἔχειν τοῦ φθόνου. Xenoph. de Republ. Lacedæm. XI. 5. et de Venat. III. 6. Thucyd. VI. 28. ubi vid. Schol. Inc. 1 Sam. XXII. 15. Adde Alex. Ps. L. 22. ὑπέλαβες, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Jer. XXXVII. 8. μὴ ὑπολάβητε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. Sapient. XII. 24. XVII. 2. Sæpius in N. T. non legitur. — Suid. ὑπολαβών· ὑπονοήσας, ἢ ἀποκριθεὶς, ἢ ἀντειπών, ἀντιπροσώπας. Idem: ὑπολαμβάνοντας· ἀνέχοντας, ἀναβαστάζοντας. Idem: ὑπολαμβάνω· αἰτιατικῇ, δοξάζω, ἡγοῦμαι, οἴμαι. Hesych. ὑπολαβών· ὑπονοήσας, νομίσας, ἀποκριθείς. Thom. M. p. 874 seq. edit. Bernard. ὑπολαμβάνω· τὸ ὑποπτεύω, καὶ τὸ προλαμβάνω, ὡς ἔφαμεν. καὶ ὑπολαμβάνω τὸ ἀποκρίνομαι. Θουκυδίδης· (Lib. V. c. 49.) ὑπελάμβανον οὐ χρεὼν εἶναι αὐτοὺς ἐπαγγεῖλαι. καὶ ὑπολαμβάνω· τὸ ὑποδέχομαι. 'Ηρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· (cap. 212.) νῦν ὦν μευ εὖ παραινεούσης ὑπόλαβε τὸν λόγον. καὶ αὖθις ἐν τῇ τρίτῃ· (cap. 145.) Μαιάνδριος δὲ ὑπέλαβε τὸν λόγον.

'ΥΠΟΛΕΙ'ΠΩ, fut. ψω, perf. ὑπολέλειφα, *relinquo, reliquum facio, superstitem relinquo.* Passivum ὑπολείπομαι *relinquor, reliquus sum, residuus sum,* ex ὑπὸ et λείπω *linquo.* Semel tantum in N. T. legitur Rom. XI. 3. κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος et ego relictus sum solus. Alexandrini usi sunt pro הוֹתִיר *reliquit, reliquum, residuum esse fecit,* Gen. XXX. 36. XLIV. 20. Judic. XXI. 7. Habac. II. 8. שָׁאַר *remansit, superfuit, residuus fuit,* in Hiphil הִשְׁאִיר *reliquit, reliquum fecit.* Jos. XIII. 1. Jud. VII. 3. 1 Sam. V. 4. Joël. II. 14. Amos V. 3. et aliis his similibus verbis. Adde Æschin. Socr. Dial. III. 5. τὸ ὑπολειφθὲν σῶμα. Xenoph. Cyrop. I. 5. 27. Herodot. I. 9. 'Υπολείπεσθαι esse Græcis *postremum ire, post tergum relinqui, adeoque serius venire,* docuit Kühnius ad Jul. Pollucis Onomast. VI. 8. pag. 588. ed. Hemsterhus. Conf. etiam Bielii Thesaurum Philologicum T. III. p. 509.

'ΥΠΟΛΗ'ΝΙΟΝ, ου, τὸ, *vas, torculari subjacens, in quod uvarum liquor expressus, e torculari, seu prelo defluens, excipitur,* quod a Latinis *lacus torcularis* vocatur, et olim terræ infodi consuevit, ex ὑπὸ *sub,* et ληνὸς *torcular.* Geopon. I. 6. Semel tantum in N. T. legitur Marc. XII. 1. καὶ ὤρυξεν ὑπολήνιον, ubi tamen haud pauci interpretes ὑπολήνιον de *ipso torculari* accipiunt, *in quo calcantur uvæ, aut olivæ.* In versione Alexandrina respondet Hebraico יֶקֶב *torcular, lacus torcularis, fossa ante prelum, quæ vinum, ex torculari defluens, excipit.* (Vide Ol. Celsii Hierobotanicon T. II. p. 426.) Ies. XVI. 10. Joël. III. 13. Hagg. II. 16. Zach. XIV. 10. pro quo Ies. V. 2. προλήνιον, et Num. XVIII. 27, 30. Deut. XVI. 13. Prov. III. 10. Hos. IX. 2. ληνὸς habent. Glossa-

rium: ὑπολήνιον, *vinarium, torcularium.*

ὙΠΟΛΙΜΠΑ΄ΝΩ, fut. νῶ, *relinquo*, ex ὑπὸ et λιμπάνω, pro λείπω *linquo.* Tantum legitur in N. T. 1 Petri II. 21. ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν relinquens nobis exemplum. Alio sensu legitur apud Dion. Halic. I. c. 23.

ὙΠΟΜΕ΄ΝΩ, fut. νῶ, 1) *remaneo, maneo*, proprie: *sublus maneo*, ex ὑπὸ et μένω *maneo.* Luc. II. 43. ὑπέμεινεν Ἰησοῦς ὁ παῖς ἐν τῷ ἱερῷ remansit Jesus puer in templo. Act. XVII. 14. ὑπέμενον δὲ ὅ, τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ Silas autem et Timotheus ibi remanserunt. Alex. Num. XXII. 19. καὶ νῦν ὑπομείνατε αὐτοῦ τὴν νύκτα ταύτην. Ælian. V. H. V. 5. αὐτὸς ὑπέμενεν οἴκοι. 2) *sustineo, perfero, tolero.* 1 Cor. XIII. 7. πάντα ὑπομένει omnia perfert. 2 Tim. II. 10. διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκλεκτοὺς propterea omnia tolero christianorum causa. Hebr. X. 32. πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων cum multis et gravibus calamitatibus vobis conflictandum fuit. ibid. XII. 2. ὑπέμεινε σταυρὸν mortem in cruce subiit. ibid. v. 3 et 7. εἰ παιδείαν ὑπομένετε si calamitatibus ac pœnis, quæ vobis a Deo immittuntur, recte utimini. Jacob. I. 12. μακάριος ἀνὴρ, ὃς ὑπομένει πειρασμὸν beatus, qui patienter et firmo animo perfert calamitates. 1 Petri II. 20. ubi post ὑπομενεῖτε, quod bis in hoc commate legitur, supplendum est λύπας e commate 19. Alex. Malach. III. 2. τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ. Ælian. V. H. I. 34. τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπομεῖναι τὸν υἱόν τὸν ἀποθνήσκοντα mortem filii oculis sustinere suis. ibid. XII. 23. τὴν θάλατταν ὑπομένουσι ἐπικλύζουσαν. Conf. etiam Reiskii Indic. Græcit. Demosthen. p. 772. 3) *persevero, constans maneo*, et speciatim de eo usurpatur, qui se malis et calamitatibus, etiam gravissimis, ad religionem christianam deserendam seduci haud patitur. Matth. X. 22. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος qui vero pertulerit et obduraverit (ut cum Poëta loquar), h. e. qui vero has calamitates constanti ac firmo animo sustinuerit. ibidem XXIV. 13. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος qui vero non defecerit a religione christiana. Marc. XIII. 13. Rom. XII. 12. τῇ θλίψει ὑπομένοντες. 2 Tim. II. 12. εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν: ubi ὑπομένειν opponitur τῷ ἀρνεῖσθαι deficere a religione christiana. Jacob. V. 11. μακαρίζομεν τοὺς ὑπομένοντας, seu ὑπομείναντας, beatos prædicamus, qui res adversas æquo animo tulerunt, coll. v. 10. Dan. XII. 12. μακάριος ὁ ὑπομένων. Sæpius in N. T. non legitur. Confer infra ad vocem ὑπομονὴ dicta.

ὙΠΟΜΙΜΝΗ΄ΣΚΩ, fut. ὑπομνήσω, aor. 1. ὑπέμνησα, 1) *in memoriam et mentem revoco alicui aliquid, commonefacio*, i. q. ἀναμιμνήσκω. Medium ὑπομιμνήσκομαι *mihi ipse in memoriam revoco*, h. e. *recordor*, ex ὑπὸ et μιμνήσκω, a μνάομαι *recordor, commemoro.* Luc. XXII. 61. καὶ ὑπεμνήσθη ὁ Πέτρος τοῦ λόγου τοῦ Κυρίου et recordatus est Petrus sermonis Domini. Joh. XIV. 26. καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα, ἃ εἶπον ὑμῖν et suggeret vobis omnia, quæcunque vobis dixi. 2 Petri I. 12. διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων quare nunquam desinam vobis hæc in memoriam revocare. Jud. v. 5. ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑμᾶς ἅπαξ τοῦτο. Herodian. III. 13. 8. μύθων τε ἀρχαίων καὶ δραμάτων ὑπεμίμνησκεν ἀεί. Ælian. V. H. IV. 17. V. 19. VIII. 15. 2) synecdochice: *suggero aliquid, sive, quod suggeritur, antea auditum fuerit, sive non, doceo, trado, admoneo, hortor*, etiam: *reprehendo, vitupero, castigo.* 2 Tim. II. 14. ταῦτα ὑπομίμνησκε hæc trade ac hortare. Tit. III. 1. ὑπομίμνησκε αὐτοὺς ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι mone ac hortare eos, ut principibus ac magistratibus obedientiam præstent. 3 Joh. v. 10. διὰ τοῦτο ὑπομνήσω αὐτοῦ τὰ ἔργα, ἃ ποιεῖ propterea castigabo eum ob ea, quæ perpetravit. Sæpius in N. T. non legitur.

ὙΠΟ΄ΜΝΗΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, *recordatio, reminiscentia, commonefactio*, etiam *admonitio, cohortatio*, ab ὑπομιμνήσκω *in memoriam revoco.* 2 Tim. I. 5. ὑπόμνησιν λαμβάνων τῆς ἐν σοὶ ἀνυποκρίτου πίστεως recordatus haud fucatæ fidei, quæ in te est. 2 Petr. I. 13. διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει excitare vos (scilicet ad observanda religionis christianæ præcepta) cohortando et commonefaciendo. ibid. III. 1. ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν ἐν ὑπομνήσει τὴν εἰλικρινῆ διάνοιαν. Sæpius in N. T. non legitur. Sapient. XVI. 11. 2 Macc. VI. 16. Ælian. V. H. II. c. 28. εἰς τὰ ὅμοια ἔργα ὑπόμνησιν quod vim habet ad similia facta cohortandi. Conf. Raphel. in Obss. Polybianis p. 704. qui adducit locum Polybii I. 1. 2. et III. 31. 6. ὑπομνήσεως μόνον, παρακλήσεως δ' οὐ προσδεῖ.

ὙΠΟΜΟΝΗ΄, ῆς, ἡ, 1) proprie ei tribuitur, *qui manet et remanet in aliquo loco, qui relinquitur, mora.* Est enim verbale a præt. med. ὑπομέμονα, verbi ὑπομένω *maneo, remaneo.* 1 Paral. XXIX. 15. οὐκ ἔστιν ὑπομονὴ non est mora. 2) *constantia, perseverantia, patientia, tolerantia malorum.* Luc. VIII. 15. καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ fructus edunt ita, ut nullo modo a pietatis virtutisque christianæ studio dimoveri possint. ibid. XXI. 19. ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν constantia vero saluti vestræ consulite, seu consuletis. Rom. II. 7. ὑπομονὴ ἔργου ἀγαθοῦ constans virtutis studium. οἱ καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ qui a constanti virtutis studio dimoveri se non patiuntur. ibid. V. 3, 4. VII. 25. δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα constanter, h. e. inconcussa spe ac fiducia exspectabimus. ibid. XV. 4. διὰ τῆς ὑπομονῆς τῶν γραφῶν per constantiam, quam litteræ sacræ præcipiunt et exemplis commendant. ibid. v. 5. ὁ Θεὸς τῆς ὑπομονῆς Deus, qui constantiam fidei ac virtutis christianæ postulat et in animis hominum efficere valet. Coloss. I. 11. εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν ad summam constantiam. 1 Thess. I. 3. τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος spei certæ ac inconcussæ. 2 Thess. I. 4. ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν. ib. III. 5. ὑπομονὴ Χριστοῦ Christi in calamitatibus perferendis constantia et patientia. 1 Tim. VI. 11. 2 Tim. III. 10. Tit. II. 2. Hebr. X. 36. ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν patientia et constantia vobis opus est. ib. XII. 1. δι' ὑπομονῆς perseveranter, seu summa cum contentione. Jacob. I. 3, 4. Jacob. V. 11. 2 Petr. I. 6. Apoc. I. 9. II. 2 et 3, 19. III. 10. ὅτι ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου, pro τὸν λόγον μου ἐν ὑπομονῇ. ibid. XIII. 10. XIV. 12. ubi tamen Eichhornius in Commentario ad h. l. Vol. II. p. 150. præmia constantiæ et patientiæ intelligere, et verba: ὧδε ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστὶ vertere mavult: hic cernitur, quibus præmiis cumulati sint constanter Dei cultores. Hesych. ὑπομονή· καρτερία. 3) *toleratio.* 2 Cor. I. 6. ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων quando eadem mala perferenda vobis sunt, quæ ego sustinui. ibid. VI. 4. ἐν ὑπομονῇ πολλῇ in perferendis multis et gravissimis calamitatibus ac malis. ibid. XII. 12. 4) *exspectatio patiens.* 2 Thess. III. 5. εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ ad patientem exspectationem adventus Christi ad judicium. Sic enim non incommode a nonnullis interpretibus explicatur hic locus, nec negari

potest, apud Alexandrinos interpretes non solum ὑπομένειν haud raro *sperare, exspectare* significare, v. c. Job. XXXII. 4. Thren. III. 26. Nahum I. 7. Psalm. CXIX. 95. (Suid. ὑπέμειναν· προσεδόκησαν,) sed etiam substantivum ὑπομονὴ in *spei* ac *exspectationis* significatione pro מִקְוֶה Esra X. 2. Jer. XIV. 8. XVII. 13. et תִּקְוָה Job. XIV. 19. Psalm. IX. 19. LXII. 6. reperiri. Sæpius in N. T. non legitur.

ὙΠΟΝΟΈΩ, ῶ, fut. ήσω, *suspicor, ex indiciis quibusdam colligo, arbitror, puto, existimo,* ex ὑπὸ et νοέω *cogito, intelligo*. Ter tantum in N. T. legitur. Act. XIII. 25. τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι, οὐκ εἰμὶ ἐγὼ quem me esse existimatis, non sum. ib. XXV. 18. οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον, ὧν ὑπενόουν ἐγὼ non poterant afferre ejusmodi crimen, quale ego suspicabar, h. e. quale ad meam cognitionem spectaret. ibid. XXVII. 27. ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν colligebant nautæ (ex indiciis quibusdam nauticis) se appropinquare terræ cuidam continenti. In versione Alexandrina semel tantum legitur pro Chaldaico סְבַר *intellexit, cogitavit, putavit, existimavit,* Dan. VII. 25. ubi tamen *audere, animo præsumere* significat. Adde Tob. VIII. 12. οὐκ ἐγένετό μοι καθὼς ὑπενόουν. Judith. XIV. 14. ὑπενόει γὰρ καθεύδειν αὐτὴν μετὰ Ἰουδήθ. Sirac. XXIII. 21. καὶ οὗ οὐχ ὑπενόησε πιασθήσεται. Thucyd. VII. 73. ὑπονοήσας αὐτῶν τὴν διάνοιαν. Apud Plutarch. de Garrulit. p. 509. E. ὑπονοεῖν opponitur τῷ εἰδέναι; uti apud Themistium p. 128. D. τῷ γινώσκειν. Aristoph. Plut. 761. σὺ μηδὲν εἰς ἐμὲ ὑπονόει τοιοῦτο. Etym. M. ὑπόνοια καὶ ὑπονοεῖν. ἡ ὑπὸ πρόθεσις εὐτελοῦς διανοίας ἔλλειψιν δηλοῖ· ὑπονοεῖν οὖν τὸ μὴ τελέως νοεῖν τὸ προκείμενον. Hesych. ὑπονοεῖ· ὑποπτεύει. Vide Irmisch. ad Herodian. I. c. 3. 2. p. 59.

ὙΠΌΝΟΙΑ, ας, ἡ, *cogitatio, suspicio, conjectura, opinio,* ab ὑπονοέω, quod vide supra. Semel tantum in N. T. legitur 1 Tim. VI. 4. ὑπόνοιαι πονηραὶ cogitationes, seu opiniones, seu suspiciones pravæ, quæ ipsa formula legitur quoque apud Aristotelem Rhetor. II. 3. Zonaras Lex. col. 1778. ὑπόνοιαι πονηραί· οἷον δόξαι, δόγματα νόθα. οὕτως ὁ ἀπόστολος. In versione Alexandrina codicis Chisiani Dan. IV. 16. respondet Chaldaico רַעְיוֹן *cogitationes,* καὶ ὑπόνοια κατέσπευδεν αὐτὸν, ubi Theodotion διαλογισμὸν habet. ibid. V. 6. καὶ ὑπόνοιαι αὐτὸν κατέσπευδον. Eurip. Phœn. v. 1150. ubi videndus scholiastes. Demosthen. p. 1178. 2. edit. Reisk. ὑπόνοιαι πλασταὶ καὶ προφάσεις ἄδικοι. Interdum etiam ὑπόνοια *arrogantiam, nimiam de se opinionem* notat, v. c. Siracid. III. 24. ad quem locum fortasse respexit Hesychius glossa: ὑπόνοια· ὑπερηφανία, θράσος.

ὙΠΟΠΙΈΖΩ, fut. έσω, *subigo, deprimo, supprimo,* ex ὑπὸ et πιέζω, *premo*. Reperitur hæc vox semel tantum in N. T. 1 Cor. IX. 27. ubi pro ὑπωπιάζω teste Griesbachio nonnulli codices ὑποπιέζω habent, quam lectionem agnoscit quoque Suidas s. v. ἀσκὸς ἐν πάχνῃ, in quo male a Küstero editum est ὑπωπιάζω pro ὑποπιέζω: præcedit enim: τῇ ἀσκητικῇ ἀγωγῇ ταπεινοῦται καὶ πιέζεται, nempe ἡ τοῦ σώματος φύσις, cujus observationis confirmandæ causa adducitur in sequentibus locus Pauli a me laudatus.

ὙΠΟΠΛΈΩ, fut. εύσω, *subtus navigo, sublego, oras cominus lego*. Verbum proprium de nautis, qui rem, in mari objectam, præternavigaturi, circuitu uti coguntur, cum contra ὑπερπλεῖν nautæ dicantur, quum recta via prætervehuntur; ex ὑπὸ et πλέω *navigo*. Bis tantum in N. T. legitur. Act. XXVII. 4. κἀκεῖθεν ἀναχθέντες ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον hinc ubi solvimus, prætérlegimus Cyprum. Vulg. h. l. voce *subnavigare* usus est. ibid. v. 7. ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην κατὰ Σαλμώνην subter Cretam juxta Salmonen navigavimus.

ὙΠΟΠΝΈΩ, ῶ, fut. εύσω, *parumper flo, aliquantum spiro, adspiro,* ex ὑπὸ et πνέω *spiro, flo*. Legitur in N. T. tantum Actor. XXVII. 13. ὑποπνεύσαντος δὲ νότου austro vero adspirante, aut: nonnihil adspirante. Sic ὑπαισχύνομαι *suppudet me,* h. e. aliqua ex parte pudet me. Confer G. Budæi Comment. l. Gr. p. 435. Adde Pollucis Onom. I. 106.

ὙΠΟΠΌΔΙΟΝ, ίου, τὸ, 1) proprie: *scabellum, quod pedibus subjicitur, ad illos sustentandos, suppedaneum,* q. d. τὸ ὑπὸ τοὺς πόδας ὂν, *quod sub pedibus est*. Jacob. II. 3. ἢ κάθου ὧδε ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου aut sede hic in scabello meo, vel infra scabellum meum humi. Sensus est: si ei loca inferiora ac minus honesta assignaretis. 2 Paral. IX. 18. καὶ ὑποπόδιον ὑπέθηκεν ἐν χρυσῷ τῷ θρόνῳ. Pausan. Lib. VIII. cap. 37. p. 675. tale ὑποπόδιον vocat ὑπόθημα, τὸ ὑπὸ τοῖς ποσίν. Apud poëtas scabellum, in thronis suppositum, θρῆνυς vocatur. Vide Feithii Antiq. Homer. Lib. III. p. 220. 2) metaphorice dicitur *is, qui alterius potestati subjectus est, et vel vi, vel sponte paret,* imagine desumta, ut videtur, a victoribus, qui pedem cervici victi imponere consueverant. Confer quæ supra ad vocem ποῦς notata sunt. Sic terra Matth. V. 35. et Act. VII. 49. ὑποπόδιον τῶν ποδῶν τοῦ Θεοῦ dicitur, quatenus tota a Deo ejusque imperio ac voluntate pendet, et qua veluti scabello uti Deus a Judæis credebatur. ibid. XXII. 44. ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου usque dum adversarios tuos tuæ potestati subjecero ad unum omnes. Eadem verba reperiuntur quoque Marc. XII. 36. Luc. XX. 43. Act. II. 35. Hebr. I. 13. X. 13. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Psalm. CX. 2. ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ies. LXVI. 1. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. In textu Hebr. utriusque loci reperitur vox הֲדֹם. Cf. etiam Suiceri Thesaur. Eccles. T. I. p. 670.

ὙΠΌΣΤΑΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *fundamentum, fulcrum, res, cui alia quædam innititur, basis, qua aliquid firmatur, ut ne dimoveatur et cedat, sed immobile persistat,* etiam *insistentia, persistentia,* ab ὑφίστημι *suppono, substerno, substituo pro fundamento;* ὑφίσταμαι *subsisto, persisto, firmiter sto, dimoveri me non patior,* quod est compositum ex ὑπὸ *sub,* et ἵστημι *statuo, colloco*. Sic legitur apud Diodor. Sic. XIII. p. 203. κατὰ τὸ μέγεθος τῆς ὑποστάσεως propter fundamenti magnitudinem: ubi sermo est de templo Jovis Agrigentino maximo in Sicilia. Alex. Ezech. XLIII. 11. διαγράψεις τὸν οἶκον, καὶ τὰς ἐξόδους αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ. Psalm. LXIX. 2. ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. Hinc 2) metaphorice est *firma fiducia, certa ac inconcussa spes, confidentia, certa rei exspectatio,* qua animus humanus tanquam fundamento insistit ac innititur, et ὑφίστασθαι partim apud Græcos significat: *certissime persuasum sibi aliquid habere,* quo sensu apud Diodor. Sic. I. 6. 11. 12. et alibi legitur; partim speciatim de *militibus* usurpatur, *qui non trepidant, commoventur, aut irruenti cedunt hosti, sed statu plane immoto ac inconcusso impetum hostilem excipiunt et sustinent*. 1 Macc. III. 58. V. 40, 44. VII.

25. X. 73. Sic legitur in N. T. 2 Cor. IX. 4. *ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ τῆς καυχήσεως* ob hanc fiduciam, qua in vobis laudandis usi sumus. Eadem verba leguntur quoque ibid. XI. 17. Hebr. III. 14. *ἐάν περ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν* si nempe constantes manebimus in religione christiana. 'Υπόστασις enim h. l. æque late sumitur ac vocabulum *πίστις*, toties in N. T. obvium. ibid. XI. 1. *ὑπόστασις ἐλπιζομένων* certissima ac fiducia plena exspectatio rerum, quas tantum speramus et nondum videmus. Alexandrini Psalm. XXXVIII. 11. *καὶ ἡ ὑπόστασίς μου παρὰ σοῦ ἐστιν*, ubi in Hebraico est תּוֹחֶלֶת *spes*, et Aquila habet *καραδοκίαν*, Symmachus autem *ἀναμονήν*. Ruth. I. 12. *ἔστι μοι ὑπόστασις τοῦ γενηθῆναί με ἀνδρί*. Ezech. XIX. 5. *ἀπώλετο ἡ ὑπόστασις αὐτῆς*. In utroque loco respondet Hebraico תִּקְוָה *exspectatio*. Apud Diodor. Sic. XX. c. 78. *ὑποστατικὸς* is dicitur, *qui firmiter spem tenet*, et opponitur *τῷ ἀπελπίσαντι*. De *animi firmitate ac robore, constantia ac fiducia invicta ac perseverentia in aliqua re, quæ nullis periculis cedere novit*, usus est voce *ὑπόστασις* Polybius quoque Hist. IV. c. 50. *οἱ δὲ 'Ρόδιοι, θεωροῦντες τὴν τῶν Βυζαντίων ὑπόστασιν*, κ. τ. λ. ibid. VI. cap. 53. de *Horatio Coclite*: *ὡς τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ καὶ τόλμαν καταπεπληγμένων τῶν ὑπεναντίων*. Conf. Carpzovii Exercitt. Philonn. ad Hebr. XI. 1. Wetstenii N. T. T. II. pag. 200. Abresch. Annotatt. in Ep. ad Hebr. p. 13. et Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. pag. 1398. 3) *suppositum, res existens, persona, natura, substantia, essentia*. Sic legitur in N. T. Hebr. I. 3. ubi Christus dicitur fuisse *χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως Θεοῦ* imago expressa essentiæ, seu naturæ divinæ ejusque majestatis immutabilis. Vide C. G. Molleri D. de Genuina vocum *χαρακτὴρ* et *ὑπόστασις* notione ad illustrandum locum Hebr. I. 3. Lips. 1738. 4. Hesych. *ὑπόστασις· πρόσωπον*. Adde Zonaræ Lex. col. 1773 seq. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΥΠΟΣΤΕ'ΛΛΩ, fut. *ελῶ*, aor. 1. *ὑπέστειλα*, 1) *subduco, subtraho*. Medium *ὑποστέλλομαι clam abeo, discedo, me subduco, subterfugio*, et partim de *iis* usurpatur, *qui se aliorum consortio et consuetudini subducunt*; partim de *iis*, *qui subterfugiunt aliquid ex socordia aut metu periculi*, ex *ὑπὸ* et *στέλλω mitto*; in medio: *eo, proficiscor*. Sic legitur in N. T. Act. XX. 27. *οὐ γὰρ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ* non enim subterfugi, quo minus vos de omni voluntate divina edocerem. Galat. II. 12. *ὑπέστελλεν* (scil. *ἑαυτὸν*) *καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν* præ timore se subduxit eorum consortio et separavit. Adde Polyb. I. 16. 2) *ὑποστέλλομαι metu compulsus, aut verecundia commotus aliquid celo, reticeo, dissimulo*, et opponitur *τῷ παῤῥησιάζεσθαι*. Act. XX. 20. *ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων, τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν* me nihil metu abreptum, aut alia causa commotum reticuisse vobis eorum, quæ ad vestram utilitatem pertinerent. In hac significatione sæpius hæc vox apud Josephum reperitur. Sic v. c. in Vita sua § 54. *μηδὲν ὑποστειλάμενος, ἀναφανδὸν εἶπεν* nihil dissimulans aperte dicebat. Idem de B. Jud. I. 20. 1. *μηδὲν τῆς ἀληθείας ὑποστειλάμενος ἀντικρὺς εἶπεν*. ibid. cap. 23. 3. *τὰ μὲν ἁμαρτήματα τοῦ πατρὸς αἰδημόνως ὑπεστείλατο*. ibid. X. c. 26. 2. *μηδὲν ὑποστελλόμενος 'Αλέξανδρος, τά τε κατὰ 'Αντίπατρον ἀπεδύρετο πρὸς αὐτόν*. Conf. Spanhem. ad Juliani Oratt. p. 10. Wetstenii N. T. T. II. p. 594. et Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 463. 3) *metuo, timeo, animo timido sum et meticuloso*, ita, ut omissum sit substantivum *φόβῳ*, quod diserte addit Josephus A. J. II. 5. 5. et VI. 5. 5. Sic legitur in N. T. Hebr. X. 38. *καὶ ἐὰν ὑποστείληται* et si cui defuerit fiducia, aut si quis animum abjecerit tempore persecutionis metuque abreptus subterfugerit calamitates: ubi *πίστις* opponitur *τῷ ὑποστέλλεσθαι*. Verba desumta sunt ex Habac. II. 4. Pro גּוּר *metuere, formidare*, legitur *ὑποστέλλεσθαι* apud Alexandrinos Deut. I. 17. Adde Job. XIII. 8. Exod. XXIII. 21. et Sapient. VI. 7. Sæpius in N. T. non legitur. — Hesych. *ὑποστειλάμενος· ἀποκρυψάμενος, φοβηθείς*. Idem: *ὑποστέλλεται· φοβεῖται*. Idem: *ὑπεστειλάμην· παρῃτησάμην, ἀπεκρυψάμην*. Suid. *ὑποστέλλεται· ἀναδύεται, ὑποκρίνεται, φεύγει, δολιεύεται*. Idem: *ὑποστειλάμενος· ὑποκρυψάμενος, φοβηθείς*. Conf. etiam, quæ de hac voce disputavit Vigerus de Idiotismis Ling. Gr. p. 302 seq. ed. Zeunii.

'ΥΠΟΣΤΟΛΗ', ῆς, ἡ, *subductio, subtractio, timor, metus, fuga clancularia*. Est verbale a perf. med. *ὑπέστολα*, verbi *ὑποστέλλω*, quod vide. Legitur in N. T. tantum Hebr. X. 39. *οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς*, scil. *υἱοί*, nos vero ne abjiciamus animum, nec subterfugiamus meticulosi mala et calamitates ob religionem christianam. Metaphora desumta videtur a militibus, qui, ignavia ac timiditate abrepti, stationem suam deserunt, ex acie se subducunt et fugam capessunt. Theodoretus explicat *ἀμφιβολίαν*, Chrysostomus *ῥᾳθυμίαν*. Theophylactus ad h. l. *ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν τῶν ἀπολλυμένων διὰ τὸ ὑποστέλλεσθαι καὶ ἀποῤῥᾳθυμεῖν ἢ διστάζειν* κ. τ. λ. Vox *ὑποστολὴ* apud Josephum aliquoties pro *metu* ponitur, ut docuit Krebsius in Obss. Flav. p. 382. Apud Plutarchum VII. p. 953. cum *σιωπῇ* conjungitur. Hesych. *ὑποστολή· δειλία, φυγή*.

'ΥΠΟΣΤΡΕ'ΦΩ, futur. *έψω*, *redeo, revertor*, ex *ὑπὸ* et *στρέφω verto*. Marc. XIV. 20. *καὶ ὑποστρέψας εὗρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας* reversus autem invenit eos iterum dormientes. Luc. I. 56. *ὑπέστρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς* domum rediit. ib. II. 39, 43, 45. IV. 1, 14. VII. 10. VIII. 37, 39, 40. IX. 10. X. 17. XI. 24. XVII. 15, 18. XIX. 12. XXIII. 48, 56. XXIV. 9, 33, 52. Act. I. 12. VIII. 25, 28. *ἦν δὲ ὑποστρέφων* revertebatur. ibid. XII. 25. XIII. 13. *ὑπέστρεψεν εἰς 'Ιεροσόλυμα* reversus est Hierosolymam. ibid. v. 34. XIV. 21. XX. 3. XXI. 6. *ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ἴδια*, sc. *οἰκήματα*. Alex. Esth. VI. 12. *'Αμὰν δὲ ὑπέστρεψε εἰς τὰ ἴδια*, Hebr. וְהָמָן נִדְחַף אֶל־בֵּיתוֹ. Act. XXII. 17. XXIII. 32. Galat. I. 17. Hebr. VII. 1. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro שׁוּב *redire, reverti*. Gen. XIV. 17. L. 14. Jud. III. 19. VII. 15.

'ΥΠΟΣΤΡΩΝΝΥ'Ω, vel 'ΥΠΟΣΤΡΩ'ΝΝΥΜΙ, fut. *στρώσω*, *substerno*, ex *ὑπὸ sub* et *στρωννύω*, vel *στρώννυμι sterno*. Tantum extat in N. T. Luc. XIX. 36. *ὑπεστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ* substernebant vestimenta sua in via. Alexandrini usi sunt hac voce pro הִצִּיעַ *stravit, substravit, stratum posuit*. Ies. LVIII. 5. *σάκκον καὶ σποδὸν ὑποστρώσῃς*. Xenoph. Cyrop. VIII. 8. 8.

'ΥΠΟΤΑΓΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *subordinatio, rerum suo loco ac ordine positio ac subjectio*, quasi *subcollocatio*. Est verbale a præt. med. *ὑποτέταγα*, verbi *ὑποτάσσω*, quod vide infra. 2) metaphorice: *obedientia*. Sic quater tantum in N. T. legitur. 2 Cor. IX. 13. *ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ* ob obedientiam vestram, quam præstatis religioni christianæ, quam profitemini. Galat. II. 5. *οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ* quo-

rum desiderio me nunquam accommodavi. 1 Tim. II. 11. *ἐν πάσῃ ὑποταγῇ.* ibid. III. 4. *τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῇ* liberos habentem obsequiosos, aut, ut Syrus transtulit: tenentem liberos suos in subjectione. coll. v. 5.

'ΥΠΟΤΑ'ΣΣΩ, vel 'ΥΠΟΤΑ'ΤΤΩ, fut. *άξω,* 1) proprie: *subordino, suo loco ac ordine dispono, certo ordini subjicio ac subdo,* ex *ὑπὸ* et *τάσσω,* vel *τάττω ordino, colloco, statuo.* Huc referri commode possunt loca 1 Cor. XIV. 32. *καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται* et qui Spiritu divino afflati loquuntur, sibi invicem cedere seque ipsos certo ordini adstringere debent. Confer v. 33. ubi subjungitur *οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεὸς,* et v. 29, 30, 31. ibid. v. 34. *ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι,* scil. *δεῖ,* sed subjicere se debent ordini, in legibus constituto, h. e. viris cedere debent honorem loquendi et docendi in conventibus publicis. 2) metaphorice: *subjicio aliquem alicujus potestati, efficio, ut aliquis alteri obedientiam et reverentiam debitam præstet.* Medium *ὑποτάσσομαι me subjicio ipse,* h. e. *pareo, obedio, cultum, reverentiam et obedientiam debitam alicui præsto:* interdum etiam *debita officia alicui præsto.* Sic legitur in N. T. Luc. II. 51. *καὶ ἦν ὑποτασσόμενος αὐτοῖς* et debita officia ipsis præstabat. ibid. X. 17 et 20. *ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται* quod dæmones imperio vestro parent, seu, quod habetis facultatem sanandi dæmoniacos, vobis concessam. Rom. VIII. 7. *τῷ γὰρ νόμῳ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται* legibus enim divinis non obedit. ibid. v. 20. *τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη* multis enim et variis calamitatibus ac malis premuntur christiani his in terris; et paulo post: *διὰ τὸν ὑποτάξαντα* per Deum, qui eos his calamitatibus et malis obnoxios reddidit. ibid. X. 3. *τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν* rationem perveniendi ad favorem Dei ac remissionem peccatorum, a Deo præscriptam, non sequuti sunt. ibid. XIII. 1. *πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω* unusquisque vestrum magistratibus, imperio instructis, obedientiam præstet debitam. ibid. ver. 5. 1 Cor. XV. 27 et 28. XVI. 16. *ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις* ut vos etiam tales in honore habeatis. Ephes. I. 22. formula *πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ* ab ea, quæ statim sequitur, *αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ ἐκκλησίᾳ,* minime differt. ib. V. 21. *ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις* debita vobis invicem officia præstate. ibid. v. 22. Philip. III. 21. *κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα* pro vi et potestate sua, qua omnes hostes sibi subjiciet. Confer versum 18. Tit. II. 5, 9. III. 1. Hebr. II. 5, 8. XII. 9. ubi *ὑποτάσσεσθαι τῷ Θεῷ* est: calamitates ac pœnas, a Deo immissas, non recusare, sed lubenter subire ac bene et sapienter iis uti, i. q. v. 7. est: *ὑπομένειν παιδείαν.* Joh. IV. 7. *ὑποτάγητε οὖν τῷ Θεῷ* subjicite igitur vos ipsi regimini ac voluntati Dei, i. q. 1 Petr. V. 6. *ταπεινώθητε ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ.* Conf. LXX Psal. XXXVI. 7. (ubi hæc vox *τῷ* דָּמַם *quiescere Deo* respondet, et notat *se submittere providentiæ divinæ adeoque patienter exspectare auxilium Dei*) et quæ supra ad vocem *ταπεινόω* dicta sunt. 1 Petr. II. 13, 18. III. 1, 5, 22. *ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων* imperio ejus subjectis angelis. ibid. V. 5. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Psalm. LXI. 1. *οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται ἡ ψυχή μου.* ibid. v. 5. XXXVI. 7. *ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ καὶ ἱκέτευσον αὐτόν.* ibid. XLVI. 3. *ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν.* 1 Paral. XXIX. 24. Dan. VI. 13. *Δανιὴλ οὐχ ὑπετάγη τῷ δόγματί σου.* Ps. VIII. 7. *πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ.* 2 Macc. VIII. 9, 22. IX. 12. *δίκαιον ὑποτάσσεσθαι τῷ Θεῷ.* Arrianus Diss. Epict. III. 24. p. 337. et 26. p. 357. Herodian. II. 2. 19. III. 6. 14. Ælian. V. H. II. c. 41. Joseph. A. J. I. c. 19. s. 8. V. c. 4. sect. 1. VIII. c. 5. sect. 3. Conf. Wetstenii N. T. T. I. pag. 668. Gloss. Vet. apud Labbæum: *Subditus* — — *ἐπιταττόμενος.* ubi scribendum: *ὑποταττόμενος.*

'ΥΠΟΤΙ'ΘΗΜΙ, fut. *ήσω,* aor. 1. *ὑπέθηκα,* 1) proprie: *suppono, subdo, subjicio, præbeo,* ex *ὑπὸ* et *τίθημι pono.* Rom. XVI. 4. *ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν* qui pro vita mea suam ipsorum cervicem subjecerunt, scil. securi, h. e. qui promto animo pro mea incolumitate et salute præsentissima vitæ pericula subierunt. Arrianus Diss. Epictet. III. cap. 26. p. 359. *παρέδωκας σαυτὸν δοῦλον, ὑπέθηκας τὸν τράχηλον* tradidisti te servum, subjecisti collum jugo. Ælian. V. H. X. c. 16. *ἐγὼ δὲ ὑποθήσω τὴν κεφαλήν.* In eadem notione legitur quoque apud Alexandrinos Genes. XLIX. 15. *ὑπέθηκε τὸν ὦμον αὐτοῦ.* 2 Paral. IX. 18. *ὑποπόδιον ὑπέθηκεν.* et in libris Apocryphis V. T. Sirac. VI. 27. *ὑπόθες τὸν ὦμόν σου,* et LI. 34. *τὸν τράχηλον ὑμῶν ὑπόθετε ὑπόζυγον.* 2 Macc. XIV. 41. 2) metaphorice: *suppedito, suggero aliquid, propono, consilium do, admoneo, edoceo, præcipio, sedulo inculco, instituo,* quasi *menti aliquid probe perpendendum et observandum subjicio.* Sic legitur in N. T. 1 Tim. IV. 6. *ταῦτα ὑποτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς* quæ si tradideris ac præceperis christianis, idoneum te præstabis doctorem religionis christianæ. Sæpius in N. T. non reperitur. Joseph. A. J. I. 1. 4. *ὁ Θεὸς τὸν ὄφιν πολέμιον ἀποδείξας ἀνθρώποις καὶ ὑποθέμενος κατὰ τῆς κεφαλῆς φέρειν τὰς πληγάς.* ibid. cap. 3. 2. *Νῶεος σώζεται μόνος, ὑποθεμένου μηχανὴν αὐτῷ καὶ πόρον πρὸς σωτηρίαν τοῦ Θεοῦ τοιαύτην.* ibid. VIII. 5. 8. VI. 6. 2. XII. 2. 1. ubi *ὑποτίθεσθαι* est *consilium dare;* unde *ὑποθῆκαι* sunt *consilia,* apud Eundem A. J. III. 4. 1. et in Vita sua § 56. Apud Josephum *ὑποτίθεσθαι* etiam significat: *præscribere, præcipere,* v. c. de B. Jud. II. 8. 7. *τὴν αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν,* unde *ὑποθῆκαι* sunt *præcepta* apud Eundem A. J. V. 6. 3. VIII. 4. 6. Confer præter Krebsium in Obss. Flav. p. 355. et Wetstenium N. T. T. II. p. 336. Menagium ad Diog. Laërt. pag. 37. et Salmasium ad Simplicium p. 13. *'Υποτίθεσθαι* etiam apud Græcos non solum de *suppeditatione argumentorum ad orationem* adhibetur, v. c. in Philostrati Procem. ad Vitas Sophistarum pag. 481. sed etiam de *eo* dicitur, *qui subjectum aliquod in oratione coram populo proponit, argumentum aliquod tractandum suscipit,* seu *de materia aliqua pro concione disserit.* Cf. Vitringam de Synagoga Vetere Lib. III. Part. I. p. 721. Thom. M. p. 876. *ὑποτίθησι μὲν τὰ ἐνέχυρα ὁ δανειζόμενος· ὑποτίθεται δὲ λαμβάνων ταῦτα, ἤγουν ὁ δανείζων. καὶ ὑποτίθημι τὸ ὑποβάλλω, καὶ τὸ συμβουλεύω, κ. τ. λ.* ubi conf. interpretes. Photius, Zonaras (II. p. 1783.) et Hesychius: *ὑποθήσομαι, διδάξω,* fortasse ex Aristoph. Avib. 1368.

'ΥΠΟΤΡΕ'ΧΩ, aor. 2. *ὑπέδραμον,* ab inusitato *ὑποδρέμω, infra cursu deferor, prætercurro, infra vel subtus curro,* etiam *cursu deferor in aliquem locum,* ex *ὑπὸ* et *τρέχω curro.* Tantum extat in N. T. Act. XXVII. 16. *νησίον δέ τι ὑποδραμόντες* ad insulam vero quandam delati. Alii, nimis, ut videtur, etymologiam prementes, vertunt: *prope* vel *infra parvam insulam currentes.* Confer

Alberti in Obss. Philol. ad h. l. Wetstenii N. T. T. II. p. 643. et Scaliger. ad Eusebium p. 40. Hesych. ὑποτρέχοντες· ὑπεισερχόμενοι, σπεύδοντες. Gloss. Vet. ὑποτρέχω, *subcurro.*

ʽΥΠΟΤΥ΄ΠΩΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *delineatio, brevis ac rudis designatio et adumbratio operis, a qua ordiuntur artifices, prima picturarum, vel operum lineamenta, præformatio,* ab ὑποτυπόω, quod *primis lineis aliquid exarare* notat, et τῷ ἀναγράφειν opponitur, ex ὑπὸ et τυπόω *formo, figuro,* quod a τύπος *typus, exemplar.* Aristoteles Ethic. I. c. 7. ὑποτυπῶσαι πρῶτον, εἶθ' ὕστερον ἀναγράψαι. Confer Fabricium ad Sextum Empiricum p. 1 seq. Sic *forma* apud Cicer. ad Div. II. 8. III. 11. Orat. I. 35. extr. 2) *exemplar, in animo infixum, quod* ἰδέαν *Platonici vocant, species rei, in animo expressa et comprehensa,* quam significationem etiam *forma* apud Latinos habet, v. c. Ciceronem Orat. 5. 2 Tim. I. 13. ὑποτύπωσιν ἔχε τῶν ὑγιαινόντων λόγων formam doctrinæ veræ ac salutaris, a me tibi traditæ, in animo tuo expressam habe. Conf. quæ supra ad vocem μόρφωσις dicta sunt. Aliis interpretibus vocabulum ὑποτύπωσις h. l., ut τύπος, plane abundare videtur. 3) *exemplum, ad quod se alii conformant, exemplum, vel ad imitandum, vel ad deterrendum, ad edocendos et ad consolandos alios propositum.* 1 Tim. I. 16. εἰς ὑποτύπωσιν τῶν μελλόντων πιστεύειν ἐπ' αὐτῷ ut exemplum exstaret omnibus, amplexuris ejus religionem. Œcumenius: εἰς ὑποτύπωσιν· πρὸς ὑπόδειγμα, πρὸς ἀπόδειξιν, πρὸς παράκλησιν. Eodem fere modo Theophylactus explicavit ac Zonaras Lex. col. 1778. Hesychius, sine dubio hunc locum respiciens, habet: πρὸς ὑποτύπωσιν· πρὸς σημεῖον. Cf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1398. Wetstenii N. T. T. II. p. 320 seq. et Valesium ad Eusebium p. 95. qui ostendit, vocem ὑποτύπωσις interdum etiam *institutionem* et *instructionem* notare. Sæpius in N. T. non legitur.

ʽΥΠΟΦΕ΄ΡΩ, aor. 1. ὑπήνεγκα, infinit. aor. 2. ὑπενεγκεῖν, 1) proprie: *fero post aliquem, suffero, porto,* ex ὑπὸ et φέρω *fero.* Ælian. V. H. IV. 22. οἱ παῖδες ὑπέφερον αὐτοῖς δίφρους servi post dominos portabant sellulas. Alex. Job. XV. 37. ἡ δὲ κοιλία αὐτοῦ ὑποίσει δόλον. Sirac. XXII. 18. ἄμμον καὶ ἅλα καὶ βῶλον σιδήρου εὔκοπον ὑπενεγκεῖν ἢ ἄνδρα ἀσύνετον. 2) *perfero, sustineo, tolero, patior.* Sic autem ter tantum in N. T. legitur. 1 Cor. X. 13. ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπενεγκεῖν sed calamitatibus ac afflictionibus vestris talem exitum dabit, ut possitis perferre, h. e. ne iis opprimamini et succumbatis. 2 Tim. III. 11. οἵους διωγμοὺς ὑπήνεγκα quales persecutiones sustinui. 1 Petr. II. 19. ὑποφέρει τις λύπας adversa ac tristia quis patitur; ubi ὑποφέρειν cum πάσχειν permutatur. Alex. Prov. VI. 33. ὀδύνας τε καὶ ἀτιμίας ὑποφέρει. ibid. XVIII. 14. Job. II. 10. εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν; ibid. IV. 2. XXXI. 23. Ps. LIV. 12. et LXIX. 10. ὅτι ἕνεκά σου ὑπήνεγκα ὀνειδισμόν. Amos VII. 10. Micha VII. 9. 2 Macc. II. 28. ἡδέως τὴν κακοπάθειαν ὑποίσομεν. ibid. VI. 30. σκληρὰς ὑποφέρω κατὰ τὸ σῶμα ἀλγηδόνας. Hesych. ὑποφέρει· ὑπομένει. Idem: ὑποίσει· ὑφέξει, βαστάσει. Idem: οὐχ ὑποίσω· οὐχ ὑπενέγκω, οὐ βαστάσω. Lex. Cyrilli MS. Brem. ὑποίσει· ὑφέξει, ὑπομενεῖ, βαστάσει. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 141 seq.

ʽΥΠΟΧΩΡΕ΄Ω, ῶ, fut. ήσω, *secedo, clam me subduco, in alium locum me confero,* ex ὑπὸ et χωρέω *abeo, redeo, venio, accedo,* quod a χώρα *locus, regio.* Bis tantum legitur in N. T. Luc. V. 16. αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις καὶ προσευχόμενος ipse vero in deserta loca secessit precandi causa. Versio Vulg. *secedebat.* Versio Lat. Cod. D. *erat subtrahens se.* ibid. IX. 10. ὑπεχώρησε εἰς τόπον ἔρημον secessit in locum desertum. Præterea legitur in versione Alexandrina Jud. XX. 37. in Symmachi reliquiis Psalm. CXXXVI. 24. et Sirac. XIII. 12. Homer. Il. χ', 96. Lucian. V. Hist. II. 32. ὑπεχώρει γὰρ προσιοῦσιν ἡμῖν καὶ ὑπέφευγε. Alia loca dedit Wetstenius N. T. T. I. p. 687.

ʽΥΠΩ΄ΠΙΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *ea pars faciei, quæ oculis subjecta est, suboculare,* ex ὑπὸ et ὤψ, ὠπὸς, ὁ, *oculus.* Galenus ὑπώπιον τὸ ὑποφθάλμιον vocat. Homer. Iliad. XII. 463. Hypatus de Corporis Partibus apud Stephanum le Moyne in Variis Sacris p. 513. ὑπώπια· τὰ μῆλα τῶν μαγούλων, δηλονότι τὰ ὑποκάτω τοῦ ὠπός. Eustathius ad Homerum Iliad. μ', in fine: ὑπώπιον τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς μέρη. Hippocrat. Intern. Affect. cap. 13. 2) *sugillatio,* seu *lividus tumor sub oculo, ortus ex ictu, inprimis quem cæstu dedit antagonistæ pugil,* et deinde *quodcunque vulnus, plaga, vel contusio in alia aliqua corporis parte.* Dio Cass. 79. p. 913. Eustathius l. l. ὑπώπια· — — τὰς ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς πληγάς. Hesych. ὑπώπια· τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς οἰδήματα, ἀπὸ μέρους δὲ ὅλην τὴν ὄψιν δηλοῖ, καὶ τὰ πελιώματα. Pollux Onom. Lib. II. c. 4. sect. 52. ὑπώπια· τὰ ὑπὸ τοὺς ὦπας τῶν πληγῶν ἴχνη. Schol. Aristoph. ad Acharn. v. 550. ὑπώπιον· τῶν τύλων, τῶν γινομένων ἐν ταῖς χερσὶν ἀπὸ τῆς σιδήρου ἐργασίας. λέγεται δὲ καὶ ὑπώπια καὶ τὰ ἀφ' οἱασδηποτοῦν πληγῆς τραύματα. Adde Aristoph. Vesp. v. 528. et Alex. Prov. XX. 29. ubi ὑπώπια (pro Hebraico חַבּוּרֹת *vibices.* Aquila et Theodotion μώλωπες habent.) et συντρίμματα et πληγαὶ ut synonyma junguntur. Conf. Nunnesii Notas ad Herodiani fragmenta in ὦπας. P. Fabri Agon. cap. 14. Lydii Agon. Sacr. cap. 14. L. Bos. Exercitationes in N. T. p. 140 seq. et Schwarzium in Comment. Criticc. Ling. Gr. p. 1368. Inde est

ʽΥΠΩΠΙΑ΄ΖΩ, fut. άσω, quod 1) proprie notat: *sugillare, ut sub oculis existant vibices et maculæ luridæ, faciem et partes, quæ sunt sub oculis, ita contundere, ut aut vulnus oriatur, aut certe eæ partes lividæ reddantur,* et speciatim de pugilibus adhibetur, cum pugnis, aut cæstibus antagonistæ faciem ita obtundunt, ut livida reddatur, quo sensu etiam Latini voce *obtundere* utuntur. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1400. et Wetstenii N. T. T. I. p. 779 seq. 2) per synecdochen generatim *aliquem vel vulnerare, vel lividum reddere* notat. Gloss. Stephani Lat. Græc. *Sugillat,* πλήσσει, ὑπώπια ποιεῖ. *Sugillatus,* ὑπωπιασθείς. 3) metaphorice, ut Latinum *obtundo* (Terent. Adelph. I. 2. 33.), *ad fastidium aliquid repeto,* et ex adjuncto: *admodum molestus sum, negotium facesso, vexo,* et speciatim de ea molestia adhibetur, quam quis sustinet, cujus aures ab importuno aliquo flagitatore aut garrulo quasi verberantur, ut adeo respondeat formulis Latinis *aures alicujus obtundere, ad fastidium aliquid repetere, onerare aliquem precibus.* Sic legitur in N. T. Luc. XVIII. 5. ἵνα μὴ ὑπωπιάζῃ με ne me nimium vexet et aures mihi obtundat; seu, ne me precibus suis fatiget: ubi videndus Pricæus ac Grotius. 4) *domo, subjicio reluctantem, male et duriter tracto ac habeo.* Sic reperitur in N. T. 1 Cor. IX. 27. ubi formula ὑπωπιάζειν τὸ

σῶμα vel significat: cupiditates pravas et vitiositatis vim compescere ac reprimere et animi, per religionem christianam emendati, imperio subjicere; vel notat: affligere et vexare corpus, v. c. fame, siti, laboribus molestis et itineribus. Œcumenius ad h. l. οὐκ ἀφίημι, φησὶ, τῇ γαστρὶ καὶ τῷ σώματι τὰς ἡνίας, ἀλλὰ περισφίγγω αὐτὸ, καὶ ὑποτάσσω. τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, τουτέστι, δαμάζω, καὶ ὡς δοῦλον ἄγω. Idem fere reperitur in Alberti Glossar. Gr. N. T. p. 216. Sæpius in N. T. non reperitur.

ὙΣ, ὑὸς, ὁ, ἡ, *sus, porcus, porca*, i. q. σῦς. In N. T. tantum exstat 2 Petr. II. 22. ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου sus lota reverti solet ad volutabrum cœni. Adagium, quod in eos convenit, qui in pristina flagitia relabuntur; de quo lectu digna habet Vorstius de Adagiis N. T. c. IV. p. 776 seq. ed. Fischeri. Alexandrini Levit. XI. 7. Deut. XIV. 18. Prov. XI. 22. hac voce usi sunt pro Hebraico חֲזִיר idem, pro quo Ps. LXXX. 13. vocem σῦς adhibuerunt.

ὙΣΣΩΠΟΣ, ου, ἡ, *hyssopus, genus fruticis lignosi et arborescentis.* Hyssopus enim, quæ apud nos herba est humilis, in orientis calidioribus terris inter frutices et arbusculas numeratur; unde etiam in Judæorum libris אֵזוֹב, proprie sic dicta, ab אֵזוֹב יָוָן *hyssopo Græcanica* distinguitur. Bis tantum in N. T. commemoratur. Joh. XIX. 29. οἱ δὲ, πλήσαντες σπόγγον ὄξους, καὶ ὑσσώπῳ (Heinsius Excerc. S. cap. 29. legere mavult οἰσύπῳ h. e. lana succida.) περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι, h. e. quidam vero spongiam, vino viliori repletam et hyssopi calamo affixam, ori Jesu admoverunt. Recte enim monuerunt doctissimi interpretes, ὑσσώπῳ h. l. positum esse pro καλάμῳ ὑσσώπου, collatis locis parallelis Matthæus XXVII. 48. et Marc. XV. 36. Calamus autem, seu caulis hyssopi tantæ est in oriente altitudinis, ut spongia, ei imposita, Christo, e cruce mediocri pendenti, facile porrigi potuerit. Conf. Sagittarii Hist. Pass. P. II. p. 950 seq. Salmasium de Cruce p. 288. 311. 317 et 582. et de Homonymis Hyles Iatricæ cap. 19. Lud. de Dieu Criticam Sacram p. 527. et Wedelii Cent. I. Dec. VII. Exc. 1. 2. 3. *Hyssopi fasciculum aspergilli loco in sacris Leviticis fuisse*, ex loco Hebr. IX. 19. apparet. In versione Alex. legitur pro אֵזוֹב Exod. XII. 22. Num. XIX. 6, 18. 1 Reg. IV. 33. Psal. LI. 9. Hesych. ὕσσωπος· βοτάνη σμήχουσα. Suid. ὕσσωπος· βοτάνη ῥυπτική, κ. τ. λ. Varias de hac herba sententias collegit Fesselius in Adversariis Sacris V. cap. 10. qui *Rosmarinum* esse contendit. Vide et Wetstenii N. T. T. I. p. 955 seq.

ὙΣΤΕΡΈΩ, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *sum posterior tempore*, vel *adventu, remaneo, a tergo relinquor, tardius venio, moror, differo accessum*, ab ὕστερος *posterior.* Polyb. Hist. IX. c. 13. ποτὲ μὲν ὑστερεῖν, ποτὲ δὲ προτερεῖν ἀνάγκη. Apollodor. Bibl. I. c. 9. § 25. Æschin. Socr. Dial. III. 10. Xenoph. Anab. I. 7. 10. Idem Hist. Gr. III. 5. 18. V. 1. 13. Eurip. Phœn. v. 993. Eandem quoque significationem verbum ὑστερίζειν apud Xenoph. Anab. VI. 1. 11. et καθυστερεῖν apud Polyb. Hist. III. c. 96. habet. 2) *inferior sum dignitate, deteriori conditione sum, vilis et contemtus sum.* 1 Cor. VIII. 8. οὔτε, ἐὰν μὴ φάγωμεν, ὑστερούμεθα neque, si abstinemus a quibusdam ciborum generibus, ideo deteriores sumus christiani. ibid. XII. 24. τῷ ὑστεροῦντι membris corporis, quæ vilissima vulgo et maxime contemta habentur. 2 Cor. XI. 5. λογίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκέναι τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων nulla enim in re me inferiorem esse summis illis apostolis existimo. ibid. XII. 11. 3) *careo, egeo, destituor, privor aliqua re, deficio, desum;* speciatim: *penuria laboro, destituor rebus, ad vitam sustentandam necessariis.* Matth. XIX. 20. τί ἔτι ὑστερῶ; quid adhuc mihi deest? Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 450. Marc. X. 21. ἕν σοι ὑστερεῖ unum adhuc tibi deest, scil. ad perfectionem. Luc. XV. 14. καὶ αὐτὸς ἤρξατο ὑστερεῖσθαι tunc ipse victu destituebatur. ib. XXII. 35. μή τινος ὑστερήσατε; num unquam inopia laborastis? Joh. II. 3. ὑστερήσαντος οἴνου cum vinum deficere inciperet. (Dioscor. V. 87. ὑστερούσης σποδοῦ.) Rom. III. 23. πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ omnes enim peccarunt, caruerunt favore divino et alieni fuerunt a felicitate, olim a Deo speranda. Multa ad h. l. collegit Wakefield. in Silva Critica P. III. p. 18 seq. 1 Cor. I. 7. ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι ut jam nullo beneficio divino careatis. 2 Cor. XI. 8. καὶ ὑστερηθεὶς et destitutus rebus, ad vitam sustentandam necessariis. Philip. IV. 12. ὑστερεῖσθαι opponitur τῷ περισσεύειν. Hebr. IV. 1. μήποτε — — δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι ne quis vestrum eo destituatur. ibid. XI. 37. ὑστερούμενοι penuria laborantes. ibid. XII. 15. μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ne quis vestrum favore divino iterum privetur, aut a religione christiana deficiat. Videtur h. l. et cap. IV. 1. imago desumta esse a stadiis veterum, in quibus alii alios a tergo relinquebant, aut impediebant, ne metam primi contingerent. Certe apud Herodot. I. 70. ὑστερεῖν est *nimis sero venire.* Sæpius in N. T. non legitur. Adde Psal. XXXVIII. 6. ἵνα γνῶ, τί ὑστερῶ ἐγὼ ut sciam, quid desit mihi. Nehem. IX. 21. οὐχ ὑστέρησαν αὐτοῖς οὐδέν. Psal. XXIII. 1. οὐδέν με ὑστερήσει. Ies. LI. 14. οὐ μὴ ὑστερήσῃ ἄρτος αὐτοῦ. Sirac. XI. 12, 13. XIII. 6. ἐὰν ὑστερήσῃς si inopia laboraveris. Eurip. Iphig. Aul. 1202. παιδὸς ὑστερήσομαι. Alberti Glossar. N. T. p. 97. ὑστεροῦνται· ἐκπεπτώκασι, λείπονται.

ὙΣΤΈΡΗΜΑ, τος, τὸ, 1) *penuria, inopia, paupertas, opum defectus*, i. q. ὑστέρησις, ab ὑστερέω, quod vide. Sic legitur in N. T. Luc. XXI. 4. αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς ἅπαντα τὸν βίον, ὃν εἶχεν, ἔβαλε hæc autem e sua penuria omnes facultates, quas habebat, contulit. Formulæ ἐκ τοῦ ὑστερήματος opponitur h. l. ἐκ τοῦ περισσεύοντος. Interpretes nonnulli per ὑστέρημα hic intelligi putant illud, quod adhuc ei reliquum erat ex demensa portione bonorum, quæ possidebat. Vide Bibl. Brem. Class. III. p. 227. 2 Cor. VIII. 14. ἐν τῷ νῦν καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα nunc quidem vos, opibus ac facultatibus abundantes, illorum penuriæ succurrere debetis. ibid. ἵνα καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρημα ut et illorum abundantia aliquando vestræ inopiæ inserviat. ib. IX. 12. XI. 9. Psalm. XXXIII. 9. οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν. Jud. XVIII. 10. τόπος, ὅπου οὐκ ἔστιν ὑστέρημα παντὸς πράγματος. ib. XIX. 19, 20. Prov. XXI. 5. 2) *id, quod deest in aliqua re, ut tanta non sit, quanta esse debeat, defectus.* Coloss. I. 24. καὶ ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ σαρκί μου et suppleo id, quod reliquum est calamitatum et afflictionum (cala-

mitates, quæ adhuc perferendæ mihi sunt ex decreto divino,) ob religionem christianam in corpore meo. Conf. de h. l. Photii Amphiloch. Quæst. CXLIII. in Wolfii Curis Philol. in N. T. Tom. IV. p. 719 seq. 1 Thess. III. 10. *τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως* ea, quæ vobis adhuc desunt ad perfectionem in religione christiana. Esdr. VI. 9. *καὶ ὃ ἂν ὑστέρημα* et si quid desit. Cohel. I. 15. *καὶ ὑστέρημα οὐ δυνήσεται ἀριθμηθῆναι.* 3) *absentia.* 1 Cor. XVI. 17. *ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν* quoniam absentiam vestram hi expleverunt, h. e. præstiterunt mihi, quod vos absentes mihi præstare non poteratis. Phil. II. 30. *ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα* ut vestrum absentium partes ageret. Sæpius in N. T. non legitur. Cæterum hanc vocem nonnisi e LXX laudari, et in nullo scriptorum exterorum reperiri, esse tamen secundum analogiam factam, observat Wetstenius N. T. T. I. p. 796.

ʽΥΣΤΕ'ΡΗΣΙΣ, *ιος,* Attice *εως, ἡ, defectus rerum, ad vitam sustentandam necessariarum, penuria, inopia, egestas,* i. q. *ὑστέρημα.* Est verbale a secunda persona perf. pass. *ὑστέρησαι,* verbi *ὑστερέω,* quod vide supra. Bis tantum legitur in N. T. Marc. XII. 44. *αὕτη δὲ ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς πάντα, ὅσα εἶχεν, ἔβαλεν* hæc autem e sua penuria omnia, quæ habebat, contulit. Conf. locum parallelum Luc. XXI. 4. ubi loco *ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς* legitur *ἐκ τοῦ ὑστερήματος αὐτῆς.* Phil. IV. 11. *οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω,* h. e. hæc ego non scripsi eo consilio, ut egestatem meam ægre ferens vos ad nova beneficia incitem.

ʽΥΣΤΕΡΟΝ. Adverbium, significans: *postea, post, paulo post, postremo, tandem, deinceps.* Matth. IV. 2. *ὕστερον ἐπείνασε* tandem esurivit. ibid. XXI. 29. *ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς* paulo post vero resipiscens. ibid. 32 et 37. *ὕστερον δὲ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ* tandem ablegavit ad eos filium suum. ibid. XXII. 27. *ὕστερον δὲ πάντων ἀπέθανε καὶ ἡ γυνὴ* post omnes vero mortua est etiam mulier. Confer Alberti Obss. Philol. p. 127. ibid. XXV. 11. XXVI. 60. Marc. XVI. 14. *ὕστερον* paulo post, i. q. *ὀλίγον ὕστερον,* ut legitur apud Ælian. V. H. I. 16. et VIII. c. 16. Sic etiam *post* apud Latinos ponitur pro *paulo post,* v. c. apud Terentium Hecyra IV. 4. 78. Luc. IV. 2. XX. 32. Joh. XIII. 36. *ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι* sed tandem, seu aliquando sequeris me. Hebr. XII. 11. ubi *τῷ ὕστερον* opponitur *τὸ πρὸς τὸ παρόν.* Sæpius in N. T. non legitur. Apud Alexandrinos Prov. XXIV. 32. *ὕστερον ἐγὼ μετενόησα.* Jer. XXIX. 2. XXXI. 19. *ὅτι ὕστερον αἰχμαλωσίας μου μετενόησα:* ubi in textu Hebraico legitur אַחֲרֵי. Prov. V. 4. *ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις.*

ʽΥΣΤΕΡΟΣ, *ου, ὁ, posterus, postremus, ultimus,* etiam *sequens, futurus.* Semel tantum in N. T. legitur 1 Tim. IV. 1. *ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως* aliquando, seu posthac quosdam esse defecturos a religione christiana. Confer supra ad vocem *ἔσχατος* dicta. Alexandrini habent pro אַחֲרוֹן *posterior, posterius, postremum,* 1 Paral. XXIX. 29. Demosthenes pag. 836. 6. edit. Reisk. *ὑπελίπετο ταύτην εἰς τὸν ὕστερον λόγον.* Plutarch. Narrat. Amat. pag. 774. B. *ὑστέρῳ γε μὴν χρόνῳ δίκας ἔδοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι.* Hesych. *ὕστερον· ἔσχατον.*

ʽΥΦΑΝΤΟ'Σ, *ἡ, όν, textus, contextus.* Est verbale a tertia pers. perf. pass. *ὕφανται,* verbi *ὑφαίνω texo,* quod legitur apud Xenoph. Mem. III. c. 11. § 6. *ἀράχνια γὰρ δήπου λεπτὰ ὑφηνάμεναι.* Herodot. II. 35. Tantum in N. T. legitur Joh. XIX. 23. *χιτὼν ἄῤῥαφος, ὑφαντὸς δι' ὅλου* tunica inconsuta, a summo tota contexta. Talem tunicam talarem, una tela constantem, et nihil habentem suturæ, aut commissuræ in lateribus, aut humeris Josephus A. J. III. 7. 4. fuisse tradit stolam pontificis maximi. Homer. Odyss. *ν',* v. 218. *ὑφαντά τε εἵματα καλά.* Thucyd. II. c. 97. *ὅσα ὑφαντά τε καὶ λεῖα.* Alexandrini interpp. usi sunt hac voce pro אֹרֵג Exod. XXXIX. 21, 26. et חֹשֵׁב Exod. XXVI. 31. XXVIII. 6. etc. Hinc *ὑφαντική, ἡ,* scil. *τέχνη, ars textoria, qua conficiuntur panni e lana et serico; ὑφάντης textor,* apud Alexandr. Exod. XXVIII. 28. et XXXVI. 7. *ὕφασμα textura* apud Ælian. V. H. I. 2. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 954 seq.

ʽΥΨΗΛΟ'Σ, *ἡ, όν,* 1) proprie: *altus,* ratione loci, *excelsus, sublimis,* ab *ὕψος altitudo.* Matth. IV. 8. *ὄρος ὑψηλὸν* mons altus. ibid. XVII. 1. Marc. IX. 2. Luc. IV. 5. Apoc. XXI. 10, 12. *τεῖχος μέγα καὶ ὑψηλὸν* murus magnus et excelsus. 2) *cœlestis.* Hebr. I. 3. ubi Christus dicitur consedisse ad dextram Dei *ἐν ὑψηλοῖς,* scil. *τόποις,* vel *μέρεσι,* h. e. in cœlo, coll. c. VIII. 1. *ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Alex. Psalm. XCII. 4. *θαυμαστὸς ἐν ὑψηλοῖς ὁ Κύριος.* Ies. XXXIII. 5. *ἅγιος ὁ Θεὸς ὁ κατοικῶν ἐν ὑψηλῷ.* ibid. XXXII. 15. Jerem. XXV. 30. 3) metaphorice: *excellens, magnificus, eximius, insignis, admirabilis,* etiam *potens, robustus, fortis.* Act. XIII. 17. *καὶ μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς* et summa potentia, seu vi miraculosa eduxit eos ex Ægypto. Exod. VI. 1 et 6. *ἐν βραχίονι ὑψηλῷ ἐκβαλεῖ αὐτούς.* ibid. XXXII. 10. Deut. IV. 34. Num. XXXIII. 3. Hebr. VII. 26. *ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος* ad summam dignitatem ac majestatem pervenit. Adde Ies. XII. 5. Hesych. *ὑψηλόν· μέγα.* 4) *superbus, fastuosus,* i. q. *ὑψηλόφρων.* Luc. XVI. 15. *ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐστιν* homines, qui superbiunt de pietate sua, displicent Deo. Rom. XII. 16. *μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες* non alta sapientes, seu, non fastu elati. Alex. 1 Sam. II. 3. *μὴ λαλεῖτε ὑψηλά.* Ies. IX. 9. *οἱ ἐφ' ὕβρει καὶ ὑψηλῇ καρδίᾳ καθήμενοι.* Τὰ *ὑψηλὰ* superbia s. superbi apud LXX Psalm. CXXXVII. 6. Ovid. Ep. IV. 150. *alta verba* h. e. confidentiæ et arrogantiæ plena. Sæpius in N. T. non legitur.

ʽΥΨΗΛΟΦΡΟΝΕ'Ω, *ῶ,* fut. *ήσω, efferor animo, altos spiritus gero, superbio,* et ex adjuncto: *contemno et despicio alios,* q. *τὰ ὑψηλὰ φρονέω,* ex *ὑψηλὸς altus* et *φρονέω sapio.* Bis tantum legitur in N. T. Rom. XI. 20. *μὴ ὑψηλοφρόνει* ne contemnas Judæos, i. q. v. 18. *μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων.* 1 Tim. VI. 17. *μὴ ὑψηλοφρονεῖν,* scil. *δεῖ.* Confer de hac voce Laur. Ramirez de Prado in Pentecontarcho p. 2.

ʽΥΨΙΣΤΟΣ, *ου, ὁ, altissimus, summus, summa majestate præditus, præstantissimus.* Superlativus ab *ὑψηλὸς altus.* Marc. V. 7. *υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου* fili Dei O. M. Luc. VIII. 28. Act. XVI. 17. Hebr. VII. 1. Adde Alex. Job. XXXI. 28. Psal. XCI. 8. Micha VI. 6. Τὰ *ὕψιστα,* scil. *μέρη, cœlum.* Matth. XXI. 9. *ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις* laus sit Deo in cœlo, seu inter cœlites. Marc. XI. 10. Luc. II. 14. *δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ* laudetur Deus in cœlo. ibid. XIX. 38. Job. XVI. 19. *ὁ δὲ ἀντιλήπτωρ μου ἐν ὑψίστοις.* Sirac. XLIII. 11. Ὁ *ὕψιστος Deus Optimus Maximus, summum numen.* Luc. I. 32. *υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται* erit filius Dei, summa majestate præditi. v. 35 et 76. VI. 35. Act. VII. 48. Sic etiam

in V. T. Deus *κατ᾽ ἐξοχὴν* mox מָרוֹם v. c. Ies. LVII. 15. Chald. עִלָּיָא vel עִלָּאָה Dan. IV. 21, 22, 29, 31. VII. 25. mox עֶלְיוֹן Num. XXIV. 16. Deut. XXXII. 8. 2 Sam. XXII. 14. רָם Ies. LVII. 15. et Chald. עֶלְיוֹנִין Dan. VII. 18, 22, 25, 27. vocatur. Vide Bocharti Canaan Lib. II. c. 2. Adde ex libris Apocryphis Sirac. XVII. 20, 21. XLI. 7. 2 Macc. III. 31. Etiam apud Diog. Laërt. Lib. VIII. c. 1. Jupiter *ὁ ὕψιστος* vocatur et apud Pindarum Nem. Od. I. 90. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 573. Sæpius in N. T. non legitur.

"ΥΨΟΣ, *εος, ους, τὸ,* 1) proprie: *altitudo, sublimitas, celsitudo,* certa dimensionis species, quæ opponitur profunditati. Sic legitur in N. T. Apoc. XXI. 16. *καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα.* Alex. 2 Paral. III. 14. Ezech. XLIII. 14. 2) *altum, sublime, κατ᾽ ἐξοχὴν cœlum,* et per metonymiam: *incolæ cœli,* (Alberti Glossar. N. T. *ὕψος· οὐρανὸς, ἢ οἱ ἐν αὐτῷ.*) speciatim vero: *ipse Deus O. M.* auctor et conditor cœli ac terræ et omnis rerum universitatis, quem in cœlo maxime sedem suam habere et inde infinitam majestatem conspicuam reddere Judæi opinabantur. Luc. I. 78. *ἀνατολὴ ἐξ ὕψους.* Ita Christus vocatur, quatenus de cœlo venit in has terras, insigni beneficio divino hominibus concessus. ib. XXIV. 49. *δύναμις ἐξ ὕψους* virtus divina. Ephes. IV. 8. *ἀναβὰς εἰς ὕψος* ascendit in cœlum. Sic etiam Davides Psal. LXVIII. 19. CXLIII. 8. cœlum et Psalm. LXXII. 8. LXXIV. 5. *Deum ipsum* הַמָּרוֹם nominavit. Conf. supra ad *οὐρανὸς* a me dicta. 3) metaphorice: *conditio et status excellens, summum felicitatis ac dignitatis fastigium.* Jacob. I. 9. *καυχάσθω ὁ ταπεινὸς ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ* qui nunc miser et contemtus est, lætetur de futura sua feliciore conditione. Ezech. XXXI. 2. *τίνι ὡμοίωσας σεαυτὸν ἐν τῷ ὕψει σου.* Job. V. 11. *τὸν ποιοῦντα ταπεινοὺς εἰς ὕψος.* Judith IX. 20. 1 Macc. I. 42. 4) Ephes. III. 18. quatuor rerum corporearum dimensionis species *τὸ πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος καὶ ὕψος* pro immenso ambitu Christi erga homines benevolentiæ ponuntur. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΥΨΟ'Ω, *ῶ,* fut. *ώσω,* 1) proprie: *exalto, extollo. sustollo, in altum tollo, erigo,* speciatim: *cruci affigo, suspendo,* ab *ὕψος altitudo.* Joh. III. 14. *καὶ καθὼς Μωσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου* et quemadmodum Moses extulit æneam serpentis imaginem in deserto, ita oportet exaltari (seu cruci affigi) filium hominis. Eodem modo in versione Alexandrina usurpatur Syriacum ܙܩܦ, quod proprie significat: *levavit, elevavit, sustulit, erexit, extulit;* 2 Tim. IV. 15. deinde vero: *suspendit, crucifixit.* Confer Vers. Syr. N. T. Matth. XX. 19. XXIII. 34. XXVI. 2. XXVII. 22. ubi Hebraico *σταυρόω* respondet. 2) *aufero, tollo, e medio tollo,* etiam *interficio,* ut subintelligenda sit formula *ἐκ τῆς γῆς,* quæ diserte additur Joh. XII. 32. *ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς* cum mortuus fuero. ibid. v. 34. *πῶς σὺ λέγεις, ὅτι δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;* quomodo tu dicis, filium hominis esse moriturum? ibid. VIII. 28. *ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου* quando interfeceritis (alii, in crucem egeritis,) filium hominis. Videtur autem *ὑψοῦν* hanc notionem habere ad imitationem Hebraici הֵרִים, quod in *auferendi* significatione aliquoties in V. T. reperitur, v. c. Ies. LVII. 14. הָרִימוּ מִכְשׁוֹל מִדֶּרֶךְ עַמִּי· Ezech. XXI. 6. ubi הָסִיר et הָרִים permutantur. Cæterum formula *ὑψωθῆναι ἐκ τῆς γῆς* respondere videtur Hebraicæ הִסְתַּלֵּק מִן הָעוֹלָם· 3) metaphorice: *ex statu misero, humili et abjecto in statum felicem, beatum et gloriosum transfero, in conditionem meliorem et eminentiorem eveho, in summa dignitate ac felicitate constituo.* Matth. XI. 23. *καὶ σὺ Καπερναοὺμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα* tu autem Capernaum, quæ es ad astra sublata, h. e. urbs florentissima, ad summam dignitatem evecta. ibid. XXIII. 12. *ὑψωθήσεται* evehetur ad majorem dignitatem. Luc. I. 52. *καὶ ὕψωσε ταπεινοὺς* miseros autem et contemtos felices reddit et ad dignitatem evehit. ibid. X. 15. XIV. 11. XVIII. 14. *ὑψωθήσεται,* h. e. ei peccata remittentur. Act. II. 33. *τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθείς.* Vide supra ad vocem *δεξιὸς* dicta. ibid. V. 31. XIII. 17. *καὶ τὸν λαὸν ὕψωσεν ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτου* et hunc populum numerosum ac potentem reddidit, quo tempore peregrinatus est apud Ægyptios. Sic *ὑψοῦσθαι* de iis, quorum ingens fit numerus et qui viribus crescunt, usurpatur ab Alexandrinis Genes. XLI. 52. XLVIII. 19. ut bene observavit ad h. l. Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 66. Alii interpretes formulam *τὸν λαὸν ὕψωσεν* non minus commode vertunt: populum hunc multis beneficiis affecit; alii vero: liberavit hunc populum e servitute, qua, quum in Ægypto habitaret, premebatur. Posteriorem explicationem et verba *ἐν τῇ παροικίᾳ* et formula, quæ paulo post sequitur, *καὶ μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς,* non admittere mihi quidem videntur, quanquam negari vix potest, *ὑψοῦν* notionem *eripiendi, liberandi, vindicandi,* ad imitationem Hebraici הֵרִים Psalm. IX. 14. XVIII. 49. (Ies. LXIII. 9.) habere posse. Adde Judith X. 8. XIII. 5. 2 Cor. XI. 7. *ἵνα ὑμεῖς ὑψωθῆτε* ut vos opibus abundaretis. De iis, qui opibus abundant, *ὑψοῦσθαι* etiam legitur apud Alexandrinos Genes. XXIV. 25. de Abrahamo. Jacob. IV. 10. *καὶ ὑψώσει ὑμᾶς* et vos felicissimos reddet. 1 Petr. V. 6. Adde 1 Paral. XVII. 17. 1 Reg. XIV. 7. Sirac. XV. 5. Polybius Lib. V. c. 26. *βραχεῖς δὴ πανὺ καιροὶ πάντας ἀνθρώπους ὡς ἐπίπαν ὑψοῦσι, καὶ πάλιν ταπεινοῦσι.* Apud Diog. Laërt. I. c. 3. § 2. de Jove dixisse fertur *Æsopus: τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῦν, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῦν.* Eurip. Phœn. v. 417. *αἱρεῖσθαι εἰς ὕψος μέγα* opponitur *τῷ δυστυχεῖν.* Cf. quoque Palairet. Obss. Philol. p. 302. 4) *ὑψοῦν ἑαυτὸν se ipsum evehere,* h. e. *efferre se, superbire, sibi arrogare aliquid.* Sic legitur in N. T. Luc. XIV. 11. *πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται* quicunque enim se ipsum evexerit, deprimetur. ibid. XVIII. 14. *ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν* qui se effert ob pietatem. Mat. XXIII. 12. *'Υψοῦσθαι* pro *superbire* aliquoties legitur in versione Alex. v. c. 2 Paral. XXVI. 16. *ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ.* Deut. VIII. 14. XVII. 20. Simili ratione voces Hebraicæ גֵּאָה (Job. XL. 6, 7), גֵּאָה (Prov. VIII. 13.), גַּאֲוָה (Psalm. X. 2.) et aliæ ejusdem derivationis de *fastu* ac *superbia* adhibentur, sicut *ὕψος* apud Aquil. Psalm. XI. 9. Sæpius in N. T. non legitur.

"ΥΨΩΜΑ, *τος, τὸ,* 1) proprie: *altitudo, sublimitas, celsitudo.* Est verbale a prima pers. perf. pass. *ὕψωμαι.* verbi *ὑψόω,* quod vide supra. 2) *id, quod altum et excelsum est,* speciatim: *cœlum.* Sic reperitur in N. T. Rom. VIII. 39. *οὔτε*

ὕψωμα, οὔτε βάθος neque cœlum, neque terra. Conf. Ephes. IV. 20. et quæ supra ad ὕψος a me notata sunt. Alberti Glossar. N. T. p. 104. ὕψωμα· οὐρανὸς, ἢ οἱ ἐν αὐτῷ. 3) metaphorice: *fastus, superbia.* 2 Cor. X. 5. καθαιροῦντες πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως Θεοῦ deprimentes fastum eorum, qui se opponunt propagationi religionis christianæ. Sæpius in N. T. non legitur.

Φ

ΦΑ'ΓΟΣ, ου, ὁ, *phago,* (Confer Salmasium ad Flavii Vopisci Aurelianum c. 50. T. II. Scriptt. Hist. Aug. p. m. 591.) *comedo, edax, comessator, cœnipeta, qui multum gulæ indulget,* et Hebraice זוֹלֵל dicitur, a φάγω *edo.* Tantum bis in N. T. legitur. Matth. XI. 19. ἰδοὺ ἄνθρωπος, φάγος καὶ οἰνοπότης en hominem edacem et vini appetentem! Luc. VII. 34.

ΦΑ'ΓΩ, 1) proprie: *edo, comedo, vescor, devoro.* Matth. VI. 25, 31. τί φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν; quid edamus, aut bibamus? aut: unde victum et potum habituri sumus? ibid. XII. 4. XIV. 16. δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν date illis ipsi cibum. (2 Paral. XXVIII. 15.) ibid. XIV. 20. XV. 20, 32, 37. XXV. 35, 42. XXVI. 17, 26. Marc. II. 26. III. 20. ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μήτε ἄρτον φαγεῖν ut ne possent quidem cibum capere, i. q. cap. VI. 31. οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν. ibid. V. 43. VI. 36, 37, 42, 44. VIII. 1, 2, 8, 9. XI. 14. XIV. 12, 14, 22. Luc. IV. 2. οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν h. e. ἐνήστευσεν, coll. Mat. IV. 2. Luc. VI. 4. VII. 36. ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ ut secum epularetur. ibid. VIII. 55. IX. 13, 17. XII. 19. φάγε, πίε καὶ εὐφραίνου ede, bibe et sis bono animo. ibid. v. 22 et 29. XIII. 26. ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου καὶ ἐπίομεν, h. e. familiariter tecum viximus. ibid. XIV. 1. φαγεῖν ἄρτον cœnare, epulari. Cf. Fischeri Prolus. XII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 304. et Prolus. XIII. p. 322 seq. Luc. XV. 23. XVII. 8. XXII. 8, 11, 15, 16. XXIV. 43. καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν quod illis spectantibus comedit. Joh. IV. 31, 32, 33. VI. 5, 23, 26, 31, 49, 58. XVIII. 28. Act. IX. 9. οὐκ ἔφαγεν οὐδὲ ἔπιεν jejunavit. ibidem X. 13, 14. XI. 7. XXIII. 12, 21. μήτε φαγεῖν, μήτε πιεῖν ne quid ederent, aut biberent. Rom. XIV. 2. πιστεύει (scil. ἐξεῖναι. Conf. L. Bos. Ellips. Gr. p. 614. ed. Schæferi.) φαγεῖν πάντα judicat, sibi licere cibis promiscue uti. ibid. XIV. 21, 23. 1 Cor. VIII. 8, 13. IX. 4. μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν φαγεῖν καὶ πιεῖν; nonne possemus sumtibus ecclesiæ lautius edere et bibere et hilarius vivere? ib. X. 3, 7. φαγεῖν καὶ πιεῖν cœnam sacrificialem celebrare. ibid. XI. 20. Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν cœnam Dominicam celebrare, pro quo ibidem v. 21 et 33. φαγεῖν nude ponitur. ibid. v. 24 et 32. 2 Thess. III. 8. Hebr. XIII. 10. ἐξ οὗ φαγεῖν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν. Apoc. II. 14, 20. X. 10. φάγειν est i. q. καταφάγειν. ibid. XVII. 16. XIX. 18. 2) metaphorice: *fruor, percipio, particeps fio.* Luc. XIV. 15. μακάριος, ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ beatus ille, qui in regno Dei convivatur, h. e. particeps futurus est felicitatis æternæ in regno Messiæ, quam Judæi סְעוּדָה *convivium* vocare consueverant. Joh. VI. 50. ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ ita, ut, qui hujus panis (nempe ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνοντος,) particeps fiat, vivat in æternum. ibid. v. 51, 52, 53. ubi vide, quæ supra ad σάρξ dicta sunt. ibid. IV. 32. ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε aliam occupationem in præsenti habeo, quam vos ignoratis. Apoc. II. 7 et 17. 3) *exedo, consumo, perdo, destruo.* Joh. V. 3. καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν et summo mœrore vos afficiet. Conf. supra ad σάρξ notata. Ies. LX. 16. πλοῦτον βασιλέων φάγεσαι. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΑΙΛΟ'ΝΗΣ, (Scribitur etiam φαιλώνης, φελώνης, φελόνης, φαλώνης et φαινόλης,) ου, ὁ, respondet Latino *pænula,* vel *penula,* et generatim *omne integumentum et involucrum alicujus rei* significat; speciatim vero partim de *pallio, itineribus faciendis maxime accommodato et a tempestatis injuriis tutum corpus præstante,* (vide Lipsii Elect. Lib. I. c. 13 et 25.) partim vero de *theca, libris et schedulis recipiendis apta,* seu *involucro librorum membranaceo* usurpatur. Deducitur vulgo a φελλὸς *pellis, cortex arboris, ex quo volumina olim fiebant,* et *superficies cujuslibet rei,* ut adeo proprie vocabulum, inde deductum, φελλώνης, seu φελλόνης scribendum esset. Semel tantum in N. T. legitur 2 Tim. IV. 13. τὸν φαιλόνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι, φέρε pænulam, quam Troade reliqui, affer. Quid per φαιλόνην h. l. intelligendum sit, de eo in duas partes abeunt interpretes. Alii (v. c. Bartholinus in Commentario de Pænula T. VI. p. 69 seq. Antiquitatt. Romanar. pag. 1167 seq. Ferrarius de Re Vestiaria Lib. I. cap. 36. A. C. Stosch. in Diss. de Pallio Pauli. Lugd. 1709. 4. Grotius, Lutherus, Chrysostomus, Hieronymus, Theophylactus et alii,) intelligunt *vestimenti,* seu *pallii genus, quod ab hiemis, pluviæ aliisque injuriis corpus tutum præstabat et quo servi et itinera facientes fere uti solebant,* quod etiam Latini *pænulam* vocare solebant. Confer Ciceronis Orat. pro Milone c. 10 et 20. et Quinctilianum de Causis Corruptæ Eloquentiæ cap. 39. Judæos quoque tale pallium פְּלִיוֹן appellasse, Schœttgenius tradit in Horis Hebraicis pag. 898. Alii vero, (v. c. Hect. Godofr. Masius in peculiari tractatu de Pallio Pauli. Hafn. 1690. 4. qui et in Thesauro Mentheniano T. II. p. 707. reperitur.) quorum interpretationi ego non difficulter subscribo, φαιλόνην de *theca libraria,* seu *capsula libraria* interpretantur. Syrus bene transtulit: ܒܝܬ ܟܬܒܐ h. e. *theca, libris recipiendis apta.* Conf. Bucheri Antiquitates Bibl. ex N. T. selectas p. 947. qui recte observavit, Judæos linteum, quo codex sacer circumdabatur, פְּלָנְיָא appellasse. Alberti Glossar. Gr. N. T. p. 164. τὸν φελώνην· εἰλητάριον, ἔχον τὸν νόμον: ubi vid. Alberti. Hesych. φαιλόνης· εἰλητάριον μεμβράϊνον, ἢ γλωσσόκομον. Glossæ MSS. in Codd. N. T. Coislin. XXVII. φελόνην ἱμάτιον λέγει· οἱ δὲ, γλωσσόκομον, ἐν ᾧ ἔκειτο τὰ βιβλία, ἃ ἔδει ἀποδημοῦντα αὐτὸν πιστοῖς παραθέσ-

θαι, ἵν' ἔχοιεν εἰς διδασκαλίαν ἀπ' αὐτοῦ. Idem habet Zonaras Lex. col. 1801. E recentioribus de hoc vocabulo conferri poterunt Suicerus in Thesaur. Eccles. T. II. p. 1422. Ducangius et Meursius in Glossariis, Interpretes ad Pollucis Onomast. p. 729. et Rigaltius ad Artemidorum II. 3. p. 85. De varia hujus vocis scriptione vide Salmasium et Casaubonum ad Spartianum inter Scriptores Historiæ Augustæ Tom. I. p. 26 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 366.

ΦΑΙ'ΝΩ, fut. φανῶ, 1) proprie transitive: *in lucem profero, edo, ostendo, apparere facio alterum.* Medium φαίνομαι *apparere facio me, appareo, luceo.* Matth. I. 20. angelus κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ in somnio ipsi apparuit, seu visus est. ibid. II. 7. τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος quando et quamdiu jam stella iis esset visa. (De stellis φαίνεσθαι κατ' ἐξοχὴν dici, docent loca Aristotelis de Cœlo III. et poster. Analyt. I. 13. 13. Plutarchi de Placitis Philos. p. 880. A. et Demetr. p. 919. A.) ibid. v. 19. VI. 5, 16. ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες ut jejunium suum aliis ostentent. ibid. v. 18. IX. 33. οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως ἐν τῷ Ἰσραὴλ nunquam tale quicquam inter Judæos factum est. Confer Jud. XIX. 30. ibid. XIII. 26. τότε ἐφάνη καὶ τὰ ζιζάνια tunc lolium quoque conspectum est. ibid. XXIII. 28. φαίνεσθε τοῖς ἀνθρώποις δίκαιοι probi videmini hominibus. ib. XXIV. 27. καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν et ad occidentem splendet, seu penetrat. ibid. v. 30. καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ et tunc conspiciendum se præbebit filius hominis in cœlo. Marc. XVI. 9. ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ primum se conspiciendum præbuit Mariæ. Jacob. IV. 14. ἀτμὶς γάρ ἐστιν, ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη vapori similis est, qui ad breve tantum tempus conspicitur. Apoc. XVIII. 23. καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι. Homer. Iliad. δ', v. 381. ἀλλὰ Ζεὺς ἔτρεψε, παραίσια σήματα φαίνων. Achilles Tat. L. V. p. 279. ὦ Ζεῦ, τί τοῦτο φαίνεις ἡμῖν τέρας; Eustathius p. 1593. lin. 58. φαίνειν δὲ τὸ φανεροῦν, καὶ ἐμφανῆ ποιεῖν. Suid. φαίνειν δεικνύειν, φανεροποιεῖν. Hesych. φαίνων δεικνύων, δηλῶν. 2) *luceo, late lucem spargo,* et metaphorice: *emineo, excello, animum illustro et emendo, trado doctrinam salutarem.* Joh. I. 5. καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει et lux illa in tenebris lucebat, h. e. et doctor ille divinus voluit quidem homines ignorantes ac perversos imbuere doctrina salutari. ibid. V. 35. ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων ille quidem similis erat faci ardenti ac late lucem spargenti. Phil. II. 15. ἐν οἷς φαίνεσθε inter quos eminetis, vel excellere debetis. 2 Petr. I. 19. ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ tanquam lucernæ, in loco tenebricoso lucem spargenti. 1 Joh. II. 8. καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἤδη φαίνει. Vide infra sub φῶς. Apoc. I. 16. ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ. ibid. VIII. 12. XXI. 23. ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ. Suid. φαίνειν· καὶ ἐπὶ λύχνων. 3) φαίνομαι *sum, adsum.* Matth. XXIII. 27. οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι quæ extrinsecus quidem sunt speciosa. 2 Cor. XIII. 7. οὐχ ἵνα ἡμεῖς δόκιμοι φανῶμεν, h. e. ὦμεν. Hebr. XI. 3. τὰ μὴ φαινόμενα quæ olim non erant, i. q. τὰ μὴ ὄντα, coll. Rom. IV. 17. et 2 Macc. VII. 28. Chrysostomus ad h. l. δῆλόν ἐστιν, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἐκ τῶν μὴ φαινομένων τὰ φαινόμενα, ἐκ τῶν οὐχ ὑφεστώτων τὰ ὑφεστῶτα. Conf. quoque Wolfii Curas Philol. in N. T. T. III. p. 741 seq. Xenoph. de Rep. Laced. I. 1. δυνατωτάτη καὶ ὀνομαστοτάτη ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐφάνη. Idem Mem. Socr. IV. c. 2. s. 7. δυσκατεργαστότερα φαίνεται. Vide Harlesium ad Aristotelis Poët. 13. p. 90. 4) φαίνομαι *venio,* i. q. ἔρχομαι. Luc. IX. 8. ὅτι Ἠλίας ἐφάνη, h. e. ἦλθε, Eliam venisse. 2 Macc. VII. 22. οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς τὴν ἐμὴν ἐφάνητε κοιλίαν. Conf. Boisii Collat. p. 211. Xenoph. Anab. III. 1. 16. φάνητε τῶν λοχαγῶν ἄριστοι. Idem Mem. II. 8. 1. πόθεν φαίνῃ; unde venis? 5) φαίνομαι *compareo, sto in judicio.* 1 Petr. IV. 18. ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; impius et peccator quomodo stabit, scilicet in judicio Dei? Alii non minus commode verba ποῦ φανεῖται; vertunt: ubi erit? h. e. nusquam erit, prorsus peribit. Conf. Sirac. II. 17. 6) φαίνομαι *videor, judicor, dijudicor, intelligor.* Sic legitur in N. T. Marc. XIV. 64. τί ὑμῖν φαίνεται; quid vobis videtur? qualem sententiam fertis? In loco parallelo Matth. XXVI. 66. legitur: τί ὑμῖν δοκεῖ; Luc. XXIV. 11. ἐφάνησαν ἐνώπιον αὐτῶν ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν sed illis hæc deliramenta visa sunt. Confer Alexandrinos Genes. XLII. 15. Proverb. XXI. 2. πᾶς ἀνὴρ φαίνεται ἑαυτῷ δίκαιος. Aristoph. Plut. 198. Eccles. 870. Homer. Odyss. I. 318. 7) φαίνομαι, participiis et infinitivis junctum, quandoque abundat, v. c. Rom. VII. 13. ubi φανῇ κατεργαζομένη positum est pro κατεργάζηται. Sic apud Xenoph. Mem. IV. cap. 2. § 20. φαίνομαι, scil. φάναι, positum est pro φημί. Idem de Mag. Equit. VI. 4. φαίνομαι ποιῶν *facio.* Idem de Rep. Laced. II. 14. φαίνομαι ὀρεγόμενος, pro ὀρέγομαι. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΑΛΕ'Κ, ὁ, *Phaleg.* Nomen proprium viri ἄκλιτον, origine Hebraicum, פֶּלֶג designans: *divisionem, dispersionem,* a radice פָּלַג *divisit, dispersit.* Fuit filius Heberis et sic dictus fuit, quia illo tempore gentes a se invicem dispersæ sunt. Genes. X. 25. Memoratur tantum in N. T. Luc. III. 35.

ΦΑΝΕΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) *manifestus, apparens aliis, notus, qui in cognitionem aliorum venit et innotescit,* a φαίνω *in lucem profero,* φαίνομαι *appareo.* Matth. VI. 4, 6, 18. ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ tibi palam remunerabitur. ibid. XII. 16. μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν ne se proderent. Marc. III. 12. IV. 22. ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ quod non aliquando ad omnium notitiam perducatur. ibid. VI. 14. φανερὸν γὰρ ἐγένετο τὸ ὄνομα αὐτοῦ jam enim fama ejus dimanaverat. Luc. VIII. 17. Act. IV. 16. σημεῖον πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ φανερὸν miraculum, quod omnibus incolis Hierosolymorum innotuit. ibid. VII. 13. φανερὸν ἐγένετο τῷ Φαραὼ τὸ γένος τοῦ Ἰωσὴφ et genus Josephi manifestatum est Pharaoni. Rom. I. 19. διότι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς non autem defuit ipsis occasio Dei veri cognoscendi. 1 Cor. III. 15. XI. 19. XIV. 25. Galat. V. 19. φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς cæterum satis constat, qualia facinora ad ἔργα τῆς σαρκὸς sint referenda. Philip. I. 13. ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν Χριστῷ γενέσθαι ut jam omnibus innotuerit, me ob religionis christianæ professionem in vincula conjectum esse. 1 Tim. IV. 15. 1 Joh. III. 10. ἐν τούτῳ φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ κ. τ. λ. exinde apparet et dignosci potest, quinam sint filii Dei. Alexandrini usi sunt hac voce pro נִגְלָה *revelatus,* Deut. XXIX. 29. (28.), pro נֶגֶד *coram,* Prov. XV. 11. et זַךְ Prov. XVI. 5. Adde Genes. XLII. 16. ἕως τοῦ φανερὰ γενέσθαι τὰ ῥήματα ὑμῶν, εἰ ἀληθεύετε. Ies. VIII. 16. τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον, τοῦ μὴ μαθεῖν. 1 Macc. XV. 9. 2 Macc. I. 33. XII. 44. 2) *extrinsecus, exter-*

nus, ad corpus pertinens. Rom. II. 28. ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖος qui est Judæus habitu externo tantum, v. c. natalibus, lingua, ritibus, etc. Opponitur τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαίῳ. ibid. ἡ ἐν τῷ φανερῷ περιτομὴ externa corporis (ἐν σαρκὶ, ut statim explicationis causa additur) circumcisio, quæ opponitur τῇ περιτομῇ τῆς καρδίας v. 29. Sæpius in N. T. non legitur. — Formula ἐν τῷ φανερῷ supplenda est post ἀποδώσει σοι Mat. VI. 18. coll. 4 et 6.

ΦΑΝΕΡΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *manifesto, manifestum reddo, conspiciendum præbeo, patefacio, ad omnium notitiam perduco, publice declaro, demonstro, revelo.* Φανερόομαι, οῦμαι *patefio, conspicior, compareo, sisto me, advenio,* etc. a φανερὸς *manifestus.* Marc. IV. 22. ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ quod non sit per vos in omnium notitiam proferendum. ibid. XVI. 12. ἐφανερώθη ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ alia forma sumta se conspiciendum præbuit. ibid. v. 14. Joh. I. 31. ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ ut Israëlitæ de ejus persona, dignitate et muneris ac officii ratione satis edocerentur. ibid. II. 11. ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ declaravit idoneo argumento majestatem suam. ibid. III. 21. ἵνα φανερωθῇ αὐτοῦ τὰ ἔργα ut conspicua fiant ejus opera. ib. VII. 4. εἰ ταῦτα ποιεῖς, φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ si facultate miracula patrandi gaudes, ostende te multitudini, seu, prodi in publicum, versare in conspectu hominum. ibid. IX. 3. ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ ut demonstraretur per ejus sanationem potentia divina. ibid. XVII. 6. ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα ego te in terra illustravi, aut doctrinam tuam hominibus tradidi. ibid. XXI. 1. ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν πάλιν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς iterum conspiciendum se præbuit Jesus discipulis. ibid. v. 14. Rom. I. 19. ὁ Θεὸς γὰρ αὐτοῖς ἐφανέρωσε Deus enim ipse eos edocuit. ibid. III. 21. δικαιοσύνη Θεοῦ πεφανέρωται a peccatorum pœnis immunitas divinitus nobis declarata est. ibid. XVI. 26. 1 Cor. IV. 5. καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν qui in lucem protrahet sensa et consilia hominum. 2 Cor. II. 14. III. 3. φανερούμενοι de quibus satis constat. ibid. IV. 10. ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ in nobis se exserat. ibid. V. 10. τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ nos omnes enim comparere oportet coram tribunali Christi. ibid. v. 11. Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα. ἐλπίζω δὲ καὶ ἐν ταῖς συνειδήσεσιν ὑμῶν πεφανερῶσθαι Deo vero cognita est fidelitas nostra in munere nostro gerendo; spero autem, eandem nec vobis ignotam fore. ibid. VII. 12. XI. 6. ἀλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς semper et ubique idonea vobis hujus rei documenta dedimus. Ephes. V. 13. Coloss. I. 26. III. 4. φανεροῦσθαι de adventu Christi ad judicium explicandum est. ibid. τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ tunc etiam vos perfectiorem felicitatis vestræ, cum Christo percipiendæ, cognitionem habebitis. ibid. IV. 4. ἵνα φανερώσω αὐτὸ ut tradam illam. 1 Tim. III. 16. ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ qui per humanam naturam apparuit, seu conspiciendum se præbuit hominibus. 2 Tim. I. 10. Tit. I. 3. Hebr. IX. 2. οὐ μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν nondum patere introitum in sanctum sanctorum. ibid. v. 26. 1 Petr. I. 20. φανεροῦσθαι de adventu Christi in mundum; sed ibid. V. 4. de adventu ejus ad judicium adhibetur. 1 Joh. I. 2. καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη et auctor ille felicitatis humanæ homo factus est. ibid. II. 19. ἵνα φανερωθῶσιν, pro ἵνα φανερὸν γένηται, ut appareret. ibid. II. 28. ὅταν φανερωθῇ quando ad judicium extremum redibit. ibid. III. 2. οὔπω ἐφανερώθη nondum perfectam cognitionem habemus. ibid. v. 5. ὅτι ἐκεῖνος ἐφανερώθη Christum ideo humanam naturam induisse. Eodem modo φανεροῦσθαι sumitur quoque ibid. v. 8. IV. 9. ἐν τούτῳ ἐφανερώθη ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν hoc vero modo declaravit Deus suum erga nos amorem. Apoc. II. 18. et XV. 4. ubi ἐφανερώθησαν positum est pro φανερωθήσονται. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alex. respondet Hebraico גִּלָּה *revelavit,* Jer. XXXIII. 6. Suid. φανεροῦν· εἰς φῶς ἄγειν. Constructionem verbi φανεροῦσθαι cum præpositione εἰς, loco dativi, Rom. III. 21, 22. nec Græcis insolentem esse, docuit Abresch. in Dilucidatt. Thucyd. p. 94.

ΦΑΝΕΡΩ͂Σ. Adverbium, significans: 1) *manifeste, perspicue, distincte,* a φανερὸς *manifestus, apparens.* Sic legitur in N. T. Act. X. 3. εἶδεν ἐν ὁράματι φανερῶς per visum conspexit manifeste et distincte, ita, ut dubitationi nullus locus relictus esset. 2) *palam, coram populo, in concione.* Marc. I. 45. ὥστε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι φανερῶς εἰς πόλιν εἰσελθεῖν ut non amplius posset palam urbem intrare. Joh. VII. 10. οὐ φανερῶς, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ κρυπτῷ non palam, sed velut in abscondito, seu occulto, h. e. sine magno comitatu. Thucyd. Lib. I. c. 87. ἀλλὰ βουλόμενος αὐτοὺς φανερῶς (h. e. ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ) ἀποδεικνυμένους τὴν γνώμην. Demosthen. p. 479. 9. ed. Reisk. ὅσῳ τὸ φανερῶς (scil. τι ποιεῖν) τοῦ λάθρα κρεῖττον. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΑΝΕ'ΡΩΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) *manifestatio, declaratio.* Est verbale a secunda persona perf. pass. πεφανέρωσαι, verbi φανερόω *manifesto, patefacio, declaro.* Sic legitur in N. T. 2 Cor. IV. 2. τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας συνιστῶντες ἑαυτοὺς tradenda vera doctrina christiana nos commendantes. 2) *vis et facultas manifestandi, declarandi et patefaciendi aliquid.* 1 Cor. XII. 7. ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον cuilibet data est facultas, factis ac re ipsa declarandi, se habere Spiritum divinum, seu dona miraculosa, ideo, ut conferat aliquid ad communem utilitatem. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΑΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, *lucerna, fax, tæda, laterna, lampas.* Est verbale ab aor. 2. ἔφανον, verbi φαίνω *lucem emitto, luceo.* Semel tantum in N. T. legitur Joh. XVIII. 3. ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων venit eo cum facibus et funalibus. Dionys. Hal. Lib. IX. p. 720. ἐξέτρεχον ἅπαντες ἐκ τῶν σκηνῶν ἀθρόοι, φανοὺς ἔχοντες καὶ λαμπάδας. Æschyl. Agamemn. v. 290. Aristoph. Lysistr. v. 308. De vario vocis φανὸς usu vide Casaubon. ad Athenæum Lib. XV. c. 18. p. 699 seq. Wetstenius N. T. T. I. p. 946 seq. et Valckenar. ad Ammonium Lib. II. c. 16. Laternam, quam veteres λαμπτῆρα et λυχνοῦχον vocabant, recentiores φανὸν nuncupasse, præter Ammonium auctor est Hesych. Ἀττικοὶ δὲ λυχνοῦχον ἐκάλουν, ὃν ἡμεῖς νῦν φανόν. Thom. M. φανός· ἐπὶ λαμπάδος, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ κερατίνου λέγε. τοῦτο δὲ λυχνοῦχον. Idem tradit Phrynichus p. 12. ed. Nunn. Vide etiam Spanhem. ad Aristoph. Plut. v. 639. Adjectivum φανὸς *lucidus* legitur apud Xenoph. de Venat. V. 18. X. 7.

ΦΑΝΟΥΗ'Λ, ὁ, *Phanuel,* Hebr. פְּנוּאֵל compositum ex פָּנָה *aspexit* et אֵל *Deus,* unde in Alberti Glossar. Gr. p. 53. explicatur per πρόσωπον Θεοῦ. Est autem nomen proprium patris Annæ, prophetissæ,

qui commemoratur in N. T. Luc. II. 36.

ΦΑΝΤΑ'ΖΩ, fut. άσω, *apparere facio, ostendo, repræsento*, speciatim: *phantasiæ, seu vi imaginativæ aliquid propono.* Pass. φαντάζομαι *appareo, videor, ostendor, repræsentor, imaginor, et de quavis oblata rei specie et imagine, sive fictilia, sive vera*, usurpatur, a φαίνω *ostendo.* In N. T. semel tantum legitur Hebr. XII. 21. οὕτω γὰρ φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον adeo enim terribile erat, quod Israëlitis tunc conspiciendum præbebatur, nempe tonitru, ignis, tempestas, caligo, etc. ubi τὸ φανταζόμενον non fictitiam rei speciem, Israëlitis oblatam, sed veram, visum, spectaculum significat, teste ipsa historia. Legitur præterea hæc vox Sapient. VI. 16. ἐν ταῖς τρίβοις φαντάζεται αὐτοῖς: ubi φαντάζεσθαι per ὑπαντᾷν in sequentibus explicatur. Sirac. XXXIV. 5. ὡς ὠδινούσης φαντάζεται καρδία et apud Aquilam et Theodotionem Ies. LVI. 10. Suidas in voce Φαντάζομαι· Οἱ παλαιοὶ τὸ φαντάζεσθαι ἐπὶ τοῦ φαίνειν ἔλεγον. Adde Euripid. Androm. v. 876. μήτε φαντάζου δόμων πάροιθε τῶνδε neque ante has ædes conspiciendum te præbeas.

ΦΑΝΤΑΣΙ'Α, ας, ἡ, *visio, conspectus, imaginatio, cogitatio, rei speciem animo repræsentans, omne, quod in oculos et sensus incurrit, species externa*, et speciatim: *pompa insignis, speciosus admodum et splendidissimus apparatus*, a φαντάζω, quod vide supra. Semel tantum in N. T. legitur Act. XXV. 23. ubi Agrippa et Berenice venisse dicuntur μετὰ πολλῆς φαντασίας, h. e. cum pompa insigni et splendidissimo apparatu. Posset quoque verti cum Vulgato: *cum multa ambitione*, coll. Corn. Nepot. Vit. Dion. c. 2. (Polyb. V. 48. τοῦ ῥεύματος τὴν φαντασίαν. Idem X. 37. παρῃτεῖτο τὴν τοιαύτην ὁρμὴν καὶ φαντασίαν. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 629.) Alii vertunt: *cum multa ostentatione et arrogantia;* quæ vocis φαντασία notio, quanquam ab h. l. aliena videtur, comprobatur tamen loco Polybii de Virtutt. pag. 1405. καὶ πάντα ταῦτα ἔπραττε μετὰ τῆς ἐπαχθεστάτης φαντασίας. Confer quæ de hac voce copiose disseruerunt Schwarz. in Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1377. Th. Gatakerus ad M. Antonin. I. 7. p. 6. et Wesseling. ad Diod. Sic. XII. c. 83.

ΦΑ'ΝΤΑΣΜΑ, (pro quo etiam φάσμα legitur apud Græcos, v. c. apud Ælian. V. H. IX. 2. XII. 1.) τος, τὸ, *phantasma*, (qua voce etiam Plinius usus est Lib. VII. Ep. 27. § 1. ubi Casaubonus perperam *phasmata* reponendum judicavit.) *visum, spectrum, imago aliqua, animo duntaxat concepta, quam vigilantes, vel dormientes conspicere videmur*, et speciatim: *species vana, qua quis decipitur, a dæmone objecta.* Est verbale a prima pers. præt. pass. πεφάντασμαι, verbi φαντάζω *apparere facio.* Bis tantum legitur in N. T. Matth. XIV. 26. λέγοντες, ὅτι φάντασμά ἐστιν pro spectro aliquo habuerunt. Marc. VI. 49. ἔδοξαν φάντασμα (Codex Ephesius habet h. l. φαντασίαν. Hesych. φαντασία· τὸ μὴ ὂν ἀληθὲς, ἀλλὰ σχήματι. In codice Byzantino φάσμα legitur. Hesych. φάσμα· φάντασμα.) εἶναι. In utroque loco φάντασμα ipsam Jesu, quem mortuum esse credebant, animam significare arbitror, ut idem sit, quod πνεῦμα, Luc. XXIV. 36. et φάσμα νεκροῦ apud Ælian. V. H. XII. 64. Legitur præterea Sapient. XVII. 15. τὰ μὲν τέρασιν ἠλαύνοντο φαντασμάτων: apud Platonem Sophist. p. 156. ἄρ' οὐκ ἐπείπερ φαίνεται μὲν, ἔοικε δὲ οὔ, φάντασμα. Idem de Republ. II. p. 431. Τί δέ; (ἦν δ' ἐγὼ) ψεύδεσθαι θεὸς ἐθέλοι ἂν, ἢ λόγῳ, ἢ ἔργῳ φάντασμα προτείνων. De angelis, qui se forma visibili hominibus conspiciendos præbent, legitur hæc vox aliquoties apud Josephum A. J. I. c. 20. § 2. V. c. 6. § 1. Confer Bielii Thesaurum Philol. s. v. φάσμα et Wetstenii N. T. T. I. p. 418. Gloss. φάντασμα, *forma, vana visio.*

ΦΑ'ΡΑΓΞ, γγος, ἡ, *vallis, convallis depressa, via excavata, labes et hiatus terræ, barathrum, præcipitium.* Tantum in N. T. exstat Luc. V. 3. πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται exaltate, seu implendo complanate omnes vias excavatas. Legitur præterea apud Xenoph. de Venat. c. V. § 16. de leporibus, καὶ καταδύονται εἰς φάραγγας, καὶ εἰσιλοῦσι. Eurip. Iphig. Taur. 277. et Cycl. 664. Ælian. V. H. XIII. 1. ubi *vallem* significat. Hesych. φάραγξ· τάφρος, κοίλωμα. Idem: φάραγξι· κοιλάσι. Suid. φάραγξ· ἡ κοιλότης τῆς γῆς. Cyrilli Lexic. MS. Brem. φάραγξι· κοιλάσι μεταξὺ ὀρέων, χάσμασι. Confer quoque Schol. ad Aristoph. Equit. v. 248. Ab Alexandrinis interpretibus varia nomina Hebraica hoc Græco exprimuntur, v. c. מַדְרֵגָה *præcipitium*, Ezech. XXXVIII. 20. נַחַל *vallis, torrens*, Genes. XXVI. 17, 19. Jos. XII. 1, 2. Prov. XXX. 17. עֵמֶק *vallis*, Jos. XV. 7. Genes. XIV. 3. et גַּיְא *vallis*, Ies. XL. 4. etc.

ΦΑΡΑΩ', ὁ, *Pharao*, et in communi dialecto Ægyptiaca et dialecto Thebaidis ΦΟΥΡΟ. Est nomen indeclinabile commune et appellativum omnium regum Ægypti, inde ab anno mundi 2337. usque ad Alexandrum Magnum, post cujus tempora *Ptolemæi* vocabantur. Nomen hoc nonnulli Hebraicum esse censent et a פָּרַע *nudavit* derivant, eo quod Pharao divino auxilio nudatus et dissipatus fuerit. Sed Joseph. in Arch. Jud. VIII. c. 6. § 2. (ὁ Φαραὼν κατ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει.) Ægyptiacum esse regemque significare dicit, quod etiam plerisque interpretibus arrisit. Cf. Jablonski Diss. IV. de Terra Gosen pag. 39. et quos laudat Simonis Onom. pag. 600. Certe Arabibus فَرْعٌ notat tum *summam rei*, tum *caput ac principem familiæ, vel populi*, a فَرَعَ *summum esse, alios virtute, vel nobilitate superare.* Legitur in N. T. tantum Act. VII. 10. ἐναντίον Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου coram Pharaone, h. e. rege Ægypti. (Augustin. de Civit. Dei X. 8.) Ita necessario vertenda sunt hæc verba, quæ, ut recte monuit Fischerus Prolus. IX. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 249. nullo alio consilio a Luca addita sunt, quam, ut ostenderet, quæ vis et sententia esset vocabulo barbara Φαραὼ subjecta, adeoque posita sunt pro Φαραὼ, τουτέστι βασιλέως Αἰγύπτου, plane ut Luc. XXIII. 2. Χριστὸν βασιλέα dictum est, pro Χριστὸν, τουτέστι βασιλέα. Conf. etiam Alexandrinos Exod. III. 10. et alibi. Act. VII. 13, 21. Rom. IX. 17. Hebr. XI. 24.

ΦΑΡΕ'Σ, ὁ, *Phares.* Est nomen proprium filii Judæ, ex Thamare, nuru sua, suscepti. Hebraice sonat פֶּרֶץ i. e. *fractio, ruptura*, a radice פָּרַץ *rupit, fregit;* fratrem enim Serachum antevertens prior erupit ex utero materno, ut etymi ratio traditur a Mose Genes. XXXVIII. 29. In N. T. commemoratur tantum Matth. I. 3. et Luc. III. 32. Ad priorem locum conferendus est Wetstenius.

ΦΑΡΙΣΑΙ'ΟΣ, ου, ὁ, *Pharisæus, qui ad sectam Pharisaicam, inter*

Judæos post prophetarum tempora ortam, (conf. Cunæi Librum de Republ. Hebr. Lib. II. c. 17.) *pertinet, cujus asseclæ diligentiori legum Mosaicarum ritualium observatione, peculiari vitæ sanctitate, quam affectabant, vestitu adeo et omni habitu externo se a vulgo Judæorum distinguere studebant.* Nomen hujus sectæ, quam Sadducæorum secta recentiorem esse judicavit Casaubonus in Exercitt. Antibar. pag. 56. quidam derivant a פָּרַשׂ *expandere,* quod dilatarent phylacteria; alii a פָּרַשׁ *exponere, explanare,* quod legis subtilissimi interpretes crederentur; sed rectius deducitur a פָּרַשׁ *separavit, sejunxit;* nam in permultis se separabant a communi hominum consuetudine. Alberti Glossar. Gr. p. 53. *Φαρισαῖος· διακεχωρισμένος.* Suid. *Φαρισαῖοι· οἱ ἑρμηνευόμενοι ἀφωρισμένοι, παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῶν ἄλλων ἁπάντων εἴς τε τὸ καθαρώτατον τοῦ βίου καὶ ἀκριβέστατον, καὶ εἰς τὰ τοῦ νόμου ἐντάλματα.* Quod ad Pharisæorum vivendi rationem et mores attinet, ex Josephi et N. T. libris satis constat, eos admodum tenuiter vixisse, nihil plane deliciis tribuentes, (Joseph. A. J. XVIII. 1. 3. *οἵ τε γὰρ Φαρισαῖοι τὴν δίαιταν ἐξευτελίζουσιν, οὐδὲν εἰς τὸ μαλακώτερον ἐνδιδόντες.*) bis hebdomadibus singulis jejunasse, (Luc. XVIII. 12.) frequentius se lavisse, (Marc. VII. 4.) nec illotis manibus cibum sumsisse, (Marc. XV. 4.) phylacteria sua dilatasse et vestium fimbrias admodum amplas gestasse, (Mat. XXIII. 5.) nullum plane cum portitoribus et peccatoribus commercium habuisse, (Matth. IX. 11. Luc. XVIII. 12.) in circulis et compitis libenter orasse et longis orationibus usos esse, (Matth. VI. 5. XXIII. 14. Cf. Lackemach. Obss. Phil. P. VIII. p. 100.) etc. Dogmata vero et placita eorum præcipua quod attinet, pleraque eorum, quæ in hoc mundo fieri animadvertimus, fato tribuere solebant, ita tamen, ut voluntas humana non omni impetu a se ipsa pendente privaretur; (Joseph. A. J. XVIII. c. 1. § 3. *πράσσεσθαί τε εἱμαρμένῃ τὰ πάντα ἀξιοῦντες, οὐδὲ τοῦ ἀνθρωπείου τὸ βουλόμενον τῆς ἐπ' αὐτοῖς ὁρμῆς ἀφαιροῦνται.*) statuebant quidem resurrectionem mortuorum, sed docebant, piorum animas statim ab excessu Pythagorica *μετεμψυχώσει* ex uno corpore in aliud migrare; (Joseph. l. l.) observatione legis ceremonialis hominem justificari docebant et traditiones, (*παραδόσεις,*) a majoribus acceptas, tenebant et tradebant. (Joseph. A. J. XIII. c. 10. § 6.) Judaicam plebem totam a partibus Pharisæorum stetisse, diserte tradit Josephus l. l. verbis: *τῶν δὲ Φαρισαίων τὸ πλῆθος σύμμαχον ἐχόντων,* et ibid. XVII. cap. 2. 4. et de Bello Jud. I. c. 5. § 2. testatur, summam eorum fuisse potentiam et existimationem ob pietatem singularem, quam affectabant, legemque interpretandi peritiam. De septem Pharisæorum generibus conf. Talmud. Tract. Suta c. 3. et Lightfooti Horas Hebraicas et Talmudicas in Mat. III. 7. Catalogum eorum, qui de origine, ritibus et placitis sectæ Pharisæorum copiosius exposuerunt, Wolfius exhibet in Bibl. Hebr. P. II. p. 816. et IV. 331. Vide etiam Kœcheri Nov. Bibl. Hebr. P. II. p. 161. Wetstenii N. T. T. I. p. 262 seq. et Michaëlis P. IV. Juris Mosaici, § 301. p. 142 seq. In N. T. sæpius commemorantur, maxime in sermonibus Christi, ubi eorum mores gravissime perstringuntur, v. c. apud Matth. XXIII. 2, 13, 14, 15, 23, 25, 26, 27, 29. Luc. XI. 42, 43, 44. etc. Joh. IX. 13. *Φαρισαῖοι* dicuntur *assessores synedrii magni,* in quo plurimos sectæ Pharisæorum addictos fuisse, ex Actis (Vide c. V. 34. XXIII. 6, 7. etc.) satis constat.

ΦΑΡΜΑΚΕΙ'Α, *ας, ἡ,* 1) proprie est vox mediæ significationis, et in bonam æque ac malam partem sumitur, ita, ut et *medicationem, medelam,* (Vid. Poll. IV. 178. Xenoph. Memor. IV. 2. 17.) et *veneficium* (Polyb. VI. 13. 4. et XL. 3. 7.) significet, a *φάρμακον medicamentum, venenum,* unde *φαρμακόω medicamentum misceo, φαρμακάω medicinam desidero,* et *φαρμακεύω medicamenta conficio,* item *veneno,* aut *veneficio utor.* Conf. I. I. Bosii D. de potionibus mortiferis ad illustrandos varios SS. locos (Lips. 1736. 4.) Sect. I. Jam quia *φάρμακον* apud Græcos etiam de herbis magicis et philtris, quibus incantari homines ac transformari posse olim credebatur (Aristoph. Plut. 302. et Thesmoph. 576.), adhibetur, factum est, ut *φαρμακεία* etiam dicerentur 2) *artes magicæ, incantationes, præstigiæ et fraudes malæ, quibus opinato dæmonum auxilio alii circumveniuntur et læduntur;* et ex adjuncto: *omnes artes malæ, quibus homines utuntur ad alios decipiendos et conciliandum sibi hoc, vel illud commodum.* Sic legitur in N. T. Apoc. IX. 21. et XVIII. 23. ubi intelligendæ sunt callidæ artes ac fraudes, quibus homines a vera religione in errores perducuntur. Gal. V. 20. *φαρμακείαν* omnium optime de præstigiis fraudibusque malis intelligi, quibus dæmonum sive vero, sive opinato auxilio alii circumveniuntur et læduntur, cum juncta sit *τῇ εἰδωλολατρείᾳ,* jam Koppius ad h. l. recte observavit. Sæpius in N. T. non reperitur. Alexandrini usi sunt hac voce Exod. VII. 11, 22. VIII. 7, 18. pro לְטִים *incantationes,* et Ies. XLVII. 9, 12. pro כְּשָׁפִים *præstigiæ,* a rad. כִּשֵּׁף *præstigiis usus est.* Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 233 et 788.

ΦΑΡΜΑΚΕΥ'Σ, *έως, ὁ, veneficus, medicamenta conficiens, incantator, magus,* a *φαρμακεύω,* et *φαρμακεύομαι medicamenta conficio,* item *veneno,* aut *veneficio utor, incanto.* Ps. LVII. 5. 2 Paral. XXXIII. 6. 2 Macc. X. 13. Herodot. VII. c. 114. In N. T. semel tantum legitur Apoc. XXI. 8. ubi *φαρμακεῖς,* cum juncti sint *τοῖς εἰδωλολάτραις,* sine dubio sunt, qui præstigiis et magicis artibus alios decipiunt ac lædunt.

ΦΑΡΜΑΚΟ'Σ, *οῦ, ὁ,* idem, quod *φαρμακεύς,* cum quo etiam permutatur in codicibus N. T. Apoc. XXI. 8. Legitur in N. T. tantum Apoc. XXII. 15. *οἱ φαρμακοὶ* homines, qui pravis et clandestinis artibus, veneficorum more, noxam et interitum aliis parant. Conf. ad h. l. Wolfium in Curis Philol. T. IV. p. 643 seq. Exprimitur hoc nomine ab Alexandrinis interpretibus Hebraicum מְכַשֵּׁף *præstigiis utens,* Exod. VII. 11. XXII. 18. Dan. II. 2. חֹבֵר *incantator,* Deut. XVIII. 11. כַּשָּׁפִים *præstigiatores,* Jer. XXVII. 9. et Chald. חַרְטֹם *magus.* Exod. IX. 11. Confer interpretes ad Thomam M. sub vocibus *φάρμακα* et *φαρμακός.*

ΦΑ'ΣΙΣ, *ιος,* Attice *εως, ἡ, dictio, fama, rumor, indicatio, delatio,* ab inusitato *φάω dico, aio.* Semel tantum in N. T. legitur Act. XXI. 31. *ἀνέβη ἡ φάσις τῷ χιλιάρχῳ* pervenit rumor seu nuntius ad tribunum cohortis. Vulg. habet: *nuntiatum est.* De delatione nominis alicujus apud magistratum legitur apud Demosthen. p. 793. 16. edit. Reisk. Cyrillus Alex. (in Gloss. Gr. minoribus ed. Matthæi T. I. p. 12.) *φάσις· φήμη, λόγος,* ubi videndus Matthæi. Hesych. *φάσεις· ἐγκλήματα, συκοφαντίαι, ἢ ἐνυπνίων ὄψεις, λόγοι, φῆμαι.* Pollux Lib. VIII. cap. 6. sect. 47.

κοινῶς δὲ φάσεις ἐκαλοῦντο πᾶσαι αἱ μηνύσεις τῶν λανθανόντων ἀδικημάτων. Est quoque *φάσις apparitio*, a *φαίνω appareo*. Sic luna multas habet phases, seu apparitiones, modo apparet falcata, modo gibbosa. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 606 seq.

ΦΑ'ΣΚΩ, 1) *dico, aio, dictito, assero, quod verum*, poëtice pro *φημὶ dico*, quod a *φάω* idem. Sic legitur in N. T. Act. XXIV. 9. *φάσκοντες ταῦτα οὕτως ἔχειν* asseverantes, quod res ita revera se haberet. ib. XXV. 19. *ὃν ἔφασκεν ὁ Παῦλος ζῆν* quem Paulus jam vivere dicebat. Alexandrini Genes. XXVI. 20. *οἱ ποιμένες φάσκοντες αὐτῶν εἶναι τὸ ὕδωρ.* 2 Macc. XIV. 27, 32. Hesych. *φάσκει· λέγει. φάσκειν* interdum etiam apud Græcos *promittere* significare, testatur scholiastes Aristophanis ad Plutum ver. 1027. 2) *jactito, glorior, præ me fero, me vendito, haberi volo.* Rom. I. 22. *φάσκοντες εἶναι σοφοὶ* præcipuam sapientiam jactitantes. Xenoph. de Rep. Laced. II. 1. *οἱ φάσκοντες κάλλιστα τοὺς υἱεῖς παιδεύειν.* Alia loca veterum, quæ huc pertinent, dedit Kypkius in Obss. Sacr. T. II. pag. 153. Wetstenius N. T. T. II. p. 23. et Wolfius in Curis Philol. T. II. p. 27. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΑ'ΤΝΗ, *ης, ἡ*, non tam *præsepe*, quam generatim *quodvis septum* notat, v. c. *horreum*, ad imitationem Hebraici אֵבוּס quod Prov. XIV. 4. Targum reddidit per אורותא *horreum.* Speciatim vero ita dicebatur *vestibulum ædium, in quo domini pecora stabant, et supellex rustica*, quod etiam Latine *stabulum* vocatur, eratque cinctum non parietibus et tecto, ut apud nos usu receptum est, sed septo e cratibus ligneis, quo fures arcerentur. De area illa, seu loco patente, et subdivali ante ædes Orientalium, qui Latine *cohors* et a Græcis *αὐλὴ* (Joh. X. 1 seq. Vide Perizon. ad Ælian. V. H. III. 4.) vocabatur, vox *φάτνη* explicanda esse videtur in loco Luc. II. 7. ubi Maria, mater Jesu, hunc filium suum, recens natum, reclinasse narratur *ἐν τῇ φάτνῃ.* Confer Walæi N. T. pag. 540. et Salmas. de Usuris pag. 352. Præterea legitur hæc vox Luc. II. 12, 16. et XIII. 15. in quo posteriori loco *præsepe* proprie sic dictum significat, in qua significatione etiam reperitur apud Xen. de Re Equestr. IV. 1. Alexandrini usi sunt hoc vocabulo pro אֵבוּס *præsepe*, Job. XXXIX. 9. Prov. XIV. 4. Ies. I. 3. אֻרְוָה *stabulum*, 2 Chron. XXXII. 28. et רֶפֶת *bovile.* Habac. III. 17. Hesych. *φάτνη· καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ τῶν κτηνῶν, καὶ εἴ τι τῶν τοιούτων.* Copiose de hac voce egit Wetstenius N. T. T. I. p. 660. et Horreus in Miscell. Critt. Lib. II. tot.

ΦΑΥ῀ΛΟΣ, *η, ον*, 1) proprie et generatim: *quicquid in suo genere est vile, leve, contemtum et ignobile, φαῦλον* apud Græcos dicitur, unde *φαυλίζω pro vili habeo, parvi pendo*, quod adhibent Alexandrini Ies. XXXVII. 22. pro בּוּז *spernere, contemnere*, 2 Sam. XII. 9. Iesai. XLIX. 7. Mal. I. 6. pro בָּזָה idem, et Job. XXXI. 13. XLII. 6. pro מָאַס *sprevit, aspernatus est, reprobavit.* Sic legitur *φαῦλος* apud Æschin. Socr. Dial. I. 9. II. 13 et 38. Ælian. V. H. III. 18. *φαῦλοι καὶ ταπεινῶς πράττοντες.* ibid. IX. 34. *φαῦλαι καὶ ῥυπῶσαι ἐξωμίδες.* De *tenuitate in cultu φαυλότης* legitur apud Xenoph. in Histor. Gr. IV. 1. 13. 2) *malus, pravus, vitiosus, perversus.* Joh. III. 20. *πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων* quisquis enim mala patrat. ad quem locum Tittmannus in Meletemat. Sacris p. 131. *φαῦλα* etiam ad *male cogitata, opiniones perversas* ac *errores* referre maluit. ibid. V. 29. *οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες* qui vero male egerunt. Tit. II. 8. *μηδὲν ἔχων περὶ ὑμῶν εἰπεῖν φαῦλον* non habens, quod de vobis mali dicat. Jac. III. 16. *πᾶν φαῦλον πρᾶγμα.* Sæpius in N. T. non legitur. Adde Alex. Proverb. XXII. 8. Job. IX. 23. Sirac. XX. 16. Æschin. Socr. Dial. II. 19. ubi *τοῖς φαύλοις* opponuntur *οἱ καλοὶ κἀγαθοί.* Euripid. Phœn. ver. 94. — Hesych. *φαῦλος· κακὸς, δόλιος, χαλεπὸς, εὐτελὴς, ἁπλοῦς, καταγέλαστος.* Timæus Gloss. Platon. *φαῦλον· — εὐτελές.* Lexic. MS. Bibl. Coislin. p. 490. *φαῦλον· τὸ κακὸν καὶ τὸ εὐτελές· τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ πένητος, καὶ ἀδόξου, καὶ ἀνοήτου, καὶ ἁπλοῦ.* Cf. etiam interpretes ad Thom. M. p. 889.

ΦΕ'ΓΓΟΣ, *εος, ους, τὸ, splendor, lux, lumen.* Ter tantum legitur in N. T. Matth. XXIV. 29. *σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς* luna non dabit splendorem suum. Marc. XIII. 24. ubi eadem sententia legitur. Luc. XI. 33. *ἵνα οἱ εἰσπορευόμενοι τὸ φέγγος* (codices haud pauci habent *φῶς*) *βλέπωσιν* ut intrantes lucem videant. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro נֹגַהּ *splendor*, 2 Sam. XXII. 12. Ezech. I. 4, 13. Joël. II. 10. III. 15. נְהָרָה idem, Job. III. 4. אוֹר *lux, lumen*, Job. XXII. 28. XLI. 8. et לֶהָבָה *flamma.* Hos. VII. 6. Speciatim vero *φέγγος* apud Græcos de *lumine, quod luna spargit*, usurpari, partim ex Hesychii testimonio, (*φῶς ἡμέρας, φέγγος σελήνης*,) partim ex multis scriptorum veterum locis (v. c. Xenoph. de Venat. cap. V. § 4. Euripid. Phœniss. ver. 183.) satis constat. Confer Schneideri Lexic. Crit. L. Gr. s. h. v.

ΦΕΙ'ΔΟΜΑΙ, 1) *parco, ignosco, removeo ab aliquo mala, tutum præsto a calamitatibus, alterius miseria tangor.* Construitur cum genitivo. Sic legitur in N. T. Act. XX. 29. *μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου* non parcentes gregi. Rom. VIII. 32. *ὅς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο*, qui nec filio suo unigenito pepercit. ibid. XI. 21. *εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσεται* (pro *φείσηται.* Conf. Blackwall Class. Sacr. p. 432. edit. Wollii.) Dionys. Hal. V. 10. *ἔπειτα ἐγὼ τῶν ἐμῶν οὐ φεισάμενος τέκνων, σοῦ φείσομαι.* Anthol. I. 87. 4. et III. 17. 1. 1 Cor. VII. 28. *ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι* ego vero vos lubentissime tutos ac immunes præstarem ab his calamitatibus. Conf. v. 32. 2 Cor. I. 23. XIII. 2. *οὐ φείσομαι* admodum severe vos tractabo. 2 Petr. II. 4 et 5. *οὐκ ἐφείσατο* severe punivit. Alex. utuntur hac voce pro חָמַל *pepercit, condonavit, misertus fuit.* Gen. XIX. 16. 1 Sam. XV. 3. Habac. I. 17. Zach. XI. 6. חוּס idem, Deut. VII. 16. Nehem. XIII. 22. Joël. II. 17. Jon. IV. 10. et חָשַׂךְ Ies. XIV. 6. LIV. 2. Jerem. XIV. 10. Hesych. *φείδεσθαι· ἐλεεῖν.* (Jon. IV. 11. Ies. LXIII. 9. Ezech. XXIV. 21.) Idem: *φεῖσαι· ῥῦσαι, σῶσαι.* (Nehem. XIII. 12. Job. XXXIII. 18. Ps. XVIII. 13.) 2) cum genitivo: *parce utor, abstineo.* 2 Cor. XII. 6. *φείδομαι δὲ*, sc. *τοῦ καυχήσασθαι*, sed abstineo ab illarum rerum commemoratione, seu, gloriari de hac re nolo. Xen. Cyrop. I. 6. 19. et V. 5. 18. Sic *parcere* quoque usurpatur apud Ovid. Trist. III. 3. 51. Virgil. Æn. I. ver. 261. Horat. Od. III. 8. 26. Conf. Vechneri Hellenolex. II. 2. pag. 409. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΕΙΔΟΜΕ'ΝΩΣ, *parce, illiberaliter, sordide, avare.* Adverbium, a *φείδομαι parco.* Bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. IX. 6. *ὁ σπείρων φειδομένως, φειδομένως καὶ θερίσει* qui serit parce, parce etiam metet, h. e. qui parce eleemosynas erogat, parum a Deo recipiet.

ΦΕΛΟ'ΝΗΣ, *ου, ὁ.* Vide *φαιλόνης.*

ΦΕ'ΡΩ, anomalon, futur. *οἴσομαι*,

aor. 1. ἤνεγκα, aor. 2. ἤνεγκον, 1) proprie: *fero, porto*, etiam: *affero, apporto*, et per synecdochen: *duco, adduco*, ut sit i. q. προσφέρω. Matth. XIV. 11. ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐπὶ πίνακι afferebatur caput ejus in patina: et paulo post ἤνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς ad matrem detulit. ibid. v. 18. φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε eos mihi afferte. ibid. XVII. 17. φέρετέ μοι αὐτὸν ὧδε huc eum accersite. Marc. I. 32. ἔφερον πρὸς αὐτόν. ibid. II. 3. VI. 27, 28. VII. 32. φέρουσιν αὐτῷ κωφόν. ibid. VIII. 22. IX. 17, 19, 20. XV. 22. καὶ φέρουσιν αὐτὸν et ducebant eum. Luc. V. 18. ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον, ὃς ἦν παραλελυμένος quidam portantes in lecto hominem paralyticum. ibid. XV. 23. XXIII. 26. φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ ut post tergum Jesu ferret. ibid. XXIV. 1. Joh. II. 8. IV. 33. XIX. 39. XXI. 10, 18. καὶ οἴσει, ὅπου οὐ θέλεις, scil. φέρεσθαι, ducetque te, quo duci noles. Act. IV. 34. ἔφερον τὰς τιμὰς afferebant pretia. ibid. ver. 37. V. 2, 16. XIV. 13. 2 Tim. IV. 13. Adde Alexandrinos Gen. XXVII. 7. XXXI. 38. Lev. II. 2. Ps. LXVIII. 32. Longi Pastoral. III. p. 125. ed. Jungerm. Hesych. φέρειν· βαστάζειν. 2) *admoveo, porrigo*. Joh. XX. 27. φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε admove huc digitum tuum, et ibid. φέρε τὴν χεῖρά σου admove manum tuam. 3) sequente præpositione εἰς, *infero, importo*. Apoc. XXI. 24. καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν αὐτῶν εἰς αὐτήν. ibid. v. 26. 4) *profero, produco*. Marc. XII. 15. φέρετέ μοι δηνάριον proferte mihi denarium. ibid. v. 16. οἱ δὲ ἤνεγκαν illi vero produxerunt. 5) *profero, fero, edo*, de *fructu et proventu terræ*, i. q. ἐκφέρω. Marc. IV. 8. καὶ ἔφερεν ἓν τριάκοντα κ. τ. λ. et edidit fructum tricesimum. Confer Mat. XIII. 8. ubi pro ἔφερεν legitur ἐδίδου καρπόν. Joh. XII. 24. πολὺν καρπὸν φέρει multum fructum edet. ibid. XV. 2. πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν omnem palmitem in me, fructum non ferentem. ibid. v. 4, 5, 8, 16. Eodem modo φέρειν usurpatur quoque apud Alexandrinos Ezech. XVII. 8. Joël. II. 22. Hag. II. 20. Philostrat. Apoll. Epist. LVI. pag. 400. ἡ γῆ φέρει καρπὸν ἡμῖν. Ælian. V. H. III. 18. δένδρα —— φέρειν καρπούς. 6) *duco, deduco*. Act. XII. 10. ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν venerunt ad portam ferream, quæ in urbem ducit. Ælian. V. H. III. cap. 1. ἡ ὁδὸς φέρει διὰ Θετταλίας. Hesiod. Ἔργ. v. 203. coll. 208. Ita etiam *ferre* apud Latinos usurpatur, uti multis exemplis docuit Burmannus ad Vellei. Paterc. II. 27. Conf. etiam Palairet. Obss. Philol. p. 301. 7) *huc et illuc fero, agito, jacto*, et κατ' ἐξοχὴν usurpatur de navigio, quod, vento et procellis agitatum, cursu incerto fertur, i. q. περιφέρομαι apud Maxim. Tyr. I. 3. 7. Sic legitur in N. T. Act. XXVII. 15. ἐπιδόντες ἐφερόμεθα navi tempestati et fluctibus permissa, ferebamur. ibid. v. 17. οὕτως ἐφέροντο ita ferebantur. Theognis v. 671. οὕνεκα νῦν φερόμεσθα. Homer. Odyss. η', ver. 252 seq. αὐτὰρ ἐγώ, τρόπιν ἀγκὰς ἑλὼν νεὸς ἀμφιελίσσης, ἐννῆμαρ φερόμην. Herodot. III. cap. 110. ἐφέροντο κατὰ κῦμα καὶ ἄνεμον. Vide Bergler. ad Alciphr. I. 10. Adde Alexandr. Jerem. XVIII. 14. ὕδωρ βιαίως ἄνω φερόμενον. Ies. XXVIII. 18. καταιγὶς φερομένη. Jerem. XIII. 24. ὡς φρύγανα φερόμενα ὑπὸ ἀνέμου. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 344. Ovid. Heroid. Ep. XVIII. 70. ferebar per aquas. 8) φέρομαι *ruo, irruo, cum impetu feror*. Act. II. 2. ἦχος ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας sonitus, tanquam ruentis vehementis venti. Diogen. Laërt. X. cap. 104. § 25. διὰ τοῦ πνεύματος πολλοῦ φερομένου. Xenoph. de Venat. X. 21. Apud Ælianum in Hist. Anim. V. 24. ἐκφέρεσθαι eodem sensu usurpatur. 9) *perfero, tolero, sustineo, patienter fero*. Rom. IX. 22. Θεὸς ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς Deus cum multa longanimitate patienter tulit homines, pœnis divinis dignos. Hebr. XII. 20. οὐκ ἔφερον τὸ διαστελλόμενον non poterant ferre illud interdictum. ibid. XIII. 13. τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες contumeliam ipsius caussa tolerantes. Alex. Deut. I. 12. πῶς δυνήσομαι μόνος φέρειν τὸν κόπον. Prov. XXX. 21. τὸ δὲ τέταρτον οὐ δύναται φέρειν. Ezech. XXXIV. 29. ὀνειδισμὸν ἐθνῶν οὐ μὴ ἐνέγκωσιν ἔτι. Cf. etiam Ælian. V. H. IX. c. 33. Hesych. φέρειν· ὑπομένειν. 10) *profero ore, propono, dico, eloquor*, speciatim: *judicialiter aliquid profero*. Joh. XVIII. 29. τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; quodnam crimen affertis contra hunc hominem? Act. XXV. 7. πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου multas et graves criminationes contra Paulum proferentes. 2 Petr. I. 17. φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ cum vox in honorem ejus proferretur, seu audiretur. (Plutarch. Cæs. p. 707. E. ταύτης τῆς φωνῆς ἐνεχθείσης πρὸς Καίσαρα.) ibid. v. 18 et 21. οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία nullus prophetarum unquam proprio impulsu vaticinia protulit, vel eloquutus est. ibid. II. 17. οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρὰ Κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν non audent contra eos coram Deo proferre convicia. Ælian. V. H. III. 14. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. II. pag. 361. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 703. 11) *probo, comprobo*. Hebr. IX. 16. ὅπου γὰρ διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου ut testamentum ratum fiat, necesse est, ut mors testatoris probetur judicialiter. (Alii vertunt: mors testatoris intercedere debet, ut φέρεσθαι h. l. sit i. q. γίνεσθαι, ver. 15.) Sic *proferre*, ut sit *probare coram judice*, legitur apud Cic. pro Roscio Amer. c. 24. 12) *doceo, trado, annuncio*. 2 Joh. v. 10. καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει et hanc doctrinam non tradit. Eurip. Heraclid. v. 637. ἥκω γε μέντοι χάρμα σοι φέρων μέγα. Idem Iphig. in Aul. v. 1536. Hæc et alia multa loca, huc pertinentia, habet Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 398 seq. 13) *offero*. 1 Petr. I. 13. ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν felicitatem futuram, quæ vobis offertur. 14) *ago, impello, ad aliquid faciendum commoveo*. 2 Petr. I. 21. ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι spiritu divino impulsi et quasi abrepti. Macrob. I. 23. feruntur divino spiritu, non suo arbitratu, sed quo Deus propellit. Herod. VIII. 13. 15) *curo, conservo, rego, moderor, guberno*. Hebr. I. 3. φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ qui universum sustentat et regit voluntate sua efficacissima. Chrysostomus ad h. l. φέρων· κυβερνῶν, διαπίπτοντα συγκρατῶν. Ita נָשָׂא quoque sumitur Ies. XLVI. 3. LXIII. 9. et סָבַל apud Judæos, ut Schœttgen. in Hor. Hebr. et Talmud. ad h. l. docuit. 16) φέρομαι *pergo, progredior, me converto, festino ad aliquid proponendum*. Hebr. VI. 1. ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα ad perfectiorem doctrinam progrediamur. Sæpius in N. T. non legitur. Conf. quæ de hac voce copiose disputavit Irmisch. in Excursu ad Herodian. I. 5. 9. T. I. Opp. p. 872 seq.

ΦΕΥΓΩ, fut. ξω, 1) *fugio, confugio, me recipio, celeriter abeo*. Matth. II. 13. καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον et recipe te in Ægyptum. ib. VIII. 33. X. 23. XXIV. 16. φευγέτωσαν ἐπὶ τὰ ὄρη in montanas regiones se recipiant. ibid. XXVI. 56. Marc. V. 14. XIII. 14. XIV. 50, 52. XVI. 8. καὶ ἐξελθοῦσαι ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου et relinquentes sepul-

crum celeriter discesserunt. Conf. Matth. XXVIII. 8. καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου κ. τ. λ. Sic etiam φεύγειν apud Græcos haud raro reperitur, ut sit: *celeriter ire, abire, proficisci,* (Vide Ælian. V. H. XII. 44.) et *fugere* apud Latinos, v. c. Cic. Famil. VII. Ep. 26. s. 1. Luc. VIII. 34. XXI. 21. Joh. X. 5, 12, 13. Act. VII. 29. XXVII. 30. Apoc. XII. 6. 2) *effugio, evado, averto a me.* Matth. III. 7. φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς ut avertatis a vobis imminentes pœnas. ibid. XXIII. 33. πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης; quomodo supplicium gehennæ effugietis? Luc. III. 7. Hebr. XI. 34. ἔφυγον στόματα μαχαίρας aciem gladii effugerunt. ibid. XII. 25. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον, scil. τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ, quodsi enim illi non potuerunt effugere pœnas divinas. Adde Alex. Job. XXX. 3. Obadia v. 14. 3) *caveo, sollicite vito, evito.* 1 Cor. VI. 18. φεύγετε τὴν πορνείαν. ibid. X. 14. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας diligenter et sedulo cavete vobis ab omni idololatria. 1 Tim. VI. 11. ταῦτα φεῦγε. 2 Tim. II. 22. τὰς δὲ νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε. 4) metaphorice φεύγειν *is* dicitur, *cujus vis ac potestas infracta ac imminuta est,* metaphora desumta ab hoste profligato. Jacob. IV. 7. ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν resistite diabolo, nec amplius vos ad peccata sollicitare ac seducere valebit. 5) *fugere ab aliquo* metaphorice *res* dicitur, *cujus aliquis non potest compos fieri.* Apoc. IX. 6. καὶ ἐπιθυμήσουσιν ἀποθανεῖν καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν. 6) *intereo, evanesco.* Apoc. XVI. 20. καὶ πᾶσα νῆσος ἔφυγε, καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν, plures insulæ (crebris terræ ictibus concussæ) subsidentes evanuerunt, neque montes amplius apparuerunt. ibid. XX. 11. οὗ ἀπὸ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανὸς, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΗ͂ΛΙΞ, κος, ὁ. *Felix.* Est nomen undecimi Judææ procuratoris, qui fuit Claudii, imperatoris, et matris ejus, Antoniæ, libertus, frater Pallantis, et in præsidio antecessorem habuit Cumanum, successorem vero Porcium Festum. Tacit. Hist. V. c. 9. s. 6. *Claudius,* inquit, *defunctis regibus, aut ad modicum redactis, Judæam provinciam equitibus Romanis, aut libertis permisit, e quibus Antonius Felix per omnem sævitiam ac libidinem jus regium servili ingenio exercuit, Drusilla, Cleopatræ et Antonii nepte, in matrimonium accepta: ut ejusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset.* Joseph. A. J. XX. c. 7. § 1. πέμπει καὶ Κλαύδιον Φήλικα, Πάλλαντος ἀδελφὸν, τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν προστησόμενον πραγμάτων. Idem de B. Jud. II. c. 13. § 2. In N. T. commemoratur tantum Act. XXIII. 24, 26. XXIV. 3, 22, 24, 25, 27. XXV. 14.

ΦΗ΄ΜΗ, ης, ἡ, *rumor, fama,* a φημὶ *dico.* Bis tantum in N. T. legitur. Matth. IX. 26. καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην et fama hujus rei totam illam regionem pervasit, seu sparsa est per totam illam regionem. Confer Schwarzii Obss. ad Olearium de Stilo N. T. pag. 202 seq. et Ejusdem Comment. Critt. L. Gr. p. 1382. Luc. IV. 14. In versione Alexandrina respondet Hebraico שְׁמוּעָה idem. Proverb. XVI. 1. Hesych. φήμη· ἀκοὴ, ὀνομασία. Apud Græcos scriptores φήμη quandoque de *nuntio, narratione,* (Eurip. Phœn. v. 1235.) etiam de *oraculis* adhibetur. Confer Ernesti Ind. ad Xenoph. Memorabilia et Wyttenbach. anim. in Julian. Orat. I. p. 150 seq. ed. Schæfer.

ΦΗΜΙ΄, aor. 2. ἔφην, 1) *aio, dico,* ab inusitato φάω *dico.* Matth. VIII. 8. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἑκατόνταρχος ἔφη respondit centurio. ibid. XIV. 8. XXV. 21 et 23. ἔφη αὐτῷ ὁ κύριος αὐτοῦ tunc dominus ejus eum ita est allocutus. ibid. XXVI. 61. Luc. VII. 44. XXII. 58. XXIII. 3. Act. VIII. 36. X. 28, 31. XVII. 22. ἔφη hanc orationem ad eos habuit. ibid. XIX. 35. XXII. 2. XXIII. 17, 18, 35. XXV. 5, 22, 24. XXVI. 1, 24, 32. Rom. III. 8. καθώς φασί τινες sicut aliqui dicunt, aut potius: temere adfirmant. 1 Cor. VI. 16. VII. 29. τοῦτο δέ φημι hæc vero est mea mens, seu, hoc dico et suadeo vobis eo consilio. ibid. X. 15. κρίνατε ὑμεῖς ὅ φημι vos ipsi dijudicate, annon probanda sint, quæ jam dicturus sum. ibid. v. 19. τί οὖν φημί; quorsum hæc dico? ibid. XV. 50. τοῦτο δέ φημι hoc vero vobis certissime affirmo. 2 Cor. X. 10. φησὶ criminantur adversarii mei. Græci τῷ φησὶ utuntur de omnibus personis et utroque numero, uti Latini verbo *inquit.* Vide Gronov. et Drakenborch. ad Liv. XXXIV. 3. et Storrii Obss. ad Syntaxin et Analog. Hebr. p. 413. Hebr. VIII. 5. Hesych. φημί· λέγω. 2) *respondeo.* Matth. IV. 7. ἔφη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς respondit ei Jesus. ibid. XIII. 29. XVII. 26. XIX. 21. XXI. 27. XXVI. 34. XXVII. 11, 65. Marc. XIV. 29. Luc. VII. 40. XXII. 70. Joh. I. 23. IX. 38. Act. II. 38. VII. 2. X. 30. XVI. 37. XXII. 27, 28. XXIII. 5. XXVI. 25, 28. 3) *interrogo.* Matth. XXVII. 23. Act. XVI. 30. XXI. 37. Sæpius in N. T. non legitur. 4) Interdum omittitur, v. c. Act. I. 4. ἣν (scil. ἔφη) ἠκούσατέ μου quam (nempe aiebat) a me audivistis. Luc. V. 14. post ἀλλὰ ἀπελθών. Conf. H. Stephanum in Append. Thes. p. 135. et Schultens. ad Job. p. 279.

ΦΗ͂ΣΤΟΣ, ου, ὁ. (*Porcius*) *Festus.* Nomen procuratoris Judææ, qui successit Felici, origine Latinum. Commemoratur in N. T. Act. XXIV. 27. XXV. 1, 4, 9, 12, 13, 14, 22, 23, 24. XXVI. 24, 25, 32. Vide Josephi A. J. XX. 8. 9. et B. J. II. 13. 7.

ΦΘΑ΄ΝΩ, fut. φθάσω, aor. 1. ἔφθασα, 1) *pervenio,* de motu locali, quo aliquo ferimur, i. q. ἐφικνέομαι, cum qua voce etiam permutatur 2 Cor. X. 14. ἄχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ ad vos etiam pervenimus tradendo doctrinam christianam, seu, nam vestræ quoque urbi doctrinam christianam importavimus. 2) φθάνειν εἰς τι, vel ἐπὶ τινὰ metaphorice aut *res* dicitur, *quæ alicui contingit et evenit,* aut *homo, qui aliquid consequitur, et particeps redditur alicujus rei.* Hesych. φθάνει· καταλαμβάνει. Mat. XII. 28. ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ hoc sane argumento est, vobis jam copiam factam esse felicitatis in regno Messiæ consequendæ; ubi videndus Wetstenius. Luc. XI. 20. Rom. IX. 31. εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασε ad religionem christianam, quæ vere hominibus offert τὴν δικαιοσύνην, non accedit. Phil. III. 16. εἰς ὃ ἐφθάσαμεν ad quam religionis cognitionem pervenimus. 1 Thess. II. 16. ἔφθασε δὲ ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος evenient autem ipsis aliquando pœnæ gravissimæ. Adde Alex. Cohel. VIII. 14. Dan. IV. 25. Homer. Iliad. λ', v. 451. Confer etiam Meibom. ad Cebetis Tabulam p. 28. et Wetstenii N. T. T. II. p. 300. 3) cum accusativo: *prævenio, anteverto,* et ex adjuncto: *præsto, antecello.* 1 Thess. IV. 15. οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας, h. e. vel: non præveniemus in resurrectione eos, qui jam obdormiverunt, vel mortui sunt, vel non præstantioris conditionis erimus præ iis, quos non supersti-

tes in vita deprehensurus sit dies iste sollennis. Adde Sapient. VI. 13. XXVI. 28. Sirac. XXXIII. 20. Xenoph. Mem. II. 3. 14: ὃς ἂν φθάνῃ τοὺς φίλους εὐεργετῶν. Idem Anab. I. 3. 14. Suid. φθάνει· αἰτιατικῇ, προλαμβάνει. Hesych. et Etym. M. φθάνειν· προήκειν, προλαμβάνειν. Lex. Cyrilli MS. Brem. φθάνει· προτρέχει, προκαταλαμβάνει. Confer etiam Thomam M. pag. 893. et ibi interpretes, ac Wetstenii N. T. T. II. p. 304. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΘΑΡΤΟ'Σ, ἡ, ὀν, *corruptibilis, fluxus, caducus, mortalis, corruptus, vilis, nullius pretii.* Est verbale a tertia persona perf. pass. ἔφθαρται, verbi φθείρω *corrumpo, depravo, perdo, destruo.* Rom. I. 23. φθαρτοῦ ἀνθρώπου hominis mortalis. 1 Cor. IX. 25. φθαρτὸν στέφανον coronam, quæ mox flaccescit. ibid. XV. 53. δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν nam corpus hoc interiturum debet fieri expers interitus: ubi φθαρτὸν cum θνητὸν permutatur. ibid. v. 54. 1 Petr. I. 18. τὰ φθαρτὰ, h. e. res viles, fluxæ et caducæ, v. c. aurum et argentum, opponuntur τῷ τιμίῳ αἵματι, quo, tanquam pretio redemtionis, Christus homines liberavit a suppliciis peccatorum. ibid. v. 23. σπορὰ φθαρτὴ semen, quod una cum fructibus mox perit. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Sapient. IX. 15. φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχήν. ibid. XIV. 8. XIX. 20. 2 Macc. VII. 16. Hesych. φθαρτόν· θνητόν. Cyrilli Lex. MS. Brem. φθαρτόν· θνητόν, δεχόμενον ἀλλοίωσιν, ἢ διάλυσιν.

ΦΘΕ'ΓΓΟΜΑΙ, fut. φθέγξομαι, 1) proprie: *sono, sonum edo.* Sic legitur v. c. apud Xen. Anab. VI. 1. 15. de aquila clangente, et ib. IV. 2. 5. V. 2. 11. de tubæ sono. 2) *vocem emitto, loquor, clamo.* 2 Petr. II. 16. ὑποζύγιον ἄφωνον ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον asina muta humana voce locuta est. ibid. v. 18. ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγγόμενοι superba enim et summæ vanitatis plena loquentes. φθέγγεσθαι h. l. plus esse, quam λαλεῖν, nempe *crepare, jactare,* statuit Kypkius in Obss. Sacr. T. II. pag. 447. Alexandrini usi sunt hac voce pro דִּבֵּר *locutus, elocutus est,* Job. XIII. 7. Proverb. XVIII. 24. הִבִּיעַ *eructavit verba, locutus est,* Ps. LXXVII. 2. XCIII. 4. et שָׁאַג *rugivit, magna voce clamavit.* Amos I. 2. etc. Adde ex libris Apocryph. Sapient. I. 8. VIII. 13. Sirac. XIII. 25. Thucyd. VII. cap. 71. Euripid. Phœn. v. 488. Philostrat. Vit. Soph. I. c. 16. sect. 13. ἀλλοτρίᾳ γλώττῃ δόξομεν φθέγγεσθαι. Hinc φθέγμα *eloquium, sermo.* Sapient. I. 11. 3) *doceo.* Act. IV. 18. ubi φθέγγεσθαι notare videtur *privatim docere,* quia a διδάσκειν distinguitur, quod est *palam doctrinam tradere.* Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΘΕΙ'ΡΩ, fut. φθερῶ, 1) proprie: *corrumpo,* physice, *perdo et destruo aliquid, ex pristino statu in deteriorem transfero, depravo,* a φθίω *corrumpo.* Sic haud infrequenter in Græcorum scriptorum monumentis legitur, v. c. apud Ælian. V. H. II. c. 25. ubi *interficere* notat. ib. VIII. 11. ubi φθείρεσθαι est *interire,* et apud Alexandrinos, v. c. Ies. XXIV. 3. φθορᾷ φθαρήσεται ἡ γῆ καὶ προνομῇ προνομευθήσεται. ibid. v. 4. Exod. X. 15. Deut. XXXIV. 7. Sap. XVI. 27. τὸ γὰρ ὑπὸ πυρὸς μὴ φθειρόμενον. Hesych. φθείρεται· ἀπόλλυται. 2) *lædo, noceo, injuria afficio.* 2 Cor. VII. 2. οὐδένα ἐφθείραμεν neminem vestrum injuria affecimus, aut postulanda mercede ad incitas redegimus. Vide Abreschii Dilucidatt. Thucyd. p. 267. 3) *in omnis generis mala præcipito, miserum reddo, punio.* 1 Cor. III. 17. φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεὸς hunc Deus gravissime puniet. Jud. v. 10. ἐν τούτοις φθείρονται per ea pereunt, h. e. perniciem sibi et gravissima mala conciliant. Conf. 2 Petri II. 12. 4) metaphorice: *quoad doctrinam et mores perverto et corrumpo, seduco, peccatis immergo, vel fœdo.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. III. 17. εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει si quis hunc cœtum, Deo sacrum, doctrina pariter ac exemplo depravat. ibid. XV. 33. φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ prava consortia et colloquia corrumpunt bonos mores. (Est γνώμη Menandri Comici ἐν Θαΐδι, quæ in proverbium abiisse videtur. Confer H. Stephani notas ad γνώμας μονοστίχους Menandri et aliorum pag. 351. et Clericum ad Menandrum p. 79.) 2 Cor. XI. 3. οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ita etiam animi vestri corrumpantur, ut declinent ac deflectant a sinceritate et puritate doctrinæ ac morum, quam postulat religio christiana. Zonaras Lex. col. 1808. ad h. l. φθαρῇ, μετενεχθῇ. Eph. IV. 22. τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης qui se corrumpit ipse, dum pravis cupiditatibus se regi patitur. Apoc. XIX. 2. ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. φθείρεται· πλανᾶται. Conf. etiam Perizon. ad Ælian. V. H. XIV. c. 27.

ΦΘΙΝΟΠΩΡΙΝΟ'Σ, ἡ, ὀν, *autumnalis, in autumnum incidens,* deinde: *emarcidus, fructus perdens,* a φθινόπωρον *autumnus,* seu proprie *ultimum ejus tempus, in quo arbores fructibus sunt spoliatæ, folia ex illis decidunt,* et *ad tempus marcescunt, nullum fructum proferentes,* ex φθίνω *deficio, ad finem vergo,* (Job. XXXI. 26.) etiam *corrumpo, perdo, interimo,* et ὀπώρα *autumnus,* item *fructus autumnalis.* Hesych. φθινόπωρον· ὁ ἀπὸ τῆς πεντεκαιδεκάτης Αὐγούστου μηνὸς ἕως τῆς πεντεκαιδεκάτης Δεκεμβρίου. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς εἰκοστῆς δευτέρας Αὐγούστου ἕως πάλιν εἰκοστῆς δευτέρας Δεκεμβρίου. Thom. M. p. 895. φθινόπωρον κάλλιον, ἢ μετόπωρον; ubi videndus Oudendorpius. Sic legitur semel tantum in N. T. Jud. v. 12. δένδρα φθινοπωρινὰ arbores, quales sunt vertente autumno, aridæ, sine foliis et fructibus, (ἄκαρπα, ut in sequentibus explicationis causa additur,) cum quibus eleganter h. l. comparantur *falsi doctores,* a quibus nulla ad ecclesiam christianam redundat utilitas. Vulgatus vertit *arbores auctumnales.* Syrus: ܐܝܠܢ̈ܐ ܕܦܐܪ̈ܝܗܘܢ ܒܠܘ *arbores, quarum fructus emarcuit.* Similis vox est φθινόκαρπος apud Pindarum Pyth. IV. v. 471. δρῦς φθινόκαρπος quercus, quæ fructus amisit. Phavorino φθινόπωρον est νόσος, sc. φθίνουσα ὀπώρας, *morbus, corrumpens fructus,* quo fit, ut ad maturitatem pervenire nequeant, sed potius arescant, putrescant et tempestive decidant. Commode itaque δένδρα φθινοπωρινὰ explicari possunt de *arboribus, morbo, fructus corrumpente, affectis,* quæ sunt symbolum hominum, qui nihil boni proferre possunt. Pindar. Pyth. ί, v. 161. μὴ φθινοπωρὶς ἀνέμων χειμερία κατανιφὰ δαμαλίζοι χρόνον ne fructibus exitialis ventorum hibernus flatus profliget ei tempus. Confer Schotti Adagialia Sacra N. T. pag. 159. et Wetstenius N. T. T. II. p. 736 seq.

ΦΘΟ'ΓΓΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *sonus, tonus,* v. c. quem instrumenta musica edunt. Est verbale a præt. med. inusitato ἔφθογγα, verbi φθέγγομαι *sono, sonum emitto.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. XIV. 7. ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ nisi

distinctum sonum edant. Arrian. III. 6. φθόγγος est sonus musicus, sive in vocum, sive in nervorum cantu. Sap. XIX. 17. ὥσπερ ἐν ψαλτηρίῳ φθόγγος τοῦ ῥυθμοῦ. Philostratus in Vita Apollonii Lib. V. c. 21. p. 205. foramina adeo sonorum in tibiis φθόγγους appellat. Cf. Raphelii Obss. Polyb. p. 473. et Stephani Thesaur. Ling. Gr. T. I. p. 1791. 2) *vox*. Rom. X. 18. εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν in omnem terrarum orbem exivit vox eorum, h. e. ubique per eos traditur doctrina christiana. Psalm. XIX. 4. Cf. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 52. et Wolfii Curas Philol. T. II. p. 218 seq. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. φθόγγος· φθογγή, φωνὴ καὶ τὰ ὅμοια. Idem: φθογγή· φθέγμα ἢ φωνή. Lex. Cyrilli MS. Brem. φθόγγος· ἦχος.

ΦΘΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *invideo, æmulor*, a φθόνος *invidia*. Semel tantum in N. T. legitur Galat. V. 26. ἀλλήλοις φθονοῦντες vobis invicem invidentes. Jacob. IV. 2. Erasmus et alii loco φονεύετε legere jubent φθονεῖτε, sed recepta lectio non sollicitanda videtur.

ΦΘΟ'ΝΟΣ, ου, ὁ, *invidia*, seu *ille animi affectus, quo moleste ferimus, bonum aliquod obtingere alicui*, πάθος (λύπης, quod h. l. ex Etym. M. supplendum est.) ἐπὶ τῇ τοῦ πέλας εὐπραγίᾳ, interprete Hesychio, *æmulatio, invida superbia*. Rom. I. 29. μεστοὺς φθόνου, φόνου. Galat. V. 21. φθόνοι, φόνοι. Philip. I. 15. διὰ φθόνον invidentes mihi muneris apostolici dignitatem. 1 Tim. VI. 4. φθόνος, ἔρις. Tit. III. 3. ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες. Jacob. IV. 5. πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα invidiæ resistit spiritus. Alii vertunt: contra invidiam concupiscere facit spiritus; ut ἐπιποθεῖν sumatur h. l. in significatione Hebraica conjugationis Hiphil. 1 Petr. II. 1. Adde Xenoph. Memor. III. cap. 9. § 8. 2) per metonymiam effectus denotat *odium acerbissimum*, quod sequitur invidiam, et unde nascitur *invidia*. Ita accipiendum est, quando Judæi Matth. XXVII. 18. et Marc. XV. 10. dicuntur Christum διὰ φθόνον tradidisse Pilato. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΘΟΡΑ', ᾶς, ἡ, 1) proprie: *corruptio, putrefactio, exitium, perditio, mors*. Est verbale a perf. med. ἔφθορα, verbi φθείρω *corrumpo, perdo*. Sic legitur in N. T. 1 Cor. XV. 42. σπείρεται (scil. σῶμα) ἐν φθορᾷ conditur corpus interiturum et putrefactioni obnoxium, i. q. σπείρεται σῶμα φθαρτόν. 2 Petr. II. 12. ὡς ἄλογα ζῶα —— γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθορὰν tanquam animalia, rationis expertia — quæ destinata sunt, ut ab hominibus capiantur et interficiantur: ubi φθορὰ pro σφαγὴ positum est. Adde Ies. XXIV. 3. Jon. II. 7. καὶ ἀναβήτω ἐκ φθορᾶς ἡ ζωή μου. Sapient. XIV. 12, 25. Artemidor. I. 81. Hesych. φθορά· ὄλεθρος. Cyrillus Alex. in Glossar. Gr. min. ed. Matthæi Tom. I. p. 15. φθορά· ἡ διάζευξις τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος. 2) per metonymiam: *res corruptibilis et putrefactioni ac morti obnoxia*, speciatim vero *corpus humanum, quatenus est corruptibile*. Sic legitur in N. T. 1 Cor. XV. 50. οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ corpus hoc corruptibile non potest fieri incorruptibile, seu, non pervenire potest ad statum futuræ felicitatis in cœlo immutabilem: ubi ἡ φθορὰ est i. q. σὰρξ καὶ αἷμα in eodem commate. 3) *mala, calamitates, miser ac vilis status*. Sic legitur in N. T. Rom. VIII. 21. ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς fore, ut christiani aliquando liberentur a calamitatibus et malis, quibus in præsenti sunt obnoxii. Opponitur ibi τῇ δουλείᾳ τῆς φθορᾶς ἡ ἐλευθερία τῆς δόξης. Ita quoque שַׁחַת usurpatur Psalm. CIII. 4. τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν σου. Κατ' ἐξοχὴν vero φθορὰ in N. T. 4) dicitur *miseria, quæ est vitiositatis ac peccatorum pœna*. Galat. VI. 8. ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθορὰν, h. e. vitiositatis hujus pœnas dabit in futura vita: nam τῇ φθορᾷ opponitur ibidem ζωὴ αἰώνιος. Coloss. II. 22. ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει quarum rerum omnium usus pœnas affert. Eodem modo usurpatur quoque hæc vox apud Alexandrinos Micha II. 10. ἕνεκεν ἀκαθαρσίας διεφθάρητε φθορᾷ. 5) metaphorice: *depravatio per peccatum et varia vitia, impietas, vitiositas*. 2 Petr. I. 4. ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς fugientes hujus sæculi vitiositatem, e prava concupiscentia oriundam. ibid. II. 12. ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν per impietatem ipsorum. Alii interpretes vertunt: per miseriam, quam propria culpa sibi contraxerunt; sed prior explicatio ob sequens καταφθαρήσονται præferenda videtur. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΙΑ'ΛΗ, ης, ἡ, *phiala, vas planum ac repandum vini, vel aquæ, pretiosum præsertim, crater*, et per metonymiam: *res phiala contenta*. Legitur in N. T. tantum Apoc. V. 8. καὶ φιάλας χρυσᾶς et phialas aureas. ib. XV. 7. XVI. 1—4, 8, 10, 12, 17. XVII. 1. XXI. 9. Alexandrini usi sunt hac voce pro מִזְרָק *crater*. Exod. XXVII. 3. Num. IV. 14. Nehem. VII. 70. Pro Hebraico גָּבִיעַ est in fragmentis Symmachi Genes. XLIV. 2. Xenoph. Cyrop. I. 3. 7. Anab. IV. 7. 19. Lex. Cyrilli MS. Brem. φιάλαι —— ἢ καὶ ποτήρια. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 769.

ΦΙΛΑ'ΓΑΘΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *amans et studiosus boni, recti ac honesti*, aut *amans probos, recti et honesti studiosos*. Compositum enim est ex φίλος *amicus* et ἀγαθὸς *bonus*. Tantum legitur in N. T. Tit. I. 8. ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, κ. τ. λ. ubi tam hominum bonorum, quam virtutis amorem exprimere videtur. Opponitur ei ἀφιλάγαθος. 2 Tim. III. 3. Conf. Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1426. Præterea legitur hæc vox Sapient. VII. 22. ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ πνεῦμα φιλάγαθον. Adde Plutarch. Conjug. Præc. T. VI. Opp. p. 530. 6. ed. Reisk.

ΦΙΛΑΔΕ'ΛΦΕΙΑ, ας, ἡ, *Philadelphia*. Nomen urbis. Hujus nominis tres urbes erant, una in Ægypto, alia in Syria et tertia in Lydia. In N. T. locis (Apoc. I. 11. III. 7.), in quibus tantum commemoratur, intelligenda est urbs Lydiæ, provinciæ Asiæ minoris, ad Tmoli, montis, radices et Caystrum fluvium sita, in loco, ob frequentes terræ motus ita periculoso, ut, quum maxime floreret, tamen civibus infrequens esset, qui sparsim in agris habitabant, crebrum urbis tremorem metuentes. Nomen accepit a rege, Attalo Philadelpho, Eumenis fratre, suo conditore. Designat autem proprie *dilectionem fratrum*: componitur enim ex φίλος *amicus* et ἀδελφὸς *frater*. Ludi ibi solennes olim fuerunt. Vide Cellarii Geogr. Plen. Lib. III. c. 4. § 17. p. 117. F. Stosch. Syntagma Diss. VII. de totidem urbibus Asiæ in Apocalypsi p. 154 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 750.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΙ'Α, ας, ἡ. Apud Græcos scriptores *amorem erga fratres* et omnino *consanguineos* significat. (Themistius VI. pag. 76. C. σημεῖον ἐστι φιλαδελφία φιλανθρωπίας, καὶ ὥσπερ ἀρχὴ καὶ στοιχεῖον τῆς πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους εὐνοίας, ἡ πρὸς συγγόνους καὶ ὁμοσπόρους, κ. τ. λ.) in N. T.

autem est *amor et benevolentia erga fratres*, h. e. *christianos*, (qui in N. T. κατ' ἐξοχὴν ἀδελφοὶ appellantur. Vide supra ad ἀδελφὸς dicta.) speciatim: *benevolentia, quæ cernitur in sublevanda christianorum inopia ac miseria*, adeoque non tam late patet ac vocabulum φιλανθρωπία, quod de *humanitate*, h. e. *omnium hominum amore* adhibetur. Compositum est ex φίλος *amicus* et ἀδελφὸς *frater*. Legitur tantum in N. T. Rom. XII. 10. τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι tenerrimo amore vos invicem, velut fratres, prosequimini. 1 Thess. IV. 9. περὶ τῆς φιλαδελφίας de liberalitate ac beneficentia erga christianos. Hebr. XIII. 1. ἡ φιλαδελφία μενέτω. Confer v. 2. 1 Petr. I. 22. 2 Petr. I. 7. ubi ἡ φιλαδελφία diserte distinguitur ab ἀγάπῃ, h. e. amore eo, quem omnibus hominibus præstare tenemur. Cf. Rom. XII. 9 et 10.

ΦΙΛΑ'ΔΕΛΦΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *amans fratrum*, h. e. *christianorum, fraterna præditus charitate erga christianos*. Conf. φιλαδελφία. Legitur tantum in N. T. 1 Petr. III. 8. φιλάδελφοι amore fraterno invicem vos amplectamini. Præterea legitur 2 Macc. XV. 14. Xenoph. Mem. II. 3. 17. Gloss. Vet. φιλάδελφος, *carus fratri*. φιλαδέλφως, *fraterne*.

ΦΙ'ΛΑΝΔΡΟΣ, ου, ἡ, *amans mariti, debita officia marito præstans*, ex φίλη *amica* et ἀνὴρ *vir, maritus*. Legitur tantum in N. T. Tit. II. 4. φιλάνδρους εἶναι ut maritis suis debita officia præstent. Aliquoties hanc vocem quoque apud Plutarchum occurrere, observavit Elsnerus in Obss. Sacr. T. II. p. 323. Vid. Wetstenii N. T. T. II. p. 572.

ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΙ'Α, ας, ἡ, *amor erga homines, humanitas*, a φιλάνθρωπος, ου, ὁ, ἡ, *hominum amans, humanus*, (Xenoph. de Re Equestr. II. 3. Sapient. VII. 23. XII. 19. 2 Maccab. IV. 11.) ex φίλος *amicus, amans*, et ἄνθρωπος *homo*. Bis tantum in N. T. legitur. Act. XXVIII. 2. παρεῖχον οὐ τὴν τυχοῦσαν φιλανθρωπίαν ἡμῖν non exiguam humanitatem nobis exhibuerunt. 2 Maccab. VI. 22. et XIV. 9. ἔχεις πρὸς ἅπαντας εὐαπάντητον φιλανθρωπίαν. Ælian. V. H. II. 4. Tit. III. 4. ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ ἐπεφάνη amor Dei erga homines se exseruit. Thom. M. p. 896. φιλανθρωπία, οὐ μόνον ἡ ἀπὸ τῶν ὑπερεχόντων εἰς τοὺς ἐλάττους εὐμένεια, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία περὶ ἡμᾶς καὶ τοῦ βασιλέως περὶ τὸν ὑπήκοον, καὶ τῶν ἀρχόντων πρὸς τοὺς ὑπὸ χεῖρα, ἀλλὰ καὶ ἡ τινὸς ἁπλῶς πρὸς ὀντινοῦν φιλία καὶ διάθεσις ἀγαπητική, κ. τ. λ. Confer Raphelii Annotatt. Xenophont. pag. 302. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 377.

ΦΙΛΑΝΘΡΩ'ΠΩΣ, *humane, humaniter*. Adverbium a φιλάνθρωπος *humanus, hominum amans*, quod semel tantum in N. T. legitur Act. XXVII. 3. φιλανθρώπως τε ὁ Ἰούλιος τῷ Παύλῳ χρησάμενος Julius humaniter tractans Paulum. 2 Maccab. IX. 27. ἐπιεικῶς καὶ φιλανθρώπως. Demosthenes pag. 411. 10. ed. Reisk. φιλανθρώπως πάνυ τούτῳ ἐκεχρήμην.

ΦΙΛΑΡΓΥΡΙ'Α, ας, ἡ, *amor argenti*, seu *pecuniæ, auri sacra fames, immoderata opum appetitio earumque corradendarum nimium studium, avaritia*, a φιλάργυρος, quod vide. Legitur tantum in N. T. 1 Tim. VI. 10. ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία mater omnium malorum est nimia opum aviditas. Alexand. Jerem. VIII. 10. ὅτι πάντες φιλαργυρίαν (Hebr. בֶּצַע) ἀποδιώκουσι. Polyb. IX. 25. 4. Hesych. φιλαργυρία· φιλοχρηματία. Vide Wetstenii N. T. T. II. pag. 349. Gloss. Vet. φιλαργυρία, *avaritia, aviditas*.

ΦΙΛΑ'ΡΓΥΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *amans argenti, pecuniæ ac opum cupidus, avarus*, ex φιλος *amicus, amans*, et ἄργυρος, ου, ὁ, *argentum, pecunia*. Bis tantum in N. T. legitur. Luc. XVI. 14. ἤκουον δὲ ταῦτα πάντα καὶ οἱ Φαρισαῖοι, φιλάργυροι ὑπάρχοντες audiverunt vero hæc omnia Pharisæi, quos divitiarum amor ac studium tenebat. 2 Tim III. 2. Ælian. V. H. IX. 1. ἦν μὲν γὰρ καὶ φύσει φιλάργυρος ὁ Κεῖος. Xenoph. Mem. III. 1. 10. Pollux III. 112. Hinc φιλαργυρέω *amo pecuniam, avarus sum*, quod legitur 2 Macc. X. 20. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 766.

ΦΙ'ΛΑΥΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, proprie in bonam partem dictus est olim, *qui se ipsum amat suæque utilitati prospicit;* sed usu loquendi tracta est hæc vox in partem pejorem, ita, ut de *eo* adhiberetur, *qui omnia ad propria revocat commoda et, nimio sui amore ductus, sibi in omnibus nimis placet, ita, ut omnes præter se contemnat ac negligat*, ex φίλος *amicus, amans*, et αὐτὸς *ipse*. Legitur tantum in N. T. 2 Tim. III. 2. φίλαυτοι perverso ac nimio sui amore ducti et abrepti. Hesych. φίλαυτοι· οἱ ἑαυτοὺς φιλοῦντες. Hinc φιλαυτία *nimius ac perversus sui ipsius amor*. Hesych. φιλαυτία· τὰ πάντα πρὸς τὰ ἑαυτῷ ἀρέσκοντα πράττειν. Legitur præterea vox φίλαυτος apud Aristotel. de Rep. II. 5. ad Nicomach. IX. 18. et Philonem de Alleg. T. I. p. 53. 3.

ΦΙΛΕ'Ω, ῶ, futur. ήσω, 1) *amo, amore complector, vel prosequor, diligo*, a φίλος *amicus, amans*. Matth. X. 37. ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ quicunque parentes suos in amore mihi prætulerit: et paulo post: ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ qui filium, aut filiam pluris fecerit, quam me. Joh. V. 20. ὁ γὰρ πατὴρ φιλεῖ τὸν υἱὸν pater enim, quia diligit filium. ibid. XI. 3. ὃν φιλεῖς quem tantopere amas. ibid. v. 36. πῶς ἐφίλει αὐτόν; quam tenero amore eum est prosequutus! ib. XV. 19. XVI. 27. αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε pater enim sua sponte vos amat, quia me amatis et mei veri sectatores estis. ibid. XX. 2. ὃν ἐφίλει ὁ Ἰησοῦς quem præ cæteris Jesus amabat. ib. XXI. 15, 16, 17. 1 Cor. XVI. 22. ubi φιλεῖν Ἰησοῦν generatim significat: verum Christi cultorem et sectatorem esse. Prov. VIII. 17. Tit. III. 15. Apoc. III. 19. Alexandrini sæpius hanc vocem adhibuerunt pro אָהַב *amavit, dilexit*, v. c. Gen. XXXVII. 3. Hos. III. 1. etc. Hesych. φιλεῖ — — κατὰ ψυχὴν ἀγαπᾷ. 2) in deteriorem partem: *nimis ac cupide amo*. Joh. XII. 25. ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ qui conservandæ vitæ suæ nimium cupidus est. Hoc Græci uno verbo φιλοψυχεῖν exprimere solent. Vide Euripid. Heraclid. v. 519. 3) *delector, desiderio alicujus rei flagro, libenter habeo, affecto*. Mat. XXIII. 6. φιλοῦσί τε τὴν πρωτοκλισίαν ἐν τοῖς δείπνοις amant primam in conviviis sedem. Cf. Marc. XII. 38 et 39. et Luc. XX. 46. ubi ἀγαπᾷν cum voce θέλειν permutatur. Apoc. XXII. 15. πᾶς ὁ φιλῶν ψεῦδος omnis, qui delectatur mendacio. Eodem modo אָהַב usurpatur Gen. XXVII. 4, 9, 14. Prov. VIII. 17. XXIX. 3. ἀνδρὸς φιλοῦντος σοφίαν, et Psalm. XXXIV. 13. ubi cum voce חָפֵץ permutatur. Adde ex libris Apocryphis Sap. VIII. 2. 4) *soleo, lubenter soleo*. Matth. VI. 5. φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς προσεύχεσθαι lubenter solent in synagogis preces facere. Ies. LVI. 10. אֹהֲבֵי לָנוּם Alex. φιλοῦντες νυστάξαι. Ælian. V. H. XIV. 37. φιλῶ δὲ μηδὲ τὰ ἀγάλματα, μηδὲ τὰς εἰκόνας ἀργῶς ὁρᾷν. Xenoph. de Mag. Equit. cap. 7. § 9. φιλοῦσι δέ πως στρατιῶται, ὅσῳ ἂν πλείους ὦσι, τοσούτῳ πλείω ἁμαρτάνειν. Eurip. Phœn. ver. 864. Herodian. I. 2. 8. ubi videndus Irmisch. in Excursu ad h. l.

p. 800. Conf. Gatakerum ad Marc. Antonin. X. 21. p. 303. Wetstenii N. T. T. I. p. 321. et Palairet. Obss. Philol. pag. 24 seq. Hesych. φιλεῖ· εἴωθεν. Eodem modo usurpatur quoque apud Græcos ἐρᾷν (v. c. Herodian. I. 3. 15. ἐρᾷ γὰρ τὸ βάρβαρον καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς ῥᾷστα κινεῖσθαι.) et *amare* apud Latinos, v. c. Horat. III. Od. XVI. ver. 10. " et perrumpere amat saxa." Ibid. II. Od. III. 10. Epod. VIII. 15. Tacit. Annal. IV. 9. 3. Conf. Dan. Vechneri Hellenolexiam II. cap. 2. p. m. 402. 5) *osculor, deosculor,* ita, ut omissum sit τῷ στόματι, i. q. καταφιλέω. Matth. XXVI. 48. ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι quem osculatus fuero, ille est. Marc. XIV. 44. Luc. XXII. 47. Ælian. V. H. I. 15. Arrianus de Venat. V. 5. καὶ τὸ στόμα ἐφαρμόζει τῷ στόματι ὡς φιλοῦσα. Theocrit. Idyll. II. v. 127. Hist. Esth. XIII. 8. ὅτι εὐδόκουν φιλεῖν πέλματα ποδῶν αὐτοῦ, κ. τ. λ. Vulgatus vertit: *libenter enim pro salute Israëlis etiam vestigia pedum ejus deosculari paratus essem.* Tob. VI. 25. ὡς ἤκουσε Τωβίας ταῦτα, ἐφίλησεν αὐτήν. Aliquoties etiam φιλεῖν in versione Alexandrina pro נָשַׁק *osculatus, deosculatus est* usurpatum reperitur, v. c. Gen. XXVII. 26, 27. Job. XXXI. 27. Cant. I. 2. VIII. 1. Adde Arrian. Expedit. Alex. IV. c. 11. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 523. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΙ΄ΛΗ, ης, ἡ, *amica,* a φίλος *amicus.* Semel tantum in N. T. legitur Luc. XV. 9. συγκαλεῖται τὰς φίλας convocat amicas. Præterea quoque reperitur in fragmentis Aquilæ Cantic. I. 14. Xenoph. Memor. III. 11. 16. et II. 1. 23.

ΦΙΛΗ΄ΔΟΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *voluptatibus deditus, amans voluptatum, voluptuosus,* ex φίλος *amans* et ἡδονὴ *voluptas.* Semel tantum legitur in N. T. 2 Tim. III. 4. ubi φιλήδονοι sunt, qui voluptatibus suis tantum indulgent et omnes cogitationes suas in iis, quæ carnem delectant et effrenatis cupiditatibus satisfaciunt, defigere solent, ita, ut cultum summi numinis prorsus negligant. Philo de Agricult. T. I. p. 313. 49. Plutarch. de Liber. educ. pag. 6. B. Polyb. XL. 6. 11. Cicero ad Famil. XV. 19. Gloss. Vet. φιλήδονος, *obscœnus, voluptuosus.* Suid. φιλήδονον· τὸν ταῖς ἡδοναῖς χαίροντα.

ΦΙ΄ΛΗΜΑ, τος, τὸ, *osculum.* Est verbale a prima pers. perf. pass. πεφίλημαι, verbi φιλέω, quod inter alia quoque notat: *suaviare, basiare,* quia osculum est amoris signum, vel effectus. Luc. VII. 45. φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας osculum mihi non dedisti, quo scilicet hospes convivas blande ac amice excipiebat, ut mos erat populis orientalibus. ib. XXII. 48. Rom. XVI. 16. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ salutate vos invicem osculo sancto. De hoc osculo sancto, quo se christiani, in sacris suis convenientes ac recedentes, excipiebant ac dimittebant, quod a Tertulliano dicitur *signaculum orationis,* confer Cotelerium ad Constitutt. Apostol. Lib. II. c. 57. p. 267. et alios, quos laudat Fesselius in Adverss. Sacr. Lib. III. c. 7. p. 283. 1 Cor. XVI. 20. 2 Cor. XIII. 12. 1 Thess. V. 26. 1 Petr. V. 14. φίλημα ἀγάπης, h. e. osculum sanctum, quo christiani mutuum amorem sibi invicem testabantur. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini hac voce usi sunt pro נְשִׁיקוֹת *oscula,* Proverb. XXVII. 6. Cant. I. 2. Adde Lucian. Asin. c. 17. καὶ γὰρ φιλήμασιν ἠσπάζοντο ἀλλήλους.

ΦΙΛΗ΄ΜΩΝ, ονος, ὁ, *Philemon,* i. q. *deosculans,* a φιλέω *osculor.* Est nomen proprium viri, quem, natione Phrygem, ecclesiæ Colossensium antistitem fuisse, veteres tradiderunt, ad quem Paulus, ut fugitivum Onesimum ei reconciliaret, exaravit epistolam. Legitur tantum in N. T. Philem. v. 1.

ΦΙΛΗΤΟ΄Σ, οῦ, ὁ, *Philetus,* idem, quod *dilectus,* a tertia pers. perf. pass. πεφίληται, verbi φιλέω *diligo.* Nomen cujusdam hæretici et unius ex adversariis Pauli, qui tantum commemoratur in N. T. 2 Tim. II. 17.

ΦΙΛΙ΄Α, ας, ἡ, *amicitia, familiaritas, propensio, inclinatio, nimius amor ac perversa cupiditas,* a φίλος *amicus.* Semel tantum in N. T. legitur Jacob. IV. 4. ἡ φιλία τοῦ κόσμου nimius ac perversus rerum terrenarum amor. Alexandrini usi sunt hac voce pro אַהֲבָה *amor, dilectio,* Prov. X. 12. XV. 17. אֲהָבִים *amores,* Prov. V. 19. דוֹדִים *amores,* Prov. VII. 18. et רֵעַ *amicus, socius,* Prov. XIX. 7.

ΦΙΛΙΠΠΗ΄ΣΙΟΣ, ου, ὁ, *Philippensis,* a Φίλιπποι *Philippi.* Legitur in N. T. tantum Philipp. IV. 15.

ΦΙ΄ΛΙΠΠΟΙ, ων, οἱ, *Philippi.* Urbs primaria provinciæ Macedoniæ proconsularis, in finibus Thraciæ, inter Apolloniam et Amphipolim, cis Strymonem, fluvium, sita, qui Macedoniam a Thracia dividebat. Nomen accepit a Philippo, Macedone, patre Alexandri M. qui eam condidit. Olim secundum Appianum Alexandrinum Lib. IV. de Bell. Civil. *Crenides,* seu *Crenida* et *Datos* vocata fuit. Commemoratur hæc urbs in N. T. Act. XVI. 12. ἐκεῖθέν τε εἰς Φιλίππους, ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος Μακεδονίας πόλις, κολωνία hinc vero Philippos, quæ est metropolis provinciæ Macedoniæ, et quidem colonia. ibid. XX. 6. ἀπὸ Φιλίππων. Philipp. I. 1. 1 Thess. II. 2. Confer Cellarii Geogr. Ant. Lib. II. c. 13. § 81. p. 848 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 262.

ΦΙ΄ΛΙΠΠΟΣ, ου, ὁ, *Philippus,* i. q. *amans equorum,* ex φίλος *amans* et ἵππος *equus.* Est nomen proprium viri, quod in N. T. tribuitur 1) fratri Herodis Antipæ, marito Herodiadis, (Matth. XIV. 3.) qui per XXXV annos præfuit Iturææ et Trachonitidi, Cæsaris beneficio, et a. p. C. N. XXXIV. sine liberis mortuus est. Marc. VI. 17. Ab eo Cæsarea Philippi cognominatur, quam in honorem Tiberii instauravit. Matth. XVI. 13. Confer Josephi A. J. XVIII. c. 2. s. 1. et c. 4. s. 6. 2) *apostolo J. C.* Matth. X. 3. Marc. III. 18. 3) *diacono cuidam ecclesiæ apostolicæ.* Act. VI. 5. 4) *evangelistæ.* Act. XXI. 8.

ΦΙΛΟ΄ΘΕΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *Dei amans, verus Dei cultor,* ex φίλος *amicus, amans,* et Θεὸς *Deus.* Semel tantum in N. T. legitur 2 Tim. III. 4. φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι. Pollux Onom. I. 20. Etym. M. 299. 36.

ΦΙΛΟ΄ΛΟΓΟΣ, ου, ὁ, *Philologus.* Nomen proprium viri, qui semel in N. T. commemoratur Rom. XVI. 15.

ΦΙΛΟΝΕΙΚΙ΄Α, ας, ἡ, 1) proprie: *amor rixarum ac contentionis, altercandi studium,* ex φίλος et νεῖκος, εος, τὸ, *lis, bellum, jurgium, rixa, altercatio, contentio,* διαφορὰ, μάχη, interprete Hesychio. Homer. Iliad. γ΄, v. 87. Hesiod. Opp. v. 35. Sic legitur apud Xenoph. de Rep. Laced. IV. 2. et de Mag. Equit. I. 26. 2) *contentio, altercatio.* In hac significatione legitur in N. T. Luc. XXII. 24. ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς orta etiam erat inter eos altercatio, seu contentio. 2 Macc. IV. 4. Thucyd. Lib. VIII. c. 76. Hesych. φιλονεικία γὰρ ἡ μάχη. Gloss. Vet. φιλονεικία, *pertinacia, competitio,*

jurgium, contentio. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 804.

ΦΙΛΟ'ΝΕΙΚΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *contentiosus, rixosus, altercationis ac contentionis amans.* Ab eodem themate. Sic semel tantum in N. T. legitur 1 Cor. XI. 16. εἰ δέ τις δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι si vero quis contrariam sententiam tueri ac defendere velit, rixandi studio abreptus. Hesych. φιλόνεικος· μάχιμος, φίλερις. Hinc φιλονεικέω *rixor, contendo.* Apud Græcos scriptores φιλόνεικος interdum quoque in bonam partem adhibetur, partim vero de eo, qui agit summo cum studio et contentione maxima. Vide Xenoph. Mem. II. 3. 17. Cyrop. VIII. 2. 8. et 4. 2.

ΦΙΛΟΞΕΝΙ'Α, ας, ἡ, *amor erga peregrinos, hospitalitas,* qua peregre advenientes benevole et amice hospitio excipiuntur iisque humanitatis officia præstantur, a φιλόξενος, quod vide. In N. T. bis tantum legitur, Rom. XII. 13. et Hebr. XIII. 2. ubi tamen speciatim commendatur *hospitalitas,* qua christiani peregrini et advenæ, maxime vero exules, ob religionis christianæ professionem amice excipiuntur hospitio. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 442.

ΦΙΛΟ'ΞΕΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *hospitalis, amans peregrinos, qui peregrinos et advenas, maxime exules, ob religionis christianæ professionem lubenter et benigne hospitio excipit, et omnia iis præstat officia humanitatis,* a φίλος *amicus* et ξένος, ου, ὁ, *hospes, qui alios hospitio excipit, vel ab aliis excipitur.* Ter tantum in N. T. legitur. 1 Tim. III. 2. Tit. I. 8. 1 Petr. IV. 5. φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους, ἄνευ γογγυσμῶν. Vide Pollucis Onom. IV. 167.

ΦΙΛΟΠΡΩΤΕΥ'Ω, fut. σω, *primus esse cupio, primatum ambio, primas partes affecto, vel mihi arrogo,* a φιλόπρωτος *cupiens esse primus,* ex φίλος et πρῶτος *primus.* Semel tantum in N. T. legitur 3 Joh. v. 9. ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν Διοτρεφὴς οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς sed Diotrephes, homo ambitiosissimus, nihil, quod meum sit, vult admittere. Eodem sensu φιλόπρωτος legitur apud Artemid. II. 33. Plutarch. Solon. p. 95. B. Alcibiad. p. 192. C. pro quo apud eundem Agesil. p. 596. D. formula πάντα πρωτεύειν βουλόμενος reperitur.

ΦΙ'ΛΟΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *amicus, qui alterum ex animo et sincere diligit,* aut *ab altero amatur, carus, qui alteri favet,* aut *a partibus alicujus est,* et ex adjuncto: *sodalis, socius.* Matth. XI. 19. τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν portitorum ac flagitiosorum amicus et sodalis est. Luc. VII. 6 et 34. XI. 5. ubi æque ac v. 6 et 8. φίλος eum significare videtur, qui hospitii vinculis ac jure cum altero conjunctus est. ibid. XIV. 12. XV. 6. τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας. ibid. v. 29. XVI. 9. ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ Μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας conciliate vobis Dei favorem recto bonorum hujus sæculi, fluxorum et incertorum, usu. ibid. XXI. 16. XXIII. 12. ἐγένοντο δὲ φίλοι in gratiam rediere. Joh. III. 29. ὁ φίλος τοῦ νυμφίου *paranymphus,* qui sponso adest, sponsam ad thalamum nuptialem deducendi causa, et ab Hebræis שׁוֹשְׁבִין dicitur. (Confer Seldeni Uxor. Hebr. II. 16. p. 141. Lightfoot. Opp. T. II. p. 605. Schœttgenii Horas Hebr. et Talmud. T. I. p. 335. et Wetstenii N. T. T. I. p. 855.) ibid. XI. 11. XV. 13. XIX. 12. οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος non es Cæsaris amicus, h. e. non a partibus Cæsaris stas. Act. X. 24. καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους. ibid. XIX. 31. ὄντες αὐτῷ φίλοι qui ei favebant. ibid. XXVII. 3. Jacob. II. 23. φίλος Θεοῦ quem Deus amat et beneficiis ornat. Vide J. H. Maii Obss. Sacr. Lib. I. p. 127 seq. et Wetstenii N. T. T. II. p. 668. ibid. IV. 4. φίλος τοῦ κόσμου qui nimio rerum terrenarum amore tenetur. 3 Joh. v. 15. Alexandrini usi sunt hac voce pro רֵעַ *amicus, socius, proximus,* Exod. XXXIII. 11. Job. II. 11. Micha VII. 5. מֵרֵעַ *amicus, socius, sodalis,* Jud. XIV. 20. XV. 2, 6. אֹהֵב *amans,* Esther V. 10, 14. VI. 13. Prov. XIV. 20. Jer. XX. 4, 6. מְאַהֵב idem, Prov. XXX. 14. et aliis his similibus vocabulis. 2) *amicus,* non tam sensu proprio, sed eo, quo in vita communi etiam ignotos hoc vocabulo compellare solemus. Luc. XIV. 10. φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον amice, ascende superius. Eodem modo etiam ἑταῖρος in N. T. usurpatur. 3) relate ad *doctorem* et *magistrum* φίλος videtur quoque significare *discipulum, inprimis familiarem et interioribus disciplinæ alicujus arcanis initiatum,* quem veteres philosophi, et inter hos Pythagoras maxime, *esotericum* vocare solebant. Sic sumenda videtur hæc vox Joh. XV. 14, 15. ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα, ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν vos discipulos mihi admodum familiares ac caros voco, quia omnia, quæ a patre accepi, vobiscum communicavi. Huc etiam referri commode potest locus Luc. XII. 4. Conf. supra ad ἑταῖρος a me dicta. 4) ut Latinum *amicus:* (Sueton. Tib. c. 55. Justin. I. 9.) *administer, principis consiliarius.* Philostrat. Vit. Apoll. Lib. II. cap. 1. p. 49. ed. Olear. ὡς πέμποι τινὰ ὁ βασιλεὺς τῶν ἑαυτοῦ φίλων. Arrian. Diss. Epict. III. 4. 2. τοῦ Καίσαρος φίλον καὶ ἐπίτροπον. Alex. Esther I. 3. ubi Hebraico שַׂר *princeps* respondet. ibid. I. 13. II. 18. et VI. 13. Huc refertur quoque a nonnullis interpretibus locus Joh. XIX. 12. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 855. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΙΛΟΣΟΦΙ'Α, ας, ἡ, *philosophia,* 1) proprie: *amor et studium sapientiæ,* aut *doctrinæ, quæ sapientiam tradit,* ex φίλος et σοφία *sapientia.* 2) *omnis scientia erudita et subtilior.* Sic v. c. apud Æschin. Socr. Dial. II. 22. *scientia subtilior et accuratior naturæ rerum* φιλοσοφία dicitur, et ibid. III. 17 et 20. *qui subtiliter de natura rerum quærunt et disserunt,* φιλοσοφεῖν et φιλόσοφοι dicuntur. Isocrati solenne est, φιλοσοφίαν vocare *eloquentiam,* in rebus, publice inprimis utilibus, explicandis, suadendis vel dissuadendis collocatam, et qui ei studeant, eos λόγους φιλοσοφεῖν ait, ut in Panegyrici initio (c. 1. p. 6 et 9. ubi videndus S. V. Morus, qui φιλοσοφεῖν omnino *in cogitatione et tractatione alicujus rei versari* interdum notare observavit) et περὶ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι in Evagoræ principio. Conf. Ernesti Prolusionem de Philosophia Vitæ, in Opusculis Oratoriis pag. 160 seq. editionis, quæ Lugduni Batav. 1762. prodiit. Hinc φιλοσοφία quoque 3) dicitur *religionis, divinitus traditæ, disciplina,* quam nos *Theologiam* vocamus, *quævis scientia subtilior rerum divinarum,* et speciatim in N. T. *theologia Judaica,* quæ apostolorum temporibus pæne formam philosophiæ induerat et maxime in sacrarum litterarum earumque recte interpretandarum scientia (Joseph. A. J. XX. 11. 2. μόνοις σοφίαν μαρτυροῦσι τοῖς τὰ νόμιμα σαφῶς ἐπισταμένοις.) posita erat. Sic v. c. Josephus A. J. XVIII. 3. 1. Essenorum totam doctrinam sacram φιλοσοφίαν vocat, et de Bello Jud. II. 8. 2. scribit: τρία παρὰ Ἰουδαίοις εἴδη φιλοσοφεῖται. Adde Philonem de Vita Mosis Lib. III. p. 685. Et sic etiam accipienda est hæc vox in loco Coloss. II. 8. ubi φιλοσοφία, a

cujus fraude sibi cavere vult christianos apostolus, est theologia Judaica, scientia subtilior legis Mosaicæ, maxime ritualis, qua cum doctores Judaici, tum vero etiam ipsorum christianorum quidam ad conturbandos imbecilliorum christianorum animos abutebantur, et quæ recte ab apostolo κενὴ ἀπάτη, fallax atque inanis dicitur. Cf. Tittmanni Tractat. de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 86 seq. et scriptores, quos excitavit Wolfius in Curis Philol. in N. T. T. III. p. 307. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΙΛΟ'ΣΟΦΟΣ, ὁ, *philosophus, studio sapientiæ deditus, qui subtilem et eruditam rerum divinarum ac humanarum cognitionem habet, et de rebus, ad sublimiorem eruditionem pertinentibus, subtiliter dicere et disputare valet,* ex φίλος et σοφός. Semel tantum in N. T. legitur Act. XVII. 18. τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων quidam vero ex Epicureis et Stoicis philosophis. Reperitur præterea hæc vox, in Bielii Thesauro omissa, apud LXX Dan. I. 20. sec. cod. Chisian.

ΦΙΛΟ'ΣΤΟΡΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *plenus humanitatis sensu, cui natura ipsa indidit affectum quendam amoris, qui est amore erga alios tenerrimo præditus, ad mutuo amandum propensus,* ex φίλος et στοργὴ *amor inter parentes ac liberos reciprocus,* quod est a præt. med. ἔστοργα verbi στέργω *amore naturali complector, instinctu naturæ diligo.* In N. T. semel tantum legitur Rom. XII. 10. τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι tenerrimo amore vos invicem velut fratres prosequimini. M. Antonin. I. 9. Polyb. V. p. 582. Athenæus XIII. p. 555. D. Cicero ad Attic. XIII. 9. XV. 17. Alberti Glossar. N. T. p. 108. φιλόστοργοι· ἀγαπητικοί. Cyrillus Alex. φιλόστοργος· ἀγαπητικὸς, φιλίαν τηρῶν. Hinc adverbium φιλοστόργως *benevole et amanter,* 2 Macc. IX. 21. et substantivum φιλοστοργία *amor naturalis, benevolentia,* quod legitur 2 Macc. VI. 20. Gloss. Vet. φιλόστοργος, *indulgens.*

ΦΙΛΟ'ΤΕΚΝΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *liberorum amans et providam curam habens,* ex φίλος, ου, ὁ, *amans, amicus,* et τέκνον *soboles, filius.* Tantum legitur in N. T. Tit. II. 4. ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας — φιλοτέκνους εἶναι. Plutarch. T. III. Opp. p. 673. edit. Reisk. Etymol. M. 794. 22. Pollux Onom. III. 14. et VI. 167.

ΦΙΛΟΤΙΜΕ'ΟΜΑΙ, οῦμαι, fut. ήσομαι, 1) proprie: *amans sum et studiosus honoris, ambio honores,* (Plutarch. T. II. p. 95. Cf. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 64. et Alberti Obss. Philol. p. 388.) *ambitiosus sum, facio aliquid honoris causa, honorem et gloriam specto, glorior, honori mihi duco,* (Liban. Epist. 888. p. 415. Æschin. de Fals. Legat. p. 255. ubi τῷ αἰσχύνεσθαι opponitur. Lysias Orat. XIII. c. 10. extr.) a φιλότιμος *honoris cupidus.* Jam, quia, quæ honoris et ambitionis causa fiunt, studiose solent agi, hinc φιλοτιμέομαι 2) notat: *summo studio et contentione aliquid agere, multum in aliqua re laborare.* Sic ter tantum in N. T. legitur. Rom. XV. 20. οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι ita vero ego annitens tradere religionem christianam. Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 188. (quem etiam Koppius sequitur) φιλοτιμεῖσθαι h. l. significare vult: *laudi,* seu *honori sibi aliquid ducere, gloriari,* ut sensus sit: et ita quidem fungor hoc munere meo, ut honori mihi ducam. 2 Cor. V. 9. φιλοτιμούμεθα εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι in eo elaboramus omnibus viribus nostris, ut Christo semper et ubique placeamus. 1 Thess. IV. 11. καὶ φιλοτιμεῖσθαι ἡσυχάζειν et ut studiosissimi sitis vitæ modestæ et quietæ. Sic etiam exteri scriptores sæpius hac voce usi sunt. Diodor. Sic. I. p. 83. τοῖς ἀνθρώποις ἐνοικειοῦν ἐφιλοτιμήθησαν. Hippocrat. de Arte c. 1. p. 1. φιλοτιμουμένων μὲν, οὐδαμᾶ δὲ δυναμένων καλῆς ὑπουργέειν. Herodian. I. c. 13. § 12. φιλοτιμησαμένης, ὡς ἄν τις εἴποι, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως: ubi vid. Irmischius p. 562. Demosthen. de Corona c. 23. p. 59. ed. Stübelii. Cf. Perizon. ad Ælian. V. H. III. 1. Wetstenii N. T. T. II. p. 94 seq. et Dresig. de Verbis Mediis N. T. I. 144. p. 493 seq. edit. Fischeri. Eodem modo φιλοτιμία, quod proprie *studium consequendi honorem et gloriam* (Demosthen. p. 23. 8. edit. Reisk.) significat, de *quocunque studio ac contentione paulo acriori ac intensiori* adhibetur, et cum voce σπουδὴ conjungitur apud Josephum in A. J. XIV. 8. cap. 5. Idem valet de adjectivo φιλότιμος, quod de eo usurpatur, *qui magno studio ac contentione aliquid agit et omnibus viribus ad aliquam rem contendit,* 3 Macc. IV. 15. et de adverbio φιλοτίμως, quod *fortiter,* (conf. Vulg. 2 Macc. II. 21.) *omni cum studio, diligenter,* (vide Polyb. IX. 19. Ælian. V. H. III. c. 42.) haud raro significat. — Hesych. φιλοτιμεῖται· μεγάλα φρονεῖ, ἐπαίρεται, πλουτεῖ. Suid. φιλοτιμεῖται, ἐπιδαψιλεύεται, μεγαλοφρονεῖ, σπουδάζει, ἀγαπᾷ. Idem tradit Etymol. M. Zonaras Lex. c. 1812. φιλοτιμούμεθα, ἢ σπουδάζομεν, ἢ καυχώμεθα. οὕτως ὁ ἀπόστολος. 2 Cor. V. 9.

ΦΙΛΟΦΡΟ'ΝΩΣ, *benigne, lubenter, peramice, benevole, benevola mente.* Adverbium a φιλόφρων, quod vide infra. Semel tantum in N. T. legitur Act. XXVIII. 7. ἀποδεξάμενος ἡμᾶς τρεῖς ἡμέρας φιλοφρόνως ἐξένισεν per triduum admodum hospitaliter nos excepit. Ælian. V. H. IV. 9. φιλοφρόνως ὑπεδέξατο αὐτούς. ib. XII. 17. Apollodor. Bibl. I. c. 9. § 18. 2 Macc. III. 9. καὶ φιλοφρόνως ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως ὑποδεχθείς. Alia loca collegit Wetstenius N. T. T. II. p. 652. Suid. φιλοφρόνως· σπουδαίως, προθύμως.

ΦΙΛΟ'ΦΡΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, *amica ac benevola mente erga alios præditus, comis, benignus, hospitalis, qui studet facere ea, quæ alteri sunt grata et jucunda,* quasi ὁ τὰ φίλα φρονῶν, ex φίλος et φρὴν *mens.* Legitur tantum in N. T. 1 Petr. III. 8. ubi tamen pro φιλόφρονες in haud paucis codicibus reperitur ταπεινόφρονες, quam vocem multi pro genuina lectione habent. Xenoph. Mem. III. 1. 6. Hinc φιλοφροσύνη *benevolentia,* (Ælian. V. H. XIV. 39.) *hospitalitas,* (Palæphatus de Incredibil. c. 5.) et φιλοφρονέω *benevolus sum, comiter ago.* Ælian. V. H. XII. 1. 2 Macc. II. 8. Hesych. φιλοφρονοῦμαι· δεξιῶς καὶ προθύμως εἰσδέχομαι ἢ ἀποδέχομαι. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 690.

ΦΙΜΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *capistro os obturo, incapistro, fiscella capistro,* i. q. κημόω, a φιμὸς *capistrum,* quo ferarum ora obstruuntur et obligantur, ne edant, aut mordeant. Hesych. φιμός· δεσμὸς, κημὸς, ἐπιστόμιον. Prov. XXVI. 3. ubi pro מֶתֶג Aquila et Theodotion κημὸς habent, sed Symmachus voce φιμὸς usus est; quæ etiam reperitur apud Lucianum Vit. Auct. 22. p. 562. καὶ σιωπᾶν ποιεῖ, φιμὸν αὐτοῖς περιτιθείς. Sic legitur in N. T. 1 Cor. IX. 9. et 2 Tim. V. 18. ubi repetitur ab apostolo lex Mosaica, quæ boves, messem pedibus exterentes, fiscellis capistrare vetat: οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Utroque in loco pro φιμώσεις legitur in nonnullis codicibus κημώσεις, e glossemate. Alberti Glossar. N. T. p. 127. κημώσεις· φιμώσεις. Conf. Fischeri Prolus. XXVIII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 633. ed. rec. In versione Alex. respondet

Hebraico חָסַם *obturavit, capistravit*, Deut. XXV. 4. Adde Incert. Prov. XVII. 29. et Theodot. Prov. XXVI. 10. Hesych. φιμοῖ· δεσμεύει, (Aristoph. Nub. 592.) ἐμφράττει, ἄγχει, ἐπιστομίζει. Schol. in Anthol. I. 33. 28. φιμὰ σημαίνει τὸν κημὸν, τὸν τῷ τοῦ ἵππου στόματι περιτιθέμενον. 2) metaphorice: *ad silentium redigo, silentium impono*. Φιμόομαι, οῦμαι, *obmutesco, sileo*. Matth. XXII. 12. ὁ δὲ ἐφιμώθη at ille obmutuit. ibid. v. 34. ἐφίμωσε τοὺς Σαδδουκαίους ad silentium redegit (h. e. idoneis argumentis confutavit) Sadducæos. Syrus: ܕܦܠܣ; *quod silentium imposuisset*. Marc. I. 25. φιμώθητι tace. Luc. IV. 35. Joseph. de Bello Jud. Lib. I. Proœm. § 5. πρὸς τὴν ἱστορίαν — — πεφίμωνται. ibid. c. 22. § 3. ἀλλ' ὁ μὲν ἐπεφίμωτο τοῖς ἱμέροις. Lucian. de Morte Peregrini 15. οἱ δὲ ἐχθροὶ ἐπεφιμοῦντο. Sext. Empir. adv. Logic. II. 275. Glossar. Vet. apud Labbæum p. 199. φιμοῦμαι, *obmuteo, commuteo, conmutesco, conpesco*. Lege: *compescor*. Sequitur enim: φιμῶ, *compesco*. 3) *compesco, coërceo, cohibeo, reprimo*. Φιμόομαι, οῦμαι, *quiesco, compescor, tranquillitate componor, sævire cesso*. Sic usurpatur de *vento* et *fluctibus marinis* Marc. IV. 39. et 1 Petr. II. 15. φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀγνωσίαν est: compescere et coërcere homines paganos, qui ex ignorantia religionem christianam calumniabantur. Josephus de Maccabæis c. 2. καὶ φιμοῦται πάντα τὰ τοῦ σώματος κινήματα ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ. Idem de B. J. V. 1. 5. Sæpius in N. T. non legitur. Conf. de hac voce Gerh. Outhovium in Bibl. Brem. Class. I. Fasc. II. p. 67 seq.

ΦΛΕ'ΓΩΝ, οντος, ὁ, *Phlegon*. Nomen proprium viri, notans idem, quod *ardens, urens*, a φλέγω *ardeo, uro, incendo*. Semel tantum in N. T. commemoratur Rom. XVI. 14.

ΦΛΟΓΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *inflammo, incendo*, a φλὸξ *flamma*. Sic Alexandrini hac voce usi sunt pro לִהֵט *inflammavit, accendit, incendit*, Psal. XCVII. 3. et Chald. חֲרַךְ *cremavit, ussit, combussit*, Dan. III. 27. Adde Exod. IX. 24. Num. XXI. 14. Sirac. III. 29. Hesychius: φλογίσει· καύσει. 2) metaphorice: *noceo, cladem infero, perdo, malorum auctor sum, punio*. Φλογίζομαι *pereo, miser reddor, pœnas luo*. Sic semel tantum in N. T. usurpatur Jacob. III. 6. de lingua, quæ, polluens totum hominem, φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως summum ei pariter ac aliis hominibus detrimentum ac perniciem affert: καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης et efficit, ut homo, qui lingua sua abutitur, ipse misere pereat et gravissimas in gehenna pœnas luat. Simili ratione hæc vox adhibita esse videtur ab auctore primi libri Macc. c. III. 5. ταράσσοντας τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐφλόγισεν. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 670 seq.

ΦΛΟ'Ξ, φλογὸς, ἡ, 1) *flamma*. Est verbale a perf. med. πέφλογα, verbi φλέγω *uro, incendo*. Luc. XVI. 24. ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ discrucior enim in hac flamma. Act. VII. 20. ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου sub specie rubi ardentis. Φλὸξ πυρὸς, seu, ut etiam et rectius dicitur, πῦρ φλογὸς (unde etiam in loco Actorum laudato pro ἐν φλογὶ πυρὸς codices nonnulli habent ἐν πυρὶ φλογὸς, quemadmodum quoque apud LXX Exod. III. 2. πῦρ φλογὸς et φλὸξ πυρὸς invicem in codd. permutantur.) est *ignis, in flammam exardescens*, qui etiam Hebraice לַהַב אֵשׁ dicitur Ies. XXIX. 6. LXVI. 15. et Chaldaice שְׁבִיבִין דִּי־נוּר Dan. VII. 9. 2 Thess. I. 8. ἐν πυρὶ φλογὸς in igne flammæ, i. e. in flammam exardescente, seu maxime flammante. Syrus: in vehementia ignis. Sic Sirac. VIII. 13. μὴ ἐμπυρισθῇς ἐν πυρὶ φλογὸς αὐτοῦ, et cap. XLV. 26. καταναλῶσαι ἐν πυρὶ φλογὸς αὐτοῦ. Apoc. I. 14. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρὸς oculi ejus flammabant, (עֵינָיו כְּלַפִּידֵי אֵשׁ Dan. X. 6.) h. e. vigorem, mentis et ingenii vim tanquam in speculo repræsentabant. ibid. II. 18. XIX. 12. 2) *fulgur*. Hebr. I. 7. καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα et legatis suis tanquam fulguribus utitur. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΛΥΑΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *nugor, garrio, nugas ago, nugis decipio, ea dico, quæ vana sunt et falsa, inconsiderate loquor*, a φλύαρος, quod vide. Legitur in N. T. tantum 3 Joh. v. 10. λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς improbis verbis loquitur inconsiderate adversus nos et famam lædit nostram. Φλυαρεῖν, quod proprie neutrum est, tamen h. l. activa significatione pollet et positum est pro καταφλυαρεῖν, idemque est, quod λόγους ἀπροβουλεύτους διηγεῖσθαι, malitiosa et inconsiderata temere effutire; metaphora desumta ab ollis bullientibus, quæ φλύειν dicuntur. Reperitur præterea apud Xenoph. in Cyrop. I. c. 4. § 11. et Æschin. Socr. Dial. II. 16. Hesych. ἐφλυάρει· ἐλήρει, ἐματαιολόγει. Conf. Raphelii Annotatt. Herodoteas p. 644. et Wetstenii N. T. T. II. p. 342 seq.

ΦΛΥ'ΑΡΟΣ, ου, ὁ, *nugator, qui nugas agit et res, a sua persona alienas, ineptus, stultus, garrulus*, a φλύος, ου, ὁ, *nugæ*, quod a φλύω, vel φλέω *ebullio, nugor*. In N. T. tantum legitur 1 Tim. V. 13. ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα sed etiam garrulæ sunt et curiosæ, loquentes ea, quæ sunt ab ipsarum persona aliena. Æschin. Socr. Dial. III. 13. Hesych. φλύαρος· φαῦλος, εὐήθης. Conf. Raphelii Obss. Herodott. p. 577. et Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. pag. 1446.

ΦΟΒΕΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, *formidabilis, terribilis*, (Æschyl. Prometh. v. 127 et 144. ubi vid. schol.) *tremendus, horribilis, horrendus, metuendus*; interdum etiam active: *trepidus, pavidus, perterrefactus, timens, timidus*, (Xenoph. Cyrop. III. 3. 10. Conf. Foësii Œconom. Hippocr. p. 399.) a φόβος *timor*. Ter tantum in N. T. legitur. Hebr. X. 27. φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως immo potius metuendæ sunt pœnæ divinæ. ibid. v. 31. φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος horribile est, incidere in manus Dei viventis. ibid. XII. 21. οὕτω φοβερὸν ἦν τὸ φανταζόμενον adeo terribilis erat omnis hæc apparitio. Alexandrini usi sunt hac voce pro נוֹרָא *timendus, reverendus, terribilis, formidabilis*, Deut. I. 19. VIII. 15. X. 17. אָיֹם *formidabilis, terribilis*, Habac. I. 7. et דְּחִיל *idem*, Dan. II. 31. VII. 7, 19. Adde e libris Apocryphis Sirac. IX. 23. XLIII. 34. 2 Macc. I. 24. III. 25. Hesych. φοβερόν· δειλὸν, ἔμφοβον. Suidas: φοβερός· ὁ φοβούμενος — — καὶ ὁ καταπληκτικός. Thom. M. p. 898. φοβερὸν· τὸ φόβον ἐμποιοῦν κ. τ. λ.

ΦΟΒΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) *terreo, timorem injicio, metum incutio, perterrefacio*, etiam *in fugam verto*, quia fugæ causa est metus, a φόβος *metus*. Sic legitur apud Ælian. in V. H. XII. c. 23. ὥσπερ οὖν ἢ φοβῆσαι δυνάμενοι, ἢ τρῶσαι. ibid. XIII. 1. Thucyd. Lib. VIII. c. 82. τοὺς Ἀθη-

ναίους φοβεῖν. Julius Pollux Onom. IV. sect. 29. p. 363. ed. Amstelod. φοβῆσαι τοὺς πολεμίους. Conf. de hac activi notione Dresig. de Verbis Mediis N. T. I. 145. p. 497. ed. Fischeri. Φοβέομαι, οῦμαι, *metuo, timeo, reformido, metu percellor,* etiam *fugio,* et vel sine, vel cum casu reperitur. Matth. X. 26. μὴ οὖν φοβηθῆτε αὐτοὺς ne igitur eos formidetis. ibid. v. 28. καὶ μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα neque eos timete, qui corpus vestrum tantum interimere possunt. Construitur φοβεῖσθαι cum præpositione ἀπὸ ad imitationem Hebraici יָרֵא, quod cum מִן construitur Jerem. I. 8. Levit. XXVI. 2. ubi conferendi sunt interpretes Alexandrini. Adde Alex. Deut. VII. 19. Jerem. I. 17. Dan. V. 21. Psal. XXI. 25. Num. XXII. 3. 1 Macc. II. 26. Conf. Fischeri Prolus. XVII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 411. Matth. X. 28 et 31. μὴ οὖν φοβηθῆτε ne igitur meticulosi sitis. ibid. XIV. 5, 27, 30. μὴ φοβεῖσθε omnem metum deponatis, bono sitis animo, i. q. θαρσεῖτε, cum qua voce etiam h. l. permutatur. Cf. Alex. Genes. XV. 1. XXI. 17. L. 19, 21. Matth. XVII. 6, 7. XXI. 26. φοβούμεθα τὸν ὄχλον metuendus nobis est populus. ibid. 46. XXV. 25. φοβηθεὶς id veritus. ibid. XXVII. 54. XXVIII. 5, 10. Marc. V. 33. φοβηθεῖσα καὶ τρέμουσα. ibid. v. 36. VI. 50. X. 32. XI. 18, 32. ἐφοβοῦντο τὸν λαὸν metuebant seditionem populi. ibid. XII. 12. XVI. 8. Luc. I. 13, 30. II. 9. καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν, pro καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα, (ut legitur Matth. XXVII. 54.) et magno terrore percellebantur. Est formula dicendi Hebraica. Jon. I. 10. וַיִּירְאוּ הָאֲנָשִׁים יִרְאָה גְדוֹלָה Alex. καὶ ἐφοβήθησαν οἱ ἄνθρωποι φόβον μέγαν et v. 15. φόβῳ μεγάλῳ. Luc. II. 10. VIII. 25, 50. IX. 34. XII. 4, 5, 7, 32. μὴ φοβοῦ ne sollicito sitis animo. (Alex. Deut. XX. 8. τίς ὁ ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος καὶ δειλὸς τῇ καρδίᾳ;) ib. XIX. 21. XXII. 2. Joh. VI. 19, 20. IX. 22. XII. 15. μὴ φοβοῦ bono esto animo. ibid. XIX. 8. Act. V. 26. IX. 26. καὶ πάντες αὐτὸν ἐφοβοῦντο et omnes eum reformidarunt. ibid. XVI. 38. XVIII. 9. XXII. 29. XXVII. 17. φοβούμενοί τε μὴ εἰς τὴν σύρτιν ἐκπέσωσι metuentes deinde, ne in syrtin inciderent. ibid. v. 24 et 29. φοβούμενοί τε μήπως — — ἐκπέσωμεν. Rom. XIII. 3, 4. 2 Cor. XI. 3. XII. 20. Galat. II. 12. IV. 11. φοβοῦμαι ὑμᾶς, pro δι' ὑμᾶς, vestrum causa in timore sum. Hebr. XI. 23, 27. XIII. 6. 1 Petr. III. 6. καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν, h. e. vel ita, ut nihil vobis metuendum sit, vel sponte et ultro. ibid. v. 14. τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε terriculamenta eorum ne metuite. 1 Joh. IV. 18. ὁ δὲ φοβούμενος cui vero metuendæ sunt pœnæ divinæ. Apoc. I. 17. II. 10. μηδὲν φοβοῦ, ἃ μέλλεις πάσχειν. Adde Herodian. III. 13. 6. ᾔδεῖτο δὲ καὶ ἐφοβεῖτο τὸν πατέρα πρᾶξαί τι ἀνήκεστον. Thucyd. I. c. 36. φοβεῖται δὲ, μὴ δι' αὐτὰ πειθόμενος τὰς σπονδὰς λύσῃ. Thom. M. p. 898. τὸ φοβοῦμαι καὶ πρὸς ἀπαρέμφατον συντάσσεται καὶ πρὸς ὄνομα. οἷον, φοβοῦμαι τεθνήξεσθαι, καὶ φοβοῦμαι θάνατον. 2) *vereor aliquid facere, dubito,* ich trage bedenken, ich scheue mich, *I am doubtful, I am afraid to do it.* Matth. I. 20. μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου ne dubites, Mariam, sponsam tuam, uxorem ducere. ibid. II. 22. ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν veritus (ant: non ausus) est illo concedere. Marc. IX. 32. καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν ἐπερωτῆσαι et verebantur eum interrogare. Luc. IX. 45. 3) *veneror, colo, reverentiam et cultum præsto superioribus, et qui mihi dignitate antecedunt et potestate.* Marc. VI. 20. ὁ γὰρ Ἡρώδης ἐφοβεῖτο τὸν Ἰωάννην Herodes enim reverebatur Johannem, seu, Johannes summa apud Herodem valebat auctoritate. Ephes. V. 33. ἡ δὲ γυνὴ, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα uxor autem, ut revereatur maritum ac debita ei officia præstet. Plutarch. Galba p. 1061. καὶ τὴν μητέρα φοβούμενος. ibid. p. 1054. οὔπω δεδιδαγμένου φοβεῖσθαι τοὺς ἐν ἀξιώμασι μεγάλους τῶν πολιτῶν. Hinc formula φοβεῖσθαι τὸν Θεὸν *venerari Deum, verum Dei cultorem esse* significat, et οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, cum ab iis distinguuntur Ἰσραηλῖται, *proselyti portæ* dicuntur, *qui, etsi natione non sunt Judæi, eorum tamen religionem amplexi, verum Deum colunt.* Luc. I. 50. τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν erga suos cultores. ibid. XVIII. 2, 4. εἰ καὶ τὸν Θεὸν οὐ φοβοῦμαι καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι etiamsi nec Deum, nec ullum hominem reverear. ibid. XXIII. 40. οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν; ergone in ultimo adeo vitæ halitu impie agis? Act. X. 2. φοβούμενος τὸν Θεὸν colens Deum. ib. v. 22 et 35. XIII. 16. ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Θεὸν Judæi et proselyti; coll. v. 43. πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων. ibid. XIII. 26. ἄνδρες ἀδελφοὶ, υἱοὶ γένους Ἀβραὰμ, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεόν. Eodem modo σέβεσθαι de proselytis Judæorum adhibetur apud Josephum A. J. XIV. 7. 2. πάντων κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἰουδαίων καὶ σεβομένων. Confer Zornium ad Hecatæi Abderit. fragmenta p. 46. Coloss. III. 22. 1 Petr. II. 17. τὸν Θεὸν φοβεῖσθε· τὸν βασιλέα τιμᾶτε pie veneramini Deum et obsequium præstate Cæsari. Apoc. XI. 18. καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου et christianis, veris tuis cultoribus. ibid. XIV. 7. φοβήθητε τὸν Θεὸν cultum præstate Deo: additur enim explicationis causa: δότε αὐτῷ δόξαν. ibid. XV. 4. Adde Alex. Ies. XXIX. 23. τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ φοβηθήσονται. Exod. I. 17. Prov. XXIV. 21. Ies. LXVI. 14. 4) *obstupefio, miror, in stuporem conjicior,* i. q. θαυμάζω. Marc. IV. 41. καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν et admodum obstupuerunt. ibid. V. 15. Luc. V. 10. μὴ φοβοῦ noli mirari. ibid. VIII. 35. καὶ ἐφοβήθησαν et hoc vehementer admirati sunt. Eodem modo in V. T. usurpatur יָרֵא 1 Reg. III. 28. et פָּחַד Jer. XXXIII. 9. 5) *caveo mihi, caute et provide ago.* Rom. XI. 20. μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ ne superbias, sed cave potius diligenter, ne eadem tibi accidant. Fesselius in Adversariis Sacris Lib. IV. c. 19. p. 410. φοβεῖσθαι, quia τῷ ὑψηλοφρονεῖν opponitur h. l. idem esse vult, quod *demisse ac modeste de se sentire.* Hebr. IV. 1. φοβηθῶμεν οὖν omni itaque studio caveamus. Ita quoque legitur יָרֵא Prov. XIV. 16. et פָּחַד Prov. XXVIII. 14. 6) interdum omittitur, inprimis ante μὴ, μήποτε, μήπως. Sic v. c. Matth. XXV. 9. (φοβούμεθα) μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν ne nobis æque ac vobis deficiat, timendum est. Rom. XI. 21. ante μήπως supple φοβοῦμαι. 1 Thess. III. 5. (φοβούμενος) μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων. Eodem modo μὴ οὐ apud Platonem in Apol. Socrat. c. 29. μὴ οὐχὶ apud Eundem in Phædone c. 13. et μήπως apud Homerum Odyss. IV. v. 775. elliptice dicitur, ita, ut intelligi debeat φοβοῦμαι, δέδοικα, aut simile quid. Etiam apud Hebr. פֶּן elliptice prostat pro יָרֵא פֶּן v. c. Genes. III. 22. XIX. 19. 2 Reg. II. 16. coll. Gen. XXVI. 5. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΟ'ΒΗΤΡΟΝ, ου, τὸ, *terriculamentum, res, metum et timorem injiciens.* Est enim verbale a tertia persona

perf. pass. πεφόβηται, verbi φοβέω *terreo, metum vel terrorem injicio.* Legitur tantum in N. T. Luc. XXI. 11. φόβητρά τε καὶ σημεῖα ἀπ' οὐρανοῦ μεγάλα ἔσται terriculamenta ac prodigia (seu: terribilia prodigia) de cœlo magna erunt. Alexandrini usi sunt hac voce pro חָגָּא *trepidatio, terriculamentum.* Ies. XIX. 17. καὶ ἔσται ἡ χώρα τῶν Ἰουδαίων τοῖς Αἰγυπτίοις εἰς φόβητρον, h. e. φοβερά. Anthol. II. 24. 4. Τισιφόνης τὰ φόβητρα. Eurip. Phœn. 1266. Schol. μίσητρον· τὸ ἐμποιοῦν μῖσος, καὶ φόβητρον· τὸ φόβου ποιητικόν. Gloss. Vet. *terriculamenta,* φόβητρα,

ΦΟ´ΒΟΣ, ου, ὁ, 1) *metus, timor, terror,* a præt. med. πέφοβα, verbi φοβέω *metum ac terrorem injicio, terreo.* Matth. XIV. 26. καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν et præ pavore clamitabant. ibid. XXVIII. 4. ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες ejus metu perculsi custodes. Luc. I. 12. καὶ φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν et vehementi terrore percellebatur. ibid. II. 9. καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν et magno terrore percutiebantur. Cf. quæ de hac formula partim supra ad vocem φοβέω dicta sunt, partim Georgius observavit in Vindiciis N. T. ab Hebraismis Lib. III. c. 1. p. 200. Luc. VIII. 37. ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο quoniam magno terrore erant correpti. ibid. XXI. 26. Joh. VII. 13. διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων metuentes quippe Judæos. ib. XIX. 38. XX. 19. Rom. VIII. 15. εἰς φόβον ita, ut servili metu pœnarum divinarum terreamini. 2 Cor. VII. 5, 11. φόβον metum, me scilicet a vobis læsum et offensum esse. 1 Tim. V. 20. ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι ut etiam aliis metus pudorque incutiatur. Hebr. II. 15. φόβῳ θανάτου anxio mortis metu. 1 Joh. IV. 18. φόβος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀγάπῃ qui vere alios amat, ei pœnæ divinæ non sunt metuendæ: ἀλλ' ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον sed perfectus amor omnem animo adimit metum pœnarum divinarum: ὅτι ὁ φόβος κόλασιν ἔχει nam metus pœnarum divinarum vere est pœna, seu cruciat animos nostros. Macrob. Saturn. Lib. I. c. 11. "Non potest amor cum timore misceri." Apoc. XVIII. 10. διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς. ibid. v. 15. Alexandrini usi sunt hac voce pro אֵימָה *terror,* Genes. XV. 12. אֵימָתָה *terror maximus,* Exod. XV. 16. Jos. II. 9. חִתָּה et חִתִּית *terror,* Gen. XXXV. 5. Ezech. XXVI. 17. XXXII. 23 seq. יִרְאָה Genes. IX. 2. Jon. I. 10, 15. מוֹרָא idem, Genes. IX. 2. et פַּחַד *pavor,* Deut. XI. 25. XXVIII. 67. Thren. III. 46. 2) per metonymiam effectus pro causa denotat *id, quod timorem ac terrorem incutit, personam, vel rem terribilem, terriculamentum,* i. q. φόβητρον et φοβερός. Rom. XIII. 3. οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν magistratus enim non sunt terribiles recte agentibus, sed delinquentibus. 1 Petr. III. 14. τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε: ubi φόβος varii generis mala significat, quæ adversarii religionis christianæ meditabantur et comminabantur christianis, terriculamenta, minas, quibus in judicio maxime utebantur. Jud. v. 23. φόβος de gravissimis monitis adhibetur, quibus peccatores terrentur, et a vitiositatis studio avocantur. Alex. Ies. VIII. 12. τὸν δὲ φόβον αὐτῶν οὐ μὴ φοβηθῆτε. ibid. XXXIII. 3. διὰ φωνὴν τοῦ φόβου σου. Job. IV. 12. XXXIII. 16. et XXXIX. 19. Sophocl. Philoctet. 1244. Eurip. Troad. 1165. Sic etiam *terror* usurpatur apud Latinos, v. c. Justinum III. 1. 1. "Xerxes, terror antea gentium." Florum I. 17. et III. 10. 3) *admiratio, obstupefactio.* Matth. XXVIII. 8. μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης valde mirabundæ et lætabundæ. Marc. IV. 41. καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν et admodum obstupefacti sunt. Luc. I. 65. καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τοὺς περιοικοῦντας αὐτοὺς magna vero admiratio hujus rei fuit apud omnes vicinos. ib. V. 26. καὶ ἐπλήσθησαν φόβου et obstupuerunt, i. q. in antecedentibus: ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας. ibid. VII. 16. ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας omnes vero admiratione summa commovebantur. (Homer. Iliad. λ', v. 402. ἐπεὶ φόβος ἔλλαβε πάντας.) Act. II. 43. V. 5 et 11. XIX. 17. Apoc. XI. 11. Ita quoque פַּחַד usurpatur Ies. LX. 5. Conf. quoque supra ad φοβέω dicta. 4) *reverentia, maxime quæ superioribus præstatur,* v. c. Deo, *cultus, pietas.* Act. IX. 31. καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου confirmati pietate in Deum. Rom. III. 18. οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν summa inter eos regnat impietas ac morum perversitas. ibid. XIII. 7. τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον, pro ᾧ τὸν φόβον ὀφείλετε, τὸν φόβον ἀπόδοτε, præstate reverentiam ac pietatem omnibus, quibus eam debetis. 2 Cor. V. 11. εἰδότες οὖν τὸν φόβον Κυρίου cum igitur sciamus, quam reverentiam debeamus Deo, futuro hominum judici. Conf. v. 10. Aliis interpretibus φόβος Κυρίου est ipsum terribile Dei judicium, pœna, a Deo incredulis proposita. ibid. VII. 1. ἐν φόβῳ Θεοῦ pietate erga Deum ducti. ibid. v. 15. Ephes. V. 21. ἐν φόβῳ Χριστοῦ reverentia Christi ducti. 1 Petr. II. 18. ἐν παντὶ φόβῳ summa cum reverentia. ibid. III. 1. τὴν ἐν φόβῳ (scil. Θεοῦ) ἁγνὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν piam ac castam vestram vitæ rationem. Adde Alex. Ps. V. 8. προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἐν φόβῳ σου. ibid. CXI. 9. ἀρχὴ σοφίας, φόβος Κυρίου. Prov. I. 7. IX. 10. XVI. 4. XXII. 4. Conf. etiam Suid. sub voce φόβος. 5) *cautio, diligentia, studium.* Eph. VI. 5. μετὰ φόβου καὶ τρόμου summa cum diligentia ac cautione. Philip. II. 12. μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. 1 Petr. I. 17. ἐν φόβῳ caute ac provide. Fortasse tamen omissum est h. l. Θεοῦ, coll. III. 2. Adde Ps. II. 11. 6) *modestia, submissio animi,* i. q. ταπεινοφροσύνη. 1 Cor. II. 2. ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ πολλῷ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς magna cum modestia et submissione animi inter vos versatus sum. 1 Petr. III. 15. μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου cum mansuetudine et modestia. Cf. Fesselii Adversaria Sacra Lib. IV. c. 19. p. 410. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΟΙ´ΒΗ, ης, ἡ, *Phœbe.* Nomen proprium mulieris christianæ, origine Græcum, quod deducitur a masculino Φοῖβος, ου, ὁ, *Phœbus,* quod *solem* significat, unde Φοίβη *lunam, lucidam* notat. Fuit hæc diaconissa ecclesiæ Cenchreensis et semel tantum in N. T. commemoratur Rom. XVI. 1.

ΦΟΙΝΙ´ΚΗ, ης, ἡ, *Phœnice, Phœnicia.* Est nomen provinciæ Syriæ, quæ, Palæstinæ contermina et in ora maris Mediterranei sita, olim divisa fuit in duas partes, quarum prima *Phœnicia,* simpliciter, vel *Phœnicia prima et consularis,* etiam *maritima,* a situ dicebatur. Urbes in hac erant *Acco, Tyrus, Sidon, Berytus, Tripolis.* Altera, *Libani,* seu *Damascena* dicta, sita erat inter *Libanum* et *Antilibanum* montes, in qua *Heliopolis, Damascus* aliæque urbes erant. Conf. Relandi Palæstinam Lib. I. p. 49 seq. Nomen nonnulli derivant a φοῖνιξ *palma, arbor,* ut adeo a copia palmarum, illic crescentium, dicta sit Phœnicia.

Alii a *Phœnice* deducunt, qui erat filius Neptuni et Libyæ. Alii nomen repetunt a φοινίξαι, quod lingua Perrhæborum significat *trucidare*, quia Phœnices, primi maria navigantes, quacunque navem appellerent, homines necarent. Alii denique a φοῖνιξ *rufus*, quod est nomen *Esavi*, qui propterea etiam a Græcis *Erythras* nuncupatur, sic dictam putant, eo quod hic cum suis posteris in hac et propinquis regionibus regnaverit. In N. T. ter tantum commemoratur. Act. XI. 19. XV. 5. et XXI. 2. Vide etiam Cellarii Geogr. III. c. 12. p. 374.

ΦΟΙ῀ΝΙΞ, ικος, ὁ, *palma, arbor*, (quæ sic dicta videtur a purpureo colore fructus, quem profert.) it. *ramus palmæ*, it. *fructus palmæ*. Bis tantum legitur in N. T. Joh. XII. 13. ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων sumserunt ramos palmarum. De palma, arbore, lege Theophrastum Hist. Plant. Lib. II. cap. 8. et de Causis Plantarum III. cap. 22. et Plinii H. N. XIII. c. 4. Apoc. VII. 9. καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν et rami palmarum in manibus eorum. De *ramis palmarum* vox φοῖνιξ usurpata reperitur quoque 2 Macc. X. 7. et XIV. 4. προσάγων αὐτῷ στέφανον χρυσοῦν καὶ φοίνικα. Pollux Onomast. Lib. IV. sect. 244. τοῦ μέν τοι φοίνικος καὶ ὁ κλάδος ὁμωνύμως φοῖνιξ καλεῖται. In versione Alexandrina respondet Hebraico תָּמָר *palma*, Jud. I. 16. III. 13. Nehem. VIII. 17. תֹּמֶר idem, Jud. IV. 5. תִּמֹרָה idem, 1 Reg. VI. 29, 35. VII. 36. 2 Chron. III. 5. et קַיִץ *æstas, æstivi fructus*. 2 Sam. XVI. 1 et 2. οἱ φοίνικες εἰς βρῶσιν, ubi φοῖνιξ *fructum palmæ* significat, quo sensu etiam legitur apud Ælian. in V. H. Lib. I. c. 3. et III. c. 39. Hesych. φοῖνιξ· τὸ δένδρον, φοίνικος νέον ἔρνος, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ὁ πυῤῥὸς τῷ χρώματι. Vide et Wetstenii N. T. T. II. p. 777.

ΦΟΙ῀ΝΙΞ, κος, ὁ, *Phœnix*. Ita portus dicebatur, in australi Cretæ littore situs, quem Ptolemæus Φοινικοῦντα vocat, et cujus situm describit Lucas in Actis Apost. XXVII. 12. verbis: εἴπως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα παραχειμάσαι, λιμένα τῆς Κρήτης, βλέποντα κατὰ Λίβα καὶ κατὰ Χῶρον. Conf. Cellarii Geographiam Ant. II. c. 14. pag. 1029. Urbs ipsa insulæ Cretæ, ei adjacens, ἡ Φοῖνιξ nominatur. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 640.

ΦΟΝΕΥ῾Σ, έως, ὁ, *homicida, auctor et causa mortis alicujus*, i. q. ἀνδροφόνος, ut explicatur hæc vox a Mœride, Thoma Mag. (pag. 899. φονεύς· Ἀττικοί. ἀνδροφόνος· Ἕλληνες.) et Polluce in Onom. VI. 44. a φόνος *homicidium*. Matth. XXII. 7. ἀπώλεσε τοὺς φονεῖς ἐκείνους peremit homicidas illos. Act. III. 14. vos petiistis, ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν condonari vobis homicidam, sc. Barrabam. ibid. VII. 52. οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς γεγένησθε cujus nunc quasi traditores et occisores facti estis. ibid. XXVIII. 4. πάντως φονεύς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος profecto hic homo est homicida; vel, sine dubio hic homo gravissimum delictum commisit. 1 Petr. IV. 15. Apoc. XXI. 8. XXII. 15. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur tamen præterea in versione Alex. 2 Reg. IX. 31. in ed. Complutensi, et Sapient. XII. 5. Frequentius usurpatur ab Alexandrinis interprr. vocabulum φονευτής. Numer. XXXV. 11, 16, 17. Deut. XIX. 3, 4. Ies. I. 21.

ΦΟΝΕΥ῾Ω, fut. εύσω, 1) *occido, interficio, homicida sum, homicidium facio*, etiam *causa sum et auctor mortis alicujus quocunque modo*, a φόνος *cædes*. Matth. V. 21. οὐ φονεύσεις ne occidas. ibid. XIX. 18. XXIII. 31. ὅτι υἱοί ἐστε τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας vos esse posteros eorum, qui prophetas occiderunt, vel interfici curarunt. ibid. v. 35. ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου quem necastis inter ædem et aram. Krebsius in Obss. Flav. p. 56 seq. aoristum ἐφονεύσατε loco futuri sumendum ita existimat, ut Christus h. l. prædixerit cædem Zachariæ, Baruchi filii, qui paullo ante excidium Hierosolymitanum in medio templo interfectus est, teste Josepho de B. Jud. I. cap. 5. § 4. Græcos autem aoristum quandoque pro futuro ponere, docuit Casaubon. ad Polyb. p. 222. ed. Gronovii. Marc. X. 19. μὴ φονεύσῃς. Luc. XVIII. 20. Rom. XIII. 9. Jacob. II. 11. Alexandrini usi sunt hac voce pro רָצַח *occidit, interfecit*, Num. XXXV. 6, 12. etc. Deut. IV. 42. הָרַג idem, Jud. XVI. 2. XX. 5. Nehem. VI. 10. הִכָּה *percussit, feriit, occidit, perdidit*, Jos. X. 28, 30, 32. 2 Chron. XXV. 3. et הֶחֱרִים *anathematizavit, perditioni devovit, disperdidit*, Jos. X. 35. Adde Eurip. Phœniss. v. 1529. ubi φονεύειν est: *mortis alicui caussam esse, ad mortem adigere*, teste scholiaste ad h. l. φονεύσας· ἀντὶ τοῦ φόνου καὶ ἀναιρέσεως γενόμενος αὐτῇ αἴτιος. 2) *opprimo, injuriose et crudeliter aliquem tracto*. Jac. IV. 2. φονεύετε καὶ ζηλοῦτε opprimitis alios invidia ducti. ibid. V. 6. ἐφονεύσατε τὸν δίκαιον summa injuria affecistis insontes. Confer Sirac. XXXIV. 25 et 26. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΟ῾ΝΟΣ, ου, ὁ, 1) *cædes*, speciatim *homicidium*, a præt. med. πέφονα, verbi φένομαι vel φένω *occido, interficio, neco*. Matth. XV. 19. Marc. VII. 21. XV. 7. οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν qui in seditione homicidia fecerant. Alex. Deut. XXII. 8. οὐ ποιήσεις φόνον ἐν τῇ οἰκίᾳ σου, ubi formula ποιεῖν φόνον respondet Hebraicis הֵשִׂים דָּמִים. Luc. XXIII. 19, 25. διὰ στάσιν καὶ φόνον ob cædem in seditione commissam. Act. IX. 1. ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου minas et cædem spirans in sectatores Christi. Galat. V. 21. φθόνοι, φόνοι. Hebr. XI. 37. ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον gladio interfecti sunt. In versione Alex. respondet ἐν φόνῳ μαχαίρας Hebraico לְפִי חָרֶב Exod. XVII. 13. Num. XXI. 24. καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν Ἰσραὴλ φόνῳ μαχαίρας, Deut. XIII. 15. XX. 13. Apoc. IX. 21. Homer. Iliad. γ΄, v. 6. Hesych. φόνος· ὁ διὰ σφαγῆς θάνατος, καὶ αὐτὸ τὸ φονεύειν, ἢ αἷμα. 2) *sanguinolentia, crudelitas, gaudium de aliorum miseria*. Rom. I. 29. μεστοὺς φόνου. Ad hunc locum sine dubio pertinet glossa Suidæ: φόνος· ἡ μέχρι ἀναιρέσεως κίνησις παρὰ τῷ ἀποστόλῳ. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΟΡΕ῾Ω, ῶ, fut. έσω, 1) *fero, porto, gesto*, a φορὸς, οῦ, ὁ, *ferens*, hoc a præt. med. πέφορα, verbi φέρω *fero*. Matth. XI. 8. οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες homines, mollibus vestibus induti. Joh. XIX. 5. φορῶν τὸν ἀκάνθινον στέφανον gestans coronam spineam. Rom. XIII. 4. οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ non enim frustra gladium gestat, h. e. vitæ necisque jus habet. Jacob. II. 3. ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπράν. Sirac. XI. 5. ἐφόρεσε διάδημα. ibid. XL. 5. ἀπὸ φοροῦντος ὑάκινθον καὶ στέφανον. Homer. Iliad. IV. 137. μίτρης δ', ἣν ἐφόρει, ἔρυμα χροός. Sophocl. Electr. v. 270. ἐσθήματα φοροῦντ' ἐκείνῳ ταὐτά. 2) metaphorice: *habeo, præditus, instructus sum*. 1 Cor. XV. 49. καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ (scilicet ἀνθρώπου), φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ

ἐπουρανίου (scil. ἀνθρώπου) et quemadmodum hominis terreni imaginem retulimus, ita etiam cœlestis hominis imaginem referemus. Φορεῖν τὴν εἰκόνα τινὸς *imaginem alicujus ferre*, significare *similem alicui esse, ad similitudinem alicujus veluti effictum esse*, et de statuis, picturis, aliisve rebus adhiberi, quæ, ad archetypon aliquod formatæ, illud repræsentant, exemplis probavit idoneis Kypkius in Obss. Sacr. T. II. p. 232. Adde Raphelii Animadvv. Herodot. pag. 483. qui adduxit locum Herodoti Lib. III. p. 229. ubi de Indis: τὸ χρῶμα φορέουσι ὁμοῖον πάντες καὶ παραπλήσιον Αἰθίοψι.

ΦΟ'ΡΟΝ, ου, τὸ, *forum*, παρὰ τὸ φέρεσθαι, *ferri, deferri*, quod eo omnia ferantur venalia. Φόρον Ἀππίου *Forum Appii*. Nomen oppidi in Italia, longius a Roma, quam Aricia, distantis. Tantum legitur in N. T. Act. XXVIII. 15. Confer Interpretes ad Antonini Itinerar. p. 107.

ΦΟ'ΡΟΣ, ου, ὁ, *tributum*, speciatim *annuum, pro capite solvendum, seu, quod fundis et agris imponitur*, (et ita differt a τέλος, quod speciatim *vectigal* notat, *quod pro mercium transportatione solvitur*,) παρὰ τὸ φέρειν, seu εἰσφέρειν, ut loquitur Demosthenes, i. e. *contribuendo*, aut quod fisco principis infertur pro agris et capitibus. Luc. XX. 22. ἔξεστιν ἡμῖν Καίσαρι φόρον δοῦναι ἢ οὔ; licetne nobis Cæsari tributum dare, an non? ubi in locis parallelis Matth. XXII. 17. et Marc. XII. 14. κῆνσος legitur. ibid. XXIII. 2. καὶ κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι eo quod vetuit Cæsari tributa pendi. Rom. XIII. 6. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε propterea etiam tributa annua penditis. ibid. v. 7. τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον, pro ᾧ τὸν φόρον ὀφείλετε, τὸν φόρον ἀπόδοτε cui debetis tributum, reddite tributum. Syrus ܟܣܦ ܪܝܫܐ *argentum capitis, census capitalis*. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hoc vocabulo pro מַס *tributum*, Jud. I. 28, 30. 2 Sam. XX. 24. 2 Chron. VIII. 8. pro מִדָּה et Chaldaico מִנְדָּה idem. Esdra IV. 20, 23. VI. 8. VII. 23. Nehem. V. 4. Adde Ælian. V. H. II. 10. Phavor. φόρος· τὸ ὑπὲρ τῆς ἰδίας εἰσφερόμενον γῆς. Hesych. φόροι· δημόσιοι ἀπαιτήσεις. Alberti Glossar. Gr. p. 109. φόρους· λειτουργίας. Thomas Mag. p. 900. φόρος· κυρίως τὸ ὑπὲρ τῆς ἰδίας εἰσφερόμενον γῆς. τέλος δέ· ἡ ὑπὲρ τῆς ἐμπορίας συντέλεια. ubi videndi interpretes. Confer etiam Wolfii Curas Philol. in N. T. T. II. p. 259. et Palairet. Obss. Philol. p. 376.

ΦΟΡΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *onero, onus alicui ferendum et gestandum impono*, a φόρτος, ου, ὁ, *onus*. 2) metaphorice: *affligo, molestia afficio, miseriis et calamitatibus expono, molestum et difficile quid injungo et præcipio*. Sic bis tantum in N. T. legitur. Matth. XI. 28. δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι venite ad me omnes fessi et onusti: ubi πεφορτισμένοι dicuntur metaphorice non solum *afflicti, miseriis et calamitatibus oppressi*, sed etiam *ii, qui legum Mosaicarum et peccatorum onere pressos se sentiunt*. Luc. XI. 46. ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα nam oneratis homines gravissimis oneribus, h. e. admodum molesta ac difficilia præstanda hominibus injungitis. Sermo autem est ibi de legibus Mosaicis ritualibus ac traditionibus Judaicorum doctorum.

ΦΟΡΤΙ'ΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *onus, quod alicui ferendum et gestandum imponitur*. Est deminutivum a φόρτος, ου, ὁ, *onus*, quod ita dicitur παρὰ τὸ φέρεσθαι. Sic legitur in N. T. Actor. XXVII. 10. μετὰ πολλῆς ζημίας οὐ μόνον τοῦ φορτίου (ita enim impressum legitur in editione Griesbachiana: in aliis editionibus et codicibus reperitur φόρτου,) κ. τ. λ. cum magna jactura non modo oneris (Schiffsladung, *ship's cargo*), etc. Adde Alex. Jud. IX. 48, 49. Sirac. XXI. 18. XXXIII. 29. Ælian. V. H. IX. 14. Suid. φορτία· τὰ ἀγώγιμα. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 387. et Tom. II. p. 639. Gloss. Vet. φορτίον, *onus, merx, sarcina*. 2) metaphorice et generatim: *omnis res molesta ac difficilis*, speciatim: *peccatum*, vel *peccati pœna*, (Coran. Sur. VI. 30. XCIV. 2.) *calamitates, afflictiones*, item *leges et mandata, quæ non sine molestia et difficultate observari queunt*. Matth. XXIII. 4. δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα onerant enim homines gravissimis oneribus et quibus ferendis impares sunt, h. e. dictant aliis præcepta, quæ non sine summa molestia ac difficultate observari queunt. Luc. XI. 46. φορτία δυσβάστακτα dicuntur leges Mosaicæ ac traditiones doctorum Judaicorum, quarum observationi Christi ætate Judæi obstringebantur. Galat. VI. 5. ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει quilibet enim suis vitiis et erroribus laborat. Eodem modo non solum βάρος ibid. v. 2. adhibetur, sed etiam in V. T. *errores, vitia ac peccata, quibus oneratur quasi conscientia humana*, cum oneribus gravibus comparantur, v. c. Ps. XXXVIII. 1. Ies. I. 4. 3) *quodlibet præceptum et præscriptum religionis ab hominibus observandum*, sine notione molestiæ, *ob vim obstringentem, quam habet*. Sic legitur in N. T. Matth. XI. 30. καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν nam doctrina mea est facilis. Confer supra ad vocem ζυγὸς dicta. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΟ'ΡΤΟΣ, ου, ὁ, *onus*, speciatim navis, quod ita dicitur παρὰ τὸ φέρεσθαι, a *ferendo*. Sic semel tantum in N. T. legitur Act. XXVII. 10. ubi de onere navis adhibetur; sed pro φόρτου in haud paucis codicibus et editione N. T. Griesbachiana reperitur φορτίου. Differt autem φόρτος et φορτίον proprie ita a ῥῶπος, ut *hoc res minutiores* significet, *quæ oneris tantum causa navi injiciuntur, saburram*, Ballast, *ballast, illud* vero *de omni mercium genere* adhibeatur, *quod navi ad transportandum committitur*, et a Græcis alias ἐμβολὴ vocatur. Haud raro tamen φόρτος et onus et saburram complectitur. Conf. Salmasium ad Vopisci Aurelianum cap. 45. Πλοῖον ἔμφορτον, *navis oneraria*, reperitur apud Diogen. Laërt. I. 31. — Hesych. φόρτος· φορτίον.

ΦΟΡΤΟΥΝΑ'ΤΟΣ, ου, ὁ. *Fortunatus*. Nomen viri, amici Pauli, et confessoris veritatis christianæ, origine Latinum, a fortuna sic dicti. Semel tantum in N. T. commemoratur 1 Cor. XVI. 17. ubi pro Φορτουνάτου in codicibus nonnullis et editione Griesbachiana legitur Φουρτουνάτου.

ΦΡΑΓΕ'ΛΛΙΟΝ, (seu, ut etiam scribitur, φραγγέλιον. Conf. Suidam voce Ἀγορανομίας et Küsterum ad Aristophan. Acharn. v. 720.) ίου, τὸ, *flagellum, scutica*. Est nomen, origine Latinum, sed a Judæis parumper immutatum, qui פְּרַנְגֶּל dicere solebant. In N. T. semel tantum legitur Joh. II. 15. καὶ ποιήσας φραγέλλιον ἐκ σχοινίων et fecit ex loris scuticam. Etym. M. et Phavor. φραγγελῶ· ἐκ τοῦ φραγγέλλιον, ὃ σημαίνει σειρὰν, ἐκ σχοίνου πεπλεγμένην, ἢ κέκληται μάστιξ. Cyrilli Lex. MS. φραγέλλιον· σειρὰ, ἐκ σχοινίου πεπλεγμένη, ἢ καλεῖται μάστιξ. Eudemius MS. φραγγέλιον· Ῥωμαϊκόν ἐστι· ἔστι δὲ μάστιξ, ἡ

νῦν καλουμένη βίτζα. Vide etiam Ducangium et Meursium in Glossariis, Menagium ad Diog. Laërt. VI. 90. et scholiasten Aristoph. ad Acharn. v. 760. ubi vox ἱμάντες exponitur per λώρους et φραγγέλια.

ΦΡΑΓΕΛΛΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *flagello, flagellis cædo*, vel *cædi jubeo*, i. q. μαστιγόω. Vox est origine Latina, flagello, quam, ut alias multas, mutata tantum unica littera, (sunt enim literæ λ et ρ facile invicem permutabiles. Sic apud Justinianum Novella XIII. βενεφικιάλιοι h. e. *beneficiarii*.) Græci jure civitatis donarunt. In N. T. bis tantum legitur. Matth. XXVII. 26. τὸν δὲ Ἰησοῦν φραγελλώσας παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ Jesum autem flagris cædi jussit et crucifigendum tradidit. Conf. Joh. XIX. 1. et Lipsium de Cruce p. 72. Marc. XV. 15. Glossæ MS. Colbertinæ apud Ducangium in Glossario: φραγγελλωθείς· μαστιχθείς. Confer Wetstenii N. T. T. I. pag. 531 seq.

ΦΡΑΓΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *sepes, sepimentum, septum, murus, quo ager, hortus, vinea*, (Sic גָּדֵר Num. XXII. 24. et Ies. V. 5.) *etc. cingitur, quicquid locum includit et munit.* Est enim verbale a prima pers. perf. pass. πέφραγμαι, verbi φράσσω, vel φράττω *sepio, munio*. Matth. XXI. 33. καὶ φραγμὸν αὐτῷ περιέθηκεν et septo, vel muro eam circumdedit. Marc. XII. 1. In versione Alexandrina respondet Hebraico גָּדֵר *maceries, murus, paries, sepes, septum*, Num. XXII. 24. Ps. LXI. 3. LXXIX. 13. Cohel. X. 8. גָּדֵר idem, Prov. XXIV. 31. (καὶ οἱ φραγμοὶ τῶν λίθων αὐτοῦ) et מְשׂוּכָה *sepimentum*, Ies. V. 5. etc. Adde Xenoph. de Venat. XI. 4. et loca laudata a Wetstenio N. T. Tom. I. pag. 467. Hesych. φραγμός· θριγκός, ἢ ὁ νόμος. Posteriora verba Hesychii, dubium non est, quin pertineant ad loca Matthæi et Marci supra laudata, in quibus explicandis nonnulli interpretes ita versati sunt, ut partes parabolæ, a Christo propositæ, ad unam omnes, etiam adventitias et ad exornationem tantum necessarias, allegorice interpretarentur adeoque φραγμὸν legis Mosaicæ, qua cautum esset, ne Judæi atque barbari commerciis miscerentur, indicem esse statuerent. In hac sententia fuisse Chrysostomum Homil. LXIX. in Matthæum p. 734. Tom. I. ed. Francof. et Theophylactum p. 90. ed. Rom. docuit Fischerus in Prolus. XXVIII. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 629 seq. 2) per metonymiam continentis pro contento: *ipse locus, qui septis, muris et parietibus cinctus ac munitus est*, v. c. hortus, ager, vinea, etc. Sic sumi videtur Luc. XIV. 23. ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμοὺς exi in vias et loca septis munita. 3) metaphorice: *omne, quod vim separandi ac dirimendi habet, quod causa est discordiarum.* Sic Ephes. II. 14. φραγμὸς dicitur lex Mosaica, quæ causa discordiarum inter Judæos ac paganos erat, et qua cavebatur, ne utrique commerciis miscerentur. Vide supra μεσότοιχον. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΡΑ'ΖΩ, fut. άσω, 1) proprie: *dico, loquor, verba facio*, etiam *memoro, commemoro, narro*. In hac significatione legitur non solum apud Alexandrinos interpretes, Job. VI. 24. et XII. 8. sed etiam apud Euripid. v. 95 et 723. 3) per synecdochen: *edissero, expono, declaro, explico, interpretor*. Sic bis tantum legitur in N. T. Matth. XIII. 36. φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν τῶν ζιζανίων τοῦ ἀγροῦ da nobis explicationem parabolæ de zizaniis agri. Pro φράσον in uno codice legitur glossema διασάφησον ex Origene ad Joh. IV. 36. T. II. p. 235. edit. Colon. ibid. XV. 15. φράσον ἡμῖν τὴν παραβολὴν ταύτην explica nobis hanc similitudinem. Heliodorus Lib. I. pag. 37. τὸ μὲν ὄναρ τοῦτον ἔφραζε τὸν τρόπον. Plura de hac significatione habet Fischerus in Prol. XXVIII. de Vitiis Lexicorum N. T. pag. 622. — Hesych. φράσον· εἰπὲ, λέξον, ἑρμήνευσον. Idem: φράζειν· δεικνύει, σημαίνει, λέγει, διηγεῖται, σκέπτεται, διανοεῖται. Thom. M. p. 901. φράσον ἀντὶ τοῦ, εἰπέ· φράσαι δὲ, ἀντὶ τοῦ διανοήθητι, Ὅμηρος ἐν ά Ἰλιάδος· (v. 83.) — — σὺ δὲ φράσαι, εἴ με σαώσεις. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 406.

ΦΡΑ'ΣΣΩ, vel Attice ΦΡΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *sepio, munio*, unde φραγμὸς *sepes, sepimentum, septum*, quod vide supra. Xenoph. Cyrop. II. 4. 17. ὅτι φθάνειν δεῖ πεφραγμένους τοὺς πόρους. Idem de Venat. II. 10. Alexandrini Job. XXXVIII. 8. ἔφραξα δὲ θάλασσαν πύλαις. Cantic. VII. 2. Prov. XXV. 27. ὥσπερ εἴ τις πηγὴν φράσσοι. Hosea II. 6. ἐγὼ φράσσω τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐν σκόλοψι. 2) *obturo, occludo, obstruo*. Judith. XVI. 3. ὧν τὸ πλῆθος αὐτῶν ἔφραξε χειμάῤῥους. Huc pertinet e N. T. libris formula φράσσειν τὸ στόμα τινὸς, quæ a) notat, translata significatione: *ad silentium aliquem redigere*. Rom. III. 19. ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ ut omne os obturetur, h. e. ut omnes ad silentium redigantur et nemo possit suis meritis gloriari, omnes potius improbitatis se ipsos arguere debeant. Conf. ad h. l. Wetstenium. 2 Macc. XIV. 36. φράξεις δὲ πᾶν στόμα ἄδικον. b) *coërcere alicujus vim et impetum*. Hebr. XI. 33. ἔφραξαν στόματα λεόντων obturarunt ora leonum, h. e. cohibuerunt furorem leonum. Dan. VI. 22. Θεὸς ἐνέφραξε στόματα λεόντων, collat. 1 Macc. II. 60. Proprio sensu adhibita reperitur hæc formula apud Antonin. XII. 1. ὁ δὲ φύλαξ περιβαλὼν τὸν βραχίονα τῇ ἐσθῆτι, ἢ ἐφόρει, ἔφραξε τε τὸ στόμα τοῦ λέοντος. 3) *eripio, adimo alicui aliquid.* 2 Cor. XI. 10. ἡ καύχησις αὕτη οὐ φραγήσεται εἰς ἐμὲ hæc laus mea non eripietur mihi. Alii, v. c. Schœttgenius in Lexico suo, sensum horum verborum ita constituunt: hæc res, gloria prædicationeque digna, in me non occultabitur, h. e. eam non tacebo; ut φραγήσεται εἰς ἐμὲ idem sit quod: κρυφθήσεται ἐν ἐμοί. Sed male provocant ad usum vocis Hebraicæ חָתַם *occultavit*, quam Alexandrini nunquam per φράσσειν expresserunt. —Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΡΕ'ΑΡ, ατος, τὸ, *puteus, qui foditur, sive aquis plenus, sive aqua destitutus*, q. a φρέω *emitto*. Luc. XIV. 5. τίνος ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται; cujus asinus aut bos in puteum cadat? ubi videndus Wetstenius. Joh. IV. 11. καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθὺ et puteus est profundus. ibid. v. 12. ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε κ. τ. λ. qui nobis dedit hunc puteum et ipse ex eo bibit, etc. Apoc. IX. 1 et 2. τὸ φρέαρ τοῦ ἀβύσσου puteus seu fons abyssi; nisi φρέαρ in notione *carceris* h. l. accipere quis malit. Certe בְּאֵר quod proprie *puteum* (2 Reg. XVIII. 31. Ies. XXXVI. 16.) significat, etiam de *carcere* adhibetur, v. c. Genes. XL. 15. Jer. XXVIII. 6. et XXXVII. 16. Psal. LIV. 26. φρέαρ τῆς διαφθορᾶς. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro בְּאֵר idem, Genes. XIV, 10. XVI. 14. Exod. II. 15. Prov. V. 15. בּוֹר *fovea, cisterna*, 1 Sam. XIX. 22. 2 Sam. III. 26. Jer. XLI. 7, 9. et גֵּבִים *fossæ, foveæ*. Jer. XIV. 3. Adde Marc. Antonin.

VIII. c. 43. Athenæum Lib. V. p. 214. Hesych. φρέαρ· πηγὴ, λάκκος. Conf. etiam Schwarzii Notas ad Olearium de Stilo N. T. p. 335.

ΦΡΕΝΑΠΑΤΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *mentem*, vel *mentes decipio*, seu *me ipsum in mente mea decipio*. Compositum enim est ex φρὴν, φρενὸς, ἡ, *mens*, et ἀπατάω *decipio*. 2) i. q. simplex ἀπατάω *decipio, in errorem induco*. Sic semel tantum in N. T. legitur Galat. VI. 3. ἑαυτὸν φρεναπατᾷ is sibi fumum facit, se ipse decipit, fallitur opinione sua, non vere de se ipse judicat. Hesych. φρεναπατᾷ· χλευάζει. (καὶ διαπαίζει, quod addidit Cyrillus Alex.)

ΦΡΕΝΑΠΑ'ΤΗΣ, οὐ, ὁ, *mentium deceptor, fraudator, qui alios decipit et fallit*, aut *qui suam ipsius mentem decipit*, ex φρὴν, φρενὸς, ἡ, *mens*, et ἀπατάω *decipio*. Tantum in N. T. legitur in plurali. Tit. I. 10. φρεναπάται qui semet ipsos æque ac alios decipiunt. Occurrit quoque hæc vox in Etym. M. 811. 3.

ΦΡΗ'Ν, φρενὸς, ἡ, *mens, animus, intellectus*. Pluralis φρένες, αἱ, idem. Bis tantum in N. T. legitur. 1 Cor. XIV. 20. μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε, ταῖς δὲ φρεσὶ τέλειοι γίνεσθε ne pueris similes estote quoad mentem, immo improbitate sitis infantes, intellectu vero similes fiatis viris adultis. Alexandrini usi sunt hac voce pro לֵב *cor, animus*, Prov. VII. 7. IX. 4, 16. XI. 12. et pro מַנְדַּע *cognitio, scientia, mens, animus*. Dan. IV. 31, 33. Demosthen. p. 780. 21. ed. Reisk. νοῦ καὶ φρενῶν ἀγαθῶν καὶ προνοίας πολλῆς. Hesych. φρὴν· διάνοια, γνώμη. Idem: φρένες· ἔννοιαι, φρονήσεις. — φρεσί· διανοίαις.

ΦΡΙ'ΣΣΩ et Attice ΦΡΙ'ΤΤΩ, fut. ίξω, 1) proprie: *erectus sto, erigor*, et speciatim adhibetur de pilis et setis, quæ præ timore eriguntur. Hesychius: φρίσσει· διεγείρεται, ἐξορθοῦται. Etym. M. φρίσσειν κυρίως τὸ ἐξορθοῦν τὰς τρίχας. Eustath. ad Odyss. τ', p. 706. 2. τὸ δὲ φρίσσειν κυρίως τριχῶν δηλοῖ ὄρθωσιν. Adde Homer. Iliad. ν', v. 473. Hesiod. Scut. 391. ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας. et Alexandrinos Job. IV. 15. ἔφριξαν δέ μου τρίχες. Conf. Wetstenii N. T. T. II. pag. 667. Hinc ex adjuncto: 2) *horreo, horresco, timore et horrore perfundor*, item *cum horrore reformido*, a φρὶξ, ικὸς, ἡ, *maris*, vel *fluctuum fremitus*, item *horror frigoris* (Hesiod. Opp. v. 510 et 538.) *et febrilis*. Sic semel tantum in N. T. legitur Jacob. II. 19. καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι eandem cognitionem ac persuasionem etiam genii mali habent et contremiscunt, supplicia nempe ab uno hoc Deo timentes. Alexandrini usi sunt hac voce pro Chaldaico אֶתְכְּרִיַּת *transfixus est*, Dan. VII. 15. ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου, et Hebraico שָׂעַר *horruit, exhorruit*. Jerem. II. 12. Adde ex libris Apocryphis V. T. Judith XVI. 8. Demosthen. p. 332. 11. 559. 8. et 1230. 24. edit. Reisk. Plutarch. de Puer. Educ. cap. XII. § 3. Euripid. Phœn. v. 1122 et 1138. Hesychius: φρίσσει· δέδοικε, τρέμει. Conf. Alberti Obss. Philol. pag. 447. Cotelerium ad Patres Apostolicos Tom. I. p. 651. et Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 719.

ΦΡΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *sapio*, h. e. *intelligo, scio et video, quæ bona sint et appetenda, quæque fugienda et mala, mente ac ratione præditus ac mentis compos sum*, a φρὴν, φρενὸς, ἡ, *mens, animus, intellectus*. Sic usurpatur ab exteris scriptoribus, v. c. Diogene Laërtio I. sect. 91. ἔφη δὲ δεῖν συνοικίζειν τὰς θυγατέρας παρθένους μὲν τὴν ἡλικίαν, τῷ δὲ φρονεῖν γυναῖκας. Æschin. Socr. Dial. II. 13. et ab Alexandrinis interpretibus Ies. XLIV. 28. οὐκ ἔγνωσαν φρονῆσαι, ubi Hebraico הֵבִין *intellexit*, respondet. Psalm. XCIII. 8. ποτὲ φρονήσατε. Confer Perizon. ad Ælian. V. H. Lib. XIV. cap. 29. Deinde vero per metonymiam de singulis operationibus mentis humanæ adhibetur, sive sint intellectus, sive voluntatis, et 2) notat: *intelligere, statuere, æstimare, judicare*. Matth. XVI. 23. ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων tu enim non res dijudicas et æstimas ex sensu divino, sed humano, seu, non Dei consilia intelligis et sapis, externa tantum spectans. Vide Wetstenii N. T. T. I. pag. 433. Marc. VIII. 33. Act. XXVIII. 22. ἀξιοῦμεν δὲ παρὰ σοῦ ἀκοῦσαι ἃ φρονεῖς volumus audire, quæ mens aut sententia tua sit. Rom. XII. 3. μὴ ὑπερφρονεῖν (δεῖν) παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν non debere quemquam altius, quam par est, de se statuere, sed ad modestiam et sobrietatem se componere: ubi videndus Wetstenius. ibid. XIV. 6. ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ φρονεῖ· καὶ ὁ μὴ φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ οὐ φρονεῖ qui diem alterum sanctiorem habet altero (qui diem diei præfert, ὁ κρίνων ἡμέραν παρ' ἡμέραν, v. 5. ἡμέρας παρατηρούμενος, Galat. IV. 10.) Deo hanc suam sententiam probari existimat; et rursus alter, qui diem diei non præfert, sed singulos dies pares invicem habet, pie se id facere sibi quoque videtur. 1 Cor. IV. 6. ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν ut nostro exemplo discatis non sapere ultra normam præscriptam, h. e. non nimis fastuosi ac arrogantes esse. ibid. XIII. 11. ὡς νήπιος ἐφρόνουν instar pueri intelligebam et judicabam, h. e. idonea cognitione destitutus parum sapienter de rebus judicabam et sentiebam. Galat. V. 10. ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε vos nulla in re defecturos esse a doctrina, quam vobis tradidi. Philipp. II. 15. ὅσοι οὖν τέλειοι τοῦτο φρονῶμεν ita (nempe legem Mosaicam abrogatam esse religione christiana) mecum statuant, quotquot sunt perfectiores christiani. ibid. καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀποκαλύψει eos vero, qui adhuc inter vos Judaismum defendunt et tuentur, Deus meliora edocebit. Sapient. XIV. 30. κακῶς ἐφρόνησαν περὶ Θεοῦ. 2 Macc. IX. 12. δίκαιον ὑποτάσσεσθαι τῷ Θεῷ, καὶ μὴ θνητὸν ὄντα ἰσόθεα φρονεῖν ὑπερηφάνως. Philostrat. Vit. Apollon. Lib. VIII. pag. 329. τὸ δὲ οὕτω τι ὑπὲρ τοὺς ἀνθρώπους φρονεῖν —— ἐγὼ μὲν ὑπ' ἐπαινῶ. Idem Epist. LXXI. p. 949. τὴν σωφροσύνην, ἐφ' ᾗ μέγα δὴ φρονεῖς, οὐκ οἶδα τί εἴπω. Idem de Vit. Soph. I. cap. 15. sect. 3. Polyb. Exc. Legat. 113. pag. 1306. μὴ μεῖζον φρονεῖν τοῦ καθήκοντος. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. II. pag. 85. et Reiskii Indic. Græcitatis Demosthen. pag. 789. 3) *sentio, sensus habeo, sensibus affectus sum, animatus sum*. Philipp. I. 7. καθώς ἐστι δίκαιον ἐμοὶ τοῦτο φρονεῖν ὑπὲρ πάντων ὑμῶν quemadmodum par ac æquum est, me hos erga vos habere sensus, seu, me ita in vos animatum esse. ibid. II. 5. τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ estote vos iisdem animi sensibus affecti, quibus etiam Christus erat. ibid. III. 15. τοῦτο φρονῶμεν tales habeamus sensus. Huc etiam pertinet formula τὸ αὐτὸ φρονεῖν et τὸ ἓν φρονεῖν, quæ significat: *concordem esse*. Rom. XII. 16. XV. 5. 2 Cor. XIII. 11. Philipp. II. 2. III. 16. IV. 2. Dionys. Halicarn. A. R. Lib. IV. pag. 224. οὗτοι, εἰ τὸ αὐτὸ φρονήσειαν, ἐκράτουν τῶν ἑτέρων. 3)

studeo alicui rei, cupio, appeto, desidero, curo. Rom. VIII. 5. τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσι student malefactis, et: τὰ τοῦ πνεύματος, scil. φρονοῦσι, student virtuti vere christianæ. Formula φρονεῖν τά τινος (pro qua interdum quoque φρονεῖν τὰ πρός τινα legitur, v. c. apud Xenoph. Anab. VII. 7. 18.) Græcis eleganter notat: *stare a partibus alicujus, cum aliquo facere, alicui bene cupere, facere, quæ alteri grata sunt.* Sic v. c. Diodor. Sic. XX. 35. οἱ τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντες. Herodot. II. cap. 162. οἱ ἔτι τὰ ἐκείνου ἐφρόνεον qui adhuc partes ejus tuebantur. Conf. Irmisch. ad Herodian. II. 12. 4. p. 366. Rom. XII. 16. τὰ ὑψηλὰ φρονεῖν *alta spirare,* respondet formulæ vernaculæ: nach hohen Dingen streben, *to aspire after high matters.* Philipp. III. 19. οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες qui rerum terrenarum tantum studiosi sunt. Coloss. III. 2. τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς res cœlestes curate, non terrenas. Huc etiam pertinet formula φρονεῖν ὑπέρ τινος, *curam alicujus gerere, adjuvare ac sublevare aliquem,* quæ legitur Philipp. IV. 10. τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, ἐφ᾽ ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε ut jam mei curam habere, meque sublevare ac sustentare possitis; quanquam nunquam mei curam abjecistis. Esther XVI. 1. τοῖς τὰ ἡμέτερα φρονοῦσιν. 1 Macc. X. 20. καὶ φρονεῖν τὰ ὑμῶν, καὶ συντηρεῖν φιλίαν. 2 Macc. XIV. 8 et 26. τὸν Νικάνορα ἀλλότρια φρονεῖν τῶν πραγμάτων. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΡΟ′ΝΗΜΑ, τος, τὸ, *quod quis sentit et sapit, sensus, cogitatio, animus,* item *desiderium, studium, affectus, cupiditas, voluntas.* Est verbale a perf. passiv. πεφρόνημαι, verbi φρονέω *sapio,* quod vide supra. In N. T. quater tantum legitur. Rom. VIII. 6. τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος, τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη vitiositatis studium mortem (h. e. infelicitatem) efficit, studium vero religionis christianæ felicitatem omnigenam. ibid. v. 7. τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεὸν studium pravis cupiditatibus indulgendi est inimicitia adversus Deum, seu, qui pravis cupiditatibus indulget, adversarium se præbet Deo. Sunt enim, ut recte ad h. l. Koppius monuit, abstracta pro concretis posita, pro ὁ φρονῶν τὰ τῆς σαρκὸς, ἐχθρὸν ἀποδείκνυται ἑαυτὸν εἰς Θεόν. ib. v. 27. ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας, οἶδε, τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος Deus vero, qui omnem animum nostrum cognitum ac perspectum habet, novit etiam desideria et vota Spiritus divini, seu sensus animi nostri. De *sensibus animi* legitur hæc vox 2 Macc. VII. 21. γενναίῳ πεπληρωμένη φρονήματι. ibidem XIII. 9. τοῖς δὲ φρονήμασι βεβαρβαρωμένος ὁ βασιλεὺς ἤρχετο. De *cogitationibus ac opinionibus,* speciatim *eorum, qui sunt fastuosi et elati animo,* usurpatur apud Joseph. A. J. VI. c. 2. s. 3. καὶ τὰ φρονήματα αὐτῶν εἰς τὸ παντελὲς ταπεινοῖ. Polyb. Hist. IV. cap. 64. extr. et Lib. V. cap. 10. Ælian. V. H. IX. c. 3. (Suid. φρόνημα· ἡ ἔπαρσις καὶ ἡ ἀλαζονεία. Confer Schwarzii Comment. Critt. L. Gr. pag. 1395 seq.) In notione *studii, desiderii, cupiditatis et voluntatis* reperitur apud Dionysium Halicarn. A. R. Lib. XI. p. 721. οὐκ ἀναλήψεσθε τὸ φρόνημα τῆς πατρίδος. Hesych. φρόνημα· βούλημα, θέλημα. Confer Alberti Obss. Philol. p. 306. et Ernesti Opuscula Theologica p. 341 seq.

ΦΡΟ′ΝΗΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *sapientia, prudentia, intelligentia, scientia, cognitio rerum vel expetendarum, vel fugiendarum.* Est verbale a secunda persona perf. pass. πεφρόνησαι, verbi φρονέω *sentio, sapio.* Sic legitur in N. T. Ephes. I. 8. ἧς (pro ἣ, vel ἣν) ἐπερίσσευσεν εἰς ἡμᾶς, ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει quam liberalissime nobis exhibuit eo, quod nos ad idoneam religionis christianæ scientiam ac prudentiam, vere christianam, adduxit. In versione Alexandrina respondet vocabulis Hebraicis חָכְמָה *sapientia,* 1 Reg. III. 28. X. 4, 6, 8. שֵׂכֶל *intellectus, intelligentia, prudentia,* Job. XVII. 4. בִּינָה *intelligentia, prudentia,* Prov. I. 2. VII. 4. VIII. 14. XVI. 16. תְּבוּנָה idem, Prov. III. 13, 19. VIII. 1. X. 24. דַּעַת *scientia, cognitio,* Prov. XXIV. 5. Chald. מַנְדַּע et מַנְדְּעָא idem, Dan. II. 21. V. 13. לֵב *cor, mens, animus, sapientia, intelligentia,* Prov. IX. 16. XIX. 8. et רוּחַ *sapientia,* Jos. V. 1. Adde Xenoph. Mem. I. 2. 10. Eundem de Mag. Equit. VII. 4. Joseph. A. J. II. 5. 7. VIII. 7. 5. Suid. φρόνησίς ἐστιν ἐπιστήμη κακῶν καὶ ἀγαθῶν, καὶ οὐδετέρων. Confer Krebsii Obss. Flavianas pag. 324 seq. 2) *omnis sentiendi ratio, sensus animi.* Luc. I. 17. καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει (pro εἰς φρόνησιν) δικαίων, scilicet ἐπιστρέψαι, et inobedientes (h. e. impios) ad sensus animi pios vitæque integritatem revocabit; ubi videndus Wetstenius. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΡΟ′ΝΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *prudens, sapiens, intelligens, qui idoneam cognitionem habet, eruditus, providus, cautus,* a φρονέω, quod vide supra. Matth. VII. 24. ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ κ. τ. λ. comparandus est cum viro prudenti, qui rupi domum imponit. ibid. X. 16. γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις estote igitur prudentes (circumspecti, in declinandis insidiis,) more serpentum. Commendatur a Christo prudens simplicitas. ib. XXIV. 45. ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος servus fidelis ac prudens. ibid. XXV. 2. πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, quinque autem harum, sc. παρθένων, erant stultæ. (Aristoph. Lysistr. 548. ἀρετὴ φρόνιμος. Schol. ἀντὶ τοῦ φρονίμη.) ibid. 4, 8, 9. Luc. XII. 42. XVI. 8. Filii hujus mundi φρονιμώτεροί εἰσι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν prudentiores sunt in suo genere religionis cultoribus. Rom. XI. 25. ἵνα μὴ ἦτε παρ᾽ ἑαυτοῖς φρόνιμοι ne sitis prudentes apud vosmet ipsos, h. e. ne superbiatis et elato animo sitis. Prov. III. 7. μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ. Ies. V. 21. οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες. Rom. XII. 16. formula μὴ γίνεσθαι φρόνιμοι παρ᾽ ἑαυτῷ opponitur τῷ τὰ ὑψηλὰ φρονεῖν, et est i. q. τοῖς ταπεινοῖς συναπάγεσθαι. 1 Cor. IV. 10. ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν Χριστῷ vos vero sapientes ac prudentes christiani estis, seu, vos autem celebramini ob eruditionem vestram christianam. ibid. X. 15. ὡς φρονίμοις λέγω scribo hæc intelligentibus. 2 Cor. XI. 19. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alexandrina reperitur hæc vox pro נָבוֹן *intelligens, prudens,* Prov. XIV. 16. XVII. 28. XIX. 25. מֵבִין *intelligens,* Prov. XVII. 10. et חָכָם *sapiens, peritus,* 1 Reg. III. 12. V. 7. Ies. XLIV. 25. et aliis similibus vocabulis. Hesych. φρόνιμος· σοφὸς, διανοητής.

ΦΡΟΝΙ′ΜΩΣ, *prudenter, circumspecte, caute, callide.* Adverbium, ab adjectivo φρόνιμος, quod semel tantum in N. T. legitur Luc. XVI. 8. de œconomo illo versuto et suis commodis intento, quem laudavit herus, ὅτι φρονίμως ἐποίησεν quod prudenter et callide egisset. Cæterum adverbium hoc in Thesauro Bieliano omissum reperitur apud Symm. Cohel. VII. 11. pro Hebr. מֵחָכְמָה *ex sapientia.*

ΦΡΟΝΤΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *curo, sollicitus sum, sollicite studeo*, a φροντὶς, ίδος, ἡ, *cura, sollicitudo, cogitatio*. Legitur in N. T. tantum Tit. III. v. 8. ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες τῷ Θεῷ ut omni studio operam dent recte factis, qui christianæ religioni operam dederunt. Menander Fragm. p. 16. οὐδέποτ' ἑταίρα τοῦ καλοῦ πεφρόντικε. Adde Alex. 1 Sam. IX. 5. φροντίζῃ τὰ περὶ ἡμῶν. Prov. XXXI. 21. Sapient. VIII. 18. Xenoph. Mem. III. 11. 12. et Anab. II. 4. 13. Hesych. φροντίζει· μεριμνᾷ. Hinc φροντιστὴς *indagator rerum, qui studium suum in aliqua re ponit; speciatim: philosophus, sophista*, cujus domus φροντιστήριον dicitur. Vide Aristophan. Nub. v. 94. 128. 142. et Pollucis Onom. IV. 41. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 378. ac Beckii Comment. in Aristoph. Vol. II. p. 74 seq.

ΦΡΟΥΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *præsidio militari munio, ut hostium invasiones impediantur;* vel, *præsidio militari conclusum aliquo loco teneo et custodio, ut clausi fuga prohibeantur, custodio*, a φρουρὰ *custodia* (Ælian. V. H. VI. 6. et VIII. 16.) *et omnis locus, quo aliquid conclusum tenetur*, (Ælian. V. H. IX. 13.) *castra*, (Xenoph. de Republ. Laced. XIII. 1. 11. et de Mag. Equit. VI. 3.) etiam, ut Latinorum *præsidium*, et Græcorum φυλακὴ, (Xenoph. Memor. S. II. 6. 10.) *ipsi milites, exercitus:* (Xenoph. Hist. Gr. III. 2. 17. et V. 4. 49. ubi φρουρὰ et στράτευμα sunt synonyma.) vel a φρουρὸς, οῦ, ὁ, *custos, miles præsidiarius*, (Xenoph. Hist. Gr. I. 6. 10. II. 2. 1. Idem Mem. III. 6. 10. Ælian. V. H. II. 14. φρουρὸς καὶ φύλαξ τῆς ἑρωμένης.) hocque a πρὸ et οὖρος, ου, ὁ, *custos*. Sic legitur in N. T. 2 Cor. XI. 32. ubi de ethnarcho Aretæ regis sermo est, qui ἐφρούρησε τὴν Δαμασκηνῶν πόλιν, h. e. præsidio militari cinxit Damascenorum urbem, ne Paulus fuga elaberetur. Judith. III. 7. καὶ ἐφρούρησε τὰς πόλεις τὰς ὑψηλάς. 3 Esdra IV. 56. καὶ πᾶσι τοῖς φρουροῦσι τὴν πόλιν. Sapient. XVII. 16. ἐφρουρεῖτο εἰς τὴν ἀσίδηρον εἱρκτὴν κατακλεισθείς. Xenoph. de Vectigal. cap. IV. 52. φρουρεῖν ἐν τοῖς φρουρίοις. Herodian. VIII. 3. 1. φρουρουμένη καὶ κεκλεισμένη ἡ πόλις. Hesych. φρουρεῖ· φυλάττει, ἢ προφυλάττει. 2) metaphorice: *conservo, servo, efficio, ut aliquis constans sit*. Philip. IV. 7. φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν omnes sensus animi vestri religioni christianæ consentaneos servet. Eodem modo etiam φυλάσσειν usurpatur, de quo vide infra observata. 1 Petr. I. 7. τοὺς ἐν δυνάμει Θεοῦ φρουρουμένους διὰ πίστεως, h. e. ut nonnulli hunc locum interpretari solent: qui adjuvante Deo constanter manserunt in profitenda ac observanda religione christiana. 3) φρουρεῖσθαι metaphorice *is* dicitur, *cui aliquid asservatur et destinatum est*. Galat. III. 23. ὑπὸ νόμον ἐφρουρούμεθα συγκεκλεισμένοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν ἀποκαλυφθῆναι, pro ὑπὸ νόμον συγκεκλεισμένοι ἐφρουρούμεθα εἰς τὴν πίστιν μέλλουσαν ἀποκαλυφθῆναι, legibus Mosaicis subjecti reservati sumus in tempus, quo revelanda erat doctrina christiana. Koppio in voce φρουρεῖσθαι h. l. tantum notionem *temporis longi*, quo durante Judæi his legibus subjecti manserant, inesse videtur. Aliis interpretibus φρουρεῖσθαι h. l. significat metaphorice: *obstringi, subjectum esse*, ut a συγκλείεσθαι haud differat, sed ei eodem modo otiose addatur, ac *teneri* in formula *subjectum teneri*, et aliis similibus sæpius adhiberi satis constet. 1 Petr. I. 5. τοὺς ἐν δυνάμει Θεοῦ φρουρουμένους διὰ πίστεως εἰς σωτηρίαν ἑτοίμην ἀποκαλυφθῆναι ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ qui per omnipotentiam Dei sub conditione obsequii erga doctrinam christianam servantur ad felicitatem illam, quæ tempore adventus Christi ad judicium extremum certissime innotescet. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΡΥΑ'ΣΣΩ, vel ΦΡΥΑ'ΤΤΩ, fut. άξω, 1) proprie: *fremo*, et de equis adhibetur, *qui hinniunt, fremunt ac ferociunt*. Sic legitur apud Callimachum Hymn. in Lavacr. Pallad. v. 2. Hinc φρύαγμα *fremitus, hinnitus equorum*, (Etym. M. φρύαγμα· ἡ τῶν ἵππων καὶ ἡμιόνων διὰ μυκτήρων ἠχὴ ἀγρίῳ φυσήματι ἐκπίπτουσα. Schol. Sophocl. ad Electr. v. 718.) item *cachinnus, risus effusus*, (Etym. M. —— λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γελάσεως.) et *strepitus quicunque*. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 479. 2) metaphorice: *inflatus sum, altos spiritus sumo, insolenter et elate me gero, insolesco*, et ex adjuncto: *rebello, detrecto alicujus imperium*. Sic semel tantum in N. T. legitur Act. IV. 25. ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη; cur tam insolenter se gesserunt gentes et detrectarunt imperium Messiæ? Verba sunt desumta ex Psalm. II. 1. ubi in textu Hebraico leguntur hæc verba: לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם coll. v. 2. Adde 2 Macc. VII. 34. μὴ μάτην μετεωρίζου φρυαττόμενος ἀδήλοις ἐλπίσιν. 3 Macc. II. 2. πρόσχες ἡμῖν καταπονουμένοις ὑπὸ ἀνοσίου καὶ βεβήλου, θράσει καὶ σθένει πεφρυαγμένου. Marc. Antonin. X. 13. pag. 300. Hesych. ἐφρύαξαν· ἐκινήθησαν, ἐπήρθησαν, συνήχθησαν. Idem: φρυάσσεται· ἐπεγείρεται, μεγαλοφρονεῖ, γαυριᾷ. Idem: φρυάττεται· ἐπαίρεται. Etym. M. φρυαττόμενος· ἐπαιρόμενος. Scholion apud Matthæium habet: ἐφρύαξαν, ἀλόγως ἐκινήθησαν. Conf. Wesseling. ad Diodor. Sic. IV. c. 74. et Munthe Observatt. in N. T. e Diodor. Sic. pag. 216. Eodem modo quoque substantivum φρύαγμα de *superbia, arrogantia* et *insolentia* metaphorice adhibetur ab Alex. Ezech. VII. 24. XXIV. 21. et ab Hesychio per ἔπαρσις, ὑπερηφάνια explicatur.

ΦΡΥ'ΓΑΝΟΝ, ου, τὸ, *sarmentum, virgultum aridum, lignum sarmentosum et crematu facile, omne, quod est ad ignem et excitandum et alendum aptum, cremia*, idem quod φρύγιον, Psalm. CI. 4. a φρύγω, φρύσσω vel φρύττω *torreo, torrefacio*. Semel tantum in N. T. legitur Act. XXVIII. 3. συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου φρυγάνων πλῆθος cum autem Paulus cremia multa collegisset. Vulgat. habet h. l. *sarmenta*. In versione Alexandrina respondet Hebraico קַשׁ *stipula, stramen*, Ies. XL. 24. XLI. 2. XLVII. 14. et חָרוּל *spina, urtica*. Job. XXX. 7. Theophr. Hist. Plant. I. 5. 15. 16. Hesych. φρύγανον· ὕλη λεπτὴ καὶ ξηρά. Etym. M. φρύγανα· τὰ εἰς τὸ καίειν καὶ φρύγειν ἐπιτήδεια. Conf. Foësii Œconom. Hippocr. p. 401. A φρύγανον descendit φρυγανισμὸς *lignatio, sarmentorum lectio*, quod vocabulum legitur apud Thucyd. VII. c. 4 et 13. et apud Josephum aliquoties. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 650.

ΦΡΥΓΙ'Α, ας, ἡ, *Phrygia*. Regio Asiæ minoris, cujus caput olim Troja fuit. Dividitur in majorem et minorem et, ut Curtius Lib. III. cap. 1. refert, pluribus vicis quam urbibus frequens extitit. *Phrygia major*, hodie dicta *Germian*, olim *Pacatiana*, sita est versus orientem et Sangarium fluvium, inter *Bithyniam, Galatiam, Lydiam* et *Mysiam*. *Phrygia minor*, quæ occidentalior fuit, ad Hellespontum sita, sub Ida, monte, hodie *Sareum*, olim *Troas* appellata fuit. Nomen ἀπὸ τοῦ φρύγειν, *a torrendo*, est sortita. Unde

Hesych. Φρυγία· ἡ φρύγουσα, *Phrygia*, h. e. *torrefaciens*. Regio enim torrida ac arida est. In N. T., ubi ter tantum commemoratur, Actor. II. 10. XVI. 6. XVIII. 23., *Phrygia major* significari videtur. Vide Plinii H. N. Lib. V. c. 32. et Cellarii Geograph. Plen. L. III. c. 4. p. 123 seq. nec non Wetstenii N. T. T. II. p. 465. 552 et 578.

ΦΥΓΕΛΛΟΣ, ου, ὁ. *Phygellus*. Nomen proprium viri, qui semel tantum in N. T. 2 Tim. I. 15. commemoratur, origine Græcum, significans *fugitivum, hominum oculos fugientem*. Componitur enim, ut videtur, ex φεύγω *fugio*, et ἴλλος, ου, ὁ, *oculus*.

ΦΥΓΗ', ῆς, ἡ, *fuga*, etiam ex usu Græcorum *perpetuum exilium*, (ut docuit Potterus in Archæol. Gr. T. I. Lib. I. c. 25. p. 130. ed. Venetæ, cum quo conferendus est Pollux Onom. VIII. c. 7. pag. 896. edit. Lederlin. qui inter majores et graviores Græcorum pœnas φυγὴν recenset. Plutarchum libellum περὶ φυγῆς scripsisse, quis ignorat?) Est verbale a præterito medio πέφυγα, verbi φεύγω *fugio*. In N. T. bis tantum legitur. Matth. XXIV. 20. προσεύχεσθε δὲ, ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος, μηδὲ σαββάτῳ rogate vero Deum, ne ista fuga (seu, ut alii vertere malunt: perpetuum vestrum e patria exilium) accidat hiemis, vel sabbati tempore. Marc. XIII. 18. Alexandrini adhibuerunt hanc vocem pro מָנוֹס vel מָנֻס *fuga, effugium*, Ies. LII. 12. Jer. XXV. 35. Amos II. 14. et pro ipso verbo נוּס *fugere, aufugere*. Jer. XLIX. 24. Hesych. φυγάς· ἐξορίας.

ΦΥΛΑΚΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *custodia*, actio custodiendi, qua excubiæ aguntur, ne res aliqua surripiatur, aut aliquis evadat, a φυλάσσω *custodio*, aut potius a φύλαξ, ακος, ὁ, ἡ, *custos, excubitor, vigil*. Sic sumitur in N. T. Luc. II. 8. καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν et noctu gregem suum observantes, seu, noctu excubias agentes pro grege suo. Eodem quoque sensu adhibetur a Xenophonte de Magistro Equit. IV. 10. Thucyd. VIII. c. 51. Herodot. II. cap. 99. Arrian. de Expedit. IV. 16. 7. et ab Alexandrinis Num. I. 53. φυλάξουσι οἱ Λευῖται αὐτοὶ τὴν φυλακὴν τῆς σκηνῆς. ibid. XVIII. 3, 4, 5. XXXI. 30, 47. 1 Paral. IX. 19. φυλάσσοντες τὰς φυλακὰς σκηνῆς. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 661. 2) per metonymiam (ut Hebr. מִשְׁמָר Genes. XL. 3. Num. XV. 34. ubi locum custodiæ notat, et 1 Chron. XXVI. 16. Nehem. IV. 3, 16. ubi de custodibus adhibetur.) et *locum, ubi excubiæ aguntur, et statio habetur*, notat, et *ipsos excubitores, custodes*, seu *turmam custodum*, die Schaarwache, *the watch*. Act. XII. 10. διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν transeuntes autem primam et secundam stationem. Dionys. Halicarn. A. R. Lib. I. pag. 15. φυλακὴν ἐπ' αὐτοὺς καταστήσαντες. Xenoph. de Mag. Equit. VII. 14. Idem in Memor. III. c. 6. sect. 10. Sic etiam *custodia* apud Latinos adhibetur, v. c. apud Florum Lib. IV. c. 11. "incautiorem nacta custodiam." 3) *carcer*, in quo custodiuntur et asservantur sontes, ne elabantur et aufugiant. Matth. V. 25. καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ atque adeo in carcerem conjiciaris. ibid. XIV. 3. καὶ ἔθετο ἐν φυλακῇ et eum carceri injecit. ibid. v. 10. XVIII. 30. ἀλλὰ ἀπελθὼν ἔβαλεν αὐτὸν εἰς φυλακὴν sed carceri eum tradi curavit. ib. XXV. 36. ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με in carcere detentum me visitastis. ibid. v. 39, 43, 44. ἢ ἐν φυλακῇ, sc. ὄντα. Marc. XI. 17. καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν φυλακῇ et vinctum eum in carcerem conjecit. ibid. v. 28. Luc. III. 20. καὶ κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ et Johannem carceri tradidit. ibid. XII. 58. XXI. 12. παραδιδόντες εἰς συναγωγὰς καὶ φυλακὰς tradentes vos synagogis ac custodiis. ibid. XXII. 33. μετὰ σοῦ ἕτοιμός εἰμι καὶ εἰς φυλακὴν καὶ εἰς θάνατον πορεύεσθαι tecum et carcerem et mortem adire paratus sum. ib. XXIII. 19, 25. Joh. III. 24. Act. V. 19, 22, 25. VIII. 3. παρεδίδου εἰς φυλακὴν ad carceres traxit. ibid. XII. 4, 5. ὁ μὲν οὖν Πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ Petrus igitur in carcere asservabatur. ibid. v. 6. φύλακές τε πρὸ τῆς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακὴν custodes autem foris carcerem observabant. Fortasse tamen τηρεῖν τὴν φυλακὴν h. l. est idem, quod φυλάσσειν τὴν φυλακὴν, Luc. II. 8. et notat: *excubias agere*, quo sensu legitur apud Polybium Lib. VI. cap. 33. ibid. v. 17. XVI. 23, 24. ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν detrusit illos in carcerem interiorem. Syrus bene: ܒܒܝܬܐ ܓܘܝܐ ܕܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ *in domum interiorem domus vinctorum*. ib. v. 27, 37, 40. XXII. 4. XXVI. 10. κατέκλεισα ἐν φυλακαῖς carceribus tradidi. 2 Cor. VI. 5. XI. 23. Hebr. XI. 36. Apoc. II. 10. diabolus conjecturus est vos εἰς φυλακὴν in carcerem, et tentemini. In hac significatione φυλακὴ (pro quo interdum etiam οἰκία φυλακῆς, Jer. XXXVII. 14, 17. et οἶκος φυλακῆς, Jud. XVI. 22, 26. 2 Reg. XVII. 2. 2 Paral. XVIII. 26. ponitur,) ab Alexandrinis adhibetur pro בֵּית כֶּלֶא *domus coërcitionis*, 1 Reg. XXII. 27. מַטָּרָה *custodia, carcer*, Jer. XXXII. 2, 8, 12. XXXIX. 14, 15. מִשְׁמָר idem, Genes. XL. 4, 7. XLI. 10. XLII. 17. et aliis similibus vocabulis. Adde Arrian. Diss. in Epictet. I. c. 29. εἰς φυλακήν σε βαλῶ. et Cornel. Nepotis Vit. Eumen. c. 11. 1. ubi *custodia* pro *carcere* ponitur. 4) *omnis locus, in quo aliquis velut captivus et invitus conclusus tenetur*, speciatim: *infernus, tartarus*. Sic legitur in N. T. 1 Petr. III. 19. τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι, scil. οὖσι, vel κατακεκλεισμένοις, animis corpore exutis, quæ nunc in tartaro (quem poëtæ veteres ferreas portas habere fingebant. Vide Homer. Iliad. η', v. 15. Virgil. Æn. VI. v. 548 seq.) conclusæ tenentur. Syrus recte h. l. interpretatus est ܒܫܝܘܠ *in inferno*. Apoc. XX. 7. λυθήσεται ὁ Σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ. 5) *quælibet habitatio, sedes, mansio, domicilium*, i. q. κατοικητήριον, cum qua voce etiam permutatur Apoc. XVIII. 2. ubi Babylon dicitur facta esse φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου domicilium omnis spiritus impuri et omnium avium immundarum. 6) per metonymiam: *vigilia*, seu *pars noctis, qua excubiæ aguntur*. Judæi veteres (ut Kimchi, Drusius, Buxtorfius in Lexico Talmudico ad vocem אַשְׁמוּרֹת aliique satis docuerunt,) noctes non in quatuor partes, seu vigilias, sed in tres diviserunt et cuique quatuor horas attribuerunt; unde tritum est illud Hebræorum: אַשְׁמוּרֹת שְׁלִישׁ הָא שֶׁל לַיְלָה vigilia est tertia pars noctis. Harum vigiliarum prima a Jeremia Thren. II. 19. רֹאשׁ אַשְׁמֻרוֹת *principium vigiliarum* vocatur. Secundam auctor libri Judicum VII. 19. אַשְׁמֹרֶת הַתִּיכוֹנָה *vigiliam mediam* nominat. Tertia vero et *ultima* a Mose Exod. XIV. 24. et scrip-

tore Commentariorum Samuelis Lib. I. cap. XI. v. 11. אַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר *vigilia matutina* appellatur. Etiam Julius Pollux Onom. I. 7. 8. non plures *φυλακὰς* recenset, quam primam (quam Græci *ἀρχὴν νυκτὸς, καὶ περὶ πρώτην νύκτα, καὶ νυκτὸς ἀρχομένης* dixerunt,) secundam (*μεσούσης νυκτὸς, μέσον νυκτῶν*) et tertiam (quam Homerus Iliad. VII. 433. eleganter his verbis descripsit: *ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω ἠώς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ*). Quum vero Judæi a Pompeio subjugati et provinciales facti essent, ab hoc tempore, more Romanorum et Græcorum, (Vide Euripid. Rhes. v. 5.) noctem in quatuor partes, seu vigilias, (Vide Tract. Talmud. Berachoth cap. 1. fol. 3. col. 1.) ita diviserunt, ut unaquæque ternas horas complecteretur, quarum prima (*ὀψὲ* Marc. XIII. 35.) incipiebat ab hora nostra pomeridiana sexta et durabat usque ad nostram nonam; secunda (*μεσονύκτιον*, ibid.) ab hora nostra nona usque ad duodecimam, seu mediam noctem; tertia (*ἀλεκτοροφωνία*, ib.) a media nocte ad horam nostram tertiam nocturnam; quarta (*πρωΐ*, ib.) a tertia ad nostram sexam. Conf. Lipsium de Milit. Rom. p. 123. et Krebsii Observatt. Flav. pag. 39. Matth. XIV. 25. *τετάρτῃ δὲ φυλακῇ τῆς νυκτὸς* quarta autem vigilia noctis. Quartæ hujus vigiliæ mentionem quoque facit Josephus aliquoties in libris suis, v. c. in A. J. V. cap. VI. § 5. et XVIII. cap. IX. § 6. etiam Arrianus Exped. Alex. V. 24. Matth. XXIV. 43. *ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται* qua vigilia venturus esset fur. Marc. VI. 48. Luc. XII. 38. Adde Herodot. IX. 51. *τῆς νυκτὸς δευτέρα φυλακή*. Polyb. Hist. c. 45. Polyæn. II. 35. Confer Cellarii D. de vigiliis et lucubrationibus veterum in Ej. Diss. Academ. p. 392. et Wetstenii N. T. T. I. p. 416 seq. Sæpius in N. T. non legitur. — Hesych. *φυλακή· φρουρὰ, εἱρκτὴ, τήρησις ἐντολῶν, παροξυτόνως. ὀξυτόνως δὲ ἀγρυπνία.* Etym. M. *φυλακὴ σημαίνει τὸ σκοτεινὸν καὶ ἀφεγγὲς οἴκημα — καὶ τὴν τετάρτην μοῖραν τῆς νυκτὸς, σημαίνει καὶ αὐτὸ τὸ φυλάσσειν.* (Hom. Iliad. IX. 1.) Suid. *φυλακή· τὸ τέταρτον μέρος τῆς νυκτός.* (Quarta noctis pars a Xenophonte Memor. IV. 7. 4. *ὥρα τῆς νυκτὸς* vocatur.) *τετραχῆ γὰρ διῄρητο. καὶ φυλακαί· τῆς νυκτὸς αἱ διαιρέσεις, καθ' ἃς οἱ φύλακες τὰς φυλακὰς ἀλλήλοις ἐγχειρίζουσι.* Gloss. Vet. *φυλακὴ, custodia, carcer, tutela, vigilia.*

ΦΥΛΑΚΙ'ΖΩ, futur. *ίσω, in custodiam*, vel *carcerem conjicio, in carcere custodio*, a *φυλακὴ custodia, carcer*. Tantum extat in N. T. Act. XXII. 19. *ἐγὼ ἤμην φυλακίζων* ego ad carceres tradebam. Sapient. XVIII. 4. *ἄξιοι μὲν γὰρ ἐκεῖνοι στερηθῆναι φωτὸς, καὶ φυλακισθῆναι ἐν σκότει.* A *φυλακίζω* descendit *φυλακίτης, ου, ὁ, carcerarius.*

ΦΥΛΑΚΤΗ'ΡΙΟΝ, *ίου, τὸ*, Græcis dicitur *omne munimentum et præsidium, omnis tutela, quicquid nos custodit ac tutos præstat*, speciatim: *arx, statio excubitorum et vigilum, antidotum contra venena et amuleta, quæ gentiles e collo suspendere solebant, ut mala a se amolirentur*, a *φυλάσσω custodio*, quod vide infra. Plutarch. de Iside et Osirid. p. 377. *τὴν Ἶσιν αἰσθομένην, ὅτι κύει, περιάψασθαι φυλακτήριον.* Themist. Orat. XIII. in Gratianum p. 178. religionem *τὴν ἁγιστείαν* dicit esse *ἄμεινον φυλακτήριον*, quam arma. Idem Orat. XIX. pag. 231. Demosthen. p. 71. 24. edit. Reisk. *ἓν δέ τι κοινὸν ἡ φύσις τῶν εὖ φρονούντων ἐν αὑτῇ κέκτηται φυλακτήριον.* Etym. M. *φυλακτήριον τόπον, ἔνθα οἱ φύλακες οἰκοῦσι.* Hinc *φυλακτήρια, ων, τὰ, phylacteria κατ' ἐξοχὴν* in N. T. dicuntur *laminæ*, seu *schedæ membranaceæ, quibus inscriptæ erant variæ legis Mosaicæ sectiones*, (v. c. Exod. XIII. 1 — 10. et 11 — 16. Deut. VI. 4 — 9. XV. 13 — 21.) *et quas thecis insertas Judæi* (litterali explicatione loci Deuter. VI. 8. decepti,) *fronti et brachio sinistro aptare, luctus tamen tempore deponere solebant.* Hebraice vocantur תְּפִלִּין a תְּפִלָּה *preces*, quod eorum præcipuus usus esset in oratione. Confer Buxtorfii Lexicon Talmudicum pag. 1734. Græce autem *φυλακτήρια* dicebantur, quia non solum commonitoria erant observationis præceptorum divinorum (Deut. VI. 8 seq.) et precum faciendarum, sed etiam, quia Judæi credebant, inesse his ligamentis precatoriis vim ad avertenda quævis mala, maxime ad dæmones fugandos, ut apparet ex Targum ad Cantic. VIII. 3. Multa de phylacteriis Judæorum habet Surenhusius ad Mischnæ librum de precationibus T. I. pag. 9. cui adde Bartoloccium in Bibliotheca Magna Rabbinica Tom. I. pag. 576. Possinum Spicil. Evang. c. 56. et Sam. Petitum Varr. Lectt. c. 20. et quos laudat Elsnerus Comment. in Matthæum T. II. p. 165 seq. In N. T. semel tantum legitur Mat. XXIII. 5. *πλατύνουσι τὰ φυλακτήρια αὐτῶν* dilatant autem phylacteria (Syrus habet ܬܦܠܐ) sua. Sermo autem ibi est de Pharisæis, qui קְצִיצוֹת h. e. nodos et vascula, in quibus membranæ inclusæ erant, (Vide Relandi Antiquitatt. Judaic. p. 269. et Wagenseilium ad Sota p. 405.) dilatabant et extendebant, et in talibus magnam sanctitatem aucupabantur. Legitur præterea hæc vox apud Justinum Mart. in Dial. c. Tryphone Judæo p. 205. qui dicit, Judæos jussu divino gestasse *φυλακτήριον ἐν ὑμέσι λεπτοτάτοις γεγραμμένων χαρακτήρων τινῶν* phylacterium ex litteris quibusdam, in tenuissimis membranis descriptis, et per hæc religionem illis incussam esse, *ἀεὶ μνήμην ἔχειν τοῦ Θεοῦ.* — Gloss. Vet. *φυλακτήριον, servatorium, amolimentum, amoletum.* Cod. XX. et XXIV. Coislin. apud Albertum Gloss. Gr. pag. 205. *γράψαντες τινὰ τοῦ νόμου ῥητὰ* (Cod. XX. *τὴν δεκάλογον*) *εἰς περικομμάτια διφθερῶν δύο, καὶ περιδήσαντες τὸ μὲν ἕτερον φοροῦσιν ὡς στέφανον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, τιθέντες κατὰ τοῦ μετώπου τὸ γεγραμμένον, τὸ δὲ ἕτερον κατὰ τοῦ βραχίονος τῆς ἑτέρας τῶν χειρῶν, καὶ καλοῦσι ταῦτα φυλακτήρια.*

ΦΥ'ΛΑΞ, *κος, ὁ, custos, carceris præcipue, excubitor, vigil*, a *φυλάσσω custodio, excubias ago*. Act. V. 23. *καὶ τοὺς φύλακας ἑστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν* et custodes carceris, foris stantes. ibid. XII. 6. *φύλακές τε πρὸ τῆς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακὴν* custodes vero foris carcerem observabant. ibid. ver. 19. *ἀνακρίνας τοὺς φύλακας*, scil. *τῆς φυλακῆς*. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro שֹׁמֵר *custodiens*, Genes. IV. 19. 1 Sam. XVII. 20. Ies. LXII. 6. Hesych. *φύλαξ· φυλακτήρ.* Gloss. Gr. N. T. ed. Alberti pag. 67. *φύλακας, τοὺς τηροῦντας.*

ΦΥΛΑ'ΣΣΩ, Attice ΦΥΛΑ'ΤΤΩ, fut. *άξω*, 1) *custodio aliquid sollicite, ne surripiatur, aut fuga elabatur, præsidio teneo ac munio, excubias ago, observo, asservo.* Luc. II. 8. *φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν* noctu observantes greges suos. (Formulæ *φυλάσσειν φυλακὰς* respondet Latina *servare vigilias* apud Livium XXXIV. 9.) ib. VIII. 29. *καὶ ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι καὶ πέδαις φυλασσόμενος* et catenis ac compedibus vinctus et constrictus observabatur. ibid. XI. 21. *ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλὴν* cum quis fortis armatus custodit, h. e. præsidio munit, arcem suam. Xen.

Anab. I. cap. 2. § 21. ἐλέγετο δὲ καὶ Συέννεσιν εἶναι ἐπὶ τῶν ἄκρων, φυλάττοντα τὴν εἰσβολήν. ibid. sect. 1. πλὴν ὁπόσοι ἱκανοὶ εἴησαν τὰς ἀκροπόλεις φυλάττειν. Hinc φυλακὴ *præsidium*. ibid. I. 4. 4. Act. XII. 4. παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτὸν tradidit quatuor quaternionibus militum custodiendum. ibid. XXII. 20. καὶ φυλάσσων τὰ ἱμάτια τῶν ἀναιρούντων αὐτὸν et asservavi vestes eorum, qui eum interficiebant. ibid. XXIII. 35. ἐκέλευσέ τε αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ τοῦ Ἡρώδου φυλάσσεσθαι et jussit eum in palatio Herodis asservari. ib. XXVIII. 16. σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ cum milite, custode suo. Adde Alexand. Jerem. XXXII. 2. καὶ Ἱερεμίας ἐφυλάσσετο ἐν τῇ αὐλῇ τῆς φυλακῆς. ibid. LII. 25. 2 Regg. XVII. 9. XVIII. 18. 2) metaphorice: *conservo, providam curam alicujus ago, protego, tueor, defendo*, et, sequente ἀπὸ, *tutum ab aliqua re præsto*. 2 Tim. I. 12. ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παραθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν potest enim doctrinam, mihi concreditam, tueri usque ad finem mundi. ibid. v. 14. τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου tuere omnibus modis præstantissimam illam religionem, tibi concreditam, adjutus auxilio divino, quod nobis semper adest. 2 Thess. III. 3. ὃς στηρίξει ὑμᾶς καὶ φυλάξει ἀπὸ τοῦ πονηροῦ qui etiam vos constantes reddet, tutosque præstabit ab omnibus, vestræ virtuti et felicitati insidias struentibus. 2 Petr. II. 5. ἀλλ' ὄγδοον Νῶε — — ἐφύλαξε sed Noachum una cum septem aliis servavit e diluvii periculo. Confer 1 Petr. III. 20. Joh. XVII. 12. οὓς δέδωκάς μοι ἐφύλαξα cultores et sectatores, quos mihi dedisti, tuitus sum, h. e. non passus sum deficere a religione tua, i. q. ibid. ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου. Jud. v. 24. τῷ δὲ δυναμένῳ φυλάξαι ὑμᾶς ἀπταίστους. Adde Eurip. Phœniss. v. 855. Æschin. Socr. Dial. I. § 12. 3) *observo, obedientiam præsto, menti alte infigo et sollicite exsequor*. Matth. XIX. 20. πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην (al. ἐφύλαξα) ἐκ νεότητός μου omnia hæc præcepta inde a tenera mea ætate diligenter observavi. Marc. X. 20. Luc. XI. 28. μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ φυλάσσοντες (αὐτὸν) beati, qui doctrinam divinam audiunt et observant. ibid. XVIII. 21. Act. VII. 53. ubi formula φυλάσσειν νόμον, quæ, ut recte monuit Krebsius ad Decret. Athen. p. 92., apud exteros scriptores notat: *curam gerere legum et cavere, ne irritæ fiant et aboleantur*, significat: *præstare, quæ leges jubent et a nobis exigunt, nihil contra leges committere*. ibid. XVI. 4. παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάξαι τὰ δόγματα tradiderunt iis observanda decreta. ibid. XXI. 24. Rom. II. 26. ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ quodsi igitur gentiles præcepta legis observant. Galat. VI. 13. 1 Tim. V. 21. VI. 20. τὴν παραθήκην φύλαξον munere tibi demandato strenue fungere. Alex. Prov. VI. 20. φύλασσε νόμους πατρός σου. Gen. XXVI. 5. Exod. XII. 17. XV. 26. καὶ φυλάξῃς πάντα τὰ δικαιώματα αὐτοῦ. ib. XX. 6. Sirac. XXI. 12. Ælian. V. H. II. cap. 31. καὶ ὀργίων φυλάττουσι νόμον. Idem in Hist. Anim. Lib. XI. c. 14. ὅτι ἐντολὰς φυλάξαι οἶδε. Hesiod. Ἔργ. 489 et 559. Hesychio φυλακὴ est τήρησις ἐντολῶν. Eodem modo usurpatur quoque διαφυλάττειν apud Græcos, v. c. Isocrat. Orat. II. ad Nicoclem 17. 6. Conf. Georgii Vindic. N. T. ab Hebr. Lib. II. cap. 2. p. 146. Vorstium in Philol. Sacr. cap. 6. p. 188. ed. Fischeri, Wetstenii N. T. T. I. pag. 450. et Schwarzium ad Olearium de Stilo N. T. pag. 113. 4) Medium φυλάσσομαι et φυλάσσω ἐμαυτὸν *me custodio*, h. e. *caveo, prospicio mihi, abstineo*. Luc. XII. 15. ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας cavete vobis diligenter ab avaritia. Act. XXI. 25. φυλάσσεσθαι αὐτοὺς τό τε εἰδωλόθυτον ut abstinerent a residuo carnium, quæ idolis immolantur, coll. XV. 20. ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων, et v. 29. ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων. 2 Tim. IV. 15. ὃν καὶ σὺ φυλάσσου quem et tu cave. Zonaras Lex. col. 1834. φυλάσσου ἀντὶ τοῦ παραιτοῦ. ὃν καὶ σὺ φυλάσσου κ. τ. λ. 2 Petr. III. 17. φυλάσσεσθε, ἵνα μὴ κ. τ. λ. cavete, ne, etc. de qua hujus verbi constructione cum ἵνα μὴ videndus est Wetstenius N. T. T. II. p. 712. 1 Joh. V. 21. τεκνία, φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων carissimi, cavete vobis ab omni idololatria. Adde Alex. Cohel. XII. 11. φυλάσσου τὰ βιβλία ποιῆσαι πολλά. 1 Sam. XXI. 4. εἰ πεφυλαγμένα τὰ παιδάριά εἰσι πλὴν ἀπὸ γυναικός. Sirac. XII. 11. καὶ φύλαξαι ἀπ' αὐτοῦ. ib. XXII. 13 et 29. Lysiæ Orat. III. p. 75. οὕτω σφόδρα αὐτοὺς ἐφυλαττόμην. Xenoph. Mem. II. 2. 14. Idem Hist. Gr. VII. 2. 10. ὥσπερ ἀπὸ φιλίου καρποῦ τοῦ ἐν τῷ πεδίῳ φυλαττομένους. ibid. VII. 5. 9. Æschin. Socr. Dial. II. 12. Diogen. Laërt. I. s. 91. Conf. Dresig. de Verbis Mediis N. T. I. 146. p. 499. ed. Fischeri. *Custodire* pro *cavere* legitur apud Sueton. Tib. c. 7. etiam *servare*. Vide Burmann. ad Propert. p. 196. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΥΛΗ', ῆς, ἡ, *tribus, familia, gens, natio, multitudo hominum ejusdem stirpis*, q. a φύω *gigno*. Matth. XIX. 28. κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ judicabitis duodecim tribus Israëliticas. ibid. XXIV. 30. καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς et tunc plangent omnes terrarum nationes. Sed fortasse per φυλὰς τῆς γῆς natio Judaica tantum intelligenda est, quæ ita dicitur, quia olim in duodecim tribus divisa erat. Qui *omnes homines* simpliciter intelligunt, provocant ad locum Hesiodi in Scuto Herc. v. 162. ubi legitur: ἐπὶ χθονὶ φυλαὶ ἀνθρώπων. Luc. II. 36. ἐκ φυλῆς Ἀσὴρ e tribu Aseritica. ibid. XXII. 30. Act. XIII. 21. Rom. XI. 1. Philip. III. 5. Hebr. VII. 13. φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν ex alia tribu oriundus erat. ibid. v. 14. Jacob. I. 1. ταῖς δώδεκα φυλαῖς ἐν τῇ διασπορᾷ omnibus Judæis, (seu potius christianis, e Judæis conversis,) extra Palæstinam viventibus. Apoc. I. 7. πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς omnis Israëlitica natio. ibid. V. 5, 9. ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους. ibid. VII. 4—9. XI. 9. XIII. 7. XIV. 6. XXI. 12. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro שֵׁבֶט *virga, baculus, sceptrum, tribus*, Gen. XLIX. 16. Deut. I. 13. III. 3. מִשְׁפָּחָה *familia, genus*, Genes. XII. 3. Lev. XXV. 49. Numer. XXXIII. 54. מַטֶּה *virga, baculus, tribus*, Exod. XXXI. 2, 6. Micha VI. 19. בַּיִת *domus, familia*, Exod. II. 1. לְאֹם *natio, populus*, Prov. XIV. 34. et Chald. אֻמָּה *natio*, Dan. III. 4, 7, 29. Etym. M. sub φυλακή· φυλὴ σημαίνει τὸ γένος. Cf. etiam Schwarzii Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1400.

ΦΥ'ΛΛΟΝ, ου, τὸ, *folium, frons*, q. a φύω *nascor*. Matth. XXI. 19. καὶ οὐδὲν εὗρεν ἐν αὐτῇ, εἰ μὴ φύλλα μόνον et nihil in ea invenit, nisi folia nuda. ibid. XXIV. 32. ὅταν ἤδη ὁ κλάδος αὐτῆς γένηται ἁπαλὸς, καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ quum jam ramus ejus succulentus fit et folia producit. Marc. I. 13. XIII. 28. Apoc. XXII. 2. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alex. respondet He-

braico עָלֶה *folium,* Nehem. VIII. 15. Jer. VIII. 13. Job. XIII. 25. et Chald. עַנְפֹּהִי *rami, frondes, folia,* Dan. IV. 9, 11, 18.

ΦΥ'ΡΑΜΑ, τος, τὸ, generatim notat *massam, cujuscunque illa sit generis, omne, quod subigendo miscetur et humore maceratur.* Est verbale a πεφύραμαι, perf. pass. verbi φυράω *misceo, subigo, macero,* quod in versione Alex. Hebraico בָּלַל *miscuit,* Exod. XXIX. 2, (καὶ ἄρτους ἀζύμους πεφυραμένους ἐν ἐλαίῳ) 40. et Levit. II. 4, 5. respondet. Hesych. πεφυραμένους· μεμιγμένους. Jam quemadmodum φυρᾶν κατ' ἐξοχὴν notat: *farinam aqua subigere, miscere, depsere,* (Hesych. φυρᾶν· ζυμοῦν, ταράσσειν τὰ ἄλευρα.) ita etiam substantivum φύραμα 2) speciatim notat *farinam, aqua subactam ad panificium, massam farinaceam,* et apud Alexandrinos legitur pro בָּצֵק *massa farinacea,* Exod. XII. 34. עֲרִיסוֹת *massæ farinæ,* scil. *aqua conspersæ,* Num. XV. 19, 21. et מִשְׁאֶרֶת *mactra,* Exod. VIII. 3. XII. 34. Sic legitur in N. T. Rom. XI. 16. εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα si enim primitiæ frugum (Deo apud Judæos offerendarum) sanctæ sunt, ipsa quoque massa, ex primitiis frugum subacta, sancta erit, h. e. si a similitudine recesseris: si patriarchæ et majores Judæorum sancti fuerunt, etiam posteri eorum ipsi sancti erunt. Hesych. φύραμα· ζύμη, σπέρμα. Alberti Glossar. N. T. p. 107. φύραμα· ζύμη: ubi vid. Alberti, qui ex ipsa notione vocabuli σπέρμα ostendit, Hesychium respexisse ad illum ipsum Pauli locum. 1 Cor. V. 6. οὐκ οἴδατε, ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ; num ignoratis, exiguum fermentum totam massam fermentare? Formula proverbialis, ut videtur, quæ eleganter h. l. transfertur ad hominem scelestum et incestuosum illum, inter Corinthios versantem, qui facile totum cœtum corrumpere poterat; unde ibid. v. 7. *cœtus purus, in quo nullus scelestus reperitur,* metaphorice νέον φύραμα massa farinacea recens nulloque fermento corrupta dicitur. Gal. V. 9. Cf. interpretes ad Thom. M. pag. 903. et Casaubonum ad Athenæum Lib. III. cap. 29. 3) *massa argillacea, qua figuli utuntur,* γῆ ὑγρῷ φυραθεῖσα, i. q. πηλὸς, cum quo vocabulo etiam permutatur Rom. IX. 21. ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; annon figulus potest tractare lutum, prouti vult, et ex eadem massa argillacea parare vasa, usui tum honestiori, tum minus honesto, destinata? Confer Gatakerum ad Marc. Antonin. VII. 68. p. 233. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΥΣΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, *naturalis, naturæ conveniens, ad naturam pertinens,* vel *ex natura proveniens,* a φύσις *natura.* Ter tantum in N. T. legitur. Rom. I. 26. αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν nam et fœminæ illorum concubitum, qualem natura ostendit et requirit, transmutarunt in consuetudinem, naturæ repugnantem, in sexum nempe suum libidinem exercentes. ibid. v. 26. ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας neglecto naturali mulierum usu. 2 Petr. II. 12. ὡς ἄλογα ζῶα φυσικὰ, h. e. vel: tanquam animalia, quæ sunt natura sua rationis expertia; vel: tanquam animalia irrationalia et instinctum tantum naturæ sequentia.

ΦΥΣΙΚΩ͂Σ, *naturaliter, naturæ convenienter, per naturam et instinctum naturæ.* Adverbium, ab adjectivo φυσικὸς, quod vide supra. Legitur tantum in N. T. Jud. v. 10. ὅσα δὲ φυσικῶς, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται per ea vero, quæ, naturalem tantum instinctum, tanquam bruta, sequentes, faciunt, pereunt et semet ipsos infelices reddunt. Conf. 2 Petr. II. 12. Diog. Laërt. X. 137. φυσικῶς καὶ χωρὶς λόγου.

ΦΥΣΙΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, 1) proprie: *rem aëre vel vento inflo, ut eo distenta turgeat,* v. c. vesicam, follem, etc. etiam *anhelo,* ad modum equorum spumantium. Præs. pass. φυσιόομαι, οῦμαι, *inflor, inflando attollor et intumesco, turgeo instar follis, vento distenti,* a φύσω, vel φύσσα, ἡ, *follis,* (conf. Theodot. Levit. I. 16. Thucyd. IV. c. 100.) quod est a φυσάω *inflo,* (Ies. LIV. 16. Aquila et Theodot. Job. XX. 26.) unde φυσητὴρ *follis.* Jer. VI. 29. 2) metaphorice, ut Latinorum *inflo: effero alterum, superbum et fastuosum reddo;* et medium φυσιόομαι, οῦμαι, *me effero, sum animo elato, superbio, arrogans sum,* et ex adjuncto: *insolenter me gero.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. IV. 6. ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου ne alter super alterum se efferat, seu, ne unus altero se majorem existimet, pugnans nempe pro auctoritate alicujus doctoris. ibid. v. 18. ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες quasi non sim venturus ad vos, vel opinantes, me non ad vos venturum esse, quidam se insolenter gerunt. ibid. v. 19. γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν cognoscam non dicta eorum superba, sed facta. ibid. V. 2. καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ; et vos adhuc animo elato estis? ib. VIII. 1. ἡ γνῶσις φυσιοῖ sed scientia illa sola ad superbiam facile ducere solet. Conf. dicta supra ad γνῶσις. ib. XIII. 4. ἡ ἀγάπη οὐ φυσιοῦται qui vere alios amat, non inflatus alios contemnit et insolenter se gerit. Coloss. II. 18. εἰκῆ φυσιούμενος. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Arrian. Diss. Epictet. I. 19. p. 134. et Philonem de Charit. p. 714 et 716. Confer etiam Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 86. Fabricium ad Sextum Empir. p. 29. et Wetstenii N. T. T. II. p. 113 seq. Hesych. φυσιούμεθα· ἐπαιρόμεθα, τυφούμεθα. et: πεφυσιωμένους· ὠγκωμένους, κενοδοξοῦντας, ἐπηρμένους.

ΦΥ'ΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *ortus, origo, generatio, nativitas,* a φύω *nascor.* Sic legitur in N. T. Gal. II. 15. ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι nos nati Judæi sumus. Plato Menexen. p. 407. φύσει μὲν βάρβαροι ὄντες, νόμῳ δὲ Ἕλληνες. Lucian. de Merced. Conduct. p. 464. εἰ φύσει δοῦλος ἦσθα, καιρὸς ἦν πρὸς ἐλευθερίαν ἤδη ὁρᾶν. Hesych. φύσις· γένος. 2) per metonymiam: *omne id, quod rei, inde ab ejus origine, generatione et nativitate inest, ipsa rei natura et essentia, vis nativa, proprietas insita, indoles,* (vide Clerici Art. Crit. Vol. I. p. 211.) *mores, instinctus naturalis.* Rom. I. 26. ubi ἡ παρὰ φύσιν χρῆσις consuetudo, naturæ repugnans, opponitur τῇ φυσικῇ χρήσει, h. e. consuetudini, qualem natura ostendit et requirit. (Athenæus XIII. p. 605. οἱ παρὰ φύσιν τῇ Ἀφροδίτῃ χρώμενοι. Philo Legg. Spec. T. II. p. 306. 17. τὴν παρὰ φύσιν ἡδονὴν διώκει. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 24.) ibid. XI. 21. οἱ κατὰ φύσιν κλάδοι rami naturales olivæ, h. e. Judæi, qui opponuntur ramis insititiis, h. e. ethnicis. ibid. v. 24. ἡ κατὰ φύσιν ἀγριέλαιος naturalis oleaster, cum qua h. l. iterum comparantur gentiles. ib. παρὰ φύσιν contra naturæ ordinem; et paullo post: πόσῳ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν κ. τ. λ.; quanto facilius illi, qui sunt rami naturales olivæ, etc.? 2 Petr.

I. 4. ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως ut hisce promissionibus commoti participes fiatis divinæ naturæ et indolis, h. e. similes Deo fiatis; ad quem locum videndus Wetstenius N. T. T. II. p. 699. Adde Sapient. VII. 20. φύσεις ζώων καὶ θυμοὺς θηρίων. Xenoph. Mem. III. c. 11. 11. κατὰ φύσιν. Æschin. Socr. Dial. I. 4. 10. 11. 12. Polyb. Hist. XI. c. 17. Philostrat. Vit. Soph. II. c. 33. s. 1. et Joseph. A. J. XII. c. 5. s. 5. Hesych. et Lexic. Cyrilli MS. Brem. φύσις· οὐσία. Conf. schol. Sophocl. in Ajacem Flagell. v. 772. Huc etiam referri commode possunt sequentia N. T. loca: Galat. IV. 8. ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς coluistis deos fictos, qui falso dii habebantur; ubi φύσει *per naturam* est, i. q. ὄντως, ἀληθῶς *vere*. Similiter Plato de Legibus Lib. X. pag. 76. Vol. IX. ed. Bipont. θεοὺς εἶναι πρῶτον φασὶν οὗτοι τέχνῃ, οὐ φύσει, ἀλλά τισι νόμοις κ. τ. λ. Hierocl. in Aur. Carm. p. 170. οὐδὲ τῶν φύσει ἡρώων. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 189. et Fabricium ad Sextum Empir. p. 9. — Ephes. II. 3. καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς et eramus ob hanc naturalem nostram indolem, seu ob pristinam illam vivendi rationem, homines, pœnis divinis quam maxime digni. Simili modo ἄθλιος φύσει adhibetur apud Aristoph. Plut. 118. ubi vid. Fischerus. (Vide ad h. l. Wetstenium.) Significat autem φύσις h. l., ut omnis orationis series quemque docet, *statum et conditionem eorum, qui nondum emendati et meliora edocti sunt per religionem christianam*. Lysias Orat. XIX. p. 356. ed. Taylor. ἄξιον ἐνθυμηθῆναι, οἵαν φύσιν εἶχεν ὁ πατήρ. Patribus nonnullis apud Suicerum Thesaur. Eccles. T. II. p. 1475. τὸ φύσει in loco Paulino, statim laudato, idem esse videtur, quod Latine dixeris *vere*. Conf. Koppii Excurs. II. in Epistolam ad Ephesios p. 146. ed. recent. Suid. φύσις· — — ὅταν λέγει ὁ ἀπόστολος· καὶ ἦμεν τέκνα φύσει ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί, οὐ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον τῆς φύσεως λέγει, ἐπεὶ τοῦ ποιήσαντος ἂν ἦν τὸ ἔγκλημα. ἀλλὰ τὴν ἔμμονον καὶ κακίστην διάθεσιν, χρονίαν καὶ πονηρὰν συνήθειαν. Zonaras Lex. col. 1832. φύσει ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς καὶ γνησίως. ὁ ἀπόστολος· τέκνα φύσει ὀργῆς κ. τ. λ. 3) *cognitio naturalis de Deo et officiis*. Rom. II. 14. φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ sana ratione et ipsa natura duce officia, lege præscripta, præstant. Conf. v. 15. et Koppium ad h. l. ib. v. 27. ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα gentiles, qui, sibi relicti et rationem tantum sequentes, multa faciunt, quæ etiam legibus Judaicis præcipiuntur. Vulgo quidem ἐκ φύσεως ad ἀκροβυστία refertur, ut ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία *gentes, a natalibus præputium habentes*, significet; sed partim, quia τῷ ἐκ φύσεως in sequentibus opponitur διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς, partim vero ob comma 14. verba ἐκ φύσεως ad νόμον τελοῦσα referenda esse, dubitari vix potest. Conf. Wetstenii N. T. T. II. pag. 32. Simili ratione voce *naturæ* usus est Cicero Tusc. Quæst. I. 16. 4) φύσις etiam *res* dicuntur, *quæ sic abierunt in consuetudinem, ut propemodum factæ sint altera natura, consuetudines, quæ inde a longo tempore et apud plerosque ita sunt receptæ et invaluerunt, ut naturæ maxime consentaneæ et ab instinctu quodam naturali profectæ videantur*. Sic sumenda est hæc vox 1 Cor. XI. 14. οὐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι; nonne ex recepta apud vos consuetudine dedecori viro est, comam alere? Sic monente Grotio de Jure Belli et Pacis Lib. II. c. 12. § 28. *jus gentium* sæpe a ICtis *jus naturæ* vocatur, quod constet maxime ex constitutionibus Apostolorum. Cf. Hackspan. Obss. Miscell. p. 154. et Ernesti Disp. de Fontibus, Ἀρχαιολογίας Josephi, nec non Wetstenii N. T. T. II. pag. 147. 5) aliis substantivis junctum interdum pleonastice ponitur. Jacob. III. 7. πᾶσα γὰρ φύσις θηρίων τε καὶ πετεινῶν κ. τ. λ. omnes enim bestiæ, volucres, etc. et paulo post ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη homines. Similiter apud Ælian. V. H. II. 23. φύσις ποταμῶν pro ποταμοὶ ponitur. Epictet. Enchirid. c. 27. φύσις κακοῦ est ipsum κακὸν, adversa fortuna. Alia veterum loca collecta vide apud Schwarzium in Comment. Critt. Ling. Gr. pag. 1402 seq. Eliam Palairet. Obss. Philol. pag. 501. Wetstenium N. T. T. II. pag. 671. et Wolfium in Curis Criticis et Philol. in N. T. Vol. IV. pag. 50. Sæpius in N. T. non legitur. — Thom. M. pag. 904. φύσις οὐσίας διαφέρει· οὐσία μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἑκάστου ὕπαρξις· φύσις δὲ, ἡ ἐνοῦσά τινι δύναμις· οἷον, φύσις τῆς γῆς, τὸ βλαστάνειν βοτάνας, καὶ φύσις τοῦ πυρὸς, τὸ θερμαίνειν, κ. τ. λ. Ἰστέον δὲ, ὡς οὐ μόνον ἐπὶ ἀνθρώπων ταῦτα λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ φυτῶν καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, κ. τ. λ.

ΦΥΣΙΏΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie: *inflatio*. Est verbale a sec. pers. perf. pass. πεφυσίωσαι, verbi φυσιόω *inflo*, quod vide supra. 2) metaphorice: *elatio animi, superbia, arrogantia, fastus*. Legitur tantum in N. T. 2 Cor. XII. 20. φυσιώσεις. Hesychius: φυσίωσις· ἔπαρσις, ὑψηλοφροσύνη.

ΦΥΤΕΊΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *plantatio*, seu *actus plantandi*, a φυτὸν, οῦ, τὸ, *planta*, quod a φυτὸς, ἡ, ὸν, *satus, plantatus*, hocque a φύω *gigno, nascor*. Sic legitur apud Alexandrinos 2 Reg. XIX. 29. καὶ ἔτει τρίτῳ σπορὰ καὶ ἀμητὸς καὶ φυτεία ἀμπελώνων. Ezech. XVII. 7. σὺν τῷ βόλῳ τῆς φυτείας αὐτῆς. Micha I. 6. et in reliquiis versionum Aquilæ et Symmachi Genes. XXI. 33. Adde Ælian. V. H. III. 40. 2) per metonymiam: *ipsa planta*, i. q. φύτευμα apud Alexandrinos Ies. LX. 21. LXI. 3. 3) metaphorice: *doctrina, quæ traditur*. Tantum in N. T. legitur Matth. XV. 13. πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου, ἐκριζωθήσεται omnis planta, a Deo non plantata, eradicabitur, h. e. omnis doctrina, quæ non ab ipso Deo originem habet, sed ab hominibus inventa et excogitata est, abroganda et confutanda est. Explicationem hanc, quæ satis omni serie orationis comprobatur, confirmat quoque usus vocis נטיעה apud Rabbinos veteres. Sic v. c. in Sohar. Genes. fol. 37. col. 147. formula איהו מקצץ בנטיען explicatur in sequentibus formula איהו כופר בעיקר. Græci etiam et Latini scriptores præcepta, quibus animus imbuitur, cum seminibus ac plantis, et animum ipsum cum agro eleganter comparare solent, ut idoneis exemplis docuit Kypkius in Obss. Sacr. T. I. p. 76.

ΦΥΤΕΎΩ, fut. εύσω, 1) *planto*, ab iisdem. Matth. XXI. 33. ὅστις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα qui vineam consereret. Marc. XII. 1. Luc. XIII. 6. συκῆν εἶχέ τις ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ πεφυτευμένην ficum habebat quidam in vinea sua plantatam. ibid. XVII. 6. ἐκριζώθητι, καὶ φυτεύθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ eradicator et transplantator in mare. ibid. v. 28. XX. 9. 1 Cor. IX. 7. In versione Alex. respondet τῷ נָטַע *plantavit, consevit*, Gen. II. 8. IX. 20. Cohel. II. 4, 5. et שָׁתַל *plantavit*, Psalm. I. 3. XCII. 24. Ezech. XIX. 10, 13. 2) metaphorice: *auctor sum alicujus rei, efficio aliquid, initium facio alicujus rei*, et speciatim de eo usurpatur, *qui doctrinam tradit et propagat*,

aut *initia docendi facit*. Matth. XV. 13. πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου, ἐκριζωθήσεται omnis doctrina, quæ non ab ipso Deo originem suam repetit, sed ab hominibus inventa et excogitata est, abroganda et confutanda est. Confer quæ sunt ad vocem φυτεία a me dicta. 1 Cor. III. 6. ἐγὼ ἐφύτευσα ego initia docendi feci. ib. v. 7 et 8. ὁ φυτεύων qui primum doctrinam christianam proponit. Simili ratione vox נָטַע explicanda videtur Jerem. XXXI. 5. Sæpius in N. T. non legitur. Hesych. φυτεύει· κατασκευάζει, (Sirac. XLIII. 18.) γεννᾷ. Etym. M. sub φυτεύω in fine: καλὸν μέγα πᾶσι φυτεῦσαι, Ἰλιάδος ό, (v. 134.) κατασκευάσαι, ἐμβαλεῖν. Confer Schol. Sophocl. ad Ajac. Flagellif. v. 962 et 1304. et Barnesium ad Euripidis Alcest. v. 1137. Thom. M. pag. 905. τὸ φυτεύειν ἐπὶ φυτῶν λέγεται, ἤγουν τὸ τὴν ῥίζαν αὐτῶν καταβάλλειν εἰς γῆν. ἀπὸ τούτου παρὰ τοῖς ποιηταῖς καὶ ἐπ' ἀνθρώπων, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ὀρέστῃ (v. 10.)· οὗτος φυτεύει Πέλοπα. καὶ ἁπλῶς ἐπὶ τοῦ καταβάλλεσθαι ἀρχὴν ἐν πράγμασιν κ. τ. λ. ubi conf. interpretes.

ΦΥ'Ω, fut. φύσω, 1) proprie transitive: *gigno, produco, edo, pario*. Pass. φύομαι *nascor, enascor, propullulo*. Luc. VIII. 6. καὶ φυὲν ἐξηράνθη et enatum exaruit. ibid. v. 8. καὶ φυὲν ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα et cum enatum esset, edidit fructum centuplum. Sic etiam legitur apud Alexandrinos Cantic. V. 14. φύουσαι μυρεψικά. Prov. XXVI. 9. ἄκανθαι φύονται. Ezech. XXXVII. 8. ubi φύεσθαι Hebraico עָלָה *ascendit* respondet, et pro Hebraico צָמַח *germinavit, pullulavit, crevit, ortus est*. Genes. XLI. 23. Exod. X. 5. Adde Sirac. XXXIX. 16. et Euripid. Phœn. v. 34. 886 et 1622. 2) intransitive et neutraliter: *nascor, enascor, pullulo, suppullulo*. Sic sumenda est hæc vox Hebr. XII. 15. ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα radix amaritudinis, i. e. amara progerminascens. Verba sunt desumta ex Deut. XXIX. 18. ubi in textu Hebraico legitur: שֹׁרֶשׁ פֹּרֶה רֹאשׁ וְלַעֲנָה. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΩΛΕΟ'Σ, οῦ, ὁ, *fovea, antrum, omnis locus subterraneus et tenebricosus*, speciatim: *lustrum, latibulum ferarum*, a φωλεύω, quod de *feris, in lustris cubantibus*, apud Græcos (v. c. Æsop. Fab. 141. Conf. Pollucis Onom. V. c. 2. s. 15.) adhibetur, descendens a φῶς *lumen*, et ὀλέω *perdo*, quia lux ibi perit, quemadmodum *lustrum* dicitur apud Latinos a non lucendo. Bis tantum in N. T. legitur. Matth. VIII. 20. αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι vulpes lustra habent: quæ a Græcis ἀλωπεκίαι et ἰλεοὶ dicuntur secundum Hesychium. (Vide Bochart. Hierozoic. Lib. III. c. 13.) Luc. IX. 58. Adde Pausan. VIII. 16. p. 632. ed. Kühn. Apollodor. Bibl. I. 9. 11. Ælian. Hist. Anim. VI. 3. Hesych. φωλεόν· οὗ τὰ θηρία κοιμᾶται. Ammonius de Differentiis Vocabb. φωλεὸς καὶ κοίτη διαφέρει· φωλεὸς μὲν γάρ ἐστι τῶν ἑρπετῶν τάσσεται — — ὥστε ἐπὶ μὲν τῶν ἑρπετῶν ῥητέον τὸ φωλεύειν. Etym. M. φωλεός· ὁ σκοτεινὸς τόπος. Gloss. Vett. φωλεός· *lustrum, latebra, latibulum, cubile*. Cf. Fischeri Prolus. XI. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 287. ed. recent. et Wetstenii N. T. T. I. p. 351.

ΦΩΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, generatim notat: *vocem edere quacunque ratione*, speciatim vero 1) *vocare, advocare, arcessere, invitare*, maxime *ad cœnam, evocare, convocare*. Matth. XX. 32. καὶ στὰς ὁ Ἰησοῦς, ἐφώνησεν αὐτούς, καὶ εἶπε tum Jesus sistens gressum, ad se vocatos interrogavit. Matth. XXVII. 47. ὅτι Ἠλίαν φωνεῖ οὗτος Eliam advocat, ut nempe ipsi auxilium ferat. Marc. III. 31. ubi φωνεῖν Latino *evocare, excire* respondet. ib. IX. 35. καὶ καθίσας ἐφώνησε τοὺς δώδεκα et postquam consedisset, ad se vocavit duodecim apostolos. ibid. X. 49. ubi ter legitur. ibid. XV. 35. Luc. XIV. 12. μὴ φώνει τοὺς φίλους σου non tantum invita amicos tuos, coll. v. 13. ubi φωνεῖν cum καλεῖν permutatur, quod, ut supra docui, est verbum proprium apud Græcos de invitantibus ad cœnam. Conf. Fesselii Adversaria Sacra T. I. p. 323. Luc. XVI. 2. καὶ φωνήσας αὐτὸν et arcessitum eum. ibid. XIX. 15. καὶ εἶπε φωνηθῆναι αὐτῷ τοὺς δούλους τούτους et jussit arcessi servos illos. Priceus ad h. l. mavult tolli illud αὐτῷ, quod nec legit Vulgatus, nec alibi in N. T. cum dativo occurrit. Joh. I. 49 II. 9. (ubi tamen Palairetus in Obss. ad h. l. φωνεῖν per *compellare* reddere mavult, ut legitur apud Homer. Odyss. IV. 77.) IV. 16. IX. 18. ἕως ὅτου ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ donec arcesserent parentes ejus. ib. v. 24. XI. 28. καὶ φωνεῖ σε et vocat te. ibid. XII. 17. ὅτι τὸν Λάζαρον ἐφώνησεν ἐκ τοῦ μνημείου cum Lazarum evocaret e sepulcro. ib. XVIII. 33. Act. IX. 41. φωνήσας δὲ τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας convocatis christianis et viduis. ibid. X. 7. Sic etiam φωνέω usurpatur apud Sophoclem in Ajace Flagellifero v. 73. coll. v. 72. ubi cum καλεῖν permutatur, et Tob. IV. 11. φώνησον αὐτὸν πρός με. Simili ratione *clamare* apud Latinos pro *vocare* ponitur, v. c. Virgilium Æn. IV. v. 674. "ac morientem nomine clamat;" et Plautum in Asinaria II. 3. 10. "extemplo janitorem clamat." Cf. Vechneri Hellenolexiam I. 13. Didymus ad Homer. Iliad. α', v. 201. φωνήσας· προσειπών, (ibid. Lib. IV. v. 312.) καλέσας. 2) *voco, nomino, appello*. Joh. XIII. 13. ὑμεῖς φωνεῖτέ με ῥαββὶ καὶ διδάσκαλε vos appellatis me magistrum et doctorem vestrum. 3) *clamo, exclamo, acclamo*. Luc. VIII. 8. ταῦτα λέγων ἐφώνει his dictis exclamavit, vel acclamavit iis. ibid. v. 54. ἐφώνησε λέγων clamavit. ibid. XVI. 24. XXIII. 46. καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς Jesus autem alta voce clamavit. Eadem formula legitur quoque Act. XVI. 28. pro qua Apoc. XIV. 18. φωνεῖν κραυγῇ μεγάλῃ reperitur. Adde Alexandrinos 1 Paral. XV. 16. Dan. IV. 11. καὶ ἐφώνησεν ἐν ἰσχύϊ. 4) *cano*, de cantu avium, speciatim galli. Matth. XXVI. 34, 74, 75. Marc. XIV. 30. πρὶν ἢ δὶς ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρίς ἀπαρνήσῃ με priusquam gallus bis cecinerit, ter me abnegabis. ibid. v. 68. καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε et galli cantus audiebatur. ibid. ver. 72. Luc. XXII. 34, 60, 61. Joh. XIII. 38. XVIII. 27. Ita etiam קָרָא de voce et cantu avium usurpatur Jer. XVII. 11. Scholiastes Theocriti ad Idyll. II. v. 109. ὁμοίως τὸ φωνοῦντα ἀντὶ τοῦ φωνοῦντα, inquit, κυρίως ἐπὶ τῶν ὀρνέων λέγεται. Æsop. Fab. 36. 66. Sic etiam φωνὴ de *luscinia* adhibetur apud Aristotel. Historia Anim. IX. 49. de *hirundine* apud Anacreontem Od. XII. extr. de *corvo* apud Artemidorum II. 20. de *cicadis* apud Pausaniam VI. 6. et apud Athenæum IX. 4. *gallus* ὠλόφωνος vocatur. Conf. Horrei Observatt. Critt. c. 24. 30 et 31. Wetstenii N. T. T. I. p. 519 seq. et Fischeri Prolus. de Linguæ Græcæ Interioris Scientia, etc. p. 17 seq. 5) interdum abundat, v. c. Act. X. 18. καὶ φωνήσαντες ἐπυνθάνοντο et percontabantur. Sæpius in N. T. non legitur. — Hesych. φωνεῖ· λέγει, λαλεῖ.

ΦΩΝΗ', ῆς, ἡ, 1) *vox, quæ ore formatur et editur, eaque fere intenta, clamor*, et apud Græcos non solum de hominibus, sed etiam de animalibus brutis, ut *vox* apud Latinos, usurpatur. Matth. III. 3. *φωνὴ βοῶντος* vox clamantis auditur. ibid. XXVII. 46. *ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ* exclamavit Jesus alta voce. ibid. v. 50. *κράξας φωνῇ μεγάλῃ*. Marc. I. 26. V. 7. XII. 19. *οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ* in plateis non clamabit, h. e. summa modestia utetur. ibid. XV. 34, 37. *ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην ἐξέπνευσε* et Jesus, magno clamore edito, exspiravit. Luc. I. 42. *καὶ ἀνεφώνησε φωνῇ μεγάλῃ* et ita exclamavit. ibid. IV. 33. *καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγάλῃ*. ibid. VIII. 28. *φωνῇ μεγάλῃ εἶπε*. ibid. XI. 27. *ἐπάρασά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπεν αὐτῷ* mulier quædam e turba exclamavit. ibid. XVII. 13. *καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνὴν, λέγοντες* et exclamarunt. ibid. v. 15. *μετὰ φωνῆς μεγάλης δοξάζων τὸν Θεὸν* læto clamore Deum celebrarunt. ibid. XIX. 37. *αἰνεῖν τὸν Θεὸν φωνῇ μεγάλῃ* alta voce celebrare Deum. ibid. XXIII. 23. *οἱ δὲ ἐπέκειντο φωναῖς μεγάλαις* at illi magnis clamoribus instabant. Paulo post *κατίσχυον αἱ φωναὶ αὐτῶν* invalescebant clamores eorum, h. e. vehementer clamabant; et v. 46. *καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς, εἶπε*. Joh. V. 37. *οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε πώποτε* cujus tamen vocem nunquam audivistis. ibid. X. 3. *καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει* et oves ejus vocem agnoscunt et sequuntur. ibid. v. 4. *ὅτι οἴδασι τὴν φωνὴν αὐτοῦ* nam vocem ejus agnoscunt. ibid. v. 5. XI. 43. *φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε* alta voce clamavit. Act. II. 14. *ἐπῆρε τὴν φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς* ita est eos allocutus. Ita enim vertenda sunt hæc verba; nam formula *ἐπαίρειν τὴν φωνὴν tollere vocem*, præmissa verbis dicendi, interdum abundat in N. T. (v. c. Act. XIV. 11.) ad imitationem scriptorum Hebraicorum, apud quos formula נָשָׂא קוֹל ante אָמַר, קָרָא et alia dicendi verba etiam quandoque παρέλκει, v. c. Judd. IX. 7. XXI. 2. Ruth. I. 9, 14. 1 Sam. XXX. 4. 2 Sam. XIII. 36. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. 38. p. 708. ed. Fischeri. Act. IV. 24. *ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς τὸν Θεὸν* omnes una ad Deum precati sunt ita. ibid. VII. 31. *ἐγένετο φωνὴ Κυρίου πρὸς αὐτὸν* Dominus ita eum est allocutus. ibid. v. 57, 60. VIII. 7. IX. 4. *ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῷ* audivit hanc ad se vocem. ibid. v. 7. X. 13, 15. XI. 7, 9. *ἀπεκρίθη δέ μοι φωνὴ ἐκ δευτέρου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ* iterum audivi vocem divinam, qua monebar. ibid. XII. 14. *ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ Πέτρου* agnita Petri voce. Nonnulli tamen interpretes voci *φωνὴ* subjicere h. l. malunt notionem *nominis*, quam habet apud Homerum et Hesiodum Opp. et DD. v. 79 seq. ut docuit Grævius in Lectt. Hesiod. p. 13. ibid. XIV. 10. XVI. 28. XIX. 34. *φωνὴ ἐγένετο μία ἐκ πάντων* una quasi voce clamarunt omnes. ib. XXII. 7, 22, coll. v. 23. XXVI. 14, 24. 2 Petr. I. 17, 18. II. 16. *ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον* voce humana, aut: voce simili hominis voci eum alloquens. Apoc. I. 10, 15. III. 20. *ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου*. ibid. IV. 1. V. 2, 11, 12. VI. 6, 7, 10. VII. 2, 10. VIII. 5, 13. IX. 13. X. 3, 4, 7, 8. XI. 12, 15. XII. 10. XIV. 2, 7, 9, 13, 15. XVI. 1, 17. XVIII. 2, 4. XIX. 1, 5, 6, 17. XXI. 3. Adde Alexandrinos Ies. XXX. 17. *χίλιοι διὰ φωνὴν* (clamorem) *ἑνὸς φεύξονται*. Genes. XV. 4. *καὶ εὐθὺς φωνὴ Κυρίου ἐγένετο πρὸς αὐτόν*. ibid. XXVII. 34. *ἀνεβόησε φωνὴν μεγάλην*. ibid. XXXIX. 15. *καὶ ἐβόησα φωνῇ μεγάλῃ*. ibid. XLV. 2. *καὶ ἀφῆκε φωνὴν μετὰ κλαυθμοῦ*. Exod. XXIV. 3. *φωνῇ μιᾷ λέγοντες*. 2 Sam. XIX. 4. *καὶ ἔκραξεν ὁ βασιλεὺς ἐν φωνῇ μεγάλῃ*. 2 Paral. XX. 20. *αἰνεῖν τῷ Κυρίῳ ἐν φωνῇ μεγάλῃ*, etc. 2) per metonymiam: *dictum, sive sit ore prolatum, sive litteris traditum, pronunciatum, oratio, sermo*, et speciatim pro contextæ orationis diversitate *doctrina, vaticinium, ejulatio, lamentatio, lætæ voces*. Matt. II. 18. *φωνὴ ἐν Ῥαμᾷ ἠκούσθη* magna lamentatio apud Ramam auditur. Joh. III. 29. *χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου* gaudet sermonibus, quos cum sponso miscet. ibid. X. 16. *καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι* et doctrinam meam amplectentur. ib. v. 27. XVIII. 37. *πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς* quicunque veri studiosus est, meam doctrinam amplectitur. Act. XII. 22. *Θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου* divina hæc est oratio, non humana. ibid. XIII. 27. *ἀγνοήσαντες τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας* ignorantes verum sensum prophetiarum Messianarum, quæ tamen singulis sabbatis prælegi solent. Syrus *τὰς φωνὰς* bene h. l. per ܩ̈ܠܐ *scripta* expressit. ibid. XXII. 9. *τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι* sermonem autem mecum loquentis non intellexerunt. (conf. c. IX. 7.) ibid. v. 14. XXIV. 21. *ἢ περὶ μιᾶς ταύτης φωνῆς, ἧς ἔκραξα ἑστὼς ἐν αὐτοῖς* nisi ob hoc unum, quod palam inter eos professus sum. Hebr. III. 7. *ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε* cum jam traditur vobis per apostolos doctrina christiana. ibid. v. 15. IV. 7. Galat. IV. 20. *καὶ ἀλλάξαι τὴν φωνήν μου* et oratione erga vos uti pro rerum statu modo asperiori, modo leniori. Apoc. XVIII. 23. *φωνὴ νυμφίου καὶ νύμφης* lætæ voces sponsi sponsæque. Adde Alexandrinos Deut. XXVIII. 9. *ἐὰν εἰσακούσῃς τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου*, ubi in textu Hebraico est מִצְוָה *præceptum*. Genes. XVI. 3. *ὑπήκουσε δὲ Ἀβραὰμ τῆς φωνῆς* (קוֹל) *Σάρας*. ibid. III. 17. Jer. IX. 12, 18. XXXIII. 10. *φωνὴ νυμφίου καὶ φωνὴ νύμφης*. Polyb. Hist. V. cap. 33. Cinnam. Hist. Lib. IV. p. 191. *ἀναπτύσσειν τοῖς πολλοῖς τὰς θείας φωνάς*. Conf. etiam Reiskii Indicem Græcitatis Demosthen. p. 794 seq. Eodem quoque modo *vox* apud Latinos usurpatur, v. c. Ciceronem pro Archia cap. 9. Verr. V. 162. cap. 62. 3) per metonymiam: *auctor vocis, res*, vel *homo, vocem edens*. Apoc. I. 12. *καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν, ἥτις ἐλάλησε μετ᾽ ἐμοῦ* et converti me, ut viderem vocem, quæ mecum locuta erat, h. e. eum, cujus vocem audieram. Eodem modo לָשׁוֹן usurpatur Ies. LIV. 17. ubi Alexandrini habent: *καὶ πᾶσα φωνὴ ἀναστήσεται*. Huc etiam referri possunt loca Matth. III. 3. Marc. I. 3. Luc. III. 4. *φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ* doctor in deserto vocem edit, coll. Joh. I. 23. *ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ*, nisi dicere velis, *φωνὴν* in omnibus his laudatis locis prorsus abundare. 4) *lingua*. 1 Cor. XIV. 10. *τοσαῦτα, εἰ τύχοι, γένη φωνῶν ἐστιν ἐν κόσμῳ* tot verbi causa genera linguarum sunt in mundo. Ita vertit etiam Vulgatus et Syrus, quos sequuntur Chrysostomus et Theophylactus. Alex. Genes. XI. 1. *ἦν πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἕν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι*. Deut. XXVIII. 49. *ἔθνος, οὗ οὐκ ἀκούσῃ τῆς φωνῆς αὐτοῦ*. Nec alio sensu hæc vox apud Græcos scriptores usurpata quandoque reperitur, v. c. apud Diog. Laërt. VIII. 3. *ἐξέμαθε τὴν φωνὴν αὐτῶν*. Ælian.

V. H. XII. cap. 48. ὅτι Ἰνδοὶ τῇ παρὰ σφίσιν ἐπιχωρίῳ φωνῇ τὰ Ὁμήρου μεταγράψαντες κ. τ. λ. Maxim. Tyr. Diss. XVI. pag. 155. τέχνας παντοίας, φωνὰς ποικίλας. Similiter *voces* pro *linguis* dixit Claudianus de Laud. Stilic. Lib. I. ver. 181. Conf. L. Bos. Exercitatt. Philol. p. 150. et Raphelii Annotatt. Polybianas p. 476. 5) per ἀνθρωποπάθειαν Deo et Christo tribuitur ita, ut *voluntatem efficacissimam, omnipotentiam* significet. Joh. V. 25. ὅτι οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ quo mortui vocem filii Dei audiant, h. e. quo omnes, qui sunt in sepulcris, vi Christi divina excitentur. ibid. v. 28. Confer Genes. I. 3, 6, 9. 6) per synecdochen generatim: *quivis sonus vehementior, sonitus, quem etiam inanimata edunt,* speciatim vero *tonitru,* quod etiam ab Hebræis κατ' ἐξοχὴν קוֹל et קוֹל יְהוָֹה dicitur, v. c. Genes. III. 8. 1 Sam. XII. 18. Ps. XXIX. 3, 4. etc. Mat. III. 17. καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν et e nubibus tonitru audiebatur. ib. XVII. 5. XXIV. 31. μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης cum tubæ sonoræ sono, h. e. inter magna tonitrua. Marc. I. 11. IX. 7. Luc. III. 22. IX. 35, 36. Joh. III. 8. καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις et flatum ejus (scil. venti) audis. ibid. XII. 28. ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐδόξασα καὶ πάλιν δοξάσω auditum est cœlitus tonitru, quo significabatur, Deum et porro illustraturum esse majestatem suam, seu ratas esse ejus preces. ib. v. 30. Act. II. 6. γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης cum audiretur ille sonus, h. e. tonitru. Alii, v. c. Beza et Erasmus, vertunt: *rumor hujus rei cum increbuisset;* quam explicationem, quamvis h. l. non necessariam, admittit tamen usus loquendi, nam φωνὴ, ad imitationem Hebraici קוֹל haud raro *famam, rumorem* apud Alexandrinos significat, v. c. Genes. XLV. 16. διεβοήθη ἡ φωνὴ εἰς τὸν οἶκον Φαραώ. Jerem. IV. 15. L. 46. ἀπὸ φωνῆς ἁλώσεως. Confer Gatakerum de Stilo N. T. cap. XIV. pag. 144. 1 Cor. XIV. 7. φωνὴ sonum notat, quem instrumenta musica edunt. ibid. v. 8. ἄδηλος φωνὴ sonus incertus. (Pollux Onom. IV. c. 11. p. 397. εἴποις δ' ἂν τὸ φθέγμα τῆς σάλπιγγος φωνήν.) 1 Thess. IV. 16. ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου. Ita vocatur h. l. σάλπιγξ Θεοῦ, h. e. tonitru. Hebr. XII. 19. φωνῇ ῥημάτων ad vocem tonitruum, qualis in monte Sinai audiebatur. Confer Exod. XX. 18. et Deut. IV. 12. ibid. v. 26. 2 Petr. I. 17. Apoc. I. 15. φωνὴ ὑδάτων πολλῶν sonitus, quem aquæ multæ edunt. ibid. IV. 5. ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ φωναί. (ubi tamen φωναί, quia a βρονταῖς diserte distinguuntur, de *ventis vehementibus* explicandum esse videtur, collato Exod. IX. 23. ubi Schol. φωνάς· ἄλλος, ἀνέμου ἤχους. ἄλλος, βροντάς.) ibid. VI. 1. ὡς φωνὴ βροντῆς. ibid. IX. 9. καὶ ἡ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν ὡς φωνὴ ἁρμάτων, ἵππων πολλῶν κ. τ. λ. coll. Joël. II. 5. et Plin. H. N. XI. 29. qui tradit, tanto volare locustas pennarum stridore, ut aliæ alites credantur. ibid. XI. 19. XIV. 2. XVI. 18. XVIII. 22. φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν, καὶ αὐλητῶν καὶ σαλπιστῶν. ibid. XIX. 6. ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ κ. τ. λ. Adde Alexandrinos Ies. XXIV. 8. πέπαυται φωνὴ κιθάρας. ibid. V. 30. ὡς φωνὴ θαλάσσης κυμαινούσης. 2 Reg. VI. 32. οὐχὶ φωνὴ τῶν ποδῶν τοῦ Κυρίου αὐτοῦ. ibid. VII. 6. φωνὴν ἅρματος. Levit. XXV. 9. σάλπιγγος φωνή. Dan. III. 5, 7, 10, 15. Sirac. XLIII. 19. L. 21. 7) interdum abundat, v. c. Luc. I. 44. ἡ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ σου salutatio tua. Confer Alex. Genes. IV. 10. ubi φωνὴ αἵματος pro αἷμα positum reperitur. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΩ͂Σ, φωτὸς, τὸ, 1) proprie: *lux,* seu *materia illa subtilissima, qua ad res, visu percipiendas, utimur.* Φῶς enim contractum est ex φάος, εος, τὸ, quod est a φάω *luceo, lucem spargo.* Sic Luc. VIII. 18. φῶς est lux, quam candela emittit. Joh. XI. 9. ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει quia solis lumine utitur. ib. v. 10. ὅτι τὸ φῶς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ quia solis lumine caret. 2 Cor. IV. 6. ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι Deus, qui olim voluntate sua omnipotenti effecit, ut post tenebras lux illucesceret, aut, ut luce tenebræ diffunderentur. Alludit sc. Paulus h. l. ad historiam creationis Mosaicam (Genes. I. 3.) et cum illo lucis creandæ actu eleganter comparat aliam Dei actionem, qua doctrina christiana patefacta ignorantiæ humanæ tenebras dissipavit. Ephes. V. 13. τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται omne enim lumen splendore suo in lucem protrahit. Apoc. XVIII. 23. καὶ φῶς λύχνου οὐ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι. ibid. XXI. 24. καὶ περιπατήσουσι τὰ ἔθνη διὰ τοῦ φωτὸς αὐτῆς, ubi φῶς est lux, quam spargit ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, (v. 23.) quæ ipsis solis lunæque loco erit. ibid. XXII. 5. καὶ οὐ χρεία λύχνου καὶ φωτὸς λυχνίου. Hesych. φωτός· ἡμέρας. 2) *fulgor, splendor quivis.* Act. XII. 7. καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι et splendor cœlestis in carcere videbatur, seu, clarum dispergebat carcer fulgorem. 3) per metonymiam effecti pro causa *in omnes res* transfertur, *quæ lucem seu fulgorem emittunt et spargunt,* ut adeo speciatim a) *ignem* significet. Sic legitur in N. T. Marc. XIV. 54. καὶ θερμαινόμενος πρὸς τὸ φῶς et calefaciebat se ad ignem, in atrio nempe accensum. Luc. XXII. 56. coll. v. 55. ubi φῶς cum πῦρ permutatur. Huc etiam a nonnullis interpretibus refertur locus 1 Tim. VI. 16. ubi Deus dicitur οἰκῶν φῶς ἀπρόσιτον, ut summa ejus majestas describatur. Judæos scilicet Deum, summa majestate præditum et insignem, igne quasi indutum sibi cogitasse, partim ex ipsa ignis natura, quæ augustum quid habet et magnificum, partim ex eo verosimile est, quod ignis symbolum præsentiæ divinæ in V. T. erat. Conf. Exod. IX. 18—24. XX. 18. Sed admittit hic locus etiam alias, non minus verosimiles explicationes, quas infra suis locis dabimus. In fragmentis Theodotionis Job. XVII. 5. φῶς pro Hebraico אֵשׁ reperitur. Alexandrini Ezech. V. 2. pro אוֹר πῦρ posuerunt. Adde Dan. III. 6, 17, 20, 21, 25, 26, 28. 1 Macc. XII. 29. φῶς *ignem* notat, *quem in castris alunt milites,* quo sensu etiam legitur apud Xenoph. in Hist. Gr. VI. 2. 17. πρὸ δὲ τοῦ στρατεύματος φῶς ἐποίει, ἵνα μηδεὶς λάθῃ προσιών. Conf. etiam Eundem in Cyrop. VII. cap. 5. § 10. Hesych. φῶς· καὶ τὸ πῦρ. b) *fulgur, fulmen,* vel simpliciter positum, vel addito ἀπ' οὐρανοῦ. Act. IX. 3. καὶ ἐξαίφνης περιήστραψεν αὐτὸν φῶς ἀπ' οὐρανοῦ et repente eum fulmen circumfulsit. (coll. Euripid. Bacch. v. 1077.) ibid. XXII. 6, 9, 11. XXVI. 13. περιλάμψαν με φῶς καὶ τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους. Ita quoque אוֹר usurpatur Job. XXXVI. 30, 32. XXXVII. 3. τὸ φῶς αὐτοῦ ἐπὶ πτερύγων τῆς γῆς. Habac. III. 10. c) *sol.* Matth. XVII. 2. τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ, ὡς τὸ φῶς et vestimenta ejus ad instar solis nitebant. Hebraicum אוֹר de *sole* usurpatum reperitur XXXI. 26. ubi Alexandrini ἥλιος habent. ibidem XXXVII. 21. Jer. IV. 23. Adde Homer. Iliad. κ', v. 547. d) *omnis materia ardens,* speciatim: *candela,*

cercus. Act. XVI. 29. αἰτήσας δὲ φῶτα face ipsi roganti adlata. Vulgat. vertit: *petito lumine.* Similiter apud Xenoph. in Hist. Gr. V. 1. 8. φῶς *facem* notat. 4) *publicum, hominum conspectus, locus, qui est oculis hominum expositus;* et ἐν φωτὶ γίνεσθαι dicuntur *ea, quæ palam fiunt et in omnium conspectu posita sunt,* cui opponitur γίνεσθαι ἐν σκοτίᾳ, h. e. *esse,* vel *fieri inter privatos parietes et procul ab aliorum conspectu.* Matth. X. 27. ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτὶ quæ vobis privatim trado, palam docete alios. In sequentibus ἐν τῷ φωτὶ explicatur verbis: ἐπὶ τῶν δωμάτων. Luc. XII. 3. Joh. III. 20. πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς omnis enim, qui male agit, hominum conspectum evitat, nec palam agit. Origenes in Catena ad Johannem p. 102. ὁ φαῦλος ἐνεργῶν τὴν κακίαν παραιτεῖται φωτὶ συνεῖναι. Similes veterum sententias collegit Lampe in Commentario ad Johannem T. I. p. 647. Adde Joh. III. 21. In eadem vero significatione non solum אוֹר in libris V. T. reperitur, v. c. Job. XII. 22. Sophon. III. 6. sed etiam φῶς legitur in scriptoribus Græcis exteris, v. c. apud Sophoclem Philoctet. v. 581. Electr. v. 641. Herodot. II. 132. 10. ubi ἐκφέρειν ἐς τὸ φῶς est: publici juris facere; et Lib. III. cap. 79. ἐν τῇ ἡμέρᾳ οὐδένα ἔξεστι φανῆναι ἐς τὸ φῶς, ἀλλὰ κατ' οἴκους ἑαυτοὺς οἱ μάγοι ἔχουσι τὴν ἡμέραν ταύτην. Ἔρχεσθαι εἰς φῶς legitur apud Menandrum fragm. p. 160. ed. Clerici. Nec aliter *lux* apud Latinos usurpatur, v. c. apud Ciceronem de Senectute cap. 4. ubi de Fabio Maximo ita: "Nec vero ille *in luce* modo atque *in oculis* magnus, sed *intus domique* præstantior." 5) Hinc *omne, quod manifestum est, patet, et ab omnibus cognoscitur,* φῶς dicitur in N. T. Ephes. V. 13. πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον φῶς ἐστι omne vero, quod hoc modo est in lucem protractum, omnium oculis patet. 6) metaphorice: *mens, ratio.* Matth. VI. 23. εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος (σκοτεινὸν) ἐστί, τὸ σκότος πόσον; si animus tuus ignorantiæ errorumque tenebris obvolutus fuerit, quanto majoribus erroribus et pravis opinionibus eris obnoxius? Non tamen repugnarem, si quis h. l. φῶς in notione *oculi* accipere malit, in qua reperitur apud Eurip. in Cycl. ver. 629. coll. ver. 632. Sic *lux* pro *oculis.* Vide Virgil. Æn. III. 635. et 663. Barnes. ad Suppl. v. 220. ac Arntzenium ad Sedulii Carm. III. p. 161. Luc. XI. 35. σκόπει οὖν, μὴ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἐστὶ videas igitur, ut mens tua sana sit, nec pravis opinionibus et inscitia corrupta. Jam cum lucis sit, tenebras dispellere, fit inde, ut φῶς in N. T. 7) *doctrinam quamcunque significet, quæ errores dispellit, et homines sapientes reddit,* speciatim vero *doctrinam et religionem christianam, a Jesu et apostolis traditam.* Luc. XVI. 8. οἱ υἱοὶ τοῦ φωτὸς qui sunt doctrinæ christianæ cognitione imbuti; seu, qui Christo nomen dederunt. Joh. V. 35. ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ et vobis doctrina ejus per aliquod tempus admodum probata erat; seu, disciplina ejus per aliquod tempus libenter usi estis. Sermo autem ibi est de Johanne, baptista, qui ibidem vocatur ὁ λύχνος ὁ καιόμενος καὶ φαίνων lux magna lateque lumen spargens, h. e. doctor præclarus et insignis. ibid. III. 19. καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον τὸ σκότος, ἢ τὸ φῶς et prætulerunt homines errorum tenebras et veri rectique ignorantiam (seu doctrinam illam depravatam, quæ tum inter Judæos tradi solebat) doctrinæ puriori christianæ. ibid. VIII. 12. τὸ φῶς τῆς ζωῆς doctrina salutaris. Act. XXVI. 23. φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι doctrinam salutarem tradendam, curare Judæis pariter ac gentilibus. Rom. XIII. 12. ὅπλα τοῦ φωτὸς sensus animi ac mores, qui disciplinæ christianæ conveniunt et christianum hominem decent. Suidas, ad h. l. respiciens, ὅπλα φωτὸς, inquit, αἱ τῶν ἀρετῶν ἐργασίαι. Theophylactus ad h. l. τὰς τῶν ἀρετῶν πράξεις. Theodoret. τῶν ἀγαθῶν τὴν ἐνέργειαν. Coloss. I. 12. τῷ ἱκανώσαντι ὑμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτὶ qui vos aptos atque idoneos reddidit ad felicitatem christianam obtinendam, tradita scilicet vobis religione christiana. Inter varias, quas hic locus admittit interpretationes, semper mihi quidem præferenda visa est eorum opinio, qui verba ἐν τῷ φωτὶ cum ἱκανώσαντι jungenda esse statuunt. Ex eorum enim sententia, qui ἐν τῷ φωτὶ (scil. ὄντων) cum proxime antecedenti ἁγίων jungunt et vertunt: *christianorum, doctrina christiana imbutorum,* oratio pleonasmo languida existit: aliorum vero interpretandi ratio, qui φῶς significatione *felicitatis* sumunt et ad κλήρου referunt, dura est, et consilio apostoli minus accommodata. Adde Psal. CXIX. 105. Sapient. XVIII. 4. 8) *omnis status et conditio hominum, qui vera fide amplexi sunt religionem christianam, perfectior Dei rerumque divinarum cognitio et perfectius virtutis christianæ studium.* Act. XXVI. 18. τοῦ ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκότους εἰς φῶς ut illos a pristina ignorantia et impietate ad veram rerum divinarum cognitionem ac pietatem convertas. 2 Cor. VI. 14. τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; quisnam est consensus vitæ ac conditionis christianorum cum eorum moribus ac statu, qui sunt a religione christiana alieni? Ephes. V. 8. 1 Thess. V. 5. πάντες ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε vos omnes in societatem christianorum recepti estis. 1 Petr. II. 9. 1 Joh. I. 7. II. 8, 9, 10. 9) per metonymiam abstracti pro concreto φῶς est i. q. πεφωτισμένος, *meliora edoctus et emendatus per religionem christianam, doctrina J. C. illuminatus ac imbutus;* quemadmodum contra *homines, disciplina christiana carentes,* σκότος dicuntur in N. T. libris. Ephes. V. 8. ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ eratis enim olim inscii ac scelesti, nunc vero meliora edocti et emendati, Christi, magistri vestri, beneficio. ibid. v. 13. τὰ δὲ πάντα, ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς, φανεροῦται, quæ verba Koppio, nescio quam recte, posita videntur pro τὰ δὲ πάντα ὑπὸ τῶν ἐν φωτὶ ὄντων ἐλεγχόμενα φανεροῦται, hoc sensu: omnia facinora, quæ a doctrina christiana illustratis reteguntur, commonefaciendo corriguntur. 10) *doctor, corrector, auctor felicitatis.* Matth. V. 14. ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου vos estis, vel esse debetis doctores generis humani. Luc. II. 32. φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν gentium doctor. Joh. I. 4, 5. καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει voluit quidem doctor ille insignis imbuere doctrina salutari homines inscios ac perversos. ibid. v. 7, 8, 9. III. 19. τὸ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθεν. ibid. VIII. 12. ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου ego sum promissus ille doctor et restaurator felicitatis generis humani. ibid. IX. 5. φῶς εἰμι τοῦ κόσμου saluti humanæ omni modo doctrina mea consulam. ibid. XII. 35. ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστι per breve adhuc tempus ego inter vos versabor, et vos doctrina mea salutari imbuam; et ibidem: περιπατεῖτε, ἕως τὸ φῶς ἔχετε utamini institutione mea, qua adhuc fruimini. ibid. v. 36 et 46. Act. XIII. 47. τέθεικά σε

εἰς φῶς ἐθνῶν doctorem gentium te destinavi. Rom. II. 19. Eodem quoque modo אוֹר sumitur Ies. XLIX. 6. LX. 1. et apud Rabbinos, qui vocantur *lumina mundi.* Vide Wetstenium ad Matthæum V. 14. Schœttgen. Hor. Hebr. T. I. p. 25. Apud exteros Græcos scriptores et Latinos *magni et conspicui viri, qui aliis emolumento et saluti sunt, lumina* vocantur. Sic Hippocrates a Nicomede in Anthologia Græca Lib. I. cap. 39. Ep. I. Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ σώστο λαῶν ἔθνεα κ. τ. λ. Æsculapius ab Aristoph. Plut. v. 640. μέγα βροτοῖσι φάος vocatur. Itemque Hector ab Ennio in Corp. Poët. Latin. T. II. pag. 1467. "O *lux Trojæ,* germane Hector." Adde Homer. Iliad. θ', v. 282. et Virgil. Æn. II. v. 281. Conf. Stanleium ad Æschyl. Persas v. 300. et Wetstenii N. T. T. I. p. 836. 11) *virtus* et *sanctitas animi.* Denominationis ratio est in puritate, quæ utrique rei convenit. Mat. V. 16. οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων eodem modo inclarescat vestra virtus, ut ab aliis satis perspiciatur et cognoscatur. 2 Cor. XI. 14. Satanas dicitur induere personam ἀγγέλου φωτὸς angeli naturæ bonæ atque indolis probæ, hujusque specie mortales decipere et in fraudes inducere conari. 1 Joh. I. 5. ὅτι ὁ Θεὸς φῶς ἐστι, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία Deus est sanctissimus, omnisque vitii atque nævi expers. Vocabulum φῶς Zoroastri, Gnosticis, Cabbalistis et multis Patribus adhibitum esse ad naturam Dei describendam, docuit post alios Celeb. Krause in Commentat. de Usu Vocabulorum Φῶς et Σκοτία in N. T. Gœtting. 1782. octon.) p. 41 seq. e quo me multa hausisse gratus profiteor. Adde Ies. V. 20. οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος. 12) *beata et felix conditio, felicitas, quodcunque salutis genus.* Matth. IV. 16. εἶδε φῶς μέγα et φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς, h. e. summa felicitas ipsis contigit per Messiam. Verba sunt desumta ex Ies. VIII. 23. et IX. 1. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 275. Jacob. I. 17. Deus vocatur ὁ πατὴρ τῶν φώτων, h. e. parens, seu dator omnium bonorum et felicitatis cujuscunque auctor. Alii vertunt: Deus, qui creavit sidera, seu, a quo omnia pendent, ut per τὰ φῶτα h. l. intelligantur *sidera, corpora cœlestia,* ut legitur apud Alexandrinos Ies. IV. 23. 1 Tim. VI. 16. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον qui summa beatitudine fruitur. Alii φῶς de *omni majestate et virtute divina* interpretantur, quam ratio humana assequi et pervestigare nequit. Alii vero φῶς de *summo illo cœlo* intelligunt, in quo Deus esse credebatur a Judæis et quod *lucem sub solio gloriæ* appellabant. Felicitatis, salutis et beatæ conditionis notio subest quoque Latino *lux,* (Cicer. pro Domo cap. 28. Liv. VII. cap. 30.) Hebraico אוֹר Job. XVIII. 5, 19. XXXVIII. 15. Ies. XLV. 7. LVIII. 8, 10. LIX. 9. et τῷ φάος apud Homerum, v. c. Iliad. ζ', v. 6. (ubi scholiastes φάος interpretatur χαρὰν, σωτηρίαν,) ο', v. 741. π', v. 95. ρ', v. 615. Euripidem (in Oreste v. 243. ubi vid. schol.) et Æschylum (in Agamemn. v. 531. et in Persis v. 300.). Conf. etiam Krause in libro laudato p. 9. — Sæpius in N. T. non legitur hæc vox, de cujus significationibus variis copiose et docte exposuit Fesselius in Adverss. SS. VII. c. 2. et G. R. Kieslingius in Comm. in voces φῶς, λύχνος et φωστῆρες ad effata Joh. V. 35. VIII. 12. Philip. II. 15. in Novis Miscell. Lips. Vol. IX. p. 32.

ΦΩΣΤΗ'Ρ, ῆρος, ὁ, 1) proprie et generatim: *luminare, id, quod lumen habet et spargit,* ex φῶς *lumen* et τηρέω *servo,* aut secundum alios a φώσκω, quod est idem, quod φάω *luceo.* Speciatim vero 2) notat *corpora cœlestia, solem, lunam, stellas,* (Heliodor. II. pag. 102.) *quæ lucem emittunt et spargunt.* In hac significatione respondet apud Alexandrinos Hebraico מָאוֹר *luminare.* Gen. I. 14, 16. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύω φωστῆρας τοὺς μεγάλους, τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός. Adde Sapient. XIII. 2. φωστῆρας οὐρανοῦ. Sirac. XLIII. 7. luna φωστὴρ vocatur. Huc etiam pertinet locus Philip. II. 15. ἐν οἷς φαίνετε, ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ inter quos (scil. homines perversos) apparetis, tanquam lumina cœlestia in mundo: ubi metaphorice φωστῆρες dicuntur homines, qui præ reliquis virtutibus suis excellunt ac eminent. Stellarum autem nomine ac imagine viros illustres ac præcipuos quandoque intelligi, satis docent loca Dan. VIII. 10. et 1 Macc. I. 24. 3) *splendor.* Apoc. XXI. 11. καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ et splendor ejus (scil. Hierosolymæ cœlestis) similis erat lapidi pretiosissimo. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΩΣΦΟ'ΡΟΣ, ου, ὁ, *phosphorus,* 1) generatim et vi etymologiæ de *omni* adhibetur, *quod lucem spargit ac emittit;* descendit enim a φορὸς, οῦ, ὁ, *ferens,* et φῶς *lumen;* speciatim vero de *corporibus ac luminibus cœlestibus* ita usurpatur, ut κατ' ἐξοχὴν mox, teste Suida, *solem* notet, mox vero *stellam, quæ mane ante solis ortum apparet,* et, *quando solem sequitur,* Ἕσπερος dicitur. Hesychius: Φωσφόρος· φωτοδότης, λαμπρὸς ἀστήρ. Subaudienda autem tunc est vox ἀστὴρ, quam addit Aristophanes in Ranis v. 346. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 702. 2) metaphorice: *perfectior, uberior ac clarior cognitio.* Sic semel legitur in N. T. 2 Petr. I. 19. ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν donec dies illucescat et stella matutina exoriatur in animis vestris, h. e. usque dum ad perfectiorem doctrinæ christianæ cognitionem perveneritis. Confer ad h. l. S. Rev. Pottium.

ΦΩΤΕΙΝΟ'Σ, ή, όν, 1) proprie: *lucidus, lucens, lucem in se habens et lucis radios diffundens,* a φῶς, φωτὸς, τὸ, *lux, lumen.* Matth. XVII. 5. ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ (in Edit. Griesbachiana legitur φωτὸς) ἐπεσκίασεν αὐτοὺς lucida nubes eos obumbravit. Xen. Mem. IV. 3. 4. οὐκοῦν καὶ ἐπειδὰν ὁ μὲν ἥλιος φωτεινὸς ὢν κ. τ. λ. Sirac. XVII. 25. τί φωτεινότερον ἡλίου; ibid. XXIII. 26. 2) *illuminatus, luce collustratus, lucidus, luce aliunde accepta.* Matth. VI. 22. ὅλον τὸ σῶμά φωτεινὸν ἔσται totum corpus tuum in luce versabitur, seu luce utetur ac gaudebit. ubi τὸ φωτεινὸν opponitur τῷ σκοτεινῷ ver. 23. Luc. XI. 34. 3) metaphorice: *meliora edoctus ac emendatus, virtutem sectans et ad peccata evitanda cautus.* Luc. XI. 36. εἰ οὖν τὸ σῶμά (seu ὄμμα, ut legendum esse Erasmus conjecit) σου ὅλον φωτεινὸν, μὴ ἔχον τι μέρος σκοτεινὸν, ἔσται φωτεινὸν ὅλον quodsi igitur animus tuus totus fuerit emendatus, et religionis luce collustratus, ita, ut ab omni vitiositate prorsus sis alienus, semper etiam ac ubique ita ages, ut etiam alii te religionis beneficio emendatum esse sentiant: aut perfectus eris in omnibus actionibus tuis. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΩΤΙ'ΖΩ, futur. ίσω, 1) proprie: *lucem emitto, lucem spargo et præsto, illustro, in luce pono,* a φῶς *lux.* Luc. XI. 36. ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε ut si lucerna fulgore te collustraret. Apoc. XXII. 5. ὅτι Κύ-

ριος ὁ Θεὸς φωτίσει ἐπ' αὐτοὺς nam Dominus Deus ipsis lucem præstabit. ibid. XVIII. 1. καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ et terra illuminata est splendore ejus. ibid. XXI. 23. ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτήν. Alexandrini usi sunt hac voce pro הֵאִיר *lucere fecit, lucidum reddidit, illustravit, illuminavit.* Exod. XIV. 20. Num. VIII. 3. φωτιοῦσιν οἱ ἑπτὰ λύχνοι. Nehem. IX. 12, 19. Adde Num. IV. 9. Sirac. XLII. 22. L. 7. 2) cum casu quarto: *in lucem profero ac protraho, manifesto, notum reddo, publico, publici juris facio,* i. q. φανερόω. Sic legitur in N. T. 1 Cor. IV. 5. de Deo, seu Christo, futuro hominum judice, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν qui etiam in lucem proferet, quæ in tenebris facta sunt, et consilia ac cogitationes hominum patefaciet. 2 Tim. I. 10. φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου qui doctrinam de futura hominum resurrectione ac immortalitate per religionem christianam patefecit et manifestavit. Œcumenius et ex eo Zonaras Lex. col. 1838. φωτίσαντος· φανερώσαντος. Diog. Laërt. I. 57. μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν ἢ Πεισίστρατος. ibid. IV. 67. διεδέξατο (Κλειτόμαχος) τὸν Καρνεάδην, καὶ τὰ αὐτοῦ μάλιστα διὰ τῶν συγγραμμάτων ἐφώτισεν. Confer El. Palairet. Obss. Philol. pag. 387. Raphelii Obss. Polyb. p. 458. et Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1490. Suid. φωτίζειν· αἰτιατικῇ, εἰς φῶς ἄγειν, ἐξαγγέλλειν. Hinc 3) *doceo, erudio, instituo, augeo alicujus cognitionem quocunque modo,* et ex adjuncto etiam: *emendo, corrigo, felicem reddo.* Sic legitur de Christo Joh. I. 9. qui eo consilio a Deo missus erat, ut φωτίσῃ πάντα ἄνθρωπον omnes homines religionis suæ scientia imbueret et hoc modo emendaret et ad veram felicitatem perduceret. Ephes. I. 18. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας (alii habent καρδίας) ὑμῶν, scil. δῴη ὑμῖν, det vobis Deus oculos mentis illuminatos, h. e. augeat in dies et perfectiorem reddat vestram cognitionem religionis christianæ, viresque mentis vestræ acuat. ibid. III. 9. καὶ φωτίσαι πάντας et edocere omnes. Hebr. VI. 4. τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας qui perfectam et accuratam religionis christianæ cognitionem sunt consecuti. ibid. X. 32. φωτισθέντες instituti in religione christiana. Sic legitur etiam φωτίζειν in Aquilæ fragmentis Exod. IV. 12. pro הוֹרָה *docuit, instituit,* ubi Symmachus vertit ὑποδεικνύειν, Alex. συμβιβάζειν, et Ps. CXLV. 6. ubi Alexandrini habent Κύριος σοφοῖ τυφλούς, sed alius, sine dubio Aquila, reddidit: Κύριος φωτίζει τυφλούς. Aliquoties etiam Alexandrini interpretes verbo φωτίζειν usi sunt pro הוֹרָה. Jud. XIII. 8. 2 Reg. XII. 2. XVII. 27, 28. Adde eosdem Hos. X. 13. Ps. XII. 4. φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου. ibid. XVIII. 9. Hesych. ἐφώτισεν· ἐδίδαξεν. Confer Fesselii Adversar. Sacr. Lib. VII. c. 1. § 9. p. 108. Sæpius in N. T. non legitur.

ΦΩΤΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *illuminatio, lucendi actus et lucis effectus.* Est enim verbale a præt. pass. πεφώτισμαι, verbi φωτίζω *illumino.* Sic legitur apud Alexandrinos Ps. LXXVIII. 14. καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐν φωτισμῷ πυρός. Job. III. 9. Hinc 2) metaphorice *institutio.* 2 Cor. IV. 6. πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ ut alios imbueremus cognitione majestatis divinæ, quæ est in Jesu Christo conspicua. 3) *lumen, splendor,* et metaphorice: *præstantia.* 2 Cor. IV. 4. εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ ne videant lumen, seu splendorem doctrinæ Christi, summa majestate præditi, h. e. ne præstantiam doctrinæ christianæ cognoscant. Sæpius in N. T. non legitur. — Hesych. φωτισμός· αὐγή, τηλαυγές, καταυγάζων.

X

ΧΑΙ'ΡΩ, futur. med. χαρήσομαι, aor. 1. ἐχάρησα, et pass. χαίρομαι, q. d. *gaudens* seu *lætus fio;* qua forma passiva quoque usus est Euripides in Oreste v. 1122. 1) *gaudeo, lætor, delector, oblector, hilari et læto animo sum.* Construitur intercedentibus præpositionibus ἀπὸ, ἐν, διὰ, ἐπὶ, etc. Matth. II. 10. ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα, h. e. admodum gavisi sunt, vehementissime lætati sunt, seu: *gavisi sunt gaudia magna solide,* ut loquitur Terentius Andr. Act. V. Sc. 5. v. 8. Formula enim χαρῆναι χαρὰν μεγάλην σφόδρα, quæ idem significat, ac χαρῆναι μέγα (apud Homer. Iliad. γ', v. 76.) et εὐφραίνεσθαι μεγάλως apud Alexandrinos 1 Paral. XXIX. 9. respondet formulæ Hebraicæ: שָׂמְחוּ שִׂמְחָה גְדוֹלָה quæ Jon. IV. 6. et 1 Reg. I. 40. reperitur, et de qua bene disputavit Cel. Fischerus in Prol. IX. de Vitiis Lexicorum N. T. pag. 228 seq. Confer etiam Vorstium in Philologia Sacra cap. XXXV. p. 628. edit. Fischeri, qui recte refutavit Salmasium (de Lingua Hellenistica p. 139.) et Pfochenium, (in Diatribe de Puritate L. Gr. N. T. § 25.) hanc formulam ab Hebraismi suspicione liberare conatos. Mat. V. 12. χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε gaudete et exultate. ibid. XVIII. 13. χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον magis de ea gaudebit. Marc. XIV. 11. Luc. I. 14. VI. 23. X. 20. πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε sed non tam de eo gaudete. ibid. XIII. 17. XV. 5, 32. XIX. 6, 37. XXII. 5. XXIII. 8. ἐχάρη λίαν admodum gavisus est. Joh. III. 29. IV. 36. VIII. 50. XI. 15. καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς et gaudeo vestrum causa. ib. XIV. 28. XVI. 20, 22. XX. 20. Act. V. 41. VIII. 39. XI. 23. XIII. 48. XV. 31. Rom. XII. 12. τῇ ἐλπίδι χαίροντες exhilarate vos spe futuræ felicitatis, vobis destinatæ. ibid. v. 15. χαίρειν μετὰ χαιρόντων de aliorum prospera fortuna gaudere. ib. XVI. 19. χαίρω οὖν τὸ ἐφ' ὑμῖν habeo igitur, quod de vobis læter. 1 Cor. VII. 30. οἱ χαίροντες ὡς μὴ χαίροντες. ib. XIII. 6. οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ non delectatur vitiositate. ib. XVI. 17. 2 Cor. II. 3. VI. 10. VII. 7, 9, 13, 16. XIII. 9, 11. Philipp. I. 18. II. 17, 18, 28. III. 1. IV. 4, 10. ἐχάρην lætatus sum et adhuc lætor. coll. Aristoph. Avib. v. 1751. Coloss. I. 24. νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασι nunc hilari ac forti animo sum in calamitatibus meis. ib. II. 5. χαίρων καὶ βλέπων gaudens, cum video. De hac constructione verbi χαίρειν cum parti-

cipio vide Irmisch. Exc. ad Herodian. I. 5. 8. p. 866. et Vigerum de Idiotismis L. Gr. p. 313 seq. edit. Zeunii. 1 Thess. III. 9. V. 16. πάντοτε χαίρετε tuemini semper hilaritatem animi. 1 Petr. IV. 13. 2 Joh. v. 4. 3 Joh. v. 3. Apoc. XI. 10. XIX. 7. Adde Alex. Prov. XVII. 20. χαίρει μάχαις delectatur rixis. ib. II. 14. χαίροντες ἐπὶ διαστροφῇ κακῇ. Habac. I. 15. χαρήσεται ἡ καρδία αὐτοῦ. Zach. X. 7. etc. Philostrat. Heroic. cap. XIX. s. 9. p. 736. χαίρειν τε γὰρ, ὁπότε ὁ Ἀχιλλεὺς ἔχαιρε, λυπεῖσθαι δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον. Hesych. χαίρετε· θαῤῥεῖτε. 2) per metonymiam: *habeo, de quo læter et gaudeam, salvus et incolumis sum, felici conditione ac prospera fortuna utor*. Sic adhibetur maxime in salutationibus (Conf. Claudii Diss. de Salutationibus Vett. Ultraj. 702. 8.) et apprecationibus, partim in imperativo modo, χαῖρε *salve, ave*, Matth. XXVI. 49. XXVII. 29. XXVIII. 9. Marc. XV. 18. Luc. I. 28. Joh. XIX. 3. (Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 534.) partim in infinitivo, ubi subintelligendum est λέγω *dico*, vel εὔχομαι *opto, precor*, ut adeo χαίρειν sit: *salutem et incolumitatem alicui apprecari*. Act. XV. 23. XXIII. 26. Jacob. I. 1. Interdum additur λέγειν, v. c. 2 Joh. v. 10 et 11. ὁ γὰρ λέγων αὐτῷ χαίρειν qui enim eum salutat, h. e. qui comiter cum eo agit. Sic etiam Græci χαίρειν præmittere solent litteris suis, teste Suida, (in voce Χαίρειν· Ἀρχαῖον ἔθος τὸ ἐπιστολαῖς προστιθέναι τὸ χαίρειν.) Hesychio et scholiaste Aristophanis ad Plutum v. 322. et Nubes v. 609. Conf. etiam 3 Esdr. VIII. 10. 2 Macc. IX. 19. interpretes ad Thom. M. p. 908. Menagium ad Diogen. Laërt. III. 61. Wetstenii N. T. T. II. p. 549. et præ cæteris Heisenius in Novis Hypothesibus ad Epistolam Jacobi pag. 95. qui vocem hanc peculiari dissertatione illustravit. Cæterum Alexandrini τῷ χαίρειν Ies. XLVIII. 22. et LVII. 21. usi sunt pro Hebraico שָׁלוֹם *salus*. Sæpius in N. T. non legitur. 3) interdum omittitur, v. c. Apoc. I. 4. post ἐν τῇ Ἀσίᾳ.

ΧΑ'ΛΑΖΑ, ης, ἡ, *grando*, sine dubio a χαλάω *demitto*. Legitur tantum in N. T. Apoc. VIII. 7. ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ grando inter fulmina dejiciebatur. coll. Psalm. LXXVIII. 48. et XVIII. 13. ibid. XI. 19. καὶ χάλαζα μεγάλη. ibid. XVI. 21. καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους. καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν Θεὸν ἐκ τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης. coll. Sirac. XLVI. 6. et Sapient. V. 23. In omnibus his locis est χάλαζα metaphorice symbolum pœnarum divinarum. Alexandrini usi sunt hac voce pro אֶלְגָּבִישׁ *grando immanis*, Ezech. XXXVIII. 22. בָּרָד *grando*, Exod. IX. 18, 19. Jos. X. 11. Hagg. II. 17. et אֶבֶן בָּרָד *lapis grandinis*. Ies. XXX. 30. Cyrillus Alex. χάλαζα· ἀθρόα ἐκ νεφῶν εἰς ὕδωρ μεταβολή.

ΧΑΛΑ'Ω, ῶ, vel ΧΑΛΑ'ΖΩ, fut. άσω, *laxo, remitto*, et ex adjuncto: *demitto catenulis*, aut *funibus, dejicio, expando*. Legitur tantum in N. T. Marc. II. 4. χαλῶσι τὸν κράββατον demittunt grabbatum. Luc. V. 4. χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς ἄγραν demittite retia vestra ad capturam. ib. v. 5. ἐπὶ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον tuo tamen fretus imperio rete demittam. Act. IX. 25. χαλάσαντες ἐν σπυρίδι demittentes in corbe. ib. XXVII. 17. χαλάσαντες τὸ σκεῦος demissis velis. ib. v. 30. 2 Cor. XI. 33. ἐν σαργάνῃ ἐχαλάσθην διὰ τοῦ τείχους in corbe demissus sum per murum. Alexandrini usi sunt pro פָּרַשׂ *expandit*, Ies. XXXIII. 23. et pro שָׁלַח *misit, emisit, demisit*. Jer. XXXVIII. 6. καὶ ἐχάλασαν αὐτὸν εἰς τὸν λάκκον. Adde Alciphron. Epp. I. 1. pag. 6. edit. Bergler. Hesych. ἐχάλασεν· ἐνέδωκεν, ἀφῆκεν.

ΧΑΛΔΑΙ'ΟΣ, ου, ὁ. *Chaldæus, ex Chaldæa oriundus*. Nomen gentile incolarum regionis Asiæ majoris, quæ hodie *Chaldar* dicitur, et cujus metropolis olim *Babel* erat. Sita est ad orientem Judææ inter Babyloniam et Arabiam desertam, Tigrim et Euphratem, olim eam Mesopotamiæ partem complexa, quæ Assyriæ propior est. Confer Plinii H. N. VI. cap. 28. Strabonem Lib. XVI. et Cellarii Geographiam Lib. III. cap. 16. p. 626. In N. T. semel tantum legitur Act. VII. 4. ἐκ γῆς Χαλδαίων ex terra Chaldæorum. Chaldæi Hebraice dicuntur כַּשְׂדִּים a כֶּשֶׂד filio Nachoris, patre Chaldæorum; Gen. XXII. 22. a כַּשְׂדִּים autem, mutata littera שׂ in λ, fit Χαλδαῖος.

ΧΑΛΕΠΟ'Σ, ἡ, ὁν. Vocabulum hoc apud Græcos non tantum de *eo, quod est difficile dictu, explicatu, factu* (Vide Xenoph. Mem. I. 2. 42. ἀλλ᾽ οὐδέν τι χαλεποῦ πράγματος ἐπιθυμεῖς. Idem de Vectigal. VI. 1.) usurpatur, sed etiam de *omni* adhibetur, *quod est molestum et periculum ac detrimentum affert*, et de inanimatis æque ac animatis ita dicitur, ut mox vocabulis *noxius, gravis, durus, periculosus*, mox vero per *morosus, sævus, crudelis, ferus, terribilis* sit reddendum. Descendit a χαλέπτω (fut. 1. χαλέψω, perf. κεχάλεφα.) *noceo, damno afficio, lædo, labefacto, everto*. In N. T. bis tantum legitur. Matth. VIII. 28. de duobus dæmoniacis, qui erant χαλεποὶ (Vulgatus: *sævi*. Syrus: ܚܣܝܢܐ) λίαν, ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν διὰ τῆς ὁδοῦ ἐκείνης, h. e. adeo ferocitate sua terribiles, ut nemo posset illa via transire. Confer Alexandrinos Ies. XVIII. 2. καὶ ξένον λαὸν καὶ χαλεπὸν, ubi in textu Hebraico legitur נוֹרָא *timendus, terribilis, formidabilis*. Æschin. Socr. Dial. II. 1. Vide etiam Palairet. Obss. Philol. p. 32. 2 Tim. III. 1. ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποὶ instabunt tempora periculosa. Sic *grave tempus* apud Cicer. ad Attic. XIV. ep. 13. et *gravissimus annus* ad Famil. V. ep. 16. Homer. Iliad. β', ver. 245. χαλεπὸς μῦθος. Theocrit. Idyll. X. v. 11. χαλεπὸν χορίου κύνα γεῦσαι. Æschin. Socr. Dial. III. 13. χαλεπώτερον οὐδὲν ἐφάνη μοι τῆς πολιτείας. Xenoph. de Vectigalibus IV. 47. Themistius Orat. XXII. pag. 279. δράκοντας τοῦ χαλεποῦ καὶ ἀτόπου μεστοὺς ὑφέρποντας. Hinc τὰ χαλεπὰ *pericula*, (Xenoph. de Re Equestri III. 9.) *molestiæ, ærumnæ* apud Æschin. Socr. Dial. III. 8. et Xenoph. Memor. II. 1. 23. ubi iis opponuntur τὰ τερπνά. Conf. Grævii Lectiones Hesiodeas cap. 13. Wetstenii N. T. T. I. pag. 354 seq. et Bielii Thesaurum Philol. s. h. v.

ΧΑΛΙΝΑΓΩΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *fræno, fræno injecto duro coërceo, moderor, rego*, ac speciatim de *equis* adhibetur; ex χαλινὸς *frænum*, et ἀγωγὸς *dux viæ*, quod ab ἄγω *duco*. Pollux Onom. I. 215. χαλιναγωγοῦσα χείρ. 2) metaphorice: *cohibeo, compesco, coërceo, decenter ac prudenter moderor*. Sic bis tantum in N. T. legitur. Jac. I. 26. μὴ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν αὐτοῦ, pro: μὴ κρατῶν γλῶσσαν αὐτοῦ, cum tamen linguam suam cohibere, seu linguæ suæ temperare non valeat. Frequens est etiam exteris scriptoribus

metaphora de *fræno linguæ.* Euripid. in Bacchis v. 385. ἀχαλίνων στομάτων, ἀνόμου τ' ἀφροσύνας, τὸ τέλος δυστυχία. Theophylactus Simocatta Ep. 67. ἀχαλίνωτον γλῶσσαν dixit. Plutarch. Sympos. Lib. I. Qu. 1. p. 631. τῆς γλώττης ἀφαιρεῖται τὰ χαλινά. Idem de Puerorum Educatione XV. 7. Alia loca SS. GG. dedit Wetstenius N. T. T. II. pag. 664. Exempla e Philone collegit Lœsnerus in Obss. Philonianis pag. 459. Jacob. III. 2. δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα et potest omnes corporis actiones prudenter moderari ac sibi temperare. Eodem modo et *frænare* apud Latinos quoque usurpari, vel e locis Ciceronis Verr. III. cap. 57. et Livii Lib. XXX. cap. 14. satis apparet; et in lingua Arabica adhiberi, ex Haririi Consessu I. pag. 16. et Cent. II. Prov. Arab. pag. 31. constat.

ΧΑΛΙΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *frænum, instrumentum ferreum, quod equorum ori injicitur, ut coërceantur et facilius regantur.* Sic bis tantum in N. T. legitur. Jacob. III. 3. τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν κ. τ. λ. equos, frenis ori eorum immissis, regimus et coërcemus. Apoc. XIV. 20. καὶ ἐξῆλθεν αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων et exivit sanguis de lacu usque ad fræna equorum. ubi videndus Lightfootus. Adde Zachar. XIV. 20. ἐπὶ χαλινὸν τοῦ ἵππου. 2 Macc. X. 29. Ælian. V. H. IX. 16. Sophocl. Antigon. v. 483. Apud Græcos scriptores latius patet hæc vox ac de *omni instrumento* adhibetur, *quo aliquid duci, regi, compesci ac coërceri potest,* v. c. de navium gubernaculis, ut χαλινωτήρια apud Euripidem Hecub. v. 538. et de capistro, quo servi olim constringebantur, apud Herodot. III. c. 14.

ΧΑΛΚΕ'ΟΣ, contr. ΧΑΛΚΟΥ͂Σ, έη, ῆ, έον, οῦν, pluralis χαλκέοι, οῖ, έαι, αῖ, έα, ᾶ, *æreus, ex ære confectus,* a χαλκὸς *æs.* Semel tantum in N. T. legitur Apoc. IX. 20. εἴδωλα τὰ χρυσᾶ, καὶ ἀργυρᾶ, καὶ τὰ χαλκᾶ idola aurea et argentea et ærea. Alexandrini usi sunt hac voce pro נְחֹשֶׁת *æs, æreus,* Exod. XXVI. 11, 37. Deuter. XXVIII. 23. et נָחוּשׁ in fœm. נְחוּשָׁה *chalybeus, æreus,* Lev. XXVI. 19. 2 Sam. XXII. 25.

ΧΑΛΚΕΥ'Σ, έως, ὁ, proprie quidem *eum* tantum notat, *qui æs tractat et vasa ac instrumenta ænea fabricat, fabrum ærarium,* sed deinde apud Græcos laxius quoque sumitur de *fabro quocunque, qui non solum æs, sed etiam ferrum, plumbum, aurum, argentum et alia metalla quæcunque tractat, et ex iis aliquid parat,* a χαλκὸς *æs.* In N. T. semel tantum legitur 2 Tim. IV. 14. Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς Alexander faber. Alexandrini usi sunt pro חָרָשׁ *faber,* 2 Paral. XXIV. 12. (χαλκεῖς σιδήρου καὶ χαλκοῦ.) Ies. LIV. 16. חָרָשׁ idem, Genes. IV. 21. et צֹרֵף *conflans, conflator, fusor.* Neh. III. 32. Ies. XLI. 7. Eodem modo apud Xenoph. in Hist. Græca III. 4. 17. χαλκεὺς *fabrum ferrarium* notat et est idem, quod σιδηρεύς. Pollux Onom. VII. 106. χαλκεύειν καὶ τὸ σιδηρεύειν ἔλεγον, καὶ χαλκέας, τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους. Hesych. χαλκεύς. πᾶς τεχνίτης, καὶ ὁ ἀργυροκόπος, καὶ ὁ χρυσοχόος. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 367.

ΧΑΛΚΗΔΩ'Ν, όνος, ὁ. *Chalcedon,* seu *Chalcedonius.* Nomen gemmæ, ad Callaidem (Plin. H. N. XXXVII. 8. s. 15.) accedentis, et quidem colore et turbiditate *lac defloratum* æmulantis, quem nonnulli (v. c. Colomesius in Observatt. Sacr. p. 105.) carbunculi, vel pyropi speciem esse judicarunt. Salmasius in Exercitationibus Plinianis p. 395. improbat quidem eorum sententiam, qui chalcedonii colorem similem faciunt carbunculo, eosque τὸν καρχηδόνιον λίθον, qui genus est carbunculi, cum τῷ χαλκηδονίῳ confudisse judicat; quid vero proprie fuerit veterum chalcedonius, non adeo liquere ingenue fatetur. Pignelius, in Apoc. XXI. 19. hunc lapidem pretiosum describens, ait: "Hic lapillus colorem pallentis lucernæ habet, fulget in divo, obscurus in domo, omnium sculpentium resistit cavamentis, radios solis digitorum extendens, paleas ad se trahit." Æque dissentiunt viri docti in constituenda origine hujus vocabuli. Alii enim hanc gemmam sic dictam putant a χαλκὸς *æs,* quod, illisa, æris tinnitum referat: aliis contra nomen dedisse huic gemmæ videtur non Χαλκηδών, civitas Asiæ, inclyta quarto concilio œcumenico, sed Καρχηδών, sive Carthago magna, ut tradit Plinius in H. N. XXXVII. 7. In N. T. semel tantum hæc vox legitur Apoc. XXI. 19. Vide Braunium de Vestitu Sacerd. Hebr. II. cap. 11. p. 525. et Wetstenii N. T. T. II. p. 844.

ΧΑΛΚΙ'ΟΝ, ου, τὸ, *æramentum, vas æneum,* a χαλκὸς *æs.* Legitur tantum in N. T. Marc. VII. 4. βαπτισμοὺς ποτηρίων, καὶ ξεστῶν, καὶ χαλκίων, καὶ κλινῶν. Hesych. χαλκίον τὸ χαλκοῦν. Apud Alexandrinos interpretes χαλκεῖον, quod idem significat, reperitur 2 Paral. XXXV. 13. Job. XLI. 23. Utrumque autem legitur apud Pollucem Onom. X. 63 et 109. Gloss. χαλκεῖον, *olla, æneum, miliarium.*

ΧΑΛΚΟΛΙ'ΒΑΝΟΝ, ου, τὸ, *chalcolibanum.* Chalcolibanum quid sit, nec versiones veteres N. T. nec interpretes antiquiores ac recentiores expediunt. J. C. Schwarzius in Monumentis Ingeniorum Tom. IV. pag. 283. χαλκολίβανον ex nomine χαλκοῦ et λιβάνου (quod est a λείβω *fundo, stillo,* λείβομαι *fluo, liquesco,* ut λιχανὸς a λείχω et πιθανὸς a πείθω) conflatum esse judicat, ut idem sit, quod חַשְׁמַל Ezech. I. 4, 27. h. e. *æs, prunis suppositis candens, æs ustum.* Bochartus in Hierozoico T. II. Lib. VI. c. 16. p. 883. seq. cui calculum suum addidit Eichhornius in Commentario ad Apoc. I. 15. pro voce Hibrida, seu Semihebræa, ex χαλκὸς et Hebraica לָבָן Arab. لبن *albus fuit,* ut *æs album, æs, ignito candore splendens,* significetur, conflata, habet. Ex aliorum sententia χαλκολίβανον idem est, quod χαλκὸς στίλβων (Dan. X. 6.) et χαλκὸς ἐξαστράπτων, Ezech. I. 7. ac deducendum a Syriaco ܠܒܚ h. e. στίλβειν, ἐξαστράπτειν. Aliis nomen habere videtur a monte Libano, ubi hujusmodi massa producta fuerit ex fodinis. Suid. χαλκολίβανον εἶδος ἠλέκτρου τιμιώτερον χρυσοῦ. ἔστι δὲ τὸ ἤλεκτρον ἀλλότυπον χρυσίον μεμιγμένον ὑέλῳ καὶ λιθείᾳ. Confer etiam Tob. Eckhardi Technica Sacra p. 128. In N. T. bis tantum legitur. Apoc. I. 15. καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι, seu πεπυρωμένῳ. Syrus habet: ܢܚܫܐ ܠܒܢܢܐ. ibid. II. 18. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 752.

ΧΑΛΚΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie *æs* notat, interdum autem latius patet apud Græcos ac *metallum quodcunque, ferrum, aurum et argentum* significat, quemadmodum etiam χαλκίος de *omni* adhibetur, *quod est ex ære, ferro, argento et auro confectum.* Hesych. et Etym. M. χαλκός· ὁ σίδηρος. Idem: χαλκοῦς· τοῦτο ἐπὶ τοῦ

χρυσοῦ καὶ ἀργύρου ἔλεγον. Apoc. XVIII. 12. significat metallum, quod contradistinguitur auro, argento ac ferro: in qua significatione etiam legitur apud Alexandrinos Job. XXVIII. 2. Genes. IV. 21. Exod. XXV. 3. 2) per metonymiam: *omne, quod ex ære factum, compositum et conflatum est.* 1 Cor. XIII. 1. γέγονα χαλκὸς ἠχῶν essem similis tubæ sonoræ. Malo enim χαλκὸς h. l. de *tuba* interpretari, quæ etiam apud Latinos κατ' ἐξοχὴν *æs cavum* (conf. Virgil. Æn. III. 240. "dat signum —— *ære cavo*") et *æs canorum* (ibid. IX. 503.) vocatur, quam cum Luthero intelligere *tintinnabulum.* Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 154. 3) κατ' ἐξοχὴν, *moneta, ex ære facta, numus æneus;* et per synecdochen speciei pro genere: *pecunia, moneta, ex quacunque materia confecta,* sive ex ære, sive ex auro, sive ex argento, quia primi numi apud Romanos ex ære cusi perhibentur. De moneta, ex ære confecta, usurpata hæc vox reperitur Matth. X. 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. De pecunia vero generatim adhibetur Marc. VI. 8. et XII. 41. Liban. Epist. 1211: Anthol. II. 50. 4. Sæpius in N. T. non legitur. Conf. Julii Pollucis Onom. IX. 6. n. 92. et Hemsterhusium in Obss. ad J. Pollucem p. 1073. Eodem quoque sensu *æs* haud raro apud Latinos (v. c. Ovid. Fast. I. 228. Terent. Phorm. III. 2. 26. Plaut. Aul. III. 2. 52.) usurpatur, ut multis exemplis docuit Gesnerus in Thesauro Linguæ Latinæ sub hac voce.

ΧΑΜΑΙ'. Adverbium, significans: *humi, in terram.* In N. T. bis tantum legitur. Joh. IX. 6. ἔπτυσε χαμαὶ despuit in terram. ibid. XVIII. 6. ἔπεσον χαμαὶ ceciderunt humi. Alexandrini usi sunt hoc adverbio pro אַרְצָה *terram versus, humi.* Job. I. 20. καὶ πεσὼν χαμαὶ προσεκύνησε. Dan. VIII. 12. Adde Judith XII. 14. XIV. 17. Suid. χαμαί· ἐπὶ τῆς γῆς. Lex. Cyrilli MS. Brem. χαμαί· εἰς γῆν. Conf. etiam interpretes ad Thom. M. pag. 910. ed. Bernard. Hinc χαμαιπετὴς *humi prostratus.* 3 Esdra VIII. 93. et apud Pindarum Pyth. Od. VI. pag. 262. edit. Erasmi Schmidii. Vide etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 902.

ΧΑΝΑΑ'Ν, ὁ. *Chanaan.* Nomen indeclinabile regionis, tribubus Israeliticis assignatæ, cis Jordanem, cujus limites fuerunt ab oriente Syria, seu potius ejus pars, quæ Græcis Κοίλη Συρία dicta est, item Arabia deserta; ab occidente mare Mediterraneum; ab austro, seu meridie desertum Pharaniticum, Bersaba et Ægyptus; a septentrione Libanus, vel potius Antilibanus. Hebraice dicitur כְּנַעַן vel a filio Chami, (Gen. X. 6.) quia hic primitus cum duobus suis filiis primogenitis, Sidon et Heth, partem ejus septentrionalem incoluit, vel quia hujus terræ incolæ ob maris viciniam mercaturæ dediti fuerunt, cum nomen Hebraicum כְּנַעַן etiam *mercatorem* significet. Vide Relandi Palæstinam Lib. I. c. 1. p. 3 seq. In N. T. bis tantum commemoratur. Act. VII. 11. ἦλθε δὲ λιμὸς ἐφ' ὅλην τὴν γῆν Αἰγύπτου καὶ Χαναὰν postea invasit annonæ caritas fines Ægypti et Palæstinæ. ibid. XIII. 19. ἐν γῇ Χαναὰν in terra Canaan.

ΧΑΝΑΝΑΙ͂ΟΣ, α, ον, 1) *Chananæus, incola Chananææ, seu terræ sanctæ,* a Χαναὰν, quod vide supra. 2) *qui est ex Syria-Phœnice oriundus.* Phœnices enim debebant originem suam Chananæis. Sic semel tantum in N. T. legitur Matth. XV. 22. γυνὴ Χαναναία mulier Chananæa, (ubi nonnulli parum probabiliter de *mercatrice* explicarunt,) quæ Marc. VII. 26. ἡ γυνὴ Ἑλληνίς, Συροφοίνισσα (seu Συροφοινίκισσα) τῷ γένει dicitur, h. e. mulier Græca, Syrophœnissa genere. Confer Bocharti Geograph. Sacr. P. I. Lib. IV. cap. 34. p. 340. qui docuit, Alexandrinos interpretes Phœnices et terræ Chanaan, Phœnicum et Chananæorum nomen promiscue usurpasse. Adde Grotium ad Matth. l. l.

ΧΑΡΑ', ᾶς, ἡ, 1) *gaudium, lætitia, exultatio, voluptas, solatium.* Est verbale a præt. med. κέχαρα, verbi χαίρω *gaudeo.* Matth. II. 10. ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην admodum gavisi sunt; ubi videndus Wetstenius. Sic *gaudium gaudere* legitur apud Cic. ad Div. VIII. 2. ibid. XIII. 20. μετὰ χαρᾶς λαμβάνων lubenter et summa cum promtitudine animi eam recipit et amplectitur. ibid. v. 44. ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ præ gaudio. ibid. XXVIII. 8. Marc. IV. 16. Luc. I. 14. καὶ ἔσται χαρά σοι et tu admodum gaudebis. ibid. VIII. 13. X. 17. XV. 7, 10. XXIV. 41 et 52. Joh. III. 29. αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται hoc igitur summo gaudio me nunc affectum esse sentio. ibid. XV. 11. ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ ut nunquam mihi desit de vobis gaudendi materia. ibid. XVI. 20. ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται sed tristitia illa vestra vertetur in lætitiam: ibid. v. 21, 22. καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν vestramque lætitiam nemo vobis eripiet. ibid. v. 24. ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν ᾖ πεπληρωμένη ut gaudium vestrum sit omnibus numeris absolutum. ibid. XVII. 13. ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς ut exinde (nempe ex hac futura mea præstantissima conditione post reditum in cœlum) ad eos redundaret summum gaudium et solatium. Act. VIII. 8. XII. 14. XIII. 52. XV. 3. καὶ ἐποίουν χαρὰν μεγάλην πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς et magnum christianis attulerunt gaudium. ibid. XX. 24. μετὰ χαρᾶς læto ac tranquillo animo. (Sic μετ' ἀληθείας pro ἀληθῶς, *vere,* Xenoph. Mem. II. 1. 27.) Rom. XV. 13 et 32. ἵνα ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς ut læto et hilari animo ad vos venire possim. 2 Cor. I. 24. συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν in societatem gaudii vestri venio. ibid. II. 3. ὅτι ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστι vos libenter in gaudii mei societatem venire. ibid. VII. 4, 13. VIII. 2. Philipp. I. 4, 25. χαρὰ τῆς πίστεως gaudium, quod oritur e cognitione et observatione religionis christianæ. ibid. II. 2. πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν create mihi hoc permagnum gaudium. ib. v. 29. Coloss. I. 11. 1 Thess. I. 6. μετὰ χαρᾶς Πνεύματος ἁγίου lubentissime, seu hilaritate animi, quam vis divina in christianis excitat. ibid. III. 9. ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ, ᾗ χαίρομεν δι' ὑμᾶς propter summum illud gaudium, quod e vobis capio. 2 Tim. I. 4. ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ ut gaudio afficiar. Hebr. X. 24. μετὰ χαρᾶς animo tranquillo. ibid. XII. 11. οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι non videtur gaudium efficere. ibid. XIII. 17. Jacob. IV. 9. 1 Petr. I. 8. χαρὰ ἀνεκλάλητος gaudium immensum et ineffabile, quod verbis aliis significari non potest. 1 Joh. I. 4. 2 Joh. v. 12. 3 Joh. v. 4. Alexandrini usi sunt hac voce in eadem significatione pro מָחוֹל *chorus,* Psalm. XXIX. 14. מָשׂוֹשׂ *gaudium,* Ies. LXVI. 10. Thren. V. 15. שִׂמְחָה idem, 1 Par. XXIX. 22. Jerem. XV. 16. etc. Hesych. χαρά· ἡδονὴ, ἀγαλλίασις, εὐφροσύνη. Suid. χαρά· ἡδονὴ, εὐφροσύνη, τέρψις. 2) speciatim: *voluptas, quæ ex aliorum felicitate ac prospero rerum statu percipitur, studium exhila-*

randi alios ac promovendæ aliorum felicitatis. Rom. XIV. 17. *δικαιοσύνη, καὶ εἰρήνη, καὶ χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ* probitas et studium concordiæ servandæ ac promovendæ aliorum felicitatis, christiano homini consentaneum. Galat. V. 20. ubi *χαρὰ* opponitur *φθόνῳ* v. 21. 3) per metonymiam, (ut Hebraicum שָׂשׂוֹן Psalm. LI. 10. Jerem. XV. 16. et מָשׂוֹשׂ Psalm. XLVIII. 3. Thren. II. 15.) *id, quod gaudium et lætitiam affert, causa et materia gaudii,* ut prosperitas, felicitas, lætus nuncius, præmium, etiam homo et res, insigniter amata. Sic legitur in N. T. Matth. XXV. 21 et 23. *εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου* fruere jam præmiis fidelitatis tuæ, a Domino tuo tibi destinatis. Clericus per *χαρὰν* h. l. *convivium* intelligit et provocat ad auctoritatem Alexandrinorum interpretum, apud quos Esther IX. 18, 19. *χαρὰ* Hebraico מִשְׁתֶּה *convivium* respondet. Luc. II. 10. *ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην* nam lætissimum vobis affero nuncium. ubi videndus Priceus. Joh. XV. 11. *ἵνα ἡ χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ* ut felicitas vestra sit perfectissima. Philipp. IV. 1. Philippenses vocantur a Paulo *χαρά*, h. e. *deliciæ*. Eodem sensu de Thessalonicensibus usurpatur 1 Thess. II. 19, 20. Jac. I. 2. *πᾶσαν χαρὰν ἡγήσασθε* impense lætandi materiam suppeditatam vobis existimate. Hebr. XII. 2. *χαρὰ* felicior rerum status. Aristoph. Plut. v. 637. *λέγεις μοι χαρὰν*, h. e. interprete scholiaste, *χαρᾶς ἄξιον*. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΑ'ΡΑΓΜΑ, *τος, τὸ*, 1) proprie: *sculptura, impressio.* Est enim verbale a *κεχάραγμαι*, perfecto pass. verbi *χαράσσω*, Attice *χαράττω*, *sculpo, insculpo, incido, imprimo, cælo materiam, ita, ut multa emineant, multa vero depressa cernantur.* 2) per metonymiam: *quicquid est sculptum et cælatum, quidquid inciditur ac imprimitur*, v. c. simulacrum, statua, character, imago in numo exstans, nota impressa, vel incisa, ut per illam aliquid ab altero distinguatur, etc. Sic legitur in N. T. Act. XVII. 29. *χάραγμα τέχνης* simulacrum, arte humana cælatum ac sculptum. Apoc. XIII. 16. *ἵνα δῶσιν αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς* ut imprimatur dextræ ipsorum manui nota, seu character. ibid. v. 17. XIV. 9, 11. XV. 2. XVI. 2. *τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου* character, bestiæ fronti, vel manibus impressus. ibid. XIX. 20. XX. 4. Sæpius in N. T. non legitur. Conf. Menagium ad Diogen. Laërt. Lib. VI. 20. Meursium et du Cange s. voce Charagma, et Wowerium ad Minucium Fel. p. 24.

ΧΑΡΑΚΤΗ'Ρ, *ῆρος, ὁ*, *character*, 1) proprie: *ipsa imago ac figura, alicui rei* (v. c. *numo,* apud Aristotelem de Cura rei familiaris Lib. II. pag. 689. Tom. III. edit. Guil. du Vallii, Paris. 1664. fol. et ibid. pag. 684 ac 685.) *impressa, aut insculpta, imago expressa, archetypum referens, nota impressa, vel incisa, signum, quo aliquid ab altero distinguitur,* (v. c. apud Eurip. Hecuba v. 379. ubi Schol. *σφραγὶς καὶ σημεῖον.* Isocrat. Orat. ad Demonic. pag. 7. ed. H. Wolfii 1613. 8.) i. q. *χάραγμα*. Est verbale a 3 pers. perf. pass. *κεχάρακται*, verbi *χαράσσω insculpo aliquid* vel ligno, vel ferro, vel plumbo, vel alii materiæ, *cælo, incido, imprimo,* abjecto augmento *κε*, et mutata terminatione verbi *αι* in *ηρ*. Sic legitur apud Alexandrinos Levit. XIII. 28. *ὁ γὰρ χαρακτὴρ τοῦ κατακαύματός ἐστι.* Herodot. Lib. I. c. 116. *χαρακτὴρ τοῦ προσώπου* lineamenta. Diodor. Sic. Lib. I. p. 58. *τῆς ὄψεως χαρακτῆρας.* Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 333. 2) metaphorice: *quæcunque similitudo, omnis, qui alteri similis, aut par est et cum eo comparari potest.* Sic semel tantum in N. T. legitur Hebr. I. 3. ubi Christus dicitur *χαρακτὴρ ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς*, h. e. imago majestatis divinæ, ita, ut, qui filium videt, etiam patrem videat. Chrysostomus verba Pauli interpretatur per *τὸ ὅμοιον εἶναι κατὰ πάντα, κατ' οὐσίαν.* Hesych. et Alberti Glossar. Gr. p. 167. *χαρακτήρ· ὁμοίωσις.* Conf. C. G. Molleri D. de genuina vocum *χαρακτὴρ* et *ὑπόστασις* notione ad illustrandum locum Hebr. I. 3. Lips. 1738. 4. et Wetstenii N. T. T. II. p. 387.

ΧΑ'ΡΑΞ, *κος, ὁ*, *vallum*, seu *agger, quo castra muniri solent, munimentum castrorum, ex palis, terræ infixis, constructum, quod terra, lapidibus, arboribus et lignis aggestis formatur;* etiam *fossa profunda, qua oppidum cingitur;* interdum etiam generatim: *omnia munimenta, quibus urbs obsidione cingitur, et aditus ad eam impeditur,* unde apud Græcos, inprimis Polybium, interdum *ipsa castra* notat, *urbi, obsidione cingendæ, admota,* a *χαράσσω*, vel *χαράττω sculpo, incido, imprimo.* In N. T. semel tantum legitur Luc. XIX. 43. *καὶ περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι* et vallo te circumdabunt hostes tui. Apud Alexandrinos legitur pro סֹלְלָה *agger, vallum,* Ies. XXXVII. 33. Jerem. XXXIII. 4. Ezech. IV. 2. XXVI. 8. מָצוֹר *munitio, propugnaculum,* Deut. XX. 19. et Coheleth IX. 14. et מֻצָּב *statio, castra, munitiones,* Ies. XXIX. 3. Adde 2 Maccab. XII. 17. Polyb. Hist. V. 20. Arrian. Exped. Alex. II. 19. 9. Conf. Kypkii Obss. Sacr. T. I. p. 312. Wetstenii N. T. T. I. p. 789. et Palairet. Obss. Philol. pag. 202. Suid. *χάραξ· τὸ στρατόπεδον.* Idem: *χάρακα· χαράκωμα, περίφραγμα. χαράκωμα· ὃ περιεβάλλοντό τινες ἐν στρατοπέδῳ ἐπὶ σωτηρίᾳ.* Etymol. M. *διαφέρει δὲ ὁ χάραξ καὶ ἡ χάραξ. Τὸ μὲν γὰρ ἀρσενικῶς σημαίνει τὸ στρατόπεδον, ἢ τειχισμόν τινα, καὶ περίφραγμα καὶ χαράκωμα· θηλυκῶς δὲ ὁ τῆς ἀμπέλου.* Adde Thom. M. pag. 911 seq. edit. Bernard. A *χάραξ* descendit *χαρακόω circumvallo, obsideo,* (Jerem. XXXII. 2. Hesych. *ἐχαράκωσεν· ἐκύκλωσεν, ἐπολιόρκησεν.*) *χαράκωσις, circumvallatio, vallum,* (Deut. XX. 20.) et *περιχαρακόω* Ies. LII. 2. positum est pro חָנָה *castra metatus est, castra posuit.* De discrimine inter *χῶμα* et *χάραξ* vide Miscell. Lips. Nov. Vol. VII. p. 684.

ΧΑΡΙ'ΖΟΜΑΙ, fut. *ίσομαι*, 1) proprie: *donor*, et in significatione activa: *dono, gratis do, gratiose largior, gratuito concedo,* a *χάρις*, quod vide infra. Luc. VII. 21. *καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν* et multos cœcos visu donabat. Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 175. Rom. VIII. 32. *οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται;* nonne etiam cum eo (per ac propter eum, nempe Christum,) omnia (quæ nobis utilia et proficua fuerint) nobis dabit ac concedet? 1 Cor. II. 12. *τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν* beneficia, quibus a Deo affecti sumus. Galat. III. 18. *τῷ δὲ Ἀβραὰμ δι' ἐπαγγελίας κεχάρισται ὁ Θεὸς* Abrahamo vero vi promissionis gratuito concessit Deus. Philipp. I. 29. *ὑμῖν ἐχαρίσθη* vobis contigit beneficio divino. ibid. II. 9. *καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ τὸ ὄνομα* et concessit ipsi dignitatem. Philem. ver. 22. *ἐλπίζω γὰρ, ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν* spero enim, fore, ut ad

preces vestras Deus me vobis concedat, nempe liberatum a vinculis. Esther VIII. 7. pro הִנֵּה בֵית־הָמָן נָתַתִּי לְאֶסְתֵּר habent Alexandrini interpretes εἰ πάντα τὰ ὑπάρχοντα Ἀμὰν ἔδωκα καὶ ἐχαρισάμην σοι. Sirac. XII. 3. καὶ τῷ ἐλεημοσύνην μὴ χαριζομένῳ. 2 Macc. III. 31, 33. IV. 32. VII. 22. Apud Ælianum V. H. IX. 1. opponitur τῷ λαμβάνειν. Xenoph. Mem. I. 2. 10. κεχαρισμένοι beneficiis affecti. 2) *gratificor, facio ac do alteri aliquid gratum ac jucundum, et quod benevolentiam alterius paret, gratiam ab aliquo inire studeo, in alicujus gratiam aliquid facio.* Sic legitur apud Ælian. V. H. II. 21. καὶ τὸν Χρύσιππον τὸ δρᾶμα αὐτῷ χαριζόμενος λέγεται διαφροντίσαι. ibid. cap. 41. χαριζόμενος δὲ τοῖς Ἰνδοῖς. ibid. XIV. 8 et 45. ὡς ἂν μή μέ τις δοκοίη χαρίζεσθαι ἐμαυτῷ διὰ τὴν πατρίδα. Thom. M. p. 912. edit. Bernard. χαρίζομαι. οὐ μόνον τὸ δωροῦμαι, ἀλλὰ καὶ τὸ χάριν τινὶ ποιῶ. οἷον, χαριζόμενός σοι, ἔπραξα τάδε. Conf. Irmischium in Excursu ad Herodian. I. 4. 14. T. I. Opp. p. 856. Huc etiam pertinent sequentia N. T. loca: Actor. III. 14. καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν et homicidam potius in vestram gratiam dimitti ac absolvi petiistis. Ita *donare aliquem alicui* apud Latinos occurrit. Conf. Dukerum ad Florum III. 5. 10. Grævium ad Cic. Epp. V. 4. et Krebsium in Obss. Flav. p. 172. Act. XXV. 11. οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι nemo me in eorum gratiam damnare et punire potest. ibid. ver. 16. ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις, χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν non licet per leges Romanas quenquam in gratiam alienam condemnare. Vulgatus bene: *damnare aliquem hominem.* ib. XXVII. 24. κεχάρισταί σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ tui causa servavit Deus in vita omnes, tecum navigantes. Hesych. κεχαρισμένα· ἄρεστα, προσφιλῆ. 3) *remitto, alicujus rei gratiam facio,* einem etwas erlassen, *to forgive something to any one,* et speciatim de *creditoribus* adhibetur, *qui partem debiti, aut omne debitum remittunt.* Sic legitur in N. T. Luc. VII. 42. μὴ ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο cum autem neuter esset solvendo, remisit debitum utrique. ibid. ver. 43. ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο cui plus remissum est. Hinc 4) χαρίζεσθαι, vocibus ἀνομιῶν, παραπτωμάτων et aliis similibus junctum, interdum etiam nude positum, est: *condonare peccata, veniam peccatorum concedere, ignoscere.* 2 Cor. II. 7. ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι igitur jam e contrario vos ei veniam dare oportet. ibid. ver. 10. ᾧ δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ. καὶ γὰρ ἐγὼ, ὃ κεχάρισμαι, εἴ τι κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς si cui quid condonatis, et ego veniam concedo: nam et ego, cuicunque demum condono, vestrum causa facio. 2 Cor. XII. 13. χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην condonetis mihi hanc injuriam, vobis illatam, rogo. Ephes. IV. 32. χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν faciles sitis in ignoscendis injuriis illatis, ad exemplum Dei, qui etiam vobis propter Christum condonavit peccata. Zonaras Lex. col. 1846. χαριζόμενοι, συγγνωμονικοὶ γίνεσθε. οὕτως ὁ ἀπόστολος· χαριζόμενοι ἑαυτοῖς. Coloss. II. 13. χαρισάμενος ἡμῖν πάντα τὰ παραπτώματα. ibid. III. 13. καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν, οὕτω καὶ ὑμεῖς. Dionys. Halic. A. R. Lib. V. pag. 280. φρονίμων μὲν ἀνθρώπων ἔργον ἐστὶ ταῖς φιλίαις χαρίζεσθαι τὰς ἔχθρας. Sæpius in N. T. non legitur. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 701 et 704. ac T. II. p. 628. Gloss. Vet. χαρίζομαι, *munero, dono, indulgeo, gratifico.*

ΧΑ'ΡΙΣ, τος, ἡ, 1) proprie: *favor, quo quis alium prosequitur, animus benignus ac propitius, benevolentia, benignitas, beneficentia,* etiam *gratia, qua apud alios floremus.* Luc. I. 30. εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ Deum enim benignum habes tibi ac propitium. ibid. II. 40. καὶ χάρις Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτὸ Deus enim ipsi eximio favore aderat. ibid. v. 52. καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις et Jesus fuit admodum commendatus Deo pariter ac hominibus. Act. II. 47. καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς ὅλον τὸν λαὸν et gratia apud omnem populum valebant. ibid. IV. 33. χάρις τε μεγάλη ἦν ἐπὶ πάντας αὐτοὺς admodum cari erant omnibus. ibid. VII. 10. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ χάριν καὶ σοφίαν ἐναντίον Φαραὼ βασιλέως Αἰγύπτου et gratiosum eum reddidit apud Pharaonem per datam facultatem interpretandi somnia. ibid. ver. 46. ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ qui fuit Deo admodum probatus. ibid. XIV. 3. doctrina christiana vocatur ὁ λόγος τῆς χάριτος Θεοῦ, quia eum debemus benignitati ac gratiæ divinæ. ibid. ver. 26. ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ ἔργον, ὃ ἐπλήρωσαν unde erant commendati Deo, ut faveret isti negotio, quod jam absolverant; seu, unde abierant cum votis ac precibus, ut Deus faveret, etc. ibid. XV. 11. διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ per gratiam Domini Jesu Christi. ibid. ver. 40. παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν commendatus a christianis favori divino. ibidem XVIII. 27. τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος, scil. Θεοῦ, qui per gratiam divinam christiani facti erant. ibid. XII. 24. doctrina christiana, ad benignitatem divinam sola referenda, τὸ εὐαγγέλιον τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ vocatur, et ver. 32. ὁ λόγος τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ. Rom. I. 7. χάρις ὑμῖν ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν contingat vobis favor Dei, patris nostri. Nonnullis interpretibus χάρις h. l. est i. q. χαίρειν, εὐπράττειν, adeoque *ipsam felicitatem,* seu *prosperum statum* significat: sed hanc explicationem vocabulum εἰρήνη, quod statim sequitur, non admittere videtur. ibid. III. 24. δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι nullo merito nostro, mera gratia divina. ibid. IV. 4. τῷ κατὰ χάριν opponitur κατὰ ὀφείλημα. ibid. v. 16. V. 15, 20. ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις potenter se exserit benignitas divina in emendandis et corrigendis hominibus improbis eorumque peccatis condonandis. ibid. v. 21. οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ. ibid. VI. 1. ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ ut eo insigniori modo Deus gratiam suam exhibere ac declarare nobis possit. ibid. XI. 1. κατ' ἐκλογὴν χάριτος pro benigna Dei voluntate. ibid. v. 6. XVI. 20, 24. ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. 1 Cor. I. 3. XV. 10. 2 Cor. I. 2. VIII. 9. γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ considerate humanitatem ac benignitatem Domini nostri J. C. ibid. XII. 9. ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου sufficiat tibi, me favere tibi ac benigne adesse. Galat. I. 3, 6. ἐν χάριτι Χριστοῦ per Christi gratiam. ibid. v. 15. Ephes. I. 2, 6. εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ ut jam nostrum sit laudibus prosequi ac celebrare admirabilem benignitatem, quam præstitit nobis Deus per Christum, dilectum suum filium. ib. v. 7. κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χάριτος αὐτοῦ. ibid. II. 5, 7, 8. III. 7. Philipp. I. 2. Coloss. I. 2. 1 Thess. I. 1. 2 Thess. I. 2, 12. II. 16. 1 Tim. I. 2. χάρις, ἔλεος καὶ εἰρήνη. ibid. v. 14. 2 Tim. I. 2, 9. Tit. I. 4. III. 7.

Philem. v. 3. Hebr. II. 9. χάριτι Θεοῦ quæ est summa Dei benignitas. ibid. IV. 16. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος adeamus igitur animo, fiducia pleno, Deum benignum et gratiosum. Conf. quæ supra dicta sunt ad vocem θρόνος. ibid. X. 29. 1 Petr. I. 2. V. 10. ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος Deus vero benignissimus. 2 Petr. I. 2. 2 Joh. v. 3. Apoc. I. 4. Adde Alexandrinos Genes. VI. 8. εὗρε χάριν ἐναντίον Κυρίου. Exod. XXXIII. 16. εὕρηκα χάριν παρὰ σοί. Num. XI. 1. εὕρηκα χάριν ἐνώπιόν σου. Esther V. 7. Prov. XIII. 16. σύνεσις ἀγαθὴ δίδωσι χάριν. Zachar. XII. 10. πνεῦμα χάριτος καὶ οἰκτιρμοῦ. Xenoph. Mem. IV. 4. 4. πρὸς χάριν τοῖς δικασταῖς διαλέγεσθαι gratiam judicum captare oratione. Polyb. Hist. III. cap. 28. χωρὶς λύτρων, ἐν χάριτι. 2) per metonymiam: *ipsum beneficium, quod ab animo alicujus propitio ac benevolo repetitur, omne, quo alteri fit gratum, felicitas, prosper rerum status.* Sic v. c. Prov. XVIII. 22. χάριτας (quod Hebr. רָצוֹן respondet) notat *bonum*, et quidem *magnum*, pro quo gratiæ agendæ ac persolvendæ sunt. Verba sunt: ὃς εὗρε γυναῖκα ἀγαθὴν, εὗρε χάριτας, ubi schol. ἀγαθὸν habet. Joh. I. 14. πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας instructus facultate vera ac præstantissima beneficia in homines conferendi. ibid. v. 16. χάριν ἀντὶ χάριτος summa et insignia beneficia. Act. XI. 23. ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ ut vidit beneficium divinum, nempe propagationem religionis christianæ, beneficio divino. Rom. I. 4. δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν, pro χάριν τῆς ἀποστολῆς, cujus gratia nobis contigit beneficium muneris apostolici. ib. V. 2. εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν ad felicitatem illam, qua in præsenti utimur. 1 Cor. I. 4. ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ob beneficia, quæ vobis per Christum a Deo contigerunt. 2 Cor. IV. 15. ἡ χάρις beneficium, quod nempe erat in liberatione e periculo mortis. ibid. VIII. 1. IX. 8. δυνατὸς δὲ ὁ Θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς potest enim Deus omni bonorum ac beneficiorum genere vos ornare ac cumulare. ib. v. 14. Galat. II. 20. οὐκ ἀθετῶ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ non vanum et inutile reputo hoc beneficium Dei, quod nempe misit filium suum eo consilio, ut morte ejus justificaremur. Ephes. III. 8. Hebr. X. 29. τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος religionem christianam, quam debemus beneficio divino. 1 Petr. IV. 10. χάρις Θεοῦ vocantur χαρίσματα illa, quæ paulo ante commemorata erant. ib. V. 5. et Jacob. IV. 6. ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν mansuetos ac modestos beneficiis ornat. 2 Petr. III. 18. χάρις καὶ γνῶσις religio christiana, quæ est beneficium divinum. Huc etiam commode referri possunt e N. T. loca hæc: Jacob. IV. 5. μείζονα δὲ δίδωσι χάριν eo majoribus vero bonis ac beneficiis nos afficit: sie hält uns für den zwang, den wir uns bey ueberwindung des neides anthun müssen, durch die ungleich grösseren vortheile schadlos, die sie uns so reichlich verschafft, *it indemnifies us for the restraint which we must do ourselves to obtain a conquest over envy, by the unspeakably greater advantages which it so richly procures for us.* S. Ven. Pottio ad h. l. χάρις *gratiam in dicendo atque agendo*, vel *humanitatem* (leutseligkeit, *civility*) designare videtur, ut sensus sit: gratiam potius atque humanitatem erga alios nobis commendat. Sed vox μείζονα huic interpretationi non favere videtur. Phil. I. 7. ubi χάριν cum Grotio ob comma 29. de *calamitatibus* intelligo, *quas ob religionem christianam Paulus, Romæ captivus, perferebat*, et verba συγκοινωνούς μου τῆς χάριτος πάντας ὑμᾶς ὄντας ita vertenda esse existimo: adjutus et sustentatus a vobis omnibus in calamitatibus, quas nunc ob religionem christianam perfero. Euripid. Phoen. v. 444. Conf. S. Ven. Morum ad Isocrat. Panegyr. c. 16. p. 44. Hesych. et Etym. M. χάριν τὴν δωρεάν. Hinc χάρις 3) speciatim et κατ' ἐξοχὴν *religionem christianam* significat, *quæ est summum beneficium divinum.* Sic legitur in N. T. Joh. I. 17. ubi ἡ χάρις opponitur τῷ νόμῳ legi Mosaicæ. Act. XIII. 43. προσμένειν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ut in professione ac observatione religionis christianæ perseverarent. Rom. VI. 14. οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν non amplius severiori lege Mosaica obstricti tenemini, sed religionem christianam profitemini. ibid. ver. 15. 2 Cor. I. 12. ἐν χάριτι Θεοῦ convenienter religioni christianæ. ibid. VI. 1. μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς ut religio christiana summam inter vos efficaciam exserat; seu, ut bene utamini vestra religionis christianæ cognitione. Galat. I. 6. ἐν χάριτι Χριστοῦ, pro εἰς χάριν Χριστοῦ. Col. I. 6. ubi doctrina christiana ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ vocatur. 2 Tim. II. 1. Tit. II. 11. ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις innotuit enim doctrina christiana salutaris omnibus hominibus. Hebr. XII. 15. μή τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ne quis deficiat a religione christiana. ib. XIII. 9. καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν præclarum est, animum habere, de veritate religionis christianæ persuasum. 1 Petr. III. 7. V. 12. ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ Θεοῦ, εἰς ἣν ἑστήκατε vere esse divinam religionem christianam, de qua persuasi et quam hucusque professi estis. Jud. v. 4. τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν qui religione christiana, summo Dei nostri beneficio, abutuntur ad improbitatem. Non tamen repugnarem, si quis χάριν h. l. de libertate illa, in quam nos Christus religione sua vindicavit, interpretari mallet. 4) *omnis felicitas christianorum in hac pariter ac in futura vita, omnia bona ac beneficia, per Christum veris suis cultoribus parta.* Sic legitur in N. T. Rom. V. 15 et 17. ubi ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ opponitur τῷ θανάτῳ, h. e. infelicitati ac miseriæ humanæ, quæ ex delicto Adami originem traxit, adeoque felicitatem significat, cujus auctor est Christus, qui a Paulo Adamus secundus, seu posterior vocari solet. 1 Cor. XVI. 23. ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν bona, per Christum hominibus parta, vobis abunde contingant. 2 Cor. XIII. 13. Galat. V. 4. τῆς χάριτος ἐξεπέσατε bonorum, per Christum partorum, jacturam fecistis. ibid. VI. 18. Ephes. IV. 7. ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ ἡμῶν ἐδόθη ἡ χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ nos autem omnes participes facti sumus beneficiorum, quæ christianis per religionem contingunt, quanquam gradu, pro libera Christi benignitate, diverso. Ephes. VI. 24. Philip. IV. 23. Coloss. IV. 19. 1 Thess. V. 28. 2 Thess. III. 18. 1 Tim. VI. 22. 2 Tim. IV. 22. Tit. III. 15. Philem. ver. 25. Hebr. XIII. 25. Apoc. XXII. 21. 1 Petr. I. 10. ubi χάρις cum vocabulo σωτηρία permutatur. ibid. ver. 13. τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν felicitatem futuram, quæ vobis a Deo offertur ac destinata est. 2 Petr. III. 18. 5) *munus tradendi ac propagandi religionem christianam, quod gratiæ divinæ acceptum referebant apostoli, munus apostolicum*, quod Rom. I. 5. χάρις καὶ ἀποστολὴ vocatur. Rom. XII. 3. διὰ τῆς χάρι-

τος τῆς δοθείσης μοι vi muneris apostolici, gratiose mihi a Deo demandati. ib. v. 6. κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν pro munerum officiorumque, nobis in ecclesia christiana demandatorum, diversitate. ibid. XV. 15. coll. ver. 16. 1 Cor. III. 10. Galat. II. 9. coll. v. 7 et 8. Ephes. III. 2. 6) *donum, stips, pecunia collecta in usus pauperum, eleemosyna.* 1 Cor. XVI. 3. ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἱερουσαλὴμ et eleemosynas vestras Hierosolymas perferant. 2 Cor. VIII. 4. τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους δέξασθαι ἡμᾶς ut benevole acciperemus pecuniam illam, in usus pauperum christianorum collectam. ibid. ver. 6, 7, 19. Adde Sirac. XVII. 16. ubi χάρις est i. q. ἐλεημοσύνη. ibid. XXIX. 18. χάριτας ἐγγύου μὴ ἐπιλάθου beneficia sponsoris ne obliviscaris. ib. XL. 19. Suid. χάριτας· τιμάς, εὐεργεσίας. Alexandrini Hebraicum חֶסֶד Prov. XIX. 22. XX. 28. XXI. 21. ἐλεημοσύνην interpretati sunt. 7) *gratiarum actio,* i. q. εὐχαριστία. Luc. XVII. 9. μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ; num gratias aget, seu, gratiamne habebit servo illi? Rom. VI. 17. χάρις δὲ τῷ Θεῷ gratiæ vero habendæ sunt Deo. 1 Cor. X. 30. εἰ ἐγὼ χάριτι μετέχω si ego cum gratiarum actione (h. e. voluntati divinæ convenienter) cibum capio. Conf. sequentia. 1 Cor. XV. 57. 2 Cor. II. 14. VIII. 16. IX. 15. Coloss. III. 16. 1 Tim. I. 12. χάριν ἔχω gratias ago et habeo Deo maximas. 2 Tim. I. 3. Hebr. XII. 28. Adde 2 Macc. III. 33. πολλὰς τῷ Ὀνίᾳ τῷ ἀρχιερεῖ χάριτας ἔχε. Ælian. V. H. IV. 5. χάριτας ἀπέδοσαν. Homer. Iliad. ξ΄, v. 235. ἐγὼ δέ κέ τοι εἰδέω χάριν ἤματα πάντα. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 774. et T. II. p. 471. 8) *remuneratio beneficii alteri tributi, merces, præmium.* Luc. VI. 32, 33, 34. ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; quodnam inde præmium habebitis? Arabs habet h. l. أجر *merces.* Confer etiam locum parallelum Matth. V. 46. ubi pro ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; legitur τίνα μισθὸν ἔχετε; Josephus A. J. VI. c. 14. s. 4. οὔτε χάριν μέλλουσαν ϑηρωμένη. ubi sermo est de fœmina ventriloqua, quæ gratum fecerat Saulo tum, cum nulla spes gratiæ reddendæ affulgeret. Sirac. XX. 16. Esther VI. 3. τίνα δόξαν ἢ χάριν ἐποιήσαμεν τῷ Μαρδοχαίῳ; Hesych. χάρις· καὶ ἀμοιβὴ κατὰ εὐεργεσίαν. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 207. Wetstenii N. T. T. I. p. 694. et Salmasium de Usuris c. 1. 9) per synecdochen: *id, quod nobis præmia, mercedem aut favorem alicujus conciliat ac parat.* 1 Petr. II. 19. τοῦτο γὰρ χάρις hoc enim nobis conciliat favorem Dei ac præmia. ibid. v. 20. τοῦτο χάρις παρὰ Θεῷ. 10) *gaudium, voluptas,* i. q. χαρά, cum quo etiam in codicibus N. T. haud raro permutatum reperitur. Sic legitur in N. T. 2 Cor. I. 15. ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε, ubi codex Harleianus χαρὰν habet, e glossemate. Philem. v. 7. χάριν γὰρ ἔχομεν πολλήν, ubi etiam loco χάριν codices nonnulli (quos sequutus quoque est Syrus) habent χαρὰν, quam lectionem, quanquam glossema sapit, Griesbach. adeo in textum recepit. Tob. VII. 20. ὁ Κύριος τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς δῴη σοι χάριν ἀντὶ τῆς λύπης ταύτης. Pindar. Olymp. Od. VII. v. 8. συμποσίου χάρις. Polyb. Hist. V. c. 77. T. I. Opp. pag. 671. ed. Ernesti: ὧν αἱ μὲν πλείους ἐθελοντὶ αὐτῷ προσέθεντο καὶ μετὰ χάριτος. Hesych. et Zonaras Lex. c. 1843. χάρις· χαρά. Idem: πρὸς χάριν· πρὸς τέρψιν. Suid. χάριν· τέρψιν. Confer etiam Wolfii Curas Philol. in N. T. T. III. pag. 578. et Drusii Obss. XIII. 5. 11) *gratum, quod alicui facimus,* der Gefalle, oder die Gefälligkeit, die man einem erzeiget, *the favour one shows to a person.* Huc pertinet formula καταθέσθαι χάριτας τινί, quæ significat: *gratum alicui facere, gratificari alicui,* quæ legitur Act. XXIV. 27. et XXV. 9. de qua partim docte disputavit Krebsius in Obss. Flav. p. 256. partim nos egimus supra ad vocem Κατατίθημι. Refer etiam huc locum Act. XXV. 3. αἰτούμενοι χάριν κατ' αὐτοῦ flagitantes, ut hoc gratum sibi faceret. Xenoph. Mem. III. 5. 23. 12) *quicquid habet vim, gratiam amoremque conciliandi, suavitas, gratia, venustas,* die Annehmlichkeit, *amenity.* Luc. IV. 22. οἱ λόγοι τῆς χάριτος, pro ἡ χάρις τῶν λόγων gratia orationis, h. e. vis orationis ad movendos et persuadendos animos. Ephes. IV. 29. ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι qui grati et accepti sint auditoribus. Coloss. III. 16. ἐν χάριτι, i. q. χαριέντως, ita, ut aliis placeant. ibid. IV. 6. ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι oratio vestra semper sit gratiosa, h. e. apta ad conciliandum favorem et gratiam. Adde Alexandrinos Ps. XLV. 3. ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσί σου. Prov. X. 33. χείλη ἀνδρῶν δικαίων ἀποστάζει χάριτας. Esther XV. 17. Sirac. XXVI. 17. Ælian. V. H. XIII. c. 33. ϑαυμάσας τοῦ ὑποδήματος τὸν ῥυθμὸν καὶ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ τὴν χάριν. ibid. XIII. 1. χαρίτων μεστὸν χωρίον. Homer. Odyss. ϑ΄, v. 175. ἀλλ' οὔ οἱ χάρις ἀμφιπεριστέφεται ἐπέεσσιν. Conf. Wolfium in Curis Philol. T. I. p. 611. et III. p. 340. ac Wakefield. in Silva Critica P. III. p. 128 seq. 13) interdum omittitur, v. c. Rom. IV. 1. ubi post εὑρηκέναι supplenda est formula τὴν χάριν Θεοῦ, coll. Genes. XIX. 15. Ephes. III. 8. τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον (scil. τῆς χάριτος) τοῦ Χριστοῦ, coll. cap. I. 7. et II. 7. 14) χάριν, elliptice positum pro κατὰ χάριν, adverbialiter sumitur pro: *in gratiam, gratia, causa, propter.* Luc. VII. 47. οὗ χάριν λέγω σοι quapropter significo tibi. Gal. III. 19. τῶν παραβάσεων χάριν nequitiæ ac ruditatis Judæorum causa. Ephes. III. 1. τούτου χάριν ob hanc ipsam doctrinam, quam trado, nempe de conjunctione gentilium ac Judæorum in unum cœtum per religionem christianam. ibid. v. 14. τούτου χάριν, scil. ἵνα μὴ ἐκκακῆτε ἐν ταῖς ϑλίψεσί μου, coll. v. 13. 1 Tim. V. 14. Tit. I. 5, 11. 1 Joh. III. 12. Jud. v. 16. ὠφελείας χάριν turpis lucri studio commoti. Adde Alex. 1 Reg. XIV. 16. Sirac. XXXI. 6, 19. XXXV. 4. et conf. L. Bos. Ellips. Gr. p. 310. ac Wetstenii N. T. T. I. p. 704. et T. II. p. 224. Sæpius in N. T. non legitur. — Thomas Mag. pag. 912. ed. Bernard. χάριν καὶ τὴν δωρεὰν καὶ τὴν ἀντίχαριν λέγε. Σοφοκλῆς ἐν Αἴαντι τῷ μαστιγοφόρῳ (v. 523.) χάρις χάριν γάρ ἐστιν ἡ τίκτουσ' ἀεί. χάριν καὶ τὴν ἡδονὴν ὡς ὅταν λέγωμεν, τὴν τῶν λόγων χάριν. — — χάριν οἶδά σοι καὶ χάριν ἔχω σοι, καὶ χάριν ὁμολογῶ. εὐχαριστῶ δὲ οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἴρηκεν κ. τ. λ. Conf. Franc. Alb. Schloestein Comment. de voce χάρις in N. T. sæpe occurrente. Altorf. 1782. 4. et J. J. Scholten Spec. Hermen. de diversis significationibus vocis χάρις in N. T. Ultraj. 1805. 8.

ΧΑ'ΡΙΣΜΑ, τος, τὸ, *charisma, donum, ex gratia concessum, beneficium, in aliquem collatum, omne, quod quis sine ullo merito suo, sola alterius gratia, accipit,* a perf. pass. κεχάρισμαι, verbi χαρίζομαι *dono, gratificor,* quod vide supra. Legitur in N. T. Rom. I. 11. ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν ut in vos conferam beneficia spiritualia. Male

nonnulli interpretes de *donis miraculosis* h. l. sermonem esse opinati sunt: nam verba, quæ statim sequuntur, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς, satis docent, χάρισμα πνευματικὸν h. l. quodvis beneficium divinum significare, quod christianis hominibus contingit et contingere potest, v. c. perfectior religionis christianæ cognitio, intensius studium omnium virtutum christianarum, et major tranquillitas animi. ib. V. 15 et 16. χάρισμα *omnia bona* significat, *quæ sunt per Christum hominibus parta, omnem felicitatem christianorum in hac pariter ac in futura vita.* Opponitur enim τὸ χάρισμα τῷ θανάτῳ, h. e. infelicitati humanæ, vitiositatis pœnæ. ib. VI. 23. τὸ δὲ χάρισμα τοῦ Θεοῦ ζωὴ αἰώνιος beneficium vero divinum est felicitas christianorum olim speranda. Opponitur h. l. τὸ χάρισμα τῷ ὀψωνίῳ, h. e. mercedi, seu stipendio, quod quis studio et opere suo promeretur. ibid. XI. 29. ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα τοῦ Θεοῦ nunquam enim Deum beneficiorum, tam promissorum, quam collatorum, pœnitere potest. Sermo autem est h. l. de promissa olim Judæis felicitate in regno Messiæ. ibid. XII. 6. χαρίσματα sunt dotes ingenii ac facultates animi, a Deo concessæ, quæ pro officiorum munerumque in ecclesia christiana diversitate etiam variæ ac diversæ esse solebant. 1 Cor. I. 7. ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι ut nullum bonorum, per Christum veris suis cultoribus partorum, vobis desit: χάρισμα enim h. l. de omnibus salutaribus effectibus idoneæ ac efficacis religionis christianæ scientiæ intelligendum esse, ex ipsa orationis serie luculenter apparet. ibid. VII. 7. ἀλλ' ἕκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ Θεοῦ sed non omnes habent donum continentiæ sibi a Deo concessum, seu, non omnia possumus omnes. Scilicet χάρισμα h. l. *temperamentum,* seu *internam quandam virtutem aut rationem animi ac corporis* notat, *qua aliquis instructus, propensus est ad aliquid faciendum, aut omittendum, indolem naturalem.* ib. XII. 4. διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ diversa quidem et varia sunt dona Sp. S. scilicet *extraordinaria illa et miraculosa.* ibid. v. 9. χαρίσματα ἰαμάτων facultas miraculoso modo sanandi ægrotos. Eadem formula reperitur quoque ibid. v. 28, 30. ibid. v. 31. χαρίσματα τὰ κρείττονα præstantiora dona Sp. S. extraordinaria illa et miraculosa. 2 Cor. I. 11. τὸ εἰς ὑμᾶς χάρισμα beneficium divinum, quod mihi contigit, nempe liberatio e periculo mortis, coll. v. 10. 1 Tim. IV. 14. μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος strenue fungaris munere doctoris christiani, tibi demandato. De munere et negotio, alicui ex gratia demandato, speciatim de munere apostolico, etiam vocabulum χάρις haud raro in N. T. usurpari, supra jam est a me observatum sub hac voce. Æque commode tamen χάρισμα h. l. de *ipsis dotibus ingenii ac facultatibus animi, ad munus doctoris christiani a Deo concessis,* explicari potest, quo sensu hoc vocabulum etiam legitur 2 Tim. I. 6. ubi ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ est: augere sapienti ac continuo usu dotes ac facultates animi, a Deo concessas. 1 Petr. IV. 10. χάρισμα munus in ecclesia christiana demandatum. Hesych. χάρισμα· δῶρον. 2) interdum quoque omittitur hæc vox in N. T. v. c. 1 Cor. XII. 1. post τῶν πνευματικῶν, et ibid. XIV. 1. post τὰ πνευματικά. Eodem modo etiam substantivum δῶρον quandoque subintelligendum est, ut docuit L. Bos. de Ellips. Ling. Gr. p. 76 et 298. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΑΡΙΤΟ'Ω, ῶ, fut. ώσω, *acceptum ac gratum aliquem alteri reddo, gratia ac favore aliquem complector, beneficiis afficio.* Præs. pass. χαριτόομαι, οῦμαι, *gratiam,* seu *favorem alicujus consequor ac experior, gratus et acceptus sum, beneficiis afficior,* a χάρις *gratia, favor, beneficium.* In N. T. bis tantum legitur. Luc. I. 28. χαῖρε, κεχαριτωμένη salve Deo grata ac dilecta a Deo summis beneficiis afficienda! Sermo ibi est de Maria, matre Jesu, quæ ibidem εὐλογημένη ἐν γυναιξὶν vocatur et ad quam v. 30. angelus, mirabilis conceptionis ac nativitatis Messiæ nuncius, inquit: εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 651. Ephes. I. 6. ἐν ᾗ (scil. χάριτι) ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ qua ductus nos per Christum, dilectum suum filium, summis beneficiis affecit. Alii interpretes verba ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς vertunt: nos gratos sibi reddidit; quod fere eodem redit. Symmach. Psalm. XVIII. 26. μετὰ τοῦ κεχαριτωμένου χαριτωθήσῃ. ubi κεχαριτωμένος est *favore divino dignus* adeoque *pius, integer vitæ,* חן cui h. l. in textu Hebraico respondet, et χαριτοῦσθαι est *favoris sui ac benevolentiæ documenta dare,* quemadmodum החתם cui respondet, notat: *tractare aliquem tanquam integrum vitæ atque perfectum.* Multum facere hunc locum ad interpretationem loci Luc. I. 28. quis non videt? Sirac. IX. 8. ἀπόστρεψον ὀφθαλμὸν ἀπὸ γυναικὸς κεχαριτωμένης. ibid. XVIII. 17. οὐκ ἰδοὺ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθὸν, καὶ ἀμφότερα παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ. Apud profanos scriptores hæc vox (si nempe exceperis locum Libanii IV. p. 1071. quem indicavit Schneiderus in Lex. Crit. l. Gr. s. h. v.) plane non reperitur, ut recte observavit Pfochenius in Diatribe de Linguæ Græcæ N. T. Puritate § 167. et est ex earum genere, quæ in Oriente potissimum floruerunt. Confer Drusii Obss. XIII. 6. Wolfium ad Casauboniana pag. 85 seq. et Suicerum in Thesauro Eccles. T. II. p. 1503.

ΧΑΡ'Ρ'Α'Ν, vel ΧΑ'Ρ'Ρ'ΑΝ, ἡ, *Charran.* Nomen proprium ἄκλιτον urbis Mesopotamiæ, ad Euphraten sitæ et Crassi clade celebris, quæ a Romanis scriptoribus *Carræ,* a Stephano Byzantino et Plutarcho (Crass. p. 559. D. p. 561. D. et p. 562. B.) Κάῤῥαι, Hebraice חָרָן vocatur. Confer Hieronymum de Locis Hebraicis Tom. II. Opp. ed. Martian. p. 427. Nomen hoc urbi huic sine dubio dedit *Therachus,* pater Abrahami, qui eam sic vocavit de nomine filii sui, *Haranis,* qui modo ante in Ur, urbe Chaldæorum, mortuus fuerat. Genes. XI. 31. In N. T. semel tantum memoratur Act. VII. 2. πρὶν ἢ κατοικῆσαι αὐτὸν ἐν Χαῤῥὰν antequam Charrane habitaret. Confer ad h. l. Calovium in Bibl. Illustr. et Cellarium in Geogr. Plen. Lib. III. c. 15. p. 617 seq.

ΧΑ'ΡΤΗΣ, ου, ὁ, *charta.* Vox sine dubio Latina, quam tamen multi a Græca χαράσσω *sculpere* deducere malunt, quia illi, qui scribunt, sculpere videntur. In N. T. tantum extat 2 Joh. v. 12. πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράφειν, οὐκ ἐβουλήθην διὰ χάρτου καὶ μέλανος plura haberem vobis scribenda, sed nolui charta ac atramento. Pro hoc legitur in 3 Epistola v. 13. οὐ θέλω διὰ μέλανος καὶ καλάμου σοι γράψαι. Confer Hugonem de Originibus scribendi p. 70. et Schwarzium de Ornamentis Librorum p. 273. Alexandrini usi sunt hac voce Jerem. XXXVI. 23. pro מְגִלָּה *volumen, liber convolutus.* Ad. de Dioscor. I. 116. et Pollucis Onom. VII. 210.

ΧΑ'ΣΜΑ, τος, τὸ, *hiatus,* (speciatim *terræ.* Gloss. *terræ hiatus,* χάσ-

τὴν χεῖρα, ἥψατο αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς tum Jesus tetigit eum. ibid. XIV. 31. XXVI. 51. Marc. I. 41. Luc. V. 13. Formulam hanc propter τὸ παρέλκον in Hebraismis ponendam esse, dubio caret. Confer modo Genes. VIII. 9. וַיִּשְׁלַח יָדוֹ וַיִּקָּחֶהָ *et recepit eam.* Jud. XV. 15. 2 Reg. VI. 7. 2) per synecdochen: *digitus.* Luc. XV. 22. καὶ δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ et annulum ad digitum date. 3) per metonymiam causæ efficientis: *omne, quod manu efficitur,* et speciatim: *labor, negotium, quod manu perficitur, opera manuum, ars manuaria.* Ephes. IV. 28. μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν potius laboret et victum sibi comparet arte quadam utili manuaria tractanda. Huc etiam a nonnullis referuntur loca: 1 Cor. XVI. 21. Coloss. IV. 18. ubi voce χεὶρ *scripturam, quæ manu fit,* significari volunt et provocant ad Suidæ auctoritatem, qui χεῖρα quandoque etiam τὸ χειρόγραφον significare testatus est. Magis huc pertinet locus Jacob. IV. 8. ubi χεῖρας *ipsas actiones, opera, quæ per manus fiunt,* significat. Sapient. XIII. 19. ubi χειρῶν ἐπιτυχία est prosper et felix negotiorum eventus. Eodem modo כַּף et יָד apud Hebræos de *laboribus, qui manu perficiuntur, et de actionibus* usurpantur, v. c. Prov. XXXI. 6. XII. 14. coll. Ps. LXII. 13. Coran. Sur. III. 1. Plin. H. N. XXXV. cap. 14. *Græci antiqui doron palmum vocant et ideo dora munera, quia manu darentur.* 4) metaphorice: *potentia, potestas, qua quis gaudet,* quia manu firmiter ac valide retinemus id, quod ea prehendimus, aut quia robur per manus maxime se exserit. In hac vero significatione metaphorica non solum de *potestate hostium* usurpatur, sed ἀνθρωποπαθῶς etiam *Deo* tribuitur, ita, ut *immensam ejus potentiam et voluntatem efficacissimam* significet, quæ, ut generatim in *omnibus ejus miraculosis operationibus exserere sese solet,* ita speciatim in *potenti auxilio, quo hominibus adest, cura et tutela, qua veros suos cultores complectitur, pœnarum inflictione et decretorum suorum exsecutione* conspicua, digna est, quæ ab hominibus suspiciatur ac religiose colatur. Matth. XVII. 22. μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων futurum est, ut filius hominis potestati hostium suorum tradatur. ib. XXVI. 45. Marc. IX. 31. XIV. 41. Luc. I. 66. καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ nam Deus illi aderat potentissimo auxilio. ib. v. 71. ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς e potestate omnium, qui nobis adversantur. ib. v. 74. IX. 44. XXIII. 46. εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου tibi tuæque curæ ac tutelæ commendo animum meum. ib. XXIV. 7. Joh. III. 35. καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ et omnia imperio ac potestati ejus subjecit. Eandem significationem habet quoque formula ὑπὸ χεῖρα ποιεῖσθαι, quæ legitur apud Xenoph. in Agesil. I. 22. Joh. X. 28. καὶ οὐχ ἁρπάσει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου et nemo eos providæ meæ curæ ac tutelæ eripere, aut felicitate privare poterit, quam ipsis destinavi. ib. v. 29, 39. XIII. 3. Act. IV. 28. ἡ χεὶρ καὶ ἡ βουλή σου voluntas tua efficacissima. ib. v. 30. ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε et exsere potentiam tuam. ib. VII. 50. οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα; nonne hæc omnia omnipotentia mea condidi? ib. XI. 21. καὶ ἦν χεὶρ Κυρίου μετ' αὐτῶν et Deus eos potenter adjuvabat. ib. XII. 11. XIII. 11. χεὶρ Κυρίου ἐπὶ σὲ gravissime te Deus puniat et ita in te potentiam suam exserat. Conf. Exod. IX. 3. Job. XIX. 21. Ps. XXI. 9. Alia loca huc pertinentia collegit Glassius in Philologia Sacra p. 934. ed. Dathii Act. XXIV. 7. XXVIII. 17. 2 Cor. XI. 33. Hebr. I. 10. II. 7. VIII. 9. X. 31. φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ terribile est Deo pœnas dare. 2 Sam. XXIV. 14. נִפְּלָה־נָּא בְּיַד־יְהוָה. Sirac. VIII. 1. μὴ διαμάχου μετὰ ἀνθρώπου δυνάστου, μήποτε ἐμπέσῃς εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ. Adde Alexandrinos Exod. XVIII. 14. ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς Φαραώ. Genes. XXXII. 11. XXXIX. 4. πάντα ὅσα ἦν αὐτῷ, ἔδωκε διὰ χειρὸς (pro ἐν τῇ χειρὶ) Ἰωσήφ. ib. XLII. 37. Exod. XIII. 3. ἐν χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγεν ἡμᾶς Κύριος. 2 Sam. III. 12. ἰδοὺ ἡ χείρ μου μετὰ σοῦ potentissimo auxilio meo tibi adero. 1 Paral. IV. 10. Esdra VII. 5. Ps. XXX. 6. εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου. Nec desunt ejusdem significationis exempla apud profanos scriptores. Sic v. c. apud Callimachum Hymn. in Jovem v. 74. ὧν ὑπὸ χεῖρα γεωμόρος. Pindar. Nem. Od. VIII. ver. 14. χειρὶ καὶ βουλαῖς ἄριστος. Homer. Iliad. ζ', v. 57. τῶν μή τις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον, χεῖράς θ' ἡμετέρας. Heliodor. Æthiop. I. 56. Ælian. V. H. VII. 1. Suid. χείρ· ἡ βοήθεια, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ ἡ δύναμις. schol. Sophoclis ad Ajacem Flagellif. v. 130. χειρί· δυνάμει. Conf. Krebsii Obss. Flav. p. 99. Georgii Vindic. N. T. ab Hebraismis Lib. III. cap. 3. p. 281. Schwarzii Comment. Critt. Ling. Gr. p. 1417 seq. et Horat. Vitringæ Animadvv. ad Vorstium cap. IV. pag. 841. Eodem modo non solum παλάμη apud Græcos, (v. c. Pindar. Olymp. X. p. 258. ed. Erasm. Schmidii, ubi verba Θεοῦ σὺν παλάμᾳ scholiastes exponit: τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει καὶ βοηθείᾳ) sed etiam *manus* apud Latinos usurpatur, v. c. Silium Ital. IX. v. 567. *semel, improbe, nostras sit satis evasisse manus.* 5) *voluntas, arbitrium, beneplacitum.* 1 Petr. V. 6. ταπεινώθητε ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ, h. e. committite vos et res vestras arbitrio et benignæ voluntati Dei O. M. ut possitis aliquando ob vestram malorum tolerantiam (nam de hac in omni loco sermo est) a Deo præmiis affici. Confer v. 7. Huc etiam commode referri potest locus Act. IV. 28. ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι, ubi vocabulo χεὶρ magis *voluntatis,* quam *potestatis* notio convenit ob verbum προορίζειν, quanquam χεὶρ καὶ βουλὴ per ἓν διὰ δυοῖν de potentissima et maxime efficaci Dei voluntate explicari potest. Sirac. XXV. 34. εἰ μὴ πορεύεται (scil. ἡ γυνὴ) κατὰ τὴν χεῖρά σου, ἀπὸ τῶν σαρκῶν σου ἀπότεμε αὐτήν, δίδου καὶ ἀπόλυσον, h. e. uxorem, voluntati tuæ immorigeram, libello repudii dato, removeas a te, coll. VII. 28. ib. XLVI. 5. 6) χεὶρ, ut Hebraicum יָד (Ies. LXIV. 6. et Genes. IX. 5.), quandoque abundat, maxime si additur præpositionibus ἐν et διὰ, denotantibus caussam mediam efficientem. Marc. VI. 2. καὶ δυνάμεις τοιαῦται διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γίνονται; et unde ipsi facultas, tot ac tanta miracula patrandi? Act. II. 23. διὰ χειρῶν ἀνόμων, pro διὰ ἀνόμων. ib. V. 12. διὰ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων per apostolos. ib. VII. 25, 35. ἐν χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ interveniente oraculo illo divino, quod ipsi ex flamma dumeti obtigit. ib. XI. 30. XIV. 3. XV. 23. γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε epistolam per eos mittentes in hanc sententiam. ib. XIX. 11. Apoc IX. 20. Adde Alexandrinos Levit. XXVI. 46. ὁ νόμος, ὃν ἔδωκε Κύριος ἐν χειρὶ Μωϋσῆ per Mosen. 2 Paral. XXXIV. 14. Levit. VIII. 36. Jos. XIV. 2. XXII. 9.

1 Reg. VIII. 53. 2 Reg. XVII. 13. Sirac. XLVIII. 23. XLIX. 8. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. XIV. pag. 361 et 367. ed. Fischeri. Eodem modo χεὶρ etiam apud Græcos interdum pleonastice ponitur, v. c. Ælian. V. H. Lib. XIV. cap. 12. τοῦτο εἰργάζοντο αἱ βασιλέως χεῖρες. Cf. Palairet. Obss. Philol. pag. 286. et D'Orville ad Chariton. I. 12. pag. 273. ed. Lips. 7) quandoque reticetur, ut Act. XVIII. 10. ubi post ἐπιθήσεταί σοι supplendum est χεῖρας, quod etiam apud Apollodorum Bibl. I. 1. ad ἐπιθέσθαι τῷ πατρὶ supplendum est. 8) ἐν χειρὶ τινὸς *aliquid factum esse* dicitur, *quod coram aliquo et in conspectu alicujus factum est*. Sic legitur in N. T. Galat. III. 19. ἐν χειρὶ μεσίτου præsente Mose, interprete voluntatis divinæ apud Judæos futuro. Cf. 1 Sam. XXI. 14. ubi בְּיָדָם est idem, quod in antecedentibus בְּעֵינֵיהֶם. Eodem modo بين يدي Coran. Sur. II. v. 256. usurpatur, ubi de Deo hæc leguntur: Deus novit بين ايديهم وما خلفهم *quæ inter manus eorum et quæ post tergum sunt*, h. e. *præsentia ac futura*. Conf. Schultensii Comment. ad Job. XV. 23. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΕΙΡΑΓΩΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *manu duco*, a χειραγωγὸς, quod vide. Bis tantum in N. T. legitur. Act. IX. 8. χειραγωγοῦντες αὐτὸν manu ducentes eum. ibid. XXII. 11. χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν συνόντων μοι manu ductus ab iis, qui mecum erant. Artemidor. I. 28. Pollux III. 149. Legitur præterea hæc vox apud Alexandrinos Jud. XVI. 26. pro formula חָזֵק יָד in cod. Alexandr. et edit. Complut. Loca veterum scriptorum huc pertinentia sat multa collegit Wetstenius N. T. T. II. p. 510 seq. Hesych. χειραγωγῶ· τῇ χειρὶ ἄγω.

ΧΕΙΡΑΓΩΓΟ'Σ, οῦ, ὁ, ἡ, *manuductor, qui, vel quæ aliquem* (v. c. cœcum) *manu ducit*. Compositum est ex χεὶρ *manus*, et ἀγωγὸς *ductor*, quod est ab ἄγω *duco*. Tantum legitur in N. T. Act. XIII. 11. καὶ περιάγων ἐζήτει χειραγωγοὺς et oberrans quærebat, qui sese manu prehensum ducerent. Artemidor. I. 50. τυφλοὺς ἐποίησεν, ἵνα χειραγωγοῖς χρήσωνται. Reperitur præterea hoc substantivum, sed metaphorice sumtum, apud Maximum Tyrium Diss. XXVII. p. 258. οὐ μὴ δεηθῆναι κυβερνήτου, καὶ ἰατροῦ, καὶ χειραγωγοῦ Θεοῦ.

ΧΕΙΡΟ'ΓΡΑΦΟΝ, ου, τὸ, *chirographum*, 1) proprie et generatim: *omne, quod manu scriptum, sculptum et exaratum est, litteræ, manu nostra scriptæ*, ex χεὶρ *manus*, et γράφω *scribo, in tabula, membrana, charta aliave materia certis clarisque characteribus, aut litterarum notis aliquid delineo et exprimo*. Conf. Salmasii Exercitationes Plinianas pag. 1110. et Ernesti Clav. Ciceron. sub voce *chirographum*. Hinc 2) speciatim: *genus cautionis unius debitoris manuscriptæ, litteræ, propria manu scriptæ, quibus quis debitum agnoscit et ad ejus solutionem ad diem stipulatum sese adstringit, syngrapha*. Tob. V. 3. IX. 3. Confer Salmas. de Modo Usurarum pag. 392. Hesych. χειρόγραφον· συμβόλαιον, γραμματεῖον. (χρέους ὁμολογητικὸν, quod additur in Lexic. Cyrilli MS. Brem.) 3) *lex Mosaica*, quæ ita dicitur, partim, ob vim obligandi, quam habebat, partim, quia scripta et litteris consignata erat. Sic semel tantum in N. T. legitur Coloss. II. 14. ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν abrogavit enim Christus et sustulit legem Mosaicam (ceremonialem scilicet) et omnia ejus decreta. Conf. Ephes. II. 15. τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. Vide etiam Wolfii Curas Philol. et Critt. in N. T. T. III. p. 316. Wetstenii N. T. T. II. pag. 287. et Deylingii Observatt. Sacr. P. IV. p. 580—616.

ΧΕΙΡΟΠΟΙ'ΗΤΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *manufactus, manibus effectus, fabricatus et exstructus*, ex χεὶρ *manus*, et ποιητὸς *factus*, quod est a ποιέω *facio*. Legitur tantum in N. T. Marc. XIV. 58. ὅτι ἐγὼ καταλύσω τὸν ναὸν τοῦτον τὸν χειροποίητον ego destruam templum hoc, quod est manibus exstructum: cui in sequentibus opponitur ναὸς ἀχειροποίητος. Act. VII. 48. ἀλλ' οὐχ ὁ ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις κατοικεῖ sed Deus, summum illud numen, in templis manufactis non habitat, ut nempe majestas Dei iis sit inclusa. ibid. XVII. 24. Ephes. II. 11. ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου a Judæis, qui gloriantur circumcisione, quæ est corporis tantum, humana et manuaria, non vero animi ac divina. Hebr. IX. 11. Sæpius in N. T. non legitur. In versione Alexandrina κατ' ἐξοχὴν de *idolis gentilium manufactis* usurpatur ac respondet Hebraico אֱלֹהִים *dii, idola*, Ies. XXI. 9. et אֱלִילִים *idola*. Levit. XXVI. 1. Ies. II. 18. X. 11. XIX. 1. Adde Xenophont. Anab. IV. 3. 4. χειροποίητος ὁδός. Thucyd. II. c. 77. φλὸξ χειροποίητος flamma, manu excitata. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. II. p. 360. et Wetstenii N. T. T. II. p. 631.

ΧΕΙΡΟΤΟΝΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *manum extendo, protendo et attollo*, ex χεὶρ *manus*, et τείνω *extendo*. Suid. χειροτονητέον· τὴν χεῖρα ἐκτατέον. Hinc χειροτονία *extensio manus*, quod Ies. LVIII. 9. apud Alexandrinos legitur pro Hebraico שְׁלַח אֶצְבַּע *emittere digitum*. Jam quia mos fuit et consuetudo veterum, ut cœtus hominum, paulo majores, suffragia ferrent per manuum extensionem, et electio manibus, vel etiam digitis sublatis indicaretur, (Vide v. c. Xenophontis Anab. III. 3. 22. καὶ ὅτῳ δοκεῖ ταῦτα, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα. Ἀνέτεινον ἅπαντες. et Walæi Libros N. T. Historicos p. 1170.) factum est, ut χειροτονεῖν 2) non solum significaret: *per suffragia aliquem creare et alicui muneri præficere, protensis manibus eligere*, sed etiam: *absque suffragiis eligere aliquem, constituere, creare, ordinare, designare*. Sic bis tantum in N. T. legitur. Act. XIV. 23. χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν constituerunt per singulas ecclesias presbyteros. Verbo χειροτονεῖν simpliciter h. l. *electionem* vel *constitutionem* inferri, nec ad ordinationem ecclesiasticam, quæ hodie recepta est, respici, observavit jam et docuit Boisius in Collatione Veteris Interpretis pag. 414. et Knatchbullus in Notis ad h. l. 2 Cor. VIII. 19. χειροτονηθεὶς συνέκδημος ἡμῶν electus comes ac socius itineris. Demosthenes p. 309. 27. edit. Reisk. τὰς ἐμὰς γνώμας ἐχειροτόνει. ibid. p. 712. 23. Philostrat. in Vit. Soph. I. cap. 21. s. 8. ἐχειροτονεῖτο δὲ ὁ Πολέμων eligebatur autem Polemon. Joseph. A. J. XIII. 2. 2. Hesych. χειροτονεῖν· καθιστᾷν, ψηφίζειν. Suidas: χειροτονήσαντες, ἐκλεξάμενοι. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 198.

ΧΕΙ'ΡΩΝ, ονος, ὁ, ἡ, neutrum χεῖρον, τὸ, *pejor, deterior, gravior, vehementior*. Est comparativus irregularis, cujus positivus est κακὸς, quod vide supra. Matth. IX. 16. καὶ σχίσμα χεῖρον γίνεται atque ita pejor ruptura existet. ib. XII. 45. καὶ

γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων et posterior illius hominis conditio fit pejor priori. ibid. XXVII. 64. καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης atque ita ultima impostura sit pejor priori. Marc. II. 21. V. 26. ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἐλθοῦσα sed morbus magis ingravescebat. Luc. XI. 25. Joh. V. 14. ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται ne tibi gravius malum accidat. 1 Tim. V. 8. καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων et est infideli deterior. 2 Tim. III. 13. προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον proficient in deterius. Hebr. X. 29. πόσῳ χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας quanto majori ac graviori pœna afficietur! 2 Petr. II. 20. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Alex. 1 Sam. XVII. 43. χείρων κυνός. Sapient. XV. 18. Conf. etiam Reiskii Indicem Græcitatis Demosthenææ pag. 799.

ΧΕΡΟΥ'Β, et in plurali χερουβεὶμ et βεῖμ, βὶμ, βεῖν et βεὶν, βίν. Est ipsa vox Hebraica כְּרוּב in plurali כְּרוּבִים et כְּרֻבִים a radice כָּרַב quod Chaldæis, Syris, Arabibus *arare* significat, unde כְּרוּב proprie *arantem, bovem arantem* significat. Erant autem cherubim *certæ imagines aureæ, quarum corpus instar hominis erat, habentes caput, ex quatuor faciebus conflatum, hominis scilicet, bovis, leonis et aquilæ, alas instar aquilæ, ad minimum duas, et pedes bovis, vel vituli,* prout patet ex Ezech. I. 5—10. X. 14—20. XLI. 18, 19. Impositæ erant hæ imagines propitiatorio arcæ fœderis, ita, ut utrumque latus propitiatorii tegerent, expandentes alas, ac thronum formarent, in quo Deus sedere a Judæis credebatur; (quo emblemate sine dubio imperium Dei in omnes res creatas significabatur. Conf. Exod. XXV. 18 seq.) positæ etiam erant in templo Hierosolymitano, a Salomone exstructo. 1 Reg. VI. 23—32. Lectu digna de his figuris ac variis vocis χερούβ significationibus habet Velthusenius in libro, vernacule scripto: Von den Cherubinen und der in der Biblischen Poësie angenommenen Bilderlehre der alten Hebräer. Braunschw. 1764. 8. Joh. Henr. Wepler D. de Cherubis, angelis tonantibus Hebræorum. Marb. 1777. 4. et J. D. Michaëlis Comment. de Cherubis, Equis tonantibus Hebræorum, quæ in Commentariis Reg. Societ. Goetting. T. I. p. 157. exstat. Conf. etiam Schult. ad Prov. XXX. 20. qui vocem כְּרוּב deducere mavult ab Arabico كرب et Syriaco ܟܪܒ *finxit*, unde ܟܪܘܒܐ *formator imaginum*, ut adeo כְּרוּבִים proprie significaret *imagines fictas et formæ indeterminatæ, nunquam in rerum natura vivas sic visas*, uno verbo *hieroglyphicas*. In N. T. semel tantum commemorantur Hebr. IX. 5. χερουβὶμ δόξης cherubim, in quibus se gloria Dei vel schechina revelabat.

ΧΗ'ΡΑ, ας, ἡ, 1) proprie: *vidua, fœmina, marito orbata*, et est fœmininum (unde additur passim γυνή, v. c. apud Alexand. 2 Sam. XIV. 5. 1 Reg. VII. 14. XI. 26. Dio Cass. XLI. 175. Confer L. Bos. Ellips. Græc. p. 44. et Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 199.) adjectivi χῆρος, ου, ὁ, *viduus*, ἀπὸ τοῦ χηροῦσθαι, quod est *destitui et privari*, (Cyrillus Alex. in Lexic. MS. χηρῶσαι· ἐρήμους ποιῆσαι. χηρῶ· τὸ χωρίζω καὶ τὸ πορθῶ.) quemadmodum *vidua* Latinis est a *viduando*, h. e. *orbando*. Marc. XII. 40, 42, 43. ἡ χήρα αὕτη ἡ πτωχή. Luc. II. 37. IV. 25, 26. VII. 12. XVIII. 3, 5. XXI. 2, 3. Act. VI. 1. IX. 39, 41. 1 Cor. VII. 8. τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις. 1 Tim. V. 3, 4, 5, 9, 11, 16. In versione Alexandrina respondet Hebraico אַלְמָנָה idem. Exod. XXII. 22, 24. Deut. X. 18. XIV. 29. XVI. 11, 14. Hesych. χήρα· ἡ μετὰ γάμον μὴ συνοικοῦσα ἀνδρί, ἢ τὸν ἄνδρα στερηθεῖσα γυνή. 2) metaphorice non tam *viduam, proprie sic dictam*, quam, ex adjuncto, *omnem personam miseram, desolatam et afflictam, qualis est vidua*, notat. Sic legitur in N. T. Matth. XXIII. 14. ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν viduarum et relictorum ab omnibus ac auxilii inopum bona surripitis. Luc. XX. 47. Jacob. I. 27. ἐπισκέπτεσθαι ὀρφανοὺς καὶ χήρας ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν prospicere hominibus afflictis ac auxilio omni destitutis. Eodem sensu apud Alexandrinos Psalm. LXVIII. 6. Deus dicitur ὁ πατὴρ τῶν ὀρφανῶν καὶ κριτὴς τῶν χηρῶν. Adde Ps. XCIII. 6. CXLV. 8. Ies. I. 17, 23. Jer. VII. 5. Sirac. XXXV. 14, 15. 2 Macc. III. 10. 3) de urbe aut provincia si adhibetur, significat *desolatam et incolis ac civibus destitutam*, ad imitationem Hebraicæ vocis אַלְמָנָה Ies. XLVII. 8. Sic legitur in N. T. non solum Apoc. XVIII. 7. de Babylone: κάθημαι βασίλισσα, καὶ χήρα οὐκ εἰμί, (h. e. admodum populosa sum) καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω, sed etiam apud Alexandrinos Ies. XLIX. 21. ubi Hebraico גַּלְמוּדָה *solitaria* respondet. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΘΕ'Σ, idem quod ἐχθές. (Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 867.) Adverbium temporis, quod 1) significat: *heri, diem hesternum*. Joh. IV. 52. ὅτι χθὲς, ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετὸς heri hora septima liberatus est a febre. Act. VII. 28. Alexandrini usi sunt hac voce pro אֶמֶשׁ *hesterna, præterita nocte*, vel *heri, vesperi*. Gen. XIX. 34. XXXI. 29, 42. Æschin. Socr. Dial. II. 1. Mœris: χθές — Ἀττικῶς. Etym. M. ἐχθές· οἱ Ἀττικοί, χθές· οἱ δὲ κοινοί, ἐχθές. Confer interpretes ad Thom. M. p. 913. edit. Bernard. 2) *omne tempus præteritum*. Hebr. XIII. 8. Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς Christus est semper idem, et omnis mutationis expers, manebit semper idem, qui olim fuit et nunc est, h. e. religio christiani est immutabilis. Formula χθὲς καὶ σήμερον respondet formulæ Hebraicæ גַּם־תְּמוֹל גַּם־הַיּוֹם Exod. V. 14. ut olim, ita et nunc. Eodem modo etiam תְּמוֹל *heri* apud Hebræos usurpatur, v. c. Genes. XXXI. 2. οὐκ ἦν πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. Exod. IV. 10. XXI. 29, 36. 2 Sam. III. 17. Adde Sirac. XXXVIII. 24. ἐμοὶ χθὲς καὶ σοὶ σήμερον. Xenoph. Cyrop. VI. 3. 5. καὶ χθὲς δὲ καὶ τρίτην ἡμέραν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔπραττον. Conf. Wesseling. ad Herodot. III. 109. p. 129. Alberti Observatt. Philol. pag. 443. et Schwarzii Comm. Critt. L. Gr. p. 1421 seq. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΙΛΙ'ΑΡΧΟΣ, ου, ὁ, scil. ἀνὴρ, *chiliarchus, dux mille militum*, etiam *tribunus militum, qui toti legioni præest, præfectus cohortis*, qui Hebraice שַׂר אֲלָפִים (Exod. XVIII. 21, 25. Deut. I. 15. 1 Paral. XIII. 1. XV. 25.) שַׂר אֶלֶף (1 Sam. XVII. 18. XVIII. 13.) et רֹאשׁ אֲלָפִים *caput millium*, Jos. XXII. 14, 21, 30. vocatur; ex χίλιοι *mille*, et ἀρχὸς *dux*, ab ἀρχὴ *imperium*. Marc. VI. 21. ubi χιλίαρχοι omnino duces militum, vel potius satellitum præfectos notare videtur. Joh. XVIII. 12. ἡ οὖν σπεῖρα καὶ ὁ χιλίαρχος cohors igitur cum præfecto cohortis. Scilicet Cæsarum ætate in provinciis

Romanis erant vel legiones, vel cohortes, ut custodirent securitatem ministrarentque magistratibus in rebus iis, in quibus opus esset opera militari. In majoribus provinciis erant legiones, in minoribus vero, v. c. Judæa, cohortes, quibus præerant tribuni et subjectos habebant centuriones. Act. XXI. 31. ὁ χιλίαρχος τῆς σπείρης præfectus cohortis. Ib. v. 32, 33, 37. XXII. 24, 26, 27, 28, 29. XXIII. 10, 15, 17, 18, 19, 22. XXIV. 7, 22. XXV. 23. Apoc. VI. 15. XIX. 18. In utroque posteriori loco χιλίαρχοι sunt generatim *duces militum*, collat. Zachar. IX. 7. XII. 5, 6. ubi Hebraico אַלּוּף *dux* in versione Alexandrina respondet. Hesych. χιλίαρχος· χιλίων ἄρχων. Cf. Brissonium de Regno Persarum p. 251 et 725. A χιλίαρχος descendit substantivum χιλιαρχία, quod non solum *præfecturam super mille*, sed etiam *mille virorum agmen* significat. Conf. Alex. Num. XXXI. 48. et 1 Macc. V. 13.

ΧΙΛΙΑ'Σ, άδος, ἡ, *chilias, numerus millenarius.* Pluralis χιλιάδες, ων, αἱ, *millia*, a χίλιοι *mille*. Luc. XIV. 31. εἰ δυνατός ἐστιν ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι τῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτὸν an valeat cum decem millibus obviam ire illi, qui cum viginti millibus ipsum aggreditur. Act. IV. 4. ὡσεὶ χιλιάδες πέντε circiter millia quinque. 1 Cor. X. 8. Apoc. V. 11. VII. 4—8. XI. 13. XIV. 1, 3, 16. Alexandrini usi sunt pro אֶלֶף *mille, chilias*. Gen. XXIV. 60. Exod. XII. 37. Ies. LX. 22.

ΧΙ'ΛΙΟΙ, αι, α, *mille, millia.* 2 Pet. III. 8. ὡς χίλια ἔτη tanquam mille anni. Apoc. XI. 3. ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα h. e. ad tres annos et dimidium. Ibid. XII. 6. XIV. 20. XX. 2 — 7. Alexandrini habent pro Hebraico אֶלֶף idem, Gen. XX. 16. Num. III. 50. XXXI. 4, 5, 6. et Chaldaico אֲלַף, אַלְפָא idem. Dan. V. 1. Etiam apud Latinos, v. c. Virgilium Eclog. II. 21. Æn. IV. 701. *mille* pro numero summo usurpatur.

ΧΙ'ΟΣ, ου, ἡ. *Chius.* Insula notissima, quæ sita est in mari Ægæo aut Archipelago, inter Samum et Lesbum, insulas. Pertinet ad Ioniam, Asiæ minoris provinciam, et objecta est peninsulæ, ubi Clazomenæ et Erythræ jacent. Olim *Æthalia* dicta fuit; hodie *Scio* vocatur. Nobilitata fuit insula etiam vini præstantissimi proventu. Vide Cellarii Geograph. Antiq. Lib. III. c. 2. § 13. pag. 15 seq. Nomen Χίος nonnulli derivant a χιὼν *nix*. Alii hanc insulam sic dictam putant a Nympha, Chione. Syriacum nomen ܟܝܐ *Chios* descendit a ܟܝܐ *mastix*, nam mastix ibi gignitur. In N. T. semel tantum commemoratur Act. XX. 15. ἀντικρὺ Χίου ex opposito Chii.

ΧΙΤΩ'Ν, ῶνος, ὁ, 1) *tunica, vestis interior, et minoris pretii, cui alia superinduebatur.* Erat autem illa tum *interior*, seu *indusium, interula*, tum exterior, quæ interulæ superindui solet, et ita differt ab ἱμάτιον, quod *exteriorem vestem et majoris pretii* significat. Ortum suum traxit hoc vocabulum sine dubio ab Hebraico כְּתוֹנֶה pro quo Græci interpretes hoc Græco usi sunt, Gen. XXXVII. 3, 31, 33. 2 Sam. XIII. 18, 19. vel כֻּתֹּנֶת idem, cui respondet apud Alexandrinos Exod. XXVIII. 40. Levit. VIII. 7. 2 Sam. XV. 32. Sic legitur in N. T. Matth. V. 40. καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον et si quis velit tecum litigare et tibi tunicam eripere, illi et pallium tuum concede. ibid. X. 10. Marc. VI. 9. καὶ μὴ ἐνδύσησθε δύο χιτῶνας ne possideatis duas tunicas. Scilicet homines delicatiores pluribus tunicis uti solebant. Vide Suetonium in Octavio cap. 82. Luc. III. 11. VI. 29. IX. 3. Joh. XIX. 23. ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος tunica vero non erat consuta. Act. IX. 39. Adde Ælian. V. H. I. 16. Pollux Onom. Lib. VII. cap. 13. χιτὼν δὲ, ὁ μὲν ἀμφιμάσχαλος, ἐλευθέρων σχῆμα· ὁ δὲ ἑτερομάσχαλος, οἰκετῶν. Suid. χιτών· ἱμάτιον ἀνδρικόν. — — χιτὼν οὖν ἐστὶ λεπτὸν ἱμάτιον ὑποκάμισον, παρὰ τὸ ἐγχεῖσθαι τοῖς μέλεσι. Thom. M. χιτών, ἐπὶ ἀνδρὸς — χιτώνιον, ἐπὶ γυναικός. ubi vide interpretes. Hesych. χιτών· ἐσθής, θώραξ, ἱμάτιον ἀνδρικόν. Confer Braun. de Vestitu Hebr. II. c. 2. et Wetstenii N. T. T. I. p. 309 seq. 2) *vestis quæcunque, sive sit interior, sive exterior et superior.* Sic legitur in N. T. Marc. XIV. 63. ὁ δὲ ἀρχιερεὺς διαῤῥήξας τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ, collato Matth. XXVI. 65. τότε ὁ ἀρχιερεὺς διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. Hinc etiam χιτὼν in versione Alexandrina respondet Hebraico בֶּגֶד *vestis*, Exod. XXXV. 18. 1 Reg. XXI. 27. (καὶ διέῤῥηξε τὸν χιτῶνα αὐτοῦ.) Ies. XXXVI. 22. et מְעִיל *pallium*, Ies. LXI. 10. Adde ex libris Apocryphis Judith XIV. 18. 2 Macc. IV. 38. 3) metaphorice et per metonymiam transfertur ad *ipsum hominem, qui vestibus utitur.* Sic sumenda est hæc vox Jud. v. 23. μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα fugite omne commercium cum hominibus impiis omnemque vitiositatis speciem. Cf. supra dicta ad vocem σπιλόω, Elsneri Obss. Sacr. T. II. pag. 431. et Wolfii Curas Philologicas in N. T. T. IV. cap. 368. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΙΩ'Ν, όνος, ἡ, *nix*, q. a χέω *fundo*. Ter tantum in N. T. reperitur. Matth. XXVIII. 3. λευκὸν ὡς χιὼν candidum instar nivis, seu *nivis candore nitescens*, ut habet Juvencus, seu *veste effulgens nivea*, ut legitur apud Silium Ital. III. 694. Adde Eurip. Rhes. v. 304. Marc. IX. 3. Apoc. I. 14. Alexandrini habent pro שֶׁלֶג idem, Exod. IV. 6. Num. XII. 10. Prov. XXV. 13. et Chaldaico תְּלַג idem, Dan. VII. 9.

ΧΛΑΜΥ'Σ, ύδος, ἡ, *chlamys*, 1) proprie et generatim *omnis generis pallium*, seu *togam superiorem* notat, *vestem, quæ aliis superindui solet*, forte ita dictam a χλαίνω *calefacio*, quod indutum totum corpus calefaciat. Sic legitur apud incertum interpretem 1 Sam. XXIV. 5. ubi Hebraico מְעִיל *pallium* respondet. Hesych. χλαμύς· (sic enim rescribendum est loco impressi χλαμός) χλαῖνα. χλαῖνα vero *lænam*, seu *hibernum vestimentum* notat, quo sensu legitur apud Alexandrinos Proverb. XXXI. 22. Suid. χλαῖνα· τὸ παχὺ καὶ χειμερινὸν ἱμάτιον, παρὰ τὸ χλιαίνειν. Hesych. χλαῖνα· χλαμύς, ἢ ἱμάτιον χειμερινόν, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, ὅ ἐστι θερμαίνειν. Conf. Bielii Thesaur. Philol. s. h. v. 2) speciatim vero *genus quoddam pallii* notat, *quod non solum apud Græcos milites tunicæ ac loricæ superinduere solebant et a Latinis paludamentum vocatur, sed etiam, quo viri principales, imperatores ac duces amicti incesserunt.* Erat autem utrumque cunei fere forma, inque humero, ut plurimum dextro, fibula juncta, ita, ut lævam tantum corporis partem amiciret. Figuram ejus exhibuit post Ferrarium Cuperus in Apotheosi Homeri p. 158. Pallium militum (qui ab hoc ipso pallio *chlamydati* vocantur a Plauto in Rudente Act. II. Sc. 2.) nativum colorem lanæ habebat, pallium vero insigne bellicum et imperatorum,

regum ducumque, quod a Latinis *sagum* vocatur, purpurei, (Eutrop. IX. 26.) vel coccinei (Plin. H. N. XXII. 2.) coloris erat, ut docuit Octavius Ferrarius de Re Vestiaria P. II. Lib. III. cap. 4. 8 et 15. cum quo conferendus est Fabretti ad Columnam Trajani p. 180. et J. C. Wolfius ad Sapphus fragmenta p. 244. Unde apparet, quare milites procuratoris Romani Jesum, quem se regem Judæorum venditasse calumniati erant inimici ejus, περιέθηκαν αὐτῷ χλαμύδα κοκκίνην induerunt chlamyde coccinea, teste Matthæo, XXVII. 28. et postquam eum illuserant, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα iterum chlamydem detraxerunt, ut ibidem v. 31. legitur. Conf. Joh. XIX. 2. Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur præterea hæc vox 2 Maccab. XII. 35. ubi χλαμὺς Gorgiæ, τῷ τῆς Ἰδουμαίας στρατηγῷ, ut v. 32. vocatur, tribuitur. Apud Xenoph. Memor. Socr. II. c. 7. § 5. ἱμάτιά τε ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα, καὶ χιτωνίσκοι, καὶ χλαμύδες, καὶ ἐξωμίδες. Ælian. V. H. XIV. 10. Hesych. χλαμύς· πορφύρα, ἢ χιτών. Pollux Onomast. Lib. VII. cap. 13. εἴδη δὲ ἐσθήτων ἀνδρικῶν μὲν χλαμὺς κ. τ. λ.

ΧΛΕΥΆΖΩ, fut. άσω, *cavillor, contumeliose irrideo, illudo, vultu, voce, gestibus ludificor, ludibrio excipio, sannis excipio, subsanno*, a χλεύη, ης, ἡ, *risus, derisio, illusio, ludibrium*. Bis tantum in N. T. legitur. Act. II. 13. ἕτεροι δὲ χλευάζοντες ἔλεγον alii vero moto risu dixerunt. ib. XVII. 32. ἀκούσαντες ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον cum autem audirent resurrectionem mortuorum, alii sannis excipiebant. Reperitur præterea Prov. XIV. 9. XIX. 28. in fragmentis Aquilæ ac Theodotionis pro Hebraico הֵלִיץ *subsannavit, irrisit*. Sapient. XI. 15. 2 Macc. VII. 28. Æschin. Socr. Dial. II. 16. Demosthen. p. 78. 12. ed. Reisk. Hesych. χλευάζει· ἐμπαίζει, γελᾷ. Idem χλεύην interpretatus est γέλωτα, χλευασμὸν, ἐμπαιγμόν. Thomas M. pag. 915. χλευάζω λέγε, χλευασμὸς (quæ tamen vox non solum apud Alexandrinos, Psalm. XLIII. 15. LXXVIII. 4. Jerem. XX. 20. sed etiam apud Demosthenem pag. 254. 3. edit. Reisk. reperitur.) δὲ μηκέτι, ἀλλὰ χλεύη καὶ χλευασία. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 465.

ΧΛΙΑΡΌΣ, ὰ, ὸν, 1) proprie: *tepidus*, a χλιαίνω *tepefacio, calefacio*. Sic legitur apud Julium Pollucem in Onomastico VI. 11. p. 612. edit. Hemsterhus. et apud Athenæum III. p. 123. E. τὸ δὲ χλιαρὸν ὕδωρ Ἀθηναῖοι μετάκερας καλοῦσι. 2) metaphorice: *omnis, qui languet in alicujus rei studio, et remittit aliquid ex ardore;* speciatim in N. T. *remissus, segnis in pietatis studio*. Sic semel tantum in N. T. legitur Apoc. III. 16. οὕτως, ὅτι χλιαρὸς εἶ, καὶ οὔτε ψυχρὸς, οὔτε ζεστὸς, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου, ubi χλιαρὸς, quia opponitur partim τῷ ψυχρῷ, h. e. ei, qui prorsus negligens est rerum divinarum, partim τῷ ζεστῷ, h. e. ei, qui acerrimo studio religionis christianæ tenetur, necessario significat hominem, qui in vera religione christiana debitam attentionem et fervorem non adhibet, incertæ est indolis ac prorsus dubiæ mentis.

ΧΛΟΉ, ης, ἡ. *Chloë*. Nomen mulieris christianæ ac piæ matronæ Corinthiensis, origine Græcum, designans *herbam virentem*. Semel in N. T. ejus mentio fit 1 Cor. I. 11. ἐδηλώθη μοι ὑπὸ τῶν Χλόης, sc. οἰκείων, nunciatum est mihi a domesticis Chloës. Sic etiam Theophylactus *Chloën* familiæ Corinthiensis nomen esse existimat; sed Ambrosius ambigit, utrum Chloën vicum facere malit, qui pertinuerit ad ditionem Corinthiorum, an matronam.

ΧΛΩΡΌΣ, ὰ, ὸν, per crasin pro χλοερὸς, 1) *virens, viridis*, a χλόα, ας, ἡ, Ion. χλόη, *herba virens, quæ folia tantum emittit et nunquam in caulem erigitur*. Marc. VI. 36. ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ super gramine viridi. Apoc. VIII. 7. καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κατεκάη et omne gramen viride combustum est. ibid. IX. 4. οὐδὲ πᾶν χλωρὸν scil. βλάστημα neque ullam herbam viridem. Alexandrini usi sunt pro יֶרֶק *viror, viriditas, olus viride*, Genes. I. 30. Exod. X. 15. Ies. XV. 6. יָרָק *olus viride*, 2 Reg. XIX. 26. לַח *virens, recens*, Gen. XXX. 37. Ezech. XVII. 24. עֵשֶׂב *herba*, Deut. XXIX. 22. et חָצִיר *gramen*. Prov. XXVII. 25. Adde Ælian. V. H. XIII. 16. 2) non solum *id, quod est herbacei coloris*, notat, sed etiam, *quod est albinei*, vel *lutei coloris, pallidum, luteum, suppallidum*, i. q. ὠχρός. Sic legitur in N. T. Apoc. VI. 8. ἵππος χλωρὸς *equus pallidus*, seu gilvi, in pallidum vergentis, coloris, qui etiam *melinus* vocatur secundum Servium in Virgilii Georg. III. 83. Vide Syrum interpretem. Equus hic pallidus erat equiti suo, i. e. morti concolor, quæ pallida est. Inde *Constantius*, imperator, a colore suppallido cognomen Chlori habuit et avis χλωρίων, vel χλωρεὺς (Hesych. χλωρεύς· ὀρνιθάριον χλωρόν.) dicta est a colore luteo, quem habet. Confer Foësii Œconom. Hippocr. p. 408. Salmasii Exercitationes Plinianas pag. 594 et 1155. Braunium de Vestitu Sacerdotum Hebræorum pag. 171. et Bocharti Hierozoicon P. I. p. 109. Hesych. χλωρός· ὠχρός. ὠχρὸν χρῶμα conflatur, λευκοῦ ξανθῷ μεμιγμένου, ut in Timæo docet Plato. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 773 seq.

χξς΄, monogramma seu Græcum nomen ex literis numeralibus Græcis exsculptum, quod significat *sexcentorum sexaginta sex* et occurrit Apoc. XIII. 18. ubi videndus est Eichhornius in Commentario ad h. l. T. II. p. 133 seq. Varias de hoc nomine sententias collegit et dijudicavit Wolfius in Curis Philol. in N. T. T. IV. pag. 545—552. Confer quoque Bengelii Appar. Crit. N. T. p. 826.

ΧΟΪΚΌΣ, ἡ, ὸν, 1) *pulvereus, terrenus, terrestris, cujus origo terrestris est*, a χόος, οῦς, ὁ, *terra egesta, pulvis*. 1 Cor. XV. 48. οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοὶ qualis erat Adamus, cujus origo erat terrestris, tales etiam sunt omnes homines, terreno corpore induti. Opponitur h. l. ὁ χοϊκὸς τῷ ἐπουρανίῳ. ibid. v. 49. Hesych. χοϊκός· πήλινος, γήϊνος. Idem tradit Suidas. Alberti Gloss. Gr. p. 136. χοϊκός· γήϊνος. Cyrillus Alex. in Lex. MS. χοϊκός· γηγενὴς καὶ γήϊνος. Eadem leguntur quoque in Zonaræ Lex. col. 1856. 2) ex adjuncto: *caducus, corruptibilis, mortalis*. 1 Cor. XV. 47. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ἐκ γῆς, χοϊκὸς primus homo e terra ac mortalis erat. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΟΪ͂ΝΙΞ, ικος, ἡ, *chœnix*, mensura aridorum, ponderans duas libras Romanas, aut XXIV uncias, aut continens heminas tres, seu sextarium unum et dimidium. Octo chœnices modium explebant. Secundum Wetstenium N. T. T. II. p. 772. capiebat duos sextarios frumenti totidemque libras. Fuit quidem hæc mensura aridorum pro varietate regionum varia; constat autem ex Athenæo, Diodoro Siculo (XIX. cap. 49.) et aliis scriptoribus, olim tantam mensuram frumenti designasse, quæ singulis diebus servis et militibus distribuebatur in ali-

mentum, aut, quæ homini uno die ad vitam sustentandam sufficit: unde a Diogene Laërtio VIII. cap. 18. ἡ χοῖνιξ ἡμερήσιος vocatur, (ubi conf. notas Menagii,) ac ab Athenæo III. pag. 90. E. ἡμεροτροφίς. et illud Pythagoræ: χοίνικι μὴ ἐπικαθίσαι, *super chœnice ne sedeas*, h. e. non unius diei demenso acquiescendum, sed in crastinum prospiciendum. Herodot. Lib. VII. cap. 231. pag. 598. εἰ χοίνικα πυρῶν ἕκαστος τῆς ἡμέρης ἐλάμβανε καὶ μηδὲν πλέον. Adde Odyss. XIX. 28. et Thucyd. IV. 16. Conf. Eisenschmid. de Ponderibus et Mensuris Sect. II. cap. 3. pag. 81 seq. Waseri Librum de Mensuris Hebræorum II. 3. et Perizon. ad Ælian. V. H. L. I. c. 26. In N. T. bis tantum legitur. Apoc. VI. 6. χοῖνιξ σίτου δηναρίου καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου chœnix tritici denario, et tres chœnices hordei denario, nempe vendantur, quo maxima annonæ gravitas significatur, nam olim vulgo singuli modii veniebant pro singulis denariis. Vide Ciceronem in Verrem III. 81. Alexandrini usi sunt hac voce pro בַּת *bathus*. Ezech. XLV. 10, 11. Hesych. χοῖνιξ· μέτρον τι καὶ πέδη, καὶ νάρθηξ. Gloss. Vet. χοῖνιξ, μέτρον, *semimodium*.

ΧΟΙ͂ΡΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) *porcus, porca, sus*, sine dubio a χορὰς, quod *sordes* significat; delectatur enim spurcitie: quemadmodum Latinum *porcus*, quasi *spurcus*. Auctor Etym. M. vult dici a χοῦν ἐρευνᾷν, quod humum rostro scrutetur. Matth. VIII. 30. ἀγέλη χοίρων grex porcorum. ib. v. 31 et 32. Marc. V. 11, 12, 13, 14, 16. Luc. VIII. 32, 33. XV. 15, 16. Thom. M. p. 916. χοῖρος, καὶ σῦς, καὶ ὗς, ἐπὶ παντὸς χοίρου. χλούνης δὲ, καὶ μονιὸς, καὶ χαυλιόδους, καὶ ἔτι κάπρος, ὁ ἄγριος σῦς, κ. τ. λ. Jam quia porcus spurcitie delectatur et inter animalia impura a Judæis referebatur, hinc χοῖρος. 2) metaphorice dicitur *homo profanus, impius*, etiam *homo, voluptatibus deditus et omnem spurcitiem ac turpitudinem amans*. Sic legitur in N. T. Matth. VII. 6. μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων neque projiciatis margaritas vestras coram porcis, h. e. ne sanctissimam et præstantissimam doctrinam christianam (coll. c. XIII. 45.) tradite profanis ejus contemtoribus. Similis sententia reperitur in Proverb. Arab. edit. Scaligeri et Erpenii Cent. I. n. 35. p. 28. Conf. Vorstium de Adagiis N. T. cap. IV. p. 779 seq. edit. Fischeri. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΟΛΑ'Ω, ῶ, fut. άσω, *irascor, indignor, succenseo*, a χολὴ *bilis*, quia ira vehementi effervescit bilis et effunditur ex vesicula sua. Construitur cum dativo, et semel tantum in N. T. legitur Joh. VII. 23. ἐμοὶ χολᾶτε; an mihi irascimini? Versio Vulg. *indignamini*. Codex D. *irascimini*. 3 Macc. III. 1. Aristoph. Plut. 12. schol. χολᾶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς (v. c. Aristoph. Nub. 833.) τὸ μαίνεσθαι, παρὰ δὲ τοῖς κοινοῖς τὸ θυμοῦσθαι. Phavor. χολᾶν, ὀργίζεσθαι.

ΧΟΛΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *flava et pallida bilis, quæ sub ima hepatis parte in vesicula quadam continetur*. Confer Foësii Œconomiam Hippocratis p. 409. 2) per metonymiam vel synecdochen *quemvis amarorem* notat, sive *fellis*, sive *absynthii*, sive *myrrhæ*, speciatim vero in N. T. *myrrhæ amaritudinem, rem amaram*. Matth. XXVII. 34. ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον porrigebant ipsi vinum acidum myrrhatum, collat. Marc. XV. 23. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ πιεῖν οἶνον ἐσμυρνισμένον. Alexandrini usi sunt hac voce pro רֹאשׁ quod non tantum *caput*, sed etiam *fel* et *amarorem* notat, et Ps. LXIX. 22. ab Alexandrinis πικρὸν et Hosea X. 4. Amos VI. 12. a Vulgato redditur *amaritudo*. Deut. XXXII. 32. Ps. LXVIII. 26. Jer. VIII. 14. IX. 14. מְרֵרָה et מְרֹרָה *fel, amaritudo*, Job. XVI. 13. XX. 14. et לַעֲנָה *absynthium*, Prov. V. 4. Thren. III. 15. 3) metaphorice non solum *iracundia*, (quia flava bilis causa est iræ,) *odium* (Demosthen. p. 778. 8. ed. Reisk.) et *insania*, (Hesych. χολή· μανία πικρή. Thom. M. p. 916. χολὴ καὶ χολᾷ ἐπὶ μανίας. Aristoph. Nub. v. 831.) sed etiam *impietas, perversitas, vitiositas, malitia, malignitas*. Sic legitur in N. T. Act. VIII. 23. ubi χολὴ πικρίας est *summa perversitas*, coll. Deut. XXIX. 18. ubi רֹאשׁ et לַעֲנָה eodem sensu juncta reperiuntur. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΟ'ΟΣ. Vide infra χοῦς.

ΧΟΡΑΖΙ'Ν, ἡ. Vide infra Χωραζίν.

ΧΟΡΗΓΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *sum dux chori, chorum duco, sum chori ductor ac præfectus, præeo, choragum ago*; (Plato Theætet. c. 27.) item: *chorum meis sumtibus conduco, instruo et omnibus rebus orno*; porro: *liberaliter et magnifice suppedito ac procuro omnia illa, quæ ad ludos edendos et dies festos celebrandos sunt necessaria*, a χορηγὸς, οῦ, ὁ, *choragus, dux chori, qui suis sumtibus chorum comparat, et suppeditat omnia ornamenta choreas agentibus, omnesque sumtus ludorum edendorum facit*; ex χορὸς *chorus*, et ἡγέομαι *duco*. Verbum χορηγεῖν antiquissima significatione esse: *magistrum et præfectum chori esse, chorum rationem ac artem canendi docere, choroque modum dare et carmen auspicari*, et χορηγὸν proprie dictum esse χοροστάτην, ἀρχέχορον, τὸν προηγούμενον τοῦ χοροῦ καὶ τῆς ᾠδῆς, non solum ipsa etymologia vocis, sed clarissime Athenæus docet, qui Lib. XIV. c. 8. ita de hac voce exposuit: ἐκάλουν δὲ καὶ χορηγοὺς, ὥς φησιν ὁ Βυζάντιος Δημήτριος ἐν τετάρτῳ περὶ ποιήματος, οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους τοὺς χοροὺς, ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ (καθάπερ αὐτὸ τοὔνομα σημαίνει) πρὸς τὸ χρηστομουσεῖν, καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς λόγους. Sed, observante ad h. l. Casaubono, primus hic vocum χορηγεῖν et χορηγὸς usus succedente tempore adeo in desuetudinem abiit, ut vix ullus ex omnibus scriptoribus Græcis antiquis ita iis usus esse reperiatur. Apud scriptores Atticos alter inprimis significatus obtinet, quo utrumque vocabulum de eo usurpatur, qui suis sumtibus χορὸν comparat, instruit, omnibus rebus ornat et in eo genere exerceri curat, in quo eum vult certare, ut verbis utar Ernestii in Notis ad Xenoph. Memorab. III. 4. 3. Vide etiam Xenoph. Librum de Republica Athen. I. 13. Cuperum Lib. I. Observatt. c. 1. et in Apotheosi Homerica p. 77. Salmasium de Usuris cap. 3. pag. 58. Spanhemium ad Callimachi Hymn. in Dian. v. 266. et Pollucis Onom. III. 6. IV. 15. et IX. 5. Hinc χορηγία et χορήγιον, ut Latinorum *choragium*, refertur apud veteres inter munera publica (λειτουργίας), quæ præstabat is, qui sumtum scenæ præbet in totam fabulam, non in solum chorum. Cf. Xenoph. Œconom. II. 6. Ab hoc proprio χορηγῶν significatu verbum χορηγεῖν 5) non solum denotat: *dirigere, administrare*, (v. c. apud Lucianum in Necyomant. T. I. p. 477. edit. Hemsterhus. ubi cum διατάττειν jungitur,) sed etiam simpliciter παρέχειν, *largiri, suppeditare, quibus opus est ad aliquam rem conficiendam, rebus et adjumentis neces-*

sariis instruere, subministrare, suggerere. Herodian. I. 6. 9. αὐτάρκης δὲ ὁ δῆμος χορηγῆσαι πλῆθος ἐπιλέκτων νεανιῶν. ubi videndus Irmischius p. 202. Polyb. Hist. III. 48. οὐ μόνον σίτῳ ἀφθόνως ἐχορήγησε τὸ στρατόπεδον, ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ. Diodor. Sic. in Excerptis T. II. p. 568. ed. Wesselingii, ubi Hannibal dicitur κεχορηγημένος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀγχινοίᾳ, h. e. natura præcipua quadam solertia instructus. Ælian. V. H. IV. 19. XII. 1. Alia loca dedit Krebsius in Observatt. Flavianis p. 306. et in Notis ad Decreta Romanorum pro Judæis pag. 22 seq. In N. T. bis tantum legitur. 2 Cor. IX. 10. ἄρτον εἰς βρῶσιν χορηγῆσαι panem ad cibum suppeditare. 1 Petr. IV. 11. εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος, ἧς χορηγεῖ ὁ Θεὸς si quis munere diaconi, vel doctoris christiani fungitur, fungatur eo pro viribus, quas Deus suppeditat. Adde 1 Reg. IV. 7. Sirac. I. 8, 23. XVIII. 31. XXIX. 42. XLIV. 7. 1 Macc. XIV. 10. 2 Macc. III. 2. IV. 49. IX. 26. Hesych. χορηγεῖ· παρέχει, δίδωσι. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 201.

ΧΟΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, *chorus, multitudo, seu caterva canentium et tripudiantium, chorea, tripudium,* etiam *strepitus, quem canentes et saltantes edunt,* q. χαρὸς, a χαρὰ *gaudium,* vel χαίρω *gaudeo.* Semel tantum in N. T. legitur Luc. XV. 25. ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν audivit concentum et choros, vel strepitum, quem cœtus canentium et saltantium edebat. Alexandrini usi sunt hac voce pro מָחוֹל et מְחוֹלָה idem, Exod. XV. 20. Jud. XI. 34. XXI. 21. Thren. V. 15. חֶבֶל *caterva, cœtus, turba,* 1 Sam. X. 5, 10. (χορὸς προφητῶν. Confer Ælian. V. H. III. 19. χορὸς ὁμιλητῶν caterva discipulorum.) et חָלִיל *tibia, fistula.* 1 Reg. I. 40. Adde Xenoph. de Mag. Equit. I. 26. et de Republ. Laced. IV. 2. ubi χορὸς ἀξιακροατώτατος est, cujus cantus omnibus est auditu jucundus. Vide Spanhemium ad Callim. pag. 360. et Wetstenii N. T. T. I. p. 761. Hesych. χορός· κύκλος, στέφανος.

ΧΟΡΤΑ'ΖΩ, futur. άσω, 1) proprie: *herbis,* seu *gramine pasco, fœno saturo,* et est verbum proprium de animalibus, quibus pabulum datur, a χόρτος, ου, ὁ, *herba, gramen.* Sic legitur apud Hesiodum Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. v. 450 et 752. Conf. quæ infra dicentur ad vocem χόρτασμα. Haud infrequenter tamen non solum in N. T. sed etiam in libris profanorum scriptorum χορτάζειν 2) de hominibus adhibetur, ita, ut sit: *saturare,* (Gloss. Vet. *Saturo,* χορτάζω. et: *Saturitas,* χορτασία.) *satiare, cibum ac nutrimenta suppeditare.* Matth. XIV. 20. καὶ ἔφαγον πάντες καὶ ἐχορτάσθησαν et comederunt omnes et saturati sunt. ibid. XV. 33. ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον ut ad satietatem tanta multitudo edere possit. Marc. VI. 42. VII. 27. VIII. 4, 8. Luc. IX. 17. XVI. 21. Joh. VI. 26. Phil. IV. 12. καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾷν. Jacob. II. 16. θερμαίνεσθε καὶ χορτάζεσθε sint vobis vestes et nutrimenta. Apoc. XIX. 21. Alexandrini in eadem significatione hac voce usi sunt pro שָׂבֵעַ *satiatus, saturatus fuit,* in Hiphil *saturavit.* Psalm. XXXVI. 20. LVIII. 17. CXXXI. 6. Adde Arriani Dissert. Epictet. Lib. I. c. 9. III. c. 22. Χόρτος de *cibo hominis* legitur in Cratetis Thebani apud Brunck. T. I. p. 187. epigr. Conf. etiam L. Bos. Obss. Philol. ad Luc. VI. 21. Wetstenii N. T. T. I. p. 288. et Casaubonum ad Athenæum Lib. III. cap. 21. p. 197. 3) metaphorice: *satisfacio alicujus desiderio, satis ac affluenter alicui aliquid do.* Matth. V. 6. μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται beati, qui acri ac vehementi virtutis desiderio et studio tenentur, nam votis eorum ac desideriis satisfiet. Luc. VI. 21. Cf. Alexandrinos Thren. III. 15, 19. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΟ'ΡΤΑΣΜΑ, τος, τὸ, 1) proprie: *pabulum, cibus pecudum.* Est verbale a prima persona perf. pass. κεχόρτασμαι, verbi χορτάζω *herbis,* seu *gramine pasco, fœno saturo.* Respondet in hac significatione apud Alexandrinos Hebraico מִסְפּוֹא *pabulum,* Gen. XXIV. 25, 32. XLII. 27. (δοῦναι χορτάσματα τοῖς ὄνοις αὐτοῦ.) et עֵשֶׂב *herba.* Deut. XI. 15. καὶ δώσεις χορτάσματα ἐν τοῖς ἀγροῖς σου τοῖς κτήνεσί μου. Adde Sirac. XXXIII. 29. et XXXVIII. 29. 2) per synecdochen: *cibus, victus et alimentum hominum.* Sic semel tantum in N. T. legitur Act. VII. 11. οὐχ εὕρισκον χορτάσματα οἱ πατέρες ἡμῶν non invenerunt cibum majores nostri, seu, non habebant majores nostri, quo vescerentur. Confer v. 12.

ΧΟ'ΡΤΟΣ, ου, ὁ, *gramen, herba, fœnum, flores, culmus, calamus, spica virescens, stipula.* Matth. VI. 30. τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ flores agrestes. ibid. XIII. 26. ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος καὶ καρπὸν ἐποίησε ubi vero effloruit germen, seu calamus tritici, (coll. v. 25.) et fructum edidit. ib. XIV. 19. κελεύσας τοὺς ὄχλους ἀνακλιθῆναι ἐπὶ τοὺς χόρτους jussit discumbere populum in graminetis; ubi videndus Wetstenius. Marc. IV. 28. πρῶτον χόρτον, εἶτα στάχυν. ibid. VI. 39. ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ super viridi gramine. Luc. XII. 28. τὸν χόρτον ἐν τῷ ἀγρῷ flores agrestes. Joh. VI. 10. 1 Cor. III. 12. χόρτον, καλάμην. Jacob. I. 10. ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται sicut flos graminis transibit. ib. v. 11. 1 Petr. I. 24. Apoc. VIII. 7. IX. 4. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro דֶּשֶׁא *gramen,* Ies. XV. 6. חָצִיר *gramen, fœnum,* Job. XL. 10. Ps. XXXVI. 2. (ὅτι ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται.) ibid. CII. 14. Ies. XL. 7, 8. עָמִיר *manipulus,* Jer. IX. 21. καὶ ἔσονται ὡς χόρτος ὀπίσω θερίζοντος, et קַשׁ *stipula.* Job. XIII. 25. XLI. 20. Adde Xenoph. Anab. Lib. I. c. V. sect. 5 et 10. et Diod. Sic. II. 16.

ΧΟΥΖΑ͂Σ, ᾶ, ὁ, *Chuzas.* Nomen proprium viri, qui fuit procurator Herodis; et semel tantum in N. T. commemoratur Luc. VIII. 3. καὶ Ἰωάννα γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρώδου. Pasori idem est, quod חֹזֶה *videns.*

ΧΟΥ͂Σ, contractum pro χόος, ὁ, *terra egesta, pulvis terræ,* i. q. κονιορτὸς, a χέω *fundo.* Bis tantum legitur in N. T. Marc. VI. 11. ἐκτινάξατε τὸν χοῦν τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὑμῶν excutite pulverem, qui est sub pedibus vestris; coll. Luc. IX. 5. τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε. Apoc. XVIII. 19. ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν jecerunt pulverem in capita sua, quod apud Judæos erat signum lugentium. Adde Jos. VII. 6. καὶ ἐπέβαλον τὸν χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. Ies. LII. 2. ἐκτίναξαι τὸν χοῦν καὶ ἀνάστηθι. Thren. II. 10. ἀνεβίβασαν χοῦν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν. Gloss. Steph. Gr. Latin. χοῦς· ὁ κονιορτὸς, pulver, pulvis.

ΧΡΑ'ΟΜΑΙ, contracte ΧΡΩ͂ΜΑΙ, fut. χρήσομαι, 1) proprie: *commodata accipio, mutuor,* a χράω *do mutuo, commodo, commodato do.* 2) *utor aliqua re, tracto aliquem, me gero erga aliquem.* Construitur cum dativo, vel potius ablativo. Act. XXVII. 3. φιλανθρώπως τε ὁ Ἰούλιος τῷ Παύλῳ χρησάμενος Julius vero

Paulum humaniter tractans. Xenoph. Cyrop. I. c. 4. sect. 13. τί αὐτῷ χρήσῃ; quomodo eum tractares? Appian. Alexandr. de Bello Parthico p. 254. Κράσσῳ χρησάμενος φιλανθρώπως. Diodor. Sic. XVI. p. 120. Sic etiam Latini dicunt: *uti aliquo familiariter, humaniter*, etc. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 637. Act. XXVII. 17. βοηθείαις ἐχρῶντο auxilio utebantur. 1 Cor. VII. 21. μᾶλλον χρῆσαι utere hac opportunitate, tibi oblata. ibid. v. 31. οἱ χρώμενοι τῷ κόσμῳ τούτῳ qui utuntur rebus terrenis. ibid. IX. 12. ἀλλ' οὐκ ἐχρησάμεθα τῇ ἐξουσίᾳ ταύτῃ sed nunquam usi sumus hac libertate nobis concessa. ibid. v. 15. 2 Cor. I. 17. μήτι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; num forte levitate usus, vel leviter versatus sum? ibid. III. 12. πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα summa animi libertate utimur. ibid. XIII. 10. ἵνα παρὼν μὴ ἀποτόμως χρήσωμαι, scil. ὑμῖν, ne præsens vos durius tractare cogar. 1 Tim. I. 8. ἐάν τις αὐτῷ νομίμως χρῆται si quis lege recte utatur, h. e. si quis legi convenienter agat. Syrus bene transtulit: ܐܢ ܐܢܫ ܐܟܘܬܗ ܕܢܡܘܣܐ ܡܬܕܒܪ ܒܗ *si quis secundum legem versetur in ea.* ibid. V. 23. οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ (imper. contr. pro χράου) vino exiguo utere. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Æschin. Socr. Dial. II. 17. 24. 26. 32. ὡς χρηστέον αὐτοῖς quomodo utendum sit iis. Ælian. V. H. II. 15. ὕβρει καὶ ἀλαζονίᾳ χρώμενοι petulanter et insolenter sese gerentes. ibid. cap. 20. ὁρῶν τὸν υἱὸν τοῖς ὑπηκόοις χρώμενον βιαιότερόν τε καὶ θρασύτερον videns filium subjectos suos violentius ac ferocius tractare. ib. XIII. 37. Eurip. Phœn. v. 547 et 971. Herodian. I. c. 8. sect. 1. ἐκείνοις συμβούλοις χρώμενος. ubi videndus Irmischius. Adde Alexandrinos Genesis XVI. 6. XXVI. 29. XXXIV. 30. Prov. XXIV. 29. Esther II. 9. 2 Macc. XII. 14. Apud Hesychium χρῆσθαι inter alia exponitur πράττειν *agere*.

ΧΡΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *commodo, do mutuo, commodato do, usum rei alicui concedo.* Semel tantum in N. T. legitur Luc. XI. 5. χρῆσόν μοι τρεῖς ἄρτους da mihi mutuo tres panes. Vulg. usus est verbo *commodare*, quod etiam apud Latinos pro *mutuare* reperitur. Glossar. *Commoda*, χρῆσον. Adde Alexandrinos Exod. XII. 36. καὶ ἔχρησαν αὐτοῖς κ. τ. λ. et mutuo dederunt Ægyptii Israëlitis vasa aurea, argentea et vestes. Xenoph. Mem. III. cap. 11. sect. 17. χρῆσον τοίνυν μοι τὴν ἴυγγα. Ælian. V. H. XIV. 10. χρῆσόν μοι τὴν ῥυπαρὰν χλαμύδα. Ammonius p. 94. χρήσασθαι δὲ ἔλεγον ἱμάτιον ἢ σκεῦος. Suidas: τὸ χρῆσαι ἐπὶ φίλων, τὸ δὲ δανείσασθαι πρὸς τοὺς τυχόντας.

ΧΡΕΙ'Α, ας, ἡ, 1) proprie: *usus, utilitas, commodum*, a χράομαι *utor aliqua re, utilitatem et commodum ex aliqua re percipio.* Sic legitur in N. T. Ephes. IV. 29. ἀλλ' εἴ τις (scil. λόγος) ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας potius sermones vestri apti sint ad promovendam aliorum utilitatem ac felicitatem. Jer. XXII. 28. ὡς σκεῦος, οὗ οὐκ ἔστι χρεία αὐτοῦ. ib. XLVIII. 38. Sirac. XXXIX. 26. πάντα γὰρ εἰς χρείας αὐτῶν ἐκτίσθη. ibid. v. 31, 40. Ælian. V. H. IX. 30. ὑπὲρ τῆς τοῦ πυρὸς χρεία; quod igne fuerat usus. ibid. XIV. 24. εὐλογωτάτη χρεία justissima utilitas. Conf. etiam Thom. M. s. h. v. p. 918. edit. Bernardi. 2) *necessitas, opus, necesse.* Inde χρείαν ἔχειν *opus habere, indigere.* Mat. III. 14. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι mihi potius opus est, ut a te baptizer. ibid. IX. 12. οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ non indigent sani medico. ibid. XIV. 16. οὐ χρείαν ἔχουσιν ἀπελθεῖν non opus est, ut abeant. ibid. XXI. 3. ὁ Κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει Dominus illis opus habet. ibid. XXVI. 65. Marc. II. 17. XI. 3. XIV. 63. τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίων; quid amplius testibus opus est? Luc. V. 31. IX. 11. καὶ τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο et ægrotos inter eos sanavit. ibid. X. 42. ἑνὸς δέ ἐστι χρεία unum tantum negotium maxime necessarium est. Alii vertunt: uno tantum cibo aut ciborum genere opus est. ibid. XV. 7. οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας qui vitæ emendatione sese non egere opinantur. ibid. XIX. 31. ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει Domino opera ejus opus est. Ibid. v. 34. XXII. 71. Joh. II. 25. XIII. 10, 29. XVI. 30. καὶ οὐ χρείαν ἔχεις, ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ nec opus est, ut te quis interroget; tam aperte scilicet loqueris, neque sermonem involvis, coll. v. 29. 1 Cor. XII. 21, 24. οὐ χρείαν ἔχει, scil. τιμῆς, non opus habent honore; quo scilicet τὰ ἀτιμότερα et τὰ ἀσχήμονα μέλη τοῦ σώματος afficiuntur; nam jam per se sunt pulcra et decora. 1 Thess. I. 8. IV. 9, 12. καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε et vos in veram libertatem vindicetis, damit ihr euch auf eine edle art unabhängig von andern machet, *that you may make yourselves in an honourable manner independent of other people.* ibid. V. 1. οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι non opus est, ut vobis uberius scribatur. Hebr. V. 12. VII. 11. τίς ἔτι χρεία; quorsum opus fuisset? ibid. X. 26. ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, patientia et tolerantia malorum vobis opus est. 1 Joh. II. 17. Apoc. III. 17. καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω et nulla re indigeo. ibid. XXI. 23. XXII. 5. Adde Alexandr. Prov. XVIII. 2. οὐ χρείαν ἔχει σοφίας, ἐνδεὴς φρενῶν. Ies. XIII. 17. οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι. Daniel. III. 16. 2 Macc. II. 15. Sapient. XIII. 16. Sirac. XI. 23. τίς ἐστί μου χρεία ἀρεσκείας; ibid. XIII. 8, 9. Ælian. V. H. III. 17. καλούσης δὲ τῆς χρείας τὸν δυνησόμενον σῶσαι τοὺς Ἕλληνας necessitate autem postulante hominem, qui possit servare Græcos. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 725. 3) *illud ipsum, quod est necessarium;* speciatim: *necessitates vitæ, ea, quæ sunt necessaria ad vitam sustentandam.* Act. XX. 34. ὅτι ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται mihi et omnibus, qui mecum erant, hæ manus meæ necessaria suppeditarunt. Vulgatus vertit: *ad ea, quæ mihi opus erant, et his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.* ibid. XXVIII. 10. τὰ πρὸς τὴν χρείαν necessaria ad commeatum. Philipp. II. 25. ὑμῶν δὲ ἀπόστολον καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου quem mihi misistis, ut necessaria ad vitam sustentandam mihi suppeditaret. ibid. IV. 16. καὶ ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε aliquoties mihi ad vitam sustentandam necessaria misistis. Tit. III. 14. Adde Esdra VII. 19. τὸ κατάλοιπον χρείας οἴκου Θεοῦ σου reliqua, quæ necessaria fuerint, ad templum Deo tuo exstruendum. Sirac. XXIX. 3. εὑρήσεις τὴν χρείαν σου invenies, quod tibi necessarium est. 2 Macc. XII. 39. τὸ τῆς χρείας ἐγεγόνει quod opus erat, fiebat. Cf. Wetstenii N. T. T. II. p. 379. 4) *indigentia, paupertas, defectus.* Mat. VI. 8. οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὧν χρείαν ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν scit enim pater vester, quibus egeatis, antequam eum rogetis. Marc. II. 25. ὅτε χρείαν ἔσχε cum vitæ tolerandæ præsidiis destitueretur. Act. II. 45. καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε prout quisque inopia premebatur. ibid. IV. 35. Rom. XII. 13. ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες inopiam

christianorum sublevantes. Syrus bene h. l. usus est vocabulo ܡܣܟܢܘܬܐ quod *indigentiam* significat. Ephes. IV. 28. ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι ut habeat, unde possit sublevare egenos. Philipp. IV. 19. ὁ δὲ Θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν Deus vero, quem veneror et cujus apostolus sum, suppleat omnem defectum vestrum, h. e. efficiat, ut nulla plane re careatis, et semper habeatis, de quo non solum ipsi vivatis, sed etiam aliis suppeditare possitis. 1 Joh. III. 17. καὶ θεωρῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ χρείαν ἔχοντα et viderit alium indigentem. Hesych. χρεῖαι· ἔνδειαι. (Ita enim legendum est loco vocis ἔνδεαι, quæ in editis nonnullis vitiose exstat.) Idem: χρείαν· τὴν ἔνδειαν, τινὲ δὲ καὶ τὸ χρέος. 5) *munus, negotium, officium.* Act. VI. 3. οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης quos præficiamus huic muneri. Syrus: ܥܠ ܗܢܐ ܨܒܘܬܐ *super hoc negotio.* Eandem significationem habet quoque vox χρεία apud optimos scriptores Græcos, v. c. Diod. Sic. Lib. XVIII. p. 635. οὐχ ἑκουσίως αὐτὸν ὑπακηκοέναι πρὸς αὐτὴν τὴν χρείαν non sponte ipsum subiisse hoc munus. Dionys. Halic. A. R. IV. pag. 261. ubi Sextus Torquatus Collatiam a patre missus esse narratur, χρείας τινὰς ὑπηρετήσων στρατιωτικὰς ad exequenda quædam negotia militaria. Polyb. Hist. VI. 12. VIII. 22. τότε συναθροισθέντες προῆγον ἐπὶ τὴν προκειμένην χρείαν tunc congregati accinxerunt se ad propositum negotium. Sophocl. Œd. Tyr. 725. 1435. Aj. 740. Adde e libris Apocryphis V. T. Judith XII. 9. 1 Macc. X. 37. κατασταθήσεται ἐπὶ χρειῶν τοῦ βασιλέως præficiatur negotiis regis. Ibid. v. 41. οἱ ἐπὶ τῶν χρειῶν. Vulgatus habet: *qui super negotia erant.* Conf. quoque Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 389. Wetstenii N. T. T. II. p. 252. et 491. et Kypke Obss. Sacr. T. II. p. 37. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΡΕΩΦΕΙΛΕ'ΤΗΣ, ου, ὁ, *debitor, ære alieno obrutus*, ex χρέως, Attice pro χρέος, εος, τὸ, *debitum, mutuum, æs alienum*, et ὀφειλέτης, ου, ὁ, *debitor*, quod est ab ὀφείλω *debeo, reus sum*, q. d. ὁ χρέος ὀφείλων, ut legitur apud Homer. Iliad. λ', v. 647. 658 et 697. Bis tantum in N. T. legitur. Luc. VII. 41. δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι duo debitores erant eidem creditori. ibid. XVI. 5. καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα ἕκαστον τῶν χρεωφειλετῶν τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ et convocavit singulos debitores domini sui. Reperitur præterea apud Alexandrinos Prov. XXIX. 13. δανειστοῦ καὶ χρεωφειλέτου ἀλλήλοις συνελθόντων, ubi in Hebraico legitur אִישׁ תְּכָכִים *vir usurarum, callidus, noscens artes lucrandi.* Job. XXXI. 37. καὶ εἰ μὴ ῥήξας αὐτὴν ἀπέδωκα, οὐδὲν λαβὼν παρὰ χρεωφειλέτου. Plutarch. de Cupid. Divit. p. 523. F. τὸν μὲν οἰκία πολυτελὴς χρεωφειλέτην ἐποίησε. Dionys. Halic. VII. 22. Schol. Aristoph. Nub. 293. ὅτι χρήστας Ἀριστοφάνης τοὺς δανειστὰς λέγει· ἡ μὲν γὰρ συνήθεια τοὺς χρεωφειλέτας χρήστας λέγει κ. τ. λ. Hesych. χρεωφειλέτης· ὁ τὸ χρῆμα ὀφείλων.

ΧΡΗ', *decet, oportet.* Impersonale, quod semel tantum legitur in N. T. Jacob. III. 10. οὐ χρή, ἀδελφοί μου, ταῦτα οὕτω γίνεσθαι non decet, fratres mei, hæc ita fieri. Alex. Prov. XXV. 27. τιμᾷν δὲ χρὴ λόγους ἐνδόξους. Thucyd. VIII. cap. 78. Eurip. Phœn. v. 476. 528 et 976. Hesych. χρή· δεῖ, πρέπει, καθήκει. Thom. M. p. 918. ed. Bernard. χρή με ποιῆσαι πάντοτε λέγε, οὐ χρή μοι, εἰ καὶ Σοφοκλῆς (Electra v. 35.) ἅπαξ τὸ δὲ χρὴ ἀντὶ τοῦ χρεία ἐστίν, ἀπὸ δοτικῆς εἰς γενικήν. Εὐριπίδης ἐν Ὀρέστῃ· (v. 666.) ὅταν δὲ ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλων; τινὶ δηλονότι. ἔστι δὲ τοῦτο ποιητικώτερον. Vide eundem paulo post p. 920. s. voce χρῆν. Conf. etiam Jensii Lectt. Lucian. Lib. I. cap. 2. p. 12.

ΧΡΗ'ΖΩ, pro χρηΐζω, fut. ήσω, *opus habeo, egeo, indigeo*, a χρεία *indigentia*, τῷ ει Ionice in η mutato, et ι vel subscripto, vel ad latus posito. Construitur cum genitivo vi vocabuli cognati χρεία. Matth. VI. 32. ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων vos his omnibus indigere. Luc. XI. 8. δώσει αὐτῷ ὅσων χρῄζει dabit ipsi, quotquot illi opus fuerint. ibid. XII. 30. ὑμῶν δὲ ὁ πατὴρ οἶδεν, ὅτι χρῄζετε τούτων pater autem vester haud ignorat, vos his indigere. Rom. XVI. 2. παραστῆτε αὐτῇ, ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρῄζῃ πράγματι opem ei feratis, quacunque in re vestro auxilio indiguerit. 2 Cor. III. 1. ἢ μὴ χρῄζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς; aut, num egemus, ut quidam alii, epistolarum commendatitiarum ad vos? Sæpius in N. T. non legitur. Reperitur præterea apud Alexandrinos Jud. XI. 7. ubi pro כַּאֲשֶׁר צַר לָכֶם habent: ἡνίκα χρῄζετε. Adde Symmach. Job. XXII. 3. et Incert. Job. XXI. 21. χρῄζειν pro *velle* aliquoties legitur apud Xenoph. in Anab. I. 3. 20. IV. 8. 4. V. 7. 11. sed tunc cum accusativo construitur. Etymol. M. χρῄζω, ἡνίκα σημαίνει τὸ δέομαι, ἔχει τὸ ι προσγεγραμμένον, ἀπὸ γὰρ τοῦ χρέος γίνεται χρεΐζω καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰς η χρηΐζω. χρῄζοντο καὶ αὐτοί. καὶ κατὰ συναίρεσιν χρῄζω. — ὅτε δὲ σημαίνει τὸ χρησμῳδῶ, ἐστὶν ἄνευ τοῦ ι. Conf. Aristoph. Nub. v. 457. et Sophocl. Œdip. Tyr. 373.

ΧΡΗ'ΜΑ, τος, τὸ, 1) generatim notat: *quicquid usui est, ac prodest alteri:* speciatim vero, maxime in multitudinis numero, *pecuniam, opes, facultates, quas quis possidet.* Est verbale a prima pers. perf. pass. κέχρημαι, verbi χράομαι, ῶμαι, *utor*, quia opes ac facultates et nobis usui sunt et aliorum usibus inservire debent. Marc. X. 23. πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελεύσονται; quam difficulter opibus abundantes, aut potius: nimium confidentes, (coll. ver. 24.) doctrinam meam amplectentur? ibid. ver. 24. τοὺς πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν qui confidunt in divitiis. Luc. XVIII. 24. Act. IV. 37. ἤνεγκε τὸ χρῆμα attulit pecunias ex agro vendito. Syrus: ܕܡܝܗ̇ *pretium ejus*, seu argentum, quod pro agro vendito acceperat. Paullo rarius τὸ χρῆμα singulari numero pro *pecunia, facultatibus* occurrit. Sic tamen etiam apud Diod. Sic. Lib. XIII. c. 106. legitur. Act. VIII. 18. προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα attulit illis pecuniam. ibid. v. 20. ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι quod putas, dona Dei vendi pecunia. ibid. XXIV. 26. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Philostrat. Vit. Soph. I. cap. 21. s. 4. ἐλευθερίαν δὲ ὁμολογῶν, καὶ ἀγρούς, καὶ οἰκίαν, καὶ χρήματα, καὶ πᾶν ὅ, τι βουλοίμην ἔχειν τοῦ σοῦ οἴκου. Xenoph. Mem. III. 5. 8. et Hist. Gr. II. 3. 15. Eurip. Phœn. v. 568 et 1001. Hesychius: χρήματα· ὡς τις δύναται χρῆσθαι, κτήματα, βοσκήματα. Idem: χρῆμα· πρᾶγμα, πλοῦτος, οὐσία, λῆμμα. Ita etiam Lexicon Cyrilli MS. Brem. et Suid. s. h. v. Aristoteles Ethic. IV. cap. 1. χρήματα λέγομεν πάντα, ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται. Conf. etiam Jul. Pollucis Onom. III. cap. 86. Grævii Lectt. Hesiod. c. 9. Sallierium ad Mœridem s. h. v. et Wetstenii N. T. T. II. p. 482. Alexandrini usi sunt hac

voce pro כֶּסֶף *argentum, pecunia,* Job. XXVII. 17. דָּבָר *res, negotium,* Nehem. XI. 24. נְכָסִים *opes, facultates,* Jos. XXII. 8. 2 Chron. I. 11, 12. et מְחִיר *pretium,* Prov. XVII. 16. 2) interdum reticetur, v. c. Phil. IV. 12. ἐν πᾶσι, scil. χρήμασι, in omnibus rebus, vel negotiis, et post ἔχειν, Matth. XXV. 29. Marc. IV. 25. Vide Lamb. Bosii Ellips. Gr. p. 229.

ΧΡΗΜΑΤΙ´ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie et generatim: *circa aliquam rem explicandam, vel constituendam, vel efficiendam versor, aliquam rem tracto;* speciatim vero: *in senatu, vel concione aliquid ago, aliquid ago de republica,* a χρῆμα· *res, negotium.* Sic legitur apud Ælian. V. H. II. 15. τοὺς τῶν Ἐφόρων θρόνους, ἔνθα εἰώθασι καθήμενοι χρηματίζειν, καὶ τῶν πολιτικῶν ἕκαστα διατάττειν. ibid. III. 4. Δίων ἔτυχε μὲν χρηματίζων ὑπὲρ τινων δημοσίων καὶ κοινῶν πραγμάτων. ib. IX. 3. Thucyd. V. cap. 5. ἐχρημάτισε περὶ φιλίας τοῖς Ἀθηναίοις. Polyb. Hist. IV. c. 27. Conf. Mori Obss. ad Isocratis Panegyr. cap. 42. p. 114. et Spanhem. ad Julian. Oratt. p. 122. Hesych. χρηματίζει· πράττει. 2) *oraculum divinum edo,* vel *reddo, divinitus admoneo, nomine et instinctu divino consulentibus respondeo.* Passivum χρηματίζομαι *oraculum, vel responsum divinum accipio, divinitus edoceor et admoneor, divinitus nuncior.* Sic legitur in N. T. Matth. II. 12. καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην et moniti divinitus in somnio, ne ad Herodem reverterentur. Theophylact. ad h. l. χρηματίζεσθαι· παρὰ Θεοῦ ἀποκάλυψιν δέχεσθαι. ibid. ver. 22. Luc. II. 26. καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος Ἁγίου et erat ei revelatione quadam divina promissum. Act. X. 22. ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέλου divinitus admonitus est per angelum. Hebr. VIII. 5. καθὼς κεχρημάτισται Μωσῆς quemadmodum Moses oraculo divino jussus erat. Zonaras Lex. col. 1201. ad h. l. κεχρημάτισται, ἀκήκοε. ibid. XI. 7. χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων edoctus Noachus de diluvio futuro. ibid. XII. 25. τὸν χρηματίζοντα Mosen, tradentem Judæis doctrinam divinam. Joseph. A. J. X. cap. 1. s. 3. χρηματίσαντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ. ibid. V. 1. s. 14. χρηματίσαντος δὲ ἀνίστασθαι τοῦ Θεοῦ. ibid. XI. cap. 8. § 4. ἐχρημάτισεν αὐτῷ κατὰ τοὺς ὕπνους ὁ Θεὸς θαῤῥεῖν. In eadem significatione legitur quoque apud Alexandrinos pro דִּבֵּר *loquutus est,* Jer. XXVI. 2. XXIX. 8. XXX. 2. XXXVI. 4. et pro שָׁאַג Jerem. XXV. 30. Hesych. χρηματίζει· ἀποκρίνεται, λαλεῖ. Idem: ἐχρηματίσθη· προεφητεύθη. Phavorin. χρηματίζειν λέγεται ἐπὶ θεῶν. τὸ δὲ διαλέγεσθαι ἐπὶ ἀνθρώπων. Conf. Jensii Fercul. Litter. pag. 39. Wetstenii N. T. T. I. p. 249. 3) *appello, voco, nomino,* etiam *nomen accipio, nuncupor, appellor,* i. q. ὀνομάζομαι, καλοῦμαι, προσαγορεύομαι, etc. Act. XI. 26. ἐγένετο — χρηματίσαι πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς χριστιανοὺς factum est, ut sectatores Christi Antiochiæ primum christiani nominarentur. Rom. VII. 3. μοιχαλὶς χρηματίσει adultera nuncupabitur. Vide ad h. l. Wetstenium. Athen. VI. p. 252. E. X. p. 438. D. Polyb. Exc. Legat. 93. p. 1277. μηδὲ χρηματίζειν βασιλεὺς nec appellari regem. Strabo XVI. p. 1109. ὥστε καὶ βασιλεὺς ἐχρημάτισε. Josephus A. J. VIII. c. 6. § 2. οἱ Ῥωμαίων αὐτοκράτορες ἐκ γενετῆς ἀπ' ἄλλων χρηματίσαντες ὀνομάτων Καίσαρες καλοῦνται. Hinc χρηματισμὸς *cognomen, appellatio.* Conf. Menagium ad Diog. Laërt. I. c. 48. Wetstenii N. T. T. II. p. 55. et Wolfii Curas Philol. in N. T. Tom. I. p. 1165. Sæpius in N. T. non legitur. — Thom. M. p. 719. ed. Bernard. χρηματίζω· τὸ ὑπάρχω καὶ τὸ διαλέγομαι, ὅπερ ἐπὶ ὑπερέχοντος λέγεται. Λιβάνιος ἐν ἐπιστολῇ· ὡς γὰρ ἐχρημάτιζεν ὁ Πέρσης. εὕρηται δὲ ἅπαξ ἀπ' ἐλάττονος πρὸς μείζονα, παρ' Ἡροδότῳ ἐν τῇ τρίτῃ· ἤθελεν ἐς τὰ βασίλεια ἐσελθὼν, χρηματίσασθαι τῷ βασιλεῖ. καὶ χρηματίζομαι παθητικῶς, τὰ χρήματα συνάγω. (Hesych. χρηματίζει· χρήματα συλλέγει. Xenoph. Mem. II. 6. 3. Idem de Rep. Laced. VII. 1. et de Vectig. V. 3.) καὶ χρηματιστής· ὁ διαλεγόμενος καὶ ὁ χρήματα συνάγων κ. τ. λ.

ΧΡΗΜΑΤΙΣΜΟ´Σ, οῦ, ὁ, *monitum et responsum divinum, oraculum, mandatum, divinitus datum.* Est verbale a prima pers. perf. pass. κεχρημάτισμαι, verbi χρηματίζω *oraculum edo, Dei nomine loquor, divinitus admoneo.* Semel tantum in N. T. legitur Rom. XI. 4. τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; quidnam ipsi dicit oraculum? Theophylactus ad h. l. χρηματισμός· ἡ τοῦ Θεοῦ ἐμφάνεια καὶ ὁμιλία, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. In eadem significatione reperitur quoque 2 Macc. II. 4. χρηματισμοῦ γενηθέντος. Hesychius: χρηματισμός· ὀπτασία. Alberti Glossar. N. T. p. 107. χρηματισμός· πρόῤῥησις Θεοῦ. Zonaras Lex. col. 1861. adducto loco Paulino χρ. per τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ interpretatus est. Conf. Suiceri Thesaurum Eccles. T. II. p. 1532. Apud Græcos scriptores χρηματισμὸς non solum de *responso judicum et magistratuum* et *responso* in genere, (2 Macc. XI. 17.) aut de *effatis regum ac principum,* (vide Alex. Prov. XXXI. 1.) sed etiam de *lucro et quæstu* (v. c. apud Demosthenem p. 568. edit. Reisk.) adhibetur.

ΧΡΗ´ΣΙΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, 1) *utilis, proficuus,* a χρῆσις, εως, ἡ, *usus, utilitas.* Semel tantum in N. T. legitur 2 Tim. II. 14. μὴ λογομαχεῖν εἰς οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων ne de rebus levibus pugnam moveant, quæ nihil faciunt ad aliorum utilitatem, sed potius audientibus noxiæ sunt. Adde Alex. Ezech. XV. 4. μὴ χρήσιμόν ἐστιν εἰς ἐργασίαν; ubi Hebraico צָלַח *prosper fuit, profuit, utile fuit,* respondet. Genes. XXXVII. 26. τί χρήσιμον; Hebr. מַה־בֶּצַע quid lucri erit? Tob. IV. 24. Sapient. VIII. 8. XIII. 11. χρήσιμον σκεῦος εἰς ὑπηρεσίαν ζωῆς. Æschin. Socr. Dial. II. 25 et 26. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 358. 2) interdum elliptice ponitur, v. c. Act. XXVIII. 10. τὰ πρὸς τὴν χρείαν, supple χρήσιμα, vel ἀνήκοντα, ut plene legitur apud Diod. Sic. II. p. 151. III. p. 187.

ΧΡΗ῀ΣΙΣ, ιος, Attice εως, ἡ, 1) proprie et generatim: *usus alicujus rei.* Est verbale a secunda persona perf. pass. κέχρησαι, verbi χράομαι *utor.* Æschin. Socr. Dial. II. 8. ἡ τῆς μὲν οἰκίας ἡ τε χρῆσις πολλὴ τυγχάνει οὖσα καὶ ἀναγκαία. Demosthen. p. 154. 18. ed. Reisk. Thucyd. Lib. VII. c. 5. τῆς ἵππου τῶν Συρακουσίων οὐδεμία χρῆσις ἦν, ubi in sequentibus cum voce ὠφέλεια permutatur. Adde Alexandrinos 1 Sam. I. 28. Sapient. XV. 7, 15. Sirac. XVIII. 7. Hesych. χρῆσις· ἐνέργεια. 2) ut Latinum *usus,* (v. c. apud Claudianum Eutrop. Lib. I. v. 62. "hic longo lassatus pellicis usu, donat Arinthæo.") speciatim de *re venerea et concubitu* usurpatur. Sic bis tantum in N. T. legitur. Rom. I. 26 et 27. ἡ φυσικὴ χρῆσις naturalis concubitus, quem natura postulat, ut nempe fœminæ cum viris rem habeant. ibid. ἡ παρὰ φύσιν χρῆσις partim

mulieribus frictricibus, seu tribadibus, partim viris tribuitur, qui muliebria patiuntur et in sexum suum libidinem exercent. Ocellus Lucanus c. 4. p. 534. πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν. Eodem sensu verbo χρᾶσθαι usus est Aristippus apud Diogen. Laërt. Lib. II. c. 8.

ΧΡΗΣΤΕΥ'ΟΜΑΙ, fut. εύσομαι, *benignitate utor, lubenter prosum aliis, facilem, commodum et clementem me præbeo ac gero erga alios, inprimis eos, qui me læserunt*, a χρηστὸς, quod *commodum* et *facilem* notat, sensu Latino, **einen menschen, mit dem man leicht und gut zurechte kommen kann**, *a man with whom we can easily and cordially agree.* Legitur tantum in N. T. 1 Cor. XIII. 4. ἡ ἀγάπη χρηστεύεται qui est benevolus, humanum, commodum ac facilem se præbet omnibus.

ΧΡΗΣΤΟΛΟΓΙ'Α, ας, ἡ, et in bonam partem de *oratione benigna ac blanda*, et in partem deteriorem de *oratione blanda* usurpatur, *qua alios decipere et eorum benevolentiam captare studemus*, de *blandiloquentia et assentatione*, a χρηστολόγος, ου, ὁ, *blandiloquus*, qui oratione sua studium commodis inserviendi mentitur, verbis multum pollicetur, re tamen nihil præstat. Sic Julius Capitolinus c. 13. et Aurelius Victorinus cap. 18. *Pertinacem* tradunt Græco nomine χρηστολόγον appellatum fuisse, quod bene loqueretur et male faceret, blandusque esset verbis, re non item. Substantivum χρηστολογία semel tantum in N. T. legitur Rom. XVI. 18. καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων et per blandiloquentiam et assentationem facile decipiunt viros simplices et integros. Eustathius in Iliad. ψ', pag. 1437. 53. ὅπερ λαληθῆναι οἰκεῖον ἐπὶ τοῦ μετὰ θυμὸν γαληνιάσαντος διὰ χρηστολογίας ἢ τοιούτου τινός. Theophylactus ad Rom. l. c. χρηστολογία· κολακεία, ὅταν τὰ μὲν ῥήματα φιλίας ᾖ, ἡ δὲ διάνοια δόλου γέμουσα. Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 99. Verbum χρηστολογέω *blandis verbis utor, blande loquor*, legitur apud Cyrillum Alex. in Iesaiæ cap. XI, p. 195. et est i. q. χρηστοεπέω. De utroque verbo, quod Lexica non habent, vide Suiceri Thesaur. Eccles. T. II. p. 1533. Gloss. Vet. apud Labbæum p. 205. χρηστολόγος, *blandidicus, benedicus.*

ΧΡΗΣΤΟ'Σ, ή, όν, 1) proprie: *utilis, commodus, aptus, proficuus*, i. q. χρήσιμος, a χράω *utendum do, usum alicujus rei concedo.* Χράομαι *utor.* Sic legitur apud Xenophontem de Rep. Athen. I. 3. χρησταὶ ἀρχαὶ magistratus utiles. Æschin. Socr. Dial. I. 11. αἱ φύσεις αἱ τῶν σωμάτων χρησταὶ πρὸς ἑκάστους τῶν πόνων naturæ corporum aptæ et utiles sunt ad singulos labores. Dionys. Halic. A. R. X. p. 677. πίνεσθαι οὐκέτι χρηστὸν ἦν τὸ ἐκ τοῦ ποταμοῦ κομισθὲν ὕδωρ. Alex. Jerem. XXIV. 2, 4. Suid. χρηστόν· χρήσιμον. Gloss. Steph. χρηστός· *utilis.* 2) *benignus, bonus, beneficus, benevolus, mitis, lenis, facilis, qui, quibus potest, prodest, et nemini nocet.* Sic usurpatur de Deo Luc. VI. 35. qui χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηροὺς se benignum præbet etiam erga ingratos ac improbos, coll. Matth. V. 45. Ephes. IV. 32. γίνεσθε δὲ εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ estote erga vos invicem benevoli, mites ac lenes. Hinc neutrum τὸ χρηστὸν, substantive sumtum, *benignitatem, lenitatem, humanitatem* notat, et est i. q. χρηστότης, cum qua voce etiam permutatur Rom. II. 4. ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ (plane sicut τὸ φιλοίκτιρμον apud Ælian. V. H. I. 30.) εἰς μετάνοιάν σε ἄγει non attendens, Deum hac ipsa benignitate et indulgentia sua efficere velle, ut ad meliorem mentem redeas. In eadem significatione χρηστὸς aliquoties τῷ טוֹב *bonus, benignus* respondet apud Alexandrinos, v. c. Psalm. XXIV. 9. χρηστὸς καὶ εὐθὺς ὁ Κύριος. ibid. XXXIII. 8. γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος. ib. LXXXV. 4. ὅτι σὺ, Κύριε, χρηστὸς καὶ ἐπιεικής. ibid. CVI. 1. Adde e libris Apocryphis Sapient. XV. 1. 1 Macc. VI. 11. Cant. trium puer. v. 59. Philostrat. VIII. c. 7. p. 342. Herodian. VIII. c. 3. s. 10. χρηστοῖς λόγοις δελεασθέντας. ib. VII. 4. 4. 3) *suavis, jucundus*, (quibus vocabulis Latinis etiam exprimitur in Glossario Stephani,) et ex adjuncto: *præstans, bonus.* Matth. XI. 30. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς nam suavis est mea doctrina et facilis. Vulg. bene: *jugum enim meum suave est.* Syrus: ܢܝܪܝ ܓܝܪ ܒܣܝܡ ܗܘ. Eodem modo etiam Arabs transtulit. Luc. V. 39. ὁ παλαιὸς χρηστότερός ἐστιν vetus vinum suavius seu præstantius est. Vulgat. vertit: *vetus melius est.* 1 Petr. II. 3. ἐγεύσασθε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος usu vestro suavitatem ac præstantiam religionis christianæ cognovistis. Apud Alexandrinos legitur χρηστὸς pro יָקָר *pretiosus, præstans.* Ezech. XXVIII. 13. πάντα λίθον χρηστόν. Adde 1 Macc. VI. 11. Joseph. A. J. VIII. 8. 1. et Athenæum XIII. p. 585. οἶνον χρηστόν. 4) *bonus, probus*, et opponitur τῷ πονηρός. 1 Cor. XV. 33. φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαὶ mores bonos corrumpunt commercia cum pravis hominibus: ubi χρήσθ' ponitur pro χρηστὰ, α ob sequentis dictionis vocalem initialem aspiratam resecto, et τ in θ mutato. Confer Xenoph. de Rep. Athen. c. 1. § 1. ubi οἱ χρηστοὶ opponuntur τοῖς πονηροῖς æque ac apud Æschin. Socr. Dial. I. § 13. ibid. II. 36. τῷ μοχθηρὸς opponitur. Vide et Wets. N. T. T. II. p. 170. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΡΗΣΤΟ'ΤΗΣ, τος, ἡ, 1) proprie: *utilitas, commodum, omne id, quod prodest alteri*, a χρηστὸς *utilis, qui usui est.* 2) *benignitas, benevolentia, qua quis promtus et facilis est ad inserviendum aliorum utilitati*, it. *comitas, lenitas et clementia, quatenus in ira et pœnis modum tenet, et aliorum peccata fert patienter.* Sic legitur in N. T. Rom. II. 4. ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνοχῆς καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς; aut quomodo immensam Dei erga homines benignitatem, indulgentiam et lenitatem irreverenter tractare audes? ibid. XI. 22. χρηστότης opponitur τῇ ἀποτομίᾳ Θεοῦ, h. e. severitati Dei in puniendo; *et ἐπιμένειν τῇ χρηστότητι* est: perpetuo se dignum reddere benignitate divina, cognoscenda nempe diligenter ac observanda religione christiana. 2 Cor. VI. 6. ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι. Galat. V. 22. ubi tamen χρηστότης, quia vocabulis ἀγάπη, μακροθυμία, ἀγαθωσύνη additur, *suavitatem in convictu* potius, quam *benignitatem ac benevolentiam* in genere significare videtur. Ephes. II. 7. ἐν χρηστότητι ἐφ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Duplicem hæc verba, ut jam bene ad h. l. Koppius monuit, admittunt interpretationem. Si verba ἐν χρηστότητι referantur ad præcedentia τῆς χάριτος αὐτοῦ, ut τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν χρηστότητι positum sit pro τῆς χάριτος αὐτοῦ καὶ χρηστότητος, vocabulum χρηστότης a χάρις minime differt, et *benignitatis* notionem habet, qua Deus nos, Christi sectatores, amplexus est, et cujus insignia exstare voluit argumenta. Si vero post αὐτοῦ interpunctio ponatur, χρηστότης *ipsa per Christum parata et nobis oblata beneficia* significet necesse est. Coloss. III. 12. Adde Alex. Psalm. XXV. 8. μνήσ-

θητί μου σὺ ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου, Κύριε, ibid. CXIX. 66. καὶ ἐν τῇ χρηστότητί σου δίδαξόν με τὰ δικαιώματα. Herodian. I. c. 4. sect. 11. πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος. Conf. Irmischium in Excursu ad h. l. p. 842. Thom. M. χρηστότης· οὐκ ἀγαθότης, οὐδ' ἀγαθοσύνη. 3) *ipsum beneficium, quod alicujus benevolentiæ debemus.* Sic legitur in N. T. Ephes. II. 7. de quo loco supra jam expositum est; et Tit. III. 4. ὅτι δὲ ἡ χρηστότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, ubi ἡ χρηστότης æque ac φιλανθρωπία doctrinam christianam, summum illud beneficium divinum, et omnia adeo bona significat, quæ nobis sunt per Christum parata et oblata. Sic etiam usurpatur ab Alexandrinis pro Hebraico טוֹב Ps. XX. 3. LXXXIV. 13. καὶ γὰρ ὁ Κύριος δώσει χρηστότητα. ib. CIV. 28. τὰ σύμπαντα πλησθήσονται χρηστότητος. ibid. CXLIV. 7. 4) *probitas, virtus, integritas vitæ, recte et bene facta.* Rom. III. 12. οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα nemo virtuti et sanctitati vitæ studet. Verba sunt desumta ex Psalm. XIII. 2, 4. ubi in textu Hebraico טוֹב legitur. Adde Psal. XXXVI. 3. καὶ ποίει χρηστότητα, et CXIX. 66. χρηστότητα καὶ παιδείαν καὶ γνῶσιν δίδαξόν με. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΡΙ'ΣΜΑ, τος, τὸ, 1) *unctio, actio, qua aliquid unguento vel oleo ungitur,* i. q. χρίσις. Est verbale a prima pers. præt. pass. κέχρισμαι, verbi χρίω *ungo.* Sic legitur apud Alexandrinos pro Hebraico מִשְׁחָה *unctio, ungendi actio.* Exod. XXIX. 7. καὶ λήψῃ τοῦ ἐλαίου τοῦ χρίσματος, καὶ ἐπιχεεῖς αὐτό. ibid. XXXV. 13. XL. 9 et 13. 2) per metonymiam: *id, quo unctio fit, unguentum, oleum,* quo sensu etiam מִשְׁחָה legitur Exod. XXX. 25. καὶ ποιήσεις αὐτὸ τὸ ἔλαιον χρίσμα ἅγιον. — ἔλαιον χρίσμα ἅγιον ἔσται. Ælian. V. H. III. c. 13. ἀλλὰ καὶ χρίσμα ἐστὶν αὐτοῖς ὁ οἶνος. Jam quia *unctio* in Oriente erat ritus inaugurationis solemnis et, quicquid ungitur, id inauguratur et consecratur, factum est, ut etiam χρίσμα in N. T. 3) *inaugurationis et consecrationis* notionem adjunctam haberet, et speciatim diceretur de *institutione in religione christiana, qua christiani religioni et cœtui Christi inaugurantur.* Sic ter in N. T. legitur. 1 Joh. II. 20. καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ ἁγίου vos unctionem habetis a sancto, h. e. Deus imbuit animos vestros idonea religionis scientia per doctrinam christianam; unde statim additur: καὶ οἴδατε πάντα. ibid. v. 27. καὶ ὑμεῖς τὸ χρίσμα, ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ, ἐν ὑμῖν μένει et vos acceptam a Deo unctionem tenetis, h. e. vos tenetis id, quod ab initio didicistis, μένει ἐν ὑμῖν, ὃ ἀπ' ἀρχῆς ἠκούσατε, coll. v. 24. et paulo post: τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων hac institutione edocti estis de omnibus, quorum cognitio vobis est utilis et necessaria, καὶ οὐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς nec opus habetis, ut vos aliquis meliora doceat; καὶ τὸ χρίσμα ἀληθές ἐστι καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος et huic institutioni scientiam veræ religionis debetis. Conf. S. V. Mori Diss. de Utilitate Notionum Universarum in Theologia p. 8 seq. Aliis interpretibus χρίσμα esse videtur *Spiritus Sanctus,* (vide Joh. B. Carpzovii Epistolas Cathol. p. 141 seq.) vel *baptismus,* vel *inhabitatio Sp. S.* Vide quæ infra ad vocem χρίω dicuntur, et notavit Wetstenius N. T. T. II. p. 716 seq.

ΧΡΙΣΤΙΑΝΟ'Σ, οῦ, ὁ, *christianus, qui a Christo nomen ducit ejusque doctrinam profitetur, sectator Christi,* a Χριστὸς *Christus.* Datum est hoc nomen sectatoribus Christi primum Antiochiæ, teste Luca Act. XI. 26. χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς χριστιανούς. Antea πιστοὶ et μαθηταὶ vocabantur. Legitur præterea Act. XXVI. 28. ἐν ὀλίγῳ με πείθεις χριστιανὸν γενέσθαι parum abest, quin mihi persuadeas, ut christianus fiam. 1 Petr. IV. 16. ὡς χριστιανὸς quia est christianus, ob vitæ integritatem. Cf. Tacit. Annal. XV. 44. Cæterum vide, quæ de hac voce habet Wetsten. N. T. T. II. p. 524.

ΧΡΙΣΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, *Christus,* 1) proprie: *unctus, cujus corpus oleo, aut unguentis delibutum est.* Est verbale a tertia pers. perf. pass. κέχρισται *unctus est,* verbi χρίω *ungo.* Sic sæpius legitur in versione Alex. pro מָשַׁח *unxit,* 2 Paral. XXII. 7. et מָשִׁיחַ *unctus,* Levit. IV. 5, 16. 2 Sam. I. 14, 16. Adde Sirac. XLVI. 22. 2 Macc. I. 10. Suid. Χριστὸς δέ· ὁ ἐν ἐλαίῳ κεχρισμένος. Jam quia apud Hebræos prophetæ, sacerdotes, reges et omnino ii, quibus a Deo munus aliquod publicum collatum esset, oleo inungi et hoc unctionis ritu solemni inaugurari solebant, factum est, ut Χριστὸς speciatim diceretur 2) *propheta, sacerdos,* seu *princeps sacerdotum, interpres voluntatis divinæ, et quivis alius, cui dedisset Deus veniam gerendæ rei alicujus præclaræ, et civitati Judæorum salutaris,* maxime autem *rex,* v. c. apud Alexandrinos 2 Sam. XIX. 21. 1 Paral. XVI. 22. Ps. CIV. 15. Ies. XLV. 1. Hinc in N. T. 3) κατ' ἐξοχὴν *Jesus, filius Dei, servator totius generis hominum,* nomine Χριστὸς ornatur in N. T. libris, ut intelligeretur, eum esse regem illum, hominibus a Deo constitutum, quem ipse Davides (Ps. II. 2. coll. Act. IV. 26.) מְשִׁיחַ יְהוָה non aliam ob caussam vocavit, quam quia, Spiritu divino plenus, prævidebat, futurum esse, ut omnino omnibus, qui ipsius doctrinam essent amplexuri, Judæis æque ac barbaris, rex præesset. Ita enim recte, ut opinor, veram vim nominis Χριστοῦ, ad Jesum translati, constituit Cel. Fischerus in Prolus. XIV. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 354 seq. præeunte Lactantio, (Institutt. Divin. IV. 7. 4 seq.) quem etiam alii ecclesiæ veteris doctores secuti sunt, (teste Suicero in Thesauro Eccles. T. II. p. 1552.) qui judicarunt, nomen Χριστὸς, de Jesu adhibitum, esse vocabulum potestatis et regni. Alii vero filium Dei in N. T. *Christum* ideo appellatum esse existimant, quod ipse, qua homo, instructus esset a Deo virtutibus divinis, et ut ejus officium triplex, nimirum regium, sacerdotale ac propheticum indicaretur, quæ quidem omnia quanquam per se recte et vere dicta esse negari nullo modo potest, tamen prior hujus appellationis ratio ipsius Lucæ auctoritate confirmatur, qui verbum Χριστὸς nomine βασιλεὺς interpretatus legitur cap. XXIII. 2. ubi Χριστὸν βασιλέα dictum esse pro Χριστὸν, τουτέστι βασιλέα, (coll. Actor. VII. 10.) jam Beza vidit. Matth. I. 16. Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός. ibid. II. 4. ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται ubinam promissus et prædictus ille rex Judæorum nasciturus esset. ibid. XVI. 16. XXIV. 23. Marc. IX. 41. ὅτι Χριστοῦ ἐστὲ quia sectatores et legati Christi estis. Luc. II. 26. filius Dei ὁ Χριστὸς τοῦ Κυρίου vocatur, et ibid. IX. 20. ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, h. e. rex ille, hominibus a Deo constitutus. Joh. I. 42. εὑρήκαμεν τὸν Μεσσίαν· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον Χριστός. Gloss. N. T. Fabric. p. 57. Μεσσίας· ἠλειμμένος, ἢ Χριστὸς, ubi vid. Alberti. Phavor. Μεσσίας· ὁ κεχρισμένος καὶ ἠλειμμένος· λέγει δὲ τὸν Χριστόν. Μέσσα γὰρ τὸ ἔλαιον, ἤτοι τὸ χρίσμα ἑρμηνεύε-

ται. 4) tropice et per metonymiam: *religio christiana, quæ optimam recte vivendi rationem tradit.* Rom. VIII. 10. εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν si vero religio christiana in vobis vim suam exserit, i. q. v. 9. εἰ πνεῦμα Χριστοῦ ἔχετε si instructi estis sensibus animi, quos postulat ac efficit religio christiana. 1 Cor. I. 13. μεμέρισται ὁ Χριστός; nonne vetat religio christiana factiones et dissidia? 2 Cor. I. 19. ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἐν ὑμῖν κηρυχθεὶς religio christiana vobis a nobis tradita, coll. v. 18. ibid. v. 21. ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς εἰς Χριστὸν, pro ἐν Χριστῷ, qui vero nos confirmat in religione christiana. Ephes. IV. 20. ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χριστὸν vos autem meliora edocti estis per religionem christianam. 5) *omnia bona, per Christum hominibus parata ac oblata, beneficia Christi.* Galat. III. 27. Χριστὸν ἐνεδύσασθε participes facti estis omnium beneficiorum Christi. Philipp. III. 8. ἵνα Χριστὸν κερδήσω ut potiar bonis, per Christum partis. Hebr. III. 14. μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ. 6) *cœtus christianorum, ecclesia christiana.* 1 Cor. XII. 12. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς idem etiam valet de cœtu christianorum. 1 Tim. V. 11. τοῦ Χριστοῦ eleemosynis a christianis collectis.

ΧΡΙ'Ω, fut. ίσω, 1) proprie, ut Hebraicum מָשַׁח et Latinum *ungere,* est: *caput alicujus aliasque corporis partes oleo et unguentis imbuo atque delibuo, sive id fiat perfundendo vel conspergendo et infricando, sive illinendo,* i. q. ἀλείφω, quanquam hoc interdum de *liquidioribus unguentis, quibus quis perfunditur, vel conspergitur,* illud vero de *crassioribus unguentis, quæ illinuntur,* usurpatur. Vide Salmasii Exercitatt. in Solinum p. 330. b. ed. Traj. Eustathius ad Odyss. ζ', v. 227. p. 1561. 3. ed. Rom. verba ἀλείφειν et χρίειν ait ἰσοδυναμεῖν κατὰ νοῦν. Idem tradit ex Eustathio Phavorinus. Hesych. ἀλεῖψαι ἐλαίῳ χρίσαι. Conf. Fischeri Prolus. XIV. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 354 seq. ed. recent. Adde Alexandrinos Exod. XXVIII. 37. XXIX. 2, 7, 29, 36. XXX. 32. Amos VI. 6. Jerem. XXII. 14. Sirac. XLV. 18. Jam quia apud Judæos regibus et principibus sacerdotum, prophetis et omnibus omnino interpretibus voluntatis divinæ et munere publico fungentibus dignitas ac potestas regia, sacerdotalis, etc. unctione conferebatur, accidit, ut χρίειν in N. T. 2) metaphorice significaret non solum: *inaugurare aliquem, conferre alicui munus, nomen et dignitatem, idoneum aliquem reddere ad munus et negotium publicum adeundum, et bene gerendum;* sed etiam generatim: *instruere aliquem facultatibus necessariis, exornare bonis, abunde alicui tribuere beneficia.* Sic legitur in N. T. Luc. IV. 18. οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς quippe me instruxit virtutibus divinis, ad imbuendos salutari doctrina idonea scientia destitutos. Act. IV. 27. ὃν ἔχρισας quem regem hominum constituisti et donis divinis instruxisti. ibid. X. 38. ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι Ἁγίῳ καὶ δυνάμει quem ornavit et abunde instruxit Deus virtutibus divinis et facultate miracula patrandi. 2 Cor. I. 21. ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς εἰς Χριστὸν καὶ χρίσας ἡμᾶς Θεὸς qui nostram de religione christiana persuasionem confirmat et animos nostros in ea constantes reddit, est idem ille, qui nos ei inauguravit et idoneos reddidit muneri nostro gerendo, h. e. Deus. Hebr. I. 9. διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως ideo te Deus, Deus inquam tuus, majore felicitate et dignitate ornavit. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Alex. Psalm. XLV. 9. LXXXVIII. 20. Ies. LXI. 1. Sirac. XLVI. 16. XLVIII. 8.

ΧΡΟΝΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *tardo, moror, moras facio vel necto, serius venio, cunctor, tempus fero, longo tempore duro, inveterasco,* a χρόνος *tempus.* Mat. XXIV. 48. χρονίζει ὁ Κύριός μου ἐλθεῖν ab hero meo adventus diu differetur; vel: tardat herus meus adventum. ib. XXV. 5. χρονίζοντος δὲ τοῦ νυμφίου sponso autem moras faciente. Luc. I. 21. καὶ ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ et mirabantur, eum tam diu in sancto morari. ibid. XI. 45. χρονίζει ὁ Κύριός μου ἔρχεσθαι cessat herus meus, ne veniat. Hebr. X. 37. ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ (fut. Atticum pro χρονίσει) veniet et non cunctabitur. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce aliquoties pro אָחַר *moratus, cunctatus fuit, tardavit, distulit,* Genes. XXXIV. 19. Deut. XXIII. 22. Jud. V. 28. Dan. IX. 19. בֹּשֵׁשׁ *tardavit, distulit,* Exod. XXXII. 1. et pro מָשַׁךְ *traxit, protraxit, protendit,* Ies. XIII. 22. Adde Theophrast. de Causis Plant. IV. c. 10. extr. Apollodor. Bibl. III. c. 14. § 8. Diog. Laërt. X. 140. Andocid. Orat. III. p. 280. et Eurip. Iphig. in Taur. 1219. Hesych. χρονίζειν διατρίβει. Gloss. Vet. χρονίζω, *moror, tardo.*

ΧΡΟ'ΝΟΣ, ου, ὁ, 1) *duratio quæcunque, tempus quodvis,* et differt a καιρὸς fere ita, ut hoc significetur *tempus opportunum, certum et definitum;* illud vero de *tempore incerto nec satis definito* dicatur. Haud raro tamen etiam χρόνος in N. T. de *tempore certo ac definito* adhibetur. Forte est a χρῶ *perficio,* quod omnia perficiat, vel a χέω et ῥέω *fluo,* quia in perpetuo fluxu est. Matth. II. 7, 16. XXV. 19. μετὰ δὲ χρόνον πολὺν multo tempore elapso. Marc. II. 19. ὅσον χρόνον quamdiu. ib. IX. 21. πόσος χρόνος ἐστί; quantum tempus est? Luc. I. 57. τῇ δὲ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν αὐτήν jamque aderat Elisabethæ tempus parturiendi. ibid. IV. 5. ἐν στιγμῇ χρόνου puncto temporis, h. e. momento. ibid. VIII. 27. ἐκ χρόνων ἱκανῶν a multo jam tempore, et v. 29. πολλοῖς χρόνοις inde a multo tempore. ibid. XVIII. 4. καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἐπὶ χρόνον ille vero aliquamdiu (seu diu, ut subintelligatur πολὺν, quemadmodum hac formula loquendi usus quoque est Homerus Iliad. II. 299. et Odyss. XIV. 192.) noluit. ibid. XX. 9. καὶ ἀπεδήμησεν χρόνους ἱκανοὺς et peregre profectus est per multum tempus. Joh. V. 6. ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει jam inde a multo tempore morbo detentum esse. ibid. VII. 33. ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι breve tempus restat, quod vobiscum versor. ibid. XII. 35. ἔτι μικρὸν χρόνον per breve adhuc tempus. ibid. XIV. 9. τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι tantum jam tempus vobiscum versor. Act. I. 6, 7. χρόνοι ἢ καιροὺς tempus illud certum et constitutum. Duo hæc vocabula eodem modo conjunxit Demosthenes Olynth. III. p. 11. τίνα γὰρ χρόνον ἢ τίνα καιρὸν —— ζητεῖτε; In utroque loco καιρὸς *momentum, articulum temporis* significare videtur. Conf. Raphelium in Obss. Polyb. p. 297. Wetstenii N. T. T. II. p. 305. et Boisium in Collat. p. 530. Act. I. 21. ἐν παντὶ χρόνῳ per omne illud tempus. ibid. III. 21. (conf. Krebsii Obss. Flav. p. 127. et supra dicta ad ἀποκατάστασις.) VII. 17. ὁ χρόνος τῆς ἐπαγγελίας tempus prædictum et promissum, et v. 23. ὡς δὲ ἐπληροῦτο αὐτῷ τεσσαρακονταετὴς χρόνος anno autem ætatis ejus quadragesimo. ibid. VIII. 11. ἱκανῷ χρόνῳ diu. ibid. XIII. 18. τεσσαρακονταετῆ χρόνον per

quadraginta annos. ibid. XIV. 3. ἱκανὸν μὲν οὖν χρόνον διέτριψαν diu versati sunt. ibid. v. 28. XV. 33. ποιήσαντες δὲ χρόνον aliquamdiu commorati. Eodem sensu voce χρόνῳ usus est Euripides in Phœniss. v. 302 et 311. (Vide Palairet. Obss. Philol. p. 311.) ibid. XVII. 30. XVIII. 20, 23. XIX. 22. αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν aliquamdiu remansit in Asia. (Conf. Palairet. Obss. Philol. p. 320.) ibid. XX. 18. XXVII. 9. ἱκανοῦ δὲ χρόνου διαγενομένου multo autem tempore transacto. Rom. VII. 1. XVI. 25. χρόνοις αἰωνίοις æternum, donec scilicet a Christo et apostolis clarius et plenius hominibus traderetur. 1 Cor. VII. 39. XVI. 7. Galat. IV. 1, 4. τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου tempus, destinatum a Deo manifestationi religionis christianæ. 1 Thess. V. 1. περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν. 2 Tim. I. 9. Tit. I. 2. πρὸ χρόνων αἰωνίων olim. Hebr. IV. 7. V. 12. διὰ τὸν χρόνον pro temporis ratione, ex quo scilicet instituti estis in religione christiana. (Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 402.) ibid. XI. 32. ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος deficeret mihi narranti tempus. Confer Palairet. Obss. Philol. p. 491. 1 Petr. I. 17, 20. IV. 2, 3. Jud. v. 18. Apoc. II. 21. (coll. Dan. II. 16.) VI. 11. X. 6. ὅτι χρόνος οὐκ ἔτι ἔσται ubi tamen χρόνος quoque *moram, procrastinationem* significare potest; ut vertatur: nullam amplius moram iri interpositum. XX. 3. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Alex. Dan. II. 21. αὐτὸς ἀλλοιοῖ καιροὺς καὶ χρόνους. Jos. IV. 14. ὅσον χρόνον ἔζη, pro εἰς ὅσον χ. ἔ. quamdiu vivebat. Deut. XII. 19. Esther II. 15. ἐν δὲ τῷ ἀναπληροῦσθαι τὸν χρόνον Ἐσθήρ. Xenoph. Mem. II. 1. 33. et 8. 1. διὰ χρόνου ex longo intervallo. Diod. Sic. Lib. IV. p. 263. εἰς ὅσον χρόνον ζῇ τὸ τέρας. Herodot. II. c. 152. Philostrat. Vit. Sophist. I. c. 2. p. 512. Apud Græcos scriptores χρόνος interdum de *certa illa ac definita temporis portione* usurpatur, *quæ anno conficitur*, et χρόνοι synecdochice sunt *anni*. Ita Eustathius ad Iliad. α', 250. γενεὰ κατὰ παλαιοὺς τριάκοντα χρόνοι, μεθ' οὓς τελειοῦται ὁ ἄνθρωπος. et Diod. Sic. p. 44. ed. Rhodom. ἡ ὀλυμπιὰς πληροῦται κατὰ τέτταρας χρόνους. In hac significatione (ad quam commode quoque referri potest locus Lucæ XX. 9. χρόνους ἱκανοὺς annos aliquot: ubi vid. Casaubonus.) reperitur quoque apud recentiores Græcos scriptores et Jurisconsultos. Vide Hemsterhusium ad Aristophan. Plutum p. 407. Salmasii Exercitatt. Plinianas p. 652. et Valckenarii Diatrib. p. 135. 2) interdum omittitur, v. c. post ἀφ' οὗ, Luc. XIII. 25. XXIV. 1. Apoc. XVI. 18. in quibus locis respondet Hebraico מֵאֲשֶׁר Iesai. XLIII. 4. post ἐκ τούτου, Joh. VI. 66. XIX. 12. coll. Hom. Iliad. I. 3. 493. — post ἐκ πάλαι, 2 Petr. III. 5. Philipp. IV. 12, 13. ἐν παντὶ, scil. χρόνῳ, vel τόπῳ, semper et ubique. Luc. VII. 45. οὐ διέλιπε, scil. χρόνον, ut plene legitur apud Isocratem Orat. ad Philipp. p. 172. coll. Ælian. Hist. Anim. XV. c. 27. Huc etiam refertur a nonnullis locus Act. XXIV. 28. ubi tamen post ἐν ὀλίγῳ æque commode μέρει, ac χρόνῳ suppleri potest. De hac formula, τοῦ λοιποῦ, quæ Galat. VI. 17. reperitur, vide supra ad λοιπὸς dicta et Wolfii Curas Philol. in N. T. T. II. p. 788.

ΧΡΟΝΟΤΡΙΒΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *tempus tero, consumo, per aliquod tempus commoror in aliquo loco*, ex χρόνος *tempus* et τρίβω *tero*. Semel tantum in N. T. legitur Act. XX. 16. ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ ne diutius ipsi commorandum esset in Asia. Thucyd. III. 38. Schol. Aristot. Rhet. III. 3. Pindar. Nem. VIII. 108. Eustath. in Il. ψ', p. 1447. 11. et p. 1450. 38.

ΧΡΥΣΕ'ΟΣ, contracte χρυσοῦς, fœm. χρυσέη, contr. χρυσῆ, neutrum χρύσεον, contr. χρυσοῦν, *aureus, ex auro confectus, auro obductus*, vel *ornatus*, a χρυσὸς *aurum*. Legitur in N. T. 2 Tim. II. 20. σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ vasa aurea et argentea. Hebr. IX. 4. στάμνος χρυσῆ urna aurea. Apoc. I. 12, 13, 20. II. 1. IV. 4. V. 8. VIII. 3. λιβανωτὸν χρυσοῦν thuribulum aureum. ibid. IX. 13, 20. XIV. 20. XV. 6. περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς præcincti circa pectora zonis aureis. ibid. v. 7. XVII. 4. XXI. 15. Sæpius non reperitur in N. T. Alexandrini usi sunt pro זָהָב *aurum, aureus*, Genes. XLI. 42. Exod. III. 22. Numer. IV. 11. VII. 14. Chaldaico דְּהַב et דַּהֲבָה idem, Esr. V. 14. VI. 5. Dan. II. 38. et פָּז *aurum solidum*. Job. XXVIII. 17. Cant. V. 15. Adde Euripid. Phœn. v. 172 et 873.

ΧΡΥΣΙ'ΟΝ, ου, τὸ, 1) proprie: *aurum, metalli species nobilissima ac pretiosissima*, a χρυσὸς idem. Hebr. IX. 4. περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ undique auro vel laminis aureis obductam. 1 Petr. I. 7. πολυτιμότερον χρυσίου præstantius auro. coll. Sirac. II. 5. Apoc. III. 18. χρυσίον πεπυρωμένον. ibid. XXI. 18, 21. χρυσίον καθαρόν. Respondet Hebraico זָהָב *aurum*. Exod. XXXVII. 2, 4, 6, 11, 15, 16, 17. etc. 2) per metonymiam: *numisma, ex auro factum, aureus numus*. Act. III. 6. χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι aurei numi mihi non suppetunt. ibid. XX. 33. ἀργυρίου ἢ χρυσίου ἢ ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα. 1 Petr. I. 18. 3) τὰ χρυσία *ornamenta aurea, vel corporis, vel capitis, maxime quæ ad mundum muliebrem pertinent*. 1 Petr. III. 3. περιθέσεως χρυσίων. Ita et *aurum* apud Latinos, v. c. Ovidium Heroid. Epist. XXI. v. 89. (*ipsa dedit gemmas digitis, et crinibus aurum*) et apud Alexandrinos Job. XXVII. 16. pro מַלְבּוּשׁ *vestimentum* adhibetur. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΡΥΣΟΔΑΚΤΥ'ΛΙΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *aureum gestans annulum, qui digitos annulis aureis ornatos habet*, et ex adjuncto: *dives, opulentus*, ex χρυσὸς *aurum*, et δακτύλιος *annulus*, quod a δάκτυλος, ου, ὁ, *digitus*, i. q. δακτυλίους χρυσοῦς φορῶν vel ἔχων. Vocabulum hoc, de quo recte dubitatur, an scriptor aliquis Græcus præter Jacobum eo usus fuerit, semel tantum legitur in N. T. Jacob. II. 2. ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ vir, annulos aureos gestans (fortasse eques Romanus. Confer Stosch. Archæol. Œconom. N. T. p. 60.) cum pallio splendido. Vide Plinii H. N. XXXIII. cap. 1. Qui a Jacobo χρυσοδακτύλιος vocatur, Græcis scriptoribus χρυσόχειρ dicitur. Conf. Luciani Timon. c. 20. T. I. Opp. edit. Bipont. p. 91. καὶ ὅμως πορφυροῖ καὶ χρυσόχειρες περιέρχονται ubi scholiastes: χρυσόχειρες ἤτοι τοῖς δακτυλίοις περιαυγαζόμενοι τοῖς χρυσοῖς, ἢ δι' εὐπορίαν ὑπερβάλλουσαν χειροπληθῶς τὸν χρυσὸν διασπείροντες. Vide ad h. l. Hemsterhusium et Wetstenii N. T. T. II. p. 664 seq. Cæterum eleganter Jacobus hoc vocabulum composuit ad similitudinem vocabulorum χρυσοβέλεμνος *aureis instructus jaculis*, χρυσοδίνης *aureos habens vertices*, χρυσοέθειρος *auricomus*, χρυσόζυγος *aureum jugum habens*, (Homer. Hymn. in Solem v. 15.) χρυσόζωνος *aurea zona cinctus*, χρυσόθρονος, Homer. Iliad. α', v. 611. χρυσοπλόκαμος, Hom. Hymn. in Apollin. v. 205. etc.

ΧΡΥΣΟ'ΛΙΘΟΣ, ου, ὁ, *chrysolithus*, species gemmæ aurei coloris,

quam aliqui, teste Epiphanio de Gemmis cap. X. (ubi videndus Cl. Salmasius) χρυσόφυλλον vocarunt. Componitur ex χρυσὸς *aurum*, et λίθος *lapis*, q. d. *aureus lapis*, vel *lapis aurei coloris*. Sub *chrysolithi* nomine, quod M. Hillerus in Tractatu de Gemmis Duodecim in Pectorali Pontificis Hebræorum p. 15. nomini Hebraico בָּרֶקֶת (Ez. XXVIII. 13. Exod. XXVIII. 17.) vindicavit, venerunt primum gemmæ, quas hodie *topazios orientales* dicimus, summæ inter splendorem auri et argenti claritatis; deinde *chryselectri*, in colorem electri declinantes; *chrysopasti*, aurea scobe aspersi; denique *melichrysi*, veluti per aurum sincero melle translucentes. Vide Plinii H. N. XXXVII. c. 9 et 11. In N. T. semel tantum commemoratur Apoc. XXI. 20. In versione Alexandrina usurpatur pro תַּרְשִׁישׁ Ex. XXVIII. 20. XXXIX. 11. pro qua voce Hebraica etiam legitur in fragmentis Aquilæ Ezech. X. 9. et apud Incertum Ezech. I. 16. Conf. Braunium de Vestitu Sacerdotum Hebræorum II. 17. pag. 569.

ΧΡΥΣΟ'ΠΡΑΣΟΣ, ου, ὁ, *chrysoprasus. Species gemmæ Indicæ, translucentis, colore porri succum referentis, aureis interspersis maculis, vel guttis, quam beryllorum generi quidam adjudicaverunt et quæ oculorum infirmitati mederi credebatur.* Componitur ex χρυσὸς *aurum*, et πράσον, ου, τὸ, *porrum*. A Plinio in H. N. XXXVII. c. 9. *Pardalios* dicitur, a pantherarum pictis pellibus. Græcis fortasse *onyx* appellata est, quæ jaspidis et chrysolithi colorem habuit. Hebraice vocari יָשְׁפֵה (h. e. *teneram et attritioni, vel contritioni obnoxiam gemmam*,) Hillerus docuit in Tract. de Gemmis Duodecim in Pectorali Pontificis Hebræorum p. 76 seq. Eundem lapillum Dioscorides tradit διαφάσεις ἔχοντα διαλεύκους καὶ ἀποστιλβούσας, Ἀσσύριον καλούμενον, h. e. albis splendidisque intercurrantibus respersum maculis, *Assyrion* appellatum. Chaldæis *Pantherion* dicitur. Parthi enim, seu pantheres tergum cæruleum, fulvis orbiculis superpictum habent. In N. T. semel tantum commemoratur Apoc. XXI. 20. Confer etiam Salmasium ad Epiphanii librum de Gemmis cap. 11. Braunium de Vestitu Sacerdotum Hebræorum II. c. 9. p. 509. et Wetstenii N. T. T. II. p. 845.

ΧΡΥΣΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) *aurum, metallorum species nobilissima et pretiosissima*, i. q. χρυσίον. Mat. II. 11. χρυσὸν καὶ λίβανον καὶ σμύρναν. ib. XXIII. 16, 17. ubi ὁ χρυσὸς τοῦ ναοῦ est vel aurum, quo singulæ templi Hierosolymitani partes distinctæ et ornatæ erant, vel aurum, quod in usum templi Hierosolymitani consecrabatur, fiscus templi. Apoc. IX. 7. στέφανοι ὅμοιοι χρυσῷ. ibid. XVII. 4. κεχρυσωμένη χρυσῷ. ib. XVIII. 12, 16. Adde Alexandrinos Esdra I. 11. Prov. XVII. 3. Ezech. XVI. 13. 2) per metonymiam: *omne, quod est ex auro confectum, auro obductum et ornatum;* speciatim: *numus aureus*. Sic legitur in N. T. Matth. X. 9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν, ubi χρυσὸς numos aureos significat, quo sensu etiam זָהָב sumi videtur Exod. XXV. 3. et Ies. LX. 9. Adde Sirac. LI. 36. καὶ πολὺν χρυσὸν κτήσασθε ἐν αὐτῇ. Act. XVII. 29. χρυσῷ simulacro aureo, vel auro obducto et exornato. 1 Cor. III. 12. χρυσὸν ædificium, multo auro exornatum. 1 Tim. II. 9. χρυσῷ ornamentis aureis, vel corporis, vel capitis, ad mundum muliebrem pertinentibus, quæ 1 Petr. III. 3. τὰ χρυσία vocantur. Jacob. V. 3. ὁ χρυσὸς æque ac זָהָב Esra I. 6. 1 Chron. XXVIII. 2. Ps. CXV. 4. intelligendum est de vasis aliisque rebus, ex auro confectis. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΡΥΣΟ'Ω, ῶ, futur. ώσω, *inauro, auro obduco*, et sequente voce χρυσὸς, vel χρυσίον, *obduco* simpliciter, a χρυσὸς *aurum*. Bis tantum in N. T. legitur. Apoc. XVII. 4. κεχρυσωμένη χρυσῷ auro obducta, et ibid. XVIII. 16. κεχρυσωμένη ἐν χρυσῷ inaurata, vel auro ornata. In versione Alexandrina respondet Hebraico חָפָה *texit, obtexit, operuit*, 2 Paral. III. 7 — 10. et צָפָה *obtexit, obduxit*. Ex. XXVI. 32, 37. XXXVI. 34. κεχρυσωμένων χρυσίῳ. Hinc χρύσωμα *vas aureum, poculum aureum et auro obductum*. 3 Esdra III. 6. VIII. 58. 2 Maccab. IV. 39.

ΧΡΩ'Σ, χρωτὸς, ὁ, 1) proprie, maxime Ionibus, dicitur generatim: *quicquid in corpore carnosum est, quo nomine cutis ipsa, musculi, membranæ et viscera continentur*, speciatim vero: *cutis ipsa et corporis superficies summa*, a χρόα *color*. Confer Foësii Œconom. Hippocr. p. 412. et Alex. Exod. XXXIV. 29. ἡ ὄψις τοῦ χρωτὸς τοῦ προσώπου, et ibid. v. 30. ubi Hebraico עוֹר *cutis* respondet, et alii interpretes χρώματος habent. Vide etiam Symmachum Job. II. 4. Ælian. V. H. XI. 10. 2) de *toto corpore* adhibetur. Sic semel tantum in N. T. legitur Act. XIX. 12. ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια ἢ σιμικίνθια ut etiam ab ejus corpore sudaria et semicinctia deferrentur ad ægrotos. Vulgat. h. l. *a corpore ejus*. Syrus vero verba ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ ita περιφράζει: ܡܢ ܢܚܬܐ ܕܥܠ ܦܓܪܗ h. e. *a vestimentis, quæ erant super corpus ejus*. In eadem significatione legitur quoque vocabulum χρὼς in versione Alexandrina pro Hebraico בָּשָׂר *caro, corpus*. Exod. XXVIII. 38. Levit. XIII. 2, 3, 4, 10, 13. πᾶν τὸ δέρμα τοῦ χρωτός. Hesych. χρωτός· σώματος. (Hesiod. Ἔργ. v. 416.) Suid. χρώς· σῶμα, ἰδέα. Sic etiam *cutis* apud Latinos usurpatur, v. c. Martialem IX. 7. et *pellicula* apud Horat. II. Sat. V. v. 38. Conf. Spanhemii Comment. ad Callim. Hymn. in Jovem v. 17. p. 36. edit. Ernesti. Turnebi Adversar. XXIV. 28. et Wetstenii N. T. T. II. p. 581.

ΧΩΛΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) proprie: *claudus, mutilus*. Matth. XI. 5. χωλοὶ περιπατοῦσι illi, qui claudi fuerant, ambulant. ibid. XV. 30, 31. XVIII. 8. XXI. 14. Marc. IX. 45. χωλὸς opponitur τῷ τοὺς δύο πόδας ἔχοντι adeoque significat *altero pede privatum*. Luc. VII. 22. XIV. 13, 21. Joh. V. 3. Actor. III. 2, 11. VIII. 7. XIV. 8. In versione Alexandrina legitur pro פִּסֵּחַ *claudus*, Deut. XV. 21. 2 Sam. V. 6, 8. Job. XXIX. 15. Malach. I. 8, 13. Atticis χωλὸς non solum *pedibus*, sed et *manu mutilatum* denotat, ut docuit scholiastes Aristoph. ad Equites v. 1083. et Aves v. 1379. Eustathius ad Iliad. II. pag. 116. edit. Basil. ἐπὶ πλέον γάρ πως τὸ χωλὸν τοῦ κυλλοῦ. κυλλὸς μὲν γὰρ ὁ τὰ καίρια βλαβεὶς ἐκ γενετῆς· χωλὸς δὲ κοινῶς, καὶ τὸ ὕστερον ἐκ πληγῆς, ἢ ἄλλως πως ἐξ ἀρτιώσεως παθὼν κύλλωμα. Etiam *claudus* pro *mutilo* adhibetur apud Horat. I. Ep. XVII. v. 58. Virgil. Æn. I. 278. Livium Hist. XXXVII. 24. 2) metaphorice: *debilis, infirmus*. Hebr. XII. 13. ἵνα μὴ τὸ χωλὸν (scil. μέλος. Confer L. Bos. Ellips. Gr. p. 153 seq.) ἐκτραπῇ cavete, ne pes claudus prorsus distorqueatur, h. e. ne vos, qui jam proni estis ad deserendam religionem, plane ab ea deficiatis. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΩ'ΡΑ, ας, ἡ, 1) *regio, provincia*, a χῶρος *locus, sedes*. Matth. II. 12. δι᾽ ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν per aliud iter patriam repetiere, coll. Job. II. 11. παρεγίνοντο ἕκαστος ἐκ τῆς ἰδίας χώρας. Luc. II. 8. III. 1. καὶ Τραχωνίτιδος χώρας et Trachonitidis. ib. XV. 13. ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακρὰν peregre profectus est in regionem longinquam. ib. v. 14, 15. XIX. 12. Act. VIII. 1. κατὰ τὰς χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας, h. e. in Judæam et Samariam. Vocabulum enim χώρα, nominibus regionum additum, quandoque abundat. ibid. X. 39. ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων in terra Judaica. ib. XVI. 6. XVIII. 23. XXVI. 20. In versione Alexandrina respondet Hebraico אֶרֶץ *terra, regio, provincia*, Num. XXXII. 2. Jos. V. 12. Ies. VII. 18. מְדִינָה *provincia*, Thren. I. 2. Esdra II. 1. Ezech. XIX. 8. et שָׂדֶה *ager, regio*. Genes. XXXII. 3. 2) per metonymiam: *incola alicujus regionis et provinciæ*, i. q. οἱ κατὰ τὴν χώραν. 2 Macc. IX. 24. Sic legitur in N. T. Marc. I. 5. ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτὸν πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα exierunt ad eum omnes Judææ incolæ. Act. XII. 20. διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς propterea, quod frumenta incolis regionis eorum ex Judæa subvehebantur. Jerem. IV. 29. ἀπὸ φωνῆς ἱππέως ἀνεχώρησε πᾶσα ἡ χώρα. Sirac. XLVII. 18. ἀπεθαύμασάν σε χῶραι. 3) *ager alicujus urbis*, das gebiet und territorium einer stadt, *the jurisdiction and territory of a town*. Matth. VIII. 28. εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν in agrum Gergesenorum. Marc. V. 1, 10. Luc. VIII. 26. Actor. XIII. 49. Fortasse tamen in nonnullis horum locorum vocabulo χώρα notio *urbis* tribui potest, quam habet in versione Alexandrina Dan. VIII. 2. 4) *ager, qui colitur, rus, solum, villæ, prædia*. Hinc ἐγχώριον est *rusticum, ad agricolas pertinens* (Hesiod. Ἔργ. κ. Ἡμέρ. v. 344.), et χωρεπίσκοποι dicebantur olim, *quorum officium erat in pagis et vicis apud ruricolas sacra facere*. Vide Car. du Fresne in Gloss. Lat. Tom. I. c. 969 seq. Luc. XII. 16. ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα agri cujusdam divitis fructus uberrimos tulerant: ubi etiam Vulgatus vocabulo *ager* recte usus est. ibid. XXI. 21. οἱ ἐν ταῖς χώραις, scilicet ὄντες, et qui in agris, villis aut prædiis erunt, collat. Matth. XXIV. 18. ubi legitur: ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ. Joh. IV. 35. θεάσασθε τὰς χώρας aspicite agros, seu potius segetes. Jac. V. 4. τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν qui messuerunt agros vestros. Adde Genes. XXIV. 63. בַּשָּׂדֶה Aquila ἐν χώρᾳ, Symmach. ἐν τῷ ἀγρῷ, Alexandrini εἰς τὸ πεδίον. Exod. XXIII. 11. חַיַּת הַשָּׂדֶה Aquila ζῶα τῆς χώρας, Alexandrini ἄγρια θηρία. Vide etiam Aquil. et Symmach. Psalm. CXXXI. 6. et Siracid. XLIII. 3. Confer Raphelii Obss. Polybianas pag. 251. qui docuit, χώραν apud Polybium haud raro τῇ πόλει opponi, Reiskii Indicem Græcitatis Demostheneæ pag. 806. et Salmasii Exercitatt. Plinianas p. 996. Gloss. Vett. χώρα· *arvum, regio*. 5) *locus quivis amplus et spatiosus, spatium quodcunque*, i. q. τόπος. Matth. IV. 16. τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου versantibus in loco admodum tenebricoso. Joh. XI. 54. ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου abiit in locum, deserto proximum. ib. v. 55. Adde Alexandrinos Jos. IV. 18. καὶ ὥρμησε τὸ ὕδωρ τοῦ Ἰορδάνου κατὰ χώραν. Jos. IX. 2. Xenoph. Librum de Mag. Equit. II. 7. 8. et de Republ. Lacedæm. VII. 5. et IX. 5. et Demosthenem pag. 701. 16. ed. Reisk. Suid. χώρα· ὁ τόπος. Gloss. in Octateuchum: κατὰ χώραν· ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τόπου. 6) *terra continens*. Act. XXVII. 27. κατὰ μέσον τῆς νυκτὸς ὑπενόουν οἱ ναῦται προσάγειν τινὰ αὐτοῖς χώραν sub media nocte intelligebant nautæ, se appropinquare terræ cuidam continenti. 7) interdum omittitur, v. c. Luc. XVII. 24. ἐκ τῆς ὑπ᾽ οὐρανὸν (sc. χώρας) εἰς τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν (scil. χώραν) ex altera parte, seu plaga cœli ad alteram. coll. LXX Job. XVIII. 4. Prov. VIII. 28. ib. XIX. 4. ἐκείνης, pro δι᾽ ἐκείνης χώρας *illac*. Adde Luc. I. 39. XVI. 24. et Act. XIV. 6. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΩΡΑΖΙ'Ν, vel ΧΟΡΑΖΙ'Ν, ἡ. *Chorazin*. Est nomen ἀκλίτον urbis, sitæ in Galilæa ad mare Galilææ, quæ haud procul a Bethsaida et Capernaumo abfuit. Vide Cellar. Geogr. T. II. Lib. III. c. 13. § 30. pag. 414. et Relandi Palæstinam Tom. II. Lib. III. p. 536. Olim dicta est חֲרֹשֶׁת הַגּוֹיִם *Charoscheth gentium*. Jud. IV. 2. Nomen ipsum est incertæ originis. Epiphanius hanc vocem compositam putat ex χώρα *regio* et ζίν, unde etiam Henr. Ernstius Obss. II. 6. eam divisim scribendam judicat χώρα ζίν, ut in Philocalia Origenis reperitur. Syrus reddidit ܟܘܪܙܝܢ a ܟܪܙ *promulgavit, proclamavit*, q. d. *promulgatio*, vel *promulgatrix*. Alii vero, ut Lightfootus in Centur. Chorogr. Matthæo præmissa cap. 94. p. 160 seq. Chorazin dictam arbitrantur a voce Hebraica חורשין *Choraschin*, quæ *loca saltuosa* denotat, quod scilicet loco sita fuerit saltuoso. Commemoratur bis tantum in N. T. Matth. XI. 21. οὐαί σοι Χοραζίν, (al. Χωραζίν, al. Χοραζάϊμ, al. Χοραζάϊν.) et Luc. X. 13. In utroque loco ex usu linguæ Hebraicæ metonymice accipitur pro *incolis illius urbis*.

ΧΩΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *capio*, ita, ut ad *capacitatem loci* referatur, *capax sum, locum habeo, tam amplus sum, ut capiam*, a χῶρος *locus, ager*. Sic legitur in N. T. Marc. II. 2. ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν ut ne loca quidem ante januam omnes illos homines capere potuerint. Joh. II. 6. hydriæ χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς quarum singulæ tam amplæ erant, ut caperent duos, vel tres cados. ib. XXI. 25. οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία ne mundum quidem libros de his rebus conscribendos capere posse ego putem. Adde Alexandrinos Genes. XIII. 6. καὶ οὐκ ἐχώρει αὐτοὺς ἡ γῆ κατοικεῖν ἅμα. 1 Reg. VII. 25, 37. 2 Paral. IV. 5. χωροῦσα μετρητὰς τρισχιλίους. Demosthen. pag. 579. 3. ed. Reisk. ἡ πόλις αὐτὸν οὐ χωρεῖ. Ælian. V. H. I. 3. οὐ γάρ οἱ χωρεῖ περιλαβεῖν τοσοῦτον τὸ στόμα non tam amplum ipsi est os, ut tantum capiat; ubi videndus Perizonius. ib. II. 41. ἐχώρει τὸν εἰσχεόμενον οἶνον. Idem Histor. Animal. V. 3. Conf. Elsneri Obss. Sacras T. I. p. 134 et 297. 2) *abeo, secedo, tendo, proficiscor, eo, venio*, etiam *redeo, revertor*. Matth. XV. 17. πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα, εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ omnia nutrimenta, quæ ori ingeruntur, in cavum ventris descendunt. Herodian. VIII. c. 4. s. 12. ὁ στρατὸς ἐπὶ τὴν πόλιν ἐχώρει. Hippocrat. de Morb. IV. cap. 5. pag. 123. Æschin. Socr. Dial. III. 19. Eurip. Phœniss. ver. 457 et 707. Hesych. χωρεῖν· πορεύεσθαι, ὁρμᾶν. 3) neutraliter: *locum habeo, admittor*. Joh. VIII. 37. ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν doctrina mea non locum habet apud vos, h. e. non vera fide doctrinam meam amplectimini, seu nullam vim in

animis vestris habet et exserit. Grotius hæc verba ita vertit: quia sermo meus vos non *penetrat* aut *transit* ad vos, ob nimiam nempe duritiem cordis; quo sensu χωρεῖν cum διὰ constructum legitur Sapient. VII. 23. διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων νοερῶν, et v. 24. διήκει καὶ χωρεῖ διὰ πάντων διὰ τὴν καθαρότητα. Elsnerus in Obss. Sacr. T. I. p. 322. reddi mavult: *quod sermo meus nihil proficit*, aut *non procedit in vobis*. Nam χωρεῖν quandoque apud Græcos est: *feliciter procedere, successu prospero gaudere, progressus facere.* Sic Aristophanes in Pace. v. 508. χωρεῖ γέ τοι τὸ πρᾶγμα πολλῷ μᾶλλον, ἄνδρες, ὑμῖν, ubi schol. προκόπτει τὸ ἔργον. ibid. ver. 471. Marc. Antonin. de Rebus suis Lib. IV. sect. 25. πείρασον, πῶς σοι χωρεῖ καὶ ὁ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνθρώπου βίος, ubi videndus Gatakerus. Polyb. Lib. I. c. 86. κατὰ νοῦν ἁπάντων σφίσι κεχωρηκότων cum ex voto omnia cessissent. Alia loca veterum huc pertinentia larga manu dedit Kypkius in Obss. Sacr. T. I. p. 383. 4) χωρεῖν τί *sustinere aliquid, sufficere*, vel *parem esse alicui rei, capacem esse alicujus rei.* Matth. XIX. 11. οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον non omnes pares sunt cœlibatui, h. e. non omnibus est facultas concessa manendi in cœlibatu: ubi videndus Grotius. Alii vertunt: non omnes hæc satis intelligunt; ut χωρεῖν sit, ut Latinum *capere: mente assequi, percipere, intelligere.* ibid. v. 12. ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω qui sufficit huic rei, abstineat a matrimonio. Respondere videtur χωρεῖν in hac significatione Hebraico הֵכִיל Jerem. VI. 11. et Amos VII. 10. Adde Ælian. V. H. III. cap. 9. τοσοῦτον ἀνδρεῖος, ὅσον αὐτῷ καὶ ἡ ψυχὴ χωρεῖ. Plutarch. Caton. Min. p. 791. οὐδὲ τὸ Κάτωνος φρόνημα χωροῦσι. Demosthen. p. 118. 8. ed. Reisk. οὔθ' ἡ Ἑλλὰς, οὔθ' ἡ βάρβαρος χωρεῖ τὴν πλεονεξίαν τἀνθρώπου. Cicero pro Milone cap. 32. "capere ejus amentiam civitas, Italia, provinciæ, regna non poterant." Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 87. et Wolfii Curas Philolog. in N. T. T. I. p. 281. 5) *admitto, recipio, excipio aliquem humaniter ac benevole.* 2 Cor. VII. 2. χωρήσατε ἡμᾶς recipite nos, h. e. locum date admonitionibus ac precibus nostris. Pertinet huc glossa in Glossario Græco Alberti p. 143. χωρήσατε· προσδέξασθε. et Zonaræ Lex. col. 1866. χωρήσατε ἀντὶ τοῦ εἰσδέξασθε ἡμᾶς εἰς τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Alii verba Pauli reddi malunt: *amate me, amore ac benevolentia me amplectimini.* Ita Chrysostomus ad h. l. φιλήσατέ με. 6) sequente præpositione εἰς, *pervenio ad aliquid, consequor, particeps fio.* 2 Petr. III. 9. ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι sed ut omnes ad veram mentis immutationem ac emendationem perveniant. Sæpius in N. T. non legitur. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 423. 449. 898 et 966.

ΧΩΡΙ'ΖΩ, fut. ίσω, *separo, sejungo, quæ sunt invicem conjuncta, divello.* Passivum χωρίζομαι *separor vi ab aliquo et invitus.* Medium χωρίζομαι *me ipse separo ab alio*, h. e. *discedo, abeo, me subtraho*, a χωρὶς *sine.* Matth. XIX. 6. ἃ οὖν ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω quæ ergo Deus conjunxit, vel invicem conjuncta esse vult, homo ne separet, aut: non separare debet. Sermo autem est h. l. de matrimonii dissolutione. Marc. X. 9. Act. I. 4. παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι præceperat ipsis, ne abirent Hierosolyma. ibid. XVIII. 1. μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθηνῶν postea vero cum discessisset Paulus Athenis. ibid. ver. 2. διὰ τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον, χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τῆς Ῥώμης quia Claudius edicto omnes Judæos Roma exegerat, vel Romam relinquere jusserat. Rom. VIII. 35 et 39. χωρίζειν ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ privare amore ac benevolentia Dei. 1 Cor. VII. 10. γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι ne uxor se a marito suo separet. ibid. ver. 11. ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ et si jam se separaverit a marito. ibid. v. 15. εἰ δὲ ὁ ἄπιστος χωρίζεται, χωριζέσθω quod si vero maritus non christianus ab uxore christiana se separare vult, separet se. Philem. ver. 15. ἐχωρίσθη aufugit. Hebr. VII. 26. κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν sejunctus a peccatoribus, seu, qui morte effugit peccatorum his in terris commercia. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Alexandrinos Levit. XIII. 46. 1 Paral. XII. 8. Prov. XVIII. 1. Sapient. I. 3. σκολιοὶ γὰρ λογισμοὶ χωρίζουσιν ἀπὸ Θεοῦ. 2 Macc. V. 21. XII. 12. εἰς τὰς σκηνὰς αὐτῶν ἐχωρίσθησαν. Arrian. Epictet. III. 22.

ΧΩΡΙ'ΟΝ, ίου, τὸ, 1) generatim *quemvis locum amplum, quodvis spatium* significat, et est deminutivum a χῶρος *locus*, (Homer. Iliad. γ', v. 315. et κ', v. 362.) *ager.* Sic v. c. apud Demosthen. p. 1111. 22. edit. Reisk. *spatium, quod taberna fœneratoris in foro occupat*, χωρίον dicitur. 2 Macc. XI. 5. ἐρυμνῷ χωρίῳ loco munito. ibid. XII. 7. 2) *fundus, ager, villa, prædium.* Matt. XXVI. 36. τότε ἔρχεται μετ' αὐτῶν ὁ Ἰησοῦς εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ tunc abiit Jesus cum illis in villam, quæ dicebatur Gethsemane. Marc. XIV. 32. Joh. IV. 5. πλησίον τοῦ χωρίου, οὗ ἔδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ in vicinia prædii, quod Jacobus Josepho filio donaverat. Actor. I. 18, 19. IV. 34. V. 3, 8. XXVIII. 7. ὑπῆρχε χωρία τῷ πρώτῳ τῆς νήσου erant ibi prædia viro primario illius insulæ. Adde Xenoph. de Vectigal. IV. 5. Histor. Gr. III. 5. 17. V. 2. 7. Demosthen. de Corona c. 79. Thucyd. I. cap. 106. In versione Alexandrina legitur pro כֶּרֶם *vinea.* 1 Paral. XXVII. 27. Conf. Wetstenii N. T. T. I. p. 520. et Tom. II. pag. 459. 3) interdum omittitur, v. c. Act. XXVIII. 7. ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον, scil. χωρίοις, seu τόποις. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΩΡΙ'Σ. Adverbium, significans: 1) *sine, absque.* Construitur cum genitivo. Matth. XIII. 34. καὶ χωρὶς παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς parabolis enim semper utebatur in institutione sua. Marc. IV. 34. Luc. VI. 49. χωρὶς θεμελίου nullo fundamento jacto. Joh. I. 3. χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲν nec sine eo quidquam factum est. Similis formula legitur apud Xenoph. Memorab. I. 1. 34. Rom. III. 21, 28. IV. 6. VII. 8, 9. X. 14. 1 Cor. IV. 8. χωρὶς ἡμῶν sine nobis, h. e. ita, ut nihil conferremus ad hanc felicitatem vestram. ibid. XI. 11. Philipp. II. 14. 1 Tim. II. 8. V. 21. Philem. ver. 14. Hebr. VII. 7, 20, 21. IX. 7, 18, 22, 28. X. 28. XI. 6, 40. χωρὶς ἡμῶν nobis relictis. ibid. XII. 8, 14. Jacob. II. 20, 26. 2) *præter, excepto.* Matth. XIV. 21. et XV. 38. χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων exceptis mulieribus et parvulis. 2 Cor. XI. 28. χωρὶς τῶν παρεκτὸς, scil. γινομένων, præter ea, quæ extrinsecus accidunt. Hebr. IV. 15. χωρὶς ἁμαρτίας peccato excepto. Hinc χωρὶς δὲ apud Græcos notat: *præterea vero*, v. c. Thucydidem II. c. 13. III. c. 17. Conf. quoque Vigerum de Idiotismis L. Græcæ p. 653. et Wetstenii N. T. T. II. pag. 209. 3) *seorsim, separatim.* Joh. XV. 5. χωρὶς ἐμοῦ (pro χωρισ-

θέντες ἀπ' ἐμοῦ) οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν separati a me (tanquam scil. palmites aridi a vite sua) nihil efficere potestis, collat. ver. 4. ibid. XX. 7. ἀλλὰ χωρὶς ἐντετυλιγμένον sed seorsim in aliquo loco convolutum. Ephes. II. 12. χωρὶς Χριστοῦ alieni a religione christiana. Conf. Spanhemium ad Callimachi Hymn. in Pallad. v. 59. p. 673. ed. Ernesti. Sæpius in N. T. non legitur.

ΧΩ͂ΡΟΣ, ου, ὁ. *Chorus.* Nomen venti, inter occidentem et septentrionem spirantis, qui a nobis **nordwest**, *north-west*, dicitur. Nomen habet ἀπὸ τοῦ χωρεῖν (Suid. χωρεῖν· πορεύεσθαι, ὁρμᾶν.) quod cum impetu ac vehementia eat et semper procellosus sit. Latine *Corus* seu *Caurus* dicitur. Caurum esse ex ventis frigidissimis (unde frigora Cauri apud Virgil. Georg. I. 356.) et grandines inferre, testatur Plinius H. Nat. XVIII. 34. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 641. Salmasii Exercitt. Plinian. p. 1260. et Cellarii Geogr. Lib. I. c. 8. § 4. p. 29. et § 16. pag. 34. In N. T. semel tantum commemoratur Actor. XXVII. 12. ubi tamen plaga cœli, a qua Chorus flat, intelligenda est.

Ψ

ΨΑ'ΛΛΩ, fut. αλῶ, 1) proprie: *tango, leni motu percutio,* i. q. ψάω *tango.* Sic v. c. apud Euripidem ψάλλειν τὰς χορδὰς est: *tangere chordas, sed ita tangere, ut simul leni quodam motu percutias,* et apud Suidam usurpatur quoque de *nervis, quibus arcus est intentus.* Adde Alexandrinos 1 Sam. XVI. 23. XVIII. 10. Conf. Stephani Thesaurum L. Gr. T. IV. p. 694. 2) omisso accusativo χορδὰς, *fidibus, vel aliis instrumentis musicis cano, psallo, citharam* (Athen. IV. p. 183. D.) seu *lyram pulso.* Suid. ψάλλειν τῷ ἄκρῳ τῶν δακτύλων τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι. Hinc ψαλτήριον *psalterium,* instrumentum musicum, quod digitis pulsatur, citharæ non absimile. Chaldaice vocatur פְּסַנְתֵּרִין. Dan. III. 5, 7, 10, 15. In hac significatione respondet apud Alexandrinos Hebraico נִגֵּן *pulsavit fides,* aut *instrumentum, ad instrumentum musicum cecinit.* 1 Sam. XVI. 16, 17, 18. 2 Reg. III. 15. Ps. LXVIII. 27. et זִמֵּר *cecinit voce vel instrumento.* Ps. CIV. 2. LXVIII. 4, 35. XXVI. 11. 3) *assa voce cano,* et speciatim: *hymnos cano, Deum laudo et celebro.* Rom. XV. 9. διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ ideo te celebrabo inter gentes et laudes tuas canam. 1 Cor. XIV. 15. ψαλῶ τῷ Πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοῒ carmen Deo dicam, Spiritu divino afflatus, sed hymnum etiam canam mente mea. Ephes. V. 19. ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ non tam voce et fidibus, quam animo ac mente colite et celebrate Christum. Jacob. V. 13. εὐθυμεῖ τις, ψαλλέτω si quis bono animo est, hymnos canat. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Alexandrinos 2 Sam. XXII. 50. ἐξομολογήσομαί σοι, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ. Ps. VII. 18. IX. 2, 11. XXIX. 15. ὅπως ἂν ψαλῇ σοι ἡ δόξα μου. ibid. XXXII. 2. LXX. 24. ψαλῶ σοι ἐν κιθάρᾳ. Hesych. ψάλλειν ᾄδειν ᾄσματα, τίλλειν, (Suid. ψαλλομένη, τιλλομένη.) κινεῖν. Cf. Spanhemii Obss. in Callimach. pag. 55 et 469. Wetstenii N. T. T. II. pag. 255 seq. et Bergleri not. ad Alciphron. Epist. p. 70.

ΨΑΛΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *tactus, pulsatio,* et speciatim: *fidium pulsatio, fidium cantus, citharæ sonitus.* Est verbale a prima persona perf. pass. ἔψαλμαι, verbi ψάλλω, quod vide supra. Sic legitur apud Alexandrinos Amos V. 23. καὶ ψαλμὸν ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. 1 Sam. XVI. 18. εἰδότα τὸν ψαλμὸν scientem fides pulsare. Schol. Aristophan. in Aves v. 218. ψαλμός· κυρίως ὁ τῆς κιθάρας ἦχος. Conf. Spanhemii Obss. in Callim. p. 55. 2) *instrumentum musicum, quod pulsatur, cithara,* i. q. ψαλτήριον. Ps. LXXX. 2. λάβετε ψαλμὸν (זִמְרָה) καὶ δότε τύμπανον. ibid. XCVII. 7. φωνῇ ψαλμοῦ. Job. XXI. 12. 3) *carmen, numeris et cæsuris, arte confectis, constans, et tam voci humanæ, quam instrumentis musicis accommodatum, canticum, hymnus.* Cyrilli Lexic. MS. Brem. ψαλμός· λόγος μουσικὸς, ὅταν εὐρύθμως κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς λόγους πρὸς τὸ ὄργανον κρούεται. 1 Cor. XIV. 26. ubi ψαλμὸς hymnum significat, quem Spiritus Sanctus hominibus suggerit. Speciatim vero in N. T. hoc vocabulum de *collectione hymnorum* adhibetur, *qui in V. T. codice sub nomine* תְּהִלִּים *reperiuntur,* v. c. Luc. XX. 42. XXIV. 44. Act. I. 20. XIII. 33. Ephes. V. 19. Coloss. III. 16. Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 829. Sæpius in N. T. non legitur.

ΨΕΥΔΑ'ΔΕΛΦΟΣ, ου, ὁ, *falsus frater,* h. e. *christianus falsus et simulator, qui se falso christianum dicit,* ex ψεύδω *fallo,* et ἀδελφὸς *frater, christianus.* Bis tantum in N. T. legitur. 2 Cor. XI. 26. κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις, ubi tamen nonnulli non tam christianos simulatos intelligunt, quam eos, qui fraternum affectum simulant, utut revera animo odium maximum foveant et alant. Galat. II. 4. διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους propter christianos nimium judaizantes, qui clam se in christianorum cœtus insinuaverant. Gloss. Vet. ψευδάδελφος, *falsus frater.*

ΨΕΥΔΑΠΟ'ΣΤΟΛΟΣ, ου, ὁ, *pseudapostolus, falsus apostolus, qui se apostolum, seu doctorem a Christo constitutum esse mentitur,* ex ψεύδω *mentior,* et ἀπόστολος *legatus, doctor, a Christo constitutus,* quod vide supra. Semel tantum in N. T. legitur 2 Cor. XI. 13. οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι hi enim falso sibi apostolorum nomen vindicant.

ΨΕΥΔΗ'Σ, έος, ὁ, ἡ, *mendax, fallax, fulsus,* a ψεύδω *fallo, mentior.* Τὸ ψευδὲς *mendacium, falsitas.* Ter tantum in N. T. legitur. Actor. VI. 13. μάρτυρες ψευδεῖς testes falsi et subornati. Apoc. II. 2. καὶ εὗρες αὐτοὺς ψευδεῖς, h. e. λέγοντας ἑαυτοὺς ἀποστόλους, καὶ οὐκ ὄντας. ib. XXI. 8. καὶ πᾶσι τοῖς ψευδέσι et omnibus, qui mendacio delectantur. Alexandrini usi sunt hac voce pro אִישׁ כָּזָב

vir mendacii, mendax, Prov. XIX. 22. כָּזָב *mendacium*, Prov. XXI. 28. μάρτυς ψευδὴς ἀπολεῖται, et כַּחַשׁ idem, Nahum. III. 1. et aliis similibus vocabulis, quæ in Trommii et Kircheri Concordantiis collecta reperiuntur. Thucyd. IV. 27. Plutarch. de Discrim. Adul. et amici p. 65. A.

ΨΕΥΔΟΔΙΔΑ'ΣΚΑΛΟΣ, ου, ὁ, *falsus doctor, qui falsa dogmata religioni christianæ admiscet, fovet, disseminat, ac propugnat*, aut *qui sibi veri doctoris christiani titulum falso arrogat*, ex ψεύδω *fallo, mentior*, et διδάσκαλος *doctor, magister*. In N. T. semel tantum legitur 2 Petr. II. 1. ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας quemadmodum etiam inter vos erunt falsi doctores, qui falsa et perniciosa placita subdole et clam docebunt ac disseminabunt. Vide ad h. l. S. V. Pottium.

ΨΕΥΔΟΛΟ'ΓΟΣ, ου, ὁ, ἡ, 1) proprie: *falsiloquus*, (Plaut. Mil. Glor. II. 2. 36.) *falsidicus, mendax*, aut *mendaciloquus*, quibus vocabulis in Gloss. Vett. explicatur, ex ψεύδω *fallo, mentior*, et λόγος, quod est a λέλογα, præt. med. verbi λέγω *dico*. Aristoph. Ran. 1569. Hinc ψευδολογία *mendacium, verba falsa*, apud Demosthenem pag. 933. 20. et 1098. 20. ed. Reisk. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 334 seq. 2) *falsus doctor, qui falsa docet pro veris, qui sibi doctoris titulum falso arrogat*, i. q. ψευδοδιδάσκαλος. Sic semel tantum in N. T. legitur. 1 Tim. IV. 2. ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων decepti simulatione falsorum doctorum, nempe judaizantium, coll. v. 1 et 3.

ΨΕΥ'ΔΩ, fut. ψεύσω, aor. 1. ἔψευσα, et medium ψεύδομαι, fut. ψεύσομαι, *frustro, decipio, fallo, fraudo, mentior, falsum dico, dolose ac injuste ago, male et simulate me gero*, a ψεῦδος *mendacium, falsum, fraus, dolus*, quod vide infra. Matth. V. 11. ψευδόμενοι falso. Act. V. 3. ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ut decipere vel fallere nos conareris, qui sumus Spiritu divino instructi. Verba enim, actum denotantia, non solum apud Hebræos, sed etiam apud profanos scriptores de *conatu* tantum et *consilio* haud raro sunt explicanda, ut multis exemplis docuit Wesseling. ad Diodor. Sic. XIII. 3. Act. V. 4. οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ non tam homines, quam ipsum Deum fallere conatus es. Rom. IX. 1. οὐ ψεύδομαι verissima dico. 2 Cor. XI. 31. Galat. I. 20. Coloss. III. 9. μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους ne calumnias et criminationes contra vos invicem proferte, seu: estote veracitatis studiosi. 1 Tim. II. 7. ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι per Christum vobis affirmo, me vera dicere. Hebr. VI. 18. ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν per quas Deus fallere non potest. Jacob. III. 14. μὴ κατακαυχᾶσθε καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας ne gloriemini mentientes contra veritatem. 1 Joh. I. 6. ψευδόμεθα, καὶ οὐ ποιοῦμεν τὴν ἀλήθειαν mentimur nec veracitatis studiosi sumus. Apoc. III. 9. Sæpius in N. T. non legitur. Apud Alexandrinos interpretes, in quorum versione mox cum dativo, mox cum accusativo constructum reperitur, respondet Hebraico כָּזַב *mentitus est, negavit*, Ps. LXXVIII. 36. LXXXVIII. 34. Ies. LVII. 11. et כָּחַשׁ *mentitus fuit, negavit, abnegavit*, Deut. XXXIII. 29. Ps. XVII. 49. Jerem. V. 12. Adde Xenoph. Cyrop. I. 6. 16. Herodian. II. c. 7. s. 2. εὑρίσκετό τε καὶ τοὺς στρατιώτας ψευσάμενος καὶ ἀπατήσας. ibid. cap. 11. s. 12. Alia loca dedit Schwarzius in Commentariis Critt. L. Gr. pag. 1437. El. Palairet. in Obss. Philol. pag. 285. Dresigius de Verbis Mediis N. T. III. 60. pag. 574 seq. edit. Fischeri, et Wetstenius N. T. T. II. pag. 482.

ΨΕΥΔΟΜΑ'ΡΤΥΡ, ος, ὁ, *falsus testis, qui falsum testimonium perhibet, testis subornatus*, a ψεύδω, vel ψεύδομαι *decipio, fallo, mentior*, et μάρτυρ *testis*. Ter tantum in N. T. legitur. Matth. XXVI. 60. πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων etiamsi multi falsi testes accessissent. ibid. ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο ψευδομάρτυρες εἶπον tandem duo falsi testes surrexerunt, qui eum ita calumniabantur. 1 Cor. XV. 15. εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ essemus autem falso sic dicti testes Dei, h. e. a Deo constituti, coll. Luc. XXIV. 48. Act. I. 22. II. 32. etc.

ΨΕΥΔΟΜΑΡΤΥΡΕ'Ω, ῶ, fut. ήσω, *falsum testimonium dico, falsa testor, calumnior*, a ψευδομάρτυρ, quod vide supra. Matth. XIX. 18. οὐ ψευδομαρτυρήσεις ne falsum testimonium dicas, vel: *ne calumniator*. Marc. X. 19. XIV. 56. πολλοὶ γὰρ ἐψευδομαρτύρουν κατ' αὐτοῦ multi vero falsa testabantur adversus eum. ib. v. 57. Luc. XVIII. 20. Rom. XIII. 9. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini habent pro עָנָה *respondit, testificatus, contestatus est*. Exod. XX. 16. Deut. V. 18. Adde Histor. Susann. v. 62. Demosthen. p. 851. 13. edit. Reisk. et Pollucis Onom. VII. 153.

ΨΕΥΔΟΜΑΡΤΥΡΙ'Α, ας, ἡ, *falsum testimonium*, sive in *judicio* dicatur, sive in *vita communi, criminatio*, a ψευδομάρτυρ, quod vide. Bis tantum in N. T. legitur. Matth. XV. 19. ψευδομαρτυρίαι. ibid. XXVI. 59. ἐζήτουν ψευδομαρτυρίαν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ collegerunt studiose falsa testimonia contra Jesum. In Demosthene sæpius hæc vox obvia est, ut docuit Reisk. in Indice Græcitatis Demostheneæ p. 807.

ΨΕΥΔΟΠΡΟΦΗ'ΤΗΣ, ου, ὁ, 1) proprie: *pseudopropheta, falsus propheta, qui se prophetam mentitur, cujus prædictiones sunt irritæ et vanæ*, a ψεύδομαι et προφήτης *propheta*. Luc. VI. 26. κατὰ ταῦτα γὰρ ἐποίουν τοῖς ψευδοπροφήταις οἱ πατέρες αὐτῶν idem enim fecerunt falsis prophetis majores eorum. Act. XIII. 6. ψευδοπροφήτην Ἰουδαῖον falsum prophetam e Judæis. 2 Petr. II. 1. ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ erant autem præter veros prophetas (c. I. 21.) inter Israëlitas etiam homines, qui falso prophetarum nomen sibi arrogaverant. In eadem significatione aliquoties legitur pro Hebraico נָבִיא. Jer. VI. 13. XXVI. 7, 8, 11, 16. XXVII. 7. XXVIII. 1. XXIX. 1, 8. Zachar. XIII. 2. 2) *quilibet falsus doctor, qui se legatum divinum et interpretem voluntatis divinæ esse mentitur*. Matth. VII. 15. XXIV. 11, 24. Marc. XIII. 22. 1 Joh. IV. 1. ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον multi enim falsi doctores exierunt in mundum. Apoc. XVI. 13. XIX. 20. ὁ μετ' αὐτοῦ ψευδοπροφήτης, ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ. ibid. XX. 10. Sæpius in N. T. non legitur.

ΨΕΥ'ΔΟΣ, εος, τὸ, 1) proprie et generatim *omne mendacium, omnem sermonem, a vero aberrantem*, notat, *falsiloquia quælibet*, v. c. *falsos rumores, de aliis sparsos, falsa juramenta, doctrinam falsam*, etc. a ψεύδομαι, quod vide supra. Sic legitur in N. T. Ephes. IV. 25. διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν propterea abstineatis ab omnibus mendaciis et fraudibus, et veracitati studete. 1 Joh. II. 27. καὶ ἀληθές ἐστι καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος. Confer quæ supra ad vocem χρίσμα dicta sunt. Psalm. V. 6. ἀπολεῖς πάντας τοὺς λα-

λοῦντας τὸ ψεῦδος. Hos. IV. 1. Sirac. VII. 13, 14. XX. 24. LI. 3. 2) speciatim: *doctrina falsa et spuria.* 2 Thess. II. 11. εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει ut decipiantur doctrina spuria falsorum doctorum. 1 Joh. II. 21. καὶ ὅτι πᾶν ψεῦδος ἐκ τῆς ἀληθείας οὐκ ἔστι non posse falsam doctrinam cum divina veritate consistere. 3) *figmentum, fictio, quod non tale est, quale esse perhibetur, vanitas, omnis fraus,* (Sic כָּחַשׁ adhibetur Hos. VII. 3. et XII. 1.) *dolus et impostura.* Hesych. ψεῦδος· ἀπάτη, πλάνη. 2 Thess. II. 19. καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους et miraculis falsis, meris præstigiatorum artibus, eo consilio excogitatis, ut homines decipiantur. Respondet autem ψεῦδος in hac significatione Hebraico שֶׁקֶר. Jer. XIV. 14. Adde Ezech. XIII. 6. Hinc 4) *ipsa idola gentilium eorumque cultus et imagines* ψεῦδος dicuntur. Rom. I. 25. οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ. Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, h. e. qui veram Dei naturam falsarum et ineptarum (ad veram scil. Dei naturam exprimendam) imaginum vanitate permutarunt; ut recte hunc locum interpretatus est Koppius. Sic etiam in V. T. שֶׁקֶר est nomen idolorum eorumque imaginum, adjuncta vanitatis notione. Confer Ies. XLIV. 20. Jer. III. 10. XIII. 25. XXIII. 14. Vide etiam Wolfii Curas Philol. in N. T. T. II. p. 30. 5) *vitiositas, scelus,* quemadmodum e contrario ἀλήθεια *sanctitatem et integritatem vitæ ac puritatem ab omni scelere* significat. Joh. VIII. 44. ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος si perverse agit. Opponitur h. l. τῷ ψεῦδος ἡ ἀλήθεια. Apoc. XXI. 27. ποιοῦν βδέλυγμα καὶ ψεῦδος. ibid. XXII. 15. καὶ πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος et omnis, qui delectatur vitiositate ejusque studiosus est. Confer Hombergii Parerga Sacra p. 195. Sæpius in N. T. non legitur.

ΨΕΥΔΟ'ΧΡΙΣΤΟΣ, ου, ὁ, *pseudochristus, qui Christum in mundum venturum se mentitur et Messiæ nomen falso sibi arrogat,* ex ψεύδω et Χριστὸς *Christus.* Bis tantum in N. T. legitur. Matth. XXIV. 24. ἐγερθήσονται γὰρ ψευδόχριστοι existent enim falsi Christi. Statim post mortem Christi et excidium Hierosolymitanum multos extitisse, qui Messiæ nomen falso sibi arrogarent et populo Judaico liberationem a potestate Romanorum promitterent, docuit ad h. l. Grotius. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 500 seq. Conf. etiam Wolfii Bibl. Hebr. T. II. Marc. XIII. 22.

ΨΕΥΔΩ'ΝΥΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, *falso nominatus, mendax nomine, nomen suum mentiens, non respondens nomini suo, nomen vere non habens,* ex ψεῦδος *mendacium,* et ὄνομα *nomen.* Semel tantum in N. T. legitur 1 Tim. VI. 20. καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. Nihil vero aliud per ψευδώνυμον γνῶσιν intelligendum est, quam *theologia Judaica, qualis erat apostolorum ætate, multis modis depravata ac corrupta, quæ adeo non amplius digna erat divinæ doctrinæ nomine.* Confer S. Ven. Tittmann. Tract. de Vestigiis Gnosticorum in N. T. frustra quæsitis p. 137 seq. qui multis docuit, Paulum ad Gnosticorum doctrinam hic nullo modo respicere potuisse, cum Gnostici ævo apostolico longe posteriores fuerint. Cæterum vox ψευδώνυμος sæpius est apud scriptores Græcos obvia, v. c. apud Plutarch. de Fratr. Amore p. 479. E. φιλόσοφος ψευδώνυμος. Sext. Empir. adv. Grammat. I. 5. 98. Æschyl. Prometh. Vinct. 716. ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον. Schol. τῷ ὀνόματι ἡ πρᾶξις συνᾴδουσά ἐστι. Philo de Vita Mosis T. II. p. 161. 6. et 166. 12.

ΨΕΥ'ΣΜΑ, τος, τό. Vocabulum, rarius obvium apud scriptores Græcos, quod non solum *mendacium, falsum, fictionem* notat, sed etiam, ut Græcum ψεῦδος, *omne, quod a vero, recto et honesto alienum est, impietatem, vitiositatem et scelera, ac flagitia omnis generis.* Est verbale a præt. pass. ἔψευσμαι, verbi ψεύδω *fallo.* Semel tantum in N. T. legitur Rom. III. 7. εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὴν δόξαν αὐτοῦ quodsi vero vitiositate mea veracitati et benignitati divinæ declarandæ occasio præbetur, i. q. v. 5. εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν Θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι. Confer etiam v. 8. Koppius ad h. l. ψεῦσμα de *idololatria* interpretari mavult. Cæterum hoc vocabulo etiam usus est Symmach. Job. XIII. 4. Psalm. LX. 3. et Aquila et Theodot. Prov. XXIII. 3. pro vocabulis Hebraicis כָּזָב et שֶׁקֶר. Thom. M. p. 927. ψεῦδος λέγε, οὐ ψεῦσμα, εἰ καὶ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ ἅπαξ. καὶ τί τούτου τραγικώτερον ψεῦσμα. Vide ad h. l. interpretes, qui docuerunt, ψεῦσμα reperiri quoque apud Lucianum T. I. p. 94. Aristidem T. II. p. 335. Philonem p. 409. et alios.

ΨΕΥ'ΣΤΗΣ, ου, ὁ, 1) *mendax, qui fallit et ludificatur alios sermone et facto, fallax, perfidus, qui fidem datam non servat,* Est verbale ab ἔψευσται, 3. pers. præt. pass. verbi ψεύδω *fallo.* Joh. VIII. 55. et si negarem, me eum nosse, ἔσομαι ὅμοιος ὑμῶν, ψεύστης æque ac vos mendax essem. Rom. III. 4. γινέσθω δὲ ὁ Θεὸς ἀληθής, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης si vel omnes homines perfidi fierent fidemque datam fallerent, tamen Deus verax maneret. 1 Tim. I. 10. ψεύσταις mendacibus, qui falsos rumores de aliis spargunt, jusjurandum fallunt, falsum testimonium coram judice contra alios edunt, etc. Tit. I. 12. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται Cretenses semper sunt mendaces et dolosi. Confer supra dicta ad vocabulum Κρής. 1 Joh. I. 10. ψεύστην ποιοῦμεν αὐτὸν mendacem facimus ipsum, nempe Deum, auctorem religionis christianæ, in qua diserte traditur, omnes homines peccatores esse. ib. II. 4 et 22. ubi ὁ ψεύστης est i. q. ἀντίχριστος, v. 18. *falsus doctor, impostor.* ibid. IV. 20. V. 10. ψεύστην πεποίηκεν αὐτὸν agit, quasi mendax sit Deus. Adde Alexandrinos Prov. XIX. 22. Psalm. CXV. 2. Sirac. XV. 8. XXV. 4. 2) *impius, scelestus.* Sic legitur in N. T. Joh. VIII. 44. ὅτι ψεύστης ἐστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ uti enim ipse scelestus est, ita etiam est omnis vitiositatis auctor. Conf. supra ad vocem ψεῦδος. Sæpius in N. T. non reperitur.

ΨΗΛΑΦΑ'Ω, ῶ, fut. ήσω, 1) proprie: *contrecto, palpo, tango,* et κατ' ἐξοχὴν de *contrectatione et palpatione* usurpatur, *qua quis explorare et detegere aliquid allaborat,* ex ψῆλα, quod est a præt. med. ἔψηλα, verbi ψάλλω *tango,* et ἀφάω, ῶ, *contrecto, tango.* Luc. XXIV. 39. ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε contrectate me et aspicite. Hebr. XII. 18. ψηλαφωμένῳ ὄρει ad montem terrestrem, visibilem, qui tangi poterat, qualis erat mons Sinai, quem contrectare Israëlitis interdictum erat. Exod. XIX. 12, 13. coll. Hebr. XII. 20. Schœttgenio et aliis ὄρος ψηλαφώμενον mons tactus est idem, quod mons fulmine tactus, fulminum ictu accensus et fumans, ex Hebraismo, ubi montes, a Deo tacti, fumare dicuntur, v. c. Psalm. CIV. 32. CXLIV. 5. coll. Exod. XIX. 18. ita, ut antecedens positum sit pro consequente. Confer Wakefield. Sylvam Criticam P. IV. p. 227. 1 Joh. I. 1. ὃ αἱ

χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν quod manus nostræ tetigerunt. In versione Alex. legitur pro מָשַׁשׁ et in Pih. מִשֵּׁשׁ Deut. XXVIII. 29. (καὶ ἔσῃ ψηλαφῶν μεσημβρίας, ὡσεὶ ψηλαφήσαι ὁ τυφλὸς ἐν τῷ σκότει. De cœcis, qui palpando viam quærunt, legitur etiam Ies. LIX. 10. ubi Hebraico גִּשֵּׁשׁ respondet.) Job. V. 14. et pro מוּשׁ Hiph. הֵמִישׁ Genes. XXVII. 12, 21, 22. Jud. XVI. 27. Psalm. CXIII. 15. Adde Homer. Odyss. ί, v. 416. χερσὶ ψηλαφάων, coll. Dionys. Halic. περὶ συνθέσεως sect. 15. Aristoph. Concionatr. v. 314. et in Pace v. 690. Eustathius in Homer. Iliad. ζ, v. 80. ψηλαφᾶν musicum verbum esse testatur et significare: *chordas extremis digitis, iis oberrando, tangere*. Eandem vocem etiam de *equis* adhiberi apud Græcos, tradit Pollux Onom. I. cap. 11. s. 1. Cf. Piersonum ad Mœridem pag. 421. Cæterum a ψηλαφάω descendit ψηλάφησις *contrectatio, palpatio*, Sapient. XV. 15. et ψηλαφητὸς *palpabilis*, apud Alex. Exod. X. 21. et Aquilam Ezech. XVI. 10. 2) *palpando inquiro et invenio*, et metaphorice: *certo et perspicue cognosco, et intelligere aliquid allaboro*. Sic legitur in N. T. Act. XVII. 27. εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν (Æolice pro ψηλαφήσαιεν, quæ aoristi forma apud Atticos sæpissime occurrit, v. c. ἀναβλέψειας. Aristoph. Plut. v. 95. νομίσειαν, Xenoph. Mem. III. 3. 14. τολμήσειαν, ibid. III. 9. 2. πιστεύσειαν, ibid. IV. 4. 17. Vide Cel. Fischeri Animadverss. ad Welleri Grammaticam Gr. p. 198.) αὐτὸν καὶ εὕροιεν ut ad certam et idoneam illius cognitionem verumque cultum pervenirent. Syrus transtulit: ut pervestigarent et ex creaturis ejus cognoscerent ipsum. Conf. Elsneri Obss. Sacr. T. I. pag. 449. Wetstenii N. T. T. I. p. 828. et Stephani Thesaurum Ling. Gr. T. I. p. 505. Sæpius in N. T. non legitur.

ΨΗΦΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *calculis numero, computo, supputo*, a ψῆφος *calculus*, vel *lapillus*. Aristoph. Vesp. 656. Calculis autem utebantur veteres ad rationes subducendas, ut vel e Theophrasti Char. cap. 14. et Diog. Laërt. I. Sect. 59. constat. 2) generatim: *computo, supputo*, i. q. λογίζομαι. Sic bis tantum in N. T. legitur. Luc. XIV. 28. καὶ οὐ πρῶτον ψηφίζει τὴν δαπάνην; nonne prius sumtus diligenter computabit, aut rationes subducet sumtuum? Apoc. XIII. 18. ψηφισάτω τὸν ἀριθμὸν computet numerum. Conf. Aquilæ reliquias Psalm. XLVII. 13. ubi Hebraico סָפַר respondet. Arrianus Diss. I. c. 10. p. 112. Gloss. Vet. *Computat*, ψηφίζει, συμψηφίζει. Ita enim legendum ibi puto, non συμψηφίζεται. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 754.

ΨΗ͂ΦΟΣ, ου, ἡ, 1) proprie: *calculus, lapillus, ad ripam fluminis reperiri solitus, modo niger, modo albus*, i. q. ψηφίς, apud Symmachum Prov. XXX. 27. Sic legitur apud Alexandrinos Thren. III. 16. καὶ ἐξέβαλε ψήφῳ ὀδόντας μου. Exod. IV. 25. usurpatur de cultello lapideo (צֹר), quo Zipora circumcidit filium. Sirac. XVIII. 9. ὡς σταγὼν, καὶ ψῆφος ἄμμου. Hinc ψηφολογέω *lapillis sterno*. Tob. XIII. 16. Incertus Cantic. III. 10. Jam quia antiquissimi Græci, maxime Athenienses, his lapillis uti solebant in sententiis ferendis in judiciis, ita, ut albis lapillis affirmarent et absolverent, nigris autem negarent et condemnarent, accidit, ut ψῆφος 2) non solum *calculum, quo suffragium ferebatur*, et postea, mutata suffragiorum ferendorum ratione, nomine tamen remanente, *quicquid adhibetur ad suffragium ferendum*, (vide Ælian. V. H. XIII. 38. Pollucis Onom. VIII. 10.) significaret, sed etiam de *ipso suffragio*, de *ipsa sententia, quam aliquis fert*, adhiberetur. Sic legitur in N. T. Act. XXVI. 10. ἀναιρουμένων δὲ αὐτῶν κατήνεγκα ψῆφον eorum supplicium probavi, seu, condemnavi suffragio meo. Ælian. V. H. I. 34. οὐκ ἐκφέρειν τὴν καταδικάζουσαν ἀγαγεῖν ψῆφον. Thucyd. I. c. 40. ψῆφον προσθέμεθα ἐναντίαν ὑμῖν. ibid. III. c. 82. μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως. Confer Reiskii Indicem Græcit. Demosthen. p. 808. Sic etiam ψηφίζεσθαι, quod proprie *lapillum suffragii in urnam conjicere* (Xenoph. Hist. Gr. I. 7. 6.) significat, generatim quoque notat: *decernere*, v. c. apud Ælian. V. H. II. 19. V. 12 et 17. et XIV. 1. Xenoph. Hist. Gr. II. 1. 21. 3) *testa*, vel *calculus, quo in sortibus utebantur veteres, et qui nomine sortientis insignitus erat*. Sic sumi videtur. Apoc. II. 17. καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκὴν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ ὁ λαμβάνων et dabo ipsi calculum album et in illo inscriptum nomen novum, quod omnes ignorant, præter eum, qui accepit. Sermonem h. l. esse de *sortium calculis, nominibus sortientium insignitis*, docuit Elsnerus Obss. Sacr. T. II. p. 441. Sam. Petitus Varr. Lectt. c. 8. cum quibus conferendus est S. F. Dresigius in Diss. Phil. de Usu Alborum Calculorum apud Veteres ad Apoc. II. 17. Lips. 1731. 4. Sortitio autem sæpe fiebat apud veteres in deligendis magistratibus, judicibus aliisque personis ad publicas functiones. Vide Cicer. de Divinat. II. c. 41. et pro Planc. c. 22. Cæterum de vario usu formulæ δοῦναι τὴν ψῆφον docte disputavit Marklandus ad Lysiam pag. 574. Aliam loci laudati Apoc. interpretationem haud improbabilem dedit Eichhornius in Commentario ad h. l. Vol. I. p. 105 seq. Hesychius: λευκὴ ψῆφος, παροιμία ἐπὶ τῶν εὐδαιμόνως — ζώντων. Sæpius in N. T. non legitur.

ΨΙΘΥΡΙΣΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *insusurratio, mussitatio, susurrus*. Est verbale a prima pers. perf. pass. ἐψιθύρισμαι, verbi ψιθυρίζω *susurro, mussito, aliquid in aures alicui insusurro*. Ælian. V. H. IX. 17. εἴ ποτε, παριόντος αὐτοῦ, ὑπὲρ αὐτοῦ τι ψιθυρίσαιεν. Alexandrini 2 Sam. XII. 19. καὶ συνῆκε Δαβὶδ, ὅτι οἱ παῖδες αὐτοῦ ψιθυρίζουσι. Hesych. ψιθυρίζει· εἰς τὸ οὖς ἠρέμα διαλέγεται. 3) speciatim et κατ' ἐξοχὴν ei tribuitur, *qui clam in aurem alteri rumores iniquos de præsente aliquo insusurrat, qui aliquem clam calumniatur*. Suid. ψιθυρίζει· διαβάλλει. Idem: ψιθυρισμός· ἡ τῶν παρόντων κακολογία παρὰ τῷ ἀποστόλῳ. Cyrilli Lexicon MS. Brem. ψιθυρισμός· ἀπαῤῥησίαστον φθέγμα, καὶ λαθραία κακολογία. Sic semel tantum in N. T. legitur 2 Cor. XII. 20. ubi diserte a καταλαλιὰ distinguitur, de qua voce supra dictum est. Eodem modo ψιθυρίζειν usurpatum reperitur apud Alex. Ps. XL. 8. et Sirac. XII. 20. XXI. 30.

ΨΙΘΥΡΙΣΤΗ'Σ, οῦ, ὁ, 1) proprie: *susurrator, mussitator, qui vocem summittit et premit et obscurius loquitur*, i. q. ψίθυρος. Est verbale ab ἐψιθύρισται, tertia pers. perf. pass. verbi ψιθυρίζω, quod vide sub ψιθυρισμός. 2) speciatim ita dicitur, *qui clam calumnias de aliis, maxime præsentibus, spargit, et aliis detrahit, occultus delator, obtrectator secretus*, quem nos einen Ohrenbläser, *a secret slanderer*, vocare solemus. Sic semel tantum in N. T. legitur Rom. I. 30. ubi ψιθυρισταὶ a καταλάλοις distinguuntur, ut 2 Cor. XII. 20. ψιθυρισμὸς a καταλαλιά. Theodore-

tus ad h. l. ψιθυριστὰς esse inquit τοὺς πρὸς τὸ οὖς διαλεγομένους, καὶ παρόντας τινὰς κακῶς ἀγορεύοντας. Conf. etiam Casaubonum ad Theophr. Char. c. III. Eandem significationem habet quoque ψίθυρος, Sirac. V. 16. XXVIII. 14. Thom. M. pag. 927. ψίθυρος· οὐ ψιθυριστής. ubi videndus Oudendorpius. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 28.

ΨΙΧΙ'ΟΝ, ου, τὸ, *parva mica, frustulum, fragmentum deciduum*, speciatim *frustulum panis friati*. Est deminutivum a ψίχη *mica, frustulum*, (Hesych. ψίχαι· αἱ ἀποπίπτουσαι τῶν ἄρτων τεμνομένων ψιχίαι.) quod est a ψίξ, χὸς, ἡ, *mica*, hoc vero a ψίω, idem quod λεπτύνω *comminuo*. Ter tantum legitur in N. T. Matth. XV. 27. τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων, τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν canes vescuntur frustulis, quæ cadunt e mensa dominorum suorum. Marc. VII. 28. ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν παιδίων edunt micas deciduas a pane liberorum. Luc. XVI. 21. Ælian. V. H. XIII. 26. fragmenta decidua a pane τὰ ἀποπίπτοντα τοῦ ἄρτου θρύμματα vocat. Judæi ea vocant בְּשׁוּרִין et פְּרוּרִין. Conf. Buxtorfii Lexicon Talmud. et Rabbin. p. 1406 et 1845. Alias vocantur *analecta*, v. c. apud Martial. VII. Epigr. 19. Vide etiam interpretes ad Petron. c. 34. p. 135. et Brodæum ad Epigrammata p. 226.

ΨΥΧΗ', ῆς, ἡ, 1) proprie: *halitus, exhalatio quævis*, (Alex. Job. XLI. 13.) speciatim vero: *anima, spiritus pulmonum, halitus vitalis et animalis, qui ore et naribus ducitur et emittitur, et cujus respiratio causa vitæ est*, qui etiam interdum in N. T. πνεῦμα vocatur, a ψύχω *spiro*. Luc. XII. 20. ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ hac ipsa nocte anima a te repetetur. Act. XX. 10. ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν αὐτῷ ἐστιν nam halitus vitalis adhuc in eo est. 1 Cor. XV. 45. ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν primus homo Adamus respirando vivere cœpit. Apoc. VIII. 9. καὶ ἀπέθανε τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων, τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, (scil. ὄντων) τὰ ἔχοντα ψυχάς. Respondet autem ψυχὴ in hac significatione Hebraico נֶפֶשׁ. Genes. I. 20. ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν. ibid. v. 30. καὶ παντὶ ἑρπετῷ, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ψυχὴν ζωῆς. ibid. II. 7. XXXV. 18. ἐν τῷ ἀφιέναι αὐτὴν τὴν ψυχήν. 2) *anima*, seu *ipsa illa pars essentialis*, ut vulgo vocatur, *qua vivit, sentit ac movetur homo æque ac cætera animantia, quæ inde nomen habent*, quæ a Græcis scriptoribus æque diligenter a πνεῦμα distinguitur, ac Latini *animum* et *animam*, certe in plerisque locis (quorum nonnulla collegit Gesnerus in Thesauro L. L. sub utraque voce) recte distinguere solent. Hanc animam morte carere et post fata quoque superstitem in loco quodam subterraneo versari, interdum etiam circa domos ac sepulcra errare, persuasum sibi habebant non solum gentiles, (conf. Servium ad Virgilii Æn. X. v. 487.) sed etiam Judæi, ut docent multa V. T. loca, ubi נֶפֶשׁ de *defunctorum animis* usurpatum legitur. Ad hanc vero significationem vocis ψυχὴ e N. T. commode referri possunt loca sequentia: Act. II. 27. ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου non enim relinques animam meam in inferno. ibid. v. 31. ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου. 1 Petr. IV. 19. ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν Deo benigno ac summo creatori commendent animas suas, quas ei acceptas referunt. Sermo autum est h. l. de iis, qui propter religionem christianam adversa patiuntur et mortem subeunt, quorum animæ Apoc. VI. 9. vocantur αἱ ψυχαὶ τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν, ἣν εἶχον, et XX. 4. αἱ ψυχαὶ τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ, καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Alio sensu formula παρατιθέναι τὴν ψυχὴν, nempe pro δοῦναι τὴν ψυχὴν, legitur apud Homer Odyss. γ', ver. 74. ubi vid. schol. min. et Tyrtæum de Virtut. Bell. 18. C. Adde Alexandrinos 1 Reg. XVII. 21. ἐπιστραφήτω δὲ ἡ ψυχὴ τοῦ παιδαρίου τούτου. Ps. XV. 10. 3) per metonymiam causæ pro effectu: *vita*, quia anima est causa vitæ. Matth. II. 20. ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου insidiantes vitæ pueri. ibid. VI. 25. μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν ne nimium solliciti sitis de sustentanda vita vestra; et paulo post: οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς; nonne vita pluris est quam victus? ibid. X. 39. ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτὴν, καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτὴν qui vitam abnegatione meæ doctrinæ conservare studet, privabitur felicitate æterna; qui vero vitam suam summis periculis ob hanc meam doctrinam exponere paratus est, consequetur felicitatem æternam. ibid. XVI. 25. XX. 28. δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν profundere vitam suam ad redimendos multos homines. (Eurip. Phœn. v. 1004. ψυχὴν δὲ δώσω τῆσδ' ὑπερθανεῖν χθονός. Idem Heraclid. ver. 552.) Marc. III. 4. ψυχὴν σῶσαι vitæ alicujus prospicere eamque conservare studere. ibid. VIII. 35. X. 45. Luc. VI. 9. IX. 24, 56. XII. 22, 23. XIV. 26. XVII. 33. Joh. X. 11. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων bonus pastor mortis adeo periculum adire pro incolumitate ovium paratus est. (Sic etiam Latini formulis *ponere spiritum*, Valer. Max. VII. 8. 8. *ponere animam*, Ovid. II. Eleg. 10. 43. et *ponere vitam*, Propert. II. 13. 3. Ovid. Fast. I. 383. usi sunt.) ibid. v. 15 et 17. ὅτι ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου quoniam ego vitam meam profundam. ibid. XII. 25. ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ubi videndus Wetstenius. ibid. XIII. 37, 38. τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ ἐμοῦ θήσεις; tu mortem mei causa non declinabis? ibid. XV. 13. Act. XV. 26. ἀνθρώποις, παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ hominibus, qui summo vitæ periculo se exposuerunt propter religionem Domini nostri J. C. ibid. XX. 24. οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ neque adeo ipsam vitam meam tanti facio. ibid. XXVII. 10, 22. Rom. XI. 3. ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου me occidere insidiose moliuntur. ibid. XVI. 4. οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχηλον ὑπέθηκαν qui non sine vitæ suæ periculo mihi vitam servarunt. 2 Cor. I. 21. ubi notanda est formula asseverandi: ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν Θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν ego Deum testem facio in caput meum, seu vitæ meæ periculo. Philip. II. 30. Vide supra παραβουλεύομαι. 1 Joh. III. 16. Apoc. XII. 11. καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου et mortis pericula, mortem adeo ipsam ob religionis christianæ professionem subierunt. Adde Alexandrinos Exod. XXI. 23. δώσει ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς dabit vitam pro vita. Exod. XXX. 12. 1 Sam. XXIV. 10. Δαβὶδ ζητεῖ τὴν ψυχήν σου. 2 Sam. IV. 8. 1 Reg. XIX. 10, 14. 1 Sam. XIX. 11. ἐὰν μὴ σὺ σώσῃς τὴν ψυχήν σου. Philostrat. Vit. Soph. I. cap. 21. s. 2. et cap. 25. s. 9. Joseph. A. J. V. 2. 8. Xenoph. Cyrop. III. 3. 20. νῦν γὰρ περὶ ψυχῶν τῶν ὑμετέρων ὁ ἀγών. Idem de Rep. Laced. VIII. 4. Arrian. de Venat.

XVIII. 4. Euripid. Phœniss. v. 1015. et 1244. ψυχὰς ἀπεμπολᾶτε, ubi vide scholiasten. Idem Heraclid. v. 14. καὶ πόλις μὲν οἴχεται, ψυχὴ δ' ἐσώθη. Idem Alcest. v. 300. Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. v. 686. Homer. Iliad. ι', v. 322. αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν. Cf. quoque Raphelii Obss. Herodott. p. 126. Schwarzium ad Olearium de Stilo N. T. p. 96. Georgii Vindic. p. 90. et Casaubon. ad Athenæum p. 548. 4) *quælibet viva creatura,* (sic accipiendum est Marc. III. 4. et Luc. VI. 9.) speciatim *animal.* Apoc. XVI. 3. καὶ πᾶσα ψυχὴ ζωῆς ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ et omne animal vivens mortuum est in mari. Eodem quoque modo נֶפֶשׁ usurpatur, ut *animal* in universum significet, v. c. Levit. XI. 10. כֹּל נֶפֶשׁ הַחַיָּה אֲשֶׁר בַּמָּיִם *omne animal vivum, quod in aquis.* ib. v. 46. כָּל־נֶפֶשׁ הַשֹּׁרֶצֶת עַל־הָאָרֶץ· Genes. I. 24. II. 7, 19. IX. 10. XII. 5. Conf. Vorstii Philol. Sacr. cap. IV. p. 119 seq. et Suiceri Thesaurum Eccles. T. II. pag. 1577. 5) *homo,* i. q. ἄνθρωπος. Act. II. 41. καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι et Christo nomen dederunt eo die ad tria millia hominum. ibid. v. 43. ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος magna autem admiratio invasit omnes homines. ibid. III. 23. πᾶσα ψυχή, ἥτις quicunque. ib. VII. 14. ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε ad capita septuaginta quinque. ib. XXVII. 37. ἦμεν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ διακόσιαι ἑβδομήκοντα ἕξ eramus autem in navi omnes ducenti septuaginta sex. Rom. XIII. 1. πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω quilibet vestrum magistratibus ac præfectis debitam obedientiam præstet. Jacob. V. 20. σώσει ψυχὴν ἐκ θανάτου liberabit hominem a summa miseria. 1 Petr. III. 20. in arca Noæ conservati sunt ὀλίγαι, τουτέστιν ὀκτὼ ψυχαὶ pauci, octo scilicet homines. Genes. XLVI. 18, 27. Exod. I. 5. Levit. II. 1. XVII. 9. Num. XIX. 13. Polyb. VIII. 5. μία ψυχὴ unus homo, nempe Archimedes. Eurip. Helen. v. 52. ψυχαὶ δὲ πολλαὶ δι' ἔμ' ἐπὶ Σκαμανδρίοις ῥοαῖσιν ἔθανον. Idem Phœn. v. 1309. ὁμογενᾶ ψυχάν. ibid. v. 1315. φόνιαι ψυχαί, et v. 1578. τρισσαὶ ψυχαί. Confer Georgii Vindic. L. II. c. 1. sect. 41. p. 92. L. Bos. Obss. Philol. pag. 69. Elsneri Obss. Sacr. T. II. pag. 775. et Suiceri Thesaurum Eccles. T. II. p. 1579. Eodem modo etiam *anima* usurpatur apud Ciceronem ad Famil. XIV. 14. Virgil. Æn. VI. 758. Horat. I. Serm. V. v. 41. *animæ* (h. e. viri), *quales neque candidiores terra tulit.* Alia loca collegit Gisb. Cuperus Obss. Lib. I. cap. 20. 6) *animus, mens,* seu *id, quod in nobis cogitat, intelligit ac vult, et omnes ac singulæ ejus vires et facultates et propensiones,* quod a Græcis ὁ νοῦς et in N. T. frequentius τὸ πνεῦμα dicitur. Interdum tamen, maxime si a πνεῦμα et διάνοια distinguitur, ψυχὴ speciatim *animum* notat, *qualenus affectibus, voluntate, desiderio, cupiditatibus instructus est,* die niedern kräfte der seele, *the inferior faculties of the soul.* Matth. X. 28. τὴν ψυχὴν ἀποκτεῖναι et ἀπολέσαι animum miserum reddere et privare felicitate æterna. ibid. XI. 29. καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν et animorum vestrorum solatium habebitis. ibid. XXII. 37. ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου, h. e. animo integerrimo omnique studio ac contentione. Ita quoque ὅλῃ τῇ ψυχῇ usurpatur apud Epictet. Enchirid. p. 74. et ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς apud M. Antonin. III. 4. IV. 31. ubi videndus Gatakerus. Marc. XII. 30, 33. Luc. II. 35. καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία et animus tuus maximum dolorem percepturus est. ib. X. 27. XXI. 19. ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν patientiæ ac tolerantiæ malorum adsuefacite animos vestros. Bene Lutherus: fasset eure seelen in geduld, *possess your souls in patience.* Alii, v. c. Kypkius in Obss. Sacr. T. I. p. 319., vertere malunt: per perseverantiam vestram conservabitis *vitas* vestras. Marklandus ad Lysiam p. 437. probat eorum sententiam, qui sensum hujus formulæ sic constituunt: patientia vestra virilem ac fortem animum demonstrate. Alii denique, sed minus probabiliter, locum hunc ex formula Hebraica הִשָּׁמֵר לְנַפְשׁוֹ *sibi diligenter cavere,* quæ Deut. IV. 15. legitur, illustrare conati sunt. Joh. X. 24. ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; quamdiu suspensos detines animos nostros? Vide supra ad αἴρω dicta. Joh. XII. 25. Act. IV. 32. τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία inter christianos summus erat animorum consensus. Confer de hac formula interpretes ad Minucii Felicis cap. 1. Act. XIV. 2. ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τοὺς ἀδελφοὺς exacerbarunt animos gentilium contra christianos. ibid. v. 22. ἐπιστηρίζοντες τὰς ψυχὰς τῶν μαθητῶν confirmantes christianorum animos. ibid. XV. 24. Vide supra ἀνασκευάζω. Ephes. VI. 6. ἐκ ψυχῆς prompte, lubenter, et respondet Latino: *animo.* Theophylactus ad h. l. ἐκ πάσης τῆς δυνάμεως καὶ προθυμίας. Vide quoque Schol. Theocrit. Idyll. VIII. 35. Philip. I. 27. μιᾷ ψυχῇ, i. q. ἐν ἑνὶ πνεύματι. Coloss. III. 23. ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε candide et lubenter facite. 1 Thess. V. 23. καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ut omnis intellectus noster et cogitatio omnis nostra, voluntas et cupiditas, omnis denique membrorum nostrorum usus sit perfectus, purus nullaque vitiorum labe contaminatus. Ita hunc locum interpretatus est Krebsius in Obss. Flavianis p. 346. quem vide. Solent tamen etiam Latini *mentem et animum,* ut Hebræi לֵב et נֶפֶשׁ (Deut. VI. 5.) et nos in vita communi herz und sinn, geist und seele, *heart and mind, spirit and soul,* ita conjungere, ut de discrimine subtili inter hæc vocabula non semper cogitandum sit. Conf. Disputationem meam de Vocabuli Πνεῦμα in libris N. T. Vario Usu, p. 17. et J. G. Altmanni *Tr.* de spiritus et Animæ Integritate et de Differentia, quæ inter vocem πνεῦμα et ψυχὴ in hoc (1 Thess. V. 23.) et aliis epistolarum Pauli locis ponenda est. Bern. 1746. 4. Hebr. IV. 12. comminationes divinæ certissimæ et efficacissimæ penetrare dicuntur ἄχρι μερισμοῦ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ πνεύματος, h. e. ad animum usque, ita, ut quasi animum ipsum scindant acutissimo dolore. ib. VI. 19. XII. 3. Jacob. I. 21. 1 Petr. I. 9. σωτηρίαν ψυχῶν salutem animorum vestrorum. *ibid.* v. 22. II. 25. 2 Petr. II. 8. ψυχὴν δικαίαν animum suum, ab omni vitiositate alienum. ibid. v. 14. 3 Joh. v. 2. καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχὴ quemadmodum animo vales. Apoc. XVIII. 15. fructus maturi τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου a te desiderati. Alexandrini 1 Reg. XI. 2. ἵνα μὴ ἐκκλίνωσι τὰς ψυχὰς ὑμῶν ὀπίσω εἰδώλων αὐτῶν. 2 Reg. VI. 11. ἐξεκινήθη ἡ ψυχὴ βασιλέως Συρίας perturbatus est animus regis Syriæ. 1 Paral. XII. 38. ψυχὴ μία. 2 Paral. XVII. 2. πᾶν ἐν τῇ ψυχῇ σου ποίει. Ies. XXIV. 7. εὐφραινόμενοι ψυχήν. 1 Sam. XXIII. 20. πρὸς ψυχὴν βασιλέως ex voto regis.

Eodem modo κατὰ ψυχὴν ponitur pro *ex voto, ex animi sententia.* Sirac. VII. 27. XXVII. 16. Ies. LVI. 11. LVIII. 10. Adde Marc. Antonin. III. c. 6. et XII. 24. ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ δίκαια ποιεῖν καὶ τἀληθῆ λέγειν. Xenoph. Mem. I. 2. 4. τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν. ibid. cap. 3. § 14. Apud Eundem in Cyrop. I. 3. 15. ἡ ψυχὴ de libidine animi, adpetentia usurpatur. 7) *sensus animi, per religionem christianam emendati.* Sic legitur in N. T. 1 Petr. II. 11. de cupiditatibus pravis, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς quæ sensibus animi, per religionem christianam emendatis, contrariæ sunt. Eodem modo πνεῦμα haud raro in N. T. libris adhiberi, supra demonstratum est ad h. v. 8) *salus, felicitas animi humani in hac pariter ac futura vita,* i. q. ἡ σωτηρία τῶν ψυχῶν. 1 Petr. I. 9. Sic legitur in N. T. Matth. X. 39. XVI. 25, 26. τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; felicitate vero animi sui privaretur? et paulo post: ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; aut qua re poterit homo redimere salutem animi deperditam? Marc. VIII. 35, 36, 37. Luc. IX. 24. Joh. XII. 25. 2 Cor. XII. 15. ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ut vos ad felicitatem christianam adducam. Hebr. X. 39. εἰς περιποίησιν ψυχῆς ut consequamur felicitatem æternam. ib. XIII. 17. ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν curant salutem animorum vestrorum. 9) interdum pleonastice ponitur, v. c. Mat. XII. 18. εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου quo ego mirifice delector. ibid. XXVI. 38. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου magna tristitia et angore afficior. Marc. XIV. 34. Luc. I. 46. μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον celebro Deum. ibid. IX. 56. ψυχὰς ἀνθρώπων, pro ἀνθρώπους. ibid. XII. 19. Rom. II. 9. ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου homini cuique. Hebr. X. 38. οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ eo non delector. Apoc. XVIII. 13. καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων, ubi tamen ψυχαὶ ἀνθρώπων, ut נֶפֶשׁ אָדָם Ezech. XXVII. 13. et נֶפֶשׁ Genes. XII. 5. de *mancipiis* accipi potest. Sic etiam apud Alexandrinos Proverb. XIII. 26. ψυχαὶ ἀσεβῶν, pro ἀσεβεῖς, ibid. XVIII. 8. ψυχαὶ ἀνδρογύνων, pro ἀνδρόγυνοι, Lev. XIX. 11. πάσης ψυχῆς ἀνθρώπου, pro παντὸς ἀνθρώπου ponuntur. Adde Numer. XXXI. 35. Aristotel. Polit. VII. cap. 14. pag. 556. ταῖς ψυχαῖς ἀνθρώπων, h. e. hominibus. Polyb. Histor. cap. 116. ἐταπείνωσε καὶ κατέπληξε τὰς ψυχὰς τῶν Ῥωμαίων. Ælian. V. H. I. c. 32. Homer. Iliad. α΄, v. 3. πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν ἡρώων, ubi videndus Ernesti. Vide etiam Georgii Vindicias Lib. III. c. 3. § 9. p. 274. Wolfii Curas Philol. T. IV. p. 145. et Vorstium de Hebraismis N. T. c. IV. p. 121 seq. Sæpius in N. T. non legitur. Thom. M. ψυχή· ἡ λογική, ἤγουν ἡ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἡ ἄλογος, ἤγουν ἡ ἐν τοῖς ζώοις, καὶ ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς θρεπτικὴ καὶ αὐξητικὴ δύναμις. ψυχὴ καὶ ἡ ζωὴ ἁπλῶς κ. τ. λ. ubi videndi sunt interpretes.

ΨΥΧΙΚΟ'Σ, ἡ, ὸν, 1) proprie: *animalis, qui vivit spirando et respirando,* a ψυχὴ *anima.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. XV. 44. σπείρεται σῶμα ψυχικὸν conditur corpus animale; et paulo post: ἔστι σῶμα ψυχικὸν est corpus animale. ibid. ver. 46. In utroque loco σῶμα ψυχικὸν opponitur τῷ σώματι πνευματικῷ, h. e. corpori futuro, quod qualitatibus spiritus magis gaudebit, adeoque significat *corpus, quo nunc utimur, ex crassiori materia, quod aërem ducendo vivit, nutrimentis indiget, et fatigari ac interire potest.* 2) *homo, qui sensibus tantum ducitur, sibi unice relictus, qui humanæ rationis luce tantum ducitur et nondum collustratus ac emendatus est per religionem christianam,* et ex adjuncto: *vitiosus, perversus.* Sic legitur in N. T. 1 Cor. II. 14. ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ homo, sibi relictus, qui non usu suo præstantiam religionis christianæ cognovit, respuit doctrinam christianam. Jacob. III. 15. ἡ σοφία ψυχική, pro ἡ σοφία τῶν ψυχικῶν sapientia, qualis est hominum, corpori tantum deditorum et pravitate ad corpus omnia referendi laborantium, h. e. vitiosorum et idonea veri ac recti scientia destitutorum. Jud. ver. 19. ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες homines, qui nonnisi naturæ motus, brutis animantibus communes, sequuntur et pravarum cupiditatum sub imperio omnem vitam transigunt, et nondum emendati sunt per religionem christianam. Sæpius in N. T. non legitur. Confer Krebsii Obss. Flavian. pag. 411. et Wolfii Curas Philol. in N. T. T. II. p. 331 seq. Suid. ψυχικὸς ἄνθρωπος· ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὁ ἄνθρωπος. ὅταν μὲν οὖν πράττῃ τι τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων, πνευματικὸς λέγεται, καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ὀνομάζεται, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρας μείζονος τιμῆς, τῆς ἀπὸ τοῦ πνεύματος ἐνεργείας. οὐ γὰρ ἀρκεῖ ἡ ψυχὴ εἰς κατόρθωμα, εἰ μὴ ἀπολαύσοι τῆς τοῦ πνεύματος βοηθείας. ὥσπερ δὲ σαρκικὸς ἄνθρωπος λέγεται ὁ τῇ σαρκὶ δουλεύων οὕτω ψυχικὸν καλεῖ ὁ ἀπόστολος τὸν τοῖς ἀνθρωπικοῖς λογισμοῖς τὰ πράγματα ἐπιτρέποντα, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν μὴ δεχόμενον κ. τ. λ. Idem fere tradit Theodoretus ad 1 Cor. II. 14. Chrysostomus et Theophylactus, quorum verba descripsit Suicerus in Thesauro Eccles. sub h. v.

ΨΥ'ΧΟΜΑΙ, fut. 1. med. ψυχήσομαι, perf. pass. ἔψυγμαι, aor. 2. ἐψύγην, 1) proprie: *refrigesco,* a ψύχω *frigefacio, refrigero,* quod est a ψῦχος *frigus.* 2) metaphorice: *elanguesco, hebesco, defervesco, extinguor.* Sic semel tantum in N. T. legitur Matth. XXIV. 12. ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν extinguetur plane mutua benevolentia et concordia. Sic etiam apud nos in vita communi **erkalten**, *to be cold,* metaphorice quandoque adhibetur.

ΨΥ'ΧΟΣ, εος, contracte ους, τὸ, *frigus.* Ter tantum legitur in N. T. Joh. XVIII. 18. ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, ὅτι ψῦχος ἦν qui ob frigus pyram fecerant. Act. XXVIII. 2. 2 Cor. XI. 27. ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι in frigore et nuditate. In versione Alexandrina legitur pro קֹר idem, Gen. VIII. 22. et קָרָה idem, Job. XXXVII. 9. Psalm. CXLVII. 17. Adde Cant. trium puerorum v. 40.

ΨΥΧΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, 1) proprie: *frigidus,* ita, ut innuatur *absentia caloris,* a ψῦχος *frigus, hiems.* Matth. X. 42. ποτήριον ψυχροῦ, scil. ὕδατος, poculum aquæ frigidæ, coll. Marc. IX. 41. Herodot. II. c. 37. λοῦνται δὶς τῆς ἡμέρας ἑκάστης ψυχρῷ, scil. ὕδατι, ubi vide Gronovium. Plutarch. de Garrulitate pag. 511. τοῦ ψυχροῦ (scil. ὕδατος) κύλικα. Vulgatus h. l. vertit: *frigidæ,* scil. *aquæ,* recte: nam sic etiam veteres *frigidam* simpliciter dixerunt, v. c. Suetonius in Claudio cap. 40. Plin. Ep. V. 16. et *gelidam* pro *gelida aqua,* Juvenal. Sat. V. 26. Confer Elsneri Obss. Sacr. Tom. I. p. 56. Wetstenii N. T. T. I. p. 379. et L. Bos. de Ellipsi Ling. Gr. p. 210. In versione Alexandrina legitur pro קַר *frigidus.* Prov. XXV. 25. ὥσπερ ὕδωρ ψυχρόν. Adde, ex libris Apocryphis Sirac. XLIII. 24. 2) metaphorice, ut Lat. *frigidus* (Cicero Brut. c. 67. Quinctil. Instit. Orat. VI. 3. p. 548. Vid. Cerda ad Virgil. Georg. IV. 104.), *ineptus, inanis, absurdus* (Cf. Budæi Comment. L. Gr. pag. 8.), etiam *remissus, nullum plane fervorem aut alacritatem ostendens,* et speciatim: *plane alienus a virtutis et pietatis studio, et ob pravitatem ad-*

modum notandus. Sic legitur in N. T. Apoc. III. 15 et 16. ubi τῷ ζεστὸς opponitur, quod vide supra. Homo *neque fervidus neque frigidus* est homo incertæ indolis et mentis prorsus dubiæ, ut adeo nescias, qua ratione tractandus sit, qualis Judæis dicebatur בֵּינוֹנִי *intermedius*. Vid. Midrasch in Sohar fol. 83. col. 327. Apud Xenoph. in Cyrop. VIII. cap. 4. 10. ψυχρὸς et de eo, qui non facile movetur amore, et de eo, qui est ingenio frigido et a vero acumine alieno. Arrian. Diss. Epictet. IV. c. 4. τί ψυχρὸς εἶ καὶ ταλαίπωρος; ib. c. 6. Sæpius in N. T. non legitur.

ΨΩΜΙ'ΖΩ, fut. ίσω, 1) proprie: *buccellam alicui do, offulam exhibeo alteri, per frusta distribuo*, et speciatim partim de iis adhibetur, qui cibum, frustulatim concisum, alteri in os inserunt, partim de nutricibus, qui cibum mansum infantum ori ingerunt, a ψωμίον *buccella, frustulum, offula*. Jamblichus in Vita Pythagoræ cap. 13. § 60. p. 46. τὴν μὲν γὰρ Δαυνίαν ἄρκτον κατασχὼν, καὶ ἐπαφησάμενος χρόνον συχνὸν, ψωμίσας τε μάζῃ καὶ ἀκροδρύοις ἀπέλυσεν. Confer Foësii Œcon. Hippocratis p. 415. 2) generatim: *pasco, alo, nutrio, cibo, cibum præbeo, alimenta suppedito*. Sic legitur in N. T. Rom. XII. 20. ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτὸν esurienti inimico cibum præbe. Porphyr. de Abstinentia III. c. 23. columbæ ψωμίζουσι τὰ νόττια. Sirac. XXIX. 29. εἴ τι ἐν τῇ χειρί σου, ψώμισόν με. In versione Alex. respondet Hebraico הֶאֱכִיל *cibavit, edendum dedit*. Num. XI. 4, 18. Deut. VIII. 3, 16. XXXII. 13. Ezech. XVI. 19. et pro Chaldaico טְעַם *gustandum dedit*. Dan. IV. 22, 29. V. 23. Hesych. ψωμιεῖ· τρέφει. Lexic. Cyrilli MS. Brem. ψωμιεῖ σε· θρέψει σε. 3) *distribuo, exhibeo, porrigo*. 1 Cor. XIII. 3. καὶ ἐὰν ψωμίζω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου et si omnia bona mea distribuerem inter pauperes. Alex. Ies. LVIII. 14. ψωμιεῖ σε τὴν κληρονομίαν Ἰακώβ. Sirac. XV. 3. Vide etiam Eustathium iu Odyss. ί, p. 358. 33. Sæpius in N. T. non legitur.

ΨΩΜΙ'ΟΝ, ου, τὸ, *quævis escæ particula, frustulum, offula, buccella*; proprie: *frustulum, quod ori ingeritur*. Est deminutivum a ψωμὸς, quod *omne frustum rei esculentæ* notat, sive *panis*, sive *alius escæ*. In N. T. quater tantum legitur. Joh. XIII. 25. ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω cui ego partem cibi, patinæ intinctam, dabo; et paulo post: καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον, et intinctam offulam dedit Judæ. Vulg. τὸ ψωμίον transtulit *panem*, consentiente Syro et Arabe, sine dubio, quia Job. XXII. 7. ψωμὸς in versione Alexandrina respondet Hebraico לֶחֶם *panis*. ibid. v. 27. καὶ μετὰ τὸ ψωμίον et post sumtam hanc cibi partem. ibid. v. 30. In versione Alexandrina non ψωμίον, sed ψωμὸς sæpe reperitur pro פַּת *frustum, bucca, buccella, portio*. Judd. XIX. 5. Ruth. II. 14. 1 Sam. XXVIII. 22. Prov. XVII. 1. XXVIII. 21. Suid. ψωμός· ὁ ἄρτος. Schol. Homer. Odyss. ί, 374. ψωμοί· σάρκες, μίλη. Pollux Onom. VI. 33. Confer quoque Wetstenii N. T. T. I. p. 931.

ΨΩ'ΧΩ, fut. ψώξω, *in frusta comminuo, attenuo, confrico, tero*, a ψάω *minuo*. Semel tantum in N. T. legitur Luc. VI. 1. καὶ ἤσθιον ψώχοντες τοὺς στάχυας ταῖς χερσὶ et comederunt terentes, vel confricantes aristas manibus; vel, et grana, extrita manibus, edebant. Herodot. IV. cap. 74. Hesych. ψώχειν· λεπτύνειν, πλύνω, ξαίνω. Etym. M. ψώχοντες· θρύπτοντες, λεπτύνοντες.

Ω

Ω. *Omega*. Littera Alphabeti Græcorum ultima. Unde metaphorice pro *fine, ultimo*, seu *extremo* accipitur. Apoc. I. 8, 11. XXI. 6. XXII. 13. et est idem, quod ὁ ἔσχατος, prout ex adverso Ἄλφα et principium et primum notat. Vide initium hujus operis.

Ω, *O! Adverbium exclamandi*, quod in N. T. construitur cum vocativo, Attice etiam cum nominativo, et apud profanos scriptores quandoque cum accusativo. Est autem in N. T. 1) *alloquentis et vocantis*. Act. I. 1. ὦ Θεόφιλε. ibid. XVIII. 14. ὦ Ἰουδαῖοι. Rom. II. 1, 3. ὦ ἄνθρωπε. 2) *blandientis*. Act. XXVII. 21. 3) *officii admonentis*. 1 Tim. VI. 20. 4) *increpantis et exprobrantis*. Matth. XVII. 17. ὦ γενεὰ ἄπιστος. Marc. IX. 19. Luc. IX. 41. XXIV. 25. Act. XIII. 10. Galat. III. 1. ὦ ἀνόητοι Γαλάται. Jacob. II. 20. Thucyd. Lib. VI. cap. 39. ὦ πάντων ἀξυνετώτατοι. 5) *admirantis*. Matth. XV. 28. ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις. Rom. XI. 33. ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ. Hesych. ὦ· θαυμαστικῶς λίαν. οἷον· ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ.

'ΩΒΗ'Δ, ὁ, *Obed*. Nomen proprium viri indeclinabile, qui fuit avus regis Davidis. Hebraice dicitur עֹבֵד *serviens, colens*, ab עָבַד *servivit, coluit*. Memoratur tantum in N. T. Matth. I. 5. et Luc. III. 32.

ὯΔΕ. Adverbium 1) loci, significans: *hic, hoc in loco*, et proprie est dativus ellipticus ab ὅδε, pro ἐν, vel ἐφ' ᾧδε τόπῳ. Matth. XII. 6. XVI. 28. XVII. 4. εἰ θέλεις, ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνὰς si vis, figamus hic tria tentoria, etc. Respondet Hebraico הֲלֹם Gen. XVI. 13. 2) ut Hebraicum הֲלֹם (Exod. III. 5. Ruth. II. 14.), *huc*. Matth. VIII. 29. XIV. 8, 18. φέρετέ μοι αὐτοὺς ὧδε afferte mihi hos panes. ibid. XVII. 17. XXII. 12. ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε amice, quare huc accessisti? Marc. XI. 3. Luc. IX. 41. Apoc. IV. 1. ἀνάβα ὧδε ascende huc. Æmilius Portus in Lexico Dorico docet, ὧδε in hac significatione esse poëticum et prosaicos scriptores τῷ δεῦρο uti solere; sed contrarium docuit Heupelius in Obss. Philol. Critt. ad Marcum p. 302 seq. Hesych. ὧδε· εἰς τοῦτον τὸν τόπον. 3) *apud nos, nobiscum*. Matth. XIV. 17. Luc. XXII. 38. Joh. VI. 9. XI. 21, 32. Hebr. VII. 8. ὧδε apud nos Judæos, in Judæa et præsertim Hierosolymis. 4) *his in terris, in hac vita terrestri*, Hebr. XIII. 14. οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε

μένουσαν πόλιν. 5) *in hac re.* Apoc. XIII. 10. (ὧδέ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ hac re confirmatur patientia, aut: hic valet patientia.) Ibid. 18. ὧδε ἡ σοφία ἐστὶν hic valet seu requiritur sapientia. Ibid. XIV. 12. XVII. 9. 6) *in hac rerum conditione, in hoc statu.* Apoc. XIII. 10. 7) *in hoc templo.* Matth. XXIV. 2. 8) *in persona mea.* Matth. XII. 41, 42. Luc. XI. 31, 32. 9) τὰ ὧδε conditio rerum mearum. Coloss. IV. 9. 10) quandoque deficit, v. c. Luc. XV. 22. post ἐξενέγκατε et Act. XIX. 37. post ἠγάγετε adduxistis huc. Simili modo Sam. XVII. 28. הֲלֹם reticetur post יָרַדְתָּ.

'ΩΔΗ', ῆς, ἡ, *ode,* generatim *carmen, canticum quodcunque* notat: speciatim vero de *hymno,* seu *carmine, quod canitur in honorem Dei,* usurpatur. Factum est hoc vocabulum per contractionem ex ἀοιδή, ῆς, ἡ, idem, quod est a præt. med. ἤοιδα, verbi ἀείδω *cano.* Similiter pro ἀοιδὸς, *cantor,* contracte ᾠδὸς dicitur, α et οι in ω per crasin coëuntibus, Iota vero subscripto. Eph. V. 19. ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς hymnis et carminibus religiosis. Coloss. III. 16. Apoc. V. 9. καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν et canebant hymnum novum, seu præstantissimum. ibid. XIV. 3. ubi ᾠδὴ Μωσέως est hymnus eucharisticus, qualem olim Moses ad mare Rubrum cecinisse memoratur Exod. XV. ᾠδὴ τοῦ ἀρνίου autem est hymnus in Messiam. Apoc. XV. 3. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro שִׁיר *canticum,* et in fœmin. שִׁירָה idem, Exod. XV. 1. Deut. XXXI. 19, 21, 22, 30. Jud. V. 12. et מִזְמוֹר *psalmus.* Psal. IV. 1. LXIV. 1. Ὠδὴν etiam apud Græcos scriptores de *carmine* usurpari, *quod in Dei honorem canitur,* Spanhemius docuit in Commentario ad Callimachi Hymn. in Jovem v. 1.

'ΩΔΙ'Ν, ῖνος, ἡ, 1) proprie: *dolor partus, dolor parturientis,* (qui a Latinis *nixus,* Gell. N. A. XII. 1. etiam *nixa,* ab Hebræis חֵבֶל vocatur) et de *animantibus brutis* æque ac de *hominibus* usurpatur. Deducitur a grammaticis ab ὀδύνη, ης, ἡ, *dolor.* Sic legitur in N. T. 1 Thess. V. 3. periculum celeriter iis instat, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ quemadmodum dolor partus mulierem gravidam opprimit. Post ἐχούσῃ supplendum est vel ex antecedentibus ἐφίσταται, vel ἥκει, quod additur apud Alexandrinos Ies. XXXVII. 3. ὅτι ἥκει ἡ ὠδὶν τῇ τικτούσῃ. Job. XXXIX. 1. ὠδῖνας ἐλάφων. 2 Regg. XIX. 3. Sirac. VII. 28. Adde Ælian. V. H. XII. 1. Plato Theæt. 6. Theocrit. Idyll. XVII. v. 61. Eurip. Phœn. v. 368. Suid. et Etym. M. ὠδίν· ἡ ἐκ τοῦ τοκετοῦ ὀδύνη. Græci nomine ὠδῖνες etiam ita usi sunt, ut *ipsum partum* significaret, ut docet partim glossa Hesychii: ὠδῖνες· τοκετοί, quæ ad Callimach. Hymn. in Jovem v. 29. pertinere videtur, partim locus Pausaniæ VIII. 44. p. 692. ed. Kühn. Jam quia dolores parturientium gravissimi et acerbissimi esse solent, accidit, ut ὠδὶν 2) generatim dicatur *quilibet dolor gravis et acerbus, miseria, calamitas, inprimis atrox et gravis, etiam internecina, metus, angor animi, ærumna, afflictio.* Matth. XXIV. 8. πάντα δὲ ταῦτα ἀρχὴ ὠδίνων, scil. ἔσται, hæc vero omnia tantum initia calamitatum erunt. Marc. XIII. 9. In eadem significatione ὠδὶν legitur apud Alexandrinos Ies. XIII. 8. XXVI. 17. Hos. XIII. 12. pro Hebraico חֵבֶל *dolor gravissimus,* Exod. XV. 14. Jer. VI. 24. XXII. 23. Micha IV. 9. pro חִיל *dolor,* 1 Sam. IV. 20. Ies. XXI. 3. pro צִירִים *tormina, cruciatus, dolores gravissimi,* et pro שַׁמָּה *desolatio.* Jer. VIII. 21. Hesych. ὠδῖνες· πόνοι, ἀλγηδόνες. 3) *vinculum, funis, omne, quo aliquis constrictus tenetur,* et ex adjuncto: *imperium, potestas.* Sic usurpatum reperitur Act. II. 24. λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου solutis vinculis mortis, liberatum e mortis potestate. ubi confer versionem Syriacam. Respondet autem ὠδὶν in hac significatione Hebraico חֶבֶל quod proprie *funem* denotat. (Confer Schultens. ad Job. XXXIX. 6. pag. 1110. Aquil. Job. XL. 20. Prov. V. 22. Symmachum Cohel. XII. 6. Adde 2 Sam. XXII. 6.) deinde vero ad *dolores partus* et *dolores gravissimos* transfertur. 2 Sam. XXII. 6. ὠδῖνες θανάτου ἐκύκλωσάν με. Psalm. XVII. 5, 6. CXIV. 3. περιέσχον με ὠδῖνες θανάτου. Solebant autem Hebræi veteres æque ac Græci scriptores non solum partus dolores, sed etiam quoscunque dolores acerbissimos metaphorice *vincula* ac *funes* appellare, quibus quasi homines constricti ac subjugati tenentur. Conf. Bielii Thesaurum Philol. s. h. v. pag. 631. Stephan. le Moyne ad Varia Sacra pag. 297 seq. Kypkii Obss. Sacr. T. II. pag. 14. Storrii Obss. ad Syntaxin et Analog. Hebr. pag. 50. J. F. Fischeri Supplem. Comm. Vorstii de Hebraismis N. T. Spec. III. p. 4 seq. et Wolfii Curas Philol. T. I. pag. 1034 seq. Suid. ὠδῖνες θανάτου, καὶ παγίδες· οἱ θανατηφόροι κίνδυνοι. Δαβίδ· ὠδῖνες ᾅδου περιεκύκλωσάν με. προέφθασάν με παγίδες θανάτου. ὠδῖνες καλοῦνται αἱ πρὸ τοῦ τοκετοῦ τῆς τικτούσης ὀδύναι. τοιγαροῦν ἐκ τῆς μεταφορᾶς ταύτης ὠδῖνες ᾅδου προσαγορεύονται, αἱ αὐτῷ προσπελάζειν τῷ θανάτῳ παρασκευάζουσαι συμφοραί. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΩΔΙ'ΝΩ, fut. νῶ, 1) proprie: *parturio, dolores partus sentio,* ab ὠδὶν, quod vide. Galat. IV. 27. ῥῆξον καὶ βόησον, ἡ οὐκ ὠδίνουσα persona jubilo tu, quæ nunquam partus dolores experta es: ubi ἡ οὐκ ὠδίνουσα est i. q. στεῖρα, ἡ οὐ τίκτουσα in antecedentibus. Apoc. XII. 2. καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα κράζει, ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν. In versione Alexandrina respondet Hebraico הָרָה verbale fœm. *gravida,* Ies. XXVI. 7. חָבַל *parturivit,* Cantic. VIII. 5. et חִיל *parturire, dolere,* Ies. LIV. 1. XLV. 10. Hesych. ὠδίνει· πάσχει, λυπεῖται, τίκτει, ἢ ἐγκυμονεῖ. 2) metaphorice: *instituo aliquem, edoceo, in formando aliquo et educando matris cura et sollicitudine elaboro.* Gal. IV. 19. οὓς πάλιν ὠδίνω iterum a me instituendi. Theophylactus ad h. l. διὰ τῆς διδασκαλίας πάλιν ἀναγεννῶ. Confer dicta supra ad voces ἀποκυέω et γεννάω.

'ΩΜΟΣ, ου, ὁ, *humeri articulus cum brachio* et *humerus,* quasi ab οἴω *fero,* quia humeris onera ferimus. Bis tantum legitur in N. T. Matth. XXIII. 4. colligant enim onera gravia et portatu difficilia, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων et imponunt in humeros hominum, h. e. dictant aliis difficilia præcepta et severas leges. Luc. XV. 4. εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους ἑαυτοῦ χαίρων et cum invenerit eam, imponit humeris suis lætabundus; ubi videndus Wetstenius N. T. T. I. p. 757. In versione Alexandrina legitur pro שְׁכֶם *humerus,* Genes. XXI. 14. Jud. IX. 48. Ies. X. 27. כָּתֵף et כְּתֵף *humerus, scapula,* 1 Sam.

XVII. 6. Ies. XLVI. 7. XLIX. 22. et צַד *latus*. Ies. LX. 4. LXVI. 12.

'ΩΝΕ'ΟΜΑΙ, contr. οῦμαι, fut. ήσομαι, aor. 1. ὠνησάμην, *emo*. Semel tantum in N. T. legitur Actor. VII. 16. ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου quem emit Abrahamus pretio argenti. Hinc ὤνησις, εως, ἡ, *emtio*. Aristoph. Plut. 7. Schol. Acharn. 815. Phrynich. pag. 6.

'ΩΟ'Ν, οῦ, τὸ, *ovum*. Tantum legitur in N. T. Matth. XI. 12. ἢ καὶ ἐὰν αἰτήσῃ ὠὸν, μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον; aut num filio, ovum roganti, loco illius scorpionem dabit? Alexandrini usi sunt pro בֵּיצָה idem. Deut. XXII. 6. Job. XXXIX. 14. Ies. X. 14. LIX. 5. Confer Wetstenii N. T. T. I. p. 728.

'ΩΡΑ, ας, ἡ, 1) *hora, una earum partium duodecim, in quas ars et ingenium humanum diem noctemque divisit*, quæ Græce σημεῖον dicitur; (Confer Pollucis Onomast. I. 71.) speciatim vero: *duodecima pars diei*. Joh. XI. 9. οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας; nonne duodecim sunt horæ diei? Act. II. 15. ἔστι γὰρ ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας etenim est jam hora tertia diei. Hora *tertia* (h. e. nona nostra matutina, qua sacrificium matutinum offerebatur. Hoc tempus diei a Græcis vocabatur πλήθουσα ἀγορὰ, v. c. a Xenoph. Memor. I. 1. 10. Chrysostomus Orat. II. de Gloria diei spatium dividit in quinque partes, et περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν ponit inter πρωῒ *mane* et τὰς μεσημβρίας *meridiem*. Vide et Küsterum ad Suidam sub voce ἀγορᾶς.), *sexta* (i. e. nostra duodecima, qua Petrus in tecto preces fundebat Actor. X. 30. de qua confer Wetstenii N. T. T. I. p. 953.) et *nona* (seu tertia nostra pomeridiana, qua Petrus et Johannes se in templum conferebant Actor. III. 1.) diei cujusque erat hora solemnis et sacris publicis destinata, quo tempore ebrium esse impietatis crimen erat. Vide Psal. LV. 17. Daniel. VI. 10, 13. Confer etiam Küsterum ad Suidam T. I. p. 34. n. 9. Act. III. 1. ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς. Joh. I. 40. ὥρα δὲ ἦν ὡς δεκάτη erat autem hora circiter decima, seu quarta nostra pomeridiana, qua cibum capere veteres solebant. Vide Wetstenii N. T. Tom. I. pag. 844. Xenoph. Mem. IV. c. 3. 4. οὐκοῦν καὶ ἐπειδὰν ὁ μὲν ἥλιος φωτεινὸς ὢν τάς τε ὥρας τῆς ἡμέρας ἡμῖν καὶ τἆλλα πάντα σαφηνίζει, ἡ δὲ νὺξ, διὰ τὸ σκοτεινὴ εἶναι, ἀσαφεστέρα ἐστὶν, ἄστρα ἐν τῇ νυκτὶ ἀνέφηναν, ἃ ἡμῖν τὰς ὥρας τῆς νυκτὸς ἐμφανίζει. Non itaque audiendus est Grotius, quando scriptores N. T. ait vocem ὥρας magis Latino, quam Græco significatu sumsisse, cum Græcia vetus *anni tempestates et rerum occasiones* hoc vocabulo expresserit. Conf. Ægid. Menagii Notas ad Diogenem Laërtium II. 1. et Wolfium ad Anecdota Græca Tom. IV. pag. 102. 2) *momentum, punctum temporis, minima quævis temporis particula*. Matth. VIII. 13. καὶ ἰάθη ὁ παῖς αὐτοῦ ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ et servus ejus convaluit continuo. ibid. IX. 22. X. 19. Luc. XII. 39, 46. Adde Genes. XVIII. 14. Eodem quoque modo usurpatur שָׁעָה et שַׁעְתָּא (quibus vocibus Chaldæi interpretes interdum pro Hebraico רֶגַע usi sunt. Vide Buxtorfii Lexicon Talmud. et Rabbinic. fol. 2482.) Dan. III. 6, 15. IV. 16, 30. V. 5. 3) *tempus breve, exiguum temporis spatium*. Joh. V. 35. πρὸς ὥραν aliquamdiu, per breve tempus, ubi videndus Wetstenius. Galat. II. 5. οὐδὲ πρὸς ὥραν ne ad breve tempus quidem, h. e. nunquam, i. q. πρὸς καιρὸν ὥρας. 1 Thess. II. 17. Philem. v. 15. 4) *tempus quodcunque*. Hesych. ὥρα· καιρός. Luc. VII. 21. ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ illo ipso tempore. Joh. IV. 21 et 23. ἔρχεται ὥρα erit enim tempus. ibid. XII. 23. XVI. 2. 1 Joh. II. 18. ubi videndus Wetstenius. Apoc. III. 10. Arrianus de Expedit. Alex. VI. 5, 11. χειμῶνος ὥρᾳ per hiemis tempus. Aristoph. Nub. v. 562. Hesiod. Opp. et Dies v. 30. Vide Grævium ad Lucianum Tom. II. pag. 878. ac Valcken. ad Theocrit. XV. 74. Hinc quoque in versione Alexandrina respondet quandoque Hebr. עֵת *tempus*, v. c. Levit. XVI. 2. Exod. XVIII. 22, 26. 5) *tempus certum ac definitum, tempus opportunum, opportunitas*. Matth. XXIV. 36. Luc. XXII. 53. ἀλλ' αὕτη ὑμῶν ἐστιν ἡ ὥρα sed jam adest illud tempus a Deo definitum, quo impiam vestram potestatem exserere potestis. Joh. II. 4. οὔπω ἥκει ἡ ὥρα μου nondum opportunitatem nactus sum miraculum patrandi. (Silius Ital. XII. 193. dexter Deus, horaque nostra est. Cicero in Verrem I. 19. horis tuis.) ibid. XVI. 21. ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς quippe tempus ejus parturiendi adest. Bene itaque Syrus h. l. ܫܥܬܐ ܕܡܘܠܕܗ̇. ibid. XVII. 1. Rom. XIII. 11. Hinc accidit, ut ὥρα in N. T. quandoque de *tempore calamitatum*, (Cf. Fischerum ad Æschinis Socr. Dial. III. 2. pag. 98.) *miseriæ ac mortis Christi* adhibeatur, quia a Deo præfinitum erat. Marc. XIV. 35. ἵνα παρέλθῃ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα, coll. Matth. XXVI. 39. παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. Joh. VII. 30. VIII. 20. XII. 27. σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης, ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην eripe me ex imminentibus malis, sed sponte me objeci his calamitatibus. Numer. IX. 2. ποιείτωσαν τὸ πάσχα, καθ' ὥραν (Hebr. מוֹעֵד *tempus statutum*) αὐτοῦ. Ruth. II. 14. ἤδη ὥρα τοῦ φαγεῖν. Apud LXX Job. XXXVI. 28. ὥρα *tempus* notat, quo certa negotia sunt peragenda ab animalibus, ubi ἄλλος habet μέτρα καὶ ὅρους, et nihil ei respondet in textu Hebraico. Sirac. XXXII. 12. ἐν ὥρᾳ ἐξεγείρου, καὶ μὴ οὐράγει. Add. Plato Phædon. 63. Philostrati Vit. Apollon. VIII. c. 12. βαδίζειν ὥρα εἰς ἄστυ. Xenoph. Memor. III. 5. § 7. ὥρα ἂν εἴη λέγειν. Euripid. Phœniss. v. 1612. Vide Raphelii Annotatt. Polybianas p. 444. et Herodoteas p. 445. et Suiceri Thesaurum Eccles. Tom. II. p. 1598. Suid. ὥρα· καιρὸς ἐπιτήδειος. Hesych. καθ' ὥραν· κατὰ καιρόν. 6) *dies*. Matth. XIV. 15. καὶ ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν et dies jam inclinat, coll. Luc. IX. 12. ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν. Marc. VI. 35. καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης et cœlo jam vesperascente, seu, cum jam multum diei præterisset, i. q. c. IX. ver. 11. ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας. Ὥρα πολλή, i. q. ἡμέρα πολλή, apud Alexandrinos Genes. XXIX. 7. et longum diei spatium notat, sive id jam præterierit, sive restet. Demosthen. p. 541. pen. edit. Reisk. τῆς ὥρας ἐγίγνετο ὀψέ. Vide Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 147. Wetstenii N. T. T. I. p. 582. et Raphelium in Notis Polybianis pag. 129. 7) *anni tempus, quod maturitati cujusque proventus terræ assignavit Deus*. Apoc. XIV. 15. ὅτι ἦλθέ σοι ἡ ὥρα τοῦ θερίσαι. Etiam apud optimos scriptores Græcos *anni tempora, singulæ anni partes, ver, æstas, autumnus et hyems* (quæ apud Heliodorum p. 444. Comel. dicuntur ἐτήσιοι ὧραι, et apud Diogen. Laërt. I. 27. ὧραι τοῦ ἐνιαυτοῦ,) ὧραι vocantur. Vide Xenoph. Mem. III. 8. 10. IV. 3. 5. Ælian. V. H. II. c. 14. ἀναστρέφουσαι αἱ ὧραι redeuntia anni tempora. ibid. IX. 9. Æs-

chin. Socr. Dial. III. 20. Vide Valckenarium ad Euripid. Phœniss. pag. 292. Hinc, quemadmodum ὀπώρα interdum *fructus auctumnales* notat, ita ὥρα quoque apud Aquil. Job. VIII. 12. *fructus tempestivos* notat, ac Hebr. אב respondet, ubi Vulgat. *poma* habet. 8) interdum reticetur, v. c. Matth. VIII. 16. ὀψίας δὲ γενομένης, scil. ὥρας, quod addit Marcus XI. 11. Marc. XIII. 18. χειμῶνος, scil. ὥρᾳ, hieme. Ab Æliano V. H. VII. 13. hiems vocatur ὥρα χειμέριος. Luc. XI. 5. μεσονυκτίου, scilic. ὥρᾳ, media nocte. ibid. XXIV. 29. ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστί, scilic. ὥρα, appetit vespera. Marc. VI. 25. ἐξ αὐτῆς, scil. ὥρας, collat. Homer. Iliad. ξ, 416. Luc. VII. 45. ἀφ' ἧς, scil. ὥρας. Huc etiam referrem locum Act. XVI. 18. ubi ἀπ' αὐτῆς, subintellecta voce ὥρας, rectius vertitur *illico, statim,* quam ad puellam refertur. Conf. Arriani Diss. Epictet. II. c. 12.

'ΩΡΑΙ͂ΟΣ, α, ον, 1) proprie de *omni* adhibetur, *quod se forma et pulchritudine commendat sua, bonam et lætam speciem habens, speciosus, formosus,* (Herodian. V. 13. 14. et 6. 25. Hesychius: ὡραῖος· ἀκμάζων τῇ ἡλικίᾳ καὶ τῇ ὄψει.) *pulcher,* ab ὥρα *flos ætatis et pulchritudo,* (Ælian. V. H. I. 11. II. 4.) vel ab ὥρα, quod *anni tempus* notat, ut imago desumta sit a fructibus, qui tempore maturitatis optimam speciem exhibent, unde ὡραῖος quandoque *id, quod ad maturitatem pervenit,* significat, v. c. apud Ælian. V. H. I. 31. ὡραῖα τρωκτὰ *fructus maturi,* et ibid. IV. 1. ὡραία γάμου παρθένος virgo, jam matura viro. Matth. XXIII. 27. οἵτινες ἔξωθεν μὲν φαίνονται ὡραῖοι quæ exterius quidem sunt speciosa. Actor. III. 2. πρὸς τὴν θύραν τοῦ ἱεροῦ, τὴν λεγομένην ὡραίαν ad portam templi, quæ speciosa dicitur. Ita vero dicebatur porta in primo ambitu templi Hierosolymitani, quia tota ære Corinthiaco obducta erat, teste Josepho de B. J. V. 5. § 2. Vide de hac porta templi Lakemacheri Obss. Philol. P. I. Obss. VI. p. 149 seq. Wolfii Curas Philologicas in N. T. T. I. p. 1051. Tribbechovii Exercitationes Antibaronianas pag. 110 seq. Vriemœt. in Novis Miscellaneis Duisburgensibus Tom. II. p. 704. Grævii Lectt. Hesiod. p. 8. et Wesselingium ad Diodor. Sicul. III. pag. 239. Eadem alias vocabatur *porta Susan.* Etiam vetus Constantinopolis portam habuit, quæ κατ' ἐξοχὴν vocata fuit ἡ ὡραία, ut me docuit Thomas Smith. in Notitia Constantinopoleos pag. 121. Alexandrini usi sunt hac voce pro הדור *decoratus,* Ies. LXIII. 1. טוב *bonus, speciosus,* Gen. XXVI. 7. 1 Regg. I. 6. יפה *pulcher,* Genes. XXIX. 17. XXXIX. 6. et Chald. שפיר *pulcher.* Dan. IV. 12. (9.) Hesych. ὡραῖος· εὔμορφος, εὔτροπος, εὐσχήμων, εὐπρόσωπος. 2) *amœnus, jucundus, suavis, gratus, acceptus.* Rom. X. 15. ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην quam accepti sunt et grati pacis salutisque præcones! Verba sunt desumta ex Ies. LII. 7. Alexandr. Cantic. IV. 3. ἡ λαλιά σου ὡραία oratio tua jucunda. Siracid. XV. 19. οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ non est jucunda laus in ore peccatoris. ibid. XXV. 1, 6, 7. ὡς ὡραία γερόντων σοφία. ibid. XXXV. 23. Sæpius in N. T. non legitur.

'ΩΡΥ'ΟΜΑΙ, *rugio, ululo,* et usurpatur de clamore omnium ferarum rapacium, ob famem ingemiscentium, v. c. leonum, luporum, canum, etc. In N. T. semel tantum legitur in participio. 1 Petr. V. 8. ὡς λέων ὠρυόμενος ut leo rugiens. In versione Alexandrina legitur pro שאג *rugivit,* Judd. XIV. 5. Psal. XXI. 13. (ὡς λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος.) Jer. II. 15. Sophon. III. 4. et שאגה *rugitus.* Zachar. XI. 3. Adde Sapient. XVII. 19. ἢ ὠρυομένων ἀπηνεστάτων θηρίων φωνή. Theocrit. Idyll. I. 71. λύκοι ὠρύσαντο. ibid. II. ver. 35. καὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται. Hesych. ὠρύεσθαι· κλαίειν. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν κυνῶν. Idem: ὠρυομένων· κραζόντων. κυρίως δὲ ἐπὶ λιμῷ κλαιόντων λύκων, ἢ λεόντων, ἢ κυνῶν. Lexic. Cyrilli MS. Brem. ὠρυομένων· κραζόντων, βρυχόντων. Vide Valckenarii Animadversiones ad Ammonium pag. 231. Wetstenii N. T. T. II. pag. 697. et Bocharti Hierozoicon P. I. Lib. III. cap. 2. pag. 730.

'ΩΣ. Adverbium 1) *comparandi et similitudinis,* significans: *sicut, ceu, ut, tanquam, velut.* Matth. X. 16. γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραὶ estote igitur prudentes, sicut serpentes, et simplices, sicut columbæ. ibid. X. 25. XII. 13. καὶ ἀποκατεστάθη ὑγιής, ὡς ἡ ἄλλη et facta est sana, sicut altera. ibid. XIII. 43. XVII. 2, 20, etc. Interdum ὡς ponitur pro οὕτω, ὡς, v. c. Matth. I. 24. VI. 29. Coloss. II. 6. 1 Joh. II. 27. 'Ως — — καὶ pro ὡς — — οὕτω καί, Matth. VI. 10. Luc. XI. 2. Act. VII. 51. Philipp. I. 20. — 'Ως καὶ *uti etiam.* Matth. XVIII. 33. Act. XI. 17. XVII. 28. XXII. 5. 1 Cor. VII. 7. — 'Ως — οὕτως, *ut — — ita.* Act. VIII. 32. XXIII. 12. interdum vero ordine inverso legitur οὕτως — ὡς *ita — — ut.* Joh. VII. 46. 1 Cor. III. 15. IV. 1. 2 Cor. IX. 5. — 'Ως — — οὕτω καὶ *ut — — ita etiam.* Rom. V. 15, 18. 2 Cor. VII. 14. Æschin. Socr. Dial. I. 4. II. 1. 13. 17. III. 4. Euripid. Phœniss. v. 852. 2) *asseverandi,* et notat: *certe.* Marc. VI. 15. ὡς εἷς τῶν προφητῶν certe unus prophetarum illorum. 3) ut Latin. *quasi,* (Terent. Heaut. I. 1. 94. Cicer. IV. Acad. c. 26. Vide Gronov. ad Livium XXVII. 12.) *circiter, fere.* Joh. I. 40. ὥρα ἦν ὡς δεκάτη erat hora circiter decima. Act. I. 15. ὡς ἑκατὸν εἴκοσι circiter centum et viginti. ibid. V. 7. ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα fere trium horarum intervallum. Marc. V. 13. VIII. 9. Joh. VI. 19. XXI. 8. In hac significatione respondet ὡς Hebraico כ. Ruth. I. 4. ὡς δέκα ἔτη. 1 Sam. XI. 1. XIV. 2. Herodot. II. cap. 130. ἀριθμὸν ὡς εἴκοσι numero circiter viginti. ibid. III. 25. Xenoph. Hist. Gr. II. cap. 4. § 2. ὡς σὺν ἑβδομήκοντα. Idem Anabas. III. c. 3. § 1. Adde Elsneri Obss. Sacr. T. I. p. 310. 4) est *conjunctio illativa,* significans: *ideo, itaque, igitur.* Hebr. III. 11. ὡς ὤμοσα κ. τ. λ. itaque juravi iratus. Arrianus de Expeditione Alexandri II. 16. 5. ὡς τόν γε ἐν Ταρτησσῷ πρὸς 'Ιβήρων τιμώμενον 'Ηρακλέα δοκῶ ἐγὼ τὸν Τύριον εἶναι 'Ηρακλέα quapropter Herculem illum, qui in Tartesso ab Iberis colitur, Tyrium hunc Herculem esse censuerim. ibid. Lib. V. cap. 15. 5. 5) *interea dum.* Act. I. 10. καὶ ὡς ἀτενίζοντες ἦσαν εἰς τὸν οὐρανόν. ibid. XIX. 21. 6) *nempe, scilicet.* 2 Cor. V. 19. ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. Conf. Raphelii Annotatt. Xenophonteas pag. 240. et Wolfii Curas Criticas et Philologicas in N. T. Tom. II. pag. 613. 7) est *adverbium temporis,* tam *determinati: postquam,* quam *indeterminati: cum, tum, quando.* Marc. IX. 21. πόσος χρόνος ἐστίν, ὡς τοῦτο γέγονεν αὐτῷ; ex quo tempore hæc ei evenerunt? Herodot. VI. 31. τῷ δευτέρῳ ἔτεϊ

ὡς ἀνέπλωσε. Adde Thucyd. V. 20. Luc. II. 15. *ὡς ἀπῆλθον ἀπ' αὐτῶν εἰς τὸν οὐρανὸν οἱ ἄγγελοι* cum rediissent angeli in cœlum. Luc. XX. 37. *ὡς λέγει* quum dicit. Actor. XXVII. 1. *ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν* postquam vero decretum fuit, ut enavigaremus. Rom. XV. 24. 1 Cor. XI. 34. Galat. VI. 10. Adde Luc. I. 23, 41, 44. II. 39. V. 4. XI. 1. XV. 25. 2 Paral. XXIV. 11. *ὡς εἰσέφερον τὸ γλωσσόκομον πρὸς τοὺς προστάτας.* ibid. paulo post: *ὡς εἶδον ὅτι ἐπλεόνασε τὸ ἀργύριον.* Hesych. *ὡς* per *ὅτε* exponit. 8) *quam*, connotans *intensionem et magnitudinem*, adeoque etiam *admirationem*. Rom. X. 15. *ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες* quam jucundi sunt! (Hesychius s. v. *ὡς* ex Homeri Il. δ', 157. docet, esse *θαυμαστικὸν ἐπίρρημα.* Idem tradit Etym. M. adducto loco Odyss. ω', 193. Adde Lucianum Dial. Jov. et Ganym. IV. 3. et Aristoph. Plut. v. 1.) ib. XI. 33. *ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ* quam imperscrutabilia sunt judicia ejus! Act. XVII. 5. *ὡς τάχιστα* quam celerrime. 1 Thess. II. 10. His locis addendus quoque esse videtur locus Luc. V. 21. ubi pro *ὃς λαλεῖ βλασφημίας* sine dubio rescribendum est *ὡς λαλεῖ βλασφημίας* quam loquitur blasphemias! Alex. Ies. LII. 7. Æschin. Socr. Dial. III. 10. I. 4. *ὡς βελτίστῳ*, ibid. II. 38. *ὡς πλείστων*, et § 40. *ὡς ἐλάχιστα.* Conf. Valckenarium ad Euripidis Phœn. pag. 235. 9) *quatenus.* 2 Cor. III. 5. *ὡς ἐξ ἑαυτῶν* quatenus ex nostris viribus. Conf. Raphelii Annotatt. Herodoteas p. 490. et Polybianas pag. 482. Adde Euripid. Phœniss. v. 94 et 95. 10) *qua ratione, quomodo.* Luc. XXIII. 55. viderunt, *ὡς ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ* quomodo sepultum fuerit corpus ejus. ibid. XXIV. 35. *καὶ ὡς ἐγνώσθη αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου* et quomodo ab iis inter cœnandum agnitus fuerit. Eccles. XI. 5. *ὡς ὀστᾶ ἐν γαστρὶ κυοφορούσης* quomodo ossa in utero prægnantis, scil. concrescant. Hesych. *ὡς* interpretatur *ὃν τρόπον.* 11) *quia, quoniam.* 2 Tim. I. 3. 2 Petr. I. 3. Alexandrini 1 Sam. XIII. 12. et 2 Paral. XX. 38. Sic Æschines Socraticus quoque adverbio *ὡς* usus est Dial. II. § 33. Conf. Raphelii Obss. Herodoteas pag. 582. 12) *quasi, tanquam si.* Actor. XXVIII. 19. *οὐχ ὡς τοῦ ἔθνους μου ἔχων τι κατηγορῆσαι* non quasi haberem aliquid, quod populares meos accusarem. ibidem XXIII. 15. *ὡς μέλλοντας διαγινώσκειν ἀκριβέστερον* quasi volentes accuratius cognoscere. 1 Cor. IV. 18. 13) *quod*, i. q. *ὅ*. Matth. VIII. 18. *ὡς ἐπίστευσας, γενηθήτω σοι* quod sperasti, tibi contingat. ibid. XXVI. 39. *οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σὺ* non quod ego volo, sed quod tuæ voluntati consentaneum est. Luc. XXII. 61. XXIV. 6. *μνήσθητε ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν.* Act. XI. 16. 14) *quod*, i. q. *ὅτι*, inprimis ante, vel post verba dicendi, narrandi. Luc. VI. 4. VIII. 47. Act. X. 28, 38. XXVII. 30. Marc. XII. 26. Rom. I. 9. XI. 2. Adde Æschinis Socr. Dial. I. 5. II. 10. 11. 16. 30. 33. Xenophontis de Republ. Lacedæmon. I. 1. Scholiastes Æschyli ad Septem contra Theb. v. 623. *ὡς* per *ὅτι* interpretatus est. Cf. Biblioth. Brem. Nov. Class. IV. p. 438. 15) *revera, vere, utpote*, et respondet Hebraico כ *veritatis*. Genes. XXVII. 12. Numer. XI. 1. Nehem. VII. 2. Matth. VII. 29. *ἦν γὰρ διδάσκων, ὡς ἐξουσίαν ἔχων* docebat enim summa cum auctoritate. ib. XXI. 26. *πάντες γὰρ ἔχουσι τὸν Ἰωάννην ὡς προφήτην* omnes enim Johannem pro vate vere divino habebant, coll. Marc. XI. 32. *ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν*, et Luc. XX. 6. Joh. I. 14. *δόξαν, ὡς μονογενοῦς παρὰ τοῦ πατρὸς* majestatem, qualis est unigeniti filii Dei. Chrysostomus ad h. l. *ὡς· ἔστι βεβαιώσεως καὶ ἀναμφισβητήτου διορισμοῦ.* 1 Cor. V. 3. 2 Cor. II. 17. Philipp. II. 7. In versione Alexandrina respondet Hebraico אַךְ *utique, profecto*. Psalm. LXXIII. 1. *ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραήλ.* Hesych. *ὡς· ὄντως, ἀληθῶς.* Scholiastes Sophoclis ad Electram v. 1188. *τὸ ὡς ἀντὶ τοῦ ὄντως.* Conf. Alberti Obss. Philolog. pag. 207. et Baueri Philol. Thucyd. pag. 161. 16) cum præpositione *ἐπὶ* constructum notat: *usque*. Act. XVII. 14. *πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν* ut proficisceretur usque ad mare. Xenoph. Hist. Gr. I. 1. 11. ibid. cap. 6. 5. et III. 4. 11. Thucyd. V. 3. *ἄρας περιέπλει τὸν Ἄθω ὡς ἐπὶ τὴν Ἀμφιβόλην.* Conf. Marklandum ad Lysiam Orat. XXXII. pag. 604. Wetstenii N. T. T. II. p. 562. et Fischerum in Indice Æschinis sub *ὡς*. 17) *ut, adeo ut*, pro *ἵνα* vel *ὥστε*. Marc. IV. 27. *ὡς οὐκ οἶδεν αὐτὸς* adeo, ut ipse nesciat. Rom. IV. 17. *ὡς ὄντα* ut sint. 2 Cor. V. 20. *ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν* adeo, ut Deus per nos hortetur. Hebr. VII. 19. *ὡς ἔπος εἰπεῖν* ut ita dicam. Æschines Socr. Dial. II. 1. 13. III. 13. Xenophon de Republ. Lacedæm. cap. 5. § 2 et 8. Confer Elsneri Obss. Sacr. T. I. pag. 139. Eodem modo אֲשֶׁר usurpatur 1 Sam. III. 11. et 2 Reg. IX. 37. 18) interdum *ἐξηγητικῶς* ponitur et redundat, v. c. Luc. XV. 19. Joh. VII. 10. *ὡς ἐν κρυπτῷ* occulte. Joh. III. 2. ante *διδάσκαλος*. Act. XX. 9. ante *νεκρός*. 1 Cor. IX. 5. ante *γυναῖκα*, et ibid. X. 11. ante *τύποι*. Actor. XVII. 22. *κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ* video vos in omnibus rebus esse religiosissimos. Rom. IX. 29. *ὡς Γόμοῤῥα ἂν ἐγενήθημεν* Gomorrhæis similes facti essemus. ib. v. 32. Philipp. II. 12. *μὴ ὡς ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον* non solum me præsente. Philem. v. 9. *ὡς Παῦλος πρεσβύτης.* 2 Petri I. 3. Adde Marc. IV. 31. Luc. XVI. 1. 1 Cor. V. 3. Eodem modo *ὡς* redundat apud Æschinem Socrat. Dial. III. 8. in formula *ὡς ἀληθῶς*, et Xenophontem Memor. II. 7. 2. in *ὡς Πειραιᾶ*. Vide Wesselingium ad Herodotum pag. 480. Kœnium ad Gregorium de Dialectis pag. 31. Berglerum ad Alciphron. pag. 126. s. et Krebsii Obss. Flav. pag. 403. 19) interdum deficit, v. c. Matth. XII. 49. ante *ἡ μήτηρ μου, καὶ οἱ μαθηταί μου.* ibid. v. 50. 1 Petr. II. 4. ante *λίθον ζῶντα*, coll. v. 5. Apoc. IV. 6. *θάλασσα ὑαλίνη*, ubi etiam codices quidam et versiones præmittunt particulam *ὡς*. Ælian. V. H. I. 15. *φασὶν* pro *ὡς φασιν*, et cap. 17. *ἐμοὶ δοκεῖν* pro *ὡς ἐμοὶ δοκεῖν*, ut plene pronuntiavit Lucian. Timon. Tom. I. p. 125. ad quem locum confer Jensium. Sophocl. Œdip. Colon. v. 138. *μή μ', ἱκετεύω, προσίδητ' ἄνομον*: ubi scholiastes: *λείπει τὸ ὡς, ἵν' ᾖ ὡς ἄνομον.* Homer. Iliad. β', v. 765. ubi videndus Eustathius. Confer L. Bosium de Ellipsi Græca pag. 381. ed. Schœttgenii et Th. Gatakeri Advers. Miscell. c. 20. p. 389. Solet etiam כ interdum omitti, v. c. Exod. XIX. 4. 1 Sam. XXV. 16. ante חוֹמָה et Jerem. XXVI. 18. ante שָׂדֶה. 20) *ὡς ἐὰν tanquam si.* Marc. IV. 26. *ut primum, cum, sobald als, as soon as.* Rom. XV. 24. 1 Cor. XI. 34. Philipp. II. 23. Vide Wetstenii N. T. T. II. p. 95. 21) *ὡς ἂν ut, tanquam, quasi.* Rom. IX. 29. 2 Cor. X. 9. *prout, utcunque.* 1 Cor. XII. 2. 22) *ὡς ὅτι tanquam, quasi.* 2 Cor. XI. 21. 2 Thessal. II. 2. In posteriori loco *ὡς ὅτι*

a nonnullis interpretibus per *quod* redditur. Conf. S. Ven. Mori Indicem Græcitatis ad Xenophontis Hist. Græc. s. h. voce. Wetstenii N. T. T. II. p. 191 seq. et Zeunium ad Vigerum de Idiotismis L. Gr. p. 534 et 545. 23) ὡς ἦν *ut erat, in eodem habitu, quo tum forte erat,* h. e. *quam celerrime.* Marc. IV. 36. Apud Græcos scriptores particula ὡς plane ut *ut* apud Latinos (v. c. Virgilium Eclog. VIII. 41.) haud raro *celeritatem* indicat et per *statim* vertendum est. Vide Harlesium ad Theocriti Idyll. II. v. 82. et Lennep. ad Coluth. Animadverss. p. 118.

'ΩΣΑΝΝΑ'. *Hosanna,* Hebraice הוֹשִׁיעָה־נָּא quæ duæ voces a Græcis in unam contractæ sunt et significant: *serva, quæso, salutem* vel *prosperitatem largire, obsecro.* הוֹשִׁיעָה est imperativus Hiphil cum ה paragogico, a radice יָשַׁע in Hiphil: *salutem dedit, servavit, salvum fecit,* נָא autem *quæso, obsecro, nunc,* est adverbium, factum per aphæresin ex adverbio אָנָּא vel אָנָּה. Matth. XXI. 9. ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ hosanna canimus nepoti Davidis: et paulo post ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις hosanna canimus Deo, qui habitat in altissimis. ibid. v. 15. Marc. XI. 9, 10. Joh. XII. 13. Sæpius in N. T. non legitur. Cæterum videatur Suidas in hac voce et ad eum Ernesti in Notis ad Suidæ et Phavorini Glossas Sacras p. 159. Alberti in Miscellaneis Critt. ad calcem Glossarii Gr. N. T. p. 283. ac Wetstenius N. T. T. I. p. 461.

'ΩΣΑΥ'ΤΩΣ. Adverbium, significans: *similiter, eodem modo, itidem,* ex ὡς *sicut* et αὐτὸς *ipse.* Matth. XX. 5. ἐποίησεν ὡσαύτως fecit similiter. ibid. XXI. 30, 36. XXV. 17. etc. Hesych. ὡσαύτως· ὁμοίως, τοιούτως. Thom. M. ὡσαύτως· καὶ παραπλησίως καὶ κατὰ ταῦτα. Schol. Sophocl. Ajac. 1198. τὸ ὡσαύτως λέγεται παρὰ τοῖς κοινοῖς, ἀντὶ τοῦ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. Vide Wetstenii N. T. T. I. p. 454.

'ΩΣΕΙ', 1) est adverbium similitudinis: *tanquam, sicut, quasi, ac si, perinde,* ex ὡς *sicut,* et εἰ *si, tanquam.* Matth. IX. 36. ἐῤῥιμμένοι ὡσεὶ πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα dispersi tanquam oves, pastore destitutæ. ib. XXVIII. 3. ὡσεὶ χιὼν sicut nix. Marc. I. 10. 2) ut Latinum *quasi* (Terent. Heaut. I. 1. 93. Plaut. Mostell. III. 1. 94.), *circiter, prope, pæne, fere, ferme,* et non solum de numero, sed etiam de loco ac tempore dicitur. Matth. XIV. 21. ἦσαν ὡσεὶ πεντακισχίλιοι erant numero fere quinquies mille. Luc. III. 23. ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἦν ἀρχόμενος fere tricesimum annum agere incipiebat. ib. IX. 28. I. 56. ὡσεὶ μῆνας τρεῖς circiter tres menses. Luc. XXII. 41. ὡσεὶ λίθου βολὴν ad jactum circiter lapidis. ib. v. 59. διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, post horæ ferme spatium. ib. XXIII. 44. ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη hora autem erat fere sexta. Joh. IV. 6. XIX. 14. Adde Alexandrinos Jud. III. 29. ὡσεὶ δέκα χιλιάδας ἀνδρῶν. Nehem. VII. 66. Daniel. IX. 21. ὡσεὶ ὥραν θυσίας ἑσπερινῆς. 3) interdum rei veritatem infert. Act. II. 3. γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς linguæ igneæ. Vide supra dicta ad ὡς et γλῶσσα. 4) quandoque reticetur. Marc. XV. 33. ante ὥρας ἕκτης, collat. Luc. XXIII. 44.

'ΩΣΗΕ', ὁ. *Hoseas.* Nomen prophetæ Judæorum, filii Beeri, qui prophetavit ætate Usiæ, Jothami, Achasi, Hiskiæ, adeoque æqualis fuit Iesaiæ. Hosea I. 1. Hebraice הוֹשֵׁעַ h. e. *serva,* imperativus in Hiphil a יָשַׁע in Hiphil הוֹשִׁיעַ *servavit, salvavit.* Semel tantum in N. T. commemoratur Rom. IX. 25.

'ΩΣΠΕΡ. Adverbium, significans: *sicut, velut, ut, quemadmodum, tanquam,* ex ὡς *sicut,* et περ, particula enclitica. Matth. VI. 2. ὥσπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν sicut hypocritæ faciunt. Luc. XVII. 24. ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ tanquam fulgur. Apoc. X. 3. ὥσπερ λέων μυκᾶται sicut leo rugit. Ὥσπερ — οὕτως καὶ *quemadmodum* — — *sic quoque.* Matth. XXIV. 38 et 39. Philostrat. Apoll. Epist. 71. Ὥσπερ — καὶ οὕτως. Rom. V. 24.

'ΩΣΠΕΡΕΙ', *tanquam, velut,* i. q. ὥσπερ, a quo derivatur. Tantum legitur in N. T. 1 Cor. XV. 8. ὡσπερεὶ τῷ (pro τινὶ) ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοὶ tanquam partui immaturo apparuit etiam mihi. Conf. Wetstenii N. T. T. II. p. 165.

'ΩΣΤΕ, 1) *ut, ita ut, adeo ut, utque.* Construitur cum indicativo, vel infinitivo, in tempus finitum Latine resolvendo. Matth. VIII. 24. ὥστε τὸ πλοῖον καλύπτεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων adeo, ut navigium fluctibus obtegeretur. ibid. XV. 33. ὥστε χορτάσαι ὄχλον τοσοῦτον ut ad satietatem edere tanta multitudo possit. Marc. II. 12. Luc. IX. 52. ὥστε ἑτοιμάσαι αὐτῷ, scilicet ξενίαν. Galat. II. 13. ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει sic, ut etiam Barnabas simulatione illorum abreptus fuerit. Rom. VII. 6. etc. Eodem modo apud Græcos scriptores mox cum indicativo, sæpius autem cum infinitivo construitur, v. c. Ælian. V. H. III. 8. ὥστε παραχρῆμα αὐτὸν εἵλοντο στρατηγεῖν. ibid. X. 9. ὥστε φεύγειν αὐτά. ibid. XII. 30. ὥστε Πλάτωνα παρεκάλουν. Euripid. Phœniss. v. 1144. ὥστε μαίνεσθαι δοκεῖν. 2) sumitur illative et notat: *itaque, igitur, quare.* Matth. XII. 12. ὥστε ἔξεστι τοῖς σάββασι καλῶς ποιεῖν itaque licet sabbato sanare. Marc. II. 28. ὥστε Κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου quare filius hominis Dominus est etiam sabbati. 2 Cor. IV. 12. 1 Thess. II. 18. ὥστε quæ cum ita sint. Etiam apud Græcos scriptores ὥστε quandoque pro οὖν ponitur, v. c. apud Libanium Epist. XXVII. p. 12. ὥστε θαῤῥῶν καὶ ἴθι καὶ γράφε. Diodor. Sicul. Lib. XI. p. 408. ὥστε μὴ νόμιζε κ. τ. λ. Dionys. Halicarn. Lib. VIII. p. 508. πολέμου καὶ εἰρήνης οὗτοι κύριοι. ὥστε παρὰ τούτων αἰτεῖσθε εἴτε ἀνοχὰς, εἴτε διαλλαγάς. 3) *nihilominus.* Matth. XXIII. 31. ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς nihilominus felices vosmet ipsos prædicatis, coll. Luc. XI. 48. Rom. VII. 22. ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος nihilominus lex causa peccati esse nequit. 4) interrogative sumitur pro *num igitur?* ita, ut expostulationem quandam simul indicet. Galat. IV. 16. ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν; num igitur inimicus vester factus sum, vera loquendo vobis? 5) *etenim.* 2 Cor. V. 17. ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ etenim, quicunque est verus christianus, novus homo factus est. 6) interdum deficit, v. c. Actor. XV. 29. ante vocem ἀπέχεσθαι, Ephes. IV. 22. ante ἀποθέσθαι ὑμᾶς, et Coloss. IV. 6. ante εἰδέναι. Sic Sophocles Ajac. Flagellif. v. 834. διὰ τάχους θανεῖν. ubi schol. θανεῖν· λείπει τὸ ὥστε, ὥστε θανεῖν. Homer. Iliad. α', v. 8. ubi videndus Eustathius p. 49. edit. Florent.

'ΩΤΙ'ΟΝ, ου, τὸ, *auris.* Deminutivum ab οὖς, ὠτὸς, τὸ, *auris.* Legitur tantum in N. T. Matth. XXVI. 51. ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον excisam ei rapuit vi vulneris aurem, ut verbis utar Juvenci Hist. Evang. IV. 523. ss. Grotius et alii ὠτίον h. l. de *ima dextræ auris parte,* quam medici veteres λοβὸν et Latini *laminam* vocant, interpretati sunt, quam explicationem locus parallelus Lucæ

XXII. 50. non admittere videtur. Marc. XIV. 47. Luc. XXII. 51. Joh. XVIII. 10. In versione Alexandrina *ὠτίον* legitur pro אֹזֶן *auris*. Deut. XV. 17. 1 Sam. IX. 15. XX. 2. 2 Sam. XXII. 45. Amos III. 12. Hesych. *οὖς· ὠτίον.* Idem: *ὠσίν· ὠτίοις.* Idem tradit Suidas. Mœris: *Οὖς· Ἀττικῶς· ὠτίον· Ἑλληνικῶς.* Multa vero verba apud Græcos habere formam quidem deminutivorum, non item vero vim et potestatem, multis docuit Fischerus in Animadverss. ad Welleri Grammat. Gr. p. 132. et Prol. I. de Vitiis Lexicorum N. T. p. 10 seq. Vide etiam Wetstenii N. T. T. I. p. 523.

'ΩΦΈΛΕΙΑ, *ας, ἡ, utilitas, commodum, lucrum*, ab *ὠφελέω*, quod vide infra. Bis tantum in N. T. legitur. Rom. III. 1. *τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς;* quænam utilitas est circumcisionis? Ibid. v. 16. *ὠφελείας χάριν* turpis lucri causa, i. q. Tit. I. 11. *αἰσχροῦ κέρδους χάριν.* In versione Alexandrina reperitur pro בֶּצַע *lucrum*, Job. XXII. 3. Psalm. XXIX. 11. הוֹעִיל, Hiph. a יָעַל *utilis sum, utilitatem affero*, Job. XXI. 15. Jer. XXIII. 32. et pro תְּעָלָה *curatio*. Jerem. XXX. 11. XLVI. 11. Adde Thucyd. I. c. 90. VI. c. 80.

'ΩΦΕΛΈΩ, *ῶ*, fut. *ήσω*, *juvo, utilis sum, prosum, proficio.* Pass. *'Ωφελέομαι, οῦμαι*, fut. *ήσομαι juvor, prodest mihi, commodum et utilitatem ex aliqua re percipio.* Construitur cum accusativo. Matth. XV. 5. *δῶρον*, (scil. *ἔστω*,) *ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς* Deo dicatum esto, quo a me possis juvari. Conf. ad h. l. Theophylactum. ibid. XVI. 26. *τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος;* quid enim proderit homini? ib. XXVII. 24. *ἰδὼν δὲ ὁ Πιλάτος, ὅτι οὐδὲν ὠφελεῖ* videns autem Pilatus, se nihil proficere. Marc. V. 26. *καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα* nec tamen morbo suo levata, collat. Luc. VIII. 43. Marc. VII. 11. quibus tua inopia a me sublevari possit, Deo dicata sunto. ibid. VIII. 36. *τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον;* quid enim profuerit cuipiam? Luc. IX. 25. Joh. VI. 63. *ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν.* ibid. XII. 19. Rom. II. 25. *περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ* circumcisio quidem utilitatem præstat. 1 Cor. XIII. 3. *οὐδὲν ὠφελοῦμαι* nihil commodi inde haberem. ibid. XIV. 6. *τί ὑμᾶς ὠφελήσω;* quid vobis prodessem? Galat. V. 2. *Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει* nihil amplius a Christo utilitatis et commodi exspectare potestis. Hebr. IV. 2. XIII. 9. *ἐν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν* ex quibus nullam utilitatem consequuti sunt. Sæpius in N. T. non legitur. Alexandrini usi sunt hac voce pro הוֹעִיל *profuit, profecit, utile fuit.* Prov. X. 2. XI. 4. Ies. XXX. 5, 6. *πρὸς ἔθνος, ὃ οὐκ ὠφελήσει αὐτούς.* Jer. II. 11. *ἐξ ἧς οὐκ ὠφεληθήσονται.* Habac. II. 18. *τί ὠφελεῖ γλυπτόν;* et עָזַר *adjuvit, auxiliatus est.* Ies. XXX. 7. Adde Herodian. II. cap. 3. sect. 21. *οὐδέν τι μέγα ὠφελεῖσθαι νομίζει.* Xenoph. de Republ. Lacedæm. II. 10. *ὁ βλακεύων ἐλάχιστα μὲν ὠφελεῖται.* Idem de Republ. Athen. I. 3. *πλεῖω ὠφελεῖται.* Idem Memor. II. 4. 1. Aristoph. Nub. v. 144. Æschyl. Prometh. v. 222. Euripid. Phœniss. v. 377. Interdum *ὠφελεῖν* apud Græcos quoque cum dativo construitur. Vide Euripidis Orest. v. 666. et Aristophanis Aves v. 620. Thom. M. pag. 935. edit. Bernard. *ὠφελῶ σε· πάντες ῥήτορες, πρὸς δοτικὴν δὲ μόνοι ποιηταί. Αἰσχύλος ἐν Πέρσαις* (v. 855.) *Ὡς τοῖς θανοῦσι χρήματ' οὐδὲν ὠφελεῖ. καὶ Θουκυδίδης ἅπαξ ἐν τῇ πέμπτῃ·* (p. 258.) *ὠφελεῖν Ἀθηναίους Λακεδαιμονίοις τρόπῳ, ᾧ ἂν δύνωνται.* Cf. Wetstenii N. T. T. I. p. 421.

'ΩΦΈΛΙΜΟΣ, *ου, ὁ, ἡ, utilis, proficuus*, ab *ὠφελέω juvo, prosum, utilis sum.* 1 Tim. IV. 8. *ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστι* sed pietas ad omnia utilis est. 2 Timoth. III. 16. *ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν.* Tit. III. 8. *ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις* veram hominibus utilitatem præstant. Sæpius in N. T. non legitur. Adde Thucydid. VII. c. 64. *αὐτὸς δὲ αὑτῷ ὠφέλιμος γένοιτο, καὶ τοῖς ξύμπασι σωτήριος.* ib. c. 69. Ælian. V. H. XII. c. 54. Thomas Mag. p. 935. edit. Bernard. *ὠφέλιμον· τὸ ὠφέλειαν ἐμποιοῦν. τὰ γὰρ εἰς μος, τὰ μὲν εἰσὶν ἐνεργητικὰ, οἷον ὠφέλιμος, τὰ δὲ παθητικὰ, οἷον τρόφιμος, κ. τ. λ.* Confer Wetstenii N. T. T. II. p. 378.

FINIS.

GLASGUÆ:
ANDREAS & JOANNES M. DUNCAN
Academiæ Typographi.

٣